Del Collegio de la Comp.a de Jesus de Granada B.d
R-6643

EXPOSITIO COMMENTARIA PRIMA,

SVBTILISSIMA, SIMVL AC LVCIDISS.MA

cunctisque Theologicæ facultatis secundùm quamcunque opinionem studiosis, maximè necessaria,

IN PRIMAM SECVNDAE

Angelici Doctoris S. THOMAE AQVINATIS.

Per Reuerendum sacræ paginæ professorem, Interpretemque profundissimum, Magistrum CONRADVM KOELLIN *Conuentus Vlmensis, Ord. F. Prædic.*

Olim in Colonia Regentem eruditissimum, dictiq; S. Doctoris acerrimum in cunctis propugnatorem, dum se Florentissimi Almæ Vniuersitatis Heydelbergensis studij regentem gereret, elucubrata;

Cum eiusdem Primæ Secundæ textu particulatim incluso, ac mira tandem arte distincto, castigationisq; lima pristinæ integritati mille amplius locis per huiusce operis auctorem, restituto.

Tabula etiam singularum Materierum, ac Quæst. earundem signaturam adamussim complectente.

Nunc autem cura & diligentia admodum Reuer. P. Magistri F. STEPHANI GVARALDI de Cento eiusdem Ord. & in toto Sereniss. Venetorum Dominio Inquisitoris Generalis, in meliorem formam redacta, cum copiosiori, certiori, ac fidissimo Indice locupletata.

VENETIIS, MDLXXXIX.
Apud Franciscum Franciscium.

Del Collegio de la Comp.a de Iesus de Granada
R-6643

EXPOSITIO

COMMENTARIA PRIMA,

SVBTILISSIMA, SIMVL AC LVCIDISS.MA

cunctisque Theologicæ facultatis secundùm quamcunque opinionem studiosis, maximè necessaria,

IN PRIMAM SECVNDAE

Angelici Doctoris S. THOMAE AQVINATIS.

Per Reuerendum sacræ paginæ professorem, Interpretemque profundissimum, Magistrum CONRADVM KOELLIN *Conuentus Vlmensis, Ord. F. Prædic.*

Olim in Colonia Regentem eruditissimum, dictiq; S. Doctoris acerrimum in cunctis propugnatorem, dum se Florentissimi Almæ Vniuersitatis Heydelbergensis studij regentem gereret, elucubrata;

Cum eiusdem Primæ Secundæ textu particulatim incluso, ac mira tandem arte distincto, castigationisq; lima pristinæ integritati mille amplius locis per huiusce operis auctorem, restituto.

Tabula etiam singularum Materierum, ac Quæst. earundem signaturam adamussim complectente.

Nunc autem cura & diligentia admodum Reuer. P. Magistri F. STEPHANI GVARALDI de Cento eiusdem Ord. & in toto Sereniss. Venetorum Dominio Inquisitoris Generalis, in meliorem formam redacta, cum copiosiori, certiori, ac fidissimo Indice locupletata.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

VENETIIS, MDLXXXIX.
Apud Franciscum Franciscium.

Epigramma fratris Magdalij Iacobi Gaudenſis Ordinis Prædicatorum Conuentus Colonienſis ad Lectores.

HVc quibus vſque fuit Parmeſſis potio Lympha
Dulce patefacta ſumite fauce merum
Sumite, cella patet vinaria Prima Secundæ
Conradi Koellin enucleata manu.
Ante grauis poterat ea pars pleriſq; videri,
Et vix Dædaleo conuenienda pede.
Icarijs, quæ adeunda datur iam paſſibus vltro
Non aliquo quamuis ſufficiente viam.
Scotus, Aquinatem Thomam, Durandus adorti
Marte videbantur vincere poſſe virum.
Sint oppugnantum quàm ſtuppea tela, loquetur
Hoc breue Lectores (ſi videatur) opus;
Nam documenta canit fidei minus obuia noſtræ
Sed per Doctorum ritè probata manus.

Ortuuini Gratij Coloniæ bonas litteras publicè profitentis Tetraſtichon:

HIc verus Sophiæ cultor Conradus, & auctor
Fructifer, immenſum perluſtrans laudibus orbem
Nunc medium cœli tangit, nunc æthera pennis
Verberat, ac tacitus decimo ſpaciatur Olympo.

Copia litterarum ad Reuerendiſſimum Generalem Magiſtrum totius Ordinis Prædicatorum, pro imprimendo hoc opere a facultate Theologica Heydelbergenſi, datarum.

QVONIAMQVIDEM tuam Paternitatem (Reuerendiſſime Pater) nouimus Diui Doctoris Angelici doctrinam non mediocriter, & colere, & obſeruare, ex operibus a Paternitate tua æditis ad nos delatis; vtinam alia tua Paternitas deferri curaret, quod ſummo flagitaret deſiderio noſtra vniuerſitas in primis facultas Theologica, quæ nihil eis comparari cenſet; Nam in eo opere ſuper Prima Doct. Sancti Parteà Paternitate tua Reuerendiſſima æditio eſtadeo delectata, vt in reliqua ardentiſſimo tuo opera afficiatur videndi amore; eoſq; qui eiuſdem Doctoris obſcuritates (ſi quæ ſint) elucidare attentent, vt dignum eſt, ad ſydera vſq; extollere tuam Paternitatem Reuerendiſſimam, comperimus. Quum igitur Magiſter noſter eximius Conradus Koellin Ordinis Paternitatis tuæ Reuerendiſſimæ prædicti Doctoris doctrinæ in primis zelator, contra æmulos acutiſſimus defenſor, eamq; puriorem, atque clariorem ſummo conamine reddere cœperit ſuper Prima Secundæ ita luculenter reſoluerit, vt à quolibet legenti ſine labore intelligatur, ex eodem ad cætera eiuſdem Doctoris opera euidentiſſimè pateat aditus. Quare tuam Paternitatem Reuerendiſsimam obnixè oramus, obſecramusq; pro eiuſdem doctrinæ augmento, atque incomparabili commodo, omnibus id opus legentibus eundem Codicem, quem facultas Theologica vidit, atque reuidit, imprimi quoque iudicauit digniſsimum, tuæ Paternitatis Reuerendiſſimæ accedente conſenſu, quem pro totius Ordinis gloria facile ſperamus acceſſurum: Nos tandem, atque operam noſtram tuæ Paternitati Reuerendiſsimæ, atque toti Ordini deuotiſsimos, atque obnoxios pollicentes, decimo Kalend. Maij, Anno vndecimo.

Frater Thomas de Vio Caietanus Magiſter Generalis Ordinis Prædicatorum ſpectabilibus, & doctiſſimis viris, Decano, & Magiſtris facultatis Theologicæ Almæ vniuerſitatis Heydelbergen. ſibi honorandis.

SPECTABILES Domini, & Magiſtri doctiſſimi ſal. & com. Ex litterisveſtris, 10. Kalen. Maij ad me datis, accepi & ſtudium veſtrum, atque obſeruantiam ad veram, ſanctamq; doctrinam ſanctiſſimi Doctoris noſtri Thomæ Aquinatis, & deſiderium vt lucubrationes Venerandi Magiſtri Conradi Koellin ſuper Primam Secundæ eiuſdem Doctoris impreſſioni dentur, & in lucem edantur. Non poſſum non laudare & ſtudium, & deſiderium huiuſmodi; Eſt enim doctrina Diui Thomæ ex abyſſo ſapientiæ ſalutaris hauſta, adeo profunda, vt doctiſſimus quiſque & ſummo ingenio præditus ad intima eius peruenire cupiens, videat ſemper ſibi immenſum quoddam pelagus ſubtilitatis reſtare, quo conari poſſit; adeo lata, & abundans, vt nihil quod ad fidei confirmationem, errorum confutationem, morumq; ædificationem, & inſtructionem ſit neceſſarium, in ea deſiderari poſſit; ita vera & ſolida, vt quiſquis in ea ſedulò ſe exercuerit, ab ea non declinans, omni careat erroris ſuſpitione; ſic irrefragabilis, vt qui eam impugnare conati ſunt, hactenus fruſtra laborauerint, niſi quòd eam ſuis impugnationibus & clariorem & glorioſiorem reddiderunt, & inuictam comprobarunt. Quo ad opus verò præfati Magiſtri Conradi, quantum ex me pendet, valde mihi placet, vt impreſſum in lucem veniat, quandoquidem (veſtro iudicio) in multorum erit vtilitatem. Eo enim ſum animo, vt & doctrinam ſanctiſſimi Doctoris elucidari, & illi inſudare volentibus, omnem commoditatem, facilitatemq; afferri, & ordini noſtro ex fructuoſis laboribus clarorum virorum, qualem teſtimonio veſtro (quod ego non paruifacio) credo eſſe prænominatum Magiſtrum Conradum, gloriam in primis accedere cupiam. D. V. in Domino valere deſidero, quibus Conuentum noſtrum illic quamplurimum commendo. Datum Romæ 14. Auguſti, Anno M.D.XI.

Adam Vuernherus Temarenſis Iuris vtriuſque Doctor, ſuam Muſam alloquitur, & mittit eam ad eximium Patrem Sacræ Theologiæ profeſſorem Conradum Koellin Heydelbergæ promotum, nunc Colonienſis ſtudij regentem, ſuis verbis rogandum, quatenus Primam Secundæ Doctoris Sancti (quæ multis obſcura videtur) ſuo ingenio, & elucubratione Heydelbergæ enucleatam, & illuſtratam, nouum opus imprimendum tradat.

DOCTOR Agrippina celebris modo degit in vrbe
Poſſens ingenio, religione nitens.
Hunc Bethleem (vt noſcis) Heydelbergenſe ſtudentem
Fouerat, & talem finxerat eſſe virum.
Hunc adeas precor, ante alias mihi chara Thalia,
Et pro me verbis, faue age blanda meis;
Vber Amaltheæ fertur ſuxiſſe nutricis
Iuppiter, aſt illi charus aduſque manet.
En ſubuecta polo, nunc ſydereus Capricornus
Lucet, quæ quondam terrea capra fuit.
Eſto Poetarum ſit fabula, quid velit, alta
Conrade ô Koellin voluito mente precor:
Heydelbergenſes ſuxiſti nonne mamillas,
Quas tibi lactifluas docta paleſtra dedit?
Cum minorennis adhuc, veniſti Vlmenſis, ineptus
Tum fragili Ambroſios mandere dente cibos,
Pro te ſolicita maternè ſingula fecit,
Vt clarus vaſto Doctor in orbe fores:
Hac ratione Petrus Syber Doctor Reuerendus
Dogmata purpureo fudit ab ore tibi,
Clara quidem, preſſo minimè mandanda labello
Sed te Doctore diſtribuenda palam
Oprat idem Pallas, non is qui ſaucius, haſta
Occumbens Turni ſanguine tinxit humum;
Sed magè, nunc dignum verſatur candida, cuius
Sæpe peritorum nomen in ora virûm,
Heydelbergenſis non gloria parua popelli
Quoque ſoles dici ſæpius alter ego,
Ille rogat Sophiæ ter denos Doctor in annos
Vt tua ſub lucem ſcripta meare velint.
Annueris voto, nec ſpes materna fefellit,
En Bethlehem, & populus, & ſchola teſtis adeſt;
Vidit & audiuit, quæ tu inſignis docuiſti
Gloria Doctorum voce, opere, arte, potens:
Hactenus obſcura (teſtis quoque) Prima Secundæ
Doctoris Sancti, quæ modo clara nitet;
Clara tuo ingenio nunc mirè exterſa refulgens,
Quæ multis fuerat nubila viſa prius;
Hoc eſt quod genitrix tua ſacra Minerua cupiuit,
Te ſibi ob id diua fouerat illa parens:
Hinc ſibi gratatur te dignaq; præmia ſpondet,

Si in

Si in lucem pergens multiplicetur opus :
En Thomæ cultor (ab eo qui nomine dici
Gaudet) id arenti pectore valde ſitit.
Impreſſorq; petit & noſtræ fama paleſtræ,
Quæ magis hoc opere clara celebris erit.
Et fraternus amor qui ſcit pia corda mouere
Diffundiq; volens (vt cupit) omne bonum:
Si locus orandi dabitur Muſæ Temarenſi
Viſceribus ſummi flagitet ipſa Dei,
Ergo vir eximie precibus cum tot monearis,
Durus & ingratus ne videare, caue:
Non graue quod petitur, in lucem Prima Secundæ
Prodeat, ingenio clarificata tuo:
Annue tu ſaltem tectum pandendo volumen
Impreſſorq; nouum multiplicabit opus:
Hectore pro eximio Priamus rogitauit Achillem
Atque patri natum reddidit ille ſuum:
Orpheus ipſe Cheli Ditem flexiſſe canora
Fertur, & Euridicem obtinuiſſe ſuam:
Dulichijs verbis permota eſt filia Phebi,
Factus homo rurſus, qui modo tigris erat:
Tu magis ijs rigidus? abſit, preſagio, dices
Quod petis en precibus annuo Muſa tuis:
Dedalus impreſſor tua tum monumenta legenda
Imprimet, in lucem ſic volitabit opus:
Sic tua iam totum celebris diffuſa per orbem
Creſcet in immenſum, & fama perennis erit:
Et ſi te haud capiet popularis gloria famæ,
Communi at ſaltem commoueare bono:
Auſpicijs j ſalua bonis j læta repulſam,
(Crede) grauem Muſa non patiere mea
Carpe iter, atq; ſequens carmen mihi cura referto,
Annuit, & noſtras audijt ille preces.

Ex Florentiſſimo Studio Heydelbergenſi, 15. Kal. Auguſtas, Anno M D XI.

TETRASTICHON PRÆFATI DOMINI Doctoris Conradi Koellin, &c. Reſpondentis

ECCE bono zelo præcibus tot annuo victus,
Impreſſorq; nouum multiplicabit opus:
Sit Thoma alme tibi commendatum, nihil vnquam
Tum detractoris lingua nocebit iners.

Copia litterarum facul. Theol. Heydelberge. ad autorem operis, vt ipſum imprimendum tradat.

NOS PALLAS SPANGEL SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSOR, ac Theologicæ facultatis Heydelbergen. Decanus, cęteriq; eiuſdem facultatis Doctores, Salutem plurimam dicunt. R. M. C. K.

SAEPENVMERO (eximie Magiſter Conrade) mirari nobiſcum ſoliti ſumus, vbi Bibliopolarum ędes (viſendorum aliquando librorum gratia) ſubiuimus, nullum hactenus a te opus in luce ęditum a nobis offendi potuiſſe. Longeq; maior habito nos ſtupor detinuiſſet ſuſpenſos, ſi non horatiani præcepti memores, opus fortaſſe tuum non niſi longos differendum in annos augurati fuiſſemus, Quo ducti, hortari te indies deſiuimus, ſed (proh dolor) ſpe plus iuſto dilata afflicti, veremur ne nos noſtra aliquando de te fallat opinio; ſucceſſere equidem diei dies, & non paucis emenſis temporibus tacitis fermè ſenuimus annis, nec aliquod adhuc in lucem ex te partum perſenſimus opus; quare vt ori tuo frena remittas, & doctam manum tuam neſcimus qua aduerſa fortaſſis valitudine, hucuſq; torpentem chartis applices optamus omnes: Si enim ipſe tu digito labellum compeſcueris, & lapidoſæ chiragræ manum credideris, qui inſigne aliquod opus in via Diui Thomæ Aquinatis cudat, aut ipſius opera elucidaturus ſit, ſcimus prorſus neminem, quippe quem a teneris (vt ferunt) vnguiculis præfati Doctoris veſtigijs inhęrentem, vbi ſuperioribus iam annis Heydelbergæ cathedram magiſtralem aſcendiſti, noctesq; diesq; interim eius in doctrina liquet operam nauauiſſe; Quod niſi dicta tua egregia ſat ſuperq; prodidiſſent in Scholis noſtris ſæpenumero, vltro citroq; habita, teſtaretur nimirum ſilentium tuum in multos iam annos iuſto longius protractum: Quis enim tam ſilentem te efficere potuiſſet coniectura minimè conſequi poſſumus (cum pythagoreus non ſis) niſi Diuum Aquinatem, quem ob taciturnitatis donum & pythagoreum vtrem & bouem mutum legimus nuncupatum: Eructet ergo poſt longa ſilentia, rogamus, cor tuum verbum bonum, dicas opera tua Ioui optimo maximo Regi, ſit quæſumus lingua tua calamus ſcribæ velociter ſcribentis: Cedat voci ſilentium, ociumq; exarantis velocitate dexterę compenſetur: Primum tamen omnium obſecramus opus illud inſigne quod tu ipſe tuopte ingenio circa Primam Secundæ Doctoris Sancti perbellè doctèq; ædidiſti lucem videat, vt & in lumine ingenij tui videatur clarius lumen, Primam Secundæ loquimur a pleriſq; hactenus veluti tenebræ habitam. Exploratum enim habemus, vbi manus calcographorum effugerit opus, a doctiſſimis quibuſq; ſuper aurum & topazion ęſtimatum iri; nec obſtet ſi quis id cecutientibus oculis luſtrans genuino dente mordicus lacerare moliatur; ſcimus enim ſuam nephelem Socrati, & ipſi Agamemnoni ſuum Therſitem, immo & egregio poetarum Homero ſuum zoilum non defuturos. Saturus igitur ne ventum obſerues velimus, nec lumen laterna contegat caliginem eliminaturum: Lumen planè non ab re dixerimus opus cœptum tuis (vt ſperamus omnes) eueſtigio manibus abſoluendum, adeo enim clarè mentem Angelici Doctoris Thomæ Lectoribus ipſis enucleat, vt magis quod enodare eiuſmodi queat non facilè accedere poſſe videatur. Cæterùm quantum Diuini verbi concionatoribus, immo & ipſis conſcientiarum arbitris conducturum ſit, nemo eſt qui neſciat, terniorum ad nos datorum cępti operis euolutor. Nonnulli ſiquidem ad manus noſtras operis tui præfati obuiam lati ſunt terniones, qui nos qua laude meritò ferendum erit ad aſtra (vbi perfectum fuerit) opus reddidere certiores. Nobis ergo & in primis Magiſtro tui Ordinis Reuerendiſsimo ne repugnare videare orantes obſecramus, cuius & his omnibus ante latis nobis (qui opus hoc tuum oculis lynceis perſpicientes examinauimus) ſollicitantibus in lucem prodeundi acceſſit auctoritas. Vale ex Heydelberga Kalend. Octobribus Anno a natali Chriſtiano vndecimo ſupra milleſimum quingenteſimum.

EPISTOLA HVIVS OPERIS AVTHORIS,

Ad inclitam facultatem Theologum Heydelbergenſem, opus ipſum eidem dedicantis, cum ſui humili recommendatione, Salutes plurimas dicit.

MEMINI (colendiſſimi præceptores) cum ſuperioribus annis Heydelbergæ vobiſcum degens, quædam ſententijs Diui Aquinatis Thomæ non abſona diſcipulis meis diſſererem, & iam non nulla in medium prolata ſchedis rudibus, meo iudicio, tanquam minus digna, vt in doctorum virorum manibus verſarentur mandauiſſem; ipſos vos nixos ſat ſuperq; mihi ad memoriæ plura prodendum remiſſo, non modo calcaribus crebrarum adhortationum (vt cepta ad calcem vſque perducerentur) adhibitis, verùmetiam veſtris impenſis, vbi fermè elucubrata fuerant, reſcribi curauiſſe; exiſtimauiſtis etenim nedum incipientium, ſed etiam conſummatorum Theologorum obtutus ab eis minimè vertendos. Cum autem nec his ſatis inductus reluctarer, conteſtans ea (niſi venia ſuperiorum meorum, vt in lucem emergere poſſent, accederet) inter manus calcographorum dari omnino non licere. Deſtitiſtis minimè a cœpto quo innitebamini propoſito, quoad vobis operam nauantibus, ipſa noſtri Reuerendiſſimi Magiſtri Thomæ Caietani totius Ordinis Prædicatorum Generalis, viri ſanè tàm in Diuinis, quàm in humanis ſcientijs experientiſſimi accederet auctoritas. Cæterùm litteris reuerentiarum veſtrarum ſæpenumero ad me datis, quinimo & celeberrimi Adæ Vuernerij Muſa idipſum exhortantibus non potui diutius morem euictus non gerere, præſertim cum & ante latis accederet, tum veſtrorum, tum maximè honorandi Patris mei Magiſtri Petri Syber beneficiorum erga me cumulatiſſimè, & Heydelbergæ & alibi exhibitorum memoria; quibus deuinctus vt flumina eò, vnde emerſere, proficiſcantur, hoc opus vobis ſtatui dedicandum, offerens ipſum ſuo cum authore vniuerſalis eccleſiæ, nec non veſtrarum reuerentiarum correctioni; cupiens ſi qua dictis Diui Doctoris Thomæ minus videantur conſentanea, abrogata iri, bene dicta verò, & in rem legentium cedentia, materiam poſſe fieri referundarum & Deo, & ſancto Doctori gratiarum. Valete.

VENERANDO AC RELIGIOSO F. CONRADO KOELLIN

in ſacra Theologia Magiſtro inſignis Conuentus Ord. Diui Dominici in Colonia regenti, Decanus & facultas ſacrę Theologię ſtudij Colon. Salutem.

EXPLANATIONVM Commentarios, quos in Primam Secundæ S. Doctoris Thomę Aquinatis plurima lucubratione edidiſti (religioſe vir) velut ęs Domini tui non in ſudario colligendos, ſed ad menſam dandos reputauimus: quatenus dum labor ille tuus non modo tibi, ac fratribus, qui penes te ſunt, ſed & omnibus (qui vbilibet gentium in ſana ac Catholica huius Doctoris doctrina ſcholaſticè deſudant) proderit, merearis in nouiſſimo, quando talenti exactor Dominus veniet cum fidelibus ſeruis multiplicato fęnore illi commiſſum repreſentare, dicendo cum Sapiente Eccl. 24. Videte quoniam non ſolùm mihi laboraui, ſed omnibus exquirentibus veritatem; quod vt commodius fieri valeat iuxta Generalis Magiſtri Ordinis tui indultionem (quam ſub annotatione manus ſuæ propriæ vidimus) vtile iudicamus, quatenus tu operi illi vltimam manum imponens, atque diligenti adhibita lima terſum reddens, calcographo imprimendum tradas. Nam ſic auxiliante altiſſimo, in plurimorum manus paſſim incidens, fructum afferet deſideratum. Vale & huic noſtro voto pare. Datum Coloniæ Kalendis Decembribus, Anno ſalutis Chriſtianæ ſupra milleſimum quingenteſimum vndecimo.

PRO HVIVS ELENCHI NOTITIA, Ad Lectorem.

VEtuſtiores codices ſic erant diſpoſiti, vt per tabulam abecedariam Articulorum principijs affixam, materiæ in libro tractatæ ſolùm indicarentur, nulla de paginarum numero mentione penitus facta; cum tamen ſub ipſis Alfabeti ſignatis litteris ſigillatim paginæ plures ſæpius contineantur. Nunc verò, vt & fides authori debita, & facilior nihilominus via, ſingula reperiendi lectoribus aſſeruetur, Abecedarium (vt diſpoſitum erat) reliquimus, & numeros pro faciebus cartarum accommodatos prædictis litteris paſſim addidimus. Leuatus igitur onere diutius ab indice citata quærendi auidus lector accedat, legat, vltrò citroq; ſtudio litterario volet, & valeat.

Abraham eſt gloriam conſequutus ex operibus legis exponitur. Quæſtione. 100. litera. S. facie. 815

Abraham exemplar fidei primus accepit circumciſionem, cuius ſunt rationes literales, & figurales. q. 102. lit. E. ad primum. fac. 837

Abrahæ fides, & noſtra eſt eadem, ſed non eadem proteſtatio. q. 103 I. ad quartum. 854. & K. 856. & q. 107. A. ad primum. 882

Abrahæ dictum eſt, Nunc cognoui, quòd timeas dominum. exponitur q. 112. L. ad quintum. 947

Abrenunciare ſæculo, & tendere ad perfectionem, quomodo religioſi teneantur; & conſilia contemnentes quomodo peccent mortaliter. q. 108. H. 895

Abſorbere quid ſit. q. 37. O. ad tertium. 284

Abſtinere a cibis aliquibus præcipiebatur Iudæis, & gentilibus ab Apoſtolis, non propter peccatum, ſed propter diſſidium. q. 103. K. ad tertium. 857

Abſtinere poſſe a peccato, & perſeuerare in abſtinentia a peccato vſque in finem vitæ, differunt. q. 109. T. 919

Acceptor perſonarum non eſt Deus. Et acceptio perſonarũ quid ſit. q. 105. R. ad primũ. 871. & q. 106. X. ad primũ 878. & q. 73. I. ad tertiũ. 583. & q. 79. V. ad tertiũ. 628

Accidens non poſſe eſſe in diuerſis ſubiectis exponitur q. 20. Q. ad primum. 177

Accidens reſpectiuum poteſt augeri per additionem. Et quomodo augmentum formarum fiat. q. 52. Q. 355

Accidens in ſuum ſubiectum agere exponitur, quia non effectiuè, ſed formaliter q. 85. S. ad quartum. 669

Accidens poteſt eſſe nobilius ſubſtantia ſecundum quid q. 110. X. ad tertium. 925

Accidentis eſſe, & eſſentia an differant quæſt. 110. X. ad tertium. 925

Accidentis non eſt accidens. Exponitur q. 50. F. ad ſecundum. 339. & q. 56. F. ad tertium. 377

Accidentis prædicabilis, prædicamentalis, & moralis differentiæ. q. 7. D. 77

Accidentia reſpectiua poſſunt augeri per additionem q. 52. Q. 355

Accidentia omnia vocari poſſunt qualitates, ſed nomen appropriatum eſt vni generi, ſecundùm Albertum q. 49. B. 332

Actio cuiuslibet entis creati, a Deo dependet, nec agere poteſt niſi ex motione Dei q. 109. K. 889

Actio in naturalibus opponitur paſſioni; ſed in vi animæ, actiua non opponitur ſibi q. 22. C. ad ſecundum. 189

Actio, & paſſio ſecundum communes rationes opponuntur, tamen ſi applicentur ad ſpecialia, ſe conſequuntur, ibidem ſequenter. 189

Actiones immanentes, & tranſeuntes, quàm differenter aliquid conſtituunt q. 90. Ad tertium. facie 722

Actio omnis cuiuslibet agentis procedit ex aliquo amore quæſt. 28. H. 228

Actio quantum habet de eſſe, tantum habet de bonitate q. 18. A. 138

Actiones ſunt bonæ per aliquas commenſurationes, res autem, per aliqua entia poſitiua abſoluta. q. 18. A 139

Actio tranſiens eſt in patiente, ſed immanens idem habet pro principio effectiuo, & ſubiecto q. 74. L. 556

Actiones eſſe ſingularium. Exponitur q. 76. A. 587

Actio, & paſſio cum diuidunt motum, qualis ſit diuiſio q. prima. D. 8

Actionem ſortiri ſpeciem ab actu, qui eſt principium, & paſſionem ab actu, qui eſt terminus, ſic intelligitur. q. prima. D. 8

Actio elicita, & imperata, quæ ſit, q. 1. B. ad ſecundum. 5. & D. 9

Actiones humanæ omnes ſunt propter finem q. 1. B. 3

Actiones humanæ, quæ fiunt ſine attentioae, an ſint humanæ q. 1. B. ad tertium. 5

Actio humana ſiue conſideretur per modum actionis ſiue paſſionis, ſpeciem a fine ſortitur q. 1. D. 8

Actionum humanarum quadruplex eſt bonitas, & quæ eſt completè bona non habet vnam bonitatem vnitate indiuiſibilitatis, ſed vnitate ordinis, & aggregationis q. 18. D. 144

Actionum humanarum Deus eſt principium, qui per legem inſtruit, & per gratiam adiuuat q. 90. A. 721

Actio aliqua duo reſpicit in obiecto, ſcilicet terminum, & rationem terminandi q. 29. P. 233

Actioni an finis ſit omnino extrinſecus q. 18. D. ad ſecundum. 144

Actio hominis, quæ eſt vltimus finis, non eſt elicita a voluntate, ſed imperata; & cum hoc, quòd eſt actus, eſt etiam obiectũ q. 1. B. ad ſecundũ. 4. & q. 19. D. ad ſecundũ. 158

Actio carens debitis circunſtantijs eſt mala q. 18. C. 142

Actionis moralis bonitas prima, & ſimiliter primum malum, attenditur ex obiecto q. 18. B. 140

Actionis malæ moraliter eſt effectus per accidens moralis, aliter quàm naturalis q. 18. A. ad tertium. 140

Actionis tranſeuntis, & immanentis differentia. Et quomodo actio Diuina ſit tranſiens q. 3. R. ad tertium. 32

Actio tranſiens eſt in patiente, & reprobatur diſtinctio actionis antecedenter, & concomitanter. q. 3. R. 32

Actio inferioris, quæ ſibi ex propria natura conuenit, attribuitur ei abſolutè; ſecus ſi competat ſibi ex impreſſione ſpeciali ſuperioris q. 13. G 109

Actiones voluntariæ ſortiuntur rationem generis ab vlti-

INDEX.

mo fine. Quæstione. 1. littera E. facie 11
Actionis terminus triplex, scilicet in vniuersali vniuersaliter, & in particulari; & actiones esse singularium, quomodo intelligitur q. 1. G. 15; q. 14. P. 117; & q. 76. A. 587
Accipere modicum de bonis alterius, nec est cõtra legem, nec contra amicitiam q. 105. Q. ad primum. 866
Actiua vita an principaliter consistat in operibus ad alterum. q. 69. L. 491
Actiuum quatò est potentius, tãtò passio est fortior. q. 22. D. ad secundum. 193
Actuum naturaliũ, & supernaturaliũ differentia. q. 5. I. 55
Actus, & motus appetitus magis dicitur passio, quàm alicuius apprehensiuæ cuiuscunque. q. 22. C. 189
Actus appetitus sensitiui requirit transmutationem secundùm qualitatem naturalem. q. 22. C. ad tertium. 190
Actus animæ ad diuersas potentias pertinentes, sunt non solum specie, sed etiam genere diuersi; sed actus, & passiones respicientes diuersa obiecta specialia, non. q. 23. E. facie 192
Actuale auxilium Dei, quo indigent res etiam habẽtes sufficiens principium operandi, quid sit. q. 109. S. 918
Actus aliquis potest esse melior alio, vel intensiuè vel extensiuè. q 24. L. 201
Actus aliquis auget habitum, aliquis noni. q 52. R. 356
Actus an sit causa vniuoca vel æquiuoca habitus. q. 51. M. ad tertium. 348
Actus intellectus an sit praxis q. 57. L. ad primum. 385
Actus vnus egreditur a diuersis pœnitentijs in diuerso ordine. q. 56. F. 376
Actus secundus elicitus est amor in cognoscentibus, sed in rebus purè naturalibus, non est elicitus, sed est actus primus. q. 29. I. 229
Actus purus non est omne id, quod est forma tantùm. q. 50. H. ad secundum. 341
Actus humanus quis dicatur, & quomodo motus rationis sequentes imaginationem, & subiti, non sunt humani. q. prima. B. 3
Actus quidam sunt humani, quidam hominis, & quomodo dicatur homo dominus suorum actuum. ibidem, & ad tertium. 5
Actus humani, & morales speciem propriè ex fine sortiũtur. q. prima. D. et argumento in contrarium. 9
Actus humanus, et moralis sunt idem formaliter, ibidem.
Actus vt actus, et vt moralis, aliter, et aliter specificatur. q. 1. D. ad tertium. 10
Actus idem in esse naturæ, potest esse multiplex in esse moris ibidem.
Actus consideratur, et secundùm speciem, et secundùm individuum, et secundùm hoc vel deficit de plenitudine, vel habet eam, et quomodo sit indifferens q. 18. A. 139
Actum esse indifferentem secundùm speciem, et non in individuo, possunt stare simul. ibidem.
Actus a ratione deliberata procedens in individuo consideratus, est necessario bonus vel malus ibidem.
Actus procedens ex imaginatione, & non ex deliberatione est indifferens ibidem.
Actus præcedentes habitum virtutis possunt esse moraliter boni ibidem.
Actus aliqui dicuntur boni vel mali ex specie naturæ, vel ex specie moris q. 79. S. ad tertium. 624
Actus imperatus, & exterior, quis dicatur q. 6. X. 70
Actus exteriores possunt habere duplicem bonitatem, scilicet secundùm genus, vel ex fine intento. q. 20. O. 174
Actus exterioris duplex bonitas est, vna vocatur specifica, & habetur ab obiecto; alia generica, quam habet ex voluntate q. 24. L. 201
Actus exterior nullus est bonus moraliter nisi à voluntate imperetur Quæst. 20. littera O. facie 174
Actus exterior bonitatem suam habet formaliter ab obiecto, sed effectiuè à voluntate. q. 20. O. ad tertium. 174
Actus exterioris bonitas, vel malitia quam habet ex ordine ad finem, prius inuenitur in actu voluntatis. q. 20. O. facie 174
Actus exterioris bonitas secundum quòd est in apprehensione rationis, prior est bonitate voluntatis; sed vt est in executione, sic sequitur. ibidem, & ad primum.
Actus exterior quomodo totam bonitatem quandoq; habeat ex voluntate, & econtra. q. 20. P, 175
Actus exterior quomodo addat in bonitate, & malitia super interiorem. q. 20. R. 178
Actus exterioris bonitas quam habet ex materia, & circunstantijs, addit hoc modo ad bonitatem vel malitiam voluntatis, ibidem. 178
Actus exterior quomodo tribus modis facit ad meritum essentiale, & accidentale, ibidem. 178
Actus exterioris et interioris quandoq; est vna bonitas, quã doque plures. q. 20. Q. 176
Actus voluntatis habet tantam bonitatem sicut intentio finis per participationem; & redundantiam. q. 19. L. 168
Actus bonitas an possit inferri ex bonitate voluntatis quæst. 20. P. 175
Actum esse subiectum bonitatis vel malitiæ, exponitur. q. 20. Q. ad primum. 176
Actus vel motus quomodo dicatur augere bonum humanũ, vel addere extensiuè q. 24. L. 201
Actus vel habens modum actus, respiciens obiectum alicuius potentiæ, pertinet ad ipsam potentiam, regula est. q. 26. R. 210
Actus hominis quantò est similior Deo, tantò est melior, glosatur. q. 24. L. ad secundum. 202
Actus habitum præcedentes, & sequentes ipsum, quomodo sint similes, & dissimiles. q. 78. O. ad secundum. 615
Actus malus præcedit habitum, sed apud Theologum habitus infusus præcedit actum Theologicè bonum, & quæ sit differentia inter actus, & habitus bonos, & malos. q. 82. F. ad tertium. 646
Actus humani, & sunt morales, & cerimoniales q. 99. C. ad primum. 788
Actuum suorum hominẽ esse dominum, quis sit intellectus. q. 109. L. ad primum. 902; & O. ad secundum 908
Actus potior est in bonitate, & malitia, quàm habitus, & quomodo aliquis excedit in duratione omnem habitum. q. 71. G. 506
Actus quo ad modum entis, non tamen quo ad modum inessendi (loquendo quo ad substantiam de eis) semper habitu maior est, ibidem.
Actus humanus duplicem regulam habet, scilicet rationẽ, & legem æternam q. 71. K. 511
Actus distinguit potentiam, & distinguitur per obiecta, non tamen tanquam a posteriori, & ex diuersis motiuis habent diuersas species q. 72. N. 516; & q. 12. E. 108
Actus diuersimodè trahitur ab obiecto ad speciem naturalem, & moralem. q. 72. N. ad secundum. 518; & quæst. 73. G. 545
Actus exterior distinguitur ab obiecto dupliciter. q. 72. L. ad primum. 514
Actus quando ex euentu sequenti habeat bonitatem vel malitiam. q. 73. H. ad primum. 550
Actum sequens effectus in pluribus vel si per se vel si præcogitatus addit ad bonitatem vel malitiam actus. quæst. 20. S. 179
Actus quandoque est vnus secundùm genus naturæ, non autem in genere moris. q. 20. T. 180
Actus vnus vnitate morali non potest esse bonus, & malus, secus si sit vnus vnitate naturæ. ibidem.

Actus

Actus voluntatis idem secundùm naturam non potest esse bonus, & malus. Quæst. 20. litt. T. 180
Actus voluntatis idem secundùm naturam non potest esse bonus, & malus. ibidem
Actus interioris bonitas, an dependeat ex circunstantijs. q. 19. E. ad secundum. 159
Actus voluntatis bonus de per se requirit bonitatem obiecti, quod sub se debitas circunstantias tenet. q. 19. E. 159
Actus noluntatis simplicior est, quàm alij actus, ibidẽ. 159
Actus quo Deus, & creatura uidetur, licet sit unus est tamen perfectior respectu Dei, quàm creaturæ. quæst. 5. K. ad tertium. 57
Actus aliquis potest habere principium intrinsecum dupliciter. q. 6. S. 67
Actuum supernaturalium licet homo sit immediatè capax, non tamen est in potentia receptiua naturali ad huiusmodi actus. q. 5. I. 55
Actus idẽ potest esse animalis, & naturalis. quæstio. 30. S. ad primum. 237
Actus unitati, & simplicitati in essendo, non repugnat dualitas obiectorum subordinatorum. q. 8. K. 84. & 85.
Actus unus existens medij, & finis, potest esse intensior respectu finis, quàm medij, licet sit una intensio, & unus modus ipsius actus ex parte subiecti. ibidem
Actus imperati ab appetitu possunt quandoque præuenire appetitum, sed non eliciti. q. 9. M. ad tertium. 88
Actus humani reducuntur in Deum, sicut causam uniformem, non in motum cœli, nisi sicut in causam proximam dispositiuam. q. 9. Q. 93. P. 91. &. 92
Actus diuersificãt potentias, de quibus actibus intelligitur. quæst. 10. R. 96
Actus rationis in infinitum multiplicari possunt, quomodo sit uera. q. 1. D. 10
Actus hominis ut sic non est beatitudo, nec obiectalis, nec formalis, declaratur. q. 2. O. 27
Actus humanus propter suam bonitatem uel malitiam habet rationem meriti uel demeriti. q. 21. A. 184
Actus humani habent rationem meriti uel demeriti per cõparationem ad Deum. q. 21. B. 185
Actus ad hoc, quod sit bonus, non oportet, quòd actualiter in Deum referatur. ibidem
Actum faciens, quem non potest referre in bonum finem, an mortaliter peccet q. 88. I. ad secundum. 699; & q. 100. O. & in contrarium. 808
Actus humanus tripliciter consideratur, & secundùm hoc tria ipsum consequuntur. q. 21. V. 181
Actus procedens a uirtute naturali secũdùm inclinationem naturalem dicitur rectus; si recedit a rectitudine, dicitur peccatum, tam in naturalibus, quàm artificial. ibidem
Actus humanus ex hoc, quòd est bonus uel malus, habet rationem rectitudinis uel peccati. ibidem
Actus culpabilis uel laudabilis dicitur, quando est in potestate agentis. q. 21. X. 183
Actus humanus secundum aliud est formaliter bonus, & rectus; & secundùm aliud imputabilis. ibidem.
Actus exteriorum membrorum ut sic, non sunt morales, nec in membris est peccatum. quamuis illi actus sint peccata. q. 74. L. 556; & M. ad tertium. 558
Actus peccati quo ad speciem cognoscitur ex obiecto, non tamen quo ad genus. q. 74. O. ad primum. 563
Actus peccati quomodo sit res realis, non tamen sicut substantia, & quomodo sit a Deo. q. 79. S. ad primũ. 624
Actus peccati, quòd non denominetur ab eo quod est per accidens, & præter intentionem, & uoluntatem exponitur. q. 78. N. ad secundum. 613
Actus, & terminus eius, quamuis inseparabiliter se consequuntur, tamen realiter distinguuntur; & quomodo lex sit terminus actus. q. 94. T. ad tertium. 748
Actus uitiosus, scilicet peccatum, peius est, quàm uitium. Quæstio 71. littera G. facie 506
Actus uirtũ inferiorum appetituarũ, & actus membrorũ, aliter, & aliter se habent ad voluntatem, & peccatum. q. 74. M. ad tertium. 558
Actus uirtualiter in Deum referre, quid sit; & quando quis actualiter hoc teneatur, & omittendo, quando peccet. q. 88. I. ad secundum. 699; & q. 100. Q. 810; & in contrarium. 811
Actus uirtutum de quibus dantur præcepta legis, dicuntur difficilia, uel ex operante uel ex opere. q. 107. D. 887
Actus uirtutum diuersimodè præcipiuntur per legem Diuinam, & humanam. q. 100. H. 795
Actus uoluntarij, & naturales quo ad principia diuersimodè distinguuntur. q. 72. N. 515
Actus humani interiores, & exteriores diuersificantur specie secundùm bonum, & malum, quod est ex fine. quæst. 18. F. 148
Actui morali an accidat fieri propter finem. q. 18. F. ad secundum & 3. 148
Actus exterioris obiectum dupliciter se habet ad finem uoluntatis. q. 18. G. 149
Actuum moralem bonum, an agere possit homo absque speciali Dei auxilio. q. 68. B. 447
Actus moralis bonitas generica ut est quædam essentia, est per comparationem ad uirtutem agentis, & est simpliciter prima; sed bonitas specifica illa est prima ex obiecto. q. 18. B. 154
Actus qua bonitate dicatur bonus ex genere, & quod sit eius obiectum. ibidem.
Actus humanus duplicem habet indifferentiã. q. 18. H. 163
Actuum humanorum aliqui sunt indifferentes secundùm speciem suam, exponitur. ibidem.
Actus aliunde habet speciem essentialem, & bonitatem, & malitiam aliunde. q. 18. C. 156
Actum moralem potest diuersificare circunstantia in esse moris, & tamen ei accidere secundùm substantiam suam. ibidem.
Actus aliquis habet duplicem finem, & qnomodo bonitas actus humani dependet necessariò ex fine, & quæ sit absoluta bonitas actionis, & quomodo intelligatur. quæst. 18. D. 158
Actus morales diuersificantur specie secundùm bonum, & malum. q. 18. E. 159
Actuum moralium differentia per se, quæ sit, quia non est omnino similis differentiæ logicali. ibidem.
Actus interior moralis potest comparari dupliciter ad obiectum. ibidem.
Actus uariatur specie per circumstantiam, non quidem per comparationem ad obiectum, sed per comparationem ad rationem, ita quòd circumstantia facit aliam speciẽ moris, non autem aliam speciem actus. ibidem.
Actus aliter uariatur specie per circumstantiam, aliter per finem, & per circumstantiam fit dupliciter. ibidem.
Adam si absque gratia creatus fuisset, ex naturalibus integris non potuit Deum diligere super omnia, nec tenebatur nisi remotè. q. 109. N. 906
Adam aliter indigebat Diuino auxilio ad benè uolendum, & operandum in statu naturæ integræ; aliter in statu naturæ corruptæ. q. 109. L. 901
Adam in statu innocentiæ facilius perseueraret in bono, quã nunc perseueremus; non tamen potuit sine speciali Dei auxilio. q. 109. T. ad tertium. 921
Adam extra paradisum in iustitia originali generasset filios incorruptos, corruptos uerò in paradiso sine iustitia originali consistens. q. 81. D. ad primum. 643
Adam non peccante, licet Eua peccasset, filij originale non contraxissent, & èconuerso. q. 81. E. 644

Adam an habuerit peccatum originale originans tantùm vel etiam originatum;& an fuerit in eo actuale tantùm Quæstione.83.littera.K.ad secundum. facie 654
Adam in statu innocentiæ non potuit peccare venialiter. q.89.K. 714
Adam ante peccatum non indigebat gratia habituali ad benè moraliter agendum,vel omnia peccata in moribus vitanda, secundùm quòd gratia distinguitur a iustitia originali.q.109.L. 901
Adeptio beatitudinis non quietat secundùm substantiam suam,sed vt est habitio talis rei.q.2.P. 29
Addit aliquid alteri dupliciter.q.26.T. 213
Adipe animalium an Iudæis vti licuerit.q.102.C.ad octauum.828;& F.ad primum. 845
Admiratio quid sit.q.32.M. 257
Admiratio est causa delectationis, & admirabilia sunt delectabilia,sicut & omnes representationes rerum,ibidē.
Adoratio Iudæorum quare fuerit versus occidentem, & nostra est ad orientem.q.102.D.ad quintum. 832
Adoratio in spiritu est interius, & est in veritate viæ, sed tamen figura patriæ;sed oratio veteris legis exterior habet duplicem figurā adiunctā.q.101.V.ad quartū. 820
Aduentus Christi in carnem cassauit sacramenta veteris legis quo ad vim obligandi.q.103.I. 853
Aduersa & prospera, bonis & malis adueniunt,sed alio, & alio fine.q.99.F.ad tertium. 792
Aduersitates potius patiuntur aliqui, quàm prosperitates consequantur.q.107.D.ad secundum. 888
Adulationes quibusdam sunt delectabiles.q.32.I. 254
Adulti non saluantur nisi fecerint opera formata seruando præcepta.q.5.P. 63
Adulterium est grauius peccatum,quàm furtum,non ratione delectationis,sed ratione iniustitiæ.q.73.H.ad tertium. 551
Affectus quando sit benè dispositus & q.2.I. 20
*Affectiones rectas facit amor rectus,exponitur.q.24.K.*199
Affirmatio,& negatio non sunt vnius speciei naturalis, sed moralis,quamuis non ex æquo.q.72.Q.ad tertium. 524
Agens ex hoc ipso,quòd agit,non patitur.q.85.S.ad tertiū. facie 668
Agens infinitæ virtutis requirit dispositionem in materia, glosatur.q.92.H.ad tertium. 942
Agens omne agit ex amore semper,sicut ex principio radicali,& originali, tamen agit quandoque etiam ex alijs passionibus,sicut ex principijs proximis.q.28.H.ad secundum. 228
Agens rationale,& irrationale,quā differuntur determinētur ad aliquid certum.q.1.C. 6
Agens liberum aliter communicat suam bonitatem, quàm naturale.q.112.I.ad tertium. 943
Agens prius introducit formam, quàm abijtiat dispositionē contrariam.q.113.T.ad primum. 961
Agens,& patiens,mouens, & motum,an oporteat realiter distingui.q.51.M.ad secundum. 343
Agens naturale distinguitur contra uoluntarium, exponitur.q.10.R. 95
Agens superius, id quod in effectu causat habet se vt formale respectu eius, quod est ab inferiori, licet non sint realiter distincta.q.13.G. 110
Agentis æquiuoci effectus diuersificatur specie secundùm diuersam proportionem materiæ ad recipiendum influxum agentis.q.60.E. 407
Agens intellectus dicitur sua actio ad sanum intellectum. q. 50.H.ad secundum. 341
*Agere benè perfectè homo non potest ex consilio alterius quo ad substantiam,& modum.q.57.P.ad secundū.*392
Agere vel velle quale bonum homo possit in statu naturæ integræ,& corruptæ.q.109.L. 901
Agere dicebat se Apostolus non quod vellet bonū, sed quod odiret malum.Exponitur.Quæst.74.lit.N. facie 559
Agere propter finem non est proprium rationali creaturæ, sed omnia agentia agunt propter finem.q.1.C. 5
Agere per essentiam quomodo intelligatur, & tangitur ibi opinio Scoti.q.50.F. 339
Agere non potest aliquid inquantum est malum,exponitur. q.18.A.ad secundum. 140
Agendorum principia sunt duplicia.q.56.G. 378
Agnus paschalis quare comedebatur cum festinatione. q. 102.E.ad secundum. 837
Aggrauatio auriū,excecatio, & Obduratio qualiter differunt.q.79.T.argumen.in contra. 626
Aggrauatio est effectus doloris,& tristitiæ.q.37.O. 283
Altare quare de lignis setbin, & opertum ære, &c. fiebat. q.102.D.ad septimum. 834
Altare thymiamatis quare in templo fuerit.q.102.D.ad sextum. 833
Altaria,& aliæ cerimoniæ etiam ante legem fuerunt.quæst. 103.G.ad secundum. 850
Alteratio an sit in prima specie qualitatis. quæst. 50.E.ad tertium. 338
Amicitia magis consistit in concordia voluntatum quo ad finem,quàm quo ad volita.q.19.N.ad 3.in contra. 173
Amicitia Dilectio Charitas Amor ad idē pertinēt, & tamē differunt.q.26.T. 213
Amicitia quid sit,de qua specialis difficultas est,& quomodo tripliciter accipiatur.q.26.T. ibidem.
Amicabilia,quæ sunt ad alterum,sunt ex amicabilibus,quæ sunt ad seipsum exponitur.q.99.A. ad tertium. 786
Amabile omnibus est non solùm bonum, sed etiā pulcrum, exponitur.q.27.X ad tertium. 216
Amamus beneficos in prosperitate, & salute,exponitur.q. 27.A.ad quartum. 219
Amamus eos, qui mala sua dicunt, & exponitur. quæst. 27.X.ad secundum. 216
Amantis ad amatum est duplex vnio.q.28.C. 221
Amare Deum possumus propter aliud, si aliud dicat causam materialem.q.99.F. 792
Amare Deum super omnia,an amore amicitiæ vel concupiscentiæ debeamus.q.109.M. 904
Amans alium propter delectabile,dicitur habere amicitiam per accidens,exponitur.q.25.O.ad tertium. 206
A matum esse in amante, & è contra.quomodo.q.22.C. 189; & q.28.D. 222
Amatur Deus aliter,quàm timeatur.q.68.D.ad quartum. facie. 482
Amari vel appeti rem,quid sit.q.26.S.212; & q.28.C. facie. 221
Amari, & in admiratione haberi, delectabile est.q.32.I facie. 254
Amatur entrapelus dupliciter. quæst. 27.A. ad secundum. facie. 219
Amaui,& exquisiui sapientiam a iuuentute mea, &c. exponitur.q.26.R.ad primum. 211
Amentiam seu insaniam sine culpa incurrens, quicquid ex hoc operatur non est ei peccatum.quæstio.80.Z. 632
Amor,& dilectio Dei in via,nobilior est cognitione viatica, sicut & habitus voluntatis habitu intellectus,sed non in patria.q.3.T. 36
Amor aliquam vnionem facit effectiuè, aliquam formaliter.q.28.C. 221
Amor abstrahit a præsenti, & absenti, nec dicit motum ad distans vt sic.q.28.C.ad primum. ibidem.
Amor causat mutuam inhæsionem amantis ad amatum.q. 28.D. 222
Amor quomodo faciat amatum esse in amante, & notatur defectus Aureoli. ibidem.

Amor

*Amor amicitiæ,& concupiscentiæ non sunt duo actus, sed vnus,cui tamen conuenit facere diuersam inhæsionem, vt est amicitiæ,& concupiscentiæ.Quæst.28.lit.D.f.*222
Amor Diuinus facit extasim secundùm Dionysiū,Exponitur.q.28.& argumento in contra. 221
Amor intensus causat zelum.aliter quidem amor amicitiæ, aliter amor concupiscentiæ.q.28.F. 225
Amor est causa zeli effectiua suo modo sicut ratio agendi, Quæst.28. ibidem.
Amor est prima causa zeli, deinde odium,postea sequuntur alij motus, & actus interiores, & exteriores,constituentes zelum. ibidem,
Amor aliquis est Læsiuus,aliquis melioratiuus. quæst. 28.G. facie 227
Amor est fortior odio,licet odium sit magis sensibile. q. 29. M.facie 231
Amor in quo genere causæ sit causa actionis.quæstio.28.H. facie 228
Amor cuiuslibet actionis est principium radicale,& originale,tamen etiam aliæ passiones sunt quandoque principia proxima ibidem ad secundum.
Amor naturalis in rebus purè naturalibus non est actus elicitus,sed est actus primus;in cognoscentibus est actus secundus, & elicitus.q.29.I. 229
Amor est causa odij dupliciter,& ipsum simpliciter excellit.q.29.K 230
Amor,& gaudium quid significent, vt ponuntur in voluntate.q.22.D.ad tertium. 192
Amor,& gaudium quomodo in Angelis, & appetitu hominis intellectiuo ponantur. ibidem.
Amor rectus omnes istas affectiones rectas habet secundū Augustinum.exponitur.q.24.K. 200
Amor præcedit desiderium secundùm ordinem exequutionis,& desiderium delectationem;sed secundùm ordinem intentionis est èconuerso; & circa hoc notatur defectus Aureoli.q.25.N. 204
Amor an sit principaliter passio vel delectatio. ibidem.
Amor triplex est vnus appetitus naturalis,alius sequēs apprehensionem,& ille duplex,vnus ex necessitate sequēs, alius liberè.q.26.K. 210
Amor duplex reperitur in cognoscentibus. ibidem.
Amor sensitiuus est in appetitu sensitiuo, & concupiscibili. Quæst.26. ibidem.
Amor,est in concupiscibili,vt dicit Philosophus,exponitur. q.26.R.argu.in contra. 211
Amor,inhians habere quod amatur,cupiditas est; id autem habens eoque fruens,lætitia,& fugiens quod ei aduersatur,timor est,idque si acciderit sentiens,tristitia est,exponitur.q.26.R.ad secundum. ibidem.
Amor qualem causalitatem habeat super alias passiones, Quæst.16. ibidem.
Amor etiam voluntatis est passio.q.26.S. & argumento in contrarium. 212
Amor est essentialis vnio affectiua realis causaliter,relatiua fundmentaliter,& vnio relatio amorem consequitur ibidem ad secundum.
Amor differt a dilectione,& charitate secundùm quòd importat actum,sicut magis commune a minus communi. q.26.T 213
Amor Dilectio Charitas,& Amicitia hæc quattuor nomina ad idem pertinent,& tamen etiam differunt. ibidem.
Amor diuiditur in amorem amicitiæ,& concupiscentiæ. q.26.V 214
Amor amicitiæ non est in bestijs actiuè ibidem, & argu. in contrarium. 214
Amor quare diuiditur per amorem amicitiæ,& concupiscentiæ,& non per amicitiam, et concupiscentiam ibidem ad primum. 214
Amor non potest esse sine cognitione coniuncta; & maior amor potest esse cum minore cognitione;& non sequitur plus cognoscitur,ergo plus diligitur.Quæst.26.littera V. ad secundum. facie 214
Amor non est vbi non est cognitio, vel coniuncta, vel in alio existens, ibidem ad tertium.
Amor maximus est hominis ad seipsum.q.27.A 219
Amor sui non habet necessariò connexionem vitiorum in se.q.73.A.ad tertium. 532
*Amor sui est initiū oīs peccati,differenter tamen a superbia, & auaritia.q.84.P.ad secundum.*662 3; *q.77.H* 604
Amor sui qui est amor amicitiæ, & perfectionis,est causa alterius amoris.s.concupiscentiæ.q.77.H 603
Amor sui quomodo sit causa appetitus boni temporalis, & omnis peccati, & in quo genere causæ, an sit passio, vel simplex motus voluntatis,& cuius inordinationis, ibid.
Amor sui aliquis dicitur naturalis obiectiuè, & specificatiuè, ibidem ad primum.
Amor quidam est intellectualis, quidam rationalis, quidam animalis, quidam naturalis, & quolibet amore omnia diligunt Deum, plus, quàm se.q.109.M 904
Amor naturalis, quo Deus super omnia diligitur, non est meritorius, ibidem ad primum. 905
Amor summus tàm naturalis, quàm gratuitus debetur summo Deo, ibidem ad tertium.
Amore langueo, exponitur q.28.G.ad primum. 227
Amore ex aliquo omne agens quodcunque sit, agit quamcunque actionem.q.28.H 228
Amore potest quis alicui inhærere, qui nec fruitur,nec vtitur, sed abutitur.q.88.I. ad tertium. 700
Amore naturali in statu naturæ integræ, aliter Deus super omnia diligebatur,& aliter ex charitate.quæst.109.M. ad primum. 904
Amori humano,vel rationali dūtaxat,competit diuisio amoris in amorem amicitiæ, & concupiscentiæ (& qualis sit) quantum ad rationem nominis.q.26.V 214
Amori Seraphin attribuit Dionysius, calidum, acutum, & superferuens,exponitur q.28.G 227
Amoris omnis,vniuersaliter nulla alia passio ab amore causa est,contingit tamen aliquam aliam passionem esse causam alicuius amoris.q.27.B 220
Amoris naturalis, & animalis,sensitiui, & rationalis multiplex est differentia.q.26.R 210
Amoris in communi, & dilectionis non est idem adæquatum obiectum.q.26.T.ad secundum. 214
*Amoris causa in concupiscibili est bonum,sicut & desiderij & delectationis; sed malum causat odiū, fugam,& tristitiā,primi tres differūt, sed non cōtrariant.q.23.H.*197
*Amoris nomen quibusdā sanctorū visum est diuinius,quàm nomen dilectionis,exponitur.q.26.T.ad arg.in cont.*214
*Amoris diuisio in amorem amicitiæ, & concupiscentiæ non est diuisio per diuersas res, sed per diuersas rationes,vel habitudines eiusdē actus ad diuersa obiecta.q.26.V.*215
Amoris diuisio prędicta est secundùm prius,& posterius,& quomodo hoc intelligendum sit,declaratur. ibidem
Amoris propria causa est bonum.q.27.X.& ad 1. 216
Amoris obiectum est connaturale secundùm rem, & apprehensionem simul, vel secundùm apprehensionem tantùm.q.27.X 216
*Amoris causa est cognitio ea rōne,qua & bonū.q.27.Y.*217
Amoris causa est bonum, sicut ratio causandi amorem, sed esse cognitum, vel cognitio,est condditio sub qua bonum causat.q.27.X 216
*Amoris causa est similitudo per se, secus per accidens, & est eius causa suo modo effectiua, sicut constitutiuum rationis causandi amorem.q.27.A.*218.*& ad 2* 219
Amoris naturalis quo Deus super omnia diligitur, quæ sit causa.q.109.M.& ad primum. 905

Amoris sicut & appetitus obiectum est res, non apprehensio, vel secundùm esse apprehensum, sed vt in se est. Quæst.67.littera X.ad secundum. facie 473
Analogata sunt duplicia etiam in analogia attributionis, & quomodo ratio peccati analogicè dicatur de mortali, & veniali.q.88.I.ad primum. 699
Angelus non habet habitus, qui sint dispositio ad esse naturale, sed benè habet habitus, qui sunt dispositio ad operationem.q.50.K 343
Angelus intelligit alia secundùm modum suæ substantiæ, exponitur. ibidem
Augelus aliqua per essentiã intelligit, exponit ibi.ad 2. 344
Angelus & corpora cœlestia sunt neteſſaria simpliciter, ita ꝙ non habent potentiam in se ad non esse.q.93.Q. 742
Angelus non est discursiuus. q.89.S 716
Angelus bonus cooperatur ad beatitudinem perfectam, & imperfectã, differenter tñ, & de quib.illuminẽt.q.5.O.62
Angelus non potest immediatè mouere materiam ad formam.q.9.Q 94
Angelus potest mouere hominem, sed non voluntatem hominis; & potest reducere intellectum ad actum, non quo ad exercitium, sed quo ad specificationem, similiter dicendum est de voluntate. q.9. Q ibid.
Angeli habent ex natura sua, ꝙ non possit ineſſe eis deordinatio circa ea quæ sunt ad finem, nisi etiã sit deordinatio circa finem, quod est per mortale.q.89.S 717
Angeli non possunt peccare venialiter, sed semper mortaliter, ibidem ad tertium. 718
Angelorum festis interesse quid sit, & Angelos illuminare homines, quid sit.q.3.T 41
Angelorum nomen quantum ad id, cui & a quo imponitur, quid importet. Et qui in veteri testa.apparuerunt in persona Domini loquentes, erant Angeli.q.98.S.ad 1. 780
Angelorum custodia, sicut & temporalia subsidia sunt beneficia naturalia, non gratuita.q.98.T.ad 3. 782
Angelorum loquutio ad Moysen qualis fuerit in legis traditione.q.98.S.ad secundum. 781
Angelorũ ministerio fiebãt apparitiones in veteri testamento prophetis, ibidem ad primum. 780
Angelorum mens non fertur in ea quæ sunt ad finem, nisi secundùm quòd stant sub ordine finis.q.89.S 717
Angelorum mens quomodo ab intellectu differat. ibid.
Angelorum actus sunt boni, & charitatis, non tamen meritorij. ibidem
Angelis quomodo gaudium, & amor conueniant.q.22.D. ad tertium. 191
Angelis mediantibus data est lex: sed noua, quæ perfectior est, data est per Deum incarnatum.q.98.S 780
Angelis in patria homines fore similes, exponitur q.67.Q. ad primum. 462
Angelis non conueniunt virtutes, quæ sunt circa passiones, & notatur ibi Scotus. ibidem
Angelicus intellectus aliter se habet circa habitum intellectualem, aliter humanus.q.50.K 343
Angelica natura media est inter Deum, & hominem quo ad gradum naturæ, non quo ad visionem.q.5.I 55
Angelici peccati causa vnde sit.q.80.T.Z.ad tertium. 634
Angustia, & tribulatio quid sint.q.87.A.ad argumentum in contrarium. 683
Anima rationalis, & si non sit composita ex materia, & forma, conuenit tamen analogicè cum materia prima.quæstio.22.B.ad primum. 187
Anima dupliciter patitur in corpore, & quomodo aliter ei competat intelligere, aliter sentire.q.22.B 186
Anima quamuis moueatur per accidens, nõ tamen irascitur per accidens, ibidem ad secundum. 186
Anima rationalis mouetur motu propriè dicto, per accidens secundùm essentiam, & potentias organicas. ibid.
Anima primò intelligit. Quæst.50.littera E facie 338
Anima quomodo sit in potentia ad esse Diuinũ.q.50.F.338
Aĩa est in potentia, nõ tamen hẽt materiã.q.50.H.ad 2.341
Anima viuificat corpus, sicut Deus viuificat animam, declaratur q.110.V.ad secundum. 923
Anima si per impossibile esset sine potentijs, & intelligeretur in secunda operatione intellectus sine eis esset capax gratiæ.q.110.A.ad quartum. 930
Anima certissimam cognitionem habet eorum, quæ sunt in ipsa secundùm sui essentiam, vt dicit Augustinus, exponitur q.112.L.ad primum. 946
Anima in infusione inquinatur per cõcomitantiam.q.83.K. ad quartum. 654
Anima si nõ infunderet in carne vbi maculatur, priudicaret perfectioni vniuersi, & ordini naturæ. ibid.ad 5. 655
Anima secundùm essentiam est primum subiectum peccati originalis, quamuis secundariò etiam sit in potentijs. q.83.L.656.& M 657
Anima intellectiua dicitur materiam excedere, exponitur, & an vt intellectiua est, sit actus corporis. ibid.
Anima in statu innocentiæ habuit vim continendi potẽtias sub Deo.q.83.L. in arg.in contrarium, & ad 2. 656
Anima est capax perfectionum, non solùm naturalium, sed etiam gratuitarum.q.85.S.667.& T 670
Anima rationalis quomodo conueniat, & differat ab alijs formis, & quomodo sola sit perpetua, quamuis omnis forma intendat esse perpetuum. q.85.Z 677
Anima & corpus hominis in quibus debeant proportionari; quia in his, quæ sunt intenta a natura, & quomodo anima proportionata sit suo fini, ibid.ad 3.in contr. 678
Anima habet in se tria, quæ sunt principia actus moralis, & quædam alia, puta actum, & c.q.94.T.ad 1. 748
Anima est immortalis ex proprietate naturali. ibid.
Anima an sit naturaliter capax gratiæ. q.113.X 964
Anima aliter per habitus intellectuales perficitur quãdo est coniuncta, aliter cum est separata.q.67.R.ad 2. 465
Anima an per carnem inficiatur.q.81.A.ad secundũ.637. & D.ad secundum. 643
Anima non est vltimus finis hominis, & quæ sint bona animæ.q.2.O 27
Animæ est vita charitas aliter, q̃ Deus vita aĩæ. q.2.P. 29
Anima separata a corpore statim est capax Diuinę visionis, ad quam in corpore peruenire non potuit.q.4.E 49
Anima quantò fuit perfectior in natura, tantò perfectius habebit suam operationem, in qua fœlicitas consistit, non tamen habebit perfectiorem operationem. ibid.
Ani.separata est imperfectior, q̃ coniuncta, cõtra Scotũ.ibi.
Anima separata licet appetat totam naturam beatificari, nõ tamen perturbatur, aut anxiatur ex tali appetitu, ibi.
Ani.separata equatur Angelis in beatitudine, exponitur.ib.
Anima fruens Deo esset beata, etiam si nullus proximus esset.q.4.H 53
Ani.separatæ naturale est vniri corpori, declaratur q.4.F. 51
Animæ separatę quomodo sit connaturale intelligere per conuersionem ad superiora, exponitur q.5.I 55
Animę non competit habitus essendi in ordine ad naturam humanam, conuenit tamen in ordine ad naturam Diuinam q.50.F 338
Animę rationales quomodo vna sit perfectior alia. q. 52. littera P. facie 351
Animæ infirmitas quę sit, & quomodo peccatum ex passione dicatur ex infirmitate.q.77.G 602
Animę macula quid sit, secundùm Scotum, & Doctorem Sanctum, & tangitur ibi Scotus.q.86.A 681
Animæ partes diuersæ sunt diuersa subiecta peccati actualis, non autem originalis.q.82.G.ad tertium. 648
Animę est duplex macula spiritualis, sicut & nitor.q.86. A.680; & q.89.P 714

Animæ

Animæ habilitas ad gratiam qualis, & quid sit, & quomodo diminuatur, & quid sit illa diminutio, & non distinguitur realiter ab anima. Quæstione 85.S.667.& littera T. facie 670
Animæ vires sunt per primum peccatum primi hominis destitutæ ordine, quo ordinabãtur ad virtutes, & illa destitutio vocatur vulneratio.q.85.V. 672
Animæ potentiæ quattuor vulneribus vulnerantur ex peccatis actualibus personalibus. ibidem.
Animam an Deus inhabitet absque omni medio q. 110.V. ad secundum. 923
Animati partes actuales an sint humores.q.54. X. 362
Animus inordinatus dicitur sibi pœna, exponitur. q.86.A. ad argumentum in contrarium. 683
Animal occidebatur non propter recompensationem homicidij in veteri lege, sed propter alias rationes. q. 105.Q. ad duodecimum. 870
Animalia quare offerebantur Deo in lege veteri.q. 102.C. ad argumentum. 826
Animali siluestrium adipe an Iudæis licuit vti.q.102.C. ad octauum. 828
Animalium quorundam æsus, quare erat illicitus. q.102.F. ad secundum. 826
Animalia quomodo moueantur in suos fines.q.1.C. 6
Annihilatio non debetur peccato.q.87.D.ad primum. 688
Anxietas, & accidia quomodo distinguuntur ab inuidia, & misericordia.q.35.H.ad tertium. 278
Appetibile dat appetitui quandam adaptationem, & c.quid sit illa adaptatio q.26.S. 212
Appetibile an sit ratio propriè quidditatiua boni. q. 29.O. facie 233
Appetibile voluntarium a Scoto datũ reprobatur.q.1.F.14
Appetibile neutrum non est necessarium ponere, vt Scotus opinatur.q.6.Z. 73
Appetibile quomodo moueat voluntatem.q.9.L 86
Appetibile vt in plurimum est extrinsecum, & volenti, & voluntati.q.9.O. 90
Appetitui sensitiuo potest inesse peccatum, & ei non incõuenienter in homine atribuitur electio. q. 26.R.210.& T. facie 213
Appetitus, & obiectum appetibile aliter concurrũt ad amorem vel actum appetitiuum, quàm intellectus, & intelligibile ad verbum.q.27.X. 216
Appetitus sensitiuus sicut est virtus in organo corporali, ita & vis apprehensiua sensitiua. Glosatur.q.22.C.ad 3. 190
Appetitus superior intellectiuus nõ requirit transmutationem, scilicet alterationem, nec antecedenter, nec consequenter immediatè.q.22.D. 191
Appetitus sensitiuus est subiectiuè in corde. q.22.C.189. & D.facie 191
Appetitus sensitiuus potest dolere de malo corporis, & tamen in homine non dolere, inquãtum mouetur a ratione. q.35.G.ad primum. 276
Appetitus sensitiui actus quomodo requirat transmutationem secundùm qualitatem naturalem.q.22.C.ad 3. 190
Appetitus eiusdem hominis non accedit, & recedit ab eodẽ secundùm naturam simul, & eodem modò apprehensum, tamen respectu diuersorum accedit, & recedit. q.23.F. ad secundum. 195
Appetitus intellectiuus qũo sit boni simpliciter vel boni vniuersalis, contra Scotum.q.22.D.ad secundum. 191
Appetitus prius mouetur ab aliquo sub ratione boni, quàm sub ratione ardui.q.25.N.ad primum. 204
Appetitus motus seu actus magis dicitur passio, quàm alicuius apprehensiuæ cuiuscumque.q.22.C. 189
Appetitus naturalis an sit actus elicitus.q.26.R. 210
Appetitus vel amor vnitatis, est causa doloris, & tristitiæ. q.36.L 281
Appetitus naturalis in cognoscentibus est actus elicitus. Quæst.41.littera P facie 301
Appetitus sensitiuus habet triplicem difficultatem ad virtutem.q.51.N 350
Appetitus inferior an necessariò impediat superiorem, & superior vt in plurimũ mouet mediante inferiori.q.56.I. ad secundum. 381
Appetitus dicitur rectus dupliciter, & per hanc distinctionem soluitur apparens contradictio, in D.S.quæst.57.P. ad tertium. 392
Appetitui non inhæret formaliter sua ratio agendi. q.51. littera M. 347
Appetitus hominis plus, quàm intellectus, per peccata corrumpitur.q.109.L.ad tertium. 903
Appetitus sensitiuus non est alicuius vniuersalis, est tamen alicuius vniuersaliter.q.77.F.ad quartum. 601
Appetitus sensitiuus habet se ad liberum arbitrium, seu rationem, & voluntatem dupliciter; antecedenter scilicet & consequenter; & consequenter dupliciter, & c. q.77.K 607
Appetitiuum obiectum est bonum apprehensum, exponitur q.67.X. ad secundum. 473
Appetitus sensitiui inclinatio in propria obiecta est aliud a virtute, & non manet in patria.q.67.Q. 462
Appetitus sensitiui obiectum est bonum, vel sub ratione absoluta, vel sub ratione ardui.q.77.I 605
Appetitiua vis dicitur magis actiua, non tamen est dicenda potentia propriè actiua, sed passiua.q.22.C. ad 2. 189
Appetitiua pars animæ est magis actiua, q̃ apprehẽsiua, ib.
Appetitus intellectiuus est cuiuscunque apprehensi sub rõne boni, sed sensitiuus est boni sensibilis.q.19.F 160
Appetitus intellectiuus licet sit liber a coactione, tamen ex suppositione præsentis conuenientis, & actionis circa ipsum necessitate naturalis ĩclinationis delectat.q.2.N.23
Appe.& appetibile diuersa specie motus mouent.q.6.S. 66
Appetitus omnis est in bonum, & conueniens.q.8.H 81
Appetitus intellectiuus natus est moueri ab appetitu sensitiuo, non tamen quo ad exercitium actus.q.9.P 91
Appetitum intellectiuum diuidi contra naturalem, exponitur.q.10.R 96
Appetitiuarum virium interiorum actus, & actus membrorum aliter, & aliter se habent ad voluntatem, & peccatum.q.74.L.ad tertium. 557
Appetitus naturalis non sequitur cognitionem, verum, de præcisè naturali.q.11.X 101
Appetitus naturalis non est actus elicitus, sed proportio rei ad finẽ, vel ad conueniens sibi naturaliter.q.16.H.127
Appetitus sensitiui motus differt a motu naturali, & quomodo se habent ad voluntarium; & quomodo motus sensitiui potentiæ appetitiuæ sequens apprehensionem imaginationis, est præter imperium.q.17.P 136
Appetitiuarum, & apprehensiuarum differentiam a Doctore Sancto positam, Scotus impugnat.q.22.C 188
Appetitiui motus applicatio non est per alium motum appetitiuum, sed per liberum iudicium rationis. q. 15.B. facie 121
Appetitiui motus applicatio in finem apprehensum non habet rationem consensus, sed simplicis voluntatis. q.15.C 122
Appeti, vel amari rem, quid sit.q.22.C.188.& q.26.S.212. & q.28.C 221
Apprehensiua vis an moueat corpus immediatè, vel solùm mediante appetitiua.q.22.D 191
Apprehẽsio est ratio agẽdi appetitiuæ virtuti.q.91.M.347
Apprehensionem intellectiuam potest consequi passio in appetitu sensitiuo dupliciter. q.22.D 191
Aquæ expiationis confectio, & causa, & effectus.q.102.E. ad quintum. 840

Acqui-

Acquisitum, & infusum quando distinguuntur specie, & quando non. Quæst.51.littera O facie 350
Arbor bona non potest facere fructus malos, exponitur, q.75.A.ad tertium.580;& q.20.P.ad primum. 175
Arbor scientiæ boni,& mali quare sic sit vocata.q.102..A. ad secundum. 823
Archa quare erat in templo.q.102.D.ad sextum. 832
Aristotelem qui dicũt cognouisse corruptionem naturæ per peccatum, & ideo eam reparatore indiguisse, non satis bene aduertunt.q.74.N. ad secundum. 561
Ars est ratio, an sit prædicatio formalis. q.57.N 388
Ars est virtus eo modo quo habitus speculatiui. ibid.
Ars propriè loquendo est habitus operatiuus, & in hoc differt ab habitibus speculatiuis, tamen etiam in aliquo cum illis conuenit. ibidem.
Ars,& idea,in Deo non sunt idem formaliter.q.94.T.747
Ars, & idea dicitur & ratio Diuinæ sapientiæ, sed aliter, & aliter.q.93.N 739
Ars non debet poni donum Spiritus sancti.quæstio.68.D. ad primum. 478
Artes mutantur, quando meliores rationes occurrunt, sed non sic est de legibus.q.97.N.ad primum. 773
Artes speculatiuæ quare dicuntur artes, & quare liberales.q.57.N.ad tertium. 389
Assentire, & consentire differunt.q.15.A 221
Assimilatur homo magis Deo per intellectum practicũ assimilatione proportionabilitatis, quo ad secundarium cognitum; non autem quo ad principale cognitum, nec inquantum est beatificum obiectiuè.q.3.V 37
Astra licet aliquo modo redundent in voluntatem, tamen eis ratio dominari potest. Et de quibus astrologorum iudicium fieri possit, & quomodo. q.9.P 92
Assuetudo operum potest esse causa aliquarum virtutum hominis,sed non omnium,q.63.V 431
Auaritia facit homines odiosos, secundùm Boetium, exponitur q.29.N. ad tertium. 232
Auaritia, & superbia, quàm differenter sint initium omnis peccati.q.84.P.ad secundum.662;& q.77.H 604
Auaritia,vel cupiditas,dicitur omnium peccatorum radix. quæst.84.O 660
Audaciam per se causat excellentia,nõ autem defectus,nisi per accidens,vt habet adiunctã excellẽtiam.q.45.I.315
Audacia sequitur spem,& desperatio timorẽ. q.45.H 314
Audacia contrariatur timori.q.45.G 313
Audacia consideratur dupliciter, ibidem ad primum.
Audacia nõ potest esse principalis passio.q.45.H.ad 3.315
Audaces sunt promptiores in principio, & tempore periculorum deficiunt.q.45.K 316
Auersio in mortali peccato quomodo sit infinita, & ei debeatur reatus pœnæ infinitæ.q.87.D 687
Auersio ab vltimo fine est duplex.f.formalis,& virtualis, & quæ sit communis omni peccato. q.79.R 620
Augeri formam per essentiam, an Thomista concedere debeat.q.53.T.ad secundum. 359
Augmentum formarum est duplex, & quomodo aliqua forma potest augeri secundùm se,aliqua non.q.52.P 351
Augumentum formarum, & habituum non fit per additionem formæ ad formam, sed quia subiectum perfectius participat eandem formam.q.52.Q 354
Augmentum per additionem potest fieri in accidentibus respectiuis. ibid.
Augmentum charitatis reducitur ad alterationem.q.52.P. ad tertium. 353
Augmentum charitatis, & gratiæ potest aliquis sibi mereri.q.114.H 978
Augmentata causa per se augmentatur effectus. q.77.K. ad [illegible] 608
Augustinus hanc regulam dedit, vt sententia retractata alicubi, etiam in suo simili vbique in suis operibus reprobata censeatur.Quæst.114.litt.E.ad primum.fa.975
Aurum, & argentum, ex quibus idola fuerunt fabricata, quare Iudæis prohibebantur.q.102.F.ad decimum.843
Aurum, & argentum Apostoli,& Prædicatores prohibebantur portare, quod exponitur.q.108.F.ad tertiũ. 891
Aurium aggranatio,excecatio,& obduratio quomodo differunt.q.79.T.& argum.in contrarium. 625.& 626.
Auxilium Dei, quod prærequiritur ad receptionem gratiæ habitualis est motio, non generalis, sed specialis, & dicitur auxilium gratuitum.q.109.R 914
Auxilium Dei, quod requiritur ad hoc, vt intellectus moueatur ad actum secundum, quid sit; quia non est gratia,sed proprietas naturalis,quę naturæ datur.q.109.K. ad secundum. 900
Auxilia, per quæ facilius legem nouam implere valemus, enumerantur.q.107.D 887
Auxilium Dei actuale,quo indigent res etiã habentes sufficiens principium operandi,quid sit.q.109.S 918

B

Balnea mitigant tristitiam.q.28.G 228
Baptizatus retinet materiale peccati originalis. quæstio.81.C.ad secundum.642;& q.82.H.ad tertiũ.664. & q.83.K.ad primum.702; & q.89.G.ad primũ.694. & q.89.C.ad tertium. 719
Baptizandi non sunt paruuli infidelium inuitis parentibus. q.106.X.ad tertium.878;& q.108.G.ad quintum.894
Baptismus tollit originale quo ad formale, & restituit radicem iustitiæ originalis, scilicet gratiam gratumfacientem.q.81.A 635
Baptismus quare aperit ianuam.q.106.X 878
Beatitudo plus requirit, quàm habere aliquo modo vltimũ finem; & quomodo bonitas Dei sit finis omnium rerũ, & diuersimodè ad eam se res habent. q.1.H 18
Beatitudinis nomine quid importetur,& cui conueniat, nec potest consistere in diuitijs.q.1.H.18;& q.2.I 19
Beatitudo est duplex, scilicet formalis,& obiectalis.q.2.I. facie.19;& O f.27
Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus,exponitur.q.2.I.20;& q.3.R.33;& S. 34
Beatitudo formalis, accipitur quandoque prout includit omne quod ad perfectionem hominis pertinet, quandoque pro optimo inter bona omnia.q.2.I 20
Beatitudinẽ in honore consistere est impossibile,nec in gloria hominũ; sed depẽdet ex gloria,q̃ est apud Deũ.q.2.K.21
Beatitudinem consistere in potestate est impossibile, sed inchoatiuè potest cõsistere in bono vsu potestatis.q.2.L. 23
Beatitudo non potest consistere in bonis corporis.q.2.M. 24
Beatitudo non consistit principaliter in delectationibus spiritualibus.q.2.N 25
Beatitudinem hõ cõsequitur per animã,exponitur q.2.O.27
Beatitudo formalis formaliter inhæret, & perficit hominem; sed obiectalis perficit obiectiuè, & extrinsecè; & beatitudo nostra vt sic, non est summè dilecta, sed est vltimum a nobis concupitum. q.2.O 27
Beatitudo hominis non potest consistere in aliquo creato, sed in solo Deo.q.2.P 29
Beatitudo formalis,licet sit quid creatum, & finitum, non potest tamẽ consistere in adeptione aliqua rei creatæ,quę etiam nata est facere adeptionem finitam. q.2.P 29
Beatitudo formalis non est Deus, & est infinita secundùm quid solùm,quia f.est infiniti; sed est cõiunctio ad Deum, non capta pro relatione, sed fundamentaliter.q.3.Q.30
Beatitudo quantum ad causam, vel obiectum,est aliquid increatum, non autem quantum ad essentiam beatitudinis.q.3.Q ibidem

Beati-

Beatitudinem formalẽ esse Deum, est impossibile, probatur. Quæst.3.littera Q facie 36
Beati.formalis est summũ bonum,non simpliciter,sed in gũe bono.participabiliũ a creatura. q.3.Q.30; & q.4.T 35
Beatitudo est vltimus finis, secundùm quòd vltimus finis capitur pro vltima perfectione hominis inhærente, sed non sicut res quam cupimus adipisci.q.3.Q 30
Beati.hoĩs vt quid creatum,est operatio, probatur q.3.R.32
Beati.potentiæ nõ conueniret, si esset separata ab anima.ibi.
Beatitudo, vt est operatio, reducitur in potentiam, sicut in causam propriam;vt autem beatifica,in lumine gloriæ, & Diuinã essentiã pſentẽ per modũ obiecti beatifici,ibid.
Beati.magis est dicenda operatio,quàm actio,probatur. ibi.
Beatitudo perfecta est operatio sempiterna patriæ,nec multiplicatur. ibidem.
Beatitudo perfectissimæ operatio mensuratur æternitate participata,vbi & Scotus reprobatur Doctorem Sanct. malè intelligens. ibidem.
Beatitudo physica non est perpetua, sed Theologica,ibid.
Beatitudo essentialiter non consistit in operatione sensus, possunt tamen operationes sensus ad beatitudinem antecedenter, & consequenter pertinere.q.3.S 34
Beatus potest vti sensibus, & intelligere conuertendo se ad fantasmata, & non conuertendo. ibidem.
Beati.si nõ perficeret omnes partes hominis, esset adhuc formaliter perfectũ bonũ,sed nõ redũdãter & causaliter,ib.
Beatitudo essentialiter non consistit in actu voluntatis, sed actus voluntatis est per se accidens illius q.3.T 35
Beati.essentialiter est consecutio,quomodo intelligitur. ibid.
Beatitudo eo ipso, q̃ ad voluntatem pertinet vt obiectum, non potest esse actus eius, probatur. ibid.
Beatitudo in illius potentiæ actu consistit, quæ optimo modo, & primò coniungit obiecto beatifico, cuiusmodi est intellectus, non voluntas. ibid.
Beatitudo formalis dupliciter cõsideratur.f.in ratione summi boni inter bona creata, & sic est obiectũ voluntatis; alio mõ in rõne actus eliciti, & sic pertinet ad intellectũ, & per hãc distinctionẽ cassatur obiectio Scoti.q.3.T.36.
Beatus videt Deũ visione contẽplatiua,& visione practica; in prima aũt cõsistit beatitudo,non in secunda.q.3.V.37
Beatus est qui habet omnia quæ vult, pulchrè, & multipliciter exponitur, ibid.& q.5.Q.ad tertium. 65
Beatitudo magis consistit in operatione speculatiui intellectus, quàm practici, probatur q.3.V. 37
Beatitudo appetitur propter se. ibidem
Beatitudo respicit bonum, non sub ratione boni, sed sub ratione optima, quæ est veri. ibidem.
Beatitudo duplex est f.perfecta, & imperfecta. q.3.X 38
Beatitudo perfecta in consideratione speculatiuarum scientiarum consistere non potest. ibidem.
Beatitudo vltima naturaliter appetitur, sed non solùm, sed etiam qualiscunque similitudo, & participatio eius,ibi.
Beatitudo vltima, & perfecta non consistit in contemplatione substantiarum separatarum. q.3.T 39
Beati.requirit aliquo modo oẽ bonum ẽt distinctè.q.4.A.43
Beatitudo secundùm communem rationem, sequitur ad visionem Dei, quæ est beatitudo essentialiter. ibid.
Beatitudinis in statu tria sunt correspondentia ad statum viæ.f.visio,delectatio,& comprehensio. ibid.
Beatitudo,vt est adeptio summi boni,non potest esse sine delectatione; & si esset, an aliquis esset ea beatus,ibidem.
Beatitudo est gaudium de veritate,exponitur. ibid.
Beati.nõ oportet,q̃ existat essentialiter in omnibus,quæ succedunt virtutibus theologicis, sed in maximo inter ea, q̃ est prima,& nobilissima cõiunctio ad Deũ.q.4.C.45
Beatitudo crescit extensiuè,non intensiuè.q.4.E 49
Beat.corporis,vt distinguitur cõtra beatitudinẽ aĩæ,nõ dicit actum secundum, sed in actu primo consistit.q.4.F 51
Beatitudo patriæ non requirit societatem amicorum de necessitate, sed ad bene esse, sed beatitudo præsentis vitæ eam requirit,probatur.Quæst.4.littera H facie 53
Beatitudinem perfectam, & supernaturalem homo consequi potest.q.5.I 54
Beatitudinem duo integrant quasi materialiter.q.5.K 56
Ecatior vnus alio esse potest, non ratione obiecti beatitudinis, sed ratione adeptionis huiusmodi boni. ibid.
Beatitudo quare,& ex qua radice habeat maioritatem,ostenditur. ibid.
Beatus minus an desideret gradũ magis beati,declarat,ibi.
Beatus quilibet cognoscit omnia genera, & species,& ordinem rerum. ibid.
Beatitudini repugnat mortalitas,& quare.q.5.L 57
Beatitudo si detur homini mortali,est miraculum. ibid.
Beatitudinis aliqualis homo particeps esse põt in hac vita; perfecta aũt beatitudo in hac vita haberi non potest, ibi.
Beati. viæ a beatitudine patriæ genericè distinguitur,ibid.
Beatitudo perfecta,quę expectatur post hanc vitam,est inamissibilis, non autem beatitudo viæ.q.5.M 59
Beatificè Deũ videns,de nulla potentia,& in nullo casu põt non velle videre, probatur pulchrè contra Scotum,ibid.
Beatitudinem a beato Deus tollere potest de potentia absoluta. ibidem.
Beatificus actus a voluntate elicitur liberè, non coactè; sed non vt liberè distinguitur contra necessitatem naturalis inclinationis. ibidem.
Beatitudo hominis perfecta non potest ab homine, nec ab aliqua creatura per naturalia acquiri.q.5.N 61
Beatificare nulla creatura potest.q.5.O 62
Beatitudinem solus Deus habet sine operatione præcedente, nec illam dat puris creaturis, nisi eam meruerint,vel meriti participes effectæ sint secundùm potentiam ordinatam.q.5.P 63
Beatitudo in communi est ab omnibus volita, sed non secundùm specialem rationem.q.5.Q 64
Beatitudinis appetitus non dicit solam inclinationem potentialem, sed actũ elicitum,qui ẽt põt dici naturalis. ibid.
Beatitudo formaliter non præeligitur miseriæ.q.13.I 112
Beati an seinuicem doceant, aut illuminent.q.68.F. ad secundum. 484
Beati an separari a Deo timeant, cum sit timoris filialis actus secundus.q.67.T. ad secundum. 469
Beati vident in essentia Diuina omnia per se credita,duplicia enim sunt credibilia.q.101.V 819
Beatitudo supernaturalis excedit naturam, & in gradu naturæ, & in efficacia.q.62.P 424
Beatitudinem posse ex condigno mereri, & tamen esse ex gratia, quomodo stent simul.q.109.O.arg.incontr.908
Beatitudo prima contenta per modum meriti dicitur dispositio, & præparatio ad futuram vitam, secundùm D.S. quod exponitur.q.69.K 490
Beatitudinem viæ, & patriæ homo sperare potest.q.69.K. ad primum. ibidem.
Beatitudines distinguuntur a virtutibus, & donis, sicut actus ab habitibus; & ibi notatur defectus Scoti, quæstio.69.I 488
Beatitudines aliter assignat beatus Augustinus,aliter beatus Ambrosius,ibidem ad primum. 489
Beatitudines conuenientissimè enumerantur.q.69.L 491
Beatitudines in Euangelio Lucæ excludunt quattuor, in quibus imperfecti, & rudes beatitudines esse falsò opinabantur, ibidem ad sextum. 493
Beatitudines positæ in Luca virtutibus Cardinalibus adaptantur. ibid.
Beatitudinũ præmia cõueniẽtissimè assignãtur.q.69.M.494
Beatitudinum præmia aliter,& aliter se habent ad beatitudines tres,scilicet voluptuosam,actiuam, & contemplatiuam,

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

platiuam, ibidem. Quæſt.69.littera M. facie 494
Beatitudinum præmia enumerando fit proceſſus aſcendendo, non deſcendendo, ibidem ad tertium. 495
Bellum quomodo debebant Iudæi exercere, & in eo ſe habere. q.105.R. 871
Bellum non debebat intrare qui domum nouam conſtruxerat, nec formidoloſus, nec pauidus, ibidem ad quintum. & ſextum. 872
Bene agere non poteſt homo perfectè ex conſilio alterius. q. 57.P. ad ſecundum. 392
Benedictio epiſcopalis dimittit venialia, non quia conferat gratiam. q.108.F. ad ſecuudum. 891
Beneficos in proſperitate, & ſalute amamus, exponitur. q. 27.A. ad quartum. 219
Benefacere alteri eſt cauſa delectationis. q.32.K. 255
Beniuolentia accipitur generaliter, & ſpecialiter. q. 27.A. 218
Beſtiæ, & animalia quomodo moueantur in ſuos fines. q.1.C. 6
Beſtijs nullus ineſt habitus, contra Scotum. q.50. G. ad ſecundum. 340
Beſtijs non conuenit amor amicitiæ actiuè. q.26.V. & arg. in contrarium. 215
Bona temporalia cadunt ſub merito ſecundùm quòd ſunt vtilia ad opera virtutum. q.114.K. 981
Bona, propter quæ homines ſolent benè operari, ſunt tria, quæ Chriſtus vitare docuit. q.108.G. ad quartum. 894
Boni ratio quidditatiua an ſit appetibile. q.29.O. 233
Boni ratio eſt ſuper quam fundatur primum principium in ratione practica. q.94.V. 750
Boni principis, & boni viri, an ſit eadem virtus per identitatem. q.92.L. ad tertium. 737
Boni, & mali ſubduntur legi æternæ; boni tamen perfectius eam participant, quàm mali, & quo ad affectum, & quo ad intellectum. q.93.S. 747
Boni virtuoſi, & iuſti aliter ſubduntur legi humanæ, quàm mali. q.96.K. 769
Bonis, & malis accidũt proſpera, & aduerſa, ſed diuerſo fine. q.99.F. ad tertium. 793
Bonis, & innocentibus eueniunt mala, & aduerſa, malis autem bona, ſed differenter. q.87.G. ad ſecundum. 695
Boni dicimur ſecundùm intellectum practicum, non quemlibet, ſed vt eſt prudentialis, declaratur. q.3.V. 37
Bonum eſt diffuſiuum ſui, exponitur. q.1.D. 9
Bonum habet rationem finis declaratur. ibidem. 9
Bonum perfectum quod vocamus vltimum finem, eſt virtualiter volitum in omni volitione. q.1.F. 14
Bonum incommutabile eſſe vltimum finem, diſtinguitur. q.1.G. 15
Bonum incommutabile in hac vita non eſt per ſe formale obiectum voluntatis, & quare. ibidem.
Bonum vniuerſale dicitur dupliciter, vno modo, quia omnia bona continet permiſſiuè, alio modo quod eſt omne bonũ actu, & diſtinctè. q.1.H.16. & q.2.P. 29
Bonum omnia appetunt, exponitur. q.2.N. 26
Bona animæ, quæ ſint. q.2.O. 27
Bonum omne inhærens homini formaliter eſt finitum, ſiue ſit participatio naturalis, ſiue gratuita, licet beatitudo formalis aliquando dicatur bonum infinitum non ſcilicet entitatiuè, ſed extrinſecè. q.2.P. 29
Bonum Diuinum dupliciter conſideratur ſcilicet vt beatificatiuum, & vt regula affectionum, & actionum; primo modo eſt obiectum intellectus ſpecu. ſecundo modo practici. q.3.V. 24
Bonum corporis duplex ſcilicet ſuaſtantiale, & accidentale. Quæſtione 2. littera M.
Bonum triplex eſt, ſcilicet animæ, & corporis, & exterius. q.4.A. 43
Bonum perfectum quod eſt beatitudo, non excedit intellectus noſtri obiectum extẽſiuè. Quæſt.5.littera.I.facie. 54
Bonum aliquod creatum poteſt eſſe ſummum in aliquo genere ſecundùm ſpeciem, & tamen poſſunt eſſe diuerſi gradus in eadem ſpecie huiuſmodi ſummi boni declaratur quæſtio. 5.K. 56
Bonum omnia appetunt, ſed non verum, ratio huius habetur q.8.H.81. & exponitur. q.34. S. ad tertium. 264
Boni nullius ſine conſortio, iocunda eſt poſſeſſio, exponitur. q.4.H. 54
Bonũ humanum quomodo per actus, & motus dicitur augeri extenſiuè. q.24.L. 201
Bonum eſt cauſa amoris, quia concurrit effectiuè, & finaliter, & terminatiuè ad amorem. q.27.X. & ad 1. 216
Bonum non ſolùm, ſed & pulcrum, omnibus eſt amabile, exponitur. q.27.X. ad tertium. 216
Bonum qua ratione eſt cauſa a. noris, eadem ratione & cognitio, & quàm differenter. q.27.Y. 217
Bonum quale homo agere vel velle potuerit in ſtatu naturæ integræ, & corruptæ. q.109.L. 901
Bonum eſt obiectum appetitus ſenſitiui, vel ſub ratione abſoluta, vel ſub ratione ardui. q.77.I. 605
Bonum poteſt eſſe a quo receditur per accidens, & malum ad quod acceditur per accidens. q.23.F. ad tertium. 195
Bonum cauſat in cõcupiſcibili primò amorem, deinde deſiderium, tertio delectationem vel gaudium; & malũ odiũ fugam, & triſtitiam; ſed tres primi differunt, ſed non cõtrariantur. q.23.H. 197
Bonum poteſt eſſe melius dupliciter, vno modo intenſiuè, alio modo extenſiuè. q.24.L. 201
Bonum vel malum non conuenit actui exteriori, niſi vt imperatur à voluntate; ſed actui ſenſualitatis, ideſt paſſioni, poteſt competere etiam ſi non imperetur, ſed ſufficit, q non prohibeatur. q.24.M. 203
Bonum in communi, & aliquid ſub ratione boni prius mouet appetitũ, quàm ſub ratione ardui. q.25.N. ad 1. 204
Bonum, & malum diuerſimodè ſe habent ad proſequtionem, & fugam. q.25.P. 207
Bonum æmulamini in bono ſemper, exponitur. q. 28. C. ad primum. 221
Bonum, & malum in actibus voluntatis interioribus elicitis, propriè attenditur ſecundùm obiecta. q.19.D. 159
Bonum diligendo, an poſſit per hoc quis impediri a volitione alterius boni, præſertim volendo hoc bonum, quod eſt Deus. q 19.E. ad ſecundum. 160
Bonum ſub ratione boni, prius pertinet ad voluntatem, quã ad rationem. q.19.F. 160
Bonum tantum an quis faciat, quantum facere intendit. q. 19.L. ad primum. 169
Bonũ in plus eſt, q rectũ; & malũ, q̃ peccatũ. q.21.V. 182
Bonum rationis in virtutibus quid ſignificet. q.61.L. 417
Bonũ virtutis qũo ſit in rebus. q.64.B. ad primum. 437
Bonũ, & verũ, qd ordine naturæ prius ſit. q.19.F. ad 1. 161
Bonũ p prius cõuenit fini, exponitur. q.20.O. ad ſecũdũ. 174
Bonũ, & malum in voluntarijs conſequuntur laus, & vituperium, non autem in naturalibus. q.21.X. 183
Bonũ eſſe obiectũ volũtatis, qũo intelligitur, & accipitur dupliciter; & bonũ per eſſentiam, & vniuerſale differunt. q.1.C. ad tertium. 7
Bonum aliquale per quod vitatur peccatum, poteſt homo naturaliter ſine gratia perficere. q.109.K. ad tertiũ. 900
Bonum intellectus non facit hominem bonum, immo poteſt ſtare cũ peruerſitate appetitus. q.109.L. ad tertiũ. 903
Bonum naturæ, ſcilicet inclinatio ad virtutes, non totaliter tollitur per peccatum, quamuis non ſufficiat ad vitandũ omnia peccata mortalia. q.109.R. 914
Bonum apprehenſum eſſe obiectum appetitus, vel amoris, exponitur. q.67.X. ad ſecundum. 473

Bonum,

Bonũ, & malũ reſpicit tã voluntas, quàm aliæ potẽtiæ, ſed aliter, & aliter. Quæſt.74.lit.M. ad ſecundũ. facie 558
Bonum quod volo non ago, ſed quod odi malum, exponitur. Q.74.N. 559
Bonum quomodo poſſit cauſare malum, tam in naturalibus, quàm moralibus q.75.A. ad tertium. 578
Bonum hominis directè mouens eſt, triplex q.84.R. 665
Bonum, & malum quomodo opponantur, & ſint in ſeinuicem. q.88.O. ad tertium. 710; & q.79.R. ad quartũ. 623; & q.18 H. ad primum. 151
Bonum naturæ humanæ poſſunt dici principia naturæ, & inclinatio eius ad virtutes, & donum iuſtitiæ originalis, q.85.S. 667; & T. 670
Bonum hominis quomodo quoddam per peccatum tollitur, quoddam diminuitur, quoddam nec tollitur, nec diminuitur. ibidem. 670
Bonum poteſt ex quolibet malo elici. q.79.V. ad primum. facie 627
Bonum commune quod lex reſpicit, eſt commune communitate finis. q.90.B. ad ſecundum. 724
Bonum commune, ad quod ordinatur actus virtutum, eſt duplex q.94.X. ad primum. 752
Bonum quidam operantur ex monitione, quidã ex coactione. q.95.B. ad primum. 758
Bonus vel malus dicitur aliquis actus hominis vel ex ſpecie naturæ, vel ex ſpecie moris. q.79.S. ad tertium. 624
Bonum eſt id cuius finis bonus eſt, exponitur. q. 18. D. in argu. in contra. 144
Bonum, & malum diuerſificant ſpeciem in actibus moralibus, & ſunt differentiæ ſubalternæ non ſpecificæ actuũ humanorum. q.18.E 145
Bonum, & malum quod eſt ex fine, diuerſificat ſpeciem actuum humanorum interiorum, & exteriorum, ſed diuerſimodè. q.18.F. 148
Bonum, & ens conuertuntur, exponitur quæſt. 29.O. ad primum. 233
Bonum non eſt contrarium bono, ſed bonum malo cõtrariatur ſecũdũ Philoſophũ, exponitur q.31.D. ad prim. 249
Bonum gentis eſt melius, quàm bonum vnius, exponitur q. 111.F. ad primum. 938
Bonitas Dei eſt finis rerum, & ad illam ſe res diuerſimodè habent. q.1.H 16
Bonitas Dei an ſit finis ipſius Dei declaratur. q.11.Z. 103
Bonitas voluntatis ex ſolius bonitate obiecti dependet, ſed bonitas obiecti ex materia, & circunſtantijs. q.19. E. ad ſecundum. 159
Bonitas voluntatis etiam dependet a ratione eo modo quo dependet ab obiecto q.19.F. 160
Bonitas actus intentionis, & voluntatis eſt eadẽ, & qũo faciat ad bonitatem actus voluntatis. q. 19. L. 167
Bonitas actus plus requirit, quàm malus actus, ibidem ad tertium. 169
Bonitas actus exterioris eſt duplex, ſcilicet intrinſeca, & p redundantiam. q.20.P. 175
Bonitas actus exterioris, & interioris quandoque eſt eadem, quandoque alia, & alia q.20.Q. 176
Bonitatem vel malitiam eandem omnino habere non eſt idem, quòd eſse eundem actum bonum vel malum moraliter. q.20.Q. arg. in contra. 176
Bonitas conſiſtit in intentione recta, & finis vltimi; & malitia in obliqua, exponitur q.21.V. ad ſecundum. 182
Bonitas rerum eſt per aliqua entia poſitiua abſoluta; actionum verò per aliquas commenſurationes q.18.A 152
Bonitas generica actus moralis, vt eſt eſsentia quædam, eſt per comparationem ad virtutem agentis, & eſt ſimpliciter prima; ſed bonitas ſpecifica eſt prima ex obiecto q. 18.B. 154
Bonitatem ex genere aliũde nominat, D.S. in ſumma, quàm in ſcripto, ibidem. Quæſt.18.littera.B. facie 154
Bonitate morali res non eſt bona in ſe formaliter, ſed ſuo mõ cuſaliter, & originaliter, ibidem ad primũ. facie 155
Bonitas cauſæ aliquo modo dependet ab effectu, ibidem ad tertium. 155
Bonitas actionum humanarum eſt dependens ex fine, q. 18.D. 157
Bonitas ex fine non eſt in Diuinis perſonis. ibidem.
Bonitas actionis abſoluta, quæ ſit & quomodo intelligitur, & quomodo quadruplex bonitas inueniatur in actione humana, & completa bonitas quomodo ſit vna vnitate aggregationis, non indiuiſibilitatis. ibidem.
Bonitas actus, quæ eſt ex fine in quem obiectum per ſe ordinatur, non continetur ſub ſpecie bonitatis, quæ eſt ex obiecto; ſed è contra ſpecies bonitatis, quæ eſt ex obiecto continetur ſub bonitate, quæ eſt ex fine, ſicut ſpecies ſub genere q.18.G. 161
Bonitas actus, quæ eſt ex obiecto, & quæ eſt ex fine quandoque continentur ſub ſe inuicem, quandoque non, ibidẽ.
Bouis triturantis os quare non erat alligandum. q. 102.F. ad octauum. 848
Bruta animalia cognoſcunt aliquid quod futurum eſt ſine hoc, q̃ cognoſcant rationem futuri. q.40.G. ad 1. 296
Bruta animalia habent aliquid æquiualens apprehenſioni futuri. q.41.N. ad tertium. 300
Brutis animalibus ineſt ſpes. q.40.B. 296
Bruta magis aguntur, quàm agant exponitur. q.6.T. 68

C

Caliditas vel frigiditas dicuntur diſpoſitiones vel habitus a Philoſopho, ſed exponitur. q.49.B. ad 2. 333
Capacitas, & habilitas animæ quid ſit, & quomodo per peccatum diminuatur quo ad habitus eſſendi, & operãdi, & non diſtinguitur realiter ab anima, &c. q.85.S. 667. & T. 670
Capitalia vitia, & peccata, quæ & quot ſint. q.84.R. 664
Capitalia peccata ſunt in duplici differentia, ſicut & caput q.84.Q. 663
Cardinales virtutes ſunt quattuor. q.61.L. 416
Cardinales virtutes principaliores alijs dicuntur. q.61.M. 418.
Cardinales virtutes quomodo ab inuicem diſtinguantur. q.61 N. 419
Cardinales virtutes diuiduntur in exemplares, purgati animi, purgatorias, & politicas. q.61.O 421
Cardinalium virtutum diuiſio in exemplares, & c. qualis ſit ibidem.
Charitas in beatitudine perficitur neceſſariò intenſiuè reſpectu, ſed non oportet extenſiuè q.4.H. ad tertium. 54
Charitas acquiſita non eſt virtus Theologica. quæſt.62.P. facie 424
Charitas operit vniuerſa delicta exponitur. quæſt.113. Q. ad primum. 955
Charitas an faciat voluntatem naturaliter tendere in Deũ. q.62.R. 426
Charitas habet tres gradus. q.61.O. ad tertium. 423
Charitas, Dilectio, Amor, Amicitia, quamuis ad idẽ pertineant, differunt tamen. q.26.T. 213
Charitatẽ magnam habens, & tamen remiſsè operans minus merebitur reſpectu præmij accidentalis, ſed magis reſpectu præmij eſſentialis. q.114.D. ad ſecundum. 973
Charitas quomodo ſit forma aliarũ virtutum. q.62.S. 428. & q.100.Q. 810
Charitas quomodo ſit radix omnium virtutum. q.62.S. ad primum. 428; & q.65.I. ad ſecundum. 450
Charitas non eſt ſine virtutibus moralibus infuſis. q.65.G. facie 446

Charitas,

Charitas, & dilectio differunt ab amore, secundum quòd imperat actum Quæst.26. littera.T facie 213
Charitas patiens est,benigna est,&c. exponitur q.65.G. ad primum. 447
Charitas, fides,& spes quomodo aliquo modo possunt esse sepæratæ,aliquo modo non q.65.H 448
Charitas,non potest esse sine fide,& spe q.65.I 450
Charitas Dei an respiciat tãquam principale obiectum ipsam Dei fruitionem q.114.D. 973
Charitas est maior secundùm speciem inter virtutes Theologicas.q.66.P. 459
Charitas potest esse nomen Theologicæ virtutis,& patriæ, & viaticæ,non sic spes,delectatio,& gaudium q.68.D. ad quartum. 482
Charitas,cum sit habitus, quare per vnum actum mortalis peccati tollatur,& cui causæ virtutis peccatum mortale opponatur q.71.H 507
Charitas licet non sit causa effectiua virtutum, ipsa tamen ablata,virtutes etiam aliæ tolluntur, & quomodo peccatum ei opponatur ibidem.
Charitas consideratur,& secũdùm se,& secundùm quòd imprimit ordinem aliarum virtutum actibus ad vltimũ finem.q.100.Q. 811
Charitas,& gratia est ratio, quare Deus necessariò necessitate suppositionis aliquem diligit amore speciali, & velit ei uitam æternam q.109.O 908
Charitas nõ euacuatur per gloriæ perfectionem, sed eadem numero manet q.67.X. 472
Charitas nũquam excidit, exponitur ibidem argumento in contrarium.
Charitas viæ quomodo dicatur imperfecta, non enim est de eius ratione imperfectio ibidem ad primum.
Charitas viæ,& patriæ quo ad essentiam sunt eiusdem rationis,non autem quo ad modalitatem,ibidem ad tertiũ.
Charitate,& gratia priuati an in omnibus actibus peccẽt q.68.B.ad secundum. 479
Charitate carens habet potentiam implendi præceptum de obseruantione modi caritatis,potentiam, scilicet remotam q.100.Q. 810
Charitate priuatus quomodo teneatur omnia in Deũ referre,& quomodo non excusetur a peccato si se non disponit ad eam,ibidem,& q.88.I.ad secundum. 699
Charitatem nõ habens etiam si omnia distribueret, & c.nil sibi prodest.Exponitur q.100.Q.ad primum. 812
Charitatem non habens an possit omnia præcepta implere, ibidem ad tertium. 813
Charitatem tantam habens quantam aliquis beatorum iam habet,non esset propterea beatus q.67.X.ad tertiũ. 473
Charitatis modus cadit sub præcepto.
Charitatis,nõ autem sub alijs præceptis decalogi q.100.P. ad tertium. 812
Charitatis actus,& modus cadit sub præcepto speciali,non autem decalogi,vel quocumque præcipiente aliũ actum virtutis.q.100.Q.ar.in cont.& ad secundum. 811
Charitatis præcepta, legem, & prophetas cõtinere exponitur q.100.R.ad primum. 814
Charitatis feruorem impedit veniale peccatũ q.89.P.711
Charitatis perfecto requirit,quòd omnia in Deum referantur.& quid sit illa relatio, & quando quis teneatur ad eam,& quando peccet omittẽdo q.88.I.ad secũdũ.699.
Charitatis modus in impletione præceptorum seruari non potest absque gratia q.109.N. 906
Charitatis augmẽtum reducitur ad alterationem q.52.P. ad tertium. 353
Charitatis præcepta quare nõ enumerantur inter præcepta decalogi q.100.I ad primum. 797
Carnalia peccata sunt minoris culpæ,quàm spiritualia cæteris paribus q.73.E. 541
Carnalia peccata licet sint minoris culpæ, sunt tamen maioris infamiæ,exponitur ibidem arg.in contra.facie 541
Carnis concupiscentia quandoque est motus naturalis,quãdoque veniale,quãdoque mortale peccatum q.80.Z.ad tertium. 633
Carnis concupiscentia,& concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, sunt causæ omnium peccatorũ q.77.I. 605
Carnis prudentia non potest esse subiecta legi Dei,quamuis habens talem peudentiam possit esse subiectus q.93.P. ad primum.742,& S. ad secundum. 746
Caro qualiter inficiat animam cum originali q.81.A.ad secundum.637.& D.ad secundum. 643
Caro mea exultet i Deũ viũ, exponitur q.30.Q.ad 1.236
Caro secundùm se non est subiectum virtutis aut vitij, nec culpæ originalis, secundùm rationem culpæ. q.83.K.in argu.in contra. 653
Carnale dupliciter accipitur,vt est commune non est distinctum a spirituali q.72.M 515
Castus non patitur passionem vehementem, potest tamen pati passione subita q.70.P. 499
Causalitas amoris super passiones alias,qualis sit q.26.R. ad secundum. 211
Causalitas fermæ,& efficientis differunt q.85.S.ad tertium. 668
Causalitas finis omnem causalitatem præcedit q.1.C. 6
Causa animæ semper est prior tempore quauis natura q.1.B.ad primum. 4
Causa,& effectus non possunt esse idem,exponitur q.85.V. ad primum. 672
Causa quædam est per se,quædam per accidẽs q.85.Y.675.
Causa multiplicata an multiplicetur effectusq.73.F.argumento in contrarium. 544
Causa remota remouetur effectus,exponitur q.85.Y.ad secundum.676.& q.87.F.ad primum. 692
Causæ,& effectui potest vnum,& idem conuenire analogicè q.20.Q.ad tertium. 177
Causa per se augmentata augmentatur effectus,non autem causa per accidens;& passio non est causa per se inordinationis peccati q.77.K. ad primum. 608
Causa peccati directa,& indirecta, quæ sit,& quòd Deus nullo modo est causa peccati q.79.R.& ad primũ.620. & q.80.T.Z. 634
Causa prima, scilicet Deus,quomodo cooperetur secundis causis,& intimius effectum attingat proxima, ibidem.
Causa causæ est etiam causa effectus,exponitur q.79.R.ad tertium. 622
Causa alicuius est etiam causa eius, quod conuenit sibi secundùm speciem,exponitur q.79.S.ad tertium. 624
Causa manente manet effectus,exponitur q.103.I.ad tertium. 854
Causa efficiens,& subiectum eiusdem potest esse idem q.74.L.ad tertium. 557
Causa dicitur per accidens vel ex parte causæ vel effectus q.75.A. 579
Causa est ad quam de necessitate sequitur aliud,exponitur ibidem ad secundum. 580
Causam potiorẽ esse,quàm effectum,exponitur q.71.G.506 q.77.M.ad secundum.610.& q.66.R. 451
Causarum secundarum effectus Deus producere potest absque ipsis causis secundis,exponitur q.51.O. 350
Causas inter efficientes per se, & essentialiter ordinatas differentia est q.1.D. 8
cœli motu stante, an corpora cœlestia solùm illuminarent, vel etiam alter arent q.109.K. 898
Cœlestia corpora,& Angeli sunt necessaria simpliciter, ita,quòd non habent potentiam in se ad non esse.q.95.Q. 742
Cœcus natus,& si non peccauerat actuali peccato,contraxerat

xerat tamen originale.Quæst.87.litt.G.ad 1. facie,694
Cerimonialia præcepta præter moralia,lex vetus continebat,& quare sic nominabantur.q.99.C 788
Cerimoniales,& morales dicuntur actus humani, sed differenter. ibidem ad primum.
Cerimonialia præcepta quomodo distinguũtur a moralibus, ibidem ad secundum. 788
Cerimonialia præcepta non dicuntur a cereis,quibus in solennitatibus vtebantur.q.101.T.ad secundum. 817
Cerimonialia præcepta determinant modum colendi Deum q.101.T ibid.
Cerimonialia præcepta sunt figuratiua ratione cultus de quo sunt,& significabant, quæ sunt nouæ legis,& quæ agimus sunt figura futurorum, quæ erunt in triumphante ecclesia. q.101.V 818
Cerimonialia præter causam effectiuam habent etiam finalem.q.102.A 823
Cerimonialia sunt euidentia, quamuis Iudæis non erant omnia nota. ibid.ad arg.in contrarium.
Cerimonialia veteris legis habuerunt causam litteralem, & figuralem.q.102.B.824.& F 845
Cerimoniarum veteris legis, quæ ad sacrificia pertinebãt, potest conueniens ratio assignari,tàm in communi,quàm in particulari.q.102.C 826
Cerimoniarum veteris legis, quæ ad sacra pertinebant, assignatur ratio litteralis,& figuralis.q.102.D 830
Cerimonias,& legalia, quas antiqui piè obseruabãt, iam seruans, peccaret mortaliter.q.103.K 855
Cerimoniæ veteris legis conuenienter diuiduntur in sacrificia,sacramenta,sacra,& obseruantias.q.101.Y 821
Cerimoniæ quædam fuerunt ante legem scriptam, non tamen cerimoniæ legis, sed secundùm voluntatem, & deuotionem hominum.q.103.G.ad secundum. 850
Cerimoniæ veteris legis immunditiam corporalem mundabant, non autem immunditiam mentis, vel culpam. q.103.H 851
Cerimoniæ quantum ad opus operatum non faciebant placere Deo, secus quo ad opus operans, ibidem ad tertium. 852
Cerimoniæ an cessauerunt Christo aduenięte.q.103.I.854; & K.ad argumentum in contrarium. 856
Cerimonialia præcepta Christus non explicauit, sicut moralia,& iudicialia quædam.q.108.G.ad tertium. 893
Certus potest homo esse ex fide de bonis futuris, & incertus de gratia a se habita.q.112.L.ad quartum. 946
Cherubin similitudines in templo rationabiliter ponebantur.q.102.D. ad sextum. 833
Cibi aliqui interdicebantur ab Apostolis Gentilibus,& Iudæis, non propter peccatum, sed propter discidium. q.103.K. ad tertium. 857
Ciborum æsus, licet secundùm se esset mundus, per accidens tamen potuit immunditiam causare, & ideo prohibebatur.q.102.F.ad primum.845;& q.107.B.ad secundum. 884
Carnes vaccæ ruffæ tangentes, quare reddebantur immundi.q.102.E.ad quintum. 827
Circuncidi,& alias cerimonias obseruare post Christi passionem,quo tempore fuerit mortale,& quo non.quæstio.103.K.ad argumentum in contrarium. 856
Circunciſio fuit ante Christi passionem in præcepto, & baptismus in consilio.q.103.I. ad secundum. 854
Circunciſionis rationes sunt litterales, & figurales.q.102. littera E.ad primum. 837
Circunciſio fuit ante legem, sicut & Sacerdotium, & aliæ cerimoniæ.q.103.G.ad tertium. 850
Circunciſis dabatur gratia, sed non per circumciſionem, q.103.H. ad secundum. 853
Circunciſio quamuis in præcepto fuerit ante Christi passionem, sicut & alia legalia; in passione tamen, & post, nec vtilis, nec necessaria, vt Scotus opinat.Quæst.103. littera I.ad secundum. facie,854
Circunstantiæ nomen ab his,quæ in loco sunt, deriuatur ad actus humanos.q.7.D 77
Circunstantia moralis actus describitur. ibid.
Circunstantia actus humani est accidens illius, capiendo accidens generaliter, & extensè, declaratur. ibidem
Circunstantia est accidens actus voluntarij, non sicut subiecti quod, sed quia cum ipso actu accidit vni tertio. ibid.
Circunstantiæ pertinent ad considerationem Theologi,probatur q.7.E 78
Circunstantiæ sunt accidentia, non per accidens, sed quasi propria, & per se.q.7.D.77.& E 78
Circunstantiæ sunt octo,& illarum differentia,& sufficientia.q.7.F 79
Circunstantia facit actum bonum accidentaliter. quæst.7. littera G 80
Circunstantiarum principalitas, & ordo notatur. ibid.
Circunstantia, vt per se habet conuenientiam, vel repugnantiam ad rationem, facit malitiam, vel bonitatem specificam actus.q.18.B 141
Circunstantia actus potest respicere specialem ordinem rationis dupliciter, & vt conditio obiecti, non vt determinans bonitatem priorem, dat speciem actui morali,ibid.
Circunstantia, vel eius defectus, quando faciat speciem moralem. ibidem
Circunstantia quamuis possit dare speciem moralẽ actui, non tamen omnis circunstantia addens in bonitate, vel malitia,variat speciem moris.q.18.C 142
Circunstantiæ quæ faciant ad bonitatem, vel malitiam actus,quales sint; & quomodo defectus multarum circunstantiarum dicant plures malitias eiusdem actus in specie. ibid.
Circunstantiæ secundùm quòd se tenent, vel ex parte actus vel obiecti,secundùm hoc per se,vel per accidens habent se ad bonitatem,vel malitiam. q.19.E.ad secundũ. 159
Circunstantia potest diuersificare actum moralem in esse moris, & tamen ei accidere secundùm sui substantiam. q.18.C 142
Circunstantia quandoque est differentia essentialis alicuius actus,non per comparationem ab obiectum, sed per comparationem ad rationem, & facit aliam speciem moris, non autem aliam speciem uctus.q.18.E.ad 4. 146
Circunstantia, aliter variat speciem actus,aliter finis; & quomodo dupliciter variet speciem actus. ibidem.
Circunstantia, vt sic, licet non constituat actum in specie naturæ, nec in specie moris, quæ est ex obiecto actus; tamen constituit actum formaliter in specie mali, & facit actum habere rationem alicuius obiecti in comparatione ad rationem. ibidem
Circunstantia quando dicatur aggrauare in infinitum, & constituere nouam speciem, & facere de veniali mortale.q.88.N 706
Circun.qñ transfert in aliã speciẽ,et fit quodãmodo specifica dña actus moralis,illa facit de venali mortale, ibid.
Circunstantiarum corruptiones aliquæ diuersificant speciẽ peccati,aliquæ non.q.72.T 528
Circunstantiarum diuersitas non variat speciem,vt sic,sed secundùm q; sequitur, diuersificans per se.f.motiuum,& vt trahitur in conditionem obiecti. ibid.
Circunstantiarũ multarum corruptiones non inducunt multas species peccatorum,sed in vno actu possunt inueniri plures malitiæ accidentales.q.72.T.ad primum. 529
Circunstantia potest peccatum trahere in aliam speciem dupliciter.q.73.G.546;& q.88.N 706
Circunstantia temporis sacri non variat speciem peccati, q.73.G 545

Circunstantia per se aggrauans actum peccati, v. sic, potest aggrauare, nec oportet, quòd habeat conditionem obiecti. Quæst. 73. littera G facie 545
Circunstantia ex se habet dare bonitatem, vel malitiam accidentalem peccato, sed non essentialem, & per se conuenientem. q. 73. G 545
Circunstantia potest de veniali per accidens facere mortale completum. q. 88. N 706
Circunstantiæ natæ sunt aggrauare peccata tribus modis, q. 73. G 545
Ciues boni qui dicantur. q. 92. L; & ad tertium. 946
Ciuile aliter accipitur apud Philosophum, aliter apud Iuristas. q. 95. C 760
Ciuitatis conseruatio multum aduertitur circa regulationem possessionum, emptionum, & venditionum. q. 105. Q ad nonum. 869
Coacti, aliqui bene agunt, aliqui verò solùm moniti. q. 95. B. ad primum. 758
Cogi non potest quodlibet inferius a potentiori se, nec semper passiuum ab actiuo. q 6. X 70
Cogitatio de bono morali est duplex, in vnam possumus potestate naturali, in alia non. q. 109. L. ad argumentum in contrarium. 902
Cogitatio de se, sicut & delectatio consequens ipsam, non est mortalis. q. 74. S. ad tertium. 574
Cogitare aliquid ex nobis non sumus sufficientes. q. 109. K. ad tertium. 900; & L. ad argum. in contrarium. 902
Cognitio Dei est nobilior dilectione ratione generis, & in patria singulariter in attingendo; sed dilectio in via, & in mouendo. q. 3. T 35
Cognitio Dei clara & in se, & cognitio obumbratica distinguuntur specie, q. 5. L 57
Cognitio omnis, quæ non est Dei immediatè per essentiam non est beatitudo; sed alterius speciei, vel generis a vera beatitudine. ibid.
Cognoscitur Deus ab homine naturaliter, vt est prima causa vniuersalis; sed homo consideratus, vt ordinatur ad beatitudinem supernaturalem, sic appetit naturaliter cognoscere Deum, vt in se est. q. 3. Z 41
Cognoscere veritatem in rebus naturalibus pro statu vitæ præsentis, est naturale homini, sed post separationem, esset alius modus connaturalis. q. 5. I 55
Cognitio naturalis ad quæ se extendat, & quid sit naturaliter cognoscibile; & cognitio veri, quomodo duo includat. s. actum primum, & secundum. q. 109. E 889
Cognitio veri quo ad vsum semper est ex motione Dei, sicut alteratio corporis ex motu cœli. q. 109. K 898
Cognitio aliqua dicitur perfecta, vel imperfecta tripliciter, vel ratione obiecti, vel medij, vel subiecti. q. 67. S 466
Cognitio matutina, & vespertina quomodo distinguuntur, quia sunt eiusdem rei per diuersa media. q. 67. S; & ad tertium. 468
Cognitio fidei, & gloriæ quomodo opponũtur, & differunt. q. 67. S. ad tertium. 468; & q. 67. X. ad secundum. 473
Cognitio, & charitas patriæ incomparabiliter excedit cognitionem, & charitatem viæ. q. 67. X. ad tertium. 473
Cognitio vnde dicatur certa. q. 66. O. ad tertium. 458
Cognitio certissima animæ est eorum, quæ sunt in ipsa per sui essentiam, secundùm Augustinum, exponitur q. 112. L. ad primum. 946
Cognitio, & res apprehensa, an sit causa actus appetitus. q. 22. C. ad secundum. 189
Cognitis omnibus effectibus possibilibus Deo, vel in Diuina essentia visis, an ipsa comprehendatur. q. 93. O. ad 2. 740
Cognoscitur quandoque aliquid vel in se, vel in suo effectu. q. 93. O 740
Cognoscitur plus, ergo plus diligitur, non sequitur, quamuis amor non sit sine cognitione; quia potest esse maior amor cũ minori cognitione. Quæst. 27. lit. Y. ad 2. fa. 217
Cognoscendi modus sequitur modum essendi, declaratur, quæst. 5. N 61
Cognoscentia possunt habere duplicem amorẽ. q. 26. R. 210
Communicatio hominum ad inuicem quædam est auctoritate Principis, alia voluntate priuatarum personarum. q. 105. Q 865
Commune dicitur aliquid, vel per prædicationem, vel per modum causæ; & quale commune sit, quod lex respicit. q. 90. B. ad secundum. 724
Coire cum alterius generis animantibus, quare animalia, & iumenta prohibebantur. q. 102. F. ad octauum. 848
Confirmationis sacramentum a quo, & quando fuerit institutum. q. 108. F 891
Conformitas voluntatis nostræ ad Diuinam, attenditur ex duobus. q. 19. M 169
Conformitas formalis, quæ est secundùm charitatem, quid sit, & quando teneatur viator ad eam. q. 19. N 171
Conformari potest humana voluntas Diuinæ & in quo, & quomodo teneatur. q. 19. M. 170; & ad 1. & N 171
Coniunctio non quælibet ad obiectum beatificum est essentialiter beatitudo, nec quælibet perfectissima coniunctio extensiuè est de essentia beatitudinis. q. 3. T 36
Coniunctio ad Deum immediata, vel est, vt est vltimus finis, & hoc fit per amorem; vel vt est optimum, & hoc fit per intellectum, & in illa coniunctione beatitudo consistit, illam distinctionem Scotus non vidit. q. 3. T 36
Coniungimur Deo nobiliori modo per intellectum, quàm per voluntatem. ibidem
Coniungitur homo Deo per supremum intellectus, sicut omnino ignoto. q. 3. Z 41
Conclusio syllogismi practici dicitur iudicium, electio, & operatio, sed differenter, & est multiplex. q. 76. A 587
Conceptus communis præcisus substantiæ, & accidentis, an detur in via Doctoris Sancti. q. 61. K. ad primum. 416
Concupiscibilis quare magis a cõcupiscentia, quàm ab amore denominetur. q. 25. O. ad primum. 206
Cõcupiscibilis, & irascibilis obiectum quid sit. q. 23. E. 192
Concupiscibilis, & irascibilis possunt esse subiectum virtutis. q. 56. H 379
Concupiscentia dicitur multis modis, & quomodo nata sit causare actum voluntatis, & tamen etiam diminuere rationem voluntarij ipsius actus causati, & hæc formaliter. q. 6. A 74
Concupiscentia non causat inuoluntarium, sed magis facit aliquid voluntarium, & quomodo corrumpat cognitionem. q. 6. A ibid.
Concupiscentia, propriè loquendo, est in appetitu sensitiuo, & in vi concupiscibili. q. 30. Q 235
Concupiscentia sapientiæ perducit ad regnum æternum, ibidem ad primum. 235
Concupiscentia est passio differens ab amore, & delectatione. q. 30. R 236
Concupiscentiæ opponitur quædam passio innominata. quæstio. 30. R. ad tertium. 237
Concupiscentiæ naturales sunt communes hominibus, & aliis animalibus, & in his omnes homines conueniunt, sed non naturales sunt propriæ hominum. q. 30. S 237
Concupiscentiarum quædam dicitur naturalis, quædam non naturalis, & quare sic dicatur. ibidem
Concupiscentiæ naturalis, & non naturalis obiecta, quomodo differunt, ibidem ad secundum. 238
Concupiscentia non naturalis, & si sit infiniti, non tamen accipitur modo, qui competit infinito. quæstio. 30. T. ad primum. 239
Concupiscentia naturalis non est infinita actu, sed secũdùm successionem; concupiscentia autem nõ naturalis omnino est infinita. Quæst. 30. littera T facie 238

Concu-

Concupiscentia est causa doloris, & tristitiæ. q. 36. K. 279.
Concupiscentia vel cupiditas quandoque est genus omnis peccati, quandoque est speciale in essendo. Radix tamen generalis omnium. q. 73. F. ad secundum. 544
Concupiscentia se habet ad peccatum vel antecedenter vel consequenter vel concomitanter, & secundùm hoc peccatum est maius vel minus. ibidem.
Concupiscentia habitualis dicitur peccatum originale. q. 82. F. arg. in contra. 646; & H. 649
Concupiscentia, & est culpa, & est pœna. q. 82. H. argu. in contrarium. 650
Concupiscentia quædam est naturalis homini, quædam contra naturam eius vt sic. ibidem ad primum.
Concupiscentia secundùm quòd consequitur naturalem cõplexionem vel consuetudinem est maior in vno, quàm in alio, sed vt materiale originalis sic in omnibus est æqualis. q. 82. I. ad primum. 651
Cõcupiscẽtia, Infirmitas, Ignorantia, & Malitia sunt vulnera quattuor inflicta toti naturæ humanæ ex peccato primi hominis. q. 85. V 672
Concupiscentia quædam est naturalis, quædam effectus peccati. q. 85. V. ad tertium. 673
Concupiscentia est quidẽ cã peccati, sed non prima. q. 77. H. ad secundum. 604
Concupiscentia carnis, & oculorum, & superbia vitæ sunt causæ omnium peccatorum. q. 77. I. 605
Concupiscentia vt est etiam voluntatis, accipitur quandoque largè, quandoque propriè; & concupiscentia oculorũ dupliciter exponitur. ibidem, ad secundum, & tertiũ. 606
Concupiscentia sicut est duplex circa bonum arduum, sic etiam respectu boni absolutè, scilicet naturalis, & animalis. ibidem.
Concupiscentia, & cupiditas in quo genere sit causa peccati, quia non perfectè effectiua, sed est ratio efficiendi. q. 77. I 605
Concupiscentia carnis aduersus Spiritũ quandoque est nullum, quandoque veniale, quandoque mortale peccatum. q. 80. Z. ad tertium. 633
Concupiscentiam lex prohibuit, & illa non est communis communitate prædicationis ad omnia peccata. q. 98. Q. 776. & q. 107. B 883
Concupiscentia rei alienæ, & alienæ vxoris, diuersis præceptis prohibetur. q. 100. K. ad tertium. 799; & q. 100. L. ad quintum. 801
Concupiscentia homicidij, & falsi testimonij, non ita prohibetur præcepto decalogi, sicut cõcupiscentia vxoris, & rei alienæ. q. 100. L. ad quintum. 801
Compassio amicorum mitigat tristitiam. q. 38. T. 288
Comprehensio accipitur quandoque pro inclusione totius esse, & totalis, quandoque pro tentione, & sic est possibilis beatis. q. 4. C. 46
Conscientia erronea an & quando; & quàm differenter recta, & erronea liget. q. 19. H. 162
Conscientiæ dubiæ vel scrupulo se conformans in his, quæ sunt mortalia, an peccet. ibidem.
Conscientia erronea an excuset. q. 19. I 164
Conscientiam habens erroneam, an sit perplexus. ibidem.
Conscientia, & lex naturalis quomodo differunt seu distinguuntur. q. 94. T. ad secundum. 748
Conscientiam non ligat sententia, vel statutum, vel lex iniusta, nisi in casu. q. 96. I. 767
Consensus quidam est interpretatiuus, quidam expressus, quidam in opus. q. 74. Q. 566. & R. 568
Consensus quid significet, & quomodo consentire in actum pertinet ad rationem superiorem, sed consentire in delectationem ad superiorem vel inferiorem. Quæstione. 74. littera R. facie 568
Consensus est elicitiuè, & immediatè virtutis appetitiuæ, attribuitur tamen rationi sicut suo principio directiuo, ad cuius actum consequitur, & est in eius potestate, ibidem ad primum. 569
Consensus in delectationem, quæ habet pro obiecto ipsum peccatum, est vel mortale vel veniale. q. 74. S. 572
Consensus in delectationem secundùm quòd est de cogitatione ipsa vt obiecto, non est peccatum mortale secundùm se, sed quandoque veniale quandoque nullum. quæst. 74. S. 572
Consensus in delectationem secundum quòd est de cogitatione ipsa vt obiecto, non est peccatum mortale secundum se, sed quandoque veniale, quandoque nullum. q. 74. S. 572
Consensus in veniale ex genere potest esse mortale. q. 74. S. ad secundum. 573
Consensus est motus appetitiuus rationalis naturæ. q. 15. A. 120; & B. 121
Consensus propriè loquendo non est nisi de his, quæ sunt ad finem, & quo modo consensus, & electio differunt. q. 15. C. facie 122
Consensus est voluntatis non absolutè, sicut nec electio, sed consequens actum rationis deliberantis, & iudicantis. q. 15. D. 123
Consensus in actum pertinet ad rationem superiorem, secũdùm tamen quòd voluntas in ratione includitur, exponitur. ibidem.
Consensus in delectationem quandoque est sine consensu in opus, quandoque autem impossibile est consensum in delectationem esse absque consensu in opus. ibidem.
Consentire, & apprehendere, differunt. q. 17. M. 134
Consilium est inquisitio, & ostenditur, quid consilij dupliciter, scilicet per effectum, & quid nominis. q. 14. N. 116
Consilium est inquisitio rationis de rebus dubijs agendis, ibidem. 116
Consilium non est de fine vt finis, sed solùm de his, quæ sunt ad finem. q. 14. O 116
Consilij inquisitio propriè pertinet ad contingentia singularia, probatur. q. 14. P. 117
Consilium propriè est circa ea, quæ aguntur a nobis directè vel indirectè. ibidem.
Consilium pro conferentia inuenitur etiam in speculatiuis, ibidem. 117
Consilium non est de paruis, nec de determinatis qualiter fieri debeant. q. 14. Q. 118
Consilij inquisitio est resolutiua. q. 14. R. 119
Consilij inquisitio est finita in actu, potest tamen consilium secundùm potentiam esse infinitum. q. 14. S. 119
Cõsilũ habet duplex principiũ. s. propriũ. qđ est finis intentus, & ex alio genere assumptũ, & hoc est multiplex ibi.
Consilium non est de his, quæ a natura fiunt exponitur. q. 42. S, ad primum. 305
Consilium in quo Deus hominem reliquit præsupponit legem Diuinam, ex qua sicut ex principio procedit. q. 91. H. ad secundum. 732
Consilium ad aliud, & etiam aliter inducit, quàm lex, & præceptum. q. 92. M. ad secundum. 738
Consilio alterius, qui operatur nõ põt benè, & pfectè agere quo ad substantiam, & modum. q. 57. P. ad secundũ. 392
Consilia conuenienter sunt in noua lege præceptis superadita. q. 108. H. 895
Consiliorũ, & p̃ceptorũ differentia, & quot, & de quibus sint tã cõsilia, quã præcepta. q. 108. H. 895. & ad 4. 897
Consilia perfecta sunt determinata, non autem consilia secundùm quid; & contemptus vtrorumque est periculosus, & damnabilis. ibidem.
Consilia quamuis quibusdam non expediant propter eorum indispositionem, non tamen simpliciter sunt propterea dimittenda. q. 108. H. ad primum 896

Consilia esse de meliori bono, exponitur. Quæst. 108. *littera. H. ad secundum.* facie 896
Consuetudo, & lex humana quomodo habeant se ad inuicē. q. 95. *D. & ad tertium.* 761
Consuetudo derogans legi duo requirit, scilicet quòd sit rationabilis, & præscripta. q. 97. *O.* 773
Consuetudo nulla potest obtinere vim legis contra legem Diuinam vel naturalem, sed solùm potest mutari auctoritate Diuina. ibidem.
Consuetudini conuenit legem interpretari, & declarare, & an sit ab abrogatoria legis. ibidem.
Consuetudini non opponitur omnis innouatio. q. 32. *F. ad tertium.* 252
Consummatum est, quomodo intelligatur. q. 103. *I. ad secundum.* 854
Contemplatio veritatis mitigat tristitiam. q. 38. *V.* 288
Contemplatio Diuinorum est operatio maximè propria homini. q. 3. *V* 37
Contemplatio dicitur perfectio gaudiorum, causaliter, ibidē.
Contemplatiua operatio dignior est omni practica, ibidem.
Contingentia rerum saluaretur etiam si Deus ageret ex necessitate naturę, contra Scotum. q. 10. *V* 99
Contingentia naturalia subsunt legi eternę, & quę sint illa. q. 93. *R.* 744
Contingentiæ radix in rebus, quę sit tam secundum Doctorem sanctum quàm Scotum, ibidem, ad tertium. 745
Continetur aliquid in altero vel actu vel virtute, & continentia virtualis habet multos modos. q. 107. *C.* 885
Continuam non oportet esse orationem actualiter, sed in sua radice. q. 102. *D. ad decimum.* 835
Contradictionem implicatiua non habent rationem appetibilis, nec volibilis. q. 13. *L* 113
Contrariorum non est eadem causa, exponitur. q. 32. *G. ad secundum.* 253
Contrarij alterius conceptum potest facere species vnius cōtrarij. q. 35. *E* 272
Contrarietas est differentia secundùm formam, exponitur. q. 31. *D. ad tertium.* 249
Contrariorum contrarij sunt effectus, exponitur. q. 35. *E. ad secundum.* 273
Contrarij actio facit ad voluntatem, & intensionem motus declaratur. q. 35. *F. ad secundum.* 275
Contrarium vnum potest esse materia alterius in motibus rationis, & voluntatis. q. 35. *C. ad tertium.* 270; *& q.* 38. *R. ad secundum.* 286
Contraria aliqua possunt esse mediata respectu alicuius subiecti simpliciter accepti, quæ possint esse immediata quantum ad tempus determinatum. q. 113. *N. ad* 1. 950
Contrarium inuentum in natura vel subiecto, dupliciter resistit actioni. q. 113. *S.* 958
Contraria an se compatiantur secundùm gradus remissos. q. 113. *S. ad tertium.* 959
Cōtrarietas duplex requiritur in mutatiōibus. q. 40. *H.* 296
Contraria non posse esse simul, exponitur. q. 71. *G.* 506
Contraria vitia secundùm speciem non possunt esse simul, licet ratione generis secus sit. q. 73. *A. arg. in contra.* 530
Contraria naturę an possint assuefieri, & an in paucioribus inueniantur. q. 71. *F* 505
Contrariæ qualitates in mixto secundùm quale esse sint in ipso. q. 85. *Z. ad secundum.* 678
Contraria si referantur ad actum animę, utrumque aliquid ponit, & contrarietas aliqua est in intellectu. q. 64. *C. ad tertium.* 439
Contrarietas duplex reperitur in passionibus animę. q. 23. *F. facie* 194
Contrarietas passionum animę requirit, quòd contrariæ passiones sint in eadem potentia. q. 23. *G.* 196
Contrarietas accipitur dupliciter propriè, & communiter. Quæstione. 23. *littera. H. ad secundum.* facie 198
Conuenire aliquid potest alicui vel formaliter vel finaliter. q. 2. *K.* 22
Conuenire per accidens aliquid alicui, contingit dupliciter. q. 3. *R.* 32
Conuenit aliquid alicui ex duplici causa q. 10. *R.* 95
Conuersioni in peccato non debetur pœna æterna, sed temporalis, nisi sit cum auersione. q. 87. *D.* 687
Conuersio ad Deum quid sit, & quomodo Deus mouet, & conuertit hominem ad se. q. 109. *P.* 910; *& ad secundum. facie.* 911
Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, exponitur, ibidem ad primum. 911
Coqui quare non licuerit aliquod animalium in lacte matris. q. 102. *F. ad quartum.* 847
Cordis motus est motus non purè naturalis, sed animalis, & sequitur animam sensitiuam sine omni potentia organica media. q. 17. *R.* 138
Cordis ex abundantia loquitur os, exponitur. q. 48. *D. ad tertium.* 329
Cordis obdurati Deus est vltor quo ad peccatum, non autem quo ad gratiæ subtractionem. q. 79. *T. ad secundum. facie* 626
Corona iustitiæ reposita est mihi dicit Apostolus, exponitur. q. 114. *C. argu. in contra.* 971
Corpus requiritur de necessitate ad beatitudinem viæ non autem patriæ, sed solum quo ad benè esse. q. 4. *E* 49
Corpus, & corporis bona dispositio requiritur ad beatitudinem omnibus modis perfectam. q. 4. *F* 51
Corporum resurgentium gloria excedit naturalem perfectionem corporum cælestium in quattuor. ibidem.
Corpus, si in patria esset necessitatibus præsentis vitæ astrictum, impediret animam, ne videret beatificè. ibidem.
Corpus an impediat animæ cognitionem. ibidem.
Corpus Spirituale quomodo dicatur. q. 4. *G.* 52
Corpora cælestia habent impressionem super corpus dupliciter. q. 9. *P.* 92
Corpus cœleste impossibile est, quòd imprimat directè in intellectum, vel voluntatem. ibidem.
Corpus agere potest in spiritum non naturaliter, sed virtute primi agentis. q. 9. *P.* 92
Corpus cœleste non potest influere aliquid causaliter in potentiam immaterialem, nec directè, nec indirectè, ibidem: facie 92
Corpus cœleste in aliquid influere intelligitur multipliciter. ibidem. facie 92
Corporum cœlestium motus indirectè redundare potest in voluntatem, sed non influere. ibidem.
Corpora cœlestia agunt in voluntatem indirectè, idest occasionaliter, sed non indirectè causaliter. ibidem.
Corpora cœlestia mouent voluntatem non quo ad exercitium actus, sed quo ad specificationem. ibidem.
Corpora cœlestia, & Angeli sunt simpliciter necessaria, ita quòd non habent potentiam ad non esse. quæstio. 93. *Q. facie* 742
Corpus an disponatur dispositione de prima specie qualitatis. q. 50. *E.* 337
Corpus an possit esse subiectum virtutis, contra Scotum. q. 56. *H.* 379
Corporalis defectus quare a sacerdotio impediebat in lege veteri. q. 102. *E. ad nonum.* 843
Corporales defectus, & etiam mors, sunt pœnę peccati originalis q. 85. *Y.* 675
Corrumpi possunt habitus corporales per se, & per accidēs quomodo etiam habitus scientiæ corrumpatur, & opinio, &c. q. 53. *S* 357
Corrumpi potest aliquis habitus per cessationem ab actu, sed non quilibet. q. 53. *V.* 360

Corruptio

Corruptio conuenit toti homini sub ratione corruptionis; sed animæ, & corpori sub ratione separationis. Quæstio. 22. *littera B. ad tertium.* facie 188
Corruptio, & defectus sunt contra naturam particularem, non autem vniuersalem. q. 85. *Z* 677
Corruptio, & defectus est naturalis aliquibus secundùm inclinationem materiæ, non secundùm inclinationem formæ; & quomodo homo sit corruptibilis. q. 85. *Z* 677
Corruptibile, & incorruptibile differunt genere, exponitur ibidem ad primum. 678
Creatura omnis est bona, exponitur quæst. 102. *F. ad primum.* 845
Creatura non potest concurrere ad effectum creationis, quæst. 112. *G* 939
Creatio aliquo modo est maximum opus Dei. quæst. 113. *littera V* facie 962
Creationis beneficium, quod sabbato commemoratur, semper erat, & est secundùm rem. q. 100. *L. ad* 2. 801
Creaturæ sunt in nuscipulam, & tentationem hominum, non causatiuè, sed consecutiuè. quæstio. 79. *littera R. ad secundum.* 622
Creaturæ rationales, & irrationales quomodo subdātur legi eternæ. q. 93. *S* 958
Credibilia quare in principio mundi, vel legis non fuerunt explicitè tradita. q. 108. *F ad primum.* 891
Cultus Dei exterior tripliciter diuersificatur secundùm triplicem statum. q. 103. *I* 853
Cultus Dei est duplex, exterior, & interior; & vnus ad alium ordinatur, & interior ad Deum. q. 101. *V* 819
Cultus exterior veteris legis dupliciter fuit figuratiuus; cultus verò in statu gloriæ, nullius est figuratiuus, ibid.
Cultus Dei differenter est de lege naturę, & de lege Diuina. q. 99. *C. ad secundum.* 788
Culpabilis, vel laudabilis dicitur actus, qui est in potestate agentis. q. 21. *X* 182
Culpa, peccatum, malum, bonum, & rectum quomodo se habeant ad inuicem. q. 21. *V* 181
Culpa an & quomodo possit delere legem naturæ a cordibus hominum. q. 94. *A. ad primum.* 757
Culpa eadem a pluribus commissa, an eadem pœna sit punienda. q. 105. *Q. ad nonum.* 869
Culpam quandoque non habens, nihilominus pœnam patitur, & punitur. quæst. 105. *Q. ad vndecimum.* 870. *& R. ad secundum.* 872
Culpa venialis in purgatorio post hanc vitam etiam dimittitur, & de modo remissionis. q. 87. *E. ad argumentum in contrarium.* 689
Culpa, & pœna correspondent, exponitur q. 87. *C.* 686. *ad primum. & D. ad secundum.* 688
Culpa in diuersis existente equali, pœnæ, quandoque sunt inæquales. q 87. *G. ad primum.* 694
Culpæ Deus non potest esse causa, quamuis pœnarum causa sit, diuersimodè tamen. q. 79. *R. ad tertium.* 622. *& ad quartum.* 623
Cupiditas est amor rerum transeuntium, secundùm Augustinum, glosatur. q. 30. *R. ad secundum.* 236
Cupiditas est radix, & genus omnium peccatorum. q. 77. *I. ad primum.* 606
Cupiditas quandoque a Deo abducit, quandoque ad Deum adducit. q. 99. *F. ad primum.* 792
Cupiditas & auaritia dicitur omnium peccatorum radix, & tripliciter accipitur. q. 84. *O.* 659; *& Q. ad* 1. 663
Curam Deo non esse de bobus, exponitur quæst. 102. *F. ad octauum.* 848
Currentis non esse, neque volentis, sed Dei miserentis, exponitur q. 109. *L. ad arg. in contrarium.* 902
Custodia angelorum, sicut & temporalia subsidia, sunt, beneficia naturalia, non gratuita. q. 98. *T. ad tertium.* 782

D

Damnatio si reuelaretur alicui, an teneatur voluntatem conformare. Quæstio. 19. *littera N. ad secundum. facie* 172
Damnati semper peccant, non tamen demerentur. q. 93. *S. ad tertium.* 747
Damnati retinent habilitatem ad virtutem, saltem in radice, quamuis reparari non possint. q. 85. *T. ad* 3. 671
Damnum, seu nocumentum quandoque est præuisum, & intentum, quandoque non; & secundùm hoc diuersimodè aggrauat peccatum. q. 73. *H* 549
Damnationis nihil est his, qui sunt in Christo, qui non secundùm carnem ambulant, exponitur q. 89. *T. ad* 1. 719
Dare quomodo aliquis possit, id quod nō habet. quæst. 81. *C. ad secundum.* 642
Debitum faciens an mereatur. q. 21. *B* 185
Debitum quoddam est morale, quoddam ciuile, idest secundùm regulam rationis, & secundùm regulam legis determinantis. q. 99. *E* 790
Debiti ratio quo ad se, & quo ad alterum pertinet ad diuersas iustitias, scilicet propriam, & metaphoricam. q. 100. *H. ad secundum.* 796
Debitum conditionatum triplex in creatura inuenitur, & in operatione Diuina dupliciter potest debitum attendi. q. 111. *B. ad secundum.* 931
Debitor non dicitur Deus creaturæ, sed suæ dispositioni implendæ. q. 111. *B. ad secundum.* 931
Defectus est duplex. s. priuatiuus qui facit malum, & negatiuus qui facit non bonum. q. 10. *S* 97
Defectus negatiuus & malum quomodo differunt, & quid sint. q. 75. *A* 578
Defectus originalis iustitiæ est culpabilis, nullus autē alius qui per originem contrahitur. q. 81. *A. ad quintum.* 639
Defectus hominis, puta mortalitas, passibilitas, an sint naturales, vel pœnales. q. 85. *Z* 677
Defectus, & corruptio sunt contra naturam particularem, non autem vniuersalem. ibidem
Deformitas actus peccati non consequitur ipsum actum secundùm speciem naturæ, sed secundùm speciem moris. q. 79. *S. ad tertium.* 623
Delectatio in actionibus ludicris dupliciter quæritur. q. 1. *littera F* 13
Delectatio a toto genere præsupponit bonum, vel perfectum, vel eius partem. q. 2. *N* 25
Delectatio est passio, seu proprium accidens beatitudinis ipsam consequens, exponitur. ibidem.
Delectatio non quæritur propter aliud, licet sit propter aliud, declaratur. ibidem
Delectatio quatuor modis potest intelligi ad beatitudinem requiri. q. 4. *A* 43
Delectatio requiritur ad beatitudinem, sicut aliquid concomitans. ibidem
Delectatio consequitur visionem, non secundùm se, vt visio est, sed vt visio Dei. ibidem
Delectatio impedit intellectum speculatiuum, & practicū per viam distractionis, & impedimenti; sed delectatio inordinata per viam contrarietatis est contra intellectum practicum tantùm. ibidem
Delectatio impedit actionem intellectus, exponitur ibid. 44
Delectatio quid sit. q. 4. *B* 44
Delectatio corporalis non est de necessitate beatitudinis viæ. quæst. 4. *H* 53
Delectatio dupliciter accipitur; vno modo largè pro omni connaturalitate ad aliquid; alio modo propriè, vt est actus potentiæ appetitiuæ animalis, vel intellectualis. quæst. 11. *X* 100
Delectatio an sit principalior passio, quàm amor, & quomodo se habeant ad inuicem. q. 25. *N* 204

Delectatio est duplex intelligibilis, & secundùm sensum. Quæstione 30.littera.Q. facie. 235
Delectatio est passio animæ,nec est in rebus purè naturalibus.q.31.V. 240
Delectatio an possit dici operatio.q. 31.V. 240; & q.32.E. facie 250
Delectatio vel est motus, & mutatio sequens in affectu cōuenientiam operationis, vel accidens inhærens operationi habens se per modum actus primi, quæstio. 32. E. ad tertium. 251
Delectatio secundùm se non est in tēpore, sed aliqua p accidens in tempore.q.31.X. 241
Delectatio quomodo sit motus quidam, ibidem ad primum. facie 242
Delectatio magis habet rationem, quòd non sit in tempore, quàm aliæ passiones. ibidem ad tertium.
Delectatio,& gaudium non sunt omnino idem.q.31.Y. 243
Delectatio,quædam vocatur corporalis,& naturalis, quædam.animalis,& tripliciter accipitur. ibidem.
Delectatio,& gaudium non habent idem obiectum,esto habeant eandem rem pro obiecto. ibidem ad primum.
Delectatio comparatur ad gaudiam, quandoque vt genus eius,quandoque vt species ei condistincta. ibidem ad secundum. 244
Delectatio quomodo distinguitur à lętitia,exultatione,& iocunditate,& quid hęc tria importent,ibidem,ad tertium.
Delectatio,quæ est gaudium,est in appetitu intellectiuo,non autem delectatio corporalis.q.31.Z. 244
Delectatio est motus quidam sensibilis exponitur ibidem ad primum. 244
Delectatio spiritualis,& corporalis possunt dupliciter comparari.q.31.A. 245
Delectationes intelligibiles sunt maiores, quàm sensibiles secundùm quòd delectantur de ipsis actionibus intellectus,& sensus;& etiam si comparentur secundùm obiecta secundùm se,& in veritate;sed quo ad nos sensibiles sunt maiores,& perceptibiliores. ibidem.
Delectationem aliquam omnes sequimur secundùm Philosophum,exponitur,ibidem ad primum. 246
Delectari in operatione sensus contingit dupliciter, & stando infra limites sensibilis delectationis, delectatio tactus est maior.q.31.B. 246
Delectationes naturales in homine sunt duplices, & quædā sunt innaturales simpliciter, sed tamen connaturales secundùm quid.q.31.C. 248
Delectatio nulla est innaturalis quo ad eum, qui delectatur ibidem. 24
Delectationes sensibiles,& corporales contingit ad inuicem esse contrarias.q.31.D. 249
Delectationum contrarietas vnde sumatur. ibidem.
Delectationis propria,& prima causa est operatio, præsertim connaturalis habitus non impedita.q.32.E. 250
Delectatio est operatio connnturalis, & non impedita secundùm Philosophum exponitur.q.32.E. ad argumentū in contrarium. ibidem.
Delectationis causa per accidens potest esse quies ibidem ad tertium. 251
Delectationis sensibilis, & corporalis in nobis quomodo motus,seu transmutatio sit causa.q.32.F 251
Delectatio non comparatur generationi, sed operationi secundùm Philosophum,exponitur ibidem ad primum.252
Delectationis causa sunt memoria, & spes; & quæ fit per sensum est maxima; secundum gradum tenet delectatio spei;tertium delectatio memoriæ; & delectatio de sensibili præsente est passio.q.32.G 252
Delectationis causa per accidens est tristitia.q. 32.H. 253
Delectationis causa tripliciter potest esse operatio aliorum, & quare magis homines delectantur in laudibus bonorum,& sapientium.Quæst.32.littera I facie 254
Delectabiles sunt quibusdam adulationes,& delectabile est amari,& in admiratione haberi. ibidem.
Delectationis causa est benefacere alteri.q.32.K 255
Delectationis causa est similitudo.q.32.L. 256
Delectationes corporales magis appetuntur, & naturaliter animalia delectationem appetunt,similiter melancolici, & iuuenes. ibidem ad secundum.
Delectationis causa est admiratio,& omnia rara,& repræsentationes, & admirabilia sunt delectabilia.q. 32.M. facie. 257
Delectabile est liberari a magnis periculis. ibidem.
Delectationis effectus est dilatatio.q.33.N 258
Delectatio,& desiderium non semper opponuntur.q.33.O. ad secundum. 260
Delectationes corporales impediunt vsum rationis, non autem Spirituales.q.33.P. 260
Delectatio perficit operationem,exponitur.q.33.Q 261
Delectationes aliquæ sunt bonæ,aliquæ malæ etiam corporales.q.34.R. 262
Delectatio non quælibet est simpliciter,& secundùm se bona.q.34.S 263
Delectatio quæritur propter operationem, non quidem verbaliter, sed intentionaliter, & affectionaliter,ibidem ad secundum. 264
Delectatio aliqua hominis est optimum inter bona humana.q.34.T. 265
Delectatio voluntatis est mensura boni, & mali moralis, non autem delectatio apetitus sensitiui.q.34.V 266
Delectationi omni contrariatur omnis tristitia secundùm genus,sed non omnis tristitia contrariatur cuilibet delectationi in particulari,& secundùm speciem.q.35.D. 270
Delectatio quælibet est medicina contra quamlibet tristitiam,exponitur ibidem ad secundum. 271
Delectationi,quæ est de ipsa contemplatione, nulla tristitia contrariatur, nec aliqua tristitia ei adiungitur nisi per accidens.q.35.E 272
Delectationis appetitus per se loquendo fortior est, quàm fuga tristitiæ,sed per accidens contingit aliquem magis fugere tristitiam,quàm appetat delectationem.q.35.F 274
Delectationis causam ponens repletionem, & tristitiæ incisionem,videtur esse facta ex delectationibus, & tristitijs quæ sunt circa cibum,exponitur.q.36.L.ad primum.281
Delectatio quælibet remedium affert ad mitigandum quālibet tristitiam q.38.R. 286
Delectatio expellit tristitā,exponitur.q. 38.R.ad argumentum in contrarium. ibidem.
Delectatio optima dari potest,declaratur.q.31.V 240
Delectatio morosa,quæ sit, & quando sit peccatum mortale.q.74.Q.565.& q.88.N.ad secundum. 708
Delectatio quomodo sit in ratione,& in vi appetitiua differenter.q.74.Q.ad primum. 567
Delectatio quandoque est in cogitatione,quandoque in re cogitata.q.74.S 571
Delectationem consummari in apprehensione,sic intelligitur. q.72.M. 515
Delectabiliter operari,& Deo in lætitia seruire, quando sit sub præcepto charitatis quis obligatus.q,100.P.ad tertium. 809
Delectatio an sit eadem circa diuersa obiecta specie.q.60.I. 413.& ad tertium. 414
Demon non potest esse directa causa peccati, quamuis possit per modum persuadentis, & proponentis appetibile, sed sola voluntas hominis.q.80.X.628.& Y. 630
Demon aliter mouet ad malum,& aliter Deus ad bonum, q.80.X.ad tertium. 629.
Demon mouēs fantasiam an cognnseat quid homo imaginē per sensus interiores,quia non semper. q.80.Y.ad 2. 631

Dæmon

Dæmon non imprimit in intellectum, potest tamen ipsum illuminare,quamuis non faciat.Quæstione 80.littera Y. ad tertium. facie 632
Dæmon nisi a Deo refrenetur, propria virtute potest aliquem inducere ex necessitate ad faciendum aliquem actum, qui de suo genere est peccatum, non autem potest inducere necessitatem peccandi. q.80.Z 632
Dæmon non operatur præter ordinem naturæ, sed mouet localiter principia intrinseca in operando. quæst.80.Y. ad secundum. 631
Dæmon voluntatem humanam necessitare non potest.quæstio.80.Z.ad primum. 632
Dæmon non apparet in aliqua figura,qui incorporalis est, sed facit immutationes circa figuras.q.80.Z.ad secundum. 633
Dæmon concupiscentiam carnis causare potest, quæ quandoque peccatum est, quandoque verò non, ibidem ad tertium. 633
Dæmon est indirectè, & occasionaliter causa omnium peccatorum nostrorum.q.80.T.Z 634
Dæmon maximè gaudet de peccatis idolatriæ,& luxuriæ. q.73.E.ad secundum. 542
Dæmones naturalia integra retinuisse, exponitur q.85. S. ad primum. 668
Dæmonis voluntas, cum sit in malo obstinata, semper peccat mortaliter, nec tamen venialiter peccare, nec demereri potest.q.89.S 716
Dęmonis est duplex actus.s.voluntarius,& ille est semper malus, & naturalis, & ille potest esse bonus, sed eo abutitur, ibidem. 717
Dæmonis instinctus inuisibilis, quare non dicatur illuminatio; & quomodo illuminatio hominis dicit duo. quæstio.80.Y 630
Dæmonis operatio interior tota videtur esse circa fantasiā, & appetitum sensitiuum. ibidem
Demonstrationes propriè dictæ, an sint in Metaphysica. q.57.M. ad primum. 387
Demonstratiua & vt docens & vt vtens est iudicatiua, seu resolutoria;Dyalectica verò & Sophistica vt docens,nō autem vt vtens. ibid.
Denominans & denominatum non oportet distingui realiter.q.28.C 221
Denominans non semper est in denominato.q.30.Q 235
Dependentia est duplex, quædam in esse reali, quædam in illatione.q.20.P 175
Desiderium post amorem in concupiscibili causatur a bono, deinde delectatio, vel gaudium; & quomodo illa se ad inuicem habeant. q.23.H 197
Desideriū an præcedat amorem, vel econtra.q.25.N.204
Desiderium quo homines naturaliter scire desiderant, est actus elicitus.q.41.P 301
Desiderium accipitur dupliciter.q.2.I 20
Desperatio an debeat dici ratio, & causa timoris, secundùm Doctorem Sanctum.q.25.P 207
Deus pro hac vita non habet rationem vltimi finis euidenter.q.1.G 15
Deus clarè visus magis appetitur, quàm hic bonum secundùm communem rationem beatitudinis, vel vltimi finis. ibidem
Deus est vltimus finis omnium rerum, declaratur quæstio.1.H 16
Deus a nobis dupliciter amatur.s.amore concupiscentię,& amore amicitiæ. q.2.O 28
Deus vt nos beatificans, vel maximum bonum, quod ex Deo nobis prouenit maximè concupiscitur, sed vt sic, non maximè diligitur. ibidem
Deus est vita animæ aliter, quàm anima vita corporis. quæst.2.P 29
Deus dicitur finis creaturæ, exponitur Quæst.3.littera Q. facie 30
Deus nulli creaturæ formaliter vniri potest. ibidem
Deus per essentiam est beatus identicè,non formaliter, ibi.
Deum esse ens per essentiā, declaratur dupliciter.q.3.Y.41
Deus in patria videtur etiam quid sit, licet citra comprehensionem, vnde nec rationem diffinitiuam beati formant, nec verbum; sed Diuina essentia est quo & quod omni modo. q.3.Z 42
Deus si conseruaret visionem secundùm entitatem suam, non sequeretur delectatio,& fruitio beatifica.q.4.A.43
Deus nulli est debitor,declaratur q.114.A.ad 3. 968
Deo an conueniat ira,& alia passionum nomina solùm metaphoricè.q.22.D.ad tertium. 191
Deus dans inclinationem nouam voluntati, non cogit, nec violentat eam.q.36.M 282
Deus non potest esse subiectum habitus.q.49.D 335
Deus potest producere effectus secundarum causarū absq; ipsis causis secundis.q.51.O 350
Deus equaliter se habet ad omnes,exponitur ibi.ad primū.
Deus operatur in omnibus secundùm modum,qui conuenit naturæ ipsorum, exponitur. ibidem ad secundum.
Deus esse in anima intimè,& per illapsum etiam in via,nō tollit quin inter ipsum, & amantem sit medium informatiuum gratuitum in via.q.110.V.ad secundum. 923
Deus per gratiam operantem se habet ad voluntatem, vt mouens,& voluntas vt mota, tamen velle est a voluntate effectiuè.q.111.C 932
Deus non eodem modo timetur, sicut amatur. q.68.D. ad quartum. 482
Deus erit omnia in omnibus,exponitur q.68.F 484
Deus an in præceptis dispensauerit, quando præcepit occidere innocentem, furtum, & adulterium. quæst.94.Z. ad secundum. 755
Deus dicitur debitor, vel debitum de Deo dicit, vel quia condecet, vel quia iustum.q.98.T.782; & q.111.B.ad secundum. 931
Deus non est acceptor personarum, dando vni populo legem,alteri non. q.98.T. ad secundum.782; & q.73.I. ad tertium. 553
Deus quare Abraham elegit, & vocauit, vt Christus ex eo nasceretur, & populo, qui ab eo descendit, dedit legem.q.98.T 781
Deus nullum creatum necessariò vult quo ad exercitium actus,sed quo ad specificationem actus, quædam necessariò vult ex suppositione.q.100.O 805
Deus operatur in omni operante, & etiam in operibus naturalibus.q.109.K 898
Deus omnia mouet, & conuertit in se, sed differenter iustos ab alijs.q.109.P 910
Deus nullo modo est causa peccati, nec directè, nec indirectē, nec potest peccare, nec alium facere peccare. quæst.79.R 620
Deus permittit aliquos peccare, nec tenetur eos seruare, ne peccent, & est causa actus peccati, non autem deformitatis.q.79.R.ad primum.621;& S 623
Deus quosdam tradit in reprobum sensum, exponitur quæstio.79.R.ad primum. 621
Deus est causa pœnarum,& diuersarum diuersimodè, non autem culpæ.q.79.R.ad primum.622;& ad 4. 623
Deus est causa subtractionis gratiæ non agendo, sed subtrahendo; & quomodo sit causa executionis, & obdurationis,& quomodo non.q.79.T 625
Deus non delectatur in perditione impiorum, exponitur,q. 79.V.ad secundum. 627
Deus an amore amicitiæ,vel cōcupiscentiæ sit super omnia diligendus,& quo amore intellectuali,rationali, & naturali Deus,super oīa ab omnibus diligitur.q.109.M. 904

Dei dilectio naturalis non est meritoria, & quæ sit causa illius amoris. Quæst. 109. littera M. facie 904
Deus potest propter aliud amari, si aliud dicat causam materialem. q. 99. F 792
Dei bonitas quãtò plus cognoscitur, tantò amplius amatur, exponitur. q. 67. X. ad tertium. 473
Deo summo summa dilectio, & summus motus dilectionis tam naturalis, quàm gratuitæ debetur. quæst. 109. M. ad tertium. 905
Deum super omnia diligere quid sit, & quomodo intensiuè, & extensiuè super omnia diligatur, etiam amore amicitiæ. q. 109. M. 904
Deum super omnia diligendum non potest dictare ex se intellectus, nec voluntas ex se potest se illi conformare. q. 109. L. ad tertium. 903
Deum per essentiam vidit Moyses, sed quo tempore nescitur. q. 98. S. ad secundum. 781
Dei opera quomodo, & quæ perseuerent in æternum. q. 118. R. ad secundum. 779
Deo effectualiter nemo nocere potest sicut proximo, quamuis secundùm affectum. q. 73. H. ad secundum. 550
Dependere quid sit propriè. q. 3. S 34
Depositum, & mutuum quomodo differunt, & restituantur. q. 105. Q. ad octauum. 869
Determinatio præceptorum communium est duplex, quædã pertinet ad præcepta iudicialia, & cerimonialia, & quædam non. q. 100. R. ad secundum. 814
Difficile quandoque est aliquid in se, & tamen facile habituato; & difficultas quandoque est ex operante, quandoque ex opere. q. 107. D. 887
Difficultas operis non nisi per accidens facit ad meritum, sed bonitas adiuncta arduitati. quæst. 73. D. ad secundum. facie 539
Difficile, & facile mobile non sunt differentiæ specificæ distinguentes habitum, & dispositionem inter se, vt sunt modi essendi earum accipiuntur æquiuocè. q. 49. B. ad tertium. 333
Definitionem eandem habentia sunt eadem, glosatur. q. 68. A. ad tertium. 477
Differentia per se in moralibus, quæ sit, quia non est similis omnino differentiæ logicali. q. 18. E 145
Differentia vltima in moralibus, quæ sit. q. 18. G. ad secundum. 150
Dies festiuos plures, quare Iudæi habuerunt. q. 102. D. ad decimum. 835; & q. 103. I. ad quartum. 854
Dilectio proximi est prior dilectione Dei via generationis. q. 68. H. ad secundum. 487; & q. 100. M. ad primũ. 802
Dilectio summa, & summus modus illius, tam naturalis, quàm gratuita Deo debetur. q. 109. M. ad tertium. 905
Dilectio naturalis, qua Deus super omnia diligitur, non est meritoria, & quomodo differt a gratuita. ibidẽ ad primũ:
Dilectionem Dei, & proximi instaurare omnia præcepta, exponitur. q. 99. I. ad primum. 797
Dilectionis, & amoris in communi non est idem obiectum adæquatum. q. 26. T. ad secundum. 214
Dilectionis nomen nõ tãtũ est Diuinum apud quosdam, sicut nomen amoris, exponitur. q. 26. T. ad argu. in contra. facie 214
Dilectio, Amor, & Charitas differunt. q. 26. T. 213
Dilectionis præcepta quare non ponantur inter præcepta decalogi. q. 100. I. ad primum. 797
Dilectio non præfertur cognitioni, & auctoritates in contrarium soluuntur. q. 3. T. 35
Diligitur aliquid propter se dupliciter. q. 2. O 27
Diligere alium plus seipso non debet homo, nec hic, nec in patria quo ad intentionem actus; sed in patria diliget plus meliorem quo ad bonum volitum. quæstio. 28. E. ad tertium. 225
Diligere Deum quantũ diligi potest, non valet homo, declaratur. Quæst. 64. littera D. facie 440
Diligere Deum super omnia pro tempore, quo obligatur, & quomodo quis omnia referre in ipsum teneatur virtualiter, licet nõ actualiter; & quid sit illa relatio. q. 88. I. ad secundum. 699
Diligere Deum super omnia an homo semper teneatur, & quomodo, & quando hoc præceptum seruetur. q. 19. E. ad secundum. 159
Diligens iniquitatem odit animam suam, exponitur. q. 29. N. ad primum. 232
Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, & an etiam peccata. q. 79. V. 627
Diligi potest Deus propter aliud, si aliud dicat causam materialem. q. 99. F 792
Diligens Deum ex toto corde, &c. quid ibi præcipiatur. q. 100. Q. ad secundum. 812
Diligere Deum super omnia quid sit, & quomodo tam intensiuè, quàm extensiuè sic diligatur ab omnibus omnẽ amore tam naturali, quàm rationali, animali, & intellectuali. q. 109. M 904
Diligebat homo in statu naturæ integræ Deum plus, quã seipsum, & super omnia, non tamen absque generali; secus iam in isto statu. ibidem.
Diligit naturaliter pars plus totum, quàm se, vbi Scotus fundamentum verum reliquit, & quæ sit causa dilectionis naturalis, qua Deus diligitur. ibidem.
Diligitur Deus super omnia, aliter ex charitate aliter ex natura; & quomodo dilectio naturalis non est meritoria, & quomodo differunt, ibidem ad primum. 905
Diligere inimicum, maxillã præbere, ablata non repetere, & huiusmodi, quando sint in præcepto, & quando non. q. 108. H. ad quartum. 897
Diligere Deum super omnia potest homo ex naturalibus sine gratia, vt Deus est principium totius creaturæ, non autem vt est principium, & fons beatitudinis, ibidem ad tertium. 896
Diliges Dominum Deum tuum ex toto, &c. est maximũ præceptum legis, sed non decalogi, nec potest sine gratia impleri. q. 109. N. ad tertium. 907
Diminutio boni animæ, scilicet habilitatis ad gratiam, quid sit, & qualis, & quomodo intelligitur. q. 85. S. 667
Disciplina dupliciter accipitur, scilicet pro notitia, & pro morum compositione. q. 4. A. 43
Disciplina qua virtus acquiritur, quid sit, & quomodo sortiatur quis ab alio disciplinam, per quam acquirat virtutem. q. 95. B. 758
Discursus intellectus quis dicatur. q. 89. S 716
Dispensatio quid sit propriè, & quòd Deus non dispensat in præceptis negatiuis. q. 94. Z. ad secundum. 755
Dispensatio quid sit, quia quædam est iuris relaxatio, quædam iuris declaratio. q. 97. P. 775. & q. 100. O 805
Dispensatio in lege naturali, & Diuina quomodo, & quomodo non fieri possit. q. 97. P. ad secundum. 775
Dispensatio præceptorum quando, & quando non fieri possit, & quid sit propriè dispensatio. q. 100. O 805
Dispensatio in præceptis decalogi, etiam secundę tabulæ, omnino fieri non potest. ibidem & ad tertium.
Dispensare in lege, & præter verba legis agere potest subditus propter subitum periculum. q. 96. L. 770. & q. 100. O. facie 805
Dispensatur facilius cum potentibus, quàm alijs etiam sine acceptione personarum. q. 97. P. ad secundum. 775
Dispensandi in lege humana habet potestatem rector multitudinis ordinariè, & quando non liceat dispensare. q. 97. P. 775
Dispẽsare in homicidio, furto Aegyptiorũ, & cũ Osee propriè loquendo, Deus non potest. q. 100. O. ad tertium. 806

Dispositio

Dispositio ad gratiam habitualem quid sit, & quòd non sit gratiæ meritoria propriè; & cum homo non possit ex se ad eam se disponere, nec mereri, an sit excusatus tempore quo deberet habere. Quæst. 109. littera P. 908
Dispositio, & habitus quomodo benè vel malè rem disponant aliter, quàm aliæ qualitatis species. quæst. 49. B. ad primum. 332
Dispositio, & habitus non sunt semper in eodem, nec sunt idem. q. 74. O. ad tertium. 564
Dispositio quædam est naturalis, quædam contingens. q. 89. V. ad primum. 720
Dispositio etiam inuenitur in genere qualitatis. q. 49. A. ad tertium. 331
Dispositio aliqua potest requiri ad fieri, quæ non requiritur ad esse, & conseruari. q. 113. O. ad tertium. 952
Dispositio primæ speciei qualitatis an sit in corpore. q. 50. E. facie 33
Dispositio aliqua antecedenter se habet ad scientiam, aliqua concomitanter, & consequenter. q. 50. H. ad tertium. 341
Dispositio est ordo habentis partes, exponitur. q. 49. A. ad tertium. 331
Dispositiones, quæ simul inducuntur cum forma intelliguntur eam præcedere, & sequi in diuerso genere causarum. q. 4. F. 51
Distinguendi est duplex modus. q. 72. O, ad secundum. 519
Distincti ua non sunt semper essentialia, quamuis principia essentialia distinguant. q. 72. N. 516
Distingui contingit aliqua specie, aliqua sicut perfectum, & & imperfectum in eadem specie. q. 91. I. 732
Distingui an aliquid possit ab eo, quod in eius definitione ponitur. q. 58. S. ad quartum. 396
Distinctionis modus est multiplex. quæst. 99. B. ad primum. facie 789
Distrahere voluntatem an passio possit, & quid sit illa distractio. q. 77. E. 596
Diuersitas materialis non causat distinctionem specificam, glosatur. q. 30. S. ad secundum. 238
Diuinæ personæ non hebent aliquam bonitatem ex fine. q. 18. D. 144
Diuinas perfectiones, & quæ Dei sunt, quamuis nemo cognoscat in seipsis, & naturaliter, & comprehensiuè; tamen cognoscuntur per effectus. q. 93. O. ad primum. 740
Diuinarum rerum cognitio in definitione Philosophiæ quomodo accipiatur, quia non formaliter, sed effectiuè. q. 91. H. 731
Diuidentia ex opposito aliquid vnum, sunt simul, glosatur. q. 29. K. ad primum. 166; & q. 49. A. 330; & q. 61. R. ad primum. 415
Diuitiæ duplices, artificiales, & naturales. q. 2. I. 19
Diuitiarum naturalium concupiscentia finita est, sed artificialium infinita, declaratur. ibidem.
Diuitem iniurians an grauius peccet, quàm si pauperem. q. 73. I. ad tertium. 553
Diuturnum dicitur aliquid non semper a tempore, sed etiam a durationc, quæ potest esse sine tempore proprio, & successiuè. q. 31. X. ad secundum. 242
Diuturnitas, & duratio facit ad grauitatem peccati, si cætera sunt paria. q. 78. Q. 618
Docere, & illuminare an beatis, quo ad se inuicem conueniat. q. 68. F. ad secundum. 484
Doctrina tua in tribulatione murmuris. Esa. 26. exponitur. q. 37. N. ad primum. 283
Dolor sensitiuus est passio animæ. q. 35. A. 267
Dolor sensitiuus non solum est in sensu, sed etiam in appetitu sensitiuo. q. 35. A. ad primum. 267
Doloris species quædam est tristitia, & delectatio, & dolor sunt contraria. q. 35. B. 268
Dolorem magis fugiunt homines, quàm appetant voluptatem secundùm Augustinũ exponitur. Quæst. 35. littera F. ad primum. facie 275
Dolor interior simpliciter, & per se loquendo est potior, quã exterior, & quando est cum interiore, auget ipsum. q. 35. G. 276
Dolor interior, & exterior non sunt semper de diuersis, ibidem. ad primum.
Dolore existente in apprehensione exteriori, de malo corporis potest homo non dolere. ibidem.
Doloris causa est malum coniunctum. q. 36. I. 279
Doloris causa est concupiscentia. q. 36. K. 280
Doloris causa est amor, vel appetitus vnitatis. quæst. 36. L. facie 281
Dolorem præcedit cõcupiscentia, sicut errorem ignorantia, exponitur. q. 36. K. arg. in contra. 280
Doloris causa est potestas maior. q. 36. M. 282
Dolor aufert facultatem addiscendi. q. 37. N. 283
Doloris effectus est aggrauatio. q. 37. O. 284
Dolor mitigatur ex compassione amicorum. q. 38. T. 288
Dolor mitigatur per contemplationem veritatis. q. 38. V. facie 288
Dolor mitigatur per somnum, & balnea. q. 38. X. 289
Domus, quæ vendi potuerit, & quæ non, & quæ perpetuò. q. 105. Q. ad tertium. 867
Domum nouam, qui construxerat, non debebat bellum ingredi. q. 105. R. ad quintum. 872
Domesticis personis in veteri lege conuenienter sunt præcepta tradita. q. 105. S. 873
Dona Spiritus sancti distinguuntur a virtutibus. quæst. 68. A facie 474
Dona ponuntur vt animæ potentiæ perfectè sequantur mediantibus virtutibus Theologicis instinctum Spiritus sancti, ibidem. & C 479
Dona identificat Scotus cum virtutibus ex fundamentis ruinosis, & malè intellexit D. S. ibidem. 476
Dona distinguuntur nõ solùm à virtutibus intellectualibus, & moralibus, sed etiam Theologicis. ibidem.
Dona beatus Gregorius nominat virtutes, non tamen sunt idem. q. 68. A. ad primum. 476
Donis alia ratione contrariantur vitia, quàm virtutibus, ibidem. ad secundum.
Dona, & virtutes aliquando conueniunt in nomine, tamen ratio significata, & res sunt diuersa. ibidem ad quartum. facie 477
Dona sunt homini necessaria ad salutem. q. 68. B. 477
Dona ordinantur ad quandam perfectionem vltra communem perfectionem virtutis, exponitur ibidem ad primũ. facie 478
Doni rationem charitas non habet. q. 68. A. 476
Dona vel Spiritum sanctum per dona semper manere in electis, vt Grego. dicit, quomodo intelligatur. q. 68. C. ad primum. 480
Donorum Spiritus sancti ad donum prophetię, qualis sit similitudo, ibidem, ad tertium. 480
Dona Spiritus sancti conuenienter enumerantur. q. 68. D. facie 480
Donorum, quę sunt in intellectu D. S. sufficientiam enumerando in prima secundę, ponit aliqua, quę retractat in secunda secundę, ibidem. 481
Donum Spiritus sancti non debet poni ars, ibidẽ ad primũ.
Donum operatiuum boni ad alium magis nominatur pietas, quàm iustitia. ibidem ad secundum.
Donorũ radix sunt virtutes Theologicę, ibidem, ad tertium.
Dona Spiritus sancti connectuntur sibi in charitate. quæst. 68. E. 482
Donorum acquisitio per acquisitionem charitatis comparatur acquisitioni virtutum moralium per acquisitionẽ prudentię. ibidem.

Donorum

Donorum distributio,quam Apostolus explicat, primæ Corinth.12.quomodo sit intelligenda ibidem ad primum. Quæst.68.littera E facie 483

Dona Spiritus sancti perfectissimè erunt in patria quantum ad essentiam,non autem quantum ad materiam præsentis vitæ.q.68.F. 484

Donorum dignitas attenditur dupliciter, & quomodo correspondet ordini enumerationis partim simpliciter, partim secundùm ordinem materiæ.q.68.G. 485

Donum pietatis præfertur dono fortitudinis, & donum fortitudinis dono timoris. ibidem.

Donum pietatis ad omnia valet, &c. exponitur ibidem, ad secundum. 486

Donorum dignitas secundùm actum procedeutem ab altiori principio est maior ea, quæ est secundùm materiam, ibidem ad quartum.

Dona possunt dupliciter considerari. ibidem,ad tertium.

Donis præferuntur virtutes Theologicæ, & regulant ea; virtutibus verò intellectualibus,& moralibus,præferũtur dona.q.68.H. 487

Dona quomodo distinguantur a virtutibus, & beatitudinibus,& notatur defectus Scoti.q.69.I. 488

Dotis nomẽ nõ congruit Christo,quãuis in ipso fuerit res dotis,puta lumen gloriæ.q.81.A 635

Duratio maior non semper arguit maiorem perfectionem. q.71.G 506

Durandi dictum temerarium notatur.q.3.R. 32

E

E*Brietas quando sit mortale cum est assidua.q.88.N.ad primum.* 708

Ebrietas quomodo mereatur duplicem maledictionem, q. 76.D.ad quartum. 595

Ecclesia Iudæorum quid sit, & quomodo aliqui essentialiter ab ea excludebantur.q.105.R.ad primum. 871

Ecclesia nouæ legis quomodo conueniebat cum templo veteris legis,q.102.D.ad tertium. 831

Edificare super fidei formatæ fundamentum aurum, lignũ stipulam,quid sit q.89.Q.ad secundum. 713

Effectus formalis an sit idem cum forma.q.28.C. 221

Effectus non est nobilior sua causa, exponitur. q. 51.M.ad tertium. 348

Effectus secundarum causarum Deus producere potest absque ipsis causis secundis,exponitur.q.51.O. 350

Effectus agentis equinoci diuersificatur specie secundùm diuersam proportionem materiæ ad recipiendum influxum agentis.q.60.E. 407

Effectus proportionatur suis causis, & principijs. q. 63. X. facie 432

Effectus an possit connumerari suę causę. q.113. R. ad tertium. 957

Effectus potest esse causa in genere causę finalis.q.71. G. facie 506

Effectibus omnibus Deo possibilibus visis in Diuina essentia, an ipsa comprehendatur. q. 93.Q.ad secundum.741

Efficientis, & formę causalitas differunt.q.85.S.ad tertium. facie 668

Egestiones quare operiebantur.q.102.F.ad decimum. 849

Egere quid sit,q.4.A.ad secundum. 43

Egritudo,vitium, morbus,quomodo in moralibus, & corporalibus differunt.q.71.C 503

Elatio fuit primum peccatum primi hominis,ad quod sequuta est deiectio. q.89.R ad secundum. 715

Electio duo habet,scili cet materiale, & formale. q. 13. G facie 110

Electionis formale non est relatio, sed ordo fundamentaliter. ibidem

Electio substantialiter non est rationis,sed voluntatis,Quæst. 13.littera.G. facie 110

Electio est appetitus intellectiuus. ibidem.

Electio non habet locum in his,quæ sunt penitus ad vnum determinata.q.13.H. 111

Electio non connenit brutis animalibus. ibidem.

Electionem rectam facit virtus moralis ratione intentionis finis,sed ratione præacceptationis eorũ,quæ sunt ad finẽ, rectam electionem facit prudẽtia cum alijs. q.13.I. 112

Electio est semper humanorum actuum.q.13.K. 112

Electio nominat actum efficacem, & perfectum voluntatis, præsupponens cognitionem alicuius,& apprehensionem sub ratione boni.q.13.L. 113

Electio non est impossibilium. ibidem.

Eligit homo liberè, & non ex necessitate.q.13.M. 114

Electione aliquem in principem assumere,an melius sit, quã per successionem.q.105.P. 863

Electione peccare,quid sit, & an eligens malum peccet semper ex electione.q.78.Q.ad teritum. 619

Electio attribuitur in homine appetitui sensitiuo, cui potest ineße peccatum.q.26.R. 210; & T. 213

Emptiones, & venditiones sunt benè regulandæ pro ciuitatis conseruatione.q.105.Q.ad tertium. 867

Empedoclea verba dicunt Ebrij, & furiosi. quæst. 77. F.ad quintum. 601

Ens habet conceptum distinctum a conceptu aliorum quorumcumque.q.94.V. 749

Ens, & verum dicuntur prima principia formalia declaratur.q.9.L. 85

Entia rationis quamuis non habeant causam productiuam, requirunt tamen causam,vt circa subiectum concipi possint.q.82.G. 647

Entitatem distinctam, & gradum determinatum in entibus vnumquodque habet ex aliquo dante actualitatem,& nõ secundùm potentiam.q.1.D 8

Æquinoci agentis effectus diuersificatur specie secundùm diuersam proportionem materiæ ad recipiendum influxũ agentis.q.60.E. 407

Error Hæresis,Ignorantia, & Nescientia differunt. q.76.B. facie 588

Error non est semper peccatum,quia non semper voluntarius.q.74.L.ad secundum. 557

Erronea, & recta conscientia differenter ligant, & conformans se conscientiæ dubiæ seu scrupulo,an peccet.q. 19. H.facie 151

Esse subsantiale, & esse viuens, & esse intelligens,in vno, & eodem identificantur.q.2.M. 24

Esse hominis consistit in anima, & corpore, ideſt in vnione vtriusque declaratur. i6idem.

Eße corporis dependet ab anima, notabiliter declaratur, ibidem. facie 24

Esse proprium quodlibet ens habet vt proprium distinguitur contra alienum, non autem vt distinguitur contra commune. ibidem.

Eße separatum, & per se subsistens est melius, quàm viuere;& viuere, quàm intelligere,secundùm quòd ratione distinguuntur,non autem esse contractum. ibidem.

Esse ab omnibus appetitur. ibidem.

Esse hominis vt est esse animæ rationalis, mensuratur æuo. q.31.X. 241

Esse, & non esse distãt in infinitum.q.87.D. ad primũ.690

Esse, & essentia accidentium,an distinguantur. q. 110.X. ad tertium. 925

Essentiale non est quod extendit se ad id, quod est extra rẽ, exponitur.q.56.F. 376

Essentialiter,vel aliquid agere per eßentiem, quomodo intelligatur.q.50.F. 338

Essentialiter existens ens,vel ad rem per essentiam talem, tria requiruntur. Quæst.90.littera B facie 724

Æternum dicitur aliquid dupliciter. q.3.R 32

Eua peccante stetit iustitia originalis aliquandiu; & si sola peccasset, filij fuissent immortales, nec contraxissent originale.q.81.E 644

Eua volendo experiri quod prohibitum erat, peccauit mortaliter.q.89.R.ad secundum. 716

Eubulia, synesis, & gnomin sunt virtutes adiunctæ prudentiæ.q.57.Q 393

Eubulia conciliantur per communia. ibidem ad tertium.

Eutrapelum aliquis amat dupliciter. q.27. A. ad secundum. facie 219

Euentus sequens actum quando det bonitatem, vel malitiam.q.73.H.ad primum.550;& q.20.S 179

Eucharistia est sacramentum, & est sacrificium.q.101.Y. ad secundum. 821

Eucharistiæ sacramentum fuit in veteri lege præfiguratum, non autem omnia sacramenta. q.102.E.ad 3.838

Euangelium, & lex naturæ quomodo habeant se adinuicem.q.94.Y.ad primum. 754

Euangelium & lex quando simul cucurrerunt. q.103.I. ad secundum. 854

Euangelij publicatio est duplex, & post perfectam publicationem legalia erant mortifera.q.103.K.ad 1. 856

Euangelium non est principale in noua lege, sed continet dispositiua ad gratiam, & eius vsum. quæstio.106.T. ad primum. 876

Euangelium quomodo habeat quandam virtutem salutiferam, tamen solùm principale in noua lege iustificat, ibidem argum.in contrarium. 875

Euangelium Regni, cum prædicatum fuerit, veniet consumatio, exponitur q.106.Y.ad quartum. 880

Euangelij, & legis differentia est amor, & timor, glosatur q.107.A.ad secundum. 882

Euangelij mandata maiora esse, quàm mandata legis, exponitur q.107.C.ad secundum. 886

Euangelica consilia sunt tria, & de quibus sint, & quomodo omnis religio in eis fundetur.q.108.H 895

Excæcatio, & obduratio accipiuntur actiuè, & neutraliter.q.79.T 625

Excæcatio quomodo faciat, quòd homo fit deterior, ibidem ad primum. 626

Excæcationis causa, quàm differenter sit culpa, Deus, & diabolus, ibidem ad tertium. 626

Excæcatio ex sui natura ordinatur ad damnationem excæcati, quamuis quandoque ad medicinam, & salutem quorundam ex Diuina misericordia.q.79.V 627

Excessus genericus in modo essendi ipsius cognoscibilis super cognoscentem, facit ne superius naturaliter videatur, licet videre possit adiutus auxilio supernaturali, 9uæst.5.I 54

Excusatur nõ semper quis propter impotentiam.q.109.N. ad secundum.907.& P 908

Exemplaris ratio quid sit, & quomodo differenter in Deo habent rationem exemplarem, quæ sunt perfectionis simpliciter, & secundùm quid. q.61.O 421

Exercitari an possit homo in actibus alicuius virtutis absq; hoc, ꝙ exercitetur in actibus alterius virtutis. q.65.E. ad primum. 443

Experientia est causa spei, & defectus spei, sed diuersimodè.q.40.I 297

Extasis est duplex, & quomodo a raptu differt. q. 28 E. facie 224

Extasim facit amor Diuinus secundùm Dionysium, exponitur ibidem ad argum.in contrarium. 225

Extasis communior est, quàm raptus præcipuè propriè dictus. ibidem ad primum.

Exultatio quid importet.q.31.Y.ad tertium. 243

F

F*Acere quod in se est, an sit dispositio ad gratiam,* & an necessariò detur gratia ita facienti. Quæst.109.littera P. ad secundum. facie 909;& Quæst.112.litt.I. facie 943

Facite vobis amicos de Mammona, &c. exponitur q.114. littera F.ad tertium. 977

Fantasia & imaginatio & pars sensitiua, potest per dæmonem moueri ad peccandum. q.80.Y 630

Fantasiam dæmon mouens, an cognoscat quid homo per sensus interiores imaginetur.q 80.Y. ad secundum. 631

Fantasiæ de nouo dæmon non imprimit aliquam formam, sed prius acceptam mouere potest, ibidem ad 3. 632

Fantasmata non manent post hanc vitam, resumptis tamen corporibus beati intelligere possunt conuertendo se ad fantasmata.q.67.R.464.& ad tertium. 465

Famam plus per peccata carnalia lædi, quæ tamen sunt minoris,quàm per spiritualia, exponitur q.73.E.ad arg. in contrarium. 542

Feruorem charitatis impedit veniale peccatum. quæst.89. littera P facie 711

Feruor duplex, materialis, & affectiuus.quæstio.28.G.ad tertium. 227

Feruor quidam est charitas, quidam redundantia, exponitur.q.67.Q 462

Festa plura habuerunt Iudæi, & quare.q.102.D. ad decimum.835;& q.103.I.ad quartum. 854

Fides acquisita non est virtus Theologica, contra Scotum, q.62.P 424

Fides apud Philosophum non esset virtus. quæstio.62.R.ad secundum. 427

Fides & spes possunt dupliciter considerari, & aliquo modo possunt esse sine charitate,aliquo modo non,quæst.65. littera H 448

Fides generat spem, & spes charitatem,exponitur q.65.H. ad argumentum in contrarium. 448

Fidei fundamento superædificatur, lignum, fœnum,stipula.q.89.Q.ad primum. 713

Fides Theologica an sit sub lege naturæ, & quomodo, q. 100.G.ad tertium. 795

Fide, spe, & charitate Deus interius colitur, sed cultus exterior præcipitur præceptis cerimonialibus.q.101.V. ad tertium. 820

Fides veterum, & modernorum de passione Christi, quomodo erat medium salutis.q.103.H 851

Fidem eandem cum Abraham habemus, sed non eandem protestationem, q.103.I. ad quartum.854; & K.855; & q.107.A.ad primum. 882

Fidem & gratiam quamuis omnes sancti habuerunt, non tamen eo modo quo Sancti in nouo Testamẽto.q.106.T. ad tertium. 876

Fides veterum & nostra eadem est ex parte obiecti, sed est alia habitudo, quæst.107.A.ad primum.882; & C. ad primum. 886

Fidei cõfessio in casu est de necessitate salutis.q.108.E.889

Fides quomodo accipiatur,vt est gratia gratis data.q.111. littera E.936;& ad secundum. 937

Fides quæ est imperfecta cognitio hic, eadem numero non potest esse perfecta, & clara in patria.q.67.S 465

Fides, & visio non differunt, sicut magis & minus in genere euidentis, sed sicut priuatio & habitus; nec potest in eodem subiecto secundùm actum fides cum beatitudine manere, ibid. 466

Fides,opinio, & scientia, quamuis eiusdem obiecti, & medij sint, non tamen possunt esse simul in eodem subiecto. q.67.S.466; & ad tertium. 468

Fides est nobilior, quàm scientia ex parte obiecti, sed non quo ad modum cognoscendi.q.67.S.ad primum. 467

INDEX.

Fides Iesu Christi dicitur fundamentum non ratione ineuidentiæ,sed ratione certę,& rectæ cognitionis, ibidem ad secundum.Quæst.67.littera S. facie 467
Fidei cognitio,& cognitio gloriæ quomodo differunt, & opponuntur in eodem subiecto,ibidem ad tertium. 468
Fidei aliquid manebit in patria,quod conuenit cum fide genere proximo,de spe verò nil manet.q.67.V. 470
Fidei bonum non remanet cum lumine gloriæ in eodem subiecto,ibidem ad secundum. 471
Fiducia quid sit.q.40.F.ad secundum. 295
Figuli corrixantur ad inuicem. 8. Ethico.exponitur.q.27. A.facie 219
Filius non portabit iniquitatem patris,exponitur. q. 81. A. ad primum.637;& q.81.B.ad primum.640; & q. 87. H.arg.in contra. 696
Filij puniuntur pro peccatis parentum, & punitio illa quãdoque habet rationem pœnæ,quandoque medicinæ. q. 87. H.696;& ad primum,& tertium. 697
Filij quidam, & iuuenes proni sunt ad virtutes,quidã proterui.q.95.B.& ad primum. 758
Filij secundùm aliam rationem diligunt parentes, & è contra.q.100.L.ad quartum. 801
Filius in Diuinis est subiectus patri secundùm naturam humanam,non solùm in se,sed etiam in membris;& secundum illam est sub lege factus ex muliere.q. 93. Q.ad secundum. 743
Filia succedit in hæreditate priuata paterna,licet non in regno,& lex statuens contraria est iniqua.q.105. Q.ad secundum. 867
Figurale est aliquid primò,& per se,sicut cerimonialia; & ex consequenti,sicut iudicialia.q.104.M. 859
Figuratiua,& representatiua fuerunt,quæ agebantur in veteri lege,aliter,quàm poetica, & quæ in theatris agebãtur.q.101.V.ad secundum. 819
Figuratiuus erat totius status populi veteris testamenti. q. 104.M. 859
Finis an sit omnino extrinsecus actioni humanæ. q. 18.D. ad secundum. 144
Finis speciem actus variat aliter,quàm circumstantia.q.18. E.ad quartum. 146
Finis quomodo habeat rationem primi in intentione rationis.q.18.G.ad secundum. 150
Finis vnius potest respectu alterius habere rationem medij.q.30.T 238
Finis quare actus humanos specificet,ita quòd per comparationem ad ipsum,dicuntur boni vel mali.q.72.L.513; & q.1.D.& arg.in contra. 9
Finis vltimus quomodo voluntatẽ moueat,& quo ad exercitium,& quo ad specificationem actus.q.80.X. 629
Finis temporalis est triplex;propter quos communiter homines benè operantur,quos Christus vitare docuit.quæst. 108.G.ad quartum. 894
Finis omnium est Deus tam rationalium, quàm irrationalium, & quomodo aliter, & aliter ab eo mouentur. q. 109.P. 910
Finem vltimum super naturalem licet homo non possit per sua naturalia consequi,non tamen propterea est imperfectior aliys creaturis.q.5.N. 61
Finẽ proportionatum esse his,quæ sunt ad finem,exponitur. q.101.X.ad primum. 820
Finitum diminuitur quandoque in infinitum. q.85. T.670. & ad primum. 671
Fines essentialiter subordinati processum in infinitum non patiuntur,nec ex parte intentionis, nec executionis.q.1. D.facie 9
Finibus,& his, quæ sunt ad finem per accidens, contingit inesse infinitatem. ibidem.
Fines vltimi nõ possunt esse plures vnius hominis.q.1.E.11
Finis vltimus totaliter implet hominis appetitum. Quæstione.1.littera.E. facie 11
Finis duplex hominis consumptionis, & consumationis ibi.
Finis vltimus vnus,possunt plura entia existimari ab vno, ibidem. facie 11
Finis vltimus est primum principium in appetibilibus. ibi.
Finis vltimus est duplex,scilicet secundùm rem,& quo ad nos.q.1.F. 13
Finalis, & effectiua causalitas semper se concomitantur, & quæ sit prior; & quomodo finis duplicem distinctam causalitatem habet super actus appetitus, & quomodo quidam est operis,quidam operantis.q.1.B. 2
Finis est prior,& posterior,& quidam post actionem agẽtis, quidam per actionem, in esse producitur, ibidem ad primum. 4
Finis,an secundùm esse quod habet in apprehensione agentis,causet,vel vt realiter est extra. ibidem.
Finis vltimus est duplex, scilicet obiectalis,& formalis;primus non ordinatur in alium finem, & secundus non est propter finem creatum,ibidem ad secundum. 4
Finis rationem apprehendere quid sit.q.1.C. 6
Finis propter quem quis operatur, quamuis sit quandoque ignotus operanti, est tamen cognitus alteri, ibidem ad primum. 6
Finis quamuis sit causa extrinseca,tamẽ est de ratione actus & in eius definitione cadit.q.1.D.ad primum. 9
Finis est posterior in esse,quàm actus humanus, quem specificat,exponitur ibidem,ad secundum. 9
Finis vltimus dupliciter accipitur,vel secundùm rei veritatem,vel quo ad nos.q.1.E 10
Finis vltimus dupliciter accipitur, scilicet formaliter secũdùm rationem vltimi finis, & secundùm id in quo ratio finis vltimi inuenitur; & quantum ad primum, omnes conueniunt in appetitu finis vltimi,sed non quantum ad secundum.q.1.G. 15
Finis vltimi ratio in eo verè inuenitur,quod tanquam finem vltimum appetit,habens affectum benè dispositum,ibidẽ.
Finem propter vltimum appetit homo quæcumque appetit. quæst.1.F 13
Finis vltimus duplex, scilicet secundùm rem, & desideratus ab omnibus,vt vltimus finis,q.1.H 16
Finis duplex,scilicet qui,vel gratia cuius,& quo. ibidem.
Fine in vltimo homines quantum ad ipsam rem, quæ est finis omnia conueniunt,sed non in consequutione illius vel in fine quo. ibidem.
Finis rerum est bonitas Dei, ad quam res diuersimodè se habent. ibidem.
Finis correspondet principio,exponitur ibidem. 17
Finis vltimus secundùm communem rationem est obiectũ primum voluntatis quo ad nos,finis autem vltimus secundùm rem,& specialem rationem, scilicet Deus, non est obiectum voluntatis pro hoc statu.q.1.G.15.H. 16
Finis vltimi rationem habet quod maximè mouet ex natura sua,quia maximè bonum.q.2.N. 25
Fines primorum principijs secundorum Diuina sapientia coniungit,exponitur.q.2.P. 29
Finis vltimus hominis accipiendo finem vltimum pro re appetitum quietante, est bonum increatum.q.3.Q. 30
Finis vltimus hominis pro adeptione finis vltimi acceptus, est aliquid creatum. ibidem.
Finis vltimus respondet primo mouenti,exponitur. quæst.3. T.facie 35.
Fine iam adepto, non est necessarium id quod ordinatur ad aliquid,tanquam in finem,exponitur.q.4.D. 47
Finem apprehendunt aliqua dupliciter.q.6. S 66
Finem,& id,quod est ad finem,contingit esse volita vno vel alio,& alio voluntatis actu.q.8.K 84
Finis, & id quod est ad finem vt sic, non considerantur vt diuersa

diuersa obiecta, sed vt vnum.Quæst.8.littera K. facie 84
Finis est medium, per quod deuenitur in volitionem mediorum in via intentionis, sed in via executionis,est vt terminus. ibidem
Finis cognitio duplex est.s.perfecta, & imperfecta; prima inuenitur in sola natura rationali; secunda verò etiam in brutis. q.11.Y 102
Finis rationem cognoscere,quid sit. ibidem
Fine vltimo aliquid proprie fruitur.q.11.Z 103
Finis vltimus duplex, scilicet ex natura rei, & ex præstitutione. ibidem.
Finem aliquid attingit dupliciter.s.sicut motum,& sicut seipsum mouens.q.12.F 109
Finis inquantum huiusmodi non cadit sub electione.quæstione 13. I 112
Finis vltimi appetitus non est consensus, sed simplex velle. q.15.C 122
Finis dupliciter accipitur; & an actus hominis possit esse vltimus finis, & quomodo voluntas sit finis; & talis finis qualiter ab alio dependet.q.19.D.ad 2. 158
Fini prius conuenit ratio boni, quàm actui voluntario, &c. tripliciter exponitur,q.20.O.ad secundum. 174
Fletus mitigat tristitiam.q.38.S 287
Fomes qui est in membris, quando sit lex, & quando non, q.90.A.ad primum.722;& q.91.K.734; & argumen. in contrarium,& ad primum. 735
Fomitis nomen non habet locum nisi in inclinatione sensualitatis hominis, non tamen quamcunque. quæstio.91.K; & ad tertium. 735
Forma intentionalis specificè distinguitur ab eo cuius est forma; & quare sic dicuntur.q.22.C.ad tertium.190;& q. 37.Q.ad primum. 285
Forma & subiectum immediatè ad inuicem se habent, ita quòd inter ea nihil mediat.q.49.A 330
Forma tantùm non est semper actus purus.q.50.H.ad 2.341
Formarum augmentum est duplex.q.52.P 351
Formale dicitur aliquid dupliciter, quia vel est actu, vel ex se incontractum; ratione vnius genus,& magis commune est formalius, ratione alterius species est formalior. q.18.G.ad tertium. 150
Formam acquirens quandoque in instanti acquisitionis incipit secundùm eam operari.q.113.S.ad quartum. 959
Formæ abijciendæ vltimum instans non datur, sed vltimum tempus. ibidem
Formæ intentionales quare sic dicantur,& an sint eiusdem speciei cum realibus.q.37.Q.ad primum. 285
Forma aliqua potest secundùm seipsam augeri, aliqua non; & quomodo recipit magis,& minus secundùm participationem subiecti quędam,& quædam non.q.52.P.351
Formarum & habituum augmentum fit secundùm participationem subiecti eiusdem formæ, non per additionem formæ ad formam.q.52.O 354
Forma intensa an varietur quo ad essentiam, vel quo ad esse solùm. ibidem
Formã per essentiam augeri, an concedere debeat Thomista. q.53.T.ad secundum. 359
Formæ,& proprietates naturales penes quid distinguantur. q.54.T 364
Forma supernaturali an naturaliter videri possit Deus propter Scotum.q.62.R 426
Forma virtutum quomodo sit charitas.q.62.S 428
Forma quodammodo finitur per materiam; exponitur, & notatur defectus Scoti.q.2.N 26
Formam intensam subiectum magis participare,exponitur, q.52.P 351
Formalis effectus an sit idem cum forma. q.28.C 221
Formæ causalitas, & efficientis differunt.q.85.S.ad 3. 668
Forma hominis anima rationalis conuenit, & differt ab omnibus alijs formis.Quæst.85.littera Z facie 677
Forma cuius contrarium, vel priuatio in subiecto præcessit, an sit reparabilis.q.109.Q.ad secundum. 913
Fornicatio est grauius peccatum, quàm furtum. q.73:E. ad primum. 542
Fornicatio quamuis auferat vitam gratię,non tamen est grauius peccatum homicidio, per quod vita naturæ auferetur.q.73.H.ad tertium. 551
Fornicatio sicut & ciborum quorundam vsus, quare gentibus interdicebatur.q.103.K.ad tertium. 857
Fornicator in corpus suum peccat,exponitur,q.72.M 515
Fortitudinem & temperantiam esse partium irrationabiliũ, exponitur;& quid de eis post hanc vitã maneat. q.67.Q & ad tertium. 461
Fortuna, & fœlicitas possunt esse eiusdem sicut subiectorũ, non autem sicut obiectorum. q.2.L 25
Forum pœnitentię, seu conscientię, & contentiosum quid sit, & iustę leges obligant in foro conscientię, non autem iniuste.q.96.I 767
Frenetici & alij mente capti patiuntur extasim, sed non ratiuntur.q.28.E 224
Frigiditas & caliditas dicuntur dispositiones, vel habitus, exponitur,q.49.B.ad secundum. 333
Fruens Deo nõ potest non velle frui eo,nec Deus velle potest, q talis velit carere fruitione beatifica.q.5.M 59
Fruitionis nomen a sensibilibus fructibus deriuatum est, quæst.11.X 100
Fruitio est actus appetitiuæ potentiæ. ibidem
Fruitio non est amor, sed consequitur ipsum.q.11.Z 103
Fruitio est de vltimo expectato, non tamen est id quo attingitur illud expectatum.q.11.X 100
Frui est amore inhærere alicui rei propter seipsam, exponitur. ibid.
Frui non est potentię recipientis fructum subiectiuè, sed respicientis fructum obiectiuè. ibid.
Fruitio non inuenitur nisi in habentibus cognitionem. quæstio.11.Y 102
Fruitio conuenit brutis imperfectè, sed rationali naturæ perfectè. ibidem
Fruitio propriè est finis vltimi. q.11.Z 103
Frui potest quis essentia sine personis in via. ibidem
Frui potest quis in via Patre, & Filio, non fruendo Spiritu sancto; sed non potest frui Patre sine Filio, vel econtra. ibidem
Frui non potest quis in patria essentia sine personis, vel vna persona sine alia. ibid.
Fruitio est visionis, non secundùm se, sed vt habitio Dei, ibidem. 103
Fruitio est suipsius, non quidem principaliter, sed secundariò. ibid.
Fruitio perfecta est finis habiti realiter, sed imperfecta est etiam finis, non habiti realiter, sed in intentione tantùm. q.11.A 104
Fruitio viæ & patriæ,licet sit eiusdem rei, non tamen eiusdẽ obiecti vt obiectiuè, nec est eiusdem rationis. ibidem
Fruibili magis congruit intentũ esse,quàm desideratũ. ibid.
Fruitio an ad amorem, vel delectationem pertineat. quæstio.25.O 205
Fructus spiritualis hominis quid sit,& quòd fructus Spiritus sancti sunt actus,contra Scotum.q.70.N 496
Fruimur cognitis, in quibus voluntas delectata conquiescit, secundùm Augustinum;exponitur.ibidem,ad secundum.
Fructus differunt a beatitudinibus, sicut magis commune a minus communi.q.70.O 497
Fructus aliquis datur, qui etiam est beatitudo; & aliquis, qui non est beatitudo. ibid.
Fructus quomodo sit quid vltimum.q.70.O.ad tertium.497; & P.ad tertium. 500

Fructuum distinctio a beatitudinibus summariè explicatur. Quæst.70.O.ad 3.facie 497;& P.ad 3. facie 500
Fructuum numerus conuenienter ponitur ab Apostolo.quæstio.70.P 498
Fructum terræ bene triplicem ponit Dominus, exponitur, ibidem,ad secundum. 499
Fructus Spiritus sancti non omnes enumerantur ab Apostolo, nec tamen eius enumeratio est diminuta, ibidem, ad quartum. 500
Fructus spiritus contrariantur operibus carnis, quæ tamen oppositio non est propria, sed quædam adaptatio, quæstio.70.Q 500
Funeribus amicorum, quare Sacerdotes interesse non debuerunt.q.102.F.ad vndecimum. 849
Fures simplices, & diuini, an iustè interficiantur. q.73.E. ad primum. 542
Furtum non est tantum peccatum, sicut adulterium, ratione iniustitiæ,non autem ratione carnalitatis. ibidem
Furtum boum quare quintupliciter restituebatur,Ouium verò quadrupliciter.q.105.Q.ad nonum. 869

G

Gaudium de Deo est duplex, scilicet vt in se; & hoc est laudabilius;& de Deo habito; & hoc est honorabilius.q.4.A 43
Gaudium an sit passio; & gaudium, & amor quid significent, vt ponuntur in voluntate; & quomodo in Angelis, & appetitu intellectiuo ponantur. quæstio.22.D. ad tertium. 191
Gaudium,& delectatio non sunt omnino idem.q.31.Y 243
Gaudium duplex potest poni, intellectuale, & rationale. q.31.Z 244
Gaudium etiam potest esse in appetitu sensitiuo.q.35.B.268; & q.31.Z 244
Gaudium, & tristitia, spes, & timor communiter dicuntur esse passiones principales, & quæ sint principalissimæ. quæst.25.Q 209
Gaudium,& tristitia non possunt simul conuenire eidē actui, etiam respectu diuersorum.q.25.Q 209
Gentiles quomodo naturaliter fecerint ea quæ legis erant. q.109.N.ad primum. 907
Generatio, & corruptio quomodo distinguantur,cum generatio vnius sit corruptio alterius;& terminus corruptionis sit non esse.q.23.F 194
Generationis ordo est simpliciter posterior ordine perfectionis.q.62.S 427
Generatione prius non semper est imperfectius.quæst.106. littera T 875
Generis logici vnitas non infert vnitatem generis physici, nisi intelligitur de genere propinquo; & quomodo corruptibile, & incorruptibile differunt genere.quæstio.85.Z. ad primum. 678
Genus quomodo sumatur a materia.q.54.X 362
Genus, & species quomodo in moralibus accipiuntur, quia quandoque pro eodem. quæst.88.K.701;& L.ad secundum. 703
Generatiuam potentiam causare peccatum originale,exponitur,q.83.M.ad primum. 657
Gloria quid sit, & in quibus consistat.q.2.K 22
Gloria accipitur differenter apud sanctum Thomam; & gloria, quæ est notitia, & visio patriæ, non est idem conuertibiliter cum beatitudine patriæ. ibid.
Gloria variè accipitur, & quomodo differt a gratia. quæstio.67.X 472
Gloriam fuit Abraham consequutus ex operibus legis, expositur,q.100.S 815
Glorificatio iustorum aliquo modo est maius opus, quàm iustificatio impij, aliquo verò modo è contra. Quæst.113. littera V facie 962
Gnomin aliter iudicat, quàm synesis. quæstio.57.Q.ad tertium. 393
Gratia data est vnicuique vestrum secundùm mensuram donationis Christi,exponitur,q.66.K 451
Gratia,& charitate priuatus an semper peccet.quæst.76.B. ad secundum. 590
Gratia recuperata,an omne vulnus voluntatis tollatur.quæstio.87.F.ad tertium. 693
Gratia subtracta sine demerito, quamuis esset defectus,non tamen malum culpabile.q.79.T.ad primum. 626
Gratia priuatus, an omnia præcepta implere possit, etiam quo ad substantiam actus.q.100.Q.ad 3. 812
Gratia copiosior datur post Christi incarnationem,nec tātam copiā potuit genus humanū antea consequi.q.106.X.878
Gratia maior non est expectanda, quàm Apostoli, & beatissima Virgo habuit, quæ plenitudinem gratiæ obtinuit, q.106.Y 879
Gratia quæ est principale in noua lege, cōuenienter per opera manifestatur; & hanc homo per sensibilia exteriora consequitur.q.108.E 889
Gratia accipitur quandoque pro gratum faciente, quandoque pro omni dono gratis dato,quod naturalem virtutem excedit.q.109.K 898
Gratia accepta pro auxilio speciali superaddito, non est necessaria ad veri cognitionem, ibidem, ad argumentum in contrarium. 898
Gratia priuatus potest operari bonum physicè,moraliter,& ciuiliter, & si non Theologicè, ibidem,ad 3. 900
Gratia quali indigeret,qui bonum, aut operari, aut velle debebat in statu naturæ integræ, vel corruptæ. quæst.109. littera L 901
Gratia gratumfaciente secluſa,in quale bonum homo potuerit in statu naturæ integræ. ibid.
Gratia priuatus homo in statu naturæ integræ, potuisset Deum naturaliter super omnia diligere absque aliquo gratuito superaddito.q.109.M.904;& ad primum; & ad tertium. 905
Gratia sanans in statu naturæ corruptæ requiritur ad præcepta legis etiam quo ad substantiam actus implenda, nō autem in statu innocentiæ.q.109.N. 906
Gratia gratumfaciens requiritur ad implendam præcepta quo ad modum charitatis. ibidem
Gratia requiritur ad merendum vitam æternam, quamuis absque gratia possit homo in aliquod bonum sibi connaturale.q.109.O 908
Gratia requiritur ad opera,quæ dicuntur esse meritoria,vel factiua beatitudinis. ibid.
Gratia habitualis requiritur ad præparationem voluntatis, vt operetur meritoriè,& Deo fruatur.q.109.P 910
Gratia merendi non distinguitur specie,vel numero a gratia fruendi, sed solùm modaliter. ibid.
Gratia habitualis, vt in anima recipiatur, non præsupponit aliud donum habituale, sed Dei auxiliū interius animam mouentis. ibidem
Gratia non recipitur per quācunque præparationem voluntatis; sed requirit determinatum motum, qui tamen est ignotus, sicut & gratia ipsa. ibidem
Gratia,vt recipiatur, præsupponit dispositionem quæ tamen non est meritoria gratiæ propriè loquendo; & quid dicat illa dispositio. ibid.
Gratia duplex est necessaria ad hoc,quòd quis a peccato resurgat.q.109.Q.& ad primum. 912
Gratia habitualis non erat necessaria in statu innocentiæ ad vitandum peccatum, quod est contra naturalem rationē; sed peccata, quæ erant contra virtutes Theologicas, & præcepta.q.109 R. 914

Gratia Christi, & nostra quomodo dicantur incomparabiles.Quæst.67.littera.X.ad tertium. facie 473
Gratia dabatur circumcisis, sed non per circumcisionem.q. 103.H. ad secundum. 852
Gratiæ gratis datæ quare dicantur in Christo requiescere. q. 68.C.ad primum. 479
Gratiæ,& charitati quomodo peccatum opponatur, scilicet demeritoriè.q.71.H. 507
Gratiæ obstaculum quomodo sit peccatum, quod etiam diminuit habilitatem animæ ad ipsam gratiam.q.85.S. facie 667
Gratiæ subtractio an sit peccatum,& an Deus sit causa subtractionis,& qualiter.q.79.T. 625
Gratiæ subtractio sequitur ex diuersis causis, scilicet Deo, diabolo,& culpa,ibidem ad tertium. 626
Gratiæ necessariò conuenientia vel contrarietatem ad eam habentia debuit noua lex præcipere, vel prohibere.q. 108.E. 889
Gratiæ rectum vsum, & quæ ad ipsum requiruntur præcepit.& ordinauit sufficienter lex noua.q.108.F. 890
Gratiam potuit Deus humano generi denegare salua iustitia.q.106.X.ad primum. 878
Gratiam quædam opera inducunt, quædam verò ex ea procedunt.q.108.E. 889
Gratiam, charitatē habens, necessariò necessitate suppositionis, & formaliter,est Deo gratus, & acceptus, & dignus speciali amore Dei,& vita æterna.q.109.O. 908
Gratiā non habens,an & quomodo posset esse gratus,& acceptus ad vitam æternam. ibidem.
Gratiam,& fidem quamuis omnes sancti habuerunt, non tamen eodem modo,sicut qui in nouo testamento.q.106. T.ad tertium. 876
Gratia habituali indiget homo in statu naturæ corruptæ vt a peccato abstineat, & ea habita potest abstinere ab omni peccato mortali, non autem ab omni veniali. q. 109. R.facie 915
Gratia viatica in natura corrupta vnit mentem Deo primò,sed post resurrectionem redūdabit in corpus. ibidem.
Gratiam habens homo in statu naturæ corruptæ potest vitare omnia peccata venialia ex genere deliberata. ibidē.
Gratia carens in statu naturæ corruptæ potest vitare singula peccata mortalia,& secundùm aliquod tempus,sed diu absque peccato mortali manere non potest,hoc declaratur notabiliter,& tanguntur ibi.Durandus,& Scotus. ibidem. 915
Gratia carens an possit vincere tentationem. ibidem arg. in contrarium. 916
Gratia carens, & peccata vitare non valens, non propter hoc excusatur,ibidem ad primum. 917
Gratiam habens non indiget ad rectè viuendum alio auxilio gratiæ,quasi aliquo alio habitu infuso; indiget tamen auxilio gratiæ secundum aliam modum.q.109.S. 918
Gratia absolutè accepta,& gratia consummata, & gratia gratumfaciens viatica, quomodo differant ibidem ad primum. 919
Gratiam habens ad perseuerantiam,tertio modo dictam,nō indiget alia habituali gratia,sed Diuino auxilio ipsum dirigente,& protegente, contra tentationum impulsus. q.109.T. 919
Gratiam habens necesse habet petere a Deo prædictum per seuerantiæ donum. ibidem.
Gratia dicitur tripliciter.q. 110.V. 922
Gratia ponit aliquid in anima. ibidem.
Gratiæ nomine quandoque intelligitur gratia gratumfaciens,quandoque Dei dilectio, & electio, quæ includuntur in prædestinatione. ibidem.
Gratia an merito luci comparetur, ibidem argumentum in contrarium. 923
Gratia Dei,& esse in gratia Dei,siue habere gratiam Dei, non idem significant. ibidem ad primum.923
Gratia est remissio peccatorum secundum glos.super Apostolum ad Rom.1.exponitur. ibidem ad tertium.
Gratia accepta pro effectu gratiæ in homine,non est qualitas quo ad modum,sed donum gratiæ est qualitas quædā in homine, etiam quo ad modum qualitatis. q. 110.X. facie 924
Gratia dicitur noua creatura ad Gal.vlt.exponitur, ibidem ad tertium.
Gratia vtrum annihiletur. ibidem.
Gratia differt a virtutibus infusis, & soluuntur instantiæ. Scoti contra rationem D.S. pro illa conclusione.q.110.. Y.facie 926
Gratia, & charitas non æqualiter diuidunt inter filios regni,nec eodem modo sunt forma virtutū, nec eodem modo coiungūt fini ultimo, nec vna posita altera superfluit; & hæc omnia dicuntur propter. Scotum ibidem. 927
Gratia operans est fides, quæ per delectationem operatur secundùm Augustinum de spiritu & littera, exponitur ibidem ad primum.
Gratia aliter facit bonum habentem,quàm virtus, ibidem ad secundum.
Gratia est in prima specie qualitatis reductiuè;cum quo tamen stat, quòd est sicut quædam dispositio, ibidem ad tertium. 928
Gratia est principium,& radix virtutum. ibidem.
Gratia est subiectiuè in essentia animæ, & non in potentia, & soluuntur circa hanc conclusionem instantiæ. Scoti.q. 110.A. 928
Gratia est principium merendi radicale,non propinquum, sed charitas per modum imperij,ibidem ad secundū.929
Gratia est duplex, vna quæ vocatur gratumfacieus, alia gratis data.q.111.B. 930
Gratiæ diuisio in gratumfacientem, & gratis datam,est diuisio vocis in diuersa significata, ibidem. 931
Gratia an detur ex debito q.111.B.ad secundum. 931
Gratia gratis data accipitur dupliciter,ibidem ad 3. 932
Gratia Dei potest intelligi dupliciter.q.111.C. 932
Gratia conuenienter diuiditur in operantem, & cooperantem. ibidem.
Gratia operans,& cooperans realiter differunt,si gratia accipiatur pro gratuita Dei motione. ibidem.
Gratia operans,& cooperans non differunt realiter,si gratia accipiatur pro habituali dono. ibidem.
Gratia sola operatur iustificationem, quamuis dicat Aug. Qui creauit te sine, &c.ibidem ad secundum. 933
Gratia cooperans concurrit, non solùm per generalem influentiam,sed etiam specialem,ibidem ad tertium. 934
Gratia diuiditur in præuenientem,& subsequentem.q.111. D.facie 934
Gratia præueniens,& subsequens non solùm attenditur secundùm diuersos effectus, sed etiam secundùm eundem, respectu diuersorum. ibidem.
Gratia gratumfaciens est vna tantùm in vno homine, ibidem ad secundum. 935
Gratia præueniens, & subsequens accipiuntur dupliciter, ibidem.
Gratia præueniens vno modo est idem qđ gloria, alio modo non, ibidem.
Gratia gratis data conuenienter ab Apostolo distinguitur. q.111.E 936
Gratia gratum faciens est excellentior gratia gratis data. q.111.F. 938
Gratia est perfectior charitate, ibidem arg. in contrarium.
Gratia gratis data non causat dispositionem interiorem pro pinquam ad fidem,nec per consequens ad gratiam, ibidē ad secundum. 939

Gratiam nulla creatura causare potest. Quæstio. 112. littera G. facie 939
Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Ioan. 1. exponitur, ibidem ad primum. 940
Gratiam quomodo meruerit Christus. ibid.
Gratia habitualis præexigit aliquando dispositionem in recipiente. q. 112. H 941
Gratiam an præcedat aliqua dispositio in pueris, & in vtero sanctificatis. ibidem
Gratia accepta pro auxilio Dei mouentis, &c. non præexquirit aliquam præparationem ex parte hominis. ibid.
Gratiam præcedens præparatio an sit meritoria, ibidem ad primum. 942
Gratiam primam nullus meretur. ibidem
Gratiam præcedens præparatio potest considerari dupliciter. q. 112. I 943
Gratiam præcedens præparatio, vt est a libero arbitrio, non est dispositio necessitans ad gratiam, sed vt est a Deo mouente, habet necessitatem infallibilitatis. ibid.
Gratiæ obiectum propriè non dicitur Deus. q. 112. K 944
Gratia ex parte obiecti non potest esse maior, & minor, sed ex parte subiecti. ibidem
Gratiam se habere, non potest homo scire per seipsum, & certitudinaliter, potest tamen hoc per reuelationem, & per signa, & coniecturas. q. 112. L 945
Gratiam se habere, non scit homo certitudinaliter ex hoc, q experitur se delectari in Deo. ibid.
Gratiam se habere, non scit homo certitudinaliter ex certitudine spei, vel fidei. ibidem, ad quartum. 946
Gratiæ infusio, & culpæ remissio, an distinguantur. q. 113. N. ad tertium. 949
Gratiam concomitans motus liberi arbitrij in instanti iustificationis, est contritio. q. 113. Q. ad tertium. 955
Gratiæ infusio, & remissio culpæ possunt dupliciter considerari. q. 113. R 956
Gratiæ an anima sit naturaliter capax. q. 113. X 964
Gratiam quomodo sit seminarium gloriæ. q. 114. C. ad tertium. 972
Gratia prima quid dicatur. q. 114. E 974
Gratiam primam nullus sibi mereri potest. ibid.
Gratiam primam alteri mereri, nullus potest, nisi solus Christus. q. 114. F 976
Gratiam primam Christum meruisse membris suis, potest benè & malè intelligi. ibidem
Gratiam primam potest aliquis alteri mereri, merito congrui. ibid.
Gratiæ augmentum potest homo sibi mereri. q. 114. H 978
Gratiæ gradum maiorem potest homo mereri, & tamen ipsum non assequi. ibid.
Gratiæ consumatio quomodo dicatur vita æterna, ibidem ad tertium. 979
Gratiam habens, non omne quod petendo obtinet, meretur, q. 114. I. ad primum. 980
Gradus ties sunt in charitate, q. 61. O. ad tertium. 423
Gratuitis maiora sunt naturalia, quo ad inamissibilitatem, q. 106. X. ad tertium. 878
Gratuitum auxilium Dei quid sit, & ad quid requiratur. q. 109. K 898
Grauè moueturа sua forma, scilicet grauitate, etiam effectiuè; & de hoc est difficultas, quæstione 6. littera S. facie 66
Grauitas, & difficultas circa opera virtutum, est quandoque ex operante, quandoque ex opere, quæstio. 107 littera D. facie 887
Gubernationis rationes, quæ sunt in inferioribus gubernantibus, derivantur a lege æterna. q. 93. P 953
Gulæ circunstantiæ quomodo varient speciem peccati. quæstio. 72. T 528

H

Habilitas animæ qualis, & quid sit; & quomodo per peccatū diminuatur, & quid sit illa remissio. Quæstio. 85. littera S 667
Habitualis dispositio qua subiectum, & corpus disponitur ad formam, potest esse in corpore. q. 50. E 337
Habitualiter omnia in Deum referre, est aliud, quàm virtualiter referri. q. 88. I. ad secundum. 699
Habitudines Dei ad res possunt dupliciter considerari, quæstio. 51. O, ad primum. 350
Habitus vno modo est postprædicamentum; secundo modo est prædicamentum; tertio modo est qualitas, & dicitur significare per modum passionis, & actionis, q. 49. A. facie 330
Habitus aliqui dicuntur essendi, quidam operandi, exponitur illa distinctio, ibidem. 330; & q. 50. F 338
Habitus est determinata, & prima species qualitatis. quæstio. 49. B 332
Habitus, & dispositio disponunt rem benè, vel malè, aliæ autem qualitatis species non nisi in ordine ad habitum, & dispositionem, ibidem ad primum. 332
Habitus, vel dispositiones sunt caliditas, & frigiditas, secundùm Philosophum, exponitur ibidem ad secundum. facie 333
Habitus, & dispositio quomodo distinguuntur per facile, & difficile mobile. ibidem ad tertium.
Habitus potest habere ordinem ad actum, & secundùm rationem habitus, & secundùm rationem subiecti, in quo est habitus, exponitur, q 49. C 334
Habitus qui est potentiæ, vt subiecti, importat ordinem ad actum, sed qui est in re ipsa, importat ordinem ad naturam. ibidem
Habitus quare potentiam præcedat, ibid. ad secundum. 334; & q. 50. F. ad tertium. 339
Habitus essendi important ordinem ad operationem minus principaliter remotè; habitus autem operatiui propinquè. q. 49. C. ad tertium. 335
Habitus aliquos esse est necesse, nullus tamen est in Deo, & ad quid sint necessarii, an faciant ad substantiam actus, vel ad modum tantùm. q. 49. D 335
Habitus quomodo determinent potentiam, & quomodo differunt in potentijs habentibus habitum, ibidem ad secundum. 336
Habitus operatiuus est principaliter in anima, sicut in subiecto; tamen quo ad materiale potest esse in corpore, quæst. 50. E 337
Habitus vocatur infirmitas insanabilis, quia habet modum habitus. q. 49. B. ad tertium. 333; & q. 50. E 337
Habitus omnis est in anima, aut totaliter, aut principaliter. q. 50. E 337
Habitus qui habet ordinem ad naturam non potest esse in anima humana, loquendo de natura humana; secus loquendo de natura aliqua superiori. q. 50. F 339
Habitus operatiuus inuenitur in anima secundùm suas potentias. ibid.
Habitus non est in potentijs sensitiuis, secundùm q operantur ex instinctu naturæ; sed secundùm quòd operantur ex imperio rationis, potest in eis esse habitus. q. 50. G 339
Habitus nullus est in bestijs, contra Scotum, ibid. ad 2. 340
Habitus aliquis an sit in sensibus exterioribus, & interioribus. ibidem ad tertium.
Habitus aliquis est in intellectu possibili. q. 50. H 341
Habitus aliquis ponitur in voluntate, & semper habet ordinem ad voluntatem. q. 50. I 342
Habitus inclinatiui sunt in voluntate. q. 50. I. ad 1. 342
Habitus qui sunt dispositio ad esse naturale, non sunt in Angelis, sed bene habitus ordinati ad operationem, quæstione 50. K 343

Habitus

Habitus aliqui sunt a natura, nō tamē totaliter; tamē aliter in apprehensiuis, aliter in appetitiuis potētijs. Quæst. 51. littera L. facie 344
Habitus principiorum quomodo sit innatus, & est duplex, ibidem. 344
Habitus est quo quis vtitur cum voluerit, exponitur, ibidē, & ad primum. 346
Habitus est nobilior, quàm actus procedens, glosatur. q. 51. M. ad tertium. 348
Habitus non potest causari ex actu agentis, in quo solùm est principium actiuum suæ actionis; in agentibus verò in quibus est principium actiuum, & passiuum, possunt ex actibus habitus causari. q. 51. M. 347
Habitus virtutis in potentia appetitiua non potest causari per vnum actum, sed per multos. q. 51. N. 348
Habitus aliquis in intellectu possibili causari potest per vnū actum, aliquis verò non. ibidem.
Habitus corporales possunt causari per vnum actum. ibidē.
Habitus aliquis infunditur a Deo. q. 51. O 350
Habitus intellectuales, & dispositiones corporales augentur, & secundùm se, & secundùm participationem subiecti. q. 52. P 351
Habitus corporales augentur secundùm intensionem, quæ fit secundùm participationem subiecti. q. 52. Q 354
Habituum, & aliarum formarum augmentum non fit per additionem formæ ad formam, sed quia subiectum magis participat eandem formam. ibidem.
Habitum aliquis actus auget, sed non omnis. q. 52. R 356
Habituum augmentum per actus quomodo assimilatur cauationi lapidis per guttas. ibidem ad primum.
Habitu intellectuali aliter indiget intellectus Angelicus, aliter humanus. q. 50. K 343
Habitus corporales corrumpi possunt per se, & per accidēs. q. 53. S. 356
Habitus scientiæ non potest corrumpi per accidens quo ad id, quod habet in intellectu, sed ex parte inferiorum virium, ibidem. 357
Habitus scientiæ habet aliquid secundarium in viribus apprehensiuis sensitiuis. ibidem.
Habitus principiorum primorum, & species intelligibiles non possunt corrumpi per se. ibidem.
Habitum principiorum dicit D. S. causatum ab intellectu agente, non obstante, quòd dicat alibi ipsum innatum, ibidem. 357
Habitus principiorum non possunt corrumpi per obliuionē, declaratur. ibidem.
Habitus scientiæ, & opinionis, virtutis, & vitij per se possunt corrumpi. ibidem.
Habitus dupliciter diminuitur. q. 53. T. 358
Habitus an sit forma simplex, ibidem ad primum. 359
Habitus aliquis corrumpi potest per cessationem ab actu, sed non omnis. q. 53. V. 360
Habitus plures possunt esse in vno subiecto. q. 54. X. 362
Habitus plures operatiui possunt esse in vna potentia, ibidē.
Habitu aliquid fit, quod per potentiam solam fieri non potest. q. 51. L. ad secundum. 346
Habitus aliter perficiunt animam cum est coniuncta, quàm cum est separata. q. 67. R. ad secundum. 465
Habitus operatiuus est ars propriè loquendo, & i nhoc differt ab habitibus speculatiuis; tamen etiam in aliquo cōuenit cum eis. q. 57. N. 388
Habitum præcedunt, & sequuntur actus, qui sun similes, & dissimiles. q. 78. O. ad secundum. 612
Habitus in bonitate, & malitia exceditur ab actu. q. 71. G. facie 506
Habitus vitiosus diuturnior est actu vitioso, sed actus est maior quo ad modum entis, non autem quo ad modum essendi. ibidem.

Habitus, & dispositio, nec sunt semper idem, nec in eodem semper. Quæst. 74. littera O. ad secundum. facie 563
Habitus quandoque importat ordinem ad actum, quandoq; accipitur vt est dispositio alicuius naturæ ex multis cōpositæ. q. 82. F. 645
Habitus causatus ex peccato actuali non est peccatū actuale. q. 82. F. ad secundum. 646
Habitus infusus apud Theologum præcedit actum Theologicè bonum, secus in malis. ibidem ad tertium.
Habitus peccati originalis an sit infusus acquisitus, aut innatus. ibidem.
Habitus, & priuatio sunt quodam ordine circa idem, exponitur. q. 85. T. ad tertium. 671
Habitum habens peccati non semper peccat ex habitu, & habens habitum vitiosum potest prorumpere in actum virtutis. q. 78. O. 614
Habitum vitiosum habens quicumque vtitur eo, necesse est, quòd ex certa malitia peccet, & quomodo habitus, & malitia sibi inuicem assimilentur. ibidem.
Habitus ex quo quis ex malitia peccat, sufficit quòd sit in volente, & non oportet, q sit in voluntate subiectiuè, ibi.
Habitu vtens an delectetur vel tristetur de factis ex ipso. q. 78. O. ad tertium. 615
Habitus virtutis nouus an generetur ex actibus virtuosis, vel an virtus per hos augeatur, & an sint eiusdem rationis cum habitu, ex quo actus eliciuntur. quæst. 92. L. ad primum. 736
Habitus est quo aliquid agitur cum opus est, exponitur. q. 94. T. arg. in contra. 748
Habitus dicitur aliquid vel essentialiter vel obtectiuè; secūdo modo dicitur habitus quod habitu tenetur, sicut lex naturalis hoc modo habitus dicitur. q. 94. T. 747
Habitus non est possibilis cuius actus est impossibilis, vt Scotus proponit, exponitur. q. 67. Q. 461
Habitus intellectuales manent post hanc vitā quo ad formale, non autem quo ad materiale. q. 67. R. 464
Habitus intellectuales aliter perficiunt intellectum coniunctum, aliter separatum, ibidem ad tertium. 465
Habitus an tollatur qno ad substantiam cum materia subtrahitur. q. 67. V. ad tertium. 471
Habitus, & potentia distinguuntur per obiecta, exponitur. quæst. 1. D. 8
Habitus etsi sit diuturnior actu, non tamen est nobilior. q. 3. R facie 31
Habitus, & potentiæ aliter, & aliter distinguuntur. q. 54. X. facie 362
Habitus distinguuntur vt habitus, & vt proprietates, & formæ naturales, & in hoc Scotus Doctorē sanctum non intellexit. q. 54. Y. 365
Habitus, potentiæ, & actus, sunt media inter purè absoluta & purè respectiua. ibidem.
Habitus, quàm differenter distinguantur, vt formæ, & vt dispositio ad naturam, & operationem. ibidem.
Habitus, potētiæ & actus, cōuenienter distinguūtur per obiecta, contra Scotum, ibidem, ad primum. 365
Habitus distinguuntur per bonum, & malum. q. 54. A 366
Habitus aliquis specificè distingui potest per aliquid qđ est commune omni enti, ibidem, ad secundum. 367
Habitus est simplex per qualitas non constituta ex pluribus habitibus. q. 54. B. 368
Habitus, sunt virtutes humanæ intellectuales, tamen non dicuntur simpliciter virtutes. q. 55. C. 369
Habitibus non meremur sicut merito propriè dicto, secus si meritum largè accipiatur, ibidem, ad tertium. 370
Habitus operatiuus est virtus humana, q. 55. D. 371
Habitus essendi etiam ordinatur ad operationem, & si indirectè, quamuis non perficiat potentiam operatiuam, ibidem, ad primum.

Habitus, qui sunt in sensibus interioribus, non possunt dici virtutes. Quæst. 56. littera I facie 381
Habitus aliquis dicitur duplici ratione virtus. q. 57. L. 384
Habitus intellectuales speculativi possunt dici virtutes, ibidem.
Habitus vnde dicatur practicus. ibidem ad primum. 385
Habitu intellectus, vel sciētiæ cognoscūtur simul vnico actu principium, & conclusio. q. 57. M. ad secundum. 387
Habitus speculativus, qui est virtus, est semper de re vera, non autem practicus. q. 57. P. ad tertium. 392
Habitum virtutis habens de facili operatur ea, quæ sunt virtutis, declaratur, q. 65. G. ad secundum. 446
Habitus virtutis maior potest stare cum minori promptitudine ad actum virtutis. q. 65. E. ad secundum. 443; & q. 66. L. ad tertium. 453
Habitus quidam sunt dona Spiritus sancti. q. 68. C 479
Hebetudo duplex inducitur per peccatum. q. 85. V 672
Herbarum vsus quare non fuerit prohibitus, sicut quorundam animalium. q. 102. F. ad secundum. 846
Hæreditare possunt filiæ, & mulieres, nec hoc est in præiudicium ciuitatis. q. 105. Q. ad secundum. 867
Hæresis, Error, Ignorantia, & Nescientia differunt. q. 76. littera B 589
Heroica virtus, siue Diuina, quomodo distinguatur a virtute communiter dicta. q. 54. A. 366; & quæstio. 68. A. ad secundum. 476
Heroica virtus an sit realiter distincta ab acquisita. q. 68. littera B 477
Hircus, super quem peccata ponebantur, ideo mittebatur in desertum, & alius comburebatur. q. 102. E. ad sextum. facie 841
Histrio diligitur dupliciter. q. 27. A. ad secundum. 219
Holocaustum, hostia pacifica, & pro peccatis, quale, & quid fuerint; & quare animalia offerebantur in veteri lege. q. 102. C. ad nonum, & decimum. 828
Homo accipitur quandoque pro omni natura rationali. quæstio. 11. Y 102
Homo si nihil haberet de entitate, & bonitate, neque bonū, nepue malum dici posset. q. 18. A 139
Homo naturaliter scire desiderat, exponitur q. 29. O. ad secundum. 233
Homo in statu naturæ corruptæ indiget gratia habituali sanante naturam, vt omnino a peccato abstineat, qua habita potest abstinere ab omni peccato mortali, non autem ab omni veniali. q. 109. R 914
Homo in gratia constitutus, in natura tamen corrupta, non potest vitare omnia venialia peccata ex genere. ibid.
Homo carens gratia in statu naturæ corruptæ, potest vitare singula peccata mortalia, & secundùm aliquod tempus; sed diu absque mortali peccato manere non potest, & ratio huius ponitur, & tangitur Durandus, & Scotus. quæstio. 109. R 915
Homo mortalis peccator non potest etiam vitare peccata in moribus, & opposita virtutibus moralibus. ibidem
Homo an sine gratia possit vincere tentationem, ibidem. ad argumentum in contrarium. 916
Homo carens gratia, & per consequens non potens vitare peccata, non propter hoc excusatur, ibidem ad 1. 917
Homini proponitur vita, & mors, bonum, & malum, &c. exponitur ibidem ad tertium. 917
Homo existens in gratia, ad rectè viuendum non indiget alio auxilio gratiæ, quasi alio habitu infuso; indiget tamen auxilio gratiæ secundum alium modum. q. 109. S 918
Homo in gratia existens ad perseuerantiam tertio modo dictam non indiget aliqua alia gratia habituali, sed Diuino auxilio ipsum dirigente. q. 109. T 919
Homo gratiam habens necesse habet petere a Deo perseuerantiæ donum. ibid.
Homo in statu innocentiæ perseuerauit facilius in bono, quàm nunc perseueremus; non tamen potuit perseuerare sine speciali Dei auxilio. Quæst. 109. littera T. ad tertium. facie 921
Homo in patria erit impeccabilis, aliter tamen, quàm in statu innocentię. ibidem
Homines reducuntur in Deum per gratiam ordine quodam. q. 111. B 930
Homo an plus debeat petere vnionem suĩpsius ad Deum per gratiam, quàm totius ecclesiæ; & an quis debeat velle solus Deum offendere, ne tota communitas offendat. q. 111. F. ad primum. 938
Homo an debeat peccare venialiter, ne alius peccet mortaliter. ibidem
Homo quamuis totum posse suum debeat Deo, non tamen exigitur ab eo totum de necessitate. quæst. 114. A. ad primum. 968
Homo potens facere aliquod bonum, & non faciens, an peccet peccato accidiæ. ibid.
Homines perfecti an in hac vita possint esse absq; omni passione. q. 61. O. ad secundum. 423
Homini inexistens a natura, est omnibus commune, exponitur q. 63. T. ad argumentum in contrarium. 430
Homo Deum diligere non potest, quantum diligi potest, declaratur, q. 64. D 440
Homo an exercitari possit in actibus vnius virtutis, & non alterius. q. 65. G. ad secundum. 447
Hominis ad seipsum est maxima vnitas, & consequenter maximus amor. q. 27. A 218
Homo consideratur secundùm speciem, & genus, & secundùm hoc alia, & alia bona ei conueniunt. q. 87. G 693
Homo ratione formæ naturaliter est immortalis. quæst. 85. Z. facie 676
Homo vt sic, semper agit propter finem præstitutum per rationem. q. 1. B. 2; & C. & ad primum. 6
Homo quamuis indigeat auxilio Diuino, & gratuito ad bonum Theologicum operandum, ex naturalibus tamen potest in bonum morale stante generali influxu. q. 109. K. ad tertium. 900
Homo in statu naturæ integræ aliter indiguit Diuino auxilio ad bene volendum, & operandum, quàm corrupto. q. 109. L 901
Homo in statu naturæ corruptæ potest quidem particulare bonum agere, non autem bonum sibi connaturale, ita q̃ in nullo deficiat. ibidem
Hominem esse dominum suorum actuum, exponitur, quia quidam est meritorius, quidam bonus secundùm quid. q. 109. L. ad primum. 902; & O. ad secundum. 908
Homo per seipsum potest peccare & deficere, sed non potest per seipsum esse, & operari. q. 109. L. ad secundum. 902
Homo in statu innocentiæ non indigebat auxilio gratuito ad Deum super omnia diligendum, sed sufficiebat auxilium generale; secus pro nunc. q. 109. M 903
Homo integer aliter potuisset in actus virtutum, quàm corruptus, tàm quo ad substantiam actus, quàm quo ad modum charitatis, & virtutis. q. 109. N 906
Homo si fuisset absque gratia creatus, ex naturalibus integris non potuit, nec tenebatur ad Dei dilectionem super omnia, nisi remotè. ibidem
Homo sine gratia quomodo possit esse gratus, & acceptus ad vitam ęternam denominatione extrinseca. q. 109. O. facie 908
Hominis est præparare animum, exponitur, quæstio. 109. P. ad quartum. 911
Homo in statu naturæ integræ potuit non peccare, etiam sine gratia habituali, quamuis non sine auxilio Dei in bono conseruantis. q. 109. R 914
Homicidiū non dispensatur, nec ēt a Deo. q. 100. O. ad 3. 806

Homici-

Homicidium nunquam potest iustè fieri. Quæst. 100. litt. O. ad tertium. 806
Homicidium non recompensabatur per occisionem animalis bruti. q. 105. Q. ad duodecimum. 870
Homicidij præceptum prohibuit manum, & animum. quæstio. 107. B. ad secundum. 885; & C. ad secundum. 886
Honor non est beatitudo, sed eam præsupponit, vel aliquam eius partem; & nomine honoris quid importetur. quæst. 2. littera K 21
Honor, & reuerentia differunt, & honor est in honorante, exponitur. ibidem
Honor est præmium virtutis, exponitur; & honor, & gloria quomodo differunt, & vnum est causa alterius, ibid.
Honestum quid sit. q. 39. B 291
Honestas quandoque distinguitur a iustitia, quandoque iustitia est pars honestatis subiectiua, & diuiditur tunc in quattuor virtutes Cardinales. q. 95. D. ad 2. 771
Humanarum actionū bonitas dependet ex fine, & ipsarum est quadruplex bonitas. q. 19. D 157
Humanæ actioni an finis sit penitus extrinsecus, ibidem ad secundum. 158
Humanus actus duplicem habet indifferētiam. q. 18. H. 163
Humanorum actuum aliqui sunt indifferentes secundùm speciem, exponitur. ibidem
Humana virtus est habitus operatiuus. q. 55. D 372
Humana virtus est habitus bonus, & boni operatiuus. quæstio. 55. E 374
Humanorum actuum ordinatio non fit per naturam, sicut in creaturis irrationabilibus; sed per rationem, & voluntatem, exponitur q 91. F. ad secundum. 729
Humanitas Christi aliter disponitur ad gratiam, quàm sacramenta. q. 112. G. ad secundum. 940
Humilitas quare non sit virtus Cardinalis. quæstio. 61. M. ad secundum. 419
Humores an sint actu partes animati. q. 54. X 362

I

Iacob accedendo ad Lyam, non demeruit. q. 7. E 78
Iacob fuit cum Lya ex ignorantia antecedente. q. 6. B. 76
Iactator quandoque præter intentionem recedit a veritate; sicut & Iron & iactantia dupliciter accipitur. q. 72. S. ad secundum. 527
Idea quid sit, & quàm differenter ideam habeant in Deo, quæ sunt perfectionis simpliciter, & quæ secundùm quid. quæst. 61. O 421
Idea & ars quàm differenter dicantur ratio Diuinæ sapientiæ. q. 93. N. 739; *& q. 94. T* 747
Idea vna est totius vniuersi, & omnium partium, vt concurrunt ad ordinem vniuersi; partium verò secundùm se sunt diuersæ. q. 93. N. ad primum. 739
Idem non est causa contrariorum, exponitur, quæst. 27. A. ad primum. 219; & q. 32. G. ad secundum. 253
Idem non potest esse nisi in vna specie, glosatur, quæst. 1. D. ad tertium. 12
Ignis flamma, & ignis carbo, quomodo differant. q. 35. H. facie 277
Ignorantia semper causat non volitum, non tamen semper inuoluntarium, & aliqua causat inuoluntarium, aliqua non. q. 6. B 76
Ignorantia concomitans non facit inuoluntarium, sed facit non volitum, nec facit immunem a peccato, nec aliqualiter excusat. ibid.
Ignorantia habet se ad voluntatem multis modis, & ignorantia consequens non potest causare simpliciter in voluntarium, sed secundùm quid. ibid.
Ignorantia antecedens quid sit, quæ etiam dicitur ignorantia inuincibilis, & facti, vel circunstantia; & quid sit ignorantia consequenter se habens ad voluntatem, & quòd multis modis se habet ad voluntatem. Quæst. 6. littera B. facie 76
Ignorantia concomitans quid sit, & ignorantia antecedens quòd causet in voluntarium simpliciter, & quòd ignorātia cognitionis debitę ipsius iuris est ignorantia consequens. ibidem
Ignorantia non omnis, quę est causa facti, ipsum excusat, nisi sit antecedens, & inuincibilis. ibid.
Ignorantia multiplex causatur ex passione partis sensitiuę. q. 77. L. ad secundum. 609
Ignorantia opponitur industriæ, vel certę malitię, & quomodo peccatur ex ignorantia in filium, ex infirmitate in patrem, ex malitia in Spiritum sanctum. quæst. 78. N. ad primum. 612
Ignorantia quędam est causans, quędam cōcomitans actum peccati. ibidem
Ignorātia quomodo quędam maior, quędam minor; & quanto maior, tantò quandoque plus grauat peccatum. q. 78. Q. ad primum. 619
Ignorantia quę faciat inuoluntarium, & quę excusęt. q. 73. G. ad argumentum in contrarium. 547; & q. 88. O. ad secundum. 710
Ignorantia nō semper excusat a peccato. q. 74. P. ad 3. 565; & q. 19. I. 164; & E. ad 3. 160
Ignorantia non potest esse causa actus peccati, non per se mouens, sed per accidens remouens scientiam, vel particularem, vel vniuersalem. q. 76. A. 587
Ignorantia est triplex, scilicet vniuersalis, particularis, & circunstantię; & ignorantia peccantis non semper est causa peccati. ibid.
Ignorantia non est ens reale, sed priuatiuè, & ens rationis, ibidem ad primum. 588
Ignorantia excludit voluntarium, & tollit rationem peccati dupliciter. ibidem ad tertium.
Ignorantia, Nescientia, Error, Hęresis differunt, & quomodo vincibilis sit peccatum, si sit eorum, qnę quis scire tenetur, non autem inuincibilis. q. 76. B. 588
Ignorantiæ peccatum concomitatur voluntas, vel positiuè, vel interpretatiuè, ibidem ad tertium. 590
Ignorantia, & est peccatum, & est priuatio scientiæ, quæ etiam manet post peccati remissionem, ibid. ad quartum.
Ignorantia cur a peccato excusęt, & semper tollat voluntatem, non autem semper causat inuoluntarium. quæst. 76. littera C. 591
Ignorantia, quæ nō est causa actus, non excusat; & eadem ratio est de quacunque non causante, sed consequente, vel concomitante actum peccati; & ita talis non a toto, nec a tanto excusat, sed quæ est causa actus peccati, habet quòd excusęt. q. 76. C. 591; *& q. 78. N. ad 1.* 612; *& Q. ad primum.* 619
Ignorantia, quæ est causa actus, non excusat, & hoc est, vel ex parte rei ignoratæ, vel ex parte ignorantiæ; si verò sit vincibilis, vel inuincibilis, tamen eius quod non tenetur scire, omnino a peccato excusat. q. 75. C. 591; *& q. 77. L. ad secundum.* 609
Ignorantia inuincibilis, & quæ totaliter excusat, non minuit peccatum, sed omnino tollit, & quę non est causa actus peccati, sed concomitans, nec auget, nec minuit, q. 76. D 593
Ignorantia, quæ est causa peccati, est alia ab ignorantia, quę est antecedens. q. 76. D. 593; *& q. 78. N. ad primū.* 612; *& Q. ad primum.* 619
Ignorantia, quæ est causa peccati, & non totaliter excusans, & per se & directè voluntaria, non diminuit, sed auget peccatum. q. 76. D 593
Ignorantia tollit vsum rationis, vel sine, vel cum culpa; & secundùm hoc excusat, vel non. q. 76. D. ad quartum. 595

Ignoran-

Ignorantia non auferт ſpeciem mortalis peccati,niſi inuincibilis.Quæſt.88.littera O.ad ſecundum. facie 710
Ignorantia eſt duplex, quandoque eſt cauſa propinqua vel remota peccati,quandoque effectus.q.85.V.ad primum. 672.*& q.77.M.* 610
Ignoranter agere,& per ignorantiam,eſt aliud, & aliud.q. 76.*D.arg.in contra.* 594
Ignorans feci,ideo miſericordiam ſum conſequutus,exponitur.q.76.D.arg.in contra. 594
*Ignorans eſt omnis peccans,& malus,exponitur.q.76.D.ad primum.*594;*& 78.N.ad primum.* 612
Ignorans dicitur ſecundùm Ambroſiũ grauiſſimè peccare, exponitur.q.76.D.ad tertium. 594
Iherotheus eſt doctus,&c.non ſolum dicens,ſed patiens Diuina,exponitur.q.22.D.ad primum. 191
Ieſum eſſe Deum omnium, nemo dicit niſi in Spiritu ſancto,exponitur.q.109.K.ad primum. 899
Illiberalitas connaturalior eſt homini, quàm prodigalitas, exponitur.q.32.K.ad ſecundum. 255
Illuminatio dicit duo,& quare mali Angeli non illuminãt, ſed duntaxat boni.q.80.Y. 630
Illuminare,& illuſtrare dicitur Deus,ſicut ſol; ſed non eodẽ modo.q.109.K.ad ſecundum. 900
Imaginaria,& fantaſtica apparitio ſit tripliciter. q. 80.*Y. facie* 631
Imperfecti in Dei amorem inducuntur ex receptis beneficijs, præmijs ſperatis, & pœnis vitandis.quæſtio.99.F. facie 792
Imperfectio quando eſt de ratione ſpecifica alicuius, tunc euacuatur per aduentum perfectionis,ſicut patet de fide. q.67.X.ad primum. 472
Imperfectum lumen non remanet ſuperueniẽte lumine perfecto in eodẽ ſubiecto;ſicut nec lumen fidei cũ lumine gloriæ.q.67.V.ad ſecundum. 471
Imperfectum non poteſt ſemper peruenire ad æqualitatem perfecti per augmentum,licet cum eo ſit eiuſdem rationis.q.67.X.ad tertium. 473
Impij iuſtificatio,quid requirat vltra iuſtificationem.queſt. 106.V. 876
*Impotentia non ſemper excuſat hominem a peccato,q.109. N.ad ſecundum.*907;*& P.*910;*& 21.X.ad tertiũ.*183
*Impoſſibile nullum Deus præcepit homini, quamuis multa ei præcepta ſint, quæ per ſeipſum implere non poteſt.q. 109.N.ad ſecundum.*907;*& P.ad primum.* 911
Impoſſibile duplex,ſcilicet per ſe,& per accidens; & primum implicat.q.13.L. 113
Imperare eſt actus rationis eſſentialiter præſuppoſito actu voluntatis,& quid ſit imperare,quid requirat, & quam multipliciter fiat.q.17.I. 129
*Imperatus poteſt eſſe actus voluntatis, & rationis quo ad exercitium ſemper,ſed non quo ad ſpecificationem.q.17. N.*133;*& O.* 134
Imperatus eſt aliquis actus dupliciter,directè,& indirectè; & actus appetitus ſenſitiui ſequentes apprehenſionẽ ſunt imperabiles,non autem ſequentes diſpoſitionem corporis. q. 17. P.facie 135
Imperabiles ſunt omnes motus membrorum, quę ſequuntur membra vt mouentur motu locali mediante potentia executiua,& potentijs ſenſitiuis; ſed nõ qui ſunt in membris a virtutibus vegetatiuis.q.17.R. 137
Imperio non ſubduntur actus animæ vegetabilis. q. 17. Q. facie 136
Imperium non conuenit brutis animalibus, niſi ſecundùm quandam interpretationem.q.17.K. 137
Imperiũ quomodo ſe habeat ad actum ratiõis antecedẽter, vel conſequenter.q.17.L. 131
Imperium, & actus imperatus an ſint vnus actus humanus.q.17.M. 132
Imputabilitas quid importet.Quæſt.21.littera X. facie 183
Incipere rem,& perficere, non ſemper eſt eiuſdem, declaratur.q.5.N. 61
Inchoatio virtutum in anima plus requirit, quàm potentiã obedientialem ad eas.q.63.T 429
Inclinatio hominis ad virtutem,quid ſit.q.85.S 667
Inclinatio naturalis duplex eſt, quædam eſt actus elicitus, quædam non.q.41.P. 302
Inclinatio naturæ,& virtutis differunt.q.60.H. ad ſecundũ. facie 411
Inclinatio naturalis ad benè operandum abſque ratione recta,non eſt virtus,immo poteſt eſſe periculoſa. q. 58. V. ad tertium. 399
Inclinatio appetitus ſenſitiui in propria obiecta eſt materiale,& aliud a virtute,& non manet in patria.q.67. Q. facie 461
Incomplexa vt ſic non ſunt appetibilia.q.13.L. 113
Inconſideratio, & praua electio ſequens,habent rationem vnius totalis peccati.q.75.A.ad tertium. 580
Incontinens quomodo dicatur vinci a paſſionibus. q.9.M. facie 87
Incontinens concupiſcentiæ eſt turpior, quàm incontinens iræ.q.73.E.ad tertium. 542
Indifferens quando dicatur actus humanus, & quando nõ. q.18.A 152
Ineſſe competit alicui dupliciter, vt in cauſa principali vel inſtrumentali,& vt in ſubiecto.q.83.K. 652
Ineſſe poteſt aliquid vel per inhærentiam vel per contingentiam.q.7.D. 77
*Infectio voluntatis per peccatum originale, quid ſit q.83. M.*657.*N.* 658
Infidelium primi motus ſenſualitatis non ſunt peccata mortalia.q.89.T 719
*Infidelium vita omnis ſecundum Auguſtinum, eſt peccatũ,exponitur.q.63.V.ad primũ.*431;*& quæſt.65.F.*445
*Infidelium parvuli inuitis parentibus non ſunt baptizandi.q.108.G.ad quintum.*894;*& q. 106.X. ad tertium. facie* 878
Infideles quando de peccato infidelitatis excuſationem habeant,& quando non.q.106.Y.ad quartum. 880
Inferius natum eſt moueri a ſuperiori,exponitur.q.9. O 93
Infinitum ponens aufert finem,& bonum ſecundùm Philoſophum,exponitur.q.30.T.ad pimum. 239
Infinitum non cognoſcitur, nec apprehenditur modo infinito pro hoc ſtatu. ibidem.
Infinita,etiam ſpecie diſtincta,poteſt Deus producere in ſenſu diuiſo.q.1.D. 8
In infinitum diſtantia non tranſmutãtur in ſeinuicem, exponitur.q.88.M.arg.in contra. 705
*Infirmitas inſanabilis vocatur habitus a modo eßendi. q. 49.B.ad tertium.*333;*& q.50.E.* 337
Infirmitas non ſemper diminuit aut tollit peccatum.q. 21. X.ad tertium. 183
Infirmitas animæ, quæ ſit, & quare peccatum ex paſſione dicatur ex infirmitate.q.77.G. 602
Infirmitas animæ,& moralis plus attenditur ex parte animæ,quàm corporis,q.77.G.ad ſecundum. 602
Infirmitas,ignorantia,malitia,concupiſcentia, ſunt vulnera naturæ humanæ inflicta ex primo peccato. quæſt.85. V.facie 672
*Infirmitate peccare non eſt idem quod peccare ex paſſione. q.85.V.ad quartum.*673;*& q.77.G.* 602
*Infirmitates,quæ dicantur eiuſdem ſpeciei, vel diuerſarum. q.82.G.*647.*I.ad ſecundum.* 652
Informatio accipitur quandoque pro intima potentia.q.3. V facie 37
*Infuſæ virtutes morales ſunt aliquæ in nobis præter Theologicas,& morales acquiſitas,cõtra Scotũ.q.63.X.*431

Infuſio

Infuſio gratiæ, & remiſſio culpæ non neceſſariò ſe communicantur, & quomodo diſtinguantur. Quæſt.113. litt.R. ad ſecundum. facie 956
Infuſum & acquiſitum quando, & quando non diſtinguantur, ſpecie.q.51.O 350
Inhærentia aptitudinalis an ſit de eſſentia accidentis.q.110. X.ad tertium. 925
Iniquitatem nullus diligit formaliter, & ſi quandoque aliquis eam velit.q.27.X.ad primum. 216
In iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis,&c. exponitur,q.82.G.ad primum. 648
Iniquitas viri eſt melior, quàm mulier bene faciens, exponitur,q.79.V 627
Inimicos diligere, ablata non repetere, & maxillam præbere, quando ſit in præcepto, vel in conſilio.q.108.H.ad quartum 897;*& q.107.B.ad ſecundum.*884;*& C.ad ſecundum.* 886
In intellectu eſt multiplex viciſſitudo, & quomodo intellectus ſit ſupra tempus,q.53.V.ad tertium. 361
Immortalis eſt homo naturaliter ratione formæ, quæ ei conuenit,& ab alijs differt.q.85.Z 677
Immortalitas eſt naturalis proprietas animæ, ad quam non paſſiuè, ſed actiuè ſe habet.q.94.T 747
*Immunditiæ veteris legis quomodo purificabãtur.q.102.E. ad quartum.*839;*& q.103.H* 851
Immunditia non mentis, ſed corporis lex mundabat.ibidem
Immunditia quæ fuit per actum expiationis deleta, qualis extiterit; & immundus quomodo mundare poſſit, & quomodo non.q 102.E. ad quintum. 840
Innocentia & reatus mortis poſſunt ſtare ſimul.q.94.Z.ad ſecundum. 755
*Innocentis occiſio quando iuſtè fieri poſſit,q.94.Z.ad ſecundum.*755;*& q.100.O.ad tertium.* 806
Inordinatio quæ complet rationem peccati,eſt duplex,quæſtio.72.P 520
Inſtrumentum quandoque accipitur pro omni agente moto. quæſt.6.S 66
Intellectus practicus magis ordinatur ad bonum extrinſecum, quàm ſpeculatiuus.q.3.V 37
Intellectus ſpeculatiui eſt triplex obiectum.q.3.X 39
Intellectus humanus non ſatiatur niſi Deum cognoſcat, vt eſt cauſa effectuum naturalium, & ſupernaturalium, quæſt.3.Z 42
Intellectus quomodo cogi poſſit.q.6.X 70
Intellectus licet moueat voluntatem quo ad ſpecificationẽ, non tamen neceſſariò vniuerſaliter.q 9.L 86
Intellectus mouetur ad exercitium a voluntate noſtra, præterquam ad actum primum, qui eſt merè naturalis eliciti.q.9.Q 93
Intellectus & voluntas aliter,& aliter mouentur a viribus ſenſitiuis.q.77.E 596
Intellectus & voluntas diuerſimodè ſe habent ad ſua obiecta.q.86.A.ad ſecundum. 680
Intellectus & voluntas præcedunt ſeinuicem in alio,& alio ordine.q.83.M.ad tertium. 658
Intellectus & voluntas quomodo per obiecta diſtinguantur. q.54.Y.ad primum. 365
Intellectus vno actu vincitur, voluntas verò non. q.51.N. & ad primum. 349
Intellectus, & intelligibile aliter concurrunt ad verbum in intellectu; aliter appetitus, & obiectum apprehenſum ad amorem, vel actum appetitiuum.q.27.X 216
Intellectus poſſibilis eſt potentia in genere intelligibilium, non autem in genere entium.q.50.H 341
Intellectus paſſiuus quid ſit.q.51.N 348
In intellectu poſſibili poteſt aliquis habitus per vnũ actum cauſari, aliquis verò non. ibidem
Intellectus eſt ſubiectum nobiliſſimi habitus, ſed non nobiliſſimæ virtutis pro hoc ſtatu. Quæſt.56.littera G.ad argumentum in contrarium. facie 378
Intellectus eſt locus ſpecierum intelligibilium,& conſeruat eas immobiliter.q.67.R 464
Intellectus humanus eſt lumen ſufficiens ad intelligendum naturalia, non autem ſupernaturalia. q.109.K 898
Intellectus non poteſt cognoſcere verum quodcunque in vniuerſali ſine Dei motione.q.109.L 901
Intellectus ſpeculatiuus menſuratur a rebus, ſed practicus eſt menſura, & cauſa agendorum. quæſtio.91.G.ad ſecundum. 730
Intellectus noſter quomodo ſeipſum intelligat, & aliter ſe habeat ad habitum intellectualem, quàm angelicus. quæſt.50.K 343
Intellectus tàm ſpeculatiuus, quàm practicus obſcuritatem quandam ex peccato conſequitur, & impedimentum quoddam.q.109.L.ad 3. 901
Intellectui diabolus directè nihil imprimit, mediate tamen poteſt ipſum obtenebrare,& illuminare ſi vellet.q.80.Y. ad tertium. 632
Intellectui quomodo poſſit ineſſe contrarietas. quæſt.64.C. ad tertium. 439
Intellectus agens eſt ſua actio, exponitur,quæſtio.50.H. ad ſecundum. 341
Intellectionem eſſe coniunctí,exponitur,ibidem ad primum.
Intelligere eſt quoddam pati,exponitur, q.22.B 186
Intelligere non poteſt plura ſimul intellectus. quæſtio. 12. littera D 107
Intelligere aliter eſt principiorum ſecundùm ſe, aliter principiorum, ſecundùm quòd ſunt deducta in concluſiones, & quomodo ſit actus ſimplex,q.8.I 83
Intelligere complexa ſine diſcurſu non poſſumus, ſed ſimplicia.q.109.K.ad 3. 900
Intellectus noſter pro hoc ſtatu non apprehendit infinitum modo infinito.q.30.T.ad primum.& ad ſecundum. 239
Intellectus & mens in hominibus & Angelis differunt. ſicut pars & totum.q.89.S.& ad primum. 717
Intellectus ex conſideratione rerum immundarum non maculatur.q.86.A.ad ſecundum. 679
Intellectũ præcedit & ſequitur tardus,aut nullus affectus, exponitur,q.58.S 396
Intellectus operatio eſt prior, quàm voluntatis.q.4.D 47
Intellectiua operatio nõ dependet propriè a cognitione ſenſitiua, quamuis præexigat eam in via, non autem in patria, maximè quo ad cognitionem Dei in ſe.q.3.S 34
Intellectus aliter perficitur per virtutes intellectuales,cum eſt coniunctus, aliter ſeparatus.q.67.R.ad 3. 465
Intellectuales virtutes ſunt tres.q.57.M 386
Intellectuales virtutes tàm ſpeculatiuæ, quàm practicę conſiſtunt in medio.q.64.C 438
Intellectuales virtutes ſpeculatiuæ non ſunt neceſſariò connexæ.q.65.E 442
Intellectuales virtutes ſunt ſimpliciter moralibus nobiliores.q.66.M 454
Intellectualium virtutum maxima eſt ſapientia.quæſt.66. littera O 457
Intellectuales virtutes manent etiam poſt hanc vitam quantum ad formale.q.67.R 464
Intellectuales creaturę non habent minorem ordinem,quàm corporales.q.109.K 898
Intellectiones primæ ſunt duplices.ſ.ſimpliciter, & in tali ordine.q.9.O 90
Intelligens præcisè dignior eſt, ſciente. q.15.C 122
Intelligitur aliquid vel in ſe, vel in ſuo effectu; & quomodo lex æterna intelligatur.q.93.O 740
Intentio quis actus dicatur.q.8.I 83
Intentio dupliciter accipitur, & eſt propriè actus voluntatis, & dicitur quandoque oculus, quandoque lumen, &

quàm

quàm differenter intentio, & electio sint mediorum. Quæstio.12.littera B. facie 105
Intentio & si semper sit finis, non tamen semper vltimi. q.12.C 106
Intendere quid sit, & quomodo multa simul etiam non ordinata, quis intendere possit. q.12.D 107
Intentio non est finis absolutè, sed acquisibilis per media, q.12.E 108
Intentio propriè non est in brutis. q.12.F 109
Intentio Doct. Sanct. in hac parte quæ fuerit. q.1.A 1
Intentio dupliciter se habet ad voluntatem, & quàm differenter faciat ad bonitatem actus. q.19.K 166
Intentio potest esse bona, & tamen voluntas mala, ibidem ad secundum. 167
Intentio finis, & voluntatis habet se vt forma actuum, tàm exteriorum, quàm interiorum. q.100.Q 810
Intentio quamuis a Deo principaliter respiciatur, præmium tamen ei non commensuratur. q.19.L. ad primum. 169
Intentionem esse causam bonæ voluntatis, exponitur, ibidem ad secundum.
Intentionis bonitas, actui voluntatis tàm elicito, quàm imperato conuenit, quantitas tamen intentionis non facit ad quantitatem bonitatis actus. q.19.L 168
Intendens tantum facere, an tantum faciat. ibid.
Intentionalis forma specificè distinguitur ab eo, cuius est, & quare sic dicatur. q.22.C. ad 3. 190
Intemperatus, & continens differunt. q.6.A 74
Intensio potest esse in alteratione sine alteratione, & in quo formaliter consistat. q.52.P. ad 3. 353
Intentum aliud est, quàm præuisum, quæstio.73.A. 529; & H. 548
Intentum quod non est, & per accidens, an denominet actũ. q.78.N. ad secundum. 612
Interior actus quomodo cadat sub lege, & præcepto; & quomodo ecclesia de illo iudicet. q.100.P 807
Interior actus, & motus etiã fuit in lege prohibitus. q.107.B ad secundum. 884
Interior actus est duplex, scilicet voluntas, & intentio, & bonitas vtriusque requiritur ad opus bonum. quæst.108. littera G 892
Interiores motus hominis Christus perfectè ordinauit per sermonem propositum in monte. ibid.
Inuidia non habet locum in charitate Diuina, sed in amore temporalium. q.28.F. ad secundum. 226
Inuidia, & misericordia quomodo distinguantur. q.35.H. ad tertium. 238
Inuoluntarium. vide infra de voluntate.
Iocunditas quid importet. q.31.T. ad 3. 243
Ira, & quælibet passio potest dupliciter considerari. quæstio.22.B 187
Ira & aliæ passiones an solùm metaphoricè de Deo dicantur. q.22.D. ad 3. 191
Ira habet duplex obiectum partialiter. s. bonum, & malum, nec habet passionem contrariam. q.23.G 196
Ira inter omnes passiones irascibilis est vltima ordine generationis. q 25.P 208
Ira quare non possit esse principalis passio. ibidem. Q. ad secundum. 209
Ira & odium differunt. q.29.P 234
Ira non est passio generalis per prædicationem, nec per cau salitatem, sed per virtualem continentiam, & præsuppositionem. q.46.L 317
Iræ obiectum est aliquod per modum complexi ex bono, & malo. ibid. M 318
Ira non est in concupiscibili, sed in irascibili, ibid. N 319
Ira est cum ratione aliter in homine, aliter in bestijs. ibidem. O 319
Ira aliquo modo est naturaliter concupiscentia, aliquo modo econtra. Quæst.46.littera P. facie 320
Ira non quælibet opponitur mansuetudini secundùm rem, ibidem, ad primum.
Ira non est grauior, quàm odium. q.46.Q 321
Ira ad eosdem est, ad quos est iustitia, & iniustitia, ibidem, littera R 322
Ira est duplex. ibidem ad primum.
Iræ species sunt tres. ibidem. S 322
Iræ motiuum semper est aliquid factum contra ipsum, qui irascitur. q.47.T 323
Iræ motiuum est sola paruipensio, vel despectio, ibidem. V. facie 324
Iræ causa vno modo est excellentia, alio modo defectus, ibidem. X. & Y 325
Iræ effectus est delectatio. q.48.A 326
Ira causat feruorem in corpore. ibidem. B 327
Ira impedit vsum rationis. ibidem. C 328
Ira causat taciturnitatem. ibidem. D 329
Iræ filij eramus natura, & quomodo iustitia originalis in baptismo non restituitur. q.81.A 636
Iracundia quando per diuturnitatem sit mortale, similiter ebriet. as. q.88.N. ad primum. 707
Irascibilis, & concupiscibilis obiectum quid sit. quæst.23. littera E 192
Irascibilis non solùm impedit, & impugnat extrinsecum distinctum ab obiecto irascibilis; sed etiam tendit, & habet actum eleuatum in bonum, vel malum arduum, contra Scotum. q.23.E. ad secundum. 193
Irascibilis, & concupiscibilis possunt esse subiectum virtutis. q.56.H 379
Irascibilis est propinquior rationi, quàm cõcupiscibilis. quæstio.66.K 451
Irascibilis, & ira accipitur quandoque pro parte appetitus sensitiui, quandoque vt pertinet ad partem intellectiuam. q.77.I 605
Irascibilis obiectum non est solùm aliquod offendens, vt Scotus vult, q.23.E. ad tertium. 193; & q.40.H. ad secundum. 297
Irregularitas contrahitur ex occisione iusta. quæstio.20.S. ad quartum. 179
Iudæi quare soli receperint legem. q.98.T 781
Iudæi quomodo debeant se habere ad extraneos. quæst.105. littera R 871
Iudæi an teneantur ad præcepta, sicut nunc sunt explicita, vel sicut ipsi interpretantur. q.107.C. ad secundum. 886; & D. ad tertium. 888
Iudæorum, & Gentilium ritus differebant, ideo differenter cessare debebãt. q.103.K. ad primum. 856; & q.104.M. ad secundum. 859
Iudicium, vt sit virtuosum in particulari, quid requirat; & quomodo iudicium in particularibus sequatur affectum. q.58.X. & ad 3. 400
Iudicium quodlibet rationis humanæ a naturali ratione deriuatur aliqualiter. q.100.G 794
Iudicium Diuinum, & humanum conueniunt, & differunt, q.87.H. ad argumentum in contrarium. 696
Iudicium esse indeterminatum, intelligitur dupliciter. quæstio.1.C 6
Iudicium præsumptuosum, & temerarium Christus prohibuit, non autem iudicium iustitiæ. q.108.G. ad sextum. facie 894
Iudices faciliter posse haberi, & ad eos accessus patere. q.105.Q. ad septimum. 868
Iudicem esse iustitiam animatam, exponitur, quæst.95.B. ad secundum. 758
Iudicare secundùm legem melius est, quàm secundùm videre vniuscuiusque. ibid.
Iudices habent particulares circunstantias determinare, vniuersalia autem determinantur per legem. Quæst.95. littera B. ad tertium. facie 759
Iudicat vnusquisque bene de his, quæ cognoscit. quæst.93.O. ad tertium. 741
Iudicialia præcepta ponere oportet præter cerimonialia, & moralia. q.99.D 789
Iudicialia præcepta cum moralibus conueniunt in aliquo, habent tamen vim obligandi aliunde. ibid. ad secundum.
Iudicialia potius dicũtur a iudice, quàm a iudicio. q.104.L. ad primum. 858
Iudicialium præceptorum ratio in quo consistat, & vnde vim obligandi habeant. q.104.L 858
Iudicialia præcepta non habuerunt perpetuam obligationem, sed sunt mortua, non tamen mortifera, ibidem. N. facie 860
Iudicialia præcepta quo ad extraneos sunt cõuenienter tradita. q.105.R 871
Iudicialia veteris legis, circa quæ Iudæi deficiebant, scilicet de repudio vxoris, de metu cupiditatis, & de pœna talionis, Christus declarauit, q.108.G. ad 2. 893
Iudicialia quædam potuerunt remanere in noua lege, sed non vt ex veteri lege. ibidem ad tertium.
Iuramentum esse consumationem, & finem omnis controuersiæ, exponitur, q.100.L. ad 3. 801
Iuramentum, & periurium potius per præceptum decalogi prohibentur, quàm blasphemia, vel falsa doctrina. ibidem.
Iuramentum homini non prohibetur; sed incautum, & extra necessitatem, & non quocunque modo. quæst.107.B. ad secundum. 884
Ius militare & publicum quid sint. q.95.E 762
Ius gentium quomodo conueniat & distinguatur a naturali. q.95.E. ad primum. 763
Ius gentium & ciuile, aliter Iurista, aliter Philosophus accipit. q.95.C. 759; & D 761
Ius naturale in communi est immutabile, secus de iure, quod proficiscitur a communi iure. q.100.O. ad primum. facie 806
Ius Diuinum ad sanum sensum diuiditur in positiuum, & naturale. q.97.O. ad primum. 774
Ius positiuum quando distinguatur a lege naturæ, & quando non. q.95.C. ad secundum. 760
Ius positiuum diuiditur in ius gentium, & ciuile publicum, & militare, in constitutiones, & ius prætorium, & c. quæstio.95.E 762
Iusti aliter a Deo in Deum mouentur, quàm alij, q.109.P. facie 908
Iustè iustum exequi debere, exponitur, & quomodo iniustus potest iustum facere, non tamen ex habitu iustitiæ. q.100. P. ad primum. 808
Iustitia originalis, & eius carentia, quid in homine fecerint. q.109.L 901
Iustitia originalis in baptismo non restituitur, quamuis ipsius radix, & quod in ipsa includebatur, q.81.A 635
Iustitia originalis fuit primò in voluntate secundùm inclinationem in actum bonum, non secundùm inhærentiam; quia sic primò est in essentia. q.83.M. ad argumentum in contrarium. 657
Iustitia legalis accipitur dupliciter. q.60.G. ad 2. 409
Iustitia legalis est circa passiones, iustitia autem particularis circa operationes. q.60.I 412
Iustum legale quid sit; & quomodo diuersitas iusti diuersificat Diuinæ legis præcepta. q.99.E. ad primum. 791
Iustum quale inueniatur in rerum productione, & earum gubernatione. q.93.O. ad secundum. 741
Iustitia simpliciter est inter eos, quorum est æqualitas simpliciter; in alijs autem potest esse quidam iustitiæ modus. q.114.A 966
Iustitiæ actus an sit meritorius. Quæstio.114.littera A. ad primum. facie 968
Iustitia commutatiua non est propriè in Deo, ibidem ad secundum. 969
Iustitia distributiua, an obseruetur in præmiatione actus boni meritorij, vt est hominis, q.114.C. 970
Iustitiæ commutatiuæ modum Deus obseruat præmiando opus meritorium, vt procedit ex gratia, & non iustitiam commutatiuam simpliciter. ibidem.
Iustitia sola inter virtutes respicit bonum commune. q.100. H. ad tertium. 796
Iustitia accipitur quandoque pro actu, quandoq; pro habitu, sicut & iustificatio; & quædam est infusa, quædam acquisita. q.100.S. 815
Iustitia gratuita non causatur ex nostris actibus quamuis acquisita; & animata an sit melior, & quomodo iustitia sic innanimata, ibidem. 816
Iustitia quandoque est pars subiectiua honestatis, quæ diuiditur in quattuor virtutes cardinales, quandoque distinguitur contra eam. q.95.D. ad secundum. 761
Iustitia quædam perpetua est, sed modus iustitiæ variatur secundùm diuersitatem conditionis hominum, & statuũ, q.104.N. ad primum. 861
Iustitia qualis in patria sit mãsura; quia cum virtutibus adiunctis. q.67.Q. 461
Iustis non est lex posita coactiua, sicut malis, quamuis directiua, q.96.K. ad primum. 769; & q.93.S. ad primum. facie 746
Iustificabit te Deus non sine te, exponitur, q.55.E. ad sextum. 374
Iustificatio vt est remissio peccatorum, & iustificatio communiter, a qua iustitia dicatur, q.113.M. 947
Iustificatio an posset competere ei, qui non esset in peccato; & quare potius denominatur a iustitia, quàm a peccato, ibidem. 947
Iustificatio impij non denominatur a gratia, nec a charitate, nec dicitur gratificatio, q.113.M. ad secundum. 949
Iustificatio impij non dicitur vocatio, ibidem ad tertium.
Iustificatio impij non potest intelligi absque gratiæ infusione, quæ facit perfectam reconciliationem peccatoris cũ Deo, & adducitur circa hoc Scotus. q.113.N. 950
Iustificatio impij in eo, qui habet vsum li. arb. requirit motũ ipsius lib. arb. q.113.O. 951
Iustificatio impij requirit motum fidei prout etiam includit motum affectus, ibidem. P. 953
Iustificatio impij attribuitur fidei, sicut primo motui requisito ad eam, licet etiam alij motus requirantur, ibidem arg. in contr. 953
Iustificatio impij non requirit vt in ipso instanti iustificationis cogitentur actu omnes articuli fidei, ibidem ad tertium. 954
Iustificatio impij requirit motum lib. arbi. in peccatum. q. 113.Q. 954
Iustificatio impij requirit, & ad eam sufficit, vt in instanti ipsius cogitetur de omnibus peccatis in communi; sed ante oportet cogitare de omnibus in speciali, quæ sunt in memoria, ibidem ad tertium. 955
Iustificatio impij requirit quattuor inter quæ connumeratur remissio peccatorum, q.113.R. 956
Iustificatio, & remissio peccatorum, quomodo distinguantur ibidem ad primum.
Iustificatio impij fit a Deo in instanti. q.113.S. 957
Iustificationem an possit concomitari electio, ibidem ad primum 958
Iustificatio prius ordine naturæ requirit infusionem gratiæ, quàm alia ad eam requisita, q.113.L. 960
Iustificatio impij vno modo est maius opus, quàm creatio cœli, & terræ, aliquo modo maius glorificatione inostrũ. Quæstione

Quæstione 113. littera V. facie 962
Iustificatio impij non est opus miraculosum. quæst. 113. X. facie 904
Iustificationem peccatoris per gratiam habitualem, quid præcedat, & quid sit remissio peccati, seu a peccatis resurrectio, q. 109. Q. ad primum. 912
Iustificare non poterant cerimoniæ veteris legis. q. 103. H. ad tertium. 852
Iustificat lex noua quantum ad id, quod est principale, & quid sit iustitia apud Deum, & differentia inter iustificationem simpliciter, & impij. q. 106. V. 876
Iustificat effectiuè Deus, & sacramenta nouæ legis, sed differenter. q. 106. V. & ad tertium. 877
Iuuenes quidam sunt proni ad virtutes, quidam proterui, q. 95. B. & ad primum. 758
Iuuenes, & melancolici appetunt delectationem, q. 32. L. ad secundum. 256

L

Labor est magnus, & potior tripliciter, q. 114. D. ad secundum. 973
Lachrymæ, & gemitus naturaliter mitigant tristitiam. q. 38. S 287
Lampades eius sunt lampades ignis atque flammarum. q. 28. G. ad tertium. 227
Languor duplex, corporalis, & affectiuus, ibidem ad primū. ibidem.
Lapidabatur colligens ligna in sabbato, & filijs contumax. q. 105. Q. ad nonum. 869
Latria vel est idem religioni, vel actus eius, quæst. 100. K. ad primum. 299
Latera ciuitatis Hierusalem sunt æqualia, applicatur ad virtutes, & exponitur. q. 66. K. ad primum. 452
Laudabilis vel culpabilis dicitur actus, qui est in potestate agentis, q. 21. X. 183
Laus, & vituperium consequuntur bonum, & malum voluntarium. ibidem.
Legem æternam omnia æqualiter participant, in sola tamen creatura rationali habet rationem legis naturalis, q. 91. F. 728
Lege æterna omnia sunt ordinatissima, sed mediantibus alijs legibus, q. 91. G. ad primum. 730
Legem æternam secundum quòd in seipsa est, nullus nisi Deus, & beati cognoscere possunt; viator tamen cognoscit eam per irradiationem maiorem velminorem. quæst. 93. O. 740
Leges omnes inquantum habent rationem legis, in tantum deriuantur a lege æterna, quia illa est lex per essentiam, q. 93. P. 741
Legis æternæ participatio in homine, quid sit, q. 91. F. 728
Legi æternæ, & naturali, omnis creatura quantumcumque libera, est subiecta, & quomodo actus humani diriguntur per naturam, ibidem ad secundum, & tertium. 729
Legis Diuinæ, & humanæ finis differens est. quæstio. 98. Q. facie 776
Legi Dei non esse subiectam carnis prudentiam vel sapientiam, exponitur. q. 93. P. ad primum. 742
Legi æternæ subduntur omnia alia a Diuina essentia, quæ est ipsa lex siue sint necessaria, siue contingentia. quæst. 93. Q. facie 742
Legi æternæ subduntur naturalia contingentia, & quæ sint illa, q. 93. R. 744
Legi æternæ aliter subduntur creaturæ rationales, aliter irrationales, q. 93. R. 744. & S. 745
Legis æternæ efficacia patet ex hoc, quòd nihil eius ordinē exire potest, & quòd aliqua deficiant, est etiam ex illa lege, q. 93. R. ad tertium. 745
Legi æternæ subditur aliquid modo intelligibili, aliquid per modum actionis, & passionis, & omnes res humanæ tam bonorum, quàm malorum, quamuis differenter. Quæstione 93. S. facie 745
Lex aliqua dicitur æterna; & an secundùm modum intelligendi, idem sit cum prouidentia Diuina, q. 91. E. 727
Lex æterna potest dici conceptus æternus, non autem verbū æternum ibidem, & ad primum & secundum.
Lex æterna, & legislator identificantur in Deo, & an ordinetur in finem, ibidem ad tertium. 727
Lex æterna, & naturalis quomodo se habeant ad inuicem, quia non sunt disparatæ. q. 91. F. ad primum. 729
Lex æterna potius ponitur in definitione peccati, quàm ratio humana. q. 71. K. 511
Lex æterna est certissima regula, & quantum ad quid est, nobis ignota. q. 19. G. ad tertium. 162
Lex æterna est summa ratio in Deo existens, nec est verbū, sed quod verbo exponitur, q. 93. N. & ad secūdum. 739. & Q. ad secundum. 743
Lex æterna quomodo dicatur naturaliter nota, ibidem. O. arg. in contrarium, 740
Lex æterna non comprehenditur, etiam omnibus eius effectibus cognitis, ibidem ad secundum.
Lex æterna est de qua homines iudicare non possunt, exponitur ibidem ad tertium. 741
Lex æterna est a qua omnes rationes gubernationis, quę sunt in inferioribus gubernatoribus, deriuantur. q. 93. P. facie 741
Lex æterna quomodo promulgetur naturalibus rebus carentibus ratione, aliter quàm rationabilibus, ibidem. R. ad primum. 741
Lex Diuina dicitur non formaliter, sed causatiuè, & effectiuè, & non est eadem cum lege æterna. q. 91. H. & ad primum. 731
Lex Diuina fuit necessaria ad directionem humanę vitę præter legem naturalem, & humanam, quę non prohibent omnia mala, sicut Diuina, q. 91. H. 731
Lex Diuina quamuis non sit vna, sed in duas distinguatur, non tamen sicut in species distinctas, sed modaliter, & gradualiter in eadem specie, q. 91. I. 732
Lex Diuina proponit conuenienter præcepta de actibus omnium virtutum, quædam tamen sub obligatione præcepti, quædam sub ammonitione consilij. q. 100. H 795
Lex Diuina primò fert præcepta ordinantia hominem ad Deum, deinde ad proximum, q. 100. L. 800
Lex Diuina pro pluribus, & pro alijs punit, quàm lex humana. q. 100. P. 808
Lex Diuina a quo & quomodo dispensari possit, q. 97. P. ad tertium. 775
Lex Diuina altiori modo inducit ad sui obseruantiam ex tēporalibus, quàm humana. q. 99. F. ad secundum. 792
Legi naturali quandoque aliquid non contrariatur, quod tamen contrariatur legi Diuinę. q. 95. D. ad secūdum. 761
Legis naturæ sunt præcepta moralia, sed diuersa diuersimodè; & quomodo præcepta decalogi sint de lege naturę. q. 100. G, 793
Legi naturę omnes subsunt, non autem veteri legi. q. 98. V. ad primum. 784
Legis naturalis principia cognoscimus per synderesim, & per ipsam peruenimus in cognitionem legis æternę. q. 93. O 740
Legis naturę aliquid dupliciter est, q. 100. O 805
Legis naturę præcepta ordinātur secundùm ordinem inclinationum naturalium. q. 94. V. 749
Legis naturę præceptę posti primum sunt triplicia, & plura, quę tamen conueniunt in vna radice. ibidem.
Legi naturali quomodo subsint omnes actus virtutum, & quomodo non. q 94. X. 751
Legi naturali Euangelium aliquid superaddit, & quę sunt legis naturæ continentur in Euangelio. Quæst. 94. litte. Y. ad primum. facie 754
Legi naturali an seruitus, & proprietas possessionum, sint contraria, q. 94. Z. ad tertium. 756
Lex sunt sibipsis gentiles participando, non ponendo; & quomodo faciant quæ legis sunt naturaliter, q. 90. C. ad primum. 725; & q. 91. F. ad argum. in contr. 729
Lex naturalis quomodo promulgetur; & an obligentur, quibus non est promulgata. q. 90. D. ad primum, & secundum. 726
Lex aliqua est in nobis a natiuitate; & naturaliter cognita, & dicitur naturalis. q. 91. F 728
Lex naturæ quando distinguatur a iure positiuo, & quando non, q. 95. C. ad secundum. 760
Lex naturæ non addiscitur quo ad præcepta communia, sed quantum ad ea, quę requirunt considerationem prudentum, q. 100. G. ad primum. 794
Lex naturæ, & disciplina quomodo contra seinuicem diuidantur. ibid.
Lex naturę an sub se contineat fidem Catholicam, & omnia moralia, & quomodo. q. 100. G. ad 3. 795
Lex naturalis non est habitus essentialiter, quia non synderesis; sed obiectiuè, quia habitu tenetur, q. 94. T 747
Lex naturalis quamdiu actualiter manet in intellectu; & quid sit, & quomodo sit in anima, sicut terminus actus, q. 94. T. & ad primum, & tertium. 748
Lex naturalis potest dici synderesis, non identicè & formaliter, sed virtualiter; & quomodo distinguatur a conscientia. q. 94. T. ad secundum. 748
Lex naturæ semper manet habitu in synderesi etiam indamnatis, ibid. ad argumentum in contrarium.
Lex naturalis est in Angelis, & hominibus, sed differenter. q. 94. X 751
Lex naturę habet communia, & particularia præcepta; & quomodo aliter, & aliter se habeat ad ea ratio speculatiua, & practica; nec est eadem apud omnes, & deficere potest propter malā habitudinem in aliquibus. q. 94. Y. 753
Lex naturę quomodo, & quomodo non possit mutari. quæstio. 94. Z 754
Lex naturalis tenet primatum inter leges creatas, non autem quo ad legem Diuinam, & æternam, ibidem, ad argumentum in contrarium. 755
Lex naturæ quomodo corrigitur, & exponitur per legē scriptam; & tamen non mutatur ad principia communia, explicantur, ibidem, ad primum. 755
Lex naturę habet duplicia præcepta, quædam cōmunissima & prima, quædam secundaria; & quomodo, & quomodo non à cordibus hominum deleri possit. q. 94. A 757
Lex fomitis quæ & qualis sit, & quare & quomodo habeat rationem legis. q. 91. K. 734; & ad argumentum in contrarium. 735; & q. 93. P. ad primum. 741
Lex fomitis non est obligatoria, nec lex essentialiter dicta, & si participatiuè, q. 91. K. ad secundum. 735
Legem humanam deriuari a lege naturali, quid sit; & quomodo quædam deriuata dicuntur ius gentium, & ius positiuum, q. 95. C 759
Leges aliquę dicūtur & sunt humanæ, & deriuantur a lege naturali, quarū quædā scriptę sunt, quędā nō. q. 91. G. 729
Leges humanas ponere erat necessarium ad pacem, & virtutem hominum. q. 95. B 758
Leges humanæ quantum ad conclusiones deriuatas ex lege naturę sunt eędem apud omnes, et dicuntur ius gentium, non autem quo ad determinationes. q. 95. C. ad 3. 760
Lege humana non prohibentur omnia vitia, sed grauiora, et quæ sunt in nocumentum aliorum. q. 96. G 764
Legem oportet multa respicere, scilicet personas, negocia, tempora; & ita legem humanam oportet in communi ponere. ibidem.
Leges humanæ quæ sunt iustę, ligant in foro conscientiæ. Quæst. 96. littera I facie 767
Legi humanæ omnes homines debent esse subiecti, sed differenter. q. 96. K 768
Legis humanę ponuntur tres conditiones. quæst. 95. D. & ad tertium. 761
Lex humana multa permittit (quamuis non approbet) quæ Deus vindicat. q. 93. P. ad 3. 742
Lex humana potest aliquid statuere contrarium legi naturæ quo ad particulares conclusiones; secus quo ad principia communia legis naturę. q. 94. A. ad 3. 757
Lex quęlibet humanitus posita tantùm habet de ratione legis, quantum a lege naturali deriuatur; si verò discordet, erit corruptio legis. q. 95. C 759
Lex humana, & consuetudo quomodo se habeant ad inuicem; & quid sit lex humana. q. 95. D. & ad 3. 761
Lex humana multipliciter, & secundùm multa diuidi potest per se, & in diuersas species. q. 95. E 761
Lex humana accipitur quandoque generaliter, quasi genus legum; quandoque strictè, & sic est species legis. ibid.
Lex humana potest præcipere actus omnium virtutum, non autem omnes actus virtutum. q. 96. H 765
Lex humana iustè mutari potest, & ex conditione rationis, & ex parte hominum, quorum actus lege regulantur, q. 97. M. 771; & q. 104. N. ad secundum. 861
Lex humana potest mutari, quamuis deriuetur a lege naturæ immutabili, ibid. ad primum. 861; & O. ad primum. 862; & P. ad tertium. 864
Lex humana non debet mutari, nisi saluti communi tantum recompensetur, quantum ex parte derogatur, quęstione 97. N 772
Lex humana non ponit præcepta nisi de actibus iustitiæ, licet præcipiat actus aliarum virtutum, inquantum assumunt rationem iustitiæ, secus de lege Diuina. q. 100. H. facie 798
Lex humana quomodo, & quid superaddit legi naturę; & determinationes, ac conclusiones, quàm differenter sint de lege naturę. q. 100. G. ad secundum. 794
Lex humana non habet se ad hominem, sicut Diuina ad Deum; & quomodo sit dispensanda, & quomodo nō, quęstio. 100. O. ad secundum. 806
Lex humana & Diuina respiciunt modum virtutis quandoque, & quandoque non. q. 100. P 807
Lex humana quomodo dicatur iustificare, non autem Diuina data in lege veteri. q. 100. S. ad 3. 816
Lex humana debet tradi manifestè, sed non Diuina, cuius populus rudis non erat capax, quæst. 101. V. ad primum. facie 819
Legis veteris institutio, an fuerit ab æterno, vel temporalis, quæst. 98. S. ad 3. 781
Legis veteris specialis datio populo speciali, est beneficium gratuitum; non autem custodia Angelorum, & subsidia temporalia. q. 98. T. ad 3. 782
Legis veteris est vnum præceptum, finaliter, & extrinsecè; plura verò materialiter & intrinsecè, q. 99. A 785
Legis veteris oportet ponere tria præcepta, Moralia, Cerimonialia, & Iudicialia. q. 99. D 789
Lex vetus prohibebat, sed non cohibebat manum, non autem animum; sed noua vtrumque. q. 91. I 732
Lex vetus multa habet, quę non sunt legis naturę. q. 94. Z. in argumento in contrarium. 755
Lex vetus accipitur quandoque pro tota scriptura veteris testamenti, quandoque pro quinque libris Moysi, quandoque pro decem præceptis decalogi, quęstione 98. Q. facie 776
Lex vetus fuit bona, sed imperfecta, quamuis modo quo ad aliqua præcepta, sit mortifera. quæst. 98. Q. 777; & R. ad primum. 779

Lex vetus non dedit occasionem peccandi; sex homo occasionem ex lege accepit. Quæst.98.littera Q.ad secundum. facie 777; & littera R.ad tertium. facie 779
Lex vetus est a bono Deo, qui est pater Christi, secundum humanitatem, & c.q.98.R 778
Lex vetus quomodo disponebat, & ordinabat ad Christum, q.98.R.& ad quartum. 779
Lex vetus data est mediantibus Angelis, sed noua per Deū incarnatum, q.98.S 780
Lex vetus dicitur a Deo, & Angelis tradita, sed diuersimodè, ibidem, ad primum.
Lex vetus debuit dari soli populo Iudæorum, non propter merita, sed propter repromissionem, ibid.T 781
Lex vetus data fuit conuenientissimo tempore ad conuincendam superbiam hominum, ibid.X 784
Lex vetus quantum ad ea, quæ sunt legis naturæ, omnes obligabat, Iudæos verò quantum ad ea, quæ superaddebat, ibidem.V 783
Lex vetus continebat præcepta moralia.q.99.B 786
Lex vetus, & naturæ quomodo distinguantur, ibidem, ad primum. 787
Lex vetus præter moralia præcepta, continebat, etiam cerimonialia, q.99.C 787
Lex vetus præter præcepta, continebat testimonia, & iustificationes, q.99.E 790
Lex vetus debuit inducere ad obseruantiam præceptorum per promissiones temporales, & per comminationes.quæstio.99. F 791
Lex vetus etiam prohibebat animum, & non solùm manū, q.107.A.ad secundum.882; & B.883; & q.108.E.ad tertium. 890
Lex vetus est grauior, quàm noua, quantum ad opera exteriora; sed non habenti virtutem præcepta nouę legis graviora sunt quantum ad difficultatem, quę est in interioribus actibus. q.107.D 887
Lex vetus, et noua est figuratiua vitæ futuræ, sed diuersimodè; & vetus habet vmbram futurorum, non autem imaginem, sicut noua.q.101.V 818
Lex vetus nihil ad perfectum ducit, q.101.X.ad 1. 820
Lex vetus optimam ordinationem circa electionem principis instituit, q.105.P 863
Lex vetus quare nō ordinauit, quomodo supremus princeps institui deberet, sed solùm de inferioribus, ibidem, ad primum. 863
Lex vetus a principio etiam de Rege instituendo mentionem fecit, ibidem ad secundum. 863
Lex vetus sufficienter ordinauit illius populi conuictum per præcepta iudicialia.q.105.Q 865
Lex vetus conuenienter præcepta iudicialia tradidit quo ad extraneos.q.105.R 870
Lex vetus quo ad personas domesticas conuenienter præcepta tradidit, ibid.S 872
Lex vetus, quamuis essentialiter non sit scriptura, continetur tamen in scriptura.q.106.T 875
Lege veteri nondum data, nihilominus quidam cultus Dei fuit, & quædam cerimoniæ, q.103.G 849
Legis veteris sacramenta, & ceremoniæ non continebant gratiam, nec mundabant a culpa, nec iustificabant, quæstio.103.H 851
Legis veteris sacramenta, nec vtilia, nec appetibilia poterant dici, ibidem ad secundum. 852
Legis veteris sacramenta quādo cessauerint post Christi aduentum, q.103.I.853; & K.ad arg.in contrarium 855
Lege data, prœuaricatio creuit, & iram maiorem transgredientes merentur; secus de noua, in qua gratia adiuuans datur, q.106.V.ad secundum. 877
Lex vetus dicitur lex factorum, noua verò lex fidei, ibid. F.875; & q.107.A.ad tertium. 883
Lex & Euangelium quando simul currebant. Quæst.103. littera I.ad secundum. facie 854
Legem veterem fuisse pedagogum; & fecisse, quòd delictum abundaret, declaratur, q.106.X.878; & q.98.Q.ad secundum.777.& R.ad tertium. 779
Legem veterem fuisse sanctam, & mandatum sanctum, iustum, & bonum, exponitur, q.98.Q.ad argumentum in contrarium. 777
Legis veteris translatio necessariò sequuta est translationē sacerdotij, q.91.I. ad argumentum in contrarium. 733; & q.104.ad argumentum in contrarium. 861
Legis veteris mandata esse minora, Euangelij verò maiora, exponitur, q.107.C.ad secundum. 886
Legis veteris, & Euangelij differentiam esse, amorem, timorem, quomodo intelligatur, quæst.107.A.ad secundum. facie 882
Lex noua perfectior est, quàm vetus; & vnus ambarum est finis, quamuis vna propinquior sit fini, quæstio.91. littera I 732
Lex gratiæ est efficacior, quàm lex naturæ; & prima per culpam omnino tollitur, non autem secunda, quæst.94.A. ad secundum. 757
Lex noua est indita, & secundariò scripta; & dicitur lex, spiritus, & vitæ, quæst.106.T.875; & quæstio.107.A. ad tertium. 883
Lex noua & naturę, quàm differenter dicuntur inditę, quæstio.106.T.875; & ad secundum. 876
Lex Euangelij quātum ad secundarium pertinet ad statum noui testamenti; sed non quantum ad id, quod est principale, q.106.T. ad tertium. 876
Lex noua quantum ad principale eius iustificat, non autem quantum ad secundarium.q.106.V 876
Lex noua habet sufficiens auxilium ad non peccandum, si gratiam, esto non confirmationem in gratia, ibidem, ad secundum. 876
Lex noua non debuit dari a principio mundi, quæ habuit maiorem gratiam propter Christi passionem factam, quàm præuisam, & exhibendam.q.106.X 877
Lex noua quamuis non semper fuerit, semper tamen fuerunt aliqua ad eam pertinentia, ibid.ad secundum. 878
Lex noua durabit vsque ad finem mundi, quamuis homines sub ea diuersificentur secundùm diuersa loca, tempora, & personas.q.106.Y 879
Lex noua non euacuabitur quantum ad principale, quamuis quantum ad modum se habendi, ibidem ad primum. facie 879
Lex noua & vetus quomodo diuersimodè attribuantur Diuinis personis, ibidem ad tertium. 880
Lex noua, & vetus distinguuntur, non specie; sed graduliter in eadem specie.q.107.A 881
Lex noua quare spiritualia, vetus verò carnalia promisit, ibidem ad secundum. 882
Lex imperfecta debuit prius esse, quàm perfecta, quæstione 106.X 877
Lex noua veterem adimplet, tàm ratione finis, quàm præceptorum.q.107.B 883
Lex noua in veteri virtualiter continebatur secundùm esse significatiuum, non autem causatiuum, ibid.C 885
Lex noua multò plura auxilia habet, quibus Lœuius implętur, quàm vetus.q.107.D 886
Lex noua conuenienter instituit, & precipit aliqua opera exteriora, quæ sunt sacramenta nouæ legis, q.108. E. facie 888
Lex noua debuit præcipere, vel prohibere opera necessariò conuenientia gratiæ, vel contrarietatem habentia ad gratiam. ibidem.
Lex noua dicitur lex libertatis, & est duplex libertas, ibidem, ad secundum. 889

Lex

Lex noua sufficienter actus exteriores ordinauit. S.per quos gratia acquiritur, operatur, & conseruatur. Quæst.108. littera F facie 890
Lex noua non ordinauit de Dei cultu in particulari seruando. ibidem.
Lex noua instituit sacramenta, quæ habent virtutem conferendi gratiam, non autem sacra, ibidem, ad secundum. facie 891
Lex noua non instituit obseruantiam & cerimonias, sicut lex vetus, ibidem, ad tertium. 891
Lex noua non debuit instituere iudicialia præcepta, sicut vetus; quamuis Christus aliqua explicauerit propter peruersum intellectum Phariſæorum, ibidem, ad quartum. 892
Lex noua per Christum perfectè ordinauit totam vitam hominis quo ad motus interiores.q.108.G 892
Lex noua conuenienter præceptis consilia superaddit, non autem vetus.q.108.H 895
Legis nouę decreta sunt ex ratione, etiam quo ad substantiam actus; secus de obseruantijs veteris, quæ sunt euacuatæ, q.102.A.ad secundum. 823
Legis factores, non auditores iustificantur, exponitur, q.100. S.ad primum. 816
Legis præcepta moralia non poterant iustificare, accipiendo iustitiam pro infusa, ibidem. 815
Legis præcepta an quis implere posit absque gratia, & charitate, quo ad substantiam actus, quęstione 100. Q. ad tertium. 809
Legis præcepta seruans, sed non ex charitate, an satisfaciat, vt excusetur a mortali, q.100.Q.809; & ad argum. in contrarium. 811
Legis præcepta etiam Diuinæ solùm præcipiunt substantiam actus virtutis, non autem modum, quæstio.100.P. facie 807
Legis sub præcepto hoc cadit, pro quo pœna legis transgredientibus infligitur, q.100.P 807
Leges faciens viuat in eis vita præsenti, non autem spirituali, q.100.S.ad secundum. 816
Lex tyrannica non est simpliciter lex, sed magis peruersitas legis.q.92.L.ad quartum. 737
Lex vt sic non potest dici iniqua, sed magis violentia; potest tamen habere similitudinem ad veram legem.q.93.P.ad secundum. 742
Lex quę dicatur iniusta; & quare non sit propriè lex, nec in foro conscientiæ liget, nisi fortè propter scandalum, vel turbationem.q.96.I 766
Lex quę sit legalis, & quæ tyrannica, & quæ ad iustam legem requirantur. ibid.
Lex priuata quomodo sit singularium, & quomodo sententialia non sunt lex, q.96.F.ad primum. 764
Lex communis dicitur, non quia se non extendat ad singularia, sed quia non ad vnum tantùm. ibid.ad secundum.
Lex per consuetudinem potest exponi, quæ per actus maximè multiplicatos causatur.q.97.O 773
Legi etiam princeps est subiectus quo ad vim directiuam, quamuis non quo ad vim coactiuam, q.94.T.747; & q.96.K.ad tertium. 769
Legis verba quandoque non seruans, non agit contra intentionem legislatoris, q.96.L 770
Legis verba deserere, & præter legem agere, licet subdito, propter subitum periculum, ibidem; & q.97.P; & ad primum. 775
Legislatoris intentio est ciues facere virtuosos, quæst.96.G. ad secundum. 765
Legis dispensatio quid sit; & quomodo quędam dispensatio est iuris reuocatio, quędam declaratio iuris, quæst.97.P. facie 775
Legem condere pertinet ad totam multitudinem, vel ad publicam personam, quę curam totius multitudinis gerit; Quæst.90.littera C facie 725
Legem non potest facere gubernator domus, & familiæ, quamuis præcepta & statuta. ibidem, ad tertium.
Leges habent diuersos institutores secundùm diuersitatem regiminum, ibidem, ad argumentum in contrarium.
Legem non potest homo imponere rebus irrationabilibus, quantumcunque ei subijciantur, sed rationabilibus sibi subditis, q.93.R 744
Leges statuentes non possunt rationem reddere omnium particularium; sicut nec eorum, quæ deriuantur a lege naturæ, vt determinationes.q.95.C.ad quartum. 760
Legem interpretari simpliciter, & extra subitum periculū, potest qui condidit eam, q.96.L.ad secundum. 771
Legis rationem non habet quodcunque præceptum particulare de opere particulari, nisi in ordine ad bonum commune; & quomodo triplex est differentia legis. q.90.B. & ad secundum. 722
Legis est præcipere, & prohibere, quæ sunt pro communi bono; et efficitur iniusta, quando spreto bono communi quæritur priuatum, siue regentis, siue alterius, ibi.ad primū.
Lex pertinet ad rationem, & quid sit, & quàm differenter etiam ratio dicatur regula, & vbi sit subiectiuè, quæstio.90.A 721
Lex quandoque est præceptum, quandoque actus rationis, ibidem, ad argumentum in contrarium. 722
Lex quandoque dicitur essentialiter, quandoque participatiuè; & quomodo fomes habet rationem legis, q.90.A.ad primum.722; & q.91.K 734
Legis rationem habet inclinatio sensualitatis in animalibus alijs ab homine; sed in homine est deuiatio a lege. quæstio.91.K 734
Lex, licet non sit potentia, nec habitus rationis formaliter; est tamen aliquid productum per actum rationis practicæ, et eius terminus, q.90.A.ad secundum. 722
Lex maximè respicit ordinem, qui est ad beatitudinem communem, hoc est ad conuictum pacificum ciuium, & statum virtuosum communitatis, q.90.B 723
Lex vt habeat virtutem, necessarium est, vt sit promulgata; & quid sit lex, q.90.D 726
Lex aliquo modo dicitur etiam participatio legis æternæ in creaturis irrationabilibus, quæ propriè legis rationem nō habet in creatura irrationali.q.91.F.ad 3. 729
Lex, idea, ratio hominis, quàm differenter sint mensura rerū, & operationum.q.91.G.ad secundum. 730
Lex vna in vno regno, & etiam plures possunt esse graduliter distinctè.q.91.I.ad primum. 733
Lex quandoque est alicui, quod alteri est contra legem.quæstio.91.K 734
Leges duæ distinguuntur, vel quia ordinantur ad diuersos fines, vel quia, &c. & leges disparatę quomodo distinguuntur.q.107.A 881
Leges partes non sunt species legis in communi, q.91.C. facie 730
Legis proprius effectus quis sit.q.92.L 736
Legi obedire non semper est ex bonitate, sed quandoque ex metu pœnæ, vel dictamine naturalis rationis, ibidem, ad secundum. 736
Legis actus qui sint, & quàm differenter sint legis, & legislatoris, q.92.M 738
Legem seruare aliud est, quàm esse sub lege: quæstio.93.S. ad primum. 744
Legem sequi in iudicādo, quàm sequi videre vniuscuiusque. q.95.B.ad secundum. 758
Legem obseruantes quare patiātur aduersitates, quas tamen lex non infligit.q.107.D.ad secundum. 888
Legis præcepta, quomodo homo in statu naturæ integræ potuisset impleuisse.q.109.N 906

Legem gentes naturaliter facere, & implere dicuntur, exponitur. Quæst.109.littera N.ad primum. facie 907
Lex omnis quicquid præcipit, præcipit sub ratione iusti.q. 99.E.ad primum. 791
Lex siue littera occidit; & moralia viuificant, exponitur.q. 99.B.ad tertium. 787
Lex dicitur virtus peccati, exponitur, q.55.E.ad primum. facie 371
Lex non est posita iusto; & qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, exponitur, q.93.S.ad primum.746; & q.96.K. ad primum, & secundum. 769
Legem esse de possibilibus; & quare antiqui onera legis portare non potuerint, declaratur, q.98.Q.ad tertium. 777
Legem repugnãtem in mẽbris suis Apostolus inuenisse, &c. exponitur, q.90.A.ad primum. 722
Legem seruans, & in vno offendens, factus est omniũ reus, exponitur, q.73.A.ad primum. 530
Legale iustum, & quę ex naturali ratione deriuantur, an possint sic vel aliter fieri. q.99.E.ad primum. 791
Legalis, siue iusti legalis sunt tres species. quęstione 96.F. ad primum. 764
Legalis iustitia accipitur dupliciter. quæst.60.G.ad secundum. 409
Legalis iustitia est circa passiones; particularis verò iustitia est circa operationes.q.60.I 412
Legalia ante Christi passionem fuerunt in præcepto, & baptismus in consilio.q.103.I.ad secundum. 854
Legalia post Christi passionem sunt mortua, & mortifera. q.103.K 855
Legalia quo tempore Iudæis mortua, & mortifera, ibidem, ad argumentum in contrarium. 856
Leprosa dicebatur domus, vel metaphoricè, vel effectiuè.q. 102.E.ad quartum. 838
Leprosorum mundatio quare sic fiebat.q.102.E.ad 7.842; & q.103.H.ad tertium. 852
Leprosorum mundatorum oblatio, præcipiebatur in lege, & Euangelio.q.103.I.ad secundum. 854
Letitia, Exultatio, Iocunditas, quid importent.quæst.31.Y. ad tertium. 243
Letitia non est passio, ita propriè vt tristitia.q.22.B 186
Liber vitæ an sit causa respectu omnium illorum, quorum est lex eterna.q.91.E.ad secundum. 727
Liber dicitur homo respectu suæ actionis, & quo ad specificationem, & quo ad exercitiũ; & quomodo dicatur agere liberè; & quid sit voluntas deliberata, q.1.B 3
Libertas multiplex reperitur in voluntate.q.1.E 11
Libertas omnis in appetitu, est ex indifferentia apprehensionis, q.6.T 68
Libertas voluntatis non tollitur per Diuinam motionem, qua voluntatem mouet.q.109.K 898
Libertas vbi spiritus Domini, exponitur; & quis dicatur liber. quæst.93.S.ad primum.746; & q.108.E.ad secundum. 889
Libertatis prima radix existentis formaliter in voluntate, est ipsa indifferentia rationis, contra Scotum, q.10.T.98; & q.17.I 129
Liberalitas an sit in concupiscibili, vel in voluntate, quæstio.60.I 412
Liberalitas quomodo sit ordinare affectionem pecunię. quæstio.66.N.ad primum. 456
Liberum arbitrium quare dicatur iudicium; & vnde sit radix libertatis arbitrij.q.1.C 6
Libellus repudij admittebatur, quamuis sit contra matrimonium, vt est in officium naturæ.q.102.E.ad tertium.827; & q.105.S.ad octauum.874; & q.107.B.ad secundum. 884; & q.108.G.ad secundum. 893
Libellus repudij, & Christi præceptum de non dimittendo vxorem, non contrariantur, ibidem. 893
Ligamen conscientiæ quid sit. Quæst.19.litt.H. facie 162
Liquefactio est duplex, materialis, & affectiua. quæst.28.G. ad secundum. 227
Lyra frequenter Thomizauit, & sanctus Thomas nõ Lyrauit, q.105.P.ad secundum. 863
Lotio manuum & pedum ingredientibus templum erat necessaria, sicut leuitis pilorum rasura; & quare fiebant talia, q.102.E. ad octauum. 842
Locans opera suã, vel domum, aut res aliquas; quare, & quando debuit mercedem recipere, quæstio.105.Q.ad sextum. 868
Locorum & temporum inter homines est magna diuersitas, & inter diuersitates est differentia, quæst.106.X. ad secundum. 878
Ludicra, vel iocosa quæ dicantur; & in actionibus ludicris delectatio dupliciter quæritur, q.1.F 13
Lumen & lux differunt, & imperfectum lumen non manet, superueniente perfecto, q.67.V.ad secundum. 471
Lumen gloriæ nullo intellectui potest esse connaturale, & licet non tollat distantiam infinitatis in essendo, coniungit tamen Deo sicut obiecto; & facit, ne excessus obiecti excedentis impediat apprehensionem ipsius obiecti, quæst.5.N 61
Lumen naturale intellectus agentis facit, vt homo bene se habeat ad principia speculabilium, q.56.G 377
Lumina gratiæ dicuntur, quæ lumen intellectus perficiunt, non quòd gratum faciant; sed quorum naturam excedunt, q.109.K 898
Luxuria quędam est mortalis, quædam venialis, quæst.73.E. ad primum. 542

M

Macula reatus, & offensa quomodo differunt; quid sit reatus, & vnde causetur, quæst.87.A.684; & F.ad primum.692; & quæst.109.Q.912; & q.113.R.ad secundum. 956
Macula peccati damnatorum semper manet, ideo debetur ei pœna eterna, q.87.D.ad tertium. 688
Macula peccati ab homine tolli non potest, nisi voluntas eius ordinem Diuinæ iustitiæ acceptet, q.87.F 691
Macula peccati remota, qualis reatus maneat, ibidem, ad primum.692; & q.109.Q 912
Macula animæ spiritualis, sicut & nitor est duplex; & quomodo veniale non propriè, sed solùm secundùm quid causet maculam, q.86.A.679; & q.89.P 711
Macula animę quid sit, & quòd mortale propriè ipsam causet, & vbi subiectetur, & quid causet; & quomodo corporali maculę assimiletur, q.86.A.679; & ad tertium. 681; & q.113.R.ad secundum. 956
Macula peccati manet in anima, etiam transeunte actu peccati, q.86.B 681
Maculam dedisti in gloriam tuam, exponitur, q.86.A.ad argumentum in contrarium. 680
Maculas diuersas diuersa peccata causant, quæstio.86.A. ad tertium. 681
Magis & minus an recipiat substantia, quęstione 52. littera P 351
Magis actiuum videtur esse minus passiuum, quęstio.22.C. ad secundum. 189
Magis & minus in eadem forma, an secundùm speciem formam diuersificent, q.60.I.ad tertium. 414
Magis commune, & minus commune quomodo differunt, quæst.70.O 497
Magis & minus non diuersificare speciem, exponitur, q.72. littera S.ad primum. 527
Magis & minus in his, quæ imperfectionem important, est duplex, q.73.B 532

Magni-

Magnificentiam an pauper habere possit. Quæst.65.litte.E. ad secundum. facie 443
Magnanimitas quare non sit virtus Cardinalis.q.61.M.ad primum. 418
Magnum in formis vnde accipiatur.q.52.P 351
Maioritas est duplex in his, quę imperfectionem importãt. q.22.C.ad primum. 189
Maioritas virtutis, non autem status, diminuit peccata ex surreptione.q.89.T.ad argumentum in contrarium 719
Mala non sunt facienda, vt bona eueniant.q.79.V. ad arg. in contrarium. 628
Mala plura magis fugienda esse, quàm vnum, exponitur, q.71.G 506
Mala sunt aliqua, quia prohibita; & aliqua prohibita, quia mala, ibidem.K 511
Mala sunt duplicia, quædam nunquam possunt bene fieri; & bonum, & malum quomodo opponuntur. quæst.88.O. ad tertium. 710
Malè se habens in passionibus concupiscibilis, malè habebit se in passionibus irascibilis. quæst.65.E. ad tertium. facie 444
Mali & boni subduntur diuersimodè legi eternę. quæst.93.S. ad secundum. 746
Mali subduntur legi humanæ, & si coacti.q.96.K 768
Malitia non quęlibet peccatum inducit, sed quæ deuiat ab vltimo fine.q.21.V.ad 3. 182
Malitia, Ignorantia, Infirmitas, & Concupiscentia sunt vulnera naturæ, & quandoque peccatorum causæ. quęstio.85.V 672
Malitia est peccatum, & effectus peccati, ibidem, ad primum, & secundum. 673
Malitia voluntatis quid sit; & quis dicatur peccare ex malitia.q.78.N 611
Malitia quandoque est peccatum, quandoque habitus vitiosus, ibidem, ad tertium. 613
Malitia, peccatum, & vitium opponuntur virtuti, q.71.B. 502; & D. 504
Malitia non requirit malum finem, sicut voluntatis bonitas bonum finem.q.19.K.ad 3. 167
Malitiosè, & ex certa malitia contingit fieri peccata. quęstio.78.N 611
Malitiosè peccare non est intendere malum, sed malum scire, & ipsum velle sustinere, vt bono concupito potiatur, ibidem ad secundum. 612
Malis dantur hic bona; & bonis mala, & aduersa, sed differenter. quæst.87.G.ad secundum.694; & quæst.99.F. ad tertium. 792
Malum accipitur quandoque strictè, quandoque communiter.q.18.A. ad secundum. 140
Malum & bonum quo ad speciem sunt differentiæ specificę actuum; sed diminutio, & augmentatio boni, & mali, possunt esse in eadem specie, quæstio.18.C.ad primum. 143
Malum in plus est, quàm peccatum; & bonum, quàm rectum.q.21.V 181
Malum potissimè entis dicitur infirmum, quæstione 21.X. ad tertium. 183
Malum non agit nisi in virtute boni, glosatur, quæst.18.A. ad primum. 153
Malum, vt malum non potest agere, exponitur, ibidem, ad secundum. 153
Malum morale non est pura priuatio; sed res virtualiter habens annexam priuationem, quæstio.19.E.ad secundum. 159
Malum hominis est contra rationem esse, exponitur, quæstio.71.K 511
Malum morale, maximum, & pessimum potest poni; & quale sit illud.q.73.D 537
Malum destrueret seipsum, si esset integrum, & summum. Quæst.73.littera B: facie 533
Malum culpę quomodo opponatur summo bono, ibidem.D. ad argumentum in contrarium. 539
Malum quomodo sit præter, aut secundùm voluntatem.q. 74.L.ad primum. 556
Malum & bonum differenter se habent ad voluntatem, & ad alias potentias.q.74.M.ad secundum. 558
Malum quod odi, non quod volo bonum, ago, exponitur, q. 74.N.559; & q.77.L.ad primum. 609
Malum in rebus, & actionibus voluntarijs quomodo modo simili se habeant quo ad causam.q.55.A 366
Malum an sit causa boni, & cuius. quæstio.78.N.ad secundum. 612
Malum est quandoque intentum, & volitum secundùm se, non propter se, sed aliud.q.78.N 611
Malum duplex incurrit ex malitia peccans; & quomodo nullus operans intendat malum. ibidem, ad secundum.
Malum alicuius quomodo ordinetur in bonum; & quòd ex quolibet malo aliquod bonum elici possit. quæst.79.V.ad primum. 627
Malum accipitur quandoque pro denominato, quandoque pro significato.q.27.X.ad primum. 216
Malum est obiectum odij.q.29.I 229
Mandata seruans mala intentione, habet malam voluntatem.q.19.K.ad secundum. 230
Mandata serua si vis vitam ingredi, exponitur, q.100.Q. ad primum. 812
Mandata, ne a memoria exciderent, iussa sunt ligari manibus.q.102.F.ad septimum. 848
Mandata legis moralia potuisset homo integrè impleuisse sine gratia, quo ad substantiam actus. quęstio.109.N. facie 906
Mandata legis quo ad modum charitatis, in nullo statu sine gratia gratum faciente homo implere potest. ibid.
Mandata Moysi quomodo dicantur leuia, vel grauia; & quæ mandata nouæ legis sint grauiora. quæstione 107.D. ad primum. 887
Mandatum & præceptum quomodo distinguantur. q.99.E; & ad secundum. 790
Mariæ semper Virginis duplex fuit Purificatio, q.81.E.ad tertium. 644
Materia prima eo modo est bona, quo & ens. q.8.H 81
Materia distinguit genere, exponitur, q.72.N 517
Materia quomodo dicatur prior forma.q.62.S 428
Materiale non agit in immateriale naturaliter; sed vt instrumentum agentis superioris. quęstio.77.E.ad tertium. facie 597
Matrimonium quomodo secundùm diuersos status sit institutum & sacramentum.q.102.E.ad 3. 838
Matrimonium fuit permissum separari ad periculum maius vitandum.q.105.S.ad octauum. 874
Matrimonij sacramentum ante Christum fuit diuisibile, vt erat in officium naturæ, non autem inquantum significatiuum.q.108.F 891
Maximum in vnoquoque genere est principalius, exponitur, q.61.M.ad primum. 418
Medium aliquod an sit inter substantiam, & accidens, materiam, & formam. q.49.A 331
Medium est eiusdem generis cum extremis, glosatur, quæstio.59.Y.ad primum. 402
Medium rei, & medium rationis, quid sit, quęstione 64.B. facie 436
Medium virtutis quale sit.q.65.H 448
Medium quo propositio redditur per se nota, est duplex, quęstio.94.V 749
Medium respectu vnius, potest esse finis respectu alterius. quæst.30.T 239

Melancolici, & iuuenes appetunt delectationes. Quæst.32. littera L.ad secundum. facie 256
Melior est aliquis altero dupliciter,quæst.111.F.ad tertium. facie 939
Memoria & spes sunt causa delectationis; & delectatio memoriæ tenet tertium gradum, post delectationem spei, & sensus.q.32.G 252
Memoria est pars prudentiæ.q.56.I.ad tertium. 381
Mens quid significet propriè.q.55.E.ad tertium. 375
Mens & intellectus in Angelis,& hominibus differunt, sicut pars & totum.q.89.S 716
Mens impeditur a tribus, ne semper & totaliter in Deum feratur.q.19.E.ad secundum. 159
Mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati, exponitur, q.109.R 913
Mensura propria, & naturalis est homogenea; non autem excedens, & supernaturalis. quæst.19.G.ad secundum. facie 162
Mensura debet esse certissima, intelligitur de necessarijs. q. 91.G.ad 3.730;& q.96.F.ad 3. 764
Mensura debet esse proportionata mensurato, exponitur, q. 16.G.126;& q.97.M.ad secundum. 772
Mentiri plures simul in ferendo testimonium,non est de facili credendum.q.105.Q.ad octauum. 869
Merces vestra multa est in cœlis,exponitur, q.4.G 52
Merces æqualis omnibus datur obiectiuè,& causaliter, non formalis.q.5.K 56
Merces maior debetur maiori labori ad sanum sensum.quæstio.114.D.ad secundum. 973
Merces mercenarij apud te non maneat vsque mane. quæstio.105.Q.ad sextum. 868
Mercedem operis recompensare, est actus iustitiæ, q.114. littera A 966
Mercedem propriam vnusquisque accipiet, &c. exponitur, q.114.D.ad primum. 968
Mercium proiectio quomodo sit voluntaria.q.6.Z 72
Meretur aliquis etiam per actum debitum.q.21.B 185
Meritum, vel demeritum quomodo consequatur actum humanum.q.21.A 184
Mereri nullus potest post hanc vitam, quamuis in Purgatorio culpa remittatur, quæstio.87,E. ad argumentum in contrarium. 689
Mereri tantum quis non potest, quantum intenditur. quæstio,19.L 167
Mereri vitam æternam sine gratia nullus potest, quamuis possit facere opera perducentia ad aliquod bonum homini connaturale sine gratia, quæst.109.0.907; & quæstio.114.B 969
Mereri vitam æternam ex condigno, & eam esse ex gratia, quomodo stent simul, q.109,0. ad argumentum in contrarium. 908
Mereri non potest homo aliquid a Deo absolutè secundùm perfectam iustitiam, & rationem meriti; sed solùm secundùm præsuppositionem Diuinæ ordinationis, quæstio.114.A 966
Mereri non potest homo vitam æternam secundùm perfectam iustitiam commutatiuam, quæst.114.C. ad secundum. 972
Mereri nullus potest id, quod iam habet, per opera sequentia.q.114.E 974
Mereri non potest aliquis sibi primam gratiam, nec opera præcedentia primam gratiam, sunt meritoria, quamuis non careant præmio. ibidem.
Mereri primam gratiam alteri merito condigni nullus potest, nisi solus Christus.q.114.F 976
Mereri sibi primam gratiam etiam de congruo,non dicitur homo. ibid.
Mereri sibi quis potest augmentum præmij essentialis per actum exteriorem.Quæst.20.littera R. facie 178
Mereri sibi reparationem post lapsum futurum nullus potest, nec meritò congrui, nec condigni, quæstio.114. B. facie 977
Mereri sibi homo potest augmentum charitatis & gratiæ,& maiorem gratiæ gradum; & tamen illum non consequi, nisi gratia sit augmentabilis.q.114.H 978
Mereri potest homo sibi perseuerantiam gloriæ,non autem perseuerantiam viæ.q.114.I 980
Mereri potest aliquis bona temporalia,vt sunt ad opera virtutum vtilia.q.114.K 981
Merentur quandoq; homines temporalia sine gratia merito secundùm quid,qui habent peruersam intentionem. ibid.
Merito congrui potest aliquis alteri gratiam primam mereri.q.114.F 976
Merito,duplex præmium respondet.q.114.H 978
Meritoria operatio prærequirit voluntatem præparatam per gratiam habitualem.q.109.P 909
Meritorium nihil est nisi voluntarium.q.7.E 78
Meritorium actum non omnis potest facere, qui potest demereri.q.109.L.ad secundum. 902
Meritorium opus dupliciter consideratur,vt ex lib.arbit.& vt ex gratia procedit.q.114.C 970
Meritorium opus consideratum,vt ex gratia procedit,Deus præmiando obseruat modum iustitiæ commutatiuę. ibid.
Meritorius an sit actus iustitiæ, quo quis reddit quod debet. q.114.A.ad primum. 968
Meritum augetur per actum qui procedit ex passione consequente, non autem præcedente liberum arbitrium.quæstio.77.K.ad secundum. 608
Meritum & merces quid sit.q.114.A 966
Meritum tria requirit.q.114.A ibid.
Meritum, & satisfactio differunt,ibidem ad primum. 968
Meritum condigni quid sit.q.114.C 970
Meritum ipsum ex Diuina misericordia est, ibidem ad secundum. 972
Meritum vitæ æternæ primò pertinet ad charitatem,ad alias autem virtutes secundariò.q.114.D 973
Meritum hominis ad Deum semper est ex Diuina motione. q.114.K 981
Meruisse Christum primam gratiam membris suis, potest benè & malè intelligi.q.114.F 976
Meruerunt merito secundùm quid domos obstetrices Aegyptiorum.q.114.K.ad secundum. 982
Meretricem non debuit accipere sacerdos in vxorem.q.102. F.ad vndecimum. 848
Metaphysica & sapientia est circa vltimum terminum simpliciter,& vna tantùm.q.57.M 386
Metaphysica an demonstret demonstratione propriè dicta. q.57.M.ad primum. 387
Metus quę fiunt,licet sint mixta ex voluntario,& inuoluntario, sunt tamen magis voluntaria; & quomodo metus causet inuoluntarium secundùm quid, nō simpliciter;& quis sit metus, qui cadit in constantem virum.q.6.Z 72
Minui vel corrumpi capacitatem, & habilitatem animæ ad gratiam,quid sit,q.85.S 667
Miracula potest quis operari, & non esse in statu salutis. q.108.G 893
Miracula habent diuersos gradus.q.113.X 964
Miraculosè aliqui instruuntur de his,quæ alij naturaliter cognoscere possunt. q.109.K 898
Misericordia quādoque est passio,quandoque simplex motus voluntatis.q.77.K.ad secundum. 608
Misericordia an sit virtus.q.59.Y.ad 3. 402
Misericordia quomodo distinguatur ab inuidia.quæst.35.H. ad tertium. 278
Mitis est qui non patitur, patiens qui patitur & non deducitur,exponitur,q.59.A.ad primum. 403

Mititas

Mititas, iustitia, & misericordia, quomodo accipiantur in enumeratione beatitudinum.Quæstione. 69. littera I. ad tertium. facie 489
Motio Diuina,& inspiratio præsupponitur ad recipiendum gratiam habitualem in anima, non autem aliud donum habituale.q.109.P.908. & ad tertium. 909
Motio Diuina qua res indigent, quantumcumque habeant in se sufficiens principium operandi,quid sit,quæst. 109. S.facie 917
Motio generalis quomodo omnibus actibus hominis præsupponitur.q.109.L.901.& in solutionibus. 902
Mobile potest naturaliter habere motum,qui est in ipso, & non ab ipso.q.6.S 66
Mobile motum a primo mouente non potest ipsum mouere, licet appetitus sensitiuus a voluntate motus, ipsum mouere possit.q.9.M. 88
Modus charitatis cadit sub præcepto charitatis, non sub alijs præceptis,q.100.P.ad tertium.809. & Q.810.& ad secundum. 812
Modus,species,& ordo consequitur quodlibet bonum creatum;& quomodo diminuuntur vel tolluntur per peccata,q.85.X. 637
Modus virtutis quomodo respiciatur in lege Diuina,& humana; & quòd modus obseruandi virtutem non cadat sub præcepto,q.100.P. 807
Monstra dicuntur peccata,sicut peccator dicitur ab effectu peccati.q.21.V.ad primum. 182
Mora temporis,& diuturnitas non facit de veniali mortale per se,q.88.N.ad primum. 707
Moraliter mala actio aliter habet effectum per accidens moralem,& aliter naturalem,q.18.A.ad tertium. 140
Moralem bonitatem non habet res in se formaliter,sed suo modo causaliter,& originaliter,quæst.18.B.ad primum. facie 141
Morales actus diuersificantur specie secundùm bonum, & malum;& quæ sit per se differentia moralium, & quòd non sit omnino similis differentiæ logicali, quæstio.18.E. facie 145
Moralis species actus non solùm attenditur secundùm obiecta,sed etiam secundùm alia, ibidem ad quartum. 146
Moralium,quæ sit vltima differentia.q.18.G. ad secundum. facie 150
Moralis virtus non causatur per vnum actum.q.51.N.arg. in contrarium. 349
Morales virtutes circa passiones sunt principaliter in irascibili,& concupiscibili,contra Scotum.q.56. K.arg.in contrarium. 383
Moralis virtus est habitus electiuus.q. 58. R. ad secundum. facie 395
Moralis virtus distinguitur ab intellectuali.q.58.S. 395
Moralem virtutem oportet esse cum recta ratione, & non solùm de eo, quod est secundùm rationem rectam.q.58. V.ad tertium. 399
Moralis virtus quomodo generetur, q.68.X.ad primū. 400
Moralis virtus non potest esse passio.q.59.Y. 401
Moralis virtus est circa voluptates,& tristitias, exponitur. q.59.C.ad primum. 405
Morales virtutes non possunt (saltem omnes) esse sine passionibus,q.59.D. 406
Moralia recipiunt speciem a fine,exponitur. q. 60. E.ad tertium. 407
Morales virtutes,quæ sunt circa operationes,distinguuntur ab his,quæ sunt circa passiones,q.60.F. 408
Morales virtutes circa operationes conueniunt in quadam generali ratione iustitiæ,sed distinguuntur secundùm rationes speciales,q.60.G 409
Moralis virtus non est vna tantùm circa omnes passiones. q.60.H 410
Morales virtutes distinguuntur secundùm aliquam diuersitatem obiectorum ipsarum passionum, sed non secundùm omnem.Quæstione.60.littera I. facie 412
Morales virtutes sunt vndecim numero, & quare prudentia non connumeretur moralibus existentibus circa passiones,& operationes. ibidem.
Morales virtutes dicuntur principales,seu cardinales.q.61. K.facie 415
Morales virtutes potius dicuntur principales,quàm aliæ.q. 61.M. 417
Morales siue cardinales virtutes,quomodo distinguantur ab inuicem.q.61.N 419
Morales siue cardinales virtutes diuidūtur in exemplares, purgati animi,&c.q.61.O 421
Morales virtutes infusæ distinguuntur specie ab acquisitis, & ratione obiectorum,& secundùm ea ad quæ ordinantur,q.63.Y. 433
Morales virtutes consistunt in medio, & aliquæ tendunt in maximum rei,sed tamen in medium secundum alias circunstantias,q.64.A.435.& ad secundum. 436
Morales virtutes sunt connexæ, & quomodo circa hoc defecerit Burleus,& Scotus.q.65.E. 442
Moralium virtutum materia tota sub vna ratione prudentiæ cadit secundùm D. S.exponitur, ibidem ad tertium. facie 444
Morales virtutes infusæ sunt connexæ in charitate, non autem acquisitæ.q.65.F.445.& G. 446
Morales virtutes sunt secundum quid nobiliores intellectualibus,q.66.M 454
Moralibus virtutibus quomodo prudentia præstituat finē, & quomodo ratio naturalis,ibidem ad tertium. 455
Morales virtutes omnes simpliciter præcellit iustitia.q.66. N.facie 456
Morales virtutes infusæ, & acquisitæ suo modo manent in patria.q.67.Q. 461
Morales virtutes infusas an Thilosophi cognouerint.quæst. 68.B. 477
Morales, & cerimoniales sunt actus humani seu hominis, q.99.C.ad primum. 788
Moralia præcepta sunt de his, quæ pertinent ad bonos mores.q.100.G 793
Moralia præcepta diuersa diuersimodè sunt de lege naturæ ibidem. 793
Moralia præcepta omnia reducuntur ad decem præcepta decalogi,q.100.I 797
Moralia præcepta,præter præcepta decalogi,conuenienter distinguuntur,quorum est triplex gradus, quædam ponuntur in lege,quædam non,q.100.R. 813
Moralia præcepta quomodo superadduntur singulis præceptis decalogi,demptis nono,& decimo. ibidem.
Moralia præcepta veteris legis non iustificabant, propriè loquendo de iustitia,q.100.S.815.& ad primum. 816
Moralia nō debuerūt superaddi veteri legi ī lege noua;sicut quædam credibilia explicantur in noua,quæ in veteri nō erant.q.108.F.ad primum. 891
Morbus,ægrotatio,vicium,differunt in corporalibus,& qualiter differunt in moralibus. q.71.C 503
Mores dicuntur boni,qui rationi conueniunt,q. 100.G 793
Mores qui dicantur, & quare dicantur præcepta moralia. q.99.B. 786
Morosum dicitur aliquid nō semper a mora temporis mensurantis,sed coexistentis,& a duratione.q.31. X.ad secundum. 242
Morosum dicitur peccatum non propter diuturnitatem tēporis,sed rationis immorationem,q.74.Q.ad tertiū.567. & q.88.N.ad secundum. 708
Morosa delectatio, & peccatum delectationis morosæ quid dicatur.q.74.Q. 565

Mors,

Mors,& alij defectus consequuntur primi parentis peccatum per accidens,Quæst.85.littera Y facie 674
Mors quomodo dicatur intrare per fenestras.q.27.Y.217.& q.85.Y. 675
Mors per peccatum mundum intrauit, exponitur.q.85.Y.arg.in contra. 675
Mortem Deus non fecit,glosatur.q.85.Z.ad primum in contrarium. 678
Mors est pœna consequens peccatum originale, & probabilius est,quòd omnes moriantur ante aduentum Christi,q.81.C.ad primum. 643
Mortale peccatum quomodo tollat virtutes infusas,non autem acquisitas;sed veniale non tollit eas,q.71.H. 507
Mortale,cui causæ virtutis opponatur, & quare tollat charitatem. ibidem.
Mortale, & veniale accipiuntur quandoque materialiter, quandoque formaliter.q.72.P. 520
Mortale quare dicatur ex specie vel ex genere. ibidem.
Mortale,& veniale non semper differunt genere, quamuis dicatur quoddam veniale ex genere, & quoddam mortale ex genere,q.88.K. 700
Mortale ex genere potest fieri ex parte agentis veniale.q.88.K.701; & O. 709
Mortale quare dicatur irreparabile,& veniale reparabile.q.88.K.ad secundum. 702
Mortale non minuitur ex veniali propter quod fit,& in qđ ordinatur.q.88.O 709
Mortale potest fieri veniale,si soluatur species mortalis ibi.
Mortalitas,& venialitas peccatorum quid significent; & an diuersificent actus specie.q.72.P. 520
Mortificari metaphoricè quid sit,quæst.114.G.ad.3. 978
Motus vnus non terminatur ad duos terminos, glosatur.q.31.Y.ad secundum. 243
Motus inducit lassitudinem in delectatione.q,32.F.ad secundum.facie 252
Motus est actus entis in potentia, exponitur.q.9.N. 89
Motus aliquis dicitur dupliciter.q.41.P 301
Motus cum in actionem, & passionem diuiditur,qualis sit diuisio.q.1.D 8
Motus augmenti charitatis reducitur ad alterationem. q.52.P.d tertium. 353
Motus quo consentimus iustificationi, est effectus gratiæ.q.111.C,ad secundum. 933
Motus li.arb.qui est pro momento iustificationis, est contritio.q.113.Q.ad tertium 955
Motus,& operationes distinguuntur diuersimodè secundum agentem,& finalem specie quo ad actus naturales, & voluntarios.q.72.N 516
Motus sensualitatis quidam consequuntur dispositionem corporalem,& non sunt peccata; quidam apprehensionem.& sunt peccata.q.74.N.ad secundum.560; & q.80.Z.ad tertium. 633
Motus existens in sensualitate habet se ad rationem tripliciter,quia vel ratio resistit,vel imperat,vel negligit, ibidem;& q.77.M 610
Motus sensualitatis ipsa imaginatio quandoque potius cõcomitatur,quàm causet,& illi sunt extra genus moris.q.77.M.610;& q.74.N.ad secundum. 560
Motus sensualitatis inordinatos,& si non omnes,tamen singulos potest homo vitare. ibidem.
Motus sensualitatis post consensum rationis quomodo intelligitur,quia non est vnus motus solitariè acceptus,& cũ consensu,q.88.M.ad secundum. 705
Motus subitus rationis superioris,quis dicatur,& quis deliberatus,q.74.V.576;& 89.R. 714
Motus subiti sensualitatis,& rationis sunt venialia,non tamen ex genere,sed per accidens ratione imperfectionis,q.88.K.ad tertium.702;& q.77.M. 610
Motus subitus circa res æternas, non potuisset fuisse in statu innocentiæ.Quæst.89.littera R facie 714
Motus primi in infidelibus ipsius sensualitatis, si eis non consentiatur,non sunt mortalia peccata.q.89.T 718
Motus interiores oriuntur secundùm ordinem naturæ a sensibilibus exterioribus, non tamen semper immediatè,q.80.Y.ad secundum. 631
Motus interiores hominis perfectè per Christum in lege noua ordinantur quo ad totam vitam hominis. quæst.108.G.facie 893
Motus interiores hominis an sint peccata.q.75.B.ad secundum. 590
Motus interiores animi,puta adulterij, vel homicidij,etiam lex vetus prohibuit,sed non cohibuit,q.107.B.883; & A:ad secundũ.882;& C.ad secundũ,886;& D.ad tertium. 888
Mouens, & motum,agens, & patiens an oporteat realiter distingui.q.51.M.ad secundum. 347
Mouens duplex est,scilicet trahens ad se,patiens, & repellens,q.23.H. 197
Mouens secundum,non mouet nisi inquantum mouetur, glosatur,q.93.P. 953
Mouens non mouetur ab eo,quod mouet,exponitur,q.9.M.facie 87
Mouentur aliter a Deo naturalia, aliter vtentia ratione, q.93.R.744;& q.1.C. 6
Mouere per modum imperij est rationis,non voluntatis, & ita lex mouet eos,qui subduntur legi.q.90.A.ad tertiũ.facie 723
Moueri naturaliter,quid sit.q.10.R 94
Moueri a principio intrinseco,quid sit; & quæ sint illa quæ sic mouentur.q.6.S. 66
Moueri,quæ dicuntur a principio intrinseco, sunt duplicia, ibidem. 66
Moueri dicitur animal duplici motu,scilicet eo, qui consequitur naturam corporis,& eo, qui sequitur apprehensionem,& appetitum,& differentia illorum ponitur.quæst.6.Y.facie 71
Moueri a se violenter animal nunquam potest q.6.S 66
Moueri potest animal motu naturali, & violento respectu diuersorum in animali;& similiter distinguitur de quiete.q.6.X. 70
Mouere seipsum per se primò idem secundum rem, non est possibile,contra Scotum.q.9.L 85
Mouere, & agere est præstantius, quàm pati,exponitur.q.9.M 87
Mouere non potest aliquid naturaliter,nisi id quod dat principium intrinsecum motus, q.9.Q 93
Mouere ad specificationem actus necessariò quid sit, q.10.S.facie 97
Mouet Deus omnia ad se,specialiter tamẽ iustos mouet,scilicet gratuitè,& motu speciali,q.109.P 909
Mouet Deus aliter creaturas rationales,quàm primum cælum creaturas corporales.q.109.K 898
Moyses quamuis Deum per essentiam viderit, non tamen tempore traditionis legis, sed quo tempore,non legitur,q.98.S.ad secundum. 781
Mulieres possunt succedere, & esse hæredes,nec hoc est in præiudicium communitatis,q.105.Q.ad quartum. 867
Multa possunt esse,quæ secundùm quid possunt esse vnum.q.17.M 131
Multiplicato superiori,multiplicatur inferius, glosatur, q.56.F. 376
Mundi status variatur vel secundùm diuersitatem legis, vel quia homines sub eadem lege ad eum diuersimodè se habent,q.106.Y. 879
Munditia cordis quid sit q.69.L 491
Mutatio, quæ denominat hominem corrumpi, denominat partes

partes separari.Quæst.22.litte.B.ad tertium facie 188
Mutatio quomodo dicatur esse in instanti,q.113.S. 958
Mutuatum vel accomodatum quando reddere quis non teneatur,& quomodo lex circa illa se habuerit, q.105.Q.ad quartum. 867
Mutuum vel depositum quomodo differant, & quando quis restituere teneatur depositum.q.105.Q.ad 5. 868

N

Natura quelibet perfecta est, quando coniungitur superiori natura.q.3.Y. 40
Naturæ altioris est altior perfectio,& finis inhærens, & formalis;sed non obiectiua,& finis vt res,q.3.Z. 41
Natura rationalis aliter est supra sensibilem, quàm intellectualis supra rationalem.q.5.I. 54
Natura non deficit in necessarijs,exponitur.q.5.N. 61
Naturam esse determinatam ad vnum, quomodo intelligatur.q.10.R 95
Natura non potest facere per potentiam quod fit per habitum.q.51.L.ad secundum. 346
Natura cuiuslibet dicitur forma,intelligitur radicaliter, & causaliter,q.71.E 504
Natura eramus filij iræ,exponitur, q.81.A 635
Natura est duplex,scilicet vniuersalis, & particularis;quædam intendit defectum,& corruptionem,alia non.q.85.Z.facie 677
Natura, & habitus assimilantur in aliquibus in aliquibus non,q.94.T 747
Natura humana in statu naturæ integræ,& modo,qualiter se habeat ad opus bonum,q.109.L 901
Natura se sola non potest causare dispositionem ad gratiã, q.109.Q.ad secundum. 913
Natura integra reparare se potest quo ad id,quod est cõnaturale;nõ autẽ quod excedit,q.109.Q.ad tertium. 913
Natura corrupta,& integra hominis,quid sit,q.109.R.914
Naturæ cuiuslibet rei contrariatur vicium,q.71.E 504
Naturæ contrariã an possint assuefieri,q.71.F 505
Naturæ contrarium inuenitur in omnibus naturis, & vt in paucioribus dempto homine. ibidem.
Naturam nullam posse supra seipsam agere, exponitur, q.109.M.ad secundum. 905
Naturale differt a voluntario,q.6.S 66
Naturale potest habere in se motum,qui non est ab ipso; sed voluntas non,q.6.X 70
Naturale potest aliquid esse dupliciter.q.51.L 344
Naturale lumen intellectus agentis facit, vt homo benè se habeat ad principia speculabilium,q.56.G 377
Naturale alicui esse,& esse naturæ alicuius differunt.q.63.T.arg.in contra. 430
Naturales defectus quomodo dicantur mortalitas,& passibilitas.q.85.Z. 677
Naturalia contingentia,quæ dicantur, & quomodo subsint legi æternæ.q.93.R 744
Naturalia sunt maiora quo ad inamissibilitatem,quàm gratuita.q.106.X.ad tertium. 878
Naturalia in demonibus manserunt integra, exponitur, q.85.S.ad primum. 668
Naturalis potentia,& naturaliter alicui conueniens differunt.q.51.L.ad primum. 346
Naturalis ratio non est solùm principiorum communissimorum,sed conclusionum deductarum ex principijs, q.58.X.ad primum. 400
Naturalis dicitur virtus, non quia perfectè sit a natura;sed quia est secundùm naturam.q.71.E 504
Naturalis virtutis corruptio causat peccatum in naturalibus.q.71.H 507
Naturalis potentia quomodo sit causa, & principium peccati, & quomodo peccatum sit contra naturam,Quæst.75.littera B.ad tertium. facie 582
Naturaliter dicitur posse homo quod virtute naturalis formæ potest,quamuis illam formam,& naturam a Deo habeat.q.109.K 898
Naturaliter facere,& implere legem gentes, exponitur.q.109.N.ad primum. 907
Necessarium accipitur tripliciter.q.10.V. 99
Necessaria incomplexa,& in essendo sunt plura, ita quòd non habent potentiam in se ad non esse,sicut Angeli, & corpora cælestia.q.93.Q 742
Necessaria incomplexa creata impossibile est aliter se habere,exponitur.q.93.Q.arg.in contra. 743
Necessarium quoddam est metaphysicum,quoddam physicum,quoddam sub conditione,& hoc est duplex,q.91.H.facie 731
Necessitas duplex,scilicet coactionis, & naturalis inclinationis;prima præiudicat voluntarię,secunda non, q.6.X.facie 70
Necessitas non habet legem, nec legi subditur quantum ad verba;tamen quantum ad finem,& intentionem legislatoris.q.96.L 770
Negationis potest duplex causa esse,q.75.A 579
Nescientia,ignorantia,error,hæresis differunt.q.76.B. 583
Nidum inueniens,& in eo matrem cum filijs,quare prohibebatur auferre.q.102.F.ad octauum. 848
Nitorem duplicem habet anima hominis,qui per peccatum tolluntur.q.86.A.679;& q.89.P. 711
Nobilius simpliciter,potest esse ignobilius secundùm quid, q.61.K.ad tertium. 416
Nocumentum,& damnum est duplex,scilicet reale,& penale, quæ diuersimodè se habent ad peccatum, q.73.H facie 548
Nolo,& non volo quomodo differunt.q.6.V. 69
Nomina de Christo dicta differunt.q.112.G.ad primum. facie 940
Non ens purum non potest dare differentiam, & speciem, q.18.E 142
Nota dicitur propositio per se,& immediata; & quomodo est duplex medium,scilicet simpliciter,& ex natura rei, & quo ad nos.q.94.V. 749

O

Obduratio & excecatio quid importent, & an Deus sit causa obdurationis,& excecationis.q.79.T 625
Obedire in quibus teneatur subditus prælato,q.13.L.ad tertium. 114
Obedire nullus debet in his,quæ sunt contra salutem. q.96.I.facie 767
Obedire non facit Euangelium, quia est secundarium nouæ legis,sed principale nouæ legis est quo homo iustificatur, & obedit,q.106.V.ad primum. 877
Obedientia quædam est necessitatis,quædam consilij; & quomodo magis pertineat ad perfectionem, quàm paupertas;& in quo Christus eam consuluit. q.108.H. ad tertium. 896
Obedientialis potentiæ multi sunt modi,q.113.X 964
Obiectum cognitionis oportet esse proportionatum cognoscẽti,exponitur contra.Scotum,q.5.N 61
Obiectum speciale actus,& rationis dat speciem moralem, q.18.B. 140
Obiectum dupliciter cadit sub ratione, & secundùm hoc differenter dat bonitatem actui voluntatis, q.19.D.ad tertium. 158
Obiectum voluntatis, & circumstantiæ obiecti habent rationem vnius obiecti respectu actus interioris voluntatis.q.19.E.ad secundum, 159

Obiectum voluntatis proponitur per rationem per se, nunquàm a sensu, nisi mediante ratione. Quæstione 19. littera F. facie 160

Obiectum determinat, & specificat ad modum principij formalis, non quia sit principium informans, sed quia est ratio agendi specificationem actus. q. 9. L 86

Obiectum nullum mouet necessariò ad specificationē actus, nisi vltimus finis, & beatitudo, q. 80. X. 628

Obiectum conueniens actus moralis, quid sit, q. 18. B 154

Obiectum actus exterioris dupliciter se habet ad finem voluntatis. q. 18. G 161

Obiectum intelligibile, & intellectus, aliter concurrit ad verbum; aliter appetitus, & appetibile ad amorem, q. 27. X. facie 216

Obiectum odij est malum, q. 29. I 229

Obiecta vt fines, & vt obiecta, an distinguant actus, & motus, q. 72. N. ad secundum. 517

Oblatio quare de animalibus fiebat in lege veteri, & de terræ nascentibus ac panibus; & mel ac frumentum non apponebantur, sed sal & thus. q. 102. C. *ad arg. in contrarium.* 826

Obseruantiarum cerimonialium legis veteris fuerunt rationabiles causę tam litterales, quàm figurales. quæst. 102. F. *facie* 836

Obstetrices Pharaonis meruerunt domos merito secundum quid, q, 114. K. *ad secundum.* 982

Occasio accepta non data fuit datio legis. q. 98. R. ad tertiū. 779; *& Q. ad secundum.* 777; *& q,* 101. *X. ad secundum. facie* 821

Occidens vel se suspendens dupliciter consideratur, & secūdùm hoc diuersimodè puniebatur, q. 21. A. ad primum. facie 184

Occidens seipsum non formaliter odit seipsum. q. 29. N. ad secundum. 232

Occidebant Iudæi hostes in ciuitate capta, sed non succidebant arbores. q. 105. *R. ad quartum.* 872

Occisio innocentis quandò sit contra legem naturæ, & decalogi, & quando non. q. 94. Z. ad secūdū & tertium. 755. *& q,* 100. *O. ad secundum.* 808

Odire seipsum nullus potest per se loquendo quæstio. 29. N. facie 232

Odire veritatem contingit tripliciter. q. 29. O. 233

Odire aliquid in vniuersali contingit dupliciter, & quomodo ad vnum sensum, etiam odio sensitiuo, & quomodo odium, & ira differunt. q. 29. R 236

Odit animam suam, qui diligit iniquitatem, exponitur. q. 29. N. ad primum. 232

Odit Deus peccatum quo ad formale, nō autem quo ad substantiam actus. q. 79. R. arg. in contra. 621

Odium non est fortius amore simpliciter, licet sit magis sensibile. q. 29. M. & L 230

Odium vt est in parte intellectiua potest vtroque modo esse respectu vniuersalis. q. 29. P 233

Odium causatur ex aliqua dissonantia, quæ communitati repugnat, exponitur. q. 29. P. ad secundum. 234

Odium omne ex amore oritur, q. 29. K 229

Odium videtur aliquando fortius amore, & de hoc exemplum sensibile. q. 29. L 230

Odium hominis est minus peccatum, quàm infidelitas, & desperatio, secus de odio Dei. q. 73. ad A. tertium. 532

Odium inimicorum quomodo Christus prohibuerit. q. 107. B. *ad secundum.* 884; *& C. ad secundum.* 886

Odij obiectum est malum, q. 29. I 229

Odio haberi nō pōt bonū secundū rōnē boni, necin vniuersali nec in particulari; sens autē, & verū in vniuersali odio haberi non possunt, sed benè in particulari. q. 30. Q 235

Odiosos facit homines auaritia, exponitur. q, 29. N. ad tertium. 232

Offensa, reatus, & macula differunt; & quid sit reatus, & vnde causetur. Quæstione 87. littera A facie 682

Offensa Dei an sine gratia a Deo remitti possit, quæst. 109. Q. facie 912

Offensa dupliciter accipitur. q. 113. *N.* 950

Offerebantur domino primitiua animalium, & hominum, nō autem terrę nascentium. q. 102. *F. ad quintum.* 847

Omissionis peccatum per se, & absolutè loquendo, potest esse sine actu. q. 71. I 509

Omissio per accidens, & indirectè volita an sit peccatum; & voluntas omissionis, & ipsa omissio sunt vnum peccatum. q. 71. I 509

Omissio non est peccatum sine voluntate expressa interpretatiua vel indirecta, & quando peccetur omissione, ibi.

Omissionis, & commissionis peccatum differunt specie naturali, & materiali; non autem formali. quæstio. 72. Q. facie 523

Onera legis quomodo antiqui non potuerunt portare, q. 98. Q. ad tertium, 778

Opera bona præcedentia gratiam, & si non sint meritoria gratiæ, non tamen omnino carent præmio. quæst. 114. E. facie 974

Opera vitæ quandoque causantur ab intrinseco, quandoque ab extrinseco. q. 80. Y. ad primum. 631

Opera Dei quomodo sint perfecta perfectione essentiali, non autem accidentali, & possibili habere. q. 98. R. ad primū. facie 779

Opera, quæ Deus fecit, quomodo perseuerent in æternum, & de quibus intelligatur. q. 98. R. ad secundum. 779

Opera lucis, & tenebrarum, quæ sint. q. 108. *E. arg. in contrarium.* 889

Opera supererogationis quando sint in præcepto, & quando non, q. 108. *H. ad quartum.* 897

Opera sine gratia facta, nec sunt meritoria, nec factiua vitæ æternæ. q. 109. *L* 901

Opera carnis dicuntur omnia genera peccatorum radicaliter, & originaliter. q. 72. M 515

Operatio humana potest esse a triplici potentia hominis, q. 3. S 34

Operatio, in qua beatitudo consistit, non est impedita, exponitur. q. 4. E 48

Operatio quidem quæ est secundùm naturam metus est, passio verò quæ præter naturam, exponitur, q. 24. K. ad secundum. 200

Operationes, & motus distinguuntur secundùm causam agentem, & finem specie, diuersimodè tamen actus, naturales, & voluntarij quo ad principia, q. 72. N 516

Operari, & velle quale bonum homo possit in statu naturæ integræ, & corruptæ. q. 109. *L* 901

Operans aliqua de genere bonorum pro alijs an mereatur eis, cum ipse sit extra charitatem, qui operatur. q. 20. T. ad tertium. 180

Opus ad quod teneor ex præcepto, si id non facio ex charitate pecco, secus si ad illud non obligor, q. 100. *Q* 810

Opus dicitur difficile, quandoque ex parte operis, quandoque ex parte operantis, q. 107. *D* 887

Opus aliquod potest dici magnum dupliciter, quæst. 113. *V. facie* 962

Opus miraculosum tres requirit conditiones. quæst. 113. *X. facie* 964

Opus meritorium hominis potest considerari dupliciter, & secundùm hoc diuersimodè meretur vitam æternam. q. 114. *C* 970

Opus meritorium vt procedit ex gratia, Deus præmiando seruat modum iustitiæ commutatiuæ, non simpliciter iustitiam commutatiuam, ibidem.

Operis difficultas, non autem operantis facit ad bonitatem, & meritum accidentale. q. 73. D. ad secundum. 539

Operum

Operum suorum hominem esse dominum, glosatur. q. 109. *O. ad secundum.* 908. *& L, ad primum.* 902

Opinio, fides, & scientia, non possunt esse simul in eodem subiecto. q. 67. S. 466. *& ad tertium.* 468

Opinio vna vel oratio sine sui mutatione, quomodo successiuè sit vera vel falsa secundùm mutationem obiecti, q. 19. D 157

Opinio, & scientia possunt corrumpi per se. q. 53. S 757

Opinio vniuersalis nunquam mouet sine apprehensione particulari. q. 56. I. ad secundum. 331

Opinionem multorum non est necesse veram esse simpliciter sed secundùm partem. q. 50. L 345

Opinatiua vel ratiocinatiua pars animæ quid sit, & an distinguatur a scientifica, q. 57. O. ad secundum. 390

Opponuntur quandoque aliqua, & sunt incompossibilia secundùm rationem communem, non autem secundùm speciales rationes eorum; & quandoque in esse naturę, aliqua non repugnant, & tamen secundùm aliquod prædicatum sunt incompossibilia. q. 1. E 11

Oppositio terminorum est duplex. q. 113. *R. ad secundum. facie* 956

Oppositum vnum disponit ad aliud, & quandoque non disponit, q. 88. *L. ad primum.* 703

Optimi est optima adducere, exponitur. q. 105. *P. ad secundum.* 863

Optimo non potest fieri additio, declaratur. q. 34. *T. ad secundum.* 265

Optimo opponitur pessimum, declaratur pulchrè. q. 39. D. ad primum. 293; *& q. 73. D. argumento post oppositum. facie* 539

Oratio dominica dicitur etiam pro remissione mortalium, quamuis pro venialibus dicenda sit, pro quibus etiam sufficit, q. 74. S. ad sextum. 574

Oratio dicitur vera vel falsa ab eo, quòd res est vel non est q. 93. N. ad tertium. 739

Orauerunt Iudæi ad occidentem, nos verò ad orientem. q. 102. *D. ad tertium.* 831

Ordo generationis est simpliciter posterior ordine perfectionis q. 62. S 428

Ordo est triplex contra quos accipitur triplex peccatum, q 72. O 518

Ordo, modus, & species quodlibet vnum sequuntur; & quomodo per peccatum tollantur vel diminuantur, q. 85. X. facie 674

Ordo intellectualium creaturarum non est minor, quàm corporalium, q. 109. *K* 898

Ordinis, & continuationis huius libri ad primam partem ratio. q 1. A 1

Ordini sacro, quomodo votum continentiæ sit annexum. q. 73. K 554

Ordinem naturæ in operando non seruare, vel supra vel præter naturam agere, quomodo Deo conueniat, vel malis Angelis, q. 80. Y. ad secundum. 631

Ordinationi principis resistens, Deo resistit, declaratur, q. 96. I 767

Ordinare omnia in Deum, an quis teneatur, & omittendo quomodo peccet, & an virtualiter sufficiat. q. 88. I. ad secundum. 699

Organum appetitus sensitiui est Cor. q. 22. *C.* 189

Origenis error de felicitate animarum, q. 5. M 59

Os loquitur ex habundantia cordis, exponitur. q. 48. D. ad tertium. 329

P

Patientia quare non est virtus cardinalis. q. 61. M. ad tertium. 419

Pacificè habebant Iudæi conuersari cum extraneis, & huius erat triplex occasio. Quæstio. 105. littera R. facie 871

Panis similagineus quare Deo offerebatur. & quare quædā animalia in veteri lege, q. 102. *C. ad secundum.* 827

Pars animæ opinatiua siue ratiocinatiua, quid sit, & an distinguatur a scientifica, q. 57. O. ad secundum. 390

Partes potestatiuas, & potentionales habere, & etiam partium ordinem conuenit etiam qualitati, q. 49. A. ad tertium. 331

Partes integrales duplices ponit Hereus, q. 54. B. *ad secundum.* 369

Partes naturaliter plus diligunt totum, quàm seipsas, & in hoc malè carpitur Doctor Sanctus. q. 109. *M* 904

Partes appetitiuæ sunt magis actiuæ, quàm apprehensiuæ, exponitur. q. 22. *C. ad secundum.* 189. *& q. 27. X.* 216

Parentes secundùm aliam rationem diligunt filios, & è contra. q. 100. *L. ad quartum.* 801

Parentum peccata dicūtur puniri in filijs, exponitur, q. 87. H. ad primum. 696

Participatio qua subiectum dicitur magis participare formam in ipsius intensione, quid sit, q. 52. P 351

Participatiuè existens ens, est tale per id, quod est per essentiam, exponitur. q. 90. B 724

Passio, & actio quomodo diuidunt motum, & qualis sit diuisio, q. 1. D 8

Passio propriè dicta non potest competere animæ, nisi per accidens, & quomodo dupliciter patitur in corpore, q. 22. B 186

Passio quomodo moueat voluntatem, q 9. M 88

Passio quandoque absorbet totaliter rationis iudicium, quādoque non; & cum ratio totaliter ligatur necessariò mouetur a passione quo ad specificationem actus, q. 10. *T. facie* 98

Passio diuersa est qua trāsmutatur homo in deterius, & qua in melius; & quæ sit passio animalis, & quare dicatur primò conuenire composito, q. 22. *B* 186

Passio quælibet consideratur, & secundùm propriam rationem, & inquantum passio. q. 22. *B* 186

Passio est motus, declaratur ibidem ad secundum. 188

Passio est via in corruptionem, exponitur. q. 22. E. ad tertium. 188

Passio dicitur esse in anima non quasi ipsa transmutetur, sed quia per ipsam transmutatur corpus. q. 22. *C* 188

Passio multum analogicè conuenit, & æquiuocè, apprehensiuæ, & appetitiuæ, ibidem ad primum. 189

Passio ibi propriè inuenitur, vbi est transmutatio corporalis, declaratur. q. 22. *D* 190

Passio est irrationalis partis per essentiam, rationalis autē per participationem, ibidem. 191

Passio appetitus sensitiui potest sequi ad apprehensionem intellectiuam dupliciter. ibidem.

Passio ratione generis non habet, quòd sit bona saltem positiuè, habet tamen permissiuè per non repugnantiam. q. 24. I. ad primum. 199

Passio non quæcumque diminuit de bonitate actus moralis, q. 24. L. & ad primum. 201

Passio secundùm speciem naturæ non est bona vel mala moraliter, sed secundùm quòd pertinet ad genus moris, q. 24. M 202

Passio principalior an sit amor vel delectatio. quæst. 25. O. facie 205

Passio vel motus appetitus tendens in malum necessariò præsupponit passionem vel motum tēdentem in bonum, similiter passio recedens a bono præsupponit recedentē a malo, q. 25. P 207

Passio aliqua irascibilis causatur ex passione concupiscibilis, quæ est de malo præsenti vt ira; aliæ autem passiones irascibilis causantur, & præsupponunt passiones concupiscibilis, quæ dicunt proportionem ad bonum vel malum.

lum: Quæstione 25. littera P facie 207
Passio est motus quidam, exponitur. q. 26. S. ad tertium. 212
Passio corporalis incipit a corpore, et terminatur ad animã; animalis verò è contra, & hoc ratione sui formalis, q. 35. facie 267
Passio aliqua dupliciter potest dici naturalis, vel naturalior alia, q. 46. P 320
Passio appetitus sensitiui non potest directè mouere voluntatem, sed indirectè, & per viam distractionis, q. 77. E. facie 596
Passio sensualitatis, & peccatum ex passione quando sit mortale; & peccare ex passione aliud est, quàm peccare passionatum, q. 77. M 610
Passio habet rationem trahere ad iudicandum in particulari contra scientiam, quam habet in vniuersali, & contra scientiam quam habet in habitu, ne consideret in actu. q. 77. F 598
Passio quælibet an possit dici infirmitas. q. 77. G 602
Passio præcedens actum peccati, & antecedenter se habens ad lib. arb. diminuit peccatum; q. 77. K 607
Passio sequens peccatum auget ipsum, & est signum magnitudinis. ibidem.
Passio, quæ totaliter actum reddit inuoluntarium sequentem, totaliter excusat, alioquin non. q. 77. L 608
Passio totaliter auferens vsum rationis, si a principio fuerit voluntaria, imputatur actus ad peccatum; si autem causa passionis fuerit naturalis, omnino excusat a peccato; si autem non totaliter intercipit vsum rationis, non totaliter excusat. ibidem.
Passio causat multiplicem ignorantiam, ibidem ad secundum. 609
Passiones quamuis sint actus, tamen determinãtur sub nomine passionum absque contrarietate. q. 22. A 185
Passiones non incongruè considerantur a Theologo, & quid sit formale passionum. ibidem.
Passiones quid habeant pro subiecto propinquo, & remoto, & quomodo pati accipitur multipliciter, & intelligere est quoddam pati. q. 22. B 186
Passiones peccatorum, quæ per legem erant operabantur in membris nostris, & passionis diffinitio declaratur, ibi.
Passionis ratio magis inuenitur in parte appetitiua, quàm apprehensiua. q. 22. C 188
Passionis ratio magis propriè inuenitur in actu appetitus sensitiui, quàm intellectui. q. 22. D 190
Passionum nomina pia, ira, & similia cum de Deo dicuntur, an importent aliquid in eo existens, vel solùm aliquid ab eo existens, ibidem ad tertium. 191
Passiones eædem non sunt in irascibili, & concupiscibili. q. 23. E 192
Passiones diuersarum potentiarum distinguuntur genere obiectali, non autẽ logicæ, & quæ in irasciaili sint, & quæ in concupiscibili. ibidem.
Passiones irascibilis possunt terminari ad passiones concupiscibilis, ibidem ad primum. 193
Passiones animæ dupliciter contrariantur. q. 23. F 194
Passiones duæ quandoque possunt esse in accessu, & recessu ab eodem saltem materialiter; aliquæ autem possunt dicere accessum, & recessum a diuersis, ibidem ad tertium. 195
Passiones contrariæ oportet, quòd sint in eadem potentia. q. 23. G 196
Passionum animæ non quælibet habet contrarium, sicut ira. ibidem.
Passiones animæ differunt dupliciter, scilicet secundùm naturam obiectorum, & secundùm diuersam virtutem motiuam eiusdem obiecti. q. 23. H 197
Passiones triplices specie differentes non contrariæ reperiuntur in concupiscibili circa bonum, & proportionabiliter passiones triplices circa malum. Quæstio. 23. littera H. facie 197
Passiones irascibilis aliquæ sunt distinctæ specie, & non cõtrariæ; & tres sunt coniugationes passionum irascibilis, sicut & concupiscibilis. ibidem.
Passiones concupiscibilis, & irascibilis sunt vndecim, ibi.
Passiones aliquæ possunt differre specie absque contrarietate, ex secunda virtute motiua eiusdem obiecti. q. 23. H. ad primum. 198
Passionum distinctio non semper est secundùm bonum, & malum, quamuis omnis passio sit circa bonum vel malum. ibidem.
Passiones considerantur dupliciter, vel secundum se vel secundùm quòd subiacent imperio rationis, declaratur illa distinctio. q. 24. I 198
Passiones secundùm se consideratæ non sunt bonæ vel malæ moraliter, sed secundùm quod subiacent imperio rationis. ibidem.
Passionibus, nec laudamur, nec vituperamur, exponitur, ibidem ad tertium. 199
Passiones nõ omnes sunt malæ moraliter, sed aliquæ bonæ, aliquæ malæ. q. 24. K 199
Passiones quomodo a peripateticis, & stoycis considerabãtur. ibidem.
Passione s tripliciter se habent ad voluntatem, ibidem ad tèrtium. 200
Passiones antecedentes iudicium rationis diminuunt actus bonitatem, scilicet intensiuam; consequentes indicant bonitatem maiorem; electæ autem vel imperatæ addunt ad bonitatem actus exterioris extensiuè. q. 24. L. ad primũ. facie 201
Passiones quorum obiectum est bonum verum, ad quod ipsæ conuenienti modo se habent, sunt bonæ secundùm speciem, secus si aliquod horum deficiat. quæst. 24. M. ad secundum. 203
Passiones in animalibus, & in homine sunt eiusdem speciei & esse naturæ. ibidem ad tertium.
Passiones concupiscibilis sunt duplices, scilicet pertinentes ad quietem, & ad motum; & diuersimodè comparantur passiones irascibilis. q. 25. N 204
Passiones irascibilis quarum obiectum est bonum, scilicet spes, & desperatio, sunt naturaliter priores passionibus, quarum obiectum est malum, scilicet audacia, & timore. q. 25. P 207
Passiones quattuor, scilicet gaudium, & tristitia, spes, & timor communiter principales dicuntur, duæ primæ simpliciter, aliæ duæ in genere motus appetitiui, q. 25. Q. facie 208
Passiones principalissimæ sunt gaudium, & tristitia; timor autem, & spes sunt principales in genere suo, nec est diuersitas in Doctore S. circa principalitatem illã. ibidem.
Passiones aliquæ possunt attribui rebus purè naturalibus, aliquæ non, q. 41. P 301
Passiones huius temporis non sunt condignæ, &c. exponitur, q. 114. C. ad primum. 971
Passiones an possint esse cum virtutibus. q. 59. A 402
Passionibus omnino carere possunt homines in hac vita, q. 61. O. ad tertium. 423
Passionum sectator quomodo falsè syllogizando subsumat, q. 77. F. ad tertium. & quartum. 600
Passio Christi per quam omnes saluari oportet, post peccatum dupliciter hominibus saluandis applicatur, q. 103. H. facie 851
Passio Christi plus acceptatur exhibita, quàm præuisa, & efficatius operatur, q. 106. X 878
Passiuus intellectus, quid sit. q. 51. N 348
Pater quo potuerit punire filiũ nõ coactiuè, sed infligere penam meritoriam, q. 105. S. ad quintum. 874

Pater

Pater quomodo potuerit vendere filium, vel filiam in veteri lege. Quæst. 105. littera S. ad quartum. facie 874
Pati accipitur multipliciter; & quomodo intelligere sit pati, q. 22. B 186
Patitur anima dupliciter in corpore. ibidem
Pati propriè est materiæ ad sensum sanum, & communiter acceptum, etiam est conuenientis analogè cum materia propriè dicta, & subiecta priuationi, ibidem, ad primum.
Paulus antequam iustificatus esset gratiam fidei impugnabat, sed in ipso actu iustificationis gratiæ consensit, quæstio. 112. H. ad secundum. 942
Paulus in raptu vidit Deum per miraculum. q. 5. L 57
Pauper an possit esse magnificus, quæstio 65. E. ad secundum. 422
Pax quid importet, & quomodo se habeat ad beatitudinem. quæst. 3. T 35
Peccator etiam peccando tendit aliquo modo in Deum, declaratur, q. 1. H 16
Peccator faciens pro alijs suffragia, an eis mereatur. q. 20. T. ad tertium. 180
Peccatum quandoque dicitur aliquod, quod tamen non est imputabile, vel culpa. q. 21. X. ad primum. 183
Peccata dicuntur monstra, & tamen sunt effectus peccati, q. 21. V. ad primum. 182
Peccatum & malum, rectum & bonum, quomodo habeant se ad inuicem. q. 21. V. & X 182
Peccatum vnum est actus exterior, & interior. q. 20. Q 176
Peccatur sola voluntate, exponitur, quæst. 20. P. ad secundum. 174
Peccatum est omne quod non est ex fide; & omnis infidelium vita peccatum est, exponitur, quæstione 63. V. ad primum. 431
Peccatum aliquo modo compatitur secum virtutem, & omnia peccata diu vitare homo absque gratia non potest, q. 63. V. ad secundum. 431
Peccatum potest esse in appetitu sensitiuo, & ei in homine non inconuenienter attribuitur electio, quæst. 26. R. facie 210
Peccati & vitij consideratio sequitur considerationem de virtute. q. 71. A 502
Peccatum, malitia, & vitium opponuntur virtuti. quæst. 71. B. 502; & quæst. 73. D. 539; & q. 74. L. ad primum. 556; & M. ad secundum. 558
Peccatum & actus vitiosus prior est, quàm vitium, quæstio. 71. G 506
Peccatum, cum comparatur ad virtutem, vt actus malus ad habitum bonum, potest simul esse cum virtute, & vt est actus contrarius virtuti, potest stare cum ea, vt est habitus, q. 71. H 507
Peccatum mortale non potest esse cum virtutibus infusis, licet cum acquisitis; sed veniale cum vtrisque, quæstione 71. H. 507; & q. 73. A. ad secundum. 531; & q. 85. T. ad argum. in contrarium. 671
Peccatum vnum mortale, quare tollat charitatem, & cui causæ virtutis opponatur. ibidem
Peccatum in naturalibus, & voluntarijs quomodo contingat, q. 71. H. ad 3. 508; & q. 79. R 620
Peccatum omissionis an consistat in actu per se, & absolutè loquendo potest esse sine actu, q. 71. I 509
Peccatum vitare potest fieri meritoriè, & non meritoriè; & quomodo quodlibet peccatum dicatur voluntarium; & quando peccatum omissionis committatur, quæstione 71. I 509
Peccatum bene definitur, quod est dictum, vel factum, &c. & mortalis peccati potest esse triplex materia; & quomodo volunt. as dicatur peccatum. q. 71. K 511
Peccati definitio an conueniat originali, & veniali. ibid.
Peccatum habet aliquid vt materiale, & aliquid vt formale, & actus peccati; non autem inordinatio actus per se comparatur ad peccantem. Quæst. 72. littera L. 513; & Quæst. 79. littera R facie 620
Peccatum apud moralem distinguitur iuxta intentum, non secundùm significatum; & distinguitur specie secundùm obiecta; nec idem specie potest esse circa diuersa obiecta formalia, q. 72. L 513
Peccans non intendit in ordinationem, quamuis eam non recusset. q. 72. L 513
Peccatum carnale dicitur, vel propter radicem, vel quia consumatur in carne; & distinguitur specie a spiritualibus, & originatur a ratione, & dicitur multis modis, quæst. 72. M 515
Peccata non distinguuntur specie secundùm causam materialem & formalem, nec secundùm diuersas causas actiuas, vel motiuas, sed secundùm diuersitatem causæ finalis, q. 72. N 516
Peccatum diuiditur in peccatum contra Deum, proximum, & seipsum; & qualis sit diuisio. q. 72. Q 518
Peccatum quodlibet non semper est contra Deum immediatè, ibidem, ad primum. 519
Peccatorum mortalitas & venialitas quid significent; & quomodo dicatur mortale ex genere, vel specie; & quãdo venialis, & mortalis peccati dicia consequitur diuersitatẽ inordinationis, quę rationem peccati cõplet. q. 72. P. 520
Peccati venialis & mortalis differentia, vel quęcunque alia, quę sumitur penes reatum, non constituit diuersitatẽ speciei peccati, vt est actus voluntarius, sed sequitur eam, q. 72. P. 520; & q. 88. I. ad arg. in contrarium. 699
Peccatum mortale, & veniale habet tria, quæ variè accipiuntur. ibid.
Peccatum mortale, & veniale quantum ad actum non differunt in infinitum, sed vt accipiuntur pro reatibus. ibid.
Peccatorum differẽtia est duplex; & peccatum commissionis, & omissionis differunt specie materiali, non autem morali & formali. q. 72. Q 523
Peccatum diuiditur in peccatum cordis, oris, & operis, non sicut in species diuersas completas, sed penes diuersos gradus eiusdem peccati, & pertinent ad eandem perfectionem peccati secundùm speciem moris, & qualis sit illa diuisio. ibidem
Peccatum cordis, & cogitationis habet tres gradus, ibid. ad primum. 524
Peccata secundùm abundantiam & defectum diuisa sunt sibi contraria, & specie diuersa, q. 72. S 526
Peccati obiectum non est solùm quod mouet ad prosequendum, sed etiam quod mouet ad fugam. ibid.
Peccati speciem diuersificant aliquæ corruptiones circunstantiarum, aliquæ non, q. 72. T 528
Peccata nullam habent connexionem quantum ad id, quod perficit speciem peccati; quamuis in eo, quod non est de intentione peccatorum. q. 73. A 530
Peccata contrariantur ex parte conuersionis, nõ auersionis; habent tamen conuenientiam quantum ad ea, quę consequuntur auersionem, q. 73. A. ad primum. 530
Peccans in vno factus est omnium reus, &c. exponitur, ibidem.
Peccata omnia non sunt paria, sicut nec pœnę, vt Stoici volebant. q. 73. B 533
Peccatum non est pura priuatio, nec tollit semper totam commensurationem rationis, sed de ea potest tollere plus, vel minus, quæst. 73. B 533
Peccatum quantò plures ordines partiales tollit, tantò maius est; peccata etiam commissionis non sunt æqualia, sicut nec omissionis; venialia quoque sunt inæqualia, tàm ratione generis, quàm speciei, quæst. 73. G. ad tertium. 547

Peccatum qđ cõmittitur, quia trãsgreditur aliquid prohibitum, aliter se habet, quàm peccatum, quod est contra aliquid per se bonũ. Quæst. 73. littera G. ad secundum. 547
Peccare non est simile ei, quod est lineas transilire. ibi.
Peccatorum grauitas variatur secundùm diuersa obiecta, & genus peccatorum dupliciter accipitur, & grauitates moralium & venialiũ sunt incomparabiles. q. 73. C. 536. & ad tertium. 537
Peccatum grauius opponitur virtuti maiori, & maximę virtuti maximum; & ab alio dicitur principale, & ab alio capitale; & quomodo dupliciter opponatur virtuti, quæstio. 73. D 538
Peccata carnalia sunt duo, & an sint grauiora, quàm spiritualia. q. 73. E 540
Peccatum tantò grauius, quantò voluntas fuerit maior; & an grauitas maior sit ex obiecto, vel causa effectiua. quæstio. 73. F 543
Peccatorum possunt esse causæ per se proprię, & extrinsecę, & remotę, quædam minuunt, quædam grauant. ibid.
Peccatum habet grauitatem ex obiecto, ex voluntate, & ex fine, ibidem; & ad primum. 544
Peccatum natum est aggrauare ex circunstantia, & hoc tribus modis; & actus peccati vnius potest esse sub diuersis speciebus. q. 73. G 545
Peccatum aggrauatur ex nocumento intento, & præuiso; & ex maiori nocumento sequitur maior grauitas; & hoc directè, vel indirectè, q. 73. H. 548; & ad secundum. 550
Peccatum non aggrauatur quãdoque ex nocumento non intento, & præuiso, & quod per accidens se habet ad peccatum; quamuis quandoque propter negligentiam, quæstio. 73. H 548
Peccatũ aggrauatur per conditionem personæ, in quam peccatur. s. per habitudinem ad Deum, ad peccantem, & proximum. q. 73. I 551
Peccat plus & grauius occidens patrem, quàm sacerdotem, nisi res publica ibi notabiliter læderetur. ibidem
Peccatum ex surreptione minus imputatur ei qui est maioris virtutis, & perfectionis, secus de peccatis etiam ex deliberatione. q. 73. K 554
Peccantis magnitudo & perfectio quandoque aggrauat peccatum; & principis iniustitia est alterius speciei, quàm aliorum. ibidem
Peccatum est in voluntate subiectiuè, vel ad minus imputatiuè. q. 74. L 556
Peccatum non est solùm in voluntate subiectiuè, sed etiam in omnibus potẽtijs, quę possunt moueri ad suos actus, vel reprimi per voluntatem. q. 74. M 557
Peccatum potest esse in sensualitate, & est duplex actus sensualitatis. q. 74. N 559
Peccatum mortale formaliter non est in sensualitate, sed solùm in ratione, sicut in primo motiuo, & subiecto, quæstione 74. O 562
Peccatum contingit esse in ratione quattuor modis, quæstione 74. P 564
Peccatum morosæ delectationis quod & quale sit; & quomodo in ratione. q. 74. Q 566
Peccati executio nunquam fit, nisi ratio superior imperet, aut negligat. q. 74. R. ad secundum. 570
Peccatum ex parte actus potest habere per se causam, sed ex parte inordinationis, alio modo habet causam, quæstio. 75. A 578
Peccati inordinatio consequitur per se causam ipsius actus, quę est voluntas carens directione regulæ rationis, & legis Diuinæ. ibid.
Peccatum inconsiderationis an sit aliud ab electione. q. 75. A. ad tertium. 580
Peccati causa est duplex, scilicet proxima, & remota; & concurrunt ad peccatum, secundùm diuersa, quæ ad ipsum requiruntur. Quæst. 75. littera B. facie 581
Peccatum est contra naturam hominis, potest tamen esse ab aliquo, quod est naturale hominis, quæstione 75. B. ad tertium. 582
Peccati causa potest esse aliquod extrinsecum tripliciter, nihil tamen ita est causa, quòd moueat voluntatem immediatè ad exercitium, & ad actum secundum. q. 75. C. 583
Peccati causa sufficiens est sola voluntas, aliquod tamen extrinsecum potest esse inducens. ibid.
Peccatum potest esse causa peccati secundùm quattuor genera causarum, q. 75. D 584
Peccatum quod nõ per penitentiam deletur, trahit ad aliud, exponitur, q. 75. D. ad arg. in contrarium. 585
Peccati causa quo ad actum potest esse ignorantia, non quidè per se mouens, sed per accidens. q. 76. A 586
Peccatum gratiæ opponitur demeritoriè, & ratione causæ, q. 76. B. ad secundum. 590
Peccatum additum peccato non semper facit ipsum maius, sed quandoque plura, & quandoque diminuit, quandoque non. q. 76. D. ad secundum. 594
Peccatum ab eodem causatur, & diminuitur; & si ignoras, peccas grauissimè, exponitur, quæstione 76. D. ad tertium. 594
Peccatum non est ignorantia, vt dixit Socrates, sed est cum ignorantia, q. 77. F 598
Peccatum quod est ex passione, dicitur esse ex infirmitate, quæst. 77. G 602
Peccatum vel est inordinatus appetitus, vel procedit ab inordinato appetitu, q. 77. H 603
Peccatum omne est ex amore malè inflammante, vel ex timore malè humiliante, exponitur, quæst. 77. H. ad 3. 604; & I. ad quartum. 606
Peccatorum omnium causæ sunt concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæstione 77. I 606
Peccatum diminuitur per passionem præcedentem, ex qua causatur; augetur per sequentem, quæstio. 77. K. facie 607
Peccatum agens, & magnitudinem eius significans est passio sequens ipsum peccatum; & tantò grauius quis peccat, quantò maiori libidine, & concupiscentia peccat. ibidem.
Peccati actus totaliter excusatur, quando causatur a passione, quæ totaliter tollit voluntarium, quæstione 77. L. facie 608
Peccare ignoranter, quàm peccare ex ignorantia, sicut ex passione aliud est, quàm peccare passionatum, quæstione 77. M 609
Peccatum ex passione potest esse mortale, ibidem; & ad secundum. 610
Peccatum omissionis & quæ sunt subiti motus, sunt actus aliquo modo voluntarij. q. 6. V 70
Peccatum est contra rationem, exponitur, q. 6. X 71
Peccatum vnde incidat in voluntatem. q. 19. Q 93
Peccare ex malitia est voluntate eligere malum non tracta aliquo exteriori, sed ex propria inordinatione, quæstione 78. N 611
Peccantis ex malitia voluntas tendit in malum, inquantum malum, vt potiatur bono concupito; & quomodo contingat ex malitia, & industria peccare. ibidem
Peccatum in actibus humanis, sicut contingit quandoque ex defectu intellectus, & ex defectu appetitus sensitiui, ita ex defectu, & inordinatione voluntatis. ibidem
Peccare ex malitia non est intendere malum scilicet scire malum, & illud velle sustinere, & c. ibidem, ad primũ; & q. 78. P 616
Peccare ex habitu, & habentem habitum, non est idem, quæst. 78. O 614

Peccat ex certa quandocunque habens habitum vitiosum, Quæst. 88. littera O facie 614
Peccans ex habitu, peccat ex electione mali, ibidem; & N. ad primum. 612
Peccatum ex malitia quando sit grauissimum, & quando non, ibid. ad primum. 612
Peccatum in Spiritum sanctum quod sit; & an sit idem cũ peccato ex malitia, ibid. P 616
Peccare potest quis primò in Spiritum sanctum, & ex malitia. quæst. 78. O. ad secundum. 615; & P. ad secundum. facie 617
Peccans ex malitia non est necessarium, quòd peccet ex habitu, quamuis semper præsupponit aliquam inordinationem. q. 78. P 616
Peccatum ex malitia quomodo dicatur esse ex defectu rationis, & quasi ignorantia. ibid.
Peccans ex electione non semper peccat ex habitu, ibidem, ad primum. 616
Peccare ex malitia statim, perfectis non conuenit; sed imperfectis potest competere, ibid. ad secundum. 617
Peccat quandoque quis grauius ex passione, quàm alius ex habitu, cum est magna inæqualitas. q. 78. Q 618
Peccatum quod est ex certa malitia, grauius est peccato ex passione. ibid.
Peccare grauius vel minus grauiter qui habet maius impellens, quomodo intelligatur, ibidem, ad secundum. 619
Peccans ex passione, non peccat ex electione, quamuis eligat malum; & quid sit ex electione peccare, ibidem, ad tertium.
Peccati causa exterior potest esse duplex, scilicet directa, & indirecta. q. 79. R 620
Peccati causa nullo modo nec directè, nec indirectè est Deus qui nec potest peccare, nec potest alium facere peccare; & quomodo in quolibet mortali peccato est communis auersio, & virtualis recessus a Deo. ibidem
Peccare aliquos quare Deus permittit, nec conseruat, vt nõ peccent. ibid.
Peccatum includit deformitatem, cuius Deus non est causa, & actum, cuius Deus est causa, ibidem; & quæstio. 79. S 623
Peccare dicitur homo, non ideo, quia est causa actus peccati; sed quia est causa malitiæ, & deformitatis illius. q. 79. S. ad secundum. 624
Peccatum in Spiritum sanctum quandoque est obduratio, quandoque non, quæst. 79. T. ad argumentum in contrarium. 626
Peccata an cooperentur in bonum diligentibus Deum, quæstio. 79. V 627
Peccati directa causa non potest esse, nisi quod potest mouere voluntatem ad agendum. q. 80. X 628
Peccati causa directa nõ potest esse nec Deus, nec diabolus, sed sola voluntas hominis, nec etiam res exterius oblata, nec ille qui eam proponit, nec ille qui suadet. ibid.
Peccare facit diabolus persuadendo, disponendo, vel afficiendo, non autem perficiendo, q. 80. Y 630
Peccandi necessitatem diabolus non potest inducere, quamuis ex necessitate possit inducere ad aliquem actum, qui ex genere est peccatum, nisi a Deo refrenetur, quæstione 80. Y. Z 634
Peccatorum omnium causa est diabolus indirectè, & occasionaliter, non autem directè. ibid.
Peccatum Angelorum quare sit irremediabile, non autem peccatum hominis, ibidem, ad 3.
Peccatum primi hominis originaliter transit in posteros, quomodo hoc intelligatur; & defectus peccati originalis non est volitus voluntate prolis, sed ipsius Adæ, & proli imputatur, quia membrum Adæ. q. 81. A 633
Peccatum originale, quomodo per baptismum tollatur, qui restituit radicem originalis iustitiæ, scilicet gratiam gratum faciente, ibidem; & Quæst. 80. littera T. ad primum. facie 626
Peccatum dicitur originale, quod a primo parente in posteros deriuatur; non autem dicitur huius personæ, nisi inquantum recipit naturam a primo parẽte, & dicitur peccatum naturæ, & habet minimum de ratione culpę, nec est vniuocè peccatum cum actuali, q. 81. A 635
Peccatum per vnum hominem in mundum intrauit, & per peccatum mors, exponitur, ibidem, ad argumentum in contrarium. 637
Peccati originalis non oportet ponere virtutem productiuam distinctam a virtute productiua naturę humanæ, ibidem, ad secundum. 637
Peccatum originale quomodo dicatur instrumentaliter causari per semen paternum, quamuis semen non causat esse animę, tamen dicitur eam inficere; & peccatum non est accidens positiuum quo ad formale. ibidem.
Peccare, & habere peccatum differunt, ibidem, ad 3. 638
Peccatum traduci per originem quid sit; & quare solùm primum peccatum primi hominis traducitur, & non alia aliorum. q. 81. B 639
Peccatum originale omnes homines ex Adam deriuati contrahunt, præter Christum. q. 81. C 641
Peccatum originale pertinet ad naturam ab Adam originaliter deriuatam, non ad naturam absolutè, quæstione 81. D 642
Peccatum originale non deriuaretur ad illos, qui miraculosè ab aliqua parte humani corporis formarentur, aut ad illos, qui in Adam solùm fuerunt secundùm corpulentam substantiam. ibidem
Peccatum originale filij non contraherent, si Adã non peccasset, etiam si Eua peccasset, q. 81. E 644
Peccante Eua stetit iustitia originalis aliquandiu, ibidem, ad argum. in contrarium.
Peccatum originale est habitus, accipiendo habitum largè, saltem partialiter, idest aliquid eius potest dici habitus formaliter, & aliquid causaliter. q. 82. F 645
Peccatum originale variè nominatur secundùm diuersa. ibi.
Peccatum originale potest dici habitus priuatiuus, quia facit habilem, sed non potentem, ibidem; & ad argum. in contrarium. 646
Peccatum originale est priuatio iustitiæ originalis, sed non tantùm, ibidem, ad primum.
Peccatum originale an sit grauius veniali, ibidem, ad secundum.
Peccata actualia, ex quibus causatur habitus; talis habitus non est peccatum actuale. ibid.
Peccatum originale est habitus innatus, non tamen propriè naturalis, ibidem, ad 3.
Peccatum originale in vno homine est vnum numero, sed in omnibus hominibus vnum specie, & eundem defectum in omnibus causat. q. 82. G 647
Peccatum originale habet aliquam causam, quamuis formaliter dicat priuationem. s. primum peccatum Adę, & priuationem iustitiæ originalis. ibidem
Peccatum originale habet essentiam, largè essentiam capiendo, sicut etiam entia rationis. ibid.
Peccati originalis formale sumitur ex parte causæ originalis. q. 82. H 649
Peccatum originale materialiter est concupiscentia, formaliter est defectus originalis iustitiæ; & tàm actuale, quàm originale habet auersionem, & conuersionem; & quid sit materiale, & formale. ibidem
Peccatum originale, nec quantum ad defectum iustitiæ originalis, nec quantum ad relationem huius defectus ad primum parentem suscipit magis, & minus, quæstione 82. I 651

Peccatum originale non potest esse maius in vno, quàm in alio, ibidem; & Quæst.85. litt.Y. ad primum. facie 672
Peccatum originale omnium hominum fuit in Adam, sicut in prima causa principali; sed in semine corporali, sicut in causa instrumentali; solùm autem in anima, non in corpore, sicut in subiecto, q.83.K 652
Peccatum originale est in carne secundùm rationem pœnæ, ibidem, ad primum. 653
Peccatum. Adæ an fuerit originale originans tantùm, vel etiam originatum, & actuale, ibidem, ad secundum. facie 654
Peccatum originale est prius in essentia animæ, quàm potentijs. q.83.L. ad tertium. 656
Peccatum originale est, sicut in primo subiecto, in essentia animæ. q.83.L 655
Peccatum originale, vt dicit pronitatem ad actum inordinatum, prius est in voluntate, quàm in alijs potentijs, quæstio.83.M 657
Peccatum pertinere ad potentiam, per cuius actum causatur, exponitur, ibidem, ad primum.
Peccatum originale præcipuè inficit tres potentias, scilicet generatiuam, concupiscibilem, & sensum tactus, quæstio.83.N 658
Peccata quædam dicuntur capitalia, præter superbiam, & auaritiam, q.84.Q 663
Peccatum ordinari in finem alterius contingit, vel ex parte peccantis, vel habitudine finium, ibidem; & R. facie 664
Peccata capitalia sunt septem, & quare dicãtur capitalia, & qualis sit diuisio; & quid importet capitalitas, quæstio.84.R 664
Peccatorum effectus principaliter sunt tres, scilicet corruptio boni naturæ, macula animæ, & reatus pœnæ, quæstio.85.S 667
Peccatum tollit quoddam bonum naturale hominis totaliter, quoddam diminuitur per ipsum; & quoddam, nec diminuitur, nec tollitur; & qua ratione excludat gratiam, & virtutes infusas. ibid.
Peccatum hominis non est grauius peccato dæmonis ex parte condirionis peccantis; tamen illud fuit grauius ex genere, q.85.S. ad primum. 668
Peccatum quomodo dicatur corrumpere, & agere; quia formaliter corrumpit actum, sed effectiuè agentem, ibid. ad tertium.
Peccatum est in actu peccati, & in potentia eliciente actum, sed aliter, & aliter. ibidem
Peccatum primi parentis fecit omnes vires animæ destitutas proprio ordine quo ordinantur ad virtutes; & illa destitutio vocatur vulneratio. q.85.V 671
Peccatum actuale personale etiam causat quattuor vulnera, & inducit duplicem hebetudinem, quæstione 85. V. facie 671
Peccatum ex infirmitate, & ex passione non semper est idē, ibid. ad quartum. 673; & q.77.G 602
Peccatum non priuat, nec diminuit modum, speciem, & ordinem boni substantialis; sed naturalis inclinationis diminuit, sed non totaliter tollit; sed modum gratiæ, & virtutis totaliter tollit, & est essentialiter priuatio modi, speciei, & ordinis ipsius actus. q.85.X 673
Peccatum primum Adæ sequitur mors, & alij defectus corporales per accidens, q.85.Y 675
Peccati originalis effectus magis abundat in vno, quàm in alio, exponitur; & quomodo sit pœna & culpa, ibidem, ad primum. 676
Peccatum actuale potest inducere defectum personalem etiam corporalem, sed originale alium, ibidem, ad tertium. 677
Peccatum mortale causat maculam in anima, & actu peccati cessante, quare & propter quid dicatur aliquis peccator. Quæstio.86. littera A. facie 678; & littera B. facie 681
Peccata diuersa diuersas maculas inducunt. quæstio.86. A. ad tertium. 681
Peccati macula manet, etiam actu peccati transeunte, quæstio.86.B 682
Peccando quis reatum triplicis pœnæ incurrit, & quid sit reatus, & vnde causetur; & quomodo differat a macula, & offensa q.87.A 682
Peccatum dupliciter consideratur, scilicet per se, vt culpa est, & per accidens vt causa vel effectus est, ibidem. B. facie 684
Peccatum formaliter & per se non potest esse pœna peccati; sed per accidens tripliciter potest; & ipsum peccatum habet pœnam concomitantem dupliciter; & quare dicatur pœna. ibidem
Peccato quis quandoque reducitur in bonum virtutis, ibid. ad primum. 685
Peccatum formaliter & si non sit a Deo; subtractio tamen gratiæ, ad quam sequitur peccatum, est a Deo, ibidem, ad secundum.
Peccata quæ tollunt charitatem, quantum est de se, inducũt reatum pœnæ æternæ, tàm sensus, quàm dãni, q.87.C.686; & E 689
Peccato ex parte auersionis debetur pœna damni, quę est infinita; sed ex parte conuersionis debetur ei pœna sensus, quę est finita. q.87.D 687
Peccati mortalis auersio quomodo sit infinita, & pœnę sensus quomodo sint æquales & inæquales. ibidem
Peccato non debetur pro pœna annihilatio. ibid. ad 1. 688
Peccatum, quod contra Deum committitur, est infinitum, exponitur, ibidem, ad secundum.
Peccato veniali non debetur pœna æterna per se, quamuis per accidens. q.87.E 689
Peccatum veniale, an post hanc vitam remittatur; & de modo remissionis, ibid. ad arg. in contrarium. 689
Peccata quomodo in infinitum differunt ex parte auersionis, non autem conuersionis, ibidem, ad primum. 690
Peccato originali, quamuis sit minimum, debetur tamē pœna infinita ratione indelibilitatis, ibid. ad secundum.
Peccato originali existente æquali in pueris, defectus tamen inde sequentes sunt inæquales, quæst.87.G. ad primum. facie 694
Peccato quod est cum alio, debetur maior pœna, non ratione proprię grauitatis, sed ratione indelebilitatis. q.87.E. ad tertium. 690
Peccato remisso quo ad offensam, & maculã, potest aliquis reatus manere, non pœnæ simpliciter, sed satisfactorię, q.87.F 691
Peccati nomine quid importetur, & actu eius transeunte manente macula, remanet reatus in omnibus peccatis actualibus, secus de originali, ibid. & q.109.Q 912
Peccati macula ab homine tolli non potest, nisi voluntas hominis ordinem Diuinę iustitiæ recompenset pro culpa, pœnam acceptando. q.87.F 691
Peccato dimisso quo ad maculam alicui, quãtis sit curatus quo ad voluntatem, non tamen quo ad alias vires, & potentias, ibidem, ad 3. 693
Peccatorum reliquię non tolluntur a voluntate, aut alijs potentijs, etiam recuperata gratia. ibid.
Peccatum duplex pœna consequitur; & vna illarum punitur quandoque filius pro peccato patris. q.87.H. ad arg. in contrarium. 696
Peccatum mortale, & veniale quomodo opponantur, quæstio.88.I 697
Peccati ratio analogicè dicitur de mortali, & veniali, ibid. ad primum. 699

Peccans

Peccans venialiter non vitur, sed abutitur, citra tamen fruitionem; Quæst.88. littera I. ad tertium. facie 700
Peccans non semper facit contra præceptum, præsertim venialiter; & tale non tollit habitualem ordinationem in Deum, nec virtualem aliorum actuum post se, ibidem, ad secundum. 699
Peccatum veniale & mortale quando differunt genere; & quid sit genus in moralibus. q.88.K 701
Peccatum veniale ex genere potest fieri mortale ex agente; & hoc dupliciter, & quod ex genere est mortale, ex parte agentis contingit quòd sit veniale. ibidem
Peccatur circa quædam obiecta, quantum est ex natura obiecti, semper mortaliter; quamuis ex dispositione peccantis, aliter circa illa peccari possit, scilicet venialiter, ibid. ad primum.
Peccatum veniale ex genere non disponit ad mortale ex genere, nisi per quandam consequentiam, & ex parte agentis, nec necessitat; sed indirectè, & per accidens potest disponere. q.88.L 702
Peccati venialis actus idem numero non potest fieri mortale peccatum, intellige de identitate in esse morali, fit tamen veniale ex genere mortale. q.88.M 704
Peccata venialia plura non constituunt, nec æquipollent vni mortali in reatu, nec quo ad durationem, vel pœnam damni, nec sensus. ibidem
Peccata venialia si negligantur, occidunt. quæstio. 88.O. ad primum. 710
Peccatum veniale per hoc, quòd additur ei deformitas pertinens ad genus peccati mortalis, efficitur mortale; sed mortale non fit veniale per additionem deformitatis pertinentis ad genus venialis peccati. q.88.O 709
Peccata venialia conuenienter significantur per lignum, fœnum, & stipulam. q.89.Q 711
Peccans mortaliter propter veniale, an sit veniale, quæstione 88.O 709
Peccata venialia non propriè causant maculam, sed impediunt feruorem charitatis, quę Deo displicent, quamuis non faciant displicentem, q.89.P 711
Peccare venialiter homo in statu innocentiæ nō potuit, quæstio.89.R 714
Peccatum veniale non potest esse in aliquo cum originali absque actuali mortali. q.89.V 720
Peccatum semper seducitur ignorantia electionis in particulari eligibili, ibidem, ad primum.
Peccata quædam sunt contra propriam naturam hominis; quædam contra naturam communem homini, & alijs animalibus, q.94.X. ad secundum. 752
Peccatum an & quomodo deleat aliqualiter legem naturæ in particulari eligibili, q.94.A. ad primum. 757
Peccatum mortuum fuit sine lege, & quomodo per legem reuixit, q.98.Q. ad secundum. 777
Peccatorum portatio per hircum in deserto erat significatiua sacramenti, & quare sic fiebat, quæstio.102.E. ad sextum. 841
Peccato primo commisso nullus potuit deinceps saluari, nisi per passionem Christi, quæ hominibus dupliciter continuatur. q.103.H 851
Peccatorum expiatio, & satisfactio quandoque generaliter accipitur, quandoque propriè; primo modo lex sanctificabat, ibidem, ad primum. 852
Peccatum idem secundùm speciem potest habere diuersas pœnas secundùm quattuor gradus, quæst.105.Q. ad nonum. 869
Peccat grauius transgrediens nouam legem, quàm veterem; & noua lex habet auxilium gratiæ ad non peccandum, q.106.V. ad secundum. 877
Peccatum tollit salutem spiritualem, non autem corporalē. q.106.X. ad tertium. 878
Peccatum infidelitatis quando, & quando non habeat excusationem. Quæst.106. littera Y. ad quartum. 879
Peccatum quodlibet fundatur in appetitu naturali, sed corrupto, & peruerso. q.108.G. ad quintum. 894
Peccare potest homo per seipsum; sed per se non potest esse, & operari. q.109.L. ad secundum. 902
Peccato homo magis corrumpitur secundùm appetitum, quàm secundùm intellectum in vniuersali, ibidem, ad secundum.
Peccator formaliter non est dignus vita æterna, nec gratus Deo; sed materialiter potest. q.109.O 906
Peccator non potest sine gratia a peccato resurgere; & quid sit a peccato resurgere, & remissio peccati. q.109. Q. & ad primum. 912
Peccati reatus & offensa, an de potentia Dei absoluta sine gratia remitti possit; & quomodo peccando quis triplex damnum incurrit, quæ non nisi per Deum reparari possunt. q.109.Q 912
Peccatum potuit homo in statu naturæ integræ vitare, etiã sine gratia habituali, non tamen sine Dei auxilio in bono conseruantis, præsertim quæ erant contra rationem naturalem; secus de peccatis, quæ sunt contra præcepta. q.109.R 914
Peccare venialiter an debeat homo, ne aliùs peccet mortaliter, q.111.F. ad primum. 938
Peccatum quomodo sit tenebræ. q.112.L. ad tertium. 946
Peccata non sunt connexa quo ad reatum, & auersionem, quantum ad fieri; sunt tamen cõnexa quo ad auersionem delendam. q.113.Q. ad 3. 955
Pelagianus error excluditur. quæst.109.T. ad argumentum in contrarium. 920
Pœna augetur propter grauitatem culpæ via executionis, & inflictionis; ecõtra via intentionis, & commissionis. q.78. Q. ad argumentum in contrarium. 713
Pœna pro peccato est duplex, scilicet taxata, & concomitans. q.85.Y 675
Pœna peccati quomodo dicatur ipsum peccatum, quæst.87. littera B 684
Pœna respondet culpæ, exponitur, q.87.C. ad primum. 686; & D. ad secundum. 688; & q.78.Q. ad argumentum in contrarium. 619; & q.105.Q. ad nonum. 869
Pœna non semper est medicinalis punito, sed alijs, q.87.C. ad secundum. 687
Pœna temporalis, & non æterna debetur peccatis, quæ non sunt contra vltimum finem, intellige per se, quæst.87.E. facie 689
Pœna mortalis, & venialis an sit comparabilis, ibidem, ad primum. 690
Pœna sensus an per idem afflictiuum vnus plus alio puniatur. ibidem
Pœna satisfactoria est simpliciter voluntaria, sed secundùm quid inuoluntaria. q.87.F 691
Pœna temporalis debetur alicui etiam remissa offensa, & recuperata gratia propter tria, ibidem, ad argumentum in contrarium. 692
Pœna accipitur quandoque sub ratione pœnæ, quandoque vt satisfactoria, quandoque vt medicina, q.87.G 693
Pœna satisfactoria nō est semper propter culpam propriam ipsius qui fert, esto non sit nisi propter culpam alterius; sed sub ratione pœnæ semper respicit culpam propriam actualem, vel originalem; sed sub ratione medicinę non reducitur in culpam sicut in causam, nisi remotè in originalem, ibidem. & H. 695; & q.105.Q. ad 11. 870
Pœna duplex, scilicet destitutio naturæ, & pœnalitates, quę sequuntur originalem culpam, quæstio.87.G. 694; & H. facie 695
Pœna spiritualis non habet rationem medicinę, ibidem. H. facie 696

Pœna corporali sensus, vel damni diuersimodè quis punitur, hic & in alia vita, secundùm quòd pœna diuersimodè accipitur. Quæst.81.littera B.ad primum. facie 640; & Quæst.87.littera C facie 686

Pœna infligitur quandoq; absque culpa, sed non absque causa; & quomodo vnus pro peccato alterius punitur, quæstio.81.B 640

Pœna per accidens se habet ad peccantem, non autem ad peccatum, sicut nec reatus. quæstione 87.A.ad primum. facie 683

Pœna est bona, non autem fieri reum pœna, ibidem, ad secundum.

Pœna & culpa non potest esse idem secundùm idem, quamuis secundùm diuersa; & quę sit differentia inter culpam & pœnam, q.87.B 684

Pœna damni an sit maior in vno, quàm in alio. quæst.73.A. ad primum. 530; & quæst.87.C.ad primum. 686; & D. ad argumentum in contrarium. 688

Pœna sensus, vel spirituali nullus punitur sine culpa; sed quandoque patitur pœnam damni, quæstio.105.R.ad secundum. 872

Pœna talionis ordinata per legem, perficitur per Euangelium. q.107.B.ad secundum. 884

Pœnam taxari secundùm quantitatem culpę, exponitur; & quomodo super eodem peccato lex diuersas pœnas instituit. q.105.Q.ad nonum. 869

Pœnale nocumentum aliud est, quàm reale, & damni, quæstio.73.H 549

Pœnalia non semper habent rationem pœnæ, sed medicinæ, q.87.G 693

Pœnarum genera sunt octo, de quibus aliqua in lege infligebantur. q.105.Q.ad decimum. 870

Pœnarum grauitas attenditur dupliciter; & quomodo nulla pœna comparari potest priuationi Diuinę visionis; cum tamen pœna pro originali sit mitissima; & pœna sensus in damnatis implicat duas pœnas. q.88.M 705

Pœnam satisfactoriam vnus portat pro alio, sed sub ratione pœnæ punitur quis pro peccato proprio, non autem vt est medicinalis. q.87.H 695

Pœnæ sensus sunt inæquales intensiuè; sed extensiuè, & durationę sunt æquales. q.87.D 687

Pœnæ duratio cadit sub demerito, ibidem, ad tertium.

Pœnæ quędam sunt a Deo efficiente, quædam deferente, q. 79.V.ad primum. 627

Pœnæ diuersimodè in hac vita, & futura instigitur. q.76.D. ad quartum. 595

Pœnitentiam an competat vni pro altero facere, quæstione 87.G 693

Pœnitens recidiuans in mortale ante completionem pœnitentiæ, & decedens punietur pro reliquis in æternum, quæstio.87.E.ad tertium. 690

Per accidens & præter intentionem & voluntatem non denominat actum, exponitur, quæst.78.N. ad secundum. facie 612

Perfectio est duplex, scilicet formalis, & obiectiua, & illarum differentia. q.2.O 27

Perfectio essentialis, & illa quæ superuenit rei constitutę in specie differunt. q.4.G 44

Perfectio maior requiritur in mouente, quàm moto. q.56.K. ad argumentum in contrarium. 583

Perfectionem maiorem non arguit semper maior duratio, quæst.71.G 506

Perfectis non competit statim a principio peccare ex malitia, secus de imperfectis. q.78.P.ad secundum. 617

Perfecta sunt opera Dei, exponitur, q.98.R.ad primum. 779

Perfectio in quo essentialiter consistat; & in quo consequenter; & quomodo religiosi tenentur tendere ad perfectionem. q.108.H 895

Perfectum quando imperfectum euacuet. Quæst.106.littera Y.ad primum. facie 879

Perfectum & imperfectum in eodem, & respectu eiusdem, non compatiuntur, quęstione 67.S. 465; & ad tertium. facie 468

Perficiens est duplex, scilicet essentialiter, & accidentaliter. quæst.4.A 43

Perficiens non oportet semper nobilius esse simpliciter, eo quod perficit. q.62.S 428

Permanentius existens & magis necessarium est etiam nobilius, glosatur, q.66.M.ad primum. 454

Permissionis multiplex acceptio, quæst.92.M. ad argumentum in contrarium. 738

Perplexus an necessariò peccet, quęstio.19.I.ad tertium. facie 165

Perseuerantia tripliciter accipitur, & an simul cum gratia infundatur; & perseuerare in abstinentia a peccato, & posse abstinere a peccato, differunt q.109.T 919

Perseuerantia potest dupliciter homini prouenire, & perseuerantia gloriæ cadit sub merito; perseuerantia autem vię non cadit sub merito. q.114.I 980

Perseuerantia accipitur quandoque pro habitu confirmante rationem & voluntatem, vt persistit in bono rationis, q. 58.T.ad secundum. 397

Per se & propter se est aliud, & aliud apud moralem. quæstio.71.I 509

Persona consideratur dupliciter, vt est pars communitatis, & secundùm se; & secundùm hoc diuersimodè punitur, cum se occidit, q.21.A. ad primum. 184

Personæ conditio non transfert in aliam speciem, quę aggrauet in infinitum, quæst.89.R.714; & T.ad argumentum in contrarium. 719

Personarum acceptor quomodo, & quomodo non sit Deus. q.73.I.ad 3. 553; & q.79.V.ad 3. 627

Personarum acceptio in quibus habeat locum, & quòd non sit apud Deum. q.106.X.ad primum. 878

Personarum acceptio habet locum in debitis, non autem in his, quæ ex gratia conferuntur, quæst.98.T.ad secundum. 782

Personæ Diuinę non habent aliquam bonitatem ex fine. quęstio.18.D 144

Pessimum optimo contrariari & opponi, quomodo intelligitur. q.73.D.ad argumentum in contrarium. 539

Pertinere differt a requiri. q.3.S 34

Petrus an verè reprehensibilis extiterit per Paulum, vel an simulatoriè; & an peccauerit seruans ceremoniale. quęstio.103.K.ad secundum. 857

Persuadere contingit visibiliter, & invisibiliter, quęst.80.Y. facie 630

Philosophus alium ordinem seruat in tractando, quàm Theologus. q.1.A 1

Philosophus nil certi nouit de beatitudine, sed de imperfecta solùm, & viæ. q.3.X 39

Philosophia dicitur cognitio Diuinarum rerum, non accipiendo res Diuinas formaliter, sed effectiuè, quęstio.91. littera H 731

Pietas ad omnia valet, exponitur, quæstio.68.H.ad secundum. 487

Pisces omnes quare non comedebantur in veteri lege, q.102. F.ad primum. 845

Plantarum non erat discretio inter mundas, & immundas; sed circa culturam plantarum erat discretio habenda, ibi. ad nonum. 848

Platonis error de animarum fœlicitate. q.5.M 59

Placitus quis dicatur, quis blanditor, vel adulator; amicus, vel affabilis. q.18.A 153

Politiarum species sunt sex; tres bonæ, & tres malæ, quæstione 95.E 762

Politi-

Politicæ purgatoriæ, & purgati animi an specie distinguãtur. Quæstione 61.littera Q. 421

Politica virtus an sit eadem cum prudentia, q.66.O.ad primum. 457

Populus, & plebs, quid sit, & quomodo habeant se ad inuicem. q.105.Q 865

Possibilis intellectus est potentia in genere intelligibilium, non autem in genere entium, q.50.H 341

Possibile duplex est, scilicet Physicum, & logicum. q.40. G.ad secundum. 296

Posse in actum meritorium est verè posse, non autem posse in actum demeritorium. q.109.L.ad secundum. 902

Possessiones per legem benè diuidebantur, & distinguebantur; & debent esse proprię quo ad ius possidendi, sed vsus debet esse communis. q.105.Q 860

Posteriori mutato transmutatur prius, exponitur. q.85.S.ad secundum. 668

Postprædicamenta tria, scilicet oppositio, prius, & simul, inueniuntur in omnibus generibus, q.49.A 330

Potentia ad actum secundum, & operationem, est propter actum sicut complementum, exponitur. q.2.O 27

Potentia vna, & eadem potest habere diuersos modos operandi. q.5.M 59

Potentia tripliciter accipitur. q.49.D.ad secundum. 336

Potentia nvturalis, & naturaliter alicui conueniens differunt, q.51.L.ad primum. 346

Potentia nuda non potest fieri id, quod sit per habitum, ibidem ad secundum.

Potentia rationalis aliquo modo est multiplex virtute. q. 54.X.ad secundum. 363

Potentia, & virtus quomodo differunt. q. 55.C 369

Potentia animæ est subiectum virtutis humanæ. quæst. 56. F.facie 375

Potentia obedientialis animæ ad virtutum in ea inchoationem non sufficit. q.63.T 429

Potentiam esse naturalem, & eam esse naturæ differunt, ibidem arg. in contra. 430

Potentia superior imperatiua, & si perfecta sit, nisi tamẽ et executiua perfecta fuerit, non erit perfectum opus, q.63. X.ad secundum. 433

Potentia operatiua, & potentia essendi in hoc differunt. q. 71.C 503

Potentia est duplex, scilicet remota, & propinqua. q. 100. Q. facie 810

Potentia passiua sicut est voluntas mouetur, & ab obiecto & a mouente potentiam ad exercitium actus, q. 77.E. ad primum. 597

Potentia agens actum humanum non semper est actiua. q. 18.B.ad tertium. 140

Potentia, quæ non reducitur ad actum est frustra, glosatur q.109.S.ad primum. 918

Potentia distinguitur per actus, & obiecta, non tanquam a posteriori. q.72.N 516

Potentia animæ indiget moueri quo ad duo, scilicet quantũ ad exercitium, & quantum ad determinationem actus, q.9.L 85

Potentiæ animæ tres, scilicet generatiua cõcupiscibilis, præcipuè dicuntur infectæ. q.83.N 658

Potentia concupiscibilis quare magis a concupiscentia, quàm ab amore denominetur. q.25.O. ad primum. 206

Potentiam sensitiuam potest aliquid terminare vniuersaliter. q.29.P 234

Potentiarum animæ nulla est tota passiua, quin facta in actu sit aliqualiter actiua, q.22.C.ad secundum. 189

Potentiarum distinctio ex actibus, & habitibus non est a posteriori vel circumloquutiua, sed a priori, q.95.D. 761

Potentiæ aliter distinguuntur, quam habitus, quæstio.54.X. facie 362

Potentiæ potest superaddi aliquid naturaliter, quod per potentiam fieri nequit dupliciter Quæstione. 51.littera L ad secundum. facie 346

Potentiæ, & habitus, & actus conuenienter dicuntur distingui per obiecta, contra Scotum, q.54.Y 364

Potentiæ inorganicæ sunt duplices; & potentię immateriales, scilicet intellectus, & voluntas quomodo distinguũtur per obiecta. ibidem.

Potentiæ rationales se habent ad oppositа, exponitur, q.8. H.facie 81

Potentiæ animæ sensitiuæ, & vegetatiuæ post resurrectionem non redeunt eædem numero, q. 67. Q.ad tertium. facie 463

Potentos inferioribus apprehensiuis, vt aliquid firmiter imprimatur. necesse est eosdem actus pluries reiterari, q. 51.N 348

Potens plus, potest etiam minus intelligitur in actiuis potẽtijs. non in passiuis, & in his, quæ sunt eiusdem ordinis, q. 89.S.ad secundum. 718

Potestas maior est causa doloris, & tristitiæ. q.36. M 282

Potestas regnantis consideratur tripliciter. q.93. P.ad secundum. 742. & q. 96.I 767

Potestas inferior potest legem imponere in iudicio potestatis superioris, q.96.I.ad primum. 768

Potestati subiectus est etiam legi subiectus, vt regulatum regulæ, vel vt coactus, q.96.K 769

Potestas accipitur quandoque pro virtute intrinseca operatiua, quandoque pro mundana potestate, quorum. differentia ponitur, q.2. L 23

Practica cognitio includit scire, & operari primum est ipsius intellectus secundum alterius potentiæ ab intellectu. declaratur q.3.V 37

Practicæ inquisitionis est duplex conclusio, vna in ratione, scilicet sententia, & iudicium de consiliatis; alia in voluntate, quæ est electio, q.13.G 110

Præceptum inferioris quando, & quando non obliget contra præceptum superioris, q.19.H. ad secundum. 164

Præcepto charitatis non satisfacit habitualis ordinatio omnium in Deum tempore quo obligat, nec sufficit ad meritum, q.88.I. ad secundum. 699

Præcepto affirmatiuo, & negatiuo nõ cõtrariantur duo peccata formaliter. q.72.Q 523

Præceptum de particulari opere non habet rationem legis nisi in ordine ad bonum commune. q.90.B 723

Præceptum quandoque propriè accipitur, & sic non omnis lex est præceptum, sed vt large accipitur, & præcipere, & imperare propriè sunt idem, sed non præcipere extra secè acceptum, q.92.M.ad primum. 738

Præcepta legis naturæ ordinantur secundum ordinem inclinationum naturalium. q.94.V 749

Præcepta legis naturalis post primum sunt triplicia, & licet sint multa, conueniunt tamen in vna radice, ibidem.

Præcepta legis naturæ quomodo sint scripta in cordibus hominum, post modum in tabulis lapideis, non autem cerimonialia, & iudicialia. q.94.A. argumentum in contrarium. 757

Præcepta veteris legis, quare dicantur non bona, scilicet bonitate perfecta. q.98.Q.ad primum. 777

Præcepta sunt de mediis ad finem, tamen cum diuersitate præceptorum de diuersis mediis, stat vnitas legis propter vnitatem finis. q.99.A 785

Præcepta veteris legis omnia sunt vnum ratione finis, & ordinis, & si plura materialiter. ibidem.

Præcepta duo dantur de electione Dei, & proximi, non propter dualitatem charitatis, sed actus, ibidem ad secundum. 786

Præcepta moralia lex vetus continebat, quæ quamuis occideret moralia tamen viuificãt, q.99.B. 786; & ad 3. 787

Præcepta

Præcepta ceremonialia lex vetus præter moralia continebat, quæ differenter sunt de actibus virtutum, Quæstione 99.littera C.& ad secundum. facie 788

Præcepta iudicialia præter moralia,& ceremonialia oportuit in veteri lege ponere.q. 99. D 789

Præceptum,& mandatum quomodo distinguantur, & quo modo lex continebat quædam alia,quàm præcepta.q.99. E.790;& ad secundum. 791

Præcepta de fortitudine,& temperantia non sunt alia a iudicialibus,& ceremonialibus,q.99.E.ad primum. 791

Præceptorum obseruatio debuit induci in lege veteri per temporales promissiones,& comminationes.quæst.99.F. facie 792

Præcepta moralia sunt de his,quæ pertinent ad bonos mores;& boni mores sunt, qui conueniunt rationi, q.100. G.facie 793

Præcepta moralia diuersa diuersimodè sunt de lege naturæ; & quomodo præcepta primæ,& secundæ tabulæ sunt de lege naturæ. ibidem.

Præcepta quædam pertinent ad decalogum, & omnia præcepta moralia reducuntur ad præcepta decalogi.q. 100. I.facie 796

Præcepta charitatis, quare non enumerentur inter præcepta decalogi,ibidem ad primum. 797

Præcepta decalogi diuersimodè a diuersis distinguuntur. q.100.K 798

Præcepta affirmatiua,& negatiua quomodo, & quando in lege distinguantur,ibidem ad secundum. 799

Præceptum primum decalogi an sit de actu fidei,vel latriæ, ibidem,& ad primum.

Præceptis diuersis prohibetur concupiscentia rei, & vxoris alienæ.q.100.K.ad tertium.799.& L.ad quintum. 801

Præcepta ordinantia hominem ad Deum primò feruntur in lege Diuina,deinde ordinantia ad proximum. q. 100. L.facie 800

Præcepta decalogi conuenienter numero denario enumerantur. ibidem.

Præceptum nullum dabatur quod respiceret ordinem ad seipsum,ibidem ad primum. 800

Præceptum nullum dabatur de solennitatibus aliis, sicut de obseruatione sabbati,ibidem ad secundum. 801

Præceptum decalogi quare periurium prohibebat, non autem blasphemiam, vel falsam doctrinam, ibidem ad tertium.

Præceptum decalogi dabatur pertinens ad filios respectu parentum, non autem parentum ad filios, ibidem ad quartum.

Præcepta decalogi prohibentia concupiscentiam dabantur in decalogo,non autem concernentia irascibilem,ibidem ad sextum. 802

Præceptorum decalogi ordo est conueniens. quæst.100.M. facie 802

Præceptum affirmatiuum præponitur negatiuo inter præcepta concernentia proximum,ibidem ad secũdum. 803

Præcepta,quæ pertinent ad cor conuenienter vltima ponũtur,quamuis peccatũ prius sit in corde, quàm in ore vel opere. ibidem ad tertium.

Præcepta decalogi conuenienter traduntur, ita quòd quædã sunt affirmatiua; quædam negatiua,quibusdam adduntur præmia,quibusdam verò non.q.100.N 803

Præcepta aliqua ponuntur affirmatiua,aliqua negatiua, & non tot affirmatiua quot negatiua, ibidem ad primum.

Præcepta negatiua seruare, potest fieri meritoriè, & non meritoriè.q.71.I 510

Præceptis primo,& tertio decalogi adiungitur ratio,nõ autem aliis.q.100.N.ad secundum. 804

Præceptis primo, & secundo decalogi adiuncta est commination pœnæ,non autem aliis. ibidem ad quartum.

Præceptis primo,& quarto decalogi additur promissio, non autem aliis.Quæstio.100.littera N.ad tertiũ. facie 804

Præceptum de sanctificatione sabbati præcipitur solùm in memoria retinendum. ibidem ad quintum.

Præcepta decalogi etiam secundæ tabulæ sunt omnino indispensabilia propriè loquendo. q. 100.O.805; & ad tertium. 806

Præcepta primæ tabulæ dispensari nullo modo possunt, ibi.

Præcepta legis etiam Diuinæ præcipiunt substantiam actus virtutis,non autem modum,qui requirit habitum virtutis.q.100.P 807

Præcepta legis Diuinæ sunt duplicia, scilicet præcipientia actum ex genere bonum, & finalia totius legis. q. 100. Q.facie 809

Præcepta facta in prima legislatione toti populo non obligant ad modum charitatis simpliciter,sed sub conditione;& aliis præceptis præcipitur actus charitatis, qui procedit ex virtute Theologica vel charitate infusa, non ex dilectione ciuili,vel naturali,aut humana, ibidem. 810

Præceptum charitatis,scilicet diliges Deum ex toto, &c. quid interdat. ibidem.

Præceptum perficiens,sed non ex charitate,an satisfaciat, ita quòd excusetur a mortali,ibidem,& ad argumentum in contrarium. 811

Præcepta etiam quo ad substantiam actus an quis implere possit absque gratia, & charitate.q. 100. Q.ad tertium. facie 812

Præcepta moralia legis,præter præcepta decalogi distinguũtur,& est idem præcepta decalogi posse peruerti, & iudicium circa ea posse peruerti.q. 100.R 813

Præceptorum moralium est triplex gradus, quorum quædã ponuntur in lege quædam non,& superaddunt præceptis decalogi,demptis decimo,& nono. ibidem.

Præceptorum communium determinatio, quando pertineat ad legem naturalem,vel iudicialia,& ceremonialia, ibidem ad secundum. 814

Præcepta data de actibus virtutum,quę sunt ad se, & quę sunt ad alterum non debuerunt dari simili modo, ibidem ad tertium. 815

Præcepta legis quandoque dicuntur iustificare,quandoque non,secũdùm quòd iustitia diuersimodè accipitur.q.100. S.facie 815

Præcepta moralia non iustificant, nec gratiam conferunt, nec præcepta veteris legis iustificabant aut gratiam conferebant,sicut nec sacramenta. ibidem.

Præcepta moralia præcedunt ceremonialia, & illa iudicialia,& præceptiuè ex obiecto suo habet differentiam, & propriam rationem,& ratio ceremonialium in quo consistat.q.101.T 817

Præcepta ceremonialia debuerunt esse multa. quæst.101.X. facie 820

Præcepta ceremonialia præter causam effectiuam, habent etiam finalem.q.102.A 823

Præceptum prohibens esum ligni scientię boni,& mali fuit disciplinę,& habuit rationem in ordine ad aliud,ibidem ad secundum.

Præcepta ceremonialia differunt a moralibus, ibidem ad tertium.

Præcepta cerimonialia habent causam litteralem, & figuralem.q.102. 824

Præcepta Dei ne excederent a memoria, iussa sunt ligari in manibus,&c.q.102.F.ad septimum. 848

Præcepta ceremonialia,& moralia,quàm diu durent,quæst. 103.I.ad tertium. 854

Præceptorum iudicialium ratio in quo consistat,& quomodo per huiusmodi distinguuntur a ceremonialibus,& moralibus,q.104.L 858

Præcepta iudicialia quare non tot sint,quot ceremonialia. Quæstione 104.littera L.ad tertium. facie 858

Præcepta iudicialia sunt figuralia,non primò, & per se,sicut ceremonialia;sed ex consequenti.q.104.N 860

Præcepta iudicialia non habuerunt perpetuam obligationem,sed sunt mortua,& si non mortifera.quæst.104.N. facie 860

Præcepta iudicialia habent diuisionem secundum quattuor ordines hominum ad inuicem.q.104.O 861

Præcepta iudicialia conuenienter ordinauerunt conuictum populi in veteri lege.q.105.Q 865

Præcepta iudicialia in veteri lege quo ad extraneos conuenienter sunt data.q.105.R 871

Præcepta data in veteri lege quo ad domesticas personas fuerunt conuenientia.q.105.S 873

Præcepta moralia an sint grauiora ceremonialibus quo ad actus interiores, q.107.D 887

Præcepta quædam pharisei dicebant solùm exteriorem motum prohibere,scilicet in adulterio, & homicidio; sed in iuramento deficiebant.q.107;B. 883

Præceptum,oratio,& deprecatio,differunt.q.17. I 129

Præcepta dũtaxat tria,quare Christus adimpleuerit.q.107. B.facie 884

Præcepta iudicialia libellum repudij concernentia, & vsuram,& repetitionem rei ablatæ, & motum cupiditatis, & pœnam talionis,quare Christus declarauerit, ibidem ad secundum.

Præcepta moralia,& quædam iudicialia, non autem ceremonialia Christus explicauit,ibidem ad tertium. 885

Præcepta,constitutiones ciuiles,& statuta, quæ sunt contra inclinationem naturalem,& contra ius naturale, nil valent.q.95.C 759

Præceptis superaddit lex noua conuenienter consilia, & præceptorum,& consiliorum differentia.q.108.H.895. & ad quartum. 897

Præcepta nouæ legis, & consilia de quibus sint consilia. q. 108.H 896

Præcepta legis moralia quo ad substantiam actus potuit homo sine gratia in statu naturæ integræ implere, non autẽ in statu naturæ corruptæ.q.109.N 906

Præcepta legis quo ad modum charitatis, homo in nullo statu absque gratia gratumfaciente implere potest, ibidem.

Præcepta multa homini sunt,quæ ex se non potest; nullum tamen impossibile est sibi præceptum, ibidem ad secundum.907;& P.ad primum. 908

Prædicatio Apostolorum an in omnem terram tempore eorum exierit.q.106.Y.ad quartum. 880

Præmium respondet merito quo ad quantitatem,non quo ad subiectum.q.3.T 35

Præmium essentiale,& accidentale quibus correspondeant. q.19.L 167

Præmium duplex respondet merito.q.114.H 978

Præmium,& punitio,lex,& consilium aliter, & aliter inducunt ad bonum.q. 92. M. ad secundum, & tertium. facie 738

Præmia beatitudinum conuenientissimè assignantur,& aliter se habent ad beatitudinem voluptuosam,actiuam,& contemplatiuam & enumerando; ea fit processus ascẽdendo,non descendendo.quæstio.69. M. 494. & ad tertium. 495

Præmia beatitudinum possunt pertinere ad præsentem,vel futuram vitam.q.69.K 489

Præparatio ad gratiam an sit meritoria.q. 112. H.ad primum. 942

Præparatio ad gratiam vt est a libe. arbi.non est dispositio necessitans ad gratiam; sed vt est a Deo mouente habet necessitatem infallibilitatis ad id,ad quod ordinatur a Deo. ibidem.

Præparatio ad gratiam potest dupliciter considerari. Quæstione 112.littera H. facie 941

Præparatio ad gratiam habitualem non prærequirit in voluntate aliud donum habituale gratuitum in anima, sed aliquod gratuitum auxilium Dei interius animam mouentis.q.109.P.909.& ad tertium. 911

Præter naturale non est idem quod contra naturam. q.51. O.ad secundum. 350

Prima beatitudo contenta per modum meriti dicitur dispositio,& præparatio ad futuram vitam, quæstio. 69. K. facie 489

Primam gratiam nullus meretur.quæst.112.H.ad primum. facie 942

Prima gratia quid dicatur,quam nullus sibi mereri potest. q.114.E 974

Primam gratiam alteri mereri nullus potest,nisi solus Christus,quam suis membris etiam meruit,quod potest benè, & malè intelligi.q.114.F 976

Primum in vnoquoque genere videtur esse maximum illorum,quę sunt in illo genere,exponitur, q.22. C. ad primum. 189

Primum in aliquo genere quali causalitate sit causa aliorũ. q.1.B.arg.in contrarium. 3

Primum principium in ratione practica fundatur super rationem boni,scilicet;Bonum est quod omnia appetunt.q. 94.V 749

Primitiua in hominibus, & animalibus Deo offerebantur, non autem herbarum,& terrę nascentium, q. 102.F. ad quintum. 847

Principiorum habitus quomodo est innatus,& est duplex. q.51.L 344

Principia agendorum sunt duplicia.q.56.G 377

Principantes aliis,quid habere debeant, & quid requiratur ad bonum ciuem.q.92.L.ad tertium. 736

Principum ordinatio quam lex instituit,fuit optima. quæst. 105.P 863

Principem assumere an sit melius per electionem, aut per successionem. ibidem.

Principale in virtute potest dupliciter accipi. q. 65. E. ad secundum. 443

Prior est eadem res seipsa sub diuersis conceptibus. q. 71. A.facie 502

Prius in vno genere,est posterius in alio,q.19.F 160

Priora via generationis non sunt semper imperfectiora simpliciter.q.83,L.ad tertium.656;& q.4. B 44

Prioritatem signi originis esse in Diuinis ostenditur esse falsum,& periculosum.q.11.Z 103

Priuatio,& habitus sunt circa idem,exponitur.q.85. T.ad tertium. 671

Priuatio quędam suscipit magis, & minus; quędam verò non,q.73.B 533

Processus compositiuus, & resolutorius quomodo inueniatur in operabilibus a nobis,q 4.R 119

Propter,illa prępositio,quid importet.q.4.D 47

Propter vnumquodque,& illud magis,exponitur, q.15.C. facie 122

Propositio,quę sit per se nota,& quę quo ad nos. q.94. V. facie 749

Propositiones aliquę sunt perpetuę veritatis, & quis sit intellectus cum dicitur Ab eo,quod res est vel non est,oratio est vera vel falsa.q.93.N.ad 3. 739

Propiciatorium quare in templo fuerit. q. 102.D.ad sextum. 832

Proprietas possessionum,& seruitus quomodo sint de lege naturę.q.94.Z.ad 3. 756

Proprio remoto,manet id, quod est commune, exponitur. q.67.V.ad primum. 471

Prosperitatem mundanam aliqui plus fugerunt, quàm aduersitates

uersitates,& tribulationes. Quæstione 107. *littera D.ad facie* 888 *secundum.*

Proximi dilectio est prior dilectione Dei via generationis. q.67.H.ad secundum. 487

*Proximi dilectio non est præuia dilectioni Dei in ratione diligendi,& debiti euidentia.quæst.*100.M.*ad secundum. facie* 803

*Prudentia carnis sequitur ad fomitem, & non est legi subiecta,licet qui habet talem prudentiam possit esse subiectus.q.*93.P.*ad primum.*742.*& S.ad secundum.* 746

*Prudentia an habeat locum in arte,q.*57.N.*ad secundum. facie* 388

*Prudentia est virtus distincta ab arte.q.*57.O 389

*Prudentia præsupponit fines particulares etiam virtutum, & est alijs virtutibus connexa,ibidem & quæst.*58.S.*ad quartum.* 396

*Prudentiæ est benè consulere, & iudicare de omnibus actibus humanis quibus ad beatitudinem peruenitur, & cũ hoc principalius pertinet ad eam præcipere, quod Scotus non aduertit.q.*57.O.*ad tertium.*392.*& Q.* 393

Prudentia est maximè necessaria ad vitam humanam.q. 57.P. 391

Prudentia non est semper veri ex parte obiecti, ibidem ad tertium. 392

*Prudentiæ adiungitur Eubulia Synesis, & Gnomyn. q.*57. *Q.facie* 393

*Prudentia non potest stare cum prauo affectu, contra Scotum,q.*58.X 400

Prudentiæ non est solùm consiliari, sed etiam ad effectum perducere consilium in bonis,ibidem ad tertium. 401

*Prudentia quare non connumeratur virtutibus moralibus existentibus circa passiones,& operationes.quæstio.*60. I.*facie* 412

*Prudentia est principalior inter virtutes cardinales,& defectus Scoti recitatur.q.*61.L.*ad primum.* 417

*Prudentia quomodo præstituat finem virtutibus moralibus q.*66.M.*ad tertium.* 419

Prudentia an imperet vel præcipiat sapientiæ.q. 66. O.*ad primum.* 423

Pueri baptizati sunt rectæ voluntatis, declaratur. q. 4. D. *facie* 47

*Pueri esto sint baptizati, manent tamen in eis corporales defectus;& non in diuersis, qui sunt eiusdem culpæ, pœnæ sunt inæquales.q.*87.G.*ad primum.* 694

*Puer,& vir non differunt in esse hominis secundùm magis & minus,sed secundùm aliquod annexum homini. q.*91. I.*facie* 732

*Puer incipiens habere vsum rationis, si non ordinat se in debitum finem,peccat mortaliter.q.*89.V. *& ad tertiũ. facie* 720

*Punit,& pro pluribus,& pro alijs lex Diuina,quàm humana.q.*100.R 813

*Punitur quis pro peccato alterius pœna corporali, non autẽ spirituali; sed nullus pro peccato alterius punitur pœna vt pœna est.q.*87.H 695

Punitur in bonis aię aliquis solũ pp propriam culpam. ibi.

Purgatio est duplex iustificatiua, & doctrinalis. q. 102.F. *ad quartum.* 838

*Purgatio sicut & immunditia est duplex,scilicet spiritualis,& corporalis.q.*102.E.*ad quartum.* 838

Purificationes quare in veteri lege tot fiebant,& qualis esset immunditia. ibidem.

Q

Qualis vnusquisque est,talis finis videtur ei, q. 10.T. *facie* 98

Qualificatur nihil,formaliter loquendo,ab eo,quod est extra ipsum,exponitur,Quæstione 7. *littera.E facie* 78

*Qualitas specificatur secundùm formas absolutas, & quomodo hoc verum sit de habitu,dispositione, & scientia, q.*35.D. 270

*Qualitas est duplex, quædam secundùm rem tantùm, alia secundùm rem,& modum simul.q.*110.X 924

Qualitas vna in duabus speciebus qualitatis esse possit. q. 49.B.*ad secundum.* 333

*Qualitas vel forma aliqua potest augeri secũdùm seipsam, & aliqua non.q.*52.P 351

Qualitatem esse modum substantiæ quomodo intelligitur.q. 49.B 332

Qualitates vocantur omnia accidentia, sed nomen appropriatum est vni generi,secundùm Albertum. ibidem.

Qualitates, quæ secundùm suam naturam sunt facile mobiles,& ex aliquo accidenti de difficili mobiles reddũtur,dicuntur habitus quo ad modum,non quo ad rem,ibidem ad tertium. 333

Qualitate vel forma considerata secundùm participationẽ subiecti,sic aliqua recipit magis & minus, aliqua non.q. 52.P 351

*Qualitatis nulla species alia ab habitu & dispositione, disponit rem benè vel malè nisi inordine ad habitum,& dispositionem.q.*49.B.*ad primum.* 332

*Qualitatis non est qualitatis.q.*50.F.*ad secundum.* 339.*& q.*56.F.*ad tertium.* 377

*Quantò actiuum est fortius,tantò passio est fortior, exponitur.q.*22.D.*ad secundum.* 191

*Quantitas an suscipiat magis,& minus.q.*52.Q.*ad primũ. facie* 355

*Quantum intendis,tantum facis,exponitur.q.*19.L.*ad primum.* 169

*Quæstio omnis est quæstio medij, exponitur. quæst.*18.A. *facie* 152

*Quies est duplex,scilicet quæ est finis motus, & quies desiderij ad motum.q.*3.T.353.*& q.*11.A 104

R

*RAtio secundum se considerata mouet voluntatem quo ad specificationem actus quandoque necessariò,quandoque liberè;sed ratio virtute voluntatis imperando mouet seipsam voluntatem,& alias vires quo ad exercitium.q.*17.I 129

*Ratio habet duplicem beatitudinem ad obiectum voluntatis,& secundùm hoc dat actui voluntatis bonitatem vel naturalem vel moralem.q.*19.D. *ad tertium.* 138

*Ratio speculatiua apprehendit obiectum voluntatis, sed solùm ratio practica proponit,quæ est regulatiua voluntatis.q.*19.F 160

Ratio & voluntas se inuicem mouent, vel quo ad exercitiũ vel specificationem actus,ibidem ad tertium. 161

*Ratio humana quando deficit, currendum est ad rationem naturalem,& legem æternam.q.*19. G 161

*Ratio motiua virtualis potest multiplicari stante vnitate rei,non autem actualis in eadem re, q.*23. H.*ad secundum.* 198

Ratio potest mouere appetitum sensitiuum. quæstio. 31.Z. *facie* 244

*Ratio in vniuersali potest esse recta, & tamen potest sequi tardus vel nullus affectus,q.*58.S 395

*Ratio naturalis non est solùm principiorum communissimorum,sed etiam conclusionum deductarum ex principijs. q.*58.X.*ad primum.* 400

Ratio in particulari sequitur affectum, ibidem & ad tertium. 401

*Ratio quandoque præcedit voluntatem, &ècontra. q.*74. P. *ad secundum.* 565

*Ratio debiti non est eadem in omnibus iustitiæ partibus. Quæstio.*60.litteraG.*ad tertium. facie* 410

*Ratio exẽplaris quid sit;& aliter quæ sunt perfectionis simpliciter,& quæ sunt perfectionis secundùm quid,habent in Deo rationem exemplarem,q.*61.O 421

*Ratio naturalis quomodo præstituat finem virtutibus moralibus,q.*66.M.*ad tertium.* 455

*Ratio seminalis,quid sit,& qd sit in Adã fuisse secundũ rationem seminalem vel corpulentã substatiã.q.*81.D. 643

*Ratio deficit in directione passionum dupliciter.scilicet positiuè,& omissiuè.q.*74.Q 566

*Ratio superior,& inferior,quid sint;inferioris est consentire in delectationem,superioris in actum, & delectationem. q.*74.R 568

Ratio inferior non consentit in actum absque superiori consentiente, directè vel interpretatiuè,ibidem ad 4. 570

*Ratio superior dupliciter inhæret rationibus æternis.s.conspiciendis,& consulendis,q.*74.T 575

Ratio superior secundùm quòd consentit in actum peccati, est & directiua aliarum virium,sic in ea potest esse venia le peccatum,& non semper mortale. ibidem.

Ratio superior semper mortaliter peccat,si actus virium inferiorum in quos consentit,sunt mortalia,ibidem.V 576

*Ratio superior circa proprium obiectum potest peccare venialiter,& mortaliter.q.*74.V 576

Ratio non solùm est deliberatiua, sed etiam simpliciter apprehendit,ibidem ad secundum. 577

*Ratio ex passione abducitur ad iudicandum in particulari, vt quis agat contra scientiam, quam habet in vniuersali,& etiam quam habet in habitu, nec actu considerat, q.*77.F 597

Ratio triplici modo a passione superatur, qui modi distinguuntur,& quid sit vincere rationem. ibidem.

Ratio errans quid sit; & an erronea conscientia obliget.q. 19.H.*facie* 162

*Ratio est principium primum humanorum actuum, & ad ipsam pertinet lex tanquam regula dirigendi ad dirigentem.q.*90.A 721

Ratio practica quare dicatur regula, & quàm differenter lex etiam regula dicatur. ibidem.

Ratio non solùm habet in se potentiam,habitum, & actum, sed etiam quædam alia,ibidem ad secundum. 722

*Ratio in Diuinis communior est verbo, & dicitur essentialiter,& potest concipi vt ars & idea,licet aliter,& aliter.q.*93.N 739

*Ratio speculatiua,& practica quomodo conueniat, & differant.q.*94.Y 753

*Ratio humana,& deficere, & impediri potuit circa principia moralia,& conclusiones,q.*99.B.*ad secundum.* 787

*Ratio ex principijs naturaliter cognitis,quæ sunt lex naturę de diuersis diuersimodè iudicat,quædam mediante inquisitione vel instructione,quædam non.q.*100.G 793

*Rationis inquisitio necessaria est ante iudicium de eligendis. q.*14.N 116

*Rationis vsum impediunt delectationes corporales, non autem spirituales.q.*33.P 260

*Rationis defectus non est causa peccati,sed diminuit peccatum,q.*73.F.*ad tertium.* 544

*Rationis defectus non imputatur peccatum nisi præexistat peccatum saltem omissionis in voluntate,quæst.*74.L.*ad secundum.* 557

Rationis defectus non semper excusat a peccato. q. 74. P. *ad primum.*564.*& q.*77.L 608

*Rationis potest esse quadruplex peccatum,scilicet ignorando,errando,imperando,non coercendo, & ita peccatum contingit esse in ratione.q.*74.P 564

Rationis iudicium an indigeat mora,& tempore, q. 74. R. *ad quartum.* 570

*Rationis vsum incipiens habere puer, & si tunc non ordinans in debitum finem,peccat mortaliter,Quæstione.*89. littera.V.627;*& ad tertium. facie* 628

Rationis vsus,qui per passionem tollitur,cuius causa est voluntaria,non excusat;si autem est naturalis excusat, si autem non totaliter intercipiat, non totaliter excusat,q. 77.L 608

*Rationis vsum omittens sine peccato, quicquid operatur nõ imputabitur ei in peccatum.q.*80.Z 632

*Rationis Diuinæ,& humanæ differentia, & quomodo ratio humana in communi non sit verit.as,quamuis aliqua dici possit lex.q.*93.N.*ad tertium.* 739

Rationes rerum secundùm se,& propriàs naturas considerarum sunt plures, non autem vt in mente Diuina. q. 93.N.*ad primum.* 739

*Rationem humanam non participant naturalia,sed Diuinã; non modo intelligibili, sed naturaliter, & obedientialiter.q.*93.R.*ad secundum.* 739

*Rationale accipitur quandoque extensè vt ad intellectuale se extendit.q.*6.T 68

*Rationalis natura mouet se in finem, sicut quæ cognoscit finem;sed naturalia mouentur,& aguntur in finẽ.q.*1.C.6

*Rationale per participationem,quid sit.q.*56.B 377

Rationalium animarum an vna sit perfectior alia, quæstio. 52.P.*facie* 351

Radix omnium virtutum quomodo sit charitas.q. 62.S.*ad primum.*428;*& q.*65.I.*ad secundum.* 450

*Raptus,& extasis quomodo differunt,& rapi dicitur homo multipliciter.q.*28.E 224

Rapi aliter dicitur a Doctore Sancto in prima secundæ, & in de Veritate,quàm in secũda secũdæ,ibidem ad 1. 225

Rasura pilorum,& lotio manuum,& pedum, quare fiebãt prius quàm tabernaculum ingrediebantur.q. 102. E. *ad octauum.* 842

Reatus,& macula peccati an sit aliquid reale.q. 113.R.*ad secundum.* 956

*Reatus peccati quãuis significet relationem rationis,tamen punitur propter ipsum peccator, q.*72.P.520;*& q.*87. A.*facie* 680

*Reatus non potest esse differentia constituens diuersitatem speciei peccati,prout est actus voluntarius; sed sequitur diuersitatem;& diuersitas reatuum potest reperiri in eodem secundùm speciem,q.*72.P 520

Reatus venialis,& mortalis differunt in infinitum, ibidem.

*Reatus est duplex sicut & pœna,scilicet damni, & sensus, in vna est reperibile magis,& minus,non autem in alia. q.*73.A 530

*Reatum triplicis pœnæ quicumque peccat incurrit, & reatus pœnæ est effectus peccati.q.*87.A 682

*Reatum pœnæ æternæ tam sensus, quàm damni inducunt, quantum est de se omnia mortalia peccata.q.*87.C 686

*Reatus aliquis puta temporalis potest remanere, scilicet ad pœnam satisfactoriam,etiam offensa, & macula transeũte,q.*87.F 691

*Reatus non est macula animæ,nec offensa.q.*86.A 679

*Reatus mortis,& innocentia possunt stare simul.q.*94.Z.*ad secundum.* 755

*Reatus a solo Deo remittitur;& an sine gratia remitti possit,vt Scotus putat,q.*109.Q 912

*Rectitudo quædam pertinet ad iustitiam, quædã ad omnem virtutem.q.*55.C.*ad quartum.* 374

*Rectitudo voluntatis includit synderesim, & rectitudinem etiam appetitus sensitiui.q.*56. G 377

*Rectus dicitur appetitus dupliciter.q.*57.P. *ad tertiũ.* 392

*Rectum,bonum,malum,& peccatum quamodo se habeant adinuicem.q.*21.V 181

Rectum semel in quantitatiuis, & corporalibus semper est rectum,non autem in legibus humanis, & moralibus,

Quæstione.97.littera M.ad tertium. facie 772
Redemptor vniuersalis quare Christus dicatur, & ponere redemptionem præseruatiuam est cõtra intentionem scripturæ.q.81.C 641
Reducens,& reductum in actu semper distinguuntur realiter, ita quòd nihil per se primò se reducit in actum.q.9. L. facie 86
Referre in finem est ipsius rationis, sed habere actum relatum in finem,est voluntatis non absolutè,sed vt est mota a ratione,q.12.B 105
Referre omnia in Deum virtualiter, quid sit, & quomodo, & quando quis teneatur.q.100.Q. 810; & q. 88. I. ad secundum. 699
Regentis potestas quandoque est a Deo, quandoque non,q. 93.P.ad secundum. 742
Regimen democraticum,obligarchicum,& tyrannicum,est malum;sed politicum, aristocraticum regimen est bonũ, & quid sint illa.q.95.E 762
Regiminis optima pars,quæ sit,& an per electionem melius sit assumere regimen vel per successionem.quæst.105.P. facie 863
Regni diuisio in duos reges apud Iudæos, quare permissa fuerit.q.105.P.ad tertium. 864
Regnum Dei non esse escam,& potum, exponitur; & quomodo requirat opera exteriora, quæ necessariò sunt pro gratia,q.108.E.ad primum. 889
Regi Dominus,nec commisit,nec constituit ius Tyrannicũ, sed prædixit de rege in tyrannum verso.quæst.105.P.ad quintum. 864
Regibus quare non fuerint aliqua pro sustentatione ordinata,sicut sacerdotibus. ibidem ad quartum.
Regula vnius est vna in vno ordine,possunt tamen esse plures etiam vnius,q.19.G 161
Regula actus humani est duplex,scilicet ratio & lex æterna.q.71.K 511
Reguntur membra regimine despotico,& obediunt, quamuis non sint rationabilia.q.93.R.ad secundum. 744
Relationis actualis,& virtualis differentia.q.1.F.13.& q. 88.I.ad secundum. 699
Relationum multiplex differentia.q.9.N 89
Religio omnis fundatur in tribus consilijs Euangelicis, quæ declarantur.q.108.H 895
Religiosi,& si non teneantur habere perfectam charitatẽ, tenetur tamen ad eam tendere,& consilia contemnentes peccant mortaliter. ibidem.
Remissio culpæ,& infusio gratiæ quomodo distinguantur; & an remissio culpæ sit realis mutatio, & an se necessariò concomitentur,q.113.R.ad secundum. 956
Reprobus sensus qualis sit,in quem quosdam Deus tradidit. q.79.R.ad primum. 621
Repudium vxorisan licitum fuerit per se,vel an solùm permissum.q.108.G.ad secundum. 893
Repugnantia voluntatum quando sit, & quando non sit,q. 19.N.ad tertium in contrarium. 173
Requiri,& pertinere differunt.q.3.S 34
Requiritur aliquid ad aliud quadrupliciter.q.4.A 43
Res sunt bonæ per aliqua entia positiua absoluta, actiones autem per aliquas commensurationes.q.18.A. 139
Res non est in se formaliter bona bonitate morali, sed suo modo causaliter,& originaliter,q. 18 B. ad primũ. 141
Res nuda agit vltra suã speciem declaratur.q.112.G. 939
Res est supra speciem,& naturam alterius dupliciter,ibidẽ.
Resurgere nullus põt a peccato sine gratia,& quid sit a peccato resurgere,& remissio peccati.q.109.Q.& ad 1. 912
Resurgentis vnitatem non impedit diuersitas potentiarum secundùm numerum animæ sensitiuæ,& vegetatiuæ. q. 67.Q.ad tertium. 463
Retributio iusta pro quo & a quibus fiat.q.21.A 184
Reuelata alicui sua damnatione, an conformare teneatur suam voluntatem.Quæstio.19.litte.N.ad 2. facie 172
Reus omnium est qui offendit in vno,etiam si aliàs totã legem seruat;& an idem sit habere omnia peccata,& reũ esse omnium mandatorum legis,q.73.A 530
Rex quare non statim populo Iudaico fuerit datus. q.105. P.ad secundum. 863
Rex,& princeps quando a subditis accipere possit, ibidem ad quintum. 864

S

Sabbati sanctificatio, & obseruantia præcipiebatur in præceptis decalogi,non autem aliæ solennitates.quæst. 100.L.ad secundum. 801
Sabbati sanctificatio non fuit dispensata per mathathiam. q.100.O.ad quartum. 807
Sabbatum sanctificare an sit morale vel ceremoniale,quæst. 100.I.ad secundum. 797
Sacerdotes templum intraturi,lauabãt prius pedes,& manus,& leuitæ pilos radebant.q.102.E.ad octauum.842
Sacerdos quare funeribus amicorum interesse non debuit, nec in vxorem meretricem accipere, nec barbam radere.q.102.F.ad 11. 849
Sacerdotium,& circumcisio, & aliæ ceremoniæ etiam ante legem fuerunt.q.103.G.ad tertium. 850
Sacerdotes veteris legis non placabant per cerimonias secundùm se consideratas,q.103.H.ad secundum. 852
Sacerdotibus fuerint pro sustentatione ordinatæ decimæ, & alia, non autem regibus.q.105.Q. 865
Sacerdotij translatio necessariò sequuta est translationem legis,q.91.I.arg.in contra.732.& q.104.N.argumentum in contrarium. 861
Sacra,sacrificia,& sacramenta, ac obseruantiæ quomodo distinguuntur.q.101.Y.ad 3.& 4. 822
Sacra non sunt instituta in noua lege sicut in veteri,q.108. F.ad secundum. 891
Sacrorum veteris legis assignatur ratio litteralis, & figuralis.q.102.D 830
Sacramenta nostra aliud figurant, quàm sacrificia veteris legis,& aliter.q.101.Y.ad primum.& secundum. 821
Sacramenta veteris legis non conferebant gratiam, nec iustificabant,q.103.H.852;& q.100.S. 816
Sacrameuta veteris legis circa commnnem populum fuerunt triplicia,& triplicia circa sacerdotes,q.102.E 837
Sacramenta veteris legis non habuerunt virtutem mundãdi a peccatis, sed solùm ab immundicijs corporalibus, quamuis pro peccatis offerebantur.q.103.H. 852
Sacramenta veteris legis,nec vtilia,nec appetibilia propriè dici poterant,nisi ratione vsus,& remotè ibidem ad 2.
Sacramentorum veteris legis fuerunt causæ litterales, & figurales.q.102.E 837
Sacramenta,quæ sunt opera exteriora,conuenienter præcipiuntur,& instituuntur in noua lege.q.108.F 890
Sacramenta nouæ legis,quàm differenter sint necessaria,& quomodo in lege noua sint instituta, & quare non alia sint ordinata vel ordinanda,q.108.F 890
Sacramenta nouæ legis quomodo causant gratiam.q. 112. G.ad secundum. 940
Sacramentorum nouæ legis gratia est maioris efficaciæ, quàm sacramenta veteris legis.q.106.X 878
Sacramenta nouæ legis quare omnia Christus per se instituit exhibendo,vel promittendo.q.108.F 890
Sacramentum Eucharistiæ quamuis non sit opus, ad eius tamen sanctificationem actiuam requiritur humanum opus,scilicet sumptio.q.108.E 888
Sacrificia,& sacramenta in veteri lege non erant idem. q. 101.Y.ad secundum. 821
Sacrificia,& oblationes fiebant etiam ante legem, q. 103. G.ad primum. 850

Sacrificiorum veteris legis conueniens assignatur ratio, & in cõmuni,& in speciali,Quæstio.102.lit.C facie 825
Sacrificiorum genus est triplex,& quare animalia in veteri lege sacrificabantur,ibidem ad octauum. 827
Salomon dormiendo somnio assequutus est donum sapietiæ, exponitur.q.113.O.ad secundtm. 952
Salus corporalis,& spiritualis differunt; vna tollitur per peccatum,alia non,q.106.X.ad tertium. 878
Sancti magis humiliantur de virtutibus quas non habent, quàm de virtutibus habitis glorientur,exponitur,q. 65. G.ad tertium. 447
Sanctorum aliqui laudantur in una virtute, & non in alijs, declaratur.q.66.L.ad secundum. 453
Sanguis an sit de veritate humanæ naturæ.q.54.X. 362
Sanguinis esus quare fuerit prohibitus,non autem quod generatur ex sanguine,q.102.F.ad tertium. 847
Sanitas,quid sit q.49.D 335
Sanitas aliter secundũ se augetur,quã scientia.q.52.P 351
Sanitas etiam augetur per se.q.52.Q 354
Sanum est analogum attributionis,sicut & iustificatio, q. 100.S 816
Sapientia minor est si intellectu careat,exponitur. q. 68. E. ad tertium. 483
Sapientia est maxima inter virtutes intellectuales. q. 66. D.facie 457
Sapientia est eorum per quæ fit homo fœlix ibid.ad 2. 458
Sapientia Philosophorum,& Theologorum,quomodo distinguitur.q.62.Q.ad secundum. 425
Sapientia,& metaphysica est circa vltimum terminum simpliciter.Scientia circa vltimum alicuius determinati generis.q.57.M 386
Sapientia carnis,quia legi Dei non subijcitur, inimica est Deo.q.93.P.ad tertium. 742
Sapientiæ conuictus non habet amaritudinem, exponitur. q.59.B.ad primum. 404
Sapientiam amaui,& exquisiui a iuuentute, exponitur.q. 26.R.ad primum. 211
Satisfactio differt a merito.q.114.A.ad primum. 968
Satisfacere an pro alio liceat.q.87.G 693
Scandalum quando sit peccatum speciale, & quando circũstantia.q.73.K 554
Scientia huius libri est vna,& an sit speculatiua vel practica,& quod sit subiectum attributionis.q.1.A 1
Scientia nostra Diuinæ scientiæ conformatur proportionabiliter,q.19.M.ad secundum. 170
Sciẽtia speculatiua quæritur propter se,exponitur.q.1.F 13
Scientiarum speculatiuarũ quale obiectum sit,q.3.X. 39
Scientiarum speculatiuarum consideratio est quædam participatio veræ,& perfectæ beatitudinis;& quomodo omnes homines natura scire desiderẽt.q.3.X. 39; & q. 29. O.ad secundum. 233
Scientia quantò altior,tantò plures veritates,& magis propriας de rebus cognoscit, & quæ dicuntur scientiæ physicæ.q.3.X 39
Scientia in genere suo est bona,sed circumstantia potest fieri mala,q.35.E.ad tertium. 273
Scientia quomodo sit insensibus, q.50.H.ad tertium. 341
Scientia augetur non solùm per additionem, sed etiam per participationem subiecti secundùm intensionem;& quid sit scientiam augeri per additionem.q.52.Q 354
Scientia non potest corrumpi per accidens quo ad id, quod habet ĩ intellectu,sed ex parte virtũ iferiorũ.q.53.S 357
Scientia,& opinio possunt per se corrumpi, ibidem.
Scientia iufusa Christi penes quid distinguitur a nostra acquisita.q.54.Y 364
Scientia,& alij habitus intellectuales nõ sunt virtutes simpliciter.q.55.C 370
Scientiæ an sit genus sapientiæ vel pars,q.57.M. ad 1.370
Scientia quomodo possit esse principiorum. Quæstione 57. littera M.ad secundum. facie 376
Scientia stãte in vniuersali,põt quis peccare,& facere cõtra scientiam illam; & quomodo scitur aliquid quandoque in particulari,quandoq; actu,quãdoq; habitu,q.77.F 598
Scientia recta stante etiam in particulari, tamen in habitu potest quis oppositum agere. ibidem.
Scientia non decipit,nec aliquis circa id cuius habet scientiam,deciptur sed propter falsam æstimationem particularẽ quãsuggerit passio,ibidem ad primum. 600
Sciẽs in vniuersali,& iudicãs oppositũ in particulari,an beat contrarias opiniones. ibidem ad tertium.
Sciẽtia,spẽs intelligibiles,virtutes intellectuales,quantũ ad formale manent post hanc vitam.q. 67.R. 465
Scientia de Deo viatica illa destruetur, non autem scientia naturalium,nec alij habitus intellectuales, nisi quantum ad materiale,ibidem ad primum. 467
Sciẽtia cũ sit habitus,nõ de facili amittitur,nisi p̃ fortẽ trãsmutationem,exponitur.q.67.R.ad 2. 467
Scientia,fides,& opinio,non possunt simul esse in eodem subiecto, quãuis sint eiusdem subiecti, & medij.q.67.S.& ad tertium. 469
Sientiã esse qualitatem vel habitum simplicem, non potest sufficiẽter ex Doctore Sãcto haberi,q.54.B.ad 3. 368
Scientiam addens,addit & laborem,exponitur,q.38.V.ad primum. 289
Scientiæ sunt diuersæ, sed sapientia est tantùm vna,q.57. M.facie 386
Sciendi desiderium solùm quietatur per verum,quod est per essentiam,q.3.Y 40
Scoti dictum ab Alfonso examinatur, circa signa originis in sanctissima trinitate.q.11.Z 103
Seductio est duplex,& quicumque peccat seducitur,q.89. R.ad primum. 715
Semen patris non causat esse animæ rationalis,dicitur tamẽ eam inficere,& esse causa instrumentalis peccati originalis,q.81.A.ad secundum. 637
Seminum commixtiones inter plantandum prohibebantur. q.102.F.ad tertium. 847
Seminarium virtutum quid sit.q.51.L 345
Sensibilia non perficiunt intellectum, nisi inquãtum aliquod intelligibile superius participant,declaratur. q. 3.X 39
Sensibilia,& insensibilia differunt.q.31.V 240
Sensus metaphoricus qd propriè significet.q.4.G.ad 1. 53
Sensus in actu fit sensibile in actu,exponitur.quæst.28.C.ad tertium. 222
Sensus communis dicitur principium sensitiuum,& quomodo in illo fiunt apparitiones imaginariæ,& fantasticæ.q. 80.Y 630
Sensus,& si non apprehendat vniuersale vt sic, apprehendit tamen naturam cui accidit vniuersalitas.q.29.P.ad primum. 234
Sensibus interioribus,& exterioribus an aliquis insit habitus, q.50.G. ad 3. 340
Sensus reprobus in quem Deus aliquos tradit,quis sit,q.79. R.ad primum. 621
Sensitiuus motus differt a carnali,& quandoq; habet rationem perfectè voluntarij,quandoque non.q. 17.P 135
Sensitiuus appetitus,sicut est in organo corporali,ita & vis apprehensiua sensitiua,glosatur,q.22.C.ad 3. 190
Sensitiuus appetitus non est alicuius vniuersalis,est tamen alicuius vniuersaliter,q.77.F.ad 4. 601
Sensitiuis potentijs secundùm quòd ex instinctu naturæ operantur,non insint aliqui habitus, sed cum operantur ex imperio rationis.q.50.G 339
Sensitiuæ vires operantur dupliciter. ibidem.
Sensitiuæ vires sunt rationales per participationem,& etiã voluntas,q.50.H 341

Sensualitas est communis nobis,& bestijs secundùm rationem generis,& quo ad obiecta,non autem quo ad speciem.Quæstio.74.littera N.ad primum. facie 559
Sensualitas non potest esse subiectum peccati mortalis formaliter,sed solùm ratio,q.74.O 562
Sensualitatis actus sunt quadruplices,& quã differenter subsint imperio rationis,& quis illorum venialis , & quis mortalis.q.17.P 135
Sensualitatis actus quidam sequitur,quidam præuenit iudicium rationis.q.74.N.559;& ad secundum. 560;& q. 89.R.714.& q.80.Z.ad tertium. 633
Sensualitatis motum quandoque imaginatio concomitatur potius,quàm causet;& ratio diuersimodè se habet ad ipsum;& si non omnes, tamen singulos vitare possumus. q. 74.N.ad secundum. 560
Sensualitatis non est virtus,nec actus virtutis,nisi ex ratione,& voluntate.q.74.O ad secundum. 563
Sensualitatis motus post rationis consensum est mortalis, quomodo intelligatur.q.88.M.ad secundum. 705
Sensualitatis primi motus in infidelibus si eis non consentiatur,non sunt mortalia,q.89.T 718
Sensualitatis appetitus potest se ad libe.arb.habere vel antecedenter vel consequenter;& secundùm hoc auget vel minuit peccatum,q.77.K 607
Sensualitatis inclinatio quomodo in alijs ab homine habet rationem legis participatiuæ dictæ,& directè,sed in hominibus secundariò & indirectè.q. 91.K 734
Sensualitati attribuuntur aliqui actus peccati vt subiecto, non autem vt principali principio;& veniale , non autẽ mortale,q.74.M.ad tertium. 558
Sentire propriè pertinet ad apprehensiuam,sed similitudine ad appetitiuam.q.15.A 120
Sermo Christi in monte factus totam vitã hominis quo ad motus interiores perfectè ordinat,q. 108.G 892
Sequella est duplex , & sequitur dupliciter vnum ex alio, vel per modum illationis,&c.q.21.V 181
Seriosa a iocosis,& ludicris distinguuntur,exponitur,quæst. 1.F.facie 13
Seruus,qui ad aliquem confugit,quare non debuit domino restitui.q.105.S.ad secundum. 873
Seruum vel ancillam percutiens si vna die superuixit , non subiacebit pœnæ,exponitur ibidem ad tertium.
Seruiquare septimo anno liberè debebant abscedere , ibidẽ ad primum.
Seruitus fugitur ab hominibus,non quia opponitur potestati,sed vsui potestatis.q.2.L 23
Seruitus,& proprietas possessionum quomodo sint de lege naturæ,& quomodo non.q.94.Z.ad tertium. 756
Signa omginis quomodo ponendo in Deo,Quæst.11.Z 103
Significatio quædam est verborum,quædam factorum , & illa plus mouet.q.99.C.ad tertium. 788
Similitudo est quædam vnitas , & est causa delectationis, declaratur.q.32.L 256
Similitndo inter aliqua potest esse dupliciter , & est causa amoris per se,secus per accidens.q.27.A 218
Similitudo etiam proportionabilitatis est causa amoris,ibidem ad secundum. 219
Simplex in natura,tamen virtuosum,& actuale potest causare plura.q.54.X,ad secundum. 363
Simpliciter si ad simpliciter,& magis ad magis,etc glosatur.q.38. V 288
Synderesis quomodo dicatur lex naturalis , virtualiter non formaliter,q.94.T.ad secundum. 748
Synderesis nunquam extinguitur etiam in damnatis. q.94. T.arg.in contrarium. 748
Synesis,et Gnomyn differenter iudicant.q.57.Q.ad 3. 393
Singularium esse actiones exponitur q.76.A 587
Sobrietatem,et iustitiam docet Diuina sapientia exponitur.Quæstio.63.littera X.arg.in contra. facie 433
Solennitates plures quare Iudæi habuerint.q.102.D.ad decimum.835.et q.103.I.ad quartum. 854
Sollicitudo ordinata,et naturalis non est per Christum prohibita,quamuis superflua,et inordinata,quæst.108.G.ad quintum. 894
Somnus,et balnea mitigant tristitiam.q.38.X 289
Species rerum quomodo dicantur essentialiter ordinatæ.q. 1.D.facie 8
Species vniuscuiusque est ab aliquo intrinseco , exponitur ibidem ad primum. 9
Speciei conueniens,etiam conuenit indiuiduo, exponitur.q. 18.A 139
Speciesipsius actus est ex obiecto, exponitur . q. 18.B.ad primum. 141
Species dicitur multipliciter.q.35.H 277
Species plures concurrentes ad aliqua subordinata vel ad cognoscendum differentiam aliquorum ad inuicem , habentur quasi partes vnius speciei,q.113.S.ad 2. 959
Species rerum sunt sic numeri,exponitur.q.52.P 351
Specie differentia sunt duplicia.q.72.P 529
Specie differunt aliqua completè,aliqua incompletè.q.72. R.facie 524
Speciem non diuersificari per magis , et minus , exponitur. q.72.S.ad primum. 527
Species duæ non constituunt aliam speciem , quamuis individua diuersarum specierum constituant individuum tertiæ speciei. ibidem ad tertium.
Species,et genus quomodo in moralibus accipiuntur , quia quandoque pro eodem,q:88.K 701
Species peccati quando soluatur,q.88.O 709
Species,modus , et ordo , quomodo per peccatum in bonis creatis tollantur,vel minuantur,q.85.X. 673
Species sensibiles transferuntur cum spiritibus,quibus mediantibus apparent fantasmata in sensibus interioribus, q.80.Y 630
Species intelligibiles , et habitus principiorum primorum non possunt corrumpi per se.q.53.S 357
Species intelligibiles non sunt scientia , ibidem et q. 67.R. facie 464
Species intelligibiles,et scientia manent in intellectu possibili,etiam si actu secundùm eas non consideret , ibidem.
Species intelligibiles plures nõ possunt simul actu perficere intellectũ modo intelligibili,q.54.X.ad 3. 363
Species non potest condiuidi generi exponitur. q.57.M. ad primum. 386
Specifica vnitas non est realis,q:17.M 131
Speculatiuum, et practicum sunt differentiæ accidentales scientiarum,q.3. V 37
Sperare potest homo beatitudinem viæ,et patriæ. q.69.K. ad primum. 490
Spes virtus Theologica est in irascibili, idest in voluntate inquantum supereminenter habet quod est irascibilis,cõtra Scotum.q.23,E.ad secundum. 193
Spei obiectum duo habet,s.bonum,et arduum. q.23.F 194
Spes est prior desperatione,et prima inter omnes passiones irascibilis.q.25.P 207
Spes quare dicatur propinquior amori,quàm aliæ passiones irascibilis,ibidem ad argumentum in contrarium. 208
Spes acquisita non est virtus Theologica,q.62.P. 424
Spes quomodo sit media inter præsumptionem , et desperationem.q.64.D.ad 3. 441
Spes,& fides dupliciter possunt considerari,et quomodo ali quo modo sine charitate esse possunt, aliquo modo non, q.65.H 448
Spes præsupponit amorem,exponitur.q.66.P.ad 2. 460
Spes,et fides ex vna parte,et charitas ex alia quomodo habent inter se ordinem, generationis, ibidem ad tertium.

Spes

Spes non manet post mortem in statu gloriæ , & quid per spem importetur,& qualiter dicat motum aliter , quàm charitas,& gaudium.Quæstio.67.littera T facie 468
Spes,quæ videtur,non est spes,exponitur ibi.arg.in con.469
Spes non perficit modo nobiliori appetitum,quàm virtutes morales ex parte subiecti,& status.q.67.T.ad 1.469.
Spes,& timor quomodo opponãtur oppositione boni et mali,non tamen timor filialis, ibidem ad secundum.
Spei nihil manet in patria,sed aliquid fidei manet, non quidem idem numero vel specie,sed genere proximo,quæst. 67.V 470
Spes est causa delectationis,delectatio tamen illa minor est, quàm delectatio sensus,sed maior delectatione memorię. q.32.G 252
Spes differt a timore,& gaudio,desiderio,vel cupiditate,& a desperatione,præsupponit desiderium.q.40. E 294
Spes ptinet ad vim appetitiuã,& nõcognitiuã.q.40.F.295
Spes non semper est expectatio. ibidem ad primum.
Spei non attribuitur certitudo. ibidem ad tertium.
Spes est in brutis animalibus.q.40.G 295
Spei contrariatur desperatio.q.40.H 296
Spei causa est experientia.q.40.I 297
Spes abundat in iuuenibus, ebriosis,stultis,& omnibus non vtentibus deliberatione,q.40.K 298
Spes causat amorẽ nõ boni sperati;immo ex ipso causatur , sed illius per quem consequimur bonum.q.40.L 298
Spes præcedit charitatem Dei,sed non omnem amorem,ibidem ad argumentum in contrarium. 299
Spes causatur ex amore cõcupiscẽtiæ , & inducit in amorẽ amicitiæ,quo inducto spes augetur.q.40.L.ad 1. 299
Spes per se habet,quòd adiuuet operationem intendendo ipsam.q.40.M 299
Spes,& securitas non sunt idem. ibidem ad primum.
Spiritualium repromissio non fiebat populo sub veteri lege, sed temporalium.q.99.F 792
Spiritus sanctus semper manet in electis omnibus,in illis donis sine quibus ad vitam æternam peruenire non potest exponitur.q.68.C. ad primum. 479
Spũs an inhabitet aĩam absque omni medio. q.110.O 922
Spiritus sanctus nondum erat datus , quia Iesus nondũ erat glorificatus,exponitur.q.106.X 877
Spiritus sancti gratia ante incarnationem fuit data,non tamen ita copiosè sicut post. ibidem.
Spiritus sanctus inhabitare dicitur hominem multipliciter, & quomodo omne verum sit a Spiritu sancto , & nemo põt dicere dominus Iesus nisi in spiritu sancto.q. 109.K. ad primum. 899
Spiritus sanctus fecit Apostolos cognoscere omnem veritatem , exponitur.q.106.Y.ad secundum. 880
Spiritu sancto recepto Apostoli nõ peccauerũt mortaliter, tamen ex fragilitate venialiter,q. 103.K.ad primũ.856
Spiritus Domini vbi libertas,exponitur.q. 93.S.ad 1. 746
Spiritus Domini libertas non excludit opera exteriora præcepta in lege.q.108.E.ad secundum. 889
Status,quid importet.q.3.R 31
Statu innocentiæ stãte, homo nõ potuit peccare venialiter, q.89.R.714;& S.arg.in cantrarium. 717
Statutum vel sententia iniqua non ligat in foro conscientiæ. q.96.I 767
Subditus nõ debet iudicare,nec stare iudicio suo , nec habet iudicare de præcepto prælati.q. 13.L 113
Subditus quomodo,& quando præter verba legis agere. q. 96.L & ad secundum. 770
Subditi virtus vt sic est benè subdi principãti.q.92.L 736
Subiectum attributionis huius libri , & vnitas,& qualitas huius scientiæ.q.1.A 1
Subiectum,& potentia naturaliter ipsum consequens, habent eandem causam.q.9.Q 93
Subiectũ,et causa efficiens eiusdẽ,potest esse idem Quæstione.22.littera B. facie 186
Subiectum,& accidens,materia,& forma,an habeant aliquod inter se medium.q.49.A 330
Subiectum est prius eo,quod est in subiecto,exponitur.q.50. F.ad tertium. 339
Subiectiuè alicubi esse propriè est entis realis,large tamen potest competere enti rationis,q.83.K 653
Subiectum non patitur ab accidente in se existente effectiuè,quamuis formaliter,q.85.S.ad tertium. 668
Substantia põt dici accidens accidẽtis declaratur.q.7.D 78
Substãtia est prior tpre accidẽtibus,exponitur.q.49.A 330
Substãtia an recipiat magis,& minus.q.52.P. 352
Substãtia separata nõ potest cognosci p sensibilia.q.3.X.39
Succedere bonis paternis etiam mulieribus competit , nec hoc est in præiudicium boni communis.q.105.Q.ad secundum. 867
Suffragia pro alijs faciens in mortali , an eis mereatur.q. 20.T.ad tertium. 180
Summum positiuè,& negatiuè,& lex æterna dicitur summa vtroque modo.q.91.E.arg.in contrarium. 727
Superbia includit aliquid vt materiale , & aliquid vt formale,& illud ad sanum sensum potest reperiri in omni peccato.q.84.P.661;& R.ad quartum. 666
Superbia quædam est specialis,quædam generalis,quædam secundùm affectum,quædam secũdùm effectum,ibi. 661
Superbia,& cupiditas seu auaritia , quàm differenter sint initium,& radix omnis peccati. ibidem.
Superbiæ initium est apostatare a Deo exponitur ibidem ad secundum. 662
Superbia vitæ cõcupiscẽtia carnis, & cõcupiscẽtia oculorũ sunt causæ omnium peccatorum.q.77.I 605
Superrogationes,quæ sunt in consilio,in casu possunt esse in præcepto.q.96.I.arg.in con.768.& q.108.H.ad 4.897
Superior non mouetur ab inferiori directè in genere causæ efficientis,tamen persuasiuè,& inclinatiuè.q.77. E.ad secundum. 597
Superius non inquinatur ab inferiori.exponitur. q. 86.A. ad primum.680;& q.77.F.ad primum. 600
Supernaturale aliquid potest dici nobis aliquo modo naturale.q.63.T.ad tertium. 430
Supra suam naturam quando creatura agere possit,q. 109. M.ad secundum. 905
Suscipere magis,& minus accipitur dupliciter.q.52.P 358

T

Tabernaculum veteris testamenti quare sit factum.q. 102.D.ad primum. 830
Tabernaculum quomodo sit mutatum per templi successionem;& quare fuerit vnũ,& in quo et quomodo sit simile ecclesijs nouæ legis, ibidem ad 3. 831
Tabernaculum seu templum quare sic per vella quædã distinguebatur,ibidem ad quartum. 832
Tabernaculum plura continebat,de quibus omnibus datur ratio,ibidem ad sextum. 832
Tnbernaculum quare tot cooperimenta habuerit,ibidem ad octauum. 835
Tabernaculum quare consecratum fuerit,ibidem ad nonũ. facie 835
Tale quod est , cuicumque comparatur est tale , intelligitur in absolutis.q.6.Z 72
Tale per participationem est ab eo,quod est tale per essentiam,glosatur.q.112.G 939
Talionis pœnam ordinauit lex , & illa lex perficitur per Euangelium.q.107.B.ad secundum. 884
Theologus,& Philosophus alium , & alium ordinem seruant in tractando;& Thologia tradita in illa parte est vna,cum ea,quæ in prima parte traditur. quæstione 1. A.facie 1

Theologia nostra principaliter, & simpliciter est speculatiua. Quæstione 3. littera V. facie 37
Theologiæ ratio obiecti est alia secundùm quòd obiectum est, & secundùm quòd res est. q.3. X 39
Theologia acquisita non est virtus Theologica. q.62. P 424
Theologicas virtutes oportet ponere, & fides acquisita non est virtus Theologica, sicut nec spes, nec charitas, contra Scotum, ibidem. 424
Theologicæ virtutes distinguuntur specie a moralibus, & intellectualibus. q.62. Q 425
Theologicarum virtutum vna est prior alia diuersimodè. q.62. S 427
Theologicæ viriutis bonum non consistit in medio, potest tamen per accidens in virtute Theologica considerari medium, q.64, D. 440
Theologica virtus an possit nimis parum tendere in obiectū proprium formale. ibidem.
Theologicarum virtutum maior est charitas, q.66. P 459
Theologicæ virtutes sunt radix donorum q.68. D. ad tertiū. facie 481
Theologicæ virtutes præferuntur donis, & regulant ea, secus de virtutibus intellectualibus, & moralibus, quibus dona præferuntur, q.68. H 487
Temperantia an sit principaliter circa operationes. q.60. F. facie 408
Temperantia si sit in Deo ponenda, non tamen est eiusdem rationis cum nostra, contra Scotum. q. 61. O 421
Temperantia, & fortitudo sunt partes irrationalium, exponitur, & quid de eis post hanc vitam maneat, q.67. Q. ad tertium. 463
Temporalium repromissio, & comminatio debuit populum in veteri lege inducere ad obseruantiam præceptorum. q.99. F 791
Temporalium cupiditas quandoque a Deo abducit, quandoque ad Deum adducit, ibidem ad primum. 792
Temporalia bona cadunt sub merito, non secundùm se, sed vt sunt vtilia ad opera virtutum. q. 114. K 981
Temporis sacri circumstantia non variat speciem peccati. q.73, G 545
Tentatio non semper est prouocatio ad peccatum. q. 79. R. ad secundum. 622
Tentationibus demonis homo resistere potest, nec eius voluntas per demonem necessitari potest. q.83. K 653
Tentationem an homo vincere possit absque gratia. q. 109. R. arg. in contrarium. 916
Tendens in anteriora non debet respicere retro, exponitur. q. 113. Q. ad secundum. 955
Termini plures non possunt esse vnius motus, exponitur. q. 12. D 107
Terræ bonæ triplicem fructum ponit Christus exponitur. q. 70. P. ad secundum. 499
Testimonium stat in ore duorū vel triū. q. 105. Q. ad 8. 869
Testimonia, & iustificationes ponebantur in veteri lege præter præcepta, q.99. E 790
Timor, & concupiscentia contrariè se habent ad voluntatem, q.6. A 74
Timor est prior, quàm audacia; & an desperatio sit prior timore, q.25. P 207
Timetur Deus aliter, quàm amatur. q.68. D. ad 4. 482
Timor filialis manet in beatis, & ille non opponitur spei quo ad vnum actum. q.67. T. ad secundum. 469
Timor quis maneat in damnatis, & an beati timeant separari a Deo. ibidem.
Timoris obiectum est malum naturæ. q.42. S 304
Timor propriè non est de malo culpæ. q.42. T 305
Timore casto timet homo separationem a Deo, exponitur ibidem ad primum.
Timor aliquo modo potest timeri aliquo modo non. Quæstione 42. littera V facie 306
Timentur magis insolita, & repentina. q.42. X 307
Timentur magis ea, contra quæ non est remedium. quæst. 42. Y 307
Timoris causa est amor. q.43. A 308
Timor potest per accidens esse causa alicuius amoris, ibidē ad primum.
Timoris causa est defectus. q. 43. B 309
Timor causat contractionem. q. 44. C 310
Timor facit consiliatiuos vno modo, alio modo non, q.44. D. facie 311
Timor impedit operationem, & quomodo ex parte instrumentorum corporalium, & quomodo ex parte animæ. q. 44. F 312
Tyrannum faciunt quinque, & a principe ipsum distinguūt, q.92. L. ad quartum. 737
Totum compositum est vnum simpliciter, & plura secundum quid. q.17. M 131
Toti potest aliquid per se conuenire, quod tamen partibus sub eadem ratione non conuenit, q.22. B. ad 3. 188
Totum potestatiuum variè accipitur. q.57. M. ad 1. 386
Tractio qua Christus dicit. Nemo venit nisi pater ipsum traxerit, exponitur. q.109. P. arg. in contra. 911
Transmutatio corporalis requiritur per se, & semper ad actum appetitiuæ & sensitiuæ, sed non apprehensiuæ. q. 22. C. ad 3. 190
Transmutatio secundùm qualitatem naturalem, quomodo requiratur ad actum appetitus sensitiui. ibidem.
Transmutatio alteratiua, & corporalis, magis consequitur actū appetitus sensitiui, quàm intellectiui. q.22. D 190
Transmutationem alteratiuam, & formalem, nec antecedē ter, nec consequenter immediatè requirit appetitus superior intellectiuus. ibidem.
Tribulatio, & angustia, quid sint & quomodo differunt. q. 87. A. argumentum in contrarium. 683
Tribulationes, & aduersitates quare patiuntur illi qui legem seruant plus, quàm qui non seruant. q.107. D. ad secundum. 888
Tristitia magis propriè est passio, quàm lætitia. q.22. B 186
Tristitia mitigatur per balnea, & quædā alia. q. 28. G 227
Tristitia qualis possit stare cum virtute. q.59. B 403

V

VArium & mutabile semper ab vniformi, & immobili procedit. q.10. R 94
Vendere potuit pater filium vel filiam, seruum, &c. q.105. S. ad quartum. 874
Veneficium quid sit. q.70. Q 500
Veniale peccatum, nec infusas, nec acquisitas virtutes excludit, q.85. T. ad argumentum in contrarium. 671
Veniale, & mortale accipitur quandoque formaliter, & quandoque materialiter; & quid significent venialitas, & mortalitas, & an specie distinguant actus peccatorum, q.72. P 520; & q.88. K 700
Venialis, & mortalis peccati differentia, quæ sumitur penes reatum non facit diuersitatem specificam peccatorum, sed sequitur eam, ibidem. 520
Veniale, & mortale variè accipitur, & venialitas, & mortalitas possunt sequi actus eiusdem speciei. quæst. 72. P. facie 520
Venialia peccata sunt inæqualia tam ratione generis, quàm speciei. q.73. B 533
Veniale est duplex, scilicet ex causa &c. q. 73. G. 545; & arg. in contra. 547; & q.88. K 700
Veniale peccatum quandoque est dispositio ad mortale, quādoque non, q.74. O. ad tertium 564; & q. 89. V. ad primum. 730

Veniale

Veniale peccatū potest esse in ratione superiori. Quæstione. 74. littera T facie 575
Veniale non est contra rationes æternas, sed præter, ibidem. 575. & q.88. I. 697
Veniale committens ex deliberatione, & scienter, non committit propterea mortale, nec ex certa malitia peccat. q. 74. T. arg. in contra. 575. & ad tertium. 576. & q. 78. O. ad primum. 614
Veniale ex genere diuiditur contra mortale, non autem ex causa vel euentu. q.77. M. ad primum. 710
Veniali per se non debetur pœna æterna, quamuis per accidens. q.87. E 689
Veniale an post hanc vitam remittatur, & de modo remissionis, ibidem argumentum in contra. 689
Veniale dicitur peccatum quandoque ex se, quandoque ex agente. q.88. I 698
Veniale etsi non sit in Deum ordinabile, non tamen semper mortaliter peccat, qui committit veniale, ibidem ad secundum. 699
Veniale, & mortale non semper differunt genere, licet aliquod peccatum dicatur veniale ex genere, & aliqd mortale ex genere. q.88. K 700
Veniale ex genere, & ratione sui potest fieri mortale ex parte agentis, ibidem. L 702
Veniale dicitur reparabile, & mortale irreparabile, quomodo intelligitur, & quomodo veniale, & mortale opponātur. q.88. K. ad secundum. 703
Veniale ex genere non disponit ad mortale ex genere, nisi per quandam consequentiam, & ex parte agentis, sed per accidens, & indirectè disponit. q.88. L 703
Veniale ex genere non fit mortale absque consensu in ipsum vt in finem, & signum illius consensus quale sit, ibidem. facie 703
Venialia per accidens disponunt ad mortale, sed non sufficienter causant, nec necessitant. ibidem.
Veniale posse fieri mortale, intelligitur tripliciter. q.88. M. facie 704
Veniale idem numero nunquàm fit mortale nisi mutetur saltem per accessum alterius actus voluntatis, ibidem ad quartum. 706
Veniale per accidens propter circunstantiam potest fieri mortale completum. & quando hoc fiat. q.88. N 706
Veniale propriè non causat maculam in anima nisi secundùm quid, & quomodo impediat feruorem charitatis, & veniali Deus est offensus, quamuis non peccanti venialiter. q.88. P 711
Venialia conuenienter significantur per lignū, fenum, & stipulā, ita q inter ipsa est gradualitas. q.89. Q. 712
Venialia adiuncta mortali non sunt lignum, &c. vt non puniantur æternaliter, ibidem ad secundum. 713
Venialiter non potuit homo peccare in statu innocentiæ. q. 89. R 714
Venialiter Angeli tam boni, quàm mali peccare non possunt. q.89. S 716
Veniale relatum in mortale est mortale, ibidem. 716. & ad tertium. 718
Venialia fidelium vel infidelium, quæ sint maiora. q.89. T. arg. in contrarium. 719
Venialc, & originale non possunt esse in aliquo sine actuali mortali. q.89. V 720
Verbum distinguitur ab actu intelligendi, & a re intellecta, nec est actualis intellectio. q.90. A. ad secundum. 722
Verbum mentale in nobis non est res habens tantùm esse obiectiuum in intellectu, &c. q.93. N. ad secundum. 739
Verbum in Diuinis dicitur notionaliter, non autem intellectus, & conceptus. q.91. E 727
Verbū in Diuinis cōmunius est, quā ipsa ratio, & dicitur essētialiter importās principiū factionis, &c. q.93. N 739
Veritatis perpetuæ quare sint aliquæ propositiones. Quæstione 93. littera N. facie 739
Veritas Diuini intellectus dicitur lex æterna. ibidem.
Veritas est eadem apud omnes quantum ad communia principia rationis speculatiuæ, & practicæ, non tamen æqualiter nata, secus quo ad proprias cōclusiones. quæst. 94. Y 753
Veritatem omnē fuisse cognitam in aduentu Spiritus sancti, exponitur. q.107. Y. ad secundum. 880
Veritas naturaliter cognoscibilis, quæ sit, & ad quid cognitio naturalis se extendat. q.109. K 898
Veritatem complexam sine discursu, & cogitatione, intelligere non possumus, ibidem ad tertium. 900
Verum, & falsum contrariantur ex parte fundamentorum & quomodo eidem non possunt in esse. q. 19. D 157
Verum omne etiam naturaliter cognoscibile est a Spiritu sancto, exponitur. q.109. K. ad primum. 899
Vestimenta, & ornamenta veteris legis, quid figurabant. q.102. E. ad nonum. 842
Vestimenta quædam Iudæis interdicebantur. q. 102. F. ad sextum. 847
Viator iustus fruitur Deo. q.11. A 104
Vitij, & peccati consideratio sequitur considerationem virtutis; & qūo vicium malitia, & peccatum opponantur. q.71. A. 502. & B. 503; & q.73. D 538
Vitium vt sic non habet esse positiuè in potentia operatiua, & quomodo vicium, ægrotatio, morbus differant in moralibus. q.73. E 541
Vitium potest dici actus vel passio. q.71. D 504
Vitium in qualibet re est contra naturam. q.71. E 504
Vitium hominis, & mortale est contra naturam hominis inquantum homo est, & non est peius, quàm actus vitiosus, ideſt peccatum, ibidem & .F.G. 505
Vitium capitale quid sit, & quot sint. q.84. R 664
Vitia prius esse extirpanda, quàm virtutes inferendas, exponitur. q.100. M. ad secundum. 803
Vicissitudo multiplex est in intellectu nostro. quæst. 53. V. ad tertium. 361
Vincere an possit homo sine gratia tentationem. q.109. R. argum. in contrarium. 916
Vindictam potest quandoque quis appetere sine peccato. q.107. B. ad secundum. 884
Violentum, & coactum differunt. q.6. X 70
Violentum quod dicatur animali. q.6. Y. 71
Violentum dicitur quandoque absolutum, quandoque conditionatum aut mixtum, & illorum differentia, & quod possit esse in voluntate. q.6. Z 72
Violētū est cuius principiū est extra. Exponitur. q.9. O 90
Viri iniquitas melior est, quàm benefaciens mulier, exponitur. q.70. V 627
Viribus apprehensiuis inferioribus vt aliquid firmiter imprimatur, necessarium est eosdem actus pluries iterari, q.51. N. 348
Virtualiter omnia in Deum referre, quid est, & quādo teneatur, & omittendo quomodo peccet. q.88. I. ad 2.
Virtutum opera quare sint laudabilia, & quid laudabile importet. q.21. X. arg. in contrarium. 183
Virtutum seminarium, quid sit. q.51. L 345
Virtutes intellectuales, sicut & vicium per se corrūpi possunt. q.53. S 356
Virtus potentiæ quandoque est ipsamet potentia, quandoque est ipsa potentia secundùm q actu patitur a suo actiuo, vel etiā ipsa passio, vel aliquid superinductum in potentiam, q.26. S. ad primum. 212
Virtus, & ars sunt circa difficile, & bonum, exponitur. q. 73. D. ad secundum. 539
Virtus moralis non causatur per vnum actum. quæst. 51. N. argumentum in contrarium. 349

Virtus heroica siue Diuina quomodo distinguitur a virtutibus communiter dictis.q.54.A.366. & 68. A.ad secundum. 477
Virtus an habeat partes integrales.q.54.B.ad secũdũ.358. & q.56.I.ad tertium. 381
Virtutes humanę sunt habitus, non autem virtus Diuina, nec intellectus agens,nec virtutes actiuæ naturales; & quomodo virtus,& potentia differunt.q. 55.C 369
Virtus est vltimum potentiæ,exponitur ibidem ad primum. 370.& q.56.F 376
Virtus tripliciter accipitur,ibidem. 370
Virtus est bonus vsus libe,arb.exponitur,ibidem ad 2.370
Virtus est ordo amoris secundùm Aug. exponitur ibidem ad quartum.370; & q. 56.ar. 3. G.377;& q. 62.Q.ad tertium. 425
Virtus humana est habitus operatiuus, & propria animæ, & non corporis,q.55.D 371
Virtus vniuscuiusque rei est, quæ opus eius bonum reddit, exponitur ibidem arg.in contrarium. 371
Virtus est dispositio perfecti ad optimum, exponitur.q. 55. D.ad tertium. 372
Virtus humana est habitus bonus, & bonum operationis. q.55.E 372
Virtus peccati lex exponitur,& quomodo virtus metaphoricè quandoque accipiatur. ibidem ad primum.
Virtus correspondet potentiæ,exponitur ibidem ad secũdũ.
Virtus se semper habet ad bonum, esto materia actus sui sit quandoque mala, ibidem ad tertium. 373
Virtus benè definitur,quòd est bona qualitas mentis, &c. q.55.E 373
Virtus etsi sit alia in ratione imperante, & in potentia imperata,non tamen earum est alia,& alia bonitas, q.20. Q.ad secundum. 177
Virtus humana est in potentia animæ, sicut in subiecto.q. 56.F 375
Virtus vna non potest esse in pluribus potentijs ex æquo, sed ordine quodam. ibidem.
Virtus in vna potentia existens essentialiter potest aliquid præter essentiam suam habere in alia potentia, & quid illud sit,declaratur. ibidem.
Virtus tria requirit,scilicet scire,velle,& immobiliter operari,exponitur. ibidem ad secundum.
Virtus est duplex vna simpliciter, alia secundùm quid, q. 56. G 376
Virtutis secundum quid subiectum est intellectus, non autẽ virtutis simpliciter, nisi vt habet ordinem ad voluntatem,cuius subiectum est voluntas, vel potentia mota à voluntate. ibidem.
Virtus omnis est amor,secundum Augustt.exponitur, ibidẽ ad primum. 376
Virtus aliqua est in irascibili,& concupiscibili, & quid sit talis virtus,& an possit esse in parte corporis, vbi Scotus adducitur,q.56.H 380
Virtus non est in viribus sensitiuis apprehensiuis, quæstio. 56.I 381
Virtutes morales circa pasiones sunt principaliter in irascibili, & concupiscibili contra Scotum ponentem eas principaliter in voluntate. q.56.K. argu.in contrarium. facie 383
Virtutes duæ non ordinantur ad eundem actum immediatè,& in eodem ordine.quæst.56,K,ad tertium. 383
Virtus perficiens voluntatem vt charitas,facit etiam benè vti habitibus speculatiuis quæst.57.L 384
Virtus est eorum per quæ homo fit beatus, exponitur ibidem,ad secundum.385. & q.66.O.ad secundum. 418
Virtus moralis,& intellectualis differenter sunt eorum per quæ homo fit beatus,ibidem. 385
Virtutes intellectuales sunt tres,q.57. M 386
Virtutes intellectuales quomodo distinguuntur, quia non vt disperata, nec vt species ex opposito diuidentes vnũ genus,sed alio modo,Quæstione 57.littera M. ad secundum. facie 387
Virtutis non est virtus,exponitur.q.57.N.ad secundũ.388
Virtus non quælibet est moralis,& moralis virtus est tantum potentiæ appetitiuæ,q.58.R 394
Virtus non omnis ex consuetudine generatur, ibidem ad primum. 395
Virtus moralis est habitus electiuus,ibidem ad secundum.
Virtus est habitus in modum naturæ rationi consentaneus, secundum Tullium,exponitur ibidem ad tertium.
Virtus moralis quomodo distinguatur ab intellectuali.q. 58.S 395
Virtus humana diuiditur per intellectualem, & moralem; q 58.T 397
Virtus moralis potest esse sine quibusdam intellectualibus, non autem sine intellectu,& prudentia,q.58.V 398
Virtutem moralem oportet esse cum ratione rectæ, & non solum de eo,quod est secundùm rationem rectam,ibidem ad tertium. 399
Virtutes intellectuales omnes possunt esse sine morali præter prudentiam.q. 58. X 399
Virtus moralis quomodo generetur,ibidem ad primũ. 400
Virtus moralis non potest esse passio.q. 59.Y 401
Virtus moralis quomodo sit medium inter passiones,ibidem ad primum. 402
Virtus moralis an compatiatur passiones,q. 59.A 402
Virtus purgati animi an compatiatur passiones, ibidem.
Virtus non compatitur tristitiam de his, quæ conueniunt virtuti,sed de his, quæ ei repugnant moderatè tristatur. q. 59.B 403
Virtus moralis non quælibet est circa passiones, sicut circa propriam materiam;sed quædam circa operationes, q. 59.C 405
Virtus moralis non est circa voluptates,& tristitias,exponitur. ibidem ad primum.
Virtus moralis perfecta potest esse sine omnibus passionibus ordinatis;sed virtutes morales, quæ sunt circa passiones,sicut circa propriam materiam, non possunt esse sine passionibus.q.59.D 405
Virtutes morales,quæ sunt circa operationes possunt esse sine pasionibus. ibidem.
Virtus quomodo conformet nos Deo. ibidem ad tertiũ.406
Virtutum moralium distinctio vnde sumenda sit. quæstio. 60,E 406
Virtutes morales sunt diuersæ secundùm speciem,& nõ vna tantùm. ibidem.
Virtutes morales,quæ sunt circa operationes,distinguuntur ab his,quæ sunt circa passiones.q 60.F 408
Virtutes morales circa operationes conueniunt in quadam generali ratione iustitiæ; sed distinguuntur secundùm speciales rationes.q.60.G 403
Virtutem esse circa operationẽ vel passionem,quid sit, ibi.
Virtus moralis non est tantùm vna circa pasiones, & an plures sint in concupiscibili respectu passionum. q.60,H. facie 410
Virtutis inclinatio differt ab inclinatione naturæ.q. 60. H. ad secundum. 411
Virtutes morales distinguuntur secundùm aliquam diuersitatem obiectorum ipsarum passionum,sed non secundùm omnem,q.60.I 412
Virtutes morales sunt vndecim numero; & ipsis existentibus circa pasiones,& operationes,quare prudentia non connumeratur. ibidem.
Virtutes existentes circa passiones,quæ sunt circa malum, non sunt nisi circa malum excellens, ibidem ad quartum. 414

Virtutes

Virtutes morales dicuntur principales, seu Cardinales,quæstio.61.littera K facie 415
Virtus perfecta,& per consequens principalis requirit duo, scilicet facultatem bonam, & vsum bonum,ibidem; & q.56.G.ad 3. 377
Virtus non diuiditur diuisione generis in omnes virtutes,immo analogicè.q.61.K.ad primum. 415
Virtutis nobilitas aliunde est,quàm nobilitas habitus,quæstio.61.K.ad 3. 416
Virtutes Cardinales sunt quattuor; & virtus, quę in appetitu est,quomodo continet duo.q.61.L 416
Virtutes morales potius dicuntur principales, quàm aliæ, quæst.61.M 418
Virtutes Cardinales quomodo ab inuicem distinguuntur.ibi.
Virtutes Cardinales diuiduntur in exemplares, purgati animi, purgatorias & politicas, q.61.O 421
Virtutes Cardinales quali diuisione diuidantur in exemplares, &c. ibidem
Virtutes politicæ, purgatoriè, & purgati animi, an distinguantur specificè. ibidem
Virtutes quomodo habẽt rationem exemplarem, siue ideam in Deo; & an ita Deo sint propriè, & vniuocè cum nostris. ibid.
Virtutes Theologicas ponere est necesse, & nec fides, nec charitas, nec spes acquisita, sunt virtutes Theologicæ, contra Scotum,q.62.P 424
Virtutes Theologicæ distinguuntur specie a moralibus, & intellectualibus.q.62.Q 425
Virtutes Theologicæ sunt tres.q.62.R 426
Virtutum Theologicarum diuersimodè vna est prior alia, quæst.62.S 427
Virtus est homini naturalis secundùm inchoationem, non secundùm consumationem,q.63.T 429
Virtutes non dicuntur inchoatæ in anima propter potentiam obedientialem ad eas. ibidem
Virtus hominis regulatur & secundùm rationem humanam & secundùm legem Diuinam,q.63.V 431
Virtus hominis aliqua potest causari ex actibus humanis, aliqua non. ibidem
Virtutes aliquæ sunt in nobis per infusionem a Deo præter Theologicas,& morales acquisitas, vbi opinio Scoti notatur,q.63.X 432
Virtutes morales infusæ distinguuntur specie ab acquisitis, quæst.63.Y 433
Virtus,cuius actus imperatur a charitate, nõ habet speciem propriam,& naturalem,ibidem,ad primum. 434
Virtutes morales consistunt in medio.q 64..A 435
Virtus secundùm substantiam medietas est,& quale mediũ sit virtus, exponitur, ibidem,ad primum. 436
Virtutes aliquæ morales tendunt in maximum rei; sed tamen in medium secundùm alias circunstantias, ibidem, ad secundum.
Virtutis moralis medium vno modo est mediũ rationis, alio modo non,q.64.B 437
Virtutes intellectuales,tàm speculatiuę,quàm practicę consistunt in medio.q.64.C 438
Virtutis Theologicæ bonum non consistit in medio,potest tamen per accidens in virtute Theologica considerari medium, q.64.D 440
Virtus quæ consistat in medio per se,& quæ non, declaratur. ibidem
Virtutes intellectuales speculatiuæ non sunt necessariò connexæ,quæst.65.E 441
Virtutes morales sunt connexæ; & quomodo circa hæc quo ad prudentiam deficiunt Burleus & Scotus,ibid. 442
Virtus habet duplex principale,ibid.ad secundum. 443
Virtutum moralium tota materia sub vna ratione prudentię cadit,exponitur,ibidem,ad 3. 444
Virtutes morales infusæ sunt connexę in charitate,non autẽ acquisitæ.Quæst.65.littera F.445;& lit.G facie 446
Virtutes infusæ solæ sunt simpliciter,& perfectæ virtutes, ibidem. 445
Virtus secundùm perfectam rationem est,quæ bonum facit hominem, declaratur, q.65.F.ad arg.in contr. 445
Virtus infusa quandoque reperit impedimentum secundùm malam dispositionem ex peccatis præteritis relictam,quæstio.65.G.ad secundum. 447
Virtutis medium non est sicut centrum.q.65.H 448
Virtutem esse maiorem & minorem potest intelligi tripliciter; & quomodo vna maior sit alia.q.66.K 451
Virtutes sunt maxima bona, & tamen secundùm aliquid vna est maior alia,ibidem,ad secundum. 452
Virtutes omnes vnius hominis sunt æquales quadam æqualitate proportionis secundùm formale virtutis, nõ autem materiale.q.66.L.453; & q.73.B.ad 3. 535
Virtutis habitus maior potest stare cum minori promptitudine ad actum virtutis,quæst.65.E.ad secundum.443; & quæst.66.L.ad 3. 453
Virtutes intellectuales sunt simpliciter nobiliores moralibus; morales autem secundùm quid.q.66.M 454
Virtutibus moralibus quomodo prudentia præstituat finem; & quomodo ratio naturalis,ibidem,ad 3. 455
Virtutum moralium præcipua est iustitia, deinde fortitudo, deinde temperantia.q.66.N 456
Virtutum intellectualium maxima est sapientia.quæst.66.O. facie 457
Virtutum Theologicarum maior est charitas. q.66.P 459
Virtutes morales infusæ, & acquisitæ suo modo manent in patria,q.67.Q 461
Virtutum materiale & formale quid sit,ibid.& R. 461
Virtutes quæ sunt circa passiones, nec Deo,nec Angelis conueniunt,q.67.Q.ad primum. 462
Virtutes morales possunt hominem in vita actiua perficere; & quid de illa vita maneat post mortem; ibidem,ad secundum. 463
Virtutes an in resurrectione eędem numero redeant,ibidem, ad tertium.
Virtutes intellectuales manent post hanc vitam quantum ad formale, non autem materiale.q.67.R 464
Virtutum moralium materia,licet in patria non maneat,nec possibilitas vtendi ea,nihilominus virtutes manent, quæstione 67.V.ad 3. 471
Virtutes tàm intellectuales, quàm morales distinguuntur a donis.q.67.A 474
Virtutibus Theologicis mediantibus per dona Spiritus sancti potentiæ perfectæ sequuntur instinctum Spiritus sancti. ibidem
Virtutes quare dicantur dona a beato Gregorio, ibidem, ad primum. 476
Virtutibus contrariantur vitia, aliter tamen quàm donis, ibidem, ad secundum.
Virtutes & dona aliquando conueniunt in nomine, tamen ratio significata, & res sunt diuersa, ibidem, ad quartum. 477
Virtus heroica an sit diuersa re aliter ab acquisita, quæstione 68. B 477
Virtutes infusas morales an cognouerint Philosophi. ibid.
Virtutes Theologicæ sunt radix donorum Spiritus sancti, quæst.68.D.ad 3. 481
Virtutes Theologicæ præferuntur donis, & regulant ea; sed intellectualibus,& moralibus pferunt dona.q.68.H.487
Virtutes infusæ nõ disponunt ad habitum operatiuum ad esse in natura.q.110.Y 926
Virtutis consideratio præcedit determinationem de peccatis,& vitijs; & quomodo bonitas sit de ratione virtutis, & eam consequatur. q.71.A 502

Virtuti

Virtuti opponitur peccatum, malitia, & vitium, & virtus, sicut & vitium largè quandoque accipitur. Quæst. 71. littera B. facie 502; *& littera C.* 503; *& D facie* 504
Virtus primò significat conuenientem dispositionem, & non principaliter habitum operatiuum, q. 71. *B* 502
Virtus nominat perfectionem potentiæ, exponitur, & dicitur sanitas animæ; & quandoque plus est, quàm sanitas; & virtus operatiua prius ordine naturæ est dispositio, quàm ordinetur ad opus. q. 71. *C* 503
Virtutis ratio consistit in hoc, quod est esse completiuum potentiæ ad agendum, & quòd est esse conuenientem dispositionem eius cuius est. q. 71. *D* 504
Virtus quomodo dicatur naturalis. q. 71. *E.* 504; *& F* 505
Virtus & peccatum possunt esse simul, cum comparantur ad inuicem, vt actus malus, & habitus bonus, quæstione 71. *H* 507
Virtus, vt est habitus, potest stare cum peccato, vt est actus ei contrarius. ibidem
Virtutes infusæ non possunt stare cum mortali, sed veniale potest. ibidem; & quæst. 85. *T. ad argumentum in contrarium.* 671
Virtutes omnes, licet in idem tendant, diuersificantur nihilominus specie. q. 73. *A* 529
Virtutem aliquam non habens, non sequitur, quòd habeat vitium oppositum, ibidem, ad secundum. 531
Virtuti maiori opponitur maius peccatum, & maximæ maximum, q. 73. *D.* 537; *& q.* 84. *O. ad primum.* 659
Virtus est circa difficile & bonum, exponitur, quæst. 73. *D. ad secundum.* 539
Virtus non est in sensualitate, sicut completo principio; & quomodo sit habitus electiuus. quæst. 74. *O. ad secundum. facie* 563
Virtutis bonum & inclinatio ad virtutem, quomodo per peccatum diminuatur. q. 85. *S.* 667; *& T* 670
Virtus quædam perfecta, quædam imperfecta; in vna potest homo sine gratia, in aliam verò non. q. 109. *O* 907
Virtus infusa est a Deo effectiuè, ab homine dispositiuè; virtus autem acquisita ex frequentatione actuum. q. 92. *L. ad primum.* 736
Virtus infusa an per assuetudinem operum augeatur; & an opera virtuosa causent alium habitum ab eo, ex quo actus eliciuntur, ibidem, ad primum.
Virtus boni principis, & boni viri an sit eadem per identitatem, ibidem, ad 3. 737
Virtus nulla est, de cuius actibus lex præcipere non possit, nã tamen præcipit de omnibus actibus omnium virtutum, sed quę ordinabiles sunt in bonum commune, quæst. 96. *H. facie* 765
Virtutis actus procedit à virtute, sed non semper, ibidem, ad secundum. 766
Virtus quædam infusa, quædam acquisita. q. 100. *S* 815
Virtutum actus sunt difficiles ex parte operis, vel operantis. q. 107. *D* 887
Virtutem acquirit quis per disciplinam, quæ est ab alio; & quid sit illa disciplina, q. 95. *B* 758
Virtutum omniũ actus præcipere, & præcipere omnes actus virtutum non est idem; & quomodo lex præcipiat actus omnium virtutum, q. 96. *H* 766
Virtutum actus, vt iusti cadunt sub præceptis, vel iudicialibus, vel ceremonialibus, q. 99. *E. ad primum.* 791
Virtutum actus diuersimodè cadunt sub lege Diuina, & humana, q. 100. *H* 795
Virtutes morales ordinant actum rationis circa passiones, & operationes ad sanum sensum. ibid.
Virtutis modus, an cadat sub præcepto, idest an implere præceptum teneatur quis ex charitate. q. 100. *P* 807
Virtuosus non fugit omnes delectationes, quæstio. 34. *Q. ad secundum.* 261
Virtuosi naturaliter viget vsus rationis quo ad agibilia humana, non quo ad subtilitatem mundanam, q. 58. *lit. V. ad secundum. facie* 399
Virtuosi actus dupliciter consideratur, scilicet formaliter, & secundùm proprias species, quæst. 94. *X.* 751. *ibidem, ad primum.* 752
Virtuosi actus quomodo subsunt legi naturæ, & quomodo non. ibidem
Virtuosi actus ordinantur ad bonum commune morale, non particulare, nec naturale, ibidem, ad primum.
Virtuosum existens vni, potest alteri esse vitiosum, ibidem, ad tertium.
Virtuosi aliter subduntur legibus humanis, aliter mali, quæstio. 96. *K* 769
Virtuosos actus aliter exercere potuisset homo integer tàm quo ad substantiam actus, quàm quo ad modum charitatis, & virtutis, quàm corruptus, quæstione 109. *N. facie* 906
Vis appetitiua dicitur magis actiua, quàm apprehensiua, quamuis non sit potentia actiua propriè, quæstio. 22. *C. ad secundum.* 189
Visio Dei est vita æterna, & beatitudo, & radix omnium bonorum, quæ homo appetere potest, q. 3. *T* 35
Visuri sumus Deum cum apparuerit sicut est, & similes ei erimus, exponitur, q. 3. *Z* 41
Visio est tota merces, exponitur, q. 4. *A* 43
Visio potior est delectatione, & Dei, sicut principalis obiecti, sed suimet secundariò; & est causa effectiua, & finalis delectationis. q. 4. *B* 44
Visio respondet fidei, & fruitio charitati, exponitur, ibidem.
Visio, fruitio, & comprehensio, accipiuntur habitualiter & actualiter; & differentia illarum, & quomodo pertineant ad beatitudinem. q. 4. *C* 45
Videns plura in Deo non est beatior ex pluralitate visorum, quæst. 5. *K* 55
Visio beatifica, vt visio, reducitur in potentiam intellectiuam; sed vt beatifica, in lumen gloriæ, quæstione 13. *G. facie* 110
Visio corporalis exterior non est immediata causa amoris, sed mediante interiori apprehensione, quæstione 27. *Y. facie* 217
Visus fortiorem imaginationem excitat, quàm alij sensus, quæst. 31. *B. ad* 3. 247
Vita hominis regulatur secundùm vltimum finem, exponitur, q. 1, *G* 15
Vita est esse viuentium, exponitur, q. 3. *R* 31
Vita omnis infidelium est peccatum, secundùm Augustinum, exponitur, quæst. 63. *V. ad primum.* 431; *& quæstio.* 65. *F* 445
Vita contemplatiua maioris meriti est, quàm actiua, quæstione 57. *L* 384
Vita actiua præcipuè consistit in exhibitione debiti, & spontanei beneficij, q. 69. *L* 491
Vita contemplatiua non ponitur in locum meriti, sed præmij; & an actiua principaliter consistat in operationibus ad alterum. ibid.
Vita æterna potest aliquis esse indignus formaliter, & secundùm præsentem iustitiam, dignus tamen materialiter, quæst. 109. *O* 908
Vitam æternam esse ex gratia, & tamen posse de condigno mereri, quomodo simul stent, ibidem, ad prtmum.
Vita æterna homini debetur secundùm opera eius, non tamen vt eius tantùm sunt, ibidem, ad secundum.
Vita actiua quantum ad opera exteriora transibit cum corpore, sicut & virtutes morales quo ad materiale, q. 67. *Q. ad secundum.* 463
Vitam ingredi si vis, serua mandata, quæstione 100. *Q. ad primum.* 813

Vitalis

Vitalis operatio quandoque est ab intrinseco, quandoque ab extrinseco. Quæst. 80. *littera Y. ad primum. facie* 631
Vitare est duplex, scilicet affirmatiuum & negatiuum, primum est meritorium, q. 71. *I* 509
Vitare peccata omnia, & diu, non potest homo absque gratia, q. 63. *V. ad secundum.* 431
Vituperium & laus consequuntur bonum, & malum voluntarium, q. 21. *X* 182
Viuere significat esse essentiæ, & esse existentiæ, quæst. 56. *F. ad primum.* 375
Vnio effectiua est amor. q. 26. *S. ad secundum.* 212
Vnio amantis ad amatum est duplex. q. 28. *C* 221
Vnionem aliquam facit amor effectiuè, aliquam formaliter. ibidem.
Vnio accipitur quandoque pro relatione æquiparantiæ, quandoque pro fundamento illius relationis, q. 49. *A. facie* 330
Vnio vnius per gratiam ad Deum est melius bonum, quàm bonum ecclesiæ, & ordo ecclesiasticus, quæstio. 111. *F. ad primum.* 938
Vnionem sui ad Deum, an quis plus debeat appetere, quàm totius ecclesiæ; & an quis debeat velle solus Deum offendere, ne tota communitas offendat. ibidem
Vnum simpliciter, & vnum secundùm quid quomodo differunt; & quid sit vnum esse moraliter, quæstio. 17. *M. facie* 132
Vnum est prius seipso, sub alio & alio conceptu, quæstione 21. *V* 181
Vnum est propter aliud ibi vnum tantùm, exponitur, quæstione 8. *K* 84
Vnum vni est contrarium, exponitur, quæst. 31. *D. ad secundum.* 249; *& q.* 40. *H. ad argumentum in contrariũ.* 296; *& q.* 45. *G. ad secundum.* 313; *& q.* 70. *Q. ad secundum.* 501; *& q.* 71. *B* 503
Vniuersale an possit odiri odio sensitiuo, q. 29. *P* 233
Vniuersale sciens scit etiam particulare, quod nouit contineri sub vniuersali. q. 77. *F. ad quartum.* 601
Volentis non esse, neque currentis, sed Dei miserentis, exponitur, q. 109. *L. ad arg. in contrarium.* 902
Volitiones primæ sunt duplices, scilicet simpliciter, & in tali ordine. q. 9. *O* 90
Volitum est aliquid propter aliud dupliciter, actu vel virtute; & nihil est volitum sine dependentia ad vltimum finem, q. 1. *F* 13
Volitum actu non potest esse, quod est ignoratum. q. 6. *B.* 75
Volitum aliquid esse directè propter se, aliter & aliter potest intelligi, q. 71. *I* 509
Volitum non est idem quod intentum. q. 72. *L* 513
Voluntas deliberata quid sit, quia quædam expressè, quædam interpretatiuè, q. 1. *B* 2
Voluntas determinatur ad aliquid, vel ex naturali necessitate, vel ex propria dispositione. q. 1. *G* 15
Voluntas est boni vniuersalis, exponitur, q. 1. *C. ad tertiũ.* 7, *& quæst.* 2. *O* 27
Voluntas hominis quietari non potest, nisi per bonum vniuersale; & quod est per essentiam, q. 1. *C. ad tertium.* 7, *& q.* 2. *P* 27
Voluntatis proprius actus non est primum obiectum voluntatis, vnde in eo beatitudo consistere non potest, quæstione 3. *T* 35
Voluntatis actus plures requiruntur ad beatitudinem, sed nullus eorum est beatitudo. q. 4. *A* 43
Voluntas vt deliberata, magis vult actum intellectus, quàm proprium, licet voluntas vt natura, magis velit e contra, quæst. 4. *B* 44
Voluntas non perfectè perficitur per fruitionem sine apprehensione. q. 4. *C* 45
Voluntatis rectitudo quid sit; & an ad beatitudinem requiratur, & quæ sit differentia inter voluntatis rectitudinem, & opera meritoria. Quæst. 4. *littera D. facie* 47
Voluntatis beatorum est maior cum Deo colligatio, quàm voluntatis in via cum bono in communi. ibidem
Voluntas potest amittere libertatem contradictionis quo ad specificationem, vel exercitium quo ad aliquod obiectum pro aliquo statu. q. 5. *M* 58
Voluntas vt libera se habet ad opposita, vt est circa ea, quæ sunt ad finem; sed vt natura, & circa vltimum finem non. ibid.
Voluntatem esse in ratione, exponitur, q. 6. *T* 68
Voluntas potest pati violentiam quo ad actus imperatos, sed non elicitos; nec potest habere motum nisi sit ab ipsa, quæst. 6. *X* 70
Voluntati nulli fieret violentia, si Deus faceret, vt nullum actum efficere posset. ibidem
Voluntas licet sit boni, tamen potest ferri in ignorantiam; & quomodo voluntarium præexigit scientiam, quæstione 6. *B* 75
Voluntatis actus dicitur inclinatio. q. 6. *X* 70
Voluntas accipitur multipliciter, quandoque pro potentia, quandoque pro actu, quandoque tendit solùm in id quod habet rationem boni, quandoque est boni & mali, quæstione 8. *H* 81
Voluntas vt nominat actum sic propriè est finis tantùm, sed vt nominat potentiam sic est finis, & eorum, quæ sunt ad finem. q. 8. *I* 82
Velle licet propriè sit finis, tamen potest etiam esse mediorum, licet minus principaliter. ibid.
Voluntas fertur in finem dupliciter; & quàm differenter velle, & intentio sint actus voluntatis; & quomodo vnus actus voluntatis sit causa alterius. q. 8. *K* 84
Voluntas mouet alias potentias, quo ad exercitium & intellectum; quo ad specificationem, & obiectum habet duplicem comparationem ad ipsam, q. 9. *L* 85
Voluntas mouet seipsam quo ad exercitium actus, & quæ sit causa motionis, q. 9. *N.* 89. *O.* 90. *Q* 93
Voluntas vt mouens distinguitur à se vt mota, & vt potentia semper est sibi præsens, sed non vt actus, nec mouet se mediante notitia obiecti. q. 9. *N* 89
Voluntatis primus actus, & si reducatur in Deum mediante motu intellectus, est tamen ipsa principium sufficiens sui motus, q. 9. *O* 90
Voluntas mouetur quo ad specificationem actus ab aliquo exteriori, & quo ad exercitium. ibidem
Voluntas quo ad specificationem actus potest moueri, non tamen directè, a corporibus cælestibus, & quomodo voluntas sit in ratione. q. 9. *P* 91
Voluntatem solus Deus mouere potest quo ad specificationem, & exercitium actus immutando, & inclinando, quæst. 9. *Q* 93
Voluntate peccatur, non vt a Deo mouetur, sed ex propria libertate, ibidem; & quæstione 20. *P. ad secundum. facie* 175
Voluntas mouetur ad aliquid naturaliter dupliciter, quæstione 10. *R* 94
Voluntas in statu beatifico mouetur naturaliter, & necessariò ad exercitium actus, ibidem. 95
Voluntatem moueri ad aliquid quid sit; & quomodo voluntas ibi accipiatur. ibid.
Voluntas quid requirat, vt aliquid necessariò moueat, quo ad specificationem actus, q. 10. *S* 97
Voluntas absolutè accepta non necessariò mouetur a quocunque obiecto quo ad exercitium, licet quo ad specificationem. ibidem
Voluntas non mouetur necessariò a passione appetitus sensitiui. q. 10. *T* 98
Voluntatem hominis dupliciter moueri contingit, & quandoque

doque necessariò, sed non respectu quorumlibet. Quæstione 10. littera V. facie 99
Voluntas fertur in finem, & medium dupliciter; & quandoque vnico actu, q.12.E 108
Voluntatis motus, in quo expressè apparet directio rationis, non attribuitur voluntati. q.13.G 110
Voluntas aliter mouet, quàm agentia naturalia, quæstione 16.E 124
Voluntas mouet omnes res ad operationem, licet differenter exteriores, & principia interiora. ibid.
Voluntas vtitur potentia executiua, sed electio præcedit vsum potentiarum exebuentium. q.16.H 127
Voluntas a nullo mouetur quo ad exercitium actus extrinsecè, nisi a solo Deo, q.17.I 129
Voluntas dicitur imperare, vel interpretatiuè, vel quia est principium imperij. ibid.
Voluntatis actus idē non potest esse bonus, & malus ex parte obiecti. q. 19.D 157
Voluntatem bonam esse secundùm virtutem, exponitur ibidem, ad arg. in contrarium. 158
Voluntas semper est boni veri, vel apparentis, & malum est præter voluntatem prosequutiuam, quæstione 19.D. ad primum. 158
Voluntatis bonitas & malitia secundùm quid attendatur, quæst. 19 E 159
Voluntatis bonitas secundùm actum interiorem dependet ex solo obiecto, ibidem. 159; & littera K. ad primum. facie 166
Voluntatis idem est obiectum, & finis, quæst. 19. E. ad primum. 159
Voluntatis obiectum, & circunstantię obiecti habent rationem vnius obiecti respectu actuum interiorum voluntatis. q. 19. E. ad secundum. 159
Voluntatis bonitas dependet a ratione eodem modo, sicut ab obiecto. q. 19. F 160
Voluntatis humanæ bonitas magis dependet a lege æterna, quàm à ratione humana. q. 19. G 161
Voluntas discordans a ratione an sit mala, etiam in indifferentibus. q. 19. H 162
Voluntas cum ratione concordans in eo quod est peccatum secundùm se est mala. q. 19. I 164
Voluntas hominis habentis rationem errantem, an sit perplexa, & mala, ibidem, ad tertium. 165
Voluntas an eodem actu feratur in finem, & in ea, quæ sunt ad finem, q. 19. K 166
Voluntatis bonitas dependet ex bonitate intentionis antecedenter, vel causaliter se habentis, non autem ex intentione sequente, nisi actus reiteretur. ibidem
Voluntas potest esse bona, intentione existente mala, ibidem, ad secundum. 167
Voluntatis actus quantitas, tàm imperati, quàm eliciti quo ad obiectum, non sequitur quantitatem intentionis, quæstio. 19. L 167
Voluntas humana vt sit bona, requirit, quòd ordinetur ad summum bonum, & Diuinæ voluntati conformetur, quæstio. 19. M 169
Voluntas alicuius si velit aliquid esse, secundùm quòd habet rationem boni est bona; & alterius voluntas, si velit illud idem non esse, vt habet rationem mali, est etiam bona, q. 19. N 170
Voluntas nostra potest esse discors a voluntate Diuina in volito, & nihilominus esse bona, si ratio nolendi sit bona, ibidem. 171
Voluntas hominis potest esse bona, etiam si velit quod Deus non vult; & quomodo voluntas viatoris teneatur se conformare Diuinę voluntati in volito formali. ibid.
Voluntas consideratur in natura, & vt ratio; & secundùm hoc habet se conformare, vel non conformare Diuinæ voluntati. Quæst. 19. littera N facie 171
Velle non possumus quod ignoramus, exponitur; & quomodo scire possumus in via, quæ Deus velit, ibidem, ad primum. 172
Voluntas Prælati non est regula nostræ voluntatis, & ideo possumus ab ea quandoq; discordare, ibidem, ad tertium in contrarium. 173
Voluntas est causa bonitatis actus exterioris in esse exercito. q. 20. O 174
Voluntas quandoque habet totam bonitatem ex actu exteriori, quandoque econtra, q. 20. P. 175; & R. ad tertium. facie 178
Voluntas si sit bona, vel mala, an actus sit bonus, vel malus. ibidem
Voluntas non est perfecta, nisi sit talis, quæ data oportunitate operetur; & si voluntas sit perfecta, etiam si actus exterior desit, nihil minuitur de præmio, vel pœna, q. 20. R 177
Voluntas bona sufficit ad meritum, & remuneratur, exponitur, ibidem, ad primum. 178
Voluntatis actus habet duplicem bonitatem partialem, ibidem, ad tertium.
Voluntatis actus idem numero in esse naturæ, an possit simul esse bonus, & malus. q. 20. T 180
Voluntas dicitur esse in ratione, ideſt in parte inorganica, & an sine appetitu sensitiuo possit corpus mouere, quæstio. 22. D 191
Velle potest dici passio causaliter, quæst. 26. S. ad argum. in contrarium. 212
Voluntas, & quælibet vis appetitiua est vis passiua, quæstione 22. C. ad secundum. facie 189; & quæstio. 27. X. facie 216
Voluntas habet habitus, inclinationem, quæst. 50. I. ad primum. 342
Voluntas non vincitur vno actu, sicut intellectus, q. 51. N. 348; & ad primum. 349
Voluntas & intellectus quomodo distinguuntur per obiecta. q. 54. Y. ad primum. 365
Voluntas comprehenditur sub rationali per participationem; & quomodo rectitudo voluntatis includit synderesim, & etiam rectitudinem appetitus sensitiui, quæstio. 56. G 377
Voluntas est subiectum alicuius virtutis; & quomodo quo ad bonum rationis proportionatum ei nō attribuitur aliqua virtus, vel habitus, sed ad vitandum malum, quæstione 56. K 382
Voluntas an per charitatem naturaliter tendat in Deum, propter Scotum, q. 62. R 426
Voluntas non est ita indeterminata ad bonum rationis proportionatum, sicut intellectus, quæstio. 65. R. ad primum. 427
Voluntatis actus quomodo requiratur ad fidem; & examinatur ibi opinio Scoti, quæstio. 65. H. ad secundum. facie 449
Voluntas sola non est principium actiuū distinctiuum actus peccati. q. 72. N 516
Voluntatis dominio subsunt quandoque res, quandoque non, & in his damnum faciens diuersimodè peccat, q. 73. I. ad secundum. 553
Voluntas est subiectum peccatorum, & principium, quandoque directum, quandoque non, q. 74. L 556
Voluntate peccatur, & rectè viuitur, exponitur, ibidem, in argumento in contrarium. 556; & quæst. 9. Q. 93; & quæst. 20. P. ad secundum. 175; & quæst. 74. M. ad primum. 557
Voluntas potest esse mali actus subiectiuè, & principiatiuè, & sub ratione boni apparentis, non autem obiectiuè & formaliter, q. 74. L. ad primum. 556

Voluntas

Voluntas est causa peccati elicitiuè, & imperatiuè. Quæstione 74. littera L. ad 3. facie 557
Voluntas & omnes potentiæ, quæ ad actus suos moueri possunt, vel reprimi per voluntatem sunt subiectum peccatorum. q. 74. M. & ad primum. 557
Voluntas aliter se habet ad bonum, & malum, aliter alię potentiæ, ibidem, ad secundum. 558
Voluntas potest reprimere singulos motus sensualitatis, si præsentiat, & si non omnes. q. 74. N. ad secundum. 560
Voluntatem interius non potest mouere nisi Deus, quæ sola est causa sufficiens peccati, quamuis extrinsecum posset inducere ad peccatum. q. 75. C 583
Voluntatem directè mouere quid sit, & quòd nulla creatura hoc possit, sed indirectè per viam distractionis potest, sicut & passio appetitus sensitiui, q. 77. E 596
Voluntas quomodo mouetur a passione, & aliter a viribus sensitiuis mouetur, quàm intellectus. ibidem
Voluntas est potentia partim passiua, partim actiua, ibid. ad primum. 597
Voluntas non tendit in malum sine ignorantia, potest tamen peccatum esse sine ignorantia, & errore, quæstione 77. F 598
Voluntas non est defectuosa, nisi in ratione defectus præcesserit, & ratione existente perfecta in vniuersali, & particulari, & in apice, voluntas non potest esse obliqua in cōtrarium dictamine rationis. ibidem
Voluntas non contrariatur vltimo dictamini, & iudicio intellectus, exponitur. ibidem
Voluntate intensiori peccans, an grauius peccet, q. 77. K. ad tertium. 608
Voluntatis triplex est inordinatio, ex qua procedit peccatum ex malitia, q. 78. N. ad 3. 613
Voluntas fertur in peccatum dupliciter; vno modo peccat in Spiritum sanctum, &c. q. 78. P 618
Voluntas aliter se habet ad bonum, aliter ad malum; & quomodo per aliqua diuersimodè possit fieri in actu primo. ibidem
Voluntas ex natura potentiali non inclinatur in malum, potest tamen per actum suum, & inquantum est libera, potest ferri in bonum, cui malum est annexum, ibidem, ad tertium. 619
Voluntas humana, & non Diuina est prima causa deficiendi culpabiliter, q. 79. R 620
Voluntatem directè & indirectè mouere quid sit; & quod directè mouet voluntatem, potest esse causa peccati; & quomodo dupliciter voluntas mouetur, quæst. 77. E. 596; & q. 80. X 628
Voluntas hominis sola est directa causa peccati, nec ab aliquo obiecto necessariò mouetur, nisi ab vltimo fine, quæstio. 80. X 628
Voluntas; quia spiritualis est, ideo potestas dæmonis non est maior libertate voluntatis. quæstio. 80. Z. ad primum. facie 632
Voluntas & intellectus diuersimodè se habent ad sua obiecta. q. 86. A. ad primum. 680
Voluntatis vulnera an tollantur recuperata gratia. q. 87. F. ad tertium. 693
Voluntas Dei quomodo dicatur rationalis, quæstio. 93. Q. ad primum. 743
Voluntas Dei necessariò vult quædam etiam creata quo ad specificationem actus, non autem quo ad exercitium, quæstio. 100. O 805
Voluntatis libertas non tollitur, per hoc, quòd Deus mouet voluntatem, q. 109. K 898
Voluntatis in melius mutatio potest fieri, vel quo ad bonitatem ciuilem, vel gratuitam; primum ex nobis possumus, non autem secundum, ibidem, ad 3. 900
Voluntas sibi derelicta, & corrupta non potest in actum dilectionis Dei super omnia. Quæstio. 109. littera L. ad 3, & M facie 903
Voluntate propria an homo ingredi possit vitam æternam, q. 109. O. ad primum. 908
Voluntas non potest præparari ad operandum meritoriè, & Deo fruendum, absque gratia habituali, quæst. 109. P. facie 909
Voluntatis præparatio ad gratiam habitualem non præsupponit aliud donum habituale, sed Dei gratuitum auxiliū animam interius mouentis. ibid.
Voluntas mouetur a Deo vt velit; & tamen se habet actiuè ad suum velle. q. 111. C 932
Voluntarium accipitur dupliciter. s. pro facto a voluntate, & pro conditione actus; & quomodo maximè reperitur in actibus humanis. q. 6. S 66
Voluntarium est, cuius principium est intra, exponitur; nec tamen est contra rationem voluntarij, quòd sit a principio exteriori. ibidem
Voluntarium perfectum inuenitur in sola natura rationali, sed imperfectum in brutis, & quomodo voluntas sit in ratione, q. 6. T 68
Voluntarium duplex, scilicet directum, & indirectum; & quandoque est conditio, vel proprietas, non quidem realis alicuius actus, sed imputatiua voluntatis, quæst. 6. V. facie 69
Voluntarium potest esse absque omni actu exercito. ibid.
Volūtarium requirit cognitionem eius quod agitur, licet non cognitionem prudentialem. q. 6. A 74
Voluntarium est omne quod ex voluntario causatur, nec omne volitum est voluntarium, licet non possit esse volitum actu, quod est ignoratum. q. 6. B 75
Voluntarium nihil causat simpliciter inuolūtarium, & præexigit scientiam. ibidem
Voluntarium dicitur aliquid dupliciter, & quomodo peccatum originale dicatur voluntarium respectu primi hominis, non autem respectu contrahentis, quæstione 81. A. facie 635
Voluntarium totaliter tollens excusat a peccato, quæstione 77. L 608
Voluntarium esse omne peccatum, exponitur; & quomodo aliquid potest esse voluntarium absque omni actu voluntatis elicito, vel imperato, q. 71. I 509
Voluntarium requiritur ad actum, vt sit culpabilis; & dat genus ipsi culpæ, q. 72. P 529
Volūtarium quandoque minuitur, sic & peccatum, q. 73. F. ad primum. 544
Voluntarium dicitur aliquid, vel secundùm se, vel secundùm suam causam, directè, vel indirectè, quæst. 77. per totum. 595
Voluntarium mixtum habent mali subdendo se legibus humanis. q. 96. K 769
Voluntarium & inuoluntarium habent medium, sicut velle & nolle; & non voluntarium, & inuoluntarium differunt. q. 6. B 75
Inuoluntarium procedens ex ignorantia, illa non fuit voluntaria. q. 6. B 75
Inuoluntarium causat non velle, exponitur q. 6. V 69
Inuoluntarium vnde contingat, & in quibus consistat; & quoddam est per violentiam, quoddam per ignorantiam, quæst. 6. X 70
Inuoluntarium quomodo ex violentia causatur; & quandoque ducitur inuoluntarium negatiuè, quandoque contrariè, quæst. 6. Y 71
Voluptatis nomine quid importetur, & est duplex, scilicet spiritualis, & corporalis, nec est beatitudo, nec per se accidens eius, quæst. 2. N 25
Votum continentię quomodo sit annexum susceptioni ordinum sacrorum. q. 73. K 554

Vsum

INDEX.

Vsum rationis manente, nullum apprehensum per sensum necessariò mouet voluntatem, quæst.33.P.260; & ad secundum. facie 261

Vsum rationis incipiens habere, & non ordinans se tunc in debitum finem, peccat mortaliter, quæst.33.P.260; & quæst.85.V 672

Vsum rationis impediunt delectationes corporales, non autem spirituales, q.33.P 260

Vsum quid propriè faciat, q.1.F 13

Vsus & vti differunt; & quomodo vti primò sit voluntatis tanquam mouentis rationis sicut dirigentis, aliarum potentiarum vt exequentium. q.16.E 124

Vti est applicare rem ad operationem; & est id, quod in vsum venerit ad aliud obtinendum referre, exponitur, ibidem.

Vtitur & consentit solùm animal rationale, nec vsus vniuocè conuenit Angelo & homini; & an vti, vel frui nobilius sit, q.16.F 125

Vti non est vltimi finis, sed eius quod est ad finem, quamuis largè possit quis vti vltimo fine, q.16.G 126

Vti est assumere aliquid in facultatem voluntatis, exponitur. ibid.

Vti accipitur actiuè, & passiuè, & sequitur electionem, quæstio.16.E.124; & H 127

Vsura etsi non prohibeatur præcepto decalogi, prohibetur tamen præcepto morali. q.100.R 814

Vulnera naturæ accipiuntur quandoque priuatiuè, quandoque positiuè, prout vel ad originale, vel ad personale peccatum comparantur, q.85.V 672

Vulnera quattuor ex peccato primi parentis toti naturæ humanæ sunt inflicta. s. Infirmitas, Ignorantia, Malitia, Concupiscentia, quę etiam causantur ex actualibus. ibid.

Vxores ducere poterant Iudæi mulieres captas, & alienigenas conuersas, q.105.S. ad sextum. 874

Vxorem fratris mortui accipiebat eius propinquus, si absq; liberis secesserat, ibidem; ad septimum.

Vxorem potuit quis dimittere propter maius periculum, ibidem, ad octauum. 874

X

XPus habuit beatitudinem creatam secundùm animam, non per aliquod opus præcedens, nec sub ratione præmij, sed sub ratione fœlicitatis, q.5.P 63

XPs non potuit intelligere sine conuersione ad fantasmata, sed miraculosè; sicut & beatitudinem & immortalitatem habuit miraculosè. Quæst.5. littera L facie 57

XPs an fuerit pro hoc statu sine omni passione, quæst.61.O. ad secundum. 423

XPs quomodo dicatur comprehensor secundùm animam, quæst.65.I. ad tertium. 450

XPi gratia & nostra, quomodo dicantur incomparabiles, q.67.X. ad tertium. 475

XPs redemptor vniuersalis est, q.81.C 641

XPs fuit in Adam secundùm corpulentam substantiam, non secundùm rationem seminalem, q.81.D 642

XPs non fuit in lumbis Adæ, nec decimatus in lumbis Abrahæ; & quid sit sic ibi fuisse, ibidem, ad primum. facie 643

XPs quamuis non peccauerit, pœnam tamen satisfactoriam pertulit pro alijs, quæstione 87. G. ad tertium. facie 695

XPs si etiam non fecisset visibilia miracula, nihilominus tenebantur ei homines acquiescere, q.98.R 779

XPo propinquiores plenius misteria fidei cognouerunt, & perfectius gratiam receperunt. q.106.Y 879

XPs qualiter legis veteris præcepta adimpleuerit opere, & doctrina. q.107.B 883

XPs tangendo leprosum, & sabbato aliqua faciendo, non fecit contra legem, ibidem, ad 3. 885

XPs quare per se sacramenta instituere voluerit, nec Apostolis commisit, quæst.108.F 890

Z

ZElus accipitur dupliciter, & quocunque modo sumatur ex intensione amoris prouenit, aliter tamen in amore amicitiæ, & aliter in amore concupiscentiæ, quæstione 28.F 225

Zelus est effectus amoris mediante odio, & qualem zelum habuerit Psalmista dicens: Neque zelaueris, &c. ibidem. 225

Zelus non dicit vnum actum tantùm, sed plures. ibid.

Zelus inuidiæ non habet locum in charitate Diuina, sed in amore temporalium, quæstione 28. F. ad secundum. facie 226

F I N I S.

DIVI THOMAE AQVINATIS
ORDINIS PRAEDICATORVM.

Prima Pars Secundæ Partis Summæ Theologiæ.

A *Damascenus lib. 2. Ortho. fidei. cap. 12.

QVIA sicut Damascenus dicit.* Homo factus ad imaginẽ Dei dicitur, secundùm quòd per imaginem significatur intellectuale, & arbitrio liberum, & per se potestatiuum. Postquã prædictum est de exemplari, scilicet de Deo, & de his, quæ processerunt ex Diuina potestate secundùm eius voluntatem, restat vt consideremus de eius imagine, ideſt de homine, secũdùm quòd & ipse est suorum operum principium, quasi liberum arbitriũ habens, & suorum operum potestatem.

REVERENDI PATRIS
SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORIS
Eximij Magistri CONRADI KOELLIN,
Ordinis Prædicatorum.

IN EANDEM PRIMAM SECVNDAE
expositio fœliciter incipit.

SCRIPTVRVS secundam partem totius Summæ suæ Angelicus Doctor S. Thomas de Aquino, præmittit primò procœmium, secundò prosequitur suum tractatum. ibi, Vbi primò considerandum, &c. In procœmio quidem succinctè tria facit: Continuat enim dicenda in hac secunda parte, dictis in prima parte Summæ suæ; rationem quoq; ordinis reddit, & sic materiam huius secundæ partis subnectit.

¶Pro quorum intellectu, atque explicatione aduertendum, primò ex Doctore sancto, secundo contra Gentiles. cap. 3. & 4. quòd Theologus, & alium ordinem, quàm Philosophus in tractando obseruat, & ea de quibus tractat, alia considerat ratione. Ordo enim philosophicus a creaturis incipit, & ex ipsis in Dei cognitionem perducit. Theologica autem doctrina, quia Dei cognitioni similior, primò considerat Deum, deinde ipsas creaturas; Philosophus quoq; creaturam secundùm se considerat, Theologus autem solùm in ordine ad Deum. Ex quo consequens est, quòd philosophia secundùm diuersa rerum genera in diuersas scindatur partes. Theologia verò, cum omnia vna ratione consideret, vna Theologia formaliter, & specificè existit, esto Deum, & quascunq; creaturas consideret. Ex his claret primò; quòd ordinem congruum S. D. obseruat cum hanc partem secundã, in qua de exemplato tractat, scilicet homine, qui creatura est; alteri parti summæ, in qua de Deo, & quo ad essentialia, & quo ad notionalia, ritè postponit, cum dicit: Postquam prædictum est de exemplari, & de his, quæ ex Diuina potestate processerunt. Sequitur secundò ex his, quòd cum Theologia sit Dei cognitionis, quæ & Dei, & creaturarum est, expressa participatio, ideo non tantùm in Deo stat, sed & creaturam, præsertim rationalem, & beatificabilem, finisq; vltimi capacem, considerat, vt in ipsum tamen Deum ordinatur: error enim circa creaturas in falsam circa Deum æstimationem redundat. Quare D. S. hunc librum ad primam partem suam congruè continuando, dicit. Restat, vt de eius imagine, scilicet homine consideremus. Et quia in homine consideratur imago Dei imperfecta, quam in sui creatione accepit: consideratur quoq; imago perfectior, atq; perfectissima, videlicet recreationis, & glorificationis; & de prima quidem imagine in prima parte satis tractatum est; ideo vt D. S. innueret, de qua imagine hominis consequenter tractaturus esset, subiunxit, Secundùm quòd & ipse suorum operum est principium; & quod sit illud, exprimit subdens; quasi liberum arbitrium habens, &c. Nec enim de quibuscunque operibus hic agitur, sed de operibus virtutum infusarum, quæ imaginem recreationis efficiunt, atque ad imaginem glorificationis perducunt: Esto enim in hac parte Summæ de virtutibus acquisitis quãdoq; mentionem habeat, non tamen ibi sistit, sed in famulatum Diuinarum virtutum adducit. Quia autem consideratio imaginis in homine includat liberum arbitrium, secundùm q̃ homo habet suorum operum potestatem, & dominium, patet ex auctoritate Damasceni in huius libri capite inducta, dicentis. Homo factus est ad imaginem, &c.

Ordo tractandi philosophi alius, quàm theologi de Deo, & creaturis.

Ratio ordinis ad primam partẽ summæ.

¶Ex isto ergo procœmio sic exposito patet ratio ordinis, ac continuationis, materia quoque considerationis præsentis. Ex qua quidem explanatione sequitur primò, quòd scientia huius partis non est alia in genere, vel specie, quàm scientia primæ partis: cõstat enim quoniam scientiæ non secantur secundùm species rerũ, vt res sunt: sed secundùm species scibilium, quod quandoque circa primam partem huius summæ Deo duce prolixius explanabimus; quare cum actus humani, vel homo, vt operatiuus actionum ad Deum adducentium, vel retrahentium, esto plurimum in ratione entis differant, vel magis sint diuersa; tamen considerantur hic sub vna ratione considerandi formali, sicut in prima parte omnia tractata, & considerata sunt.

Scientia huius libri eadem est cũ scientia primæ partis.

¶Patet quoque ex isto, quòd Theologia non diuiditur in diuersas scientias speciales diuisas, cum tractat de Deo, & de moribus hominum, de Christo etiam secundùm quòd D. S. summam suam partiuit: Mathematica autem per Geometriam, & Arithmeticam specificè diuiditur propter diuersas rationes speciales considerandi: vnde cum Theologia totaliter non habeatur in prima parte summæ, iustè D. S. alias partes addidit, quæ tamen non diuersas, sed vnam continẽt Theologiam, &c. Secundò sequitur, quòd siue Theologia ratione generis, scilicet scientiæ, dicat qualitatem simplicem, siue species ordinatas, quod magis infra apparebit, cum tamen vna existens sit practica, & speculatiua, ipsa vt considerat hic tractanda, scilicet hominem, scilicet propter beatitudinem agentem, est practica ex parte materiæ consideratæ, licet modus considerandi, & practicus, & speculatiuus sit: definiuntur enim virtutes, docetur quoq; principaliter, vt homo bene agat, non enim minus morali philosophia intendit homines efficere bonos: Constat autem ex hoc, quòd non est dicendum, quòd scientia huius libri sit practica tantum, quia eadem est scientia huius libri, & omnium librorum Theologicalium, quam apud principia D. S. patet esse speculatiuam principaliter; sed dicendum erit, quòd hic liber continet materiam Theologiæ, vt est aliqualiter practica, siue, vt dictum est, Theologia sit vna vnitate simplicitatis, siue vnitate ordinis. Tertiò sequitur ex dictis omnibus, quòd hæc pars Theologiæ non habet aliud subiectum attributionis, quàm quod assignatum est in prima parte D. S. scilicet Deum ipsum, cum sit eadem scientia cum ea, quæ in prima parte. Subiectum. n. eius attributionis, & formale est Deus, qui & hic est ratio considerandi: omnia enim hic considerantur propter Deum, vt finem omnium virtutum, & operum. Cum qua tamen potest dici, vt videtur, quòd materia huius partis, immo Theologiæ, vt practica est, sint actus humani, vel homo, vt agit propter beatitudinem, quæ Deus est; & hoc videtur D. S. innuisse, cum dicit. Restat, vt consideremus de eius imagine, non videlicet, sicut de subiecto formali huius scientiæ, sed sicut de materia partiali Theologię, vt practica est: sicut. n. charitas Theologica virtus vna existẽs rõne obiecti formalis, multa tñ diligit pp eandẽ causam formalẽ, vt pulchrè D. S. declarat in de Virtutibus de Charitate Materia 2ª. artic. 4. sic theologia vna existens, ratione obiecti formalis plura considerat materialiter. Et quia ob sui fœcunditatem, tanquam participatio Diuinæ scientiæ, speculatiua est simul & practica, ideo & actus humanos, & hominem, vt operatur in ordine ad Deum, tanquam materiam partialem considerare potest: patet itaque ex istis, huius scientiæ vnitas, qualitas, & eius subiectum, atq; materia.

Theologia vt de materia huius libri, practica est aliqualiter.

Subiectum huius partis est Deꝰ, sed materia sunt actus, vel homo agens ꝓpter beatitudinem.

Quæstio Prima.
De vltimo fine in communi.

VBi primò considerandum occurrit de vltimo fine huius vitæ, & deinde de his per quæ homo ad hũc finem peruenire potest, vel ab eo deuiare; ex fine enim oportet accipere rationes eorum, quæ ordinantur in finem: & quia vltimus finis humanæ vitæ ponitur esse beatitudo, oportet primùm considerare de vltimo fine in communi, deinde de beatitudine. Circa primùm, quæruntur octo. Primò, vtrum hominis sit agere propter finem. Secundò, vtrum hoc sit proprium rationalis naturæ. Tertiò, vtrum actus hominis recipiant speciem à fine. Quartò, vtrum sit aliquis vltimus finis humanæ vitæ.

Quintò, vtrum vnius hominis possint esse plures vltimi fines. Sextò, vtrum homo ordinet omnia in vltimum finem. Septimò, vtrum idem sit vltimus finis omnium hominum. Octauò, vtrum in illo vltimo fine omnium, aliæ creaturæ conueniant.

¶ Hic D.S. incipit suum tractatum Theologicum partialem: in quo, vt pręmissum est, tractat de actibus humanis, siue de homine, vt operatur in ordine ad Deum: quem tractatum in duobus libris specialibus perficit. In primo autem, quem.s. præmanibus habemus, agit de his quæ respiciunt motum hominis ad finem in generali, tàm secundum considerationem huiusmodi motuum in se, quàm secundum comparationem eorum ad sua principia, tàm intrinseca, quàm extrinseca, vt patebit magis in principio quæstio. 6. Et vocatur ille liber communiter, Prima secundæ. Prima.s. pars secundæ partis. In secundo autem libro, agit de huiusmodi in speciali secundùm speciales proprietates, & conditiones, & differentias singulorum, & vocatur trito vocabulo, Secunda secundæ. Secunda. s. pars secundæ partis principalis huius summæ.

¶ Tractaturus ergo de actibus humanis, D.S. præmittit intentionis suæ, & materiæ tractandæ ordinem, & limitationem per quæstiones & articulos, vt facit per totam summam suam. Diuidit ergo suam considerationem in duo. Primò dicit agendum esse de vltimo fine humanæ vitæ, tanquam de quodam præuio in hac materia humanorum actuum: secundò de his per quæ ad hunc finem peruenire potest homo, vel ab eo deuiare. Secũda pars incipit q. 6. Rationem autem ordinis subiungit, quia ex fine sumuntur rationes eorum, quæ sunt ad finem in moralibus; itaque consideratio a fine incipit, eo ꝙ finis in agibilibus se habet, vt principiũ in speculabilibus. Circa primum autem duo sunt agenda. Primò agendum est de fine vltimo in communi. Secundò de beatitudine. q. 2. Patet autem ordo, eo ꝙ vltimus finis secundùm communem rationem, communior est, quàm secundùm specialem rationem beatitudinis: Deus enim omnium est vltimus finis, sed non omniũ beatitudo, vt patebit. In hac autem quæstione prima tria facit. Primò ostendit, ꝙ homo agendo quamcunq; actionem humanam, agit propter aliquem finem. Secundò ostendit esse aliquem vltimum finem, artic. 4. Tertiò esse vnum finem, artic. 5. Quo ad primum, Primò facit quod dictum est, Secundò incidentaliter introducit quoddam dubium in artic. 3. Circa primum. Primò ostendit, quòd hominis est agere propter finem. Secundò quomodo hoc sibi differenter conueniat ab alijs. ar. 2. Quo ad primum quæritur.

Diuisio.

Vtrum hominis sit agere propter finem.

B Infra ar. 2. cor. & q. 6. art. 1. cor. & q. 28. arti 6. cor. & q. 94. art. 2. cor. & q. 109. ar. 6. cor. & 3. cont. c. 2. & Opuscu. 3. c. 100.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ homini non conueniat agere propter finem. Causa enim naturaliter prior est; sed finis habet rationem vltimi, vt ipsum nomen sonat, ergo finis non habet rationem causæ; sed propter illud agit homo, quod est causa actionis, cũ hæc prępositio, propter, designat habitudinẽ causæ, ergo homini non conuenit agere propter finem.

¶ 2 Præt. Illud quod est vltimus finis non est propter finẽ; sed in quibusdam actiones sunt vltimus finis, vt patet per philosophum, in 1. Ethic. *ergo non omnia homo agit propter finem.

*Arist. ca. i.

¶ 3 Præt. Tunc videtur homo agere propter finem, quando deliberat; sed multa homo agit absque deliberatione, de quibus etiam quandoq; nihil cogitat, sicut cum aliquis mouet pedem, vel manum alijs intentus, vel fricat barbã, nõ ergo homo omnia agit propter finem.

¶ Sed cõtra, omnia quę sunt in aliquo genere deriuantur a principio illius generis; sed finis est principium in operabilibus ab homine, vt patet per philosophum, in 2. Phys. * ergo homini cõuenit omnia agere ꝓpter finem.

*Tex. 85.

¶ Hic D.S. inquirit primò, an homini conueniat agere propter finem, sic ꝙ non agat, nisi prius motus a fine. Circa hoc quæsitum, secundùm ordinem & modum procedendi scolasticum. D.S. Tria sunt peragenda. Primò titulus quæsiti per argumenta pro & contra factus ambiguus exponetur. Secundò responsio D.S. in corpore quæstionis ad aliqua certa puncta redigetur, & declarabitur. Tertiò propositiones argumentorum circa titulum quæsiti præmissorum, si quæ militent aduersus corporis responsionem, examinabũtur, & exponentur. Et hunc ordinem cum D.S. seruabimus ferè per totam hanc lecturam, nisi propter tituli claritatem, vel cum eius expositio in corpore habetur, primum quandoque omittamus.

Ordo quẽ seruare intendit expositor.

¶ Pro explanatione igitur terminorum quæsiti præsentis, & ꝓ fundamento dicendorum, oportet aliqua prænotare, voti namque mei est rem quo ad possum clarius aperire, meq; adaptare auditorum capacitati. Primò ergo notandum, ꝙ causalitas finalis, atq; effectiua, sicut ratio efficiendi effectiua causa dicitur, semper se concomitantur, nunquam enim finis habet causalitatem suam, nisi sit apprehensus; vt autem apprehensus est, sic est ratio efficiendi actum voluntatis: suppono enim nunc esse de mente D. S. sicut & clarè est de mente Scoti, in 2. dist. 3. q. penul. ꝙ ratio agendi effectiuè ipsi appetitui, non est inhærens appetitui, sed apprehensiuæ coniunctæ ipsi appetitui in eodem suppposito, causalitas tamen finalis secundùm ordinem naturæ prior est, & radix causalitati, quæ est rationis efficiendi, & reducitur ad genus causæ efficientis: nunquam enim apprehensum obiectum esset ratio efficiendi actus voluntatis, nisi quia finalizat, quia enim finis est & bonum, & vt sic apprehensum, ideo est ratio efficiendi & causandi actum appetitus; ita ꝙ finis habet duplicem causalitatem distinctam super actu appetitus, vnam finalem, aliam suo modo effectiuam respectu appetitus, & tamen vt patebit, arti. 3. secundùm vtramque causalitatẽ specificat actum appetitus, esto in alio genere. In proposito igitur quæsito, non quæritur de causalitate quam finis habet, vt ratio efficiendi appetitus, secundùm ꝙ dicit Commentator. 12. Metaph. commento. 36. & 76. ꝙ forma balnei, vt est in intellectu est agens desiderium, sed quæritur de causalitate finis formaliter, vt est finis: est autem ratio finis, iuxta philosophum. 2. Physi. esse gratia cuius sit aliquid, aut est, esse rationem qua appetatur res. Quærere ergo an homini conueniat agere propter finem, est quærere an homo agendo, semper tendat in aliquod bonum, qđ sit ratio quare agat, & an agendo semper tendat in aliquod bonum, siue sit actio ipsa, quam vult agere, siue aliquod per actionem factum. Et ad hunc sensum prosequitur D.S. hoc quæsitum 3. contra Gentiles. cap. 2. & 3. An autem causalitas finalis conueniat ipsi, prout est in executione, vel prout est in intentione, videbitur in solutione ad primum argumentum ante oppositum.

Scotus.

Auerroes. Finis habet duplicẽ causalitatem super actu voluntatis.

Arist. Exponitur titulus.

Finis operantis.

¶ Nota secundò post D.S. in 2. dist. 1. q. 2. arti. 1. & dist. 28. in expositione litteræ, ꝙ finis capitur dupliciter, vnus enim est finis operis alicuius, alius finis operantis. Finis operis est, ad quod opus ordinatur, & infra q. 18. & alibi, dicitur finis actus: Finis autem operantis, est quem principaliter operans intendit, in quẽ & finis operis ordinatur. Primo modo finis potest dici finis voluntatis, & sic omne bonum volitum, quod est obiectum voluntatis dicitur finis. Sed secundo modo, dicitur finis magis propriè: quia est illud in qđ voluntas, tanquam in vltimum tendit, & est primò volitum; & potest contingere, ꝙ alius sit finis voluntatis & operis ex vna parte, & alius intentionis volentis. In proposito igitur quæsito, intelligitur quæstio indistinctè, & responsio erit, ꝙ oportet semper agere agendo actionem humanam propter finem agentis, siue sit alius a fine actionis siue non, vnde agendo actionem, quæ est vltimus finis, idem est finis voluntatis, & volentis.

Liberum quo ad specificationẽ, & quo ad exercitium.

¶ Nota tertiò, ꝙ homo respectu actionis suæ potest esse liber dupliciter: vno modo quo ad specificationẽ actus, alio modo quo ad exercitium actus, quo ad specificationem quidem, vel quo ad obiectum, quod idem est, quando potest ipsum velle vel nolle, ita quòd potest eam velle, & oppositum eius: sed quo ad exercitium est libertas, quia potest eam exercere, vel dimittere: Et possunt hę libertates separari, potest namq; esse libertas, quandoq; quo ad exercitium, & tamen non est libertas quo ad obiectum, põt enim voluntas esse determinata ad obiectum, ita quòd non potest oppositum velle, & tamen est indeterminata absolutè quo ad exercitium. Tunc ergo homo agit actionem humanam liberam, quãdo ad eam habet absolutè indifferentiam, sic quòd potest eam agere, & non agere, & potest velle & agere hoc vel aliud. Liberum ergo arbitrium dicitur respectu vtriusque libertatis, quamuis quantum ad originem nominis, videatur magis pertinere ad libertatẽ obiectiuam; haber si quidem D.S. prima parte, q. 83. art. 3. ad 2m. quòd liberum arbitrium dicitur quasi liberum iudiciũ, quod est electio, ipsa autem electio est respectu eius, quod est ad finem, vnde & si liberum arbitrium dicatur liberum respectu exercitij actus, hoc erit inquantum illud exercitium apprehenditur, vt medium ad finem liberè eligibile.

Voluntas deliberata.

¶ Ex his patet, quæ sit voluntas deliberata, quia non dicitur deliberata quasi ipsa deliberet, sed quia sequitur, non quidem formaliter libertatem rationis, sed indifferentiam rationis, quæ nata est se habere ad iudicandum illud, vel oppositum eius, ita quòd idem sit voluntas deliberata, quod liberum arbitrium, quod est voluntas, vt sequitur deliberationem, & indifferentiam rationis: supponimus enim nunc, quia libertas formalis in voluntate est, ex indifferentia rationis, quare & dicitur facultas voluntatis, & rationis, non quòd sit voluntas, & ratio, sed quia est voluntas in habitudine ad rationem. vt videri potest in prima parte. vbi statim, & in de Veritate, Materia 24. Attende tamen, quòd voluntas dicitur deliberata dupliciter, vno modo expresè, alio modo interpretatiuè; expresè quidem, quando positiuè inquisitio præcedit de aliquo, quando videlicet attenditur, quia est conforme, vel difforme regulæ suæ, & tunc approbatur, vel respuitur: interpretatiuè autem dicitur voluntas deliberata, quæ in aliquod consentit, non præcedente deliberatione, & inquisitione exercita, quæ tamen potuit exerceri, & vtroque modo actus procedens a voluntate habetur

tur tanquam perfectè voluntarius, & humanus, nec tamen arbitrandum est omnem motum, qui est cum apprehensione esse deliberatum: oportet enim primò, quòd præcesserit apprehensio, non quæcunq;, sed intellectus; nec sufficit quælibet apprehensio intellectus, sed deliberatiua, qua potuerit aduerti, an talis actus esset conformis regulæ suæ, vel non; & potuerit regula ad opus applicari. Ex his sequitur, quòd motus sensualitatis sequentes solam imaginationem, non sunt humani; secundò sequitur, ꝙ motus subitus rationis, & complacentia voluntatis ipsam sequens, nõ est actus humanus; & inde est, ꝙ huiusmodi motus, pfecti peccati rationem non habent, vt infra patebit. Actus igitur humanus est, qui procedit a voluntate deliberata directè, vel interpretatiuè. His præmissis, procedamus facilius ad secundum principale, videlicet corporis articuli responsionem, circa quam dicit D.S.

¶ Respondeo dicendum, quòd actionum, quæ ab homine aguntur, illæ solæ propriè dicuntur humanæ, quæ sunt propriè hominis inquantum est homo; differt autem homo ab aliis irrationabilibus creaturis in hoc, ꝙ est suorum actuum dominus; vnde illæ solæ actiones vocantur propriè humanæ, quarum homo est dominus: Est autem homo dominus suorum actuum per rationem & voluntatem, vnde & liberũ arbitrium esse dicitur facultas volũtatis & rationis; ille ergo actiones propriè humanæ dicuntur, quę ex voluntate deliberata procedunt.

Propositũ authoris.

¶ D.S. respõdendo ad quæsitum duo facit. Primò deducit quandam cõclusionem prąambularem necessariò præmittendã pro intellectu cuiusdam termini conclusionis responsiuæ subinferendæ. Secundò subiungit ipsam responsiuam conclusionem cum eius probatione. ibi, Manifestum est, &c. Statuimus autem litteram. D. S. tam in corpore articuli, quàm in quibusdam solutionibus prolixioribus sic partire, atq; interponere expositionem, quam dominus ex alto dederit, quantum possibile erit, claram, vt cuidentius appareat, quorsum intentio D. S. pergat, particularizata enim ab ingenijs paruis facilius capiuntur. Nec est propositi mei aliquid alienum D. S. tribuere, sed quæ ipse posuit pro posse fideliter exponere, & maximè ex ipsius D. S. alibi dictis, atq; sui fidelissimi defensoris Ioannis Capreoli; ex his quoq;, quæ ex D.S. ipse didici. Si autem quandoq; dicta aliorum præsertim Scoti induxero; ideo factum nemo dubitet, vt vel D.S. defendatur, vel exponatur, non autem pro cuiuscunq; contẽptu, aut vilipensione.

Conclusio prąambularis.

¶ Quo igitur ad primum huius corporis D. S. præmittit hanc conclusionem præambularem. Illæ actiones dicuntur propriè humanæ, quæ ex voluntate deliberata procedunt; aliæ autem actiones homini conuenientes possunt dici hominis actiones, sed non propriè humanæ. Quia autem hæc conclusio est bimembris. D. S. probat, & infert: primò primam eius partem; secundò secundam ibi, Si qua autem, &c. probatur prima pars sic. Illæ solæ actiones vocantur propriè humanæ, quarum homo est dominus; sed homo est dominus suorum actuum per rationem, & voluntatem: ergo illæ actiones, quæ ex voluntate deliberata procedunt, intellige directè deliberata, vel interpretatiuè, dicuntur solum humanæ propriè: maior huius rationis probatur a principio litteræ sic; illæ solæ actiones dicuntur propriè humanæ, quæ sunt hominis, inquantum homo, idest secundum id, quod est sibi proprium, & secundùm vltimam eius differentiam; sed homo differt ab aliis irrationalibus creaturis in hoc, quod est suorum actuum dominus: ergo maior vera; ista maior iam assumpta pro principali maiore relinquitur nota, quia humanæ actiones dicuntur denominatiuè ab humanitate: ergo illæ sunt humanæ, quæ sunt hominis, inquantum homo ab humanitate, quæ constituitur per rationalem, minor proxima relinquitur nota, & patebit articulo sequenti.

¶ Nota hic, quòd homo est dominus suorum actuum, nõ quod possideat eos sicut dominus, sed quia domini est imperare liberè seruo, qui eius potestati subditur; sic homo est dns actuũ suorum, quia liberè potest agere, & non agere, & agere hoc, vel illud. Et hoc est, quia potest iudicare de iudicio suo, vt patebit: Minor autem principalis probatur, quia homo est dominus per liberum arbitrium; igitur per voluntatem, & rationem: antecedens notum, tenet consequentia: quia liberum arbitrium est facultas voluntatis, & rationis, ad sensum dictum in tertio notabili supra. Dixi autem circa istam primam partem conclusionis (intellige directè, &c.) propter infra dicenda, quæst. 74. arti. 5. ad secundum. & alibi; nam & actus, qui procedit a voluntate cum absentia deliberationis exercitæ, possibilis tamen, & debitæ, habetur tanquam deliberatus. Consequenter cum dicit D.S.

¶ Si quę autem alię actiones homini conueniant, possunt dici quidem hominis actiones; sed non propriè humanæ, cum non sint hominis, inquantum est homo. —

¶ Subiungit secundam partem conclusionis præambularis præmissæ, quam probat sic; Humana actio dicitur, quia ab homine inquantum homo, idest a voluntate deliberata: igitur quæ est ab homine non vt homo, non est humana: Antecedens patuit, & tenet consequentia, ex illa maxima posterioristica: Sicut affirmatio est causa affirmationis, &c. Vnde humana actio requirit, vt sit ab homine, sed agente modo humano, idest deliberatè, idest propter aliquod bonum a ratione deliberata præstitutum; sed ad actionem hominis sufficit, quòd sit ab homine quocũnq; modo etiam secundùm naturam, vel imaginationem tantum; quare esto non deliberatæ actiones non dicantur humanę propter defectum modi agendi, & quia non a principio rationali vt sic; tamen possunt dici hominis.

¶ Manifestum est autem, quòd omnes actiones, quæ procedunt ab aliqua potentia, causantur ab ea secundùm rationem sui obiecti: obiectum autem voluntatis est finis, & bonum. Vnde oportet, quòd omnes actiones humanæ propter finem sint.

¶ Hic consequenter D. S. deducit conclusionem responsiuam ad quæsitum istam. Omnes actiones humanæ propter finem sunt, hæc conclusio quo ad suum subiectum patet ex præambulari, scilicet quæ actiones dicantur humanæ. Et intelligitur sic conclusio ista, quòd dum homo agit vt homo, ac per hoc actionem humanam, semper agit propter finem, scilicet deliberatũ, & a ratione præstitutum; & non intelligitur, quòd omnis actio humana sit propter finem, vt patebit ad secundum; vnde conclusio accipienda est vniuersaliter loquendo in sensu pro quo fit, & non quem verba faciunt, quia vult D. S. respõdendo ad quęsitum, quòd homo semper agit propter finem. Probatur autem conclusio, supponendo ex conclusione præambulari, quòd actio humana dicitur, quia est a voluntate deliberata, sic arguendo. Obiectum voluntatis est finis, & bonum, sed omnes actiones humanæ, quia procedunt a voluntate, causantur ab ea secundùm rationem sui obiecti: ergo omnes actiones humanæ causantur ex ratione finis, vel sunt propter finem. Maior patet de se, quia quilibet appetitus est boni: ergo & voluntas. Minor patet per illam propositionem litteræ, quia omnes actiones, quæ procedunt ex aliqua potentia, causantur ab ea secundùm rationem sui obiecti, scilicet formalis; ergo & actiones voluntatis: consequentia clara: antecedens patet exemplariter extra litteram de visione, quæ procedit a potentia visiua secundùm rationem colorati, vel lucidi; non enim procedit visio a visu, nisi respectu lucidi, vel colorati; & si aliquid per se est color, uel lumen, per se uidetur; si autem participat colorem, uel luciditatem, uidetur per accidens; & sic de omnibus potentiis, & causantur actiones secundùm rationes obiecti præsertim formalis terminatiuè, quod est adæquatum potentiæ, non autem obiectum motiuum est adęquatum, nec omnia feruntur ad potentiam sub ratione motiui, sed terminatiui. vide D.S. in de Virtutibus. Materia 2. q. 4. in corp.

Declaratur probatio.

¶ Nota autem circa cõclusionem responsiuam, & probationem eius, ꝙ hic capitur finis extensè pro omni bono terminatiuo voluntatis, siue secundùm actum, qui dicitur uoluntas, siue secundùm actum, qui dicitur intẽtio, & est bonum, & finis isto modo obiectũ formale, tam motiuum, quàm terminatiuum per se; ut enim infra patebit, nec malum est nolitum, nisi ratione boni; patet ergo conclusio, & maior eius; ꝙ homo agendo actionem ex deliberatione semper agit ꝓp finem, quia ad minus uult ipsam actionẽ ut est bona, & sicvt finalizat, quia bonũ habet rationem finis in actu exercito, ideſt exercet causalitatem finis, vt bonum est; quia sic est ratio appetendi, uel operandi, quod est habere causalitatem finis; quia homo ut sic nihil agit nisi uelit ex deliberatione, sed omne uolitũ est uolitum ut bonum, sed bonũ vt uolitum est gratia cuius uult ergo est finis; & uult ista conclusio, & eius probatio, ꝙ homo ut sic semper agit propter finem præstitutum per rationem: an autem agendo actionem, quę est hominis tantum, agat ꝓp finem, uidebitur ad secundum; Et tantùm de secundo principali huius articuli.

¶ Restat nunc tertium principale, ut examinemus argumenta circa quæsitum præmissa; & primò argumentum in contrarium, eo quòd concordet cum determinatione habita in corpore, & eam confirmet, quemadmodum in hoc libro ferè semper solet; & deinde dicemus ad alia secundùm ordinem ante oppositum præmissa, interserendo solutiones D.S.

ARGVMENTVM igitur in contrarium conceditur, quia cõfirmat directè cõclusionem responsiuam corporis: nam operabilia humana sunt actiones morales humanæ, & ergo si tales agendo homo agit ꝓp finem. s. a ratione præstitutum: igitur cõclusio uera.

Quę sit causalitas primi alicuius generis.

¶ Nota tamen circa maiorẽ huius rationis, quòd solet esse quæstio, & difficultas, quę sit causalitas, & deriuatio eorum, quę sunt in aliquo genere a primo ipsius generis; non enim uidetur, quòd sit realis effectiua: nam albedo est primum in genere coloris, & tamen non causat realiter effectiuè alios colores. Similiter primum æuiternum est primum in genere æuiternorum, nec tamen alia realiter causat.

¶ Ex oppositio autem uidetur, quia Deus est primum in genere entium, & est prima uita, & causa omnium uiuentium etiam realiter effectiuè, &c.

¶Ad hoc dicitur, quòd aliud est dicere tale per essentiam; & primum in aliquo genere; Et secundò aliquid esse primum in aliquo genere, est etiam vario modo; per essentiam enim tale est, quod est ipsa natura non contracta per se naturaliter subsistens; Arist: & tale per essentiam ex secũdo metaphysicæ.tex.commen.secundi, est causa omnium, quæ sunt per participationem in genere causæ efficientis. Sed primum in aliquo genere distinguitur; aut enim est primum in ratione mensuræ, & sic non requiritur causalitas effectiua eius super alia, nec per consequens deriuatio aliorum in genere causæ efficientis, sed sufficit dependere in genere causæ formalis, eo modo quo exemplar vt sic, est causa exemplati, & quo formalius, & simplicius ex natura, est mensura, & ratio cognoscendi minus simplex. Et hoc habetur ex Doctore sancto, Primum in aliquo genere. prima parte, quæstio. 10. artic. 6. ad quartum. Aut est principium per se primum in aliquo genere causæ, puta finalis, vel efficientis, &c. Tunc omnia, quæ sunt post, dependent a primo in tali genere causæ. Sicut a primo efficiente omne efficiens effectiuè, & a primo fine omnis finis finaliter, vt statim patebit. Sic ergo patet, quòd a primo alicuius ordinis dependẽt omnia, quæ sunt post ea dependentia, quæ correspondent tali ordini: Vnde albedo est primum in ratione mensuræ respectu aliorum colorum, & ergo alij dependent ab ea formaliter, tanquam a perfectiori, & actualiori in genere coloris. Deus autem est primum in genere entium tanquam ens per essentiam, & vita per essentiam, & ideo ab ipso omne ens, & omnis vita dependet in genere causæ efficientis, vt autem est primus finis secundùm rem, & secundùm se, sic omnis finis ab ipso dependet, & nihil est bonum, vel finis sine dependentia ab ipso. Quia autem quo ad nos beatitudo, & vltimus finis in communi habet euidentem rationem summi boni; ideo quo ad nos nihil appetitur, nisi in ordine ad vltimum finem, vel beatitudinem in communi, vt patebit postea. Sic omnis causalitas materialis reducitur ad primam materiam. Sequitur solutio ad primum ante contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd finis, & si sit postremus in executione, est tamen primus in intentione agentis, & hoc modo habet rationem causæ.

¶Secundum ergo hanc solutionem D. S. dico ad maiorem illius primi argumenti, quòd in sensu diuiso, vel naturaliter loquendo de causa, ipsa est vera. Et notanter naturaliter, quia non semper causa est prior tempore, sed semper prior est natura, &c. Ad minorem dico, quòd vera est, finis habet rationem vltimi in executione, est tamen primum in intentione agentis, & sic præuenit omnem aliam causalitatem, & est ratio, propter quam agens agit.

¶Nota circa hanc solutionem primò, quòd est duplex finis; vnus, qui præest actioni agentis; alius autem, qui per actionem agentis in esse producitur; de secundo non est quæstio, quin sit posterior in executione; sed primus, licet in se sit ante actionem agentis, non tamen vt est finis agentis; nam est finis eius, vt possideatur, vel habeatur, & sic est posterior in executione. Sic Deus ipse, qui est finis supernaturalis beatitudinis, in se quidem est ante operationes, quæ propter ipsum fiunt, sed tamen per operationes illas fit, vt hoc bonum homo consequatur, & Deus fiat finis huius hominis, vt patebit infra.

Nota dubium. ¶Nota secundò circa eandem solutionem, & responsionem ad minorem, quia est dubium; Nam cum causalitas finis sit realis, oportet finem dum causat, realiter esse; ergo finis causat, secundùm quòd est extra, & non secundùm quòd habet esse in apprehensione agentis. Ad hoc est duplex modus dicẽdi in schola D.S. primus est, quòd finis causat realiter in suo genere, secundùm ꝙ habet esse reale, non quidem in se, sed per suam speciẽ in anima, secundùm quod esse causat finaliter: ita quòd illud esse in anima per speciem, fundet relationem realem causalitatis, non pro se, sed pro fine, qui producitur; secundus modus est, qui habetur ex D.S. prima par. quæst. 4. vbi habetur, quòd bonum habet rationem causæ finalis, idest bonum, vt sic, trahit appetitum, quod est finalizare, quare sequitur, quòd secundùm illud conuenit fini causalitas finalis, secundùm quod habet rationem boni; sed vnumquodq; est bonum, inquantum habet esse, quare secundùm esse conuenit Nota bene. fini sua causalitas; appetitur enim scientia vt insit, & pecunia vt habeatur; esse ergo rei absolutè est id, quod causat finaliter inquantum abstrahitur ab executione, & ab intentione, sic quòd esse intentum, vel apprehensum, non est ratio appetendi rem, sed esse absolutè secundùm se; sed tamen esse in intentione est conditio esse causantis finaliter, quia nunquam esse rei traheret ad se appetitum, nisi esset apprehensa; vnde causalitas conuenit rei reali ratione esse sui, vt est extra; nec tamen vt in executione, nec secundùm esse in intentione, sed vt abstrahitur ab omnibus istis modis essendi. Esse tamen in intentione est conditio, & ratio fundandi relationem causalitatis, non quòd esse intentum fundet, sed est id, sine quo res non fundaret relationem. Et quia res habens esse reale est realis, vt sic habet etiam esse realiter apprehensum in appetente; Et ergo ipsa res fundat istam relationem causalitatis finis pro se.

¶Ex his patet, quòd iuxta primum modum dicendi D.S. in hac solutione, intelligendus esset, quòd finis est primum in intentione agentis, & illud esse, quod habet in intentione, fundat causalitatem non pro se, sed pro re, quandoq; extra existente. Iuxta autem secundum modum est intelligẽdus, quòd finis est primum in intentione, & hoc modo habet rationem causæ, non quòd esse intentum sit ratio causandi finaliter, sed est conditio rationis causandi finaliter, scilicet ipsius esse rei naturalis in se, inquantum accipitur abstractè a modo essendi in intentione, & executione; Esse enim in executione est effectus, & agentis, & finis. Et iste modus satis apparet attendenti, quòd cum quis cupit rem tanquam bonam, & finem, non cupit eam vt habet esse in intentione, vel executione, sed cupit rem secundùm esse reale suum absolutè; & postea cogitat, quomodo velit consequi per executionem mediorum in ipsam ordinatorum, &c. semper attento, quòd causare finaliter, est solum mouere appetitum ad specificationem actus, quod conuenit rei gratia sui, vt ei quod est, apprehensioni, sicut rationi, sine qua non.

¶Ad secundum dicendum, quòd si qua actio humana sit vltimus finis, oportet eam esse voluntariam, alias non esset humana, vt dictum est. * Actio autem aliqua * In corp. artic. dupliciter dicitur voluntaria; vno modo, quia imperatur a voluntate, sicut ambulare, vel loqui: alio modo, quia elicitur a voluntate, sicut ipsum velle. Impossibile autem est, quòd ipse actus a voluntate elicitus sit vltimus finis: nam obiectum voluntatis est finis, sicut D.319. obiectum visus est color. Vnde sicut impossibile est, quòd primum visibile sit ipsum videre, quia omne videre est alicuius obiecti visibilis; ita est impossibile, quòd primum appetibile, quod est finis, sit ipsum velle. Vnde relinquitur, quòd si qua actio humana sit vltimus finis, quòd ipsa sit imperata a voluntate, & ita ibi aliqua actio hominis, ad minus ipsum velle, est propter finem: Quicquid ergo homo faciat, verum est dicere, quòd homo agat propter finem, etiam agendo actionem, quæ est vltimus finis.

¶Ad bene examinandum propositiones, & consequentiam huius argumenti secundi: suppono nunc, quòd vltimus finis accipitur dupliciter: vno modo pro vltimo fine obiectali, qui est summum bonum quietans appetitum: alio modo pro vltimo fine formali, qui est consecutio vltimi finis primo modo; quæ quidem consecutio est actio melior inter omnia creata formaliter inhærentia beato. Et tamen ista duo, scilicet bonum vltimum obiectale, & formale, non sunt propriè duo fines, sed vnus, vt patebit infra quæst. 11. & quodlibet illorum bonorum est primò volitum, vnum simpliciter, aliud inter bona creata. Et quia voluntas non potest primò velle suum actum, igitur actus voluntatis elicitus non est beatitudo formalis; sed homo volendo beatitudinem formalem, habet ipsam pro ratione appetendi; & sic actus voluntatis habet actum, qui est beatitudo pro fine immediato, quia omne bonum volitum habet se vt finis.

¶His notatis, dico primò ad consequentiam argumenti: dato, quòd præmissæ essent veræ, non sequitur conclusio, sed deberet inferri, ergo aliqua actio non est propter finem. sinhærentem, qui sit etiam actio; sed non debet inferri, ergo homo etiam agendo actionem, quæ est vltimus finis, non agit propter finem, scilicet etiam qui est actio, & obiectum voluntatis. Et hoc D.S. ostendit in solutione, quia actio, quæ est vltimus finis, oportet ꝙ sit voluntaria: sed non est elicita a voluntate, quia actio, quæ est vltimus finis, est primò volita: actus autem voluntatis non est primò volitus: ergo vltimus finis formalis est actio imperata: ipsum ergo agẽdo vult eum agere: sed bonum volitum est obiectum voluntatis, & finis. Quare sequitur, quòd etiam agendo potissimam actionem, agat propter finem sic, ꝙ actus voluntatis est actus tantum; actus autem imperatus, quæ est beatitudo formalis, est obiectum, & actus: beatitudo autem obiectalis est obiectum tantum.

¶Potest secundò dici ad maiorem. Id quod est vltimus finis simpliciter obiectalis, non est aliquo modo propter finem intus, nec extra: sed vltimus finis formalis non est propter finem eiusdẽ ordinis, scilicet creatum inhærentem, potest tamen esse propter finem extra. Vnde D.S. in quarto, dist. 49. quæst. 1. art. 1. quæstiun. secunda. dicit, quando res habet extra se finẽ, tunc oportet, quòd finis interior ad exteriorem ordinetur, vt sic exterior sit quasi finis vltimus: & finis interior, quæ est operatio, sit ad illum ordinatus. Hæc ille. Quare concessa minore, quæ est vera permissiuè, quia aliqua operatio est vltimus finis formalis, igitur talis non est propter finem interiorem, sed tamen potest esse propter exteriorem. Visio enim beatifica ordinatur ad Deum, &c. Vide Capreolum in primo, dist. 1. q. 1. ad argumenta contra quintam conclusionem, vbi habet, quomodo actus voluntatis, etiam qui est fruitio, ordinatur in visionem, sicut in finem intra. Capreol.

¶Tertiò

Vltimus finis est duplex.

¶Tertiò dico ad minorem, quòd est falsa: nec habetur in primo Ethic. quòd actiones aliquæ sunt vltimus finis simpliciter; sed habetur, quòd in quibusdam actiones sunt fines, in quibusdam operata. Sed tamen, & operationes, quæ dicuntur fines, scilicet propinqui, quia non constituunt aliquod operatum permanens, ordinantur in finem vlteriorem, scilicet bonum operantis, vel aliorũ sicut patet in citharizatione, & alijs ludicris, & iocosis actionibus. D.S. prima par. q. 103. artic. 2. ad secundum dicit, quòd philosophus loquitur de finibus artium, quarum quidam habent pro finibus operationes ipsas; sicut citharistæ, finis est citharizare: quædam verò habent pro fine operatum; sicut & ædificatoris finis, non est domificare, sed domus. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd posset dici, quòd quædam actiones sunt fines vltimi, quia non habent alium finem in tali arte, & tamen homo agendo istas actiones, operatur propter finem; tum quia vult illas actiones agere, ergo velle suum habet causam finalem; tum quia illæ actiones ordinantur in bonum hominis, &c. Arist.

¶Circa primam solutionem, nota intellectum terminorum: (nam valde frequenter occurrunt in hoc opere) quid videlicet imporretur nomine elicitæ, & imperatæ actionis. Nam actio elicita voluntatis est, quæ immediatè ab ipsa voluntate producitur sic, quòd nulla potentia mediat inter voluntatem, & talem actionem; sed voluntas ipsa est & principium immediatum, & subiectum. Actio verò voluntaria imperata est, quam voluntas non immediatè producit, nec est eius subiectum, sed est alterius potentiæ, quæ mouetur a voluntate ad eliciendum istam operationem sic, quòd talis operatio est alterius potentiæ elicitiuè, & inhæsiuè; sed est voluntatis remotè (mediante videlicet potentia ab ea mota) quæ nata est sibi obedire & agere cum voluntas vult: Et sic actus intellectus, similiter appetitus concupiscibilis, & irascibilis, motus quoque membrorum possunt esse voluntariæ actiones imperatæ. Vide ad propositum loquentem Scotum in quolibet. quæst. 18. in secundo principali, vbi ponit duplex imputabile. Vnum quod est immediatè in potestate voluntatis; Aliud, quod non est immediatè in potestate voluntatis; & dicit, quòd ad imputabile primo modo, non requiritur nisi ipsa potentia voluntatis; ad actum autem imputabilem secundo modo, requiritur potentia alia a uoluntate, exequens illum actum; & per actum immediatè imputabilem, intelligit idem, quod D.S. hic per elicitum, & per imputabilem mediatè, intelligit actum voluntarium imperatum: & tamen in aliis locis vtitur eadem distinctione, sub eisdem terminis hic à D.S. positis. Quid actio elicita, & imperata. Scotus concordat.

¶Ad tertium dicendum, quòd huiusmodi actiones non sunt proprie humanæ, quia non procedunt ex deliberatione rationis, quæ est proprium principium humanorum actuum, & ideo habent quasi finem imaginatum, non autem per rationem præstitutum.

¶Circa hanc solutionem oportet præsupponere, quòd propriũ motiuum voluntatis est ratio practica, & nunquam cognitio sensitiua tantùm, quæ est proprium motiuum appetitus sensitiui. Vnde quando ratio aliquid non apprehendit, tunc non est actus voluntatis, licet posset esse actus appetitus sensitiui, vel naturalis, qui sequitur dispositionem qualitatum naturalium in homine.

¶Hoc supposito, dico ad maiorem; tunc videtur homo agere propter finem, &c. Verum præstitutum per rationem, & finem voluntatis, quando deliberat, & tunc actio procedens ad talem finem ex præconceptione, est actio humana. Dico secundò, quòd etiam quando non deliberat, agit propter finem, vel imaginatum, vel a natura intentum; sed tunc agit actionem hominis non humanam.

¶Ad minorem. Concedo eã, sed tamen tales actiones non sunt humanæ. Et dico ad probationem, ꝙ mouere pedem absq; deliberatione potest esse propter finem imaginatũ, & confricatio barbæ, est propter finem naturaliter desideratum, quia scilicet natura intendit se alleuiare a pruritu, & sic est finis naturalis, &c. ergo nõ omnia homo agit, &c. Verum non omnia agit propter finem voluntatis, qui est bonum apprehensum per rationem; cum hoc tamen stat, quòd agendo actiones humanas, semper agit propter finem deliberatum; & cum agit actiones hominis, agit propter finem imaginatum, vel naturaliter desideratum.

¶De hac solutione D.S. tertio contra Genti. c. 2. circa finẽ dicit. Actiones, quæ fiunt sine attentione, non sunt ab intellectu, sed ab aliqua subita imaginatione, vel naturali principio, sicut inordinatio humoris pruritũ excitãtis, est causa confricationis barbæ, q̃ fit sine attentione intellectus. Et tñ hæc ad aliquos fines tendũt, licet præter ordinem intellectus. Hæc ille. Ex quibus patent dicta.

Vtrum agere propter finem sit proprium rationalis naturæ.

C 22. q 50. artic. 2. cor. & 2. contra. c. 46. & lib. 3. c. 1. fin. 16.

AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ agere propter finem, sit proprium rationalis naturæ: Homo enim cuius est agere propter finem, nunquam agit propter finem ignotum, sed multa sunt, quæ non cognoscunt finem, vel quia omnino carent cognitione, sicut creaturæ insensibiles, vel non apprehendunt rationem finis, sicut bruta animalia: videtur ergo proprium esse rationalis creaturæ agere propter finem. 24. 109. 110. fin. & 3. & vni. artic. 5. corp. & 2. phys. lec. 4. cap 2. prin. & lec. 10. princ.

¶2 Præterea. Agere propter finem est ordinare suam actionem ad finem, sed hoc est rationis opus: ergo non conuenit his, quæ ratione carent.

¶3 Præterea. Bonum & finis est obiectum voluntatis; sed volũtas in ratione est, vt dicitur in tertio de anima: * ergo agere propter finem non est nisi rationalis naturæ. * Arist. tex. 42.

¶Sed contra est, quod philosophus probat in secundo physicorum, * quòd nõ solum intellectus, sed etiam natura agit propter finem. * Arist. tex. 49.

¶Hic D. S. ostendit, quomodo agere propter finem conueniat homini, an conueniat sibi adæquatè, & q̃ differẽter ab aliis rebus.

¶Pro intellectu argumentorum, & dicendorum in corpore, præmitto primò ex D.S. in de Veritate. Materia 24. artic. 2. quòd tota radix libertatis in appetitu, & operatione, dependet ex indifferentia iudicij. Nunquam enim appetitus, & operatio discordat a particulari iudicio, scilicet completo, nisi sit aliquid prohibens; si ergo iudicium erit liberum, sequitur libertas in operatione, & appetitu; si autem non sit libertas in iudicio, non est libertas in appetitu, & actione nisi conditionata, quia scilicet poterit esse talis actio, vel oppositа si fuerit aliud iudicium. Dicitur autem liberum iudicium, quia indeterminatum ad vnum oppositorum; naturale autem, quia determinatum ad vnum. Intelligitur autem iudicium esse indeterminatum ad vnum dupliciter; vno modo, quia dum agitur, & exercetur sit indeterminatum, scilicet absolutè, quia in virtute potentiæ rationalis est habere tale, vel oppositum iudicium. Secundò intelligitur, quia potentia rationalis potest se super suum iudicium etiam positum, licet non omnino plenum, reflectere, & ipsum mutare. Quare sequitur, ꝙ solum in habẽtibus liberum arbitrium est libera determinatio appetitus, & actionis propter finem apprehensum; sed in non habentibus liberum arbitrium, vt in bestijs, statim ad apprehensionẽ finis, sequitur operatio per æstimationem naturalem. Et ex hoc habetur fundamẽtum dicẽdorum, cum dicetur, quia Homo seipsum determinat ad finem; Bestiæ autem sunt determinatæ per naturalem instinctum: Similiter purè naturalia per principia naturalia. Radix libertatis.

¶Secundò præmitto, ꝙ quia finis est gratia cuius aliquid fit; ideo cognoscere rationem finis, est cognoscere quomodo talis finis sit ratio mediorum, & quia talia media fiant, vt quis talem finem habeat; quod non est nisi habentis cognitionem collatiuam: cognoscere autem finem materialiter, est apprehendere illam rem, propter quã aliquid fit, sed nõ apprehenditur, vt propter eam aliquid fiat; nec cognoscitur ordo medij ad finem, licet medium propter finem exerceatur. Sic Catus apprehendit murem, & moram trahit expectando murem, sed non cognoscit, quia mus sit ratio suæ expectationis, nec ꝙ expectatio ordinetur in murem capiendum; similiter est de aue nidificante: illa ergo quæ cognoscunt rationem finis, ista mouent se per imperium liberi arbitr. ad actiones, quæ iudicantur pro fine accommodæ: sed quæ cognoscunt finem solum, naturaliter mouentur in ipsum per naturalem instinctum. His præmissis accedendum est ad corpus articuli.

¶Respondeo dicendũ, ꝙ oĩa agentia necesse est agere propter finem. Causarum enim adinuicem ordinatarũ, si prima subtrahatur, necesse est alias subtrahi. Prima autem inter omnes causas est causa finalis, cuius ratio est; quia materia non consequitur formam, nisi secundùm ꝙ mouetur ab agente; nihil enim reducit se de potentia in actum: agens autem non mouet nisi ex intentione finis, si enim agens non esset determinatum ad aliquem effectum non magis ageret hoc, quàm illud: Ad hoc ergo, ꝙ determinatũ effectum producat, necesse est, quòd determinetur ad aliquod certum, quod habet rationem finis. Hæc autẽ determinatio, sicut in rationali natura ꝙ rationalem fit appetitũ, qui dicitur voluntas; ita in alijs fit per inclinationẽ naturalem, quæ dr̃ appetitus naturalis.

¶D. S. primò respondet conclusioni generali: secundò magis in speciali, determinando illam generalem conclusionem. Quo igitur ad primum ponit talem conclusionem responsiuam generaliter: Omnia agentia necesse est agere propter finem (habetur ex hac conclusione, quòd agere propter finem in communi, & quocunq; modo, non est proprium rationalis naturæ) probatur conclusio. Causarum subordinatarum, si prima subtrahatur, necesse est alias subtrahi: sed prima inter omnes causas est causa finalis: igitur conclusio vera. Maior relinquitur nota, & patet se- Conclusio generalis responsiua.

cundo metaph. tex. commen. 5. & 8. & in D. S. lect. 3. & 4. & 7. physicorum. Minor probatur in littera sic, Materia non consequitur formam nisi secundùm quòd mouetur ab agente, nec agens mouet nisi ex intentione finis: igitur minor vera: Tenet consequentia, quia ex hoc, quòd præcedit actionem agentis, præcedit causalitatem effectiuam; & ex hoc, quòd præcedit consecutionem formæ in materia, præcedit causalitatem formalem, & materialem, & sic omnes alias, vt dicit minor. Prima pars antecedentis probatur, quia nihil reducit se de potentia in actum, ergo materia, quę est potentia, non consequitur formam, quæ est actus, nisi per agens in actu. Secunda pars antecedentis probatur, si agens non esset determinatum ad aliquem effectum, non magis ageret hoc vel illud: ergo ad hoc, quòd producat aliquem certum effectum, necesse est, quòd determinetur ad aliquod certum; sed hoc producendum intentum, & determinatum est finis (secũdùm quòd est gratia cuius fit operatio:) igitur secunda pars antecedentis vera. Annectit autem D. S. quoddam notabile differentiale circa prædictam probationem, quàm differenter agẽs rationale determinetur ad aliquod certum, & agens ratione carens; quia in rationali, per voluntatem rationalem; in aliis, per appetitum naturalem: intellige sicut per proximum determinatiuum ad actionem, licet primum determinatiuum sit apprehensio, vt patuit in notabili ex de Veritate: & patet hoc quoque ex tertio contra Gentiles, cap. 2. in quinta ratione, & magis cap. 34 ad longum, vbi vide, per quod purè naturalia determinantur, quia per similitudinem effectus, ex qua actio ad hunc effectum determinatur: nam ignis generat ignem, & oliua oliuam: naturale enim agens agit effectum sibi similem in natura, & assimilat sibi in principio agendi, &c. bestia autem, sicut apprehendit, &c.

¶Nota circa probationem huius conclusionis, præsertim circa minorem, quòd ista minor est vniuersaliter vera, etiam in prima causa: Deus est enim prima causa effectiua, & tamen bonitas sua prius habet causalitatem finalem respectu Dei, antequam Deus habeat causalitatem effectiuam respectu creaturarum, ita quòd prius bonitas mouet eius voluntatem finaliter, quàm ipse creaturam effectiuè. Quomodo tamen Deus agat propter suam bonitatem vt finem, quia non acquirendum, sed communicandum: vide D. S. in prima par. quæst. 45. artic. 4. & in secundo, dist. 1. quæst. 2. artic. 1. ad longum: patet itaque, quòd causalitas finalis omnem aliam causalitatem in aliis generibus causandi vniuersaliter præcedit, & hoc de per se: quare nisi omne agens ageret propter finem, nulla alia causalitas esset: vide contra Gentiles vbi supra.

¶Tamen considerandum est, quòd aliquid sua actione, vel motu tendit ad finem dupliciter: vno modo sicut seipsum ad finem mouens, vt homo: alio modo sicut ab alio motum ad finem, sicut sagitta tendit ad determinatum finem, ex hoc quòd mouetur a sagittante, qui suam actionem dirigit in finem.

¶Hic consequenter D. S. determinat prædictam conclusionem generaliter responsuam, & primò præmittit quandam distinctionem bimembrem, secundò conformiter ad illam, subiungit conclusionem determinatiuam prioris, & specialiter respõsiuam cum probatione, ibi: Illa ergo quæ, &c. dicit ergo: Aliquid agit propter finem dupliciter, vno modo sicut seipsum mouens, scilicet liberè, vt homo; alio modo sicut motum, vt sagitta: & sub isto secundo membro continetur omne tendens ad finem, etiam si agat tendendo in finem, dummodo non est actio in tendentis potestate, sed necessariò mouetur in finem, necessitate etiam naturalis inclinationis: vide infra quæst. 12. artic. 1. Vnde exemplum de sagitta valet ad propositum, inquantum necessariò tendit mota ab alio, & in hoc erit membrum illud ad propositum de bestijs, sed non est ad propositum, inquantum mouetur violenter: bestia enim esto moueatur necessariò, non tamen violenter, sed animaliter: similiter res naturales cognitione carentes mouentur sine violentia in fines suos, ita tamen vt infra patebit, quòd idem motus bestiæ potest dici animalis, & naturalis diuersis considerationibus; est enim animalis, quia sequitur apprehensionem, & naturalis, quia determinatus ad vnum, sed non est præcisè naturalis: de hoc infra q. 10. artic. 1. ad primum. Deinde cum dicit.

¶Illa ergo quæ rationem habent, seipsa mouent ad finem, quia habent dominium suorum actuum per liberum arbitrium, quod est facultas voluntatis, & rationis: illa verò, quæ ratione carent, tendunt in finem propter naturalem inclinationem, quasi ab alio mota, non autem a seipsis, cum non cognoscant rationem finis, & ideo nihil in finem ordinare possunt, sed solum in finem ab alio ordinantur: nam tota irrationalis natura comparatur ad Deum, sicut instrumentum ad agens principale, vt supra habitum est: * & ideo proprium est naturæ rationalis, vt tendat in finem quasi se agens, vel ducens ad finem; naturæ verò irrationalis, quasi ab alio acta, vel ducta, siue in finem apprehensum, sicut bruta animalia; siue in finem non apprehensum, sicut ea, quæ omnino cognitione carent.

* q. 22 art. 2. quæst. 45. & prima par. q. 103. q. 104. q. 105

¶Subiungit secundam conclusionem respõsiuam, & determinatiuam primæ: ita, Proprium est naturæ rationalis, &c. vt in fine litteræ per totum: probatur conclusio secundùm præmissam distinctionem: illa quæ rationẽ habent seipsa mouent ad finem, ideſt agunt propter finem tanquam se mouentia in finem, illa autem quæ ratione carent, tendunt in finem propter naturalem inclinationem quasi motam ab alijs, non autem a seipsis; sed rationalis natura habet rationem, non autem irrationalis: ergo, &c. maior quo ad primam partem patet ex hoc, quia habentia rationem habent dominium suorum actuum, ergo seipsa mouent in finem: tenet cõsequentia, quia habere dominium actus est actum liberè producere, & imperare; antecedens probatur, quia habentia rationem habent liberum arbitrium, igitur habẽt dominium, consequentia nota; antecedens iterum patet, quia liberum arbitrium est facultas voluntatis, & rationis: igitur vbi est ratio, & voluntas, ibi est liberum arbitrium: & patet ista probatio ex primo notabili ante corpus præmisso. Secunda pars maioris probatur dupliciter, primò sic, non habentia rationem tendunt in finem propter naturalem inclinationem, scilicet habentem ad vnum impressam ab auctore naturæ: igitur tendunt in finem mota; secundò sic: Carentia ratione nihil in finem ordinare possunt, sed solum in finem ab alio ordinantur, igitur non mouent se, sed tendunt mota; tenet consequentia, quia mouere se in finem est se ordinare per actionem suam; antecedens probatur, quia talia nõ cognoscunt rationem finis, igitur non possunt se ordinare in finem; tenet consequentia, quia ordinatio in finem est imperare actiones conuenientes fini apprehenso formaliter. A quo autem ordinetur creatura carens ratione in finem, ostendit D. S. quia scilicet a Deo, ad quem comparatur, sicut instrumentum inanimatum, prout omne agens motum, & præsertim ex necessitate naturæ ad vnum, dicitur instrumentum: frequenter enim D. S. instrumentum aliquius dicit, quod esto agat ad effectum principaliter, in suo ordine, tamen non agit nisi motum, & præsertim si a mouente determinetur ad vnum, sicut est de tota natura irrationali in comparatione ad Deum, vnde conclusio ista clara. Notat autem D. S. in secunda parte conclusionis vnam differentiam inter bestias, & purè naturalia; quia bestiæ mouentur mediante apprehensione, scilicet determinata ad vnum, & non libera, sed purè naturalia sine apprehensione coniuncta, esto per apprehensionem separatam, vt patebit infra quæst. 26.

¶Nota autem, quòd conclusio dicit in prima par. rationalis natura, & non creatura, quia & Deus liberè agit creata, & vult ea liberè propter suam bonitatem, licet bonitatem suam necessariò velit, vt patet prima par. quæst. 19. artic. 3.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primam conclusionem generalem, & secundam partem secundæ conclusionis in corpore articuli præmissas; ideo conceditur, quia etiam natura agit propter finem mota, sed non mouens. Cum hoc autem stat prima pars secundæ conclusionis, quòd proprium est rationalis creaturæ, vt rationalis est propter finem agere tanquam se mouens, an autem voluntas vt natura est, ex necessitate ad aliquid moueatur, videbitur infra quæst. 10. artic. 1. & in de Veritate Materia 22. quæst. 5. &c.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd quando homo per seipsum agit propter finem, cognoscit finem: sed quando ab alio agitur vel ducitur, puta cum agit ad imperiũ alterius, vel cum altero impellente mouetur, non est necessarium quòd cognoscat finem; & ita est in creaturis irrationabilibus.

¶Ad maiorem: homo enim quando agit propter finem, seipsum mouens, tunc non agit propter finem ignotum, si autem agit ad imperium, vel impulsum alterius, potest agere propter finem ignotum, & tamen agit propter finem, sed non sibi, sed alteri cognitum: Minor conceditur, vnde concludit hoc argumentum, quòd proprium est naturæ rationalis agere propter finem seipsam mouendo, quia in eius potestate est iudicium de agendo, & prosecutio actionis, vnde esse in potestate sua actionem, est dicere, quòd ipsa potest agere, vel actionem suam dimittere, & potest iudicare de iudicio suo, & potest absolutè sic, vel aliter iudicare, vnde habet liberum iudicium; non sic bestiæ, quia cum canis concitatur ad iram, necessariò latrat; & ouis videns lupum, necessariò fugit: non sic homo insurgente passione, necessariò eam sequitur, sed potest eam refutare.

¶Ad secundum dicendum, quòd ordinare in finem est eius, quod seipsum agit in finem, eius verò, quod ab alio agitur in finem, est ordinari in finem, quod potest esse irrationalis naturæ, sed ab aliquo rationem habente.

¶Ad

¶Ad maiorem, agere propter finem seipsum in finem mouendo, est ordinare actionem suam in finem, ideſt apprehendere finem & media; & actiones determinare in finem illum, est ordinare, &c. sed agere in finem ex alio, non est ordinare, sed ordinari ab alio, minor vera ad primum sensum maioris, ergo non conuenit his, quæ ratione carent, &c. verum agere propter finem se mouendo, & liberè.

¶Ad tertium dicendum, quòd obiectum voluntatis est finis, & bonum in vniuersali: vnde non potest esse voluntas in his, quæ carent ratione, & intellectu, cum non possint apprehendere vniuersale; sed est in eis appetitus naturalis, vel sensitiuus determinatus ad aliquod bonum particulare. Manifestum est autem, quòd particulares causæ mouentur a causa vniuersali, sicut cum rector ciuitatis, qui intendit bonum commune, mouet suo imperio omnia sua particularia officia ciuitatis; & ideo necesse est, quòd omnia, quæ carent ratione, moueantur in fines particulares ab aliqua voluntate rationali, quæ se extendit in bonum vniuersale, scilicet a voluntate Diuina.

Voluntas in ratione.

¶Ad maiorem. Bonum & finis vniuersalia sunt obiectum voluntatis, sicut voluntas vult quodcunq; bonum, & non sensibile, &c. De minore, vide secunda secundæ quæst. 24. artic. primo, ad secundum. Voluntas in ratione est, ideſt in parte superiori inorganica, & est solum in habentibus rationem, non quòd sit in ipsa ratione, si capitur pro potentia distincta, sed capitur ratio pro mente; vt habes in de Veritate. Materia 15. articu. 1. ad duodecimum, &c. Ergo agere propter finem vniuersalem, & se in finem mouere est solum rationalis, sed agere propter finem particulare, & dirigi in finem illum ab aliquo intelligente superiori, potest etiam esse naturæ irrationalis, & hoc intendit D. S. in solutione.

Bonũ obiectum voluntatis.

¶Pro intellectu solutionis huius tertij. Nota quòd quidam malè intellexerunt terminos eius; Nota ergo primò, quòd bonum capitur dupliciter; vno modo vt distinguitur contra malum, & sic bonum non solum est obiectum voluntatis, sed omnis appetitus naturalis, & sensitiui; omnis enim appetitus per se formaliter est boni, vt distinguitur contra malum; secundo modo accipitur bonum, & finis non vt distinguitur contra malum, sed vt distinguitur contra bonum hoc, vel illud; & isto modo est proprium obiectum appetitus intellectiui, vel voluntatis: quia ex quo intellectus, qui est proprium eius motiuum, apprehendit rationem boni in communi, sub quo omnia bona comprehenduntur, ideo talis appetitus potest ferri in bonum vt sic, ideſt quodcunq; bonum; & sic bonum est adæquatum obiectum voluntatis, quod continet sub se omnia bona, & est vniuersale quasi per prædicationem; & D. S. solet illud bonum vocare bonum in vniuersali, & illud bonum in vniuersali continet sub se bonum per essentiam, & bonum vniuersale, quod est beatitudo in communi; quæ duo bona distinguuntur, quia bonum per essentiam est prima beatitudo secundùm rẽ, & secundùm se; sed bonum vniuersale, quod est beatitudo in communi, habet primò rationem beatitudinis, & vltimi finis quo ad nos, sicut & Deus est primum intelligibile secundùm rem, & tamen primum intelligibile quo ad nos est ens in communi, cui secundùm rem conuenit intelligibilitas per Deum. Voluntas igitur Diuina tendit primò in vniuersale bonum, quod est bonum per essentiam, scilicet in bonitatem Diuinam, quæ est sibi ratio volendi omne bonum creatum, & inde mouet omnia carentia ratione in suos fines particulares: vt Diuina bonitas per diuersos fines particulares representetur, & participetur: voluntas autem creata habet pro obiecto bonum, & finem in vniuersali, vt distinguitur contra hoc, vel illud bonum determinatè, sub quo continetur ipsa beatitudo secundùm communem rationem, quæ est primum volitum a nobis, nec est inconueniens vt aliqua species boni plus moueat voluntatem, quàm bonum in communi, sicut non est inconueniens, quòd aliquod verum sit magis intelligibile secundum se, quàm verum in communi. Vnde nulla est implicatio in hac solutione, quia D. S. cum primò loquitur de voluntate in communi, loquitur etiam de bono in vniuersali in communi, vt sub se comprehendit omne bonum: sed cum in fine loquitur de voluntate Diuina, tunc intelligit per vniuersale bonum, quod est obiectum Diuinæ voluntatis, scilicet bonum per essentiam, quod est solum Diuina bonitas, quam Deus intendendo representare, & communicare, multipliciter mouet particularia agentia ad particulares fines. Est autem differẽtia inter bonum per essentiam, & bonum in vniuersali, quia bonum per essentiam est infinitum bonum positiuè; & causa omnis boni; sed bonum in vniuersali est omne bonum, & infinitum permissiuè, quia videlicet non repugnat sub se habere bonum infinitum, quod est Deus, vel beatitudo; sicut animal, est rationale permissiuè, sed homo positiuè: sic Deus bonum per essentiam actu includit omne bonum, & infinitum, sed bonum in vniuersali continet sub se omne bonum, sicut genus continet speciem non actu, sed permissiuè. Et nota, quòd quia voluntas etiam creata nata est agere propter bonum vt sic, ideſt vniuersale, ideo non satiatur nisi habeat id, in quo omne bonum inuenitur, & hoc nõ est nisi bonum per essentiam: vnde non quietatur nisi habeat bonum per essentiam infinitum positiuè.

Differunt bonum per essentiam, & vniuersale.

Opinio de obiecto voluntatis.

¶Nota etiam, quòd aliqui non attendentes, quia obiectum potentiæ est id quod per se fertur ad potentiam, & non aliquod commune ad omne, quod attingitur a potentia quocunq; modo, opinati sunt, quia bonum non esset obiectum adæquatum uoluntatis, sed aliquod commune ad bonum, & malum, puta volibile, quia & malum est obiectum voluntatis secundùm actum nolitionis, sed patebit infra quæst. 26. artic. 2. & in multis aliis locis, quia nec malum fugitur nisi ratione boni. Vnde semper per se formale obiectum est bonum, sicut & obiectum intellectus non assignatur commune ad quodcunq; intelligibile, sed ad intelligibile per se, scilicet ens reale, esto & ens rationis intelligatur, non tamen nisi per reale. Similiter & obiectum visus est coloratum extensè vt complectitur luminosum, vt patet secundo de anima. Arist. tex. commen. 66. & tamen & tenebras visu sentimus, licet non videamus: sentire enim visu in plus est, quàm videre, sic & auditus est silentij. Percipit enim potentia obiectum proprium, & oppositum eius.

Vtrum actus humani recipiant speciem à fine.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd actus humani non recipiant speciem a fine. Finis enim est causa extrinseca, sed vnumquodq; habet speciem ab aliquo principio intrinseco, ergo actus humani non recipiunt speciem a fine. D Infra art 4. & q. 18. arti. 2. & 3. & q. 72. ar 1. & 3. & 2. dist. 40. ar. 2. & mal. q. 2. artic. 4. ad nonum.

¶ 2 Præterea. Illud quod dat speciem oportet esse prius, sed finis est posterior in esse, ergo actus humanus non habet speciem a fine.

¶ 3 Præterea. Idem non potest esse nisi in vna specie, sed eundem numero actum conuenit ordinari ad diuersos fines, ergo finis non dat speciem actibus humanis.

¶Sed contra est, quod dicit Aug. in libro de moribus ecclesiæ, & Manichæorum, * secundùm quòd finis est culpabilis, vel laudabilis, secundùm hoc sunt opera nostra culpabilia, vel laudabilia. * Li. 2. c. 15.

¶Hic D. S. introducit dubium incidens circa prædicta, quia enim actio humana est propter finem, ideo est dubium, an a fine accipiant actiones speciem, & distinctionem abinuicem.

¶Nota hic primò, quòd (vt infra magis patebit. quæst. 18. art. 6.) duplex est actio humana. Vna primò, & principaliter, quæ est actus voluntatis elicitus; alia quæ est actus imperatus. Et licet, (vt ibidem patebit artic. 5.) actiones humanæ elicitæ a voluntate distinguantur a fine in esse naturæ, & moris; tamen etiam imperatæ, vt sic moraliter distinguuntur secundùm distinctionem obiecti formalis voluntatis, quod est finis. Vnde hæc quæstio intelligi potest de vtroq; actu humano; ita tamen, quòd exterior imperatus habet a fine vnam speciem tantum, scilicet moralem; interior autem & speciem naturæ tanquam a per se immediatè obiecto, vt patet apud D. S. in secundo, dist. 40. artic. 1.

¶Respondeo dicendum, q; vnumquodq; fortitur speciem secundùm actum, & non secundùm potentiam. Vnde ea, quæ sunt composita ex materia, & forma, constituuntur in suis speciebus per proprias formas.

D. S. respondendo ad quæsitum duo facit. Primò præmittit quãdam conclusionem fundamentalem. Secundò subiungit responsuam conclusionem, & eam deducit ibi; Et vtroque modo, &c. Conclusio fundamentalis est: Vnumquodq; fortitur speciem secundùm actum, & non secundùm potentiam. i habet suam entitatem distinctam, & gradum determinatũ in entibus ex aliquo dante sibi actualitatem suam; hanc conclusionem declarat inductiuè, primò in rebus naturalibus absolutis subsantialibus, secundò in entibus naturalibus incompletis, ibi. Et hoc etiam, &c. quo ad primum, quia composita ex materia, & forma habent speciem non a materia, sed a forma, vt patet de se. Consequenter cum dicit.

¶Et hoc etiam considerandum est in motibus propriis. Cum enim motus quodammodo distinguatur per actionem, & passionem, vtrumq; horum ab actu speciem sortitur, actio quidem ab actu, qui est principium agendi, passio ab actu qui est terminus motus nostri; vnde calefactio actio nihil aliud est, quàm motio quædam a calore procedens, calefactio verò passio nihil aliud est, quàm motus ad calorem. Definitio autem manifestat rationem speciei.

¶Ostendit prædictam conclusionem fundamẽtalem in entibus naturalibus incompletis, & non per se subsistentibus, scilicet in motibus propriis, idest propriè dictis; quia motus propriè dictus quodammodo distinguitur per actionem & passionem; sed vtrunque horum speciem sortitur ab actu; igitur conclusio vera. Maior

Arist. ista relinquitur nota ex tertio physicorum. Minor ostenditur, quia actio specificatur ab actu, qui est principium actionis, passio ab actu, qui est terminus passionis; igitur minor vera. Hoc assumptũ ostenditur ex diffinitione actionis, puta calefactionis; quia diffinitur per calorem, qui est eius principium. Et calefactio passio diffinitur per calorem ad quem vadit; sed diffinitio manifestat rationem speciei, & id quod ponitur in definitione vt complementum dat speciem.

¶Circa istam deductionem multa sunt per ordinem notanda, vt mens. D.S. clarè aperiatur; & præsertim circa probationem secundam per inductionem de actione, & passione.

¶Nota igitur primò, quòd illud dictum D.S. scilicet actionem fortiri speciem ab actu, qui est principium, & passionẽ ab actu, qui est terminus, habet varias expositiones. Sicut & illud dictum

Actionem distingui p principiũ, vt obiectũ, multi malè intelligunt. D.S. cum alibi dicit. Potentiam, & habitum distingui per actum, & actum per obiecta, quę omnia dicit speciem sortiri ab obiectis, varios potest habere intellectus, vnus est quasi præpositio Ab, vel Per, de notaret, ꝙ ipsum cui additur, sit ipsa dria distinctiua, sic ꝙ principium actionis, vel terminus passionis, aut actus respectu potentiæ, sit ipsa differentia actionis vel passionis, & hic sensus penitus lõgè est a D.S. Differẽtia enim identica, est & intrinseca eius cuius est, a qua habet formaliter esse in se, & diuisum esse ab aliis formaliter; actus autem respectu potentiæ, vel principium actiuũ

Aureolus. respectu actionis, non est huiusmodi, vt constat. Vnde Aureolus apud Capreolum in primo, dist. 13. contra primam conclusionem, arguendo, & impugnando hunc sensum, nihil contra. D.S. facit.

¶Secundus autem intellectus est quorundam, qui dicunt, quòd actus distinguuntur per obiecta, & actiones per principia, &c. circumlocutiuè, & manifestatiuè a posteriori, idest differentiam distinctiuam circũloquimur per huiusmodi obiecta, & principia, ita quòd distinctio per talia declaretur. Et quamuis aliqui de scola D. S. hunc modum dicendi habeant, tamen mentem D. S. nullo modo attigerunt, immo nec veritatem peripateticam; cum D.S. sæpe dicat, quòd entia dependentia ab aliis per se, & ex natura per huiusmodi, a quibus dependent, specificentur; vt patebit infra de habitibus; & frequentissimè habet, quòd potentia hoc ipsum, quod est, dicitur in ordine ad actum, & obiectum, & quòd

Arist. actus est prior, vt distinguit potentiam, vt patet prima parte. q. 77. artic. 3. ad primum: constat etiam ex secundo physic. quòd causa finalis est prima causarum, & ratio quæ sumitur ex fine est prima. Quare non stat cum veritate, nec cum doctrina D.S. ꝙ huiusmodi distinguant tantum circumlocutiuè, & declaratiuè.

¶Tertius autem intellectus est, quòd per huiusmodi distinguantur iam dicta, sicut per causas, sed omnino extrinsecas, puta per efficientem, vel finalem, quæ sunt causæ extrinsecæ, sicut & quælibet res distinguitur extrinsecè per huiusmodi causas: Sed nec iste intellectus D.S. mentem plenè attingit, qui specialiter dicit de huiusmodi entibus imperfectis, quòd specificentur per obiecta, vel principia, non autem dicit de aliis rebus.

Quart' intellectus Doct. S. ¶Vnde quartus modus a D.S. intentus est, quòd dicta entia distinguuntur per principia, vel fines, vel obiectum vnumquodq; secundùm genus suum, non solum, sicut per purè extrinseca, sed aliquo modo intrinseca, non quidem rei, sed definitioni eius: ita videlicet, quòd licet obiectum non sit genus, nec differentia actus, est tamen non omnino extrinsecum actui, quia ponitur in eius definitione additamentali, quia sine habitudine ad tale obiectum actus in specie sua non intelligitur, immo nec habet differẽtiam, nisi per habitudinem ad tale obiectum. Oportet enim scire, quòd huiusmodi entia, quia sunt specialis generis, ideo habent & specialem modum distinguendi: sunt namq; media inter purè absoluta, & purè respectiua de genere relationis, quia non sunt relatiua ad terminum, sunt tamen relatiua relatione transcendente ad sua specificatiua: ita quòd sicut aptitudo animæ rationalis etiam separatæ ad corpus est relatio transcendens, & dicit essentiã animæ tali corpori coaptatã, sic habitudo actus ad obiectũ, vel actionis ad principium, est ipse actus, vel ipsa actio a tali obiecto, vel principio essentialiter, & naturaliter per se dependens. Vnde quia ab huiusmodi obiectis, vel principijs naturaliter dependent; ideo ex eis habent suas differentias, & essentias, quæ nec prima, nec secunda operatione sine huiusmodi obiectis, vel finibus intelligi possunt. Quare patet, quod D.S. dicit ista sortiri speciem ab huiusmodi, de quibus dictum est, non quòd sint differentiæ, sed quia differentiæ intrinsecæ huiusmodi entium dependentium ab illis dependent, & sumuntur sic, ꝙ nec intrinseca differentia abstrahi potest ab ordine transcendente ad huiusmodi specificantia. Et hæc D.S. in præsenti tex. dat intelligere, cum dicit, actionem & passionem a principio, vel termino definiri. Et loquitur de definitione exprimente speciem rei, & definitione de per se additamentali tamen, qualem solam habent huiusmodi entia incompleta, & dependentia. Ab actiuo igitur principio determinato habet speciem, & distinctionem actio, a termino verò in quem ex natura sua passio, vel motus ordinatur, habet speciem. Vnde non possumus intelligere distinctionem huius, & illius actionis sub ratione actionis, nisi quia ista ab illo, ista verò ab alio principio actiuo. Et hanc esse mentem D.S. patebit ad primum, & de istis vide Capreol. vbi supra. Et aliquid infra q. 72. art. 3. vbi habetur, ꝙ a prin- Capreolus.
cipio actiuo determinato ad vnum, actio habet speciem.

¶Nota secundò, quòd D.S. volẽdo probare motum propriè dictum recipere speciem ab actu, ostendit hoc de actione & passione, in qua dicit motum quodammodo diuidi. Circa quæ quidem verba difficultas est, qualis diuisio sit motus in actionem, & passionem. Dicunt enim aliqui, etiam de scola. D.S. vt saluent distinctionem realẽ etiam quo ad absoluta actionis, & passionis; quòd D.S. loquitur de actione non prædicamentali, & logica; sed de actione physica, & concomitanter. Sed quia ista distinctio non videtur esse fundata in doctrina D.S. qui nũquam meminit actionis logicæ, vel physicæ, immo actionem, & passionem quo ad absoluta identificat, vt patet ex proposito in commento suo tertij physicorum. Ideo dicendum, quòd motus diuiditur per actionem, & passionem quodammodo; non videlicet per diuersas res absolutas, sed per distinctas rationes, & habitudines eiusdem rei quo ad absolutum. Vide ad longum Capreolum in secundo, di- Lectione quarta. tert. comm. 22.
stin. 1. quæst. 2. ad Aureolum contra secundam conclusionem. Et Capreolus.
Herueum quolib. 4. q. 4. Ponimus enim actionem, & passionem, Herueus.
& motum dicere vnam rem, sed hæc res, vt egreditur ab agente dicitur actio, vt autem est in mobili, & tendit ad perfectionem, sic est passio & motus, & specificatur a termino. Nec est inconueniens, quòd vna res diuersimodè concepta habeat specificationem a diuersis, puta ut actio a principio, quia quale vnumquodq; est, talem actionem agit, & vt passio vel motus, a termino, quia vt sic naturaliter in ipsum vt finem ordinatur. Et huius quidem simile est in alijs videre. Potentia enim visiua, vt potentia est, ab obiecto specificatur, vt autem naturalis proprietas, sic speciem sumit a subiecto, inquantum est eius per se naturale principium. Vnde & infra quæst. 54. habitus secundùm principia actiua, & secundùm obiecta distinguuntur, nimirum ergo si & actio, & passio, esto dicant idem in absoluto, diuersimodè distinguantur, vnum a principio, alterum a termino.

¶Et aduerte, quòd motus propriè dictus diuiditur suo modo per actionem, & passionem, videlicet prædicamentalem. Nam actio immanens non est motus, nec cum motu propriè dicto, nec per cõsequens est de genere actionis prædicamentalis, sed magis est qualitas. Veruntamen D.S. per actionem, quæ est cum motu & prædicamentalis, notificat actionem humanam etiam immanentẽ, sicut per magis notũ minus notum. Dicitur autẽ actio humana interior actio, vel passio, quia habent nomen cõmune, & aliquam proportionabilitatem; nõ autem eandem rationẽ generica, & vniuocam.

¶Et vtroq; modo actus humani, siue considerentur per modum actionum, siue per modum passionum, speciem a fine sortiuntur. Vtroque enim modo possunt considerari actus humani, eo quòd homo mouet seipsum, & mouetur a seipso.

¶Hic consequenter D.S. ponit, & deducit conclusionem respõsiuam istam. Vtroque modo actus humani, siue scilicet considerẽtur per modum actionum, siue per modum passionum, speciem a fine sortiuntur: hanc cõclusionem primò probat, secundò ex eius probatione elicit quoddam corrolarium ibi. Et quia, &c. Ista autem conclusio vnum supponit, & aliud dicit; ideo primò verificat suppositum, secundò probat dictum, ibi. Dictum est, &c. Supponit verò conclusio hæc, quòd actus humani possunt considerari per modum actionum, & passionum: & est ratio, quia homo mouet seipsum, & mouetur a seipso.

¶Nota circa hoc, ꝙ vt habetur ex 3. phys. Actio est motus ab Arist.
hoc, & passio motus in hoc. Ideo quia in homine sunt distinctæ potentiæ, quarum vna aliam mouet, vt infra magis patebit; ideo actus, vt est potentiæ aliam mouentis, consideratur vt est actio; vt autem est potentiæ motæ quasi recipientis actum, sic consideratur vt passio. Vnde dicit D.S. ꝙ homo mouet se, & mouetur a seipso, scilicet secundùm potentias diuersas, vel secundùm eandem, tamen sub diuersis rationibus. Quia ergo homo agit actus humanos, ideo actionis; & quia agit motus, ideo secundum quod sunt in potentia mota, habent rationem passionis. Deinde cum dicit.

¶Dictum est autem supra, *quòd actus dicuntur humani, inquantum procedunt a voluntate deliberata. Obiectum autem voluntatis est bonum, & finis; & ideo manifestum, quòd principium humanorum actuum, inquantum sunt humani, est finis, & similiter est terminus eorundem. Nam id ad quod terminatur actus humanus est id, ad quod voluntas intendit tanquam finem, sicut & in agentibus naturalibus forma generati est conformis formæ generantis. * Art. 1. huius quæst.

¶Probat

¶Probat prædictam conclusionem responsiuam quo ad hoc, ꝙ principaliter dicit sic arguendo. Actiones & passiones sortiuntur & recipiunt speciem a principio, & termino, actio quidem a principio, passio a termino, sed finis est principium humanorum actuum vt humani sunt, & similiter est terminus eorundem, ergo conclusio vera. Maior patet ex conclusione fundamentali. Minor quo ad primam partem probatur sic, quia actus dicuntur humani inquantum procedunt a voluntate deliberata, sed obiectum voluntatis scilicet deliberatæ est bonum, & finis, ergo finis est principium humanorum actuum vt sic.

¶Nota autem pro intellectu istius probationis, quòd si loquamur de actu humano, qui est elicitus a volunrate, constat ex dictis in art. 1. quòd talis actus non est voluntatis, nisi concurrente apprehensione obiecti, & obiecto, vt apprehensum est. Et supponimus, quòd tale obiectum vt sic, est principium actus voluntatis saltem vt ratio efficiendi, & voluntas habens præsens obiectum secundùm esse apprehensum, producit actum sic specificatum. Quare sequitur, quòd finis, & obiectum secũdùm esse apprehẽsum, est principium actus voluntatis eliciti. Et hoc D.S. intendit cum dicit, quòd actus dicuntur humani vt procedunt a voluntate deliberata, idest ex voluntate præuio obiecto secũdùm esse apprehensum; dicitur enim deliberata, quia vult ex præstitutione obiecti per rationem. Dicit autem minor, quòd finis est principium humanorũ actuum vt sic, quia actus exteriores imperati secundum speciem naturæ non principiantur a fine vt sic, sed secundùm esse moris vt humani, & voluntarij sunt. Vnde etiam exterior actio vt moralis est, habet principium finem mouentem voluntatem, vel saltem ipsa vt apprehensa, & præstituta voluntati per rationem, est principium sui ipsius secundùm esse exercitum. Ita quòd omnis actio humana exercita habet principium aliquo modo actiuum finem vt apprehensus est, sic tamen, quòd est immediatum principium sicut ratio efficiendi actus voluntatis eliciti, remotum autẽ actus imperati; quia scilicet voluntas affecta fini mouet ad actum exteriorem. Secunda pars minoris principalis, scilicet quòd finis sit terminus actuum humanorum; probatur, quia actus humanus terminatur ad id, quod volũtas intendit, sed hoc est finis, ergo &c. probatur maior a simili in naturalibus, vbi forma geniti est conformis formæ generantis, ergo & in moralibus, terminus est conformis principio. Ita quòd idem est principium, & terminus.

¶Nota circa hoc, quòd si loquamur de actu elicito voluntatis, sic finis est principium eius secundùm esse apprehensum, vt dictũ est; est autem terminus eius vt est finis secundùm esse suum extra, & vt dictum fuit arti. primo, vtroq; modo specificat actum voluntatis, primo modo effectiuè, secundo modo finaliter vt terminus, & obiectum. Si autem loquamur de actu imperato, tunc constat, quòd finis est terminus eius. Voluntas enim affecta specificata per finem, siue sit ipse actus exterior, siue quid aliud, est principium effectiuum actus exterioris, & imperat ipsum ordinando in finem intentum. Et sic finis est terminus actus imperati, vel actus ipse vt exercitus, est terminus ipsius voluntatis vt tendentis in actum secundùm realem consecutionem. Vnde aduerte, quòd forma genẽrãtis quæ est principium, & forma generati semper sunt duæ formæ realiter distinctę, sed principium actus, & terminus non oportet quòd sint diuersæ res, sed quandoq; eadem, secundùm diuersa esse, ita videlicet, quòd si quis vult actionem imperatam propter seipsam, & non propter alium finem intentum, tunc ipsa vt apprehensa est principium actus voluntatis, sed vt exercita est terminus eius & finis. Sed quando aliud est actus imperatus, aliud finis, tunc finis est principium vt apprehensus, & volitus; terminus verò vt consecutus per actionem exteriorem in ipsum ordinatam mediante interiori: patet ex hoc, quòd actio vt est potentiæ motæ ad finem vt terminum, sic consideratur vt passio, & specificatur a termino. Deinde ibi.

* In præfatio. circa finem. ¶Et quia vt Ambrosius dicit super Lucam. * mores propriè dicũtur humani actus, ideo actus morales propriè speciem sortiuntur ex fine. Nam idem sunt actus morales & actus humani.

¶Infert ex dicta probatione corollarium. Actus etiam morales propriè sortiuntur speciem ex fine. Probatur, quia mores siue morales actus dicuntur actus humani, ergo si humani habent speciem a fine, ideo & morales actus. Antecedens est beati Ambrosij, D. Ambrosius. consequentia de se nota. Et non solum sunt idem identicè actus humanus, & moralis, immo formaliter, quia eo ipso, quòd humanus est voluntatis deliberatæ, & per consequens etiam moralis, quia morale dicitur idem, quòd voluntarium, & rationale. Vnde videtur, quòd moralis actus, & humanus actus distinguantur solo nomine, & non ratione, & sic erunt synonima sicut tunica, & indumentum, quia significãt eandem rem sub eodem conceptu, quia actum voluntarium deliberatum, &c.

ARGVMENTVM in contrarium conceditur, & confirmat conclusionẽ responsuam. Probat enim, quòd actiones nostrę habeant speciem moralem a fine, vt est terminus actuũ volũtatis. Nam vt patebit infra quæstio. 21. Laudabile, & vituperabile consequuntur actus inquãtum boni, vel mali voluntarij, vt etiam declarat Scotus in quolib. quæst. 18. Quare sequitur, quòd si à fine habet actus laudabilitatem, quòd habeat ab ipso & bonitatem, quia Scotus. non laudabilis est nisi quia bonus, & voluntarius; quia autem finis vt dat bonitatem moralem accipitur vt terminus in quẽ actus ordinatur, vel secundùm naturam vel secundùm intentionem agẽtis moralis, ideo hæc ratio probat, quòd finis dat speciem præsertim moralem vt est terminus, & procedit hæc ratio etiam de actu imperato, & exteriori, quia & talis ordinatur in finẽ vt terminũ.

¶Nota tamen, quòd actus exterior natus est habere duplicem finem, scilicet proprium, & immediatum, qui dicitur finis actus, quem ex natura respicit, & ab illo fine qui est, & obiectum, habet speciem naturæ, & moris; tamẽ fm aliam cõsiderationẽ, vt infra patebit. q. 18. Sed alium habet finem qui est obiectum intentionis agentis, in quem ex agente voluntario ordinatur, & à tali habet speciem moris tantum. Actus autem interior elicitus habet vtramq; speciem ab obiecto, quod per se est finis, per accidens autem est, quòd obiectum voluntatis, scilicet finis, & bonum ordinetur in alium finem qui est obiectum intentionis. Et de hoc infra. q. 19. arti. 2. ad primum.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ finis nõ est omnino aliquid extrinsecum ab actu, quia comparatur ad actum vt principium, vel terminus; & hoc idem ipsum est de ratione actus vt scilicet sit ab aliquo, quantum ad actionem, & vt sit ad aliquid, quantum ad passionem.

¶Ad maiorem. Finis est causa extrinseca rei causatæ, sed negatur, quòd sit omnino aliquid extrinsecum ab actione per se in finem talem ordinata. Dico enim, quòd finis est principium actionis humanæ per se & similiter terminus per se. Et secundò finis est de ratione actus, & cadit in eius definitione, nec potest per intellectum abstrahi ab habitudine ad tal em finem. Vnde est pro tanto non omnino extrinsecus finis, quia licet nec sit genus nec differentia nec pars actus, est tamen vnde sumitur intrinseca differẽtia, quæ non potest esse nec intelligi sine ordine ad obiectum, vt dictum fuit circa primam conclusionem. Vnde sicut differentia hominis sumitur ab anima rationali, quæ est pars intrinseca; sic differentia alicuius imperfecti, aliqualiter per naturam relatiui, sumitur ab eo a quo ex natura dependet. Ad minorem dico tripliciter. Primò vnumquodq; habet speciem ab intrinseco aliqualiter, vel quia est intrinsecum rei, vel rationi eius: tunc dico, quòd licet finis vel obiectum non sit intrinsecum actui, ingreditur tamẽ eius rationem, quæ necessariò est additamentalis. Secundò dico, quòd vnumquodq; habet speciem ab intrinseco constitutiuo, scilicet propria differentia, sed aliquãdo, scilicet in actione, passione, relatione, potentia, habitu, talis differentia necessariò & per se sumitur ex ordine ad extrinsecum. Et sic tale extrinsecum dicitur dare speciem, & actio ipsa habere speciem ab extrinseco, non quia extrinsecum sit intraneum constitutiuum, & distinctiuum; sed quia huiusmodi intrinsecum per se dependet ab extrinseco: Et hunc sensum intelligimus post D.S. speciem, & differentiam huiusmodi entium summi ex extrinseco, scilicet principio, vel termino, vel obiecto, &c. Vnde dicimus formalem distinctionem esse ex illis, non quia sint formæ intrinsecæ distinguentes, sed sunt vnde per se dependent intrinseca distinctiua. Tertiò posset dici ad minorẽ, negando eam de omnibus dependentibus ex natura sua. Sicut enim dependens à principio formali intrinseco, necessariò ab ipso habet speciem; ita dependens ab extrinseco, necessariò ab ipso habet speciem: & tñ ad sensum dictum, non quia extrinsecum sit differentia, quam oportet esse intrinsecam, & identicam; sed quia ab ipso & ab ordine ad ipsum, differentia intrinseca absolui non potest. Quare negatur consequentia, primò loquendo de specie etiam naturæ loquendo de fine in quem actus interior vel exterior ex natura ordinatur. Secundò loquendo de specie moris ex fine in quem actus imperatus ex volũtate agentis ordinatur, quia & vterq; dat speciem inquantum terminus & finis.

¶Nota verba D.S. in solutione, vbi non admittit, quòd finis sit omnino quid extrinsecum actui, quare tertius modus dicendi recitatus in prima conclusione non attigit mentẽ D.S. dicens per finẽ, & obiecta actus distingui sicut per causas omnino extrinsecas.

¶Ad secundum dicendum quòd finis, secundum ꝙ * Ar. 1. huius quæst. est prior intentione vt dictum est * secũdùm hoc pertinet ad voluntatem, & hoc modo dat speciem actui humano, siue morali.

¶Maior vera, oportet esse prius absolutè secundùm ordinẽ naturæ, dico autem, quòd posterius in executione potest considerari absolutè abstrahendo ab esse, & non esse: & potest considerari vt id in quod aliud ab institutore naturæ, vel à producente ordinatur. Sicut enim requirit natura actus, sic oportet potentiam esse cõmensuratam. Vnde intendens talem actum, habet producere talẽ potentiam. Et sic ratio, & natura potentiæ dependet ab actu intento. Similiter si quis debeat consequi talem finẽ oportet agere talem actum. Patet ergo, ꝙ ratio potentiæ sumit ex actu, vt est prior absolutè. Similiter ratio actionis sumitur ex obiecto, & fine absolutè,

iustè priore, & vt abstrahit ab existere, & nõ existere. Oportet enim
Cautè adu ertas. cautè aduertere, quòd aliud est dicere res vt non existens, & res vt abstracta ab esse vel non esse dat speciẽ. Res enim vt non existens, est nihil, non sic res abstracta ab esse &c. Ad minorem vera, est posterior in esse, tamen est prior absolutè, quia prioritas finalis est simpliciter prima.

Arist. ¶ Et secundò dico, quòd finis vt non existens non specificat, sed vt est prior secundùm definitionem, & per hoc simpliciter prior, vt habetur ex.9.metaph.tex.com.13. Vbi dicitur, ꝙ potentia definitur per actum, & nõ econtra. Ex quo habetur, quòd definiẽs est simpliciter prius, sicut & actus simpliciter prior est potentia. Bene enim volo, quòd actus est posterior potẽtia vt sunt in executione, similiter actus posterior fine; tamen si abstrahantur ab esse & non esse, & considerentur secundùm rationes suas, tunc finis definit actum vt est motus in ipsum, & non econtra. Quare negatur cõsequentia, &c. quia actus humanus habet speciem à fine vt est principium, vel vt terminus, non quidem vt existens vel non existens, sed inquantum ex natura ad ipsum ordinatur, & ratio eius ab ipso dependet.

Exponitur Capreolus ¶ Nota ex his, quòd Capreolus vbi supra respondendo ad simile maiorem tertij argumenti Aureoli secundo loco inducti, intelligendus est sane cum dicit motum specificari per terminum qui posterior est, nõ enim specificat vt posterior in esse, sed vt absolutè prior, inquantum motus in terminum ex natura ordinatur, & ab ipso dependet, sicut à quo sumitur ratio eius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd idem actus numero, secundùm quòd semel egreditur ab agente, non ordinatur nisi ad vnum finem proximum, à quo habet speciẽ; sed potest ordinari ad plures fines remotos, quorũ vnus est finis alterius.

¶ D.S. duplici solutione respondet ad hoc tertium argumentũ, secundam ponit ibi, Possibile tamen, &c. Pro quarum solutionum pleno intellectu, requiruntur infra habenda q. 18.ar. 6. &.7. &.q. 19.art.9. Oportet enim notare breuiter, quod & D.S. hic tangit in fine solutionis, quòd aliunde specificatur actus vt actus est, aliunde vt moralis est. Et si quandoq; est idem, est tamen aliter considerandum; sic ergo actus vt actus est secundùm esse naturæ, specificatur à suo per se obiecto, à quo naturaliter dependet. Sed vt moralis est, habet speciem propriã moralem ab obiecto relato ad rationem rectam, secundùm quòd ab ea concordat vel discordat. Vnde actus habet talem bonitatem moralem, quia est circa tale obiectum conforme rationi; habet etiam actus exterior aliam speciem moralem principalem ex fine, qui est obiectum intentionis agentis. Vnde stat, quòd idem actus in esse naturæ, & circa idem obiectum referatur ad diuersos, & multos fines intentos ab agente successiuè, & sic erit multiplex in specie morali. Contingit etiã vt si diuersi actus ineſſe naturæ, & secundùm diuersitatem obiectorum propriorum referantur in vnum finem, & tunc erũt multi in esse naturæ, & specie propria, erunt tamen vnus in specie moris communi, & principali. Et ista sunt dicta de actu exteriori, & imperato. An autem, & idem actus voluntaris in esse naturæ possit esse circa diuersos fines, videbitur infra vbi iam. Supponitur ergo, quòd aliunde in actu præsertim imperato, est species naturæ, & aliunde aliqua species moris, scilicet quæ est ex fine intento; licet & ex obiecto proprio sit species moris minus principalis; ista omnia infra ex intentione videbuntur, hoc etiam addito, quòd quando sunt fines plures per se subordinati, vbi vnus non habet aliam rationem bonitatis nisi in ordine ad alium, tunc actus in huiusmodi fines ordinatus, non est in pluribus speciebus moris principalibus, quæ sunt ex fine intento, potest tamen vnus, & idem esse etiã in speciebus disperatis. Valet ad propositum, quod Scotus ponit in quodlibetis q.18.in primo principali circa finem. Tunc dicitur ad argumentum formaliter primò.

Aliũde species naturæ, aliunde moris.

Scotus. ¶ Ad maiorem, idem vnitate naturæ non potest esse nisi in vna specie naturæ, conceditur, quia vnitas in aliquo genere non stat cum diuersitate specifica eiusdem generis. Secundò dico ad maiorem, idem etiam numero secundùm esse naturæ non potest esse nisi in vna specie moris, quæ est ex obiecto propinquo, conceditur.

¶ Ad minorem dico primò, quòd si intelligitur, quòd idem numero actus in esse moris ordinetur ad plures fines disperatos & non subordinatos, negatur; quia secundùm quòd semel egreditur ab agente, ideſt secundùm, quòd est volitus vna voluntate, non potest ordinari ad fines disperatos, sed solum ad vnum finem proximum, & virtualiter ad vnum finem cõmunem, sed ex hoc nõ habet plures species; sicut ex hoc, quòd volo aliquid virtualiter propter beatitudinem secundùm communem rationem, non est in pluribus speciebus. Sicut nec, quia aliquis deuiat à regula proxima, & à regula prima; vt patet in de Veritate Materia 23.q.7.ad 2. Deinde cum dicit.

¶ Possibile tamen est, quòd vnus actus secundùm speciem naturæ, ordinetur ad diuersos fines voluntatis; sicut hoc ipsum, quod est occidere hominem, quod est idem secundùm speciem naturæ, potest ordinari sicut in finẽ ad conseruationem iustitiæ, & ad satisfaciendum iræ; & ex hoc erunt diuersi actus secundùm speciem moris, quia vno modo erit actus virtutis, alio modo erit actus vitij. Non enim motus recipit speciem ab eo, quod est terminus per accidens, sed solum ab eo, quod est terminus per se. Fines autem morales accidunt rei naturali, & è conuerso, ratio naturalis finis accidit morali, & ideo nihil prohibet actus qui sunt idem secundùm speciem naturæ, esse diuersos secundùm speciem moris, & è conuerso.

¶ Subiungit secundam solutionem, secundùm quam dicitur secundo ad maiorem. Idem in esse naturæ non potest esse nisi in vna specie morali, quæ est ex fine intento, negatur, & huius falsitatem ostendit D.S. in littera.

¶ Ad minorem. Si intelligitur, quòd eundẽ actum numero in esse naturæ non contingat ordinari in diuersos fines intentos ab eodem agente successiuè, vel diuersos numero tantum à diuersis agentibus simul in diuersos fines specie differentes, negatur. Sicut patet exemplum de occisione hominis in littera &c. Vltra ergo, &c. Verum finis intentus non dat speciem naturalem actui exteriori qui in diuersos fines est ordinabilis. Conceditur, Potest tamen dare speciem moris, & diuersi diuersas species etiam eidem actui in esse naturæ. Et hoc tangit D.S. in solutione, non enim motus, &c. Volens, quòd finis intentus non dat speciem naturæ, sed moris; & quòd secundùm diuersitatem speciei moris non inducatur diuersitas speciei naturalis, nec econtra ex diuersitate naturalis speciei inducitur diuersitas speciei moralis.

Vtrum sit aliquis vltimus finis humanæ vitæ.

E 3. d.3. q. ar.2. con.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd non sit aliquis vltimus finis humanę vitæ, sed procedatur in infinitum. Bonum ènim secundùm suam rationem est diffusiuum sui, vt patet per Dionysium 4. capitulo de Diui.no. si ergo, quod procedit ex bono ipsum etiam est bonum, oportet quòd illud bonum diffundat aliquid bonum, & sic processus boni est in infinitum; sed bonũ habet rationem finis, ergo in finibus est processus in infinitum.

Dionys.

¶ 2 Præterea, ea quæ sunt rationis in infinitum multiplicari possunt, vnde & mathematicæ quantitates in infinitum augẽtur, species etiam numerorum propter hoc sunt infinitæ, quia dato quolibet numero alium maiorẽ excogitare potest, sed desiderium finis sequitur apprehẽsionem rationis, ergo videtur, quòd in finibus procedatur in infinitum.

¶ 3 Præterea, bonum & finis est obiectum voluntatis; sed voluntas infinities potest reflecti supra seipsam; possum enim velle aliquid, & velle me velle illud, & sic in infinitum; ergo in finibus humanæ voluntatis proceditur in infinitum, & non est aliquis vltimus finis humanæ voluntatis.

¶ Sed contra est, quòd philosophus dicit secundo metaph. * quòd qui infinitum faciunt, auferunt naturam boni; sed bonum est, quod habet rationem finis; ergo contra rationem finis est, quòd procedatur in infinitum: necesse est ergo ponere vnum vltimum finem.

* Textus Arist.

¶ Postquàm D.S. ostendit hominem agere propter finem. Hic consequenter ostendit aliquem esse vltimum finem, propter hunc enim articulum alij præcedentes præmissi sunt.

¶ Nota autem, quòd vltimus finis capitur dupliciter. Vno modo secundùm rem, vel secũdùm rei veritatem, pro eo scilicet quod est finis omnium, & gratia cuius omnia fiunt, & ipse finis propter nullum alium, qualis est Deus, vt D. S. ostendit tertio contra Gent. cap.17. Alio modo capitur vltimus finis quo ad nos, scilicet beatitudo in communi, propter quam omnia appetuntur, & ipsa propter nullum aliud. Quæstio igitur & responsio magis videntur tendere ad vnum vltimum finem, vt est ratio appetendi quo ad nos.

¶ Nota etiam ex D.S.2.metaphy.tex.commen.8.lectione.4. ꝙ tunc

tunc procederetur in infinitum in finibus, quando videlicet datur finis propter quem alia sunt, & ipse iterũ est propter alium finẽ, & sic consequenter: si autem est finis propter quem alia fiunt, sed ipse non est propter alium finem, tũc non proceditur in infinitũ. Dicuntur autem fines essentialiter subordinati quando vnus non mouet appetitum, nec est gratia cuius aliquid fit, nisi inquantum est alteri subordinatus, Et huius exemplum ponit D S. vbi supra contra Gẽtiles, sicut potio conficitur vt detur egroto, datur autem vt purgetur, purgatur autem vt extenuetur, extenuatur autem vt sanetur, hic tantum omnes præcedentes fines appetuntur in virtute vltimi finis, scilicet sanitatis, nec appetuntur nisi propter sanitatem. Per accidens autem se habent, quando appetibilitas vnius non est ex alio, nec appetitur in virtute alterius.

Fines essentialiter ordinati.

¶ Quæritur ergo an in finibus sit dare vnum primum propter quem omnia appetuntur, & quem omnia appetant, ipse autem propter nihil aliud appetitur.

¶ Respondeo dicendũ, quòd per se loquendo impossibile est in finibus procedere in infinitum ex quacunq; parte, in omnibus enim quæ per se habent ordinẽ adinuicem, oportet quòd remoto primo remoueãtur ea quæ sunt ad primum: Vnde philosophus probat in octauo physicorum * quòd non est possibile in causis mouentibus procedere in infinitum, quia non esset primum mouens, quo subtracto alia mouere non possunt, cum non moueant nisi per hoc, quòd mouentur à primo mouente.

Arist. * text.24.

¶ D.S. respondet distinctè duplici conclusione responsiua iuxta vnam distinctionem subintellectam bimembrem. Secundam conclusionem ponit ibi. Ea verò quæ &c. Distinctio ergo subintellecta, hic est, ꝙ fines pñt esse essentialiter, & per se ordinati, & possunt esse per accidens ordinati. Quo ad primum membrum respõdet tali conclusione. Per se loquendo, ideſt in finibus essentialiter subordinatis impossibile est in finibus procedere in infinitum, ex quacunque parte; hæc conclusio prima habet in substantia duas partes, scilicet quòd non sit possibile procedere in infinitum in finibus per se ordinatis. Secunda quòd nec ex parte intentionis nec executionis, quam partem probat ibi. In finibus, &c. Prima pars probatur sic In omnibus qui per se habent ordinem ad inuicem, oportet, quòd remoto primo remoueantur ea, quæ sunt ad primũ; sed si esset processus in infinitum in finibus, remoueretur primus finis, ergo omnes alij tollerentur, & sic nulla esset actio. Immo nihil omnino, quod est à parte falsum. Maior probatur ex.8.physi, de causis efficientibus vbi vult, quòd ablata prima omnes aliæ tollerentur, quia non mouent vel efficiunt nisi in virtute primæ efficientis causæ. Minor suppleta patet ex eadem auctoritate philosophi, quia si in causis efficientibus esset processus in infinitum non daretur prima. Et idem habet philosophus in substantia. 2. metaphy.tex.commen.5.in D.S.lectio 2.

Conclusio. prima.

Probatur conclusio.

Arist.

¶ Nota autem circa probationem maioris, vt habetur etiam in Capreolo in 2.distin. 20 quòd Thomista facit differentiam inter causas efficientes per se ordinatas, & inter causas efficientes essentialiter ordinatas. Ponit namq; quòd idem homo vel effectus numero non potest esse à pluribus causis eiusdem ordinis. Vnde iste effectus scilicet Sortes, est à patre Platone per se, quia idem numero ab alio homine esse non posset, non tamen est sibi in agendo, & efficiendo essentialiter subordinatus: Requiritur enim ad essentialem subordinationem, primò distinctio specifica inter subordinata, Requiritur secundò vt secunda causa non causet, nisi mota ab alia actu, & agat in virtute alterius. Et tertiò, quòd sit simultas causandi actu, sic quòd inferior non causat, nisi superior concauset in suo ordine. Et ergo D.S. intelligendus est de causis essentialiter subordinatis, Et hoc patet ex verbis suis, cum dicit. Cum non moueat nisi per hoc, quòd mouentur, à primo mouente. Sic & loquitur de finibus essentialiter subordinatis, quorum secundus non mouet, nisi in virtute primi. Vndę oportet, quòd ab agente homine, aliquid sit appetibile primum in nullum aliud ordinabile, & propter, quod omnia appetantur quodcunq; sit illud. Consequenter cum dicit.

Arist. Capreolus. Differunt causæ ꝙ se ordinatæ, & essentialiter ordinatæ.

¶ In finibus autem inuenitur duplex ordo, scilicet ordo intentionis, & ordo executionis, & in vtroq; ordine oportet esse aliquid primum; id enim, quod est primum in ordine intentionis est quasi principium mouens appetitum, vnde subtracto principio appetitus à nullo moueretur; id autem, quod est principium in executione, est vnde incipit operatio, vnde isto principio subtracto nullus inciperet aliquid operari; principium autem intentionis est vltimus finis, principium autem executionis est primum eorum quæ sunt ad finem.

Probatur secunda pars.

¶ Ostendit secundam partem prædictæ conclusionis, & primò probat eam, secundò ipsam resumit, & eam iterum confirmat, ibi. Sic ergo, &c. Primò ergo exponit, quæ sint istæ partes de quibus loquitur ista secunda pars conclusionis, quia in finibus inuenitur duplex ordo, scilicet intentionis, & executionis, hoc est dicere, ꝙ in causalitate finis, dupliciter aliquid est primum, vnum in intentione, & vnum in executione. Est enim finis intentus ratio, quare fiat operatio propter finem consequendum, & non intelligitur, quòd ipsi fines vt sic, sint dupliciter ordinati, sed quia ex fine est duplex causalitas, prima immediatè scilicet intentionis, secunda mediate scilicet executionis: hoc suppposito probatur secunda pars conclusionis, scilicet quòd in vtroq; ordine oporteat esse aliquid primum scilicet intentum, & exequẽdum, & hoc est ex nulla parte procedere in infinitum in finibus, ita quòd peruenitur ad vnum primum intentum, & ad primum propter ipsum agendi. Arguitur ergo sic. Id quod est primum in ordine, &c. scilicet principium intentionis, est vltimus finis, &c. vt in littera per ordinem, ergo &c. Ita scilicet, quòd non daretur primum intentum, nec daretur primum, quod esset agendum propter finem, immo aliquis primò præstituit sibi aliquid vt vltimum finem, quod in affectu suo dominatur, & deinde inquirit, & inuenit aliquid certum, quod ad illum finem sit accommodum, &c. Consequenter ibi.

¶ Sic ergo ex neutra parte possibile est in infinitum procedere, quia si non esset vltimus finis nihil appeteretur, nec aliqua actio terminaretur, nec etiam quiesceret intentio agentis. Si autem non esset primum in his quæ sunt ad finem, nullus inciperet aliquid operari, neq; terminaretur consilium, sed in infinitum procederet.

¶ Resumit secundam partem iam probatam, & confirmat eam specialiter, quo ad vtramq; clausulam, vel magis explicat prædictã probationem ducendo ad triplex inconueniens, quo ad primam clausulam, quorum primum tactum est in maiori præcedentis rationis, quia si non esset vltimus finis, nihil appeteretur, neq; aliqua actio terminaretur, neq; quiesceret intentio agentis, primum patet ex dictis, quia ablato primo auferuntur omnia alia in illo genere, & ablato primo appetibili, nullum aliorum erit. Secundum inconueniens sequitur clarè, quia actio non terminatur nisi perueniatur ad vltimum finem. Tertium similiter clarè sequitur, quia intentio est finis, si ergo iste finis non est vltimus appetitur propter alium, & iste similiter, & sic in infinitum, &c. Ista autem inconuenientia tangit philosophus. 2. metaphy.tex.com.8.vbi habet, quòd qui ponunt infinitum in causis finalibus auferunt totaliter naturam boni, licet ipsi hoc non percipiant Vide prima parte.q.7.artic.4 quæ ad propositum valent. Secunda autem clausula confirmatur explicando rationem præcedentem, quia si non esset primum, &c. Humana ergo vita habet aliquem vltimum finem, in quem omnia ordinantur, & propter quem homo omnia agit, &c.

Arist.

¶ Ea verò quæ non habent ordinem per se, sed per accidens sibijnuicem coniunguntur, nihil prohibet infinitatem habere; causæ enim per accidens indeterminatæ sunt, & hoc etiam modo conuenit esse infinitatem per accidens in finibus, & his quæ sunt ad fines.

Secund conclusio

¶ Hic respondet secunda conclusione iuxta secundùm membrum distinctionis virtualis, scilicet de finibus, & medijs per accidens ordinatis, & est ista conclusio. Hoc modo conuenit esse infinitatem per accidens in finibus, & his quæ sunt ad finem, probatur. Ea quæ non habent &c. vt in littera ergo, &c. Antecedens probatur, quia causæ per accidens indeterminatæ sunt, scilicet in omni genere causæ.

Nota

¶ Nota, quòd sicut in genere causæ efficientis in per se essentialiter ordinatis, est status, &c. sicut patet, quòd Sortes, Cęlum, Intelligentia, Deus, sunt subordinata essentialiter, & est status Supra, & infra: in per accidens autem contingit esse infinitatem saltem syncathegoreumaticã, vt Sortes à Platone, & Plato à Catone, & sic in infinitum, sic in genere causæ finalis in per se ordinatis finibus est status, quia Sortes appetit ambulationem propter sanitatem, & sanitatem propter fœlicitatem, & ibi est status; sed in finibus per accidens ibi nõ sunt tot quin plures, quia videlicet quodlibet bonum habet rationem finis, potest autem successiuè infinita bona appetere, sed vnum illorum bonorum non dependet ex alio essentialiter, ita quòd non est appetibile propter aliud. Et non intelligitur ordinatio accidentalis in comparatione ad summum bonum in communi, sed per comparationem vnius particularis boni ad aliud à quo non habet rationem appetibilitatis, licet omnia per accidens subordinata quo ad inuicem subordinentur bono summo in communi, sicut & agentia effectiua per accidens ad inuicem ordinantur, per se tamen sub cœlo, & intelligentia continentur.

Argu-

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima conclusione responsiua, quo ad primam clausulam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd de ratione boni est, quòd aliquid ab ipso effluat, non tamen quòd ipsum ab alio procedat: & ideo cum bonum habeat rationem finis, & primum bonum sit vltimus finis, ratio ista non probat, quòd non sit vltimus finis, sed quòd à fine primo supposito, procedatur in infinitum inferius versus ea quæ sunt ad finem: & hoc quidem competeret si consideraretur sola virtus primi boni quę est infinita: sed quia primum bonum habet diffusionem secundùm intellectum, cuius est secundùm aliquam causam certam profluere in causata, aliquis certus modus adhibetur bonorum effluxui à primo bono, à quo omnia bona participant virtutem diffusiuam: & ideo diffusio bonorum non procedit in infinitum, sed sicut dicitur Sapien. vndecimo. Deus omnia disposuit in numero, pondere, & mensura. Sap. 11.

¶ Maior exponitur a. D. S. prima parte. q. 5. arti. 4. ad secundum. Similiter in primo sen. distin. 34. q. 2. ad quartum, quia bonum secundùm suam propriam causalitatem diffundit se metapho. mouendo causam effectiuam. Et vt habet. D. S. 3. contra Genti. cap. 24. circa finem, quòd bonum inquantum huiusmodi est diffusiuum, quia quanto aliquid inuenitur melius, tanto ad remotiora bonitatem suam diffundit, vide D. S. in de Veritate Materia. 21. quæst. prima. ar. 4. &c. Bonum diffusiũ exponitur.

¶ Dico secundò ad maiorem, quòd esto bonum vt sic, sit sui diffusiuum, non tamen ex propria ratione habet positiuè, quòd sit ab alio processiuum; Vnde non oportet, quòd omne bonum ab alio procedat, sed primum bonum erit vltimus finis, & quia datur primum bonum, ideo datur vltimus finis. Vltra, si ergo, &c. Dico, quòd procedens ex bono est bonum, Et dico, quòd oportet, quòd illud bonum iterum se diffundat, sed secundùm ordinem Diuinæ sapientiæ à qua omnia bona participant virtutem diffusiuam, & modum diffundendi se. Vltra, Et sic processus, &c. Dico dupliciter, primò, quòd verum est processus in infinitum versus inferius, scilicet versus ea quæ sunt ad vltimum finem, & ab ipso. Et hoc verũ si consideretur virtus primi boni agentis infinita, sic enim posset producere infinita bona, & infinitas species nouas creare; sed non sequitur infinitas, nec versus inferius, attenta sapientia Diuini intellectus, qui non producit quot potest, sed quot præordinauit. Dico secundò. Esto, quòd ita esset, quòd à Deo procederent infinita bona, adhuc nihil haberetur contra intentum articuli: quia cum processu in infinitum versus media, datur vltimus finis à quo omnia ista procedunt: sed verum esset, quòd tunc in his quæ sunt ad finem, esset infinitas: sed talia in appetendo à creatura rationali non essent essentialiter subordinata. Si enim essent infinitæ species rerum actu vel successiuè, posset tamen aliquam determinatam appetere propter vltimum finem sine dependentia ad alias species. Vltra. Bonum quidem habet rationem finis, prout finis capitur extensè pro quocunq; aliqualiter determinante actum vo lũtatis, sed non omne bonum habet rationem vltimi finis, qui est obiectum primum intentionis volentis; sed solum summum bonum, & primum habet rationem vltimi finis. Quare negatur consequentia, quòd in per se ordinatis procederetur in infinitum, ita quòd non detur vltimus finis.

¶ Et nota, quòd hæc solutio videtur procedere de vltimo fine secundùm rem, quia talis est primum bonum per essentiam Deus ipse, & sicut ipse est primus secundùm rem, ita datur & vltimus quo ad nos, scilicet fœlicitas, vel summum bonum.

¶ Nota etiam, quòd hæc solutio continet, quòd Deus virtute sua infinita posset producere infinita bona non solum numero, sed & specie distincta: hoc autem intelligẽdum est syncathegoreu matice, & in sensu diuiso, non composito, sic quòd actu essent infinitæ. Sed quia data quacunque potest aliam speciem producere. Vide de hoc ex intentione defendentem Capreolum in primo, distinctione quadragesimaquarta, quæstione secunda, conclusione. 6. & prima parte. q. 7. arti. 4. Capreolus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in his quæ sunt per se, ratio incipit à principijs naturaliter notis, & ad aliquem terminum progreditur: vnde philosophus probat in primo posteriorum * quòd in demonstrationibus non est processus in infinitum, quia in demonstrationibus attenditur ordo aliquorum per se ad inuicem connexorum, & non per accidens: in his autem quæ per accidens connectuntur, nihil prohibet rationem in infinitum procedere; accidit autem quantitati aut numero præexistenti inquantum huiusmodi, quòd ei addatur quantitas aut vnitas, vnde in huiusmodi nihil prohibet rationem procedere in infinitum. * Arist. tex. 6.

¶ Maior negatur vniuersaliter intellecta, quia in his quæ sunt rationis, & tamen essentialiter ordinata, non est processus in infinitum; quia deueniendum est in demostrationibus ad aliqua prima principia, quæ ex alijs non dependent, quibus essentialiter omnia demonstrabilia subordinantur. Sed in per accidens ordinatis potest esse processus in infinitum, vt patet in argumento sequenti. Ad probationem dico, quòd additio quantitatis ad quãtitatem, & numeri ad numerum est per accidens, Accidit enim præexistenti, vt alius addatur.

¶ Ad minorem dico, quòd malè subsumitur, & si debitè subsumatur est falsa, scilicet sed possunt apprehendi infiniti fines actu, vel potentia per se subordinati. Bene volo, quòd apprehensiones, & desideria multiplicentur in infinitum; sed non sunt per se subordinatæ, quia prima transeunte, alia potest esse, &c. Quare negatur consequentia.

¶ Nota circa solutionem. D. S. quòd species rerum esto sint essentialiter ordinatæ ad sanum sensum, tñ additio speciei ad speciẽ per actum intellectus est per accidens: Dicuntur autem species esse essentialiter ordinatæ, quia non dantur duæ eiusdem gradus, & perfectionis essentialis: & tamen non sunt essentialiter subordinatæ in ratione causandi, nec per se vna requirit alterius additionem, &c. Species ordinata essentialiter.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa multiplicatio actuum voluntatis reflexæ supra seipsam, per accidens se habet ad ordinem finium: quòd patet ex hoc, quòd circa vnum & eundem actum indifferenter semel vel pluries supra seipsam voluntas reflectitur.

¶ Maior vera, sed non omne bonum est alteri bono vel fini essentialiter subordinatum in ratione finis. Ad minorem concedo eam, sed illa reflexio per accidens se habet ad ordinem finiũ, quia non oportet, quòd si actus reflectantur, & multiplicentur, quòd ergo fines multiplicentur. Nam super vno fine potest volũtas sæpius se reflectere, & ergo non oportet, quòd si actus multiplicantur in infinitum tanquam per accidens ordinati, quòd ergo fines multiplicentur.

Vtrum vnius hominis possint esse plures vltimi fines.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd possibile sit voluntatem vnius hominis in plura ferri simul, sicut in vltimos fines. Dicit enim Augu. 19. de ciuitate Dei. * quòd quidam vltimum hominis finem posuerunt in quattuor, scilicet voluptate, in quiete, in bonis naturæ, & in virtute, hæc autem manifestè sunt plura, ergo vnus homo potest constituere vltimum finem suæ voluntatis in multis. Infra q. ar. 3. ad 1. & q. 13. arti. ad 3. & 2. 4. artic. 3. cor. & 3. 31. q. 1. ar. corpo. & mal. q. 11. artic. 1. ce fin. * Augustinus. cap. 1.

¶ 2 Præterea, quæ non opponuntur adinuicem seinuicem non excludunt; sed multa inueniuntur in rebus, quæ sibijnuicem non opponuntur, ergo si vnum ponatur vltimus finis voluntatis, non propter hoc alia excluduntur.

¶ 3 Præterea voluntas per hoc, quòd constituit vltimum finem in aliquo, suam liberam potentiam non amittit; sed antequàm constitueret vltimum finem suum in illo puta in voluntate, poterat constituere finem suum vltimum in alio, puta in diuitijs: ergo etiam postquam constituit aliquis vltimum finem suæ voluntatis in voluptate, potest simul constituere vltimum finem in diuitijs, ergo possibile est vnius hominis voluntatem simul ferri in diuersa sicut in vltimos fines.

¶ Sed contra, illud in quo quiescit aliquis sicut in vltimo fine, hominis affectui dominatur, quia ex eo totius vitæ suæ regulas accipit, vnde de gulosis dicitur Philipp. tertio. Quorum Deus venter est, quia scilicet constituunt finem in delitijs ventris, sed sicuti dicitur Matth. sexto: Nemo potest duobus dominis seruire, adinuicem scilicet non ordinatis; ergo impossibile est esse plures vltimos fines vnius hominis adinuicem non ordinatos. D. Paul.

¶ Post-

¶ Postquam ostensum est esse finem, & vltimum finem. Hic consequenter ostenditur esse vnum vltimũ finem. Et primò hoc ostenditur specialiter per respectum ad hominem, secundò generaliter per respectum ad omnia, in artic. 8. Circa primum, primò ostendit propositum per respectum ad vnum hominem, secũdò per respectum ad omnes homines simul, in art. 7. Circa primũ, primò facit, quod dictum est per respectum ad ipsum hominẽ agẽtem propter finem, secundò per respectum ad ea, quæ sunt propter finem, ar. 6.

¶ Nota autem, quòd in vltimum finem aliquis tendit dupliciter. Vno modo appetitu naturali consequente totam speciem, siue sit sola inclinatio in obiectum, vt Scotus putat in quarto, dist. 49. q. 9. Siue cum hoc sit actus elicitus determinatus quo ad specificationem, vt habet D. S. vt patebit infra quæst. 10. art. 2. & iste appetitus est in respectu vltimi finis in communi. Alio modo quis tendit in vltimum finem sub particulari ratione, vel in rem, in qua putat communem rationem vltimi finis inueniri. Et sic tendit ex propria præstitutione, & liberè. Appetitus naturalis secundum Scotum.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ impossibile est, ꝙ voluntas vnius hominis simul se habeat ad diuersa, sicut ad vltimos fines, cuius ratio potest triplex assignari. Prima est, quia cum vnumquodq; appetat suam perfectionem, illud appetit aliquis vt vltimum finem, quod appetit vt bonum perfectum, & completiuum suiipsius. * Aug. c. 1. Vnde Augus. dicit. 19. de Ciuit. Dei. * Finem hominum nũc dicimus, non quod cõsumitur, vt non sit, sed quod perficitur, vt plene sit: oportet igitur, quòd vltimus finis ita impleat totum hominis appetitum, quòd nihil extra ipsum appetendum relinquatur, quod esse non potest, si aliquid extraneum ad ipsius perfectionem requiratur; vnde non potest esse, quòd in duo sic tendat appetitus, ac si vtrunq; sit bonum perfectum ipsius.

¶ D. S. respondet tali conclusione. Impossibile est, quòd voluntas vnius hominis simul se habeat ad diuersa, sicut ad vltimos fines, hanc conclusionem probat primò de vltimo fine secũdùm communem rationem, secundò secundùm specialem rationem, inquantum huius hominis finis. ibi, sicut autem, &c. Quo igitur ad primum, probat triplici ratione secundùm ordinem, vt in littera, quæ rationes procedunt de vltimo fine secundùm communem rationem, & in quem quis tendit ratione naturæ communis; ita quòd vniuscuiusq; voluntas fertur in vnum finem, qui est communis sibi, & alijs. Ex prima ratione arguitur sic. Oportet, ꝙ vltimus finis ita impleat, &c. vt in littera, sed hoc esse non potest, si aliquid extraneum ad ipsius perfectionem requiratur: ergo non potest esse, &c. Maior probatur a principio ex ratione vltimi finis, quæ est esse bonum perfectum completiuum appetentis: ergo maior vera, quòd vltimus finis implet totum appetitum. Istud assumptum pro maiore, patet ratione, & auctoritate: ratione sic, quia vnũquodq; appetens finem, appetit vt perfectionẽ sui, igitur si appetitus appetat aliquid vt vltimum finem, appetit vt totalem sui perfectionem. Et secundò patet auctoritate August. clarè in littera. Minor principalis de se nota. Vnde vult breuiter ista ratio, quòd vltimus finis habet rationem perfectè quietatiui, & totalis boni, igitur non potest appetitus tendere in duo, sicut vltimos fines. Tenet consequentia, quia si tenderet in secundum, vt satiatiuum, tunc primum non erat totaliter satiatiuum appetitus. Conclusio respõsiua.

¶ Nota ex his, quòd si etiam plura habeantur ab aliquo vt vltimus finis, non tamen habentur vt plures vltimi fines, sed per modum vnius satiatiui completè. Vnde qui afficitur multis peccatis mortalibus, afficitur quidem diuersis bonis secundùm quid, sed tamen habet ipsa vt vnum vltimum finem. Quare D. S. notanter dicit, non potest ferri voluntas vnius in diuersa, vt duos, vel plures vltimos fines. Sicut enim in vno regno, in quo non potest esse nisi vnus Rex, contrariatur Regi qui se Regem facit, licet vt homo non contrarietur sibi. Sic quia in vno affectu dominatur vnus finis vltimus, ideo aliud, vt acceptum sub ratione vltimi finis, primo contrariatur, quia eo ipso, quòd aliud habetur vt vltimus finis, non potest primum vt vltimus finis haberi, quia si secundum accipitur vt totaliter impletiuum appetitus, eoipso primum non est necessarium ad implendum, nec totaliter implet, quia aliud accipitur vt implens. Simile vide prima par. q. 11. ar. 3. in secunda ratione corp. In multis mortalibus existens nõ habet plures vltimos fines.

¶ Secũda ratio est, quia sicut in processu rationis principium est id, quod naturaliter cognoscitur, ita in processu rationalis appetitus, qui est voluntas, oportet esse principium id, quod naturaliter desideratur; hoc autem oportet esse vnum, quia natura non tendit nisi ad vnum; principiũ autem in processu rationalis appetitus est vltimus finis: vnde oportet id, in quo tendit voluntas sub ratione vltimi finis, esse vnum.

¶ Hæc secunda ratio sumitur ex conditione appetentis voluntatis, inquantum est quædam natura, & arguitur sic post litteram. Sicut primum in processu rationis principium est id, quod naturaliter cognoscitur, ita in processu rationalis appetitus, &c. sed hoc, quod naturaliter desideratur est vnum, igitur principium in processu rationalis appetitus est vnum; subsumitur, sed vltimus finis est principium in processu rationalis appetitus, vnde oportet, &c. vt in littera. Maiorem illam D. S. relinquit notam ex proportione intellectus, & intellectiui, vel rationalis appetitus; quia sicut se habet principiũ in speculabilibus, sic se habet finis in agibilibus, secundum philosophum, secundo physicorum, & 6. ethic. Arist.

¶ Sed aduerte, quòd Scotus in quarto, distin. 49. quæst. 9. ad tertium in oppositum dicit, quòd ista propositio non valet ad propositum D. S. Dicit enim sic Scotus, quòd est simile quo ad hoc, quòd sicut veritas conclusionis ordinatur ad veritatem principij & præmissarum, sic bonitas eorum, quæ sunt ad finem, ordinatur ad finem. Et ideo comparando principia ad obiecta, & fines, vera est propositio; sed comparando ad potentiam, vera non est, hæc ille. Et vult, quòd voluntas non necessariò assentit fini vltimo, sicut intellectus principijs, & hoc exprimit in primo, distinc. 1. q. 4. ad primum. vbi vult, quòd similitudo tenet in hoc, quòd sicut est ordo inter vera sic inter bona. Et sicut illa vera sunt ordinatè cognita, sic & illa bona sunt sic ordinatè volita; sed non est simile quantum ad ordinem necessitatis, hæc ibidem. Sed deficit Scotus, non attendendo radicem dicti D. S. quod infra ſtatim habebitur. quæst. 10. artic. 1. & prima par. quæst. 82. artic. 1. & quæst. 60. artic. 1. Quia oportet semper conditionem prioris reperiri in posteriori. Vnde oportet, quòd natura intellectualis habeat in se conditionem naturæ, quæ est naturalitas, & necessitas ad vnum. Ex eo ergo, quòd intellectualis appetitus est, habet libertatem, & non necessitatem, vel naturalitatem. Sed ex eo, quòd natura est, habet determinationem ad vnum, secundum tamen capacitatem, & conditionem propriam. Hoc ergo attento, quia prius saluatur in posteriori. Ideo D. S. benè dicit, quòd sicut intellectus naturaliter cognoscit principium, ita voluntas naturaliter (ad sensum infra dicendum, scilicet quo ad specificationem actus) inclinatur in vltimum finem. Inclinatio autem naturalis est ad vnum saltem genere, & secundùm communem rationem, vt ſtatim tangetur; igitur vltimus finis communis omnibus, in quem natura inclinat, est vnus. Illud autem fundamentum D. S. Scotus non aduertit, nec impugnauit, nec per consequens expugnauit. Vide de hac materia Capreolum in primo, dist. 1. q. 3. circa primam conclusionem ad primam instantiam Aureoli. Sicut primum in processu rationalis principium est id, quod naturaliter cognoscitur, &c. Fundamẽtum D. S. Capreolus.

¶ Nota circa minorem, quæ infra habentur quæstio. 10. artic. 1. ad tertium; quia vt iam tactum est, prius participatur in posteriori secundùm conditionem posterioris. Vnde voluntas, quæ est natura intellectualis, participat naturam, idest esse determinatum ad vnum secundum modum suum, qui est naturæ intellectualis. Vnde sicut intellectus determinatur ad vnum primum intelligibile, & ad primum principium, non autem ad alia, quæ non habent cum ipso necessariam connexionem; sic voluntas determinatur ad vnum in genere, & quo ad specificationem actus, scilicet quo ad bonum secundùm communem rationem, & ad vltimum finem in communi. Cum hoc tamen ſtat libertas, & indeterminatio quo ad id, vel aliud bonum particulare, & secundùm particularem rationem. Natura ergo voluntatis est determinata ad vnum commune, & secundùm communem rationem, quæ continet de per se totam rationem sui obiecti. Capreolus.

¶ Tertia ratio est, quia cum actiones voluntariæ ex fine speciem sortiantur, sicut supra habitum est, * oportet, quòd a fine vltimo, qui est communis, sortiantur rationem generis, sicut & naturalia ponuntur in genere secundùm formalem rationem communem, cum igitur omnia appetibilia voluntatis, inquantum huiusmodi sint vnius generis, oportet vltimum finem esse vnum, & præcipuè, quia in quolibet genere est vnum primum principiũ, vltimus autem finis habet rationem primi principij, vt dictum est. * * Artic 2. * Art. præcedenti.

¶ In ista tertia ratione supponitur, quòd actiones voluntariæ sortiuntur rationem generis ab vltimo fine. Illud suppositum probatur, quia ex fine, qui est citra vltimum finem, habent speciem: ergo oportet, quòd ab vltimo habeant genus. Et secundò oportet, quòd habeant genus ab eo, qui est omnibus communis; sed vltimus finis, & solus ipse est omnibus communis: ergo ab ipso habent genus. Maior ista patet a simili in naturalibus, vbi accipitur genus ab aliquo communi; tunc arguitur sic ex ista tertia ratione pro conclusione responsionis. Omnia appetibilia voluntaris, inquantum huiusmodi, sunt vnius generis: ergo vltimus finis est vnus. Tenet consequentia, quia quod dat vnitatem genericam, oportet ipsum esse vnum genere, Antecedens patet ex supposito, & eius probatione, quia appetibilia non habent

bent rationem generis, nisi ab vltimo fine, ergo si sunt vnius generis, & vltimus finis est vnus genere.

¶Nota autem, quòd per appetibilia intelligit D.S. omnia obiecta actionum humanarum, vt sic, a quibus actiones ipsæ habent speciem, quæ tamen continentur sub vno vltimo fine, qui dat genus primum, & quasi generalissimum omnibus actionibus. Dicit autem D. S. appetibilia voluntatis esse vnius generis, inquantum appetibilia sunt, quia non oportet ea contineri in vno genere naturæ, vel etiam prædicamentali: Continentur tamen omnia sub vno communi appetibili, quod est eis omnibus communis ratio appetendi, vt patebit in sequenti articulo, quare dicit appetibilia voluntatis, vt sic.

¶Et confirmat D.S. illam rationem, quia in quolibet genere est vnum principium primum: vltimus autē finis habet rationem primi principij, vt patuit in secunda ratione, igitur est vnus. Et procedunt hæ probationes, vt dictum est, quod est vnus finis secundùm communem rationem non solum vnius, sed omnium hominum, vt patet intuenti: nam probatum est, quòd finis sit vnus tanquam a quo omnes actiones, & omnia appetibilia habēt rationem generis, & in quo conueniunt. Et hoc non est nisi vltimus finis secundùm communem rationem. Tunc ibi.

¶ Sicut autem se habet vltimus finis simpliciter ad totum humanum genus, ita se habet vltimus finis huius hominis ad hunc hominem: vnde oportet, quòd sicut omnium hominum est naturaliter vnus finis vltimus, ita huius hominis voluntas in vno vltimo fine statuatur.

¶ Probat specialiter conclusionem prædictam, quòd vnius hominis est vnus vltimus finis specialis, ita quòd non solum impossibile est, quòd voluntas vnius hominis feratur in plura, sicut in vltimos fines, secundùm communem rationem; sed quòd etiam statuat voluntatem suam in aliquo speciali, cui inhæreat tanquam vltimo fine. Et arguitur sic. Sicut se habet vltimus finis simpliciter communis ad totum genus humanum, ita se habet vltimus finis huius ad hunc hominem: sed omnium hominum est naturaliter vnus finis: igitur oportet, quòd huius hominis voluntas in vno vltimo fine statuatur, ita scilicet, q̄ sicut omnes volunt esse satiati in appetitu suo naturaliter, ita quando ille statuit sibi aliquid determinatum, in quo constituat vltimum finem. Patet ergo, quòd vnius hominis non possunt esse multi vltimi fines naturaliter, & quòd oporteat etiam aliquod certum accipi, vel aliqua certa per modum vnius vltimi finis, &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem respōsiuam, ideo conceditur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd omnia illa plura accipiebantur in ratione vnius boni perfecti ex his constituti ab his, qui in eis vltimum finem ponebant.

¶Maior fert secum solutionem, si verba attendantur, quia posuerunt vltimum finem in his quatuor. Vnum videlicet vltimum finem, non plures; dictum est autem circa corpus, quòd conclusio D. S. intelligitur, quòd voluntas cuiuscunque hominis non potest ferri in duo vel plura, sicut in duos vel plures vltimos fines, sed benè in plures res vt in vnum vltimum finem. Minor vera, hæc sunt plura in ratione entis, sed non necessariò accipiuntur vt plura summa bona, quare negatur cōsequentia. Sicut enim dictum est artic. 3. ad tertium, quandoque aliqua sunt plura specie in esse naturæ, & tamen vnum specie moris. Sic & possunt aliqua esse plura in esse, & specie naturali, & tamen haberi, vt vnum completè satiatiuum voluntatis. Et sic voluntas hominis sistit in eis, vt in vltimo fine vno.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etsi plura aliqua accipi possunt, quæ adinuicem oppositionem non habeant; tamen bono perfecto opponitur, quòd sit aliquid de perfectione rei extra ipsum.

¶ Ad maiorem præmitto duo. Primò, quòd aliqua opponuntur dupliciter, vno modo secundùm speciales rationes proprias, alio modo secundùm aliquam rationem communem: Forma enim vegetatiua, & sensitiua secundùm proprias rationes specificas non opponuntur, nec habent, vt sic incompossibilitatem in eadem materia; sed tamen secundùm communem rationem, vt videlicet, quælibet est actus substantialis dans materiæ & composito esse simpliciter; sic repugnant, & sunt incompossibiles in eodem subiecto simul, scilicet distinctè realiter,

Aliqua multipliciter opponuntur, & sunt incompossibilia.

¶Dico secundò, quòd aliqua in esse rei non opponuntur, hoc est secundùm esse naturæ, & tamen secundùm aliquod prædicatum sunt incompossibilia. Sic Deus & creatura secundùm esse naturæ esto sint plurimum diuersa, non tamen repugnant, nec habent oppositionem, vt bene habet Scotus in tertio, distinctione prima, quæstione prima, in solutione argumenti tertij: Quando arguitur, quòd magis distant Deus, & humana natura, quàm duo contraria, dicit ipse, & bene, quòd Deus, & natura humana plus distant secundùm esse naturæ, sed non magis repugnant. Sed tamen in hoc, quòd est esse vltimum finem, Deus & creatura opponuntur, & est impossibile, quòd si creatura habeatur pro vltimo fine, quòd Deus pro ultimo fine habeatur, ut habet Doctor Sanctus in de Virtutibus de Charitate, quæstione duodecima. ad duodecimum. Dico ex his ad maiorem, quòd illa, quæ non opponuntur, nec secundùm rationem specialem, nec communem, nec secundùm esse naturæ, nec secundùm aliquod prædicatum utriq; simul incompossibile, illa se non excludunt. Minor uera. Inueniuntur multa, quæ non opponuntur, nec secundùm generalem, nec secundùm specialem rationem, nec secundùm esse naturæ, licet sint diuersa, uel disperata, tamen necessariò opponuntur in hoc, quòd quodlibet eorum sit ultimus finis distinctus ab alio ultimo fine. Si enim unum est ultimus finis alicuius ipsum totaliter satiat, & si ipsum totaliter satiat, non potest aliud ab eo haberi ut ultimus finis; quia eoipso quo aliud accipitur ut ultimus finis, primum non haberetur ut completum bonum. Quare negatur consequentia.

¶Nota autem, quòd principium solutionis intelligitur, ut dictum est, quòd plura possunt accipi, quæ adinuicem in natura non opponuntur, tamen opponuntur in hoc, quòd quodlibet sit distinctus ultimus finis unius, & eiusdem.

¶Ad tertium dicēdum, quòd potestas voluntatis non habet, vt faciat opposita esse simul, quod contingeret, si tenderet in plura disperata, sicut in vltimos fines, vt ex dictis patet. * In co porean

¶Pro maioris pleno intellectu, oportet notare breuiter, quòd in uoluntate absolutè est multiplex libertas; una a coactione, alia quæ est indeterminatio ad opposita, tertia, quæ est indeterminatio ad bonum, & malum. Prima libertas conuenit uoluntati ex se positiuè, ita quòd ex natura sua habet, ut sit isto modo libera: & hæc libertas nunquam separatur a uoluntate in quocunque statu. Secunda autem libertas, quæ est indeterminatio ad opposita, conuenit uoluntati, ut uoluntas est per se positiuè, sed non respectu cuiuscunque obiecti, sed aliquorum; non enim potest se habere in hoc statu ad oppositum beatitudinis, uel ultimi finis secundùm communem rationem, sed tamen pro omni statu habet se ad aliqua opposita contenta sub fine, in quo sistit uoluntas, ut ultimo fine; & hæc libertas ad opposita potest intelligi absolutè, antequam se ad unum finem determinauit, & potest intelligi post determinationem finis. Tertia libertas, scilicet respectu boni, & mali conuenit uoluntati creatæ, & humanæ, ex se, sed negatiuè; quia uidelicet si nudè, & secundùm se consideretur (tertio modo per se) tunc est indifferens ad bonum, & malum. Libera multiplex & aliqua autem ty est ibi tate.

¶ Sed hic aduerte propter Scotum in secundo, distinctio. 7. in confirmatione tertiæ rationis contra opiniones de obstinatione Angelorum, quòd illud, quod conuenit ex se isto modo, scilicet negatiuè potest remoueri ab eo cui conuenit, sic homini ex se negatiuè conuenit indifferentia ad album, & nigrum, quæ tamen potest ab homine remoueri. Et sic talis libertas remouetur a uoluntate obstinata damnati, & a uoluntate confirmata in bono beati. Scotus autem illam distinctionem non aduertit. Posset addi quarta libertas, quæ est a peccato, & nec ista conuenit uoluntati ex se positiuè. His suppositis, dicitur ad maiorem, per hoc, quòd uoluntas ultimum finem in aliquo constituit, suam liberam potentiam non amittit, uerum, liberam potentiam a coactione; Similiter liberam potentiam ad aliqua opposita contenta sub ultimo fine præstituto; sed negatur, quòd non perdiderit libertatem aliquam, uidelicet respectu alterius ultimi finis, postquam se ad hunc determinauit: licet enim absolutè fuerit libera ad hunc, uel alium ultimum finem, sed postquam se ad illum determinauit, non potest simul habere alium vltimum finem, quia non potest facere impossibilia, faciendo opposita esse simul; quod tamen fieret, si simul haberet duos ultimos fines, ut patuit. Nec est inconueniens aliquam libertatem a uoluntate auferri, quę cōuenit uoluntati ex se negatiuè, sicut libertas ad illum, uel alium ultimum finem conuenit uoluntati secundùm se negatiuè, quæ post determinationem ad unum aufertur, sicut & libertas ad bonum, & malum in beatis, uel damnatis. Minor conceditur; sed dico, quòd potuit constituere finem in illo, uel alio, & fuit libera negatiuè, sed non positiuè; sed talis libertas, ut dictum est, aufertur per determinationem ad unum. Libertas enim, ut dictum est artic. 2. est quędam indeterminatio, quæ per determinationem aufertur. Quare negatur censequentia, quòd simul. Volo quidem, q̄ potest resilire ab uno ultimo fine, & adhærere alteri, sicut patet, qui charitatem amittit, peccando mortaliter, uel per contritionem de peccato redit in gratiam Dei; sed non est possibile simul inhærere duobus ultimis finibus, &c. Licet enim stante determinatione ad ultimum finem maneat libertas quo ad media in ipsum, non tamen manet libertas ad alium ultimum finem simul habendum.

Nota propter Scot

Nota, Scotus.

Vtrum homo ordinet omnia in vltimum finem.

Infra q. 60. ar. 2. cor. & 4. di. 49. q. 1. artic. 3. q. 4. & 1. contra. cap. 100.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd non omnia quæcunque vult homo, propter vltimum finem velit: ea enim, quæ ad finem vltimum ordinantur, seriosa dicuntur, quasi vtilia; sed iocosa a seriosis distinguuntur, ergo ea, quæ homo iocosè agit, non ordinat in vltimum finem.

* Arist. c. 2. ¶Præterea philosophus dicit in principio metaph. * quòd scientiæ speculatiuæ propter seipsas quæruntur; nec tamen potest dici, quòd quælibet earum sit vltimus finis, ergo non omnia quæ homo appetit, appetit propter vltimum finem.

¶Præterea. Quicquid ordinat aliquid in finem, cogitat de illo fine; sed non semper homo cogitat de vltimo fine in omni eo quòd appetit, aut facit, non ergo omnia homo appetit, aut facit propter vltimum finem.

* Aug. c. 1. ¶Sed contra est, quod dicit Augustinus 19. de Ciuit. Dei. * Illud est finis boni nostri, propter quod amantur cætera, illud autem propter seipsum.

¶Hic D. S. agit de vnitate vltimi finis per respectum ad media ordinata in finem. An videlicet, sicut vnius hominis, immo omnium hominum, est vnus finis vltimus, sic etiam omnium actionum humanarum sit vnus vltimus finis, propter quem homo velit omnia quæcunque vult, & agit.

Distinctio soluens argu. Scoti. ¶Nota hic vnam distinctionem, per quam & aliqua argumenta Scoti soluuntur, & ex qua habetur fundamentum huius articuli, quòd dupliciter aliquid est volitum, vel actum propter aliud. Vno modo, quia actu in ipsum refertur. Alio modo, quia refertur virtualiter. Relatio actualis non est sine actuali apprehensione finis, in quem apprehensum aliud actu refertur, & talis relatio in aliud facit propriè vsum, vt Scotus probat in quarto, di. 49. q. 10. Sed ad relationem virtualem sufficit, quòd aliquid fiat propter id, quod quandoque in finem relatum fuit, nec requiritur actualis attentio, vt quis consideret se hoc propter illud agere, sicut pulchrè declarat D.S. in de Virtutibus. Materia 2. q. 11. ad secundum, & tertium. Et secundò sufficit ad relationem virtualem in aliud, sicut in finem, quia hoc est appetitū, quia alteri consonat. Et quia ex natura rei illud non appetit, nisi quia est aliqua participatio alterius, etiam si fortè de hoc non cogitet, quia illud sit propter aliud. Cōstat autem, quòd in quocunque appetito homo vult aliqualiter satiari appetitum suum, & non appetit, nisi quia aliqualiter perficit, ideo in omni volitione est virtualiter volitum bonum perfectum, quod vocamus vltimum finem, &c.

Finis vltimus duplex. ¶Nota etiam, quòd sicut supra tactum est, duplex est vltimus finis, vnus secundum rem, qui est Deus, propter quem & in dependentia ad ipsum omnia habent appetibilitatem, vt patet 3. contra Gent. cap. 18. & in de Verita. Materia 22. q. 2. Alius est vltimus quo ad nos, qui euidenter continet perfectam rationē obiecti voluntatis, & etiam per dependentiam ad illum vltimum finem omnia sunt volita. Et de isto vltimo fine præsertim loquimur in hoc articulo.

¶Respondet D. S. quòd omnia, quæ homo appetit, appetit propter finem, & hoc apparet duplici ratione. Primò quidem, quia quicquid homo appetit, appetit sub ratione boni, quod quidem si non appetitur, vt bonum perfectū, quod est vltimus finis, necesse est, vt appetatur, vt tendens in bonum perfectum, quia semper inchoatio alicuius ordinatur ad consummationem ipsius, sicut patet, tàm in his quæ fiunt a natura, quàm in his, quæ fiunt ab arte, & ita omnis inchoatio perfectionis ordinatur in perfectionem cōsummatam, quæ est per vltimum finem.

Prima ratio propriè. ¶D. S. respondet tali conclusione. Omnia quæ homo appetit propter vltimum finem appetit, probatur ex duplici ratione, secundam ponit ibi. Secundò quia, &c. Prima ratio sumitur ex propriis, & arguitur sic. Quicquid appetitur, vel appetitur, vt finis vltimus, vel vt ordinatum ad ipsum, ergo quilibet motus appetitus, vel est immediatè circa vltimum finem, vel circa aliquid in ipsum relatum; consequentia clara. Antecedens probatur. Quicquid appetitur, sub ratione boni appetitur, quod est, vel perfectum bonum, & sic vltimus finis; vel imperfectum, & sic ordinatur naturaliter in bonum perfectum, quod est vltimus finis; igitur antecedens verum: prima pars huius assumpti nota: sed secunda probatur, scilicet quòd imperfectum ordinatur in perfectum, quia imperfectum est quædam inchoatio perfecti, sed inchoatio semper ordinatur ad consummationem alicuius, igitur secunda pars vera. Minor proxima probat in artificialibus, & naturalibus, &c.

¶Nota, quòd Scotus in primo, dist. 1. q. 3. ad secundum pro opinione, & in quarto supra circa finem contradicit iam dictis, & vult, quòd aliquid citra vltimum finem sit propter se appetibile sine omni relatione ad vltimum finem negatiuè, sed non cōtrariè; quia scilicet vult ipsum non vt referibile, sed non potest velle, vt non referibile. Et ita secundùm ipsum datur appetibile aliquod, quod nec est ad finem vltimum, nec vltimus finis, & est appetibile neutrum. Scotus contradicit. Appetibile neutrum.

¶Sed hoc dictum refellitur, quia esto aliqua res sit bona, non tamen sine dependentia a primo bono, sicut nec aliquod complexum est cognoscibile sine dependentia ad prima principia. Quare nec aliquod est volitum sine expressa, vel implicita, actuali, vel virtuali dependentia ad vltimum finem etiam secundum communem rationem: vide D.S. in quarto, dist. 49. q. 1. art. 3. q. 4. Vbi & videbis argumenta aliqua Scoti soluta de fornicatore scienter, quia esto talis non velit talem actum peccati per depēdentiam ad Deū, & ad vltimum finem secundùm rem; vult tamen per dependentia ad vltimū finem secundùm communem rationem, quia & aliquid satietatis quærit in fornicatione. D.S. igitur attēdit ordinem essentialem omnium, quæ sunt in aliquo ordine ad primum illius ordinis. Et quia imperfectum naturaliter ordinatur, & dependet a perfecto, quæ Scotus non attendit. Deinde cum dicit. Soluitur.

¶Secundò, quia vltimus finis hoc modo se habet in mouendo appetitum, sicut se habet in aliis motionibus primum mouens. Manifestum est autem, q̄ causæ secundæ mouentes non mouent, nisi secundùm quòd mouentur a primo mouente, vnde secunda appetibilia non mouent appetitum, nisi in ordine ad primum appetibile, quod est vltimus finis.

¶ Subiungit secundam rationem pro conclusione a simili de primo aliorum ordinum, & ex fundamento communi aliis causis. Et est ratio formalis in littera, & fundatur in ordine essentiali omnium alicuius ordinis ad primum in per se subordinatis, non est autem minus per se ordo in genere causæ finalis, quàm in alijs generibus causarum. Vnde nec ęstimatum bonum est volitum, nisi vt est quædam participatio beatitudinis secūdùm communem rationem, & aliquis putat se per huius consecutionem beatitudini propinquiorem, saltem implicitè, & virtualiter. Nec obstat instantia Scoti in primo supra, vbi dicit, falsum esse, quòd participatione vltimi finis velit homo quicquid velit, quia non potest intelligi, quòd virtute eius, sicut primi efficientis nec sicut primi voliti, quia non virtute Dei voliti, volo quodcunque volitum, quia tunc omnis actus voluntatis esset vsus, referendo illud ad primum obiectum volitum: hæc ille. Sed deficit, quia non intelligit D.S. quòd omnia sint volita propter vltimum finem in quem actu omnia referantur, nec vult, quòd omnia sint virtualiter etiam relata in Deum, vt est vltimus finis supernaturalis. Sed vult, quòd omnia sint volita, vt dependent a primo volito saltem quo ad nos, quod est perfectum bonum secundùm communem rationem. Quare non sequitur, quòd omnis actus voluntatis sit vsus quo aliquid actu, vel virtute refertur in Deum, vt est vltimus finis supernaturalis. Cum & peccatorem mortalem dicamus, actus suos referre in vltimum finem necessariò. De materia huius articuli in Capreol. in primo, dist. 1. q. 3. circa primam conclusionem. Secunda ratio pro conclusione. Instantia Scoti soluitur. Capreolus.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem respōsiuam, quia cætera amantur propter finem vltimum. f. virtualiter, & implicitè, vt quædam participationes eius.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd actiones ludiciæ, aliàs luditiuæ, non ordinantur ad aliquem finem extrinsecum, sed tamen ordinantur ad bonum ipsius ludentis, prout sunt delectantes, vel requiem præstantes, bonum autem consummatum hominis est vltimus finis eius.

¶Nota hic primò D.S. 2. 2. q. 168. art. 2. in corp. quòd ludicra, vel iocosa sunt dicta, vel facta, in quibus non quæritur, nisi delectatio animalis. Ludicra.

¶Secundò nota, quòd secundùm D.S. tertio contra Gentiles. c. 2. in fi. quòd delectatio in huiusmodi actionibus quæritur dupliciter. Vno modo, quia quis ludit propter ipsam delectationem, quæ in ludo est, sicut propter finem. Alio modo ludit, vt delectatus postea fortius agat, & tunc expresse est propter finem etiam particularem.

¶Tunc dicitur ad argumentum. Ad maiorem negatur ipsa, ad sensum quem prætendit, scilicet quòd seriosa distinguantur a iocosis, vel ludicris, penes ordinari in vltimū finem, sed penes hoc, quòd seriosa ordinantur ad aliquem particularem finem extrinsecū ex intentione agentis. Ludicræ verò quandoq; non ordinantur in finem particularem extrinsecū, sicut cum quæritur propter delectationem. Cum hoc tamen stat, quòd ordinatur in bonum ipsius ludentis, vt imperfectum bonum, & participatio perfecti boni, & sic per consequens, vt participant vltimum finem secūdùm communem rationem, sicut in simili habet D.S. in quarto supra ad se-

ad ſecundum de delectatione, quæ eſt in peccató mortali, quam quis quærit, vt habet quandam ſimilitudinem veræ beatitudinis. Minor vera; diſtinguuntur, ſed non penes ordinari, & dependere ab vltimo fine, ſed aliunde, vt dictum eſt; quia ſerioſæ actiones dependent a fine particulari intento, ſed ludicræ actiones quæruntur propter delectationem, quæ in ipſis eſt, quæ tamen dependet ab vltimo fine: & ſecundò quæruntur propter bonum delectati, cuius perfectum bonum eſt vltimus finis, in cuius virtute quæruntur, &c.

¶Et ſimiliter dicendum ad ſecũdum de ſcientia ſpeculatiua, quæ appetitur vt bonum quoddam ſpeculantis, quod comprehenditur ſub bono completo, & perfecto, quod eſt vltimus finis.

¶Ad Maiorem quęruntur ſcientiæ ſpeculatiuæ propter ſeipſas, quia non propter finem particularem extrinſecum; tamen quærũtur, vt ſunt quædam participatio, & aliqualis inchoatio vltimi finis, quia quæruntur, vt quoddam bonum ſpeculantis, ſed non, vt conſummatum, & perfectum: ergo vt participatio perfecti boni, & per conſequens virtualiter, & implicitè ex natura rei propter vltimum finem. Ad inſtantiã. Nec tamen, &c. Verum, nõ quælibet eſt vltimus finis, tamen quælibet eſt quoddam bonum habentis, in qua habetur nonnihil vltimi finis. Quare negatur cõſequentia.

¶Ad tertium dicendum, quòd non oportet, ꝙ ſemper aliquis cogitet de vltimo fine, quandocunq; aliquod appetit, vel operatur: ſed virtus primæ intentionis, quæ eſt reſpectu vltimi finis, manet in quolibet appetitu cuiuſcunq; rei, etiam ſi de vltimo fine actu non cogitatur, ſicut non oportet, quòd qui vadit per viam, in quolibet paſſu cogitet de fine.

¶Maior ſi intelligitur, quòd quicunque ordinat ad finem, etiam virtualiter, & implicitè cogitet de fine actu; falſa eſt, & falſitatem eius oſtendit D. S. in ſolutione, & in de Virtutibus vbi ſupra. Si autem intelligitur, quòd quicunque agit propter finem, quòd ille finis proponatur a ratione ipſi voluntati implicitè, ſic quòd proponat aliquid per virtualem dependentiam ad ipſum, conceditur. Ad minorem, verum, non actu ſemper cogitat, tamen quodcunq; cogitet volendum, ipſum proponitur virtualiter, vt dependens ab vltimo fine; quia nihil eſt volitum, niſi habens aliquam appetibilitatem, & ſi non plenum, tunc eſt volitum, vt habẽs aliquid perfecti appetibilis, quod eſt vltimus finis. Quare negatur conſequentia, quia ſufficit, quòd vltimus finis ſit virtualiter volitus in quolibet volito, & deſiderium vltimi finis ſit virtute in omnibus aliis deſideriis, ſicut cauſa in effectu.

Vtrum idem ſit finis vltimus omnium hominum.

Supra ar. 5. cor. Et 1. Ethic. lec. 9. col. fin.

HAD ſeptimum ſic proceditur. Videtur, quòd non omnium hominum ſit vnus finis vltimus, maximè enim videtur vltimus finis eſſe hominis incommutabile bonum; ſed quidam auertuntur ab incommutabili bono peccando: non ergo omnium hominum vnus eſt vltimus finis.

¶ 2 Præterea ſecundùm vltimũ finem tota vita hominis regulatur: ſi igitur eſſet vnus vltimus finis omnium hominum; ſequeretur, quòd in hominibus non eſſent diuerſa ſtudia viuendi, quod patet eſſe falſum.

¶ 3 Præterea finis eſt actionis terminus; actiones autẽ ſunt ſingularium; homines autem etſi conueniant in natura ſpeciei, tamen differunt ſm ea, quæ ad indiuidua pertinent: non ergo oĩum hoĩum eſt vnus vltimus finis.

* Aug. c. 3. & 4. ¶ Sed contra eſt, quod Auguſt. dicit. 13. de Trin.* quòd omnes homines conueniunt in appetendo vltimum finem, quæ eſt beatitudo.

¶Hic D.S. inquirit de vnitate vltimi finis per reſpectum ad omnes homines. Et quamuis ex articulo quinto ſatis habeatur, quòd eſt vnus vltimus finis ſecũdum communem rationem vltimi finis, quia tamen vltimus finis accipitur etiam alio modo pro vltimo fine præſtituto, ideo articulus ille non ſuperfluit. Vnde D.S. de Veri. Materia 27. q. 7. Homini inditus eſt appetitus vltimi finis ſui in communi, vt ſcilicet naturaliter appetat ſe eſſe completum in bonitate. Sed in quo illa completio conſiſtat, vtrum in virtutibus, vel ſcientiis, vel delectationibus, vel huiuſmodi aliis, non eſt ei determinatum a natura: hæc ille, & quæſt. 5. præcedente dicit. Et ideo quod voluntas de neceſſitate vult, quaſi naturali inclinatione in ipſum determinata, eſt vltimus finis, vt beatitudo, & ea quæ in ipſa includuntur, vt eſt cognitio Veritatis, & alia huiuſmodi: ad alia verò non determinatur de neceſſitate, naturali inclinatione; ſed propria diſpoſitione abſq; omni neceſſitate, hæc ille: & Materia 24. q. 7. ad ſextum, Fœlicitatẽ indeterminatè. & in vniuerſali omnis mens rationalis naturaliter appetit, & circa hoc deficere non poteſt; ſed in particulari non eſt determinatus motus voluntatis creaturæ ad quærendam fœlicitatem in hoc, vel in illo, hæc ille. Ex quibus patet, quòd non eſt ſuperfluitas, quamuis prius implicitè habitum ſit omnes habere eundem vltimum finem; cum hoc ſpecialius quæritur, & explicatur, an etiam ſit vnus finis præſtitutus liberè.

¶Reſpondeo dicendum, quòd de vltimo fine poſſumus loqui dupliciter, vno modo ſecundùm rationem vltimi finis, alio modo ſecundùm id, in quo finis vltimi ratio inuenitur.

¶D. S. primò præmittit diſtinctionem quendam bimembrem, ex qua poteſt trahi duplex intellectus quæſiti. Secundò conformiter dupliciter reſpondet. primò ibi, Quintum igitur, &c. ſecũdò ibi, Sed quintum, &c. & tertiò eaſdem reſponſiones declarat ſpecialiter ibi, Illud tamen, &c. Diſtinguit ergo quo ad primum, de vltimo fine, quòd dupliciter loqui poſſumus de eo. Vno modo formaliter ſecundùm rationem vltimi finis. Alio modo ſecundùm id, &c. Sicut & de quolibet nomine concreto, puta albo, poſſumus loqui de ſignificato, vel copulato.

¶Et nota, ꝙ valde differẽter ſe hñt ad appetitũ vltimus finis ſm rõnẽ vltimi finis, & illud, vel aliud, in quo vltimus finis cõſtituitur; primo nãque modo continet de per ſe obiectũ completũ voluntatis, & euidenter; ſecundo autem modo eſto, qñq; ſit maius bonũ, & perfectior vltimus finis, quàm vltimus finis ſecundùm communem rationem; quia tamen non euidenter continet rationem perfectam obiecti voluntatis; ideo vltimus finis; primo modo neceſſariò mouet quo ad ſpecificationem actus, ſecundo autem modo non, vt etiam infra patebit q. 5. art. 8. Et per hoc patet, ꝙ non erit repugnantia in concluſionibus ſequentibus. Et hæc Scotus non videtur aduertiſſe in quarto, diſtinctio. 49. quæſtio. 9. ibi ſe remittit ad primum in diſtinctio. 1. quæſtio. 4. non enim, vt habet Capreolus in quarto, eadem diſt. q. 8. ad primum Scoti. Voluntas neceſſariò appetit vltimum finem, vel beatitudinem in communi, quia in ea eſt ſecundùm rem ratio omnis boni, & non in aliquo particulari, puta in Deo; ſed quia vltimus finis, vt ſic, importat propriam rationem, ex qua habet, quòd ſit per ſe obiectum voluntatis. Nullum autem particulare bonum hoc in propria ratione importat. Conſequenter cum dicit. Scotus. Capreol.

¶Quantum igitur ad rationẽ vltimi finis, omnes conueniunt in appetitu finis vltimi, quia omnes appetunt ſuam perfectionem adimpleri, quæ eſt ratio vltimi finis, vt dictum eſt.* * Artic. 5. huius q.

¶Reſpondet iuxta primum membrum, & intellectum quæſiti, tali concluſione. Quantum ad rationem vltimi finis omnes conueniunt in appetitu vltimi finis, probatur. Omnes appetunt ſuam perfectionem adimpleri: ergo concluſio vera. Antecedens patet, quia naturaliter vnumquodq; appetit ſuam perfectionem, & maximè ſummam. Tenet conſequentia, quia hæc eſt ratio vltimi finis, ſcilicet eſſe perfectum bonum, & completum, vt patet articu. 5. Vbi, & patet hæc prima concluſio per tres rationes. Conſequenter ibi.

¶Sed quantum ad id, in quo iſta ratio inuenitur, non omnes homines cõueniunt in vltimo fine; nam quidam appetunt diuitias tanquam cõſummatum bonum, quidam verò voluptatem, quidam verò quodcunq; aliud; ſicut & omni guſtui delectabile eſt dulce, ſed quibuſdã maximè delectabilis eſt dulcedo vini, quibuſdam dulcedo mellis, aut alicuius talium.

¶Subiungit ſecundam reſponſionem, quo ad ſecundum membrum diſtinctionis, per talem concluſionem. Quantum ad id, in quo iſta ratio inuenitur, non omnes homines conueniunt; probatur experimentaliter, nam quidam appetunt diuitias, tanquam conſummatum bonum, quidam voluptatem, &c. ergo concluſio vera. Antecedens relinquitur notum: conſequentia clara. Et adiungit D. S. declarationem, & compoſſibilitatem illarum duarum concluſionum a ſimili in guſtu, quia omni guſtui delectabile eſt dulce, & in hoc conuenit guſtus omnium; ſed quibuſdam maximè delectabilis eſt dulcedo vini, aliis dulcedo inuenta in aliis, puta mellis, &c. Et huius ſimile ponit D. S. in quarto, diſtin. 49. quæſt. 1. artic. 3. quæſt. 1. ad primum, de viſibili duplici; ſcilicet per ſe, & per accidens; & neceſſariò ab omnibus videtur per ſe obiectum, puta color, ſed non per accidens viſibile. Sic beatitudo, vel vltimus finis, eſt per ſe obiectum voluntatis, & in eius appetitu omnes conueniunt; ſed hoc perfectum bonum eſſe voluptatem, vel diuitias, vel virtutem, vel aliquid huiuſmodi, eſt per accidens, & ideo non eſt inconueniens eſſe circa hoc multos errores. Tuncibi.

¶Illud

¶Illud tamẽ dulce oportet ſimpliciter eſſe melius delectabile, in quo maximè delectatur, qui habet optimum guſtum, & ſimiliter illud bonum oportet eſſe completiſſimum, quod tanquam vltimum finem appetit habens affectum benè diſpoſitum.

Concluſio tertia. ¶Declarat in quo ſpeciali ſecundùm veritatem ratio vltimi finis inueniatur, & poteſt eſſe tertia concluſio declaratoria probationis ſecundæ concluſionis: iſta. Illud bonũ oportet eſſe completiſſimum (ideſt in eo verè inuenitur ratio vltimi finis) quod tanquam finem vltimum appetit habens affectum benè diſpoſitum; probatur per ſimile de guſtu, quia illud dulce oportet ſimpliciter eſſe melius delectabile, in quo maximè delectatur, qui habet optimum guſtum: ergo ſimiliter illud bonum, &c. Tenet conſequentia a ſimili. Affectus autem benè diſpoſitus eſt, qui ſequitur rectam rationem rectè iudicantem; rectè autem iudicat ratio, quæ dicit illam rationem eſſe in eo, in quo ſecundùm veritatem eſt: eſt autem ſecundùm veritatem in Deo tantùm; ergo affectus tendens in Deum ſicut in vltimum finem eſt benè diſpoſitus, & tendit in id, in quo ratio vltimi finis verè reperitur.

Probatur concluſio. ARGVMENTVM in contrarium confirmat primam concluſionem reſponſiuam, quia conueniunt omnes homines in appetitu vltimi finis ſecundùm communem rationem, &c.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd illi, qui peccant, auertuntur ab eo, in quo verè inuenitur ratio vltimi finis, non autem a b ipſa vltimi finis intentione, quã quærunt falsò in aliis rebus.

¶Ad maiorem diſtinguo. Bonum incommutabile eſt vltimus finis hominis materialiter ſecundùm rem. Conceditur, ſed negatur, quòd bonum incommutabile ſit vltimus finis formaliter, vel quòd dicat rationem vltimi finis euidenter in hac vita, quando bonum incommutabile non videtur clarè. Minor conceditur; ſed dico, quòd non auertuntur a ratione communi vltimi finis, quia & peccatores quærũt implere appetitum ſuum in rebus, in quibus non inuenitur ſecundum veritatem ratio vltimi finis. Vltra, non ergo, &c. Verũ, non omniũ eſt vnus vltimus finis materialiter ſecundùm præſtitutionem voluntatis; cũ hoc tamen ſtat, ꝙ eſt vnus vltimus finis formaliter. ſ. ſecundùm rationem formalem vltimi finis.

¶Nota autem, quòd ratio tacta eſt circa corpus, quare incommutabile bonum non eſt per ſe formale obiectum voluntatis, quia ad per ſe obiectum formale, & neceſſariò mouens omnes, requiritur euidens cõtinentia totius boni, etiam quo ad nos; hanc autem habet vltimus finis, & non Deus pro hac vita. Dico autem in hac vita, quia Deus clarè viſus magis neceſſariò ab omnibus videntibus appeteretur, quàm hoc bonum ſecũdùm communem rationẽ beatitudinis, vel vltimi finis: vnde D. S. ſupra in quarto ad ſecundum dicit, quamuis Diuina viſio ſit ipſa beatitudo, non tamen ſequitur, quòd quicunque appetit beatitudinem, appetat Diuinam viſionem; quia beatitudo inquantum huiuſmodi importat per ſe obiectum voluntatis, non autem ipſa Diuina viſio. Sicut aliquis appetit dulce, qui tamen non appetit mel. Et ad tertium dicit, quãuis aliqui appetunt ea, quæ ſunt contraria beatitudini ſecundùm rei veritatem, tamen ſecundùm ſuam ęſtimationem non ſunt contraria, ſed perducentia ad eam: hæc ille. Et præſertim appetuntur contraria veræ beatitudini, ſub ratione beatitudinis in communi. Ex quibus patet ſolutio. Vnde hoc argumentum eſt pro ſecunda concluſione.

¶Ad ſecũdum dicendum, quòd diuerſa ſtudia viuendi contingunt in hominibus propter diuerſas res, in quibus quæritur ratio ſummi boni.

¶Ad aſſumptum dico, quòd ſecundùm vltimum finem formaliter, & materialiter ſimul, vita hominis regulatur, quia videlicet ex hoc, quòd quis intendit ad finem vltimum, & in tali re, ſecundùm hoc habet inſtituere actus ſuos. Vltra. Si igitur, &c. Verum ſi eſſet vnus vltimus finis formaliter ſecundum communẽ rationem, & materialiter ſimul, tunc non eſſent diuerſa ſtudia; ſed quia eſt vnus tantùm ſecundùm rationem formalem communem, & tamen non eſt vnus ſecundùm rem, in qua conſtituitur per opinionem, & ęſtimationem hominis; ideò ſtat, quòd ſunt diuerſa ſtudia. Vnde & hæc ratio probat ſecundam concluſionem, quòd non eſt vnus finis quantum ad id, in quo ratio vltimi finis inuenitur ſecundùm ęſtimationem hominum, patebit articulo ſequenti, quia & quantum ad rem ſecundùm veritatem eſt vnus vltimus finis.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ etſi actiones ſint ſingularium, tamen primum principium agendi in eis eſt natura, quæ tendit ad vnum, vt dictum eſt.* * Artic. 5. huius q.

¶Maior vera, finis eſt terminus actionis, ſed actionis quandoq; immaterialis ſequentis apprehenſionem intellectuam, quę poteſt eſſe alicuius termini vniuerſalis, & vniuerſaliter; & etiam poteſt eſſe rationis terminandi vniuerſalis, & vniuerſaliter, licet appetitus ſenſitiuus terminetur tantùm, vel ad particulare, vel ad aliquid vniuerſaliter. Immo & appetitus naturalis poteſt eſſe alicuius vniuerſaliter. Sicut materia appetit formam vniuerſaliter, & viſus videre, vel viſibile vniuerſaliter. Et dico, ꝙ terminus vniuerſaliter eſt medium inter vniuerſalitatẽ & in particulari. Vnde voluntas vult naturaliter beatitudinem in communi; non quia feratur in vniuerſalitatem, nec quia in hoc particulare adæquatè, ſed in vltimum finem vniuerſaliter. Hæc noto propter Scotum in quarto, vbi ſupra in corp. Et de his infra q. 29. art. 6. Ad minorem dico, ꝙ ſi intelligitur, ꝙ actiones omnes, etiam immateriales ſint ſemper, & de neceſſitate ſingularium, ſicut terminorum, negatur, vt infra etiam tãgetur. Si autem intelligitur, ꝙ actiones ſint ſingularium ſubſiſtentium, ſicut agentium quæ agunt, conceditur; ſed tamen natura cõmunis omnibus ſuppoſitis ſubſiſtentibus poteſt eſſe ratio agendi; & tendendi in aliquod communiter in omnibus. Et quia talis natura communis ſuppoſitis rationalibus, etiam includit id, quod eſt naturæ in communi; ideo etiam tendit in aliquod vnum, ſcilicet in per ſe obiectum voluntatis, ad quod ſe habet per modum naturæ, hoc eſt determinatè quo ad ſpecificationem. Vltra, ad ſubſumptam. Verum conueniunt in ſpecie, & differunt in indiuiduo. Et ex hoc ipſo, ſicut ſpecies eſt communis, ita & illud quod ſequitur ſpeciem rationalem, ſcilicet eſſe determinatum ad per ſe obiectum voluntatis. Quare negatur conſequentia. Et pendet intellectus huius ſolutionis ex articulo quinto, &c. Scotus.

Vtrum in illo vltimo fine hominis aliæ creaturæ conueniant.

I Infr. q. 103. artic. 1. & 2. dist. 38. ar. 1. & 2. co. & 1. cõtra ea. 75. & li. 3. c. 17. 25. & 27. fin. & 97. & veri. q. 5. art. 6. ad quartũ. * Dionyſ. cap. 4. & 10.

AD octauum ſic proceditur. Videtur, ꝙ in vltimo fine hominis etiam omnia alia conueniant: finis enim reſpondet principio; ſed illud, quod eſt principium hominum. ſ. Deus, eſt etiam principium omniũ aliorũ: ergo in vltimo fine hominis omnia alia communicant.

¶ 2 Præterea Dionyſ. dicit in lib. de diu. no.* ꝙ Deus conuertit omnia ad ſeipſum tanquam ad vltimũ finem, ſed ipſe eſt vltimus finis hominis, quia ſolo ipſo fruẽdum eſt: ergo in fine vltimo hominis etiam alia conueniunt.

¶ 3 Præterea. Finis vltimus hominis eſt obiectum voluntatis; ſed obiectum voluntatis eſt bonum vniuerſale, quòd eſt finis omnium: ergo neceſſe eſt, quòd in vltimo fine hominis omnia conueniant.

¶Sed cõtra eſt, ꝙ vltimus finis hominum eſt beatitudo quam omnes appetunt, vt Aug. dicit:* ſed non cadit in animalia expertia rationis vt beata ſint, ſicut Auguſtinus dicit in lib. 83. Quæſtionum.* non ergo in vltimo fine hominis alia conueniunt. * Augu. 19. de Ciu. Dei. cap. 1. & 13. De Trinit. cap. 3. & 4. * Q. 5.

¶Hic agit de vnitate vltimi finis per reſpectum ad omnia creata. An non ſolùm omnium hominum, ſed etiam omnium creaturarum ſit vnus finis vltimus.

¶Et nota, ꝙ non quæritur, an conueniant omnia in beatitudine hominis, ſed in vltimo fine, quia beatitudo ex parte habentis plus requirit, ꝙ vltimus finis. Beatitudo enim requirit cognitionem intellectualem, non autem habere aliquo modo vltimum finem.

¶Nota ẽt, ꝙ vltimus finis eſt duplex; vnius ſm rem, quæ eſt cauſa mouens agentẽ ad cauſandũ res; alius eſt vltimus finis, ꝙ a oĩbus deſideratus vt vltimus finis; & hoc explicitè, vel implicitè, vel ſcilicet in aliqua ſui participatione, vel ſimilitudine, & effectu, vel in ſeipſo. Et vtroq; modo poteſt intelligi quæſitum præſens.

¶Reſpondeo dicendum, quòd ſicut philoſophus dicit in quinto metaph.* finis dupliciter dicitur, ſcilicet cuius & quo, ideſt ipſa res, in qua ratio boni inuenitur, & vſus ſiue adeptio illius rei, ſicut ſi dicamus, ꝙ motus corporis grauis finis eſt locus inferior vt res, vel hoc, quod eſt eſſe in loco inferiori vt vſus, & finis auari eſt, vel pecunia vt res, vel poſſeſſio pecuniæ vt vſus. * Ariſtot. tex. 22.

¶D. S. quia reſpõſurus diſtinctè primò pmittit quoddam notabile diſtinctiuum bimembre; ſecundò reſpondet: iuxta primum membrum ibi. Si ergo, &c. Tertiò quo ad ſecundum. ibi, Si autem, &c. Notabile ergo diſtinctiuum fundatum in philoſopho. 5. metaph. ſ. ꝙ finis dicitur dupliciter. ſ. cuius, & quo. Finis cuius eſt idem, ꝙ finis qui, ideſt ipſa res, in qua inuenitur ratio boni, & eſt id quod habetur. Finis autem quo, eſt vſus, vel adeptio finis qui, vel cuius. Et exponit D. S. membra diſtinctionis per exemplum naturale, & per exemplum morale humanum.

¶Et aduerte tamen, ꝙ finis, quo dicitur eſſe vſus extenſo vocabulo etiam ad fruitionem, vel conſecutionem rei, quæ infra dicetur beatitudo formalis; & tamen iſti fines cuius, & quo, non ſunt propriè diſtincti fines ex æquo ſe habentes, ſed ex eis conſtituitur vnus finis totalis ipſius habentis; non enim res ipſa eſt finis, niſi mediante habitione, vel conſecutione.

¶Et nota, quòd hæc distinctio est alia distincta contra distinctionem præcedentis articuli, quia finis vltimus secundùm communem rationem, & finis quo, non sunt idem; nam irrationalia esto consequantur, & habeant finem quo vltimum suum, non tamen extendunt se apprehendendo communem rationem vltimi finis, nec sunt idem, in quo ratio vltimi finis inuenitur secundùm æstimationem hominum, & finis qui omnium rerum, vt patebit statim; &c. Deinde cum dicit.

¶Si ergo loquamur de vltimo fine hominis quantum ad ipsam rem, quæ est finis, sic in vltimo fine hominis omnia alia conueniunt, quia Deus est vltimus finis hominis, & omnium aliarum rerum.

Conclusio prima.

¶Respondet iuxta primum membrum tali conclusione. Si loquamur de vltimo fine hominis, quantum ad ipsam rem, quæ est finis, sic in vltimo fine hominis omnia conueniunt; probatur, quia Deus est vltimus finis hominis, & omnium aliarum rerum: igitur conclusio vera, consequentia clara. Antecedens relinquitur notum ex prima parte, quæstio. 44. artic. 4. vbi probatur, quòd Deus faciendo creaturas fecit propter suam bonitatem, sicut propter finem. Et vnaquæq; creatura intendit consequi suam perfectionem, quæ est similitudo perfectionis, & bonitatis diuinæ; & ita est finis vltimus ipsius fieri creaturæ, & ipsius agere. Et de hoc tertio contra Gentiles, capit 17. vbi probat, quòd Deus est finis, tanquam propter quem omnia facta sunt. In capitulis autem 18. & 19. ostendit, quòd est finis vltimus, propter quem omnia agunt. Omnia enim per motus, & actiones suas tendunt in Diuinam similitudinem, sicut in vltimum finem, & secundùm D.S in de Veritate. Materia 22. quæst. 2. quia nihil est appetitum, nisi vt similitudo Dei; ideo est vltimus finis, & appetitur in omni fine saltem implicitè, vt ibidem declaratur.

Probatur conclusio.

Solvitur apparens repugnantia.

¶Nota, quòd circa istam conclusionem posset apparere repugnantia ad dicta in articulo præcedenti, vbi dictum est, quòd quãtum ad id, in quo ratio vltimi finis inuenitur, non omnes homines conueniant; nunc autem dicitur, quòd vltimus finis qui, vel cuius, est vnus omnium rerum, & omnium hominum, quæ videntur contrariari. Sed dicitur, quòd dictum præcedentis articuli intelligitur, quòd non omnes homines conueniunt, scilicet per præstitutionem liberam; & per æstimationem in eo, in quo opinantur inueniri rationem vltimi finis. Præsens autem dictum intelligitur de vltimo fine secundùm veritatem, & secundùm esse. Vnde prius dicebatur non conueniunt, hic dicitur esse vnus vltimus finis. Et quidem quòd Deus sit finis factionis omnium hominum non est difficultas. Et tamen in veritate est vltimus finis etiam appetitus hominis, etiam cum peccat; non quidem secundùm rationem specialem, vt est obiectum beatificum, & finis vltimus supernaturalis, vt in eum tendit charitas, immo sic peccantes ab ipso auertuntur. Sed est vltimus finis naturali modo in sui participatione, etiam peccantis: nam nec conuertitur ad creaturam fruendam, nisi vt habet aliquam participationem Diuinæ bonitatis. Et secundò peccator, licet non tendat peccando in beatitudinem præsertim supernaturalem, tendit tamen in bonitatem aliquam sub ratione vltimi finis secundùm communem rationem, vt dictum fuit, & cum hoc in Deum, vt est finis omnis boni, etiam naturalis, vel sensibilis. Stant ergo simul, quòd homines præstituendo sibi id, in quo putant rationem vltimi finis inueniri non conueniant, & tamen eorum sit vnus finis secũdùm veritatem, in quo secundùm rem conueniunt; sicut aliquis ponit rationem vltimi finis in voluptatibus, alius in virtutibus, & tamen vtrumq; quod appetit, & habet vt vltimum finem est deriuatio, & participatio vltimi finis qui Deus est. Deinde ibi.

¶Si autem loquamur de vltimo fine hominis quantum ad consecutionem finis, sic in hoc fine hominis non communicant creaturæ irrationales: nam homo, & aliæ rationales creaturæ cõsequuntur vltimum finem cognoscendo, & amando Deum, quod non competit alijs creaturis, quæ adipiscuntur vltimum finem, inquantum participant aliquam similitudinem Dei, secundùm quòd sunt, vel viuunt, vel etiam cognoscunt. Et per hoc patet responsio ad obiecta: nam beatitudo nominat adeptionem vltimi finis.

Conclusio secunda. Probatur conclusio.

¶Subiungit secundam responsionem partialiter conclusionem. Si loquimur de vltimo, &c. vt in principio huius litteræ, probatur, quia homo, & creaturæ aliæ rationales, ideſt intellectuales, amando, & cognoscendo, &c. sed hoc non conuenit aliis irrationabilibus: igitur, &c. Maior nota, quia intellectuales creaturæ beatificantur, quæ beatitudo consistit in cognitione, & amore Dei, & in vita etiam consequitur, cognoscendo, & amando, &c. Minor patet, quia irrationales creaturæ solum adipiscuntur vltimum finem, participando similitudinem Dei, secundùm quòd sunt, vel viuunt, vel cognoscunt solùm sensibiliter, & ita tendunt in Deum solùm implicitè, sed rationalis explicitè, reducendo secundarios fines in ipsum Deum per viam resolutionis, appetendo Deum in se.

¶Nota pro intellectu claro huius conclusionis D. S. in secundo, distinct prima, quæst. 2. artic. 2. ad secundum. quòd cum bonitas Dei sit finis rerum, ad ipsam res diuetſimodè se habent, ipse enim Deus habet eam perfectè secundùm suum esse; vnde summè bonus est, & etiam secundùm suam operationem, qua perfectè eam cognoscit, & amat; vnde beatus est, quia beatitudo est operatio perfecta, secundùm philosophum. Creatura autem intellectualis non attingit ad eam secundùm esse suum, vt ipsa sit summum bonum, sed secundùm operationem intelligendo, & amando eam; vnde particeps est beatitudinis, & non tantum bonitatis Diuinæ; sed creatura irrationalis accedit ad eam secũdum aliquam assimilationem, quamuis non pertingat neque secundùm operationem, neque secundùm esse, vnde est particeps bonitatis, sed non beatitudinis, hæc ille: Ex quibus patet intellectus dictorum, quia creatura rationalis habet finem vltimum quo cõsecutionem Dei, quæ est beatitudo viæ, vel patriæ; sed irrationalis consequitur in aliqua perfectione, quæ est quædam bonitas, sed non beatitudo: & per consequens homo cum aliis rationalibus habet alium finem quo, quàm creaturæ irrationales; licet id quod consequuntur sit idem, scilicet ipse Deus, quem tamẽ consequuntur alio modo, vt dictum est. In fine autem D.S. notat per determinationem corporis articuli satisfactum esse argumentis ante oppositum præmissis.

Arist.

Aliqua participantes bonitatem, sed nõ beatitudinem Diuinam.

ARGVMENTVM in contrarium est pro secunda conclusione responsiua; & iam explicatum est per dictum D.S. in secundo, quia vltimus finis quo hominis, est beatitudo formalis, vt infra dicetur. Aliæ autem irrationales non habent vltimum finẽ quo, qui dicatur beatitudo, sed aliqua bonitas, quę est esse, vel operatio aliqua, sed imperfecta, quæ non meretur nomen, nec habet rem beatitudinis: ergo non conueniunt in vltimo fine quo. Et hãc glosam. D.S. notat, cum in fine dicit. Et per hoc, &c. quia beatitudo nominat adeptionem vltimi finis; & vult, quòd ratio in cõtrarium probet, quòd homo, & omnia alia non conueniunt in vltimo fine, qui est adeptio, & sic est pro secunda conclusione. Alia autem argumenta probant clarè cõclusionem primam, vt magis patebit.

¶Ad primũ ergo dico, ꝙ maior est sanè intelligenda in sensu, quo vtitur ea. D.S. prima par. q. 103. art. 2. in corp. & in de Malo, Materia 1. q. 1. in corp. & tertio contra Gentil. c. 24. non videlicet de principio, & fine durationis, vt sicut aliquid incœpit sic desinat esse, nam sic falsa esset, vt patet de omnibus perpetuis secundùm veritatem fidei: Similiter beatitudo supernaturalis creaturæ incipit, nec tamen finem habet, vt infra patebit. Sed intelligitur de principio effectiuo agente, & fine principaliter intento, quia quanto agens est altius, tanto altior & communior finis sibi correspondet, vt patet de Rege, qui intendit altiorem finem, scilicet bonum totius regni, quàm rector vnius ciuitatis. Minor conceditur: ergo, &c. Verum est finis vltimus qui omnium, quem omnia appetunt, & quærunt vt vltimum finem suum, vel secundùm operationem perfectam, quæ est beatitudo, vt rationalis, vel secundùm aliquam participationẽ bonitatis. ¶Ad secũdum maior vera Deus conuertit omnia ad se vt finem qui, quia omnia capiunt assimilationem ad ipsum, vt finem vltimum quo, & ipse Deus est ratio appetibilitatis omnis boni, & perfectionis. Minor vera, est finis vltimus hominis qui, sed fruitio eius est finis quo, in qua fruitione nõ omnia cõueniunt cum homine; ergo &c. Verum finis qui appetitur ab omnibus explicitè vel implicitè est Deus. ¶Ad tertiũ, maior vera, finis vltimus secundùm communem rationem est obiectum primum voluntatis quo ad nos, vt patuit supra, finis autẽ vltimus secundùm rem, & specialem rationem. I. Deus non est obiectum, pro hoc statu primum & per se, & patuit ratio articu. præcedenti. Ad minorem dico, ꝙ bonũ vniuersale dicitur dupliciter; vno modo, quia continet omnia bona permissiuè, & dicitur vniuersale, vt distinguitur contra hoc, vel illud, & sic continet sub se implicitè omnia bona etiam Deum ipsum, & sic est finis omnium, quia continet omnia bona appetibilia; sed alio modo est bonum vniuersale, quod est omne bonum actu, & distinctè, & tunc est idem quod bonum per essentiã, & sic est finis omniũ secũdùm rem; ergo, &c. Verũ in fine hominis vltimò quo ad nos, qui cõtinet bonũ vniuersale. i. commune ad omne bonum conueniunt omnia Et hoc argumẽtum magis probat, ꝙ in vltimo fine quo ad nos, qui est vniuersale bonum per inclusionẽ permissiuã omnis boni, conueniũt omnia alia, quæ ẽt appetunt vniuersale bonum, non quidẽ secundùm se totũ, sed secũdũ aliquã sui partẽ, homo aũt apperere põt vniuersale bonũ secũdùm se totũ, nec quiescit, donec veniat ad vniuersale bonũ, qđ est per essentiã bonũ, & qđ includit actu omne bonum.

Finis creaturæ spõdet principio, cui nitur.

Vniuersale bonum dupliciter accipitur.

Quæstio Secunda.

De beatitudine hominis in quibus consistat.

DEinde considerandum est de beatitudine. Primò quidem in quibus sit. Secundò quid sit. Tertiò, qualiter eam consequi possumus.

¶Circa

¶Circa primum quæruntur octò. Primò, vtrum beatitudo consistat in diuitijs. Secundò, vtrum in honoribus. Tertiò, vtrum in fama, siue in gloria. Quartò, vtrum in potestate. Quintò, vtrum in aliquo corporis bono. Sextò, vtrum in voluptate. Septimò, vtrum in aliquo bono animæ. Octauò, vtrum in aliquo bono creaturæ.

¶Postquam ostensum est de vltimo fine ipsius hominis in communi. Hic consequenter agitur de illo in speciali, scilicet de beatitudine, quia vt patuit circa articulum vltimum præcedentis quæstionis, omnibus communis est vltimus finis, sed beatitudo est solum rationalis naturæ, & ita beatitudo est specialis finis rationalis creaturæ, & hominis. Vnde D.S. prima par. quæst. 26. artic. 1. nihil aliud sub nomine beatitudinis intelligitur nisi bonum perfectum intellectualis naturæ, cuius est suam sufficientiam cognoscere in bono quod habet, & cui competit, vt ei contingat aliquid bene, vel male, & sit suarum operationum domina, hæc ille: ex quibus patet, quòd beatitudo conuenit solum naturæ intellectuali, vltimus autem finis omnibus. Patet itaque ratio ordinis inter præcedentem, & hanc quæstionem. D.S. autem tractando de beatitudine tria facit; primò inquirit obiectum beatitudinis; secundò inquirit actum, ostendendo quid sit formaliter; tertiò inquirit modum consecutionis; secunda pars habetur quæst. 3. tertio & quinto. Ratio ordinis inter istas quæstiones est, quia obiectum est prius actu, & actus potentia, vt patet ex secundo de anima. quare prius de beatitudine obiectali, vel obiecto beatitudinis; secũdò de actu, vel de beatitudine formali; tertiò de consecutione, quæ attribuitur potentiæ exequenti. Circa primum ergo tria facit; nam cum beatitudo habeat rationem boni, & cum bonum communiter diuidatur in bonum exterius possessum, in bonum corporis, & animæ; ideo per ordinem D.S. ostendit in nullo horum obiectiuè cõsistere beatitudinem. Primò itaque ostendit, quòd non in bono exteriori. Secundò, quòd non in bono corporis. Tertiò, quòd nec in bonis animæ, secunda pars, artic. 5. tertia in septimo. Bona autem exteriora ponuntur quattuor in genere, scilicet diuitiæ, honor, & gloria, atque potentia. Et secundùm hoc in quattuor articulis sigillatim excluduntur ista ab obiecto beatitudinis.

Quid beatitudinis nomine.

Arist.

Vtrum beatitudo hominis consistat in diuitijs.

3. cõtr. c. 30. & opusc. 3. ca. 108. 262. 264. Et opuscu. 20. li. 1. c. 8. Et Matth. c. 5. co. 3. 4. & 5. Et 1. Eth. lect. 5. fin.

* Prosa. 2. c. 5. & pros. 5. circa princ. Eccles. 10.

* Boetius.

* Arist. c. 5. primo pol. cap. 6. & 7.

Eccles. 10.

* Libro 2. pros. 5.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd beatitudo hominis in diuitijs consistat, cum enim beatitudo sit vltimus finis hominis, in eo consistit, quod maximè in hominis affectu dominatur; huiusmodi autem sunt propriè diuitiæ, dicitur enim Eccles. 10. Pecuniæ obediunt omnia: ergo in diuitijs beatitudo hominis consistit.

¶ 3 Præterea. Secundùm Boetium in tertio de consolatio. * Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, sed in pecunijs omnia possideri videntur, quia vt philosophus dicit in quinto Ethicorum. * Ad hoc nummus est inuentus, vt sit quasi fideiussor habendi pro eo quodcunque homo voluerit: ergo in diuitijs beatitudo consistit.

¶ 3 Præterea. Desiderium summi boni, cum nunquam deficiat, videtur esse infinitum; sed hoc maximè in diuitijs inuenitur, quia auarus non implebitur pecunia, vt dicitur Eccl. 10. ergo in diuitijs beatitudo cõsistit.

¶Sed contra, bonum hominis in retinendo beatitudinem magis consistit, quàm in amittendo ipsam, sed sicut Boetius 3. de consolat. dicit. * Diuitiæ effundendo magis, quàm coacteuando melius nitent, siquidem auaritia semper odiosos, claros facit largitas: ergo in diuitiis beatitudo non consistit.

¶Hic D.S. primò inquirit, an beatitudo hominis, & vltimus finis, atque perfecti boni ratio, in diuitiis inueniatur.

¶Nota, quòd beatitudo est vltimus finis hominis ab ipso secundùm communem rationem naturaliter desiderata, finis autem est, vel ipsa operatio, vel aliquid per operationem cõsequutum, & ita est duplex beatitudo, vt postea magis patebit. In isto ergo quæsito, & responsione non accipitur beatitudo pro fine formali vltimo, sed pro obiectali, & est tantum quærere, an diuitiæ sint tale bonũ, quod in affectu omnibus alijs præferẽdum sit, in quod omnia alia ordinentur sicut in finem, & ipsum in nullum aliud alterius, & an diuitiæ perfectè satient appetitum hominis: de istis Scot. in quarto, dist. 49. quæst. 1. in prima quæst. in secundo articulo dicit. Supponitur notum apud philosophos loquentes de ea, quòd beatitudo est bonum sufficiens, excludens scilicet defectum, vel indigentiã; est bonum perfectum, vel completum excludẽs imperfectionem, seu diminutionem, est bonum vltimatum excludens tendentiam, & ordinabilitatem ad completum bonum, est bonum quo habito completè benè est habenti, hæc ille: Ex quibus patet quid nominis beatitudinis. Quid autem secundum rem sit beatitudo, ponit ante ista, quia supremum appetibile, quod cuilibet naturæ intellectuali est propter se volendum, cui scilicet ex natura sua repugnat, quòd sit propter aliud volendum. His suppositis pro intellectu quæsiti, & terminorum videndum est de corpore.

Scotus.

¶Respondeo dicendum, quòd impossibile est beatitudinem hominis in diuitijs consistere. Sunt enim duplices diuitiæ, vt philosophus dicit in primo politicorum, * scilicet naturales, & artificiales. Naturales quidem diuitiæ sunt, quibus homini subuenitur ad defectus naturales tollendos, sicut cibus, & potus, vestimenta, vehicula, & habitacula, & alia huiusmodi. Diuitiæ artificiales sunt, quibus secundùm se non iuuatur, vt denarij; sed ars humana eos adinuenit propter facultatem commutationis, vt sint quasi mensura quædam rerum venalium.

* Arist. c. 6.

¶D.S. respondet tali conclusione. Impossibile est beatitudinem, hominis in diuitijs consistere, probatur. Duplices sunt diuitiæ, scilicet naturales, & artificiales; sed in diuitiis naturalibus non potest consistere beatitudo; & multo minus in artificialibus; igitur conclusio vera. Huius rationis D. S. primò probat, & ponit maiorem cum conclusione; secundò primam partem minoris; ibi: Manifestum est, &c. tertiò secundam cum repetitione conclusionis: ibi. Diuitiæ autem, &c. Maior ergo patet, & est philosophi primo politicæ: & exponuntur partes eius clarè in littera. Consequenter cum dicit.

¶Manifestum est autem, quòd in diuitijs naturalibus beatitudo hominis esse non potest; quæruntur enim huiusmodi diuitiæ ad sustentandum naturam hominis; & ideo non possunt esse vltimus finis; sed magis ordinantur ad bonitatem, sicut ad finem; vnde ordine naturæ omnia huiusmodi sunt infra hominem, & propter hominem facta, secundùm illud Psalm. Omnia subiecisti sub pedibus eius.

Psalmus.

¶Subiungit minorem quo ad primam partem, quam probat sic. Naturales diuitiæ quæruntur ad sustentandum naturam hominis, igitur nõ possunt esse eius vltimus finis, nec per consequẽs beatitudo; sed ordinantur in hominem, sicut ad finem saltem propinquum, & propter ipsum factæ, vt in Psalmo.

¶Nota tamen D.S. in secundo, distinctio. prima, quæst. secunda, artic. tertio, quòd homo est finis non agentis, & causantis Dei; sed operis eius, cui omnis creatura vtilitatem affert, vt etiam ostendit D. S. tertio contra Gentiles, capit. 22. circa finem. Consequenter ibi.

¶Diuitiæ autem artificiales non quæruntur, nisi propter naturales, non enim quærerentur, nisi quia per eas emuntur res ad vsum vitæ necessariæ; vnde multo minus habent rationem vltimi finis; impossibile est igitur beatitudinem, quæ est vltimus finis in diuitijs hominis esse.

¶Annectit secundam partem minoris principalis, quam probat sic, quia diuitiæ artificiales non quæruntur, nisi propter naturales; ergo benè sequitur, si naturales non sunt fines, quòd nec artificiales. Assumptum illud patet, quia per artificiales oriuntur res ad vsum vitæ necessariæ, ideſt ad hoc sunt institutæ, & inuentæ, vt patuit circa maiorem; quare prima pars minoris vera; & per consequens conclusio quam D.S. in fine infert.

ARGVMENTVM in contrarium probat conclusionem responsiuam. Et est secunda ratio, quam habet D. S. in ista materia, tertio contra Gentiles c. 30. Vide eundem in quarto, dist. 49. q. 1. artic. 1. q. 1. vbi ostendit in generali, quia in nullo bono corporali consistit beatitudo.

¶Ad primum dicendum, quòd omnia corporalia obediunt pecuniæ quantum ad multitudinem stultorum, qui sola corporalia bona cognoscunt, quæ pecunia acquiri possunt: iudicium autem de bonis humanis non debet sumi a stultis, sed a sapientibus, sicut & iudicium de saporibus ab his, qui habent gustum benè moderatum.

¶Ad maiorem patet ex dictis artic 7. quæst. præceden. quia in eo consistit beatitudo, quod dominatur in affectu sapientis, & bene disposito, sicut illud dulce est delectabilius, in quo delectatur gustus bene dispositus. Ad minorem negatur ipsa ad sensum maioris; quia affectus bene dispositus est, qui sequitur non passionem, sed rectum iudicium rationis: rectum autem iudicium rationis iudicat diuitias esse ad finem, & non finem. Quare negatur consequentia.

¶Ad secundum dicendum, quòd pecunia possunt haberi omnia venalia, non autem spiritualia, quæ vendi
Prouer. 17. non possunt: vnde dicitur Prouerbiorum 17. Quid prodest stulto diuitias habere, cum sapientiam emere non potest?

¶Quia maior ista sæpius versatur in ore loquentium in hac materia, ideo oportet videre verum eius intellectum. Eam ergo D. S. intelligit in quarto, dist. 49. quæst. 1. artic. 2. quæst. 2. ad primum, quia beatitudo est status aggregatione omnium bonorum perfectus; quia omnia bona coadiuuant ad operationem perfectissimã, quæ est essentialiter ipsa beatitudo; quia omne bonum hominis in hac vita cooperatur ad perfectam operationem ipsius: sicut habitus, & omnia bona naturalia, quæ etiam ordinantur ad beatitudinem patriæ, secundùm quòd per vsum eorum meremur. Et quamuis non omnia in beatitudine illa maneant per seipsa, manent tamen in sibi succedentibus, sicut fidei succedit visio, & bonis temporalibus succedit sufficientia bonorum æternorum, hæc ille ibidem, licet non eodem ordine. Aliam solutionem habet D.S. infra quæst. 3. artic. 2. ad secundum. quòd Boetius diffinit beatitudinem secundùm rationem communem, & secundùm statum, quia beatus est in statu boni perfecti; sed nõ definit beatitudinem quantum ad essentiam, &c. Et hæc dicta explanat Durandus, vt habetur apud Capreolum in quarto, distinctio. 49. quæstione 2. ad quintum. contra primam conclusionem, vbi habet, quòd beatitudo formalis potest accipi dupliciter: vno modo, prout includit omne aliud, quod pertinet ad perfectionem hominis, siue secundùm corpus, siue secundùm animam, & sic sumitur ab August. 2. de Trinitate, quòd beatus est qui habet quicquid vult, & nihil malè vult. Constat enim, quòd quilibet rectè vult non tantum perfectionem vnam, vel vnum bonum; sed omne illud quo indiget, & pertinet ad perfectionem eius. Et sic etiam loquitur Boetius tertio de consolatione dicens, quòd beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, & sic ad beatitudinem hominis pertinet, quicquid pertinet ad perfectionem hominis, siue secundùm corpus, siue secundùm animam: & sic non intendimus quærere, an beatitudo consistat principaliter in visione Diuinæ essentiæ, quia iam soluta esset quæstio: immo nulla esset quæstio, quia beatitudo hoc modo complectitur omnem perfectionem intellectus, & voluntatis, & corporis, nec tota consistit in aliqua dictarum perfectionum, & per cõsequens nec tota principaliter in aliquo actu eorum; alio modo dicitur beatitudo illud, quod est optimũ inter omnia bona, & omnes perfectiones humanas, & de ista procedit quæstio, in quo actu, vel in qua perfectione cõsistat principalius: hæc ille, & bene, Scotus quoque in quarto, distin. 49. q. 1. in solutione primi argumenti sic dicit. Auctoritatem Boetij oportet exponere, vel quòd hoc nomen beatitudo est æquiuocum, vel ad perfectionalem, seu completiuam extẽsiuè, siue intensiuè accepram; & ista est descriptio beatitudinis acceptæ secundùm totalitatem extensiuam; vel oportet dicere, si accipiatur pro totalitate intensiua, quòd est status perfectus aggregatione omnium bonorum in vno bono eminenter, & vnitiuè continente, vel si in illo non est aggregatio propter simplicitatem, tunc tertio modo aggregatiuè debet intelligi tanquam præcedens, vel concomitans illum statum perfectum, non autem de eius essentia: hæc ille. Ex quibus patet, quomodo intelligitur auctoritas inducta in maiore, quia non intelligitur de beatitudine essentialiter dicta, quasi ipsa consistat in multis bonis; sed intelligitur de beatitudine secundùm communem rationem, quia scilicet in statu beatitudinis habentur omnia bona, & quia ad beatitudinem omnia bona requiruntur antecedenter, vel consequenter. Patet etiam, quia nihil apparentiæ habent, qui istam auctoritatem Boetij applicant ad probandam beatitudinem esse in actu voluntatis principaliter, quia ita probarem, quòd in actu intellectus; non enim loquitur, sicut disputantes loquuntur, cum vertunt in quæstione; An beatitudo sit actus intellectus, vel voluntatis. Isti enim accipiunt beatitudinem secundo modo quem ponit Durandus. Ad minorem negatur ipsa: immo non omnia habentur in pecuniis, nec formaliter, nec supereminenter, nec virtualiter; sed solùm habentur bona aliqua venalia virtualiter in pecuniis: sed ista sunt minima bona, nec in ipsis est beatitudo. Quare negatur consequentia.

Beatitudo est status, aggregatione exponitur.
Boetius.
Durandus.
August.
Scotus confirmat.

¶Ad tertium dicendum, quòd appetitus naturalium diuitiarum non est infinitus, quia secundùm certã mensuram sufficiunt naturæ; sed appetitus diuitiarum artificialium est infinitus; quia deseruit concupiscentiæ inordinatæ, quæ non modificatur, vt patet per philosophũ primo politicorum: * aliter tamen est infinitum desiderium diuitiarum, & desiderium summi boni: nam summum bonum quanto perfectius possidetur, tanto ipsum magis amatur, & alia contemnuntur, quia quanto magis habetur, magis cognoscitur; & ideo dicitur Eccle. 24. Qui edunt me, adhuc esurient; sed in appetitu diuitiarum: & quorumcunq; temporalium bonorum, est econuerso: nam quando iam habentur ipsa contemnũtur, & alia appetũtur, secundùm quod significatur Ioã. 4. cum Dominus dicit: Qui bibit ex hac aqua, per quam temporalia significantur, sitiet iterum: & hoc ideo, quia eorum insufficientia magis cognoscitur cum habentur; & ideo hoc ipsum ostendit eorum imperfectionem, & quòd in eis summum bonum non consistit.

* Arist. 1.
Eccles. 24.
D. Ioãn.

¶Maioris intellectus requirit infra habenda. quæst. 33. artic. 2. quia desiderium capitur dupliciter; vno modo pro exclusione fastidij, & continuatione complacentiæ, & delectationis in re habita; alio modo capitur pro appetitu absentis non habiti. Tunc dicitur ad maiorem, quòd desiderium summi boni est infinitum, quasi duratiuè; quia semper est desiderium beatitudinis etiam habitæ, quia nunquam habetur eius fastidium, sed non est eius habitæ desiderium propriè dictum, quasi quis velit habere eam maiorem, vel meliorem, aut aliam beatitudinem.

¶Ad minorem negatur, quòd tale desiderium quale est, cum beatitudine habita sit de pecuniis, quia habitæ contemnuntur, & aliæ appetuntur; vnde cum habitis semper est desiderium propriè dictum de aliis pecuniis non habitis; sed desiderium, quod est cum beatitudine, est desiderium improprium, idest exclusio fastidij de ipsa beatitudine habita. Secundò, minor etiam non est vera, quia nec diuitiarum quarumlibet est infinitum desiderium, vel concupiscentia; vt patebit infra quæst. 30. artic. 3. & 4. quia naturales desiderantur finitè, secus de artificialibus, quarum concupiscentia innaturalis est infinita, non quidem entitatiuè, sed obiectiuè, & hoc syncathegoreumaticè. Quare negatur consequentia.

Vtrum beatitudo hominis consistat in honoribus.

K 3. cõtr. c. 29. Et opusc. 3. cap. 10. & 264. Et opu. 20. lib. 1. c. 7. & 8.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd beatitudo hominis in honoribus consistat: beatitudo enim, siue fœlicitas est præmium virtutis: vt philosophus dicit in primo Ethicorum. * sed honor maximè videtur esse id, quod est virtutis præmium, vt philosophus dicit in quarto Ethicorum: ergo in honore maximè consistit beatitudo.

* Arist. 4. Ethic. c. 3.

¶2 Præterea illud, quod conuenit Deo, & excellentissimis, maximè videtur esse beatitudo, quæ est bonum perfectum: sed huiusmodi est honor, vt philosophus dicit in quarto Ethicorum: * & prima ad Timoth. 1. dicit Apostolus: Soli Deo honor, & gloria: ergo in honore consistit beatitudo.

* Arist. & lib. 1. Paulus. & capit.

¶3 Præterea. Illud, quod est magis desideratum ab hominibus est beatitudo: sed nihil videtur esse magis desiderabile ab hominibus, quàm honor, quia omnes patiuntur iacturam in omnibus aliis rebus, ne patiantur aliquod detrimentum sui honoris: ergo in honore beatitudo consistit.

¶Sed contra. Beatitudo est in beato, honor autem non est in eo, qui honoratur; sed magis in honorante, qui reuerentiam exhibet honorato, vt philosophus dicit in primo Ethicorum: * ergo in honore beatitudo non consistit.

* Arist. 1.

¶Hic quæritur de quodam alio bono corporali, scilicet honore: an ipse honor sit beatitudo perfectè fatians, & habeat rationem vltimi finis. Supponit autem hæc quæstio, quod D.S. secunda secundæ, quæst. 103. ex intentione determinat: videlicet, quòd honor importat aliquod corporale. Intelligitur enim, & verum est de honore coram hominibus, qui adinuicem testimonium excellentiæ facere non possunt, nisi per aliqua signa exteriora, vel verborum, vel factorum, secus de honore coram Deo, qui in solo interiori motu consistere potest. Quærit autem D.S. de honore mundano, & ab hominibus ad homines.

¶Respon-

¶Respondeo dicendum, quòd impossibile est beatitudinem consistere in honore: honor enim exhibetur alicui propter aliquam eius excellentiam; & ita est signũ & testimonium quoddam illius excellentiæ, quæ est in honorato: excellentia autem hominis maximè attenditur circa beatitudinem, quæ est hominis bonum perfectum, & secundùm partes eius, idest secũdùm illa bona, quibus aliquis modus beatitudinis participatur, & ideo honor potest quidem consequi beatitudinem, sed principaliter in eo beatitudo consistere non potest.

¶D.S. respondet tali conclusione: honor quidem potest consequi beatitudinem; sed in eo principaliter consistere non potest: immo impossibile est, quòd in eo cõsistat, probatur. honor exhibetur alicui propter excellentiam, & est signum, & testimonium quoddam istius excellentiæ, quæ est in honorato, scilicet præexistens; sed excellentia maximè attenditur circa beatitudinem, & secundùm partes eius: igitur sequitur conclusio. Maior patet ex ratione honoris. Minor patet, quia beatitudo est bonum perfectum, & excellens, per consequens maximè honorabile, & etiam partibus eius debetur honor, idest illis, quæ propinquè participat aliquid beatitudinis, scilicet virtutibus, & bonis virtuosis operationibus. vide de hoc secunda secundæ, quæstio. 145. artic. 1. ad secundum. quia aliquibus debetur honor, quæ sunt supra virtutem, quæ sunt virtute excellentiora, scilicet Deo, & beatitudini; aliquibus etiam, quæ sunt infra virtutes, in quantum coadiuuant ad operationes virtutis, vide & ad primum ibidem.

¶Nota, quòd hæc probatio fundatur in opposita conditione honoris ad rationem beatitudinis; nam beatitudinis ratio consistit in hoc, quod est bonum excellens propter se appetitum, & facit maximam excellentiam, per consequens nec eam præsupponit: honor verò ex propria ratione præsupponit excellentiam, quare non est beatitudo; sed eam præsupponit, vel aliquam eius partem, idest perfectionem aliquam, præsertim quæ est secundùm virtutẽ: quia honor in veritate non debetur nisi virtuti; licet aliqui voluerint, vt habetur quarto ethicorum, quòd etiam debeatur nobilitati, potentiæ, & diuitiis, &c. vide pro ista conclusione plures alias rationes in tertio contra Gent. cap. 28.

Arist.

ARGVMENTVM in cõtrarij cõfirmat cõclusionẽ respõsiuã.

¶Nota tamen, quòd honorans dicitur exhibere reuerentiam, non quia idem sit honor, & reuerentia, cum honor sit quoddam extrinsecum, reuerentia verò sit actus spiritualis interior; sed quia honor est protestatio reuerentiæ, quæ est eius motiuum, & finis, vt patet secunda secundæ. q. 103. artic. 1. ad primum: honor etiam dicitur esse in honorante non tam subiectiuè, quàm principiatiuè, & imputatiuè: quia cum sit quoddã exterius non nominat aliquid inhærens: & tamen dicitur esse in honorante modo morali, vbi omne quod est ab aliquo voluntariè dicitur esse in eo, &c.

Dub. 710.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd honor non est præmium virtutis, propter quod virtuosi operantur; sed accipiunt honorem ab hominibus loco præmij, quasi a non habentibus ad dandum maius: verum autem præmium virtutis est ipsa beatitudo, propter quam virtuosi operantur, si autem propter honorem operarentur, iam non esset virtus, sed magis ambitio.

¶Ad maiorem, beatitudo est præmium virtutis intentũ, & quæsitum a virtuoso tanquam finis virtutis. Minor exponitur a D.S. secunda secundæ vbi iam ad secundum, & q. 131. art. 1. ad secũdum. quia si intelligitur, ꝙ honor sit præmium virtutis quæsitum a virtuoso, negatur, immo secundùm philosophum. 3. ethi. qui propter solum honorem bona faciunt, vel mala vitant, non sunt virtuosi; sed pro premio virtuosus expetit beatitudinem, quæ est finis virtutis. Si autem intelligitur minor, ꝙ honor sit præmium virtutis ex parte aliorum, qui non habent aliquod maius, quod virtuoso retribuant, quàm honorem, conceditur: sed hoc ip o, ꝙ honor isto modo sit præmium magnum, est, quia est testimonium excellentiæ præexistentis, & sic non est finis virtutis, sed magis econtra. Beatitudo autem est finis virtutis. Quare negatur consequentia.

Arist.

¶Ad secũdum dicendum, quòd honor debetur Deo, & excellentissimis in signum, vel testimonium excellentiæ præexistentis; non quòd ipse honor faciat eos excellentes.

¶Ad maiorem id quod conuenit excellentissimis formaliter, idest quod facit formaliter excellentes simpliciter, hoc est beatitudo: si autem conuenit excellentissimis finaliter, idest exhibetur propter excellentiam, tunc non oportet, ꝙ sit beatitudo, sed quòd beatitudo est causa eius motiua, & finalis. Ad minorem, verum conuenit excellentissimis honor, sed secundo modo, non primo, quia honor noster non facit Deum excellentem, sed debetur sibi propter excellentiam præexistentem: ergo &c. negatur consequentia: sed sequitur, quòd honor sit effectus debitus beatitudinis.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ ex naturali desiderio beatitudinis quam consequitur honor, vt dictum * est, contingit, ꝙ homines maximè honorẽ desiderãt: vnde quæruntur homines maximè honorari à sapientibus, quorum iudicio credunt se esse excellentes, vel fœlices.

* In cor. q.

¶Ad maiorem, quod est magis desideratum propter se, tanquam finis ab hominibus rationalibus est beatitudo, sed non oportet, ꝙ si sit appetitum ab irrationalibus, vel etiam si appetatur multum ab vtẽtibus ratione recta, sed propter aliud per se maximè appetibile. Minor negatur ad sensum maioris: tum primò, quia non appetitur propter se, sed propter excellentiam, tum quia virtuosus, vt dictum est, qui vtitur recta ratione non quærit honorem vt finem. Quare negatur consequentia.

Vtrum beatitudo hominis consistat in fama, vel gloria.

K 3. cõtr. c. 29. Et opusc. 3. cap. 10. & 264. Et opu. 20. lib. 1. c. 7. & 8.

AD tertium sic proceditur. Videtur, ꝙ beatitudo hominis cõsistat in gloria: in eo enim videtur beatitudo cõsistere, quod redditur sanctis pro tribulationibus, quas in mundo patiuntur, huiusmodi aũt est gloria: dicit enim Apostolus Rom. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: ergo beatitudo consistit in gloria.

D. Paulus.

¶2 Præterea. Bonum est diffusiuum sui, vt patet per Dionys. 4. c. de di. no. * sed per gloriam bonum hominis maximè diffunditur in notitiam aliorum, quia gloria, vt Ambrosius dicit. * nihil aliud est, quàm clara cum laude notitia; ergo beatitudo hominis consistit in gloria.

Dionysi. Id habet August. in lib. 83. q. 31. *Ambrosi*

¶3 Præterea. Beatitudo est stabilissimum bonorum; hoc autẽ esse videtur fama, vel gloria; quia per hanc quodammodo homines ęternitatẽ sortiuntur: vnde Boetius dicit in lib. de cõsolatione. * Vos immortalitatem vobis propagare videmini, cum futuri famam temporis cogitatis: ergo beatitudo consistit in fama, seu gloria.

* Boetius li. 2. prof. 7.

¶Sed contra. Beatitudo est verum hominis bonum; sed famam, seu gloriam contingit esse falsam, vt enim dicit Boetius in lib. 4. de consolatione. * Plures magnum sæpe nomẽ falsis vulgi opinionibus attulerunt, quo quid turpius excogitari potest? Nam qui falsò prædicantur; suis ipsi necesse est laudibus erubescant: ergo non beatitudo hominis consistit in fama, seu gloria.

* Boetius prof 6.

¶Hic D.S. quærit de alio humano exteriori bono, scilicet de gloria, quæ & ipsa includit aliquod sensibile, ad minus laudem vocalem; & ideo inter corporalia bona exteriora computatur. Secundùm enim Tullium, gloria consistit in celebritate famæ, quæ vtiq; non est sine vocali locutione hominum, vel scriptura sensibili. Est autẽ secundùm D.S. secunda secundæ vbi supra, & q. 103. art. 1. ad tertium. gloria est effectus honoris. Ex hoc namq; quòd aliquis honoratur, redditur clarus in oculis aliorum, & ex hoc, ꝙ testificamur de bonitate, & excellentia alicuius, clarescit bonitas eius in notitia plurimorum: hoc enim importat nomen gloriæ. Et secundùm D.S. tertio contra Gentil. cap. 29. honor est finis gloriæ: nam ad hoc volunt homines innotescere cum laude, & claritate quadam, vt ab eis, quibus ignotescunt, honorentur; & ita gloria est propter honorem quæsita: non est enim inconueniens, vt honor sit causa quodammodo efficiens gloriæ in honorantibus aliquibus, & finalis in honorato. Patet ex his ordo congruus huius articuli ad præcedentem.

¶Respondeo dicendum, quòd impossibile est beatitudinem hominis in fama, seu gloria humana consistere: nam gloria nihil aliud est, quàm clara notitia cum laude, vt Ambrosius dicit: * res autem cognita aliter comparatur ad cognitionem Diuinam, & aliter ad cognitionem humanam: humana enim cognitio a rebus cognitis causatur; sed Diuina cognitio est causa rerum cognitarum: vnde perfectio humani boni, quæ beatitudo dicitur, non potest causari a notitia humana: sed magis notitia humana de beatitudine alicuius procedit, & quodammodo causatur ab ipsa humana beatitudine, vel inchoata, vel perfecta; & ideo in fama, vel in gloria non potest consistere hominis beatitudo.

* Ambrosius loco supra citato. Idem habet Aug. in lib. 83. quæstio. q. 31.

¶D.S.respondet tali conclusione: in fama,vel gloria hominum non potest cõsistere hominis beatitudo;sed ex gloria,quę est apud Deum dependet hominis beatitudo: hanc conclusionem probat dupliciter; secundo modo ibi. Est etiam aliud,&c. Circa primum, ponit & probat primò primam partem, secundò secundam, ibi. Sed bonum, &c. Intelligitur autem prima pars,quòd in gloria hominum,vel humana non consistit hominis beatitudo,nec formaliter, nec causaliter, sicut in gloria Dei consistit causaliter,& probatur sic. Gloria nihil aliud est, quàm clara notitia cum laude,sed perfectio humani boni, quæ beatitudo dicitur,non potest causari a notitia humana, sed magis econtra: igitur prima pars vera. Maior relinquitur nota ex ratione,& auctoritate Ambrosij. Minor probatur ex differẽti habitudine rei cognitæ ad cognitionem humanam, & Diuinam; quia humana notitia a re dependet, præsertim speculatiua. Deinde cum dicit.

¶Sed bonum hominis dependet sicut ex causa ex cognitione Dei, & ideo ex gloria, quæ est apud Deum dependet beatitudo hominis, sicut ex causa sua, secundùm illud Psalm. Eripiam eum,& glorificabo eum,longitudine dierum adimplebo eum, & ostendam illi salutare meum. Psalmus.

¶Subiungit secundam partem conclusionis respon. quam probat sic. Gloria est clara notitia cum laude, sed bonum hominis sicut ex causa dependet ex cognitione Diuina, ergo hominis beatitudo potest dependere ex gloria, quæ est apud Deum. Maior habita est est prius. Minor etiam patuit, quia Diuina notitia est causa rerum cognitarum. Et confirmatur hæc secunda pars auctoritate Psal.in littera.

¶ Circa hanc secundam partem aduerte, quòd D.S.videtur hic aliter loqui de gloria apud Deũ, quàm in de Malo Materia 9.q.1. ad quintum. Vbi accipit gloriam pro notitia quam homo habet de Deo cum laude ipsius Dei: & sic gloria est formaliter hominis beatitudo, si sit notitia, & visio patriæ: sic non loquitur hæc secunda pars conclusionis. vide tertio contra Gentil.cap.62. Si autem gloria Dei, vel gloria hominis apud Deum, dicatur notitia quam Deus habet de sancto vel beato, qui & facit eum laudabilem; sic in tali notitia Dei consistit beatitudo hominis causaliter: & sic loquitur D. S. hic. An autem gloria primo modo accepta sit idem convertibiliter cum beatitudine patriæ,quæ est actus secundus. vide Capreolum in secundo, dist.26. ad primum contra secundam conclusionem, vbi habet,quòd non,& in quarto, dist.49. quæst.1. ad quartum Scoti contra primam conclusionẽ.vide & infra q.110. artic.4.vbi multa de hoc dicuntur. Deinde ibi. Gloria apud Deum variè dicitur. Capreolus.

¶ Est etiam aliud considerandum, quòd humana notitia sæpe fallitur,& præcipuè in singularibus contingentibus, cuiusmodi sunt actus humani; & ideo frequenter humana gloria fallax est: sed quia Deus falli non potest, eius gloria vera est,propter quod dicitur 2.ad Corin.10. Ille probatus est quem Deus commendat. D.Paulus.

¶ Probat prædictam conclusionem aliter quo ad ambas partes sic. Gloria humana est fallax,Dei autem vera; ergo in prima nulla consistit beatitudo, & nullo modo: in secunda autem consistit saltem causaliter. Assumptum probatur quo ad primam partem ratione, quia gloria humana est notitia humana; sed notitia humana sæpe fallitur præcipuè in singularibus contingentibus, cuiusmodi sunt actus humani: ergo gloria habet plurimum incertitudinis, & erroris:vnde sæpe laudatur & famatur vt bonus,qui nihil valet: secunda pars assumpti patet auctoritate,&c.plures rationes. vide in D.S.vbi supra, contra Genti.&c.

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima parte conclusionis. Nec valet arguere, quòd saltem consistat in vera laude, quia si est vera, præsupponit bonitatem laudati, & per consequens non facit ipsum per se bonum, vt patet ad secundum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Apostolus non loquitur ibi de gloria,q̃ est ab hominibus;sed de gloria, quæ est a Deo coram angelis eius: vnde dicitur Marc.8. Filius hominis confitebitur eum in gloria patris sui, coram angelis eius. D.Marcus.

¶Maior conceditur. Ad minorem dico,quòd loquitur de gloria, quæ est a Deo, & quam quis habet de Deo; talis enim est beatitudo: vnde videtur D.S. loqui de gloria in hac solutione, vt loquitur in de Malo,scilicet pro gloria,idest notitia hominis quam habet in patria de Deo; nec hoc est equiuocare, quia vna gloria ad aliam consequitur, sicut effectus ad causam. Gloria enim hominis formaliter, idest notitia sua clara quam habet de Deo est effectus gloriæ, idest notitiæ, quæ est in Deo practica, & hæc ratio probat secundam partem conclusionis.

¶Ad secundum dicendum, quòd bonum alicuius hominis, quod per famam, vel gloriam est in cognitione multorum, si cognitio quidem vera sit, oportet quòd deriuetur a bono existente in ipso: & sic præsupponit perfectam beatitudinem, vel inchoatam.

¶Si autem cognitio falsa sit, non concordat rei, & sic bonum non inuenitur in eo, cuius fama celebris habetur: vnde patet, quòd fama nullo modo potest facere hominem bonum.

¶Maior vera ad sensum habitum. quæst.1. artic.4. ad primum. quia bonum diffundit se finaliter,& est ratio diffundendi se secũdum veritatem, & communicationem sui ad alia. Ad minorem, primò,diffundit se quidem bonum hominis per gloriam non propriè se communicando alijs, sed solùm veniẽdo in notitiam absq; sui reali participatione. Sciunt enim multi de excellentia alicuius, qui nihil excellentiæ participant. Secundò dicitur, quòd esto aliqualiter diffundatur bonum in notitiam per gloriã,non tamen gloria facit bonum, sed si est vera gloria,tunc præsupponit bonũ. Si autem falsa, sic nec ipsa est bona, nec bonum præsupponit, & per consequens nec facit hominem beatum, nec procedit a beatitudine: ergo negatur consequentia.

¶Ad tertium dicendum, quòd fama non habet stabilitatem,immo falso rumore de facili perditur; & si stabilis aliquando perseueret, hoc est per accidens: sed beatitudo habet per se stabilitatem,& semper.

¶Maior vera,quia habet stabilitatem ex propria ratione, vt patebit infra quæst.5.artic.4. & de hoc Scotus in quarto, dist.49.q.5. ad longum disputat, vnde beatitudo habeat perpetuitatem. Minor negatur, quòd fama sit per se stabilis, quia valde facilè contrario rumore deperditur; quare ex propria ratione non habet, q̃ semper maneat fama hominum, nam ex conditione subiecti,scilicet hominis,fama habet vt facilè ammittatur, qui magis pronus est ad credendum mala, quàm bona: si autem perpetuetur, hoc est per accidens,vel ex dispositione Diuina,vel quia egregia facta inscribuntur. Fama autem consistit in opinione, & laude humana per se, quæ facilè mutantur. Quare negatur consequentia. Scotus.

Vtrum beatitudo hominis consistat in potestate.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd beatitudo consistat in potestate: omnia enim appetũt assimilari Deo tanquam vltimo fini,& primo principio; sed homines, qui in potestatibus sunt, propter similitudinem potestatis, maximè videntur esse Deo cõformes: vnde in scriptura Dij vocantur,vt patet Exo.23. Dijs nõ detrahes:ergo in potestate beatitudo consistit. L 3.cont.c. Et opuſc. c.10.&12. Exo.23.

¶ 2 Præterea. Beatitudo est bonum perfectum, sed perfectissimum est, quòd homo etiam aliquos congruè possit regere, quod cõuenit his, qui in potestatibus sunt constituti: ergo beatitudo consistit in potestate. * Aristot. cap.47.

¶ 3 Præterea. Beatitudo, cum sit maximè appetibilis, opponitur ei, quod maximè est fugiendum: sed homines maximè fugiunt seruitutem, cui contraponitur potestas: ergo in potestate beatitudo consistit. Eccles.5.

¶ Sed contra. Beatitudo est perfectum bonum, sed potestas est maximè imperfecta; vt enim dicit Boetius 3. de consolat. * Potestas humana sollicitudinum morsus expellere, formidinum aculeos vitare nequit: & postea, potentem censes, cui satellites latus ambiunt, qui quos terret ipse plus metuit: non igitur beatitudo consistit in potestate. * Boetius prosa.

¶Hic inquirit de quarto temporali bono exteriori: non enim intelligitur quæsitum de potestate, idest virtute operatiua hominum intrinseca, & propria; sed de potestate mundana, quæ est bonum exterius, inquantum secundùm D. S. tertio contra Gentiles cap 31. dependet ab opinionibus, & fauoribus, & obedientia hominum subditorum exteriorum: reputatur enim potestas mundana, quicquid præsidens cum auxilio suorum subditorum facere potest.

¶ Respondeo dicendum, quòd impossibile est beatitudinem in potestate consistere propter duo. Primò quidem, quia potestas habet rationem principij, vt patet in quinto metaphysicorum. * Beatitudo autem habet rationem vltimi finis. * Aristot. tex. 17.

¶D.S.

¶D. S. hic duo facit principaliter; primò respondet ad præsens quæsitum; secundò respondet iterum ad quattuor quæsita in his articulis præmissa, quod deducit quattuor rationibus generalibus. ibi: Possunt,&c. Primum peragit tali conclusione responsiua. Impossibile est beatitudinem in potestate consistere; probatur dupliciter. secundo ibi: Secundò quia,&c. Primò sic. Beatitudo habet rationem vltimi finis, sed potestas non habet rationem vltimi finis: igitur, &c. Maior nota; minor probatur, quia potestas habet rationem principij, scilicet actionis ordinatæ in finem: nam potestas,quinto metaphysicorum.tex.commen.17.in D.S.lect.12. est principium motus, aut mutationis in diuerso, inquantum diuersum: & intelligitur de potestate, idest potentia actiua, vt ibidem exponitur. Patet igitur minor, quòd potestas non est vltimum, sed ex natura ordinatur ad actionem, vel operatum, sicut ad finem. Consequenter cum dicit.

¶ Secundò, quia potestas se habet ad bonum, & ad malum: beatitudo autem est proprium, & perfectum hominis bonum; vnde magis posset consistere beatitudo aliqua in bono vsu potestatis, qui est per virtutem, quàm in ipsa potestate.

¶Probat aliter eandem conclusionem sic. Beatitudo est proprium, & perfectum bonum hominis; sed potestas non est huiusmodi; igitur &c. probatur minor, quia potestas se habet ad bonum, & malum hominis, scilicet inquantum homo est: nam tale huiusmodi bonum est secundùm rationem esse: vtuntur autem pleriq; potestate mundana malè, & ad malum: ergo non est bonum perfectum, quia tale non est nisi bonum; potestas autem, qua quis malè vtitur est mala, vt sic. Ex ista probatione D. S. infert per modum corollarij, quòd magis possit consistere beatitudo in bono vsu potestatis, qui est per virtutem: patet ex dictis,quia in eo magis consistit beatitudo, quod est bonum tantùm, & nunquam malum, sed vsus bonus potestatis est tantùm bonus, & semper se habet ad bonum, non potestas ipsa. Dicit autem corollarium aliqua beatitudo: quia non perfecta & consummata; sed inchoatio veræ beatitudinis, & aliqualis beatitudo viæ imperfecta; quia videlicet vsus virtuosus est meritum veræ beatitudinis; vnde D. S. primo libro de regimine principum, ostendit bonos principes, & rectores plurimum mereri.

¶ Possunt autem quattuor generales causæ induci ad ostendendum, quòd in nullo præmissorum exteriorum bonorum beatitudo consistit: quarum prima est, quòd cum beatitudo sit summum hominis bonum non compatitur secum aliquod malum; omnia autem prædicta possunt inueniri &in bonis, & in malis. Secunda ratio est, quia cum de ratione beatitudinis sit,quòd sit per se sufficiens, vt patet in primo Ethicorum. * necesse est, quòd beatitudine adepta nullum bonum necessarium homini desit, adeptis autem singulis præmissorum,possunt, adhuc multa bona homini necessaria deesse, puta sapientia, sanitas corporis, & huiusmodi. Tertia, quia cum beatitudo sit bonum perfectum, ex beatitudine non potest aliquod malum alicui prouenire, quod non conuenit præmissis; dicitur enim Ecclesiast.5. quòd diuitiæ interdum conseruantur in malum domini sui, & simile patet in aliis tribus. Quarta ratio est, quia ad beatitudinem homo ordinatur per principia interiora, cum ad ipsam naturaliter ordinetur; præmissa autem quattuor bona magis sunt a causis exterioribus, & vt plurimum a fortuna; vnde & bona fortunæ dicuntur; vnde patet, quòd in præmissis nullo modo beatitudo consistit. * Aristot. cap.47. Eccles.5.

¶Hic consequenter infert responsionem dictorum quattuor articulorum, quòd in nullo dictorum bonorum beatitudo hominis potest consistere, & ex superabundanti pro complemento adducit quattuor rationes generales, quia videlicet quælibet valet ad probandum intentum singulorum quattuor articulorum huius quæstionis, & sunt de se clarè in littera.

¶ Nota solum, quòd posset contra quartam rationem inferri instantia ex dicto philosophi, secundo physicor. vbi habet, quòd fœlicitas, & fortuna circa idem esse videntur: quare posset videri, quòd per hoc, quòd ista temporalia, de quibus in quattuor articulis actum est, fortunæ subiacent; non arguatur, quòd in eis fœlicitas consistere non possit. Sed hanc instantiam soluit D. S. in quarto, distin.49.quæst.1.artic.1.quæst.1. ad quintum. quia fœlicitas, & fortuna dicuntur esse aliquorum dupliciter. Vno modo sicut subiectorum; & hoc modo fœlicitas, & fortuna sunt eiusdem, quia vtrumq; non nisi in rationalibus, potest esse. Alio modo sicut obiectorum, vel materiæ; sic est impossibile, quòd fœlicitas, & fortuna sint eorundem, quia fortuna est eorum, quæ propter aliud aguntur, quando aliquid præter intentionem accidit; fœlicitas autem, vel beatitudo est, quæ ab omnibus intenditur, nec ad alterum ordinatur; & ideo licet corporalia bona dicantur fortunæ materialiter, non tamen sequitur, quòd in corporalibus bonis fœlicitas consistat: hæc ille. Ex quibus patet, quòd probatio D.S. solida est, quia eoipso, quòd huiusmodi bona subsunt fortunæ; ideo in eis non consistit beatitudo sicut in obiecto, quod hic intenditur: vide alias rationes contra Gentiles vbi supra. Exponitur fœlicitas, & fortuna circa idem,

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsiuam præsentis quæsiti.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd Diuina potestas est sua bonitas; vnde vti sua potestate non potest nisi benè: sed hoc in hominibus non inuenitur: vnde non sufficit ad beatitudinem, quòd homo assimiletur Deo quantum ad potestatem, nisi assimiletur ei quantum ad bonitatem.

¶Maior vera: sed dico post D.S. tertio contra Gentiles. cap.20. quòd omnes res tendunt, vt assimilentur Deo inquantum est bonus, licet bonitatem non assequantur, vt est in Deo; sed vnaquæque secundum modum suum. Minor negatur, quòd in potestate absolutè sint maximè similes secundùm conformitatem, quia potestas Dei est sua bonitas, quare maximè assimilatio est in bono vsu potestatis; vnde ex hoc, quòd est bona, magis assimilatur, quàm ex hoc, quòd habet potestatem, vt sic. Quare negatur consequentia.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut optimum est, quòd aliquis vtatur bene potestate in regimine multorum; ita pessimum est si malè vtatur; & ita potestas se habet & ad bonum, & ad malum.

¶Maior vera cum ista glosa. Est bonum perfectum, quo nullus malè vti potest sicut principio; tunc negatur minor debitè subsumenda; bene volo, quòd est perfectissimum benè regere; sed hoc non est ex potestate, sed bonitate adiuncta: ergo deberet inferri; ergo consistit magis in bono vsu,& in potestate, qua nullus malè vteretur, &c. sic non est humana potestas.

¶ Ad tertium dicendum, quòd seruitus est impedimentum boni vsus potestatis, & ideo naturaliter homines eam fugiunt: & non quasi in potestate hominis sit summum bonum.

¶Ad minorem negatur illud,quòd fugiãt homines seruitutem, quia opponitur potestati; sed quia opponitur vsui potestatis: quia seruitus est impedimentum boni vsus potestatis: vnde parum esset non habere potestatem, dummodo aliquis posset agere quod vellet: sed quia seruitus impedit, ne quis agat quod ipse vult; ideo odit seruitutem; & non quia seruitus opponitur potestati, quare bonus vsus est melius quid potestate, & in eo consistit beatitudo inchoatiuè, &c.

Vtrum beatitudo consistat in aliquo corporis bono.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd beatitudo consistat in bonis corporis: dicitur enim Eccle.30. Non est census supra censum salutis corporis, sed in eo quod est optimum, consistit beatitudo: ergo consistit in corporis salute. M Infra q.3. arti.3 corp. & 4.dist.49. q.1.ar.1.q.1. & 3. contra ca.32.& 37. princ. & opuſ.3 c.266 & Pſ.32.c.8. & 1. Ethic. le.10.col.2. Eccleſ.30. Dionyſius.

¶ 2 Præterea.Dionys.dicit 5.c.de di.no.q̃ esse est melius,quàm viuere,& viuere, quàm alia quæ cõsequũtur; sed ad esse,vel viuere hominis,requiritur salus corporis; cum ergo beatitudo sit summum bonũ hominis,videtur q̃ salus corporis maximè pertineat ad beatitudinem.

¶ 3 Præterea. Quanto aliquid est communius,tãto ab altiori principio dependet,quia quanto est superius,tãto eius virtus ad plura se extendit; sed sicut causalitas causę efficientis consideratur fm influentiam; ita causalitas finis attenditur fm appetitum: ergo sicut prima causa efficiẽs est,quæ in omnia influit; ita vltimus finis est,quod ab omnibus desiderat: sed ipsum esse est,q̃ maximè desideratur ab omnibus;ergo in his,quæ pertinẽt ad esse hominis,sicut est salus corporis,maximè cõsistit beatitudo.

¶Sed contra est,quòd secundùm beatitudinem homo excellit omnia alia; sed secundùm bona corporis à multis animalibus superatur,sicut ab Elephante in diuturnitate, a Leone in fortitudine,a Ceruo in cursu: ergo beatitudo non consistit in bonis corporis.

¶ Postquam ostensum est beatitudinem non consistere in bonis exterioribus obiectiuè, hic ostendit eam non consistere in bonis corporis. Et primò hoc ostenditur vniuersaliter de quolibet bono corporali, secundò specialiter de voluptate corporali, in sequenti articulo.

¶ Nota autem, quòd bonum corporis duplex est, videlicet substantiale, & accidentale, vt pulchritudo, sanitas, robur corporis. Substantiale est ipsum esse hominis, quod est corporis, & animæ, corporis quidem vt participatum, animæ autem vt proprium, Ideo D. S. in corpore sequenti ostendit, quòd beatitudo non consistat in bono corporis substantiali: in argumento autem in contrarium ostendit, quòd non in bonis accidentalibus corporis. Circa primum autem duo facit. Primò probat, quòd non in esse corporis, vel eius conseruatione. Secundò dato, quòd esset beatitudo hominis in esse, scilicet in hoc, quòd est, & viuit, adhuc non esset dicendum, quòd beatitudo consisteret in bono corporis.

¶ Respondeo dicendum, quòd impossibile est beatitudinem hominis in bonis corporis constare propter duo. Primò quidem, quia impossibile est, quòd illius rei, quæ ordinatur ad aliud sicut ad finem, vltimus finis sit eiusdem conseruatio in esse: vnde gubernator non intendit sicut vltimum finem conseruationem nauis sibi commissæ, eo quòd nauis ad aliud ordinatur sicut in finem, scilicet ad nauigandum; sicut autem nauis committitur gubernatori ad dirigendum, ita homo est suæ voluntati & rationi commissus, ſm illud, quod dicitur Eccles. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. Manifestum est autem, quòd homo ordinatur ad aliquid, sicut ad finem; non enim est summum bonum: vnde impossibile est, quòd vltimus finis rationis, & voluntatis humanæ sit conseruatio sui esse. Eccles. 15.

¶ D.S, respondet tali conclusione. Impossibile est beatitudinem hominis in bonis corporis consistere; hanc conclusionem probat Doct. iterum dupliciter, primò quo ad rem, secundò quo ad modũ loquendi. ibi, Secundo quia, &c. primò sic. Impossibile est, quòd illius, &c. vt in littera. sed homo ordinatur ad aliquid, sicut ad finẽ: igitur, &c. Maior probatur exempliter de naui, quę ordinatur ad aliud, & eius conseruatio non est finis gubernatoris. Et notat D.S. circa probationem maioris ad propositum, ꝙ homo est commissus voluntati suæ, & rationi, sicut nauis gubernatori: vnde posset haberi ratio a simili pro conclusione: quia videlicet sicut se habet gubernator ad nauem conseruandam, sic voluntas, & ratio hominis ad conseruationem hominis: sed nauis conseruatio non est finis gubernatoris: igitur nec conseruatio, & permanentia hominis in esse, & vita sua est finis voluntatis humanæ. Minor principalis probatur, quia homo non est summum bonum, igitur ordinatur ad aliquid, sicut ad finem: omnia enim præter summum bonum ex natura sunt ordinabilia ad ipsum.

¶ Nota ꝙ in vno, & eodem identificantur esse substantiale, & esse viuens, & esse intelligens; quare idem est dicere, quòd in conseruatione esse humani, non consistit beatitudo: ac si dicatur, quòd in hoc homo non habet beatitudinem, quia est & viuit, vel habet esse intellectiuum, & quia in his permanet, & conseruatur. Et ratio, quia esse suum ordinatur in alium finem formalem, & obiectiuum. Deinde ibi,

¶ Secundò, quia dato, ꝙ finis rationis, & voluntatis humanæ esset conseruatio humani esse, non tamen posset dici, ꝙ finis hominis esset aliquod corporis bonum. Esse enim hominis consistit in anima, & in corpore, & quamuis esse corporis dependeat ab anima, esse tamen humanæ animæ non dependet a corpore, vt supra ostensum est: * ipsumq; corpus est propter animam, sicut materia propter formam, & instrumenta propter motorem, vt per ea suas actiones exerceat. * Prima par. q. 75. & q. 90. Dub. 441.

¶ Ponit secundam rationem, quæ attendit proprietatem locutionis, & vult D.S. probare, quòd dato, quia in esse hominis consisteret beatitudo obiectalis, & homo esset per hoc beatus, quia semper est, & viuit: adhuc non est dicendum, quòd in bono corporis consistat beatitudo. Et innuit D.S. duplicem probationem; prima directè probat, quod iam dictum est; secunda probat conclusionem responsiuam; quo ad primum, ibi: Vnde omnia, &c. Quo ad primam rationem arguitur sic. Esse hominis principalius est animæ, quàm corporis, ergo etiam si in ipso sit beatitudo, magis dicendum est, quòd in bono animæ sit beatitudo, quàm in bono corporis; consequentia nota: antecedens probatur, quia esse hominis consistit in anima, & corpore, ideſt in vnione vtriusq;. Et quamuis esse corporis dependeat ab anima, esse tamen animæ non dependet a corpore, vt patet prima par. quæst. 76. & quæst. 90. Quare antecedens verum, &c.

¶ Nota autem propter ista, quæ D.S. infra dicit q. 4. art. 5 ad secundum. nam possent ista dicta malè intelligi, quasi esse hominis, ideſt totius compositi, dependeat a partibus vnitis. s. ab anima, & corpore, & ꝙ illud esse. s. subsistentię, esset aliud, quàm esse partiũ. Similiter posset malè intelligi, ꝙ esse corporis dependeat ab esse animæ, quasi sint duo esse. Isti enim sensus falsi sunt, vt patebit prima par. q. 76. artic. 1. ad quintum. quia idem esse secundùm rem. s. existentiæ, & subsistentiæ est animæ vt proprium, sed totius compositi, & corporis, vt quibus communicatur; & tam homo, quàm corpus habet illud esse ab anima, quæ & in esse absolutè, nec a toto, nec a corpore dependet: vnde & in ipsa separata manet. Et ideo intelligendum est, ꝙ esse corporis dependet ab anima, similiter totius compositi, vt sic ab anima, & corpore; sed non intelligitur, quia aliud esse sit istius, aliud istius: sed quia idem esse primò conuenit animæ rationali vt quo, & quod, & per ipsam corpori, & toti composito. Idem ei hominis, & partiũ

Obiectiones autem Scoti contra hoc dictum D.S. quas obiicit in quarto, distin. 44. q. 1. & in quolib. q. 9. nihil faciunt contra D.S. vt videbitur magis. prima par. quia quodlibet quidem ens habet esse proprium, vt distinguitur contra alienum, & extraneum, non autem proprium vt distinguitur contra cõmune: immo cuilibet parti essentiali, & toti commune est idem esse, nec etiã remanet esse cõpositi post mortẽ hominis, vt est hominis, sed vt animæ cui est propriũ, homini autem tm̃ fuit cõmunicatum. Tũc ibi. Scotus: cit.

¶ Vnde omnia bona corporis ordinantur ad bona animæ sicut ad finem: vnde impossibile est, ꝙ in bonis corporis beatitudo consistat, quæ est vltimus finis.

¶ Probat quadam alia ratione conclusionem responsiuam directè sic: ipsum corpus est propter animam, & omnia bona corporis ordinantur ad bona animæ, sicut ad finem; igitur impossibile, &c. vt in littera; consequentia clara: antecedens patet, quia materia est propter formam, & instrumenta sunt propter motorem, corpus autem est materia, & instrumentum animæ; igitur, &c. Patet igitur, quòd in bonis corporis substantialibus non consistit vltimus finis.

ARGVMENTVM in contrarium probat, quòd non consistat in bonis corporis accidentalibus, & sic minor huius rationis intelligitur, quia secundùm bona accidentalia corporis humani homo a multis animalibus superatur, vide de hoc alias rationes D.S. 3. contra Gentil. cap. 32.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut corpus ordinatur ad animam, sicut ad finem; ita bona exteriora ad ipsum corpus: & ideo rationabiliter bonum corporis præfertur bonis exterioribus, quæ per censum significantur, sicut & bonum animæ præfertur omnibus bonis corporis.

¶ Ad maiorem non est census, ideſt exterius bonum supra bonum corporis: verum, quia exteriora bona ordinantur ad corpus sicut ad finem, sicut corpus ad animam, & totum hominem: sed non est mens sapientis, quòd nullum bonum, nec spirituale sit supra censum salutis corporis. Quare concessa minore: negatur consequentia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd esse simpliciter acceptum, secundùm quòd includit in se omnem perfectionem essendi, præeminet vitæ, & omnibus subsequentibus, sic enim ipsum esse præhabet in se omnia bona subsequentia, & hoc modo Dionysius loquitur: sed si consideretur, prout participatur in hac re, vel in illa, quæ non capiunt totam perfectionem essendi; sed habent esse imperfectum, sicut est esse cuiuslibet creaturæ: manifestum est, quòd ipsum esse cum perfectione superaddita est eminentius: vnde & Dionysius ibidem dicit, quòd viuentia sunt meliora existentibus, & intelligentia viuentibus. Dubi

¶ Maior, esse separatum, & per se subsistens est melius, quàm viuere; & viuere, quàm intelligere, secundùm quòd ratione distinguuntur, vera est; & ratio est, quia tale esse includit quicquid includunt inferiora, & cum hoc plus, quia esse includit, quicquid pertinet quocunque modo ad rationem essendi, viuere autem tantum ea, quæ ad vitæ rationem pertinent; sed non est vera de esse contracto, & participato, quale est esse, ad quod requiritur corpus, quia viuere includit esse, & aliquid perfectionis addit. Ad minorem, sed ad esse, vel viuere hominis requiritur, &c. verum: sed tale est esse contractum, & non per se subsistens, quale est solum Diuinum; negatur consequentia, quia corpus non requiritur ad esse, quod est summum bonum: vnde esse est melius, quàm viuere; sed ens, scilicet habẽs esse participatum, non est melius, quàm viuens: de simili solutione prima par. quæst. 4. artic. 2. ad tertium.

¶ Ad

¶ Ad tertium dicendum, quòd finis respondet principio, ex illa ratione probatur, quòd vltimus finis est primum principium essendi, in quo est omnis essendi perfectio, cuius similitudinem appetunt secundùm suam proportionem, quædam quidem secundùm esse tantum, quædam secundùm esse viuens, quædam secundùm esse viuens, & intelligens, & beatum, & hoc paucorum est.

¶ Maior conceditur, & patet ex eo vt dictum fuit. q. præce. art. 8. ad primum, quòd primum efficiens, & vltimus finis correspondent, immo sunt idem. Minor conceditur. Ad illam: ergo, &c. Dico quòd vltimus finis ab omnibus naturaliter desideratur non in se, & sub ratione beatitudinis, sed vltimi finis in sui participatione ab omnibus desideratur; quia videlicet vnumquodq; appetendo suam perfectionem appetit vltimum finem, vt patuit quæst. præceden. sed negatur, quòd vnumquodq; naturaliter appetat beatitudinem, quia hoc solum est cognoscentis intellectualiter. Vltra, ad subsumptam dico, quòd esse desideratur ab omnibus non sicut vltimus finis, nec sicut beatitudo; sed sicut aliqua participatio vltimi finis connaturalis omnibus. Dico etiam, quòd si intelligitur ista propositio, quòd esse maximè appetatur, ideſt tanquam maximum bonum, negatur; sed appetitur maximè ab omnibus, ideſt non est, quod ita communiter ab omnibus appetatur sicut esse, tunc conceditur, sed non sequitur consequentia, quòd ergo in ipso consistat beatitudo, quia beatitudo appetitur tanquam maximũ bonum, & non ab omnibus sed paucis. scilicet rationabilibus tantum. D.S. respondet ad illam: ergo sicut prima causa, & ad maiorem, & vult, quòd benè probet, quòd finis correspondet principio, quare sequitur, quòd primum principium est vltimus finis ab omnibus desideratus, sed non sub ratione beatitudinis, sed in sui similitudine, quarum vna est esse, quod appetitur ab omnibus quidem naturaliter, sed vt participatio vltimi finis, non vt beatitudo; sed vltimus finis sub ratione beatitudinis à paucis appetitur.

Vtrum beatitudo hominis consistat in voluptate.

N 4. dist. 44. q. 1. ar. 3 q. 4. ad 3. & 4. & 3. contra c. 27. & 33. Et lib. 4. ca. 83. Et opuſc. 3. cap. 108. Et Matth. 5. co. 3. 4. & 5. Et 1. Ethic. lectio 5. & & lect. 10. * Arist. c. 2.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd beatitudo hominis in voluptate consistat, beatitudo em̃ cum sit vltimus finis non appetitur proprer aliud, sed alia propter ipsam, sed hoc maximè conuenit delectationi. Ridiculum est enim ab aliquo quærere propter quid velit delectari, vt dicitur in decimo Ethic. * ergo beatitudo maximè in voluptate, & delectatione consistit.

¶ 2 Præterea causa prima vehementius imprimit quàm secunda, vt dicitur in libro de causis, influentia autem finis attenditur ſm eius appetitum, illud ergo videtur habere rationem finis vltimi, quod maximè mouet appetitum; hoc autem est voluptas, cuius signum est, quòd delectatio in tantum absorbet hominis voluntatem, & rationem, quòd alia bona contemnere facit; ergo videtur, quòd vltimus finis hominis qui est beatitudo maximè in voluptate consistat.

¶ 3 Præterea cum appetitus sit boni, illud quod omnia appetunt, videtur esse bonum optimum, sed delectationem omnia appetunt, & sapientes, & insipientes, & etiam ratione carentia; ergo delectatio est optimum, consistit ergo in voluptate beatitudo quæ est summum bonum.

¶ Contra est, quod Boetius dicit in tertio de consolatione. * Tristes exitus esse voluptatum, quisquis reminisci libidinum suarum volet, intelliget, quæ si beatos efficere possent nihil causæ est, quin pecudes quoq; esse beatæ dicantur. * Boetius Pros. 7.

¶ Hic D. S. ostendit de quodam bono corporali specialiter, quòd in ipso non consistat beatitudo, quod solet à plerisq; magnipendi, scilicet de voluptate corporali, vt secundùm. D. S. tertio contra Genti. cap. 27. sunt Epycurei qui in voluptatibus corporalibus fœlicitatem ponebant. Similiter Cherintiani qui in vltima fœlicitate post resurrectionem mille annos in regno Christi secundùm carnales ventris voluptates fabulantur futuros. Similiter Iudæi, & Saraceni fabulantur retributiones iustorum in voluptatibus consistere. Iudæi.

¶ Respondeo dicendum, quòd quia delectationes corporales pluribus notæ sunt, assumpserunt sibi nomen voluptatum, vt dicitur Ethi. 7. * cum tamen sint aliæ delectationes potiores, in quibus tamen beatitudo principaliter non consistit, quia in vnaquaque re aliud est, quod pertinet ad essentiam eius, aliud est proprium accidens ipsius, sicut in homine, aliud est quod est animal rationale mortale, aliud quod est risibile. Est igitur considerandum, quòd omnis delectatio est quoddam proprium accidens, quod consequitur beatitudinem vel aliquam beatitudinis partem, ex hoc enim aliquis delectatur, quia habet bonum aliquod sibi conueniens, vel in re, vel in spe, vel saltem in memoria; bonum autem conueniens, si quidem sit perfectum, est ipsa hominis beatitudo, si autem sit imperfectum, beatitudo est quædem participata, vel propinqua, vel remota, vel saltem apparens, vnde manifestum est, quòd nec ipsa delectatio quæ sequitur bonum perfectum est ipsa essentia beatitudinis, sed quoddam consequens ad ipsam sicut per se accidens. * Arist. Dub. 437.

¶ D.S. primò notat, quòd nomen voluptatis primò impositum est delectationibus corporalibus, & ratio est, quia sicut cognoscimus sic nominamus, huiusmodi autem delactationes sensuales, & corporales sunt magis notæ ergo, &c. Sunt tamen aliæ delectationes in veritate potiores istis, scilicet spirituales: quia tamen non sunt ita cognitæ, nec ita vsurpant per consequens nomen voluptatis, & sic patet quomodo accipitur quæstum. Et de vtrisq; D.S. respondet primò de spiritualibus, secundò de corporalibus voluptatibus, ibi. Voluptas autem. Respondet ergo primò de delectatione potiori, quàm sit voluptas, scilicet de spirituali, tali conclusione. In delectationibus potioribus scilicet spiritualibus beatitudo principaliter non consistit, & in fine repetit sub alijs verbis, nec ipsa delectatio quę sequitur bonum perfectum, est ipsa essentia beatitudinis, sed quoddam consequens ad ipsam sicut per se accidens, probatur, In vna quaq; re, aliud est, quod pertinet ad essentiam eius, aliud est proprium accidens eius, sed omnis delectatio est quoddam proprium accidens, quod consequitur beatitudinem vel aliquam beatitudinis partem, ergo conclusio vera. Maior declaratur exempliter de rationali, & risibili, & est vera apud omnem scolam, quia saltem formaliter est aliud essentia, aliud per se accidens. Minor probatur, quia ex hoc delectatur aliquis, quia habet aliquod bonum conueniens, vel in re, vel in spe, vel in memoria; sed bonum conueniens, si est perfectum, est beatitudo, si autem imperfectum est aliqua pars beatitudinis, &c. igitur minor vera, quòd omnis delectatio sequitur habitionem beatitudinis vel partis eius. Maior ista proxima patebit infra quæstio. 23. artic. tertio. Minor ista de se nota, igitur sequitur conclusio.

¶ Nota hic primò, quòd cum D.S. probauit, quòd delectatio à toto genere præsupponit bonum vel perfectum vel eius partem, satis probatum est, quòd non est ipsa beatitudo obiectalis, de qua hic inquirit, quia talem præsupponit, & cum hoc eius assecutionem, & aliquo modo præsentiam, vnde & sequitur, quòd nec est beatitudo formalis. Secundum enim principia D.S in quodlibetis quodlibeto. 8. ar. 19. quotiescunq; aliquod bonum exterius est desideratum quasi finis, ille actus noster est nobis quasi finis interior, quo primò perfectè attingimus ad ipsum, hæc ille. Quare sequitur quòd ista probatio. D.S. sufficienter probat intentum, & plus, quia in delectatione, nec est obiectalis, nec formalis beatitudo cum vtramq; præsupponat.

¶ Nota secundò circa minorem cum dicitur, quòd delectatio sit per se accidens, quod sequitur beatitudinem vel aliquam eius partem, posset enim esse quæstio, quia si est passio ergo non actus secundus, & per consequens nec actus appetitiuus, & per consequens infra dicenda essent vana, cum dicetur, quòd delectari sit actus voluntatis. Sed de ista materia infra ex intentione vbi tractabitur de delectatione; pro nunc sufficiat hoc supponere ex principijs D.S. quòd non est inconueniens, quòd appetitus habens presens obiectum conueniens, & actionem circa ipsum conuenientem, necessariò delectetur; & hoc non solum dicitur de appetitu sensitiuo, immo & intellectiuo qui licet in actibus suis absolutè sit liber, & semper sit liber à coactione, tamen ex suppositione presentis conuenientis, & actionis circa ipsum necessitate naturalis inclinationis delectatur. Quare non obstante, quòd delectatio sit actus secundus, eo modo quo actiones immanentes vitales actiones dicuntur, potest stare, quòd est proprium accidens consequens beatitudinem præsentem, & habitam &c. De materia huius rationis vide ad longum. D. S. tertio contra Gent. c. 26. præsertim de hoc, quòd nec in delectatione spirituali, consistat essentialiter beatitudo. Et de hoc tamen infra ex intentione. Consequenter ibi. Delectatio est actus secundus.

¶ Voluptas

¶ Voluptas autem corporalis non potest etiam modo prædicto sequi bonum perfectum, nam sequitur bonū qđ apprehendit sensus, qui est virtus animæ corpore vtens; bonum autem, quod pertinet ad corpus quod apprehenditur secundùm sensum non potest esse perfectum hominis bonum, cū enim anima rationalis excedat proportionem materiæ corporalis, pars animæ quæ est ab organo corporeo absoluta, quandam habet infinitatem respectu ipsius corporis, & partium animæ corpori concretarum, sicut immaterialia sunt quodammodo infinita respectu materialium, eo quòd forma per materiam quodammodo contrahitur, & finitur; vnde forma à materia absoluta, est quodammodo infinita, & ideo sensus qui est vis corporalis, cognoscit singulare, quod est determinatum per materiam; intellectus verò qui est vis à materia absoluta, cognoscit vniuersale, quod est abstractum à materia, & continet sub se infinita singularia, vnde patet, quòd bonum conueniens corpori, quod per apprehensionem sensus delectationem corporalem causat, non est perfectum bonum hominis, sed est minimum quid in comparatione ad bonum animæ, vnde Sapientia quinto dicitur. Quod omne aurum in comparatione sapientiæ arena est exigua, sic igitur neq; voluptas corporalis est ipsa beatitudo, nec est per se accidens beatitudinis. Sapient. 5.

¶ Quia D.S. in præcedenti conclusione dixerat, quòd aliqua delectatio cōsequat bonū pfectū, & ideo licet nō sit beatitudo, est tñ accidens beatitudinis; ne ergo idem intelligatur de voluptate quæ accipitur pro delectatione corporali, ponit istam conclusionem, quæ ostendit, quòd corporalis delectatio nec consequitur beatitudinem: Voluptas corporalis, nec potest etiam prædicto modo sequi bonum perfectum, ita quòd nec est beatitudo, nec per se accidens eius, probatur supponendo ex dictis, quòd per se accidens beatitudinis sequitur bonum perfectum habitum; supponit etiā D.S. q. spiritualis delectatio sit potior corporali, sed hoc probat infra. q. 31. ar. 5. ex intentione. Tunc arguitur sic, delectatio corporalis sequitur bonum, quod apprehendit sensus, qui est virtus animæ vtens corpore, ideſt virtus organica; sed bonum, quod pertinet ad corpus, quod apprehenditur per sensum, non potest esse hominis perfectum bonum, igitur conclusio vera. Maior nota, quia vocatur propterea corporalis, quia sequitur bonum corporale apprehensum per sensum præsertim tactus, &c. Minor probatur ex differentia virtutis, & potentia animæ inorganicæ, & immaterialis ex vna parte, & virtutis organicæ, & materialis ex altera parte, quia pars absoluta ab organo est quodammodo infinita respectu partium concretarum corpori, ergo sensus cognoscit solum determinatum singulare, intellectus verò cognoscit vniuersale, quod continet sub se infinita singularia, vnde minor vera. Et iterum confirmatur auctoritate sapientis. Et deinde D.S. per viam corollarij infert conclusionem responsiuam, quæ patet ex dictis.

¶ Nota circa probationem minoris, vbi D.S. dicit, eo quòd forma per materia quodammodo contrahitur, & finitur, forma autem à materia absoluta, est quodammodo infinita. Nota inquam verbum quodammodo, vbi patet defectus Scoti in primo. dist. 2. q. 2. vbi secundum Scotistas imponitur. D.S. quòd ex hoc, quòd forma est irrecepta in materia. D.S. velit arguere omnimodam infinitatem. Quod quia non intendat, patet hic ex verbis suis, quia dicit quodammodo, vnde in dictis verbis. D.S. non aliud intenditur, nisi quòd omnis forma, & res secundùm ordinem, & genus suum receptibilis in alio, ex hoc quòd est irrecepta habet infinitatem oppositam finitati, quam res sui generis habet, quia recepta, non autem quòd sit infinita simpliciter quacunq; infinitate, sed solum vt dictum est ista infinitate, quæ tollitur ex receptione, vnde albedo si esset irrecepta in subiecto, non esset infinita simpliciter, vel infinitum ens extra genus, & perfectum quid simpliciter, sed non esset finita ea finitate quam habet albedo ex hoc, quod recipitur in subiecto. Similiter forma substantialis recepta in materia amittit illam amplitudinem, & indeterminationem ad istud vel illud particulare, separata autem ad nullam materiæ capacitatem est coarctata; sic in proposito, quia intellectus est virtus cognoscitiua non restricta per aliquod organum, ideo est cognoscitiua vniuersalis, & immaterialis, & per consequens perfecti boni, sensus autem quia recepta virtus est in organo, ideo limitatur, & coarctatur secundùm exigentiam organi ad particulare sensibile cognoscēdū, quod non potest esse perfectum bonum. Intellectus autem non quiescit donec apprehendat vniuersale verum, & perueniat ad illud in quo est omnis veritas per essentiam, & hoc est summum bonum: de hac tamen materia ex intentione Deo duce videbitur prima parte q. 7. Scotistæ nō attigūt quo modo D.S. intelligit formam se paratam in finitam.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua secunda præsertim vt ponitur in fine. Et vide plures rationes ad hoc, tertio contra Genti. ca. 27.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd eiusdem rationis est, quòd appetatur bonum, & quòd appetatur delectatio, quæ nihil est aliud quàm quietatio appetitus in bono, sicut ex eadem virtute est, quòd graue feratur deorsum, & quòd ibi quiescat: vnde sicut bonum per seipsum appetitur, ita & delectatio propter se, & non propter aliud appetitur, si ly propter, dicat causam finalem; si verò dicat causam formalem, vel potius causam motiuā, sic delectatio est appetibilis propter aliud, ideſt propter bonum quod est delectationis obiectum, & per consequens est principium eius, & dat ei formam: ex hoc enim delectatio habet, quòd appetatur, quia est quies in bono desiderato.

¶ Ad maiorem, beatitudo non quæritur propter aliud nec est propter aliud, secundò dicitur, quòd aliquid etiam, quod non est beatitudo, & est propter aliud, non quæritur tamen propter aliud propter euidentem connexionem cum fine, quia videlicet de per se ad finem, & bonum consequitur, & præsertim non quæritur huiusmodi propter aliud quæstione vocali. Sicut non quæritur quare vis delectari, sicut nec quæritur, quare vis habere bonum. Et tamen vt patebit infra. q. 4. ar. 2. ad secundum, & habet D. S. ter tio contra Genti. cap. 16. in septima ratione, quietatio est naturaliter propter operationem; sed quia apertè coniungitur ipsi obiecto finali, ideo non quæritur aliqua causa eius finalis, scilicet propter quid vis delectari, vel quietari.

¶ Ad minorem dico, quòd delectatio non quæritur propter aliud, non quia sit vltimus finis, sed non quæritur quæstione verbali quærente de causa finali, quare quis velit delectari; sicut non quæritur quare velit quis habere bonum, & finem, sed tamen delectatio consequitur bonum perfectum habitum, & ordinatur ex natura rei in operationem perfectam circa bonum ipsum, quare negatur consequentia. Vide infra quæstione 34. articu. 2. ad secundum.

¶ Ad secundum dicendū, quòd vehemens appetitus delectationis sensibilis contingit ex hoc, quòd operationes sensuum, quia sunt principia nostræ cognitionis, sunt magis perceptibiles, unde etiam à pluribus delectationes sensibiles appetuntur.

¶ Ad minorem primam dico, quòd influentia finis attenditur secundùm eius appetitum ex natura rei, & secundùm eius appetitum ab appetitu, qui potest se extendere ad bonum vniuersale, & perfectum; huiusmodi autem est appetitus sequens apprehensionem intellectiuam, non qui sequitur apprehensionem sensitiuam, quia talis non potest se extendere ad bonum perfectum & vniuersale, sed solum particulare vt patet ex cor.

¶ Vltra. Illud ergo &c. dico, quòd illud habet rationem vltimi finis, & beatitudinis, quod maximè mouet ex natura sua, quia maximè bonum, & quia mouet appetitum se extendentem ad perfectum bonum.

¶ Vltra. Hoc autem, &c. negatur, quòd voluptas moueat maximè ex natura sua ratione maximæ bonitatis, & maximè moueat appetitum rationalem; sed ratione, quæ habetur in solutione, & magis infra quæst. 31. ar. 5. quia voluptas est magis nota, & magis possibilis atq; magis sensibilis; sed eo ipso quòd sensibilis, ideo minus bona, quia magis nocet corpori, & magis impedit rationē, quare negatur consequentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd eo modo omnes appetunt delectationes sicut, & appetunt bonum: & tamen delectationem appetunt ratione boni, & non ècōuerso, vt dictum est. * vnde non sequitur, quòd delectatio sit maximum, & per se bonum, sed quòd vnaqueq; delectatio consequatur aliquod bonum; & aliqua delectatio consequatur id quod est per se, & maximum bonum. * In eo. ii.

¶ Ad maiorem. Illud, quod omnia appetunt tanquàm per se perfectum bonum, hoc est beatitudo; sed non oportet, quòd illud, quod omnia appetunt, tanquàm consequens perfectum bonum.

¶ Ad minorē primò, omnes appetunt delectationem; sed non voluptatem, quia Sapientes appetunt delectationem, secundò Sapientes quorum iudicio standum est, & appetitus approbandus, appetunt delectationem spiritualem non tanquam perfectum bonum, sed propter concomitantiam ad perfectum bonum, quia

ab

ab eadem virtute est appetitus vtiusque, sed tamen delectatio appetitur ratione boni ex quo habet, quòd sit delectatio talis bona & perfecta, & nō ècontra bonum habet esse bonum à delectatione. Quare negatur consequentia.

Vtrum beatitudo hominis consistat in aliquo bono animæ.

O

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd beatitudo consistat in aliquo bono animæ: beatitudo enim est quoddam hominis bonum, hoc autem per tria diuiditur quæ sunt bona exteriora, bona corporis, & bona animæ; sed beatitudo non consistit in bonis exterioribus, neq; in bonis corporis, sicut supra ostēsum est.* ergo consistit in bonis animæ. * Ar. 5. & 6. huius 9.

¶ 2 Præterea illud cui appetimus aliquod bonum, magis amamus, quàm bonum, quod ei appetimus, sicut magis amamus, amicum cui appetimus pecuniam, q̄ pecuniam; sed vnusquisq; quodcunq; bonum sibi appetit amat, ergo seipsum amat magis quàm omnia alia bona: sed beatitudo est, quod maximè amatur, quod patet ex hoc, quòd propter ipsam omnia amantur, & desiderantur; ergo beatitudo consistit in aliquo bono ipsius hominis, sed non in bonis corporis, ergo in bonis animæ.

¶ 3 Præterea perfectio est aliquid eius, quod perficitur; sed beatitudo est quædam perfectio hominis, ergo beatitudo est aliquid hominis, sed non est aliquid corporis vt ostensum est.* ergo beatitudo est aliquid animæ, & ita consistit in bonis animæ. * artic. 5.

¶ Sed contra est sicut dicit Augustinus in libro de doctri. Christiana. * Id in quo constituitur beata vita, propter se diligendum est; sed homo non est propter seipsum diligendus, sed quicquid est in homine est diligendum propter Deum, ergo in nullo bono animæ beatitudo consistit. * Lib. 1. ca. 3. & 22. Augu.

¶ Postquàm ostensum est beatitudinem non consistere in bonis exterioribus, aut in bonis corporis. Hic consequenter ostendit quòd nec etiam in bonis animæ obiectiuè, deinde corollariè concludit in quo consistat in ar. sequenti. Quo ad primum nota, quòd per bona animæ intelliguntur esse animæ, potentiæ, habitus, & actus. Quæritur igitur an in aliquo horum sit beatitudo obiectalis, & summum bonum perfectum, quo non possit maius appeti, vel haberi, & quòd ipso habito anima sit beata vel homo.

¶ Respondeo dicēdum, quòd sicut supra dictum est,* finis dupliciter dicitur, scilicet ipsa res quam adipisci desideramus, & vsus seu adeptio vel possessio illius rei. *q. præ. ar. 8.

¶ D.S. primò præmittit quandam distinctionem, secundò distinctè respondet, primò iuxta primum membrum, ibi. Si ergo loquamur &c. secundò quo ad secundum, ibi. Sed si &c. Tertio per modum corollarij infert conclusionem formaliter ad quæstionem responsiuam, ibi. Res ergo, &c. Resumit ergo. D.S. distinctionem positam. q. prima ar. 8. quia finis dupliciter accipitur, vltimus enim finis primò dicitur id in quo beatitudo consistit, sed secundo modo dicitur beatitudo ipsa essentialiter; ideo cum. D.S. de vltimo fine hominis distinxit, per consequens distinxit de beatitudine, scilicet quòd accipitur vel pro eo in quo beatitudo consistit, quod solet dici beatitudo obiectalis; vel accipitur pro beatitudine formali quæ dicit perfectionem rei inhærentem coniungentem primò cum bono exteriori perfectissimo, & secundùm Scotum in quarto distinctio. 49. q. 1. Talis perfectio formalis magis est perfectio secunda, ideſt actus secundus, quàm perfectio prima, ideſt actus primus, vt forma vel esse. Scotus.

¶ Si ergo loquamur de vltimo fine hominis quantum ad ipsam rem quam appetimus sicut vltimum finem, impossibile est, quòd vltimus finis hominis sit ipsa anima vel aliquid eius; ipsa enim anima in se considerata est vt in potentia existens, fit enim de potentia sciente actu sciens, & de potentia virtuosa actu virtuosa, cum autem potentia sit propter actum sicut propter complementum, impossibile est, quòd id quod est secundū se in potentia existens, habeat rationem vltimi finis, vnde impossibile est, quòd ipsa anima sit vltimus finis suiipsius.

¶ Hic D.S. secundùm prædictam distinctionem respondet, & iuxta primum membrum tali conclusione. Si loquamur de vltimo fine, & c. vt in principio litteræ. Ista conclusio continet duas partes, prima est, quòd anima non est vltimus finis, ita quòd homo in hoc, quòd habet animam non est beatus; secunda est quòd aliquid animæ non est beatitudo, quā probat ibi. Similiter etiā, &c. prima probatur sic. Impossibile est, quòd id, quod est secundùm se in potentia existens, ideſt quod est secundùm se potentiale ad perfectionem vlteriorem, habeat rationem vltimi finis; sed anima secundùm se considerata, ideſt secundùm naturam suam absolutè, est vt in potentia existens, ergo impossibile est, quòd anima sit vltimus finis suiipsius vel hominis: Maior probatur, quia potentia est propter actum, sicut propter complementum. Minor patet ex tertio de anima text. commen. 14. Fit enim de potentia sciente actu sciens, & de potentia virtuosa actu virtuosa. Conclusio prima. Conclusionis probatur prima pars. Arist.

¶ Nota autem circa probationem maioris, quòd necessarius est sanus intellectus huius dicti, quòd potentia ad actum secundum & operationem, sit propter actum sicut complementum, fundatur enim in propositione philosophi in secundo cœli. tex. com. 17. intelligitur autem non de fine extrinseco, sed intrinseco, hoc est dicere, quòd intelligere non est finis animæ intellectiuæ, sicut ponimus Deum esse finem extrinsecum; sed anima est propter hoc, vt sit actu intelligens. Vnde animam esse intelligentem actu est finis naturalis, sed intelligere Deum clarè visum est finis supernaturalis, & Deus ipse visus obiectalis, tertio contra Gentiles. cap. 25. Consequenter cum dicit. Arist. Operatio est finis rei exponitur.

¶ Similiter etiam neque eius aliquid, siue sit potentia, siue actus, siue habitus; bonum enim, quod est vltimus finis, est bonum perfectum complens appetitum; appetitus autem humanus qui est voluntas, est boni vniuersalis, quodlibet bonum autem inhærens ipsi animæ est bonum participatum, & per consequens particulatū: vnde impossibile est, quòd aliquod eorum sit vltimus finis hominis.

¶ Probat secundam partem conclusionis. Et exponit prius quid intelligitur per aliquid eius, scilicet potentia, siue actus, siue habitus. Et arguitur sic pro ista parte. Bonum, quod est vltimus finis, est bonum perfectum complens appetitum, sed nihil animæ complet appetitum hominis, igitur nihil animæ est vltimus finis hominis, & beatitudo. Maior nota ex ratione vltimi finis. Minor subintellecta probatur. Appetitus humanus qui est voluntas est boni vniuersalis, & supple non completur nisi habeatur bonum vniuersale, ideſt in quo omne bonum inuenitur; sed nihil animæ inhærens est bonum vniuersale immo particulare, & bonum per participationem, ergo minor vera. Conclusionis secūda pars probatur.

¶ Nota hic, quòd voluntas est boni vniuersalis, ideſt boni vt bonum est, & quia bonum vt bonum comprehendit omne bonum, ideo voluntas humana non quiescit, donec habeat id bonum in quo est omne bonum actualiter, & hoc est bonum per essentiam. Et hoc D.S. vult in probatione minoris, quia ergo omne bonum animæ est bonum non vniuersale, ideo nullum eorum quietat appetitum. Volūtas est boni vniuersalis.

¶ Nota etiam quòd nullus actus hominis vt sic, vt est actus eius est beatitudo, nec quietat appetitum, sed solùm vt est coniunctio ad aliquod infinitum bonum, quare in actu hominis vt sic non consistit beatitudo obiectalis, quia non quietat. Quod autem aliquis actus sit beatitudo formalis hoc non habet vt est hominis actus; sed alia ratione, &c. Consequenter ibi.

¶ Sed si loquamur de vltimo fine hominis quantum ad ipsam adeptionem vel possessionem seu quemcumq; vsum ipsius rei quæ appetitur vt finis; sic ad vltimum finem pertinet aliquid hominis ex parte animæ, quia homo per animam beatitudinem consequitur.

¶ Determinat quæsitum quo ad secundum membrum dictæ distinctionis per istam conclusionem. Si loquamur, &c. vt in principio litteræ. Hanc conclusionem. D. S. probat paucis verbis, quia homo per animam consequitur beatitudinem, igitur vltimus finis isto modo est aliquid animæ, consequentia nota. Antecedens patet, quia coniunctio ad perfectum bonum non fit per corpus, vt patuit, ergo mediante actu aliquo animæ, non tamen intelligitur quòd homo consequatur beatitudinem per essentiam animæ; sed per actum mediante potentia, vt infra patebit. Vide si placet Capreolum in quarto, distinctio. quadragesimanona, quæstione prima in solutionibus quarti, & quinti Scoti contra primam conclusionem, & in solutionibus argumentorum Henrici contra eandem. Quæ argumenta Henrici, & Scotus soluit vbi iam q. prima licet interserat contra. D. S. quæ postea tangentur. Deinde cum dicit. Cōclusio. 2. Capreolus.

¶ Res ergo ipsa quæ appetitur vt finis, est id in quo beatitudo consistit, & quod beatum facit, sed huiusmodi ade-

di adeptio vocatur beatitudo, vnde dicendum est, quòd beatitudo est aliquid animæ, sed id in quo consistit beatitudo est aliquid extra animam. Conclusio prima.

¶ Ex dictis per modum corollarij infert conclusionem formaliter ad quæsitum responsiuam istam. Beatitudo est aliquid animæ; sed id in quo beatitudo consistit est aliquid extra animam: probatur conclusio. Res ipsa quæ appetitur vt finis, est id in quo beatitudo consistit, sed adeptio huiusmodi rei vocatur beatitudo; sed primum non est aliquid animæ, sed secundum, igitur conclusio vera. Maior relinquitur nota, sed minoris subintellecte prima pars patet ex prima conclusione, secunda ex secunda cõclusione. Quare patet & conclusio. Conclusio secunda pars prima.

ARGVMENTVM In contrarium est pro ista secunda parte conclusionis tertiæ, & etiam pro prima conclusione.

¶ Nota tamen sanum intellectum huius rationis ex. D. S. in de Virtutibus. Mater. 2. q. 8. ad 16. quia dupliciter intelligitur aliquid propter se diligi: vno modo, quia aliquid diligitur sicut vltimus finis, & sic solus Deus propter se diligitur, & non homo, & isto modo procedit hæc ratio. Alio modo aliquid dicitur diligi propter se, quia diligimus illud tanquam cui volumus bonum, & illud bonum non retorquemus in proprium commodum, & sic possumus etiam hominem, & debemus propter se diligere, vide etiam D. S. in primo, di. 1. q. 3. ar. 1. ad tertium. Diligibile propter se dupliciter.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd secundùm quòd sub illa diuisione comprehenduntur omnia bona quæ sunt homini appetibilia, sic bonum animæ dicitur non solum potentia, aut habitus, aut actus; sed & obiectum, quod est extrinsecum; & hoc modo nihil prohibet dicere, id in quo beatitudo consistit esse quoddam bonum animæ.

¶ Ad maiorem dico, quòd accipiendo beatitudinem formaliter, & essentialiter pro adeptione, tunc est bonum hominis formaliter inhærens, & perficiens; dico etiam, quòd id in quo consistit beatitudo potest dici bonum hominis, sicut obiectum obiectiuè perficiens, & extrinsecè. Conclusio pars secunda.

¶ Ad minorem dico, quòd bonum hominis diuiditur per tria extensè acceptum, ita quòd etiam bonum hominis dicatur obiectum beatitudinis. Subsumpta conceditur. Ergo, &c. Verum consistit in bono animæ non inhærente sibi, sed in bono extrinseco ex cuius adeptione efficitur beata, & est hoc argumentum pro secunda parte conclusionis formalis, & tertiæ.

¶ Ad secundum dicendum, quantum ad propositum pertinet, quòd beatitudo maximè amatur tanquam bonum concupitum, amicus autem amatur tanquam id cui concupiscitur bonum, & sic homo amat seipsum, vnde non est eadem ratio amoris vtrobique: vtrum autem amore amicitiæ aliquid homo supra se amet, erit locus considerandi cum de charitate agetur. * * 2.2. q.26. ar.3.

¶ Ad maiorem dicitur, quòd non est bona comparatio, quia illum cui appetimus bonum amamus amore amicitiæ, & bonum, quod ei petimus amore concupiscentiæ. Et si debet esse bona comparatio oportet duo vnius ordinis comparare, sic illum plus diligimus cui volumus maius bonum in amore amicitiæ, & illud plus diligimus amore concupiscentiæ, quod plus desideramus.

¶ Ad minorem, quodcunq; bonum appetat, amat amore concupiscentiæ, ergo seipsum plus amat, non sequitur primò si comparetur ad amata amore concupiscentiæ qualis est beatitudo; quia se, & beatitudinem amat amore alterius rationis. Secundò non sequitur, quia aliquid plus se amat amore amicitiæ gratuitæ, & naturalis in integra natura, in quo est tota ratio boni, & à quo dependet bonum hominis. Vltra, beatitudo est quæ maximè amatur, verum amore concupiscentiæ, & propter istam amantur quæ amantur amore concupiscentiæ, ergo beatitudo consistit, &c. Negatur consequentia de beatitudine obiectali, quia ipse non est maximè amatus amore concupiscentiæ sicut beatitudo vel Deus sub ratione beatitudinis. Vnde Deus dupliciter amatur à nobis. Vno modo amore concupiscentiæ inquantum beatitudo nostra, alio modo amore amicitiæ, inquantum fons totius boni & principium nostrum, & auctor, & isto modo plus diligimus Deum quàm nos ipsos, tam per charitatem gratuitam, quàm per naturalia integra, vt patebit inf. q. 109. art. 3. & secunda secundæ. q. 26. art. 3. ad tertiũ. ad quem locum. D. S. hic se remittit: vide de materia huius solutionis. D. S. in quarto distin. 49. q. prima, art. 2. quæst. prima, ad tertium; beatitudo nostra vt sic non est summè dilecta, sed est vltimum concupitum à nobis, vnde Deus vt nos beatificans, vel maximum bonum, quod ex Deo nobis prouenit, maximè concupiscitur; sed vt sic non maximè diligitur, &c. vide. Deus dupliciter amatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd beatitudo ipsa cum sit perfectio animæ est quoddam animæ bonum inhærens; sed id in quo beatitudo consistit, quod scilicet beatum facit, est aliquid extra animam, vt dictum est. * * In corp. artic.

¶ Ad maiorem, perfectio formalis est aliquid eius cuius est perfectio, & est eius inhæsiuè, sed perficiens obiectiuè non oportet, quòd sit aliquid eius inhæsiuè sed extrinsecè. Minor vera, beatitudo formalis est pfectio formaliter; sed beatitudo, idest res, &c. est perfectio id est causat perfectum bonum puta actum beatificum, ergo est aliquid hominis, verum beatitudo adeptio, sed non beatitudo res in cuius adeptione beatitudo consistit.

Vtrum beatitudo hominis consistat in aliquo bono creaturæ.

AD octauum sic proceditur. Videtur, quòd beatitudo hominis consistat in aliquo bono creato: dicit enim Dionysius in quarto capitulo de di. no.* quòd diuina sapientia coniungit fines primorum principijs secundorum: ex quo potest accipi, quòd summum inferioris naturę sit attingere infimum naturæ superioris; sed summum hominis bonum est beatitudo: cum ergo Angelus naturę ordine sit supra hominem, vt in primo habitum est.* videtur quòd beatitudo hominis consistat in hoc, quod aliquo modo attingit ad Angelum. * Dion. 4. cap. cœl. hier. * q. 79. ar. 8. & q. 108. ar. 8. & q. 117. ar. 3. ad 3.

¶ 2 Præterea, vltimus finis cuiuslibet rei est in suo perfecto, vnde pars est propter totum sicut propter finem; sed tota vniuersitas creaturarum quę dicitur maior mundus comparatur ad hominem, quę in octauo physicorum * dicitur minor mundus, sicut perfectum ad imperfectum, ergo beatitudo hominis consistit in tota vniuersitate creaturarum * text. Arist.

¶ 3 Præterea, per hoc homo efficitur beatus, quòd eius naturale desiderium quietatur; sed desiderium hominis non extenditur ad maius bonum quàm ipse capere potest: cum ergo homo non sit capax boni, quod excedit limites totius creaturæ, videtur quòd per aliquod bonum creatum homo beatus fieri possit, & ita beatitudo hominis in aliquo bono creato consistit.

¶ Sed contrà est, quod Augu. dicit 19. de ciui. Dei.* Vt vita carnis anima est, ita beata vita hominis Deus est, de quo dicitur. Beatus populus cuius Dominus Deus eius. * cap. 4. Augu.

¶ Hic D. S. vltimò ex prædictis articulis huius quęstionis concludit corollariè in quo beatitudo consistat, & quę sit res ex cuius adeptione homo efficitur formaliter beatus. Vnde postquam quęsitum est de quibusdam creatis specialiter, hic quærit in generali, ita quòd creatum habeat suppositionem communem, & quærit de eo in quo beatitudo consistat, & iuxta modum loquendi D. S. in quarto supra; quæritur hic de beatitudine quę est extra homines; quam hic dicit esse id, in quo beatitudo consistit.

¶ Respondeo dicendum, quòd impossibile est beatitudinem hominis esse in aliquo bono creato, beatitudo enim est bonum perfectum, quod totaliter quietat appetitum, alioquin non esset vltimus finis si adhuc restaret aliquid appetendum: obiectum autem voluntatis quę est appetitus humanus, est vniuersale bonum, sicut obiectum intellectus est vniuersale verum; ex quo patet quòd nihil potest quietare voluntatem hominis nisi bonum vniuersale, quod non inuenitur in aliquo creato, sed solum in Deo, quia omnis creatura habet bonitatem participatam. Dub. Dub. 2.

¶ D. S. primò respondet negatiuè, secundò ex omnibus dictis in hoc & in precedentibus articulis per modum corollarij concludit affirmatiuè in quo beatitudo consistat ibi. Vnde solus, &c. Primum facit tali conclusione. Impossibile est beatitudinem hominis esse in aliquo bono creato, probatur, beatitudo est bonum perfectum, quod totaliter quietat appetitum, sed nullum bonum creatum potest totaliter quietare appetitum, igitur conclusio vera. Maior probatur, quia, si non perfectè quietaret, non esset vltimus finis, & adhuc restaret aliquid appetendum. Conclusio prima.

¶ Nota circa hanc maiorem, quòd cum hic probandum sit, ꝙ in nullo creato consistat beatitudo, oportet maiorem intelligere, quòd beatitudo tam pro re in qua consistit, quàm pro adeptione eius perfectè quietat. Vnde D. S. in quarto vbi statim, idem est Deum

Deum concupiscere, & maximum bonorum, quod ex eo prouenit sicut idem est concupiscere vinum, & effectum ex eo prouenientem, ita in proposito, idem est, quòd res in qua consistit beatitudo, & ipsa beatitudo quietent totaliter appetitum, quare beatitudo formalis est quæ perfectè quietat, & similiter id in quo consistit beatitudo, & sic valet maior ad propositum probandum, quia nulla creatura est quæ quietat, nec eius adeptio. Minor probatur, nihil potest quietare voluntatem hominis nisi bonum vniuersale, sed hic non inuenitur in aliquo creato, sed in solo Deo, igitur nulla creatura volũtatem totaliter implere potest sed solus Deus. Maior ista probatur, quia obiectum voluntatis quæ est appetitus humanus est vniuersale bonum, igitur maior vera. Antecedens patet proportionabiliter de obiecto intellectus, cuius obiectum est verum vniuersale. Tenet consequentia, quia nulla potentia quietatur nisi in suo completo obiecto.

¶ Nota circa hoc vt dictum est ar. præce. quia obiectum appetitus rationalis est bonum in vniuersali, quod comprehendit sub se omnia bona, sicut obiectum intellectus est ens, & verum in vniuersali, vnde sicut intellectus non quiescit nisi perueniat ad illud verum in quo est omnis veritas, & verum per essentiam, sic voluntas non quietatur nisi habeat rem, in qua est omne bonum, & hoc est bonum per essentiam, quod est Deus: vnde supra dictum fuit, quòd bonum vniuersale capitur vnomodo pro bono communiter vt comprehendit indistinctè omne bonum, aliomodo pro bono, quod est omne bonum supereminenter, & actu; & eo ipso, quòd voluntas habet vniuersaliter bonum primo modo pro obiecto, non quietatur donec perringat ad bonum vniuersale secundo modo, quod eminentius est vniuersale bonum quàm bonum in vniuersali indistinctè, sicut, & verum per essentiam est eminentius & prius verum secundùm rem quàm ens, & verum in communi. Minor proxima patet, quia omnis creatura est bonum per participationem, & non vniuersale bonum sed solus Deus. Quare sequitur, minor principalis pro secunda parte, quòd solus Deus potest totaliter implere scilicet voluntatem, &c. Psalmus.

¶ Vnde solus Deus voluntatem hominis implere potest secundùm, quòd dicitur in psalmus. Qui replet in bonis desiderium, &c. in solo igitur Deo beatitudo hominis consistit.

¶ Hic in calce corporis infert per modum corollarij ex omnibus dictis istam conclusionem affirmatiuam. In solo Deo beatitudo hominis consistit, patet quia solus Deus perfectè voluntatem hominis implere potest, & quietare ergo, &c. Tenet consequentia ex dictis. Assumptum patet, quia solus Deus est bonum vniuersale, & per essentiam, ergo in ipso solo consistit beatitudo, & patet auctoritate psal. Conclusio secunda.

¶ Nota circa ista, quòd quamuis Deus vniuersale bonum causset in homine beato solum beatitudinem, & perfectionem formalem finitam, nõ tñ potest beatitudo formalis consistere in adeptione alicuius rei creatæ, quæ etiam nata est facere adeptionem finitam, & ratio patet ex dictis, quia adeptio non quietat secundùm substantiam suam absolutè, sed vt est habitio talis rei, & eiusdem rationis est quietare beatitudinem formalem, & rem in qua consistit, ideo nulla creatura nata est causare adeptionem eiusdem rationis sicut est adeptio Dei, quia per nullam adeptionem habetur bonum vniuersale sicut habetur per adeptionem Dei, quare solus Deus est beatitudo extrinseca causatiua summæ perfectionis formaliter inhærentis, non autem quæcunq; creatura.

ARGVMENTVM In contrarium confirmat vtramq; conclusionem, quia probat, & quòd non sit in creato bono, & sit in solo Deo.

¶ Nota tamen sanum intellectum auctoritatis quem ad similem auctoritatem ponit. D. S. secunda secundæ. q. 23. ar. 2. ad secundum, quia modus non est equalis quo anima est vita carnis, & Deus vita beata hominis, quia anima formaliter, Deus autem obiectiuè causaliter. Deus enim esto per essentiam sit sibi beatitudo secundùm rem, vt declarat. D. S. prima parte. quæstio. 26. artic. 2. ad secundum, tamen solum causaliter, & participatiuè est beatitudo hominis, vide, & D. S. in. 4. distinctio. 49. quæstio prima artic. 2. quæst. prima.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd superius hominis attingit quidem infimum Angelicæ naturæ per quãdam similitudinem, non tamen ibi sistit sicut in vltimo fine, sed procedit vsque ad ipsum vniuersalem fontem boni, qui est vniuersale obiectum beatitudinis omnium bonorum, tanquam infinitum, & perfectum bonum existens.

¶ Ad maiorem quæ est Dionysij dicitur, quòd ille est sensus, quòd diuina sapientia coniungit fines primorum principijs secundorum constituendo ordinem in perfectionibus essentialibus & etiam per consequens in operationibus, ita quòd supremum inferioris ordinis appropinquat infimo superioris ordinis, sicut homo Angelo, & superior, & perfectior bestia homini, ita quòd est ordo essentialis in speciebus vniuersi. Sed non est mens Dionysij, quòd supremum inferioris ordinis intellectuale sit beatum si attingat cognoscendo infimum superioris ordinis, vnde dicitur ad illam, ex quo potest accipi, &c. verum summi est attingere ad sensum primum in essendo, & simili modo operandi, sed non, ꝙ ibi sit sua beatitudo obiectalis. Vnde negatur consequentia, est quidem beatitudo hominis formalis si attingit consimilẽ modum Angelorum beatorum operandi, & videndi Deum; sed ipsi Angeli non sunt obiectum in quo consistit beatitudo, de hoc infra. q. 3. artic. 7. ad tertium. vide de hoc Sco. in quarto, dist 49. q. 7.

¶ Ad secundum dicendum, quòd si totum aliquod non sit vltimus finis, sed ordinetur ad finem vlteriorem, vltimus finis partis non est ipsum totum, sed aliquid aliud, vniuersitas autem creaturarum ad quam comparatur homo vt pars ad totum, non est vltimus finis, sed ordinatur in Deum sicut in vltimum finem, vnde bonum vniuersi non est vltimus finis, sed ipse Deus.

¶ Ad maiorem: vltimus finis est in suo perfecto summo, & dico quòd pars est propter totum quando non est summè bonum sicut propter finem intrinsecum, & finem sub fine. Minor vera. Comparatur ad hominem sicut perfectum, sed non summè, & comparatur ad homin ẽ sicut finis intrinsecus, sed ordinatur vlterius ad maius bonum scilicet bonum extrinsecum totius vniuersi, quod est Deus. Quare negatur consequentia, quia secundùm philosophum. 12. metaph. tex. com. 52. in D. S. lectio. 9. bonum separatum est melius bonum, quàm bonum intrinsecum, & ordo vniuersi, ad quod vniuersum ipsum cum omnibus partibus suis sicut in finem ordinatur. Arist.

¶ Ad tertium dicendum, quòd bonum creatum non est minus quàm bonum cuius est homo capax vt rei intrinsecæ, & inhærentis, est tamen minus quam bonum cuius est capax vt obiecti, quod est infinitum; bonum autem, quod participatur ab Angelo, & à toto vniuerso est bonum finitum, & contractum.

¶ Maior conceditur, ad minorem, desiderium non extenditur ad bonum maius quàm homo capere possit inhærenter & obiectiuè, ad istam. Cum ergo, &c. homo non est capax boni, quod excedit limites naturæ, verum inhæsiuè, & formaliter, potest tamẽ capere obiectiuè. Et dico, quòd omne captum inhærenter est finitum, & per consequens non est id in quo beatitudo consistit, quare negatur consequentia, quia id in quo consistit beatitudo est infinitum bonum entitatiuè.

¶ Et nota quòd D. S. in solutione vult, quòd omne bonum inhærens homini formaliter est finitum, siuè sit participatio naturalis siuè gratuita, ex quo sequitur, quòd etiam beatitudo formalis est finita entitatiuè. Et cum dicitur, quòd beatitudo formalis est infinitum bonum, intelligitur formaliter extrinsecè, quia est habitio infiniti, ipsa tamen finita. Sed id in quo consistit beatitudo est infinitum entitatiuè intrinsecè. Vide si placet Alphonsum Hispalensem in primo, distinct. prima. q. 5. artic. 2. conclusione prima. vbi ostendit contra Ocham, quòd est demonstrabile, quòd beatitudo in nulla creatura consistit, sed in solum Deo.

Quæstio tertia.

De quidditate beatitudinis.

DEinde considerandum est quid sit beatitudo; & quæ requirantur ad ipsam. Circa primum quæruntur octo. Primò vtrum beatitudo sit aliquid increatum. Secundò si est aliquid creatum, vtrum sit operatio. Tertiò vtrum sit operatio sensitiuę partis an intellectiuæ tantùm. Quartò si est operatio intellectiuæ partis, vtrum sit operatio intellectus an voluntatis. Quintò si est operatio speculatiui intellectus aut practici. Sextò si est operatio intellectus speculatiui, vtrum consistat in speculatione scientiarum speculatiuarum. Septimò, vtrum consistat in speculatione substantiarum separatarum scilicet Angelorum. Octauò vtrum in sola speculatione Dei qua per essentiam videtur.

¶ Postquam ostensum est in quo consistat beatitudo, hic iam ostenditur quid sit beatitudo essentialiter, & quia cognitis genere, & differentia res ipsa cognoscitur, ideo. D. S. inuestigando quid sit beatitudo, duo facit. Primò inuestigat genus. Secundò differentias in tertio articulo. Prima in duas, quia primò inquirit de prædicato, & genere remotissimo, secundò de minus remoto.

¶ *Vtrum*

Vtrum beatitudo sit aliquid increatum.

Infra q.26. ar.3. Et.4.d. 49 q.1.ar.2. q.1.cor.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd beatitudo sit aliquid increatum: dicit enim Boetius in tertio de consola.* Deum ipsam beatitudinem necesse est confiteri.

* Boetius. Prof. 10.

¶ 2 Præterea beatitudo est summum bonum, sed esse summum bonum conuenit Deo, cum ergo non sint plura summa bona, videtur, quòd beatitudo sit idem quod Deus.

¶ 3 Præterea, beatitudo est vltimus finis in quem naturaliter humana voluntas tanquàm in finem tendit, sed in nullum aliud voluntas tanquam in finem tendere debet nisi in Deum, quo solo fruendum est, vt Auguſt. dicit. * ergo beatitudo est idem, quod Deus.

Auguſt. * Lib.1. de Doctrina christ. c. 4. & 5.& 22.

¶ Sed contra, nullum factum est increatum aliquid, sed beatitudo hominis est aliquid factum, quia secundùm Auguſt. primo de doctrina Christiana, *illis rebus fruendum est quæ nos beatos faciunt, ergo beatitudo non est aliquid increatum.

* cap.3.

¶ Hic primò. D. S. inquirit de genere remoto, & quasi de significatione nominis, quod est beatitudo, an videlicet significet aliquid increatum.

Hisa.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est. * finis dicitur dupliciter. Vno modo ipsa res quam cupimus adipisci, sicut auaro est finis pecunia. Alio modo ipsa adeptio vel possessio seu vsus aut fruitio eius rei quæ desideratur; sicut si dicatur, quòd possessio pecuniæ est finis auari, & frui re voluptuosa est finis intemperati.

* q. 1. ar.3. in cor. Et q.præ. ar.7.

¶ D.S. primò resumit quandam distinctionem bimembrem innuens duplicem intellectum quæsiti, secundò respondet iuxta primum intellectum, ibi. Primo ergo, &c. Tertiò, quo ad secundum, ibi. Secundo autem, &c. Quartò ex dictis infert conclusionem directè responsiuam quæsiti, ibi. Vltimus autem, &c. Quo ad primum vt. D.S. veritatem circa hanc quæstionē determinet resumit distinctionem de vltimo fine iam aliquotiens habitam, & sic etiam distinguitur de beatitudine in titulo quæsiti posita, quia idem hic intelligitur per ea, & sic ex illo duplici intellectu finis habetur etiam responsio per distinctionem. Et vult, quòd finis dupliciter accipitur, &c.& si finis accipitur dupliciter, etiam vltimus finis dupliciter accipitur, scilicet pro re quæ quietat appetitum, & pro ipsa adeptione.

¶ Primo ergo modo vltimus hominis finis est bonum increatum, scilicet Deus qui solus sua infinita bonitate potest voluntatē hominis perfectè implere.

Conclusio prima.

¶ Respondet iuxta primum membrum tali conclusione, primo modo loquendo de vltimo fine, sic est bonum increatum scilicet Deus: probatur, ipse solus potest sua infinita bonitate voluntatem hominis perfectè implere, igitur ipse solus est vltimus finis sicut res quæ quietat. Antecedens patet ex arti. 8. præcedentis quæstionis. Tenet consequentia ex dictis ibidem, quia illud est vltimus finis vt res, quod appetitum perfectè quietat. Scotus tamē in quarto, distin. 49. q.7. ad quartum difficultat quomodo Deus dicitur finis creaturæ, & vult, quòd solum est causa finalis omnium, quia propter ipsum amatæ sunt res, & propter seipsum produxit omnia; sed non est beatitudo quæ nominat perfectionem vltimam ad quā res ordinat. In fine tñ dicit. Pōt tñ dici, q Deus est finis inquātum terminat operationes creaturæ beatificabilis, hæc ille. Sed patuit supra ex. D.S. tertio contra Genti. ca. 24. quòd Deus dicitur vltimus finis omnium, nō solum, quia Deus propter bonitatem suam omnia fecit, sed etiam, quia Diuina bonitas est appetita ab omnibus sicut vltimus finis in sui tamen participatione. Ad propositum autem bene valet vltimum quod dicit, scilicet, quòd Deus est finis inquantum terminat operationes creaturæ beatificabilis, & sic sequitur. D.S. in proposita conclusione, quòd Deus est vltimus finis hominis beatificabilis. Vtrum autem etiā dicatur beatitudo, tangetur statim. Deinde cum dicit.

Deus finis vltimus.

Scotus.

¶ Secundo autem modo finis vltimus hominis est creatum aliquid in ipso existēs, quod nihil est aliud quā adeptio vel fruitio finis vltimi.

¶ Respondet quo ad secundum membrum tali conclusione secunda, Secundo modo loquendo de vltimo fine, tunc est aliquid creatum in ipso homine existens, probatur quia vltimus finis isto modo nihil aliud est quàm adeptio vel fruitio vltimi finis, scilicet primo modo dicti, ergo est quid creatum. Antecedens patet ex declaratione secundi membri distinctionis. Tenet consequentia, quia adeptio vel fruitio hominis necessariò est quid sibi inhærēs, & vt nunc supponitur, aliquis actus secundus, & operatio quam impossibile est esse Deum.

¶ Nota tamen circa illa, quòd aliqui arguunt, quòd Deus possit esse, & sit de facto visio beati, & vltimus finis, vel beatitudo etiam formalis. Vt patet apud Capreolum in secundo, dist. 3. q. 2. ad. 10. contra primam conclusionem. Sed hoc est impossibile, quia oportet, quòd visio, & beatitudo formalis sit operatio vitalis, & per consequens à beato procedit, & sibi inhæret, quod omnino repugnat perfectioni Diuinæ. Nec argumenta eorum aliquid probant, quia beatitudo formalis est solum infinita secundùm quid extrinsecè, quia infiniti, vt patuit in. q. præce. Similiter, quòd est æterna non arguit infinitam perfectionem simpliciter, quia solum æterna per participationem. Auctoritates quoq; quę ibidem allegantur, intelligendę sunt obiectiuè, videlicet, quòd Deus est beatitudo, ideſt obiectum beatitudinis formalis, & id in quo beatitudo consistit. Vide si placet Capreo. in tertio, dist. 5. q. 2. circa primam conclusionem, vbi ostendit, quòd Deus nulli creaturę formaliter vniri potest. Deinde ibi.

Deus non potest esse beatitudo formalis creaturæ.

Capreol.

¶ Vltimus autem finis vocatur beatitudo, si ergo beatitudo hominis consideretur quantum ad causam vel obiectum, sic est aliquid increatum: si autem consideretur quantum ad ipsam essentiam beatitudinis, sic est aliquid creatum.

Conclusio tertia.

¶ Applicat prędictas conclusiones magis ad propositum, & respondet directè, & magis explicitè ad quęsitum tali conclusione tertia. Si beatitudo hominis consideretur quantum ad causam, vel obiectum, sic est aliquid increatum. Si autem consideretur quantum ad essentiam beatitudinis, sic est aliquid creatum. Patet prima pars ex prima conclusione, quia causa beatitudinis vel obiectum idem est, quòd vltimus finis vt res; sed iste est quid increatum, ergo prima pars vera. Secunda pars probatur, quia beatitudo quantum ad essentiam, & formalis, est idem quod vltimus finis, secundùm quòd accipitur pro adeptione, quam constat esse quid creatū ex secunda conclusione, ergo secunda pars vera. Et secundam probationem secundę partis tangit. D.S cum dicit. Vltimus autem finis, scilicet hoc secundo modo est beatitudo scilicet essentialiter, & formalitet capta. Patet ex his, quòd beatitudo hominis essentialis non est Deus, sed quid creatum quo homo Deo coniungitur, vel magis ipsa coniunctio, non quidem capta pro relatione, sed fundamentaliter.

ARGVMENTVM In contrarium confirmat secundam partem tertiæ conclusionis responsiuæ. Vt enim postea patebit, beatitudo formalis est visio quæ est effectus Diuinæ essentiæ præsentis intellectui per specialem illapsum habentis se per modum speciei intelligibilis, cuius constat intellectionem esse effectum. Non tamē per hoc excluditur omnis causalitas intellectus super huiusmodi visione in ordine suo. Vide prima parte. q. 10. ar. 2. ad primum, quia illa beatitudo facta, est æternitas participata cuius Deus dicitur auctor. Et ergo sicut Deus est causa visionis, sic beatitudinis, scilicet formalis, & essentialiter dictæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Deus est beatitudo per essentiam suam; non enim per adeptionem aut participationem alicuius alterius beatus est, sed per essentiam suam. Homines autem sunt beati, sicut ibidem dicit Boetius * per participationem, sicut & dij per participationem dicuntur; ipsa autem participatio beatitudinis, secundùm quam homo dicitur beatus, aliquid creatum est.

* Eadem prof.

¶ Ad maiorem, Deus est ipsa beatitudo sua, verum, quia per essentiam est ipse beatus, & non per participationem. Vnde, & est ipsa sua formalis beatitudo, quia realiter est ipsa sui visio, & fruitio, & non solum est res in qua consistit sua beatitudo. Sed dico, quòd non est ipsa beatitudo hominis essentialis, & formalis, sed beatitudo hominis est adeptio Dei, & quædam participatio Diuinæ beatitudinis, quæ quidem participatio est quid creatum. Vnde auctoritas nihil contra dicta.

¶ Aduerte tamen, vt dictum fuit, quòd Deus est per essentiam beatus beatitudine etiam formali, non quidem vt essentia est, sed vt intellectio suiipsius. aliàs si Deus non intelligeretur habere intellectum, nihilominus intelligeretur vt beatus, quod est falsum quia beatitudo est propria intellectualis naturæ. Vnde per essentiam esset beatus idēticè, sed non formaliter. Vnde Scotus in quarto supra. q. prima, Deus non est beatus præcisè per hoc, quod est idem sibi ipsi, sed per hoc, quòd est intelligens, & volens se tanquam obiectum. Alioquin ex hoc quòd est beatus non posset inferri, quòd est intelligens, quia si non haberet intellectum adhuc esset idem sibi ipsi. Idem habet. D.S. prima parte, quæstio. 26. artic. 2. ad primum.

Scotus.

¶ Ad secundùm dicendum, quòd beatitudo dicitur esse

esse summum hominis bonum, quia est adeptio vel fruitio summi boni.

¶ Ad maiorem respondet. D.S. hic, & in prima parte. q. 26. ar. 3. ad primum, quia beatitudo essentialiter & formalis ipsius creaturæ est summum bonum non simpliciter, sed in genere bonorum participabilium à creatura, & summum bonum inter omnia bona formaliter inhærentia; sed id in quo cōsistit beatitudo tanquam in obiecto, hoc est summum bonum simpliciter. Primo autem modo est summa perfectio ad quam homo ordinatur. Ad minorem. Esse summum bonum simpliciter conuenit Deo, sed esse summum bonum in genere participationum non conuenit Deo, nec esse summam perfectionem formaliter inhærentem creaturæ conuenit Deo, ergo, &c. Negetur consequentia, sed est obiectum beatitudinis hominis essentialiter dictæ, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd beatitudo dicitur vltimus finis per modū quo adeptio finis dicitur finis.

¶ Ad maiorem, beatitudo essentialiter dicta est vltimus finis, secundum quòd vltimus finis capitur pro vltima perfectione hominis inhærente, & pro adeptione summi boni simpliciter, sed non est vltimus finis sicut res quam cupimus adipisci. Ad minorem. In nullum debet tendere voluntas sicut in finem vltimum sicut in rē quam cupiat adipisci ergo, &c. Negetur cōsequētia, &c.

Vtrum beatitudo sit operatio.

Rid.1.q 1.ar. 2. Et 3.d.34. q.1.artic.5. cor. Et 4 di. 49.q.1.ar 2. q.2. & q.4. aricu. 2. Et quol.8. art. 19.& 1.Eth. Lec.1. Et 9. Met. le.9.fi. * Prof.2.

AD secundum sic poceditur. Videtur, quòd beatitudo non sit operatio, dicit enim Apoſt. Rom. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem verò vitam æternam, sed vita non est operatio; sed est ipsum esse viuentium, ergo vltimus finis, qui est beatitudo non est operatio.

¶ 2 Præterea. Boetius dicit in tertio de consola. * quòd beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, sed status non nominat operationem, ergo beatitudo non est operatio.

¶ 3 Præterea, beatitudo significat aliquid in beato existens, cum sit vltima perfectio hominis; sed operatio non significat vt aliquid existens in operante, sed magis vt ab ipso procedēs, ergo beatitudo nō est operatio.

¶ 4 Præterea, beatitudo permanet in beato, operatio autem non permanet, sed transit, ergo beatitudo non est operatio.

¶ 5 Præterea, vnius hominis est vna beatitudo, operationes autem sunt multæ, ergo beatitudo non est operatio.

¶ 6 Præterea, beatitudo ineſt beato absq; interruptione: sed operatio humana frequenter interrumpitur, puta somno vel aliqua alia occupatione vel quiete; ergo beatitudo non est operatio.

¶ Sed contra est, quod philosophus dicit in primo Ethicorum. * quòd fœlicitas est operatio secundum virtutem perfectam.

* cap.7.

¶ Habito, quia nomen beatitudinis significat quid creatum, hic D.S. quærit de genere ipsius beatitudinis, an videlicet sit operatio. Nota hic pro fundamento dicendorum, quòd operatio siue actus secundus, & actus primus substantialis possunt dupliciter considerari. Vno modo materialiter, scilicet pro rebus quæ sunt actus primus, & secundus, & sic non est inconueniens rem quæ est actus primus esse nobiliorem re quæ est actus secundus, sicut anima est nobilior operatione inquantum ipsa est substantia, operatio verò accidens. Alio modo possunt considerari formaliter, vt actus primus & secundus, & sic actus primus includit in ratione actus quandam potentialitatem ad actum secundum, & importat actum per modum dormientis, actus verò secundus non claudit potētialitatem admixtam, & importat actum per modum vigiliæ, & sic actus secundus nobilior est actu primo, scilicet in ratione actus. Et inde est, quòd philosophus dicit. 12. metaphy. tex. com. 51. quòd si Deus non esset in actu secundo, sed primo tantum, non haberet aliquam nobilitatem. Secundo actus secundus habet prærogatiuam, vt tangit. Scotus in quarto. dist. 49. q. prima, quia perfectio secunda, & si non in se formaliter, scilicet per modum assimilationis, tamen vt immediatius coniungit perfectiori est quodammodo appetibilior perfectione prima, &c. Et hos duos modos supereminentiæ actus secundi super primo, tangit. D. S. in quarto, eadem distin. q. prima ar, 2. q. 2. in cor. Vbi dicit hominem Deo per actum secundum maximè coniungi, & per modum assimilationis, & per modū attingentiæ, & coniunctionis, licet secunda consideratio propinquius inducat in considerationem beatitudinis, quàm prima, quia beatitudo non est nisi rationalis creaturæ, quæ scilicet est beata per hoc, quòd coniungitur summo bono. D. S. autem in hoc corpore arti. magis procedit ex consideratione actus secundi, vel operationis inquantum est nobilior, & actualior & magis Deo coniungit per modum assimilationis: & loquitur de beatitudine secundum communem rationem, inquantum est summa perfectio. In sequentibus autem articulis probabit, quòd in actu intellectus, & non aliarum potentiarum operationibus consistit beatitudo, quia immediatè coniungit, & sic considerabit beatitudinem vt est coniunctio ad summum bonum extrinsecum.

Aristo.

Scotus.

Aristo.

Scotus.

¶ Respondeo dicendum, quòd secundùm, quòd beatitudo hominis est aliquid creatum in ipso existens, necesse est dicere, quòd beatitudo hominis sit operatio, est enim beatitudo vltima hominis perfectio, vnumquodque enim intantum perfectum est inquantum est actu: nam potentia sine actu imperfecta est, oportet ergo beatitudinem in vltimo actu hominis cōsistere.

¶ D.S. respondet tali conclusione. Necesse est dicere, quòd beatitudo hominis inquantum est aliquid creatum in ipso existens sit operatio. Et est sensus conclusionis, quòd loquendo de beatitudine formali, & essentialiter dicta, prout est summa formalis perfectio hominis, sic necesse est dicere, quòd sit operatio. Dicit autem operatio, & non actio, propter dicenda ad tertium, quia secundū communem modum loquendi, & magis propriè actio significat solùm transeuntem, operatio autem etiam immanentem. Probatur conclusio. Oportet beatitudinem in vltimo actu hominis cōsistere; sed operatio est vltimus actus operantis, ergo conclusio vera. Huius rationis. D.S. primo ponit, & probat maiorem cum conclusione. Secundo minorem resumendo conclusionem ibi. Manifestum est autem, &c. Maior ergo probatur, beatitudo scilicet formaliter inhærens est vltima hominis perfectio; sed vnumquodq; intantum est perfectum inquantum est actu, & supple si est summè perfectum est summè in actu, ergo maior vera. Ista maior secunda relinquitur nota ex dictis. Minor probatur, quia potentia sine actu imperfecta est. Et sic patet maior principalis. Deinde cum dicit.

¶ Manifestū est autē, quòd operatio est vltimus actus operantis, vnde, & actus secundus à philosopho nominatur in. 2. de Anima. * nam habens formam potest esse in potentia operans, sicut sciens est in potentia considerans, inde est quòd in alijs rebus res vnaqueq; dicitur esse propter suā operationem, vt dicitur in. 2. de Cęlo. necesse est ergo beatitudinē hoīs operationē esse.

* tex.2.adiuncto 3.& 6.

* tex.17.

Dub.270.

¶ Subiungit minorem, & eam probat dupliciter. Primò ex modo loquendi philosophi in. 2. de Anima, qui nominat operationē actum secundum, & sic per consequens operatio est vlterior, & perfectior actus, quàm actus primus, & ponit rationem huius dicti philosophi, quia habens formam potest esse in potentia ad operationem, operans autem non est in potentia ad aliud, sed habet vltimum actum. Secundò probatur ex hoc, quòd in alijs rebus vnaqueque dicitur esse propter suam operationem, tanquàm scilicet propter vltimam perfectionem, & actum rei. Operatio ergo est vltimus actus, vt dicit minor.

¶ Nota autem, quòd aliqui assumunt primam propositionem. D.S. & arguunt contra eius intentum, quia videlicet beatitudo est perfectio nobilissima, ergo consistit in habitu qui est perfectior actu, quia diuturnior.

¶ Sed hoc vide infra. q. 71. art. 3. solutum, quia falsum est, quòd habitus sit nobilior, quia actus secundus est maior actualitas; & magis summo bono coniungit. Et præterea actus beatificus est æquè diuturnus cum habitu, & magis. Et dato, quòd actus secundus non beatificus non sit æquè diuturnus per accidens ex parte subiecti, non tamen sequitur, quòd habitus sit nobilior, quia quando magis diuturnum, & minus diuturnum solum in hoc distinguuntur, tunc diuturnus est melius; sed si in aliis etiam distinguuntur, puta in ratione actus, non oportet, sed solùm quando cætera essent paria. Nec etiam habitus est causa principalis actus, nec totalis, ideo non oportet esse nobiliorem.

Scotus.

¶ Nota autem quòd Scotus in conclusione. D.S. concordat vbi supra in quarto. Sed deficit in duobus. Primò, quòd si potentiæ animæ distinguerentur ab anima realiter, tunc esset beata per accidens, quia elicere operationem mediante virtute operativa, quæ se habet vt principium quo, non facit ipsam operationem agenti conuenire per accidens. Et secundò aliud est dicere aliquid alicui conuenire per accidens, ideſt per rem quæ est accidens, & aliud cōuenire per accidens, ideſt non per se. Potest enim aliquid conuenire subiecto per rem quæ est accidens, & tamen per se, &c. Posset autem argui contra Scotum etiam ex Scotica ista propositione. Talis est ordo inter aliqua formaliter distincta, qualis esset si realiter distinguerētur: ergo quia beatitudo talem habet ordinem ad animam

mam, & potentias formaliter distincta, sicut cum distinguntur realiter, sed sic per accidens conuenit animæ, ergo & primo modo. Vtrum autem beatitudo conueniret potentiæ si esset separata ab anima, patet quòd non, quia est perfectio rationalis naturæ viuentis, qualis non est potentia separata per possibile vel impossibile. Vnde casus implicat, & est conditionalis impossibilis: scilicet si potentia esset separata conueniret sibi beatitudo. Et præterea operatio beatifica non habet rationem beatitudinis actu, vt est qualitas, sed cũ hoc requiritur, quòd inhæreat naturæ intellectuali naturaliter subsistenti, & coniungat obiecto beatifico vt obiectũ est, constituendo ipsum præsens, non quomodocunq; sed vt obiectum visionis, & fruitionis; quod non conuenit visioni si esset in potentia separata. Secundò deficit in hoc, quòd non aduertit modum loquendi. D.S. qui vnum effectum secundùm diuersas sui rationes in diuersas causas reducit, licet totum, quod est in effectu sit ab vtraq; causa, tamen non quælibet est propria causa effectus secundùm quamlibet sui considerationem. Sicut Capreo. ad longum declarat, & in primo.di. 17. q.prima in solutionibus argumẽtorum contra primam conclusionem, & in tertio distin. 23. in solutionibus contra primam conclusionem. Quare non intelligit. D. S. quòd in actu beatifico sint duo realiter distincta absoluta, quorum vnum producat intellectus, aliud Diuina essentia vt species intelligibilis præuio lumine gloriæ: sed quòd illa beatitudo vel operatio, & est operatio, & est talis operatio beatifica. Ipsa autem vt est operatio reducitur in potentiam sicut in causam propriam. Vt autem beatifica reducitur in lumen gloriæ, & Diuinam essentiam præsentem per modum obiecti beatifici. Licet quantum ad vtrumque sit ab vtroq; sicut à completo principio. Quare minus benè Scotus impugnat. D.S. supra in quarto, in solutione secundi, qui dicit potentiam esse principium operationis beatificæ secundùm substantiam, sed habitum esse principium secundùm formam operationis, & per consequens homo non beatificat seipsum, quia ab ipso non habet, quòd sit beatifica, sed à Deo vult enim solùm in istis verbis, quòd actus beatificus secundùm duo secundùm rationẽ distincta reducatur in illa dicta principia, non quòd vnum efficiat substantiam alterum formam, & perfectionem, sed quia ambo simul vt vnum principium completum vtrũque efficiunt, sed substantia reducitur in potentiam, quæ potest operari sine habitu, sed non talem operationem beatificam, ergo vt beatifica reducitur in habitum gloriæ. Vide in Capreo. in quarto dist. eadem. q. prima in solutionibus.

Beatitudo non conuenit potentiæ separatæ.

Capreolus.

Scotus.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione respõsiua, quia beatitudo est operatio.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd vita dicitur dupliciter, Vno modo ipsum esse viuentis, & sic beatitudo non est vita. Ostensum est enim * quòd esse vnius hominis qualecunque sit, nõ est hominis beatitudo, solius enim Dei beatitudo est suum esse. Alio modo dicitur vita ipsa operatio viuentis, secundùm quàm principium vitæ in actum reducitur, & sic nominamus vitam actiuam vel contemplatiuam vel voluptuosam; & hoc modo vita æterna dicitur vltimus finis, quod patet per hoc quod dicitur Ioan. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum Deum verum.

* q.2. art.5.

D.Ioan.

¶ Maior conceditur, sed dico, quòd finis hominis vltimus est vita æterna, non solum quantum ad defectum finis, quia scilicet nunquam terminabitur eo modo quo, & damnatio posset dici æterna; sed etiam quantum ad remotionem omnis mutabilitatis actu, & potentia. Vnde temerarium est dictum quorundam cum dicunt Christum quidem dicere, hæc est vita æterna, vt cognoscant; &c. sed non hæc beatitudo æterna, quia loquitur de vita æterna secundo modo, quæ est beatitudo æterna.

Temerariũ dictum.

¶ Ad minorem distinguitur, vita prima non est operatio, sed vita secunda; secundò vita vt capitur pro radice sic est esse vitale, vt autem pro significato sic est operatio. Si autem minor intelligitur quòd nunquam accipiatur pro operatione, & semper pro esse negatur ipsa: Quare negetur consequentia. Vide. D. S. in quarto supra quæstiuncula. 3. per totum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Boetius definiendo beatitudinem considerauit ipsam communem beatitudinis rationem. Est enim communis beatitudinis ratio, quòd sit bonum commune perfectum, & hoc significauit cum dixit, quòd est status omnium bonorum aggregatione perfectus, per quod nihil aliud significatur, nisi quòd beatus est in statu boni perfecti. Sed Aristo. * expressit ipsam essentiam beatitudinis, ostendens per quid homo sit in huiusmodi statu, quia per operationem quãdam, & ideo in primo Ethicorum * ipse etiam ostendit, quòd beatitudo est bonum perfectum.

Loco I arg. sed contra citato.

* cap.7.

¶ Ad maiorem. Boetius loquitur non de essentia beatitudinis, sed de omnibus requisitis ad beatitudinem, & tunc verum est, q̃ beatitudo affert secum omnia bona, sed principale ad quod omnia ordinantur est operatio perfectissima. Et Boetius loquitur de communi ratione beatitudinis, ideſt quæ sit ratio, & quid significetur per nomen beatitudinis, sed non definit rem in qua beatitudo formalis existit, & quæ secum affert omnia bona. Vide de ista auctoritate supra. q. 2. ar. primo ad secundum, vbi de hac auctoritate dictum fuit. Loquimur enim hic de beatitudine non vt accipitur pro statu vel secundùm communem rationem, sed modo Aristo. quæ videlicet sit summa perfectio hominis per quam est in statu beatitudinis, & dicimus illam esse operationem optimã æternam. Quid autem importat status, vide secunda secundæ. q. 183. ar. primo, quia dicit in humanis statum habere secundùm ordinem propriæ dispositionis cum quadam immobilitate seu quiete, vbi aliquis est sui iuris vel alieni, & beatitudo facit immobilitatem in libertate.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dicitur in 9. metaphy. * duplex est actio. Vna quæ procedit ab operante in exteriorem materiam, sicut vrere, & secare, & talis operatio non potest esse beatitudo: nam talis operatio non est actio, & perfectio agentis, sed magis patientis, vt ibidem dicitur. * Alia est actio manens in ipso agente, vt sentire, intelligere, & velle, & huiusmodi actio est perfectio, & actus agentis, & talis operatio potest esse beatitudo.

* text.16.

* Eudoxus.

¶ Maior conceditur de beatitudine formali, & essentialiter dicta. Ad minorem distinguitur, dico. enim quòd actio transiens procedit ab agente, & non est in agente, sed actio immanens ista procedit ab agente, sed non in aliud subiectum, sed idem habet pro principio effectiuo, & causa materiali in qua, secundùm diuersa tamen, ergo &c. Verũ beatitudo non est operatio, vel magis actio transiens. Oportet enim attendere diuersitatem inter significationem operationis, & actionis. Actio. n. propriè significat rem de prædicamento actionis in quo reponitur tantum actio transiens, quę est cum motu, vel motus ipse vt est ab agente; sed operatio est, & propriè etiam significat actionem immanentem. Vnde Scotus supra dicit ad quartum. Concedo, quòd beatitudo non consistit in actione de genere actionis, quia ista non est simpliciter perfectio agentis, operatio autem non est actio talis, sed actio æquiuocè accepta, hæc ille. Ex quibus patet, quòd actio secundùm eum propriè significat actionem prædicamentalem transeuntem, operatio autem etiam immanentem. Nec in hoc à D.S. discordat; sed in alio videlicet an agens actionem transeuntẽ ex hoc nullo modo perficiatur, videtur enim. D S. tenere, quòd sic, sed de hoc alibi.

Scotus.

¶ Nota verba. D.S. in solutione, vbi actionem transeuntem expresè ponit in patiente, nec vnquam distinxit de actione transeũte essentialiter, vel antecedenter, vel concomitanter. Quod vtiq; si talis distinctio esset in rerum natura. D.S. non latuisset, nec illis terminis vnquam de actione vsus est, sed in alio proposito vt patebit in articulo sequenti. Nec obstat, quòd gubernatio, & creatio sunt actiones transeuntes, & tamen sunt in Deo non solùm quo ad relationem, sed etiam quo ad absolutum; quia actio Dei dicitur transiens solum causaliter, & æquiuocè dicitur transiens cum actione prædicamentali. Nam ipsum Diuinum velle efficax, ad quod sequitur effectus, dicitur actio transiens, vt habet. D.S. in de Potentia. q. 7. arti. 1. ad septimum, vel ipse effectus prout progreditur à Diuino velle dicitur transiens actio realiter. Vide in Capreo. in. 2. dist. prima q. 2. ad sextum contra primam conclusionem quia actio transiens propriè dicta est motus vel cum motu, & transit formaliter in passum, sed Diuina actio est transiens solum causaliter, & quo ad respectum ad passum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cum beatitudo dicat quandam vltimam perfectionem; secundùm quòd diuersæ res beatitudinis capaces ad diuersos gradus perfectionis pertingere possunt, secundùm hoc necesse est, quòd diuersimode beatitudo dicatur: nam in Deo est beatitudo per essentiam, quia ipsum esse eius est operatio eius, quia non fruitur alio, sed seipso: in Angelis autẽ beatitudo est vltima perfectio secundùm aliquam operationem qua coniunguntur bono increato, & hæc operatio est in eis vnica, & sempiterna: in Hominibus autẽ secundùm statum præsentis vitæ est vltima perfectio secundùm operationem qua homo coniungitur Deo; sed hæc operatio nec continua potest esse, & per consequẽs nec vnica est, quia operatio intersissione multiplicatur, & propter hoc in statu præsentis vitæ perfecta beatitudo ab homine haberi non potest vnde philosophus in primo Ethicorum, * ponens beatitudinem hominis in hac

Scotus.

* cap.10. Arist.

hac vita: dicit eam imperfectam post multa concludẽs. Beatos autem dicimus vt homines; sed promittitur nobis à Deo beatitudo perfecta, quando erimus sicut Angeli in cœlo, sicut dicitur Matth. 22. Quantùm ergo ad illam beatitudinem perfectam cessat obiectio; quia vna, & continua, & sempiterna operatione in illo beatitudinis statu mens hominis Deo coniungetur; sed in præsenti vita quantùm deficimus ab vnitate, & continuitate talis operationis; tantùm deficimus a beatitudinis perfectione; est tamen aliqua participatio beatitudinis; & quantò operatio potest esse magis continua, & vna, tantò plus habet rationem beatitudinis; & ideo in actiua vita, quæ circa multa occupatur, est minus de ratione beatitudinis, quàm in vita contemplatiua, quæ versatur circa vnum, ideſt circa veritatis contemplationẽ; & si aliquando homo actu non operetur huiusmodi operationem, tamen quia in promptu habet eam, semper potest operari; & quia etiam ipsam cessationem, puta somni, vel occupationis alicuius naturalis, ad operationem prædictam ordinat, quasi videtur operatio continua esse. Et per hoc patet solutio ad quintum, & ad sextum.

D. Matth.

¶ Ex hac solutione D. S. soluit tria vltima argumenta; & dicitur primò ex ea, ad maiorem illius quarti. Beatitudo perfecta, quæ promittitur hominibus cum Angelis Dei in cœlo, illa permanet in beato; quia sempiterna est, & vna; & mensuratur æternitate participata, quia nec potest cessare ex parte subiecti, vel obiecti, nec ex parte coniunctionis vtriusque. Minor de operatione hominis in via, quæ non potest permanere propter statum præsentis vitæ, nec est perfectio vltima hominis. Sed minor negatur de operatione patriæ, qua mens æternaliter, & continuè Deo coniungitur; ergo, &c. Verum, beatitudo perfecta non est operatio præsentis vitæ; cum quo stat, quòd perfecta beatitudo sit operatio sempiterna patriæ. Ad quintum dico ad maiorem; vnius hominis est beatitudo perfecta, & in patria, vbi mens per corruptibilem vitam non impeditur a perpetua, & æterna Dei cõtemplatione; sed beatitudo imperfecta, quæ est operatio circa Deũ in via; illa non potest esse vna, quia per interpolationem multiplicatur. Ad minorem, operationes viatiæ, & etiam in quibus consistit imperfecta beatitudo vię, sunt multę ratione dictæ; sed negatur, quòd summa operatio hominis in patria multiplicetur; ergo, &c. beatitudo perfecta non est operatio viæ, nec contingit hominem in via esse simpliciter beatum, sed vt hominem, vt habet philosophus. Ad sextum ad maiorem, vera est de beatitudine perfecta patriæ, qua homo simpliciter est beatus. Minor vera de operatione viatica præsertim vitæ actiuæ; sed negatur, quòd operatio patriæ summa interrumpatur. Ad probationem, quòd procedit de operatione viatoris: ab oculis enim beatorum fugiet somnus, & immunes sunt ab oĩbus occupationibus, & imperfectionibus, quæ possent interrũpere actionis sempiternitatem: ergo, &c. Verum, beatitudo perfecta non est operatio viatica. Et D.S. omnia ista tria argumenta vltima ex vna radice soluit, & vna solutione; quia videlicet omnia procedunt de operatione viæ; quia talis non permanet nec est vna, nec sine interruptione; secus de operatione perfectissima patriæ, quia talis manet tanquam æterna; & per consequens vna est quoq; sine interruptione. Dico autem, quòd perfectissima operatio est æterna, quia aliæ operationes possunt interrumpi, & tempore discreto mensurari. Sunt enim in Angelis etiam volibiles cogitationes; sed in cognitione vespertina, matutina autem est æterna.

Scotus.

¶ Nota autem, quòd Scotus in quarto, distin. 49. q. 6. partim cum hac solutione concordat, immo cum tota quantùm ad verba, quãtùm autem ad intentionem verborum D.S. discordat. Concordat enim in hoc, quòd operatio beatifica est perpetua, & sempiterna; sed in modo perpetuitatis discordat. Intendit enim D.S. post dicta in prima parte, quæst. 10. quòd beatitudo operatio est perpetua tanquam mensurata æternitate participata, quę est mensura altioris ordinis, quàm tempus, vel ęuum. Scotus autem dicit, quòd illa perpetuitas non est æternitatis, nec necessarij esse; sed est ęui possibilis esse, & non esse, tamen perpetuò conseruati: hæc ille. Sed D.S. attendẽs, quia æternitas est mensura Diuini esse, & quia operatio beatifica est Diuini ordinis, vtpote, quæ non potest esse naturalis creaturæ cuicunq; factæ, aut factibili; ideo ei assignat mensuram altioris ordinis, quàm sit mensura cuiuscunq; rei de naturali ordine. Constat autem, q̃ ęuum est mensura esse, imitabilis quidem, sed naturalis ordinis; quare non potest esse propria mensura beatitudinis, sed ęternitas participata, quæ est mensura rei Diuini ordinis per participationem. Nec argumenta Scoti ibidem aliquid contra D.S. faciunt. Intelligit enim primò malè dictum D.S. quasi D.S. substantiæ operationis beatificæ assignet pro mensura ęuum, & eius perfectioni æternitatem participatam.

Scotus soluitur qui accepit, qd D.S. nũquã somniauit.

Quod vt Capreolus dicit D.S. nunquam somniauit. sed vult, quòd operatio beatifica, vt est à potentia hominis, non habet q̃ mensuretur ęternitate participata, sed magis nunc temporis discreti; sed quia est ab ea simul cum habitu beatifico, & quia beatifica; ideo habet, q̃ mensuretur æternitate participata; tũ quia actus secũdus, tum quia immutabilioris ordinis. Est quoq; beatitudo necessaria non quidem simpliciter, quasi nec secundùm potentiam logicam possit non esse; sed quia de potentia intrinseca beati non potest non esse; quia talis actus continet supereminenter omnes alios actus, & sic non est quare velit eo carere; nec oportet, quòd mensuratum participata æternitate non possit non esse simpliciter; sicut requiritur ad ęternum per essentiam; sed quia operatio non potest incipere, vel desinere per potentiam creaturæ, & est Diuini ordinis. Falsum quoq; est, quòd beatitudo sit solùm ęterna, sicut damnatio, in qua est vicissitudo, & alternatio; sed quia expers omnis mutabilitatis, quia Diuini ordinis. Et hæc notat D.S, paucis verbis in quarto vbi supra, cum dicit. Non potest etiam mensurari æuo; quia æuum, secundùm quòd ab æternitate distinguitur, pertinet ad creaturas immutabiles; hæc autem visio excedit naturalem potentiam creaturæ. Patet igitur, quòd operatio beatifica est perpetua, & æterna, tanquam æternitate participar mensurata; licet forte esse naturale, sit immutabilius aliquo modo, non tamen est Diuini ordinis, sicut actus secundus; est enim immutabilius quo ad hoc, quia si æuum cessaret, oportet annihilari creaturam, sed non si cessat eius beatitudo; sed ir alia consideratione beatitudo est immutabilior, quia actus secundus non habens annexam mutationem, sicut res æuiterna, vel æuum. Vide de tertio contra Gentil cap. 61.

Capreolus.

¶ Nota circa dictum philosophi adductum a primo ethicorum. D.S. tertio contra Gentiles, cap. 48. circ. finem. vbi dicit, quia verò Aristoteles vidit, quòd non est alia cognitio hominis in hac vita, quàm per scientias speculatiuas, posuit hominem non consequi fœlicitatem perfectam, sed suo modo. In quo satis apparet quantam angustiam patiebatur hinc inde eorum præclara ingenia; a quibus angustijs liberabimur, si ponamus secundùm probationes præmissas homines ad veram fœlicitatem post hanc vitam peruenire posse, anima hominis immortali existente, &c. hæc ille. Ad idem est Scotus supra dicens de philosopho, quòd tanquam dubius nunc videbatur sentire, quòd non esset vera fœlicitas cui posset succedere miseria; nunc quòd non posset esse alia fœlicitas hominis; quia nescit de fœlicitate alterius vitæ ab illa, & illa non est fœlicitas inamissibilis; ideo non oportet in hoc eius auctoritati inniti: hæc ille. Ex quibus patet, quomodo philosophica quidem beatitudo non est perpetua, sed Theologica, &c.

Arist.

Scotus.

Vtrum beatitudo sit operatio sensitiuæ partis, an intellectiuæ tantùm.

S

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd beatitudo consistat etiam in operatione sensus; nulla enim operatio inuenitur in homine nobilior operatione sensitiua nisi intellectiua; sed operatio intellectiua dependet in nobis ab operatione sensitiua: quia non possumus intelligere sine phantasmate, vt dicitur in tertio de Anima; * ergo beatitudo consistit etiam in operatione sensitiua.

3 contra c. 33. & 37. princ. Et o. puſ. 3. c 264. Et 1. Ethic. lec. 10.

* Aristot. tex. 30.

¶ 2 Præterea. Boetius dicit in tertio de consolatio. * quòd beatitudo est status omnium bonorũ aggregatione perfectus; sed quædam bona sunt sensitiua, quæ attingimus per sensus operationem; ergo videtur, quòd operatio sensus requiratur ad beatitudinem.

* Boetius prof. 2.

¶ 3 Præterea. Beatitudo est bonum perfectum, vt probatur in primo Etichorum, * quòd non esset nisi homo perficeretur per ipsam secũdùm omnes partes suas; sed per operationes sensitiuas quædam partes animæ perficiuntur: ergo operatio sensitiua requiritur ad beatitudinem.

* Arist. c 7.

¶ Sed contra. In operatione sensitiua communicant nobis bruta animalia, non autem in beatitudine: ergo beatitudo non consistit in operatione sensitiua.

¶ Postquam D.S. inuestigauit genus beatitudinis, hic inuestigat eius differẽtias; & quia beatitudo, vt dictum est, est operatio hominis, quę dependet ab aliqua potentia circa aliquod obiectum; ideo duplex differentia consideranda est circa beatitudinem; vna quæ se tenet ex parte potentiæ; alia quæ se tenet ex parte obiecti. Secundum hoc ergo D.S. duo facit. Primò ostendit cuius potentiæ sit operatio. Secundò respectu cuius obiecti. Secunda pars incipit artic. 6. Circa primam autem partem tria facit ſm triplicẽ potẽ-

tiam, a qua ꝓcedere potest operatio humana qualis est beatitudo, quæ sunt sensus, voluntas, & intellectus. Participat enim sensus aliqualiter rationem, vt patet 1.Ethic. De parte autem vegetatiua nō est ad propositum, eo ꝙ nō est principium humanę actionis, tāquā omnino expers rationis, vt patebit infra q.17. Primò igitur ostendit, ꝙ beatitudo non sit essentialiter in operatione sensus. Secūdò, ꝙ nec in operatione voluntatis. Tertiò autem, quòd in operatione intellectus speculatiui. Primum determinat dicens.

¶Respondeo dicēdum, ꝙ ad beatitudinem potest aliquid pertinere tripliciter; vno modo essentialiter; alio modo antecedēter; tertio modo cōsequēter. Essentialiter quidem non potest pertinere sensus ad beatitudinem: nā beatitudo hominis consistit essentialiter in cōiunctione ipsius ad bonū increatū, ꝙ est vltimus finis, vt supra ostēsum est, * cui homo cōiungi nō potest per sensus operationem. Similiter etiā, quia sicut ostensum est * in corporalibus bonis beatitudo hominis non consistit, quæ tamen sola per sensus operationem attingimus.

*Art.1.huius quæst. * q.2.art.5.

¶D.S. respondet distinctè duabus cōclusionibus, ſm ꝙ notat in principio sensum posse intelligi habere triplicem ordinē ad beatitudinem, & sic tripliciter intelligi posse quęsitum; potest enim ad beatitudinem tripliciter aliquid pertinere, &c. vt in littera, & sic ēt sensus. Dicit autem pertinere magis, quàm requiri, quia requiri videtur dicere aliquo modo dependentiam, vel saltem præexigentiā vnius respectu alterius; quod autem cōsequitur, nō propriè requiritur, sed tamen pertinet. Vnde pertinere generalioris significationis est, quàm exigi, vel requiri. Prima ergo cōclusio respondet iuxta primū intellectum; secunda iuxta alios duos sensus, quā ponit ibi; Possunt autem, &c. prima est. Essentialiter nō potest pertinere sensus ad beatitudinē, id est in operatione sensus non consistit beatitudo essentialiter, probatur primò ex ratione beatitudinis formalis sic. Beatitudo hominis consistit essentialiter in cōiunctione ad bonum increatū, quòd est vltimus finis; sed per operationem sensus homo bono increato coniungi nō potest; igitur, &c. Maior patuit artic. 1. Minor relinquitur nota, quia operatio sensus attingit solū bonū sensibile particulare. Quare nō est bonum increatū. Secūdò probatur cōclusio ratione obiecti, in quo beatitudo consistit: sic. In bonis corporalibus beatitudo hominis nō consistit; sed per operationem sensus solū attingimus bona corporalia; igitur conclusio vera; maior patet ex q. præced. minor patet ex eadem q.art.6. quia sensus est virtus organica, & per cōsequēns solùm attingit corporalia, &c. Patet itaq; prima conclusio. Consequenter cum dicit.

Conclusio prima.

¶Possunt autem operationes sensus pertinēre ad beatitudinem antecedenter, & consequēnter: antecedenter quidem secundùm beatitudinem imperfectam, qualis in præsenti vita haberi potest: nam operatio intellectus præexigit operationem sensus.

¶Subiungit secundam conclusionem iuxta alios duos intellectus istam; operationes sensus pertinere possunt ad beatitudinem antecedenter, & consequenter; probat, & exponit primò primam partem; secundò secundam, ibi. Consequenter autem, &c. Exponit primam, quia antecedenter intelligitur de beatitudine viæ imperfecta, probat eam sic. Operatio intellectus præexigit. ſ. in hac vita, operationem sensus: ergo beatitudo imperfecta viæ requirit operationem sensus; antecedens patet prima par. q.84.art.6 & aliis. Et dicit notanter præexigit, quia vt D.S. ibidē innuit, operatio intellectus non dependet a sensitiua cognitione; sed ipsa ministrat solùm materiam causæ. ſ. intellectui agenti, & consequenter possibili; sed tamen intellectus noster præexigit sensum, id est sensitiuā cognitionem præsertim interiorem. Consequenter ibi.

Conclusio secunda.

¶Cōsequenter autem in illa perfecta beatitudine, quę expectatur in cœlo; quia post resurrectionē ex ipsa beatitudine animæ, vt Aug. dicit in epistola ad Dioscorum, * fiet quędā refluentia in corpus, & in sensus corporeos, vt in suis operationibus perficiantur; vt infra * magis patebit, cū de resurrectione agetur; non autem tūc operatio, qua mēs humana Deo cōiungitur a sensu depēdebit.

*Aug.epist.56.circa medium * In tertia par. sed nō complevit.

¶Exponit secundam partem conclusionis secundæ; quia consequenter sensum pertinere ad beatitudinē, intelligitur de illa perfecta beatitudine, quæ expectatur in cœlo; sed ad istam non pertinet antecedenter; probatur. Post resurrectionem ex ipsa beatitudine animæ fiet quædam refluentia in corpus, & in sensus corporeos, vt in suis operationibus perficiantur; igitur, &c. Secunda pars cōclusionis vera; antecedens est beati Aug. & D.S. remittit se ad tertiam partem, vbi proposuerat de hac materia loqui; sed morte præuentus non complevit. Sed vide in quarto, di.49.q.4.ar.5.q.2. & di.44. q.2.ar.1.q.4. vbi ostendit, quod hic ponit, ꝙ omnes sensus habebūt operationes suas. In quarto etiam contra Gentil. c.86. ostendit hoc antecedens; quia corpus aliquid cōsequetur vnitum animæ beatæ, vt sit sibi plenè subiectum, non solùm quantùm ad esse, sed etiam quantùm ad actiones, & passiones, & motus, & corporeas qualitates, & corpus participabit quātum possibile est, proprietates animę beatæ in perspicuitate sensuum, &c. probatur eadem secunda pars quo ad secundam eius expositionem. ſ. ꝙ ad beatitudinem in cœlo non pertineat sensitiua cognitio antecedenter; quia tunc operatio, qua mens humana Deo coniungitur, a sensu non dependebit, id est nec aliquo modo ipsum præexigit; tum quia ista operatio, id est visio beatifica non est per conuersionem ad phantasmata; tum quia obiectum beatificæ operationis in se attingibile, non est sensibile, nec per sensibilia attingitur.

¶Nota autem ꝙ quamuis beatus vtatur sensibus, & possit in cognitione vespertina intelligere per conuersionem ad phantasmata, præsertim dum vtitur scientia hic acquisita; sed in visione ista beatifica nullo modo vtitur sensibus, esto, & in alia cognitione non sit corpori obligata, vt patet 3.par.q.11.art.2. Comprehensor enim potest intelligere, conuertendo se ad phantasmata, & non conuertendo in cognitione etiam vespertina.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem primam directè.

¶Ad primum ergo dicēdum, ꝙ obiectio illa probat, ꝙ operatio sensus requiritur antecedēter ad beatitudinem imperfectam, qualis in hac vita haberi potest.

¶Maior cōceditur; ad minorem primò negatur, ꝙ operatio intellectiua quæcunq; dependeat a cognitione sensitiua propriè loquendo de dependentia, quia dependere est in esse ab alio pendere; intellectiua autem cognitio non producitur in esse a sensitiua; sed cum sit actio immanēs, idem habet pro principio, & subiecto, ſ. intellectum ipsum. Secundò dico, ꝙ si dependere accipiatur pro præexigere; tunc dico, ꝙ cognitio intellectiua imperfecta in via præexigit sensitiuam tanquamq; ministrat materiam causæ intellectionis; & sic procedit probatio ex 3.de Ani. Sed negatur, ꝙ intellectiua in patria præexigat sensitiuam, maximè quo ad cognitionem Dei in se; vnde & in anima separata ponimus illam cognitionem; ergo, &c. Verum, beatitudo viæ prærequirit operationem sensus, sed nō essentialiter in ea cōsistit; & ita probat primā partē secundæ cōclusionis; sed beatitudo perfecta nec in ea existit, nec eā antecedenter prærequirit; sed sensitiua cognitio ad eā cōsequitur.

¶Ad secundum dicendum, quòd beatitudo perfecta qualem Angeli habent, habet congregationem omnium bonorum per coniunctionem ad vniuersalem fontem totius boni; non quòd indigeat singulis particularibus bonis; sed in hac beatitudine imperfecta requiritur congregatio bonorum sufficiētium ad perfectissimam operationem huius vitæ.

¶Ad maiorem dico, quòd Boetius diffinit beatitudinem secundùm totalitatem extensiuam non intensiuam ad modum dicendi Scoti, id est diffinit eam non pro vno singulari maximo bono inter alia; sed definit eam, prout includit omnem perfectionem hominis. Nos autem loquimur hic primo modo; an videlicet operatio sensus sit maxima perfectio formaliter inhærens, & possibilis homini, quæ totaliter quietet sicut summa vna perfectio. Dico secundò, quòd loquēdo de beatitudine, vt includit omne bonum, & secundùm totalitatem extensiuam: tunc ad maiorem, beatitudo perfecta, & patriæ est status perfectus aggregatione omnium bonorum in suo fonte, in quo omnia supereminenter continentur, & vnitè; & si aggregatio nō debeat admitti propter simplicitatem istius boni; tunc intelligitur, quòd ibi sunt omnia bona distinctè; sed antecedenter, & consequenter, vel secundùm D.S. hic in solutione, aggregatio bonorum, vt aggregatio sonat pluralitatem bonorum, illa requiritur ad beatitudinem viæ, ad quam requiritur cōgregatio bonorum ad operationem perfectam, vt ipse declarat in quarto, dist.49.q.1.art.2.q.2. ad primum. Et præterea etiam ad beatitudinem patriæ omnia requiruntur, vel antecedenter, vt per ea mereamur ipsam; vel concomitanter, quia esto non omnia permaneant in se, manent tamen in sibi succedentibus. Ad minorem conceditur; sed dico, quòd bona quædam sensibilia non habent locum in beatitudine perfecta; vnde & Angeli habent beatitudinem perfectam, & nullum bonū sensibile, habent tamen omnia in fonte. Dico tamen, ꝙ etiā homo habebit bona sensibilia, & perfectionem corporis, & sensuum post resurrectionem; ergo, &c. Negatur primò, si intelligitur essentialiter. Negatur secundò, si intelligitur vniuersaliter, quòd ad beatitudinem cuiuscunq; beati requiruntur quocunq; modo; quia potest haberi omne bonum sine sensibilibus. Tertiò conceditur, quòd beatitudo hominis etiam perfecta habet bona sensibilia consequenter.

¶Ad tertium dicendū, ꝙ in perfecta beatitudine perficitur totus homo; sed in inferiori parte per redundantiam a superiori; in beatitudine autem imperfecta præsentis vitæ econuerso à perfectione inferioris partis proceditur ad perfectionem superioris.

¶Ad maiorem. Beatitudo capta pro maxima perfectione formali

Scotus.

mali est bonum perfectum, id est summa operatio, quæ est radix, & causa perfectionis totius hominis; quia ex beatitudine animæ, qua habetur vniuersale bonum sicut obiectum, habentur etiā omnes perfectiones hominis, sicut in radice. Vltra quod nō esset, &c. Dico, ꝙ non esset perfectum bonum hominis redūdanter, & causaliter; esset tamen formaliter bonum perfectum, si nō perficeretur homo secundùm omnes partes, sicut anima separata ante resurrectionem habet bonum perfectum intensiuè, sed non extensiuè; ergo, &c. Verū requiritur consequenter ad perfectum bonum extensiuum, licet nō intensiuum. Et ita dico, ꝙ in beatitudine perfecta totus homo perficietur; sed non in qualibet perfectione cōsistit beatitudo, sed solū in perfectissima, q̄ est radix aliarū. vide Capreo. in 4.di.49.q.2.in solutionibus contra primam conclusionē ad quintū Scoti, quia beatitudo accepta pro maximo bono hominis nō includit omnem perfectionem beati intrinsecè, nec formaliter, sed virtualiter, & causaliter; & ergo nō quęlibet perfectio hominis ſm quālibet partem est beatitudo essentialiter dicta, sed eius effectus.

Nota.

Vtrum beatitudo sit operatio voluntatis, aut intellectus.

Infra q.26. ar.2.& ar.3. corp. Et 2. cont.ca.25. & 26.& 27. Et mal. q. 16.arti.2.ad 6. Et Veri. q.1.ar.5.ad 8. Et quoli. 8.art.19 Et opusc 3.capit.107.

TAD quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ beatitudo consistat in actu voluntatis. Dicit enim Aug.19. de Ciu.Dei, * ꝙ beatitudo hominis in pace cōsistit, vnde in Psal. Qui posuit fines tuos pacē, sed pax ad volūtatem pertinet; ergo beatitudo hominis in voluntate consistit.

* Augustc.10.& 11. Psalmus.

¶2 Præterea. Beatitudo est summum bonum, sed bonum est obiectum voluntatis; ergo beatitudo in voluntatis operatione consistit.

* q.19. artic.10.

¶3 Præterea. Primo mouenti respōdet vltimus finis, sicut vltimus finis totius exercitus est victoria, quę est finis ducis, qui omnes mouet; sed primum mouēs ad operandum est voluntas, quia mouet alias vires, vt infra dicetur: * ergo beatitudo ad voluntatem pertinet.

D.Paulus.

¶4 Præterea. Si beatitudo est aliqua operatio, oportet, ꝙ sit nobilissima operatio hominis, sed nobilior est Dei dilectio, quæ est actus volūtatis, quàm cognitio, quæ est operatio intellectus, vt patet per Apost. 1.ad Cor.13. ergo videtur, ꝙ beatitudo consistat in actu voluntatis.

* Aug.c.5.

¶5 Præterea. Aug.dicit in 13.de Trin. * ꝙ beatus est qui habet omnia quæ vult, & nihil vult malè: & post pauca subdit, * & appropinquat beato, qui bene vult quodcunq; vult: bona enim beatū faciunt, quorum bonorum iam habet aliquid, ipsam scilicet bonam voluntatem: ergo beatitudo in actu voluntatis consistit.

* Eod. lib. cap.6.

D.Ioānes.

¶Sed contra est, ꝙ Dñs dicit Io.17. Hæc est vita ęterna, vt cognoscant te Deum verum: vita autem ęterna est vltimus finis, vt dictum est: ergo beatitudo hominis in cognitione Dei consistit, quæ est actus intellectus.

¶Hic D.S. inquirit de differentia beatitudinis ex parte alterius potentiæ, scilicet voluntatis, an scilicet sit eius actus.

¶Respondeo dicendum, ꝙ ad beatitudinem, sicut supra dictum est, * duo requiruntur; vnum quod est essentia beatitudinis, aliud quod est quasi per se accidēs eius, scilicet delectatio ei adiuncta.

*Art.6.q.2.

¶D.S. primò resumit distinctionem bimembrem de duplici requisito ad beatitudinem; secundò conformiter respondet duplici conclusione; primam ponit ibi. Dico ergo, secundam ibi. Sed ad voluntatem, &c. Dico ergo, ꝙ ad beatitudinem requiritur primò, quod est essentiale beatitudinis, & identicè cum ea, quia videlicet est ipsa beatitudo. Aliud sicut per se accidens eius, & habita fuit supra q.2.art.6. Patet ex illa distinctione, ꝙ non quælibet coniunctio ad obiectū beatificum est essentialiter beatitudo; quia non illa quæ est ſm per se accidens. ſ. ſm fruitionem, & delectationem, nec etiā perfectissima coniunctio extēsiuè est de essentia beatitudinis. Et hoc habetur ex verbis D.S. quia delectatio facit aliquā coniunctionem, & tamen ponitur a D.S. accidens beatitudinis: solū ergo prima coniunctio simpliciter, & nobilissima est essentialiter beatitudo; & per hoc patet solutio quorundam argumētorum aduersariorum, q̄ habentur in Capreo. in primo, di.1.q.1.ad argumēta cōtra sextā cōclusionē. Et in quarto, d.49.q.2. cōtra primā cōclusionē.

Dub.271. * Art.1.huius quæst cap.2. Dub.625.

¶Dico ergo, ꝙ quātum ad id, quod est essentialiter ipsa beatitudo; d impossibile est, ꝙ cōsistat in actu voluntatis. Manifestum est enim ex præmissis, * ꝙ beatitudo est consecutio d finis vltimi: consecutio autem finis non cōsistit in ipso actu voluntatis.

¶Respondet hic iuxta primum membrum præmissum tali cōclusione. Quantum ad id, quod est essentialiter ipsa beatitudo, impossibile est, ꝙ consistat in actu voluntatis, probatur. Consecutio finis non consistit in ipso actu voluntatis; sed beatitudo. ſ. essentialiter est consecutio finis vltimi: ergo conclusio vera. D. S. primò præmittit hunc discursum. Secundò probat diffusè maiorem, ibi. Voluntas enim, &c. Minor autem patet ex q.præced. & art.1. huius quæst. Et intelligitur, ꝙ beatitudo essentialiter dicta est consecutio prima, & nobilissima simpliciter, & coniunctio ad vltimum finem immediata, qua homo coniungitur vltimo fini, vt optimo simpliciter, & non vt cōiūgitur tali modo, puta vt vltimo fini. Hoc autem noto pp Scotum in quarto, dist.49.q.4.vbi ex huius inconsideratione arguit contra D. S. secundum non causam vt causam: volens probare, ꝙ in coniunctione secundùm amorē consistat beatitudo essentialis, quia secundùm amorē coniungitur Deo immediatè vt vltimo fini. Et hoc quidem esto sit verum, non tamen coniungitur secundùm amorem Deo vt optimo simpliciter, quia nobiliori modo obijcitur, & prius intellectui, quàm volūtati; quia modo abstractiori, & simpliciori, vt est quidditas quædam in se. Voluntas autem tendit, vt est extra, & vt est in actu exercito existentiæ, vt patebit prima par.q.82.ar.2. Nec valet aliquid ratio sua, vbi vult, ꝙ eo ipso, ꝙ coniunctio intellectus, est prior generatione, ꝙ sit posterior perfectione coniunctione voluntatis per amorē, quia priora generatione tantùm sunt quidem imperfectiora: secus si & in genere causæ finalis, vel efficientis aliquid, & absolutè etiam sit prius: sic autem est de visione respectu actus voluntatis. Et aduerte ista, quia ex eorum intellectu ruit totum fundamentum Scoti ibidem, quia videlicet non distinxit inter immediatam coniunctionem ad Deum vt est vltimus finis, & immediatam coniunctionem optimo modo, in qua consistit beatitudo, & non in coniunctione primo modo. Consequenter cum dicit.

Conclusio prima.

Nota prop ter Scotū.

Ruit fundamentum Scoti.

¶Voluntas enim fertur in finem, & absentem, cum ipsum desiderat; & præsentem, cum in ipso requiescens delectatur; manifestum est autem, quòd ipsum desiderium finis non est consecutio finis, sed est motus ad finem: delectatio autem aduenit voluntati ex hoc, quòd finis est præsens; non autem econuerso, ex hoc aliquid sit præsens, quia voluntas delectatur in ipso: oportet igitur aliquid aliud esse, quàm actum d voluntatis, per quod fit finis ipse præsens voluntati.

D.308.621.

¶Deducit maiorem prædictæ rationis; & primò ratione, secūdò similitudine, ibi. Et hoc manifestè, &c. ratione sic. Voluntas fertur in finem absentem per desiderium, & præsentem per delectationē: sed nec desiderium, nec delectatio est finis: igitur consecutio finis non consistit in actu voluntatis. Minor probatur, quia manifestum est, quòd desiderium non est consecutio, delectatio etiam consequitur finem præsentem, & habitum: igitur, &c.

¶Nota autem circa maiorem, ꝙ videtur insufficiēs, quia Scotus vbi supra etiā fatetur, ꝙ beatitudo non est desiderium nec delectatio, sicut D.S. probat bene; sed dat' alius actus voluntatis, qui est immediata coniunctio ad finem præsentē. ſ. amor præsentis boni, de quo D.S. nō facit mentionem. Sed dicendum, ꝙ D.S. sufficiens est, quia eadem ratio est de amore, & desiderio, atq; delectatione. Nā vt habet D.S.3.contra Gent.c.26. in quinta ratione. amor ſm propriam rationem est absentis, & præsentis; vt ergo absentis est, sic non est consecutio, ea ratione, qua nec desiderium est cōsecutio; si autem est præsentis eadem ratione non est cōsecutio, qua nec delectatio; nam ꝙ amor sit perfectus, & præsentis, hoc est, quia bonū est habitum, & habitio præsupponitur aliud ergo est habere bonū & amare; vnde amor præsentiā præsupponit, & ex propria ratione nō facit, nec requirit; vnde habitio propria, & nobilissimo modo est per actum intellectus: quare D.S. sufficiens est. vide D.S. ibidem in tertia ratione, vbi videbis, & alium defectum Scoti; qui arguens contra D.S in quarto dicit, ꝙ quidē velle; & actus volūtatis, necessariò est primò alterius obiecti, sed nō alterius actus: habes autem in D.S. ꝙ voluntas vult primò fœlicitatem, & beatitudinem etiam essentialiter; & per consequens talis beatitudo nō est actus voluntatis, qui non potest esse primò volitus. Consequenter ibi.

Scotus.

¶Et hoc manifestè apparet circa fines sensibiles: si enim consequi pecuniam esset per actum voluntatis, statim a principio cupidus consecutus esset pecuniam, quando vult eam habere; sed a principio quidem est absens ei, consequitur autem ipsam per hoc, ꝙ manu ipsam apprehendit, vel aliquo huiusmodi: & tunc iam delectatur in pecunia habita; sic igitur & circa intelligibilem finē contingit: nā à principio volumus cōsequi finem intelligibilem, cōsequimur autem ipsum per hoc, ꝙ fit præsens nobis per actum intellectus; & tunc voluntas delectata cōquiescit in fine iam adepto; sic igitur essentia beatitudinis in actu intellectus consistit.

¶Probat eandem maiorem a simili, & arguitur sic. Consecutio finium sensibilium non fit per actum voluntatis; igitur nec cõsecutio intelligibilis finis fit per actum voluntatis; antecedens declaratur in littera. Tenet consequentia a simili, & a proportionabilitate finis sensibilis, & intelligibilis, & consecutionis vtriusq; ; quia sicut auarus consequitur pecuniam desideratam per manum, & post delectatur: sic beatus primò consequitur per actũ intellectus Deum primò desideratum, & ad illam consecutionem consequitur delectatio. Vnde ex istis D. S. infert corollariè conclusionem affirmatiuè responsuam quo ad secundam partem quæsiti. Sic igitur, &c. vt in fine litteræ. Vide pro ista conclusione plures alias rationes in D.S. supra contra Gentiles. Est autem hæc adducta ratio vna de potissimis, quia beatitudo rei beatificabilis per aliquod extrinsecum consistit essentialiter in coniunctione ad illud, scilicet in coniunctione nobilissima, & prima, & quia coniunctio intellectus est huiusmodi, tum quia nobilissima potentia, tum quia nobilissimo modo se habet ad suum obiectum, & quia perficitur nobilissimo habitu in patria; ideo eius coniunctio est beatitudo. Deinde cum dicit.

¶Sed ad volũtatem pertinet delectatio beatitudinem consequens, secundùm quòd Augustinus dicit 10. confess. * q beatitudo est gaudium de veritate, quia scilicet ipsum gaudium est consummatio beatitudinis. * Aug.c.23.

¶Respondet quæsito iuxta secundum membrum prædictæ distinctionis tali conclusione secunda, ad voluntatem pertinet delectatio beatitudinẽ consequens; & vult conclusio, quòd actus voluntatis non est essentialiter beatitudo; sed per se accidens beatitudinis essentialiter dictæ, probatur hic auctoritate beati Augustini, quia gaudium de veritate est beatitudo, ideſt perfectio, & consummatio accidentalis beatitudinis essentialiter dictæ: nam gaudium de veritate præsupponit cognitionem veritatis, quæ est beatitudo essentialiter dicta, &c.

¶Nota circa ista propter aduersariorum argumenta, quæ habentur in Capreo. supra tàm in primo, quàm in quarto, quia amor, & Dei dilectio quidem in via nobilior est cognitione viatica, vt patet secunda secundæ. q. 26. Nam dilectio Dei est Dei immediatè, & secundùm se, non autem cognitio; amor quoq; nobilior est in ratione mouentis, vt tangetur ad tertium; similiter habitus voluntatis nobilior est in via, quàm habitus intellectus. Cum his autem stat, q cognitio absolutè, & ratione generis nobilior est dilectione, similiter in patria; Similiter habitus intellectꝰ in patria dignior est. s. lumen gloriæ; & quia libertas conuenit agenti; ideo libertas formaliter conuenit voluntati, vt mouens est; & ita radicatur in nobilitate secũdùm quid, nec valet quod Scotus vbi supra arguit, quòd voluntas magis appetat propriam perfectionem, quàm perfectionem intellectus; quia dicam ego, quòd intellectus magis appetat propriam perfectionem, quàm voluntas; & ideo remanet eadem difficultas, in qua perfectione magis appetita sit beatitudo. Vnde distinguendum est de voluntate, quia accipitur vno modo vt natura; & sic verum est, quòd magis appetit propriam perfectionem, sicut & intellectus magis propriam; alio modo accipitur, vt est voluntas libera, & appetitus hominis; & sic non appetit solùm pro se, immo magis pro toto homine; & per consequens melius bonum hominis magis appetit; huiusmodi autem melius bonum est operatio intellectus in patria. Omnes autem auctoritates, quæ præferunt dilectionem cognitioni, loquuntur de ipsis in via. Ex quibus patet solutio multarum instantiarum, quas extensius videre potes apud defensorem Capreolum, &c.

Cõtra Scotum.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primam conclusionem; quia benè sequitur beatitudo essentialiter est actus intellectus; ergo nõ voluntatis, nec audienda est glosa, quæ dicit, quòd visio est quidem vita æterna, sed non beatitudo æterna; destruit enim hæc glosa peruersa textum; nam visio promittitur iustis in præmium. Ioan. 17. vbi dicitur. Dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omnẽ quod dedisti ei, det eis vitam æternam; & statim subduntur verba hic allegata. Hæc autem. Et præterea. Si visio sanctis promissa diceretur solùm vita æterna, quia est operatio vitalis semper manens, posset dici, quòd damnati haberent vitam æternam, quia habent tristitiam æternam, quæ & ipsa est operatio vitalis, quod est contra illud. Matth. 25. Ibunt hij, scilicet mali, in supplicium æternum, iusti verò in vitam æternam, vbi solis iustis promittitur vita æterna. Vide tertio contra Gentiles cap. 61. Visio igitur Dei est vita æterna, & beatitudo; & per consequens beatitudo non consistit in actu voluntatis.

Contra glosam Scoti.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd pax pertinet ad vltimum hominis finem, non quasi essentialiter sit ipsa beatitudo; sed quia antecedenter, & consequenter habet se ad ipsam: antecedenter quidem inquantum iam sunt remota omnia perturbantia, & impedientia ab vltimo fine: consequenter verò inquantum iam homo adepto vltimo fine, remanet pacatus desiderio quietato.

Pax quid est.

¶Ad maiorem respondet D.S. q beatitudo consistit in pace antecedenter, & cõsequenter. Quid sit pax, vide in 2.2.q.29.ar.1.&2. quia importat vnionem diuersorum appetẽtium, inquãtum includit concordiam, & importat etiam vnionem, & quietationem appetituum vnius appetentis; vnde importat remotionem impedimentorum, quæ obstant consecutioni boni intenti; & ita antequã quis beatitudinem consequatur, oportet impedimenta ablata esse, & habita beatitudine perfecta, omnia impedimẽta cessant, vt sunt tentationes, & plurima, quæ in peccata trahunt; & per consequens a beatitudine impediunt: in via ergo non est perfecta vnio appetituũ, quia sensualitas nunquã perfectè tendit in vnum cũ ratione, nec hic voluntas ipsa quietatur, quia nõ est quies, quæ sit finis motus, licet sit quies desiderij ad modum. D.S. in primo, dist. 1. q. 5. artic. 1. ad quintum. vnde hic non est pax, quæ importat quietationem appetitus. vide D.S. in quarto, q. 1. artic. 2. q. 4.

¶Ad secundum dicendum, quòd primum obiectum volũtatis non est actus eius, sicut nec primum obiectum visus est visio, sed visibile; vnde ex hoc ipso, quòd beatitudo pertinet ad voluntatem tanquam primum obiectum eius; sequitur, quòd non pertineat ad ipsam tanquam actus ipsius.

¶Ad maiorem, beatitudo essentialis est summum bonum inter creata formaliter inhærentia; & est prima, & nobilissima coniunctio ad summũ bonum simpliciter. Ad minorem, bonum est quidem obiectum voluntatis, vt sic; sed beatitudo est bonum primò volitum inter omnia bona creata, & prima coniunctio; ergo, &c. Negatur, q consistat in voluntatis operatione; sed bene deberet inferri, q beatitudo etiam formalis est obiectum voluntatis; sed non eius operatio: & eoipso, q beatitudo pertinet ad voluntatem, vt obiectum, non est actus eius; quia voluntas non primò fertur in actum suum, sed in aliud obiectum; & quia primò fertur in beatitudinem etiã formalem, & non solùm in id, in quo beatitudo cõsistit: igitur sequitur, q beatitudo non est actus ipsius. Et si argumẽtum esset formale, vna præmissarum esset falsa: sic arguendo. In illius potentiæ actu consistit beatitudo, ad quem pertinet beatitudo vt obiectum; sed ad voluntatem pertinet beatitudo vt obiectum; igitur, &c. Maior enim ista est falsa; sed in istius potentiæ actu cõsistit, qui optimo modo, & primo coniungit obiecto beatifico, voluntas autem non est huiusmodi, sed intellectus; ergo, &c.

¶Nota, quòd D.S. in hac solutione videtur sic intelligẽdus, quia videlicet beatitudo formalis inhærens potest dupliciter considerari; vno modo in ratione summi boni inter omnia bona creata, & sic est obiectum voluntatis; alio modo cõsideratur, & est actus, & in ordine ad potentiam elicientem, sicut ad principium, & sic pertinet ad intellectum. Quare eoipso, quòd illa beatitudo est primum obiectum voluntatis; ideo nõ est eius actus, quia eius prius actus non est primum obiectum, beatitudo autem formalis est primum volitum, & desideratum; ergo non voluntatis actus. Et hoc videtur D.S. intendere: & vide an ne & Capreolus ita intellexerit in quarto, dist. 49. q. 2. ad primum contra primam conclusionem. Quare exponentes hic D. S. de beatitudine obiectali, non videntur loqui ad propositum; quia ista non habet rationem actus. D. S. autem vult, quòd beatitudo potest considerari, & sub ratione beatitudinis, & sub ratione actus, quod vtique conuenit beatitudini formali. Vide Capreolum, & D.S. ibidem ex quodlibetis adductum, qui hæc dicta declarat: nam per istum intellectum cassatur obiectio Scoti vbi supra, &c.

Capr.

¶Ad tertium dicendum, q finem primò apprehendit intellectus, quàm voluntas: tamen motus ad finẽ incipit in voluntate: & ideo volũtati debetur id, quod vltimò cõsequitur consecutionem finis. s. delectatio, vel fruitio.

¶Ad maiorem, primo mouenti respondet vltimus finis, non sicut primo apprehendenti, sed sicut requiescenti in fine adepto, vt patet in exemplo corporis. Primum enim mouens ad pecunias est voluntas auari; sed ista non primò apprehendit, sed manus; sed voluntas in habitis pecunijs delectatur. Secundò dicitur, quòd primo mouenti, &c. verum, sicut inclinanti, & impellenti in finem ipsum; & sic est in proposito; ergo beatitudo pertinet ad voluntatem, sicut mouenti in ipsam; & se delectanti in ea habita; sed non sicut primo comprehendenti. Vnde & si mouenti, & merito respondeat præmium quo ad quantitatem, non tamen quo ad subiectum: quia meritum consistit in agendo, præmium in recipiendo. actio autem pertinet primo ad voluntatem, receptio ad intellectum: potentia etiam, in qua est meritum, ad aliud ordinatur.

Præmia respondẽt merito.

¶Ad quartum dicendum, quòd dilectio præeminet cognitioni in mouendo; sed cognitio præuia est dilectioni in attingendo: non enim diligitur nisi cognitum, vt dicit Augustinus in decimo de Trinit. * & ideo intelligibilem finem primò attingimus per actionem intellectus, sicut & finem sensibilem primò attingimus per actionem sensus. * Aug. & 2.

¶ Maior

¶Maior cõceditur, q sit in nobilissima simpliciter, quæ est operatio nobilissimę potẽtiæ, & nobilissimi obiecti, nobilissimo modo. Ad minorem dupliciter; primò dilectio Dei in via est nobilior cognitione Dei, quia immediatè fertur in Deum, nõ cognitio; sed negatur de cognitione Dei in patria, quæ & ipsa est Dei secundùm se, vbi & consequitur nobilitatem sui generis, qua præfertur simpliciter dilectioni. Secundò nobilior est dilectio secundùm quid, s. in mouendo, sed cognitio ratione generis, & in patria est simpliciter nobilior in attingendo; quia primo, & optimo modo attingit Deum. Ad probationem dico, q Apostolus loquitur in via, vt patet manifestè; quia comparat eam fidei, quæ non est nisi in via. Quare negatur consequentia; nam quando perfectio rei consistit in re extrinseca; tunc coniunctio cum ea est summa perfectio; sic actio sensus, qua attingitur bonum delectabile, melius est ipsa delectatione consequente, vt ostẽdit D.S. in quolibetis, 8. quolib. ar. 19. & supra contra Gentiles in septima ratione.

¶Ad quintum dicendum, q ille qui habet omnia quę vult, ex hoc est beatus, q habet ea quæ vult, quod quidem est per aliud, quàm per actum voluntatis; sed nihil malè velle requiritur ad beatitudinem, sicut quędam debita dispositio ad ipsam: volũtas autem bona ponitur in numero bonorum, quæ beatum faciunt, prout est inclinatio quædam in ipsa, sicut motus reducitur ad genus sui termini, vt alteratio ad qualitatem.

¶D.S. respondet ad tria, quæ tangit auctoritas beati Augustini; quia beatus est qui habet omnia quæ vult; sed non habet per voluntatem, sed per intellectum, & nihil malè velle requiritur antecedenter; bona etiam voluntas continetur sub beatitudine, & est de numero eorum, quæ beatum faciunt, sicut quoddam inclinans in ea, quæ beata faciunt, non quòd in ipsa consistat beatitudo. Secundò potest dici ad argumentum. Maior quidem vera, sed non omne quod vult, est beatitudo essentialiter, vt hic loquimur, ideſt summa perfectio hominis: aliàs sequeretur, quòd bonum corporis esset beatitudo, quia & beatus illud licitè vult. Tertiò dicitur, vt supra dictum fuit, quòd Augustinus loquitur de beatitudine, secundùm quòd includit omne bonum quocunq; modo pertineat ad beatitudinem, vel essentialiter, vel accidentaliter, antecedenter, vel consequenter. Quartò dicitur, quòd secundùm visionem beatificam habetur omne bonum; primò in fonte; secundò habetur etiam omne bonum distinctè in sua causa, & virtualiter; & hoc ad longum ostendit D. S. in tertio contra Gentiles, cap. 63. quomodo visio Dei est radix omnium bonorum, quæ homo appetere potest, vt ibidem ostendit, discurrendo per singula. Vide de ista auctoritate beati Augustini Scotum supra q. 1. qui dicit, quòd non est definitio, sed descriptio verior cæteris improbatis. Secundò dicit, quòd quicquid vult, non accipitur ibi diuisiuè pro volitis formaliter; sed pro aliquo vno, in quo sunt vnitiuè omnia rectè volita, &c.

Scotus.

Vtrum beatitudo sit operatio speculatiui intellectus, aut practici.

V 1. q. 20 artic. 8. & 4. dist. 49. q. 1. art. 1. q. 3. Et opus 3 cap. 264. & 1. Ethi. lec. 10.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd beatitudo consistat in operatione intellectus practici; finis enim vltimus cuiuslibet creaturæ consistit in assimilatione ad Deum; sed homo magis assimilatur Deo per intellectum practicum, qui est causa rerum intellectarum, quàm per intellectum speculatiuum, cuius scientia accipitur à rebus: ergo beatitudo hominis magis consistit in operatione intellectus practici, quàm speculatiui.

¶ 2 Præterea. Beatitudo est perfectum bonum hominis; sed intellectus practicus magis ordinatur ad bonum, quàm speculatiuus, qui ordinatur ad verum: vnde & secundùm perfectionem practici intellectus dicimur boni, non autem secundùm perfectionem speculatiui intellectus; sed secundùm eam dicimur scientes, vel intelligentes; ergo beatitudo hominis magis consistit in actu intellectus practici, quàm speculatiui.

¶ 3 Præterea. Beatitudo est quoddam bonum ipsius hominis, sed speculatiuus intellectus occupatur magis circa ea, quæ sunt extra hominem; practicus autem intellectus occupatur circa ea, quæ sunt ipsius hominis, scilicet circa operationes, & passiones eius: ergo beatitudo hominis magis consistit in operatione intellectus practici, quàm intellectus speculatiui.

¶Sed contra est, quod Augustinus dicit in primo de Trinit. * quòd contemplatio promittitur nobis actionum omnium finis, atq; ęterna perfectio gaudiorum. * Aug. c. 8 & 10.

¶Quia habitum est, quòd beatitudo non est actus voluntatis. Hic ostendit D. S. quòd est actus intellectus; quia autem duplex est intellectus, scilicet secundùm rationem, & propter denominationem a duplici fine; ideo D. S. ostendit, in quo intellectus consistat, ideſt an consistat in intellectu vt habet cognitionem, quæ ordinatur ad rem operabilem, aut agibilem; vel vt est circa rem speculabilem per cognitionem, quæ est cognitio non ordinata principaliter in opus.

¶Respondeo dicendum, q beatitudo magis consistit in operatione speculatiui intellectus, quàm practici, quod patet ex tribus. Primò quidem ex hoc, quòd si beatitudo hominis est operatio; oportet, quòd sit optima operatio hominis, optima autem operatio hominis est, quæ est optimæ potentiæ respectu optimi obiecti: optima autem potentia est intellectus, cuius obiectum optimum est bonum Diuinum, quod quidem non est obiectum practici intellectus, sed speculatiui; vnde in tali operatione, scilicet in contemplatione Diuinorum, maximè consistit beatitudo.

¶D.S. respondet tali conclusione. Beatitudo magis consistit in operatione speculatiui intellectus, quàm practici. Dicit autem, beatitudo magis, &c. quia aliqualis beatitudo imperfecta & viæ, aliqualiter consistit in practico, vt patebit circa finem. Hanc conclusionem D.S. probat tripliciter ex tribus cõditionibus beatitudinis, s. ex excellentia eius: & ex hoc, q est sui gratia, ibi. Secundò apparet; & ex hoc, q conuenit cum superioribus creaturis, ibi. Tertiò idem, &c. Circa primam conclusionem primò format rationẽ pro conclusione. secundò elicit quoddam corollarium. ibi, Et quia, &c. Arguitur ergo sic ex prima cõditione. Beatitudo hominis est optima operatio, sed talis optima operatio hominis non est intellectus practici, sed speculatiui: igitur conclusio vera. Maior probatur; quia si (pro quia) beatitudo est operatio, oportet, q sit optima operatio hominis; patet enim, q nomine beatitudinis intelligimus summam perfectionem desiderabilem. Minor probatur. Optima operatio est optimæ potẽtiæ respectu optimi obiecti; optima potentia est intellectus, cuius obiectum optimum est bonum Diuinum; sed bonum Diuinum non est obiectum practici intellectus, sed speculatiui; ergo, &c. Maior est philosophi. Minor supponitur ex prima par q. 82. art. 2. Circa subsumptam aduerte, q bonum Diuinum secundùm se, vt est beatificatiuum, non est obiectum practici intellectus, tamen vt est regula omnium affectionũ, & actionum beati, sic est obiectum practici intellectus; & quia intellectus beati apprehendit Diuinam essentiã principaliter secundùm se, & ratione eius visio habet, q sit beatitudo; ideo in visione vt contemplatiua est, sic consistit beatitudo principaliter; & sic loquitur D. S. hic. Sed tamen per eandem visionem videtur Deus, etiam vt regula operationum; ideo etiam est secundariò practica, sed vt dictum est, a principali obiecto, & secundùm se contemplato, habet cognitio, q sit beatifica: vnde sicut Aug. habet 5. confess. Qui videt Deum & alia, non propter illa est beatus, sed propter Deum tantùm; sic cognitio & visio Dei habet, q sit beatifica; sed quia est Dei, vt est regula actionũ, ex hoc non habet, q actionum dirigendarum est, quòd sit beata, sed tantùm quia Dei.

Beatitudo est etiam practica.

¶Nota etiam circa minorem principalem, q operatio vt contemplatiua est, sic dignior est omni practica, saltem secũdùm quid: ratione scilicet nobilioris finis; sed si cum hoc est nobilioris obiecti, tunc simpliciter est dignior. Scientia enim moralis vtiq; practica est, & tamen est dignior Logica, quæ est speculatiua; speculatiuum enim, & practicum sunt proprietates accidentales scientiarum; nõ autem inconuenit rei simpliciter ignobilioris, esse melioris proprietatem accidentalem. Consequenter cum dicit.

¶Et quia vnusquisq; videtur esse id, quod est optimum in eo, vt dicitur in 9. * & 10. Ethicorum; * ideo talis operatio est maximè propria homini, & maximè delectabilis. * Arist. c. 4. * Cap. 7.

¶Infert ex prædicta probatione corollarium. Contemplatio Diuinorum est operatio maximè propria homini, &c. patet clarè in littera. Consequenter ibi.

¶Secundò apparet idem ex hoc, quòd contemplatio maximè quæritur propter seipsam: actus autem intellectus practici non quæritur propter seipsum, sed propter actionem; ipsæ autem actiones ordinantur ad aliquem finem. Vnde manifestum est, quòd vltimus finis non potest consistere in vita actiua, quæ pertinet ad intellectum practicum.

¶Manifestat conclusionem ex secunda conditione sic. Contemplatio maximè quæritur propter seipsam; actus autem intellectus practici non quæritur propter se, sed propter actionem, quæ vlterius ordinatur in finem; ergo manifestum est, &c. Antecedens renunquitur notum ex secundo metaph. & ex secundo ethicorum.

¶Aduerte tñ circa secundã partem, ꝙ practica includit duo. S. sicre sicut actũ elicitũ; & operari, sicut actum directum, quod operari est finis immediatus ipsius scire, & quia operatio ista est alterius potentiæ, quàm intellectus; ideo ordinatur in alium finem; quare sequitur, ꝙ cognitio practica non quæritur propter seipsam, immo ordinatur ad aliud, quod etiam non quæritur propter seipsum, sed ordinatur etiam in vlteriorem finem. Et hoc tangit D. S. circa secundam partem antecedentis. Cum dicit, ipsæ autem actiones ordinantur in alium finem, &c.

¶Et aduerte, ex D.S. in primo, dist. 1. q. 2. art. 1. ad tertium. quòd beatitudo appetitur propter se, tum quia non per accidens, tũ quia non propter aliud, & propter se formaliter, & finaliter. Constat autem, quòd cognitio practica vt sic, solùm propter aliud appetitur, vnde nec vt sic honorabilis dicitur, sed laudabilis, vt solet dici primo de Ani. tex. commen. 1. Deinde cum dicit.

Arist. ¶Tertiò idem apparet ex hoc, ꝙ in vita contemplatiua homo communicat cum superioribus. s. cum Deo, & Angelis, quibus per similitudinẽ assimilatur; sed in his, quæ pertinẽt ad vitam actiuam, etiam alia animalia cum homine aliqualiter communicant, licet imperfectè. ——

¶Probat eandem conclusionem ex tertia conditione; & primò deducit rationem; secundò ex ea cõcludit quoddam corollariũ. ibi. Et ideo, &c. Arguitur ergo sic, in vita contemplatiua homo cõmunicat cũ superioribus; sed in his, &c. vt in 1. a; ergo, &c. Deinde ibi.

¶Et ideo vltima, & perfecta beatitudo, quę expectatur in futura vita tota consistit in contemplatione: beatitudo autem imperfecta qualis hic haberi potest; primò quidẽ, & principaliter consistit in cõtemplatione; secundariò in operatione practici intellectus ordinãtis actiones, & passiones humanas, vt dicitur in 10. Ethicorum. * ——

* Arist. c. 7. & 8. ¶Concludit ex prædicta ratione tale corollariũ. Vltima, & perfecta, &c. vt in littera per totum. Patet prima pars ex dictis, quia in beatitudine futuræ vitæ totaliter cõmunicabit cum Deo, & Angelis, quibus maximè propria est speculatio: igitur & beatitudo erit principaliter speculatiua. Secunda autem pars patet auctoritate philosophi decimo ethicorum.

¶Nota tamen circa primam partem corollarij, quòd beatitudo patriæ tota consistit in speculatione, idest simpliciter, & absolutè. Sicut D.S. dicit alibi Theologiam nostrã esse principaliter, & simpliciter speculatiuam, quia magis cõuenit cum speculatiuis, quàm practicis. Non tamen est intentio D. S. quòd sit speculatiua præcisè; sed quia principaliter, & quia a principali fit denominatio; ideo D.S. dicit. Tota consistit in speculatione. Vide Capreolum in quarto, dist. 49. quæst. 2. in responsione ad argumenta contra tertiam conclusionem in fine quæstionis.

Capreolus.

¶Nota etiam ex secunda parte corollarij rationem, quare dixit conclusio responsiua, magis consistit beatitudo in operatione speculatiui, quàm practici intellectus; quia beatitudo perfecta. s. patrię consistit in speculatione præsertim respectu obiecti beatifici in se; & secundò etiã beatitudo imperfecta magis in speculatione consistit. Vide D. S. tertio contra Gentil. cap. 37.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsiuam, dicitur autem contemplatio perfectio gaudiorum causaliter.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd similitudo prædicta intellectus practici ad Deum est secũdùm proportionabilitatem, quia scilicet habet se ad suum cognitum, sicut Deus ad suum: sed assimilatio intellectus speculatiui ad Deum est secũdùm vnionem, vel informationem, quæ est multo maior assimilatio: Et tamen dici potest, ꝙ respectu principalis cogniti, quod est sua essentia, nõ habet Deus practicã cognitionem, sed speculatiuam tm. —

¶Ad maiorem, vltimus finis, qui est essentialiter beatitudo, consistit in assimilatione non proportionabilitatis, sed secũdùm vnionem, & informationem per ipsum, vt est obiectum beatificum. Est autem obiectum beatificum secundùm se contemplabile. Secundò, vltimus finis inhærens consistit in assimilatione proportionabilitatis ad Deum, quando homo se habet cognoscẽdo, sicut Deus cognoscit suum principale cognitum. Ad minorem. Primò vera, quòd assimilatur magis Deo per intellectum practicum assimilatione proportionabilitatis, quo ad secundarium cognitum, quia & hoc Deus operatur, sicut homo operatur cognitum per intellectũ practicum vt sic. Secundò negatur minor, quòd homo maximè assimiletur Deo secundùm coniunctionem ad ipsum inquantum beatificum obiectum. Et tertiò negatur, ꝙ maximè assimiletur sibi per intellectum practicum quo ad principale cognitum; ex quo & Deus habet, quòd sit beatus. Quare negetur consequentia.

¶Nota verbum D.S. in solutione, cum dicit, ꝙ assimilatio intellectus speculatiui ad Deum est secũdùm vnionem, vel informationem, quia est disiunctiua, cuius sufficit alteram partem esse veram. Secundò potest dici, ꝙ capitur informatio extensè pro præsentia intima, secundùm quòd vnitur vt intelligibile intellectui per modum speciei intelligibilis citra inhæsionem, vt patuit artic. 1.

¶Ad secũdum dicendum, ꝙ intellectus practicus habet bonum, quod est extra ipsum, sed intellectus speculatiuus habet bonum in seipso, scilicet cõtemplationem veritatis; & si illud bonum sit perfectum, ex eo totus homo perficitur & fit bonus, quod quidem intellectus practicus non habet, sed illud ordinat. ——

¶Maior vera, beatitudo est perfectum bonũ hominis, sed sibi formaliter inhærens. Nec tamen oportet, ꝙ actus, qui est beatitudo, respiciat bonum sub ratione boni, sed sub ratione optima, quæ est ratio veri, quæ dignior est ratione boni simpliciter, vt patet 1. par. q. 82. art. 2. sed verum est, ꝙ beatitudo est bonum. i. optimus actus. Ad primam partẽ minoris; primò, intellectus practicus magis ordinatur ad bonum extrinsecum, sed non magis ad bonum intrinsecum, quia videlicet non sistit in actu suo; sed actus ordinatur ad operationem extrinsecam intellectui. Secundò dicitur, ꝙ nõ sequitur, ordinatur magis ad bonũ formaliter; igitur actus eius est melior simpliciter, vel ergo actus eius est beatitudo, vt patuit ar. 4. ad 2. Ad probationem dico, ꝙ in via ſm perfectionem practici intellectus dicimur boni, inquantum est intellectus practicus prudẽtialis, præsupponens appetitum rectum, cuius est omnia mouere ad finẽ suum: vide de Virtutibus in communi art. 7. ad secũdum, & quartũ. Dico secundò, ꝙ in patria etiam ſm speculatiuum intellectũ beati sunt maximè boni, & impeccabiles. Vltra ad istam, non autem negatur ista, immo quãdo est speculatio perfecta, tunc facit hominem bonum formaliter, quod non facit practicus, sed ordinat ad bonum extrinsecum. Quare negatur consequentia.

¶Nota, ꝙ ſm intellectum practicum quemcunq; non dicimur boni; sed vt dictum est ſm practicum, qui est prudentiæ. præsupponens bonam voluntatem; & hæc voluntas hominem bonum facit, quia præeminet omnibus potentijs in mouendo, & agendo. Dictũ est autem ar. præced. ꝙ iste excessus voluntatis facit eam nobiliorẽ ſm quid tantùm. Quare ex hoc, ꝙ ſm voluntatem sumus boni, non arguitur eam esse digniorem, nisi ſm quid. S. in mouendo.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procederet, si ipsemet homo esset vltimus finis; tunc enim consideratio, & ordinatio actuum, & passionum eius esset beatitudo; sed quia vltimus hominis finis est aliud bonum extrinsecũ, scilicet Deus; ad quem per operationem intellectus speculatiui attingimus; ideo magis beatitudo hominis in perfectione intellectus speculatiui consistit, quàm in operatione intellectus practici. ——

¶Ad maiorem, beatitudo est quoddam bonũ hominis, sed coniunctiuum cum bono exteriori, & optimo simpliciter, & ipsum primò attingens. Minor conceditur; sed occupatur circa aliquod extra, quod est summum bonum quietatiuũ appetitus totaliter. Practicus autem occupatur circa ea, quæ sunt hominis, in quibus non consistit beatitudo, nec actus eius est cõiunctio ad summũ bonum. Negatur autẽ consequentia, quia si homo & ea, quæ sunt intra ipsum, essent summum bonum, argumentum haberet processum.

Vtrum beatitudo hominis consistat in Speculatione scientiarum Speculatiuarum.

AD sextum sic proceditur. Videtur, ꝙ beatitudo hominis consistat in cõsideratione scientiarum speculatiuarum: philosophus enim dicit in lib. Ethic. * ꝙ felicitas est operatio secundùm perfectam virtutem, & distinguens virtutes, non ponit speculatiuas virtutes, nisi tres; scientiam, sapientiam, & intellectum, quæ omnes pertinent ad considerationem scientiarum speculatiuarum: ergo vltima hominis beatitudo in consideratione scientiarum speculatiuarum consistit.

X 2. 2. q. 2. artic. 1. Etopic. ca. 10. & 16. * Aristo. 10. cap.

¶ 2 Præterea. Illud videtur esse vltima hominis beatitudo, quod naturaliter desideratur ab omnibus propter seipsum; sed huiusmodi est consideratio speculatiuarum scientiarum, quia vt dicitur in primo metaph. * Omnes homines natura scire desiderant; & post pauca subdit, * quòd speculatiuæ scientiæ propter seipsas quæruntur; ergo in consideratione scientiarum speculatiuarum consistit beatitudo.

* Arist. 1 prin. lib. * Eodem lib. 1. c.

¶ 3 Præte-

¶3 Præterea. Beatitudo est vltima hominis perfectio, vnumquodq; autem perficitur, secũdùm ꝙ reducitur de potentia in actum, intellectus autem humanus reducitur in actum per considerationem scientiarum speculatiuarum; ergo videtur, quòd in huiusmodi consideratione vltima hominis beatitudo consistat.

Hiere. 9. ¶Sed contra est, quod dicitur Hiere. 9. Non glorietur Sapiens in sapientia sua, & loquitur de scientia speculatiuarum scientiarum; non ergo consistit in harum consideratione vltima hominis beatitudo.

¶Inuestigata differentia beatitudinis ex parte potentiæ cuius est actus, nunc inuestigatur alia ex parte obiecti. Potest autem triplex obiectum considerari circa intellectum speculatiuum. Quorum vnum est corporale compositum ex materia, & forma. Aliud immateriale & incorporale, compositum ex esse, & essentia. Tertium est omnino simplex, quod est ipsum esse per se subsistens. Secundum hoc ergo D.S. tria facit. Primò ostendit, an beatitudo consistat circa primum obiectum; secundò an circa secundum; tertiò an circa tertium.

¶Nota pro fundamento dicẽdorum, quòd esto eadem res in diuersis scientiis consideretur; tamen ista quæ considerat sub altiori lumine plures veritates, & magis proprias de eodem obiecto vt res est, deprehendit. Sic ergo omnis scientia physica, idest virtute naturalis luminis intellectus acquisita, non considerat nisi veritates de rebus, in quas peruenire potest ministerio sensuum, & primorum principiorum naturaliter cognitorum; vnde vt habet D.S. in secundo, dist. 28. Prima principia naturaliter nota dicuntur instrumenta intellectus humani. Sed Theologia, quæ habetur sub lumine altiori. s. Diuino, ista altiora de Deo, & subsantijs separatis cognoscit, & maximè Theologia beata, quæ habetur sub lumine gloriæ. Quare patet, ꝙ omnes scientiæ speculatiuæ, quæ habentur sub lumine naturali intellectus nostri, & in virtute primorum principiorum non cognoscunt, nisi abstrahibilia a sensibilibus, & ea ratione dicuntur solùm esse de sensibilibus, esto aliqua sit de Deo, & subsantiis separatis. Quia tamen solùm attingunt de eis, quæ ex sensibilibus deprehendi possunt; ideo omnes scientiæ speculatiuæ, vt dictum est, dicuntur esse de sensibilibus formaliter: quia scilicet ratio cognoscendi est sensibilitas, licet ratio vt res sit alia, sicut in Theologia nostra dicitur ratio obiecti, vt obiectum est lumen diuinæ reuelationis, licet ratio obiecti formalis quod, vt res, sit Deitas, vt videbitur prima par. quæst. 1.

Scientiæ speculatiuæ sunt solùm de sensibilibus.

* Art. 2. huius q. ad 4. argum. ¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, * duplex est hominis beatitudo, vna perfecta, & alia imperfecta. Oportet autem intelligere perfectam beatitudinem, quæ attingit ad verã beatitudinis rationem: beatitudinẽ autem imperfectã, quę non attingit, sed participat quandam particularẽ beatitudinis similitudinẽ; sicut est perfecta prudentia in homine, apud quem est ratio rerum agibilium; imperfecta autem prudentia d est in quibusdã animalibus brutis, in quibus sunt quidã particulares instinctus ad quædam opera similia operibus prudẽtiæ. —

Dub. 1077.

¶D. S. primò præmittit quandam distinctionem bimembrem; secundò respondet conformiter duabus conclusionibus. Primam ponit ibi. Perfecta igitur, &c. Secundam ibi; Sed sicut, &c. Resumit ergo distinctionem supra habitam artic. 2. ad quartum. quòd est duplex hominis beatitudo. Deinde membrum explanat, quia ista est perfecta, quæ pertingit ad veram rationem beatitudinis, quia videlicet est coniunctio ad optimum bonum, & operatio optimæ potentiæ circa optimum obiectum; sed imperfecta, quæ non est optima operatio, &c. sed participat aliquam similitudinem optimæ, quia & ipsa bona est circa bonum obiectum. Et istam explanationem manifestat per simile de perfecta prudentia hominis & imperfecta vulpis, vel alterius bestiæ, quia homo habet prudentiam, & rectam rationem agibilium vniuersaliter quo ad omnes actus prudenter agendos: bestia autem habet quandam similitudinem prudentiæ in certis paucis actibus, vt etiam habet D. S. prima par. quæst. 55. art. 3. ad tertium. Consequenter cum dicit.

¶Perfecta igitur beatitudo in cõsideratione scientiarum speculatiuarum essentialiter consistere non potest. Ad cuius euidentiam considerandum est, ꝙ consideratio speculatiuæ scientiæ non se extendit vltra virtutem principiorum illius scientiæ, quia in principijs sciẽtiæ virtualiter tota scientia cõtinetur. Prima aũt principia sciẽtiarũ speculatiuarũ sunt per sensum accepta, vt patet per philosophũ in principio metaph. & in fine poster. * Vnde tota consideratio scientiarum speculatiuarũ non potest vltra extendi, quàm sensibiliũ cognitio ducere potest. ——

* Arist.

¶Respondet iuxta primũ membrũ prædictũ tali cõclusione. Perfecta beatitudo in consideratione speculatiuarum scientiarum essentialiter consistere non potest; & intelligitur essentialiter, idest secundùm perfectam rationem completam beatitudinis. Probat autem conclusionem duabus rationibus. Secundam ponit ibi; Omne autem, &c. Primò arguitur sic. Tota consideratio scientiarum speculatiuarum non potest vltra extendi, quàm cognitio sensibiliũ ducere potest; sed in cognitione sensibilium non potest consistere vltima hominis beatitudo; igitur, &c. Huius rationis primò ponit & probat maiorem; secundò minorem: ibi, In cognitione, &c. Maior autem probatur clarè in littera. Consequenter ibi.

¶In cognitione autem sensibilium non potest consistere vltima hominis beatitudo, quæ est vltima eius perfectio; nõ enim aliquid perficitur ab aliquo inferiori, nisi secundùm quòd in inferiori est aliqua participatio superioris. Manifestum est autem, quòd forma lapidis, vel cuiuslibet rei sensibilis, est inferior homine: vnde per formam lapidis non perficitur intellectus, inquantum est talis forma; sed inquantum in ea participatur aliquid simile alicui, quod est supra intellectum humanum. s. lumen intelligibile, vel aliquid huiusmodi. ——

¶Subiungit minorem principalem, quam probat sic; nihil perficitur aliquo inferiori, nisi ſm ꝙ in inferiori est aliqua participatio superioris: sed forma lapidis, vel cuiuslibet rei sensibilis est inferior homine; ergo per formam lapidis, &c. vt in fine litteræ; & per consequens vltima hominis perfectio, & eius beatitudo non consistit in cognitione sensibilium. Et intelligitur de sensibilibus vt sic, formaliter, idest de cognoscibilibus ex ratione, quæ accipitur a sensu originaliter. Stat autem intentum illius rationis pro minore in hoc breuiter, quia sensibilia non perficiunt intellectum, nisi inquantum participant aliquod intelligibile superius, scilicet intelligibilitatem substantiarum separatarum, mediante lumine intellectus agentis; sed per aliud, & per participationem reducitur ad per se, idest perfectio non habetur completè, nisi habeatur id quod per se natum est eam causare, ergo perfecta cognitio est per intelligibile per se superius homine. Nec valet dicere, quòd per cognitionem imperfectam scientiarum speculatiuarum posset quis consequi tandem cognitionem perfectam substantiarum per se existentium supra intellectum humanum, quia hoc ostensum est prima par. q. 88. artic. 2. esse impossibile. Quare scientiæ speculatiuæ habent solùm cognitionem imperfectam. Quare supposito, quòd beatitudo sit perfectio vltima: habetur, ꝙ in consideratione scientiarum speculatiuarum non est beatitudo, quia participatio superioris non est perfecta, nisi superius ipsum per se habeatur. Per scientias autem speculatiuas habetur quidem participatio rei superioris intellectu humano; sed tamen ad illud superius cognoscendũ peruenire non potest. Deinde cũ dicit.

* In prima parte. q. 88. artic. 2.

¶Omne autem, quod est per aliud, reducitur ad id, qđ est p se; vnde oportet, ꝙ vltima perfectio hominis sit per cognitionem alicuius rei, quæ sit supra intellectum humanum. Ostensum est * autem, quòd per sensibilia non potest deueniri in cognitionem substantiarum separatarum, quæ sunt supra intellectum humanum; vnde relinquitur, quòd hominis vltima beatitudo non possit esse in consideratione speculatiuarũ scientiarum. ——

¶Ostendit eandem primam conclusionem responsiuam alio discursu, ex quo eam infert secundò in fine, & arguitur sic. Per sensibilia non potest deuenire in cognitionem substantiarum separatarum, quæ sunt supra intellectum humanum; sed vltima perfectio hominis est per cognitionem alicuius rei, quæ sic est supra intellectum humanum; ergo vltima perfectio hominis, quæ est eius beatitudo, non potest stare in cognitione sensibilium; nec per consequens in consideratione scientiarum speculatiuarum. Minor probatur. Omne quod est per aliud reducitur ad id, quod est per se; sed vltima perfectio hominis non est per sensibiles formas, puta per formam lapidis, inquantum est talis forma; sed inquantum in ea participatur aliquid simile alicui, quod est supra intellectum humanum, quod est per se intelligibile; ergo vltima perfectio, &c. vt dixit minor.

¶Nota autem, quòd in isto allegato, scilicet quòd per sensibilia non possumus cognoscere substantias separatas, intelligitur quidditatiuè ad modum dicendi D. S. quæ est cognitio secundùm vltimam differentiam, & secundùm eis propria. Scotus autem vtitur cognitione quidditatiua extensius pro apprehensione cuiuscũque prædicati quidditatiui, etiam communis; vnde non est discordia in re ipsa. Vide ad longum de ista materia D.S. si placet tertio contra Gent. cap. 41. Deinde ibi.

Scotus.

¶Sed sicut in formis sensibilibus participatur aliqua similitudo substantiarum superiorum; ita consideratio scientiarum speculatiuarum est quędam participatio veræ, & perfectæ beatitudinis. ——

¶Respondet quęsito iuxta secundum membrum ista conclusione secunda. Consideratio scientiarum speculatiuarum, est quædam participatio veræ,& perfectæ beatitudinis. Probatur ex proportionabilitate rerum sensibilium ad substantias superiores, & cognitionis earum ad cognitionem illarum; quia in formis sensibilibus participatur aliqua similitudo substantiarum superiorum: igitur & in consideratione illarum participatur aliquid de cognitione illarum.

¶Et nota, quod D.S.hic loquitur adhuc in generali de substantiis separatis, quòd in cognitione sensibilium participetur vera beatitudo, quæ scilicet est in cognitione separatarum. Quia in sequentibus articulis determinandum est, cuius separatæ substantiæ cognitio sit vera beatitudo, scilicet Dei tantùm.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primam conclusionem, quia in beatitudine vera essentialiter licet gloriari, non autem in cognitione scientiarum speculatiuarum, quia nec in scientia speculatiua, quæ est sapientia, & suprema inter eas.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ philosophus loquitur in libro Ethicorum de fœlicitate imperfecta, qualiter in hac vita haberi potest, vt supra dictum est. *

* Quæst.3. articu.2. ad quartum.

¶Ad maiorem patuit supra artic.2. circa finem solutionis sexti. quomodo philosophus nil certi nouit de perfecta beatitudine, sed solùm de beatitudine imperfecta, qua est beatus, vt homo. Et concedo, ꝙ ipse posuit beatitudinem viæ in consideratione sapientiæ, vt etiam ostendit D.S.3.contra Gen.c.44.circa finem: ergo, &c. Vltima negetur, ꝙ vltima simpliciter, sed vltima in hac vita, quæ tamẽ est solùm participatio, & inchoatio perfectæ beatitudinis, quæ est cognitio existentis supra intellectum humanum per se.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ naturaliter desideratur non solùm perfecta beatitudo, sed etiam qualiscunque similitudo, vel participatio ipsius.

¶Maior negatur; primò, quia non solùm vltima beatitudo naturaliter appetitur, sed etiam qualiscunque similitudo, & participatio eius, præsertim qui habet euidentem eius participationem, & connexionem cum ea, vt infra patebit. Secundò, quia non quodlibet propter se appetitum est beatitudo, nisi propter se formaliter, & finaliter appetatur. Et cum hoc sit, propter quod omnia appetuntur. Ad minorem conceditur probatio, quòd scire naturaliter appetitur, scilicet actu etiam elicito, & quo ad specificationem actus, quia nullus potest per se loquendo, appetere oppositum ipsius scire. Conceditur etiam, quòd propter se appetitur formaliter, sed non finaliter, quasi non appetatur propter beatitudinem cuius est inchoatio, quia omnis inchoatio naturaliter appetitur propter completionem, vt patuit quæst. 1. Quare negetur consequentia.

Scotus.

¶Nota, ꝙ in ista solutione tetigi, in quo aduersatur Scotus in quarto, dist.49.q.9. saltem verbaliter, quia ipse nõ dicit appetitum naturalem, nisi determinatum, & necessarium quo ad specificationem, & exercitium. Vnde appetitum naturalem vocat ipse non actum elicitum, sed inclinationem appetitiuæ potentiæ in suum obiectum. Doctor verò Sanctus actum etiam elicitum determinatum quo ad specificationem, licet liberum quo ad exercitium, vocat naturalem. Et habet fundamentum in philosopho in auctoritate hic allegata ex primo metaph. Vnde & secundùm Scotum tale desiderium inuenitur in pluribus, immo secundùm ipsum si est actus inuenitur in omnibus, & per consequens potest dici naturalis, &c. quia etiam vt in pluribus esse arguit naturalitatem.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ per cõsiderationem scientiarum speculatiuarum reducitur intellectus noster aliquo modo in actu, nõ autem in vltimũ, & completum.

¶Minor si assumatur vt debet, sub maiore falsa est, scilicet quòd per considerationem speculatiuarum scientiarum perficiatur vltimatè. Et quòd reducatur in actum completum. Nam cognitio, quæ abstrahitur a sensu de rebus etiam excellentibus, non potest esse vltimata cognitio, sed quæ est rerum intelligibilium secundùm se, ista est vltimata, quare negetur consequentia.

Vtrum beatitudo hominis consistat in speculatione substantiarum separatarum, scilicet Angelorum.

Y

1 q.64.ar.1. ad 1. & q. 89.ar.2.ad 3. Et 3.contra c.44. Et Veri.q 20. art. 3. ad 5. Et opus.10.c.3. Et opus.13. cap. 108. & 164.

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd beatitudo hominis consistat in cognitione substãtiarum separatarum, i dest Angelorum. Dicit enim Greg.in quadam Homil. * Nihil prodest interesse festis hominũ si non contingat interesse festis Angelorum, per quod finalem beatitudinem designat: sed festis Angelorum interesse possumus per eorum contemplationem: ergo videtur, quòd in contemplatione Angelorum vltima hominis beatitudo consistat.

* Greg. Homil. 26. in Euang.

¶ 2 Præterea. Vltima perfectio vniuscuiusq; rei est, vt coniungatur suo principio: vnde & circulus dicitur esse figura perfecta, quia habet idem principium, & finem: sed principium cognitionis humanæ est ab ipsis angelis, per quos homines illuminãtur, vt dicit Dionys. Dionys. quarto cap.de cœlesti Hierar. ergo perfectio humani intellectus est in contemplatione Angelorum.

¶ 3 Præterea. Vnaqueq; natura perfecta est, quando coniungitur superiori naturæ, sicut vltima perfectio corporis est, vt coniungatur naturæ spirituali; sed supra intellectum humanum ordine naturæ sunt Angeli: ergo vltima perfectio humani intellectus est, vt coniungatur per contemplationem ipsis Angelis.

¶Sed contra est hoc, quod dicitur Hierem.9. In hoc Hiere. glorietur, qui gloriatur scire & nosse me: ergo vltima hominis gloria, vel beatitudo non consistit nisi in cognitione Dei.

¶In hoc articulo D. S. inquirit, an beatitudo sit respectu obiecti immaterialis separati, creati tamen. Et vt supponitur finitæ perfectionis, scilicet Angelici, etiam scilicet si in seipsis viderentur. Sicut tamen non potest fieri per scientias speculatiuas, nec per modos, quos confinxerunt Auerrois, & Alexander. Et tamen si isti modi cognoscendi substantias separatas essent possibiles; adhuc in illa cognitione non consisteret beatitudo vltima hominis, vt D.S.ostendit 3.contra Gentiles.cap.44.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut dictum est, * perfecta hominis beatitudo nõ consistit in eo, ꝙ est perfectio intellectus secũdùm alicuius participationem; sed in eo, ꝙ est per essentiam tale. Manifestum est autem, quòd vnumquodq; in tantum est perfectio alicuius potentiæ, inquantum ad ipsum pertinet ratio proprij obiecti illius potentiæ: proprium autem obiectum intellectus est verum: quicquid ergo habet veritatem participatam cõtem platũ nõ facit intellectũ perfectũ vltima perfectione. —

* Ans cedet

¶D.S.secũdùm prædictam distinctionem in præcedenti articulo habitã de beatitudine perfecta, & imperfecta respondet duabus conclusionibus. secundam ponit ibi. Aliquale autem, &c. Prima est. Beatitudo.s.vltima, & perfecta non consistit in contemplatione substantiarum separatarum, idest angelorum.s.vbicunq;, vel vn decunq; habeatur. Habetur autem conclusio ex isto verbo D.S. Et ꝙ eius contemplatio, &c. Probatur conclusio. Quicquid habet veritatem participatam, contemplatum non facit intellectum beatum vltima perfectione, sed angeli habẽt veritatem participatam: igitur contemplati non faciunt hominem beatum, ergo eorũ contemplatio non est beatitudo. Huius rationis D.S.ponit, & probat primò maiorem; secundò minorem cum cũclusione, ibi. Cum autem, &c. Maiorem ergo D.S.declarat patenter a principio. Et patet ista probatio exemplariter extra litteram de obiecto visus, quia quantum aliquid habet de ratione sui obiecti. s. luminosi, tãtum natum est perficere visum. Sicut quantum aliquid habet de veritate tantum perficit intellectum: ergo si non habet totam veritatem, ita ꝙ est verum per essentiã, non totaliter perficit; sed solũ id quod includit omnẽ veritatem actu & positiuè, quod est Deus.

¶Nota autem, quòd quamuis creatus intellectus etiam beatificatus non cognoscat infinitas veritates in Deo, nõ cognoscens Deũ quantum cognoscibilis est: cognoscit tamen fontem, & principiũ totius esse, & veritatis. Ita quòd si ipse solus videretur, naturale desiderium contentaretur: non autem si videatur quæcunq; creatura, quæ non est fons esse, & veritatis. Cum hoc tamen videt quilibet intellectus in Diuina essentia omnia genera, & species rerum, & omnia ad se pertinentia. Quare solùm verum per essentiam, quietat desiderium sciendi. Vide prima par.q.12.ar.10. ad quartum. Consequenter cum dicit.

¶Cum autem eadem sit dispositio rerum in esse, sicut in veritate, vt dicitur in 2.metaph. * quæcunq; sunt entia per participationem, sunt vera per participationem. Angeli autem habẽt esse participatum, quia solius d Dei suũ esse est sua essentia, vt in primo ostensum est: * vnde relinquitur, quòd solus Deus sit veritas per essentiam, & ꝙ eius contemplatio faciat d perfectè beatum.

* Aristot. Dubi. * Prima par.q.16. & 2.2. artic. Dubi.

¶Probat minorem subintellectam sic. Quæcunq; sunt entia per participationem, sunt vera per participationem: sed Angeli habẽt esse participatum; igitur Angeli habent veritatem participatam. Maior probatur ex secundo metaph.tex.comm.4. In D.S.lectio.2. Minor probatur, quia solius Dei essentia est suum esse; ergo, &c. Assumptum hoc patet prima par.q 3.artic.4. Et q.61.arti.1. Vnde & est solus per essentiam verus.

¶Nota

Ens per essentiam.

Boetius Auicenna.

¶Nota circa hanc probationem minoris proximæ, quòd D.S. fundamentum est, quòd Deus solus sit ens per essentiam, quia sua essentia identica est suo esse. Alia autem non sunt entia per essentiam, quia essentia non est esse, sed participant esse à se realiter distinctum, & per essentiam limitatum. Et sequitur D. S. modum loquendi Boetij. Auicennę, &c. Scotus autem in primo.dist. 2.q.3.ad tertium principale, & in dist.8.eiusdem intelligit Deum ideo esse ens per essentiam, quia est ens infinitum, & perfectissimum, sicut & eius esse, sed creatura per participationem dicitur ens, quia habet partem entitatis, & esse minus perfectum, quàm natum sit haberi ab aliquo ente saltem infinito. Ipse enim esse, & essentiam non realiter distinxit sicut D. S. Quomodocunque autem intelligatur hiabetur intentum. D. S. in proposito. Consequenter ibi.

¶Aliqualẽ autem beatitudinem imperfectam nihil prohibet attendi in contemplatione Angelorum, & etiam altiorem quàmin consideratione scientiarum speculatiuarum.

¶Respondet secunda conclusione tali, nihil prohibet aliqualẽ beatitudinem imperfectam attendi, &c. vt in littera per totum. Et relinquitur nota ex dictis. ar. præce. Nam si in cognitione sensibilium, id est rerum, vt cognoscuntur in scientijs speculatiuis quæ se non extendunt vltra quàm per sensus peruenirí potest, participatur aliqualis beatitudo secundùm philosophum, & veritatem; ergo magis in cognitione Angelorum quando secundùm se cognoscuntur, eo quòd magis accedunt ad veritatem per essentiã.

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima conclusione. Quia gloriari coram Deo est hominem esse beatum, sed hoc non potest homo, nisi de cognitione Dei, & per consequens non Angelorum, &c.

¶Ad primum dicendum, quòd festis Angelorum intererimus non solùm contemplantes Angelos, sed simul cum ipsis Deum.

¶Maior vera, sed benè intelligenda, quia designat finalem beatitudinem per interesse festis Angelorum cum eis videlicet videre Deum, & gaudere de Deo. Non autem quasi beatitudo consistat in hoc, quòd eis homo coniungitur eos cognoscendo, sed vt dictum est. Ad minorem dico, quòd non solum eos contemplãdo, sed magis, quia cum eis contẽplabimur Deum, & de ipso gaudemus. Quare negetur consequentia.

¶Ad secundum dicendum, quòd secundùm illos qui ponunt animas humanas esse ab Angelis creatas, satis conueniens videtur, quòd beatitudo hominis sit in contemplatione Angelorum quasi in coniunctione ad suũ principium; sed hoc est erroneum, vt in primo dictum est. * Vnde vltima perfectio intellectus humani est per coniunctionem ad Deum qui est principium, & creationis animæ, & illuminationis eius. Angelus autem illuminat tanquam minister, vt in primo habitum est. * vnde suo ministerio adiuuat hominem vt ad beatitudinem perueniat, non autem est humanæ beatitudinis obiectum.

* 1.par. q.90.arti.3.

* 1.parte. q.111. ar.1.

¶Maior vera, vt coniungatur suo principio primo à quo processit in esse. Et creatura rationalis est beata per hoc, quòd coniungitur suo principio per intellectum, à quo habet esse, & intelligere. Ad minorem, negatur, & eius falsitas patet. 1.parte. quæst. 90.artic.secundo, quia animæ non sunt creatæ ab Angelis, qui nihil creare possunt.

¶Ad probationem dicitur, quòd illuminãt hominem non prębendo lumen intellectuale, sed ministerialiter modis qui habentur prima parte.q.3.ar.primo. confortando intellectum humanũ. Et proponendo veritatem modo connaturali homini, vnde adiuãt hominem per huiusmodi illuminationem vt ad beatitudinem perueniat. Non autem, quòd ipse Angelus sit obiectum beatificũ. Quare negetur consequentia. Aduerte, quòd D. S. hic in principio solutionis notat opinionem Auicennæ satis probabilem non examinans nunc ex intentione. Sed Scotus in primo dist. 1.q. prima Auicennam reprehendit, vide Alphonsum in primo, distinprima. quæstio.5.articu.3. vbi habet motiua Auicennæ, & eorum solutiones.

Auicẽna. Scotus.

¶Ad tertium dicendum, quòd attingi superiorem naturam ab inferiori contingit dupliciter. Vno modo secundùm gradum potentiæ principantis, & sic vltima perfectio hominis erit in hoc, quòd homo attinget ad contemplandum sicut Angeli contemplantur. Alio modo sicut obiectum attingitur à potentia, & hoc modo vltima perfectio cuiuslibet potentiæ est, vt attingat ad id in quo plenè inuenitur ratio sui obiecti.

¶Vide pro huius solutione supradicta. q. 2.arti.8.ad primum.

Maior vera, est perfecta, quando coniungitur superiori in assimilatione in modo operandi, & in gradu participationis. Sed negatur, quòd creatura rationalis sit perfecta simpliciter, quando iungitur naturæ superiori, sicut obiecto operationis suæ, nisi sit tale superius summa veritas per essentiam. Sed verum est, quòd homo est perfectus quando operatur per intellectum suum sicut creatura superior beata, non quidem, quòd creatura beatificet, sed Deus.

¶Minor conceditur, ergo verum. Vltima perfectio hominis est si coniungatur eis, id est participet sicut ipsi contemplationem, non quidem Angelorum, sed Dei.

Vtrum beatitudo hominis consistat in sola speculatione Dei, qua per essentiam videtur.

Z

Supra ar.4. Et in q.12. arti.4 & q. 26.ar.2.& 3. Et 1 di.1. q. 1.ar.1.Et 2. dist.4.art.1. Et 4. di.49. q.2 art.2.q. 1.Et q.4.ar. 5. q.1.Et 3. cont.ca.25. & 37. Et opusc 3.cap. 104.106.107. 108.153.166. 167.168.175. & 262.264. Dionysius. D. Ioãnes.

AD octauum sic proceditur. Videtur, quòd beatitudo hominis non sit in visione ipsius Diuinæ essentiæ. Dicit enim Dionysius in primo capitulo mysticæ theologiæ, quòd per id, quod est supremum intellectus homo Deo coniungitur sicut omnino ignoto; sed id, quod videtur per essentiã non est omnino ignotum, ergo vltima intellectus perfectio, seu beatitudo non consistit in hoc, quòd Deus per essentiam videtur.

¶ 2 Præterea, altioris naturæ perfectio altior est; sed hæc est perfectio Diuini intellectus propria vt suam essentiam videat, ergo vltima perfectio intellectus humani ad hoc non pertingit, sed infra subsistit.

¶Sed contra est, quod dicitur primæ Ioan. tertio. Cum apparuerit similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est ipse.

¶Hic D.S. vltimò inquirit, an consistat in actu intellectus circa obiectum immateriale, & increatum, qui actus est visio Dei per essentiam, vbi ipsa se cõstituit præsentem per modum speciei intelligibilis, & illapsum specialem, sicut obiectum beatificum, quo videtur quid sit, licet citra comprehensionem. Vnde nec formatur ratio definitiua. Beati enim non formant verbum, sed Diuina essentia est quo, & quod omni modo.

¶Nota pro fundamento dicendorum, quòd homo dupliciter consideratur Vno modo præcisè naturaliter, & sic naturaliter appetit beatitudinem secundùm communem rationem, & sic etiam cognoscit effectus Dei naturales, qui dependent à Deo vt est prima causa modo naturali: & sic desiderat cognoscere Deum, vt est causa prima vniuersalis, quæ cognitio habetur per scientias physicas. Sed alio modo consideratur homo non præcisè naturaliter, & secundùm se, sed vt est ordinatus ad beatitudinem supernaturalem, inquantum ex reuelatione Diuina intelligit aliquid de beatitudine supernaturali. Et vt ex reuelatione Diuina cognoscit effectus Dei, qui sunt gratia, & huiusmodi, vt est prædestinator ad beatitudinem supernaturalem. Et hoc secundo modo, scilicet ex suppositione cognitionis talium effectuum, homo naturaliter appetit cognitionem Dei, vt est causa talium effectuum. Est autem causa talium effectuum, vt est Deus in se, & non vt est causa vniuersalis naturali modo. Vnde desiderium intellectus humani, non satiatur nisi cognoscat Deum, vt est causa effectuum naturalium, & supernaturalium. Et desiderat Deum in se videre, & hoc naturaliter ex suppositione, quia naturale est, quòd cognito effectu, etiam supernaturali, desideretur cognitio causæ eius. Et quia Deus vt Deus est causa effectuum gratuitorum, eis cognitis, homo naturaliter appetit cognitionem Dei, quæ est visio Diuinæ essentiæ. Et in præsenti articulo D. S. loquitur de effectu, non solum primo, sed etiam de secundo. Nam loquitur vt Theologus. Et post determinata, quòd beatitudo consistat in Dei, determinatum est etiam, quòd in actu intellectus speculatiui. Est ergo probandum, an in cognitione speculatiua Dei, supposito, quòd homo ordinatur ad beatitudinem supernaturalem ex dictis, tam in prima parte quàm in ista.

Quomodo homo naturaliter appetat beatitudinem supernaturalem.

¶Respondeo dicendum, quòd vltima, & perfecta beatitudo non potest esse nisi in visione Diuinæ essentiæ. Ad cuius euidentiam duo consideranda sunt. Primò quidem, quòd homo non est perfectè beatus quamdiu restat sibi aliquid desiderandum, & quærendum. Secundum est, quòd vniuscuiusq; perfectio attenditur secundùm rationem sui obiecti.

¶D.S.respondet tali conclusione. Vltima, & perfecta beatitudo non potest esse nisi in visione Dei. Hanc conclusionem primò probat ratione. Secundò confirmat ex supradictis, ibi. Et sic perfectionem. Ratione sic; homo non est beatus nisi dum nihil restat desiderandum, & intellectus humanus habeat completam perfectionem ex completo obiecto intellectus, sed si intellectus humanus cognoscens essentiam alicuius effectus creati, non cognoscat de

Deo

Deo nisi an est, nondum perfectio eius attingit simpliciter ad causam primam, sed remanet ei adhuc naturale desiderium inquirendi, & sic nondum est perfectè beatus, igitur, & cætera. Huius rationis D.S. primò innuit maiorem, secundò probat, & ponit minorem, ibi. Obiectum autem, &c. Maior patet ex duobus quæ D.S. supponit ex prædictis articulis. Deinde cum dicit.

* cap.26. ¶ Obiectum autem intellectus est, quod quid est, id est essentia rei, vt dicitur in tertio de anima. * vnde intantum procedit perfectio intellectus inquantum cognoscit essentiam alicuius rei. Si ergo intellectus aliquis cognoscat essentiam alicuius effectus per quam non possit cognosci essentia causæ, vt scilicet sciatur de causa quid est; non dicitur intellectus attingere ad causam simpliciter, quamuis per effectum cognoscere possit de causa an sit, & ideo remanet naturaliter homini desiderium cum cognoscit effectum, & scit eum habere causam, vt etiam sciat de causa quid est, & illud desiderium est admirationis, & causat inquisitionem, vt dicitur in principio metaphy. * Puta si aliquis cognoscens eclypsim solis, considerat quòd ex aliqua causa procedit, de qua quia nescit quid sit, admiratur, & admirando inquirit, nec ista inquisitio quiescit quousq; perueniat ad cognoscendum essentiam causæ. Si igitur intellectus humanus cognoscens essentiam alicuius effectus creati non cognoscat de Deo nisi an est, nondum perfectio eius attingit simpliciter ad causam primam, sed remanet ei adhuc naturale desiderium inquirendi causam, vnde nondum est perfectè beatus. Ad perfectam igitur beatitudinem requiritur, quòd intellectus pertingat ad ipsam essentiam primæ causæ. ———

¶ Deducit minorem clarè in littera. Supponendo, quòd intellectus humanus non quiescit, donec cognoscat primam causam omnium effectuum etiam gratuitorum, quos homo nouit ex reuelatione Diuina, & hoc videtur D.S innuere in his verbis cum dicit. Nondum perfectio attingit ad simpliciter primam causam, quia Deus, secundùm ꝙ causat effectus gratuitos, est altior causa, quàm secundùm quòd est causa vniuersalis prima. Et quia Deus vt Deus, est causa effectuum gratuitorum, ideo non quiescit intellectus, donec cognoscat Diuinam essentiam. Et infert D.S. post minorem iterum conclusionem in substantia. Deinde ibi.

¶ Et sic perfectionem suam habebit per vnionem ad Deum sicut ad obiectum, in quo solo beatitudo hominis consistit, vt supra dictum est. * ———

* 4a. 1. huius q. ¶ Confirmat conclusionem responsuam proximè illatam, scilicet, quòd ad beatitudinem requiritur, quòd intellectus pertingat ad ipsam essentiam primæ causæ, quia supra dictum est. arti. primo, quod beatitudo hominis consistit in solo Deo sicut in obiecto, & in vnione ad ipsum consistit essentialiter, sic scilicet, quia intellectus pertingit ad essentiam primæ causæ habet vnionem ad Deum, ergo in hoc, quòd intellectus pertingit videndo essentiã primæ causæ, est homo beatus, &c.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua, quia cum apparuerit, sicut exhibens se obiectum beatificum, similes ei erimus per hoc, quòd intellectus noster deificatur per lumen gloriæ. Et videbimus eum sicuti est ipse, quia videbimus Deum in se. Et in hoc erimus beati. Quia hæc est vita æterna vt cognoscant, &c. Aduerte autem, quòd erimus ei similes non per speciem mediam representantem Diuinam essentiam, sed per assimilationem aliquam intellectus nostri ad Diuinum intellectum per lumen gloriæ, quod facit intellectum Diuinum, & ordine naturæ prærequiritur lumen gloriæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Dionysius loquitur de cognitione eorum qui sunt in via tendentes ad beatitudinem. ———

¶ Loquitur Dionysius de cognitione viatica, & per supremum intellectus, id est per rationem superiorem, vel vt fit constructio intransitiua, scilicet per supremum, quod est intellectus. Sicut omnino ignoto quantum ad quid est, non autem quantum ad quia est vt sub quia est comprehenduntur multa prædicata de Deo cognita, & per rationem naturalem, & per reuelationem Diuinam, tamen citra claram visionem. Vide D.S. 1. par. q. 12. art. 13. ad primũ, vbi hanc auctoritatem sic allegat, quòd ille, qui melius vnitur Deo in hac vita, vnitur ei sicut omnino ignoto, id est non omnino noto, quia nec in se videtur. Vbi patet, quòd loquitur de viatica cognitione vt habet hic D.S.

* q.1.art.8. ¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut supra dictum est, * finis potest accipi dupliciter. Vno modo quantum ad rem ipsam quæ desideratur, & hoc modo idem est finis, & superioris, & inferioris naturæ immo omnium rerum, vt supra dictum est. * Alio modo quantum ad * q.1.art. consecutionem huius rei, & sic diuersus est finis superioris, & inferioris naturæ secundùm diuersam habitudinem ad rem talem; sic igitur altior est beatitudo Dei suam essentiam intellectu comprehendentis, quàm hominis vel Angeli videntis, & non comprehendentis. —

¶ Ad maiorem respondet D.S primò. Altioris naturæ est altior perfectio, & finis inhærens, & formalis; sed non obiectiua, & finis vt res. Ad minorem. Suam essentiam videat comprehensiuè, est propria perfectio formalis, sed Deus visus est obiectalis communis sibi, & creaturæ intellectuali ergo, &c. Non pertingit ad perfectionem Dei, & finem suo modo formalem scilicet comprehensionem, pertingit tamen ad Deum videndum, &c.

¶ Nota autẽ, ꝙ Dei, & creaturæ rationalis & irrationalis est aliquis finis qui est consecutio, sic ꝙ consecutio irrationalis creaturæ non dicitur beatitudo, sed consecutio rationalis creaturæ dicitur beatitudo, licet consecutio Dei sit altior, tum quia Dei comprehensiua, tum quia Deo identica. Patet hoc ex supradictis. q.1. artic.8.

Quæstio quarta.

De requisitis ad beatitudinem.

DEinde considerandum est de his quæ exiguntur ad beatitudinem. Et circa hoc quæruntur octo. Primò, vtrum delectatio requiratur ad beatitudinem. Secundò, quid sit principalius in beatitudine, vtrum delectatio vel visio. Tertiò, vtrum requiratur comprehensio. Quartò, vtrum requiratur rectitudo voluntatis. Quintò, vtrum ad beatitudinem hominis requiratur corpus. Sextò, vtrum perfectio corporis. Septimò, vtrum aliqua exteriora bona. Octauò, vtrum requiratur societas amicorum.

¶ Postquam ostensum est in quo consistat beatitudo, & quid sit. Hic ostenditur quid requiratur ad beatitudinem secundarió. Et circa hoc aduertendum, quòd cum beatitudo sit in vna acceptione status aggregatione omniũ bonorum perfectus, ad beatitudinem requiritur aliquo modo omne bonum etiam distinctè. Est autem triplex bonum, scilicet animæ, corporis, & bona exteriora, secundum hoc ergo ista quæstio diuiditur in tres partes. Primò namq; ostenditur quomodo ad beatitudinem requiruntur quæ se tenent ex parte animæ. Secundò ea quæ tenent se ex parte corporis, art. quinto. Tertiò quomodo bona exteriora. ar. 7. Vnde, & D.S. 3. contra Gentiles. c. 63. ostendit quomodo ad visionem Dei quam ponimus beatitudinem essentialiter, id est summam perfectionem, sequitur beatitudo secundùm communem rationem, id est secundũ quòd est status comprehendens omnia bona desiderabilia. Circa primam partem quæstionis huius duo facit. Primò inquirit specialiter quæ exiguntur ad beatitudinem ex parte animæ. Secundò concludit ex prædictis dispositionem bonitatis in statu beatitudinis in ar. quarto. Quantum ad primum tria facit. Primò ostendit quomodo delectatio requiritur ad beatitudinem quæ se tenet ex parte voluntatis. Secundò quomodo visio quæ se tenet ex parte intellectus cõparando eam delectationi. Et tertiò quomodo comprehensio quæ quodammodo colligit vtrumq;. Ex quo colliguntur tria correspondentia in statu beatitudinis ad statum viæ. Per hoc enim fit vt beatitudo perfecta omnia bona aliquo modo habeat.

Vtrum delectatio requiratur ad beatitudinem.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd delectatio non requiratur ad beatitudinem. Dicit enim Augustinus in primo de trini. * quòd visio est tota merces fidei, sed id quod est præmiũ vel merces virtutis est beatitudo, vt patet per philosophum in primo Ethicorum. * ergo nihil aliud requiritur ad beatitudinem nisi sola visio.

Supra. q. ar. 4. con. 2. di. 3. a. 2. con. 3. distinc. 49. ar. 4. q. 3. & opusc. 3. a. 107. 166. * cap. 3. Augustin. * cap. 3. Arist. * ca. 7. &c.

¶ 2 Præterea, beatitudo est per se sufficientissimum bonum, vt philosophus dicit in primo Ethi. * quod autem eget aliquo alio non est perfectè sufficiens: cum igitur essentia beatitudinis in visione Dei consistat vt ostensum est * videtur quòd ad beatitudinem non requiritur delectatio.

* q. 3. art.

¶ 3 Præterea, operationem voluntatis seu beatitudinis

dinis oportet esse nõ impeditam, vt dicitur in. 10. Ethi. * sed delectatio impedit actionem intellectus, corrumpit enim æstimationem prudentiæ, vt dicitur in. 6. Ethi. * ergo delectatio non requiritur ad beatitudinem.

* cap. 6. * cap. 5. Augustin.

* cap. 23. ¶ Sed contra est quod Augustinus dicit. 10. confes. * quòd beatitudo est gaudium de veritate.

¶ Hic D.S. quærit de primo requisito ad beatitudinem, quod tenet se ex parte voluntatis, scilicet de delectatione.

¶ Respondeo dicendum, quòd quadrupliciter aliquid requiritur ad aliud. Vno modo sicut præambulum vel præparatorium ad ipsum, sicut disciplina requiritur ad scientiam. Alio modo sicut perficiens aliquid, sicut anima requiritur ad vitam corporis. Tertio modo sicut coadiuuans extrinsecus, sicut amici requiruntur ad aliquid agendum. Quarto modo sicut aliquid concomitans, vt si dicamus, ꝙ calor requiritur ad ignem. ———

¶ D.S. primò distinguit de quadruplici requisito ad aliquid, & sic posset quæstum quadrupliciter intelligi, quòd delectatio potest intelligi quattuor modis requiri ad beatitudinem. Secundò respondet secundùm quem modum de facto requiratur, ibi. Et hoc modo, &c. Primum patet clarè in littera.

¶ Circa primum modum aduerte, quòd disciplina capitur dupliciter. Vno modo pro noticia vt est in discipulo à doctore suscepta, & vt distinguitur contra doctrinam respectu, & ratione. Sic D.S. non accipit hic disciplinam. Alio modo capitur pro compositione morum, & affectionum. Et sic capitur à D.S. hic, & est quoddam præambulum ad scientiam. Nam anima quiescendo, & sedando passiones fit prudens, & sciens. Delectatio enim extranea impedit etiam intellectum speculatiuum, vt patebit infra. q. 33 ar. 3. & quarto, & hic ad tertium.

¶ Circa secundum aduerte, quòd ibi accipitur perficiens essentialiter, & in specie. Si acciperetur pro perficiente etiam accidentaliter, & non constituente in speciem, tunc non distingueretur contra quartum modum, quia vt infra patebit etiam delectatio perficit beatitudinem, sed non dando sibi speciem, sed perficit sicut per se accidens speciei. Vnde, & exemplum D.S. est de forma quæ requiritur ad vitam corporis, sicut perfectio essentialis dans speciem essentialem. De hoc D.S. tertio contra Genti. c. 26. in solutione primæ rationis.

¶ Tertio aũ modo requiritur aliquid extrinsecè consulẽdo, cooperando, auxilia præstando, vt aliquis commoda sua agere possit.

¶ Quarto autem modo requiritur aliquid concomitanter, & consequenter; quia ex natura alio posito ipsum ponitur, & tamen pertinet aliquo modo intranee, quia sequitur speciem rei, vt patet de calore respectu ignis.

¶ Et hoc modo delectatio requiritur ad beatitudinẽ, delectatio enim causatur ex hoc, quòd appetitus requiescit in bono adepto, vnde cum beatitudo nihil aliud sit quam adeptio summi boni, non potest esse beatitudo sine delectatione concomitante. ———

¶ Hic D.S. respondet per istam conclusionem; Hoc modo, scilicet quarto sicut aliquid concomitans, delectatio requiritur ad beatitudinem. Probatur beatitudo, scilicet essentialis, nihil aliud est quàm adeptio summi boni, sed delectatio causatur ex hoc, quòd appetitus requiescit in bono adepto, ergo non potest esse beatitudo sine delectatione concomitante. Maior patet ex dictis. quæst. præce. Minor patet ex ratione delectationis, quia consequitur operationem perfectam, sed adeptio summi boni est maximè operatio perfecta igitur.

¶ Nota autem verba D. S. in minore cum dicit, delectatio causatur ex adeptione boni summi. Vnde patet, quod delectatio consequitur operationem vel visionem, non secundùm se vt visio est, sed vt visio Dei, & adeptio summi boni. Ex quo sequitur, quòd si secundum imaginationem quorũdam, Deus per absolutam potentiam conseruaret visionem quo ad entitatem suam, sine hoc, quòd esset actu visio Dei, tunc non oporteret sequi delectationem & fruitionem beatificam, quæ est ex adeptione summi boni.

Duplex quæstio. ¶ Nota circa conclusionem illatam à D.S. in littera, non potest esse beatitudo, vt scilicet est adeptio summi boni sine delectatione concomitante. Ibi enim est quæstio de qua potentia intelligatur. Et iterum si per aliquam potentiam adeptio summi boni esset sine delectatione c. An tunc quis esset beatus,

Capreolus. ¶ Ad primum Capreo. in primo, dist. prima. q. prima in solutione quarti contra quartam conclusionem, non profert aliquam sententiã. In quarto etiam distin. 49. q. 2. in solutione quinti contra primam conclusionem, conditionaliter loquitur, vt patet intuenti. Sed Alphonsus in primo dist. prima. q. 7. arti. 2. conclusione prima, ponit quòd de potentia Dei absoluta possit Deus facere, vt quis videat, & non delectetur. Et hoc probat quattuor vijs. Nam non implicat, quòd prius absolutum non idem essentialiter alteri, nec terminus dependentiæ alterius, possit per Diuinam potentiam sine ipso esse. Et secundò, quia visio in nullo genere intrinsecè à delectatione dependet. Tertiò, quia causa liberè causans potest influere absque contradictione in effectum priorem, & non posteriorem, & præsertim quia sunt actus diuersarum potentiarum, nec sequuntur se omnino sicut passio propria & suum subiectum, quia passio consequitur suum subiectum per naturalem resultationem sine actione media, sed delectatio sequitur operationem sic, ꝙ ipsa eliciatur ab appetitu. Poterit ergo Deus intellectum facere videre, & voluntatem non facere delectari.

An visio possit esse sine fruitione.

¶ Et præterea non dependet accidens à substantia minus quàm visio à delectatione; Et tamen potest Deus facere accidens sine subiecto, igitur & visionem sine delectatione. Istis autem non contrariatur dictum D.S. in littera. Nam ipse loquens modo peripathetico, dicit id non posse esse, quod non potest fieri per potentiã intrinsecam, & Dei ordinatam. Quia non est in potentia beati, ꝙ non delectetur in adeptione summi boni, quia naturam mutare non potest, quæ habet, quòd in summo bono habito sit maxima delectatio. Cum quo stat, quòd Deus miraculosè, & de potẽtia absoluta propter rationes tactas, visionem sine delectatione conseruare possit.

¶ Ad secundum autem scilicet, quòd si videns non delectaretur an esset beatus, patet solutio ex dictis. q. præce. & ex Capreolo. vbi statim. Quia si beatitudo capitur pro summa perfectione, sic est beatus, si autem capitur vt includit omnia bona formaliter, sic non est beatus nisi virtualiter, quia ad talem visionem nata sunt cõsequi omnia bona, vt ostendit D.S. tertio contra Genti. c 63. Et esset beatus essentialiter primo modo, sed non accidentaliter.

¶ Nota, quòd multi actus voluntatis requiruntur ad beatitudinem, licet nullus eorũ sit essentialiter beatitudo. Requiritur enim ad eam præambulariter, & dispositiuè, amor finis vltimi gratuitus. Requiritur etiam actus qui est delectatio de Deo habito. Et de ista loquitur D. S. in corpore. Exigitur etiam delectatio, & gaudium correspondens amori Dei amicitiq, quod est de bono Diuino in se considerato. Et hoc concomitatur beatitudinem, & facit ad rectitudinem voluntatis, vt patebit infra artic. 8. Et hic prærequiritur ad beatitudinem, sicut & amor Dei in se, & gaudium de bono Diuino in se est laudabilius. Gaudium autem de Deo habito est honorabilius tanquam consequens immediatè beatitudinem, & est quietatiuum appetitus secundùm rationem speciei suæ, non autem primum.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsuam. Et intelligitur, quòd beatitudo est gaudium de veritate, quia scilicet gaudium consequitur cognitionem veritatis, quæ est tota merces. Vnde non est mens beati Augustini, quòd gaudium sit essentialiter beatitudo, capiendo beatitudinem pro summa perfectione, quia hoc est contra aliud dictum suum, quãdo dicit, quòd visio est tota merces, idest perfecta tanquam maxima perfectio.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ex hoc ipso, quòd merces alicui redditur, voluntas merentis requiescit, quòd est delectari: vnde in ipsa ratione mercedis redditæ, delectatio includitur. ———

¶ Ad maiorem. Visio est tota merces conceditur, sed merces accepta ut quietans, quæ quietatio est delectatio, ergo nihil requiritur præter mercedem cum sui acceptatione, & quietatione præmiati, ergo sola visio, &c. Negatur consequentia. Vnde D.S. tangit virtualiter glosam maioris, & negat consequentiam, quia in mercede includitur delectatio. Secundò, visio est tota merces essentialis, & substantialis; sed non tota merces concomitans accidentalis. Ad minorem, beatitudo essentialis est merces essentialis, id est summa perfectio, ergo nihil, &c. Verum, nihil requiritur, quod pertineat ad essentiam beatitudinis vno modo acceptæ, tamen requiritur sicut consequens.

¶ Et aduerte, quòd non oportet, quòd si præmium, & merces vt sic respicit voluntatem, quòd ergo sit eius actus, sed sequitur, quòd est eius obiectum. Dictum est enim supra, quòd eo ipso, ꝙ beatitudo etiam formalis est obiectum voluntatis, quòd non est actus eius.

Glosa Scoti contextum. ¶ Aduerte etiam, quòd Scotus in quarto. distin. 49. q. 4. in solutione rationum principalium, exponit istam auctoritatem beati Augustini glosa. quæ est contra textum, videlicet, quòd visio est tota merces hominis intelligentiæ, sed non merces summa totius hominis. Sed est expresse contra Augusti. illa glosa. Cum habeat, quòd hæc contemplatio promittitur nobis, sicut omnium actionũ nostrarum finis, vt allegauit D.S. ar. quinto, quæsti. præce. in argumento in contrarium. Quare non solùm intelligentiæ hominis, sed totius hominis visio est merces, & finis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex ipsa visione Dei causatur delectatio, vnde ille qui Deum videt delectatione indigere non potest. ———

¶ Negatur consequentia, quia qui videt Deum non eget delectatione, sed eam statim habet, quia egere est carere re aliqua nec habere

habere sufficiens principium eius in se vel in amicis. Dictum est autem, quòd quantum est ex natura rei, qui videt, & necessariò delectatur. Vnde D.S. tangit interemptionem consequentiæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd delectatio concomitans operationem intellectus non impedit ipsam, sed magis eam confortat, vt dicitur in. 10. Ethico. * Ea enim quæ delectabiliter facimus attentius, & perseuerantius operamur; delectatio autem extranea impedit operationem quandoque quidem ex intentionis distractione, quia sicut dictum est * ad ea in quibus delectamur magis intenti sumus, & dum vni vehementer intendimus, necesse est, quòd ab alio intentio retrahatur. Quandoq; autem etiam ex contrarietate, sicut delectatio sensus contraria rationi impedit æstimationem prudentiæ magis quàm speculatiui intellectus.

* cap. 4.

* In ista solutione.

¶ Ad minorem, distinguitur de delectatione, quia si intelligitur de delectatione concomitante, negatur. Sed si intelligitur de delectatione contraria rectæ æstimationi prudentiæ in particulari eligibili conceditur, & sic procedit probatio minoris; sed talis non est delectatio ad beatitudinem requisita, sed primo modo, quæ perficit. Et littera mendosa est, sed debet esse, æstimationem practici intellectus vel prudentiæ, quia intellectus speculatiuus non versatur circa agibilia in quibus delectatio contrariatur, &c. Vide infra. q. 33. ar. 3. & 4. & 6 Et delectatio extranea impedit etiam intellectum speculatiuũ, & practicum per viam distractionis, & impedimenti; sed delectatio inordinata per viam contrarietatis est contra intellectum practicum tantùm, videlicet practicum, & prudentialem, qui præsupponit bonum affectum.

Vtrum delectatio sit principalius in beatitudine vel visio.

B Supra ar. 1. & locis ibi notatis. * cap. 4.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd delectatio sit principalius in beatitudine quàm visio, delectatio enim vt dicitur in 10. Ethicor. * est perfectio operationis: sed perfectio est potior perfectibili; ergo delectatio est potior operatione intellectus quę est visio.

¶ 2 Præterea, illud propter quod aliquid est appetibile est potius; sed operationes appetuntur propter delectationem ipsatum, vnde & natura in operationibus necessarijs ad conseruationem indiuidui, & speciei delectationem apposuit, vt huiusmodi operationes ab animalibus non negligantur, ergo delectatio est potior in beatitudine, quàm operatio intellectus quæ est visio.

¶ 3 Præterea, visio respondet fidei, delectatio autem siue fruitio charitati; sed charitas est maior fide, vt dicit Apostolus prima ad Corinth. 13. ergo delectatio siue fruitio est potior visione

¶ Sed contra causa est potior effectu; sed visio est causa delectationis, ergo visio est potior quàm delectatio.

¶ Habito, quia delectatio de summo bono habito requiritur ad beatitudinẽ, hic comparat eã ad visionẽ, an sit ea principalior,

¶ Nota pro fundamento dicendorum ex D. S. in quarto. distin. 49. ar. quarto. quæst. tertia. ad secundum, vt hic quoq; implicitè in solutione ad primum innuitur, quòd differentia est inter perfectionem essentialem quæ dat speciem rei, & inter perfectionem quæ superuenit rei constitutæ in specie. Quia ad primam ordinatur perfectibile sicut ad finem, vt materia ad formam, materia enim est propter formam; sed perfectio accidentalis è contrario ordinatur in perfectibile sicut in finem, vt scilicet perfectibile per ipsam esse perfectum habeat.

¶ Nota etiam vt tangitur in solutione ad secundum, & extensius habet D.S. tertio contra Genti. c. 26. in octaua ratione. Delectatio nihil aliud esse videtur, quàm quietatio voluntatis in aliquo bono conuenienti. Sicut autem homo per voluntatem inclinatur in finem, & quietatur in illo, ita corpora naturalia habent inclinationes naturales in fines proprios, quæ quidem quietantur fine iam adepto. Ridiculum autem est dicere, quòd finis motus corporis grauis non sit esse in loco proprio, sed quietatio inclinationis qua in hoc tendebat. Si enim hoc natura intenderet vt inclinatio quietaretur, non daret eam, dat autem eam vt per hoc in locum proprium tendat, quo consequto quasi fine, sequitur inclinationis quietatio. Talis verò non est finis, sed concomitans finem, nec ergo delectatio est finis, sed concomitans finem, hæcille. Patet ex his, quòd delectatio ordinatur in visionem, & consecutionem Dei vt in finem, quia facit vt videns attentius videat, & sine tedio. Et sic erit perfectio visionis accidentalis, vt D.S. ibidem ostendit in solutione primi. Patebit etiam infra, quòd operatio quam delectatio consequitur, est eius causa aliquo modo effectiua. His præmissis videndum est facilius de corpore.

¶ Respondeo dicendum, quòd istam quæstionem mouet philosophus in. 10. Ethi. * & eam insolutam dimittit; sed si quis diligenter consideret, ex necessitate oportet, quòd operatio intellectus, quæ est visio, sit potior delectatione; delectatio enim consistit in quadam quietatione voluntatis; quòd autem voluntas in aliquo quietetur, non est nisi propter bonitatem eius in quo quietatur, si ergo voluntas quietatur in aliqua operatione, ex bonitate operationis procedit quietatio voluntatis.

* cap 6 ni Arist.

¶ D.S. in principio refert quomodo philosophus se habuerit circa hanc quæstionem, quia nihil circa eã determinauit, sed eam insolutam reliquit. Deinde autem D.S. suam sententiam ponit tali conclusione respõsiua. Operatio intellectus quæ est visio, est potior delectatione. Hanc conclusionem formaliter non deducit D.S. in corpore, sed per argumentum in contrarium, cuius minorem tamen. D.S deducit duabus rationibus virtualiter. Secundam ponit ibi. Nec voluntas, &c. Arguitur ergo sic ex argumento in contrarium pro conclusione. Causa potior est suo effectu, præsertim simul effectiua, & finalis; sed visio est causa delectationis, scilicet effectiua, & finalis, ergo, &c. Maior relinquitur nota. Minor probatur primò sic. Quòd voluntas in aliquo quietetur nõ est nisi propter bonitatem eius, in quo quietatur; sed delectatio consistit in quadam quietatione voluntatis, ergo si voluntas quietatur, & delectatur in operatione ex bonitate operationis procedit, videlicet sicut ex causa motiua, & suo modo effectiua delectationis, Et sic ergo minor vera, quòd visio est causa delectationis inquantum est optima operatio, hoc autem habet inquantum est coniunctio prima, & nobilissima ad Deum. Sic enim habet maximam bonitatem, quæ mouet voluntatem ad delectationem, quia & bonitas istius visionis vt est habitio summi veri, simul videtur à beato. Visio enim beatifica quæ est principaliter Dei, & primariò, est etiam visio sui secundariò. De hoc Capreolus in tertio, distin. 14. q. prima. ad primum contra primam conclusionem secundo loco. Visio, inquit, beatifica est Dei sicut principalis obiecti, ex qua parte beatificat formaliter: similiter eadem visio est visio suimet de facto, & vt nunc, non tamen necessariò quin oppositum possit contingere, & ex illa parte qua visio Dei est visio suimet, non est beatifica essentialiter, sed fortè accidentaliter, hæc ille, vide ibidem. Quòd autem cognitio visionis præequiratur ante delectationem vel fruitionem: habetur infra in materia de delectatione.

Capreo.

¶ Nota, quòd quamuis actus intellectus non sit totalis causa delectationis, vt Scotus arguit in quarto. distin. 49. q. 4. in quæstione a latere, tamen est causa simpliciter prior, à qua actus voluntatis dependet. Est præterea non solùm ratio efficiendi actus voluntatis simpliciter prior, sed est etiam causa motiua vt apprehenditur tanquam summè bonus, & cum hoc, vt patebit, causa finalis. Priora autem simpliciter, & minus dependentia in entibus, sunt simpliciter priora: Quare D.S. ex hoc, quòd actus intellectus est simpliciter prior, & causa in suo genere delectationis, benè probat eius nobilitatem super actum voluntatis. Deinde ibi.

Scotus.

¶ Nec voluntas quærit bonum propter quietationẽ, sic enim ipse actus voluntatis esset finis, quod est contra præmissa. * Sed ideo quærit, quòd quietetur in operatione, quia operatio est bonum eius: vnde manifestum est, quòd principalius bonum est ipsa operatio in qua quietatur voluntas, quàm quietatio voluntatis in ipso.

* q. 1. ar. 2.

¶ Ponit virtualiter secundam rationem pro minore principali soluens vnam obiectionem. Posset enim aliquis dicere, quòd voluntas quærit visionem propter delectationem, & ita licet visio sit aliquo modo causa effectiua, tamẽ delectatio est causa finalis, quę est simpliciter nobilior. Hoc, D.S. remouet sic arguendo, voluntas non quærit bonum propter quietationem, sed quærit quòd quietetur in operatione, quia operatio est bonum eius, scilicet quietationis. Vnde manifestum, &c. Antecedens patet, quia si voluntas quæreret bonum, scilicet operationem perfectam propter quietationem, tunc actus voluntatis esset finis, sed hoc ostensum est esse falsum, igitur, &c. Quæritur ergo quietatio à voluntate propter bonum eius, id est propter id, quod est sibi ratio bonitatis, à quo dependet effectiuè, & ad quod ordinatur vt ad finem, sicut perfectio accidentalis ad perfectibile suum. Ideo enim delectatur, quia habet bonum perfectum, & delectatur vt decora, & attenta magis sit operatio.

¶ Et nota propter Scotum quæ supra dicta sunt. q. præce. artic. quarto. Quia voluntas magis vult actum intellectus quàm propriũ vt deliberata, licet vt natura magis velit actum proprium. Vide

Scotus.

D.S. contra Genti. supra in septima ratione, quæ valet pro hic dictis. vbi ostendit naturam ordinasse delectationem propter operationem sicut propter finem, igitur & in recto ordine hominis delectatio ordinatur in operationem. Quare sicut in natura operatio est bonum delectationis, id est propter quod delectatio est coniuncta, ita & operatio intellectus est propter quam ex natura rei, & à voluntate ordinata delectatio appetitur.

Scotus.

¶ Aduerte etiam, quia nec Scotus ipse supra in q. 7. in solutionibus potuit istam vniuersaliter saluare, quòd priora generatione sint imperfectiora. Cõuincit enim ratio ipsa, quia accidens posterius est substantia, & tamen substantia non est imperfectior. Nec verum est, quòd in eodem ordine quod est prius, sit imperfectius, quia simpliciter priora sunt perfectiora vt habet D.S. prima parte. q. 82. artic. 3. ad secundum. Sic ergo actus intellectus est simpliciter prior sicut causa, & actiuum respectu voluntatis, & non tantũ prior generatione. Nec oportet, quòd inter actus ordinatos ad idẽ obiectum, quòd prior sit imperfectior: immo si est prior non tantùm generatione, erit simpliciter perfectior vt in proposito.

ARGVMENTVM in contrarium vt patuit, probat conclusionem respõsiuam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut philosophus ibidem dicit. * delectatio perficit operationem, sicut decor iuuentutẽ, qui est ad iuuentutem consequẽs: vnde delectatio est quædam perfectio concomitans visionem, non sicut perfectio faciens visionem in sua specie perfectam esse.

* co. li. Eth. 10. cap. 4.

¶ Ad maiorem delectatio est perfectio accidentalis consequens speciem sui perfectibilis, habens suam bonitatem, & appetibilitatem à suo perfectibili. Non enim appetitur nisi quia bona, nec bona nisi quia de tali operatione, vt ostendit D.S. contra Genti. supra in sexta ratione.

¶ Ad minorem patuit, quia vniuersaliter falsa est: nã perfectio consequens speciem, & accidentalis, ordinatur in suum perfectibile. Quare negatur consequentia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd apprehensio sensitiua non attingit ad communem rationem boni, sed ad aliquod bonum particulare, quod est delectabile; & ideo secundùm appetitum sensitiuum qui est in animalibus, operationes quæruntur propter delectationem; sed intellectus apprehendit vniuersalem rationem boni, ad cuius consecutionem sequitur delectatio: vnde principalius intendit bonum quàm delectationem; & inde est, quòd Diuinus intellectus, qui est institutor naturæ, delectationes apposuit propter operationes; non est autem aliquid æstimandum simpliciter secundùm ordinem sensitiui appetitus, sed magis secundùm ordinem appetitus intellectiui.

¶ Ad minorem dico, quòd est vera de appetitu sensitiuo, quia iste non extendit se nisi ad bonum delectabile, quod & quærit propter delectationem; sed negatur de appetitu intellectiuo, qui se extendit ad communem rationem boni, & ad bonum in quo tota ratio boni inuenitur. Et talis appetitus quærit bonum, & eius habitionem propter seipsam; sed delectationem propter bonũ. Sic intellectus Diuinus, qui intendit primò bonum Diuinum, qđ est bonum extrinsecum vniuersi & deinde bonum intrinsecum vniuersi, scilicet ordinem, & conseruationem vniuersi ordinauit delectationes, quæ apud appetitum sensitiuum principaliter quęruntur in ipsas operationes, per quas peruenitur ad bonum vniuersi. Similiter appetitus humanus, quia natus est peruenire ad bonum perfectum per operationem suam, ideo delectationem ordinauit in operationem, quæ coniungit ipsum summo bono. Quare negetur consequentia, quia aliquid iudicandum est secundùm appetitum intellectiuũ magis quàm sensitiuum. Secundò dicitur ad minorem, quòd licet delectationes præsertim sensibiles appetantur ab appetitu sensibili principaliter, tamen etiam in ipsis naturalibus, & sensitiuis tãtùm sunt delectationes propter operationes, & non econtra, vt ostendit D.S. primo contra Gent. c. 26. in septima ratione. Quare negetur consequentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd charitas non quærit bonum dilectum propter delectationem, sed hoc est ei consequens vt delectetur in bono adepto, quod amat, & sic delectatio non respondet ei vt finis, sed magis visio per quam primò fit ei præsens.

¶ Ad maiorem primò non est omnino simile de visione respectu fidei, & fruitione respectu charitatis, quia visio correspondet fidei sicut succedens sibi in eodem subiecto; sed non respondet sibi sicut actus fidei, sed est actus intellectus mediante lumine gloriæ. Fruitio autem correspondet charitati vtroq; modo, quia charitas quæ hic est, manet in patria, sed consumata quæ elicit fruitionem capiendo pro actu.

¶ Secundò dicitur, quòd quando dicitur visionem succedere fidei, non intelligitur solùm de visione quæ est beatitudo essentialiter, sed de visione quæ est dos, scilicet ornatus disponens animã ad coniunctionem ad Deum, & est lumen gloriæ. Similiter fruitio succedens charitati accipitur pro habitu qui est charitas consummata vt potest haberi ex D.S. in quarto. distin. 49. q. 4. art. 5. quæst. prima. Tertiò dicitur loquendo de visione, & fruitione, vt sunt actus pertinentes ad beatitudinem, quòd visio respondet fidei, sicut essentia beatitudinis, & essentialiter beatitudo; sed fruitio respondet charitati non sicut principale quæsitum, sed sicut consequens ad principale quæsitum. Quia charitas principaliter quærit habere, & adipisci amatum ad quam adeptionem consequitur delectatio; habitio autem Dei est per visionem. Quare visio est finis charitatis.

¶ Ad minorem; verum, charitas est maior fide, sed intellectus, & lumen gloriæ sunt nobiliora quàm voluntas, & charitas. Quare negetur consequentia, quia visio succedit fidei, non sicut actus eius, sed solùm in eodem subiecto, sed visio est actus luminis gloriæ, quod maius est charitate. Vnde argumentum imaginatur, quòd visio debeat correspondere fidei secundùm modum perfectionis, quod nõ oportet. D.S. respondet ad secũdã partẽ maioris.

Vtrum ad beatitudinem requiratur comprehensio.

C 1. di. 1. q. 1. ar. 1. cor. & 4. di. 49. q. 4. arti. 5. q. 1. cor. Augustin. * Epi. 112. ca 9.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd ad beatitudinem non requiratur comprehensio, dicit enim Augustinus ad paulinam de videndo Deũ. * Attingere mente Deum magna est beatitudo, comprehendere autem est impossibile, ergo fine comprehensione est beatitudo.

¶ 2 Præterea, beatitudo est perfectio hominis secũdùm intellectiuam partem in qua non sunt aliæ potentiæ, quàm intellectus, & voluntas, vt in primo dictum est. * sed intellectus sufficienter perficitur per visionem Dei, voluntas autem per delectationem in ipso, ergo non requiritur cõprehensio tanquam aliqđ tertiũ.

* prima par. q. 79. vsq; ad q. tio. 83. inclusiuè.

¶ 3 Præterea, beatitudo in operatione consistit, operationes autem determinantur secundùm obiecta, obiecta autem generalia sunt duo verum, & bonum, verum correspondet visioni, & bonum correspondet dilectioni, ergo non requiritur comprehensio quasi aliqđ tertiũ.

¶ Sed contra est quod Apostolus dicit prima ad Corinth. 9. Sic currite vt comprehendatis; sed spiritualis cursus terminatur ad beatitudinem, vnde ipse dicit. 2. ad Timotheum vlt. Bonum certamen certaui, cursum consumaui, fidẽ seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, ergo cõprehensio requiritur ad beatitudinem.

D. Paulus.

¶ Hic inquirit de quodam alio comprehendente tam visionẽ, quàm delectationem, scilicet de comprehensione.

¶ Nota autem pro intellectu quæsiti, quòd visio, fruitio & comprehensio possunt dupliciter accipi, vt potest haberi ex D.S. in quarto. distin. 49. q. 4. ar. 2. & 5. Vno modo vt sunt dotes, videlicet habitualiter, sic quòd visio capiatur pro lumine gloriæ, fruitio verò pro charitate consumata, comprehensio autem pro habituali tentione, quæ importat remotionem eorum quæ impediebant ne mens coniungeretur Deo. Alio modo accipiuntur ista actualiter, scilicet, quòd visio capiatur pro actu videndi Deum, qui est ipsa beatitudo essentialiter, & fruitio pro ipsa delectatione quæ est per se accidens beatitudinis, comprehensio verò pro habitudine voluntatis ad Deum iam præsentem per visionem, & vt opponitur insecutioni voluntatis per spem. Primo modo secundum. D.S. ibidem non sunt partes beatitudinis, sed ordinantur magis ad beatitudinem, quàm sint in beatitudine. Secundo autem modo pertinent ad beatitudinem essentialiter vel consequenter. Et quamuis vtroque modo succedant theologicis virtutibus, tamẽ D.S. in hoc articulo magis videtur loqui de ipsis secundo modo, vt patet circa finem. Similiter oportet, quòd & de comprehensione loquatur, vt est habitudo voluntatis ad Deum præsentem per visionem beatificam, vt autem ista nominant dotes præintelliguntur beatitudini. Nec obstat, quòd hic quæritur de requisitis ad beatitudinem, quia & fruitio, & comprehensio requiruntur, de qua comprehensione hic quæritur ex intentione, vnde & D.S. loquendo etiam de visione. non dicit, quòd requiratur, sed dicit quòd tria concurrant ad beatitudinem, innuens quòd visio, vt hic loquitur, non requiratur sicut extrinsecum beatitudini, sed sicut essentialiter beatitudo. Vnde posset dici, quòd D.S. loquitur hic de istis vt correspondent

Comprehẽsio dupliciter.

dent actibus fidei, spei, & charitatis, & ita etiam accipit actualiter, sed in quarto, vbi loquitur de dotibus, intelligit ista respondere habitibus fidei, spei, & charitatis.

¶ Respondeo dicendum, quòd cum beatitudo consistat in consecutione vltimi finis, ea quæ requiruntur ad beatitudinẽ sunt consideranda ex ipso ordine hois ad finem: ad finem autem intelligibilem ordinatur homo, partim quidem per intellectum, partim autem per voluntatem: per intellectum quidem inquantum in intellectu præexistit aliqua cognitio finis imperfecta, per voluntatem autem primò quidem per amorem qui est primus motus voluntatis in aliquid, secundò autem per realem habitudinem amantis ad amatum, qui quidem potest esse triplex, quandoque enim amatum est præsens amanti, & tunc iam non quæritur, quandoque autem non est præsens, sed impossibile est ipsum adipisci, & tunc etiam non quæritur; quandoque autem possibile est ipsum adipisci, sed est eleuatum supra facultatem adipiscentis, ita vt statim haberi non possit; & hæc est habitudo sperantis ad speratum, quæ sola habitudo facit finis inquisitionem. Et istis tribus respondent aliqua in ipsa beatitudine.

¶ D. S. primò deducit quandam conclusionem fundamentalẽ, secundò eandem magis explicat, & ex ea infert statim conclusionem responsiuam secundam plus quàm quæsitum sit propter perfectionem doctrinæ, ibi. Nam perfecta, &c. Conclusio fundamentalis est. Istis tribus, scilicet cognitioni intellectus in via, & dilectioni, & spei voluntatis, respondent aliqua in ipsa beatitudine. Et nota in ipsa beatitudine, ergo non loquitur de tribus dotibus quæ non sunt in beatitudine. Probatur ea quæ requiruntur ad beatitudinem, sunt consideranda ex ipso ordine ad finem, id est, his quæ ordinant in via in beatitudinem correspondent aliqua in ipsa consecutione finis, sed ad finem intelligibilem homo ordinatur, scilicet in via, tanquam per quæ disponitur, & meretur beatitudinem, partim per intellectum, partim per voluntatem, & hoc duplicitèr, scilicet per amorem, & per realem habitudinem, id est tendentiam ad consecutionem realem finis, ergo illis tribus, &c. Maior patet, quia beatitudo consistit in consecutione vltimi finis, ergo sequitur maior, quòd ea quæ requiruntur, &c. tenet consequentia, quia ea quæ ordinant ad finem, correspondent his quæ sunt in consecutione finis, quia meritò respõdet præmium. Et dicit D. S. ea quæ requiruntur, quia loquitur in generali de concurrentibus ad beatitudinem; sed cum in fine loquitur etiam de visione dicit, quòd concurrat. Minor declaratur in littera clarè. Consequenter ibi.

¶ Nam perfecta cognitio finis respondet imperfectæ. Præsentia verò ipsius finis respondet habitudini spei. Sed delectatio in præsentia consequitur dilectionem, vt supra dictũ est; * & ideo necesse est ad beatitudinẽ ista tria concurrere, scilicet visionem quæ est cognitio perfecta intelligibilis finis; comprehensionem quæ importat præsentiam finis, delectationem vel fruitionem quæ importat quietationem rei amantis in amato.

* ar. primo huius q.

¶ Explicat prædictam conclusionem fundamentalem vt in littera, & infert responsiuam talem, necesse est ad beatitudinem ista tria, &c. in littera vsque in finem. Ista conclusio plus respondet quàm quæsitum est, & tamen non dicit, quòd hæc tria requiruntur, sed concurrant ratione dicta, probatur. Perfecta cognitio finis respondet imperfectę, vt in principio litteræ ante conclusionẽ: ergo conclusio vera; Antecedens patet ex dictis. Tenet consequẽtia, quia perfecta cognitio est visio, præsentia verò ipsius finis est comprehensio, & delectatio est fruitio igitur, &c.

¶ Nota autem, quòd quamuis theologicis quæ habentur in via succedant ista tria, non tamen oportet, quòd in omnibus essentialiter consistat beatitudo, sed in maximo inter ea, quod est prima, & nobilissima coniunctio ad Deum. Vnde Scotus in quarto, q. 5. ad quintum dicit non omne, quod succedit virtutibus theologicis in via vel actibus earum est de essentia beatitudinis, sed tantùm vnius actus perfectissimus. Ideo esto tentio sit actus voluntatis succedens actui spei, non sequitur, quòd in ipsa consistat beatitudo, sed sufficit, quòd ipsa comitetur beatitudinem: hæc ille.

Scotus.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsiuam quo ad tertiam partem quæ directè respondet quæsito.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd comprehensio dicitur dupliciter. Vno modo inclusio comprehensi in comprehendente, & sic omne, quod comprehenditur à finito est finitum, vnde hoc modo Deus comprehendi nõ d potest ab aliquo intellectu creato. Alio modo comprehensio nihil aliud nominat quàm tentionem alicuius rei quæ iam præsentialiter habetur, sicut aliquis insequens aliquem dicitur eum comprehendere quando tenet eum, & hoc modo comprehensio requiritur ad beatitudinem. Dub 1

¶ Ad secundum partem auctoritatis respondet D. S. per distinctionem, quia comprehensio capitur dupliciter. Vno modo pro inclusione totali in esse naturæ vel intelligibili, & sic comprehensio non requiritur, nec est possibilis cuicunque creaturæ respectu Dei. Alio modo accipitur pro tentione, & sic loquimur. Et sic est beatis possibilis. Quare negetur consequentia loquendo de comprehensione secundo modo. Vide de ista solutione D. S. in prima parte. quæstio. 12. artic. 7. ad primum. Vnde D. S. super Apostolum ad Philip. 3. lectione. 2. dicit comprehendere est includere. Sicut domus comprehendit nos. Item attingere, & tenere, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut ad voluntatem pertinet spes, & amor, quia eiusdem est amare aliquid, & tendere in illud non habitum; ita etiam ad voluntatem pertinet comprehẽsio, & delectatio, quia eiusdem est habere aliquid, & quiescere in illo.

¶ Ad secundum partem minoris negatur, quòd voluntas sufficienter perficiatur per fruitionem sine comprehensione, quia non quiesceret nec delectaretur sine comprehensione. Vnde sicut ad voluntatem pertinet in via amor, & spes, ita in patria comprehensio, & fruitio. Vnde delectatio non excludit comprehensionem, sed eam prærequirit, quia eiusdem est habere aliquid, & quiescere in illo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd comprehensio non est aliqua operatio præter visionem, sed quædam habitudo ad finem iam habitum, vnde etiam ipsa visio vel res visa quæ præsentialiter adest, obiectum comprehensionis est.

¶ Maior vera, quòd beatitudo essentialiter consistit in operatione tamen multa requiruntur antecedenter, & consequenter ad beatitudinem quæ non sunt operationes, sed dispositiones ad illã operationem, vel etiam consequentia ad ipsam. Vltrà conceditur, quòd operationes distinguuntur secundùm obiecta, concedo etiã, q̃ obiecta actuum sunt duo, ergo, &c. Verum non requiritur quasi aliquod tertium absolutum, quod sit actus, requiritur tamen sicut tertium, quod est habitudo voluntatis ad finem habitum. Cuius quidem habitudinis obiectum, & terminus vt qui, est res visa; terminus verò quo, est ipsa visio. Vnde comprehentio nõ habet aliud obiectum quàm fruitio, sed tamen est aliud quam fruitio ipsi præsuppositum. Quia ordine naturæ voluntas prius tenet, & habet præsentem finem antequam delectetur.

Vtrum ad beatitudinem requiratur rectitudo voluntatis.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd rectitudo voluntatis non requiratur ad beatitudinẽ; beatitudo enim consistit in operatione intellectus vt dictũ est. * sed ad perfectam intellectus operationem non requiritur rectitudo voluntatis per quam homines mundi dicuntur, dicit enim August. in lib. retract. * Non approbo, quod in oratione dixi, Deus qui non nisi mundos verum scire voluisti respondeti enim potest multos etiam non mundos multa scire vera, ergo rectitudo voluntatis non requiritur ad beatitudinem. D

Infra q. 5. artic. 2. ad 3. Ioan. 9. super illud. Scimus quia peccatores Deus non exaudit. Et 1. Ioan. 3. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiducia habemus ad Deum. * Aliàs cap. 1. Libro 1. & 2. cap. 1.

¶ 2 Præterea, prius non dependet à posteriori, sed operatio intellectus est prior quàm operatio voluntatis, ergo beatitudo quæ est perfecta operatio intellectus nõ dependet a rectitudine voluntatis.

¶ 3 Præterea, quòd ordinatur ad aliquid tanquam ad finem, non est necessarium adepto iam fine, sicut nauis postquam peruenitur ad portum: sed rectitudo voluntatis quæ est per virtutem ordinatur ad beatitudinem tanquam ad finem, ergo adepta beatitudine non est necessaria rectitudo voluntatis.

¶ Sed contra est, quod dicitur Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, & Heb. vltimo: Pacem

Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam sine qua nemo videbit Deum.

¶ Hic ex prædictis colligitur qualis sit dispositio voluntatis requisita ad statum beatitudinis, quæ importatur nomine rectitudinis.

¶ Aduerte pro intellectu quæsiti, quòd vt patebit infra. q. 5. art. 7. non est idem quærere an requiratur rectitudo voluntatis, & an requiruntur opera meritoria ex volũtate, Nã plures saluantur qui non habent opera meritoria propria, & tamen habent rectam voluntatem, sicut patet de pueris qui decedunt ante vsum rationis. Similiter anima Christi benedicta consequuta fuit beatitudinem sine operibus præuijs, non tamen sine recta voluntate concomitante. Vnde rectitudo voluntatis requisita ad beatitudinem supernaturalem, de qua hic loquitur, dicit dispositionem debitam, & subiectionem voluntatis humanæ ad Deum præsertim quæ est per charitatem, qua Deus habetur super omnia dilectus. Vnde sicut patebt infra q. 21. ar. primo. Rectitudo in communi est secundùm quòd tenditur secundùm debitam regulam in debitum finem. Sic rectitudo requisita ad beatitudinem supernaturalem, est qua volũtas est debitè ordinata in Deum secundùm legẽ supernaturalem, quod fit per hoc, quòd Deus est sibi dilectus habitu vel actu super omnia; ex quo patet, quòd voluntas auersa per peccatum mortale actu vel habitu, non est recta nec dispositа ad beatitudinem, sed solùm voluntas informata charitate. Patet quoque ex his, quòd pueri baptizati sunt rectæ voluntatis per habitum charitatis. In instanti quoque separationis animæ cum beatificãtur simul habent rectam voluntatem actualem, quia diligunt Deum actu super omnia, licet non prius habeant actum voluntatis, tamen prius habẽt habitum rectificantem voluntatem. Vide quarto contra Gentiles. c. 91. vbi ostendit, quòd animæ statim cum separantur beatificantur. Quare sensus quæsiti est. An requiratur voluntas benè dispositа, & ordinata ad Deum sub ratione vltimi finis dilectum habitu vel actu. Ita quòd nullus consequatur beatitudinem nisi sic dispositus. Et quòd omnis qui est in beatitudine, est sic dispositus.

Quid rectitudo voluntatis.

¶ Respondeo dicendum, quòd rectitudo voluntatis requiritur ad beatitudinem, & antecedenter, & concomitanter. Antecedenter quidem, quia rectitudo voluntatis est propter debitum ordinem ad finem vltimum. Finis autem comparatur ad id quod ordinatur ad finẽ, sicut forma ad materiam, vnde sicut materia non potest consequi formam nisi sit debito modo dispositа ad ipsam, ita nihil consequitur finem nisi sit debitè modo ordinatum ad ipsum, & ideo nullus potest ad beatitudinem peruenire nisi habeat rectitudinẽ voluntatis.

¶ D. S. respondet tali conclusione bimembri. Rectitudo voluntatis requiritur ad beatitudinem antecedenter, & concomitanter. Et primò probat primam eius partem, secundò secundam, ibi. Concomitanter &c. Quo ad primam arguitur, sic. Nihil consequitur finem nisi sit debito modo ordinatum ad ipsum, ergo nullus potest peruenire ad beatitudinem nisi habeat rectitudinem voluntatis. Tenet consequentia, quia rectitudo voluntatis est propter debitum ordinem ad finem vltimum, igitur consequentia bona.

Propter, q̃ habitudinem dicat.

¶ Nota circa hanc probationem consequentiæ, quòd illa præpositio, propter, de se nullam dicit certam habitudinem, & designat habitudinem magis generalẽ, q̃ nomen causæ. Vnde, & dicimus, quòd linea est propter punctum, vbi non est realis causalitas. Habitudo igitur determinata istius præpositionis accipienda est secundùm exigentiam materiæ, & secundùm quòd patitur suum casuale * cui adiũgitur. Et sic in proposito videtur dicere habitudinem principij formalis, vt sit sensus, rectitudo voluntatis est propter, id est per debitum ordinem, sicut per principium formale. Vel quia consistit in debito ordine, quia videlicet eo ipso, quòd voluntas est bene ordinata ad vltimum finem, ex hoc est recta. Quare bene sequitur consequentia à principio formali ad suum effectũ. Antecedens probatur, finis comparatur ad id, quod est ad finem, sicut forma ad materiam, ergo sicut materia non potest consequi formam, nisi sit debito modo dispositа ad ipsam, ita nihil consequitur, &c. vt dicit antecedens.

* Aliàs casuale.

¶ Attende assumptum hoc pro antecedente, quia tenet similitudinem quæ sufficit ad propositum, scilicet illam, quia sicut nulla materia consequitur formam, nisi prius tempore vel natura dispositа, sic finis non habetur nisi per id, quod est ad finem, vel vt medium, vel etiam vt subiectum, quod debet consequi perfectionem finalem sit dispositum, & proportionatum ipsi fini, licet in alijs multis sit diuersitas, sed sufficit similitudo dicta ad propositum. Deinde cum dicit.

* q. 3. art. 8.

¶ Concomitanter autem, quia sicut dictum est, * beatitudo vltima consistit in visione Diuinæ essentiæ, quæ est ipsa essentia bonitatis, & ita voluntas videntis Dei essentiam ex necessitate amat quicquid amat sub ordine ad Deum, sicut voluntas non videntis Dei essentiam, ex necessitate amat quicquid amat sub communi ratione boni quam nouit, & hoc ipsum est, quod facit voluntatẽ rectam, vnde manifestum est, quòd beatitudo non potest esse sine recta voluntate.

¶ Probat secundam partem conclusionis responsiuæ sic. Voluntas videntis Dei essentiam ex necessitate amat, quicquid amat sub ordine ad Deum; sed hoc ipsum est, quod facit voluntatem rectam: ergo manifestum est, &c. Maior probatur ratione, & similitudine. Ratione sic, quia beatitudo vltima de qua loquimur consistit in visione Diuinæ essentiæ, quæ est essentia bonitatis, ergo sequitur maior. Consequentia ista fundatur in his quę D. S. habet in de Veritate. Mate. 24. q. 8. in corpore. Quia videntes Diuinam essentiam esse essentiam bonitatis & summum bonum, cognoscunt Deum esse finem maximè amãdum, & sic per consequens omnia esse amanda propter ipsum. Cognoscunt etiam omnia quæ ipsi Deo vniunt, vel ab eo disiungunt in particulari; cognoscentes Deum non solùm in se, sed prout est ratio aliorum. Quare bene sequitur, beati vident Diuinam essentiam, quæ est essentia bonitatis, ergo amant quicquid amant in ordine ad Deum. Vide quarto contra Genti. c. 92.

¶ Secundò probatur maior similitudine. Quia sicut se habet voluntas non videntis Deum ad bonum secundùm communem rationem, ita voluntas videntis Deum; ad ipsum Deum, qui est essentia bonitatis; sed voluntas non videntis Dei essentiam, ex necessitate amat, quicquid amat sub communi ratione boni, quam nouit, igitur. Maior patet extra litteram, quia Deus est altius bonum, & perfectius quàm bonum secundùm communem rationem, tanquam actu includens omne bonum. Quare sequitur maior, minor patuit supra quare beatorum mentes per perfectam charitatem ita ligantur cum Deo vt nihil peccati incidere possit.

¶ De materia ista vide ad longum. D. S. 3. contra Gentiles. c. 62. & in Capreolo in primo, distin. 1. q. 3. conclusione quarta. Vbi habebis, quòd maior est colligatio voluntatis beatæ cum Deo, quàm voluntatis in via cum bono in communi, quia beatus semper actu & necessariò quo ad specificationem, & exercitium vult Diuinam bonitatem, sed viator solùm necessariò vult bonum secundùm cõmunem rationem quo ad specificationem, nõ autem semper actu, & quando aliquid actu vult, sufficit velle bonum in communi, & vltimum finem secundùm communem rationem virtualiter, vt patuit supra. Quamuis Scotus istud impugnet in primo. distin. 1. quæstione quarta. Capreolus. Scotus.

¶ Sed de hoc. q. 1. art. 6. & Capreolus vbi iã rationes eius soluit. Minorem principalem D. S. relinquit notam, & patet ex dictis circa quæsitũ. Aduerte autem ex ista minore vera esse quæ dicta sunt circa quæsitum, scilicet quòd amor, & charitas Dei facit rectitudinem voluntatis, & debitum ordinem ad vltimum finem.

¶ Nota autem, quòd quamuis, & rectitudo intellectus antecedenter prærequiratur ad beatitudinem, quia tamen in rectitudine voluntatis includitur, ideo D. S. non facit specialem mentionem de ipsa. Nam ex dictis etiam patet, quòd beatitudo essentialiter in actu intellectus consistit.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionẽ. Vnde D. S. secunda secundæ. q. 18. art. 8. oportet, q̃ mens ab inferioribus rebus abstrahatur ad hoc, quòd supremæ rei possit coniungi. Et ideo mens sine munditia Deo applicari non potest. Vnde ad Hebræos vltimo. Pacem sequimini, vt hic allegatur, &c. Patet, quòd sanctimonia prærequiritur ad visionem Dei. Sed sanctimonia, & pax includunt rectitudinem voluntatis, quia charitatẽ, & alias virtutes abstrahentes mentem ab inferioribus, & coniungentes Deo. Vnde hæc ratio est pro prima parte conclusionis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd August. loquitur de cognitione veri, quod non est ipsa essentia bonitatis.

¶ Ad maiorem, beatitudo perfecta patriæ consistit in operatione intellectus qua videtur, & habetur ipsa essentia bonitatis. Et tamen talis operatio est solùm eorum qui habent lumen gloriosum ad quod disponit rectitudo voluntatis in via quæ est per charitatem, vt habet D. S. prima parte. q. 12. ar. 6. est etiam talis operatio intellectus solùm filiorum Dei. Minor vera de perfecta aliquo modo in via qua cognoscitur verum aliquod modo naturali, sed negetur de perfecta cognitione quæ est patriæ, & beatitudo, ad illam enim requiritur munditia antecedenter, quia beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et conuenit, quia talis visio impeccabilem efficit videntem. August. autem loquitur de cognitione veri modo naturali. Sed primo de Trinitate, vbi loquitur de cognitione gratuita Dei per essentiam dicit, quòd mentis humanæ acies in tam excellenti luce non figitur, nisi per iustitiam fidei, emundetur, vt habet D. S. prima parte, q. 12, art. 12. ad tertium quare negetur consequentia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd omnis actus volũtatis procedit ab aliquo actu intellectus, aliquis tamen

actus

actus voluntatis est prior, quàm aliquis actus intellectus: voluntas enim tendit in finalem actum intellectus qui est beatitudo, & ideo recta inclinatio voluntatis præexigitur ad beatitudinem, sicut rectus motus sagittæ ad percussionem signi.

¶ Ad maiorem. Prius vt sic non dependet à posteriori, sed non est incõueniens, quòd aliquid de ordine simpliciter priori sit posterius aliquo de ordine posteriori, licet ante quodlibet posterioris ordinis sit aliquid de priori ordine, non tamen quodlibet. Sicut ante omnem potentiam oportet quòd sit actus, sed non oportet, quòd ille determinatus actus educibilis de potentia materię sit ante potentiam.

¶ Ad minorem, operatio intellectus est prior quàm operatio voluntatis ad sensum quem habet solutio; quia omnem actum voluntatis præcedit aliquis intellectus; sed non oportet, quòd quilibet determinatè quamlibet præcedat, immo aliqua operatio voluntatis præcedit aliquem actum intellectus. Et sic in proposito rectitudo voluntatis habitualis vel actualis præcedit illum actum qui est visio Dei beatifica, licet & rectitudinem voluntatis præsertim actualem, præcedat alius actus intellectus. Quare negetur consequentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non omne, quod ordinatur ad finem cessat, adueniente fine; sed id tantùm, quod se habet in ratione imperfectionis vt motus, vnde instrumenta motus non sunt necessaria postquam peruenitur ad finem, sed debitus ordo ad finem est necessarius.

¶ Maior est vniuersaliter falsa vt D.S. ostendit in primo sentent. dist. prima, quæst. 5. ar. 2. in cor. Et in. 2. dist. 25. ar. primo ad quartũ. quia solùm est vera de his ordinatis ad finem vt à fine distantibus vt motus & huiusmodi. Et de illis vera est maior, sed sunt alia ad finem quæ includunt finem adeptum, & contingunt ipsum. Nec repugnant perfectioni finis, & de illis maior est falsa, quia dispositiones materiæ ad formam manent cum forma. Vnde nauis est instrumentum necessarium ad motum qui distat à fine, & incompossibilis fini. Vnde cum quis pertigerit ad terminum optatum, non eget naui. Ad minorem dico, quòd rectitudo voluntatis ordinatur ad finem, sed non est sibi incompossibilis, nec repugnat perfectioni eius, sicut repugnat fides, & spes. Quare negetur consequentia immo antecedit, & concomitatur.

Vtrum ad beatitudinem hominis requiratur corpus.

E 3. q. 7. art. 4. ad 2 & q. 15 arti. 10. cor. & ad 2. Et 4 di 49 q. 4. ar. 5. q. 2. cor. & ad 1. Et co. 4. c. 47. fi. Et Po. q. 5. ar. 10. cor. Et opusc. 3. ca. 152. Et Iob 19. fin.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd ad beatitudinem requiratur corpus; perfectio enim virtutis; & gratiæ præsupponit perfectionem naturæ sed beatitudo est perfectio virtutis & gratiæ, anima autem sine corpore non habet perfectionem naturæ, cum sit pars naturaliter humanæ naturæ, omnis autem pars est imperfecta à suo toto separata; ergo anima sine corpore non potest esse beata.

* q. 3. art. 2.

¶ 2 Præterea, beatitudo est operatio quædam perfecta, vt supra dictũ est, * sed operatio perfecta sequitur esse perfectum, quia nihil operatur nisi secundùm quòd est ens in actu; cum ergo anima non habeat esse perfectum quando est à corpore separata sicut nec pars separata à toto, videtur quòd anima sine corpore nõ possit esse beata.

¶ 3 Præterea, beatitudo est perfectio hominis, sed anima sine corpore non est homo, ergo beatitudo non potest esse in anima sine corpore.

* cap. 6.

¶ 4 Præterea, secundùm philosophum in 10. Ethi. * operatio felicitatis in qua consistit beatitudo est non impedita; sed operatio animæ separatę est impedita, quia vt dicit August. 12. super Gen. ad litteram. * Inest ei naturalis quidam appetitus corpus administrandi, quo appetitu retardatur quodammodo ne tota intentione pergat in illud summum cœlum, ideſt in visionem essentiæ Diuinæ, ergo anima sine corpore non potest esse beata.

* cap. 35.

* Lib. 12. super Genesim. ad litteã. c. 35.

¶ 5 Præterea, beatitudo est sufficiens bonum, & quietat desiderium, sed hoc non conuenit animę separatę, quia adhuc appetit corporis vnionem, vt August. dicit, * ergo anima separata à corpore non est beata.

¶ 6 Præterea homo in beatitudine est Angelis æqualis, sed anima sine corpore non æquatur Angelis, vt August. dicit, * ergo non est beata.

* cap. 1 vbi supra

¶ Sed contra est, quod dicitur. Apoc. 14. Beati mortui qui in domino moriuntur.

¶ Postquam ostensum est quomodo ad beatitudinem requiratur ea quæ se tenent ex parte animæ. Hic consequenter ostenditur quomodo requirantur ea quæ tenent se ex parte corporis. Et circa hoc duo facit. Primò ostendit quomodo requiratur corpus. Secundò ostendit quale corpus requiratur, ar. sequenti.

¶ Circa primum, quod est præsentis articuli & quæsiti, nota, vt habet. D.S. quarto contra Gentiles. c. 91. Quorundam Græcorum error fuit animas ante corporum resurrectionem neque ad cęlum ascendere, neq; ad infernum demergi. De qua materia agit etiam D.S. in quarto. distin. 65. q. 1. ar. primo, quæst. 2. Et secundùm illos errantes corpus requiritur ad beatitudinem, etiam perfectam. Sed iste error hic, & ibidem a. D.S. reprobatur.

Græcorum error.

¶ Respondeo dicendum, qnòd duplex est beatitudo. Vna imperfecta quę habetur in hac vita. Et alia perfecta quę in Dei visione consistit. Manifestum est autem, q̃ ad beatitudinem huius vitę de necessitate requiritur corpus. Est enim beatitudo huius vitę operatio intellectus vel speculatiui vel practici, operatio autem intellectus in hac vita non potest esse sine phantasmate, quod non est nisi in organo corporeo, vt in primo habitum est. * & sic beatitudo quę in hac vita haberi potest depẽdet quodammodo ex corpore.

* q. 4.

¶ D S. primò distinguit de beatitudine, scilicet perfecta, & imperfecta. Et sic dupliciter potest intelligi corpus pertinere ad beatitudinem, an videlicet ad perfectam vel imperfectam. D.S. primò respondet de imperfecta beatitudine. Secundò de perfecta, ibi. Sed circa, &c. Primũ facit tali cõclusione responsiua prima. Ad primam beatitudinem huius vitæ de necessitate requiritur corpus. Et intelligitur tàm de beatitudine imperfecta Philosophica, quàm Theologica. Probatur, beatitudo huius vitæ est operatio intellectus vel speculatiui vel practici, sed nulla illarum operationum potest haberi sine corpore, ergo, &c. Maior patet ex prædictis; quia beatitudo possibilis naturaliter est principaliter speculatiua, secundariæ practica. Similiter inchoatio beatitudinis verò est in speculatione. Minor subintellecta probatur. Operatio intellectus in hac vita non potest esse sine phantasmate, sed illud non est sine corporeo organo, ergo, &c. Maior ista relinquitur nota ex. 3. de anima. tex. co. 34. Minor patet prima parte. q. 84. art. 7.

Con pria.

¶ Nota autem, quòd dicit, quodammodo dependet beatitudo istius vitæ à corpore, quia non propriè dependet, vt prius patuit, sed corpus necessariò præexigit, & prerequirit propter naturalem præsuppositionem cognitionis sensitiuæ ad intellectum, non solùm quo ad acquiri, sed ẽt quo ad vsum. Et quia nõ procedit in eẽ à corporeis sensibus, ideo nõ verè beatitudo depẽdet à corpore.

¶ Sed circa beatitudinem perfectã, quę in Dei visione consistit, aliqui posuerunt, quòd non potest animę aduenire sine corpore existenti, dicentes, quòd animę sanctorum à corporibus separatæ ad illam beatitudinem non perueniunt vsque ad diem iudicij quando corpora resument.

¶ Hic consequenter. D.S. respondet secundo intellectui quæsiti. Et circa hoc primò recitat quendam errorem. Secundò ponit veritatem reprobando illum errorem ibi. Quod quidem, &c. Refert ergo iuxta secundum membrum distinctionis vnum errorem, de quo dictum est in principio quæsiti, & patet in littera. Deinde cum dicit.

¶ Quod quidem apparet esse falsum, & auctoritate, & ratione. Auctoritate quidem, quia Apostolus dicit. 2. ad Corinth. 5. quamdiu sumus in corpore, peregrinamur à domino. Et quę sit ratio peregrinationis ostendit subdens. Per fidem enim ambulamus, & non per speciem, ex quo apparet, quòd quamdiu aliquis ambulat per fidem, & non per speciem carens visione Diuinę essentię, nondum est Deo præsens: Animæ autem sanctorum à corporibus separatæ sunt Deo præsentes. Vnde subditur. Audemus autem, & voluntatem habemus bonam peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Deum. Vnde manifestum est, quòd animæ sanctorum separatæ à corporibus ambulant per speciem, Dei essentiam videntes, in quo est vera beatitudo.

¶ Reprobat prædictum errorem ponens veritatem. Et primo per

Conclusio secunda. per vnam conclusionem respondet suã. Secundò per quandã conclusionem limitatiuam illius responsiuæ ibi. Sed sciendum, &c. Conclusio ergo responsiua contraria prædicto errori talis est. Beatitudo perfecta hominis non dependet a corpore. Probatur hæc conclusio, & reprobatur dictus error auctoritate, & ratione, quæ ibi; Hoc etiam, &c. Auctoritate quidem Apostoli clarè in littera. Et vide tertio contra Gentiles, cap. 91. vbi deducit hanc auctoritatem, & stat breuiter in hoc, quia secundùm Apostolum. Ideo peregrinamur a Deo, & nõ consequimur beatitudinem, quia ambulamus per fidem, & non per speciem, ideſt quia Diuina essentia non est nobis præsens vt obiectum visibile modo beatifico; ergo quando Deus efficitur præsens isto modo, tunc consequimur beatitudinem, & non amplius peregrinamur; sed animæ sanctæ a corporibus separatæ, sunt Deo præsentes, quæ præsentia est per claram visionem. Et hoc ostendit D.S. ex verbis Apostoli. Igitur animæ separatæ vident Deum absq; corporibus; sed talis visio est beatitudo, vt patuit; igitur anima est beata sine corpore. Deinde ibi.

¶ Hoc etiam per rationem apparet: nam intellectus ad suam operationem non indiget corpore, nisi propter phantasmata, in quibus veritatem intelligibilem contuetur, vt in primo dictum est. * Manifestum est autem, quòd Diuina essentia per phantasmara videri nõ potest, vt in primo ostensum est. * Vnde cum in visione Diuinæ essentiæ perfecta hominis beatitudo consistat, non dependet beatitudo perfecta hominis a corpore; vnde sine corpore anima esset beata.

* Prima parte. q. 84. artic. 7.
* Prima par. q. 12.

¶ Probat conclusionem responsiuam ratione formaliter ex prima parte in littera clarè.

¶ Nota, quòd secundùm D.S. contra Gentiles supra. Animæ separatæ sunt susceptibiles gloriæ; ex hoc ipso enim, quòd animæ separantur a corpore, sunt capaces Diuinæ visionis, ad quam dum essent in corpore corruptibili peruenire non potuerunt: hæc ille. Corpus enim corruptibile ligat animam ad sequẽdum leges corporis in intelligendo, vt scilicet non intelligat sine conuersione ad phantasmata, in quibus Diuina essentia videri non potest. In Christo tamen ex speciali priuilegio anima non fuit obligata ad huiusmodi legem, vt patet in tertia parte. Sed D.S. loquitur de homine puro, & de modo naturali. Talis enim sic viuens non intelligit, nisi conuertendo se ad phantasmata. Vnde quia post hanc vitam, quæ est status militiæ, & laboris, cuius anima est principalis causa, statim debet dari merces; ideo ipsa soluta de corpore, statim redditur sibi merces, quæ est beatitudo, nisi obsistat ad tempus impedimentum, quòd videlicet anima non sit omnino depurata ab omni inquinatione reatus pœnæ; sic enim retardaretur in Purgatorio, & sic salua fieret quasi per ignem, &c. Consequenter cum dicit.

¶ Sed sciendum, quòd ad perfectionem alicuius rei dupliciter aliquid pertinet; vno modo ad constituẽdam essentiam rei, sicut anima requiritur ad perfectionem hominis; alio modo requiritur ad perfectionem rei, quod pertinet ad bene esse eius, sicut pulchritudo corporis, vel velocitas ingenij pertinet ad perfectionem hominis.

¶ Limitat conclusionem prædictam responsiuam; & primò premittit quoddam notabile distinctiuum. Secundò subiungit conclusionem conformem limitatiuam ibi. Quamuis ergo, &c. Dicit ergo, quòd aliquid requiritur ad perfectionem alicuius dupliciter; vno modo essentialiter; alio modo quo ad bene esse. Et declarat membra exemplariter. Consequenter ibi.

¶ Quamuis ergo corpus primo modo ad perfectionem beatitudinis humanæ non pertineat, pertinet tamen secundo modo. Cum enim operatio dependeat ex natura rei, quantò anima perfectior erit in sua natura; tantò perfectius habebit suam propriam operationem, in qua fœlicitas consistit; vnde Augustinus in 12. super Genes. ad litteram, * cum quæsiuisset, vtrum spiritibus defunctorum sine corporibus possit summa illa beatitudo præberi. Respondit, quòd non sic possunt videre incommutabilem substantiam, vt sancti Angeli, vident, siue alia latentiore causa, siue ideo, quia est in eis naturalis quidam appetitus corpus administrandi.

*Gen. c. 38.

¶ Subiungit talem conclusionem limitatiuam prioris. Quamuis corpus non pertineat primo modo ad perfectionem beatitudinis humanæ, scilicet perfectè, quæ habetur in patria; pertinet tamen secundo modo. Prima pars patet ex conclusione præcedenti, quia anima potest esse beata sine corpore; ergo corpus non requiritur essentialiter ad beatitudinem. Secunda pars probatur ratione, & auctoritate. Ratione sic. Quantò anima perfectior erit in natura sua, tantò perfectius habebit suam propriam operationem. in qua fœlicitas consistit; sed anima coniuncta corpori perfectior erit in natura sua; igitur perfectiùs habebit suam operationem. Maior probatur, quia operatio dependet ex natura rei; igitur sequitur maior.

¶ Nota hic, quòd ista probatio non videtur sequi in proposito. Nam operatio beatifica non dependet a natura, vt videtur: non ergo anima, quantò erit perfectior in natura, perfectiùs habebit.

¶ Sed dicendum, quòd D.S. arguit a propositione communi; quæ debet applicari ad propositum secundùm materiam subiectã. Verum est quidem, quòd natura animę non est principium saltem totale elicitiuum operationis beatificæ, quæ etiam non naturæ sed lumini gloriæ commensuratur in modo intentionis ipsius visionis; quia tamen talis operatio nata est haberi ab anima, non solùm secundùm sui partialem naturam, sed etiam secundùm naturam totalem; ita vt naturæ animæ commensuretur secundùm esse extensiuum, & sic quodammodo ab ea dependet secundùm esse subiectiuum; ideo bene sequitur, quanto anima erit in sua natura perfectior (s. existens in natura totius) perfectiùs habebit operationem, ita q̃ eam habebit in tota natura secundùm se, & eius deriuationem; non quòd operatio formaliter sit in tota natura humana; sed quia essentialiter, & formaliter est in natura secundùm mentem, & per redundantiam est in corpore.

¶ Attende autem verba D.S. quia non dicit, q̃ anima quãto fuerit in natura perfectior, tantò habebit perfectiorem operationem: sed perfectiùs habebit suam operationem propriam, in qua fœlicitas consistit; quia vt patet ad quintum, non est mẽs eius, q̃ beatitudo essentialis crescat, aut intendatur; sed quia anima perfectiùs eam habebit, cum fuerit in natura perfecta, quia eam habebit in tota natura, cum separata solùm habeat in parte naturæ, quia, vt supra dictum fuit ex D.S. contra Gent. A visione beatifica natus est totus homo beatificari, eo modo quo possibile est etiam beatificari corpus. Et secundò habebit perfectiùs ex parte appetentis, cui ius desiderium quietatur tam obiectiuè, quàm subiectiuè, quia videlicet anima separata, non appetit quidem maiorem beatitudinem, sed illa quietata est; sed appetit illam eandem habere in tota natura, vt possibile est; & ita necdum quietata est ex parte subiecti, sed cum ipsa in tota natura sua, scilicet humana, quæ constituitur ex corpore, & anima habebit beatitudinem; tunc erit omniquaq; quietata. Quare patet, quòd corpus requiritur ad beatitudinem quo ad bene esse, quia ad beatitudinem accidentalem. Et vt beatitudo sit totalis intensiuè, & extensiuè. Et vt anima sit quietata obiectiuè, & subiectiuè. Et hoc D.S. probauit, quia operatio sequitur conditionem naturæ agentis; & in proposito sequitur quo ad sui diffusionem, & participationem.

Nota

¶ Nota ex his, quia D.S. per illam probationem non intendit idem quod in quarto, dist. 49. quæst. 1. artic. 4. quæst. 1. Vbi alios sequens probat, quòd beatitudo animæ post cum corpore glorioso vnionem habebit maiorem operationem etiam intensiuè, quia quantò aliquid est perfectiùs in esse, tantò potest perfectiùs operari. Sed intendit hic, q̃ quantò anima fuerit perfectior in natura, tantò perfectiùs habebit beatitudinem, quia in tota perfecta natura, cuius est naturaliter pars. Non autem vult, q̃ habeat perfectiorem; tum quia (vt patebit) anima etiam separata habet perfectum esse; immo idem esse quod hic; tum quia operatio beatifica non commensuratur remoto principio eius. s. naturali esse, sed immediato. s. lumini gloriæ, quod idem manet æqualiter ante, & post resumptionem corporis; ideo habebit perfectiùs suam beatitudinem, quia in tota natura; nam operatio etiam beata ad sui diffusionẽ in corpus requirit corpus, & sic potest aliquo modo dici dependere quo ad sui perfectionem extensiuam à corpore. Et hoc D.S. hic tenet ex propria sententia. In quarto autem probabiliter loquebatur, cum dixit. Potest autem dici, &c. Quare esto cautus. Et non opineris hanc probationem huius conclusionis incidere cum ea, quam habet in quarto, vbi vult probare maioritatem intensiuam: hic enim soluit probationem, quam in quarto ponit, quia videlicet anima habet perfectum esse, & est etiam separata eodem modo sm intellectum; sed non est perfecta in natura; ergo ratione naturæ crescit, non ratione intellectus, &c. Veruntamen suppositum in hac ratione. s. q̃ anima separata sit imperfectior, quam coniuncta. Scotus impugnat in quarto, dist. 43. q. 1. Et similiter in quodlibetis. q. 19. Sed de hoc in solutione secundi.

Hic D. S. propria sententia.

Scotus.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat secundam conclusionem responsiuã, quia corpus nõ requiritur de necessitate ad beatitudinẽ essentialem, quia mortuorũ animæ sunt beatæ, &c.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd beatitudo est perfectio animæ ex parte intellectus, secundùm quem anima transcendit corporis organa; non autem secundùm quòd est forma naturalis corporis; & ideo illa naturalis perfectio manet, secundùm quam ei beatitudo debetur, licet non maneat illa naturæ perfectio, secundùm quam est corporis forma.

¶Maior vera est, perfectio virtutis, & gratiæ præsupponit perfectionem naturæ quo ad intellectum, sed non quo ad corpus. Et hoc manifestè apparet in Christo pro tempore pueritiæ, &c. Vltra. Anima autem sine corpore, &c. Verum specificæ, & totalis, tamen habet perfectionem intellectualem, & naturæ partialis, & perfectionem esse existentiæ, licet non essentiæ totalis. Vltra. Omnis autem, &c. Verum vt sic: anima autem est pars, non ratione intellectus, quia sic supergreditur corpus, sed quia forma materiæ. Vnde non sequitur conclusio, quia beatitudo conuenit sibi non vt formæ, sed vt intellectuali.

¶Ad secundum dicendum, quòd anima aliter se habet ad esse, quàm aliæ partes: nam esse totius non est alicuius suarum partium; vnde vel pars omnino desinit esse destructo toto, sicut partes animalis destructo animali, vel si remanent, habent aliud esse in actu, sicut pars lineæ habet aliud esse, quàm tota linea; sed animæ humanæ remanet esse compositi post corporis destructionem; & hoc ideo, quia idem est esse [d] formæ, & materiæ, & hoc est esse compositi; anima autem subsistit in suo esse, vt in primo ostensum est. * Vnde relinquitur, quòd post separationẽ a corpore perfectum esse habeat; vnde perfectam operationem habere potest, licet [d] non habeat perfectam naturam.

Dub.973.

* Prima parte.q.75. artic.2. Dub.174.

¶Hoc argumentum continet rationem D.S. in quarto supra. Ad maiorem dico, quòd beatitudo est operatio intellectualis, cuius principium est intellectus deiformis factus per lumen gloriæ. Ad minorem, operatio perfecta intelligibilis sequitur esse perfectum intellectuale. Et conceditur, quòd nihil operatur intelligibiliter, nisi secundùm quòd est ens in actu in genere intellectualium. Vltra. Cum ergo, &c. negatur de esse perfecto existentiæ, immo idem esse, quod habuit in corpore, habet separata, quod prius erat homini communicatum, animæ verò proprium. Ad probationem dicitur, quòd pars separata a toto, &c. Verum est de parte, cui non conuenit per se esse. Ilta enim acquirit separata a toto aliud esse, vel desinit esse. Sed negatur de parte, cui primò conuenit esse tanquam proprium, a qua totum mendicat esse idem, qualis est anima rationalis, quæ supergreditur genus materialium, tanquam confinis substantijs separatis. Conceditur tamen, quòd etiam anima rationalis, quia essentialiter est pars naturæ humanæ, quòd separata nõ habet integrum esse specificum, cuius est naturaliter pars. Quare negetur consequentia, quia sine toto habet perfectum esse, & sic perfectam operationem intelligibilem, sed non habet perfectam naturam; ergo non habet illam operationem ex parte naturæ perfectæ perfectione extensiua.

Nota propter Scotii.

¶Nota circa hãc solutionem, & præcedentem propter Scotum vbi supra, quòd bene stant simul, quòd anima separata habet idem esse, quod fuit hominis, cum esset corpori coniuncta, & tamen separata sit imperfecta. Tum quia coniuncta non solùm habet perfectionem primam, quæ est esse substantiale; sed etiam perfectionem secundam, influendo vires suas corpori, & se ei communicando. Tum quia coniuncta habet perfectum esse specificum, quod non habet separata, & sic non manet in integra specie. Nec obstat, quòd separata est minus composita, & sic Deo similior, quia similitudo proportionis arguit perfectionem in creatura. Sicut cor motum est similius Deo corde immobili, quia habet se ad suam perfectionem, quæ est motus, sicut Deus ad suam. Nec obstat, quòd esse existentiæ hominis dependeat a corpore. Nam idem esse vt est hominis requirit corpus, vt autem est animæ non requirit, & sic potest manere sine corpore; & licet esse essentiæ hominis sit aliud ab essentia partium, non tñ esse existentiæ. Et hoc patet in solutione D. S. vbi dicit, quòd animæ rationali remanet post sui separationem esse compositi, quod scilicet erat suppositò communicatum, animæ verò proprium. Et hæc euacuant obiectiones Scoticas si pensentur. Vide de hac materia Capreolum in quarto, distinct.43. ad argumenta secundo loco contra tertiam conclusionem.

Capreolus.

¶Ad tertium dicendum, quòd beatitudo est hominis secundùm intellectum; & ideo remanente intellectu potest inesse ei beatitudo, sicut dentes Aethyopis possunt esse albi, etiam post euulsionem, secundùm quos Aethyops dicitur albus.

¶Maior vera, perfectio hominis non secundùm quod ipsum, vel per se primò; sed secundùm partem eius immaterialẽ, scilicet secundùm animam rationalem. Minor conceditur, quòd non est homo; est tamen id, per quod homo dum sibi est pars intelligit, & quæ nata est intelligere etiam separata, immo intelligere sibi primò simpliciter conuenit, licet homini primò conueniat vt suppositò, vt patebit prima parte, quare negetur consequentia, loquendo de beatitudine essentiali.

¶Ad quartum dicẽdum, quòd dupliciter aliquid impeditur ab alio; vno modo per modum contrarietatis, sicut frigus impedit actionem caloris, & tale impedimẽtum operationis repugnat fœlicitati; alio modo per modum cuiusdam defectus, quia scilicet res impedita non habet quicquid ad omnimodam eius perfectionem requiritur, & tale impedimentum operationis non repugnat fœlicitati, sed omnimodæ perfectioni ipsius; & sic separatio animæ a corpore dicitur animam retardare, ne tota intentione tendat in visionem Diuinæ essentiæ; appetit enim anima sic frui Deo, quòd etiam ipsa fruitio deriuetur ad corpus per redundantiam, sicut est possibile; & ideo quamdiu ipsa fruitur Deo sine corpore, eius appetitus sic quiescit in eo, quòd tamen adhuc ad participationem eius vellet suum corpus pertingere.

¶Maior vera est, operatio non impedita per modum contrarietatis, videlicet, quia non est impedimentum perfectæ operationis, quia eoipsò, quòd esset impedimentum, non haberetur operatio perfecta: potest tamen esse impedita per modum cuiusdam defectus, quia habens operationem perfectam secundùm se, non habet eam secundùm eius effectum totalem, & tale impedimentum non repugnat fœlicitati essentiali, sed eius perfectioni quo ad bene esse, & extensiuè. Minor vera est secundo modo, quia est impedita, ideò non totaliter potest eam habere sine corpore. Ad probationem dicitur, quòd anima retardatur, ne tota intentione, ideò anima separata, non fertur, ideò non participat beatitudinem quo ad bene esse, & quo ad perfectionem accidentalem secundùm omne id, quod intendit, & vult participare beatitudinem; quia vult totam naturam beatificari, quod non est, donec manet separata; cum quo stat, quòd intentio sua, & attentio sit perfecta super visione beatifica. Vnde non oportet imaginari quasi anima ex illo appetitu, quo vult totam naturam saltem per redundantiam beatificari, anxietur, vel perturbetur, ne perfectè Deo intendat. Nam talis appetitus, vel non est actus elicitus, vel si est, tunc est regulatus rectissima ratione, & visioni beatificæ subordinatus. Vnde animam in nullo perturbat, vel distrahit. Quare negatur consequentia.

¶Ad quintum dicendum, quòd desiderium animæ separatæ totaliter quiescit ex parte appetibilis, quia habet id, quod suo appetitui sufficit, sed non totaliter quiescit ex parte appetentis, quia illud bonum non possidet secundùm omnem modum quo possidere vellet; & ideo corpore resumpto beatitudo crescit non [d] intensiuè, sed extensiuè. Dub.15

¶Maior vera est, & quietatiuum ex parte appetibilis, quia non quæritur maius, vel melius appetibile. Et talis quietatio potest stare cum non totali quietatione ex parte appetentis, quia videlicet esto habeatur perfectio, qua maior non desideratur, tamen quia habens non habet omni modo quo potest, ideo non quietatur ex parte sui. Nam vellet eam habere secundùm totam suam naturam, cuius est aliquid naturaliter. Minor negatur, quòd non quietetur ex parte appetibilis; sed solùm probat, quòd non ex parte appetentis; & sic resumpto corpore beatitudo extenditur, etiam ad totam naturam, videlicet etiam ad corpus. Quare negetur consequentia.

Scotus D.S.

¶Et nota sententiam D.S. in fine solutionis, quia beatitudo crescit extensiuè, non intensiuè, & ratio dicta est circa corpus.

¶Ad sextum dicẽdum, quòd id quod ibidem dicitur, quòd spiritus defunctorum non sic vident Deum, sicut Angeli; nõ est intelligendum secundùm inæqualitatem quantitatis, quia etiam modò aliquæ animæ beatorum sunt assumptæ ad superiores ordines Angelorum clariùs videntes Deum, quàm inferiores Angeli; sed intelligitur secundùm inæqualitatem proportionis, quia Angeli etiã infimi habent omnem perfectionem beatitudinis quam sunt habituri, non autem animæ separatæ sanctorum.

¶Maior conceditur, & de eadem prima parte, quæst. 108. art. 8. vbi determinatur, quòd homines assumuntur ad ordines Angelorum, & supponit homo indeterminatè. Ad minorem, si intelligitur, quòd anima non æquetur in essentiali beatitudine Angelis, quasi nulla habeat æqualem cum Angelis beatitudinem; negatur. Sed Augustinus intelligit minorem, quòd non est æqualis proportionabiliter, quia esto tantùm sit beata intensiuè, sicut Angelus; non tamen habet beatitudinem in tota natura, sicut Angelus. Quare negetur consequentia.

¶Aduerte hic aliam expositionem auctoritatis beati Augustini, quam D.S. ponit in fine corporis, quàm sit ea quam D.S. ponit in quarto, dist. 49. in expositione litteræ in fine.

Vtrum

Vtrum ad beatitudinem hominis requiratur perfectio corporis.

F

Sup. art. 5. & locis ibi inductis.

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd pfectio corporis non requiratur ad beatitudinem hominis perfectam: perfectio enim corporis est quoddã corporale bonum; sed supra ostensum est, * quòd beatitudo non consistit in corporalibus bonis: ergo ad beatitudinem hominis non requiritur aliqua perfecta dispositio corporis.

*q.2. per totum.

¶ 2 Præterea. Beatitudo hominis consistit in visione diuinæ essentiæ, vt ostensum est, * sed ad hanc operationem nihil exhibet corpus, vt dictum est: * ergo nulla dispositio corporis requiritur ad beatitudinem.

* q.3. ar.8. *Ar.5.

¶ 3 Præterea. Quãtò intellectus est magis abstractus a corpore, tantò perfectius intelligit, sed beatitudo consistit in perfectissima operatione intellectus: ergo oportet omnibus modis animam esse abstractam a corpore; nullo ergo modo requiritur aliqua dispositio corporis ad beatitudinem.

D.Io.

¶ Sed cõtra, præmium virtutis est beatitudo, vnde dicitur Ioan. 13. Beati eritis si feceritis ea, sed sanctis repromittitur pro præmio non solùm visio Dei, & delectatio, sed etiam corporis bona dispositio, dicitur enim Esa. vlt. Videbitis & gaudebit cor vestrũ, & ossa vestra quasi herba germinabunt: ergo bona dispositio corporis requiritur ad beatitudinem.

Esa.

¶ Hic inquiritur de qualitate corporis requisiti ad beatitudinem, an scilicet debeat esse corpus perfectum, scilicet de sensibus interioribus, & exterioribus perfectis, atque corpus sanum, & pulchrum.

¶ Respondeo dicendum, quòd si loquamur de beatitudine hominis qualis in hac vita potest haberi, manifestum est, quòd ad eam ex necessitate requiritur bona dispositio corporis, consistit enim hæc beatitudo secundum Philosophum * operatione virtutis perfectæ. Manifestum est autem, quòd per inualitudinem corporis in omni operatione virtutis homo impediri potest.

Arist. in 1. Ethico.

¶ D.S. secundum distinctionem habitam in præcedenti articulo de beatitudine perfecta, & imperfecta, respondet duabus conclusionibus. Prima est de beatitudine imperfecta. Secunda de perfecta, ibi. Sed si loquamur. Prima est, si loquamur de beatitudine hominis &c. vt in principio litteræ. Probatur, beatitudo viæ, quæ hic haberi potest consistit in operatione virtutis perfectæ, sed per inualitudinem corporis homo impeditur in omni operatione virtutis, ideo requiritur corpus bene valens, & dispositum. Maior est Philosophi primo Ethi. & per virtutem perfectam intelligitur tã speculatiua virtus, quàm practica. Minor relinquitur nota. Nam si sensus non sint bene dispositi præsertim interiores, homo non consequitur perfectionem intellectus speculatiui. Et si corpus est insanum, non potest se homo exercere in exercitio virtutum moralium, & secundum intellectum practicum, immo nec speculari potest perfectè, vt patebit infra de dolore, qui aufert facultatẽ addiscendi, & si magnus est, facit etiam ne homo, quæ nouit speculari possit. Nec etiam fœlix est qui est specie turpissimus, vt habetur primo Ethi. Et præsertim perfectiones istę corporis requiruntur ad beatitudinem, vt est status perfectus aggregatione omnium bonorum. Consequenter cum dicit.

Conclusio prima.

¶ Sed si loquamur de beatitudine perfecta, sic quidam posuerunt, quòd non requiritur ad beatitudinem aliqua corporis dispositio, immo requiritur ad eam, vt omnino anima sit a corpore separata. Vnde Augustinus 22. de ciui. Dei, * introducit verba Porphyrij dicẽtis. Quare ad hoc, quòd sit beata anima omne corpus fugiendum est; sed hoc est inconueniens, cum enim naturale sit animæ corpori vniri, non potest esse, quòd perfectio animæ naturalem eius perfectionem excludat.

Auguſt. * Cap. 26. & lib. 22.c. 26.

¶ Respondet quæsito iuxta beatitudinem perfectam. Et primò eradicat circa hoc quendam errorem. Secundò subiungit cõclusionem veram, ibi. Et ideo dicendum &c. Loquendo igitur de beatitudine perfecta, fuit error quòd non requiratur dispositio corporis, quia nec corpus ipsum &c. Sed D.S. hunc errorem reprobat, quia perfectio gratuita animæ, quæ est beatitudo non excludit necessariò perfectionem animæ naturalem, quæ consistit in hoc, quòd anima sit coniuncta corpori. Nam vt patuit ar. præceden. anima separata est imperfecta in natura, quia est naturaliter pars humanæ naturæ. Vnde & propter melius vnitur corpori, vt declarat D.S. prima par. quæst. 99. articu. primo.

¶ Nota quòd animæ separatæ naturale est vniri corpori ad sensum quem D.S. ponit, quarto contra Genti. c. 82. scilicet quo ad finem, quia scilicet naturale est animę esse corpori vnitam, sed principium eius actiuum non est naturale, sed sola virtute diuina causatur. Vt autem habet D.S. in de verit. ma. 24. quæstio. 10. ad primum id, quod est contra naturale primo modo potest esse perpetuum. Vnde non sequitur, quòd Philosophus qui scit animæ separatæ naturale esse, quòd est vnita, scit quòd ipsa quandoque reunietur, quia est quidem in potentia naturali ad terminum, sed ad viam est solum in potentia obedientiali. Consequenter ibi.

¶ Et ideo dicendum est, quòd ad beatitudinem omnibus modis perfectam, requiritur perfecta dispositio corporis, & antecedenter, & consequenter; antecedenter quidẽ, quia vt Aug. dicit 12. super Gen. ad literam, * si tale sit corpus cuius sit difficilis, & grauis administratio, sicut caro quæ corrumpitur & aggrauat animam, auertitur mens ab illa visione summi cœli. Vnde concludit, quòd cum hoc corpus iam non erit animale, sed spirituale, tunc angelis adequabitur, & erit ei ad gloriam, quod sarcinę fuit.

Auguſt. * Cap.25.

¶ Subiungit conclusionem responsiuam secundam talem, & veram. Ad beatitudinem omnibus modis perfectam, scilicet essentialiter, & quo ad bene esse, vel accidentaliter; requiritur perfecta dispositio, scilicet in sanitate, & fortitudine atque decore, & antecedenter, & consequenter. Et probat primò primam partem, secundò secundam, ibi. Consequenter verò &c. Prima, auctoritate Augustini. quia si esset corpus cuius difficilis sit administratio, tunc anima impeditetur a visione summi cœli, ideò diuinæ essentiæ, igitur requiritur, quòd corpus antecedenter sit tale, vt non sit eius difficilis administratio, quod omnino ad nutum obedit animæ, & in nullo ipsam impedit, & in nullo desiderium animæ retardat. Tunc ibi.

Conclu. 2.

¶ Consequenter verò, quia ex beatitudine animæ fiet redundantia ad corpus, vt & ipsum sua perfectione potiatur, vnde Augustinus dicit in epistola ad Dioscorum, * Tam potenti natura Deus fecit animam, vt ex eius plenissima beatitudine redundet in inferiorem naturam incorruptionis vigor.

Auguſt. * Epiſ.56.

¶ Manifestat secundam partem dictæ conclusionis, quia ex beatitudine animæ fiet redundantia ad corpus, vt & ipsum sua perfectione potiatur, igitur secunda pars vera. Assumptum ostendit auctoritate Be. Augustini. Et vide de hoc D. S. quarto contra Gen. capitu. 86. vbi ostendit, quæ perfectiones erunt in corpore glorificato. Vide & supra articu. tertio, huius quæstionis.

¶ Nota circa has duas partes conclusionis, quòd sicut in alio proposito dicitur, & habetur in de Verita. Ma. 28. quæstio. octaua, in corpore, quòd dispositiones, quæ simul duratione inducuntur cum forma, intelliguntur eam præcedere secundùm naturam, & intellectum in genere causæ materialis. Et eædem intelliguntur eam sequi in genere causæ formalis. Sic in proposito non videtur D. S. intelligendus quasi perfectio corporis præcedens, & subsequens animam gloriosam, sint duæ perfectiones accidentales dispositiuę pro anima beata, sed eadem perfectio corporis intelligitur præcedere in genere causæ materialis, vt corpus scilicet non impediat animam a visione cœli, ideò Dei; & subsequitur ipsam animam inquantum formaliter ab ipsa in corpus redundat, sicut & dispositio, quæ est necessitans pro forma naturali.

¶ Et aduerte iuxta D. S. vbi statim contra Genti. quòd sicut gloria in quam humana anima subleuatur, excedit naturalem virtutem cœlestium spirituum. Ita gloria resurgentium corporum excedit naturalem perfectionem cœlestium corporum, vt sit maior claritas, impassibilitas firmior, agilitas facilior, & dignitas naturæ perfectior. Aduerte hic etiam quòd beatitudo corporis, vt distinguitur contra beatitudinem animæ non dicit actum secundum, sed in actu primo consistit, vt est perfectibile ab anima beata.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat secundam conclusionem responsiuam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in corporali bono non consistit beatitudo, sicut in obiecto beatitudinis; sed corporale bonum potest facere ad aliquem beatitudinis decorem, vel perfectionem.

¶ Maior conceditur. Ad minorem, ostensum est supra quòd beatitudo non consistit in corporalibus bonis tanquàm in obiecto quietatiuo perfectè appetitus humani. Similiter ostensum est, q̃ in nullo corporeo cõsistit beatitudo essentialiter, cum quo stat, q̃ perfectio corporalis requiritur primò ad beatitudinem imperfectam; sicut sine quo nõ habetur perfecta operatio virtutis, in qua essentialiter consistit. Et quòd perfectio corporis etiam requiritur ad perfectam beatitudinem quo ad bene esse accidentaliter, & cõsequenter. ergo &c. Verùm non requiritur ad perfectam beatitudinem tanquàm essentiale sibi, sed tanquàm decorans, & accidentaliter perficiens; quia anima sine corpore; & sinè eius perfectione beatitudinem essentialem habet; sed si debet eam habere in corpore; oportet quòd fiat Diuina virtute ne anima per corpus impediatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd & si corpus nihil cõferat ad illam operationem intellectus, qua Dei essentia videtur, tamen posset ab hac impedire, & ideo requiritur perfectio corporis, vt non impediat eleuationem mentis.

¶ Maior conceditur. Minor vera quidem, quòd ad visionẽ Dei beatificam nihil exhibet corpus, tamen si esset imperfectum, & necessitatibus præsentis vitæ astrictum, impediret animam ne videret beatificè, quia nemo qui viuit modo naturali videt Deum, quare oportet quòd fiat diuina virtute, ne corpus animam impediat, vel per dotes, vt in glorioso corpore, vel alias aliquo modo Deo cognito, vt in Christo. quare negetur consequentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ad perfectam operationem intellectus requiritur quidem abstractio ab hoc corruptibili corpore, quod aggrauat animam; nõ autem à spirituali corpore, quod erit totaliter spiritui subiectũ. de quo in tertia parte huius operis dicetur.

Nõ complet.

¶ Ad maiorem, quantò intellectus, & anima intellectiua sunt magis abstracta a corpore corruptibili, tantò perfectius intelligit. Sed negatur de corpore spirituali, quod totaliter est subiectũ animæ, & non impedit quin possit intelligere sine conuersione ad phantasmata. Et secundò maior non est vndequaque vera de intellectione naturalium rerum; quia illas perfectius intelligit in corpore, quàm separata, vt habet D.S. 1.par.q.89.ar.1. Quare negetur consequentia. Tum quia vnio animæ cum corpore non impedit intellectionem beatificam. Tum quia etiam confert cognitioni, & modo cognoscẽdi naturalibus. An autem modus cognoscendi sine phantasmatibus sit animæ naturalis, vel præter naturalis, videbitur ibidem in prima parte. Vide infra q.5.ar.1.ad 2.

Vtrum ad beatitudinem requirantur aliqua bona exteriora.

2.2 q.18.artic.3.ad 4.

AD septimum sic proceditur. Videtur quòd ad beatitudinem requirantur etiam exteriora bona, quod enim in præmium sanctis promittitur, ad beatitudinem pertinet, sed sanctis repromittuntur exteriora bona, sicut cibus, & potus, diuitiæ, & regnũ. dicit enim Lu. 22. Vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & Matth. 6. Thesaurizate vobis thesaurum in cœlo, & Matth. 25. Venite benedicti patris mei pos. regnum. ergo ad beatitudinem requiruntur exteriora bona.

* Pos. 2.

¶ 2 Præterea secundum Boetium in 3. de consola.* Beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus, sed exteriora sunt aliqua hominis bona, licet minima, vt Augustinus. dicit * ergo ipsa etiam requiruntur ad beatitudinem.

* Lib.2 de lib.arbi.ca.19. & 1. retracta.c.19.

¶ 3 Præterea Dominus Matth. 5. dicit. Merces vestra multa est in cœlis, sed esse in cœlis significat esse in loco. ergo saltẽ locus exterior requiritur ad beatitudinem.

¶ Sed contra est, quod dicitur in ps. Quid enim mihi est in cœ. & a te. quid vo. super terram. q.d. nihil volo, nisi hoc quod sequitur. mihi adhærere Deo bonum est. ergo nihil aliquid extra Deum ad beatitudinẽ requiritur.

¶ Hic D.S. ostendit quomodo bona exteriora habeant se ad beatitudinem. Et primò facit hoc. Secundò corollariè ostendit, an amici requirantur ad beatitudinem. Quærit autem D.S. de istis bonis etiam corporalibus, quia cum beatitudo sit status aggregatione omnium bonorum perfectus. videtur requirere omnia bona.

¶ Respondeo dicendum, quòd ad beatitudinem imperfectam, qualis in hac vita potest haberi, requiruntur exteriora bona, non quasi de essentia beatitudinis existentia, sed quasi instrumentaliter deseruientia beatitudini, quæ consistit in operatione virtutis, vt dicitur in primo ethicorum,* indiget enim homo in hac vita necessarijs corporis tam ad operationem virtutis contemplatiuę, quàm etiam ad operationem virtutis actiuę. ad quã etiam plura alia requirũtur, quibus exerceat opera actiuę virtutis. * Capi.

¶ D.S. iuxta distinctionem iam sæpe habitam de beatitudine, primò respondet iterum duabus conclusionibus. Secundam prosequitur ibi. Sed ad beatitudinem &c. Secũdò elicit ex dictis quoddam corollarium ibi. Et quia &c. Prima ergo conclusio est. Ad beatitudinem imperfectam qualis in hac vita haberi potest, requiruntur exteriora bona. Et exponit eam, quia non requirũtur quasi de essentia beatitudinis existentia, quia sic consistit in operatione virtutis perfectæ, sed quasi instrumentaliter deseruientia beatitudini, quæ consistit in operatione virtutis. Probatur conclusio sic exposita, quia homo in hac vita indiget necessarijs corporis &c. vt in litera. Sed ista necessaria corporis sunt exteriora bona, & habentur per exteriora bona. ergo cõclusio vera. Et est clarum, quia homo non potest cõtemplari, nisi habeat cibum, & potum & alia necessaria vitæ. Ad vitam autem actiuam, & ciuilem indiget non solùm necessarijs pro vita sua, sed etiam alijs pluribus, vt exerceat opera misericordiæ, & actum liberalitatis, & magnificentię, & huiusmodi virtutum, quæ perficiunt ad vitam actiuam &c. Deinde cum dicit. Cond.

¶ Sed ad beatitudinem perfectam, quæ in visione Dei consistit, nullo modo huiusmodi bona requiruntur. Cuius ratio est, quia omnia huiusmodi bona exteriora, vel requiruntur ad sustentationem animalis corporis, vel requiruntur ad aliquas operationes quas per animale corpus exercemus, quæ humanæ vitæ conueniunt: illa autem perfecta beatitudo, quæ in visione Dei consistit, uel erit in anima sine corpore, uel erit in anima corpori iuncta non iam animali, sed spirituali, & ideo nullo modo huiusmodi exteriora bona requiruntur ad illam beatitudinem, cum ordinentur ad vitam animalem.

¶ Determinat quæsitum alia conclusione de beatitudine perfecta patriæ, ista. Ad beatitudinem perfectam &c. vt in principio literæ. Et probat eam clarè, quia omnia bona exteriora, quæ &c. sed beatitudo perfecta, vel est in anima sine corpore &c. vel erit in anima vnita corpori non iam animali, sed spirituali, quod scilicet huiusmodi bonis non indiget. ergo nullo modo. Cũ

¶ Nota circa minorem D.S. quarto contra gentiles. c.84. quòd anima vnitur corpori spirituali, non quasi corpus in resurrectione non habeat eandem naturam quam antea habuit. Sicut aliqui errantes putauerunt corpus transmutandum in spiritum, accipientes occasionem ex verbis Apostoli. 1. Corint. 15. Sed ideo dicitur spirituale, quia spiritui plenè subiectum, & expers omnis corruptionis, & defectus corporalis, nec sequitur legem corporum, quæ nunc est, quia nec vegetatur, nec nutritur, nec generat, & cætera. Et quia etiam cessabunt occupationes actiuæ vitæ, quæ ordinantur hic ad vsum ciborum, & aliorum corporalium, sed sola cõtemplatio remanebit, quare dicitur corpus spirituale; non propter substantiam, & naturam, sed propter qualitatem, & exercitium. Vide D.S. vbi iam. c.83. pulchrè declaratẽ quomodo post resurrectionem non erit vsus ciborum, nec venereorum. Vide in quarto dist.44.q. pri. art.3. quæst. 4. Vide etiam D.S. in postilla 1. Corin. 15. lectione. 6. Deinde ibi.

¶ Et quia in hac vita magis accedit ad similitudinem illius perfectæ beatitudinis fœlicitas contemplatiua, quàm actiua, vtpote etiam Deo similior, vt ex dictis patet. * ideo minus indiget huiusmodi bonis corporis, vt dicitur, in 1. ethicorum.* *Cũ

¶ Elicit ex dictis tale corollarium. Fœlicitas contemplatiua huius vitæ minus indiget huiusmodi bonis corporalibus, &c. Probatur auctoritate Philosophi pri. Ethicorum. Et ratione, quia fœlicitas contemplatiua magis accedit ad similitudinem istius perfectæ beatitudinis, quàm actiua, & igitur minus indiget, quàm vita actiua. Tenet consequentia, quia ista nullo modo indiget. Antecedens patet ex dictis artic. 5. quia contemplatiua est Deo frmilior, & beatitudini patriæ per consequens actiua autem est propria huic vitæ.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem secundam respons.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd omnes illæ corporales promissiones, quæ in sacra scriptura continentur sunt metaphoricæ ricè intelligendæ, secundùm quòd in scripiuris solent spiritualia per corporalia designari, vt ex his, quæ nouimus, ad desiderandum incognita consurgamus, sicut Gregorius dicit in quadam Homelia. * Sicut per cibum, & potum intelligitur delectatio beatitudinis, per diuitias sufficientia, qua homini sufficiet Deus: per regnum exaltatio hominis vsque ad coniunctionem cum Deo. *Greg Homil. 10. in Euang.

¶ Maior conceditur; sed oportet meminisse ex prima parte, quæstio. prima, articulo septimo. quòd quando scriptura sacra loquitur metaphoricè; tunc sensus litteralis non est secundùm significatum proprium nominum, sed quòd per huiusmodi significata representatur, sic cum dicit scriptura brachium Dei, non attribuit Deo membrum corporale, sed quod per ipsum designatur, scilicet fortitudinem, & virtutem operandi. Sic scriptura sub nominibus bonorum corporalium intelligit intelligibilia bona designata per nomina propriè significantia ipsa corporalia, per metaphoram autem ipsa spiritualia, vt animus noster ex his quæ nouit, discat incognita amare.

¶ Et secundum hunc modum dicitur ad minorem, quòd delectatio, quæ est in contemplatione sapientiæ, & assumptio veritatis intelligibilis in intellectu nostro, per vsum ciborum in sacra scriptura designare consueuit, vt etiam habet D.S. in quarto contra Gentiles, capit. 83. Quare negatur consequentia. Vide ibidem, quomodo pulchrè multas auctoritates exponit, quæ videtur sonare vsum futurum corporalium in patria.

¶ Ad secundum dicendum, quòd bona ista deseruientia animali vitæ non competunt vitæ spirituali, in qua beatitudo perfecta consistit, & tamen erit in illa beatitudine omnium bonorum congregatio, quia quicquid bonum inuenitur in istis, totum habebitur in summo fonte bonorum.

¶ Ad maiorem dictum est supra quæstione secunda, & tertia, quia est status perfectus aggregatione omnium bonorum, quia ibi habetur fons omnium bonorum. Secundò habentur omnia bona etiam huius vitæ supereminenter, vt ostendit D. S. tertio contra Gentiles, capit. 63. Quomodo homo ex fœlicitate, quæ prouenit ex visione Dei, habet supereminenter omnia, quæ hic desiderari possunt; sed non oportet, quòd habeat omnia bona huius vitæ formaliter, quia aliqua repugnant patriæ, cum sint bona secundùm quid, quæ deseruiunt vitæ corporali corruptibili, & animali. Minor placet, quòd sunt minima; & per hoc solùm requisita ad vitam imperfectam viæ. Negatur ergo consequentia.

*Aug.lib.1. cap.9.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundùm Augustinum in libro de Sermone Domini in Monte. * Merces sanctorum non dicitur esse in corporeis cœlis; sed per cœlos intelligitur altitudo spiritualium bonorum: nihilominus tamen locus corporeus, scilicet cœlum empyreum aderit beatis, non propter necessitatem beatitudinis, sed secundùm quandam congruentiam, & decorem.

¶ Ad minorem est duplex solutio. Est copiosa in cœlis, &c. in altitudine bonorum spiritualium, quæ designatur per cœlos, prima parte, quæstio. 68. artic. quarto, in fine corp. secundò in cœlis, idest in corporibus cœlestibus, non quia sit præmium, sed locus congruus præmiati. Quare negatur consequentia.

Vtrum ad beatitudinem requiratur societas amicorum.

HAD octauum sic proceditur. Videtur, quòd amici sint necessarij ad beatitudinem; futura enim beatitudo in scripturis frequenter nomine gloriæ designatur; sed gloria consistit in hoc, quòd bonum hominis ad notitiam multorum deducitur: ergo ad beatitudinem requiritur societas amicorum.

Boetius.

¶ 2 Præterea. Boetius dicit, quòd nullius boni sine consortio iocunda est possessio; sed ad beatitudinem requiritur delectatio; ergo etiam requiritur societas amicorum.

¶ 3 Præterea. Charitas in beatitudine perficitur; sed charitas extendit se ad dilectionem Dei, & proximi; ergo videtur, quòd ad beatitudinem requiratur societas amicorum.

¶ Sed contra est, quod dicitur Sap. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, scilicet cum Diuina sapientia, quæ consistit in contemplatione Dei; & sic ad beatitudinem nihil aliud requiritur. Sap.7.

¶ Hic inquirit de alio bono corporali exteriori, scilicet amicis. Secundum philosophum enim nono Ethicorum. Inter bona exteriora amicus videtur esse maximum bonum.

¶ Respondeo dicendum, quòd si loquamur de fœlicitate præsentis vitæ, sicut Philosophus dicit in nono Ethicorum. * Fœlix indiget amicis, non quidem propter vtilitatem, cum sit sibi sufficiens, nec propter delectationem, quia habet in seipso delectationem perfectam in operatione virtutis, sed propter bonam operationem, vt scilicet eis benefaciat, & vt eos inspiciens benefacere delectetur, & vt ab eis in benefaciendo iuuetur. Indiget enim homo ad bene operandum auxilio amicorum, tam in operibus vitæ actiuæ, quàm in operibus vitæ contemplatiuæ. * Arist.c.9. & 21.

¶ D.S. iterum respondet distinctè vt prius, duplici conclusione secundùm duplicem illam beatitudinem dictam. secundam ibi. Sed si loquamur, &c. Prima conclusio est, si loquamur de fœlicitate præsentis vitæ, fœlix indiget amicis. Istam conclusionem D.S. declarat, remouendo falsam causam eius, quia non indiget propter vtilitatem, scilicet præcisam ab honestate, quia fœlix præsupponitur habere sufficientiam temporalium, quæ dicuntur vtilia, nec propter delectationem, scilicet etiam præcisam a bono honesto; quia fœlix habet in seipso delectationem perfectam, scilicet bona virtutis; sed veram causam indigentiæ ponit D. S. quia indiget amicis propter bonam, idest honestam, & virtuosam operationem, vt scilicet &c. & delectetur in eis delectatione, quæ est gaudium de operatione honesta; quod probat sic, quia indiget auxilio amicorum, tam in operibus vitæ actiuæ, quàm in operibus vitæ contemplatiuæ: igitur ille sensus, & conclusio vera. Assumptum patet, quia homo est animal sociale, & ciuile, nec sibi in omnibus sufficit, & ergo indiget alijs, & præsertim amicis honestis, vt habetur in philosopho supra. In contemplatione autem eget instructione aliorum, & doctrinatione de lege communi. Patet ex his, quòd secundùm Philosophum, delectationes sensuales, & corporales non sunt de perfectione beatitudinis etiam viæ, quare Iudæi, & Saraceni, & quidam hæretici, nec iuxta doctrinam philosophi habuerunt sanum iudicium, vel affectum, qui in futura beatitudine putant ad beatitudinem corporales delectationes requiri, vt habet D.S. in quarto, distinct. 44. quæstione prima, artic. tertio, quæst. quarta, ad quartum. Deinde ibi. Conclusio prima. Iudæi bestiales.

¶ Sed si loquamur de perfecta beatitudine, quæ erit in patria, non requiritur societas amicorum de necessitate ad beatitudinem, quia homo habet totam plenitudinem suæ perfectionis in Deo; sed ad benè esse beatitudinis, facit societas amicorum; vnde Augustinus, dicit octauo super Genes. ad litteram, * quòd creatura spiritualis ad hoc, quòd sit beata, non nisi intrinsecùs adiuuatur æternitate, veritate, charitate creatoris; extrinsecùs verò si adiuuari dicenda est fortasse hoc solo adiuuatur, quòd inuicem vident, & de sua societate gaudent. * Auguſt. * Gen.c.25. * q.3.art.8.

¶ Subiungit secundam conclusionem responsiuam de beatitudine perfecta, quæ habetur in patria, istam. Ad beatitudinem, quæ erit in patria, non requiritur societas amicorum de necessitate, sed ad benè esse; probatur prima pars sic, quia homo habet totam plenitudinem suæ perfectionis in Deo; igitur societas amicorum non requiritur. Antecedens patet ex dictis, & intelligitur, quòd homo habet totam plenitudinem, &c. idest summam perfectionem, quæ est essentialiter beatitudo in Deo, idest eius habitione, & visione, quare ad essentiam beatitudinis non requiritur societas amicorum. Secunda pars probatur simul cum prima auctoritate beati Augustini in littera, quia amicus adiuuat, idest est materia gaudij accidentalis in beatitudine; & ita requiritur quo ad benè esse, &c.

ARGVMENTVM in contrarium est pro secunda conclusione. Et intelligitur, quòd per visionem Dei in patria, quæ est sapientia maxima, habentur omnia bona in fonte, & habetur essentialiter beatitudo; & ergo alia non requiruntur de necessitate ad beatitudinem essentialem: habentur etiam omnia alia bona, quæ desiderari possunt per visionem ipsam, sicut per causam, quam concomitantur de facto omnia bona etiam distinctè, inquantum requirit beatitudo: vt habet D. S. tertio contra Gentiles, cap. 63. cum quo stat, quòd amici, & corpus, & huiusmodi re-

quirantur ad beatitudinem accidentaliter, & quo ad bene esse, vt dicit secunda pars secundæ conclusionis.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd gloria, quæ est essentialis beatitudini est quam habet homo, non apud hominem, sed apud Deum.

¶Ad maiorem dicitur, quòd beatitudo essentialis designatur nomine gloriæ, quæ est apud Deum, quia videlicet Deus cognoscit excellentiam hominis, & in hac gloria consistit beatitudo hominis causaliter; sed in cognitione quam homo habet de Deo consistit beatitudo formaliter. In gloria autem, quæ est apud homines, consistit aliquid accidentale beatitudinis. Minor negatur, quòd gloria, ex qua dependet beatitudo essentialis, vel quæ est beatitudo essentialis consistat in hoc, quòd bonum hominis in notitiam multorum deducatur; sed illa fama est accidentalis beatitudini. Quare negatur consequentia, quòd requiratur essentialiter, vide supra quæst.2.artic.3.

¶Ad secundum dicendum, quòd verbum illud intelligitur, quando in eo bono, quod habetur, non est plena sufficientia, quod in proposito dici non potest: quia omnis boni sufficientiam habet homo in Deo.

¶Maior vera est de bono particulari, in quo non habetur omnis sufficientia, quare opus est consortio, per quod defectus suppleatur. Sed negatur de bono sufficienti, vt habet etiam D. S. prima parte, quæst.32.artic.1.ad secundum. Minor conceditur; sed delectatio per se consequens beatitudinem habetur de solo Deo præsente, aliæ delectationes sunt accidentales. Quare negatur consequentia.

¶Ad tertium dicendum, quòd perfectio charitatis est essentialis beatitudini quantum ad dilectionem Dei, non quantum ad dilectionem proximi; vnde si esset vna sola anima fruens Deo, beata esset, non habens proximum, quem diligeret; sed supposito proximo sequitur dilectio eius ex perfecta dilectione Dei; vnde quasi concomitanter se habet amicitia ad perfectam beatitudinem.

¶Ad maiorem dico, quòd charitas perficitur in beatitudine necessariò intensiuè respectu Dei; sed non oportet, quòd de necessitate ad plures se extendat, quàm ad Deum, & seipsum. Minor est vera de facto supposito proximo, sed non est vera ad hunc sensum, quòd de necessitate charitas requisita ad beatitudinem extendat se ad proximum, immo anima vna fruens Deo beata esset, si nullus esset proximus. Quare negatur consequentia.

Quæstio Quinta.

De Adeptione beatitudinis.

DEinde considerandum est de ipsa adeptione beatitudinis. Et circa hoc quæruntur octo. Primum, vtrum homo possit consequi beatitudinem. Secundò, vtrum vnus homo possit esse alio beatior. Tertiò, vtrum aliquis possit esse in hac vita beatus. Quartò, vtrum beatitudo habita possit ammitti. Quintò, vtrum homo per sua naturalia possit acquirere beatitudinem. Sextò, vtrum homo consequatur beatitudinem per actionem alicuius superioris creaturę. Septimò, vtrum requirantur opera hominis aliqua ad hoc, quòd homo beatitudinem consequatur a Deo. Octauò, vtrum omnis homo appetat beatitudinem.

¶Postquam ostensum est quid sit beatitudo essentialiter, & quæ requirantur ad ipsam, ex quibus omnibus fit status aggregatione omnium bonorum perfectus, hic consequenter ostenditur, quomodo acquiritur. Et circa hoc duo facit, quia primò, quod dictum est. Secundò mouet quoddam dubium incidens in articulo octauo.

¶Circa primum, primò præmittit quoddam præambulum ad propositum necessarium, scilicet possibilitatem consecutionis ipsius beatitudinis. Secundò probat intentum artic. 2. vbi patebit subdiuisio, &c.

Vtrum homo possit consequi beatitudinem.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd homo beatitudinem adipisci non possit; sicut enim natura rationalis est supra sensibilem; ita natura intellectualis est supra rationalem, vt patet per Dionysium in libro de diui. nomi. * in multis locis; sed bruta animalia, quæ habent naturam sensibilem tantùm, non possunt peruenire ad finem rationalis naturæ; ergo nec homo, qui est rationalis naturæ, potest peruenire ad finem intellectualis naturæ, qui est beatitudo. *Dionys. cap.1.

¶2 Præterea. Beatitudo vera consistit in visione Dei, quæ est veritas pura; sed homini est connaturale, vt veritatem intueatur in rebus materialibus; vnde species intelligibiles in phantasmatibus intelligit, vt dicitur in tertio de Anima: * ergo non potest ad beatitudinem peruenire. * Arist. text.39.

¶3 Præterea. Beatitudo consistit in adeptione summi boni; sed aliquis non potest peruenire ad summum, nisi transcendat media; cum igitur inter Deum, & naturam humanam media sit natura Angelica, quam homo transcendere non potest; videtur, quòd non possit beatitudinem adipisci.

¶Sed contra est, quod dicitur in Psal. Beatus homo quem tu erudieris Domine.

¶Hic quærit, an possibile sit hominem beatificari, & beatitudinem consequi.

¶Respondeo dicendum, quòd beatitudo nominat adeptionem perfecti boni: quicunque ergo est capax perfecti boni, potest ad beatitudinem peruenire, quòd autem homo boni perfecti sit capax; ex hoc apparet, quòd eius intellectus potest comprehendere vniuersale, & perfectum bonum, & eius voluntas appetere illud; & ideo homo potest beatitudinem adipisci.

¶D.S.respondet tali conclusione, homo potest beatitudinem adipisci. Et intelligitur de vera perfecta beatitudine supernaturali. Quomodo autem possit, patebit articulo quinto. Hanc conclusionem probat duplici ratione, scilicet ex communi ratione beatitudinis, & ex speciali quam ponit ibi. Apparet etiam, &c. Ex prima arguitur sic. Quicunq; est capax perfecti boni, potest ad beatitudinem peruenire; sed homo est capax perfecti boni; ergo conclusio vera. Maior patet, quia beatitudo nominat adeptionem perfecti boni, vt patuit in præcedenti. Minor probatur, intellectus hominis potest comprehendere, scilicet apprehensiuè vniuersale bonum, & perfectum; & eius voluntas potest appetere illud; ergo potest & consequi bonum perfectum, & per essentiam, in cuius consecutione beatitudo essentialiter consistit.

¶Nota, quòd intellectus huius probationis patet ex supradictis, quia vniuersale bonum dicitur, vt distinguitur contra bonum hoc, vel illud; & continet sub se omne bonum; quare si intellectus potest in vniuersale bonum apprehendendo, & voluntas appetendo; potest etiam in bonum perfectum, quod iuxta prædicta habetur per intellectum, & voluntatem. Nec valet dicere contra illam rationem, quòd licet intellectus, quia est boni vniuersalis apprehensibilis possit in bonum perfectum, vt est cognoscibile modo naturali per rationem naturalem, non autem potest consequi bonum perfectum per cognitionem intuitiuam claram in se, quia sic excedit obiectum cognoscibile ab intellectu humano. Hoc inquam non obstat, quia licet intellectus humanus non possit sibi derelictus, & naturaliter adæquatè adæquatione intensiua cognoscere, nisi contentum sub obiecto suo proportionato; tamen adiutus auxilio supernaturali potest consequi per cognitionem, & fruitionem bonum etiam excedens naturalem facultatem, quod tamen non est extra obiectũ adęquatum extensiuè. Nam & bonum perfectum sub ente continetur, quod ponimus obiectum adæquatum extensiuè intellectus nostri.

¶Et ad hunc sensum probat D.S.tertio contra Gentiles. cap.57. quòd non est aliquis intellectus creatus secundùm naturam ita infimus, quin supernaturali sublimatione perfectum bonum consequi possit, perfectum videlicet bonum, quod est bonum extrinsecum, & perfectionem vltimam formaliter inhærentem. Vide & de ista materia Scotum in quarto, distin.49. quæst.8. vbi videtur sibi per rationem naturalem probabile, quòd natura humana sit capax veræ beatitudinis. Scotus

¶Aduerte autem, quòd D.S.quidem dicit, quòd homo sit capax perfecti boni vtroq; modo accepti, scilicet perfecti simpliciter, & perfecti in genere boni creati formaliter inhærentis; sed non dicit, an sit capax naturaliter, vel supernaturaliter: quare scito propter Scotum, ꝙ licet homo sit capax immediatè actuum supernaturalium inquantum intellectualis, & ad imaginem Dei, sed Scotus

sed nõ admittimus, quòd sit in potentia receptiua naturali ad huiusmodi actus, sed solùm obedientiali; nam actum supernaturalem distinguimus à naturali non solùm per comparationem ad agens, quia videlicet sit ab agente supernaturali, ille verò a naturali; sed etiam distinguimus secundùm potentiam receptiuã, quia perfectioni supernaturali respondet potentia obedientialis, naturali verò passiua. Et de hoc infra quæst.113.artic.1c.homo igitur non est in potentia naturali ad perfectum bonum, quod est supernaturale; licet immediatè sit capax luminis gloriæ, & eo mediante sit in proxima dispositione ad bonum perfectum; vnde solet dici, quòd homo in puris naturalibus est capax beatitudinis supernaturalis in dispositione remota, & tamen obedientiali; sed perfusus lumine glorię, est in dispositione propinqua, ita vt etiam actuè concurrere possit. Consequenter ibi.

¶Apparet etiam idem ex hoc, quòd homo est capax visionis Diuinæ essentiæ, sicut in primo habitum est, * in qua quidem visione perfectam hominis beatitudinem consistere diximus. * q.12.ar.1. q.3.art.8.

¶Subiungit secundam rationem, quæ procedit secundùm specialem rationem beatitudinis formalis; & arguitur sic. Homo est capax visionis Diuinæ essentiæ; ergo potest adipisci beatitudinem veram, & perfectam; antecedens patet prima par.quæst.12.artic.1. & ratio nunc etiam tacta est, quia intellectus potest se extendere ad omne ens, & adiutus Diuino auxilio etiam supernaturaliter cognoscibile. Consequentia patet ex dictis quæst.3. artic.8. quia in visione Diuinæ essentiæ diximus consistere perfectam hominis beatitudinem.

¶Aduerte circa istam conclusionem, ꝙ licet modus essendi Dei excedat genericè modum essendi intellectus creati, vtpote esse per se subsistens esse naturaliter vnibile corpori; & per hoc D.S.prima par.vbi iam art.4.probet, ꝙ nec intellectus humanus, nec Angelicus possit naturaliter videre Diuinam essentiã: per hoc tamen non intendit, quin ex gratia videre possit. Excessus enim genericus in modo essendi ipsius cognoscibilis super cognoscentem, facit ne superius naturaliter videatur. Cum hoc autem stat, quòd inferius possit videre adiutum auxilio Diuino supernaturali. Nota.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem, quia homo beatus est, quem Deus erudit per apertã visionẽ.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd aliter excedit natura rationalis sensitiuam, & aliter intellectualis rationalem; natura enim rationalis excedit sensitiuam quantum ad cognitionis obiectum, quia sensus nullo modo potest cognoscere vniuersale, [d] cuius ratio est cognoscitiua: sed intellectualis natura excedit rationalem quantum ad modum cognoscendi intelligibilem veritatem; nam intellectualis natura statim apprehendit veritatem, ad quam rationalis natura per inquisitionẽ rationis pertingit, vt patet ex his, quæ in primo dicta sunt; * & ideo ad id, quod intellectus apprehendit, ratio per quendam motum pertingit; vnde rationalis natura consequi potest beatitudinem, quæ est perfectio intellectualis naturę tamen alio modo, quàm Angeli: nam Angeli consecuti sunt eam statim [d] post principiũ suæ cõditionis, homines autem per tempus peruenium; sed natura sensitiua ad hunc finem nullo modo pertingere potest. Dub.712. *q.89.ar.8. Dub.160.

¶Maior est vera quo ad hoc, quòd vtrobiq; est superioritas; sed non est simile quo ad modum superioritatis, quia rationalis est super sensibilem quo ad genus obiecti, quia habet obiectum immateriale, & vniuersale, in quod non potest sensitiua, quæ solùm est materialium, & particularium; sed intellectualis est supra rationalem solùm quo ad modum naturaliter loquendo, quia intellectualis apprehendit omnem veritatem simplici intuitu: homo autem non omnia simplici intuitu apprehendit, sed aliqua discursiuè; quare concessa minore negatur consequentia, quia ex quo ratio habet pro obiecto etiam vniuersale verum, potest in omne verum sub eo comprehẽsum, & si adiuuetur supernaturali auxilio poterit in verum supernaturale. Sensus autem nunquam potest in vniuersale, vel in immateriale. vide de ista materia huius solutionis, prima par.q.49.art.1.ad primum. vide & infra q.89.art.4.vbi dicetur quid requiratur ad esse discursiuum, vel non discursiuum.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ homini secundùm statum præsentis vitæ est connaturalis modus cognoscendi veritatem intelligibilem per [d] phantasmata; sed post huius vitæ statum habet alium modum connaturalem, vt in primo dictum est. * Dub.190. *q.84.ar.7. & q.89.ar.1.

¶Maior conceditur, minor vera est, connaturale secundùm statum præsentis vitæ intueri veritatem in rebus naturalibus, & per cõuersionem ad phantasmata; sed post animæ separationem alius erit modus connaturalis; sicut & anima reunita corpori glorioso

nõ necessariò intelliget per cõuersionẽ ad phantasmata; ergo, &c. Verũ nõ potest peruenire, dum viuit ſm communem legẽ in corpore corruptibili. Dico autem ſm cõmunem legem, propter Christum, vt habet etiam Scotus in quarto, dist.49.q.12.ad primum.

¶Nota autẽ circa hanc solutionem, quia videri posset repugnãs dictis in prima par.q.89.art.1. vbi D.S.dicit, quòd intelligere per conuersionem ad superiora sit animæ præternaturale, intelligere autem conuertendo se ad phantasmata sit naturale: hic verò dicit, ꝙ anima post hanc vitam habet alium modum connaturalem, & remittit se ad locum iam dictum, vbi dixit modum esse præternaturalem: sed dicendum, ꝙ modus intelligendi animæ separatæ dicitur connaturalis, non secundùm naturam propriã animæ, quia vt sic habet naturaliter esse in corpore, & intelligere per cõuersionem ad phantasmata; sed est connaturale, inquantum participat substantias separatas, & quasi secundùm naturam communem; sicut dicimus, quòd motus circularis ignis in sphæra sua est præter naturam particularem, & tamen secundùm naturam communem; cum quo stat, quòd est præternaturalis naturæ animę secũdùm naturam propriam. Secundò potest dici, ꝙ est connaturalis modus intelligendi animæ separatæ, vt connaturale distinguitur contra violentum; & opponitur ei, quod est contra naturam, sed non, vt distinguitur contra præternaturale, vt D.S.ibidem habet. Modus intelligendi animæ separatæ est connaturalis.

¶Ad tertium dicendum, quòd homo non potest trãscendere Angelos gradu naturæ, vt scilicet naturaliter sit eis superior: potest tñ eos transcendere per operationem intellectus, dum intelligit aliquid super Angelos esse, quod homines beatificat: quod cum perfectè consequetur, perfectè beatus erit.

¶Maior conceditur, ad minorem, vera in per se ordinatis in esse, vel operari. Ad subsumptam dico, quòd natura Angelica est media quo ad gradum naturæ, quem homo non potest transcendere, sed tamen non est media quo ad visionem, sic quòd non sit immediatè capax Diuinæ visionis, nisi mediante Angelo. Negatur etiam, quòd non contingat per operationem transcendere Angelum in ratione obiecti; ita quòd nõ possit intelligere maius intelligibile, quàm Angelicum. Quare negatur consequentia; & stat fundamentum in hoc, ꝙ esse intellectuale magis vel minus perfectum non facit, quin quælibet intellectualis natura virtute supernaturali ad visionem Dei perduci possit.

Vtrum vnus homo possit esse alio beatior.

K

AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ vnus homo alio nõ possit esse beatior; beatitudo enim est præmiũ virtutis, vt philosophus dicit in primo Ethicorum; * sed pro operibus virtutum omnibus equalis merces redditur: dicitur enim Matth.20. quòd omnes, qui operati sunt in vinea, acceperunt singulos denarios, quia vt dicit Greg.* ęqualem ęternæ vitæ retributionem sortiti sunt: ergo vnus non erit beatior alio. 4.distin.49. q.1.artic.4. quæst.2. * Arist.c.9. * Greg.Homil.19.in Euang.1.

¶2 Præterea. Beatitudo est summum bonum, sed summo non potest esse aliquid maius: ergo beatitudine vnius hominis non potest esse alia maior beatitudo.

¶3 Præterea. Beatitudo cum sit perfectum, & sufficiens desiderium hominis quietat: sed nõ quietatur desiderium, si aliquod bonum deest, quod suppleri possit; si autem nihil deest, quod suppleri possit, non poterit esse aliquid aliud maius bonum, ergo vel homo non est beatus, vel si est beatus, non potest alia maior beatitudo esse.

¶Sed contra est, quod dicitur Ioã.14. In domo patris mei mansiones multæ sunt, per quas vt Aug. dicit, * diuersæ meritorum dignitates intelliguntur in vita ęterna: dignitas autem vitæ ęternæ, quę pro merito datur, est ipsa beatitudo; ergo sunt diuersi gradus beatitudinis, & non omnium est ęqualis beatitudo. * De S.virgin.cap.26. tract.67.in Ioannem.

¶Ostensa possibilitate consequendi beatitudinẽ, hic D.S.ostendit modum consequendi. Et circa hoc duo facit; primò ostendit modum consequendi ex parte subiecti, quomodo. s. homo acquirat beatitudinẽ; secundò ostendit ex parte principij, per quid. s. homo acquirat beatitudinem, art.5. Circa primum, primò ostenditur modus acquirendi beatitudinẽ quantũ ad gradũ beatitudinis; secundò quantum ad tempus. s. quando acquiratur, an in hac vita.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictũ est, in ratione beatitudinis duo includuntur, scilicet ipse finis vltimus, qui est summum bonum, & adeptio, vel fruitio ipsius boni. * q.1.art.3. & q.2.art.7. & q.3.art.1.

¶D. S. primò resumit quandam distinctionem bimembrem; secundùm quam secundò respondet conformiter duplici conclusione; primam ponit ibi. Quantum igitur, &c. secundam ibi. Sed quantum, &c. Dicit ergo, quòd in ratione beatitudinis duo includuntur, &c. vt in littera.

¶Aduerte autem, quòd ratio beatitudinis dicitur includere hic duo, sicut videlicet partes quasi integrales materiæ beatitudinis, vel pertinentium ad beatitudinem, quia scilicet duo sunt, quæ integrant beatitudinem, obiectum, & eius adeptio; sicut ratio hominis dicitur consistere in carnibus, & ossibus.

¶ Et aduerte circa secũdum membrum, quòd quia ad beatitudinem etiam formalem duo pertinent; vnum, quod est essentialiter beatitudo; aliud, quod est per se accidens; & quia secũdùm vtrunq; potest vnus alio esse beatior; ideo D.S. loquitur de adeptione, & fruitione; supponens ex prioribus, quomodo diuersimodè ad beatitudinem pertineant; & ideo non oportet nunc vertere in dubium quid sit beatitudo; nec D.S. hic intendit hoc tractare; sed ostendere, quòd in beatitudine, quæ visionem, & comprehensionem complectitur; vnus est alio maior. Consequenter cum dicit.

¶Quantum igitur ad ipsum bonum, quod est beatitudinis obiectum & causa, non potest esse vna beatitudo alia maior; quia nõ est nisi vnum summũ bonum. s. Deus, cuius fruitione homines sunt beati.

Conclusio prima. ¶Respondet iuxta primum membrum tali conclusione. Quantum ad bonum, quod est beatitudinis obiectum & causa, nõ potest esse vna beatitudo maior alia; & per cõsequens nec vnus alio beatior; probatur, quia non est nisi vnum bonum, scilicet Deus, cuius fruitione homines sunt beati; ergo conclusio vera. Tenet consequentia; quia vnum non est maius, & minus seipso; & quia nullus est beatus, nisi per illud idem bonum; ideo nullus hoc modo est alio beatior; antecedens patet. Consequenter ibi.

Probatur conclusio. ¶Sed quantum ad adeptionem huiusmodi boni, vel fruitionem, potest aliquis alio esse beatior, quia quanto magis hoc bono fruitur, tanto beatior est: contingit autem aliquem perfectius frui Deo, quàm alium ex eo, quòd est melius dispositus, vel ordinatus ad eius fruitionem; & secundùm hoc potest aliquis alio esse beatior.

Conclusio secunda. ¶Determinat quæsitum iuxta secundum membrum prædictum tali conclusione responsiua. Quantum ad adeptionem huiusmodi boni, vel fruitionem, vnus potest esse alio beatior; probatur, quia quanto magis hoc bono fruitur, tanto est beatior; sed contingit vnum aliquem perfectius frui Deo, quàm alium; ergo, &c. Maior patet de se, quia fruitio est beatitudo, & includit præsuppositiuè adeptionem. Minor patet, quia vnus est alio melius dispositus, & melius ordinatus ad eius fruitionem: ergo minor vera. Tenet consequentia, quia ex meliori dispositione sequitur melior operatio,

¶Nota circa hanc probationem minoris, quòd sub istis paucis verbis D. S. multa comprehendit, quæ alibi extensè ponit. In hoc enim quòd dicit vnum esse melius dispositum, tangit rationem propinquam maioritatis beatitudinis, quia videlicet dispositio proxima est habitus patriæ perficiens immediatè ad operationem beatificam, scilicet lumen gloriæ; & hoc erit perfectius in vno, quàm in alio. Et hanc rationem maioritatis beatitudinis assignat D. S. in quarto, distinctio. 49. quæst. 1. articu. 4. quæst. 2. In hoc autem, quòd dicit, quòd vnus sit melius ordinatus, tangit dispositionem remotam per viam meriti ad maiorem beatitudinem, quia videlicet ille erit beatior, qui habet maiora merita ex maiori charitate ille est melius ordinatus; nam finis proportionabiliter respondet his, quæ sunt ad finem. Quare oportet, quòd sicut aliqui diuersimodè præparantur ad finem; ita diuersimodè participent finem; sed non omnes æqualiter præparantur. Quidam enim sunt maioris virtutis, & quidam minoris virtutis. Virtus autem est via ad fœlicitatem ordinans, quare vnus est maioris fœlicitatis, & beatitudinis, quàm alius. Et hanc rationem ponit D. S. tertio contra Gentiles, cap. 58. in quarta ratione. vbi & alias rationes vide. In prima autem parte, quæst. duodecima, arti. sexto, vtrumq; ponit.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat secundam conclusionem responsiuam; quia mansio, & dignitas meritorum idem est, quòd beatitudo formalis, & adeptio, vel fruitio; vnde sicut omnia læuia quærunt manere sursum; & tamen id, quod est maioris læuitatis, consequitur in loco sursum altiorem mansionem; ita omnes beati consequuntur eundem Deum, qui autem melius dispositus est, consequitur altiorem gradum beatitudinis, vt habet D. S. in quarto, vbi iam. quæst. 3.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd vnitas denarij significat vnitatem beatitudinis ex parte obiecti; sed diuersitas mansionum significat diuersitatem beatitudinis secundùm diuersum gradum fruitionis.

¶Maior vera, sed vt patuit in principio. Ratio beatitudinis includit duo, ex quibus integratur beatitudo alicuius beati, videlicet obiectum, vel causam, & consecutionem eius.

¶Ad minorem distinguitur, quia redditur æqualis, immo vna merces obiectiuè, & causaliter; sed non vna merces formalis inhærens. Et hoc est dicere secundùm D. S. contra Gentiles supra, quòd idem est, quod beatos facit, non tamen omnes ab eo æqualiter beatitudinem capiunt. Idem enim datur ad videndum, & fruendum; sed non ad æqualiter, & eodem modo videndum propter alietatem dispositionis in diuersis. Ad probationem minoris dico, quòd probat eandem esse mercedem, quæ beatos facit; ergo, &c. Verum, vnus non est beatior, vt dicit prima conclusio quantum ad obiectum, &c.

¶Ad secundum dicendum, quòd beatitudo dicitur esse summum bonum, inquantum est summi boni perfecta possessio, siue fruitio.

¶Ad maiorem, quantum ad causam, vel obiectum beatitudinis est summum bonum simpliciter extra genus. Beatitudo autem creaturæ est summum bonum humanum, & hoc secundùm speciem. Dico autem, quòd aliquod creatum potest esse summum in aliquo genere secundùm speciem. Et tamen possunt esse diuersi gradus in eadem specie huiusmodi summi boni. Sicut ponit D. S. in quarto, supra quæstio. secunda, ad secundum. Exemplum de igne, qui est subtilissimus corporum specie; & tamen vnus ignis altero subtilior esse potest. Similiter habentur alia exempla ex D. S. in de Virtutibus, quia charitas est nobilissima virtus secundùm speciem, & vna est maior alia in eadem specie. Similiter homo est nobilissimum animalium, & tamen vnus est nobilior altero in eadem specie, & tamen quilibet est nobilior quolibet alio animali.

Possunt esse diuersi gradus summi boni creati

¶Ad minorem, summo principio nihil est maius, nec aliquid potest addi, quia est esse per se subsistens, cui repugnat additio, vt habetur prima par. quæst. 3. artic. 9. ad primum. & primo contra Gentiles. Sed dico summo. Secundo modo potest esse aliquod maius, non quidem in specie, quasi posset esse perfectio hominis aliqua, quæ est maior in specie; sed potest infra eandem speciem vnum esse maius alio, sicut patuit circa maiorem; ergo, &c. Negatur consequentia, quia vna est maior beatitudine alterius, non specie, sed in gradu eiusdem speciei.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nulli beato deest aliquod bonum desiderandum, cum habeat ipsum bonum infinitum, quod est bonum omnis boni, vt Aug. dicit; * sed dicitur aliquis alio beatior ex diuersa eius boni participatione: additio autem aliorum bonorum non auget beatitudinem, vnde Aug. dicit in 5. confess. Qui te, & alia nouit, non propter illa beatior; sed propter te solùm beatus.

* Aug. 5. de ciuit. Dei. cap. vltimo.

¶Primò dicitur iuxta D. S. hic ad maiorem, conceditur. Ad minorem respondet. D. S. conceditur, ꝙ nulli beato deest aliquod bonum, quod suppleri possit, quia quilibet habet infinitum bonum ad istam; si autem. Dico, ꝙ nihil deest, quod suppleri possit, quod faciat ad beatitudinẽ, quia habet Deum, propter quem solùm aliquis beatus est. Et conceditur, ꝙ non potest esse aliquod maius bonum; sed negatur secunda pars consequentis, quia vnus est beatior alio, non quia habeat maius bonum, sed propter maiorem participationem eiusdem boni; & quia vnus in vno Deo plura quasi habet videndo, non tamen est beatus per illa plura visa; sed pluralitas visorum arguit maiorem visionem Dei; & per hoc sequitur, ꝙ est beatior ex maiori participatione Dei, quia non propter ista est quis beatus, sed propter Deum; & per consequens si ipsa videat, vt sic non est beatior; sed quia magis videt Deum, de hoc in prima par. quæst. 12.

An quilibet beatus desideret gradum beatitudinis magis beati.

¶Nota autem circa illam solutionem, quòd potest esse dubium, an minus beatus desideret gradum beatitudinis magis beati. Et si sic, videtur quòd desiderium suum non sit satiatum; videtur autem, quòd desideret; quia potest hoc desiderare secundùm appetitum rectum cum se naturale desiderium ad hoc extendat. Ad hoc dicit D. S. in quarto, supra quæst. 2. ad tertium. quòd in beatis erit perfecta charitas; vnde quilibet plus diligit Deum, quàm seipsum; & ideo magis volet id, quod est conueniens Deo, quàm id quod esset melius ei; & ideo magis volet iustitiam Diuinam saluari in hoc, quòd ipse minus habeat, quod est Deo conuenientius, quàm in hoc, quod plus habeat, quod esset melius sibi: hæc ille. Hanc sententiam sequitur Scotus in tertio, distinctione decimatertia, ad argumenta circa tertiam conclusionem, vbi in substantia respondet ad idem argumentum, ad quod D. S. vbi iam. Dicit autem Scotus primò, quòd beatus habet, quicquid potest rectè velle de potentia Dei ordinata, vel si loquamur de potentia absoluta, habet quicquid potest absolutè velle ad hunc sensum, quia habet quicquid Deus vult eum velle. Deus autẽ non vult eum velle maiorem gloriam quàm habeat. Et postea dicit, quòd licet appetitus naturalis cuiuscunque voluntatis posset perfici

Scotus sequitur prima.

perfici summa gloria, non tamen patitur violentiam si non perficiatur, quia non habet potentiam actiuam intrinsecam ad ipsam. Vnde potest quietari in minima. Et postea dicit voluntas libera non semper est recta si consonet voluntati naturali, sed tantùm quando cum hoc consonat voluntati superiori scilicet Diuinæ, quando vult, quod Deus vult eam velle. Quandoque autem Deus vult voluntatem liberam consonare suæ voluntati, & dissonare appetitui naturali, vide ipsum. Vbi patet, quòd voluntas libera est contentata, & quietata, licet appetitus naturalis sit ad maiorem beatitudinem, licet non habendam per principium intrinsecum. Sed. D. S. tertio contra Gentiles. cap. 58. aliter dicit, quòd videlicet appetitus naturalis substantiæ intellectualis Diuinam substantiã videntis omnino quiescat, quia videlicet beatus consequitur cognitionem omnium ad quæ appetitus naturalis se extendit, & licet vnus alio perfectius videat, quilibet tamen ita perfectè videt eum, quòd impletur tota capacitas naturalis, quinimmo ipsa visio omnem capacitatem naturalem excedit, vide ibidem. Patet igitur, quòd secundùm. D. S. nullus beatus appetit naturaliter esse beatior quàm sit, & quia appetitus deliberatus est omnino conformis voluntati Diuinæ, vt habet. D. S. in. 4. ideo cum differentia beatitudinis, stat in omnibus beatis quietatio plena.

¶ Aduerte autem, quòd quilibet beatus cognoscit omnia genera, & species, & ordinem rerum, & tamen vnus est beatior alio, quia non solum videt ista prædicta, sed adhuc multa factibilia, & non facta, & etiam particularia multa ad quæ cognoscenda non fertur intentio naturæ, licet quilibet vt dictum est cognoscat omnium specierum naturas, & virtutes, & propria accidentia. Vnde anima Christi videt etiam omnia particularia, & quæ Deus nouit notitia visionis, & cum hoc multa quæ potest, & nunquam erunt, vide Capreo. in tertio. dist. 14. q. 2.

¶ Nota etiam circa solutionem hanc, quia posset esse dubium, cum sit idem actus quo videtur Deus, & creatura, quomodo dicatur esse perfectius vnius quàm alterius. Sed vide Capreolum vbi iam, quæstione prima ad primum, contra primam conclusionem, secundo loco inductam in fine, quia potest intelligi tripliciter; primò, quòd Deus, & creatura videantur æquè perfecto actu, & sic dicitur, quòd per æqualem, & vnum actum videtur Deus, & creatura, secundò posset intelligi, quòd per vnum actum æquè comprehendatur Deus sicut creatura, vel quòd per eundem actum ita adæquatur tota cognoscibilitas Dei sicut creaturę. Et isto modo dicitur, quòd per istum actum perfectius cognoscitur creatura quàm Deus, quia creatura comprehenditur non Deus. Tertio modo, quòd iste actus habeat tantam perfectionem ex obiecto creato sicut ex increato, & hoc modo dicitur, quòd maior perfectio est in actu isto ex hoc, quòd est respectu Dei, quàm ex hoc, quòd est respectu creaturæ. Nam ratione primi dicitur beatificus, non ratione secundi, & hoc intendit. D. S. in ista solutione cum dicit. Additio aliorum bonorum non auget beatitudinem essentialem nec etiam, scilicet vt videntur in Diuina essentia, licet à posteriori arguant maiorem visionem Dei. Plura enim videre in causa, & perfectius videre causam, sunt conuertibilia, licet ex im cognitio effectus vel conclusionis non sit causa cognitionis causæ, tamen cognitio maior effectus præexigit maiorem cognitionem principij vel causæ, quod Scotus in tertio distin. 24. quæst. 2. aduertere noluit, &c.

Vtrum aliquis possit esse in hac vita beatus.

L Infra art. 5. co. & q. 62. art. 1. or. & 3. dist 27. q. 2. art. 2. cor. Et 4. di 49 q. 1. a. 2. q 2. ad. 5. Et Veri q. 14. art. 2. cor. Et 1. Eth. Lect. 16. fin.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd beatitudo possit in hac vita haberi; dicitur enim in psalmis. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini, hoc autem in hac vita contingit, ergo aliquis in hac vita potest esse beatus.

¶ 2 Præterea, imperfecta participatio summi boni non adimit rationem beatitudinis, alioquin vnus non esset beatior alio; sed in hac vita homines possunt participare summum bonum cognoscendo, & amando Deũ licet imperfectè, ergo homo i hac vita potest esse beatus.

¶ 3 Præteræa, quod ab omnibus dicitur non potest totaliter falsum esse, videtur enim naturale; quod in pluribus est, natura autem non totaliter deficit; sed plures pounnt beatitudinem in hac vita, vt patet per illud psalm. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt, scilicet præsentis vitæ bona, ergo aliquis in hac vita potest esse beatus.

¶ Sed contra est, quod dicitur Iob. 14. Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs, sed beatitudo excludit miseriam, ergo homo in hac vita non potest esse beatus.

¶ Hic D. S. ostendit modum consequendi beatitudinem quantum ad tempus. An videlicet homo eam possit consequi in hac vita mortaliter viuens, & secundùm legem communem.

¶ Respondeo dicendum, quòd aliqualis beatitudinis participatio in hac vita haberi potest, perfecta autem; & vera beatitudo non potest haberi in hac vita; & hoc quidem potest considerari dupliciter. Primò quidem ex ipsa communi beatitudinis ratione, nam beatitudo cum sit perfectum, & sufficiens bonum omne malum excludit, & omne desiderium implet, in hac autem vita nõ potest omne malum excludi, multis enim malis præsens vita subiacet quæ vitari non possunt, & ignorantiæ ex parte intellectus, & inordinatæ affectioni ex parte appetitus, & multiplicibus pœnalitatibus ex parte corporis, vt August diligenter prosequitur. 19. de ci. Dei. * cap. 5. 6. 7. & 8.

¶ D. S. respondet tali conclusione. Aliqualis beatitudinis, &c. vt in principio litteræ, & habet duas partes. Primam D. S. non probat in cor. Sed probatur primo argumento ante contrarium, & declaratur in solutione eiusdem. Patet quoque ex supradictis, quia & in hac vita habetur cognitio recta de Deo etiam supernaturalis, & virtuosa operatio, sed hoc est habere aliqualem participationem, igitur, &c. Secunda autem pars probatur dupliciter, secundò ibi. Secundò si &c. Primò ex communi ratione beatitudinis sic. Beatitudo vera excludit omne malum, & omne desiderium implet; sed in hac vita non potest omne malum excludi, nec desiderium boni in hac vita satiari potest, igitur. Maiorem probat, quia beatitudo vera est bonum perfectum, & sufficiens, ergo quia bonum perfectum, ideo excludit omne malum, & quia sufficiens ideo satiat, & implet desiderium. Et stat fundamẽtum in hoc, quia perfectum bonum est, quod caret omni admixtione mali, sicut perfectum album est, quod est omnino impermixtum nigro. Minorem D. S. probat primò, & ponit quo ad primã partem, secundò quo ad secundam, ibi. Similiter etiã, &c. probatur ergo prima pars tam de malis animæ, quàm de malis corporalibus, vide de ista probatione. D. S. tertio contra Gentiles. ca. 48. in quinta ratione. Deinde cum dicit.

¶ Similiter etiam boni desiderium in hac vita satiari non potest, naturaliter enim homo desiderat permanẽtiam eius boni, quod habet; bona autem præsentis vitæ transitoria sunt, cum & ipsa vita transeat, quam naturaliter desideramus, & eam perpetuò permanere vellemus, quia naturaliter homo refugit mortem, vnde impossibile est, ꝙ in hac vita vera beatitudo habeatur.

¶ Subiungit secundam partem minoris principalis, quam probat sic, quia homo naturaliter desiderat permanẽtiam boni, quod habet; sed bona præsentis vitæ non manent, immo nec vita quæ est maximè naturaliter desiderata, igitur homo hic non satiatur, immo si esset aliqua fœlicitas in hac vita, & ipsa per mortẽ amitteretur, vt habet. D. S. vbi iam in octaua ratione. Deinde ibi.

¶ Secundò si consideretur id in quo specialiter beatitudo [d] consistit, scilicet visio Diuinæ essentiæ, quæ non potest homini prouenire in hac vita, vt in primo ostensum est. * ex quibus manifestè apparet, quòd non potest aliquis in hac vita veram & perfectam beatitudinem adipisci.

Dub. 472.

* prima parte. q. 12. art. 11.

¶ Probat secundò eandem secundam partem conclusionis ratione speciali beatitudinis verę, & arguitur sic. Beatitudo consistit in visione Diuinæ essentiæ, sed ista non potest homini prouenire in hac vita ergo, &c. Maior patuit. q. 3. Minor patet prima parte. q. 12. art. 11. Ex his duabus rationibus. D. S. infert secundam partem conclusionis probatam.

Quare mortalitas repugnat beatitudinis.

¶ Nota pro explicatione horum, quòd beatitudo, & vita mortalis non compatiuntur se non propter defectum potentiæ agentis, potest enim Deus ex parte sui ita dare lumen gloriæ, quod est proxima dispositio ad beatitudinem, in hac vita, sicut post mortem. Similiter non repugnat beatitudo, & mortalitas ex propria natura, & ratione, alias mortalis nunquam posset recipere beatitudinem essentialem, cuius oppositum apparuit in Christo. Repugnant ergo ratione effectuum. Effectus enim naturaliter mortalitatis sunt multæ inordinationes, & defectus, de quibus tactum est in probatione prima. Similiter mortalem vitam consequitur modus intelligendi per conuersionem ad phantasmata, quæ omnia repugnant effectui beatitudinis, quæ dat omnem perfectionem, & consistit in modo intelligendi sine phantasmatibus vnde patet, quòd si detur alicui mortali homini beatitudo, est miraculum, & quia datur, & quia res naturalis impeditur ab effectu naturaliter consequente, sic in Christo miraculosè cohibiti sunt effectus mortalis naturæ, scilicet rebellio sensualitatis, & repugnantia contra rationem, & huiusmodi. Similiter per miraculum fuit, quòd

quòd potuit intelligere sine conuersione ad phantasmata, vt patet tertia parte.q.11.ar.2.& alibi, vt tertio contra Genti. ca.47. Vnde semper fuit miraculum vsque ad mortem, quòd in Christo simul fuerunt beatitudo, & mortalitas propter repugnantiam effectuũ. Similiter fuit miraculum in Paulo tempore raptus, quam tamen visionem Deus potuisset miraculosè continuasse, vide Scotum in 4.dist.49.q.10.de hac materia. Patet ex his quòd D. S. in hoc articulo loquitur de lege communi, & cursu naturæ, secundum enim ista non habetur beatitudo perfecta in hac vita mortali ratione dicta. Vide D. S. supra contra Genti. vbi plures pro hac conclusione adducit rationes atque auctoritates.

Scotus.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat secundam partem conclusionis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd beati dicuntur aliqui in hac vita, vel propter spem beatitudinis adipiscendæ in futura vita, secundùm illud Rom.8. Spe salui facti sumus; vel propter aliquam participationem beatitudinis secundùm aliqualem summi boni fruitionem.

1.q.4.ar.2.qu.

¶ Ad maiorem, Immaculati in via sunt beati secundùm aliquã participationem veræ beatitudinis, vel propter spem. Non autem dicuntur beati vera beatitudine, immo genericè distinguitur beatitudo quæ est cognitio Dei in via, à beatitudine quæ est cognitio patriæ, ergo, &c. verum iuxta primam partem conclusionis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd participatio beatitudinis potest esse imperfecta dupliciter. Vno modo ex parte ipsius obiecti beatitudinis, quod quidem secũdùm sui essentiam non videtur, & talis imperfectio tollit rationem veræ beatitudinis. Alio modo potest esse imperfecta ex parte ipsius participantis, qui quidem ad ipsum obiectum beatitudinis secundùm seipsum attingit, scilicet Deum, sed imperfectè per respectum ad modum quo Deus seipso fruitur, & talis imperfectio nõ tollit veram rationem beatitudinis, quia cum beatitudo sit operatio quædam, vt supra dictum est. * vera ratio beatitudinis consideratur ex obiecto, quod dat speciem actui, non autem ex subiecto.

* q.3.ar.2.

¶ Maior distinguitur si intelligitur, quòd imperfecta participatio ex parte obiecti non adimat rationem beatitudinis negatur, quia videlicet non habetur obiectum beatificum in se clarè facialiter, quia omnis cognitio quæ non est Dei per essentiam immediatè non est beatitudo, sed alterius speciei vel generis à vera beatitudine. Et est ratio, quia nulla talis est adeptio summi boni in se. Si autem intelligitur maior, quòd imperfecta participatio comparatiua ex parte subiecti non adimit rationem veræ beatitudinis conceditur, quia talis potest habere speciẽ veræ beatitudinis, quia adeptio Dei in se, esto non habeatur ex parte subiecti perfecto modo simpliciter, sicut & vera charitas quæ est in via, licet non habeatur modo perfectissimo, specĩes enim actionum, & operationum sumitur ex obiecto non subiecto. Et quia visio maior, & minor ex parte subiecti sunt eiusdem obiecti, ideo in eadem specie. Ad probationem maioris dico, quòd probat secundum intellectum, & verum, quia vnus est beatior alio ex parte subiecti, non obiecti, vt patuit art.2.

2.art.2.ad.

¶ Ad minorem dico, quòd in hac vita participant imperfectè ex parte obiecti, quia Deus obijcitur viatoribus vt obiectum non visum in se, & ergo hic non solùm est imperfectio ex parte subiecti, sed etiam obiecti, in patria autem obijcitur, & habetur ab omnibus in se clarè. Quare negatur consequentia.

Deus visus & non visus diuersa obiecta sunt.

¶ Aduerte ex hac solutione, quia Deus visus, & non visus sunt obiecta diuersarum rationum, & specificè distincta, & quòd in ratione obiecti Deus visus in se distinguit à seipso cognito absq; clara visione. Et per hoc sequitur, quòd D.S. hic intendit, quòd cognitiones Dei clarè in se cogniti, & cogniti obumbraticè, vel per creaturas distinguntur specie, & sunt diuersarum rationum, & vna est verè beatifica, alia nullo modo, & concordat Scotus vbi statim, cum dicit, licet idem sit obiectum potentiæ, & natura eiusdem in se, & absolutè considerando, tamen obiectum illud sic materialiter idem benè distinguitur secundùm diuersos status, & dispositiones potentiæ, vnde obiectum proprium vnius status, & alterius differunt plus quàm specie, &c. hæc ille, & benè, patet autem quomodo pulchrè, & benè contradicit his quæ posuit in primo. dist. prima. q.4. vbi arguebat contra D.S. & assumpsit, quòd Deus visus differat à seipso non viso solùm sicut magis, & minus approximatum obiectum, hic autem dicit, quòd obiectum proprium vnius status, scilicet Deus visus in se in patria, differt ab obiecto alterius status, scilicet à seipso non clarè viso, plus quàm specie, vnde patet, quòd hic ostendit se non falsum, sed verum impugnasse sicut & semper facit, quotiẽscunq; solidè. D.S. doctrinæ se opponit.

Scotus seipsum arguit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd homines reputant in hac vita esse aliquam beatitudinem propter aliquam similitudinem veræ beatitudinis, & sic non ex toto in sua æstimatione deficiunt.

¶ Maior dicit notanter non totaliter, quia vt habet. D.S. in 4. dist.49.q.1.ar.1.q.1.ad primum, multorum opinionem non est necesse veram esse simpliciter, sed secundùm partem.

¶ Ad minorem dico, quòd non ponunt veram beatitudinem sed aliquam similitudinem, quia scilicet abundans in bonis temporalibus habet aliqualem sufficientiam, quæ plena in beatitudine inuenitur. Quare negetur consequentia. Vide de materia huius articuli D.S. in quarto, vbi iam quæst 4.

Vtrum beatitudo habita possit ammitti.

M 1.q.4.ar. 2.con. dis.4.q. 2.con. 3.con. 61.dic. opuscu. 16.a. 24.q. 10. lec. 10.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd beatitudo possit ammitti, beatitudo enim est pfectio quædam, sed omnis perfectio ineſt perfectibili secundùm modum ipsius; cum igitur homo secundùm naturam suam sit mutabilis, videtur, quòd beatitudo ab homine mutabiliter participetur, & ita videtur, quòd homo beatitudinem possit ammittere.

¶ 2 Præterea, beatitudo consistit in actione intellectus qui subiacet voluntati, sed voluntas se habet ad oppositа, ergo videtur, quòd possit desistere ab operatione, qua homo beatificatur, & ita homo desinet esse beatus.

¶ 3 Præterea, principio respondet finis, sed beatitudo habet principium, quia homo non semper fuit beatus, ergo videtur, quòd habeat finem.

¶ Sed contra est, quod dicitur Matth. 25. de iustis, ibunt in vitã æternam, quæ vt dictum est * est beatitudo sanctorum, quod autem est æternum non deficit, ergo beatitudo non potest amitti.

* am. iust.

¶ Hic D.S. de conseruatione beatitudinis habitæ quærit, an possit ammitti.

¶ Respondeo dicendum, quòd si loquamur de beatitudine imperfecta qualis in hac vita potest haberi, sic potest ammitti, & hoc patet in fœlicitate contemplatiua, quæ ammittitur vel per obliuionem, puta cum corrumpitur scientia ex aliqua ægritudine: vel per aliquas occupationes, quibus, totaliter abstrahitur aliquis à contemplatione.

¶ D.S. iuxta distinctionem supra habitam de beatitudine perfecta, & imperfecta, dupliciter respondet. Primò secundùm imperfectam beatitudinem. Secundò quo ad perfectam, ibi. Si verò, &c. Primum facit tali conclusione respõsiua. Si loquamur, &c. vt in principio litteræ. Hanc conclusionem primò probat, secundò ex dictis infert quoddam corollarium, ibi. Et quia, &c. Probatur autem per viam diuisionis, quia tam cõtemplatiua, quàm actiua potest ammitti ergo, &c. consequentia nota. Probat autem antecedens sigillatim pro vtraque parte, secundam probat ibi. Patet etiam, &c. Primam partem antecedentis sic, quia fœlicitas contẽplatiua potest ammitti vel per obliuionẽ, &c. Et secundùm D.S. 3. contra Genti. c.48. in octaua ratione. Cuilibet homini possibile est in hac vita accidere morbos, quibus totaliter ab operatione virtutis impeditur. Sicut frenesim, & alia huiusmodi, in quibus impeditur vsus rationis. Quare beatitudo viæ est amissibilis etiam contemplatiua, quæ necessariò requirit vsum rationis. Consequenter cum dicit.

¶ Patet etiam idem in fœlicitate actiua, voluntas enim hominis transmutari potest vt in vitium degeneret à virtute, in cuius actu principaliter consistit fœlicitas: si autem virtus remaneat integra, exteriores transmutationes possunt quidem beatitudinem talem perturbare inquantum impediunt multas operationes virtutum, non tamen possunt eam totaliter auferre, quia adhuc remanet operatio virtutis, dum ipsas aduersitates homo laudabiliter sustinet.

¶ Subiungit secundam partem prædicti antecedentis, quam probat sic. Fœlicitas actiua consistit in actu virtutis, scilicet moralis quæ perficit voluntatem & appetitum, sed voluntas hominis in hac vita transmutari potest de virtute in vitium.

¶ Notat autem D. S. quòd si voluntas non transmutetur modo dicto, & virtus permaneat, tunc quidem potest perturbari, sed nõ totaliter tolli, quia & ipsas exteriores molestias laudabiliter ferre, est vitæ beatæ actiuæ.

¶ Et

¶ Et quia beatitudo huius vitæ ammitti potest, quod videtur esse contra rationem beatitudinis, ideo philosophus dicit in 1. Ethicor. * aliquos esse in hac vita beatos non simpliciter, sed sicut homines quorum natura mutationi subiecta est.

* cap.10.

¶ Infert ex dictis per modum corollarij conuenientiam cuiusdam dicti Aristo. in primo Ethicorum, quia conuenienter asseruit aliquos beatos in hac vita vt homines. Et ratio patet ex iam dictis, quia beatitudo vitæ huius ammitti potest, quod est contra rationẽ veræ beatitudinis, de cuius ratione secundùm communem animi conceptionem est stabilitas.

¶ Aduerte tamen, quòd ex ista philosophi auctoritate non soluitur quin homo ad veram, & perfectam fœlicitatem perti ngere possit; licet in hac vita beatitudo secundùm perfectam rationem hominibus non possit adesse. Vide D.S. vbi supra statim post octauam rationem.

¶ Si verò loquamur de beatitudine perfecta quæ expectatur post hanc vitam sciendum, quòd Origenes * posuit (quorũdam Platonicorum * errorem sequẽs,) quòd post vltimam beatitudinem homo potest fieri miser.

* Lib.perh. ca.5. & li.2. cap.3. * Alias Philosophorũ.

¶ Hic consequenter. D. S. respondet quæsito vt intelligitur de beatitudine perfecta. Et circa hoc primò recitat quẽdam errorem. Secundò eum reprobat, & oppositum probat, per quod patet responsio, ibi. Sed hoc, &c. Recitat ergo errorem Origenis sequentis Platonicos. Qui dicebant beatitudinem post hanc vitã amissibilem. Et de illo errore dicit. D.S. 3. contra Genti. c.62. quòd Platonici dicebant animas separatas postquam fœlicitatem vltimam adeptæ fuissent, iterum ad corpora incipere velle redire; & finita fœlicitate illius vitæ, iterũ miserijs huius vitæ inuolui. Et Origenes dixit animas, & Angelos post beatitudinem, iterum posse ad miseriam deuenire, vnde sequi dici, quòd Origenes ex vna parte, Dei misericordiam nimis extendebat, & ex alia parte eam nimis coarctabat. Vide D.S. in quarto. distin. 46. q.2. arti. 3. quæst. prima. Deinde cum dicit.

¶ Sed hoc manifestè apparet esse falsum dupliciter. Primò quidem ex ipsa communi ratione beatitudinis, cum enim ipsa beatitudo sit perfectum bonum, & sufficiẽs, oportet quòd desiderium hominis quietet, & omne malum excludat; naturaliter autem homo desiderat retinere bonum, quod habet, & quòd eius retinendi securitatem obtineat, alioquin necesse est, quòd timore amittendi vel dolore de certitudine amissionis affligatur. Requiritur igitur ad veram beatitudinem, quòd homo certam habeat opinionem, bonum quod habet nũquam se ammissurum, quę quidem opinio si vera sit, consequens est, quòd beatitudinem nunquam amittet, si autem falsa sit, hoc ipsum est quoddam malum falsam opinionem habere, nam falsum est malum intellectus, sicut verum est bonum ipsius, vt dicitur in 6. Ethico. * Nõ igitur iã verè erit beatus, si aliquod malũ ei ineſt.

* Arist. cap. 2.& 3.

¶ Reprobat prædictum errorem ex cuius deductione habetur conclusio opposita responsiua secunda, scilicet quòd beatitudo perfecta quæ expectatur post hanc vitam est inamissibilis. Quam probat, & sic errorem reprobat duplici via. Secundam ponit ibi. Secundò idem, &c. Ex prima arguitur sic, scilicet ex communi ratione beatitudinis. Oportet, quòd beatitudo desiderium hominis quietet, & omne malum excludat; sed naturaliter homo desiderat retinere bonum, quod habet, & quòd eius retinendi securitatem habeat, ergo requiritur ad veram beatitudinem, quòd homo habeat certam, id est indubiam estimationẽ, & opinionem, bonum, quod habet nunquam se amissurum, subsumitur, quæ quidem opinio si est vera, ergo beatitudinem nunquam amittet, si autem falsa, hoc est quoddam malum, sed iam dictum est, quia excludit omne malum, & sic non esset beatus, cuius oppositum ponimus, &c. Omnia probatur clarè in littera. Et stat summa huius rationis in hoc breuiter, quia beatitudo debet quietare desiderium hominis verè beati, & excludere omne malum, ergo beatitudo est inamissibilis. Antecedens patet, tenet consequentia, quia ad hoc, quòd desideriũ hominis quietetur, oportet habere æstimationem indubiam, quia bonum habitum sit semper habiturus. Si enim putaret se amissurũ non esset quietatus. Si ergo hæc æstimatio est vera sequitur, quòd non amittet, si autem est falsa, & amittet bonum habitum, ergo in beato est aliquod malum, quia falsa æstimatio est malum intellectus, sicut verum est bonum eius. Sed hoc est contra secundam partem antecedentis, quia beatitudo excludit omne malum, &c. Vide vbi iam contra Genti. in tertia ratione. Deinde ibi.

¶ Secundò idem apparet si consideretur ratio beatitudinis in speciali, ostensum est * enim supra, quòd perfecta beatitudo hominis in visione Diuinę essentiæ consistit, est autem impossibile, quòd aliquis videns Diuinam essentiam uelit eam non uidere, quia omne bonum habitum quo aliquis carere uult, aut est insufficiens, & quæritur aliquid sufficientius loco eius, aut habet aliquod incommodum annexum, propter quod in fastidium venit, uisio autem Diuinæ essentiæ replet animam omnibus bonis, cum coniungat fonti totius bonitatis, unde dicitur in psalmos. Satiabor cum apparuerit gloria tua, &. Sapien. 5. dicitur. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, scilicet cum contemplatione sapientiæ; similiter etiam non habet aliquod incommodum adiunctum, quia de contemplatione sapientiæ dicitur. Sapien. 8. Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tedium conuictus eius, sic ergo patet, quòd propria uoluntate beatus non potest beatitudinem deserere.

* q.3.ar.8.

¶ Probat ex alia via, scilicet ratione beatitudinis in speciali prędictam conclusionem reprobando prædictum errorem. Et arguitur sic. Perfecta beatitudo hominis in visione Diuinæ essentiæ cõsistit, sed impossibile est amittere visionem Diuinæ essentiæ, igitur, &c. Maior nota ex dictis q.3. art.8. Minor subintellecta, probatur, quia vel amitteretur ex hoc, quòd videns non vellet videre, aut amitteretur Deo subtrahente, aut aliquo alio agente, sed nullum horum est possibile, ergo &c. Maior ista patet ex sufficienti diuisione. Minor quo ad tres partes suas deducitur in littera, secũda pars ibi. Similiter etiam, &c. tertia ibi. Similiter etiam nec, &c. Pro prima arguitur sic, omne bonum quo quis vult carere aut est insufficiens, & quæritur. &c. vt in littera, sed visio Diuina non est insufficiens, nec habet aliquod incommodum annexum propter quod in fastidium venit, ergo beatus non potest propria voluntate deserere. Maior nota, minor declaratur, quia visio ista replet animam omnibus bonis, quod probatur clarè in littera. Vide, & sextam rationem D.S. supra contra Genti. Patet ex his, quòd necessitas videndi Deum non prouenit ex sola infinitate obiecti, sed ex perfecta coniunctione ad tale obiectum conuenientissimum, & beatifica tantum per claram visionem, per quam necessariò iudicat illud obiectum omnibus pensatis esse pro tunc super omnia diligendum, & eius visionem nullo modo esse dimittendam.

Vnde necessitas videndi Deum.

Capreolus

¶ Nota hic primò, quòd quantum apparet, Capreolus in primo dist.1.q.3. in solutionibus contra quartam conclusionem ad argumenta Adæ. Intelligit hanc cõclusionem, quòd beatus non potest velle carere illa visione per se loquendo, & pro hora pro qua videt. Sed tamen videtur admittere, quòd clarè videns Deum potest cum illa visione habere volitionem carendi ea post horam vt videlicet obediret Diuinæ voluntati. Et sic per accidens posset velle carere voluntate vt est ratio non vt natura. Sed Alphõsus Hispalensis in primo. distin. 1.q.6.ar.3. & quarto, plus tribuit huic parti minoris, quia videlicet de nulla potentia, & in nullo casu potest videns beatificè velle non videre, nec etiam, quia Deus velit eum non videre, vnde dicit sic. Quando dicitur, quòd stantibus charitate, & clara visione Dei, Deus potest reuelare mihi, quod vult me nõ velle ipsum, hoc dupliciter ꝑt intelligi, vno modo qa vult me per propriam virtutem, & efficaciam voluntatis me non velle ipsam. Sic quòd liberè, & voluntariè resiliam à dilectione ipsius Dei clarè visi. Alio modo, quòd per suam potentiam infinitam vult suspendere vel annihilare actum volitionis meæ stantibus præmissis. Primò Deus non potest mihi reuelare quòd vult me non velle ipsum. Ratio est, quia Deus vt ꝓponens pro nunc non potest reuelare falsum. Et simpliciter est impossibile, & contradictionem implicat, quòd Deus velit me nõ velle ipsum modo prædicto sic, quia Deum non velle clarè visum est eius amorẽ liberè contemnere. Et qui sic contemnit amorẽ summi boni meritaliter peccat, quia incurrit æternam miseram, vt patet per Anſel. Monologion. c.71. Et per consequens si Deus vellet me sic non velle ipsum, Deus vellet me peccare, sic esset auctor, & causa peccatorum, & sic esset homine deterior, quæ inconuenientissima sunt Catholicis, immo non Catholicis absurda. Secundo modo concedo, quòd potest Deus reuelare mihi, quòd vult me non velle ipsum, quia de potentia sua absoluta potest facere, quòd creatura rationalis videat ipsum intuitiuè, & nullum actum dilectionis vel delectationis habeat circa eum. Et post ad argumenta Adæ. Et si bene attenderent isti qui se fundant in talibus intricationibus inutilibus, & periculosis. Istæ duæ propositiones multum differunt Deus vult creaturam nunc videntem Deum carere fruitione beatifica, igitur Deus vult creaturę nunc videntę Deũ velle carere fruitione beatifica, quia prima est possibilis, & secunda simpliciter est impossibilis, quia ad ipsam sequitur, quòd Deus possit velle creaturam peccare, quod est impossibile; hæc ille in forma. Vide, & alia ad argumenta Adæ, quæ valent ad propositum. Et sicut ipse dicit de fruitione, quòd non potest per quãcunque potentiam velle non frui. Ita dico de visione, quia Deus quidem potest facere videntem ipsum

Alphonsius Hisp.

Beatus non potest velle carere beatitudine.

ipsum non videre,& potest velle,quòd non videat,sed non potest facere,quòd velit non videre . Vnde prima pars minoris vera est, ꝙ est impossibile vt videns velit non videre ꝑ quācunq; potētiam.

Scotus. ¶ Nota autem, quòd Scotus hanc partem multipliciter impugnat in primo.dist.1.q.4.volens, quòd voluntas videntis Deū non necessariò velit videre quo ad exercitium actus, sic videlicet,quòd necessariò velit,non solùm vt velle distinguitur contra nolle, sed etiam vt distinguitur contra non velle. Argumenta autem eius vide soluta apud Capreolum,vbi iam.Deficit enim primò, quia dicit Deum visum & non visum solùm differre secundùm magis, & minus approximatum , & non est obiectum diuersarum rationum.Quod quidem argumentum ipsemet ostendit falsùm , vt patuit ad secundum præcedentis articuli.Nec est verum,quòd necessitas naturalis repugnet volūtati respectu primi sui obiecti. Vnde sicut beatitudo secūdùm communem rationem mouet quo ad specificationem necessariò , sic Deus clarè visus necessariò mouet cū hoc quo ad exercitium. Non quidem propter indubietatem solū, quia scilicet indubiè scitur esse summum bonum , sed etiam quia clarè videtur,& euidenter tali cognitione, quæ est summum bonū creātum , quod non potest iudicare recto iudicio esse dimittendū. Nec est inconueniens , quòd voluntas amittat libertatem contradictionis quo ad specificationem vel exercitium quo ad aliquod obiectum pro aliquo statu , sicut & voluntas beati non potest se habere ad bonum,& malum , licet libertas à coactione à voluntate nunquam tollatur , nec totalem libertatem contradictionis respectu omnium amittat. Nec est verum , quòd vna potentia non possit habere duos modos operandi,quia & intellectus aliqua simpliciter apprehendit,& discurrit.Sic voluntas in aliqua potest ferri necessariò,& in aliqua liberè. Ex his deprehendes nullitatem argumentorum Scoti, &c.Deinde ibi.

¶ Similiter etiam non potest eam perdere Deo subtrahente , quia cum subtractio beatitudinis sit quædam pœna, non potest talis subtractio à Deo iusto iudice prouenire nisi pro aliqua culpa in quam cadere non potest qui Dei essentiam videt , cum ad hanc visionem ex necessitate sequatur rectitudo voluntatis,vt supra ostensum est. *

De neget videntem Deum.

*q.4.ar.4.

¶ Subiungit , & declarat secundam partem minoris pro minore , scilicet, quòd beatus non potest amittere visionem Dei Deo subtrahente , quia talis subtractio non potest prouenire à iusto iudice nisi propter culpam , sed ista non potest cadere in videntem Diuinam essentiam , igitur , &c. Maior probatur,quia talis subtractio est pœna quæ non infertur nisi propter culpam . Minor probatur, quia ad hanc visionem sequitur rectitudo voluntatis necessariò , ergo nullum potest esse peccatum . Tenet consequentia,quia peccatum obliquitas est voluntatis. Antecedens patuit.quæstio.4.artic.4.

De⁹ potest beatitudinem tollere.

¶ Nota autem, quòd hæc ratio innititur ordini nunc statuto,& procedit,ergo de potentia Dei ordinata. Sed non videtur implicare, quin de potentia absoluta possit Deus beatitudinem tollere. Et hoc tangit D.S.in quarto,dist.46.q.1.ar.2.quæst.2. in cor.& ad tertium.Vbi dicit,damnare Petrū cui (ex beneficio gratiæ sibi collate salus debetur) esset contrarium iustitiæ. Vnde hoc Deus non potest,loquendo de potentia Dei ordinata, hæc ille.Licet vt dictū est ex Alphonso,quòd non possit facere,quòd beatus velit carere, debetur enim beatitudo alicui præsertim ex Dei ordinatione quę absolutè alia posset esse.Tunc ibi.

¶ Similiter etiam nec aliquod aliud agens potest eā subtrahere , quia mens Deo coniuncta super omnia alia eleuatur , & sic ab huiusmodi coniunctione nullū aliud agens potest ipsam excludere , vnde inconueniens videtur,quòd per quasdam alternationes temporum tranſeat homo de beatitudine ad miseriam,& ècōuerso;quia huiusmodi temporales alternationes esse non possunt nisi circa ea quæ subiacent tempori,& motui.

¶ Subnectit tertiam partem dictæ minoris , scilicet quòd visio non ꝑ videnti beatificè auferri ab aliquo alio, ꝙa mens Deo coniuncta super omnia alia eleuatur,ergo ab huiusmodi coniunctione nullum agens potest ipsum excludere.Ex illis duabus reprobationibus D.S.infert per modum corollarij inconuenientiam erroris Platonis,& adiungit rationem , quia videlicet homo in beatitudine est supra tempus,& in participatione æternitatis , ergo nō subiacet transmutationibus , & alternationibus , & patet littera. Vide D.S.3.contra Genti. c.42.in prima,& vltima rationibus. Ex his omnibus sequitur conclusio responsiua , quòd beatitudo perfecta post hanc vitam est inamissibilis.

ARGVMENTVM in contrarium continet auctoritatē confirmantem conclusionem responsiuam.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd beatitudo est perfectio consumata quæ omnem defectum excludit à beato, & ideo absque mutabilitate aduenit eam habenti faciente hoc virtute Diuina, quæ hominem subleuat in participationem æternitatis transcendentis omnem mutationem.

¶ Ad maiorem , beatitudo est perfecta hominis consummata, quæ ipsum facit immutabilem , vltra. Sed omnis perfectio ineſt perfectibili secundùm modum ipsius,verum secundùm esse,ita secundùm modum,& dispositionem recipientis mensuratur esse,& modus essendi recepti . Tamē receptum trahit recipiens ad rationem suam,sicut aqua trahitur a sua naturali dispositione ad hoc; quòd sit calida , & facit actum caloris ; sic etiam gratia ineſt quo ad esse secundùm modum liberi arbitrij. Tamen trahit ipsum ad rationem suæ immutabilitatis . De hoc in de Verita.Mate.24.q.8.ad sextum.Ad illam . Cum igitur , &c.verum , &c.sed negetur consequentia.

¶ Ad secundum dicendum , quòd voluntas ad opposita se habet in his quæ ad finem ordinantur, sed ad vltimum finem naturali necessitate ordinatur , quod patet ex hoc , quòd homo non potest non velle esse beatus.

¶ Ad maiorem, actus beatificus subiacet voluntati , quia eam liberè elicit , vt liberè distinguit contra coactionem , non tamen vt distinguitur contra necessitatem naturalis inclinationis . Vnde respectu beatitudinis præsentis est libera voluntas , sed non liberum arbitrium,quia non indifferentia contradictionis,licet libertas à coactione. Vide D.S.in de Verita. Mate.24.q.prima.ad vigesimum . Committitur autem sophisma consequentis apud Scotū cum arguit ex auctorita.beati Augustini , nihil magis est in potestate voluntatis quàm velle, ergo hoc velle , quamuis antecedens intelligatur de libertate à coactione , sed non semper à naturali inclinatione.

Scotus.

¶ Secundo dico ad maiorem extra litteram . Qui subiacet voluntati non vt liberum arbitrium,sed vt natura, loquendo de actu intellectus beatifico.

¶ Ad minorem,voluntas se habet ad opposita vt li.ar.vt est circa ea quæ sunt ad finem , sed non vt voluntas est natura , & circa vltimū finem;ita ꝙ in via non potest nolle esse beata, & in patria non potest non velle videre Deū,quia in hoc est vltimus finis. Stat enim simul libertas arbitrij,quo ad dicere actū; & necessitas,& naturalitas,quo ad aliqua obiecta secundùm specificationem.

¶ Ad tertium dicendum,quòd beatitudo habet principium ex conditione participantis , sed caret fine propter conditionem boni,cuius participatio facit beatum, vnde ab alio est initium beatitudinis,& ab alio est,quòd caret fine.

¶ Ad maiorem,patuit supra.q.prima.arti. 8.quia non intelligitur de principio durationis,& fine. Vel si ita accipiatur, dicitur ad eam post.D.S.hic,finis correspondet principio, si secundùm idem attendatur,sic non est in proposito , quia habet beatitudo principium ex conditione beati qui est temporalis , & accepit beatitudinem participando ab alio, sed non habet finem propter hoc , ꝙ ex summo bono trahitur in participationem æternitatis. Sic anima rationalis habet initium eo quòd est ex nihilo secundùm voluntatem Dei ; sed quia à Deo est creata immaterialis , & per se subsistens,ideo est perpetua.

Vtrum homo per sua naturalia possit acquirere beatitudinem.

AD quintum sic proceditur. Videtur , quòd homo per sua naturalia possit beatitudinem consequi, natura enim non deficit in necessarijs , sed nihil est homini tam necessariū quàm id quod per finē vltimū consequitur,ergo hoc naturæ humanæ nō deest, potest igitur homo per sua naturalia beatitudinem consequi.

¶ 2 Præterea,homo cum sit nobilior irrationalibus creaturis videtur esse sufficientior, sed irrationales creaturæ per sua naturalia possunt consequi suos fines , ergo multo magis homo per sua naturalia potest beatitudinem consequi.

¶ 3 Præterea,beatitudo est operatio perfecta secundùm philosophū: * eiusdem autem est incipere rem , & perficere ipsam, cum igitur operatio imperfecta,quæ est quasi principium in operationibus humanis, subdatur naturali hominis potestati qua suorū actuū est dominꝰ, videtur , ꝙ per naturalē potentiam possit pertingere ad operationem perfectam quæ est beatitudo.

*Lib.6 cap.

¶ Sed

¶ Sed contra homo est principium naturaliter actuū suorum per intellectum, & voluntatem, sed vltima beatitudo sanctis præparata excedit intellectum,& voluntatem,dicit enim Apostolus 1.Ad Corinth.2.Oculus non vidit,& auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparauit Deus diligētibus se. ergo homo per sua naturalia non potest beatitudinem consequi.

¶ Postquàm ostensum est quomodo acquiratur beatitudo,& ꝙ acquisita semper tenetur.hic ostenditur per quid acquiratur.Et circa hoc duo. Primò ostendit ea quæ sunt insufficientia ad eam acquirendam.Secundo ostendit, quæ sufficienter requirantur,in artic.7.Quantum ad primum duo facit. Primò ostendit insufficientiam naturalium ipsius consequentis beatitudinem.Secundò ostēdit insufficientiam cuiuslibet actionis cuiuslibet creaturæ.ar.6.

¶ Respondeo dicendum,quòd beatitudo imperfecta quæ in hac vita haberi potest , potest ab homine acquiri per sua naturalia eo modo,quo & virtus in cuius operatione consistit, de quo infra dicetur. *

*q.63.

¶ D.S.iterum secundum prædictam distinctionem respondet distinctè duplici conclusione,secundā deducit ibi.Sed beatitudo &c. Prima est,beatitudo imperfecta,quæ in hac vita haberi potest,ab homine acquiri potest per sua naturalia . Probatur sub brevibus, virtus potest acquiri per naturalia hominis,igitur & beatitudo vię imperfecta.Tenet consequentia,quia beatitudo vię imperfecta cō sistit in operatione virtutis humanæ acquisibilis naturaliter . Antecedens patebit infra q.63.& ipsum probat ad longum D.S.in de virtutibus in commu. q.8. vbi ostendit homini connata principia actiua, & passiua virtutis tā intellectualis; quàm moralis, in quarum virtutum exercitio consistit beatitudo viæ naturalis,& philosophica.Id autem quod est causa actiua sufficiens principij,est causa actiua eius,quod est ex principio.Quare beatitudo naturalis est a naturalibus principijs hominis,sicut a causa effectiua. Consequenter ibi.

¶ Sed beatitudo hominis perfecta , sicut supra dictū est * consistit in visione Diuinæ essentiæ , videre autem Deum per essentiam est supra naturam non solùm hominis,sed omnis creaturæ,vt in primo ostensum est * naturalis enim cognitio cuiuslibet creaturæ est secundum modum substantiæ eius , sicut de intelligentia dicitur in li.de causis , quòd cognoscit ea quæ sunt supra se , & ea quæ sunt infra se secundùm modum substantiæ suæ,omnis autem cognitio, quæ est secundum modum substantiæ creatæ,deficit a visione Diuinæ essentiæ, quæ in infinitum excedit omnem substantiam creatam , vnde nec homo, nec aliqua creatura potest consequi beatitudinē vltimam per sua naturalia.

*q.3.ar.8.

*q.12.ar.4.

¶ Respondet alia conclusione tali . Beatitudo hominis perfecta non potest ab homine , nec ab aliqua creatura per naturalia acquiri . Probatur beatitudo hominis perfecta consistit in visione diuinæ essentiæ , sed videre Deum per essentiam est supra naturā non solùm hominis,sed etiam omnis creaturæ, igitur &c. Maior patuit q.3.ar.8.Minor patet 1.par.q.12.artic. quarto. Et resumitur hic breuiter probatio,quia naturalis cognitio cuiuslibet creaturæ est secundum modum substantiæ suæ,sed omnis cognitio,quæ est secundum modum substantiæ creatæ , deficit a visione diuinę essentiæ.ergo minor vera . Maior ista ostenditur per auctoritates libri de causis, & de intelligentijs . Minor probatur, quia diuina essentia excedit in infinitum omnem substantiam creatam,& modum eius.

¶ Nota quòd fundamentum istius rationis pro secunda parte in hoc est, quia modus cognoscendi sequitur modum essendi , & iste sequitur naturam rei. Quare,si natura existit in materia,oportet quòd modus cognoscendi sit per conuersionem ad phantasmata. Si autem est natura intellectualis a materia separata, habet tamen esse in essentia receptum, tunc sibi est connaturale intelligere rem immaterialem habentem esse in essentia receptū. Quare sequitur,si modus essendi cognoscentis est inferior,quàm modus cogniti(inferior genericè) quòd cognoscens non potest naturaliter cognoscere cognoscibile excedens in modo essendi generico. Cognitio enim naturalis proportionatur modo cognoscentis .Et quia Deus habet modum cognoscendi genericè & in infinitum distinctum a modo essendi cuiuslibet naturæ creatæ, sequitur quòd nulla eum naturaliter cognoscit quidditatitè, & perfectè. Et hæc intendit D.S.in ista ratione.

Scotus.

¶ Et nota verba eius in maiori cum dicit, quia naturalis cognitio cuiuslibet creaturæ est secundum modum substantiæ suæ . Per hoc enim patet , quàm imperfectè Scotus se extenderit super doctrinam D.S.qui in quarto dist.49.q.11.nititur reprehendere D.S. pri.par.vbi statim cum dicit, quòd oporteat obiectum esse proportionatum cognoscenti,aliàs non potest ipsum cognoscere. Intelligit enim D.S.quòd oporteat esse proportionatum,ita quòd obiectum non excedat modum cognoscentis in modo essendi generico,si debeat naturaliter cognosci perfectè,etiam ex proprijs viribus cognoscētis,& hoc hic expressit clare.Vnde Scotus vanè arguit.cum dicit, quòd ex hoc sequeretur, quòd nec beatus videret, quia non æquiparatur Deo in modo essendi . Constat enim quòd hæc cōsequentia vana est,quia D.S. loquitur naturaliter, ita quòd natura deficiens a modo essendi in genere non cognoscit excedens obiectum naturaliter , & perfectè. Sed per hoc non tollitur quin ex gratia adiutus possit videre , patet etiam ex his defectus aliarum rationum suarum , quia D. S. intelligit,quòd deficiens a modo essendi non intelligit naturaliter excedens , licèt econtra, quod ipse non intellexit.Intelligit etiam D.S.vt dictum est de excessu intelligibilis in modo essendi genericè , sicut angeli excedunt hominem , & Deus vtrunque, Angelus autem non excedit Angelum in modo essendi generico , sed solùm specifico , vt patuit supra q.1.

Scotus.

¶ Nota etiam propter Durandum,quòd licet etiam beatus cum lumine gloriæ non adequatur Deo,quin ab ipso distet in infinitū in essendo ; tamen per ipsum coniungitur Deo sicut obiecto , ita quòd lumen gloriæ facit ne excessus infinitus impediat apprehensionem, & coniunctionem ad ipsum obiectum excedens , & hoc vide in D.S.Tertio contra Genti.c.54.Nec est verum,quòd lumen gloriæ possit esse connaturale cuicunque creato intellectui, vt D.S.ibidem ostendit , & Capreolus defendit in 2. distin. 22.in solutionibus.Vide de ista materia huius articuli D.S. ibidem c.52. Et in quarto dist.49.quæst.2. ar.6. per totum.Patet ex his, quia aduersarij doctrinę Sanc.Doctoris,vel ipsum non intellexerunt,vel ab eo prius soluta adducunt.

Ad Durandum.

Capreolus.

Aduersarij D.S. ipsum non intelligunt, vel soluta adducunt.

ARGVMENTVM in contrarium est pro secunda conclusione, quia si homo naturaliter posset consequi beatitudinem, hoc esset per actus suos, quorum est principium per intellectum, & voluntatem, sed beatitudo excedit actus naturaliter procedentes ab intellectu,& voluntate,vt patet auctoritate Apostoli.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd sicut natura nō defecit homini in necessarijs, quamuis non dederit sibi arma,& tegumenta sicut alijs animalibus, quia dedit ei rationem, & manus quibus possit hęc sibi acquirere, ita nec defecit homini in necessarijs quamuis non daret sibi aliquod principium quo posset beatitudinem consequi;hoc enim erat impossibile, sed dedit ei liberum arbitrium quo possit cōuerti ad Deum,qui eum faceret beatum,quę enim per amicos possumus per nos aliqualiter possumus,vt dicitur in 3.Ethi.*

*Cap.3.

¶ Ad maiorem dupliciter, primò,natura non deficit in necessarijs naturalibus . Secundò non deficit in huiusmodi necessarijs naturalibus , quia contulit principia actiua, & passiua sufficientia pro acquirendis huiusmodi necessarijs. Sed negatur, quòd natura non deficiat in necessarijs supernaturalibus , ad hunc sensum, quòd contulerit principia actiua productiua supernaturaliū,sed non deficit in necessarijs supernaturalibus,quia dedit principium dispositiuum, & quo posset se conuertere ad principium actuum supernaturalium. Vnde potest tertiò dici ad maiorem,quòd natura non deficit in necessarijs, eo modo quo possibile est necessaria conferri a natura , scilicet necessaria naturalia in suis principijs non in seipsis . Nō autem potest natura dare principium effectiuū supernaturalium,aut in via,aut in patria habendorum. Vide D.S. in de virtutibus in communi.q.10.ar.2.ad 13.Quia in homine respectu supernaturalium est potentia obedientialis , & receptiua, sed non actiua,vel passiua naturalis. Minor conceditur, sed dico, quòd vltimus finis simpliciter est supernaturalis, ad quem natura non potuit conferre principia actiua. Quare negatur cōsequētia.

Natura nō deficit In nę cessarijs.

¶ Ad secundum dicendum , quòd nobilioris conditionis est natura, quæ potest consequi perfectum bonū, licèt indigeat exteriori auxilio ad hoc consequendum, quàm natura , quę non potest consequi perfectum bonum , sed consequitur quoddam bonum imperfectum, licèt ad consecutionem eius non indigeat exteriori auxilio , vt Philosophus dicit in secundo de cœlo , * sicut melius est dispositus ad sanitatem , qui potest consequi perfectam sanitatem : licèt hoc sit per auxilium medicinę, quàm qui solùm potest consequi quandam imperfectam sanitatem sine medicinę auxilio , & ideo creatura rationalis , quę potest consequi perfectum beatitudinis bonum indigens ad hoc diuino auxilio est perfectior, quàm creatura irrationalis,quę huiusmodi boni non est capax,sed quoddam bonum imperfectum consequitur virtute suę naturę.

*A tex. 60. vsq; ad 66.

¶ Maior

¶ Maior conceditur, tum quia potest consequi perfectionem naturalem, sicut & alia, & cum hoc potest consequi perfectionem supernaturalem, licet auxilio supernaturali adiutus. Minor vera, consequitur fines suos per naturalia sua, sed fines imperfectos, sed homo cõsequitur finem naturalem perfectiorem. Et cum hoc consequitur finem supernaturalem modo dicto: ergo &c. Negatur consequentia de beatitudine supernaturali, sed bene sequitur, quòd potest consequi proprijs viribus perfectionem naturalem, sed non ergo beatitudinem supernaturalem, nec sequitur, quòd sit imperfectior, vt ostendit D. S. in solutione. Vide si placet Scotum in 4. di. 49. q. 11. in solutionibus.

Scotus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quãdo imperfectum, & perfectum sunt eiusdem speciei ab eadem virtute causari possunt, non autem hoc est necesse si sunt alterius speciei; non enim quicquid potest causare dispositionem materiæ potest vltimam perfectionem conferre; imperfecta autem operatio, quæ subiacet naturali hominis potestati non est eiusdem speciei cum operatione illa perfecta, quæ est hominis beatitudo, cum operationis species dependeat ex obiecto, vnde ratio non sequitur.

¶ Maior vera, est perfecta, sed alterius speciei a quacunque operatione possibili in via, etiam ab intellectione Dei in via, quia vt patuit ar. 3. ad secundum, habet aliud obiectum a contemplatione, vel cognitione viatica. Minor est falsa Fallit enim vbi inceptio, & perfectio sunt diuersarum rationum. Constat enim quòd homo generans incipit dispositionem pro inceptione animæ rationalis, & tamen non perficit; quia perfectio est per creationem ex nihilo, inceptio autem (si tamen debeat dici inceptio animæ rationalis cum non sit inchoata in materia) est per dispositionem corporalem materiæ; patet & in artificialibus, quòd non omnis, qui disponit materiam introducere potest formam. Vltra. Cum igitur &c. Conceditur quòd operatio imperfecta subditur naturali potestati hominis, sed est alterius rationis ab operatione perfecta supernaturali. Quare negatur consequentia.

Vtrum homo consequatur beatitudinem per alicuius superioris creaturæ actionem.

D AD sextum sic proceditur. Videtur quòd homo possit fieri beatus per actionem alicuius superioris creaturæ, scilicet angeli; cum enim duplex ordo inueniatur in rebus, vnus partium vniuersi adinuicem, alius totius vniuersi ad bonum, quod est extra vniuersum; primus ordo ordinatur ad secundum sicut ad finem, vt

Aristo. * text. 52. & 53. dicitur in 12. Metaph. * sicut ordo partium exercitus ad inuicem est propter ordinem totius exercitus ad ducẽ, sed ordo partium vniuersi ad inuicem attenditur secundum quòd superiores creaturæ agunt in inferiores, vt in

* 1. part. q. 21. artic. 1. ad 3. primo dictum est, * beatitudo autem consistit in ordine hominis ad bonum, quod est extra vniuersum, quod est Deus: ergo per actionem superioris creaturæ, scilicet angeli in hominem homo beatus efficitur.

¶ 2 Præterea. Quod est in potentia tale, potest reduci in actum per id, quod est actu tale, sicut quod est potentia calidum fit actu calidum per id, quod est actu calidum, sed homo est in potentia beatus; ergo potest fieri actu beatus per angelum, qui est actu beatus.

¶ 3 Præterea. Beatitudo cõsistit in operatione intel-

* q. 3. art. 6. * q. 111. ar. 1. lectus, vt supra dictum est, * sed angelus potest illuminare intellectum hominis, vt in primo habitum est*: ergo angelus potest facere hominem beatum.

¶ Sed contra est, quod dicitur in Ps. Gratiam & gloriam dabit dominus.

¶ Hic D.S. ostendit, quòd homo, nec per auxilium alicuius creaturæ superioris ipso potest consequi beatitudinem. s. angeli.

¶ Respondeo dicendum, quòd cum omnis creatura naturæ legibus sit subiecta, vtpote habens limitatam virtutem, & actionem; illud quod excedit naturam creatã non potest fieri virtute alicuius creaturę, & ideo si quid fieri oporteat, quod sit supra naturam, hoc fit immediate a Deo, sicut suscitatio mortui, illuminatio ceci, & cætera huiusmodi: ostensum est autem, * quòd beatitudo

*ar. præced. est quoddam bonum excedens naturam creatam, vnde impossibile est, quòd per actionem alicuius creaturæ cõferatur, sed homo beatus fit solo Deo agente, si loquamur de beatitudine perfecta.

¶ D.S. Primò respondet de beatitudine perfecta, secũdò de imperfecta, ibi. Si verò &c. Primum facit tali conclusione. Si loquamur de beatitudine perfecta, impossibile est, quòd per actionem alicuius creaturæ conferatur, sed homo beatus fit solo Deo agente. Probatur, illud quod excedit naturam creatam non potest fieri virtute alicuius creaturæ, ergo si quid fieri oporteat, quod &c. vt in litera subsumitur, sed beatitudo, scilicet perfecta est quoddam bonum excedens naturam creatam. ergo &c. Antecedens probatur, quia omnis creatura legibus naturæ est subiecta, vtputa habens limitatam virtutem, & actionem. ergo sequitur antecedens. Consequentia patet, quia si non potest fieri a creatura, & tamen fit, oportet quòd fiat a solo Deo. Et explicat D.S. consequens exẽplariter, ostendendo quæ sint supra naturam, & fiunt a solo Deo, sicut suscitatio mortui, illuminatio ceci, & alia opera miraculosa. Subsumpta patet ex ar. præce.

¶ Nota quòd ista probatio patet ex dictis in 1. par. q. 110. arti. 4. & alibi vbi determinatum est, quia nulla creatura potest facere simpliciter miracula, nec potest facere transmutationem formalẽ immediatè, nec potest per consequens producere aliquam formam ex nihilo. Quare nec potest conferre gratiam, vel lumen gloriæ, nec per consequens potest vnire diuinam essentiam cum intellectu creato, quod & ipsum est supra omnem virtutem naturæ. ergo nec potest beatificare. Valent etiam ad propositum, quæ D.S. ponit in de Veri. Mate. 27. q. 4. & infra quæst. 112. articu. 1.

¶ Deinde ibi.

¶ Si verò loquamur de beatitudine imperfecta, sic eadem ratio est de ipsa, & de virtute in cuius actu consistit.

¶ Respondet ad quæsitum de beatitudine imperfecta, & intendit istam conclusionem, Homo ab angelo potest adiuuari ad consequendam beatitudinem imperfectam. Probatur, eadem est ratio de ipsa beatitudine imperfecta, & de virtute humana; sed angeli boni possunt cooperari ad virtutem, igitur, & ad beatitudinẽ imperfectam. Maior patet, quia beatitudo imperfecta consistit in actu virtutis acquisitę, vt patet ar. præceden. Minor patet ex 1. par. q. 111. Et patebit infra in suo contrario q. 80. vbi patebit quomodo diabolus potest inducere ad peccatum: ergo & bonus angelus potest inducere ad virtutem. Modus autem vtrobique infra patebit, patebit etiam ad primum, quomodo boni angeli cooperãtur ad beatitudinem supernaturalem, sed non perfectiuè conferunt. Si enim prælatus potest cooperari ad gratiam, & virtutes, vt habet D.S. de veritate, vbi, iam ad 14. hoc idem poterit angelus &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primam conclusionem, quia gloria, vel est beatitudo, vel proxima dispositio pro ea.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd plerunque contingit in potentijs actiuis ordinatis, quòd perducere ad vltimum finem pertinet ad supremam potentiam, inferiores verò potentię coadiuuant ad consecutionem illius vltimi finis disponendo, sicut ad artem gubernatiuam, quę præest nauifactiuę pertinet vsus nauis propter quem nauis ipsa fit, sic igitur in ordine vniuersi, homo quidem adiuuatur ab angelis ad consequendum vltimum finem secundum aliqua precedentia quibus disponitur ad eius consecutionem, sed ipsum vltimum finem consequitur per ipsum primum agentem, qui est Deus.

¶ Consequentia negatur, sed deberet inferri: ergo angelus adiuuat, & cooperatur, & suo modo disponit hominem ad beatitudinem, sed non per eum ipsam consequitur, vt patet in solutione. Et loquitur D. S. de vltimo fine qui est beatitudo supernaturalis. Ad istam enim cooperatur bonus angelus per custodiam suam, & tamen differenter cooperatur ad perfectam, & imperfectam beatitudinem. Quia ad primam, vt ipsam mereatur a Deo. Ad secundam verò, vt ipsam efficiat ex propriis viribus, licet angelus etiam naturalem beatitudinem immediatè efficere non possit. Oportet enim bonas hominis actiones voluntarias ab ipso esse, licet angelus instiget, & suo modo inducat hominem ad agendum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quando aliqua forma actu existit in aliquo secũdùm esse perfectum, & naturale potest esse principium actionis in alterum, sicut calidum per calorem calefacit; sed si forma existit in aliquo imperfectè, & non secundum esse naturale, non potest esse principium communicationis sui ad alterum, sicut intentio coloris, quæ est in pupilla nõ potest facere album,

album, neque etiam omnia quæ sunt illuminata aut calefacta possunt alia calefacere, & illuminare: sic enim illuminatio, & calefactio essent vsque ad infinitum: lumen autem gloriæ, per quod Deus videtur, in Deo quidem est perfectè secundùm esse naturale, in qualibet autem creatura est imperfectè, & secundùm esse similitudinarium vel participatum; vnde nulla creatura beata potest communicare suam beatitudinem alteri.

¶ Maiorem D.S. clarè exponit, quia requirit duo vt sit vera, videlicet, quòd aliquid sit actu tale perfectè secundùm formam, & secundùm esse naturale, aliàs non est vera. Minor conceditur, ergo, &c. verum potest fieri beatus ab eo qui est perfectè beatus, & habet beatitudinem, & proximam dispositionem ad eam naturaliter, & perfectè s. lumen gloriæ, & hoc est solus Deus, vt patet prima parte. q. 12. ar. 5. ad tertium, vt tactum est ar. præceden. Quare negatur consequentia, quia talis impossibilitas communicandi vel dandi beatitudinem consurgit partim ex eminentia beatitudinis, & luminis gloriæ, partim ex defectu habentis creati, quòd non habet in tanta perfectione, vt diffundere possit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Angelus beatus illuminat intellectum hominis vel etiam inferioris Angeli quantum ad aliquas rationes Diuinorum operum; non autem quantum ad visionem Diuinæ essentiæ, vt in primo dictum est, * ad eam enim videndam omnes immediatè illuminantur à Deo.

* q. 106. ar. primo ad primum & tertium.

¶ Ad maiorem, beatitudo consistit in operatione intellectus quæ est visio Dei intuitiua. Minor negatur, quòd possit illuminare exhibendo visionem Diuinæ essentiæ, sed de rationibus Diuinorum operum illuminat, vt patet prima par. q. 106. ar. primo, ad primum, & tertium vide. Quare negatur consequentia.

Vtrum aliqua hominis opera requirantur ad hoc quòd homo beatitudinem consequatur à Deo.

P AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd non requirantur aliqua opera hominis ad hoc vt beatitudinem consequatur à Deo, Deus enim cum sit agens infinitæ virtutis non præexigit in agendo materiam aut

Infra. q. 6. 1 Introductione. Et 1. q. 62. ar. 5. ad 1. Et opusc. 3. ca. 173. dispositionem materiæ, sed statim potest totum producere; sed opera hominis cum non requirantur ad beatitudinem eius, sicut causa efficiens, vt dictum est * non

* Art. 6. possunt requiri ad eam nisi sicut dispositiones, ergo Deus qui dispositiones non præexigit in agendo, beatitudinem sine præcedentibus operibus confert.

¶ 2 Præterea, sicut Deus est actor beatitudinis immediatè, ita & naturam immediatè instituit; sed in prima institutione naturæ produxit creaturas nulla dispositione præcedente vel actione creaturæ, sed statim fecit vnumquodque perfectum in sua specie, ergo videtur, quòd beatitudinem conferat homini sine aliquibus operationibus præcedentibus.

¶ 3 Præterea, Apostolus dicit. Roma. 4. Beatitudinẽ hominis esse cui Deus confert iustitiam sine operibus, non ergo requiruntur aliqua opera hominis ad beatitudinem consequendam.

¶ Sed contra est, quod dicitur Ioan. 13. Si hæc scietis beati eritis si feceritis ea, ergo per actionem ad beatitudinem peruenimus.

¶ Quia ostensum est, quòd homo non potest habere beatitudinem perfectã ex viribus proprijs, nec ab aliqua creatura alia. Hic consequenter D. S. inquirit, quid requiratur ex parte hominis, vel creaturæ, vt eam à Deo consequatur. Patet enim quia non nisi ab ipso habetur ex dictis.

¶ Respondeo dicendum, quòd rectitudo voluntatis,

* q. 4. art. 4. vt supra dictum est. * requiritur ad beatitudinem cum nihil aliud sit quàm debitus ordo voluntatis ad vltimũ finem, quæ ita exigitur ad consecutionem vltimi finis, sicut debita dispositio materiæ ad consecutionem formę; sed ex hoc non ostenditur, quòd aliqua operatio hominis debeat precedere eius beatitudinẽ, posset enim Deus similiter facere volũtatem rectè tendentem in finem, & finem consequentem; sicut quandoque simul materiam disponit, & inducit formam.

¶ D.S. primò remouet quoddam fundamentum, & impertinens, & rationem insufficientem ad probationem conclusionis responsiuæ affirmatiuæ ad quæsitum. Secundò subiungit verã rationem ex qua infert ipsam conclusionem responsiuam, ibi. Sed ordo, &c. Remouet ergo vnam insufficientem rationem responsionis, ex qua posset oriri cauillatio quædam contra hanc articuli determinationem. Posset enim quis dicere, quòd requirantur aliqua opera hominis precedentia beatitudinem, quia vt patuit supra q. 4. ar. 4 requiritur antecedenter rectitudo voluntatis, & per consequens ostenso supra, quòd rectitudo voluntatis requiratur, satis determinatum est hoc quæsitum.

¶ Sed D.S. vult, quòd ista ratio non est sufficiens, quia non sequitur, requiritur rectitudo, ergo opera meritoria precedentia. Posset enim Deus simul facere voluntatem rectè tendentem, & simul finem consequentem. Et tamen ibi esset rectitudo voluntatis, & nulla opera precedentia, immo simul tenderet, & consequeretur. Sicut ponimus de facto in Christo, cuius anima simul habuit rectam voluntatem, & simul vidit Diuinam essentiam, & nullum habuit opus præcedens. Patet ex hoc, quòd iste articulus non superfluit, nec idem quærit cũ eo qui supra habitus est vbi iã.

Beatitudo Christi an præmium.

¶ Nota ex his, quòd quia Christus non habuit secundùm animam beatitudinem creatam per aliquod opus meritorium præcedens. Ideo non habuit beatitudinẽ sub ratione præmij, nec consecutus est per virtutẽ naturalem. Vnde habuit eam sub ratione fęlicitatis communicatam sine meritis. Vnde non videtur benè dici, quòd habuerit eam naturaliter, nisi intelligatur, quia à principio natiuitatis, sed non naturaliter, id est ex virtute naturæ. Deinde cum dicit.

* Arist. tex. 64. 65, & 66. ¶ Sed ordo Diuinę sapientiæ exigit ne hoc fiat, vt enim dicitur in secundo de cœlo. * Eorum quæ nata sunt habere bonum perfectum, aliquid habet ipsum sine motu, aliquid vno motu, aliquid pluribus, habere autem perfectum bonum sine motu, conuenit ei, quod naturaliter habet illud, habere autem beatitudinem naturaliter est solius Dei, vnde solius Dei propriũ est, quòd ad beatitudinem non moueatur per aliquam operationem precedentem.

¶ Subiungit veram rationem, ex qua infert conclusionem responsiuam istam. Solius Dei proprium est, quòd ad beatitudinem non moueatur per aliquam operationem precedentem. Ordo autem Diuinæ sapientiæ exigit vt nulla creatura pura ipsam consequatur absque motu operationis, licet diuersimodè: huius conclusionis. D.S. ponit & probat primò primam partem secundò secundam, ibi. Cum autem, &c. Prima autem pars, intelligitur, quòd solus Deus habet sine operatione precedente, quia naturaliter eã habet, & sic excluditur Christi anima. Et hic est sensus intentus à D.S. Et probatur illa pars sic. Eorũ qui nata sunt &c. vt in littera, sed habere beatitudinem, & bonum perfectum est solius Dei ergo, &c. Maior est philosophi. Minor relinquitur nota. Deinde ibi.

¶ Cum autem beatitudo excedat omnem naturam creatam, nulla pura creatura conuenienter beatitudinẽ consequitur absque motu operationis per quam tendit in ipsam, sed Angelus qui est superior ordine naturæ quàm homo, consecutus est eam ex ordine Diuinæ sapientiæ vno motu operationis meritoriæ vt in primo expositum est. * homines autem consequuntur ipsam

*q. 62. ar. 5. multis motibus operationum qui merita dicuntur, vnde etiam secundùm philosophum * beatitudo est præmiũ virtuosarum operationum.

* Arist. Lib. 1. E h. c. 69. Et lib. 10. c. 6. 7. 8. ¶ Manifestat secundam partem conclusionis, quia Angelus consecutus est beatitudinem ex ordine Diuinæ sapientiæ vno motu operationis meritoriæ, homines autem, &c. vt in littera.

¶ Aduerte hic, quia D.S. ordinem Diuinæ sapientiæ, & per cõsequens secundùm potentiam ordinatam Deus puris creaturis, (propter Christũ) non dat beatitudinem nisi meruerint, vel fiant prius participes meriti, vt patebit ad secundum. Per hoc autem innuitur, ꝙ potentia Dei absoluta aliter fieri posset vel potuisset, nam & puris creaturis posset Deus communicare sine meritis. Quæ sit autem ratio, & conuenientia istius ordinis Diuinæ sapiẽtiæ. D.S. tangit, quia ordo gratuitorum, & supernaturalium sicut præsupponit naturam, ita & modus in gratuitis modum naturalium. Quare cum modus naturæ Angelicæ sit vt immobiliter adhæreat post primam liberam electionem, ideo post eã statim est extra statum viæ, & consequitur beatitudinem vel damnationem. Quia autem homo habet libe. arbi. variabile, ideo non confertur sibi donec & ipsum immobilitetur in bono vel malo, quod est post mortem. Quod enim in Angelis est casus, in hominibus est mors, licet & aliæ rationes possint adduci. Quare, & D.S. adducit dictum philosophi, loquẽtis de naturalibus perfectionibus, quia

Pura creatura sine meritis beatitudinem non habet.

vt di-

vt dictum est,gratuita naturalibus correspondent. Et ergo ordo Diuinæ sapientiæ in gratuitis conferendis attendit modum naturalem. Ipse autem per seipsum necessariò habet, quia est sua beatitudo. Vide de ista mate.D.S.1.par.q.62.arti4.& 5.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione,& intelligitur de adultis, quia isti non saluantur nisi fecerint opera formata seruando præcepta Dei.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd operatio hominis non præexigitur ad consecutionem beatitudinis propter insufficientiam Diuinæ virtutis beatificantis, sed vt seruetur ordo in rebus.

¶ Ad maiorem dicetur etiam infra.q.112.ar.2.ad tertium,quia Deus non præexigit dispositionem propter sui imperfectionem, sed propter ordinem seruandum in rebus.

¶ Minor vera,sunt dispositiones,vt dispositio distinguitur contra causam effectiuam perfectiuam, quia scilicet opera hominis non producunt vel efficiunt beatitudinem. Sunt tamen opera meritoria,causa merito ria,quæ etiam potest dici dispositio ergo,&c. Verum non requirun tur propter imperfectionem Dei quasi non posset,sed quia sic ordinauit fieri vt seruetur ordo in gratuitis, sicut & ordo in naturalibus seruatur.

obiectio ista infir mum

¶ Ad secundum dicendum, quòd primas creaturas statim Deus perfectas produxit absque alia dispositione vel operatione creaturæ præcedente,quia sic instituit prima individua specierum, vt per ea natura propagaretur ad posteros.Et similiter,quia per Christum qui est Deus & homo beatitudo erat ad alios deriuanda, secundùm illud Apostoli ad Hebr. 2. Qui multos filios in gloriam adduxerat,statim à principio suæ conceptionis absq; aliqua operatione meritoria precedente anima eius fuit beata, sed hoc est singulare in ipso, nam pueris baptizatis & subuenit meritum Christi ad beatitudinem consequendam, licet desint eis merita propria, eo quòd per baptismum sunt Christi membra effecti.

Am D.Pau.

Dub.269.

¶ Maior conceditur.Ad minorem dicitur,quòd in prima institutione Deus produxit prima individua quæ debebant naturam deriuare in alia sine alio disponente medio,sed non producit omnia individua sine agentibus naturalibus mediis ergo,&c. Verum homini primo per quem alij adducendi sunt in gloriam Deus dedit beatitudinem sine meritis,scilicet Christo, qui est caput, & primus dignitate inter omnes homines; sed non sequitur, quòd ergo alijs qui non deriuant beatitudinem ad alios, sicut Christus per meritum condigni,vt patebit infra.q.114.ar. 6. Nec obstat de pueris baptizatis, quia isti non consequuntur beatitudinem sine merito præcedente sui capitis, scilicet Christi, cuius in baptismo fiunt participes. Vide prima parte.q.91.artic. 2.quo modo,& primum individuum humanæ naturæ, scil.cet Adam,etiam immediatè à Deo processerit, etiam quo ad formationem corporis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Apostolus loquitur de beatitudine spei quæ habetur per gratiam iustificantem,quæ quidem non datur propter opera præcedentia,non enim habet rationem termini motus vt beatitudo, sed magis est principium motus quo ad beatitudinem tenditur.

¶ Loquitur Apostolus de beatitudine spei, quæ est in gratia iustificante quæ non datur per merita, sed non loquitur de beatitudine propriè dicta, quæ est vltimus terminus vitæ humanæ,&c.

Vtrum omnis homo appetat beatitudinem.

Infra.q.10. ar.1.& 2.Et 1.q.19.ar.1. & q. 52.ar. 1.ad.2.cor. Et 1.contra c.88.Et lib. 3.c.97.co.3. Et Veri. q. 22.ar.5.& 6. Et mal.q.6. cor.& ad 7.9.& 10. Et 3. Eth. co.5.fi. * Arist. tex. 29. & 34.& 49. * Aug.ca.4. * q.3.art.8. *ca.4.& 5.

AD octauum sic proceditur. Videtur,quòd non omnes appetant beatitudinem, nullus enim potest appetere,quod ignorat, cũ bonum apprehensum sit obiectum appetitus vt dicitur. 3. de anima: * sed multi nesciũt quid sit beatitudo,qđ sicut Aug.dicit.13.de Trin.* patet ex hoc, quòd quidam posuerunt beatitudinem in voluptatibus corporis,quidam in virtute animæ,quidam in alijs rebus, non ergo omnes beatitudinem appetunt.

¶ 2 Præterea,essentia beatitudinis est visio essentiæ Diuinæ, vt dictũ est, * sed aliqui opinantur hoc esse impossibile, quòd Deus per essentiam ab homine videatur, vnde hoc non appetunt ergo non omnes homines appetunt beatitudinem.

¶ 3 Præterea,Aug.dicit.13.de Tri.*quòd beatus est qui habet omnia quæ vult, & nihil malè vult: sed non omnes hoc volunt:quidam enim malè aliqua volunt,& tñ volunt illa se velle, non ergo oẽs volunt beatitudinẽ.

¶ Sed contra est,quod Augustꝰ.dicit in.13. de Trin. ** Si vnus dixisset omnes beati esse vultis,miseri esse non vultis, dixisset aliquid, quòd nullus in sua non cognosceret voluntate;quilibet ergo vult esse beatus.

¶ Hic circa prædicta mouetur dubium incidens,quia enim homo non potest habere beatitudinem ex naturalibus, videtur quòd non omnes appetant.Ex altera parte videtur, quòd appetant omnes,quia est vltimus finis, quem dictum est supra ab omnibus appeti,& naturaliter.

¶ Respondeo dicendum, quòd beatitudo dupliciter potest considerari. Vno modo secundùm communem rationem beatitudinis,& sic necesse est,quòd omnis homo beatitudinem velit, ratio autem beatitudinis communis est vt sit bonum perfectum, sicut dictum est.* cũ autem bonum sit obiectum voluntatis,perfectum bonũ est alicuius,ꝙ totaliter eius voluntati satisfacit;vnde appetere beatitudinem nihil aliud est quàm appetere vt uoluntas satietur, quòd quilibet vult.

* In cor. & sup.q.1. ar. 5.

¶ D. S. per distinctionem de duplici consideratione beatitudinis per duas conclusiones respondet, secundam ponit ibi. Alio modo,&c. Consideratur ergo beatitudo vno modo secundùm communem rationem beatitudinis,secundùm hoc D.S.respondet prima conclusione ista.Necesse est, quòd omnes appetant beatitudinem hoc modo,scilicet secundùm communem rationẽ. Probatur appetere beatitudinem vt sic nihil aliud est quàm appetere, quòd voluntas satietur, sed hoc omnes volunt,igitur, &c. Maior probatur,quia beatitudo est bonum perfectum, sed bonum perfectum est quod voluntati totaliter satisfacit; igitur. Maior vera. ista minor patet, quia bonum est obiectum voluntatis tanquam scilicet perficiens,ergo perfectum bonum totaliter perficit, & satiat.Minor principalis relinquitur nota. Vide de hac conclusione Capreo.in quarto.distin.49.q.3.vbi videbis argumenta Scoti, quæ & supra.quæstio.prima tacta fuerunt.Vide D.S.in de Verita.Mate. 22. quæstio. 5.& sexta.vbi ostendit, quòd non repugnat voluntati aliquid necessariò velle, scilicet beatitudinem in communi. Consequenter ibi.

¶ Alio modo possumus loqui de beatitudine secundùm specialem rationem quantum ad id in quo beatitudo consistit, & sic non omnes cognoscunt beatitudinem,quia nesciunt cui rei communis ratio beatitudinis conueniat,& per consequens quantum ad hoc non omnes eam uolunt, unde patet responsio ad primum.

¶ Respondet secundùm aliam considerationem beatitudinis, scilicet secundùm specialem rationem, scilicet de visione Diuinæ essentiæ vel operatione virtuosa, & huiusmodi, tali conclusione secunda.Non omnes volunt beatitudinem hoc modo. Probatur, non omnes cognoscunt hoc modo,ergo non omnes volunt. Tenet consequentia,quia nihil volitum nisi cognitum. Antecedens patet,quia nesciunt cui ratio beatitudinis conueniat,&c.Et attende, quòd non est idem dicere beatitudo secundùm specialem rationem, & beatitudo quantum ad id in quo est sicut in obiecto, sicut supra dicebatur q.prima.artic. 7.patet ex hoc,quòd beatitudo in communi est ab omnibus volita,quia euidenter continet per se obiectum voluntatis perfectum, non sic visio vel contemplatio. Requiritur enim bonum, & cognitio eius ad hoc, quòd necessariò appetitum moueat.

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima conclusione responsiua.Et vide in quarto.d.49. in tex.de ista auctoritate.

¶ Ad primum.. Maior vera. Ad minorem,multi nesciunt quid sit beatitudo secundùm specialem rationem,& secundùm veritatem,tamen omnes apprehendunt beatitudinem secundùm communem rationem,quia apprehendunt, quòd libenter essent satiati in affectu suo. Ad probationem dicitur,quòd procedit de beatitudine secundùm specialem rationem, & quantum ad rem in qua ratio communis beatitudinis inuenitur. Ergo, &c.concludit pro secunda conclusione.Et nota,quòd ex quo secundùm D.S.appetitus beatitudinis prærequirit actualem apprehensionem, ideo appetitus huiusmodi non dicit solùm inclinationem potentialem potentiæ ad obiectum, sed etiam actum elicitum qui potest dici naturalis,quia determinatus ad vnum,quo ad specificationẽ Scotus autem vbi supra vult,quòd appetitus beatitudinis sit solùm inclinatio potentialis,& non actus elicitus. Sed benè videndo tunc Scotus admittit necessitatem actus appetendi beatitudinem non solùm quo ad specificationem,sed etiam quo ad exercitium, quia dicit, quòd vt in pluribus voluntas habet actum volendi, scilicet exercitum,sed in materia morali id, quod est in pluribus habetur vniuersale, ergo appetitus beatitudinis non solùm est necessarius quo ad specificationem, sed cum hoc quo ad exercitium.

Scotus

Ad secundum dicendum, ꝙ cum voluntas sequatur apprehensionem intellectus seu rationis,sicut contingit,ꝙ aliquid est idẽ ſm rem, quod tñ est diuersum ſm rationis considerationem;ita contingit,ꝙ aliquid est idẽ ſm rem,& tamen vno modo appetitur,alio modo nõ appetitur:beatitudo ergo potest considerari sub ratione finalis boni & perfecti,quæ est cõis ratio beatitudinis, & sic naturaliter,& ex necessitate voluntas in illud tendit, vt dictum est. * Potest etiã considerari secundum alias speciales cõsiderationes, vel ex parte ipsius operationis, vel ex parte potentiæ operatiuæ, vel ex parte obiecti, & sic non ex necessitate voluntas tendit in ipsam.

¶ Maior vera,essentia beatitudinis est visio ſm rem & veritatẽ, sed tamen beatitudo ipsa vt sic,importat per se obiectum volũtatis perfectũ,& primum quo ad nos,atq; principale; non sic visio, esto in veritate beatitudinis ratio in sola visione Dei cõsistat. Minor conceditur,& ratio iam dicta est, quia visio Dei nõ importat rationẽ perfecti boni formaliter,& expresè sicut beatitudo. Et ꝙ contingit,ꝙ idẽ sub vna ratione sit necessariò volitũ,sub alia nõ. Ideo negetur consequentia,sicut aliquis potest apperere dulce, & tñ non appetit mel. Vnde hæ rationes duæ sunt pro cõclusione 2. & vide de eis.D.S.in 4.dist.49.q.1.ar.3.q.1. ad primũ,& secundũ.

¶ Ad tertium dicẽdum,ꝙ ista definitio beatitudinis, quã quidam posuerunt.Beatus est qui habet omnia quæ vult, vel cui oĩa optata succedunt; quodãmodo intellecta est bona, & sufficiens; alio verò modo est imperfecta. Si enim intelligat simpliciter de oĩbus,q̃ vult homo naturali appetitu,sic verùm est,ꝙ qui habet oĩa quę vult est beatus,nihil.n.satiat naturalẽ hoĩs appetitũ,nisi bonũ perfectũ qđ est beatitudo. Si verò intelligat de his quæ homo vult ſm apprehensionẽ rationis, sic habere quædã quæ homo vult nõ pertinet ad beatitudinẽ,sed magis ad miseriã, inquantũ hmõi habita impediunt hoĩem ne habeat q̃cunq; vult naturaliter;sicut ẽt rõ accipit,vt vera interdũ q̃ impediunt a cognitione veritatis, & ſm hanc cõsiderationem Augustꝰ. * addit ad perfectionẽ beatitudinis,ꝙ nihil malè velit,quamuis primum posset sufficere si rectè intelligeretur, ſ. beatus est ꝙ habet oĩa q̃ vult.

* Locis]in argumẽtis, seu contra citatis.

¶ Maior conceditur & loquitur de verè beato,quia talis habet, quod vult & nihil malè vult; sed tamen non oportet, ꝙ ille qui appetit beatitudinem ſm communem rationem,ꝙ nihil mali in veritate velit,immo appetens malum ſm rem, tamen sub ratione boni,potest appetere beatitudinem ſm communem rationẽ. Vnde peccans mortaliter beatitudinem appetit.Vnde sicut nõ sequitur,appetit beatitudinem, ergo id quod est in veritate beatitudo; sic nec sequitur non appetit id in quo est verè beatitudo, ergo nõ appetit beatitudinem ſm communem rationem.Minor vera,quidã malè volunt aliqua,tñ sub ratione boni,ergo non volunt beatitudinem ſm specialem rationem,& id in quo verè beatitudo cõsistit. Vnde & hæc ratio est pro secunda conclusione.D.S.aũt in solutione supponens hoc argumentũ esse pro secunda cõclusione, declarat hanc descriptionem,vel definitionem beatitudinis,quia in vno sensu est vera,in alio nõ, vt clarè in solutione,ꝙa vera est, ꝙ beatus est qui habet omnia quæ vult naturali appetitu.Nec tũc oporteret addere,& nihil mali vult, quia appetitus naturalis non est mali,nec saciatur nisi habeat bonũ perfectũ. Si aũt intelligit, ꝙ habens quæ vult ſm apprehẽsionem rationis non est verùm, ꝙ tunc sit verè beatus. Et ergo addidit Augustꝰ. ꝙ nihil malè vult.

Quæstio Sexta.

De actibus humanis quantum ad voluntarium, & inuoluntarium.

QVia igitur ad beatitudinẽ per actus aliquos necesse est peruenire,oportet cõsequenter de humanis actibus cõsiderare,vt sciamus quibus actibus perueniatur ad beatitudinem, vel impediatur beatitudinis via; sed quia operationes & actus circa singularia sunt, ideo omnis operatiua scientia in particulari consideratione perficitur;moralis igitur consideratio quia est humanorum actuũ, primò quidẽ tradenda est in vniuersali,secundò verò in particulari. Circa vniuersalẽ aũt consideratione humanorũ actuum, primum quidem considerãdum occurrit de ipsis actibus humanis; secundò de principijs eorũ.Humanorũ autẽ actuum quidã sunt hominis proprij, quidam sunt homini & alijs animalibus cões;& quia beatitudo est proprium hominis bonũ,propinquius se habẽt ad beatitudinẽ actus qui sunt propriè humani,quàm actus qui sunt homini alijsq; animalibus cões. Primò ergo considerãdum est de actibus qui sunt proprij hominis; secundò de actibus qui sunt homini alijsq; animalibus cões, qui dicuntur passiones animæ, Circa primùm duo consideranda occurrunt. Primò de conditione humanorũ actuum;secundò de distinctione eorum actuum. Cum aũt actus humani propriè dicant qui sunt voluntarij, eo ꝙ voluntas est rationalis appetitus q̃ est proprius hoĩs, oportet cõsiderare de actibus in quantum sunt voluntarij. Primò ergo considerandũ est de voluntario,& inuolũtario in cõi. Secundò de actibus qui sunt voluntarij,quasi ab ipsa voluntate eliciti,vt immediatè voluntatis existẽtes. Tertiò de actibus qui sunt voluntarij quasi a voluntate imperati,qui sunt ipsius voluntatis mediantibus alijs potentijs. Et quia actus volũtarij habent quasdã circunstantias ſm quas diiudicãtur. Primò considerãdum est de voluntario & inuoluntario, & consequenter de circunstãtijs ipsorum actuũ in quibus voluntarium & inuoluntarium inuenitur. Circa primùm quærunt octo. Primò,vtrũ in humanis actibus inueniatur voluntarium. Secundò,vtrum inueniat in animalibus brutis. Tertiò,vtrũ voluntariũ possit esse absq; oĩ actu. Quartò,vtrum violentia voluntati possit inferri. Quintò, vtrum violentia causet inuoluntarium. Sextò, vtrum metus causet inuoluntarium.Septimò,vtrum cõcupiscẽtia inuoluntariũ causet. Octauò, vtrũ ignorãtia.

¶ Postquam D.S. præmisit considerationẽ de vltimo fine in cõmuni, atq; de beatitudine hominis,quæ præsupponuntur actibus humanis,de quibus tractat secunda pars principalis totius summę D.S.vt per eos consequitur Deum,vt vltimũ finẽ supernaturalem. Hic consequenter agit de actibus ipsis per quos ad hunc finẽ peruenit,vel ab eo deuiat,ſ.de actibus humanis.Et hæc quidẽ consideratio diuiditur in duas partes prolixas,ſm ꝙ actus in singularibus sunt,& in vniuersali considerari possunt. Primò ergo agitur de ipsis in vniuersali,& hoc in ista prima secundæ. Secundò in particulari,& hoc secunda secũdæ. Vnde patet ꝙ hactenus tractata cõia sunt,& ad primã secundæ,& ad secundam secũdæ. Nunc autẽ secunda pars diuisa est propter prolixam ſecunditatem eius in duas partes, vt patet. Circa primum aũt.ſ.circa actus humanos in vniuersali. Primò agitur de ipsis actibus humanis. Secundò de principijs eorum in q.49. Prima pars adhuc diuiditur in duas. Primò enim agitur de actibus humanis qui sunt homini proprij. Secundò de actibus homini & alijs animalibus communibus,ſ.de passionibus in q.22. Prima adhuc in duas,quia primò agitur de conditione humanorum actuum,secundò de distinctione eorum, in q.18.Circa primum tria tractantur,primò enim agitur de voluntario & inuoluntario in cõi, eo ꝙ actus humani inquantum huiusmodi sunt volũtarij. Secundò agitur specialiter de actibus immediatè a voluntate elicitis.q. 8. Tertiò de actibus ab ipsa voluntate imperatis.q.17. Circa primum primò sit quod dictum est,secundò agitur de circunstantijs humanorum actuũ,quæ sunt quædam accidentia eorũ,in q.7. Quo igitur ad primum,ſ.de volũtario & inuolũtario,quod est præsentis quæstionis,duo fiunt,primò agitur de voluntario,secũdò de inuoluntario sibi opposito,art.4. Quantum ad primum,primò ostendit in quibus sit voluntarium, secundò mouetur quoddã dubium incidens in ar.3.Circa primũ, primò ostenditur in quibus propriè reperitur ratio voluntarij,secundò in quibus secundariò & minus propriè,ar.2. Patet aũt ratio ordinis a magis cõibus ad minus cõia,& ab habitudine magis ꝓpinqua ad voluntatẽ. Et a conditione essentiali ad accidentalem. Ratione primi primò agit de actibus in cõi,quàm in speciali. Ratione secundi prius de proprijs hominis & elicitis, q̃ de cõibus sibi & alijs aĩalibus & imperatis.Rõne tertij prius de volũtario,quàm circunstãtijs,quia est essentialis cõditio actus humani voluntarij.

Diuisio libri.

Vtrum in humanis actibus inueniatur voluntarium.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ in humanis actibus nõ inueniatur volũtariũ;voluntariũ.n.est

Greg. Nic. * lib. 5. c. 3. Damasc. * lib 2. Ortho. fidei. * cap. 24. Arist. * Eth. ca. 1. * tex. 54.

cuius principiū est in ipso, vt patet per Greg. Nicenū, *& Damas. * & Aristo. * sed principium humanorum actuū non est in ipso, sed est extra; nam appetitus hominis mouetur ad agendum ab appetibili, quod est extra, quod & est sicut mouens nō motum, vt dicitur in 3. * de anima, ergo in humanis actibus non inuenitur voluntarium.

* tex. 28.

2 ¶ Præterea. Philosophus, in 8. Phys. * probat, ꝙ non inuenitur in animalibus aliquis actus nouus, qui nō præueniatur ab alio motu exteriori; sed omnes actus hominis sunt noui, nullus enim actus hominis æternus est, ergo principium omnium humanorum actuum est ab extra, non igitur in eis inuenitur voluntarium.

3 ¶ Præterea. Qui voluntariè agit, per se agere potest; sed hoc homini non cōuenit, dicitur enim Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere, ergo voluntarium in humanis actibus non inuenitur.

Damasc. * cap. 22. & 24.

¶ Sed contra est quod dicit Damas. in 2. lib. * quòd voluntarium est actus, qui est operatio rationalis, tales autem sunt actus humani, ergo in actibus humanis inuenitur voluntarium.

¶ Hic D.S. primò inquirit. An voluntarium inueniatur in humanis actibus. Et non capitur voluntarium prout solemus dicere voluntariū, id quod est factum a voluntate; sed pro conditione actus quæ est esse ab intrinseco principio omnino, ita quòd sit in virtute quęrere, An esse omnino a principio intrinseco inueniat in humano actu. Dico autem, omnino ab intrinseco, quia vt tangetur in cor. Actus aliquis potest habere principium intrinsecum, dupliciter. Vno modo vt moueatur; sed non, vt moueat se in finē. Secundum enim D.S. 2 contra Gent. c. 47. Quando motum habet quidem in se principium motus vel actionis, sed ab alio non a seipso, tunc esto moueatur & naturaliter, tamen non dicitur moueri a seipso, sicut graue habet quidem in se grauitatē, sed quia illam recipit a generante, ideo dicitur moueri a generante, præsertim in principio suæ generationis cum est extra dispositionē naturalem, quia sic motus ad locū connaturalē est vt complemētum generati. Et quia nihil seipsum complet, ideo non dicitur seipsum mouere, esto in ipso sit principium motus sui. Ad hoc ergo ꝙ aliquid moueat omnino ab intrinseco, oportet, ꝙ habeat principium motus, & a seipso. Et quia principium motus est principium non solùm actiuum, sed & finale; ideo ista dicuntur seipsa mouere perfectè intrinsecè, quæ habent principium executiuum motus, & cum hoc ad intra apprehendūt finē, qui & ipse est ratio agendi prima. Vnde si aliqua ab exteriori habēt impressionē per quam tendunt in finē, nō dicuntur se mouere. Si aūt aliquid met apprehendat finem & ex ista apprehensione mouetur, tunc dicit seipsum perfectè mouere a principio intrinseco, ita ꝙ nō solùm habet intra se vt moueatur, sed etiam vt moueatur propter finē. Et hoc est habere cōditionem, quæ dicitur voluntarium, sic quòd actus procedit a principio intrinseco, id est existēte intra id quod agit, sic quod habeat in se principium quo agat hunc actum, & etiam principium quo agat propter finem in quem se mouet, & non recipit ab extrinseco formam per quam tendat in finem, sicut graue recipit a generante; sed oportet, quòd accipiat a seipso formam per quam mouetur in finem.

¶ Aduerte ex his differentiam inter naturale, & voluntarium, quia ad naturale sufficit esse principium intrinsecum quo aliquid moueatur, etiā si illud principium non habeat a se, sed a generante, siue etiam illud principium sit passiuum, siue sit aliquo modo actiuum: vt habet D.S. 2. Physic. lect. 1. Sed ad voluntarium requiritur cum hoc, quòd actus fiat a principio intrinseco, & propter finem, hoc est, quòd etiam forma, qua aliquid determinatur ad finem, sit ab agente actum, vel a moto. Sicut homo apprehendit ex principio intrinseco formam, id est finem secundum esse apprehensum, per quam apprehensionem determinatur ad finem; non sic ea quę non cognoscunt. Et tamen inter apprehendentia finem est differentia, quia quædam necessariò sequuntur finem apprehensum, quædam verò habent dominium sui actus.

¶ Resp̄ndeo dicendū, ꝙ oportet in actibus humanis voluntariū esse. Ad cuius euidentiā considerandum est, ꝙ quorundā actuū principiū est in agēte seu in eo, quod mouetur; quorundam autem motuum, vel actuum principium est extra; cum enim lapis mouetur sursum, principium huius motionis est extra lapidē, sed cū mouetur deorsum, principium huius motionis est in ipso lapide.

¶ D.S. respondet tali conclusione. Oportet in actibus humanis voluntarium esse. Pro hac conclusione in principio posita manifestanda, primò præmittit duo notabilia distinctiua, secundùm ibi. Eorū aūt, &c. Secundò ex eis formar rationem pro conclusione, ibi. Et ideo, &c. Primum ergo notabile est, ꝙ quædam agentia, & mota habent principiū sui motus ad intra. Quædam verò habent principiū extrinsecū; vel idē respectu diuersorum motuū habet principiū intrinsecū, vel extrinsecum tantùm. Et ponit D.S. exēplum de lapide cuius motus sursum habet extrinsecum principiū, quia non intrinsecū actiuū, nec passiuum; sed principium motus deorsum habet principium intrinsecū, quia formā suam cum grauitate. Quale autē principiū sit ista forma grauis, an actiuum, vel passiuum tantùm, vī esse difficultas apud D.S. & ipsum exponentes. Sed potest pro nunc dici, ꝙ grauitas ipsa non est principium purè passiuum, sed etiā effectiuum, cum tamē graue mouetur præsertim a primo instante suæ generationis, tunc motus non attribuitur formæ suæ, sed generanti danti formā, quia nihil dī se mouere, nisi ab ipso sit forma, quæ est principium motus. Et quia ipsa grauitas, quæ est principiū motus non est a graui, sed a generante, ideo attribuitur generanti, vt D.S. statim dicit. Et secundò, quia vt habet D.S. 1 par. q. 18. ar. 1. ad secundùm Graue non mouetur nisi sit extra dispositionē naturalē, & eius motus est cōplementū suæ naturæ, ideo ab eo mouetur a quo generatur, & habet naturam, & hoc est generans. Cum quibus stat, ꝙ forma eius, & grauitas est sibi ratio mouendi, & ꝙ post generationē destructo generante etiā moueatur sicut a ratione mouendi propinqua sua grauitate. Vide de hoc Capreo. in 2. dist. 6. ad argumenta secundò loco inducta contra primā conclusionē. Vbi habet illū modum dicendi, ꝙ grauia & leuia moueantur ex se, sed non a se. Alijs vī vt tactum est, ꝙ mens D.S. sit, ꝙ motus grauium attribuitur generanti, quia ab eo est motus in principio generationis, & etiā principiū motus. Sed tñ postquam graue generatum est, & est in loco violento, tūc mouet se virtute suæ formæ, sicut per rationē mouēdi, &c. Et quomodocunq; sit. In proposito sufficit, ꝙ aliqua mouentur per principiū intrinsecū. Aliqua per principiū purè extrinsecum. Secunda dicuntur violenta, prima naturalia. Consequenter cum dicit.

¶ Eorum autem quæ a principio intrinseco mouentur, quædam mouent seipsa, quædam autem nō, cum. n. omne agens, seu motum agat, seu moueatur propter finem, vt supra habitū est, * illa perfectè mouentur a principio intrinseco, in quibus est aliquod intrinsecum principium, non solùm vt moueantur, sed vt moueantur in finem; ad hoc autem ꝙ fiat aliquid propter finem, requiritur cognitio finis aliqualis; quodcūq; igitur sic agit, vel mouetur a principio intrinseco, qđ habet aliquā noticiā finis, habet in seipso principiū sui actus nō solū, vt agat, sed etiā vt agat propter finē; quod aūt nullā noticiā finis habet, etsi in eo sit principium actionis, vel motus, nō tamen eius qđ est agere, vel moueri propter finē est principium in ipso, sed in alio a quo ei imprimitur principiū suæ motionis in finem. Vnde huiusmodi non dicuntur mouere seipsa, sed ab alijs moueri. Quæ verò habēt noticiam finis dicuntur seipsa mouere, quia in eis est principium non solùm vt agant, sed etiam vt agant propter finem.

¶ Subiungit secundum notabile subdistinctiuum primi membri prædictæ diuisionis. Quia sunt duplicia quæ mouentur a principio intrinseco. Quædam enim mouent seipsa, quædam non. Et exponit quæ sunt quæ seipsa mouent, & per oppositum, quæ se nō mouēt. Nā illa se mouent, & perfectè a principio intrinseco, in quibus est principium non solùm, vt moueantur, sed etiam, vt moueantur in finem. Et rationem huius ponit, quia omne agens vel motum, agit, vel mouetur propter finem, ergo perfectè se mouet quod mouet se etiam ad finem. Deinde D.S. exponit quid requiratur ad hoc, quod aliquid se moueat in finem, quia ad hoc, ꝙ aliquid fiat propter finem, requiritur cognitio finis aliqualis, vt in littera. Et eandem distinctionem tangit D.S. contra Gent. vbi dicitur, quòd aliqua habent a se formam, & principium suæ operationis, quædam non. Principium enim operationis, & motus est non solùm potentia executiua, sed etiam finis. Ad hoc ergo, quòd aliquid perfectè ex principio intrinseco agat, oportet vtrūque principium esse ab intra, scilicet vt habeat principium effectiuum intra se, & habeat etiam a se principium directiuum in finem. Naturalia autem purè, non habent a se vt tendant in fines suos, sed ab imprimente inclinationem in finem. Vnde non dicuntur mouere se, sed quæ finem ex seipsis apprehendunt.

¶ Aduerte ex his, ꝙ mobile naturaliter potest habere motum qui est in ipso & non ab ipso, vt patet in secundo membro distinctionis primæ. Et sic mobili & appetitui eius naturali non repugnat violentia, quin scilicet possit sibi ab intrinseco inesse. Sed appetitus habens motum voluntariū perfectè, vel imperfectè, non solùm est subiectum motus sui, sed etiam motus est ab ipso effectus. Et hoc patet ex secunda distinctione, quia motus huiusmodi sunt a seipsis necessariò effectiuè & originaliter, quare nunquam est

est motus eius, nisi ab extrinseco concurrente. Et per consequens nunquam potest animal motum suum violentare, & hoc est fundamentale pro sequentibus. Et patet ex his distinctionibus, quid significat nomen, & ratio voluntarij, consequenter ibi.

* Locis in argu. supra citatis.

¶ Et ideo cum vtrunq; sit ab intrinseco principio, s. ꝙ agūt, & ꝙ propter finem agunt, horū motus, & actus dicuntur voluntarij, hoc enim importat nomen voluntarij, quòd motus & actus sit a propria inclinatione, & inde est quòd voluntarium dicitur esse secundum definitionem Aristo. & Grego. Niceni, & Damas. * non solum cuius principium est intra, sed cum additione scientiæ, vnde cum homo maximè cognoscat finem sui operis, & moueat seipsum in eius actibus maximè voluntarium inuenitur.

¶ Probat conclusionem responsiuam, scilicet quòd in actibus humanis maximè inuenitur voluntarium, ex prædictis notabilibus sic. Horū motus, & actus dicūtur voluntarij, quæ habent principium intrinsecum non solùm vt agant, sed etiam vt agant propter finem, sed actus humani sunt hominis, vt habet principium intrinsecum, vt agat, & propter finem agat, ergo, &c. Maior patet dupliciter, primo ex nomine voluntarij, quia nomine voluntarij importatur, ꝙ motus & actus sit a propria inclinatione, sed propria inclinatio est principium intrinsecū. Quare id quod est maximè a principio intrinseco, & vtroq; modo dicitur voluntariū. Secundò probatur ex definitione voluntarij, quā D.S. ponit nominatim in littera, quia oportet quòd non solum principiū sit intra, sed cum additione scientiæ. Ex primo autem est quòd agat ex principio intrinseco, & ex secundo est ꝙ agat ex principio propter finem. Minor probatur, quia homo mouet seipsum ad actus suos, & sic habet principium ad intra suorum actuum, & cognoscit finem sui operis, & ita agit etiam propter finē per principiū, quod habet a seipso ex propria scilicet apprehensione. Quare sequitur minor, &c.

¶ Nota verbum D.S. cum dicit, ꝙ homo cognoscit sinē sui operis. Per hoc enim habetur, ꝙ cognoscit finē formaliter, & sic sequitur conclusio, quòd in ipso est perfectum voluntarium, vt patebit ar. sequenti.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem respon. Et intelligitur, ꝙ voluntarium est operatio rationalis, id est procedens ex apprehensione rationis, & loquitur de voluntario perfecto, vel loquitur extēsè de rationali, s. pro omni apprehensione finis coniūcta actioni in eodē agēte. Naturalia enim agunt propter finē apprehensum, sed nō ab eis sicut cognoscētia.

¶ Ad primū dicendū, ꝙ nō oē principiū est principiū primum, licet ergo de ratione voluntarij sit, quòd principium eius sit intra, non tamen est contra rationem voluntarij, ꝙ principiū intrinsecum causetur, & moueatur ab exteriori principio, quia non est de ratione volūtarij quòd principium intrinsecum, sit principium primum. Sed tamen sciendum, ꝙ contingit aliquod principium motus esse primū in genere, quod tamen non est primū simpliciter, sicut in genere alterabilium primum alterās est corpus cęleste, quod tamen non est primum mouens simpliciter, sed mouetur motu locali a superiori mouēte, sic igitur principium intrinsecum volūtarij actus, qđ est vis cognoscitiua, & appetitiua est primum principiū in genere appetitiui motus, quamuis moueatur ab aliquo exteriori secundum alias species motus.

* Ad primum.

¶ Ad maiorē dupliciter, primò, voluntariū est cuius principiū est intra, sed non oportet, ꝙ primum principiū sit intra, quia non repugnat vt principiū immediatū intrinsecum agenti moueatur per aliquod extrinsecum. Secundò cuius principium est intra, etiā principium nō simpliciter primum, sed in aliquo genere, s. quòd principium actus voluntarij est primum in genere principiorum appetitiuorum. Minor negatur, ꝙ principiū immediatum nō sit intra. Secundò negatur, ꝙ etiā principium primum in genere appetitiuorum non sit intra. Ad probationem dico, ꝙ mouetur ab appetibili non in eodem genere, tanquam. s. a principio appetitiuo, sed secundum aliam speciem motus; s. in genere causæ finalis; & si etiā aliqualiter in genere causæ efficientis, non tamen sicut a principio appetitiuo, sed solū sicut a ratione agendi, ita ꝙ appetitus ipse est qui appetit, & elicit actum voluntarium, appetibile autē est ratio efficiendi solū, & sic manet appetitus primū principiū in genere principij appetitiui qđ. Quare negetur cōsequētia.

¶ Aduerte verbū D.S. in fine solutionis, quia appetitus mouet ab exteriori ſm aliā speciē motus ab illa specie, qua ipse mouet; quia appetibile mouet ſm genus causæ finalis, & etiā in genere cāx efficiētis alia rōne, q̄ ipse appetitus, q̄a solū vt rō efficiēdi, &c.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ motus animalis nouus præuenitur quidē ab aliquo exteriori motu quantum ad duo. Vnō modo inquantum per motum exteriorē præsentatur sensui animalis aliquod sensibile, quod apprehensum mouet appetitum, sicut leo videns ceruum per eius motum appropinquantē incipit moueri ad ipsum. Alio modo inquantū p exteriorē motū incipit aliqualiter immutari naturali immutatione corpus animalis, puta p frigus, vel calorē; corpore autē immutato p motum exterioris corporis immutatur ēt p accidēs appetitus sensitiuus, q̄ est virtus organi corporei, sicut cū ex aliqua alteratione corporis cōmouet appetitus ad cōcupiscentiā alicuius rei, sed hoc non est contra rationem voluntarij, vt dictum est, * huiusmodi enim motiones ab exteriori principio sunt alterius generis.

¶ Maior vera, præuenitur ab alio motu exteriori, sed alterius rationis, puta in genere causæ finalis, vel effectiuę sicut rationis efficiendi. Nam semper concomitantur se causa finalis, & rationis efficiendi; nam finis non causat finaliter, nisi apprehensus, & vt apprehensus, sic est ratio efficiendi actū appetitus. Vel materialis, s. dispositiuè. Ergo omnium, &c. Verum principiū primū, & in generibus iam dictis, tamen principiū proximū est intra in genere causæ motiuæ, & efficientis. Vnde non est contra rationem actus voluntarij, ꝙ sit a principio exteriori, sed oportet, ꝙ principium effectiuū immediatū sit interius, vel intrinsecum agēti. Vnde D.S. in solutione declarat minorē, sed negat cōsequentiā, ibi, sed hoc non est, &c. ratione dicta in solutione primi, & iam tacta.

¶ Ad tertiū dicēdum, ꝙ Deus mouet hominē ad agē dū nō solū sicut proponens sensui appetibile, vel sicut immutans corpus, sed ēt sicut mouens ipsam voluntatē, quia oīs motus tam voluntatis, q̄. naturæ ab eo procedit sicut a primo mouente; & sicut non est cōtra rationē naturæ, ꝙ motus naturæ sit a Deo sicut a primo mouente inquantū natura est quoddam instrumentū Dei mouētis, ita nō est contra rationē actus voluntarij, ꝙ sit a Deo inquantū voluntas a Deo mouet, est tñ cōiter de rōne naturalis, & volūtarij motus, ꝙ sint a principio intrinseco.

¶ Ad maiorem, qui voluntariè agit per se agere potest per exclusionē agentis propinqui contra inclinationem agentis, nō tamen per se per exclusionē agentis primi, quod etiā agit in genere causæ efficientis. Negatur consequentia, quia nō est contra rationem voluntarij moueri a Deo, qui est autor voluntatis sicut nō est contra rationē motus naturalis, ꝙ sit a Deo. De ista solutione tertij, vide infra q. 109. ar. 1. qa omne agens eget in actione sua motione primi agentis cui essentialiter subordinatur. Et per consequens nullum principium intrinsecū creatum excludit primum principium, immo ipsum necessariò præsupponit.

¶ Aduerte etiam illum terminum, instrumētum, quia D.S. cum extensè accipit pro omni agente moto, etiam si sit in suo ordine principali, & effectum sibi assimilet. Sicut eodem modo accipit. 1. par. q. 115. ar. 3. ad tertium.

Vtrum voluntarium inueniatur in animalibus brutis.

T 2. dist. 25. ar. 1. ad 6. Et 3. dist. 27. q. 1. ar. 4. ad 3. Et veri. q. 24. ar. 2. ad 1. Et 3. Eth. lect. 4. & le. 5. col. 1.

AD secundū sic proceditur. Videtur, ꝙ voluntarium non sit in brutis animalibus, voluntarium enim a voluntate dicitur, voluntas autem cum sit in ratione, vt dicitur in 3. de anima, * nō potest esse in brutis animalibus, ergo neque voluntarium in eis inuenitur.

* Tex 42. Damasc. * lib. 2. ca. 22. & 24.

2 ¶ Præterea. Secundū hoc quòd actus humani sunt voluntarij homo dicitur esse dominus suorum actuum, sed bruta animalia non habent dominium sui actus, nō enim agunt, sed magis aguntur, vt Damas. dicit, * ergo in brutis animalibus non est voluntarium.

Arist. * cap. 1.

3 ¶ Præterea. Damas. dicit, ꝙ actus volūtarios sequitur laus, vel vituperiū; sed actibus brutorū animaliū non debetur neq; laus, neque vituperium, ergo in eis non est voluntarium.

¶ Sed cōtra est quod dicit Philosophus in 3. Ethi. * ꝙ pueri, & bruta animalia communicant voluntario, & idem dicunt Grego. Nicenus, & Damas. *

* lib 5. c 4. lib. 2. c 24.

¶ Hic ostendit in quibus secundariò, & minus principaliter propriè sit voluntarium, scilicet in bestijs. Nam constat ex dictis, quòd in purè naturalibus nullo modo est, quia non habent a seipsis, vt agant propter finem, nec cognoscunt ipsum. Bruta autem

tem cognoſcunt, & apprehendunt finem. Ideo non oportebat quærere de carentibus cognitione, quia eſto motum naturalem habere poſſint, non tamen voluntarium.

*ar. præc. ¶ Reſpondeo dicendum,quòd ſicut dictum eſt, * ad rationem voluntarij requiritur, quòd principium actus ſit intra cum aliqua cognitione finis. Eſt autem duplex cognitio finis, perfecta ſcilicet, & imperfecta. Perfecta quidem finis cognitio, eſt quando non ſolùm apprehenditur res quæ eſt finis, ſed etiam cognoſcitur ratio finis, & proportio eius,quod ordinatur ad finem ipſum, & talis cognitio finis competit ſoli rationali naturæ. Imperfecta autem cognitio finis eſt quæ in ſola finis apprehenſione conſiſtit,ſine hoc, quòd cognoſcatur ratio finis,& proportio actus ad finem,& talis cognitio finis reperitur in brutis animalibus per ſenſum, & æſtimationem naturalem.

¶ D.S. reſpondet tali concluſione. Soli rationali naturæ competit voluntarium ſecundùm rationem perfectam, ſed ſecundùm rationem imperfectam competit Brutis. D.S. probando hanc concluſionem ſupponit ex præcedenti articulo rationem voluntarij. Ex qua arguitur ſic, perfectam cognitionem finis ſequitur voluntarium ſecundùm rationem perfectam, imperfectam autem rationem finis, id eſt cognitionem finis ſecundùm imperfectam rationem, ſequitur voluntarium imperfectum; ſed perfecta cognitio finis competit ſoli rationali naturæ, imperfecta verò cognitio finis reperitur in brutis animalibus per ſenſum, & æſtimationem naturalem, igitur, &c. Huius rationis D.S. primò minorem ponit cum declaratione terminorum maioris,& minoris. Secundò ſubiungit maiorem cum concluſione, ibi, Perfectam igitur, &c. Declarat autem terminos per diſtinctionem de duplici cognitione finis clarè in littera, & annectit duas partes minoris. Vide D.S. 2. contra gentı.cap.47. & 48.vbi hoc declarat:quia enim in beſtijs appetere, neceſſariò ſequitur ex formis acceptis, id eſt ad apprehenſionem, nec habent liberum iudicium, an velint appetere vel non, agere vel non agere, ſed habent iudicium determinatum a natura, & per conſequens non dominium ſui actus. Rationalis autem natura non habet iudicium determinatum a natura ad vnum, ſed iudicium eſt in eius poteſtate,quia intellectus non eſt determinatus ad iudicandum hoc, vel illud determinatè, ſed poteſt iudicare ſic vel aliter, quare & liberam voluntatem habet. Conſequenter cum dicit.

¶ Perfectam igitur cognitionem finis ſequitur volũtarium ſecundum rationem perfectam, prout ſcilicet apprehenſo fine aliquis poteſt deliberans de fine, & his quæ ſunt ad finem moueri in finem, vel non moueri. Imperfectam autem rationem finis ſequitur voluntarium ſecundum rationem imperfectam, prout ſcilicet apprehendens finem non deliberat,ſed ſubito mouetur in ipſum; vnde ſoli rationali naturæ competit voluntarium ſecundum rationem perfectam, ſed ſecundum rationem imperfectam,competit etiam brutis.

¶ Subiungit maiorem principalem, quam declarat quo ad hoc quid ſit voluntarium perfectum, quia eſt quando ipſe motus in finem apprehenſum, eſt in poteſtate agentis, ſic quòd poteſt propter ipſum agere, vel non agere, ſic quòd habet liberum iudiciũ de actione ſua,ſic quòd ſuum iudicium cognoſcit,ſe ſuper ipſum reflectendo, & hoc eſt perfectum voluntarium, quia eſt ab intra, & mouet ſe propter finem & liberè; ſed imperfectum voluntarium eſt, quia mouet ſe in finem, ſed non liberè, ita quòd actus eſt quidem ab intra quo ad agere, & agere propter finem, ſed tamen actio non eſt in poteſtate agentis ſic, quòd poſſit agere, & non agere. Probatur etiam maior ex ſuppoſito præmiſſo in principio, quia ad rationem voluntarij requiritur, quòd principium actus ſit ad intra cum aliqua cognitione finis; hoc videlicet requiritur ad voluntarium in communi, ergo ſequitur maior, ꝙ vbi eſt perfecta cognitio, &c. Et tenet conſequentia per iſtam Topicam. Sicut ſimpliciter ad ſimpliciter,ita magis, &c.

¶ Et aduerte (ſicut ſupra dictũ fuit.q.1.ar.2.) Quod omnis libertas in appetitu, eſt ex indifferentia apprehenſionis; ideo ex hoc, quòd apprehenſiua apprehendit perfectè,& per conſequens habet indifferentiam ad iudicandum hoc vel illud, ſequitur & in appetitiua libertas,qua actũ habet in ſua poteſtate,ita quòd poſſit agere vel non agere. Quare ex perfecta cognitione bene infertur perfectum voluntariũ,qđ eſt a principio intrinſeco,& libero,&c.

¶ Aduerte autem,quia D.S.non loquitur de rationali creatura, ſed natura, ne videretur li.ar.& voluntarium a Deo excludere cui perfectiſſimè conuenit voluntarium,vt patet 1.par.q.19.ar.10. & q.18. ar. 3. Extenſè autem accipitur rationale, vt etiam extendit ſe ad intellectuale, ratione quam D.S. habet ſecunda ſecundæ,q. 83.ar.10. ad ſecundum, quia ratio, & intellectus non ſunt diuerſæ potentiæ.

ARGVMENTVM in contrarium eſt pro ſecunda parte concluſionis reſpon.quia habet Philoſophus ibidem,qu òd pueri & beſtiæ voluntariò communicant,electione autem non, quia videlicet non habent perfectam cognitionem deliberatiuam, quæ requiritur ad electionem, & ſic per conſequens habent imperfectum voluntarium, quia imperfectam cognitionem.

¶ Ad primum dicendum,quòd voluntas nominat rationalem appetitum, & ideo non poteſt eſſe in his, quæ ratione carent; voluntarium autem denominatiuè dicitur a voluntate, & poteſt trahi ad ea in quibus eſt aliqua participatio voluntatis ſecundum aliquam conuenientiam ad voluntatem, & hoc modo voluntarium attribuitur animalibus brutis,inquantum ſcilicet per cognitionem aliquam mouentur in finem.

¶ Ad maiorem. Voluntarium dicitur à voluntate denominatiuè,& participatiuè. Minor vera eſt in ratione, id eſt in ſuperiori portione animæ immateriali,vt habet D. S. in de Veritate Mate. 15.q.1.ad 12.Et Mate.22.ar.10.ad ſecundum, ſed negetur conſequentia. Et ratio in ſolutione, quia non ſequitur, non eſt ibi per eſſentiam,ergo non eſt in eis aliqua participatio voluntatis,ſcilicet moueri a principio intrinſeco,& propter finem, non per impreſſionem ab extrinſeco acceptam, ſed per ſenſum acceptam.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ex hoc contingit, quòd homo eſt dominus ſui actus, quòd habet deliberationem de ſuis actibus;ex hoc enim, quòd ratio deliberans ſe habet ad oppoſita,voluntas in vtrunq; poteſt, ſed ſecundum hoc voluntarium non eſt in brutis animalibus, vt dictum eſt. *

¶ Ad maiorem dicitur, quòd ex hoc quòd actus humani ſunt voluntarij perfectè,ſcilicet ex inclinatione intrinſeca,cum apprehenſione nõ determinata,ſed indifferenti, ideo eſt dominus ſuorum actuum;ſed non, quia voluntarij quocunque modo. Minor conceditur. Et dicuntur agi, non quia non habeant principium intrinſecum;ſed quia non liberum,ergo, &c. Verùm non eſt voluntarium perfectum,ſed tamen imperfectum, &c.

¶ Ad tertium dicendum,quòd laus & vituperiũ conſequuntur actum voluntarium ſecundum perfectam voluntarij rationem,qualis non inuenitur in brutis.

¶ Ad maiorem, actus voluntarios perfectè, quia ſunt a principio intrinſeco in cuius poteſtate ſunt quo ad agere, vel nõ agere, ita quòd non habeant actionem ex intranea inclinatione tãtùm, ſed etiam ex libero iudicio.Et de iſta maiore, infra q. 21.ar.1.Minor conceditur,quia non ſunt in poteſtate eorum, ſed neceſſitate naturalis inclinationis actus ſuos cõmittunt, ergo, &c. Verum non eſt perfectum voluntarium.

Vtrum voluntarium poſſit eſſe abſque omni actu.

AD tertium ſic proceditur. Videtur quòd voluntarium non poſſit eſſe ſine actu: voluntarium enim dicitur quod eſt a voluntate, ſed nihil poteſt eſſe a volũtate niſi per aliquem actum ad minus ipſius voluntatis, ergo voluntarium non poteſt eſſe ſine actu.

2 ¶ Præterea. Sicut per actum voluntatis dicitur aliquis velle, ita ceſſante actu voluntatis dicitur non velle; ſed non velle inuolũtarium cauſat,quod opponitur voluntario,ergo voluntarium non poteſt eſſe actu voluntatis ceſſante.

3 ¶ Præterea. De ratione voluntarij eſt cognitio, vt dictum eſt, * ſed cognitio eſt per aliquem actum, ergo voluntarium non poteſt eſſe abſque aliquo actu.

¶ Sed contra, illud cuius domini ſumus dicitur eſſe voluntarium,ſed nos domini ſumus eius,quod eſt agere & non agere,velle & non velle, ergo ſicut agere & velle eſt voluntarium, ita & non agere & non velle.

¶ Hic D.S.determinat quoddam dubium, quia enim dictum eſt,quòd voluntarium ſit conditio humanorum actuum, ideo eſt dubiũ,an poſſet eſſe ſine oĩ actu exercito & poſito realiter ineſſe.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd voluntarium dicitur, qđ eſt a voluntate,ab aliquo actu dicitur eſſe aliquid dupliciter. Vno modo directè, quod ſcilicet procedit ab aliquo inquantum eſt agens, ſicut calefactio a calore.

Alio

Alio modo indirectè ex hoc ipſo, quòd non agit, ſicut ſubmerſio nauis dicitur eſſe a gubernatore inquantum deſiſtit a gubernando.

¶ D.S. primò præmittit duo notabilia diſtinctiua, ſecundum ibi. Sed ſciendum, &c. ſecundo ex eiſdem manifeſtat, & infert concluſionem reſponſuam, ibi. Quia igitur, &c. Quo ad primum dicit, quia videlicet voluntarium dicitur, quod eſt a voluntate, ergo ſecundùm quòd aliquid dupliciter eſt a voluntate, ſecundùm hoc dupliciter dicitur voluntarium, primò ſcilicet directè & poſitiuè,quia ſcilicet procedit à voluntate elicitiuè, vel imperatiuè, ſicut dicitur eſſe ab agẽte inquantũ eſt agens. Sicut,&c. Et hoc eſt perfectiſſimum voluntarium, vt patebit infra, quando voluntas vult aliquid, vel aliquis imperat per actum poſitiuum. Alio modo dicitur voluntarium indirectum, ex hoc ipſo, quòd non agit. Sicut, &c. Hoc autem eſſe ab aliquo, ſcilicet indirectè non eſt per actionem poſitiuam, ſed per remotionem actionis, qua potuiſſet illud impediuiſſe ne factum fuiſſet,vel poſſet facere vt fieret, quod non fit, & tollere ipſum non fieri. Deinde cum dicit.

¶ Sed ſciendum, quòd non ſemper id quod ſequitur ad defectũ actionis, reducitur ſicut in cauſam in agens ex eo, quòd non agit, ſed ſolùm tunc cum poteſt, & debet agere; ſi enim gubernator non poſſet nauem dirigere, vel non eſſet ei commiſſa gubernatio nauis, non imputaretur ei nauis ſubmerſio,quæ per abſentiam gubernatoris contingeret.

¶ Exponit, & explicat ſecundum membrum dictæ diſtinctionis per ſecundum notabile limitando dictum de voluntario indirectè, quia non ſemper habetur tanquam voluntarium, nec imputatur alicui tanquam ab ipſo omne, quod ſequitur ad defectum actionis, quod ſcilicet agẽdo potuiſſet impediuiſſe. Sed ſolùm tunc, quando poteſt, & debet agere, & agendo impedire, ſic quòd ad voluntarium indirectum requiritur, & ſufficit, non facere vel impedire,quod quis poſſet,& deberet facere,vel impedire,ſiue illud impediendum ſit poſitiuum vel priuatiuũ. Et ponit exemplum de gubernatore nauis. Et aduerte illud ſecundum mẽbrum & eius limitationem,quia eius noticia plurimum infra erit neceſſaria cum agetur de peccato omiſſionis, & de peccatis quæ ſunt ſubiti motus, qui habentur tanquam aliquo modo voluntarij,ſcilicet indirectè,quia ſcilicet potuerunt impediri, & non impediuntur.

Volũtariũ indirectũ, quid.

¶ Aduerte etiam quòd voluntarium,quod eſt ex hoc,quòd per voluntatem potuit aliquid fieri, & non fit, vel impediri, & non impeditur, non eſt conditio vel proprietas realis actus alicuius, ſed tantùm imputatiua voluntatis,& fundatur non in actu, ſed in poteſtate voluntatis, ita quòd actus non factus attribuitur ſibi & imputatur, non ſicut accidens inherens ſibi, ſed quia in eius poteſtate fuit facere vel impedire. Deinde ibi.

¶ Quia igitur voluntas volendo, & agendo poteſt impedire hoc quod eſt non velle, & non agere, & aliquando debet. Hoc quod eſt non velle & non agere imputatur ei quaſi ab ipſa exiſtens, & ſic voluntarium poteſt eſſe abſque actu, quandoq; quidem abſque actu exteriori cum actu interiori, ſicut cum vult non agere, aliquando autem abſque actu interiori ſicut cum non vult.

¶ Manifeſtat ex dictis concluſionem reſpon. quam ſubinfert iſtam. Voluntarium poteſt eſſe abſque actu quandoq; quidẽ, &c. vt in fine litteræ per totum. Probatur prima pars formando maiorem ex notabilibus præmiſſis,id eſt voluntarium indirectum, quod voluntas poteſt & debet impedire,ſed voluntas poteſt impedire hoc quod eſt non velle, & non agere & aliquando debet,ergo hoc quod eſt non velle, & non agere imputatur ei quaſi ab ipſa exiſtens, & per conſequens ſequitur prima pars concluſionis, quòd voluntarium poteſt eſſe ſine actu,ſcilicet exercito & facto, quia non velle,& non agere eſt non actus. Maior patuit. Minor probatur, quia volendo & agendo potuit & debuit impedire nõ velle & non agere. Alias duas partes declarat D.S. exemplariter: ſicut cum quis vult non agere,ibi eſt voluntarium abſque exteriori actu exercito,quia omittitur, & tamen eſt actus interior exercitus, quia vult non agere. Et quando aliquis non vult, nec cogitat etiam de faciendo aliquo & poteſt,non eſt actus interior, nec per conſequens exterior, & tamen omiſſio vtriuſque habetur voluntaria, & ſic eſt voluntarium ſine omni actu interiori & exteriori. Sicut ſi quis deberet ire ad Eccleſiam, & poſſet & ipſe nihil cogitat de eundo ad Eccleſiã,tunc nec vult, nec vadit. Et vtrũque,ſcilicet non velle & non ire habentur vt voluntaria.

ARGVMENTVM in contrarium, continet virtualiter rationem pro concluſione reſpon. Nam non velle & non agere eſt in poteſtate noſtra, quia poſſumus agere,vel non agere, & ipſum non agere impedire agendo, ergo, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd voluntarium dicitur non ſolùm, quod procedit a voluntate directè ſicut ab agente, ſed etiam quod eſt ab ea indirectè ſicut a non agente.

¶ Maior eſt extendenda, quia ſufficit ad voluntarium, quòd eſt a voluntate directè, ſicut eſt voluntarium, quod committitur. Vel eſt a voluntate indirectè, quod per hoc non agit,quod deberet agere,vel non impediret,quod deberet impedire, ſiue ſit actio elicita ſiue imperata quam poſſet, & deberet agere. Et hoc eſt voluntarium quod omittitur. Ad minorem. Vera eſt directè, quia ſic nihil eſt a voluntate niſi per actum, ita quòd ſaltem eſt ipſe actus. Sed negatur, quòd nihil poſſet eſſe a voluntate indirectè interpretatiuè & imputatiuè, niſi per actum exercitum, immo & non agere eſt ſic a voluntate,ergo, &c. Verum, voluntarium directum, tamen indirectum, &c.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd non velle dicitur dupliciter. Vno modo prout ſumitur in vi vnius dictionis, ſecundùm quòd eſt infinitum huius verbi nolo,vnde ſicut cum dico, nolo legere,ſenſus eſt, volo non legere, ita hoc quod eſt non velle legere ſignificat velle non legere,& ſic non uelle cauſat inuoluntarium. Alio modo ſumitur in ui orationis, & tunc non affirmatur actus uoluntatis, & huiuſmodi non uelle non cauſat inuoluntarium.

¶ Sicut per actum voluntatis dicitur aliquis velle, ita ceſſante actu voluntatis dicitur non velle. Verum, vt non velle dicitur omnino per remotionem actus. Vltra ſed non velle inuoluntarium, &c. Non velle vt ſumitur in vi orationis & dicitur priuatiuè, negatur, quòd cauſet inuoluntarium. Si autem ſumitur in vi vnius dictionis & poſitiuè, prout idem eſt quod nolle, tunc conceditur, quòd cauſat inuoluntarium,ergo, &c. Negatur conſequentia, immo ceſſante actu eſt voluntarium, quia non velle priuatiuè exiſtente eſt voluntarium, ſed poſito actu qui eſt nolle ponitur inuoluntarium. Et hoc intendit D.S.Et de hoc vide pulchrè in D.S. in primo ſententiarum, diſtin.6.in expoſitione litteræ. Vbi ſic dicit, volens & nolens non opponuntur contradictoriè, ſed volens & non volens. Differt enim nolo & non volo, quia cum dicitur, non volo, negatur actus, & ideo opponitur ſicut negatio ad affirmationem. Sed in hoc verbo nolo & in toto condeclinio eius remanet actus voluntatis affirmatus, & negatio fertur ad volitum. Vnde ſenſus eſt, nolo hoc, id eſt volo hoc non eſſe, &c. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd minor eſt falſa, ſi non velle ſumitur in vi orationis,& negatur actus voluntatis debitus & poſſibilis. Ipſum enim non velle eſt indirectè voluntarium, licet nolle faciat aliquid eſſe contra voluntatem.

Nolo & nõ volo differunt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd eo modo requiritur ad uoluntarium actus cognitionis,ſicut & actus uoluntatis, ut ſcilicet ſit in poteſtate alicuius conſiderare, & uelle & agere. Et tunc ſicut non uelle & non agere cum tempus fuerit eſt uoluntarium, ita etiam non conſiderare.

¶ Maior vera cognitio poſſibilis & debita, quia & cognitio poſſibilis & debita reputatur voluntaria, non quòd cognitio ſit actu exercita. Ad minorem. Verum, cognitio exercita eſt per aliquem actum,tamen poteſt eſſe voluntaria abſque actuali exercitio, ergo, &c. Negatur conſequentia, vel conceditur ad hunc ſenſum ergo non poteſt eſſe ſine actu, qui fit vel deberet fieri.

Vtrum voluntati violentia poſſit inferri.

X 1 q.12.ar.1. co. & ad 1. Et 4. diſt. 29.ar.1. Et veri.q 22. ar.5.& 8.Et q. 24.ar.4. Et Ro. 6.l. 8.co.2. Ariſt. * tex.54.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd uoluntati poſſit uiolentia inferri, unumquodque enim poteſt cogi a potentiori, ſed aliquid eſt humanæ uoluntati potentius, ſcilicet Deus,ergo ſaltem ab eo cogi poteſt.

2 ¶ Præterea. Omne paſſiuum cogitur a ſuo actiuo quando immutatur ab eo; ſed uoluntas eſt uis paſſiua,eſt enim mouens motum,ut dicitur in tertiò de anima, * cum ergo aliquando moueatur,a ſuo actiuo uidetur quod aliquando cogatur.

3 ¶ Præterea. Motus uiolentus eſt, qui eſt contra naturam, ſed motus uoluntatis aliquando eſt contra naturam, ut patet de motu uoluntatis ad peccandum, qui eſt contra naturam, ut Damaſ. dicit, * ergo motus uoluntatis poteſt eſſe coactus.

* Lib.4.Ortho. fid.ca. 21.cap.16.

¶ Sed contra est, quod Augustinus dicit in quinto, de ciuitate Dei, * quòd si aliquid fit voluntariè non fit ex necessitate, omne autem coactum fit ex necessitate, ergo quod fit ex voluntate non potest esse coactum, ergo voluntas non potest cogi ad agendum.

* Cap. 16.

¶ Postquam actum est de voluntario, hic consequenter agitur de inuoluntario, quia autem inuoluntarium dicit priuationē voluntarij, quod consistit in duobus, s. inclinatione appetitus, & cognitione. Ideo per priuationem vtriusq; contingit inuoluntariū. Et sic dupliciter, s. per exclusionē motus appetitiui q̄ pertinet ad violentiam. Et per exclusionem cognitionis præuię, quæ pertinet ad ignorantiam. Vnde secundùm hoc duplex est modus inuoluntarij, scilicet per violentiam, & per ignorātiam. Primò igitur D. S. agit de inuoluntario per violentiam. Secundò de inuoluntario per ignorantiam. art. 8. Circa primum duo facit, primò determinat de inuolūtario simpliciter dicto in quo nulla est permixtio voluntarij. Secundò de inuoluntario mixto, ar. 6. Quantum ad primùm, primò præmittitur præambulum quoddam nominum ad propositum. Secundò ostenditur propositum quomodo scilicet violentia caufet inuoluntarium. ar. sequenti. Quæritur igitur primò, an voluntati possit inferri violentia, id est coactio, quæ facit inuoluntarium simpliciter, quamuis violentum sit communius coactione, quæ propriè dicitur in cognoscentibus.

¶ Respondeo dicendum, quòd duplex est actus voluntatis. Vnus quidem qui est eius immediatè velut ab ipsa elicitus, scilicet velle. Alius qui est actus voluntatis à voluntate imperatus, & mediante alia potentia exercitus, vt ambulare, & loqui quia voluntate imperantur mediante potentia motiua.

Distinctio.

¶ D. S. primò distinguit de duplici actu voluntatis, secundùm quem quæsitum potest intelligi dupliciter. Secundò respondet conformiter duplici conclusione. Prima est iuxta secundum actū voluntatis, ibi. Quantum igitur, &c. Secunda quo ad primum, ibi. Sed quantum, &c. Duplex ergo est actus voluntatis, &c. vt in littera, & sic intelligitur quæsitum. An voluntas possit cogi, & pati violentiam, vel secundùm actum elicitum, vel imperatum. Et de ista distinctione supra dictum est. q. 1. ar. 1.

¶ Nota, quòd sub actu imperato etiam comprehenditur actus intellectus. Actus enim imperatus generalius quiddam est, quàm actus exterior, nisi exterior capiatur extensè pro omni actu alterius potentiæ a voluntate. Quod autem intelligere, quod cadit sub electione comprehendatur sub actu imperato, patet, quia ratio D. S. statim ponenda de actu imperato, etiam tenet de actu intellectus, quia videlicet aliquis potest cogi quo ad actum intellectus, inquantum contra inclinationem voluntatis cogitur alicui euidenti veritati assentire, licèt intellectus non cogatur, sed homo secundùm intellectum, vt dictum est, vide de hoc D. S. in tertio. dist. 25. art. 3. vbi tractat hanc materiā vid., & in de Veri. Mate. 22. q. 5. ad tertium. consequenter cum dicit.

¶ Quantum igitur ad actus a voluntate imperatos voluntas violentiam pati potest, inquantum per violētiam exteriora membra impediri possunt, ne imperium voluntatis exequantur.

¶ Respondet iuxta secundum membrum tali conclusione, voluntas violentiam pati potest quantum ad actus imperatos. Intellige materialiter, & secundùm potētiam, quia videlicet voluntas non imperat actu quando violentatur, sed quia talem actum posset imperare. Probatur conclusio, membra exteriora per violentiam possunt impediri, ne voluntatis imperium exequantur, ergo voluntas potest quo ad actus imperatos pati violentiā. Antecedens patet, quia potest quis ligari ne vadat, qui libenter abiret, & similiter potest trahi qui libenter remaneret. Tenet consequentia, quia voluntas renititur huiusmodi impeditioni, vel tractui, & nullam confert vim, & sic contra eiūs inclinationem cogitur manere, vel ire quandoq;, & per consequens violentatur. Similiter, vt dictum est, contingit aliquem per rationem demonstratiuam cogi quo ad actum intellectus contra inclinationem voluntatis, & per consequens hominis, licèt non contra appetitum naturalem intellectus. D. S. tamen exemplificat de actu exteriori imperato, quia ibi est notius violentiam posse inferri, Consequenter ibi.

D. 133. & 388.

¶ Sed quantum ad ipsum proprium actum voluntatis, non potest ei violentia inferri, & huius est ratio, quia actus voluntatis nihil aliud est, quàm inclinatio quædā procedens ab interiori principio cognoscente, sicut appetitus naturalis est quædā inclinatio ab interiori principio, & sine cognitione; quod autem est coactum, vel violentum est ab exteriori principio. Vnde cōtra rationem ipsius actus volūtatis est, quòd sit coactus, vel violentus, sicut etiam est cōtra rationem naturalis inclinationis, vel motus lapidis, q̄ feratur sursum; potest enim lapis per violentiam ferri sursum, sed quòd iste motus violentus sit ex eius naturali inclinatione esse non potest; similiter etiam potest homo per violentiam trahi, sed quòd hoc sit ex eius voluntate, repugnat rationi violentiæ.

¶ Subiungit secundam conclusionem respon. quo ad primum membrum istam. Est impossibile quòd voluntati inferatur violentia quo ad actum elicitum. Probatur, contra rationem ipsius actus voluntatis scilicet eliciti est, quòd sit coactus, vel violentus, igitur conclusio vera; consequentia nota, quia per nullam potentiam conuenire potest quod repugnat rationi alicuius. Antecedens probatur ratione, & similitudine. Ratione sic, quia actus voluntatis nihil aliud est, quàm inclinatio procedens ab interiori principio cognoscente, sed quod est coactum est ab exteriori principio, ergo antecedens ipsum verum, quia simul esset voluntarius, & non voluntarius, quod implicat. Et confirmatur antecedens per simile in naturalibus.

¶ Nota hic circa hanc probationem, verum esse, quòd actus voluntatis est inclinatio, sicut appetitus naturalis est inclinatio, & ergo sicut motus qui est contra inclinationem naturalem non est naturalis, sic motus qui est contra inclinationem voluntatis non potest esse voluntatis, nec est voluntarius. Si ergo motus voluntatis est violentus, tunc est inclinatio, & est contra inclinationem. Et hæc similitudo sufficit ad propositum. Sed tamen hic est duplex differentia. Prima, quia inclinatio voluntatis, quam dicimus actum voluntarium, est inclinatio actualis, & actus ipse elicitus. Inclinatio autem contra quam est violentia, & motus violentus, est forma quæ est actus primus, sicut grauitas ipsa dicitur, & est inclinatio grauis contra quam est motus sursum. Secunda differentia est, quia appetitus dupliciter se potest habere ad motum, quia vno modo subiectiuè tantùm, & non effectiuè, siue originaliter, sicut cum graue proijcitur sursum, motus iste est in grauī, sed non ab eo, nec actiuè, nec passiuè naturaliter, sed tantùm extrinsecè est. Alio autem modo potest se habere ad motum subiectiuè, & originaliter simul, sicut cum graue descendit. Voluntas autem, & appetitus sequens cognitionem semper se habet vtroque modo ad actum, scilicet vt subiectum, & vt principium. Et hoc D. S. tangit cum dicit, quòd actus voluntatis est inclinatio quædam procedens ab interiori principio. Vbi habetur, quòd actus eius est eius semper dupliciter, subiectiuè & originaliter. Ex quo sequitur, quòd licet res purè naturalis possit habere motum violentum, qui sit in ipsa, & non ab ipsa, nunquam tamen voluntas potest habere actum nisi sit ab ipsa, & si ab ipsa necessariò, ergo nunquam violentus, sed sicut motus naturalis rei semper est in ipsa & ab ipsa, sic motus voluntatis. Licet, vt dictum est aliquis motus possit esse in re naturali, & non ab ipsa, sed iste non est naturalis. Et per hoc soluuntur multæ apparentiæ difficultatum.

¶ Nota etiam, quòd Diuina potentia fieri posset, quòd voluntas ipsa nullum actum efficere posset, sed ab omni actu cessaret, cum videlicet Deus suspenderet influentiam suam à voluntate, nec tamen violentia voluntati inferretur. Quia vt patebit infra, quicquid Deus in rebus facit, non est contra naturam, esto præter naturale, vel supernaturale esse possit, non tamen violentum propter potentiam obedientialem in creatura respectu cuiuslibet quod Deus in ea agere voluerit. Vide de materia huius articuli in D. S. in de Verita. Mate. 22. q. quinta, & octaua, vbi ostendit, quòd nec voluntas a Deo cogi potest.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat secundam conclusionem, & intelligitur maior, quòd id quod fit voluntariè non fit ex necessitate coactionis, potest tamen fieri necessitate naturalis inclinationis quæ non præiudicat voluntario, vt ostēdit D. S. in de Verita. Mate. 22. q. quinta, ad primam instantiam, vbi exponit hanc eandem authoritatem dicens, quòd authoritas illa est intelligenda de necessitate coactionis, quæ secundùm Augustinum v. de ciuitate Dei voluntati repugnat.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Deus qui est potentior, quàm voluntas humana, potest voluntatem humanam mouere secundùm id prouerbium, Prouerb. 21. Cor regum in manu Dei est, & quocunque voluerit vertet illud, sed si hoc esset per violentiam, iam non esset cum actu voluntatis, nec ipsa voluntas moueretur, sed aliquid contra voluntatem.

¶ Maior negatur, si coactio sit contra naturam inferioris, sed verum est, quòd inferius potest a superiori efficaciter moueri, & immutari pro libito superioris. Minor conceditur, sed voluntati quo ad actus elicitos repugnat violentia. & implicat actū talē esse violentū, vt patuit, quare negatur cōsequentia, sed sequitur, q̄ Deus voluntati potenter dominetur, & q̄ posset ea immutare,

tare, sine tamen violentia, vt D. S. ostendit vbi iam in fine corporis, vbi & exponit auctoritatem in solutione adductam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non semper est motus violentus, quādo passiuum immutatur a suo actiuo; sed quando hoc fit contra interiorem inclinationē passiui, alioquin omnes alterationes, & generationes simplicium corporum essent innaturales, & violentæ; sunt autem naturales propter naturalem aptitudinem interiorē materiæ, vel subiecti ad talem dispositionem; & similiter quando voluntas mouetur ab appetibili secundum propriam inclinationem non est motus violentus, sed voluntarius.

¶ Maior negatur, quando passum confert vim actiuo, esto actiuè non concurrat, vt ostendit D. S. secundo physicorum lectione prima in principio, & 2. sen. di. 18. q. 1. ar. 2. in cor. Natura enim diuiditur per materiam, & formam, & si natura, quæ est principiū passiuum inclinetur ad motum erit naturalis. Sic si voluntas immutetur ab actiuo, & non contra suam inclinationem, non cogitur, nec patitur violentiam. Sicut si inualidus corpore cuius membra a voluntate moueri non possunt, si ab alio deferatur ipso volente nullam patitur violentiam. Ad minorem, videbitur infra q. 22. arti. 2. ad secundum, quia, vera est, quòd est passiua, quia a suo obiecto mouetur, & non efficit ipsum. Sed dico, quòd obiectum non mouet ad specificationem contra eius inclinationem, quamuis si sit obiectum perfectum, s. beatitudo moueat necessariò necessitate naturalis inclinationis quo ad specificationem. Similiter prima causa effectiua potest in ipsam agere, & ipsam effectiuè mouere citra tamen coactionem. Quare negatur consequentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd id in quod voluntas tendit peccando, & si sit malum, & cōtra rationalem naturam secundum rei veritatem, apprehenditur tamē vt bonum conueniens homini secundum aliquam delectationem sensus, vel secundum aliquem habitum corruptum.

¶ Ad maiorem. Motus violentus est contra naturam, id est intrancam, vel naturalem inclinationem appetitus. Minor negatur ad hunc sensum. Ad probationem patebit infra q. 71. artic. 2. quia peccatum est quidem contra rationem hominis, vt homo est, id est contra rationem rectam, sed non est contra inclinationem voluntatis, quæ modo est secūdum suggestionem passionis, vel corrupti habitus. Nam fornicatio licet sit contra rectam rationem, tamen erronea eam approbat, & voluntas in ipsam inclinatur, & per consequens non est violenta.

Vtrum violentia causet inuoluntarium.

Supra ar. 4. co. & infra arti. 6. ad 1. Et q. 73. ar. 6. co. Et 2. 2. q. 88. art. 6. ad 1. Et Mal. qō 6. co. * ar. præc. Damasc. * Li. 2. c. 24. Aristo. * Lib. 3. Ethi. c. 1.

Y AD quintum sic proceditur. Videtur quòd violentia non causet inuoluntarium: voluntarium enim & inuoluntarium secundum voluntatem dicuntur, sed voluntati violentia inferri non potest, vt ostensum est, * ergo violentia inuoluntarium causare non potest.

¶ 2 Præterea. Id quod est inuoluntarium est cum tristitia, vt Damas. * & Philosophus * dicunt, sed aliquando patitur aliquis violentiam, nec tamen inde tristatur; ergo violentia non causat inuoluntarium.

¶ 3 Præterea. Id quod est a voluntate non potest esse inuoluntarium, sed aliqua violenta sunt a voluntate, sicut cum aliquis cum corpore graui sursum ascendit, & sicut cum aliquis inflectit membra contra naturalē eorum flexibilitatem; ergo violentia non causat inuoluntarium.

* Locis supra citatis in arg. 2.

¶ Sed contra est, quòd Philosophus & Damas. * dicunt, quòd aliquid est inuoluntarium per violentiam.

¶ Hic ex dictis in ar. præce. determinat propositum, quomodo scilicet violentia causet inuoluntarium.

¶ Respondeo dicendum, q̄ violentia directè opponitur volūtario, sicut etiam & naturali, commune est. n. voluntario, & naturali, q̄ vtrūq; sit a principio intrinseco; violentum aūt est a principio extrinseco, & propter hoc sicut in rebus, quæ cognitione carent violētia aliquid facit contra naturā, ita in rebus cognoscentibus facit aliquid esse contra voluntatē, quod aūt est contra naturam dī esse innaturale, & similiter q̄ est cōtra volūtatem dī esse inuoluntariū, vnde violentia inuoluntariū causat.

¶ D. S. breuiter respondet tali conclusione, violentia inuoluntarium causat. Et intelligitur, q̄ violentia qua ad actum imperatum homo contra inclinationem voluntatis cogitur, vel ab eo contra inclinationem prohibetur, quòd tunc actus est inuoluntarius faciente violentia. Probatur conclusio, sicut in rebus, quę cognitione carent violentia aliquid facit contra naturam, ita in rebus cognoscentibus facit aliquid contra voluntatem; sed quod est contra naturam dicitur esse innaturale, ergo similiter, quod est contra voluntatem dicitur esse inuoluntarium, quale est violentum; ergo sequitur conclusio. Maior probatur a principio, quia violentia opponitur voluntario & naturali, ex vna radice, inquantum scilicet illa ambo sunt a principio intrinseco, violētum autem ab extrinseco; ergo sequitur maior, vt patet de se. Minor relinquitur nota, quia motum grauis sursum dicimus innaturalem &c. Et est intentum horum dictorum, quia naturale, & voluntarium habent esse a principio intrinseco; ergo si aliquid fiat ab extrinseco contra inclinationem intrinseci principij erit innaturale contrariè, & similiter inuoluntarium quasi contra voluntatem; sed violentia dicitur per hoc quòd aliquis motus fit contra inclinationem naturæ, vel aliquis actus imperatus extorquetur de membris, vel imperditur contra inclinationem voluntatis; ergo talis motus erit innaturalis, vel inuoluntarius, non purè negatiuè, sed contrariè, quia contra voluntatem.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem respon. Et intelligitur, vt dictum est, quòd violentia, id est esse ab exteriori contra inclinationem & velle voluntatis, facit actum inuoluntarium contrariè.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd inuoluntarium voluntario opponitur, dictum est autem supra * quòd voluntarium dicitur non solùm actus, qui est immediatè ipsius voluntatis, sed etiam actus a voluntate imperatus; quantum igitur ad actum, qui est immediatè ipsius voluntatis, vt supra dictum est; * violentia inferri non potest. Vnde talem actum violentia inuoluntarium facere non potest, sed quantum ad actum imperatum voluntas potest pati violentiam, & quantum ad hunc actum violentia inuoluntarium facit.

* ar. præce.

* ar. præce.

¶ Maior conceditur, dicuntur secundum volūtatem, id est a voluntate denominantur, licet alia sit habitudo voluntarij ad voluntatem, alia inuoluntarij. Ad minorem, voluntati non potest inferri violentia quo ad actum elicitum, tamen quo ad imperatum, vt patuit ar. præced. ergo &c. Verum non causat inuoluntarium, quasi actus interior extorqueatur a voluntate contra eius inclinationem, sed quia violentia, id est exterior potestas potest actum imperabilem a voluntate, nunc autem non imperatum extorquere de membris contra voluntatem, vel eam impedire a motu exteriori quem vellet perficere.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut naturale dicitur, quod est secundum inclinationem naturæ, ita voluntarium dicitur, quod est secundum inclinationem voluntatis, Dicitur autem aliquid naturale dupliciter. Vno modo, q̄ est a natura, sicut a principio actiuo, sicut calefacere est naturale igni. Alio modo secundū principium passiuum, quia s. est innata inclinatio ad recipiēdum actionem a principio extrinseco, sicut motus cœli dicitur esse naturalis propter aptitudinem naturalem cę lestis corporis ad talem motum, licet mouens sit voluntarium. Et similiter voluntarium potest aliquid dici dupliciter. Vno modo secundum actionem, puta cum aliquis aliquid vult agere. Alio modo secūdum passionem scilicet cum aliquis vult pati ab alio. Vnde cum actio infertur ab aliquo exteriori manente in eo, qui patitur, voluntate patiendi, non est simpliciter violentum; quia licet ille qui patitur non conferat agendo, confert tamen volendo pati, vnde non potest dici inuoluntarium.

¶ Maior vera vt sic, dico autem, vt sic, quia potest nobis esse voluntarius, & toti animali secundum appetitum, & tamen esse cum pœna, & tristitia inquantum est contra elementum prædominans in corpore, vt patebit in solutione sequenti. Minor negatur, quòd patiatur violentiam, & non tristetur, ad hoc enim vt patiatur violentiam, oportet quòd voluntas non faciat aliquid, nec velit pati. Et si vtrunque horum assit, scilicet quòd nec faciat imperando, nec velit pati, tunc oportet, quòd sequatur tristitia in voluntate. Non autem est violentia si non faciat, sed tamen libenter patiatur. Sicut D. S. declarat in solutione per simile in naturalibus. Quare negatur consequentia.

*tex. 27.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut Philoſophus dicit in 8.Phy. *Motus animalis quo interdum mouetur animal contra naturalem inclinationem corporis, & ſi non ſit naturalis corpori, eſt tamen quodammodo naturalis animali; cui naturale eſt, quòd ſecundum appetitum moueatur; & ideo hoc non eſt violentum ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Et ſimiliter eſt dicẽdum, quòd cum aliquis inflectit membra contra naturalem diſpoſitionem, hoc enim eſt violentum ſecundum quid, ſcilicet quantum ad membrum particulare, non tamen ſimpliciter quantum ad ipſum hominem.

¶ Ad maiorem. Id quod eſt a voluntate non poteſt eſſe inuolũtarium. Verum, per comparationem ad ipſam voluntatem, immo ad totum habens voluntatem, cuius voluntas eſt inclinatio. Volũtas enim eſt inclinatio totius hominis. Et ergo quod ſecundùm eam fit non iudicatur violentum homini. Similiter quod fit ſecũdum appetitum animalem non eſt violentum animali, poteſt tamen eſſe violentum corpori animalis, inquantum motus qui eſt ſecundùm appetitum animalem, repugnat inclinationi corporis ratione elementi prædominantis, & in contrarium tendentis. Ad minorem. Si intelligitur, quòd violentia ſimpliciter reſpectu totius habentis voluntatem, & reſpectu voluntatis, & appetitus animalis negatur. Sed ſi intelligitur, quòd violentia ſecundum quid per comparationem ad inclinationem corporis. Et ſic procedit probatio, quia motus ſurſum eſt violentus corpori animalis, ſed non toti animali, cui naturale eſt moueri ſecundum appetitũ ſenſitiuum pro habendis neceſſitatibus ſuis. Simile eſt de inflexione membrorum. Ergo talis violentia ſimpliciter qua aliquid eſt contra inclinationem voluntatis, & totius hominis, vel animalis, nõ cauſa: inuoluntarium ſimpliciter negatur. Sed bene probat, quòd violentia qua fit aliquid contra corpus, & tamen ſecundum inclinationem appetitus, non facit ſimpliciter inuoluntarium, ſed ſecundum quid tantùm. Vide de materia huius ſolutionis D.S. in 2. diſt. 15.q.2.artic.2.in cor. vbi ſic dicit Motus animalis eſt duplex. Vnus ſequens naturam corporis eius ſecundum virtutem elementi prædominantis in ipſo, alio modo conſequitur apprehenſionem, & appetitum. Et hic eſt motus proprius animalis inquãtum eſt animal. Hæc ibi. Et in 3.diſt.22.q.3 artic.2.quæſtiun. pri.in cor, vbi inter cætera dicit. Alio modo dicitur motus naturalis, quia in eo, quod mouetur eſt diſpoſitio naturalis, per quam aliquid fit mobile ab aliquo mouente. Et hoc contingit dupliciter, quia vel ineſt iſta aptitudo ad hoc, quòd moueatur ab illo mouente cum inclinatione ad contrarium motum, ſicut eſt in corpore animalis, & tunc ille motus dicitur violentus quantum ad naturam corporis inquantum eſt corpus, naturalis autem quantum ad naturam corporis inquantum eſt animatum. Hæc ille, ex quibus patet, ꝙ motus animalis qui eſt ſecundum appetitum prꝙia apprehenſionẽ, eſt naturalis animali, vt ſic, ſed eſt violentus corpori, vt habet hæc ſolutio D.S. Patet & qui ſit motus animalis, vt animal eſt, ſcilicet progreſſiuus, vel volatiuus ſecundũ appetitum animalis, & apprehenſionem. Patet quoque ex his, quòd ſi animal quieſcat ex appetitu ſecundum inclinationem corporis, tunc eſt quies omnino naturalis. Si autem pauſet in loco ſecundum appetitum, qui tamen eſt contra naturam corporis, quòd tunc eſt quies naturalis animali, ſecundum quòd animal, non autem ſecundum corpus, proportionabiliter de quiete loquendo, ſicut D S, de motu dixit, vide D.S. in Opuſculo 35.de huiuſmodi materia.

Motus violentus corpori animalis, & non animali.

Vtrum metus cauſet inuoluntarium.

Z Infra art 7. ad 1.& 2.Et 4.di.29 q.1. ar.2 Et quo li.5.arti.10. Et 2. Cor, ca.9.co.3.& 2.Eth.co 3. 4.fi.

AD ſextũ ſic proceditur. Videtur quòd metus cauſet inuoluntarium ſimpliciter, ſicut enim violentia eſt reſpectu eius, quod contrariatur præſentialiter volũtati; ita metus eſt reſpectu futuri mali, quod repugnat voluntati, ſed violentia cauſat inuoluntarium ſimpliciter: ergo & metus inuoluntarium ſimpliciter cauſat.

¶ 2 Præterea. Quod eſt ſecũdũ ſe tale quolibet addito remanet tale, ſicut quod ſecundùm ſe eſt calidum, cuicunque coniungatur nihilominus eſt calidum ipſo manente, ſed illud, quod per metum agitur ſecũdum ſe eſt inuoluntarium: ergo etiam adueniente metu eſt inuoluntarium.

¶ 3 Præterea. Quod ſub conditione eſt tale, ſecundũ quid eſt tale; quod autem abſque cõditione eſt tale, ſimpliciter eſt tale; ſicut quod eſt neceſſarium ex conditione, eſt neceſſarium ſecundum quid; quod autem eſt neceſſarium abſolutè, eſt neceſſariũ ſimpliciter; ſed id quod per metum agitur eſt inuoluntarium abſolutè, non eſt autem voluntarium niſi ſub conditione, ſcilicet vt vitetur malum, quod timetur; ergo id quod per metum agitur eſt ſimpliciter inuoluntarium.

¶ Sed contra eſt, quod Grego. Nicenus dicit * & etiã Philoſophus, * quòd huiuſmodi, quæ per metum agũntur ſunt magis voluntaria, quàm inuoluntaria.

Greg. * Lib. Arift. * Li. 3 ca.1.

¶ Hic determinatur de inuoluntario ſecundũ quid, & duo facit. Primò oſtendit ſecundum quid attendatur inuoluntarium hoc modo dictum. Secundò excludit a ratione inuolũtarij quoddam, quod videtur facere inuoluntarium in ſequenti articulo.

¶ Nota ſecundùm D.S. in quarto diſtin. 29. articu. primo, quòd duplex eſt vis. Vna quæ facit neceſſitatem abſolutam. Et tale neceſſarium iuxta Philoſophum dicitur neceſſarium violẽtum abſolutè. Alia autem eſt vis, quæ facit neceſſitatem conditionatam. Et tale neceſſariũ iuxta Philoſophũ vocatur violẽtũ mixtum. Et hęc violentia ſecunda poteſt eſſe in conſenſu, qui eſt actus voluntatis, non autem prima, & iſta ſecunda vis idem eſt, quod metus, qui voluntatem cogit quodammodo, ſed prima vis cadit etiam in corporalibus rebus. Vnde legislator per vim intelligit coactionem ſimpliciter, & diuidit vim contra metum. Hæc ille. Quare patet, quod prius quæſitum eſt, an vis abſoluta poſſit inferri voluntario. Nunc autem quæritur de violentia ſecundùm quòd eſt per metum quæ non repugnat voluntati, ſed aliquid velle ex neceſſitate conditionata: & an talis vis ſecundùm quid faciat actum inuoluntariũ, qui ſic eſt volitus, ſolùm ratione metus, & timoris periculi.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut Philoſophus dicit in 3.Ethi. * & idem dicit Grego. Nicenus in li. ſuo de homine. * Huiuſmodi, quæ per metũ aguntur mixta ſunt ex voluntario, & inuoluntario, id enim quod per metum agitur in ſe conſideratum non eſt voluntarium, ſed fit volũtarium in caſu, ſcilicet ad vitandum malum, quod timetur.

Arift. * Ca. Greg. * li.

¶ D. S. Primò deducit concluſionem quandam præambularem, & indeterminatè reſponſiuam. Secundò magis determinatè reſpondet, ibi. Sed ſi quis &c. Prima concluſio eſt iſta. Huiuſmodi quæ per metum aguntur mixta ſunt ex voluntario, & inuoluntario, habetur per hoc aliqualis reſponſio ad quæſitum, quòd quæ per metum aguntur, nec ſunt purè voluntaria, nec purè inuoluntaria, quia mixta. Probatur auctoritate Philoſophi, & Gregorij Niceni, & ratione ſic: Id quod per metum agitur, vt in litera per totum; ergo concluſio vera. Antecedens notum, quia nullus vult proiicere bona ſua in mari ſecundùm ſe conſiderando illam proiectionẽ, & tñ vt euadat periculum maius, ſ. ſubmerſionem ſuam vult proiicere. Conſequentia nota.

¶ Sed ſi quis rectè conſideret magis ſunt huiuſmodi voluntaria, quàm inuoluntaria; ſunt enim voluntaria ſimpliciter, inuoluntaria autem ſecundùm quid. Vnumquodque enim ſimpliciter eſſe dicitur ſecundùm quòd eſt in actu, ſecundum autem quòd eſt in ſola apprehenſione, non eſt ſimpliciter, ſed ſecundum quid.

Cor. ſeq.

¶ Habito quia ſunt mixta ex voluntario, & inuoluntario. Hic D.S. determinat quid magis dicenda ſint tali concluſione, reſpon. huiuſmodi: Quæ per metum agũtur magis ſunt voluntaria, quàm inuoluntaria, habetur per hoc reſponſio formalis, quòd metus nõ cauſat inuoluntarium ſimpliciter, ſed ſecundum quid tantùm. Probatur concluſio, huiuſmodi ſunt voluntaria ſimpliciter, inuoluntaria ſecundum quid; igitur concluſio vera. Cõſequentia nota, quia magis eſt id quod eſt ſimpliciter, quàm id quod eſt ſecũdum quid. Antecedens probatur ſic. Vnumquodq; ſimpliciter eſſe dicitur ſecundùm ꝙ eſt in actu, ſecundùm autem ꝙ eſt in ſola apprehenſione non eſt ſimpliciter, ſed ſecundùm quid; ſed quod per metũ agitur eſt voluntarium ſecundùm ꝙ eſt actu, ſed inuoluntarium ſolùm ſecundùm ꝙ eſt in apprehenſione rationis, igitur eſt ſimpliciter voluntarium, ſed inuoluntarium ſecundùm quid. Huius rationis D.S. ponit primò maiorem, ſecundò probat minorem, ibi. Hoc autem &c. Maiorem iſtam D.S. relinquit notam, quia ſecundum ꝙ fit res actu, habet eſſe ſimpliciter, & in ſe, ſed in apprehenſione habet ſolùm eſſe ſecundum apprehenſionem, & non ſecundum ſe. Conſequenter cum dicit.

¶ Hoc autem quòd per metum agitur, ſecũdum hoc eſt in actu ſecundum quòd fit, cum n. actus in ſingularibus ſint, ſingulare autem inquantum huiuſmodi eſt hic, & nunc, ſecundum hoc id, quod fit eſt in actu, ſecundũ quòd hic eſt, & nunc, & ſub alijs conditionibus indiuidualibus; ſic autem hoc quod fit per metum eſt voluntarium inquãtum, ſ. eſt hic, & nunc, prout ſ. in hoc caſu eſt impedimẽtum maioris mali, quod timebatur, ſicut proiectio mercium in mare fit voluntarium tempore tempeſtatis

peſtatis propter timorem periculi. Vnde manifeſtũ eſt, quòd ſimpliciter voluntarium eſt, vnde & competit ei ratio voluntarij, quia principium eius eſt intra.

¶ Probat minorem pro antecedente aſſumpto principali, & primò primam partem eius, ſecundò ſecundam ibi. Sed quòd &c. Quo ad primam arguitur ſic, hoc quod per metum agitur ſecundum hoc eſt in actu ſecundum quòd fit, ſed ſic ſcilicet ſecundum quòd fit, quod fit per metum eſt voluntarium: ergo quod per metum agitur eſt voluntarium ſecundum quòd eſt actu. Maior probatur in littera. Cum enim &c. quia ſecundum hoc quod fit eſt in actu, ſecundum quòd eſt hic, & nunc, & ſub aliis conditionibus indiuidualibus igitur; maior vera; hoc aſſumptum probatur in littera. Minor proxima declaratur ibi, prout ſcilicet &c. Et confirmatur prima pars antecedẽtis iam probata, quia competit tali, quod agitur ex metu hic, & nunc ratio voluntarij, quia principium eius eſt intra, & cum hoc eſt ibi cognitio, quia ſciendo, & volendo eijcit merces. Conſequenter ibi.

¶ Sed quòd accipiatur id quod per metum fit, vt extra hunc caſum exiſtens prout repugnat voluntati, hoc non eſt, niſi ſecundum rationem tantùm, & ideo eſt inuoluntarium ſecundum quid, id eſt prout conſideratur extra hunc caſum exiſtens.

¶ Subiungit quæ ſunt pro ſecunda parte minoris dictæ principalis, ſcilicet quòd huiuſmodi quæ metu aguntur ſunt ſolùm inuoluntaria ſecundum apprehenſionem rationis, quia quòd id quod per metũ fit, vt extra hunc caſum, ſic repugnat voluntati, ſed hoc ſecundum eſt ſecundum rationem tantùm; ergo ſecunda minoris pars vera. Et patet de ſe, quia mercator dum cogitat de mercibus ſuis extra caſum hunc conſtituris, vult non proiicere, & proiectio eſt contra voluntatem, ſed iſta eſt ſpeculatio extra caſum; dum autem eſt actu in periculo, tunc vult omnino proiicere, & ergo proiectio, vt exiſtit in actu ſic eſt volita, ſed vt conſideratur non exiſtens tunc eſt nolita. Aduerte autem, quòd & proiectio, vt actu eſt, ſic conſiderat actu vt facienda, & tali cogitatione quæ eſt imperatiua, ſed quando cogitatur per intellectum abſtrahentem ab eſſe actuali proiectionem ipſam extra caſum periculi ſic eſt non volita, ſed vt conſideratur, vt redimens maius periculum, ſic conſidera tur, vt volenda, & eſt volita.

¶ Nota ex his, quòd peccans ex metu non eſt excuſatus, nam quod ex metu agitur eſt voluntarium, & per conſequens ſi in nullo caſu licitum non excuſatur faciens, quæ autẽ facta ex cuſet metus qui cadit in conſtantem virum, vide D. S. vbi ſupra in quarto, quia conſtans, metu cogitur ad ſuſtinendum minus malum, vt euadat maius, non autem cogitur ad maius, vt euadat minus, ſicut inconſtans. Et quia peccata ſunt maxima mala, ideo ad hoc nullo modo poteſt homo conſtans cogi ad ipſa, immo magis debet homo mori, quam talia ſuſtinere, ſed inter damna corporalia, vt eui tet maius ſuſtinet minus. Vide ar.2.ibid. vide etiam de Materia huius articuli D.S in quodlibe.5.ar.10.

ARGVMENTVM in contrarium probat ſecundam cõcluſionem reſponſiuam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ea quæ aguntur per metum, & per vim non ſolùm differunt ſecundum præſens, & futurum; ſed etiam ſecundum hoc quòd in eo quod agitur per vim, voluntas non conſentit, ſed omnino eſt contra motum voluntatis, ſed id quod per metum agitur fit voluntarium ideo quia motus voluntatis fertur in id, licet non propter ſeipſum, ſed propter aliud ſcilicet ad repellendum malum, quod timetur, ſufficit enim ad rationem voluntarij, quòd ſit propter aliud voluntarium, voluntarium enim eſt non ſolùm, quod propter ſeipſum volumus, vt finem; ſed etiã quod propter aliud volumus, vt propter finem, patet ergo quòd in eo quod per vim agitur, voluntas interior nihil agit, & ideo vt Gteg. Nicenus dicit * ad excludendũ ea quæ per metum aguntur in definitione violenti non ſolùm dicitur, ꝙ violentum eſt cuius principium eſt extra, ſed additur nil cõferente vim paſſo, quia ad id quod agitur per metum voluntas timentis aliquid confert.

*Lib.5.c.1.

¶ Ad maiorem dupliciter. Primò negatur ꝙ violentia, & metus differant ſolùm penes præſens, & futurum. Secundò negatur, ꝙ violentum ſimpliciter, & quod agitur metu æqualiter repugnẽt voluntati, & hoc D.S. oſtendit in ſolutione, quia in violẽtum ſimpliciter (quod fit ſecundum actum imperatum, & præſertim exteriorem) voluntas nunquàm conſentit, ſed ſolùm extorquetur per potentiam, & vim extrinſecam; ſed in id quod agitur metu voluntas ſimpliciter conſentit ſecundũ ꝙ nunc agitur, licet extra caſum hunc non conſentiret, nec nunc cõſentit in ipſum propter ſe, ſed ſolùm propter aliud. Quare vt agitur ſimpliciter eſt volũtarium. Nam voluntarium ſimpliciter, dicitur etiam volitũ propter aliud, quare negatur conſequentia. Patet ex hac concluſione, quod in principio articuli allegabatur ex quarto, ꝙ metus & vis ſimpliciter diſtinguuntur &c. Aduerte autem verba D.S. cum dicit in ſolutione, ꝙ illud, quod agitur metu, puta proiectio mercium eſt voluntarium prout agitur, licet non propter ſeipſum, ſed propter aliud, quia ex hoc patet, ꝙ non oportet ponere appetibile neutrũ, quod nec ſit finis, nec ad finem, vt Scotus opinatur in 4. diſtin. 49. q. 10. & in 1. diſt. pri. q. 2. vbi ad hoc dicendum fundat ſe in huiuſmodi voluntarijs mixtis. Nam patet hic, quòd proiectio mercium eſt actu volita propter aliud, ſ. periculum vitandum, quod eſt volitum propter vitam conſeruandam, & iſta propter beatitudinem. Similiter quando quis vult ſeruare merces, abſolutè conſiderando eas extra caſum neceſſitatis, vult eas conſeruari tanquàm aliquod bonum ſuum, & in hoc implicitè vult, & virtualiter beatitudinem ſecundum communem rationem; quare omne volitum eſt, aut finis, aut medium.

Scotus.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ea quæ abſolutè dicuntur, quolibet addito remanent talia, ſicut calidum, & album; ſed ea quæ relatiuè dicuntur, variantur ſecundum comparationem ad diuerſa; quod enim eſt magnũ comparatum huic, eſt paruum comparatum alteri. Voluntarium autem dicitur aliquid non ſolùm propter ſe quaſi abſolutè, ſed etiam propter aliud quaſi relatiuè, & ideo nihil prohibet aliquid, quod de ſe non eſſet volũtarium, alteri comparatum fieri voluntarium per comparationem ad aliud.

¶ Maior eſt vera tantùm in abſolutis, non in reſpectiuis; modo voluntarium eſt aliquid nõ tantùm propter ſe, ſed etiam propter aliud. Et ſic id quod agitur ex metu ſi conſideretur ſecundum ſe extra hunc caſum non eſt voluntarium, ſed poſito hoc caſu eſt voluntarium ad vitandum maius malum &c. Aduerte hic ex D.S. gloſam iſtius propoſitionis. Quod eſt tale, cuicunque comparetur eſt tale, quia vera eſt in abſolutis non in reſpectiuis, vt patet in exemplo ſolutionis. Patet ex hoc nullitas argumenti quorundam arguentium apud Philoſophiam, quòd ſi aliqua ex natura ſint eo gnoſcibilia, quòd ergo apud omnes ſint naturaliter nota, quia intelligibile dicitur relatiuè.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud, quod per metũ agitur abſque conditione eſt voluntarium, id eſt ſecundum quòd actu agitur, ſed inuoluntarium eſt ſub conditione, id eſt ſi talis metus non immineret, vnde ſecundum illam rationem magis poteſt concludi oppoſitum.

¶ Maior conceditur. Ad primam partem minoris dicitur exponendo, quod per metum actum eſt inuoluntarium abſolutè, id eſt conſideratum per rationem ſecundum ſe. Sed hoc eſt eſſe inuoluntarium ſecundum quid, vt patuit in corpore, quia ſic non cõſideratur, vt eſt in actu hic, & nunc &c. Secunda pars minoris negatur omnino, immo oppoſitum eſt verum, quia vt agitur hic, & nunc eſt abſolutè voluntarium ſine omni conditione, licet bene ſit volitum propter aliud, ſed eſt inuoluntarium ſecundum conditionem, quia ſcilicet aliquis non vellet proiicere ſi non eſſet periculum, ſed nunc vult ſimpliciter proiicere ſine conditione. Quare negatur conſequentia.

Vtrum concupiſcentia inuoluntarium cauſet.

A 2.2.q.142. arti.3. cor. Et 3. Ethi. Lec.3 cor. 5.& lec 4.

AD ſeptimum ſic proceditur. Videtur quòd concupiſcentia cauſet inuoluntarium; ſicut enim metus eſt quædam paſſio, ita & concupiſcentia, ſed metus cauſat quodammodo inuoluntarium; ergo etiam concupiſcentia.

¶ 2 Præterea. Sicut per timorem timidus agit contra id quod proponebat, ita incontinens propter concupiſcentiam, ſed timor aliquo modo cauſat inuoluntarium; ergo & concupiſcentia.

¶ 3 Præterea. Ad voluntarium requiritur cognitio, ſed concupiſcentia corrumpit cognitionem. Dicit. n. Philoſophus in 6. Ethi. * ꝙ delectatio, ſiue concupiſcentia delectationis corrumpit exiſtimationem prudentiæ; ergo concupiſcentia cauſat inuoluntarium.

Arift. * cap.3.

Damaſc. * Li.2. Orth. fidei ca. 24.

¶ Sed contra eſt, quòd Damaſcdicit. * Inuoluntarium eſt miſericordia, vel indulgẽtia dignum, & cum triſtitia agitur, ſed neutrũ horum competit ei, quod per cõcupiſcentiã agitur; ergo cõcupiſcentia nõ cauſat inuolũtariũ.

¶ Hic

Concupiscētia multis modis accipitur.

¶ Hic D. S. excludit vnum quod videtur causare inuoluntariū, scilicet concupiscentiam. Pro intellectu & fundamento dicendorum oportet prænotare breuiter, quod infra habetur q.73.arti.6. ad secundum, quòd Concupiscentia dicitur multis modis, vno modo extensè, vt etiam includit motum voluntatis, & sic hic non intelligitur quæsitum, nec responsio; alio modo accipitur concupiscentia pro passione quadam virtutis concupiscibilis sensitiuę, & sic dupliciter se habet ad actum voluntatis, vno modo concomitanter, vel consequenter, vt patebit infra q.24.artic.4. Et sic iterum non quæritur de concupiscentia sic se habentis; sed alio modo se habet antecedenter ad motum voluntatis, & sic quęritur hic de concupiscentia.

¶ Nota secundò, quòd sicut habetur infra q.38.ar.2.ad 1. Contingit quandoq; quòd effectus diminuat suam causam, non quia effectus, sed quia habet conditionem oppositam causæ, & obiecto ipsius causæ, vt ibidem patebit. Sic potest contingere ecōtra, quòd aliquid sit natum aliquam potentiam inclinare, & trahere ad actū aliquem, & tamen potest diminuere conditionem aliquam illius actus. Sic ad propositum concupiscentia præcedens voluntatem nata est eam inclinare ad consensum, & complacentiam ad id ad quod afficitur sensualitas, vt patebit infra q.77.ar.2. Et tamen eo ipso, quòd actus voluntatis prouenit in ipsa voluntate ex tractu exterioris impulsiui, minuitur quædam conditio actus voluntatis, scilicet esse voluntarium; nam ad volūtarium requiritur, quòd sit a principio intrinseco, & sic actus voluntatis magis voluntatius est, qui ab ipsa procedit secundum eius proprium motiuum, s. secundum iudiciū sōlius rationis, quàm qui procedit ex tractu passionis extrinsecę voluntati. Quare stant simul, quòd concupiscentia nata sit causare actum voluntatis inquantum nata est immutare iudicium rationis, & per consequens allicere voluntatem, & tamen nata sit diminuere rationē voluntarij ipsius actus causati. Et secundùm hoc dicit D.S. infra q.77.art.6. quòd peccatum alleuietur per passionem, inquantum passio minuit voluntarium, & hęc sunt notatu digna pro dicendis in corpore.

¶ Respondeo dicendum, quòd concupiscentia non causat inuoluntarium, sed magis facit aliquid voluntarium; dicitur enim aliquid voluntarium, ex eo quòd voluntas in id fertur, per concupiscentiam autem voluntas inclinatur ad volendum id quod concupiscit, & ideo cō cupiscentia magis facit ad hoc, quòd aliquid sit voluntarium, quàm quòd sit inuoluntarium. ——

¶ D.S. respondet tali conclusione. Concupiscentia non causat inuoluntarium, sed magis facit aliquid voluntarium, & intelligitur ista conclusio comparatiuè, sic videlicet, quòd concupiscentia ex quo est passio inclinatiua voluntatis, magis habet ex propria ratione, quòd causet voluntarium actum, quàm quòd causet actū inuoluntarium, sed non intelligitur, quòd magis faciat actum voluntarium, id est augeat voluntarium actus causati, quia iam ostensum est ex infra habendis, quòd habet diminuere voluntariū formaliter. Stant autem simul quòd ex natura magis causet actum voluntarium, quàm causet aliquid contra voluntatem. Et tamen illā formalitatem & conditionem, quæ est esse ex principio intrinseco diminuat. Probatur autem conclusio sic. Aliquid dicitur voluntarium ex hoc quòd voluntas in id fertur, sed per concupiscentiā, scilicet passionem præuenientem, voluntas inclinatur ad volendū id quod concupiscit; ergo &c. Præmissæ notæ.

¶ Et aduerte clarè illam esse mentem D.S. quæ dicta est, quia cōcupiscentia facit voluntarium, quia inclinat voluntatem ad volendum, cum quo stat, quòd actus procedens minus habeat formalitatem, & conditionem voluntarij, propter hoc quòd concupiscentia habet conditionem repugnantem magis voluntario, s. extrinsecum esse a voluntate. Sufficit autem ad hoc quòd actus sit volūtarius, quòd procedat a voluntate etiam tracta a passione, quamuis esse a voluntate tracta obstet magnitudini voluntarij, non tamen volūtario aliquo, & in aliquo gradu. Vnde esse ex passione remotè, stat cum voluntario, sed non cum summè voluntario.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsiuam, quia quod agitur ex passione, pro tunc quando agitur non est triste, sed placens, licet post peccatum tristetur qui ex passione peccauit. Et per hoc distinguitur a peccante ex habitu, vel malitia. Similiter actum ex passione non est dignum indulgentia totali, licet excuset a tāto, vt patebit infra q.77.ar.6.7. & 8. Vnde si non meretur totalem indulgentiam, non est sine voluntario.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd timor est de malo, concupiscentia autem respicit bonum, malum autem secundùm se contrariatur voluntati, sed bonum est voluntati consonum, vnde magis se habet timor ad causandum inuoluntarium, quàm concupiscentia. ——

¶ Maior vera in hoc, quòd vtrobique est passio, sed nō est passio eiusdem rationis, quia metus seu timor est de malo, & passio retractiua. Concupiscentia autem est passio de bono, & inclinatiua voluntatis, vt patebit infra q.60.ar.4.

¶ Minor conceditur, quia est de malo, qđ absolutè secundùm se est contra voluntatem. Secus de concupiscentia, quæ est de bono, quod non ita contrariatur voluntati, præsertim in sic passionato. Quare negatur consequentia, quia concupiscentia ex propria ratione habet inclinare voluntatem, non sic timor, sed magis secundùm se repellit. Vnde non obstat, quòd etiam qui peccat ex passione, postea agat pœnitentiam super facto, quia sufficit, quòd stante passione voluntas inclinetur ad obiectum passionis concupiscentiæ; non autem inclinatur ex timore ad id quod timetur, sed repellitur voluntas. Sicut timetur interitus, & illum voluntas fugit, sed speratur euasio, & propter istam est volita proiectio non ex timore &c. Et de hoc in sequenti solutione.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in eo qui per metum aliquid agit manet repugnantia voluntatis ad id quod agitur secundùm quòd in se consideratur; sed in eo qui agit aliquid per concupiscentiam, sicut est incontinens, non manet prior voluntas, quæ repudiabat illud quod concupiscitur, sed mutatur ad volendum, id quod prius repudiabat, & ideo quod per metum agitur quodammodo est inuoluntarium, sed quod per concupiscentiam agitur nullo modo; nam incontinens concupiscentiæ agit contra id quod prius proponebat; non autem contra id quod nunc vult, sed timidus agit contra id quod etiam nunc secundum se vult. —

¶ Ad maiorem, non est simile, quia timidus agit contra id quod proponebat, & etiam contra id quod nunc vult secundùm se extra casum; non sic de incontinente, quia ille dimisit priorem voluntatem. Et nunc non habet contrariam voluntatem ei, quod agit; sicut timidus qui etiam nunc habet contrariam voluntatem capiendo voluntatem pro velleitate, quia etiam nunc vellet non proijcere merces. Vnde negatur consequentia. De differentia intemperati, & incontinentis. Vide secundam secundæ, q.156.ar.3.

¶ Ad tertium dicendum, quòd si concupiscentia totaliter cognitionem aufert, sicut contingit in illis qui propter concupiscentiam fiunt amentes, sequeretur quòd concupiscentia voluntarium tolleret, nec tamen propriè esset ibi inuoluntarium, quia in his, quę vsum rationis non habent neque voluntarium est neque inuoluntarium; sed quandoque in his, quæ per concupiscentiam aguntur non totaliter tollitur cognitio, quia non tollitur potestas cognoscendi, sed solùm consideratio actualis in particulari agibili, & tamen hoc ipsum est voluntarium secundùm quòd voluntarium dicitur quod est in potestate voluntatis, vt non agere, & non velle, similiter autem & non cōsiderare, potest enim voluntas passioni resistere, vt infra dicetur.* ——

*q.77. ar.6. ad 10.

¶ Maior cōceditur, quia requiritur aliqua cognitio eius, quod agitur: sed non requiritur recta, & prudentialis cognitio, quæ est de particulari operabili agendo secundùm rectam rationem. Minor potest esse vera, ita quòd quādoque tollatur omnis cognitio, quia facit amentiam, & tunc facit non voluntarium, sed non inuoluntarium. s. contrariè, sed non voluntarium negatiuè, quia quod non cognoscitur, nec est volitum, nec nolitum. Sed negatur minor vniuersaliter. Ad probationem conceditur, quòd concupiscentia passio inordinata semper tollit cognitionem prudentiæ, sed non omnem, quia & iste qui fornicatur scit bene se facere actum illicitum. Et secundò ipsum non cognoscere prudentiale, quod prohiberet actum malum, est etiam voluntarium indirectū. Et ergo homo per hoc quòd non scit hoc modo, non excusatur, nec ista ignorantia facit inuoluntarium, nihil n. voluntarium facit inuoluntarium, vt patebit ar. sequenti. Et magis infra q.76. & 77. per totum. Quare non sequitur consequentia.

Vtrum ignorantia causet inuoluntarium.

B

Inf.q.76. artic.6. cor.

q.77. art. 8. & 9.

39.q.ar. ad 4. & 5.

43.art.1. 3. & 8.

q.1.artic. cor.

AD octauum, sic proceditur. Videtur quòd ignorantia non causat inuoluntariū, inuoluntarium. n. veniam meretur, vt Damascenus dicit.* Sed interdū, quod per ignorantiam agitur veniam non meretur, secundùm illud primo ad Corinthios 14. Si quis ignorat ignorabitur; ergo ignorantia non causat inuoluntarium.

¶ 2 Præterea omne peccatum est cum ignorantia, secundùm illud prouerbiorum 14. Errant qui operantur malum, si igitur ignorantia inuoluntarium causet sequeretur, quòd omne peccatum esset inuoluntarium, quod est contra Augustinum dicentem,* quòd omne peccatum est voluntarium.

*Li.1.c.24. Damasc. August. Lib.1.retra ctat.c.15. Damasc. *Lib.2.Orth.fid.c.24.

¶ 3 Præterea, Inuoluntarium cum tristitia est, vt Damas. dicit,* sed quædam ignoranter aguntur, & sine tristitia, puta si aliquis occidit hostem quem quærit occidere putās occidere ceruum; ergo ignorantia non causat inuoluntarium.

Damasc. *Loco sup. citato. Arist. *Li.3.Eth. c.1.

¶ Sed contra est, quòd Damas.* & Philosophus* dicunt, quòd inuoluntarium quoddam est per ignorantiam.

¶ Hic D.S. agit de secūdo modo inuoluntarij simpliciter, quod est per aliquam ignorantiam. Pro fundamento dicendorum oportet prænotare primò ex dictis D.S. in de Malo, q.3.art.8. quòd pro generali habenda est regula, quòd quicquid ex voluntario causatur, habetur vt voluntarium. Quare sequitur, quòd quicquid causatur ex ignorantia aliquo modo voluntaria, non erit inuoluntarium.

¶ Secundo notandum est, quòd differentia est inter inuoluntarium, & inter non voluntarium, vel non volitum. Vnde ignorantia semper causat non volitum; non tamen semper inuoluntariū. Ratio primi est, quia nihil est volitum, nisi cognitum, si ergo ignoratum, non est cognitum, nec per consequens volitum, eo modo quo non cognitum, vel ignoratum. Ratio secundi, quia hoc est proprium inuoluntarij, vt cognitum sit contra voluntatem, & pęnitudinem atq; tristitiam ingerat. Potest autem aliquid esse ignoratum, & dum cognoscitur non infert pęnitudinem. Vnde non fuit volitum; non tamen fuit inuoluntarium contrariè scilicet. Similiter aliquis non cogitat de non dicendis horis suis. & sic non dicere horas non est volitum, & tamen non est inuoluntariū, quia a voluntate indirectè, sicut non velle, & non agere, vt patuit ar.3. Sic ergo quamuis omnis ignorantia faciat ignoratum non esse volitum; non tamen facit semper inuoluntariū, & hoc habebitur clarè ex corpore tali.

*art. 1.

¶ Respondeo dicendum, quòd ignorantia habet causare inuoluntarium ea ratione, quia priuat cognitionem quæ præexigitur ad voluntarium, vt supra dictum est; * non tamen quælibet ignorantia huiusmodi cognitionem priuat. ——

¶ D.S. deducit primò conclusionem responsiuam generalem quam ponit implicitè. Secundò illam explicat secundùm quandā distinctionem ibi. Et ideo sciendum &c. Conclusio ergo generalis intenta est ista. Non quælibet ignorantia causat inuoluntarium; sed aliqua, aliqua non. Probatur, ignorantia habet causare inuolū tarium, quia priuat cognitionem, quę præexigitur ad voluntariū, sed non omnis ignorantia priuat huiusmodi cognitionem, ergo &c. Maior patet, quia ad voluntarium requiritur cognitio, vt patuit ar.1.& 2. Quare sequitur, quòd ignorantia, quæ tollit cognitionem exercitam, s. & quæ est in potestate hominis, & istam, quæ si præsens fuisset impediuisset opus, & cum accesserit, opus erit cō tra voluntatem, talis erit causa inuoluntarij contrariè, & omnis ignorantia est causa non voluntarij, quia benè sequitur, cognitio requiritur vniuersaliter ad voluntarium; ergo ignorantia vniuersaliter est causa non voluntarij. Quia autem, vt dicit minor, non omnis ignorantia priuat cognitionem, qua stante opus erit inuoluntarium, immo quandoq; etiam existente cognitione manet voluntarium, ideo minor vera.

¶ Nota autem, quòd minor nō intelligitur, quòd omnis cognitio faciat actum voluntarium, immo aliqua inuoluntarium, quando actus cognitus contrariatur voluntati. Sed quia ad volūtarium semper requiritur cognitio. Et ergo vult, quòd si quis velit intelligere, quæ ignorantia causet inuoluntarium, respiciat ad cognitionem priuatam. Quare si ipsa præsente actus nunc ignoranter factus erit contra voluntatem, tunc talis ignorantia causat inuoluntariarum, quia est ratio, vt fiat actus, qui cognitus est contra volū tatem. Si autem ignorantia tollat cognitionem, qua præsente actus ignoranter factus non est contra voluntatem, sed placet, etiam cognitus, tunc talis ignorantia non est causa inuoluntarij. Vnde non est sensus, quòd quasi ignorantia ea ratione causet inūoluntarium, quia priuet cognitionem; sed quòd ratione cognitionis priuatæ videndum sit, quando causat inuoluntarium, vel non. Si enim remoueat prohibentem scientiam qua stante factū est contra voluntatem, & non esset factum, sed scientia prohibuisset, tunc est causa inuoluntarij. Et hoc D.S. in sequentibus explicat, ostendens quæ ignorantia remoueat scientiam, vel cognitionem, quæ prohiberet, vel quæ non prohiberet.

¶ Et ideo sciendum, quòd ignorantia tripliciter se habet ad actum voluntatis. Vno modo concomitanter, alio modo consequenter, tertio modo antecedenter. Concomitanter quidem, quando ignorantia est de eo quod agitur, tamen etiam si sciretur nihilominus ageretur, tūc enim ignorantia non inducit ad volendum, vt hoc fiat, sed accidit simul esse aliquid factum, & ignoratum; sicut in exemplo posito,* scilicet cum aliquis vellet quidē occidere hostem, sed ignorans occidit eum, putans occidere ceruum. ——

*In 3.argu.

¶ Hic consequenter D.S. prædictam conclusionem generalem explicat secundùm quandam distinctionem tribus conclusionibus particulariter responsiuis ostendens, quæ cognitio priuet cognitionem, & per consequens, quæ causet inuoluntarium. Distinguit ergo D.S. de triplici ignorantia. Et primò declarat primum membrum, secundò secundùm ibi. Consequenter autem &c. tertiò tertium ibi. Antecedenter autē &c. annectens semper conclusiones conformes. Circa primum primò declarat primum membrum. Secundò subiungit primam cōclusionem responsiuam particularem conformem, ibi. Et talis &c. Primo modo ergo dicitur ignorantia concomitanter se habens ad actum voluntatis. Et quæ sit illa explicat, quia scilicet est ignorantia, quæ non est ratio volendi hoc factum, immo si non esset ignorantia, sed sciretur nihilominus ageretur. Et sic non priuat cognitionem qua præsente factum esset inuoluntarium, & ponit exemplum ex tertiò argumento ante oppositum. Consequenter cum dicit,

¶ Et talis ignorantia non facit inuoluntarium, vt Philosophus dicit,* quia non causat aliquid quod sit repugnans voluntati; sed facit non voluntarium, quia non potest esse actu volitum, quod ignoratum est. ——

Arist. *vbi supra

¶ Respondet de illa ignorantia prima tali conclusione. Talis ignorantia, scilicet concomitans, non facit inuoluntarium, sed facit non volitum. Prima pars probatur auctoritate Philosophi, & ratione, quia talis ignorantia non causat aliquid quod sit repugnans voluntati, igitur non inuoluntarium, scilicet contrariè, consequentia clara. Antecedens patet ex dictis, quia si sciretur nihilominus fieret, & per consequens ignorantia non causat aliquid repugnans, nec inducit per cōsequens pœnitudinem. Vt autem Philosophus ibidem habet, ad inuoluntarium semper concurrit tristitia, & pœnitudo de facto. Secunda pars conclusionis probatur, quia non potest esse volitum actu, quod est ignoratum, igitur facit non voluntarium, id est non volitum. Aduerte hic, quia non est idem non voluntarium, & inuolūtarium, immo potest esse volūtarium, & tamen non volitum, & per consequens cum ignorātia concomitans non facit inuoluntarium, licet faciat non volitum, propterea non facit immunem a peccato, nec aliqualiter excusat, vt patebit infra, quia est virtualiter volita.

Non volūtarium, & inuoluntarium differunt.

¶ Aduerte etiam ex hac conclusione, quòd inter velle, & nolle datur medium. s. non velle. Et similiter inter voluntarium, & inuoluntarium datur medium non volitum, quod tamen potest esse voluntarium virtualiter, vel indirectè. Licet non omne non volitum sit voluntarium, sed aliquod, puta quod cognitum fit volitū, & placet, & si cognitum fuisset actu fuisset volitum.

¶ Consequenter autem se habet ignorantia ad voluntatem, inquantum ipsa ignorantia est voluntaria, & hoc contingit dupliciter secundùm duos modos voluntarij, suprapositos. * Vno modo, quia actus voluntatis fertur in ignorantiam, sicut cum aliquis ignorare vult, vel vt excusationem peccati habeat, vel vt non retrahatur a peccando secundùm illud Iob 22. Scientiam viarum tuarū nolumus, & hæc dicitur ignorantia affectata. Alio modo dicitur ignorantia voluntaria eius, quod quis potest scire, & debet; sic enim non agere, & non velle voluntarium dicitur, vt supra dictum est; * hoc igitur modo dicitur ignorantia, siue cum aliquis actu non considerat, quod considerare potest, & debet, quæ est ignorātia malæ electionis, vel ex passione, vel ex habitu prouenientes; siue cum aliquis notitiam quam debet habere non curat acquirere, & secundùm hunc modum ignorantia vniuersalium iuris quæ quis scire tenetur, voluntaria dicitur quasi per negligentiam prouenientes. ——

*arti. 3. ad primum.

Iob 22.

*ar.3.

¶ Prosequitur secundum membrum distinctionis. Et circa hoc primò notificat illud per subdistinctionem. Secundò annectit secundam conclusionem conformem, ibi. Cum autem &c. Secundo ergo modo dicitur ignorantia consequenter se habens ad actum voluntatis. Et notificat hanc in generali, quia videlicet est voluntaria, & habetur vt voluntatem sequens, & quasi habens voluntatem pro causa. Sed illa est duplex. Vno modo est voluntaria talis ignorantia iuxta primum modum voluntarij positum. articu. tertio, ad primum. Quia videlicet voluntas expressè fertur superignorantiam, & ponit D. S. exemplum soluens implicitè, dubium

dubium quomodo possit fieri, vt aliqua voluntas quæ boni est, feratur in ignorantiam, quia scilicet non fertur per se, sed per accidens, ratione alicuius boni saltem apparẽtis, vt vel excusationem habeat, velut non retrahatur a peccato, quæ apprehenduntur a volente ignorare, vt quædam bona. Secundo modo est ignorãtia voluntaria iuxta secundum modum voluntarij positum, vbi iam, quia est eius, quod quis potest, & debet scire. Et si etiam expresè non velit ignorare, nihilominus ignorantia est voluntaria indirectè. Et hoc contingit etiam dupliciter. Vno modo, quia actu non considerat in particulari eligibili, quod posset, & deberet. Sicut fornicator tractus ex passione non considerat actum pro nunc esse malum, similiter habituatus ex inclinatione habitus non considerat malum, quod est malum, vt patebit infra de peccato ex malicia; & huiusmodi considerationem quilibet tamen habere potest, & debet. Secundò modo est indirectè voluntaria ignorantia, quia aliquis non curat acquirere scientiam debitam etiam vniuersalem. Et secundum hoc ignorantia vniuersalium principiorum iuris præsertim naturalis, & Diuini est semper voluntaria isto modo. Et eorum quæ quis scire tenetur, & non scit, licet ignorantia non debitorum, esto sit voluntaria non tamen peccatum, vt patebit infra q. 76. Deinde cum dicit.

¶ Cum autem ignorantia sit voluntaria aliquo istorum modorum, non potest causare simpliciter inuoluntarium, causat tamen secundùm quid inuoluntarium in quantùm præcedit motum voluntatis ad aliquid agendum, qui non esset scientia præsente.

¶ Subiungit secundam conclusionem responsiuam de illa ignorantia iam declarata istam; Ignorantia consequens nõ potest causare simpliciter inuoluntarium, causat tamen secundùm quid inuoluntarium. Probatur prima pars Ignorantia consequens est voluntaria aliquo dictorum modorum; ergo non causat inuoluntarium simpliciter. Antecedens patet ex declaratione quid nominis consequentis ignorantiæ. Tenet consequentia ex regula prædicta, quia nihil voluntarium causat simpliciter inuoluntarium.

¶ Aduerte ex hoc, quòd ad inuoluntarium non sufficit, quòd ad factum sequatur pœnitudo, & tristitia; sed requiritur etiam, quòd ignorantia ex qua processit non fuerit aliquo modo voluntaria.

¶ Secunda pars conclusionis probatur, quia talis ignorantia præcedit motum voluntatis (scilicet aliquem) ad aliquod agendum, qui non esset scientia præsente, igitur causat secundùm quid, id est conditionaliter, inuoluntarium. Antecedens patet, quia si aliquis consideraret actu modo imperatiuo in particulari, sicut posset, & deberet, quòd actus pro nunc esset malus; non fornicaretur, & si infidelis sciret, quia damnandus est propter defectum fidei in Christum, non vellet discredere, & sic talis ignorantia facit inuoluntarium conditionale, quia scilicet si adesset cognitio recta actus esset inuoluntarius; sed tamen iam est simpliciter voluntarius secundùm actum voluntatis præcedentem directè, vel indirectè.

¶ Et aduerte verba D. S. (inquantum præcedit motum voluntatis ad aliquid) quia scilicet talis ignorantia non præcedit quem libet motum voluntatis, cum ponatur consequens actum voluntatis, sed aliquem alium antecedere potest, qui actus non esset scientia præsente. Sed quia illa ignorantia etiam habet ante se alium actum voluntatis sic est voluntaria, & non facit inuoluntarium. Et hoc erit medium probandi infra quæstio. 76. articu. quarto, quòd talis ignorantia non ex toto excusat, tamẽ a tanto. Deinde ibi.

¶ Antecedenter autem se habet ad voluntatem ignorantia, quando non est voluntaria, & tamen est causa volendi, qđ aliàs non vellet, sicut cũ aliquis homo ignorat aliquam circunstantiam actus quam non tenebatur scire, & ex hoc aliquid agit, quod non faceret si sciret; puta cum aliquis diligentia adhibita nesciens aliquem transire per viam proijcit sagittam qua interficit transeuntem.

¶ Manifestat tertiam ignorantiam. Et primò facit quod dictũ est. Secundò infert tertiam conclusionem respon. de illa ignorantia, ibi. Et talis &c. Tertiò ergo modo dicitur ignorantia antecedenter se habens ad voluntatem, quia est ignorantia, quæ nõ est aliquo modo voluntaria. Et per hoc distinguitur a consequente, & est causa volendi, quod non vellet alias si cognitio priuata esset præsens. Vnde tollit cognitionem prærequisitam ad voluntarium, & ponit D.S. exemplum in littera. Et dicitur ista ignorantia antecedens, & inuincibilis, quia non est volita, nec potuit studio superari. Et vocatur etiam ignorantia facti, vel circunstantiæ. Tunc ibi.

¶ Et talis ignorantia causat inuoluntarium simpliciter. Et per hoc patet responsio ad obiecta, nam prima ratio procedit de ignorantia eorum, quæ quis tenetur scire, secunda autem de ignorantia electionis, quæ quodammodo est uoluntaria, ut dictum est; * tertia uerò de ignorantia, quæ concomitanter se habet ad uoluntatem. *Iacob

¶ Infert tertiam conclusionem respon. de illa ignorantia antecedente, istam. Ignorantia antecedens causat inuoluntarium simpliciter. Et hæc est conclusio affirmatiua ad quæstum, & relinquit eam D.S. notam; potest tamen probari ex dictis sic. Illa ignorantia causat simpliciter inuoluntarium, quæ non est aliquo modo volita, & est causa, quòd voluntas aliquid velit, quod aliàs non vellet si cognitio adesset, sed ista ignorantia est huiusmodi igitur &c. Maior patet per oppositum ad duas ignorantias præcedentes, quia consequens non facit inuoluntarium, quia volita; concomitans non, quia non est causa, quòd voluntas velit, & tenet per istam regulam, sicut propositum in proposito, &c.

¶ Et nota quòd bene dicit D. S. talis ignorantia, explicando hanc ignorantiam, quòd est circunstantiæ, vel conditionis circa opus. Sicut fuit in Iacob cum Lya, quia nunquàm ignorantia cognitionis debitæ ipsius iuris meretur dici antecedens, sed semper computanda est inter consequentem. Dico autem notitiæ debitæ, quia non oportet, quòd quilibet sciat omnes subtilitates legis Diuinę, vel humanę, sed iuxta conditionem, & statum suum quæ sunt necessaria ad salutem. Et si horum aliquid ignoret non dicitur antecedens. Ex his dictis D.S. relinquit argumenta esse soluta, sicut & sunt. Sed pro maiori explicatione, & euidentiori dictorum ad argumenta respondendum est ad eorum formam.

ARGVMENTVM in contrarium est pro tertia conclusione particulari.

¶ Ad primi maiorem. Inuoluntarium simpliciter meretur veniam totalem. Ad minorem concedo eam de ignorantia consequente & voluntaria, vt est ignorantia iuris, & eorum, quæ pertinent ad salutem; ergo &c. Verùm non omnis ignorantia causat inuoluntarium, quia non consequens. Et est hæc ratio pro secunda speciali conclusione, cum quo stat, quòd ignorantia nullo modo voluntaria, & quæ est causa volendi, sit causa inuoluntarij, quia voluntarium dicitur in ordine ad scientiam. Si autem scientia priuata per ignorantiam huiusmodi adesset, tunc esset contra voluntatem. Et hoc est, quod in principio tactum est, quia voluntarium præexigit scientiam, igitur si scientia assistente est contra voluntatem, tunc ignorantia causat inuoluntarium.

¶ Ad secundi assumptum infra quæstio. 78. articu. 1. ad primum, quia est vera de ignorantia electionis, & particulari eligibili. Et si est peccans ex passione, vel habitu, tunc est ibi error, in hoc quòd iudicatur malum bonum. Si autem est peccatum sine passione, vel habitu, tunc est ibi defectus inconsiderationis, sed non erroris, vt patebit prima par. de peccato primo angelorum. Consequens primum verum, si quælibet ignorantia causaret, scilicet etiam consequens, tunc procederet sequela, sed hoc non dicimus. Quare negatur consequentia. Et probat iterum secundã conclusionem specialem.

¶ Ad tertij maiorem. Concedo quòd est cum tristitia, & cum hoc vt dictum est, quòd ibi non concurrit aliquo modo voluntas, sic quòd nec ignorantia ex qua factum est sit voluntaria. Vnde infra dicetur, quòd non omnis ignorantia, quæ est causa, vt aliquid fiat ipsum excusat, nisi ipsa sit antecedens, & inuincibilis. Minor procedit de ignorantia concomitante. Et concludit pro prima conclusione speciali.

Quæstio Septima.

De circunstantijs humanorum actuum.

DEinde considerandum est de circunstantijs humanorum actuum. Et circa hoc quæruntur quatuor. Primò quid sit circunstantia. Secundò utrum circunstantiæ sint circa humanos actus attendendæ a theologo. Tertiò quot sunt circunstantiæ. Quartò quæ sunt in eis principaliores.

¶ Postquàm actum est de voluntario, & inuoluntario in communi. Hic agitur de circunstantijs secundum quas iudicantur actus voluntarij. Et duo circa hoc facit. Primò agit de circunstantiis secundùm se. Secundò agit de eis secundùm comparationem earum ad inuicem in ar. quarto. Circa primum primò ostendit quid sit circunstantia. Secundò ostendit quot sunt circunstantiæ in ar. tertio. Circa primum facit quod dictum est. Secundò determinat quoddam incidens. ar. 2.

Vtrum

Vtrum circunstantia sit accidens actus humani.

D Infra ar. 3. cor. Et q. 18 ar. 3. Et 4. d. 6. q. 3. art. 1. quæst. 1. Et Mal. q. 2. ar. 4. ad 5. ar. 5. cor. prin. Et 3. Ethi. lec. 3. col. 2. fin. *Ci. in Topi.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd circunstantia non sit accidens actus humani. Dicit enim Tullius in rhetoricis, quòd circunstantia est per quam argumentationi auctoritatem, & firmamentum adiungit oratio; sed oratio dat firmamentum argumentationi præcipuè ab his, quæ sunt de substantia rei, vt definitio, genus, & species, & alia huiusmodi a quibus etiam Tullius *oratorem argumentari docet; ergo circunstantia non est accidens humani actus.

¶ 2 Præterea, Accidentis proprium est inesse quod autem circunstat non inest, sed magis est extra; ergo circunstantiæ non sunt accidentia humanorum actuum.

¶ 3 Præterea, Accidentis non est accidens, sed ipsi humani actus sunt quædam accidentia; non ergo circunstantiæ sunt accidentia actuum.

Arist. * Cap. 1.

¶ Sed contra, Particulares conditiones cuiuslibet rei singularis dicuntur accidentia indiuiduantia ipsum, sed Philosophus in tertio Ethicorum; * circunstantias nomi nat particularia, id est particulares singulorum actuum conditiones; ergo circunstantiæ sunt accidentia indiuiduantia humanorum actuum.

Arist. * Lib. 1. periermen. capi. 1. Arist. * Tex. 13. & 14.

¶ Inquirit hic primò de quidditate circunstantiæ.

¶ Respondeo dicendum, quòd quia nomina secundum Philosophum * sunt signa intellectuum, necesse est, quòd secundùm processum intellectiuę cognitionis sit etiam nominationis processus, procedit autem nostra cognitio intellectualis a notioribus ad minus nota, & ideo apud nos a notioribus nomina transferuntur ad significãdũ res minus notas, & inde est, quòd sicut dicitur in 10. Metaph. * Ab his, quę sunt secundùm locum processit nomen distantiæ ad omnia contraria, & similiter nominibus pertinentibus ad motum localem vtimur ad significandum alios motus, eo quòd corpora quæ loco circunscribuntur sunt maximè nobis nota. Et inde est, quòd nomen circunstantiæ ab his quæ in loco sunt, deriuatur ad actus humanos.

¶ D.S. primò præmittit quandam cõclusionem declaratoriam nominis circunstantiæ in proposito. Secundò secundùm illam declarationem deducit conclusionem respon. ibi. Dicitur autem &c. conclusio declaratoria, & præambularis est. Nomen circunstantię ab his, quæ in loco sunt deriuatur ad actus humanos. Probatur, apud nos a notioribus nomina transferuntur ad significandum res minus notas, sed circunstantia eorum quæ sunt in loco, vel circunstantia localis est nobis notior, igitur ad similitudinem circũstantiæ in corporalibus, & localis, transfertur & assumitur metaphoricè ad humanos actus. Minor subintellecta relinquitur nota. Maior probatur primò ratione sic. Necesse est, quòd secundùm processum intellectiuę cognitionis sit etiam processus nominationis; sed nostra cognitio intellectualis procedit a notioribus ad minus nota; ergo apud nos &c. Maior probatur, quia nomina sunt signa intellectuum. Minor ista relinquitur nota ex primo Physicorum text. co. 2. Et ita sequitur, quòd primò nota quæ sunt sensui propinquiora primò nominamus, deinde nomina extendimus per metaphoram ad significandum minus sensibilia, & minus nota. Et confirmatur conclusio signo, & exemplis Philosophi de nomine distantię, quod quidem nomen primò impositum est ad significandam seiunctionem secundùm locum. Deinde extensum est, & translatum ad significandam quamcunque differentiam, vel diuersitatem. Similiter in nominibus pertinentibus ad motum localem &c. Cuius exemplum habetur 1. par. q. 3. arti. 1. in quinto argumento. Sicut dicitur. Recedentes a te in terram scribẽtur. Et accedite ad eum, & illuminamini, vbi nomen significans propriè localem motum, extenditur, & transfertur ad significandum motum spiritualem affectus, eo quòd corpora, quæ loco circunscribuntur, & secundum locum mouentur, notiora sunt, patet ergo hæc conclusio. Consequenter cum dicit.

¶ Dicitur aũt in localibus aliquid circunstare, quod est quidem extrinsecum a re, tamen attingit ipsam, vel appropinquat ei secundùm locum; & ideo quæcunque conditiones sunt extra substantiam actus, & tamen attingunt aliquo modo actum humanum, circunstantię dicũtur, quod autem est extra substantiam rei ad rem ipsam pertinens, accidens eius dicitur, vnde circũstantiæ actuũ humanorum accidentia eorum dicenda sunt.

Circunstãtia duplici ter capitur

¶ Deducit conclusionem responsiuam secundùm prædictã declarationem istam. Circunstantiæ actuum humanorũ accidentia eorum sunt, probatur, quod est extra substantiam rei, ad rẽ ipsam pertinens, dicitur accidens eius, sed circunstantiæ, s. morales dicũtur quæcunq; conditiones existentes extra substantiam actus, & tamen ipsum aliquo modo contingunt, igitur sequitur conclusio. maior relinquitur nota, quia non potest esse substãtiale rei, quod est extra ipsam; & si pertinet ad ipsam, oportet q̃ sit accidẽs eius. Minor probatur, quia vt dictum est in conclusione præambulari. Nomen circũstantiæ ab his quæ in loco sunt deriuatur ad actus humanos, sed in localibus aliquid dicitur circunstare, vt in litera; ergo minor vera.

¶ Nota pro declaratione minoris. D.S. in 4. di. 16. q. 3. ar. 1. quæstiun. prima in cor. q̃ circunstantia moralis actus dupliciter accipi consueuit, quia potest dici circũstantia, vel illud, quod est ad actũ concurrens ad quem proportionatur, sicut locus aut tempus; vel ipsa conceptio, quæ ex illis relinquitur, vt quando vel vbi. Sic ergo vltimo modo accipiendo circunstantiam erit cõditio, vel proprietas actus; sed primo modo accipiendo, quædam circunstantia est proprietas actus, vt modus agendi, & quędam extra, vt locus, & tempus. Hæc ille. Ex quibus patet, quod D.S. hic in minore cõprehendit circunstantias vtroq; modo acceptas. Nam circunstantia capta pro concurrente ad actum, vt est locus, vel tẽpus, aliquo modo pertinet ad actum, & sunt accidentia actus, ad sensum qui habetur in solutione secundi, non quòd actus propriè sint in loco, sed subiectum actus. Similiter circunstantia accepta pro proprietate. s. pro vbi, vel quando cõprehenditur, quia & ipsa est accidens actus aliquo modo inhærens actui, quia quando & vbi aliqualiter conueniunt actibus exterioribus, quos præcipuè determinant circunstantiæ, vt patebit infra q. 19. ar. 2. ad secundum.

¶ Aduerte autem, q̃ si circunstantiæ accipiantur, vt tempus, & locus dicuntur circunstantiæ, tunc circunstantia est accidens, capiendo accidens extensè, quod habet aliquid commune cum accidente prædicabili, & prædicamẽtali. Cum prędicabili quidem, inquantum ad huiusmodi accidens non requiritur inhærere, sed cum accidente prædicamentali in hoc quod est accidens aliquo modo per se, non omnino autem est prædicatum per accidens, sicut accidens prædicabile. Vnde circunstantia hoc modo accepta conuenit cum proprio accidente, quia est aliquo modo per se apud moralem, vt patebit ar. 2. & cum accidente prædicabili ratione dicta, quia accidens prædicabile dici potest aliquid aliquo modo coniunctum, etiam si non inhæreat, vt vestis respectu hominis. Moralis ergo dicit circunstantias esse accidẽtia humanorum actuum extendendo accidens, vt dictum est, &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsiuam.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ oratio quidem dat firmamẽtum argumentationi, primò ex substãtia actus, secundariò verò ex his, quæ circunstant actum, sicut primò accusabilis redditur aliquis ex hoc q̃ homicidiũ fecit, secundariò verò ex hoc q̃ dolo fecit, vel propter lucrum, in tempore, vel in loco sacro, aut aliquid aliud huiusmodi, & ideo signãter dicit q̃ per circunstãtiã oro argumentationi firmamentũ adiungit quasi secũdariò.

¶ Ad maiorẽ dicit notanter, adiungit oratio. s. secundariò non primò & substantialiter, sed accidentalem grauitatem, vel bonitatem habet ex circunstantijs. Minor vera dat firmamentum essentiale, & primò per substantiam, secundariò autem per accidẽs aggrauãs, & sic circunstãtia est vnde sumit firmamẽtũ pro argumẽtatione, sed nõ principale, nec substãtiale, quare negat cõsequẽtia.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ aliquid dicitur accidẽs alicuius dupliciter. Vno mõ quia inest ei, sicut album dicitur accidens sortis. Alio mõ, quia est simul cũ eo in eodem subiecto, sicut dr̃ q̃ album accidit musico inquãtũ conueniunt, & quodammõ se contingunt in vno subiecto, & per hũc modũ dr̃ circũstãtiæ accidẽtia actuũ.

¶ Maior vera præsertim de accidente prædicamentali, & propriè dicti Metaphysicè loquendo. Sed logicè loquendo nõ oportet, quia accidens prædicabile potest dici omne accidentale prędicatum, ẽt si non insit. Vnde & hoc modo substãtia potest dici accidens accidentis, vt cum dr̃, circulus est cupreus. Ad accidens aũt morale sufficit, q̃ rem aliquo modo contingat extra substantiam actus moralis existens. i. non specificans ipsum. Secundò dr̃ q̃ accidens est duplex, vt in solutione, & sufficit ad accidens morale, quod est circunstantia, vt insit secundo modo; non videlicet, quia semper sit in ipso actu, sed quia cum ipso est in aliquo subiecto, quod est subiectum vtriusque. Actus n. propriè nõ habet vbi, nec quando, nec est in loco, sed locus, & actus similiter vbi conueniunt vni subiecto, scilicet operanti actum.

¶ Ad

¶ Ad minorem, quod circunstat non inest ei, quod circunstat, potest tamen inesse alicui subiecto ipsius, quod dicitur circunstare. Sicut dicimus, iste fecit hoc in tali loco, qui quidem locus est aliquo modo in faciente, & circunstat actum. Et præterea nō oportet, quòd accidens morale insit per inhærētiam, sed sufficit per aliquam contingentiam, quare negatur consequentia.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut dictum est; * accidēs dicitur accidenti accidere propter conuenientiam in subiecto, sed hoc contingit dupliciter. Vno modo secundū ꝙ duo accidentia comparantur ad vnum subiectū absq; aliquo ordine, sicut album, & musicum ad sortem. Alio modo cum aliquo ordine, putà quia subiectum recipit vnum accidens alio mediante, sicut corpus recipit colorem mediante, superficie, & sic vnum accidens dr̄ ēt alteri inesse; dicimus n. colorem esse in superficie, vtro que aūt modo circunstantiæ se habent ad actus, nam aliquę circunstantiæ ordinatæ ad actum pertinent ad agētem non mediante actu, putà locus, & cōditio personæ; aliquæ verò mediāte ipso actu, sicut modus agendi. —

* Ad secundum.

¶ Ad maiorem respondet D. S. in de Virtutibus in cōmuni. ar. 3. quia accidentis non est accidens, sicut subiecti quod sustentatis. Potest tamen accidentis esse accidens, sicut subiecti quo, & tamq̄ principij, vel causæ. Minor conceditur, ergo &c. Dico primò, ꝙ nunq̄ circunstantia est accidens actus voluntarij, sicut subiecti qd, sed tamen semper est accidens actus, quia cum ipso actu accidit vno tertio. Secundò negatur, quòd aliquando, id est respectu aliquarum circunstantiarum, actus non sit subiectum quo, quia modus agendi, qui dr̄ circunstantia quō, non potest intelligi conuenire agenti, nisi mediante actu. Sed verùm est, quòd locus, & cōditio personæ non conueniūt per actum, tamen adhuc possunt dici accidens actus ad sensum dictum in solutione secundi in secūdo membro, quia & locus, vel inest per contingentiam locato agenti simul cum actu, vel ipsum vbi, quod est ēt circunstantia etiam inest per inhærentiā, si saltem a loco distinguatur secundū rē &c.

Vtrum circunstantiæ sint circa humanos actus attendendæ a Theologo.

E 4.di.16.q.3. ar.1. q.1.ad 1.& quæs.2 cor.

AD secundum sic proceditur. Vr̄ ꝙ circunstantiæ humanorum actuū non sint considerandæ a theologo; non n. considerantur a theologo actus humani, nisi secūdùm quòd sunt aliquales, id est boni, vel mali; sed circunstantiæ non videntur posse facere actus aliquales, quia nihil qualificatur formaliter loquendo ab eo, quod est extra ipsum, sed ab eo, quod in ipso est; ergo circunstantiæ actuum non sunt a theologo considerandæ.

Arist. Mætaph. * Tex. 4.

¶ 2 Præterea. Circūstantiæ sunt accidentia actus, sed vni infinita accidunt, & ideo vt dicitur in 6. Metaph. * nulla ars, vel scientia est circa ens per accidens, nisi sola sophistica; ergo theologus non habet considerare circūstantias humanorum actuum.

Damasc. * Li.2.c.24. Greg. *Li. 5.c.2.

¶ 3 Præterea. Circunstantiarum cōsideratio pertinet ad rhetorem, rhetorica aūt non est pars theologiæ; ergo consideratio circūstātiarū nō pertinet ad theologū.

¶ Sed contra, Ignorantia circūstātiarū causat inuolūtariū, vt Damas.* & Greg. *Nicenus dīt, sed inuolūtariū excusat a culpa, cuius cōsideratio pertinet ad theologū; ergo & cōsideratio circunstātiarū ad theologū pertinet.

¶ Hic D.S. determinat quoddam dubiū, quod oritur ex dictis, quia n. accidentia sunt humanorū actuū, ideo circūstantiæ nihil vñr ad eorū bonitatē, vel maliciā, præsertim theologicā pertinere.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ circunstantiæ pertinent ad considerationē theologi triplici rōne. Primo quidem quia theologus considerat actus humanos secundùm ꝙ per eos homo ad beatitudinem ordinatur, omne autem quod ordinatur ad finem oportet esse proportionatum fini, actus autem proportionantur fini secundùm commensurationem quandam, quæ fit per debitas circunstātias, vnde consideratio circunstantiarum ad theologum pertinet.

¶ D.S. respondet tali conclusione. Circunstantiæ pertinent ad considerationem theologi. Probatur tribus rationibus clarè. Prima est Theologus considerat actus humanos secūdùm quòd per eos Homo ad beatitudinem ordinatur; ergo etiam considerat circunstantias. Antecedens patet ex dictis in proœmio huius partis. Tenet consequentia, quia omne, quod ordinatur ad finem, vt in litera &c. Et vt clarè videatur probatio ista deducitur exēplariter. Nam constat nullum actum esse proportionatū vitæ æternæ, nisi fiat ex charitate propter Deum, & referatur in finem charitatis. Quæ quidem relatio, & qui ordo est circunstantia actus considerati quo ad speciem propriam, licet in ipsa conferat speciem cōmunem actui per intentionem relato in finem. Simile est videre de aliis, quia si clericus faciat, quod laicus facit non ordinatur ad beatitudinem per quod laicus ordinatur &c. Deinde cum dicit.

¶ Secundò quia theologus considerat actus humanos secundùm quòd in eis inuenitur bonum, & malum melius & peius, & hoc diuersificatur secundùm circunstantias, vt infra patebit. * ——— *

¶ Subiungit aliam rationem pro conclusione talem. Theologus considerat actus humanos secūdùm quòd in eis inuenitur bonum, & malum melius, & peius; ergo habet considerare circunstātias. Antecedens notum. Tenet consequentia ex infra dicendis, q. 18. & q. 73. quia circunstantia etiam vt sic potest facere malum, similiter melius, & peius, sicut dans propter Deū multum, melius facit; & qui furatur multum, peius facit. Deinde ibi.

Tertiò quia Theologus considerat actus humanos secundùm quòd sunt meritorij, vel demeritorij, quod cōuenit actibus humanis, ad quod requiritur, ꝙ sint voluntarij; actus autem humanus iudicatur voluntarius, vel inuoluntarius secundùm cognitionem, vel ignorantiam, circunstantiarum, vt dictum est; * & ideo consideratio circunstantiarum pertinet ad theologum. ———

¶ Est tertia ratio pro conclusione talis. Theologus considerat actus humanos secundùm quòd sunt meritorij, vel demeritorij; ergo considerat circunstantias. Antecedens notum. Tenet consequentia, quia ad meritorium, & demeritorium, vt patebit infra q. 21. ar. 3. requiritur, quòd actus sint voluntarij; sed actus iudicatur voluntarius, vel inuoluntarius secundùm cognitionem, vel ignorantiam circunstantiarum, vt patuit ar. 1. & hic in argumento in contrarium; ergo &c. Iacob enim accēdendo ad Liam non demeruit, quia ignorauit (ignorantia, quæ facit inuoluntarium) circunstantiam personæ.

¶ Differunt autem prima ratio, & hæc tertia, quia prima procedit secundùm quòd circunstantia requiritur ad meritum, ea rōne qua meritum est quoddā proportionatum beatitudini. Hæc aūt procedit secundùm quòd meritū requirit esse volūtariū, nihil n. meritorium est, nisi voluntariè ex potestate agentis exhibeatur.

ARGVMENTVM in contrarium continet virtualiter hanc tertiam rationem. Vnde est pro conclusione responsiua.

¶ Ad primum ergo dicēdum, ꝙ bonum ordinatū ad finem dr̄ vtile, qđ importat relationem quandam. Vnde Philosophus dicit in 1. Eth.* ꝙ in ad aliquid est bonum vtile, in his aūt qui ad aliud dicuntur denominatur aliquid nō solū ab eo quod ineſt, sed ēt ab eo quod extrinsecus adiacet, vt patet in dextro, & sinistro, æquali, & inæquali, & similib. & ideo cū bonitas actuum sit inquantū sunt vtiles ad finē, nihil prohibet eos bonos, vel malos dici secūdū proportionē ad aliqua q̄ exterius adiacēt. —

¶ Maior placet. Minor negatur, ad probationem dico quòd nihil qualificatur in esse quasi propriè dicto, vt est speciale prædicamētum, per id quod est extra ipsum. Si autem qualificari capiatur extensè pro denominate tale formaliter, negatur in respectiuis. Actus autem qui habet bonitatem ex alio extrinseco, puta circunstantia finis quæ præsertim videtur esse extrinseca, accipitur vt respectiuum, & dr̄ vtilis. Quare negatur consequentia, quia bonitas accipitur in relatione ad extrinsecum, & sic per extrinsecum possunt dici quales. i. boni, vel mali; sicut dr̄ actus bonus theologicè, quia proportionatus vitæ æternę, & per consequens bonitas attenditur ab extrinseco, & dr̄ bonus per habitudinem ad extrinsecū. Secus de bonitate entium perfectorū, & absolutorū, quia huiusmodi dicuntur bona saltem secundùm quid per aliquid absolutū informans. f. esse. Sed omnis bonitas moralis humanorū actuum est respectiua ad extrinsecum. Ideo possunt dici tales relatiuè ab extrinseco. De hoc magis infra q. 18.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ accidentia, quæ omnino per accidens se habent, relinquuntur ab omni arte propter eorum incertitudinem, & infinitatē, sed talia accidentia non habent rationem circunstantiæ, quia vt dictum est; * sic circunstantiæ sunt extra actum, quòd tamen actum aliquo modo cōtingunt ordinatę ad ipsum, accidentia autem per se cadunt sub arte. ———

¶ Ad maiorem, circunstantiæ sunt accidentia, sed non per accidens, sed quasi propria, & per se. Minor vera de accidentibus per acci-

accidens &c. Et vide D.S. in 6. Metaph. lectione 2. tex. com. 5 quo modo sophistica est circa ens per accidens, quia secundùm fallaciā accidentis fiunt plurimi paralogismi, vbi arguitur per ea quæ faciunt vnum per accidens, vt musicum est aliud a grammatico, musicum est grammaticum; ergo musicum est alterum a se, secundum n. fallaciā accidentis fiunt maximè latentes paralogismi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd consideratio circunstantiarum pertinet ad moralem, & politicum, & ad rhetorem. Ad moralem quidem prout secundùm eas inuenitur, vel prætermittitur mediū virtutis in humanis actibus, & passionibus. Ad politicum autem, & rhetorem secundùm quòd ex circunstantijs actus redduntur laudabiles, vel vituperabiles, excusabiles, vel accusabiles, diuersimodè tamen, nam quod rhetor persuadet politicus diiudicat, Ad theologum autem cui omnes alię artes deseruiunt, pertinent omnibus modis prædictis, nam ipse habet considerationem de actibus virtuosis, & vitiosis cū morali, & considerat actus secūdùm quòd merentur pęnam, vel præmium cum rhetore, & politico. ———

¶ Maior vera, pertinet ad rhetorem, & non solùm ad rhetorē, sed etiam ad moralem, & politicū, sed sub alia ratione, quia sub ratione particulari considerantur ab vnoquoque horum, sed a theologo considerantur sub omnibus rationibus, sub quib. in omnibus prædictis considerantur: quia aliæ scientiæ sunt ancillæ huius. Et ergo considerat, quod ipsi cōsiderant, sed vniuersaliori modo & ad altiorem finem. Quare negatur consequentia, quia vt patebit 1. par. q. 1. aliqua sunt considerata propriè theologica, & tamen considerantur etiam sub lumine naturali; sicut etiam Deum esse vnum & æternum, & huiusmodi sunt propriè theologicalia, & tamen non solùm lumine theologico nota, sed etiam naturali; sic etiam circunstantiæ proprię sunt theologicę considerationis, sed non solùm &c.

Vtrum conuenienter assignentur hæ circunstantiæ, scilicet quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo quando & circa quid.

F 4.di 16.q.3 ar 1.q.2. & 3. Et Mal. q.2.artic.6. cor Lec.3. Ethi.lib.3. co.2.fi. * Cap.1.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter circunstantiæ numerentur in tertio ethicorum * circunstantia n. actus dicitur quod exterius se habet ad actum, huiusmodi autem sunt tempus, & locus ergo solæ duæ sunt circunstantiæ. f. quando & vbi.

¶ 2 Præterea. Ex circunstantijs accipitur quid benè vel malè fiat, sed hoc pertinet ad modū actus; ergo omnes circunstantiæ iucluduntur sub vna, quę est modus agendi.

¶ 3 Præterea circunstantiæ non sunt de substantia actus, sed ad substantiam actus pertinere videntur causæ ipsius actus; ergo nulla circunstantia debet sumi ex causa ipsius actus; sic ergo neque quis, neque propter quid, neque circa quid sunt circunstantiæ, nam quis pertinet ad causam efficientem, propter quid ad finalem, circa quid ad materialem.

Arist.

¶ Sed contra est auctoritas Philosophi in tertio ethicorum. ———

¶ Hic D.S. ostendit quot sunt circunstantiæ.

Cicero.

¶ Respon. dicendum, ꝙ Tullius in sua rhetorica assignat septem circunstantias, quæ hoc versu continentur. Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando considerandum est. n. in actibus quis fecit, quibus auxiliis vel instrumentis fecerit, quid fecerit, vbi fecerit, cur fecerit, quomodo fecerit, & quando fecerit, sed Aristo. in 3. Eth. * addit aliam, scilicet circa quid, quæ a Tullio comprehenditur sub quid. ———

Arist. * Cap.1.

¶ D.S. Primò refert numerum circunstantiarum Tullij, & Aristotelis, & illorum numerationes concordat. Secundò reddit rōnē & sufficientiam illius numeri, per quod hī cōclusio respōsiua, ibi. Et rō huius &c. Refert ergo numerum circunstantiarum, quæ cōprehenduntur in quodam versu. Et exponit ipsum versum. Et secūdùm tenorem verborum Tullius assignauit septem, sed secūdùm sententiam concordat cum Arist. quia sub circunstantia quid cōprehendit circa quid, vnde in re nulla est discrepantia.

Arist.

¶ Nota autem, quòd quid, & circa quid distinguuntur, sic vt stat tim D.S. tanget, quia quid vt contra circa quid distinguitur, dicit aliquem effectum relictum per actionem in eo circa quod agit. Vt cum quæritur, quid fecit sibi, dicitur quòd percutiendo vulnerauit. Vnde ille effectus qui est vulneratio dicitur quid. Sed circa quid dicit conditionem obiecti circa quod quis operatur, ut cum dicitur ille percussit clericum, vel patrem. Vnde esse clericum, vel esse patrem est circa quid, sed vulneratio patris inducta ex percussione est quid. Deinde cum dicit.

¶ Et ratio huius annumerationis, sic accipi pōt. Nam circunstantia dr̄ quasi extra substantiam actus existens, ita tñ quòd aliquo mō attingit ipsum. Contingit autem hoc fieri tripliciter. Vno mō inquantum attingit ipsum actum. Alio mō inquantū attingit causam actus. Tertio modo inquantum attingit effectum; Ipsum aūt actum attingit, vel per modum mēsuræ, sicut tempus, & locus, vel per modum qualitatis actus, sicut modus agendi; ex parte autem effectus, vt cum consideratur quid aliquis fecerit, ex parte verò causæ actus quantum ad causam finalem accipitur propter quid; ex parte autem causę materialis, siue obiecti accipitur circa quid, ex parte verò causæ agentis principalis, accipitur quis egerit; ex parte verò causæ agentis instr̄alis accipitur quibus auxilijs. —

¶ Subiungit rōnem cōuenientiæ huius enumerationis vtriusque ex qua habetur conclusio responsiua talis. Conuenienter numerantur circūstantiæ. 3. Ethi. numero octonario. Probatur sic. Circunstantia dicitur quasi extra substantiam actus existens, ita tamē quòd aliquo modo ipsum attingit. Sed hoc fit tripliciter. Primò inquantum attingit actum, & sic sumuntur tres. f. quando vbi, & quomodo. Secundò inquantū attingit causam actus, & sic sumuntur quatuor. f. propter quid, circa quid, quis, & quibus auxiliis. Tertiò inquantum attingit effectum, & sic accipitur vna, f. quid fecerit; ergo &c. Maior patet ar. 1. Minor deducitur in litera.

¶ Nota ex his, quia D.S. hic habet alium modum loquendi de circunstantiis quibusdam, quàm in 4. di. 16. q. 3. artic. 1. q. 2. præsertim de quid. quam ibidem dicit respicere speciem actus. f. moralē, vt accidit substantiæ actus in esse naturali, vt patet ibidem ad secundum. Accidit. n. actui qui est commixtio cum muliere, quòd fit fornicatio. Vnde duo habentes eundem actum in substantia naturæ, vnus fornicatur, alius non fornicatur. Vnde quid quærit de specie motus, vt est accidentalis speciei naturali actus. Hic autem D.S. loquitur de quid. vt est circunstantia actui extrinseca, & considerato in esse naturę, & in specie moris. Et dicit quòd se teneat ex parte effectus ipsius actus, vt patebit ad tertium. Ita quòd accedere ad alienā nō est circūstātia fornicationis, nec accipere alienū furti sed multū, vel parū auferre. Et similiter alienā mulierē impgnare.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem auctoritate Aristotelis.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ tempus, & locus circunstant actum per modum mensuræ, sed alia circunstant actum inquantum attingunt ipsum quocunque alio modo extra substantiam eius existentes. ———

¶ Ad maiorem, circunstantia in cōi habet se exterius ad actum quocunq; mō, ita quòd circunstare dr̄ omne, quod non est de substantia actus, ipsum tamen cōtingens, vel per inhærentiā, vel per attingentiā per modum mensuræ. Minor negatur, f. quòd solùm tēpus, & locus sint huiusmodi, quia licet ista circunstent per modū mensuræ, tñ & alia circūstāt per modū qualitatis, vel cōditionis alicuius, q̄ nō est de substantia actus. Quare negat cōsequētia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd iste modus, qui est benè vel malè, non ponitur circunstantia, sed consequēs ad omnes circunstantias; sed specialis circunstantia ponitur modus, qui pertinet ad qualitatem actus, puta quòd aliquis ambulet velociter, vel tardè, & quòd aliquis percutit fortiter, vel remissè &c. ———

¶ Maior vera, sed ex omnibus circunstantiis accipitur benè, vel malè. Vnde benè vel malè sumitur ēt ab extrinsecis nō consequētibus substantiam actus. Minor negatur. f. quòd pertineat ad modum actus adequatè. Modus. n. in proposito designatus per quō; non consistit in benè, vel malè fieri, sed est cōis ad benè, vel malè, sicut aliquis modus est bonus, aliquis malus. Designat aūt modum consequentem substantiā actus, nulla aūt aliarum dicit modum actus, quare est distincta circunstantia. Sicut dr̄ quō percussit, fortiter, vel debiliter, & non quæritur de benè, vel malè percutere. Vnde licet benè, vel malè sint communes non tamen quomodo. Quare negatur cōsequentia, quia modus est specialis circūstātia.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ illa conditio causę ex qua substantia actus dependet, non dr̄ circunstantia, sed aliqua conditio adiuncta, sicut in obiecto non dr̄ circūstātia furti, ꝙ sit alienū; hoc n. pertinet ad substātiam furti,

sed

sed quòd sit magnũ, vel paruum, & similiter est de alijs circunstantijs, quæ accipiuntur ex parte aliarum causarum; non enim finis qui dat speciem actus est circunstãtia, sed aliquis finis adiunctus, sicut quòd fortis fortiter agat propter bonum fortitudinis non est circunstantia, sed si fortiter agat propter liberationem ciuitatis, vel populi Christiani, vel aliquid huiusmodi. Similiter etiam ex parte eius, quod est quid, nam quòd aliquis perfundens aliquem aqua abluat ipsum non est circunstantia ablutionis, sed quòd abluendo infrigidet, vel calefaciat, & sanet, vel noceat, hæc est circunstantia.

¶ Maior conceditur. Minorem distinguo, quia ad substantiam actus pertinere videntur causæ ipsius quantum ad illam conditionem ex qua conditio actus dependet, sed non quantum ad conditionem ex qua substantia actus non dependet. Vltra. Ergo nulla circunstantia debet sumi ex causa actus quo ad illam conditionem causæ ex qua substantia actus dependet. Et hoc est verùm, tamen sumitur circunstantia ex causa quantum ad illam conditionem à qua non dependet substantia actus. Vltra sic ergo neq; &c. Negetur consequentia, quia quis non ponitur conditio causæ, quæ necessariò requiritur ad causam effectiuam actus voluntarij, sed aliqua conditio sine qua efficiens produceret. Exempli gratia. Quando dicitur, quis fecit actum talem, non inquiritur conditio sine qua non fieret actus, vtpote an sit homo, libe. ar. quia esse hominem libe. ar. est conditio causæ necessaria, vt causet actum voluntarium quemcunque, sed an clericus, vel laicus, iuuenis vel senex, sine quibus conditionibus actus ab homine fieri posset. Similiter dicitur de propter quid, quod non quærit de causa finali ipsius actus a qua ex natura sua dependet, sed quærit de fine agentis. Sicut ex natura actus fortitudinis est agere propter bonũ fortitudinis, & sine illo fine non esset actus fortitudinis, sed quærit, an fecerit propter vanam gloriam, vel propter lucrum, sine quibus finibus actus fortitudinis fieri potest, quia non oportet fortiter agentem agere propter vanitatem. Est enim finis non actus, sed agentis, vt habet D S. in quarto, vbi iam, ad tertium, Et infra sæpius habebitur differentia inter finem actus, & agẽtis &c. Similiter circa quid non quærit de illa conditione materiæ circa quam, vel obiecti, a qua dependet species actus, sed quæritur de conditione sine qua species actus esse, & intelligi potest. Sicut cũ quæritur de faciente homicidium quem occidit, non quærendo, an occiderit hominem, quia hoc est de specie homicidij, scilicet occidere hominem; sed quæritur, an patrem, an matrem, an amicum &c. Similiter quid non quærit de effectu, qui necessariò sequitur, & de per se ad actum. Sic cum quæritur de perfundente ali quem aqua quid fecit; non quæritur de humectatione, & ablutione, quia talis est effectus per se sequens, & necessariò. Sed an perfundendo læserit comburendo, vel infrigedando. Patet igitur per singulas circunstantias tenentes se ex parte causarum, quòd nulla attenditur secundum conditionem essentialem causę, vt sic, sed sòlùm accidentalem. Quare negetur consequentia.

¶ Aduerte quòd D. S. in solutione respondet primò de circa quid, quæ tenet se ex parte obiecti, siue causæ materialis ponẽdo exemplum de furto. Secundò propter quid tenente se ex parte finalis causæ. Tertiò de circunstantia quid, tenente se ex parte effectus. De circunstantia autem tenente se ex parte causæ efficientis, scilicet quis, patuit. Vide etiam de materia huius articuli D. S. in de malo, mate. 2. q. 6. in cor.

Vtrum propter quid, & quid, sint principaliores in circunstantijs.

D 4. di. 16. q. 3. art. 2. q. 2. & dist. 33. q. 1. ar. 3. q. 2. ad 4. Et 3. Eth. lec. 3. fi.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd non sint principales circunstantiæ propter quid, & ea in quibus est operatio, vt dicitur in 3. Ethicorum.* Ea enim in quibus est operatio uidentur esse locus, & tempus, quæ non uidentur esse * principalia inter circunstantias, cum sint maximè extrinseca ab actu, ea ergo in quib. est operatio non sunt principalissimę circunstantiarum.

* Cap. 1.

¶ 2 Præterea. Finis est extrinsecus rei, nõ ergo videtur esse principalissima circunstantiarum.

¶ 3 Præterea. Principalissimum in unoquoque est causa eius, & forma; sed causa ipsius actus est persona agens, forma autem actus est modus ipsius; ergo istę duę circunstantiæ uidentur esse principalissimę.

Gregorius Nicenus. * Li. 5. c. 28.

¶ Contra est, quod Greg. Nicenus dicit,* ꝙ principalissimę circunstãtię sunt cuius gra agit, & q̃d est qd agit.

¶ Hic D. S. agit de circunstantiis comparando eas ad inuicem penes principalitatem. Constat autem ex dictis, quòd circunstantiæ sunt ex quibus dependet aliqualis bonitas actus voluntarij, nõ quidem specifica, sed accidentalis, in quantum circunstantiæ sunt. Ideo videndum est, quæ circunstantia habeat se prius ad voluntatem, & a qua magis dependet bonitas actus accidentalis, & habetur determinatio quæstionis.

¶ Respondeo dicendum, quòd actus propriè dicuntur humani, sicut supra dictum est, * prout sunt uoluntarij, uoluntatis autũ motiuum, & obiectum est finis, & ideo principalissima est omnium circunstantiarum illa, quæ attingit actum ex parte finis, s. cuius gratia; secundaria uerò, quæ attingit ipsam substantiam actus, idest quid fecit; aliæ uerò circunstantiæ sunt magis, uel minus principales, secundùm quòd magis, uel minus ad has appropinquant.

* 91.

¶ D. S. respondet tali conclusione. Principalissima est circunstãtia, quæ attingit actum ex parte finis. Deinde quæ attingunt substantiam actus. i. tenent se ex parte causarum, quæ requiruntur ad substantiam actus, licet non sint conditiones causarum per se, sed accidentales, vt patuit. Patet ex hoc quòd per ea in quibus est operatio intelliguntur conditiones tenentes se ex parte causarum materialis circa quam, & efficientis. Probatur cõclusio: Actus propriè dicuntur humani prout sunt voluntarij; ergo cõclusio vera. Antecedens patet ex q. 1. ar. 1. Consequentia tenet, quia obiectum, & motiuum voluntatis est finis, & per consequens primò a voluntate respicitur, & actus ab ipso dependet, sicut a prima, & principalissima circunstantia. Tenet aũt consequentia quo ad secundam partem conclusionis, quia voluntas mota a fine efficit actum ad quẽ de propinquo concurrunt circunstantiæ ex parte cãrum. Deinde aũt aliæ ex quibus actus minus principaliter, & secundariò dependet, quæ ẽt se non tenent ex parte causarum actus, vt est locus, & tempus. Patet ex his, quòd circunstantiæ ordinãtur penes primarium concursum ad actũ voluntarium, ad quem extrinsecè primò concurrit finis; quia nulla voluntas vult, nec Homo agit actũ voluntariũ, nisi motus a fine; deinde aũt ad actum necessariò concurrunt materialis cã, & efficiens, & effectus, & sic patet conclusio.

¶ Nota, quòd quia circunstantiæ debent esse extrinsecę substãtiæ actus, ideo hic non ponitur aliquid, quod dat substantiam, & primam bonitatem essentialem actui, sed solùm quæ habent se extrinsecè, Et primum inter ea, vt etiam patebit infra q. 18. est finis. De his Scotus in quodlibetis, q. 18. in primo principali sic dicit. In bonitate, quæ est ex circunstantia talis est processus. Prima bonitas videtur esse ex circunstantia finis, quia ex natura agentis, & actionis, & obiecti statim concluditur, quòd talis actus non debet competere tali, nisi in ordine ad talem finem, & debet eligi, & appeti propter talem finẽ. Et ista circunstantia non est ipsius actus vt in esse reali positi, vel non præcisè sic, sed est ipsius actus, vt voliti, & per actum voluntatis ad talem finem relati, immo non minus est electio bona, quæ fit propter finem debitum, esto quòd per actum illum elicitum, extra non attingatur finis electionis, quàm si attingeretur. Post circunstantiam finis, videtur sequi circunstantia modi agendi, quæ concluditur ex omnibus prædictis, vel aliquibus earum talis, vel talis debere esse. Postea concludi potest de tempore, quia tali agenti actio propter talem finem etiam talem habens modum non debet semper conuenire, sed pro tẽpore, pro quo ordinabilis est ad talẽ finem, vel pro quo põt talem finem habere. Vltima aũt omnium vr circunstantia loci, immo multi sunt actus quorum etiam bonitas completa moralis non determinat locum. Hæc ille. Patet ex his etiam alia ratio, quare finis sit prima circunstantia, quia conuenit actui in esse apprehenso, alias in actu exercito, prius autem apprehenditur, quàm exerceatur. Patet etiam quòd ea quæ de propinquo se tenent ex parte obiecti, & actionis, sicut quid, circa quid, & quomodo, quæ hic dicuntur in quibus est operatio post finem sunt principales &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem, quia idem intelligitur per quid est, quod agitur, & per ea in quibus est operatio.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd per ea in quibus est operatio Philosophus non intelligit tẽpus, & locum, sed ea quæ adiunguntur ipsi actui, unde Gregorius Nicenus * quasi exponens dictum Philosophi loco eius, quòd Philosophus dixit, in quibus est operatio, dicit quid agitur.

Greg. Nicenus. * Li. 5. c. 28.

¶ Minor negatur, quòd per ea in quibus est operatio intelligãtur locus, & tempus, sed intelliguntur obiectum, & quid, & circa quid, quæ adiunguntur actui, vt dicitur in cor. Et vide D. S. in commento tertij Ethicorum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd finis, & si non sit de substantia actus, est tamen causa actus principalissima, in quantum mouet agentem ad agendum. Vnde & maximè actus moralis speciem habet ex fine.

¶ Ad

¶ Ad antecedens fuit supra responsum quæstio. prima, articu. 3. ad primum. negetur, quòd sit extrinsecus actui humano. Et secundò negetur consequentia, quia & si sit non de substantia, loquendo de fine remoto, & fine agentis, est tamen prima, & potissima causa, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd persona agens causa est actus, secundùm quòd mouetur a fine, & secundùm hoc principaliter ordinatur ad actum; aliæ uerò conditiones personæ, non ita principaliter ordinantur ad actum; modus etiam non est substantialis forma actus, hic enim attenditur in actu secundùm obiectum, uel finem, & terminum; sed est quasi quædam qualitas accidentalis.

¶ Ad maiorem principalissimum est causa: verum principalis & prima & forma substantialis, & essentialis specifica. Ad minorem, sed causa actus est persona agens, sed non prima, sed secundaria mota a fine. Modus etiam est forma accidentalis, &c.

Quæstio Octaua.

De actu elicito à voluntate, qui est velle, quorum scilicet sit.

H DEinde considerandum est de ipsis actibus uoluntariis in speciali. Et primò de actibus, qui sunt immediatè ipsius uoluntatis, uelut a uoluntate eliciti. Secundò de actibus imperatis à uoluntate; uoluntas autem mouetur & in finem, & in ea quæ sunt ad finem.

¶ Primò igitur considerandum est de actibus uoluntatis, quibus mouetur in finem; & deinde de actibus eius, quibus mouetur in ea, quæ sunt ad finem; actus autem uoluntatis in finem uidentur esse tres, scilicet uelle, frui, & intendere.

¶ Primò ergo considerabimus de uoluntate. Secundò de fruitione. Tertiò de intentione.

¶ Circa primum consideranda sunt tria. Primò quidem quorum uoluntas sit. Secundò, a quo moueatur. Tertiò, quomodo moueatur.

¶ Circa primum quæruntur tria. Primò, utrum uoluntas sit tantùm boni. Secundò, utrum sit tantùm finis, an etiam eorum quæ sunt ad finem. Tertiò, si est aliquo modo eorum, quæ sunt ad finem; utrum uno motu moueatur in finem, & in ea quæ sunt ad finem.

¶ Postquam actum est de actibus volũtariis in communi secundùm aliquas generales conditiones. Hic consequenter agitur de ipsis in speciali, scilicet minus communiter, quàm prius. Et primò de elicitis, qui sunt immediatè ipsius voluntatis. Secundò de actibus voluntariis imperatis, qui sunt ab ea mediantibus aliis potentiis. Circa primum, quia voluntas non solùm est finis; sed etiam eorum, quæ sunt ad finem; agitur primò de actibus voluntatis, qui sunt circa finem immediatè. Secundò de his qui sunt circa media ad finem, in quæst. 13. Circa primum, quia voluntas habet tres actus. scilicet velle, frui, & intendere, quorum differentia infra patebit; ideo primò agitur de actu volendi. Secundò de actu fruendi, in quæst. 11. Tertiò de actu intentionis, quæst. 12. Circa actum volendi tria sunt consideranda, scilicet obiectum, principium mouens, & modus motionis. Primò igitur ostenditur, quorum sit voluntas obiectiuè; secundò a quo moueatur; & tertiò quomodo moueatur. Secunda pars in quæst. sequenti. Tertia in quæstione decima. Circa primum duo facit. Primò ostendit, cuius sit voluntas obiectiuè in generali; secundò in speciali, articulo secundo.

1. q. 19. ar. 9. cor. Et 1. di. 4. q. 6. art. 2. ad 2. Et 4. di stin. 3. q. 4. ad 2. Et 4. di stin. 49. q. 1. artic. 3. q. 1. cor. Et 1. cõtra cap. 96. § 2. Et Veri. q. 14. arti. 2. corp. * Aristot. lib. 9. meta. tex. 3. * Aristot. tex. 42.

Vtrum voluntas sit tantùm boni.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd voluntas non tantùm sit boni; eadem est enim potentia oppositorum, sicut visus albi, & nigri; sed bonum & malum sunt opposita; ergo voluntas non solùm est boni, sed etiam mali.

¶ 2 Præterea. Potentiæ rationales se habent ad opposita prosequenda, secundùm Philosophum, * sed voluntas est potentia rationalis; est enim in ratione, vt dicitur in tertio de Anima: * ergo voluntas se habet ad oppositа; non ergo tantùm ad volendum bonum, sed etiam ad volendum malum.

¶ 3 Præterea. Bonum, & ens conuertuntur; sed voluntas non solùm est entiũ, sed etiam non entium; uolumus enim quandoq; non ambulare, & non loqui; uolumus etiam interdum quædam futura, quæ non sunt entia in actu; ergo voluntas non tantùm est boni.

¶ Sed contra est, quod Dionysius dicit quarto cap. de Diui. no. * quòd malum est præter voluntatem, & quòd omnia bonum appetunt.

* Dion. c 4. par. 4. circa finem.

¶ Hic primò quærit de obiecto voluntatis, & non capitur hic voluntas in quæsito pro potentia, sed pro actu, & non pro quocunque, quia non vt est communis ad velle, & nolle; sed tantùm accipitur pro actu, qui est in aliquid per modum prosecutionis, & acceptationis; nolle autem est per modum resilitionis, & repudiationis; & iste sensus patet ex solutione primi, & in corpore.

¶ Respondeo dicendum, quòd voluntas est appetitus quidam rationalis; omnis autem appetitus non est nisi boni. Cuius ratio est, quia appetitus nihil aliud est, quàm quædam inclinatio appetentis in aliquid; nihil autem inclinatur nisi in aliquid simile, & conueniens; cum igitur omnis res, inquantum est ens, & substantia, sit quoddam bonum, necesse est, vt omnis inclinatio sit in bonum; & inde est, quod Philosophus dicit in primo Ethicorum, * quòd bonum est, quòd omnia appetuntur.

* Arist. in principio.

¶ D. S. primò deducit conclusionem responsuam subintellectã. Secundò subiungit vnam conclusionem declaratoriam respõsiuæ. ibi, Sed considerandum, &c. Conclusio responsiua est ista. Voluntas, idest actus voluntatis acceptatiuus tantùm est boni. Probatur. Omnis appetitus non est nisi boni; ergo etiam voluntas est tantùm boni. Tenet consequẽntia, quia voluntas est appetitus immaterialis; & ita valet consequentia ab vniuersali ad particularem: antecedens probatur ratione, & auctoritate; ratione sic, Nihil inclinatur nisi in aliquid simile, & cõueniẽs; sed appetitus nihil aliud est, quàm quædam inclinatio appetentis in aliquid; ergo est in simile appetenti; sed omnis res, inquantum est ens, & substantia, est quoddam bonum; ergo necesse est, quòd omnis inclinatio sit in bonum; & ita habetur antecedens: omnia relinquuntur nota; & stat ratio in hoc, quòd appetitum est simile appetẽti; sed omne appetens est ens & bonum; ergo & appetitum est bonum. Notanter autem dicit D. S. omnis res, & ens, inquantum est ens, & substãtia, est bonum, propriè loquẽdo ens completum; & substãtia est quod appetit, & est bona, inquantum ens. s. actu, vt patet prima par. q. 5. art. 3. Et tamen etiam materia prima, quę appetit sicut ens incõpletum eo modo quo est ens, est bona, & econtra, vt patet ibidem.

Conclusio responsiua Probatur conclusio.

¶ Aduerte hic, quòd quamuis appetitus in communi nõ habeat quòd sit actus elicitus, sicut appetitus cognoscentium vt sic, tamẽ in hoc conuenit omnis appetitus etiam purè naturalis, quòd non est per modum accessus, & acceptationis nisi ad conueniens, sicut grauitas nõ inclinat nisi ad locum deorsum connaturalem. Quare bene sequitur, omnis appetitus per modum accessus est ad conueniens; ergo & voluntas, quæ est actus rationalis appetitus.

¶ Nota circa hoc, quòd quamuis non omnia appetant verum, tamen cum hoc stat, quòd omnia appetant bonum. Vide D. S. in de Veritate, Materia 2. quæst. 3. in corp. & 22. quæst. 1. ad primum. Quia licet verum, & bonum cõuertantur quo ad communitatem prædicationis, & quo ad suppositа, sed tamen secundùm ordinem causæ perficientis dissimilitudo est. Verum enim non perficit, nisi immaterialia, bonum autem est perfectum secundùm esse, & rationem speciei simul; ideo potest perficere immaterialia, & materialia; & sic omnia appetunt bonum, sed non omnia cognoscunt verum. Consequenter ibi.

¶ Sed considerandum est, quòd cum omnis inclinatio consequatur aliquam formã, appetitus naturalis consequitur formam in natura existentem; appetitus autem sensitiuus, vel etiam intellectiuus, seu rationalis, qui dicitur voluntas, sequitur formam apprehensam; sicut igitur id, in quod tendit appetitus naturalis, est bonum existens in re, ita id in quod tendit appetitus animalis, vel voluntarius est bonum apprehensum. Ad hoc igitur, quòd voluntas in aliquid tendat, non requiritur, quòd sit bonum in rei veritate; sed quòd apprehendatur in ratione boni; & propter hoc Philosophus dicit in secundo physicorum, * quod finis est bonum, vel apparens bonum.

* Aristot. tex. 35.

¶ Subiungit quandam conclusionem declaratoriam prioris, istam. Ad hoc, quòd voluntas in aliquid tendat, non requiritur, quòd sit bonum in rei veritate, sed quod apprehendatur in ratione boni. Ista conclusio probatur ratione, & auctoritate. Ratione quidem ex differentia appetitus naturalis ex vna parte, & sensitiui, & intellectiui ex altera parte; quia primus sequitur formam in natura existentem, ideſt formam per quam habet esse; sed illi duo formam appreliẽsam: ergo sicut in quod tendit appetitus naturalis est bonum existens in re; ita id, &c. vt in littera; & sic sequitur conclusio. Probatur etiam auctoritate philosophi, quia finis est bonum, vel apparens bonum; & in cognoscentibus sufficit, quòd appareat; sed in naturalibus est bonum, quia inclinatio naturalis est ab intelligentia non errante, quæ inclinat res in verè bonum connaturale.

ARGVMENTVM in contrarium confirmatiuum est conclusionis responsiuæ, quia malum est præter voluntatem, id est actum, qui dicitur voluntas, qui est per modum acceptationis; licet voluntas potentia possit esse mali per modum repudiationis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd eadem potentia est oppositorum, sed non eodem modo se habet ad vtrumque: voluntas igitur se habet & ad bonum & ad malum, sed ad bonum appetendo ipsum; ad malum verò fugiendo illud; ipse ergo actualis appetitus boni vocatur uoluntas, secundùm quòd nominat actum uoluntatis; sic enim nunc loquimur de uoluntate; fuga autem mali magis dicitur noluntas; vnde sicut voluntas est boni, ita noluntas est mali.

¶ Ad maiorem in principio solutionis clarè. Ad minorem conceditur; ergo voluntas pro potentia capta non solùm est boni, sed etiam mali; sed alio modo & per alium actum; quia boni est per modum appetitus, & acceptationis; & hunc actũ in proposito dicimus voluntatem. Mali autem est per actum repudiatiuum, qui dicitur noluntas, vel nolle.

¶ Ad secundum dicendum, quòd potentia rationalis non se habet ad quælibet opposita prosequenda; sed ad ea, quæ sub suo obiecto conuenienti continentur: nam nulla potentia prosequitur, nisi suum conueniens obiectum, obiectum autem uoluntatis est bonum; vnde ad illa opposita prosequenda se habet voluntas, quæ sub bono comprehenduntur, sicut moueri & quiescere, loqui & tacere, & alia huiusmodi; in vtroq; enim horum fertur voluntas sub ratione boni.

¶ Ad maiorem, primò dico, quòd potentiæ rationales habent se ad opposita quidem, vt dictum est ad primum diuersimodè, quia ad vnum prosecutiuè, ad aliud repudiatiuè. Secundò, quòd potentia rationalis habet se ad opposita aliqua prosequenda, quæ continentur sub suo per se obiecto, quod est prosequibile. Sed negatur, quòd vniuersaliter prosequendo se habeat ad quæcunq; opposita, sed solùm ad contenta sub bono; & sic potest illud bonum velle, vel ipsum nolle, quia nulla potentia prosequitur nisi per se obiectum, & sub eo contenta. Minor conceditur. Sed negatur consequentia, quòd etiam se habeat ad malum volendum, sed benè habet ad malum nolendum. Quia ergo voluntas dicit actum prosecutiuum voluntatis; non est nisi boni.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud, quod non est ens in rerum natura, accipitur vt ens in ratione; vnde negationes, & priuationes entia dicuntur rationis; per quem etiam modum futura, prout apprehenduntur, sunt entia; inquantum igitur sunt huiusmodi entia, apprehenduntur sub ratione boni, & sic uoluntas in ea tendit; vnde Philosophus dicit in quinto Ethicorum, * quòd carere malo habet rationem boni. * Arist.c.6.

¶ Maior vera, vt patet prima parte, quæstione quinta, articulo tertio. Et vnumquodque vt est bonum, sic est ens. Minor negatur, quòd voluntas sit non entium vt sic. Ad probationem dico, quòd volumus non entia realia, tamen etiam entia rationis; & sic possunt apprehendi sub ratione boni, quia carere malo est quoddam ens rationis, & tamẽ secundùm Philosophum quoddam bonum est. Similiter futura habent esse apprehensum vt entia realia in potentia; & sunt volita ratione esse realis, quia hoc est ratio appetendi; sed esse apprehensum est conditio sine qua non. Quare negetur consequentia, quia & non entia realia apprehenduntur, & sunt entia rationis; & futura sunt entia realia in potentia. Quare voluntas semper est boni actu saltem in potentia boni in actu. 1.2.q.6. 1.2.q.

Respectu quorum sit.

Vtrum voluntas sit tantùm finis, vel etiam eorum, quæ sunt ad finem.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd voluntas non sit eorum, quæ sunt ad finem; sed tantùm finis, dicit enim Philosophus in tertio Ethicorum, * quòd voluntas est finis, electio autem eorum, quæ sunt ad finem. * Vera dicta. * Arist.

¶ 2 Præterea. Ad ea quæ sunt diuersa genere, diuersæ potentiæ animæ ordinantur, vt dicitur in 6.Ethic. * sed finis, & ea quæ sunt ad finem, sunt in diuerso genere boni: nam finis qui est bonum honestum, vel delectabile est in genere qualitatis, vel actionis, aut passionis; bonum autem quod dicitur vtile, quod est ad finem, est in ad aliquid, vt dicitur in primo Ethicorum: * ergo si uoluntas est finis, non erit eorum quæ sunt ad finem. * Arist.

¶ 3 Præterea. Habitus proportionantur potentijs, cũ sint earum perfectiones; sed in habitibus, qui dicuntur artes operatiuæ, ad aliud pertinet finis, & ad aliud quod est ad finem, sicut ad gubernatoriam pertinet vsus nauis, qui est finis eius, ad nauifactiuam verò constructio nauis, quæ est propter finem; ergo cum uoluntas sit finis, non erit eorum quæ sunt ad finem.

¶ Sed cõtra est, quia in rebus naturalibus per eandem potentiam aliquid pertransit media, & pertingit ad terminum; sed ea quæ sunt ad finem, sunt quædam media, per quę peruenitur ad finem, sicut ad terminũ; ergo si voluntas est finis, ipsa etiam est eorum, quæ sunt ad finem.

¶ Hic ostenditur quorum sit voluntas in speciali; & primò ostenditur propositum; secundò determinatur quoddam dubium circa hoc, articulo sequenti. Quo ad primum, quia dictum est, quòd sit boni tantùm; & quia bonum est finis, & id quod est ad finem; ideo quæritur cuius boni sit.

¶ Respondeo dicendum, quòd uoluntas quandoq; dicitur ipsa potentia, qua uolumus; quandoq; autem ipse voluntatis actus; si ergo loquamur de uoluntate, secundùm quòd nominat potentiam, sic se extendit, & ad ad finem, & ad ea quæ sunt ad finem; ad ea enim se extendit vnaqueque potentia, in quibus inueniri potest quocunq; modo ratio sui obiecti, sicut visus se extendit ad omnia quæcunq; participant quocunque modo colorem; ratio autem boni, quod est obiectum potentiæ uoluntatis, inuenitur non solùm in fine, sed etiam in his, quæ sunt ad finem.

¶ D.S. distinguit de voluntate, vt etiam tactum fuit articulo primo ad primum, quod dupliciter capitur; vno modo pro potentia qua volumus; secundò pro actu ipsius potentiæ, qui est per modum approbationis, & complacentiæ. Et sic quæritur intelligitur dupliciter. Deinde D.S. respondet de vtroq; duabus conclusionibus. secundam ibi, Si autem, &c. Prima est, si loquamur de voluntate, secundùm quòd nominat potentiam, sic se, &c. Probatur formaliter, & clarè in littera, & declaratur maior exemplariter. Circa

¶ Nota autem, q̃ quamuis etiam potentia visiua habeat actus, hoc est visiones specie distinctas respectu diuersorum visibilium per se specie distinctorum in ratione qualitatis sensibilis, sicut visio albi, & visio nigri specie differunt. Tamen isti diuersi actus non habent ita nomina imposita, sicut diuersi actus voluntatis specificè distincti. Vnde licet eadem potentia feratur in omnia quocunque modo bona, vel apprehensa sub ratione boni, non tamen quilibet actus dicitur voluntas; sed solùm aliquis, & hoc apparebit ex sequentibus. Deinde cum dicit.

¶ Si autem loquamur de uoluntate, secundùm q̃ nominat propriè actum, sic propriè loquendo est finis tantùm; omnis enim actus denominatus a potentia nominat simplicem actũ illius potentiæ, sicut intelligere nominat simplicem actum intellectus. Simpliciter autẽ actus potentiæ est in id, quod est fm se obiectũ potentiæ, id autẽ quod est propter se bonum, & uolitum est finis, unde uolũtas propriè est ipsius finis. Ea verò quę sunt ad finẽ, nõ sunt bona, uel uolita propter seipsa; sed ex ordine ad finem; unde uoluntas in ea non fertur, nisi quatenus fertur in finem; unde hoc ipsum, quod in eis uult, est finis.

¶ Respon-

Conclusio secunda.

¶ Respondet secunda cõclusione iuxta secundum intellectum, videlicet, Voluntas, secũdùm q̃ nominat actum: sic propriè loquẽdo est finis tantùm. Probatur ratione, & similitudine ibi. Sicut & intelligere, &c. Ratione quę sumitur ex parte nominis; supponẽdo, q̃ voluntas actus nominat actum denominatum a potentia; tunc sic. Omnis actus nominatus a potentia nominat simplicem actum istius potentiæ; sed simplex actus potentiæ est in id, quod est fm se obiectum potentiæ; subsumitur, sed bonum, & finis est propter se volitum, ea verò quæ sunt ad finem, non sunt bona, vel volita propter seipsa, sed ex ordine ad finem; ergo volũtas, ppriè est ipsius finis, & non fertur in ea quę sunt ad finem, nisi quatenus fertur in finem, & hoc ipsum quod in eis vult, est finis. Maior patet per simile de intellectu, vbi actus denominatus a potentia. Intelligere nominat simplicem actum, qui. est in aliquod secundùm se intelligibile. Ratiocinatio verò est alicuius intelligibilis per aliud. Minor primò relinquitur nota, & intelligitur secundùm se negatiuè sine alio; & quia sine alio, sequitur, q̃ etiã per se habeat se ad illam potentiam, sic videlicet, q̃ simplex actus est in id obiectum, quod non per aliud, sed ratione suiipsius pertinet ad potentiam illam. Et per hoc patet subsumpta, quia finis est bonum per se ex propria ratione positiuè habẽs vnde moueat, & terminet appetitum; vnde patet, q̃ nulla est æquiuocatio, cum D.S. primò dicit, q̃ simplex actus est in id, quod fm se, & subsumit loquens de per se, quia vnum sequitur ex alio, quia bene sequitur, obiicitur fm se, ideſt nõ ratione alterius, ergo per se, &c. Secunda pars subsumptæ patet, quia id quod est ad finẽ vt sic, nõ appetitur nisi ratione finis, & sic finis est propriè volitum, non ea quæ sunt ad finẽ nisi materialiter. Vnde vult D.S. q̃ finis est propriè volitus, quia fm se, & per se est volitus; quare velle est propriè finis, sed est mediorum, sed non propriè, ideſt non per se, nec secundùm se, sicut est finis.

¶ Nota hic, quia non est mens D.S. q̃ voluntas pro actu sit tm̃ finis, sic q̃ ea, quæ sunt ad finem, non possunt dici volita; sed vult, q̃ voluntas actus non est ita propriè mediorum sicut finis, quia patet esse solius finis, sed nunquam solius medij, sed semper in medio est volitus ipse finis. Et ad hoc concordat, quod D.S. habet in de Veritate. Materia 22.q.13.ad nonum. vbi sic dicit, quamuis voluntas sit principaliter finis; & loquitur de actu, ex eo q̃ ea quæ sunt ad finem, nõ desideramus nisi pp finem; nihilominus tamen est voluntas eorum quæ sunt ad finem; hoc enim quod dicit philosophus tertio Ethic. q̃ voluntas est finis, electio eorum quæ sunt ad finem, non ob hoc dicitur, q̃ voluntas semper sit finis (intellige præcisè) sed aliquando & principalius. Et ex hoc, q̃ electio nunquã est finis, ostenditur, q̃ non fit idem eligere, & velle, hæc ille. Eandem sententiam ponit ibidem q. 15. in fine corp. vbi dicit. Sic ergo patet, q̃ voluntatis actus est velle, eligere, & intendere, sed velle, prout ratio volũtati proponit aliquod bonum absolutè, siue sit per se eligendum vt finis, siue propter aliud, vt quod est ad finẽ: hæc ille Et intelligit per absolutum motũ, in quo nõ apparet collatio, & ordinatio rõnis specialis, vt patet ibidẽ q. 13. in corp. ita q̃ motus in id, quod est ad finem, potest dici absolutus motus, sed electio, quæ est vnius medij præ alio, non est motus absolutus; similiter nec intentio, quæ tendit in finẽ vt alia in ipsum ordinant, &c.

Arist. Similia dicit D.S. 3. Ethic. in commento dicit (s. philosophus) q̃ volũtas magis est finis, quàm eius quod est ad finem; quia ea quæ sunt ad finem, volumus pp finem, sed electio est solùm eorũ, quæ sunt ad finem: hæc ille. Patet ex his, quia voluntas est finis ppriè, tum quia solius esse potest, tũ quia ipsius est principalius. Cũ hoc autem stat, q̃ est voliti pp finem minus principaliter, & ratione finis. Oportet enim hic aduertere, q̃ non omnis actus, qui est eius, quod est pp finem, est intentio; sed solùm ille actus, quo quis tẽdit in finẽ, vt per media consequendũ. Vtrum autẽ intẽtio possit esse idem actus cũ voluntate, patebit artic. sequenti, q̃ sic. Deinde ibi.

¶ Sicut & intelligere propriè est eorum, quæ secũdùm se cognoscũtur, s. principiorum; eorũ autẽ, quę cognoscũtur per principia, hõ dicitur esse intelligentia, nisi inquãtum in eis ipsa principia cõsiderantur; sic enim se habet finis in appetibilibus, sicut se habet principium in intelligibilibus, vt dicitur in 6. Ethicorum. *

*Arist.c.8. lib.2. phys. tex.29.

¶ Probat prædictam conclusionem secundam per simile de intelligere, de quo dictum est, quòd nominat simplicem actum sicut voluntas, quia scilicet & intelligere propriè est tantùm eorũ, quæ secundùm se cognoscuntur, quia non per aliquam propositionem extrancã; sed cognitis terminis, &c. Eorum autem, &c. ergo, &c Et probat D.S. consequentiam, quia sic se habet finis, &c. ergo sicut est de actu respectu principiorum, sic de actu respectu finis, &c.

¶ Aduerte ex hoc, quòd D.S. nõ omnino negat intelligere a cõclusionibus, sed a conclusionibus secundùm se acceptis; sic nec velle est negandum de his quæ sunt ad finem, vt finis est in eis volitus. Vide tamen infra quæst. 57. art. 2. ad secundum. quia actus quo intelliguntur principia in conclusionibus est actus scientiæ, & tamen dicitur aliquo modo intelligere, inquantũ est cognitio principiorum, licet deductorum in conclusiones; sed principiorum secundùm se est intelligere, quod est actus intellectus habitus.

¶ Aduerte etiam, quòd intelligere apud nos dupliciter accipitur; vno modo vt est respectu primorũ principiorum complexorum; alio modo vt est respectu incomplexorum, quia vtraq; intelliguntur sine discursu, & sine compositione, & respectu vtrorumq; est simplex actus intellectus. Hic tamen D.S. loquitur de intelligere vt est principiorum.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primã conclusionem, quia procedit de eadem potentia; & tamen idem actus potest etiam esse medij, & termini, vt patebit artic. seq. & talis actus etiam dicitur voluntas, non quia sit medij tantùm, sed quia finis principaliter; & hoc semper intelligendo de medio, vt solum habet appetibilitatem ex fine. Si enim acciperetur vt in se quoddam bonum, sic voluntas esset eius propriè. Nota.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd philosophus loquitur de voluntate, secundùm quòd propriè nominat simplicem actum voluntatis, nõ autem secundùm quòd nominat potentiam.

¶ Ad auctoritatem philosophi vult D.S. q̃ est pro secunda conclusione, & non contra primam; quia voluntas actus simplex, secundùm quòd est propriè simplex, & perfectè, quia scilicet per se obiecti tantùm, sic est finis; & tamen minus propriè est etiam medij, vt est volitum ratione finis.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ ad ea quæ sunt diuersa genere ex quo se habentia ordinantur diuersæ potẽtiæ, sicut sonus & color sunt diuersa genera sensibiliũ ad quæ ordinantur auditus & visus. Sed vtile, & honestum non ex quo se habent; sed sicut quod est secundùm se, & secundùm alterum: huiusmodi autem semper referuntur ad eandem potentiam, sicut per potentiam visiuam sentitur & color & lux, per quam color videtur.

¶ Maior intelligitur primò de genere diuerso obiectali, quod consistit in diuerso modo immutãdi potentias, & quando sunt diuersa obiecta per se principalia, quorum quodlibet est quod & per se; non autem intelligitur de diuerso genere prædicamentali, quia omnia prędicamenta referuntur ad vnum intellectum sub ratione entis in qua conueniunt, & ad vnam voluntatẽ sub ratione boni.

¶ Ad minorem negatur, q̃ ista sint diuersa per se formalia obiecta voluntatis, immo vnum fertur ad voluntatem ratione alterius, & sic non habent se ex æquo, non autem est inconueniens vt res diuersorum generum referantur ad eandem potentiam, quando vnum est formale, alterũ materiale, vnum per se, aliud minus principaliter; sic autem est in proposito, quia honestũ propter se quæritur, vtile autem propter honestum, & sub honesto cõtinetur delectabile, quod etiam propter se quæritur, prima par. q. 5. art. 6.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ non quicquid diuersificat habitum, diuersificat potentiam: habitus enim sunt quædam determinationes potentiarum ad aliquos speciales actus; & tamen quælibet ars operatiua considerat & finem & id quod est ad finem: nam ars gubernatiua considerat quidem finem vt quem operatur, id autem quod est ad finem, vt quod imperat; econuerso verò nauifactiua considerat id quod est ad finem vt quod operatur, id verò quod est finis, vt ad quod ordinat id quod operatur; & iterum in vnaquaq; arte operatiua est & aliquis finis proprius, & aliquid quod est ad finem, quod propriè ad illam artem pertinet.

¶ Ad maiorem, primò habitus proportionãtur secundùm esse, sicut perfectiones perfectibilibus ipsis potentijs, sed nõ adæquantur penes extensionem ad eadem obiecta de communi lege, licet enim metaph. adæquetur intellectui, hoc est singulare, & adæquatione extensiua, non intensiua. Habitus, proportionantur potentijs.

¶ Ad minorem ad aliud pertinet finis, & id quod est ad finem, verum, sicut operatũ, quia scientiæ inferiores considerant id quod est ad finem sicut quod faciunt; sed finem sicut ad quod ordinant. Secundò negatur minor, quia licet non faciant finem superioris artis, tamen faciunt finem proprium, sicut nauifactiua habet finem proprium, scilicet constructionẽ nauis, quẽ etiam efficit, &c.

Vtrum voluntas eodem actu feratur in finem, & in id, quod est ad finem.

K

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd eodem actu voluntas feratur in finem, & in id quod est ad finem, quia secundùm philosophum, * vbi est vnum propter alterum ibi est unum tantùm; sed uoluntas non uult id quod est ad finem, nisi propter finem; ergo eodem actu mouetur in utrumque. Infra q.12. art.4.cor. Et 3.dist.14.q.1 ticu. 2. q.4. corp. Et veri.q.2.ar.14. cor. & ad 3. * Arist.li.3. topic.corp. cap.2.

¶ 2 Præterea. Finis est ratio uolendi ea quæ sunt ad finem, sicut lumen est ratio uisionis colorum; sed eodem actu uidetur lumẽ, & color: ergo idem est motus uoluntatis quo uult finem, & ea quæ sunt ad finem.

¶ 3 Præterea. Idem numero motus naturalis est, qui per media tendit ad ultimum; sed ea quæ sunt ad finem, comparatur ad finem, sicut media ad vltimum; ergo idem motus uoluntatis est, quo uoluntas fertur in finem, & in ea quæ sunt ad finem.

¶Sed contra, actus diuersificantur secundùm obiecta, sed diuersæ species boni sunt finis; & id quod est ad finem, quod dicitur utile: ergo non eodem actu voluntas fertur in utrumque.

¶Hic determinat dubium incidens. Dictum est enim, quia voluntas potest esse finis, & eius quod est ad finem. Dubium est ergo, an possit in vtrumq; vno actu, vel requirantur semper diuersi actus.

¶ Respondeo dicendum, quòd cum finis sit secundùm se uolitus, id autem quod est ad finem, inquantum huiusmodi non sit uolitum, nisi propter finem; manifestum est, quòd uoluntas potest ferri in finem, inquãtum huiusmodi, sine hoc quod feratur in ea, quæ sunt ad finem; sed in ea quæ sunt ad finem, inquantum huiusmodi, non potest ferri, nisi feratur in ipsum finem; sic ergo uolũtas in ipsum finem dupliciter fertur; uno modo absolutè secundùm se; alio modo sicut in ratione uolendi ea quæ sunt ad finem.

Conclusio præambularis.

¶ D.S. primò deducit quandam conclusionem distinctiuam, & præambularem; secundò infert conclusionem responsiuã, ibi. Manifestum est, &c. Cõclusio distinctiua præambularis. Voluntas fertur in finem dupliciter. Absolutè ſm se, & alio modo sicut in rationem volendi ea, quæ sunt ad finem; & ponit D.S. rationem huius distinctionis istam. Voluntas potest ferri in finem, inquantum huiusmodi sine hoc, ꝙ feratur in ea, quæ sunt ad finem; sed in ea quę sunt ad finem, inquantum huiusmodi non potest ferri, nisi feratur in ipsum finem; ergo conclusio ista vera. Tenet consequentia de se; antecedens probatur, quia finis est ſm se volitus, ideſt nõ ratione alterius; & per consequens etiam per se; id autem quod est ad finem, inquantum huiusmodi, non est volitum nisi propter finem; igitur sequitur antecedens. Aduerte verbum D.S. cum dicit. Id quod est ad finem, inquantum huiusmodi non est volitum, nisi pp finem. Dicit enim notanter, inquantum huiusmodi, pp rationẽ quam ponit in 2. sentẽ. dist. 38. art. 4. quia id quod est ad finem, potest dupliciter accipi, vel ſm ꝙ est quædam res habens etiam in se aliquid appetibilitatis; & sic potest esse volitũ sine fine, & alio actu voluntatis; sed inquantum appetitur vt ad finem, sic nõ appetitur sine fine, vide etiam Capreo. in primo, dist. 1. q. 1. ad 2. Gregorij cõtra solutiones argumentorum contra quartam conclusionem.

Capreolus,

¶Nota etiam, ꝙ actus, quo fertur voluntas in finem tm̃ propriè dicitur velle, vt habet D.S. in secundo, vbi iam art. 5. in princ. corp. Secundus autem quo fertur simul in finẽ, & in id, quod est ad finẽ, vt tamen actus incipit a fine, & terminatur ad media vocatur intẽtio respectu finis, & tamen dicitur etiam idem actus voluntas, vt est eius, quod est volitum pp finem. Et de hoc infra q. 12. art. 4. vbi determinatur, ꝙ idem est actus, qui est voluntas eius, quod est ad finem, & intentio finis. Aduerte etiam, ꝙ iste actus quo finis est volitus absolutè sine eo, quod est ad finẽ, est causa volitionis eius, quod est ad finem, sed actus quo finis est volitus simul cũ eo quod est ad finem, nõ est causa actus volendi id quod est ad finem, cum idem non sit causa sui ipsius; sed finis est ratio, quare id, quod est ad ipsum, est volitum, sicut eadem visione videntur color & lapis; & tamen lumen est ratio videndi colorem; sed visio non est ratio visionis, cum sit eadem visio. Ex quo patet, ꝙ non est idem dicere, lapis est visus propter colorem, & visio coloris est causa visionis lapidis; & per hoc patet ad quasdam instantias, quæ habentur in Capreolo vbi iam. Consequenter ibi.

Soluuntur obiectiones,

Capreolus.

¶Manifestum est ergo, ꝙ vnus, & idem motus volũtatis est quo fertur in finem, ſm ꝙ est ratio volendi ea, quę sunt ad finem, & in ipsa quę sunt ad finem; sed alius actus est quo fertur in ipsum finem absolutè, & quandoq; præcedit tpe, sicut cum aliquis primò vult sanitatem, & postea deliberans quomodo possit sanari, vult conducere medicum vt sanetur; sic etiam & circa intellectum accidit: nã primò aliquis intelligit ipsa principia ſm se, postmodum autem intelligit ea in ipsis conclusionibus, secũdùm ꝙ assentit conclusionibus propter principia.

Conclusio responsiua.

¶Subinfert cõclusionem ſm prædictam distinctè responsiuam, & bimembrem istã; Vnus & idem motus voluntatis est quo fertur in finem, &c. vt in principio litteræ, probatur sic; primò quo ad secundã partem. Actus; quo fertur in finẽ absolutè est, q̃ finq; prior tpe actu in ea, quæ sunt ad finem; ergo est alius actus, cõsequentia clara; antecedens declaratur exemplariter de voluntate sanitatis, quã tpe sequitur actus volendi medicinam; secundò probatur cõclusio quo ad ambas partes a simili sic; intellectus primò intelligit ipsa principia ſm se, postmodum autem intelligit ea in ipsis cõclusionibus. Eodem actu quo cõclusiones, ſm ꝙ assentit cõclusionibus pp principia; ergo sic etiam est de voluntate, ꝙ primò habet vnũ actum respectu finis; sed postea eodem actu simul vult finem, & quæ pp ipsum sunt vt sic. Alias probationes secundæ partis cõclusionis, vide in D.S. in de Veritate Mate. 22. q. 14. & in secundo vbi supra, & etiam infra q. 12. art. 4. quia finis, & id quod est ad finem vt sic, non considerantur vt diuersa obiecta, sed vnum cõstitutum ex formali, & materiali, quæ vno actu attinguntur.

¶Aduerte ex his, ꝙ finis potest dupliciter esse volitus similiter id, quod est ad finem, præsertim quod ſm se potest habere aliquid appetibilitatis, & conclusio intelligitur semper vt vnũ est ratio volendi aliud, nõ vt ſm se sunt volita, & quia volitio finis potest esse ratio nolendi aliquid, sicut voluntas Dei est ratio nolitionis furti; ideo etiã volitio, & nolitio possunt esse vnus actus; sed ex hoc non sequitur, ꝙ ergo gaudium, & tristitia; quia implicat eundem actum etiam respectu diuersorum habere rationem gaudij, & tristitiæ: nã sunt rationes omnino repugnantes eidem respectu quorumcunq; ex parte modi habendi appetitus diuersi in gaudio, & tristitia, vt patebit infra; similiter patet, quòd idem actus potest esse secundùm quid bonus, & simpliciter malus; quia ille actus vt est finis est malus, vt est medij, est bonus; sicut voluntas, qua quis vult dare eleemosinam propter inanem gloriam est mala simpliciter, & bona secũdùm quid, ratione diuersorum obiectorum partialium, nec repugnat vnitati actus, & simplicitati in essendo, quòd sit duorum obiectorum subordinatorum, sicut nec repugnat vnitati rationis formalis, atq; eius simplicitati, quòd dicitur esse composita in esse representatiuo ex conceptu generis, & differentiæ, vt patet apud D.S. in de Fute, & Essentia, cap. 3.

¶Nota autem propter Durandum, ꝙ sicut supra dictum est in de materia de beatitudine, ꝙ idem actus est perfectior respectu Dei, quàm respectu creaturæ, licet sit idem actus, quia videlicet a Deo habet, quòd sit beatificus, non a creatura visa, & tamen ex parte subiecti in essendo actus omnino æqualis est, & vnus; sic est possibile, quòd actus vnus existens medij, & finis sit intensior respectu finis, quàm respectu medij, non quia ex parte subiecti habeat aliam intensionem respectu vnius, quàm alterius, immo est vna intensio, & vnus modus essendi ipsius actus, quem tamen vt perfectus est, habet a fine, non a medio, quia finem magis appretiatur, & gratia suiipsius in ipsum fertur, tanquam qui habet per se, & maiorem appetibilitatem, &c.

¶Argumenta pro & contra soluentur ordine quo ad se ordinantur.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit, secundùm quòd voluntas fertur in finem, vt est ratio volendi ea, quæ sunt ad finem.

¶Ad maiorem, vbi vnũ propter aliud ibi est vnum proportione & ordine quo ad se ordinantur, & est vnum obiectum totale cõstitutum ex materiali, & formali. Minor vera, vt sic, inquantum est ad finem, vt ſ. non habet appetibilitatẽ nisi ratione finis; ergo, &c. Verum, inquantum finis est ratio volendi id, quod est ad finem: sic enim, vt habet D.S. in secundo supra ad primum. Finis, & id quod est ad finem, inquantum huiusmodi non sunt diuersa obiecta, sed vnum obiectum, in quo finis est vt formale quasi ratio quædam volendi; sed id quod est ad finem, est sicut materiale, sicut etiam lumen, & color sunt vnum obiectum, & ergo hoc argumentum est pro prima parte conclusionis.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ quandocunq; videtur color eodem actu [d] videtur lumen, potest tamen videri lumen sine hoc, ꝙ videatur color; & similiter quandocunq; quis vult ea, quæ sunt ad finem, vult eodem actu finem, non tamen econuerso.

¶Maior conceditur, an tamen sit per omnia simile sic, scilicet quòd sicut finis dat appetibilitatem ei, quod est ad ipsum vt sic, ꝙ illam sine ipso non haberet, sic color requiratur ex parte visibilis. de hoc prima par. quæst. 79. art. 3. ad secundum. Conceditur enim maior quo ad hoc, quòd lumen requiritur ad videndum colorem, sicut finis est ratio volendi, quod est ad ipsum vt sic.

¶Ad minorem respondet, quòd vera est ad hunc sensum, quòd semper cum videtur color eodem actu videtur lumen, sed non econtra, quia potest videri lumen sine colore, quia esto solus color sit visibilis per lumen extraneum, cum hoc tamẽ stat, quòd detur aliud visibile secundùm se absq; lumine extraneo, sed proprio scilicet lumen ipsum, de hoc in secundo de Anima; ergo, &c. verum, quando simul sunt volita, & vnũ propter aliud, vnde est etiam pro prima parte conclusionis, sed non contra secundam.

¶Ad

¶ Ad tertium dicendum, quòd in executione operis, ea quæ sunt ad finem, habent se ut media, & finis ut terminus; unde sicut motus naturalis interdum sistit in medio, & non pertingit ad terminum; ita quandoque operatur aliquis id quod est ad finem, & tamen non consequitur finem; sed in uolendo est econuerso; nam uoluntas per finem deuenit ad uolendum ea quæ sunt ad finem, sicut & intellectus deuenit in conclusiones per principia, quæ media dicuntur; unde intellectus aliquando intelligit medium, & ex eo non procedit ad conclusionem; & similiter uoluntas aliquando uult finem, & tamen non procedit ad uolendum id, quod est ad finem.

¶Maior vera est, quando non sistit in medio, nec quiescit, tunc est idem motus, &c. Minor vera est in via executionis, tunc ea quæ sunt ad finem se habent vt medium, & finis vt terminus, & quandoq; aliquis sistit in medio, & non pertingit ad terminum; vnde tunc non est idem motus in via executionis, & executiuus; sed minor non est vera in via intentionis, quia tunc finis est medium, per quod deuenitur in volitionem mediorum; & tunc dicitur, quòd non semper eodem motu proceditur a medio ad finem, & terminum; sed quandoq; est status in medio. Et ergo potest voluntas ferri, quandoq; in finem absolutè tanquam in principio, & medium; & non in finem, ideſt terminum, & vltimum in via intentionis.

* Arti. 2 ad secundum.

¶Ad aliud verò, quod in contrarium obiicitur, patet solutio per ea, quæ supra dicta sunt: * nam vtile, & honestum non sunt species boni ex æquo diuisæ; sed se habent sicut propter se, & propter alterum; vnde actus voluntatis in vnum potest ferri, sine hoc quòd feratur in alterum, sed non econuerso.

¶Patuit etiam ad hoc argumentum solutio. artic. sec. ad secundum. Ad maiorem diuersificantur secundùm obiecta totalia ex æquo se habentia, sed non ex subordinatis; nec diuersificantur ex obiectis, quorum vnum est formale alterum materiale; talia enim constituunt vnum obiectum ratione ordinis quo ad inuicem ordinantur, licet sint plures res secundùm se consideratæ. Ad minorem sunt diuersæ species boni in esse rei, sed constituunt diuersa obiecta totalia ex æquo se habentia; sed vtile vt sic, appetitur ex ordine ad finem; ergo, &c. Negatur, quando fertur in vtile vt sic ratione finis. Sed benè conceditur, quòd potest alio actu ferri in finem tantùm; & postea alio in fine, & quod est ad finem simul.

Quæstio Nona.

De motiuo voluntatis.

L Deinde considerandum est de motiuo voluntatis. Et circa hoc quæruntur sex. Primò, vtrum voluntas moueatur ab appetitu sensitiuo. Tertiò, vtrum voluntas moueat seipsam. Quartò, vtrum moueatur ab aliquo exteriori principio. Quintò, vtrum moueatur a corpore cœlesti. Sextò, vtrum voluntas moueatur a solo Deo, sicut ab exteriori principio.

¶Postquam ostensum est quorum sit voluntas, hic ostenditur a quo moueatur. Et circa hoc duo facit. Primò ostendit, quod dictum est ex parte eorum, quæ sunt in voluntate, scilicet intrinsecorum mouentium. Secundò ex parte eorum, quæ sunt extra volentem, quia scilicet sibi non inhærent. Quantum ad primum duo facit. Primò ostendit, a quo moueatur ex parte obiecti quantum ad determinationem actus. Secundò, a quo moueatur ex parte subiecti quantum ad exercitium actus, in articulo tertio. Circa primum, primò ostendit, a quo moueatur quo ad specificationem, vel determinationem actus directè; secundò a quo indirectè, articulo secundo.

Vtrum voluntas moueatur ab intellectu.

Infra q. 17. ar. 1. Et 1. q. 82. arti. 4. Et Veri. q. 14. ar. 1. & 2. & q. 22. arti. 11. Et Mal. q. 4. ar. 2. cor. & ad 13. & q. 6. cor. & ad 10. & 12. *Aug. ho. 9.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd voluntas non moueatur ab intellectu, dicit enim Aug. super illud Psal. * Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas, præuolat intellectus, sequitur tardus, aut nullus affectus; scimus bonum, nec delectat agere, hoc autem non esset, si voluntas ab intellectu moueretur, quia motus mobilis sequitur motionem mouentis; ergo intellectus non mouet voluntatem.

¶ 2 Præterea. Intellectus se habet ad voluntatem vt demõstrans appetibile, sicut imaginatio demonstrat appetibile appetitui sensitiuo; sed imaginatio demonstrans appetibile non mouet appetitum sensitiuum, immo quandoq; ita nos habemus ad ea, quæ imaginamur; sicut ad ea, quæ in pictura nobis ostenduntur, ex quibus non mouemur, vt dicitur in libro de anima. ergo neq; etiam intellectus mouet voluntatem. Arist.

¶ 3 Præterea. Idem respectu eiusdem non est mouens, & motum; sed voluntas mouet intellectum; intelligimus enim, quando volumus; ergo intellectus non mouet uoluntatem.

¶Sed contra est, quod philosophus dicit in tertio de anima, * quod appetibile intellectum est mouens non motum: uoluntas autem est mouens motum. * Aristot. tex. 54.

¶Hic ergo primò quærit conuersim ad id, quod quæsiuit, prima parte, quæst. 82. artic. 4. vbi quæsiuit, an voluntas moueret intellectum.

¶ Respondeo dicendum, quòd intantum aliquid indiget moueri ab aliquo, inquantum est in potentia ad plura; oportet enim, ut id quod est in potentia, reducatur in actum per aliquid, quod est actu, & hoc est mouere; dupliciter autem aliqua vis animæ inuenitur esse in potentia ad diuersa; vno modo quantum ad agere, uel non agere; alio modo quantum ad agere hoc, uel illud; sicut uisus quandoq; uidet actu, & quandoq; non uidet, & quandoq; uidet album, & quandoq; uidet nigrum. Indiget igitur mouente quantum ad duo. ſ. quantum ad exercitiũ, uel vsum actus, & quantum ad determinationẽ actus, quorũ primũ est ex parte subiecti, quod quandoq; inuenitur agens, quandoq; nõ agens, aliud autem est ex parte obiecti, secundùm ꝙ specificatur actus.

Conclusio præambularis.

¶D.S. primò deducit conclusionem quandam præambularem distinctiuam duplicis intellectus quæsiti. Secũdò prosequitur mẽbra distinctè respondendo. ibi, Motio autem, &c. Conclusio præambularis est, vis vel potentia animæ indiget moueri quantum ad duo. ſ. quantum ad exercitium, vel vsum actus, & quantum ad determinationem actus. Et adiungit D.S. vnam explicationem conclusionis, ꝙ primum moueri attenditur ex parte subiecti, secundũ ex parte obiecti; quia videlicet potentia est in potentia vt agat, & est in potẽtia vt agat hoc, & sic indiget moueri vt agat, & vt hoc agat; & sic etiam potest in proposito quęstum dupliciter intelligi, an ſ. volũtas moueatur ab intellectu quo ad exercitium actus, vel quo ad determinationem, vel specificationem actus. Probatur cõclusio. Intantum aliquid indiget moueri ab aliquo, inquantũ est in potentia ad plura; sed aliqua vis animæ inuenitur dupliciter esse in potentia ad plura; vno modo quantum ad agere, vel non agere, ideſt ad exercitiũ; alio modo quantum ad agere hoc, vel illud, ideſt quo ad determinationem, vel specificationem; ergo sequitur conclusio: Maior probatur, quia oportet vt id quod est in potẽtia, reducatur in actum per aliquod, ꝙ est in actu; sed hoc est mouere; ergo maior vera. Minor ostenditur exemplariter de visu clarè in littera. Probatur conclusio.

¶Aduerte probationem maioris, quia Thomista post Aristotelem, & Commentatorem 9. metaph. commen. 2. intelligit, quòd inter reducens, & reductum in actum, oportet semper esse distinctionem realem, sic ꝙ nihil per se primò reducit se in actum, quia per hoc saluatur principium metaphysicum, ꝙ oppositа non possunt simul inesse eidem, nec prædicantur de eodem secundùm idẽ, nec in abstracto, nec in concreto. Scotus autem in secundo, distin. 25. & alibi vult, quòd idem secundùm rem potest mouere seipsum per se primò, & ex hac diuersitate oritur diuersitas in sequentibus, quia Scotus dicit voluntatem nõ moueri a notitia, nisi forte sicut a causa sine qua non; sed voluntas seipsam mouet, & reducit in actum, nec notitia obiecti facit actiuè ad actum voluntatis; sed voluntas seipsam mouet ad præsentiam appetibilis. Sed ex ista opinione Scoti sequitur, quòd voluntas, vel appetitus non sit potentia passiua. Sequitur etiam contra philosophum tertio de Anima, quòd appetibile non moueat appetitum. Sequitur & destructio omnis probationis, qua probatur aliquid pati ab alio, quia dicam, quòd intellectus etiam non patitur ab intelligibili, nec sensus a sensibili; sed in præsentia sensibilis, vel intelligibilis reducit se in actum, sicut voluntas nõ patitur, secundùm Scotum; sed seipsam reducit in actum; & sic non est alicuius efficaciæ processus, quo probatur intellectus virtus passiua, quia actuatur, & mouetur ab intelligibili; vnde fundamentum Scoti, quod dictum est, ruinosum est, scilicet quòd idem in potentia formali, & in actu virtuali moueat seipsum; sed de hoc statim.

Thomista. Scotus. Arist.

¶Motio autem ipsius subiecti est ex agente aliquo; & cum omne agens agat propter finem, ut supra ostensum
*q.1.art 2. est, * principium huius motionis est ex fine; & inde est quòd ars ad quam pertinet finis, mouet suo imperio artem, ad quam pertinet id quod est ad finem; sicut gubernatoria ars imperat nauifactiuæ, ut in secundo phy-
* Aristot. tex.25. sicorum dicitur: * bonum autem in communi, quod habet rationem finis, est obiectum uoluntatis; & ideo ex hac parte uoluntas mouet alias potentias animæ ad suos actus.

¶Hic consequenter D. S. respondet quæsito dupliciter intellecto duabus conclusionibus. Prima est iuxta primum intellectum. Secunda iuxta secundum, ibi. Sed obiectum, &c. prima est. Ex hac parte, scilicet quantum ad exercitium, & ex parte subiecti, voluntas mouet alias potentias animæ ad suos actus. Hanc conclusionem D. S. primò probat ex prima radice huius motionis quam respicit voluntas; secundò experimentaliter, & ratione obiectorum voluntatis, & aliarum potentiarum, ibi. Vtimur enim, &c. Quo ad primum arguitur sic, supponendo dictum circa præambulam conclusionem, quòd motio ad exercitium actus est ex parte agentis, &c. Principium motionis huius, scilicet ex parte subiecti, & quo ad exercitium est ex fine; sed bonum in communi, quod habet rationem finis, est obiectum voluntatis; igitur sequitur conclusio. Maior probatur ratione. Primò, quia motio ipsius subiecti est ex agente aliquo; sed omne agens agit propter finem; ergo sequitur maior, quòd principium motionis ad agere est ex fine; & per consequens ex potentia mouente, quæ respicit finem. Secundò probatur signo de arte clarè in littera. Minor principalis relinquitur nota, & intelligitur, quòd bonum in com muni est obiectum voluntatis, non solùm vt bonum distinguitur contra malum, quia & sic appetitus quilibet est boni; sed vt distinguitur contra hoc bonum determinatum, quia videlicet voluntas est boni cuiuscunque; & per consequens est agens respiciens finem vniuersalem; & sic sequitur, quòd habeat omnes alias potentias mouere quæ respiciunt fines particulares; sequitur igitur conclusio. Consequenter cum dicit.

Conclusio prima responsiua. Probatur conclusio primò. Bonũ obiectum voluntatis.

¶Vtimur enim alijs potentijs cum volumus: nam fines & perfectiones omnium aliarum potentiarum comprehenduntur sub obiecto voluntatis, sicut quædam particularia bona; semper autem ars, vel potentia, ad quam pertinet finis vniuersalis, mouet ad agendum artem, vel potentiam, ad quam pertinet finis particularis sub illo uniuersali comprehensus; sicut dux exercitus, qui intendit bonum commune, scilicet ordinem totius exercitus, mouet suo imperio aliquem ex tribunis, qui intendit ordinem unius aciei.

Secundò probatur conclusio.

¶Probat prædictam conclusionem primam responsiuam experimentaliter sic, vtimur alijs potentijs cum volumus: ergo conclusio vera. Tenet consequentia, quia (vt patebit infra) vti non est aliud, quàm applicare ad actum exercendum. Assumptum probatur in littera. Semper ars, vel potentia, &c. sed fines, & perfectiones omnium aliarum; ergo, &c. Et continet hæc probatio assumpti explicationem prioris rationis, quia ideo voluntas habet finem vniuersaliorem, quia respicit bonum in communi. Aliæ autem potentiæ respiciunt particularia bona. Vide prima parte, quæst. 82. ad primum, & art. 4. ibidem.

¶Aduerte circa hæc, quòd non patitur difficultatem apud alios, etiam, quin voluntas cum sit libera per se primò eliciat actum quo ad exercitium, & generaliter omnis appetitus: alias enim appeteret non esset mouere animal, sed etiam esset solùm quo moueretur animal, cum tamen appetitus sit potentia motiua in animalibus causans motum animalem immediatè, sicut actum elicitum transeuntem mediante ipso appetere; vnde nec est difficultas quin alias potentias obedibiles moueat quo ad exercitium actus. Sed solùm est difficultas, an voluntas per se primò causet actum quo ad specificationem; & de hoc videndum est. Consequenter ibi.

¶Sed obiectum mouet determinando actum ad modum principij formalis, a quo in rebus naturalibus actio specificatur, sicut calefactio a calore: Primum autem principium formale est ens, & verum vniuersale, quod est obiectum [d] intellectus; & ideo isto modo motionis intellectus mouet voluntatem, sicut præsentans ei obiectum suum.

Dub. 752.

¶Respondet secunda conclusione iuxta secundum intellectum quæsiti ista, scilicet. Isto modo motionis (scilicet quo ad determinationem, vel specificationem actus) intellectus mouet voluntatem, probatur post D. S. sic. Intellectus præsentat voluntati obiectum suum; ergo conclusio vera. Antecedens probatur virtualiter in probatione consequentiæ. Consequentia autem probatur in littera, quia obiectum mouet, determinando actum ad modum principij formalis, a quo in rebus naturalibus actio specificatur; sed primum principium formale est ens, & verum vniuersale, quod est obiectum intellectus; igitur sequitur consequentia, quòd intellectus præsentat obiectum, quod est principium formale mouens formaliter quo ad specificationem, quòd ipse mouet voluntatem quo ad specificationem.

¶Nota hic primò, quòd ens, & verum sunt prima principia formalia, hoc est, quòd ratio formalis entis, & veri ex natura sunt primæ rationes formales; & prius aliquid apprehenditur ab intellectu sub his rationibus motiuè, vel concomitanter, antequam voluntas possit aliquid appetere, quia nihil volitum nisi apprehensum, quare ens, & verum sunt primum principium formale, tam si comparentur ad rationes alias, quàm si comparentur ad potentias immateriales; vnde sequitur, quòd intellectus proponens obiectum voluntati, proponat etiam principium specificans actum voluntatis, quia & obiectum appetibile oportet esse apprehensum sub ratione entis, & veri motiuè, & deinde sub ratione boni terminatiuè, & sic mouet voluntatem. Quare patet, quòd consequentia valet, & similiter antecedens, quia intellectus habet pro obiecto ens, & verum, quæ sunt primum principium formale, & secundùm se, & quo ad potentias immateriales; & per consequens intellectus præcedit voluntatem, & sibi suum obiectum præsentat. Ratio prima.

¶Aduerte secundò, quòd obiectum determinat, & specificat ad modum principij formalis, non quia sit principium informans, sicut forma compositum; sed quia est ratio agendi specificationem actus, sicut calor est ratio faciendi calidum; vnde exemplum de termino specificante motum est simile quo ad hoc, quòd sicut motus specificatur ex termino; ita voluntatis actus ex obiecto apprehenso; sed cum hoc, obiectum apprehensum habet se actiuè, sicut ratio agendi ad specificationem. Dico autem, quòd obiectum, vt apprehensum, specificat formaliter, sicut ratio agendi effectiuè ipsam specificationem, quia obiectum, vt est extra animam, sic specificat, sicut terminus motus; quia videlicet est finis, in quem actus ex natura tendit, sicut terminus respectu motus, finis autem vt supra specificat.

Dico. Opin. Cai.

¶Aduerte tertiò, quòd inter sequentes viam D. S. est diuersitas exponendi hunc passum. Capreolus enim in secundo, distinctione vigesimaquinta. sequens Bernardum de Gamnaco tenet, quòd sola voluntas se habet actiuè respectu actus sui, obiectum autem se habet formaliter, & finaliter, vt patet ipsum intenti. Vnde recedit a Scoto in hoc, quòd ponit aliquam causalitatem obiecti respectu actus voluntatis, quia formalem, & finalem; sed concordat, quia non effectiuam super specificationem actus; & fundat se in hic dictis a Doctore Sancto, cum dicit obiectum esse principium specificans formale; & exemplificat de termino respectu motus, qui non potest specificare nisi formaliter. Scotus.

¶Sed alij de via D. S. non minus fideles, & doctissimi; dicunt primò, quòd obiectum habet duplicem comparationem ad voluntatem; vnam inquantum est extra, & sic formaliter specificat; aliam inquantum est apprehensum, & sic arbitrantur esse de mente D. S. quòd obiectum non solùm formaliter, sed & effectiuè habet se ad specificationem actus, vt specificatus est; & hoc sic ostendunt. Nam omnis rei creatæ oportet ponere aliquam causam effectiuam, vt pro constanti relinquitur; cum igitur causa effectiua specificationis actus non possit esse nisi appetitus ipse, vel obiectum; & constet, quòd appetitus solus esse non potest, alias omnes actus essent eiusdem speciei propter vnitatem principij immediati specificantis; (sicut quæcunque procedunt ab eodem calore, sunt eiusdem speciei) relinquitur, quòd obiectum sit causa effectiua specificationis actus. Vnde verum quidem est, quòd motus specificatur formaliter a termino; sed præter hunc terminum est specificatiuum effectiuè se habens; quare & specificatio volitionis. Non tamen volunt isti, quòd obiectum apprehensum sit propriè causa effectiua; sed est ratio efficiendi ipsam specificationem ipsi appetitui; sic quòd ex appetitu, & obiecto constituitur vna totalis causa effectiua specificationis, quæ tamen specificatio reducitur in obiectum, sicut substantia actus in potentiam. Et quia causalitas finalis apertè conuenit obiecto, non autem causalitas effectiua, quæ propriè magis conuenit appetitui, & obiecto apprehenso solùm vt rationi efficiendi; ideo Doctor Sanctus alibi dicit, quòd obiectum mouet finaliter, & quòd intellectus non mouet in eodem genere motionis, sicut mouet voluntas: per hoc enim solùm vult, quòd obiectum apprehensum non moueat sicut causa efficiens quæ; sed cum hoc stat, quòd secut ratio qua efficit specificationem. Et quia ratio agendi est etiam principium formale specificandi actum, & tamen effectiuè; ideo ex hoc, quòd D. S. hic dicit obiectum mouere sicut principium formale, non excludit, quin sit ratio agendi specificationem. Ibi. Aristo. Auerro.

¶Et per

¶Et per hunc modum dicendi saluatur vbiq; D. S. Nam alibi prima parte, quæst. 80. artic. secundo ponit; ex quibus apertè habetur, quod dictum est. Similiter secundùm D. S. verbum subsistens in Diuinis habet causalitatem in genere efficientis causæ super amorem; ergo & verbum non subsistens, quod est primum intellectum, & apprehensum habebit causalitatem eiusdem generis, licet non eodem modo, quia ibi vt quæ, hic vt qua. Et ad hoc sunt rationes tactæ contra Scotum in hoc articulo, quia aliàs appetitus non esset potentia passiua. Ex hoc autem modo saluari potest, quia appetibile comparatum ad appetitum reducit ipsum de potentia in actum specificatum, & non econtra. Similiter per hoc saluatur, quòd Aristoteles non equiuocauit reducens omne mouens ad mouens immobile, scilicet appetibile. Per hoc etiam saluatur Commentator, qui dicit, duodecimo metaphysic. commento 36. quòd balneum habet duplicem formam, in anima, & extra animam; & per illam formam, quæ est in anima, desideramus illam formam, quæ est extra animam. Forma igitur balnei, inquantum est in anima, est agens desiderium, & motum; secundùm autem quòd extra animam est finis motus, & non agēs, hæc ille. Ex quibus patet clarè, quod dictum est. Nec obstant rationes Scoti, quia appetibile apprehensum est actiuum non totale, sed partiale actus voluntatis, cum qua voluntas concurrit, sicut causa principalis actus voluntatis, & libera; quare voluntas suam libertatem non perdit, nec electio libera perit. Nec dicimus, quòd obiectum apprehēsum appetibile efficiat aliquid præuium actui appetendi; sed concurrit actiuè ad ipsum actum quo ad specificationem eius, nec per consequens sequitur, quod magis cogniti sit intensior actus voluntatis, quia non concurrit cognitio ad intensionem actus, vel ad exercitium, sed solùm quo ad specificationem, cuius principalis causa est voluntas, quæ si multum ad obiectum afficiatur, elicit intensiorem actum. Quare videtur, quòd intellectus per appetibile apprehensum concurrat effectiuè ad specificationem actus; & nihilominus tamen sicut formale principium. Et quia intellectus habet apprehendere appetibile, quia obiectum eius est ens, & verum; quæ sunt primum principium etiam quo ad potentias, sic quòd aliquid ex natura prius objicitur potentiæ sub ratione entis, & veri, quàm alteri sub ratione boni; ideo intellectus mouet quo ad specificationem actus ratione principij formaliter specificantis, sicut ratio agendi specificationem actus, idest actum talem, & talis speciei. Non obstat Scoti rationes.

ARGVMENTVM in contrarium est pro secunda conclusione responsiua. Et habetur etiam ex hac auctoritate Philosophi, secundo de Anima, tex. commenti 36. quod dictum est, quia Philosophus vniformiter loquitur, quia appetibile est mouens effectiuè, non motum: voluntas autem mouet effectiuè, & mouetur effectiuè ab appetibili. Et concordat ille text. cum eo, qui habetur duodecimo metaphysicor. tex. commen. 36. & Commentatore ibidem.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd ex illa auctoritate non habetur, quòd intellectus nō moueat, sed quòd non moueat ex necessitate.

¶Ad maiorem, conceditur auctoritas, quia videlicet intellectus non necessariò mouet vniuersaliter etiam quo ad specificationem actus, quia non respectu cuiuscunq; boni, vt patebit quæstione decima, articulo secundo. Secundò non mouet necessariò quandocunq; non dictat per modum imperij, vt patet in Capreolo in tertio, distinctio. trigesimasexta. ad primum, & secundum, per totum. Capreolus.

¶Ad minorem negatur; sed hoc non esset, si necessariò moueretur ab intellectu, sic quòd non posset oppositum eius, quod dictat ratio: ergo negatur consequentia; sed debet inferri: ergo non mouet necessariò vniuersaliter; sed solùm respectu eius, quod proponitur tanquam habens perfectam rationem obiecti voluntatis, & in quo nihil apparere potest de ratione mali. Vide D. S. in secundo senten. dist. 25. artic. 2.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut imaginatio formæ sine æstimatione conuenientis, vel nociui, non mouet appetitum sensitiuum; ita nec apprehensio veri sine ratione boni appetibilis; vnde intellectus speculatiuus non mouet, sed intellectus practicus, vt dicitur in tertio de Anima.* * Aristot. tex 46.

¶Ad minorem habetur responsio ex tertio de Anima. tex. commenti 46. quia imaginatio suo modo speculatiua, quæ nihil imaginatur actu animæ, neq; dicit de fugibili, aut prosequibili, & non iubet timere; sed negatur, quòd imaginatio non moueat, quando apprehendit vt nociuum, vel conueniens; ergo, &c. Verum, intellectus speculatiuus non mouet vllo modo voluntatem; sed tantùm practicus apprehendens rem per modum nociui, vel conuenientis.

¶Ad tertium dicendum, quòd voluntas mouet intellectum quantum ad exercitium actus; quia & ipsum verum, quod est perfectio intellectus continetur sub vniuersali bono, vt quoddam bonum particulare; sed quantum ad determinationem actus, quæ est ex parte obiecti, intellectus mouet voluntatem, quia & ipsum bonum apprehenditur secundùm quandam specialem rationem comprehensam sub vniuersali ratione veri; & sic patet, quòd non est idem mouens, & motum secundùm idem. Quadruplex obiectum.

¶Ad maiorem. Idem respectu eiusdem in eodem genere motionis, & eodem modo consideratum. Ad minorem, voluntas mouet intellectum quo ad exercitium, & inquantum obiectum intellectus est quoddam particulare bonum contentum sub vniuersali obiecto voluntatis, quod est bonum in communi, & econtra intellectus mouet voluntatem quo ad specificationem, & vt bonum est quoddam verum particulare contentum sub vniuersali obiecto intellectus, quod est ens, & verum in communi. Secundò voluntas mouet intellectum propriè effectiuè, & quo ad exercitium. Intellectus autem mouet voluntatem ad specificationem solum vt ratio, & principium formale quo specificandi: ergo verum non mouet secundùm idem, nec eodem modo, &c.

Vtrum voluntas moueatur ab appetitu sensitiuo.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd voluntas ab appetitu sensitiuo moueri non possit: mouens enim, & agens est præstantius patiente, vt Augustinus dicit duodecimo super Genes. ad litteram, * sed appetitus sensitiuus est inferior voluntate, quæ est appetitus intellectiuus, sicut sensus est inferior intellectu: ergo appetitus sensitiuus non mouet intellectum. * M Infra art. 5. cor. fi & 10. ar. 3 & q. 77. ar. 1. Et Veri. q. 5. arti. 10. cor & q. 22. art. 9. ad 5. & 6. * Aug. c. 16. * Videtur legendum esse voluntatem.

¶2 Præterea. Nulla virtus particularis potest facere effectum vniuersalem; sed appetitus sensitiuus est virtus particularis; consequitur enim particularem sensus apprehensionem; ergo non potest causare motum voluntatis, quæ est vniuersalis, velut consequens apprehensionem vniuersalem intellectus.

¶3 Præterea. Vt probatur in octauo physicorum. * mouens non mouetur ab eo, quod mouet, vt sit motio reciproca; sed voluntas mouet appetitum sensitiuum, inquantum appetitus sensitiuus obedit rationi; ergo appetitus sensitiuus non mouet voluntatem. * Aristot. tex. 40.

¶Sed contra est, quod dicitur Iacobi tertio. Vnusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illectus; non autem abstraheretur quis a concupiscentia, nisi voluntas eius moueretur ab appetitu sensitiuo, in quo appetitu est concupiscentia; ergo appetitus sensitiuus mouet voluntatem. Iaco. 3.

¶Hic D. S. inquirit de mouente intrinseco indirectè.

¶Respōdeo dicendum, quòd sicut supra dictum est, * id quod apprehenditur sub ratione boni, & conuenientis, mouet voluntatem per modum obiecti, quòd autem aliquid videatur bonum, & conueniens, ex duobus contingit, scilicet ex conditione eius, quod proponitur, & eius cui proponitur; conueniens enim secundùm relationem dicitur; vnde ex vtroq; extremorum dependet; & inde est, quòd gustus diuersimodè dispositus, non eodem modo accipit aliquid, vt conueniens, & vt non conueniens, vnde vt philosophus dicit in tertio ethicorum. * Qualis vnusquisque est, talis finis videtur ei. Manifestum est autem, quòd secundùm passionem appetitus sensitiui immutatur homo ad aliquam dispositionem; vnde secundùm quòd homo est in passione aliqua, uidetur sibi aliquid conueniens, quod non uidetur extra passionem existenti, sicut irato uidetur bonum, quod non uidetur quieto; & per hunc modum ex parte obiecti appetitus sensitiuus mouet uoluntatem. * Art. præceden. *Arist. c. 4.

¶D. S. respondet tali conclusione per hunc modum, scilicet indirectè faciens aliquid videri, & iudicari conueniens, ex parte obiecti, scilicet quo ad specificationem actus, appetitus sensitiuus mouet Conclusio prima.

Probatur conclusio. mouet voluntatem. Probatur conclusio. Id quod apprehenditur sub ratione boni & conuenientis, mouet voluntatem per modum obiecti, scilicet quo ad specificationem, & hoc directè; & per consequens id quod facit aliquid apprehendi sub ratione boni conuenientis, hoc mouet per hunc modum indirectè, sed secundùm quòd homo est in aliqua passione, quæ est appetitus sensitiui, videtur sibi aliquid conueniens, quod non videtur extra passionem existenti; igitur conclusio vera. Maiorem D.S.relinquit notam ex articulo primo. Et patet etiam explicatio adiuncta, quia bene sequitur, hoc facit directè; ergo quod facit esse tale facit indirectè. Minor probatur sic, quòd aliquid videatur bonum, & conueniens ex duobus contingit, scilicet ex conditione eius quod proponitur, & eius cui proponitur; sed secundùm passionem appetitus sensitiui immutatur homo ad aliquam conditionem, & dispositionem; ergo sequitur minor. Maior ista probatur ratione quo ad vtramq; partem simul, quia conueniens dicitur relatiuè; ergo dependet ex vtroque extremorum; sic videlicet, quòd si aliquid fit conueniens, quod prius non erat. Et secundò, si res in se maneat sicut prius; homo tamen aliter disponitur, efficietur sibi conueniens, quod prius non erat, sicut eadem vini dispositione manente vinum est gratum sitienti, quod non est gratum abundanti humoribus, & repleto. Secunda pars maioris ostenditur, & declaratur signo, & auctoritate philosophi. Minor relinquitur nota, & de ipsa & materia huius articuli infra quæst. 77.art.3. & in de Veritate. Materia 22.quæstio.9.in corp. & ad tertium, & sextum.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsuam:

Incontinens vincitur. ¶Et nota verbum Apostoli, cum dicit. Abstractus,& illectus,& non dicit coactus. Vnde D.S.vbi iam ad tertium dicit. Incontinens non dicitur vinci a passionibus, quia ipsę passiones cogant, vel immutent necessariò voluntatem. Alioquin incontinens non esset puniendus, quia pœnæ non debentur inuoluntario. Incontinens autem non dicitur inuoluntarius operari, secundùm philosophum in tertio ethicorum. Sed dicitur incontinens vinci a passionibus, inquantum eorum impulsui cedit voluntariè: hæc ille, & hoc est quòd Iacobus dicit,illectus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd nihil prohibet id, quod est simpliciter,& secundùm se præstantius,quo ad aliquid esse debilius; voluntas igitur simpliciter præstantior est,quàm appetitus sensitiuus; sed quo ad istum in quo passio dominatur, inquantum subiacet passioni, præeminet appetitus sensitiuus.

¶ Ad maiorem, si intelligitur primò de mouente principali; tunc vera est permissiuè, quia non repugnat mouenti, quòd sit principalius, quia mouens æquiuocum est nobilius; si intelligitur de mouente vniuoco; tunc intelligitur, quòd non est ignobilius. Non autem oportet, quòd mouens instrumentale sit nobilius, nec oportet, quòd mouens indirectum sit nobilius saltem in se, & simpliciter in ratione entis; sed sufficit, quòd sit nobilius secundū quid, scilicet quo ad principalius esse in trahendo ad opus, quia operationes in singularibus sunt, ad quas afficiunt passiones, & sic quo ad inclinare ad opus in passionato præualet passio, non cogendo voluntatem, sed inclinando; & secundùm Scotum non oportet causam æquiuocam etiam totalem esse nobiliorem producto; sed sufficit, quòd sit nobilior termino formali ipsius producti. In proposito autem passio non est causa æquiuoca totalis. Ad minorem, verum est inferior in ratione entis, & quo ad naturam suam; est tamen pro nunc in passionato præstantior, inclinãdo ad opus, inquantum passio trahit ad se iudicium rationis, & per consequens voluntatem; ergo, &c. Verùm non mouet directè,& immediatè ex propria virtute; sed tamen mediante proprio motiuo, scilicet ratione, quæ nata est iudicare secundùm dispositionem agentis, quia non procedit opus nisi secundùm iudicium particulare, quod passio pro nunc suggerit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd actus & electiones hominum sunt circa singularia; vnde ex hoc ipso, quòd appetitus sensitiuus est virtus particularis, habet magnam virtutem ad hoc, quòd per ipsum sic disponatur homo, vt ei aliquid videatur sic, vel aliter circa singularia.

¶Maior est vera, potest tamen virtus particularis vniuersale agens determinare ad particularem effectum; sicut videmus,quòd virtus cœlestis moderatur secundùm dispositionem recipientis. Ad minorem, prima pars conceditur; & dico, quòd etiam operationes in actu exercito sunt circa particularia, nec vnquam voluntas vult nisi hoc, vel illud in particulari, mediante apprehensione particularis etiam per intellectum directè, vel indirectè; ergo, &c. Verum, non causat motum, qui est vniuersalis obiecti; causat tamen motum, qui est particularis obiecti, & operationis; vnde voluntas potest quidem habere motum circa vniuersale obiectum, & est operationis vniuersaliter, quia s.potest hoc velle, vel aliud habere; sed tñ dum debet imperare, vel velle operationem in actu exercito, oportet, quòd sit particularis actionis,& quando actio imperata est sensitiua vel corporalis; oportet, quòd etiam obiectum sit particulare: voluntas enim est vniuersalis,& particularis vt termini, vt patebit infra. Quando igitur debet operari operationem sensitiuam vel corpoream, tunc terminus est particularis, & eoipso passio habet magnam virtutem inclinandi,quia est circa particularia. Quare negatur consequentia, vide propter illam solutionem infra quæst.29.artic.6. vbi dicetur differentia termini appetitus intellectiui,& sensitiui; quia intellectiuus est obiecti vniuersalis, & particularis; similiter inclinatio voluntatis est ad operationem vniuersaliter; sed tamen vt debet operari in actu exercito, oportet, quòd sit alicuius particularis operationis. Et si circa materialia debeat operari, oportet, quòd sit alicuius determinati obiecti; vnde passio non mouet voluntatem, vt est vniuersalis obiecti, nec vt est operationis vniuersaliter, sed eam determinat ad particulare obiectum, & particularem operationem.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut philosophus dicit in primo Politicorum. * Ratio, in qua est voluntas, mouet sub imperio irascibilem,& concupiscibilem,non quidem despotico principatu, sicut mouetur seruus a domino; sed principatu regali, seu politico; sicut liberi homines reguntur a gubernante, qui tamen possunt contramouere; vnde & irascibilis & concupiscibilis possunt in contrarium mouere ad voluntatem, & sic nihil prohibet voluntatem aliquando ab eis moueri.

¶Maior vera, de mouente primò localiter, vel alteratiuè, cui mobile ex necessitate subditur, & regitur regimine despotico quasi: primum enim mouens localiter non mouetur localiter, & primum alterans non alteratur. Ad minorem dico, quòd voluntas mouet appetitum sensitiuum, inquantum sibi obedit, sed regitur non regimine despotico, sed politico; ita quòd ipse potest rebellare, immo & trahere voluntatem, & eam vincere ad sensum dictum, non sicut de motis a primo mouẽte,quæ habent obedientiam plenam. Quare negatur consequentia

¶Nota breuiter fundamentum in hac re,quia differentia est inter actum elicitum ab aliqua potentia, & inter actum ab ea imperatum mediante alia potentia. Nam actus elicitus immanens vel transiens, idest qui est sine alia potentia actiua media, non potest esse nisi faciente potentia elicitiua; sic appetere non est nisi ab appetitu, sic moueri localiter nõ est nisi cum appetitu, quia vterq; est actus elicitus appetitus, licet vnus immanens, alius transiens. Actus autem imperati tantùm ab appetitu, & non eliciti, possunt quandoq; præuenire appetitum. Et sic cum actus sensualitatis sit imperatus tantùm a voluntate, ideo potest sensualitas habere aliquem actum, & motum, quem voluntas non imperat; & sic ille motus præueniens voluntatem potest ipsam mouere, non sic de mobili a primo mouente, quod nullum motum habet nisi a primo; & sic non trahi ipsum,&c.

Vtrum voluntas moueat seipsam.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd voluntas non moueat seipsam: omne enim mouens, inquantum huiusmodi est in actu, quod autem mouetur est in potentia: nam motus est actus existentis in potentia inquantum huiusmodi; sed non est idem in potentia, & in actu respectu eiusdem; ergo nihil mouet seipsum, neque ergo voluntas seipsam mouere potest.

¶ 2 Præterea. Mobile mouetur ad præsentiam mouentis; sed voluntas semper sibi est præsens; si ergo seipsam moueret, semper moueretur, quod patet esse falsum.

¶ 3 Præterea. Voluntas mouetur ab intellectu, vt dictum est, * si igitur voluntas mouet seipsam; sequitur, quòd idem simul moueatur a duobus motoribus immediatè, quod videtur inconueniens, non ergo voluntas mouet seipsam.

¶Sed contra est, quia voluntas domina est sui actus; & in ipsa est velle, & non velle, quod non esset, si non haberet in potestatẽ mouere seipsam ad volendum: ergo ipsa mouet seipsam.

¶Postquam ostensum est, a quibus intrinsecis voluntas mouetur quo ad specificationem actus. Hic inquirit, a quo intrinseco moueatur ad exercitium actus.

¶Respon-

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est * ad voluntatem pertinet mouere alias potentias ex ratione finis qui est voluntatis obiectum; sed sicut dictũ est * hoc modo se habet finis in appetibilibus sicut principium in intelligibilibus. Manifestum est autem, quòd intellectus per hoc, quòd cognoscit principium,reducit seipsum de potentia in actum quantum ad cognitionem conclusionum, & hoc modo mouet seipsum, & similiter voluntas per hoc quòd vult finem,mouet seipsam ad volendum ea, quæ sunt ad finem.

* Arti.primo huius q.

* q.8.ar.2.

¶ D.S.respondet tali conclusione. Voluntas mouet seipsam,scilicet etiam quo ad exercitium actus alicuius,scilicet respectu medij ad finem.Probatur conclusio, ad voluntatem pertinet mouere alias potentias,scilicet ad exercitium actus, ex ratione finis qui est voluntatis obiectum, id est quia respicit bonum, & finem in communi sicut obiectum; sed ex ratione finis volendi ipsum potest etiam seipsam mouere ad volendum ea quæ sunt ad finem, ergo conclusio vera.Maior patet ex arti.primo. Minor quæ suppleta est,probatur in littera,quia finis se habet in appetibilibus,&c. Sed intellectus per hoc, quod cognoscit primum reducit seipsum,&c.Ergo sequitur minor,&c.

¶ Aduerte hic,quia D. S. comparat motionem voluntatis, qua se mouet,motioni intellectus.Constat autem,quòd in talibus motionibus non est propria actio, & passio agens, & patiens, ideo nec oportet,quòd inter mouens, & motum sit distinctio realis disparatorum, quia animam intelligere vel velle non est nisi exercere propriam operationem, quæ cum sit immanens est ab ipsa, & in ipsa, & tamen idem intellectus vel eadem voluntas differt à seipsa inquantum mouet, & mouetur, & sic potest ad se realiter referri,& fundare oppositas relationes, & mouet se tota constituta ex potentia,& actu volendi finem, mouetur autem ipsa nuda, vt patebit ad primum. Vnde esto in huiusmodi motionibus non inueniatur propriè ratio agentis,& patientis,nec per consequens perfectè inueniuntur quæ huiusmodi rationes consequuntur,scilicet esse principium transmutandi aliud distinctum essentialiter, & suppositaliter,tamen reperitur hic distinctio etiam realis, An autem illud, quod voluntas vt mouens includit, sit sola volitio finis sicut ratio agendi partialis, vel sit partiale principium, scilicet notitia obiecti,est disputatio inter Capreolum in secundo, distinctione 24. in solutionibus argumentorum contra quintam conclusionem,& quosdam alios de via. D.S. Videtur tamen dictũ Capreoli esse fundatum in D.S.hic,quia loquitur de motione voluntatis quo ad exercitium, non quo ad specificationem. Licet autem notitia obiecti iuxta dicta in ar.primo concurrat effectiuè ad specificationem actus,non tamen ad exercitium; sed sola voluntas sæpe principium quod, licet volitio finis sit ratio mouendi. Nec est inconueniens dicere, quòd nullum creatum agens agat per se primò,vt patebit prima parte.q.3. Deo dante. Vnde potest dici,quòd omne agens creatum,quod est partiale agens,quia non est per se primò agens,& sic volitio finis potest dici partialis causa motionis voluntatis respectu medij,prout partialis causa dicitur id,quod est per se primò ratio agendi,& quo agens agit. Quare licet semper notitia, & apprehensio concurrat in motione voluntatis qua se mouet ad volendum ea quæ sunt ad finem,quia tamen hæc motio est ex parte exercitij, ideo reducitur in voluntatem,& quæ in ea sunt,non in notitiam obiecti,quæ vt dictum est concurrit quo ad specificationem.Vnde notitia finis est causa volitionis finis,sicut ratio efficiẽdi specificationẽ eius,sed non est ratio volitionis medij,exercendi, licet ẽt cum voluntate volente media concurrat apprehensio medij, vt ratio specificandi appetitionem medij. Sed non videtur aliqua illarum notitiarum esse ratio mouendi ad exercitium,sed hoc proprium est voluntati sub Deo, quia exercitium est voluntatis vt libera est.Liberum autem est causa sui,& non actum ab alio.

Disputatio inter fideles Thomistas.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsuam.Et tangit rationem iam dictam, quòd in potestate solius voluntatis stante generali influentia, est se mouere ad exercitium vel non mouere, nec ad hoc concurrit aliquid aliud actiuè completiuè,secus de specificatione. Quomodo autem voluntas se habeat ad primum actum suum, videbitur in sequentibus, quia & ad illam actiuè sola concurrit stante Dei generali influentia.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd voluntas non secundùm idem mouet, & mouetur; vnde nec secundùm idem est in actu,& in potentia; sed inquãtum actu vult finem reducit se de potentia;in actum respectu eorum quæ sunt ad finem,vt scilicet actu ea uelit.

¶ Maior vera,præsertim de motu qui est actus imperfecti,quia ibi motum est in potentia, actio autem immanens quæ est intelligere vel velle non est huiusmodi motus, sed est actus perfecti. Ad minorem conceditur,quòd non est omnino idem,quod est in actu,& in potentia respectu eiusdem. Dictum est autem circa corpus,quòd voluntas mouens non est omnino idem cum seipsa mota,sed mouens includit aliquid, quod non includitur in voluntate mota,ergo,&c. Verum nihil idem secundùm idem mouet se, etiam motu qui est actus perfecti,tamen secundùm diuersa;nec voluntas sic se mouet, sed vt dictum est; in motu autem qui est actus imperfecti requiritur distinctio etiam realis, & essentialis, atque suppositalis inter mouens, & motum. Vide de hoc in Capreolo. Capreolus in.2.vbi supra,quia aliquę relationes non compatiuntur se in vna natura,aliquę se compatiuntur in vna natura,sed non in vno supposito, aliquæ in vno supposito, sed non secundùm eandem rationem, & sic est relatio mouentis,& moti, præsertim motu qui est actus perfecti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd potentia voluntatis semper actu est sibi præsens,sed actus voluntatis quo vult finem, aliquando non semper est in ipsa voluntate; per hunc autem modum mouet seipsam, vnde non sequitur,quòd semper seipsam moueat.

¶ Ad maiorem extra litteram vera est mouentis formaliter in actu.Ad minorem voluntas sibi semper est præsens,voluntas potentia, sed actus voluntatis qui est ratio mouendi vel necessariò præsupponitur,non semper est præsens. Vnde negatur sequela, & consequentia, quia solùm tunc mouet quando actus sibi adest, quod non est semper.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non eodem modo voluntas mouetur ab intellectu, & à seipsa;sed ab intellectu quidem mouetur secundùm rationem obiecti, à seipsa verò quantum ad exercitium actus secundùm rationem finis.

¶ Ad maiorem voluntas mouetur ab intellectu quo ad specificationem actus ad istam. Si igitur, &c. Dico,quòd mouet seipsam quo ad exercitium, vnde non mouetur à duobus mouentibus immediatis in eodem ordine, sed in diuersis, & in diuerso genere motionis,quod non est inconueniens.

¶ Aduerte hanc D.S.solutionem vbi habetur primò, quòd voluntas mouet se ad exercitium. Secundò,quòd notitia obiecti nõ mouet in eodem genere motionis, scilicet quo ad exercitium, & per consequens non dicunt post mentem. D. S. dicentes voluntatem se mouere mediante notitia obiecti, quia talis non mouet ad exercitium.

Vtrum voluntas moueatur ab aliquo exteriori principio.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd voluntas nõ moueatur ab aliquo exteriori, motus enim voluntatis est voluntarius, sed de ratione voluntarij est quòd sit à principio intrinseco, sicut & de ratione naturalis,non ergo motus volũtatis est ab aliquo extrinseco. Inf.a.q.17. ar.5.ad 2.& q.80.art.1. cor. & 1.q. 105.ar.4.& q.106.ar.2. cor. Et 3.cõtra. c.88.& 89.

¶ 2 Præterea. Voluntas violentiam pati non potest, vt supra ostensum est, * sed uiolentum est, cuius principium est extra, ergo uoluntas non potest ab aliquo exteriori moueri. *q.6. ar.4.

¶ 3 Præterea. Quod sufficienter mouetur ab uno motore non indiget moueri ab alio, sed uoluntas sufficienter mouet seipsam; non ergo mouetur ab aliquo exteriori.

¶ Sed contra uoluntas mouetur ab obiecto, ut dictũ est. * sed obiectum uoluntatis potest esse aliqua exterior res sensui proposita;ergo voluntas potest ab aliquo exteriori moueri. * Art. primo huius q.

¶ Postquam ostensum est à quo moueatur voluntas secundùm ea quæ sunt in volente, hic ostenditur à quo moueatur secundùm ea quæ sunt extra volentem.Et primò ostenditur, quòd voluntas mouetur ab exteriori. Secundò ostenditur à quo exteriori moueatur,in ar.5. Primò ergo quærit in generali.An voluntas moueatur ab exteriori, & non restringitur quæstium ad moueri quo ad specificationem vel quo ad exercitium, sed capitur vt est commune ad vtrumque.

¶ Respondeo dicendum, quòd secundum quòd uoluntas mouetur ab obiecto, manifestum est, quòd moueri potest ab aliquo exteriori.

¶D.S. secundùm distinctionem supra habitam de duplici motione,respondet distinctè.Primò de motione quo ad specificationem actus. Secundò de motione quo ad exercitium actus ibi. Sed eo modo, &c. Primum facit tali conclusione responsiua prima. Manifestum est quòd voluntas mouetur ab exteriori, secundùm quòd Conclusio prima.

quòd mouetur ab obiecto, ideſt quo ad ſpecificationem actus. Illam concluſionem D.S. relinquit notam, & probatam per argumentum in contrarium, quia appetibile & bonũ, vt in plurimum eſt extrinſecum volenti & voluntati, immo maximè appetibile eſt extrinſecum, ſcilicet bonum perfectum, & beatitudo vt ſupra patuit. Licet enim oporteat appetibile habere eſſe obiectiuum in appetente ſecundùm intellectum, non tamen habet eſſe in volente ſecundùm ſe, immo appetitur ſecundùm eſſe extra. Dico autem vt in plurimum, quia contingit vt homo etiam appetat id, quod in ſe eſt formaliter per informationem vel per inhærentiam. Tamen vt in plurimum vult quod non eſt in ſe per informationem, vel per inhærentiam. Deinde cum dicit.

¶ Sed eo modo quo mouetur quantùm ad exercitiũ actus, adhuc neceſſe eſt ponere uoluntatem ab aliquo principio exteriori moueri; omne enim quod quandoque eſt agens in actu, & quandoqne in potentia indiget moueri ab aliquo mouente. Manifeſtum eſt autem, q uoluntas incipit uelle aliquid, cum hoc prius non uellet; neceſſe eſt ergo quòd ab aliquo moueatur ad uolendum.

Concluſio ſecunda.

¶ Reſpondet iuxta aliud genus motionis, ſcilicet quo ad exercitium tali concluſione. Neceſſe eſt ponere voluntatem ab aliquo principio exteriori moueri quantùm ad exercitium actus. Probatur, omne, quod eſt quandoque agens in actu, & quandoque in potentia indiget moueri ab aliquo mouente, ſed voluntas incipit velle aliquid cum prius hoc non vellet, ergo neceſſe eſt quòd ab aliquo moueatur, ſed licet voluntas ſeipſam mouere poſſit ad volendum ea quæ ſunt ad finem, tamen neceſſe eſt quòd in primum motum voluntatis, voluntas prodeat ex inſtinctu alicuius exterioris mouentis, ergo concluſio vera, quòd oportet voluntatem moueri ad exercitium ſaltem quo ad primum motum. Huius rationis. D.S. ponit primò maiorem, & minorem. Secundò ſubſumptã deducit ibi. Et quidem, &c. Maior ergo nota, quia omne in potentia mouetur ad actum per aliquod in actu. Minor de ſe nota. Deinde ibi.

*Ar. 3. huius q.

¶ Et quidem ſicut dictum eſt * ipſa mouet ſeipſam inquantum per hoc quòd uult finem, reducit ſeipſam ad uolendum ea quæ ſunt ad finem; hoc autem non poteſt facere niſi conſilio mediante; cum enim aliquis uult ſanari incipit cogitare quomodo hoc conſequi poſſit, & per talem cogitationem peruenit ad hoc, quòd poteſt ſanari per medicum, & hoc uult; ſed quia non ſemper ſanitatem actu uoluit, neceſſe eſt quòd inciperet uelle ſanari ab aliquo mouente, & ſi quidem ipſa moueret ſeipſam ad uolendum, oportuiſſet quòd mediante conſilio hoc ageret ex aliqua uoluntate præſuppoſita; hoc autem non eſt procedere in infinitum, unde neceſſe eſt ponere, quòd in primum motum uoluntatis, uoluntas prodeat ex inſtinctu alicuius exterioris mouentis, ut Ariſto. concludit in quodam capitulo ethicę endimicæ. *

* Ariſt. li. 7. Moral. Euidemiorũ. cap. 16.

¶ Deducit ſubſumptam clarè in littera, quia voluntas mouet ſe ad volendum ea quæ ſunt ad finem conſilio mediante ex aliqua uolũtate præſuppoſita, ergo ſi mouet ſe ad volendum finem, iterum erit mediante conſilio voluntate aliqua præſuppoſita, & ſic in infinitum erit proceſſus; ſed hoc eſt impoſſibile, ergo ſequitur ſubſumpta. Et confirmatur illa ſubſumpta auctoritate philoſophi, &c.

¶ Nota circa hanc ſubſumptam, & auctoritatem philoſophi pro ea inductam, quòd apud ſequentes viam. D. S. duo ſunt modi dicendi. Vnus eſt eorum qui dicunt, quòd voluntas ad primum motum voluntatis ſolùm paſſiuè, vel ſi habet ſe actiuè, oportet quòd Deus imponat ſibi aliquid habens ſe per modum actus primi, ratione cuius voluntas ſufficiens efficitur ad producendum primum actum ſuum. Et illum modum dicendi aſſerit Capreolus in ſecundo diſt. 24. ad. 8. contra quintam concluſionem, & diſtin. 25. ad argumenta Henrici contra primam concluſionem, & ad argumenta Scoti contra ſecundam concluſionem. Sed alius eſt modus aliorum qui putant modum primum derogare dignitati, immo perfectioni naturali uolũtatis. Cuilibet enim rei data ſunt ſufficientia principia actiua naturalium operationum. Velle autem etiam primum eſt naturalis operatio voluntatis, ideo non denegandum eſt voluntati habere ſufficiens principium actiuum intrinſecum huius volitionis, ideo non denegandum eſt voluntati habere ſufficiens principium actiuum intrinſecum huius volitionis ſtante generali Dei motione. Videmus enim ad primas ſenſationes cogitatiuæ animalium ſufficere ipſam cogitatiuam, immo, & ſenſus exterior præſente ſpecie ſenſibili ſufficit exire in actum ſecundum, ſic & intellectus præſente ſpecie ante omnem appetitum poteſt habere actum ſecundum. Quare, & voluntas

Duplex modus dicendi de primo actu voluntatis.

ptæuia apprehenſione intellectus, habet in ſe ſufficiens principiũ actiuum actus etiam primi. Vnde iſti dicunt, quòd duplices ſunt primæ intellectiones, & per conſequens duplices primæ volitiones. Vna eſt prima ſimpliciter, ſicut cum puer incipit habere vſum rationis. Alia eſt prima in tali ordine, & negotio, ſicut D.S. hic dicit de voluntate ſanandi, quam aliquis de nouo accipit, & de hac loquitur Ariſtoteles in loco allegato. Dicunt ergo iſti, quòd ſicut omnes motus corporales reducuntur in primum motum cœli, quo ſtante omnes alij tollerentur; ſic primæ intellectiones ſimpliciter, & volitiones reducuntur in Deum, vt eſt primus intellectus in actu ſicut in primum ſui ordinis. Sunt enim intellectus Diuinus, & voluntas Diuina prima in genere motuum intellectualium. Quare omnes motus intellectuales in ipſa reducuntur. Non enim poſſunt reduci in motum cœli, cum ſint alterius, & altioris ordinis. Sed ad iſtam reductionem non requiritur niſi generalis influentia primi intellectus in omnes intellectus, & voluntates creaturarum; quare ex illa dependentia voluntatis quo ad primũ actum non arguitur quòd non ſe habeat actiuè, ſed quia dependeat in actu ſecundo à primo intellectu in actu ſecundo, ſcilicet Diuino; vt enim patebit infra. q. 109. ar. primo. Omne agens creatum in actu ſecundo dependet à motione Diuina, ſicut & omne eſſe creatum ab eſſe Diuino.

¶ De conceptionibus autem, & volitionibus primis in tali ordine dicunt, quòd quia proueniunt in nobis non ex deliberatione nec ex electione, licet ad eas cooperentur phantaſmata præſentia occurrentia; quia tamen non ſunt ciuſdem ordinis cum volitione, & intellectione, & quia motus intellectuales non ſunt deterioris conditionis quàm motus corporales qui reducuntur in primum ſui ordinis; ideo huiuſmodi intellectuales motus reducuntur in primum intellectum vt cauſam ratione ſuæ prouidentiæ, quam habet ſpecialem de natura intellectuali tanquam de ſuprema parte vniuerſi. Et quia ſecundùm præſentem ſtatum animæ coniungitur phantaſmatibus, ideo Diuina prouidentia procurat intellectiones, & volitiones ſecundùm naturam animæ excitatione vel compoſitione phantaſmatum aut conformatione intellectualis luminis, aut interiori inſtinctu, ſicut. D.S. hic dicit. Ex his patet quòd præſente obiecto ſpecificante per apprehenſionem, voluntas habet in ſe ſufficiẽs principium exercitij actus primi, nec eget alio motiuo ad exercitium.

¶ Quod autem dicitur depẽdere à Deo hoc eſt ſicut à principio intellectuali in actu ſecundo, à quo dependet omnis intellectualis natura in actu ſecundo per generalem influentiam. Similiter habet in ſe ſufficiens principium exercitij actus primi in tali ordine, licet talis actus reducatur in ſpecialem Dei prouidẽtiam, à qua prouenit quandoque feruida voluntas ſine habitibus, & paſſionibus præcedentibus, & per conſequens ex inſtinctu exteriori qui non totaliter deeſt alicui homini, eſto varietati & mutabilitati eorum ſubſit in hac vita, quia tamen intellectualis naturæ, ideo à ſuperiori influxum intellectualem recipit. Patet igitur quomodo D.S. & philoſophus intelligendi ſint reducentes primum motum voluntatis in Deum mediante motu intellectus. Et quòd per hoc nullum oportet ponere miraculum, nec negare à voluntate, quod omnibus alijs naturalibus cõuenit principiũ ſcilicet ſufficiẽs naturalis operationis. Sicut nec ab igne negare oportet ſufficientiam principij comburendi, eſto hoc non poſſit ſine motu cœli. Sic nec à voluntate vel intellectu oportet negare ſufficientiam principij reſpectu primi motus, eſto ipſum ſine primo ſui generis, ſcilicet ſine primo intellectu habere non poſſit; ſed ſequitur quòd ſemper oportet adeſſe motionem Dei non quidem corporalem, ſed intellectualem, & ſpiritualem qua Deus eſt cauſa omnis actionis intellectualis. Sicut nec naturã intellectualem per motum cœli conſeruat, ſed per influentiam generalem in ſpiritus & animas.

¶ Et aduerte etiam, quòd D.S. hic non dicit, quòd voluntas non concurrat actiuè ad primum motum voluntatis, vel quòd nõ habeat in ſe ſufficiens eius principium: ſed probat, quòd non moueat ſe ad primum actum per conſilium aliqua voluntate præſuppoſita, ſicut ſe mouet ad volitiones ſecundarias; ſed per hoc non negat quin actiuè concurrat ad primum motum, qui tamen attribuitur Deo, vt primo intellectuali in actu ſecundo. Et quia actus primus cum ſit naturalis ſingulatiter attribuitur auctori naturæ, & quia non eſt aliud in quod reduci poſſit niſi in primum motum intellectualem, quo ablato, iſte non eſſet. Vide de iſta materia Capreo. in ſecundo. diſt. 25.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primam concluſionem, vt patuit.

¶ Ad primum dicendum, quòd de ratione uoluntarij eſt quòd principium eius ſit intra; ſed non oportet, quòd hoc principium intrinſecum ſit primum principium non motum ab alio, unde motus uoluntarius, & ſi habeat principium proximum intrinſecum, tamen principium primum eſt ab extra, ſicut & primum principium motus naturalis eſt ab extra, quod ſcilicet mouet naturam.

¶ Maior

¶ Maior conceditur, immo maximè voluntarius, immo voluntatis immediatè, & elicitiuè.

¶ Ad minorem patuit. q. 6. ar. 1. ad. 1. & 3. quia voluntarium eſt à principio intrinſeco effectiuo proximo, quod tñ poteſt moueri ab extrinſeco & finaliter, & obiectiuè, immo & effectiuè à primo principio omnium; nec enim principium intrinſecum motus voluntarij, nec naturalis excludit effectiuam motionem primi mouentis, ſed ſolùm motionem extrinſeci ſecundarij, & hoc contra inclinationem principij intrinſeci. Quare negatur conſequentia.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd hoc non ſufficit ad rationem violenti quòd principium ſit extra, ſed oportet addere, quòd nullam conferat vim patiens, quod nõ contingit dum voluntas ab exteriori mouetur, nam ipſa eſt quæ vult, ab alio tamen mota. Eſſet autem motus iſte violentus ſi eſſet contrarius motui voluntatis, quod in propoſito eſſe nõ poteſt, quia ſic iddem vellet, & non vellet.

¶ Maior conceditur. Ad minorem reſpõdet. D.S. clarè, quia eſt inſufficiens, vt patuit etiam ſupra. q. 6. ar. 4. 4. ad ſecundũ. Sed oportet addere paſſo non conferente vim, voluntas autem mouetur ab extrinſeco, ſiue quo ad ſpecificationem actus ab obiecto, ſiue ad exercitium primi actus ab exteriori, quod eſt Deus, vt patebit arti. 6. ſic, quòd confert vim. Si enim ab extrinſeco quocunque moueri faceret eſſe violentum, tunc omnis motus eſſet violentus, quia oportet primum principium cuiuſcunque motus etiam naturalis eſſe Deum, qui eſt extrinſecus, vt patebit infra. q. 109. ar. 1.

¶ Ad tertium dicendum, quòd voluntas quantum ad aliquid ſufficienter ſe mouet, & in ſuo ordine, ſcilicet ſicut agens proximum; ſed non poteſt ſeipſam mouere quantum ad omnia, vt oſtenſum eſt * Vnde indiget moueri ab alio ſicut à primo mouente.

*In cor. ar.

¶ Ad maiorem, quod ſufficienter omni modo, & ordine mouetur ab vno non indiget moueri ab alio, ſi autem ſufficienter mouetur in ordine vno poteſt moueri ab alio in alio ordine, ſic aliquid mouetur ſufficienter ab agente propinquo, nihilominus indiget moueri ab agente primo vt ab agente vniuerſali, & remoto, & quodlibet ſatis mouet in ordine ſuo. De hoc habet aliquid Capreo. in. 2. diſt. 1. q 2. in ſolutionibus argumentorum contra ſextã concluſionem. Sicut idem effectus eſt totus ab inſtrumento, & totus ab agente principali.

Capreolus.

¶ Ad minorem dico, quòd voluntas ſufficienter ſe mouet ſicut principium effectiuum immediatum ad exercitium actus qui eſt reſpectu mediorum, ſed negatur quòd ſeipſam omni modo ſufficienter moueat, quia non ad ſpecificationem actus, quia non ad exercitium actus vniuerſaliter; nam ad primum ſe non mouet cõſiliando ex aliqua voluntate præſuppoſita, ſed prodit in actum primum ex motione primi mouentis intellectualis, vt dictum eſt. Quare negatur conſequentia.

Vtrum voluntas moueatur à corpore cœleſti.

P 2. q. 15. ar. 3. & 4. Et 22. q. 95 at 5. 6. & 7. Et 2. d. 15. q. 1. ar. 2. & 3. Et 3. cõtra. cap. 84. uſque 93. Et Veri. q 5. arti. 9. & 10. Et opuſ. 2. cap. 129. 130. & 161. Et opuſc. 10. ar. 19. & opuſc. 25. c. 5. Et opuſc. 26.

AD quintum ſic proceditur. Videtur, quòd voluntas humana à corpore cœleſti moueatur, omnes enim motus varij & multiformes reducuntur ſicut in cauſam in motum vniformem qui eſt motus cœli, vt probatur in. 8. phy. * ſed motus humani ſunt varij, & multiformes, incipientes poſtquàm prius non fuerant ergo reducuntur in motum cœli ſicut in cauſam qui eſt vniformis ſecundùm naturam.

¶ 2 Prætærea. Secundùm Augu. in 3. de Trin. * corpora inferiora mouentur per corpora ſuperiora, ſed motus humani corporis, qui cauſatur à voluntate, non poſſet reduci in motum cœli ſicut in cauſam, niſi etiam voluntas à cœlo moueretur, ergo cœlum mouet voluntatem humanam.

* Ar ſt. tex. 76. * Aug. c. 4.

¶ 3 Prætærea. Per obſeruationem cœleſtium corporũ Aſtrologi quædam vera prænunciant de humanis actibus futuris qui ſunt à voluntate, quod non eſſet ſi corpora cœleſtia voluntatem hominis mouere non poſſent, mouetur ergo voluntas humana à cœleſti corpore.

¶ Sed contra eſt quod Damaſ. dicit in. 2. libro * quòd corpora cœleſtia non ſunt cauſæ noſtrorum actuum, eſſent autem ſi voluntas quæ eſt humanorum actuũ principium à corporibus cœleſtibus moueretur, nõ ergo mouetur voluntas à corporibus cœleſtibus.

* Damaſc. cap. 7.

¶ Hic conſequenter oſtenditur quid ſit illud extrinſecum à quo moueatur voluntas. Et primò oſtendit quid ſit illud à quo moueatur indirectè, & non efficaciter. Secundò oſtendit a quo moueatur efficaciter. ar. 6.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd eo modo quo voluntas mouetur ab exteriori obiecto, manifeſtum eſt, quòd voluntas poteſt moueri à corporibus cœleſtibus, inquantum ſcilicet corpora exteriora quæ ſenſui propoſita mouent voluntatem, & etiam ipſa organa potentiarum ſenſitiuarum ſubiacent motibus cęleſtium corporũ.

Concluſio prima reſponſiua.

¶ Et quia quæſitum intelligi poteſt, & de motione ad ſpecificationem, & quo ad exercitium ideo, D.S. in hoc corpore primò reſpondet quo ad ſpecificationem. Secundò de motione quo ad exercitium, ibi. Sed eo modo, &c. Quo ad primum hæc eſt concluſio rñ. pri. Eo modo quo voluntas mouetur ab obiecto, ſcilicet quo ad ſpecificationem actus, manifeſtum eſt, &c. vt in littera. Probatur, quia corpora exteriora, & etiam organa potentiarum ſenſitiuarum ſubiacent motibus corporum cœleſtium, ergo ſequitur concluſio. Tenet conſequentia, quia corpora ſenſibus propoſita mouent voluntatem ad ſpecificationem, ſimiliter potentiæ ſenſitiuæ vt patuit, ergo ſequitur conſequentia, quòd ſi corporibus cęleſtibus ſubiacent exteriora corpora, & ſimiliter organa potentiarum ſenſitiuarum, quæ corpora exteriora & potentiæ mouent ad ſpecificationem, ideo, &c.

¶ Et aduerte, quia probatio hæc fundatur in dictis ar. 2. Nam motio ad ſpecificationem actus eſt ex hoc, quòd obiectum habetur, & apparet vt conueniens. Sic enim natum eſt mouere ad ſpecificationem, ita quòd ſit volitum non nolitum. Quod autem aliquid ſit vel habeatur conueniens eſt ex duplici cauſa, ſcilicet ex parte rei, quia videlicet fit conueniens quæ prius non erat. Et quia ipſe appetens mutatur in talem diſpoſitionem, ratione cuius efficitur ſibi res conueniens, & vtrumque poteſt fieri ex motu, & impreſſione cœleſti, quòd videlicet res efficitur cõueniens quæ prius non erat, ſicut vuæ deductæ ad maturitatem. Similiter poteſt appetitus ſenſitiuus concitari ad paſſionem ratione cuius aliquid appareat bonum, quod alias non appareret. Et de hoc D. S. tertio contra Genti. c. 83. circa finem. Corpora cœleſtia inquit habent impreſſionem ſuper corpora dupliciter. Vno modo, ſecundùm quòd impreſſiones corpotum cœleſtium in exteriora corpora ſunt nobis cauſa alicuius electionis, ſicut cum per corpora cęleſtia diſponitur aer ad frigus intenſum, eligimus calefieri ad ignem, vel aliqua huiuſmodi facere quæ conueniunt tempori. Alio modo, ſecundùm quòd imprimunt in corpora noſtra, ad quorum immutationem inſurgunt in nobis aliqui motus paſſionum, vel per eorum impreſſionem efficimur habiles ad aliquas paſſiones, Sicut cholerici ſunt proni ad iram, vel ſecundùm quòd ex eorum impreſſione cauſatur in nobis aliqua diſpoſitio corporalis, eſt occaſio alicuius electionis, ſicut cum nobis infirmantibus eligimus accipere medicinam, &c. Hæc ille. Et quibus patet declaratio. D S. hic, quòd corpora cœleſtia mouent ad ſpecificationem, ideſt vt videatur hoc bonum eligendum, tum quia imprimunt in corpora exteriora, tum quia in corpus proprium, & per conſequens in appetitum ſenſitiuum qui natus eſt mouere ad ſpecificationem actus, &c. Conſequenter cum dicit.

¶ Sed eo modo quo voluntas mouetur quantùm ad exercitium actus ab aliquo exteriori agente, adhuc quidã poſſuerunt corpora cęleſtia directè imprimere in voluntatem humanam.

¶ Proſequitur reſponſionem iuxta ſecundum modum motionis, ſcilicet quo ad exercitium. Et circa hoc primò recitat quendam errorem. Secundò ex reprobatione infert ſuam concluſionem veram, & ſecundam reſponſiuam, ibi. Sed eo modo, &c. Quo ad primum voluerunt aliqui quos. D.S. nominat in. 3. contra Genti. c. 84. in. 9. ratione, ſcilicet antiqui naturales vt Democritus, & Empedocles, quòd voluntas moueatur a corporibus cęleſtibus directè imprimentibus in voluntatem hominis. Conſequenter ibi.

¶ Sed hoc eſt impoſſibile, uoluntas enim ut dicitur in 3. de anima * eſt in ratione, Ratio autem eſt potentia animæ non alligata organo corporali. Vnde relinquitur, quòd voluntas ſit potentia omnino immaterialis, & incorporea. Manifeſtum eſt autem, quòd nullum corpus agere poteſt in rem incorpoream, ſed potius èconuerſo, eo quòd res incorporeę, & immateriales ſunt formalioris, & vlterioris virtutis, quàm quęcunque res corporales; vnde impoſſibile eſt, quòd corpus cęleſte imprimat directè in intellectum aut voluntatem.

* Ariſt. tex. 42.

¶ Determinat veritatem reprobans dictum errorem. Et circa hoc primò per contrarium deducit concluſionem ſecundam reſpõſiuam. Secundò modificat dicta ſua, ibi. Sed quia, &c. Circa primum primò probat concluſionem ratione. Secundò auctoritate, ibi.

Conclusio secunda.

te,ibi. Et propter hoc,&c. Conclusio ergo est contraria prædicto errori;Impossibile est,quòd corpus cęleste imprimat directè,idest per se & immediatè in intellectũ aut voluntatẽ,probatur,& reprobat per cõsequens prædictus error ratione sic. Nullũ corpus agere potest,scilicet directè,in rem incorpoream,sed potius econtrario, sed voluntas est potentia omnino immaterialis,& incorporea, ergo impossibile, &c. Maior probatur quo ad secundam partem, quia immateriales res sunt formalioris virtutis, & vniuersalioris, & intelligitur maior naturaliter loquẽdo.In virtute enim agentis primi potest & corpus agere in seipsum. Minor patet,quia voluntas in ratione est,idest in parte inorganica.Ratio autem est potentia non alligata organo corporali, ergo sequitur minor. Et capitur hic ratio non pro intellectu tantùm, sed tota aggregatione potentiarum immaterialium. Vide.D.S.de Veri.Mate.22.q.10.ad.

Corpora cęlestia influere intelligitur multipliciter.

2.Aduerte etiam post D.S.prima parte.q.115.art.4. quòd corpora cœlestia influere intelligitur multipliciter. Vno modo causaliter. Et hoc dupliciter. Vno modo directè, idest per se,& immediatè influendo in aliquid. Alio modo causaliter indirectè,idest per aliquod aliud,& sic influunt corpora cœlestia in vires sensitiuas. Sed alio modo agunt in aliquid solùm occasionaliter, non videlicet imprimendo in ipsum nec per se, nec per aliud, sed tamen illud in quod influunt natum est allicere,inclinare, & occasionare,voluntatem ad actum præsertim quo ad specificationem. In præsenti ergo ratione probatum est, quòd corpus cœleste non imprimit directè, & per se causaliter nec etiam causaliter indirectè, quia nec ratione organi potest influere aliquid in potentiam immaterialem, sicut potest causaliter per accidens influere in potentiam organicam,vt consequenter dicetur. Consequenter cũ dicit.

* Arist.li.2 tex.150.

¶ Et propter hoc Aristo. in libro de anima * recitans opinionem dicentium, quòd talis est uoluntas in hominibus,qualem in die inducit pater Deorum uirorumque,scilicet iuppiter, per quem totum cœlum intelligunt,attribuit eis qui ponebant intellectum non differre à sensu,omnes enim uires sensitiuę cum sint actus organorum corporalium per accidens moueri possunt à cęlesti bus corporibus motis, scilicet corporibus quorũ sunt actus.

¶ Probat prædictam conclusionem, & rationem,auctoritate Aristo.Et vult.D.S.quòd hæc ratio prædicta conformis est Aristo. qui opinionem dicentium corpora cœlestia agere in intellectum vel voluntatem, scilicet causaliter attribuit his qui ponebant intellectum non differre à sensu, sic enim possent in ipsam agere causaliter saltem per accidens,sicut dicimus de potentijs organicis.Ex quo habetur, quòd quia voluntas, & intellectus non sunt idem cum sensu, nec potentiæ per consequens organicæ, quòd corpora cęlestia nihil possunt imprimere in ipsa nec directè nec per accidens, idest per aliud, sic quòd impressio cœlestis ad ipsa pertingat aliquo modo. Vide. D.S.contra Gentiles supra.cap.84. Est ergo vera ratio, quòd corpora cœlestia non possunt imprimere in voluntate,quia non est organica,sed immaterialis.Vnde. D.S.ibidem dicit.Ex his omnibus est accipere, quòd ponere corpora cœlestia esse in nobis causam intelligendi, est consequens opinionem illorum qui ponebant intellectum à sensu non differre, vt patet etiam per Aristo.in libro de anima hæc ille. Deinde ibi.

* art.2.huius q.

¶Sed quia dictum est, * quòd appetitus intellectiuus quodammodo mouetur ab appetitu sensitiuo, indirectè redundant motus cęlestium corporum in voluntatem, inquantum scilicet per passiones appetitus sensitiui uoluntatem moueri contingit.

Nota.

¶Modificat dicta sua iam ponens in quo intellectu posset admitti quomodo corpora cœlestia agerent ad voluntatem. Et ponit talem conclusionem tertiam. Indirectè redundat motus cœlestium corporum in voluntatem. Et dicit notanter, indirectè redundat, & non dicit indirectè influit, quia non est mens.D.S q corpora cœlestia se habeant ad voluntatem causaliter directè vel indirectè, sed solùm se habent occasionaliter meditantibus his in quæ influunt causaliter directè vel indirectè. Probatur conclusio, quia appetitus intellectiuus quodammõ mouetur ab appetitu sensitiuo; igitur conclusio vera. Antecedens patet ex ar.2. Tenet consequentia, quia corpora cœlestia per accidens agunt in appetitum sensitiuum, qui natus est mouere voluntatem ad specificationem actus.

¶ Aduerte autem, quia D.S. dicit appetitus intellectiuus quodammodo mouetur à sensitiuo, quia scilicet non mouetur quo ad exercitium,quod est proprium Deo,& voluntati ipsi,vt patebit infra.q.77.articu.primo,sed mouet quodammodo,mediante scilicet apprehensione sensitiua, & iuditio intellectus, quod natum est conformari apprehensioni sensitiuę,ita quòd secundùm affectionem passionis est æstimatio sensitiua. Et huic aliquando se conformat intellectus,& per consequens voluntas. Et sic ergo motus cœlestium corporum redundat occasionaliter in voluntate, inclinando mediante appetitu sensitiuo. Et hoc etiam dicit.D.S.contra Genti. supra.cap. 85. Licet corpora cœlestia non sint directè causa electionum nostrarum, quasi directè in voluntates nostras imprimentia. Indirectè tamen ex his aliqua occasio nostris electionibus præstatur.Quare oportet hic cautum esse distinguendo inter indirectè causaliter idest per aliud,& per accidens; & inter indirectè, idest occasionaliter, quia primo modo non agunt corpora cœlestia in voluntatem indirectè, sed secundo modo.Ex his omnibus habetur, quòd corpora cœlestia non mouent voluntatẽ ad exercitium actus, sed solùm ad specificationem. Sic qz

¶ Argumentum in contrarium confirmat conclusionem responsiuam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd multiformes motus uoluntatis humanæ reducuntur in aliquam causam uniformem, quæ tamen est intellectu & uoluntate superior,quod non potest dici de aliquo corpore,sed de aliqua superiori substantia immateriali;unde non oportet, quòd motus uoluntatis in motum cœli reducatur sicut in causam.

¶ Maior vera,sed vniformem causam eis superiorem.Et secundo in causam superiorem eiusdem ordinis, sicut corporales in corporalem, intellectuales in intellectualem maximè vniformem. Negatur autem consequentia, sed reducuntur in causam vniformem,quæ etiam habet voluntatem, & intellectum,& est eiusdem ordinis cum motibus humanis id est actibus. Et de hoc dictum est artic.præce.quomodo motus humani reducuntur in Deum, vt est intellectus in actu secundo non in motum cœli, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd motus corporales humani reducuntur in motum cœlestis corporis sicut in causam,inquantum ipsa disposițio organorum congrua est ad motum aliqualiter ex impressione cęlestium corporum, & inquantum etiam appetitus sensitiuus commouetur ex impressione cœlestium corporum,& vlterius inquantum corpora exteriora mouentur secundùm motum cœlestium corporum, ex quorum concursu uoluntas incipit aliquid uelle, & non uelle, sicut adueniente frigore incipit aliquis uelle facere ignem, sed ista motio uoluntatis est ex parte obiecti exterius præsentati,non ex parte interioris instinctus.

¶ Maior vera de corporibus vt sic. Vltra Minor vera nisi voluntas moueretur aliquo modo indirectè, & ex parte obiecti,sed non directè, & quo ad exercitium.D.S.in solutione declarat quomodo motus humani exteriores positiuè reducuntur in cœlum sicut ad causam propinquam dispositiuam, quia per cœlum disponitur corpus, & appetitus sensitiuus, quæ faciunt hominem moueri, & homini aliquid apparere sub ratione conuenientis. Tamen causa completiua directa est voluntas, quæ ex istis incipit velle hoc uel non velle quo ad specificationem actus.

¶ Ad tertium dicendum,quòd sicut dictum est. * appetitus sensitiuus est actus organi corporalis, unde nihil prohibet ex impressione corporum cœlestium aliquos esse habiles ad irascendum vel concupiscendum, uel aliquam huiusmodi passionem,sicut ex complexione naturali; plures autem hominum sequuntur passiones quibus soli sapientes resistunt, & ideo ut in pluribus uerificantur quæ pronunciantur de actibus hominum secundum considerationem cęlestium corporum. Sed tamen ut Ptolomeus dicit in centiloqui. * Sapiens dominatur astris, scilicet quia resistens passionibus impedit per uoluntatem liberam & nequaquam motui cœlesti subiectam,huiusmodi cęlestium corporum effectus.Vel ut August.dicit.2.super.Gen.ad litteram. * Fatendum est quando ab astrologis uera dicuntur instinctu quodam occultissimo dici, quem nescientes humanæ mentes patiuntur, quod tamen ad decipiendum homines spirituum immundorum, & seductorum est operatio.

¶ Maior vera,quòd quædam vera dicuntur, quia homines sequuntur sensualitatẽ in quã astra per accidens causaliter agũt,&c. Vltra:Quod non esset, &c. Verum si nullo modo mouerent directè vel indirectè causaliter vel occasionaliter, sed quia ratio non necessitatur ab appetitu sensitiuo, potest agere contra inclinationem impressam à cœlo,& dominari astris ergo,&c. Verum, mouetur occasionalitar inclinatiuè, non autem effectiuè, mouendo ad

ad exercitium directè imprimendo vel etiam indirectè aliquid in voluntate causando, sed solùm causando aliquid in appetitu sensitiuo,& corpore. Vide de materia illius solutionis secunda secundæ. q.95. arti.5. in corpore,& ad secundum,D.S.etiam contra Gentiles,vbi supra sic dicit de ista materia.Manifestum est autem, & experimento cognitum, quòd tales occasiones siue sint exteriores siue interiores, non sunt causa necessaria electionis, cum homo per rationem possit eis resistere vel obedire. Sed plures sunt qui impetus tales naturales sequuntur,pauciores autem,idest soli sapientes, qui occasiones malè agendi, & naturales impetus non sequuntur.Et propter hoc dicit Ptholomeus in centiloquio, quòd anima sapiens adimit opus stellarũ,& q non poterit Astrologus dare iudicia secundùm stellas nisi vim animæ complexionemque bene cognouerit:Et quòd Astrologus non debet dicere specialiter sed vniuersaliter, quia scilicet impressio stellarum in pluribus fortitur effectum,qui non resistunt inclinationi, quæ est ex corpore.Non autem semper in hoc vel in illo qui fortè per rationem naturali inclinationi resistit,hæc ille. Secundo D.S.respõdet negando illam quod non esset, &c.quia potest esse ex instinctu occultissimo mali spititus, & non quia corpora cœlestia imprimant in voluntatem.Vnde Augustinus.ibidem concludit,quapropter bono Christiano,siue mathematici,siue quilibet impie Diuinantium, & maximè dicentes vera, cauendi sunt ne consortio demoniorum animam deceptam pacto quodã societatis irretiãt.

Astrologe nota.

Utrum voluntas moueatur à solo Deo sicut ab exteriori principio.

Infra q.80. ar.1.& 1.q. 105.ar.4. & q.2.ar.2 & 3.contra.c. 88.89.91.& 93.p.incip. Et Mal. q. 3.ar.3.cor. & q.16. ar. 5.sol. & ad 13.

QAD sextum sic proceditur. Videtur,quòd voluntas non à solo Deo moueatur sicut ab exteriori principio, inferius enim natum est moueri à suo superiori, sicut corpora inferiora à corporibus cęlestibus, sed voluntas hominis habet aliquid superius post Deum,scilicet Angelum,ergo voluntas potest moueri sicut ab exteriori principio etiam ab Angelo.

Dionysius. * Cap 4.de Diui.nom. cap.9.

¶ 2 Præterea.Actus voluntatis sequitur actum intellectus,sed intellectus hominis reducitur in suum actum non solùm à Deo, sed etiam ab Angelo per illuminationes, vt Dionysius dicit. * ergo eadem ratione, & voluntas.

* August. Lib. 1. retract.

¶ 3 Præterea.Deus non est causa nisi bonorum, secundùm illud Geneſis primo. Vidit Deus cuncta quæ fecerat,& erant valde bona;si ergo à solo Deo voluntas hominis moueretur nunquam moueretur ad malum,cum tamen voluntas sit qua peccatur,& rectè viuitur, vt August. * dicit.

¶ Sed contra est, quòd Apostolus dicit ad Philip.2. Deus est qui operatur in nobis velle,& perficere.

¶ Ostensum est ar.præce.a quo exteriori voluntas non moueatur quo ad exercitium,hic ostendit à quo moueatur.

¶ Respõdeo dicendum,quòd motus voluntatis est ab intrinseco,sicut & motus naturalis; quamuis autem rem naturalem possit aliquid mouere, quod non est causa naturæ rei motæ;tamen motum naturalem causare non potest nisi,quod est aliqualiter causa naturæ. Mouetur enim lapis sursum ab homine qui naturam lapidis non causat,sed hic motus non est lapidi naturalis, naturalis autem motus eius non causatur nisi ab eo, quod causat naturam.Vnde dicitur in.7.physi. * quòd generans mouet secundùm locum grauia, & leuia;sic ergo hominem voluntatem habentem contingit moueri ab aliquo qui non est causa eius, sed quòd motus voluntarius eius sit ab aliquo principio extrinseco, quod non est causa voluntatis est impossibile.

* Arist. text. 17. 29.30.31.& 32.

Conclusio respõsiua.

¶D. S. deducit quandam rationem ex qua habetur talis conclusio responsiua.Solus Deus potest mouere voluntatem, scilicet quo ad exercitium actus immutando ipsam & inclinando. Probatur;hominem habentem voluntatem contingit moueri, &c.vt in fine litterę per totum, sed voluntatis causæ esse non potest nisi Deus; ergo,&c. Huius rationis primò probat maiorem. Secundò minorem ibi.Voluntatis autem,&c.Maior ergo reducitur clarè à principio litteræ,& exemplariter.

¶Et aduerte,quòd hæc probatio tantùm vult,& maior ipsa, q eiusdẽ est dare actũ vel motum, qui est necessariò à principio intrinseco,& ipsum principium intrinsecum. Vnde nihil dat grauitatem;licet enim homo qui non dedit grauitatem, & materiam lapidi mouet ipsum violenter, tamen hoc solùm mouet naturaliter lapidem,quod dedit sibi naturam grauis. Sic ergo nihil potest dare motum, qui est velle & inclinatio in aliquid necessariò existens à principio intrinseco, nisi quod dat ipsum principium intrinsecũ huius motus,scilicet ipsam voluntatem. Nec obstat de motu cordis vel motu cœli,qui tamen magis sunt animales.Nam, & intelligentia est aliquo modo principium intrinsecum corpori cœlesti per quam naturaliter mouetur, similiter anima sensitiua principium naturæ cordis, per quam naturaliter mouetur; de his prima parte.q.70.artic.5.ad tertium,& in D.S.de motu cordis opuscu.35. Vnde & D.S.notanter dicit.Nihil facit motum esse naturalem nisi sit aliquo modo causa naturæ, &c.

¶ Aduerte autem, quòd maior dicit hominem habentem voluntatem contingit moueri ab aliquo qui non est causa eius; & non dicit, voluntatem contingit moueri ab eo qui non est causa eius;quia vt supra dictum est. q. 6. omnis motus voluntatis est in ipsa,& ab ipsa, & tantum à causa eius.Quare homo potest quo ad aliquẽ motum exteriorem moueri;violenter,sed volũtas non mouetur nisi a causa sua,& à seipsa. Vnde in hoc differentia est inter lapidem, & voluntatem, quia lapis potest moueri ab aliquo qui non est causa naturæ eius, quia potest habere motum sicut subiectum tantùm,& non sicut principium, secus de voluntate; attamẽ homo potest habere motum cuius non est causa. Quare.D.S. cautè cum dixisset lapidem moueri ab extrinseco, non subinfert de voluntate, sed de homine. Maior ergo vera, quòd nihil extrinsecum potest causare motum voluntarium nisi det principium illius motus,quia motus talis non est nisi ab intrinseco principio. Consequenter cum dicit.

¶ Voluntatis autem causa nihil aliud esse potest quã Deus, & hoc patet dupliciter. Primò quidem ex hoc, quòd voluntas est potentia animæ rationalis, quæ a solo Deo causatur per creationem,vt in primo dictum est. Secundo verò ex hoc patet, quòd voluntas habet ordinem ad vniuersale bonum * vnde nihil aliud potest esse voluntatis causa nisi ipse Deus qui est vniuersale bonum; omne autem aliud bonum per participationem dicitur, & est quoddam particulare bonum; particularis autem causa non dat inclinationem vniuersalem,vnde nec materia prima, quæ est in potentia ad omnes formas potest causari ab aliquo particulari agente.

* 1.q.90. ar.2.&4.

Probatur minor conclusionis.

¶ Subiungit minorem principalem, & eam probat dupliciter, primò sic. Voluntas est potentia animæ rationalis, sed anima rationalis à solo Deo causatur:ergo & voluntas.Maior nota.Minor patet prima parte. q.90.art.2.&4. quia anima causatur creatione quæ est propria Deo.Stat autem vis rationis in hoc,quia idem est causa subiecti,& potentiæ consequentis subiectũ naturaliter per resultationem habentis se per modum passionis propriæ. Voluntas autem est potentia,& quasi proprietas animæ rationalis, ergo causans animam,causat & potentiam. Secundò probatur eadem minor,voluntas habet ordinem ad vniuersale bonum, ergo non potest esse eius causa nisi Deus qui est vniuersale bonum. Antecedens notum ex supra dictis, quia voluntas vt sic habet pro obiecto bonum vniuersale,& bonum in communi. Tenet consequẽtia,quia omne aliud bonum, est bonum per participationem, & particulare bonum;sed particularis causa non dat inclinationem vniuersalem.Et confirmatur hæc probatio consequentiæ per exẽplum naturale, quia materia prima quæ est in potentia ad omnes formas non potest causari ab agente particulari. Et stat fundamẽtum in hoc quia mouens, & id in quod aliquid mouetur debent esse proportionata, voluntas autem vt sic,absolutè est quoddam principium inclinationis in bonum vniuersale,quod excedit omne creatum, immo sub vniuersali bono includitur omne bonum, quod non est nisi in Deo, ergo solus Deus dat inclinationem in vniuersale bonum;Vide de ista materia, prima parte. q.105.art.4. &.q.106.ar.2. Ex omnibus igitur istis sequitur conclusio responsiua,& quòd solus Deus potest immutare, & mouere ad exercitiũ actus volũtatem; Vide de hoc etiam in de Veritate Materia.22 q. 9. An autem,& solus Deus possit voluntatem mouere quo ad specificationem actus,vide prima parte vbi iam, quòd sic, quia solus potest efficaciter mouere;de hoc etiam supra, quia in statu viæ vt proponitur sub ratione beatitudinis, & boni perfecti, sic necessariò mouet in patria autem etiam, quia clarè visus in se necessariò mouet,ut patuit supra.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua, & exponit.D.S.ibidem lectione tertia in nobis, scilicet per instinctum interius mouendo.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Angelus non sic est supra hominem, quòd sit causa voluntatis eius, sicut corpora cœlestia sunt causa formarum naturalium,

ad quas

ad quas consequuntur naturales motus corporum naturalium.

¶ Ad maiorem, inferius natum est moueri motu naturali vel voluntario à superiori suo, quod est causa eius aliquo modo, & si ab alio moueatur non erit motus naturalis vel voluntarius, vt patuit in cor. Sed negatur maior, quòd à quocunque superiori possit moueri ad motum naturalem vel voluntarium. Vnde, & Angelus est superior materia, & tamen eam non potest immediatè mouere ad formam vt patet prima par. q.110. art.2. sed solùm ab eo, quod est causa eius, scilicet à Deo; vel ab eo, quod est causa formæ, & compositi, sic corpora cœlestia mouent inferiora quorum sunt causa.

¶ Ad minorem dico, quòd Angelus quidem est superior voluntate hominis in gradu naturæ, tamen non est causa voluntatis humanæ, nec esse potest, vt patet circa minorem, quare negatur consequentia, quia licet Angelus posset mouere hominem, non tamen volũtatem hominis mouere potest, quia nihil eam mouet nisi quod dat inclinationem ad motum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd intellectus hominis mouetur ab Angelo ex parte obiecti, quod sibi proponitur virtute Angelici luminis ad cognoscendum, & sic etiam voluntas ab exteriori creatura potest moueri, vt dictum est. * Art.4.

¶ Maior conceditur, ad minorem si intelligitur, quòd intellectus reducatur in actum quo ad exercitium per Angelum, negatur, non enim potest Angelus causare cogitationes vel intellectiones interiores vt ostendit D.S. prima par. q.111. ar.2. Si autem intelligitur, quòd reducitur in actu quo ad specificationem, inquantum proponit sibi aliquid cognoscibile modis quos ponit. D. S. vbi iam arti. primo, tunc conceditur, & similiter conceditur consequens ad hunc sensum, quòd Angelus potest mouere volũtatem quo ad specificationem, licet non necessariò, sed solus Deus proponens bonum vniuersale, quod ipse est vt paret prima parte. q.106. artic.2. in cor. Sed negatur consequentia quo ad mouere ad exercitium. Aduerte tamen, quòd intellectus mouetur ad exercitium à voluntate nostra præter quàm ad primum actum qui est merè naturalis elicitiuè, nam intellectus naturaliter ante omnem electionem elicit actum, licet talis actus non sit omnino naturalis quo ad iudicium ad aliquam partem contradictionis, sed liber ad hoc vel illud iudicandum; licet oporteat apprehendere, quod primò offertur, non tamen oportet iudicare vnam partem quo ad prosequendum vel fugiendum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Deus mouet voluntatem hominis sicut vniuersalis motor ad vniuersale obiectum voluntatis, quod est bonum, & sine hac vniuersali motione homo non potest aliquid velle, sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc vel illud, quod est verè bonum vel apparens bonum; sed tamen interdum specialiter Deus mouet aliquos ad aliquid determinatè volendum, quod est bonum sicut in his quos mouet per gratiam vt infra dicetur. * q.109. & 112.

¶ Assumptum conceditur, sed tamen Dei operatio modificatur in recipiente secundùm modum eius sic, quòd creatura libera mouetur ab eo, vt tamen relinquatur in manu consilij sui. Vltra dico, quòd voluntas à solo Deo mouetur sicut ab extrinseco quo ad exercitium. Ad consequens nunquam moueretur ad malum. Verum est à Deo nunquam mouetur ad malum, sed ad bonum in communi, quia videlicet Deus dat voluntati vt sit inclinatio in bonum, & hoc vniuersaliter in omni volũntate. Sed si aliquem determinatè ad bonum hoc verum moueat hoc non est generale, sed gratuitum, vt patebit infra.q.109. Dico secundò ad consequens si intelligitur, quòd voluntas nunquam moueatur ad malum absolutè, negatur consequentia, quia stante motione Dei qua mouetur ad volendum quo ad exercitium actus, potest se habens voluntatem determinare per rationem vel intellectum ad hoc vel illud bonum, quòd est quandoque secundùm quid bonum, & in veritate malum, & sic incidit ratio peccati. Et dico, quòd voluntate peccatur non vt mouetur à Deo, sed ex propria libertate præuia indifferentia, & indeterminatione apprehensionis, quæ in libertate voluntatis includitur. Quare negatur consequentia.

Fundant se hic de via. D.S.

¶ Nota, quòd aliqui fundant se in hac solutione dicentes, voluntatem non habere sufficiens principium primi actus, sed oportet, quòd Deus moueat eam per specialem motionem ad primum actum imprimendo ei aliquid habens se per modum actus primi, quo voluntas ipsa efficitur potens ad volendum. Sed salua reuerentia eorum non videtur hæc esse mens D. S. sed solùm, quòd Deus semper sicut vniuersalis motor omnis voluntatis mouet omnem voluntatem in ordine suo ad bonum, vt sic, quia videlicet Deus mouendo ad exercitium mouet vt velit aliquid secundùm conditionem naturæ suæ quæ est inclinatio potentialis in bonum vt sic, quod quidem bonum continet sub se apparens, & existens, & sine motione Dei ad exercitium, quæ tamen est per generalem influẽtiam, voluntas nihil posset velle, sicut nec quodcunque creatum agere potest quamcumque actionem sine motione Dei generali; sed hac motione præsuppositа, voluntas per innatam libertatem ex indeterminatione rationis potest sub ista motione Dei se determinare ad hoc vel illud bonum; & ex hac ratione incidit peccatum; per hoc autem non habetur, quòd voluntas concurrat solùm passiuè, vel quòd sit insufficiens ad actum quemcunque, quia nulla sufficientia creaturæ excludit operationem Dei ab ipsa, & eius operatione; sed quòd in actu voluntatis est considerare exercitium, quod est à Deo in ordine ad bonum, & est considerare determinationem ad hoc vel illud bonum, & hoc est ex libertate voluntatis subtrahentis se à lege Diuina ratione cuius peccatum accidit non ratione primi.

Quæstio Decima.

De modo quo voluntas mouetur.

DEinde considerandum est de modo quo voluntas mouetur. Et circa hoc quæruntur quattuor. Primò vtrum voluntas ad aliquid naturaliter moueatur. Secundò vtrum de necessitate moueatur à suo obiecto. Tertiò vtrum de necessitate moueatur ab appetitu inferiori. Quartò vtrum de necessitate moueatur ab exteriori motiuo, quod est Deus.

¶ Postquam ostensum est à quo voluntas moueatur, hic consequenter ostenditur quomodo moueatur, & primò in generali, secundò quomodo in speciali per comparationem ad sua mouentia de quibus dictum est in q. præce.

Vtrum voluntas ad aliquid naturaliter moueatur.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd voluntas non moueatur ad aliquid naturaliter, agens enim naturale diuiditur contra agens voluntarium, ut patet in principio secundi phy.* nõ ergo voluntas ad aliquid naturaliter mouetur.

¶ 2 Præterea id quod est naturale inest alicui semper, sicut igni esse calidum, sed nullus motus inest voluntati semper, ergo nullus motus est naturalis volũtati.

¶ 3 Præterea. Natura est determinata ad unum, sed uoluntas se habet ad oppositа, ergo voluntas nihil naturaliter uult.

¶ Sed contra est, quòd motus uoluntatis sequitur actum intellectus, sed intellectus aliqua intelligit naturaliter, ergo & uoluntas ali qua uult naturaliter.

¶ Primò itaque inquirit, an voluntas ad aliquid naturaliter moueatur, quia enim voluntas libera est videtur naturalitas sibi repugnare. Pro intellectu huius quæsiti, & pro fundamento dicendorum, oportet prænotare quid sit naturaliter moueri, & quot modis possit intelligi voluntatem naturaliter posse moueri; vnde quo ad primum cum natura sit determinata ad vnum, ideo naturaliter moueri est in motu suo esse determinatum ad vnum, quia autem voluntas potest intelligi determinari ad vnum dupliciter. Vno modo quo ad specificationem, quia scilicet est determinata ad hoc & nullo modo ad oppositum eius volendo vel nolendo. Alio modo potest intelligi determinari ad vnum, scilicet quo ad exercitiũ actus, quia scilicet determinata est ad eliciendum actũ, nec habet potestatem vt suspendat actum circa aliquod obiectũ, sic quòd non solùm non possit nolle, sed nec potest non velle; primo modo dicitur voluntas naturaliter moueri quo ad specificationem, secundo modo naturaliter quo ad exercicium. Quæsitũ ergo præsens videtur intelligi de naturaliter moueri quo ad specificationẽ, & hoc patet ex verbis quæsiti, quia non quæritur absolutè an naturaliter moueatur, sed additur ad aliquid, quod vtiq; est obiectum, & sic quæritur de naturalitate obiectiua, & de naturalitate actus voluntatis in ordine ad specificationem; vnde & omnia quæ sunt corporis ad hũc sensum procedunt: An autem, & naturaliter moueatur quo ad exercitium, non ita expresse hic determinatur, sed supra habitum est, quòd voluntas in statu beatifico naturaliter, & necessariò mouetur ad exercitium actus, licet absolutè considerata extra statum beatum non moueatur naturaliter, & necessariò ad exercitium actus, vt tangit. D. S. in de Veri. Mate. 24.q.6 in fine cor. vbi dicit. Quantum ad primum horum scilicet quantum ad actum inquantum potest velle, & non velle, inest libertas voluntati in quolibet statu naturæ respectu cuiuslibet obiecti, hæc ille. Ex quibus patet, quod absolutè sine gratia confirmationis, & sine gloria considerata voluntas semper est libera, & non necessariò exercet actum; de naturalitate igitur actus voluntatis respectu obiecti videndum est. Attende etiam, quia quæritur an voluntas naturaliter moueatur. Ex quo patet, quòd nõ quæritur an voluntas potentialis naturaliter inclinetur in aliquid obiectum, sed an ipsa voluntas habeat aliquem actum naturaliter ad vnum obiectum determinatum quo ad specificationem actus, supponendo nunc quòd actui elicito non repugnat naturalitas, Scotus autem in.4. distinctio. 49. q.9. dicit appetitum naturalem voluntatis non esse nisi inclinationem in obiectum, sed D.S. dicit actum elicitum tamen determinatum ad obiectum, esse naturalem, &c.

Scotus.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut Boetius dicit in li. de duabus naturis. * & philosophus in. 5. metaphy. * Natuta dicitur multipliciter, quandoque enim dicitur principium intrinsecum in rebus mobilibus, & talis natura est vel materia vel forma materialis, vt patet in. 2. Phis. Alio modo dicitur natura quælibet substantia vel quodlibet ens; & secundùm hoc illud dicitur esse naturale rei, quod conuenit ei secundùm suam substantiam, & hoc est quod per se inest rei.

* circa princip. * Arist. tex.5. * August. tex.4.

¶ D.S. primò declarat quæsitum exponendo quendam terminum eius. Secundò subiungit cõclusionem respõ. ibi, In omnibus autem, &c. Dicit ergo quòd natura à qua dicitur naturaliter multipliciter dicitur. Et quantum ad propositum sufficit dupliciter, quandoque accipitur pro principio intrinseco mouendi, & quiescendi, scilicet pro materia, & forma rei naturalis, & sic in proposito non dicitur naturale à tali natura, quia voluntas non habet materiam vel formam; secundo modo dicitur natura magis extẽsè quælibet substantia vel quodlibet ens, & secundùm illam acceptationem naturæ dicitur naturale, quod conuenit rei cuicunque secundùm substantiam suam, & hoc est quod cuilibet per se inest, & natura hoc modo etiam dicitur de voluntate, & id, quod conuenit sibi ex substantia sua, cõuenit sibi naturaliter; si ergo ex substantia, & natura sua habeat, quòd in motu suo determinetur ad aliquid, tunc mouetur ad ipsum naturaliter, patet ex hoc quòd voluntas etiam potest dici natura, potest tamen etiam considerari sicut; & potentia rationalis ad vtrumlibet se habens; sed quando quæritur an ad aliquid naturaliter, idest determinatè ad vnum se habeat, quæritur de ea vt natura est non vt agens à proposito vel rationale. Deinde cum dicit.

¶ In omnibus autem ea quæ non per se insunt reducuntur in aliquid quod per se inest sicut in principium, & ideo necesse est, quòd hoc modo accipiendo naturam semper[d] principium in his, quæ conueniunt rei sit naturale, & hoc manifestè apparet in intellectu; nam principia intellectualis conguitionis sunt naturaliter nota, simul etiam principium motiuum voluntariorũ oportet esse aliquid naturaliter volitum.

Dub.196.

¶ Respondet quæsito exposito tali conclusione. Principium motiuum voluntariorum oportet esse aliquid naturaliter volitũ, (& habetur responsio ad quæsitum, quòd sic) hanc conclusionem primò probat, secundò eam explicat vna alia conclusione magis determinata, ibi. Hoc autem, &c. Probatur sic, necesse est quòd accipiendo naturam secũdo modo, scilicet pro qualibet substantia, idest essentia, semper principium in his quæ conueniunt rei sit naturale, ergo sequitur conclusio. Tenet consequentia ab vniuersali ad indefinitam. Antecedens probatur primò ratione sic, quia in oĩbus, q̃ non per se insunt reducuntur ad aliquid quod per se inest rei, sicut in principium, ergo principiũ semper est naturale. Tenet consequentia, quia in proposito dicitur naturale quod per se inest rei. Antecedens hoc relinquitur notum, & D.S. ipsum probat prima parte. q.82. ar. primo, quia oportet semper fundamentum, & principium aliorum esse immobile, & naturale, alias esset processus in infinitum, hoc enim est generale in toto ordine rerum, vt semper varium, & mutabile ab vniformi, & immobili procedat, cum ergo multi motus voluntatis sint varij quo ad specificationem, ergo reducuntur in illum qui est necessarius quo ad specificationem; quia omnes fundantur super appetitu boni. & beatitudinis, & eorum quæ sunt naturalia appetenti vt statim dicetur in textu sequenti. Nec valet instantia Scoti, quia calefactiones non reducuntur in vnam immobilem calefactionem, quia calefaciens de per se semper calefacit immobiliter, & vniformiternon sic voluntas omnia vniformiter vult, quare oportet ponere inuariabiliter volitum; nec est inconueniens, quòd voluntas habeat plures actus subordinatos simul volendo id quod naturaliter vult, & id quod propter ipsum vult, quia sunt actus ordinati quamuis vt patuit supra non oporteat semper esse actus distinctos, volitionem finis, & eius, quod est ad finem. Secundò probatur antecedens exẽplariter, quia principia intellectualis cognitionis sunt naturaliter nota (scilicet, quo ad specificationẽ) quia nullus potest eis dissentire, ergo antecedens verum, & est hoc assumptum etiam probatio conclusionis per proportionem inter intellectum quo ad principia, & voluntatis respectu principij obiectiui actuum voluntariorum, & patuit supra solutio impugnationis. Scoticæ contra hãc propositionem, nam ipse vult, quòd est simile quo ad ordinem volitorum, sed non quo ad necessitatem. Sed patet ex dictis, quia voluntarium est dictum suum, & oppositum eius est iam probatum, quia voluntas necessariò habet imbibitum id quod est naturæ, vt patebit ad primum, & per consequens etiam conditionem naturæ, quod est per se, & naturaliter, & determinatè in aliqua obiecta fieri. Deinde ibi.

Conclusio responsiua.

¶ Hoc autem est bonum in communi, in quod voluntas naturaliter tendit, sicut etiam quælibet potẽtia in suum obiectum; & etiam ipse finis vltimus qui hoc modo se habet in appetibilibus, sicut prima principia demõstrationum in intelligibilibus; & vniuersaliter omnia illa quæ conueniunt volenti secundùm suam naturam, non enim per voluntatem appetimus solùm ea quę pertinent ad potentiam voluntatis, sed etiam ea quæ pertinent ad singulas potentias, & ad totum hominem, vnde naturaliter homo vult non solùm obiectum voluntatis, sed etiam alia quæ conueniunt alijs potentijs, vt cognitionem veri quę conuenit intellectui, & esse & viuere & huiusmodi alia quæ respiciunt consistentiam naturalem quæ omnia comprehenduntur sub obiecto voluntatis sicut quædam particularia bona.

Conclusio.

¶ Explicat prædictam conclusionem respon. alia conclusione ostendendo quæ obiecta voluntas naturaliter velit, & est talis. Bonum in communi est naturaliter volitum, & etiam finis vltimus, & vniuersaliter omnia illa quæ conueniunt volenti secundùm suam naturam; prima pars probatur, quia quælibet potentia tendit naturaliter in suum obiectum, sic quòd non potest in oppositum sui obiecti; sed bonum in communi est per se obiectum voluntatis, ergo naturaliter vult bonum, sic quòd nihil potest velle nisi bonum, vt patuit supra, & hoc est naturaliter velle quo ad specificationem, non posse nisi illud velle; nec tamen sequitur voluntas vult naturaliter bonum, ergo determinatè hoc vel illud, sicut visus naturaliter videt colorem, sed non hunc vel illum. Vnde quicquid vult voluntas sub ratione boni vult necessariò, tamen nõ oportet, quòd semper id vel illud velit. Secunda pars conclusionis probatur, quia vltimus finis se habet, &c. sed principia prima sunt naturaliter nota vt patet, ergo vltimus finis est naturaliter volitus, & intelligitur de vltimo fine quo ad nos, scilicet de beatitudine secundùm communem rationem. Inclinatur enim voluntas ad beatitudinem in cõmuni, abstrahendo ab illa, & ab illa in specie, & in genere, quia experimur, q̃ quilibet vult esse beatus, & miser esse velle non potest. Tertia pars conclusionis probatur, non solũ per voluntatem appetimus ea quæ pertinent ad potentiam, &c. vt in littera, ergo homo naturaliter vult non solùm obiectum volũtatis, sed etiam alia, &c. Consequentia nota, & explicatur consequens vsque in finem in littera clarè, & patebit etiam ratio arti. sequenti sicut habetur prima parte supra arti. 2. quia per se continentur sub obiecto communi voluntatis, nec sine eis beatitudo vel vltimus finis haberi potest; & tamen esse, & viuere quamuis per se necessariò appetantur, tamẽ per accidens potest appeti oppositum eorum; sicut à se interficientibus, & sic minus necessariò quàm vltimus finis in communi, per se tamen necessariò &c. Ex his omnibus patet, quòd voluntas vt natura aliquid naturaliter appetit, patet & quæ naturaliter appetat, cum hoc tamen stat, q̃ uoluntas vt uoluntas vel liberum arbitrium liberè uelit aliqua inter quæ non computantur prædicta in secunda conclusione, de ista materia vide D.S. in de Veri. Ma. 22.q.5. &. 6. per totum, vide, & Capreolum in.4. dist. 49.q.3.

ARGVMENTVM in contrarium continet rationem pro conclusione responsiua quæ etiam in corpore tacta est.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd voluntas diuiditur contra naturam, sicut vna causa contra aliam, quædam enim fiunt naturaliter, & quædam fiunt voluntariè. Est autem alius modus causandi proprius voluntati quę est differentia sui actus, præter modum qui conuenit naturæ quæ est determinata ad vnum, sed quia volũtas in aliqua natura fundatur, necesse est q̃ modus proprius naturæ quantum ad aliquid participetur à voluntate, sicut quod est prioris causæ participatur à posteriori, est enim prius in vnaquaque re ipsum esse, quod est, per naturam, quàm velle, quod est per uoluntatem, & inde est quòd voluntas naturaliter aliquid vult.

¶ Quia

Scoti instãtia non valet.

Fundamentũ cassans argumentum Scoti.

¶ Quia hoc est argumentum Scoti in primo dist.2.& 10. & in quodlibetis.q.16.ideo vt argumentum clarè soluatur,& ostendatur nullitas argumenti Scoti, præmittendum est, quòd potentiæ distinguntur per actus,& actus per obiecta, ideo solùm ille differentiæ actuum diuersificant potentias, quæ attenduntur penes p se obiecta formalia, & per oppositum si sunt differentiæ actuum, quæ non reducuntur in diuersa obiecta formalia compossibiles sunt eidem potentiæ, sic intelligere,& discurrere in intellectu sũt quidem distincti actus, sed tñ non sunt diuersorum p se obiectorum intellectus,sed sunt aliquorum diuersorum quæ sub obiecto formali intellectus comprehenduntur;vnde discurrere & intelligere sunt diuersi modi actuum intellectus, sed tamen reducuntur in vnam potentiam;sic ergo,& naturaliter velle, & liberè sunt quidem diuersi modi agendi,& volendi voluntatis; attamen quia nõ arguunt diuersa obiecta non comprehensa sub obiectis per se voluntatis,ideo eidem potentiæ conuenire possunt, immo necessariò conueniunt ratione dicta in corpore. His notatis respondendum est ad argumentum.

¶ Ad antecedens primò. Agens naturale,&c.verum est naturale agens distinguitur contra voluntarium formaliter, ideſt modi agendi voluntariè,& naturaliter distinguuntur;sed non sunt modi oppositi distinctiui agentis vel potentiæ realiter, & ratio iam patuit.Et hic est sensus philosophi in.2.phy.quia vult,quòd naturale vt sic,distinguatur formaliter à voluntario vt sic, sed non intendit negare quin agens voluntarium agat etiam naturaliter,immo actio voluntaria, & libera, actionem naturalem necessariò præsupponit. Secundò dico ad antecedens, quòd naturale diuiditur contra voluntarium agens in diuersis etiam realiter, quia scilicet datur agens naturale;& nullo modo voluntarium; sed econtra est impossibile, quòd detur voluntarium agens, quod non sit naturaliter agens,licet in ordine ad diuersa; sicut & potentia discursiua necessariò est intellectiua,sed non econtra,vt patet in intellectiua Angelica. Tertiò dicitur post. D. S. in de Veri.supra.q.5.ad sextum in contrarium,quòd voluntas diuiditur contra appetitum naturalem cum præcisione acceptum,ideſt qui est naturalis tantùm,sicut homo contra illud,quod est tantùm animal,non autem diuiditur contra naturalem appetitum absolutè, sed includit ipsum, sicut homo includit animal, hæc ille. Ex quibus patet ad antecedens.Quare negatur consequentia,quia voluntas in aliqua natura fundatur,& per consequens modus agendi naturæ, etiam voluntati conuenit respectu naturalis obiecti, & continentis per se totam rationem obiecti voluntatis atque cum hoc connexa. Aduerte tamen propter verba solutionis, quòd voluntas in natura fundatur non ad hunc sensum, quòd in eodem sunt duo voluntas, & natura; sed quia natura est inbibita ipsi voluntati sicut superius inferiori, non quòd sint duo gradus perfectionis sicut homo, & animal, sed sicut ens homo quæ dicunt vnum gradum realiter vt nũc supponitur, vnde quòd.D.S. dicit in de Veritate comparando naturam, & voluntatem sicut animal, & hominem,est simile in proposito suo, sed non est simile quo ad dicere duos gradus perfectionales.

Nota.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in rebus naturalibus id quod est naturale quasi consequens formam tantùm,semper actu inest,sicut calidum igni. Quod autem est naturale sicut consequens materiam non semper actu inest, sed quandoque secundùm potentiam tantùm,nam forma est actus,materia verò potentia; motus autem est actus existentis in potentia, & ideo illa quæ pertinent ad motum vel quæ sequuntur motum in rebus naturalibus non semper insunt,sicut ignis non semper mouetur sursum,sed quando est extra locum suum; & similiter non oportet, quòd voluntas quæ de potentia in actum reducitur, dum aliquid vult,semper actu velit,sed solùm quando est in aliqua dispositione determinata;voluntas autem Dei quæ est actus purus semper est in actu uolendi.

¶ Ad maiorem. D. S. clarè respondet per distinctionem, quia id quod est naturale consequens formam, ideſt perfectam actualitatem,hoc semper adest, quia vnumquodque agit secundùm q̃ actu est,si ergo aliquid consequitur rem naturaliter, secundùm q̃ est actu completè,tunc completè,& actu producetur; sic quia forma ignis actualitatem completam habet respectu productionis caloris,ideo semper adest,sed non est sufficientis actualitatis, vt lapidem ipsum semper actu sursum moueat, sed ad hoc requiritur aliquod extrinsecum remouens prohibens,vnde per materiã, & formam.D.S.intelligit actum,& potentiam, &c. Minor vera, quia voluntas ipsa non est potentia perfectę actualitatis quæ semper sit coniuncta actui secundo,sicut voluntas Diuina vel Angelica,sed requiritur concursus alicuius extrinseci scilicet præsentatio obiecti,& aliqua dispositio habentis voluntatem;vnde ex potentialitate uoluntatis est,quòd non semper habeat actum suum & per consequens nec semper mouetur naturaliter ad specificationem actus,nec semper vult id,quod naturaliter vult.Ex potentialitate enim est omnis insufficientia. Quare negatur consequentia,quia & ignis naturaliter mouetur sursum, nec tamen semper mouetur, quia forma sua non est sufficiens principium motus sursum,sed solùm inchoationis,& aptitudinis ad ascendẽdũ, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd semper naturæ respondet unum proportionatum naturæ, naturæ enim in genere respondet aliquid unum in genere, & naturæ in specie acceptæ respondet unum in specie. d naturę au Dei. tem indiuiduatæ respondet aliquid unum indiuiduale; cum igitur uolũtas sit quædam uis immaterialis, sicut & intellectus respondet sibi naturaliter aliquod unum commune, scilicet bonum, sicut etiam intellectui aliquod unum commune, scilicet uerum uel ens uel quicquid est huiusmodi; sub bono autem communi multa particularia bona continentur, ad quorum nullum uoluntas determinatur.

¶ Ad maiorem primò, natura vt sic determinata est ad vnum, si quid tamen sit non solùm natura,sed cum hoc libera natura,inquantum liberum est non erit determinatum ad vnum, immo habet se ad oppositа. Quando enim dicitur natura determinata ad vnum,accipitur vnum non vt distinguitur contra multa,sed vt distinguitur contra oppositа. Secundò dico ad maiorem, quòd natura est quoddam superius, & communius, quod modificatur in inferiori iuxta capacitatem inferioris, sic videlicet, quòd natura pura, & præcisè, & hæc natura est determinata ad vnum indiuiduale,sicut hoc graue ad hunc locum. Natura verò in specie ad vnum in specie,sicut grauitas ad locum deorsum. Natura verò in genere ad unum in genere,sub qua natura in communi continetur & voluntas ut natura, quæ natura in voluntate est ad unum secundùm conditionem voluntatis. Est autem voluntas potentia immaterialis cuius naturalitas est ad suum per se obiectum,quod obiectum non est particulare,sed aliquid commune;quare volitas ut natura habet se ad vnum quod est bonum in cõmuni,quod est vnum in genere,capiendo genus largè,sicut dicimus ens in genere,ideſt in communi. Ad minorem,uoluntas se habet ad oppositа,voluntas vt voluntas uel liberum arbitrium, se habet ad oppositа,sed dico,quòd voluntas ut uoluntas, & liberum arbitrium non est ad bonum in communi, sed ad aliqua particularia bona, ad quæ naturaliter non determinatur,ad per se autem obiectum naturaliter se habet ergo,&c. Si intelligitur consequens,quòd voluntas vt natura non velit aliquid naturaliter, negatur, quia suum per se obiectum, & ea quæ dicta sunt in corpore naturaliter uult; sed si intelligitur, q̃ voluntas vt sic,vt est agens à proposito,vel potentia rationalis,nõ velit aliquid naturaliter, cõceditur, sicut & intellectus aliqua naturaliter intelligit, aliqua verò nõ naturaliter.

Vtrum voluntas de necessitate moueatur à suo obiecto.

AD secundum sic proceditur.Videtur, quòd uoluntas de necessitate moueatur à suo obiecto, obiectũ enim uoluntatis comparatur ad ipsam sicut motiuum ad mobile, ut patet in 3. de anima. * sed motiuum (si fit sufficiens)ex necessitate mouet mobile, ergo uoluntas ex necessitate potest moueri à suo obiecto.

¶ 2 Præterea. Sic uoluntas est uis immaterialis, ita & intellectus,& utraque potentia ad obiectum uniuersale ordinatur, ut dictum est. * sed intellectus ex necessitate mouetur à suo obiecto,ergo & uoluntas à suo.

¶ 3 Præterea.Omne,quod quis vult,aut est finis aut aliquid ordinatum ad finem,sed finem aliquis ex necessitate uult ut uidetur,quia est sicut principium in speculatiuis,cui ex necessitate assentimus; finis autem est ratio uolendi ea quæ sunt ad finem, & sic uidetur etiã, q̃ ea quæ sunt ad finem ex necessitate uelimus, uoluntas ergo ex necessitate mouetur à suo obiecto.

¶ Sed contra est, quòd potentiæ rationales secundũ philosophum sunt ad oppositа, sed uoluntas est potentia rationalis,est enim in ratione ut dicitur in. 3. de anima. * ergo uoluntas se habet ad oppositа, non ergo ex necessitate mouetur ad alterum oppositorum.

¶ Hic ostenditur specialiter qũo voluntas moueatur per cõparationẽ ad sua mouentia.Et diuiditur in tres partes secundùm tria mouentia à quibus voluntas potest moueri, scilicet ab obiecto, passione appetitus sensitiui,& à Deo.

¶ Respon-

¶ Respondeo dicendum,quòd uoluntas mouetur dupliciter; uno modo quantum ad exercitium actus, alio modo quantum ad specificationem actus, quæ est ex obiecto. Primo ergo modo uoluntas a nullo obiecto ex necessitate mouetur; potest enim aliquis de quocunque obiecto non cogitare; & per consequens nec actu uelle illud.

¶ D.S.notat duplicem intellectum quæsiti, secundùm quòd distinguit, quòd voluntas dupliciter mouetur; vno modo ad exercitium actus, alio modo ad specificationem, quæ est ex obiecto, vt supra sæpe habitum est; ſm ergo hoc dupliciter respondet; secundo ibi. Sed quantum, &c. Primò tali conclusione; primo modo voluntas a nullo obiecto ex necessitate mouetur, probatur. Aliquis potest de quocunque obiecto non cogitare, ergo potest non velle actu; & sic non necessariò exercet actum respectu cuiuscunque obiecti. Tenet consequentia, quia actuale velle non est sine cogitatione; antecedens reliquit. D.S.notum experimentaliter, quia hoc experitur quilibet in se,immo quòd plus est stante apprehensione cuiuscunque obiecti, voluntas potest suspendere actum suum sic quòd nec velit nec nolit; & hoc est propter maximam libertatem quam voluntas habet super actus proprios.

Conclusio prima.

¶ Aduerte autem probationem D. S. ex qua habetur intellectus conclusionis; quia probat, quòd voluntas non necessariò velit; quia potest non cogitare de obiecto quocunque, patet autem ex supra dictis, quòd hoc verificatur de voluntate absolutè, & considerata in naturalibus suis, vt fuit allegatum etiam ex D.S.artic.præceden. in principio ex de Veritate. nam vt patuit supra, in patria non potest non cogitare de Deo, quem videt visione, mensurata æternitate participata; ex quo sequitur, quòd conclusio intelligitur, quòd voluntas absolutè considerata, vel vt D.S.dicit in de Veritate in quocunque statu naturæ non necessariò mouetur quo ad exercitium actus. Et huius ratio iam partim tacta est, scilicet libertas contradictionis voluntatis super actu suo. Et secundò, quia exercitium continuum voluntati non proponitur in via sub ratione perfecti boni, immo nec apprehenditur sub ratione possibilis, sed impossibilis; quare non est necessariò volitum, nec per consequens exercitum. Secus in patria, vbi exercitium apprehenditur, & verè sub ratione satiatiui, beatificatiui, & summi boni creati, & possibilis, immo apprehenditur, sicut necessariò exercendum, sic quòd nec est in voluntate sisspendere illud exercitium, sicut hic non est in potestate eius specificatio respectu boni in communi, vel beatitudinis; respectu enim Dei visi voluntas necessariò mouetur, & quo ad exercitium, & specificationem. & de hoc supra. & vide in Capreolo in primo, distinctio prima, quæstione tertia. ad argumenta contra primam conclusionem Scoti; vnde & Doct. Sanct. in de Veritate, Materia 24. artic. 8. ad secundum dicit. In potestate liberi arbitrij est non vti habitu, tamen potest hoc ipsum, quod non est vti habitu sibi proponi sub specie boni; quod de gratia in beatis accidere non potest, hæc ille. Consequenter cum dicit.

Capreolus.

¶ Sed quantum ad secundum motionis modum,uoluntas ab aliquo obiecto ex necessitate mouetur, ab aliquo autem non: in motu enim cuiuslibet potentiæ a suo obiecto consideranda est ratio, per quam obiectum mouet potentiam; uisibile enim mouet uisum sub ratione coloris actu uisibilis; unde si color proponatur uisui, ex necessitate mouet ipsum, nisi aliquis uisum auertat, quod pertinet ad exercitium actus; si autem proponeretur aliquid uisui, quod non omnibus modis esset color in actu, sed secundùm aliquid esset tale, secundùm autem aliquid non tale, non ex necessitate uisus tale obiectum uideret; posset enim intendere in ipsum ex ea parte, qua non est coloratum in actu, & sic ipsum non uideret; sicut autem coloratum in actu est obiectum uisus, ita bonum est obiectum uoluntatis;unde si proponatur aliquod obiectum uoluntati, quod sit uniuersaliter bonum, & secundùm omnem consideratione,ex necessitate uoluntas in id tẽdit, si aliquid uelit, non enim poterit uelle oppositum. Si autem proponatur sibi aliquod obiectum,quod non secundùm quãlibet consideratione sit bonum,non ex necessitate uoluntas fertur in illud.

Conclusio secunda.

¶ Respondet iuxta secundum intellectum duabus conclusionibus; prima generali; secunda magis speciali, & determinata ibi. Et quia, &c. Prima est ista. Voluntas ab aliquo obiecto ex necessitate mouetur quo ad specificationem actus, ab aliquo autem non; & quia hæc conclusio confusè loquitur de obiecto; ideo D.S. probando eam annectit aliqualem explicationem; & eam infert explicatam hoc modo. Si proponatur voluntati aliquod obiectum, quod sit vniuersaliter bonum, &c. vt in fine huius litteræ per totum. Probatur hæc conclusio sic explicata quo ad ambas partes, in motu cuiuslibet potentiæ a suo obiecto considerandа est ratio, per quam obiectum mouet potentiam; ita scilicet, quòd si illa ratio motiua perfectè inueniatur, tunc necessariò mouet ad specificationem actus; si autem non perfectè inuenitur, tunc non necessariò mouet; sed bonum est obiectum voluntatis; ergo sequitur conclusio. Maiorem D.S.ostendit exemplariter de visibili, quod mouet sub ratione coloris actu visibilis, qui necessariò mouet ad specificationem actus, quia si quis debeat videre oportet, quòd moueatur a colore, & videat colorem. Si autem proponitur aliquid, quod non omnibus modis esset color in actu; sic secundùm illam partem non necessariò videretur, &c. Deinde D. S. sub hac explicatione maioris ad propositum subsumit minorem, quæ clara est.

Quid mouere necessariò ad specificationem.

¶ Nota ex hac conclusione in littera duo. Primò quid sit necessariò mouere ad specificationem actus;hoc enim D.S.exponit, cũ dicit in prima parte conclusionis;in id tendit,si aliquid uelit, non enim poterit velle oppositũ;vbi patet,q̃ mouere ad specificationẽ actus necessariò non est facere velle,sed est esse id in quod volũtas si vult,necessariò mouetur sic,q̃ non potest in oppositum eius.

Soluitur Scotus.

¶ Secundum est notandũ,cum dicit; vnde si proponatur (scilicet euidenter cognitum) per intellectum; non enim sufficit,q̃ aliquid sit vniuersaliter bonum ad hoc,q̃ moueat necessariò volũtatem quo ad specificationem actus;sed oportet, q̃ sit euidenter propositum voluntati sub ratione vniuersalis boni; nam obiectum voluntatis est bonum cognitum;quare sequitur,quòd argumentum Scoti in quarto,dist.49.q.9.& in primo,distin.1.q.4. vbi arguit, q̃ vltimus finis sub ratione particulari. s.Deus deberet in via necessariò mouere, si beatitudo in communi moueret; patet enim,quòd hoc argumentum non est alicuius apparentiæ,quia vltimus finis,& beatitudo in communi est nobis euidenter cognita sub ratione perfecti, & vniuersaliter boni; cum ratio beatitudinis in communi sit ratio perfecti boni, non autem sic Deus est cognitus euidenter a viatoribus, sed solùm in patria; quare hic non mouet necessariò ad specificationem, in patria autem mouet necessariò ad specificationem, immo & ad exercitium; nec sufficit indubietas, quòd aliquid sit perfectum bonũ, sed requiritur euidentia; vnde viator quidem non dubitat, sed tamen non euidenter videt; & per hoc non necessariò appetit, &c. Et hæc notat etiam D.S.de Malo.q.3. artic.3.in corp. Consequenter ibi.

¶ Et quia defectus cuiuscunque boni habet rationem non boni; ideo illud solùm bonum, quod est perfectũ, & cui nihil deficit,est tale bonum, quod uoluntas nõ potest non uelle, quod est beatitudo; alia autem quælibet particularia bona, inquantum deficiunt ab aliquo bono, possunt accipi ut non bona; & secundum hanc considerationem possunt repudiari, uel approbari a uoluntate; quæ potest in idem ferri secundùm diuersas considerationes.

Conclusio tertia.

¶ Subsumit, & infert conclusionem secundam, iuxta secundum intellectum quæsiti magis specialem, & explicatiuam prædictæ, istam; illud solum bonum, quod est perfectum, & cui nihil deficit est, &c. quod est beatitudo; alia autem bona particularia possunt repudiari, vel approbari a voluntate,&c. Probatur, assumendo maiorem ex conclusione præcedenti; voluntas solùm necessariò mouetur ad id,quod vniuersaliter secundùm omnem considerationem est bonũ;sed nõ necessariò in id,quod secundùm aliquã considerationem est non bonum;sed defectus cuiuscunq; boni habet rationem non boni;ergo sequitur conclusio iuxta partes suas. Maior patuit.Minor de se nota,& capitur defectus negatiuè,quia defectus priuatiuus facit malum, sed negatiuus nõ bonum;& quia omnis creatura patitur defectum negatiuum; ideo est secundùm aliquid non bona; & per consequens est non necessariò volita;secus de beatitudine in communi,quæ omnifariam bona est.

¶ Aduerte autem,quòd sub beatitudine comprehenduntur omnia, quæ habent apertam connexionem cum ea, vt est viuere,&c. vt patebit ad tertium, & habetur prima part.q.82.artic.2.

ARGVMENTVM in contrarium est pro secunda parte conclusionis duplicis pro secundo membro distinctionis,quia voluntas vt sic,inquantum est potentia rationalis,est ad oppositа,quę sunt particularia bona, in quibus non continetur vniuersale bonum; cum hoc stat, quòd voluntas vt natura necessariò moueatur ad beatitudinem, & sibi necessariò connexa, licet magis necessariò in beatitudinem, quam in sibi connexa, vt,tactum est artic.primo.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ sufficiens motiuum alicuius potentiæ non est nisi obiectum, quod totaliter habet rationem motiui; si autem in aliquo deficiat, non ex necessitate mouebit, ut dictum est. * In corp.

¶Maior vera, sed non quodcũque obiectum est sufficiens motiuum; sed illud tantùm; in quo ratio obiecti perfectè inuenitur. Minorem concedo; ergo voluntas ex necessitate potest moueri ab obiecto sufficienti, sed non quodcunq; est sufficiens.

¶Ad secundum dicendum, quòd intellectus ex necessitate mouetur a tali obiecto, quod est semper & ex necessitate verum; non autem ab eo, quod potest esse verũ, * In corp. & falsum. s.a contingenti, sicut & de bono dictũ est.* —

¶Minor non est vera vniuersaliter, sed de obiecto, quod continet veritatem necessariam, & euidentem, &c.

¶Ad tertium dicendum, quòd finis vltimus ex necessitate mouet voluntatem, quia est bonum perfectum; & similiter illa, quæ ordinantur ad hunc finem, sine quibus finis haberi non potest, sicut esse & viuere & huiusmodi; alia verò sine quibus finis haberi potest, non ex necessitate vult qui uult qui finem; sicut conclusiones, sine quibus principia possunt esse vera, non ex necessitate credit, qui principia credit. —

¶Ad minorem principalem primò, finem vltimum aliquis ex necessitate vult, ad illam. Finis autem est ratio volendi ea, quæ sunt ad finem. Dico, quòd est ratio necessariò volendi, quæ sunt ad finem habentia necessariam connexionem cum fine, ita quòd sine eis finis haberi non potest. Vltra; & sic videtur verum de iam dictis, sed non de his, sine quibus potest haberi finis; ergo ex necessitate mouetur ab obiecto aliquo, sed non quolibet.

Vtrum voluntas de necessitate moueatur ab appetitu inferiori.

TAD tertium sic proceditur. Videtur, quòd voluntas ex necessitate moueatur a passione appetitus inferioris, dicit enim Apostolus Roman. 5. Non enim quod volo bonum hoc ago; sed quod odi malum illud facio, quod dicitur propter concupiscentiam, quæ est passio quædam; ergo voluntas ex necessitate mouetur a passione. Rom. 5.

*Arist. c. 4. ¶ 2 Præterea. Sicut dicitur in tertio Ethicorum. * Qualis vnusquisque est talis finis videtur ei; sed non est in potestate voluntatis, quod statim passionem abiiciat; ergo nõ est in potestate voluntatis, quòd non velit illud ad quod passio se inclinat.

¶ 3 Præterea. Causa uniuersalis non applicatur ad effectum particularem, nisi mediante causa particulari; vnde & ratio uniuersalis non mouet nisi mediante * Aristot. tex. 59. æstimatione particulari, ut dicitur in tertio de Anima; * sed sicut se habet ratio uniuersalis ad æstimationem particularem; ita se habet uoluntas ad appetitum sensitiuum; ergo ad aliquod particulare uolendum non mouetur uoluntas, nisi mediante appetitu sensitiuo; ergo si appetitus sensitiuus sit per aliquam passionem ad aliquid dispositus, uoluntas non poterit in contrarium moueri.

Genes. 4. ¶Sed contra est, quod dicitur Genes. 4. Subter te erit appetitus tuus; & tu dominaberis illius; non ergo uoluntas hominis ex necessitate mouetur ab appetitu inferiori.

¶Hic D.S. inquirit, quomodo voluntas moueatur a passione appetitus sensitiui; & quia corpora cœlestia non mouent nisi mediante appetitu sensitiuo; ideo habita determinatione huius quæstionis; habetur etiam, quomodo corpora cœlestia moueant. Quare D.S. in hac quæstione non quærit specialiter de modo motionis corporum cœlestium.

*q. 9. art. 2. ¶Respondeo dicẽdum, quòd sicut supra dictum est, * passio appetitus sensitiui mouet uoluntatem ex ea parte, qua uoluntas mouetur ab obiecto, inquantum s. homo aliqualiter dispositus per passionem iudicat aliquid esse conueniens, & bonum, quod extra passionem existens non iudicaret; huiusmodi autem immutatio hominis per passionem duobus modis contingit; uno modo sic, quòd totaliter ratio ligatur, ita quod homo usum rationis non habet; sicut contingit in his, qui propter uehementem iram, uel concupiscentiam, furiosi, uel amentes fiunt, sicut & propter aliquam aliam perturbationem corporalem; huiusmodi enim passiones non sine corporali transmutatione accidunt.

¶D.S. primò præmittit conclusionem præambularem distinctiuam; secundò cõformiter distinctè respondet ibi. Et de talibus, &c. Conclusio præambularis est, homo potest dupliciter a passione moueri; vno modo sic, ꝙ passio absorbeat omnino iudiciũ rationis; aliquando autẽ non totaliter absorbetur. Probatur, passio mouet voluntatem quo ad specificationem actus, inquantum homo aliqualiter dispositus & immutatus per passionẽ, iudicat cõueniẽs, quod extra passionem nõ iudicaret; sed huiusmodi immutatio hominis per passionem dupliciter contingit; ergo conclusio vera, ꝙ etiam homo dupliciter moueatur; & explicat D.S. primum membrum, sicut contingit in his, qui propter vehementem iram, &c. secundam partem postea explicat.

¶Aduerte autẽ, ꝙ notanter dicitur, ꝙ homo dupliciter moueat a passione, & non dicitur, ꝙ voluntas dupliciter moueatur; quia quãdo ratio est absorpta a passione potest quidem moueri homo, sed non voluntas, quia ipsa non mouetur nisi præuio iudicio rationis, homo autẽ potest etiam moueri ex imaginatione, & appetitu sensitiuo sicut aliæ bestiæ, vt patebit. Deinde cum dicit.

¶Et de talibus eadem est ratio, sicut & de animalibus brutis, quæ ex necessitate sequuntur impetum passionis; in his enim non est aliquis rationis motus; & per consequens nec uoluntatis.

¶Rñdet iuxta prædictam conclusionem distinctiuã duplici cõclusione; secundam ibi. Aliquando autem, &c. prima est Homines in quibus ratio totaliter ligatur per passionem, necessariò mouentur a passione. s. quo ad specificationem, probatur. Animalia bruta necessariò sequũtur impetum passionis, sed de talibus hominibus eadem est ratio, sicut & de animalibus brutis; ergo conclusio vera. Maior nota, quia ad apprehensum obiectum mouentur necessariò, quia non possunt in oppositum moueri. Minor patet, quia in his nõ est aliquis rationis motus, & per consequens nec voluntatis; ex quo sequitur, ꝙ homines similes bestijs mouentur ex sola phantasia, vel imaginatione cõcitata per passionẽ, sicut & bestię, &c. patet ex hac cõclusione ad quæsitũ, ꝙ hõ potest necessariò moueri a passione appetitus sensitiui quo ad specificationẽ actus, sic ꝙ velit determinatè illud ad quod afficit passio, & non oppositum eius, quando nõ agit modo humano, sed bestiali. Deinde ibi

¶ Aliquando autẽ ratio nõ totaliter absorbetur a passione, sed remanet quantũ ad aliquid iudicium rationis liberũ, sed fm hoc remanet aliquid de motu uoluntatis, Inquantũ ergo ratio manet libera, & passioni non subiecta, in tantum uoluntatis motus, qui manet, nõ ex necessitate tendit ad hoc, ad quod passio inclinat; & sic aut motus uoluntatis non est in homine, sed sola passio dominatur, aut si motus uoluntatis sit, non ex necessitate Deci sequitur passionem.

¶Subiungit secundam conclusionem, explicando prius secundam partem conclusionis præambularis ad propositum huius secundæ conclusionis. s. ꝙ aliquando ratio. i. vsus rationis non totaliter absorbetur, sed manet iudicium aliqualiter liberum. i. quo ad aliqua particularia bona, & manet per consequens etiam motus voluntatis. Conclusio correspondens. Si motus voluntatis sit, non ex necessitate sequitur passionem; & habetur ex hoc responsio formalis, ꝙ non necessariò mouetur a passione appetitus sensitiui. Probatur conclusio. Ratio manet libera, & passioni nõ subiectas; ergo motus voluntatis qui manet, non ex necessitate tendit ad hoc, ad quod passio inclinat; antecedens patet ex hypothesi, quia supponitur est rationem manere liberam. Tenet consequentia ex dictis in principio articuli, quia passio nõ mouet nisi inquantum mutando hoiem trahit ad iudicandũ bonum id ad quod afficit; si ergo ratio manet libera. s. libertate contradictionis potens approbare, vel refutare, etiam voluntas potest velle, & non velle.

¶Et est fundamẽtum, quia voluntas semper sequitur iudicium rationis, licet non semper rationis rectæ; si ergo iudicium est liberum, ergo & voluntas. Vnde vbi iudicium practicum non est liberum, sed determinatum, sicut respectu vltimi finis; ibi, nec voluntas est libera.

¶Aduerte hic ex hac probatione, quia mens D.S. est, quòd prima radix libertatis formaliter in voluntate existẽtis est ipsa indifferentia, & indeterminatio rationis, quam indifferentiam. D.S. hic vocat libertatem rationis. Et de hoc prima par. q. 83. artic. 1. Scotus autem in primo, distinct. 38. ponit libertatem primò quærendam in voluntate, quod posset admitti, quòd primò est in voluntate formaliter. Sed inquantum ipse negaret libertatem a ratione radicaliter, negatur dictum suum, immo & ante omnem actum voluntatis necessariò præcedit in ratione indifferentia iudicij practici in contingentibus operabilibus, quod fundat libertatem voluntatis: de hoc prima parte Deo duce.

ARGVMENTVM in contrarium probat secundã conclusionem,

clusionem, quia appetitus sensitiuus est sub potestate rationis, qua non absorpta, voluntas non necessariò mouetur.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd etsi voluntas nõ possit facere, quin motus concupiscentiæ insurgat, de quo Apostolus dicit. Quod odi malum illud facio, id est concupisco; tamen potest voluntas non velle concupiscere, aut concupiscentiæ non consentire; & sic non ex necessitate sequitur concupiscentiæ motum.

¶Ad auctoritatem, sed quod odi malum facio, id est concupisco per sensualitatem, per motum præuenientem imperium rationis. Sed negatur consequentia, quia & si insurgat aliqua concupiscẽtia in sensualitate, voluntas tamen potest illam reprimere, & ipsi non necessariò consentit, &c.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd cum in homine duæ sunt naturæ, intellectualis scilicet, & sensitiua: quandoq; quidem est homo aliqualis vniformiter secundùm totam animam, quia scilicet vel pars sensitiua totaliter subijcitur rationi, sicut contingit in virtuosis, vel econuerso, ratio totaliter absorbetur a passione, sicut accidit in amentibus; sed aliquando, & si ratio obnubiletur a passione, remanet tamen aliquid rationis liberum, & secundum hoc potest aliquis, vel totaliter passionem repellere, vel saltem se tenere ne passionem sequatur; in tali enim dispositione, quia homo secundùm diuersas partes animæ diuersimodè disponitur, aliud ei videtur secundùm rationem, & aliud secundùm passionem.

¶Ad maiorem, qualis vnusquisq; est secundùm rationem, talis finis videtur ei, & qualis est secundùm sensualitatem, talis videtur ei secundùm sensum; sed addo, quòd potest aliquid videri secundùm sensum, quod non videtur secundùm rationem, & potest homo esse aliqualis secundùm vnam naturam, & non secundùm aliam.

¶Ad minorem, vera est, quando passio dominatur, & absorbet rationem, sed non vniuersaliter. Et esto, quòd non possit eam statim abijcere, potest tamen se cohibere per rationem, ne consentiat. Vnde negatur consequentia. De illis duabus solutionibus habet etiam D.S. aliquid, prima par. quæst. 83. artic. 1. &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd voluntas non solùm mouetur a bono vniuersali apprehenso per rationem, sed etiam a bono apprehenso per sensum; & ideo potest moueri ad aliquod particulare bonum absq; passione appetitus sensitiui; multa enim volumus, & operamur absq; passione per solam appetitus electionem, vt patet in his, in quibus ratio remittitur passioni.

¶Maior vera, potissimè de causa vniuersali naturali, & creata, &c. Vnde & talis, &c. Verùm, non mouet nisi mediante æstimatione particulari, tamen potest mouere sine passione. Vltra; sed sicut, &c. Negatur ista, non est simile, quia ratio vniuersalis non mouet ad opus, nisi mediante apprehensione particulari. Voluntas autem potest appetere, & mouere, & velle sine aliqua passione, immo contra appetitum sensitiuum, scilicet per solam liberam electionem, sicut patet in his, qui eligunt contrarium eius, ad quod afficitur sensualitas. Negatur etiam ista; ergo aliquod particulare, quia sufficit apprehensio particularis per sensum. Vide infra quæst. 22. artic. 3.

Vtrum voluntas de necessitate moueatur ab exteriori motiuo, quod est Deus.

VAD quartum sic proceditur. Videtur, quòd voluntas ex necessitate moueatur a Deo; omne enim agẽs cui resisti non potest, ex necessitate mouet; sed Deo, (cum sit infinitæ virtutis) resisti non potest, vt dicitur Roman. 9. Voluntati eius quis resistit; ergo dominus ex necessitate mouet voluntatem. Rom. 9.

¶ 2 Præterea. Voluntas ex necessitate mouetur in illa, quæ naturaliter uult, ut dictum est, * sed hoc est unicuique rei naturale, quòd Deus in eo operatur, vt Augustinus dicit vigesimoquinto contra Faustum: * ergo uoluntas ex necessitate uult omne illud, ad quod a Deo mouetur. * Art. 1. huius quæst. * Aug. c 3.

¶ 3 Præterea. Possibile est, quo posito non sequitur impossibile; sequitur autem impossibile, si ponatur, quòd uoluntas non uelit hoc, ad quod Deus eam mouet, quia secundùm hoc operatio Dei esset inefficax; non ergo est possibile uoluntatẽ non uelle hoc, ad quod Deus eam mouet; ergo necesse est eam hoc uelle.

¶ Sed contra est, quod dicitur Ecclesiast. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui; non ergo ex necessitate mouet uoluntatem eius. Eccles. 15.

¶Hic ostendit quomodo voluntas moueatur a Deo. Aduerte pro intellectu quæsiti, quòd non capitur hic necessarium pro necessitate coactionis; patuit enim. supra, quòd voluntas cogi non potest; sed capitur necessarium, vt opponitur libero. Et est sensus, an Deus moueat voluntatem vniuersaliter determinando ad vnum sic, quòd non possit in oppositum. Et videtur quæsitum intelligendum de motione ad specificationem; sic enim procedunt dicta in corpore, & argumenta, an scilicet Deus determinet voluntatem ad obiectum volendum determinatè & necessariò, ad quod a Deo mouetur; similiter necessarium capitur pro necessariò absolutè, vt patet ad tertium.

¶Nota secundò pro quęsito, & fundamento dicendorum, quòd Deus voluntatem hominis dupliciter mouet, vt patebit infra in materia de gratia; vno modo motione speciali præueniente voluntatem ipsius voluntatis, sicut cum mouet aliquos ad gratiam; alio modo mouet voluntatem motione generali cooperatiua ipsi voluntati, cum qua voluntas actiuè concurrit ad actum suum; & hæc motio est necessaria in omni actu voluntatis. Et quamuis dicenda possint verificari etiam de motione prima speciali, & præueniente, quia nec sic mouet viatores absolutè necessariò ad bonum, nec sic quin liberè concurrant, & ex parte eorum contingenter, & maximè quando non mouentur efficaciter, vt potest haberi ex D. S. in de Veritate. Materia 22. quæst. 8. quia ad motionem Dei possunt acquiescere, vel non. Tamen hic videtur D.S. intelligendus de motione cooperatiua Dei. Vnde sensus est, an Deus cooperando voluntati ad actum respectu obiecti, determinet ipsum ad vnum sic, quòd non possit oppositum velle, Deus enim cooperatur, & ad exercitium, & ad specificationem actus, etiam respectu aliorum obiectorum a se, quantum ad omne, quod est entitatis. Duplex motio Dei. Sensus quæsiti.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut Dionysius dicit in quarto capit. de Diuino nomine; * ad prouidentiam Diuinam non pertinet naturam rerum corrumpere, sed seruare; vnde omnia mouet secundùm eorum conditionem, ita quòd ex causis necessarijs per motionem Diuinam sequuntur effectus ex necessitate, ex causis autem contingentibus sequuntur effectus contingẽter; quia igitur uoluntas est actiuum principium non determinatum ad unum, sed indifferenter se habens ad multa, sic Deus ipsam mouet, quòd non ex necessitate ad unum determinat, sed remanet motus eius contingens, & non necessarius, nisi in his, ad quæ naturaliter mouetur. * Dionys. cap. 4.

¶D.S respondet tali conclusione. Deus mouet voluntatem, sic quòd non ex necessitate ad vnum determinat, sed remanet, &c, vt in fine litteræ, per totum. Nota exceptionem nisi in his, ad quæ naturaliter mouetur; vnde intellectus conclusionis est, quòd Deus non ad omnia mouet necessariò, quia non ad ea, ad quæ non naturaliter mouetur, sed mouet eam necessariò ad naturaliter volita. Probatur conclusio. Deus omnia mouet secundùm eorum conditionem, ita quòd, &c. vt in littera: sed voluntas est principium actiuum, non determinatum ad vnum, sed indifferenter se habens ad multa. s. in particularibus bonis, & voluntas vt voluntas; igitur sequitur conclusio. Maior probatur auctoritate ex dicto Dion. quia ad Diuinam prouidentiam non pertinet naturã rerum corrumpere, sed seruare, quare vnamquamq; mouet secundùm conditionem suam, &c. Minor relinquitur nota, intelligendo eam, vt tactum est de voluntate vt voluntas, vel liberum arbitrium est, licet vt natura se habeat ad vnum, & sic etiam ad vnum mouetur. Conclusio responsiua.

¶Aduerte circa ista, quòd quia Dei motio (cooperatiua præsertim) modificatur in vnoquoque, & respectu vniuscuiusq; secundùm modum suum; ideo vnumquodq; vitur illa cooperatione secundùm suum modum; sic enim omnia suauiter disponuntur. Et quia modus voluntatis respectu particularium bonorum, immo & operationum suarum est liberè velle, & liberè velle id, vel aliud libertate contradictionis; ideo voluntas cum Diuina motione concurrit prout vult, & liberè. Et hoc vult ista probatio. Vnde dicimus contra Scotum in primo, distinct. 2. quæst. 2. & alibi pro Aristotele, quem immeritò reprehẽdit, quòd etiam si Deus ageret ex necessitate naturæ, nihilominus saluaretur contingentia in Contra Scotum pro Arist. quem Scotus negat.

tia in rebus propter rationem iam dictam, quia quantumcunque Deus ex parte sui necessariò ageret, tamen sua actio cooperatiua modificaretur secundùm naturam, & modum causæ secundæ; sicut & de facto videmus influentiam cœli indefectiuam, propter istorum inferiorum defectum dispositionem non pertingere ad suum effectum, quia præter mouere primæ causæ, oportet & concurrere mouere secundæ causæ, si debeat sequi effectus, &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem, quia derelictus est homo in manu consilij sui, vt eam extendat ad quodcunq; voluerit; & ita non est determinatus ad vnũ, sed habet se in libertate contradictionis.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd voluntas Diuina non solùm se extendit, vt aliquid fiat per rem quam mouet; sed vt etiam eo modo fiat, quo congruit naturæ ipsius; & ideo magis repugnatet Diuinæ motioni, si voluntas ex necessitate moueretur, quod suæ naturæ non competit, quàm si moueretur liberè, prout competit suæ naturę.

¶Maior negatur, quia agens, cui resisti non potest, mouet secundùm conditionem rei; & in hoc ipso sibi non resistitur, quin sequatur motus secundum modum suæ motionis. Vnde voluntas non resistit Deo, quia mouetur sicut Deus eam vult moueri. Et repugnat Diuinæ motioni, quod moueretur ad omnia necessariò, quare concessa minore, negatur consequentia.

¶Ad secundum dicendum, quòd naturale est vnicuique, quod Deus operatur in ipso, vt sit ei naturale; sic enim vnicuiq; conuenit aliquid, secundùm quòd Deus vult, quòd ei conueniat; nõ autem vult, quòd quicquid operatur in rebus, sit eis naturale, puta quòd mortui resurgant; sed hoc vult vnicuiq; esse naturale, quòd potestati Diuinæ subdatur.

¶Maior conceditur, quia idem est naturaliter moueri, & necessariò; vnde necessarium capitur pro determinato. Minor negatur, quia non vnumquodque, quod Deus operatur præsertim actione præueniente, & miraculosa, quandoq; est naturale; sed quod Deus operatur, vt sit naturale, hoc est naturale ei. Dico autem, quòd Deus non operatur in voluntate naturalitatem respectu omnium, sed mouet cooperatiuè, vt voluntas liberè concurrat; & hoc est naturale voluntati liberè moueri ad aliqua; quare negatur consequentia; sed debet inferri, ergo naturale est voluntati, vt moueatur a Deo, & subsit eius potestati, qui (vt dictum est) operatur secundùm naturas rerum. Et si minor benè subsumeretur, esset falsa, scilicet quòd Deus mouet voluntatem naturaliter, idest determinatè ad vnum; sed naturale est voluntati moueri a Deo secundum modum suum, scilicet liberè.

¶Ad tertium dicendum, quòd si Deus mouet voluntatem ad aliquid, impossibile est huic positioni, quòd voluntas ad illud non moueatur, non tamen est impossibile simpliciter; vnde non sequitur, quòd voluntas a Deo ex necessitate moueatur.

¶Ad minorem, sequitur impossibile non absolutum, sed ex conditione ad illam. Non est ergo possibile, verum ex suppositione; supposito scilicet, quòd Deus velit voluntatem ad hoc mouere efficaciter, sed est possibile absolutè, quia potest Deus eam non mouere, & mouendo mouet eam ex parte voluntatis liberæ, tamen infallibiliter. Vide prima par. quæst. 19. &c.

Quæstio Vndecima.

De Fruitione.

X DEinde considerandum est de fruitione. Et circa hoc quæruntur quattuor. Primò, vtrum frui sit actus appetitiuæ potentiæ. Secundò, vtrum soli rationali creaturæ conueniat, an etiam animalibus brutis. Tertiò, vtrum fruitio sit tantùm vltimi finis. Quartò, vtrum sit solùm finis habiti.

¶Postquam actum est de actu voluntatis circa finem, qui dicitur velle; hic consequenter agitur de actu, qui dicitur frui. Et patet ratio ordinis: nam velle respicit finem, & bonum absolutè, & est finis, & aliquo modo eius quod est ad finem. Frui autem est finis vltimi tantùm, quare contractius est ex parte obiecti, &c. Facit autem D. S. circa hoc duo. Primò agit de ipso in comparatione ad subiectum, ostendendo cuius potentiæ sit actus. Secundò per comparationem ad obiectum, ostendendo quid sit obiectum eius; in artic. 3. Primò facit quod dictum est. Secundò determinat dubium, artic. 2.

Vtrum frui sit actus appetitiuæ potentiæ.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd frui non sit solùm appetitiuæ potentiæ. Frui enim nihil aliud esse videtur, quàm fructum capere, sed fructum humanæ vitæ, quæ est beatitudo, accipit intellectus, in cuius actu beatitudo consistit, vt supra ostensum est; * ergo frui non est appetitiuæ potentiæ, sed intellectus. Infra eod. dist. ex. artic.

¶ 2 Præterea. Quælibet potentia habet proprium finem, qui est perfectio eius, sicut visus finis est cognoscere visibile, auditus percipere sonos, & cætera; sed finis rei est fructus eius; ergo frui est potentiæ cuiuslibet & non solùm appetitiuæ.

¶ 3 Præterea. Fruitio delectationem quandam importat, sed delectatio sensibilis pertinet ad sensum, qui delectatur in suo obiecto; & eadem ratione delectatio intellectualis ad intellectum; ergo fruitio pertinet ad apprehensiuam potentiam, & non ad appetitiuam.

¶Sed contra est, quod Augustinus dicit in primo de doctrina Christi, * & in decimo de Trinitate. * Frui est amore inhærere alicui rei propter seipsam; sed amor pertinet ad appetitiuam potentiam; ergo & frui est actus appetitiuæ potentiæ. * 1. de doctr. Christ. c. 4. * 10. de Trin. c. 11.

Hic D. S. primò inquirit cuius potentiæ sit frui.

¶Respondeo dicendum, quòd fruitio, & fructus ad idem pertinere videntur, & vnum ex altero deriuari; quantum autem ad hoc nihil ad propositum refert nisi quòd hoc probabile videtur, quòd id quod magis est manifestum, prius etiam fuerit nominatum; sunt autem nobis primò manifesta, quæ sunt sensibilia magis; vnde a sensibilibus fructibus nomen fruitionis deriuatum videtur.

¶D. S. primò præmittit quoddam notabile, & præambulum necessarium ad responsionem. Secundò deducit & conclusionem responsiuam. ibi, Fructus autem, &c. Notabile autem continet vnũ, & eius explicationẽ, quia videlicet Fructus & fruitio ad idem pertinere videtur, quia scilicet fruitio est ipsius fructus, & vnum videtur ex alio deriuari. Secundò dicit D. S. ꝙ ad propositum nõ multum refert quid ex alio deriuetur; tamẽ probabile videtur, ꝙ a sensibilibus fructibus nomen fruitionis deriuatum sit. Et probat hoc, quia quod est magis manifestũ, prius fuit nominatum, & sic aliud ab ipso deriuatur; sed sensibilia sunt magis nota; ergo ex fructibus sensibilibus venit nomen fruitionis; & per hoc habetur, quòd nomen fruitionis sumitur a fructu sensibili; & per consequens ex significatione fructus sensibilis videndum est quid significet fruitio non solùm sensibilis, sed in communi, quia ex sensibilibus primò notis manuducimur ad intellectum spiritualium. Et ex hoc notabili habetur fundamentum pro ratione sequenti præsertim pro minore. Consequenter cum dicit.

¶Fructus autem sensibilis est id quod vltimum ex arbore expectatur, & cum quadam suauitate percipitur; vnde fruitio pertinere videtur ad amorem, vel delectationem, quam aliquis habet de vltimo expectato, quod est finis; finis autem, & bonum est obiectum appetitiuæ potentiæ; vnde manifestum est, quòd fruitio est actus appetitiuæ potentiæ.

¶Deducit conclusionem responsiuam talem. Fruitio est actus appetitiuæ potentiæ. Probatur. Finis & bonum est obiectum appetitiuæ potentiæ; sed fruitio pertinet ad amorem, vel delectationem habitam de vltimo fine, ergo fruitio pertinet ad appetitiuam potentiam, & est actus eius. Maior nota. Minor probatur. Fructus sensibilis est id, quod vltimum ex arbore expectatur; & cum quadam suauitate percipitur, sed nomen fruitionis deriuatum videtur a sensibilibus fructibus; ergo fruitio est suauitas quædam, quæ est amor, vel delectatio de vltimo expectato, quod est finis in proposito. Maior proxima patet ad sensum. Minor declarata fuit in notabili præambulari.

Nota hic primò circa conclusionem, quia Doct. S. dicit, quòd fruitio sit actus: nam Scotus in primo, dist. 1. quæst. 3. & in quarto, distinct. 49. quæst. 7. ex hoc, quòd aliquæ auctoritates videntur sonare, quòd fruitio sit actus, ipse infert, quòd fruitio non sit delectatio. Et ratio consequentiæ stat in hoc, quia secundùm eum ipsum delectatio, & tristitia a toto genere habent rationem passionis, quandoq; quidem sensitiui appetitus, quandoq; intellectiui. D. autem S. infra quæst. 22 artic. 3. non habet illum modum dicendi, sed nominat delectationem voluntatis simplicem actum voluntatis; quare benè stat, quòd fruitio sit actus, & tamen idem delectationi. Est autem modus dicendi D. S. in beato Augustino fundatus, vt ibidem patet. Frui. Scotus.

¶Nota secundò circa minorem principalem, quòd D. S. loquitur sub disiunctione, scilicet quòd fruitio pertineat ad amorem, vel delectationem; & hoc forsan factum est propter diuersas sanctorum auctoritates, præsertim beatus Augustini; sicut & Scotus, vbi iam, fatetur difficile esse probare, quòd sit proprium huius vocabuli significatum. Ipse enim magis ad hoc declinat, quòd frui (ordinatum saltem) identificetur cum amore Dei beniuolentiæ; innitens quibusdam auctoritatibus beati Augustini. Alijs autem videtur, vt patet apud Alphonsum in primo, dist. 1. artic. 2. quòd fruitio essentialiter includat & coniunctim actum delectationis, & dilectionis. Et probat multipliciter, quòd non possit identificari cum dilectione sola, sed secundùm eum est quoddam constitutum, vel aggregatum ex eis, licet principalius consistat in actu delectationis, quàm in actu dilectionis. Vide ibidem in conclusionibus tertia, & quarta. Quæ autem fuerit finalis mens D. S. vide apud Capreolum in primo, distinctio. prima, quæstione prima. in solutionibus contra tertiam conclusionem. Quia ex multis auctoritatibus, & passibus ostendit D. S. ipsum sensisse cathegoricè, quia identificetur cum delectatione, præsupponit autem amorem, sic quòd in illa auctoritate famosa beati Augustini fit prædicatio causalis, scilicet frui est amore inhærere. Non enim dicit, quòd frui sit amare, sed amore inhærere, per quod dat intelligere, quòd fruitio est inhæsio, & quies consequens amorem, sicut effectus causam suam. Nec tamen iuxta illum modum dicendi sunt idem conuertibiliter fruitio, & delectatio; sed delectatio communior est, & fruitio est delectatio quietatiua tantùm: multi enim delectantur in his, de quibus resilire intendunt, nec ibi sistere, nec quietari, nec in affectu. Et quia hæc disputatio de nomine est, ideo in hac re non est contendendum iuxta doctrinam beati Augustini. 5. de Trinit. cap. 7. quia cum res constat, non est vis facienda in nominibus. Alphõsus. Capreolus.

¶Aduerte tertiò, circa eandem minorem, quòd fruitio est de vltimo expectato, non quidem ad possidendum, vt Scotus bene dicit; sed ad degustandum, & percipiendum cum suauitate; sed non oportet, quòd fruitio sit id, quo primò attingitur illud expectatum. Sed est quietatio appetitus consecutionem expectati consequens, vt habetur apud D. S. in primo, distinctione prima, quæstione prima, articulo primo in corpore, & hic ad primum, vbi vide de hac materia. Scotus quidem conclusionem huius articuli supponit veram vbi iam; sed solùm disputat qualis actus appetitus sit. Scotus.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua; illa tamen auctoritas habet varias expositiones. Aliqui enim exponunt formaliter identicè, alij causaliter, vt tactum est; alij quòd fruitio deffiniatur solùm partialiter; alij dicunt, ꝙ Augustinus hic loquitur de fruitione, vt conditinguitur vsui; sed D. S. hic loquitur de fruitione, prout secundùm deriuationem videtur descendere a fructu, &c.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd nihil prohibet vnum & idem secundùm diuersas rationes, ad diuersas potentias pertinere; ipsa igitur visio Dei, inquantum est visio, est actus intellectus; inquantum autem est bonum & finis, est voluntatis obiectum; & hoc modo est eius fruitio; d & finem hunc intellectus consequitur tanquam potentia agens; voluntas autem tanquam potentia mouens ad finem, & fruens fine iam adepto. Dub. 56.

¶Ad maiorem, si intelligitur, quòd frui sit capere fructum subiectiuè, sicut potentia agens recipit in se actum præsertim immanentem; sic negatur maior, & conceditur minor, quia intellectus capit fructum summum in se, scilicet beatitudinem, sicut principium actus immanentis. Si autem intelligitur maior de capere obiectiuè in ratione boni delectantis, sic quòd capiatur in ratione fructus, tanquam scilicet obiectum fruibile aliquo modo; sic conceditur maior, & minor negatur, quia sic non capit fructum formaliter, nisi potentia quæ habet bonum pro obiecto, hoc autem est appetitus, non intellectus. Quare esto intellectus recipiat in se fructum, scilicet visionem, vt actum respectu veri; non tamen respicit actum sub ratione boni delectantis, sed voluntas. Quare negetur consequentia. Patet ex hac solutione, quòd non oportet fruitionem esse illius potentiæ, quæ apprehendit in se fructum subiectiuè, sicut principium eius; sed est potentiæ, quæ respicit fructum in ratione obiecti, quod est appetitus.

¶Ad secundum dicendum, quòd perfectio, & finis cuiuslibet alterius potentiæ continetur sub obiecto appetitiuæ, sicut proprium sub communi, vt dictum est supra: * vnde perfectio, & finis cuiuslibet potentiæ, inquantum est quoddam bonum, pertinet ad appetitiuam, propter quod appetitiua potentia mouet alias ad suos fines; & ipsa consequitur finem, quando quælibet aliarum pertingit ad finem. * 9. ar. 1. in corp.

¶Ad maiorem, vera est, ad hunc sensum, quòd est proprius finis illius potentiæ, est tamen etiam finis cuiuscunq; potentiæ alterius, etiam appetitiuæ intellectiuè finis, licet inadæquatus; Sicut cognoscere verum est proprius finis intellectus adæquatus, & est etiam finis voluntatis, sed inadæquatus, quia ipsa respicit omnia bona hominis, & non solùm vnius potentiæ. Et hoc intelligitur de voluntate vt voluntas est, non vt natura, sed vt est appetitus hominis.

¶ Secundò dico ad maiorem, quòd quælibet potentia habet proprium finem, eius tamen non est mouere ad illum; sed solius appetitiuæ, quę etiam in fine habito quiescit. Vnde quælibet potentia consequitur finem, sicut agens ipsum; sed non, sicut delectata in ipso delectatione, quæ est actus elicitus & animalis, qualis est fruitio.

¶Ad minorem, finis præsertim vltimus est fructus, &c. Negatur consequentia, sed deberet inferri: ergo res, vel actus qua, vel quo voluntas fruitur; potest esse alterius potentiæ, quàm voluntatis, & hoc est verum.

¶Ad tertium dicendum, quòd in delectatione duo sunt, scilicet perceptio conuenientis, quæ pertinet ad apprehensiuam potentiam, & complacentia eius, quod offertur vt conueniens; & hoc pertinet ad appetitiuam potentiam, in quo ratio delectationis completur.

¶Maior conceditur. Vnde D. S. & videtur eam concedere. Ad minorem dico, quòd duplex est delectatio; vna naturalis largè accipiendo delectationem, vt patet apud D. S. in de Veritate, Materia vigesimasecunda, quæstione prima, ad vltimum. scilicet etiam pro habituali inclinatione, & connaturalitate ad aliquid; & illa est non solùm sensus respectu obiecti sui; sed etiam cuuslibet potentiæ respectu obiecti sui; & videtur parum, vel nihil differre ab appetitu naturali. Et talis delectatio, si tamen delectatio dici debeat, non dicitur fruitio. Sed alia est delectatio propriè dicta, quæ est actus elicitus, quæ est appetitus animalis. Et de ista loquendo distinxit D. S. minorem, quia talis pertinet ad sensum, ideſt potentiam sensitiuam; antecedenter, ideſt aliquid præambulum ad fruitionem, quod est cognitio, pertinet ad cognitiuam; sed negatur, quòd ipsa fruitio in se pertineat. Quare negatur consequentia. De materia istius solutionis, inquantum distinguit appetitum naturalem, & animalem, & per consequens delectationem, infra quæst. 26.

Vtrum frui soli rationali creaturæ conueniat, an etiam animalibus brutis.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd frui solummodo sit hominum; dicit enim Augustinus in primo de doctrina Christ. * quòd nos homines sumus, qui fruimur, & vtimur: non ergo alia animalia frui possunt. Y Infra ar. 5. ad secũd. Et 1. dist. 1. q. 4. art. 1. * Aug. c. 3. & 22.

¶ 2 Præterea. Frui est vltimus finis; sed ad vltimum finem non possunt pertingere bruta animalia: ergo eorum non est frui.

¶ 3 Præterea. Sicut appetitus sensitiuus est sub intellectiuo; ita appetitus naturalis est sub sensitiuo; si igitur frui pertinet ad appetitum sensitiuum; videtur, quòd pari ratione possit ad naturalem pertinere, quod patet esse falsum, quia eius non est delectari; ergo appetitus sensitiui non est frui; & ita non conuenit brutis animalibus.

¶ Sed contra est, quod Aug. dicit in lib. 83. Quæst. * Frui quidem cibo, & qualibet corporali uoluptate non absurdè estimantur & bestiæ. *Quæst. 30.

¶ Hic D. S. determinat quoddam dubium, an solius hominis sit frui. Et est hic articulus quasi etiam determinatio præcedentis, quia dictum est, quòd frui sit potentiæ appetitiuæ, hic inquirit cuius appetitiuæ, an solius rationalis appetitus, & capitur homo extensè pro omni natura rationali, quod patet in fine articuli, & in titulo quæsiti.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut ex prædictis habetur, * frui non est actus potentiæ peruenientis ad finem, sicut exequentis; sed potentiæ imperantis executionem; dictum est enim, * quòd est appetitiuæ potentiæ. *Artic. 1. in solu. ad secundum. * Art. præced. ad 1. & in corp.

tiæ. In rebus autem cognitione carentibus inuenitur quidem potentia pertingens ad finem per modum exequentis, sicut graue tendit deorsum,& leue sursum. Sed potentia ad quam pertinet finis per modum imperantis
Dub.324. non[d] inuenitur in eis; sed in aliqua superiori natura, quæ sic mouet totam naturam per imperium, sicut in habentibus cognitionem appetitus mouet alias potentias ad suos actus. Vnde manifestum est, quòd in his, quæ cognitione carent, quamuis pertingant ad finem, non inuenitur fruitio finis; sed solùm in his, quæ cognitionem habent.

¶Et quia extendendo hominem ad naturam rationalem præter ipsum non sunt, nisi purè naturalia, & bestiæ; ideo D.S.primò respondet de puris naturalibus cognitione carentibus,an frui eis conueniat. Secundò de bestijs, an etiam eis conueniat. ibi, Sed cognitio, &c. Ex quibus habetur responsio ad quæsitum, an frui, solùm homini conueniat. Primum complet tali conclusione, In his, quæ cognitione carent, quamuis pertingant ad finem, non inuenitur fruitio finis; sed solùm in his, quæ cognitionem habent. Probatur. Frui non est potentiæ peruenientis ad finem, sicut exequentis, sed potentiæ imperantis executionem; sed in rebus cognitione carentibus, &c. vt in littera. Maior patuit articulo primo ad secundum. quia est potentiæ appetitiuæ,quæ scilicet est appetitiua animalis, & motiua. Minor declaratur in littera, & patet ex dictis quæst.6. artic.primo. quia huiusmodi naturalia habent in se principium vt moueantur, sed non vt moueant se propter finem; & quia potentia respiciens finem est imperatiua, non exequens; ideo in eis non est imperiũ, & motio ad motum suum. Frui ergo consistit in hoc, quòd potentia mouens ad finem, & bonum consequitur ipsum immediatè per se, vel per potentiam ab ipsa motam. Sed in naturalibus non est potentia mouens ad finem, esto ipsa moueantur propter finem; ideo ipsa non fruuntur fine; sed quasi natura ipsa superior mouens ea ad finem, fruitur fine motionis rerum.

Concordat Scotus. ¶Concordat cum his Scotus supra quæst. 5.in fine, quia enim naturalia non habent actum elicitum respectu finis, nec sibi per consequens inhærent; sed magis a natura infiguntur; ideo nullo modo fruuntur; sed inclinatio eorum naturalis, cum ad finem perueniunt, quietatur absq; fruitione; quies enim in plus est, quàm fruitio, vel delectatio, vt tangetur infra in Materia de delectatione. Et hoc tangitur hic a D.S. cum dicit in secunda parte conclusionis; sed solùm in his, quæ cognitionem habent,quia huiusmodi habent actum elicitum respectu finis habendi, per quem actum se mouent in finem; & in ipso consecuto iterum habent cognitionem, & actum appetitus elicitum, qui est appetitus quietatio actus elicitus. Vide D.S.in primo, dist.1.quæst.5. art.1. Deinde cum dicit.

¶Sed cognitio finis est duplex, perfecta, & imperfecta. Perfecta quidem, qua non solùm cognoscitur id, quod est finis,& bonum; sed ratio vniuersalis finis, & boni; & talis cognitio est solius rationalis naturæ. Imperfecta autem cognitio est, qua cognoscitur particulariter finis, & bonum; & talis cognitio est in brutis animalibus, quorum & virtutes appetitiuæ non sunt imperantes liberè; sed secundùm naturalem instinctum ad ea, quæ apprehendunt, mouentur; vnde rationali naturæ conuenit fruitio secundùm rationem perfectam: brutis autem animalibus secundùm rationem imperfectam; alijs autem creaturis nullo modo.

Conclusio secunda. ¶Hic respondet secundò etiam de brutis animalibus tali conclusione. Rationali naturæ conuenit fruitio secundùm rationem perfectam; brutis autem animalibus secundùm rationem imperfectam; alijs autem nullo modo. Probatur hæc conclusio præsertim quo ad duas partes; tertia enim patuit ex conclusione præcedenti, sic. Fruitio conuenit solùm his, quæ cognitionem habent; sed natura rationalis cognoscit perfectè finem, bruta autem imperfectè; ergo conclusio vera. Maior patuit, & eam probat D.S. vbi iam in primo, ex deffinitione delectationis quam ponit Plato, de qua infra quæstio.31.artic.1. in corpore. Ex quo patet, quòd D. S. ibidem pro eodem habet fruitionem, & delectationem. Pro minore D.S. ponit distinctionem, quòd duplex est cognitio finis; perfecta, qua non solùm cognoscitur id quod est finis & bonum; sed ratio vniuersalis finis & boni; & talis est rationalis naturæ; imperfecta autem,&c. vt in littera.

¶Nota hic primò, quòd sicut supra dictum fuit, cognoscere rationem boni est cognoscere omne bonum, quia ratio boni ad omnia bona se extendit; ita cognoscere rationem finis est cognoscere omnem finem; & per consequens etiam vltimum finem perfectè quietatiuum appetitus ex natura rei, in qua quietatione consistit fruitio; ideo sequitur, quòd fruitio, cum sit vltimi finis veri, vel habiti pro vltimo fine, quòd conueniat perfectè solùm rationali naturæ. Bestia autem cognoscit imperfectè bonũ, quia non vniuersalem rationem boni, sed bonum aliquod particulare sensibile, cuius non est perfecta fruitio; ideo ex cognitione perfecta, vel imperfecta. D.S. congruè probat perfectionem, vel imperfectionem fruitionis.

¶Nota secundò, quia D.S.hic dicit de fine, & bono, quia ratio fruendi ex parte obiecti habens se motiuè, non est respectus importatus nomine finis formaliter; sed motiuum,& terminatiuum ex parte obiecti est bonitas obiecti, ratione cuius conuenit fini finalizare, vt patebit prima parte, quæstione quinta. Ideo enim aliquid est gratia cuius aliquid appetitur, quia bonum; vnde finis, & fruibile capta pro respectibus non sunt ratio per quam ex parte appetibilis, licet possunt esse ratio ex parte appetẽtis,& sub. qua, sicut in similid effendit Capreolus in tertio,di.27.circa secundam conclusionem contra Scotum. Et ergo dicit D.S. quòd rationalis natura apprehendit perfectè rationem finis,& boni,quasi diceret. Ad hoc, quòd sit perfecta fruitio, oportet quòd appetitus quiescat præuia cognitione in bono vltimo, quod est, vel habetur tanquam maximum bonum in aliud non referibile, & quod habetur tanquam id gratia cuius omnia appetuntur; & sic habet rationem fruibilis, quæ ratio importat iam dicta, vel præsupponit.

¶Nota etiam,quòd dicit conclusio,quòd rationali naturæ conueniat fruitio perfecta, & non dicit creaturæ propter Deum, cui maximè conuenit fruitio suiipsius. Et licet non sit finis suiipsius capiendo finem vt est gratia cuius aliquid fit; habet tamen in hoc sua bonitas rationem finis, inquantum trahit ad se (secundùm modum intelligendi) appetitum Diuinum; & in qua appetitus Diuinus maximè delectatur; & in ipsa infinitè fruitur. Vnde & dicimus, quòd bonitati Diuinæ conueniat causalitas finalis respectu voluntatis Diuinæ. Et secundò iuxta Scotum supra quæstione quinta, quia licet Deus non sit finis suus, capiendo finem, vt est gratia cuius aliquid fit; est tamen summè bonus, quæ bonitas est ratio fruendi, non finalitas, &c. Ex omnibus istis patet responsio ad quæsitum per viam sufficientis enumerationis, quòd homini conuenit fruitio perfecta tantùm; sed alijs cognoscentibus sensibiliter tantùm fruitio imperfecta; naturalibus autem puris nullo modo.

ARGVMENTVM in contrarium est pro secunda parte secundæ conclusionis; & tamen etiam examinabitur a D. S. vltimo loco.

¶Ad primum ergo dicendum,quòd Aug.loquitur de fruitione perfecta.

¶Ad auctoritatem, nos homines (includendo naturam intellectualem) fruimur fruitione perfecta, & vtimur; ita quòd sicut vti est tantum hominum; sic & frui perfectum, scilicet inhærere vltimo fini propter se, non solùm negatiuè, sed etiam contrariè ad modum dicendi Scoti; ergo, &c. Verùm alia non fruuntur perfectè, quia se non extendunt ad vltimum finem propter defectum cognitionis.

¶Ad secundum dicendum, quòd non oportet, quòd fruitio sit vltimi finis simpliciter; sed eius quod habetur ab vnoquoque pro vltimo fine.

¶Ad maiorem frui perfectũ est vltimi finis ex natura rei, & cui inhæretur propter se contrariè,quia (vt patet) appreciatur tanquã non in aliud referibile; sed vt sit in quod alia referantur; sed frui imperfectum,& quasi abusiuum est habiti tanquam vltimi finis,& cui propter se inhæretur negatiuè, quia non refertur in aliud ab illo propter defectum eius. Minor vera, ad vltimum finem ex natura rei simpliciter; sed tamen pertingunt ad id præuia cognitione, & aliqualiter actiua applicatione, quod ab ipsis habetur vt vltimus finis; ergo,&c. non fruuntur propriè,& perfectè.

¶Ad tertium dicendum, quòd appetitus sensitiuus consequitur aliquam cognitionem, non autem appetitus naturalis, præcipuè prout est in his, quæ cognitione carent.

¶Negatur consequentia maioris. Et ratio diuersitatis est, quia bruta aliqualiter se mouent, & applicant, licet non liberè ad finem cognitum; secus de purè naturalibus, quæ tendunt per appetitum naturalem sine omni cognitione. Quare negatur consequentia.

¶Nota in argumento, quia probat, quòd naturalia non fruuntur, quia non delectantur. Et admittitur hæc probatio: ergo & admittitur, quòd fruitio est delectatio.

¶Secundò nota in solutione,quia D.S.dicit,Appetitus naturalis præcisè in carentibus cognitione non sequitur cognitionem,quia (vt patebit infra), appetitus animalis potest etiam dici naturalis; similiter & intellectiuus, qui sunt actus eliciti, pro quanto sunt determinati ad obiectum, vt etiam patuit supra;& tamen sequuntur cognitionem, sed appetitus purè, & præcisè naturalis,qui non est actus elicitus est sine cognitione coniuncta.

¶Ad

¶Ad quartum dicendum, quòd Augustinus ibi loquitur de fruitione imperfecta, quod ex ipso modo loquendi apparet: dicit enim, quòd frui non adeo absurdè existimantur, & bestiæ, scilicet sicut vti absurdissimè dicerentur.

¶Verum est, quod Augustinus dicit de frui imperfecto, quod conuenit animalibus, vti autem nullo modo. Ratio patebit infra quæst.16. articulo secundo.

Vtrum fruitio sit tantùm vltimi finis.

Z q.12.arti.2. ad tertium. AD tertium sic proceditur. Videtur, ꝙ frui non sit vltimi finis; dicit enim Apostolus ad Philemonem fratrem. Itaq; frater ego te fruar in domino; sed manifestum, quòd Paulus non posuerat vltimum finem suum in homine: ergo frui non tantùm est vltimi finis.

¶2 Præterea.Fructus est quo aliquis fruitur:sed Apostolus dicit ad Gala. 5. Fructus spiritus est,charitas, gaudium,pax,& huiusmodi, quæ non habent rationem vltimi finis: non ergo fruitio est tantùm vltimi finis.

¶3 Præterea. Actus voluntatis supra seipsos reflectuntur: volo enim me velle, & amo me amare; sed frui est actus voluntatis; voluntas enim est, per quam fruimur, vt Aug.dicit decimo de Trin. * ergo aliquis fruitur sua fruitione; sed fruitio non est vltimus finis hominis; sed solum bonum increatum, quod est Deus: non ergo fruitio est solùm vltimi finis.

*Aug.c.10.

Aug.c.11. ¶Sed contra est, quod Aug.dicit decimo de Trinit. quòd non fruitur, si quis id quod in facultatem voluntatis assumit propter aliud appetit; sed solùm vltimus finis est, qui non propter aliud appetitur; ergo solius vltimi fiuis est fruitio.

¶Hic agit de fruitione per comparationem ad obiectum; & duo quærit. Primò, an sit vltimus finis. Secundò, an sit ipsius habiti tantùm.

*Art.1. huius quæst. ¶Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est: * ad rationem fructus duo pertinent, scilicet quòd sit vltimũ & quòd appetitum quieret quadam dulcedine, vel delectatione; vltimum autem est simpliciter, & secundùm quid; simpliciter quidem, quod ad aliud non refertur, sed secundùm quid,quod est aliquorum vltimum,quod ergo est simpliciter vltimum, in quo aliquid delectatur, sicut in vltimo fine, hoc quippe propriè dicitur fructus, & eo propriè dicitur aliquis frui; quod autem in seipso non est delectabile, sed tantùm appetitur in ordine ad aliud, sicut potio amara ad sanitatem, nullo modo fructus dici potest, quod autem in se habet quandam delectationem, ad quam quædam præcedentia referuntur; potest quidem aliquo modo dici fructus; sed non propriè, & secundùm completam rationem fructus eo dicimur frui.

¶D.S.respondet tali conclusione. Vltimo fine aliquis propriè fruitur; sed quod in seipso non est delectabile, nullo modo potest dici fructus, quod autem in se habet quandam delectationem, ad quod quædam præcedentia referuntur, potest aliquo modo dici fructus; sed non secundùm completam rationem dicimur eo frui. Probatur hæc conclusio quo ad tres partes simul. Primò ratione; secundò auctoritate, ibi; vnde Augustinus dicit, &c. Ratione sic. Ad rationem fructus, cuius scilicet est fruitio, duo pertinent, scilicet esse vltimum, & appetitum delectare cum quadam dulcedine; sed vltimus finis est vltimum simpliciter & fructus, quod est tantùm appetibile propter aliud, nullo modo habet rationem delectabilis, & suauis; sed tertium potest aliquo modo dici fructus, &c. ergo conclusio vera. Maior patet ex articulo primo, ex quid nominis fructus, & ex sensibilibus. Pro minore D.S. notat, quòd dupliciter est aliquid vltimum, scilicet simpliciter, & secundùm quid, & exponit membra inferens minorem clarè.

¶Aduerte ex illis, quia D.S. satis innuit fruitionem includere delectationem, & tamen præsupponere amorem; quia videlicet fructus perfectè est propter se dilectus, & in re, vel in spe ipsius appetitus quietatiuus, quiete saltem terminante desiderium. Vnde qui diligit Deum super omnia, nihil altius eo desiderat, nec diligit aliquid tanquam maius bonum, & in ipso apprehenso, vel habito percipit voluntas quandam dulcedinem, & suauitatem. Consequenter ibi.

¶Vnde Augustinus in decimo de Trinitate * dicit, quòd fruimur cognitis, in quibus uoluntas delectata quiescit, non autem quiescit simpliciter nisi in vltimo, quia quamdiu aliquid expectatur, motus uoluntatis remanet in suspenso, licet iam ad aliquid peruenerit; sicut in motu locali, licet illud, quod est medium in magnitudine sit principium, & finis, non tamen accipitur vt finis in actu, nisi quando in eo quiescitur. *Aug.c.10.

¶Probat prædictam conclusionem præsertim quo ad primam partem auctoritate Augustini, quia fruimur, scilicet propriè, & perfectè cognitis, in quibus voluntas delectata quiescit, sed non quiescit nisi in vltimo: ergo prima pars conclusionis vera. Minor probatur in littera per totum.

¶Aduerte, quòd duplex est vltimus finis; vnus ex natura rei, in quem omnia alia ordinantur, & meritò ordinari debent; & istius est fruitio vera, & ordinata. Sed alius est vltimus finis non ex natura rei, sed ex præstitutione volentis; fruitio ergo semper propriè est vltimi finis; sed non semper veri vltimi finis; nam & peccatores mortales fruuntur, & accipiunt pro vltimo fine, quod non est vltimus finis; & sic fruuntur peruersè, & hoc est possibile. Nam sicut aliquis est liber in volendo; ita & liber est in volendo tanquam vltimum finem hoc, vel aliud, & potest referre, vel non referre volendo in alium finem.

¶Aduerte etiam,quòd quia fruitio est vltimi finis,& quia Pater, & Filius, & Spiritussanctus sunt vnus vltimus finis; ideo solet hic disputari, an omnium personarum sit vna fruitio, vel posset quis vna persona frui sine alia. Et quidem videtur, ꝙ in via possit quis frui essentia, non fruendo personis,vt sic formaliter, licet fruatur re, quæ est persona; similiter ꝙ voluntas viatoris possit ordinatè frui vna persona, non fruendo qualibet alia. Dico autem qualibet alia,quia nec in via videt quis posse frui vna persona sine alia, sine qua non potest intelligi. Ratio primi est,quia naturaliter potest conuinci,ꝙ essentia Diuina sit summum bonum,& vltimum; & sit finis omnium,vt patet 12.metaph.& cum Trinitas personarũ nõ possit naturaliter cognosci, vel conuinci; ergo potest quis frui essentia in via sine personis, inquantum sine eis cognosci potest. Secunda autem pars patet,quia Pater,& Filius vt sic nõ includunt, nec referuntur ad Spiritumsanctum: ergo poterit quis frui Patre, & Filio in via,non fruendo Spiritusancto,vt sic. Quod autem viator non possit frui Patre sine Filio est, quia vnus non potest sine alio concipi; & est vna ratio fruibilitatis in vtroque. Nec ratio Scoti supra quæst.2. aliquid contra hoc probat, quia diminutè arguit; nõ enim ideo non potest frui viator Patre sine Filio præcisè, quia mutuò se includunt; & quia sunt personæ vt sic correlatiuæ; sed quia in eis est vna ratio fruibilis, vt tangit D.S.supra quæst.3. artic. 2. Similiter ꝙ in patria de facto sit vna fruitio essentiæ, & personarum, non est discrepantia inter Doctores. Sed an de possibili tenet Scotus, ꝙ de potentia Dei absoluta non apparet contradictio, quin possibile sit ex parte intellectus, & voluntatis, ꝙ essentia Diuina, & non persona terminet actum beatificũ vtriusq; potentiæ. Sed oppositum videtur verum, quia intellectus videns Diuinam essentiam beatificè videt eam necessariò communicatã tribus personis: si enim videt eam pro aliquo signo non communicatam, falsè videt, nec beatificè videt; quia nulla falsitate quis beatificatur;nec potest eam videre,abstrahendo ab esse communicato tribus, quia tunc non videret beatificè, nec vt in se est. Similiter arguitur, ꝙ beatus non potest frui vna persona sine alia,quia videns quamlibet,videt eam ad alias referri,&videt vnam esse bonitatem omnium trium;si autem videt, & non videt quamlibet ad aliam referri nõ videt intuitiuè. Nec admittimus imaginationem Scoti, quòd Pater aliquo signo originis sit prior Filio, quantumcunque sit indiuisibile signum,in quo sit Pater,& non Filius, quia quod in vno signo non est, & in alio habet esse, incipit esse post non esse,nec per consequens est Deus. De alia autem propositione quam Scotus habet vbi iam, artic. 2. quòd in illo priori Pater non habet essentiam communicatam tribus,vt obiectum fruibile: dicit Alphonsus dist.1.quæst.7. artic. 3.& 4. ꝙ illa propositio, salua reuerentia illius Doct. non solùm est falsa, sed nimis dissona a veritate fidei, & valde periculosa; quia si esset aliquod signum,in quo essentia Diuina non esset communicata tribus personis, esset aliquod signum, in quo non essent tres personæ, quod non videtur catholicè dictum. Pater igitur semper est beatus, & essentia communicata tribus personis; & per consequens pro nullo signo fruitur essentia, non fruendo personis. Hæc ille. Et conformiter ad principia D.S. & veritatem. Patet igitur quid circa hoc videatur, &c.

Aristot. Scotus. Scotus. Beatus potest frui essentia,non persona. Alphonsus examinat Scotus rigorosè.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primam partem conclusionis responsiuæ.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Aug. dicit in primo de doctrina Christiana. * Si dixisset, te fruar, * Aug.c.35

& non addidisset in domino, videretur finem dilectionis in eo posuisse; sed quia addidit in domino, in domino posuisse finem, atque in eo se frui significauit, vt sic fratre se frui dixerit, non tanquam termino, sed tanquam medio.

¶Ad auctoritatem, id est, ego fruar domino, qui est in te per gratiam, vt frater sit medium, in quo terminus, & obiectum fruitionis inuenitur secundùm participationem gratiæ, ideſt gaudeo, & delector in Deo, qui te inhabitat per munus gratuitum, &c. vide D.S. supra quæstio. 3. artic. 1. ad quartum. quia Deus est obiectum, & homo sanctus representans obiectum fruibile, in quo est Deus per gratiam, quæ similitudo gratiæ requiritur vt Deo sit fruendum in homine, & non sufficit similitudo imaginis naturalis, vel vestigij.

¶Ad secundum dicendum, quòd fructus aliter comparatur ad arborem producẽtem, & aliter ad hominem fruentem; ad arborem quidem producentem comparatur vt effectus ad causam, ad fruentem autem sicut vltimum expectatum, & delectans: dicuntur igitur ea, quæ enumerat ibi Apostolus fructus, quia sunt effectus quidam Spiritus sancti in nobis: vnde & fructus spiritus dicuntur, non autem ita quòd eis fruamur tanquam vltimo fine. Vel aliter dicendum, quòd dicuntur fructus, secundùm Ambrosium, * quia propter se petenda sunt, non quidem ita, quòd ad beatitudinem non referantur; sed quia in seipsis habent, vnde nobis placere debeant.

Gloſa interlinear. vbi habet. ad Heb. 5.

¶Ad maiorem, fructus vt accipitur pro vltimo expectato, tunc est, quo quis fruitur; sed si fructus capitur, prout omnis effectus ab aliqua potentia procedens dicitur fructus; tunc negatur, quòd fructu talis quis fruatur.

¶Ad minorem, dicitur dupliciter. Primò, quòd illa dicuntur fructus, non quia sint obiecta fruibilia; sed capitur fructus pro effectu, & per comparationem ad arborem, non ad fruentem. Secundò dicitur, quòd sunt fructus imperfecti, & eorum est frui imperfectum, non completiuum desiderij, quia non statur in istis; sed appetitus vltra tendit in vltimum finem, &c. de hac solutione vide infra quæst. 70. artic. 1. ad secundum.

*q. 1. art. 8. & q. 2. ar. 7.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd sicut supra dictum est, * finis dicitur dupliciter; vno modo ipsa res; alio modo adeptio rei, quæ quidem non sunt duo fines; sed vnus finis in se consideratus, & alteri applicatus. Deus igitur est vltimus finis, sicut res, quæ vltimo quæritur; fruitio autem, sicut adeptio huius vltimi finis; sicut igitur non est aliud finis, quàm Deus, & fruitio Dei; ita eadem ratio fruitionis est, qua fruimur Deo, & qua fruimur Diuina fruitione; & eadem ratio est de beatitudine creata, quæ in fruitione consistit.

¶Ad illam ergo aliquis fruitur fruitione sua, &c. Verum est, non tamen sicut obiecto totali, nec sicut principali, sed sicut conditione obiecti fruibilis, & sicut adeptione aliqua summi boni. Vltra; sed fruitio non est vltimus finis hominis; verum, non est finis qui, est tamen finis quo, quia ipsum summum bonum non esset nobis vltimus finis, nisi haberetur, & per actum intellectus primò, & per actum voluntatis secundò. Vnde negatur consequentia, Deus equidem in se est summè delectabilis, præsertim sibi, in quo non differt obiectum, & visio, & beatitudo obiectalis, & formalis; sed non potest esse nostra beatitudo formalis; vnde requiritur ad fruitionem nostram aliquod creatum non ex parte Dei, sed ex parte potentiæ, cui sine illa adeptione obiectum non est summè quietatiuum, &c. vide D.S. in primo, supra quæstio 3. artic. 1. ad secundum. vide & de iſtis in Capreolo, in primo, distinct. 1. quæst. 1. in solutionibus argumentorum Aureoli, contra quintam conclusionem, vbi habet, quæ directè hanc solutionem contingunt.

Capreolus. Aureolus.

¶Nota hanc solutionem, quia ex ea habetur, quòd fruitio est visionis, non secundùm se, nec vt principalis obiecti; sed inquantum est habitio, & consecutio Dei, quia aliquis non gaudet beatificè, vel fruitur beatificè, nisi Deo coniuncto, & præsente. Fit autem Deus præsens iuxta supra dicta per visionem, quare ipsa est conditio fruibilis, & super Deum, & eius habitionem cadit vna fruitio; nihil enim prohibet aliquam creaturam esse fruibilem, vt quid requisitum ad fruitionem Dei.

¶Aduerte etiam, quòd non inconuenit fruitionem esse fruitionem suiipsius, non quidem quasi totalis, aut principalis obiecti; sed quia est alicuius alterius principaliter, & sui saltem quatenus ad quia est, vt est apprehensio obiecti, &c.

Vtrum fruitio sit solùm finis habiti.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd fruitio non sit nisi finis habiti; dicit enim Augustinus decimo de Trinit. * quòd frui est cum gaudio vti, non ad huc spei, sed iam rei; sed quamdiu non habetur, non est gaudium rei, sed spei; ergo non est nisi finis habiti.

* 10. de Trin. c. 11.

¶ 2 Præterea. Sicut dictum est, * fruitio, non est propriè nisi vltimus finis, quia solus vltimus finis quietat appetitum; sed appetitus non quietatur nisi in fine iam habito; ergo fruitio propriè loquendo non est nisi finis habiti.

* 1. Ethic. c. 5.

¶ 3 Præterea. Frui est capere fructum, sed non capitur fructus, nisi quando iam finis habetur; ergo fruitio non est nisi finis habiti.

¶ Sed contra, frui est amore inhærere alicui rei propter seipsam, vt Augustinus dicit; * sed hoc potest fieri etiam de re non habita; ergo frui potest esse etiam finis non habiti.

* 10. de Trin. c. 11.

¶Hic quæritur, determinando præcedentem articulum, cum fruitio sit vltimi finis, an sit ipsius vt habitus est in se præsentatum, vel etiam vt habitus est in intentione, sic quòd iusti viatores possint dici frui Deo.

¶Pro fundamento dicendorum oportet breuiter prænotare, quod D.S. habet in primo, supra quæst. 5. arti. 1. ad quintum, quòd duplex est quies, scilicet desiderij, & quies motus, & sub aliis verbis. D.S. hic in solutione secundi tangit illam distinctionem, scilicet quòd est quies ex parte appetibilis, & ex parte appetentis. Quies desiderij est, quando desiderium, vel intentio sistit in aliquo, propter quod omnia quærit, & non desiderat, vel intendit aliquid vlterius. Quies autem motus, vel ex parte appetentis est, quando peruenitur ad terminum quæsitum.

¶Respondeo dicendum, quòd frui importat comparationem quandam voluntatis ad vltimum finem, secundùm quòd uoluntas habet aliquid pro vltimo fine. Habetur autem vltimus finis dupliciter; vno modo perfectè; & alio modo imperfectè; perfectè quidem quando habetur non solùm in intentione; sed etiam in re; imperfectè autem quando habetur in intentione tantùm. Est ergo perfecta fruitio iam habiti finis realiter; sed imperfecta est etiam finis non habiti realiter, sed in intentione tantùm.

¶D.S. respondet tali conclusione. Perfecta fruitio est finis habiti realiter, sed imperfecta est etiam finis non habiti realiter, sed in intentione tantùm, probatur. Frui importat comparationem quãdam ad vltimum finem, ſm q̃ voluntas habet aliquid pro vltimo fine; sed vltimus finis habetur perfectè, quando habetur in re; sed imperfectè quando habetur in intẽtione tantùm; ergo, &c. Maior non intelligitur de comparatione formaliter, sed fundamentaliter, ideſt frui importat actum quo comparatur, ideſt quo voluntas habet aliquid pro vltimo fine. ſ. pro perfecto bono, nõ propter aliud appetibili, sed in ipso sistit. Et patet ista maior ex dictis. Minor relinquitur nota; & per consequens conclusio.

¶Aduerte, q̃ quando voluntas aliquid habet pro vltimo fine, & intendit solùm ad ipsum peruenire, tunc habetur quidem, sicut obiectum fruibile, & si est verè vltimus finis erit vera fruitio, quia inhæretur sibi amore propter ipsum; & cum apprehenditur, percipitur in esse apprehenso cum suauitate; & sic ergo habetur in ratione fruibili; sed quia non habetur realiter in se, ideo nõ est fruitio perfecta, sicut nec æquè perfecta delectatio est præsentis ſm apprehensionem, & intentionem, & præsentis in se secundùm rem, vt patebit infra. Patet ex his, q̃ iustus viator fruitur Deo, quia habet ipsum vt vltimum finem: nam sistit in eo per appetitum nihil super ipsum quærendum, & in eo intento, & apprehenso gaudet; non enim est vera dilectio sine gaudio; sed tamen sua fruitio esto vera sit, nõ tamen est beatifica, nec immobilis, sicut est fruitio beatorum. An autem fruitio viæ, & patriæ sint eiusdem rationis, disputat Scotus in quarto, dist. 49. quæst. 7. & magis declinat ad hoc quòd non. Et de hoc ad secundum, quia verum est, quòd fruitio patriæ non est eiusdem rationis, nec eiusdem obiecti, vt obiectum est, licet eiusdem rei; & ergo fruitio viatoris est vltimi finis in veritate, & per consequens vera fruitio; sed non est eiusdem sub eadem ratione obiectiua, sicut fruitio patriæ. Deus enim obscurè cognitus, & habitus solùm in intentione, est aliud obiectum a seipso clarè viso, & præsentialiter habito secundùm rem.

ARGVMENTVM in contrarium est pro secunda parte conclusionis, quia frui imperfectum verum tantum, & non inordinatum,

dinatum, vel abusiuum est finis vltimi non habiti secundùm rem, habiti tamen in ratione fruibilis, & intentione.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Augu. loquitur de fruitione perfecta.

¶Ad maiorem, beatus Augu. loquitur de frui perfecto non solùm vero, quia tale est cum gaudio rei (ideſt quod cõsequitur præsentiam realem fruibilis) & capit vti extensè, vt patebit q. 16. pro assumptione alicuius in facultatem voluntatis absque hoc, quòd in aliud referatur. Minor conceditur ergo, &c. Verum fruitio perfecta non est nisi habiti finis vltimi, & est pro prima parte conclusionis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quies voluntatis dupliciter impeditur. Vno modo ex parte obiecti, quia scilicet non est vltimus finis, sed ad aliud ordinatur; alio modo ex parte appetentis finem qui nondum adipiscitur; obiectum autem est quod dat speciem actui: sed ab agente dependet modus agendi, vt sit perfectus vel imperfectus secundum conditionem agentis, & ideo eius, quod non est vltimus finis fruitio est impropria quasi deficiens à specie fruitionis. Finis autem vltimi non habiti est fruitio propria quidem, sed imperfecta propter imperfectum modum habendi vltimum finem.

¶ Maior conceditur, ad minorem distinguitur, si intelligitur quòd non quietetur appetitus ex parte appetibilis, & quòd non sit quies desiderij nisi habeatur vltimus finis in se, negatur. Si autem intelligitur, quòd non quiescit ex parte appetentis, & non sit quies motus, cõceditur, quia etiam qui ponit finem suum in Deo & nihil maius cupit, adhuc laborat, & certat vt ad illum finem in quo quiescit appetitus perueniat, ergo, &c. Negatur consequentia quòd fruitio propriè, ideſt propriè accepta, & vera non sit nisi habiti, immo etiam de non habito vltimo fine est vera fruitio ex parte appetibilis, & propria, sed est imperfecta propter imperfectionem ex parte agentis.

¶ Nota hic vt tactum est in corp. quòd fruitio iusti viatoris est vera, & propria fruitio, quia habet speciem veræ fruitionis; sed vera fruitio est species subalterna diuisa in veram, & propriam fruitionem viatoris, & comprehensoris. Quare perfectum, & imperfectum fruitionis viaticæ, & patriæ non sunt modi eiusdem speciei sed diuersarum, sicut consequentia diuersas formas, ideſt obiecta vt sic quæ se habent vt formæ specificantes. Et quia tamen vtraq; fruitio est rei verè fruibilis, ideo vtraque propria, sed vna imperfecta, alia perfecta ex parte agentis quæ imperfectio ex parte agẽtis habet annexam alietatem obiecti, vt obiectum est, &c.

* In cor.

¶ Ad tertium dicendum, quòd finem accipere vel habere dicitur aliquis non solùm secundum rem, sed etiã secundùm intentionem vt dictum est. *

¶Maior vera, ad sensum dictum ar. primo ad primum. Ad minorem non capitur perfectè, & in se realiter nisi quando iam habetur, capitur tamen in affectu in esse intento ergo, &c. Verum nõ est perfecta fruitio nisi habiti.

¶Et nota, q̃ a. D.S. in hac solutione similiter in cor. dicit, q̃ fruitio possit esse finis non habiti, sed tñ intenti, quia intentum esse magis congruit fruibili vt sic, quàm esse desideratum, & magis pertinet ad amorem amicitiæ quo Deus diligitur propter seipsum, licet & charitatis cuius fruitio est actus sit desiderare Deum, & concupiscere eius fruitionem, tamen principalius sistit in Deo propter seipsum.

Quæstio Duodecima.

De intentione.

B DEinde considerandum est de intentione. Et circa hoc quæruntur quinque. Primò vtrum intentio sit actus intellectus vel voluntatis. Secundò vtrum sit tantum finis vltimi. Tertiò vtrum aliquis possit simul duo intendere. Quartò vtrum intentio finis sit idem actus, cum voluntate eius, quod est ad finem. Quintò vtrum intentio conueniat brutis animalibus.

¶Hic consequenter Doctor Sanctus agit de tertio actu voluntatis, qui dicitur intentio. Et patet ratio ordinis, quia hic actus non est finis absolutè, sed vt est terminus alicuius in, ipsum relati, & ordinati. Facit autem duo, primò ostendit quid sit intentio. Secundò mouet quædam dubia circa propositum ar. 3. Quantum ad primum, primò ostendit cuius potentiæ sit actus intentio. Secundò ostendit quid sit obiectum intentionis articulo secundo. Ex his autem duobus, scilicet operatiuo principio, & subiecto, & obiecto innotescit ratio, & quidditas actionis,

Vtrum intentio sit actus intellectus vel voluntatis.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd intentio sit actus intellectus, & non uoluntatis; dicitur enim Matth. 6. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, vbi per oculum significatur intentio, vt dicit August. in li. de ser. do. in mon. * sed oculus cum sit instrumentum visus significat apprehensiuam potentiam, ergo intentio non est actus appetitiuæ potentiæ, sed apprehensiuæ.

2. 2. q. 100. ar. 1. cor. Et 2. dis. 38. ar. 3. Et Veri. q. 23. ar. 13. Et Mal. q. 16. ar. 5. ad 3.

* Aug. li. 2. cap. 21.

¶ 2 Præterea. Ibidem Aug. dicit * quod intentio lumen vocatur à domino vbi dicit, si lumen, quod in te est, tenebræ sunt, &c. sed lumen ad cognitionem pertinet, ergo intentio.

* Eadẽ lib. & cap.

¶ 3 Præterea. Intentio designat ordinationem quãdam in finem, sed ordinare est rationis, ergo intentio nõ pertinet ad voluntatem, sed rationem.

¶ 4 Præterea. Actus voluntatis nõ est nisi finis vel eorum quæ sunt ad finem, sed actus uoluntatis respectu finis vocatur uoluntas seu fruitio, respectu autem eorum quæ sunt ad finem est electio, à quibus differt intentio, ergo intentio non est actus uoluntatis.

¶ Sed contra est quòd August. dicit in 10. de Trin. * quòd uoluntatis intentio copulat corpus uisum uisui, & similiter speciem in memoria existentem ad aciem animi interius cogitantis, est igitur intentio actus uoluntatis.

* Aug. c. 7.

¶Hic ergo primò quærit de subiecto. Aduerte autem circa quæsitum, quod vt habet D.S. in de Veritate Ma. 22. q. 13. quod intentio capitur dupliciter. Vno modo generaliter, vt est communis etiam ad tendentiam in aliud per motionem alicuius extrinseci absque cognitione, & libertate, & sic natura dicitur intendere. Alio modo capitur intentio magis propriè secundum virtutem vocabuli pro intentione animalis, & præsertim quo quis tendit ex seipso in aliud, & non quodcunque aliud, sed in illud quod primò, & principaliter respicit potentia libera mouens. ſ. in finem: & non quomodocunque in finem, sed distantem habendum per aliquod medium; & sic in proposito quæritur de intentione scilicet animalis.

¶Respondeo dicendum, quòd intentio, sicut ipsum nomen sonat, significat in aliud tendere, in aliquod autem tendit, & actio mouentis, & motus mobilis; sed hoc quod motus mobilis in aliquid tendit ab actione mouentis procedit. vnde intentio primò & principaliter pertinet ad id quod mouet ad finem, unde dicimus architectorem, & omnem præcipientem, mouere suo imperio alios ad id ad quod ipse tendit. uoluntas autem mouet omnes alias uires animæ ad finem, vt supra habitum est. * unde manifestum est, quòd intentio propriè est actus uoluntatis.

* q. 11. ar. 1.

Conclusio responsiua

¶D. S. respondet tali conclusione, intentio propriè est actus voluntatis, dicitur propriè scilicet quo ad significationem nominis, & dicit voluntatis, & non appetitus, quia vt patebit arg. 5. nec in appetitu sensitiuo est propriè intentio. probatur conclusio. Intentio primò & principaliter pertinet ad id quod mouet (scilicet actiuè, & liberè) ad finem. sed voluntas mouet omnes alias vires animæ ad finem. ergo eius est intentio. Maior probatur dupliciter primò ex ipso nomine, quia intentio significat tendere in aliud, sed tendere in aliud est principaliter ipsius mouentis non mobilis, igitur &c. Minor ista patet, quia licet actio mouentis tendat, & etiam motus mobilis, tamen quòd motus mobilis tendat in aliud est ex motione mouentis, ergo minor vera, quòd tendere est primò, & per se principaliter mouentis. Vult ergo ista probatio, quod tendere in aliud magis & prius conueniat ei quod per se tendit, quàm ei, quod tendit solùm motum ex alio vt est mobile. Et intelligitur de tendere in aliud sicut in finem &c. Secundò probatur maior à signo, quia attribuimus intentionẽ ei, qui alios in finem mouet per imperium, sicut Architector mouet subministrantes in id, in quod ipse tendit &c. Minor principalis patet ex supra dictis. q. 6. art. 1. Patet ex his, quòd licet intendere communissimè acceptum sit tendere in aliquid quocunque modo. tamen propriè est tendere in aliud ex seipso, & propriissimè est tendere à seipso in aliud tanquam finem distantem habendum per media

dia aliqua, vide de ista materia D.S.supra in de Veritate ad lõgum,
Capreolus. & Capreolum in secundo, dist.38.art.3.in solutionibus argumentorum contra quartam conclusionem, & q.2.ad argumenta contra tertiam conclusionem,& Scotum in eadem distin.vbi concordat in corpore quæstionis, vide Capreolum in 1.dist.1.q.1.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem, quia dicit Augustin. intentionem esse voluntatis, & intelligitur, quòd voluntas mouet alias potentias ad actum etiam intellectum,& hoc verum præterquam ad primum, qui est naturalis elicitiuè, & non ex motione voluntatis, cum voluntatē præueniat.
Augustin.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd intentio nominatur oculus metaphoricè: non quia ad cognitionē pertinet, sed quia cognitionem præsupponit, per quā proponitur uoluntati finis ad quem mouet, sicut oculo prꝫuidemus quò tendere corporaliter debeamus.

¶Ad maiorem vbi per oculum significatur intentio, ea ratione, quia intentio præsupponit oculum.i.cognitionem, non quòd sit cognitio. Ad minorem, vera est, propriè oculus significat apprehensiuam, sed propter metaphoricam potest significare aliquid appetitiuæ, quod requirit cognitionem

¶Ad secundum dicendum, quòd intentio dicitur lumen, quia manifesta est intendenti; unde & opera dicuntur tenebræ, quia homo scit quid intendit, sed nescit quid ex opere sequatur, sicut Augustin. *ibidem exponit.
* Augustin. Eodē lib. & cap.12.

¶Ad maiorem, intelligitur non identicè, sed per oppositum ad tenebras metaphoricè, quia scilicet intentio vniuscuiusque sibi nota est,& manifesta,non sic finis operis;vnde intentio dicitur lumen propter aliquam conuenientiam cum effectu luminis, qui est manifestatio. Minor vera, tamen effectus luminis extenditur etiam ad id quod est in affectu.s.esse manifestum. Quare negatur consequentia.

¶Ad tertium dicendum, quòd voluntas quidem nõ ordinat, sed tamen in aliquid tendit secundũ ordinem rationis; vnde hoc nomen intentio nominat actũ voluntatis præsupposita ordinatione rationis ordinantis aliquid in finem.

¶ Maior negatur, sed significat actum tendentem in aliqua ordinata, sed per rationem;& probat hæc ratio, quòd intendere est voluntatis non absolutè, sed per assistentiam rationis, & quamuis omnis actus voluntatis præsupponat actum rationis, tamen illi actus voluntatis in quibus apparet aliquis ordo vnius ad alium dicuntur singulariter esse voluntatis in ordine ad rationem scilicet conferentem,vt ratio est, alij autem præsupponunt magis intellectum.

¶Et nota verbum D.S.in de Veri.Mate.22.ar.13.ad quartũ, quia relatio actiua in finem est rationis, eius enim est referre in finem; sed relatio passiua potest esse cuiuscunque directi, vel relati in finem per rationem,& sic potest etiam esse voluntatis, & hoc modo relatio, vel ordinatio in finem pertinet ad intentionem: Scotus tamen supra dicit, quòd conferre per modum iudicii sit solius intellectus; sed referre vnum amabilem in aliud vtendo est voluntatis; sed melius est dicere, quòd referre est rationis; sed habere actum relatum est voluntatis, & non tamen absolutè consideratę, sed vt est mota à ratione; quia à voluntate quidem est actus fundans relationem, sed voluntas non posset elicere talem actum, nisi vt mouetur,& dirigitur à ratione; vnde licet sit immaterialis, & super se reflexiua, non tamen ex se est ordinatiua, immo nec ordinatè tendit, nisi prꝫuia ratione.
Scotus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd intentio est actus uoluntatis respectu finis, sed uoluntas respicit finem tripliciter. Vno modo absolutè, & sic dicitur uoluntas prout absolutè uolumus, uel sanitatem, uel si quid aliud est huiusmodi. Alio modo consideratur finis secundũ quòd in eo quiescitur, & hoc modo fruitio respicit finem. Tertio modo consideratur finis secundùm quòd est terminus alicuius quod in ipsum ordinatur, & sic intentio respicit finem; non enim solùm ex hoc intendere dicimur sanitatem, quia uolumus, sed quia uolumus ad eam per aliquid aliud peruenire.

¶ Maior conceditur, ad minorem pro prima parte. Si intelligitur, quòd respectu finis quocunque modo accepti sit velle, & frui, vel si intelligitur, ꝙ solùm isti duo actus sint respectu finis, negatur. Finis enim tripliciter consideratur, & secundùm hoc tres sunt actus voluntatis, vt declarat solutio.

¶ Ad secundam partem minoris patebit q.seq. quia electio aliter est mediorum quàm intentio, quia intentio est actus voluntatis in ordine ad rationem ordinando ea, quæ sunt ad finem; sed electio est actus voluntatis in ordine ad rationem, comparando ea, quę sunt ad finem ad inuicem, de hoc D.S.in de Veri.sup.q.15. in fine corporis.

Vtrum intentio sit tantùm finis vltimi.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd intentio sit tantùm vltimi finis: dicitur enim in lib. sententiarum* Prosperi. Clamor ad Deum est intentio cordis; sed Deus est vltimus finis humani cordis, ergo intentio semper respicit vltimum finem.
* 2.2.q.83.ar.6.ad.3.dic. Prosper. Scot.

¶ 2 Præterea intentio respicit finem, secundùm ꝙ est terminus, vt dictum est*; sed terminus habet rationem vltimi finis, ergo intentio semper respicit vltimum finem.
* Art.1.

¶ 3 Præterea. Sicut intentio respicit finem, ita & fruitio; sed fruitio semper est vltimi finis, ergo & intentio.

¶Sed contra vltimus finis humanarum voluntatum est vnus, scilicet beatitudo, vt supra dictum est*: si igitur intentio esset tantùm vltimi finis, non essent diuersę hominum intentiones, quod patet esse falsum.
* 1.2.q.1.ar.4.

¶Hic D.S.inquirit de obiecto intentionis.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est*, intentio respicit finem, secundùm quòd est terminus motus respectu voluntatis: in motu autem potest accipi terminus dupliciter. Vno modo ipse terminus vltimus in quo quiescitur, qui est terminus totius motus. Alio modo aliquod medium, quod est principium vnius partis motus, & finis, vel terminus alterius; sicut in motu quo itur de a, in c, per b; c, est terminus vltimus, b, autē terminus, sed non vltimus; & vtriusque potest esse intentio, vnde & si semper sit finis: non tamen oportet, quòd semper sit vltimi finis.
* Art.1.

¶D.S.respondet tali conclusione. Intentio, & si semper sit finis; non tamen semper est vltimi finis. Prima pars reliquitur nota ex art.1. Sed secunda probatur sic. Intentio respicit finem secundùm quòd est terminus motus respectu voluntatis; sed non solùm vltimus finis est terminus motus voluntatis, sed etiam medius finis, igitur &c. Minor declaratur per distinctionem de duplici termino in litera clarè, & per exemplum in naturalibus motibus. Patet ex his, quòd sufficit ad obiectum intentionis, quòd sit terminus aliquorum; sed non oportet, quòd sit simpliciter vltimus.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsiuam quo ad secundam partem, & patet ex supra dictis quomodo beatitudo est vna, quia secundùm communem rationem beatitudinis.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ intentio cordis dicitur clamor ad Deum, non quòd Deus sit obiectum intentionis semper; sed quia est intentionis cognitor, vel quia cum oramus, intentionem nostram ad Deum dirigimus, quæ quidem intentio vim clamoris habet.

¶Ad auctoritatem dupliciter dicitur, vel quia Deus est intētionis cognitor, sicut aliquis cognoscit aliquem ex clamore &c. vel quia habet vim clamoris apud Deum &c. Et secundò etiam si aliqua intentio est ad Deum, & habet Deum pro obiecto, non oportet quòd quælibet intentio sit Dei sicut finis, & obiecti. Quare concessa minore, negatur consequentia vniuersaliter.

¶Ad secundum dicendum, quòd terminus habet rationem vltimi finis; sed non semper vltimi, respectu totius, sed quandoque respectu alicuius partis.

¶Ad minorem, terminus habet rationem vltimi finis, vel simpliciter, vel respectu aliquorum ad ipsum ordinatorum. Vnde negatur consequentia, ꝙ semper respiciat vltimum finē simpliciter.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ fruitio importat quidem quietē, quæ est in fine, quod pertinet solùm ad vltimum finem; sed intentio importat motum in finem, non autem quietem, vnde non est similis ratio.

¶Maior negatur, & ratio diuersitatis est in solutione, quia fruitio dicit quietem voluntatis, quæ non quiescit perfectè nisi in vltimo fine; sed intentio est alicuius consequibilis per media, & dicit motum in finem, qui etiam competit fini non simpliciter vltimo &c. de ista materia in Capreolo in 1.dist.1.q.1.in solutionibus argumentorum contra quartam conclusionem, & q.2. ad argumenta contra tertiam conclusionem.

Vtrum

Vtrum aliquis possit simul duo intendere.

Veri. q.13. ar.13.cor. * Aug.li.2. c.21.22.24. & 25.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd non possit aliquis simul intendere plura, dicit enim Aug.in li. de ser.Do.in monte*, quòd non potest homo simul intendere Deum,& commodum corporale, ergo pari ratione neque aliqua alia duo.

¶ 2 Præterea intensio nominat motum voluntatis ad terminum, sed vnius motus non possunt esse plures termini ex vna parte, ergo voluntas non potest simul multa intendere.

¶ 3 Præterea, intensio præsupponit actum rationis, siue intellectus; sed nõ contingit simul plura intelligere, secundùm philosophum*, ergo etiam neque contingit simul plura intendere.
* Arist.li.2. top.c.4.

¶Sed contra, Ars imitatur naturam, sed natura ex vno instrumento intendit duas vtilitates, sicut lingua ordinatur ad gustum,& ad locutionem, vt dicitur in 2.de anima*. ergo pari ratione ars, vel ratio potest simul aliquid vnum ad duos fines ordinare, & ita potest aliquis simul plura intendere.
*Arist.in fi.

¶Hic D.S.circa prædicta mouet quædam dubia,& quia dictum est, quòd intentio non est tantùm vltimi finis, sed etiam finis secundùm quid vltimi, & quia huiusmodi plures sunt, ideo est dubium, an simul possit plures intendere, hoc est, an per iddem medium, vel media possit velle peruenire ad plures fines: intendere enim est finem velle consequi per media.

¶Respondeo dicendum, ꝙ aliqua duo possunt accipi dupliciter, vel ordinata adinuicem, uel non ordinata, & siquidem adinuicem fuerint ordinata, manifestum est ex præmissis*, quòd homo potest simul multa intendere. Est enim intensio non solùm finis vltimi, vt dictum est*, sed etiam finis medii: simul autem intendit aliquis & finem proximum, & vltimum, sicut confectionem medicinæ, & sanitatem.
* Art.1.huius q. * Art.2.huius q.

¶D.S.distinguit, quòd aliqua duo (.i.aliqui fines) possunt accipi dupliciter. Vno modo ordinati adinuicem, quia scilicet per vnum peruenitur in alium, & vnus quæritur propter alium. Secundo modo sunt nõ subordinati, sed disperati, qa vnus nõ est gratia alterius, nec quæritur propter alium. Secundum hoc ergo D.S.respondet conformiter duplici conclusione, secundā prosequitur ibi. Si autem &c. Prima est iuxta primum membrum, si aliqua duo, vel plura fuerint ordinata, homo potest simul multa intendere. Et notat fundamentum probationis huius haberi ex artic.2. Et arguitur sic, Intensio non solùm est finis vltimi, sed etiā proximi, & medij, sed aliquis simul intendit finem proximum, & vltimum, scilicet etiam in tali genere, ergo conclusio vera. Maiorē, & minorem D.S. declarat exemplariter sicut ex hoc ipso, quòd aliquis intendit per collectionem herbarum cõficere medicinam eo ipso actu, vel virtute intendit sanitatem. Et patet fundamentū ex dictis sup.q.1.ar.6. quia sicut quicunque appetens appetit propter vltimum finem simpliciter, sic intendens hunc finem alteri subordinatum intendit finem, cui in appetibilitate subordinatur. Deinde ibi.
Conclusio prima responsiua.

¶Si autem accipiantur duo adinuicem non ordinata, sic etiam simul homo potest[d] plura intendere, quod patet ex hoc, quòd homo vnum alteri præeligit, quia melius est altero. Inter alias autem conditiones quibus aliquid est melius altero, una est, quòd ad plura ualet, unde põt aliquid præeligi alteri ex hoc, ꝙ ad plura ualet, & sic manifestè homo simul plura intendit.
Dub.199.

¶ Subiungit secundam conclusionem responsiuam istam. Si accipiantur duo adinuicem non ordinata, sic etiam homo potest plura intendere (scilicet simul & vno actu.) Probatur ex D.S.sic arguendo. Potest ab homine aliquid alteri præeligi ex hoc, ꝙ ad plura valet (id est ad plures fines consequendos) ergo homo potest simul plura intendere etiam non ordinata. Tenet consequentia, quia plura velle per aliquid consequi, est intendere plures fines, ergo &c. Antecedens patet experimentaliter, & exemplariter, quia sic præeligit mercator promptam pecuniā aliquo agro, quia plura inde consequi potest &c.
Conclusio secunda responsiua.

¶ Aduerte tamē quòd vno actu fertur medium ad plures fines non subordinatos, tamen vt conueniunt in aliqua comparatione, vt patet ad secundum, quia in disperata non fertur intellectus vel voluntas vno actu nisi vt in aliquo conueniunt, licet nõ oporteat, quòd sint subordinati fines.

ARGVMENTVM in contrarium corroborat secundā conclusionem.

¶ Ad primum ergo dicendum quòd Augu. intelligit hominem non posse simul Deum, & commodum temporale intendere, sicut vltimos fines, quia vt supra ostensum est. * non possunt esse plures fines vltimi vnius hominis.
* q.1.art.5.

¶ Ad antecedens,& ad auctoritatem verum, non potest illa intendere simul ita quòd quodlibet intendatur tanquam vltimus finis; possent tamen intendi simul, si vnum intenderetur propter aliud, sicut faciunt boni homines, qui ordinãt temporalia in Deū quæ temporalia sunt finis laborum eorum immediatus, subordinatus autem beatitudini, & honori Diuino. Sed negatur consequentia, quia non sequitur non potest simul habere duos vltimos fines, ergo nec subordinatos, &c.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd vnius motus possunt ex vna parte esse plures termini si unus ad alium ordinetur, sed duo termini adinuicem non ordinati ex una parte unius motus esse non possunt. Sed tamen considerandum est, quòd id quod non est unum secundùm rē potest accipi ut unum secundùm rationem. Intentio autem est motus uoluntatis in aliquid præordinatum ratione, sicut dictum est. * & ideo ea quæ sunt plura secūdùm rem, possunt accipi ut unus terminus intentionis prout sunt unum secundùm rationem, uel quia aliqua duo concurrunt ad integrandum aliquid unum, sicut ad sanitatem concurrunt calor, & frigus commensurata, uel quia aliqua duo sub uno communi continentur, quod potest esse intentum, puta acquisitio uini, & uestis continetur sub lucro sicut sub quodam communi; unde nihil prohibet quin ille qui intendit lucrum simul hæc duo intendat.
* Art.1. ad tertium.

¶ Ad minorem dupliciter, primò vnius non possunt esse plures termini ex vna parte disperati tamen subordinati. Secundò vnius motus non sunt plures termini nisi accipiantur vt vnū secūdùm rationem, sicut qui concupiscit sanitatem concupiscit calorem, & frigus secundùm, quòd commensurata sunt, in qua commensuratione consistit sanitas vel secundùm quòd plura continētur quasi in vno communi fine, sicut aliquis intēdit acquirere vestes, & vinum quæ sunt duo disperata secundùm quòd conueniūt in lucro, ergo, &c Verum non intendit multa nisi vt subordinata, vel secundùm quòd aliquo modo vnum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut in primo dictū est. * contingit simul plura intelligere inquantum sunt aliquo modo vnum.
* q.85.ar.4.

¶ Maior conceditur, ad minorem vera est per modum plurium in esse intelligibili, quæ pluralitas est secundùm plures species informantes intellectum in actu intelligibili. Et de hoc pri.p.q.85. ar.4.& in q.44.ar.1. Sed tamen potest intellectus intelligere plura per modum vnius, scilicet per vnam speciem, vel vnitate simpliciter, vel vnitate ordinis. Et sic dico in proposito, quòd plures fines possunt simul apprehendi, vel inquantum subordinantur inquantum sunt aliquo modo vnum, sicut cū quis intendit per idem medium plures fines, vt conueniunt in acquisibilitate per idem medium, vel inquantum integrant vnum, vel inquantum continentur sub vno communi, vt patuit. Quare negatur consequentia.

Vtrum intensio finis sit idem actus cum voluntate eius, quod est ad finem.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd non sit unus & idem motus intentio finis,& uoluntas eius quod est ad finem, dicit enim Aug.in. 10.de Tri. * quòd voluntas videndi fenestram, finem habet fenestrę visionem,& altera est voluntas per fenestram videndi transeuntes sed hoc pertinet ad intentionem, ꝙ velim videre trāseũtes per fenestram, hoc autem ad voluntatem eius, quod est ad finem, quòd velim videre fenestram, ergo alius est motus voluntatis intensio,& alius voluntas eius quod est ad finem.
E Sup.q.8.ar.3.Et 2.dist.38.art.4. Et 3 dist.14 ar.1.q.4. cor. Et Ver. q.22.ar.14. * Aug.c.7.

¶ 2 Præterea. Actus distinguuntur secundùm obiecta; sed finis, & id quod est ad finem sunt diuersa obiecta, ergo alius motus voluntatis est intentio finis, & voluntas eius, quod est ad finem.

¶ 3 Præterea. Voluntas eius, quod est ad finem dicitur

citur electio,sed non est idem electio,& intentio, ergo non est idem motus intensio finis cum voluntate eius, quod est ad finem.

¶ Sed contra est quòd id quod est ad finem se habet ad finem vt medium ad terminum, sed idem motus est qui per medium transit ad terminum in rebus naturalibus,ergo & in rebus voluntarijs idem motus est intẽsio finis,& voluntas eius,quod est ad finem.

¶Hic D.S.determinat aliud dubium circa prædicta,an sit idem actus,quo voluntas fertur in finem,& medium per quod est acquisibilis, vel intensio sit quoddam cõprehendens plures actus, quorum vnus est formalis,alius materialis.

¶ Respondeo dicendum, quòd motus voluntatis in finem,& in id,quod est ad finem,potest considerari dupliciter.Vno modo secundùm,quòd voluntas in vtrumque fertur absolutè, & secundùm se & sic sunt simpliciter duo motus voluntatis in vtrumque.

¶D.S.respondet per distinctionem secundum q voluntas dupliciter fertur in finem,& in id quod est ad finem, de secundo modo respondet ibi. Alio modo &c. Primus ergo modus est secundum quòd voluntas in vtrunque fertur absolutè, & secundùm se intellige quando medium ad finem habet in se aliquid appetibilitatis præter ordinem ad finem. Secundùm hoc D.S.respondet tali conclusione, hoc modo sunt simpliciter duo motus (scilicet realiter distincti) quando voluntas fertur in vtrunque secundùm se. Ista conclusio probatur per secundum argumentum ante oppositum,quia vbicunque sunt duo obiecta, & vnum non est ratio alterius,ibi sunt duo actus,sed-sic est in proposito,ergo &c Minor patet ex hypothesi,quia supponimus, quòd vnum non est volitũ propter aliud. Et patent ista ex supra dictis, q.8.art.3. Probabitur secundò in fine corporis cum secunda conclusione per simile de intellectu.

Conclusio prima respõsiua.

¶Aduerte hic, quòd cum voluntas fertur in finem absolutè,tũc est quidem actus voluntatis,sed non dicitur intensio, sed velle, & hoc patet ex art.pri.ad tertium,quia intentio non est finis absolutè,sed acquisibilis per media. Et hoc patet etiam ex D.S.in 2.dist. 38.art.5.in principio cor.cum dicit, quòd quando voluntas fertur in finem immediatè,talis actus propriè dicitur velle, sed quando fertur in finem mediante eo,quod est ad finem,tunc propriè dicitur intendere finem. Ad idem est D.S.in de Veri.Mate.22.q.14. circa finem cor.vbi vult, q benè inspiciendo rationem intentionis, tunc non est in finem absolutè, sed talis motus est voluntas: intentio autem est inclinatio in finem, secundùm quod ad finem terminantur ea, quæ sunt ad finem. Consequenter cum dicit.

¶ Alio modo potest considerari secundùm,quòd voluntas fertur in id,quod est ad finem propter finem, & sic vnus,& idem subiecto motus voluntatis est tendens ad finem,& id,quod est ad finem. Cum enim dico volo medicinam propter sanitatem, non designo nisi vnum motum voluntatis,cuius ratio est,quia finis ratio est volendi ea quæ sunt ad finem, idem autem actus cadit super obiectum, & super rationem obiecti; sicut eadem visio est coloris, & luminis vt supra dictum est.* & est simile de intellectu,qui si absolutè principium, & conclusionem cõsideret, diuersa est consideratio vtriusque; in hoc autem,quòd conclusioni propter principia assentit,est unus actus intellectus tantùm.

* q.8.art.3. ad secũdũ.

Conclusio secunda respõsiua.

¶Respondet iuxta secũdum modum motionis voluntatis (qui est quando fertur in id quod est ad finem propter finem sicut propter rationem volendi) tali conclusione. Vnus & idem subiecto (i.secundùm rem) motus voluntatis est tendens ad finem, & in id quod est ad finem, & sic habetur responsio formalis ad quæstum,quòd sic,quia vt iam tactum est;intensio nominat actu m voluntatis vt est finis,& eius,quod est ad finem propter finem; vnde & D.S.concludit in de Veritate vbi iam concedendum, quòd intentio non sit alius motus numero quàm voluntas. Ista ergo conclusio probatur tripliciter in littera, primò assumpto ex modo exprimendi,& loquendi de actu quo quis tendit simul in vtrumque.Cum enim dico,&c.secundò ratione, scilicet idem actus cadit super obiectum,& rationem obiecti, sed finis est ratio volendi id,quod est ad finem vt sic, ergo, &c.Maior patet ex dictis supra.q.8. articu.3.de visione vna quæ est coloris,& luminis. Tertiò similitudine vel proportione intellectus,& voluntatis,& est probatio hæc tertia vtriusque conclusionis simul, & patet in littera ex supra dictis.

¶ Aduerte ex D.S.ex secundo supra,quòd quamuis hoc modo sit vnus actus voluntas,& intensio finis, tamen intentio nominat illum actum secundùm ordinem actus ad finem,sed voluntas no minat eundem actum secundùm ordinem ad obiectum proximũ quod in finem ordinatur, & inde contingit, quòd esto sit idem actus secundum rem,tamen dicitur quandoque voluntas bona,& intentio mala,& econtra, propter diuersa obiecta partialia eiusdem actus,vnde & D.S.hoc notat in conclusione cum dicit,quòd est idem actus subiecto, idest secundùm rem tamen distinguitur ratione,& comparatur ad aliud obiectum, secundùm quòd dicitur voluntas, & secundùm quòd dicitur intensio, simile infra de amore concupiscentiæ,& amicitiæ, vide.D.S.de hoc ar.in de Veri.vbi iam,& in secundo vbi iam.ar.4.

ARGVMENTVM in contrarium corroborat secundam conclusionem. Et minor est vera quando nõ sistitur in medio,sic etiam quando id, quod est ad finem vel finis non sunt volita secundùm se, sed vt bonum est medium volendi aliud sic est vnus actus.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd Augustinus loquitur de visione fenestræ, & visione transeuntium per fenestram, secundùm quòd uoluntas in vtrumque absolutè fertur.

¶ Ad maiorem,velle videre fenestram secundùm se est alia visio à visione transeuntium secundùm se, sed non est alia visio fenestræ vt est medium videndi transeuntes quàm visio transeuntium.Sic etiam concedimus,quòd volitio finis secundùm se, idest sine alio est alia à volitione medij materialiter secundùm se, sed tamen vt finis est ratio volendi medium est eadem volitio. Minor conceditur, ergo, &c. verum iuxta sensum primæ conclusionis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd finis inquantum est res quædam est aliud voluntatis obiectum,quàm id, quod est ad finem; sed inquantum est ratio volendi id, quod est ad finem,est unum,& idem obiectum.

¶ Ad maiorem, actus distinguuntur secundùm obiecta totalia ex æquo se habentia, sed non ex obiectis partialibus quorum, vnum est ratio alterius. Minor distinguitur, verum si quodlibet accipiatur secundùm se,& accipiuntur medium, & finis materialiter,sed negatur si accipiantur vt vnũ est ratio alterius,ergo,&c. verum iuxta sensum primæ conclusionis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd motus qui est vnus subiecto potest ratione differre secundùm principium, & finem,vt ascensio,& descensio sicut dicitur in.3.phi.* sic igitur inquantum motus voluntatis fertur in id,quod est ad finem prout ordinatur ad finem est electio, motus autem voluntatis qui fertur in finem secundùm quòd acquiritur per ea quæ sunt ad finem, vocatur intensio,cuius signum est, quòd intensio finis esse potest, etiam nondum determinatis his quæ sunt ad finem, quorum est electio.

* Art. 1.

¶Hoc argumentum arguit contra suppositum volens, quòd intensio non sit circa id,quod est ad finem.

¶ Ad maiorem ergo voluntas eius, quod est ad finem qui incipit ab eo quod est ad finem ipsum aceipiendo discretè præalio, quod etiam est ad finem, sed voluntas eius, quod est ad finem incipiens à fine, & procedens ad ea quæ sunt ad finem, & quandoque etiam indeterminatè, negatur,quòd sit electio,sicut dicit quis,volo sanari per remedium aliquod, & tamen non se determinat. Minor vera. Sed negatur consequentia,quia intensio est etiam finis, & eius quod est ad finem, vide etian de Veri.Mate. 22.articulo.13.ad vltimum;quia intentio dicit ordinem ad finem, sed electio comparat media ad inuicem, patuit articulo primo ad quartum.

Vtrum intentio conueniat brutis animalibus.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd bruta animalia intendant finẽ. Natura enim in his quæ cognitione carent magis distat à rationali natura quàm natura sensitiua,quæ est in animalibus brutis;sed natura intendit finem etiam in his quæ cognitione carent, vt probatur in 2. phi. * ergo multo magis bruta animalia intendunt finem.

¶ 2 Præterea. Sicut intensio est finis ita & fruitio; sed fruitio conuenit brutis animalibus, vt dictum est.* ergo & intentio.

¶ 3 Præterea.Eius est intendere finem cuius est agere propter finem, cum intendere nihil sit nisi in aliud tendere, sed bruta animalia agunt propter finem, mouetur enim animal vel ad cibum quærendum, vel ad aliquid aliquid huiusmodi, ergo bruta animalia intendunt finem.

¶Hic.D.S.iterum inquirit de alio dubio,quia enim dictum est, quòd intensio sit voluntatis, ideo est dubium, an ne & in bestijs inueniatur vbi non inuenitur voluntas.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est.* intendere est in aliud tendere,quod quidem est & mouentis,& moti; secundùm quidem igitur quòd dicitur intendere finem id, quod mouetur ad finem ab alio, sic natura dicitur intendere finem quasi mota ad suum finem à Deo,sicut sagitta à sagittante; & hoc modo etiam bruta animalia intendunt finem inquantum mouentur instinctu naturali ad aliquid.

* Art. 1.

¶ D.S.distinguit,quòd dupliciter aliquid tendit in finem vel sicut motum in finem ab alio sicut natura mouetur, &c.vt patuit q. prima.ar.2.vel sicut mouentis in finem. Et ratio distinctionis est, quia intendere est in aliud tendere, & quia hoc est mouentis, & moti,ideo sequitur distinctio. Respondet ergo de ambobus modis duplici conclusione,secundam ibi ponit. Alio modo,&c.Prima est,hoc modo,scilicet sicut mota,quemadmodum natura,bruta intendunt finem;probatur conclusio, quia sicut natura mouetur ad suum finem à Deo,ita bruta naturali instinctu,ergo,&c.

¶ Aduerte circa conclusionem, & antecedens, quòd in hoc est similitudo intenta à D.S,quia nec natura, idest purè naturalia se mouent,nec bestiæ, quia scilicet nec in bestijs est libertas;sed tamen in hoc est differentia, quia ibi sine apprehensione hic cum apprehensione,sed non libera,sed ex naturali instinctu,& apprehensione determinata ad vnum, ideo & bruta potius aguntur quã agant,& sic vtraque tendunt in finem sicut motum,& hoc sufficit proposito. Consequenter ibi.

¶ Alio modo intendere finem est mouentis,prout scilicet ordinat motum alicuius vel sui vel alterius in finem quod est rationis tantùm, vnde per hunc modum bruta non intendunt finem,quod est propriè, & principaliter intendere, vt dictum est *

* Art. primo.

¶ Respondet iuxta secundum membrum prædictum, quod D.S.exponit,quia est quã aliqua tendunt in finem sicut se mouẽtia tanquam motũ suũ habentia in potestate propria,quę pñt agere, vel non agere ex propria ordinatione, vel etiam motum alterius ordinantia in finem, & sic quod mouet naturam potius intendit finem quàm natura ipsa. Conclusio,per hunc modum bruta non intendunt finem,quod est propriè intendere. Probatur,quia intendere hoc modo est seipsum vel aliud mouere in finem ex ordine rationis;sed hoc non conuenit brutis,ergo patet ratio,& est in virtute arguere, quicquid requirit rationem in eodem supposito coniunctam non conuenit brutis, sed intendere isto modo est huiusmodi,ergo,&c.Confirmatur autem hæc secunda conclusio argumento in contrarium.

Conclusio secunda.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd ratio illa procedit, secundùm quòd intendere est eius, quod mouetur ad finem.

¶ Maior vera in gradu perfectionali, sed tamen tam natura pura,quàm natura sensitiua conuenit in moueri ad finem.

¶ Ad minorem dico, quòd natura intendit finem vt motum rendit,sed non vt mouens tendit,ergo, &c. Verum iuxta primam conclusionem tendunt vt mota per naturalem instinctum præuia apprehensione.

¶ Ad secundum dicendum,quòd fruitio non importat ordinationem alicuius in aliquid sicut intentio, sed absolutam quietem in fine.

¶ Maior negatur, quia intentio est finis cum ordinatione actiua, & libera suijpsius in finem vel alterius; non sic de fruitione saltem imperfecta,ad quam sufficit aliqui inhærere propter se saltem negatiuè;quare concessa minore,negatur consequentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd bruta animalia mouentur ad finem non quasi considerantia,quòd per motum suum possunt consequi finem,quod est propriè intendentis, sed quasi concupiscentia finem naturali instinctu mouentur ad finem quasi ab alio mota, sicut & & cætera quæ mouentur naturalirer,

¶ Ad maiorem,eius est intendere propriè,& secundo modo eius est agere propter finem liberè,& se mouendo,sed eius est intẽdere sicut moti,quod mouetur,&c.Ad minorem,dico, quòd agũt propter finem non se mouentia,sed mota,ergo &c. Verum iuxta primæ conclusionis sententiam.

Quæstio Decimatertia.

De electione.

CONsequenter considerandum est de actibus voluntatis qui sunt in comparatione ad ea quæ sunt ad finem,& sunt tres, eligere,consentire, & vti.electionem autem præcedit consilium. Primò, ergo considerandum est de electione, Secundò, de consilio. Tertiò, de consensu.Quartò, de vsu. Circa electionem quæruntur sex.Primò,cuius potentiæ sit actus, vtrum voluntatis vel rationis. Secundò, vtrum electio conueniat brutis animalibus. Tertiò,vtrum electio sit solùm eorum quæ sunt ad finem,vel etiam quandoque finis.Quartò,vtrum electio sit tantùm eorum quæ per nos aguntur.Quintò, vtrum electio sit solùm possibilium. Sextò,vtrum homo ex necessitate eligat vel liberè.

G

¶Postquam actum est de actibus voluntatis qui sunt circa finẽ, hic agitur de actibus eius qui sunt circa media ad finem, qui sunt tres,scilicet eligere,vti,& consentire, Primò ergo agit de electione.Secundò de consensu.q.15.Tertiò de vsu.q.16. Et patebit ratio ordinis.q.16.art 4. Et quia electio præsupponit consilium, ideo circa primum duo facit.Primò determinat de ipsa electione. Secundò ad manifestationem maiorem propositi determinat de cõsilio.q.sequenti. Circa primum tria facit. Primò ostendit cuius potentiæ sit actus subiectiuè.Secundò quorum sit obiectiuè.Et tertiò ostendit modum eius.Secunda incipit ar.3.Tertia in sexto. Circa primum primò facit,quod dictum est. Secundò ex dictis determinat quoddam dubium ar.2.

Vtrum electio sit actus voluntatis, an rationis.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd electio non sit actus voluntatis, sed rationis; electio enim collationem quandam importat qua vnum alteri præfertur,sed conferre est rationis, ergo electio est rationis. 1.q.38 ar.3 cor.Et 2.d. 24.q.1.ar.2 Et Veri.q. 22.ar.15.Et 3.Eth.Lec. 6.& cap.2. lib. 6.lect. 2.fin.

¶ 2 Præterea. Eiusdem est syllogizare, & concludere; syllogizare autem in operabilibus est rationis;cum igitur electio sit quasi conclusio in operabilibus, vt dicitur in septimo Ethicorum; * videtur, quòd sit actus rationis. * Arist.c.3.

¶ 3 Præterea. Ignorantia non pertinet ad voluntatem,sed ad vim cognitiuam; est autem quædam ignorantia electionis,vt dicitur in.3.Ethico.* ergo videtur, quòd electio non pertineat ad voluntatem, sed ad rationem. * Arist.c.1.

¶ Sed contra est, quòd philosophus dicit in 3. Ethicorum, * quòd electio est desiderium eorum quæ sunt in nobis; desiderium autem est actus voluntatis, ergo, & electio. * Arist.c.3.

¶ Hic primò inquirit cuius potentiæ sit.Pro intellectu, & fundamento dicendorum nota secundum D. S.in de Veri. Mate. 22. ar.3.quòd quamuis nulla actio inferioris agentis procedat ab ipso nisi in virtute superioris agentis, tamen actio quæ competit agenti inferiori ex propria natura attribuitur sibi absolutè, sicut aquę moueri deorsum; quæ verò competit inferiori ex speciali impressione superioris agentis, non attribuitur sibi absolutè, sed in ordine ad aliud,sicut fluere,& refluere attribuitur mari non absolutè,sed inquantum mouetur à luna. Sic ad propositum in omni actione voluntatis præsupponitur ratio, & tamen iste motus qui est voluntatis in obiectum suum absolutè, attribuitur voluntati,vt velle,amare,&c.Motus autem in quo expresè apparet ordo, & directio collatiua rationis non attribuitur voluntati absolutè,sed in ordine ad rationem, vt intentio electio.

¶ Nota secundò,quòd sicut supra dictum fuit, quando duę causæ concurrunt ad vnum effectum, tunc idem effectus secundùm rem, secundùm diuersa in eo considerata, reducitur in diuersas causas. Sic dictum fuit, quòd visio beatifica vt visio reducitur in potentiam intellectiuam, vt autem beatifica reducitur in lumen gloriæ,

gloriæ,sic actus ad quem concurrunt, ratio per notitiam collatiuam dirigendo,& voluntas ipsa eliciendo habet,quòd sit actus,& quòd sit ordinatus.Hæc autem duo non sunt duo secundùm rem sed vnum ; & tamen secundùm subſtantiam reducuntur in voluntatem,secundum verò ordinem, ideſt ordinatum esse reducuntur in rationem; sic dictum fuit supra de subſtantia, & specificatione actus voluntatis,quòd secundùm primum reducitur in voluntatẽ, sed secundum attributur apprehenso obiecto vt ratione efficiendi specificationem actus.

¶ Aduerte etiam, quòd semper id, quod est in effectu à superiore agente habet se vt formale respectu eius, quod est ab inferiore, esto non sint duo realiter distincta. His notatis videndum est de corpore articuli,quod statim constabit ex dictis.

¶ Respondeo dicendum, quòd in nomine electionis importatur aliquid pertinens ad rationem siue ad intellectum, & aliquid pertinens ad voluntatem; dicit enim philosophus in 6. Ethi. * quòd electio est appetitiuus intellectus,vel appetitus intellectiuus,quandocunque autem duo concurrunt ad aliquid vnum constituendum,vnum eorum est vt formale respectu alterius. Vnde Gregorius Nicenus dicit,* quòd electio neque est appetitus secundùm seipsam, neque consilium solùm, sed ex his aliquod compositum;sicut enim dicimus animal ex anima,& ex corpore compositum;esse, neque verò corpus esse secundùm seipsum, neque animam solã, sed vtrumque,ita & electionem.

* Arist.c.2.

* Greg.Nicee.li. 5.c. 4.

Conclusio prima præambu. ¶D.S.primò premittit duas conclusiones prẽabulares,& fundamentales. Secundam ibi.est autem.&c. Secundò ex eis deducit cõclusionẽ responsiuã,ibi.In huiusmodi autẽ,&c.Prima ergo cõclusio præambulatis implicitè a D.S.intenta est ista. In electione est aliquid formale,& aliquid materiale. Probatur, quia in nomine electionis importatur aliquid pertinens ad rationem, & aliquid pertinens ad voluntatem ; sed quandocunque duo concurrunt ad aliquid vnum constituendum, vnum eorum est formale, aliud materiale,ergo,&c.Maior probatur auctoritate philosophi 6. Ethicorum, & auctoritate Gregorij Niceni, qui dicit etiam, quòd electio sit aliquid compositum ex consilio, & appetitu. Et declarat hoc per exemplũ in naturalibus Minor relinquitur nota, quia constitutiua non possunt esse actualia æquè principalia, &c.

Sinistrum Aureoli caue intellectum. ¶ Aduerte circa maiorem ne incidas in sinistrum intellectum. Aureoli quem refert Capreolus in primo distinctio.1.q.2.ad primum contra tertiam conclusionem , quia in electione est vnum, & idem secundùm rẽ,quod secundùm vnam considerationem reducitur in intellectum,secundùm aliam in voluntatem. Vnde ista dualitas non est rerum,sed considerationum. Non enim electio est quoddam compositum realiter, sed virtualiter ; quemadmodum apud philosophiam solemus dicere,quòd conceptus speciei est compositus ex conceptu generis, & differentiæ, saltem simplicitate in essendo conceptus specifici. Sic in proposito in electione est considerare, quia est volitio, & est ordinata volitio, & acceptio vnius præ alio, & sic in nomine electionis importatur aliquid pertinens ad rationem, aliquid ad appetitum , hoc est dicere, quòd importatur actus qui secundùm aliquan considerationem reducitur in rationem,secundum aliam in voluntatẽ, &c. Deinde cum dicit.

¶ Est autem considerandum in actibus animæ, quòd actus qui est essentialiter vnius potentiæ vel habitus, recipit formam, & speciem à superiori potentia vel habitu, secundùm quòd ordinatur inferius à superiori; si enim aliquis actum fortitudinis exerceat propter Dei amorem,actus quidem ille materialiter est fortitudinis formaliter verò charitatis. Manifestum est autem,quòd ratio [d] quoddammodo voluntatem præcedit,& ordinat actum eius, inquantum scilicet voluntas in suum obiectum tendit secundùm ordinem rationis, eo quòd vis apprehensiua appetitiuæ suum obiectum representat ; sic igitur ille actus quo voluntas tendit in aliquid,quod proponitur vt bonum,ex eo, quòd per rationem est ordinatum ad finem materialiter quidem est voluntatis, formaliter autem rationis.

Dub.761.

Conclusio secunda. ¶ Subiungit secundam conclusionem præambularem , & magis propinquam proposito , istam.Ille actus quo voluntas , &c.vt in fine huius litteræ,& est sensus, quòd materiale electionis attribuitur voluntati absolutè , quod est subſtantia actus in aliquod obiectum;sed formale id est ordinatio apparens in hoc actu, reducitur in rationem sic,ꝙ non nisi ex cõcursu ordinatiuo rationis talis actus perficitur à voluntate. Probatur conclusio, actus qui essentialiter est vnius potentiæ recipit formam à superiori, &c. vt in littera;sed ratio quodammodo præcedit voluntatem , & ordinat actum eius , scilicet tanquam superior , ergo sequitur conclusio . Maior declaratur exemplariter. Et minor probatur, quia vis apprehensiua appetitui obiectum præsentat, &c.

¶ Aduerte circa maiorem,& probationem eius, quòd simile est in proposito in hoc de habitu imperato ab habitu superiori, ꝙ actus inferioris recipit aliquem ordinem, & formam à superiori ordinãte. Sic in proposito ordo qui est in electione est à ratione, sicut à ratione efficiendi actum ordinatum vt ordinatus est. An autem sit simile in hoc, quòd sicut in electione ordo nihil aliud est quàm actus sic ordinatus, ita quòd sit ordo fundamentalis ad obiecta quorum vnum alteri præfertur , sic etiam sit in ordine actus ad finem habitus imperantis . Vide Capreolum in primo dist.17.q.prima in solutionibus circa finem . Vbi videtur dicere, quòd ille ordo sit pura relatio,& non quid absolutum ; & tamen ad illam relationem oportet concurrere intentionem voluntatis, quæ est actus absolutus referens modo morali actum in finem suum . Quicquid sit de hoc,formale electionis in proposito non est relatio ad terminum correlatiuum , sed est ordo fundamentalis , ideſt actus ordinatè duo media vel plura respiciens, vt sit quasi relatio transcendens actus ad obiecta , sicut supra dictum est, quæstio. prima, artic.3.de relatione potentiæ ad obiectum. Deinde ibi.

¶ In huiusmodi autem subſtantia actus materialiter se habet ad ordinem , qui imponitur à superiori potentia,& ideo electio subſtantialiter non est actus rationis, sed voluntatis, perficitur enim electio in motu quodam animæ ad bonum quod eligitur, vnde manifestè [d] actus [e] est appetitiuæ potentiæ.

¶ Deducit ex dictis conclusionem responsiuam talem . Electio subſtantialiter non est rationis,sed voluntatis. Probatur assumendo maiorem ex conclusione secunda præambulari sic.Electio materialiter est voluntatis., formaliter rationis , sed subſtantia actus materialiter se habet ad ordinem qui imponitur à superiori potentia,scilicet ratione,igitur subſtantialiter est voluntatis. Maior patet. Minor fert secum probationem suam, quia quod est in effectu à superiori potentia est formale. Secundò probatur secunda pars conclusionis sic. Electio perficitur in motu quodam animæ ad bonum,quod eligitur;igitur est subſtantialiter voluntatis. Tenet consequentia , quia motus ad bonum est voluntatis, sed quia est motus non quomodocunque ad bonum , sed ordinatꝰ, ideo ratione ordinis reducitur in intellectum.

¶ Aduerte ex his, quòd per hoc , quòd electio dicitur esse voluntatis subſtantialiter,habetur quòd subſtantia electionis est voluntatis sicut principij effectiui , & per consequens subiectum eius.Sed per hoc,quòd formale dicitur esse rationis,habetur quòd ratio est principium in quod reducitur formale, sed quia formale non separatur à materiali immo in proposito constituunt vnũ actum secũdùm rem, ideo & formale & materiale sunt in voluntate sicut in subiecto. Ex ista conclusione per modum corollarij D.S.determinat, quod sine assertione relatũ est ab Aris. An videlicet electio sit intellectus appetitiuus , vel appetitus intellectiuus, quia est appetitus intellectiuus , &c. Vide etiam. D. S.in de Veri. Ma.22.q.15.& in.2.dist.24.q.1.ar.2.in cor. vbi habet quæ ad propositum faciunt.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat secundam partem conclusionis responsiuæ . Et accipitur desiderium largè, prout omnis motus voluntatis respectu absentis dicitur desiderij, vt patebit infra q. 25.art.4.ad primum.Et vide. D. S. prima parte. q.83.arti.3. quia philosophus in.6.Ethi. sub dubio reliquit cuius potentiæ esset actus. Sed in tertio magis declinat ad hoc, quòd sit voluntatis.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd electio importat collationem quandam præcedentem , non quòd essentialiter sit ipsa collatio .

¶ Si maior intelligitur essentialiter,negatur, quia collatio essentialiter est consilium, sed si intelligitur præsuppositiuè,conceditur, quia nunquam appetitus præferret vnum alteri, nisi contingeret sibi in eodem suppposito collatio , & ordinatio actiua rationis.Vnde.D.S.in de Veri.supra ad tertium dicit,discretio inuenitur in electione , secundùm quòd pertinet ad rationem , cuius proprietatem sequitur voluntas in eligendo. Quare negatur consequentia, quòd sit rationis subſtantialiter, vel subiectiuè , sed est rationis quo ad formale ad sensum dictum .

¶ Ad secundum , quòd conclusio syllogismi quæ sit in operabilibus ad rationem pertinet, & dicitur sententia , vel iudicium , quam sequitur electio, & ob hoc ipsa conclusio pertinere videtur ad electionem tanquam ad consequens.

¶ Ad maiorem. Eiusdem est syllogizare,& concludere conclusionem primam,& immediatam, sed non oportet quòd concludat consummatiuam conclusionem consilij extrinsecam. Dico enim,

enim quòd syllogizatio practica habet duplicem conclusionem vt patet prima parte vbi iam ad secundum . Minor conceditur. Ad consequens dico , quòd electio est conclusio secundaria & extrinseca , quia ad dictamen practicum intellectus sequitur acceptatio voluntatis,quæ est electio. Vnde pertinet ad rationem antecedenter ratione formalis , sicut ad principium formalis , sed non sicut ad subiectum , quia ratio concurrit ad huiusmodi actus ordinatos voluntatis,sicut ratio coefficiendi . Vnde.D.S.supra in de Veritate ad secundum dicit . Practicæ inquisitionis est duplex conclusio.Vna quæ est in ratione , scilicet sententia quæ est iudicium de consiliatis. Alia verò quæ est in voluntate, & huiusmodi est electio.Et dicitur conclusio per quandam similitudinem, quia sicut in speculatiuis vltimò statur in conclusione, ita in operatiuis vltimò statur in operatione, hæc ille.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ignorantia dicitur esse electionis, non quòd ipsa electio sit scientia,sed quia ignoratur , quid sit eligendum .

¶ Ad maiorem ignorantia pertinet ad vim cognoscitiuam formaliter suo modo , & tamen potest pertinere ad voluntatem ad aliquem sensum, scilicet materialiter obiectiuè remotè , quia priuat formaliter scientiam,& notitiam particularem, qua dirigeretur electio,nunc autem ignoratur quid sit eligendum.

¶ Ad minorem , vera est ad sensum nunc dictum , sed negatur consequentia,quia & per ignorantiam potest priuari scientia directiua actus voluntatis.

Vtrum electio conueniat brutis animalibus .

H 2.di.25.ar. 1.ad 6 &7. Et 5. Meta. Lec. 15.fin.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod electio brutis animalibus conueniat , electio enim est appetitus aliquorum propter finem, vt dicitur in.3.Ethi. * sed bruta animalia appetunt aliquid propter finem , agunt enim propter finem , & ex appetitu , ergo in brutis animalibus est electio .

* Arist.c.3.

¶ 2 Præterea. Ipsum nomen electionis significare videtur, quòd aliquid præ alijs accipiatur ; sed bruta animalia accipiunt aliquid præ alijs sicut manifestè apparet,quòd ouis vnam herbam comedit , aliam refutat; ergo in brutis animalibus est electio.

* Arist.ca. 12.

¶ 3 Præterea. Vt dicitur in.6.Ethi. * ad prudentiam pertinet, quòd aliquis bene eligat ea quæ sunt ad finem, sed prudentia conuenit brutis animalibus , vnde dicitur in principio Metaph. * quòd prudentia sunt sine Disciplina quæcunque sonos audire non potentia sunt , vt apes,& hoc etiam sensui manifestum videtur , apparent enim mirabiles sagacitates in operibus animalium , vt apum , & aranearum , & canum; canis enim insequens ceruum si ad triuium venerit , odoratu quidem explorat an ceruus primam vel secundam viam transierit , quod si inuenerit non transisse iam securus per tertiam viam incedit non explorando , quasi vtens syllogismo diuisiuo , quo concludi posset ceruum per illam viam incedere , ex quo non incedit per alias duas , cum non sint plures;ergo videtur,quòd electio brutis animalibus conueniat.

* Arist. tex. 11. visq; ad 19.

* Greg.Nicee.li.5.c.4.

¶ Sed contra est quod Grego. Nicenus dicit. * quòd pueri,& irrationalia voluntariè quidem faciunt non tamen eligentia, ergo in brutis animalibus nõ est electio.

¶ Hic Doct.S.ex dictis determinat dubium , an electio brutis conueniat.

¶ Respondeo dicendum , quòd cum electio sit præacceptio vnius necesse est,quòd electio sit respectu plurium quæ eligi possunt , & ideo in his quæ sunt penitus determinata ad vnum,electio locum non habet.

¶ D.S.primò præmittit quoddam præambulum . Secundò ex eo deducit conclusionem responsiuam,ibi.Est autem,&c. Præambulum stat in hac conclusione . In his, quæ sunt penitus determinata ad vnum electio locum non habet . Probatur, quia electio est præacceptio vnius respectu alterius , ergo conclusio vera. Deinde ibi.

* q.1.art.2. ad 3 q.5.ar. 2.q 10.ar.1. ad tertiũ. & q. 11. ar. 2. in cor.

¶ Est autem differentia inter appetitum sensitiuum, & voluntatem , quia vt ex prædictis patet. * appetitus sensitiuus est determinatus ad vnum aliquid particulare secundùm ordinem naturæ , voluntas autem est secundùm naturæ ordinem determinata ad vnum commune quod est bonum , sed indeterminatè se habet respectu particularium bonorum ; & ideo propriè voluntatis est eligere , non autem appetitus sensitiui , qui solus est in brutis animalibus,& propter hoc brutis animalibus electio non conuenit.

¶ Deducit talem conclusionem responsiuam . Brutis animalibus electio non conuenit.Probatur, electio non est appetitus sensitiui tantùm,sed bruta habent solùm appetitum sensitiuum , ergo,&c. Maior probatur,Electio non habet locum in penitus determinatis ad vnum , sed voluntas non est determinata ad vnum, appetitus autem sensitiuus est determinatus ad vnum dupliciter, ergo,&c.Maior patuit ex præambulo. Minor declaratur,& probatur ex differentia inter appetitum sensitiuum , & voluntatem, & patet littera ex supra dictis. Minor principalis est nota.

¶ Confirmatur etiam conclusio argumento in contrarium,stat autem totum fundamentum articuli huius in hoc , quòd liberum arbitrium deest brutis , ergo electio , deest autem liberum arbitrium , quia deest perfecta cognitio.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd non omnis appetitus alicuius propter finem vocatur electio , sed cum quadam discretione unius ab altero , quæ locum habere non potest,nisi ubi appetitus potest ferri ad plura.

¶ Ad maiorem,electio est, &c. Verum, præacceptando vnum præ alio,ita quòd est cum discretione, quæ non conuenit appetitui sine ratione coniuncta sibi. Ad minorem, verum,sed sine discretione solùm ex impetu naturæ,&c.

¶ Ad secundum dicendum,quòd brutum animal accipit unum præ alio , quia appetitus eius est naturaliter determinatus ad ipsum , unde statim quando per sensum uel per imaginationem representatur sibi aliquid ad quod naturaliter inclinatur,eius appetitus absque electione mouetur ad ipsum, sicut etiam absque electione ignis mouetur sursum , & non deorsum.

¶ Ad maiorem , electionis nomen , &c.vt præ alio accipiatur non ex instinctu naturæ determinatæ ad vnum,sed liberæ, & cũ discretione . Minor vera ex naturali impulsu sine collatione herbæ ad herbam,quæ collatio requiritur saltem antecedenter ad electionem.Vnde negatur consequentia,alias sequeretur , quòd igni conueniret electio,quia tendit in vnum locum , & non in alium. Vnde bestia non comparat herbam ad herbam , sed quamlibet seorsum tentat, & gratam comedit.

¶ Ad tertium dicendũ,quòd sicut dicitur in. 3.phy. * Motus est actus mobilis à mouente , & ideo uirtus mouentis apparet in motu mobilis , & propter hoc in omnibus quæ mouentur à ratione , apparet ordo rationis mouentis , licet ipsa quæ à ratione mouentur rationem non habeant ; sic enim sagitta directè tendit ad signum ex motione sagittantis , ac si ipsa rationem haberet dirigentem;& idem apparet in motibus horologiorum , & omnium ingeniorum humanorum quæ arte fiunt. Sicut autem comparantur artificialia ad artem humanam , ita comparantur omnia naturalia ad artem Diuinam , & ideo ordo apparet in his quæ mouentur secundùm naturam , sicut & in his quæ mouentur secundùm artem, ut dicitur in.2.physicorum. * & ex hoc contingit , quòd in operibus brutorum animalium apparent quædam sagacitates inquantum habent inclinationem naturalem ad quosdam ordinatissimos processus,vtpote à summa arte ordinatos , & propter hoc etiam quædam animalia dicuntur prudentia vel sagacia , non quòd in eis sit aliqua ratio uel electio , quod ex hoc apparet quòd omnia quæ sunt unius naturæ similiter operantur .

* Arist. tex. 49.

¶ Ad maiorem,ad prudentiam,verum,perfectam quæ est cum discretione vnius præ alijs,quod accipitur non ex instinctu naturæ determinatæ ad vnum, sed liberæ & cum discretione vnius præ alio pertinet electio.Ad minorem, prudentia imperfecta conuenit animalibus quæ est certa, & ordinata prosecutio alicuius certi,& determinati boni , qui ordo prouenit ex impressione agentis primi qui per intellectum naturam instituit . Negatur autem, quòd canis vtatur syllogismo diuisiuo, sed ex naturali instinctu, & odoratu monetur ad tertiã viã,& si odoratsset in alijs vijs , tunc per eas fuisset insecutus leporem ; vnde canis non potest apud se syllogizare, non transiuit illam , & non illam , ergo tertiam,sed pro semel apprehendit tantùm vnum locum , & postea alium , & vbi percipit per olfactum transisse leporem,ibi insequitur, sed nõ semel,

semel apprehendit tres vias comparando adinuicem, & vnam præacceptando, quod requiritur ad electionē. Vnde motus huiusmodi sunt ex prudentia Diuina, sed non cum prudentia in eodem suppositō.

Vtrum electio sit solùm eorum quæ sunt ad finem, vel etiam quandoque finis.

Infra ar. 4. & 6. cor. Et 3.q 18.ar.4. cor. Et lib. 4. contr. ca. 95. fin. Et opus. 2. cap. 177. Et 3. Eth. lec. 1. Et 1 Per hierm. Lec. 14. fin.

I AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd electio nō sit tantùm eorum, quæ sunt ad finem: dicit enim philosophus in 6. ethi. * quòd electionem rectam facit virtus; quæcunque autem alterius gratia nata sunt fieri non sunt virtutis, sed alterius potentiæ, illud autem cuius gratia fit aliquidem est finis, ergo electio est finis.

¶ 2 Præterea electio importat præacceptionē vnius respectu alterius; sed sicut eorum quæ sunt ad finem vnum potest præaccipi alteri, ita etiam diuersorum finium; ergo electio potest esse finis, sicut & illorum, quæ sunt ad finem.

* Arist. c. 12.

¶ Sed contra est, quod philosophus dicit in tertio ethicorum. * quòd voluntas est finis, electio autem eorum quæ sunt ad finem.

* Arist. c. 2.

¶ Hic D.S. inquirit de obiecto electionis. Et facit tria secundū tres conditiones requisitas ad obiectum ipsius. Quarum prima est esse eorum quæ sunt ad finem.

* Ar. primo ad secūdū.

¶ Respon. dicendum, ꝙ sicut iam dictum est. * electio consequitur sententiam, vel iudicium quod est sicut conclusio syllogismi operatiui; vnde illud cadit sub electione, quod se habet vt cōclusio in syllogismo operabilium, finis autem in operabilibus se habet, vt principium, & nō ut conclusio, vt philosophus dicit 2. phisic. * vnde finis inquantum est huiusmodi non cadit sub electione.

* Aristot. tex. 19.

Conclusio responsiua.

¶ D.S. primò deducit conclusionem responsiuam. Secundò declarat eandem quadam alia conclusione ibi. Sed sicut, &c. Conclusio responsiua est. Finis inquantum huiusmodi non cadit sub electione. Probatur, illud cadit sub electione, quod se habet vt cōclusio in syllogismo operabilium; sed finis non se habet vt conclusio, sed vt principium, ergo, &c. Maior probatur, quia electio consequitur iudicium, &c. immo etiam est conclusio secundaria extrinseca consilij, &c. Minor est auctoritas philosophi, ergo, &c. Et aduerte, quòd electio est finis consilij non semper nec solùm ratione inquisitionis, & deliberationis, sed quandoque ratione certæ scientiæ, quæ apprehenditur sine deliberatione. vt. q. sequēti. Consequenter cum dicit.

¶ Sed sicut in speculatiuis nihil prohibet id quod est vnius demonstrationis, vel scientiæ principium, esse cōclusionem alterius demonstrationis, vel scientiæ; primū tamen principium indemonstrabile non potest esse cōclusio alicuius demonstrationis, vel scientiæ; ita etiam contingit id quod est in vna operatione vt finis, ordinari ad aliquid vt ad finem, & hoc modo sub electione cadit.

Conclusio secunda.

¶ Declarat prædictam conclusionem responsi. alia conclusione declaratoria, scilicet quare dictum sit in ea, inquantum huiusmodi, ista. Contingit, id quod est in vna operatione vt finis, cadere sub electione prout ordinatur ad alium finem, sed vltimus finis nullo modo sub electione cadit. Hanc conclusionem probat primò ratione. Secundò exemplo, & auctoritate ibi. Sicut, &c. Ratione ergo sumpta ex proportione finis ad principium in speculatiuis, quia nihil prohibet, &c. ergo conclusio vera quo ad ambas partes. Tenet consequentia à proportione sepe dicta. Consequenter ibi.

¶ Sicut in operatione medici sanitas se habet vt finis, vnde hoc non cadit sub electione medici, sed hoc supponit tanquam principium; sed sanitas corporis ordinatur ad bonum animæ, vnde apud eum qui habet curam de animæ salute potest sub electione cadere esse sanum, vel esse infirmum, nam Apostolus dicit. 2. ad Corinth. 12. Cum autem infirmor, tunc fortior sum, & potens; sed vltimus finis nullo modo sub electione cadit.

D. Paul.

¶ Ostendit dictam conclusionem declaratoriam exemplariter de sanitate, quæ vt est finis à medico intētus, est principiū electionis, & consilij; sed vt est mediū ad salutē animæ, cadit sub consilio & electione. Et confirmatur hoc secundū auctoritate Apostoli. Ex his patet quare dixerat prima cōclusio, ꝙ finis inquātū huiusmodi nō cadit sub electione. Aduerte, ꝙ vt supra dictū est, vltimus finis capitur dupliciter. Vno modo pro re quæ præstituitur tanquā in qua vī esse ratio vltimi finis, & sic non est inconueniens, ꝙ positis duobus, vnū eligatur præ alio, quod electū appetitur propter cōmunē rationē vltimi finis, sicut infra. q. 16. dicetur de vsu, licet vt sic nō eligatur propriè propter alium finē. Sed alio modo capitur vltimus finis formaliter, & sic non appetitur propter aliud nec eius est electio. Patet ex hoc ꝙ beatitudo formaliter non præeligitur miseriæ, sed appetitus tendit in beatitudinem respuendo miseriam. Electio enim est vbi vtrumque apprehenditur vt appetibile ad finem, sed vnum vt magis appetibile.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primā cōclusionem. Et patuit aliquid de hoc argumento supra. q. 8. arti. 3. quia voluntas est semper finis, licet non tantùm, sed electio est tātùm mediorum, præsuppositā volitione finis, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd fines proprij virtutum ordinantur ad beatitudinem sicut ad vltimū finem, & hoc modo potest esse eorum electio.

¶ Ad auctoritatem dicitur ad intentionem philosophi. 6. Ethi. & D.S. ibidem in com. & inf. q. 56. ar. 4. ad quartum. &. q. 58. ar. 4. in cor. Electionem rectam facit virtus, scilicet moralis, ratione intentionis finis quā electio præsupponit. Sed electionem rectā ratione præacceptationis eorum quæ sunt ad finem, non facit virtus moralis, sed aliud principiū, quod est prudentia cū virtutibus sibi adiunctis, saltē directiuè, & præceptiuè, esto non elicitiuè, sic intelligitur illa auctoritas, Ergo electio est finis. Negatur consequentia, sed præsupponit intentionem finis recti, quam facit virtus moralis. Sed. D. S. non examinat illam auctoritatem hic in solutione, & admittit, quòd est finis, sed non inquantum huiusmodi, sed vt finis propinquus virtutis moralis (scilicet benè se habere secundùm rationem in tali materia) ordinatur vlterius in beatitudinem. Sed hoc non oportet dicere ex virtute illius auctoritatis, vt patet intuenti textum philosophi, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut supra habitū est, vltimus finis est vnus tantùm, vnde vbicunque occurrunt plures fines, in eos potest esse electio secundùm quòd ordinantur ad vltimum finem.

¶ Minor vera, vnus finis, sed non vltimus præacceptatur præ alio. prout ordinatur in finem vltimum. Et sic electio non est finis vt finis, sed vt medium est; sicut vnus eligit istum modum viuendi virtuosum, alius alium, vt per eum possit peruenire ad beatitudinem, &c.

Vtrum electio sit tantùm eorum quæ per nos aguntur.

A D quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ electio non sit solū respectu humanorū actuum; electio enim est eorū quę sunt ad finē, sed ea quæ sunt ad finē nō solū sunt actus, sed etiā organa, vt dicitur ī. 2. Physi. * ergo electiones non sunt tantùm humanorum actuum.

* ar. primo. * Arist. c. 2. * art. 4.

¶ 2 Præterea. Actio à contemplatione distinguitur, sed electio etiam in contemplatione locum habet, prout scilicet vna opinio alteri præeligitur, ergo electio nō est solùm humanorum actuum.

¶ 3 Præterea. Eliguntur homines ad aliqua officia vel secularia vel ecclesiastica ab his, qui nihil erga eos agūt, ergo electio non solùm est humanorum actuum.

* In sua regula.

¶ Sed cōtra est quod philosophus dicit in. 3, Ethi. * ꝙ nullus eligit nisi ea quæ existimat fieri per ipsum.

* Arist. c. 2.

¶ Hic inquiritur alia conditio obiecti ipsius electionis. An sit solùm agibile à nobis propter finem. Dictum est enim, quod obiectum electionis est id, quod est ad finem. Quærit nunc de conditione eius quod est ad finem.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ sicut intentio est finis, ita electio est eorū q̄ sunt ad finē, finis autē vel est actio vel res aliqua: Et cū res aliqua fuerit finis, necesse est, ꝙ aliqua humana actio interueniat, vel inquantū homo facit rē illam quæ est finis, sicut medicus facit sanitatem quæ est finis eius, vnde & facere sanitatem dicit vt finis medici, vel inquantum homo aliquo modo vtitur, vel fruitur re quæ est finis, sicut auaro est finis pecunia vel possessio pecuniæ. Et eodē modo dicendū est de eo, quod est ad finē, quia necesse est vt id, quod est ad finē, vel sit actio vel res aliqua interueniēte aliqua actione, per quā facit id quod est ad finem, vel vtitur eo; & per hunc modum electio semper est humanorum actuum.

¶ D S. re-

Conclusio responsi.

¶ D.S. respondet tali conclusione. Electio semper est humanorum actuum per hunc modum, quia necesse est, vt id quod est ad finē, vel sit actio, vel res interueniente aliqua actione per quā &c, vt in littera. Probatur, sicut intentio est finis, ita electio eorum quæ sunt ad finem; sed finis (obiectum intentionis,) vel est actio, vel res aliqua, & tamen necesse est vt tunc humana actio interueniat, ergo sequitur conclusio. Maior patet ex supra dictis, quia sicut intentio est finis acquirendi per media; ita electio est mediorum per quæ acquirendus est finis, vt supra dictum fuit. Probatur minor pro secunda parte exemplariter in multis, vt in littera. Et stat ratio in proportionabilitate, quæ est inter habitudinem intentionis ad finem, & habitudinem electionis ad media. Confirmatur conclusio responsiua argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ organa ordinantur ad finem inquantum homo vtitur eis propter finem.

¶ Maior vera. Eorum quæ sunt ad finem, sed semper in ordine ad actum. Ad minorem, organa sunt ad finem inquantum eis vtimur ad finem, ille autem vsus est actus humanus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in ipsa contemplatione est aliquis actus intellectus assentientis huic opinioni vel illi; actio verò exterior est quæ contra contemplationem diuiditur.

¶ Ad maiorem, actio exterior distinguitur a contemplatione, sed contemplatio etiam est actio, sed immanens non transiens; vide infra q. 57. ar. 1. ad primum. Concedo minorem, potissimè & vniuersaliter quo ad exercitium, nō tamen semper quo ad assensum, nisi in opinabilibus, & non necessarijs, vt patet secunda secundæ, q. 2. ar. 9. ad secundum, & infra, q. 17. ar. 6. Negatur consequentia. Patet ex his, quòd electio est aliquorum etiam in ordine ad actionem interiorem & immanentem.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ homo qui eligit Episcopum, vel Principem ciuitatis, eligit nominare ipsum in talem dignitatem, alioquin si nulla esset eius actio ad cōstitutionem Episcopi, vel Principis non competeret ei electio, Et similiter dicendū est, ꝙ quandocūq; dī aliqua res præeligi alteri adiungit ibi aliqua operatio eligētis.

¶ Negatur antecedens, immo oportet, quòd in eos cōsentiant, & eos nominent; licèt nō agant erga eos actione electis inherēte, agunt tamen aliquam actionem, aliàs eis non competeret electio, nec tñ strictè accipit operatio, sed extēsè, vt dicetur infra de vsu.

Vtrum electio sit solùm possibilium.

L Veri. q. 22. ar. 13. ad 12. Et 3. Ethic. lect. 5. fi.

A D quintum sic proceditur. Videtur, quòd electio non sit solùm possibiliū, electio enim est actus voluntatis, ut dictum est, * sed uoluntas est possibilium & impossibiliū, ut dicitur in 3. Ethic. * ergo & electio.

¶ 2 Præterea. Electio est eorum quæ per nos aguntur, sicut dictum est, * nihil ergo refert quantum ad electionem, ut eligatur id quod est impossibile simpliciter, uel id quod est impossibile eligenti; sed frequenter ea quæ eligimus perficere non possumus, & sic sunt impossibilia nobis, ergo electio est impossibilium.

¶ 3 Præterea. Nihil homo tentat agere nisi eligendo, sed beatus Benedictus dicit, * quòd si prælatus aliquid impossibile præceperit tentādum est, ergo electio potest esse impossibilium.

¶ Sed contra est quod Philosophus dicit in 3. Ethi. * quòd electio non est impossibilium.

¶ Hic inquiritur tertia & vltima cōditio obiecti eligibilis, scilicet de possibilitate. Pro fundamento dicendorum, & pro cassatione argumentorum Scoti in secundò, dist. 6. q. 1. quibus arguit in hac materia præsertim contra solutionem secundi, oportet notare primò, quòd electio non nominat quencunque voluntatis actum, sed perfectum & efficacem præsupponentem cognitionem alicuius, & apprehensionem sub ratione boni. Secundò oportet notare ex prima par. q. 5 quòd nihil habet rationem boni, nec apprehenditur sub ratione boni; nisi in ordine ad esse aliquod. Non enim appetit quis sanitatē, nisi vt sibi insit, & amat aliquis amicum, quia cupit sibi benè esse. Ex quo sequitur, quòd ad appetitum, qui est electio præsupponitur non quæcunque apprehensio, quia non apprehensio simplex primæ operationis, sed operatio qua apprehenditur res in ordine ad existere. Sequitur etiam, quòd appetibile & volibile vt sic, sonat quoddam complexum non abstrahens ab esse & non esse, sed includens existere. Ex quibus omnibus sequitur, quòd implicantia contradictionem non habent rationem appetibilis vel volibilis, quia non sunt entia realia nec rationis, immo nec ens, nec non ens. Patet ex his falsum esse incomplexa vt sic, esse appetibilia. Similiter falsum esse, quòd implicans contradictionem sit ens vel appetibile. His suppositis videndum est de articuli corpore.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictū est, * electiones nostræ referuntur semper ad nostras actiones, ea autem quæ per nos aguntur sunt nobis possibilia; unde necesse est dicere, ꝙ electio non sit nisi possibilium. * ar. 4.

Conclusio. responsi.

¶ D.S. respondet tali cōclusione, necesse est dicere, quòd electio non sit nisi possibilium. Probatur triplici ratione. Secunda, ibi. Similiter etiam. Tertia ibi. Apparet etiam. Prima sumitur ex præcedenti articulo, & est clarè in littera.

¶ Similiter etiam ratio eligendi aliquid est, ut ex hoc possimus consequi finem, uel ex hoc, quòd ducit ad finem, per id autem quod est impossibile non potest aliquis consequi finem, cuius signum est, quia cum in consiliando perueniunt homines ad id quod est eis impossibile, discedunt quasi non ualentes ulterius procedere.

¶ Subiungit secundam rationem pro conclusione responsiua, quæ sumitur ex motiuo ad eligendum, clarè in littera. Deinde ibi.

¶ Apparet etiam hoc manifestè ex processu rationis præcedente, sic enim se habet id quod est ad finem, de quo electio est ad finem, sicut cōclusio ad principium. Manifestum est autem, quòd conclusio impossibilis nō sequitur ex principio possibili; unde non potest esse, ꝙ finis sit possibilis, nisi id quod est ad finem fuerit possibile; ad id autem quod est [d] impossibile nullus mouetur, unde nullus tenderet in finem nisi per hoc, quod apparet id quod est ad finem esse possibile. Vnde id qđ est impossibile sub electione non cadit. Dub. 3 94.

¶ Est tertia ratio q̄ fundatur in proportione electionis ad processum rationis, id est consilium præsuppositum ante electionem. Et stat in hoc, quòd ex possibili fine sequitur medium possibile, quia ergo electio est ex fine possibili ad medium in via intentionis, ideo in via intentionis ex fine præstituto, tanquam possibili concluditur de medio possibili. Et è contra in via executionis nō posset aliquis consequi finem, nec esset possibilis consequi, nisi per medium possibile, quia ergo electio est tendentia ad medium per quod habeatur finis possibilis, oportet medium electum esse possibile, &c. Corroboratur etiam conclusio responsiua argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd uoluntas media est inter intellectum, & exteriorem operationem; nam intellectus proponit uoluntati suum obiectum, & ipsa uoluntas causat exteriorem actionē; sic igitur principium motus uoluntatis consideratur ex parte intellectus, qui aprrehendit aliquid ut bonum in uniuersali, sed terminatio seu perfectio actus uoluntatis attenditur secundum ordinem ad operationem per quam aliquis tendit ad consecutionem rei: nam motus uoluntatis est ab anima ad rē, & ideo perfectio actus uoluntatis attēditur fm hoc ꝙ est aliquid bonum alicui ad agendum; hoc autē est possibile, & ideo uoluntas completa non est nisi de possibili quod est bonum uolenti, sed uoluntas incompleta est de impossibili, quæ secundum quosdam uelleitas dicitur, quia scilicet aliquis uellet illud si esset possibile. Electio autem nominat actum uoluntatis iam determinatum ad id quod est huic agendum, & ideo nullo modo est nisi possibilium.

An uolitas perfecta sit impossibiliū. Scotus.

¶ Dico, quòd committitur in hoc argumento fallacia consequētis arguendo a superiori non distributo ad inferius sic. Voluntas est impossibilium, ergo electio quæ est talis voluntas. Ad maiorem dico secundò, electio est actus voluntatis determinatus & completus, & conclusio ex principio possibili, & tanquam eo principio per quod possibile debet consequi. Ad minorem, si intelligitur de voluntate imperfecta, id est velleitate, & iterum de voluntate conditionata talis est impossibilium, id est aliquis vellet impossibile, cum hac conditione, si esset possibile. Si autē intelligitur de voluntate completa, quæ est de bono agendo, & præceptiua actionis propter finem, negatur, quia vt patuit non est res bona nisi existat. Et si existat actu vel potentia, & sic operabile propter finem, ergo non impossibile, vt de se patet. Quare negatur consequentia. Nota circa hanc solutionem, quòd Scotus vbi supra, tenet oppositum illius solutionis dicendo, quòd voluntas etiam perfecta potest esse impossibilium. Et vt euadat authoritatem Philosophi dicentis electionem

esse solùm possibilium, dicit, quòd per electionem possumus intelligere duo, vel scilicet actum voluntatis consequentem cõclusionem consilij efficacem, & sic conceditur, quòd electio non est impossibilium; sed alio modo potest importare actum voluntatis consequentem plenam apprehensionem obiecti, quæ non est præceptiua vel operatiua, & sic dicit, quòd talis electio potest esse impossibilium. Sed huius falsitas patet ex dictis in principio, quia nullus actus voluntatis est, nisi qui sequitur apprehensionem secundæ operationis intellectus de eo, quod apprehenditᵉ vt bonũ; sed nihil apprehenditur vt bonum: nisi in ordine ad existere actu vel potentia, & sic vt possibile. Aduerte tamen pro maiori intellectu, quòd est appetibile duplex. Vnum per se, aliud per accidẽs. Impossibile similiter est duplex, scilicet per se, & per accidẽs. Impossibile per se est quod siue omni hypothesi non potest esse; sed implicat. Impossibile per accidẽs est, quod est impossibile ex suppositione, sicut filiam illius mortuum resurgere est impossibile secundùm æstimationem gentilium; similiter habere membrum abscisum est impossibile, vel non peccasse postquam aliquis peccauit. Potest ergo impossibile per accidens per se appeti; sicut patet, quòd aliquis appetit se nunquam peccasse, vel integritatẽ corporis irrecuperabilem. Impossibile etiam per se potest per accidens appeti, sicut qui odit Deum, vult Deum non esse per accidens ratione alicuius apparentis boni voliti ab odiente Deum. Sic qui fruitur se appetit impossibile per accidens, scilicet esse sibi summum bonũ, & hoc appetit ratione delectationis alicuius sibi inordinatè volitę. Et hoc probãt argumenta Scoti, ibidem. Non autẽ probant, quòd impossibile per se sit per se appetibile actu perfecto voluntatis. Et hoc nos dicimus, scilicet quòd non potest esse, quòd impossibile per se possit, per se, & non ratione alterius apperi. Falsum etiam est & contra Philosophũ 8. Ethic. quòd actus voluntatis, qui est amor amicitiæ, sit ad omne ens, quia nec est ad bestias, & tamen si hoc esset verum, non sequeretur, quòd esset ad impossibilia; sed solùm ad apprehensibilia omnia sub ratione boni & entis. Arist.

¶ Ad secundum dicendum, quòd cum obiectum voluntatis sit bonum apprehensum; hoc modo iudicandum est de obiecto volũtatis secundùm quòd cadit sub apprehensione; & ideo sicut quandoq; voluntas est alicuius, quod apprehendit vt bonum, * & tamen non est verè bonũ; ita quandoque est electio eius, quod apprehenditur vt possibile eligenti, quod tamen non est ei possibile. * q.8.ar.1.

¶ Ad illam nihil ergo refert, &c. Verum si id quod est impossibile eligenti apprehenderetur vt impossibile; sed quandoque in re est impossibile, habetur tamen vt possibile. Ad minorem, sunt nobis impossibilia, habentur tamen & apprehenduntur vt possibilia, negatur consequentia, &c.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd hoc ideo dicitur, quia an aliquid sit possibile, subditus non debet suo iudicio definire; sed in vnoquoque iudicio superioris stare.

¶ Non vult authoritas, quòd subditus debeat niti ad impossibile vt sic, sed quia non debet ipse discutere, an sit impossibile, &c. In quibus autem teneatur subditus prælato obedire; vide secunda secundæ q.14.ar.5. Aduerte ex D.S. in de Veri. Mate. 17. ar. 5. ad quartum, quòd subditus non debet iudicare & stare iudicio suo, & subditus non habet iudicare de præcepto prælati, tamen de impletione, quæ ad ipsum spectat.

Vtrum homo ex necessitate, vel liberè eligat.

M 1.q.115 ar. 4.cor. Et 2. 2.q.104 ar. 1.cor. Et ve ri.q.22.ar.6 Et q.24.ar. 1. Et Mal.q. 6. Et 1. Perhiero. lect. 14. fi.

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd homo ex necessitate eligat; sic enim se habet finis ad eligibilia, vt principia ad ea quæ ex principijs cõsequuntur, vt patet in 7. Ethi. * sed ex principijs ex necessitate deducuntur conclusiones, ergo ex fine de necessitate mouetur aliquis ad eligendum.

¶ 2 Præterea. Sicut dictũ est, * electio consequitur in iudicium rationis de agendis; sed ratio ex necessitate iudicat de aliquibus propter necessitatẽ præmissorum, ergo videtur, quòd etiam electio ex necessitate sequatur. * Arist.c.8. * ar.1.

¶ 3 Præterea. Si aliqui duo sunt pẽnitus æqualia; nõ magis mouetur homo ad vnum quàm ad aliud, sicut famelicus si habet cibum æqualiter appetibilem in diuersis partibus, & secundum æqualem distantiam, non magis mouetur ad vnum, quàm ad alterum; vt Plato dicit, * assignans rationem quietis terræ in medio; sicut dicitur in 3. de Cœlo, sed multominus potest eligi, quod accipitur vt minus, quàm quod accipitur vt æquale, ergo si proponantur duo vel tria, vel plura inter quæ vnum magis appareat, impossibile est aliquod aliorum eligere; ergo ex necessitate eligitur illud, quod eminentius apparet; sed omnis electio est de omni eo quod videtur aliquo modo melius, ergo omnis electio est ex necessitate. *Hoc habetur in 2. de cœlo tex. 75. & 90. ex sententia Anaximandri.

¶ Sed contra est, quòd electio est actus potentiæ rationalis, quæ se habet ad oppositа ſm Philosophum.

¶ Hic vltimo, D.S. inquirit de modo electionis; an scilicet homo ex necessitate eligat. Aduerte quòd est multiplex necessitas, vna absoluta, alia conditionata. Videtur autem quæstum intelligendum præsertim de necessitate absoluta sic, quòd homo sit determinatus ad medium, & non possit non eligere. Et secundò intelligitur de necessitate, & determinatione hominis per voluntatem ad electionem, tam quo ad exercitium electionis, quàm quo ad specificationem sic, quòd oporteat eligere propter finem, & quòd oportet hoc eligere & non oppositum, vt tangetur ad tertium.

¶ Respondeo dicendum, quòd homo non ex necessitate eligit, & hoc ideo, quia quod possibile est nõ esse non necesse est esse, quòd autem possibile sit non eligere, vel eligere, huius ratio ex duplici hominis potestate accipi potest; potest enim homo velle & non velle, agere & non agere, potest etiam velle hoc aut illud, cuius ratio ex ipsa virtute rationis accipitur; quicquid enim ratio potest apprehendere, vt bonum, in hoc voluntas tendere potest; potest autem ratio apprehendere, vt bonum non solùm hoc quod est velle aut agere; sed hoc etiam quod est non velle & non agere.

¶ D. S. respondet tali conclusione in fine, & in principio corporis. Homo non ex necessitate, sed liberè eligit, scilicet nec quo ad specificationem, nec quo ad exercitium; sic quòd nunquam ex absoluta necessitate eligat, esto quandoque ex necessitate conditionata eligat, quando medium habet necessariam habitudinem ad finem saltem necessitate specificationis. Probatur conclusio, quicquid possibile est non esse non necesse est esse; sed possibile est non eligere, (scilicet, nec exercendo actũ electionis, & si exerceatur non est necessarium absolutè saltem eligere hoc, &c.) igitur conclusio vera. Maior patet in Edentuli. Minor probatur tali assumpto fundato in duplici potestate hominis in quantum est liberi arbitrij, ex indeterminatione rationis; homo potest velle & non velle, agere & non agere; potest etiam velle hoc aut illud, ergo minor vera. Tenet consequentia, quia & eligere est quoddam agere, & si hoc vel illud, ergo potest aliquod eorum determinatè non eligere. Assumptum probat D.S. primò quo ad primam partem, secundò quo ad secundã, ibi. Et rursum, &c. Et procedit probatio ex virtute rationis, quo ad primam partem assumpti arguitur sic. Quicquid ratio apprehendere, &c. sed ratio potest apprehendere, &c. clarè in littera, ergo, &c. Et patuit fundamentum supra, quia exercitium cuiuscunque actus non est summum bonum, nec per consequens necessariò mouens voluntatẽ, nec per consequens etiam necessariò exercetur; potest autem non agere sub ratione boni apprehendi per accidens inquantum per non agere aliquis euitat laborem, & pœnalitatem & hmõi. Consequenter cũ dicit,

¶ Et rursum in omnibus particularibus bonis potest considerare rationem boni alicuius, & defectum alicuius boni, quod habet rationem mali; & secundùm hoc potest vnumquodque huiusmodi bonorum apprehendere, vt eligibile, vel fugibile. Solùm autẽ perfectũ bonũ quod est beatitudo non põt ratio apprehendere sub ratione mali, aut alicuius defectus, & ideo ex necessitate beatitudinem homo vult; nec potest velle non esse beatus, aut miser; electio autem cum non sit de fine, sed de his quæ sunt ad finem, vt iam dictum est, * non est perfecti boni, quod est beatitudo, sed aliorum particularium bonorum, & ideo homo non ex necessitate, sed liberè eligit. * Augustin.

¶ Probat secundam partem assumpti pro minori principali s. quòd homo possit velle hoc aut illud, in omnibus bonis particularibus potest ratio considerare, &c. vt in littera; solùm autẽ perfectũ bonũ, &c. sed electio est particulariũ bonorũ non autẽ perfecti boni, quod est beatitudo, ergo põt rõ vnumquodq; bonorũ particularium apprehendere, vt eligibile vel fugibile; solã autẽ beatitudinem ex necessitate vult quo ad specificationẽ actus. Consequentia clara. Maior patuit supra, q.10. ar.2. Aduerte, quòd D.S. dicit in

in prima par. antecedẽtis, defectũ boni esse malum, oportet. n. q loquitur de defectu negatiuo, aliàs esset falsa, & per consequens malum accipitur extensè pro omni eo, quod est causa fugibilitatis appetitui. Minor nota patet ex his, quòd D. S. loquitur de necessitate absoluta, quia sic beatitudo ex necessitate appetitur quo ad specificationem actus, id autem quod est ad finem absolutè cõsideratum non appetitur necessariò secundùm se; vnde quamuis si consideretur, vt necessarium ad finem appetatur necessariò ex conditione, non tamen absolutè, inde est q quamuis volens beatificari necessariò appetat esse, non tamen absolutè necessariò appetit esse sicut beatitudinem; vnde per accidens aliquis vult non esse. Patent omnia ex supra dictis, patet etiã ex his, quòd illa particularia bona, quæ nullam necessariam connexionem habẽt cũ beatitudine, quòd nullo modo sunt necessariò volita, nec etiam videlicet necessitate conditionata.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem, quia electio est potentiæ rationalis, vt rationalis est, id est, vt libera, & per consequens, vt non necessariò ad vnum determinata, quia rationalis potentia, vel agens a proposito, vt sic distinguitur ab agente naturali penes se habere ad oppositа.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non semper ex principijs ex necessitate procedit conclusio, sed tunc solùm quando principia non possunt esse vera, si cõclusio non sit vera; & similiter non oportet, quòd semper ex fine insit homini necessitas ad eligendum ea quæ sunt ad finem, quia non omne, quod est ad finem tale est, quòd fine eo finis haberi non possit, aut si tale sit non semper sub tali ratione consideratur.

¶ Maior conceditur, & patuit de ea supra, q.1.ar.5. Minor negatur vniuersaliter. Nã solũ ille conclusiones deducũtur necessariò ex principijs, quę habent euidẽtem connexionem cum principijs, & quibus negatis tollitur veritas principiorum euidẽtium, vt patuit, q.10.ar.2.ad tertium, ergo, &c. Negatur consequentia, quòd ex necessitate absoluta. Secundò negatur, quòd ex necessitate conditionata vniuersaliter, sed si quid probat, hoc probat, q habentia necessariam connexionem cum vltimo fine, & vt sic cõsiderata appetuntur necessitate conditionata; sed non semper sic considerantur, sicut se suspendens non considerat esse & viuere suum, vt necessarium ad beatitudinem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sententia siue iudicium rationis de rebus agendis est circa contingentia quæ a nobis fieri possunt, in quibus conclusiones nõ ex necessitate sequuntur ex principijs necessarijs absoluta necessitate; sed necessarijs solùm ex conditione, vt si currit mouetur.

¶ Maior cõceditur, ad minorem dico, quòd in speculatiuis necessarijs ratio necessariò iudicat de aliquibus, quæ ex principijs habent necessitatem absolutam. Sed negatur, q in agendis contingentibus ratio iudicet necessariò absolutè de medio eligibili; sed quandoque iudicat necessarium necessitate conditionata, aliquando autem nulla est necessitas in eligibili, nec conditionata, nec quo ad exercitium, nec quo ad specificationem. Quare negatur consequentia.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd nihil prohibet si aliqua duo æqualia proponantur secundùm vnam considerationem, quin circa alterum consideretur aliqua conditio per quam emineat, & magis flectatur voluntas in ipsum, quàm in aliud.

¶ Nota primò intentum argumenti, quia supponit primò, q si aliqua duo sunt omnino æqualia tunc homo nõ potest in aliquod eorum, quia vnum non habetur, vt maius bonum; quare si proponantur aliqua alia quorum vnum euidenter apparet maius bonum, non poterit voluntas ferri in minus bonum; sed necessariò in maius bonum, & sic ex necessitate eliget illud maius bonũ. Pro euacuatione argumenti oportet notare, quòd obiectum voluntatis est bonum non quomodocunque, sed vt apprehensum; vnde secundum variationem iudiciorum rationis variatur affectus voluntatis, vnde potest contingere secundùm Aug. 12. de ciuitate Dei, ca.6. quòd eadem res duobus æqualiter dispositis proponatur, & vnus per voluntatem habet se ordinatè, alius inordinatè, quia vnus aliter apprehendit puta sub ratione honesti, alius sub ratione delectabilis; sic etiam vnus & idem potest de eadem re habere statim diuersas apprehensiones, & rem quam consideravit vt minus bonum potest considerare sub alia ratione, quia videlicet si eam acciperet rem ageret alteri gratam, & huiusmodi; & sic præferendo amicitiam vtilitati poterit rem minorem præaccipere. Tunc dicendum est ad argumentum, primò quòd nihil probat nisi quòd stante apprehensione maioris boni, vt sic & non habita alia consideratione, voluntas eliget necessariò, quo ad specificationem actus necessitate conditionata, quia aliàs voluntas tenderet in defectum boni per se quod est impossibile. Sed non probatur, quòd aliquid eligat ex necessitate absoluta, nec quo ad exercitium, vt patet de se; quia potest suspendere omnem actum circa tale medium, nec quo ad specificationem si illud bonum secundùm se consideretur; sed solùm dato quòd aliquid illorum velit, & maius bonum consideret vt sic, similiter minus bonum consideretur vt sic, tunc necessitate conditionata præeligit maius bonum. Secundò dicitur ad propositiones. Ad maiorem, si aliqua duo, &c. dico primò, quòd casus non est benè possibilis, quòd dentur aliqua duo omnino æqualia. Et secundò dato quòd sint omnino æqualia non oportet, quòd apprehendantur omnino æqualia, sed potest statim considerari aliqua conditio ratione cuius alterum apparet magis conueniens, vel melius prosequibile, nec per consequens ex necessitate stabit suspensus appetitus, sed declinabit in id quod apprehenditur conuenientius aliqua consideratione. Tertiò dato, quòd sint æqualia, & æqualiter omnino apprehendantur, tunc stante in determinatione non sequitur appetitus. Vltra, ad minorem. Sed multo minus, &c. Verè est, stante apprehensione, & sola consideratione bonitatis, tunc maius præeligitur, sed non necessitate absoluta, sed solùm conditionata, ergo, &c. Negatur, quòd necessitate absoluta, quia statim potest interuenire aliqua apprehensio qua fiet, vt minus bonum præferatur. Sicut potest aliquis statim accipere minus bonum, vt ostendat liberalitatem suam vel amicitiam, vel aliquid huiusmodi. Quare non appetit hoc vel aliud absolutè necessariò.

Quæstio decimaquarta.

De consilio.

DEinde considerandum est de cõsilio. Et circa hoc quæruntur sex. Primò, vtrum consiliũ sit Inquisitio. Secundò, vtrũ consiliũ sit de fine, vel solùm de his quæ sunt ad finem. Tertiò, vtrum consilium sit solùm de his quæ a nobis aguntur. Quartò, vtrum consilium sit de omnibus quæ a nobis aguntur. Quintò, vtrum consilium procedat ordine resolutorio. Sextò, vtrum consilium procedat in infinitum. N

¶ Postquam determinatum est de electione quam præsupponit consilium, hic ratione eius determinat de ipso cõsilio, & tria circa hoc facit. Primò inquirit subiectum ipsius. Secundò obiectum. Et tertiò modum, secundum in ar 2, tertium in quintò.

Vtrum consilium sit Inquisitio.

AD primum sic procedit. Videtur, quòd consiliũ nõ sit inquisitio, dicit enim Damas. * quòd consilium est appetitus; sed ad appetitum non pertinet inquirere, ergo consilium non est inquisitio. 2.2.q.49.ar. 5.cor Et 3. dist.35.q.2. q.1.cor. * Damasc. Lib. 2. Orth.fid.c.22.

¶ 2 Præterea. Inquirere intellectus discurrentis est, & sic Deo non conuenit cuius cognitio non est discursiua, vt in primò habitum est, * sed consilium Deo attribuitur, dicitur enim ad Ephes. primò, quòd operatur omnia secundùm consilium voluntatis suæ, ergo consilium non est inquisitio. * 1. pas. q. 14. ar.7. Ephes.1.

¶ 3 Præterea. Inquisitio est de rebus dubijs, sed cõsilium datur de his, quæ sunt circa bona certa, secũdùm illud Apost. i. ad Corinth. 5. De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do, ergo consilium non est inquisitio.

¶ Sed contra est quod Greg. Nicenus dicit. * Omne quidem consilium quæstio est, non autem omnis quæstio consilium. * Gregor. Nicenus. lib. 5. ca.5.

¶ Hic inquirit de quidditate, & per consequens de subiecto consilij, & quia. Quod quid est alicuius causæ innotescere potest ex proprio effectu per quem scitur, quia est ipsius causæ, ideo in præsenti articulo primò, ostendit per effectum consilij eius necessitatem, & per consequens, Quia est, ex quibus venatur quidditatem consilij.

¶ Respondeo dicendum, quòd electio sicut dictum est, * consequitur iudicium rationis de rebus agendis; in rebus autem agendis multa incertitudo inuenitur, quia actiones sunt circa singularia contingentia, quæ propter sui variabilitatem incerta sunt; in rebus autem dubijs, & incertis ratio non profert iudicium absque inquisitione præcedente, & ideo necessaria est inquisitio rationis ante iudicium de eligendis. * q.13.

Conclusio fun.

¶ D.S. Primò præmittit conclusionem quandam fundamentalem ostendentem necessitatem cõsilij, & effectum, vt dictum est. Secundò subsumit, & probat conclusionem responsiuam quæsiti subintellectã ibi Et hæc &c. Conclusio fundamentalis, Necessaria est inquisitio rationis ante iudicium de eligendis. Probatur, in rebus dubiis, & incertis ratio non profert iudicium absq; inquisitione præcedente; sed electio cõsequitur, & prærequirit iudicium de rebus agendis in quibus multa incertitudo inuenitur; ergo añ electionem, & iudicium de eligendis prærequiritur, & necessaria est inquisitio. Maior nota. Minor patet, quia actiones sunt circa singularia contingentia, quæ incerta sunt propter sui variabilitatẽ.

Aristo. * Cap. 3.

¶ Et hæc inquisitio consilium vocatur, propter quod Philosophus dicit in 3. Ethi. * quòd electio est appetitus præconsiliati.

Conclusio responsi.

¶ Subsumit, & probat talem conclusionem respon. subintellectam. Consilium est inquisitio, probatur. Assumendo conclusionẽ præcedentem pro maiori, quia ad electionem, & ad iudicium præcedens electionem contingentium, necessaria est inquisitio, sed hæc vocatur consilium; ergo consilium est inquisitio.

¶ Nota q̃ si quis aduertat D.S. in hac probatione ostẽdit quid ipsius consilij per effectũ, & quid nominis, per effectum, quia ad electionem contingentium requiritur iudicium rõnis, quæ experimur in nobis. Etam electionẽ, quàm iudicium; ergo oportet q̃ horũ causa sit in nobis. Causa autẽ iudicij recti in huiusmodi dubijs, & incertis, non est nisi inquisitio. Per inquisitionem.n. peruenitur ad iudicium præambulũ electioni, & sic hĩ, q̃ inquisitio est, & pp quid est. Supponimus aũt ex quid nominis, q̃ talis inquisitio vocetur consiliũ, & sic venatur, quod quid ipsius consilij per effectus, qui habent modum passiõnũ, ex quibus a posteriori venat quasi genus cõsilij. f. inquisitionẽ, & sic a posteriori hĩ genus, & dria cõsilij, quia est inquisitio rõnis de rebus dubiis agẽdis, & hæc via venandi quid, posita est in 2. posteriorũ. Patet ex his oĩbus, quod sit subiectum consilij, quia ipsa rõ, nam vt iam ex effectibus eius, & quasi passionibus venatum est, ipsum consiliũ est inquisitio rationis; ergo in ratione. Conclusio autem responsiua confirmatur argumento in contrarium, & capitur quæstio non vt logici loquuntur pro dubitabili propositione, sed vt dicitur quæstio a quæro, id est inuestigatio, & inquisitio. Aduerte ex hoc quomodo D.S. dicẽdi iuxta autem secundi posteriorum ex effectibus tenentibus locum passionũ, uenatus est genus consilij. f. inquisitionem, & quæstionẽ, q̃ hic dicitur cõior consilio, & sic quid consilij accepit, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quando actus duarum potentiarum adinuicem ordinantur, in vtroq; est aliquid, quod est alterius potentiæ, & ideo vterque actus ab vtraque potentia denominari potest. Manifestũ est autem, quòd actus rationis dirigẽtis in his, quæ sunt ad finem; & actus voluntatis secũdùm regimen rationis in ea tendentis, ad se inuicem ordinãtur; vnde & in actu voluntatis, quæ est electio apparet aliquid rationis, scilicet ordo; & in consilio, quod est actus rationis apparet aliquid voluntatis, sicut materia, quia consilium est de his, quæ homo vult facere, & etiam sicut motiuum, quia ex hoc, quòd homo vult finem, mouetur ad consiliandũ de his, quæ sunt ad finem, & ideo Philosophus dicit in 6. Ethi. * quòd electio est intellectus appetitiuus, vt ad electionem vtrunque concurrere ostendat. ita Damas. dicit, * quòd consilium est appetitus inquisitiuus, vt consilium aliquo modo pertinere ostendat, & ad voluntatẽ circa quam, & ex qua fit inquisitio, & ad rationem inquirentem.

Aristo. * Cap. 2.

Damasc. *Li. 2. c. 12. Damas.

Maior non intelligitur formaliter, nec idemptice, nec subiectiuè, & ratio iam patuit, sed intelligitur materialiter, & causaliter motiuè, quia videlicet cõsilium est de materia appetita, vel magis de appetenda, quia consiliatur quis de eligendis, & per consequens appetendis; nam electio appetitus quidam est, causaliter verò & motiuè, quia ex appetitu finis præsuppositi mouetur quis ad consiliandum de mediis, & ratione dependentiæ illius actus rationis ab actu voluntatis. Damascenus sic loquitur potentię enim hæ, scilicet voluntas, & ratio mutuò se præsupponunt, & quandoque euidenter quando scilicet in actu voluntatis apparet aliquis ordo, & in actu rationis apparet aliquid voluntatis putà materia vel motiuum. Ad minorem vera est, sed tamẽ materia alicuius inquisitionis, scilicet de eligendis similiter, & motiuum eius pertinet ad voluntatem, ratione quorum id quod est rationis appetitũ sic præsupponens ab ipso denominatur. Quare negatur consequentia. Aduerte ex hac solutione verificari, quæ supra dicta sunt de electione ar. 1. nam D.S. hic dicit in electione esse ordinem rationis, pro quanto voluntas secundùm regimen rationis tendit in ad seinuicem ordinata.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ea quę dicuntur de Deo accipienda sunt absque omni defectu, qui inuenitur in nobis; sicut in nobis scientia est conclusionũ per discursum a causis in effectus. Sed scientia dicta de Deo significat certitudinem de omnibus effectibus in prima causa absque omni discursu. Et similiter consilium attribuitur Deo quantum ad certitudinem sententiæ, vel iudicij, quæ in nobis prouenit ex inquisitione consilij, sed huiusmodi inquisitio in Deo locum non habet, & ideo consilium secundùm hoc Deo non attribuitur, secundũ hoc Damas. dicit, * quòd Deus non consiliatur, ignorantis enim est consiliari.

¶ Ad minorem, consilium Deo attribuitur, sed non sicut nobis, sed analogicè, & quantum ad id quod perfectionis est in consilio nostro, quantum. f. ad certitudinẽ iudicij, non aũt quantũ ad inquisitionem, quæ in nobis sententiam præcedit; ergo consilium &c. Verũ, Dei, sed consilium humanũ, de quo intelligitur cõclusio vi de ẽt aliqd de materia istius solutionis. 1. par. q. 22. ar. 1. ad primũ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nihil prohibet aliqua esse certissima bona secũdùm sententiam sapientum, & spiritualium virorum, quæ tamen non sunt certa bona, secundùm sententiam plurium, vel carnalium hominũ, & ideo de talibus consilia dantur.

Maior vera est de dubiis inquirenti, esto in se sint certę, vel alijs. Ad minorem negatur, quòd detur de eis, vt sunt certa, sed vt dubia secundùm æstimationem carnalium.

Vtrum consilium sit de fine, vel de his quæ sunt ad finem.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd consilium non solùm sit de his, quę sunt ad finem, sed ẽt de fine. Quæcunque enim dubitationem habent, de his potest inquiri, sed circa operabilia humana cõtingit esse dubitationem de fine, & non solùm de his, quæ sunt ad finem, cum igitur inquisitio circa operabilia sit consilium, videtur quòd consilium possit esse de fine.

¶ 2 Præterea. Materia consilij sunt operationes humanę, sed quædam operationes humanæ sunt fines, vt dicitur in primò Eth. * ergo cõsilium potest esse de fine.

¶ Sed contra, est quod Grego. Nicenus dicit, * q̃ non de fine, sed de his, quæ sunt ad finem est consilium.

¶ Hic inquiritur obiectum consilij. Et diuiditur in tres partes, secundùm tres differentias eius, & primo, an obiectum sit finis vel id quod est ad finem.

¶ Respondeo dicendum, quòd finis in operabilibus habet rationem principij, eo quòd rationes eorum quæ sunt ad finem, ex fine sumuntur; principium autem non cadit sub quæstione, sed principia oportet supponere in omni inquisitione: vnde cum cõsilium sit quæstio, de fine non est cõsiliũ, sed solùm de his, quæ sunt ad finẽ.

¶ D.S. Primò deducit conclusionem respon. Secundò aliam cõclusionem declaratoriam limitatiuam primæ, ibi. Tamen contingit &c Responsiua est. De fine non est consilium, sed solùm de his quæ sunt ad finem; probatur, principium nõ cadit sub quæstione, sed oportet principia præsupponere omni inquisitioni; ergo consilium non est de fine, & per consequẽs de his, quæ sunt ad finem. Antecedens notum. Tenet consequentia, quia finis in operabilibus habet rõnẽ principij eo, q̃ &c. Et quia cõsilium est quæstio, vt patuit, quare hĩ valet consequentia, principiũ non cadit sub quæstione; ergo finis non cadit sub consilio, & hoc experientia docet quandoque cum quis apud virum peritum consiliũ expetit, primò exponit sibi intentũ suum tanq̃ quoddã principiũ cõsultationis.

Et aduerte, q̃ quia consilium nõ pót intelligi esse, nisi finis, vel eius, quod est ad finem; ideo probato, q̃ non est finis, relinquitur per viã sufficientis diuisionis notum, q̃ est eorum quæ sunt ad finẽ; vñ D.S. secundam partem conclusionis non probat. Tunc ibi.

¶ Tamen contingit id, quod est finis respectu quorũdam ordinari ad alium finem, sicut etiã id quod est principium vnius demonstrationis, est conclusio alterius, & ideo id quod accipitur vt finis in vna inquisitione, potest accipi vt ad finem in alia inquisitione, & sic de eo erit consilium.

Explicat & magis declarat præhabitam conclusionem responsi. alia conclusione ista, de eo scilicet fine erit consilium non vt finis

vt finis est, sed secundùm quòd accipitur vt ad finem, habetur ex

Conclusio

hoc quòd præcedens conclusio debet intelligi, quòd finis, vt finis formaliter, non est consilium, tamẽ finis materialiter bene est, dũmodo non sit vltimus. Ista conclusio probatur, quia cõtingit id quod est finis respectu quorundam, ordinari ad alium finem; ergo quod accipitur ĩ vna inquisitione, vt finis, potest accipi, vt ad finẽ in inquisitione alia, & per consequens conclusio vera. Antecedẽs probatur a simili in demonstratiuis, & patẽt omnia. Pro intellectu huius secundæ conclusionis, valent quæ dicta sunt. q. 13. ar. 3. vbi habetur huius ptobationis exemplum de sanitate corporis, quæ potest accipi, vt finis, & sic medicus corporalis præsupponit finem, & de ea non consiliatur; sed ex ea, potest & accipi, vt medium ad salutem animæ, & sic medicus spiritualis consiliatur, an expediat sanari nunc.

¶ Argumentũ in contrarium confirmat primam conclusionẽ.

¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd id quod accipitur vt finis est iã determinatũ; vnde quandiu hĩ vt dubium, non hĩ vt finis, & ideo si de eo consilium habeatur, nõ erit consilium de fine, sed de eo quod est ad finem.

¶ Negatur minor, quòd contingat esse dubitationem de fine, vt sic, quia finis, vt sic, est principium consilij, & per consequens, vt sic, est quid determinatum, quo supposito inquiritur de mediis opportunis.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd de operationibus est consilium inquantum ordinantur ad aliquem finem, vnde si aliqua operatio humana sit finis, de ea inquantũ huiusmodi non est consilium.

¶ Ad maiorem; materia consilij sunt operationes humanæ, quæ possunt ordinari in alium finẽ, sed non ea, quæ est vltimus finis. nec aliæ, vt finis sunt, sed vt media, quid veritatis habeat minor supradictum fuit q. 1. atticu. 1. ad secundum, & q. 2. articu. 6. ad primum.

Vtrum consilium sit solùm de his, quæ a nobis aguntur.

P 2. 2. q. 47. ar ti. 2. cor. Et 3. di. 35. q. 2. artic. 4. q. 1. cor. Et 3. Ethi. Lec. 7.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod cõsilium non sit solùm de his, quæ aguntur a nobis, consilium enim collationem quãdam importat, sed collatio inter multos potest fieri etiã de rebus immobilibus, quę non fiunt a nobis, puta de naturis rerum; ergo consiliũ non solùm est de his, quæ aguntur a nobis.

¶ 2 Præterea. Homines interdum consilia quęrunt de his, quæ sunt lege statuta, vnde & iurisconsulti dicũtur; & tamen eorum, qui quærunt huiusmodi consiliũ non est leges facere; ergo consilium non solùm est de his, quæ a nobis aguntur.

¶ 3 Præterea. Dicuntur etiam quidam consultationes facere de futuris euentibus, qui tamen non sunt in potestate nostra; ergo consiliũ non solùm est de his, quę a nobis fiunt.

¶ 4 Præterea. Si consilium esset solùm de his, quę a nobis fiũt, nullus consiliaretur de his, quę sunt per aliũ agenda; sed hoc patet esse falsum; ergo consiliũ non solùm est de his, quæ a nobis fiunt.

¶ Sed contra, est quod Greg. Nicenus dicit. * Consiliamur de his, quæ sunt in nobis, & per nos fieri possũt.

*Gregorius Nicenus. Lib. 5. ca. 5.

¶ Hic quærit de alia conditione obiecti ipsius consilij, & est hæc quæstio determinatiua præcedentis articuli in quo dictũ est, quòd consilium est de medijs; quærit enim nunc quomodo sit mediorum, an vt veniunt in actionem nostram.

¶ Respondeo dicendum, quòd consiliũ propriè importat collationẽ inter plures habitam, quod & ipsum nomen designat, dicitur enim consilium quasi considium, eo quòd multi considunt ad simul conferendũ. Est autem considerandum, quòd in particularibus cõtingentibus ad hoc quòd aliquid certum cognoscatur, plures conditiones, seu circunstantias considerare oportet, quas ab vno non facilè est cõsiderare, sed a pluribus certius percipiũtur, dum quod vnus considerat, alij nõ occurrit. In necessarijs autẽ, & vniuersalibus est absolutior, & simplicior consideratio, ita quòd magis ad huiusmodi considerationem vnus per se sufficere potest, & ideo inquisitio consilij propriè pertinet ad contingẽtia singularia.

¶ D.S. Primò præmittit quandam conclusionem præambularem, secundò ex ea deducit conclusionẽ responsiuam, ibi. Cognitio autem &c. præambularis est inquisitio consilij propriè pertinet ad contingentia singularia, probatur. Consilium propriè importat collationem inter multos habitam; sed talis collatio multorum est necessaria ad singularia cõtingentia; igitur maior principalis vera. Maior proxima patet ex etymologia nominis. Minor ostenditur per differentiam contingentium, & necessariorũ quia in necessarijs facilè est considerare veritatem, non autem in contingentibus, & ergo in contingentibus requiritur cõsilium multorum; vt veritas inueniatur. Denderbi.

Conclusio prima.

¶ Cognitio aũt veritatis in talibus non habet aliquid magnũ, vt per se sit appetibilis, sicut cognitio vniuersalium, & necessariorum; sed appetitur secundum q̃ est utilis ad operationem, quia actiones sunt circa contingentia singularia. Et ideo dicendum est, q̃ propriè consilium est circa ea, quæ aguntur a nobis.

Conclusio responsi.

¶ Subsumit, & infert conclusionem responsiuam talem, propriè consilium est circa ea, quæ aguntur a nobis (supple directè, vel indirectè) Dicit consilium propriè, quia si extenderetur consiliũ ad conferentiã quamcunq; ẽt de speculatiuis, tunc posset esse de nõ agibilibus, sed vult, q̃ propriè loquendo de consilio quantum ad derivationem, vel etymologiam nominis, vt patebit. Dico autem quòd est de agendis a nobis directè, vel indirectè, propter solutionem quarti, probatur assumendo prædictã conclusionẽ pro maiori. Inquisitio &c. sed cognitio veritatis in talibus nõ quęritur nisi propter operationẽ, igitur &c. Maior patuit. Minor probat. Cognitio veritatis in huiusmodi cõtingentibus particularibus non est quid magnum, vt sit per se appetibilis; ergo appetitur in ordine ad operationem. Patet assumptum ex differẽtia ad cognitionem vniuersalium, & necessariorũ. Et confirmatur, quia actiones sint circa singularia, & per consequens cognitio singularium est propter actiones, & earum directiua. Vnde patet, quòd quia talis cognitio singularium quæritur a multis cum magna diligẽtia, & cum tamen ipsa cognitio non sit tantæ importantiæ, vt propter ipsam fiat consilium multorum, sequitur, quòd ordinatur in aliquod melius, quod est operatio humana bona; melior est enim operatio cognitione practica tanquam eius finis, vt patet in principio primi de Anima.

Aristot.

ARGVMENTVM in contrarium corroborat cõclusionem responsiuam, & intelligitu, sicut tangetur ad quartum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd consilium importat collationem non quamcunque, sed collationem de rebus agendis ratione iam dicta.

In cor.

¶ Ad maiorem consilium importat collationem de agẽdis vbi propter incertitudinem rei de qua agitur, est necessariũ consiliũ multorum. Ad minorem, vera quidẽ, sed talis collatio non est cõsilium propriè, sed conferentia, quia ad talem cognitionem non requiritur consiliũ multorũ propter rei certitudinẽ, sed pp exercitium, vel solatium mutuum. Et præterea, si talis collatio sit cõsilium, est ẽt de his, quę aguntur a nobis nõ quidẽ actione exteriori, sed interiori, vtpotè qñ est consilium vbi inquiritur, an aliquid sit credendum, vel non, aut cui sit assentiẽdũ, vel nõ, q̃ sunt actus humanis sicut patet in cõsiliis patrũ, vbi determinatum fuit quid veritatis aliqua habuerint, & an sint tenenda, vel non.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd id quod est lege positum, quamuis non sit ex operatione quęrentis cõsiliũ, tamen est directiuum eius ad operandum; quia ista est vna ratio aliquid operandi mandatum legis.

¶ Maior vera, vt secundum statuta legis operentur, & dirigant actiones suas. Minor vera, non est leges facere, est tamen eorum secundùm leges agere, & operationes dirigere. Vnde lex est motiua, & directiua actionum nostrarum, aliquis enim facit hoc, qa lex præcipit, & etiam operatur secundum moderationem legis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd consilium non solùm est de his, quæ aguntur, sed de his, quæ ordinantur ad operationes; & propter hoc consultatio dicitur fieri de futuris euentibus, inquantum homo per futuros euentus cognitos, dirigitur ad aliquid faciendum, vel vitandum.

¶ Ad antecedens, dicũtur facere consultationes de futuris euẽtibus, verum, vt ex futuris sciant se dirigere in actionibus, sicut patet in illis practicis Astrologorum, vbi ex futuris auditis, rustici retinent, vel vendent vina sua. Et præterea consilium dicitur esse de his, quæ a nobis aguntur, vel habent ordinem ad operationem.

¶ Ad quartum dicendũ, q̃ de aliorum factis cõsiliũ quærimus, inquantum sunt quodammodo vnum nobiscum, vel per vnionem affectus, sicut amicus solicitus

est de his,quæ ad amicum spectant,sicut de suis,vel per modum instrumenti;nam agens principale,& instrumẽ tale sunt quasi vna causa , cum vnum agat per alterum, & sic dominus consiliatur de his, quæ sunt agenda per seruum.

¶ Ad maiorem vel assumptũ,verum,nullus consiliatur de his quæ sunt per alium agenda,nisi inquantum est aliquid consiliãtis,vel propter vnionem amoris , qui facit amicum alterum me, vel inquãtum est instrumentum consiliantis,sicut seruus;& ergo licet nõ omnia operentur a nobis directè,& in propria persona, de quibus est consilium nostrum,tamen indirectè operãtur a nobis,quia ab his,qui sunt aliquo modo nostri,vel cadũt sub consilio,vt sunt directiua operationum nostrarum;vt sic posset dici,sicut dictum est de electione; quòd consilium est solùm de operabilibus a nobis , idest in ordine ad aliquam operationem nostrã, vel quasi nostram.

Vtrum consilium sit de omnibus , quæ a nobis aguntur.

Q AD quartum sic proceditur. Videtur,quòd cõsiliũ sit de omnibus,quæ sunt per nos agenda;electio enim est appetitus præconsiliati,vt dictum est;* sed electio est de omnibus,quæ per nos aguntur; ergo & consilium.

9.d.35. q.2. artic.4.q.1. cor.Et Psal. 89.colum.3. Et 3.Ethic. Lec.7. * Arist.1.

¶ 2 Præterea.Consilium importat inquisitionẽ rationis;sed in omnibus,quæ non per impetum passionis agimus , procedimus ex inquisitione rationis ; ergo de omnibus,quæ aguntur a nobis,est consilium.

* Cap. 1. Ethi.

¶ 3 Præterea.Philosophus dicit in 3.Ethi * quòd si per plura aliquid fieri potest , cõsilio inquiritur ꝑ quod facillimum,& optimè fiat;si autem per vnum , qualiter per illud fiat;sed omne quod fit,fit per vnũ vel per multa; ergo de omnibus,quæ fiunt a nobis, est consilium.

* Gregor. * Lib.5.c.5.

¶ Sed contra est quod Greg.Nicenus dicit.* ꝙ de his quę secundùm disciplinam , vel artem sunt operibus, non est consilium.

¶ Hic D.S.inquirit de alia cõditione obiecti ipsius ;cõsilij.s.de esse dubit abili,& est hic articulus determinatio præcedẽtis, quia dictum est,quòd electio sit de operabilibus a nobis;quæritur nũc an sit de omnibus operabilibus;& habebitur , quòd solùm operabile humanum dubium,est obiectum consilii.

¶ Respondeo dicendum,quòd consilium est inquisi-

* Ar.primo huius q.

tio quędam,vt dictum est,* de illis autem inquirere solemus,quæ in dubiũ veniunt;vnde & ratio inquisitiua, quę dicitur argumentum,est rei dubię faciens fidem.—

Conclusio respõsi.

¶ D.S.respondet tali conclusione;de duobus non cõsiliamur, quis ordinẽtur ad finẽ.s.de rebus paruis, & de determinatis qualiter fieri debẽt;probatur, supponendo,ꝙ cõsilium est inquisitio; tũc sic,de illis inqrere solemus,quæ in dubiũ vertuntur,sed determinata,qũo fieri debeant non vertũtur in dubiũ,&c.licet alia,& alia rõne;ergo cõclusio vera;Huius rõnis D.S.ponit,& ꝓbat primò maiorẽ,secũdò minorẽ,ibi. Quis aũt &c.tertiò infert cõclusionẽ cũ exceptione,ibi.Et iõ &c. Maior ergo ostẽditur a signo, quia rõ inquisitiua dr quæ facit fidẽ rei dubiæ. Deinde cum dicit.

¶ Quod autem aliquid in operabilibus humanis n o sit dubitabile,ex duobus cõtingit. Vno modo,quia per determinatas vias proceditur ad determinatos fines;sic contingit in artibus,quę habent certas vias operãdi; sicut scriptor non consiliatur quomodo debet trahere literas,hoc.n.determinatum est per artẽ. Alio modo , ꝙa non multum refert,vtrum sic vel sic fiat, & ista sunt minima,quę parum adiuuant , vel impediunt respectu finis consequendi;quod autem parum est,quasi nihil accipit ratio.

¶ Manifestat minorẽ principalẽ per quoddam notabile d istinctiũ,ꝙ dupliciter aliqd nõ est dubitabile,& in primo gñe cõtinent determinatę operationes artiũ,in secũdo, parua, ꝓp q rõ nõ conat,nec homo dignũ ducit facere cõsiliũ multorũ. Deinde ibi.

¶ Et ideo de duobus non consiliamur quamuis ordi-

* Li.3.Eth. cap.2.

nentur ad finẽ,vt Philosophus dicit; * scilicet de rebus paruis,& de his,quę sunt determinata qualiter fieri debent; sicut est in operationibus artium,prẽter quasdam

Gregorius Nicenus. Lib.5.ca.5.

coniecturales,vt Greg.Nicenus dicit,* vtputa medicinalis,negociatiua, & huiusmodi.

¶ Infert conclusionẽ rãsiuã quã confirmat auctoritate Philosophi.Et circa secũdã eius partẽ ponit exceptionẽ de operationibus quartũdã artiũ. s. coniecturaliũ, de quibus propter magnã incertitudinẽ cõsiliari oportet,& exẽplificat de quibusdã artibus & roborat exceptionẽ auctoritate,Vide secũda secundę.q.47.ar. 4.ad secundũ. Et confirmat conclusio iuxta secundã partẽ,argumẽto in cõtrariũ,& intelligit vt in pluribus, qđ de his,q̃ sunt artis nõ est cõsiliũ,hoc dico ꝓp exceptionẽ positã circa cõclusionẽ.

¶ Ad primũ ergo dicendũ,ꝙ electio ꝓsupponit cõsiliũ rõne iudicij,vel snię,vñ qñ iudiciũ, vel sentẽtia manifesta est absq; inq̃sitione,nõ req̃rit cõsilij inq̃sitio.—

¶ Ad maiorem,electio est præconsiliati.Verum,semper ratione sententiæ,& iudicij,sed nõ semper ratione inquisitionis , nisi in dubiis ad cõsequens.Ergo & consilium,&c. Verũ,vel ratione sentẽtiæ,vel ratione inquisitionis,& sententiæ simul;sed nõ semper ratione vtriusque simul &c.Patet ex his, ꝙ electio est in plus quàm consilium acceptum pro inquisitione,licet nõ debeat esse in plus,quàm consilium cum suo termino.Patet ex his,quòd cõsiliabile directum etiam est minus ,quàm eligibile,&c.

¶ Ad secundum dicendum,quòd ratio in rebus manifestis nõ inquirit,sed statim iudicat; & ideo nõ oportet in omnibus,quę ratione aguntur,esse inquisitionem consilij.

¶ Minor negatur,sed ex iudicio rationis agimus,quod in manifestis,& certis non requirit inquisitionem.

¶ Ad tertium dicendum , quòd quando aliquid per vnum potest fieri sed diuersis modis, potest dubitationem habere,sicut & quando fit per plura;& ideo opus est cõsilio;sed quando dererminatur nõ solùm res,sed etiam modus , tunc non est opus consilio.

¶ Ad minorem negatur,quòd semper inquiratur qualiter per vnam fiat,quando modus fiendi est determinatus , sicut quãdoq; contingit;secus si res esset determinata;& non modus.

Vtrum consilium procedat ordine resolutorio.

AD quintum sic proceditur. Videtur,ꝙ consiliũ nõ procedat mõ resolutorio,cõsiliũ.n.est de his,quę a nobis aguntur,sed operationes nostrę non procedunt modo resolutorio,sed magis modo compositiuo, scilicet de simplicibus ad composita;ergo cõsilium nõ semper procedit modo resolutorio.

¶ 2 Prẽterea. Consilium est inquisitio rationis;sed ratio a prioribus incipit,& ad posteriora deuenit ſm cõueniẽtiorẽ ordinẽ,cũ igit ꝑterita sint priora ꝓnitis,& ꝓnitia priora futuris,in cõsiliando vr esse procedendũ a ꝓnitib.& ꝑteritis in futura, qđ nõ ꝓtinet ad ordinẽ resolutoriũ;ergo in cõsiliis nõ seruatur ordo resolutorius.

¶ 3 Prẽterea.Consilium nõ est,nisi de his,quę sunt nobis possibilia,vt dicitur in 3.Eth.* sed an sit nobis aliquid possibile,perpenditur ex eo,quòd possumus facere,vel non possumus facere,vt perueniamus in illud;ergo in inquisitione consilij a ꝓnitibus incipere oportet.

¶ Sed contra est,quod Philosophus dicit in 3. Ethi.* quòd Ille qui cõsiliatur videtur quęrere,& resoluere.—

¶ Hic inquirit de mõ ꝓcessus cõsiliativi.Et circa hoc duo facit primò determinat,qđ dictũ est. Secundò determinatur ex ꝓdictis quoddã dubiũ in sequẽti articulo.Pro intellectu quæsiti huiusarticuli oportet notare,ꝙ processus cõpositiuus,vel resolutorius in huiusmodi ſpiritualibus actibus accipit ꝑ similitudinẽ ꝓcessus rebus materialibus.Est aũt ꝓcessus cõpositiuus, quo ꝓcedit a partibus cõponẽtibus ad totũ cõstituendũ, vnde quia partes priores sunt esse simpliciores sunt toto,iõ oĩs ꝓcessus rõnis quo ꝓcedit a simplicibus,vel a prioribus in esse,ad posteriora in esse,dr cõpositiuus, & dr ẽt hmõi ꝓcessus adunatiuus,ꝙa incipit a multitudine, & ꝓcedit ad vnitatẽ.Partes.n.multę sunt,& cõponunt vnũ totũ. Processus aũt resolutorius per oppositũ dr,quia videlicet proceditur a toto ad partes,& sic a posteriori in esse,ad prius in esse, & a cõposito ad simplicia,& dr ẽt iste processus diuisiuus; Sic ergo quãdo in actu rõnis incipit motus,vel ratiocinatio ipsius a posteriori in esse,& terminatur ad prius in esse , dicitur & est ꝓcessus resolutorius,non quia partes resoluantur a toto,sicut in resolutione reali,sed quia in obiectis huiusmodi actuum est posterioritas,& prioritas,sic quòd vnum est prius in esse altero.

¶ Respondeo dicendũ,ꝙ in omni inquisitione oportet incipere ab aliquo principio,qđ q̃dẽ si,sicut est prius in

in cognitione,ita etiam sit prius in esse; nõ est processus resolutorius,sed magis compositiuus. Procedere enim a causis in effectus est processus compositiuus,nam causæ sunt simpliciores effectibus ; si autem id quod est prius in cognitione sit posterius in esse, est processus resolutorius vtpote cum de effectibus manifestis iudicamus resoluendo in causas simplices.

Conclusio ꝓambulatis.

D.S.primò præmittit quandam conclusionem ꝓambularem. Secundò ex ea infert respon.ibi.Principium autem &c. Præambularis est, In omni inquisitione oportet incipere ab aliquo principio,quod quidem &c.in principio literæ.Et habet duas partes,prima patet,quia procedere a causis in effectus est processus compositiuus,& hoc ideo,quia causæ sunt simpliciores,& per consequẽs priores inesse ; vnde prima pars conclusionis uera , quòd quando proceditur a prioribus in cognitione, & esse simul,tunc est cõpositiuus. Secunda pars patet, quia cum effectus resoluimus in causas simplices iudicando per eas de effectibus,est resolutorius,qui effectus sunt posteriores in esse &c. Consequenter ibi.

¶ Principium autem in inquisitione consilij est finis, qui quidem est prior in intentione , posterior tamen in esse ; & secundùm hoc oportet, ꝙ inquisitio consilij sit resolutiua,incipiendo.s.ab eo quod in futuro intenditur quousque perueniatur ad id quod statim agendũ est.—

Conclusio respõsi.

¶ Subsumit & infert talem conclusionem respon.Inquisitio cõsilij est resolutiua , probatur assumendo priorem conclusionẽ pro maiori.In omni inquisitione &c. sed principium in inquisitione consilij est prius in cognitione,sed posterius in esse; ergo conclusio vera.Maior patuit.Minor probatur, quia principium in inquisitione consilij est finis,qui est prior in intentione,& apprehensione,sed posterior in esse,vt cõstat;quare sequitur minor,& per cõsequens conclusio , quæ explicatur ; nam consilium incipit ab eo quod intenditur in futurum(& sic a posteriori in esse)& terminatur ad id quod nunc statim agendum est , & sic prius est in esse quàm id a quo incipiebat processus inquisitiuus consilij. Et patent ista ex notabili præmisso.Confirmatur conclusio respon.argumẽto in contrarium ex auctoritate Philosophi, qui vult,quòd consilium est inquisitio per modum resolutorium.

¶ Ad primum ergo dicendum;quòd consilium est de operationibus, sed ratio operationum accipitur ex fine, & ideo ordo ratiocinandi de operationibus est contrarius ordini operandi.

¶ Negatur consequentia,& ratio in solutione,quia est contrarius ordo in consiliando vbi incipitur a posteriori in esse , & proceditur ad prius, & ab effectu in esse ad causam; sed in operando proceditur a causa putà operatione,ad effectum.s.finẽ consequendum;consilium autem a fine ad operationem, vnde nõ est simile. Aduerte quòd in esse intento finis est prior , & causa finalis medij,& operationis,sed secundum esse reale est econtra.

¶ Ad secundum dicendum , quòd ratio incipit ab eo quod est prius secundùm rationem,non autem semper ab eo quod est prius tempore.

¶ Ad minorem,a prioribus incipit ratio,sed non a prioribus secundum esse,aliquando a prioribus secundùm rationem tantùm, & sic est hic,ad illam. Cum igitur &c. sunt priora secundùm esse a quibus non incipit ratio in cõsiliando, sed ab eo quod est prius in intentione.Vnde negatur ista in cõsiliando. Videtur,quia è cõtra est,quòd a futuro incipit,& procedit vsque ad ꝑsens,scilicet nunc agendum,vt patet in fine.

¶ Ad tertium dicendum , ꝙ de eo quod est agendum propter finẽ non quæreremus scire, an sit possibile si nõ esset cõgruũ fini,& ideo prius oportet inqrere,an cõueniat ad ducendũ in finẽ,q̃ consideret,an sit possibile.—

¶ Ad maiorem,verum,sed prius consideratur, an conueniat fini,quàm consideretur,an sit possibile, & sic prius consideratur finis,quàm ipsum opus.Minor vera,sed negatur cõsequentia,quia antequàm consideretur,an possumus facere,prius cõsideratur ,an congruat fini,& ibi incipit inquisitio.

Vtrum consilium procedat in infinitum.

S AD sextum sic proceditur . Vr ꝙ inquisitio consilij procedat in infinitũ,Consilium.n.inquisitio est de particularibus,in quibus est operatio;sed singularia sunt infinita; ergo inquisitio consilij est infinita.

¶ 2 Prẽterea. Sub inquisitione cõsilij cadit considerare non solũ quid agendũ sit , sed ẽt quo impedimenta tollantur ; sed quælibet humana actio põt impediri , & impedimentũ tolli põt per aliquã rõnẽ humanã ; ergo in infinitum remanet quærere de impedimẽtis tollendis:

¶ 3 Prẽterea.Inquisitio scientiæ demonstratiuę nõ procedit in infinitũ , quia est deuenire in aliqua principia per se nota , quæ omnimodã certitudinem habent: sed talis certitudo non potest inueniri in singularibus contingentibus, quæ sunt variabilia, & incerta; ergo inquisitio consilij procedit in infinitum.

¶ Sed contra. Nullus mouet ad id ad quod impossibile est,ꝙ perueniat,vt dr in primo de cœlo, * sed infinitũ impossibile est transire,si igit inquisitio consilij sit infinita,nullus consiliari inciperet,quod patet esse falsum.

* Et 4. lib. tex.33.

¶ Hic D.S.determinat dubiũ circa modũ concedendi cõsilij, & virtualiter inquirit de aliquo mõ qui est ꝓcedere in infinitũ,& ꝙa infinitum esse, & in infinitum procedere per consequens intelligitur dupliciter.Vno modo secundùm actum,alio modo secundũ potentiam,ideo D.S secundùm vtrunque respondet.

¶ Respondeo dicendũ,ꝙ inquisitio consilij est finita in actu ex duplici parte.s.ex parte principij,& ex parte termini.Accipitur n.in inquisitione cõsilij duplex principiũ. Vnũ proprium ex ipso gñe operabiliũ , & hoc est finis de quo nõ est consiliũ, sed supponit in consilio,vt principiũ, vt dictũ est. * Aliud quasi ex alio gñe assumptũ, sicut & in sciẽtiis demonstratiuis vna sciẽtia supponit aliqua ab alia de quibus non inquirit;hmõi aũt principia,quæ in inquisitione cõsilj supponunt sunt quęcũque sunt per sensum accepta,vtpote ꝙ hoc sit panis, vel ferrũ , & quæcunq; sunt per aliquã scientiã speculatiuã, vel practicã in uniuersali cognita , sicut ꝙ mechari est a Deo prohibitũ,& ꝙ Homo nõ põt viuere,nisi nutriatur nutrimẽto cõueniẽti,& de istis nõ inquirit cõsiliator.—

* Ar.2. huius q.

¶ D.S.rñdet duabus conclusionibus.Prima est secundũ primum intellectũ præmissum. Secunda iuxta secundũ ibi . Nihil aũt &c. Prima est,Inquisitio cõsilij est finita in actu.Probat,Inquisitio hẽt determinatum principium,& determinatum terminũ;ergo est finitũ in actu.i.quodlibet est determinatũ ex natura sui. Antecedẽs habet duas partes.Secunda probatur ibi.Terminus aũt &c.Probatur prima sic;Consiliũ habet duplex principium.s.vnũ propriũ ex gñe operabilium.i.morale principiũ actionũ humanarum. Aliud quasi ex alio genere assumptum;sed vtrunq; est determinatum,& finitũ;ergo antecedens verum. Assumptum in litera deducit clarè, quia principium proprium consilij est finis intentus, qui determinatè prænoscitur cõsilio,& sic prima pars assumpti vera. Principiũ aũt ex alio gñe accommodatũ, & requisitum ad hoc, vt quis consiliari possit,est multiplex . Aliquod acceptũ per sensum, vt si quis debet cõsiliari de pinsendis panibus,præsupponitur , ꝙ sciat quid sit panis.Et si quis debeat consiliari de actionibus moralibus, oportet præsupponere,vt sciat ꝑcepta Dei, & legis , & sic de aliis. Illa n.sunt quasi extranea consultationi morali de eligendis , sed finis est intra principiũ moralium,immo morale principium electionis,& per consequens consilij,quod non est, nisi de eligibilibus.Patet autem ꝙ huiusmodi præsupposita ex aliis generib.sunt determinata,& non infinita. Consequenter cum dicit.

Conclusio 1.respõsiua.

Terminus aũt inquisitionis est id quod statim est in potestate nostra,vt faciamus. Sicut n.finis habet rõnem principij, ita id quod agitur propter finem hẽt rõnẽ cõclusionis, vnde id quod primò agẽdũ occurrit hẽt rõnẽ vltimæ conclusionis ad quam inquisitio terminatur.—

Probat secundam partẽ antecedentis principalis sic. Terminus inquisitionis est id quod statim est in potestate nra,vt faciamus ꝙ hẽt rõnẽ vltimæ conclusionis ipsius consilij;sed hoc est per cõsiliũ inuenibile;ergo datur terminus cõsilij. Maior declarat in littera. Patet ex his,ꝙ quodlibet consiliũ est finitũ.i. potest ex natura sua determinari,quia in consultatione præsupponitur certus finis, & alia certa principia extrinseca.s.cognitio ex sensu, & ex lege,quibus præsuppositis potest deueniri ad aliquod , quod est agendum propter finẽ,& sic cõsilium determinatum est. Consequenter ibi.

¶ Nihil aũt prohibet cõsiliũ potẽtia infinitũ esse secũdũ ꝙ in infinitũ ꝑtt aliqua occurrere cõsilio inqrẽda.—

Conclusio 2.respõsiua.

¶ Annectit secũda conclusionẽ rãsiuã, nihil prohibet cõsilium potentia (.i.secundum potẽtiam) esse in infinitum,& intelligitur syncathegorematicè, sic quòd consilio potest succedere consiliũ, & sic in infinitum . Probatur,possunt in infinitum occurrere consilio inquirenda ; ergo conclusio vera . Antecedens notum . Et confirmatur etiam hæc conclusio primo argumento ante oppositum.

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima conclusione,& prima ꝑte antecedentis pro ipsa.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd singularia non sunt infinita actu, sed in potentia.

Ad minorem, sunt infinita in potentia, sed actu non sunt infinita, quæ requiruntur ad inquisitionem terminandam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd licet humana actio possit impediri, non tamen semper habet impedimentum paratum, & ideo non semper oportet consiliari de impedimento tollendo.

Ad secundam partem maioris, quomodo tollantur impedimenta probabiliter occurrentia, & imminentia secũdùm communem cursum negociorum, vide secunda secundæ, q. 47. ar. 3. ad secundũ, ad minorem, vera scilicet impedimenta non semper imminent probabiliter. Vnde de eis non oportet consiliari.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in singularibus contingentibus potest aliquid accipi certum, & si non simpliciter; tamen vt nunc prout assumitur in operatione, fortem enim sedere non est necessarium, sed eum sedere dum sedet est necessarium, & hoc per certitudinem accipi potest.

Ad minorem non inuenitur æqualis certitudo, sicut in demonstratiuis, tamen potest esse certum, vt contingit in operabilibus humanis, & vt nunc. Qui enim præstituit finem potest inquirendo inuenire medium necessarium ad hunc finem, & ita est certitudo, & necessitas conditionata. Licet enim illa operatio, vel illa res iudicata vtilis ad finem in se non sit necessaria, est tamen necessaria, vt nunc, scilicet conditionaliter, si velim habere finem.

Quæst. Decimaquinta.

De consensu.

A Deinde considerandum est de consensu. Et circa hoc quæruntur quatuor. Primò vtrum consensus sit actus appetitiuę, vel apprehensiuę virtutis. Secundò vtrum conueniat brutis animalibus. Tertiò vtrum sit de fine, vel de his, quæ sunt ad finem. Quartò vtrum consensus in actum pertineat solùm ad superiorem animæ partem.

¶ Postquàm actum est de electione, hic agitur de consensu. Et duo fiunt. Primò agitur de consensu in communi. Secundò specialiter de consensu in actum ar. 4. Circa primum primò ostendit in quo sit consensus subiectiuè. Secundò ostendit circa quid sit obiectiuè ar. 3. Circa primum primò facit, quod dictum est. Secundò determinat quoddam dubium. ar. 2.

Vtrum consensus sit actus appetitiuæ, vel apprehensiuæ virtutis.

A Infra q. 74 ar. 7. ad 1. Et 4. d. 29. ar. 1. cor. August. AD primum sic proceditur. Videtur quòd consentire pertineat solùm ad partem animæ apprehẽsiuã, Aug. enim 12. de tri. * consensum attribuit superiori rationi, sed ratio nominat apprehensiuam virtutem; ergo consentire pertinet ad apprehensiuam virtutem.

¶ 2 Præterea consentire est simul sentire, sed sentire est apprehensiuę potentiæ, ergo & consentire.

¶ 3 Præterea. Sicut assentire dicit applicationem intellectus ad aliquid, ita & consentire; sed assentire pertinet ad intellectum, qui est vis apprehensiua; ergo & consentire ad vim apprehensiuam pertinet.

Damasc. * Cap. 2. & 22. ¶ Sed contra. Est quod Damas. dicit, in 2. li. * quòd si aliquis iudicet, & non diligat non est sententia. i. consensus, sed diligere ad appetitiuam virtutem pertinet; ergo & consensus.

¶ Hic D. S. primò determinat cuius subiecti sit.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ consentire importat applicationem sensus ad aliquid. Est autem proprium sensus, ꝙ cognoscitiuus est rerum præsentium, vis. n. imaginatiua est apprehẽsiua similitudinũ corporaliũ, ẽt rebus absentibus quorũ sunt similitudines; intellectus aũt apprehensiuus est vniuersaliũ rõnũ, quas põt apprehẽdere indifferenter & pñtibus, & absentibus singularibus.

¶ D. S. respondet tali conclusionę quam explicatius ponit in solutione secundi, istam. Sentire propriè dictum ad apprehensiuam pertinet, sed secundùm similitudinem cuiusdam experientiæ pertinet ad appetitiuam (& vult secunda pars conclusionis, quòd propter conuenientiam actus appetitiuę virtutis, cum actu sensus exterioris in hoc ꝙ etiam est ad rem quasi experiendã, & percipiendam, vt est in se, sicut actus sensus exterioris; ideo propter talem similitudinem. i. conuenientiam, sentire a quo dicitur consentire extenditur ad significãdum actum, qui est ad rem in se qualis est actus appetitus). Ista conclusio habet duas partes. Prima probatur argumento secundo ante oppositum. Secundò probatur ex corpore sic, Consentire importat (scilicet propriè, & prima significatione) applicationem sensus in aliquid, scilicet præsens in se, & singulare; sed actus appetitiuę virtutis est quædam inclinatio ad rem ipsam. scil. vt in se est a parte rei; ergo propter hanc similitudinẽ, & conuenientiam cum actu sensus exterioris applicatio (i. inclinatio appetitiua) accipit nomen sensus &c. sic quòd consentire extenditur propter similitudinem dictam ad significandum actum appetitus. Huius rationis D. S. primò ponit, & probat maiorẽ. Secundò minorem ibi, & quia &c. Maior ergo declaratur ex differentia sensus exterioris ex vna parte, & interioris atque intellectus ex altera parte; quia inter cognoscitiuas potentias solus exterior sensus est ad rem præsentẽ, & per consequens nomen sensus, & actus sui debuit attribui non virtutibus aliis apprehensiuis, sed potentiæ, quæ in modo agendi circa obiectum conuenit cum exteriori sensu. Consequenter cum dicit.

¶ Et quia actus appetitiuę virtutis est quædam inclinatio ad rem ipsam secundùm quãdam similitudinem, hinc est, quòd ipsa applicatio appetitiuę virtutis ad rem secundùm quam ei inhæret accipit nomen sensus, quasi experientiam quandam sumens de re cui inhæret, inquã tum complacet sibi in ea. Vnde Sapien. 1. dicitur. Sentite de domino in bonitate, & secundùm hoc consentire est actus appetitiuę virtutis.

¶ Subiungit minorem, & relinquit eam notam ex dictis. 1. par. q. 16. ar. 1. in cor. & q. 82. ar. 3. & alibi. Vnde infert consequens, & explicat ipsum, quomodo. s. conueniat cum consensu inquantum sumit quasi quandam experientiam de re cui inhæret, & confirmat istam explicationem, & adaptationem auctoritate. Aduerte quòd antiqui libri scripti habent, & (vt videtur) melius talem literam sic, & quia actus appetitiuę virtutis est quædam inclinatio ad rem ipsam secundùm quãdam similitudinem ipsa applicatio appetitiuę virtutis &c. Et est intentum litteræ, quòd quia actus appetitiuę est inclinatio ad rem in se, sicut sensus (supple), ideo secundum similitudinem quandam. i. propter aliqualem conuenientiã actus appetitiuę virtutis in modo se habendi ad obiectum, sicut sensus, actus eius accipit nomen sensus, vel consensus. Non aũt videtur esse de mente litteræ, nec est ad propositum, sic legere literam addendo (hinc est) vt communiter habetur, & exponitur a quibusdam, quòd inclinatio voluntatis est secundum quandam similitudinem. i. præsupponit similitudinem, quæ est principium cognitionis, sed hoc nihil ad propositum, & ergo primũ melius est. Vnde posset sic argui, vt intentum litterę clarius habeat: Actus appetitiuę virtutis est quædam inclinatio ad rem ipsam; ergo secũdum quandam similitudinem ipsa applicatio appetitus, quæ inhæret rei in se, congruè accipit nomen sensus. Antecedens relinquitur notum, probatur consequentia, quia cõsentire propriè importat applicationẽ sensus in aliquid singulare præsens in se, (quod patet per differentiam eius ad sensum interiorem, & intellectũ) & per consequens sequitur consequens, quòd quia etiam actus appetitus est applicatio ad rem, vt in se est, potest sibi magis cõgrue competere nomen sensus.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat secundam partem conclusionis probatam in corpore, quia vult Aug. ꝙ consensus sit quædam dilectio, extendendo dilectionem ad complacentiã voluntatis, & per consequens cõsensus pertinet ad appetitum.

¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd sicut dicitur in 3. de anima, * voluntas in ratione consistit, vnde cum August. attribuit consensum rationi accipit rationem secundum quòd in ea includitur voluntas.

¶ Ad maiorem, attribuit rationi superiori inquantum ratio superior includit voluntatem, quia consensus est vtriusque ad fauũ sensum, vnius subiectiuè. s. voluntatis, alterius directiuè, & ꝙ suppositiuè. s. rationis superioris, vt accipitur pro speciali potentia, vt patebit ar 4. quia consensus præsupponit sententiam vltimam de actu, quæ pertinet ad rationem superiorem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sentire propriè dictum ad apprehensiuam potentiam pertinet, sed secundùm similitudinem cuiusdam experientiæ pertinet ad appetitiuam, vt dictum est. *

¶ Ad maiorem, consentire quantum ad primam impositionem nois est simul sentire secundũ sensum, tñ secũdũ extensionẽ nois propter

propter quandam conuenientiam est simul sentire secundum affectum qui complacet sibi in re ipsa. Ad minorem, sentire propriè, & quo ad primam impositionem, &c. Ergo, & consentire, &c. verum propriè, & primò, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd assentire est quasi ad aliud sentire, & sic importat quandam distantiam ad id cui assentitur; sed consentire est simul sentire, & sic importat quandam coniunctionem ad id cui consentitur, & ideo voluntas cuius est tendere ad ipsam rem, magis propriè dicitur consentire. Intellectus autem cuius operatio non est secundum motum ad rem; sed potius ecõuerso vt in primò dictum est, * magis propriè dicitur assentire, quamuis vnum pro alio poni soleat. Potest etiã dici, quòd intellectus assentit inquantum a voluntate mouetur.

Prima par. q. 16. art. 1. in cor. & q. 27. art. 4. & q. 59. art. 2. & q. 61. art. 1. & q. 82. art. 3. ¶ Negatur maior, quia non est par ratio de assentire, & consentire. Ratio diuersitatis in littera. Secundò dicit ad minorem, quòd assentire est intellectus moti a voluntate, quod quidem semper verum est quo ad exercitium actus, dempto primo actu intellectus ad quem mouetur ab exteriori principio, non autem quo ad specificationem actus, vt patet cum intellectus mouetur ad assensum ex euidentia veritatis rei, vide secunda secundæ, q 2. ar. 9. ad secundum, & q. 1. ar. 4. in corpore, &c. Et infra, q. 17. ar. 6.

Vtrum consensus conueniat brutis animalibus.

B Infra q. 16. ar. 2. cor. AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd consensus conueniat brutis animalibus, consensus enim importat determinationem appetitus ad vnum, sed appetitus brutorum animalium sunt determinati ad vnum, ergo consensus in brutis animalibus inuenitur.

2 ¶ Præterea. Remoto priori remouetur posterius; sed consensus præcedit operis executionem, si ergo in brutis non esset consensus, non esset in eis operis executio; quod patet esse falsum.

3 ¶ Præterea. Homines interdũ consentire dicuntur in aliquid agendum ex aliqua passione, puta concupiscentia vel ira, sed bruta animalia ex passione agunt, ergo in eis est consensus.

Damasc. * li. 2. c. 22. ¶ Sed contra est quod Damas. dicit, * quòd post iudicium homo disponit & amat, quod ex consilio iudicatum est, quod vocatur sententia, ideſt consensus; sed consilium non est in brutis animalibus, ergo nec consensus.

¶ Hic iuxta dicta articuli primi mouet dubium. Ex quo enim dictum est, quòd consensus est motus appetitiuus, restat dubium an sit cuiuslibet appetitus etiam sensitiui, sic quòd bestijs conuenire possit.

¶ Respon. dicendum, ꝙ consensus propriè loquendo non est in brutis animalibus, cuius ratio est, quia consensus importat applicationem appetitiui motus ad aliquid agendum, eius autem est applicare appetitiuum motum ad aliquid agendum, in cuius potestate est appetitiuus motus, sicut tangere lapidem cõuenit quidem baculo, sed applicare baculum ad tactum lapidis est eius qui habet in potestate mouere baculum, bruta autem animalia non habent in sui potestate appetitiuum motum; sed talis motus in eis est ex instinctu naturæ: vnde brutum animal appetit quidem, sed non applicat appetitiuum motum ad aliquid.

Conclusio responsi. ¶ D. S. respondet tali conclusione. Bruta non propriè dicuntur consentire, sed solùm rationalis natura; huius conclusionis ponit, & probat primò primam partem. Secundò eandem resumit totalem, & probat secundam eius partem: Pro prima arguitur sic, consensus importat applicationẽ appetitui motus ad aliquid agendum; sed brutum animal appetit quidem, sed non applicat motum appetitiuum ad aliquid, ergo conclusionis prima pars vera. Maior relinquitur nota ex ar. 1. Et aduerte, ꝙ applicatio appetitui motus non addit super ipsum motum, nisi relationem ad principia agentia libera, quia videlicet talis actus appetitiuus est in potestate voluntatis per præuiam indeterminationẽ, & libertatem apprehensiuę. Vnde solemus dicere cum quis consentit, ipse dedit suam liberam voluntatẽ ad hoc, homo enim per deliberationem rationis habet motum appetitiuum respectu operabilium ad finem in sua potestate. Vnde applicatio motus appetitiui non est per alium motum appetitiuum, sed per liberum iudicium rationis. Minor autem principalis probatur sic, eius est applicare appetitiuum motum ad aliquid agendum in cuius potestate est appetitiuus motus, sed bruta non habent in sui potestate appetitiuum motum, ergo minor vera. Maior declaratur exẽplariter. Minor ista patet, quia motus bruti est ex instinctu naturæ, vt patuit supra, quia necessariò mouetur ad occursum & apprehensionem obiecti. Quare patet prima pars conclusionis. Deinde cum dicit.

¶ Et propter hoc non propriè dicitur consentire, sed solùm rationalis natura, quæ habet in potestate sua appetitiuum motum, & potest ipsum applicare, vel non applicare ad hoc, vel ad illud.

¶ Resumit conclusionem responsiuam totalem, & per oppositum ad probationem primæ partis. Probat secundam partem, quia rationalis natura habet in potestate sua actum suum, & potest ipsum applicare, vel non applicare (ecce exercitium actus) ad hoc vel illud (ecce specificationem.) Patuit autem supra, ꝙ ista potestas oritur ex libera, vel magis indeterminata ratione, per quam innascitur libertas voluntati vel appetitui rationali. Vnde homo prius deliberat, an velit consentire, & post deliberationem concluſam ex propria libertate consentit, quod est applicare motum suum, id est liberè consentire. Confirmatur conclusio argumento in contrariũ, quia homo amat, id est consentit in id quod iudicatum est, & sic consensus præsupponit iudicium rationis pręuio consilio. Et hoc est fundamentum dictorum, quòd applicatio est per libertatem rationis originaliter, deinde immediatè per liberum arbitrium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in brutis animalibus inuenitur determinatio appetitus in aliquid passiuè tantùm, consensus verò importat determinationem appetitus non solùm passiuam, sed magis actiuã.

¶ Ad maiorem importat determinationem actiuã, qua aliquis se determinat, & ipsa determinatio est in sui potestate. Ad minorem, sunt determinati ad vnum passiuè, & necessariò. Vnde concluſio non sequitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd remoto priori remouetur posterius, quod propriè ex eo tãtùm sequitur, si autem aliquid ex pluribus sequi possit, non propter hoc posterius remouetur, vno priorum remoto; sicut si induratio possit fieri & a calido, & frigido; nam lateres indurantur ab igne, & aqua congelata induratur ex frigore, non oportet, quòd remoto calore remoueatur induratio; executio autem operis non solùm sequitur ex consensu, sed etiam ex impetuoso appetitu, qualis est in brutis animalibus.

¶ Ad maiorem post. D. S. primò remoto priori ex quo posterius adequatè sequitur, & quod est causa præcisa posterioris, tunc negatur minor. Si autem intelligitur maior de priori, quod non est causa adequata, negatur maior, & sic est in proposito, quia cõsensus est causa executionis operis, sed non adæquata, quia opus ipsum etiam sequitur instinctum, & appetitum naturalem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd homines, qui ex passione agunt possunt passionem non sequi, non autẽ bruta animalia, vnde non est similis ratio.

¶ Ad maiorem, verum tamen ille consensus est in eorum potestate, quamuis sensualitas inclinet manente vsu rationis, supra q. 10. ar. 3. sed hoc non est in bestijs, quia ita sequuntur sensualitatem, quòd non possunt non sequi. An autem consensus conueniat appetitui sensitiuo hominis, videbitur infra quòd non, aliàs peccatum mortale posset esse sensualitatis, quod falsum esse ostenditur infra. q. 74. ar. 3. & 4.

Vtrum consensus sit de fine, vel de his quæ sunt ad finem.

C AD tertium sic proceditur. Videtur quòd consensus sit de fine, quia propter quod vnumquodque & illud magis, sed his quæ sunt ad finem consentimus propter finem, ergo fini consentimus magis.

¶ 2 Præterea. Actio intemperati est finis eius, sicut & actio virtuosi est finis eius; sed intemperatus consentit in proprium actũ, ergo consensus potest esse de fine.

¶ 3 Præterea. Appetitus eorum, quæ sunt ad finem

est

*q.13.ar 3. est electio, vt supra dictum est, * si igitur cõsensus esset solùm de his quæ sunt ad finem, in nullo ab electione differre videretur, quod patet esse falsum per Damas. qui

Damasc. *li.2.c.22. dicit, * quòd post dispositionem, quam vocauerat sententiam, fit electio, non ergo consensus est solùm de his quæ sunt ad finem.

Damasc. * Eodẽ lib. & cap. ¶ Sed contra est quod Damas. ibidem dicit, * quòd consensus siue sententia est quando homo disponit & amat, quod ex consilio iudicatum est; sed consilium nõ est nisi de his quæ sunt ad finem, ergo nec consensus.

Hic inquirit de obiecto consensus.

¶ Respondeo dicendum, quòd consensus nominat applicationem appetitiui motus ad aliquid præexistens in potestate applicantis. In ordine autem agibilium, primò quidem oportet sumere apprehensionem finis, deinde appetitum finis, deinde consilium de his quæ sunt ad finem, deinde appetitum eorum quæ sunt ad finem; appetitus autem in vltimum finem tendit naturaliter; vnde & applicatio motus appetitiui in finem apprehensum non habet rationem consensus, sed simplicis voluntatis.

¶ Et quia titulus quæsiti habet duas partes sub diuisione quærentes, ideo. D.S. respondet vtrique parti duabus cõclusionibus, vna negatiua, quo ad primam partem, altera affirmatiua quo ad

Conclusio prima. secundam, ibi. De his, &c. Prima est, applicatio motus appetitiui in finem apprehensum non habet rationem consensus, sed simplicis voluntatis, (habetur ex hoc, ꝙ consensus nõ est finis vt sic.) Probatur conclusio, consensus nominat applicationem appetitiui motus ad aliquid præexistens in potestate applicantis; sed appetitus finis, maximè vltimi, non est applicatio ad aliquid præexistens in potestate applicãtis, ergo, &c. Maior relinquitur nota ex articulis præcedentibus. Et potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd ipse motus appetitiuus, qui dicitur consensus, est in potestate consentientis, & hic sensus verus est, vt patet ex dictis circa 1ar. præcc. Alio modo intelligitur, quòd consensus nominat motum liberè applicatum ad aliquid præexistens, quod scilicet præexistens est in potestate applicantis, sic quòd nõ necessariò ad ipsum determinetur, sed stat in libertate, an velit applicare vel non. Et hic sensus videtur magis esse in proposito intentus, sic quòd motus appetitiuus applicatus ad aliquod, quod est in potestate libera cõsentientis acceptare, vel respuere. Pro minore, & pro fundamento sequentium. D.S. notat aliquos actus habẽtes se per ordinem in agibilibus, quia primò est apprehensio finis, secundò eius appetitus, tertiò consilium de his quæ sunt ad finem, quartò appetitus eorum quæ sunt ad finem. Et inde probat minorem ipsam, quia appetitus tendit in vltimùm finem naturaliter, ergo applicatio appetitus ad ipsum, non est ad aliquid præexistens in potestate hominis, scilicet libera, & ergo sequitur conclusio.

¶ Aduerte, quia, D. S. loquitur de fine vltimo, quòd appetitus eius non sit consensus, sed simplex velle, quia scilicet nunquam est eius consensus. Alij autem fines possunt accipi vt fines, & vt media; & vt fines sunt, sic etiam propriè eorum non est consensus, sed voluntas, quia de eis vt sic procedit ratio, D.S. Nam nec finis proximus, vt sic, cadit sub consilio, & nec per consequens motus appetitiuus applicatur ad aliquid præexistens in potestate libera, libertate cõtradictionis. Vnde etiam vt sic, appetitus finis præsupponit quidem apprehensionem finis, sed non applicatur existenti in potestate. Et ergo quia vltimus finis, vt sic formaliter nõ est aliquid liberè volitum; nec per consequens eius appetitus est applicatio ad præexistens in potestate appetentis, nec ergo eius appetitus est consensus, sed voluntas vel intentio. Patet ex his quàm profundè. D. S. naturam illorum interiorum actuum scrutatus est, vt perfectè inter eos secundum exigẽtiam naturæ obiectorum, & aliorum conrequisitorum discernat. Vnde peccator mortalis in peccatum quidem & in opus cõsentit, requirit enim omne mortale peccatum consensum voluntatis; sed illud opus non accipit vt finem, sed vt ad finem, sed antequam in opus consentiat prius placuit sibi, & est appetita delectatio per opus consequenda sibi bona, & per consequens se prius amauit summè amore amicitiæ, & delectationem amore concupiscentiæ, antequam in opus consentiat. Et hæc patẽt ex solutione secundi. Dico autem ista, ne quis decipiatur, putans quòd quia ad omne peccatũ mortale requiritur consensus, & quia peccator mortalis inhereret creaturæ tanquam vltimo fini, sequatur quòd eiusdem sit consensus, quod pro fine vltimo habetur. Patet enim nunc ex dictis, quòd aliud est quo fruitur vt vltimò fine, aliud in quod cõsentit.

¶ De his autem quæ sunt post vltimum finem, inquãtum sunt ad finem, sub consilio cadunt, & sic potest esse de eis consensus inquantum motus appetitiuus applicatur ad id quod ex consilio iudicatum est; motus verò appetitiuus in finẽ non applicatur consilio, sed magis consilium ipsi, quia consilium præsupponit appetitum finis; sed appetitus eorum quæ sunt ad finem præsupponit determinationem consilij.

¶ Hic consequenter. D.S. respondet secunda conclusione secundæ partis quæsiti affirmatiua. Et circa hoc primò præmittit quandam conclusionem fundamentalem. Secundò subiungit ipsam conclusionem responsi. ibi. Et ideo, &c. Fundamentalis est. Cõsensus est de his, quæ sunt post vltimum finẽ. Probatur, quia quæ sunt ad finem sub consilio cadunt, ergo conclusio vera. Tenet cõsequentia, quia sic est applicatio motus appetitiui ad aliquid præexistens quod est in potestate applicantis, inquantum motus appetitiuus applicatur ad id quod ex consilio iudicatum est; constat autem quòd iudicatum ex consilio vt sic, est in potestate hominis, quia non est consilium, nisi de his quæ sunt in potestate hominis, vt patet ex prædictis. Adiungit D. S. quòd contrarium est de fine, quia ibi motus appetitiuus qui est finis, non applicatur cõsilio, quod est de existente in potestate nostra, sed econtra consilium sequitur appetitum finis, vt patuit in ordine actuũ circa agibilia prætacto; sed appetitus mediorum ad finem, cum sit quartus actus in ordine, applicatur ad consilium præcedens de existẽtibus in nostra potestate quo ad specificationem. Deinde ibi.

¶ Et ideo applicatio appetitiui motus ad determinationem consilij propriè est consensus; vnde cum consilium non sit nisi de his quæ sunt ad finem, consensus propriè loquendo, nõ est nisi de his quæ sunt ad finem.

¶ Deducit iuxta prætactam conclusionem fundamentalem responsiuã conclusionem secundã talem. Consensus propriè loquẽdo non est nisi de his quæ sunt ad finem. Probatur, applicatio appetitiui motus ad determinationem consilij propriè est consensus; sed consilium non est nisi de his quæ sunt ad finem, ergo, &c. Maior patuit, consensus solùm est applicatio ad præexistẽs in potestate applicantis, sed solùm quę cadunt sub consilio, & deliberatione sunt in potestate rationali vt sic, ergo, &c. Minor patuit, ar. 2. Dicit autem (consilium propriè loquendo,) quia si quis nõ penetraret discernendo naturas actuũ voluntatis circa diuersa obiecta, & vellet loqui extensè & impropriè de actibus voluntatis, diceret omnem motum voluntatis acceptatiuum boni esse consensum, & sic etiam actum respectu finis diceret consensum; sed penetrando discretè naturas actuum, tunc solùm actus habens conditiones notatas, dicitur consensus, &c.

¶ Est autem hæc conclusio fundata in Damas. vt patet in argumento in contrarium. Et quia dicta doctorum formalia sunt, & per se intelligenda, sequitur ex authoritate Damas. quòd consensus solùm est iudicati per consilium, & sic proteruum est contra hanc solidam veritatem puerilia obijcere.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut conclusiones scimus per principia, horum tamen non est scientia; sed quod maius est, scilicet intellectus: ita consentimus his quæ sunt ad finem propter finem, cuius tamen non est consensus, sed quod maius est, scilicet volũtas.

¶ Ad maiorem, iuxta litteram vera est, est magis, sed non semper in eadem specie, sed quandoque est altius & alterius speciei, quando scilicet non conueniunt in nomine, sicut patet de principio & conclusione. Minor conceditur, sed negatur consequentia, sed deberet infetri, ergo est aliquod maius consensu, respectu ipsius finis, scilicet voluntas, sed non maior consensus, quia non est obiectũ consensus, sed voluntatis, scilicet actus. De ista maiore vide plures glosas in Capreo. in 1. sen. dist 5. ad tertium contra primam conclusionem, quia primò non tenet ista maxima, in causis equiuocis quæ non recipiunt eandem denominationem. Et hoc est quòd alij dicunt, scilicet quòd illud propter quod aliud dicitur tale, etiam ipsum sit tale. Secundò dicitur, quòd habet solùm veritatem in his quæ sunt eiusdem ordinis, puta in vno genere. Tertiò exponitur, quando illud quod conuenit alicui propter aliud est diuersum in vtroq;. Ex his tribus expositionibus formatur vna breuis glosa, scilicet quòd tenet quando nomen totius acceptũ effectus reflectitur cum diuersitate supra verè causam, vide Reuerendum Caietanum supra primo posteriorum, circa tex. com. 5. Aduerte etiam circa hanc solutionem, quòd mens, D. S. est quòd intelligens præcisè dignior est sciente, vt patet, primo posteriorum. Et hoc idem tenet Albertus Magnus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd intemperatus habet pro fine delectationem operis propter quam consentit in opus magis, quàm ipsam operationem.

Maior negatur, dicitur enim intemperatus, qui agit ex habitu vicioso, & talis non habet pro fine operationem, sed delectationem, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd electio addit supra consen-

sum quandam relationem respectu eius, cui aliquid præeligitur, & ideo post consensum adhuc remanet electio; potest enim contingere, quòd per cõsilium inueniantur plura ducentia ad finem, quorum dum quodlibet placet in quodlibet eorum consentitur; sed ex multis, quæ placent, præaccipimus vnum eligendo; sed si inueniatur vnum solùm quod placeat, non differunt re consensus, & electio, sed ratione tantùm, vt consensus dicatur, fm ꝙ placet ad agendum, electio autem secundùm quòd præfertur his, quę non placent.

¶ Ad maiorem, appetitus eorum, quæ sunt ad finem, præferendo vnum alteri est electio; sed appetitus eorum, quæ sunt ad finem, vt voluntas complacet in eis, sine illa prælatione vnius præ alio, est consensus, & hoc vbi sunt multa media, tunc enim electio, & consensus distinguuntur realiter. Si autem inueniatur, &c. tunc differunt ratione, & idem actus dicitur extensè loquendo, electio, & consensus. Patet ex his, quòd electio est actus magis completus consensu, quando differunt; negatur ergo consequentia.

Vtrum consensus in actum pertineat solùm ad superiorem animæ partem.

D AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd consensus ad agendum non semper pertineat ad superiorem rationem; delectatio enim consequitur operationem, & perficit eam, sicut decor iuuentutem, sicut dicitur in 10. Ethic. * sed consensus in delectatio-

*Arist.c.4. *Aug.c.12. nem pertinet ad inferiorem rationem, vt dicit Aug. 12. de Trin. * ergo consensus in actum non pertinet ad solam superiorem rationem.

¶ 2 Præterea. Actio in quam consentimus, dicitur esse voluntaria; sed multarum potentiarum est producere actiones voluntarias; ergo non sola superior ratio consentit in actum.

¶ 3 Præterea. Superior ratio intendit ęternis inspi-

*Aug.c.7. ciendis & consulendis, vt Augustꝰ. dicit in 12. de Trin. * sed multotiens homo consentit in actum, non propter rationes ęternas, sed propter aliquas rationes temporales, vel etiam propter aliquas animæ passiones; non ergo consentire in actum pertinet ad solam superiorem rationem.

*Aug.c.12. ¶ Sed contra est, quod Augustꝰ. dicit in 12. de Trin. * Non potest peccatum efficaciter perpetrandum mente discerni; nisi illa mentis intentio penes quam summa potestas est, membra in opus mouendi, vel ab opere cohibendi, malæ actioni cedat, & seruiat.

¶ Hic agit D.S. specialiter de consensu in actum, an talis sit rationis superioris tantùm. Posset autem hoc quæstum apparere statim dictis repugnans, cum dictum sit consensum esse actum appetitiuæ virtutis. Sed si quis bene consideret verba. D.S. aduertit ex ipsis verbis tituli quæsiti solutionem, quia non quæritur, an consensus sit in superiori ratione, sed an ad ipsam pertineat. Vnde nota, quòd consensus est voluntatis non absolutè, sicut nec electio, sed consequens ad actum rationis deliberantis, & iudicantis; & quia duplex est iudicium, & duplex deliberatio, (quia vel sumitur secundùm regulas supremas & diuinas, vel humanas & naturales, quæ sunt inferiores, & sic est rationis superioris, vel inferioris directiuè,) ideo Doct. Sanct. cum sit voluntatis in ordine ad rationem, quærit in ordine ad quam rationem, sic quòd consensurus in actum debeat prius consulere secundùm legem Diuinam, vel tantùm humanam.

¶ Respondeo dicendum, finalis sententia semper pertinet ad eum, qui superior est, ad quem pertinet de alijs iudicare; quandiu enim iudicandum restat quod proponitur, nondum datur finalis sententia.

Conclusio responsiua. ¶ D.S. respondet tali conclusione. Consensus in actum pertinet ad rationem superiorem, secundum tamen quòd voluntas in ratione includitur, id est, est voluntatis elicitiuè, in ordine tamen ad iudicium rationis superioris, & secundùm quòd ratio dicit constitutum ex duabus potentijs in materialibus, tunc enim ratio complectitur completum subiectum, & principium ipsius consensus. Et est sensus conclusionis, quòd voluntas non debet consentire, nisi consultis rationibus superioribus, & siue consulat, siue non positiuè, nihilominus attribuitur sibi consensus interpretatiuus indirectè. Probatur conclusio, finalis sententia semper pertinet ad eum, qui superior est, ad quem pertinet de alijs iudicare; ergo consensus pertinet ad rationem superiorem. Huius rationis Doct. Sanct. primò ponit antecedens. Secundò probat consequentiam dupliciter. Primò ibi. Manifestũ est, &c. Secundò ibi. Finalis autem, &c. cum conclusione ipsa. Antecedens ergo patet, quia quandiu iudicandum restat, &c. vt in littera, ideſt perueniatur ad supremum iudicem, non profertur finalis sententia. Deinde cum dicit.

¶ Manifestum est autem, quòd superior ratio est, quę habet de omnibus iudicare, quia de sensibilibus per rationem iudicamus; de his verò, quæ ad rationes humanas pertinent iudicamus, secundùm rationes Diuinas, quæ pertinent ad rationem superiorem, & ideo quandiu incertum est, an secundùm rationes Diuinas resistatur, vel non, nullum iudicium rationis habet rationem finalis sententiæ.

¶ Probat consequentiam principalis rationis primò sic, quia ratio superior habet de omnibus iudicare, tanquam scilicet superior in regno animæ, & tanquam attendens supremam legem supremi iudicis, quia de sensibilibus, &c. vt in littera clarè patet. Deinde ibi.

¶ Finalis autem sententia de agendis est consensus in actum, & ideo consensus in actum pertinet ad rationẽ superiorem, secundum tamen quòd in ratione voluntas includitur, sicut supra dictum est. * *Artic.1.ad primum.

¶ Manifestat consequentiam dictam secundò, quia finalis sententia de agendis est consensus in actum. Et de ista materia, quia infra ex intentione ad longum videbitur; quæst. 74. artic. 7. ideo pro nunc solùm nota. Doct. Sanct. in de Verita. Mater. 15. artic. 3. quomodo, & quare consensus attribuitur rationi superiori, & hoc est fundamentum ex differentia appetitus sensitiui, & voluntatis; quia motus appetitus sensitiui non attribuitur apprehensiuę, quia causa illius motus non est ex apprehensione; sed ex naturali inclinatione quodãmodo cogitur talis appetitus; sed actus appetitus superioris attribuitur suæ apprehensiuæ, scilicet rationi, quia superioris appetitus inclinatio in hoc, vel illud, ex iudicio rationis causatur. Ille autem actus appetitus attribuitur rationi, non quòd sit eius immediatè quasi ab ea elicitus, sed quia est eius mediante voluntate, quæ per eius iudicium mouetur. Et sicut motus appetitus, qui sequitur rationis iudicium, rationi attribuitur; ita motus appetitus consequentis deliberationem superioris rationis attribuitur rationi superiori; vtpotè cum aliquis deliberat de agendis ex hoc, quòd aliquid est Deo acceptum, vel Diuina lege præceptum. Inferioris verò rationis est, quando modus appetitus consequitur inferioris rationis iudicium, vt cum deliberatur de agendis per causas in seriores, vtpotè considerando turpitudinem actus, dignitatẽ rationis, hominum offensam, & huiusmodi. Vide latius, &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem, & vide infra vbi iam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd consensus in delectationem operis pertinet ad superiorem rationem, sicut & consensus in opus; sed consensus in delectationem cogitationis pertinet ad rationem inferiorem, sicut ad ipsam pertinet cogitare, & tamen de hoc ipso, quod est cogitare, vel non cogitare, inquantum consideratur, vt actio quædam, habet iudicium superior ratio, & similiter de delectatione consequente; sed inquantum accipitur, vt ad actionem aliam ordinatum, sic pertinet ad inferiorem rationem; quod enim ad aliud ordinatur, ad inferiorem artem vel potentiam pertinet, quàm finis ad quem ordinatur; vnde ars, quæ est de fine, architectonica, seu principalis vocatur.

¶ Ad maiorem, delectatio consequitur operationem in via executionis, tamen in via intentionis est quoddam præambulum inducens quandoque in consensum operis; & cum sensualitas talem delectationem proponit, ratio per rationes temporales iudicans delectationem quandoque acceptat, & si ratio superior eam non cohibeat etiam sibi imputatur, tamen delectatio cogitationis, vel etiam de re, vt est cogitata, non consequitur operationem exteriorem, immo præcedit, & est præambulum quoddam ad opus. Ad minorem, consensus in delectationem pertinet ad inferiorem rationem, si intelligitur de delectatione coniuncta operi, & quæ consequitur actum, vt exercitum, negatur. Et ratio est, quia complacentia in talem delectationem, non potest esse absq; complacentia actus secundùm se, cum talis actus sit obiectum illius delectationis. Sic qui complacet sibi in delectatione, quæ habetur in actu luxuriæ, etiam consentit in opus luxuriæ, sine quo haberi non potest. Vnde eiusdem est consentire in opus, & in talem

in talem delectationem. ſ. rationis ſuperioris. Quare minor in hoc ſenſu negatur, & per conſequens conſequentia, quia (vt dictum eſt) talis conſenſus delectationis eſt rationis ſuperioris. Si autem intelligitur minor, quòd conſenſus in delectationem cogitationis, vel etiam in delectationem rei vt cogitata eſt; concedo minorem, & ratio eſt, quia quando multa occurrunt diiudicanda, tunc inferiori iudici datur iudicium de minimis & præambulis: modo talis delectatio cogitationis & rei vt eſt cogitata, ſunt præambula ad opus, vnde ſunt inferioris rationis; & hoc eſt verum, ſi accipiantur vt media, & præambula inducentia ad opus, tunc enim pertinent ad rationem inferiorem. Si autem accipiantur etiam vt ſunt actiones, & ſecundùm ſe, tunc iudicium pertinet ad rationem ſuperiorem, quicquid enim iudicat inferior, poteſt etiam iudicare ſuperior, & non econtra. Vnde & de delectatione ratio ſuperior iudicare poteſt, & ſi rationem inferiorem, quæ iudicando deliberat, & poteſt cohibere, & non cohibeat, imputatur etiam ſibi conſenſus, &c. Sed tunc ad hunc ſenſum minoris negatur conſequentia; quia non oportet, quòd ſi iudicium de præambulis, & inferioribus pertinet ad rationem inferiorem, quòd etiam iudicium de vltimo, & principali, quale eſt actus, pertineat ad inferiorem, ſed ad ſuperiorem. Iſtam ſolutionem Doct. San. intendit, & eius declarationem vide infra in quæſtio. 74. in plur ibus articulis paſſim. Requirit namque hæc ſolutio plura vidiſſe.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd quia actiones dicuntur voluntariæ ex hoc, quòd eis conſentimus; non oportet, quòd conſenſus ſit cuiuslibet potentię, ſed voluntatis, a qua dicitur voluntarium, quę eſt in ratione, ſicut dictum eſt.*

¶Ad maiorem, dicitur eſſe voluntaria, quia voluntas in ipſam conſentit ex iudicio rationis, & non quia ipſe conſenſus, & actio voluntaria ſint eiuſdem potentiæ. Minorem concedo, producat motæ a voluntate, quę vlterius dirigitur ex ratione ſuperiori. Negatur conſequentia, quia præſupponit argumentum, q eiuſdem potentiæ ſit producere actum voluntarium, & in ipſum conſentire, quod eſt falſum; vnde D.S. virtualiter reſpondet ad hoc ſuppoſitum in argumento, & negat conſequentiam.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio ſuperior dicitur conſentire non ſolùm, quia ſecundùm rationes ęternas ſemper moueat ad agendum; ſed etiam quia ſecundùm rationes ęternas non diſſentit.

¶Ad minorem, verum, quòd non propter rationes ęternas conſentit, tamen ſecundùm eas deberet diſſentire. Vnde conſenſus attribuitur ſibi, ſicut ſubuerſio nauis nautæ, qui deberet prohibere & non facit, quod eſt per hoc, quòd omittit agere quando, & vbi debet. Vltra, Non ergo, &c. Verum poſitiuè, ſed omiſſiuè quandoque: quandoque etiam conſentit poſitiuè, ſpernendo actu rationes ſuperiores, vt patet infra, q. 74. art. 7. ad ſecundum, &c.

Quæſtio Decimaſexta.

De Vſu.

E Deinde conſiderandũ eſt de Vſu. Et circa hoc quæruntur quattuor. Primò, vtrum Vti ſit actus voluntatis. Secundò, vtrum conueniat brutis animalibus. Tertiò, vtrum ſit tantùm eorum, quæ ſunt ad finem, vel etiam finis. Quartò, de ordine vſus ad electionem.

¶Hic conſequenter determinatur de Vſu. Et primò de ipſo ſecundùm ſe. Secundò de eius comparatione ad electionẽ, in 4. art. Circa primum, primò oſtenditur cuius potentiæ ſit actus. Secundò circa quid ſit obiectiuè, artic. 3. Circa primum primò fit, quod dictum eſt; ſecundò determinatur dubium incidens, artic. 2.

Vtrum Vti ſit actus voluntatis.

1. diſt. 1. q. 2. artic. 2.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd Vti nõ ſit actus voluntatis. Dicit enim Aug. in primo de doctrina Chriſtiana, * quòd vti eſt id, quod in vſum venit ad aliud obtinendum referre; ſed referre aliquid ad aliud eſt rationis, cuius eſt conferre, & ordinare; ergo vti eſt actus rationis, non ergo voluntatis.

* Aug. c. 4. & lib. 10. de Tri. c. 10.

* Damaſc. li. 2. Ortho. fid. c. 22.

¶ 2 Prętęrea. Damaſc. dicit, * quòd homo impetũ facit ad operationem, & dicitur impetus; deinde vtitur & dicitur vſus; ſed operatio pertinet ad potentiam executiuam, actus autem voluntatis non ſequitur actum executiuæ potentiæ, ſed executio eſt vltimum; ergo vſus non eſt actus voluntatis.

* Aug. q. 3.

¶ 3 Prętęrea. Auguſt. dicit in lib. 83. Quæſt. * Omnia quæ facta ſunt, in vſum hominis facta ſunt, quia omnibus vtitur ratio iudicando ea quę hominibus data ſunt; ſed iudicare de rebus a Deo creatis pertinet ad rationem ſpeculatiuam, quæ omnino ſeparata videtur a voluntate, quæ eſt principium humanorum actuum; ergo vti non eſt actus voluntatis.

¶Sed contra eſt, quod Auguſt. dicit in 10. de Trin. * Vti eſt aſſumere aliquid in facultatem voluntatis.

¶Hic inquiritur primò, an ſit actus voluntatis. Pro intellectu quæſiti, & fundamento dicendorum nota, q differentia eſt inter voluntatem mouentem, & agentia naturalia cauſantia aliquem effectum. Nam agentia naturalia videntur producere, & cauſare per ſimplicem emanationem. Non enim vr, q calor procedat ab igne per actionem mediam, ſed ipſe calor productus per ſimplicẽ emanationem, vt progreditur ab igne eſt ipſa actio eius; ſed voluntas ipſa mouendo non mouet potentias, ſiue etiam organa corporis, niſi mediante actu ſuo, qui eſt appetere, vel velle, ſic q habet vnum actum, qui eſt in ipſa, mediante quo cauſat actum alterius potentiæ, vel motum corporis, qui ſunt actus ab ipſa. Primus actus eſt in ipſa ſubiectiuè, ſecundus eſt eius principiatiuè.

¶Nota ſecundò, quòd eſt differentia inter vti, & inter vſum, quia vti dicitur actiuè, & dicit ipſam applicationem rei ad vſum ſuum, & eſt idem quòd cauſare vſum, & habet ſe ad vſum, ſicut mouere ad motum; & vti propriè acceptum, ſcilicet actiuè pertinet ad voluntatem ſubiectiuè, quia eſt actus eius elicitus immanens, Vſus autem nominat operationem, vel aliquid habens modum operationis, ad quam potentia, vel organum, aut corpus, vel quæcunque res per voluntatem applicatur, vt per eam aliquid obtineat; & hoc modo vſus poteſt eſſe omnium mobilium a voluntate, vel executiuè, vel modo appetitiuo, & ſic vſus attribuitur quidem voluntati, non ſicut ſubiecto, ſed ſicut principio. D.S igitur in hoc quæſito ſimiliter in corpore videtur accipere vſum communiter, & indifferenter pro vti & vſu, & hoc erit diligenti lectoris attendere. Vnde D.S. in hoc quæſito non quærit diſtinctè, an vti ſit voluntatis, ſicut ſubiecti, ſed an ſit actus voluntatis, ſ. ſubiectiuè, vel principiatiuè; vt enim patebit, etiam actus qui eſt voluntatis ſicut mouentis, & non ſicut ſubiecti, dicitur eſſe eius comprehendendo ſub vti actum elicitum, quo mediante alia mouet, & motum ipſum, vel operationem, ad quam res per ipſam voluntatem deputantur.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd vſus rei alicuius importat applicationem rei illius ad aliquam operationẽ; vnde & operatio ad quam applicamus rem aliquam dicitur vſus eius, ſicut equitare eſt vſus equi, & percutere eſt vſus baculi.

¶D.S reſpondet tali concluſione. Vti primò & principaliter eſt voluntatis tanquam primi mouentis, rationis autem tanquam dirigentis, ſed aliarum potentiarum, ſicut exequentium. Hanc concluſionem primò probat quo ad primam eius partem; ſecundò eam infert quo ad omnes tres partes eius, & declarat tertiam eius partem, ibi. Vnde manifeſtum, &c. Quo ad primam partem arguitur ſic. Vſus rei importat applicationem rei illius ad operationem; ſed voluntas applicat res exteriores, & principia intrinſeca ad operationem, ergo eius eſt vſus ſicut principij. Huius rationis D.S. primò ponit, & probat maiorem, ſecundò minorem, ibi. Ad operationem autem, &c. Maior ergo patet a ſigno, nam operatio rei dicitur vſus eius, & per conſequens applicare ad operationem, eſt ea vti.

¶Aduerte, quòd D.S. hic implicitè tangit vti actiuè acceptum in hoc quòd dicit, vſus rei importat applicationem, quia hoc eſt vti. Deinde tangit vſum quaſi paſſiuè, cum dicit operationem rei eſſe vſum. Quare eius eſt vti, & vſus, cuius eſt applicare res & potentias ad operationes, eius in quam erunt ambo, licet differenter. Conſequenter eum dicit.

¶ Ad operationem autem applicamus, & principia interiora agendi, ſcilicet ipſas potentias animę, vel membra corporis, vt intellectum ad intelligendum, & oculum ad videndum, & res exteriores, ſicut baculum ad percutiendum; ſed manifeſtum eſt, quòd res exteriores non applicamus ad aliquam operationem, niſi per principia intrinſeca, quæ ſunt potentiæ animæ, aut habitus potentiarum, aut organa, quæ ſunt corporis membra. Oſtenſum eſt autem ſupra, * quòd voluntas eſt, quæ mouet potentias animæ ad ſuos actus, & hoc eſt applicare eas ad operationem.

* quia

¶Deducit minorem prætactam ſic. Voluntas mouet omnes res ad operationem, (licèt differenter exteriores, & principia interiora,) ergo applicat ad operationem. Tenet conſequentia, quia mouere eſt applicare; Antecedens D.S. explicat in litera.

Aduerte

¶ Aduerte hic, quòd aliqua res applicatur ad operationem dupliciter. Vno modo executiuè, & ſic applicatur a voluntate mediis potentiis & organis. Alio modo applicatur res non executiuè, ſed deſideratiuè, ſic volũtas ſola poteſt applicare rem ad operationem, ſicut cœlum poſſumus velle lucere propter commodũ noſtrum, & ſic applicamus immediatè per voluntatem; & quocũque modo accipiatur, ſic eſt voluntatis ſaltem, vt principij. Conſequenter ibi.

¶ Vnde manifeſtum eſt, quòd vti primò & principaliter eſt voluntatis tanquam primi mouentis, rationis autem tanquam dirigentis, ſed aliarum potentiarum tanquam exequentium, quæ comparantur ad voluntatem a qua applicantur ad agendum, ſicut inſtrumenta ad principale agens; actio autem propriè non attribuitur inſtrumento, ſed principali agenti, ſicut ædificatio ædificatori, non autem inſtrumentis; vnde manifeſtum eſt quòd vti d proprie eſt actus voluntatis. Dub. 12 10.

¶ Infert concluſionem reſpon. totalem, cuius ſecunda pars habetur probata ex ſolutione primi, quia vti importat relationem vnius in aliud quod nõ eſt voluntatis, niſi in ordine ad rationem. Tertia pars concluſionis probatur, quia aliæ potentiæ comparantur ad voluntatem ſicut inſtrumenta, quæ exequuntur imperium principalis mouentis. Hanc probationem tertiæ partis, D. S. applicat ad probationem primæ partis, pro quanto dicit, quòd vſus ſit voluntatis principaliter, quia actio non attribuitur inſtrumento, ſed principali agenti; ſed potentiæ aliæ ſe habent vt inſtrumẽta voluntatis quo ad operationes & vſum earum, ergo talis vſus principaliter attribuitur voluntati.

¶ Quare nota ſecundò. Si volumus loqui de vti, & vſu indifferenter ponendo vnum pro alio, ſicut D.S. videtur facere; tunc ex hoc articulo non habemus, niſi quòd vti eſt actus volũtatis ad minus imperatus, ſed non habemus, quòd ſit elicitus, & quòd ſit voluntatis ſicut ſubiecti, ſed ſicut principalis principij. Patet ex hoc, quia vſus dicit operationem rei, ad quam per voluntatem applicatur, quę operatio vt de ſe conſtat non eſt voluntatis ſicut ſubiecti. Vnde dicit D. S. ad tertium, quòd intellectus ſpeculatiuus dicitur vti, cuius operatio, vt certum eſt, non eſt ſubiectiuè in volũtate accipiendo vti pro vſu. Si autem capiatur vti propriè, & quaſi actiuè tunc eſt applicare actiuè rem ad operationem ſuam, & habet ſe ad vſum ſicut mouere ad motum, quod mouere eſt cauſare motum, & ſic vti eſt cauſare vſum aliarum potentiarum liberè tamen vt dictum eſt, & ſic vti eſt ſolius voluntatis, ſubiectiuè etiam, quia velle quòd aliæ potentiæ, & res aliquid operentur, & applicentur, eſt eis vti; ad actum enim voluntatis, & rationis imperium ſequitur executio in alijs potentijs. Vnde D. S. videtur loqui indifferenter vtendo vno pro alio, & ſic aduertis quomodo vſus eſt omnium potentiarum, ſcilicet obedientium voluntati, & tamen quia motus in quocunque ſit ſubiectiuè, tamen principaliter attribuitur motori, ita D.S. attribuit principaliter, & propriè voluntati, ſcilicet ſicut principio ſemper imperatiuo, ſed non ſubiectiuo ſemper.

¶ Nota etiam, quòd vti dicitur applicare rem ad operationem capiendo operationem largè pro obtentione, vel poſſeſſione, aut quolibet ſignificato per modũ motus, aut actionis ſicut eſt quietatio vel poſſeſſio; vnde velle pecuniam ad poſſidendum, eſt vti pecunia, & applicare eam ad operationem, vel aliquid per modũ operationis: de iſtis in Capreolo, in 1. diſt. 1. q. 2. concluſione 1. & 2. in ſolutionibus argumentorum cõtra eaſdem vbi habet, quòd dicere vti eſſe applicationem non eſt contra beatum Auguſt. cum dicit, vti eſt illud quod in vſum venerit referre ad obtinendũ, &c. quia dat intelligere, quòd illo vtimur quod volumus, vt illo mediante obtineamus aliud quo fruendum eſt, & ſic tale volitum applicamus ad operationem, ſcilicet obtẽtionem, vel poſſeſſionem; nam largè accipitur operatio. Similiter applicatio accipitur largè, vt fieri poteſt per votum & per deſiderium, ſic quòd dum voluntas vult rem propter operationem extensè acceptam, dicatur ipſam applicare.

Capreolus. Auguſt.

¶ Nota tamen ſecundum D.S. in 1. diſt. 1. q. 4. quòd ad hoc q dicamur vti operatione alicuius rei non oportet eam ſemper actu referre affectionaliter in finem vltimum, ſcilicet in Deum; ſed ſufficit relatio virtualis in finem voluntatis.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat concluſionem, & probat q vti eſt voluntatis ſicut mouentis, nam ſecũdum D.S in 1. vbi iam in expoſitione litteræ, illa deffinitio datur de vti communiter ſumpto per comparationem ad potentiam operantem, & vniuerſaliter mouẽtem prout videlicet omnis actus cuiuſcunque potentiæ, vt in finem ordinatus eſt & procedit a voluntate ſecundum ordinem rationis, dicitur vti, vt patet ibidem, q. 1. ar. 2. & ſic habetur, quòd vti indifferenter, vt extenditur ad vſum eſt voluntatis ſicut principij.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio quidem in aliud refert, ſed voluntas tẽdit in id quod eſt in aliud relatum per rationem; & ſecundum hoc dicitur, quòd uti eſt referre aliquid in alterum.

¶ Maior intelligitur, quòd illo vtimur quod volumus, vt illo mediante obtineamus aliud quo fruẽdum eſt, &c. & accipitur ibi referre antecedenter non eſſentialiter ſicut ſupra, q. 13. artic. 1. ad primum de electione; vel capitur pro referre affectionali, id eſt pro tendere in illud, quod eſt propter aliud & eſt in aliud relatũ, hoc eſt ferri in illud non ibi ſtando, vnde vti prout eſt voluntatis dicit lationem tranſitoriam ſuper aliquid in quo non ſtatur, ſed vlterius tenditur.

¶ Ad minorem, referre actiuè eſt rationis, ſed habere actum relatum, id eſt tendentem in aliquid, vt per ipſum in aliud perueniatur poteſt eſſe, & eſt voluntatis. Vnde probat hoc argumentũ, quòd vti eſt voluntatis in ordine ad rationem, vt volebat ſecunda pars concluſionis, ſimile ſupra, q. 12. ar. 1. ad tertium de intentione, ſecundum Scotum tamen etiam appetitus rationalis eſt referre, vt patuit ſupra, q. 12. ar. 1. ad tertium. Scotus.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Damaſ. loquitur de vſu ſecundum quòd pertinet ad executiuas potẽtias. Damaſc.

¶ Intelligitur Damaſcenus, vt tangetur, ar. 4 ad primũ, per impetum intelligitur voluntatis motio qua mouet alias potentias ad executionem operis, & eſt ipſum vti actiuum ad quod ſequitur opus aliarum potentiarum. Ad conſequens, ergo, &c. verum elicitus ſemper, eſt tamen eius ſicut mouentis. Et concludit, quòd eſt aliarum potentiarum ſicut exequentium, &c. Damaſc.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam ipſa ratio ſpeculatiua applicatur ad opus intelligendi, vel iudicandi a voluntate, & ideo intellectus ſpeculatiuus vti dicitur tanquã a voluntate motus ſicut aliæ executiuæ potẽtiæ.

¶ Ad illam, quæ ſeparata videtur a voluntate. Negatur, immo mouetur ad opus a voluntate, vt patuit ſupra, ergo non eſt actus voluntatis. Verum ſubiectiuè, capiẽdo vti pro vſu, tamen eſt eius principiatiuè non per modum elicientis, ſed mouentis primi ad exercitium, & ad opus.

Vtrum vti conueniat brutis animalibus.

F Supra q. 11. ar. 10. ad 4.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd vti conueniat brutis animalibus, frui enim eſt nobilius, quàm vti, quia vt Aug. dicit in 10. de Tri. * Vtimur eis quæ ad aliud referimus quo fruendum eſt, ſed frui conuenit brutis animalibus, vt ſupra dictũ eſt, * ergo multo magis conuenit eis vti.

* Auguſt. cap. 10.

* q. 11. ar. 2.

¶ 2 Prætęrea. Applicare membra ad agendum eſt vti membris, ſed bruta animalia applicant membra ad aliquid agendum, ſicut pedes ad ambulandum, cornua ad percutiendum, ergo brutis animalibus conuenit vti.

¶ Sed contra eſt quod Aug. dicit in li. 83. q. * Vti aliquid non poteſt, niſi animal quod rationis eſt particeps.

* Auguſt. q. 30.

¶ Hic D.S. determinat dubium, quia enim vti eſt voluntatis, ideo eſt dubium, an ſit eius propriè ſic quòd nõ conueniat brutis.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut dictum eſt, * vti eſt applicare aliquod principium actionis ad actionem, ſicut conſentire eſt applicare motum appetitiuum ad aliquid appetendum, vt dictum eſt, * applicare autẽ aliquid ad alterum nõ eſt, niſi eius quod habet ſuper illud arbitrium, quod non eſt niſi eius qui ſcit referre aliquid in alterum, quod ad rationem pertinet, & ideo ſolùm animal rationale & conſentit & vtitur.

* Ar pced.

* q. 15. ar. 1. 2. 3.

¶ D.S. reſpondet tali concluſione. Solùm animal rationale, & conſentit & vtitur. Probatur. Vti eſt applicare, &c. ſed applicare aliquid &c. ergo, &c. omnia clarè in littera. Et vult maior, quòd vti eſt liberè applicare ad operationem ſicut & cõſentire eſt liberè applicare motum appetitiuum ad aliquid, & ſtat breuiter fundamentum in hoc, quia vti eſt motus quo fertur appetitus in vnũ, vt relatum eſt in aliud obtinendum, ſed referre vnum ad aliud nõ eſt niſi habentis rationem, ergo, &c. Concluſio reſponſi.

¶ Nota hic, quòd concluſio dicit ſolùm animal rationale, ſi enim quis diligenter attendat, tunc per hoc excluduntur non ſolùm beſtiæ ſed & Angeli; quia videlicet non vtuntur vniuoce cum homine quo ad modum actus; nam homo vtitur referẽdo vnum in aliud quod rationis eſt. Angelus autẽ eſto velit vnum propter aliud, non tamen modo relatiuo ex parte ſubiecti apprehendit, & ſic referre eſt proprium rationis, & ſic animalis rationalis. Poteſt tamen dici, quòd animal rationale extensè capiatur pro natura intellectuali, nam & Deus & Angeli vtũtur, licèt vt tactum eſt ex parte actus modo ſimplici, licèt ex parte obiecti vnum ſit in aliud relatum, non autem habet relatio, ſicut nec compoſitio, nec diſcurſus

discursus locum in ipsis ex parte agentium, sicut & alibi dicetur, quòd in eis est compositio, & diuisio non formalis, sed obiectiua. Confirmatur autem conclusio argumento in contrarium.

1. ¶ Ad primum ergo dicendum, quòd frui importat absolutum motũ appetitus in appetibile, sed vti importat motum appetitus ad aliquid in ordine ad alterum. Si ergo comparentur vti & frui quantum ab obiecta, sic frui est nobilius quàm vti, quia id quod est absolutè appetibile est melius, quàm id quod est appetibile solùm in ordine ad aliud; sed si comparentur quantum ad vim apprehensiuam præcedẽtem, maior nobilitas requiritur ex parte vsus, quia ordinare aliquid in alterum est rationis, absolutè autem aliquid apprehendere potest etiam esse sensus.

¶ Ad maiorem, frui est nobilius ex parte subiecti, quia est voliti propter se & absolutè, vti autem est voliti propter aliud, quia est applicabilis ad operationem, largè acceptã, vt per ipsum aliud obtineatur; sed ex parte subiecti vti est nobilius, i. requirit nobilius subiectum, quia requirit subiectũ rationale, quia requirit relationem vnius in aliud & hoc antecedenter non essentialiter, vt dictum fuit, quòd scilicet habere rationem non conuenit bestijs.

2. ¶ Ad secundum dicendum, quòd animalia per sua membra aliquid agunt instinctu naturæ, non per hoc, q̃ cognoscant ordinem membrorum ad illas operationes; vnde non dicuntur propriè applicare membra ad agendum, nec vti membris.

¶ Ad maiorem applicare actiuè & liberè, & vbi applicatio est in potestate applicantis, hoc est vti. Tunc negatur minor, q̃ isto modo applicent, sed necessariò & ex instinctu naturæ, non quòd cognoscant ordinem membrorum ad illas operationes mouent membra; vnde mouent mẽbra ex instinctu naturæ, sed non vtũtur, quia vti superaddit supra motionem, cognitionem & relationem applicati ad operationem ad quam applicatur, & sic vti est motus ordinatus qualis non est in bestijs.

Vtrum vti sit tantùm eorum quæ sunt ad finem, vel etiam finis.

G

*August. cap.11. AD tertium sic proceditur. Videtur q̃ vsus possit esse etiam vltimi finis. Dicit enim Aug. in 10. de Trini. * Omnis qui fruitur vtitur; sed vltimo fine fruitur aliquis, ergo vltimo fine aliquis vtitur.

¶ 2 Præterea. Vti est assumere aliquid in facultatem

*codẽ cap. voluntatis, vt ibidem dicitur; * sed nihil magis assumitur a voluntate, quàm vltimus finis ergo vsus potest esse vltimi finis.

*Hylarius. circa prin. ¶ 3 Præterea. Hylarius dicit in 2. de Trini. * quòd æternitas est in patre, species in imagine, id est in filio, vsus in munere, id est in Spiritu sancto; sed Spiritus sanctus cum sit Deus est vltimus finis.

*Augustin. q. 30. ¶ Sed contra est, quod dicit Aug. in li. 83. q. Deo nullus rectè vtitur, sed fruitur; sed solus Deus est vltimus finis, ergo vltimo fine non est vtendum.

¶ Hic inquirit cuius sit vsus sicut obiecti, an sit etiã vltimi finis.

*Ar.1. ¶ Respondeo dicendum, quòd vti sicut dictum est, * importat applicationem alicuius ad aliquid; quod autẽ applicatur ad aliud se habet in ratione eius, quod est ad finem, & ideo vti semper est eius quod est ad finem.

Conclusio respõsi. ¶ D. S. primò deducit conclusionem responsiuam, secundò limitat & exponit eam, ibi. Sed considerandum, &c. Conclusio responsiua est ista. Vti semper est eius quod est ad finem, & per consequens non est vltimi finis, hanc conclusionem probat primò ex ratione vsus, secũdò ex nomine eius, ibi. Probatur q̃d &c. primò sic. Vti importat applicationem alicuius ad aliud, id est ad aliam rem sicut finem obtinendum; sed quod applicatur ad aliud scilicet hoc modo se habet in ratione eius quod est ad finem, igitur, &c. Maior & minor relinquuntur notæ, & intelliguntur, vt tactum est, quòd applicare ad aliud tanquam in quod aliquid ordinatur sicut in finem obtinendum, hoc est vti propriè. Constat autem quòd sic applicatum habet se in ratione medij. Deinde sum dicit.

¶ Propter quod & ea quæ sunt ad finem accommodata, vtilia dicuntur, & ipsa vtilitas interdum vsus nominatur.

¶ Manifestat secundò conclusionem responsiuam, ex quid nominis vsus, quia quæ sunt ad finem dicitur vtilia, ergo vtilia sunt ad finem, per conuersionem simplicem, & per consequens vsus qui est vtilium, & eorum quæ sunt ad finem; & secundò ipse vsus dicitur vtilitas, ergo vsus est vtilium. Vtilia autem, vt iam dictum est sunt ea quæ sunt ad finem, ergo, &c.

¶ Aduerte autem, quòd huic conclusioni non obstat illud Psal. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem: non enim habetur, quòd ordinatus vsus possit esse vltimi finis propriè loquendo de vsu prout vtile dicitur quod refertur in aliud sicut in finem; nam vt supra dicebatur, illa præpositio (propter) de se certam habitudinem non dicit, sed secundum exigentiam materiæ, eius habitudo determinatur. Quare in proposita authoritate Psal. dicit habitudinem causæ dispositiuæ materialis, nam ex suscipiendis retributionibus inducitur homo ad iustificationes Dei obseruandas, non autem dicit habitudinẽ causę finalis, quasi obseruantiam præceptorũ, vel Deum propter quẽ obseruat, referat in retributiones temporales, vel spirituales sicut in finem; sed vt dictum est retributiones huiusmodi habẽt se impulsiuè non terminatiuè, vel finaliter, vide in simili D.S. secunda secundæ. q. 27. ar. 3. vbi determinat, quòd Deus est diligibilis propter aliud non finaliter, sed in genere causæ materialis, ac per cõsequens eius non est vti propriè dictũ, quod est velle aliquid propter aliud obtinendum sicut finem præcedentis; Deus autem non est referibilis in aliud sicut in finem vlteriorem, ideo eius non est ordinatus vsus, sed peruersus, omnis namque peruersitas est vti fruendis, vt habet Aug. &c.

¶ Sed considerandum est, quòd vltimus finis dicitur dupliciter. Vno modo simpliciter, & alio modo quo ad aliquem, cum enim finis vt supra dictum est, * dicatur quandoque quidem res, quandoque autem adeptio rei, vel possessio eius, sicut auaro finis est vel pecunia, vel possessio pecuniæ; manifestum est, quòd simpliciter loquendo vltimus finis est ipsa res, non enim possessio pecuniæ est bona nisi propter bonum pecuniæ; sed quo ad hunc adeptio pecuniæ est finis vltimus, nõ enim quæreret pecuniam auarus, nisi vt haberet eam; ergo simpliciter loquẽdo & propriè pecunia homo aliquis fruitur, quia in ea vltimum finem cõstituit, sed inquantum refert eam ad possessionem, dicitur vti ea.

*q.1.art. & q.2.ar. & q.3.ar. & q.4.ar.

¶ Hic consequenter D. S. modificat & exponit prædictam conclusionem responsi quo ad intentum eius scilicet quo ad hoc, q̃ vti non est vltimi finis. Et ponit notabile bimembre supra sæpius habitum distinctiuum de vltimo fine, & ex isto notabili intendit istam conclusionem prioris expositiuam, vti est vltimi finis, qui est res nõ quidem propriè sic, quòd referatur in alium finem qui est res, sed quia refert ipsum in consecutionem, vel fruitionẽ eius.

¶ Nota quòd hæc conclusio posset habere duplicem intellectum. Primò sicut superficies verborum, & exemplum litteræ videntur sonare, quòd vltimi finis in veritate posset esse vsus, sed inordinatus, sed peruersus in habente prauum affectum qui finẽ qui est res, refert in finem quo, sicut in finem, & malè, & sic vtitur fine vltimo in veritate, & fruitur ipsa eius adeptione. Sed saluo iudicio meliori hic non vr̃ sensus intentus a D. S. vt patet in solutionibus ad authoritates beati Aug. propter quas soluendas, & rectè intelligendas D. S. videtur hoc notabile moderatiuum conclusionis responsiuę subiunxisse. Quare oportet notare, quòd sicut Capreolus refert in primò, dist. 1. q. 1. in solutionibus argumentorum contra tertiam, & contra quintam conclusiones. Iuxta D. S. etiã ordinatè affectus, & bene dispositus habet respectu Dei duplicem amorem, vt patuit supra. q. 2 ar. 7. ad secundum. Et duplex gaudium per consequens duplici amori correspondens, primum & principalius est gaudium de bono Diuino in se; secundum est de bono Diuino vt habito vel habẽdo ab ipso homine in patria, vel in via, & vtrunque est ordinatum, potest ergo beatus gaudere de Deo vt habito a se & vt sibi est beatitudo, & sic referre Deum in sui fruitionem non quidem sicut in finem (nam præsupponitur quòd Deum propter se diligat, & propter bonum diuinum in se plus gaudeat, quàm vt est bonus sibi;) sed refert Deum in habitionem, & fruitionem sicut obiectum ad fructum, quia videlicet vult quis ex Deo & in Deo habere beatitudinem & fruitionem, & hoc fit absque omni inordinatione. Vnde videtur intelligendus, quòd vltimo fine etiam secundùm veritatem, & ordinatè potest quis vti, largè accipiendo vsum, quia videlicet non refertur in aliud sicut ad rem aliam quæ habeatur pro fine vltimo, quod esset propriè vti, sed quia assumitur in facultatem voluntatis, vt voluntas eo vtatur se in ipso delectando & fruendo, nõ quòd Deus habeatur vt minus bonum ipsa fruitione, sed quia eo ipso, quòd habetur, vt maximum bonum & vltimus finis desideratur voluntas ipso frui & ipsum habere pro beatitudine, vt enim supra tactũ fuit Deus in se est quidem sibi beatitudo, sed nõ creaturæ, quare creatura optat etiam ipsum habere, vt sit sibi beatitudo, & hoc fit mediante adeptione & fruitione; vnde ordinat ipsum in beatitudinẽ creatam

Capreolus

non sicut in finem, sed sicut in effectum per ipsum Deũ causandum, qui tamen Deus cum beatitudine creata acceptus nõ sunt duo, sed vnus finis totalis; quare sicut adeptio pecuniæ non est finis pecuniæ, sed è contra adeptio bona est propter bonitatẽ, & vtilitatem pecuniæ, quæ est finis simpliciter, & tamen refertur ab auaro in possessionem, sicut in vltimum finem quo; sic per illud exemplum sensibile oportet manuduci ad vltimum finẽ simpliciter, & secundum veritatem, & aduertere, quia in adeptionem sui referri potest etiam præcluſa omni inordinatione, vt dictum est, quia licitum est petere Deum ad fruendum; & sic ergo vtimur vltimo fine, sed non propriè, sed solùm propriè his quæ sunt ad finem alium, vt accipitur pro re alia habenda, & non solùm pro adeptione eius. Et per hoc patet probatio istius conclusionis secundæ; quia illo vtimur communiter accipiendo vti vel vsum, quod referimus in sui adeptionem & fruitionem, sed vltimus finis simpliciter est huiusmodi, ergo, &c.

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima conclusione, quia Deo nullus vtitur propriè referendo ipsum in alium finem, qui est res alia vt finis quæsita, cum quo stat quòd vtimur Deo communiter, prout assumimus in facultatem voluntatis, vt aliæ authoritates beati Aug. in argumentis deducendis habent; vnde puto, quòd ad saluandas diuersas authoritates beati Augu. D. S. istud notabile adduxerit; & quia in solutionibus apertè innuit intellectum iam positum; sicut & requirit authoritas primi argumenti, ideo videtur & D. S. sic intelligendus, vt dictum est.

Auguſt. ¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Aug. loquitur de vsu communiter, secundùm quòd importat ordinem finis ad ipsam fruitionem, quam aliquis quærit de fine.

¶ Ad maiorem distinguo, si intelligitur de vsu propriè qui est referre rem in aliam rem, sicut in finem potiorem, & meliorem verè, vel æstimatè, negatur, si autẽ vti capiatur communiter pro relatione finis vltimi qui est res in finem quo, sic cõceditur; nam nullus frueretur Deo, nisi vellet eum habere ad sibi inherendum, & ad se in ipso cum maxima suauitate delectandum, & hoc est quod D. S. in solutione dicit, quòd Augu. accipit vsum cõmuniter secundùm quòd importat ordinem finis ad ipsam fruitionẽ, quod non intelligitur quasi finis, qui ordinetur ad fruitionem sicut ad finem, sicut quandoque fit a malè dispositio; sed ille ordo dicit quancunque habitudinem obiecti ad actum, siue actus sit propter obiectum sicut propter finem, siue è contra, & sic ille qui fruitur Deo habet Deum pro obiecto suæ fruitionis quæ est vsus Dei, largè accipiendo vsum. Minor conceditur, ergo vltimo fine vtitur aliquis, verum, communiter accipiendo vti iuxta notabile secundæ conclusionis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd finis assumitur in facultatem voluntatis, vt voluntas in illo quiescat; vnde ipsa requies in fine, quæ fruitio est, dicitur hoc modo vsus finis; sed id quod est ad finem assumitur in facultatem voluntatis non solùm in ordine ad vsum eius quod est ad finem, sed in ordine ad aliam rem in qua voluntas quiescit.

¶ Ad maiorem, vti est assumere aliquid in facultatem voluntatis, si intelligitur de vti propriè, vt distinguitur cõtra frui, est assumere aliquid in facultatem voluntatis applicando ipsum ad operationem propter aliam rem consequendam. Tunc negatur minor, quòd vltimus finis assumatur, &c Alio modo assumitur aliquid vt eo vtamur, id est eo nos delectemus liberè ad nutum voluntatis, & illud assumamus, & habeamus sicut placet; sic dico, quòd vti est commune ad frui, & tunc concedo minorem, quia aliquis habet beatitudinem obiectalem, & se delectabit liberè, (scilicet libertate a coactione,) & ita vtitur, vt vti dicit habitudinem vltimi finis ad operationem circa ipsum. s. quietem; vnde ipsa requies dicitur isto modo vsus ad quem beatitudo vt res assumitur, non quòd referatur ad fruitionem, vt ad finem, sed vt obiectum ad actum, qui est propter obiectum, ad sensum supra habitum, q. 2. ar. 6. ad primum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vsus accipitur in verbis Hylarij pro quiete in vltimo fine, eo modo quo aliquis communiter loquendo, dicitur vti fine ad obtinendum ipsum sicut dictum est: * vnde Aug. in 6. de Trini. dicit, * quòd illa delectatio felicitas vel beatitudo vsus ab eo appellatur.

*In cor. & ad primũ. *Aug.c.10.

¶ Respondetur sicut iam dictum est, quia Hylarius accipit vsum pro fruitione & delectatione, quæ consequitur ex amore qui appropriatur Spiritui sancto. Vnde D. S. prima par. q. 39. ar. 8. in cor. vsus habet similitudinem cum proprijs Spiritus sancti, largo modo accipiendo vsum secundùm quòd vti comprehendit sub se etiam frui prout est assumere aliquid in facultatem voluntatis, & frui est cum gaudio vti, vt Aug. dicit, decimò, de Trinitate.

¶ Et nota D. S. in primò senten. distin. 1. q. 2. quòd ista definitio Aug. allegata in secundo argumẽto, est ipsius vti cõmuniter dicti, sed illa est ipsius vti propriè dicti, scilicet vti est id quod in vsum venerit referre ad obtinendum illud quo fruendum est, &c.

Vtrum vsus præcedat electionem.

H

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd vsus præcedat electionem; post electionem enim nihil sequitur nisi executio, sed vsus cum pertineat ad voluntatem præcedit executionem, ergo præcedit etiam electionem.

¶ 2 Præterea. Absolutum est ante relatum; ergo minus relatum est ante magis relatũ; sed electio importat duas relationes; vnam eius quod eligitur ad finem, aliã verò ad id cui præeligitur, vsus autem importat solã relationem ad finem, ergo vsus est prior electione.

¶ 3 Præterea. Voluntas vtitur alijs potentijs inquãtum mouet eas, sed voluntas mouet etiam seipsam, vt dictum est, * ergo etiam vtitur seipsa applicando se ad agendum, sed hoc facit cum consentit, ergo in ipso consensu est vsus, sed consensus præcedit electionem, vt dictum est, * ergo & vsus. *q.9.art.3. *q.15.ar.3. ad tertiũ.

¶ Sed contra, quod Damas. dicit, * quòd post electionem impetum facit ad operationem, & postea vtitur, ergo vsus sequitur electionem. * Damasc. lib.2. c.22.

¶ Hic D. S. quærit de ordine vsus ad electionem, quæ & ipsa est circa media.

¶ Respondeo dicendum, quòd uoluntas duplicem habitudinem habet ad uolitum; unam quidem secundũ quòd est quodammodo in uolente per quandã proportionem, uel ordinem ad volitum; unde & res quæ naturaliter sunt proportionatæ ad aliquem finem dicuntur appetere illum naturaliter; sed sic habere finem est imperfectè habere ipsum; omne autem imperfectum tẽdit in perfectionem, & ideo tam appetitus naturalis, quàm uoluntarius tendit, ut habeat ipsum finem realiter, quod est perfectè habere ipsum, & hæc est secunda habitudo uoluntatis ad uolitum; uolitum autem non solùm est finis, sed id quod est ad finem.

Concluſio reſponſiua. ¶ D. S. respondet tali cõclusione. Vsus sequitur electionẽ (. s. respectu eiusdẽ) si accipiatur vsus ſm q̃ voluntas vtitur potentia executiua, sed vsus eius quod est ad finẽ ſm q̃ est in cõsideratione rationis referentis ipsum in finẽ tunc vsus præcedit electionẽ: & est sensus conclusionis, q̃ electio præcedit vsum potentiarũ exequentium, aliarũ videlicet ab intellectu & volũtate; sed electio nõ præcedit vsum, & exercitiũ voluntatis & rationis; huius conclusionis, ergo D. S. ponit & probat primò primã partem, secũdò secundã, ibi. Sed quia &c. Quo ad primũ primò præmittit quoddã notabile distinctiuũ, secũdò ex eo formar rationẽ, & infert primã partem conclusionis, ib. Vltimum añt, &c. Notat ergo duplicẽ habitudinem voluntatis ad volitũ, & primã habitudinem astruit ex rebus naturalibus, quæ ẽt dicuntur appetere finem naturaliter ex hoc, quia sunt fini proportionatæ, & sic habent habitudinem aliquam naturalẽ ad finẽ; sic etiam appetitus rationalis ex hoc, q̃ habet proportionẽ quæ infra dicetur amor, vel ordinem, i. appetitũ & electionem voliti, etiã habet aliquam habitudinẽ, sed imperfectam ad volitũ, quæ est habitudo ſm affectionem; sed præter istã habitudinem, quæ est ſm huiusmodi proportionẽ & ordinẽ, oportet ponere secundam habitudinem, quia tam appetitus naturalis naturaliter proportionatus, quàm voluntarius liberè proportionatus tendit vlterius ad volitum, vel appetitum realiter habendũ; ex hoc ergo habetur ratio distinctionis illius, annectit tamen D. S. aliquod notandum, quòd talis habitudo imperfecta nõ solùm est ad finem, sed etiam ad medium. Consequenter ibi.

¶ Vltimum autẽ quod pertinet ad primã habitudinẽ uolũtatis respectu eius quod est ad finẽ est electio, ibi. n: cõpletur proportio uoluntatis, ut cõpletè uelit id quod est ad finẽ; sed usus iam pertinet ad secundã habitudinẽ uoluntatis qua tendit ad consequendũ rem uolitã; unde manifestũ est, q̃ usus sequitur electionẽ; si tñ accipiatur usus ſm q̃ uolũtas utit executiua potẽtia mouẽdo ipsã.

¶ Format rationẽ pro prima parte cõclusionis respon. ſm prætactam distinctionẽ istam. Electio pertinet ad habitudinem volũtatis ad volitum, ſm q̃ volitum est in volente secundùm quãdam proportionẽ. s. amorem, vel ordinem, (i. desideriũ, vel electionẽ,) ad volitum, ſm quam volitũ habetur imperfectè; siue sit finis, siue id quod est ad finem. Vsus añt pertinet ad secundam habitudinẽ

voluntatis ad volitum ſm ꝙ voluntas realiter tendit ad volitum in ſe habendum, quod eſt perfectè habere ipſum, ergo electio præcedit vſum potentiarum executiuarum per quem tenditur in volitum in ſe realiter habendū. Tenet cōſequentia, quia imperfectū præcedit perfectū, & ſic ē imperfecta habitudo ſm eſſe intētum, vel electiuū, præcedit habitudinē perfectā quæ eſt ſm executionē. Antecedens probatur, quia in electione cōpletur prima habitudo ſicut in pertinente ad illā habitudinem; primò. n. eſt intentus finis deinde conſulitur de medio; & tertio eligitur. Secunda pars antecedentis patet, quia per vſum tenditur in realem conſecutionem rei volitæ. Et poſſet breuiter argui pro prima parte concluſionis; voluntas habet duplicem habitudinem ad volitum vnam imperfectam ſecundum proportionem & ordinem, quæ prior eſt; aliam habet ſm quòd tendit in realem habitionem eius, quæ eſt perfecta & poſterior; ſed electio pertinet ad primā habitudinem ſicut vltimū eius; vſus verò pertinet ad ſecundā habitudinē, ergo, &c.

¶ Nota hic verbum D.S in littera cum dicit. Res quæ naturaliter ſunt proportionatæ ad aliquem finē dicūtur appetere ipſum naturaliter, ex hoc. n. habetur ꝙ appetitus naturalis non eſt actus elicitus, ſed eſt ipſa proportio rei ad ſuum finē, vel ad conueniens ſibi naturaliter, ſicut grauitas eſt proportio lapidis ad locum deor ſum, ſed in voluntate proportio eius ad volitum eſt actus elicitus ſm quem habet habitudinem ad volitum, ſm ꝙ amat, vel deſiderat, vel eligit ante realem imperum & executionē, ad habendam rem realiter; primò enim habebatur ſolùm in voto. Deinde ibi.

¶ Sed quia voluntas etiam quodammodo rationem mouet & vtitur ea; poteſt intelligi vſus eius, quod eſt ad finem, ſm ꝙ eſt in conſideratione rationis referentis ipſum in finem; & hoc modo vſus præcedit electionem.

¶ Hic D.S. probat ſecundam partem cōcluſionis ſic, illud quod eſt ad finem, antequam eligatur prius eſt in conſideratione rationis referentis, & ordinantis ipſum in finē; ſed talis cōſideratio rationis eſt vſus rationis motæ a voluntate, ergo vſus eius quod eſt ad finē, ſm ꝙ eſt in tali conſideratione præcedit electionē. Maior patet extra litteram, quia ante electionem eſt conſilium & deliberatio de eo, quod eſt ad finem, & ita prius eſt in eſſe apprehenſo per actum rationis, q̄ eligatur. Patet ergo, ꝙ vſus potentiæ executiuæ, qua tenditur in rem realiter habendam ſequitur electionē, ſed vſus & exercitium voluntatis, & rationis eſt ante electionem; quia oportet prius rationem conſuluiſſe per motionem voluntatis reſpicientis finem. Confirmatur etiam prima pars cōcluſionis argumento in contrarium, quia poſt electionē ſequitur imperiū, & vti actiuum, quod vocatur hic impetus, & poſtea ſequitur vſus potentiarum exequentium; vnde intento fine & inuentis mediis per conſilium ſequitur motio per imperium, quod imperium in ratione eſt cum vti actiuè accepto in voluntate, deinde ſequitur vſus aliarum potentiarum; vnde patet quòd ſiue vti capiatur actiuè pro actiua applicatione potentiarum exequentium ad operationem, ſiue capiatur quaſi paſſiuè pro operatione ad quam applicatur, ſemper vti eſt poſterius electione, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ipſam executionem operis præcedit motio qua voluntas mouet ad exequendum; ſequitur autem electionem, & ſic cū vſus pertineat ad prædictam motionem voluntatis, medium eſt inter electionem & executionem.

¶ Maior negatur immo poſt electionem eſt impetus, ſeu motio, & imperiū ad operationē, quę motio actiua voluntatis eſt vti propriè prout eſt actus elicitus voluntatis. Minor conceditur, ſed negatur conſequentia, quia ſupponit falſum in maiori, & vult argumentū, ꝙ quia vti etiam pertinet ad operationē, & non immediatè immo electio immediatè, & vti etiā non ſequitur executionem, ergo præcedit & executionem & electionem, ſed falſum eſt, quia vti immediatè p̄cedit operationē, & immediatius, q̄ electio.

¶ Ad ſecundū dicendū, ꝙ id qđ eſt per eſſentiā ſuā relatū poſterius eſt abſoluto; ſed id cui attribuuntur relationes non oportet, ꝙ ſit poſterius; immo quantò cauſa eſt prior, tantò habet relationes ad plures effectus.

¶ Maior vniuerſaliter negatur immo relatū. i relatiuum potiſſimè ſm dici prius eſt, immo quantò prius tantò magis relatū iſto modo. Sed verū eſt, ꝙ abſolutū prius eſt relatione, &c. Ad minorem, importat relationes, ſed non eſt relatio, & præterea importat relationes non ad terminū correlatiuum, q̄ ſunt de genere ad aliquid, ſed relationes fundamentales trāſcendentes ad obiectū, &c.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ electio præcedit vſum ſi referātur ad idē, nihil aūt prohibet, ꝙ vſus vnius p̄cedat electionē alterius, & ꝙa actus volūtatis reflectunt ſupra ſeipſos, in quoliber actu volūtatis pōt accipi cōſenſus, & electio, & vſus, vt ſi dicat ꝙ volūtas cōſentit ſe eligere, & cōſentit ſe cōſentire, & vtit ſe ad cōſentiēdū, & eligēdū, & ſemp iſti actus ordinati ad id qđ eſt prius sūt priores.

¶ Maiorem concedo & totū vſque, ibi, ergo vſus præcedit, &c. verum, vſus voluntatis præcedit electionem medij exequendi, ſed reſpectu eiuſdem tunc electio præcedit vſum & conſenſus vtrunque quando electio, & conſenſus diſtinguuntur, & id quod ordinatur ad priorem actum eſt prius, & probat hoc argumentum ſecundam partem concluſionis.

Quæſtio decimaſeptima.

De actibus imperatis a voluntate.

DEinde conſiderandum eſt de actibus imperatis a voluntate. Et circa hoc quærūtur nouem. Primò, vtrum imperare ſic actus voluntatis, vel rationis. Secūdò, vtrū imperare pertineat ad bruta animalia. Tertiò, de ordine imperij ad vſum. Quartò, vtrum imperium, & actus imperatus ſint vnus actus, vel diuerſi. Quintò, vtrum actus voluntatis imperetur. Sextò, vtrum actus rationis. Septimò, vtrū actus appetitus ſenſitiui. Octauò, vtrum actus animæ vegetabilis. Nonò, vtrum actus exteriorum membrorum.

¶ Poſtquam actum eſt de actibus elicitis. Conſequenter agitur de actibus imperatis, & circa hoc duo facit. Primò determinat de ipſo actu imperij, qui eſt actus potentiæ imperantis. Secundò determinat de ipſo actu imperato, qui eſt actus potentiæ recipientis imperium, in ar. 4. Circa primum duo facit; primò oſtendit cuius actus ſit imperare, ſecundò ordinē inter imperiū & vſum in ar. 3. primò facit, qđ dictū eſt, ſecūdò determinat quoddā dubiū, ar. 2.

Vtrum imperare ſit actus voluntatis, vel rationis.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd imperare non ſit actus rationis, ſed voluntatis; imperare enim eſt mouere quoddam, dicit enim Auicenna, ꝙ quadruplex eſt mouens. ſ. perficiens, diſponens, imperans, & conſilians, ſed ad voluntatem pertinet mouere omnes aliàs vires animæ, vt dictum eſt ſupra, * ergo imperare eſt actus voluntatis. Inlib. de ar. cor. Ezech. 11. 19. ar. 1. 1. cor. Eſe. 11. q. 1. ar. 2. ad 3. quodlib. 12. * q. 17.

¶ 2 Præterea. Sicut imperare pertinet ad id quod eſt ſubiectū: ita imperare pertinere videtur ad id quod eſt maximè liberum; ſed radix libertatis eſt maximè in voluntate, ergo voluntatis eſt imperare.

¶ 3 Præterea. Ad imperium ſtatim ſequitur actus, ſed ad actum rationis non ſtatim ſequitur actus, nō. n. qui iudicat aliquid eſſe faciendū ſtatim illud operatur, ergo imperare non eſt actus rationis, ſed voluntatis.

¶ Sed contra eſt, ꝙ Greg. Nic. dicit, * & etiā Philoſophus, * ꝙ appetitus obedit rōni, ergo rōnis eſt imperare. * Greg. li. 4. de ſ. * li. 3. de. cap. 18.

¶ Hic primò determinat cuius potētiæ ſit imperare, vel p̄cipere.

¶ Rñdeo dicendū, ꝙ imperare eſt actus rationis p̄ſuppoſito tñ actu voluntatis. Ad cuius euidentiā cōſideran dum eſt, ꝙ quia actus voluntatis, & rationis ſupra ſeinuicē poſſunt ferri prout ſupra, rō ratiocinatur de volendo, & voluntas vult ratiocinari, cōtingit actū voluntatis præueniri ab actu rōnis & econuerſo, & quia virtus prioris actus remanet in actu ſequēti, contingit quandoq; ꝙ eſt aliquis actus voluntatis ſm ꝙ manet virtute in ipſo aliquid de actu rationis, vt dictū eſt de vſu, & de electione, * & econuerſo aliquis eſt actus rationis ſecundum ꝙ virtute manet in ipſo aliquid de actu voluntatis. * q. 16. ar. 1. & q. 17. ar. 2.

¶ D.S. reſpōdet tali cōcluſione in principio, imperare eſt actus rationis. ſ. eſſentialiter, præſuppoſito tamen actu voluntatis, hanc concluſionē probando & declarando ſic procedit, ꝙa ſecunda eius pars ſupponit rationē agere in virtute volūtatis; primò illud ſuppoſitū verificat & declarat, ſecundò reſumit & probat primā partem concluſionis, ibi. Imperare aūt, &c. tertiò ſecundam, ibi. Primum aūt, &c. Quo igitur ad primū D.S. præmittit notabile verificatiuum ſuppoſiti prætacti ex quo habetur talis cōcluſio propoſiti verificatiua. Contingit q̄ñq; ꝙ eſt aliquis actus voluntatis ſm ꝙ manet virtute in ipſo aliquid de actu rationis & è contra, &c. vt in littera circa finē, probatur. Virtus prioris actus remanet in actu ſequenti, ſed aliquis actus rationis eſt prior aliquo actu voluntatis & è contra, ergo, &c. Maior patet, & intelligitur non ſolùm de priori quacunq; prioritate, ſed in his quæ per ſe ordinata ſunt, ſic autem Concluſio reſponſ. Concluſio

autem eſt inter huiuſmodi actus, ſic quòd voluntas non poteſt habere actum, niſi præcedente actu rationis. Minor probatur, quia actus rationis, & voluntatis poſſunt ſupra ſeinuicem ferri; & ſic contingit actum vnius præueniri ab actu alterius, & econtra. Et prima pars concluſionis patet exemplariter de vſu, & electione, qui ſunt actus voluntatis in virtute rationis.

¶ Nota autem verbum concluſionis, quòd actus rationis manet in actu voluntatis virtute; per hoc patet, quòd electio, vel vſus non eſt quid compoſitum ex duobus, ſed eſt actus ſimplex productus a voluntate in virtute, & per aſſiſtentiam, & coefficientiam rationis. Simile eſt de actu rationis, quem exercet in virtute voluntatis, qualem in propoſito dicemus imperium; ſic ergo patet verificatio ſuppoſiti ſecundæ partis concluſionis, quòd actus rationis poteſt præſupponere actum volūtatis; quis autem in propoſito ſit ille actus voluntatis præſuppoſitus ab imperio, hoc tangit D.S quodlibeto 9. artic. 12. cum dicit. In Imperio duo concurrūt (ſcilicet ordine quodam) quorum vnum eſt rationis, aliud voluntatis; quod enim imperat, aliquid inclinat ad faciendum, quod voluntatis eſt; ipſius enim eſt mouere per modum agentis; & iterum ordinat eum, cui imperat ad exequendum illud, quod imperatur; & hoc ad rationem pertinet, cuius eſt ordinare; & ſi horum duorum ordo conſideretur, videtur primum eſſe inclinatio voluntatis in aliquid per electionem, & poſtea in principio executionis ordinatur per quos fieri debeat, quod electum eſt; & ſic imperium erit immediatè actus rationis, ſed volūtatis quaſi primò mouentis, hæc ille. Ex quibus patet primò ad propoſitum, quòd actus voluntatis, in cuius virtute ratio imperat, eſt electio. Patet ſecundò, quòd imperare eſt mouere, & inclinare in virtute voluntatis ad exercitium actus, vt etiam hic in fine corporis ponitur. Patet tertiò, quòd imperare eſt ordinare inclinatiuè ad exercitium, per quos electum fieri debeat, quod tamen ſit multipliciter, vt patebit ſtatim ex D.S. in quarto: nam aliquando imperatur interioribus organis, & inſtrumentis, & tunc ſufficit, quòd homo ipſe intelligat ordinationem rationis; quandoq; autem imperatur exterioribus, inferioribus, & ſubiectis; & tunc ipſi intelligentes mouentur ab ordinatione intimatiua rationis in virtute voluntatis, &c. Conſequenter cum dicit.

¶ Imperare autem eſt quidem eſſentialiter actus rationis; imperans enim ordinat eum, cui imperat ad aliquid agendum intimando, vel denunciando; ſic autem ordinare per modum cuiuſdam intimationis eſt rationis; ſed ratio poteſt aliquid intimare, uel denunciare dupliciter; vno modo abſolutè, quæ quidem intimatio exprimitur per uerbum indicatiui modi, ſicut ſi aliquis alicui dicat, hoc eſt tibi faciendum. Aliquando autem ratio intimat aliquid alicui, mouendo ipſum ad hoc; & talis intimatio exprimitur per uerbum imperatiui modi, puta cum alicui dicitur, fac hoc.

¶ Reſumit primam partem concluſionis reſponſiuæ cum explicatione, ſcilicet quòd imperare eſt actus rationis eſſentialiter, ideſt ſubiectiuè, & elicitiuè; quam partem probat ſic. Imperans ordinat eum, cui imperat ad aliquid agendum intimando, vel denunciando; ſed ſic ordinare per modum cuiuſdam intimationis eſt rationis; igitur prima pars concluſionis vera, ſed quia imperium non eſt ordinatio quæcunq; intimatiua, vel denunciatiua, quæ videlicet poſſet rationi in virtute propria competere; ſed vt dictum eſt, eſt inclinatiua ad exercitium actus; ideo D.S. pro explicatione illius maioris iam aſſumptæ, & etiam pro parte ſequenti ſubiungit notabile diſtinctiuum, quòd ratio poteſt nunciare, vel intimare dupliciter, &c. vt in littera. Et ſecunda intimatio motiua, & inclinatiua eſt imperium. Conſequenter ibi.

¶ Primum autem mouens in uiribus animæ ad exer- * q. 9. ar. 1. citium actus eſt uoluntas, ut ſupra dictum eſt; * cum ergo ſecundum mouens non moueat niſi in uirtute primi mouentis, ſequitur, quòd hoc ipſum, quod ratio mouet imperando ſit ei ex uirtute uoluntatis; unde relinqui- Dub. 1113. tur, d quòd imperare ſit actus rationis præſuppoſito actu uoluntatis, in cuius uirtute ratio mouet per imperium ad exercitium actus.

¶ Manifeſtat ſecundam partem concluſionis reſponſiuæ ſic. Secundum mouens non mouet, niſi in virtute primi mouentis; ſed primum mouens in viribus animæ ad exercitium actus eſt voluntas; ergo ratio imperatiuè mouendo ad exercitium non mouet, niſi in virtute voluntatis. Quare D.S. infert concluſionem totalem per modū corollarij cum repetitione probationis iam poſitę ſub breuibus, &c.

¶ Aduerte hic ex D.S. quòd ratio ſecundùm ſe conſiderata mouet voluntatem ad ſpecificationem actus, quandoq; quidem neceſſariò, quandoq; autem liberè reſpectu diuerſorum obiectorum, vt patet ex ſupra dictis. Sed ratio in virtute voluntatis, imperando mouet alias vires, immo ſeipſam, & voluntatem ipſam etiam quo ad exercitium actus; nec hoc eſt contra ſupradicta, vbi dicebatur, quòd voluntas a nullo moueatur ad exercitium niſi a ſolo Deo; hoc enim iuxta D.S. in de Veritate, Materia 22. artic. 9. intelligitur, quòd a nullo extrinſeco; ſed tamen etiam a ſeipſa moueri poteſt ad exercitium, & per conſequens ipſa per rationem, vel ratio in virtute eius. Patet ex hoc fundamentum pro infra habendis, quia peruerſa electio, vel peruerſitas voluntatis quæcunque, non ſtat cum omnimoda rectitudine rationis præſertim præcipientis. Patet, & quòd voluntas non poteſt in oppoſitum præcepti rationis, quod neceſſariò mouet, & quo ad exercitium, & quo ad ſpecificationem, ſaltem neceſſitate ſuppoſitionis quandoque. De hoc infra, & in Capreolo in tertio, diſtinctione 36. ad argumenta Scoti contra primas duas concluſiones, &c. Capreolus

¶ Nota circa hæc differentiam inter præceptum, orationem, & deprecationem, quæ dicunt actus rationis diuerſos in hoc, quia præceptum eſt ad interiora hominis, puta organa, & inſtrumenta agendi, vel ad exteriores homines poteſtati præcipientis ſubiectos, qui per intimationem motiuam applicantur ad conſecutionem deſiderati, & electi. Quando autem deſiderium, & voluntas applicatur ad extrinſecum, qui non eſt in noſtra poteſtate, & tamen non eſt ſuper nos, tunc dicitur petitio; ſi verò ſupra nos, ſic dicitur deprecatio. De his vide D.S. in quarto, diſtinctio. 15 quæſtio. 4. artic. 1. quæſtiun. 2. in corpore. Patet ex his omnibus, quomodo imperium eſt denunciatio motiua complectens in ſe voluntatem, & auctoritatem voluntatis, ac per hoc non eſt preceo denunciatiuus tantùm, ſed & efficaciter executiuus.

ARGVMENTVM in contrarium eſt pro prima parte concluſionis directè; & tamen non eſt contra ſecundam, quia imperare eſt rationis in virtute volūtatis; ſic enim mouet appetitum ſenſitiuum, & voluntatem ipſam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd imperare non eſt mouere quocunque modo, ſed cum quadam intimatione denunciatiua ad alterum, quod eſt rationis.

¶ Ad maiorem, vera, imperare eſt mouere cum quadam inclinatione denunciatiua ad alterum, quandoque quidem ſuppoſito diſtinctum, ſicut cum imperatur exteriori ſubiecto poteſtati imperantis; quandoque autem denunciatur alteri non quidem ſuppoſitaliter diſtincto, ſed alteri potentiæ, mediante tamen toto; vt patebit articulo quinto ad ſecundum. quia & ratio nunciat, & inquirit quid agendum ſit per membra, & vires, & per quas vires; & hoc nunciat homini intelligenti, qui ſecundùm præceptum rationis agit.

¶ Ad minorem, conceditur, quòd ad voluntatem pertinet mouere virtute propria ad exercitium, ſed non pertinet ad eam imperare, ſed ad rationem in virtute voluntatis; & ſecundò ad appetitum in animalibus pertinet mouere; ſed imperare in homine non pertinet immediatè ad voluntatem, quæ non mouet niſi per imperium, & dictamen rationis, quare negatur conſequentia.

¶ De hac ſolutione, & reſponſione ad minorem D. S. ſupra in quarto ad tertium dicit. Ille qui petit, aut imperat, aut deprecatur, aduocat aliquid ad conſecutionem finis, vel proſecutionem intenti; hoc autem non eſt voluntas, quia ipſa ſimpliciter, & abſolutè fertur in ſuum obiectum, quod eſt finis; ſed eſt rationis, cuius eſt ordinare vnum ad aliud; & ideo imperium propriè accipiendo imperium non eſt voluntatis. Sed dupliciter dicitur voluntas imperare, ſcilicet impropriè, & ſimilitudinariè; vno modo per quandam interpretationem, ſiue æquiualentiam; quia enim imperans per imperium ſuum mouet, ideo actus animæ, ad quem motus ſtatim ſequitur, imperium dicitur; & quia ad actum appetitiuæ, ſi ſit completus, ſtatim ſequitur motus in corporalibus organis, ideo appetitiuæ virtutes dicuntur imperantes motum; alio modo inquantum principium imperij eſt voluntas; aduocare enim aliquem ad finem ſuum, quod ad imperium pertinet, præſupponit appetitum finis; & eſt quædam proſecutio illius; & propter hoc potentiæ, vel artes operatiuæ, ſeu habitus, qui ſunt circa finem, dicuntur imperare illis, quæ ſunt circa ea, quæ ſunt ad finem. Et ſecundùm hoc voluntas, quæ habet finem pro obiecto dicitur imperare, inquātum imperium, quod eſt actus rationis in voluntate incipit, ad quam pertinet deſiderium finis, hæc ille. Ex quibus patet primò, quòd appetitus in alijs animalibus dicitur imperare propter æquiualentiam, quia mouet ſicut imperium. Secundò patet, quòd voluntas dicitur imperare in habentibus rationem, quia eſt præſuppoſita ad imperium, & in virtute, & quaſi auctoritate eius intellectus imperat. Et per hoc claret ſolutio. Voluntas dicitur imperare dupliciter.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ radix libertatis eſt voluntas ſicut ſubiectum, ſed ſicut cauſa eſt ratio; ex hoc enim voluntas liberè poteſt ad diuerſa ferri, quia ratio poteſt habere diuerſas conceptiones boni; & ideo philoſophi definiunt liberum arbitrium, quod eſt liberum de ratione iudicium, quaſi ratio ſit cauſa libertatis.

¶Ad maioris ſecundam partem, imperare pertinet ad id, quod eſt maximè liberum, & cum hoc ordinatiuum, & intimatiuum; & hoc eſt, quod eſt maximè liberum radicaliter, quia videlicet eſt radix libertatis, ratione indeterminationis ſui iudicij.

¶Ad minorem diſtinguitur, ſi intelligatur de radice ſubiectiua, conceditur, quia voluntas eſt ſubiectum formalis libertatis; ſi autem intelligitur de radice prima originali, & cauſali, ſiue effectiuè, ſic negatur minor, immo ſic ratio eſt cauſa, & radix libertatis. Nam voluntas nunquam appetendo haberet ſe ad diuerſa, quod eſt habere formaliter libertatem, niſi ratio haberet indifferẽtiam, & indeterminationem iudicij. Inde videmus in beſtiis, ꝙ quia iudicium determinatum eſt, quòd & appetitus eſt determinatus ad vnum, & non habet ſe ad oppoſita, ſicut rationalis appetitus. Vnde dico ſecundò ad minorem, quòd imperare, vt tactum eſt, conuenit libero ſaltem originaliter, & cum hoc denunciatiuo, & ordinatiuo alicuius ad id, quod eſt deſideratum, vel electum; & hæc eſt ratio, quare negatur conſequentia.

Thomiſta aduerte. ¶Aduerte hic Thomiſta ſententiam D.S. de radice, & cauſa libertatis. Eandem ſententiam vide prima par. q.83. art.3. in corp.

Capreolus. De hoc etiam ſupra q.10.art.3. Et vide ad longum in Capreolo in ſecundo, diſt.24.ad argumenta contra ſecundam concluſionem.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio concludit, quòd imperium non ſit actus rationis abſolutè, ſed cum quadam motione, vt dictum eſt. *

* In corp.

¶Ad maiorem, quando eſt obedientia in eo cui imperatur, tunc ſequitur actus, aliàs non. Minor conceditur de actu rationis ſpeculatiuæ; ſed negatur, ꝙ ad actum rationis practicæ, & in virtute voluntatis non ſequatur actus, quandoq; ſuppoſita obediẽtia eius, cui præcipitur; ergo non eſt rationis tantùm; ſed in virtute voluntatis, ſicut cum alteri denunciatur voluntas ſuperioris, qua iniungitur ſibi aliquid, illa denunciatio, vt continet voluntatem ſuperioris, tunc mouet, ſicut cum dicitur. Eſt omnino voluntatis meæ, vt facias hoc, vel illud, ibi ratio eſt prolocutrix, & aduocata voluntatis, & in eius virtute mouet. Vnde ſi prælatus referret aliquam rem abſolutè, & non daret intelligere voluntatem ſuam, tunc ſubditus non moueretur. Hoc ergo argumentum probat, quòd intelligere nõ mouet, ſed dictamen practicum ordinans aliquem ad opus, & continens in ſe voluntatem.

Vtrum imperare pertineat ad bruta animalia.

K Supra q.17. art.1.corp. AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd imperare cõueniat brutis animalibus, quia ſecũdùm Auicennam; virtus imperans motum eſt appetitiua, & virtus exequens motum eſt in muſculis, & in neruis; ſed vtraq; virtus eſt in brutis animalibus; ergo imperium inuenitur in brutis animalibus.

¶ 2 Præterea. De ratione ſerui eſt, quòd ei imperetur; ſed corpus comparatur ad animam, ſicut ſeruus ad

* Ariſt.c.1. dominum, ſicut dicit philoſophus primo Politicorum; * ergo corpori imperatur ab anima, etiam in brutis, quæ ſunt compoſita ex anima, & corpore.

¶ 3 Præterea. Per imperium homo facit impetum ad opus; ſed impetus in opus inuenitur in brutis ani-

* Damaſc. lib.2.c.22. malibus, vt Damaſc. dicit; * ergo in brutis animalibus inuenitur imperium.

¶Sed contra. Imperium eſt actus rationis, vt dictum

*Artic.1.huius quæſt. eſt; * ſed in brutis non eſt ratio, ergo neq; imperium.

¶Hic determinat dubium, an imperare conueniat brutis, vel ſit proprium rationalibus.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ imperare nihil aliud eſt, q̃ ordinare aliquem ad aliquid agendum cum quadam intimatiua motione, ordinare autem eſt proprius actus rationis; vnde impoſſibile eſt, ꝙ in brutis animalibus, in quibus non eſt ratio, ſit aliquo modo imperium.

Concluſio reſponſiua. ¶D.S. reſpondet tali concluſione; impoſſibile eſt, quòd in brutis animalibus ſit aliquo modo imperium. Probatur, imperium nihil aliud eſt, quàm ordinare aliquem ad aliquid agendum cum quadam intimatiua motione; ergo concluſio vera. Tenet conſequentia, quia ordinare eſt proprium rationis; ſed in brutis animalibus non eſt ratio; ergo benè valet cõſequentia. Añs patet ex ar.1.

¶Et aduerte D.S. in quarto ſupra, ꝙ differentia eſt hoĩs ab aliis animalibus, quantũ ad virtutem, & partem motiuam. Primò, quia volitum animalibus ex natura determinatum eſt, non homini. Secundò, quantum ad proſecutionem voliti, vel concupiti, quia animalia alia habent determinata inſtrumenta, & vias, quibus ſua deſideria expleant, & ideo quàm cito in eis ſit deſiderij motus, tam citò membra ad actum applicant, niſi ſit prohibens per violẽtiam. Sed ratio in homine inquirit, & de bono volendo, & inſtrumenta ad conſecutionem determinat. ſ. organa, & vires animæ, & etiam quandoq; exteriores homines, &c. Ex quibus patet, ꝙ appetitus in beſtiis mouet quidem, ſed non ordinat nec ſe, nec ſuas potentias ad conſecutionem intenti, ſicut homo per rationem ſuas potentias, ſua organa, vel etiam exteriores homines ordinat; ideo in beſtiis non eſt imperium, niſi per æquiualentiam, & per quãdam interpretationem, vt allegatum fuit in ſolutione primi art. præce. & hæc tanguntur etiam hic ad tertium.

ARGVMENTVM in contrarium continet rationem corporis pro concluſione.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ vis appetitiua dicitur imperare motum, inquantum mouet rationem imperantem, ſed hoc eſt ſolùm in hominibus; in brutis autem animalibus virtus appetitiua non eſt propriè imperatiua, niſi imperatiuum ſumatur largè pro motiuo.

¶Ad maiorem, virtus imperans motum eſt appetitiua, verũ appetitiua imperat mediante ratione ſibi in eodem ſuppoſito coniũcta, ſed imperiũ capitur propriè. Si autem imperium capiatur pro mouere quocunq; modo, ſic eſt appetitiuæ etiam ſine ratione.

¶Ad minorem, appetitiua eſt in brutis; ſed non ratio, negatur conſequentia, ſi imperium capitur propriè.

¶Ad ſecundum dicẽdum, ꝙ in brutis animalibus corpus quidẽ habet vnde obediat; ſed anima nõ habet vnde imperet, quia nõ habet vnde ordinet; & ideo nõ eſt ibi ratio imperantis, & imperati; ſed ſolũ mouentis, & moti.

¶Ad maiorem, ꝙ ei imperetur, &c. verum ratione ſui, ſi aſſit qui poſſit imperare. Ad minorem, corpus præſertim humanum comparatur ad animam rationalem, ſicut ſeruus cui imperatur, ſed non in beſtiis; non propter defectum corporis, ſed propter defectum imperantis, negatur conſequentia. De quibuſdam tactis, vtrum anima imperet corpori, in artic.9.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ aliter inuenitur impetus ad opus in brutis animalibus, & aliter in hominibus; homines enim faciũt impetum ad opus per ordinationem rationis; vnde habet in eis impetus rationem imperij; in brutis autem fit impetus ad opus per inſtinctum naturę, quia ſcilicet appetitus eorum ſtatim apprehenſo conuenienti, vel inconuenienti, naturaliter mouetur ad proſecutionem, vel fugam; vnde ordinantur ab alio ad agendum, non autem ipſa ſeipſa ordinant ad actionem; & ideo in eis eſt impetus, ſed non imperium.

¶Ad maiorem, per imperium facit impetum ſecũdùm ordinationem rationis, & per impetum ſeipſum, vel alium ordinat liberè ad agendum; tunc negatur minor, quòd talis impetus inueniatur in beſtiis; ſed impetus, & motio ex inſtinctu naturæ, ſiue ordinatione eſt in eis, non quòd ſe ordinent.

Vtrum vſus præcedat imperium.

L * Arist. in quæst. AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd vſus præcedat imperium; imperium enim eſt actus rationis præſupponens actum voluntatis, vt ſupra dictum eſt; * ſed vſus eſt actus voluntatis, vt ſupra dictum eſt; * ergo vſus præcedit imperium. * q.16.art.1.

¶ 2 Præterea. Imperium eſt aliquid eorum, quæ ad finem ordinantur; eorum autem quæ ſunt ad finem eſt vſus; ergo videtur, ꝙ vſus ſit prius, quàm imperium.

¶ 3 Præterea. Omnis actus potentiæ motæ a voluntate vſus dicitur, quia voluntas vtitur aliis potentiis, vt ſupra dictum eſt; * ſed imperium eſt actus rationis, prout mota eſt a voluntate, ſicut dictum eſt; * ergo imperium eſt quidam vſus; commune autem eſt prius proprio; ergo vſus eſt prius, quàm imperium. * q.16.art.1. * Arist. lib. eth. cap. 10. fin.

¶Sed contra eſt, quod Damaſc. dicit, * ꝙ impetus ad operationem præcedit vſum; ſed impetus ad operationẽ fit per imperium; ergo imperium præcedit vſum. * Damaſc. lib.2.cap.22. thod. fidei.

¶Hic D.S. oſtendit ordinẽ imperij ad vſum, eo ꝙ de propinquo ad inuicem ſe habent. Nam habent ſe ad vnam habitudinem reſpectu voliti, de qua artic.4. quæſt. præcedenti, ſcilicet ad habitudinem executionis; poſt enim electionem, quæ concludit primam habitudinem ſequitur imperium, & vſus.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ vſus eius, quod eſt ad finem, ſecundùm ꝙ eſt in ratione referente ipſum in finem præcedit electionem, vt ſupra dictum eſt; * vnde multo magis præcedit imperium. * q.praced. artic.4.

¶D.S. re-

¶D.S. reſpondet tali concluſione. Vſus eius quod eſt ad finem, ſm ꝙ eſt in ratione referente ipſum in finem, præcedit imperium; ſed vſus eius, quod eſt ad finem, ſm ꝙ ſubditur potentiæ executiuæ ſequitur imperium, ideſt vſus, & exercitium rationis eſt ante imperium ratione conſilij, quod eſt de eo, ꝙ poſtmodum imperatur, & in via intentionis; ſed in via executionis, tunc imperium eſt ante realem vſum, & applicationem alicuius ad opus propter finẽ faciendum. Huius concluſionis D.S. ponit, & probat primò primã partẽ; ſecundò ſecundam, ibi. Sed vſus, &c. Prima probatur ſic, vſus iſto modo præcedit electionem; ergo præcedit imperium. Antecedens patuit q.præced.artic.4. Tenet cõſequentia ex ſolutione primi, quia electio eſt ante imperium; ſi ergo vſus præcedit electionẽ, ergo & imperium, quia quod eſt prius priore, eſt prius poſteriore. Conſequenter cum dicit.

¶Sed vſus eius quod eſt ad finem, ſm ꝙ ſubditur potentiæ executiuæ, ſequitur imperium, eo ꝙ vſus vtentis coniunctus eſt cum actu eius, quo quis vtitur; non enim vtitur aliquis baculo, antequam aliquo modo per baculũ operetur; imperium autem non eſt ſimul cum actu eius, cui imperatur; ſed naturaliter prius eſt imperium, quàm imperio obediatur, & aliquando etiam eſt prius tpe; vnde manifeſtum fit, ꝙ imperium eſt prius, quàm vſus.

¶Subiungit ſecundam partem concluſionis, quæ probatur ſic. Vſus vtentis. ſ. potentiæ executiuæ coniunctus eſt cum actu eius, quo quis vtitur; ſed imperium non eſt ſimul cum actu eius cui imperatur; ſed naturaliter eſt prius ante ipſum potentiæ exeeutiuæ, vel obedientis imperio rationis; ergo, &c.

¶Et aduerte ex ſolutione primi, ꝙ non ſolùm vſus, vt iuxta modum ſupradictum, q.16.art.1. accipitur paſſiuè, vt eſt executio facta per potentias exequentes eſt poſterius imperio rationis, immo & vti ipſum actiuum, vt eſt actus voluntatis ſubiectiuæ eſt poſterius imperio, quia ad imperium rationis ipſa voluntas applicat per actum interiorem, volendo res applicari ad operationes pro fine conſequendo, & ipſæ res exteriores, vel membra applicãtur; & ſic patet quomodo vſus, & vti poſteriora ſunt imperio. Cõfirmatur etiam per argumentum in contrarium ſecunda pars concluſionis, quia impetus ad operationem præcedit vſum potentiarum exequentium. Et videtur, quòd impetus, qui fit per imperium factus ſit ipſum vti actiuum voluntatis, quo applicantur res, vel organa ad vſum, ideſt operationem.

¶Ad primũ ergo dicendum, ꝙ non omnis actus volũtatis præcedit hunc actum rationis, qui eſt imperiũ; ſed aliquis præcedit. ſ. electio, & aliquis ſequitur. ſ. vſus, quia poſt determinationem conſilij, quæ eſt iudicium rationis, uoluntas eligit; & poſt electionem ratio imperat ei, per quod agendum eſt quod eligitur; & tunc demum voluntas alicuius incipit uti, exequẽdo imperium rationis, quandoq; quidem uoluntas alterius, cum aliquis imperat alteri; quandoq; autem uoluntas ipſius imperantis, cum aliquis imperat ſibiipſi.

¶Ad maiorem, præſupponens actum voluntatis aliquem interiorem, qui eſt electio, & conſenſus; ſed nõ omnem potiſſimè imperatum, & qui eſt voluntatis, ſicut principij motiui executiuè tm̃. Ad minorem, vſus eſt actus voluntatis aliquis, quandoq; mediante potentia executiua, vel ipſum vti eius, quod eſt applicare executiuam. Negatur conſequentia, quia imperium eſt rationis, non in virtute talis actus, qui eſt vſus, ſed qui eſt electio, & conſenſus, &c. Habetur ex hac ſolutione D.S. diſtinctio electionis, & vti actiuè accepti, quia electio, vel conſenſus præcedit vti.

¶Ad ſecundũ dicẽdũ, ꝙ ſicut actus ſunt ꝑuij potẽtiis; ita obiecta actibus, obiectũ aũt uſus eſt id, ꝙ eſt ad finẽ; ex hoc ergo, ꝙ ipſum imperiũ eſt ad finẽ, magis põt concludi, ꝙ imperium ſit prius vſu, quàm ꝙ ſit poſterius.

¶D.S. negat cõſequentiam, & vult, ꝙ eoipſo, ꝙ imperiũ eſt obiectũ vſus, ideo eſt prius, quia obiecta ſunt priora actibus. Secundò poteſt dici, ꝙ hoc argumentum cõcludit, ꝙ aliquis vſus præcedit imperium, ex quo eſt ad finem, quia impertum præſupponit conſiliũ, & electionẽ, quæ ſunt actus voluntatis, & rationis; & per conſequens vſus earum, & vſus rationis, & voluntatis deliberantis, & eligentis imperiũ præcedunt imperiũ via executionis, & exiſtentiæ; quia põt quis deliberare, an ſit vtile imperare, & ſic talis vſus præcedit imperiũ via exiſtentiæ, & executione; ſed intelligendus eſt D.S ꝙ imperiũ eſt ante vſum, qui eſt de imperio, ſicut obiecto in gñe cauſæ formalis, & in via intentionis, & finalis; quia obiecta & ſi ſint qñq; poſteriora in eſſe, ſunt tm̃ priora potentijs, & actibus in intentione, & in genere cauſæ finalis; & hoc eſt verũ, præſertim de obiectis potentiarum actiuarum, ꝙ ſint poſteriora in eſſe reali, obiecta autem potentiarũ etiam paſſiuarum immaterialiũ habent eſſe obiectum ſm eſſe cognitum; & ſic ſunt priora. ſ. in eſſe exiſtẽtiæ, quandoq; poſteriora. Sic in propoſito dicitur, ꝙ imperiũ eſt ante vſum in eſſe apprehenſo, quia non imperat, nec vult quis imperare, niſi apprehendat prius imperiũ; ſed in eſſe reali ſequitur imperium vſum rationis, & voluntatis interiorem. Breuiter ergo D.S. intelligendus eſt in ſolutione, ꝙ eoipſo, ꝙ imperium eſt obiectum vſus eſt prius ſaltem ſm eſſe apprehenſum; cum quo ſtat, ꝙ vſus potentiarum rationis, & voluntatis præcedat ſm eſſe exiſtentiæ ipſum imperium de actibus executiuarum potentiarum.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ ſicut actus uoluntatis utentis ratione ad imperandum præcedit ipſum imperium; ita etiam poteſt dici, quòd & ipſum uſum uoluntatis præcedit aliquod imperium rationis, eo quòd actus harum potentiarum ſupra ſeinuicem reflectuntur.

¶Maior eſt vera, capiendo vſum, vt patuit ſupra q.16.art.1. Ad minorẽ; ſed imperium eſt actus rationis, prout eſt mota a voluntate; ſed addo, ꝙ & hunc motum voluntatis poteſt præcedere aliud imperiũ, quia ratio poteſt imperare volũtati ad hoc, ꝙ moueat ad aliud imperium. Vltra; ergo, &c. Verum, ſicut vſus dicitur potẽtiarum executiuarũ; ſed ille vſus poteſt imperari per imperiũ. Vltra. Commune autem eſt, &c. Verum, ſm prædicationem, & rationẽ; ſed non eſt prius ſm exiſtentiam, & ſm rem; & non eſt inconueniens, ꝙ commune ſit prius ſm prædicationem, & tamen aliqua ſpecies eius ſit prior in eſſe omnibus aliis contentis ſub cõmuni; ſicut ſol eſt ſpecies corporis; & tñ in eſſe eſt prior oĩbus corporibus; ſic imperium eſt ſpecies vſus; & tamen in eſſe prior ſaltem multis vſibus; & ſi non omnibus, &c. Sicut datur bonum contentũ ſub bono communi, ꝙ eſt nobilius bono in communi; ſimiliter de vero, & ente, quia Deus continetur ſm prædicationem ſub eis, & excedit ens acceptum in ſui communitate quo ad perfectionem.

Vtrum imperium, & actus imperatus ſint vnus actus, vel diuerſi.

M Infra q.19. art.3.cor.& ad 1. Et 3. q.19.art.1.c. AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd actus imperatus non ſit unus actus cum imperio; diuerſarum enim potentiarum diuerſi ſunt actus, ſed alterius potentiæ eſt actus imperatus, & alterius ipſum imperiũ, quia alia eſt potentia, quæ imperat, & alia cui imperatur; ergo non eſt idem actus imperatus cum imperio.

¶ 2 Præterea. Quæcunq; poſſunt abinuicem ſeparari, ſunt diuerſa; nihil enim ſeparatur a ſeipſo, ſed aliquãdo actus imperatus ſeparatur ab imperio; præcedit enim quandoq; imperium, & non ſequitur actus imperatus; ergo alius actus eſt imperium ab actu imperato.

¶ 3 Præterea. Quæcunq; ſe habent ſecundùm prius & poſterius ſunt diuerſa, ſed imperium naturaliter præcedit actum imperatum; ergo ſunt diuerſa.

* Ariſt.li.a. topic. c.a. ¶Sed cõtra eſt, quod philoſophus dicit, * ꝙ vbi eſt vnũ propter alterum, ibi eſt unum tantum; ſed actus imperatus non eſt niſi propter imperium; ergo ſunt unum.

¶Poſtquam oſtenſum eſt quid ſit imperium. Hic oſtenditur, quomodo ſe habeat ad actum imperatum. Et circa hoc primò fit quod dictum eſt; ſecundò oſtendit, in quibus potentis reperiatur actus imperatus, artic.5. Quo ad primum in præſenti articulo comparat imperium ad actum imperatum quo ad vnitatem.

¶ Aduerte autem, ꝙ quia hæc conſideratio moralis eſt; ideo quæſitum intelligendum eſt de vnitate morali. Eſt autem actus moralis inquantum voluntarius, vnus ergo actus moraliter eſt, qui habet rationem vnius voluntarij in bonis, vel in malis, vtpotè quia habetur pro vno peccato, vel pro vno bono, ſic ſaltem quòd vnus ſine alio non eſt bonus, nec malus; & non eſt bonus ſine alio, nec per conſequens erunt duo bona, vel duo mala, ſed vnum tantùm, nec duo voluntaria, ſed vnum. Et de his infra, cum oſtendetur actum interiorem voluntatis, & exteriorem eſſe vnum peccatum, vel vnam bonitatem vtriuſque.

¶Nota etiam, quòd imperium non eſt ſine actu uoluntatis, quẽ virtualiter includit; & ſic virtualiter eſt idem quærere, an idem ſit imperium, & actus imperatus, ac ſi quæreretur, an actus uoluntatis, & actus qui imperatur a voluntate mediante ratione ſint vnus actus, ſiue ille actus imperatus ſit potentiæ exequentis, ſiue ipſius voluntatis, vel rationis, ſic quòd apud moralem habeantur pro eodem actu, imperium rationis includens voluntatẽ, & actus qui imperatur quicunque ſit ille.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ nihil prohibet aliqua eſſe ſm quid multa, & ſm quid unũ; quinimmo omnia multa ſunt ſm quid unum, ut Dion. dicit ult.c.de di.no. * Eſt tñ differentia attendenda in hoc, ꝙ quędã ſunt ſimpliciter multa, & ſm quid unum, quædã uerò econuerſo.

*Diony. Et prima par. q.11. art.1. ad ſecundum.

¶D.S. primò præmittit duas concluſiones fundamentales, oſtẽ-

dentes possibilitatem, & quoddam suppositum responsionis ponendæ. Secundam deducit, ibi. Vnum autem hoc, &c. Secundò subiungit cõclusionem responsiuã quã deducit ibi, Sicut autẽ, &c. Supponitur autẽ in cõclusione rñsiua possibile aliqua esse multa, & diuersa simpliciter secundùm substantiam, & vnum secundùm quid, & per accidens. Pro illo supposito manifestando ponit talem conclusionem fundamentalem primam. Nihil prohibet aliqua esse secundùm quid multa, & secundùm quid vnum; sed differenter sic, quòd quædam sunt simpliciter multa, & secundùm quid vnum, & quædam econuerso. Huius conclusionis prima pars probatur auctoritate Dyonisij, quia omnia multa sunt aliquod vnum; ergo prima pars vera; consequentia clara; antecedẽs autem patet etiam ratione, prima par. quæst. 11. artic. 1. ad secundum. quia non est multitudo, quæ non sit aliquo modo vna, saltem vnitate ordinis; & capitur in hac prima parte conclusionis (secundùm quid) pro (aliquo modo) & nõ vt distinguitur contra simpliciter; quia statim subdiuiditur in vnum simpliciter, & vnum secundùm quid, ideſt secundùm substantiam, & secundùm accidens. Secundam autem partem conclusionis non probat, sed declarat per sequentem conclusionem secundam. Deinde cum dicit.

Conclusio prima fundamẽtalis.

¶Vnum autem hoc modo dicitur sicut & ens, ens autem simpliciter est substantia, sed ens secundùm quid est accidens, vel etiam ens rationis; & ideo quæcunque sunt vnum secundùm substantiam, sunt vnum simpliciter, & multa secundùm quid, sicut totum in genere substantiæ compositum ex suis partibus, vel integralibus, vel essentialibus est vnum simpliciter; nã totum est ens, & substantia simpliciter; partes verò sunt entia, & substantiæ in toto.

Conclusio secũda fundamẽtalis.

¶Manifestat prætactum suppositum secunda conclusione fundamentali magis determinatiua, tali. Quæcunq; sunt vnum secũdum substantiam, sunt vnum simpliciter, & multa secũdùm quid; quæ verò sunt diuersa secundùm substantiam, & vnum secundùm accidens, sunt diuersa simpliciter, & vnum secundùm quid. Probantur ambæ partes conclusionis huius; primò ratione sic. Vnum dicitur hoc modo, sicut ens; sed ens simpliciter est substantia, sed ens secundùm quid est accidens, vel ens rationis; ergo, &c. Secundò probatur cõclusio exemplariter; & primò, prima eius pars. Secundò, secunda quæ & ponitur ibi. Quæ verò, &c. Prima ergo pars declaratur exemplariter de toto composito ex partibus integralibus, vel essentialibus, vbi totum est ens simpliciter, & vnum; partes verò non plura entia simpliciter, quia sunt entia in toto.

¶Attende autem, quòd vnum simpliciter est, quia habet vnum esse simpliciter. ſ. substantiale; sic totum compositum ex partibus habet vnum esse, per quod sunt & ipsæ partes totius; quare est vnũ simpliciter, & plura secundùm quid. Deinde ibi.

¶Quæ verò sunt diuersa secundùm substantiã, & vnũ secundùm accidens, sunt diuersa simpliciter, & vnum secundùm quid; sicut multi homines sunt vnus populus, & multi lapides sunt vnus aceruus, quæ est vnitas compositionis, aut ordinis; similiter etiam multa indiuidua, quæ sunt vnum genere, vel specie, sunt simpliciter multa, & secundùm quid unum: nam esse vnum genere, vel specie, est esse vnum secundùm rationem.

¶Explicat secũdam partem præcedentis conclusionis exemplariter, quia multi homines sunt multi simpliciter, & vnum secundùm accidens, ideſt secundùm aggregationem, & collectionẽ, quæ est accidens; similiter de lapidibus multis; similiter multa indiuidua simpliciter, vel in respectu, sunt simpliciter multa, & secundùm quid vnum, ideſt secundùm rationem; nam esse vnum genere, vel specie est vnum secundùm rationem.

Vnitas specifica est rationis, non realis.

¶Nota hic Thomista vanitatem quorundam dicentium vnitatem specificam esse vnitatem realem, & discc. nullam cuiuscunq; vniuersalis vnitatem communitatis esse extra animam, sed solam Diuinam essentiam habere hoc proprium, ꝙ vna realis est tribus personis cõmunis, & si hic locus D.S. non sufficit. vide prima par. q. 39. art. 4. ad tertium. Et videbis, quia D.S. ibidem (sicut vbique) non admittit quamcunq; vnitatem communitatis, nisi negatiuè, & ſm esse in anima. Vnde Thomista differt a Scoto, qui in secũdo, dist. 3. q. 1. dicit naturam specificam (puta humanitatem) sequi ratione sui vnitatem formalem, & communitatem negatiuam, seu indifferentiam ad plura numero. Dicit namq; ibidem, ꝙ nõ oportet quærere, quare natura sit communis, quia natura ipsa est sufficiens causa suæ communitatis. Thomista autem non dissentit in primo; fatetur enim naturam sequi ſm se vnitatem formalem; sed negat, ꝙ communitas etiam negatiua eam ratione sui sequatur, sed solùm ratione solitudinis suæ, quam habet per intellectum; vnde nimis longè aberrant a via D.S. qui non verentur dicere vnitatem specificam, quæ est vnitas communitatis naturæ conuenire ſm se extra animam, vt patet eum intuenti in de Ente, & Essentia. c. 4. vide ibidem notabiliter Reuerendum Caietanum, & doctissimè differentem; & videbis quomodo vnitas formalis, quæ præter opus animæ admittitur, nullam vnitatem communitatis infert.

¶Sicut autem in genere rerum naturalium aliquod totum componitur ex materia, & forma, ut homo ex anima, & corpore, qui est vnum ens naturale, licet habeat multitudinem partiũ, ita etiam in actibus humanis actus inferioris potentiæ materialiter se habet ad actum superioris, inquantum inferior potentia agit in virtute superioris mouentis ipsam; sic enim & actus mouentis primi formaliter se habet ad actum instrumenti; vnde patet, ꝙ imperium, & actus imperatus sunt vnus actus humanus, sicut quoddam totum est vnũ, sed est ſm partes multa.

Conclusio responsiua.

¶Hic ostenso supposito deducit conclusionem responsiuã, possibilitatem ex dictis habentem, istam; imperium, & actus imperatus sunt vnus actus humanus, sicut quoddam totum; sed est secundùm partes multa. Nota primò, vnus actus humanus, & non vnus absolutè actus; sed humanus, & moralis. Nota secundò, quia non dicit, ꝙ sint vnum simpliciter, sed sicut quoddam totum, quod est vnum in esse morali; sed non ſm idem esse substantiale, vel naturale; vnde sunt plures in esse naturæ, sed vnum totum morale. Probatur ergo conclusio sic, in genere rerum naturalium aliquod totum componitur ex materia, & forma; ergo in moralibus, & actibus humanis ex imperio, & actu imperato; antecedens patet de homine, &c. Tenet consequentia, quia actus imperatus etiam se habet materialiter ad imperium, quod se habet formaliter. Patet hoc assumptum, quia inferior agit in virtute superioris mouentis; actus autem mouentis superioris se habet formaliter ad actum instrumenti, ideſt mouentis moti.

¶Aduerte, ꝙ est argumentum a proportione, non propriè a simili, & est vtrobiq; proportio partium adinuicem quo ad esse materiale, & formale; sicut enim anima informando corpus formaliter constituit cum eo vnum totum; sic imperium imperando, & mouendo potentiam ad actum imperatum, facit vnum actum humanũ. Et stat fundamentũ in hoc, quia imperatus nõ habet rõnẽ humani actus, nisi quia imperatus a ratione in virtute voluntatis, & per consequens cum vbi vnum propter aliud, ibi sit tantùm vnum; sequitur, ꝙ imperatus non sit alius humanus, quàm imperium, quia nec est humanus nisi per imperium, nec per consequẽs est alius humanus; sicut & in omnibus aliis, ex materiali, & formali efficitur vnum totum, sicut ex lumine, & colore, ex fine, & medio, vt sic, efficitur vnum obiectum visibile, vel volibile. Sic & in proposito, quia actus imperatus non est humanus, nisi quia est rationis, & voluntatis per imperium; ideo habentur pro eodem actu humano. Et de istis infra sæpius.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsiuam, quia actus non est imperatus, nec est humanus nisi propter imperium, sicut propter causam effectiuam, quæ facit ipsum esse humanum; ergo, &c.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd si essent potentiæ diuersæ adinuicem non ordinatæ, actus earum essent simpliciter diuersi; sed quando una potentia est mouens alteram, tunc actus earum sunt quodammodo unus; nam idem est actus mouentis, & moti, ut dicitur in tertio physicorum. * *Aristot. 20. hui.

¶Ad maiorem, distinguo, vera est in esse naturæ; sed nego in esse moris, quando sunt actus diuersarum potentiarum, sed adinuicem ordinatarum. Tunc enim actus vnius. ſ. moti, est etiam alterius mouentis, non quidem elicitiuè, sed imperatiuè. Et secundò actus potentiæ motæ non est voluntarius, nisi per imperium; & sic ex eis constituitur vnum voluntarium, sicut ex materiali, & formali quo ad esse humanum, & morale. Minor est vera indifinitè, quandoq; sunt diuersarum potentiarum, possunt etiam esse vnius potentiæ, vt patebit in sequentibus articulis, quia ratio potest sibi imperare. Ad probationem, non est vniuersaliter vera, quia eadem potentia secundùm diuersos actus potest sibiipsi imperare in immaterialibus; ergo, &c. Negatur consequentia, ꝙ non sit quodammodo vnus secundùm totum in esse morali.

¶Aduerte verbum D. S. (quodammodo vnus) quia ista vnitas moralis non est vnitas substantialis, & simpliciter, sed secundùm totum; & quidem faciunt vnum per se moraliter, sed tamen vnum per accidens metaphysicè, & philosophicè loquendo, quare D.S. dicit (quodammodo) &c.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ ex hoc, ꝙ imperium, & actus imperatus possunt abinuicem separari, habetur, ꝙ sunt multa partibus; nam partes hominis possunt abinuicem separari, quæ tamen sunt vnum toto.

¶Maior vera; primò sunt diuersa in esse naturæ; secundò sunt diuersa, & multa partibus; sed tamen vnum toto ſm esse morale. Ad probationem dico, ꝙ nihil idem ſm esse metaphysicum separatur a seipso, tamen idem toto moraliter separatur ſm partes.

¶Ad

¶Ad minorem dico, quòd verum est, separantur secundùm esse naturæ, si autem intelligitur, ꝙ separentur secundùm esse moris ad hunc sensum, ꝙ actus imperatus possit esse humanus sine imperio; negatur, immo omnis actus humanus, oportet, quòd sit ex imperio rationis directè, vel interpretatiuè. Bene volo, ꝙ actus voluntatis, & rationis possunt esse humani sine imperato, sed non econtra, quare imperatus non facit alium actum humanum, quàm imperium, sicut nec materia sine forma facit aliud compositũ, nec color sine lumine aliud visibile actu. Ad probationem, imperium potest præcedere, & ſm esse, & ſm esse humanum; sed negatur, ꝙ econtra, actus imperatus possit præcedere, vt actus humanus sine imperio; quare negatur consequentia. Vide pro illa solutione, quæ habet D.S. in de Malo, Materia 2. ar. 2. ad quintum. vbi dicit. In actibus animæ illud, quo posito, vel remoto, nihilominus alterum manet, non semper se habet accidentaliter, sed materialiter quandoque. Semper enim id quod est ratio alterius se habet ad illud, sicut formale ad materiale; quia ergo actus voluntatis est ratio, quare actus exterior sit culpabilis quantum ad hoc, quòd est esse peccatum culpabile, actus voluntatis se habet vt formalis ad actum exteriorem, & actus exterior se habet non accidentaliter, sed materialiter ad peccatum: hæc ille. Ita per omnia ad propositum de imperio, & actu imperato quo ad esse humanum actũ, & per consequens quo ad esse vnum.

¶Ad tertium dicendum, quòd nihil prohibet in his, quæ sunt multa partibus, & vnum toto; vnum esse prius alio, sicut anima quodammodo est prius corpore; & cor est prius alijs membris.

¶Ad maiorem, sunt diuersa secundùm partes, possunt tamen facere vnum totum, quia stante, & continuato imperio accidit actus imperatus, qui cum interiori constituit vnum peccatum in specie moris, licet non naturæ.

Vtrum actus voluntatis imperetur.

N 2. dist. 24. q. 1. art. 1. et. Et Ma. q. 3. ar. 3. ad 5. *Aug. c. 9.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd actus voluntatis non sit imperatus; dicit enim Augustin. in 8. confess. * Imperat animus vt velit animus, nec tamen facit, velle autem est actus voluntatis; ergo actus voluntatis non imperatur.

¶ 2 Præterea. Ei conuenit imperari, cui cõuenit imperium intelligere, sed voluntatis non est intelligere imperium; differt enim voluntas ab intellectu cuius est intelligere; ergo actus voluntatis non imperatur.

¶ 3 Præterea. Si aliquis actus voluntatis imperatur, pari ratione omnes imperantur; sed si omnes actus voluntatis imperãtur, necesse est in infinitum procedere, quia actus voluntatis præcedit actum imperantis rationis, vt dictum est, * qui uoluntatis actus, si iterum imperatur, illud iterum imperium præcedet aliquis rationis actus, & sic in infinitum; hoc autem est inconueniens, ꝙ procedatur in infinitum; nõ ergo actus voluntatis imperatur.

* Art. 1. huius quæst.

¶Sed contra, omne quod est in potestate nostra, subiacet imperio nostro; sed actus voluntatis sunt maximè in potestate nostra; nam omnes actus nostri intantùm dicũtur in potestate nostra esse, inquantùm voluntarij sunt; ergo actus uoluntatis imperantur a nobis.

¶Hic consequenter ostenditur quibus potentijs conueniat actus imperatus; & quia in homine est accipere quadruplicem ordinem in principijs operandi. ſ. intellectiuum, sensitiuum, vegetatiuum, & consequenter organa corporalia; ideo hæc pars quattuor in partes diuiditur. Primò enim inquiritur, an actus imperatus habeat locum in parte intellectiua; secundò, an in parte sensitiua; tertiò, an in parte vegetatiua; & vltimò an in parte organica. Secunda pars, artic. 7. tertia, in 8. In parte autem intellectiua sunt duæ potentiæ. ſ. ratio, & voluntas. Quærit primò quo ad voluntatem; secundò quo ad rationem, artic. 2.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est; * imperium nihil aliud est, quàm actus rationis ordinantis cum quadam motione ad aliquid agendum. Manifestum est autem, quòd ratio potest * ordinare de actu uoluntatis; sicut enim potest iudicare, quòd bonum sit aliquid uelle; ita potest ordinare imperando, quòd homo uelit; ex quo patet, quòd actus uoluntatis potest esse imperatus.

* Art. 1. huius quæst. Dub. 751. Dub. 721.

Conclusio responsiua.

¶D.S. respondet tali conclusione; actus voluntatis potest esse imperatus. Probatur, imperiũ rationis nihil aliud est, quàm &c. sed ratio potest ordinare de actu voluntatis; ergo, &c. Maior patet ex articulo primo; & sicut imperare est ordinare cum intimatione; ita imperari est recipere, & sequi huiusmodi ordinationem intimatiuam, & motiuam rationis. Quomodo autem ratio imperando voluntati intimet, patebit ad secundum. Minor patet a simili, quia homo potest iudicare, quòd bonum sit velle; ergo etiã potest imperare voluntati quòd velit; nam sunt actus subordinati iudicium, & imperium; & vnus quidem conuenit rationi in virtute propria, alius autem in virtute voluntatis; vnde si ratio potest proponere voluntati bonum esse velle, poterit ex virtute ipsius voluntatis ipsam mouere vt velit; nam voluntas inclinatur in propositum sub ratione boni.

ARGVMENTVM in contrarium continet rationẽ pro conclusione, quia possumus imperare de actu, qui est in nostra potestate, actus voluntatis est huiusmodi; ergo, &c. Iam autem ostensum est, secundùm quam potentiam imperetur actus voluntatis, quia a ratione, quæ inquirit an actus voluntatis sit exercendus, & cõcluso iudicio quòd sic, imperat sibi quod uelit, nam rationis est præcipere de eo quod bonum videtur; sic quòd animus, vel homo habens animum, imperet sibi secundùm diuersas potentias.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Augustinus ibidem dicit; * animus, quando perfectè imperat sibi vt velit, tunc iam uult; sed quòd aliquando imperet, & non uelit, hoc contingit ex hoc, quòd non perfectè imperat; imperfectum autem imperium contingit ex hoc, quòd ratio ex diuersis partibus mouetur ad imperandum, uel non ad imperandum; vnde fluctuat inter duo, & non perfectè imperat.

*Aug. eod. cap.

¶Ad maiorem fuit etiam supra virtualiter responsum, quæst. 9. artic. 1. ad primum. quia intelligitur de aliquo dictamine practico conditionato, & fluctuante, sicut cum dicit ratio de beret facere; sed rationes, quæ etiam mouent in oppositam partem, & sunt argumenta pro & contra, &c. Sed negatur, si sit imperium vltimatum; potest enim voluntas non sequi iudicium vniuersale, vel etiam particulare, quod exprimitur per verbum indicatiui modi; sed negatur, quòd possit contra præceptum vltimatum rationis; & de hoc infra vide Capreolum in te tio, dist 36. Nec est curandum de articulo quodam Parisiensi, qui aduersus approbatam D.S. doctrinam, nec contra veritatem militare debet.

Capreolus, Art. Paris.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut in membris corporalibus quodlibet membrum operatur non sibi soli, sed toti corpori, ut oculus videt toti corpori; ita etiam est in potentijs animæ; nam intellectus intelligit non solùm sibi, sed omnibus potentijs; & uoluntas uult non solùm sibi, sed omnibus potentijs; & ideo homo imperat sibiipsi actum uoluntatis, inquantùm est intelligens, & uolens.

¶Ad maiorem, ei conuenit imperari, cui conuenit imperium intelligere; verum ei, sicut supposito, conuenit imperari; secundùm tamen actum potentiæ, non intelligentis, sed sufficit, quòd homo intelligat secundùm aliam potentiam. Minor vera; sed tamen hominis habentis voluntatem est intelligere imperium rationis, qui secundùm dictamen rationis vult, & mouetur secundùm voluntatem; negatur ergo consequentia. Et D.S. ponit rationem, quare sufficiat, quòd homo secundùm vnam potentiam intelligat; non oportet, quòd secundùm omnes, quæ mouentur ex imperio rationis; vnde magis homo imperat sibi secundùm actum vnius potentiæ, quàm imperet voluntati.

¶Ad tertium dicendum, quòd cum imperium sit actus rationis, ille actus imperatur, qui rationi subditur; primus autem uoluntatis actus ex rationis ordinatione non est; sed ex instinctu naturæ, aut superioris causæ, ut supra dictum est; * & ideo non oportet, quòd in infinitum procedatur.

*q. 9. art. 4.

¶Maior negatur, quia imperantur solùm qui sunt in potestate hominis, & voluntatis mediante iudicio rationis; sic non est quilibet actus voluntatis, puta qui est naturalis, & ex instinctu naturæ; vnde non oportet procedere in infinitum, &c. De hoc supra quæstio 9. artic 4. quia primus actus intellectus, & voluntatis est merè naturalis elicitiuè.

Vtrum actus rationis imperetur.

O 1. q. 112. art. 1. ad 1.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd actus rationis non possit esse imperatus; inconueniens enim videtur, quòd aliquid imperet sibiipsi; sed ratio est, quæ imperat, vt supra dictum est; * ergo rationis actus non imperatur.

* Art. 1. huius quæst.

¶ 2 Prætera. Id quod est per essentiam, diuersum est

ab eo, quod est per participationem; sed potentia cuius actus imperatur a ratione est ratio per participationem, vt dicitur in primo Ethicor. * ergo illius potentiæ actus non imperatur, quæ est ratio per essentiam.

* Aristot. cap. vlt.

¶ 3 Præterea. Ille actus imperatur, qui est in potestate nostra; sed cognoscere, & iudicare verum, quod est actus rationis, non est semper in potestate nostra, non ergo actus rationis potest esse imperatus.

¶Sed contra. Id quod libero arbitrio agimus, nostro imperio agi potest; sed actus rationis exercentur per liberum arbitrium; dicit enim Damasc. * q̃ libero arbitrio homo exquirit, & scrutatur, & iudicat, & disponit; ergo actus rationis possunt esse imperati.

* Damasc. lib. 2. c. 22.

¶Hic inquirit, an rationi conueniat actus imperatus.

¶Respondeo dicendum, q̃ quia ratio supra seipsam reflectitur; sicut ordinat de actibus aliarum potentiarũ, ita etiam potest ordinare de suo actu; vnde etiam actus suus potest esse imperatus.

Conclusio prima generalis.

¶D.S. primò respondet conclusione generali; secundò explicat eam secundùm quandam distinctionem quibusdam alijs cõclusionibus specialibus, ibi Sed attende, &c. Conclusio generalis est, actus rationis potest esse imperatus. Probatur, ratio sicut ordinat de actibus aliarum potentiarum, ita etiã potest ordinare de actu suo; ergo sicut alios imperat, ita & suum; Antecedens pro prima parte probatur, quia super actus suos reflectitur; & per consequens considerat, an actus sui sint exercendi, & quales debeant esse; & sic potent eos imperare. Tenet consequentia, quia (vt patuit) ordinare motiuè est imperare. Vnde sub ordinatione rationis cadit, an velit speculari, & an hoc, vel illud concedere, vel negare; & sic potent imperare, quòd speculetur; & vt hoc, vel illud concedat, vel neget.

¶Sed attendendum est, q̃ actus rationis potest considerari dupliciter; vno modo quantũ ad exercitium actus; & sic actus rationis semper imperari potest, sicut cum iudicitur alicui, quòd attendat, & ratione vtatur.

¶Hic consequenter prædictam conclusionem generalem explicat ẽm quandam distinctionem quattuor conclusionibus specialibus, quæ patebũt circa membra distinctiua. Vt ergo sciatur quomodo ratio imperet actum suum; ideo adiungit distinctionem, q̃ actus rationis potest dupliciter cõsiderari; vno modo quo ad exercitium, Prima conclusio specialis est, actus rationis semper imperari potest quo ad exercitium. Illam conclusionem probat solùm experimentaliter, quia iudicitur alicui, vt vtatur ratione, sicut experimur; sed hoc est præcipere exercitium actus rationis; & sicut præcipitur alteri, ita homo sibiipsi per rationem suam præcipere potest. Et est fundamentum, quia in potestate hominis est exercitium actus rationis; & per consequens potest ipsum præcipere; nam potest speculari quando vult remotis impedimentis, & quia imperium est in virtute voluntatis; ideo potest sibi præcipere, vt consideret. Consequenter cum dicit.

Conclusio prima specialis.

¶ Alio modo quantum ad obiectum, respectu cuius duo actus rationis attenduntur; primò quidem vt veritatem circa aliquid apprehendat, & hoc nõ est in potestate nostra; hoc enim cõtingit per uirtutem alicuius luminis, uel naturalis, uel supernaturalis; & ideo quantum ad hoc actus rationis non est in potestate nostra, nec imperari potest.

¶Declarat secundum membrum prædictæ distinctionis, q̃ alio modo potest considerari actus rationis quantum ad obiectum. Et hoc subdiuiditur, quia ratio respectu obiecti potest duos actus habere; vnus est apprehensio veritatis circa obiectũ, ita q̃ apprehendat, & cognoscat rẽ sicut est. Secunda conclusio spectalis, quãtum ad hoc actus rationis nõ potest imperari. Probatur, quia quantum ad hoc nõ est in potestate nostra; ergo. Assumptũ hoc probatur, qa hoc cõtingit per virtutẽ, & efficaciã alicuius luminis naturalis vel gratuiti, quæ s. virtus nõ est in potestate nostra, sicut nõ potest aliquis rationi suæ præcipere, vt cognoscat quidditatiuè Angelos, vel Deum vt in se est, qũia ad primum requiritur altius lumẽ naturale, q̃ homo habere possit; similiter ad secũdum requiritur lumẽ gratuitum gloriæ, quod nõ est in potestate hominis; & videtur apprehensio veritatis accipi pro quacunq; apprehensione, siue in prima, siue in secunda operatione intellectus. Consequenter ibi.

Conclusio secunda.

¶Alius autem actus rationis est, dum his quæ apprehendit, assentit; si igitur fuerint talia apprehensa, quibus naturaliter intellectus assentiat, sicut prima principia; assensus talium, uel dissensus non est in potestate nostra, sed in ordine naturæ; & ideo propriè loquendo, naturæ imperio subiacet.

¶Subiungit aliud membrũ subdiuisionis, quia alius est actus rationis circa obiectum, qui est assensus respectu apprehensorum. Et hoc iterum fit dupliciter, quia apprehensa præsertim complexa, quorum est consensus, sunt duplicia; quædam quibus intellectus naturaliter assentit. Conclusio tertia, talis actus respectu talium obiectorum non cadit sub imperio rationis, sed naturæ. Probatur prima pars, quia nõ est in potestate nostra huiusmodi assensus, quia videlicet oportet eis assentire, & non possumus dissentire, sic q̃ intellectus est determinatus quo ad specificationem actus respectu huiusmodi obiectorum complexorum apprehensorum. Secunda pars intelligitur de natura manẽte, quia huiusmodi natura indidit huiusmodi assensum in lumine naturali rationis, & sic quasi præcipit intellectum, quòd necessariò assentiat. Tunc ibi.

Conclusio tertia.

¶Sunt autem quædam apprehensa, quæ nõ adeo conuincunt intellectum, quin possit assentire, vel dissentire, vel saltem assensum, uel dissensum suspẽdere pp aliquam causam, & in talibus assensus ipse, uel dissensus in potestate nostra est, & sub imperio cadit.

¶Manifestat secundam partem vltimæ subdiuisionis; quia quædam sunt apprehensa complexa, quæ non continent euidentẽ veritarẽ; nec per cõsequens conuincunt intellectũ. Conclusio quarta. Cõsensus respectu huiusmodi apprehẽsorũ cadit sub imperio rationis. Probatur, quia respectu huiusmodi apprehẽsorum consensus, vel dissensus est in nostra potestate; ergo, &c. Antecedẽs patet, quia non necessitat intellectum ad consensum, sed stat indeterminatus, vt possit consentire, vel non. Tenet consequentia, quia quæ sunt in potestate nostra possumus imperare. Patet ex his omnibus, q̃ actus rationis potest imperari semper quidẽ quo ad exercitium, quia potest quis exercere intellectum suum ablatis impedimentis quando vult. Et ratione illius potest omnis actus intellectus esse meritorius, vt patet apud D.S. secunda secundæ, q. 2. art. 9. ad secundum. Sed quo ad specificationem actus distinguitur, quia quo ad apprehensionem simplicem, vel complexam veritatis de aliqua re excedente facultatem intellectus non potest imperari, sed quo ad assensum etiam eorum, quæ possunt apprehendi, quandoq; non imperatur, quia oportet assentire, & assensus ex natura determinatus est; & sic assensus nõ est meritorius; quandoq; autem assensus est in voluntate nostra respectu eius veri, q̃ nõ necessitat intellectũ; & sic consentire vero Diuino pp Deum est meritorium, & voluntarium. Et stat fundamentum in hoc, q̃ nihil est imperabile, nisi quod subest voluntati nostræ, cuius virtute fit imperium, &c.

Conclusio quarta.

¶Aduerte autem, q̃ non est idem apprehendere, & consentire; nam apprehendimus multa, quæ non iudicamus vera, sed de quibus dubitamus, immo quibus dissentimus; & per consequens aliqua complexa apprehendimus, in quibus statim videtur veritas, & sic approbamus, & consentimus; alia autem apprehenduntur, de quibus dubia est veritas, vel non euidens; & in his ex propria voluntate inhæremus.

¶Aduerte etiam ex solutione tertij præcedentis articuli, quòd actus rationis præueniens omnem actum voluntatis imperari non potest, quia imperium non est nisi ex voluntate; cum ergo huiusmodi actus ponatur præuenire omnem actum voluntatis; sequitur, quòd imperari non possit; nihilominus tamen talis actus, licet sit naturalis elicitiuè, non tamen est naturalis obiectiuè; sed respectu contingentis operabilis habet indeterminationem iudicij respectu vtriusq; partis, & sic est radix liberæ volitionis, & per consequens determinatio talis actus rationis ad vnum est in potestate voluntatis, & sic potest cadere sub imperio, quia voluntarie in vnam partem declinat.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primã conclusionem specialem, quia possunt esse imperati quo ad exercitiũ, & sic semper cadunt sub libero arbitrio, quia non considerat nisi velit, & remotis impedimentis quando vult, considerare potest; cum quo stat, quòd non sit in potestate lib. arb. quòd apprehendat veritatem circa hoc intelligibile excedens, vel quòd non assentiat conuincenti intellectum.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ ratio hoc modo imperat sibiipsi; sicut & uoluntas mouet seipsam, ut supra dictum est, * inquantum. s. vtraq; potentia reflectitur su* q. 9. art. 1. pra suum actum, & ex vno in aliud tendit.

¶Ad maiorem, idem ẽm idem, & idem in virtute propria sine concursu alterius. Ad minorem, ratio imperat ẽm dictamen, & cognitionem alterius principij, ex quo alius actus dependet, vel ratio imperat in virtute voluntatis, & cum voluntate; Ergo actus rationis non imperat, negatur consequentia, quia sub alio actu imperat, sub alio imperatur, quiavt cognoscit aliquod principium agibile, vel speculabile imperat sibi de medio, vel conclusione; & secundò imperat cum voluntate, & imperatur sibi nudæ, &c.

¶Ad secundum dicendum, q̃ propter diuersitatem obiectorum, quæ actui rationis subduntur, nihil prohibet ra-

bet rationẽ seipsam participare, sicut in cognitione conclusionum participatur cognitio principiorum.

¶Minor negatur, quòd potentia participans rationem sit alia potentia a ratione, immo potest esse ratio ipsa secundùm aliud obiectum, & alium actum. Vnde minor est falsa; si intelligitur, q̃ ratio per participationem, & per essentiam sint duæ potentiæ; ergo, &c. Verũ vt est per essentiam, idest respectu naturaliter cognoscibilis, sic non imperatur, sed prout fertur in aliquod, quod participat veritatem ab alio, &c. & quo ad exercitium actus, &c.

¶Ad tertium patet responsio ex dictis.

¶Concludit, ergo non quilibet est imperatus. Verum est, quia non respectu veritatis apprehendendæ, vnde probat secundum conclusionem specialem.

Vtrum actus appetitus sensitiui imperetur.

Infra q. 50. arti. 3. & q. 56. art. 4. Et Veri. q. 25. artic 4. Rom. 5.

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd actus sensitiui appetitus nõ sit imperatus; dicit enim Apostolus Roma. 5. Non enim quod uolo bonum hoc ago, & glo. * exponit, quod homo uult non concupiscere, & tamen concupiscit; sed concupiscere est actus appetitus sensitiui; ergo appetitus sensitiui actus non subditur imperio nostro.

* Est Aug. lib. 3. contr. Iul. cap. 26.

¶ 2 Præterea. Materia corporalis soli Deo obedit quantum ad transmutationem formalem, ut in primo habitum est; * sed actus appetitus sensitiui habet quandam formalem transmutationem corporis, scilicet calorem, uel frigus; ergo actus appetitus sensitiui non subditur imperio humano.

* q. 105. ar. 1. & q. 110. artic. 2.

¶ 3 Præterea. Proprium motiuum appetitus sensitiui est apprehensum secundùm sensum, uel imaginationem; sed non est in potestate nostra semper, q̃ aliquid apprehendamus sensu, uel imaginatione; ergo actus appetitus sensitiui non subiacet imperio nostro.

* Greg. Nic. lib. 4. cap. 8. & 9.

¶Sed contra est, quod Greg. Nicenus dicit, * q̃ obediẽs rationi diuiditur in duo, in desideratiuum, & irascitiuum, quæ pertinent ad appetitum sensitiuũ; ergo actus appetitus sensitiui subiacet imperio rationis.

¶Hic inquirit, an actus, &c. Aduerte primò pro fundamento dicendorum, quòd actus dicitur imperatus dupliciter; vno modo directè, quia videlicet ex iudicio rationis ordinatum est, & mota potentia ex uirtutia, vt & actus fiat; & talis dicitur completè imperatus, & voluntarius; alio modo imperatus dicitur indirectè, & per consequens imperfectè voluntarius, quia potuit impediri, & non est impeditus, vel potuit imperari, & debuit, & non est imperatus.

¶Secundò aduerte, q̃ (vt infra tangetur in Materia de peccatis) sensualitatis differentia est inter motum carnalem, & inter motũ sensualitatis; quia carnalis motus sensualitatis est, qui ortus ex dispositione naturali sine imaginatione; sed motus sensitiui appetitus est, qui consurgit in appetitu sensitiuo præuia imaginatione; & hoc dupliciter; vno modo ex tali imaginatione, quæ nullo modo potuit impediri, puta quæ consurgit ex subito occursu alicuius obiecti exterioris; & talis nihil videtur habere de voluntario; alio modo consurgit, præueniendo etiam rationem ex imaginatione impedibili; & talis videtur habere aliquid voluntarij imperfecti ẽm; sed actus sensitiui appetitus, qui sequitur rationẽ mediãte imaginatione procurata voluntariè habet perfectè rationẽ voluntarij.

¶Respondeo dicendũ, q̃ secundùm hoc aliquis actus imperio nostro subiacet, prout est in potestate nostra, vt supra dictũ est; * & ideo ad intelligendum qualiter actus appetitus sensitiui subdatur imperio rationis, oportet considerare qualiter sit in potestate nostra.

*Artic. 6.

¶D.S primò præmittit quandam conclusionem fundamentalẽ; secundò deducit responsiuã, ibi. Est autem, &c. Fundamentalis conclusio est. Ad intelligendum qualiter, &c. vt in littera per totum. Probatur, quia secundùm hoc aliquis actus subiacet nostro imperio, secundùm quòd est in potestate nostra; ergo conclusio vera, consequentia clara, antecedens patet ex arti 6. vt autem appareat quomodo actus appetitus sensitiui potestati nostræ subsit D.S. diffusè manifestat in sequentibus, &c.

Conclusio fundamentalis.

¶Est autem sciendum, q̃ appetitus sensitiuus in hoc differt ab appetitu intellectiuo, qui dicitur voluntas; q̃ appetitus sensitiuus est virtus organi corporalis, non autem voluntas; omnis autem actus virtutis vtentis organo corporali dependet non solum ex potentia animæ, sed etiam ex corporalis organi dispositione; sicut visio ex potentia uisiua, & qualitate oculi, per quam iuuatur, uel impeditur; vnde & actus appetitus sensitiui non solùm dependet ex ui appetitiua, sed etiam ex d dispositione corporis. Dub. 225.

¶Hic consequenter D.S. determinat quæsitum iuxta dictũ fundamentum, & hoc distinctè; vnde primò præmittit distinctionem, secundò subiungit distinctam responsiuam conclusionem, ibi. Illud autem, &c. Distinguit ergo, quòd actus appetitus sensitiui nõ solùm dependet ex vi appetitiua, sed etiam ex dispositione corporis; ratio est, quia appetitus sensitiuus est virtus in organo, & sic actus eius dependet ab organo, & a potentia animæ, & declaratur exemplariter, &c. Vnde patet, quòd si actus appetitus sensitiui sit in potestate nostra vtroq; modo, q̃ vtroq; modo est imperabilis, sin autem tunc non erit imperabilis. Deinde cum dicit.

¶Illud autẽ, quod est ex parte potentiæ animæ sequitur apprehensionem; apprehensio autem imaginationis, cum sit particularis, regulatur ab apprehẽsione rationis, quæ est uniuersalis, sicut uirtus actiua particularis a uirtute actiua uniuersali; & ideo ex ista parte actus appetitus sensitiui subiacet imperio rationis; qualitas autem, & dispositio corporis nõ subiacet imperio rationis; & ideo ex hac parte impeditur, quin motus sensitiui appetitus totaliter subdatur imperio rationis.

Conclusio responsiua prima.

¶Respondet ad quæsitum ẽm prædictam distinctionem tali cõclusione. Actus appetitus sensitiui, vt dependet a potentia animæ; sic subiacet imperio rationis, non autem vt dependet a dispõne corporis; & non intelligitur conclusio de vno actu sensualitatis numero, sed indeterminatè; ita q̃ sequens apprehensionẽ est imperabilis, non autem sequens dispositionem corporis; hanc cõclusionem primò probat; secundò secundam eius partem limitat, ibi. Contingit autem, &c. Probatur ergo cõclusio quo ad primam partem sic; illud quod est ex parte potentiæ animæ sequitur apprehensionẽ; sed apprehensio imaginationis est in potestate, & sub imperio rationis; igitur actus, vt sequitur potentiam. Maior patet, quia potentia appetitiua non habet actum nisi mediante apprehensione; & ergo si apprehensio est in potestate rationis; tunc actus, vt est a potẽtia appetitiua sensitiua est in potestate, & imperio rationis. Minor probatur, quia apprehensio imaginationis est particularis; ergo regulatur ab apprehensione rationis, quæ est vniuersalis; tenet cõsequentia a simili, sicut virtus actiua particularis a virtute vniuersali; patet ergo prima pars conclusionis, q̃ motus, & actus sensitiui appetitus, qui procedit a potentia ipsa appetitiua mediante apprehensione est in potestate, & per cõsequens sub imperio rationis; de qua tamen apprehẽsione, & imaginatione intelligendum sit statim dicetur. Secunda pars conclusionis probatur; quia qualitas, & dispositio corporis nõ subiacet imperio rationis; igitur nec motus, qui ex tali dispositione naturaliter sequit; & sic ex hac parte impeditur, &c. A nis patet, cõsequentia nota, qa cuius causa non est in potestate rationis, nec ipse effectus. Deinde ibi.

¶Contingit autem quandoq;, q̃ motus appetitus sensitiui subitò cõcitatur ad apprehensionem imaginationis, uel sensus; & tunc ille motus est præter imperiũ rationis, quamuis potuisset impediri a ratione, si præuidisset; unde philosophus dicit in primo politicorum, * quòd ratio præest irascibili, & concupiscibili non principatu despotico, qui est domini ad seruum; sed principatu politico, aut regali, qui est ad liberos, qui non totaliter subduntur imperio.

* Arist. c. 2.

¶Limitat primam partem conclusionis responsiuæ, & intendit istam conclusionem, Quandoq; motus potentiæ appetitiuæ sensitiuæ sequens apprehensionem imaginationis est præter imperium rationis. Patet conclusio, quia contingit quandoq;, quòd motus appetitus sensitiui subitò concitatur ad apprehensionem imaginationis, vel sensus exterioris; ergo tunc non est ex imperio rationis; antecedens notum, tenet cõsequentia, quia ponitur præuenire rationem, nec imaginatio huiusmodi prouenit ex rationis imperio; sed præcedit, quamuis si ratio attendisset, potuisset impediri, præsertim qui procedit ex imaginatione, licet nõ semper, qui ex apprehensione sensus respectu exterioris sensibilis. Patet ex hoc limitatio primæ partis conclusionis responsiuæ, quia ex parte potẽtiæ appetitiuæ sensitiuæ ille motus cadit sub imperio. s. perfecto. s. qui sequitur imaginationem, quæ procuratur a ratione, sicut a superiori mouente; sed motus, qui sequitur imaginationem, quæ non imperatur a ratione, sed quæ rationem præuenit, non cadit sub imperio directo, & hoc D.S. vult; sed tamen aliquando cadit sub imperio indirectè. s. si ratio potuisset impediuisse saltẽ quo ad singulos, si autem nullo modo potuit impediri, tunc nullo modo cadit sub imperio, nec est de genere voluntarij, vel humani actus, vt iam dicetur. Deinde D.S. confirmat istam conclusionem auctoritate philosophi clarè in littera.

Conclusio secunda.

¶Nota hic propter illam vltimam conclusionem Doct. S. in de Malo, Materia 7. arti. 6. ad octauum. vbi habet, quòd motus proueniens ex dispositione corporali non est sub imperio rationis; sed omnis apprehensio imperio rationis subiacet; potest enim ratio prohibere vsum cuiuslibet apprehensiuæ potentiæ maximè in absentia sensibilis; vnde motus qui excitatur ex aliqua apprehensione est peccatum, quia ratio vitare potest quantum ad singulos, non autem quantum ad omnes. Et nota verbum, quòd D.S. hic potuit, maximè in absentia sensibilis; vnde videtur, quòd si sit apprehensio subito orta ex præsentia sensibilis offerentis se præter scitum hominis, & inde consurgit subito motus, quòd talis nõ cadit sub imperio. Vnde potest colligi ex isto articulo, quòd quadruplices actus sensualitatis sunt, quidam sequitur naturaliter ex dispositione corporis, & vocatur motus carnis; & talis non cadit sub imperio, nec potest cadere. Alius autem ex imaginatione subita, & non impedibili; & talis non cadit sub imperio rationis. Tertius est, qui sequitur apprehensionem, & pro nunc etiam impedibilem, & talis cadit sub imperio incompleto tamen, quia potuit saltem quo ad singulos impediri, si ratio vigilaret; vnde est veniale. Quartus est motus, qui imperatur a ratione quam sequitur mediante imaginatione per rationem procurata; & talis potest esse mortalis, si sit mali ex genere. vide de his etiam in Capreolo in secundo, distin. 40. ad secundum Durandi contra primam conclusionem, vbi concludit in fine. Ex quibus infero, quòd triplex potest esse motus in appetitu; vnus sequens deliberationem; secundus sequens simplicem apprehensionem, qui potuit impediri; tertius procedens ex naturali dispositione, vel apprehẽsione, quæ nullo modo potuit impediri; primus est perfectè moralis; secundus imperfectè; tertius nullo modo: hæc ille, vbi comprehendit motum ortum ex subita imaginatione sub naturali; & vult, quòd non cadat sub imperio. De istis in D.S. secundo, distinctio. 24. & 21. quæst. 1. artic. 2. ad quintum. & infra quæstio. 74. Confirmatur conclusio pro prima parte argumento in contrarium: vide de materia huius artic. prima par. quæst. 81. artic. 3.

Quadruplices motus sensualitatis.

Capreolus.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd hoc, quod homo vult non concupiscere, & tamen concupiscit, contingit ex dispositione corporis, per quam impeditur appetitus sensitiuus, ne totaliter sequatur imperium rationis; vnde & Apostolus ibidem subdit. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ; hoc etiam contingit propter subitum motum concupiscentiæ, vt dictum est. *

*In corp.

¶Maior vera, concupiscit motu præueniente rationem, vel ex dispositione corporis, vel propter subitum motum sequentem imaginationem, qui iam non præuenitur; ergo, &c. Verum, quãtum ad motum, qui prouenit ex dispositione corporali, vel quantum ad motum subitum, tamẽ subditur imperio directo quantum ad actum sequentem iudicium rationis, vel indirecto quantum ad præuenientem, sed mediante apprehensione, quæ est in hominis potestate.

¶Ad secundum dicendum, quòd qualitas corporalis dupliciter se habet ad actum appetitus sensitiui; vno modo vt præcedens, prout aliquis est aliqualiter dispositus secundùm corpus ad hanc, vel illam passionem; alio modo vt consequens, sicut cum ex ira aliquis incalescit; qualitas igitur præcedens non subiacet imperio rationis, quia vel est ex natura, vel ex aliqua præcedenti motione, quæ non statim quiescere potest; sed qualitas cõsequens sequitur imperium rationis, quia sequitur motum localem cordis, quod diuersimodè mouetur secundùm diuersos actus sensitiui appetitus.

¶Maior vera, obedit quantum ad transmutationem formalem sine omni motu præuio soli Deo, tamen creatura potest etiam transmutare formaliter mediante motu locali, & applicatione actiuorum ad passiua, & in animalibus ad actum appetitus sensitiui naturaliter, & immediatè sequitur immutatio corporis secundùm proportionem ad motum appetitus, vt patebit infra q. 22. Minor vera, quandoque præcedentem, ex qua transmutatione causatur motus appetitus sensitiui, quandoq; etiam sequentem, & illius causa potest esse appetitus sensitiuus mediãte transmutatione locali cordis, & spirituum vitalium; quia irati cor commouetur, & diffunduntur spiritus localiter, ex quo contingit transmutatio formalis in calore, vel in timente in frigore; ergo, &c. Verum, sequens qualitatem præuenientem motum, tamen motus præcedens qualitatem, vel ex ea non dependens se, sed ex iudicio rationis potest esse in potestate nostra, sicut quis ex imperio rationis irascitur, & ex ira commouetur cor; & per consequens incalescit corpus, & transmutatio formalis corporis etiam est in potestate nostra, quæ sequitur passionem excitatam per rationem.

¶Ad tertium dicendum, quòd quia ad apprehensionem sensus requiritur sensibile exterius, non est in potestate nostra apprehẽdere aliquid sensu nisi sensibili præsente, cuius præsentia non semper est in potestate nostra; tunc enim homo potest vti sensu cum voluerit, nisi sit impedimentum ex parte organi. Apprehensio autem imaginationis subiacet ordinationi rationis secundum modum virtutis, vel debilitatis imaginatiuæ potentiæ, quòd enim homo non possit imaginari, quæ ratio considerat; contingit vel ex hoc, ꝙ non sunt imaginabilia, sicut incotporalia, vel propter debilitatem virtutis imaginatiuæ, quæ est ex aliqua indispositione organi.

¶Minor vera; sed hoc non est ex defectu obedientiæ in appetitu sensitiuo, nec imaginationis, vel sensus; sed propter absentiã imaginabilis, vel sensibilis; quæ si fuerint præsentia, tunc obtemperant rationi secundùm modum virtutis suæ, vel debilitatis; vnde imaginatio non potest imaginari incorporeum, quia excedit virtutem suam, nec sensus debilis, & malè qualificatus ratione organi, potest in obiectum perfectè, sed hoc est propter indispositionem organi; ergo non subiacet, &c. Negatur consequentia; sed sequitur, quòd non semper possit exire in actum sine præsentia obiecti, quod constituitur præsens, vel secundùm esse imaginatum, vel secundùm esse sensibile exterius, quo posito sequitur sensus, & imaginatio; & per consequens appetitus. Vnde vult D.S. in solutionẽ, quòd sensus exterioris actus est in potestate nostra posito sensibili præsente, & bona dispositione organi, similiter imaginatio est in potestate nostra, non ꝙ imaginemur quæcunque, sed imaginabilia, & secundùm modum virtutis suæ, vel debilitatis, ita scilicet quòd ille, qui habet meliorem, & fortiorem imaginationem fortius imaginabitur; & ille qui habet debiliorem, debilius imaginatur. Quare negatur minor, quòd nullo modo sint in potestate nostra; sed probat, ꝙ non possit exire in actum sensus exterior sine præsentia sensibilis, & imaginatio nõ potest obedire ad imaginandum, quæcunq; tamen imaginabilia, & hoc secundùm modum virtutis suæ, quia non æqualiter est in omnibus, est tamen maior obedientia imaginationis, quàm sensum exteriorum, quia non requirit præsentiam realem imaginati, sicut sensus exterior, &c. vnde est magis in promptu ad obediendum.

Vtrum actus vegetabilis imperetur.

Infra q. 22. artic. 2. Et 2. q. 48. artic. 1. Et 2. q. 50. artic. 1. ad 1. Et 2. q. 122. artic. 1. ad 1. Et 3. q. 18. artic. 1. ad 3. Et 3. dist. 23. q. 1. artic. 1. quæstiunc. 2. Et 2. q. 20. artic. 2. ad 3. Et Veri. q. 5. artic. 4. concl. quæst. 2. corp. in 1. Ethic.

AD octauum sic proceditur. Videtur, ꝙ actus vegetabilis animę imperio rationis subdantur; vires enim sensitiuæ nobiliores sunt viribus animæ vegetabilis; sed vires animę sensitiuæ subduntur imperio rationis; ergo multo magis vires animæ vegetabilis.

¶2. Præterea. Homo dicitur minor mundus, quia sic est anima in corpore, sicut Deus in mundo; sed Deus sic est in mundo, quòd omnia quæ sunt in mundo, obediunt eius imperio; ergo, & omnia quæ sunt in homine, obediunt imperio rationis, etiam vires vegetabilis animæ.

¶3 Præterea. Laus, & vituperium non contingit nisi in actibus qui subdũtur imperio rationis; sed in actibus nutritiuæ, & generatiuæ potentiæ contingit esse laudem, & vituperium, & virtutem, & vitium; sicut patet in gula, & luxuria, & virtutibus oppositis; ergo actus harũ potentiarum subduntur imperio rationis.

¶Sed cõtra est, quod Greg. Nicenus dicit, * ꝙ id quod non persuadetur a ratione est nutritiuũ, & generatiuum.

*Greg. Nic. lib. 4. cap.

¶Hic inquirit, an actus vegetabilis animæ, qui sunt actus nutritiuæ, augmentatiuæ, & generatiuæ potentiarum sint imperabiles.

¶Respondeo dicendum, ꝙ actuum quidam procedũt ex appetitu naturali, quidam autem ex appetitu animali, vel intellectuali; omne enim agẽs aliquo modo appetit finem, appetitus autem naturalis non consequitur aliquam apprehensionem, sicut sequitur appetitus animalis, & intellectualis; ratio autem imperat per modum apprehensiuæ virtutis; & ideo actus illi, qui procedũt ab appetitu intellectiuo, vel animali, possunt a ratione imperari, nõ autem actus illi, qui procedunt ex appetitu naturali; huiusmodi autem actus sunt uegetabilis animæ; vnde ut Greg. Nicenus dicit, * ꝙ uocatur naturale, quod generatiuum, & nutritiuum; & propter hoc actus uegetabilis animæ non subduntur imperio rationis.

*Greg. Nic. lib. 4. cap.

¶D.S. re-

Conclusio respõsiua.

¶D.S. respondet tali conclusione, Actus vegetabilis animæ nõ subduntur imperio rationis. Probatur, Actus qui procedunt (& solùm illi) ab appetitu intellectiuo vel animali possunt à ratione imperari, non autem qui procedũt ab appetitu naturali; sed actus vegetabilis animæ procedunt ab appetitu naturali, ergo, &c. Maior probatur, quia ratio imperat per modum apprehensiuæ virtutis, cuius est imperium, & motio exenditur solùm ad potentiam mobilem mediante apprehensione quæ est in potestate rationis; sed actus appetitus intellectiui, & sensitiui sequuntur apprehensionem, non autem naturalis qui sequitur dispositionem qualitatum materialium, omnes quidem huiusmodi appetitus conueniunt in tendere in finẽ, & bonum, non autem eodem modo, sicut sitis est appetitus vegetabilis aĩæ sine apprehensione, sed est dispositio quædam in ariditate quæ exigit humidum, & frigidum; & homo siue velit siue nolit, oportet quòd huiusmodi appetitum patiatur si dispositio corporalis hic habeat. Similiter non qui vult augeri augebitur, nec qui vult generare generabit, sed hoc est ex dispositione naturalis augmentatiuæ vel generatiuæ, &c. Minor probatur auctoritate in littera, & per consequens sequitur conclusio. Et stat fundamentum in hoc breuiter, quia actus vegetatiuę partis dependent à dispositione qualitatiua corporali, quæ non subest rationi, nec per consequens actus sequentes, secus in actu appetitus sensitiui vel intellectiui, vbi actus dependet ab apprehẽsione quæ subest rationi.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsiuam.

¶Ad primũ ergo dicendum, ꝙ quãtò aliquis actus est immaterialior tantò est nobilior, & magis subditus imperio rationis; vnde ex hoc ipso, quòd vires animæ vegetabilis non obediunt rationi, apparet has vires infimas esse.

¶Negatur consequentia, immo eo ipso, quòd nobiliores sunt, ideo subsunt imperio rationis, quia minus dependent à materia, & per oppositum, quantò inferiores tantò magis dependent à corporali dispositione, & non sequuntur apprehensionem mediante qua ratio imperat, & ex hoc ipso quòd superiori contingitur nobilitatur, & excellentiorem effectum producit in quem non posset sibi derelicta.

¶Ad secundum dicendum, quòd similitudo attenditur quantum ad aliquid, quia scilicet sicut Deus mouet mundum, ita anima mouet corpus; non autem quantũ ad omnia, non enim anima creauit corpus ex nihilo sicut Deus mundum, propter quod totaliter subditur eius imperio.

¶Ad maiorem, illud, sicut, dicit aliquam similitudinem non æqualitatem, similitudo, quia vtrobique est proportio motoris ad mobile, non autem quantum ad perfectum imperium, & perfectam obedientiam.

¶Ad tertium dicendum, quòd virtus, & vitium, laus & vituperium non debentur ipsis actibus nutritiuæ vel generatiuæ potentiæ, quæ sunt digestio, & formatio corporis humani; sed actibus sensitiuæ partis ordinatis ad actus generatiuæ vel nutritiuæ, puta in concupiscendo delectationem cibi, & venereorum, & vtendo secũdùm quòd oportet, vel non secundùm quòd oportet.

¶Ad maiorem, vera vt sic. Minor negatur, nec probatio valet, quia in gula, & luxuria non est vituperium vt sunt vegetatiuæ potentiæ, sed in actibus sensitiui appetitus prout carent ordine rationis, sicut in digestione non est laus aut vitium morale, sed in inordinata concupiscentia cibi, vel etiã in inordinata sumptione cibi quæ est per manus, & appetitum sensitiuum prout infert notabile nocumentum corpori. Similiter de luxuria, quia in actu venereo qui exercetur propter concupiscentiam sensualem contra ordinem rationis.

Scotus cõcor.

¶Nota, quòd de materia huius solutionis benè loquitur Scotus in. 2. distin. 42. in responsione ad tertiam conclusionem vbi sic dicit. Potentia motiua est in potestate voluntatis, similiter potentiæ sensitiuæ, & etiam vegetatiuæ quatenus dependent à motiua, sicut potentia vegetatiua quantum ad nutritiuam requirit appositionem nutribilis, & similiter approximationem actiui ad passiuum, & secundum hoc potentia generatiua est in potestate nostra, & in ea potest esse peccatum materialiter inquantum ad actũ inordinatum præcedit potentia motiua, quæ est in potestate voluntatis; similiter etiam quantùm ad potentias sensitiuas quatenus operationes earum dependent à potentia motiua, vnde Aug. 11. de Trinita. ca. 8. dicit, quòd quia operatio palpebrarum necessariò requiritur ad visionem, & motus localis palpebrarum obedit animæ, eatenus visio est in volentis potestate. Sed sunt ne huiusmodi potentiæ (. s. sensitiuæ) aliter in potestate voluntatis quã per principium motiuum? Dico quòd sic, inquantum scilicet perfectius possunt in actum suum ex hoc, quòd voluntas habet actũ circa idem obiectum. Patet in visu, nam stante eadem dispositione obiecti, & oculi potest visus imperari à voluntate, vt absque motu locali intueatur nunc aliquem punctum perfectius quàm prius, & hoc in eadem pyramide, & infra eandem axem propter copulationem voluntatis, hæc ille, quæ faciunt pro declaratione dictorum in hoc articulo, & in præcedenti, &c.

Vtrum actus exteriorum membrorum imperetur.

R 2. q. 81. ar. 3. ad 2. Et 2. 2. q. 168. ar. 1. co. Et 2. d. 20. q. arti. 2. ad 3. Et Veri. q. 15. art. 4. ad. 5. ar. 5. ad 14. Et Mal. q. 7. ar. 2 ad 15.

AD nonum sic proceditur. Videtur, quòd membra corporis non obediant rationi quantum ad actus suos; constat enim, quòd membra corporis magis distant à ratione quàm vires animæ vegetabilis, sed vires animæ vegetabilis non obediunt rationi, vt dictum est. * ergo multo minus membra corporis.

* Arti. 8.

¶2 Præterea. Cor est principium motus animalis, sed motus cordis non subditur imperio rationis, dicit enim Greg. Nicenus, * ꝙ pulsatiuum non est persuasibile ratione, ergo motus membrorum corporalium non subiacet imperio rationis.

* Greg. Nicce. li. 4. ca. 15.

¶3 Præterea. Aug. dicit. 14. de ciui. Dei. * quòd motus membrorum genitalium aliquando importunus est nullo poscente, aliquando autem destituit inhiantem, & cum in animo concupiscentia ferueat, friget in corpore, ergo motus membrorum non obediunt rationi.

* Auguſt. cap. 16.

¶Sed contra est, quod Auguſt. dicit octauo confeſ. * Imperat animus vt moueatur manus, & tanta est facultas vt vix à seruitio discernatur imperium.

* Auguſt. cap. 9.

¶Hic inquirit an motus, & actus membrorum corporalium sint imperati à ratione.

¶Respondeo dicẽdum, quòd membra corporis sunt organa quædam potentiarum animæ; vnde eo modo quo potentiæ animæ se habent ad hoc, ꝙ obediant rationi, hoc modo se habent etiam corporis membra; quia igitur vires sensitiuæ subduntur imperio rationis, non autem vires naturales, ideo omnes motus membrorum quæ mouentur a potentijs sensitiuis subduntur imperio rationis; motus autem membrorum qui consequuntur vires naturales non subduntur imperio rationis.

Conclusio respõsiua.

¶D.S. respondet tali conclusione. Omnes motus membrorum quæ mouentur à potentijs, &c. vt in fine corporis per totum (. s. motus qui sequitur membra vt mouentur motu locali mediantibus potentijs sensitiuis, & etiam motiua executiua, tales sunt imperabiles, sed non isti motus qui sunt in membris à virtutibus vegetatiuis, vt sunt augmentum membrorum, & nutritio.) Probatur conclusio, eo modo quo potentiæ animæ se habent ad hoc, ꝙ obediant rationi, hoc modo se habent etiam membra corporis, ergo conclusio vera. Antecedẽs probatur, quia membra sunt quædam organa potentiarum animæ, & ergo sicut potentiæ se habẽt, (puta ad obediendum) sic organa quæ obediunt, ipsis potentijs. Consequentia probatur, quia vires sensitiuæ obediunt, nõ naturales vt patuit, ergo benè sequitur conclusio. Confirmatur etiam argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd membra non mouent seipsa, sed mouentur per potentias animæ, quarum quædam sunt rationi viciniores, quàm vires animæ vegetabilis.

¶Maior vera, magis distant entitatiuè, sed non magis motiuè, quia sunt etiam instrumenta virium sensitiuarum quo ad aliquos motus quæ audiunt rationem. Quare negatur consequentia.

¶Ad secundum dicendum, quòd in his quæ ad intellectum, & voluntatem pertinent primum inuenitur id, quod est secundùm naturam ex quo alia deriuantur, vt a cognitione principiorum naturaliter notorum derivatur cognitio conclusionum, & à voluntate finis naturaliter desiderati deriuatur electio eorum quæ sunt ad finem; ita etiam in corporalibus motibus principium est secundùm naturam, principium autem corporalis motus est à motu cordis; vnde motus cordis secundùm naturam est, & non secundùm voluntatem; consequitur enim sicut per se accidens uitam quæ est ex unione corporis, & animæ, sicut motus grauium, & leuium consequitur formam substantialem ipsorum, unde & à generante

nerante moueri dicuntur secundùm philosophum in.8. phy.* & propter hoc motus iste vitalis dicitur ; vnde Greg.Nicenus dicit.* quòd sicut generatiuum,& nutritiuum non obedit rationi, ita nec pulsatiuum , quod est vitale: pulsatiuum autem appellat motum cordis qui manifestatur per venas pulsatiles .

* Aristot. text. 19. & seq.
* Greg Nisse. li. 4.ca. 25.

¶ Consequentia negatur, quia non oportet si primus motus qui est naturalis non est sub imperio, quòd alij non sint, qui non sunt naturales sed possunt esse voluntarij

¶ Nota quòd D. S. in hac solutione ponit, quæ alibi extensius prosequitur, videlicet quòd motus cordis qui dicitur vitalis in animalibus sequitur animam non quamcunque sed sensitiuam , & hoc sine omni potentia organica media,& est ille motus non pure naturalis,sed animalis;sed motus progressiuus est ab anima mediante potentia, Vide de hoc.D.S.in opusculo.35.de motu cordis ad longum,vbi etiam habet in fine quæ valent pro solutione sequenti, Vide de hoc etiam ad longum Capreolum in fine quarti ad argumenta Aureoli.

Capreolus.

¶Ad tertium dicẽdum,quòd sicut Aug.dicit in.14.de Ciui. Dei. * Hoc, quòd motus genitalium membrorum rationi non obedit est ex pœna peccati , vt.s. anima suæ obedientiæ ad Deum in illo præcipuè membro pœnam inobedientiæ patiatur, per quod peccatum originale ad posteros traducitur.

* August. ciu. & ao.

¶ D.S.soluit hoc argumentum dupliciter , primò Theologicè clarè in littera,an autem, & sine peccato , & sine iustitia originali fuisset huiusmodi rebellio,infra videbitur in materia de peccato originali;deinde secundò.D.S. soluit ratione naturali & primò ratione naturali generali cum dicit.

¶ Sed quia per peccatum primi parentis, vt infra dicetur * natura est sibi relicta subtracto supernaturali dono,quod homini diuinitus erat collatum;ideo considerandа est ratio naturalis quare motus huiusmodi membrorum specialiter rationi non obedit , cuius causam assignat Aristo. in lib. de causis motus animalium. * dicens Inuoluntarios esse motus cordis , & membri pudendi.s.quia ex aliqua apprehensione huiusmodi membra commouentur , inquantum scilicet intellectus , & phantasia representant aliqua ex quibus consequuntur passiones animæ , ad quas consequitur motus horum membrorum ; non tamen mouetur secundùm iussum rationis aut intellectus , quia scilicet ad motum horum membrorum requiritur aliqua alteratio naturalis.s.caliditatis,& frigiditatis,quę quidem alteratio non subiacet imperio rationis.

* q.83.ar.3.
* Arist.c.8.

¶ Secundò soluit ratione naturali speciali dicens.

¶ Specialiter autem hoc accidit in his duobus membris,quia vtrumque istorum mẽbrorum est quasi quoddam animal separatum inquantum est principium vitæ; principium autem est virtute totum , cor enim principium est sensuum, & ex membro genitali virtus exit seminalis quæ est virtute totum animal,& ideo habẽt proprios motus naturaliter , quia principia oportet esse naturalia , vt dictum est. *

* In solu. secundi.

Quæstio Decimaoctaua.

De bonitate & malitia humanorum actuum in generali.

POst hoc considerandum est de bonitate, & malitia humanorum actuum.Et primò quomodo actio humana sit bona uel mala . Secundò , de his quæ consequuntur ad bonitatem vel malitiam humanorum actuũ, puta meritum,vel demeritum,peccatum,& culpa. Circa primum occurrit triplex consideratio. Prima est de bonitate,& malitia humanorum actuum in generali . Secunda de bonitate,& malitia interiorum actuum . Tertia de bonitate , & malicia exteriorum actuum . Circa primum quęruntur vndecim.Primò,utrum omnis actio sit actio bona,uel aliqua sit mala. Secundò, utrum actio hominis habeat,quòd sit bona uel mala ex obiecto.Tertiò,utrũ hoc habeat ex circunstantia.Quartò,utrum hoc habeat ex fine . Quintò, utrum aliqua actio hominis sit bona uel mala in sua specie . Sextò, utrum actus habeat speciem boni uel mali ex fide . Septimò,vtrum species, quæ est ex fine , contineatur sub specie quæ est ex obiecto sicut sub genere aut ẽconuerso . Octauò , utrum sit aliquis actus indifferens secundùm suam speciem. Nonò , utrum aliquis actus sit indifferens secundùm indiuiduum. Decimò,utrum aliqua circunstantia constituat actum moralem in specie boni uel mali . Vndecimò, utrum omnis circunstantia augens bonitatem uel malitiam constituat actum moralem in specie boni uel mali.

¶ Postq̃ D.S. determinauit de cõditione actuum humanorũ qui sunt homini proprij, hic cõsequenter agit de eorum distinctione per bonum,& malum. Ratio autem ordinis est; quia bonitas , & malitia moralis consequuntur ad actus humanos inquantum sunt voluntarij,& voluntarium necessariò præsupponitur eis,&c. In præsenti igitur tractatu duo principaliter facit , primò determinat de his quæ pertinent ad bonitatem vel malitiam humanæ actionis de directo , secundò de his quæ habent se per modum concomitantiæ vt sunt meritum , & demeritum, rectum , & obliquum,& hoc in.q.21. Circa primum tria facit,primò determinat de bonitate, & malitia humanorum actuum in generali,secundò de bonitate; & malitia interiorum actuum in speciali.q.19.tertiò de bonitate,& malitia exteriorum actuum.q.20.In quæstione verò præsenti duo facit , primò ostendit per modum præambuli ad sequentia , quòd actio humana sit quandoque bona quandoque mala , secundò prosequitur intentum ostendendo ex quibus, & quomodo sumitur bonitas in ipsa ar.2.

Vtrum omnis actio sit bona vel aliqua sit mala.

AD primum sic proceditur.. Videtur, quòd omnis actio hominis sit bona,& nulla sit mala, dicit enim Dionysius quarto c.de di.no. quòd malum non agit nisi virtute boni,sed virtute boni non fit malum , ergo nulla actio est mala:

Infra. qq. arti. 3. & 4. Et Mal. q. 2. arti. 2. & 3. & 4. cor. Dionysius

¶ 2 Præterea. Nihil agit nisi secundùm , quòd est actu,non est autem aliquid malum, secundùm quòd est actu,sed secundùm quòd potentia priuatur actu,inquãtum autem potentia perficitur per actum est bonum, vt dicitur in 9. Metaphys. * nihil ergo agit inquantum est malum , sed solùm inquantum est bonum , omnis ergo actio est bona, & nulla mala.

* Arist. text. 20.

¶ 3 Præterea. Malum non potest esse causa nisi per accidens,vt patet per Diony. 4.ca.de.Di.no.sed omnis actionis est aliquis per se effectus , nulla ergo actio est mala,sed omnis actio est bona.

Dionysius

¶ Sed contra est quod dominus dicit Ioã. 3. Omnis qui malè agit odit lucem , est ergo aliqua actio hominis mala.

¶ Hic.D.S.primò determinat quæstionem,an est.

¶ Nota autem,quòd quia vt habet philosophus.2.posteriorum. Omnis quæstio est quæstio medij , ita vt idem sit quærere an quadratura circuli est , & an sit aliquod medium ad ipsam , & habito medio habetur à priori , quòd quadratura sit , sic in hoc articulo. D.S. respondendo ad quæstionem quæ quærit an omnis actio sit bona & nulla mala ostẽdit mediũ,& causam per quã actio est bona,& mala volens per hoc satis responsum esse quæsito,quòd aliqua sit bona aliqua mala , & intelligitur quæsitum de actione hominis,vt sic (id est actione humana) quia vt dictum, est hic determinatur de distinctione actionis voluntariæ,& per consequens humanæ,non autem de actione quacunque , scilicet etiam naturali quamuis,& ex responsione haberi possit,vnde actio naturalis bona vel mala dicatur. Dicit ergo.

¶ Respondeo dicendum , quòd de bono , & malo in actionibus oportet loqui sicut de bono , & malo in rebus , eo quòd vnaqueque res talem actionem producit qualis est ipsa .

¶ D.S. respondet tali conclusione ostendente causam formalis responsionis ad quæsitum , scilicet quòd aliqua est bona aliqua mala, omnis actio inquantum habet aliquid de esse intantum habet de bonitate, inquantum verò deficit ei aliquid de plenitudine essendi quæ debetur actioni humanæ,intantum deficit à bonitate, & sic dicitur mala. Probat,de bono & malo in actionibus oportet loqui

loqui sicut de bono , & malo in rebus , ita scilicet quòd per idem sunt bonæ res,& actiones;per idem dico proportionabiliter , sed in rebus vnumquodque tantùm habet de bono quantùm habet de esse,& quantùm habet de esse tantùm de bonitate, inquantùm verò aliquid ei deficit de plenitudine essendi intantùm deficit à bonitate,& dicitur malum,igitur conclusio vera. Huius rationis. D.S.primò præmittit maiorem, secundò prosequitur diffusè minorem,ibi.In rebus,&c.Tertiò subinfert conclusionem,ibi.Sic igitur,&c.Maior ergo probatur,quia vnaqueque res talem actionem producit qualis est ipsa,quia si bona,& perfecta,vt sic producit bonam actionem,si autem deficit & actio erit deficiens,& mala , & per consequens maior vera , quòd ex eadem radice pendet bonitas rei,& actionis.s.à perfectione, & plenitudine essendi;adiunxi autem per idem proportionabiliter , quia res sunt bonæ per aliqua entia positiua absoluta sicut per esse , & qualitates,sed actiones habent suam bonitatem per aliquas commensurationes , & habitudines quæ constituunt actionem in plenitudine essendi, vtputa habitudo ad finem,circunstantias , & huiusmodi, vnde diuersæ commensurationes constituunt actionem moralem bonã, hominem autem entia absoluta,vide D.S.de malo Materia.2.ar.4.vtimur nomine perfectionis largè , secundùm quòd in se comprehendit conuenientem mensuram,& formam, & ordinem, hęc ille , sic in proposito. Concordat Scotus in quodlibetis.q.18.in primo principali vbi dicit bonitatem importare relationem vel multas relationes quæ tamen habent modum qualitatis in denominando vt patebit ar.5.Consequenter cum dicit.

Concordat Scotus.

¶ In rebus autem vnumquodque tantùm habet de bono,quantùm habet de esse,bonum enim,& ens conuertuntur,vt in primo dictum est.*

* q.5. art.2.

¶ Prosequitur minorem principalem probans primò primam eius partem,secundò secundam,ibi. Solus autem,&c.tertiò modificat aliqua dicta in illis partibus , ibi. Sed quia , &c.prima ergo pars quamuis videatur etiam complecti duas tamen in substantia est vna,scilicet quòd quantùm habet de bono tantùm de esse , & econtra,probatur sic.Bonum, & ens conuertuntur,igitur quantũ habet vnumquodque de entitate tantùm habet de bonitate, licet vt postea tangetur, hoc non ab eodem habeat , quòd dicatur ens simpliciter,& bonum simpliciter,tamen hoc verum est,quòd si habeat multum de entitate substantiali,& accidentali , quòd erit eo magis bonum , & si habeat magnam bonitatem constitutam ex substantia,& ex perfectionibus super additis erit etiam perfectum ens. Consequenter ibi.

¶ Solus autem Deus habet totam plenitudinem sui esse secundùm aliquid vnum,& simplex, vnaqueque res verò habet plenitudinem essendi sibi conuenientem secundùm diuersa.Vnde in aliquibus contingit , ꝙ quantum ad aliquid habent esse , & tamen eis aliquid deficit ad plenitudinem essendi eis debitam.

¶ Ostendit secundam partem minoris principalis.s.quòd inquantùm rei deficit de plenitudine essendi in tantùm deficit de bonitate.Illa pars vnum supponit, & vnum dicit , & primò manifestat D.S.suppositum,secũdò dictum,ibi.Quantum igitur, &c. Supponit autem aliquid posse deficere à plenitudine essendi,propter illud suppositum manifestandum ponit quoddam notabile, ex quo habetur talis conclusio illius suppositi verificatiua, in aliquibus contingit,quòd quantùm,&c.vt in fine litteræ. Probatur ratione,& exemplariter,ibi.Sicut ad &c.Ratione sic,solus Deus habet totam plenitudinem sui esse secũdùm vnum,& simplex, vnaqueque res verò, scilicet creata habet plenitudinem essendi sibi conuenientem secuudùm diuersa,ergo sequitur conclusio. Antecedens relinquitur notum ex dictis prima parte. q. 5. quia solus Deus est substantialiter bonus simpliciter, creaturæ autem per esse à se distinctum,& per accidentia superaddita. Cõsequẽter ibi.

¶ Sicut ad plenitudinẽ esse humani requiritur, quòd sit quoddam compositum ex anima,& corpore,habens omnes potentias,& instrumenra cognitionis, & motus, vnde si aliquid horum deficiat alicui homini , deficit ei aliquid de plenitudine sui esse .

¶ Declarat eandem conclusionem suppositalem exemplariter de homine cui potest aliquid deesse puta aliquod instrumentum vel aliqua potentia.

¶ Et nota , quòd hæc conclusio dicit in aliquibus contingit , quòd deficiunt à plenitudine essendi , hoc dicit propter substantias Angelicas in quibus supponimus nullum posse esse defectum a plenitudine essendi naturaliter,sed in istis inferioribus, vnde de homine exemplificatum est qui est de ordine inferiorum corruptibilium . Deinde cum dicit .

¶ Quantùm igitur habet de esse tantùm habet de bonitate,inquantùm verò aliquid ei deficit de plenitudine essendi, intantùm deficit à bonitate & dicitur malum,sicut homo cecus habet de bonitate,quòd viuit,& malum est ei, ꝙ caret visu , si verò nihil haberet de entitate vel bonitate , neque malum neque bonum dici posset.

¶ Manifestat hoc , quod dicit secunda pars minoris sæpe dictæ resumendo prius ipsam minorem quo ad ambas partes clarè, & manifestat secundam partem de homine ceco,& addit. D.S. quòd si homo nihil haberet de entitate, & bonitate neque malum neque bonum dici posset , & de bono quidem clarum est, de malo autem patet fundamentum ex D.S. in de Malo. q.1. quia malum dicitur priuatio fundata in aliqua entitate positiua , quare si non est ens nec malum erit. Deinde ibi.

¶ Sed quia de ratione boni est ipsa plenitudo essendi,siquidem alicui aliquid defuerit de debita essendi plenitudine non dicetur simpliciter bonum,sed secundùm quid , inquantum est ens; poterit tamen dici simpliciter ens , & secundùm quid non ens, vt in primo dictum est. *

* q.5 arti. primo.

¶ Adiungit quoddam notabile differentiale , & moderatiuum circa dicta,quia dictum est,quòd bonum, & ens conuertuntur, & quantum aliquid habet de entitate tantum de bonitate , tamen differentia est quo ad hoc,quòd aliunde dicitur ens simpliciter,& bonum simpliciter, & si alicui defuerit plenitudo essendi nõ dicitur simpliciter bonum, sed secundùm quid inquantùm est ens,poterit tamen simpliciter dici ens, & ratio diuersitatis est, quia plenitudo essendi est de ratione boni,quod est vltimum,& perfectũ, non autem est de ratione entis simpliciter ad quod sufficit , quòd habeat esse substantiale;sed ad bonum requiritur esse substantiale,& accidentale,& de his prima parte.q.5.arti.primo. in solutionibus . Tunc ibi.

¶ Sic igitur dicendum est, quòd omnis actio inquantùm habet aliquid de esse, intantùm habet de bonitate, inquantùm verò deficit ei aliquid de plenitudine essendi quæ debetur actioni humanæ intantùm deficit à bonitate,& sic dicitur mala, puta si deficiat ei, vel determinata quantitas secundùm rationem , vel debitus locus, vel aliquid huiusmodi.

¶ Subinfert ex dicta ratione conclusionem responsiuam,& secundam eius partem specialiter explicat clarè.

¶ Nota autem hic duo, primò verbum D. S. cum dicit,deficiat, quia intelligitur de defectu priuatiuo non negatiuo . Defectus enim negatiuus,vt patuit supra.q.10.ar.2.in fine cor. facit quidem non bonum , sed non facit malum , vnde & D.S. in conclusione dicit.Si deficiat à plenitudine quæ debetur actioni humanæ.

¶ Nota secundò verbum.D.S. secundum rationem , ex quo habetur quòd D.S. loquitur de bonitate actionis quæ sumitur per habitudinem ad rationem,ita quòd plenitudo per quam actio est bona est plena conformitas ad rationem,& per consequens loquitur hic D.S.de bonitate actionis moralis vt sic,vide Scotum in.2.dist. 40.conformiter ad hic posita loquentem , vnde dicit inter cætera ad propositum . Bonitas moralis est ex aggregatione omnium conuenientium actui non absolutè ex natura actus , sed quæ conueniunt ei secundùm rectam rationem , &c.hæc ille . Et idem est dicere conuenit ex aggregatione , &c.sicut dicere ex plenitudine essendi,&c.vide eundem in quodlibetis.q.18.in primo principali.

Scotus cõcor.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem directè responsiuam quæsiti , quia non omnis est bona , sed aliqua mala.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd malum agit in virtute boni deficientis , si enim nihil esset ibi de bono, neque esset ens , neque agere posset; si autem non esset deficiens non esset malũ, vnde & actio causata est quoddam bonum deficiens,quia secundùm quid est bonum, simpliciter autem malum.

¶ Ad maiorem huius primi argumenti ante contrarium dico , malum non agit nisi in virtute boni, sed deficientis.

¶ Ad minorem , virtute boni vt sic non fit malum , scilicet in actione, verum est in virtute boni perfecti , tamen in virtute boni secundùm quid , & deficientis fit malum in actione , & in effectu proprio , licet in virtute boni perfecti possit fieri malum in effectu alieno, sed per accidens,vt patet prima parte.q.49.arti.primo, & in de Malo. Mat.1.ar.3.ergo nulla actio est mala negatur consequens , quia actio agentis secundùm quid boni , & deficientis potest esse mala .

¶ Ad secundum dicendum, quòd nihil prohibet aliquid esse secundùm quid in actu , vnde agere possit , & secundùm aliud priuari actu , vnde causet deficientem actionem, sicut homo cæcus actu habet virtutem gressiuam per quam ambulare potest , sed inquantum caret

visu

visu qui dirigit in ambulando, patitur defectum in ambulando dum ambulat cespitando.

¶ Maior vera est, non agit nisi secundùm, quod est actu, tamen quod est in actu secundùm vnum, potest priuari alio, ratione cuius deficit in actione, vt patet in exemplo litteræ de cæco. Nihil ergo agit inquantum est malum, &c. Verum, si inquantum specificet, & dicat rationem agendi, tamen suppositum, quod est malum potest agere, ita quòd, inquantum, dicat concomitantiam ad agens inquantum, quod deficit potest agere, & secundùm aliud deficit, ratione cuius defectus relinquitur in actione defectus. Vnde negatur consequentia, quia esto ratio agendi sit bonum, tamen suppositum agens potest esse priuatum aliqua perfectione, ex qua priuatione sequitur malum in actione, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd actio mala potest habere aliquem effectum per se f'm id, quod habet de bonitate, & entitate; sicut adulterium est causa generationis humanæ inquantum habet commixtionem maris, & fœminæ, non autem inquantum caret ordine rationis.

¶ Maior vera, & intelligitur causa per accidens, vt per accidēs tenet se ex parte causæ (i. malum non causat nisi ratione boni cui coniungitur.) Et non est causa per accidens vt tenet se ratione effectus (hoc est non causat effectum per accidens.) De hoc in de Malo. q. 1. ar. 3. ad quartum in simili.

¶ Ad minorem respondet D. S. actio vt actio est, habet effectū realem naturalem, sed actionis vt mala, negatur quòd sit effectus naturalis, licet eam vt sic consequatur præter intentum agentis effectus moralis qui est vituperium.

¶ Nota, quòd actionis malæ moraliter aliter est effectus per accidens moralis, & aliter naturalis. Actio enim mala habet effectū per accidens naturalem, ex parte causæ, idest illa malitia formaliter non causat effectum naturalem, sed bonitas ipsius actus naturalis cui coniungitur. Vnde malum agit per accidens id est per aliud, & agit malum naturalem effectum, non in abstracto, sed in concreto; sed actio mala formaliter, idest ratione malitiæ habet effectum moralem, per accidens quidem, quo ad intentionem agētis, non tamen per accidens quo ad actionem malam, & peccatū vt sic; quia videlicet malè agens non intendit vituperium, & pœnam, tamen ex natura peccati est, quòd obliget se ad pœnam, & vituperium, & demeritum, vt patebit infrà. q. 87. art. 1. ad primum. D. S. autem in solutione intelligit, quòd actio mala ratione formalis habet per accidens effectum naturalem. Cum quo stat, quòd per se habeat effectum moralem qui est reatus pœnæ, & huiusmodi, per se inquam ex parte actionis malæ, licet per accidens ex parte agentis. Et de hoc etiam infra q. 73. ar 8. quia quādoque aliquid per se consequitur peccatum, & tamen non est intentum.

Vtrum actio hominis habeat quòd sit bona vel mala ex obiecto.

B Infra. q. 19. art. 1. & 2. co. & q. 21. ar 1. co. Etz. q 36. art. 5. cor.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd actio non habeat bonitatem vel malitiam ex obiecto, obiectum enim actionis est res; in rebus autem non est malum, sed in vsu peccantium, vt. Aug.* dicit in lib. 3. de Doctrina Christiana, ergo actio humana non habet bonitatem, uel malitiam ex obiecto.

* Auguſt. cap. 12.

¶ 2 Præterea. Obiectum comparatur ad actionem ut materia, bonitas autem rei non est ex materia, sed magis ex forma quæ est actus; ergo bonum, & malum non est in actibus ex obiecto.

¶ 3 Præterea. Obiectum potentiæ actiuæ comparatur ad actionem sicut effectus ad causam, sed bonitas causæ non dependet ex effectu, sed magis è conuerso, ergo actio humana non habet bonitatem vel malitiam ex obiecto.

Oſeas. ¶ Sed contra est quod dicitur Oseæ 9. Facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt, fit autem homo Deo abominabilis propter malitiam suæ operationis, ergo malitia operationis est secundum obiecta mala quæ homo diligit, & eadem ratio est de bonitate actionis.

¶ Hic D. S. accedit ad principale propositum ostendendo ex quibus, & qualiter actio humana fortiatur bonitatem, & malitiam. Et diuiditur in duo. Primò ostenditur ex quibus sumatur bonum, & malum in actione humana. Secundò ostenditur quàm differenter secundùm huiusmodi dicatur actio bona vel mala. art 5. Prima diuiditur in tres species secundùm tria ex quibus specialiter sumitur bonitas, & malitia in actione humana quæ sunt obiectum, circunstantia, & finis, secunda est in ar. 3. tertia in ar. 4. Quærit ergo hic de obiecto.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est. * bonum, & malum actionis sicut & ceterarum rerum attenditur ex plenitudine essendi vel defectu ipsius. Primum autem quod ad plenitudinem essendi pertinere videtur, est id, quod dat rei speciem.

* Arist. 2. Phy. 70.

¶ D. S. primò deducit quandam conclusionem præambularem. Secundò applicat, & infert conclusionem respōsiuam, ibi. Sicut autem, &c. Probat ergo D. S. talem conclusionem præambularem. Primum bonum, & malum actionis attenditur ex illo, quod dat ei speciem. Probatur, bonum, & malum actionis attenditur ex &c. sed primum vt in littera. Maior nota ex artic. primo, quia sic est de bonitate rerum, ergo & actionum. Minor relinquitur nota. Et intelligitur, quòd dans speciem dat primam bonitatem propriam isti rei. Sicut anima rationalis dat homini bonitatem specificam. Licet enim ante aduentum animæ fuerit bonitas embrionis, non tamen erat bonitas hominis. Consequenter cum dicit.

¶ Sicut autem res naturalis habet speciem ex sua forma, ita actio habet speciem ex obiecto, sicut & motus ex termino; & ideo sicut prima bonitas rei naturalis attenditur ex sua forma quæ dat speciem ei, ita & prima bonitas actus moralis attenditur ex obiecto conuenienti, vnde & à quibusdam vocatur bonum ex genere, puta vti re sua.

¶ Applicat prædictam conclusionem, & infert talem conclusionem respōsiuam. Prima bonitas actus moralis attenditur ex obiecto conuenienti, & primum malum in actionibus moralibus est quod est ex obiecto; probatur, primum bonum, & malū actionis est ex illo, quod dat ei speciem, sed sicut res natutalis habet speciem ex sua forma, ita actio ex obiecto, ergo, &c. Maior patet ex dictis. Minor patuit sup. q. 1. ar. 3. & probatur hic à simili de motu. Conclusionem autem infert D. S & confirmat eam primò quo ad primam eius partē, secundò quo ad secūdam, ibi. Et sicut in, &c. Confirmat autem primam partem ex dicto communi aliorū, quia nomen illius bonitatis quam actio habet ex obiecto dicitur bonitas ex genere, quia videlicet est actio circa rem conformiter ad rectam rationem, sicut vti re sua. Consequenter ibi.

¶ Et sicut in rebus naturalibus primum malum est, si res generata non consequitur formam specificam, puta si non generetur homo, sed aliquid loco hominis; ita primum malum in actionibus moralibus est quod est ex obiecto, sicut accipere aliena; & dicitur malum ex genere[d] pro specie accepto, eo modo loquendi quo dicimus humanum genus totam humanam speciem.

[d] Dub.

¶ Subinfert secundam partem conclusionis quam confirmat ex simili in rebus naturalibus, & ex nomine istius malitiquia vocatur malum ex genere, accipiendo genus pro specie, quo modo loquendi vtitur philosophus. 5. physico. in definitione Consequenter se habere, quia accipitur genus pro specie, cum dicuntur consequenter se habere inter quæ non mediat aliquid eiusdē generis, id est speciei.

CIRCA dicta sunt tria notanda. Primò circa hoc quòd D. S. dicit bonitatem ex obiecto esse primam; huius enim contrarium videtur D. S. habere in secundo dist. 36. ar. vltimo vbi sic dicit. Sic ergo patet ratio distinctionis bonitatis actuum quæ in littera ponitur, & quomodo hæ bonitates adinuicem se habeant. Prima enim bonitas, quæ est ex essentia actus est communis omnibus actibus, vnde ipsa substernitur omnibus alijs bonitatibus, inter quas primò superuenit bonitas, quæ est ex debita materia super quam iterum inducitur alia bonitas, quæ ex fine est & alijs circunstantijs, & ex forma habitus. Hæc ille. Concordat cum hoc dicto. Sco in secundo dist. 40. ponens, quòd prima bonitas actus est ex conuenientia actus ad efficiens à quo actus dicitur moralis, quia liberè elicitus. Et hoc est commune actui bono, & malo, &c. Secunda conditio est ex obiecto, quod si sit cōueniens tunc est actus bonus ex genere, &c. hæc ille. Hic autem in conclusione D. S. dicit quòd prima bonitas est ex debita materia siue ex obiecto conuenienti, vide etiam Scotum in quodlibetis. q 18. in primo principali. Vbi ponit quare bonitas ex obiecto dicatur bonitas generis, quia capax omnis bonitatis specificæ in genere moris.

Scotus.

¶ Sed istam apparentē, & non existentem controuersiam determinat D. S. in de Malo. Mate. 2. ar. 4. in corpore vbi habet, quòd alia consideratio est boni, & mali in actu secūdùm, quòd est actus, & in diuersis specialibus actibus. Nam si consideremus actum inquantùm actus, bonitas eius est vt sit quædam emanatio secundū virtutem, agentis. Et ideo secundùm diuersitatem agentium diuersimodè accipitur bonitas, & malum in actibus. In rebus enim naturalibus actus bonus est, qui est secundùm conuenientiam naturæ agentis, &c. Loquimur autem nunc de actibus hominis; Vnde bonum, & malum in actibus secundùm quòd nunc loquimur, est accipiendum secundùm id, quod est proprium homini inquantum est homo. Hæc autem est ratio, vnde bonum, & malum in

Prima bonitas ex obiecto moris.

actibus

actibus humanis considerantur secundùm quòd actus concordat rationi, &c. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd bonitas generica actus vt est essentia quædam, est per comparationem ad virtutē agentis, & illa est simpliciter prima, sed est extra genus moris. Et de ista loquitur D. S. in secundo. Sed bonitas alia moralis, & specifica illa est prima ex obiecto. Et de ista loquitur hic D. S. Vnde considerando actionem vt sic, consideratur sub bonitate entis, sed non morali. Considerando autem vt est circa tale obiectum conforme rationi, consideratur sub prima bonitate morali, non enim videtur, quòd actus vt est liberè elicitus, habeat bonitatem moralem, sed magis naturalem genericam, vt enim postea patebit. Bonitas moralis prius est ex obiecto saltem vt apprehenso, quàm ex voluntate. Quare non videtur benè sonare dictum Scoti, si ponat bonitatem moralem communem actui bono, & malo. Benè enim volo, quòd sit vna bonitas actus, secundùm quòd conuenit agenti etiam voluntariò; sed tamen illa conuenientia est secundùm virtutem naturalem, non secundùm conuenientiam ad rationem quæ est principium moralitatis, ideo non meretur dici bonitas moralis. Voluntas enim vt liberum arbitrium habet naturaliter elicere actum liberum; & talis actus conuenit sibi ex conditione propria. Quare est quidem aliqua bonitas communis actui bono, & malo, sed non meretur dici bonitas moralis, sed bonitas entis. Prima autē bonitas moralis est, quia actus conueniens rationi informatæ lege Diuina vel naturali, sed non est præcisè bonitas moralis, quia conueniens efficienti. Bene volo, quòd actus liberè elicitus sit bonus moraliter si sit circa obiectum conueniens rationi, & fiat secundùm rectam rationem; sed non est bonus absolutè moraliter, quia liberè elicitus. Vnde Scotus haberet ponere duplicē bonitatem moralem. Vnam primam quæ est communis actui bono, & malo, & deinde secundam quæ est propria bono, quæ dicitur bonitas ex genere. Sed in Doctrina D. S. non video primam bonitatem esse moralem, &c. Vnde D. S. vbi iam in de Malo in fine corporis, ita potest dici, quòd actus humanus inquantùm est actus nondum habet rationem boni vel mali moralis, nisi addatur aliquid ad speciem cōtrahens, licet etiam ex hoc ipso quòd est actus humanus. Et vlterius ex hoc quòd est ens habeat rationem boni, sed non huiusmodi boni moralis, quod est secundùm rationem esse de quo nunc agimus, hæc ille. Ex quo patet, quòd formaliter negat actum vt est voluntarius, & liberè elicitus esse bonum moraliter, licet admittat bonitatē aliqua entis. Quod si Scotus intelligat istam primam bonitatem non esse moralem, tunc non aduersatur dictis hic, quæ volunt primam bonitatem moralem esse ex obiecto. Sicut dicit in quodlibetis sup. vbi dicit. Bonitas ex obiecto est prima in genere moris, præsupponens solùm bonitatem naturæ, hæc ille.

Examinatur Scotus.

¶ Nota secundò circa nomen bonitatis quę est ex obiecto, quia dicit D. S. quòd vocatur bonitas ex genere capiendo genus pro specie. In secundo verò vbi supra in corpore habet aliam expositionem huius, quare dicatur bonitas ex genere, quia videlicet sumitur ex determinatiuo ipsius bonitatis generice. s. bonitatis quæ est secundùm quòd a virtute agentis procedit, & vt habet ad tertium. Sicut genus determinatur ad speciem, ita etiam bonum in genere determinatur per bonitatem quæ est ex fine, & ex alijs circunstantijs. Et ideo illud bonum, quod est ex fine, & circunstantijs respondet bono, quod est ex gñe sicut species generi. Vnde, & eius pdicationem recipit. Pascere enim esurientem propter Deum, est pascere esurientem, sed non conuertitur, hæc ille. Et eundem secundum modum sequitur Scotus vbi supra cum dicit. Bonitas est ex genere, quia est indifferens ad bonitates vberiores quæ sumuntur ex differentijs specialibus, sicut genus est indifferens ad multas species, hæc ille. Et vtraque quidem expositio bona est. Sed volui recensere vtrumque vt sciat Thomista, quòd D. S. in summa, ea ratione dicit actum esse bonum ex genere (i. ex specie) & ex obiecto specificante, & sic dicit bonitatem ex genere quæ consequitur obiectum specificans in ordine ad rationem. In scripto autem quia est bonitas adhuc determinabilis per alias bonitates superuenientes.

¶ Nota tertiò circa hoc, quod D. S. dicit, quòd prima bonitas est ex obiecto conuenienti, Nota inquam, quòd obiectum conueniens vt habetur ex solutione primi, non est ipsa res in se, & absolutè considerata, vel vt est extra secundùm se; sed intelligitur per obiectum, ipsa res in comparatione ad actum humanum interiorem vel exteriorem, ita quòd obiectum capitur formaliter vt coniungitur actui humano. Et dicitur obiectum conueniens circa quod aliquis per actum interiorem vel exteriorem conformiter se habet secundùm rectam rationem. Recta autem ratio vt habet D. S. in de Malo Mate. 2. ar. 4. in corpore, est ratio informata lege Diuina i. æterna vel naturaliter, vel per Doctrinam, vel per infusionem, ita videlicet; quòd ratio habens dictamen conforme legi æternæ, quod procedit vel ex lege naturali quæ conseruatur, & tenetur in synderesi; siue sit dictamen fidei siue procedens ex alia informatione Diuina, est rationis rectæ, & obiectum huic conforme, est obiectum conueniens, vnde sicut veritas speculatiua in nobis dependet à re sic bonitas moralis à ratione recta practica.

Recta ratio.

ARGVMENTVM in contrarium est directè pro secunda parte. Et ex consequenti pro prima parte conclusionis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd licet res exteriores sint in seipsis bonæ; tamen non semper habent debitam proportionem ad hanc vel illam actionem, & ideo inquantùm considerantur vt obiecta talium actionum, non habent rationem boni.

¶ Ad maiorem. Obiectum est quidem res, sed hoc nomen obiectum significat rem in habitudine ad operationem

¶ Ad minorem, in rebus non est malum, scilicet morale secundùm se vt res, tamen malum morale attenditur pœnes habitudinem, & modum se habendi ad rem, sed in vsu peccantium formaliter verum, tamen à rebus sumitur, & originatur malum morale. Sicut pecunia bona est, tamen accipere pecuniam non suam inuito domino non est bonum. Negatur consequentia, vel conceditur consequens ad sensum hunc, quòd ex re non sumitur bonitas moralis vt res est in se, sed tamen ex obiecto, quia obiectum superaddit habitudinem ad actionem, & illa habitudo quādoque est secundùm rectam rationem quandoque contra, Et sic ex obiecto formaliter accipitur bonitas, & hoc originaliter, & radicaliter, vt patebit infra q. 20. ar. 1.

¶ Nota, quòd sicut medicina non est sana formaliter est tamen sana causaliter. Sic res in se non est bona formaliter bonitate morali. Est tamen bona moraliter suo modo causaliter, & originaliter, quia videlicet ex coipso, quòd aliquis taliter se habet peccat. Et ipsa res nata est inducere in suo genere (scilicet finaliter, & specificatiuè) malitiam in actionem circa se existentem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd obiectum non est materia ex qua, sed materia circa quam, & habet quoddammodo rationem formæ inquantùm dat speciem.

¶ Maior vera, vt materia circa quam. Ad minorem. Bonitas rei non est ex materia ex qua vel in qua vt sic vniuersaliter. Negatur autem consequentia, quia obiectum est materia circa quam, quæ specificat actum in ipsum tendentem, vt patuit sup. q. 1. art. 1. quia actiones recipiunt speciem ex principijs, & passiones ex terminis, &c. Vnde D. S. in secundo supra ad quartum, duplex inquit est materia ex qua vel in qua, & materia circa quam. Et primo modo materia dicta non incidit in idem cum fine, sed secundo modo est idem cum fine, quia obiectum finis actus est, hæc ille.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non semper obiectum actionis humanæ est obiectum actiuæ potentiæ, nam appetitiua potentia est quodammodo passiua inquantùm mouetur ab appetibili, & tamen est principium humanorum actuum.

¶ D. S, primò respondet ad maiorem, secundò ad minorem, ibi. Ex hoc, &c Quia autem maior vnum præsupponit, & vnum dicit, ideo primò exponit suppositum, secundò dictum. ibi. Neque etiam, &c. Supponit ergo maior, quòd potentia agens actum humanum sit semper actiua, quod est vniuersaliter falsum potissimè de potentijs appetitiuis, quæ possunt agere actum humanum, & tamen sunt passiuę, inquantùm mouentur ab appetibili, vt patebit infra. q. 22. ar. 2. ad secundum, vbi habetur, quòd appetitiua est passiua, non enim dicitur potentia passiua, ita quòd nullo modo agat, sed quia non producit suum obiectum, sed antequàm agat patitur ab obiecto, de quo in de Verita. Mate. 26. ar. 3. ad quartum. Suppositum tamen illud potest aliquando esse verum, maximè de agente actum humanum vt exequens. Hic enim potest efficere obiectum suum, & se habere actiuè. Et præterea talis actus faciēs obiectum non est moralis nisi in ordine ad interiorem, qui specificatur ab obiecto. Deinde ibi.

¶ Neque etiam potentiarum actiuarum obiecta semper habent rationem effectus, sed quando iam sunt transmutata, sicut alimentum transmutatum est effectus nutritiuæ potentiæ, sed alimentum nondum transmutatum comparatur ad potentiam nutritiuam sicut materia circa quam operatur.

¶ Exponit maiorem, quòd vera est, quòd actio potentiæ actiuæ, habet se vt causa ad effectum respectu sui obiecti, in fine actionis vel transmutationis; sed ante finem habet se vt materia circa quā, & obiectum, quod specificat motum, & actionem. Sicut actio hominis qua facit, & producit homicidium, talis actio facit effectū, scilicet mortem hominis, & ex hoc habet speciem, & maliciam. Alius verò dat clemosynam, & ex hoc habet etiam speciem, & sic de alijs. Vnde ibi se habet actiuè ad obiectum, & tamen actus ex illis speciem habent. Deinde ibi.

¶ Ex hoc autem, quòd obiectum est aliquo modo effectus potētiæ actiuæ, sequitur, quòd sit terminus actionis eius, & per consequens, quòd det ei formam, & speciem, motus enim habet speciem à terminis.

¶ Respon-

¶ Respondet ad minorem, & primò iuxta expositionem maioris, secundò iuxta intellectum suppositi, ibi. Et quamuis, &c. Minor ergo falsa, quòd bonitas causæ non dependet ex effectu, quia eo ipso, quòd est effectus, est terminus à quo actio formam & speciem habet, & sic bonit atem, non sicut à principio, sed sicut à termino; nam actiones ab vtroque specificantur, vt patuit supra. Deinde ibi.

¶ Et quamuis etiam bonitas actionis non causetur ex bonitate effectus, tamen ex hoc dicitur actio bona, quòd bonum effectum inducere potest; & ita ipsa proportio actionis ad effectum est ratio bonitatis ipsius. —

¶ Exponit secundò minorem ad sensum suppositi. Concesso enim suppositio, quòd potentia agens actum humanum sit actiua, tunc quamuis bonitas causæ non dependeat ab effectu, tamen est illud fine quo causa non est, nec dicitur bona, scilicet moraliter, si enim quis non operetur bona, sed mala non erit bonus; quia bonus est qui habet bonam voluntatem, & rectam intentionem, sed non est bona voluntas nisi velit, quod bonum est obiectum, & effectus quandoque. Et præterea licet bonitas causæ non dependeat ab effectu in genere causæ efficientis, tamen potest dependere in genere causæ finalis, & formalis specificatiuè, quia scilicet actio efficit obiectum, tamen eo ipso, quòd tendit ad talem effectum est bona vel mala, & habet speciem & formam à tali obiecto. Non est enim inconueniens, quòd aliquid sit effectus in genere causæ efficientis ipsius agentis, & tamen sit finis actionis, & etiam specificatiuum actionis.

Vtrum actio sit bona vel mala ex circunstantia.

E 1 infra q.42. r 6.cor.Et Mal.q.2.ar. 5.cor. q.7. ar.4.cor.Et quol. q. 4. art. 16.cor. Et 2.di.36. ar.5.cor. * q.7.art.1. * Aristot. Tex.8.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd actio non sit bona vel mala ex circunstantia; circunstantiæ enim circunstant actum sicut extra ipsum existentes, vt dictum est. * sed bonum, & malum sunt in ipsis rebus, vt dicitur in 6. Metaphy. * ergo actio non habet bonitatem vel malitiam ex circunstantia.

¶ 2 Præterea. Bonitas vel malitia actus maximè cōsideratur in Doctrina morum, sed circumstantiæ cum sint quædam accidentia actuum videntur esse præter considerationem artis, quia nulla ars cōsiderat id, quod est per accidens, vt dicitur in. 6. Metaphy. * ergo bonitas vel malitia actionis non est ex circunstantia.

¶ 3 Præterea. Id quod conuenit alicui secundùm suam substantiam non attribuitur ei per aliquod accidens; sed bonum, & malum conuenit actioni secūdùm suam substantiam, quia actio ex suo genere potest esse bona vel mala, vt dictum est. * ergo non conuenit actioni ex circunstantia, quòd sit bona vel mala.

* Art.2.

¶ Sed contra est quod philosophus dicit in li. Ethicorum, * quòd virtuosus operatur secundùm quòd oportet, & quando oportet secundùm alias circunstantias; ergo ex contrario vitiosus secundùm vnumquodque vitium operatur quando non oportet, vbi non oportet, & sic de alijs circunstantijs, ergo actiones humanæ secundùm circumstantiam sunt bonæ vel malæ.

* Arist. tex.4. * Arist. li.2. cap.6.

¶ Quia vt dictum est ar. præce. ex obiecto est bonitas ex genere, quæ iuxta modum dicendi D.S. in secundo dicitur ex genere, quia sibi plures bonitates superaddi possunt, scilicet ex circunstantijs, & ex fine, & ex forma habitus. Ideo D.S. hic secundò inquirit de bonitate, quæ est ex circunstantijs. Ad actum enim simpliciter bonum requiritur plenitudo essendi, vt patet ex ar. primo. Circa idem enim obiectum potest actus diuersimodè determinari per circunstantias, & potest iste qui est bonus ex genere, effici simpliciter malus ex fine, & circunstantijs.

¶ Respondeo dicendum, quòd in rebus naturalibus non inuenitur tota plenitudo perfectionis quæ debetur ei ex forma substantiali quæ dat speciem; sed multum superadditur ex superuenientibus accidentibus sicut in homine ex figura, ex colore, & sic de alijs, quorum si aliquod desit ad decentem habitudinem consequitur malum, ita etiam est in actione; nam plenitudo bonitatis eius non tota consistit in sua specie, sed aliquid additur ex his quæ aduenium tanquàm accidentia quędam; & huiusmodi sunt circunstantiæ debitæ, vnde si aliquid desit quod requiratur ad debitas circumstantias, erit actio mala.

¶ D.S. respondet tali conclusione. Si aliquid desit, quod requiratur ad debitas circunstantias erit actio mala. Probatur, in rebus non est tota plenitudo debita ex forma substantiali, sed multum superadditur ex accedentibus, ergo ita est in actione, quòd plenitudo bonitatis non tota est ex sua specie, sed aliquid additur ex his quæ aduenium sicut accidentia, sed circunstantiæ debitæ sunt huiusmodi accidentia, igitur vera est conclusio, consequentia prima tenet ex ar. primo, quia loquendum est de bonitate actionum, sicut de bonitate rerum. Antecedens primum declaratur exemplariter de homine. Minor sub sumpta patet ex dictis supra q.7.

¶ Nota circa antecedens, & conclusionem responsuam, quia videtur esse dissimilitudo in antecedentis exemplo ad propositū. Nam constat, quòd si homo deficiat in accidentibus debitis, quòd est simpliciter turpis, quæ turpitudo est malum quoddam saltem naturale. Sed non videtur, quòd actus cadens super debitam materiam deficiens in circunstantijs debeat simpliciter dici malus; vt enim patebit ar. 5. bonum, & malum distinguuntur specie. Si ergo circunstantia dat malitiam actui de se ex specie bono, ipsa distinguit actum moralem specie, sed hoc est contra posterius dicenda, vbi habetur, quòd circunstantia manens circunstantia non variat speciem. Si autem dicatur circunstantia mutare, quia trahit in conditionem obiecti, iam non manebit circunstantia. Et sic videtur, quòd iste articulus non probet, quòd circunstantia vt est accidens, det bonitatem; quod tamen intendit articulus vt patet intuēti, quia vult, quòd non tota perfectio actionis humanæ est ex specie, sed etiam ex accidentibus, & patet à simili, quod D.S. inducit de homine cuius plena perfectio dependet ex accidentibus vt accidentia sunt.

¶ Pro huius solutione oportet aduertere ex D.S. in quarto dist. 16. q.3. ar.2. quæstiū. tertia, & ex D.S. infra q.72. art.vl. & q.73. quòd aliud diuersificat speciem essentialem actus, aliud speciem bonitatis vel malitiæ. Actus enim habet speciem essentialem ab obiecto & motiuo, & per cōsequens ab eius vnitate vel diuersitate est vnus vel diuersificatur. Bonitatem autem habet non solū ex obiecto, sed ex omnibus requisitis ad plenitudinem perfectionis, quorū quodlibet affert specialem bonitatem. Et si quid horum defuerit manebit quidem idem actus quo ad essentiam, sed non manebit idem actus in specie moris, quæ est secundùm comparationem ad rationem, quę requirit non solùm bonitatem ex obiecto, sed ex omnibus requisitis. Vnde dico, quòd speciem actus vt sic non diuersificant nisi obiectum, vel circunstantia secundùm aliud obiectum, & motiuum. Et sic D.S. infra loquitur. Sed tamen speciem moris diuersificat quilibet defectus debitæ perfectionis. Quare ad propositum dico, quòd circunstantia vt circunstantia substantiæ actus non diuersificat speciem actus, sed tamen diuersificat speciem moris quæ est secundùm comparationem actus ad rationem, & secundùm, quòd habet diuersam comparationem ad rationem cōstituit diuersas species nō quidem actus, sed motus. Sicut ergo defectus debiti accidentis in homine facit hominem simpliciter malum, vt dicit antecedens in littera; sic defectus debitæ circunstantiæ etiam manentis in ratione circunstantiæ, facit actum simpliciter malum inquātùm facit difformitatem ad rationem. Quod autem dicitur circunstantia vt sic nō mutare speciem, intelligitur de specie actus, & hoc verum est, non tamen intelligitur, quòd non mutet speciem moris vt sic, licet vt mutet speciem moris consideretur vt addit per se repugnantiam ad rationem, vt hī art. 5. ad 4m. Cum hoc tamen stat, quòd sit accidens actus ad speciē quo ad speciem suam quam habet ex obiecto. Oportet nanque attendere, ꝙ stant simul, ꝙ circunstantia vt sic potest diuersificare habitudinē ad principium moralitatis, & sic facere alium actum moralem, & tamen accidere actui secundùm substantiam. Vnde D.S. infra vbi iam, non dicit, quòd cum circumstantia mutat de bonitate in malitiam non sit circumstantia actus, sed dicit, quòd considerātur vt habet repugnantiam ad rationem, & vt conditio obiecti essentialis per comparationem ad rationem, cum quo stat, quòd sit accidens actus secundùm substantiam, licet non vt est moralis comparatus ad rationem.

Circumstantia non est circunstantia substantiæ actus, tamen est accidentalis rationem dat speciei moralis.

¶ His videtur fauere D.S. vbi supra in quarto ad primum, vbi dicit. Quæcunque circunstantia aliquam speciem peccati in actu causat, ad speciem actus inquantùm est moralis pertinet. Vnde nō habet iam rationem circunstantiæ peccati quamuis circūstat substantiam actus, vt prius dictum est, hæc ille. Ita dico in proposito, ꝙ circunstantia faciens actum bonum non se habet accidentaliter, ad actum bonum, immo requiritur per se, sed tamen est circunstātia actus; sicut solet dici, ꝙ albedo est accidens hominis est tamen de essentia hominis albi. Et secundùm hoc etiam verificatur dictū D.S. in de Malo Mate. secunda. ar.4. ad 6. vbi dicit, ꝙ in eadem specie actus moralis potest esse bonum vel malum ex circunstantia, sic in eadem specie hominis potest esse album, & nigrum, hæc ille vbi vult, ꝙ malum ex circumstātia non variat speciem actus sicut malum ex obiecto, vt patet ex his quæ consequenter dicit, cū quo stat, ꝙ variat speciem moris, quæ est per comparationē ad rationē,

Vnde

Vnde si quis percutiat qui debet, & quem debet, excedat autem notabiliter in modo, ipse vtique malè facit propter defectum circunstantiæ. Et talis defectus facit actum malum, & per consequēs transfert in aliam speciem moris, sed non actus. Videntur etiam hæc dicta conformia D.S. infra. q.72. ar.9. ad primum. Vbi habet quòd malum inquantùm huiusmodi cum sit priuatio, diuersificatur specie secundùm ea quæ priuantur, sicut & ceteræ priuationes, licet peccatum materialiter, id est actus humanus non habeat speciem ex parte auersionis. Et in quarto supra ad secundum, omnis actus secundùm substantiam habet speciem ab obiecto, sed secundùm rationem malitiæ habet speciem à defectu, & ideo secūdùm diuersa quæ deficere possunt diuersæ species causantur malitiæ, & secundùm hoc distinguuntur species peccati non solùm ex obiecto, hæc ille. Ita dico in proposito, ꝙ diuersæ sunt bonitates secūdùm diuersa quæ requiruntur ad actum bonum. Et quia malū ex singularibus defectibus, ideo si aliquod horum desit, erit simpliciter malum, quare si desint debitæ circunstantiæ erit actus malus. Et per consequens distinguuntur specie moris ab actu circa idem obiectum in quo obseruantur circūstantiæ debitæ. Summariè igitur patet, ꝙ circunstantia vt est accidens debitum actui, requirtur ad eius bonitatem simpliciter, & si deest, erit actio simpliciter mala distincta specie ab actu bono, non propter alietatem substantiæ actus quæ est ex obiecto, sed pęnes alietatem habitudinis ad principium moralitatis. Semper tamen esto cautus, ne putes D.S. hæc inferius aduersari, vbi dicit circumstantiam vt sic non variare speciem, loquitur enim de specie actus quam habet ex cōuersione, vt patet intuenti; cum quo stat, quòd variat speciem moris secundùm comparationem ad rationem. Omnis enim diuersitas ad per se principium constituit diuersitatem specificam, vt patebit arti. quinto.

Sic cautus.

¶ Vide de materia huius articuli D.S. de Malo Mate. 2. ar. 4. ad quintum, vide & Scotum in quodlibetis q.18. in primo principali, vbi ponit ordinem circunstantiarum, & quomodo defectus circūstantiarum facit malitiam priuatiuam, positio autem indebitarum facit malitiam contrariam.

Scotus.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua, & pro iam dictis; quia vbi oportet, & quando oportet sunt circunstantiæ habentes per se conuenientiam ad rationem, & defectus earum per se repugnantiam; vnde requiruntur ad bonitatem, & defectus earum causat malitiam; non tamen vt sic trahunt extra speciem actus. Et hoc D.S. infra habet. q. 73. arti. 7. Trahunt tamen in aliam speciem moris, quæ est bonum vel malum. Nemo enim dicit quòd dans cui non debet benè faciat. Fit ergo actus malus ex defectu circunstantiæ, &. alterius speciei moris. eiusdem tamen speciei actus, vt sic voluntarij, & eiusdem generis moralis, sed non speciei, quia est voluntarius, sicut benè circunstātionatus, sed differt specie, quia voluntarius repugnans rationi, alter verò consonans rationi.

¶ Ad primum ergo dicendū, quòd circunstantiæ sunt extra actionem inquantum non sunt de essentia actionis, sunt tamen in ipsa actione velut quædam accidentia eius; sicut & accidentia quæ sunt in substantijs naturalibus sunt extra essentiam earum. —

¶ Ad maiorem, extra actum existentes, quia scilicet non sunt de essentia accidentis, contingunt tamen actionem ipsam aliquæ, sicut sibi immediatè inhærentes, sicut modus agēdi vel saltem mediante actu conueniunt agenti aliqua saltem vt patuit supra. q.7. ar.1. ad secundum, & tertium, &c. Ad minorem, actio est etiā res. Et licet sibi non omnes circunstantiæ inhæreant (sicut cōditio personę) tamen agens habet per se habitudinem ad actionem quæ variatur ex conditione agentis, & ita redundat circūstantia in actionem, moraliter præsertim, & imputatiuè.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non omnia accidētia per accidens se habent ad suam substantiam, sed quędam sunt per se accidentia, quæ in vnaquaque arte considerantur, & per hunc modum considerantur circunstantiæ actuum in Doctrina morali. —

¶ Ad minorem, sunt accidentia, sed non per accidens, immo determinata, & per se Vnde negatur, quòd talia in nulla scientia cōsiderentur, hoc est enim per se, ꝙ omnis actus humanus potissimè exterior fit ab agente certæ conditionis, & in aliquo tempore & loco, & sic de alijs. Vnde per se, minor igitur est falsa, de hoc supra q 7. arti. 2. ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cum bonum conuertatur cum ente, sicut ens dicitur secundùm substantiam & secundùm accidens, ita & bonum attribuitur alicui, & secundùm esse suum essentiale, & secundùm esse accidentale, tam in rebus naturalibus quàm in actionibus moralibus. —

¶ Maior vera, si tantùm conueniat, & perfectè conueniat secūdùm substantiam, sic negatur minor, quia ex substantia dicitur quidem eus simpliciter, sed non bonum simpliciter; vnde aliud est vnde res sunt simpliciter entia, & vnde bona simpliciter. Vult autem D.S. quòd non tantùm sint res bonæ secundùm substantiam, sicut non solum habent esse per substantiam, sed etiam per accidentia, per quæ sunt entia secundùm quid & bonæ simpliciter vt patet prima partē. q.5. ar.1.

Vtrum bonum & malum in actibus humanis sint ex fine.

D Infra q.73. ar.1.ad.1.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd bonum, & malum in actibus humanis non sint ex fine. Dicit enim Diony. quarto capitulo de Diui. nomi. quòd nihil respiciens ad malum operatur; si igitur ex fine deriuaretur operatio bona vel mala, nulla actio esset mala, quod patet esse falsum. Dionysius.

¶ 2 Præterea. Bonitas actus est aliquid in ipso existens, finis autem est causa extrinseca, non ergo secūdùm finem dicitur actio bona vel mala.

¶ 3 Præterea. Contingit aliquam bonam operationem ad malum finem ordinari, sicut cum aliquis dat elemosynam propter inanem gloriam; & econuerso aliquam malam operationem ordinari ad bonum finem, sicut cum quis furatur ut det pauperi; non ergo est ex fine actio bona vel mala.

¶ Sed contra est, quod Boetius dicit in Topi. * quòd cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est, & cuius finis malus est, ipsum quoque malum est.

* Boetius. li.3. cap. 1.

Finis obiectum & circunstantia.

¶ Hic D.S. inquirit de alio à quo sumitur bonitas actionis humanæ scilicet de fine. Nota autem ne articulus iste videatur incidere cum secundo, quòd secundùm D.S. in secundo dist. 36. arti. 5. ad quintum. Actus aliquis habet duplicem finē, scilicet proximū finem qui est obiectum eius, & remotum finem quem agens intēdit. Et ideo cum bonum ex fine, distinguitur contra bonum ex genere, intelligitur de fine remoto quem agens intendit, hæc ille. Eādem sententiam habet in quarto dist. 16. q.2. ar.2. quæsti. 2. ad tertium, vbi ponit duplicem finem, scilicet operis, & iste dat speciem actui, vnde vel non est circunstantia, si consideretur tantùm genus moris, vel referendo ad substantiam actus, includitur in hac circunstantia Quid. Alius verò est finis agentis qui quandoque ex malo actu bonum intendit vel econtra, & hic finis dicitur circūstantia Cur. Ab hoc autem actus non recipit speciem propriam, sed quasi communem, secundùm quòd actus imperati induunt speciem virtutis vel vitij imperantis supra speciem quam habent ex habitu eliciente, hæc ille. Eandē distinctionem habet in de Malo. Mate. 2. art. 4. ad nonū vbi dicit, Duplex est finis, proximus, & remotus. Finis proximus actus idem est quod obiectum, & ab hoc recipit speciem. Ex fine autem remoto non habet speciem, sed ordo ad talem finem est circunstantia actus, hæc ille. Ex quibus patet ꝙ nulla est identitas huius articuli, & articuli secundi; quia secūdus quærebat de fine actus, qui est obiectum in quod actus ex natura sua ordinatur, hic autem articulus quærit de fine agentis qui est obiectum intentionis agentis. Et prima dicitur bonitas intrinseca, quia sumitur à proprio obiecto dante speciem propriam, hęc autem bonitas vocatur respectiua, quia sumitur ex relatione obiecti proprii in alium finem quem præstituit sibi agens moraliter. Et quamuis finis de quo hic quæritur sit circunstantia exterioris actus relati in finem, quia tamen est principalissima circunstantia, & ita circunstantia, quòd cum hoc est obiectum principale formale voluntatis, ideo de tali fine specialiter quæritur; nam cū actio humana sit moralis, quia voluntaria, voluntatis autem obiectum principale est finis, ideo principalis bonitas moralis est à fine vt est obiectum intentionis. Et quæritur hic de fine, non vt est proprium obiectum actus intentionis, sed vt est circūstantia actus voluntatis, qui est circa obiectum relatum in fine &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd eadem est dispositio rerum in bonitate, & in esse. Sunt enim quædam quorū esse ex alio non dependet, & in his sufficit considerare ipsum eorum esse absolutè. Quædam verò sunt quorum esse dependet ab alio. Vnde oportet, quòd considerentur per considerationem ad causam à qua dependet: Sicut autem esse rei dependet ab agente, & forma, sic bonitas rei dependet à fine; vnde in personis diuinis quæ non habent bonitatem dependentem ab alio, non consideratur aliqua ratio bonitatis ex fine; actiones autem humanæ, & alia quorum bonitas dependendet ab alio habent rationem bonitatis ex fine à quo dependet præter bonitatem absolutam quæ in eis existit. —

¶ D.S.

Conclusio responsi.

¶ D.S. primò respondet ad quæsitum, secundò ex illa responsione,& ex tribus articulis præcedentibus elicit vnam conclusionem corollariam generalem,ibi. Sic igitur, &c. Quo ad primum D.S.respondet tali conclusione , quòd sic , actiones humanæ habent bonitatem ex fine.Probatur, bonitas actionum humanarum dependet ex fine,ergo habent bonitatem ex fine præter bonitatem absolutam quæ in eis existit;consequentia probatur à principio,quia eadem est dispositio rerum in bonitate,& in esse,sed quorum esse est independens indiget considerare esse absolutè, scilicet ad hoc,quòd sint entia; quorum autem esse depẽdet ab alio,oportet,quòd considerentur per considerationem ad causam a qua dependẽt;ergo sequitur consequentia,quòd habẽs bonitatem depẽdentem ex alio , puta fine , consideratur vt bonum per habitudinem ad finem. Maior ista est philosophi, minor patet de se, sicut enti per essentiam attribuitur esse absque omni habitudine ad causam quamcunque , enti autem per participationem attribuitur in habitudine ad ens per essentiã , & in habitudine ad suas causas intrinsecas & extrinsecas. Antecedens probatur,quia sicut esse rei dependentis dependet ab agente , & forma;sic bonitas rei dependens,à fine dependet.Et patet istud assumptum ex differentia entis,& boni,quia bonum dicitur in ordine ad complementum , qđ est finis,ens autem ad principia esse in se.

¶ Ex illis D.S.infert primò ex opposito antecedentis,ꝙ in Diuinis personis non consideratur aliqua bonitas ex fine, quia non dependent ex fine. Et posset secundò argui ex littera in Diuinis personis,quia non habent bonitatem dependentem ab alio scilicet sicut à fine,non consideratur bonitas ex fine; ergo quia actiones dependent ex fine,ideo habent bonitatem ex ipso;consequentia probatur à principio vt prius;suppositum consequentis(scilicet quòd actiones dependent à fine,) probatur, quia sicut esse, &c.

¶ Nota primò , quòd actio moralis dependet necessariò à fine, quia finis est principium actionis humanæ cum nulla sit actio moralis,nisi proprer finem fiat.Est enim iuxta supra dicta, q.1.arti.3. finis principium, & terminus actionum humanarum.

¶ Secundò nota circa conclusionem, ꝙ bonitas absoluta non dicitur hic absoluta , quasi non attendatur per comparationem proprij obiecti circumstantionati ad per se principium moralitatis,scilicet ad rationem , nulla enim bonitas est hoc modo absoluta,scilicet à respectu ad principium. Sed dicitur bonitas ex fine præter absolutam , quia non est solùm per comparationem proprij obiecti ad rationẽ,sed per relationem in aliquem finem vlteriorem. Sicut datio eleemosinæ,si debet esse bona oportet,ꝙ non solùm detur alicui , sed etiam propter bonum finem conformem rationi.Quare non videtur,quòd D.S.debeat intelligi quasi absoluta bonitas actionis sit bonitas naturalis absque comparatione ad rationem , sed intelligitur absque relatione actionis voluntariæ in vlteriorem finem. Vnde verificatur conclusio articuli, quòd bonitas actionis ordinabilis in finem,& dependentis à fine habet bonitatem à fine. Quomodo autem actus qui est vltimus finis dependeat ab vltimo fine , & quomodo homo agendo actum , qui est vltimus finis,agat propter finem,patuit sup.q.1.artic.primo.ad secundum, & alibi.

¶ Sic igitur in actione humana bonitas quadruplex considerari potest. Vna quidem secundùm genus , prout scilicet est actio ; quia quantum habet de actione , & entitate,tantum habet de bonitate, vt dictum est. * Alia verò secundùm speciem,quæ accipitur secundum obiectum conueniens. Tertia secundùm circumstantias quasi secundùm accidentia quædam. Quarta autem secundùm finem, quasi secundùm habitudinem ad bonitatis causam.

* Art.1.

Conclusio corolla.

¶ Hic consequenter D. S. ex omnibus dictis in hoc articulo,& præcedentibus tribus colligit cõclusionem corollariam talem. In actione humana quadruplex bonitas considerari potest, declaratur clarè in littera.

¶ Nota circa primam bonitatem , quòd D.S.hic aliter loquitur de genere,quàm in arti.secundo. In articulo enim secundo genus accipiebat pro eodem sicut hic, scilicet pro specie vt patuit ibidem hic verò per bonitatem secundùm genus intelligit bonitatem actionis, vt actio est , & bonitatem entis præsuppositam bonitati morali. Et hoc patet ex verbis cũ dicit vna secundùm genus (prout scilicet est actio.) & talis entitas fundat bonitatem naturalem, quia vt patet ex arti.primo. omnis entitas est cum aliqua bonitate. Vnde & si quandoque obiectum necessarium sit ad bonitatẽ actus naturalem , sicut & ad esse eius , aliter tamen dat bonitatem naturalem,aliter moralem;quia naturalem vt absolutè consideratur, tanquam terminus actionis ; sed bonitatem moralem dat,vt intelligitur actio circa obiectum esse cõformiter ad rationẽ rectã.

¶ Nota etiam circa quartum membrum , quòd finis est causa bonitatis, scilicet moralis completiua , quia affert vltimam bonitatem actui,vt est moralis ; quia vt stat sub intentione agentis voluntarij quod agit semper propter finem intentum tanquam propter vltimum.

¶ Nota etiam hic verbum D. S. cum dicit (quadruplex bonitas &c.) Ex quo patet , quòd actio completè bona non habet vnã bonitatem vnitate indiuisibilitatis, sed vnitate ordinis,& aggregationis.Sicut patet etiam hic in solutione ad tertium, vbi dicit. ꝙ possunt ab inuicem separari.Idem habet in secundo , dist.36.ar.5. ad primum.Vnde sicut in naturalibus totalis bonitas constituitur ex bonitatibus partialibus realiter distinctis, ita & totalis bonitas moralis.Et ad hoc concordat quod D. S. infra. q.72. art.9.ad primum in vno peccato (hoc est actu malo) ponit plures malitias specie distinctas secundùm diuersitatem bonorum priuatorum. Pari ratione , & plures bonitates partiales secundùm conuenientiam plurium ad rationem . Pluralitatur enim relatio secundùm fundamenta,& terminos , &c. Concordat Scotus in secundo dist. 40.vtens exemplo D.S.infra.q.73.ar.2 de pulchritudine. Vnde dicit in fine ad tertium argumentum . Illa vna bonitas integrat in se perfectiones omnes conuenientes actui , & non est vna aliqua sola sicut pulchritudo in corpore, hæc ille.Ex quibus patet, quòd non est similitudo paternitatis in patre ad plures filios,& bonitatis totalis ad rationem;quia vna paternitas est secundùm rem propter vnitatem fundamenti, licet sint plures respectus propter pluralitatem terminorum ; hic autem fundamenta illarum bonitatum realiter pluralitantur.Et secundò relatio patris ad filios est alterius rationis , quam relatio conformitatis actus ad rationem quia illa sicut ad terminum correlatiuum, ista sicut ad per se principium . Vnde prima est in genere relationis , secunda transcendens,quæ distinguitur secundùm ipsa relatiua , vel est ipsa relata per essentiam , vt postea tangetur ; sicut, & habitudo habitus ad obiecta non distinguitur ab habitu.

Compl. bonitas talis vna fuit dict.

Scot.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua,circa quod nota ex D.S allegato in principio articuli, quod finis est duplex. Et auctoritas Boetij intelligenda est , quòd cuius finis proprius , ex natura actus bonus est,ipsum quoque est bonum , scilicet ex se , potest tamen fieri malum ex fine agentis. Vnde ad esse bonũ simpliciter requiritur finis bonus actionis, & agentis . Ad malum autem esse sufficit malitia finis agentis. Deseruit tamen auctoritas pro tanto ad propositum, quia finis bonus requiritur ad bonitatem moralem,& ab eo dependet, licet à fine agentis non sit actus simpliciter bonus, est tamen bonus secũdùm se à fine bono in quem ex natura ordinatur, & malus ex se, cuius finis proprius ex se est malus; non autem est malus actus ex se cuius finis ex parte agentis est malus , vide de hoc D.S.in secũdo, dist.38.ar.5.in cor.

Cuiusfinis bonus finis.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd bonũ ad quod aliquis respiciens operatur, non semper est verum bonum , sed quandoque verum bonum , & quandoque apparens,& secundũ hoc ex fine sequitur actio mala.

¶ Maior vera, est bonũ verum vel apparens,vltra. Si igitur, &c. Dico,quòd est bona ex fine bono in veritate. Vnde negatur consequentia , quia ista actio quæ fit propter finem apparenter bonũ, non autem existenter, &c est mala.

¶ Ad secundum dicendum , quòd quamuis finis sit causa extrinseca , tamen debita proportio ad finem , & relatio in ipsum inhæret actioni .

¶ Ad maiorem,est in ipso existens, tamen deriuatur,& dependet à sua causa.Ad minorem fuit supra his responsum . Est causa extrinseca agenti , sed non actioni ad hunc sensum , quòd ex habitudine ad finem vel magis ex fine sumitur differentia , & species actus vt moralis est.Oportet enim attendere,quòd ordo quidam imprimitur actui ex hoc , quòd fit propter talem finem , qui ordo est aliqua formalitas moralis dans bonitatem vel malitiam. Sicut enim sanum nihil formaliter inhærens , saltem absolutum, ponit in medicina, sed tantum quandam habitudinem medicinæ ad sanitatem animalis ; sic bonitas finalis dicit quandam habitudinem actionis ad finem bonum ; loquimur enim de fine qui est obiectum agentis.

¶ Ad tertium dicendum , quòd nihil prohibet actioni habenti vnam prædictarum bonitatum deesse aliam, & secundùm hoc contingit actionem quæ est bona secundùm speciem suam vel secundùm circumstantias ordinari ad finem malum,vel ẽconuerso; non tamen est actio bona simpliciter nisi omnes bonitates concurrant, quia quilibet singularis defectus causat malum ; bonum autem causatur ex integra causa,vt Dionys. dicit , quarto capitulo de Diui.nomi.

Dionys.

¶ Ad consequens, ergo ex fine , scilicet tantùm , & omnino non est actio bona vel mala , habet enim multas partiales bonitates , scilicet ex obiecto circunstantijs fine , & potest habere vnam fine alia. Et nisi omnes affuerint non est actus bonus Vbi patet, quòd vnus actus non habet vnam bonitatem vnitate indiuisibilitatis,sed aggregationis,vt dictum est, &c.

Vtrum aliqua actio hominis sit bona, vel mala in sua specie.

Mal.q.2.arti.4.ad 5.& ar.5.cor.

AD quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ actus morales non differant specie secundùm bonum & malum ; bonum enim & malum in actibus inuenitur conformiter rebus, vt dictum est*; sed in rebus bonum & malum non diuersificant speciem ; idem enim specie est homo bonus & malus; ergo neque etiam bonum & malum in actibus diuersificant speciem.

* Art.1.

¶ 2 Præterea, malum cũ sit priuatio , est quoddam non ens ; sed non ens non potest esse differentia secundùm Philosoph.in 3.metaph.* cum ergo differẽtia constituat speciem,videtur quòd aliquis actus ex hoc,quòd est malus, non constituatur in aliqua specie ; & ita bonum & malum non diuersificant speciem humanorum actuum.

* Arist.tex. 10.

¶ 3 Præterea , diuersorum actuum secundùm speciem diuersi sunt effectus ; sed idem specie effectus potest consequi ex actu bono & malo,sicut homo generatur ex adulterio , & ex matrimoniali concubitu, ergo actus bonus & malus non differunt specie.

* Art.3.

¶ 4 Præterea , bonum & malum dicitur in actibus quandoq; secundùm circunstantiam, vt dictum est*;sed circunstantia cum sit accidens non dat speciem actui, ergo actus humani nõ differunt specie propter bonitatem,& malitiam.

* Arist. c.1. & 2.

¶ Sed contra secundùm Philosophum in 2.ethicor.* Similes habitus similes actus reddunt; sed habitus bonus & malus differunt specie, vt liberalitas & prodigalitas;ergo actus bonus & malus differunt specie.

¶Postquam ostensum est ex quibus pensetur bonitas,vel malitia in actione humana . Hic ostenditur quomodo actus humani differant secundùm prædicta. Et diuiditur in tres partes, quia primò ostendit propositum, quantum ad bonitatem vel malitiam, quę sumitur ex obiecto. Secundò,quantum ad illã,quæ sumitur ex fine,artic.6.Tertiò,quantum ad illam, quæ sumitur ex circunstantijs,in art.10. Circa primum duo facit. Nam primò ostendit propositum circa bonitatem vel malitiam obiecti & finis.Secundò determinat quoddam dubium, cuius determinatio elicitur ex dictis in art.8. Circa primum,primò fit quod dictum est. Secundò comparat differentiam bonitatis obiecti ad ea , quæ est ex fine,ar.7.In præsenti igitur quæritur,an actus morales distinguantur specie secundùm bonum & malum ex parte obiecti,sic quòd actus cadens super obiectum conforme rationi distinguatur specie morali ab eo, qui cadit super materiam , vel obiectum repugnans rationi,sic ꝙ bonũ ex genere, & malum ex genere distinguantur semper necessariò specie morali.

¶Respondeo dicendum, ꝙ omnis actus speciem habet ex suo obiecto,sicut supra dictum est*. Vnde oportet, quòd aliqua differentia obiecti faciat diuersitatem speciei in actibus.

* q.1.art.3.

¶D.S.respondet tali conclusione. Bonum & malum (scilicet ex parte obiecti) diuersificant speciem in actibus moralibus(scilicet formaliter acceptis in esse mors.) Probatur conclusio,oportet,quòd aliqua differentia obiecti faciat diuersitatem speciei in actibus,illa videlicet differentia, quæ est obiecti per se in compa ratione ad principium per se respiciens illam differentiam ; sed differentia boni & mali circa obiectum , est differentia per se in ordine ad principium moralium actuum , igitur conclusio vera, quòd bonum & malum in obiectis diuersificant speciem actuũ, tanquam per se differentia actuum,& obiectorum. Huius rationis D.S.primò ponit,& probat maiorem; secundò minorem,ibi. In actibus autem , &c. Tertiò subinfert conclusionem cum fundamento probationis, ibi. Vnde manifestum,&c. Maior autem vnum dicit,& illud dictum explicat ; primum ergo D.S probat dictum maioris; secundò declarat explicationem eius,ibi. Est autem,&c. Dictum maioris probatur, quia omnis actus habet speciem ex obiecto, & per consequens differentiam, quare sequitur maior, quòd differentia obiecti facit , &c. Consequenter cum dicit.

¶Est autem considerandum , quòd aliqua differentia obiecti facit differentiam speciei in actibus , secundùm quòd referuntur ad vnum principium actiuum , quod non facit differentiam in actibus,secundùm quòd referuntur ad aliud principium actiuum ; quia nihil quod est per accidens constituit speciem; sed solùm, quod est per se;potest autem aliqua differentia obiecti esse per se in comparatione ad vnum principium, & per accidens in comparatione ad aliud;sicut cognoscere colorem, & sonum per se differunt per comparationem ad sensum, non autem per comparationem ad intellectum.

Nota.

¶Declarat explicationem positam in maiore,quæ propter claritatem rationis suppleta est. Nam differentia obiecti per accidens se habens ad potentiam, vel principium , non diuersificat actus specificè: sicut patet , quòd differentia soni & coloris non per se habet ad intellectum,qui non respicit sonum secundùm rationem soni,nec colorem sub ratione coloris,sed sub ratione veri. Vnde non est alius intellectus, nec actus intellectus specie differens quo intelligitur sonus & color sub ratione vna in qua conueniunt, scilicet in ratione veri,quam intellectus per se respicit,vt declarat Doc.Sanc. in de Malo,Mate.2.articu.4. Sed differentia obiecti per se respecti à potentia, vel principio actiuo diuersificat actus talis principij circa differentia obiecta , vt patet de sono & colore, quæ sunt per se differentia obiecta ad sensum exteriorem . Vnde alius est actus visus,alius auditus , & diuersus specie ; oportet enim quòd constituens , & distinguens speciem per se habeat ad per se principium talis distincti. Vnde maioris explicatio vera est,& necessariò additur maiori. Nota circa hoc vnum occultum ; quia esto potentiæ etiam sensitiuæ distinguantur secundùm obiecta , vt obiecta sunt in esse sensibili ; tamen actus , & species sensibiles distinguuntur secundùm obiecta in esse rei. Et ita vna potentia est principium actuum specie distinctorum,sicut visus visionum,albi & nigri. Secus de habitu,qui solùm elicit actus vnius speciei.

¶ Nota hic, quòd sicut differentia essentialis contractiua generis,& constitutiua speciei,& distinctiua in naturalibus,& logicis debet se habere ad genus contractum per se , vt patet septimo metaphycę,tex.commen.43. & in Doc.Sanc.lectione 12. ita videlicet , quòd differentia sit quoddam contentum sub genere diuiso, & per se includens diuisum , sicut scissum & non scissum rationem habentis pedes,& sicut anima includitur per se in ratione animalis , & diuersificat animal ; sic in moralibus differentia per se est , non qua contrahitur aliquod commune confusum,vt sic; sed quia facit aliam habitudinem ad per se commune principium actuum moralium . Vnde si qui actus distinguuntur, sed non penes diuersitatem , & differentiam in comparatione ad principium moralitatis , poterunt distingui specie naturali,vel logica;sed non morali,vt sic; quia semper differentia obiecti in ordine ad potentiam , quæ est principium actus in tali ordine , facit diuersos actus in tali ordine,& genere . Patet ex his, quòd non est omnimoda similitudo differentiæ in logicis,& moralibus ; nam in logicis differentia contrahendo aliquod genus ad speciem , facit vnum per se naturaliter cum illa specie . Sic patet de rationali , quod contrahit animal ad hominem , & est idem, quòd homo secundùm rem . In moralibus verò differentia obiecti non facit speciem contrahendo aliquod confusum potentiale ad aliquam speciem, cum qua faciat vnum per se naturaliter, vel logicè; sed quia addit , vel ponit super actum circa obiectum aliquam determinatam habitudinem ad principium moralitatis,cũ quo actu non efficit vnum per se metaphysicè loquendo ; sed facit quasi vnum per accidens apud logicum , sic quòd actus exterior præsertim bonus constituitur ex duobus, scilicet ex actu ipso circa materiam, & ex conformitate ad rationem; malus verò ex actu , & difformitate , & talis conformitas, aut difformitas non est de essentia actus,vt res,& actus est; sed est de ratione eius, vt bonus est moraliter , ita quòd sicut album accidit homini; est tamen de ratione eius, vt est albus , sic habitudo differentialis est accidens secundùm esse naturæ, & tamen est de ratione actus moralis,vt est moralis, bonus, vel malus . Vide in de Malo, quæstio.2.articu.6.ad tertium. Oportet enim supponere,quòd multotiens aliquid est de ratione alicuius, & non est tamen idem cum eo essentialiter in esse naturæ . Et hoc præsertim verum est in moralibus , vbi moralitas attenditur penes extrinsecum, &c. Vnde Scotus in quodlibetis, quæstio.18. in primo principali dicit, actus esse bonos vel malos importet relationem , vel multas relationes ; sed tamen habent modum denominandi , vel prædicandicandi qualitatis , sicut sanum, vel pulchrum, hæc ille. Vbi patet,quòd etiam secundùm ipsum bonitas non dicit aliquod absolutum realiter idem cum actu absoluto; sed relationem,quæ facit vnum solùm in esse moris,quæ vnitas non est vnitas simpliciter apud metaphysicum , vel logicum. Consequenter ibi.

Dissimilitudo inter differentiã moralẽ, & logicam.

Scotus concordat.

¶ In actibus autem bonum & malum dicitur per comparationem ad rationem ; quia vt Dionysius dicit quarto capit.de Diui.nomi. Bonum hominis est secundùm rationẽ esse;malum autem qđ est prẽter rationem;

Dionysius.

vnicuique enim rei est bonum,quod conuenit ei secundùm suam formam; & malum quod est ei præter ordinem suæ formæ ; patet ergo, ꝙ differentia boni & mali circa obiectum considerata, comparantur per se ad rationem.ſ.secundùm ꝙ obiectum est ei conueniens, vel non conueniens; dicuntur autem aliqui actus humani, vel morales, secundùm ꝙ sunt à ratione.

¶ Probat minorem principalem sic. Bonum & malum dicuntur per comparationem ad rationem, & differentia boni & mali circa obiectum considerata,comparantur per se ad rationem ; sed ratio est principium actus moralis, ergo minor vera. Maior illa probatur,& quòd dicantur in ordine ad rationem (ſ.rectam,) & quòd per se differant in comparatione ad rationẽ rectam,auctoritate Dionysij ; quia bonum est secundùm rationem (.ſ.rectam) esse,&c. Et ideo est,quia vnicuiq; est bonum, quod conuenit sibi secundùm formam suam;& malum,quod est præter ordinem suæ formæ. Forma autem hominis est ratio. Et sic habetur,ꝙ bonum & malum dicantur in ordine ad rationem. Secunda pars maioris probatur,quia bonum dicitur secundùm quòd obiectũ est conueniens rationi rectæ ; malum secundùm quòd est disconueniẽs; sed conuenientia & disconueniens clarè dicunt per se differẽtiam ad rationem rectam. Minor probatur, quia aliqui actus dicuntur morales,secundùm quòd sunt à ratione,vt patuit q.1.art.1. & per consequens vera minor , quòd ratio est per se principium moralium actuum. Deinde cum dicit .

¶Vnde manifestum est, ꝙ bonum & malum diuersificant speciem in actibus moralibus; differentiæ enim per se diuersificant speciem.

¶Subinfert conclusionem responsi , & resumit fundamentum probationis eius per viam compendij; quia differentiæ per se diuersificant speciem. Bonum & malum circa obiectum sunt huiusmodi,vt patuit,igitur conclusio vera.

Bonum & malũ differẽtiæ essentiales.

¶Nota,ꝙ ex his dictis patet,ꝙ bonum & malũ sunt differentiæ essentiales humanorum actuũ, non quidem specificę, sed subalternę; sed hoc bonum circa hoc obiectum est differentia specifica; aliter tamen bonum & malum sunt differentiæ essentiales actus exterioris,aliter interioris;quia actus exteriores non differunt per illas differentias simpliciter in genere , vel specie entis; sed tantùm in genere moris. Actus verò interiores voluntatis, quia per se ad genus moris pertinent;ideo ex bono & malo,quod est ex obiecto,quod est finis , qui est per se obiectum volũtatis,distinguuntur actus voluntatis , sicut per differentias essentiales, vt habet D.S.in 2.dist.40.art.1.

¶Videtur tamen circa hæc notandum , quòd actus interior voluntatis potest comparari ad obiectum suum,quod per se est finis, dupliciter; vno modo, vt illud obiectum est præsentatum à ratione, & sic, quia ista præsentatio est naturalis , ideo ab obiecto , vt sic, habet suam differentiam essentialem naturalem. Alio modo potest obiectum voluntatis comparari ad rationem , vt est recta, & regula, & principium moralitatis, & sic, habet differentiam moralem. Vnde actus interior ab obiecto habet differẽtiam per se,vt ens est,& etiam vt moralis est,tamen in alia consideratione; sed actus exterior imperatus habet differentiam essentialem ab obiecto comparato ad ratiooem,non in genere entis , & naturalem,sed tantummodo moralem.

Soluitur Duran.

¶Ex his patet solutio ad instantias Durandi;quia licet ista conformitas ad rationem præsupponat exteriorem in specie naturæ, non tamen in specie moris. Sicut & forma artificialis præsupponit rem naturalem, facit tamen eam esse in specie artificiali. Similiter ista conformitas moralis præsupponit actum interiorum secundùm modum intelligendi, vt prius habet ex fine,& obiecto bonitatem naturalem ; sed non præsupponit speciem moralem, immo ipsam confert;quia hoc ipso, quòd est intentio talis finis, qui est conformis rationi rectæ,est bonus moraliter.

¶Nec est simile,quòd si non quodlibet bonum, vel malum variat speciem in naturalibus,quòd nec in moralibus ; quia in moralibus bonũ & malum sunt differentiæ in ordine ad per se principium circa aliquod obiectum in genere moris ſad rationem, vel ad finem ; & tamen etiam bonum & malum in naturalibus diuersificant speciem, quando malum est contra naturam.

¶Et præterea licet bonum & malum accidant actui morali in communi; quia vt sic,non est bonus vel malus; tamen ipsum specificè diuidunt , non penes additionem alicuius positiui absoluti, sed penes superadditionem alicuius habitudinis ad principium moralitatis in communi; quia actus moralis est à ratione, & voluntate. In specie autem moris est circa obiectum conformiter, vel differmiter , quæ conformitas accidit actui in esse naturæ considerato , & non facit vnum in natura ; sed tantùm in esse moris .

¶De ista materia vide D.S.etiam in de Malo, Mate.2.ar.4.post medium corporis;quia ibidem conformiter loquitur ad modum dicendi hic positum. Sed in secundo habet eandem sententiam, sed aliud medium;quia videlicet moralia dependent ex voluntate,ad quam aliter se habet finis bonus , & aliter malus . Sed quia malum non est alius finis moraliter , nisi quia repugnat rationi; ideo hic D.S.ponit magis radicalem rationẽ distinguendi actionem moralem penes habitudinem ad rationem;quia semper bonum vel malum in actibus attenditur penes regulam,quæ in moralibus est ratio ; nec enim voluntas bona est , nisi quia ratione recta regulatur ; habet tamen bonitatem à voluntate, sicut à causa effectiua completiua. Loquitur etiam D.S. in secundo de specie actuum,quæ est ex fine,& non obiecto. Prima sumitur ex fine,vt patebit art 6.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsiuam.

¶Ad primum ergo dicendum , quòd etiam in rebus naturalibus bonum & malum , quod est secundùm naturam, & contra naturam diuersificant speciem naturę; corpus enim mortuum,& corpus viuum non sunt eiusdem speciei ; & similiter bonum inquantum est secundùm rationem , & malum inquantum est præter rationem,diuersificant speciem moris.

¶Ad minorem , negatur quòd bonum & malum naturale non differant specie;sed verum,quòd bonum & malum moralia non differunt specie naturæ. Et quòd, cum bonitate & malitia moralibus specie distinctis moraliter , stet identitas speciei naturalis. Vnde negatur consequentia de moralibus , & de bono & malo naturæ, &c.

¶Ad secuudum dicendum , quòd malum importat priuationem non absolutam , sed consequentem talem potentiam; dicitur enim malus secundùm suam specię, non ex eo,quòd nullum habeat obiectum; sed quia habet obiectum non conueniens rationi,sicut tollere aliena; vnde inquantum obiectum est aliquid positiuè,potest constituere speciem mali actus.

¶Ad maiorem,malum.ſ.obiectum,& malum morale, non est pura priuatio ; sed res habens annexam virtualiter priuationem ordinis rationis,sicut res delectabilis secundùm sensum,vt mulier aliena est res;sed si in eam tendat homo per actum luxuriæ, tale obiectum habet annexam differmitatem ad rationem.Ad minorem,purum non ens,sed non ens modo iam dicto (.i.ens habens annexam priuationem) potest dare differentiam,& speciem.Vnde negatur,quod sequitur.

¶De ista solutione habetur pri.par.q.48.artic.1.ad secundũ.Et in de Malo, Mate.2.ar.4 ad octauum. Et nota exemplum D.S.ꝙ sicut igni per se conuenit non esse aquam ; ita illa priuatio rationis consequens obiectum tale,conuenit per se actui, qui est circa obiectum,&c. Vide etiam D.S.in secundo,dist.40.artic.1.ad secundum, & tertium.

¶ Ad tertium dicendum,ꝙ actus coniugalis,& adulterium secundùm ꝙ comparantur ad rationem,differũt specie,& habent effectus specie differentes ; quia vnum eorum meretur laudem & pręmium , aliud vituperium & pœnam ; sed secundùm ꝙ commparantur ad potentiam generatiuam , non differunt specie ; & sic habent vnum effectum secundùm speciem.

¶Ad maiorem, diuersorum actuũ diuersitate naturali sunt diuersi effectus naturales,& diuersorum actuum diuersitate morali,sunt diuersi effectus morales. Ad minorem , sed idem effectus specie,&c.Verum,naturalis potest consequi ex actu bono & malo moraliter;sed tñ non idẽ effectus moralis; ergo actus bonus & malus nõ differunt specie, verũ, naturali sp;quia cũ vnitate speciei naturæ,stat diuersitas moris pp aliam habitudinem ad rationem.

¶Ad quartum dicendum,ꝙ circunstantia quandoq; sumitur vt differẽtia essentialis obiecti, secundùm ꝙ ad rationem comparatur ; & tũc potest dare speciem actui morali;& hoc oportet esse qñcunq; circunstantia transmutat actũ de bonitate in malitiá , non.n.circunstantia faceret actũ malum,nisi per hoc,ꝙ rationi repugnat.

¶Maior vera est,vt patuit ar.3.Sed dico,ꝙ malũ est pp defectũ circunstantiæ actus quo ad substantiã,vt tñ ista circunstantia mutat habitudinẽ actus p cõparationẽ ad principiũ moralitatis.ſ.rectã rõnem,& circũstantia vt sic;licet nõ cõstituat actũ in specie naturę,nec in specie moris,q̃ est ex obiecto actus; tñ ipsa constituit actũ formaliter in specie mali,& facit actũ hñe rõnẽ alterius obiectũ in cõparatione ad rõnẽ;quia actus p defectũ circũstantię debitę repugnat rõni,& p cõsequẽs efficitur malus. Vnde nõ efficit p defectũ circũstantię alius actus;sed idẽ in substãtia,& obiecto sue efficit malus,& ipse efficit aliud obiectũ rõnis,pp ptialẽ malitiã, q̃ est defectus circũstantię;nã rõ recta nõ solũ ordinat actũ quo ad obiectum,

obiectum; sed ẽt quo ad omnes circunstantias ; vt hẽt D.S.infra. Ad minorem dico,ꝙ circunstantia non dat speciem actui , dat tñ sibi speciem moralem;quia species moralis , quæ est ſm bonũ,& malum,non solùm attenditur ſm obiectũ,sed etiam ſm alia,quæ faciunt actum variari in comparatione ad rõnem;ita ꝙ vndecũq; consurgat repugnantia ad rationem specialis facit aliã speciem, non quidem actus, sed moris. Quare negatur consequentia.

¶Nota,ꝙ circa hæc oportet attendere,ꝙ actus habet bonitatẽ totalem ex multis, vt patet art.3. Et qñ oĩa sunt collecta , faciunt vnum actum bonum. Si aũt plura affuerint (puta debitum obiectum,debitus finis) deest aũt debita circunstantia , ille actus erit simpliciter malus propter defectum vnũ.Talis ergo defectus non transfert actum in aliam speciem naturæ, nec tollit bonitatẽ,quã actus hẽt ex obiecto (immo actus erit bonus ex genere.) Erit tñ simpliciter malus,quia facit actum istũ habere aliã habitudinem (.ſ.repugnãtiæ) ad rationem,q̃ si esset vestitus debita circunstantia. Vnde talis circunstantia est dria essentialis talis actus , nõ per comparationem ad obiectũ ex quo habet bonitatem essentialẽ; sed per comparationem ad rationem ex qua habet moralitatem, & ita facit aliam speciem moris,sed non aliã speciem actus.Patet per hoc,quod dictum est art.3.ꝙ circunstantia , vt est circunstantia actus variat speciem moris, quia mutat habitudinem ad rõnẽ, attento ſp ꝙ ẽt defectus boniratis accidentalis facit repugnantiam ad rationem, & ita est specialis malitia moralis. Vna autem malitia particularis,facit actũ simpliciter malum,vt patet ex Dionysio. Attento etiam,ꝙ aliunde est species actus,aliunde moralitas. Et ꝙ stante specifica bonitate , põt aduenire repugnantia ad rationem ex alijs. Circunstantia ergo,vt dria essentialis obiecti p comparationem ad rationem,facit differre specie morali,quę est ſm bonum,& malũ;licet non quę est ſm speciem actus ſm obiectum;& hoc stante intelligitur possibile ; si attẽdatur,quia & accidens põt dare specię moris(.ſ.bonitatem,vel maliciam,)vt facit actum habere conuenientiam,vel repugnantiam ad rationem.

¶Nota ex his,quia aliter circunstantia actus variat speciem,aliter finis in quem actus ordinatur , quia circunstantia variat speciem faciendo actum deficientẽ,& aliud obiectũ rationis ; sed finis variat speciem trahendo actum in finem, vt est obiectũ intentionis.Vnde finis facit , ꝙ actus exterior habeat aliud obiectum, vt moralis est;sed circunstantia variat , vt dictum est, inquantum facit actum ipsum defectuosum in circunstantia esse aliud obiectum rationis,sed finis participare aliã speciem, quæ est ex obiecto intentionis. Q̃nq; etiam circunstantia addit ad actũ repugnantiam alterius speciei , q̃ si repugnantia ex propria specie,sicut locus sacer ad furtum. Vnde tunc trahit in aliam speciẽ malis;sed qñ actus est malus solùm propter defectum debitæ circunstantiæ, vt puta modi, vel tpis,tũc facit actum malũ , quia facit ipsum repugnare rõni,& nõ trahit in aliam speciem mali , sed actũ de se bonum facit esse malum. Vnde circunstantia potest dupliciter variare specię, vno modo , quia est circunstãtia positiua contraria rationi,& trahit malum in aliam speciem mali. Sicut locus sacer furtum in sacrilegiũ, vt patebit infra. Alio modo defectus circunstantiæ debitę trahit in aliam speciem , quia videlicet actũ de se bonum facit malum ; ita ꝙ magna differentia est inter circunstantiã positiuè contrariam rõni, & inter defectũ circunstantiæ debitæ; isto secundo modo D.S.loquebatur art.3.ꝙ circũstantia põt facere malum;hoc autem in solutione potest vtroq; modo intelligi. ¶Et nota verbũ D.S.quia circunstantia dat specię actui morali,vt sic,vt moralis est in cõparatione ad rationem,ita quòd facit ipsum actum esse alium moraliter; sed non dat specię actui ſm speciem,quam habet ex obiecto. ¶Vide de istis si placet Scotum in quodlib.q.18. in princip.1. vbi malicia põt bonitati actus opponi dupliciter , vno modo priuatiuè , alio modo contrariè. Potest enim aliquis agere, non cum circunstantia debita , & tamen non cum circunstantia indebita;puta qñ non ordinat actum ad finem debitum,nec tamen ordinat ad finem indebitũ. Exemplum huius,dare eleemosynam,non propter bonũ finem.ſ.amorem Dei,vel subuentionem proximi; non tamen propter malum finem,puta vanam gloriam,vel nocumentum alterius,est malus priuatiuè, sed non contrariè.

Defectus circunstantię facit malam speciem priuatiuè, indebita autem contrariè.

Scotus concordat.

Nota fundamentum in hac materia.

Nota.

Vtrum actus habeat speciem boni, vel mali ex fine.

Inf. q.19. art.1. Et 2. dif.40.ar.1.

AD sextum sic proceditur. Videtur, ꝙ bonũ & malum,quod est ex fine, non diuersificent speciem in actibus;actus.n.habent speciem ex obiecto ; sed finis est præter rationem obiecti ; ergo bonum , & malum, quod est ex fine,non diuersificant speciem actus.

*** art.3.**

¶ 2 Præterea , id quod est per accidens non constituit speciem , vt dictum est;* sed accidit alicui actui , ꝙ ordinetur ad aliquem finem; sicut ꝙ aliquis det elemosynam propter inanem gloriam ; ergo secundùm bonũ & malum , quod est ex fine, non diuersificantur actus secundùm speciem.

¶ 3 Præterea,diuersi actus secundùm speciem ad vnum finem ordinari possunt,sicut ad finem inanis gloriæ ordinari possunt actus diuersarum virtutum , & diuersorum vitiorum; non ergo bonum & malum, quod accipitur secũdùm finem,diuersificat speciem actuum.

¶Sed contra est,ꝙ supra ostensum est,*ꝙ actus humani habent speciem à fine; ergo bonum,& malum,quod accipitur secundum finem , diuersificat specię actuum.

*** q.1.ar.3.**

¶Hic D.S.inquirit qũo se habeat bonum,& malum, quod sumitur ex fine,ad actus morales , an etiam diuersificet speciem humanorum actuum.

¶Nota,ꝙ posset videri implicatio in quæsito , cum innuit finẽ esse malum;cum tamen finis,& bonum conuertantur, ac per hoc posset apparere implicatio in adiecto,ꝙ finis sit malus.

¶Patet autem solutio ex dictis, art.5.ad 2.quia verum est, quòd finis,vt sic habet rationem alicuius boni , saltem delectabilis, vel vtilis;sed tamen habens rationem talis boni,potest habere annexam repugnantiam ad rationem, ratione cuius dicitur malum.ſ. morale.Vnde talis finis ratione bonitatis secundùm quid est motiuum finale appetitus,sed ratione defectus ordinis rationis constituit actum malum. Et ratione boni est finis , ratione defectus moralis annexi est malus, & ratione boni intenditur ; ratio verò mali præter intẽtum ; tamen ex natura rei sequitur, vt patebit infra,q.72.art.8.Quare non est implicatio in quæsito,quia finis malus,aliunde est finis,aliunde malus, vide tertio contra Gẽtiles.c.9.

¶Respondeo dicendum, quòd aliqui actus dicuntur humani,inquantum sunt voluntarij, sicut supra dictum est*. in actu autem voluntario inuenitur duplex actus, .ſ.actus interior voluntatis, & actus exterior.

*** q.1.art.1.**

¶D.S.primò distinguit duplicem intellectum quæsiti; secundò conformiter respondet dupliciter,primò ibi. Et vterq;,&c. secundò ibi.Id autem quod,&c.Dicit ergo,quòd actus humanus dupliciter dicitur,vel est duplex, interior , & exterior. Et ratio distinctionis est, quia actus dicitur humanus , inquantum voluntarius; sed est duplex voluntarius , igitur duplex humanus. Et interior actus vocatur elicitus,siue sit velle,siue intendere. Sed exterior est actus aliquis imperatus à voluntate ; exercitus verò per potẽtiam, quæ subest voluntati. Potest ergo quæsitum dupliciter intelligi. Vno modo de actu interiori, an differat specie secundùm bonũ, & malum ex fine. Alio modo de actu exteriori,an ille distinguatur specie ex hoc , quòd ordinatur in bonum , vel malum finem. Deinde cum dicit.

¶Et vterq; horum actuum habet suum obiectum ; finis autem propriè est obiectum interioris actus voluntarij; id autem circa quod est actio exterior, est obiectũ eius;sicut igitur actus exterior accipit speciem ab obiecto , circa quod est; ita actus interior voluntatis accipit speciem à fine, sicut à proprio obiecto.

¶Respondet iuxta primum intellectum quæsiti intendens talem conclusionem. Bonum & malum ex fine , diuersificant speciem actuum humanorum interiorum. Probatur supponendo,ꝙ vterq; horum actuum (.ſ.interior, & exterior) habet obiectum suum,per quod scilicet distinguitur specie.Tunc sic.Finis propriè est obiectum interioris actus , sicut id, circa qđ est exterior actus est obiectum exterioris ; sed obiectum exterioris distinguit eum specificè; igitur conclusio vera , quia videlicet diuersi fines distinguunt; bonum autem & malum dicunt diuersos fines, igitur,&c.

¶Et nota, quòd hæc probatio procedit de actu interiori , præsertim, qui respicit finem , sicut proprium obiectum immediatum,qui actus dicitur velle; potest tamen etiam intelligi de actu interiori,qui respicit finem, sicut rationem volendi , esto habeat aliud obiectum materiale, sicut est intendere. An autem velle, & intendere semper necessariò distinguantur. Vide D.S. in secundo,distinctio.38.articu.5. Et videbis,quòd non, de hoc vide sup. quæstio.12.Dicit autem D.S.quòd finis est propriè obiectum voluntatis,quia bonum , & finis coincidunt , & per accidens est, ꝙ bonum ordinetur ad alium finem . Vnde voluntas est finis , sicut proprij obiecti per se loquendo . Si autem aliquando est medij, hoc est in ordine ad finem,& quia nunquam voluntas in aliquid fertur,nisi præsuppositа volitione finis. Deinde ibi.

¶Id autem , quod est ex parte voluntatis, se habet vt formale ad id , quod est ex parte exterioris actus ; quia voluntas vtitur membris ad agendũ sicut instrumentis, neq; actus exteriores habent rationem moralitatis, nisi inquantum sunt voluntatij, & ideo actus humani species formaliter consideratur ſm finẽ; materialiter aũt

Arist. c.2. ſm obiectũ exterioris actus,vnde Phil.dicit in 5.ethic. ꝙ ille qui furatur,vt committat adulterium;eſt per ſe loquendo magis adulter, quàm fur.

¶ Reſpondet iuxta ſecundum intellectum quæſiti iſta concluſione Actus humani ſ.exterioris ſpecies formaliter conſiderantur ſm finem;materialiter autem ſm obiectum exterioris actus. Et vult iſta concluſio,ꝙ bonum,& malum ex fine diuerſificant ſpecies actuum exteriorum formaliter (.i.ſecundùm formalitatem, & ſpeciem moralem principalem,) ſed materialiter diſtinguuntur ſm obiecta exteriorum actuum (.i.ſecundùm ſpeciem moralem minus principalem,quæ ſe habet ad eam,quæ ex obiecto voluntatis materialiter.) Probatur prima pars concluſionis ratione,& auctoritate. Id quod eſt ex parte voluntatis ſe habet vt formale, ad id quod eſt ex parte exterioris actus; igitur concluſio vera;conſequentia nota, quia ſi id quod eſt ex parte voluntatis eſt formale,& finis habet ſe ex parte voluntatis primò & per ſe,ideo dat formalitatem,& ſpeciem moralem principalem. Antecedens probatur duplici medio,primò,quia voluntas vtitur membris ad agendum actus exteriores,ſicut inſtrumentis; ſed ſemper id quod eſt ex parte principali agentis in effectu, habet ſe vt formale; id autem,quod eſt ex parte inſtrumenti in effectu,habet ſe vt materiale,& minus principale;& non ſolùm membra,ſed omnes potentiæ executiuę habent ſe vt inſtrumenta ad voluntatem (maximè extendendo inſtrumentum pro omni, quod agit motum.) Et ita patet,ꝙ cum finis tenet ſe ex parte principalis agẽtis ; ideo ſpecies conueniens actui exteriori mediante voluntate reſpiciente finem eſt formale;quæ autem conuenit ſibi per potentias exequentes circa proprium obiectum eſt materiale. Secundò probatur antecedens , quia actus exteriores non habent moralitatem, niſi inquantum ſunt voluntarij;ideo ſpecies moralis conuenit voluntati primò,& per conſequens eſt principale,& formale. Vnde nec ſpecies actus exterioris circa proprium obiectum eſt morale, niſi in habitudine ad voluntatem : nam ſi quis non volens daret eleemoſinam non eſſet actus moralis . Similiter ex obiecto non ſemper habet bonitatem moralem ; tamen ſemper ex fine ſi agitur moraliter . Probatur etiam illa prima pars antecedentis auctoritate philoſophi. Secunda autem pars concluſionis relinquitur nota ex dictis,arg. præced.

¶ Nota ꝙ hæc concluſio intelligitur quando actus exterior,& interior ſimul concurrunt,& quando aliud eſt finis , quàm obiectum actus exterioris . Tunc.n.obiectum exterioris actus ſe habet vt medium ad finem, & per conſequens materialiter . Vnde non videtur D.S.intelligendus , ꝙ actus exterior habeat ex proprio obiecto diuerſitatem,& ſpeciem materialem.i.naturalẽ tantùm. immo ex obiecto habet & ſpeciem moralem,cum ad rationem comparatur,& vt infra patebit in aliqua comparatione bonitas moralis prius conuenit actui exteriori, quàm interiori, licet nõ prius completiuè.Et ergo vult D.S.hic, ꝙ actus exterior etiam vt cadit ſub ratione , & voluntate ſm aliquem actum habet ſpeciem, quæ eſto ſit morale ; eſt tamen minus principalis , & materialiter ſe habens ad ſpeciem participatam ex fine , qui eſt principale formale obiectum voluntatis . Et ratio patuit , quia ſemper conditio,& formalitas,quæ eſt in effectu, à cauſa ſuperiori habet ſe formaliter ad conditionem , quæ eſt in effectu à cauſa inſtrumentali mota,& inferiori. Nec etiam intelligendum eſt, ꝙ ſpecies quam habet actus exterior ex proprio obiecto ſit materiale, .i.accidentale, & impertinens ad moralitatem. immo actus , qui habet malum finem,& eſt malus ex propria materia,habet duplicem malitiam partialem moralem:patet ex hoc,ꝙ ſpecies materialis non eſt naturalis,quia materiale eſt per accidens.Illa autem quæ hic dicitur materialis nõ eſt per accidens ad voluntatem, nec ad exteriorem actum, vt per ſe ſubordinatur voluntati . Nec ſequitur,ꝙ ſi voluntas eſt bona,vel mala fine actu exteriori , quòd ergo actus exterior ſe habeat accidentaliter; ſed bene ſequitur,ꝙ ſe habeat materialiter,vt declarat D.S in de Malo Mate.2. art.2. ad quintum. vide & corpus quæſtionis. vide etiam D.S. in ſecundo diſt.35.art.4.per totum.

Species ex obiecto materialis eſt non accidentale.

ARGVMENTVM in contrarium & directè pro prima concluſione reſponſi , quia actus humani interiores illi habent ſpeciem à fine,quia finis eſt per ſe obiectum voluntatis;omne enim volitum eſt finis, vel ad finem , & ſic finis eſt obiectum ſaltem ſicut ratio volendi.

¶Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ finis habet rationem obiecti,vt dictum eſt.*

*In cor. & q.1.ar.1.

¶Minor negatur,tum primò , quia finis eſt per ſe primò obiectum voluntatis ſm actum interiorem.ſ.intentionis.Eſt etiã obiectum actus exterioris,non quidem immediatum , ſed mediatum; mediante.ſ.actu interiori.Et hoc loquendo de actu exteriori moraliter,vt agitur propter finem volitum,vel intentum. Ex hoc.n. ꝙ ordinatur ab interiori ad talem finem , conſequitur formam, & ſpeciem,non propriã moralem,vel naturalẽ,ſed moris principalem,& formale,quæ primò conuenit actui interiori. Sicut patet de charitate , quia.n.actus ordinatur in obiectum charitatis, ideo trahunt ſpeciem,quæ eſt eſſe meritorium,&c.

¶Ad ſecundum dicendum,ꝙ ordinari ad talem finẽ, & ſi accidat exteriori actui ; non tamen accidit actui interiori voluntatis , qui comparatur ad exteriorem ſicut formale ad materiale.

¶Maior vera,vt ſic;non tamen eſt inconueniens,ꝙ aliquid accidit ſecundùm eſſe naturale , quod non accidit in eſſe moris. Et aliquid accidit actui conſiderato ſecundùm obiectum proprium; quòd non accidit,vt imperatur à ſuperiori , & ex duobus actibus fit quodam ordine vnum.

¶Minor negatur primò de actu interiori ſimpliciter. Secundò diſtinguitur de actu exteriori. Verum,accidit ſibi conſiderato in eſſe naturæ, & etiam ſm ſpeciem propriam,ſed in eſſe moris , & vt pro nunc agitur a voluntate,negatur; quia non poteſt intelligi morale completiuè in actu exercito , niſi fiat à voluntate propter aliquem finem; & ergo ſteri hunc actum propter talem finẽ non accidit. Verum quidem actui morali in communi accidit fieri propter illum,vel illũ finẽ , ſicut generi accidunt differentiæ ; tamen huic actui , vt moralis eſt,fieri propter hũc finem, eſt per ſe. Vnde dicit D.S. ꝙ non accidit interiori , a quo ſ.exterior dependet in eſſe moran,& per conſequens illi exteriori, vt ſtat ſub illo formali,ſic tibi nõ accidit, ſicut nõ accidit colori videri per lumẽ.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ quando multi actus ſpecie differentes ordinantur ad vnum finem , eſt quidem diuerſitas ſpeciei ex parte exteriorum actuum ; ſed vnitas ſpeciei ex parte actus interioris .

¶Antecedens verum eſt,ſed ſunt diuerſi tantùm ſpecie naturę, & materialiter,penes obiecta; omnes tamen ſunt vnus actus ſpecie moris communi, quæ trahitur ex fine . Vnde negatur conſequentia,ſed deberet inferri,ergo materialiter non diſtinguuntur ex fine,ſed obiecto; ſed non bene infertur de diſtinctione in eſſe moris ſm ſpeciem formalem . Et nota verba D.S.in iſtis ſolutionibus,quia nõ dicit, ꝙ ordinari in talẽ finẽ accidat actui ſm eſſe naturæ,ſed dicit, ꝙ accidat actui exteriori.ſ.ſm ſpeciem propriã etiam moralem,& non tm̃ naturalem; non tamen accidit ſibi,vt nõ trahatur per actum interiorem in ſpeciem formalem, ex hoc ꝙ agitur voluntariè,& actui interiori ſubordinatur.

Vtrum Species , quæ eſt ex fine contineatur ſub ſpecie , quæ eſt ex obiecto , ſicut ſub genere,aut èconuerſo .

AD ſeptimum ſic proceditur. Videtur ꝙ ſpecies bonitatis,quæ eſt ex fine,contineatur ſub ſpecie bonitatis,quæ eſt ex obiecto,ſicut ſpecies ſub genere,puta cum aliquis vult furari,vt det elemoſynam; actus.n.het ſpeciem ex obiecto, vt dictum eſt;* ſed impoſſibile eſt, ꝙ aliquid cõtineatur in aliqua alia ſpecie , quæ ſub propria ſpecie non continetur;quia idem non poteſt eſſe in diuerſis ſpeciebus non ſubalternis,ergo ſpecies, quæ eſt ex fine continetur ſub ſpecie, quæ eſt ex obiecto.

¶ 2 Præterea, ſemper vltima differẽtia cõſtituit ſpeciem ſpecialiſſimam;ſed differentia , quæ eſt ex fine videtur eſſe poſterior,quàm differẽtia,quæ eſt ex obiecto, quia finis habet rationem vltimi ; ergo ſpecies , quæ eſt ex fine continetur ſub ſpecie , quæ eſt ex obiecto, ſicut ſpecies ſpecialiſſima.

¶ 3 Præterea,quãtò aliqua differentia eſt magis formalis,tantò magis eſt ſpecialis, quia differẽtia comparatur ad genus,vt forma ad materiam; ſed ſpecies,quæ eſt ex fine eſt formalior ea,quę eſt ex obiecto,vt dictũ eſt,* ergo ſpecies,quæ eſt ex fine continetur ſub ſpecie , quæ eſt ex obiecto , ſicut ſpecies ſpecialiſſima ſub genere ſubalterno.

¶Sed cõtra, cuiuslibet generis ſunt determinatę differentiæ ſed actus eiuſdẽ ſpeciei ex parte obiecti põt ad infinitos fines ordinari , puta furtũ ad infinita bona,vel mala; ergo ſpecies , quæ eſt ex fine,non continetur ſub ſpecie,quæ eſt ex obiecto,ſicut ſub genere.

¶Hic D.S.cõparat diuerſitatẽ,quæ eſt ex fine, ad eã , quæ eſt ex obiecto. An,&c.Et eſt virtualiter qrere,an ſicut ex gñe,& ſpecie fit vnũ,ſic ex bonitate obiecti, & bonitate finis efficiat vna bonitas. Et aliqd p hoc,ꝙ hẽt bonitatẽ ex obiecto,& ex fine nõ habeat diuerſas ſpes morales,ſed vnã tm̃,ſicut ex hoc,ꝙ ſortes eſt homo,& aĩal,nõ eſt ſub diuerſis ſpecieb. vel an bonitas ex obiecto, & fine ſint duæ bonitates diſparatę, ita quòd ex parte obiecti ſit bonitas alterius

alterius rationis, quam ex parte finis. Et eſt etiam quærere, quæ alteri ſubordinetur, & quæ ſit generalior per diffuſionem,& participationem ſui a pluribus,& quaſi per prædicationem.

¶ Reſpondeo dicendum , quòd obiectum exterioris actus dupliciter poteſt ſe habere ad finem voluntatis . Vno modo ſicut per ſe ordinatum ad ipſum, ſicut benè pugnare per ſe ordinatur ad victoriam . Alio modo per accidens, ſicut accipere rem alienam per accidens ordinatur ad dandum eleemoſynam .

¶ D S.primò præmittit quandam diſtinctionem ex qua ſumitur duplex intellectus quæſiti. Secundò ſubiungit duas concluſiones præambulares; vnam ex qua patet quid ſit reſpondendum ad quæſitum quo ad ſecundum eius intellectum , ibi. Oportet autem , &c. Aliam ex qua reſpondet ſecundum intellectum primũ quæſiti,ibi. Si verò,&c. Dicit ergo primò,quòd obiectum exterioris actus dupliciter ſe habet ad finem voluntatis (.i. dupliciter ad ipſum & in ipſum ordinatur.) Vno modo per ſe,ex natura videlicet obiecti exterioris actus , quia videlicet actus citra obiectum ſuum de natura in talem finem ordinatur, vt patet exemplum in littera . Et ſicut patet de cõmeſtione & potatione , quæ ex natura ſua ordinantur in ſuſtentationem vitæ corporalis viuentis . Et ſicut actus rapinæ & furti & vſuræ , ordinantur ex natura in finem auariciæ. Similiter ſpecies fortitudinis (.ſ.fugere quãdo oportet ; aggredi quando oportet & ſuſtinere, vel ſtare in periculis quãdo oportet) omnes iſti actus ordinantur ad eundem finem per ſe,ſ. victoriam & ſalutem reipublicę, vel benè ſe habere ad terribilia . Similiter eſt de actibus liberalitatis , qui ſunt recipere quando oportet,& dare quando oportet, qui reſpiciunt finem proprium iſtius virtutis. Simile eſt in omnibus actibus ordinatis per ſe in finem proprium alicuius virtutis , qui ſecundum obiecta ſua ordinantur ex natura in vnum finem iſtius virtutis . Sicut comedere prout oportet,& abſtinere a cibo ſuperfluo,ordinantur in vnum finem temperantiæ ex natura . Secundum membrum eſt, ꝙ alio modo obiectum actus exterioris & actus circa obiectum ordinatur ad talem finem per accidens; non videlicet ex natura ſua , ſed ſolùm ex intentione, & voluntate talis agentis;nec ex natura habet,vt in talem finem ordinetur , immo poteſt è cõtra ordinari in oppoſitum finem, quantum de ſe eſt;vt patet in exemplo litteræ , ita ꝙ iſta diſtinctio æquipollet ei quæ habita eſt ſupra ex D.S.ar. 4.in qua dicitur,ꝙ eſt finis actus & finis agentis tantùm &c. Poteſt ergo quæſitum de vtroq; obiecto intelligi . An videlicet ſpecies bonitatis,quæ eſt ex fine contineatur ſub ſpecie bonitatis,quę eſt ex obiecto eiuſdem actus, quod obiectum ordinatur per ſe ex natura ſua in talem finem; vel ſecundò ex obiecto, quod ſolùm per accidens ordinatur in talem finem . Conſequenter cũ dicit .

Arist. text. 43.

¶ Oportet autẽ vt Philoſophus dicit in 7. Metaph.* ꝙ differentię diuidentes aliquod genus & conſtituentes ſpeciem illius generis per ſe diuidant illud; ſi autem per accidens, non rectè procedit diuiſio: puta ſi quis dicat , animalium aliud rationale aliud irrationale,& animaliũ irrationalium aliud alatum,aliud nõ alatum ; alatum.n. & non alatum nõ ſunt per ſe determinatiua eius, quod eſt irrationale . Oportet autem ſic diuidere animalium aliud habens pedes, aliud non habens pedes,& habentium pedes aliud habet duos,aliud quattuor,aliud multos ; hæc enim per ſe determinant priorem differentiã .

¶ Deducit primam concluſionem fundamentalem & præambularem talem . Vna iſtarum ſpecierũ, ſcilicet quę eſt ex obiecto non per ſe , ſed per accidens ordinato in finẽ agentis non eſt ſub alia , ſed tunc actus moralis eſt ſub duabus ſpeciebus quaſi diſperatis,ita ꝙ tunc habet duas bonitates in bonis,& duas malitias in malis;nec conſtituunt vnam ſpeciem moralem. Ex illa cõcluſione habetur quid ſit reſpondendum quæſito iuxta ſecundum intellectum eius;quia ſi per accidens ordinetur obiectum actus exterioris in finẽ voluntatis, tunc ſpecies bonitatis actus quæ ex tali obiecto eſt; non continetur ſub ſpecie bonitatis,quæ ex fine eſt nec econuerſo; probatur concluſio illa præambularis,& per conſequẽs i.la prima reſponſio tali ratione. Oportet ꝙ differentiæ diuidentes genus & conſtituentes ſpeciẽ iſtius generis per ſe diuidãt illud genus ; (ita videlicet ꝙ ſub ipſo genere per ſe contineantur & ratiõnẽ eius includant, & per ſe determinent ad ſpeciem includentem ipſum genus.) Si autẽ per accidens nõ rectè procedit diuiſio, (quia.ſ.per talem differentiam non conſtituitur ſpecies illius generis,ſed eſt proceſſus in infinitum,) ſed quando obiectum non eſt per ſe ordinatum ad finẽ,differentia,ſpecifica quæ eſt ex obiecto,non eſt per ſe determinatiua eius,quod eſt ex fine, nec econuerſo; igitur concluſio prima præambularis vera , & per conſequens prima reſponſio . Huius rationis D. S. primò præmittit maiorẽ, ſecundò minorẽ cũ concluſione ipſa,ibi. Sic igitur,&c.Maior ergo eſt Philoſophi.7.Metaph.tex.com. 43. in D. S. lectione 12. Et declaratur exemplariter, quia enim non alatum non per ſe determinat irrationale,nec ipſum p ſe poſitiuè includit,quia & homo eſt animal non alatum,& ſimiliter albũ & nigrũ non per ſe determinant habens pedes; ideo ibi nõ eſt cõtractio ad per ſe ſpeciem quæ faciat vnum cum diuiſo, vt patet ibidem . Conſequenter ibi.

¶ Sic igitur quando obiectum non eſt per ſe ordinatum ad finẽ,differentia ſpecifica quæ eſt ex obiecto non eſt per ſe determinatiua eius quod eſt ex fine,nec econuerſo; vnde vna iſtarum ſpecierum non eſt ſub alia , ſed tunc actus moralis eſt ſub duabus ſpeciebus quaſi diſperatis; vnde dicimus, quòd ille qui furatur,vt mechetur: committit duas malitias in vno actu .

¶ Subiungit minorem,quã D. S.relinquit nota ex hoc ipſo , ꝙ dicitur per accidens ſicut patet exemplariter in exemplo litterę,ꝙ furtũ ex natura non includit finẽ, qui eſt datio elemoſynæ , nec è contra , ſimiliter furtũ non includit mechari: quare eſt differẽtia per accidens , nec per conſequens vnũ peccatum formaliter , ſed plures deformitates ſpecificè diſtinctè. Vnde infert concluſionem ipſam pro prima parte eius probatam. Secundam verò partẽ probat per cõmune dictum. Vide de iſta ſecunda parte D. S. de Malo Mate.2.ar.6.ad tertium & ad duodecimum. Et quamuis hic quæſitũ ſit de ſpecie bonitatis tantũ iuxta verba , exemplificat tamẽ D. S.de malis, innuens ꝙ etiam in malis quæſitũ & reſponſum intelligi poſſit. Vnde tam in bonis, quàm in malis quando obiectum ordinatur in finẽ ſolũ propter intentionẽ agentis , tunc ſunt duæ partiales malitiæ , vel duæ partiales bonitates . Licèt poſſet dici vnũ peccatum propter vnitatem actus , eſt tamen multiplex propter multas diuerſas deformitates peccati. Sicut pomum eſt vnum quale propter vnitatem ſubiecti , ſed multiplex quale propter diuerſitatẽ coloris & ſaporis , vt habet D.S.vbi iam,ad duodecimũ. Patet igitur prima concluſio præambularis . Deinde cum dicit .

¶ Si verò obiectum per ſe ordinetur ad finem, vna dictarum differentiarum eſt per ſe determinatiua alterius; vnde vna iſtarum ſpecierum continebitur ſub altera .

¶ Subſumit & infert ſecundam concluſionem præambularem, ex qua patet ſecunda reſponſio ad quęſitum iuxta primum intellectum. Vnde D.S.primò ponit illam concluſionẽ, ſecundò ſubiungit reſpõſionem hanc ſecundam , ibi. Ad cuius euidentiã,&c. Concluſio ergo eſt ; quando obiectum per ſe ordinatur ad finem, tunc vna prædictarum differentiarum ex obiecto,& fine continebitur ſub alia (.i.habent vnam bonitatem tantùm ,) nec aliquis actus eſt in diuerſis ſpeciebus diſperatis. Probatur aſſumẽdo maiorem ſicut prius. Oportet,&c.ſed quando obiectum per ſe ordinatur ad finem,vna differentiarum eſt per ſe determinatiua alterius,ergo concluſio vera. Maior patuit ; minor relinquitur nota. Et patet per exempla præmiſſa circa principium . Sic fortiter ſuſtinere per ſe determinat finẽ fortitudinis,ſcilicet viriliter, & fortiter ſe habere in periculis; ſimiliter aggredi hoſtes ſecundum rationem per ſe includit finem fortitudinis,& fortitudinis finis per ſe in illis includitur . Deinde ibi .

¶ Conſiderandum autem reſtat quæ ſub qua. Ad cuius euidentiam primò conſiderandum eſt quòd quãtò aliqua differentia ſumitur a forma magis particulari , tantò magis eſt ſpecifica . Secundò quòd quantò agens eſt magis vniuerſale , tantò ex eo eſt forma magis vniuerſalis. Tertiò, quòd quantò aliquis finis eſt poſterior, tantò reſpondet agenti vniuerſaliori ; ſicut victoria quæ eſt vltimus finis exercitus,eſt finis intẽtus a ſummo Duce; ordinatio autem huius aciei vel illius,eſt finis intentus ab aliquo inferiorum ducum , & ex iſtis ſequitur,ꝙ differentia ſpecifica quæ eſt ex fine,eſt magis generalis; & differentia quæ eſt ex obiecto per ſe ad talem finem ordinato,eſt ſpecifica reſpectu eius;voluntas enim cuius proprium obiectum eſt finis , eſt vniuerſale motiuum reſpectu omnium potentiarum animę quarum propria obiecta ſunt obiecta particularium actuum .

¶ Reſpondet ad quæſitum iuxta primum intellectũ eius ; an. ſ. ſpecies bonitatis ex fine contineatur ſub ſpecie bonitatis,quæ eſt ex obiecto per ſe ordinato ad talem finem, aut econuerſo . Patuit enim iam ex ſecunda concluſione præambulari,quòd ſic,quando vna ſpecies illarum continetur ſub alia, ſed adhuc manet quæſtio quæ ſub qua,hoc ergo determinat tali cõcluſione . Species bonitatis quæ eſt ex fine in quem obiectum per ſe ordinatur,non continetur ſub ſpecie bonitatis quæ eſt ex obiecto ; ſed è contra ſpecies bonitatis quæ eſt ex obiecto, continetur ſub bonitate quæ eſt ex fine ſicut ſpecies ſub genere. Probatur. Differentia ſpecifica, q̃ eſt ex fine eſt magis generalis,& differẽtia quæ eſt ex obiecto ordinato per ſe ad talẽ finẽ eſt ſpecifica reſpectu eius ; ergo cõcluſio vera. Antecedẽs probat,ꝙa quãtò aliqua differẽtia,&c.vt ĩ lĩa ponitur

nitur vsque ad antecedens dictum, sed differẽtia obiecti sumitur a forma magis particulari, & est agentis magis particularis; differentia autem finis est agentis magis vniuersalis, & est posterior in executione, obiectum autem prius, ergo antecedẽs verum. Maior relinquitur nota. Minor probatur præsertim quo ad secundam partem, quia finis est obiectum voluntatis proprium quæ est vniuersale motiuum, &c. vt in littera. Et patet minor exemplariter; sicut voluntas intendens victoriam tanquam finem mouet ad diuersos actus circa diuersa obiecta, quæ per se cõtinentur sub fine communi; & ita finis quæ est victoria, vel voluntas intendens victoriam mouet ad diuersa, & in omnibus quæritur finis, qui est victoria; quare finis ille participatur in multis. Sed obiectũ cuiuslibet actus ordinati in finem non se extendit ad alios per imperiũ & participationem; & talis finis, s. victoria est primò quidem intẽta, sed posterior in executione, & respõdet duci exercitus. Similiter patet in exẽplis præmissis, qa finis per se fortitudinis, & voluntatis tendentis in finem ipsum est obiectum commune ad qđ voluntas imperat multos actus, in quibus omnibus cõtinetur ille finis, sed non è contra; sicut qui firmiter stat in periculis quærit finem fortitudinis, similiter qui aggreditur, sed non è contra quicunque fortiter facit habet se determinatè ad hunc actũ circa hoc obiectum. Vnde patet ex his, ꝙ bonitas quæ est ex fine in quem actus exterior circa obiectum ordinatur, est vniuersalior primo p imperiũ & motionẽ, atq; participationẽ, & per continentiã præceptiuã, quia. s. ipse mouet ad multos actus circa diuersa obiecta, & quia ab eis participatur & respicitur a multis non sic de bonitate, quæ est ex obiecto actus exterioris, quia illa nõ deriuatur in multos actus. Et secũdò potest esse aliquo modo vniuersalitas generis logici, quia videlicet nõ conuertitur existendi cõsequentia. Nã benè sequitur, ille aggreditur pericula ergo fortiter agit, sed nõ conuertitur, quia potest fortiter agere stando in periculis, & hmõi. Sed apud moralẽ non oportet, ita attendere ad vniuersalitatem logicã & prædicationis, sed magis vniuersalitatẽ intentionis & motionis, atq; participationis. Nota ex his, quia actus diuersi, circa diuersa obiecta, licèt distinguantur in esse naturæ ex obiectis; quia tamen in omnibus istis obiectis quæritur vna bonitas finis quã per se respiciunt; ideo sunt actus vnius bonitatis moralis specificè. Sicut oẽs actus fortitudinis circa diuersa sunt vnius speciei moralis, & actus vnius virtutis in cuius finẽ per se ordinãtur. Vnde voluit secunda conclusio virtualiter per oppositum ad primã, ꝙ talis actus exterior circa obiectũ non habet aliã bonitatem distinctã a bonitate finis moraliter loquendo; sicut patet in exemplis prædictis. Vnde ex hoc, ꝙ aliquis fortiter agit in tali obiecto, puta in aggrediendo hostes non habet aliam bonitatem, nisi bonitatem fortitudinis. Et quod dictum est in bonis, proportionabiliter debet intelligi in malis, quia plures actus per se ordinati in malum finem sunt omnes vnius speciei moralis, & non habent duplicem malitiam, sed vnam tantùm cum fine.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primã cõclusionem, quia species ex obiecto non per se ordinato in finem non continetur sub eo sicut species, nec è contra. Vnde maior debet intelligi, ꝙ generis sunt determinatæ differentiæ per se determinatiuè; tamen differentiæ per accidens possunt esse infinitę, vt patet, 7. Metaphy. supra.

¶ Ad minorem, falsa est de fine per se, sed vera de fine per accidens. Et probat, ꝙ finis per accidens non continetur sub bonitate obiecti, & hoc verum est; nec è contra; secus in per se ordinatis, vbi bonitas obiecti particularis est, & continetur sub bonitate finis, vt patuit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd secundum substantiam suam non potest aliquid esse in duabus speciebus, quarum vna sub altera non ordinetur; sed secundũ ea quæ rei adueniunt potest aliquid sub diuersis speciebus contineri; sicut hoc pomum secundum coloré continetur sub hac specie, scilicet albi, & secundum odoré sub specie benè redolentis; & similiter actus, qui secundum substantiam suam est in vna specie naturæ, secundum conditiones morales superuenientes ad duas species referri potest, vt supra dictum est. * ——— * q.1.art.3. ad tertium.

¶ Hoc primum argumentum militat contra primã conclusionem corporis, quæ admittit in per acc dens ordinatis vnam bonitatem non cõtineri sub alia, sed esse disparatas. Dico ergo ad minorem quæ vult, ꝙ possit idẽ contineri sub speciebus subordinatis, sicut sortes sub homine & animali, sed non disparatis. Negatur aũt de speciebus moralibus, &c. ad probationẽ, quia idem nõ potest esse in diuersis speciebus, non subalternis; verum essentialibus, tñ accidẽtalibus. Modo bonitas moralis, vel malitia habet se accidentaliter ad actũ in esse naturæ, & substantiali consideratum; sicut & idem corpus in specie est albi & in specie odoris, & idem homo est surdus & mutus. Vide de hac solutione in de Malo. Ma.2.ar.6.ad tertium, potest enim vnum subiectũ habere plures defectus, etiam specie distinctos, & non subordinatos. Et nota verbum, D.S. vbi iam q.7.ad 12, ꝙ quando actus habet duas malitias disparatas, tunc est vnum peccatum propter vnam substantiam actus, sed multiplex propter multas diuersas difformitates peccati, sicut pomum est vnum quale propter vnitatem subiecti, sed multiplex quale propter diuersitatem coloris & saporis, vt allegatum est in corpore. Negatur igitur consequentia in per accidens ordinatis, ibi enim nulla sub alia continetur, sicut per se species, vel per se differentia.

Cõceditur I naturalib.

¶ Ad secundum dicendum, quòd finis est postremũ in executione, sed est primum in intentione rationis; secundum quam accipiuntur moralium actuum species.

¶ Maior conceditur, ꝙ vltima differentia determinatiua per se præcedentis constituit speciem specialissimam, & in moralibus illa differentia dicitur vltima, quæ sumitur ex obiecto magis particulari alterius contractiuo, & quæ sumitur a posteriori in intentione. Ad minorem, negatur, ꝙ differentia ex fine cui obiectum per se subordinatur sit posterior in intentione; immo prius aliqs intendit victoriã quæ est finis, quàm velit hoc vel aliud facere, qđ ad victoriam ordinatur. Ad probationem dico, ꝙ finis habet rationem vltimi in executione, tamen habet rationem primi in intentione rationis; quare negatur consequentia. Sed oppositum est verum in per se ordinatis, quia prioritas moralis simpliciter est secundum viam intentionis, non executionis. Nota autem, quòd finis habet rationem primi in intentione rationis, non ꝙ intentio sit formaliter rationis, sed præsuppositiuè, quia voluntas non intendit nisi præuia apprehensione rationis. Nec loquitur hic D. S. de fine rationis sicut loquitur tertiò contra gentiles, c.9. vbi per finem intelligit rem & obiectum in ordine ad rationem, vt patuit intuenti. Sed vult ꝙ finis est prior ſm esse apprehensum & intentũ, quod habet per rationẽ, & potest hic per rationẽ intelligi rõ & voluntas vt capitur ratio, sicut cum dr voluntas esse in ratione.

¶ Ad tertiũ dicendum, ꝙ differentia cõparatur ad genus, vt forma ad materiã inquantum facit esse genus in actu; sed ẽt genus consideratur vt formalius specie inquantũ facit esse absolutius, & minus contractum; unde & partes definitionis reducũtur ad genus causæ formalis, vt dr in secũdò Phy. * & ſm hoc genus est causa formalis speciei, & tantò erit formalius quãtò communius. * Auer. text.

¶ Hoc argumentum tertium est ex quattuor terminis, nihilominus dico ad materiam. Ad maiorẽ, differentia quanto est magis formalis. i. in actu, tantò est magis specialis. Verum, sed quãtò magis formalis. i. absoluta & incontracta, tantò magis est specialis. Negatur minor, immo quantò isto modo formalior tantò generalior, quia communia sunt minus contracta, quàm specialia. Ad minorem est formalior. i. absolutior; sed non formalior. i. magis actu. Negatur consequentia, & stat solutio in hoc, ꝙ de ratione formalis sunt duo, esse actu, & esse incontractũ, ratione vnius genus & commune est formalius; ratione alterius species est formalior. Vnde partes definitionis eo ipso, ꝙ sunt minus contractè definito, ideo reducuntur ad genus causæ formalis, ideo genus est formalius, & sic etiam bonitas ex fine est formalior & communior, & per consequens bonitas ex obiecto, quia contractior, ideo continetur sub bonitate finis.

Vtrum aliquis actus sit indifferens secundum suam speciem.

AD octauum sic proceditur. Videtur ꝙ nõ sit aliquis actus indifferens ſm suã speciem; malum. n. est priuatio boni secundũ Aug. * sed priuatio & habitus sunt opposita immediata secundũ Philosophum, * ergo non est aliquis actus, qui secundum speciem suam sit indifferens; quasi medium existens inter bonum & malum.

H Aduersus ad 3. Et dicendum. Et Mal. c. 2. ar. 4. & 5. vbi loc. Et quæst. ar. 1. conc.

* Augu. In Enchirid. cap. 11.

¶ 2 Præterea. Actus humani habent speciem a fine vel obiecto, vt dictum est, * sed omne obiectum, & omnis finis habet rationẽ boni, vel mali; ergo omnis actus humanus secundum suam speciẽ est bonus, vel malus; nullus ergo est indifferens secundum speciem.

* In præcamenio de opposit.

¶ 3 Præterea. Sicut dictũ est, * actus dicitur bonus, qui habet debitam perfectionẽ bonitatis; malus cui aliquid de hoc deficit; sed necesse est, ꝙ omnis actus vel habeat totam plenitudinẽ suæ bonitatis, vel aliquid ei deficiat, ergo necesse est, ꝙ omnis actus secundum speciẽ suam sit bonus, vel malus, & nullus indifferens.

* q.1.art.3. ad primum.

¶ Sed contra est quod Aug. dicit, in lib. de ser. Do. in Mon. * ꝙ sunt quædam facta media, quæ possunt bono, vel malo animo fieri, de quibus est temerariũ iudicare; sunt ergo aliqui actus secundũ speciem suã indifferẽtes.

* Aug. ad 2.c.21.& 22.

¶ Hic

¶ Hic determinatur dubium quoddam circa prædicta, ex quo enim dictum est actum humanum distingui per bonum & malum, præsertim ex parte obiecti; dubium oritur circa hoc an de necessitate omnis actus sit bonus vel malus, vel aliquis indifferẽs qui nec sit bonus nec malus. Et quia indifferentia potest dupliciter cõsiderari circa actum, scilicet vel in specie, vel in individuo; ideo circa istud mouetur duplex dubium. Primò an aliquis actus sit indifferens ratione suæ speciei. Secundò an etiã in individuo.

¶ Nota autẽ quòd duplex est indifferentia actus humani. Vna quo ad bonitatem vel malitiam moralem. Alia quo ad bonitatẽ & malitiam Theologicam, D.S. igitur in his duobus articulis præsertim inquirit de indifferentia quo ad bonitatem & malitiam moralẽ, in secundò autem dist.40.& in de Malo Ma.2.ar.5. præsertim ad septimum, etiam determinat de indifferentia Theologica, quæ est nec esse meritum nec demeritum. In hoc ergo articulo determinat de indifferentia morali ſm speciem, & intelligitur indifferentia secundum speciem, (vt patet in ar. sequen.) negatiuè; non positiuè, & est sensus, an scilicet sit actus aliquis consideratus secundum speciem suam, quam habet ex obiecto, sine omnibus alijs, qui nec habeat vt sic bonitatem, nec malitiam moralem.

* art. 1.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ sicut dictum est, * actus omnis habet speciem ab obiecto, & actus humanus, qui dicitur moralis, habet speciem ab obiecto relato ad principium actuum humanorum, quod est ratio. Vnde si obiectum actus includat aliquid quod conueniat ordini rationis, erit actus bonus secundum suam speciem; sicut dare eleemosynam indigenti. Si autem includat aliquid quod repugnet ordini rationis; erit malus actus secundum speciem, sicut furari, quod est tollere aliena.

Conclusio responsi.

¶ D.S. respondet tali conclusione; tales actus (scilicet quorum obiecta non includunt aliquid pertinens ad ordinem rationis,) sunt indifferentes secũdum speciem suam. Probatur; si obiectum actus includat aliquid quod cõuenit ordini rationis erit actus bonus secundum speciem; si autem includat quod repugnat ordini rationis, erit actus malus secundum speciem, & sic si nullum horum includat, erit indifferens (i. neque bonus neque malus,) sed contingit, quòd obiectum actus nõ includit aliquid pertinens ad rationem; ergo sequitur conclusio. Huius rationis D. S ponit primò maiorem, secundò minorem cum conclusione, ibi. Contingit autem, &c. Maior ergo probatur a principio, quia sicut actus in communi habet speciem ab obiecto; sic actus moralis habet speciem, (scilicet moralem, quæ est bonum vel malum,) ab obiecto relato ad rationem, vt patuit art. 2. & 5. ergo sequitur maior pro omnibus suis partibus. Nota autem, quòd actus habet speciem moralem ex obiecto relato ad rationem, non quãcunq;, vel quomodocunque, sed ad rationem rectam & practicam, & secundum conuenientiam & repugnantiam; ita ꝙ ratio iudicet hunc actum magis debere fieri, quàm non fieri; ita quòd affirmatiua dictata per rationem sit magis vera & approbata per rectam rationem, quàm negatiua. Et declarat etiam maiorem exemplariter in littera, quia dare eleemosynam indigenti ex obiecto habet, vt approbetur per rectam rationem; tollere autem aliena habet, quòd reprobetur. Deinde ibi.

¶ Contingit autem, quòd obiectum actus non includit aliquid pertinens ad ordinem rationis; sicut leuare festucam de terra: ire ad campum & huiusmodi, & tales actus secundum speciem suam sunt indifferentes. ——

¶ Subiungit minorem, quam declarat exemplariter, subiungens etiam conclusionem, & patent. Nota hic, quòd D. S. dicit in hac conclusione; tales actus, (scilicet etiam particulariter, & in specie.) Ex quo patet, quòd indifferentia negatiua secundum speciem non solùm conuenit actui morali in genere, sicut in differentia ad visum, & cecitatem conuenit animali in genere, vel in differentia ad rationale & irrationale; sed ẽt conuenit tali actui morali in specie considerato, vt leuare festucam, ire ad campum: Vnde D S hic aliter loquitur de indifferentia actuum, quàm in 2. dist.40.ar.5. vbi loquitur de indifferentia secundum induiduum, & dicit, quòd talis indifferentia cõueniat vno modo actui abstracto significato in cõmuni, qui abstrahit a bonitate & malitia morali. Sed hic loquitur de indifferentia ex parte obiecti, & indifferentia secundum speciem, & vult ꝙ talis conueniat etiã actui tali in specie considerato, &c. Nota secundò circa conclusionem litteræ, ꝙ est differentia dicere, actus est ſm speciem indifferens, & dicere est indifferens ſm speciem, quia dictio indifferens includit negationem, & ſm ꝙ præcedit intelligitur oratio negatiuè, & est sensus; actus est indifferens. i. non habet bonitatem vel malitiam ſm speciẽ, qñ aũt sequit, oratio est affirmatiua, & est sensus, actus ſm se habet, vt non sit bonus vel malus; primus aũt sensus est verus, secundus falsus. Conclusio ergo litteræ non intelligenda est secundum verba, sed secundum sensum; pro quõ fit non quem facit, vt patebit ar. sequen. ad primum, vbi habetur quòd oratio debet intelligi negatiuè, sic quòd actus non habet bonitatẽ vel malitiam secundum speciem; vnde posui conclusionem in sensu in quo fit licèt in littera aliter habeantur verba. Vide de Materia huius articuli D.S. in de Malo. Ma. 2. art. 4. & 5.

Differũt secundũ speciẽ indifferens, & indifferes secundu speciem.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsiuam, ideo conceditur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd duplex est priuatio, quædam quæ consistit in priuato esse, & hæc nihil relinquit, sed totum aufert, vt cęcitas totaliter aufert visum, & tenebra lucem, & mors vitã, & inter hanc priuationem & habitum oppositum nõ potest esse aliquod medium, circa proprium susceptibile. Est autem alia priuatio, quæ consistit in priuari; sicut ægritudo est priuatio sanitatis, non quòd tota sanitas sit sublata, sed quòd est quasi quædam via ad totalem ablationem sanitatis, quæ fit per mortem, & ideo talis priuatio cum aliquid relinquat non semper est immediata cum opposito habitu; & hoc modo malum est priuatio boni, vt simplicius dicit in commento super libro prædicamentorum, quia nõ totum bonum aufert, sed aliquid relinquit; vnde potest esse aliquod medium inter bonum, & malum.

¶ Ad maiorem, post D.S. in de Malo. Ma. 2. art. 5. ad tertium, &, Ma. 1. ar. 2. per totum, vera est in naturalibus, ibi enim malum dicit priuationem, & tamen non puram etiam, quia malum nõ priuat totum bonum, sed relinquit saltem bonum quod est subiectũ mali, licet tollat perfectionem oppositam. Sed negatur maior in moralibus, vbi bonum & malum opponuntur contrariè, quia & malum aliquid ponit, s. actum circa obiectũ positiuum, quod habet tamen annexam priuationem ordinis rationis, vt patuit ar. 5. ad secũdum. Et dico, ꝙ inter contraria datur medium etiam eiusdem generis, & sic inter actum, qui habet obiectum conueniens, & inter actum qui habet repugnans, datur qui nec habet conueniens, nec repugnans. Ad minorem, distinguitur a D.S. hic, quia vera de priuatione pura, qa talis opponitur immediatè circa proprium susceptibile, licèt non immediatè simpliciter. Sed illa minor est falsa de priuatione impura, quia illa relinquit medium in eodem genere, quia relinquit aliquid de habitu, & ideo non est simpliciter sine medio etiã circa idem susceptibile; quia illud imperfectum relictum manet cum tali priuatione impura, quæ consistit in priuari. Dico autem, quòd esto priuatio sit immediata; nõ tamen contrarium, quare negatur consequentia, quia indifferens est medium inter bonum & malum moralia, quæ sunt cõtraria. Aduerte, quòd D. S. in de Malo. Ma. 1. vbi iam distinctionem quam hic ponit de priuatione applicat de bono & malo rerum, & vult, quòd quia malum etiam in rebus non tollit totum bonũ, ideo dicitur quandoque contrarium, & ad hoc allegat ibidẽ. Simplicium, secundum quem dicit inter bonum & malũ inueniri medium in moribus, sicut actus indifferens est medium. Et ita posset videri, quòd hæc solutio non deseruiret ad propositum de bono & malo in moralibus. Sed benè consideranti & solutio ad propositum valet, quia ostendit minorem non esse vniuersaliter veram, quia non de priuatione impura, siue quæ consistit in priuari, quia ibi mediat aliquod positiuum, ergo poterit in moralibus etiã mediare aliquod positiuum, scilicet obiectum nec cõueniens, nec repugnãs. Et sic habetur intentũ articuli, quamuis D.S. in de Malo. semper dicat bonum & malum in moribus opponi contrariè, & tunc est facilior solutio. Vnde dicit in de Malo. Ma. art. 2. ς. ad 3. Bonum & malum in moribus opponuntur contrariè, & non ſm priuationem & habitum, malum enim ponit aliquid inquantum consequitur quendam ordinem, vel modum, vel speciem. Vnde nihil prohibet de ea opponi mediatè, sicut Philosophus ponit. Sed malum in natura consequitur priuationem simpliciter; vnde bonum & malũ naturæ, licèt nõ sint immediata simpliciter, sunt tamen immediata circa proprium susceptibile. Hæc illæ. Ex quibus patet, ꝙ ponit bonum & malũ contrariari in moralibus. Nec te moueat verba D.S. in 2. dist. 40. ar. 5. vbi dicit, Ea solùm esse media tatione priuatiuę oppositionis, scilicet mediata simpliciter, quia videlicet datur actus, qui in communi, & actus imaginationis, qui nec est bonus nec malus, loquitur enim ibidem de bono & malo, ex circunstantijs, quæ sunt immediata circa proprium susceptibile, quæ secundum D.S. de Malo, supra art. 5. etiam sunt immediata, scilicet circa proprium susceptibile, sunt tamen mediata simpliciter, quia actus imaginationis, nec est bonus, nec malus. Vnde loquendo de bonitate, & malitia secundum circunstantias, tũc solùm inuenitur medium ratione priuationis, quia videlicet datur subiectũ non capax bonitatis, nec per consequens malitiæ, vt D.S. loquitur in 2. Sed loquendo de bono & malo secundum speciem, tunc datur medium ratione contrarietatis, i. ratione positiui & obiecti, vt intelligit D.S. in de Malo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd omne obiectum, vel finis, habet aliquã bonitatem, vel malitiã saltẽ natu-

ralem, non tamen ſemper importat bonitatem, vel malitiam moralem, quæ conſideratur per comparationem ad rationem, vt dictum eſt, * & de hac non agitur.

* In cor.

¶ Ad maiorem, actus humani habent ſpeciem a fine, vel obiecto. Dico quòd ab obiecto ſecundum ſe, quod eſt finis mediatus, habent ſpeciem naturæ, ſed ab eo in ordine ad rationem habent ſpeciem moris. Minor negatur de bonitate morali; multi ſunt enim actus quorum obiecta nullam bonitatem moralem includunt, nec finis eorum bonitatem moralem habet; leuare enim feſtucam non dicit aliquid pro vel contra rationem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non quicquid habet actus pertinet ad ſpeciem eius; vnde & ſi in ratione ſuæ ſpeciei non contineatur quicquid pertinet ad plenitudinem bonitatis ipſius, non propter hoc eſt ex ſpecie ſua malus, nec etiam bonus; ſicut homo ſecundum ſuā ſpeciem neque virtuoſus, neque vitioſus eſt.

¶ Maior conceditur, quòd eſt bonus qui habet debitam bonitatem, & ſecundùm quòd debetur ſibi, ſimiliter eſt malus qui deficit defectu priuatiuo, & ſecundum quòd deberet habere. Et dico circa ſecundam partem, quòd actus ſecundum ſpeciem eſt malus, non quia non habeat bonitatem & conformitatem, ſed quia habet malitiam & difformitatem; negatio enim nō facit malū, ſed priuatio debiti, & ſecundum quòd debetur; dico autem quòd multis actibus non debetur aliqua bonitas ſecundùm ſpeciem, ſed ſi erunt boni vel mali, erit aliunde, ſcilicet ſecundùm circunſtantias. Ad minorem, ſi intelligitur quòd actus neceſſariò habeat plenitudinem, vel deficiat ſecundum ſpeciem conſideratus, negatur. Et dico, quòd ſi non habeat ſecundum ſpeciem non propterea eſt malus, quia non debetur ſibi ſecundum ſpeciem; ſi autem intelligitur minor quòd actus neceſſariò habet plenitudinem, vel deficit ſecundum quòd exercetur ſecundum individuum, conceditur, & concedo conſequenter, quòd nullus vt ſic, eſt indifferens, vt patebit ar. ſequen. Sed negatur conſequentia, quòd nullus ſit indifferens ſecundum ſpeciem. Vide ſimilem ſolutionem Scoti, in 2 diſt. 41. ad primum, vbi dicit. Non dicitur actus malus ex hoc ſolo quòd caret bonitate tali vel tali, ſed quia caret bonitate, quā debet habere; vnde carere in plus eſt quàm priuatum eſſe.

Scotus.

Vtrum aliquis actus ſecundum individuum ſit indifferens.

A D nonum ſic proceditur. Videtur quòd aliquis actus ſecundum individuū ſit indifferens: Nulla enim ſpecies eſt quæ ſub ſe non contineat, vel continere poſſit aliquod individuum; ſed aliquis actus eſt indifferens ſecundum ſuam ſpeciem, vt dictum eſt, * ergo videtur quòd aliquis actus individualis poteſt eſſe indifferens.

8. diſt. 40. ar. 5. co. Et 4. diſt. 26 q. 1. art. 4 corp. Mal. q. 2. artic. 5.

* ar. præcedē.

¶ 2 Præterea. Ex individualibus actibus cauſantur habitus conformes ipſis, vt dicitur in 2. Ethic. * ſed aliquis habitus eſt indifferens. Dicit enim Philoſophus in 4. Ethic. * de quibuſdam, ſicut de placidis, & prodigis, quòd non ſunt mali, & tamen conſtat quòd nō ſunt boni, cum recedant a virtute; & ſic ſunt indifferētes ſecundum habitum, ergo aliqui actus individuales ſunt indifferentes.

* Ariſt. ca. 1. & 2.

* Ariſt. c. 6.

¶ 3 Præterea. Bonum morale pertinet ad virtutem, malum autem morale pertinet ad vitium; ſed contingit quandoq; ꝙ homo actū, qui ex ſpecie ſua eſt indifferēs non ordinat ad aliquem finem vitij, vel virtutis; ergo cō tingit aliquem actum individualem eſſe indifferentem.

* Greg. Homil. 16. in Euang.

¶ Sed contra eſt quod Grego. dicit in quadā Omel. * Ocioſum verbum eſt, quod vtilitate rectitudinis, aut ratione iuſtę neceſsitatis, aut pię vtilitatis caret; ſed verbū ocioſum eſt malum, quia de eo reddent homines rationem in die iudicij; vt dicitur Matth. 12. ſi autē nō caret ratione iuſtę neceſsitatis, aut pię vtilitatis eſt bonū, aut malū; pari aūt rōne & quilibet alius actus, vel eſt bonus, vel malus; nullus ergo individualis actus eſt indifferēs.

¶ Quia aliquid poteſt alicui conuenire ex ſe negatiuè, & tamē oppoſitum eius poteſt ſibi conuenire per aliquid ſuperadditū, ſicut lib. ar. creatū ex ſe negatiuè habet ſe indifferēter ad bonū, & malum, & tamen per gloriā determinatur ad bonum, & per obſtinationem ad malum. Sic quamuis actus ſit indifferens ſecundū ſpeciem, i ex ſe non habeat bonitatem vel maliciam, tamē ex ſuperaddito poteſt ſibi conuenire bonitas vel malitia. Quare ſtant bene ſimul, quòd actus aliquis ſit indifferens ſecundum ſe negatiuè, i. cum accipitur ſine ſuperadditis ſuæ ſpeciei, & tamen quando ſuperadduntur aliqua, amittat illam indifferentiam; actus autem in individuo (prout ſcilicet exercetur hic & nunc propter finem) aliquid ſuperaddit, ideo iſti duo arti. non repugnant.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd contingit quandoq; aliquem actum eſſe indifferentem ſecundum ſpeciem; qui tamen eſt bonus, vel malus in individuo conſideratus; & hoc ideo, quia actus moralis; ſicut dictū eſt; * nō ſolùm habet bonitatem ex obiecto a quo habet ſpeciē, ſed ēt ex circunſtantijs, quæ ſunt quaſi quædam accidētia, ſicut aliquid conuenit individuo hominis ſecūdum accidentia individualia, quod non conuenit homini ſecundum rationem ſpeciei.

* art. 3.

¶ D. S. primò præmittit quandam cōcluſionem fundamentalē, ſecundò ſubiungit duas concluſiones reſponſiuas, primam ibi. Et oportet, &c. ſecundam ibi. Si autem non &c. Concluſio præmbularis; oſtendens compoſsibilitatē concluſionis præcedentis articuli & huius. Contingit quandoque aliquem actum eſſe, &c. vt in principio litteræ. Probatur. Actus moralis non ſolùm habet bonitatem ex obiecto ex quo habet ſpeciem, ſed etiam ex circūſtantijs, ergo concluſio vera. Tenet conſequentia, quia ex quo nō ſolùm habet ex obiecto bonitatem; poterit non habere bonitatē ex obiecto & ſpecie, & tamen ex circunſtātijs. Antecedens patet ex art. 3. & declaratur exemplariter in ſimili. Et poſſet ſic argui, actus in individuo conſideratur ſecundum circūſtantias; ſecundū ſpeciem autem ſecundum obiectum, ſed contingit ꝙ actus qui nō habet bonitatem vel malitiā ſm obiectū, habeat bonitatē, vel malitiam ſm circunſtantias, ergo concluſio vera. Minor iſta probatur ratione, & a ſimili, &c. in littera. Et nota verba D. S. cum dicit, conuenit aliquid in individuo quod non conuenit ſm ſpeciem. Ex quo habetur, ꝙ indifferentia iſta eſt intelligēda negatiuè, &c. Nota circa hanc minorē, ꝙ eſto poſsibile ſit, ꝙ idē actus ſm obiectum indifferens poſsit eſſe actus ſm ſpeciem indifferens, & eſſe finis, ſicut ſi aliquis deliberatè vadat, vt leuet feſtucam, ibi leuatio feſtucę eſt finis iſtius trāſitus, tamen inquantum eſt circunſtantia finis non eſt indifferens, quia ad minus vt eſt finis eſt ocioſus, & vanus; ſed nec vana & ocioſa ſunt indifferentia, immo mala, de quibus eſt reddēda ratio in die iudicij. Quare minor eſt valde vera etiam quando idem actus indifferens ſm ſpeciem, & tamen eſt finis, multo magis quādo aliud eſt actus indifferens, aliud circūſtantia vel finis. Patet ex hac concluſione præambulari, quia ſtant ſimul actum eſſe indifferentem ſecundum ſpeciem; & tamen non eſſe indifferentem in individuo. Conſequenter cum dicit.

Concluſio præmbularis.

¶ Et ideo oportet, quòd quilibet individualis actus habeat aliquam circunſtantiam per quā trahatur ad bonū vel malū, ad minus ex parte intentionis finis; cum enim rationis ſit ordinare actus a ratione deliberatiua procedens, ſi non ſit ad debitū finē ordinatus, ex hoc ipſo repugnat rationi, & habet rationem mali. Si verò ordinetur ad debitum finem cōuenit cum ordine rationis vnde habet rationem boni; neceſſe eſt autem, ꝙ vel ordinetur, vel non ordinetur ad debitū finem; vnde neceſſe eſt omnem actum hominis a deliberatiua ratione procedentem in individuo conſideratū, bonū eſſe, vel malū.

¶ Rādet quæſito tali concluſione prima, neceſſe eſt oēm actum hominis a deliberatiua ratione procedentē in individuo cōſiderata tum bonū eſſe vel malū. Probatur, oportet ꝙ quilibet individualis actus, (ſcilicet ex deliberatione procedens) habeat circunſtantiā per quā trahatur ad bonū vel malum, ergo concluſio vera, ꝙ nullus in individuo eſt indifferens. Iſtud antecedens vnum ſuppo nit, ſ. ꝙ quilibet individualis actus habeat circūſtātias. Iſtud patet ex dictis, quia p hoc differt ab actu cōſiderato in ſpecie, ꝙ in individuo includit circunſtantias, non autem in ſpecie. Aliud autē dicit, ꝙ per circunſtantiam neceſſariò trahatur ad bonum vel malum. Quod probatur ſic, neceſſe eſt ꝙ quilibet actus in individuo, (id eſt hic & nunc ex deliberatione factus) ordinetur ad debitū finem, & ſic eſt bonus; vel non ordinatur ad debitum finem, & ſic eſt malus. Antecedens probatur, quia quilibet actus individualis deliberatus procedit a ratione; ſed rationis eſt ordinare in finem; ita ꝙ ordinet in debitum finem, & ſi non ordinet erit peccatum. Et nota fundamentum in iſta re, quia actum etiam ex ſpecie indifferentem nunquā debet homo facere, niſi propter iuſtā neceſsitatē, vel piā vtilitatē: Vnde ſi iſta deſint, aliquis faciendo peccabit ad minus venialiter. Quare actus ex deliberatione factus ſemper debet ordinari in neceſſarium, vel pium finem, quod ſi factum nō fuerit, erit peccatum. De hoc D. S. in de Malo Ma. 2. ar. 5. ſic dicit, Non poteſt contingere, quòd actus ſingularis, ſine circunſtantijs fiat, quæ ipſum rectum faciant, vel indirectum. Si enim fiat

Fundamentum huius.

fiat quodcunque quando oportet, & vbi oportet, & ſicut oportet, huiuſmodi actus eſt ordinatus, & bonus; ſi verò aliquod bonum deficiat, actus eſt inordinatus, & malus, & hoc maximè conſiderari poteſt in circunſtantia finis. Quod enim fit propter iuſtam neceſſitatem, vel propter piam vtilitatem laudabiliter fit, & bonus eſt actus; quod verò caret iuſta neceſſitate, & pia vtilitate ocioſum reputatur, vt Greg. dicit. Ocioſum autem verbum, eſt peccatum, & multo magis factum; dicitur enim Math. 12. Omne verbū ocioſum &c. hæc ille. Ex quibus patent, quæ dicta ſunt. Conſequenter ibi.

Gregor. Matth. 12.

¶ Si autem non procedit a ratione deliberatiua, ſed ex quadam imaginatione; ſicut cum aliquis fricat barbam, vel mouet manum, aut lapidem; talis actus non eſt propriè loquendo moralis, vel humanus; cum hoc habeat actus a ratione; & ſic erit indifferens, quaſi extra genus moralium actuum exiſtens.

¶ Subiungit ſecundam concluſionem reſpōſiſtam, Actus hominis etiam individualis, qui non procedit ex ratione deliberatiua, ſed ex quadam imaginatione, eſt indifferens. Et ponit D. S. exē pla, & probatur concluſio; talis actus non eſt propriè moralis, vel humanus; ergo non eſt bonus, vel malus moraliter, ſed indifferens. Antecedens patet; quia actus habet eſſe moralis, quia a ratione deliberata; cum ergo talis non ſit a ratione deliberata; ſequitur antecedens. Tenet conſequentia, quia bonum & malum ſunt proprietates actus moralis; ergo ſi actus non eſt moralis non erit bonus, vel malus, & nota verbum D. S. (Et ſic erit indifferens quaſi extra genus moris exiſtens) quia aliter eſt indifferens actus in ſpecie; aliter actus indeliberatus ſecundùm circunſtantias, qa primus quaſi medium einſdem generis inter contraria, vel indifferēs priuatiuè eo modo priuationis, quia aliquid ſui generis natum eſt habere bonitatem, vel malitiā ex ſpecie. De quo modo priuationis. 1. par. q. 33. ar. 4. ad ſecundum. Sed actus indeliberatus, & ex ſola imaginatione eſt indifferens negatiuè; tanquàm non contentus ſub proprio ſuſceptibili bonitatis, vel maliciæ; ſic lapis dicitur nec cecus nec videns. Nota ex his, quòd mens D. S. eſt loq de actu imaginationis, qui nullo modo eſt moralis, quia non deliberatus, nec uoluntarius per conſequens directè vel indirectè. Et per conſequens non intelligitur dictum concluſionis de actu imaginationis impedibilis, & indirectè ſaltem voluntario, qui videlicet quantum ad ſingulos poteſt impediri, ſed intelligit de motu ſequente imaginationem non impedibilem, qui conſurgit ex diſpoſitione naturali, vel ex occurſu alicuius obiecti exterioris ſubito. de hoc

Concluſ. 2.

*Durādus. q. 17. Vnde inſtantia Durandi, quæ habetur apud Cap. in 2. diſtin. 40. arg. 2. contra primam concluſionem; non uadit contra mentē D. S. vide Cap. ad longum. Vide & infra q. 74. artic. 3. ad ſecundum vbi multa dicentur de huiuſmodi motibus imaginationis &c. Nota quòd Scotus in ſecundo di. 41. vult quòd detur actus indifferens etiam in individuo ex deliberatione factus, quia actus genē ratiuus virtutis exiſtens determinati obiecti, & ſpeciei naturalis determinatę eſt indifferens, vtpote non bonus, nec malus moraliter. Sed hoc dictum Scoti interimit D. S. prima ſecundæ q. 100. ar. 9. & in de virtutibus ma. 1. q. 9. ad 13. & in ſecundo di. 28. q. 1. ar. 1. ad 5. & in de malo. mate. 2. ar. 4. ad 11. Vbi oſtēdit, quòd actus prę cedentes habitum ſunt boni moraliter, licet nō procedant ex habitu virtutis. Procedunt autem ex recto dictamine rationis circa materiam de ſe bonam. Vnde eſſe ex habitu eſt bonitas exuberās, & non neceſſaria ad actum moraliter bonum. Nota etiam, quia Scotus ibidem contrariatur D. S. in de malo. mate. 2. ar. 5. ad 7. & ſimiliter in 2. di. 4. ar. 5. de indifferentia actuum quo ad meritum, & demeritum, vbi D. S vult quòd nullus actus humanus ſecundū individuum in habente gratiam eſt indifferens hoc modo, licet in non habente poſſit eſſe indifferens, vt patet ibidem. Sed quia argumenta Scoti fundantur in relatione actuum in Deum, & male accepit quod D. S. intelligat per referri virtualiter in Deum. Et quia de iſta materia infra dicetur ex intentione, q. 88. ar. 1. ad ſecū dum, & q. 100. ar. 10 per totum; ideo vide infra, & Capr. in 2. di. 40. circa ſecundam concluſionem.

Scotus.

Capreolus

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primā concluſionem reſponſiuam, & probat quòd nullus actus eſt indifferēs in individuo propter circunſtantiam ſaltem finis. Vide D. S. in ſecundo vbi immediatè, quia aliqui malè ſenſerunt circa id, quod tangit hoc argū dicentes facta eſſe indifferentia, non autē verba.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd aliquem actum eſſe indifferentem ſecundùm ſuam ſpeciem poteſt eſſe multipliciter. Vno modo, ſic quòd ex ſua ſpecie debeatur ei, quòd ſit indifferens, & ſic procedit ratio; ſed tamē iſto modo nullus actus ex ſua ſpecie eſt indifferens; non enim eſt aliquod obiectum humani actus, quod non poſſit ordinari, vel ad malum, vel ad bonum per finem vel circunſtantiam. Alio modo poteſt dici indifferens ex ſua ſpecie, quia non habet ex ſua ſpecie, quòd ſit bonus, vel malus; vnde per aliquid aliud poteſt fieri bonus, vel malus; ſicut homo non habet ex ſua ſpecie, quòd ſit albus, vel niger, nec tamen habet ex ſua ſpecie, quòd nō ſit albus, aut niger; poteſt enim albedo, vel nigredo ſuperuenire homini aliunde, quàm a principiis ſpeciei.

* In cor.

¶ Maior vera, ſaltem loquendo de ſpecie, vt habet eſſe intellectum a nobis; ſic enim omnis ſpecies communis eſt. Dico etiam circa maiorem, quòd quicquid conuenit ſpeciei poſitiuè in primò vel ſecundò modis, etiam conuenit individuis, ſed non oportet quòd id quod negatur de ſpecie ſecundùm ſe conſiderata negatiuè (i. nudæ ſine aliis) negetur de individuis, quibus aliquid conuenire poteſt ratione eorum, quæ ſpeciei ſuperadduntur; ſicut patet in exēplo literæ de albo, & nigro reſpectu hominis &c. Ad minorem dico, quòd aliquis eſt indifferens ſecundùm ſpeciē negatiuè. i. aliquis actus non habet ſecundùm ſpeciem bonitatem, vel maliciam; ſed non eſt ſecūdùm ſpeciem poſitiuè; quaſi ex ſpecie habeat, vt non poſſit eſſe bonus, vel malus, & capitur ſecundū ſpeciem non cauſaliter, vel reduplicatiuè, ſed ſpecificat ſolitudinem ſpeciei actus. Quare negatur cōſequentia, de actu individua li deliberato, quia tali neceſſariò conuenit finis, per quem eſt bonus, vel malus, vt patuit, D. S. reſpondet principaliter ad minorem, quia procedit ex malo intellectu, quaſi eſſe indifferens dicatur poſitiuè, ita quòd actus ex ſpecie habeat, quòd non ſit bonus, vel malus, qui ſenſus negatur; ſed intelligitur negatiuè, ita quòd non habet ex ſpecie, poteſt tamen aliunde habere &c. Similia habentur apud artes, quia iſta eſt vera humanitas ut ſic, non eſt vniuerſalis; non tamen iſta, humanitas ut ſic, eſt non vniuerſalis. Sic in propoſito aliquis actus ſecundùm ſpeciem non habet bonitatem, vel maliciam; ſed iſta eſt falſa habet ex ſpecie, vt non ſit bonus, vel malus; ſi enim ſecundus ſenſus eſſet verus procederet argumentum, quòd aliquod individuum eius haberet, vt eſſet indifferens.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Philoſophus dicit illum eſſe malum propriè, qui eſt aliis hominibus nociuus, & ſecundùm hoc dicit prodigum non malum, quia nulli alteri nocet, niſi ſibiipſi; & ſimiliter de omnibus aliis, qui non ſunt proximis nociui. Nos autem hoc dicimus malum communiter omne, quod eſt rationi rectæ repugnans, & ſecundùm hoc omnis individualis actus eſt bonus, vel malus, vt dictum eſt. *

* In cor.

¶ Minor negatur; ſi malū dicatur, vt hic loquimur, omne quod eſt inordinatum, & rationi repugnans: Philoſophus autem accipit malum magis ſtrictè pro nociuo, & ſic placidus (qui ſcilicet omnia dicta, & facta commendat, ut homines delectet) nō eſt malus; negatur autem conſequentia, quia licet non ſit malum, qa nociuum, eſt tamen malum, quia inordinatum, & ſic non eſt mediū inter bonum & malum generaliter acceptum. Philoſophus enim ſecundùm Doct. S. in ſecundo ſtrictius accipit malum, quàm nos hic accipimus. Nota D. S. ſecunda ſecundæ q. 115. ar. 1. quòd ſi quis in omnibus velit ad delectationem alteri loqui, excedit modum in delectando, & ſi hoc faciat ſola intentione delectandi, vocatur placidus ſecundùm Philoſophum. Si autem faciat hoc intentione alicuius lucri conſequendi, vocatur blanditor, vel adulator. Amicitia autem, vel affabilitas quærit delectare eos quibus cō uiuit, ſed propter bonum conſequendum, vel malum vitandum non veretur contriſtare &c. de prodigalitate ibidem q. 119.

Placidus
Adulator
Affabilis

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnis finis a ratione deliberatiua intentus pertinet ad bonum alicuius virtutis, vel ad malum alicuius vitij; nam hoc ipſum quod aliquis agit ordinatè ad ſuſtentationem, vel quietem ſui corporis, ad bonum virtutis ordinatur in eo qui corpus ſuum ordinat ad bonum virtutis: & idem patet in alijs.

¶ Minor negatur de actu procedente ex ratione deliberata, vbi intenditur aliquis finis ex rationis ordinatione, quia ſi refert actum illum in finem etiam qui eſt ſolatium corporis, & corpus ſuum ordinat ad virtutem ſaltem virtualiter; tunc eſt actus virtutis. Si autem ordinet in aliquid quod vlterius refert in finē malum, erit actus vitij &c.

¶ Nota quòd D. S. loquitur in ſolutione de bonitate morali; quare ſi quis quærat aliquid propter aliquem finem conuenientem homini, vel ſecundùm animam, vel ſecundùm corpus, vel ſecundùm res exteriores; erit actus bonus ſecūdùm virtutem ciuilē, quæ dirigit in omnibus, quæ ſunt corporis, & etiam, quæ propter corpus quærūtur. Vnde ſi his aliquis mediocriter vtatur, erit vſus rectus; ſi autem ſecundùm abundantiam, & defectum erit vſus vitioſus virtuti oppoſitus; vnde actus virtutis politicæ eſt bonus, & ſi ſit gratia informatus erit meritorius, vt habet D. S. in ſecundo ſupra.

Vtrum aliqua circunſtantia conſtituat actum moralem in ſpecie boni vel mali.

B

Sup. arti.5. ad 4.& inf. art.11. cor. & q.73.art. 7.cor.& ad 1.Et 2.d 36 ar.5.cor.Et 4 di.16.q.3 artic.2 q.3. cor.& d.41. artic 4.q.1. cor.& Mal. q. 2.ar.6.p to. & ar.7. cor. & q.7. ar.4.cor. * q.7.art.1.

AD decimum ſic proceditur. Videtur quòd circunſtantia non poſſit conſtituere aliquam ſpeciem boni vel mali actus, ſpecies enim actus eſt ex obiecto, ſed circunſtantiæ differunt ab obiecto;ergo circunſtantiæ non dant ſpeciem actus.

¶ 2 Præterea. Circunſtantiæ comparãtur ad actum moralem,ſicut accidentia eius, vt dictum eſt;* ſed accidens non conſtituit ſpeciem;ergo circunſtantia non cõſtituit aliquam ſpeciem boni vel mali.

¶ 3 Præterea.Vnius rei nõ ſunt plures ſpecies,vnius autem actus ſunt plnres circunſtantiæ; ergo circunſtantia non conſtituit actum moralem in aliqua ſpecie boni,vel mali.

¶ Sed contra.Locus eſt circunſtantia quædam, ſed locus conſtituit actum moralem in quadam ſpecie mali, furari enim aliquid de loco ſacro eſt ſacrilegium'; ergo circunſtantia conſtituit actum moralem in aliqua ſpecie boni vel mali.

¶ Hic oſtẽditur quomodo bonitas,vel malitia,quæ eſt ex parte circunſtantiarum, diuerſificet actum moralem.Et circa hoc primò oſtenditur,quòd aliqua circunſtantia poteſt diuerſificare ſpeciem boni, vel mali. Secundò oſtenditur, quæ circunſtantia hoc poſſit ar.ſequen.Et nota tenorem quæſtionis,quia non quærit,an circunſtantia poſſit conſtituere ſpeciem actus,ſed quærit, an poſſit conſtituere ſpeciem boni vel mali actus.i.ſpeciem moralem, quæ eſt bonitas, vel malicia talis.i.facere, quòd actus habeat aliquam ſpeciem moralem aliam,quàm ex obiecto. Iſta enim multum differunt, quia primum non poteſt, niſi ſit obiectum actus, vel motiuum. Secundum autem poteſt quicquid diuerſificat per ſe habitudinem actus ad rectam rationem per ſe.

¶ Reſpondeo dicendum,quòd ſicut ſpecies rerum naturalium cõſtituuntur ex naturalibus formis ; ita ſpecies moralium actuum conſtituuntur ex formis prout ſunt a ratione conceptæ;ſicut ex ſupra dictis patet. *

* Ar.3.

Concluſio reſponſi.

¶ D.S.reſpondet tali concluſione. Oportet quòd circunſtantia reſpiciens ſpecialem ordinem rationis,vel pro vel contra,det ſpeciem actui morali, vel bono, vel malo ; & vult iſta concluſio , q circunſtantia non vt circunſtantia determinãs, & modificãs prio rem bonitatem,vel maliciam,quæ eſt ex obiecto ; ſed vt ipſa per ſe habet conuenientiam , vel repugnantiam ad rationem ; ſic dat ſpeciem actui morali,vt ſic.i.facit ſpecialem maliciam, vel bonitatem ſpecificam,probatur. Sicut ſpecies rerum naturalium conſtituuntur ex naturalibus formis ; ita ſpecies moralium actuum ex formis.i.ex obiectis,vel conditionibus circa obiecta, per ſe reſpicientia rationem pro vel contra,prout ſunt conceptæ;ſed circunſtantia aliqua poteſt concipi ut forma moralis actus, vt per ſe habens conuenientiam,vel repugnantiam ad rationẽ;ergo per hunc modum poteſt conſtituere ſpeciem moralem, quæ eſt bonum,vel malum,huius rationis D. S. ponit primò maiorem, ſecundò probat minorem ibi, Quia verò &c.tertiò infert concluſionẽ,ibi . Et per hunc &c. Maior ergo pro prima parte nota , & pro ſecunda patet ex ar.5. vbi dictum fuit , quòd ſpecies moralis actus eſt per habitudinem ad rationem. Et ergò quicquid concipitur, vt habẽs per ſe habitudinem ſpecialem,natum eſt conſtituere ſpeciem moralis actus.Et nota verba D. S. quia dicit quòd ſpecies moralium actuum ſunt ex formis , ut conceptæ ſunt, ſcilicet dictamine practico rationis,ex quibus patet,quòd hic loquitur non de conſtitutione actus in ſpecie actus , ſed de conſtitutione in ſpecie moris, qua eſt bonum illud,vel illud malum.Vnde eſto circunſtantia per ſe bona vel mala non faciat aliam ſpeciem actus , quia non eſt obiectum actus,nec tollit ſpeciem, quæ eſt ex obiecto actus;tamẽ facit aliam ſpeciem moralẽ, quia videlicet actus, vt eſt circa obiectum proprium cum tali circunſtantia , habet præter habitudinẽ, quæ eſt ex obiecto, ſpecialem habitudinem ad rationem, quæ eſt ex circunſtantia,vt patebit. Deinde cum dicit.

¶ Quia verò natura determinata eſt ad vnum,nec poteſt eſſe proceſſus naturæ in infinitum , neceſſe eſt peruenire ad aliquam vltimam formam ex qua ſumatur differentia ſpecifica,poſtquàm alia differentia ſpecifica eſſe non poſſit, & inde eſt, quòd in rebus naturalibus id qđ eſt accidens alicui rei non poteſt accipi vt differentia cõſtituens ſpeciem,ſed proceſſus rationis non eſt determinatus ad aliquod vnum , ſed quolibet dato poteſt vlterius procedere, & ideo quod in actu uno accipitur , vt circunſtantia ſuperaddita obiecto , quod determinat ſpeciem actus,poteſt iterum actus accipi a ratione ordinante,vt principalis conditio obiecti determinantis ſpeciem actus .

¶ Probat minorem principalem , & primò ex differentia formæ conſtitutiuę in naturalibus . Secundò iliam declarationem explicat per exemplum ibi;Sicut tollere &c. Quo ad primum,patet minor; quia in naturalibus id quod eſt accidens non poteſt accipi vt differentia conſtituens ſpeciem , ſed id quod in uno actu accipitur vt circunſtantia ſuperaddita obiecto , ſcilicet determinans accidentaliter obiectum in habitudine ad rationem , quod obiectum determinat ſubſtantiam actus,poteſt iterum accipi a ratione ordinante,vt principalis cõditio obiecti determinantis ſpeciem actus;ſic quod habet per ſe repugnantiam ad rationem ; ergo minor vera . Aſſumptum pro prima parte patet, quia natura determinata eſt ad unum , & neceſſe eſt deuenire ad vltimam formam ſpecificam.ſ. eiuſdem rei ſuper quam non contingit aliam accedere &c. Secunda pars aſſumpti patet; quia proceſſus rationis non eſt determinatus ad aliquod vnum. Deinde ibi.

¶ Sicut tollere alienum habet ſpeciem ex ratione alieni;ex hoc enim conſtituitur in ſpecie furti,& ſi conſideretur ſuper hoc ratio loci, vel temporis ſe habebit in ratione circunſtantiæ ; ſed quia ratio etiam de loco , vel tempore,& de alijs huiuſmodi ordinare poteſt, contingit conditionem loci circa obiectum accipi vt contrariã ordini rõnis; puta quòd ratio ordinat iniuriam non eſſe faciendã in loco ſacro ; vnde tollere aliquid alienum de loco ſacro addit ſpecialem repugnantiam ad ordinẽ rationis; & ideo locus, qui prius conſiderabatur,vt circunſtantia , nunc conſideratur vt principalis conditio obiecti rationi repugnans.

Declarat minorem præſertim quo ad ſecundam partem prędicti aſſumpti exemplariter clarè in litera . Vbi patet quòd D. S.loquitur de ſpecie , quæ eſt in comparatione ad rationem , quæ eſt moralis, & iſta variabilis eſt in infinitum , ſed non ſpecies actus, quæ eſt ex per ſe obiecto,vel motiuo actus; ſed loquitur de obiecto rationis , & ſic de ſpecie morali quam habet actus ex ſuperueniente conditione diuerſificante habitudinem ad rationem. Tunc ibi.

¶ Et per hunc modum quandocunque aliqua circunſtantia reſpicit ſpecialem ordinem rationis , vel pro vel contra, oportet quòd circũſtantia det ſpeciem actui morali,vel bono,vel malo.

¶ Infert ex his concluſionem circa quã. Nota quòd dicit quandocunque reſpicit ſpecialem ordinem rationis , oportet quòd det ſpeciem,ſcilicet moris actui.Vnde patet,quòd ſupra dictum eſt ar 1.ſ.quòd tam obiectum actus,quàm obiectum rationis ſpeciale dat ſpeciem moralem,quæ eſt bonum, vel malum talis ſpeciei;& contingit,quòd circunſtantia non ſit per ſe obiectum, vel motiũ actus,& tamen dat ſpeciem moris;ſicut patet quòd locus ſacer dat ſpeciẽ furto faciens ipſum ſacrilegium, & tamen locus ſacer non eſt motiuum furti,quia vellet aurum, quod furatur non eſſe in loco ſacro;vnde non intendit loco ſacro iniuriari,licet uelit, nec ꝓpriè locus eſt obiectum furti , ſed tamen locus ſacer eſt conditio circa obiectum,quod vult, quia non obſtante loco ſacro cui potius vult facere iniuriam antequàm uelit dimittere aurum;& quia talis conditio obiecti ſecundùm ſe repugnat rationi,ideo tale furtum non eſt ſimplex furtum,ſed ſacrilegium.

¶ Nota circa eandem concluſionem,quòd circunſtantia poteſt reſpicere ſpecialem ordinem rationis dupliciter : Vno modo , vt dictum eſt in corpore, quia videlicet circunſtantia accipitur, vt cõditio circa obiectum,quæ conditio addit per ſe repugnantiam ad rationem , pręter eam quæ eſt ex obiecto , vt iniuriari loco ſacro. Quandoque autem dat ſpeciem. ſ. aliam diſtinctam ab ea quæ eſt ex obiecto; quia videlicet cõſideratur, vt obiectum alicuius actus circunſtantis , videlicet interioris; vt ſi quis mechatur, vt furetur, ibi furtum eſt circunſtantia finis reſpectu mechiæ,eſt tamen obiectum intentionis mechantis,& trahit etiam in aliam ſpeciem formalem iuxta dicta in ar. 6. Et eſt differentia inter iſtos modos,ꝙa primo modo ſpecies conſtituta per circunſtantiam , vt eſt conditio obiecti,poteſt eſſe ſpecies prioris peccati, vt ſacrilegiũ ad furtum,& adulterium ad fornicationem , & tunc non ſunt duo peccata realiter diſtincta; ſed ſecundo modo tunc circunſtantia conſtituit ſpeciem diſperatam , & ſunt duo peccata propter duas deformitates. Vide D.S.de malo ma.2.ar.6.ad 2.& 3.pulchrè,quia ſi conditio obiecti accipitur , ut eſt obiectum actus interioris,tunc pertinet ad circunſtantiam tertij ordinis , & trahit etiam in ſpeciem diſperatam , ut ſi quis furetur in loco ſacro , vt ipſum contemnat,

Circunſtantia modis ſic aliàs ſpecies.

¶ Nota

¶ Nota ex his,quia differenter circunſtantia, vt ſic (vel magis defectus circunſtantiæ) dat ſpeciem moralem, aliter quæ eſt obiectum interioris actus,quia defectus circunſtantiæ facit actum malum in eadem ſpecie,quia videlicet deficit talis actus;ideo eſt malus;ſecunda trahit in aliam ſpeciem,ſed priori,quæ eſt ex obiecto plerunque ſubordinatam , tertia autem trahit in aliam ſpeciem diſparatam ; vnde omnibus tribus modis iſtis circunſtantia reſpicit ſpecialem ordinem,ſed aliter,quia primo modo ſolũ facit ſpecialem ordinem inquantum actus deficiens a debita circunſtãtia habet alium ordinem,quàm bene circunſtantionatus in eadẽ ſpecie;ſed alijs duobus modis propriè poſitiuè reſpicit ſpecialẽ ordinem. ſ. quia facit actum eſſe alterius ſpeciei propter appoſitionẽ alicuius poſitiui alterius rationis; ſicut locus ſacer ſuper alienum addit ſpecialem repugnantiam , & furtum ad mechiam , & ergo iſtis duobus modis propriè magis intelligitur concluſio.

¶ Nota etiam quòd licet voluntas principaliter, & propter ſe non feratur ſuper circunſtantiam per ſe repugnantem rationi;ſicut voluntas furantis non fertur propter ſe in rem ſacram ; fertur tamen ſuper eam ex conſequenti cum pręſitione actuali,vel poſſibili;quia magis vult rem ſacram accipere, quàm auro carere; ſicut patet ſimile infra q.78. ar.1.ad ſecundum,quia laſciuus ita intenderet frui delectatione abſque offenſa Dei,ſed duobus propoſitis magis vult peccando incurrere offenſam Dei , quàm delectatione priuari; ſic in propoſito circunſtantia inordinata per ſe non eſt intenta;eſt tamen volita propter aliud,quod per ſe intenditur.

ARGVMENTVM in contrarium, eſt pro concluſione reſponſi.Et probat eam expoſitam,quia videlicet circunſtantia,vt conditio obiecti actus dat ſpeciem actui morali;non autem,vt circunſtantia poſita determinans bonitatem priorem.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd circunſtantia ſecundùm quòd dat ſpeciem actui,conſideratur vt quædam conditio obiecti ; ſicut dictum eſt, * & quaſi quædam ſpecifica differentia eius.

*In cor.

¶ Maior vera,ſpecies actus eſt ex obiecto comparato ad rationem,& ſecundò ſpecies moralis eſt ex obiecto & conditione eius diuerſificante per ſe habitudinem ad rationem , & quæ facit actũ circa obiectum eſſe aliud obiectum rationis,vt patuit ar.5.Ad minorem,circunſtantia vt ſic non eſt obiectum,nec conditio varians habitudinem ad rationem , ſed circunſtantia poteſt eſſe conditio alicuius obiecti faciens per ſe ſpecialem habitudinem ad rationẽ & ſpecialem malitiam ſpecificè diſtinctam a malitia , quæ eſt ex obiecto;ergo verum, vt i.inquantum actus fit in loco, vt ſic; tunc locus non dat aliam ſpeciem;ſed locus, vt eſt per ſe repugnans rationi tunc ſuperaddit ſuper actum malum ſpecialem malitiam.

¶ Et nota verbum,quia circunſtantia, vt dat ſpeciem.i. ſpecialẽ malitiam accipitur,vt differentia obiecti.ſ. in comparatione ad rationem, quia uidelicet ſuper priorem addit vnam ſpecialem &c.

¶ Ad ſecundum dicendum , quòd circunſtantia manens in ratione circunſtantiæ cum habeat rationem accidentis non dat ſpeciem , ſed inquantum mutatur in principalem conditionem obiecti , ſecundùm hoc dat ſpeciem.

¶ Maior vera eſt,vt circunſtantiæ ſic comparãtur,vt accidentia præſupponentia eſſentialem,& ſpecificam bonitatem; ſed vt ſpecialis conditio obiecti, ſic ſe habet vt differentia conſtitutiua ſpecialis ſpeciei , quæ ſe habet quandoque, vt ſpecies ad peccatum præcedens,quandoque vt ſpecies diſperata. Exemplum primi, vt ſacrilegium ad furtum, & adulterium ad fornicationem;ſecundi, vt luxuria ad furtum,ſicut cum furatur,vt mechetur. Minor vera, vt ſic;ergo circunſtantia &c.Verum manens circunſtantia,eſt pro prima parte concluſionis, & procedunt he duæ ſolutiones de circunſtantia,vt eſt conditio obiecti, & quæ conſtituit ſpeciem ſubordinatam ei,quæ eſt ex obiecto.

¶ Nota quòd D.S. dicit circunſtantia non ſemper conſtituit in ſpecie boni,quia eſto circunſtantia ſit ſecundùm ſe bona,& ſecundùm ſe addat bonitatem, tamen eſt accidentalis, & non conſtitutiua ſpeciei,ſed ſolùm obiectum conformæ,vel circunſtantia, vt obiectum dat bonitatem ſpecificam.

¶ Ad tertium dicendum,quòd non omnis circunſtantia conſtituit actum moralem in aliqua ſpecie boni , vel mali ; cum non quælibet circunſtantia importet aliquã conſonantiam,vel diſſonantiam ad rationem; vnde non oportet,licet ſint multæ circunſtantiæ vnius actus,quòd vnus actus ſit in pluribus ſpeciebus , licet etiam non ſit inconueniens, quòd vnus actus moralis ſit in pluribus ſpeciebus moris;etiam diſparatis,vt dictum eſt.*

*q.1.art.3. ad tertium & q. ꝓſenti.art.2.ad primum.

¶ Maior vera , de ſpecie ſubſtantiali , & naturali , quæ eſt vna vnius,vt patuit ar.7.ad primum. Sed negatur de ſpecie accidentali, & morali , vt patuit ibidem , immo poſſunt eſſe plures ſpecies morales etiam diſperatę eiuſdem actus, quando obiectum, & circunſtantia finis non per ſe ſubordinantur , & ita quando circunſtantia eſt obiectum interioris actus; tunc exterior actus habet ab ea mediante interiori aliam ſpeciem diſperatam,ſed quando circunſtantia eſt conditio obiecti per ſe eius determinatiua; tunc nõ habet duas ſpecies ; ſicut nec ſortes eſt in duabus ſpeciebus , quia eſt animal Homo &c.Ad minorem,ſunt quidem plures, ſed non omnes dant ſpeciem, immo nulla, vt eſt circunſtantia, licet defectus circunſtantiæ poſſit dare ſpeciem moralem , ſed circunſtantia poſita non dat , niſi vt addit per ſe ſuper obiectum repugnantiam ſpecialem ad rationem;& ergo quia non omnes accipiuntur vt conditio per ſe obiecti in ordine ad rationem,ideo negatur cõſequentia intelligendo conſequens, vt eſt contra concluſionem expoſitam in cor.

Vtrum omnis circunſtantia augens bonitatem vel malitiam conſtituat actum moralem in ſpecie boni vel mali.

C

Infra q.37. ar.7. cor.& 4.di.16.q.3 artic.2.q.3. cor.& Mal. q.2.ar.7.

AD vndecimum ſic proceditur . Videtur quòd omnis circunſtantia pertineus ad bonitatem,vel malitiam det ſpeciem actui ; Bonum enim & malũ ſunt differentiæ ſpecificę moralium actuum , quod ergo facit differentiam in bonitate , vel malitia moralis actus,facit differre ſecũdùm differentiam ſpecificam, quod eſt differre ſecundùm ſpeciem; ſed id quod addit in bonitate, vel malitia actus,facit differre ſecundùm bonitatem, & malitiam;ergo facit differre ſecũdùm ſpeciem;ergo omnis circunſtantia addens in bonitate , vel malitia actus, conſtituit ſpeciem.

¶ 2 Præterea. Aut circunſtantia aduenies habet in ſe aliquam rationem bonitatis, vel malitię , aut non . Si non ; non poteſt addere in bonitate , vel malitia actus; quia quod non eſt bonum non poteſt facere maius bonum , & quod non eſt malum non poteſt facere maius malum.Si autem habet in ſe rationem bonitatis,vel malitiæ;ex hoc ipſo habet quandam ſpeciem boni,vel mali;ergo omnis circunſtantia augens bonitatem , vel malitiam conſtituit nouam ſpeciem boni,vel mali.

¶ 3 Præterea. Secundùm Diony. quarto ca. de di. no. malum cauſatur ex ſingularibus defectibus , quęlibet autem circunſtantia aggrauans malitiam habet ſpecialem defectum; ergo quęlibet circunſtantia habet nouam ſpeciem peccati,& eadem ratione quælibet augens bonitatem uidetur addere nouam ſpeciem boni; ſicut quælibet vnitas addita numero facit nouam ſpeciem numeri ; bonum enim conſiſtit in numero, pondere,& menſura.

Dionyſius.

¶ Sed contra . Magis & minus non diuerſificant ſpeciem : ſed magis , & minus eſt circunſtantia addens in bonitate, vel malitia ; ergo non omnis circunſtantia addens in bonitate , vel malitia conſtituit actum moralem in ſpecie boni, vel mali.

¶ Hic circa dicta in articulo præcedenti, quia dictum eſt,quòd circunſtantia poteſt dare ſpeciem moralem actui;inquirit an omnis poſſit dare nouam ſpeciem moralem.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut dictum eſt;* cir cunſtantia dat ſpeciem boni vel mali actui morali , inquantum reſpicit ſpecialem ordinem rationis;contingit autem quandoque , quòd circunſtantia non reſpicit ordinem rationis in bono,vel malo, niſi præſuppoſita alia circunſtantia a qua actus moralis habet ſpeciem boni, vel mali ; ſicut tollere aliquid in magna quantitate , vel parua non reſpicit ordinem rationis in bono, vel malo, niſi pręſuppoſita aliqua alia conditione per quam actus habeat malitiam, vel bonitatem , puta hoc quod eſt eſſe alienum, quod repugnat rationi; vnde tollere alienum in magna, vel parua quantitate non diuerſificat ſpeciem peccati,tamen poteſt aggrauare, vel diminuere peccatũ; & ſimiliter eſt in alijs malis, vel bonis ; vnde non omnis circunſtantia addens in bonitate , vel malitia variat ſpeciem moralis actus.

* Art.1c.

¶ D. S. reſpondet tali concluſione ; non omnis circunſtantia addens

Conclusio responsi.

addens in bonitate vel malitia, variat speciem moris. ſ. per additionem nouæ ſpeciei, & per hoc quòd trahat in aliam nouam bonam, vel malam. Probatur circunſtantia dat ſpeciem, ſcilicet aliã ſuper priorem ex obiecto inquãtum reſpicit ſpecialem ordinem rationis; ſed contingit quandoque, quòd circunſtantia non reſpicit ſpecialem ordinem, ſed præſuppoſita alia &c. ergo talis nõ dat ſpeciem. Maior patet ex ar. 1. Minor declaratur exemplariter de multo, & pauco, quæ non reſpiciunt rationem tanquàm approbãda, vel reprobanda, niſi præcedat alia conditio per quam actus habeat bonitatem, vel malitiam; ſicut tollere multum de alieno eſt grauius, in litera clarè, vide & de iſta mate. D. S. in de malo materia ſecunda ar. 6. vbi ponit triplices circunſtantias, quaſdam omnino indifferentes, vt percutere indutum albo vel nigro. Quædã quæ conſtituunt ſpeciem peccati, ſiue actus cui aduenium ſit indifferens, ſiue malus ex genere. Aliquando verò non conſtituit ſpeciem, aggrauat tamen ſed ſolùm in ordine ad præſuppoſitam, ſicut cum furatur multum. Quartum genus D. S. habet infra quæſtio. 73. ar. 7. Et ſunt circunſtantiæ, quæ non trahunt in aliud genus peccati, ſed multiplicatę multiplicant rationem peccati in eadem ſpecie.

Quadruplices circunſtantias.

¶ Nota quia uidetur eſſe difficultas circa hoc quartum genus circunſtantiarum, nam ſupra ar. 3. dictum eſt poſt D. S. inf. Quòd malum formaliter eſt priuatio, & multiplicatur ſecundùm bona, quæ priuantur; cum ergo in actu deficiant plures circunſtantiæ, ſcilicet quando oportet, vbi oportet, ibi erunt plures malitiæ etiã ſpecie diſtinctæ, & cum quælibet illarum circunſtantiarum ſecundùm ſe ſit mala, vt habet D. S. infra q. 73. art. 7. ad ſecundùm, quia dare vbi non oportet de ſe malum eſt, ſimiliter quando non oportet; videtur ſequi, quòd tales circunſtantiæ trahant in aliam ſpeciem, quia quælibet facit ſpecialem repugnantiam ad rationem. Quia ſi dicatur facit quidem ſpecialem repugnantiam, ſed tamen omnes iſtæ repugnantiæ fundantur ſuper eodem motiuo; tunc videtur ſequi, quòd etiam furtum de loco ſacro non trahat in aliam ſpeciem per locum ſacrum, quia locus ſacer non eſt aliud motiuum, quàm obiectum furti, ſcilicet aurum alienum, & præſertim quia D. S. infra vbi iam ad tertium dicit, quòd ſecundùm corruptionem cuiuslibet circunſtantiæ attenditur auerſio a regula rationis, vt ſi quis operetur, quando non debet, vel ubi non debet. Ad hoc dicitur quòd verùm eſt, quòd tot ſunt malitiæ quot deſunt bona debita, & ſi eſſet vna ſola malitia ex una circunſtantia, faceret actum malum, non quidem propter additionem alicuius repugnantiæ extraneæ, ſed propter defectum a propria perfectione. Vnde conceditur, quòd ſi quis facit, quando non debet, & vbi nõ debet, quòd ſunt multæ malitiæ partiales ſpecie diſtinctæ, ſed quia omnes iſtę malitiæ ſunt defectus eorum, quæ debentur iſti actui in ſpecie; ideo non trahunt in aliam ſpeciem, ſed faciunt, quòd actus vnius ſpeciei multipliciter deficiat. Circunſtantiæ enim requiruntur omnes debitæ ad completam bonitatem vnius actus; & licet habeant partiales bonitates, non tamen conſtituunt multas ſpecies boni, ſed faciunt vnum actum bonum; ita per oppoſitum defectus multarum circunſtantiarum dicunt plures malitias eiuſdem actus in ſpecie; & ſtat fundamentum in hoc, quia omnes iſti defectus dicunt carentiam debitorũ vnius actus; ideo non faciunt plures ſpecies morales, licet ſint plures malitiæ, quia omnes ſunt malitiæ, & defectus in uno actu. Secus eſt, quando circunſtantia non dicit defectum iſtius actus, ſed ponit defectum ſpecialẽ non pertinentem ad hunc actum, ſed omnino aliunde procedit; ſicut irreuerentia, & iniuria loci ſacri non dicit defectum aliquem alicuius debiti illi actui, qui eſt furtum. Sed ponit vnum ſpecialem defectum alterius rationis, quàm ſit malitia furti; ideo locus ſacer addit ſpecialem ſpeciem moralem, vtpote faciens repugnantiam ad rationem alterius rationis, quàm ſit ex re aliena, ſed omnes circunſtantiæ indebitæ eiuſdem actus, vel defectus plurium circũſtantiarum, ſunt malitiæ, & defectus debitorum eidem actui; ideo non faciunt aliam, & aliam ſpeciem, ſed ſunt defectus plures in eadem ſpecie. Vnde patet quòd ſtat ſupradicta ar. 3. quòd vna circunſtantia vt ſic, poteſt mutare ſpeciem moralem. i. facere defectũ debiti ineſſe, & ſic malum, qui eſſet bonus præſente debito, & tamen plures defectus circunſtantiarum eiuſdem actus procedentis ab vno motiuo non faciunt plures ſpecies morales, licet ſint plures malitiæ, quia omnes malitiæ ſunt defectus eiuſdem actus moraliter, & oppoſita priuata facerent ſolùm vnum bonum actum, ſecus de circunſtantia trahente in aliud genus, quia ibi additur repugnantia extranea, hic verò plures repugnantiæ partiales priuãtes debita eidem, & per hæc patet concordia ad infra habenda, vbi D. S. ponit illud genus quartum circunſtantiarum, & ponit, ꝙ defectus plurium non mutat ſpeciem, quando eſt idem motiuũ, attento, quòd omnes debitæ circunſtãtiæ ſunt determinatiuę eius præſuppoſiti in ſpecie, licet cuiuslibet defectus ſit malum ſecundùm ſe, tamen omnes determinant idem, vide D. S. in de malo. q. ſecunda, articu. 7. vbi tamen non expreſsè loquitur in ſolutionibus de circunſtantijs per ſe malis, ſed ſolùm de determinatiuis aliarum.

Nota occultum.

¶ Nota etiam circa alia duo genera circunſtantiarum videlicet ſecundum, & tertium, quia poſſet alicui videri, quòd etiam aliqua circunſtantia, quæ trahit in aliam ſpeciem non faciat hoc niſi ex præſuppoſitione alterius, & non quia ſecundùm ſe repugnet, ſicut accipere de loco ſacro non videtur repugnare per ſe rationi, ſed ſolũ, quia alienum, & ſic non videtur D. S. benè dicere, quòd iſta quæ ſolùm reſpicit ordinem rationis propter aliam præſuppoſitam, non variat ſpeciem moralem actus. Sed dicitur, quòd moralis loquitur de his, quæ per ſe ſunt non per accidens, eſt autem per accidens, quòd ſecunda ſpecies. ſ. ſacrilegij oriatur ex prima. ſ. ex alieno; poteſt enim ablatio de loco ſacro per ſe conſtituere ſacrilegium abſque hoc, quòd alienum præcedat, vel ſimilis circunſtantia mala; vt patet de ſubtractione alicuius de loco ſacro, quę de loco prophano a iudice iuſtè accipi poſſet, & puniri. Committit enim ſacrilegium iudex etiam ſententiatum de loco ſacro accipiens, quare dictum D. S. ſolidum eſt, quòd circunſtantia trahẽs in aliam ſpeciem nõ habet malitiam propter præſuppoſitam per ſe loquendo, & econtra habens ſolùm ex præſuppoſita malitiam non trahit, repugnat enim per ſe rationi, fieri iniuriam loco ſacro, & etiam irreuerentia circa res ſacras adhibet ſpecialem rationem peccati, vt habet D. S. in 4. ubi ſtatim infra, quare eſt circunſtantia trahens in aliam ſpeciem, & eſt repugnantia ſuppoſita abeo, quod non pertinet ad illud, quod trahit in aliam ſpeciem. Secus vt dictum eſt de repugnantia ad rationem propter defectum circunſtantiarum debitarum actui, de materia iſtius articuli vide D. S. in 4. di. 16. q. 3. ar. 2. q. 3.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat concluſionem reſponſi. Et procedit de circunſtantia tertij generis, ſcilicet quæ non aggrauat, niſi alia præſuppoſita; ſecundum enim talem eſt magis, & minus in eadem ſpecie, ſicut multum, vel parum furari.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in his, quæ intenduntur, & remittuntur differentia intenſionis, & remiſſionis non diuerſificat ſpeciem; ſicut quod differt in albedine ſecundùm magis, & minus non differt, ſecundùm ſpeciem coloris; & ſimiliter, quod facit diuerſitatem in bono, vel malo ſecundùm intenſionem, & remiſſionem, non facit differentiam moralis actus ſecundùm ſpeciem.

¶ Maior vera, quia bonum & malum ex obiecto ſunt differentiæ ſpecificę morales, & cum hoc actuum; ſed bonum, & malum ex circunſtantia, vt eſt conditio obiecti ſunt ſpecificę differentiæ actuum; vt morales ſunt per comparationem ad rationem, ad iſtã. Quis ergo &c. Dico quòd facit differẽtiam in bono, & malo ſimpliciter, ita quòd faciat actum ſimpliciter bonum, vel malum hoc facit differentiam ſpecificam; conceditur. Sed negatur, quòd illud quod facit differentiam in bono, & malo ſecundùm intenſionem vel remiſſionem mali faciat differentiam ſpecificam, quia magis, & minus ſecundùm eandem formam non variant ſpeciem. Ad minorem, id quod addit ſimpliciter in bonitate, vel malitia vera. Sed negatur, quòd ſi addit in modo eiuſdem malitiæ, quòd hoc faciat differre ſecundùm ſpeciem. Quare negatur cõſequentia, quia circunſtantia poteſt pertinere ad bonitatem, vel malitiam augendo præſuppoſitam, uel minuendo, quando ſolùm habet bonitatẽ, vel malitiam per aliam. Et ſecundò, quando eſt circunſtantia de ſe mala, ſed tamen eſt determinatiua actus præſuppoſiti, & non dicit extraneam inordinationem, vt patuit circa corpus. Secundò dici poteſt ad maiorem, bonum & malum quo ad ſpeciem ſunt differentiæ actuum ſpecificę, ſed augmentum, vel diminutio mali, vel boni non ſemper ſunt differentiæ ſpecificę, immo ſunt in eadem ſpecie; ſic autem faciunt circunſtantiæ alias præſupponentes, quòd faciunt augmentum, vel diminutionem, & non variant ſpeciem.

¶ Nota circa ſolutionem D. S. quòd quando circunſtantia ſolùm auget propter præſuppoſitam conditionem actus, tunc videtur quaſi intendere, vel remittere; quia de ſe nullam malitiam addit; ſed quando per ſe addit malitiam, ſicut circunſtantia, quando non debet, & ubi non debet &c. tunc addit partialem malitiam, ſed D. S. loquitur de prima circunſtantia & c.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd circunſtantia aggrauans peccatum, vel augens bonitatem actus, quandoque nõ habet bonitatem, vel malitiam ſecundùm ſe, ſed per ordinem ad aliam conditionem actus, vt dictũ eſt: * & ideo non dat nouam ſpeciem, ſed auget bonitatem vel malitiam, quæ eſt ex alia conditione actus. *In cor.

¶ Ad aſſumptum, quòd circũſtantia habet malitiam de ſe, ſed accidentalem alterius determinatiuam, ſicut quando oportet. Dico ſecundò quòd aliqua non habet ſecundùm ſe, tamen ex ſuppoſitione alterius. Vltra ad illam, Si non &c. Dico quòd aliqua non habet de ſe. Sed negatur conſequentia, quòd non addit per viam intenſionis, vel remiſſionis; ſic multum addit furto maioritatem malitiæ eiuſdem; ſicut & actus exterior de ſe non habet bonitatẽ moralem, tamen ſi efficiatur voluntarius tunc addit ad malitiam interioris,

interioris, ſed non ſit ſimilis modus augmenti, quia ibi per intenſionem ibi per additionem. Ad probationem dicitur, quòd id qđ non eſt bonum etiam cum alio non poteſt augere, ſed ſi efficiatur bonum vel malum ex alio, tunc poteſt augere; ſicut de ſe non infectum inficit per aliud infectum, vltra. Si autem &c. Dico quòd ali qua circunſtantia habet in ſe rationem boni, & defectus eius rationem mali, ſed accidentalis alterius determinatiui, quare dicitur vlterius, quòd habet quidem aliquam malitiam, ſed in eadem ſpecie, ſicut quando oportet, dicit quandam bonitatem, ſed accidentalem determinatiuam bonitatis, quæ eſt ex obiecto actus. Vnde nõ facit ſpecialem bonitatem ſpecificam, ſed pertinet ad bonitatem eiuſdem ſpeciei in qua eſt bonitas actus. Similiter circunſtãtia mala, ſcilicet quando non oportet, eſt malitia, & defectus eius, quod debetur eidem ſpeciei cuius eſt actus; vnde talis circunſtantia multiplicat rationem mali in eadem ſpecie. Quare negatur conſequẽtia; vide de iſta ſecunda parte ſolutionis infrà q. 73. articu. 7. ad ſecundum, quia dare cui oportet, & quando oportet, dant ſolùm vnam ſpeciem moralem bonam, ſic oppoſitæ circunſtantiæ malæ dant ſolam vnam ſpeciem mali, & addunt partialem malitiam in eadem ſpecie.

¶ Et nota circa hoc, vt ibidem tangetur, nõ eſt idem dicere per ſe aggrauare, vel facere ad bonitatem, & augere, vt obiectum, vel per ſe differentia obiecti ſuperaddita extranea trahens in aliam ſpeciem; quia primum competit circunſtantiæ alicui de ſe conformi, vel difformi rationi, vt quando debet, vel quando non debet, ſed ſecundum ſolùm conuenit obiecto, & circunſtantiæ extraneæ alterius rationis accepte in ratione differentiæ ad rationem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non quælibet circunſtantia inducit ſingularem defectum ſecũdùm ſeipſam, ſed ſolùm ſecundùm ordinem ad aliquid aliud; & ſimiliter non ſuperaddit nouam perfectionem, niſi per comparationem ad aliquid aliud, & pro tanto licet augeat bonitatem, vel malitiam; non tamen ſemper variat ſpeciem boni, vel mali.

¶ Ad minorem negatur, quòd quælibet habeat ſingularem defectum ex ſe; quia aliqua eſt indifferens aliqua eſt alterius determinatiua; & etiam ea quæ ſecundùm ſe auget malitiam multiplicando non ſemper trahit extra ſpeciem, vt patuit ad ſecundum. Vltra ergo &c. Negatur conſequentia, quia ſola illa habet nouã ſpeciem, quæ conſtituit aliud obiectum rationis per ſe; & illa per ſe auger, quæ ſecundùm ſe habet inordinationem.

Quæſtio decimanona.

De bonitate actus interioris voluntatis.

D Deinde conſiderandum eſt de bonitate actus interioris voluntatis. Et circa hoc quæruntur decem. Primò, vtrum bonitas voluntatis dependeat ex obiecto. Secundò, vtrum ex ſolo obiecto dependeat. Tertiò, vtrũ dependeat ex ratione. Quartò, vtrum dependeat ex lege æterna. Quintò, vtrum ratio errãs obliget. Sextò, vtrũ voluntas contra legem Dei ſequens rationem errantem ſit mala. Septimò, vtrum bonitas voluntatis in his, quę ſunt ad finem, dependeat ex intentione finis. Octauò, vtrum quantitas bonitatis, vel malitiæ in volũtate, ſequat quantitatem boni, vel mali in intentione. Nonò, vtrum voluntatis bonitas dependeat ex conformitate ad voluntatem diuinam. Decimò, vtrum neceſſe ſit voluntatem humanam conformari Diuinæ voluntati in volito ad hoc, ꝙ ſit bona.

¶ Poſtquàm actum eſt de bonitate, & malitia actuum humanorum in generali; conſequenter agitur de bonitate, & malitia actus interioris in ſpeciali. Et circa hoc duo facit; primò inquirit quomodo attendatur bonitas, & malitia in actu interiori ſimpliciter, & abſolutè conſiderato, ſecundò inquirit quomodo attendatur, in actu interiori reſpectiuè, & comparatiuè accepto. ſ. comparando vnum actum interiorem ad alium, & hoc art. 7. Circa primum aduertendum, ꝙ bonitas, & malitia actus interioris dependet principaliter ex duobus, quorum vnum habet ſe in rõne obiecti, & alterum in ratione principij, ſiue interioris, ſiue exterioris; interioris quidem, vt eſt ratio, exterioris autem, quod eſt lex Diuina. Secũdum hoc ergo prima pars diuiditur in duas, primò, n. agitur de dependentia bonitatis, & malitię in actu interiori ab obiecto, ſecundò de dependentia a principio directiuo. ar. 3. Circa primum, primò oſtendit bonitatẽ actus interioris dependere ab obiecto, ſecundò oſtendit eam ſolùm dependere ex obiecto. ar. 2. Patet autem ratio ordinis, quia actus interior principalior eſt, quàm exterior; ideo prius determinat de eius bonitate.

Vtrum bonitas voluntatis dependeat ex obiecto.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd bonitas voluntatis non depẽdeat ex obiecto; voluntas enim non poteſt eſſe niſi boni, quia malum eſt præter voluntatem, vt Dionyſi. dicit 3. cap. de di. no. * ſi igitur bonitas voluntatis iudicaretur ex obiecto, ſequeretur quòd omnis voluntas eſſet bona, & nulla eſſet mala. Dionyſius. * Cap. 3.

¶ 2 Præterea. Bonũ per prius inuenitur in fine; vnde bonitas finis inquantum huiuſmodi, non dependet ab aliquo alio, ſed ſecundùm Philoſophum in 6. Ethi. bona actio eſt finis, licet factio nunquàm ſit finis, ordinatur enim ſemper ſicut ad finem ad aliquid factum; ergo bonitas actus voluntatis non dependet ex aliquo obiecto. Ariſto.

¶ 3 Præterea. Vnumquodque quale eſt tale alterũ facit, ſed obiectum voluntatis eſt bonum bonitate naturæ; non ergo poteſt præſtare voluntati bonitatem moralem, moralis ergo bonitas voluntatis non dependet ex obiecto.

¶ Sed contra eſt quod Philoſophus dicit in 5. Ethi. * quòd iuſtitia eſt ſecundùm quam aliqui volunt iuſta, & eadem ratione virtus eſt ſecundùm quam aliqui volunt bona; ſed bona voluntas eſt, quæ eſt ſecundùm virtutẽ; ergo bonitas voluntatis eſt ex hoc, quòd aliquis vult bonum. Ariſto. * Cap. 2.

¶ Hic primò inquirit de dependentia bonitatis actus voluntatis interioris ex obiecto.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ bonum, & malum ſunt ꝑ ſe differentiæ actus voluntatis; nam bonum & malum ꝑ ſe ad uoluntatem pertinent, ſicut uerũ, & falſum ad rationẽ, cuius actus per ſe diſtinguitur dſia vera, & falſi, prout dicimus opinionẽ eſſe verã, vel falſam; vñ volũtas bona, & mala ſunt actus differentes ſm ſpeciem.

¶ D. S. reſpondet tali concluſione. Bonum & malum in actibus voluntatis (ſcilicet interioribus elicitis) propriè attenduntur ſecũdùm obiecta. Probatur bonum & malum ſunt per ſe differentiæ actus voluntatis (ita ꝙ voluntas bona, & mala ſunt actus differentes ſpecie) ergo cõcluſio vera. Huius rationis D. S. primò ponit & probat antecedens, ſecundò conſequentiam, ibi. Differentia autem &c. Antecedens ergo probatur à ſimili, quia bonum, & malũ per ſe pertinent ad voluntatem (malum. ſ. ratione finis aliqualiter boni, ſicut verum & falſum ad rationem) ſed actus rationis per ſe diſtinguuntur differentia veri; & falſi; igitur antecedens verũ. Maior relinquitur nota. Minor explicatur, prout dicimus opinionẽ veram, vel falſam, quæ dicunt diuerſos actus, & acceptiones rationis. Concluſio reſponſi.

¶ Nota quòd circa hanc minorẽ eſt difficultas; nã Philoſophus in prædicamẽtis Cap de ſubſtantia in textu vltimo ad longũ probat, ꝙ vna oratio, vel opinio ſine mutatione ſui eſt vera, & falſa ſucceſſiuè ſecundùm mutationem obiecti, quare non videtur, ꝙ opinio vera, & falſa dicant diuerſos actus rationis. Poſſet dici, ꝙ ii cet verum, & falſum non ſint differentiæ eſſentiales actus opinandi ſecundùm ſubſtantiam, tamen ſunt differentiæ ſecundũ aliquã perfectionem ſuperadditam, inquantum eſt iudiciũ, vel error; ſed iſta gloſa non uidetur eſſe de mente textus, quia vult D. S. probare ꝙ bonum, & malum faciunt diuerſas ſpecies actuum, & ſic bonum actuum interiorum dependeat ab obiectis, quæ faciunt differentiam actuum. Et ſecundum D. S. in 2. di. 40 ar. 3. Bonum & malum ſunt differentiæ eſſentiales actuum interiorum ſecũdùm eſſe naturæ, & moris ſimul, vt patet hic ad tertium, ſecus de exterioribus actibus, qui per bonum, & malum ſolũ diſtinguũtur in eſſe moris, & pro hoc probando aſſumit D. S. hic ſimile de vero, & falſo, quę per ſe diſtinguuut actus rationis; vnde expreſſis verbis loquitur de diſtinctione actuum rationis. Quare videtur aliter dicendum, quia de vero & falſo tanquàm cõtrarijs differentijs poſſumus loqui dupliciter. Vno modo accipiẽdo pro ſignificatis formalibus. ſ. pro cõformitate, & difformitate ad terminum, vel obiectum; & ſic loquitur philoſophus in prædicamentis; & poſſunt in eſſe eidem actui, ut probatur ibidem, & poteſt vna opinio mutari de contrario in cõtrarium propter mutationem terminj; ſed alio modo accipiuntur verũ, & falſum ex parte fundamenti, & ſubiecti illarum relationũ; eſt aũt fundamentum acceptio intellectus, vel enunciatio intellectus, & ſic verũ, & falſum contraria ſunt affirmatio, & negatio eiuſdem de eodem, vt patet in 2. periher. quare vnam oportet eſſe veram alteram falſam, & ſic loquendo de vera, & falſa opinione procedit ꝓbatio minoris, quia ſic ſunt differentiæ

rentiæ contrariæ actuum rationis, & sic loquitur D.S. hic qđ patet ex verbis suis cum dicit; prout dicimus opinionem veram vel falsam, quasi dicerer; nõ loquor de vero, & falso ex parte obiecti, sed ex parte fundamenti, quod est enunciatio intellectus vera, & enunciatio falsa; iuxta modum Philosophi in Periher. libro. Verũ igitur, & falsum sunt per se differentiæ enũciationum. i. affirmationis, & negationis de eodem per se dinidunt actum rõnis, vt vult D.S. sic & bonum, & malum per se faciunt differre actus voluntatis ẽt secundum substantiam, & speciem naturæ, & moris. Patet ex his q Capr. in 2. di. 40. in solutionibus argumentorum contra tertiam conclusionẽ non est contra D.S. hic, quia Cap. vult, q veritas, & falsitas solũ ex parte mutationis terminorum possint eidem inesse, non sic bonitas, & malitia eidẽ actui in esse moris; cum quo stat, q verum, & falsum contraria ex parte fundamẽti non possunt eidem inesse, sicut nec idẽ actus volũtatis põt esse bonus, & malus ex parte obiecti, qđ D.S. hic ꝓbauit. Deinde ibi.

Capreolus declaratur

¶ Differentia autem speciei in actibus est secundùm obiecta, vt dictum est, * & ideo bonum, & malum in actibus voluntatis propriè attenditur secũdũ obiecta.—

*q.18.ar.5

¶ Probat consequentiam principalis rationis, quia differentia speciei in actibus est secundum obiecta, vt patuit. q. 18. Quare bene sequitur bonum, & malum faciunt differre actus; igitur sunt obiecta ex quibus dependet bonitas, vel malitia; nam ex propria differentia res dependet, si ergo obiectum est differentia boni, & mali actus; igitur ab eo dependet bonitas.

Rationis diuisio regul.

ARGVMENTVM in contrarium, confirmat conclusionem responsi. Intellige tamen minorem saltẽ, quia bona volũtas est secundùm virtutem quodammodo, scilicet quantum ad id quod agitur, quod est conformę rectę rationi, non semper est bona voluntas secundùm virtutem quo ad modum; vnde q. 18. art. 9. allegatum est ex D.S. quòd non sequitur; non est virtuosum, scilicet perfectè, & secundum modum agendi; igitur non est bonum; nec econtra valet; est bonum, ergo virtuosum, scilicet perfectè.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd voluntas non semper est veri boni, sed quandoque est apparentis boni, quod quidem habet rationem aliquam boni; non tamen simpliciter conuenientis ad appetendum, & propter hoc actus voluntatis non est bonus semper, sed aliquando malus.

¶ Ad maiorem; non est; nisi boni veri, vel apparentis sed non semper boni veri, vt patuit supra q. 18. ar. 4. ad primum &c. qa malum, vt sic, est præter voluntatem. s. prosecutiuam, tamen sub rõne boni apparentis non est præter uoluntatem etiam, quæ est actus prosecutiuus, & sic voluntas erit mala, quia non est simpliciter. i. in veritate appetendi, sed solũ secundùm apparentiam &c.

¶ Ad secundùm dicendum, quòd quamuis aliquis actus possit esse vltimus finis, hominis secundùm aliquẽ modum; non tamen talis actus est actus voluntatis, vt supra dictum est.*

*q.3.ar.4.

¶ Maior vera, præsertim capiendo finem pro eo in quod volũtas vltimò tenditur; nã secundùm D.S. in 2. di. 38. in expositione litteræ. Finis capitur dupliciter; uno modo, vt quodlibet bonum dicitur finis. Sed secũdò dicitur finis propriè illud in quod vltimo voluntas tendit; quia hic est ab ea primò volitum, & hoc modo dicitur 3. Ethi. Voluntas est finis; electio eorum, quæ sunt ad finem. Vlta; vnde bonitas &c. Dico quòd bonitas finis inhærentis põt dependere ab alio. s. obiecto, & motiuo in genere causæ formalis, & efficientis, vt patuit supra q. 2. ar 6. ad primum; vnde finis vltimus inhærens non dependet ab alio fine inhærente propter quem sit; licet sit ab obiecto, & sit propter finem extra; vnde dato quòd actus voluntatis esset vltimus finis secundùm aliquem modum. s. formaliter inhærens, & finis quo; nihilominus haberet bonitatem suam ab obiecto formaliter, & motiuè, sed nõ ab alio actu in quẽ ordinaretur, sicut de facto ordinatur iuxta viam D.S. Vide in Cap. in 1 di. 1. q. 1. ad quintũ, contra sextam conclusionem. Minor vera, aliqua actio est finis ad sensum dictum supra, quia non ordinatur ad operatum, sed tamen potest ordinari ad bonum operantis. Et secundò conceditur, quòd etiam aliqua est ultimus finis formaliter inhærens, & summa perfectio formaliter; sed tamẽ talis actio non est voluntatis. immo nec fruitio beatifica, quæ ordinatur ad visionem, sicut perfectio accidentalis ad suum perfectibile, vt patet in Capr. vbi iam, nec obstat dictum D.S. supra q. 2. ar. 6. ad primum, vbi dixit, q delectatio non quæritur propter finem, quia intelligit ad sensum infra habendum, q. 34. ar. 2. ad secundum, de quæsito uerbali; quia videlicet non quæritur verbaliter propter qd vis delectari propter coniunctionem delectationis cũ fine, tamen ex natura rei delectatio ordinatur in operationem, sicut in finem. Quare negatur consequentia, tum quia etiam si esset actus voluntatis vltimus finis nihilominus haberet bonitatem ab obiecto increato. Tum quia nunc de facto etiam fruitio, & omnis actus voluntatis habet bonitatem ab alio actu, sicut ab immediata causa, & fine aliqualiter.

Capreolus

¶ Ad tertium dicendum, quòd bonum per rationem representatur voluntati, vt obiectum; & inquantum cadit sub ordine rationis, pertinet ad genus moris, & causat bonitatem moralem in actu voluntatis; ratio enim principium est humanorum, & moralium actuum, vt supra dictum est.*

*In eos q.19.ar.

¶ Maior vera per se (propter antiparistasim). Et secundò quale est formaliter, vel virtualiter, vel supereminenter. Minor vera est bonum naturæ secundùm quod est extra, & etiam secundũ q apprehenditur absolutè per rationem præsentantem obiectum, vt res est. Sed dico, quòd ut cadit sub ordine, & conuenientia rationis, sic est bonum moraliter, vt patet ex q. 18. ar. 5. ita videlicet quòd obiectum dupliciter cadit sub ratione; vno modo, vt est apprehensiua obiecti, & naturaliter præsentatiua eius voluntati, sic obiectum dat bonitatem naturalem actui voluntatis, quia nunq; est actus voluntatis, nisi de obiecto apprehenso; sed secundo modo istud obiectum cadit sub ratione practica informata lege naturali, vt ei cõformis, vel difformis, & sic dat speciẽ moralẽ boni, vel mali; & ista intendit solutio D.S. & tacta sunt in cor. & supra magis, quia ratio nuda, vt præsentiua obiecti non est regula bonitatis, sed vt iudicatiua per informationẽ legis naturalis, vel Diuinę, sic per comparationem ad eam sumitur species moris. Quare negatur consequentia, quia & obiectum voluntatis est conforme, vel difforme ad rationem rectam, & sic dat speciem moralẽ; vnde ratio intelligitur habere duplicem habitudinem ad obiectũ voluntatis; primò vt representans, secundò vt regula dijudicãs; primo modo dat bonitatem naturalem, secundò moralem.

Vtrum bonitas voluntatis ex solo obiecto dependeat.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd bonitas voluntatis non dependeat solùm ex obiecto; finis enim affinior est voluntati, quàm alteri potentiæ, sed actus aliarum potentiarum recipiunt bonitatem nõ solùm ex obiecto, sed etiam ex fine, vt ex supradictis patet; ergo etiam actus voluntatis recipit bonitatem non solùm ex obiecto, sed etiam ex fine.

*q.18.ar.4.

¶ 2 Præterea. Bonitas actus non solùm est ex obiecto, sed etiam ex circunstantijs, vt supra dictum est,* sed secundùm diuersitatem circunstantiarum contingit esse diuersitatem bonitatis, & malitiæ in actu voluntatis, puta quòd aliquis velit, quando debet, & vbi debet, & quãtum debet, & quomodo debet, vel prout debet; ergo bonitas voluntatis non solùm dependet ex obiecto, sed etiam ex circunstantijs.

*q.18.ar.10.

¶ 3 Præterea. Ignorantia circunstantiarum excusat malitiam voluntatis, vt supra habitum est, * sed hoc non esset, nisi bonitas, & malitia voluntatis a circunstantijs dependeret; ergo bonitas, & malitia voluntatis dependet ex circunstantijs, & non a solo obiecto.

*quia

¶ Sed contra. Ex circunstantijs inquantum huiusmodi, actus non habet speciem, vt supra dictum est,* sed bonum, & malum sunt specificę differentiæ actus voluntatis, vt dictum est; * ergo bonitas & malitia voluntatis nõ dependet ex circunstantijs; sed ex solo obiecto.

*quia

¶ Quia quæstione præcedenti. art. 4. dictum est, quòd bonitas actus moralis dependet ex quatuor, ideo postquàm determinatũ est ar. 1. quòd bonitas actus interioris dependet ab obiecto bono, restat inquirere, an dependeat etiam ex alijs, vel tantùm ex obiecto, ita quòd voluntas ex hoc tantùm sit bona, quia vult bonum circunscriptis omnibus circunstantijs; ita quòd non oportet addere voluntas est bona, quæ vult bonum, quando debet, ubi debet, & propter quod debet &c. Et si (pro quia) hoc erit verũ, oportet intelligere dictum quæstionis præcedentis de actu morali permissiuè non positiuè, quia uidelicet bonitas actus moralis alicuius potest dependere ex quatuor ibidem dictis, sed nõ bonitas actus moralis per se in communi.

¶ Respondeo dicẽdũ, q in quolibet gñe quãtò aliqd est prius tantò est simplicius, & in paucioribus consistẽs; sic prima corpora sunt simplicia, & ideo inuenimus, q ea, quæ sunt prima in quolibet genere sunt aliquo modo simplicia, & in uno consistunt; principium autem bonitatis, & malitiæ humanorum actuum est ex actu volũtatis, & ideo bonitas, & malitia voluntatis secundùm aliquid

quid vnum attenditur, aliorum verò actuum bonitas, & malitia potest secundùm diuersa attendi.—

¶ D.S. primò præmittit quandam conclusionem fundamentalem, secundò subsumit, & probat conclusionem responsiuã subintellectam implicitè, ibi. Illud autem &c. Conclusio fundamẽtalis est, bonitas vel malitia voluntatis secundùm aliquid vnum attenditur, aliorum verò actuum (scilicet Imperatoris a voluntate exterioris) bonitas, vel malitia potest secundùm diuersa attendi. Probatur, ea, quæ sunt prima in quolibet genere sunt aliquo mõ simplicia, & in vno consistunt; principiũ autem bonitatis, & malitiæ humanorum actuum est ex actu voluntatis, igitur conclusio ista vera. Maior probatur a principio, quia in quolibet genere quantò aliquid est prius, tantò simplicius, & patet exempliariter de quatuor corporibus simplicibus. Et dicit maior aliquo modo simplicia (i. minus compolita) quam ea, quæ sunt ex principijs. Vñ quatuor corpora simplicia, licet sint compolita, nõ tamen ex quatuor elementis; sicut alia corpora mixta. Minor relinquitur nota, & intelligitur, quòd ex actu voluntatis est bonitas aliorum actuũ imperatorũ executiuè, & formaliter completiuè; quia videlicet, nec sunt actu morales, nisi vt stant sub actu voluntatis, vt patuit q. 1. ar ti. 6. Et nota q moraliter loquendo-tunc actus voluntatis est simplicior, quia pauciora ad eius bonitatem requiruntur; alij autem sunt magis compositi, non quia partes habeant essentiales, vel quantitatiuas, sed quia plura requiruntur ad eorum bonitatem moralẽ, quæ faciunt vnum per aggregationem: & illum sensum habet cõclusio ex præmissis illata, quia videlicet bonitas interioris attenditur ex vno, aliorum verò attenditur secundum diuersa. Consequenter ibi.

¶ Illud autem vnum, quod est principium in quolibet genere, non est per accidens, sed per se; quia omne quod est per accidens reducitur ad id, quod est per se, sicut ad principium; & ideo bonitas voluntatis ex solo vno illo dependet, quod per se facit bonitatem in actu, scilicet ex obiecto, & non ex circũstantijs, quæ sunt quædam accidentia actus.—

Conclusio responsi.

¶ Subsumit & infert implicitè istam conclusionem responsiuã affirmatiuam quæsiti, istam. Bonitas voluntatis secundùm actum interiorem dependet solùm ex obiecto. Probatur, bonitas voluntatis secundùm actum interiorem attenditur secundũ aliquod vnũ, sed illud vnum, quod est principium in quolibet genere non est per accidens, sed per se; ergo bonitas voluntatis dependet ex illo solo vno, qđ per se facit bonitatẽ in actu; sed hoc vnũ per se faciẽs bonitatẽ in actu est obiectũ, & nõ circunstantiæ actus, igitur cõclusio vera. Maior patuit ex conclusione fundamẽtali, & intelligitur non quòd illud vnum sit vna res, sed intelligitur, quòd actus interior habet bonitatem ab vno in aliquo ordine, puta quia habet rationem vnius obiecti; licet multa partialia possint quandoq; concurrere, tamen omnia tenebunt se, vt obiectum. Minor probatur, quia omne per accidens reducitur ad per se; si ergo principium, & id a quo dependet principium alicuius generis esset per accidẽs, præsupponeret aliud per se, & sic ipsum non esset primum, nec faceret primum in tali genere, & ergo ab illo vno depẽdet bonitas voluntatis, quod facit per se bonitatem. s. essentialem, & primam & nullam aliam determinantem. Sublumpta de se patet, quia prima bonitas est ex obiecto, circunstantia autem dant bonitatẽ accidentalem alterius determinatiuam, vt patet ex q. præce. relinquit ergo q per se loquendo actus voluntatis non dependet in bonitate, nisi ab obiecto bono, nec in malitia, nisi malo, & nõ requirit, q ordinetur ad finem bonum, nec requirũtur determinatę circũstantiæ ex parte actus. Dico autẽ per se positiuè, quia videlicet omnis actus bonus requirit bonum obiectum, nec habet actus voluntatis, vt sic, q aliquid aliud requiratur; actus enim voluntatis de p se respicit obiectũ, vt est finis; sed accidit fini, vt ordinetur in alĩ finem, vt patet ad primum. Similiter accidit, q actus respectu boni non debeat fieri in tali tempore, vt patebit ad secundum, quare p se loquendo actus voluntatis potest habere bonitatẽ ex solo obiecto, quod est obiectum, & finis non in alium finem relatus, nec requiruntur per se circunstantiæ, quia per se loquendo semper bonum est bonum velle &c. Vnde actus voluntatis, vt sic requirit per se bonum obiectum, alia verò non requirit.

¶ Nota circa hæc, q cum D.S. dicit q bonitas voluntatis de p se (scilicet semper & vniuersaliter) requirat bonitatẽ obiecti, sub obiecto includit etiam debitas circunstantias tenentes se ex parte obiecti. Vnde dixi, q obiectum vnum per se dans bonitatẽ non oporteat esse rem singularem, sed vnam in aliquo ordine. Possunt autem circunstantiæ obiecti comprehendi sub obiecto volũtatis, quia vt patuit q. præce. tenet se etiam, vt obiectum rationis; idem est aũt obiectum rationis, & voluntatis, & circunstantiæ hoc mõ non se habent accidentaliter, sed essentialiter ad actũ voluntatis, tanq̃ obiectũ; vnde & obiectum secundùm mutationem circunstãtiarũ ſtatim mutatur, & quod prius erat bonum nunc est malum, sicut velle diligere Deum propter quod oportet, est boni obiecti, si aũt velit diligere Deum propter quod non oportet, vtpote tem

poralia, hoc erit diligere obiecti mali; nõ autem sic est de actu exteriori, qui respicit per se obiectum suum tantùm. Finem aũt non respicit, sed ordinatur in ipsum per alium actum, similiter circunstantias non per se respicit, sed ipsa ratio cuius est de circunstãtijs ordinare, & ẽt determinant accidentaliter actum exteriorẽ q substest ex parte sui tempori, & loco, & alijs circunstantijs; quare D.S. formaliter, & ex magno ingenio loquens, pulchrè distinxit inter actum interiorem, & exteriorem, & ad primum per se dicit solũ requirit bonum obiectum qui est finis.

ARGVMENTVM in contrariũ est pro conclusione responsiua, quia bonum, & malum specificè faciũt differre actus voluntatis; non tantùm secundùm speciem moris, sed & actus; ideo habent actus voluntatis bonum, & malum a specificante, solũ autem obiectum specificat non circunstantia; ideo ex circunstantijs tenentibus se ex parte actus per se non dependet bonitas; licet vt teneant se, vt obiectum, vt patet ad secundum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd finis est obiectũ voluntatis; non autem aliarum virium; vnde quantum ad actum voluntatis non differt bonitas, quæ est ex obiecto, a bonitate, quæ est ex fine, sicut in actibus aliarum virium, nisi fortè per accidens prout finis dependet ex fine, & voluntas ex voluntate.—

¶ Maior conceditur, quia finis vt, sic est obiectum voluntatis; non aũt per se aliarum virium, quæ operantur aliquid motæ ad sua obiecta ex intentione finis quem respicit voluntas. Minor cõceditur, quia cum sint per accidens in genere moris, & dependeãt a fine; ideo habẽt bonitatem a fine, & quia de se sunt circa aliqua obiecta secundùm aliquas circunstantias; ideo dependet bonitas ex multis. Actus autem voluntatis per se respicit finem, & bonũ, cui non conuenit per se ordinari in alium finem, & quia semper per se bonum est velle bonum; ideo negatur consequentia, quæ præsupponit, q in voluntate sit aliud obiectum, aliud finis, immo obiectum per se est finis, datur. n. actus volũtatis, qui est respectu finis vltimi non ordinabilis in alium finem, & est per accidens, q bonitas ex obiecto, differat a bonitate, quæ est ex fine, prout. s. finis est ex fine, & voluntas a voluntate; hoc est dicere; est per accidens, quòd sit aliquis actus voluntatis, qui est boni ordinabilis in finem vlteriorem; cuius boni ordinabilis volitio dependet ex volitione finis vltimi, tunc. n. bonitas primę volitionis dependet a bono, quod est obiectum, & similiter a bono, quod est ratio volendi, sed hoc non est per se; immo põt dari voluntas; quæ est respectu boni non ordinabilis, & quæ non dependet ex volitione anterioris finis. Vnde ex illis præmissis sequitur oppositum consequẽtis, quia eo ipso, quòd finis est affinior voluntati; ideo est per se eius obiectum, & ergo idem est finis, & obiectum voluntatis, & si quãdoque obiectum uoluntatis non sit finis vltimus, sed ordinabilis in alium finem, hoc non conuenit uoluntati per se; sed per se conuenit sibi esse finis, per accidens aũt ordinabilis in alium finem; quare per se loquendo non habet bonitatem, nisi ex obiecto.

¶ Ad secundum dicendum, q supposito, q voluntas sit boni, nulla circũstantia potest eam facere malã. Quod ergo dicitur, q aliquis vult aliquod bonum, quando nõ debet; potest intelligi dupliciter. Vno mõ ita quòd ista circunstantia referatur ad volitum, & sic voluntas nõ est boni, quia velle facere aliquid, quando non debet fieri; non est velle bonum. Alio modo ita q referatur ad actũ volendi, & sic impossibile est, q aliquis velit bonum, qñ non debet, quia semper Homo debet velle bonum, nisi fortè per accidens inquantum aliquis volendo hoc bonum impeditur, ne tunc velit aliquod bonum debitum, & tunc non incidit malum ex eo, quòd aliquis vult illud bonum, sed ex eo, quòd non vult aliud bonum, & similiter dicendum est de alijs circunstantijs.—

¶ Ad maiorem, si intelligitur de actu interiori distinguo, quia si intelligitur, quòd bonitas actus interioris dependeat ex circunstantijs se tenentibus ex parte actus, & hoc per se negatur. Supposito. n. quòd actus interior sit boni obiecti, non oportet obseruare aliquas circunstantias in actu interiori, quia omni tpe bonum est velle, vel intendere bonum. Dico aũt per se circunstantiæ ex parte actus volendi nõ faciunt ad bonitatẽ actus interioris, vel malitiã, quia per accidens contingeret circunstãtiã aliquid ad hoc facere, vtputa quia quis volẽdo aliquod bonum impediet a volẽdo aliud bonum, quod est magis debitum; tunc. n. per accidens incidit malum ex circunstantia, quæ dr, qñ non quidẽ, quia velit hoc bonũ, sed quia non vult aliud bonum, ita quòd si simul posset utrunque velle circunstantia nihil faceret. Actus n. secundum se bonus põt esse occasio mali, ut habet D.S. in de Malo Mate. 2. ar j. ad primũ. Si aũt intelligitur maior de circunstantijs tenentibus se ex parte voliti, concedo quòd bonitas voliti requirat debitas circunstãtias, quia velle facere rem in tempore pro quo non debet fieri non est

volitum

volitum,& obiectum bonum. Vnde ex diuersitate circunstantiarũ contingit bonum, vel malum in volito,& nõ in actu &c. Ergo bonitas &c. Negatur consequentia, sed probat, ꝙ bonitas actus volũtatis dependet ex obiecto bene circunstantionato, & obiectũ, & circunstantiæ obiecti habent rationẽ vnius obiecti respectu actus interioris voluntatis, quare bonitas voluntatis depẽdet ex bonitate solius obiecti. Obiectum autem requirit bonitatem ex materia,& circunstantijs, sed ille circunstantiæ non requiruntur, vt actus secundùm eas fiat, sed vt obiectum habeat ipsas. Nec obstat huic solutioni, quòd clericus volens negotiari peccet, quia esse clericũ, quod est circunstantia (quis) se habet, vt obiectum; non vt circunstantia actus, quia videlicet peccat, quia vult clericum negotiari; ió peccat,& non quia clericus vult. Nec peccat quis in die festo laborare volens, sed quia vult laborare in die festo; vbi tempus se hẽt, vt obiectum; non vt circunstantia Nec admittitur, quòd peccans actu interiori in die festo committat duplex peccatum, vt patebit infra. Similiter non peccat remissè volens bonum, quia ut habet. D.S. alibi ad dilectionem etiam Dei sufficit quicunque modus diligendi per charitatem.

¶ Nota quòd D.S. in solutione habet, ꝙ volẽdo bonum põt impediri ab alio bono volendo,& hoc quidem potest contingere de bono, quod non est Deus apertè, sed an aliquis ẽt diligendo Deũ, quod est etiam quoddã velle, posset impediri a volitione alterius boni debiti, vr ꝙ sic; licet. n. modus charitatis in omnib. alijs actibus posset includi, & Homo ad illum modũ teneatur ad sensum infra habendum. q. 100. ar. 10. non tamen tenetur ad semper actu diligendum, immo nec actu diligere sp põt pro hoc statu, & si vellet istum actum continuare impediretur saltem a debita quiete, puta somno,& dormitione ex lege naturæ. Vnde si sp actu diligeret non posset dormire, nec facere necessitates debitas conditioni humanæ pro hoc statu; nec sequitur, ꝙ simul mereretur, & peccaret, quia diligendo pro tempore quo tenetur facere incompossibile charitati non meretur per accidens; licet. n. tencatur Deum diligere super omnia; non tamen semper tenetur, immo hoc est impossibile; licet. n. & somnus possit esse meritorius, & relatus in Deum, quando tamen Homo dormit nõ põt actu diligere. Vr his fauere D.S. in de virtutibus ma. 2. arti. 10 in cor. vbi hẽt, ꝙ mẽs tribus impeditur ne totaliter, & sp tendat Deum diligẽdo actualiter, propter occupationem sęcularium rerum, & propter infirmitatẽ præsentis vitæ, cuius necessitatibus oportet aliquatenus hominẽ occupari,& retrahi ne mens actualiter feratur in Deum dormiendo, comedendo, & alia huiusmodi faciendo, sine quibus præsens vita duci non põt, hæc ille. Vnde non vr dubium quin peccaret, q vellet semper actualiter ferri in Deum, & nunquàm dormire, vel facere opus dilectioni actuali incõpossibile. Quare sicut dilectio Dei secundum D.S. in de Malo. malè fieri potest, quia ordinat in malum finem,& sic ex parte finis, vt est obiectum voluntatis; sic per accidens videtur posse malè fieri, quia impeditur pro tunc debitum,& necessarium etiam vitæ corporalis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd circunstantiarũ ignorantia excusat malitiam voluntatis secundùm quòd circunstantiæ se tenent ex parte voliti, inquantum. ſ. ignorat circunstantias actus quem vult.

¶ Ad maiorem, ignorantia circunstantiarum ex parte voliti,& obiecti,& ignorantia inuincibilis excusat, vt patuit q. 6. arti. 8. sed non quasi requirantur ad bonitatem voluntatis per se, sed voliti puta, ꝙ quis accedat ad suam, & non ad non suam. Si autem per ignorantiam inuincibilem accedat ad non suam credens eam suam, excusatur vt patet de Iacob & Lya. Vltra, sed hoc non esset &c. Negatur, sed ideo est, quia circunstantia requiritur ad boni tatem voliti,& obiecti, quia vult accedere ad suam,& ignorat, ꝙ accedit ad non suam, & si ignoranter facit, ignorantia dicta excusatur. Negatur consequentia, sed dependet ex obiecto bene circũstantionato; hoc bene probat, quia si quis agat circa rem non bene circunstantionatam peccat, nisi ignorantia excuset.

Vtrum bonitas voluntatis dependeat a ratione.

F Infra q. 21. ar. 1. cor.

AD tertium sic proceditur. Videtur, ꝙ bonitas voluntatis non dependeat a ratione; prius. n. non dependet a posteriori, sed bonum per prius pertinet ad voluntatem, quàm ad rationem, vt ex supra dictis, patet; * ergo bonum voluntatis non dependet a ratione.

* q. 9. ar. 1.

¶ 2 Præterea. Philosophus dicit in 6. Eth.* quòd bonitas intellectus practici est verũ conforme appetitui recto; appetitus autem rectus est voluntas bona; ergo bonitas rationis practicę magis dependet a bonitate voluntatis, quàm ẽ conuerso.

Aristo. * Cap. 2.

¶ 3 Præterea. Mouens non dependet ab eo, quod mouetur, sed econuerso; voluntas autem mouet rõnem, & alias vires, vt supra dictum est;* ergo bonitas voluntatis non dependet a ratione.

* q. 9. art. 1.

¶ Sed contra est. Quod Hilarius dicit in 10. de Trin.* immoderata est omnis susceptarum voluntatum pertinacia, vbi non rationi volũtas subijcitur; sed bonitas voluntatis consistit in hoc, quòd non sit immoderata; ergo bonitas voluntatis dependet ex hoc, quòd sit subiecta rationi.

Hilarius. * In prin.

¶ Hic D.S. inquirit de dependentia bonitatis actus interioris a suo principio directiuo. Et primò facit hoc. Secundò determinat quædam dubia ex dictis ar. 5 Quia autẽ Homo relictus est in manibus consilij sui; ideo principium directiuum actus humani est duplex. ſ. proximum, & intrinsecum, quod est ratio humana informata lege naturali. Et remotum, & extrinsecum, quod est lex æterna. Primò ergo ostendit, quòd bonitas voluntatis dependeat a ratione. Secundò quòd a lege æterna, ar. sequenti.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est,* bonitas voluntatis propriè ex obiecto dependet, obiectum autem voluntatis proponitur ei per rationem; nam bonũ intellectum est obiectum voluntatis proportionatũ ei, bonum autem sensibile, vel imaginarium, non est proportionatum voluntati, sed appetitui sensitiuo, quia voluntas potest tendere in bonum vniuersale, quod ratio apprehendit, appetitus autem sensitiuus non tendit, nisi in bonum particulare, quod apprehendit vis sensitiua; & ideo bonitas voluntatis dependet a ratione eo modo quo dependet ab obiecto.

* ant. h.

¶ D.S. respondet tali conclusione. Bonitas voluntatis dependet a ratione eo modo quo dependet ab obiecto. Et dicit eo modo. i. eodem genere, quia in genere causæ finalis, & formalis specificatis dependet bonitas ab obiecto, sicut ab eo, quod dat bonitatem, a ratione verò præsentante, sicut a conditione obiecti necessaria, sicut infra dicetur de cognitione respectu amoris. Probatur conclusio, bonitas voluntatis propriè ex obiecto dependet, obiectum autem voluntatis proponitur ei per rationem; ergo &c. Maior patet ex ar. 1.& 2. quia ex obiecto inquantum cadit sub ordine rationis habet bonitatem moralem. Minor probatur in littera, quia bonũ intellectum est obiectum voluntatis proportionatum ei, non autem sensibile bonum, vel imaginatum; ergo minor vera, ꝙ obiectum voluntatis proponitur ei per rationem, sicut per proportionatum, & adequatum proponens. Hoc assumptum pro minore probatur in littera, quia voluntas potest tendere in bonum vniuersale, sed appetitus sensitiuus in bonum particulare; ergo ratio apprehensiua vniuersalis est proportionatum proponẽs obiectũ, volũtatis; vis aũt sensitiua cognitiua appetitus sensitiui. Nota ꝙ ꝓbatio minoris habetur ex duobus punctis, quæ habentur etiã 1. par. q. 80. ar. 2. ad secundũ, quia appetitus intellectiuus (scilicet voluntas) est boni vniuersalis, & vniuersaliter, & sicut termini, & sicut rationis terminandi, & cum hoc est boni immaterialis, & breuiter cuiuscunque apprehensibilis sub ratione boni. Sensitiua autem potentia nõ est cognoscitiua boni vniuersalis, nec cuiuslibet, sed solũ sensibilis boni; ideo non proponit obiectum proportionatum ipsi voluntati, sed ratio, quæ est omnium apprehensiua; & præterea apprehensum per intellectum practicum est propriũ, & per se motiuum voluntatis, quia ſ. propria virtute mouet voluntatem, apprehensum autem per sensum quemcunque, non est natũ mouere voluntatem, nisi accedente apprehensione rationis practicæ, licet cum simul concurrunt fortior sit motus, vt patebit infra q. 77. ar. 1.& 2. Quare minor vera est, quòd obiectum voluntatis proponitur per rationem per se, & nunquàm a sensu, nisi mediante ratione, & secundò proponitur sibi, sicut a motiuo proportionato, & adequato &c.

Conclusio.

¶ Sed circa istum processum corporis est dubiũ, quia huius articuli vr esse ostendere bonitatem volũtatis dependere a rõne, sicut a regula intranea, & propinqua, quia Homo in manu consilij sui derelictus est, vt sibi determinet ex rõne, sicut ex regula quid bonum, & quid malum; articulus autem solũ, vr ostendisse, sicut sonat cõclusio, quòd bonitas voluntatis sit ex rõne ea radice qua ex obiecto, quod non est obiectum, nisi vt apprehensum, & ita actus rõnis est, quod facit obiectum, sed ex hoc nõ hr, quòd concurrat vt regula ex cuius conformitate sit bonitas. Potest. n. rõ præsentare, & obiectum malum, & bonum, & indifferens; igitur ex repsentatione, vt sic non habetur, quod sit causa bonitatis in regula, qđ erat hic determinandum. Sed dicitur, quòd immo intentum habetur clarè ex ista deductione D.S. quia aliud est apprehendere, aliud practicè proponere, licet. n. & ratio speculatiua apprehendat obiectum, tamen sola ratio practica (quæ est directiua, & regulatiua voluntatis) proponit voluntati suum obiectum, tãquàm regula. Proponere enim obiectum est determinare formam agendi, quod est causæ exemplaris. Quare cum voluntas habeat bonitatem ab obiecto, habebit & eandem a proponente obiectum practicè tanquàm regula; ratio enim proponendo practicè regulat, & dirigit voluntatẽ dictando, vt tendat in obiectum conforme sibi. Et ergo bene

bene verum est, ꝙ ratio apprehendens vt sic, nõ est regula; sed ratio proponens est regula voluntatis; & si proponat bonum obiectum eo modo est recta regula, & per eius conformitatem obiectũ est bonum, & per consequens voluntas; secus de ratione proponente malum, quia talis non proponit bonum obiectum, nec ipsa est debita regula, sed ratio proponens (i. dictans prosequendũ bonum obiectum) est vera regula: vnde sicut causa exemplaris non habet alium effectum, quàm efficiens; sed eundem in alio genere, ita ratio non dat aliam bonitatem, quàm obiectum, vel voluntas: obiectum autem dat finaliter, voluntas effectiuè, ratio exemplariter, eo ipso quòd proponit obiectum determinatum, determinare enim formam effectus, vel actionis est causalitas exemplaris, sic ratio proponendo obiectum determinat formam actui voluntatis. Et ita patet, quòd proponendo obiectum habet causalitatem regulæ, ex qua bonitas appetitus dependet.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem; & expresè habet, quòd bonitas voluntatis est a ratione, sicut regulante.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ bonum sub ratione boni, ideſt appetibilis per prius pertinet ad voluntatem, quàm ad rationẽ; sed tñ per prius pertinet ad rationẽ sub ratione veri, quàm ad voluntatem sub ratione appetibilis, quia appetitus voluntatis non potest esse de bono, nisi prius a ratione apprehendatur.

¶ Maior vera est vt sic, potest tamen aliquod esse prius in vno genere causæ, quod est posterius in alio genere, quia causæ sunt sibiinuicem causæ, vt patet de materia, & forma efficientis causalitate, & fine. Ad minorem dicitur primò post D.S. Bonum pertinet prius ad voluntatem sub ratione boni, tamen id quod est bonum, & appetibile prius pertinet ad rationem sub ratione veri, quæ se concomitanter habet ad apprehensionem boni, quod verum ordine naturæ prius est secundùm rationem bono, vt patet in de Veritate, Materia 21. art 3. vide ibidem. Secundò po est dici ad minorem; & est declaratio iam dictorum, negando eam in vno sensu, quia bonum prius pertinet ad intellectum practicum terminatiuè, antequam voluntas tendat in bonum; non enim voluntas appetit bonum nisi vt apprehensum bonum. Sed verum est, quod prius pertinet ad voluntatem motiuè, non enim mouet bonum vt sic intellectum, sed vt ens & verum. Tali enim ratione obijcitur rationi, sed ratio boni formaliter habet se motiuè ad voluntatem; & ergo formaliter prius pertinet tanquam obiectum proprium ad voluntatem, quam ad rationem, tamen ad rationem prius fertur sub ratione veri, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd philosophus ibi loquitur de intellectu practico, secundùm quòd est consiliatiuus, & ratiocinatiuus eorum quæ sunt ad finem; sic enim perficitur per prudentiam. In his autem quæ sunt ad finem, rectitudo rationis consistit in conformitate ad appetitum finis debiti; sed tamen & ipse appetitus finis debiti præsupponit rectam apprehẽsionem de fine, quæ est per rationem.

¶ Maior vera est, bonitas intellectus practici, qui est circa media, dependet ex appetitu recti finis; quia verum, & bonum consilium de mediis, non est verum, nisi sit conforme appetitui boni finis. Vera est itaque maior ad hunc sensum; sed addo, quòd appetitus finis etiam præsupponit apprehensionem finis, quæ est ipsius intellectus; ergo bonitas, &c. verum rationis practicæ bonitas quo ad aliqua dependet ex bonitate voluntatis; sed tamen absolutè, & vniuersaliter rationis bonitas, vel rectitudo præcedit bonitatem voluntatis. De hoc in simili vide in de Veritate, vbi statim, ad tertium. & infra quæst. 58. artic. 5. vbi habetur, quòd prudentia, quæ est de medijs, præsupponit appetitum bonum finis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ voluntas quodammodo mouet rationem, & ratio alio modo mouet uoluntatem ex parte scilicet obiecti, ut supra dictum est.*

* q. 9. art. 1. ad tertium.

¶ Ad maiorem, mouens non dependet ab eo, quod mouetur; verum secundùm eandem speciem motus, & secundùm idem; sed mouens in vno genere motionis, potest moueri in alio. Sic in proposito, quia voluntas mouet rationem quo ad exercitium actus; ratio autem voluntatem quo ad specificationem, & directionem ex parte obiecti, vt patuit supra quæstio. 9. artic. primo, præsertim ad tertium.

Vtrum bonitas voluntatis dependeat à lege æterna.

G Infra q. 21. art. 1. corp.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd bonitas voluntatis humanæ non dependeat a lege æterna; vnius enim vna est regula, & mensura; sed regula humanæ uolũtatis, ex qua eius bonitas depẽdet, est ratio recta; ergo nõ dependet bonitas voluntatis a lege æterna.

¶ 2 Præterea. Mensura est homogenea mensurato, vt dicitur 10. metaphys.* sed lex æterna non est homogenea uoluntati humanæ; ergo lex æterna non potest esse mensura uoluntatis humanæ, ut ab eo bonitas eius dependeat.

Aristot. tex. 4.

¶ 3 Præterea. Mẽsura debet esse certissima, sed lex æterna est nobis ignota; ergo nõ potest esse nostræ uoluntatis mensura, ut ab ea bonitas uoluntatis nostræ dependeat.

¶ Sed contra est, quod Augu. dicit lib. 22. contra Faustum,* ꝙ peccatum est factum dictum, uel concupitum aliquid contra æternam legem, sed malitia uoluntatis est radix peccati; ergo cum malitia bonitati opponatur, bonitas uoluntatis dependet a lege æterna.

*Aug. c. 27. tom. 6.

¶ Hic D.S. inquirit de dependentia bonitatis voluntatis a regula extrinseca; & prima, quæ est lex æterna, quæ est ratio in Diuina mente existens, vt patebit infra q. 91. art. 4. quæ participatur in homine modo naturali per legem naturæ, modo autem supernaturali per legem Diuinam; & breuiter omnis lex est eius participatio, & habet rationem legis, & regulæ per conformitatem ad ipsam.

¶ Respondeo dicendum, quòd in omnibus causis ordinatis effectus plus dependet a causa prima, quàm a causa secunda, quia causa secunda non agit nisi in virtute primæ causæ.

¶ D.S. respondet tali conclusione, multo magis dependet bonitas voluntatis humanæ a lege æterna, quàm a ratione humana; ita videlicet, si esset secundùm rationem humanam, & non legem æternam, non esset bona, nec ratio humana esset recta; & quia hoc ipsum, quòd est recta, habet a lege æterna. Probatur in omnibus causis, &c. vt in principio litteræ; sed quo ad esse regulam, ex qua bonitas appetitus dependet, ratio est essentialiter subordinata legi æternæ; ergo conclusio vera. Huius rationis D.S. primò præmittit maiorem; secundò probat minorem subintellectam, ibi. Quod autem, &c. Tertiò infert conclusionem cum quodam corollario, ibi. Vnde manifestum, &c. Maior ergo probatur, quia causa secunda non agit nisi in virtute primæ causæ; & per consequens prima plus agit, & sic effectus plus ab ea dependet. Consequenter cum dicit.

¶ Quod autem ratio humana sit regula uoluntatis humanæ, ex qua eius bonitas mensuretur, habet ex lege æterna, quæ est ratio Diuina, vnde in Psalm. dicitur* Multi dicunt quis ostendit nobis bona. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, quasi diceret, lumen rationis, quod in nobis est, intantum potest nobis ostendere bona, & nostram uoluntatem regulare, inquantum est lumen uultus tui, ideſt a uultu tuo deriuatum.

Psalmus.

¶ Probat minorem subintellectam, quia istæ causæ sunt essentialiter subordinatæ, quarum secunda non agit nisi in virtute primæ; sed quòd ratio humana sit regula voluntatis humanæ, ex qua bonitas mensuretur, habet ex lege æterna, quæ est ratio Diuina; ergo minor vera. Maior ista nota. Minor probatur ex auctoritate Psal. exposita clarè. Et stat fundamentum, vt dictum est, quia humana ratio non est vera regula, nisi quia iudicat conformiter ad legem naturalem, quæ est participatio legis æternæ, vel iudicat secundùm legem reuelatam, quæ etiam est a lege æterna. Consequenter ibi.

¶ Vnde manifestum est, quòd multo magis dependet bonitas uoluntatis humanæ a lege æterna, quàm a ratione humana; & ubi deficit humana ratio, oportet ad rationem æternam recurrere.

¶ Infert conclusionem ex dicta ratione cum quodam corollario tali, vbi deficit humana ratio, oportet ad rationem, & legem æternam recurrere. Patet, quia causa prima ad plura se extendit, quàm secunda; ergo vbi deficit, &c. Sic in his, quæ excedunt legem, & rationem naturalem recurrendum est ad legem Diuinam, quæ est etiam legis æternæ participatio. Et hæc etiam est ratio, quare supra legem naturalem data est lex Diuina, vt patebit infra, quæst. 91. art. 4.& q. 93. artic. 3.

¶ Et nota, quòd sicut in naturalibus dicimus, quòd nihil dat esse nisi in virtute Dei, ideſt nisi per virtutem a Deo participatam; sic a ratione humana, non dependet bonitas actus voluntaris, nisi quia proponit, & iudicat conformiter ad participationem legis æternæ, quæ participatio est lex naturalis, vel Diuina; & ita lex æterna est prima regula, in cuius virtute ratio humana est regula; &c.

ARGVMENTVM in contrarium est confirmatiuum conclusionis: & vide infra quæst. 71. artic. 2. ad quartum. & artic. 6. ad quintum. pro intellectu huius argumenti, quia etiam peccatū, quod est contra rationem naturalem est contra legem æternam, licet non è contrario vniuersaliter; & sic voluntas erit mala, siue sit contra rationem humanam, siue contra æternam legem.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ unius rei non sunt plures mensuræ, possunt tamen esse plures mensuræ, quarum vna sub alia ordinetur.

¶Ad maiorem, vnius est vna regula in vno ordine, tamē vnius possunt esse plures regulæ, quarum vna ex alia deriuatur, & subordinatæ, quarum vna est homogenea, altera excedens, vt patet de horologio in pariete, quod est mensura subordinata Soli; sicut etiam est de causa efficiente; vbi vna est propinqua, & adæquata; alia excedens, & communis; sicut quandoque unus iuuenis habet vnum particularem directorem in scolis, qui est sibi appropriatus, qui dirigit eum in certis, super quem habet cum alijs scholaribus communem magistrum, qui dirigit eum, & alios vniuersaliter, &c.

¶Ad secundum dicendum, quòd mensura proxima
Dub. 13. est [d] homogenea mensurato, non autem mensura remota.

¶Ad maiorem, mensura proxima, & naturalis est homogenea mensurato, ideſt vnius ordinis; non tamen oportet de mensura remota, & excedente supernaturali; sic ratio humana est homogenea actui voluntatis, quia propinqua, non autem lex æterna; & motus cœli est mensura huius motus homogenea; sed æternitas est prima excedens non eiusdem ordinis.

¶Et nota, quòd quamuis vnius rei sit tantùm vna mensura quātitatiua, & quantitatis, tamen loquendo de mensura veritatis, & regula directiua, vnius possunt esse pluses regulæ subordinatæ, inquantum vnum habet iudicium, & cognitionem veritatis ab alio, & dependet ab alio, sicut est in proposito, vt patuit in corpore.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet lex æterna sit nobis ignota,
* Infra q. 93. art. 3. secundùm quòd est in mente Diuina; * innotescit tamen nobis aliqualiter, vel per rationem naturalem, quæ ab ea deriuatur, vt propria eius imago, vel per aliqualem reuelationem superadditam.

¶Maior vera, regula est certissima vt sic, vt regula est, ideſt oportet, quòd sciatur certè, quòd illud sit conforme regulæ, vel dissonum a regula; sed non oportet, quòd sciatur quid sit regula, sicut dicitur simplicibus; oportet, quòd sic faciatis, quia est de voluntate, & præcepto Diuino, ita oportet esse notam regulam; sed non oportet scire quid sit Diuina voluntas; sed magis scitur, quia est regula.

¶Ad minorem, est nobis ignota lex æterna, quantum ad quid est, & secundùm quòd est in mente Diuina, immo Diuina essentia; sed est nota quantum ad esse regulam, quia scimus in quibūsdam, quòd sunt pro, vel contra regulam, & voluntatem Diuinam, in his scilicet, quæ sunt contra dictamen rectæ rationis, quæ sunt per se mala; sic scimus, quæ sunt per se mala per rationem naturalem, quòd sunt contra Deum, quia quæ sunt contra rationem naturalem sunt etiam contra Dnum. Et hoc est, quod D. S. dicit, quòd innotescit nobis, scilicet quantum ad esse regulam faciendi, vel dimittendi, per rationem naturalem mediante synderesi, vel per reuelationem in supernaturalibus, vbi nobis innotescit, quæ sint de mente Dei. De his infra quæstio. 93. artic. 1. & 2. quia lex æterna est ratio Diuinæ sapientiæ mouentis omnia ad debitum finem. Vnde lex æterna nihil aliud est, quàm ratio Diuinæ sapientiæ, secundùm quòd est directiua omnium actuum, & motionum, quam rationem omnes aliqualiter cognoscunt in suo effectu, quia omnis cognitio veritatis est irradiatio, & participatio illius primæ veritatis, quæ est ratio, & dictamen intellectus Diuini, sicut patuit in corpore articuli, quòd dictamen Diuini intellectus innotescit, partim per rationem naturalem, partim per reuelationem scripturæ, vel internam inspirationem.

H 2. d. 39. q. 3. ar. 2. cor. & ar. 3. per totum. Et 4. dist. 9 ar. 3. q. 2. ad 2 Et Ver. q. 17. ar. 4 Et Mal. q. 2. ar. 2 ad 8. Et quoli. 8. art. 13. & 15. & quol. 9. art 5 cor. Et Ro 14. Lec 2 co. 2. & Lec 3. fi. & Galat. 5. col 3.
* Art. præceden.
* Aug. Ser. 6. de verbis Domini a medio.

Vtrum ratio errans obliget.

AD quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ voluntas discordans a ratione errante non sit mala; ratio enim est regula voluntatis humanæ, inquantum deriuatur a lege æterna, vt dictum est; * sed ratio errans non deriuatur a lege æterna; ergo ratio errans non est regula voluntatis humanæ; non ergo voluntas est mala, si discordat a ratione errante.

¶ 2. Præterea. Secundùm Augustū. * inferioris potestatis præceptum non obligat, si contrarietur præcepto potestatis superioris, sicut si procōsul iubeat aliquid, quod Imperator prohibet; sed ratio errans quandoque proponit aliquid, quod est cōtra præceptum superioris, scilicet Dei, cuius est summa potestas; ergo dictamen rationis errantis non obligat; non est ergo voluntas mala, si discordet a ratione errante.

¶ 3 Præterea. Omnis voluntas mala reducitur ad aliquam speciem malitiæ; sed uoluntas discordans a ratione errante non potest reduci ad aliquam speciem malitiæ, puta si ratio errans errat in hoc, quod dicat esse fornicandum, uoluntas eius qui fornicari non uult, ad nullam malitiam reduci potest: ergo uoluntas discordans a ratione errante non est mala.

¶Sed contra. Sicut in primo dictum est; * conscientia nihil aliud est, quàm applicatio scientiæ ad aliquem actum, scientia autem in ratione est; uoluntas ergo discordans a ratione errante est contra conscientiam; sed omnis talis uoluntas est mala, dicitur enim Roman. 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est, ideſt omne quod est contra conscientiam; ergo uoluntas discordans a ratione errante est mala.

* quæst. artic. 6.
Rom. 14.

¶Hic D. S. mouet quædam dubia incidentia. Et sunt duo, quia enim dictum est, quòd bonitas humanæ uoluntatis dependet a ratione; ratio autem potest esse recta, & erronea; ideo est quæstio, an ad bonitatem voluntatis humanæ sufficiat ratio qualitercunque se habens, & an ad malitiam sufficiat discordare a ratione qualitercunque se habente. Primò igitur est dubium de malitia voluntatis discordantis a ratione erronea. Secundum est dubium de bonitate voluntatis concordantis cum ratione erronea, quæret igitur in præsenti. An voluntas, &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd cum conscientia sit quodammodo dictamen rationis; est enim quædam applicatio scientiæ ad actum, ut in primo dictum est; * idem est quærere, utrum uoluntas discordans a ratione errante sit mala, quod quærere utrum conscientia errans obliget.

* quæst. artic.

¶D. S. primò declarat titulum quæsiti. Secundò recitat responsionem aliquorum ad quæsitum sic expositum, ibi; dicunt ergo, quòd ratio, &c. Tertiò, subiungit suam responsionem, reprobando aliam, ibi. Sed hoc, &c. Circa primum duo. Primò declarat quæsitum, resoluendo in aliud, cui æquipollet. Secundò exponit quendam terminum positum in illo secundo quæsito æquipollente primo, ibi. Circa quod, &c. Quo ad primum vult D. S. quòd idem est dicere, an uoluntas discordans a ratione erronea sit mala, ac si quæratur, an conscientia erronea obliget, ita quòd qui faciat contra eam, malè faciat. Et quòd sit idem quærere, ostendit D. S. quia conscientia nihil aliud est, quàm dictamen rationis practicæ, quæ dictat quid faciendum, vel quid dimittendum; & ergo ratio erronea est dictamen erroneum, & falsa conscientia; & ergo idem est quærere, an uoluntas discordans a ratione erronea sit mala, & an conscientia errans obliget.

¶Nota ex his contra Durandum, quia cum D. S. quærit, & respondet, an conscientia erronea obliget, non intelligit de obligatione strictè accepta, de qua arguit, quia videlicet tenetur se conformare, & non deponere, & non discordare; sed solùm intelligit, quia ea stante, tenetur non discordare ad sanum sensum, quem habet in secundo, distinct. 39 artic. vlt. ad sextum, quia quando ratio errans apprehendit, vt cadens sub præcepto; sic enim obligat ad non discordandum, &c. Et hic sensus patet ex hoc, quòd D. S. identificat ista duo, scilicet an conscientia erronea liget, & an voluntas discordans ab ea sit mala. Ligare igitur in proposito est teneri ad non discordandum, sic in corporalibus aliquis est ligatus, quia non potest recedere, vt habet D. S. in de Veritate, Materia 17. artic. 3. in principio. Et quando habet necessitatem consistendi in loco, sic conscientia dicitur ligare, quia aliquis non potest ab ea recedere licitè discordando ea manente; secus quando deprehenditur esse erronea, & non conformis legi Dei; tunc enim debet deponi, & deponitur ex rationabili causa, & motiuo, ex quo aduertit se errasse. De his in Capreolo in secundo, distinctio. 39. in solutionibus contra tertiam conclusionem.

Ad Dun.
Ligare quid sit.
Capreol.

¶Nota etiam, quòd D. S. hic supponit cōscientiā esse dictamen rationis, & sic actum cum termino suo. Et de hoc ex intentione prima par. quæst. 79. artic. 13. & in de Veritate vbi iam, artic. 1. & in Capreolo vbi iam, conclusione secunda, & in Scoto, eadem distinctione secundi. vbi laborat, & benè, quòd non pertineat formaliter ad voluntatem. Consequenter cum dicit.

Capreol.
Scotus.

¶Circa

¶Circa quod aliqui distinxerunt tria genera actuum; quidam enim sunt boni ex genere, quidam sunt indifferentes, quidam sunt mali ex genere. Dicunt ergo, ꝙ si ratio, uel conscientia dictat aliquid esse faciēdum, quod sit bonum ex suo genere, non est ibi error; similiter si dicat aliquid non esse faciendum, quod est malum ex suo genere; eadem enim ratione præcipiuntur bona, qua prohibentur mala; sed si ratio, vel conscientia dicat alicui, quòd illa, quæ sunt secundùm se mala, homo teneatur facere ex præcepto, uel quòd illa, quæ sunt secūdùm se bona, sunt prohibita, erit ratio, uel conscientia errans; & similiter si ratio, uel conscientia dicat alicui, quòd id quod est secundùm se indifferens, ut leuare festucam de terra, sit prohibitum, vel præceptum, erit ratio, vel conscientia errans.

¶Exponit vnum terminum positum in æquipollenti quæsito, scilicet quæ sit ratio errans, quando quæritur, an conscientia erronea obliget. Et refert dictum aliorum, qui in hoc benè dixerunt, declarando quæ sit ratio erronea. Vnde dicunt, quòd illa non est ratio erronea, quæ dictat aliquod bonum ex genere esse faciendum, & malum ex genere non faciendum. Sed illa est erronea, quæ dicit mala ex genere hominem debere facere ex præcepto, & quæ dicit bona secundùm se esse prohibita, vel quæ dicit indifferentia esse præcepta, vel prohibita, ita quòd tripliciter est erronea, vt patuit.

¶Dicunt ergo, quòd ratio, vel conscientia errans circa indifferentia, siue præcipiendo, siue prohibendo, obligat; ita quòd uoluntas discordans a tali ratione errante erit mala, & peccatum; sed ratio, uel conscientia errans, præcipiendo ea, quæ sunt per se mala, uel prohibendo ea, quæ sunt per se bona, & necessaria ad salutem, non obligat. Vnde in talibus uoluntas discordans a ratione, uel conscientia errante, non est mala.

¶Hic consequenter Doct. S. refert quandam responsionem ad quæsitum expositum aliquorum falsam; & stat in hoc, quòd voluntas discordans a ratione erronea in indifferentibus est mala; & sic conscientia erronea litigat in indifferentibus; sed voluntas discordās a ratione erronea in per se bonis, vel in per se malis, nō est mala; & ita conscientia erronea in talibus non ligat, sed quæ præciperet per se mala, vel prohiberet per se bona. Et de illa opinione vide ad longum D. S. in secundo, distinct. 39. artic. vlt. & in de Veritate, supra artic. 4. quia isti opinantes defecerunt non intelligentes quid sit conscientiam erroneam ligare; quia putabant, quòd conscientiam ligare consistat in hoc, quia si quis faciat secundùm eam rectè faciat; & inde dixerunt, quòd in malis non ligat præcipiendo, vel in bonis prohibendo, quia tunc aliquis faciendo, vel dimittendo non rectè facit; sed conscientia ligare, quia nisi aliquis conscientiam impleat, peccatum incurrit, non autem quia implens benè faciat; alias consilium ligare diceretur, &c.

¶ Sed hoc irrationabiliter dicitur; in indifferentibus enim uoluntas discordans a ratione, uel conscientia errante est mala aliquo modo propter obiectum, a quo bonitas, uel malitia uoluntatis dependet; non autem propter obiectum secundùm sui naturam, sed secundùm quòd per accidens a ratione apprehenditur, ut malum ad faciendum, uel ad uitandum; & quia obiectum uoluntatis est id, quod proponitur a ratione, vt obiectum
* q. 8. art. 1. est; * ex quo aliquid proponitur a ratione, ut malum; uoluntas dum in illud fertur, accipit rationem mali.

Conclusio responsiua.

¶Hic consequenter improbat istam opinionem, respondendo aliter ad quæsitum, quàm illi, tali conclusione. Omnis voluntas, siue scilicet indifferentium, siue per se bonorum, vel per se malorum, discordans a ratione, siue recta, siue errante semper est mala; intellige quando conscientia proponit, & apprehendit tanquam præceptum, vel prohibitum sub peccato. Probatio autem D. S. huius conclusionis erit improbatio prædictæ opinionis, quia probat eam ex eodem fundamento, ex quo ipsi arguunt, scilicet de indifferentibus probat, & ipse de per se malis, vel bonis; & arguitur sic. Voluntas discordans a ratione erronea in indifferētibus est mala, non quia sit rei malæ in se; sed quia est mali per accidens, scilicet apprehensi vt mali ad faciendum, vel vitandum; sed hoc contingit, scilicet quòd res in se bona apprehendatur sub ratione mali prohibiti, & res in se mala apprehendatur sub ratione boni præcepti; ergo sicut ratio erronea ligat in indifferentibus sic in per se malis, uel bonis. Huius rationis D. S. declarat primò maiorem; secundò minorem, ibi. Hoc autem, &c. tertiò infert conclusionem, ibi. Vnde dicendum, &c. Maiorem ergo declarat ex supradictis, quia voluntas habet bonitatem suam a re, vt est apprehensa, & proposita voluntati a ratione, ita quòd si proponatur sub ratione mali erit mala voluntas tēdens in eam, & si proponatur sub ratione boni præcepti erit mala, quæ non tendit; res enim in se non est obiectum, sed vt apprehensa est, quare si voluntas fertur in apprehensum vt malum, vult formaliter malum. Deinde cum dicit.

¶Hoc autem contingit non solùm in indifferentibus; sed etiam in per se bonis, uel malis, non solùm enim id quod est indifferens, potest accipere rationem boni, uel mali per accidens; sed etiam id quod est bonum, potest accipere rationem mali, uel illud quod est malum rationem boni propter apprehensionem rationis; puta abstinere a fornicatione, bonum quoddam est, tamen in hoc bonum non fertur uoluntas, nisi secundùm quòd a ratione proponitur, si ergo proponatur ut malum a ratione errante, fertur in hoc sub ratione mali; unde uoluntas erit mala, quia uult malum, non quidem id quod est malum per se; sed id quod est malum per accidens propter apprehensionem rationis; & similiter credere in Christum est per se bonum, & necessarium ad salutem; sed uoluntas non fertur in hoc, nisi secundùm quòd a ratione proponitur; unde si a ratione proponatur ut malum, uoluntas feretur in hoc ut malum, non quia illud sit malum secundùm se, sed quia est malum per accidens ex apprehensione rationis; & ideo Philosophus dicit in quinto Ethicorum, * quòd per se loquendo incontinens est, qui non sequitur rationem rectam, per accidens autem qui nō sequitur etiam rationem falsam.
* Arist. c. 8.

¶Subiungit minorem quam exponit, & declarat duobus exemplis, & auctoritate philosophi clarè in littera. Et nota, ꝙ summa huius probationis stat in hoc; quia malum ex singularibus defectibus; si ergo ratio erronea dictat rem in se bonam esse malam prohibitam, & non appetendam, & voluntas appetit, peccat, quia fertur in malum vt apprehensum. Si verò ratio dictat rem in se malam esse bonam, & præceptam, & appetendam, & voluntas non appetit, peccat, quia non fertur in bonum vt apprehensum necessariò appetendum; & ita semper est mala, vel quia est mali vt sic, vel quia non est boni vt sic, quia voluntas, quæ fertur in bonum secundùm veritatem, tamen ratione mali est mala, & etiam voluntas, quæ fertur in malum secundùm veritatem, secundùm rationem boni est etiam mala. Modo ratio erronea, vel apprehendit bonum sub ratione mali, vel malum dictat, & apprehendit sub ratione boni. Vnde voluntas siue sit mali apprehensi, vel existentis, semper est mala. Tunc ibi.

¶ Vnde dicendum, quòd simpliciter [d] omnis uolun- Dub. 384.
tas discordans a ratione siue recta, siue errante, semper est mala.

¶Subinfert suam cōclusionem responsiuam, & patet satis probata. Circa quam tamen nota, quia adiunxi, ꝙ intelligenda sit hæc conclusio, ꝙ voluntas est mala semper, quæ discordat a ratione erronea apprehendente bonum tanquam præceptum, vel prohibitum sub peccato: quia si conscientia erronea non apprehenderet tanquam præceptum, vel prohibitum sub peccato, tunc aliquis discordando a tali conscientia non peccaret, nec propriè contra conscientiam ageret. De hoc D. S. in secundo supra ad sextum dicit. Conscientia obligat virtute præcepti Diuini, sub cuius ratione apprehenditur illud, quod ratio dictat; & ideo si illud apprehendatur, vt directè sub præcepto cadens, peccat mortaliter, omittendo illud, quod conscientia dictat, etiam si sit veniale, vel indifferens. Si autem apprehendatur, vt non directè cadens sub præcepto, vel prohibitione, tunc non fit directè contra conscientiam, sed præter eam; & ideo non peccat mortaliter, sed venialiter, vel nullo modo; sicut quando conscientia dictat alicui, ꝙ bonum est facere aliquod opus consilij, si non facit non peccat; quia non apprehendit illud vt bonum necessarium ad salutē, & præcepto subiacens: hæc ille. Ex quibus patet, quòd expositio conclusionis vera est ad mentem D. S. Et per hunc verum intellectum soluuntur obiectiones Durandi, quia esto, ꝙ hæreticus erDurandus.
rans credat, ꝙ licitum sit furari diuitibus, quia tamen ratio non apprehendit illud furari, vt semper debitum, & necessarium; ideo cessando a furto non facit contra conscientiam, nec peccat.

¶Nota etiam circa conclusionem, ꝙ a ratione recta, & erronea discordans, peccat; & ita vtraq; ligat, sed differenter; quia recta simpliciter, & per se; erronea autem secundùm quid, & per accidens. Simpliciter autem dicitur ligare recta conscientia, quia ligat absolutè, & in omnem euentum, & quia sine peccato non potest depo-

Aliter ligat conscientia recta, quã erronea.

ni; sed erronea conscientia non ligat nisi secundùm quid, & sub conditione: ille enim cui dictat conscientia, quòd teneatur ad fornicandum non est obligatus, vt fornicationem sine peccato dimittere non possit, nisi sub hac conditione, si talis conscientia duret, quæ sine peccato remoueri potest. Vnde nec obligat in omnem euentum, & per consequens ligat secundùm quid. Quare dicebatur in principio circa titulũ, quòd ligare conscientiæ erroneæ non est perfecta obligatio.

¶Nota etiam de ista materia, an aliquis conformans se cõscientiæ dubiæ in his, quæ sunt peccata mortalia, peccet. vide D.S quolib.8.art.13.ita ℣ tenens veram opinionem, dubitet autem de eius veritate, dicitur ℣ sic. Vide de ista materia ad longum in domino Antonino prima par.tit.3.c.10.§.10.de scrupulo, an aliquis peccet agendo in quo habet scrupulum. vide.

D. Antoninus.

ARGVMENTVM in contrariũ est pro conclusione responsiua. Et procedit, quòd id, quod est contra conscientiam apprehendentem aliquid tanquam præceptum, vel prohibitum sub peccato, vt dictum est circa conclusionem.

¶Ad primum ergo dicẽdum, ℣ iudicium rationis errantis, licet non deriuatur a Deo, tamen ratio errans iudicium suum proponit vt uerum; & per consequens vt a Deo deriuatum, a quo est omnis veritas.

¶Maior vera est. Est regula per se, & absolutè, quia deriuatur a lege ætterna, potest tamen esse regula ℔m quid, & per accidens, etiam quæ non deriuatur, sed habetur vt deriuata a lege æterna.

¶Ad minorem, quamuis non deriuetur ℔m veritatem a Deo, tamen habetur vt a Deo deriuatum, quia habetur tanquam verum, & a Deo deriuatum; sicut Iudæus putat esse de volũtate Dei, & institutione Diuina, ℣ sibi ratio errans dictat. s. nõ credere in Christum, quia scriptum est, non erit in te Deus recens, &c. & per consequens si contrafecerit, faciet contra id, quod ẽstimat esse de voluntate Dei, & per consequens peccat; vnde si credit, peccat, si non credit iterum peccat. Sed ℣ nõ sit perplexus, videbitur ar. seq. ad 3. quare negatur consequens, ℣ non sit mala, quia est mali per accidens, & contra rationem obligantem per accidens, & ℔m quid.

¶Ad secundum dicendum, ℣ uerbum Aug. habet locum, quando cognoscitur, ℣ inferior potestas præcipit aliquid contra præceptum superioris potestatis. Sed si aliquis crederet, ℣ præceptum procõsulis esset præceptũ Imperatoris, contemnendo præceptum proconsulis cõtemneret præceptum Imperatoris; & similiter si aliquis homo cognosceret, ℣ ratio humana dictaret aliquid cõtra præceptum Dei, non tenetur rationem sequi; sed tunc ratio non totaliter esset errans; sed quando ratio errans proponit aliquid vt præceptum Dei; tunc idem est contemnere dictamen rationis, & Dei præceptum.

¶Maior vera, quando cognoscitur, ℣ præceptum inferioris est contra præceptum superioris, tunc potestas inferioris non ligat; secus si habeatur tanquam procedens ex superiori potestate; quia tunc qui contemneret potestatem inferiorem, cõtemneret etiam superiorem. Minor conceditur, sed nescitur hoc esse contra Deũ, si autem sciretur, ℣ essent contra Deum, tunc homo non teneretur eam sequi. Sed hoc non est contra intentum articuli, quia nõ esset errans totaliter, esset quidem errãs in hoc, ℣ dictaret aliquid esse faciendum, quod esset contra Deum, sed non erraret in hoc, ℣ cognosceret esse contra Deum, sed quia iudicaret faciendum.

¶Vnde nota verbum D.S. ℣ idem est contemnere iudicium rationis, quod habetur tanquam rectum, & a Deo, quod contemnere Deum. Vide de Veritate, Materia 17.artic.5. quia conscientia ideo plus ligat, quàm præceptum prælati.

Quare conscientia ligat plus, quàm præceptũ prælati.

¶Et aduerte, ℣ eoipso, ℣ cognoscitur cõscientia præcedens esse erronea amittit virtutem obligandi, cognoscitur autẽ erronea, quia cognoscitur, quod est cõtra legem Dei; vnde deponendo eã, non facit contra conscientiam obligantem, quia cognito eius defectu amittit vim obligandi, & licet ab eo discordare.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio quando apprehendit aliquid ut malum, semper apprehendit illud sub aliqua ratione mali, puta quia contrariatur Diuino præcepto, uel quia est scandalum, uel propter aliquid huiusmodi; & tunc ad talem speciem malitiæ reducitur talis mala voluntas.

¶Minor negatur. Et ad probationem dicitur, ℣ si ratio dictat esse fornicandum, oportet ℣ dictet sub ratione alicuius boni, puta quia præceptum, vel quia iustum, &c. & tunc voluntas discordans incurrit in vitium contrarium illi virtuti, sub cuius specie, & apparentia conscientia illud dictat; puta dicit, ℣ sit fornicandũ, quia delectabile, & consonum rationi tanquam materia temperantiæ, cuius est etiam quærere delectationes. Sicut e contra, si ratio apprehendit aliquod bonum tanquam malum, oportet sub ratione aliquius mali oppositi alicui virtuti; & tunc si voluntas discordat volendo illud, quod habetur tanquam malum; puta iniustum, vel contra præceptum Dei, incurrit speciem malitiæ iniustitiæ, aut inobedientiæ, &c. Et hoc secundum habet hic D.S. in solutione, primum habet in de Veritate, vbi statim ar.4.ad nonum. vide totum articulum.

Vtrum voluntas contra legem Dei sequens rationem errantem sit mala.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd voluntas concordans rationi erranti sit bona, sicut enim uoluntas discordans a ratione tendit in id, quod ratio iudicat malum, ita uoluntas concordans rationi tendit in id, quod ratio iudicat bonum; sed uoluntas discordans a ratione etiam errante est mala; ergo uoluntas cõcordans rationi etiam erranti est bona. Supra. & loco. indicto.

¶2 Præterea. Voluntas concordans præcepto Dei, & legi ætternæ semper est bona; sed lex eterna, & præceptum Dei proponitur nobis per apprehensionem rationis etiam errantis; ergo uoluntas concordans etiam rationi erranti est bona.

¶3 Præterea. Voluntas discordans a ratione errante est mala; si ergo uoluntas concordans rationi erranti sit etiam mala, videtur, quòd omnis uoluntas habentis rationem errantem sit mala; & sic talis homo erit perplexus, & ex necessitate peccabit, quod est inconueniens; ergo uoluntas concordans rationi erranti est bona.

¶Sed contra. Voluntas occidentium Apostolos erat mala; sed tamen concordabat rationi erranti ipsorum, secundùm illud Ioan.16. Venit hora ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare Deo; ergo voluntas concordans rationi erranti potest esse mala. Ioan.

¶Hic mouet secundum dubium, quod oritur ex dictis art. precedentis. Ex quo enim dictum est voluntatem discordantem a ratione esse malam, dubium est, an concordando tali rationi sit bona, sicut Iudæi conscientia dictabat Christum occidendum. An concordando cum tali conscientia, volendo ipsum occidere habuerit bonam voluntatem.

¶Respondeo dicendum, ℣ sicut præmissa quæstio eadem est cum quæstione, qua queritur, vtrum conscientia erronea liget, ita ista quæstio eadẽ est cum illa, qua quæritur, vtrum conscientia erronea excuset.

¶D.S. primò exponit titulum quæsiti. Secundò respondet iuxta præmissam expositionem, ibi. Hæc autem, &c. Vult ergo quo ad primum, ℣ ista quæstio tantùm valet, ac si quæratur sub alijs verbis, an conscientia erronea excuset, sicut prior quæstio. art. preced. quærebat, an ligaret sub peccato ad non discordandum, ita quòd si voluntas discordaret a conscientia erronea, proponente aliquod obiectum, vt præceptum peccaret, sic si concordet excusetur a peccato.

¶Hæc autem quæstio dependet ab eo, quod supra de ignorantia dictum est; dictum est enim supra, * quòd ignorantia quandoque causat inuoluntarium, quandoque autem non. *q.6.art.

¶Hic consequenter D.S ſm prædictum intellectum quæsiti respondet; & primò præmittit fundamentum, ex quo dependet hæc determinatio. Secundò applicat, & deducit conclusionem responsiuam, ibi, Et quia bonum, &c. Fundamentum ergo determinationis huius quæsiti dependet ex his, quæ supra quæst.6. artic.8. dicta sunt de ignorantia, vbi dictum est, ℣ aliqua ignorantia causet inuoluntarium; & talis omnino excusat, & quia error includit ignorantiam, & est quædam ignorantia prauæ dispositionis; ideo cognito quomodo ignorantia excuset, scitur quomodo error excuset voluntatem, & opus. Et de ista materia etiam infra quæstio.76.artic.3.& 4.

¶Et quia bonum, & malum morale consistit in actu, inquantum est uoluntarius, ut ex præmissis patet; * manifestum est, quòd illa ignorantia, quæ causat inuoluntarium, tollit rationem boni, & mali moralis, nõ autem illa, quæ inuoluntarium non causat. Dictum est etiam supra, * quòd ignorantia, quæ est aliquo modo volita, siue directè, siue indirectè, non causat inuoluntarium; & sic dico ignorantiam directè uoluntariam, in quam actus voluntatis fertur; indirectè autem propter negligentiam, *Art.2. huius quæst. *q.6.artic.

gentiam, ex eo quòd aliquis non vult illud scire, quod scire tenetur, vt supra dictum est. * Si igitur ratio, vel conscientia erret errore uoluntario, uel directè, vel propter negligentiam, quia est error circa id, quod quis scire tenetur, tunc talis error rationis, vel conscientiæ non excusat, quin voluntas concordans rationi, vel conscientiæ sic erranti sit mala. Si autem sit error, qui causat inuoluntarium prouenies ex ignorantia alicuius circunstantiæ, absque omni negligentia; tunc talis error rationis, vel conscientiæ excusat, vt voluntas concordans rationi erranti non sit mala. *q.6.art.3.

¶Applicat prædictum fundamentum, & infert talem conclusionem responsiuam. Si ratio, vel conscientia erret errore, &c. vt in littera præcedenti vsque in finem. Et intelligitur prima pars conclusionis, vt habetur ex Capreolo, quod sicut in præcedenti articulo dictum est, quòd tunc aliquis peccat, discordando a conscientia, quæ proponit aliquid necessarium secũdùm præceptum; ita ista pars intelligitur, si quis concordet cum conscientia erronea, quando vult facere id, quod dictat conscientia vt sic, & si illud dictatum fuerit illicitum, & peccatum. Si quis autem non faciat secundùm quòd, & quia cõscientia dictat, & si volitum ipsum non sit illicitum; sic non oportet, quòd actus voluntatis sit malus; sed solùm quando actus voluntatis conformis rationi erroneæ malus est. Vide exemplum in casu, quem ponit Durandus in quarto argumento in Capreolo, dist.39. contra tertiam conclusionem, quia aliquis cuius conscientia erronea dictat non iurandum non iurans, quando non cogitur præcepto superioris, non peccat. Intelligitur ergo, quando voluntas concordat cum ratione errante in aliquo, quod verè est peccatum, & quando illud vult secundùm conscientiam. Vnde si conscientia dictat non esse iurandum vllo modo, & aliquis non iurat, tunc talis propriè non facit secundùm conscientiam. Sed ille qui vult nunquam iurare, quia conscientia dictet nunquam iurandum. Probat ergo D.S. primò conclusionem quo ad ambas partes rationes; secundò explanat exemplo, ibi. Puta, &c. Quo ad primum arguitur sic, illa ignorantia, vel ille error qui causat inuoluntarium, tollit rationem boni, & mali moralis, non autẽ illa, vel ille error, quæ inuoluntarium non causat; sed ignorantia, vel error, quæ est aliquo modo volita, siue directè, siue indirectè non causat inuoluntarium, sed solùm ignorantia omnino inuoluntaria; igitur sequitur conclusio secundùm duas eius partes. Maiorem probat, quia bonum, & malum morale consistunt in actu, inquantum voluntarius est, vt patuit supra quæst.6.& intellige, quòd actualiter, & consummatè est bonitas ex voluntate, licet & inchoatiuè possit sibi competere ex obiecto in comparatione ad rationem, vt patebit quæst. sequenti. Minor patuit supra quæst.6.artic.8.& patebit iufra quæst.76. vbi vide quomodo se habeat ignorantia concomitans ad peccatum, quia nec auget, nec diminuit, nec per consequens excusat; & innuit ibi D.S. ℣ ignorantia possit esse voluntaria, de hoc infra vbi iam art.2.& in de Malo. Consequenter ibi. Durandus. Capreolus.

¶Puta si ratio errãs, dicat quòd homo tenetur ad vxorem alterius accedere; voluntas concordans huic rationi erranti est mala, eo quòd error iste prouenit ex ignorantia legis Dei, quam scire tenetur. Si autem ratio erret in hoc, quòd credat aliquam mulierem submissam esse suam vxorem; & ea petente debitum velit eam cognoscere, excusatur voluntas eius, vt non sit mala, quia error iste ex ignorantia circunstantiæ prouenit, quæ excusat, & inuoluntarium causat.

¶Explicat prædictam conclusionem exemplariter clarè.

¶Et aduerte circa primum exemplum pro prima parte conclusionis, ℣ in casu isto voluntas concordans cum ratione erronea consentit in id, quod est verè peccatum mortale; & ergo talis voluntas est mala; si autem consentiret in aliquod, quod non esset secundùm se peccatum, nõ oporteret voluntatem esse malam, & huiusmodi etiam ponitur exemplum in argumento in cõtrarium.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primam partem conclusionis.

Dionysius.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Dionysius dicit quarto cap. de Diui. no. * Bonum causatur ex integra causa, malum autem ex singularibus defectibus; & ideo ad hoc, quòd dicatur malum in id quod fertur uoluntas, sufficit, siue quòd secundùm suam naturam sit malum, siue quòd apprehendatur ut malum; sed ad hoc ℣ sit bonum, requiritur, ℣ utroque modo sit bonum.

¶Maior vera est ad hunc sensum, tamen quòd voluntas concordans rationi tendit in bonum, quando etiam fugit malum, si ratio erronea iudicauerit fugiendum, & dato quòd ita sit, quòd tendat in id, quod iudicatur bonum, non propterea voluntas est bona, nisi res sit in veritate, & secundùm rectam rationem bona. Minor est vera, quia talis tendit in id, quod apprehendit vt malum, vel fugit, quod iudicatur bonum, quod semper malum est. Vnde negatur consequentia, quia illa est semper mala, ratione iam dicta, quia semper est mali secundùm esse apprehensum, & per consequens mala; sed illa scilicet voluntas concordans non est boni in veritate; & ergo non est bona. D.S. virtualiter negat consequentiam, & notat vnde possunt glosari præmissæ, quia non sequitur illa semper est mala, quia scilicet discordat; ergo illa bona quia concordat; quia præter concordiam cum apprehensione, oportet etiam ponere bonitatem rei secundùm se, quia bonum ex integra causa; quia autem malum ex singularibus defectibus, ideo discordans semper est mala, quia est mali secundùm esse apprehensum saltem.

¶Ad secundum dicendum, ℣ lex eterna errare no potest, sed ratio humana potest errare; & ideo uoluntas cõcordans rationi humanæ, non semper est recta, nec semper est concordans legi ætternæ.

¶Maior vera; & ratio in solutione, quia lex eterna errare non potest, & est semper boni in veritate; secus de ratione humana. Minor vera, lex eterna proponitur nobis per rationem errantem, sed malè, & erroneè, quod non sufficit ad bonitatem actus. Vnde negatur consequentia.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut in syllogisticis, vno inconuenienti dato necesse est alia sequi, ita in moralibus, uno inconuenienti posito ex necessitate alia sequuntur; sicut supposito, quòd aliquis quærat inanem gloriam, siue propter inanem gloriam faciat quod facere tenetur, siue dimittat, peccabit: nec tamen est perplexus, quia potest intentionem malam dimittere; & similiter supposito errore rationis, vel conscientiæ, qui procedit ex ignorantia non excusante; necesse est, quòd sequatur malum in uoluntate; nec tamen est homo perplexus, quia potest ab errore recedere, cum ignorantia sit vincibilis, & voluntaria.

¶Ad illam primò videtur, ℣ omnis voluntas habentis rationem errantem sit mala. Verum est, si est error, vel ignorantia non excusans, secus si excusaret, vt patuit in corp. Vltra; & sic talis homo erit perplexus. Negatur, ℣ sit perplexus absolutè, quia non necessariò peccabit, sed solùm ex suppositione, quia potest dimittere & debet, conscientiam erroneam, cum sit vincibilis, & sic nõ peccabit; sicut Iudæus habet conscientiam, quòd credere in Christum sit peccatum mortale, si deponit illam conscientiam, & credit, non peccat. Et hoc vult D.S. in principio solutionis, quòd talis peccat solùm ex suppositione nõ absolutè necessariò; similem solutionem habet D.S. in de Veritate, Mater. 17. art. 4. ad octauum, & in secundo supra artic. præced.

¶Nota circa solutionem tertij, quòd cum D.S. dicit. Et similiter, &c. Necesse est, quòd sequatur malum in voluntate, nõ quodcunque malum; sed illud malum, quod est circa id, in quo habet conscientiam erroneam, & talem, quia est circa id, quod secũdùm se est malum; tunc enim faciendo peccat, quia facit rem in se malam; non faciendo autem iterum peccat, quia non facit quod iudicatur bonum præceptum necessarium; similiter si sit conscientia erronea prohibens tanquam peccatum id, quod secundùm se est verè bonum præceptum, tunc conformando se, & non faciendo peccat, quia non facit bonum præceptum, faciendo iterum peccat, quia facit contra conscientiam, quæ prohibebat illud tãquam malum, &c. Sed non intelligitur D.S. quòd necessariò peccet aliis peccatis, sed solùm in materia vbi errat periculosè.

Vtrum bonitas voluntatis in his, quæ sunt ad finem, dependeat ex intentione finis.

K

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd bonitas uoluntatis non dependeat ex intentione finis. Dictum est enim supra, * quòd bonitas uoluntatis dependet ex solo obiecto; sed in his, quæ sunt ad finem, aliud est obiectum uoluntatis, & aliud finis intentus; ergo in talibus bonitas uoluntatis non dependet ab intentione finis. 4.dist.3.ar.4.ad 4.& artic.5. corp. & dist. 40. arti.2. & in expolit. * Art. 2.

¶2 Præterea. Velle seruare mandatum Dei pertinet ad uoluntatem bonam, sed hoc potest referri ad malum finem, scilicet ad finem inanis gloriæ, uel cupiditatis; dũ aliquis uult obedire Deo propter temporalia consequenda; ergo bonitas uoluntatis non dependet ab intentione finis.

¶ 3 Præterea. Bonum, & malũ ſicut diuerſificant uoluntatem, ita diuerſificant finem; ſed malitia uoluntatis non dependet a malitia finis intenti, qui enim uult furari, ut det eleemoſinam, habet uoluntatem malam, licet intendat finem bonum; ergo etiam bonitas uoluntatis non dependet a bonitate finis intenti.

* Auguſt. ¶ Sed contra eſt, quod Augu. dicit 9. confeſſ. * quòd intentio remuneratur a Deo; ſed ex eo aliquid remuneratur a Deo, quia eſt bonum; ergo bonitas uoluntatis ex intentione finis dependet.

¶Poſtquam oſtenſum eſt, ex quo attendatur bonitas actus interioris, conſiderando actum in ſe abſolutè; hic oſtendit idem, comparando vnum actum ad alterum, ſcilicet actum circa media ad intentionem finis. Et primò facit hoc, ſecundò ex prædictis colligit totam rationem bonitatis in actu interiori voluntatis, arti. 9. Circa primum, primò oſtendit dependentiam huiuſmodi actuum interiorum in bonitate, & malitia. Secundò oſtendit modum dependentiæ, artic. 8. Circa primum quod eſt præſentis articuli.

¶Nota pro intellectu quæſiti, quòd licet ſecundùm D.S. in ſecundo, diſtinctio. 38. artic. 5. Vno modo idem ſit actus voluntatis, qui fertur in finem, & in id quod eſt ad finem, licet intentio nominet illum actum ſecundùm ordinem actus ad finem, & voluntas nominet eundem actum ſecundùm ordinem ad obiectum proximum, quod in finem ordinatur; tamen in præſenti quæſito non accipiuntur voluntas, & intentio finis (ſemper ſaltem) prout dicunt vnum actum, ſed quandoque vt dicunt diſtinctos, præſertim quando dicitur vnus alium præcedere in ſecunda concluſione ſequenti; licet enim voluntas non poſſit ferri in quodcunque volitum, niſi in eodem actu feratur virtualiter in vltimũ finem ſecundùm communem rationem, poteſt tamen ferri in aliquod obiectum volitum abſque hoc, quòd feratur in aliquem finem particularem, quem ſibi præſtituit agens actum voluntarium; poteſt etiam voluntas ferri in aliquod ſecundùm ſe, & abſolutè, vt aliquale bonum, & finis, prout quodlibet bonum dicitur finis; & tamen non intendit actu finem, qui eſt obiectum intentionis agentis; & poteſt etiam aliquis intẽdere finem, quod eſt velle finem conſequi per media; & tamen ipſa media non determinare; vnde iſte actus, qui eſt ad media non actu in aliquem finem particularem relata reducitur ad electionem, vel poteſt magis dici voluntas, quia omne bonum vt ſic eſt finis, vt habet D.S. vbi iam in ſecundo in expoſitione litteræ. Nec eſt inconueniens, quòd voluntas ſit ex voluntate, & finis ex fine, vt patuit articulo ſecundo ad primum. Vnde licet, vt etiam Capreolus habet in primo, diſtinctio. 1. quæſt. 1. ad ſecundum. Gregor. circa quartam concluſionem; aliquis non poſſet velle id quod eſt ad finem, inquantum huiuſmodi, quin eodem actu velit finem; tamen poteſt velle id quod eſt ad finem, vt eſt res quædam habens aliquam bonitatem, & tunc non velit, vel intendat finem; & ergo quæſitum non ſupponit impoſſibile, cum ſupponit, quòd ſint duo actus; vnus qui eſt voluntas, alius qui eſt intentio finis, nec per conſequens etiam reſponſio danda præſupponit aliquod falſum, cum dicet iſtos actus poſſe ſe præcedere. Patet ex his, quòd nihil dicitur contra ſupradicta quæſt. 8. vbi dictum eſt voluntatem, vt dicit actum proprie eſſe finẽ; id enim, quòd eſt ordinabile ad finem ex parte agentis, antequam actualiter ordinetur in finem intentum, poteſt habere rationem finis, non quidẽ vltimi, qui eſt obiectum intentionis; ſed finis, prout omne bonum dicitur finis; & ſecundò ſi quis velit dicere, quòd talis actus reſpectu medij præciſè reducatur ad electionem; poteſt dicere, quòd ad electionem ſufficit, quòd ſit ordinabilis in finem, qui eſt intentus virtualiter, ſicut frequenter contingit, quòd aliquod propter finem eſt volitum actu, & tamen nihil actu cogitatur de fine, qui tamen virtualiter quæritur in iſto volito, ſicut conficiens medicinam vult confectionem, & ea per quæ fit; & tamen non cogitat actu de ſanitate, quam tamen conſtat virtualiter intendere in confectione medicinæ. Quamuis magis videatur hic eſſe de mente D. S. iuxta concluſionem, & membrum primum, quòd voluntas tendat in aliquid, antequam quocunque modo intendat finem, ſed intentio ſubſequitur; & ſic videtur oportere dicere, quòd prima voluntas fuerit reſpectu medij materialiter, ideſt reſpectu eius, quod poſtmodũ in finem ordinatur; vnde primò fuit volitum, vt quoddam ſecundùm ſe bonum; ſecundò autem eſt volitum vt medium formaliter, cum accedit intentio finis.

¶Reſpondeo dicendum, quòd intentio dupliciter ſe poteſt habere ad voluntatem; vno modo præcedens; Alius conſequens. alio modo vt concomitans. Præcedit quidem cauſaliter intentio voluntatem, quando aliquid volumus propter intentionem alicuius finis, & tunc ordo ad finem conſideratur, vt ratio quædam bonitatis ipſius voliti, puta cum aliquis vult ieiunare propter Deum, habet enim ieiunium rationem boni ex hoc ipſo, quòd fit propter Deum; vnde cum bonitas voluntatis dependeat a bonitate voliti, vt ſupra dictum eſt, * neceſſe eſt, quòd dependeat ex intentione finis. * Auct.

¶D.S. diſtinguit de duplici habitudine intentionis finis ad voluntatem, & ſecundum hoc dupliciter reſpondet; primò iuxta primam; ſecundò quo ad ſecundam, ibi. Conſequenter autẽ, &c. Dicit ergo, quòd intentio dupliciter poteſt ſe habere ad voluntatem; primò vt præcedens, quia videlicet aliquis intendit finem, conſequi per media indeterminata; & poſtea determinatè eligit media propter talem finem, ita quòd finis eſt ratio volendi; ſecundò habet ſe intentio ad voluntatem conſequenter, quia primò vult aliquid facere, & tamen non propter iſtum finem, quem poſtea intendit, quia potuit velle aliquod ſub ratione propriæ bonitatis quam habet ex obiecto, & poſtea referre in finem præſtituendum ab agente; ita quòd primò velit propter finem actus tantùm, & ſecundò propter finem agẽtis; & licet libri communiter habeant; alio modo vt concomitans; melius tamen videtur debere eſſe, vt conſequens; nam D.S. poſtea habet. Conſequitur autem: Intentum. D. S. magis hoc requirit. Quo igitur ad primum membrum D.S. ſubiungit talem concluſionem reſponſiuam. Bonitas voluntatis dependet ex bonitate intentionis iſto modo, ſcilicet antecedenter, & cauſaliter ſe habentis. Probatur, bonitas voluntatis dependet ex bonitate obiecti, & voliti, præſertim a bonitate rationis formalis voliti; ſed intentio finis iſto modo habet ſe vt formalis ratio obiecti, quaſi ratio bonitatis ipſius voliti; ergo, &c. Maior patuit artic. primo. Secundò minor declaratur exemplariter de ieiunio, &c. Sicut etiam medicina eſt volita propter ſanitatem, & habet appetibilitatem ex ſanitate. Et patuit fundamentum illius minoris ex habitis ſupra queſt. 18. artic. 6. quia finis intẽtus, eſt vt formale actus ordinati in ipſum; & informat, & diffundit ſuam bonitatem in actum ordinatum ad ipſum; & licet poſſet iſto modo eſſe vnus actus, qui eſt intentio finis, & volitas, tamen dicitur intentio eſſe ratio volendi ratione obiecti, ita quòd eoipſo, quòd vno actu illud eſt volitum propter talem finem, voluntas dicitur eſſe bona ex intentione. Deinde ibi.

¶Cõſequitur autem intentio voluntatem, qñ accedit uoluntati ẽxiſtenti, puta ſi aliquis velit aliquid facere; & poſtea referat illud in Deũ, tunc primæ voluntatis bonitas non dependet ex intentione ſequenti, niſi quatenus reiteratur actus voluntatis cum ſequenti intentione.

¶Proſequitur ſecundum membrum, & ſecũdam habitudinem, & intentionis finis ad voluntatem, & eam declarat, vt patuit ſubiungens talem concluſionem reſponſiuam ſecundam. Bonitas voluntatis non dependet ex intentione eam ſequente, niſi quatenus reiteratur actus voluntatis cum ſequenti intentione. Probatur eodem medio quo prima concluſio. Bonitas voluntatis dependet ex intentione, inquantum eſt ratio formalis ipſius voliti, ideſt eſt id, propter quod ipſa res eſt volita; ſed intentio ſequens non eſt ratio volendi, vel voliti; ergo, &c. Maior patuit. Minor patet de ſe, quia volitio præcedit talem intentionem; ergo non cauſatur a tali intentione; hic nota, quòd non eſt idem actus; voluntas, & intentio, quia ſe præcedunt. Secunda autem pars, quæ eſt, niſi inquantum reiteratur; patet, quia tunc eſt ratio volitionis, & volendi; & ergo dat bonitatem, non quidem voluntati, ideſt actui voluntatis qui præceſſit, ſed qui poſtea ex illa intentione cauſatur; & etiam ſi poſterior actus ſit vnus, qui eſt voluntas, & intentio, nihilominus tunc bonitas voluntatis eſt ex intentione finis, non quòd actus ſit propter actum, ſed quia obiectum propter obiectum; & eoipſo, quòd obiectum illud eſt volitum propter finem, ideo voluntas dicitur habere bonitatem ex intentione, ſed vt dictum eſt in prima parte concluſionis, tunc non poſſunt dicere vnum actum, quando videlicet voluntas, & intentio ſe ſequuntur.

ARGVMENTVM in contrarium eſt pro prima concluſione, tamen non contra ſecundam.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ quando intentio eſt cauſa uolendi, ordo ad finem accipitur vt quædam ratio bonitatis in obiecto, vt dictum eſt. * In corp.

¶Ad maiorem, bonitas voluntatis de per ſe dependet ex ſolo obiecto, quo ad aliquem actum interiorem voluntatis. ſ. voluntatem vt eſt finis, qui habet idem pro obiecto, & fine; ſecus eſt de actu, qui eſt circa media, qui dependet ex alio actu, & obiecto. Minor vera; aliud eſt obiectum immediatum, & materiale, & aliud finis intentus; ſed negatur, quòd ſit aliud obiectum mediatum, & formale; quia ſcilicet obiectum exterioris actus non eſt volitum, niſi propter finem intentum; modo vbi vnum propter alterum, ibi eſt tantùm vnum, ſicut ex formali, & materiali efficitur vnum, & hoc etiam tangitur ſolutione ſequenti. Secundò minor poteſt concedi; ſed tamen obiectum intentionis eſt ratio volendi obiectum voluntatis. Quare negatur conſequentia.

¶Ad

Dub. 120. 232. 818. ¶Ad ſecundum dicendum, quòd voluntas non poteſt dici bona, ſi intentio mala ſit cauſa volẽdi; qui enim uult dare eleemoſinam propter inanem gloriam conſequendam, vult id, quod de ſe eſt bonum ſub ratione mali; & ideo prout eſt volitum ab ipſo eſt malum; vnde uoluntas eius eſt mala; ſed ſi intentio ſit conſequens, tunc uoluntas potuit eſſe bona; & per intentionem ſequentem non deprauatur ille actus voluntatis qui præceſſit, ſed actus uoluntatis qui iteratur.

¶Maior vera, pertinet ad voluntatem bonam, ſi velit ſeruare mandata Dei propter bonam intentionem hanc voluntatem præcedentem, ſi autem referatur in malum finem. Negatur, quia velle ſeruare mandata Dei propter talem finem malum, eſt mala voluntas. Minor conceditur. Sed negatur conſequentia, quia talis voluntas non eſt bona, quæ ſit propter intentionem malam præcedentem, ſi autem intentio ſequitur, tunc voluntas prior non inficitur, ſed quæ reiteratur, ideſt alius actus qui ſtat cum illa alia intentione mala, vel eſt idem actus.

¶Nota, quòd cum D.S. dicit in ſolutione, qui vult dare eleemoſinam propter inanem gloriam vult bonum ſub ratione mali, non intelligitur, quòd malum formaliter vt ſic, ſit ratio motiua ad volendum; hoc enim nunquam contingit, ſed intelligit, quòd tale medium, ſcilicet dare eleemoſinam, eſt volitum propter malum ſecundùm veritatem, ita quòd exiſtens malum eſt ratio volendi illud ſecundùm ſe bonum, & nõ quia vanagloria ſub ratione mali ſit volita; ſed eleemoſina eſt volita ſub ratione, ideſt propter id, quod eſt verè malum; vt enim habet D.S. in ſecundo ſupra. Bonum ſecundùm ſe, eſto habeat bonum finem proprium, qui dicitur finis actus voluntatis, non tamen habet neceſſariò bonum finem, qui dicitur finis volentis; ſic ergo finis volentis malus eſt ratio volendi bonum actum ſecundùm ſe, & hoc D.S. intendit, non autem quòd inanis gloria ſit intenta vt mala, ſed vt bonum apparens. Et patet ex his, quòd voluntas poteſt eſſe bona intentione exiſtente mala; contingit quoque ẽcontra, quòd intentio poteſt eſſe bona, & tamen voluntas ſit mala, quando intentio eſt finis boni determinatè, ſed mediorum indeterminatè; & hoc quoque habetur ibidem ex D.S. & ex argumento in contrarium articulo ſequenti.

* Arti. 6. ad primum. ¶Ad tertium dicendum, quòd ſicut iam dictum eſt, * malum contingit ex ſingularibus defectibus, bonum autem ex tota, & integra cauſa; unde ſiue uoluntas ſit eius, quod eſt ſecundùm ſe malum etiam ſub ratione boni, ſiue ſit boni ſub ratione mali, ſemper uoluntas erit mala; ſed ad hoc, quòd ſit uoluntas bonã, requiritur, Dub. 296. quòd ſit boni ſub[d] ratione boni, ideſt quòd velit bonum & propter bonum.

¶Maior vera; ſed tamen voluntas dependet non ſolùm a volito, ſed etiam a ratione volendi; & quodcunque fuerit malum, voluntas erit mala; finis autem, ideſt intentio finis, vt ſic non dependet niſi ex fine ipſo, qui eſt obiectum. Minor vera, non tantùm, ita ꝙ ex nullo alio poſſit habere malitiam, cum etiã ex malitia finis dependet malitia voluntatis, ſicut etiam ex malo obiecto. Vnde negatur conſequentia, ſed deberet inferri; ergo non tantùm ex bono fine; quia requiritur etiam, quòd volitum ordinatum in finem ſit bonum; & tamen illo exiſtente bono, & fine malo, voluntas erit mala. Et D.S. videtur negare conſequentiam, quia ita arguitur, malitia non requirit malum finem; ergo bonitas voluntatis non requirit bonum finem. Negatur conſequentia, quia plus requiritur ad bonum, quàm ad malum, vt habet ſolutio.

Vtrum quantitas bonitatis, vel malitiæ in voluntate, ſequatur quantitatem boni, vel mali in intentione.

Supra arti. 7. ad 2. Et M. 2. art. 2. ad 8. Matth. 12. * Glo. interlin. * Art. præceden. L AD octauum ſic proceditur. Videtur, quòd quantitas bonitatis in uoluntate dependeat ex quantitate bonitatis in intentione; quia ſuper illud Matth. 12. Bonus homo de theſauro bono cordis ſui profert bona, dicit glo. * Tantum boni quis facit quantum intendit; ſed intentio non ſolùm dat bonitatem actui exteriori, ſed etiam voluntati, ut dictum eſt; * ergo tantùm aliquis habet bonam uoluntatem quantum intendit.

¶ 2 Præterea. Augmentata cauſa augmentatur effectus; ſed intentionis bonitas eſt cauſa bonæ uoluntatis; ergo quantum quis intendit de bono tantum uoluntas eſt bona.

¶ 3 Præterea. In malis quantum aliquis intendit, tantum peccat; ſi enim aliquis proijciens lapidem intẽderet facere homicidium, reus homicidij eſſet; ergo pari ratione in bonis tantum eſt bona uoluntas, quantum aliquis bonum intendit.

¶ Sed contra, poteſt eſſe intentio bona, & uoluntas mala; ergo pari ratione poteſt eſſe intentio magis bona, & uoluntas minus bona.

¶Hic inquiritur modus dependentiæ bonitatis in dictis actibus, quia dictum eſt, quòd bonitas voluntatis dependet ex intentione finis, ſicut ex ratione volendi formali. Quæritur ergo, an actus voluntatis ordinatus in finem, ſicut in rationem volendi, ſit tantæ bonitatis, ſicut eſt intentio finis. Et pro intellectu huius articuli, vide ſupra dicta quæſt. 18. artic. 6. & infra dicenda quæſt. ſeq. artic. 3. quia actus voluntatis interior, vel exterior habet quãdam bonitatẽ ex proprio obiecto, & actus intentionis etiam habet vnã propriam formaliter ſibi conuenientem; & tamen eadem bonitas conuenit actui ex intentione procedente denominatiuè ſecũdum modum dicendi Capreoli in ſecundo, diſt. 42. & iuxta modum dicendi D.S. in hoc corp. Bonitas intentionis conuenit actui voluntatis per redundantiam, ſicut ſanum conuenit medicinæ per habitudinem ad ſanitatem animalis. Capreolus.

¶Et nota etiam, ꝙ in iſto quæſito capitur actus voluntatis tam pro actu elicito, quàm imperato exteriori, ita vt ſit ſenſus quæſiti, An quantitas bonitatis in actu qui eſt velle, aut eligere aliquod propter talem intentionem finis, aut actus exercitus, & volitus propter intentionem talis finis commenſuretur quantitati bonitatis ipſius intentionis.

¶Reſpondeo dicendum, quòd circa actum, & intentionem finis, duplex quantitas poteſt conſiderari; vna ex parte obiecti, quia uult maius bonum, uel agit; alia ex intenſione actus, quia intensè uult, uel agit, quod eſt maius ex parte agentis.

¶D.S. primò per quandam diſtinctionem innuit duplicem intellectum quæſiti; ſecundò ſecundùm illam diſtinctionem dupliciter reſpondet. Primò, iuxta primum intellectum quæſiti, ibi. Si igitur, &c. ſecũdò quo ad ſecundum, ibi. Si verò, &c. Dicit ergo, ꝙ circa actum voluntatis. ſ. elicitum, vel imperatum exteriorẽ ex vna parte, & intentionem ex alia parte dupliciter poteſt quãtitas conſiderari; vna ex parte obiecti, alia ex parte intenſionis actus; quæ eſt ex parte ſubiecti. Similem diſtinctionem habet D.S. 2. 2. q. 26. ar. 7. & eandem habet in ſecundo, diſt. 40. art. 3. ad primum. vbi dicit, ꝙ quantùm intendis, tãtùm facis, intelligitur dupliciter; vno modo nominaliter; alio modo aduerbialiter, &c. ſic in propoſito, quantitas intentionis primò capitur nominaliter, & tunc eſt q̃rere an actus voluntatis ſit tantæ rei, & tam dignæ, ſicut eſt intẽtio; ſed ſecundò intelligitur, an actus voluntatis ſit tãto modo, ſicut eſt intentio finis, ita ꝙ aliquis tam intensè feratur ſm actum voluntatis in medium, ſicut fertur ſecundùm actum intentionis in finem.

¶Si igitur loquamur de quantitate utriuſque quãtum ad obiectum; manifeſtum eſt, ꝙ quantitas actus non ſequitur quantitatem intentionis, quod quidem ex parte actus exterioris contingere poteſt dupliciter; vno modo, quia obiectum, quod ordinatur ad finem intentum non eſt proportionatum fini illi, ſicut ſi quis daret decem libras, non poſſet conſequi ſuam intentionem, ſi intenderet emere rem ualentem centũ libras; alio modo propter impedimenta, quę ſuperuenire poſſunt circa exteriorem actum, quæ non eſt in poteſtate noſtra remouere; puta aliquis intendit ire vſq; Romam, & occurrunt ei impedimenta, ꝙ non poteſt hoc facere; ſed ex parte interioris actus uoluntatis non eſt niſi uno modo; quia interiores actus uoluntatis ſunt in poteſtate noſtra, non autem exteriores actus, ſed uoluntas poteſt uelle aliquod obiectũ non proportionatum fini intento; & ſic uoluntas, quæ fertur in id obiectum abſolutè cõſideratum, non eſt tantùm bona, quantùm eſt intentio.

¶Hic D.S. reſpondet iuxta primum intellectum quæſitis, ſed quia actus voluntatis interior, vel exterior circa ordinatum in finem dupliciter conſiderari poteſt; vno modo ſecũdùm proprium obiectum, & bonitatem ſibi ex ipſo competentem cum præciſione, quæ tamen ſe habet materialiter ad bonitatem, quæ eſt ex fine; & ſecundo modo poteſt conſiderari, ſm ꝙ participat bonitatem formalem, quæ eſt ex fine, quia (vt dictum eſt) iſta bonitas, quæ eſt formaliter intentionis, eſt etiã actus voluntatis per denominationem, & redundantiam; ideo D.S. ponit duas concluſiones reſponſiuas iuxta primũ intellectum quæſiti: ſecundam ibi. Sed quia, &c.

Conclusio prima. Prima est, si loquamur de quantitate vtriusque quantum ad obiectum, manifestum est, ꝙ quantitas actus, scilicet voluntatis elicita, vel imperati) circa medium ad finem, non sequitur quantitatem intentionis; & intelligitur de quantitate obiecti proprij cum præcisione redundantiæ ex alio; & hoc vult D.S. cum dicit statim, & sic voluntas, quæ fertur in illud obiectum absolutè, &c. Probatur conclusio, actus exterior dupliciter non sequitur quantitatē intentionis ex parte vtriusq; obiecti, & actus exterior nō sequit quantitatē intentionis vno modo tm; igitur conclusio vera. Consequentia nota, quia non datur actus voluntatis, nisi actus exterior imperatus, & interior circa medium. Antecedens probatur quo ad vtramq; partem clarè in littera; & dicit D.S. circa secūdam partem; & sic voluntas, quæ fertur in id obiectum absolutè consideratum non est tantùm bona, ideſt non tantùm boni, quantùm est intentio ratione boni intenti. Ex quibus verbis patet, ꝙ conclusio prædicta debet intelligi de actu voluntatis respectu obiecti sui considerati tantùm secundùm propriam bonitatem, & non ſm eam quam participat ex fine intento. Consequenter cū dicit.

¶Sed quia etiam ipsa intentio quodammodo pertinet ad actum uoluntatis, inquantum scilicet est ratio eius, propter hoc redundat quantitas bonę intentionis in uoluntatem, inquantum scilicet uoluntas uult aliquod bonum magnum vt finem, licet illud per quod vult consequi tantum bonum, non sit dignum illo bono.

Conclusio secunda. ¶Subiungit secundam conclusionem quo ad illum primum intellectum, qua explanat, quare dixerit, quòd voluntas vt fertur in obiectum absolutè non habet tantam bonitatem sicut intentio; & est ista conclusio, quantitas bonæ intentionis redundat in voluntatem; & vult ista conclusio, quòd actus voluntatis habet tantam bonitatem, sicut intentio finis, non quidem per se, & ex proprio obiecto, sed per participationem, & redundantiam. Probatur ex fundamento artic. præced. Intentio est ratio actus voluntatis, & sic pertinet ad ipsum actum voluntatis; ergo sequitur conclusio. Antecedens notum. Tenet consequentia ex articulo precedenti, quia ratio volendi deriuat suam bonitatem in id, quod est propter talem rationem, & explicat D.S. illam conclusionem, ita quòd eo ipso, quòd aliquid est ordinatum in magnum finem, consequitur bonitatem finis, esto in se sit paruum, sicut dans calicem aquæ frigidæ propter Deum, ista datio est digna vita ęterna, quam dignitatem non habet ex se, sed quia propter Deum.

¶Nota autem, quòd non videtur D.S. intelligendus, quòd actus voluntatis, vt est propter finem, participat quantitatem finis solùm secundùm quandam meliorationem; ita videlicet, ꝙ idem actus voluntatis circa idem obiectum propter vnum digniorem finem efficiatur melior seipso, vt fit propter finem minus dignum. Sed videtur esse mens D.S. quòd actus in finem relatus, vt sic, habeat eandem bonitatem, quæ est finis, alio tamen modo, vt dictū est; & hoc habetur ex quæst. sequen. artic. 3. ad tertium. vbi ex intentione defendit D.S. quòd eadem est bonitas actus intentionis, & voluntatis; vnde calix aquæ frigidæ exhibitus propter charitatem habet eandem bonitatem, quàm habet charitas Dei, & non solùm meliorationem. Vnde D.S. in ista conclusione dicit, quantitas intentionis redundat in voluntatem, & non dicit aliquid quantitatis.

¶Nota etiam, quòd quamuis actus voluntatis isto modo habeat bonitatem intentionis ex parte obiecti, non tamen admittitur ista propositio in bonis, sicut admittitur in malis, videlicet, quantùm intendis, tantùm facis; tum quia ad magnum facere nō sufficit bonitas, quæ est ex redundantia boni intenti, sed etiam bonitas, quæ est ex modo faciendi. Si quis enim remissa voluntate, & charitate det calicem aquæ frigidæ, & intendit per hoc consequi magnum præmium non consequitur, quia requiritur, vt ex magna charitate, & intensè velit & det, & non sufficit dare propter Deum ad magnum præmium, licet etiam ex charitate modica datum sit dignum præmio ęterno, sed non magnum. Tum secundò, quia in malis sufficit vnum ad malitiam magnam, ad bonum autem magnum non sufficit vnum bonum; & ergo in malis, quātùm intendis, tantùm facis; sed in bonis præter intentum bonum, oportet etiam esse bonum, quod fit propter finem, & non magnum facis, nisi & finis sit magnus, & quod est ad finem secundùm se sit magnum tam ex parte subiecti, quàm obiecti. Consequenter ibi.

Exponitur quantùm intendis, tantùm facis.

¶Si verò consideratur quantitas intentionis, & actus secundùm intensionem vtriusque, sic intensio intentionis redundat in actum interiorem, & exteriorem voluntatis, quia ipsa intentio quodammodo se habet formaliter ad vtrumque, vt ex supra dictis patet, * licet materialiter intentione existēte intensa possit esse actus interior, vel exterior, non ita intensus materialiter loquendo; puta cum aliquis non ita intensè vult medicinam sumere, sic vult sanitatem, tamen hoc ipsum, quod est intensè intendere sanitatem, redundat formaliter in hoc, quod est intensè velle medicari.

*q.12 art.4.

¶Respondet iuxta secundum intellectum quæsiti ex parte quātitatis intensionis, & quia intentio intēta potest se habere ad actū voluntatis dupliciter, scilicet vt ratio volendi ex parte finis, potest etiam econtra intensio actus volūtatis comparari ad intentionem vt obiectum; ideo D.S. iuxta hoc membrum ponit duas conclusiones; secundam ibi. Sed tamen, &c. Prima est, si consideretur quantitas intentionis, & actus, scilicet voluntatis, secundùm intēsionem vtriusque; sic intensio intentionis redundat in actum interiorem, & exteriorem voluntatis formaliter, licet materialiter intentione existente intensa possit esse actus interior, vel exterior, non ita intensus. Probatur præsertim quo ad primam partem; ipsa intentio se habet formaliter ad vtrumq; actum voluntatis; ergo prima pars vera, quòd redundat in huiusmodi actus; antecedēs patuit ar. præced. Probatur etiam vtraq; pars conclusionis exemplariter; & primò secunda. scꝫ materialiter loquendo (hoc est respectu proprij obiecti) aliquis non ita intensè vult medicinam sumere, sicut intensè vult sanitatem; & ita intentio finis est intensa & magna quo ad finem, sed non velle medicinam, nec sumptio medicinæ est intensa respectu medicinæ. Cum hoc tamen stat prima pars; quia hoc ipsum quod est intensè intendere sanitatem, redundat in hoc, quod est intensè velle medicari, non quia velle medicari sit materialiter intensum; sed formaliter intensi desiderij sanitatis. Oportet enim hic notare ex D.S. in de Virtutibus, Materia 2. artic. 5. ad secundum. quòd potest esse promptitudo alicuius ratione finis, & tamen non est promptitudo ratione suiipsius; sic in proposito aliquis intendendo intensè sanitatem, eoipso vult intensè medicinam, non propter medicinam, quàm forsan horret, sed propter sanitatem intensè intentam; & hoc videtur velle D.S. cum dicit, tamen hoc ipsum, quod est intensè intendere sanitatem redundat formaliter, ideſt sicut ratio intensionis actus voluntatis, qui est respectu medicinæ; vel potest intelligi ista cōclusio, sicut dictum est, quòd quantitas bonitatis intentionis ex obiecto participatur formaliter ex actu volūtatis, licet in se sit paruus, quia videlicet habet eandem bonitatem quam habet intentio ex obiecto, ita eandem bonitatem quam habet intentio ex sui intensione participat actus voluntatis interior, vel exterior, vt est ex illa intensa intentione finis, licet materialiter, ideſt secundùm esse proprium in subiecto, non sit intensus, tamen eoipso, quòd est ex intensa intentione, habet quantitatem eius per denominationem, & redundantiam, non propriè intrinsecam, sed denominatiuam, & hic sensus intelligibilior videtur. Deinde cum dicit.

Prima conclusio in textu secundum vnū modum dicta.

¶Sed tamen hoc est considerandum, quòd intensio actus interioris, vel exterioris potest referri ad intentionem, vt obiectum, puta cum aliquis intendit intensè velle, vel aliquid intensè operari; & tamen non propter hoc intensè vult, vel operatur, quia quantitatem intenti boni non sequitur bonitas actus interioris, vel exterioris, vt dictum est. *

*Infra

¶Ponit ea, quæ sunt pro secunda conclusione responsiua, iuxta secundum membrum; & deinde ex ea infert quoddam corollarium, ibi. Et inde est, &c. Voluntas enim, cum sit potentia immaterialis, se super actus suos reflectere potest, & ita ipsa intensio actus voluntatis interioris, vel exterioris potest esse obiectum intentionis, quæ etiam est actus voluntatis; & intendit istam conclusionem, non oportet esse correspondentiam quantitatis in bonitate secundùm intensionem actus voluntatis, & intentionis; ita videlicet, quòd aliquis intendit intensè velle, vel intendit intensè operari, & tamen non propter hoc intensè vult, vel operatur. Probatur tali assumpto, quia quantitatem intenti boni, non sequitur bonitas actus interioris, vel exterioris; ergo quia quis intendit actum ipsum tanquam bonum intentum, non propterea sequitur magnus, & intensus actus. Antecedens patuit circa primam conclusionem. Deinde ibi.

¶Et inde est, quòd non quantum aliquis intendit mereri, meretur, quia quantitas meriti consistit in intensione actus, vt infra dicetur. *

*q.114. ar.4. ad 3um. Corollū

¶Infert ex præcedenti conclusione tale corollarium non quantum aliquis intendit mereri meretur. Probatur, quia quantitas meriti consistit in intensione actus; sed iam dictum est, ꝙ magnitudinem boni intenti, non sequitur magnitudo actus; igitur, &c. Maior patebit infra, vbi habetur, ꝙ aliquis plus meretur, secundùm ꝙ actus procedit ex maiori charitate, & est feruentior. Minor iam patuit; vnde sequitur conclusio, immo quandoq; aliquis intendit mereri, & nihil meretur, immo demeretur faciendo malū ex genere, quod putat bonum, sicut patet Ioan. 16. Venit hora, &c.

Præmium essentiale cui commensuratur.

¶Nota circa hoc, quòd præmium essentiale commensuratur quantitati actus voluntatis procedentis ex charitate, & si ille actus sit perfectus etiam sine opere exteriori, tunc debetur sibi æquale præmium essentiale, vt patebit infra; sed actui exteriori, & quantitati eius, ac bonitati secundùm se debetur præmium accidentale.

Vnde

Vnde si quis intendat multum mereri, & tamen actus voluntatis elicitus non est magnus, & intensus non merebitur de præmio essentiali multum, & si actus exterior etiam nō est intensus, & perfectus non erit magnum præmium accidentale, ita quòd ista conclusio verificatur tam de merito præmij essentialis, quàm accidētalis sic, quòd non tantum quis mereatur quantùm intendit. De istis, vide D.S. in. 2.d 40.ar.3. & in de Malo. Mate. 2.ar. 2.ad octauū. Vide etiam infra. q. 114. ar. 4. ad secundum.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primam cōclusionem, & primam partem tertiæ conclusionis. Et quòd intentio possit esse bona, & voluntas mala patuit. ar. præceden. & patet in D.S. in. 2. sen. dist. 30. ar. 5.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd glo. illa loquitur quantùm ad reputationem Dei qui præcipuè considerat intentionem finis. Vnde alia glo. dicit ibidem, ꝙ thesaurus cordis intentio est, ex qua Deus iudicat opera; bonitas enim intentionis, vt dictum est. * redundat quodammodo in bonitatem voluntatis, quæ facit etiam exteriorem actum apud Deum meritorium.

* In cor.

¶ Ad maiorem, tantum boni quis facit quantum intendit, ad hunc sensum, quòd ex intentione est principalis bonitas quæ præcipuè à Deo consideratur, sed non intelligitur quantùm ad totalitatem, ita quòd quamuis bonitas intentionis est principalis bonitas, non tamen est totalis bonitas, quia præter eam requiritur quòd actus voluntatis sit bonus ex obiecto, & modo. Secundò habet veritatem ad hunc sensum, quòd quantum intendis tantum facis etiam in opere exteriori non secundùm se, sed secundùm bonitatem, quæ ex fine in ipsum redundat, quia voluntas, ex hoc, quòd in talem finem ordinatur, ita est tam bona sicut intentio nō secundùm se, sed secundùm redundantiam, cum quibus stat, quòd actus voluntatis secundùm suum obiectum, & intensionem non sit adæquatus fini intento vel intensioni intentionis, & quia præmium respondet intensioni actus voluntatis. Tertiò dicitur post D.S. in secundo supra ad primum, quòd ista auctoritas est vera in bonis si tantum sit aduerbium, sic quòd tam perfectè aliquis facit sicut intendit, sed non est vera nominaliter capiendo tantum.

¶ Ad minorem, dat bonitatem eandem quæ est ex fine. Verum, sed præter illam actus exterior, & voluntas ratione proprij obiecti, & modi in bonis debent habere bonitatem cui mensuratur præmium, & non intentioni. Quare negatur consequentia.

¶ Vnde nota, quòd licet intētio principaliter respiciatur à Deo, non tamen eius bonitati commensuratur præmium, sed commensuratur actui, vel bonæ voluntati, & ergo tantum quis facit quantum intendit ad hunc sensum, quia factum habet bonitatē intentionis, non tñ habet tantum præmium quantum intenditur, quia præmium (vt dictum est) non intentioni, sed actui voluntatis commensuratur. Quantitas enim præmij debetur quantitati meriti, qđ meritum non est sola intentio, sed etiam actus voluntatis. Vnde si intentio est bona actus ex genere bonus erit meritorius assistente charitate, sed nō est tanti præmij meritorius, quantum intenditur, nisi & actus sit commensuratus præmio.

¶ Ad secundum dicendum, quod sola bonitas intentionis non est tota causa bonæ voluntatis, vnde ratio nō sequitur.

¶ Ad maiorem, augmentata causa sufficiente & præcisa, augmentatur effectus dependens ex illa causa. Ad minorem, sed intentionis bonitas est causa bonę voluntatis, sed non præcisa, & sola, sed etiam obiectum, & modus est causa bonitatis actus voluntatis. Vera est tamen minor, quòd intentio est causa bonæ voluntatis formaliter, ideſt illius bonitatis quam habet ex eo, quòd ordinatur, & prouenit ex tali intentione. Vnde negatur consequentia, quia licet habeat aliquam bonitatem ex intentione, tamen si debeat esse perfectè bonus, oportet quòd etiam secundùm se habeat bonitatem aliquam, quæ si fuerit magna erit dignus magni præmij, alias non, quia si quis debeat consequi magnum, oportet quòd exhibeat ęquualens, & non sufficit sola intentio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sola malitia intentionis sufficit ad malitiam voluntatis, & ideo etiam quantùm mala est intentio tantùm etiam mala est voluntas, sed non est eadem ratio de bonitate, vt dictum est. *

* A.7. ad secundum, & tertium.

¶ Maior vera, quia ibi sola intentio sufficit ad malitiam. In bonis autem actus requirit etiam bonitatem ex parte obiecti, & intensionis, ad hoc, quòd sit bonus. Negatur igitur consequentia, si intelligitur, quòd actus sit simpliciter bonus, sed tantùm bonus bonitate participata; ad perfectum autem, & magnum bonum requiritur bona intentio, sed non sufficit, sed etiam vt id, quod est ad finem intentum sit bonum perfectū secundùm se, secus in malis, vbi ad magnam malitiam sufficit vnum malum, vnde dicetur. q. sequen. vt etiam habet D.S. in secundo supra art. 2 quòd bonitas actus non solùm est ex voluntate intendente, sed etiam eligente.

¶ Nota, quòd hic articulus comparat intentionem ad actum voluntatis interiorem, & exteriorem, sed an actus exterior superaddat super interiorem voluntatis aliquam bonitatem videbitur, ar. 3. q. sequen.

Vtrum voluntatis bonitas dependeat ex conformitate ad voluntatem Diuinam.

M 1.di.48.ar. 1.Etveri.q. 23.ar.7.co.

AD nonum sic proceditur. Videtur, quòd bonitas voluntatis humanæ non dependeat ex conformitate voluntatis Diuinæ. Impossibile est enim voluntatem hominis cōformari voluntati Diuinæ, vt patet per id, quod dicitur Esaiæ. 55. Sicut exaltantur cœli à terra, ita exaltatæ sunt viæ meæ à vijs vestris: & cogitationes meæ à cogitationibus vestris: si ergo ad bonitatem voluntatis requireretur conformitas ad Diuinam voluntatem, sequeretur, quòd impossibile esset hominis uoluntatem esse bonam, quod est inconueniens. Esaias.

¶ 2 Præterea. Sicut voluntas nostra deriuatur à voluntate Diuina, ita scientia nostra deriuatur à scientia Diuina; sed non requiritur ad scientiam nostram, quòd sit conformis scientiæ Diuinæ, multa enim Deus scit, quæ nos ignoramus, ergo non requiritur, quòd uoluntas nostra sit conformis uoluntati Diuinæ.

¶ 3 Præterea. Voluntas est actionis principium; sed actio nostra non potest conformari actioni Diuinæ; ergo nec uoluntas.

¶ Sed contra est quod dicitur Matth. 26. Non sicut ego uolo, sed sicut tu uis, quod dicit, quia rectum uult esse hominem, & ad Deum dirigit, ut Augustinus dicit in Ench. * Rectitudo autem uoluntatis est bonitas eius ergo bonitas uoluntatis dependet ex conformitate ad uoluntatem Diuinam. Augustin. * Homil. in psal. 32.

¶ Hic vltimò ex prædictis colligitur tota ratio bonitatis volūtatis humanæ quæ consistit in conformitate ad voluntatem Diuinam. Ista enim conformitas requirit omnes bonitates requisitas ad bonum actum, vt tangit Scotus dist. vltima primi sentētiarum. Et primò ostendit hanc conformitatem requiri ad rectitudinem vel bonitatem voluntatis, secūdò inquiritur modus qui requiritur in dicta conformitate. ar. sequenti. Scotus.

¶ Circa primum nota, quòd hic non quæritur de conformitate potentiæ voluntatis quæ ex conditione sua habet similitudinem ad Deum, sicut ad exemplar (vtpote existens pars imaginis quæ est in homine secundùm animam) sed hic quæritur de conforminate actus qui etiam dicitur voluntas, nec quæritur de conformitate actus quantùm ad esse naturæ, sed de conformitate eius vt est effectus Diuinæ voluntatis; quaudo scilice hoc vult, quod voluntas Diuina disposuit, & vult quod Deus vult eam velle, & etiā de conformitate voluntatis nostræ vt voluntas est, ad voluntatem Diuinam vt sic, quæ est secundùm obiectum.

¶ Nota secundò propter alium terminū quæsiti, quòd hic quæritur de bonitate de qua hic tractatur, scilicet morali, & non de bonitate meritoria tantùm vel Theologica, ita quòd sit sensus, an ad bonitatem etiam moralem ad quam homo virtute naturæ pertingere potest, requiratur conformitas voluntatis humanę ad Diuinam, & hic potest haberi ex D.S. in 1.di.48.ar.3.ad tertium, vbi dicit, quòd conformitas voluntatis humanæ ad Diuinam est commune ad omnia præcepta legis naturalis, & scriptæ quibus in bonum ordinamur, & attendatur illa conformitas secundùm, quòd volumus, quòd Deus nos vult velle voluntate antecedente, & habetur ibidem, quòd pernaturalia possumus nos conformare qua volumus id, quòd congruit nos velle, & secundùm rectum finem; vnde non intelligitur an ad bonitatem actus voluntatis quā habet ex eius relatione in vltimum finem (vt sola fides dirigit in ipsum) requiratur conformitas, sed an bonitatem etiam moralem quam ratio informata lege naturali dirigere potest requiratur dicta conformitas, & in huius signum D.S. in fine sequentis articuli non prosequitur de conformitate quæ est ex charitate, & relatione in vltimum finem supernaturali modo, quasi innuens, quòd cum hic loquamur de bonitate in generali, non sit præsentis propositi hoc in præsenti explicare, ad bonitatem enim secūdùm quid moralem sufficit bonitas finis summi vt est principiū omnis boni, & in sui participatione, hoc tamen verum est, quòd aliquando etiam viuentes in lege naturali tenebantur se conuertere ad Deū vt auctorem salutis supernaturalis, sed intelligo prædicta, quòd non semper requirabatur ad bonitatem aliquam actus vt referatur in finem supernaturalem, vt patebit articulo sequenti.

¶ Respon-

* Art.7. ¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est.* bonitas voluntatis dependet ex intentione finis, finis autē vltimus voluntatis humanæ est summum bonum, quod

* q.1.ar.8. est Deus, vt supra dictum est. * Requiritur ergo ad bonitatem humanæ uoluntatis, quòd ordinetur ad summum bonum.

Conclusio fun. ¶ D.S. primò præmittit quandam conclusionem fundamentalem, secundò proposito applicat, & infert conclusionem respon. ibi Hoc autem, &c. Fundamentalis est, Ad bonitatem humanæ voluntatis requiritur quòd ordinetur ad summum bonum. Probatur, bonitas voluntatis dependet ex intentione finis, sed summū bonū (q̄ est Deus) est vltimus finis, ergo, &c. Maior patet ex ar.7. Minor patuit supra q. 1. Et habetur ex ista conclusione fundamētum hoc, ex quo ad bonitatem voluntatis humanæ requiritur ordinatio ad summum bonum, ideo voluntas quæ primò, & per se, & necessariò, & naturaliter perfectè ordinatur in summum bonum erit prima bona voluntas, & per consequens regula aliarum. Deinde ibi.

¶ Hoc autem bonum primò quidem, & per se comparatur ad voluntatē Diuinam vt obiectum proprium eius; illud autem quod est primum in quolibet genere est mensura, & ratio omnium quæ sunt illius generis; vnumquodque autem rectum, & bonum est, inquantùm attingit ad propriam mensuram, ergo ad hoc quòd voluntas hominis sit bona, requiritur quòd conformetur voluntati Diuinæ.

Conclusio responsi. ¶ Applicat conclusionem fundamentalem, & subsumit pro responsiua conclusione ista. Ad hoc, quòd voluntas hominis sit bona requiritur, quòd cōformetur voluntati Diuinæ. Probatur vnūquodque est rectum, & bonum inquantùm attingit ad propriam mensuram; sed voluntas Diuina est mensura voluntatis humanæ, igitur conclusio vera. Maior nota. Minor subintellecta probatur, illud, q̄d est primū in quolibet gñe, est mēsura, & ratio omniū quę sunt illius generis; sed voluntas Diuina est prima inter omnes voluntates, igitur, &c. Maior nota. Minor probatur, bonum summū primò & per se comparatur ad voluntatem Diuinam, vt propriū obiectum eius, ergo est prima inter oēs voluntates. Tenet consequentia extra litteram, quia secundùm ordinem bonorum est ordo voluntatum, ergo Diuina voluntas quæ est summi boni per se, & primò, quia videlicet ipsum perfectè vult & naturaliter, & solùm ipsum propter se, & necessariò, & omnia alia propter ipsum, ipsa erit prima, & primò bona, & regula omnium aliarum voluntatum, quæ ideo sunt bonæ, quia tendunt in obiectum voluntatis Diuinæ. Habetur ergo ex hoc articulo, quòd eum ad bonitatē actus requiratur ordinari ad summum bonum, & hoc conueniat primò voluntati Diuinæ, ideo est voluntas primò bona, quare sicut Deus vt est primum esse, & ens, est mensura omnium entium, & intellectus eius est mensura omnis cognitionis, sic bona voluntas est mensura omnis voluntatis, & sic D.S. ostenso, quòd est primò bona infert, quòd est prima regula voluntatum, quanquam & ipsa Diuina voluntas per sapientiam Diuinam sicut per simpliciter primma regulam dirigatur, vt habet D.S de Veritate Mate. 23. ar. 6. vbi & ar 7. habet idem fundamentum, quod hic, quia videlicet voluntas Diuina est prima voluntas, & primò bona, igitur nulla est bona nisi sit sibi conformis per imitationem aliquam, vnde sicut tenemur habere bonam voluntatem, ita tenemur hab ere conformem, Vide etiam de ista Mate. D.S. in primo supra, &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsi. Et d ista propositione rectitudo voluntatis est bonitas eius infra q.21.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd voluntas hominis non potest conformari voluntati Diuinæ per æquiparantiam, sed per imitationem, & similiter conformatur scientia hominis scientiæ Diuinæ inquantùm cognoscit verum, & actio hominis actioni Diuinæ inquantùm est agenti conueniens, & hoc per imitationem; non autem per æquiparantiam, unde patet solutio ad secundum, & ad tertium argumentum.

¶ Maior vera, est impossibile conformari per equalitatem perfectionis, & per æquiparantiam in esse vel in operari, & quo ad modum volendi omnino; tamen potest conformari secundùm proportionabilitatem quæ tangetur in ar. sequenti, & vt effectus, & vt voluntas; puta sicut Deus vult omnia secundùm bonitatem suam, & sub ratione bonitatis suæ, ita & voluntas humana dicitur omnia velle propter Dei bonitatem, & honorem, & ita conformari secundùm aliquam proportionabilitatem in volito formali, sed non materiali. Similiter ad minorem secundi, quia conformatur scientia nostra scientiæ Diuinæ quantùm ad conformitatem proportionabilitatis; Quia Deus cognoscit verum, ita & intellectus noster, sed non equaliter, quia intellectus Diuinus cognoscit verum infinitum infinitè, secus de intellectu nostro. Et præterea D.S. in secundo dicit, quòd non est par ratio, quia defectus intellectus non est in potestate nostra sicut voluntatis. Et secundò negat ibidē minorem vniuersaliter, quia tenentur scire ea quæ sunt necessaria ad salutem, & præterea in alijs etiam ab his quæ sunt fidei aliquis peccaret, quia voluntariè impugnaret verum, & adhæreret falso. Similiter ad minorem tertij de actione, quia sicut Deus agit quæ sibi conueniunt, ita & nos debemus, &c.

Vtrum necesse sit voluntatem humanam conformari Diuinæ semper in volito, vt sit bona.

AD decimum sic proceditur. Videtur, quòd voluntas hominis non debeat semper conformari Diuinæ uoluntati. In uolito enim nō possumus uelle, quod ignoramus, bonum enim apprehensum est obiectū uoluntatis, sed quid Deus velit, ignoramus in plurimis, ergo non potest humana uoluntas Diuinæ uoluntati conformari in uolito.

¶ 2 Præterea. Deus uult damnare aliquem quem præscit in mortali peccato moriturum, si ergo homo teneretur conformare uoluntatem suam Diuinæ uoluntati in uolito, sequeretur, quòd homo teneretur uelle suā damnationem, quod est inconueniens.

¶ 3 Præterea. Nullus tenetur uelle aliquid quod est contra pietatē, sed si homo uellet illud, quod Deus uult, hoc esset quandoque contra pietatem, puta cum Deus uult mori patrem alicuius, si filius hoc idem uellet, contra pietatem esset, ergo non tenetur conformare uoluntatem suam Diuinæ in uolito.

¶ Sed contra est, quia super illud psalmi. Rectos decet collaudatio. dicit Glo. * Rectum cor habet qui uult quod Deus vult sed quilibet tenetur habere rectum cor, ergo quilibet tenetur uelle, quod Deus uult.

¶ 4 Præterea. Forma uoluntaris est ex obiecto, sicut & cuiuslibet actus, si ergo tenetur homo conformare uoluntatem suam uoluntati Diuinæ, requiritur, quòd teneatur conformari in uolito.

¶ 5 Præterea. Repugnantia uoluntatum consistit in hoc, quòd homines diuersa uolunt; sed quicunque habet uoluntatem repugnantem Diuinæ uoluntati, habet malam uoluntatem; ergo quicunque non conformat uoluntatem suam uoluntati Diuinæ in uolito, habet mala uoluntatem.

¶ Hic inquiritur modus conformitatis qui requiritur, & sufficit ad bonitatem, & rectitudinem uoluntatis humanæ, in quibus videlicet oporteat voluntatem conformari voluntati Diuinæ; an oporteat eam idem velle, quod Deus vult, vel an possit aliquid aliud velle, & tamen esse bonam moraliter, & Theologicè.

¶ Respondeo dicendum, quod sicut ex prædictis patet, * uoluntas fertur in finem obiectum secundùm, qđ à ratione proponitur, contingit autem aliquid à ratione cōsiderari diuersimodè, ita quòd sub una ratione est bonum, & secundùm aliam rationem non, & ideo uoluntas alicuius si uelit illud esse secundùm, quòd habet rationem boni, est bona; & uoluntas alterius si uelit illud idem non esse bonum, secundùm quòd habet rationem mali, erit uoluntas etiam bona; sicut iudex habet bonam uoluntatem dum uult occisionem latronis, quia iusta est; uoluntas autem alterius, puta uxoris uel filij, qui uult non occidi ipsum inquantùm est secundùm naturam mala occisio, est etiam bona.

¶ D.S. respōdet dupliciter secundùm duplicem modum conformitatis voluntatis humanæ cum Diuina; iuxta secundum respondet ibi, Est & alius, &c. Quo ad primam responsionem D.S. tria facit, primò aliquas conclusiones fundamentales deducit. Secundò ex eis conclusionem respōsiuam infert, ibi. Volūtas igitur, &c. Tertiò conclusionem responsi. exponit, ibi. Sed tamen, &c. Præmittit autem tres conclusiones fundamentales. Secundam deducit, ibi. Cum autem, &c. Tertiam ibi. Non est aūt. &c. Prima est, voluntas alicuius si velit aliquid esse, secundùm quòd habet rationē boni est bona, & alterius voluntas si velit idem non esse, vt habet ratio-

rationem mali, erit etiam bona, probatur, voluntas fertur in suum obiectum secundùm quòd à ratione proponitur, sed contingit ali quid à ratione considerari diuersimodè, ita quòd sub vna est bonū, & secundùm aliam rationem non bonum, ergo, &c. Et aduerte, q̄ idem est velle non esse, & nolle, vnde idem est voluntas volens non esse, & nolens. Et declaratur conclusio exemplariter, quia voluntas iudicis volens occisionem latronis est bona, quia vult propter bonum motiuum, scilicet iustitiam conseruandam; vxor autem vult non occidi sub ea ratione qua occisio est mala, quia est sibi, & prolibus nociua, vnde voluntas volens est bona similiter, & nolens.

¶ Et nota, quòd voluntas vxoris nolens est bona, attenta illa ratione particulari nolendi, & tamen ipsa non recusat mortem vt est iusta, & volita à iudice, sed solùm quia sibi mala; si tamen est iusta tunc non opponit se iustitiæ, nec contra iustitiam publicam remurmurat, sed voluntate deliberata, ordo iustitiæ sibi placet.

Fundamētum huius materiæ. ¶ Ex ista conclusione habetur magnum fundamentum huius materiæ, quia potest aliquid, quod Deus vult secundùm se displicere, & esse nolitum, semper tamen ratio qua volitum est à Deo debet nobis placere, & sic possumus discordare in volito, & tamen habere bonam voluntatem, dummodo ratio nolendi bona sit, quia videlicet, & à Deo est vt vxor velit virum non occidi, vt occisio est malum naturæ, & damnosa. Consequenter cum dicit.

¶ Cum autem voluntas sequatur apprehensionem rationis uel intellectus, secundùm quòd ratio boni apprehensi fuerit communior, secūdùm hoc, & uoluntas fertur in bonum communius, sicut patet in exemplo proposito, nam iudex habet curam boni communis, quod est iustitia, & ideo vult occisionem latronis quæ habet rationem boni secundùm relationem ad statum communem; vxor autem latronis considerare habet bonum priuatum familiæ, & secundùm hoc vult maritum latronem non occidi, bonum autem totius vniuersi est id, quod est apprehensum à Deo qui est vniuersi factor, & gubernator; vnde quicqnid vult, vult sub ratione boni communis, quod est, sua bonitas quæ est bonum totius vniuersi. Apprehensio autem creaturæ secundùm suam naturam est alicuius boni particularis proportionati suæ naturæ, contingit autem aliquid esse bonum secundùm rationem particularem, quod non est bonum secundùm rationem vniuersalem aut è conuerso, vt dictum est. * Et ideo contingit, quòd aliqua voluntas est bona volens aliquid secundùm rationem particularem consideratum, quod tamen Deus non vult secundùm rationem vniuersalem, aut è conuerso. Et inde est etiam, quòd possunt diuersæ voluntates diuersorum hominum circa opposita esse bonæ, prout sub diuersis rationibus particularibus volunt hoc esse vel non esse.

*In hoc ar.

Conclusio secūda fun da. ¶ Subsumit pro secunda conclusione fundamentali ista. Contingit, quòd aliqua voluntas est bona volens aliquid secundùm rationem particularem consideratum, quod tamen Deus non vult secundū rationem vniuersalem, aut è contra; sicut filius vult viuere patrem, quia pater est benefactor, Deus autem vult vt non viuat, sed moriatur propter ordinem naturæ seruandū, & propter debitum peccati originalis, & vtraque voluntas est bona. Probatur hæc conclusio suppositā præce. conclusione, quòd voluntas fertur secundùm rationem apprehensam. Tunc sic, Secundùm quòd ratio boni apprehensi fuerit communior, secundum hoc voluntas fertur in bonum communius. i. sub ratione magis communi, sed bonum totius vniuersi est id, quod est apprehensum à Deo; apprehensio autem creaturæ secundùm suam naturam est alicuius boni particularis proportionati suæ naturæ, ergo quicquid vult Deus sub ratione boni communis vult, quod est sua bonitas, quæ est bonum totius vniuersi, Subsumitur, Contingit autem aliquid esse bonū sm rationem particularem, quod non est bonum secundùm rationem vniuersalem, aut è cōtrario, ergo illa conclusio vera. Maior patet ratione, quia voluntas sequitur apprehensionem rationis vel intellectus, ergo sequitur maior, quòd si ratio boni apprehensi est communior, &c. Et declaratur exemplariter immorando in exemplo præmisso de iudice, & vxore in occisione latronis. Minoris prima pars patet, quia Deus est factor, & gubernator vniuersi, ergo ipse intendit bonum vniuersi, scilicet suam essentiam quæ est bonum extrinsecum principaliter, & assimilationē, & representationem eius in ordine vniuersi, vt patet. 12. Metaph. tex. com. 52. in. D.S. lec. 9. & prima parte. q. 103. ar. 2. & 4. vbi habetur, quòd Diuina essentia representanda, & ab omnibus participanda est finis vniuersi extrinsecus, & ordo rerum est bonum intrinsecum, & tamen propriè nō sunt duo fines. Quare prima pars minoris vera est, quòd bonum vniuersi est apprehensum à Deo, quod est Diuina essentia, nam ipsa est principalis finis; per hoc tamen non excluditur bonum intrinsecum, scilicet ordo vniuersi qui ordinatur in Deum sicut in finem. Secunda pars minoris relinquitur nota. Et dicitur notanter, secundùm suam naturam, &c. quia per eleuationem in superiorem naturam potest apprehendere bonum excedens. Subsumpta patet ex dicto exemplo, quare sequitur conclusio. Et confirmatur ista conclusio per simile de diuersis voluntatibus diuersorum hominum, quæ possunt esse bonæ circa opposita, quarum vna vult aliquid esse, alia vult non esse, propter diuersas rationes particulares, ergo multo magis possunt voluntates, quarum vna vult sub ratione particulari, alia non vult ratione vniuersali esse bonæ, & è contra, volens sub ratione vniuersali, & non volens sub ratione particulari. Antecedens patet de his quorum vnus vult aliquid propter vnam rationem, alius non vult propter aliam etiam particularem, vt patet de se. Consequenter ibi.

¶ Non est autem recta voluntas alicuius hoīs volentis aliquod bonum particulare, nisi referat illud in bonum commune sicut in finem, cum etiam naturalis appetitus cuiuslibet partis ordinetur in bonum commune totius; ex fine autem sumitur quasi formalis ratio volendi illud, quod ad finem ordinatur, vnde ad hoc, quòd aliquis recta voluntate velit aliquod particulare bonum, oportet, quòd illud particulare bonum sit volitum materialiter, bonum autem commune sit volitum formaliter.

Conclusio tertia præambul. ¶ Deducit tertiam cōclusionem præambularem talem. Ad hoc quòd aliquis recta voluntate velit aliquod particulare bonū, oportet quòd illud particulare bonum sit volitum materialiter, bonum autem commune sit volitum formaliter. Probatur, non est recta vel bona voluntas hominis volentis bonum particulare, nisi referat illud in bonum commune, sed ex fine sumitur quasi formalis ratio uolendi illud, quod est ad finem, ergo conclusio vera. Maiorem probat, quia etiam naturalis appetitus cuiuslibet partis ordinatur in bonum commune, immo plus amat quælibet creatura bonum commune quàm proprium, ergo & appetitus rationalis debet appetere bonum particulare propter commune bonum. Minor de se patet ex prædictis, quare conclusio vera. Est autem bonum commune vniuersaliter participatum ab omnibus Diuina bonitas, quæ quia est finis totius ordinis uniuersi, ideo dū aliquid est volitum sub quacunque ratione boni ordinati, etiam est volitū propter bonum Diuinum, quia omnia bona in ipsum ordinantus sicut in finem. Deinde cum dicit.

¶ Voluntas igitur humana tenetur conformari Diuinæ voluntati in volito formaliter; tenetur enim velle bonum Diuinum, & commune, sed non materialiter ratione iam dicta. *

* In hoc arti. Conclusio responsi. ¶ Infert ex prædictis conclusionibus præambularibus conclusionem responsi. primam talem. Voluntas humana tenetur conformari Diuinæ uoluntati in volito formaliter, sed non materialiter, ideſt non in volito materiali. Intellige conclusionem de voluntate humana viatoris, secus de comprehensoris uoluntate, ut patet de Veritate. Mate. 23. ar. 8. in cor. Probatur prima pars conclusionis ex immediata conclusione præce. quia ad rectam volitātem oportet, quòd partieulare sit uolitum propter bonum commune, sed hoc est conformari in uolito formaliter, &c. Secunda pars patet ex duabus conclusionibus primis, & patet etiam per argumenta prima in oppositum, quia non vult sub ratione, & inclinatione particulari sub qua debet uelle non fieri, & tamē Deus vult sub ratione communi.

¶ Nota tamen circa istam conclusionem, vt habetur ex. D.S. in. 1. dist. vlti. ar. vlti. quòd secunda pars conclusionis verificatur præsertim de uoluntate humana, ut natura est uel telesis, quia talis cū feratur in uolitum secundùm se, potest nō uelle, quod Deus uult; sed tamen uoluntas ut ratio, quæ uidelicet sequitur apprehensionem collatiuam illius materialis uoliti, uel ad finem sub quo Deus uult, uel secundum alias circunstantias, quia uidelicet apprehenditur vt uolitum à Deo, quod præsertim per signum operationis manifestatur, tunc uoluntas deliberata tenetur illud velle quamuis voluntas vt natura, & appetitus naturalis, & sensitiuus refugiant; & tamen vt statim dicetur etiam fugiendo se aliquo modo conformant, sicut est in illo qui dolet de morte alicuius utilis in ecclesia sub primo motiuo. Vnde voluntas discordans in volito materiali concordat in volito formali, quia & non volendi, quod Deus uult est ratio bona, quia scilicet si non volo eum mori, quia utilis ecclesiæ, & tamen sufficit, quòd voluntas vt ratio non recalcitret Diuinæ ordinationi; non autem oportet gaudium experiri de hoc, quod secundùm talem uoluntatem sit. Vide de ista distinctione voluntatis, & de iam dictis. 3. par. q. 18. articu. 2. & 5. & 6. Deinde ibi.

¶ Sed tamen quantum ad vtrumque modo aliquo

voluntas humana conformatur voluntati Diuinæ, quia ſecundùm, quòd conformatur voluntati Diuinæ in cõmuni ratione voliti, conformatur ei in fine vltimo; ſecundùm autem, quòd non conformatur ei in volito materialiter, conformatur ei ſecundùm rationem cauſæ efficientis, quia hanc propriam inclinationem conſequẽtem naturam vel apprehẽſionem particularem huius rei, habet res à Deo ſicut à cauſa effectiua, vnde conſueuit dici, quòd conformatur quantum ad hoc voluntas hominis voluntati Diuinæ, quia vult hoc, quod Deus vult eum velle.

¶ Exponit concluſionem reſponſuam, & magis explicat tali concluſione declaratoria, quantùm ad vtrumque, ſcilicet conformando ſe in volito formali, & non conformando in materiali, voluntas humana aliquo modo conformatur Diuinæ. Probatur, quia primo modo conformatur ei in fine vltimo. Secundo autem modo conformatur ei ſecundùm rationem cauſæ efficientis, ergo concluſio vera. Prima pars aſſumpti, patet, quia ſicùt Deus vult ſub ratione finis vltimi, qui eſt ſua bonitas, ſicut propter finem adæquatum; ita ille vult propter eundem finem, ſaltem vt remotũ, &c. Secunda pars aſſumpti probatur, quia hanc propriam inclinationem, &c. vt in littera. Nam quòd filius apprehendat mortem patris vt malam, & non volendam abſolutè, hoc habet ex inclinatione quam habet ex Deo. Vnde vult, quod Deus eum vult velle, & ita voluntas ſua eſt conformis, non quidem vt voluntas voluntati, ſed vt effectus cauſæ, ad modum dicẽdi. D. S. in de Veri. Vnde. D. S. ſecunda ſecundæ. q. 104. ar. 4. ad tertium, quòd & ſi non ſemper teneatur homo velle, quod Deus vult, ſemper tamen tenetur velle, quod Deus vult eum velle. Et hoc homini præcipuè innoteſcit per præceptum Diuinum, hæc ille. Et patet ex his, quòd homo debet velle, quod Deus eum vult velle, voluntate antecedente, cuius effectus eſt ordinatio naturæ in bonum, &c.

¶ Eſt & alius modus conformitatis ſecundùm rationem cauſæ formalis, vt ſcilicet homo velit aliquid ex charitate ſicut Deus vult; & iſta etiam conformitas reducitur ad conformitatem formalem quæ attenditur ex ordine ad vltimum finem, quod eſt proprium obiectum charitatis.

¶ Habito quia voluntas humana viatoris debet conformari in genere cauſæ finalis, & efficientis, non autem materialis (loquẽdo præſertim de voluntate vt natura eſt) hic in calce corporis reſpondet ſecundò ad quæſitum ſecundùm alium cõformitatis modum. Et ponit quis ſit ille modus, quia eſt ſecundùm, quòd aliquis vult ex charitate (i. propter Deum dilectum ſuper omnia, vt eſt principium beatitudinis ſupernaturalis) ſicut, & Deus vult omnia propter ſeipſum ex Diuina charitate dilectum. Ponit etiam, quòd iſta conformitas reducitur ad conformitatem formalem, quæ ſcilicet eſt ſecundùm volitum formale, quæ conformitas formalis eſt ex ordine ad vltimum finem, charitas etiam habet vltimum finẽ pro obiecto. Et ergo quia conformitas ſecundùm charitatem eſt ſecundùm habitudinem ad vltimum fiuem, ſicut & cõformitas formalis quæ eſt conformitas in ratione volendi, quæ eſt vt formale obiectum, ideo conformitas charitatis reducitur ad conformitatem quæ in volito formali.

¶ Aduerte tamen, quòd D. S. hic non exprimit quomodo homo teneatur ad iſtam conformitatẽ, quæ eſt ſm charitatẽ, & ſm cauſam formalem, ſed hoc hꝫ inf. q. 100. ar. 10. quia requiritur tm̃ quando homo tenetur Deum diligere ſuper omnia, vt patebit ibidem, & in de Verita. vbi ſupra ad quintum. Sed conformitas in genere cauſæ finalis, & ſecundùm volitum formale, & ſimiliter ſecundùm genus cauſæ efficientis ſemper requiritur ad bonitatem etiam moralem, Vide tamen D. S. in de Verit. ſup. art. 7. ad octauũ. & in. 2. diſtin. 28. vbi habet alium modum dicendi de modo charitatis, & conformitate formali quàm infra. vide Capreo. in. 2. diſt. 28 in ſolutionibus contra quartam concluſionem. **Capreolus.**

¶ Nota etiam, quòd alia eſt conformitas ſecuneùm volitum formale, & ſecundùm cauſam formalem, quæ eſt charitas, quia ad primam conformitatem ſufficit velle aliquod ſub aliqua ratione boni in quo eſt Diuina bonitas virtualiter volita, ſed ad conformitatem formalem quæ eſt modus charitatis ſuperueniens ex charitate formante actum volũtatis, requiritur, quòd actus ſit volitus ſub ratione boni Diuini ſupernaturalis ſupernaturaliter dilecti, ſed primo modo ſufficit ad bonitatem actus, quòd ordinetur in bonum vniuerſale modo naturali, inquantum Diuinum bonum eſt finis naturalis omnium, quare. D. S. dicit, quòd eſt alia conformitas quæ eſt ex charitate præter eam quæ eſt ex formali volito, quam ſemper oportet obſeruare, ſed primam tantũ quando obliciceret, ad bonitatem voluntatis humanæ requiri ordinationẽ in ſummum bonum, non intelligebat prout fides dirigit in ſummum bonum, & charitas gratuita in ipſum mouet, ſed vt eſt finis naturalis omnium bonorum, & totius vniuerſi. **Alia conformitas finalis quã formalis ex charitate.**

ARGVMENTA in contrarium continent quædam contra dicta in corpore, ideo vltimò ſoluentur cum D. S.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd volitum Diuinum ſecundùm rationem communem quale ſit, ſcire poſſumus, ſcimus enim, quòd Deus quicquid vult, vult ſub ratione boni, & ideo quicunque vult aliquid ſub quacunque ratione boni, habet voluntatem conformem voluntati Diuinæ quantùm ad rationem voliti; ſed in particulari neſcimus quid Deus velit, & quantum ad hoc non tenemur conformare voluntatem noſtram Diuinæ voluntati. In ſtatu tamen gloriæ omnes videbunt in ſingulis quæ volent, ordinem eorum ad id, quod Deus circa hoc vult, & ideo non ſolùm formaliter ſed materialiter in omnibus ſuam voluntatem Deo conformabunt.

¶ Ad maiorem, non poſſumus velle, quod ignoramus, verum, quod ignoramus omnino, & ſimpliciter ac totaliter, ſi tamen ſcimus vel cognoſcamus ſecundùm aliquid ſic poſſumus uelle. Simile habet. D. S. in primo ſen. diſt. 6. in expoſitione litteræ. Minor vera, in via non ſcimus quid Deus velit materialiter, tamen rationem volendi ſcimus, quia vult omnia propter bonum commune. Vnde negatur conſequentia, quia hic pro iſto ſtatu ſcimus formale volitumi, in patria autem ſciemus, & materiale, & tunc conformabimus voluntatem noſtram quantum ad vtrumque; hic autem iuſti quo ad volitum formale ſemper. Et ſecundò etiam quo ad materiale voluntate vt ratio, poſtquàm conſtiterit eſſe volitum à Deo & ſub ordine ad finem voluntatis Diuinæ, vnde. D. S. in de Verita. ſupra ar. 8. in cor. Iuſti viatores quorum voluntas adhæret Diuinæ bonitati, & tamen eam non ita perfectè contemplantur vt omnem ordinem volitorum ad ipſam manifeſtè percipiant, quamuis in eis ſit aliqua affectio ad contrarium laudabilis tamẽ propter aliũ ordinem in eis conſideratum, quantum ad affectionem, quam tamen non obſtinatè ſequuntur; ſed Diuinę voluntati ſupponunt, dum eis placet, quòd ordo Diuinæ voluntatis in animalibus impleatur, ſicut ille qui patrem ſuum vult viuere propter affectum pietatis, quem tamen Deus uult mori, ſi iuſtus ſit, hanc ſuam voluntatem propriam Diuinæ ſupponit vt non impatienter ferens ſi Dei voluntas in contrarium propriè voluntatis impleatur, hæc ille. Ex quibus patent quæ dicta ſunt, & concordant cum dictis in cor. ex primo ſen.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Deus non uult dãnationem alicuius ſub ratione damnationis, nec mortem alicuius inquantùm eſt mors, quia ipſe uult omnes homines ſaluos fieri; ſed uult, iſta ratione iuſtitiæ, unde ſufficit circa talia, quòd homo uelit iuſtitiam Dei, & ordinem naturæ ſeruari. Vnde patet ſolutio ad tertium.

¶ Ad maiorem, vult non ſub ratione damnationis quaſi damnatio, & pœna moueat ex parte Dei, ſed eius iuſtitia quæ vult perſeuerantes in peccatis damnare. Negatur autem conſequentia, quia non tenetur conformare in volito materiali, ſed formali, & ratione motiua, vnde tenetur velle Diuinam iuſtitiam, &c. Quid autem ſi alicui reuelaretur ſua damnatio, vtrum teneretur ſe conformare vide de Veri. Mate. 23. ar. 8. ad ſecũdum. vbi ſic dicit. Dato q̃ Deus de potentia abſoluta reuelaret alicui damnationẽ ſuã ſm prophetiam præſcientiæ, & non comminationis, adhuc non teneretur ille cui talis reuelatio fieret velle ſuam damnationem abſolutè, ſed ſecundum ordinem ſuæ iuſtitiæ, quo Deus vult perſiſtentes in peccatis damnare; non enim vult Deus ex parte ſua dãnare aliquem, ſed ſecundùm illud, quod ex nobis eſt. Vnde velle ſuam damnationem abſolutè non eſſet conformare voluntatem ſuam Diuinæ, ſed voluntati peccati, hæc ille. De qua materia vide extensè Capreol. in quarto diſt. 17. q. 1. ad primum Durandi contra primam concluſionem, quia facta tali reuelatione de qua dictum eſt, ille cui fieret non teneretur velle culpam ſuam nec finalem impenitentiam, nec abſolutè pœnam inferni, nec damnationem ſuam de per ſe vt eſt damnatio, tamen teneretur velle ordinem Diuinæ iuſtitiæ, & velle quicquid Deus iuſtè vult circa punitionem ſuam fieri, &c. Capreo.

¶ Ad tertij maiorem, conceditur ipſa, tamen affectum pietatis debet iuſtus ſupponere Diuinæ voluntati, quæ ſi impleturcontra affectum ſuum non debet impatienter ferre, poteſt ergo, vt dicit maior, ex pietate naturali velle voluntate vt natura (i. vt fertur in aliquid abſolutè) nolendo, quod Deus vult.

¶ Ad maiorem, ſi vellet materiale volitum, & abſolutè eſſet contra pietatem, ut probat exemplum, ergo non tenetur conformare in volito materiali abſolutè, tamen in formali volito; quia Deus uult patrem mori ut ſeruetur ordo naturæ, & illum debeo velle, ſed non mortem patris ſecundùm ſe. &c. Iſta tria argumenta

gumenta probant ſecundam partem concluſionis reſponſi-ſcilicet quòd non requiritur conformitas in genere cauſæ materialis.

¶ Ad primum verò, quod in contrarium obijciebatur dicendum, quòd magis vult, quod Deus vult, qui conformat voluntatem ſuam voluntati Diuinæ quantum ad rationem voliti, quàm qui conformat quantum ad ipſam rem volitam, quia voluntas principalius fertur in finem quàm in id, quod eſt ad finem.

¶ Ad maiorem illius (quod arguit quòd in volito materiali teneatur) rectum cor habet qui vult formaliter, quod Deus vult in genere cauſæ efficientis, ſed non eſt vera de volito materiali; immo magis conformatur, qui eſt conformis in ratione volendi in volito, quia volũtas principalius fertur in finem, quàm in volitum propter finem.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſpecies, & forma actus magis attenditur ſecundùm rationem obiecti, quã ſecundùm id, quod eſt materiale in obiecto.

¶ Ad maiorem, forma voluntatis eſt ex obiecto, verum, formali magis quàm materiali, vt patuit ſupra, quia qui mechatur vt furetur, magis eſt fur quàm mechus, vnde negetur conſequentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non eſt repugnantia voluntatum, quando aliqui diuerſa uolunt non ſecundùm eandam rationem; ſed ſi ſub vna ratione eſſet aliquid ab vno volitum, quod alius nollet, hoc induceret repugnantiam voluntatum, quod ramen non eſt in propoſito.

¶ Ad maiorem reſponder. D. S. hic, & tertia parte. q. 18. art. 6. in cor. ſi intelligitur, quòd ſit repugnantia quando aliquæ voluntates volunt diuerſa, ſcilicet aliquid fieri, & aliquid non fieri, propter diuerſas rationes; negatur quia contrarietas, & repugnantia non eſt niſi reſpectu eiuſdem, & ſecundùm idem. Si autem intelligitur, q̃ repugnantia voluntatum eſt ſecundùm quòd homines diuerſa volunt ſecundum eandem rationem, tunc conceditur, ſicut ſi aliquis vellet hoc propter iuſtitiam, alius autem non vellet etiã propter iuſtitiam, ibi eſſet contrarietas. Sed ſi aliquis velit illum mori propter iuſtitiam, alius velit non mori propter pietatem filialem, non eſt contrarietas, niſi intantum extenderet ſe voluntas filij ad bonum priuatum, quòd communem iuſtitiam vellet impedire, tunc enim eſſet circa idem formaliter. Vnde ſi vnus aliquid velit, & alius ſub eadem rationem nolit, tunc eſt repugnantia, ſed hoc non contingit in propoſito, quia filius vult viuere patrẽ propter pietatem naturalem, Deus autem vult mori propter iuſtitiam & ordinem naturæ ſeruandum, & ideo non eſt repugnantia, quia ſunt diuerſa volita circa idem, ſed ſecundùm diuerſas rationes, Vide. D. S. tertia parte quid amplius requiratur ad repugnantiam voluntatum, quia quòd ſit circa eandem voluntatem.

¶ Nota circa iſtam ſolutionem, quòd D. S. habet in de Verita. ſup. art. 8. ad ſecundũ, quòd amicitia conſiſtit in concordia voluntatum magis quo ad finem, quàm quo ad volita; plus enim eſſet amicus febricitantis medicus qui ei vinum negaret, quod concupiſceret propter commune deſideriũ ſanitatis, quàm ſi vellet eius deſiderio ſatisfacere de vini potatione in periculum ſanitatis, hęc ille. Et nota iſta verba, quia euacuant quoddam dictum cuiuſdam qui dicit. Si quis ſciret, quòd prælatus vellet aliquid fieri, etiam ſi ſibi non conſtaret, quod vellet eum velle vel facere, ipſe deberet vel teneretur velle aut facere, non quidem virtute obedientiæ, ſed amicitiæ. Sed habes hic, quòd non oportet amicitiam concordare in volito materiali, immo quandoque amicitiæ eſt diſcordare in voluntate, ſicut habet D. S. ſecunda ſecundæ. q. 114 ar. 1. ad tertium, quòd non eſt contra amicitiam aliquando amicum contriſtare. Et præterea ad tertium habet D. S. ibidem. Voluntas prælati non eſt regula noſtræ voluntatis, ſicut Diuina voluntas, ſed præceptum eius, & ideo non ſequitur, quòd ſi ſubditus non tenetur velle quicquid ſcit prælatum ſuum velle, quòd etiam non teneatur velle, quod Deus vult vel quicquid vult eum velle.

Quæſtio Vigeſima.

De bonitate & malitia actuum exteriorum.

DEinde conſiderandum eſt de bonitate, & malitia quantùm ad exteriores actus; & circa hoc quærũtur ſex. Primò, vtrum bonitas, & malitia per prius ſit in actu uoluntatis vel in actu exteriori. Secundò, vtrum tota bonitas uel malitia actus exterioris dependeat ex bonitate uoluntatis. Tertiò, utrum ſit eadem bonitas, & malitia iuterioris, & exterioris actus. Quartò, utrum actus exretior addat de bonitate uel malitia ſupra actum iuteriorem. Quintò, utrum euentus ſequens aliquid addat de bonitate uel malitia ad actum exteriorem. Sextò, utrum idem actus exterior poſſit eſſe bonus uel malus.

¶ Poſtquam determinatum eſt de bonitate, & malitia actuum humanorum, & deinde etiam de bonitate actuum interiorum, hic agitur de bonitate actuum exteriorum. Et patet ratio ordinis de ſe ex dictis, quia interiores ſunt primò & principaliter morales, &c. Et circa hic primò oſtenditur quomodo attendatur bonitas, & malitia in actu exteriori. Secundò determinatur quoddam dubium incidens. ar. 6. Circa primum conſideratur bonitas, & malitia dupliciter in actu exteriori, ſcilicet per comparationem ad actum interiorem, & per comparationem ad effectum ſequentem. Primò ergo oſtenditur quomodo in actu exteriori ſit bonitas, & malitia per comparationem ad actum interiorem. Secundò per comparationem ad effectum in articulo. 5. Quo ad primum autem comparantur actus interior, & exterior tripliciter. Vno modo ſecundùm ordinem prioris, & poſterioris. Secundò ſecundùm cauſalitatem. Tertiò ſecundùm vnitatem, & diuerſitatem in bonitate, & malitia.

Vtrum bonitas vel malitia prius ſit in actu voluntatis, vel in actu exteriori.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd bonum, & malum per prius conſiſtat in actu exteriori quã in actu uoluntatis. Voluntas enim habet bonitatem ex obiecto, ut ſupra dictum eſt.* ſed actus exterior eſt obiectum interioris actus voluntatis, dicimur enim uelle furtum uel uelle dare eleemoſinam, ergo malum, & bonum per prius eſt in actu exteriori, quàm in actu uoluntatis. O

* q. 19. art. primo.

¶ 2 Præterea. Bonum per prius conuenit fini, quia ea quæ ſunt ad finem habent rationem boni ex ordine ad finem, actus autem uoluntatis non poteſt eſſe finis, ut ſupra dictum eſt. * actus autem alterius potentiæ poteſt eſſe finis, ergo per prius conſiſtit bonum in actu potentiæ alterius quàm in actu uoluntatis.

* q. 17. ar. 1. ad ſecundum.

¶ 3 Præterea. Actus uoluntatis formaliter ſe habet ad actum exteriorem, ut ſupra dictum eſt.* ſed id, quod eſt formale eſt poſterius, nam forma aduenit materiæ; ergo per prius eſt bonum, & malum in actu exteriori quã in actu voluntatis.

* q. 18. art. 6.

¶ Sed contra eſt, quod Aug, dicit in libro retractationum.* quòd uoluntas eſt ex qua peccatur, & rectè uiuitur, ergo bonum, & malum morale per prius conſiſtit in uoluntate.

* Auguſt. lib. 1. ca. 9.

¶ Hic primò D. S comparat actum exteriorem, & interiorem ſecundùm prioritatem bonitatis.

¶ Reſpondeo dicendũ, q̃ aliqui actus exteriores poſſunt dici boni uel mali dupliciter. Vno mndo ſecundùm genus ſuum, & ſecundùm circunſtantias in ipſis conſideratas, ſicut dare eleemoſinam ſeruatis debitis circunſtautijs dicitur eſſe bonum. Alio modo dicitur aliquid eſſe bonum uel malum ex ordine ad finem, ſicut dare eleemoſinam propter inanem gloriam dicitur eſſe malum.

¶ D. S primò diſtinguit de duplici bonitate actuũ, ſecundò reſpondet dupliciter. Primò iuxta ſecundum membrum ibi. Cum autem, &c. Secundò quo ad primum ibi. Bonitas autem, &c. Dicit ergo primò, quòd actus exteriores poſſunt dici boni vel mali dupliciter (i. poſſunt habere duplicem bonitatem) vnam ſecundum genus (i. obiectum benè circunſtantionatum) Aliam ex fine intento, qui eſt obiectum intentionis agentis. Et declarat iſta mẽbra diſtinctionis exemplariter in littera. Et patet iſta diſtinctio ex q. 18. ar. 2. & alijs dictis. Deinde cum dicit.

¶ Cum autem finis ſit proprium obiectum uoluntatis, manifeſtum eſt, quòd iſta ratio boni uel mali quam habet actus exterior ex ordine ad finem, per prius inuenitur in actu uoluntatis, & ex eo deriuatur ad actum exteriorem.

¶ Reſpondet iuxta ſecundam bonitatem tali concluſione. Ratio boni uel mali (i. bonum uel malũ) ex fine quam habet actus exterior ex ordine ad finem, prius inuenitur in actu uoluntatis.

Pro-

Probatur ex duplici medio a D. S. primò sic, illi actui per prius cõuenit bonitas quę est ex fine, qui habet immediatiorem habitudinem ad finem; sed actus interior est huiusmodi, ergo, &c. Maior nota extra litteram, quia id, quod immediatius se habet ad causam habet se propinquius ad effectum, finis autem est causa illius bonitatis de qua loquimur, ergo, &c. Minor probatur in littera, quia finis est proprium obiectum voluntatis, supple, & non actus exterioris, sed mediante actu interiori actus exterior tendit in finem sicut in obiectum remotum. Ex secundo medio probatur sic conclusio, illud per prius conuenit actui interiori voluntatis quã exteriori, quod per interiorem ad exteriorem deriuatur, sed illa bonitas deriuatur per interiorem ad exteriorem, ergo per prius conuenit interiori, &c. Maior probatur, quia prius conuenit aliquid causæ quàm effectui, sicut calor prius conuenit igni quàm recipienti calorem ex igne, quia nihil dat quod non prius habet. Minor patet, quia talis bonitas conuenit actui interiori per se, exteriori autem per aliud, & ergo minor vera. Actus autem interior est intentio vel electio.

¶ Nota, quòd quidam sunt actus exteriores secundùm se indifferentes, & de talibus non est quæstio, quin omnibus modis bonitas vel malitia moralis per prius inuenitur in actu voluntatis. Sed secundò sunt aliqui actus exteriores qui secundùm se ex propria specie sunt boni vel mali moraliter, sicut eleemosina de suo, orare Deum. Itẽ furtum, adulterium, &c. De istis intelligitur D.S. in ista distinctione.

¶ Bonitas autem vel malitia quam habet actus exterior secundùm se propter debitam materiam, & debitas circunstantias non deriuatur à voluntate, sed magis à ratione; vnde si consideretur bonitas exterioris actus secũdùm ꝙ est in ordinatione, & apprehesione rationis, prior est quàm bonitas actus voluntatis, sed si consideretur, secundùm quòd est in executione operis, sequitur bonitatem voluntatis quæ est principium eius.

¶ Subiungit aliam conclusionem responsiuam quo ad primum membrum prædictum, & respondet iterum per distinctionẽ quã innuit illa cõclusio, istam videlicet, bonitas vel malitia quã actus exterior habet ex obiecto benè circumstantionato potest dupliciter considerari. Vno modo, secundùm quòd est in ordinatione, & apprehensione rationis, & vt sic obiectum voluntatis. Alio modo, secundùm quòd est in executione, & existentialiter, Et valet etiam ad propositum alia distinctio quam D.S. ponit de Malo. Ma. 2. ar. 3. quòd principaliter dicitur dupliciter, scilicet primordialiter, & completiuè. Bonitas enim conueniens actui secundùm esse apprehensum non est bonitas completa, sed inchoata, nec dicitur propriè actus vt apprehenditur esse bonus, quia non existit, sed dicitur magis propriè apprehendi bonus; sed eadem bonitas sub qua apprehenditur postmodum per voluntatis executionem realiter sibi conuenit. Idem enim est effectus causæ exemplaris, & efficientis, sed alio modo; & ergo eadem est bonitas quæ conuenit actui vel sub qua apprehenditur à ratione, & quam habet à voluntate dum exercetur.

Conclusio secunda.

¶ Conclusio ergo secunda respon. est bonitas exterioris actus secundùm quòd est in apprehensione rationis, scilicet inchoatiuè & primordialiter, prior est quàm bonitas voluntatis. Sed secũdo modo, scilicet prout bonitas actus est in executione, & completiuè, sic bonitas actus sequitur bonitatem voluntatis. Probatur prima pars sic, bonitas actus exterioris secundùm esse apprehensum deriuatur ab actu exteriori in actum interiorem, ergo prima pars conclusionis vera, consequentia nota. Antecedens patet extta litteram, quia bonitas conuenit prius obiecto, saltem inchoatiuè, quàm actui circa obiectum; nam actus bonus est, quia boni obiecti, sed actus exterior per rationem propositus, & apprehensus habet se vt obiectum interioris, ergo antecedens verum. Vnde velle dare eleemosinam de suo, est bonum velle, quia datio talis est bona, & conformis rectæ rationi, & prius est apprehensus bonus antequam volitus, &c. Secunda pars conclusionis probatur ex quodam verbo D.S. in fine litteræ sic, in via executionis voluntas est principium bonitatis actus exterioris, ergo prius bona; tenet consequentia, quia conueniens principio, & effectui vt sic, prius conuenit principio. Antecedens probatur, quia actus interior imperat exteriorem, & quandoque tempore præcedit, & in illo priori habet bonitatem actus exterioris apprehensi, & ex post actus exterior exercetur, & est bonus secundùm esse reale.

¶ Aduerte, quia bonitas moralis non est actu nisi voluntarij actus, & existentis, ideo antequam actus exterior sit volitus, & per voluntatis imperium realiter productus licet possit esse bonus ex genere inchoatiuè, vel magis apprehendi bonus, non tamen est completè bonus, & realiter, nisi sit; sed antequam exterior sit realiter est apprehensus per rationem, & sic in ipsum tendit volũtas. Et habet actum verè bonum, quia existit circa bonum obiectum, quare in esse apprehenso actus exterior dat bonitatem actui interiori, sed ècontra interior dat exteriori bonitatem realẽ, quia nullus actus est realiter bonus moraliter nisi existat, & sit imperatus à voluntate, quia passio non conuenit nisi suo subiecto, bonitas autem moralis actualis est passio propria actus volũtarij existentis, quare D.S. dicit, quòd volũtas est principium actus exterioris producens saltem imperatiuè in esse existentiæ reali, & morali, & sic actus exterior vt apprehensus conformis rationi deriuat bonitatem in voluntatem; sed ècontra volũtas iam bona deriuat in actũ exteriorem exercitum. De materia huius arti. vide aliquid in. D.S. in. 2. distin. 40. arti. 3.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat secundam partem secundæ conclusionis responsiuæ, quia voluntas est qua rectè viuitur, & agitur imperatiuè, & ita est causa bonitatis actus exterioris in esse exercito.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd actus exterior est obiectum uoluntatis inquantum proponitur voluntati à ratione vt quoddam bonum apprehensum, & ordinatum per rationem, & sic est prius quàm bonum actus voluntatis; inquantum verò consistit in executione operis, est effectus voluntatis, & sequitur voluntatem.

¶ Maior vera. Ad minorem actus exterior est obiectum interioris actus, secundùm quòd est apprehensus per rationem, est tamen effectus voluntatis in executione. Vltra, ergo malum, & bonum, &c. Verum, in actu exteriori apprehenso vt habet rationem obiecti, sic conuenit sibi bonitas, & malitia inchoatiuè, & primordialiter; conuenit tamen prius actui voluntatis completiuè, & formaliter tanquam causæ exterioris actus in esse, & ita sicut finis est prior in intentione, posterior in executione; sic actus vt obiectum est prior in intentione, posterior in executione.

¶ Ad secundum dicendum, quòd finis est prior in intentione, sed est posterior in executione.

¶ Ad maiorem, bonum conuenit per prius fini, verum, secundũ esse apprehensum, & inchoatiuè, & originaliter; sed formaliter, & completiuè conuenit primò actui voluntario, & humano secundùm esse existentiæ, ita quòd ille actus est primò bonus formaliter qui est primò humanus, & volũtarius qualis est interior, à quo exterior habet esse morale, & humanum, & producitur in esse. Minorem concedo, vt patuit supra. q. 1. ar. 1. sed addo, quòd actus alterius potentiæ non est bonus formaliter in esse moris actu, & realiter, nisi sit ipsius voluntatis imperatiuè, vt ibidem patuit, vnde visio Dei non est humana actio nisi sit voluntaria, nec est actu bona nisi voluntariè exercita. Vltra, ergo ꝑ prius consistit bonum in actu potentię alterius, &c. Verum, vt talis actus habet se in ratione obiecti secundùm esse apprehensum, tunc habet prius bonitatem inchoatiuè, & vt D.S. hic dicit ſm esse intẽtionis, & hoc vult D.S. in solutione, quia talis qui est finis est prior secũdùm intẽtionem, & esse apprehẽsum, & sic cõuenit sibi prius bonitas originaliter; sed talis actus est posterior in executione, & sic posterius conuenit sibi bonitas. Et videtur ex ista solutione, & argumento, quòd per actum exteriorem intelligatur omnis actus qui est alterius potentiæ exequentis quàm voluntatis, ita quòd sub actu exteriori comprehendatur omnis actus alterius potentiæ quàm voluntatis. Sicut in alio proposito dicitur actus exterior intellectui ipse actus voluntatis, sic in proposito actus intellectus est exterior voluntati licet non sit exterior sensibilis, vnde & actui intellectus apprehẽso prius conuenit bonitas originaliter, quàm voluntati; vt voluntas videndi Deum est bona, quia videre Deum est bonum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd forma, secundùm ꝙ est recepta in materia, est posterior via generationis quã materia, licet sit prior natura; sed secundùm quòd est in causa agente est omnibus modis prior: uoluntas autẽ cõparatur ad actum exteriorem sicut causa efficiens, vnde bonitas actus voluntatis est forma exterioris actus, sicut in causa agente existens.

¶ Ad maiorem, actus voluntatis formaliter, &c. (i. efficit formam, quia agit sibi simile) ipse autem habet talem bonitatem, ergo efficit actum habentem similem vel eandem bonitatem; vnde actus exterior habet suam bonitatem formaliter ab obiecto, effectiuè à voluntate. Minor vera, secundùm quòd recipitur in materia, tamen est prius simpliciter, & ordine naturæ. Et secundò dicitur negãdo, quòd formale vel forma vt est in causa agente sit posterior potissimè in esse, immo est omnibus modis prior; vt enim anima est in Deo, sic prior est quàm materia, via etiam generationis, quia vt patet. 9. Metaphy. tex. commen. 12. &. 15. Ordo perfectionis est simpliciter prior, & ergo anima cum sit in Deo sicut in agente primo, prior est quàm materia; cum etiam materia non sit nisi per illam potentiam Dei; ita in proposito bonitas actus exterioris est in voluntatis bonitate sicut in causa effectiua, & ergo prior est in via etiam generationis, & durationis in voluntate quã in actu exteriori, & postea eadem bonitas causatur in actu exteriori, quæ est, scilicet ratione obiecti. Vnde voluntas habet se formaliter effectiuè sicut charitas est forma effectiua, & moriua (ideſt mouet effectiuè ad formam) Ita voluntas effectiuè producit actum exteriorem in quem effectiuè diffundit bonitatem, quã ab eodem actu accepit tanquam ab obiecto, & formaliter, & sic est prius bonitas in voluntate vt in agente, quàm in actu exteriori vt in effectu voluntatis secundùm esse reale exercitum.

Vtrum tota bonitas vel malitia actus exterioris dependeat ex bonitate voluntatis.

P Ad secundum sic proceditur. Videtur, quòd tota bonitas, & malitia actus exterioris, dependeat ex voluntate; dicitur enim Matth. 7. Non potest arbor bona malos fructus facere, nec arbor mala facere fructus bonos, per arborem autem intelligitur voluntas, & per fructum opus, secundùm Glo. * ergo non potest esse, ꝙ voluntas interior sit bona, & actus exterior sit malus aut è conuerso.

* Augu. li. 1. contra Iulia. cap. 8.

* August. li. 1. cap. 7.

¶ 2 Præterea. August. dicit in libro retractationũ. * quòd non nisi voluntate peccatur; si ergo non sit peccatum in voluntate, non erit peccatum in exteriori actu, & ideo tota bonitas vel malitia exterioris actus ex voluntate dependet.

¶ 3 Præterea. Bonum & malum de quo nunc loquimur sunt differentiæ moralis actus; differentiæ autẽ per se diuidunt genus secundùm philosophum in. 8. metaphy. * cum igitur actus sit moralis ex eo, quòd est volũtarius, videtur, quòd bonum, & malum accipitur in actu solùm ex parte voluntatis.

* Arist. tex. 42.

¶ Sed contra est qđ Aug. dicit in libro contra mendacium. * quòd quædam sunt quæ nullo quasi bono fine aut bona voluntate possunt benè fieti.

* Aug. c. 7.

¶ Hic D.S. comparat actum interiorem, & exteriorem in bonitate, & malitia secundùm causalitatem, an scilicet tota bonitas actus exterioris dependeat à voluntate.

* Ar præce den.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut iam dictum est. * in exteriori actu potest considerari duplex bonitas vel malitia. Vna secundùm debitam materiam, & circunstantias. Alia secundùm ordinẽ ad finem. Et illa quidem quæ est secundùm ordinem ad finem, tota dependet ex voluntate, illa autem quæ est ex debita materia vel circunstantijs dependet ex ratione, & ex hac dependet bonitas voluntatis, secundùm quòd in ipsam fertur.

¶ Et quia duplex est dependentia. Vna secundùm esse. Alia secundùm illationem; vel est dependentia consequentis, & consequentiæ, ideo. D.S. duo facit. Primò respondet de dependentia in esse reali. Secundò de dependentia in illatione, ibi. Est autem considerandum, &c. Quo ad primum D. S. resumit distinctionem articuli præcedentis de duplici bonitate actus exterioris, vna intrinseca, alia quæ denominatiuè, & per redundantiam sibi conuenit, scilicet per deriuationem finis in ipsum mediante actu interiori, Et adiungit conclusionem iuxta vtrumque membrum responsi. primam, istam. Totam bonitatẽ quam habet actus exterior ex ordine ad finem, habet ex voluntate, sed bonitatem quam habet ex obiecto benè circunstantionato non habet ex voluntate, sed magis ècontra voluntas habet ex actu exteriori proposito per rationem, secundum quòd voluntas fertur in actum sic bonum per rationem propositum. Istam conclusionem D.S. relinquit notam ex ar. primo. Et tamen pro maiori declaratione arguitur sic, præsertim pro prima parte, ab illo habet actus exterior totam bonitatem quæ est ex fine per quod ordinatur ad finem, sed ordinatur per actum interiorem, ergo, &c. Maior nota, quia non est natus habere illam bonitatem nisi per relationem ad finem. Minor patet art 1. quia per illum actum ordinatur ad finem, qui per se respicit finem, sed actus interior primò, & per se respicit finem, ergo, &c.

Conclusio prima.

* q. præce. ar. &. 7.

¶ Est autem considerandum, ꝙ sicut supra dictum * est ad hoc, ꝙ aliquid sit malum, sufficit vnus singularis defectus, ad hoc autem, ꝙ simpliciter bonum non sufficit vnum singulare bonũm, sed requiritur integritas bonitatis: si igitur voluntas sit bona, & ex obiecto proprio, & ex fine, consequens est actum exteriorem esse bonũ, sed non sufficit ad hoc, quòd actus exterior sit bonus, bonitas voluntatis quæ est ex intentione, sed si volnntas sit mala siue ex intentione finis siue ex actu volito, consequens est actum exteriorem esse malum.

¶ Hic D.S. respondet de dependentia illatiua ad hunc sensum. An videlicet ex bonitate voluntatis liceat inferre bonitatẽ actus exterioris, ita quòd benè sequatur, voluntas est bona vel mala, ergo actus est bonus vel malus. Vel possit esse quòd voluntas sit bona, & tamen actus exterior malus. Ponit autem D.S. pro huius determinatione talem conclusionem trimembrem. Si voluntas sit bona, & ex obiecto proprio, & ex, &c. in littera vsque in finem. Probatur cõclusio ad omnes partes simul, & ex radice, Ad hoc, ꝙ aliquid sit malum sufficit vnus singularis defectus, sed ad hoc, ꝙ sit bonum requiritur integritas, ergo sequitur conclusio. Tenet cõsequentia quo ad primam partem, quia actus exterior est obiectũ voluntatis, quare si est bona ex obiecto, & cum hoc ex fine, tunc actus exterior est secundùm se bonus, & etiam relatus in bonum finem, & sic perfectè bonus: quo ad secundam partem, quia cum bonitate intentionis agentis, stat malitia actus secundùm se, & sic non sequitur, est volitus sub bono fine, ergo est bonus, quia nõ est integrum bonum; quo ad tertiam partem, quia malum ex singularibus defectibus. De materia illius secundæ cõclusionis, vide D.S. clarè, & conformiter loquentem in. 2 dist. 40. arti. 2. vbi quærit an ex voluntate actio simpliciter, sit iudicanda simpliciter bona vel mala. Et respondendo dicit voluntas potest dupliciter considerari, vel secundùm quòd est, &c. vide ibidem. Ex quibus aduertes, qnòd quia voluntas bona requirit actum exteriorem de se bonũ, & similiter finem bonum, ergo benè sequitur voluntas est isto mõdo bona, igitur & actus.

Conclusio secunda.

ARGVMENTVM in contrarium est pro secunda parte primæ conclusionis, & secundæ; quia si tota bonitas esset ex fine, tunc posito fine bono actus esset bonus, sed hoc non est, vt patet ex auctoritate huius argumenti, quia quædam sunt quæ nullo fine, &c. ideſt propter quẽcunque finem fiunt semper sunt mala, igitur præter finem oportet actum habere etiã bonã materiã, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd voluntas bona prout significatur, per arborem bonam, est accipienda secundùm quòd habet bonitatem ex actu volito, & ex fine intento.

¶ Ad maiorem, arbor bona (i. voluntas bona ex fine, & obiecto) nõ potest malos fructus facere, vbi iuxta. D.S. in secundo, arbori comparatur voluntas, secundùm quòd est eligens, secundùm quam actus exterior dicitur bonus vel malus; sed non secundùm voluntatem intendentem tantùm. Vltra, per arborem autem significatur voluntas, verum, bona duplici modo, & eligens, ergo non potest, &c. verum, si voluntas est omni modo bona, ted tamen si est bona vno modo tantùm, non sequitur bonitas actus exterioris, immo ille potest esse malus voluntate existente secundùm quid bona, scilicet ex fine tantùm.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non solùm aliquis voluntate peccat quando vult malum finem, sed etiam quando vult malum actum.

¶ Ad maiorem, sola voluntate peccatur tanquam principio completiuo peccati, tamen non sola voluntate peccatur tanquam subiecto peccati. Secundò dicitur, sola volũtate peccatur, ideſt actu voluntario vel elicitiuè vel imperatiuè. Si ergo, &c. Verum est, nec ex parte finis, nec ex parte actus voliti, & obiecti, non erit peccatum in actu exteriori, verum, tamen si non est peccatum ex parte finis tm̃ poterit esse peccatũ in actu exteriori, vltra & ideo, &c. Verum, bonitas dependet ex bonitate duplici voluntatis, sed malitia ex malitia vnica, vt dicit secunda conclusio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd voluntarium dicitur non solùm actus voluntatis; sed etiam actus exteriores prout à voluntate procedunt, & ratione, & ideo circa vtrosque actus potest esse differentia boni, & mali.

¶ Maior vera, sed dico, quòd etiam actus exterior est moralis, vt stat sub interiori. Cum igitur, &c. Verum, actus est moralis inquãtum est voluntarius, elicitus scilicet à voluntate vel imperatus, Vnde negatur consequentia, quia hoc argumentum præsupponit, quòd actus exterior non sit voluntatis aliquo modo nec voluntarius, quod est falsum.

Vtrum eadem bonitas, & malitia sit interioris, & exterioris actus.

Infra. 1. 4. d. 2.

A D tertium sic proceditur. Videtur, quòd non eadẽ sit bonitas vel malitia actus interioris voluntatis, & exterioris actus. Actus enim interioris principium est vis animæ interior apprehensiua vel appetititiua, actus autem exterioris principium est potentia exequens motum: vbi autem sunt diuersa principia actionis, ibi sunt diuersi actus, actus autem est subiectum bonitatis vel malitiæ, non potest autem esse idem accidens in diuersis subiectis, ergo non potest esse eadem bonitas interioris, & exterioris actus.

¶ 2 Præ-

¶ 2 Præterea. Virtus est quæ bonum facit habentem & opus eius bonum reddit, vt dicitur vt in 2. Ethi. * sed alia est virtus intellectualis in potentia imperante, & alia virtus moralis in potentia imperata, vt patet in principio Ethi. ergo alia est bonitas actus interiotis quæ est potentiæ imperantis, & alia est bonitas actus exterioris, quæ est potentiæ imperatæ.

* Arist. c. 6.

Aziff. li. 2. ca. primo.

¶ 3 Præterea. Causa & effectus idem esse non possunt, nihil enim est causa suiipsius; sed bonitas actus interioris est causa bonitatis actus exterioris, aut è conuerso, vt dictum est. * ergo non potest esse eadem bonitas vtriusque.

* Ar. 1 & 2. q. 18 ar. 6.

¶ Sed contra est, quod supra ostensum est, quòd actus uoluntatis se habet vt formale ad actum exteriorem, ex formali autem, & materiali fit vnum, ergo est vna bonitas actus interioris, & exterioris.

¶ Hic comparat actum interiorem, & exteriorem in bonitate, & malitia quo ad identitatem, vel diuersitatem; & primò facit hoc secundò determinat, quoddam dubium ex dictis ar. sequenti.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est. * actus interior uoluntatis, & actus exterior prout considerantur in genere moris, sunt vnus actus; contingit autem quandoque actum qui est vnus subiecto habere plures rationes bonitatis vel malitiæ, & quandoque vnam tantùm. Sic ergo dicendum, quòd quandoque est eadem bonitas vel malitia interioris actus, & exterioris, quandoque alia, & alia.

* q. 17. art. 4. & q. 18. arti. 6.

¶ D.S. primò respõdet in generali, secundò determinatè, & explicitè ibi. Sic enim, &c primum facit tali conclusione generali, quandoque est eadem bonitas vel malitia actus interioris, & exterioris, quandoque alia, & alia (& intelligitur conclusio hæc, q eadem bonitas, idest vna solũ, & alia & alia, idest plures.) Probatur ergo conclusio saltem quòd hoc sit possibile. Actus interior, & exterior in genere moris sunt vnus actus, sed contingit quandoque actum qui est vnus subiecto, habere plures rationes bonitatis vel malitiæ, scilicet ex obiecto, & fine, & quandoque vnam tantum, scilicet ex fine; ergo conclusio vera. Maior patuit supra. q. 17. arti. 4. & vide de ea D.S. in. 2. distin. 42. q. 1. quia ab eodem res habet entitatem, & vnitatem: sed moralia habent esse morale à voluntate, igitur & vnitatem; in actu autem interiori, & exteriori est vna voluntas, igitur & vnus actus moralis. Exterior enim secũdùm se non est moralis, sed solùm vt informatur actu interiori.

Argumen. Greg. solui tur.

Quare argumentum. Gregorij quod est primum in Capreolo. di. 42. secundi, nihil valet cum assumit, quòd operatio exterior non sit illud peccatum, quod est interior, licet enim sit alius actus in esse naturæ, non tamen est aliud peccatum, nec alius actus in esse moris; sed sicut ex colore, & lumine efficitur vnum visibile, ita ex exteriori, & interiori coniunctis, vnum peccatum, vt habet D.S. de Malo, Ma. 2 ar. 2. ad vndecimũ. Minor patet ex. q. 18. ar. 7. vbi dictũ fuit, quòd actus ordinatus ad finem quandoque non habet aliam bonitatem quàm finis, quandoque autem ẽm se habet bonitatem vel malitiam; & tunc in vno actu in esse moris, scilicet interiori, & exteriori, sunt plures rationes bonitatis, & plures partiales bonitates, vna ex actu exteriori, alia ex fine, sed primo modo est vna tantùm. Nec obstat, quòd Scotus arguit vt habetur apud Capreolum supra argumento octauo contra secundam conclusionem, quia licet interior, & exterior actus sint alterius rationis in esse naturæ, quia tamen vnus quandoque ex natura ad finem alterius ordinatur, nec secundùm se habet aliam bonitatem quàm finis, ideo est vna bonitas. Et secundò etiam si non ordinetur ex natura ad finem alterius, nihilominus potest bonitatem quæ ex fine in actu interiori participare extrinsecè, vt patebit ad tertium, & in conclusione sequenti. Consequenter cum dicit.

Scotus nõ obstat.

* q. 18. ar. 6.

¶ Sicut enim dictum est. * prædictæ duæ bonitates vel malitiæ, scilicet interioris, & exterioris actus adinuicem ordinãtur; contingit autem in his quæ ad aliud d or dinantur; quòd aliquid est bonum ex hoc solùm, quòd ad aliud ordinatur, sicut potio amara ex hoc solo est bona, quòd est sanatiua, vnde non est alia bonitas sanitatis, & potionis, sed vna, & eadem. Quandoque verò illud, quod ad aliud ordinatur habet in se aliquam rationem boni etiam præter ordinem ad aliud bonum, sicut medicina saporosa habet rationem boni delectabilis prẽter hoc, quòd est sanatiua.

Dub. 108.

Conclusio secunda.

¶ Explicat, & exponit cõclusionem generalem, & infert istam conclusionem particularem, & magis determinatè respõsuam.

Sic ergo dicendum est, quòd quando actus exterior est bonus, &c. vt in sequenti littera per totum. Probatur hæc conclusio quo ad omnes partes in præsenti littera sic. Duæ prædictæ bonitates vel malitiæ, scilicet interioris, & exterioris actus adinuicem ordinantur; sed contingit in his, quæ ad aliud ordinantur, quòd aliquid est bonum, &c. vt in littera, sequitur ergo conclusio vera. Maior nota. Minor patet ex dictis, & declaratur in littera.

¶ Nota autem circa secundam partem minoris, quòd D.S. admittit actum exteriorem aliquando secundùm se habere bonitatem; vbi deficit Adam vt patet ad septimum in Capreo. contra secundam conclusionem. Tertia autem pars patet ex maiori, quia istæ duæ malitiæ ad inuicem ordinantur, & ita constituitur vnum totum ordinatum, & sic vna redundat in aliam. Cõsequenter ibi.

Nõ deficit Adam habens bonitatem secundùm se, & idem peccatum.

¶ Sic ergo dicendum, quòd quando actus exterior est bonus vel malus solùm ex ordine ad finem, tunc est omnino eadem bonitas, & malitia actus vosuntatis quæ per se respicit finem, & actus exterioris qui respicit finem mediante actu voluntatis; cum autem actus exterior habet bonitatem vel malitiam secundùm se, scilicet secundùm materiam vel circumstantiam, tunc bonitas exterioris actus est vna, & bonitas voluntatis quæ est ex fine, est alia, ita tamen quod bonitas finis ex voluntate redũdat in actum exteriotem, & bonitas materiæ, & circumstantiarum, redundat in actum voluntatis, sicut iam dictum est. *

* Arist.

¶ Subinfert memoratam conclusionem, & habet tres partes iã probatas. Prima est directè determinatiua primæ partis præcedẽtis conclusionis, & vult quòd tunc est vna bonitas omnino, & vnitate indiuisibilitatis, quando exterior est solùm bonus propter finem. Secunda pars determinat secundam partem primæ conclusionis, & vult, quòd tunc est alia bonitas quando exterior secundum se habet bonitatem. Tertia pars limitat secundam partem huius conclusionis, videlicet quòd licet quandoque sit alia bonitas exterioris secundùm se, & alia interioris ratione finis. Tamen possunt dici habere eandem bonitatem, & vnum peccatum, quia ista quæ est ex fine redundat in actum ordinatum in finem, & ea quæ est ex actu exteriori redundat in interiorem, vt patebit ad tertium.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primã partem conclusionis generalis, & etiam specialis.

¶ Nota autem pro intellectu huius argumenti, & primæ partis conclusionum, quòd non videtur esse idem, habere eandem bonitatem omnino vel malitiam, & esse eundem actum bonum moralem vel idem peccatum. Ad primum enim exigitur, quòd sit ratiõ vna ratio bonitatis scilicet ex fine. Ad secundum autem non requiritur, quòd sit tantùm vna ratio bonitatis, immo potest esse duplex; sed sufficit, quòd sit subordinatio illarum bonitatũ, qua vna non est sine alia moralis, & redundantia vnius in aliam, quare non est mens D.S cum dicit actum interiorem, & exteriorem esse eundem actum bonum moraliter vel idem peccatum, quasi semper sit solùm vna ratio bonitatis vel vna tantùm bonitas vnitate simplicitatis, sed quia esto sint plures partiales (vna ex actu exteriori secundùm se, alia ex interiori ratione finis) tamen quia ex illis duobus actibus habentibus duas partiales bonitates efficitur vnus actus secundùm totum in esse moris, & bonitas quæ est vnius formaliter est alterius redundanter denominatione extrinseca, ideo dicit, quòd habeãt vnam bonitatem vel sint vnum peccatum, & secundùm hoc procedit argumentum in contrarium, quia videlicet ex materiali, & formali efficitur vnum secundum totum, tamen multiplex secundum partes. Et quando ergo materiale nõ habet bonitatem nisi ex formali, tunc planum est, quia est vna bonitas simpliciter, & vna ratio bonitatis, sed etiam quando sunt diuersæ rationes bonitatis nihilominus est vna bonitas, ita quòd bonitas vnius est bonitas alterius, sic quòd eadem bonitate vterque actus est bonus, quia interior est bonus bonitate exterioris, & ecõtra; sed nõ est vna bonitas vnitate simplicitatis, immo plures, cum quo stat, quòd ambo actus sint boni eadem bonitate, & hoc concludit hoc argumentum in contrarium, vide de ista materia Capreo. supra ad septimum, & D.S. in. 2. distin. 42. q. 1. ar. 1. & Scotum quodlibet q. 17. in tertio principali vbi habet argumenta à Capreol. soluta.

Capreol. Scotus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa probat, quòd actus interior, & exterior sunt diuersi secundùm genus naturæ, sed tamen ex eis sic diuersis constituitur vnum in genere moris, vt supra dictum est. *

* q. 17. ar. 6

¶ Ad illam. Vbi autem sunt diuersa principia actionis in esse naturæ, non tamen inesse moris, immo possunt duo actus realiter distincti constituere vnum peccatum vel vnum, actum bonum. Vltra, actus autem est subiectum bonitatis vel malitiæ. Vera est, bonitatis intrinsecæ, & qua denominatur bona vel mala denominatione intrinseca; sed bonitas vel malitia extrinsecè denominãs, actũ non est in actu, vt patet ad tertium. Vtile est dicitur bonus à boni-

tate inhærente, sed a bonitate eius ad quod ordinatur, vt sic. Vltra, non potest autem accidens esse in diuersis subiectis. Verũ, in hæreter, tamen potest diuersa subiecta denominare, vnum denominatione intrinseca, alterum denominatione extrinseca, vltra, ergo non potest &c. Dicitur ad consequens dupliciter ex iam dictis. Verũ, primò eodem modo, tamen ea bonitas, quæ est vnius formaliter, & intrinsecè est alterius extrinsecè, quia s. ex habitudine ad aliã dicitur bonus &c. Secundò ergo &c. Conceditur quandoque, quòd non est omnino eadem bonitas, quãdo scilicet actus exterior habet secundùm se bonitatem, vel malitiam; tamen illa bonitas, quæ est vnius redundat in alium ad sensum iam dicendum ad tertium; vnde hoc argumẽtum nititur probare, quòd vniuersaliter non sit possibile, quòd sit simpliciter vna bonitas, quare est contra primam partem conclusionis respõsuę.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut dicitur in 6. Eth. * Virtutes morales ordinantur ad ipsos actus virtutum, qui sunt quasi fines, prudentia autem, quæ est in ratione ad ea, quæ sunt ad finem, & propter hoc requirũtur diuersæ virtutes, sed ratio recta de ipso fine virtutum non habet aliam bonitatem, quàm bonitatem virtutis secundùm quòd bonitas rationis participatur in qualibet virtute.

* Cap. 1.

¶ Maior vera, est quidem alia virtus in ratione imperante puta prudentia, quàm sit in potentia imperata, puta irascibili, vel cõcupiscibili propter alietatem materiæ, & obiecti formalis; sed non propter alietatem bonitatis; quia illam eandem bonitatem, quam habet prudentia ex ratione naturali, & syndaresi, quæ præstituit finem virtutibus moralibus, ipsa prudentia applicat, & diffundit in media ordinata in illum finem virtutum; vnde dicetur infra q. est idem medium prudentiæ, & aliarum moralium, licet aliter. Exempli gratia; ratio naturalis, & syndaresis dicit, quòd sit medium tenendum in delectationibus, & in materia temperantiæ, & in illum tendit, sic præstitutum, & dictatum a syndaresi; virtus moralis ipsum acceptando; sed postea prudentia quærit oportuna media quibus ille finis obtineatur, & imperat aliis virtutibus moralibus, vt isto, vel illo modo agant ad hunc finem seruandum, & sic illa opera ad talem finem participant eandem bonitatem quã habet virtus intellectualis. s. prudentia a fine per rationem rectam (scilicet syndaresim) præstituto. Et illam solutionem intẽdit D.S. dicens virtutes morales ordinantur ad ipsos actus virturum ad rectam, & bonam &c. Sed negatur consequentia, quia recta ratio de ipso fine virtutum (quæ recta ratio est dictamen syndaresis) non habet aliam bonitatem, quàm bonitatem virtutis, quia bonitas rationis originalis, quæ est circa finem cõformem rectè rationi participatur a qualibet virtute tam intellectuali, quàm morali, etiam secundùm quòd sunt mediorum ad illum finem, & vide secunda secundæ q. 47. vbi de istis ad lõgum, quomodo videlicet ratio recta præstituit finem, & qũo prudentia iuuat virtutes morales &c.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd quando aliquid ex vno deriuatur in alterum, sicut ex causa agente vniuoca, tunc aliud est, quod est in vtroque; sicut cum calidum calefacit alius numero est calor calefacientis, & calor calefacti; licet idem specie. Sed quando aliquid deriuatur ab vno in alterum secundùm analogiam, vel proportionem tunc est tantùm vnum numero; sicut a sano, quod est in corpore animalis deriuatur sanum ad medicinam, & vrinam, nec alia sanitas est medicinæ, & vrinę, quàm sanitas animalis quam medicina facit, & vrina significat, & hoc modo a bonitate voluntatis deriuatur bonitas actus exterioris, & econuerso. s. secundùm ordinem vnius ad alterum.

¶ Maior vera, tamen causæ, & effectui potest vnum, & idem cõuenire analogicè; vni videlicet formaliter alteri causaliter, & vni denominatione intrinseca alteri denominatione extrinseca; sicut patet per exemplum doctoris in solutione de sanitate, quæ conuenit medicinæ causaliter, & denominatione extrinseca, & animali formaliter, & subiectiuè, & sic est in proposito, nã actus exterior dicitur bonus bonitate, quæ est ex fine denominatione extrinseca ex hoc, quòd ordinatur ad talem bonitatem finis, econtra actus interior dicitur bonus bonitate, quæ est in obiecto, & actu exteriori, quia tendit in ipsum tanquàm obiectum, non enim est inconueniens, vt aliquid in respectiuis denominetur ab extrinseco. Bonitas autem est quid respectiuum, quæ est ex fine in actu exteriori &c.

¶ Et nota benè hanc solutionem. Per ipsam enim soluuntur argumenta Scotica. Et patet quòd mens Doct. Sanct. est, quòd exterioris; & interioris est vna bonitas propter redundantiam vnius in aliam, & non propter vnam rationem bonitatis vnius simpliciter. & ita integritas vnius est etiam integritas alterius, quod Scotus non attendit vbi supra in quodlibetis.

Scotus sol.

Vtrum actus exterior aliquid addat de bonitate, vel malitia supra actum interiorem.

R Infra q. 24. arti. 3. cor. Et 2. 2. qõ. 76. art. 4. ad 2. Et 2. dist. 40. art. 3. Et Mal. q. 2. ar. ti. 2. ad 8. Chrysost. * Ex hom. 19 cir. prin cip.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd exterior actus non addat in bonitate, vel malitia super actum interiorem. Dicit enim Chrysostom. super Matth. * Voluntas est, quæ aut remuneratur pro bono, aut condemnatur pro malo, opera autem testimonia sunt voluntatis, non ergo quærit Deus opera propter se, vt sciat quomodo iudicet, sed propter alios, vt omnes intelligant, quia iustus est Deus; sed malum, vel bonum magis est extimandum secundùm iudicium Dei, quàm secundùm iudicium hominum; ergo actus exterior nihil addit ad bonitatem, vel malitiam super actum interiorem.

¶ 2 Præterea. Vna, & eadem est bonitas interioris, & exterioris actus, vt dictum est; * sed augmentum fit per additionem vnius ad alterum; ergo actus exterior non addit in bonitate, vel malitia super actum interiorem.

*Ar. præce.

¶ 3 Præterea. Tota bonitas creaturæ nihil addit supra bonitatem Diuinam, quia tota deriuatur a bonitate Diuina; sed bonitas actus exterioris, quandoque tota deriuatur ex bonitate actus interioris, quandoque autem e conuerso, vt dictum est, * non ergo vnum eorum addit in bonitate, vel malitia super alterum.

*Ar. præce.

¶ Sed contra. Omne agens intendit consequi bonum, & vitare malum, si ergo per actum exteriorem nihil additur de bonitate, vel malitia, frustra qui habet bonã voluntatem, vel malam facit opus bonum, aut desistit a malo opere, quod est inconueniens.

¶ Hic D. S. determinat dubium ex dictis articuli præcedentis, an videlicet exterior &c. (idest super bonitatem, vel malitiam volũtatis addat) ita quòd si tam bonus actus quo quis vult actum propter bonum finem, & ex amore, & tamen non facit ac si velit, & faciat simul.

¶ Respondeo dicendum, q si loquamur de bonitate exterioris actus quam habet ex bonitate finis, tunc actus exterior nihil addit ad bonitatem, nisi contingat ipsam voluntatem secundùm se fieri meliorem in bonis, vel peiorem in malis, quod quidem videtur posse contingere tripliciter. Vno modo secundum numerum, puta cum aliquis vult aliquid facere bono fine, vel malo, & tunc quidem non facit, postmodum autem vult, & facit, duplicatur actus voluntatis, & sic fit duplex bonum, vel duplex malum. Alio modo quantum ad extensionem, puta cum aliquis vult facere aliquid bono fine, vel malo, & propter aliquod impedimentum desistit, alius autem continuat motum voluntatis quousque opus perficiat, manifestum est, quòd huiusmodi voluntas est diuturnior in bono, vel malo, & secundùm hoc est peior, vel melior. Tertiò secundùm intensionem, sunt enim quidam actus exteriores, qui inquantum sunt delectabiles, vel penosi nati sunt intendere voluntatem, vel remittere, constat autem, quòd quantò voluntas intensius tendit in bonum, vel malum, tantò est melior, vel peior.

¶ D.S. iuxta distinctionem habitam articu. 1. & 2. huius quæstionis, quam hic virtualiter resumit, respondet duabus conclusionibus, secundam deducit ibi. Si autem &c. Prima est, si loquamur de bonitate exterioris actus &c. vt in principio litteræ. Primam partem huius conclusionis Doct. Sanct. hic non probat, sed relinquit eam notam ex articu. 2. vbi dictum est, q huiusmodi bonitas, scilicet quæ est per ordinem ad finem, tota est ex voluntate; ergo exterior nihil addit. Et probatur etiam per secundum argumentum ante oppositum, quia eadem est bonitas actus exterioris (participatiuè) & interioris ex fine, sed vbi est vnum tantùm ibi nulla est additio. igitur &c. Et posset sic argui extra literam, super bonitatem, vel malitiam interioris actus ex eo totaliter & nullo modo ab exteriori dependentem, exterior nihil addit (s. secundùm se) sed huiusmodi

Conclusio prima.

bonitas, quæ est ex fine totaliter est a voluntate, igitur &c.

¶ Et nota circa hanc partem, ꝙ D.S. hic dicit actum exteriorẽ, non addere bonitati interioris quam habet ex fine in 2. aũt dist. 40. ar. 3. dicit, ꝙ non addit (sc. per bonitatem quam interior secundùm se habet (scilicet secundùm quòd voluntas est domina suorum actuum, & liberaliter, & ex amore vult) sed redeunt in idem, quia voluntas non vult liberaliter, nisi ex volitione finis; & ergo bonitas voluntatis ex fine includit bonitatem voluntatis prout liberè, & ex amore aliquid vult.

¶ Nota autem, ꝙ huic bonitati actus voluntatis respondet præmium essentiale; quare sequitur, ꝙ actus exterior nihil addat ad præmium essentiale actu interiori æquali existente. Dico autem æquali existente, secundùm intensionem, vel extensionem (i. durationem) & secundùm vnitatem, vel pluralitatem, & hoc notat secunda pars conclusionis, quæ est modificatio primæ partis quã D.S. consequenter exponit, & declarat tripliciter; quia videlicet esto actus exterior nõ addat bonitati actus interioris, quæ est eius ex fine, & secundùm se ratione suiptamen potest addere inquantũ actum interiorem facit secundùm se meliorem, hoc enim contingit tripliciter, vt clarè in litera.

¶ Et nota, ꝙ omnibus istis tribus modis actus exterior facit ad meritum essentiale, primò quidem modo, quia facit idem mereri pluribus modis, aliis autem modis præsertim tertiò facit a maius præmium essentiale in bonis, vel maiorem pœnam essentialem, qui enim facit intensiori voluntate informata charitate maius p̃mium meretur D. S. autem in secundo cum dicit tantum præmiũ meretur, qui facit vnum actum quantum si faceret multos voluntate æqualiter perfecta manente, intelligitur quia æquale meretur, licet non tot modis; vide de hac materia etiam D.S. de malo Materia. 2. ar. 2. ad octauum, & in Cap. supra ad tertium contra secundam conclusionem, quia patet ex his, ꝙ si quis haberet voluntatem æque perfectam intensiuè, & extensiuè sine martyrio; sicut cũ martyrio mereretur æquale præmium essentiale. Sc. gaudium de Deo, quod respondet charitati Dei, secus de præmio accidentali, vt patebit. Deinde cum dicit.

Capreolus.

¶ Si autẽ loquamur de bonitate actus exterioris quã habet secundùm materiam, & debitas circunstãtias; sic comparatur ad voluntatem, vt terminus, & finis, & hoc modo addit ad bonitatem, vel malitiam voluntatis, quia omnis inclinatio, vel motus perficitur in hoc, quòd consequitur finem, vel attingit terminum.

¶ Respondet iuxta aliud membrorum distinctionis considerando videlicet bonitatem actus exterioris quam habet ex se ex proprio obiecto in comparatione ad rationem, & quia voluntas ad actum exteriorem se tripliciter habet; vno mõ quia est perfectè inclinata in ipsum, & facit ipsum. Secundò nõ est perfectè inclinata & nõ facit cum tamẽ adest facultas. Tertio est perfectè inclinata, & libenter faceret, sed impossibilitas obstat, & de omnibus istis virtualiter D.S. respondet secunda conclusione, & eius declaratione, & primò ponit, & probat ipsam conclusionem, secundò cõfirmat quodam corollario, ibi. Vnde non est &c. Conclusio est, si loquamur de bonitate actus exterioris quam habet secundùm materiam, & debitas circunstantias, hoc modo addit ad bonitatem, vel malitiam voluntatis. Probatur, omnis inclinatio, vel motus perficitur in hoc, ꝙ consequitur finem, vel attingit terminũ, sed actus exterior consideratus secundùm bonitatem quam habet ex materia, habet se vt terminus, & finis; ergo &c. Maior & minor notæ.

Conclusio secunda.

¶ Et nota, ꝙ actus exterior exercitus addit ad bonitatem, vel malitiam accidentalem meritoriam præmij accidentalis; vñ martir inquantum exterius patitur victoriam de aduersariis fidei, hẽt & ex hoc meretur Aureolã. Similiter ex hoc, quòd aliquis in exteriorem actum frequenter exit magis abilitatur ad bonum. Similiter per actum exteriorem magis punitur, q̃ per voluntatem tãtùm, & ita adiungit in satisfactionem, & similiter in omnib. aliis addit, quæ consequuntur bonitatem actus secundùm ꝙ exercitus est. Similiter qui non solũ vult dare, sed etiam dedit propter Deũ gaudebit nõ solũ, quia voluit dare, sed quia dedit, & de omnibus bonis, quæ ex illa datione prouenerunt; patet ergo ꝙ stante æqualitate actus interioris, & cum hoc exercetur actus exterior, tũc additur in bonitate meritoria præmij accidentalis, nec tamen oportet, ꝙ actus interior semper actu sit cum actu exteriori, sed sufficit ꝙ virtualiter, & in principio actualiter. Deinde ibi.

Ad quid exterior nõ valeat.

¶ Vnde non est perfecta voluntas, nisi sit talis, quæ oportunitate data operetur. Si verò possibilitas desit voluntate existente perfecta, vt operaretur, si posset, defectus perfectionis, quæ est ex actu exteriori est simpliciter inuoluntarium. Inuoluntarium autem, sicut non meretur pœnam, vel præmium in operando bonum, aut malum, ita non [d] tollit aliquid de præmio, vel de pœna si homo inuoluntariè simpliciter deficiat ad faciendum bonum, vel malum.

D. 79. 1. 2. 2.

¶ Subiungit quoddam corollarium per quod confirmat, & declarat prædictam conclusionem. Si non est perfecta voluntas, nisi sit talis, quæ opportunitate data operetur; ex qua habetur primò, ꝙ actus exterior requiritur ad bonitatem voluntatis completam, & per consequens sequitur secundò, ꝙ eius absentia habita opportunitate arguit volũtatem minus meritoriam etiam præmij essentialis, & ita actus exterior elicitus est saltem signũ bonitatis actus interioris; vnde D.S. in secundo supra ad extum, voluntas tendit in actum exteriorem, sicut in obiectum. Vnde si adsit facultas operandi non posset esse voluntas perfecta, nisi operaretur, & ideo non est superfluum facere, quia sine actione, nec ipsa voluntas bona esset; præterea actus exterior in præcepto cadit, & iterum ad præmium accidentale confert, hæc ille. Ex quibus patet cõfirmatio conclusionis, & patet, ꝙ actus exterior addit per modum signi & arguitiuè (& id sine quo non) ad bonitatem etiam essentialem. Declarat autem D.S. illud corollariũ, & modificat tali assumpto, voluntate existẽte perfecta si actus exterior desit, nihil minuit de præmio, vel pœna; ergo &c. Assumptum probatur, quia defectus talis perfectionis actus exterioris est simpliciter inuoluntarium, sed inuoluntarium non meretur pœnam, vel præmium in operãdo bonum, vel malum; ergo etiam non tollit aliquid de præmio, vel pœna essentiali; nam actu interiori existente completo de tali nihil tollitur per absentiam actus exterioris, secus de accidentali præmio, vel pœna; vnde sicut actus exterior positus nihil addit super bonitate essentialis præmij meritoria actu voluntatis completo existente (vt dicebat prima pars primæ conclusionis) sic stante eius perfectione completa; tunc absentia exterioris nihil diminuit &c. Alia multa potes videre in solutionibus Capreoli supra. Capreo.

ARGVMENTVM in contrarium est confirmatiuum secundæ conclusioni respondeo.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Chrysostomus loquitur, quando voluntas hominis est consummata, & non cessatur ab actu, nisi propter impotentiam faciendi.

¶ Ad maiorem voluntas &c. Verum, bona, & perfecta, quæ non dimittit actum exteriorem, nisi propter impossibilitatem, sed voluntas, quæ non facit opus, quod posset, & deberet, negatur quòd ista remuneretur a Deo; sicut cum opere etiam quo ad præmium essentiale. Vnde subdit Chrysostomus. Opera autem sunt testimonia voluntatis, & ergo nisi adsint opera, quando possunt adesse non est perfecta voluntas. Vltra, non quærit opera propter se. Verum, quærit tamen opera, vt fiant voluntariè propter Deum dum potest voluntas facere. Vltra, sed propter alios non tantùm, sed ẽt propter hominem facientem &c. Vnde D.S. in 2. respondet ad similem auctoritatem Bernardi, quæ dicit Bona voluntas sufficit ad meritum, sed bona actio requiritur ad exemplum, dictum (inquit Bernardi) intelligitur quando facultas operandi deest voluntate perfecta existente, & loquitur tantùm quantum ad essentiale præmium, & non quantum ad accidentale, hæc ille, sic in proposito.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de bonitate actus exterioris quam habet a bonitate finis, sed bonitas actus exterioris quam habet ex materia, & circunstantijs, est alia a bonitate voluntatis, quę est ex fine, non autem alia a bonitate voluntatis, quam habet ex ipso actu volito, sed comparatur ad ipsam, vt ratio, & causa eius; sicut supra dictum est. * Et per hoc etiam patet solutio ad tertium. Arist.

¶ Maior vera; vna est, quæ sumitur ex parte finis, sed præter illam habet actus exterior bonitatem ex parte obiecti quam voluntas non consequitur actu, nisi faciat etiam actum exteriorem. Minor vera de augmento propriè dicto, vide secunda secundæ q. 24. ar. 5. Fit enim etiam secundùm intensionem, & secundùm extensionem præsertim augmentum bonitatis voluntatis. Concludit ergo, quòd non addat ex parte finis, cum quo stat, quòd addit ex parte materiæ, & bonitatem meritoriam præmij accidentalis.

¶ Nota ex hac solutione, quòd actus voluntatis habet duplicem partialem bonitatem; vnam ex fine, qui est ratio volendi. Aliam ex actu exteriori volito, secundùm quod est apprehensus, & habet se in ratione obiecti voluntatis, sed tamen actus vt exercitus addit bonitatem accidentalis præmij meritorij, vt dictum est, quia bonitas, quæ est respectu actus exterioris vt est apprehensus, non est completa, nisi exerceatur.

¶ Ad tertium minor vera de bonitate, quæ est ex fine, tota deriuatur a voluntate, sed non tota simpliciter, immo econtra dependet etiam aliqua bonitas voluntatis ab actu exteriori, sine quo volito, & facto voluntas non est bona, & illam addit actus exterior.

Virum

Vtrum euentus sequens aliquid addat de bonitate, vel malitia ad actum exteriorem.

S Infra q. 73. artic. 8. Et Mal. q. 1. ar. 3. ad 15. & q. 3. art. 10. ad 5.

AD quintum sic proceditur. Videtur ꝙ euentus sequens addat ad bonitatem, vel malitiã actus. Effectus enim virtute præexistit in causa, sed euentus consequuntur actus, sicut effectus causas; ergo virtute præexistunt in actibus; sed vnumquodq; secundùm suam virtutem iudicatur bonum, vel malum; nam virtus est, quę bonum facit habentem, vt dicitur in 2. Eth. * ergo euentus addunt ad bonitatem, vel malitiam actus.

* Cap. 6.

¶ 2 Præterea. Bona, quæ faciunt auditores, sunt effectus quidam cõsequentes ex prædicatione doctoris; sed huiusmodi bona redundant ad meritum prædicatoris, vt patet per id quod dicitur Philip. 4. Fratres mei charissimi, & desideratissimi gaudium meũ, & corona mea; ergo euẽtus sequẽs addit ad bonitatẽ, vel malitiã actus.

D. Pau.

¶ 3 Præterea. Pœna non additur, nisi crescente culpa; vnde dicitur Deut. 25. Pro mẽsura peccati erit, & plagarum modus, sed ex euentu sequente additur ad pœnã, dicitur enim Exo. 21. ꝙ si bos fuerit cornupeta ab hæri & nudiustertius, & contestati sunt dominum eius, nec recluſit eũ, occideritq; virum, aut mulierem; & bos lapidibus obruetur, & dominum illius occident, non autem occideretur, si bos non occidisset hominem etiam non recluſus; ergo euentus sequens addit ad bonitatem, vel malitiam actus.

Deut.

Exod.

¶ 4 Præterea. Si aliquis ingerat causam mortis percutiendo, vel sententiam dando, & mors non sequatur, non contrahitur irregularitas, contraheretur autem si mors sequeretur; ergo euentus sequens addit ad bonitatem, vel malitiam actus.

¶ Sed contra. Euentus sequens non facit actum malum, qui erat bonus, nec bonum, qui erat malus, puta si aliquis det eleemosynam pauperi, qua ille abutatur ad peccatum, nihil deperit ei, qui eleemosynam facit; & similiter si aliquis patienter ferat iniuriam sibi factam, nõ propter hoc excusatur ille qui fecit; ergo euentus sequẽs non addit ad bonitatem, vel malitiam actus.

¶ Hic determinatur de bonitate, vel malitia actus exterioris p cõparationem ad effectum eius, an videlicet effectus sequẽs augeat bonitatem, vel malitiam actus exterioris, & ex consequenti etiã interioris, quæ habet talem actum pro obiecto.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ euentus sequens, aut est præcogitatus, aut non. Si est præcogitatus, manifestum est, ꝙ addit ad bonitatem, vel malitiam; cum enim aliquis cogitans, ꝙ ex opere suo multa mala possunt sequi, nec propter hoc dimittit, ex hoc apparet voluntas eius esse magis inordinata.

Conclusio prima.

¶ D.S. per quandam distinctionem, & subdistinctionem notat triplicem intellectum quæsiti, & sic respondet conformiter tribus conclusionibus, secũda ibi. Si autem &c. Tertia ibi. Si verò &c. Dicit ergo, ꝙ euentus, & effectus sequens potest se dupliciter habere ad actionem, quia aut præcogitatus, aut non. Si non, vel per se sequitur ex tali actu, vel per accidens. Prima ergo cõclusio iuxta primum intellectum, quando euentus est præcogitatus, tũc addit ad bonitatem, vel malitiam. Probatur, illud addit ad malitiam actus, quod facit voluntatẽ magis esse inordinatam, sed euentus sequẽs ad actum præcogitatus arguit voluntatem magis esse inordinatã; ergo &c. Maior patuit ex ar. præce. Minor probatur in litera, & est fundamentũ, quia actus cum euentu, qui præcogitatur est obiectum magis disconueniens in malis, vel cõueniens in bonis; mõ actus qui est peioris obiecti est peior, & qui melioris melior, & ergo actus malus cum malo effectu est peior, & cum bono melior. Vnde D.S. videtur arguere a posteriori (s. quòd ille actus est peior) quia procedit a voluntate magis inordinata, sed ista voluntas est ideo inordinata, quia actus cum effectu malo sequenti est obiectum inordinatius in esse apprehenso per comparationem ad rationem rectam &c. Consequenter cum dicit.

¶ Si autẽ euentus sequens non sit præcogitatus; tunc distinguendum est, quia si per se sequitur ex tali actu, & vt in pluribus, secundùm hoc euentus sequens addit ad bonitatem, vel malitiã actus; manifestum est enim meliorem actum esse ex suo genere ex quo possunt plura bona sequi, & peiorem ex quo nata sunt plura mala sequi.

¶ Respondet iuxta secundum intellectum quæsiti tali conclusione secunda. Si effectus sequens non præcogitatus, tamen p se sequens, & vt in pluribus ex tali actu, tunc addit ad bonitatẽ, vel malitiam. Probatur; ille euentus addit ad bonitatem, qui cõstituit melius obiectum, vel qui facit actum melio rem ex genere, sed euentus, vel effectus per se consequens est huiusmodi, igitur. Maior nota ex supradictis. Minor probatur, quia manifestum est meliorem actum esse ex genere, ex quo possunt plura bona sequi. Et posset probari ex quodam verbo, quod habet D.S. in de Malo Mate. 1. atr. 3. ad 15. de ista materia, quia ille effectus, vel euẽtus addit ad bonitatem, vel malitiam, qui est de intẽtione agentis (s. virtualiter, & in sua causa) sed iste est huiusmodi &c. Vnde patet, ꝙ qui se inebriat, quia vult mala, quæ ex ebrietate sequuntur, ideo ebrietas continet grauitatem peccatorum coitã Deo, quæ ex ebrietate, vt in plurimum sequuntur. Et licet coram hominibus nõ puniatur pro illis, quę probabiliter solent sequi si non sequantur, tñ pro eis apud iudicium Diuinum non videtur pœnam essentialẽ effugere. De his infra q. 76. ar. 4. ad quartum. Probatur etiam ista conclusio per tria argumenta, ante contrarium, & ibi habentur exempla. Deinde ibi.

¶ Si verò per accidens, & vt in paucioribus, tunc euẽ tus sequens non addit ad bonitatem, vel ad malitiam actus, non enim datur iuditium de re aliqua, secundùm illud, quod est per accidens, sed solùm secundùm illud, quod est per se.

¶ Subiungit tertiam conclusionem quo ad primũ intellectum quæsiti talem. Euentus sequens per accidens, & in paucioribus nõ addit ad bonitatem, vel malitiã. Probatur, quia conditio de re aliqua non datur secundũ id, quod est per accidens, sed secũdũ illud quod est p se, sed talis effectus sequit̃ per accidẽs, & vt in paucioribus, & pter intẽtionẽ; igit̃ ex tali effectu nõ est dicẽdus actus, nec bonus, nec malus. De dictis circa illã tertiã cõclusionẽ, vide infra q. 73. ar. 8. ad primum, & de toto hoc articulo vbi plura dicuntur, quæ hunc articulum declarant, & ideo non oportet nunc morari. Conclu. 3.

ARGVMENTVM in contrarium probat tertiam conclusionem respõsiuam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd virtus causę ẽsti matur secundùm effectus per se, non autem secundum effectus per accidens.

¶ Maior vera de effectu per se, & vt in pluribus. Ad minorem, sed non quilibet euentus sequitur actum per se, sed aliqui per accidens. Vltra ad subsumptam, vera est, quia virtus, significat complementum potentiæ operandi, & habens talem potentiam completam est bonum, sed non iudicatur talis potentia, nisi secũdùm effectus de per se contentos &c. Negatur ergo cõsequentia, quia non quilibet effectus continetur de per se in actu exteriori, sed aliqui per accidens, & tales non addunt de varia acceptione virtutis; habes in de virtutibus in communi. q. 1. ar. 1.

¶ Ad secundum dicendum, quòd bona, quæ auditores faciunt consequuntur ex prædicatione doctoris; sicut effectus per se; vnde redundat ad præmium prædicatoris, & præcipuè, quando sunt prætenta.

¶ Maior vera, sunt effectus, sed per se, etiam si actu non cogitet, tamen nati sunt sequi, & per consequens habentur tanquàm intenti, quia quãdo aliquid sequitur per se ad actum, habetur tanquàm intentum (saltem in sua causa) sicut ad delectationem inordinatam sequitur offensa, & auersio a Deo de qua aliquando aliquis non cogitat, hr̃ tñ tanq̃ voluntaria. Minor vera, sed negatur consequẽtia vniuersaliter, ꝙ quilibet, sed vt dicit secũda cõclusio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd euentus ille pro quo illi pœna infligenda mandatur, & per se sequitur ex tali causa, & iterum ponitur, vt prægogitatus, & ideo imputatur ad pœnam.

¶ Ad minorem; ex euentu per se sequente additur ad pœnam, & per cõsequẽs ad malitiã, & de tali cõcedit̃ minor, & consequẽs.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ratio illa procederet si irregularitas sequeretur culpam, non autem sequitur culpam, sed factum propter aliquem defectum sacramenti.

¶ Antecedens concedo, sed nego consequentiam gr̃a formę, & vniuersaliter; quia ẽt si accederet irregularitas, non propterea adderetur malitia, quia non sequit̃ malitiã actus, sed factũ. Vñ si iudex meritoriè faciat occidi aliquẽ est irregularis, & tñ nõ peccat, & ergo per hoc non probat, ꝙ addatur in malitia p effectũ, quia additur irregularitas. De hoc habet D.S. etiam in 4. distin. 25. q. 2. ad secundum, quia irregularitas est ineptitudo ad sacramentum. Eucharistię ministrandum ad quod omnia sacramenta ordinãtur,

quod est sacramentū pacis,& vnionis,& quia mi nistri debēt conformari Christo qui occisus est, non qui occidit; ideo cōtrahitur ex occisione etiam iusta irregularitas,de hoc etiam in secunda secundæ.q.40.ar.2.& q.60.ar.4.& 7.ad tertium, vide & in Cap.in 2. di.42.ad tertium,contra secundam conclusionem.

Vtrum idem actus exterior possit esse bonus, & malus.

T Infra q.72. art 6. & 22. q 99.arti 2. ad 2.& ar 3 ad 2. Et 2. di 40 art 4. & Mal.q 2. ar 4 Et ver. q 1.art.4.c. & q.2.ar.3. cor.

AD sextum sic proceditur. Videtur ꝙ vnus actus possit esse bonus,& malus. Motus.n.est vnus, qui est continuus,vt dicitur in quinto Phy.* sed vnus motus continuus potest esse bonus,& malus; puta si aliquis cōtinuè ad ecclesiam vadens, primò quidem intendat inanem gloriam, postea intendat Deo seruire ; ergo vnus actus potest esse bonus,& malus.

* Tex.39.& 40.

¶ 2 Præterea.Secundùm Philosophum in 3.physi.* actio,& passio sunt vnus actus,sed potest esse passio bona,sicut Christi; & actio mala, sicut Iudæorū; ergo vnus actus potest esse bonus,& malus.

* Tex. 14. 20. 21.

¶ 3 Præterea. Cum seruus sit quasi instrumentum domini,actio serui est actio domini;sicut actio instrumēti est actio artificis ; sed potest contingere, ꝙ actio serui procedat ex bona voluntate domini, & sic sit bona, & ex volūtate mala serui,& sic sit mala; ergo idem actus potest esse bonus,& malus.

¶ Sed contra. Contraria non possunt esse in eodem, sed bonum,& malū,sunt contraria;ergo vnus actus,non potest esse bonus,& malus.

¶ Hic D.S.circa dicta mouet quoddam dubium, an vnus actus possit esse bonus,& malus,& iuxta intētum huius quæstionis intelligitur istud dubium de actu exteriori. Versatur enim intētum huius quæstionis circa bonitatem actus exterioris,& D.S.etiam respondendo innuit se,loqui de actu exteriori; sicut & in 2.di.40. ar.4.in cor.vbi mouet idem dubium , & determinādo loquitur de actibus imperatis a voluntate,& exterioribus.

¶ Respondeo dicendum , quòd nihil prohibet aliqd esse vnum secūdùm quòd est in vno genere,& esse multiplex secundùm quòd refertur ad aliud genus; sicut superficies continua est vna secundùm quòd consideratur in genere quantitatis,tamen est multiplex, secundùm ꝙ refertur ad genus coloris si partim sit alba, & partim nigra;& secundùm hoc nihil prohibet aliquem actum esse vnum secundùm,quòd refertur ad genus naturæ, qui tamen non est vnus , secundùm quòd refertur ad genus moris;sicut & econuerso,vt dictū est.* Ambulatio enim continua est vnus actus,secundùm genus naturæ,potest tamen contingere, quòd sint plures secūdùm genus moris,si mutetur ambulantis voluntas, quæ est principium actuum moralium.

* Ar.3.

Conclusio p̄ābularis.

¶ D.S.primò deducit vnam conclusionē præambularē fundamentalem,secundò ex ea infert cōclusiuā,ibi. Si ergo &c. Conclusio præambularis est ista. Nihil prohibet aliquē actū esse vnū secūdū ꝙ refertur ad genus naturæ,q tñ non est vnus ſm ꝙ referē ad genus moris. Probat per legē subalternarū, nihil prohibet aliqd esse vnum secūdū ꝙ est in vno gñe, & esse multiplex secūdū,ꝙ refert ad aliud genus;ergo sequitur cōclusio. Tenet consequētia ab vniuersali ad particularē, vel indiffinitā. A ficedēs declarat in naturali exēplo de superficie,q est vna in gñe q̄titatis,& multiplex in gñe qualitatis; ergo ēt pōt esse vna actio in gñe naturę,& multiplex i gñe moris.Et declarat cōclusio exēplariter de ambulatione, & patuit huius exēpli declaratio supra q.1.ar.3. ad tertium. Tunc ibi.

¶ Si ergo accipiatur vnus actus prout est in genere moris,impossibile ést,ꝙ sit bonus,& malus bonitate, & malitia morali;si tamen sit vnus vnitate naturæ,& nō vnitate moris,potest esse bonus,& malus.

D.43.

Conclusio respōsū.

¶ Infert ex prædicto fundamento cōclusionē cōsiuam talem.Si accipiatur &c. vt in litera per totū (& vult cōclusio,ꝙ impossibile. est, ꝙ vnus actus vnitate morali sit bonus, & malus moraliter,sed vnus actus vnitate naturæ pōt esse bonus,& malus moraliter.)Prima pars probatur,argumento in contrarium,& ēt extra Iam sic, impossibile est,ꝙ distinctio specifica stet cū vnitate numerali sibi corrūdente in eodē gñe,sed bonū,& malū morale distinguuntur specie moris,vt patuit supra,ergo nō pōt stare cū vnitate numerali in esse moris. Maior nota, qa distinctio maior prærequrit minorem. Secunda pars conclusionis patet ex cōclusione fundamētali, & sua declaratione de ambulatione. Et ꝓbat ꝑ argumēta añ contrarium.Nota aūt circa istam secundam partē, ꝙ non est difficultas quin vnus , & idem actus exterior possit esse bonus , & malus secundū ꝙ subest diuersis intentionibus eiusdē agentis , vel prout a diuersis agentibus procedit. Similiter quoq; si actus exterior capiatur extensè pro omni actu alterius potentię a voluntate,prout actus intellectus pōt dici exterior,nec sic est difficultas quin vnus & idem secundum vnitatem naturalē possit esse bonus, & malus ēt in eodem agente inquantū substat diuersis intentionibus, vel vt est volitus diuersis voluntatibus diuersorum . Et de istis actibus vī D.S.loqui in ista conclusione in secunda parte.Sed est difficultas de actu voluntatis , an ille idem numero secundū esse naturæ possit esse bonus,& malus;sicut vī dicere Capr.in 2.dist.40. in responsione ad argumenta contra tertiam conclusionem , vt patet intuenti. Veruntamen attentis,q̄ D.S.dicit in 2.dist.eadem ar.1.& supra q. 19.ar.1.& 2.Videtur ꝙ oporteat dicere , quia non possit idem actus secundū substātiā,& absolutum esse bonus, & malus, habet enim in secundò, ꝙ bonum, & malum esto sint dīæ accidentales actuū exteriorum in esse naturæ , non tñ actuū voluntatis, vt patet ibidē ; supra aūt dixit, ꝙ nulla circunstantia pōt actū voluntatis bonū facere malum, sed tñ obiectum ; vñ velle bonum ſp est bonum, nisi per accidens tale velle impediret aliud debitū. Quare vī, ꝙ voluntas bona, & voluntas mala differant specie ēt naturæ,nec sint idem actus voluntatis Secus de actu exteriori potentiarū exequentium,vel intellectus,vbi stāte vnitate actus in esse naturæ,potest variari secundum bonum, & malum pp variationem voluntatis,voluntatis aūt actus non pōt esse bonus,& malus nisi rōne obiecti,& si est aliud bonum erit alius actus . Ad casum aūt ibidem positum ex durando cū aliquis vult celebrare volūtate bona,& superuenit interdictū illo ignorāte , qui cōtinuat actū volendi celebrare,dī,ꝙ si est ignorantia, quæ excusat volūtas manet bona,si aūt non est ignorantia excusans,tunc dī, ꝙ est alia voluntas interpretatiua; sicut & aliud dictamen virtuale secundū,ꝙ vult celebrare tpe interdicto, & tunc talis voluntas habet malum obiectū,& est mala,& alia a voluntate,qua voluit celebrare extra tempus interdictum.Nec vī ꝙ continuatio illius velle, quæ est aliqua circunstantia possit actū voluntatis facere malum, quia secūdū D.S.supra dato, ꝙ voluntas sit boni nulla circunstantia potest ipsam facere malā , nisi quia impedit voluntatē aliā tunc ꝑceptā, quod non est in proposito;posset enim quis ēt tpe interdicti velle celebrare absq; peccato,sed non pro tempore interdicti. Quod ergo velle sit malum, est quia est velle celebrare tpe interdicti, qđ non est primum velle sed aliud,quare non videtur, ꝙ idē actus voluntatis etiam secundū naturam possit esse bonus,& malus.

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima parte conclusionis respōsi.Et quamuis alia probent secundam partem eiusdē conclusionis, tñ pro maiori explicatione D.S. rīdet ad ea.

¶ Ad primum ergo dicendū, ꝙ ille motus continuus qui procedit ex diuersa intentione ; licet sit vnus vnitate naturæ , non est tamen vnus vnitate moris.

¶ Ad maiorem,est vnus motus continuus vnitate naturę,sed si mutetur super eo voluntas potest esse multipiex in esse moris;ergo vnus actus , verum vnitate naturæ. ſ. numerali potest esse bonus,& malus,sed non vnitate numerali in esse moris.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ actio,& passio ptinent ad genus moris inquantum habent rationem voluntarij, & ideo secundū ꝙ diuersa voluntate dicuntur volūtaria, secūdùm hoc sunt duo moraliter, & potest ex vna parte inesse bonum, & ex alia malum.

¶ Ad maiorem sunt vnus motus vnitate naturæ, & quo ad absolutum,sed possunt esse plura in esse moris,secundùm quòd a diuersis voluntatibus procedunt,& in ordine ad diuersos fines.Minor vera in ordine ad diuersas voluntates, vt voluntas est ratio.

¶ Ad tertium dicendum,ꝙ actus serui inquantū procedit ex voluntate serui non est actus domini , sed solū inquantum procedit ex mandato domini ; vnde sic non facit ipsum malum mala voluntas serui.

¶ Ad maiorem, instrumētum, sed animatum cuius est seipsum mouere sub principali agente; non autem est simile de instrumentis artificis inanimatis,vt patet infra q.68.ar.3.ad secundum. Minorem concedo,sed tunc est alia actio moraliter, vt procedit a voluntate bona domini,quàm vt procedit a seruo,esto sit eadem naturaliter; ergo idē, Verū idētitate numerali naturæ, sed nō moris.

¶ Circa hanc solutionem nota alium casum,in quo eadē actio pōt videri bona, & mala. Si quis videlicet in peccato mortali existens faciat suffragia pro existente in purgatorio,talis sibi nō meretur, tñ existenti in purgatorio meretur absolutionem a pœna.

¶ Ad hoc dicunt aliqui , ꝙ opus operans nihil valet , sed opus operatum.Sed quia efficacia suffragiorum mensuratur secundùm charitatem eius pro quo fiunt,quia tantū valent vnicuiq; quantum meruit,vt sibi valerent,secundū be.Augustinum.Iō dicit D.S.in secundo supra ad quintum , ꝙ ēt ipsa operatio sine charitate facta valet ei pro quo fit virtute charitatis eius,& nō operantis, nec tñ sequitur, ꝙ illa operatio sit simpliciter bona , sed est bona huic ꝙ quo fit.Ex quo patet, ꝙ non est eadem operatio in esse moris, ut est simpliciter mala,vt ſ.est facientis,& secūdùm quid bona,vt est bona ei qui eam iussit fieri , & est in charitate . Sicut in proposito huius argumenti,seruus non benè facit opus,quod est dño iubenti bonū,& meritorium, sic suffragium, vt est existētis in charitate,vel vt est ecclesiæ, valet pro defuncto, vide de hoc ex intētione loquentem D.S.in 4.di.45.q.2.ar.1.q.3. & vtitur ad propositum exemplo argumenti de seruo in peccato existente , faciente opus misericordiæ ex præcepto domini charitatem habentis.

Ad ii. adhuc tria ꝓ esse b. & mal.

Quæst. Vigesimaprima.

De consequentibus humanos actus ratione bonitatis , vel malitiæ.

VDeinde considerandum est de his,quę consequuntur actus humanos ratione bonitatis, vel malitiæ. Et circa hoc quæruntur quatuor. Primò,vtrum actus humanus inquātum est bonus,vel malus , habeat rationem rectitudinis,vel peccati. Secundò, vtrum habeat rationem laudabilis,vel culpabilis. Tertiò,Vtrum habeat rationem meriti,vel demeriti. Quartò, vtrum habeat rationē meriti,vel demeriti apud Deum.

¶ Postq̄ actum est de bonitate, & malitia actuum humanorū, hic consequenter agitur de his,q̄ consequuntur bonitatē,vel malitiā in eis. Pōt aūt actus humanus tripliciter considerari. Vno mō inquantum ordinatur ad finē. Alio mō inquantū est voluntarius. Tertio modo inquantum est aliquo modo ad alterum ordinatus, secundùm ꝙ habet rōnem iusti. Rōne primi cōsequitur ad bonitatem,vel malitiam actus humani,rectitudo, & peccatum. Ratione secundi,laus & vituperium. Ratione tertij, meritum, & demeritum. Secundum hoc præsens quæstio diuiditur in tres partes,quæ procedunt,secundùm tres primos articulos.

Vtrum actus humanus inquantum est bonus, vel malus , habeat rationem rectitudinis , vel peccati.

Mal.q.2.ar. 2.ad 3.

AD primum sic proceditur . Videtur ꝙ actus humanus inquantum est bonus,vel malus non habeat rationem rectitudinis,vel peccati. Peccata.n.sunt monstra in natura,vt dicitur 2.Phy. * monstra autem non sunt actus, sed sunt quædam res generatę præter ordinem naturæ;ea autem quæ sunt,secundùm artem,& rationem, imitantur ea,quę sunt secundùm naturam,vt ibidem dicitur;ergo actus ex hoc, quòd est inordinatus , & malus non habet rationem peccati.

* Tex.82.

¶ 2 Præterea.Peccatum,vt dicitur in 2.Phys. * accidit in natura,& arte,cum non peruenitur ad finem intētum a natura, vel arte; sed bonitas, vel malitia actus humani maximè consistit in intentione finis,& eius prosecutione;ergo videtur, quòd malitia actus non inducat rationem peccati.

* Tex.82.

¶ 3 Præterea . Si malitia actus induceret rationem peccati, sequeretur ꝙ vbicunq; esset malum ibi esset peccatum,hoc autem est falsum, nam pœna licet habeat rationem mali,non tamen habet rationem peccati; non ergo ex hoc,ꝙ aliquis actus est malus hēt rōnem peccati.

¶Sed cōtra.Bonitas actus humani, vt supra ostensum est,* principaliter dependet a lege æterna, & per consequens malitia eius in hoc consistit , ꝙ discordat a lege æterna,sed hoc facit rationem peccati. Dicit.n.Augustinus 22.contra Faustum ; * quòd peccatum est dictū, vel factum,vel concupitum contra legē ętternam;ergo actus humanus ex hoc,ꝙ est malus,habet rationem peccati.

*q.19.ar.4.

Augusti.

* Cap.27.

¶ Hic primò inquirit, an actus, quia bonus, sit rectus, & quia malus, sit peccatum.

¶ Respondeo dicendum , quòd malum in plus est , q̄ peccatum,sicut &;bonum in plus est,quàm rectū,quælibet enim priuatio boni ī quocūq; cōstituit rationē mali, sed peccatum propriè consistit in actu , qui agitur propter finem aliquem,cum non habeat debitum ordinem ad finem illum.

¶ D.S.primò declarat terminos quęsiti,secundò deducit conclusionem respon.ibi.In his verò &c.Primum expedit duabus cōclusionibus declaratoriis,secundam ponit ibi.Debitus aūt &c. Primò declarat in cōi,quid rectum,& peccatum tali conclusione.Malum in plus est,q̄ peccatum;sicut & bonum in plus est, quàm rectum. Probatur conclusio præsertim , quo ad primam partem, quælibet priuatio(quia propriè est debiti)boni,in quocunque(scilicet siue in agente,siue actione)constituit rationem mali,sed peccatū propriè consistit &c.vt in fine literæ;ergo hæc conclusio vera. Maior nota,quia malum significat priuationē boni in gñali. Minor patet ex rōne peccati,ex secundo Phy. Vñ istam partē clarè exponit D.S.in de Malo.Mate.2.ar.2. in cor. vbi dicit, malum,peccatū, & culpa se habent ad inuicem,vt communius, & minus commune; nam malum communius est:in quocunq;.n. siue in subiecto,siue in actu sit priuatio formæ, aut ordinis, aut mensuræ debitæ, mali rōnem habet.Sed peccatum dī actus debito ordine,aut forma,siue mensura carens. Vnde potest dici, ꝙ tibia curua sit mala tibia, non potest,tamen dici,ꝙ sit peccatum;nisi fortè eo modo loquendi,quo peccatum dicitur effectus peccati;sed ipsa claudicatio peccatum dicitur, quilibet.n. actus inordinatus potest dici peccatum, vel naturæ,vel artis,vel moris. Sed rationem culpæ non hēt peccatum, nisi ex eo,quod est voluntarium,nulli.n.imputatur ad culpam aliquis inordinatus actus, nisi ex eo, ꝙ est in eius potestate. Et sic patet,ꝙ peccatum est in plus,q̄ culpa; licet secundùm communem vsum loquendi apud theologos pro eodem sumant peccatum,& culpa;hæc ille. Ex quibus patet declaratio primæ partis conclusionis,de qua ēt benè loquitur Scotus in 2.d.37.vbi habet, ꝙ peccatum est corruptio rectitudinis in actu secundo,intelligendo de corruptione formaliter.Vide si placet de eadē materia D.S. in de Malo.Mate.1.ar.5.Et 1.p.q.48.&c.

Scotus concordat.

¶ Secundam partem D.S. relinquit notam,& patebit ex sequētibus,quia rectum propriè dī de ordinato ad finem . Bonum autē dicitur,& principaliter etiam de fine. Consequenter ibi.

¶ Debitus autem ordo ad finem , secundùm aliquam regulam mensuratur,quæ quidem regula in his,quæ secundùm naturam agunt est ipsa virtus naturæ,quæ inclinat in talem finem; quando ergo actus procedit a virtute naturali, secundū naturalem inclinationem in finem, tunc seruatur rectitudo in actu,quia medium non exit ab extremis.ſ. actus ab ordine actiui principij ad finem, quando autem a rectitudine tali actus aliquis recedit, tunc incidit ratio peccati.

¶ Exponit magis specialiter quid rectitudinis,& peccati,tali cōclusione secunda. Q̄n actus procedit a virtute naturali secundùm naturalē inclinationē in finē , tūc seruat rectitudo in actu,q̄n aūt a tali rectitudine actus aliqs recedit,tunc incidit rō peccati (.ſ. in naturalibus) ꝓbatur,peccatū propriè cōsistit &c. vt dicebat minor ꝓ prima conclusione, sed debitus ordo secundū aliquam regulā mēsuratē,subsumit,regula aūt in his,q̄ secundū naturā agunt, est ipsa virtus,q̄ inclinat in finē;ergo cōclusio ista vera.Et cōfirmatur prima pars cōclusionis ex rōne recti, q̄a tūc actus non exit extrema.ſ.actus nō exit ab ordine actiui principij ad finē. Patet ex his, ꝙ rectū,& peccatū directè opponunt.Patet ēt,ꝙ peccatū in gñali, vt est in naturalibus, & artificialibus, nō solū est ꝑ deuiationem a fine,sed ēt a regula,& magis a regula,vt pulchrè declarat D.S.de Malo.q.2.ar.1.in cor patet ergo quid terminorum in quæsito.

¶ In his verò, quæ aguntur per voluntatem , regula proxima est ratio humana,regula autem suprema est lex æterna , quando ergo actus hominis procedit in finem secundùm ordinem rationis, & legis æternę, tunc actus est rectus;quando autem ab hac rectitudine obliquatur tunc dicitur peccatum . Manifestum est autē ex prēmissis,* ꝙ omnis actus voluntarius est malus per hoc, quòd recedit ab ordine rōnis , & legis æternæ , & omnis actus bonus concordat rationi,& legi æternæ; vnde sequitur, quòd actus humanus ex hoc,quòd est bonus, vel malus habeat rationem rectitudinis,vel peccati.

* q.19.

Conclusio respōsū.

¶ Hic D.S.respondet quæsito exposito tali conclusione rīsiua. Actus humanus ex hoc,ꝙ est bonus,vel malus hēt rōnē rectitudinis,si bonus,vel peccati,si malus. Probat, q̄n actus hominis procedit in finem secundùm ordinem &c. vt in litera , sed omnis actus voluntarius &c.ergo conclusio vera.Maior probatur,quia in his, quæ aguntur per voluntatem regula proxima est ratio humana, suprema autem,lex æterna; ergo maior vera . Tenet consequētia ex secunda conclusione declaratoria , quia actus est rectus , quia est secundùm regulam in finem , per oppositum de peccato ; minor patuit supra q.19.ad longum.

¶ Nota circa hanc conclusionem , quia dicebatur in principio quæstionis,quòd hic agendū esset de his, quæ consequunt bonitatem,vel malitiam actuum.Conclusio aūt non dicit, quòd rectitu-

do,& peccatum consequitur bonum, & malum; sed ex hoc,ꝙ est bonus habet rationem rectitudinis, & quia malus habet rationē peccati Ex qua conclusione videtur haberi identitas magis peccati,& mali,similiter recti,& boni;quàm sequela, immo quantū apparet ex verbis D.S.in minore,& ex supra dictis,quòd magis ecōtra bonitas sequatur rectitudinem,& malū moris sequatur ipsam obliquitatem;nam eoipso,quòd actus conformis est regulæ,sequitur,quòd sit bonus,& quia deuiat a regula,& fine,ideo malus.

¶Dicitur ad hoc,quòd non est inconueniens,quòd aliqua duo importent vnam rem,& tñ illa res sub vno conceptu, sequatur ad seipsam sub alio,vt patet de intellectu Diuino, & volūtate,quę dicunt vnam rem,& tñ Philosophus 12.Metaph.probat Deum volētem,quia intelligit. Simile est de Ente, Vno, Bono,&c.Et est etiā duplex sequela;vna in essendo virtualiter;alia in illatione.

Bonitas, an prior rectitudine.

¶ Tunc ad propositum dico, quòd bonitas, & rectitudo ex vna parte;& malum, & peccatum ex alia parte nō videntur distingui realiter,sed dicunt eandem cōformitatem , vel eādem priuationē. Et propter hoc dixit D. S. in conclusione, quòd quia actus bonus, vel malus habet rōnem rectitudinis,vel peccati, ad innuendā.s.illam identitatem.Sed si loquamur de sequela,qua effectus suo mō sequitur cām,tunc ipsa bonitas sequitur rectitudinem,& cōformitatem ad regulam, & finem,vt pōt haberi ex supra dictis in q.18. & 19.Sed si loquamur de sequela illatiua,qua subiectum sequitur ad passionem,tunc rectitudo sequitur ad bonitatem, & peccatum ad malum actionis humanæ. Est aūt illa sequela conceptibilis nō realis, quia vt dictum est, res sub vno conceptu est fundamentum presuppositum sibi ipsi sub alio cōceptu, vt patet de Ente,& Vno; nam conceptus vnius præsupponit conceptum entis stante vnitate rei sed de hoc in Metaphysica,patet ergo ꝙ omnia pñt stare.

ARGVMENTVM in contrarium , confirmat secundam partem conclusionis responsi.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd monstra dicuntur esse peccata inquantum producta sunt,in peccato in actu naturæ existente.

¶ Ad maiorem, monstra dicuntur peccata; eo mō loquēdi quō effectus peccati dr peccatum non propriè, sed quia sunt producta per actum quo natura particularis deficit ab inclinatione naturę; sicut in prophetis dr sępius. Portabit iniquitatem suam(.i. pœnam q̄ est effectus peccati,& iniquitatis . Sed peccata propriè sunt ipsi actus , qui deficiunt a regula , & fine, vt patet ex de Malo in cor. Vltra, monstra aūt &c.sunt tñ effectus actuum,qui propriè dicuntur peccata.Negatur consequentia,quia in naturalibus ,propriè peccatum est actus;ita & in humanis actus est peccatum. Ad istum ēt modum loquendi dr transeūte actu peccati,quis peccator.s.ab effectu peccati.s.macula,& offensa, vt q.86.ar.1.patebit. Et habetur apud Capreolum in quarto dist.14.q.1.ad argumenta Aureoli cō tra tertiam conclusionem , & isto modo dicitur alicui peccatum remitti,quia effectus sortitur,nomen suæ causæ. Capreolus

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ duplex est finis.s.vltimus,& propinquus. In peccato autem naturæ deficit qdem actus a fine vltimo, qui est perfectio generati, non autem deficit a quocunque fine proximo,operatur.n.natura aliquid formando ; similiter in peccato voluntatis, semper est defectus ab vltimo fine intento , quia nullus actus voluntatis malus est ordinabilis ad beatitudinem, quæ est vltimus finis;licet non deficiat ab aliquo fine ꝓximo quem voluntas intendit, & sequitur; vnde etiam cum ipsa intentio huius finis ordinetur ad finē vltimū, in ipsa intentione huiusmodi finis potest inueniri,ratio rectitudinis,& peccati.

¶ Ad maiorem primò dico, ꝙ verū,sed hoc contingit,quia declinatur a regula,vel mensura debitæ operationis. Secundò cū nō peruenitur ad finem vltimum,& de per se intentum,tunc est peccatum,esto perueniatur ad finē aliquem propinquum; sicut in generatione monstri intenditur ad perfectum gñabile in spē gñantis;tñ gñatur solū aliquid sine tali perfectione.Ad minorē dico, ꝙ bonitas consistit in intentione recta, & finis vltimi, vel ordinabilis in finē vltimum.s.beatitudinem saltem secūdùm rōnem cōem, & malitia consistit in intentione obliqua,& finis tñ proximi, & nō ordinabilis in vltimum;ergo &c.Negatur consequentia, q̄a licet in peccato naturæ,non deuietur ab omni fine,tñ ab vltimo intento a natura;sic ēt de actu malo voluntatis,quia ille quidem cōsequitur finem,sed proximum,puta delectabile,secundū sensum, vel huiusmodi,non tñ vltimum. Et secundò,quia licet sit intentio finis alicuius,tñ nihilominus pōt esse peccatū, qñ intentio ēt ipsa non est recta , quia intentio proximi finis dēt esse ordinabilis in vltimum finem;vnde si non ordinetur deficiat a rectitudine,& est peccatum.Vult hoc argumentum, ꝙ peccatum non inducat malitiā actus,quia peccatum deficit a fine, sed actus malus nō deficit a fine;ergo &c.D.S.respondet ad maiorem, & minorem istam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vnumquodque ordinatur ad finem, per actum suum,& ideo ratio peccati,q̄ consistit in deuiatione ab ordine ad finem,propriè consistit in actu, sed pœna respicit personam peccantem, vt in primo dictum est. *

¶ Ad antecedens dico, ꝙ malitia, quæ est in deuiatione a fine inducit peccatum,& non quæcūque malitia,& priuatio cuiusliber boni,sed priuatio boni.s.ordinis ad regulam,& finem,quæ ordinatio conuenit immediatè actui non agenti , quia vnumquodque ordinatur ad finem,& obseruationem regulæ per actum,vltra.Se queret vbicunq; &c.negat sequela,& rō patuit ia,quia non q̄libet malitia cōstituit peccatū,sed solū malitia, q̄ est deuiatio a fine in actu secundo;malitia aūt, vel in subiecto , vel priuatio formæ, & actus primi,nō hēt rōnē peccati;sed solū malitia,q̄ est priuatio ordinis in finē debitū, & priuatio regulæ, & mēsura;vñ rō nō sequt.

Vtrum actus humanus inquantum est bonus, vel malus,habeat rationem laudabilis, vel culpabilis.

AD secundum sic proceditur.Videtur ꝙ actus humanus ex hoc,ꝙ est bonus,vel malus , nō habeat rationem laudabilis,vel culpabilis;peccatum.n. contingit in his,quæ aguntur a natura,vt dicitur in 2.Phys.sed tñ ea,quæ sunt naturalia,non sunt laudabilia,nec culpabilia,vt dicitur in 3.Ethicorum;*ergo actus humanus ex hoc,ꝙ est malus,vel peccatum,non habet rōnem culpæ, & per consequens,nec ex hoc,ꝙ est bonus habet,rationem laudabilis.

¶ 2 Pręterea.Sicut contingit peccatum in actib.moralibus,ita & in actibus artis, quia vt dicitur in 2.Physicorum.*Peccat grammaticus non rectè scribens,& medicus non rectè dans potionem ; sed non culpatur artifex ex hoc,ꝙ aliquid malum facit, quia ad industriā artificis pertinet,ꝙ possit,& bonum opus facere, & malum, cum voluerit;ergo videtur,quòd etiam actus moralis ex hoc,ꝙ est malus non habeat rationem culpabilis.

¶ 3 Præterea.Dionysius dicit 3.cap.de di.vo.ꝙ malum est infirmum,& impotens,sed infirmitas, vel impotentia, vel tollit, vel diminuit rationem culpæ, non ergo actus humanus est culpabilis ex hoc, ꝙ est malus.

¶ Sed contra.Est quod Philosophus dicit, ꝙ laudabilia sunt virtutum opera, vituperabilia aūt, vel culpabilia opera contraria; sed actus boni sunt actus virtutis , quia virtus est,quæ bonum facit habentem,& opus eius bonum reddit,vt dr in 2. Ethicorū; * vnde actus oppositi, sunt actus mali;ergo actus humanus ex hoc,ꝙ est bonus, vel malus habet rationem laudabilis , vel culpabilis.

¶ Hic consequenter inquirit de alio consequente actum bonum , vel malum inquantum est voluntarius.s.de imputabilitate.

¶ Respondeo dicendum,ꝙ sicut malum est in plus,q̄ peccatum,ita peccatum est in plus, q̄ culpa, ex hoc.n.dr actus culpabilis , vel laudabilis, quòd imputatur agenti, nihil.n.est aliud laudari,vel culpari, quàm imputari alicui malitiam , vel bonitatem sui actus, tunc enim actus imputatur agenti, quādo est in potestate ipsius, ita quòd habeat dominium sui actus.

¶ D.S.primò deducit quandam conclusionē præambulatē, secūdò subsumit , & infert rūsuam,ibi, Hoc aūt &c. Conclusio præambularis intenta a doctore est . Actus culpabilis , vel laudabilis dr, qñ est in potestate agentis,probatur,tunc actus imputatur agenti, qñ est in ptāte eius, sed ex hoc dr actus culpabilis, vel laudabilis, ꝙ imputatur agēti;ergo cōclusio illa vera. Pro minore D.S. notat driam inter peccatū, & culpā,q̄a peccatū est in plus,& inuenit in naturalibus,& arte,sed culpa solū in actu imputabili agēti, & probat illa minor ex vi significatiōis laudabilis,& vituperabilis sīra.

¶ Nota autem,quòd D.S.loquitur de peccato philosophicè, & quo ad significationem nominis , non quo ad vsum theologorū, cū peccatū,& culpam distinguit, maior autem nota. Deinde ibi.

¶ Hoc autem est in omnibus actibus voluntarlis, q̄a per voluntatem Homo dominium sui actus habet,vt ex supradictis patet . *Vnde relinquitur, quòd bonum,vel malum in solis actibus voluntarlis constituit rationem laudis,vel culpę,in quibus est idem malum peccatum, & culpa.

¶ Subsumit

¶ Subsumit & infert conclusionem responsi. talem. Bonū vel malum in solis actibus voluntarijs constituit, rationem laudis vel culpæ,in quibus est idem malum peccatum, & culpa . Et vult ista conclusio,quòd laus, & vituperium consequuntur bonum,& malum non absolutè,& vniuersaliter;sed bonum,& malum voluntarium,sic quòd aliunde est bonus,aliunde imputabilis. Et vult, ꝙ licet in naturalibus actus possit esse bonus, & rectus,peccatum, & obliquum,tamen ista non cōsequitur imputabilitas, nec laus,nec vituperium,sed solū in voluntarijs;& ergo laus,& vituperium cō sequuntur actum bonum, vel malum humanum, non quia bonus, vt sic;sed quia in potestate agentis. Probatur conclusio, bonum & malum in actibus nostris attenditur ex hoc,ꝙ sunt in potestate nostra,& sic dicuntur ēt laudabiles,& vituperabiles,sed per volūtatem Homo habet dñium,& potestatem in omnibus actibus suis voluntariis;ergo in solis actibus voluntarijs inuenitur bonum,& malum constituens rōnem laudis,vel culpæ,& per consequēs cōclusio vera.Et stat rō in hoc,quia in actibus volūtarijs,idē est malum, peccatū & culpa; ergo vnde actus ille habet malitiā inde ēt culpā, & vituperium . Maior patuit ex conclusione præambulari. Minor patet ex supra dictis.

¶ Nota aūt,ꝙ ex his hr,ꝙ actus secundùm aliud formaliter est bonus,& rectus,secūdùm aliud imputabilis.Est.n.rectus,& bonus quia conformis regulæ in ordine ad finem , vt patet in arti.1. sed imputabilis,quia in dñio agentis.Pro quo nota Sco. conformiter. loquentem in quodlibetis q.18.in secundo principali, quia laudabile,& vituperabile(immo generalius pręmiabile,& punibile) cōtinentur sub hoc cōi, quod est imputabile. Et illius cōis est vna rō hæc.s.actum esse in libera potestate agentis,quod est secundū voluntatem principaliter . Imputabile aūt importat duos respectus, vnum ad potestatem,vel dñium agentis, & alium ad aliquid correspondens actui, vel agenti secundùm iustitiam , & hoc propter ipsum actum,& secundum sequitur ad primū &c vide ibidem.Et qūo differētes est imputabilis actus voluntatis elicitus , & imperatus.Vñ hr,ꝙ imputabilitas in cōi cōuenit actui,quia voluntarius, & in potestate agentis,sed talis imputabilitas.s.quæ est laus,vel vituperiū cōuenit actui existēti in ptāte , & cū hoc bono vel malo. Scotus.

¶ Patet ex his,ꝙ nō satis cōmuniter accipiunt imputabilitatē, qui dicunt,quòd imputare sit ascribere, vel imponere crimen. Patet namq;,quia imputatio est communis ad bonum,& ad malum, sed vituperare est imponere crimen.

¶ Nota circa annexum post conclusionem, ꝙ malum peccatū, & culpa in eodem idem sunt,secundùm rem , sed differunt rōne; quia malum dicitur,vt est priuatio boni debiti, culpa prout est defectus voluntarius actionis existens in potestate agentis , peccatū autem,vt est defectus a regula,& debito fine. Malum culpa peccatum.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsi.quia virtutum opera, quæ sunt bona, sunt laudabilia,quia ad actum virtutis requiritur, quòd sit in potestate agentis, & ꝙ sit bonus;ideo laudabilis.Vnde secundùm Sco.supra non ab eodem formaliter est actus bonus bonitate morali , & imputabilis,sed primum habet ex conuenientia ad regulam iuxta quā dēt elici;secundum ex eo,ꝙ est in libera potestate agentis. Laudabile autem, & vituperabile ambo important ista, quia licet formaliter dicant hoc,quod est imputabile,cum determinatione istius ad qđ est imputabile ; tamen materialiter cōnotant illud propter quod ipsum est ad hoc imputabile.s.bonitatem,vel malitiam propter q̄ ad pœnam,vel præmium imputandum est,hæc ille . Patet ergo, ꝙ opera virtutis sunt laudabilia , tum quia in potestate agentis,tum quia bona, laudabile enim vtrunque importat. Scotus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd actus naturales non sunt in potestate naturalis agentis, cum natura sit determinata ad vnum,& ideo licet in actibus naturalibus,sit peccatum,non tamen est ibi culpa.

¶ Maior vera,sed ibi est ita peccatum,ꝙ non est culpa, q̄a non est in potestate agentis.Minor vera, quia sunt quidem peccatum philosophicè loquendo;pro omni actu carente ordine ad finem. Consequens conceditur; ergo, quia peccatum,vel quia malus,vt sic,non est culpabilis,sed quia tale peccatum, quod cū hoc est culpa, & in potestate agentis est imputabilis tali imputatione, q̄ est culpabilitas.Et per consequens,quia bonus &c.verū, sed quia taliter bonus.s.voluntariè, & ex potestate, & libertate agentis.

¶ Ad secundum dicendum,ꝙ rō aliter se habet in artificialibus,& aliter in moralibus. In artificialibus.n. rō ordinatur ad finem particularem, quod est aliquid p rationem excogitatum . In moralibus aūt ordrnatur ad finem cōem totius humanæ vitæ; finis aūt particularis ordinatur ad finem cōem.Cum n.peccatum sit per deuiationē ab ordine ad finem , vt dictum est , * in actu artis contingit dupliciter esse peccatum. Vno mō per deuiationē a fine particulari intento ab artifice; & hoc peccatū erit proprium arti. puta si artifex intendens facere bonum opus faciat malum, vel intendens malum faciat bonum. Alio mō per deuiationem a fine cōi humanæ vitę, & hoc mō dicetur peccare , ēt si intendat facere malum opus,& faciat per quod alius decipiatur,sed hoc peccatum non est proprium artificis inquātum artifex,sed inquantum Homo est; vnde ex primo peccato culpat artifex inquantum artifex , sed ex secundo culpatur Homo inquantum Homo est. Sed in moralibus vbi attenditur ordo rōnis ad finem cōem humanæ vitæ, sp peccatū, & malum attenditur per deuiationem ab ordine rōnis ad finem cōem humanæ vitæ,& iō culpatur ex tali peccato Homo,& inquantū est Homo, & inquantū moralis est; vñ Philosophus dicit in 6. Eth. * ꝙ in arte volens peccās est eligibilior, circa prudentiā aūt minus, sicut & in virtutibus moralibus quarum prudentia est directiua. * Cap.5.

¶ Maior,non est omnino similis,quia peccatum in actibus moralibus est per deuiationem a cōi fine totius vitæ humanæ, sed in artibus est per defectum a regula artis,& per consequens a fine artis.Minorem distinguō.Dico.n.ꝙ si non rectè faciat deficiendo a regula artis,& nolens,tunc culpatur,vt artifex;quia videlicet liberter fecisset bonum artificiosum opus, & non potuit ex defectu artis,tunc.n.culpatur,quia non sit artifex. Si aūt faciat malum volēs, vt alterum decipiat,& vendat rem vilem preciosè, tunc peccat,vt Homo,deuiando a fine cōi humanæ vitæ.s.a virtuoso viuere,quia committit iniustitiam;vnde minor est falsa,quòd nullo modo culpetur.Vltra,quia ad industriam artificis pertinet,ꝙ possit bonum. Verū vt sic &c.Sed facere, opus malum,& vile,& exhibere ꝙ pretioso non pertinet ad industriam,sed ad malitiam artificis,vt Homo,quia per hoc deficit a virtute iustitię,mediante qua ordinatur in finem communem totius vitæ. Vltra,ergo videtur &c.negatur; immo actus moralis semper est malus, qui abducit hominē a cōmuni fine, & facit hominem malum, vt Homo est, & culpabilē, vt Homo D.S.respon.ad maiorem,& minorem.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ illa infirmitas, quæ est in malis voluntarijs subiacet potestati hominis , & ideo nec tollit,nec diminuit, rationem culpæ.

¶ Ad maiorem , malum potissimè entis est infirmum ad hunc sensum,quia non potest esse per se,& purum,sed necessariò est in bono,& non potest agere effectum naturalem, nisi per bonū adiunctum;& ad hunc sensum intelligitur,vt patuit supra q.18. arti.1.ad tertium.Sed non vult,ꝙ omne malum morale , sit ex infirmitate,vt infra patebit,quia aliquod malum est ex malitia.Ad minorem,infirmitas,non voluntaria,& quæ non est in potestate hominis tollit,vel diminuit.Sic nō est de malo morali,quia talis malitia, & infirmitas affectionalis est in potestate hominis, & adeo, quòd si non est in potestate non est culpa,De ista materia quid sit peccatum ex infirmitate, & vtrum infirmitas excusęt infra habetur.q.77.ar.3.& 7.

Vtrum actus humanus inquantum bonus, vel malus habeat rationem meriti,vel demeriti.

AD tertium sic proceditur.Vr ꝙ actus humanus nō habeat rōnem meriti, & demeriti propter suam bonitatem,vel malitiam;meritum.n.& demeritum dicitur per ordinem ad retributionem,quæ locum solùm habet in his,quæ ad alterum sunt;sed non omnes actus humani boni,vel mali,sunt ad alterum,sed quidam sunt ad seipsum; ergo non omnis actus humanus bonus , vel malus,habet rationem meriti,vel demeriti. A 2.di.40.ar.5.Et 4.d.15 q.3.ar.1.q.1.ad 1.Et Mal.q.2.ar ti.2.ad 3.

¶ 2 Præterea.Nullus meretur pœnam,vel prēmium ex hoc, ꝙ disponit, vt vult de eo cuius est dñs ; sicut si Homo destruat rem suam, non punitur, sicut si destrueret rem alterius ; sed Homo est dominus suorum actuū; ergo ex hoc , quòd benè, vel malè disponit de suo actu, non meretur pœnam , vel prēmium .

¶ 3 Præterea.Ex hoc, ꝙ aliquis sibijpsi acqrit bonū nō meret,vt ei bñ fiat ab alio,& eadē rō est de malis;sed ipse actus bonus est qđdā bonū,& pfectio agentis,actus aūt inordinatus est quoddā malū ipsius;nō ergo ex hoc, ꝙ Hō facit malū actū,vel bonum meret, vel demeretur.

¶ Sed contra est , quod dr Esaiæ. 3. Dicite iusto ; qm bñ,qm fructū adinuentionū suarum comedet,vę impio in malum,retributio enim manuum eius fiet ei. Esaiæ.3.

¶ Hic inquirit de alio consequente boniratem, & malitiam actus humani secundùm quòd habet rationem profectus, vel nocumenti. Et primò exponit propositum, secūdò ostendit respectu cuius attendatur meritum, & demeritum actus humani, an etiam respectu Dei.

¶ Respondeo dicendum, quòd meritum, & demeritum dicuntur in ordine ad retributionem, quæ fit secundùm iustitiam. Retributio autem secūdùm iustitiam fit alicui ex eo, quòd agit in profectum, vel nocumentum alterius. Est autem considerandum, quòd vnusquisque in aliqua societate viuens, est aliquo modo pars, & membrum totius societatis; quicunque ergo agit aliquid in bonum, vel malum alicuius in societate existentis, hoc redundat in totam societatem, tanquam profectus, vel nocumētum; ergo minor vera, quòd actui bono, vel malo fit retributio secundùm iustitiam, saltem ab ipsa communitate, vt patebit. Illa minor proxima patet ratione, & exemplo, quia vnusquisque est pars, & membrum societatis; ergo minor vera.

Scotus. ¶ Nota circa maioris probationem infra habenda q. 114. ar. 1. vbi magis de hac re videbitur. Et vide si placet Scotum in quodlibetis. q. 17. vbi videtur non difformiter loqui ad D. S. cum dicit. Meritorium addit supra bonitatem duplicem relationem &c. Vide, & loquitur de merito theologico. Et potest idem dici de merito in communi præter quam, quòd vltima habitudo, quæ est per gratiam non est necessaria, sed tamen requiritur, quòd quilibet merens exhibeat aliquod bonum. Deinde cum dicit.

¶ Cum ergo aliquis agat in bonum, vel malum alterius singularis personæ, cadit ibi dupliciter ratio meriti, vel demeriti. Vno modo secundùm quòd debetur ei retributio a singulari persona quam iuuat, vel offendit. Alio modo, secundùm quòd debetur ei retributio a toto collegio. Quando verò aliquis ordinat actum suum directè in bonum, vel malum totius collegij, debetur ei retributio primò quidē, & principaliter a toto collegio, secundariò verò ab omnibus collegij partibus. Cum verò aliquis agit, quod in bonum proprium, vel malum vergit, etiam debetur ei retributio inquantum etiā hoc vergit, in commune, secundùm quòd ipse est pars collegij; licet non debeatur ei retributio inquantum est bonum, vel malum singularis personæ, quæ est eadem agēti, nisi forte a seipso secundùm quādam similitudinem, prout est iustitia hominis ad seipsum.

¶ Explicat prædictam conclusionem, & probationem eius, præcipuè quo ad minorem, quia dictum est, quòd actui bono, vel malo fiat iusta retributio, tanquàm merito; ideo videndum est a quo fiat retributio, & respū cuius actus possit dici, & esse meritū &c. Et declarat hoc tali conclusione, quando aliquis agit in bonum, vel malum singularis personę, tunc ille actus habet rationem meriti, vel demeriti dupliciter, & debetur ei dupliciter retributio. Qū verò ordinat actum suum directè in bonum totius collegij &c. Cum aliquis &c. vt in litera. Ista conclusio habet tres partes, & patent clarè in litera. Ex his patet, ꝙ quodcunque bonum aliquis agit, debetur sibi semper retributio iusta; saltem a communitate.

¶ Nota aūt circa secundam partem simile. Quando n. cōitas est per se ordinata, tunc dominium spectat per se ad cōitatem, & redet apud prælatum, sicut apud ministratorē; per accidens aūt apud personas cōitatis. Vñ non possunt subditi petere diuisionem, sicut est in monasterijs. Qū aūt cōitas nō est per se ordinata, sicut in societatibus mercatorum est per oppositū, quia tunc personæ habēt ius per se, cōitas per accidens. Ita hic in simili retributio pertinet, qñq; p se ad cōitatem, qñq; ad personas de cōitate. Deinde ibi.

¶ Sic igitur patet, quòd actus bonus, vel malus habet rationem laudabilis, vel culpabilis, secundùm quòd est in potestate voluntatis; rōnem verò rectitudinis, & peccati secundùm ordinem ad finē; rōnem verò meriti, & demeriti, secundùm retributionē iustitiæ ad alterum.

¶ Infert ex his tribus articulis per modum epylogi conclusionem corollariā ñsi. ad illa tria quæsita pmissa, & patet ex dictis.

ARGVMENTVM in contrarium, confirmat conclusionem respon. quia retributio manuū (i. operationum) est respectu meriti, vel demeriti.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quandoq; actus hominis boni, vel mali, & si non ordinentur ad bonum, vel malum alterius singularis personæ, tamen ordinantur ad bonum, vel ad malum alterius, quod est ipsa communitas.

¶ Ad maioris secundam partem, quæ sunt ad alterum, siue ad aliam personam, siue ad communitatē, quæ est quid aliud ab agente. Ad minorem, Nō omnes &c. verū, tamen ipse Homo est aliqd communitatis, & ea, quæ agit ad seipsum redundant in communitatem; vnde negatur consequentia. Sicut quis se suspendens & punitur a communitate, & confundit totam cōitatem, quia cōitas cōstituitur ex personis, & si personæ sunt apud se inordinatę, est in destructionem totius reipublicæ &c. De istis vide secunda secundæ q. 59. ar. 3. ad secundum. Antiquitus se suspendentes priuabātur honore sepulturæ, vt habet Philosophus 5. Ethi. Sed persona dupliciter consideratur, vno mō secūdùm se, & sic si sibi aliquod nocumentum inferat pōt habere rōnem alicuius alterius peccati, puta intēperantiæ, vel imprudentiæ, non tñ iniustitiæ, qa iustitia sp est ad alterum. Alio mō consideratur ingtum est aliquid ciuitatis, vel aliquid Dei, & sic qui se occidit facit iniuriā ciuitati, & Deo, sic punitur. Vñ secunda secundæ q. 64. ar. 5. ad 1. Se occidens facit contra charitatē quā ad seipsum debet habere. Sed p cōparationē ad Deū, & cōitatem hēt rēnē peccati p oppositionem ad iustitiā.

¶ Ad secundum dicēdum, ꝙ Homo qui habet dominium sui actus, ipse etiam inquantum est alterius. s. communitatis cuius est pars, meretur aliquid, vel demeretur inquantum actus suus benè vel malè disponit, sicut etiā si alia sua de quibus communitati seruire debet; benè vel malè dispensat.

¶ Ad maiorem, nullus meretur pœnam, vel præmium, verum, vt singularis persona secundùm se considerata; tamen vt est aliqd communitatis, sic etiam benè agendo, & prout vult benè, vel malè meretur præmium, vel pœnam a communitat, evltra, sicut si &c. Negatur immo si destruat rem suam in dispendium communitatis, etiam punitur. Ad minorem vera, est dñs suorum actuum, tamē ipse est aliquid communitatis, & facta sua redundant in cōitatē. Vñ negatur cōsequentia, quia & ipse ēt agens, qđ est est cōitatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc ipsum bonum, vel malum, quod aliquis sibi facit per suum actum, redundat in communitatem, vt dictum est, *

¶ Maior vera esset, si illud bonum acquisitum non redundaret etiam in alium. Minor vera, tamen eo ipso, quòd est perfectio illius, est etiam perfectio communitatis, quia ipse est aliquid communitatis; sicut eo ipso, quòd quis sanat manum, vel aliud membrum, eo ipso benè meretur de toto homine. Sic etiam Princeps diligit, & veneratur ciues studiosos ꝓ seipsis, quia si ipsi habent benè, redundat hoc in rem publicam &c.

Vtrum actus bonus, vel malus habeat rationem meriti, vel demeriti apud Deum.

AD quartum sic proceditur. Videtur ꝙ actus hominis bonus, vel malus nō habeat rationem meriti, vel demeriti per comparationem ad Deum; quia vt dictum est, * meritum, & demeritum importat ordinem ad recompensationem profectus, vel damni ad alterum illati; sed bonus actus hominis, vel malus non cedit in aliquem profectum, vel damnum ipsius Dei; dicitur enim Iob 35. Si peccaueris quid ei nocebis. Porro si iuste egeris quid donabis ei? ergo actus hominis bonus, vel malus non habet rationem meriti, vel demeriti apud Deum.

¶ 2 Præterea,

¶ 2 Præterea, instrumentum nihil meretur, vel demeretur apud eum, qui vtitur instrumento; quia tota actio instrumenti est vtentis ipso; sed homo in agendo
Esa. 10. est instrumentum Diuinæ virtutis principaliter ipsum mouentis, vt dicitur Esa. 10. Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum à quo trahitur? vbi manifestè hominem agentem comparat instrumento, ergo homo benè agendo, vel malè, non meretur, vel demeretur apud Deum.

¶ 3 Præterea, actus humanus habet rationem meriti, vel demeriti, inquantum ordinatur ad alterum; sed non omnis actus humanus ordinatur ad Deum, ergo non omnes actus boni vel mali habent rationem meriti, vel demeriti apud Deum.
Eccl. vlt. ¶ Sed contra est quod dicitur Eccl. vlt. Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium, siue bonum sit, siue malum; sed iudicium importat retributionem, respectu cuius meritum, vel demeritū dicitur; ergo omnis actus hominis bonus vel malus habet rationem meriti, vel demeriti apud Deum.

¶ Quia dictum est, quòd actus bonus habeat rationem meriti, etiam quem facit ad seipsum (quia redundat in bonum communitatis) Iam quæritur vltimò, quis ex parte communitatis retribuat, an etiam habeat rationem meriti ad Deum.

* Art. 3. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ sicut dictum est*; actus alicuius hominis habet rationem meriti, vel demeriti, secundùm quòd ordinatur ad alterum, vel ratione eius, vel ratione communitatis; vtroque autem modo actus nostri boni vel mali habent rationem meriti, vel demeriti apud Deum.

¶ D. S. respondet tali conclusione. Actus humani habent rationem meriti, vel demeriti per comparationem ad Deum. Probatur. Actus alicuius, &c. vt in principio literæ; sed vtroque modo actus nostri boni vel mali habent rationem meriti vel demeriti, scilicet respectu Dei, tanquam singularis personæ, & ratione sui ipsius, & vt est quasi persona publica, & rector totius vniuersi, & præsertim hominum, ergo &c. Huius rationis D. S. primò ponit maiorem cum minore; secundò probat primam partem minoris, ibi. Ratione quidem, &c. tertiò secundam, ibi. Ex parte verò, &c. quartò subinfert cōclusionem, ibi. Vnde manifestum, &c. Maior ergo patet ex art. præcedenti. Consequenter cum dicit.

¶ Ratione quidem ipsius, inquantum est vltimus hominis finis; est autem debitum, vt ad finem vltimum omnes actus referantur, vt supra habitum est*; vnde qui facit actum malum non referibilem in Deum, non seruat honorem Dei, qui vltimo fini debetur.
* q. 19. artic. 10. ¶ Probat primam partem minoris sic, Deus est vltimus finis; sed debitum est, vt ad finem vltimum omnes actus referantur (.s. actu, vel virtute propinquè, vel remotè) ergo qui facit actum non referibilem (qualis est solum peccatum) in Deum, non seruat honorem; sed faciens referibilem seruat, per cōsequens vnus à Deo demeretur pœnam, alius meretur præmium.

¶ Et nota verba D. S. quia dicit, qui facit actum non referibilē; quia non requiritur ad actum bonum, quòd semper actu referatur; sed sufficit quandoque quòd sit referibilis, vel virtualiter relatus. De hoc infra, q. 100. art. 10. Et habet D. S in secundo, distin.
Capreolus. 40. art. 5. ad 6. & 7. & dist. 41. q. 1. art. 2. Et Capreo. in secundo, dist. 41. quia etiam Gentilis potest facere actum non punibilem; esto nec actu, nec virtute referat, dummodo ex natura sit referibilis, & non referatur in malum finem. Et sufficit ad hoc, ꝙ non semper sit peccatum, vt referatur in Deum, vt est primum bonum naturaliter diligibile, prout à Philosophis ponitur, bonū totius vniuersi. ¶ Nota etiam circa verbum. (Est autem debitum, &c.) quia posset esse quæstio, an faciens debitum mereatur à Deo, de hoc infra, q. 114. art. 1. ad primum, ꝙ sic. Alias actus iustitiæ non esset meritorius, &c. Consequenter ibi.

¶ Ex parte verò communitatis vniuersi; quia in qualibet communitate ille, qui regit communitatem præcipuè habet curam boni communis, vnde ad eum pertinet retribuere pro his, quæ benè, vel malè fiunt in communitate. Est autem Deus gubernator & rector totius
* q. 103. artic. 6. vniuersi, sicut in primo habitum est*, & specialiter rationalium creaturarum.

¶ Deducit secundam partem minoris clarè in litera. Tunc ibi.

¶ Vnde manifestum est, ꝙ actus humani habent rationem meriti, vel demeriti per comparationem ad ipsum; alioquin sequeretur, ꝙ Deus non haberet curam de actibus humanis.

¶ Subinfert conclusionem respon. iam probatam; sed adhuc eam probat rōne ducente ad inconueniens in fine literæ. Et fundatur ista probatio ad inconueniens in probatione secundæ partis minoris.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ per actum hominis Deo secundùm se nihil potest accrescere, vel deperire; sed tamen homo quantum in se est aliquid subtrahit Deo, vel ei exhibet, cum seruat vel non seruat ordinem quem Deus instituit.

¶ Maior vera, potissimè quantum ad affectum agentis. Ad minorem, secundùm se nihil profectus recipit Deus; tamen homo quantum est in se exhibet, vel subtrahit aliquid Deo; quia idem est iudicium, ac si noceret Deo, cum subtrahit quantum in se est. De hoc etiam infra, q. 47. art. 1. ad primum.

¶ Ad secūdum dicendū, ꝙ homo sic mouetur à Deo, vt instrumentum, ꝙ tamen non excludit quin moueat seipsum per liberum arbitrium, vt ex supra dictis patet*; & ideo per suum actum meretur, vel demeretur * q. 10. a. 4. apud Deum.

¶ Maior vera, de instrumento inanimato, cuius non est liberè agere sub principali agente; sed de instrumento animato, falsa est, vt etiam de humanitate Christi, & patuit sup. q. 20. artic. 6. ad tertium. quia actionem domini bonam, potest seruus inficere, inquantum sua est.

¶ Minor vera, est instrumentum, sed animatum, pro tanto, cum paratur instrumento; quia in actione sua dependet ex Deo, tamen liberè, vt patuit sup. q. 10. art. 4.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ homo non ordinatur ad communitatem politicam secundùm se totum, & secundùm omnia sua; & ideo non oportet, ꝙ quilibet actus eius sit meritorius, vel demeritorius per ordinem ad communitatem politicam; sed totum ꝙ homo est, & ꝙ potest, & habet, ordinandum est ad Deum; & ideo omnis actus hominis bonus vel malus habet rationem meriti, vel demeriti apud Deum, quantum est ex ipsa ratione actus.

¶ Minor negatur, & eam D. S. in solutione ostendit falsam per differentem ordinationem hominis ad Deum, & communitatem politicam.

¶ Et nota verbum D. S. in fine solutionis, ꝙ omnis actus est meritorius, vel demeritorius, quātum est ex parte actus; quia si bonus actus non mereatur, hoc est per defectum charitatis, & relationis ex parte agentis in vltimū finem. Et actus malus qñq; non demeretur propter ignorantiam excusantem, & huiusmodi, &c.

Quæstio vigesimasecunda.

De passionibus animæ in generali quantum ad subiectum earum.

POst hoc considerandum est de passionibus animæ. Et primò in generali. Secundò in speciali. In generali autem quattuor occurrunt circa eas consideranda. Primò quidem de subiecto earum. Secundò, de differentia earum. Tertiò, de comparatione earum adinuicem. Quartò, de malitia, & bonitate ipsarum. Circa primum quæruntur tria. Primò, vtrum aliqua passio sit in anima. Secundò, vtrū magis in parte appetitiua, quàm in apprehensiua. Tertiò, vtrum magis sit in appetitu sensitiuo, quàm intellectiuo, qui dicitur voluntas.

¶ Postquam secundùm ordinem promissum in quæstionis sextæ principio, determinatum est de actibus, qui sunt proprij hominis, & qui de propinquo ad beatitudinem disponunt. Hic agitur de actibus, qui sunt hominibus, & alijs animalibus communes, qui dicuntur passiones. Et circa hoc est duplex tractatus. Vnus est de eis in generali. Secundus est de eis in speciali, & manifestatur in quæstione 26. Circa primum quatuor sunt consideranda, vt in litera, &c.

¶ Sed circa iam dicta occurrit dubium, quod resolutum aperiet multorum sequentium intelligentiam. Dictum est enim, quòd hic

hic consequenter D.S. determinaturus sit de actibus, qui sunt hominibus, & alijs animalibus communes. Huic autem videtur statim aduersari, quia tractatus hic intitulatur de passionibus; ratio autem passionis, & actionis videntur esse contrarię.

¶Sed pro huius solutione oportet notare, ꝙ huiusmodi passiones de quibus intenditur, sunt passiones non quidem purè corporales, sed animales cõtinentes duplicem motum partialem. Vnus est formale passionis, & est actio immanens, puta affectio appetitus sensitiui. Sed alius est motus transmutatiuus corporis, & motus de genere passionis propriè dictus, vt patebit in primo articulo. Quamuis ergo passio animalis dicat principaliter tanquam formale suum actionem; quia tamen per huiusmodi affectionem anima trahitur tractu affectionali ad res ipsas; ex quo tractu cõsequitur in corpore passio, & transmutatio etiam à naturali dispositione: ideo huiusmodi affectiones dicuntur passiones, quia proueniunt à re extra apprehensa, & ad ipsam inclinant, & corpus alterant. Nam vt patebit propriè dicuntur passiones illæ affectiones, quæ immutant corpus in contrariam dispositionem naturalis habitudinis. Secundò etiam huiusmodi affectiones vocantur passiones ea ratione; quia sicut passio propriè dicta in naturalibus prouenit ab extrinseco, & inuito patiente, sic plerunque iste passiones ab extrinseco contra voluntatem hominis eueniũt. Sicut Apostolus dicit, quòd nolo malum hoc ago. i. concupisco, i. patior inordinatum motum sensualitatis præuenientem rationẽ, & voluntatem. Dico autem plerunq; tum primò, quia passiones possunt etiam esse imperatæ. Tum secundò, quia in quibusdam non fuerunt, nisi ab intrinseco, vt patet de primo homine in statu innocentiæ; de quo vide in de Veri. Mate. 26. ar. 8. in corpore. Et ideo dico plerunque esse in nobis præsertim imperfectis, &c.

¶Nota secundò pro maiori intellectu, quòd affectio appetitus sensitiui in huiusmodi passionibus dicitur formale, ea ratione; qa semper se tenens ex parte agentis superioris est formale respectu eius, quod est in effectu ab agente inferiori. Et secundò etiam tenens se ex parte mouentis, formale est, respectu eius, quod se tenet ex parte mobilis, vel moti; quia igitur ista affectio est in appetitu, quo mediante anima mouet corpus, & est ratio immutationis corporalis, vt patebit (quia ad actum appetitus sensitiui naturaliter consequitur aliqua immutatio in corpore) ideo tenens se ex parte animæ, & potentiæ dicitur formale, aliud materiale; quia & anima est forma. Corpus mate. &c.

¶Nota tertiò, ꝙ non incongruè Theologus tractat de huiusmodi passionibus (alias affectionibus sensualibus.) Nam vt patet in de Veri. Vbi iam art. 6. & 7. Et patebit inf. q. 24. Ipse possunt esse bonæ, & malæ moraliter, & theologicè in homine, vtpotè facientes ad meritum, & demeritum, augendo, & diminuendo ipsum.

Vtrum aliqua passio sit in anima.

B 3. dist. 15. q. 2. artic. 1. Et Veri. q 26. artic. 1. & 2. cor.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd nulla passio sit in anima; pati enim est proprium materiæ; sed anima non est composita ex materia, & forma, vt in primo habitũ est;* ergo nulla passio est in anima.

* q. 75. ar. 5.

¶ 2 Præterea, passio est motus, vt dicitur in 3. phis.* sed anima non mouetur, vt probatur in pri. de ani. ergo passio non est in anima.

* Arist. tex. 19. 20. 21. & sequen.

¶ 3 Præterea, passio est via in corruptionem; nam omnis passio magis facta abijcit à substantia, vt dicitur in lib. Topicorum*. sed anima est incorruptibilis; ergo nulla passio est in anima.

* Arist. li. 6. cap. 1.

Rom. 7.

¶Sed contra est quod Aposto. dicit ad Rom. 7. Cum essemus in carne passiones peccatorum, quæ per legem erant operabantur in membris nostris; peccata autem sunt propriè in anima; ergo & passiones, quæ dicuntur peccatorum, sunt in anima.

¶Hic primò D.S. inquirit de subiecto passionum, & primò in communi in hoc articulo; secundò de subiecto magis propinquo in articulis sequentibus. Quærit ergo hic de subiecto communi omnibus passionibus, remoto tamen. Nam potentia est subiectum propinquum. Anima autem remotum saltem partiale, tamen principale, loquendo de passione animali, de qua intenditur principaliter.

¶Respondeo dicendum, quòd pati dicitur tripliciter, vno modo communiter, secundùm quòd omne recipere est pati etiam si nihil abijciatur à re, sicut si dicatur aerem pati quando illuminatur; hoc autem magis est perfici, quàm pati; alio modo dicitur propriè pati, quando aliquid recipitur cum alterius abiectione; sed hoc contingit dupliciter; quandoque enim abijcitur id quod non est conueniens rei; sicut cum corpus animalis sanatur dicitur pati, quia recipit sanitatem ægritudine abiecta. Alio modo quando è conuerso contingit, sicut ægrotare dicitur pati, quia recipitur infirmitas, sanitate abiecta.

¶In hoc articuli corpore D.S. duo principaliter facit. Primò declarat titulum quæsiti; secundò secundùm eius intellectum exposita respondet, ibi. Et his tribus, &c.

¶Circa primum primò exponit terminum passionis, declarando ꝙ tribus modis possit intelligi in præsenti tractatu. Secundò, istos modos comparat penes nomen, & rationem passionis, ibi. Et hic est proprijssimus, &c. Quo igitur ad primum, pati dicitur tripliciter, vno modo communiter, &c.

¶Et nota quòd pati communiter acceptum extendit se ad recipere perfectiuum, & corruptiuum, siue aliquid abijciatur, siue nõ. Cum enim aer illuminatur nihil reale abijcitur. Et cum anima nesciens fit sciens, non abijcitur res aliqua. (Nescietia enim quæ præintelligebatur non erat aliquid. f. reale, sed tantùm ens rationis.) Et notat D.S. quare hoc sit communiter, & extensè accipere; quia hoc est magis perfici, quàm pati. Pati autem proprium (vt patebit) est cum imperfectione, non solùm arguitiuè, sed formaliter. Esto enim omnis receptio arguat potentialitatem, & imperfectionem; non tamen omnis dicit imperfectionem, sed solùm pati proprium, vbi conueniens abijcitur, & inconueniens acquiritur. Secundò autem dicitur pati magis propriè, quando aliquid recipitur cum abiectione. Et illud membrum subdiuiditur in duo; quia quandoque abijcitur disconueniens, vt patet in exemplo literæ. Quandoq; verò è contra abijcitur conueniens, & acquiritur disconueniens.

¶Et nota, quòd ille tertius modus passionis, vt potest haberi ex 7. physi. propriè dicitur alteratio. Secundus autem non; si enim infirmus sanetur, non propriè dicitur alterari, sed si sanus infirmetur, vt habetur ibidem in D.S. lectione 5. tex. com. 17. Consequenter cum dicit.

¶Et hic est proprijssimus modus passionis; nam pati dicitur ex eo, quod aliquid trahitur ad agentem, quod autem recedit ab eo, quod est sibi conueniens, maximè videtur ad aliud trahi.

¶Comparat prædictos modos acceptationis, & significationis nominis. Et ponit talem conclusionem comparatiuam. Tertius modus est proprijssimus modus passionis. Hanc conclusionem D.S. probat primò rõne, secundò auctoritate, ibi. Et similiter, &c. Ratione sic, pati dicitur ex eo, quòd aliquid trahitur ad agentem (.i. quod assimilatur agenti in forma, quæ est principium agendi) scilicet quod recedit ab eo, quod est sibi conueniens, maximè videtur ad aliud trahi; igitur &c. Maior patet, quia passio est illatio, & effectus actionis agentis. Sed agens assimilat, & trahit ad se passum, &c. Minor patet de se, quia ex hoc, ꝙ aliquid perdit naturalem dispositionem, & acquirit dispositionem alterius, maximè trahitur ad ipsum. Sic omne agens intendit sibi assimilare patiens, vel in forma, vel in fine suo, vt declarat Doc. Sanc. in de Malo, Mate. pri. articu. primo. in fine corporis. Deinde cum dicit.

¶Et similiter in primo de generatione dicitur*; quòd quando ex ignobiliori generatur nobilius est generatio simpliciter, & corruptio secundùm quid; è conuerso autem quando ex nobiliori ignobilius generatur. * 1. 11.

¶Confirmat præcedentem conclusionem auctoritate Philosophi ex primo de generatione, quia quando acquirit magis conueniens naturæ. i. magis perfectum ens in ordine vniuersi, quod est magis de intentione naturæ, est generatio simpliciter. Et corruptio ignobilioris est secundùm quid corruptio, quia acquiritur magis conueniens, & intentatum à natura. Sed est corruptio simpliciter, quando magis perfectum corrumpitur. Corruptio autem est quædam passio, saltem quo ad alterationem præuiam. Vnde vult Philosophus ibidem, quòd quando sunt generationes subordinatę, sicut in generatione hominis, tunc quando abijcitur forma imperfecta, & acquiritur perfectior, & magis intenta à natura, tunc corruptio dicitur secundùm quid. Et ad propositum habetur, quòd quia corruptio non est sine passione, ideo etiam quando abijcitur conueniens dicitur magis passio, secus quando è conuerso, &c.

¶Et his tribus modis contingit esse in anima passionẽ; nam secundùm receptionem tantùm, dicitur ꝙ sentire, & intelligere est quoddam pati.

¶Hic consequenter D. S. respondet ad quæsitum expositum tali conclusione. His tribus modis contingit in anima esse passionem.

Conclusio responsiua.

¶Et nota semper sicut in subiecto remoto. Hanc conclusionem D.S. primò probat de primo modo passionis; secundò limitat conclusionem de duobus modis passionis propriè dictę, ibi.

Passio autem cum abiectione, &c. Tertiò adiungit vnum notabile comparatum eorundem duorum modorum passionis, ibi. Sed in hac, &c. Probatur ergo conclusio de primo modo passionis; quia isto modo. f. secundùm receptionem tantùm, sentire, & intelligere est quoddam pati; sed ista conueniunt animæ, vt constat, igitur.

¶Nota autem circa hoc primò, quòd aliter conuenit intelligere animę, aliter sentire; quia intelligere conuenit sibi, sicut primo principio, & primo subiecto, vt nunc supponitur; quia anima simpliciter primò intelligit, esto homo primò intelligat, vt suppositum. Sentire verò conuenit animæ sicut primo principio, saltem incompleto; sed non sicut primo subiecto; sed est totius compositi, sicut primi subiecti, de hoc pri. par. q 78. art. vlt. &c.

¶Nota secundò, quòd ista probatio in maiori continet aliquã difficultatem, quomodo videlicet intelligere dicatur quoddam pati. Sed quia hoc pri. par. ex intentione Deo duce videbitur; ideo pro nunc sufficit breuiter scire, ꝙ esse pati causaliter nihil aliud est, quàm causari ex passione. Ideo circa hoc, an intellectio nostra causetur ab intelligibili, est multiplex modus dicendi. Scotus enim in primo, dist. 47. vult quòd intelligibile concurrit ad intellectionem causaliter, non solùm terminatiuè, vt Henricus tenet; sed causaliter, non immutando intellectum, sed simul cum intellectu causando effectiuè intellictionem, & secundùm ipsum intelligere nostrum est pati non essentialiter, sed per accidens, quia videlicet esto intellectus noster habeat recipere speciem, hoc nõ est, vt per eam fiat actiuus; immo intellectus nudus est actiuus, sed vt representetur obiectui; & ita illa receptio non est per se causa intellectionis; quia intellectus per passionem non habet esse actiuum; sed intellectus prærequirit tamen vt obiectum sit præsens, &c. Sed D.S. post Aristotelem, & commentatorem tenet, ꝙ intelligere nostrum causatur per se ex passione; ita quòd intellectus noster passus perfectiuè (.i. factus in actu ab intelligibili) intellectionem elicit; ita quòd obiectum non solùm est obiectũ, sed etiam conprincipium intellectionis, secundùm quòd per speciem receptum est in intellectu possibili, qui intellectus noster est in potentia essentiali, vt habetur 3. de ani. tex. 7. & ergo de se nõ habet ꝙ sit principium actionis. Et ergo nudus non est actiuus, sed oportet, ꝙ prius immutetur per speciem obiecti. Et ergo passio prærequiritur per se, vt intellectus agere possit, de hoc satis nunc, &c. Consequenter ibi.

Scotus. Henr.

Auer.

¶Passio autẽ cum abiectione non est nisi secundùm transmutationem corporalem, vnde passio propriè dicta non potest competere animæ, nisi per accidens, inquantum. f. compositum patitur.

¶Limitat conclusionem respõsiuam, quo ad duos modos passionis propriè dictæ. Et est alia conclusio limitatiua prioris talis, passio propriè dicta (.f. quo ad duos modos) non potest competere animæ, nisi per accidens. f. inquantum compositum patitur, probatur ista conclusio. Passio istis duobus modis dicta, non est nisi secundùm transmutationẽ corporalem. Sed corporalis transmutatio non est animæ, nisi inquantum compositum transmutatur; igitur nec ista passio est animæ, nisi per accidens. f. Inquantum, &c. Maior relinquitur nota.

¶Sed animaduerte, quòd illud dicitur alicui conuenire, quod conuenit sibi per se, & semper, & propria ratione. Ideo cum abijcere aliquid per se, & ex propria ratione conueniat transmutationi corporali; ideo sibi à D.S. hic ascribitur. Et quamuis aliquando passioni, primo modo, ꝙ est perfectiua, cõueniat aliquid abijcere, sicut quando in acquisitione scientiæ abijcitur ignorantia dispositionis prauæ, hoc tamen per accidens est. Nec conuenit tali passioni perfectiuè ex propria ratione, ideo per se loquens, & ex arte, dicit ꝙ abiicere conueniat transmutationi corporali. Et hoc intelligendum est per se, vt etiam patebit infra q. 73. art. 5. Id quod alicui conuenit per se, & ex propria ratione potest conuenire alteri participatiuè, inquantum conuenit aliqualiter cum eo, quod est per se tale. Sic & contingentia, & receptiuitas, & huiusmodi, possunt conuenire formæ, vt conuenit cum materia in potentialitate. Et secundò potest dici, quòd dum anima post errorem, & prauam dispositionem habet scientiam, non necessariò est mutatio subiectiua ex parte animæ, sed ex parte obiecti; potest enim eadem propositio mentalis, vt res, successiuè esse falsa, & vera, propter mutationem rei, vt patet in prædicamentis, quare in anima, vt intellectiua est, non est contrarietas, nec per consequens abiectio cum receptione, &c.

¶Nota etiam, vt haberi potest ex D.S. 3. par. q. 46. art. 7. & in de Verita. vbi sup. q. 2. Anima dupliciter patitur in corpore. Vno modo secundùm essentiam, vt est forma corporis; & passione naturali. Tunc talis passio incipit a corpore, & terminatur ad animã, vt est forma corporis per essentiam. Sed alia est passio totius cõiuncti, de qua consequenter loquimur. f. animalis. Et talis incipit à potentia animæ sensitiua, & terminatur in corpore, & corporali transmutatione; & hęc passio, vt dictum fuit circa continuationem, quo ad formale, & materiale, est totius coniuncti. Tamen principium formalis saltem incompletum est anima. Sed trasmutatio corporalis, quæ est materiale, illa euidenter est totius cõiuncti, & constituit motum animæ in ratione passionis. Et ergo, siue loquimur de transmutatione corporali, quę est in passione naturali, siue animali, semper conuenit primo suppositio sicut subiecto, & eo mediante partibus suis, licet passio animalis conueniat quo ad formale, primò ipsi animæ, vt principio, vnde benè dicit D.S. quòd passio, quæ est cum abiectione, & corporalis, conuenit animæ, inquantum compositum patitur, quomodocunq; accipiatur passio, &c. Tunc ibi.

¶Sed in hoc est diuersitas; nam quando huiusmodi transmutatio fit in deterius, magis propriè habet rationem passionis, quàm quando fit in melius, vt tristitia magis propriè est passio, quàm lætitia.

¶Adiungit vltimò quoddam notabile comparatiuum duorum modorum passionis proprię. Et notat, quòd est diuersitas passionis, qua transmutatur homo in deterius, & quando transmutatur in melius; quia prima magis habet rationem passionis, & ratio patet ex prima conclusione, & ex auctoritate Philosophi in de generatione.

¶Ex hoc notabili D.S. vltimò elicit corollarium. Tristitia magis propriè est passio, quàm lætitia. Et patet quia tristitia habet secum transmutationem in dispositionem disconuenientem, & abiectionem conuenientis. Contrario modo est de lætitia; igitur, consequentia patet ex dictis. Antecedens patebit infra, quæst. 37. articu. quarto.

¶Nota etiam, quòd præsens tractatus erit de passione conuenienti animæ per totum compositum, saltem quo ad materiale. Et dicitur passio animalis, quę quo ad formale incipit ab anima, sicut à principio, saltem incompleto, & terminatur in corpus secundùm transmutationem. Et quia ab illa trasmutatione habet vt dicatur passio, ideo dicit D.S. quòd passio primò conuenit composito, quia forsan, & formale primò conuenit toti composito, sicut principio completo, sed animæ, vt incompleto primò, &c. Vnde D.S. in de Veri. vbi sup. q. 2. ad quintũ. Ira, & similiter quęlibet alia passio animæ potest dupliciter considerari. Vno modo secundùm propriam rationem iręe, & sic prius est in anima, quàm in corpore. Alio modo inquantum est passio, & sic per prius est in corpore. Ibi enim primò accipit rationem passionis. Et ideo non dicit, quòd anima iratscatur per accidens, sed ꝙ per accidens patiatur, hæc ille. Vbi patet quomodo passio est in corpore, & quomodo in anima prius, &c.

Passio animalis.

¶Nota de quibusdam dictis huius articuli. f. de acceptationibus passionis, D.S. 5. metaph. tex. com. 17. léc. 12 vbi dicit, passio dicitur communiter, & propriè. Communiter quidem dicitur pati quicquid recipit aliquam perfectionem ab aliquo, sicut intelligere dicitur quoddam pati. Propriè autem pati dicitur quod recipit aliquid cum fui transmutatione, ab eo qd est sibi naturale. Vnde & talis passio dicitur esse abiciens à subitantia; hoc autem non potest fieri, nisi per aliquod contrarium. Vnde quando aliquid patitur secundùm id quod est contrarium suæ naturæ, vel conditioni, propriè pati dicitur, secundùm ꝙ etiam ægritudines passiones dicuntur. Quando verò aliquis recipit id quod est ei conueniens secundùm naturam suam magis dicitur perfici, quàm pati, hæc ille. Ex quibus patent ea, quæ dicta sunt, &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem respõsiuam quo ad duos modos passionis propriè dictæ.

¶Nota quòd illam auctoritatem Apostoli exponit D.S. ibid. in apostilla, quia passiones, & affectiones peccatorum, quæ per legem notificatæ, vel augmentatæ fuerunt occasionaliter (ad sensum infra habendum, q. 98. art. 1.) operabantur in membris nostris. i. mouebant membra nostra, & hoc vt fructificarent mortiui. vt facerent fructũ mortis. Et quia huiusmodi passiones sunt peccata, præsentim quo ad formale, ideo quo ad hæc sunt animæ ipsius saltem sicut principij, & hoc probat ista ratio Sed tamen quo ad transmutationem sunt corporis, vel magis compositi. Vnde si benè aduertatur habetur ex corpore, ꝙ passio quo ad materiale est totius coniuncti. Sed ex hoc argumento habetur, ꝙ est animæ quo ad formale principaliter originaliter, &c.

¶Ad primum igitur dicendum, quòd pati secundùm quòd est cum abiectione, & transmutatione, proprium est materiæ, vnde non inuenitur, nisi in compositis ex materia, & forma; sed pati prout importat receptionem solam, non est necessarium, quòd sit materiæ; sed potest esse cuiuscunque existentis in potentia. Anima autem & si non sit composita ex materia, & forma; habet tamen aliquid potentialitatis, secundùm quam conuenit sibi recipere, & pati, secundùm ꝙ intelligere pati est, vt dicitur in tertio de anima*.

* Aristot. tex. 12.

¶Ad maiorem, pati præsertim tertio modo captum est materiæ tantùm ad sanum sensum, non. f. sicut subiecti completi; sed sicut per se rationis patiendi isto modo, sicut & alibi dici solet, quòd

quòd materia est ratio recipiendi quantitatem, licet subiectum sit totum compositum. Dico secundò, ℘ pati communiter acceptum est etiam conuenientis analogicè cum materia propriè dicta, & subiecta priuationi. ſ. habentis potentiam etiam in esse intelligibili, esto, sit actus in genere entis.

¶Ad minorem conceditur, & habetur in pri. par. q. 75. artic. 5. Et tamen etiam ibidem habetur, ℘ anima rationalis conuenit analogicè cum materia prima in potentialitate, ratione cuius potest sibi conuenire subijci, & transmutari intelligibiliter. Vltra. Ergo nulla, &c. Verum, nulla passio propriè dicta est in anima sola, sed in composito ex materia, & forma. Cum quo stat, ℘ passio communiter conuenit animę soli, tanquam. ſ principali subiecto remoto, licet mediante potentia; quia cum per essentiam sit actus simpliciter per eam, non est expectatiua alicuius distantis; sed per potentiam, quæ simpliciter est in ordine potẽtiarum, secundùm quid in ordine actuum, vt quandoq; alibi videbitur.

¶Ad secundum dicendum, quòd pati, & moueri, & si non conueniat animæ per se, conuenit tamen ei per accidens, vt in primo de anima dicitur*. ——

* Aristot. tex. 93.

¶Ad maiorem, vera de passione tertio modo dicta præsertim, & etiam secundo modo, quãdo est passio, in qua abijcitur disconueniens corporale, tunc etiam est motus; potest tamen abijci disconueniens etiam per mutationem simplicem, vt patebit infra q. 50. art. 1. ad tertium.

¶Ad minorem, vera, anima non mouetur per se, tamen per accidens, ergo, &c. verum, passio naturalis, & animalis, quantum ad id à quo habet rationem passionis, non est in anima primò, & per se, sed in toto composito ratione corporis, tamen ex consequenti inquantum est forma patientis.

¶Nota propter verbum argumenti. ſ. ℘ anima non mouetur, & probatur in de anima. Nota inquam, quod allegatum est in fine corporis ex de veritate, ℘ quamuis moueatur per accidens, non tamen irascitur per accidens, &c.

¶Nota quòd anima mouetur motu propriè dicto, etiam rationalis anima per accidens secundùm essentiam, & potentias organicas, quod patet planè de motu locali. Secundò de motu alterationis contrariè; quia & ipsa, vt est forma corporis affligitur, non ℘ anima rationalis calefiat in corpore. Sed corpore supercalefacto, & discrasiato, & ipsa sentit, & patitur secundùm potentias in quibus communicat corpori, &c. Vide D. S. in de Veri. sup. ar. 2 in solutionibus, vide & art. 3. ad longum, quomodo motus corporeus animæ conueniat.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de passione, quæ est cum transmutatione ad deterius, & huiusmodi passio animæ conuenire non potest, nisi per accidens; per se autem conuenit composito, quod est corruptibile. ——

¶Ad maiorem, vera, de passione, tertio modo, vt patet ex 5. metaphy. Et secundò est in corruptionem quidem totius, non autem formæ, si est per se subsistens, & à composito non dependens, vtpotè, quia esse per prius sibi conuenit, non solùm sicut ratione existendi, sed sicut ei, quod subsistit, de hoc infra.

¶Ad minorem conceditur de anima rationali, quia talis est incorruptibili. ; homo tamen cuius est pars constitutiua principalis, est corruptibilis, per hoc, ℘ anima cum esse sibi proprio, qđ communicauerat corpori, à corpore separatur, ergo &c. Verum, nulla passio tertio modo, vel secundo modo.

¶Nota autem propter dicta circa maiorem, ℘ potest fieri, ℘ aliquid conueniat toti per se, tamen partibus non conueniat sub eadem ratione, & denominatione sicut toti. Sicut patet de generatione, quæ denominat totum generari, non tamen partes eius. Similiter per informationem animæ dicitur totum animal, non autem materia, & sic de aliis multis; ita in proposito, corruptio conuenit toti homini sub ratione corruptionis, sed animæ, & corpori sub ratione separationis, quia totum amittit esse, & corrumpitur; partes autem non amittunt esse, præsertim anima rationalis; sed amittit vnionem ad totum, & corpus. Ideo illa mutatio, quę denominat hominem corrumpi, denominat partes separari. Vnde D. S. sup. in de Veri. ad primum dicit. Anima non timet interitum, vt ipsa secundùm se intereat, sed timet interitum coniuncti per separationem sui à corpore, hæc ille, &c.

C Infra q 41. ar. 1. cor. Et 3 q. 15. ar. 4. cor. Et Ver. q 26 art 3. cor. & id 18. Et Diony. 2. lec 5. Et 2. Eth lec 5. fin. Et 1 Po. lec. 2. col 3. * Aristot. tex. 4.

Vtrum passio magis sit in parte animæ apprehensiua, quàm in parte appetitiua.

AD secundùm sic proceditur. Videtur quòd passio magis sit in parte animæ apprehensiua, quàm in parte appetitiua; quod enim est primum in quolibet genere videtur esse maximum illorum, quæ sunt in genere illo, & causa aliorum, vt dicitur in secundo metaphysic.* sed passio prius inuenitur in parte apprehensiua, quàm in parte appetitiua; non enim patitur pars appetitiua, nisi passione præcedente in parte apprehensiua; ergo passio est magis in parte apprehensiua, quàm in parte appetitiua.

¶ 2 Præterea, quod est magis actiuum videtur esse minus passiuum, actio enim passioni opponitur; sed pars appetitiua est magis actiua, quàm pars apprehensiua; ergo videtur quòd in parte apprehensiua magis sit passio.

¶ 3 Præterea, sicut appetitus sensitiuus est virtus in organo corporali, ita & vis apprehensiua sensitiua; sed passio animæ fit propriè loquendo secundùm transmutationem corporalem; ergo non magis est passio in parte appetitiua sensitiua, quàm in apprehensiua sensitiua.

¶Sed contra est, quod Aug. dicit in 9. de ciui. Dei*, ℘ motus animi quos Græci, pathos; nostri autem, sicut Cicero, perturbationes, quidã affectiones, vel affectus, quidam verò sicut in Græco habetur, expressius passiones vocant; ex quo patet, quòd passiones animæ sunt idem quod affectiones, sed affectiones manifestè pertinent ad partem appetitiuam, & non apprehensiuam; ergo & passiones magis sunt in appetitiua, quàm in apprehensiua.

* Aug.

¶Hic consequenter inquirit D. S. de subiecto immediato, & propinquo. ſ. de potentia. Et primò ostendit passionem esse in parte appetitiua. Postea ostendit in quo appetitu sit, articulo sequenti.

¶Respondeo dicendum, ℘ sicut iam dictum est*, in nomine passionis importatur, ℘ patiens trahatur ad id quod est agentis. ——

* Arti. cen.

¶Conclusio responsiua est talis Ratio passionis magis inuenitur in parte appetitiua, quàm in parte apprehensiua (. i. actus, & motus appetitus, magis dicitur passio, quàm operatio alicuius apprehensiuę cuiuscunque) probatur sic, in nomine passionis importatur, quòd patiens trahatur ad id quod est agentis; sed anima magis trahitur ad rem per vim, &c. vt in litera, ergo conclusio vera. Huius rationis D. S. primò ponit maiorem; secundò probat minorem, ibi. Magis autem, &c. tertiò infert ipsam conclusionẽ, ibi. Vnde patet, &c. Maior ergo patet ex articulo præcedẽti, quia loquimur de passione, quæ est transmutatio, & abiicit aliquidà patiente, & præsertim conueniens. Et ergo ille actus est passio, qui habet trahere ad rem, & ex proprio modo habet immutare corpus, &c. Consequenter cum dicit.

Conclu.

¶ Magis autem trahitur anima ad rem per vim appetitiuam, quàm per vim apprehensiuam; nam per vim appetitiuam anima habet ordinem ad ipsas res, prout in seipsis sunt, vnde Philosophus dicit in sexto metaphysic.* quòd bonum & malum, quæ sunt obiecta appetitiuæ potentiæ, sunt in ipsis rebus; vis autem apprehensiua non trahitur ad rem secundùm quòd in seipsa est; sed cognoscit eam secundùm intentionem rei, quam in se habet, vel recipit secundùm proprium modum; vnde & ibidem dicitur, quòd verum, & falsum, quæ ad cognitionem pertinent non sunt in rebus, sed in mente. ——

* Arist. tex.

¶Subiungit minorem præcedentem, quæ probatur in litera clarè, vbi nota primò, quòd Scotus in quarto, dist. 49. q. 4. obiicit contra istam differentiam hic positam à D. S. & in multis alijs locis, scilicet, quòd actus intellectus est secundùm quòd res est intra; voluntatis autẽ secũdùm tendere ad extra. Nam vt ipse dicit, vterq; ad extra, & intra terminatur. Nam cognitio intuitiua terminatur ad rem in se, &c.

Scotus ibi cit.

¶Sed D. S. loquitur post Philosophum, & de cognitione intellectiua, quam experimur in nobis.

¶Et præterea etiam in intuitiua esto res ad quam cognitio terminatur sit extra; tamen secundùm modum cognitionis prius vnitur intelligenti; amatur autem res, vt amans vnitur amato, etiam si sit intra ipsum, ita quòd quo ad modum semper intellectio est secundùm quòd res vnitur, & est intra. Appetitio autem sit secundùm quòd est extra. Et non loquitur Aristoteles, vt Scotus sibi imponit, de appetitu futuri, immo de appetitu cuiuscunq; præsentis, quoniam ex proprio modo habet tendere in rem, vt in se est. Ille enim qui vult balneari, vult balneum, non quidem, qđ est in mente, sed in re; quia secundùm esse in se, res est bona, & appetita. Loquitur etiam Philosophus in 6. metaphysic. quòd appetitus

appetitus est eorum, quę sunt in rebus, non solùm sicut effectuũ, sed sicut obiectorum; quia balneum est obiectum, & terminus executionis prouenientis ex desiderio, vide 6. metaphy. tex. com. 8. lectio. 4. in Doc. Sanc. Nam declarare quomodo verum sit in mente, vel intellectu pertinet ad pri. par. q. 16. Tunc ibi.

¶Vnde patet, quòd ratio passionis magis inuenitur in parte appetitiua, quàm in parte apprehensiua. ——

¶Subinfert ipsam conclusionem iam satis probatam, & patet. Sed nota pro fundamento sequentium, & pro intellectu huius conclusionis, quòd amari aliquam rem, vel appeti, non est ipsam trahi, vel venire ad appetitum, sed est trahere appetentem, ita quòd amatum, vel appetitum sit trahens. Et sicut in intellectu, ex hoc quòd res intelligitur, procedit quædam intelligibilis conceptio, ita ex hoc quòd res amatur procedit intra amantem quædam impressio, & impulsio amantis in amatũ, sicut in obiectum, ita quòd in amore, vel appetitu spirituali procedit impressio spiritualis, de qua pri. par. D. S. Et in amore sensitiuo appetitus concupiscibilis, vel in quacunque passione appetitus sensitiui procedit quædam immutatio corporis, à qua talis motus appetitiuus sortitur nomen passionis; quia ergo illa transformatio, & transmutatio sequitur naturaliter ad appetitum præsertim sensitiuum, vt patebit articulo sequenti, non autem ad actum cognitiuæ potentiæ, inde est, quòd D. S ex modo ipsius actus appetitiui infert, & probat magis habere locum nomen passionis in actu appetitus, quàm apprehensiuę; quia pati est transmutari, & trahi secundùm conditionem agentis, hoc autem sit secundùm actum appetitus. Vnde oportet semper notare in ista re, quòd amatum esse in amante, est appetitum transformari, & impelli ad amatum, & non è contra. Sed in cognitione cognitum venit in cognoscente, ideo appetens trahitur ad appetibile, vel appetitum, & si trahitur, ideo appetibile se habet, vt agens, appetitus, vt patiens. Et quandoque passione corruptiua, & alteratiua à dispositione connaturali, vt patet in tristitia, ideo patet conclusio, & ratio pro ea.

¶Nota pro maiori intellectu huius materiæ, & confirmatione iam dictorũ D. S. in de Verita. Mate. 26. art. 3. vbi dicit, passio verò animalis (de qua hic loquimur) cum per eam ex operatione animæ transmutetur corpus, in illa potentia esse debet, quæ corporali organo adiungitur, & cuius est corpora transmutare. Et ideo huiusmodi passio non est in parte intellectiua, quæ non est alicuius organi corporalis actus. Nec iterum est in apprehensiua sensitiua, quia ex apprehensione sensus non sequitur motus in corpore, nisi mediante appetitiua, quæ est immediatum mouens, vnde secundùm modum operationis eius, statim disponitur organum corporale, scilicet cor, vnde est principium motus tali dispositione, quæ competit ad exequendum hoc, in quod appetitus sensibilis inclinatur, vnde in ira feruet, & in timore quodammodo frigescit, & constringitur, & sic in appetitiua sensitiua, sola animalis passio propriè inuenitur, hæc ille. Ex quibus patent, quæ dicta sunt, &c. Et nota verba D. S. quia videtur ponere, ℘ cor sit organum appetitus sensitiui.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsiuam. Circa hoc argumentum nota, quia fundatur in hoc, quòd passiones alio nomine dicuntur affectiones; sed affectio de plano est appetitus, cuius est affici, igitur & dicitur illa affectio passio, ratione iam dicta, quia eam sequitur passio, & immutatio corporalis. Sicut etiam secundùm Doc. Sanc. in de Verita. vbi statim ad vltimum, passio dicitur esse in anima, non quasi ipsa transmutetur, sed quia per eam transmutatur corpus, quia. ſ. ratione formali consequitur in corpore materiale.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd intensio è conuerso se habet in his, quæ pertinent ad perfectionem, & in his quæ pertinent ad defectum; nam in his, quæ ad perfectionem pertinent attenditur intensio per accessum ad vnum primum principium, cui quantò est aliquid propinquius, tantò est magis intensum, sicut intensio lucidi attenditur per accessum ad aliquid summè lucidum, cui quantò aliquid magis appropinquat, tantò est magis lucidum; sed in his, quæ ad defectum pertinent attenditur intensio, non per accessum ad aliquod summum, sed per recessum à perfecto; quia in hoc ratio priuationis, & defectus consistit; & ideo quantò minus recedit à primo, tantò est minus intensum, & propter hoc in principio semper inuenitur paruus defectus, qui postea procedendo magis multiplicatur; passio autem ad defectũ pertinet, quia est alicuius secũdùm quòd est in potentia; vnde in his, quæ appropinquant primo perfecto, scilicet Deo, inuenitur parum de ratione potentiæ, & passionis; in alijs autem consequenter plus, & sic etiam in priori vi animæ. ſ. apprehensiua, inuenitur minus de ratione passionis. ——

¶Ad maiorem, vera est in his, quæ sunt perfectionis, quia si conueniens primo, & posterioribus sit perfectionis, tunc maximè conuenit primo, & deinde minus perfectè sequentibus. Si autem quod conuenit primo, & posterioribus sit imperfectionis, tunc maiot non est vera. Et rationem vtriusque ponit D. S. in solutione, primi quidem, quia maioritas perfectionis attenditur per accessum ad aliquod maximè tale. Id autem, quod est prius in aliquo ordine perfectionis est propinquius primo, &c. Ratio secundi, quia maioritas imperfectionis non attenditur per accessum ad summum illius ordinis; sed per recessum à summo oppositi ordinis. Sed constat, quòd id quod est posterius plus recedit, quàm prius, igitur. Sic patet, quòd angelus est maius ens, quàm homo, quia propinquior primo enti, sed culpa peior quàm pœna, quia magis recedit à summo bono, quàm pœna. Sic bonum dicitur maius propter maiorem accessum ad bonum per essentiam, sed maius malum propter maiorem recessum à summo bono, &c. vide pri. par. q. 49. art. 3. ad tertium. & in de Malo, Mate. pri. ar. pri. ad 13. Et ita vniuersaliter quando aliqua duo sunt, quorum vnum est prius, & nobilius aliud posterius. Si aliquid dicatur quod est perfectionis magis conuenit primo. Si autem imperfectionis magis conuenit posteriori, & auctoritas secundi metaph. tex. 4. intelligitur de his, quæ sunt perfectionis, vt patet de esse, & veritate, quia huiusmodi prioribus per prius, & plus conueniunt, quia eo ipso, quòd priora sunt, sunt propinquiora primo, à quo primo, & plus participant.

¶Ad minorem dico, quòd passio conuenit per prius, & prius inuenitur in apprehensiua, sed est imperfectionis à toto genere, quia semper fert, & arguit potentialitatem. Et concedo probationem, quòd prius patitur perfectiuè apprehensiua, quàm appetitiua afficiatur, immo vt infra patebit de amore, cognitio (quæ causatur per se ex passione) est causa actus appetitus, sed negatur cõsequẽtia; immo eo ipso, quòd cognitiua est prior, & propinquior primo enti, ideo minus patitur; & appetitiua, quia posterior, ideo plus patitur. Volumus enim, ℘ apprehensiua prior est dignitate appetitiua, & ideo Deo propinquior, & per consequens minus habet id quod est imperfectionis, quale est passio, vt patuit.

¶Nota autem primò circa maiorem, quia in his, quæ sunt imperfectionis est duplex maioritas, vna secundùm propriam rationem, alia in ratione entis. Et ille maioritates contrario modo accipiuntur, sed de hoc infra, q. 73. artic. 2. in corpore. Sic passio propriè habet magis rationem pathonis, & minus rationem entis; passio autem impropriè è contra.

¶Nota secundò circa minorem, ℘ passio conuenit multũ analogicè, & æquiuocè apprehensiuę, & appetitiuę, quia apprehensiuę, vt sic, conuenit passio perfectiua, & spiritualis (aliquo modo saltem.) Et illa antecedenter, quia videlicet apprehensio dependet per se ex recepta specie, ex qua, & sensu sit vnum principium cognitionis. Sed passio quæ conuenit appetitiuę est corporalis, & plerunq; transmutatiua corporis à naturali habitudine. Et secundò conuenit talis passio appetitiuę consequenter. Et ideo longè perfectior passio conuenit appetitiuę. ſ. consequenter. Maior autem passio est imperfectius ens, &c.

¶Ad secundum dicendum, ℘ vis appetitiua dicitur esse magis actiua, quia est magis principium exterioris actus, & hoc habet ex hoc ipso, ex quo habet, quòd, sit magis passiua. ſ. ex hoc ℘ habet ordinem ad rem, prout est in seipsa; per actionem enim exteriorem venimus ad consequendas res. ——

¶Ad maiorem, si intelligitur de rebus purè naturalibus concedit, quia ignis eo ipso, quòd est maximè actiuitatis, minus potest pati, quia passio prouenit ex dominio agentis super patiens, loquendo de passione propriè. Si autem intelligitur de potentijs animæ, negatur ista maior, immo ex eo à quo habet, quòd sit actiua (. i. motiua aliarum) habet quòd sit passiua, id est, quod ad actum eius sequatur immutatio corporis, quando est potentia sensitiua. Et dico ad probationem, quòd actio in naturalibus opponitur passioni, sed in vi animæ actiua non oppouitur sibi, immo ad actionem potentiæ appetitiuę sensitiuę, sequitur naturaliter passio ratione supra dicta, quia est in organo corporeo, & eius naturaliter immutatiua. Licet enim actio, & passio, secundùm communes rationes opponantur, tamen si applicentur ad specialia entia. ſ. potentiam appetitiuam, ibi se consequuntur.

¶Ad minorem, distinguitur, si intelligitur absolutè, quòd sit magis actiua appetitiua, quàm apprehensiua, ita quòd non moueatur ab apprehensiua, & apprehensibili, negatur; immo appetitus est mouens motum etiam effectiuè ad specificationem ab appetibili apprehenso, & ab apprehensiua, vt patuit supra, q. 9. articu. primo. Sed conceditur minor ad hunc sensum, quòd est magis actiua, quia motiua aliatum virium ad exercicium, vt patuit supra. Et hoc habet, quia inclinatur ad res, vt in se sunt, & per consequens mouet alias ad rei consequutionem. Ex hoc ipso habet, quòd trahatur ad rem, & sic immutetur, quare negatur consequentia, &c.

¶Nota

¶Nota autem, quòd huius argumenti solutio tangit, quod supra tactum est. An cognitio, & res, vt apprehensa sit causa actus appetitus, & dicitur quòd sic; & ergo appetitiua mouetur primò ab appetibili, deinde cum ipso concurrit ad actum appetitiuum. Quare notanter dicit D.S. in principio solutionis, quòd vis appetitiua dicitur magis actiua, quia magis est principium exterioris actus, & scilicet motiua aliarum virium executiuarum, non tamen est dicenda potentia propriè actiua, sed passiua. Non enim dicitur actiua potentia simpliciter, quia agit, vel mouet alias; sed quia causat obiectum suum, vt pulchrè habet D.S. in de Verita. Mate. 26. art. 3. ad quartum. Voluntas autem & appetitiua à suo obiecto mouetur, vnde 12. metaphy. tex. com. 36. lec. 6. appetibile dicitur mouens immobile. Et ergo dicendum est, quia est potentia verè passiua ab obiecto finaliter, & effectiuè. Nulla enim potentia animæ est tam passiua, quin facta in actu sit aliqualiter actiua, vnde & sensus agit; sed actiua est, quæ de per se à passione non dependet in agendo, & quæ efficit suum obiectum, qualis non est appetitiua, &c.

Voluntas est potētia passiua.

¶Ad tertium dicēdum, quòd sicut in primo dictum est*; dupliciter organum animæ potest transmutari. Vno modo transmutatione spirituali, secundùm quòd recipit intentionem rei, & hoc per se inuenitur in actu apprehensiuæ virtutis sensitiuę, sicut oculus immutatur à visibili; non ita quòd coloretur, sed ita quòd recipiat intentionem coloris. Est autem & alia naturalis transmutatio organi, prout organum transmutatur quantum ad suam naturalem dispositionem, puta quòd calefit, aut infrigidatur, vel alio modo simili transmutatur, & huiusmodi transmutatio per accidēs se habet ad actum apprehensiuæ virtutis sensitiuę, puta cum oculus fatigatur ex forti intuitu, vel dissoluitur ex vehementia visibilis; sed ad actum appetitus sensitiui per se ordinatur huiusmodi transmutatio, vnde in definitione motuum appetitiuę partis materialiter ponitur aliqua naturalis transmutatio organi, sicut dicitur, quòd ira est accensio sanguinis circa cor, vnde patet, ꝙ ratio passionis magis inuenitur in actu sensitiuæ virtutis appetitiuæ, quàm in actu sensitiuæ virtutis apprehensiuę; licet vtraque sit actus organi corporalis.

* 1. par. q. 78. art. 3.

¶Ad maiorem, vera, in hoc quòd est esse in organo, sed non simile, quo ad modum operandi in organo. Et hoc D.S. declarat post dicta in pri. par. q. 78. art. 3. quia ad actum apprehensiuę requiritur, & sufficit antecedenter immutatio spiritualis per speciem intentionalem, quę est sine conditionibus physicis, vt habetur secundo de anima. Ad actum autem appetitiuę per se requiritur consequenter transmutatio naturalis organi, vt allegatum fuit in fine primi articuli. Constat autem quòd transmutatio naturalis magis habet de ratione passionis, quàm immutatio spiritualis, quæ prærequiritur.

¶Ad minorem cōceditur, sed negatur, quòd transmutatio corporalis per se requiratur ad apprehensiuę actum. Si enim quandoque organum transmutetur, hoc est per accidens propter excessum obiecti, non propter actum fiendum, fit autem semper & per se trāsmutatio corporalis secundùm actum appetitiuę. Quare negatur consequentia.

¶Nota autem circa D.S. in hac solutione, cum dicitur, oculus immutatur à visibili non coloratur. Vbi potest satis haberi, quòd intentionalis forma specificè distinguitur ab eo, cuius est forma. Aliàs enim cum informet oculum si sit eiusdem naturæ cum colore, tunc denominaret, sicut & forma, cuius est intentio, nec sufficit dicere, quòd sit alius modus. In forma enim naturali eiusdem speciei, & in re corporea posita, non potest auferri modus connaturalis, quin denominet subiectum. Nec obstat his dictū D.S. in quarto, dist. 49. q. 2. art. 1. vbi dicit coloremi recipi in oculo secundùm rationem suæ speciei, non tamen secundùm eundem modum essendi; quia intelligit, quòd non differant specie ex parte naturæ; distinguuntur tamen specie ex parte modi essendi specificè distincti, vnde species dicitur ratio coloris, quia est aliqua similitudo naturę coloris, habēs tamen modum essendi specificè distinctum sine materia sensibili.

Forma intentionalis quid sit.

¶Nota tamen, quòd non dicuntur intentionales formæ, quia transeunt statim cum auferuntur obiecta, sic enim species intelligibilis lapidis, non diceretur forma intentionalis eius, quod est falsum, quia manet semper in intellectu; sed ideo dicuntur intentionales, quia nō sunt natæ denominare subiectū, sicut formæ quarum sunt intentiones. Esto enim denominent aliquo modo, nō tamen sicut forma, & hoc tangitur in ista solutione, quia species immutat visum, & denominat eum in actu sentiendi, non tamen coloratum, &c.

¶Nota secundò, quòd ad actum appetitus sensitiui per se ordinatur transmutatio secundùm qualitatem naturalem, non quòd transmutatio huiusmodi actum appetitus causet, sed quia ipsum de per se consequitur. De hoc D.S. opusculo 35. de motu cordis dicit. Non enim affectiones animæ causantur ab alterationibus cordis, sed potius causant eas. Vnde in passionibus animę, puta in ira formali est quod est ex parte affectionis f.ꝙ sit appetitus vindictæ. Materiale autem quod pertinet ad motum cordis, puta ꝙ sit accensio sanguinis circa cor.

Vtrum passio magis sit in appetitu sensitiuo, quàm intellectiuo, qui dicitur voluntas.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd passio non magis sit in appetitu sensitiuo, quàm in appetitu intellectiuo; dicit enim Dionysius secundo cap. de Diui. nomi. quòd Ierotheus ex quadam est doctus diuiniore inspiratione, non solùm discens, sed etiam patiens diuina; sed passio diuinorum non potest pertinere ad appetitum sensitiuum, cuius obiectum est bonum sensibile; ergo passio est in appetitu intellectiuo, sicut & in sensitiuo. Dion.

¶ 2 Præterea, quantò actiuum est potentius, tantò passio est fortior; sed obiectum appetitus intellectiui, quod est bonum vniuersale, est potentius actiuū, quàm obiectum appetitus sensitiui, quod est particulare bonum; ergo ratio passionis magis inuenitur in appetitu intellectiuo, quàm in appetitu sensitiuo.

¶ 3 Præterea, gaudium, & amor passiones quædam esse dicuntur, sed hæc inueniuntur in appetitu intellectiuo, & non solùm in sensitiuo, alioquin non attribuerentur in scripturis Deo, & Angelis; ergo passiones non magis sunt in appetitu sensitiuo, quàm intellectiuo.

¶Sed contra est, quod dicit Damasc. in secundo lib.* describens animales passiones. Passio est motus appetitiuæ virtutis sensibilis in imaginatione boni vel mali, & aliter*. Passio est motus irrationalis animæ per susceptionem boni vel mali.

* Nemesius cap. de passionibus.

* Damasc. lib. 3. cap. 23.

¶Hic tertiò D.S. inquirit determinando articulum præcedentem in quo dictum est, quia passio conuenit magis appetitiuę, quàm apprehensiuę, quia autem vt supponitur ex pri. par. q. 80. art. 2. duplex est appetitus, quidam rationalis, qui & voluntas dicitur; alius autem sensitiuus, qui per concupiscibilem, & irascibilem diuiditur. Et primus est potentia inorganica, & dicitur esse in ratione. i. in parte inorganica. Secundus autem est potentia organica, & videtur esse subiectiuè in corde, vt tactum fuit art. 1. Ideo est dubium cui appetitui magis conueniat passio. f. causaliter, & concomitanter, &c.

¶Respondeo dicendum sicut iam dictum est*; passio propriè inuenitur vbi est transmutatio corporalis, quæ quidem inuenitur in actibus appetitus sensitiui, & non solùm spiritualis, sicut est in apprehensione sensitiua, sed etiam naturalis.

* Actus appetitus sensitiui.

¶Conclusionem responsiuam ponit talem in hoc corpore. Ratio passionis magis propriè inuenitur in actu appetitus sensitiui, quàm intellectiui. i. esse cum transmutatione alterativa, & corporali magis consequitur actum appetitus sensitiui, quàm intellectiui; immo intellectiuum immediatè non consequitur; probatur igitur conclusio. Passio propriè inuenitur vbi est transmutatio corporalis; sed illa inuenitur in actibus appetitus sensitiui; in actu autem appetitus intellectiui non requiritur aliqua transmutatio; igitur sequitur conclusio. Huius rationis D.S. primò ponit maiorem cum prima parte minoris; secundò secundam partem minoris, ibi. In actu, &c. Tertiò ipsam conclusionem, ibi. Vnde patet, &c. maior ergo patet. Et intelligitur, quòd ibi reperitur passio, idest illius potentiæ actus dicitur passio, quem transmutatio corporalis alterativa de per se consequitur, vt patet ex prædictis; non quod ipse actus potentiæ sit essentialiter id cui principaliter conuenit nomen passionis; licet sit origo illius cui conuenit nomen passionis proprię. Et propterea & actus ipse vocatur nomine sui effectus, minorem pro prima parte Doc. Sanc. relinquit notam ex solutione ad tertium præcedentis articuli. Deinde cum dicit.

Conclusio responsiua.

¶In actu autem appetitus intellectiui non requiritur aliqua transmutatio corporalis; quia huiusmodi appetitus non est virtus alicuius organi.

¶Ponit

¶Ponit secundam partem minoris, quam probat sic, quia huiusmodi appetitus (. i. intellectiuus) non est virtus alicuius organi, igitur minor vera, antecedens supponitur. Tenet consequentia, quia tota ratio quare actus appetitus sensitiui sit passio, est quia est in organo. Constat autem, ꝙ si affirmatio est causa præcisa affirmationis, & negatio est causa negationis.

¶Circa istam partem secundam minoris est difficultas, quia D S. alibi videtur dicere, quòd voluntas possit mouere sine appetitu sensitiuo, immo hoc clarè supra dixit, q. 10. art. 3. ad tertium, vt patet intuenti. Et per consequens sequitur motus corporis, & membrorum sine appetitu sensitiuo, & ita immediatè est causa motus corporis. Hic autem, & in de Verita. Mate. 26. art. 3. ad 11. Dicit quòd nec sensus, neque aliqua alia vis apprehensiua mouet immediatè, sed solùm mediante appetitiua. Et ideo ad operationem virtutis sensitiuæ apprehensiuæ non immutatur corpus quantum ad dispositiones naturales, nisi superueniat motus appetitiuę, quem statim sequitur transmutatio corporis disponentis se ad obediendum, &c. hæc ille. Et præterea ad idem videtur esse D. S. pri. par. q. 80. art. 2. ad tertium, &c.

Volūtas in hoc mouet localiter, sed nō alterat corpus sine appetitu sensitiuo.

¶Sed dico, quòd ista re benè penetrata nulla est discrepantia, vnde oportet notare, quòd aliud est dicere ad appetitum intellectiuum immediatè potest sequi motus, & ad ipsum immediatè sequitur transmutatio corporis. Primum enim intelligitur de motu locali, & executiuo membrorum. Secundum intelligitur de transmutatione alterativa, & formali. Vnde dico, quòd potest fieri, vt appetitus superior. f. intellectiuus immediatè moueat executiuam motiuam, quæ est in musculis, & neruis; absque hoc, quòd appetitus sensitiuus concurrat, & maximè, quia non concurrit ad intentum voluntatis secundùm eandem rationem. Et sic quandoque cum voluntas mouet ad id, ad quod sensualitas se non extendit, non oportet concurrere sensualitatem maximè secundùm eandem rationem. Sed hoc est verum, quòd ad motum voluntatis solùm non transmutatur corpus formaliter. Et hoc notat D.S. in verbis allegatis, cum dicit, quòd ad operationem virtutis sensitiuæ apprehensiuæ non immutatur quantùm ad dispositiones naturales ipsum corpus, &c. De eo autem quòd D. S. habet pri. par. vide infra q 56. art. 2. ad secundum. Sup. autem q. 10. D. S. loquitur de motu locali, & membrorum executiuo, quia talis potest fieri per solam voluntatem, licet de communi lege non fiat sine appetitu sensitiuo, sine autem particulari apprehensione nullo modo fieri potest; vnde in pri. par. loquitur de eo, quod vt in pluribus contingit, supra autem de possibili. Et quidem quòd appetitus rationalis possit appetere, siue & contra appetitum sensitiuum non est dubium, sed an possit siue ipso corpus mouere, & hoc vtitur in quæstione, &c.

¶Nota quoque circa istam materiam, ꝙ ad apprehensionem intellectiuam potest sequi passio in appetitu sensitiuo dupliciter (quamuis immediatè non moueat) vt habet D S. in de Veri. sup. ad 13. Vno modo inquantum in imaginatione formatur ex imperio intellectus aliquod phantasma particulare. Ex quo sequitur passio in appetitu sensitiuo, sicut intellectus credentis pœnas inferni, formet phantasma ignis, & vermis, & sic terreatur. Alio modo ex apprehensione intellectus mouetur appetitus superior. Ex quo per quandam redundantiam, vel imperium, appetitus inferior commouetur. De hoc etiam infra q. 24. & ita patet quòd appetitus superior intellectiuus non requirit transmutationem f. alterativam, & formalem, nec antecedenter, nec cōsequenter immediatè, sicut dicit hic secunda pars minoris. Tunc ibi.

*Damasc. in arg. sed contra.

¶Vnde patet, quòd ratio passionis magis propriè inuenitur in actu appetitus sensitiui, quàm intellectiui, vt etiam patet per definitiones Damasc.* inductas.

¶Subinfert ipsam conclusionem. ¶Et nota circa hanc conclusionem, quòd est comparatio impropria, quia propriè aliquid dicitur alicui magis conuenire quando vtrique conuenit. Passio autem non conuenit appetitui intellectiuo. Vel potest intelligi, quòd sit comparatio propriè, quia conuenit, & intellectiuo appetitui, sed non immediatè, tamen mediatè, scilicet per sensitiuum appetitum, &c.

ARGVMENTVM in contrarium continet definitiones per quas D. S. in fine corporis confirmat conclusionem responsiuam. Et nota, ꝙ passio est irrationalis partis per essentiam, tamen rationalis per participationem, &c.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd passio Diuinorum ibi dicitur affectio ad Diuina, & coniunctio ad ipsa per amorem, quod tamen fit sine transmutatione corporali.

¶Ad maiorem dicit D.S. clarè, quia illa passio Ierothei magistri Dionysij, nihil aliud fuit, quàm affectio voluntatis rationalis ad Diuina sine transmutatione corporali consequente, quæ secundùm Doc. Sanc. in de Veritate sup. ar. 3. ad 18. magis habet rationem passionis, quàm simplex apprehensio, quia videlicet dicit tractum appetitus ad rem, & potest redundare in appetitum sensitiuum, & ex tali affectione Diuinorum prouenit manifestatio eorundem, secundùm illud Ioannis 14. Si quis diligit me, &c. & manifestabo ei meipsum.

¶Ad minorem, conceditur ipsa, saltem necessariò, & immediatè, quamuis quandoque propter magnam intensionem affectionis voluntatis commoueatur appetitus sensitiuus, & eo mediante corpus, negatur autem consequentia.

¶Nota fundamentum auctoritatis quam habet maior ex D.S. secunda secundæ, q. 45. articu. 2. in corpore, quòd sapientia Diuina, qua dicitur fuisse doctus Ierotheus, habet causam in voluntate; licet ipsa sit formaliter in intellectu, vnde ex magna affectione arguitur magna sapientia, quare Ierotheus doctus est. f. sapientia infusa, & dono Spiritussancti patiens Diuina, idest, ex multa affectione qua trahebatur per affectum ad Diuina, vnde huiusmodi passio est complacentia, & cōnaturalitas ad Diuina; nam sapientia infusa, & donū importat iudicium Diuinorum procedens ex connaturalitate, & complacentia ad ea de quibus iudicatur, & est talis connaturalitas ex charitate. Et hoc not Doc. Sanc. in de Verita. vbi statim.

¶Ad secundum dicendum, quòd magnitudo passionis, non solùm dependet ex virtute agentis, sed etiam ex passibilitate patientis; quia quæ sunt benè passibilia multum patiuntur etiam à paruis actiuis. Licet ergo obiectum appetitus intellectiui sit magis actiuū, quàm obiectum appetitus sensitiui, tamē appetitus sensitiuus est magis passiuus.

¶Maior vera, cæteris paribus, stante scilicet eadem dispositione patientis vtrobique, tunc sequitur maior passio; si autem cætera non sunt paria, non oportet, vt D. S. habet clarè.

¶Ad minorem conceditur, sed dico, quòd appetitus intellectiuus cuius obiectum est bonum vniuersale, non est passiuus passione de qua loquimur, idest, non habet transmutationem corporis adiunctam immediatè, sicut sensitiuus, quare negatur consequentia.

¶Nota circa minorem, quòd Scotus in tertio, distin. 33. ad primam rationem, non satis aduertit quòd D.S. communiter habet, scilicet quòd appetitus intellectiuus est boni simpliciter, vel boni vniuersalis. Non enim capitur vniuersale bonum tantùm pro aliquo abstracto, vt substat intentioni vniuersalitatis, nec vt distinguitur contra bonum apparens, sed datur alius intellectus supra dictus, quia est boni cuiuscunque, & non illius, vel illius, sicut alij appetitus. Et quia se extendit ad singulare ratione conditionis vniuersalis, & ad ipsum vniuersale, & cum hoc ad immateriale bonum. De hoc infra q. 29. artic. 5. vbi quæritur an odium sit alicuius in vniuersali. Scotus

¶Ad tertium dicendum, quòd amor, & gaudium, & alia huiusmodi cum attribuuntur Deo, vel Angelis, vel hominibus secundùm appetitum intellectiuum significant simplicem[d] actum voluntatis cum similitudine effectus absque passione. Vnde dicit Aug. 9. de ciui. Dei. Sancti Angeli & sine ira puniunt, & sine miseriæ compassione subueniunt, & tamen istarum nomina passionum consuetudine locutionis humanæ etiam in eos vsurpantur propter quandam operationis* similitudinē, non propter affectionum infirmitatem. Dub. 978. Auguſt. * Aliàs operum.

¶Ad maiorem dico, quòd non est pura, singulariter de gaudio, quia hoc magis significat simplicem motum voluntatis; amor tamen (vt patebit infra q. 26. artic. 3.) potest accipi, vt significat simplicem actum voluntatis, & vt significat passionem.

¶Ad minorem dico, quòd gaudium inuenitur in appetitu intellectiuo, quicquid sit de hoc an inueniatur etiam in concupiscibili humana, vt sequitur deliberationem, de hoc infra, &c. Dico enim ad propositum de gaudio, & amore, quòd vt ponuntur in voluntate, quæ est appetitus intellectiuus non significant passiones, sed affectiones simplices de bono absolutè, vel præsente sine omni transmutatione corporali.

¶Ad probationem minoris dico, quòd ponuntur in Angelis, & in appetitu intellectiuo hominum, sed non vt passiones, sed vt simplices actus, & affectiones immateriales, & sine omni transmutatione corporali; cum Angeli corporibus careant; quare in eis tales actus non dicuntur passiones.

¶Quare aduerte, quòd actus, vel affectio, vt sic, non dicitur passio, sed ipsa transmutatio corporalis sequens, est id, vnde affectio passio dicitur; quare cum in Angelo talis transmutatio locum non habeat, nec in homine affectionem voluntatis immediatè consequatur, ideo huiusmodi affectiones non merentur nomen passionis. Et fundamētum est ex articulo primo, quia à transmutatione, quæ est cum abiectione conuenientis, dicitur passio propriè, vt patet 5. Metaph. cap. de passione in D.S. lec. 18. tex. com. 26. quare negatur consequentia.

¶Nota autem, ꝙ circa istam solutionem est dubium, an nomina passionum, puta ira, & similia, cum dicūtur de Deo, importent aliquid

aliquid in eo existens, vel solùm aliquid ab eo existens. s. punitionē, ita ꝙ dicatur solùm metaphoricè, vt posset videri dicere D.S. pri.par.q.3.art.2.ad secundum, ita ꝙ cum dicitur iratus, significe-
Ira significat aliquid in Deo cū de ipso dicitur. Capreolus. tur quòd ad modum irati se habeat puniendo. Sed ad hoc dicitur post Capreo. in 4.dist. 17.q. 1. ad primum, contra secundam conclusionem, vbi dicit, ꝙ offensa passiuè dicta, qua Deus dicitur offensus formaliter, non purè metaphoricè dicitur de Deo, nec est solus effectus Dei in peccatore positiuus, aut priuatiuus; sed vltra hoc ponit in Deo aliquem actum voluntatis, qui est principium talis pœnæ inflictæ peccanti positiuè, vel priuatiuè, licet non vniuocè dicatur de Deo, & de creatura. Et ante ista dicit; licet ira nō dicatur de Deo per modum passionis, aut perturbatæ, vel nouæ affectionis, & similiter nec offensa, vel odium, vel indignatio; tamen cum dicuntur de Deo, ponunt in Deo aliquem actum iustæ, & tranquillæ voluntatis, & non purè metaphoricè dicuntur sine aliqua rei veritate, & proprietate, vnde S. Tho. primo contra Gen ti. cap. 92. dicit. Dicitur Deus aliquando iratus, inquantum ex ordine suæ sapientiæ aliquem vult punire, secundùm illud Psalm. Cum exarserit in breui ira eius, &c. hæc ille. Et si benè aduertatur omnia ista habentur in hac solutione, quia dicit D.S. quòd amor, gaudium, &c. cum attribuuntur Deo, & Angelis, aut hominibus secundùm appetitum intellectiuum significant simplicem motū voluntatis cum similitudine effectus; & in fine dicit, quòd nōn vsurpantur nomina passionum ex consuetudine locutionis propter affectionum infirmitatem, quæ. s. est commotio, & perturba-
Capreolus tio corporalis, vbi ista dicta Capreoli clarè habentur. Ex quibus patet quid sit dicendum ad dubium, quia quo ad aliquid metapho ricè dicitur, vt habet D.S. in pri.par. vbi allegatur, sed non dicuntur purè metaphoricè, immo ēt significāt aliquid in Deo, puta iustam, & tranquillam voluntatem. Metaphoricè autem, quia non
Scotus con cordat. est ira sicut in nobis. Concordat cum hoc Scotus in quarto, dist. 14. vbi dicit, licet Deus dicatur figuratiuè iratus, vel offensus; tamen accipiendo istam rationem, irasci, pro velle vindicare, ex clusa passione concomitante istius velle, Deus est formaliter iratus, vel offensus, quia formaliter est volens vindicare peccatum commissum contra legem Dei, hæc ille, & benè. Non est autem formaliter iratus, nisi per aliquid in eo existens, ideo. Ira ergo, & huiusmodi significant aliquid in Deo, sed nō sicut est in nobis, cum significant passiones, quia tunc significant affectionem habentem in eodem supposito annexam turbationem, & transmutationem corporalem, quod non est in Deo, vide de hac ma. D.S. pri. contra Genti. cap. 90. 91. 92.

Quæstio vigesimatertia.

De differentia passionum.

DEinde considerandum est de passionum differentia adinuicem. Et circa hoc quæruntur quatuor. Primò, vtrum passiones, quæ sunt in concupiscibili sint diuersæ ab his, quæ sunt in irascibili. Secundò, vtrū contrarietas passionum irascibilis sint secundùm contrarietatem boni & mali. Tertiò, vtrum sit aliqua passio non habens contrarium. Quartò, vtrum sint aliquę passiones differentes specie in eadem potentia non contrariæ adinuicem.

¶Postquam D.S. determinauit de subiecto, ex quo aliqualiter innotuit quidditas passionum, saltem secundùm prædicatum generale, & conceptum genericum. Hic consequenter determinat de differentia passionum, ex qua innotescet species passionum. Patet autem ordo, quia communiora sunt priora in via considerationis, & diuiditur ille tractatus in duas partes principales. Primò agitur de differentia earum in genere. Secundò in specie, artic. 4. Circa primū primò inquiritur de diuersitate passionum in genere. Secundò de contrarietate, quæ fundatur in huiusmodi diuersitate, art. 2. In tertio autem articu. determinatur quoddam dubium, quod oritur ex art. 1. & 2.

Vtrum eædem passiones sint in irascibili, & in concupiscibili.

E Veri. q. 25. art. 4. * Arist. c. 5. AD primum sic proceditur. Videtur quòd passiones eædem sint in irascibili, & in concupiscibili. Dicit enim Philosophus in 2. ethic.* quòd passiones animæ sunt quas sequitur gaudium, & tristitia, sed gaudium, & tristitia sunt in cōcupiscibili; ergo omnes passiones sunt in concupiscibili; non ergo sunt alię in irascibili, & aliæ in concupiscibili.

Matth. 13. ¶ 2 Præterea, Matth. 13. super illud. Simile est regnum cœlorum fermento, &c. dicit glo. Hiero.* In ratione possideamus prudentiam, in irascibili odium vitiorum, in cōcupiscibili desiderium virtutum; sed odium est in concupiscibili, sicut & amor cui contrariatur, vt dicitur in secundo topic.* ergo eadem passio est in concupiscibili, & irascibili.

¶ 3 Præterea, passiones, & actus differunt specie secundùm obiecta; sed passionum irascibilis, & concupiscibilis eadem obiecta sunt, scilicet bonum & malum; ergo eædem passiones sunt irascibilis, & cōcupiscibilis.

¶Sed contra, diuersarum potētiarum actus sunt specie diuersi, sicut videre, & audire; sed irascibilis, & concupiscibilis sunt duæ potentiæ diuidentes appetitum sensitiuum, vt in primo dictum est*, ergo cum passiones sint motus appetitus sensitiui, vt supra dictum est*; passiones, quæ sunt in irascibili erunt aliæ secundùm speciem à passiōnibus, quæ sunt in concupiscibili.

¶Hic D.S. primò inquirit de diuersitate passionum in communi, comparando passiones diuersarum potentiarum ad inuicem.

¶Respondeo dicendum, quòd passiones, quæ sunt in irascibili, & concupiscibili differunt specie. Cum enim diuersæ potentiæ habeant diuersa obiecta, vt in primo dictum est*; necesse est, quòd passiones diuersarum potentiarum ad diuersa obiecta referantur, vnde multò magis passiones diuersarum potentiarum specie differunt.

¶D.S. in hoc articulo tria principaliter facit. Primò probat conclusionem responsiuam. Secundò subiungit quandam aliā conclusionem declaratiuam responsiuę, ibi. Si enim, &c. Tertiò ex abundanti, & pro complemento doctrinæ declarat quoddam in ista materia scitu dignum, ibi. Ad cognoscendum, &c. Quo ad primum est talis conclusio responsiua, quam tamen explicitè nō ponit, sed suppletur formaliter. Non sunt eædem passiones in irascibili, & concupiscibili. Hanc conclusionem D.S. primò probat. Secundò corroborat quoddam contentum in ista probatione, ibi. Maior enim, &c. Arguitur ergo sic pro conclusione. Passiones, quæ sunt in irascibili, & concupiscibili differunt specie, igitur conclusio vera. Consequentia nota, quia distinctio specifica rerum est realis, & fert secum non identitatem. Antecedēs D.S. probat, necesse est quòd passiones diuersarum potentiarum ad diuersa obiecta referantur; ergo multo magis passiones diuersarum potentiarum specie differunt (supple ex obiectis diuersarum potentiarum.) Antecedens probatur, quia diuersæ potentiæ habent diuersa obiecta, quare sequitur antecedens, ꝙ & ipse passiones potentiarum. Deinde ibi cum dicit.

¶Maior enim differentia obiecti requiritur ad diuersificandum speciem potentiarum, quàm ad diuersificandum speciem passionum, vel actuum.

¶Corroborat, & declarat quare dixit. Vnde multo magis (si passiones distinguantur ex obiectis diuersarum potentiarum, quàm scilicet ipsæ potentiæ.) Et arguitur sic pro isto. Maior differentia obiecti requiritur ad diuersificandum speciem potentiarum, quàm ad diuersificādum speciem passionum, vel actuum; ergo rectè est illatum, & verum. Multò magis, &c. Consequentia patet de se. Antecedens, vel assumptum relinquitur notum, quia obiecta, quæ distinguunt, & causant multos actus possunt pertinere ad eandem potentiam, vt de se patet. Igitur antecedens verum.

¶Sicut enim in naturalibus diuersitas generis consequitur diuersitatem potentiæ materiæ, diuersitas autem speciei diuersitatem formæ in eadem materia, ita in actibus animæ actus ad diuersas potentias pertinentes sunt non solùm specie, sed etiam genere diuersi; actus autem, vel passiones respicientes diuersa obiecta specialia comprehensa sub vno cōmuni obiecto vnius potentiæ differunt, sicut species illius generis.

¶Hic pro confirmatione dictorum infert aliam conclusionem declaratoriam, & explicatiuam primæ, talem. In actibus animæ actus ad diuersas potentias pertinentes sunt non solùm specie, sed etiam genere diuersi; actus autem, vel passiones respicientes diuersa obiecta specialia comprehensa sub vno communi obiecto vnius potentiæ, differunt sicut species illius generis. Probatur conclusio tali assumpto, in naturalibus diuersitas generis consequitur diuersitatem potentiæ materiæ; diuersitas autem speciei diuersitatem formæ in eadem materia, igitur ita est de actibus

de actibus animæ, vt dicit conclusio. Tenet consequentia ex infra habendis. quæst. 54. artic. 1 ad primum. quia obiecta potentiarum se habent ad distinguendum genericè in actibus, sicut potentia materiæ in naturalibus. Antecedens habetur 5. & 10. metaphys. lectione vltima. D.S. tex. commen. 26.

¶Nota circa antecedens, & consequentiam, quia diuersa ratio materiæ distinguit genericè ad minus genere physico, sicut materia cum priuatione, & sine priuatione; potest & intelligi, quòd distinguant genere logico, sed de hoc infra quæst. 54. vbi iam. Diuersitas autem formæ in materia eiusdem rationis facit diuersitatem specificam, sicut forma asini, & leonis distinguunt specificè; sic diuersa obiecta, quæ sunt materia, circa quam potentiarum distinguunt genere, diuersa autem obiecta specialia contenta sub obiectis potentiarum distinguunt actus specie; sic bonum, & verum distinguunt intellectum, & voluntatem; sed hoc verum, & illud, distinguunt actum intellectus; & in proposito passiones concupiscibilis, & irascibilis differunt genere, sed passiones vnius potentiæ differunt a seinuicem specie.

¶Nota autem, quòd sicut diuersitas rationis potentiæ materiæ, distinguit genere physico, & non logico; ita & passiones diuersarum potentiarum distinguuntur genere obiectali, non autem logico; & sic intellegit D.S. cum dicit, passiones irascibilis, & concupiscibilis distingui genere.

¶Ad cognoscendum ergo, quæ passiones sunt in irascibili, & quæ in concupiscili oportet assumere obiectum utriusque potentiæ. Dictum est autem in primo,* quòd obiectum potentiæ concupiscibilis est bonum, vel malum sensibile simpliciter acceptum, quòd est delectabile, vel doloroſum; sed quia necesse est, quòd interdum animal difficultatem, vel pugnam patiatur, adipiscendo aliquod huiusmodi bonum, vel fugiendo aliquod huiusmodi malum, inquantum hoc est quodammodo eleuatum supra facilem potestatem animalis; ideo ipsum bonum, uel malum, secundùm quòd habet rationem ardui, vel difficilis est obiectum irascibilis. Quæcunque ergo passiones respiciunt absolutè bonum, uel malum pertinent ad concupiscibilem, ut gaudium, tristitia, amor, odium, & similia. Quæcunque verò passiones respiciunt bonum, uel malum sub ratione ardui, prout aliquid est adipiscibile, vel fugibile cum aliqua difficultate, pertinent ad irascibilem, ut audacia, & timor, spes, & huiusmodi.

* Prima parte. q. 81. artic. 2.

¶Hic vltimò pro complemento doctrinæ ponit vnum documentum, quod sequitur ex dictis, quomodo cognoscatur, quæ passiones sunt in irascibili, & quæ in concupiscibili. Et ponit documentum sub tali conclusione, ibi. Quæcunque ergo passiones, &c. vsque in finem corporis, vide litteram. Et probatur assumendo maiorem, quæ sequitur ex dictis. Ad cognoscendum, quæ passiones sunt in irascibili, & quæ in concupiscibili, oportet assumere obiectum vtriusque potentiæ, sed dictum est in primo, &c. vsque ad conclusionem; ergo sequitur conclusio. Maior patet ex dictis, quia passiones pertinentes ad aliquam potentiam habent idem obiectum, quare sequitur māior, &c. Minor nota ex prima parte, quæst. 81. artic. 2.

Conclusio tertia.

¶Nota circa minorem, quòd obiectum concupiscibilis est bonum sensibile prosequendum per se, & malum fugiendum per accidens, & hoc sub ratione absoluta sine difficultate; sed obiectum irascibilis est id, quod impedit bonum absolutè desideratū, vel fugam mali absolutè; irascibilis enim est insistere impedientibus, & corumpentibus; sed concupiscibilis est tendere in conuenientia, & fugere disconuenientia.

ARGVMENTVM in contrarium est ratio habita in corpore, vbi magis explicata fuit.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd sicut in primo dictum est; * ad hoc vis irascibilis data est animalibus; ut tollantur impedimenta, quibus concupiscibilis in suum obiectum tendere prohiberetur, uel propter difficultatem boni adipiscendi, uel propter difficultatem mali superandi; & ideo passiones irascibilis omnes terminantur ad passiones concupiscibilis, & secundùm hoc etiam passiones, quæ sunt in irascibili, consequitur gaudium, & tristitia, quæ sunt in concupiscibili.

*q. 81. ar. 2.

¶Maior conceditur, vt philosophus eam habet; sed argumentum vtitur in falso sensu; quasi diceret, quòd omnes passiones sint in illa potentia, in qua est gaudium, & tristitia, quod non dicit. Vnde dico, quòd non est inconueniens vt passiones, quæ sunt in potentia irascibili, quæ ordinatur ad concupiscibilem defensandam, terminentur ad passiones, quæ sunt in concupiscibili, quia in irascibili non sunt passiones simpliciter finales, sed quæ sunt motus ad rem distantem, vt patebit. Quare cessa minore negatur consequentia, quia sicut irascibilis quodammodo ordinatur ad concupiscibilem, ita passiones concupiscibilis sunt terminus passionum irascibilis, &c. Dico notanter, quodammodo ordinatur, quia concupiscibilis non est finis irascibilis, sed animal ipsum. Nam irascibilis concupiscibili dignior, & superior est, vtpotè ordinata ad vlteriorem actum, & rationi propinquior, vt habet Doct. Sanct. in de Veritate, Materia 25. articulo 2. in fine corporis. Vide ibidem multa bona ad propositum.

Irascibilis dignior cō cupiscibili.

¶Ad secundum dicendum, quòd odium uitiorum attribuit Hieronym. irascibili, non propter rationem odij, quæ propriè competit concupiscibili, sed propter impugnationem, quæ pertinet ad irascibilem.

¶Ad secundam partem maioris dicitur, quòd non intelligitur quasi odium sit formaliter in irascibili; sed quia ex passionibus concupiscibilis causatur aliquis actus, & passio in irascibili, puta impugnatio rei, quæ odio habetur; ideo beatus Hieronymus attribuit irascibili odium quo ad effectum odij, qui efficitur a propugnatrice, scilicet irascibili, quæ est propugnatrix concupiscibilis. Minor conceditur; sed negatur consequentia, quia non est locutio formalis, sed causalis.

¶Nota autem circa ista semper, quòd irascibilis non solùm est impugnare impediens, & impugnans extrinsecum distinctum ab obiecto irascibilis, sed irascibilis est etiam tendere, & habere actum eleuatum in bonum, vel malum arduum, quod ex sua difficultate est contra, vel supra concupiscibilem. Et per hoc patet saluari, quod Doct. Sanct. dicit in de Veritate, Ma. 25. art. 3 ad quintum. quòd spes Theologica virtus sit in irascibili, idest voluntate, inquantum supereminenter habet, quod est irascibilis. Cuius oppositum habet Scotus in tertio, distinctione 26. in fine. putans, quòd irascibilis solùm sit tendere contra impugnans concupiscibilem per aliquam contrarietatem. Sed dicimus, quòd irascibilis etiam est ad arduum bonum, & malum arduum, cuius arduitate non vincitur, sed superat, tendendo in ipsum. Arduitas enim boni repellit concupiscibilem, sed irascibilis habet quandam altitudinem supra arduitatem; licet ergo bonum Diuinum supernaturale habibile ex Diuino auxilio non percutiat, & impugnet per aliquam actionem positiuam ipsam concupiscibilem, tamen proportionem eius excedit propter sui arduitatem. Et ideo tendere in ipsum est potentiæ eleuantis se in excedens, & quasi impugnans priuatiuè concupiscibilem, idest quia non proportionatum, sed excedens. Et ista tangit etiam Doct. Sanct. in solutione sequenti argumenti, &c.

De obiecto irascibilis.

Scotus opponit.

¶Ad tertium dicendum, quòd bonum, inquantum est delectabile, mouet concupiscibilem; sed si bonum habeat quandam difficultatem ad adipiscendum, ex hoc ipso habet aliquid repugnans concupiscibili; & ideo necessarium fuit esse aliam potentiam, quæ in id tenderet. Et ratio est eadem de malis, & hæc potentia est irascibilis; vnde ex consequenti passiones concupiscibilis, & irascibilis specie differunt.

¶Maior placet ad sensum, quem intendimus in corpore, scilicet loquendo de obiectis formalibus. Minor negatur, quòd sint eadem obiecta formalia, & falsitatem eius ostendit Doct. Sanct in solutione.

¶Nota verbum Doct. Sanct. in hac solutione, cum dicit; sed si bonum habeat quandam difficultatem ad adipiscendum, ex hoc ipso habet aliquid repugnans concupiscibili, quia ex hoc habetur, quod iam statim dictum fuit, quòd videlicet irascibilis habet tendere contra repugnans concupiscibili, quod repugnans non oportet intelligere quid distinctum ab obiecto accepto cum difficultate, quare spes potest esse in irascibili respectu boni Diuini supernaturalis, quod vtique cum difficultate est adipiscibile; & ergo spes non est in concupiscibili, vt desiderat commodum concupiscenti, & potest irascibilis, idest voluntas, vt supereminenter est irascibilis, idest extendens se ad difficile, habere Deum pro immediato obiecto. Vnde non admittimus cum Scoto in tertio, distinctione 34. quòd obiectum irascibilis sit offendens tantùm, sed bonum, vel malum arduum, esto bonum sit in se conuenientissimum, & nullo modo offendat, dummodo requirat eleuationem appetitus, & habeat arduitatem annexam, ratione cuius est repugnans concupiscibili, &c. Vide de ista materia Doct. Sanct. in de Veritate, Materia 25. artic. 2.

Scotus.

Vtrum contrarietas passionum irascibilis sit secundùm contrarietatem boni, & mali.

Infra q. 40. arti. 4. & q. 45. art. 1. ad 2. Et 3. dist. 26. q. 1. ar. 3. corp. Et Veri. q. 26. artic. 4.

AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ contrarietas passionum irascibilis non sit nisi secundùm contrarietatem boni, & mali. Passiones enim irascibilis ordinantur ad passiones concupiscibilis, vt dictum est; * sed passiones concupiscibilis non contrariantur nisi secundùm contrarietatem boni, & mali, sicut amor, & odium, gaudium, & tristitia; ergo nec passiones irascibilis.

* Art. 1. ad primum.

¶ 2 Præterea. Passiones differunt secundùm obiecta, sicut & motus secundùm terminos; sed contrarietas non est in motibus, nisi secundùm contrarietatem terminorum, vt patet in quinto physicorum; * ergo neque in passionibus est contrarietas passionum, nisi secundùm contrarietatem obiectorum; obiectum autem appetitus est bonum, vel malum; ergo in nulla potentia appetitiua potest esse contrarietas passionum, nisi secundùm contrarietatem boni, & mali.

* Aristot. tex. 48.

¶ 3 Præterea. Omnis passio animæ attenditur secundùm accessum, & recessum, vt Auicenna dicit in sexto de naturalibus; sed accessus causatur ex ratione boni, recessus autem ex ratione mali, quia sicut bonum est, quod omnia appetunt, vt dicitur in primo Ethic. * ita malum est, quod omnia fugiunt; ergo contrarietas in passionibus animæ non potest esse nisi secundùm bonum, & malum.

Auicenna.

* Arist in principio.

¶ Sed contra. Timor, & audacia sunt contraria, vt patet in 8. Ethicor. * sed timor, & audacia non differunt secundùm bonum, & malum, quia vtrumque est respectu aliquorum malorum; ergo non omnis contrarietas passionum irascibilis est secundùm contrarietatem boni, & mali.

* Arist. c. 7.

¶Hic inquirit D.S. secundò de contrarietate passionum, quæ fundatur in diuersitate, de qua in articulo primo. Et quamuis titulus quæsiti sonet tantùm de contrarietate passionum irascibilis. D.S. tamen in corpore determinat etiam quomodo contrarientur passiones concupiscibilis.

¶Respondeo dicendum, quòd passio quidam motus est, vt dicitur in tertio Physicorum. * Vnde oportet contrarietatem passionum accipere secundùm contrarietatem motuum, uel mutationum. Est autem duplex contrarietas in mutationibus, & motibus, vt dicitur in quinto Physicorum; * vna quidem secundùm accessum, & recessum ab eodem termino, quæ quidem contrarietas est propriè mutationum, idest generationis, quæ est mutatio ad esse, & corruptionis, quæ est mutatio ab esse; alia autem secundùm contrarietatem terminorum, quæ propriè est contrarietas motuum, sicut dealbatio, quæ est motus a nigro in album opponitur denigrationi, quæ est motus ab albo in nigrum; sic igitur in passionibus animæ duplex contrarietas inuenitur; vna quidem secundùm contrarietatem obiectorum, scilicet boni, & mali; alia verò secundùm accessum, & recessum ab eodem termino.

* Arist. tex. 19. 20. 21. & sequen.

* Arist. tex. 46. vsque ad 52.

Dub. 9to.

Conclusio fundamentalis.

¶D. S. tria facit in hoc corpore. Primò deducit conclusionem generalem fundamentalem. Secundò subiungit vnam aliam conclusionem bimembrem magis specialem, ibi. In passionibus quidem, &c. Tertiò ex secundo membro secundæ conclusionis, infert conclusionem formaliter responsiuã, ibi. Inuenitur ergo, &c. Circa primum ponit talem conclusionem fundamentalem generalem. In passionibus animæ duplex contrarietas innenitur; vna quidem secundùm contrarietatem obiectorum, scilicet &c. Probatur conclusio sic. Oportet contrarietatem passionum accipere secundùm contrarietatem motuum, vel mutationum; sed est duplex contrarietas in mutationibus, vel motibus; ergo & in passionibus animæ. Maior patet, quia passio motus quidam est; ergo maior vera.

Maior.

¶Nota circa hoc, quòd quia passio appetitus sensitiui, de qua est sermo, per se passionẽ propriè dictam includit, vt patet ex dictis q. præced. quæ passio propriè dicta est motus, puta calefactio, vel frigefieri. Ideo D.S. pro probatione maioris assumit & benè, ꝙ passio est motus propriè dictus, de quo 3. Phys. Et hoc non solùm verificatur de passione naturali, sed etiam animali, quia est per se causaliter motus propriè dictus. Minorẽ D.S. declarat ex 5. Phys. in D.S. lect. 8. tex. commen. 46. vsque ad tex. commen. 52.

¶Nota, ꝙ si volueris videre, quomodo generatio, & corruptio distinguantur, cum tamen philosophus dicat, ꝙ generatio vnius est corruptio alterius, & etiam cum corruptio habeat terminum ipsum non esse. vide D.S. in de Veritate, Materia 28. art. 3. quia dictum philosophi intelligitur per concomitantiam, quia videlicet vnum motum duæ mutationes sequuntur; vna per se, altera per accidens; nam alterationem materiæ, & corporis humani per se sequitur cadauer, ad cuius esse sequitur in vno ordine, in alio autẽ præcedit non esse hominis, non esse autem hominis distinguitur realiter ab esse eiusdem, idest est negatio realis esse; & ita distinguuntur istæ duæ mutationes. s. generatio, & corruptio; & vna accedit ad esse hominis. s. generatio; alia autem scilicet corruptio hominis est ad non esse hominis; concomitando, & sequendo generationem cadaueris, non quòd aliqua mutatio sit ad corruptionem, nisi mediante alterius generatione. Quæ dicuntur de contrarietate motuum clara sunt, &c.

¶In passionibus quidem concupiscibilis inuenitur prima contrarietas tantùm, quæ scilicet est secundùm obiecta. In passionibus autem irascibilis inuenitur utraque; cuius ratio est, quia obiectum concupiscibilis, vt supra dictum est, * est bonum, uel malum sensibile absolutè. Bonum autem, inquantum bonum, non potest esse terminus vt a quo, sed solùm vt ad quem, quia nihil refugit bonum, inquantum bonum, sed omnia appetunt ipsum; similiter nihil appetit malum, inquantum huiusmodi, sed omnia fugiũt ipsum, & propter hoc malum non habet rationem termini ad quem, sed solùm termini a quo; sic igitur omnis passio concupiscibilis respectu boni est vt in ipsum; sicut amor, desiderium, & gaudiũ; omnis verò passio respectu mali est vt ab ipso; sicut odium, fuga, seu abominatio, & tristitia; vnde in passionibus concupiscibilis non potest esse contrarietas secundùm accessum, & recessum ab eodem obiecto.

* Art. præceden.

¶Hic consequenter D.S. accedit magis ad propositum, & ponit secundam conclusionem præambularem bimembrem talem. In passionibus concupiscibilis inuenitur prima contrarietas tantùm, quæ scilicet est secundùm obiecta; in passionibus autem irascibilis inuenitur vtraque. Huius conclusionis D.S. probat primò primam partem; secundò secũdam, ibi; Sed obiectum irascibilis, &c. Arguitur ergo sic, ꝙ prima pars; ois passio concupiscibilis, respectu boni est vt in ipsum, sicut &c. omnis verò passio respectu mali est vt ab ipso, sicut &c. ergo in passionibus concupiscibilis non potest esse contrarietas ſm accessum, & recessum ab eodem obiecto; ergo prima pars conclusionis vera. Consequentia declaratur, quia si ad vnum obiectum, scilicet bonum, tantùm accedit, & a malo tantùm recedit; benè sequitur, quòd non est recessus, & accessus respectu eiusdem, quia bonum, & malum non sunt idem obiectum, &c. Antecedens D.S. probat ibi; cuius ratio est, ponendo maiorem, & minorem clarè in littera, &c.

Conclusio.

¶Nota, quòd rationis D.S. intentum pro ista conclusionis parte posset sub breuibus sic poni, vbi est contrarietas talis, scilicet secundùm accessum, & recessum, ibi idem est terminus ad quem, & a quo; sed impossibile est eundem terminum esse a quo & ad quem in motibus concupiscibilis; ergo in ipsis non inuenitur talis contrarietas.

¶Nota, quòd totum fundamentum est, quia concupiscibilis est respectu boni, vel mali absolutè, vt sic, bonum autem habet attrahere tantùm, malum repellere tantùm; ideo non potest accedi accessu affectionali ad malum, nec recedi recessu affectionali a bono vt sic, secus de motibus irascibilis, vt patebit.

¶Nota verbum, quod D.S. habet, scilicet bonum autem arduum habet, quòd in ipsum tendatur, inquantum est bonum, quod pertinet ad passionem spei. Oportet enim hoc non intelligere quasi spes tendat in bonum sub absoluta ratione, quia sic pertinet bonum ad concupiscibilem, sed oportet notare in obiecto spei duo; vnum est quia bonum; aliud est arduitas; bonum ergo est ratione cuius tenditur per spem; sed arduitas est per se conditio eius, vt est obiectum spei; ita quòd bonum est ratio tendendi, sed arduitas modi tendendi, scilicet eleuati super modum concupiscibilis. Deinde cum dicit.

¶ Sed obiectum irascibilis est sensibile bonum, uel malum, non quidem absolutè; sed sub ratione difficultatis, uel arduitatis, vt supra dictum est. * Bonum autem arduum, siue difficile habet rationem, vt in ipsum tendatur, inquantum est bonum, quod pertinet ad passionem spei, & vt ab ipso recedatur, inquantum est arduum & difficile, quod pertinet ad passionem desperationis. Similiter malum arduum habet rationem vt uitetur, inquantum est malum; & hoc pertinet ad passionem timoris, habet etiam rationem vt in ipsum tendatur sicut in quoddam arduum, per quod scilicet aliquid euadit subiectionem mali; & sic tendit in ipsum audacia.

* Art. præceden.

¶Probat secundam partem præcedentis conclusionis sic, obiectum irascibilis est sensibile bonum, &c. vt in littera; sed bonum arduum, siue difficile, &c. vt in littera; ergo sequitur secunda pars vera.

¶Inuenitur ergo in passionibus irascibilis contrarietas secundùm contrarietatem boni, vel mali, sicut inter spem, & timorem; & iterum secundùm accessum, & recessum ab eodem termino, sicut inter audaciam, & timorem; & per hoc patet responsio ad obiecta.

¶Hic vltimò D.S. infert formaliter conclusionem responsiuam ex secunda parte præcedentis conclusionis, in qua virtualiter, & in substantia continetur; vnde relinquitur satis clarè probata cum ipsa secunda parte.

¶Nota autem hic misterium huius rei ex Doct. Sanct. in de Veritate, Materia 26. art. 4. quòd quia passiones irascibilis oriuntur, & terminantur ex & in passionibus concupiscibilis; ideo etiam habent distingui, & contrariari, sicut passiones concupiscibilis, scilicet secundùm bonum, & malum; ita quòd illa, quæ est circa bonum, est contraria illi, quæ est circa malum, sicut spes, & timor; sed quia habet aliquid proprium supra concupiscibilem, & proprium obiectum, scilicet arduum, quod potest excedere, vel non excedere secundùm apprehensionem; ideo passiones irascibilis distinguuntur propria distinctione, vt irascibilis sunt secundùm excedens facultatem appetentis, vel non excedens, & hoc secundùm æstimationem eius. Ista enim duo distinguunt arduum, sicut per se eius differentiæ, & per consequens diuersificant eius passiones, & faciunt eas contrariari modo mutationum; & sic distinguuntur spes, & desperatio, timor, & audacia. Sed secundum modum, quem habent ex concupiscibili, distinguuntur secundùm modum motuum, qui est secundùm contrarietatem obiectorum. Et quoniam veritatis sufficiens determinatio est argumentorum solutio; ideo ex dictis corporis soluuntur & declarantur argumenta pro, & contra.

ARGVMENTVM in contrarium est pro secunda parte conclusionis responsiuæ formaliter. Et probat, quòd non tantùm, nec omnes opponuntur secundùm contrarietatem boni, & mali; non autem probat, quin aliquæ sic opponantur, vt dicitur prima pars responsiuæ formaliter, sicut spes, & timor.

¶ Ad primum conceditur maior, sed vt patuit, passiones irascibilis respiciunt obiectum irascibilis, quod diuersificatur per se secundùm excedere facultatem, vel non excedere secundùm æstimationem, & quod habet, vt ad ipsum accedatur, & ab eo recedatur, secundùm quòd est ardum possibile, vel impossibile. Passiones autem concupiscibilis respiciunt bonum, vel malum absolutè, quod vt sic non habet, vt accedatur, & recedatur, quare concessa minore negatur consequentia, quia est secundùm non causam, vt causam, vt patuit in corpore.

¶Ad secundum. Maior conceditur. Minor negatur extensè loquendo de motu, vt communis est ad mutationem; distinguuntur enim generatio, & corruptio secundùm accessum, & recessum ab eodem, vt patuit in corpore; negatur, & primum consequens. Vltra dico, quòd obiectum appetitus est bonum, vel malum, sed non absolutè, sed aliquando bonum, vel malum ardum, quod habet, vt appetitus accedat, & recedat secundùm passiones irascibilis, quare & negatur, & vlterior consequentia, &c.

¶Nota autem, quòd appetitus eiusdem hominis non accedit, & recedit ab eodem secundùm numerum simul, & eodem modo apprehensum; tamen respectu diuersorum accedit, & recedit sperando, & desperando, ita quòd bonum aliquod arduum æstimatum possibile sperat, de alio vel eodem apprehenso successiuè vt impossibili, desperat; & hoc sufficit ad hoc, quòd spes, & desperatio dicantur esse secundùm accessum, & recessum ab eodem; quia hoc intelligitur, vel in diuersis hominibus, vel in eodem successiuè, vel de eodem in specie naturæ, non autem de eodem formaliter in ratione obiecti. Vnde videtur intelligendus D.S. quòd spes, & desperatio dicunt accessum, & recessum ab eadem re; sed non eodem obiecto formaliter, quia obiectum super rem addit æstimationem, & apprehensionem sub ratione possibilis, vel impossibilis, &c.

¶ Ad tertium. Maior vera ad hunc sensum, quia attenditur omnis passio in accessu, vel recessu, tamen quandoque duæ passiones possunt esse in accessu, & recessu ab eodem, saltem materialiter; quandoque aliquæ autem possunt dicere accessum, & recessum a diuersis. Primum est in passionibus quibusdam irascibilis. Secundum in passionibus concupiscibilis, &c.

¶Ad minorem. Ad primam partem eius dico, quòd accessus causatur ex ratione boni absolutè, sed ex ratione boni accepti vt arduum, & æstimati vt excedens facultatem, potest causari recessus in irascibili, &c.

¶Ad secundam partem minoris dico, quòd recessus est a malo absolutè accepto secundùm passionem concupiscibilis. Dico autem, quòd ad malum arduum absens, vt apprehensum sub ratione vitabilis potest esse passio accedens, non vt habeatur, sed vt vitetur, & expugnetur, sicut est audacia; & si est malum præsens, vt vindicetur, sicut est ira. Et de istis magis infra, cum quæretur de obiecto iræ, & audaciæ. Vide quæst 45. artic. 1. quia audacia tendit in malum arduum, vt euadat eius subiectionem. De ira vide quæst. 46. artic. 2. quia habet obiectum compositum ex bono, & malo, &c.

¶Ad probationem minoris dico, quòd verum est, quòd bonum est quod appetitur vt sic, ratione arduitatis tamen & æstimatæ impossibilitatis, quæ habet rationem mali, potest ab eo recedi. Similiter malum omnia fugiunt, quia non appetitur ex propria ratione, tamen potest appetitus irascibilis accedere ad ipsum expugnandum, & abijciendum; quare negatur consequentia.

¶ Nota autem, quòd illa probatio minoris tangit vnum aliud sæpius declarandum, quia bonum potest esse, a quo receditur per accidens, & malum potest esse, ad quod acceditur per accidens; & sic est in passionibus irascibilis. Bonum enim dicitur esse, quod appetitur per se, & gratia sui, & per actum acceptantem; tamen & malum potest esse volitum per accidens. De hoc infra &c. quæstio. 40. artic. 2. Et etiam potest esse nolitum, vt patuit supra quæstio. 8.

Vtrum omnis passio animæ habeat aliquid contrarium, vel sit aliqua passio non habens contrarium.

G

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd omnis passio animæ habeat aliquid contrarium; omnis enim passio animæ, uel est in irascibili, uel in concupiscibili, sicut supra dictum est; * sed vtræque passiones habent contrarietatem suo modo; ergo omnis passio animæ habet contrarium.

* Art. præceden.

¶ 2 Præterea. Omnis passio animæ habet bonum, vel malum pro obiecto, quæ sunt obiecta uniuersaliter appetitiuæ partis; sed passioni, cuius obiectum est bonum, opponitur passio, cuius obiectum est malum; ergo omnis passio habet contrarium.

¶ 3 Præterea. Omnis passio animæ est secundùm accessum, uel secundùm recessum, ut dictum est; * sed cuilibet accessui contrariatur recessus, & econuerso; ergo omnis passio animæ habet contrarium.

* Art. præceden.

¶ Sed contra. Ira est quædam passio animæ; sed nulla passio contraria opponitur iræ, ut patet in quarto Ethicorum; * ergo non omnis passio habet contrarium.

* Arist. c. 5.

¶Hic D.S. circa prædicta determinat dubiũ. Dubium est enim, quia in passionibus tam concupiscibilis, quàm irascibilis inuenitur contrarietas; an ergo omnis passio habeat contrarium; & est articulus ille modificatiuus præcedentis.

¶Nota autem, quòd oportet vnum explicitè supponere, quod D.S. tangit in articulo, scilicet quòd ad contrarietatem passionum requiritur, quòd sint in eadem potentia. Passiones enim diuersarum potentiarum possunt esse disparatæ, & differunt necessariò specie; sed non contrariantur, quia contraria habent fieri circa idem.

¶Notare etiam oportet, quòd ira habet duplex obiectum partialiter, scilicet bonum, & malum; bonum scilicet vindictam sub ratione boni, & malum hoc, vel illud; de quo quærit vindictam propter illatum nocumentum, vel iniuriam. Hoc notato videndum est de articulo.

¶Respondeo dicendum, quòd singulare est in passione iræ, quod non potest habere contrarium, neque secundùm accessum, neque etiam secundùm recessum, neque secundùm contrarietatem boni, vel mali.

Conclusio responsiua.

¶Conclusionem formaliter responsiuam D.S. expressè non ponit in hoc corpore; sed suppletur talis. Non omnis passio animæ habet aliquid contrarium. Probatur. Passio iræ non potest

habere contrarium, neque secundùm accessum, neque etiam secundùm recessum, neque secundùm contrarietatem boni, vel mali; ergo conclusio vera. Circa rationem D.S. ponit primò antecedens; secundò probat. Primò quo ad primam partem eius, ibi. Causatur enim. Secundò secundam partem, ibi. Similiter nec secundum, &c. Tertiò ipsum resumit cum maiori explicatione, ibi. Vnde motus iræ, &c. Huius ergo rationis tenet consequentia, quia benè sequitur per æquipollentiam contradictoriarum, aliqua non; ergo non omnis, &c. Et secundò, quia non est alius modus contrarietatis passionum, nisi vel secundùm accessum, & recessum, vel secundùm contrarietatem obiectorum, vt patet ex articulo secundo. Consequenter cum dicit.

¶ Causatur enim ira ex malo difficili iam iniacente, ad cuius præsentiam necesse est, quòd aut appetitus succumbat; & sic non exit terminos tristitiæ, quæ est passio concupiscibilis; aut habet motum ad inuadendum malum læsiuum, quod pertinet ad iram; motum autem ad fugiendum habere non potest, quia iam malum ponitur præsens, vel præteritum; & sic motui iræ non contrariatur aliqua passio secundùm contrarietatem accessus, vel recessus.

¶Probat primam partem antecedentis prædicti; supponendo, quòd ira causatur ex malo difficili iam iniacente; & sic ad præsentiam mali præsentis difficilis, aut appetitus succumbit, aut habet motum ad inuadendum malum læsiuum; sed nullo ipsorum modorum habet contrariũ, vel secundùm accessum, & recessum; ergo prima pars vera antecedentis. Maior patet, quia motum ad fugiendum habere non potest, quia malum iam ponitur præsens, vel præteritum. Minor probatur, scilicet quòd si succumbat, non contrarietur iræ, quia sic non exit terminos tristitiæ, ideſt manet in tristitia tanquam in termino, & quiete violenta, quæ est passio concupiscibilis; sed passio concupiscibilis non contrariatur passioni irascibilis, vt patuit. Secunda pars minoris, scilicet quòd motus inuasiuus non contrarietur iræ, quia iste motus pertinet ad iram, sed motus pertinens ad iram non contrariatur iræ, vt patet de se, &c. Deinde cum dicit.

¶Similiter nec secundùm contrarietatem boni, & mali, quia malo iam iniacenti opponitur bonum iam adeptum, quod iam non potest habere rationem ardui, vel difficilis, nec post adeptionem boni remanet alius motus, nisi quietatio appetitus in bono adepto, quæ pertinet ad gaudium, quod est passio concupiscibilis.

¶Deducit secundam partem antecedentis prædicti, scilicet q passio, quæ est de contrario obiecto nõ sibi contrarietur, sic, Malo iniacenti, quod scilicet est obiectum iræ, opponitur bonum iam adeptum; minor suppletur pro prima parte, sed respectu boni adepti non est aliqua passio in irascibili, quæ possit contrariari iræ; sed post adeptionem boni remanet solùm gaudium, quod non contrariatur iræ; ergo secunda pars vera. Maior nota. Minor pro prima parte probatur, quia bonum adeptum non habet rationem ardui; & per consequens non causat passionem in irascibili, cuius passiones omnes sunt de arduo. Secunda pars minoris relinquitur nota, quia post adeptionem boni est quietatio, sed talis quietatio est gaudium, &c. Tertia pars, quòd gaudium non contrarietur iræ, patet, quia gaudium (extensè pro delectatione) est concupiscibilis, sed passio concupiscibilis non contrariatur passioni irascibilis. Tunc ibi.

¶Vnde motus iræ non potest habere aliquem motum animæ contrarium; sed solummodo opponitur ei cessatio a motu, sicut Philosophus dicit in sua Rhetorica, * quòd mitescere opponitur ei, quod est irasci, quod non est oppositum contrariè, sed negatiuè, vel priuatiuè. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

* Arist. c. 3.

¶Subsumit antecedens sæpe dictum cum limitatione, scilicet quòd ira non habet contrarium, sed opponitur sibi cessatio a motu. Prima pars patet. Secunda pars autem probatur auctoritate philosophi, &c.

¶Nota, quòd mitescere videtur importare remissionem motus iræ, quia remissio dicit priuationem, sed impuram, scilicet motum, vt tendit in cessationem, quæ cessatio est negatio iræ; & ita opponitur iræ vehementi remissio eius, & totalis cessatio; vnum quidem priuatiuè, aliud negatiuè, ita quòd vnum sit repetescere, aliud omnimoda extinctio iræ, &c.

¶Nota, quòd D.S. in de Veritate, Materia 26. artic. 4. in corpvbi intentum huius articuli sub breuibus perstringit, sic dicit. Ira verò neutro modo potest habere passionem contrariam, neque secundùm contrarietatem boni, & mali, quia respectu boni præsentis nulla est passio in irascibili. Similiter neque secundùm contrarietatem excedentis facultatem, & non excedentis, quia malum facultatem excedens nullam passionem in irascibili facit, sed scilicet tristitiam in concupiscibili. Vnde inter cæteras passiones ira habet hoc proprium, quia ei nihil est contrarium, hæc ille.

ARGVMENTVM in contrarium est verum, & concludit conclusionem responsiuam.

¶Ad primum, maior vera, minor conceditur de omnibus alijs ab ira, vt iam patuit in corpore. Vel secundò ad minorem vtreque, ideſt passiones concupiscibilis, & irascibilis habent contrarietatem, sed non omnes; ita quòd minor verificetur indefinitè, sed non vniuersaliter. Vnde negatur consequentia, quia vna particularis fert instantiam contra vniuersalem, &c. Passiones enim concupiscibilis contrariatur secundùm bonum, & malum, irascibilis verò duplici modo, dempta ira.

¶Ad secundum. Maior vera. Ad minorem; sed passioni, cuius obiectum est bonum, opponitur passio, cuius obiectum est malum. Verum quidem opponuntur disparatè, sed non contrariantur, nisi illæ passiones de diuersis obiectis, bono scilicet, & malo, sint eiusdem potentiæ, quod non est in proposito, quia passio, cuius obiectum est malum iniacens, videlicet ira, non contrariatur passioni, cuius obiectum est bonum præsens, vel iniacens, scilicet gaudio, cum non sint eiusdem generis, neque etiam potest habere contrarium secundùm accessum, & recessum, vt patuit in corpore, & per consequens nullo modo.

¶Ad tertium. Maior indiget sano sensu, qui habitus est articulo tertio ad tertium. Minor negatur, quòd contrarietur accessui recessus vniuersaliter, potest quidem opponi disperatè, sicut opponuntur res diuersorum generum; sed non contrariatur, nisi sint eiusdem generis propinqui. Nam contraria sunt sub eodem genere, quod in proposito dici non potest, quia ira inuadendo accedit; & talis accessus non contrariatur recessui, qui fit per deiectionem animi per tristitiam, cum non sint in eadem potentia. Vnde licet ira distinguatur a qualibet alia passione per obiectum suum, & opponatur omnibus oppositione, quæ est secundùm non habere idem obiectum, non tamen directè, & sub eodem genere, sicut Saphirus distinguitur ab alijs lapidibus habentibus oppositas formas directè; ab aliis autem scilicet animalibus distinguitur per habere, & non habere eandem formam; sed non vt directè oppositum sub eodem genere.

Vtrum sint aliquæ passiones differentes specie in eadem potentia non contrariæ adinuicem.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd non possint in aliqua potẽtia esse passiones specie differentes, & non contrariæ adinuicem; passiones enim animæ differunt secundùm obiecta, obiecta autem passionum animæ sunt bonum, & malum, secundùm quorum differentiam passiones habent contrarietatem; ergo nullæ passiones eiusdem potentię non habentes contrarietatem adinuicem, differunt specie.

¶ 2 Præterea. Differentia speciei est differentia secundum formam, sed omnis differentia secundùm formam est secundùm aliquam contrarietatem, vt dicitur in decimo metaphys. * ergo passiones eiusdem potentię quæ non sunt contrariæ, non differunt specie.

¶ 3 Præterea. Cum omnis passio animæ consistat in accessu, uel recessu ad bonum, uel ad malum; necesse videtur, quòd omnis differentia passionum animæ sit, vel secundùm differentiam boni, vel mali, vel secundùm differentiam accessus, uel recessus, uel secundùm maiorem, uel minorem accessum, uel recessum; sed primæ duæ differentiæ inducunt contrarietatem in passionibus animæ, ut dictum est; * tertia autem differentia non diuersificat speciem, quia sic essent infinitæ species passionum animæ; ergo non potest esse, quòd passiones eiusdem potentiæ animæ differant specie, & non sint contrariæ.

¶ Sed contra. Amor, & gaudium differunt specie, & sunt in concupiscibili, nec tamen contrariantur ad inuicem, quin potius vnum est causa alterius; ergo sunt aliquæ passiones eiusdem potentiæ, quæ differunt specie, nec sunt contrariæ.

¶Postquam D.S. determinauit de distinctione generica passionum, & de distinctione, quæ est secundùm contrarietatem. Iam inquirit de distinctione specifica tãtùm absque generica, & absq; contrarietate, an videlicet possint dari aliquæ differentes in eadem potentia specie, & non esse contrariæ.

¶Respondeo

¶ Respondeo dicendum, quòd passiones differunt secundum actiua, quæ sunt obiecta passionum animæ. Differentia autem actiuorum potest attendi dupliciter; vno modo secundùm speciem, uel naturam ipsorũ actiuorum, sicut ignis differt ab aqua; alio modo secundùm diuersam virtutem actiuam.

¶D.S. in hoc corpore primò præmittit vnum notabile fundamentale distinctiuum; secundò ex ipso respondet ad quæsitum plenè, ibi. Diuersitas autem, &c. Quo ad primum, vt clarius procedatur, ponitur talis conclusio fundamentalis distinctiua; duplex differentia inuenitur in passionibus animæ. ſ. secundùm naturam obiectorum, & secundùm diuersam virtutem motiuam eiusdem obiecti. Probatur conclusio, passiones differunt secundùm actiua, quæ sunt obiecta passionum animæ; sed differẽtia actiuorum potest attendi dupliciter. ſ. secundùm speciem, & naturam; alio modo secundùm diuersam virtutem motiuam (ſ. eiusdem actiui) igitur conclusio vera. Maior est nota ex supra dictis, quia obiectum apprehensum habet se actiuè ad motum appetitiuum; & est ratio causandi ipsum, & in genere causæ efficientis, &c. Minor quo ad primam partem declaratur exemplariter de igne, & aqua. Secunda autem pars patebit ex sequentibus.

¶Nota autem, quòd secundùm primam differentiam motiuorum in passionibus animæ, scilicet secundùm naturam; sumitur differentia passionum, quæ est secundùm contrarietatem, scilicet ex distinctione boni, & mali; & quia hoc membrum non est pro responsione ad quæsitum, sed constat ex articulo secundo; ideo D.S. ipsum non prosequitur; sic enim distinguuntur amor, & odiũ.

¶Diuersitas autem actiui, vel motiui quantum ad virtutem mouendi, potest accipi in passionibus animæ secundùm similitudinem agentium naturalium.

Conclusio responsiua.

¶Hic consequenter D.S. respondet ad quæsitum quo ad secundum membrum prædictæ distinctionis; & primò deducit conclusionem responsiuam, quam tamen expresè non ponit; secundò eam magis explicat, ibi. In motibus autem, &c. Tertiò infert quædam corollaria, ibi. Sic igitur, &c. Conclusio ergo responsiua quam D.S. intendit, iuxta secundum membrum prædictæ distinctionis, & ex eius probatione est ista. In concupiscibili reperiuntur triplices passiones specie differentes non contrariæ circa bonum, & triplices proportionabiliter circa malum. Probatur ista conclusio, diuersitas actiui, vel motiui quantum ad virtutem motiuam potest accipi in passionibus animæ ad similitudinem agentium naturalium, suppletur minor formaliter; sed idem mouens naturale, in natura diuersum, in virtute motiua conueniens, & trahens ad se patiens, causat triplices effectus specie differentes non contrarias; similiter mouens repulsiuum causat triplices effectus specie differentes, non contrarios in patiente; igitur sic erit in motiuo, vel obiecto animæ conuenienti, vel disconuenienti. Huius rationis D.S. ponit primò maiorem; secundò probat minorem, ibi. Omne enim, &c. Maior ergo relinquitur nota, quia passiones sunt etiã quidam motus naturales; & ergo similiter loquendo est de diuersitate actiui diuersificantis, ibi. Et ibi, &c.

¶ Nota circa hanc maiorem, quòd mouens causans diuersos effectus in mobili, vel patiente, dicitur esse diuersum virtute, non quòd sint plures virtutes actu, sed plures eminenter, & causaliter; quia virtus in se vna nata est causare plura distincta sub ordinata, sicut & in speculatiuis vna res nata est causare plures conceptus specificè distinctos in se vna in esse rei, sed multiplex in esse motiuo; sic in proposito, &c. Consequenter cum dicit.

¶Omne enim mouens trahit quodammodo ad se patiens, uel a se repellit, trahendo quidem ad se tria facit in ipso. Nam primò quidem dat ei inclinationem, uel aptitudinem, vt in ipsum tendat; sicut cum corpus leue, quod est sursum, dat leuitatem corpori generato, per quam habet inclinationem, uel aptitudinem ad hoc, quòd sit sursum. Secundò, si corpus generatum est extra locum proprium dat ei moueri ad locum. Tertiò, dat ei quiescere in locum, cum peruenerit; quia ex eadem causa aliquid quiescit in loco, per quam mouebatur ad locum; & similiter intelligendum est de causa repulsionis.

¶ Probat minorem præcedentem, notando; quòd est duplex mouens, scilicet trahens ad se patiens; sicut ignis assimilat, & trahit ad se secundùm formam, proijciens autem lapidem repellit. Esto enim omne agens trahat ad se aliquo modo patiens, non tamen semper in assimilatione formæ, sed quandoque solùm quo ad finem, sicut proijciens lapidem repellit quo ad situm, trahit tamen in finem attentum. Deinde D.S. clarè deducit minorem, secundùm triplices effectus animæ.

¶Et nota hoc verbum, similiter intelligendum est de causa repulsionis; quia videlicet agens violentum etiam causat triplices effectus subordinatos, non contrarios, tamen specie distinctos, sicut proijciens lapidem sursum, quod est causa repulsionis, dat lapidi impressionem violentam, motum violentum, & quietem violentam, &c. Deinde cum dicit.

¶ In motibus autem appetitiuæ partis bonum habet quasi virtutem attractiuam, malum autem virtutem repulsiuam. Bonum ergo primo modo in potentia appetitiua causat quandam inclinationem, seu aptitudinem, seu connaturalitatem ad [d] bonum, quod pertinet ad passionem amoris, cui per contrarium respondet odium ex parte mali. Secundò, si bonum sit nondum habitum dat ei motum ad assequendum bonum amatum; & hoc pertinet ad passionem desiderij, vel concupiscentiæ; & ex opposito ex parte mali est fuga, uel abominatio. Tertiò, cum adeptum fuerit bonum, dat appetitui quietationem quandam in ipso bono adepto; & hoc pertinet ad delectationem, vel gaudium, cui opponitur ex parte mali dolor, vel tristitia.

Dub. 102.

Conclusio responsiua.

¶Explicat conclusionem responsiuam; & primò deducit quandam conclusionem declaratiuam; secundò quoddam notabile, ibi. In passionibus autem, &c. Intendit ergo primò talem conclusionem declaratoriam, & explicatiuam prioris. Bonum causat in concupiscibili; primò amorem; deinde desiderium; tertiò delectationem, vel gaudium; & malum, odium, fugam, & tristitiam; sed primi tres differunt, sed non contrariantur. Probatur conclusio, assumendo maiorem ex dictis, sicut mouens attractiuum causat primò inclinationem, secundò motum, tertiò coniunctionem naturalem; similiter mouens repulsiuum; sed in motibus appetitiuæ partis bonum habet quasi virtutem attractiuam, malum autem repulsiuam; ergo bonum primò causat in potentia, &c. vsque ibi. In passionibus autem irascibilis, &c. Maior patet ex dictis. Minor relinquitur nota; & conclusio clarè explicatur in littera, &c. Consequenter ibi.

¶In passionibus autem irascibilis præsupponitur quidem aptitudo, vel inclinatio ad prosequendum bonum, uel fugiendum malum ex concupiscibili, quæ absolutè respicit bonum, uel malum; & respectu boni nondum adepti est spes, & desperatio; respectu autem mali nondum iniacentis est timor, & audacia; respectu autem boni adepti non est aliqua passio in irascibili; quia iam non habet rationem ardui, vt supra dictum est; * sed ex malo iam iniacenti sequitur passio iræ.

* Artic. 3.

¶Adiungit quoddam notabile, quòd scilicet dicta circa istam conclusionem non possunt ita verificari in passionibus irascibilis; quia obiectum irascibilis non causat inclinationem, sicut obiectum concupiscibilis; sed inclinatio præsupponitur ex concupiscibili, quare non est idem dicendum ibi, sicut hic.

¶Et notat secundò, quæ sunt obiecta passionum irascibilis, & motiua distinguentia non quidem solùm specificè, sed etiam contraria dempta ira; & patet clarè in littera.

¶Nota tamen, quòd ex istis possumus elicere, quòd in irascibili sunt etiam aliquæ passiones distinctæ specie, & non contrariè, scilicet vna respectu boni per modũ accessus. ſ. spes; alia respectu mali, scilicet timor, & audacia, & ira; quæ etiam est respectu mali, quæ non contrariantur; si spes, timor, & audacia adinuicem comparentur, ita quòd spes non comparetur ad desperationem, nec timor ad audaciam, sed spes ad duas per modum vnius, & consequenter ad iram: nam timor, & audacia præsupponunt spem; & ira similiter, vnde distinguuntur specie, sed non contrariantur, &c. Deinde ibi.

¶ Sic igitur patet, quòd in concupiscibili sunt tres coniugationes passionum, scilicet amor, & odium, desiderium, & fuga, gaudium, & tristitia. Similiter in irascibili sunt tres, scilicet spes, & desperatio, timor, & audacia, & ira, cui nulla passio opponitur.

Corollarium.

¶Infert duo corollaria; secundum ibi. Sunt ergo, &c. Quia igitur ad primum subintingit per modum corollarij ex dictis tres coniugationes passionum in concupiscibili, & tres, vel semitres in irascibili, vt patet clarè in littera.

¶Nota, quòd tres coniugationes in concupiscibili accipiuntur secundùm contrarietatem boni, & mali, quia scilicet vna posita cum alia in eodem iugo respicit contrarium obiectum, sicut amor bonum, odium malum, &c. in irascibili autem accipiuntur secundùm contrarietatem accessus, & recessus, vt patet intuenti prædicta. Tunc ibi.

¶Sunt ergo omnes passiones specie differentes undecim, sex quidem in concupiscibili, & quinque in irascibili, sub quibus omnes animæ passiones continentur. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Corollarium. ¶Est secundum corollarium, in quo recolligit omnes passiones tam concupiscibilis, quàm irascibilis, in vnum numerum; quia sunt vndecim; & patet ex dictis. De materia istius articuli vide aliqua in de Veritate, Materia 26.artic.4. in corp. & quia veritatis determinatio sufficiens est argumentorum solutio; ideo D.S. dicit, quòd per dicta pateat solutio ad obiecta.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua, quæ in ipso ponitur.

¶Ad primi maiorem. Dico primò, quòd passiones animę aliquæ differunt secundùm obiecta contraria, vel secundùm accessum, & recessum respectu eiusdem contrariè. Dico secundò, ꝙ possunt aliquæ differre specie absque contrarietate ex fœcunda virtute motiua eiusdem obiecti, quod natum est causare plures passiones distinctas secundùm diuersos gradus appetitiui motus, iuxta modum dicendi D. S. in de Veritate; sicut dicimus apud philosophiam, quòd eadem res mouetur ad distinctos conceptus, & apud Theologum, quòd eadem Deitas ad plures rationes attributales, quia scilicet tam fœcunda est, vt æquipolleat pluribus motiuis realiter distinctis; ita in proposito idem bonum habet, vt conformet sibi appetitum, & trahat in eius consecutionē per motum desiderij, &c. Ad minorem dico, quòd verum est, quòd obiecta sint bonum, & malum; sed non omnes distinguuntur secundùm bonum, & malum specie, sed solùm contrariè. Et dico, quòd aliquæ circa bonum tantùm possunt distingui specie, & circa malum tantùm possunt distinguì specie; sed distinctio secundum bonum, & malum est specifica, & cum hoc contraria. Quare negatur consequentia. Supponit enim hoc argumentum quasi omnis distinctio sit secūdùm bonum, & malum, quod est falsum, quamuis omnis passio sit circa bonum, vel malum, &c.

Contrarietas multiplex. ¶Ad secundum nota propter hoc argumentum, quòd contrarietas accipitur dupliciter; vno modo communiter pro oppositione duarum differentiarum sub eodem genere; & sic omnis distinctio positiua specifica potest dici contraria; sed alio modo capitur propriè pro oppositione duarum formarum maximè distantium sub eodem genere, inter quas est continua transmutatio; & sic capitur contrarietas propriè in formis naturalibus, sed in moralibus, & passionibus contrarietas propriè attenditur secundùm contrarietatem obiecti, vel secundùm accessum, & recessum ab eodem, & plus requirit talis contrarietas, quàm differentia specifica. Et de istis decimo metaph. tex. commen. 24. quia formæ, quibus diuiditur genus, sunt contrariæ, sed imperfectè.

¶Dicitur ergo ad argumentum, conceditur maior; & tamen in respectiuis forma specifica sumitur ab extrinseco, & in proposito ab obiecto.

¶Ad minorem, verum, capiendo contrarietatem imperfectè, prout differentiæ quæcunque essentiales dicuntur esse contrariæ, sed non capiendo contrarietatem in proposito propriè, quæ est secundùm oppositionem obiecti, vel secundùm accessum, & recessum; ergo, &c. Verum, quæ non sunt contrariæ imperfectè non differunt specie; sed cum hoc stat, quòd aliquæ differunt specie, & non sunt contrariæ passiones, vt patuit, &c.

¶Ad tertium negatur primò, quòd omnis differentia sit secundùm bonum, & malum, sed contrarietas passionum. Secundò negatur, quòd solùm secundùm accessum, & recessum; & tertium conceditur, scilicet quòd aliquę secundùm maiorem, & minorem accessum, cum grano salis, videlicet, cum diuersa ratione motiua eiusdem rei. Vltra dicitur; conceditur, quòd primæ duæ induant contrarietatem; sed negatur, quòd tertia non diuersificet speciem; & negatur, quòd essent infinitæ species passionum, quia bonum non habet, nisi tres rationes motiuas appetitus. Quare negatur consequentia.

¶Nota hic, quòd vt potest haberi ex infra dicendis, quæstio. 30. artic. 2. quòd stante vnitate rei est multiplicabilitas rationis motiuæ virtualis, sed nō actualis in eadem re, sicut & eadem res vna secundùm rem, diuersa secundùm rationem virtualiter causat distinctionem intellectus, & voluntatis; ex quo potest dici in proposito, quòd amor, desiderium, & gaudium, quamuis sint eiusdem rei secundùm esse materiale, & speciem naturæ, sunt tamen diuersorum obiectorum in esse motiuo, & terminatiuo, vt patet in D.S. infra vbi iam. Quare dictum est, quòd secundùm accessum maiorem, & minorem cum diuersitate rationis motiuæ est diuersitas specifica absque contrarietate: nam & hæ rationes motiuæ sunt subordinatæ; & vna sequetur ex alia, ita quòd bonum vt apprehensum connaturale causatiuum est amoris, apprehensum vt absens causat desiderium, & vt sic diuersimodè apprehensum distinguitur specie, & habet vt causet passiones specie distinctas, &c.

¶Nota autem circa hoc, quod D.S. dicit; & per hoc patet responsio ad obiecta; præsupponunt enim, quòd differentia specifica passionum solùm sit secundùm differentiam boni, & mali, cuius falsitas ostensa est, quia potest esse secundùm diuersam virtutem eiusdem boni, ideſt secundùm eandem rem, quæ est causatiua secundùm diuersas rationes motiuas mediante esse apprehenso, diuersas passiones specie, &c.

Quæstio Vigesimaquarta.

De bonitate, & malitia passionum animæ.

DEinde considerandum est de bono, & malo circa passiones animæ. Et circa hoc quæruntur quatuor. Primò, vtrum bonum, & malum morale possint in passionibus animæ inueniri. Secundò, vtrum omnis passio animæ sit mala moraliter. Tertiò, vtrum omnis passio addat, vel diminuat ad bonitatem, vel malitiam actus. Quartò, utrum aliqua passio sit bona, vel mala ex sua specie.

¶Quia quidditas prior est propria passione, ideo præmissæ quæstiones, ex quibus innotescit quidditas passionis meritò istam præcedunt, quæ est de bono, & malo moralibus: nam habent se vt passiones ad actum humanum, qualis & passio esse potest, vt patebit. Diuiditur autem hæc quæstio in duas partes. Primò ostenditur, quia circa passiones inuenitur bonitas, vel malitia. Secundò, quomodo reperitur in eis, articulo tertio. Circa primum primò fit, quod dictum est. Secundò excluditur opinio Stoycorum, articulo secundo, &c.

Vtrum bonum, & malum morale possint in passionibus animæ inueniri.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd nulla passio animæ sit bona, vel mala moraliter. Bonum enim, & malum morale est proprium hominis; mores enim propriè dicuntur humani, vt Ambros. dicit super Lucam; * sed passiones non sunt propriæ hominū, sed sunt etiam alijs animalibus communes; ergo nulla passio animæ est bona, vel mala moraliter.

¶ 2 Præterea. Bonum, uel malum hominis est secundùm rationem esse, uel præter rationem esse, ut Dionysius dicit quarto cap. de Diui. no. sed passiones animæ non sunt in ratione, sed in appetitu sensitiuo, ut supra dictum est; * ergo non pertinet ad bonum, uel malum hominis, quod est bonum morale.

¶ 3 Præterea. Philosophus dicit in 2. Ethic. * ꝙ passionibus, neq; laudamur, neq; vituperamur; sed secūdùm bona, & mala moralia laudamur, vel vituperamur; ergo passiones non sunt bonæ, vel malæ moraliter.

¶Sed contra est, quod Aug. dicit in 14. de Ciu. Dei, * de passionibus animæ loquens. Mala sunt ista, si malus est amor, bona si bonus.

¶Hic Doct. S. primò inquirit, an bonitas moralis conueniat passioni.

¶Respondeo dicendum, quòd passiones animæ dupliciter possunt considerari; vno modo secundùm se; alio modo secundùm quòd subiacent imperio rationis, & voluntatis.

¶D.S. in hoc articulo satis facit quæsito distinctè; vnde primò præmittit quoddam notabile distinctiuum; secundò subiungit duas conclusiones responsiuas correspondentes; primam ibi. Si igitur secundùm se, &c. secundam ibi. Si autem considerentur, &c.

¶Notat ergo D. S. primò, quòd passiones possunt dupliciter considerari; vno modo secundùm se. Vbi nota, ꝙ passiones considerari secundùm se, potest intelligi dupliciter; vno modo positiuè, ideſt secundùm ea, quæ conueniunt passioni vt sic, quæ sunt esse motum appetitus sensitiui; & hoc D.S. tangit in sequentibus, cum dicit, prout ſ. sunt motus irrationalis appetitus. Potest & intelligi secundùm se negatiuè, ideſt solitariè absque coniunctione ad rationem; & vterque sensus erit ad propositum; alio modo cōsiderantur, secundùm quòd subiacent, &c. prout scilicet possunt dici voluntariè directè, vel indirectè.

¶Si igitur secundùm se considerentur, prout scilicet sunt motus quidam irrationalis appetitus; sic non est in eis bonum, uel malum morale, quod dependet a ratione, vt supra dictum est. *

¶Hic

¶Hic cōsequenter D S. respondet ad quæsitum; & est talis cōclusio responsiua prima; Si passiones ſm se cōsiderentur, sic in eis non est bonū, vel malum morale; intellige positiuè, quasi habeant vt sic quòd sint bonæ, vel malæ moraliter. Probatur conclusio, bonum & malum morale dependent a ratione, sed passiones sic consideratæ sunt absque ordine, & dependentia ad rationem; igitur conclusio vera. Maior patuit supra quæst. 19. artic. 3. Minor patet ex ideo dictis, quia ideo dicuntur per se considerari, scilicet vt sunt motus sensualitatis tantùm absque coniunctione ad rationem. Consequenter cum dicit.

Conclusio prima.

¶Si autem considerentur secundùm quòd subiacent imperio d rationis, & uoluntatis, sic est in eis bonum, uel malū morale, propinquior enim est appetitus sensitiuus ipsi rationi, & uoluntati, quàm membra exteriora, quorum tamen motus, & actus sunt boni, uel mali moraliter, secundùm quòd sunt uoluntarij; vnde multo magis & ipsæ passiones, secundùm quòd sunt uoluntariæ, possunt dici bonæ, uel malæ moraliter.

Subiaz.

Conclusio secunda. ¶Ponit secundam conclusionem respōsiuam: Si passiones considerentur secundùm quòd subiacent imperio rationis, & voluntatis; sic est in eis bonum, vel malum morale. Hanc conclusionem primò probat; secundò declarat quoddam, quod supposuerat in ipsa, ibi. Dicuntur autem, &c. Et arguitur sic pro conclusione per locum a minori affirmatiuè, propinquior est appetitus sensitiuus ipsi rationi, & voluntati, quàm membra exteriora; sed horum motus, & actus sunt boni, vel mali moraliter; igitur sequitur conclusio, ꝙ multo magis passiones, secundùm ꝙ sunt voluntariæ, &c. Maior patet, quia ratio mediante appetitu sensitiuo, quandoq; mouet mēbra; & præterea ideo est propinquior, quia rationalis per participationem, & principium actus humani, membra autem solùm organa. Minor declaratur infra quæstio. 74. artic. 2. & quæst. 81. artic. 1. &c. Tunc ibi.

¶Dicuntur autem uoluntariæ, uel ex eo, quòd a uoluntate imperantur, uel ex eo, quòd a uoluntate non prohibentur.

¶Verificat, & declarat suppositum in conclusione secunda, scilicet quòd sunt voluntariæ; & posset sic argui. Omne illud est voluntarium, quod imperatur a voluntate, vel potest prohiberi; sed passiones sunt huiusmodi; igitur, &c.

¶Nota, quòd D.S. hic innuit infra magis extendendum. q. 74. artic. 3. & 4. quia est duplex voluntarium; vnum directum, & perfectum, quod scilicet imperatur a voluntate; & hoc iterum duplex, vnum positiuè, aliud interpretatiuè, sicut dicitur de peccato morosæ delectationis infra. Aliud autem est voluntarium indirectum, quod scilicet potuit impediri, & non est impeditum; primum requiritur ad mortale; secundum sufficit ad veniale; & ergo passio, cum possit imperari, vt supponitur, potest esse perfectè voluntaria; & cum possit impediri saltem quo ad singulas; & non impeditur ne consurgat, est voluntaria imperfectè; & de his magis infra.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione secunda responsiua ad quæsitum.

¶Nota circa hoc argumentum, ꝙ quia amor est radix omnium passionū; & ergo si ipse est bonus & rei bonæ; sequitur ꝙ & desiderium sit bonum, & odium contrarij bonum; & sic de alijs.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd iste passiones secundùm se consideratæ, sunt communes hominibus, & animalibus alijs; sed secundùm quòd a ratione imperantur, sunt propriæ hominibus.

¶Maior vera; & si etiam in Angelis sint actus boni, vel mali, tamen ex vsu per mores significantur actus humani, &c.

¶Ad minorem, verum, passiones secundùm se cōsideratæ (ideſt vt passiones sunt) non sunt propriæ hominum, tamen passiones hominis sunt propriæ homini, & vt subiecti, & vt agentis voluntarij; ergo, &c. Negatur consequentia, quòd nulla; sed probat, quòd ratione generis passio non habet positiuè vt sit bona, habet tamen permissiuè per non repugnantiam; non enim sequitur passio vt sic non habet, quòd sit bona; igitur bonitas sibi repugnat, sed potest sibi aliunde conuenire, quàm ex propria ratione generica.

¶Ad secundum dicendum, quòd etiam inferiores vires appetitiuæ dicuntur rationales, secundùm quòd participant aliqualiter rationem, ut dicitur in primo Ethicorum. *

* Aristot. cap. vlt.

¶Maior vera: & intelligitur bonum hominis, Simpliciter, & morale est secundùm rationem esse, ideſt operari conformiter ad rectam rationem; nam esse rationale quo ad actum primum, non est bonum hominis simpliciter, sed operari, &c.

¶Ad minorem dico, quòd passiones non sunt in ratione subiectiuè, tamen appetitus sensitiuus operatur, vel impeditur ab operatione per rationem, in qua operatione est bonitas, vel malitia moralis. Quare negatur consequentia, quia non solùm conuenit bonitas his, quæ sunt in ratione, nisi intelligatur de potestate rationis, sicut dicit philosophus quædam esse in nobis, ideſt in nostra potestate; sic enim passiones sunt in ratione, ideſt eius potestate, vt patuit.

¶Ad tertium dicendum, quod Philosophus dicit, ꝙ non laudamur, aut vituperamur secundùm passiones absolutè consideratas; sed non remouet, quin possint fieri laudabiles, uel uituperabiles secundùm ꝙ a ratione ordinantur. Vnde subdit: Non enim laudatur, aut uituperatur, qui timet, aut irascitur; sed qui aliqualiter, ideſt secundùm rationem, vel præter rationem.

¶Ad maiorem, nō laudamur passionibus ratione generis, quia passio vt sic habet indifferentiam negatiuam ratione generis, etiā passio hominis, tamen passione imperata, vel non impedita, cum debuit, & potuit impediri, quæ est secundùm, vel cōtra rationem, prout sumus passionati aliqualiter, negat maior; sed philosophus loquitur ad primum sensum iam dictum. Minor conceditur, quia moralia sunt in potestate nostra, & volūtaria, quibus debetur imputatio, &c. Negatur autem consequentia, si intelligitur, quòd nulla; si autem intelligitur, sicut debet intelligi post verum intellectum præmissarum. ſ. ergo non sunt bonæ, &c. vt passiones sunt & ratione generis negatiuè intelligendo, conceditur, & est pro secunda conclusione, quam probant ista argumenta, &c.

Vtrum omnis passio animæ sit mala moraliter.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd omnes passiones animæ sint malæ moraliter. Dicit enim August. 9. de Ciuit. Dei, * quòd passiones animæ quidam uocant morbos, uel perturbationes animæ; sed omnis morbus, uel turbatio animæ est aliquod malum moraliter; ergo omnis passio animæ moraliter mala est.

K Infra q. 59. ar. 2. & 3. Et 2. 2. q. 123. ar. 10. corp. Et Mal. q. 12. ar. 1. cor. Et 1. Ethic. le. 16 Edi. 2. lect. 3. co. 3. fi. Et 7. Phi. le. 6. co. 2. fi.

* Aug. c. 4. & li. 14. c. 9.

¶ 2 Præterea, Damascenus dicit, * quòd operatio quidem, quæ est secundùm naturam, motus est; passio verò, quæ præter naturam; sed quod est præter naturam in motibus animæ, habet rationem peccati, & mali moralis; vnde ipse alibi dicit, * quòd diabolus versus est ex eo, quod est secundùm naturam, in id quod est præter naturam; ergo huiusmodi passiones sunt malæ moraliter.

* Damasc. lib. 2. c. 22.

* Damasc. cap. 21.

¶ 3 Præterea. Omne quod inducit ad peccatum, habet rationem mali; sed huiusmodi passiones inducunt ad peccatum; vnde Rom. 8. dicūtur passiones peccatorum; ergo videtur, quòd sint malæ moraliter.

Rom. 8.

¶Sed contra est, quod August. dicit in 14. de Ciuit. Dei, * quòd rectus amor omnes istas affectiones rectas habet; metuunt enim peccare, cupiunt perseuerare, dolent in peccatis, gaudent in operibus bonis.

* Aug. c. 9.

¶Habito in generali, quia possunt esse bonæ, vel malæ moraliter. Quærit hoc, an vna pars disiuncti detur vniuersaliter, ita quòd omnes sint bonæ, vel omnes malæ; & notatur articulus iste propter opinionem Stoycam.

¶Respondeo dicendum, quòd circa hanc quæstionem diuersa fuit sententia Stoycorum, & Peripateticorum. Nam Stoyci dixerunt, omnes passiones esse malas; Peripatetici verò dixerunt, passiones moderatas esse bonas.

¶D.S. in hoc corpore tria facit. Primò recitat diuersitatem opinionum circa quæsitum; secundò illas opiniones concordat, ex quo haberi potest responsio ad quæsitum, ibi. Quæ quidem differentia, &c. Tertiò reprehendit Tullium, ibi. Ex quo patet, &c. Quo igitur ad primum, illa est diuersitas, quia Stoyci dicebant, omnes malas; peripatetici verò aliquas bonas, scilicet moderatas.

¶Quæ quidem differentia, licet magna uideatur secundùm uocem, tamen secundùm rem, uel nulla est, uel parua, si quis utrorumq; intentiones consideret. Stoyci enim non discernebant inter sensum, & intellectum; & per consequens, nec inter intellectiuum appetitum, & sensitiuum; vnde nec discernebant passiones animæ a motibus voluntatis, secundùm hoc quòd passiones ani-

mæ sunt in appetitu sensitiuo, simplices autem motus uoluntatis sunt in intellectiuo; sed omnem rationabilem motum appetitiuæ partis vocabant voluntatem, passiones autem dicebant motum progredientem extra limites rationis. Et ideo eorum sententiam sequens Tullius in tertio libro de Tusculanis quæstionibus, * omnes passiones vocat animæ morbos, ex quo argumentatur, quòd qui morbosi sunt, sani non sunt, & qui sani non sunt, insipientes sunt; vnde & insipientes insanos dicimus.

*Tull.lib.3. non longè à princ.

¶ Hic consequenter concordat prædictas opiniones dicens hãc diuersitatem magis esse vocalem, quàm realem. Et primò refert fundamentum Stoicorum; secundò Peripateticorum, ibi. Peripatetici verò, &c. Refert ergo primò, quomodo Stoyci accipiebant passionem, &c. clarè in littera. Et vult, quòd ratio differentiæ verbalis est, quia Stoyci non distinguebant inter appetitum intellectiuum, & sensitiuum, & magis strictè accipiebant nomen passionis, quàm alij vocantes passionem motum appetitiuum, nõ quemcunque, sed motum animæ progredientem extra limites rationis; & eis gratis cõceditur omnem talem motum esse malum. Et consequenter Stoyci motum moderatum non dicebant passionem, sed voluntatem, & quòd ille sit modus accipiẽdi passionem apud Stoycos patet ex Tullio, qui sequitur sententiam Stoycorum, & vocat omnes passiones morbos animæ, &c. vt in littera. Consequenter cum dicit.

¶ Peripatetici uerò omnes motus appetitus sensitiui passiones uocant; vnde eas bonas æstimant, cum sunt à ratione moderatæ, malas autem cum sint præter moderationem rationis.

¶ Refert modum peripateticum de acceptatione passionis, quia ipsi distinguunt inter appetitum intellectiuum, & sensitiuum, & vocant passiones omnes motus appetitus sensitiui, passiones scilicet siue ordinatas, siue inordinatas. Ex quo patet, quòd est differentia verbalis, quia id quod nos vocamus passionem & bonã, ipsi non dicunt passionem, sed motum voluntatis, malas autem tantùm dicunt passiones, nos verò vtranque; vnde ex hoc habetur conclusio responsiua, non omnes passiones sunt malæ moraliter; sed aliquæ bonæ, aliquæ malæ. Probatur conclusio, quicunque motus animæ est ratione moderatus, est bonus; & quicunque est præter moderationem rationis est malus; sed aliquæ passiones sunt moderatæ ratione, aliquæ præter moderationem; igitur, &c. Maior nota. Minor patet ex modo peripatetico, qui accipit passionem pro motu moderato, & immoderato, vt patuit; igitur conclusio vera, iuxta modum loquendi peripateticum, qui secundùm rem non discordat a Stoycis, &c. Deinde ibi.

Conclusio responsiua.

* Tull.li 3. non longè à princ.

¶ Ex quo patet, quòd Tullius in eodem libro * Peripateticorum sententiam, qui approbabant mediocritatem passionum; inconuenienter improbat, dicens, quòd omne malum etiam mediocre uitandum est: nam sicut corpus etiam mediocriter ægrum sanum non est, sic ista mediocritas morborum, vel passionum animæ sana non est. Non enim passiones dicuntur morbi, vel perturbationes animæ, nisi cum carent moderatione rationis. Vnde patet responsio ad primum.

¶ D.S. ex dictis reprehendit Tullium; & stat in hoc, quia reprobauit iniustè sententiam peripateticam, quæ erat, quòd aliquæ passiones sint mediocres, & per hoc bonæ; ipse autem voluit, quòd hoc inconuenienter diceretur, quia passiones etiam mediocres sunt morbi mediocres, sed etiam mediocre malum est vitandum, & non bonum; sed deficit Tullius, quia passiones mediocres non sunt morbi, sed solùm illæ passiones, quæ carent ordine rationis, quales non sunt mediocres, quia dicuntur mediocres a moderatione rationis, & non quia morbi mediocres, vt ipse putabat, & per hoc soluitur primum argumentum.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua; circa quod posset aliquis dicere, quòd Augu. loquitur de affectionibus, vt nominant simplices actus voluntatis, & non passiones; quia dolor de peccatis, & huiusmodi non videntur esse appetitus sensitiui, sed rationalis; sed vide D.S. in quarto, di. 17. quæst. 2. artic. 2. & vlt. quia & istæ affectiones possunt esse sensualitatis per imperium rationis, & etiam per redũdantiam, vt etiam habetur artic. sequenti, &c.

¶ Ad primum, ad maiorem dico, quòd si omnes passiones vocant morbos, malè vocant; non enim sunt omnes perturbationes, sed solum præuenientes, & vehementes, vt patebit etiam infra quæst. 59. artic. 2. Dicimus autem, quòd non omnis est perturbatio, vel morbus, nec per consequens mala moraliter; vnde concessa minore, negatur consequentia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in omni passione animæ additur aliquid, uel diminuitur a naturali motu cordis, inquantum cor intensius, vel remissius mouetur, secundùm systolẽ, aut dyastolem, & secundùm hoc habet passionis rationem; tamen non oportet, quòd passio semper declinet ab ordine naturalis rationis.

¶ Ad maiorem dico, quòd Damascenus vocat motum, qui est secundùm naturam corporalem operationem, & passionem contra naturam corporis, & contra motum cordis, inquantum eum accelerat, vel restringit; quia omnis passio in bonum delectat cor, quæ verò circa malum ipsum restringit, vt enim infra habetur, materiale passionis respondet formali; & ideo vbi est extensio appetitus, & eius magnitudo, ibi est & extensio cordis, vbi verò est retractio appetitus, ibi est & constrictio cordis.

¶ Ad minorem dico, quòd si intelligitur secundùm maiorem, quòd id, quod est præter naturam corporis, vel cordis, quod habet rationem mali moralis; negatur, & est falsa, immo tristitia aliqua laudabiliter assumitur pro peccatis etiam sensibiliter; & tamẽ omnis tristitia est contra naturam corporis, vt patebit infra. Similiter multæ molestiæ corporales bonæ, & laudabiles sunt; si autem intelligitur, quòd id, quod est præter naturam hominis, vt homo est, idest contra rectam rationem, hoc est malum moraliter, conceditur, vt patebit infra quæstio. 71. artic. 2. Et dico, quòd etiam diabolus habet motum, qui est in id, quod est contra naturam, scilicet contra rectam rationem, non autem in id, quod est contra naturam corporis, cum corpus non habeat. Dico autem, quòd non omnes passiones sunt contra rationem, immo aliquæ secundùm eam. Quare negatur consequentia.

¶ Nota, quòd mouere secundùm systolem est mouere secũdùm contractionem cordis; vnde contractio importat dispositionem cordis, quæ est debilitas, & dispositionem cordis passiuam, secũdùm quòd efficit in se ipsum, vel etiam in cõparatione ad aliquid agendum. primum est in tristitia; secundum in timore, & desperatione. Mouere autem secundùm dyastolem, est mouere secundùm extensionem, & dilatationem cordis, & dicit perfectionem cordis ad aliquid agendum, vel obtinendum, & hoc fit in gaudio, spe, & audacia; & de istis habes in D.S. in tertio sentẽ. dist. 34. q. 1. artic. 1. in corpore.

¶ Ad tertium dicendum, quòd passiones animæ, inquantum sunt præter ordinem rationis, inclinant ad peccatum; inquantum autem sunt ordinatæ a ratione, pertinent ad virtutem.

¶ Ad minorem, negatur vniuersaliter; non enim omnis passio inducit ad peccatum, sed inordinata. Et præterea quædam sequuntur voluntatem, & sunt imperatæ a ratione recta; & tales nullo modo inducunt ad peccatum; vnde passiones tripliciter se habent ad voluntatem, vt habet D.S. in de Veritate, Materia 26. artic. 6. in corpore. vnde quando passio a voluntate bona excitatur, tunc non inducit in peccatum, immo quandoque voluntas facit verecundiam in appetitu inferiori de peccato, qui retrahit a peccato, vide ad longum.

Vtrum omnis passio addat, vel diminuat ad bonitatem, vel malitiam actus.

1 Inducunt. q. 24. 3. Eth. 3. anc.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd passio quæcũque semper diminuat de bonitate actus moralis. Omne enim, quod impedit iudicium rationis, ex quo dependet bonitas actus moralis, diminuit per consequens bonitatem actus moralis; sed omnis passio impedit iudicium rationis. Dicit enim Salustius in Catelinario. * Omnes homines qui de rebus dubiis consultant ab odio, ira, & amicitia, atq; misericordia uacuos esse decet; ergo omnis passio diminuit bonitatem moralis actus.

* Salust. in Catil. ante init.

¶ 2 Præterea. Actus hominis quantò est Deo similior tantò est melior; vnde dicit Apostolus Ephes. 5. Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi; sed Deus, & sancti Angeli puniunt sine ira, sine miseriæ compassione subueniunt, vt Augustinus dicit in 9. de Ciuit. Dei; * ergo est melius huiusmodi opera agere sine passione animæ, quàm cum passione.

Ephes. 5.

* Aug.

¶ 3 Præterea. Sicut malum morale attenditur per ordinem ad rationem, ita & bonum morale; sed malum morale diminuitur per passionem; minus enim peccat, qui peccat ex passione, quàm qui peccat ex industria; ergo minus bonum operatur, qui operatur sine passione, quàm qui operatur cum passione.

¶ Sed

* cap 5.

¶ Sed contra est, quod Augustinus dicit. 9. de ciui. Dei. * quòd passio misericordiæ rationi deseruit quando ita præbetur misericordia vt iustitia conseruetur, siue cum indigenti tribuitur, siue cum ignoscitur pœnitenti; sed nihil quod deseruit rationi diminuit bonum morale, ergo passio animæ non diminuit bonum moris.

¶ Hic D.S. inquirit quomodo passio se habet ad bonum morale. Et primò in generali, an passio quælibet diminuat bonitatem. Secundò quomodo aliquæ specialiter habeant bonitatem. Intelligitur autem quæstum articuli præsentis, an actus exterior factus cum passione minoris bonitatis sit actu qui fit sine omni passione ex solo iudicio rationis. Proprium enim motiuum voluntatis est ratio, quæ & sine passione põt mouere voluntatẽ, & illa consequenter membra exteriora, saltem ad motum localem.

¶ Respondeo dicendum, quòd Stoyci sicut ponebant omnem passionem animæ esse malam, ita ponebant consequenter omnem passionem animæ diminuere actus bonitatem; omne enim bonum ex permixtione mali vel totaliter tollitur, uel sit minus bonum.

¶ D.S. in hoc corpore principaliter duo facit. Primò refert responsionem Stoycorum ad hoc quæstum. Secundò eam examinat, circa quod ponit conclusionem responsuam propriam, ibi. Et hoc quidem, &c. Quo ad primum est responsio Stoycorum, q̃ omnis passio diminuit bonitatem, & ratio est, quia omne bonũ ex permixtione mali totaliter tollitur, aut saltem diminuitur, sed passio est mala, igitur, &c.

¶ Et hoc quidem verum est si dicamus passiones animæ solùm inordinatos motus sensitiui appetitus, prout sunt perturbationes siue ægritudines.

¶ Hic consequenter D. S. examinat prædictam responsionem, & primò eam verificat ad vnum intellectum, secundò quo ad aliũ intellectum eandem reprobat, respõdendo aliter ad quæstum, ibi. Sed si passiones, &c. Dicit ergo primò, quòd si dicamus vt ipsi intelligunt passionem solùm inordinatum motum appetitus sensitiui, tunc enim verum est, quia quicquid fit cum tali passione quæ est antecedẽs, & obnubilat rationem, talis minuit bonitatẽ actus, vt patebit, &c. Consequenter cum dicit.

¶ Sed si passiones simpliciter nominemus omnes motus appetitus sensitiui, sic ad perfectionem humani boni pertinet, quòd etiam ipse passiones sint moderatæ per rationem, cum enim bonum hominis consistat in ratione sicut in radice, tantò istud bonum erit perfectius quantò ad plura quæ homini conueniunt deriuari potest, vnde nullus dubitat quin ad perfectionem moralis boni pertineat, quòd actus exteriorum membrorum per rationis regulam dirigantur, vnde cum appetitus sensitiuus possit obedire rationi, vt supra dictum est. * ad perfectionẽ moralis siue humani boni pertinet, quòd etiã ipse passiones animæ sint regulatæ per rationẽ.

* q. 17. ar. 7.

¶ Falsificat opinionem Stoycorum quo ad alium intellectum saltem verbaliter. Respondendo aliter ad quæstum tali conclusione responsiua, cuius probatio est improbatio Stoycorum. Si passiones simpliciter nominemus omnes motus, &c. vsque ibi. Cum enim, &c. Et ex illa conclusione habetur responsio formaliter, quòd non quæcunque passio diminuit, quia si pertinet ad perfectionem humani boni, sequitur benè quòd non minuit, quia bonum non per se minuit, quia bonum non per se minuit bonum, &c. Et quia illa responsio est generalis, ideo eam Doct. S. magis explicat postea in solutione primi, vbi ponit aliam conclusionem declaratoriam illius, de qua videlicet passione debet intelligi. Circa hanc ergo conclusionem duo facit; primò eam ponit cum aliquali probatione. Secundò eandem probationem resumit clarius, ibi. Sic igitur, &c. Probatur ergo conclusio primò sic. Supponendo, quòd bonum hominis, scilicet morale consistat in ratione sicut in radice. Tunc sic. Tantò bonum hominis erit perfectus quantò ad plura quæ homini conueniunt deriuari potest, sed appetitus sensitiuus potest obedire homini, & pertinet ad hominem, igitur ad perfectionem, &c. Maior ostenditur, quia nullus dubitat, &c. ergo maior vera. Minor patuit sup. q. 17. arti. 7. & patuit arti. 2. quia appetitus sensitiuus propinquior est rationi quàm membra, & ergo si ex motibus membrorum additur bono hominis, magis ex ordinato motu appetitus sensitiui. Deinde cum dicit.

Conclusio

¶ Sicut igitur melius est, quòd homo & velit bonum, & faciat exteriori actu, ita etiam ad perfectionem boni moralis pertinet, quòd homo ad bonum moueatur, non solùm secundùm uoluntatem, sed etiam secundùm appetitum sensitiuum, secundùm illud, quod in psalmo dicitur. Cor meum, & caro mea exultauerunt, Psal. 83. in Deum viuum, vt cor accipiamus pro appetitu intellectiuo, carnem autem pro appetitu sensitiuo.

¶ Subsumit probationem præcedentem præsertim quo ad maiorem, & ex ea iterum in substantia refert conclusionem cum tali ratione. Melius est, quòd homo, & velit bonũ, & faciat actu exteriori, ergo etiam ad perfectionem boni moralis, &c. Antecedens patuit. Tenet consequentia à simili, immo à minori affirmatiuè, vt patuit, &c. Et confirmatur consequens auctoritate psal. de qua auctoritate vide intellectum infra q. 30. arti. 1. ad primum. Ex his habetur ergo, quòd non quælibet passio diminuat, sed quòd pertineant ad bonum humanum aliqua, sed nondum constat quomodo passionis moderatio pertineat ad bonum morale hominis. Et quomodo addat, an intensiuè vel extensiuè, & quæ passio, quia conclusio corporis dicit indefinitè, quòd moderatæ passiones, quare in solutione primi habetur maior huius rei explicatio.

¶ Vnde nota hic breuiter primò, quia actus exterioris est duplex bonitas, vna quam habet ex obiecto quæ vocatur bonitas specifica, alia est bonitas quæ vocatur generica, quæ est ex voluntate. Et potest fieri, quòd actus melior primo modo non sit melior secundo modo. Passio igitur quæ ostendit maiorem voluntatẽ, ostendit, & maiorem bonitatem genericam quæ est ex voluntate. Si autem sit passio quæ minuit voluntatem, minuit, & bonitatem istã. Nam quantò fit ex maiori voluntate tantò melior in bonis, & tãtò peior in malis.

¶ Nota secundò quòd bonum potest esse melius dupliciter, vno modo intensiuè, quia videlicet actus exterior procedit, vt iam dictum est ex maiori voluntate, esto non sint plura bona. Alio modo extensiuè, & hoc fit quando bonus actus additur bono actui ex deliberatione, & præcepto agentis voluntarij, & potest fieri vt actus exterior sit cum alio bono actu interiori, & sic plura bona, & tamẽ si volũtas non augeatur vel sit intẽsa nõ est melior actus.

¶ Nota tertiò, quòd ad hoc quòd actus vel motus dicatur augere vel addere bonum humanum extensiuè oportet, quòd sit in potestate voluntatis liberè elicitus vel imperatus. Si autẽ sequatur voluntatem intensam ostendit quidem magnitudinem boni vel mali intensiuam, sed non extensiuè addit, quia naturaliter voluntatẽ intensam consequitur. Et ideo talis motus qui fit solùm per redundantiam non dicitur addere ad bonum humanum, sed dicitur indicare à posteriori. Secus vt dictum est de actu vel motu quocunque imperato qualis esse potest passio appetitus sensitiui. Et stat fundamentum in hoc, quòd actus bonus per se, & addens ad bonitatem dicitur esse in potestate voluntatis, & liberè produci. His notatis ista est conclusio declaratoria. Passiones antecedentes iudicium rationis diminuunt actus bonitatem, scilicet intensiuam. Consequentes indicant bonitatem maiorem, electæ autem vel imperatæ addunt ad bonitatem actionis exterioris extensiuè. Probatur prima pars, antecedenter se habentes obnubilant iudicium rationis, igitur prima pars vera. Antecedens relinquitur notum. Consequẽtia probatur, quia ex iudicio rationis dependet bonitas moralis actus, ergo, &c.

¶ Et nota, quòd vt tactum est, & infra magis dicetur, voluntarium non est nisi cognitum, & proprium motiuum voluntatis est ratio, ideo quantò iudicium magis prouenit ex exteriori impulsiuo quale est passio, tantò iudicium est rationi minus proprium, & actus voluntatis sequens habetur minus voluntarius, & per cõsequens actus exterior qui fit à voluntate minori etiam habet minorem bonitatem genericam, quæ ex voluntario. Et confirmat. D.S. istam partem ibi, laudabilius est, patet clarè in solutione primi. Secunda pars conclusionis probatur. Passio existens consequẽter in appetitu per modum redundantiæ est signum intensionis voluntatis, igitur secunda pars vera. Tenet consequentia ex dictis notabilibus, quia actus exterior procedens ex multum intensa voluntate est eo melior, &c. Antecedens declaratur à D. S. quia cum superior pars, & vide longiorẽ explicationem in de Veritate Materia. 26. ar. 7. in cor. &c. Tertia pars probatur, illud addit ad bonitatem voluntatis extensiuè, quod eligitur vel imperatur à voluntate vt eo mediante opus exterius facilius exequatur, & promptius; sed per passiones tales promptius operatur, &c. igitur. Maior nota, quia hoc est bonum quoddam, scilicet adiutorium ad operandum, & per consequens si alteri bono accedit additur bonum bono. Minor patet quia appetitus sensitiuus propinquior est corpori, & ipsum immutat, & ad eius motum statim disponitur corpus ad obediendum animæ, & hæc patent ex dictis quæstionis præcedentis artic. 2. &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsuam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd passiones animę dupliciter se possunt habere ad iudicium rationis. Vno modo antecedenter, & sic cum non obnubilent iudicium rationis, ex quo dependet bonitas moralis actus diminuunt actus bonitatem, laudabilius enim est,

quòd

quòd ex iudicio rationis aliquis facit opus charitatis, quàm ex ſola paſsione miſericordia. Alio modo ſe habent conſequenter, & hoc dupliciter. Vno modo per modum redundantiæ, quia ſcilicet cum ſuperior pars animæ intensè mouetur in aliquid, ſequitur motum eius etiam pars inferior, & ſic paſsio exiſtens conſequẽter in appetitu ſenſitiuo, eſt ſignum intenſionis voluntatis, & ſic indicat bonitatem moralem maiorem. Alio modo, per modum electionis, quando ſcilicet homo ex iudicio rationis eligit affici aliqua paſsione, vt promptius operetur cooperante appetitu ſenſitiuo, & ſic paſsio animæ addit ad bonitatem actionis.

¶ Maior præſertim vera, quòd impediens iudicium rationis, quod requiritur ad electionem operis, ſi autem impedit iudicium quod requiritur ad executionem non oportet, quia illud recompenſatur per promptitudinem executionis.

¶ Ad minorem, dicitur per diſtinctionem iam deductam, eſt vera tantùm de paſsione ſe habente antecedenter. Propter paſsionẽ autem conſequenter habentem, nota D.S.in de Verita. Mate.26. arti.7.ad tertiũ, quòd in opere virtutis duo ſunt neceſſaria. Electio, & executio, ad electionem autem requiritur diſcretio, ad executionem verò eius, quod iam determinatum eſt, requiritur promptitudo, non autem requiritur vt multum circa opus meditetur, quia hoc potius officeret quàm proficeret, &c. Sicut patet in citharedo, qui multum impediretur ſi ad tactum ſingularum chordarum cogitationem apponeret, & ſimiliter ſcriptor ſi in formatione ſingularum litterarum cogitaret, vnde paſsio electionẽ præueniens impedit actum virtutis inquantum impedit iudicium rationis, quod neceſſarium eſt in eligendo. Poſtquam verò puro iudicio rationis iam electio eſt perfecta, & paſſio ſequens plus prodeſt quàm noceat, quia & ſi in aliquo turbet rationis iudicium, facit tamen ad promptitudinem executionis, hæc ille. Si ergo minor intelligitur de paſsione ſequẽte, & de iudicio requiſito ad electionem, negatur minor, talis enim paſsio non impedit &c. Auctoritas autem Saluſtij intelligitur de paſsione præcedenti, & de ea quæ impedit iudicium electionis, quia conſiliatio præcedit electionem. Et oportet eos vacuos eſſe illis paſsionibus in iudicando, ſed non in exequendo.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in Deo, & in Angelis non eſt appetitus ſenſitiuus, neque etiam membra corporea, & ideo bonum in eis non attenditur ſecundùm ordinationem paſsionum, aut corporeorum actuum, ſicut in nobis.

¶ Ad maiorem dicitur primò poſt D. S. hic quantum eſt ſimilior ſecundùm proportionabilitatem, ita ſcilicet quando habet id quod ſibi conuenit ſecundùm naturam ſuam, & eſt ſecundũ conditionem agentis, ſicut Deus habet, quod eum decet. Sed non eſt vera de ſimilitudine abſoluta, ita ſcilicet, quòd ſi habeat id, quod conuenit Deo, ipſa eſſet perfectior perfectione propriæ ſpeciei, licet eſſet perfectior quandoque inquantum indiuiduum entis, ſicut cor hominis ſi conueniret in inmobilitate cum Deo, non eſſet perfectius cor, ſed ſi conuenit in proportionabilitate, ita quòd habeat debita naturæ ſuæ ſicut Deus, ſed ſi haberet omnipotentiã eſſet quidem perfectius ens, ſed non perfectius cor, quia talis perfectio repugnat ſpeciei, & naturæ cordis.

Quantò Deo ſimilius tanto perfectius.

¶ Secundò dicitur poſt D.S. in quarto.di.43.q.1.ar.1.quæſt.1.ad quartum, quòd vera eſt maior de ſimilitudine, & conformitate ſimpliciter, quæ eſt in habere q̃ naturę cõditio requirit, ſed nõ eſt vera de conformitate ſecundùm quid, quę eſt in conuenientia in aliquo vno cum Deo, quod poteſt naturæ repugnare, &c. redeunt tamen iſte ſolutiones in idem, &c.

¶ Vltra, minor vera, quia hoc non requirit cõditio naturæ eorum. Sed negatur conſequentia, quia naturæ humanæ conditio requirit paſsiones, ideo ſi aſſint moderatæ, erit maior perfectio vel intenſiuè vel, extenſiuè, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd paſsio tendens in malum præcedens iudicium rationis, diminuit peccatum, ſed conſequens aliquo prædictorum modorum, auget ipſum, vel ſignat augmentum eius.

¶ Ad minorem, vera de paſſione præcedente voluntatem, & iudicium rationis, ſicut etiam quæ præcedit minuit bonitatem, vt dicit prima concluſio, quia diſcretio rationis non ita ſeruatur, cum quis ex paſſione concitatur ad aliquid volendum, ſed modus, & diſcretio rationis magis eſt vbi paſſio non concurrit. Vide de hoc D.S.in de Veritate, ſupra in cor. quæſtionis. Et nota allegata in ſolutione primi. Præterea paſſio præcedens minuit voluntarium, ideo diminuit malitiam, & bonitatem moralem, ſed ſequens eſt ſignum magnitudinis voluntarij, vnde peccare ex paſſione, minuit peccatum. Sed peccare cum paſſione conſequenter ſe habente auget.

Vtrum aliqua paſſio ſit bona, vel mala moraliter ex ſua ſpecie.

M 2.2.qu. ar.1.con 4.dist. 2.ar.1.q. ad 4.dic so.qua q.3.ad Ma. 9.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd nulla paſsio animæ ſecnndùm ſpeciem ſuam ſit bona, vel mala moraliter. Bonum enim, & malum morale attenditur ſecundùm rationem; ſed paſsiones ſunt in appetitu ſenſitiuo, & ita id quod eſt ſecundùm rationem accidit eis, cum ergo nihil eſt, quod per accidens pertineat ad ſpeciem rei, videtur quòd nulla paſsio ſecundùm ſuam ſpeciem ſit bona uel mala.

¶ 2 Præterea. Actus & paſsiones habent ſpeciem ex obiecto; ſi ergo aliqua paſsio ſm aliquã ſuam ſpeciem eſſet bona uel mala, oporteret quòd paſsiones quarum obiectum eſt bonum, bonæ eſſent ſecundùm ſuam ſpeciem, vt amor, deſiderium, & gaudium, & paſsiones quarum obiectum eſt malum, eſſent malę ſecundùm ſuã ſpeciẽ, ut odium, timor, & triſtitia, ſed hoc patet eſſe falſum, non ergo aliqua paſsio eſt bona uel mala ex ſua ſpecie.

¶ 3 Præterea. Nulla ſpecies paſsionum eſt, quæ non inueniatur in alijs animalibus, ſed bonum morale non inuenitur niſi in homine, ergo nulla paſsio animæ bona eſt, vel mala ex ſua ſpecie.

¶ Sed cõtra eſt quod Aug. dicit 9. de Ciui. Dei.* quòd miſericordia pertinet ad uirtutem. Philoſophus etiam in 2. Ethico. * quòd uerecundia eſt paſsio laudabilis, ergo aliquæ paſsiones ſunt bonæ, vel malæ ſecundùm ſuam ſpeciem.

Aug. * Arist. capo.

¶ Hic vltimò quærit quomodo bonitas conueniat paſſionibus, vtrum ex ſpecie.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut de actibus dictum eſt. * ita & de paſsionibus dicendũ uidetur, quòd ſcilicet ſpecies actus, uel paſsionis dupliciter conſiderari poteſt. Vno modo, ſecundùm quòd eſt in genere naturæ.

* q.18 & 3.ar. &c.

¶ D.S. reſpondet diſtinctè ad quæſitum, vnde ponit duas concluſiones reſponſuas ſecundùm duo membra vnius diſtinctionis. Secundam ibi. Alio modo, &c. Quo ad primum, primò præmittit diſtinctionem cum declaratione primi membri. Secundò ſubiungit primam concluſionem reſpondentem, ibi. Et ſic bonum, &c. Dicit ergo primò, quòd ſpecies paſſionis ſicut & actus poſſunt dupliciter conſiderari. Vno modo ſecundùm quòd eſt in genere naturæ, prout ſcilicet eſt motus appetitus ſenſitiui in ſe conſiderati ſine coniunctione rationis, quæ eſt in homine. Conſequenter cum dicit.

¶ Et ſic bonum, vel malum morale non pertinet ad ſpeciem actus vel paſſionis.

¶ Subiungit primam concluſionem reſponſuam talem, bonũ, & malum morale non pertinent ad ſpeciẽ paſſionis primo modo, vel iſto modo. Iſta concluſio probatur per primum, & tertium argumenta in oppoſitum clarè, quia nihil, quod eſt accidens alicuius conuenit alicui ſecundùm ſuam ſpeciem, ſed bonitas moralis accidit paſſioni iſto modo acceptæ, ergo, &c. Præterea ſecundò, bonum morale non inuenitur niſi in homine, ſed ſpecies paſſionum (ſcilicet ſecundùm eſſe naturæ) conuenit etiam alijs animalibus, ergo, &c. Concluſio prima.

¶ Alio modo, ſecundùm quòd pertinent ad genus moris, prout ſcilicet participant aliquid de voluntario, & iudicio rationis.

¶ Hic conſequenter procedit ad ſecundam concluſionem cui præmittit primò ſecundum membrum prædictæ diſtinctionis, q̃ ſcilicet paſſio alio modo conſideratur, ſecũdùm quòd aliquo modo pertinet ad genus moris, ſecundùm ſcilicet quòd eſt in homine participans aliquid de voluntario, & iudicio rationis, prout ſcilicet poſſunt imperari vel cohiberi à ratione. Deinde cũ dicit.

¶ Et hoc modo bonum, & malum morale poſſunt pertinere ad ſpeciem paſsionis, ſecundùm quòd accipitur vt obiectum paſsionis aliquid de ſe conueniens rationi, vel diſſonum à ratione, ſicut patet de verecundia quæ eſt timor turpis, & de inuidia, quæ eſt triſtitia de bono alterius, ſic enim pertinent ad ſpeciem exterioris actus.

¶ Annectit ſecundam concluſionem reſponſuam talem, hoc modo bonum, & malum morale poſſunt pertinere ad ſpeciem paſsionis. Concluſio ſecunda.

paſsionis, ſ. ad paſſionem hominis volũtariã aliquo modo, probatur. Quando obiectum actus vel paſsionis vt eſt humana includit conuenientiam vel diſconuenientiam ad rationem, tunc actus vel paſsio ex ſpecie eſt bona, vel mala moraliter. Minor in littera. Sed aliquæ paſsiones habent pro obiecto aliquid conueniens rationi, aliquę diſconueniens, ergo aliquæ ex ſpecie ſunt bonæ, aliquę malæ. Maior patet ex dictis in q.18 &c. Minor deducitur exemplariter de inuidia, & de verecundia.

¶ Et nota, quòd ſicut dictum fuit in. q.18.ar.6.& 7. bonitas, & malitia moralis non conuenit actui exteriori, niſi prout eſt à voluntate, & ſic ſunt in ſpecie moris, nam principium moralitatis completiuum eſt voluntas, & primordiale ratio; ſic paſsioni rationę principij proprij, quòd eſt appetitus ſenſitiuus, non conuenit eſſe actum moralem, nec per conſequens bonum vel malum morale, quia paſsio non conuenit niſi ſubiecto proprio, ſed quia paſsio in homine, vbi appetitus ſenſitiuus ſubeſt rationi, & voluntati poteſt habere rationem actus humani, ergo vt ſic etiam poteſt cõuenire bonum, & malum, & hoc ſecundùm ſpeciem, ideſt ex obiecto à quo habet ſpeciem. Inuidia enim ſecundùm ſpeciem naturæ inuenitur in beſtijs, ſed quia ibi non eſt actus moralis, ideo nec paſsio, ſcilicet bonum vel malum, conuenit ſibi; ſed in homine eſt actus humanus habens obiectum ad quod incõuenienter ſe habet, ſcilicet recedendo à bono alterius, ideo ex ſpecie eſt mala, &c.

¶ Et nota verbum D. S. in fine arti. vbi dicit. Sic enim pertinent ad ſpeciẽ exterioris actus, quia poſſet quis malè intelligere quaſi paſsiones pertinerent ad ſpeciem exterioris actus, ſed ſic intelligitur, quòd ſic bonum, & malum moralia pertinent, ideſt conueniũt exteriori actui ſecundùm ſpeciem, ſcilicet moralem, prout actus exterior eſt voluntarius, & moralis, ſed non ſecundùm eſſe naturæ, &c. Et poſſet illud verbum eſſe minor pro ambabus concluſionibus, ita quòd ſic argueretur aſſumẽdo maiorem in principio, & minorem in fine, Sicut de actibus, &c. ideſt ſicut bonum vel malũ conuenit actibus exterioribus, ita & paſsionibus, ſed actui exteriori ſecundùm genus naturæ vt ſic, non conuenit bonum vel malum ex ſpecie, ſed ſecundùm quòd pertinent ad genus moris, ideſt vt imperantur à voluntate, ergo, &c.

¶ Nota autem, quòd bonum vel malum non conuenit actui exteriori niſi vt imperatur actu, ſed actui ſenſualitatis, ideſt paſsioni poteſt competere bonum vel malum imperfectum tamen, etiam ſi non imperetur, & ſufficit, quòd non prohibeatur. Et ratio diuerſitatis infra habetur. q.74.arti.2.ad tertium, quia membrum, & organum non operatur niſi motum, ſenſualitas autem poteſt habere actum inordinatum præueniendo rationem, quia eſt aliqualiter libera. Et per hæc patet reſponſio ad primum, & tertium quia ſunt pro prima concluſione.

ARGVMENTVM in contrarium eſt pro ſecunda concluſione.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de paſsionibus ſecundùm quòd pertinent ad ſpeciẽ naturæ, prout appetitus ſenſitiuus in ſe conſideratur; ſecundùm verò quòd appetitus ſenſitiuus obedit rationi, iam bonum, & malum rationis non eſt ex paſsionibus eius per accidens, ſed per ſe.

¶ Maior conceditur, quia bonum ſecundùm conuenientiam ad rationem, malum ſecundùm diſconuenientiam. Ad minorem cõceditur prima pars, quòd ſunt in appetitu ſenſtiuo. Ad ſecundam partem dicitur, quòd eſſe ſecundùm rationem accidit paſsionibus etiam hominis conſideratis ſecundùm eſſe naturæ, non autem accidit eis vt ſint paſsiones humanæ formaliter, vt ſcilicet per acceſſum rationis intelliguntur conſtitui in eſſe moris.

¶ Vltra ad ſubſumptam. Cum ergo, &c. conceditur. Sed dico, q̃ non eſt inconueniens vt aliquid accidat rei in eſſe naturæ, quod tamen non accidit ſecundùm eſſe moris. Videtur, &c Verum nulla ſecundùm ſpeciem naturæ eſt bona vel mala prout eſt motus appetitus ſenſitiui tantùm, &c.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd paſsiones quæ in bonum tendunt, ſi ſit verum bonum, ſunt bonæ, & ſimiliter quæ à vero malo recedunt; è conuerſo verò paſsiones quæ ſunt per receſſum à bono, & per acceſſum ad malum ſunt malæ.

¶ Dicitur ad illam. Oporteret, &c. quòd paſsiones quarũ obiectum eſt bonum, verum & in veritate, & quando paſsio conueniẽti modo ſe habet ad bonum verum, ſcilicet per acceſſum, tũc ſunt bonæ ſecũdùm ſpeciem. Si autem ſit ſolùm bonũ ſecundùm quid, & ſecundum ſenſum, vel non habeat ſe debito modo ad bonum tale, non oportet, quòd ſit bona paſsio.

¶ Vltra. Sed hoc eſt falſum, negatur ſi ſit bonum primo modo, ſed eſt falſum ſecundo modo, &c. Negatur autem conſequentia, quia ſi obiectum eſt bonum ſecundùm rationem, tunc paſsio eſt bona, ſi aũt non, tunc eſt mala. Et notanter dixi ſi obiectum ſit bonum, & tamen paſsio non conuenienti modo ſe habeat ad obiectum verè bonum, propter inuidiam, & accidiã, quia inuidia recedit, & deteſtatur bonum proximi quod deberet approbare, & in ipſo delectari, ideo eſt mala. De hoc in ſecunda ſecundæ. q.36. art. 3. & alibi, quia & inuidiæ, & charitatis obiectum eſt bonum proximi, ſed ſecundùm contrarium motum, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in brutis animalibus appetitus ſenſitiuus non obedit rationi, & tamen inquãtum ducitur quadam æſtimatiua naturali, quæ ſubijcitur rationi ſuperiori, ſcilicet Diuinæ, eſt in eis quædam ſimilitudo moralis boni quãtum ad animæ paſsiones.

¶ Maior vera ſecundùm eſſe naturæ, non tamen habet in eis eſſe moris aliquo modo. Minor conceditur propriè loquendo, quia in brutis appetitus ſenſitiuus non obedit rationi ſicut in homine. Eſt tamen in beſtijs ſimilitudo moralis boni, ſicut ouis dicitur manſueta, & ſic de alijs. Probat ergo, quòd nulla paſsio animę ex ſpecie naturæ eſt bona moraliter.

¶ Vnde nota, quòd cum paſsio habeat etiam ſpeciem in animalibus irrationabilibus ab obiecto, & animal delectetur de conuenienti delectabili ſicut homo, ideo videntur eiuſdem ſpeciei in eſſe naturæ, ſed ſpecies moris conuenit paſsioni ex obiecto comparato ad rationem, quod ſit in homine, ideo poteſt paſsio hominis eſſe circa obiectum repugnans rationi, vel modo repugnante rationi. Vnde eſt mala moraliter, &c.

Quæſtio Vigeſimaquinta.

De ordine paſſionum ad inuicem.

DEinde conſiderandum eſt de ordine paſsionum adinuicem. Et circa hoc quæruntur quattuor. Primò de ordine paſsionum iraſcibilis ad paſsiones concupiſcibilis. Secundò de ordine paſsionum concupiſcibilis ad inuicem. Tertiò de ordine paſsionum iraſcibilis ad inuicem. Quartò de quattuor principalibus paſsionibus.

¶ Poſtquam D.S. determinauit de ſubiecto, de differentia, de bonitate, & malitia. Nunc quarto determinat de ordine paſsionum adinuicem. Et patet ratio ordinis, quia ordo fundatur in ipſa natura paſsionis, quæ natura conſtituitur per genus, & differentiã. Et præterea bonitas aliqualiter conſequitur ſpeciem, & abſolutè. Ordo autem eſſentialis conſequitur etiam ſpeciem, ſed comparatiuè, abſoluta autem priora ſunt ſm rationem, ideo prius de bonitate quàm de ordine, ſecundùm quem dicitur relatiuè ad terminum, non ſolùm ad principium, ſicut bonitas, &c. Et diuiditur iſta quæſtio in duas partes, principales. Primò quærit de ordine prioris, & poſterioris ſecundum eſſe, & durationem. Secundò quærit de priori, & poſteriorl ſecundùm dignitatem, & principalitatem in articulo quarto. Prima pars in tres. Primò de ordine paſsionum iraſcibilis, & concupiſcibilis, in articulo primo. Secundò de ordine paſsionum concupiſcibilis adinuicem articulo ſecundo. Tertiò de ordine paſsionum iraſcibilis adinuicem articulo. 3.

Vtrum paſſiones iraſcibilis ſint priores paſſionibus concupiſcibilis.

Infra q.40 ar.1.cor. Et 22.q.14.ar. 3.ad 1. Et 3 diſt.26.q. 2.ar.3. q.2. co. Et Mal. q.4.ar.2.ad 12.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd paſsiones iraſcibilis ſint priores paſsionibus concupiſcibilis. Ordo enim paſsionum eſt ſecundum ordinem obiectorum, ſed obiectum iraſcibilis eſt bonum arduum, quod videtur eſſe ſupremũ inter alia bona, ergo paſsiones iraſcibilis videntur præeſſe paſsionibus concupiſcibilis.

¶ 2 Præterea. Mouens eſt prius moto, ſed iraſcibilis comparatur ad concupiſcibilem ſicut mouens ad motũ, ad hoc enim datur animalibus vt tollantur impedimẽta quibus concupiſcibilis prohibetur frui ſuo obiecto, vt ſupra dictum eſt. * Remouens autem prohibens habet rationem mouentis, vt dicitur in 8. Phyſicorum.* ergo paſsiones iraſcibilis ſunt priores paſsionibus concupiſcibilis.

* q.23.ar.1. * Ariſt. tex.32.

¶ 3 Præterea. Gaudium, & triſtitia ſunt paſsiones concupiſcibilis, ſed gaudium, & triſtitia conſequuntur ad paſsiones iraſcibilis. Dicit em philoſophus in 4. Eth.* quòd punitio quietat impetum iræ, delectationem loco triſtitiæ faciens; ergo paſsiones concupiſcibilis ſunt poſteriores paſsionibus iraſcibilis.

* Ariſt. cap.5.

¶ Sed contra paſsiones concupiſcibilis reſpiciunt bonum abſolutum, paſsiones iraſcibilis reſpiciunt bonum contractum, ſcilicet arduum, cum igitur bonum ſimpliciter

citer sit prius quàm bonum contractum, videtur quòd passiones concupiscibilis ad plura se habeant quàm passiones irascibilis.

¶ Inquirit hic primò D. S. de ordine passionum concupiscibilis, & irascibilis.

¶ Respondeo dicendum, quòd passiones concupiscibilis ad plura se habent quàm passiones irascibilis. Nam in passionibus concupiscibilis inuenitur aliquid pertinens ad motum, sicut desiderium, & aliquid pertinens ad quietem, sicut gaudium, & tristitia; sed in passionibus irascibilis non inuenitur aliquid pertinens ad quietem, sed solùm pertinens ad motum. Cuius ratio est, quia id in quo iam quiescitur non habet rationem difficilis seu ardui, quod est obiectum irascibilis.

¶ D.S. respondet distinctè. Vnde & tria facit. Primò præmittit rationem distinctæ responsionis per quoddam notabile distinctiuum. Secundò respondet secundùm primum membrum eius, ibi. Quis autem, &c. Tertiò respondet iuxta secundum membrii eius, ibi. Sed si comparentur, &c. Quo ad primum, illud est notabile, quòd passiones concupiscibilis ad plura se extendunt, &c. Et ex hoc habetur, quòd duplices sunt passiones concupiscibilis, scilicet pertinentes ad quietem, & pertinentes ad motũ. Et aliter oportet respondere de vtrisque, quare primò respondet de pertinentibus ad quietem, & primò de pertinente ad quietem quasi naturalem, & secundò de pertinente ad quietem violentam.

¶ Nota autem, quòd D.S. exemplificando de pertinente ad motum in concupiscibili ponit desiderium, & non amorem, quia vt patebit art. sequenti, & de post sæpius, amor abstrahit à præsentia, & absentia obiecti, scilicet boni amati, & ergo nõ dicit extensionem appetitus in distans, quæ in proposito vocatur motus, licet dicat immutationem ab obiecto conuenienti vt sic. Et per hoc intelligitur quomodo quædam pertinent ad motum, quia videlicet dicunt tendentiam in distans. Aliæ autem quæ dicunt immutationem ab obiecto vt præsens est dicunt quietem, amor autem vt patet abstrahit ab vtraque, &c.

¶ Quies autem cum sit finis motus est prior in intentione, sed posterior in executione. Si ergo comparentur passiones irascibilis ad passiones concupiscibilis, quæ significant quietem in bono, manifestè passiones irascibilis præcedunt ordine executionis huiusmodi passiones concupiscibilis, sicut spes præcedit gaudiũ, unde cau

D.Pau: sat ipsum f'm illud Apostoli Ro. 12. Spe gaudentes.

¶ Hic consequenter D.S. respondet secundùm primum membrum prædictum. Et circa hoc primò ponit duas conclusiones partialiter responsiuas. Secundam ibi. Sed passio, &c. Secundò infert ex dictis corollariè conclusionem totalem respõsiuam iuxta primum membrum prædictum, ibi. Et sic manifestum est, &c. Conclusio ergo prima partialiter responsiua est. Si comparentur passiones irascibilis, &c. vt in littera, vsque ibi. Sicut spes, &c. Ostenditur conclusio primò ratione sic. Motus prior est quiete via executionis, licet è cõtra sit via intentionis, sed omnes passiones irascibilis dicunt motum, & gaudium quietem in bono, ergo cõclusio vera. Maior nota, quia motus terminatur ad quietem sicut ad finem, & quies est terminus motus. Minor nota. Et explicatur cõclusio exemplariter, sicut spes, &c. Quomodo autem spes causet delectationem videbitur infra, &c.

¶ Nota autem, quòd quia non est par ratio de quiete naturali, & violenta, ideo aliter respondendũ est de delectatione quàm tristitia, quia quies in bono est perfecta quies, & ibi sistitur, sed in quiete quasi violenta animali, de qua loquimur non est status, ideo; &c. Consequenter cum dicit.

¶ Sed passio concupiscibilis importans quietẽ in malo, scilicet tristitia, media est inter duas passiones irascibilis, sequitur enim timorem, cum enim occurrit malũ, quod timebatur causatur tristitia, præcedit autem motũ iræ, quia cum ex tristitia præcedente aliquis insurgit in vindictam, hoc pertinet ad motum iræ.

Conclusio secunda. ¶ Subiungit secundam conclusionem partialem responsiuam quàm primò probat. Secundò elicit quoddam corollarium, ibi. Et quia rependere, &c. Conclusio est ista, passio cõcupiscibilis importans quietem, scilicet violentam in malo, scilicet tristitia, media est, &c. vt in littera. Probatur clarè, quia est media inter timorem quem sequitur, & iram quam præcedit. Deinde ibi.

¶ Et quia rependere vicem malis apprehẽditur vt bonum, cum iratus hoc consecutus fuerit, gaudet.

Corollariũ ¶ Infert quoddam corollarium ex iam dictis explicans præcedentem conclusionem remouendo prauum intellectum eius, quia posset quis putare, quòd ira ex quo sequitur post tristitiam esset finalis semper, & ideo D.S. hoc remouet inquendo, q̃ ira non est vltima sed terminatur in gaudium. Quod probatur, quia rependere, &c. clarè in littera. Consequenter ibi.

¶ Et sic manifestum est, quòd omnis passio irascibilis terminatur ad passionem concupiscibilis pertinentem ad quietem, scilicet vel ad gaudium vel ad tristitiam.

¶ Ex omnibus supradictis infert per modum corollarij cõclusionem plenè responsiuam iuxta primum membrum sæpe dictũ, manifestum, quòd omnis passio, &c. vt in littera. Et patet ex dictis, quia in bonis terminantur in gaudium, & ibi est status, sed in malis in tristitiam. Quod si ibi non est status, sed per iram insurgitur contra malum, & sequitur vindicta, & sic iterum terminatur in gaudium, &c.

¶ Sed si comparentur passiones irascibilis ad passiones concupiscibilis quæ important motum, sic manifestè passiones concupiscibilis sunt priores, eo quòd passiones irascibilis addunt supra passiones concupiscibilis, sicut & obiectum irascibilis addit supra obiectum concupiscibilis arduitatem siue difficultatem; spes enim supra desiderium addit quendam conatum, & quandam eleuationem animi ad consequendum bonum arduum; & similiter timor addit supra fugam seu abominationem, quandam depressionem animi propter difficultatem mali.

¶ Hic consequenter D.S. respondet ad quæsitum quo ad secundum membrum notabilis distinctiui in principio corporis positi, scilicet de passionibus concupiscibilis pertinentibus ad motum, comparando in prioritate passionibus irascibilis. Et circa hoc primò deducit conclusionem responsiuam. Secundò subiungit duo corollaria. Primum ibi. Sic ergo, &c. Secundum ibi. Et sic patet, &c. Conclusio est hæc, si comparentur passiones, &c. vt in littera, vsque ibi. Eo quòd &c. Probatur, passiones irascibilis addunt supra passiones concupiscibilis pertinentes ad motum, igitur concupiscibilis passiones sunt priores. Tenet consequentia, quia simplicia sunt priora in via executionis. Antecedens probatur, & declaratur in littera. Probatur, quia sicut est de obiecto, ita de passione, sed obiectum irascibilis addit supra obiectum concupiscibilis arduitatem, igitur antecedens verum. Et declaratur exemplariter, spes enim supra desiderium addit, &c. Includit enim spes desiderium virtualiter, & aliquid addit, desiderium enim nominat motum faciliorem, & minorem, spes autem addit conatum, &c. Deinde ibi.

¶ Sic ergo passiones irascibilis mediæ sunt inter passiones concupiscibilis quę important motum in bonum vel in malum, & inter passiones concupiscibilis quæ important quietem in bono vel in malo.

¶ Infert primum corollarium quasi responsionem communem de vtrisque passionibus, quòd passiones irascibilis mediæ sunt, &c. vt in littera. Patet ex dictis, quia præcedunt pertinentes ad quietem, & sequuntur pertinentes ad motum, ergo corollarium verum. Tunc ibi.

¶ Et sic patet quòd passiones irascibilis, & principium habent à passionibus concupiscibilis, & in passionibus concupiscibilis terminantur.

¶ Est secundum cotollarium, & patet ex dictis, quia habẽt principium ab importantibus motum, & terminantur in importantes quietem, igitur corollarium verum, &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat secundam conclusionem. Circa hoc argumentum nota, quòd quia passiones concupiscibilis respiciunt bonum absolutè, ideo pertinentes ad motum præcedunt passiones irascibilis. Vnde ista ratio est pro vltima conclusione, sed cum hoc stat, quòd quia concupiscibilis ad plura se extendit, scilicet ad motum, & quietem, quòd aliquæ sint posteriores.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procederet si de ratione obiecti concupiscibilis esset aliquid oppositum arduo, sicut de ratione obiecti irascibilis est, q̃ sit arduum, sed quia obiectum cõcupiscibilis est bonũ absolutè, prius naturaliter est quàm obiectum irascibilis sicut commune proprio.

¶ Maior conceditur. Ad minorem concedo, quòd bonum arduum est obiectum irascibilis, sed negatur, quòd sit supremum inter omnia bona, idest primum appetibile, & occurrens appetenti, &c. sed solùm inter bona sibi opposita. Quod sic intelligitur, quia bonum arduum est dignius quàm bonum modicũ, & facile habibile, & vile vt sic, & ita prius saltem dignitate; sed tamen bonum in communi, & aliquid sub ratione boni, prius mouet appetitum quàm sub ratione ardui, quia prius aliquid desideratur antequam speretur. Vnde nullus speraret nisi desideraret. Et hoc est quod D.S. vult in solutione, quia ratio procederet (inquit) si de ratione

ratione obiecti concupiscibilis esset aliquid oppositum (condiuidens scilicet ex altera parte bonum in communi) arduo, sed sic non est, sed obiectum concupiscibilis est bonum absolutè abstrahens à vili, & arduo. Modo aliquid prius occurrit etiam appetitui sub ratione boni in cõmuni, quàm sub ratione talis boni, & prius naturaliter est motus simplex, antequã sit motus cũ conatu, quia nullus conatur nisi in appetibile absolutè, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd remouens prohibens non est mouens per se, sed per accidens, nunc autem loquimur de ordine passionum per se. Et præterea irascibilis remouet prohibens quietem concupiscibilis in suo obiecto, vnde ex hoc non sequitur, nisi quòd passiones irascibilis præcedunt passiones concupiscibilis ad quietem pertinentes. De quibus etiam tertia ratio procedit.

¶ Maior est vera de mouente per se. Ad minorem si intelligit vniuersaliter, negatur, sed est vera tantùm de concupiscibili in ordine ad passiones importantes quietem in obiecto præsertim bono, & verum est, quòd passiones irascibilis tales præcedunt. Si autẽ intelligitur de passionibus concupiscibilis pertinentibus ad motũ, falsa est minor, nec probatur ad secundum sensum, sed ad primũ. Vnde dicitur vltra, quòd remouẽs prohibens est mouens per accidens, nos autem loquimur de ordine per se. Et concesso, quòd remouens prohibens est prius, dicitur ad cõsequens, ergo passiones irascibilis sunt priores passionibus concupiscibilis pertinentibus ad quietem maximè in bono, quia frui suo obiecto est quiescere in eo, & est gaudere vel delectari.

¶ Ad tertium. Maior conceditur. Ad minorem conceditur etiã. Sed dico, q̃ gaudiũ, & tristitia sunt passiones pertinentes ad quietem. Et conceditur probatio minoris, quia cum quis consequitur vindictam, gaudet, ergo, &c. Verum, passiones concupiscibilis pertinentes ad quietem sunt posteriores, & hoc dixit prima conclusio. Sed non probat, quòd passiones concupiscibilis pertinentes ad motum sunt posteriores, sicut dixit alia conclusio.

Vtrum amor sit prima passionum concupiscibilis.

O 2.q.20.ar.1. cor. Et 3.d. 27.q.1. art. 3. Et 4. con tra Gent. c.19. Et Ve ri.q.26. ar. 4. cor. Et Gal.5.lec.6 co.2.fin. Et 1. Metaph. Lect.5.fin.

AD secundum sic procedit. Videtur, quòd amor non sit prima passionum concupiscibilis, vis enim concupiscibilis a concupiscentia denominatur, quæ est eadẽ passio cum desiderio, sed denominatio fit à potiori, vt dicitur in 2. de aïa.* ergo concupiscentia est potior amore.

¶ 2 Præterea. Amor vnionem quandam importat, est enim vis vnitiua, & concretiua, vt Dionysius dicit. 4. ca. de Diui. no. sed cõcupiscentia vel desiderium est motus ad vnionem rei concupitæ, vel desideratæ; ergo concupiscentia est prior amore.

* Aristot. tex. 49. Dionysius.

¶ 3 Præterea. Causa est prior effectu, sed delectatio est quandoque causa amoris, quædam enim propter delectationem amant, vt dicitur in 8. Ethi.* ergo delectatio est prior amore, non ergo prima inter passiones cõcupiscibilis est amor.

* Aristot. cap. 2. & 3. & sequen. * August. cap. 7. & 9.

¶ Sed contra est, quod Aug. dicit in 14. de Ciui. Dei.* quòd omnes passiones ex amore causantur, amor enim inhians habere quod amatur cupiditas est, id autem habens eoq; fruens lætitia est, amor ergo est prima passionum concupiscibilis.

¶ Hic D.S. quærit de ordine passionũ concupiscibilis inter se.

¶ Respondeo dicendum, q̃ obiecta concupiscibilis sunt bonum, & malum, naturaliter autem est prius bonũ malo, eo quòd malum est priuatio boni.

¶ Et quia harum passionum aliquæ respiciunt malum, aliquæ bonum tanquam obiectum, & inter respicientes bonum est multiplex ordo, ideo D.S. in hoc corpore articuli sic procedit. Primò respondet de passionibus quarum obiectum est bonum in comparatione ad ea, quæ habent malum pro obiecto. Secundò respondet de passionibus habentibus bonum pro obiecto respectu earundem ibi. Bonum autem habet rationem, &c. Quo igitur ad primum ponit vnam conclusionem pro qua supponitur, quòd obiecta concupiscibilis sunt bonum, & malum, & sic scilicet possunt dupliciter ordinari, vel secundùm bonum, & malum vel secũdùm bonum tantùm, hoc præmisso sic est conclusio, ex qua habetur ordo amoris per comparationem ad odium, & alias respicientes malum, Omnes passiones quarum obiectum est bonum, naturaliter sunt priores passionibus quarum obiectum est malum. Hanc cõclusionem probat duplici medio. Secundum medium ponit cum ipsa conclusione, ibi. Vnde, & omnes &c. Probatur ergo primò ex

Conclusio prima.

ratione boni, & mali secundùm communes rationes sic. Naturaliter bonum est prius malo, igitur conclusio vera. Antecedens patet quia malum est priuatio boni, priuatio autem est posterior habitu ratione, & dignitate, & tempore. Tenet consequentia ex dictis articuli primi, quia passiones ordinantur secundùm ordinem obiectorum, vnde dictum est, q̃ respicientes obiectum simplicius sunt priores, &c. Consequenter cum dicit.

¶ Vnde, & omnes passiones quarum obiectum est bonum naturaliter sunt priores passionibus quarum obiectum est malum vnaqueque scilicet sua passione opposita, quod dicit notanter, quia si comparentur duæ non directè oppositæ, non oportet; potest enim odium aliquod esse prius aliqua delectatione, sed comparando amorem ad odium oportet, quòd semper amor præcedat odium, & sic de alijs coniugatis. Probatur ergo conclusio alio medio, scilicet per comparationem ad appetitum cuius sunt passiones sic, quia bonum quæritur ideo refutatur oppositum malum, ergo cõclusio vera. Tenet cõsequentia, quia ratio, & causa est prior, quare benè arguitur, motus in bonum est causa recessus à malo, igitur prior. Antecedẽs patet de se, & patebit infra. q. 29. ar. 2. quia ideo odi illum, quia est contrarius amato. Ex ista conclusione habetur, quòd amor prior est odio, & per consequens omnibus respicientibus malum. Nã odiũ est prima passio concupiscibilis respectu mali, & per consequens cum iam probatum sit quòd amor sit prior odio, probatum est, & q̃ prior est alijs respicientibus malũ.

¶ Bonum autem habet rationem finis, qui quidem est prior in intentione, sed est posterior in executione. Potest ergo ordo passionum concupiscibilis attendi vel secundùm intentionem vel secundùm consecutionem.

¶ Hic consequenter D.S. respondet alia conclusione, cui primò præmittit quandam distinctionem. Secundò subiungit conclusionem ibi. Secundum quidem consequutionem, &c. Distinctio est talis, quòd ordo passionum concupiscibilis, scilicet quæ habent bonum pro obiecto, potest attendi vel secundùm intentionem vel secundùm consequutionem, idest vel secundùm viã intentionis vel executionis. Et ratio huius distinctionis est, quia bonum, quod scilicet respiciunt illę passiones, habet rationẽ finis, sed finis est prior in intentione, sed est posterior in executione. Et per cõsequens vna passio potest esse prior, quia in tendẽdo in bonum prius fit in animali, vel quia vnum est obiectum intentum ab animali, & alia est propter ipsam. Deinde cum dicit.

¶ Secundum quidem consecutionem illud est prius, quod primò fit in eo, quod tendit ad finem, manifestum est autem, quòd omne, quod tendit ad finem aliquẽ primò quidem habet aptitudinẽ seu proportionem ad finem, nihil enim tendit in finem non proportionatum, secundò mouetur ad finem, tertiò quiescit in fine post eius consecutionem, ipsa autem aptitudo siue proportio apperitus ad bonum est amor, qui nihil aliud est quàm complacentia boni; motus autem ad bonum est desiderium vel concupiscentia; quies autem in bono est gaudium vel delectatio; & ideo secundùm hunc ordinem amor præcedit desiderium, & desiderium præcedit delectationem.

¶ Inducit aliud medium ad idem probandum, cui præmittit ipsam conclusionem supra positam, cui annectit illam clausulam, vnaqueque scilicet sua passione opposita, quod dicit notanter, quia si comparentur duæ non directè oppositæ, non oportet; potest enim odium aliquod esse prius aliqua delectatione, sed comparando amorem ad odium oportet, quòd semper amor præcedat odium, & sic de alijs coniugatis. Probatur ergo conclusio alio medio, scilicet per comparationem ad appetitum cuius sunt passiones sic, quia bonum quæritur ideo refutatur oppositum malum, ergo cõclusio vera. Tenet cõsequentia, quia ratio, & causa est prior, quare benè arguitur, motus in bonum est causa recessus à malo, igitur prior. Antecedẽs patet de se, & patebit infra. q. 29. ar. 2. quia ideo odi illum, quia est contrarius amato. Ex ista conclusione habetur, quòd amor prior est odio, & per consequens omnibus respicientibus malum. Nã odiũ est prima passio concupiscibilis respectu mali, & per consequens cum iam probatum sit quòd amor sit prior odio, probatum est, & q̃ prior est alijs respicientibus malũ.

¶ Bonum autem habet rationem finis, qui quidem est prior in intentione, sed est posterior in executione. Potest ergo ordo passionum concupiscibilis attendi vel secundùm intentionem vel secundùm consecutionem.

¶ Hic consequenter D.S. respondet alia conclusione, cui primò præmittit quandam distinctionem. Secundò subiungit conclusionem ibi. Secundum quidem consequutionem, &c. Distinctio est talis, quòd ordo passionum concupiscibilis, scilicet quæ habent bonum pro obiecto, potest attendi vel secundùm intentionem vel secundùm consequutionem, idest vel secundùm viã intentionis vel executionis. Et ratio huius distinctionis est, quia bonum, quod scilicet respiciunt illę passiones, habet rationẽ finis, sed finis est prior in intentione, sed est posterior in executione. Et per cõsequens vna passio potest esse prior, quia in tendẽdo in bonum prius fit in animali, vel quia vnum est obiectum intentum ab animali, & alia est propter ipsam. Deinde cum dicit.

¶ Secundum quidem consecutionem illud est prius, quod primò fit in eo, quod tendit ad finem, manifestum est autem, quòd omne, quod tendit ad finem aliquẽ primò quidem habet aptitudinẽ seu proportionem ad finem, nihil enim tendit in finem non proportionatum, secundò mouetur ad finem, tertiò quiescit in fine post eius consecutionem, ipsa autem aptitudo siue proportio appetitus ad bonum est amor, qui nihil aliud est quàm complacentia boni; motus autem ad bonum est desiderium vel concupiscentia; quies autem in bono est gaudium vel delectatio; & ideo secundùm hunc ordinem amor præcedit desiderium, & desiderium præcedit delectationem.

Conclusio secunda. ¶ Subiungit secundam conclusionem quo ad prædictam distinctionem talem, secundùm ordinem executionis amor præcedit desiderium, & desiderium præcedit delectationẽ, sed secũdũ ordinẽ intentionis est è conuerso. Huius cõclusionis ptobat primò primã partem eius. Secundò secundã, ibi. Sed secundùm ordinẽ, &c. Probatur ergo conclusio quo ad primam partem sic. Illud est prius secũdùm cõsequutionem quod primò fit in eo, quod tendit ad finẽ; sed in tendente in bonum, & finẽ cõsequẽdũ primò fit ipse amor, deinde desiderium, & tertiò delectatio, igitur conclusio vera quo ad primam partem. Maiorem D.S. ponit & eam relinquit notam. Minorẽ verò non ponit, sed eam probat sic, omne quod tendit ad finem aliquem primò habet aptitudinẽ ad finẽ seu proportionẽ, nihil enim tendit in finem non proportionatum, Secundò mouetur ad finem. Tertiò quiescit in fine post eius cõsecutionem, Subsumitur, Sed ipsa aptitudo vel proportio appetitus est amor, qui nihil aliud est quàm complacentia boni, &c. vt in littera, igitur. Minor principalis vera, &c. Tunc ibi.

¶ Sed secundũ ordinem intentionis est è conuerso, nã delectatio intenta causat desiderium, & amorem, delectatio enim est fruitio boni, quæ quodammodo est finis sicut & ipsum bonum, vt supra dictum est.* * q. 11. art. 3. ad tertium.

¶ Ponit

¶ Ponit,& probat secundam partem conclusionis sic. Delectatio intenta causat desiderium , & amorem , igitur conclusio vera. Cõsequentia nota,quia id,quod intentũ causat alia , est eis prius, quare si ex delectatione intenta aliquis incipit amare, & desiderare,sequitur quòd consequentia est bona . Antecedens probatur à Doctore,Delectatio est fruitio boni, sed fruitio est quòdammodo finis sicut,& ipsum bonum,igitur delectatio est finis,cuius scilicet est causare alia secundùm esse intentum . Maior ista notanda est, quia supra D.S.loquebatur sub distinctione,q.11.ar.1.in cor.dicens quòd fruitio pertinet ad amorem vel delectationem(pertinentia, scilicet identitatis) hic autem acceptat vnam partem disiuncti,quę & Thomistè tenenda est. Minor patuit., & fuit supra declarata.q. 11.ar.3.ad tertium.Et nota D.S.in tertio.di.27.q.1.ar.1 ad secundum,quia delectatio intenta, & amata vt finis , est causa alicuius amoris, sicut obiectũ, & finis est causa actus circa id,quod est ad finem,tamen amor simpliciter est prior,quia videlicet nec delectationem intenderet nisi eam amaret , &c.

Aureolus. ¶ Nota circa dicta iuxta hanc conclusionem.Primò quòd Aureolus in prima dist.q.2.ar.1.petiuit manifestè principium volens probare.idem esse delectationem vel amorem , & delectationem, primò in hoc,quia assumit,quod idem est dictu,amo vel diligo ali quid vel complaceo, & delector in aliquo. Patet enim, quòd D.S. hoc expresse negat, scilicet quòd non idem est complacentia , & delectatio,quia complacentia est amor prior via executionis ipsa delectatione.Secundò petit principium in hoc,quòd assumit amorem naturalem esse idem,quod delectationem, quod & hic negatum est ; immo grauitas ipsa habet se vt amor naturalis respectu loci deorsum, & talis manifestè non est quies . Quod autem non sit idem complacentia rei,& delectatio patet,quia damnati complacent sibi,& amant se maximè tanquam in se constituentes finẽ & pertinentes ad ciuitatem Babilonis,& tamen in se non delectãtur.Similiter beata Virgo tẽpore passionis summè diligebat Christum,& constat,quòd non summè delectabatur in ipso actu, similiter Sancti Martyres summè dilexerunt tempore passionis eorũ, & tamen parum vel in nullo delectabantur,similiter iuxta philosophum,Fortis summè diligit actum fortitudinis in periculo mortis , & tamen parum delectatur , quare Aureolus malè impugnat quæ hic continentur . Nec est verum,quòd amor rei absentis siue concupiscentiæ siue amicitiæ sit desiderium,sed ad amorem respectu absentis sequitur desiderium,& respectu præsentis delectatio , quamuis aliquando separentur,vt patet in damnatis.Sic etiam est prædicatio per causam , quando dicit beatus Augustꝰ. quòd amor inhians est cupiditas,quia scilicet est causa desiderij, &c.

¶ Nota secũdò,quòd ex hoc corpore haberi potest quę sit principalior passio,an videlicet amor vel delectatio; nam in via executionis , & in genere causæ efficientis ad sensum infra dicendum , amor est principalissima,& prima,sed delectatio est principalissima finaliter in genere causæ finalis, quia propter ipsam , & amatur aliquid,& desideratur.Et hoc tangit D.S.infra.q.34.ar.4.ad primum. Vide de his Capreolum,in primo dist.1.q.1.in principio solutionum.Vide,& Alphonsum in primo dist.1.q.1.arti.2.conclusione prima vbi castigat Aureolum. Veruntamẽ in hoc, quòd D.S. hic ponit delectationem,& fruitionem esse idem,ipse Alphonsus discrepat,vt patuit supra,&c. De materia huius articuli vide. D.S. in tertio,dist.27.q.1.ar.3.

Capreolus.

ARGVMENTVM in contrarium corroborat primam partem secundæ conclusionis.

¶ Nota circa hoc argumẽtum,quia benè sequitur, omnes passiones ex amore causantur,scilicet effectiuè sicut à ratione efficiẽdi , ergo amor est prior in via executionis . Et patet ex illo argumento defectus Aureoli vbi supra, qui allegat hanc auctoritatem beati Augustini,quasi sit prædicatio identica , cum tamen sit causalis,cum videlicet dicit,amor cupiditas est, &c.Patet quia D. S.per illam auctoritatem confirmat , quòd omnes passiones ex amore causentur.

Aureolus.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd hoc modo nominatur aliquid, secundùm quòd nobis innotescit, voces enim sunt signa intellectuum secundũ philosophũ.* nos autem vt plurimum per effectum cognoscimus causam,effectus autem amoris quando quidem habetur ipsum amatum est delectatio, quando verò non habetur est desiderium vel concupiscentia , vt autem Augustꝰ.dicit in 10.de Tri. *Amor magis sentitur cum eum prodit indigentia.Vnde inter omnes passiones concupiscibilis magis est sensibilis concupiscentia , & propter hoc ab ea denominatur potentia .

* Arist.li.1. periher.

* Aug.c.12.

¶ Ad minorem negatur vniuersaliter,sed à notiori,quia res nominamus sicut cognoscimus , modo passio quæ est concupiscentia vel desiderium est notior,quæ est magis sensibilis, & per consequens prius nota,amor enim magis sentitur cum eum ꝓdit indigentia,ideſt in absentia amati , quando habet locum concupiscentia,& desiderij,quàm in præsentia quãdo est delectatio , &c. Vnde licet amor sit prior,& causa desiderij, quia tamen desiderium est magis sensibile , & notum , ideo potentia magis denominatur à concupiscentia quàm ab amore,&c.quãuis etiam ẽcontra quandoque causa sensibilis sit notior effectu , sicut luminaria cœli dicuntur signa effectuum. De hoc prima par.q.70.ar.2.ad secundũ. Et in quarto dist.1.q.1.ar.1.q.1.ad quintum.

¶ Ad secundum dicendũ,quòd duplex est vnio amati ad amantem . Vna quidem realis secundùm coniunctionem ad rem ipsam , & talis vnio pertinet ad gaudiũ vel delectationem quæ sequitur desiderium. Alia autem est vnio affectiua secundùm scilicet quòd aliquid habet aptitudinem vel proportionem,prout scilicet ex hoc, q aliquid habet aptitudinem ad alterum , & inclinationem,iam participat aliquid eius, & sic amor d vnionem importat, quæ quidem vnio præcedit motũ desiderij.

¶ Ad maiorem, amor importat vnionem quandam affectiuam secundùm coaptationem affectus ad amatum. Ad minorem,sed concupiscentia est motus ad vnionem. Verum, realem quam consequitur gaudium vel delectatio,sed concupiscentiæ præsupponitur prima vnio,quæ est formaliter amor, nullus enim concupiscit nisi res sibi cõplaceat,& sit grata affectui suo. De hac Mate.magis infra.q.28.ar.1.præsertim ad tertium, & in corpore.

¶ Ad tertium dicendum,quòd delectatio causat amorem,secundùm quòd est prior in intentione.

¶ Ad maiorem. Causa finalis est prior in intentione, & causa effectiua prior in esse vt sic vniuersaliter, &c. Ad minorem,delectatio,&c.Verum,secundùm esse intentum , & apprehensum, est quandoque causa amoris,ergo vt sic est prior , & est pro tertia cõclusione . Sed delectationem aliquis non consequitur nisi prius amet, quia nisi amaret eam saltem amore concupiscentiæ , non quæreret eam,&c.

¶ Nota quòd philosophus.8.Ethi.amantes propter delectabile dicit habere eos amicitiam per accidens , quia non amat alium propter se, &c. sed in habitudine ad se amantem , quia est sibi delectabilis.Vnde delectatio est causa finalis amoris concupiscentiæ quo amatur delectans.Sicut ponit philosophus exemplum ibidẽ, quòd qui amat eutrapelum propter delectationem quam ab eo recipit circa ludos , non amat secundùm quòd est eutrapelus, sed solùm secundùm,quòd facit sibi delectationem . Et habetur per hoc secunda pars secundæ conclusionis, quòd delectatio concupita, & intenta est causa amoris, saltem concupiscentiæ delectantis, quamuis & huius delectationis intentionem , & desiderium præcedit amor suijpsius intendentis delectationem . Vide D.S.in de Verita.Ma.26.ar 5.ad quintum, vbi habet quomodo amor præcedat gaudium,& ẽcontra,&c.

Vtrum spes sit prima inter passiones irascibilis.

AD tertium sic proceditur. Videtur , quòd spes non sit prima inter passiones irascibilis ; vis enim irascibilis ab ira denominatur , cum ergo denominatio fiat à potiori,videtur quòd ira sit potior,& prior quàm spes.

¶ 2 Præterea. Arduum est obiectum irascibilis , sed magis videtur esse arduum , quòd aliquis conetur superare malum cõtrarium,quod imminet,vt futurum,quod pertinet ad audaciam , vel quod iniacet iam vt præsens, quod pertinet ad iram , quàm quod conetur acquirere simpliciter aliquod bonum;& similiter magis videtur esse arduum,quòd conetur vincere malum præsens quàm malum futurum , ergo ira videtur esse potior passio quã audacia , & audacia quàm spes , & sic spes non videtur esse prior.

¶ 3 Præterea . Prius occurrit in motu ad finem recessus à termino , quàm accessus ad terminum ; sed timor , & desperatio important recessum ab aliquo , audacia autem , & spes important accessum ad aliquid;ergo timor,& desperatio præcedunt spem, & audaciam.

¶ Sed contra , quantò aliquid est propinquius primo tantò est prius ; sed spes est propinquior amori , qui est prima passionum;ergo spes est prior inter omnes passiones irascibilis.

¶ Hic tertiò D.S.inquirit de ordine passionũ irascibilis, & hoc secundum viam executionis, & singulariter quærit de spe, & tamẽ communiter , & vniuersaliter de omnibus determinat.

¶ Nota pro fundamento huius articuli , quòd bonum,& malũ diuersimodè se habent ad prosequutionem , & fugam,nam bonũ est prius

est prius simpliciter malo,& simpliciter ratio prosecutionis appetitiuę,si enim malum aliquando est volitum, & est id ad quod accedit appetitus etiam per viam impugnationis, hoc non est nisi ratione boni,sicut audacia tendit in malum euitandum propter appetitum propriæ salutis,sed malum est prima,& per se ratio fugæ, vnde si bonum fugiatur hoc est necessariò propter fugam mali præsuppositam,ita quòd bonum per se est ratio accessus,malum verò per se ratio recessus. Quare oportet,quòd passio vel motus appetitiuus tendens in malum necessariò præsupponat passionem vel motum tendentem in bonum , similiter passio recedens à bono necessariò præsupponat recedentem à malo , & ex isto fundamento pendet intellectus huius articuli.

* Ar.1.

¶ Respondeo dicendum,quòd sicut iam dictum est.* omnes passiones irascibilis important motũ in aliquid , motus autem ad aliquid in irascibili potest causari ex duobus, vno modo , ex sola aptitudine seu proportione ad finem,qui pertinet ad amorem vel odium,alio modo ex præsentia ipsius boni vel mali , qui pertinet ad tristitiam vel gaudium,& quidem ex præsentia boni non causatur aliqua passio in irascibili vt dictũ est.* sed ex præsentia mali causatur passio iræ.

*q.23.ar.4.

¶ In hoc corpore D. S. duo principaliter facit , primò vt plenè ostendat ordinem omnium passionũ irascibilis notat distinctionẽ quandam fundamentalem,secundò ipsam applicat, & ad quæsitũ respondet,ibi.Quia igitur,&c. Ista ergo est distinctio fundamentalis,quòd passiones irascibilis omnes important motum in aliquid,& nulla pertinet ad quietem, vt patuit ar.primo.Et sunt duplices,quædam causantur ex sola aptitudine seu proportione ad finem id est quædam immediatè fundantur,& præsupponunt passiones concupiscibilis. quæ sunt ad bonum vel malum absolutè, scilicet super amorem vel odium . Quædam causantur ex præsentia boni vel mali id est ex obiecto præsenti mediante tristitia vel gaudio,sed quia disiunctiua verificari potest ratione vnius partis ideo D. S. vult quòd ex præsentia boni nulla passio in irascibili causetur,vt patuit.q. 23. ar. 3. quia bonum præsens non habet rationem ardui nec impugnandi , & ideo solùm ex præsenti malo mediante tristitia potest causari passio quæ est ira.

¶ Et nota,quòd tantùm vult istud notabile, quòd aliqua passio irascibilis causatur ex passione concupiscibilis quæ est de malo præsenti,& est ira. Aliæ autem passiones irascibilis causantur, & præsupponunt passiones concupiscibilis quæ dicunt proportionẽ ad obiectum bonum vel malum,& ideo dicit D.S.quę dicunt motum,quia vt patuit ar.1.& 2.Amor,& odium non dicunt motum, sed proportionem , & aptitudinem abstrahentem à præsenti , & absenti,ira autem præsupponit tristitiam quæ dicit quietem violẽ tam in malo præsenti.

¶ Quia igitur in via generationis seu consecutionis proportio vel aptitudo ad finem præcedit consecutionem finis,inde est,quòd ira inter omnes passiones irascibilis est vltima ordine generationis .

¶ Hic consequenter D.S.respondet ad quæsitum secundum prę dictam distinctionem , primò præmittendo aliquas conclusiones generales præambulares,secundò infert ex his conclusionem formaliter respõsiuam,ibi. Sic ergo patet,&c. Tertiò epilogat ea quæ dicta sunt in hoc articulo,& in duobus sequentibus,ibi.Et si ordinem, &c. Quo ad primum , primò deducit vnam conclusionem iuxta secundum membrum prædictæ distinctionis , secundò aliquas conclusiones secũdùm primũ membrum ibi.Inter alias, &c. Respondet ergo primò de passione irascibilis quæ causantur ex præsentia mali(quia ex presentia boni nulla causatur quare hoc dimittendum) est tali conclusione.Ira inter omnes passiones irascibilis est vltima ordine generationis. Probatur conclusio,ira causatur ex præsentia, & consecutione finis ideſt præsentia obiecti mali, aliæ autem omnes super proportione ad finem bonum vel malum,igitur conclusio vera. Antecedens patet ex notabile. Consequentia probatur in littera , quia in via generationis seu consecutionis proportio vel aptitudo ad finem precedit consecutionem finis,& per consequens etiam passio quæ causatur ex proportione ad finem præcedit eam quæ causatur ex consecutione , & præsentia finis.Habetur autem ex ista conclusione, quòd spes præcedit iram,quia ira est omnium vltima.

¶ Nota autem , quòd malum præsens potest dici finis pro vt obiectum passionis finalis , etiam repugnans appetitui dicitur finis . Quemadmodum dictum est articulo primo, quia tristitia sit quies, & per consequens obiectum eius est finis, i.terminus appetitus sed violentus quasi, & non dicitur finis ; quia sit gratia cuius aliquid fit,sed à finiendo,quia finit,& est obiectum passionis finalis,&c. Consequenter cum dicit.

¶ Inter alias autem passiones irascibilis quæ important motum consequentem amorem vel odium boni vel mali , oportet quòd passiones quarum obiectum est bonum, scilicet spes , & desperatio sint naturaliter priores passionibus quarum obiectum est malum,scilicet audacia , & timore.

¶ Prosequitur primum membrum distinctionis habitæ, videlicet de passionibus irascibilis fundatis , & causatis à passionibus concupiscibilis quæ dicunt proportionem ad bonum vel malum, scilicet ab amore vel odio . Et primò ponit vnam conclusionem comparando duas coniugationes adinuicem , secundò aliam cõparando vniuscuiusque coniugationis,ibi. Ita tamen,&c. Tertiò resumit,& probat istam primam conclusionem de duabus coniugationibus ad inuicem, ibi. Quod autem spes,&c.Et est ista conclusio.Passiones irascibilis quarum obiectum est bonum,scilicet spes , & desperatio , sunt naturaliter priores passionibus, quarum obiectum est malũ, scilicet audacia, & timore D. S.interserit probationem ; & fundamentum huius conclusionis . Vnde arguitur sic. Bonum est prius malo , igitur conclusio vera . Consequentia tenet ex dictis articu.primo,quia secundùm ordinem obiectorum est ordo passionum . Obiectum autem spei , & desperationis est bonum,timoris autem,& audaciæ malum. Antecedẽs patuit ar.2. Consequenter ibi.

Conclusio secunda.

¶ Ita tamen , quòd spes est prior desperatione , quia spes est motus in bonum secũdum rationem boni,quod de sua ratione est attractiuum,& ideo est motus in bonũ per se,desperatio autem est recessus à bono qui non cõpetit bono secundum quòd est bonum , sed secundum aliquid aliud, vnde est quasi per accidens.

¶ Comparat duas passiones irascibilis adinuicem,scilicet duas vniuscuiusque coniugationis,& primò spem, & desperationem, secundò timorem,& audaciam,ibi.Et eadem ratione,&c. Quo ad primum est ista conclusio, spes est prior desperatione . Probatur, conclusio,motus spei est per se ad bonum, motus autem desperationis est per aliud,& per accidens,igitur conclusio vera. Consequentia nota,quia per se prius est eo,quod est per aliud.. Antecedens declaratur in littera,quia spes est motus in bonum per modũ accessus,sed desperatio est à bono per modum recessus , sed bonũ per se attrahit , sed recessus à bono est solùm per aliud igitur antecedens verum.

Conclusio tertia.

¶ Et nota,quòd ista magis declarantur infra.q.45. arti.2.& patent ex notabili præmisso in principio articuli , quia accessus ad bonum est per se , sed recedere à bono est per aliud , & ita in proposito quis recedit à bono per desperationem ratione alicuius adiuncti , & ratione alterius passionis præsuppositæ , nam recessus à bono semper causatur à recessu à malo , & sic aliquis desperat timens difficultatem , & arduitatem , & per consequens cum spes non præsupponat aliquam passionem irascibilis vt accedat, desperatio autem præsupponit aliquid vt recedat , sequitur quòd spes sit prior tanquã pauciora præsupponens , &c. Deinde cũ dicit.

¶ Et eadem ratione timor cum sit recessus à malo est prior quàm audacia.

Conclusio quarta.

¶ Ponit ordinem passionum alterius coniugationis irascibilis tali conclusione.Timor est prior quàm audacia.Probatur ex eadẽ radice qua præcedens, per se prius est eo , quod est per accidens, sed motus timoris per se est,audaciæ per accidens,igitur. Minor declaratur à D. S. quia timor dicit recessum a malo , sed audacia accessum ad malum, sed recessus à malo est per se, accessus autem est per accidens, igitur vera minor , & de hoc etiam infra vbi statim , quia malum habet ex propria ratione repellere appetitum, & causare recessum,si autem accedatur, hoc est propter aliud puta propter spem victoriæ adiunctam,quia quis sperat superare malum ideo audet,&c. Deinde ibi.

¶ Quod autẽ spes, & desperatio sint naturaliter priores quàm timor,& audacia,ex hoc manifestum est,quòd sicut appetitus boni est ratio quare vitetur malũ , ita etiã spes,& desperatio sunt ratio timoris , & audaciæ. Nam audacia consequitur spem victoriæ , & timor consequitur desperationem vincendi.

¶ Reuertitur ad probandum secũdam conclusionem, scilicet q spes,& desperatio sunt priores,quàm timor,& audacia.Et secundò adiungit ordinem iræ quem etiam supra tetigerat,ibi.Ira autẽ,&c. Quo ad primum arguitur sic. Causa & ratio alicuius prior est eo cuius est ratio,sed spes,& desperatio sunt causa,& ratio timoris,& audaciæ,igitur,&c.Maior nota. Minor declaratur , quia appetitus boni est ratio quare vitetur malum, sed spes,& desperatio sunt boni,timor & audacia mali,igitur . Et ergo audacia sequitur spem, & timor desperationem vincendi.

¶ Nota hic vnum singulare,quia quòd spes sit prior audacia,& causa eius non est quæstio, quia accessus ad bonum est per se causa accessus ad malum,& ergo audacia præsupponit spem. Sed de hoc quòd desperatio sit ratio,& causa timoris est difficultas, nam licet desperatio sit boni,est tamen ipsius per modum recessus qui est per accidens,& per consequens oportet , quòd fundetur super

recessu

recessu per se qui est à malo, quare non videtur, quòd desperatio sit ratio & causa timoris, sed è contra, & ipse timor præsupponit quidem passionem, quæ est per modum accessus ad bonū aliquod sed non desperationem, sed amorem. Quare ista probatio D.S. hic scilicet, quòd appetitus boni est ratio quare vitetur malum nō probat intentum, scilicet quòd desperatio sit causa timoris, immo è contra ratione dicta, quia recessus à bono fundatur super recessu a malo; sed verum est, quòd recessus a malo qui est timor fundatur super accessu ad bonum, scilicet amore. Quare D.S. infra cū rem magis ex intentione tractauit, istud hic dictu, scilicet de prioritate desperationis super timore reuocauit, vt patet intuenti argumentum secundum, & solutionem vbi in substantia arguit rationem hic positam, & eam soluit; quia licet bonum sit prius malo, tamen recessus à bono est posterior recessu a malo. Cum igitur desperatio sit boni per modum recessus, oportet quòd sit posterior recessu a malo per se qui est timoris, vnde & relinquendum est, quod hic dicitur, & amplectendum, quod infra ex intentione habetur. Deinde ibi.

¶ Ira autem consequitur audaciam, nullus enim irascitur vindictam appetens nisi audeat vindicare, secundum quòd Auicenna dicit in 6. de naturalibus. — Auicenna.

¶ Ponit ordinem iræ, quia sequitur audaciam quæ est post tres alias, & sic ira habet vltimum locum. Et hoc D.S. probat, quia nullus irascitur vindictam appetens nisi audeat vindicare.

¶ Nota autem, quòd D.S. non est superfluus in hoc, quòd iterū repetit locum, & ordinem iræ, quia cum fecit mentionem de audacia meminit & iræ, quæ eam immediatè sequitur, vnde in principio corporis posuit ordinē iræ vniuersaliter ad omnes alias passiones irascibilis, hic autem ostendit quomodo immediatè ex eis sequatur, vnde nō est superfluitas aliqua immo optimus ordo &c.

¶ Sic ergo patet, quòd spes est prima inter omnes passiones irascibilis. —

Conclusio responsi. ¶ Hic D.S. ex omnibus dictis per modum corollarij infert cōclusionem responsiuam formaliter ad quæsitum. Spes est prima inter omnes passiones irascibilis, Probatur ex dictis, quia est prior ira, iuxta primam conclusionem; & est prior timore, & audacia iuxta secundam conclusionem; & est prior desperatione iuxta tertiam conclusionem, igitur conclusio vera. Tenet consequentia, quia non sunt aliæ passiones irascibilis. Antecedens deductum est per tres conclusiones, &c.

¶ Et si ordinem omnium passionum secundum viam generationis scire velimus, primò occurrunt amor, & odium, secundò desiderium, & fuga, tertiò spes & d desperatio, quartò timor, & audacia, quintò ira, sextò & vltimò gaudium, & tristitia quæ consequuntur ad omnes Dub.256. Dub.258. * Arist.c.5. passiones, vt dicitur in 2. Ethi. * ita tamen, quòd amor est prior odio, & desiderium fuga, & spes desperatione, & timor audacia, & gaudium quàm tristitia, vt ex prædictis colligi potest. —

In cor. & ar.2. ¶ Hic in calce corporis ex dictis in hoc articulo, & in duobus præcedentibus ponit ordinem generationis omnium passionum tam concupiscibilis quàm irascibilis, tam diuersarum coniugationum quàm passionum vnius coniugationis, & patet littera clarè ex dictis, &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsiuam.

¶ Circa hoc argumentum nota, quòd spes ideo est propinquior amori, quia ipsum solùm præsupponit, & quia dicit accessum ad bonum directè sicut amor, licet enim ex parte obiecti addat arduitatem, & possibilitatem, tamen ex parte subiecti nullam passionē aliam prærequirit, ideo est prima in irascibili, & propinquior primæ passioni simpliciter scilicet amori.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quia ira causatur ex alijs passiombus sicut effectus à causis præcedentibus, ideo ab ea tanquam à manifestiori denominatur potentia. —

¶ Ad illam, cum ergo denominatio, &c. Negatur vniuersaliter, vt patuit ar.2. ad primum, sed à notiori, & quia effectus plerumq; sunt notiores causis, ideo ab ira quæ est effectus spei, & audaciæ denominatur potētia irascibilis, ira enim est magis sensibilis passio, ideo notior, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd arduum non est ratio accedendi vel appetendi, sed potius bonum; & ideo spes quæ directius respicit bonum est prior, quamuis audacia aliquando sit in magis arduum vel etiam ira. —

¶ Maior vera, sed arduum non est ratio appetendi, sed bonum, nec per consequens sequitur, est magis arduum, ergo magis vel prius appetendum, vnde cum iste consequentiæ innitatur argumentum, ideo negatur consequentia, immo è contra benè sequitur, quòd spes sit prior, quia respicit quod magis, & prius appetitum respicit, scilicet bonum, & hoc vult D.S. in solutione. Arduū enim vt sic non est ratio accessus, sed bonum. Cum ergo ira accedat, similiter audacia hoc erit per accidens, & cum spes per se accedat erit prima, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd appetitus primò, & per se mouet in bonum sicut in proprium obiectum, & ex hoc causatur, quòd recedat à malo; proportionatur enim motus appetitiuę partis, non quidem motui naturali, sed intentioni naturæ, quæ per prius intendit finem quàm remotionem cōtrarij, quæ non quæritur nisi propter adeptionem finis. —

¶ Ad maiorem, vera de motu naturali, sed non de motu appetitiuo, & animali, quia ibi accessus est ratio recessus, vt patuit in cor. vnde motus appetitiuus non debet comparari motui naturali, sed intentioni naturæ quæ prius est ad terminum ad quem, & prius intendit accessum quàm recessum, & remotionem contrarij. Minor vera. Sed negatur consequentia, quia non est simile in maiori, quam similitudinem maior præsupponit, &c. Declaratur illa solutio infra.q.29.ar.2.ad tertium.

Vtrum istæ quattuor scilicet gaudium, & tristitia, spes, & timor sint principales passiones.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd non sint iste quattuor principales passiones gaudium, & tristitia, spes, & timor. Aug. enim in 14. de Ciui. Dei. * non ponit spem, sed cupiditatem loco eius.

¶ 2 Præterea. In passionibus animæ est duplex ordo scilicet intentionis, & consecutionis seu generationis, aut ergo principales passiones accipiuntur secundùm ordinem intentionis, & sic tantùm gaudium, & tristitia quæ sunt finales erunt principales passiones; aut secundùm ordinem consecutionis seu generationis, & sic erit amor principalis passio; nullo ergo modo debent dici quattuor passiones.

¶ 3 Præterea. Sicut audacia causatur ex spe, ita timor ex desperatione, aut ergo spes, & desperatio debent poni principales passiones tanquam causæ, aut spes, & audacia tanquam sibijpsis affines.

¶ Sed contra est illud quod Boetius in li. de consolatione. * enumerans quattuor principales passiones dicit. Gaudia pelle, pelle timorem spemque fugato, nec dolor adsit.

¶ Hæc est secūda pars principalis huius quæstionis, in qua D.S. inquirit de primitate principalitatis sicut in præcedentibus determinat de prioritate durationis.

¶ Respondeo dicendum, quòd hæ quattuor passiones communiter principales esse dicuntur, quarum duæ scilicet gaudium, & tristitia principales dicuntur, quia sunt completiuę, & finales simpliciter respectu omnū passionum, vnde ad omnes passiones consequuntur, vt dicitur in 2. Ethicorum. * —

¶ D.S. duo facit, primò deducit conclusionem responsiuam secundùm propriam mentem, secundò secundum alios, ibi. Et ideo solet. Ista est ergo conclusio cum explicatione. Hæ quattuor passiones positæ in titulo quæsiti, communiter principales esse dicuntur, duæ simpliciter, scilicet gaudium, & tristitia; duæ verò scilicet timor, & spes in genere motus appetitiui, idest animæ passionem quo sunt respectu non præsentis.

¶ Nota tamen, quòd sub passionibus quę dicunt motum appetitiuum in aliquid, comprehenduntur etiam amor, & odium, quia & si abstrahunt à præsenti, & absenti vt patebit, tamen in eis incipit motus appetitiuus in absens, & ergo comprehenduntur sub eis sicut principium, sic quòd spes principalior est amore nō quidem quo ad originem, sed ad sensum dicendum, scilicet terminationem. Probat ergo D.S. conclusionem, primò quo ad primam partem, secundò quo ad secūdam, ibi. Timor autem spes, &c. Quo ad primam arguitur sic. Principalitas passionum attēditur in hoc, quod est finaliter terminare motum appetitus, sed dictæ, scilicet gaudium, & tristitia terminant, & sunt finales respectu omnium; spes autem, & timor sunt completiuę inter importantes motum appetitiuum ad aliquid, igitur conclusio vera quo ad primam partem. Maior patet extra litterā, quia motus persicitur in termino; igitur terminantes sunt completiuæ, passiones autem sunt motus, igitur, &c.

igitur, &c. Minor patuit art.1. Et probatur hic auctoritate Phil. 2.ethicor. &c. Consequenter cum dicit.

¶ Timor autem & spes sunt principales, non quidem quasi completiuè simpliciter, sed quia sunt completiuè in genere motus appetitiui ad aliquid. Nam respectu boni incipit motus in amore, & procedit in desiderium, & terminatur in spe; respectu verò mali incipit in odio, & procedit ad fugam, & terminatur in timore. —

¶ Ponit, & probat secundam partem conclusionis. Maior sicut supra. Principalitas passionum, &c. Sed spes, & timor sunt completiuè inter importantes motum appetitiuum ad aliquid, igitur, &c. Illa minor declaratur clarè in litera, & dicit, incipit motus in amore; quia amor propriè non est motus in aliquid (.s. distans) sed proportio in aliquid, vt cōueniens est; sed ab illa connaturalitate, & proportione incipit motus. s. desiderium, & terminatur in spem.

¶ Nota etiam, ꝙ conclusio dicit, ꝙ communiter dicuntur, &c. Ex quo patet, ꝙ D.S. saluat commune dictum, & quo ad hoc, qđ est terminare, & sic spes præfertur amori, tamen alia consideratione, vt patuit ar.2. amor est princ. palissima passionum. s. quo ad originem in via executionis.

¶ Et ideo solet harum quatuor passionum numerus accipi secundùm differentiam præsentis, & futuri; motus enim respicit futurum, sed quies est in aliquo præsenti. De bono igitur præsenti est gaudiū, de malo præsenti est tristitia, de bono futuro est spes, de malo futuro est timor; omnes autem aliæ passiones, quæ sunt de bono, vel de malo præsenti, vel futuro, ad has completiuè reducuntur. —

¶ Hic consequenter ex dictis infert corollariè conuenientiam distinctionis, & muneri harum passionum ſm alios, & primò ſm rationem differentiæ præsentis, & futuri; secundò ſm rationem generalitatis, ibi. Vnde etiam à quibusdam, &c. Primum patet sic, quia dictum est, ꝙ duæ sunt principales, quia simpliciter terminant; aliæ quia sunt completiuè, & propinquius accedunt ad terminum. Consistunt tamen in motu appetitus ad distans, & habendum; ideo alij distinxerunt ſm differentiam præsentis, & futuri, boni, vel mali; quia duæ simpliciter finales, sunt respectu boni, vel mali præsentis. s. gaudium, & tristitia. Aliæ duæ sunt respectu boni, vel mali futuri. s. spes, & timor; quia duæ habent se, vt quies, quæ est præsentis; aliæ vt motus, qui est futuri. Et notat D.S. ꝙ hæ sic distinctæ sunt principales; quia omnes aliæ ad has completiuè reducuntur. i. reducuntur ad has, sicut ad completiores, & finaliores, vel simpſr, vel in genere motus, &c. Deinde cum dicit.

¶ Vnde etiam à quibusdam dicuntur principales hæ prædictæ quatuor passiones, quia sunt generales, quod quidem verum est, si spes, & timor designant motum appetitus communiter tendentem in aliquid appetendum, vel fugiendum. —

¶ Ponit aliam rationem principalitatis assignatam ab alijs. s. rationem generalitatis. Et hanc rationem notat sanè intelligendam, & ponit sanū sensum; quia si spes, & timor caperentur propriè, dictum eorum non haberet firmitatem, quia non essent generales; sed ex opposito alijs condiuiſę, vt patuit sup.q.24. Quare si debet esse verū dictū hoc, oportet spem accipere pro omni motu prosecutiuo boni, & timorem pro omni fuga mali.

¶ Et nota, ꝙ D.S. solùm limitat dictum illorum de spe & timore quo ad generalitatem, & non de gaudio, & tristitia; quia verum est, ꝙ gaudium, & tristitia sunt generales per terminationem, & in genere causæ finalis; sed illæ duæ non sunt sic generales per communem terminationem, sed per prædicationem si generaliter accipiantur, vt patet in D.S. in litera. Quod autem gaudium, & tristitia se habeant per modum causæ aliarum passionum concupiscibilis, & per consequens irascibilis patet, quia bonum concupiscibile ideo efficitur amatum, & desideratū, quia apprehenditur, vt delectabile; malum verò odiosum, & fugiendum, inquantum apprehenditur, vt tristabile; vnde gaudium, & tristitia sunt priores secundùm ordinem appetendi, quamuis in ordine exequendi, vel consequendi sint posteriores; quare patet, ꝙ hæ passiones sunt primæ, & causæ aliarum in intentione, vt iam dictum est ex D.S. in de Veri. Mate. 26. art. 2. Sunt etiam completiuæ, & finales, vt hic dicitur in litera; & eoipso, ꝙ sunt finales in executione sunt primæ in intentione. Sic ergo principalissimæ passiones sunt gaudiū, & tristitia. Timor autem & spes sunt principales in suo genere, quia non præsupponunt aliquas passiones in potentia in qua sunt. s. irascibili; aliæ verò passiones concupiscibilis, vt amor, & desiderium, & odium, & fuga nō sunt primæ, nec simpliciter, nec in suo genere, cum præsupponant alias (.s. in ordine appetendi) in eadem potentia existentes, & sic non possunt dici principales, neq; simpliciter, neq; in suo genere. Passiones autem irascibilis. s. audacia, & desperatio nō possunt esse primæ principales, quia vna per accidens recedit à bono, alia per accidens accedit ad malum; quod autem est per accidens non potest esse primum, vt patebit infra, q.45. art.2. ad tertium.

¶ Nota circa hoc cautè ne decipiaris æstimando contrarietatem in D.S. hic, & in de Veritate, vbi statim in principio corporis, quia hic arguit principalitatem ex finalitate, illic ex origine, & prioritate; nam cum prioritate de qua illic loquitur. s. intentionis stat finalitas, & completio executiua, vnde non est contrarietas aliqua. Veruntamen D.S. in de Veri. habet alium modum loquendi, quàm hic; tamen in substantia coincidunt hic, & ibi dicta, vide hic ad secundum. Confirmatur conclusio per argumentum in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ Aug. ponit desiderium, vel cupiditatem loco spei, inquātum ad idem pertinere videntur. i. ad bonum futurum. — August.

¶ Augustibi accipit cupiditatem pro spe ratione conuenientiæ in obiecto aliqualiter, quia. s. vtriusque obiectum est bonum futurum, licet vnius absolutè alterius cum arduitate.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ passiones istæ dicuntur principales secundùm ordinem intentionis, & complementi; & quamuis timor, & spes nō sint vltimæ passiones simpliciter, tamen sunt vltimæ in genere passionum tendentium in aliud quasi in futurum, nec potest esse instantia, nisi de ira, quæ tamen non pōt poni principalis passio, quia est quidam effectus audaciæ, quæ nō potest esse passio principalis, vt infra dicetur.* — *q.45.ar.2. ad 3.in fi.

¶ Ad illam. Aut ergo, &c. Dicitur, ꝙ accipiuntur secundùm ordinem intentionis. Vltra, & sic tantùm gaudium, & tristitia, quæ sunt finales erunt principales, verum, simpliciter (ideſt omnino & totaliter, & respectu omnium) tamen secundùm quid. i. inter eas, quę pertinent ad futurum, illę propinquius se habent ad obiectum, vt patet in corpo. Et secundùm D.S. in de Veri. sunt principales in suo genere; licet & ipse terminentur ad gaudium, vel tristitiam. Secundum non datur. s. ꝙ sint principales, quia priores in executione, nec oportet ad hæc respondere; sed potest esse instantia de ira, quia illa videtur esse finalis inter passiones irascibilis, cum pertineat ad malum iniacens, vel præsens. Sed hoc nihil obstat, quia ira consequitur audaciam, quæ non potest esse passio principalis, cum dicat accessum ad malum, qui est per accidens. Vnde sicut id, quod est per accidens non potest esse principale, ita nec consequens id, quod est per accidens, & de hoc infra, q.45. art.2. ad tertium.

¶ Nota etiam de his D.S. in de Veri. vbi statim ad secundum, & tertium; quia sicut audacia oritur ex malo per accidens, cum sit respectu mali per viam aggrediendi, & posterior spe (nam spes victoriæ, vel saltem euasionis, audaciam causat.) Ita etiam ira oritur ex malo per accidens, inquantum. s. iratus vindictam mali sibi illati æstimat bonum, & in eam tendit, vnde spes vindictæ consequendæ est causa iræ, &c. vnde ira non potest esse principalis passio; supponit enim non solùm tristitiam, quæ est in concupiscibili; sed etiam spem, quæ est in irascibili, & cum hoc oritur per accidens (.i. ratione alicuius adiunctæ,) si quis enim non speret de læso posse consequi vindictam, non irascitur, sed tristatur solùm, vel timet; sicut si rusticus lædatur à rege, &c.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ desperatio importat recessum à bono, quod est quasi per accidens, & audacia importat accessum ad malum, quod etiam est per accidens; ideo hæ passiones non possunt esse principales, quia quod est per accidens non potest dici principale, & sic etiam, nec ira potest dici passio principalis, quæ consequitur audaciam. —

¶ Negatur consequentia, nec illa causalitas desperationis super timore arguit eius principalitatē, nec eius affinitas ad spem, quia desperatio sicut & audacia important motus, quibus appetitus per accidens, & ratione alterius recedit, vel accedit à bono, vel ad malum. Per accidens autem non potest poni primum, cum semper reducatur ad per se, vt patet. Oportet enim, quòd passio quæ sit principalis oriatur per se à bono, vel malo, quales non sunt desperatio, & audacia; desperat enim quis de bono, non ratione sui, sed (vt patuit sup.q.25.art.2.) ratione arduitatis, quam timet; & similiter audax aggreditur malum, inquantum ęstimat victoriam, vel repulsionem mali esse quoddam bonum, quare audacia est mali ratione boni, quod mouet ad accedendum, quamuis malum sit terminus talis appetitui accessus; sed de hoc infra.

¶ Nota tamen, ꝙ secunda pars assumpti, si examinaretur esset falsa, vt patuit art. preced. quia desperatio non habet causalitatem super timorem, immo econtra, vt patuit, sed esto ita esset, nihilominus consequentia non sequeretur.

Quæstio vigesimasexta.

De passionibus animæ in speciali; & primò de passionibus concupiscibilis, videlicet, amore, & odio.

R

COnsequenter considerandum est de passionibus animæ in speciali. Et primò de passionibus concupiscibilis; secundò de passionibus irascibilis. Prima consideratio erit tripartita. Nam primò considerabimus de amore, & odio; secundò de concupiscentia, & fuga; tertiò de delectatione, & tristitia.

¶Circa amorem considerandæ sunt tria. Primò de ipso amore. Secundò de causa amoris. Tertiò de effectibus eius.

¶Circa primum quæruntur quatuor. Primò, vtrum amor sit in concupiscibili. Secundò, vtrum amor sit passio. Tertiò, vtrũ amor sit idem quod dilectio. Quartò, vtrum amor cõuenienter diuidatur in amorem amicitiæ, & in amorem concupiscentiæ.

¶Ordo patet ad præcedentes quæstiones, quia cõsideratio vniuersalis prior est. Patet etiam ex dictis ordo ad sequentes, quia passiones concupiscibilis priores sunt, aliquæ in executione, aliquæ in intentione, sunt enim principium, & finis. Primò ergo agitur de passionibus concupiscibilis. Secundò de passionibus irascibilis, q.40. Circa primum tria aguntur. Primò de prima coniugatione passionum concupiscibilis. s. amore, & odio. Secundò de secunda. s. de concupiscentia, & fuga. Tertiò de tertia. s. de delectatione, & tristitia. Secunda pars in 30.q. Tertia in 31.q. Circa primum primò agitur de amore; secundò de odio, in q.29. Circa primum tria tractantur, primum de amore in se; secundum de causa amoris; & tertium de effectibus eius; secundum in q.27. tertium in q.28. Circa primum primò quæritur quid sit amor; secundò diuiditur amor, in ar.4. præsentis quæst. Primò facit, quod dictum est; secundò determinatur quoddam dubium, in ar.3. Circa primum primò ostendit, ꝙ amor sit in concupiscibili; secundò ex hoc concludit, ꝙ sit passio, ar.2. Et his patet quid sit amor, &c.

Vtrum amor sit in concupiscibili.

Inf.ar.2.ad 2. Et 3.dist. 26.q.1.ar.2. con. fi. Et dist. 27.q.1.ar.2. Et Mal.q.5. art. 3. ad 6. Et 3 d ani. lec.4.col.3. fin.

AD primum sic proceditur. Videtur, ꝙ amor non sit in concupiscibili. Dicitur enim Sap.8. Hanc. s. sapientiam amaui, & exquisiui à iuuentute mea; sed concupiscibilis cum sit pars appetitus sensitiui non potest tendere in sapientiam, quæ non comprehenditur sensu; ergo amor non est in concupiscibili.

*Aug.c.17.

¶ 2 Præterea, amor videtur esse idem cuilibet passioni. Dicit enim Aug. in 14.de ciui.Dei.* Amor inhiãs habere qd amatur, cupiditas est; id autem habens eoque fruens lætitia; & fugiens, quod ei aduersatur timor est; idq; si acciderit sentiens tristitia est; sed non omnis passio est in concupiscibili; sed timor etiam hic enumeratus est in irascibili; ergo nõ est simpliciter dicendum, quòd amor sit in concupiscibili.

Dionysius.

¶ 3 Præterea, Diony. in 3.c.de Diui.no. ponit quendam amorem naturalem; sed amor naturalis magis videtur pertinere ad vires naturales, quæ sunt animæ vegetabilis; ergo amor nõ simpliciter est in concupiscibili.

*Arist.c.3.

¶Sed contra est, quod Philosoph. dicit in 2.Topic.* ꝙ amor est in concupiscibili.

¶Hic primò D.S. determinat de subiecto amoris, & de potentia, quæ est subiectum immediatum.

¶Respondeo dicendum, ꝙ amor est aliquid ad appetitum pertinens cum vtriusq; obiectum sit bonum; vnde ſm differentiam appetitus est differentia amoris; est enim quidam appetitus non consequens apprehensionem ipsius appetentis, sed alterius, & huiusmodi dicitur appetitus naturalis; res enim naturales appetunt, qd eis conuenit ſm suam naturã, non per apprehensionem propriam, sed per apprehensionem instituentis naturã,

*q.103.ar.1.

vt in primo lib. dictum est.* Alius autem est appetitus consequens apprehensionem ipsius appetentis, sed ex necessitate non est ex iudicio libero, & talis est appetitus sensitiuus in brutis, qui tamen in hominibus aliquid libertatis participat inquantum obedit rationi. Alius autem est appetitus consequens apprehensionem appetentis ſm liberum iudicium, & talis est appetitus rationalis, siue intellectiuus, qui dicitur voluntas.

Qu.

¶Quia enim ad nullum multiplex respondendum est sine distinctione, ideo D.S. primò de amore distinguit, & distinctionis membra explicat. Secundò principaliter applicat ad respondendum quæsito, ibi. In vnoquoq; autem, &c. Quo igitur ad primum D.S. innuit vnam conclusionem præambularem distinctiuam, videlicet istam. Triplex est amor, vnus appetitus naturalis, alius consequens apprehensionem; & ille duplex, vnus ex necessitate sequens, alius liberè. Probatur conclusio sic. Secundum differentiam appetitus est differentia amoris; sed est triplex appetitus. s. naturalis sensitiuus, & intellectiuus, vel rationalis; ergo conclusio vera. Maior patet, quia amor est aliquid ad appetitum pertinens; quia & appetitus, & amor respiciunt bonum. ¶Et nota hic regulam, ꝙ semper actus, vel habens modum actus respiciens obiectũ alicuius potentiæ pertinet ad ipsam potentiam, sic cognoscere verum intelligibile pertinet ad intellectum, sic cognoscere visibile ad visum, &c. Minorem deducit Doc.Sanc.ibi. Est enim quidam appetitus, &c.

¶Vbi nota primò, quòd ex his dictis pro minore, & statim dicendis pro alia conclusione, & similiter ex solutione tertij possimus habere multiplicem differentiam inter istos amores, scilicet naturalem, & animalem, qui animalis per sensitiuum, & rationalem diuiditur. Prima igitur differentia in solutione tertij, quia amor naturalis conuenit omnibus rebus; amor verò animalis, vel rationalis est specialium rerum, scilicet cognoscentium, vel sensibilium tantùm, vel cum hoc intelligibilium; & quamuis naturalis appetitus eis conueniat, non tamen, vt cognoscentes sunt, sed tamen naturalis multis conuenit, quibus non conuenit animalis, licet non econuerso. Secunda differentia habetur circa iam dictã minorem; quia naturalis sequitur formam rei naturalem, quæ est principium essendi, vt sic; sed animalis sequitur formam, vel animam, inquantum apprehensiua est. Et ex hac differentia sequitur tertia, ꝙ appetitus naturalis, vel amor potest egredi in actum absque actuali apprehensione per solam naturam. Animalis verò non exit in actum, nisi præuia actuali apprehensione. Differentia quarta habetur ex statim dicendis in corpore, quia appetitus naturalis, vel amor. s. purè naturalis in rebus non cognoscentibus non est actus elicitus; quia ibi dicitur, quòd grauitas ipsa sit amor naturalis, quam constat non esse actum elicitum, sed formam, per modum actus primi, non secundi. Amor verò, vel appetitus animalis, vel rationalis est actus elicitus, quia est quoddam opus potentiæ animæ, vt patuit in prima differentia, ꝙ vtique est actus elicitus, & secundus. Quinta differentia similiter habetur circa illam minorem, quia appetitus naturalis, & amor est ad vnum, & necessarius; animalis verò præsertim in homine est liber, & hoc si loquamur de sensitiuo in homine, tunc est liber participatiuè. Rationalis verò liber per essentiã, & in alijs animalibus, quamuis necessariò sequatur apprehensionem, tamen non est ad vnum numero, sicut purè naturalis, sicut hoc graue solũ petit illum locum. s. deorsum, &c. Sexta differentia habetur etiam ex dictis pro minore, quia naturalis amor est ab extrinseco. s. ab autore naturæ. Animalis verò est ab ipso animali, vel rationali, quia oportet, ꝙ appetens animaliter cognoscat, & vt D.S. dicit, appetitus talis procedit à cognitiua coniuncta in eodem supposito, &c. Vltima differentia habetur partim hic ex D.S. ad tertium, & prima parte, q.80.ar.1.ad tertium, quia appetitus naturalis est potentiæ, respectu rei conuenientis sibi; animalis verò est rei conuenientis toti composito, sic visus appetit naturaliter visibile ad actum suum, sed appetitus animalis appetit visibile ad bonum animalis. Vnde oportet notare, ꝙ in rebus cognoscẽtibus inuenitur duplex amor. s. naturalis, & animalis; quia & naturæ sunt, & cognoscunt. Quare duplex appetitus inuenitur, naturali appetitu vt dictum est quælibet potentia, & pars appetit bonum suum; sed appetitu animali appetitur bonum toti, Vide D.S. prima parte, vbi iam. Sed & hoc aduerte circa istã, ꝙ appetitus voluntatis rationalis, quæ naturaliter appetit beatitudinem, & bonum in commune est actus elicitus, quia sequitur cognitionem, & est proprius voluntati, vt sic; sed appetitus naturalis tantùm non sequens cognitionem, ille nõ est actus elicitus, & hoc intelligendum est, quod dictum est in vna differentiarum, ꝙ. s. amor naturalis non est actus elicitus. s. non sequens cognitionem. Secus de appetitu naturali voluntatis sequente cognitionem, & de hoc supra dictum est, cum quærebatur, an voluntas velit aliquid naturaliter, &c. Nos enim contra Scotum in 4.distin.49. ponimus in voluntate aliquem appetitum naturalem. s. quo ad specificationem, & dicimus actum elicitum ipse verò appetitum naturatem vocat solùm inclinationem potentiæ ad suum obiectum.

Scotus.

¶Nota

¶Nota præterea, ꝙ D.S. dicit, ꝙ appetitus consequens apprehensionem appetentis ex necessitate est sensitiuus in brutis, sed in hominibus participat aliquid libertatis. Ex hoc habetur, vt infra magis dicetur, ꝙ in appetitu sensitiuo potest esse peccatum, & ꝙ sibi in homine non inconuenienter attribuitur electio, vt stat sub motione, & imperio rationis, & voluntatis; nam vt sic habet se ad opposita, & aliquam libertatem, Vide inf.q.74.ar.4.ad 2. Vide de ista materia D.S. in 3.dist.27.q.1.art.2.

¶In vnoquoque autem horum appetituum amor dicitur illud, quod est principium motus tendentis in finem amatum; in appetitu autem naturali principium huiusmodi motus est connaturalitas d appetentis ad id in quod tendit, quæ dici potest amor naturalis, sicut ipsa connaturalitas corporis grauis ad locum medium est per grauitatem, & potest dicit amor naturalis, & similiter coaptatio appetitus sensitiui, vel voluntatis ad aliquod bonum. i. ipsa complacentia boni, dicitur amor sensitiuus, vel intellectiuus, seu rationalis. Amor igitur sensitiuus est in d appetitu sensitiuo, sicut amor intellectiuus in intellectiuo appetitu.

Dub.102.

Dub.979.

Conclusio responsiua.

¶Hic consequenter D. S. applicat prædicta ad conclusionem responsiuam, cui præmittit expositionem quid sit vnusquisque horum amorum prædictorum. s. quid naturalis, quid sensitiuus, quid intellectiuus, & ex illa declaratione habetur probatio conclusionis responsiuæ, quę est talis. Amor sensitiuus est in appetitu sensitiuo, & concupiscibili. Hanc conclusionem ponit, & probat primò quo ad primam partem, secundò quo ad secũdam, ibi. Et pertinet ad &c. Et arguitur sic pro prima parte. In vnoquoque horum trium appetituum, amor dicitur illud, quod est principiũ motus tendentis in finem amatum; sed in appetitu naturali principium huiusmodi motus est connaturalitas appetentis ad id in quod tendit; & coaptatio appetitus sensitiui, vel volũtatis est principium tendendi appetitui sensitiuo, vel voluntati in finem amatum; igitur sequitur, quòd connaturalitas in naturalibus dicta, est amor naturalis, & coaptatio appetitus sensitiui, vel voluntatis est amor sensitiuus, vel voluntatis (subsumitur extra literam.) Sed clarum est, quòd coaptatio appetitus sensitiui est in appetitu sensitiuo, igitur sequitur conclusio, quòd amor sensitiuus, &c. Sicut amor intellectiuus in appetitu intellectiuo. Maior relinquitur nota ex ratione amoris. Minor pro prima parte declaratur de grauitate, quæ est connaturalitas grauis, & principium quo tenditur ad locum medium, qui est connaturalis grauj, quia graue naturaliter quieſcit in medio, scilicet, mundi circa centrum. Deinde ibi.

¶Et pertinet ad concupiscibilem, quia dicitur per respectum ad bonum absolutè, non per respectum ad arduum, quod est obiectum irascibilis.

¶Subiungit, & probat secundam partem conclusionis sic. Omnis illa passio est concupiscibilis cuius obiectum est bonum absolutè, sed amor sensitiuus est huiusmodi; igitur, &c. Præmissæ patent ex dictis.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat secundam partem conclusionis.

¶Circa hoc argumentum nota, ꝙ Philosoph. loquitur de amore sensitiuo, talis enim est in concupiscibili sensitiua; si autem extenderetur amor ad amorem voluntatis, tunc talis est in voluntate, vt conuenit cum concupiscibili in actu, & est supereminenter concupiscibilis.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ auctoritas illa loquitur de amore intellectiuo, vel rationali.

¶Ad maiorem dico, ꝙ auctoritas intelligitur de amore intellectiui appetitus, sicut enim sapientia exquiritur per intellectum, non per sensum, sic & amatur per appetitum intellectiuum; nam appetitiua, & apprehensiua correspondent. Minor conceditur, quia non potest appetitus sensitiuus tendere in spirituale, sicut in obiectum, quamuis ex tendentia voluntatis in spirituale appetitus sensitiuus immutari posset, vt postea dicetur, &c. ergo, &c. Verum amor intellectiuus non est in concupiscibili, scilicet, sensitiuus, &c.

*

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ amor dicitur esse timor, gaudium, cupiditas, & tristitia, non quidem essentialiter, sed causaliter.

¶Negatur assumptum, & ad probationem dicitur, ꝙ omnia intelliguntur causaliter, quia. s. omnes aliæ passiones præsupponunt amorem; qualis autem causalitas sit amoris super passiones aliàs. Videtur dicendum sicut dicitur de subiecto, & propria passione, sicut videlicet effectus prior, & alteri præsuppositus est causa alterius. Quemadmodum etiam vna potentia animæ est causa alterius, & reducitur ad genus causæ efficientis, & suo modo materialis dispositiuè; nam agens non posset producere secundum,

Quæ causalitas amoris sup passiones alias

nisi primo prius producto, & ergo est causalitatis effectiua impropria, eo modo quo effectus primarius potest dici causa effectus secundarij, &c. de hoc habet Capreo. aliquid in 2.dist.3.q.3. ad 8. contra tertiam conclusionem, &c. Potest etiam dici, ꝙ amor sit causa aliarum passionum, sicut cognitio principiorum est causa cognitionis conclusionis, quia sicut intellectus ex cognitione principij inducit se in cognitionem conclusionis, & volũtas stans sub volitione finis inducit se in volitionem medij, ita ex hoc, qđ appetitus afficitur amore, inducit se in alias passiones, ita ꝙ amor sit quasi ratio agendi, & producendi alias passiones. Quare potest dici causa efficiens aliarum passionum, non sicut causa totalis, vel principalis, sed sicut quoddam necessariò, & naturaliter præsuppositum in agente, &c.

Capreolus.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ amor naturalis nõ solùm est in viribus animæ vegetatiuę, sed in omnibus potentijs animæ, & etiam in omnibus partibus corporis, & vniuersaliter in omnibus rebus; quia vt Diony. dicit in 4.c.de Diui.no. Omnibus est pulchrum, & bonum amabile, cum vnaqueq; res habeat connaturalitatem ad id, quod est sibi conueniens secundùm suam naturam.

Dionysius.

¶Placet maior, sed minor neganda est pro quãto videtur velle, ꝙ amor naturalis pertineat tantùm ad vires animæ naturalis, s. vegetatiuas, immo pertinet ad omne ens; quia omne ens habet connaturalitatem, & proportionem ad sibi conuenientia, quę connaturalitas est amor naturalis. Vltra, ergo amor non simpliciter (i. omnis, & vniuersaliter) est in concupiscibili, conceditur, nec oppositum dictum est, sed amor sensitiuus. Pro maiori huius solutionis intellectu, vide etiam inf.q.30 ar.1.ad 3. & pri.par.q.78.art. 1.ad 3. vbi videbis differentiam appetitus naturalis potentiæ, quo appetit obiectum suum tantùm quo ad actum, & appetitus animalis quo appetitur res apprehensa, non solùm ad apprehensionem, & actum potentiæ circa ipsam, sed ad alias commoditates appetentis, &c. vt dictum est in corpore.

Vtrum amor sit passio.

S

Inf.ar.3.ad 3.& 4.q.28. ar.6.ad 1. Dionysius.

AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ amor nõ sit passio. Nulla enim virtus passio est, sed omnis amor est virtus quędam, vt dicit Diony. 4.c.de Diui.no. ergo amor non est passio.

¶ 2 Præterea, amor est vnio quædam, vel nexus, secundùm Aug. in lib.de Tri.* sed vnio, vel nexus non est passio, sed magis relatio; ergo amor non est passio.

* Aug. li.8. c.103.

¶ 3 Præterea, Damasce. dicit in lib.2.* ꝙ passio est motus quidam; amor autem non importat motum appetitus, qui est desiderium, sed principium huiusmodi motus; ergo amor non est passio.

* Damasc. cap.22.

¶Sed contra est, quod Philosoph. dicit in 8.Ethic.* ꝙ amor est passio.

* Arist.c.5.

¶Hic D.S. quærit de alio, quod facile ex primo articu. determinatur, an videlicet amor sit passio.

¶Respondeo dicendũ, ꝙ passio est effectus agentis in patiente; agens aũt naturale duplicem effectum inducit in patiẽs. Nam primò quidẽ dat formã, secundò dat motũ consequentẽ formã, sicut generans dat corpori grauitatẽ, & motũ cõsequentẽ ipsam; & ipsa grauitas, quæ est principiũ motus ad locũ connaturalẽ pp grauitatẽ põt quodammodo dici amor naturalis; sic & ipsum appetibile dat appetitui, primò quidem quandã coaptationẽ ad ipsum, q̃ est quędã cõplacentia appetibilis ex qua sequitur motus ad appetibile; nã appetitiuus motus circulo agitur, vt dicitur in 3.de ani.* appetibile enim mouet appetitũ faciens se quodammodo in eius intentione, & appetitus tendit in appetibile realiter consequendum, vt sit ibi finis motus, vbi fuit principium.

* Aristot. tex.55.

¶Conclusionem responsiuam ponit in fine talem. Amor est passio propriè quidem ſm ꝙ est in concupiscibili; consequenter aũt extẽso nomine ſm ꝙ est in voluntate. Probatur, passio est effectus agentis in patiente; sed amor est huiusmodi. s. tã sensitiuus, quam voluntatis est effectus agentis. s. appetibilis; in patiente. s. appetitu, (& supple ex dictis) & appetitus sensitiuus habet annexam transmutationem corporalem, non autem voluntas; sed est ibi sola immutatio voluntatis; ergo conclusio vera pro duabus partibus. Huius rationis D.S. primò ponit maiorem cum declaratione minoris. Secundò ipsam minorem replicat dupliciter. Primò ipsam solam, ibi. Primò ergo, &c. Secundò cum ipsa conclusione, ibi. Sic ergo, &c. Maior ergo patet de se, & tacta fuit sup. q.22. Quia etiam passio communiter accepta est effectus agentis.

Conclusio responsiua.

Minorem D.S.declarat consequenter per proportionem ad agẽs naturale. Agens naturale duplicem effectum inducit in patiens. primò dat formam; secundò dat motum cõsequentem formam, Ergo etiam ipsum appetibile dat appetitui, primò quidẽ coaptationem,&c. vt in litera. (Subsumitur.) Sed talis prima immutatio,& coaptatio est amor; igitur amor consistit in immutatione appetitus ab appetibili, sed immutatio ab appetibili est effectus agentis in patiente quare minor prima; & principalis est vera. Prima consequentia tenet à proportione agentis naturalis, & appetibilis. D.S.primò declarat antecedens primum exemplariter, ibi. Sicut generans, &c. Deinde posito consequente etiam ipsum explicat, exponendo quid sit illa coaptatio, quia quædam complacentia appetibilis,ex qua sequitur motus ad appetibile. Et hoc declarat ex tertio de anima.

¶Et nota,ꝙ appetibile mouet appetitum.s.vt apprehensum, faciens se quodammodo in eius intentione.i.intus tentione, quia appetibile mediante apprehensione causat connaturalitatem,& transformationem in appetitu,ratione cuius amatum dicitur esse in amante, & per illam transformationẽ pellitur amans in amatũ obiectiuè,& fit vt desideret ipsum realiter amplecti,& habere.

¶Et nota hic supra dicta,ꝙ amari nõ est trahi ad amãtem, sed trahere amantẽ,& sic appetibile fit intra amantem, vt tamen trahat ad se realiter habendum Et hoc D.S.innuit dicendo, faciens quodammodo in eius intentione, quia.s.amor, & complacentia non est propriè intentio,tamen est quodammodo intentio, quia facit amatum intus teneri, & per illam intentionem amãs trahitur in amatum. Et ergo hoc quod dicitur quodammodo innuit, ꝙ nomen intentionis aliquo modo conueniat amori, quantum ad quid nominis; licet res significata per nomen non ita conueniat,quod tamen intus teneri est trahere amantem, non trahi ad amantem. Subsumpta patet ex dictis, art.1. alia patent ex dictis. Deinde cum dicit.

¶Prima ergo immutatio appetitus ab appetibili vocatur amor,qui nihil aliud est, quàm cõplacentia appetibilis,& ex hac complacentia sequitur motus in appetibile, qui est desiderium; & vltimò quies, quæ est gaudium.

¶Subiungit ipsam minorem primò iam satis probatam, tamen posset adhuc breuiter pro ipsa sic argui, manendo in verbis D.S.hic positis. Amor consistit in quadam immutatione appetitus ab appetibili,& prima immutatione;ergo est effectus agentis in patiente.Tenet consequentia,quia apperibile est agens, appetitus patiens, vt patuit supra. Antecedens declaratur à simili, & proportione agentis naturalis,&c.arguendo sicut prius,agens naturale,&c. Ergo & appetibile,&c. Deinde ibi.

¶Sic ergo cum amor consistat in quadam immutatione appetitus ab appetibili, manifestum est, quòd amor est passio, propriè quidem,secundùm quòd est in concupiscibili; communiter autem & extenso nomine, secundùm ꝙ est in voluntate.

¶Replicat ipsam minorem, subiungens conclusionem ipsam, & patet ex dictis. ¶Sed nota, ꝙ dicit notanter conclusio, amor est passio propriè.i.secundo modo, vel tertio dicto in q.22.art.1. s.motus propriè dictus,& alteratiuus corporis, sed secundùm ꝙ est in voluntate est passio primo modo dicta in prædicto loco.

¶Nota etiam, ꝙ conclusio dicit de amore sensitiuo, & voluntatis,ꝙ sit passio, non autem de amore naturali, quia vt patet in hoc articu. & etiam superius patuit,amor naturalis est actus primus, sicut grauitas; immo quandoq; ipsa potentia secundùm se est appetitus naturalis respectu suæ naturalis perfectionis. Passio autem est actus secundus, & motus, vel immutatio actualis. Ex quo sequitur,quod dictum est articulo præcedenti,ꝙ amor sensitiuus,& intellectiuus est actus elicitus præsertim quo ad formale; amor autem naturalis non est actus elicitus.

¶Nota enim circa secundam partem conclusionis, ꝙ non solùm appetitus, sed etiam voluntas mouetur ab appetibili concepto,quod vt patebit,est aliqualiter causa efficiens actus voluntatis etiam amoris,vnde & sup.q.22.ar.2.ad 2.dictum fuit,ꝙ voluntas est potentia passiua,& mouetur ab appetibili. Quare sequitur, ꝙ & amor voluntatis sit quædam passio,si voluntas cõparetur ad appetibile,per quod producit actum specificatum,licet & ipsa actiuè ad actum concurrat, præsertim quo ad substantiam actus,&c. Et præterea ipsa voluntas etiam amando trahitur modo spirituali ad rem amatam,& res ipsa,vt apprehensa hanc coaptationem in suo ordine in voluntate causauit.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua,& est expositum per articulum, quia amor sensitiuus est passio propriè dicta, voluntatis autem amor largè; prout intelligere,& velle sunt passiones;quia ad minus præsupponunt receptionem in intellectu;& ita etiam ipsum velle est passio causaliter,quia dependet à passione, vt enim inf.dicetur,q.51.art.2.in corpo. Ratio agendi voluntati est in intellectu, vbi non est sine receptione, &c. Vnde posset dici, quòd amor intellectualis est passio,quia dependet à passione, & secundò, quia appetibile reducit appetitum de potentia in actum, quamuis appetitum non informet,sed rationem,&c.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd quia virtus significat principium motus,vel actionis; ideo amor inquantum est principium appetitiui motus à Dionysio Dion. vocatur virtus.

¶Ad maiorẽ, nulla virtus moralis,vel intellectualis, vel etiam theologica est passio. Verum,& virtus habitus non est passio animæ. Tamen si virtus capitur generaliter pro omni principio alicuius motus, tunc passio potest esse virtus.i.vis, inquantum constituit potentiam in complemento ad operationem. Vnde hoc modo capiendo virtutem ponitur virtus in equo, & in lapide, & in vnaquaque re, quæ habet principium, & efficaciam operandi aliquid. De his aliquid tangebatur sup.q.20.art.5. ad primum. & habetur in de Virtu.Ma.1.ar.1.in cor.

¶Et nota ibidem, ꝙ quandoq; virtus potentiæ est ipsamet potentia,sicut est de intellectu agente,& potentijs vegetatiuis, quãdoq; virtus est ipsa potentia secundùm ꝙ actu patitur à suo actiuo,vel ipsa etiam passio,sicut patet in sensitiuis.Quandoque virtus est aliquod superinductum in potentiam permanens per modum habitus,quo quis agit cũ vult,& talis virtus est habitus,&c. Vnde breuiter stando in latitudine acceptionis virtutis maior est falsa. ¶Minor,amor est virtus, prout virtus capitur communiter pro omni complemento ad agendum, & tale potest esse passio animalis, sicut etiam passio spiritualis potentiæ cognoscitiuæ ab obiecto potest dici virtus, vt patet benè consideranti D.S.in loco iam dicto de virtutibus.Vide inf.q.41.ar.1.ad 1.Vide etiam D.S.in 3.dist.27.q.1.ar.1.ad primum.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ vnio pertinet ad amorem inquantum per[d] complacentiam appetitus amans Dist. se habet ad id quod amat, sicut ad seipsum, vel ad aliquid sui;& sic patet, ꝙ amor nõ est ipsa relatio vnionis; sed vnio est consequens amorem,vnde & Diony.dicit*, *Dion. ꝙ amor est virtus vnitiua. Et Phil. dicit in 2.Politic.* ꝙ cap. *Arist. vnio est opus amoris.

¶Ad maiorem patuit,q.25.ar.2.ad secundum. & patebit q.28. ar.1.ad secundum. Amor est essentialiter vnio effectiua,idest,quo quis in affectu alium habet tanquam se,vt in amore amicitiæ,vel tanquam aliquid sui in amore concupiscentiæ. Est autem vnio realis causaliter,&c. Similiter est vnio relatiua fundamentaliter, & vnio relatiõ amorem consequitur. Nam amor est fundamentum relationis,quæ est amicitia, quæ fundatur super amore mutuo, similiter esse vnitum in amore est relatio, quæ super amore fundatur.

¶Minor, vnio est relatio,negatur vniuersaliter, sed quandoq; accipitur, & significat illud quo mediante aliquis alium habet tanquam seipsum. Vnde vnio,sicut & habitudo,& ordo,nõ semper accipiuntur pro relationibus,sed quandoq; pro absolutis;sed vnio formaliter,& pro esse vnito alteri dicitur relatiuè ad terminum cui quid vnitur. Vnde hoc modo est relatio æquiparantiæ, vt habet D.S. in tertio scripto.dist.5.q.1.ar.1.q.1.in corpo. Amor ergo est vnio.i.vniens,& vnitiuum secundùm affectum, vt dictũ est,& causat vnionem realem,& fundat relationem,&c.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ amor, & si non nominet motum appetitus tendentem in appetibile;nominat tamen motum appetitus quo immutatur ab appetibili, vt ei appetibile complaceat.

¶ Maior vera, non ꝙ sit motus semper quo tenditur in obiectum,sed est quandoque motus, & immutatio, quam facit obiectum in appetitu quo constituit se intra appetitum per quandam impressionem deductam ab obiecto.

¶Minor vera,non importat motum quo tendatur in appetibile; importat tamen motum,vel immutationem,& connaturalitatem derelictam in appetitu. Vnde præsupponitur motui tendenti in obiectum tanquam effectus obiecti, vt patuit in corpore.

Vtrum amor sit quædam dilectio.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd amor sit idem, quod dilectio, Diony.in 10.c.de Diui.no. dicit, ꝙ hoc modo se habẽt amor, & dilectio,sicut quatuor, & bis duo rectilinium, & rectas habens lineas; sed ista significant idem; ergo amor, & dilectio significant idem.

¶ 2 Præterea, appetitiui motus secundùm obiecta differunt; sed idem est obiectum dilectionis,& amoris; ergo sunt idem.

¶ 3 Præterea,si dilectio,& amor in aliquo differũt, maximè in hoc differre videntur,ꝙ dilectio sit in bono accipienda, amor autem in malo, vt quidam dixerunt; *Aug.c.7. secundùm ꝙ Aug.narrat in 14.de ciui.Dei*.sed hoc mo * Et eod.c. do non differunt, quia vt ibid.Aug.dicit*. in sacris scripturis vtrunq; accipitur in bono,& in malo;ergo amor, & dilectio non differunt, sicut ipse Aug. ibid. concludit, quòd non est aliud amorem dicere, & aliud dilectionem dicere.

Dionysius. ¶Sed contra est, quod Diony. dicit 4.c.de Diui.no. ꝙ quibusdam sanctorum visum est diuinius esse nomen amoris,quàm nomen dilectionis.

¶Hic D.S.determinat dubium circa dicta, ex cuius determinatione etiam innotescit quidditas amoris,& necessitas. Et est dubium quomodo amor se habeat ad dilectionem.

¶Respondeo dicendum, ꝙ quatuor nomina inueniuntur ad idem quodammodo pertinentia.s.amor,dilectio, charitas, & amicitia.

¶D.S.hoc in corpore plus respondet, quàm quæsitum sit. Et principaliter duo facit. Primò comparat quatuor nomina adinuicem.s.amorem,dilectionem, charitatem, & amicitiam. Secundò comparat tria, secundùm quòd dicunt actus. Ex quo habetur cõclusio responsiua, ibi. Differenter tamen, &c. Quo igitur ad primum D. S. ponit conclusionem comparatiuam quatuor nomiConclu.1. num. Quatuor nomina inueniuntur ad idem quodammodo pertinentia.s.amor,dilectio,charitas,& amicitia, & tamen etiã differunt. Huius conclusionis D.S.ponit, primò primam partem; secundò probat secundam, ibi Differunt tamen,&c. Prima autem pars probatur extra literam, quia D.S.eam relinquit notam,omnia ista important quodammodo amorem, igitur sunt ad idem pertinentia. Consequentia nota. Antecedens statim declarabitur. Et dicit quodammodo,quia non semper idem significant in numero,nec in specie,sed proportione,quia actus,& habitus, & relatio fundata super istis non sunt idem numero, vel specie,sed tantùm proportione;quia habent se sicut causa, & effectus,& vtrobiq; est amor.s.actualis,vel habitualis, vel relatio fundata super ista. Consequenter cum dicit.

¶Differunt tamen in hoc,ꝙ amicitia secundùm Philosoph.in 8.Ethic.*est quasi habitus;amor autem,& di- *Aristo.c.5. lectio significantur per modum actus,vel passionis;charitas autem vtroque modo accipi potest.

¶ Subiungit secundam partem conclusionis prædictæ.s.quòd differunt .Et patet, quia amicitia importat quasi habitum,&c. vt in litera; igitur secunda pars vera.

An amicitia sit habitus. Capreolus ¶Nota circa antecedens, quia D. S. dicit, amicitia importat quasi habitum, quia est specialis difficultas de amicitia quid sit. Et D.S.inuenitur variè de ea loquutus, vt patet apud Capreolũ in tertio, distin.27. conclusione prima, in principio solutionum. Potest enim videri, quòd amicitia non sit propriè habitus,sed dicat actum fundatum super habitus aliarum virtutum cum relatione ad reamantem. Amicitia enim secundùm vnum modum loquendi D.S.fundatur super alias virtutes. Ex hoc enim,quòd aliquis est virtuosus eo ipso diligit quemlibet honestum, & ita non est propriè, sed quasi habitus, idest quoddam consequens habitum virtuosum, & sempet habitualiter inest ratione fundamenti sui. Si autem velimus sequi alium modum dicendi quem multi tenent etiam de alia scola, quòd sit habitus distinctus cõtra alias virtutes, tunc est quasi habitus, quia non est habitus virtuosus, sicut alij, tum quia fundatur super alias virtutes, tum quia requirit aliquid in alio supposito. Vide differentias in Capreolo, vbi iam, &c. Sed videtur quòd Doc. S. hic innuat primum modum intelligendi.

Capreolus ¶Nota tamen,quòd amicitia secundùm aliquos accipitur vno modo pro habitu per tempus, & consuetudinem acquisito, quo quis vult bonum amico amici gratia. Alio modo accipitur pro aggregato ex absoluto, & relatione æquiparantiæ, scilicet relationem ad amicum redamantem. Tertio modo accipitur, prout dicit relationem duplicem,vel aggregatum ex relatione duplici, & qualitate absoluta, quarum vna relatio fundatur super actum intellectus, alia super actum voluntatis, prout aliquis benè vult amico,& scit ipsum benè velle,& econtra. Et ille modus distinguendi fundatur super hoc,ꝙ amicitia sit habitus distinctus,&c.

¶Differenter tamen significatur actus per ista tria. Nam amor communius inter ea est; omnis enim dilectio,vel charitas est amor,sed nõ econuerso. Addit enim dilectio supra amorem electionem præcedentem, vt ipsum nomen sonat, vnde dilectio non est in concupiscibili, sed in voluntate tantùm, & est in sola rationali natura; charitas autem addit supra amorem perfectionem quandam amoris,inquantum id,quod amatur magni precij æstimatur, vt ipsum nomen designat.

¶Hic consequenter comparat tria prædictorum adinuicem.s. amorem, dilectionem, & charitatem, secundùm quòd charitas importat actum. Ex quibus habetur conclusio formaliter ad quæsitum responsiua talis, quæ virtualiter ponitur in litera. Amor differt à dilectione,& charitate, secundùm quòd importat actũ, sicut magis commune ãminus communi. Et per hanc conclusionem habetur,quòd non est idem conuertibiliter amor cum dilectione. Probatur conclusio.Omnis dilectio,vel charitas est amor, sed non econuerso;igitur conclusio vera. Tenet consequentia de se,quia superius prædicatur de inferiore distributiuè,sed nõ econtra, &c. Antecedens declaratur in litera quo ad secundam partem,scilicet, quòd non econuerso,&c. quia dilectio addit,&c. vt in litera. Charitas etiam addit supra amorem, &c. sed id quod addit ad alterum aliquod determinatiuum contrahens, non prædicatur vniuersaliter de eo,quod contrahit;ergo antecedens probatum est quo ad secundã partem, prima enim relinquitur nota.

¶Nota circa hoc,quòd dupliciter aliquid alteri addit.Vno modo ita quòd additum non sit minus commune,quàm id cui additur,sicut transcendentia addunt super ens aliquod conuertibile cum ente. Secundò addit aliquod minus commune, quàm sit id cui additur, sicut species addit generi. Ex primo modo additionis non accipitur inconuertibilitas, sed ex secundo. Et sic est in proposito,quia dilectio addit electionem præcedentem in eodem supposito; charitas autem addit quandam perfectionem amoris. Vnde videtur, quòd charitas possit dici etiam motus concupiscibilis,& sensitiuus quando amatum intensè diligitur, & cum apprehensione.

¶Nota autem,quòd dicta D.S.hic,quando dicit, vnde dilectio non est in concupiscibili, sed in voluntate tantùm; quia videtur contrauenire dictis articu.pri. quando dictum fuit, quòd habitus in appetitu sensitiuo existens posset dici electiuus, & similiter,ꝙ actus appetitus sensitiui possit dici electio; sed non est contradictio,quia Doc.Sanc.hic loquitur formaliter, & per se, & sic electio,& dilectio sunt voluntatis tantùm; sed tamen concupiscibilis in homine,vt est mota à ratione,& voluntate videtur posse esse electio. Et hoc videtur Doc. Sanc. innuisse cum subiungit, & in sola rationali natura; quia appetitus concupiscibilis non eligit,nec diligit, nisi in rationali natura, & hoc non secundùm se, sed vt motus est à ratione,& voluntate,vt patebit etiam infra. Supra autem q.13.art.2. solùm probatum est, ꝙ electio non conueniat appetitui sensitiuo in brutis.

¶Nota ex his,quòd amor potest primò accipi in communi,& generaliter,& sic se habet ad dilectionem, & charitatem, vt genus. Et sic intelligitur conclusio, quòd distinguantur sicut magis commune,& minus commune, scilicet secundùm rationem; sunt tamen idem secundùm rem inconuertibiliter. Alio modo accipitur contractè pro amore sensitiuo tantùm, & sic distinguitur secundùm rem à dilectione voluntatis, sicut actus, vel motus alterius potentiæ;similiter distinguitur à charitate, prout est voluntatis, sed non, prout potest esse sensualitatis; sed se habet vt magis commune ad charitatem, prout est sensibilis appetitus. Si autem tertiò accipiatur pro amore voluntatis, tunc idem est conuertibiliter cum dilectione; distinguitur autem à charitate realiter, si charitas dicatur motus sensualitatis; videtur enim, quòd homo per sensualitatem habeat rem charam. Nam, & circa honores, & diuitias ponuntur virtutes in appetitu concupiscibili, vt patebit infra, quæstio.60. articu. quinto. quæ vtique chara habentur, quamuis ex vsu communiter nomine charitatis vtamur pro habitu,vel actu voluntatis,&c. Vide D.S.in 3.dist. 27.q.2.art.1.in corpore.

ARGVMENTVM in contrarium soluetur quarto loco.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Dionysius loDionysius. quitur de amore,& dilectione, secundùm quòd sunt in appetitu intellectiuo; sic enim amor idem est quod dilectio.

¶Maior est potissimè vera de amore intellectiui appetitus. Talis enim identificatur cum dilectione conuertibiliter secundùm supposita, licet ratio nominis non sit eadem, vt patebit ad quartum; sed amor in communi distinguitur ratione à dilectione, sicut superius ab inferiori. Vnde Doc Sanc. in solutione intelligendus est, quòd amor intellectiuus est idem cum dilectione secundùm rem significatam, & conuertibiliter. Et ratio est, quia actus voluntatis non est sine ratione, quæ est eius propria directiua; & ideo amor voluntatis semper est cum ratione, & per consequens cum deliberatione, & sic dilectio; non enim videtur quòd dilectio, & electio capiantur strictè, vt sit tantùm mediorum; sed vt electio est acceptio voluntatis cum ratione, tunc enim omnis amor intellectiuus est dilectio. Si enim dilectio esset cum electione, quæ est mediorum, tunc

amor esset in plus, quia & finis amatur, sed non eligitur propriè, quare electio capitur largè, cũ præsupponitur dilectioni, vt idem sit quod apprehensio, & iudicium liberum rationis, &c. Vnde dilectio est amor, qui est in potestate amantis, & procedens ex libero iudicio; electio enim accipitur quandoq; cõiter pro omni libera acceptatione cuiuscunq;, & sic etiam finis eligitur, &c.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ obiectum amoris est communius, quàm obiectum dilectionis, quia ad plura se extendit amor, quàm dilectio, sicut dictum est*. —— * In cor.

¶ Maior vera ad sensum sup. habitum, q. 23. ar. 4. in cor. &c. Minor negatur, ꝙ sit idem obiectum adæquatum amoris in communi, & dilectionis; quia amor, vt sic extendit se ad bonum necessariò, vel liberè volitum; dilectio autem tantùm ad bonum, quod appetitur per electionem, & liberè. Amor autem etiam respicit bonum, quod appetitur sine electione, & libertate, vt patet de amore in bestijs, & in hominibus de complacentia sensualitatis præueniente iudicium rationis, &c.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ non differunt amor, & dilectio ſm differẽtiam boni & mali, sed sicut dictũ est*; in parte tamen intellectiua idem est amor & dilectio, & sic loquitur ibi Aug.* de amore. Vnde parum post subdit, quòd recta voluntas est bonus amor, & peruersa voluntas est malus amor. Quia tamen amor, qui est passio concupiscibilis plurimos inclinat ad malũ, inde habuerunt occasionem, qui prædictã differentiã assignauerũt. * In cor. *Aug. li. 14. de ciui. Dei c. 7. & 9.

¶ Maior negatur, quòd maximè ideo; sed alia ratione dicta, pp scilicet minorem communitatem, &c. Sed illi, qui dixerunt amorem esse malum, locuti fuerunt non de amore in communi, sed de sensitiuo, qui videtur malus, quia communiter inclinat ad malum. s. ad bonum sensibile, quod est contra rationem, & per consequens simpliciter malum. Ad vltimum dictũ Aug. non est aliud dicere amorẽ, &c. Oportet sanè intelligere, non quidem de amore sensitiuo, sed intellectiui appetitus, &c.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ideo aliqui posuerunt etiam in ipsa voluntate nomen amoris esse diuinius nomine dilectionis; quia amor importat quandam passionem, præcipuè secundùm ꝙ est in appetitu sensitiuo; dilectio autem præsupponit iudicium rationis; magis autem in Deum homo potest tendere per amorem passiuè quodammodo ab ipso Deo attractus, quàm ad hoc eũ propria ratio possit ducere, quod pertinet ad rationem dilectionis, vt dictum est*; & propter hoc diuinius est amor, quàm dilectio. —— * In cor.

¶ Ad quartum, quod est in contrarium, conceditur quidem, ꝙ nomen amoris sit diuinius. Et rationem ponit D.S. in solutione etiam ſm quod significat idem conuertibiliter. s. ſm ꝙ amor stat pro actu voluntatis; quia nomen amoris videtur significare quandam tractionem; sed dilectionis nomen quandam libertatẽ; sed aliquid magis tendit in Deum per voluntatem tractus à Deo, quã sibi relictus; cum hoc tamen stat, ꝙ amor si accipiatur communiter sit communius dilectione. Si autem capiatur pro amore voluntatis procedente ex iudicio rationis, tunc res significata est eadẽ, sed ratio nominis non est eadem, & hoc dictum fuit. Et nota verba D.S quia etiam in ipsa voluntate nomen amoris est diuinius, idest ſm ꝙ amor accipitur pro amore voluntatis, qui ſm rem est dilectio; tamen nomen amoris est diuinius. Potest enim vna res nominari diuersis nominibus, quorũ vnũ est diuinius altero, &c.

Vtrum amor diuidatur in amorem amicitiæ, & concupiscentiæ.

V 1, q. 60. art. 3 cor. & ar. 4. ad 3. Et Mal q. 1. ar. 5. cor. Et Veri. q. 4. ar. 3. cor. Et Diony. 4. lec. 9. co. 1. & lib. 10. co. 1. Et 10. 15. lec. 4. co. 1. fi. *Arist. c. 5.

AD quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ amor inconuenienter diuidatur in amorem amicitiæ, & concupiscentiæ. Amor enim est passio; amicitia verò est habitus, vt dicit Philosoph. 8. ethicor.* sed habitus non potest esse pars diuisiua passionis; ergo amor non conuenienter diuiditur per amorem concupiscentiæ, & amorem amicitiæ.

¶ 2 Præterea, nihil diuiditur per id quod ei connumeratur; non enim homo connumeratur animali, sed concupiscentia connumeratur amori, sicut alia passio ab amore; ergo amor non potest diuidi per concupiscentiam.

*Arist. c. 3.

¶ 3 Præterea, secundùm Philosoph. in 8. Ethicor.* triplex est amicitia, Vtilis, delectabilis, & honesta; sed amicitia vtilis, & delectabilis habet concupiscentiam; ergo concupiscentia nõ potest diuidi contra amicitiam.

¶ Sed contra, quædam dicimur amare, quia ea concupiscimus, sicut dicitur aliquis amare vinum propter dulce, quod in eo concupiscit, vt dicitur in 2. Topicor.* sed ad vinum, & ad huiusmodi non habemus amicitiam, vt dicitur in 8. Ethicor.* ergo alius est amor concupiscentiæ, & alius amor amicitiæ. *Arist. *Arist.

¶ Hic vltimò de diuisione amoris inquirit.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ sicut Philosoph. dicit in 2. Rhetor.* Amare est velle alicui bonum. Si ergo motus amoris in duo tendit. s. in bonum, quod quis vult alicui, vel sibi, vel alij, & in illud cui vult bonum; ad illud ergo bonum, quod quis vult alteri, habetur amor, concupiscentiæ; ad illud autem cui aliquis vult bonum, habetur amor amicitiæ. —— *Arist.

¶ D. S. in hoc cor. duo facit. Primò respondet ad quæsitũ ostendens huius diuisionis conuenientiam. Secundò ostendens eius qualitatem, ibi. Hic autem diuisio, &c. Quo ad primum habetur talis conclusio responsiua ex litera. Amor conuenienter diuiditur in amorem amicitiæ, & concupiscentiæ. Probatur conclusio, motus amoris in duo tendit. s. in bonum, quod quis vult alicui, vel sibi, vel alij, & in illud cui vult bonum; ergo conclusio vera. Tenet consequentia, quia ad illud bonum quod quis vult alteri habetur amor concupiscentiæ, & motus ille, vt respicit illud dicitur amor concupiscentiæ. Ad illud autem cui quis vult bonũ, habetur amor amicitiæ, & motus ille, vt est eius dicitur amor amicitiæ. Antecedens patet, quia amare est velle alicui bonum, & ergo amor tendit in duo, vt dicit antecedens. Vide de hoc D. S. in pri. cõtra Gen. cap. 92. quia per hoc differt amor à multis alijs passionibus; immo amor solus inter ea, quæ sunt boni tantùm fertur in duo obiecta partialia. Gaudium autem, & delectatio, & desideriũ habent vnũ obiectum simplex. Dico autem inter eas, quæ sunt boni tantùm, propter iram, & audaciam, & odium, quę, vt patebit inf. q. 46. artic. 2. etiam habent obiectum complexum. Vnde & D. S. vbi iam, in contra Gen. ita accipiendus est, cum dicit solum amorem tendere in duo, &c. ¶ Nota, ꝙ ista diuisio non est per diuersas res, sed per diuersas rationes, vel habitudines eiusdem actus ad diuersa obiecta in quæ fertur, respectu enim illius cui volo bonum, dicitur amor amicitiæ; respectu verò alterius, quod sibi volo, dicitur amor concupiscentiæ, non concupiscentia; quia amor concupiscentiæ dicitur, vt est respectu illius, quod est bonum alteri, vt sic. Sed concupiscentia, siue desiderium appetit bonum aliquod, vt absens est. Et conueniunt quidem in hoc, quia sunt eius, quod est bonum alteri. Sed differunt, quia amor concupiscentiæ est boni huiusmodi absolutè, sed concupiscentia, vt absens est; quare propter conuenientiam aliqualem, cum concupiscentia, dicitur amor concupiscentiæ. Dicitur autẽ amor amicitiæ, quia in amicitia perfecta ibi amicus vult bonũ amico propter seipsum, & amor actus ille, vt vult bonũ alicui, vocatur amor amicitiæ, nõ amicitia, quia iuxta Phil. 8. ethic. Amatio quidem significat actum, vel passionẽ; sed amicitia significat habitũ, vt hr ibid. vide Capreolum in pri. dist. 1. q. 1. ad Aureolum contra primam conclusionem. Caps.

¶ Nota etiam, ꝙ D. S. dicit motus amoris tendit in duo, ex quo posset videri, ꝙ in bestijs etiam esset amor amicitiæ, & concupiscentiæ; sed quia amor amicitiæ deriuatur ab amicitia, quæ non est inter bestias; ideo quantum ad rationem nominis ista diuisio conuenit amori humano, vel rationali; licet quantum ad rem etiam appetitus bestiæ appetat bonum sibiipsi, & alij, &c.

¶ Hęc autem diuisio est secundùm prius, & posterius. Nam id quod amatur amore amicitię, simpliciter, & per se amatur; qđ autem amatur amore concupiscentię, non simpliciter, & secũdùm se amatur, sed amatur alteri. Sicut enim ens per se simpliciter est, quod habet per se esse; ens autem secundùm quid est, quod est in alio; ita & bonum, quod conuertitur cum ente simpliciter quidem est quod ipsam habet bonitatem; quod autem est bonũ alterius, est bonum secundum quid; & per consequens amor quo amatur aliquid vt ei sit bonum, est amor simpliciter; amor autem quo amatur aliquid, vt sit bonum alterius, est amor secundùm quid. ——

¶ Hic secundò ostendit prædictæ diuisionis conditionẽ tali conclusione. Hęc diuisio amoris est secundùm prius, & posterius. i. amor principalius respicit vnum, quàm aliud, & vnum dicitur magis propriè amari, quàm aliud. Probatur, id quod amatur amore amicitiæ, simpliciter, & per se amatur; quod autem amore concupiscentiæ amatur, non simpliciter, & ſm se amatur, sed amatur alteri; igitur cõclusio vera. Tenet cõsequẽtia clarè, quia qđ dicitur de aliquo

de aliquo simpliciter tali, & alio secundùm quid tali, dr per prius, & posterius. Antecedens declaratur à simili, & arguitur sic. Ens habens esse per se, est ens simpliciter; habens autem esse in alio, est ens ſm quid, ergo etiam bonum, quod habet bonitatem, est bonũ simpliciter; quod autem est bonum alteri, est bonum ſm quid; sed id quod amatur amore amicitiæ, vt sic amatur vt habeat bonum; quod verò amatur amore, concupiscentiæ, amatur alteri; igitur amor amicitię est simpliciter amor concupiscentię secundũ quid. Et tenet prima consequentia, & similitudo, quia ens, & bonum cõuertuntur; igitur sicut est de ente simpliciter, ita & de bono simpliciter, & per consequens de amore simpliciter, q. est velle bonũ.

Qualis diuisio amoris.

¶ Nota, quia posset esse hic dubium. Nam cum vt tactum est, amor amicitiæ, & concupiscentiæ sint vnus actus, quomodo possit esse diuisio secundùm prius, & posterius, quia idem non potest esse prius, & posterius seipso, saltem simpliciter. Hic autem dictũ est, ꝙ amor amicitiæ simpliciter est amor, &c. Sed ad hoc dicitur, ꝙ hæc diuisio eo modo est per prius, & posterius, quo sunt prius, & posterius, & diuersa in amore amicitiæ, & concupiscentiæ; non videlicet in actu ipso, sed in actu comparatiuè ab obiecta duo partialia, quia eodem actu dicitur vnum obiectum. s. cui appetitur bonum simpliciter amari, aliud quod sibi appetitur secundùm quid, quia vt patuit ex probatione amor est boni appetitus; huius autem est bonum in se habere; quàm alteri esse bonum, vnde hic est magis prioritas, & posterioritas in obiectis, quàm in actu secundùm se. Et simile huius patuit sup. q. 8. ar. 3. Nam quandoque finis, & quod est ad finem sunt volita eodem actu, & tamen finis magis est volitus, quàm medium. Ita in proposito, vnum est magis amatum, licet amor vnus sit actus, sicut & de Deo dicimus, quia velit vnum propter aliud, & tamen vno actu, &c.

¶ Nota etiam, ꝙ simpliciter hic possit accipi pro fine addito in actu exercito, ita. s. quia si exprimamus actum amandi respectu amati amore amicitiæ dicimus absolutè, & sine addito, hũc amo, & cupio sibi bonum; hoc autem non dicimus de amato per eundem amorem, vt est amor concupiscentiæ, quia non dicimus volo bonum vinum, sed cupio mihi vinum, &c.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione prima responsiua. Circa hoc argumentum nota, ꝙ benè probat, ꝙ alius est amor concupiscentię ex parte obiecti, & habitus ad obiectum, quia videlicet amamus aliqua, quia concupiscimus, quia sunt bona alijs. Alia verò amamus, quia tanquam amicos, quia volumus eis bona propter ipsos. Sed non probat, ꝙ hæc diuisio sit per diuersos actus, & motus, sed per eundem ad diuersa comparatum. Et quamuis multi satis assiduè viuant, & morentur apud vinum, non tamen dicendi sunt amici vini, quia non sufficit quodlibet conuiuere, & commorari ad amicitiam, sed cõmunicare in sermone, & mente, & humana cõuersatione, quod deest vino, & bestijs; quia ista concupiscimus, sed non amamus amore amicitiæ, vt etiam habet D. S. 2. 2. q. 25. art. 3. Patet ex his quod dictum est, quia amor amicitiæ nõ conuenit bestijs actiuè, quia nõ amant aliquem vt amicum, quia appetitus sensitiuus non transcendit proprium bonum, & ad bonum alterius se non extendit; quia amicitia inter solas creaturas rationales inuenitur, licet in bestijs sit amor naturalis; nec etiam amantur amore amicitiæ, vt patet apud D. S. vbi iam, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ amor non diuiditur per amicitiam, & concupiscentiam; sed per amorẽ amicitiæ, & concupiscentiæ; nam ille propriè dicitur amicus, cui aliquod bonum volumus; illud dicimur concupiscere, quod volumus nobis. Et per hoc patet solutio ad secundum. ——

¶ Negatur consequentia, malè infertur, sed deberet inferri, ergo inconuenienter diuiditur per amicitiam, & concupiscentiam. Nec hoc dicimus, sed dictum est, quòd diuiditur per amorem amicitiæ, & concupiscentiæ ad sensum expositum, & vocatur amor amicitiæ, & concupiscentiæ propter conuenientiam ad amicitiã, & concupiscentiam; quia amicus propriè est cui volumus bonũ, & id concupiscimus, quod volumus alicui, tamen vt absens est.

¶ Ad secundum similiter hic dicitur admittendo inconuenientiam consequentis. Sed nos non dicimus, ꝙ videlicet amor diuidatur per concupiscentiam, siue desiderium; sed volumus ꝙ amor respectu vnius partialis, & minus principalis obiecti, habet aliquam assimilationem ad concupiscentiam, vt patuit.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in amicitia vtilis, & delectabilis vult quidem aliquis aliquod bonum amico, & quantum ad hoc saluatur ibi ratio amicitiæ. Sed quia illud bonum refert vlterius ad suam delectationem, & vtilitatem; inde est, ꝙ amicitia vtilis, & delectabilis inquantum trahitur ad amorem concupiscentiæ deficit à ratione veræ amicitiæ. ——

¶ Vult hoc argumentum, quòd amor amicitiæ non distinguatur ab amore concupiscentiæ, quia in amicitia vtilis, & delectabilis includitur concupiscentia. Dicitur ad minorem, amicitia simpliciter, & perfecta non habet concupiscentiam. s. finaliter, ita ꝙ bonum volitum amico non refert in commodum proprium. Vnde non sequitur, ꝙ amicitia, & concupiscentia non differant. Dicitur secundò, ꝙ benè probat, ꝙ amores illi non distinguantur realiter; tamen secundùm obiecta quorum vnum refertur in aliud; vnde amicitia vtilis vult bonum amico, & illud retorquet in bonum proprium, quare respectu sui habet amorem amicitię, sed respectu amici, & boni voliti habet amorem concupiscentiæ. Ideo dicit D. S. in fine, ꝙ amicitia vtilis inquantum trahitur ad amorem concupiscentiæ. s. respectu amici, & boni voliti, deficit à ratione amicitiæ verę de cuius ratione est, velle amico bona ipsius gratia, & etiam beneuolentia in contrapassis. i. mutua, vide octauo ethicor.

Quæstio vigesimaseptima.

De causa amoris.

DEinde cõsiderandum est de causa amoris. Et circa hoc quæruntur quatuor. Primò, vtrum bonum sit sola causa amoris. Secundò, vtrum cognitio sit causa amoris. Tertiò, vtrum similitudo. Quartò, vtrum aliqua alia animæ passionum.

¶ Postquam D. S. determinauit in priori quęstione de quidditate amoris, hic quærit de causa amoris. Et quia constat de causa effectiua propriè. s. appetitu; ideo quærit singulariter de causa effectiua specificatiua. s. obiecti, & conditionibus eius. Obiectũ enim specificat effectiuè, vel formaliter, quia non vt quod. s. sicut ratio specificandi, & aliqualiter effectiuè. Et in hac quæstione duo principaliter fiunt. Primò quæritur de causa totali amoris. s. obiectiua, & specificatiua. Secundò mouetur quoddam dubium. Primũ facit in tribus primis articulis. Secundum in quarto.

¶ Nota autem propter tacta iam, ꝙ intellectus, & obiectum intelligibile aliter concurrunt ad verbum in intellectu, aliter appetitus, & obiectum apprehensum ad amorem, vel actum appetitiuum. Intellectus enim, & res intelligibilis. s. mediante specie intelligibili concurrunt ad formationem verbi, vt vnum completum agens, & quodlibet, vt res. Non enim requiritur, quòd intellectus, vel species intelligibilis intelligatur, cum conceptus formatur, sed ex vtroque cõstituitur vna res perfecta in ratione principij intelligendi. Nam vt supra dictum est q. 22. art. 1. Intellectus de se non est actiuus, sed fit actiuus per speciem; secus de appetitu, & obiecto apprehenso, quia concurrunt in diuerso ordine, & vt diuersæ rationes producendi amorem. Etiam quia est actus appetitus sequentis cognitionem, quia appetitus, vt res concurrit, sed obiectum non vt res præcisè, sed vt apprehensum; appetitum enim non oportet esse præcognitum, sed obiectum; vnde & appetitus est causa principalis, obiectum verò secundaria causa effectiua, & magis propriè ratio causandi effectiuè. D. S. igitur in hac quæstione non quærit de causa principali effectiua, quia vt dictum est, de illa constat, sed quærit de effectiua secundaria, vel ratione efficiendi. s. de obiecto.

Vtrum bonum sit sola causa amoris.

X Infra q. 26. ar. 1. & Dio. 4. lectio. 12. col. 2. Psalm.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd non solùm bonum sit causa amoris. Bonum enim nõ est amoris causa, nisi quia amatur; sed contingit etiam malum amari, secundùm illud Psal. Qui diligit iniquitatem odit animam suam; alioquin omnis amor esset bonus; ergo non solùm bonum est causa amoris.

¶ 2 Præterea, Philosoph. dicit in secundo rhetor.* ꝙ eos, qui mala sua dicunt amamus; ergo videtur, quòd malum sit causa amoris. * Arist. c. 4.

¶ 3 Præterea, Diony. dicit 4. de Diui. no. ꝙ non solùm bonum, sed etiam pulchrum est omnibus amabile. Dionysius par. 1. ante medium.

¶ Sed contra est, quod Aug. dicit 8. de trini.* Nõ amatur certè, nisi bonum solum; ergo bonũ est causa amoris. *Aug. c. 3. & 4.

¶ Hic primò inquirit de causa de qua dictum est effectiua minus principali. Deinde quærit de conditione illius causę, an videlicet causat amorem ſm esse extra, vel ſm esse apprehensum.

¶ Respondeo dicendũ, ꝙ sicut sup. dictum est*, amor ad appetitiuam potentiam pertinet, quæ est vis passiua, vnde obiectum eius comparatur ad ipsam, sicut causa motus, vel actus ipsius; oportet igitur, vt illud sit propriè causa amoris, quod est amoris obiectum. —— * q. 26. ar. 1.

¶ Conclusio responsiua in fine talis. Bonum est propria causa amoris. Probatur, oportet, ꝙ illud sit propria causa amoris, qđ est amoris obiectum, sed bonũ est proprium obiectum amoris, ergo cõclusio vera. Huius rationis D. S. ponit, & probat primò maiorẽ,

Secundò minorem, ibi. Amoris autem, &c. Tertiò **conclusionem** ipsam, ibi. Vnde relinquitur, &c. Maior ergo patet ex principio corporis. Sed nota verba D.S. quia ex his hr, quod sup. dictum est q.22.ar.2.ad 2. quia voluntas, & quælibet vis appetitiua est vis passiua, quia reducitur ab obiecto de potētia in actum, quæ reductio fit per hoc, ꝙ obiectum est præsens appetitui, nō per inhesionem, sed per coniunctionem mediante apprehensiua, vt patebit inf. q. 51.ar.2. Secundùm enim diuersas rerum conditiones diuersimodè se habet ratio agendi. Ratio enim agendi intellectus ipsum informat, non autem ratio agendi appetitus. De secundo autem, quòd obiectum sit causa motus, vel actus eius, videbitur statim art. seq. & patuit sup. q.9 art.1. & dicitur notanter causa motus, vel actus eius, vt intelligatur, ꝙ obiectum appetitus sensitiui cuius est motus, similiter actus voluntatis causatur ab obiecto. Deinde cū dicit.

¶ Amoris autem proprium obiectum est bonū, quia vt dictum est *, amor importat quandam connaturalitatem, vel complacentiam amantis ad amatum; vnicuique autem est bonum id, quod est sibi connaturale, & proportionatum.

* q.26 ar.1. & 2.

¶ Subiungit minorem, quam sic probat. Amor importat quandam connaturalitatem, & complacentiam amantis ad amatum, sed quod est connaturale est bonum, ergo minor vera. Et posset sic argui pro minore, obiectum amoris est connaturale, & proportionatum, ergo obiectum amoris est bonum. Antecedens patet, quia amor est connaturalitas, sed connaturalitatis obiectum est connaturale, ergo &c. Tenet consequentia, quia connaturale, & proportionatum est bonum vnicuiq;, &c. Et intellige semper, ꝙ connaturale secundùm rem, & apprehensionem simul, vel secundùm apprehensionem tantùm est obiectum amoris, de quo loquimur; quia ex intentione intelligitur conclusio de amore, passione, vel actu voluntatis, & ad obiectū illius sufficit esse apprehensum, vt bonum, &c. Deinde ibi.

¶ Vnde relinquitur, ꝙ bonū sit propria causa amoris.

¶ Subiungit conclusionem responsiuam satis probatam, sed circa ipsam intellige primò, vt patebit ad primum. Bonum existens, vel apparens; intellige secundò, ꝙ Bonū est propria causa. s. obiectiua; non autem propria causa. i. effectiua principalis elicitiua actus amoris. Vel potest intelligi propria causa, quia prima causa comparata ad appetitum; oportet enim notare, vt sup. etiam dictum fuit q.9.ar.1. ꝙ bonum, & obiectum appetibile potest comparari ad appetitum, & sic est prima causa mouens appetitum effectiuè, quodammodo reducens de potentia in actum, tanquam ratio appetendi; licet non existat in appetitu, sed apprehensiua. Alio modo comparantur ista duo simul. Appetibile, & appetitus ad actum, tunc appetitus est prior, & principalior causa. D.S. ergo videtur loqui in ista conclusione post probationem maioris, ꝙ sit propria causa, quia reducit appetitum de potentia in actum, & sic comparat bonum ad appetitum, non ad actum, &c. Et sic bonum tertio est propria causa (. i. solum bonum est causa. s. obiectiua) ita ꝙ nullo modo malum, vt sic, & hic intellectus videtur intentus. Et confirmatur conclusio argumento in contrarium, & videtur ꝙ idem dicat, quod conclusio responsiua; quia non amatur nisi solum bonum; igitur bonum est propria causa, ita ꝙ nihil causat amorem obiectiuè, nisi bonum, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ malum nunquam amatur, nisi sub ratione boni. s. inquantum est ſm quid bonum, & apprehenditur vt simpliciter bonum; & sic aliquis amor est malus, inquantum tendit in id, qđ non est simpliciter verum bonum; & per hunc modum homo diligit iniquitatem, inquantum per iniquitatē adipiscitur aliquod bonum, puta delectationem, vel pecuniam, vel aliquid huiusmodi.

¶ Maior si benè examinetur non videtur vera, si intelligitur, ꝙ bonum solum sit causa amoris, quia amatur. i. quia se habet tantùm terminatiuè ad amorem, immo etiam quia se habet principiatiuè, sicut ratio amandi. Nam appetitus non potest amare, nisi mediante amabili apprehenso, quia vt dictū est in corpore, appetitus est potentia passiua, quę per obiectum reducitur in actum. Sed verum est, ꝙ bonum est causa amoris, quia concurrit effectiuè, & finaliter, & terminatiuè ad amorem; ratione enim esse hēt res, & ꝙ sit bona, & ꝙ appetatur, quod est habere rationem finis; sed non appetitur nisi apprehensa, & sic concurrit effectiuè, sed secundùm ꝙ est in se habet rationem finis. Illæ enim causalitates. s. finis, & efficientis, sicut rationis efficiendi, non possunt separari, & ratio efficiendi fundatur super ratione finis, ideo enim est causa amoris, quia est bonum, & finis, &c.

¶ Ad minorem, oportet notare (vt magis tangetur inf. q.71.art.1. & q.72.ar.5.) ꝙ malum accipitur dupliciter, vno modo pro denominato, s. pro actu, qui dicitur malus; alio modo pro significato, pro. s. ipsa difformitate, & malitia. Tunc dico, ꝙ malum primo modo, s. actus malus denominatiuè amatur sub ratione boni, quia videlicet est bonus secundùm quid, quia delectabilis, vel vtilis, vt tamen apprehenditur à peccante, vt bonus simpliciter; qa propter ipsum relinquit Deum, & statuit in eo finem peccando mortaliter; hominis enim bonum simpliciter est ſm rationē esse, sed delectabile sensui est bonum ſm quid, & etiam vtile ad tēporalia, &c. Et tunc negatur consequentia, quia malum denominatiuè est causa amoris, vt est bonum ſm quid; & tamen apprehensum, vt bonum simpliciter; ille enim qui fornicatur seductus per passionem, iudicat hunc actum esse nunc bonum simpliciter. Si autem loquamur de malo formaliter, tunc dico, ꝙ nō est amatum, est tamen volitum per accidens quandoq;, sicut patet de peccante ex malitia, & tamen non est volitum, nisi ratione boni, vt patebit inf. q.78.ar.1. quia bonum concupitum non potest haberi sine illa malitia, ideo aliquis vult per consequens incurrere malum, ne bono concupito frustretur. Et ad probationem, concedit., ꝙ aliquis diligit iniquitatem pro denominato. i. actū iniquū, vt est delectabilis, vel vtilis, sed non diligit iniquitatem formaliter, sed eam quandoque vult.

¶ Est enim magna differentia inter amatum, & volitum, quia amatum, vt sic, habet rationem finis, non aūt volitum, de hoc inf. q.72.ar.1. & q.73.ar.8. quare negatur cōsequentia, &c. D.S. loquitur in solutione de malo, & iniquitate, pro denominato. i. de actu malo; talis enim valet ad delectationem, & pecuniam, sicut patet de luxuria, & furto, &c.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ illi, qui mala sua dicūt, non propter mala amantur, sed propter hoc, ꝙ dicunt mala; hoc enim quod est dicere mala sua habet rationē boni, inquantum excludit fictionem, seu simulationem.

¶ Ad auctoritatem, amamus eos, qui mala sua dicunt, non ratione mali dicti, sed quia fatentur imperfectum suum ex humilitate, & vt ita dicendo videntur fugere fictionem, & simulationē, quæ sunt bona, vnde formale obiectum ipsius amoris est bonum, esto materiale videatur, & sit malum, &c.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ pulchrum est idem bono sola ratione differens; cum enim bonum sit, quod omnia appetunt, de rōne boni est, ꝙ in eo quietetur appetitus; sed ad rationem pulchri pertinet, ꝙ in eius aspectu, seu cognitione quietetur appetitus, vnde & illi sensus præcipuè respiciunt pulchrū, qui maximè cognoscitiui sunt. s. visus, & auditus rōni deseruientes; dicimus enim pulchra visibilia, & pulchros sonos; in sensibilibus aūt aliorum sensuum non vtimur nomine pulchritudinis; non enim dicimus pulchros sapores, aut odores. Et sic patet, ꝙ pulchrum addit supra bonum quendam ordinem ad vim cognoscitiuam, ita ꝙ bonum dicatur id, qđ simpliciter complacet appetitui; pulchrum autem dicatur id cuius ipsa apprehensio placet.

¶ Ad antecedens, si intelligitur, ꝙ nō solū bonū sit appetibile, sed pulchrū, quasi pulchrū sit aliud à bono, negatur; potissimè de alietate rei, & suppositi; si autem intelligitur, ꝙ etiam pulchrum sit amabile, vt differt ratione à bono in communi, conceditur, & tamen etiam pulchrum est quoddam bonum. s. cognitionis, vnde dicitur aliquid bonum, quia quietat appetitum; sed pulchrū, quia eius aspectus, vel cognitio quietat appetitum; quare pulchrū est in minus quàm bonum, & superaddit super bonum relationem, ad cognitionem quietantem, & placentem cognoscenti, & vide D.S. in de Veri. Mate. 22.ar.1.ad 12.& 13. vbi posset trahi clara solutio. Negando consequentiam, quia ex hoc ipso, ꝙ omnia appetunt bonum appetunt pulchrum, quia pulchrum est, quod est in seipso modificatum, & specificatum, & hoc est etiam de ratione boni (saltem creati, quod consistit in modo, specie, & ordine) & tunc posset dici ad Diony. ꝙ non solùm bonum, &c. idest, ea ratione, qua quietat in se, & ratione sui appetitum; sed etiam quia eius cognitio quietat; & tamen etiam isto secundo modo est aliquod bonum, scilicet potentiæ cognoscitiuæ, & non solùm ipsius appetentis quocunque modo, sed tali modo. s. secundùm cognitionem. Vide de hoc etiam pri.par.q.5.ar.4.ad primum, vbi dicit sicut & hic, ꝙ solùm differunt ratione, nec his repugnat dictum in de Veritate, quia & ibidem innuit, quòd differant ratione, licet ad alium sensum, quia videlicet dicitur pulchrum, inquantum in se est modificatum, sed bonum, vt est alterius perfectiuum secundùm esse reale, hic autem dicit pulchrum differre, quia dicit habitudinem ad cognitionem; bonum autem ad appetitum tantùm, sed pulchrum ad appetitum mediante cognitione, &c.

Vtrum cognitio sit causa amoris.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ cognitio non sit causa amoris, ꝙ. n. aliqd quærat hoc cōtingit ex amore; sed aliqua q̄runtur, q̄ nesciūtur, sicut scīæ; cum

cum enim in his, idem sit eas habere, **quod eas nōscere**, vt Auguſt. dicit in lib.83.q. * Si cognoscerentur haberentur, & non quærerentur; ergo cognitio non est causa amoris.

Auguſt. * quæſt. 35.

¶ 2 Præterea. Eiusdem rationis videtur esse, quòd aliquid incognitum ametur, & quòd aliquid ametur plus quàm cognoscatur; sed aliqua amantur plus quàm cognoscantur, sicut Deus, qui in hac vita potest per seipsum amari, non autem per seipsum cognosci; ergo cognitio non est causa amoris.

¶ 3 Præterea. Si cognitio esset causa amoris, non posset inuentri amor vbi non est cognitio; sed in omnibus rebus inuenitur amor, vt dicit Dionyſius in 4.ca.de di.no. non autem in omnibus inuenitur cognitio; ergo cognitio non est causa amoris.

Dionyſius

¶ Sed contra. Est quod Augu. probat in 10. de Tri.* quòd nullus potest amare aliquid incognitum.

Auguſt. * In princ.

¶ Hic quærit D.S. de alia causa amoris, scilicet cognitione.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, *bonum est causa amoris per modum obiecti, bonum autē non est obiectum appetitus, nisi prout est apprehensum, & ideo amor requirit aliquam apprehensionem boni, quod amatur.

* Ar. præc.

¶ Conclusio responsiua ex hoc corpore est ista. Cognitio est causa amoris ea ratione, qua & bonum. Probatur ista conclusio primò ratione, secundò auctoritate philosophi, ibi. Et propter hoc &c. Ratione sic. Bonum est causa amoris per modum obiecti, sed bonum non est obiectum appetitus, nisi prout est apprehē sum; ergo amor requirit aliquam apprehensionem boni, quod amatur, & per consequens sequitur conclusio responsiua &c. Maior patet ex ar.1.

Conclusio responſi.

¶ Et nota circa ipsam; quia hic loquimur de amore sequente cognitionem; sicut & articu.1: quare non oportet ista dicta applicare ad amorem naturalem purè, quia talis nō causatur ex cognitione coniuncta. Minor relinquitur nota, & patet ex differentia appetitus, vt est potentiā animæ ab appetitu naturali, quia ille sequitur cognitionem, iste sequitur esse, & formam naturalem &c. Deinde cum dicit.

¶ Et propter hoc Philosophus dicit 8. Ethicorum; * quòd visio corporalis est principium amoris sensitiui, & similiter contemplatio spiritualis pulchritudinis, vel bonitatis est principium amoris spiritualis.

Ariſt. * Cap.5. & 12.

¶ Confirmat conclusionem responsiuam auctoritate Philosophi, & primò hoc fit, secundò resumit conclusionem cum maiori explicatione, ibi. Sic igitur cognitio &c. Confirmatur ergo conclusio tam de amore sensitiuo, quàm intellectiuo; quia vterque sequitur cognitionem, vel corporalem, vel spiritualem.

¶ Nota autem, quòd visio corporalis exterior non est immediata causa amoris sensitiui, sed mediante interiori apprehensione, quæ est immediatè motiua appetitus sensitiui, sic etiam alibi dicitur mors per fenestras, & oculos intrare, inquantum ad visionem exteriorem sequitur imaginatio, & per consequens appetitus; quia per visum amabilis imprimitur species eius, quę allicit ad amandum. Deinde ibi.

¶ Sic igitur cognitio est causa amoris ea ratione qua & bonum, quod non potest amari, nisi cognitum.

¶ Resumit conclusionem responsiuā cum maiori explicatione.

¶ Et nota, quòd non est mens conclusionis, quòd bonum, & cognitio sint causa amoris in eodem ordine, sed quia ambo necessariò concurrunt ad causandum amorem. Et ergo quòd D.S. dicit ea ratione, intelligendum est, quo ad necessitatem causandi amorem, sed non de modo causandi, vt patebit statim, & quia scilicet hoc ipso, quòd bonum ponitur causa, ponitur & cognitio, hunc sensum D.S. innuit cum subiungit, quod scilicet bonum non potest amari nisi cognitum, & sic hoc, quod adiungitur conclusioni est expositio illius, quod dicitur ea ratione; qua & bonum.

¶ Nota pro maiori intellectu dictorum, primò quòd sicut supra dictū, Esse rei extra, & bonitas est ratio causandi finaliter. Apprehensio autem, & esse in intentione est conditio causę finalis, & rationis causandi finaliter, quia videlicet esse, & bonitas est rō appetendi, tamen non mouet, nisi vt intentum, & illud esse intētum non mouet, nec est ratio mouendi; sed conditio sub qua bonum mouet; ita in proposito videtur dicendum, quòd bonum est causa amoris, sicut ratio causandi amorem, sed esse cognitum, vel cognitio est conditio sub qua bonum causat, quia non amatur bonum, nisi sub illa conditione, scilicet sub esse apprehēso, quare dictum est, quòd quamuis esse bonum, & cognitio necessariò concurrant ad amorem, non tamen in eodem ordine, quia obiectum bonum, vt ratio causandi amorem; apprehensio autem, siue cognitio, vt cōditio rationis causandi.

¶ Nota secundò, quòd ex his facile videri potest, & ex dictis articuli præcedentis in quo genere causæ cognitio sit causa amoris, quia vt conditio rationis causandi effectiuè. Obiectū enim ipsum est ratio causandi voluntati effectiuè, sed non nisi vt cognitum, quare sequitur, quod dictum est; & hoc fundatur in D.S. hoc articulo 1. & in 1. parte, vbi semper dicit amorem procedere a verbo, ad modū generis causæ efficientis, hoc est habet se actiuè, & quasi effectiuè ad amorem; sed nihil aliud est res intellecta vt sic, nisi verbum, vt patebit infra q.91.ar.1.ad secundum, & prima parte q.27. vnde cognitio est conditio causæ, vel magis rationis causandi, quia de ratione verbi est esse cognitum, & quia non causat, vt res, sed vt imago rei; ideo res verbo expressa dicitur causa, vel ratio causandi effectiuè amorem.

Amoris cā est cognitio in quo genere.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ille, qui quærit scientiam non omnino ignorat eam, sed secundùm aliquid eam præcognoscit, vel in vniuersali, vel in aliquo eius effectu, vel per hoc quod audit eam laudari, vt Aug. dicit in 10. de Tri. * sic autem eam cognoscere, non est eam habere, sed cognoscere eam perfectè.

Auguſt. Cap.1.2.& 3.

¶ Ad maiorem, oportet sanè intelligere, quòd aliquid quęratur contingit ex amore non semper quidem ipsius quæsiti, sed quandoque alterius; sicut quæritur fur ad patibulum, & tamen ipse per hoc non diligitur; sed res publica &c.

Ad minorem negatur, quòd omnino nesciatur, immo cognoscuntur esse bonę, vel vtiles saltem ex relatione, & commēdatione aliorum. Ad probationem idem est eas habere, quod nōscere. Verū, perfectè, & in se, sed cognoscere sub aliquo prædicato communi, puta sub ratione boni, vel vtilis non eas habere; sicut aliquis cognoscit sententiam iuridicam in eius effectu, quia est de pane lucrando. & videt tales ditari; ideo affectat, & vide simile in D.S. in primo scripto di.6 in expositione literæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aliquid requiritur ad perfectionem cognitionis, quod non requiritur ad perfectionem amoris. Cognitio enim ad rationem pertinet, cuius est distinguere inter ea, quæ secundū rē sunt cōiuncta, & cōponere quodāmō ea q̄ sunt diuersa vnū alteri comparando, & ideo ad perfectionem cognitionis requiritur, quòd Homo cognoscat sigillatim quicquid est in re; sicut partes, & virtutes, & proprietates, sed amor est in vi appetitiua, quæ respicit rem, secundùm ꝙ in se est. Vnde ad perfectionem amoris sufficit, quòd res prout in se apprehenditur ametur; ob hoc ergo contingit, quòd aliquid plus amatur, quàm cognoscatur, quia potest perfectè amari, etiam si nō perfectè cognoscatur; sicut maximè patet in scientijs, quas aliqui amant propter aliquam summariam cognitionem quam de eis habent, puta quòd sciunt rhetoricam esse scientiam per quam Homo potest persuadere, & hoc in rhetorica amant. Et similiter est dicendum de amore Dei.

¶ Negatur maior non est par ratio; amor enim nullo modo potest esse sine cognitione coniuncta, loquendo de amore sensitiuo, vel intellectiuo; potest tamen esse maior amor, cū minore cognitione, & ratione huius secundi ponit D.S. in solutione, quia ad perfectionem cognitionis requiritur, vt res secundùm singula penetretur, sed ad perfectionem amoris sufficit apprehensio rei aliqua vna scilicet, secundùm rationem obiecti amoris inquantum est bonum, & si apprehendatur, vt maximè & summum bonum tantùm, erit imperfecta cognitio, & tamen subsequetur perfectus amor quantum est ex cognitione. Vnde maior non est vera, & vide pleniorem solutionem ad illam maiorem in de virtutibus materia de chari.ar.4.ad quartum, vbi formaliter negat illam maiorem hic assumptam, licet inquiens cognitum diligatur, tamen non sequitur, quòd magis cognitum magis diligatur, non enim ea ratione aliquid diligitur, quia cognoscitur; sed quia bonū; vnde quod est magis bonum est magis diligibile; licet non sit magis cognitum; sicut homo minus diligit aliquem seruum, vel etiā equum quem in continuo vsu habet, quàm aliquem bonum hominem quem tantùm fama cognoscit; hæc ille, & vide similia secunda secundæ q.126.ar.2.ad primum. Et nota ibidem pro maiori hic interimendo; quia cognitio non est ratio motiua ad amorem, & id propter quod diligitur aliquid, sed solùm sicut via, & sine quo non; vnde sicut ignis non magis comburit, quia magis appropinquat, sed quia maior in ratione comburendi, scilicet calore, & tamen approximatio est sine quo non; ita in proposito non plus diligitur, quia plus cognoscitur, sed quia magis habet

Non sequitur multū cognoscit; ergo multum diligitur.

bet de ratione diligibilitatis.s.maiorẽ bonitatem,& cum his concordat,quod dictum est circa corpus ar. quia cognitio non est ratio amandi;scilicet conditio rationis amandi.s.boni apprehensi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam amor naturalis, qui est in omnibus rebus, causatur ex aliqua cognitione, non quidem in ipsis rebus naturalibus existente; *q.26.ar.1. sed in eo qui naturam instituit, vt supra dictum est.*

¶ Ad maiorem, non inuenitur amor vbi non est cognitio, vel coniuncta,vel in alio existens,amor enim qui est passio,vel amor qui nominat motum voluntatis, non est sine cognitione coniuncta. Amor autem purè naturalis, qui est in omnibus rebus causatis a cognitione existente in auctore naturæ, de hoc patuit.q.26. ar.1.& 1.par.q.103.ar.1.

Vtrum similitudo sit causa amoris.

A Infra q.99. ar.2. co.Et de hebdo. lec.2.fin.Et 4.Etn.co.1. fi. & lib.8. co.3. Prouer. 8. Aristo. * Cap.1. August. * Cap.14.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd similitudo non sit causa amoris, idem enim non est causa contrariorum; sed similitudo est causa odij, dicitur enim Prouer. 8. quòd inter superbos semper sunt iurgia.Et Philosophus dicit in 8.Ethi.* quòd figuli corrixantur adinuicẽ; ergo similitudo non est causa amoris.

¶ 2 Præterea.August. dicit in 4.confes. *quòd aliquis amat in alio, quod esse nõ vellet; sicut Homo amat histrionem, qui non vellet esse histrio,hoc autem non contingeret si similitudo esset propria causa amoris, sic enim Homo amaret in altero, qđ ipse haberet,vel vellet habere; ergo similitudo non est causa amoris.

¶ 3 Præterea. Quilibet Homo amat id quo indiget, etiam si illud nõ habeat; sicut infirmus amat sanitatem, & pauper diuitias; sed inquantum indiget, & caret eis Habet dissimilitudinem ad ipsa; ergo non solùm similitudo,sed dissimilitudo est causa amoris.

* Cap.4. ¶ 4 Præterea. Philosophus dicit in 2.rhetoricorũ,* quòd beneficos in prosperitate, & salute amamus, & similiter eos,qui circa mortuos seruant amicitiam omnes diligunt, non autem omnes sunt tales; ergo similitudo non est causa amoris.

Eccl. 13. ¶ Sed contra.Est quod dicitur Eccl.13. Omne animal diligit simile sibi.

¶ Iterum quærit de alia causa amoris,scilicet similitudine.

¶ Nota autem,quòd quia vt dictum est art.4.præce.quæstionis. Amor habet duo obiecta partialia,scilicet cui quis vult bonum, & iterum bonum,quod alicui vult;ideo potest quæstio intelligi de similitudine vtriusque obiecti ad amantem ipsum. Ita an si quis sit alicui similis ex hoc amet eum, & velit sibi bonum, & si quæ res sit similis alicui,an ex hoc habeat, quòd ab eo concupiscatur. Quare Doct. Sanct. in hoc articu. de vtriusque obiecti similitudine respondet.

¶ Respondeo dicendum, quòd similitudo propriè loquendo est causa amoris.

¶ D.S.sic procedit,primò præmittit conclusionem responsiuam generalem, secundò eandem alijs conclusionibus specialibus explicat ibi.Sed considerandum &c.Quo ad primum D.S.hanc conclusionem generalem, ad amorem amicitiæ, & concupiscentiæ, & similitudinem in forma, & ad similitudinem perfectibilis ad perfectionem ponit, similitudo propriè loquendo est causa amoris. Ista conclusio probatur per argumentum in oppositum auctoritate sapientis,& quia similitudo multiplex est,& similiter amor; ideo conclusio ista eget explicatione. Sed circa istam conclusionem oportet notare, q videtur esse alia causalitas similitudinis super amore,a causalitate cognitionis; nam vt dictum est cognitio est solũ conditio rationis causandi,quæ non habet se,vt quod sed solũ, vt quo, & sine quo non, non enim amatur, quia cognitum,sed non amatur,nisi cognitum; sed similitudo videtur esse pars, & principium constitutiuum rationis causandi amorem. Obiectum enim amoris apprehensum non esset ratio causandi amorem,nisi esset aliquo modorum dicendorum simile. Si enim non apprehendatur,vt ad diligentem aliquo modo pertinens, & ei simile, vel vt eius perfectiuum, vel connaturale, non est quare ametur;quare relinquitur, quòd similitudo sit causa suo modo effectiua, sicut constitutiuum rationis causandi amorem; res enim apprehensa, eo ipso quia apprehenditur vt similis, apprehenditur sub ratione causandi amorem, ita quòd similitudo non solùm sit causa sine qua non,& cõditio necessaria rationis causandi,sed est principium constitutiuum rationis causandi amorem,& est ratio per quam & propter quam &c.

¶ Sed considerandum est, quòd similitudo inter aliqua potest attendi dupliciter. Vno modo ex hoc, quòd vtrunque habet idem in actu;sicut duo habentes albedinem dicuntur similes. Alio modo ex hoc,quòd vnum habet in potẽtia,& in quadam inclinatione illud, quod aliud habet in actu;sicut si dicamus, quòd corpus graue existens extra suum locum habet similitudinem cũ corpore graui in suo loco existente, vel etiam, secundum q potentia habet similitudinem ad actum ipsum; nam in ipsa potentia quodammodo est actus.

¶ Hic consequenter D.S.distinctius, & specialius respõdet explicans priorem conclusionem Circa quod,primò præmittit quoddam notabile distinctiuum similitudinis, secundò subiungit duas conclusiones specialiter respõsiuas,primam ibi. Primus ergo &c. secundam ibi.Sed secundùs &c. tertiò ponit limitationem, & tanum intellectum illarum conclusionum ibi. Dictum est autẽ. Notabile ergo distinctiuũ similitudinis est, quia similitudo inter aliqua potest esse dupliciter. Vno modo, quia vtrunque habet idem in actu &c. (& intellige,de identitate secundum speciem, vel genus,vel proportionem,vt patebit ad secundum,ita quòd musicus, & scriptor dicatur similes,quia sicut ille habet artẽ ita & ille &c.) Alio modo &c.non videlicet, quia ambo habeant vnum in actu; sed quia vnum habet aliquod in actu,quod aliud habet in potentia naturali,vel secundò secundùm quòd vnum est natum perficere aliud;sicut actus potentiam, in qua potentia præsertim naturali est aptitudo,& inchoatio actus.Et dicit D.S.notanter in qua potentia est quodammodo actus, quia esse secundùm potentiam,est esse secundùm quid in aliquo,& ergo quodammodo &c.& potest esse exemplum in litera.Exemplum secundi est.8.Ethicorum. Sicut terra deficcata appetit pluuiam tanquàm similem secũdo modo (scilicet tanquam perfectiuum) & siciens habet similitudinẽ isto modo,cum recenti haustu, cum tamen ipse sit siccus, & haustus humidus, & frigidus. Ad primum autem modum similitudinis requiritur,quòd habeant eandem qualitatem saltem in genere,& proportionentur,hic verò non. Consequentur cum dicit.

¶ Primus ergo similitudinis modus causat amorem amicitiæ,seu beneuolẽtiæ;ex hoc enim quòd aliqui duo sunt similes quasi habentes vnam formam, sunt quodammodo vnum in forma illa, sicut duo homines sunt vnum in specie humanitatis, & duo albi in albedine,& ideo affectus vnius tendit in alterum, sicut in vnum sibi,& vult ei bonum sicut & sibi.

¶ Ponit primam conclusionem specialem explicatiuam generalis, primus modus similitudinis causat amorem amicitiæ,seu beneuolentiæ.i. talis similitudo est causa, quòd aliquis velit sic sibi simili bonum,gratia sui Beniuolentia enim dicit velle bonum propter eum cui vult,& capitur beniuolentia generaliter,vt est genus amicitiæ,& amoris,vt habetur.8.Ethi.Quandoque autem capitur beniuolentia,vt contra amorem,& amicitiam distinguitur, vt patet 9.Ethi. Probatur conclusio, ex hoc,quòd aliqui duo sunt similes isto modo,affectus vnius tendit in alterum, sicut in vnum sibi,& vult ei bonum,sicut & sibi;sed hoc est amoris amicitiæ, seu beniuolentiæ;igitur conclusio vera. Maior patet;quia similes isto modo, sunt quasi habentes vnam formam, & sunt quodammodo vnum in illa forma;sicut &c. igitur sequitur maior, quòd si diligit illam formam in se diligit, & in alio inquantum est vnum in forma &c.Et dicit D.S.quodammodo vnum;quia non possunt habere vnam formam in numero, quæ est vnitas simpliciter, quia aliàs vnum esset duo, & ergo eoipso quo ponuntur duo, scilicet simpliciter,non ponuntur vnum, nisi secundùm quid,puta in specie,vel in aliqua qualitate, vel vnum formaliter, quæ vnitas formalis conuenit etiam aliquibus duobus præter opus intellectus, quia dicit negationem diuisionis formalis,& non requirit ad vnitatem formalem vna forma in numero; sed sunt duæ formę quarum quælibet habet negationem diuisionis formalis ab alia;& huius maioris euidens videmus exemplum,quòd si alterius artificium despiciatur statim alius consimilis artifex putat, & se contemptum esse,& offenditur;& si commune artificium aliquod honoratur omnes gaudent, quare signum est,quòd conuenientes in forma,vt sic,sibimuicem fauent,& benè volunt,& hoc per se &c. Deinde ibi.

¶ Sed secundus modus similitudinis causat amorem concupiscentiæ, vel amicitiam vtilis, seu delectabilis, quia vnicuique existenti in potentia inquantum huiusmodi inest appetitus sui actus, & in eius consecutione, delectatur si sit sentiens, & cognoscens.

¶ Subiungit secundam conclusionem specialem iuxta secundum modum similitudinis talem. Secundus modus similitudinis causat amorem concupiscentiæ,vel amicitiam vtilis,seu delectabilis (& est amicitia vtilis, vel delectabilis, quando amans amat propter

propter suum commodum, vel suam delectationem, & non propter bonum amati,vt patet 8.Ethi.) Probatur conclusio, Maior in litera est,quia vnicuique &c. Minor suppletur; sed hoc est amare amore concupiscentiæ,vel amore vtilis,igitur conclusio vera. Minor patet.Pro maiore nota,quòd D.S.dicit,& in eius consecutione delectatur si sit sentiens, & cognoscens, quia vult, quòd amor concupiscentiæ sit amor delectabilis,quia si quis amat amore concupiscentiæ aliquid sui perfectiuum,& ipsum consequitur,tũc delectatur si sit sentiens,& cognoscens; quia in naturalibus esto aliquid suo modo concupiscat amore cõcupiscentiæ sui perfectiuũ, tamen in eius consecutione non delectatur; quia vt patebit infra q.31.in fine corporis,delectatio non inuenitur in rebus insensibilibus. Deinde ibi.

q.26.ar.4. ¶ Dictum est autem supra, quòd in amore concupiscentiæ amans propriè amat ipsum cui vult illud bonũ, quod concupiscit, magis autem vnusquisque seipsum amat,quàm alium;quia sibi vnus est in substantia,alteri verò in similitudine alicuius formæ; & ideo si ex eo, q est sibi similis in participatione formæ impediatur ipsemet a consecutione boni quod amat, efficitur ei odiosus,non inquantum est similis;sed inquãtum est proprij boni impeditiuus.

¶ Exponit primam conclusionem specialem ad sanum intellectum,& primò facit hoc,secundò ex ista declaratione exponit auctoritates adducendas in primo argumento in oppositum, ibi. Et

Conclusio propter hoc &c. Quo ad primum ponit talem conclusionem declaratoriam, si ex eo qđ est sibi similis in participatione formæ impediatur ipsemet a consecutione boni,quod amat, efficitur ei odiosus(scilicet similis)non inquantum est similis;sed inquãtum est proprij boni impeditiuus. Et vult, quòd similitudo potest esse causa odij per accidens,& per consequens prima conclusio intelligenda est, q similitudo est causa amoris per se, p accidẽs secus. D.S.probat conclusionem. In amore concupiscentiæ amans propriè amat seipsum cui vult illud bonum, quod concupiscit; sed vnusquisque magis seipsum amat, quàm alium, igitur sequitur conclusio, quòd si alius impediat eum in bono amato, quòd efficitur odiosus &c. Maior patuit.q.26.ar.4. quia vult ista maior, q volendo lucrum meum amo propriè meipsum; ideo si alius mihi similis impedíat me a lucro meo,tunc est contra amorem mei, & per consequens,sicut dicit minor;quia meipsum plus diligo,ideo plus volo lucrum meum,quàm alterius,immo alterum, vt impedit lucrum meum prosequor odio,& ita similis efficitur odiosus; quia omne contrarium bono amato,vt sic est odiosum,ille autem est contrarius mihi;quia volendo bonum mihi diligo me &c. Ad idem est D.S.in 3.dist 27.q.1.ar.2.ad tertium. Minorem D.S. probat;quia sibi est vnus in substantia,alteri verò in similitudine alicuius formæ, amor autem, vt patebit postea, super vnitate & vntone fundatur.

¶ Nota autem,quòd hominis ad seipsum est vnitas numeralis, quæ est maxima vnitas,& realis;ad alios autem est vnitas, vel formalis, vel specifica, vel accidentalis; quare minores sunt vnitate numerali;ideo hominis ad seipsum est maxima vnitas, quæ nullã patitur diuisionem,& multitudinem realem,sicut alię omnes,quare & maximus amor &c. Deinde ibi.

¶ Et propter hoc figuli corrixantur adinuicem; quia se inuicem impediunt in proprio lucro; & inter superbos sunt iurgia, quia se inuicem impediunt in propria excellentia quam concupiscunt. Et per hoc patet respon sio ad primum.

¶ D.S.ex iam posita conclusione exponit auctoritates adducẽdas in primo argumento in oppositum,& ipsum soluit,vt patebit respondendo ad primum.Confirmat cõclusio generalis, & prima specialis &c.argumento in contrarium Ad primum,ad maiorem idem secundùm idem,& in eodem receptiuo, & eodem modo se habens non est causa contrariorum.Verũ,per se,potest tamen esse causa contrariorum idem etiam agens naturale, secundùm diuersitatem recipientium, & secundò vnius per se,alterius per accidens.Ista patent de calore qui resoluit ceram, & indurat lutum, & similiter frigus per accidẽs, & per antiparistasim calefacit. Sunt etiam multæ experientiæ vbi contrarium est causa contrarij per accidens &c. Ad minorem similitudo est causa odij per accidens; ratione impeditionis in amato amore concupiscentiæ, est tamen causa amoris per se.Vnde negatur consequentia loquendo de per se Figuli enim eo quòd figuli diligunt se,secundùm primam conclusionem;quia si figulus odiret figulum,vt sic,odiret seipsum, vt figulus est;sed odit aliũ;quia impedit a lucro,& sic de supbo &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in hoc etiam,quòd aliquis in altero amat, quod in se non amat,inuenitur ratio similitudinis secundùm proportionabilitatem; nam sicut se habet alius ad hoc, quod in alio amatur; ita ipse se habet ad hoc, quod in se amat, puta si bonus cantor bonum amet scriptorem,attenditur ibi similitudo proportionis secundùm quòd vterque habet, quod conuenit ei secundùm suam artem.

¶ Maior vera,& hoc ideo;quia id quod non vellet se esse amat propter similitudinem proportionabilitatis; nam aliquis vellet sibi ita conuenire statum suum decentia, sicut histrio habet, quæ conueniunt statui suo, & quamuis non velit se esse hystrionem, tamen velit esse peritus in rebus suis, sicut iste in suis proportionabiliter. Vnde dicunt communiter, iste est bonus artifex in arte sua;ideo diligo eum. Vltra hoc autem &c. dicitur quòd hoc non contingeret si similitudo tantùm vniuoca in eadem forma esset causa amoris; sed quia etiam similitudo proportionabilitatis est causa amoris; ideo contingit aliquem amare in alio, quod non vellet esse in seipso;ergo &c.Verũ similitudo in eadem forma secundùm vniuocationem &c. Et videtur quòd posset etiam dici extra literam,quòd inter hominem,& hystrionem est similitudo secundo modo dicta; quia homo quandoque eget recreatione, & tunc est amor concupiscentiæ D.S.autem loquitur de amore amicitiæ,& ille est propter similitudinem analogicam &c.

¶ Vnde nota ex 8. Ethicorum quòd Eutrapelum aliquis amat dupliciter,vel diligit.Vno modo non secundùm quòd est eutrapelus,sed propter delectationem quam ab eo recipit circa ludum,& sic diligit eum amore concupiscentiæ,& amore delectabilis.Alio modo amat eum secundùm quòd est eutrapelus(i.virtuose se habens circa ludos) & sic eutrapelus amat eutrapelum amore amicitiæ, & sic in proposito potest hystrio vno modo diligi propter delectationem Alio modo,quia artificialis,& artifex,& sic diligitur amore amicitiæ ab eo,qui est proportionabiliter talis, & hoc modo loquitur D.S.

¶ Ad tertium dicendum,quòd ille qui amat hoc quo indiget, habet similitudinem ad id quod amat, sicut quod est potentia ad actum, vt dictum est.* * In corp.

¶ Maior vera est; quia ibi est similitudo secundo modo dicta in notabili, & est amor concupiscentiæ, sicut patet in exemplis argumenti.

¶ Ad minorem dicitur, quòd quidem carens vt sic,non est similis similitudine primo modo dicta, quasi habens eandẽ formã,est tñ similitudo secundo modo dicta,quia est in potentia ad ipsum tanquàm ad suum actum perfectiuum;ergo non &c.Negatur,sed verũ est, quòd non solũ similitudo primo modo dicta est causa amoris &c. præsertim concupiscentiæ D.S.respondet ad minorẽ.

¶ Ad quartum dicendum,quòd secundùm eandem similitudinem potentiæ ad actum ille qui non est liberalis amat eum, qui est liberalis inquantum expectat ab eo aliquid,quod desiderat;& eadem ratio est de perseuerante in amicitia ad eum,qui non perseuerat,vtrobique enim videtur esse amicitia propter vtilitatem. Vel dicendum,quòd licet non omnes homines habeant huiusmodi virtutes, secundùm habitum completum, habent tamen eas secundùm quædam seminalia rationis, secundùm quæ qui non habet virtutem diligit virtuosum tanquàm suæ naturali rationi conformem.

¶ Ad maiorem diligimus, qui benè faciunt in prosperitate eorum amore concupiscentiæ propter similitudinem potentiæ ad actum,similiter qui circa mortuos seruant amicitiam; quia putamus,quòd & nobis paria facturi sint. Quare negatur consequẽtia; quia ibi est similitudo.Secundò dicitur, quòd diligimus eos, & est ibi similitudo etiam secundùm eandem formam; sed in completam;quia omnis virtuosus est similis etiam vitioso, secundùm seminaria rationis (scilicet synderesim) in qua omnes virtutes sunt inchoatę, & ergo esto quis non habeat completam virtutem, tamen diligit virtuosum, & est ei similis,De illa inchoatione virtutum disputabitur infra q.63.ar.1.

B

Vtrum aliqua alia passio possit esse causa amoris.

Arist. * Cap.3.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd aliqua alia passio possit esse causa amoris,dicit enim Philosophus in 8. Ethi. * quòd aliqui amantur propter delectationem; sed delectatio est passio quædam; ergo aliqua alia passio est causa amoris.

August. * Cap.1. ¶ 2 Præterea.Desiderium quędam passio est;sed aliquos amamus propter desiderium, quod ab eis expectamus,sicut apparet in omni amicitia,quæ est propter vtilitatem;ergo aliqua alia passio est causa amoris.

¶ 3 Præterea.Aug.dicit in 10.de Tri.*Cuius rei adipiscendæ spem quisque non gerit, aut tepidè amat, aut omnino non amat, quamuis quàm pulchra sit videat;ergo spes est etiam causa amoris.

¶ Sed

Auguſt. * Cap. 7. & 9.

¶ Sed contra. Hoc eſt, quod oēs alię affectiones animæ ex amore cauſantur, vt Aug. dicit 14. de ciui. Dei. *

¶ D. S. circa prædicta determinat quoddam dubium incidens, an videlicet præter cauſas poſitas detur alia cauſa amoris, quæ ſcilicet cauſa ſit etiam paſſio. Et videtur quòd quæſtio intelligatur de amore, & paſſione communiter, prout etiam motus voluntatis, & amor voluntatis dicitur paſſio, vt patuit. q. 26. ar. 2. &c.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd nulla alia paſſio animæ eſt, quæ non præſupponat aliquem amorem; cuius ratio eſt; quia omnis alia paſſio animæ importat motum ad aliquid, vel quietem in aliquo; omnis autem motus in aliquid, vel quies in aliquo ex aliqua connaturalitate, vel coaptatione procedit, quæ pertinet ad rationē amoris; vnde impoſsibile eſt, quòd aliqua alia paſsio animæ ſit cauſa vniuerſaliter omnis amoris.

Concluſio reſponſi.

¶ Concluſio reſponſiua in corpore eſt iſta. Impoſſibile eſt, quòd aliqua alia paſſio animæ ſit cauſa vniuerſaliter omnis amoris, cōtingit tamen aliquam aliam paſſionem eſſe cauſam alicuius. Huius concluſionis D. S. probat, & ponit primò primam partem, ſecundò ſecundam, ibi. Contingit tamen aliquam &c. Probatur ergo prima pars, ſic. Nulla alia paſſio animæ eſt, quæ non præſupponat aliquem amorem; ergo concluſionis prima pars vera. Tenet conſequentia, quia non eſt cauſa illius amoris quem præſupponit, & per conſequens non eſt cauſa vniuerſaliter omnis amoris. Antecedens probatur in litera, ibi. Cuius ratio eſt clarè &c. Et ſicut dictum eſt de quæſtione, ita dico de reſponſione; quia etiam de motibus voluntatis intelligenda eſt; nam & in actibus voluntatis ipſe amor ab omnibus præſupponitur, vt patet 1. par. q. 20. ar. 1. ex intentione &c. Deinde ibi.

¶ Contingit tamen aliquam aliam paſsionem eſſe cauſam amoris alicuius, ſicut etiam vnū bonum eſt cauſa alterius.

¶ Subiungit ſecundam partem concluſionis reſponſiuę, quæ probatur ſic; Vnum bonum eſt cauſa alterius boni, igitur etiam paſſio, quæ eſt circa obiectum bonum, eſt cauſa amoris circa vnū bonum. Tenet conſequentia; quia ſicut ſe habet bonum ad bonū, ita etiam paſſio ad paſſionem. Antecedēs de ſe patet, quia aliquis bonus artifex cauſat delectationem; ergo & delectatio amata cauſabit amorem boni artificis, vel cutrapeli; & illa ſecunda pars magis explicatur per argumenta, & ſolutiones; quia bonum deſideratum ab illo etiam delectabile cauſat amorem eius a quo habetur illud bonum.

¶ Nota autem, quòd bonum cauſat bonum effectiuè, & prius poſterius, ſicut eutrapelus cauſat delectationē; ſed in paſſionibus paſſio, quæ eſt reſpectu cauſati, & effectus boni eſt cauſa effectiua (ſicut ratio cauſandi) paſſionis, quæ eſt circa cauſam; ſicut delectatio deſiderata ab eutrapelo eſt cauſa amoris ipſius eutrapeli, ſic in exemplis ſolutionum; diues dat pecuniam, & deſiderium pecuniæ eſt cauſa amoris diuitis &c. Vide infra q. 40. artic. 7. de ſpe quæ cauſat amorem illius a quo aliquid bonum ſperamus, vbi etiam paſſio circa effectum (ſcilicet bonum ab eo ſperatum) inducit paſſionem circa cauſam &c.

¶ Nota etiam, quòd hæc dicta intelliguntur de cauſalitate effectiua, ita quòd ſicut amor cauſat deſiderium, & delectationem effectiuè ad ſenſum ſupra dictum. q. 26. ar. 1. ad ſecundum, ita quandoque deſiderium de aliqua re pura pecunia eſt ratio efficiendi amorem eius, qui ipſum dat. Similiter de delectatione, & ſpe &c. ſed reſpectu eiuſdem obiecti tunc amor eſt cauſa effectiua (largè) deſiderij, & delectationis; delectatio autem cauſa finalis.

ARGVMENTVM in contrarium eſt pro prima parte concluſionis; quia omnes alię cauſantur ex aliquo amore, non tamen ex illo, vel illo, & per conſequens aliquis particularis amor poteſt ex aliqua paſſione cauſari, & illa iterum ex amore alio, & eſt ſtatus in amore; ita quòd non datur paſſio quin cauſatur ex amore; ſed datur amor qui non cauſatur ex alia paſſione, ſcilicet effectiuè &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cū aliquis amat aliquid propter delectationem, amor quidem ille cauſatur ex delectatione; ſed delectatio illa iterum cauſatur ex alio amore præcedente, nullus enim delectatur, niſi in re aliquo modo amata.

¶ Ad maiorem placet mihi, quòd aliqui amantur propter delectationem (ſcilicet amore vtilis, & concupiſcentiæ finaliter) vnde ille amor illius quidem confert ad delectationem, vel eam facit, ex delectatione dependet; ſed illa delectatio etiā cauſatur ex amore præcedenti, illius ſcilicet rei in qua delectatur, non enim delectatur aliquis, niſi in re amata aliquo modo, ſcilicet vel amore amicitiæ, vel concupiſcentiæ; quare hoc argumentum probat ſecundam partem concluſionis, quòd aliquis particularis amor dependet ex alia paſſione, ſed non vniuerſaliter, immo econtra &c.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd deſiderium rei alicuius ſemper præſupponit amorem illius rei, ſed deſiderium alicuius rei poteſt eſſe cauſa, vt res alia ametur, ſicut qui deſiderat pecuniam amat propter hoc eū, a quo pecuniam recipit.

¶ Ad minorem, verū, quòd aliquos amamus propter deſideriū eius, quod ab eis expectamus; ſed tamen illud deſiderium præſupponit amorem rei ab eis expectatę, ſicut amo illum; quia expecto ab eo pecuniam deſideratam; ſed illud deſiderium præſupponit amorem pecuniæ, & hoc eſt, quod dicit D. S. quia deſiderium alicuius rei (ſcilicet pecuniæ) præſupponit amorem illius rei videlicet pecuniæ; ſed deſiderium alicuius rei, videlicet pecuniæ, poteſt eſſe cauſa, vt res alia ametur, ille ſcilicet a quo ſperatur pecunia &c. vnde eſt etiam pro ſecunda parte, ſimile infra q. 40. ar. 7.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſpes cauſat, vel auget amorem, & hoc ratione delectationis; quia delectationē cauſat etiam ratione deſiderij; quia ſpes deſiderium fortificat, non enim ita intensè deſideramus, quæ non ſperamus; ſed tamen & ipſa ſpes eſt alicuius boni amati.

¶ Ad antecedēs verū, & rationem ponit D. S. in ſolutione; quia ex ſpe cauſatur amor, tum ratione delectationis quam ſpes cauſat, tum ratione deſiderij, quia res ſperata eſt delectabilior, & augetur deſiderium ex ſpe, quæ duo cauſant amorem, vt patuit ad primum, & ſecundum, tamen ſpes etiam præſupponit aliquem amorem, ſcilicet rei ſperatę, quare eſto ſpes augeat amorem, tamē præſupponit etiam aliqualem amorem, alioquin non ſperaretur res, niſi eſſet amata &c. vnde deſiderium, & delectatio, quæ ſunt circa pecuniam mediante ſpe faciunt, vt aliquis magis amet dantem pecuniam; ſed tamen illud deſiderium, & illa delectatio præſupponunt amorem pecuniæ, quæ non amata nec delectat, nec deſideratur &c.

Quæſt. Vigeſimaoctaua.

De effectibus amoris.

DEinde conſiderandum eſt de effectibus amoris. Et circa hoc quæruntur ſex. Primò vtrum, vnio ſit effectus amoris, Secundò vtrum, mutua inheſio, Tertiò vtrum, extaſis ſit effectus amoris, Quartò vtrum, zelus, Quintò vtrum, amor ſit paſsio lęſiua amātis. Sextò vtrū, amor ſit cauſa omnium, quæ amans agit.

¶ Patet ratio ordinis; quia habitudo ad cauſam prior eſt habitudine ad effectum; ideo prius determinatum eſt de cauſa, quàm de effectu. Et diuiditur iſta quæſtio in ſex partes ſecundùm ſex effectus amoris.

Vtrum vnio ſit effectus amoris.

AD primum ſic proceditur. Videtur quòd vnio nō ſit effectus amoris. Abſentia enim vnioni repugnat; ſed amor comparitur ſecum abſentiam, dicit enim Apoſtolus ad Gal. 4. Bonum ęmulamini in bono, ſemper loquens de ſeipſo, vt glo. dicit, & non tantùm, cum præſens ſim apud vos; ergo vnio nō eſt effectus amoris. C 1.2.q.28. ar.1. q.6.ar.1. ad 1. Bis dicit. ami. Gal.

¶ 2 Præterea. Omnis vnio, aut eſt per eſſentiam, ſicut forma vnitur materiæ, & accidens ſubiecto, & pars toti, vel alteri parti ad conſtitutionem totius; aut eſt per ſimilitudinem, vel generis, vel ſpeciei, vel accidentis; ſed amor non cauſat vnionem eſſentialē, alioquin nūquàm haberetur amor ad ea, quæ ſunt per eſſentiam diuiſa; vnionem autem, quæ eſt per ſimilitudinem amor non cauſat, ſed magis ab ea cauſatur, vt dictum eſt; * ergo nō eſt effectus amoris. * 2.3.4.

¶ 3 Præterea ſenſus in actu fit ſenſibile in actu, & intellectus in actu fit intellectum in actu, non autem amans in actu, fit amatum in actu; ergo vnio magis eſt effectus cognitionis, quàm amoris.

¶ Sed contra. Eſt quod dicit Dionyſius 4. ca. de Di. no. quòd amor quilibet eſt virtus vnitiua. Dionyſius

¶ Hic ergo primò D. S. inquirit de primo effectu, qui eſt vnio, nam vnio, & inhæſio magis de per ſe amorem ſequuntur, extaſis enim & zelus ipſum ſequuntur in ordine ad deſideriū, vt patebit.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd duplex eſt vnio amantis ad amatum. Vna quidem ſecundùm rem, puta cum amatū præſentialiter adeſt amanti. Alia verò ſecundùm affectum,

affectum, quæ quidem vnio conſideranda eſt ex apprehenſione præcedente; nam motus appetitiuus ſequitur apprehenſionem; cum autem ſit duplex amor. ſ. concupiſcentiæ, & amicitiæ, vterque procedit ex quadam apprehenſione vnitatis amati ad amantem, cum enim aliquis amat aliquid quaſi concupiſcens illud, apprehendit illud quaſi pertinens ad ſuum bene eſſe. Similiter cum aliquis amat aliquem amore amicitiæ vult ei bonum, ſicut & ſibi vult bonum; vnde apprehendit eum, vt alterum ſe, inquantum. ſ. vult ei bonum, ſicut & ſibi ipſi, & inde eſt, quòd amicus dicitur eſſe alter ipſe, & Auguſt. dicit in 4. confeſ. * Bene quidam dixit de amico ſuo dimidium animę ſuæ. Auguſt. * Cap. 6.

¶ D. S. hic duo facit, primò p̄mittit quoddā notabile diſtinctiuum, ſecūdò iuxta illud ref. ōdet ad q̄ſtiū ibi. Primam ergo vnionem &c. Quo ad primum iſta eſt diſtinctio, quòd duplex eſt vnio amantis ad amatum, vna ſecundùm rem; quia videlicet eſt in reali exiſtentia, & præſentia cum amato, vel habet amatum. Alia eſt vnio ſecundùm affectum, & qualis ſit iſta vnio D. S. declarat ex apprehenſione neceſſariò præcedente amorem; quia ſicut amatum amore amicitiæ aliter apprehenditur, quàm amatum amore concupiſcentiæ, ita etiam affectus aliter ſe habet ad vtrumque; in apprehenſione enim præſuppoſita amori concupiſcentię apprehenditur tanquam pertinens ad bene eſſe, & per conſequens, per affectum vnitur ſibi, & habet ſe ad ipſum tanquàm ad aliquid ſui; ſed amatum amore amicitiæ apprehenditur, vt alterum ipſum. i. tanquàm vnum cum amante, & per conſequens per affectum ita eſt vnitus, quòd ſe habet ad eum volendo ſibi bonum, ſicut ſibi ipſi, ſicut patet per auctoritatem beati Aug. &c.

¶ Et nota, quòd per hæc patet, quod ſupra dicebatur. q. 22. quòd amari eſt trahere appetitum ad ſe, & ergo amatum amore concupiſcentiæ trahit appetitum, vt ſe habeat ad ipſum, vt iam dictum eſt, ſimiliter de amato amore amicitiæ.

¶ Primam ergo vnionem amor facit effectiuè; quia mouet ad deſiderandum, & quærendum præſentiam amati quaſi conuenientis, & ad ſe pertinentis.

¶ Hic conſequenter D. S. ſecundum prædictam diſtinctionem reſpondet ad quæſitum duabus concluſionibus, ſecundam ibi. Secundam autem vnionem &c. Quas concluſiones confirmat ſecundò auctoritate Aug ibi; vnde Aug. &c. Concluſio ergo prima iuxta primum membrum prædictæ diſtinctionis eſt. Primā vnionem (ſcilicet realem) amor facit effectiuè (& per hoc habetur reſponſio formalis ad quæſitum, quòd vnio realis eſt effectus amoris in genere cauſæ efficientis) Probatur concluſio, amor mouet ad deſiderandum, & quærendum præſentiam amati quaſi conuenientis, & ad ſe pertinentis; igitur concluſio vera. Antecedens patet ex ſupradictis. q. 26. ar. 1. & 2. quia amor eſt quædam cōnaturalitas, & aſſimilat grauitati; ſed grauitas mouet effectiuè, & p hoc patet ēt cōſequētia; ga cōnaturalitas mouet ad cōueiens effectiuè. Concluſio prima.

¶ Et nota, quòd ſicut ſupra vbi iam dictum fuit, quòd amor eſt principium omnium paſſionum ſuo modo effectiuum, & per cōſequens deſiderij; ſed deſiderium illud vlterius facit tēdere in realem tendentiam ad habendum amatum realiter præſens, & ita amor mediante deſiderio eſt cauſa, vt realiter quæratur, & habeatur &c. Deinde cum dicit.

¶ Secundam autem vnionem facit formaliter; quia ipſe amor eſt talis vnio, vel nexus.

¶ Ponit ſecundam concluſionem iuxta ſecundum membrum prædictum talem. Secundam vnionem (ſcilicet ſecundùm affectum) facit amor formaliter (& habetur per hanc concluſionem, quòd vnio affectiua eſt effectus formalis amoris.) Probatur concluſio, vnio eſſentialiter facit vnionem formaliter; ſed amor eſt vnio, vel nexus affectus eſſentialiter, igitur &c. Huius rationis D. S. ponit minorem, quæ relinquitur nota. Maior patet a ſimili; ſicut albedo eſſentialiter facit albū denominatiuè, & formaliter. Concluſio ſecunda.

¶ Nota quòd ſi haberetur nomen denominatiuum vnionis abſtractiuè acceptę, tunc clarum eſſet videre, quomodo vnio faceret vnionem formaliter; ſicut albedo album; ſed quia deficiunt nomina; ideo dicit D. S. quòd amor eſt vnio (ſcilicet eſſentialiter, & abſtractiuè) & facit vnionem in concreto, nec habetur ex hoc paſſu, quòd effectus formalis realis, qui eſt eſſe formę, ſit idem cum forma ipſa. Nam licet albedo, & album idem ſignificent ſecundùm rem, & non oporteat concretum, & abſtractum diſtingui, quo ad ſignificatum formale, tamen albedo, & eſſe album, vel eſſe albedinis diſtinguuntur realiter. Et ſecundò non oportet, quòd' denominans, & denominatiuum diſtinguantur realiter, ſicut non diſtinguuntur deitas, & Deus; Michael & michaeleitas, tamē cauſa formalis realis, & ſuum eſſe diſtinguuntur, non quia denominans, & denominatiuum; ſed quia eſſe, & eſſentia. Forma enim diſtinguitur a ſuo effectu, qui eſt eſſe, non quia dat formaliter eſſe, ſed quia finita eſſentia. Et ad propoſitum vnio affectus non diſtinguitur ab vnione, vt ſtat in concreto; ſed ab vnito eſſe, quod amor dat affectui &c. Ex his patet, quòd principium formale, & formaliter denominans, non oportet realiter diſtingui a denominatiuo, nec principium formale Metaphyſicum ab eo cuius eſt principium; ſed tamen cauſa formalis diſtinguitur a ſuo effectu formali phiſico qui eſt eſſe. Deinde ibi. Effect' formalis, & cā diſtinguūtur.

¶ Vnde Auguſt. dicit in 8. de Trini. * quòd amor eſt quaſi iunctura quædam duo aliqua copulans, vel copulare appetens, amantem ſcilicet, & quod amatur; quod enim dicit copulans refertur ad vnionem affectus ſine qua non eſt amor, quod verò dicit copulare intendens pertinet ad vnionem realem. Auguſt. * Cap. 10.

¶ Vtranque concluſionem confirmat auctoritate beati Auguſti. per hoc enim quòd dicitur amor eſt iunctura, duo aliqua copulans, probat primam concluſionem; quia amor non eſt ſine coniunctione affectus quam facit formaliter, & per hoc, quòd dicit copulare appetens, probatur ſecunda concluſio; quia amor eſt cauſa copulationis, & vnionis realis effectiua. Cauſa autem effectiua poteſt quandoque a ſuo effectu ſeparari. Et hoc, quod dictū eſt in concluſionibus confirmatur auctoritate in argumento in contrarium, Vide D. S. in 3. di. 27. q. 1. ar. 1. per totum de hac definitione amoris hic allegata.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de vnione reali quam quidem requirit delectatio, ſicut cauſam; deſiderium verò eſt in reali abſentia amati; amor verò, & in abſentia, & in præſentia.

¶ Ad maiorem, abſentia affectionalis repugnat præſentiæ, & vnioni affectionali, & abſentia realis vnioni reali; ſed abſentia realis, non repugnat vnioni affectus, quæ eſt per amorem, amor enim eſt de præſente, & abſente realiter.

¶ Ad minorem amor compatitur abſentiam realem, & tamen eſt cauſa, quòd ipſa quæratur, & habeatur cum poſſibilitas affuerit. Apoſtolus loquitur de præſentia corporali, & reali. Vnde eius verba, hæc ſunt, bonum ęmulamini in bono, & non tantùm cum præſens ſum apud vos &c. vbi habet D. S. in poſtilla; quia aliqui ęmulātur. i. amant (excludendo contrarios) Doctorem bonum in ſua præſentia ſolùm; ideo addit ſemper, & non tantùm cum præſens ſum apud vos &c.

¶ Nota verbum D. S. in fine ſolutionis, amor verò in præſentia, & abſentia; nam per hoc patet, quod ſupra ſępius dictum eſt; quia videlicet amor abſtrahit a præſenti, & abſenti, & non dicit motum ad diſtans, vt ſic; & hoc eſt, quod D. S. habet 1. par. q. 20. artic. 1. cum dicit, amor autem reſpicit bonum in communi, ſiue ſit habitum, ſiue non habitū, & accipit in communi non pro vniuerſali; ſed pro abſolutę; quia eſt boni, vt ſic abſque contractione ad præſentiam, vel abſentiam &c.

¶ Ad ſecundum, quòd vnio tripliciter ſe habet ad amorem. Quædam enim vnio eſt cauſa amoris, & hæc quidem eſt vnio ſubſtantialis quantum ad amorem quo quis amat ſeipſum; quantum verò ad amorem quo quis amat alia eſt vnio ſimilitudinis, vt dictum eſt. * Quędam verò vnio eſt eſſentialiter ipſe amor, & hæc eſt vnio, ſecundùm coaptationem affectus, quæ quidem aſſimilatur vnioni ſubſtantiali inquantum amans ſe, habet ad amatum, in amore quidem amicitiæ, vt ad ſeipſum, in amore autem concupiſcentiæ, vt ad aliquid ſui. Quędā verò vnio eſt effectus amoris, & hæc eſt vnio realis quā amans quærit de re amata, & hæc quidem vnio eſt, ſecundùm conuenientiam amoris, vt enim Philoſophus dicit 2. politicæ. * Ariſtophanes dixit, quòd amantes deſiderarent ex ambobus fieri vnum; ſed quia ex hoc accideret, aut ambos, aut alterum corrumpi, quærunt vnionem, quæ conuenit, & decet; vt ſcilicet ſimul conuerſentur, & ſimul colloquantur, & in aliis coniungantur huiuſmodi. * q. præce. ar. 3. Ariſto. * Cap. 2.

¶ Ad maiorem dicitur, quòd omnis vnio eſt talis, vel aſſimilatur aliqualiter iſtis vnionibus, & eſt ſuper hoc vnio realis, & vnio conuerſationis, & collocutionis, & huiuſmodi, quæ ſunt amicorum.

¶ Ad minorem dicitur primò, ad primam partem, quòd amor non cauſat vnitatem eſſentiæ ſecundùm rem, tamen cauſatur ab vnitate ſubſtantiali quo ad amorem quo quis amat ſeipſum, quo autem ad amorem, quo diligit alios cauſatur ex conuenientia ſpecifica, & ſimilitudine, vel in natura, vel ſecundùm ſimilitudinem accidentalem, vel ſecundū ſimilitudinem actus, & potentiæ, & hoc quo ad amorem concupiſcentiæ &c. Dico ſecundò ad eandem partem, q̄ amor eſt vnio ſecundùm affectum, quæ eſt coaptatio ad amatum, qua habetur tanquàm amans, & talis vnio licet

non

non sit essentialis,& substatialis,tamen sibi assimilatur tã in amore concupiscentiæ,quàm amicitiæ. Dico tertiò, ꝙ causat tertiam vnionem,quæ est realis secundùm conuenientiam amoris (id est secundùm quòd possibile est amari) vt s. vniantur non in substantia;quia hoc est impossibile;sed in iocundo conuictu. Ad probationem minoris. Alioquin nunquàm &c.dico, ꝙ amor amicitiæ non habetur,nisi ad eos,qui sunt vnum in essentia vnitate specifica,vel proportionis;& amor concupiscentiæ non habetur, nisi ad ea,quæ quasi aliquid essentiæ &c. Vltra vnionem autem quæ est per similitudinem amor non causat &c. Dico ꝙ vnionem substantialem in numero non causat, nec vnionem similitudinis specificè,vel analogicè; tamen vnionem affectionalem facit formaliter ad sensum dictum,i.est id quo formaliter appetitus vnitur, & causat etiam vnionem realem possibilem amori,vt dicitur in fine solutionis.Et nota,quòd vnio substantialis dicitur ad seipsum, & capitur vnio nõ pro relatione;sed negatione.i. pro indiuisione eiusdem a seipso.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd cognitio perficitur per hoc, quòd cognitum vnitur cognoscenti, secundùm suã similitudinem; sed amor facit, quòd ipsa res, quæ amatur,amanti aliquo modo vniatur,vt dictum est; * vnde amor est magis vnitiuus, quàm cognitio.

*Ad secundum.

¶ Ad primam partem antecedentis conceditur, & ipsam exponit D.S.1.par.q.55.ar.1. ad secundum, quia intellectus in actu fit intellectum in actu;quia assimilatur sibi ratione speciei intelligibilis,quæ est similitudo rei intellectæ.Et secundò fit intellectum in actu;quia intellectus transit in ipsum.Intelligibile,& intelligibile sibi imbibitur,& ex duobus fit vnum operans,iuxta enim supra dicta q.22.(contra Scotum)intellectus secundùm se est potentia passiua,& habet rationem actiui solũ ex obiecto sibi inbibito, ita quòd potentia,cum obiecto est agens.Vnde ēt nõ propriè sunt duo agentia partialia,sed de hoc alibi longius.1.par.q.79.artic.5. Ad secundum partem,amans autem &c conceditur,ꝙ amans ratione amoris non fit amatum.Et ratio est;quia amor non est similitudo rei amatæ,sicut species,vel verbum rei intellectæ. Nec ꝓcedit amor in ratione similitudinis rei amatę cognitę, licet amor sit similis appetitui,non tamen appetibili, & rei amatæ. Et p hoc probat D.S.1.par.q.27.ar.4. ꝙ processio amoris in diuinis nõ est generatio in Deo. Tamen dico circa illam partem,ꝙ amans hẽt in se amatum,secundùm affectum,& impulsum ad amatũ,co modo quo locus deorsum est in graui;sed vt dictum est, amans nõ fit amatum,sed pellitur in amatũ,& ergo ex amato, & appetitu nõ fit vnum agens;sicut ex intellectu, & intelligibili ; sed vt dictũ est supra q.27.amatum,& appetitus concurrunt diuersis rationib. ad amorem causandum,vnum vt res,& agens,aliud vt cognitum, & ratio causandi. Dico vltra,quòd ita se omnibus habentibus,amor tamen est causa realis vnionis , vt patuit, & etiam cum hoc vnionis affectionalis,illius quidem effectiuè, istius autem formaliter, quare negatur cõsequentia, quia vnio realis maior est aliquo modo,quàm vnio secundùm similitudinem, licet intellectus,& intelligibile fiant magis vnum in ratione agentis , tamen res in se est vnita,sicut amor facit vniri.Et hoc intendit D.S. in solutione, ꝙa cognitum vnitur cognoscenti secundùm similitudinem (Et loquitur de lege communi,& naturaliter,& in nobis) sed amor facit ꝙ ipsa res, quæ amatur,amanti aliquo modo vniatur , scilicet realiter secundùm quòd possibile est amori,vt patuit ad secundũ, quare amor est magis vnitiuus;quia secundum rem.

*Ad 2.

Ioan.4.

Vtrum mutua inhæsio , scilicet vt amans sit in amato , & econuerso, sit effectus amoris.

Infra q.66. art.6.cõ. Et 3.dis.27.q.1. ar.1. ad 4.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ amor non causet mutuam inhęsionem,scilicet vt amans, sit in amato,& econuerso; quod enim est in altero continetur in eo;sed non potest idem esse continens,& contentum;ergo per amorem non potest causari mutua inhęsio vt amatum sit in amante,& econuerso.

¶ 2. Præterea. Nihil potest penetrare in interiora alicuius integri, nisi per aliquam diuisionem ; sed diuidere quæ sunt secundùm rem coniuncta, non pertinet ad appetitum in quo est amor,sed ad rationem ; ergo mutua inhęsio non est effectus amoris.

¶ 3 Præterea. Si per amorem amans est in amato,& econuerso , sequitur quòd hoc modo amatum vniatur amanti,sicut amans amato; sed ipsa vnio est amor,vt dictum est; * ergo sequitur , quòd semper amans ametur ab amato,quod patet esse falsum, non ergo mutua inhęsio est effectus amoris.

¶ Sed contra est,quod dicitur.1.Ioan.4.Qui manet in charitatę in Deo manet, & Deus in eo, Charitas autẽ est amor Dei ; ergo eadem ratione quilibet amor facit amatum esse in amante,& econuerso.

¶ Hic quærit consequenter de alio effectu , scilicet de mutua inhæsione.

¶ Respondeo dicendum , quòd iste effectus mutuæ inhętionis potest intelligi,& quantum ad vim apprehensiuam,& quantum ad vim appetitiuam. Nam quantum ad vim apprehensiuam, amatum dicitur esse in amante inquantum amatum immoratur in apprehẽsione amantis, secundùm illud Phil.1.Eo quòd habeã vos in corde.

¶ D.S.sic procedit , primò innuit conclusionem responsiuam, & declarat , & explicat primam eius partem . Secundò secundam partem ibi.Sed quantum ad vim &c. Conclusio igitur responsiua quam in principio D.S.innuit, est ista . Amor causat mutuam inhæsionem (vt scilicet amans sit in amato,& econuerso) & quantum ad vim apprehensiuam, & quantum ad vim appetitiuam. Et nota quòd amor quidem causat vtranque inhæsionem;sed aliter. Sicut etiam patet in alio proposito articulo sequenti, quia inhęsionem secundùm apprehensiuam facit indirectè , & dispositiuè; quia eo ipso, quòd aliquis afficitur secundùm appetitum , disponitur,vt immoretur secundùm apprehensionem;sed inhęsionem secundùm appetitum facit immediatè, & directè, & secundùm se. Explicat & probat primam partem prædictæ conclusionis, quæ virtualiter continet duas partes, scilicet quòd amor facit inhęsionem mutuam amantis, & amati,ita quòd amatum sit in amante, & e conuerso amans in amato.Primò ergo probat primum.Secundò secundum ibi.Amans verò &c. Primum ergo probat sic;quia amatum immoratur in apprehensione amantis,igitur &c.Antecedens patet ex auctoritate apostoli &c.

¶ Et nota, quòd omne apprehensum est in apprehendente,vt patet,ratione scilicet speciei,(si sit apprehensum per se) sed amatum dicitur esse in amante specialiter ratione apprehensiuę; quia videlicet amatum quasi continuè,& frequenter apprehenditur.Et ergo dicit D.S.inquantum amatum immoratur.i. est intra amantem,sicut crebro apprehensum &c. Consequenter cum dicit.

¶ Amans verò dicitur esse in amato, secundùm apprehensionem,inquantum amans non est contentus superficiali apprehensione amati ; sed nititur singula , quæ ad amatum pertinent intrinsecus disquirere, & sic ad interiora eius ingreditur,sicut de spiritusancto qui est amor Dei dicitur primæ ad Corint. 2. quòd scrutatur etiam profunda Dei.

¶ Declarat aliam partem, quòd scilicet amans etiam sit amato, secundùm apprehensiuam; quia amans non est contentus &c. vt in litera , igitur illa pars vera . Antecedens ostenditur de Spiritusancto &c.

¶ Nota quòd amatum oportet esse cognitum, & secundùm illud esse cognitum etiam amans est singulariter in amato ; quia apprehensiua disquirit omnia,quæ ad amatum pertinent.Qui autem rem cognitam non amat,non ita disquirit,nec curat penetrari intimata rei cognitæ;immo si est odiosa statim eam abijcit, & vellet nunquàm eius memorari . Quare amans per apprehensiuã specialiter versatur circa amatum &c. Consequenter ibi.

¶ Sed quantum ad vim appetitiuam amatum dicitur esse in amante prout est per quandam complacentiam in eius affectu , vt vel delectetur in eo, aut in bonis eius apud præsentiam; vel in absentia per desiderium tendat in ipsum amatum per amorem concupiscentiæ ; vel in bona, quæ vult amato eius per amorem amicitiæ, non quidem aliqua extrinseca causa;sicut cum aliquis desiderat aliquid propter alterum ; vel cum aliquis vult bonum alteri propter aliquid aliud ; sed propter complacentiam amati interius radicatam; vnde & amor dicitur intimus, & dicuntur viscera charitatis.

¶ Prosequitur secundam partem principalem conclusionis, quæ etiam virtualiter complectitur duo . Nam esse inhæsionem mutuam secundùm appetitum est amatum esse in amante, & ecõtra amantem in amato. Primò ergo ostendit primum . Secundò secundum,ibi.Econuerso autem &c. Primò ergo ostendit quomodo amor faciat amatum esse in amante ; quia amatum est in affectu amantis per quandam complacentiam &c.clarè in litera, igitur prima pars vera.

¶ Nota circa hoc, quòd tendere in amatum , vt amans delectetur in amato, aut in bonis eius, vel tendere in amatum absens, pertinet ad amorem concupiscentiæ amati , & ad amorem amicitiæ amantis ; quia volendo amicum esse præsentem , vt in ipso delecter est mihi velle bonum , & velle amicum tanquàm mei perfe-

perfectiuum,& sic per consequens me amare amore amicitiæ, & amicum amore concupiscentiæ;sed mediate complacentia, & impressione illa tendere in bona amici gratia sui , est amicum amare amore amicitiæ . Quare dicit D. S. vel in bona, scilicet amici tendere,per desiderium,vt infinit amico,pertinet ad amorem amicitiæ amati &c.

Aureolus hunc passũ non aduertit.

¶ Nota etiam hic defectum Aureoli(vt patet apud Capreolum in primo distin. 10.) Qui hunc passum D S. non aduertit, putans, quòd omne,quod est in alio, aut est per essentiam, aut similitudinem.Datur enim tertius modus,scilicet per affectionem, & complacentiam,vel connaturalitatem, scilicet per amorem . Quare complacentia potest etiam esse habitualis , prout ex frequentato actu amoris relinquitur impressio amati in amante habitualiter, & ratione talis inclinationis amatum est in amante, quæ impressio est causa immediata desiderij , & delectationis de amato quo desideratur,vt sit præsens,& delectet amicum, vel quo desideratur sibi bonum gratia sui;& hoc vult D.S in hoc textu &c. Vide etiã de materia huius textus D.S.quarto contra Gentiles ca. 19.vbi dicit quòd amatum non solùm est in intellectu amantis , sed etiam in voluntate ipsius, aliter tamen & aliter . In intellectu enim est secundùm similitudinem suæ speciei, in voluntate autem amantis est sicut terminus motus in principio motiuo proportionato per conuenientiam,& proportionem quam habet ad ipsum ; sicut in igne quodammodo est locus sursum ratione leuitatis secundùm quam habet ad ipsum proportionem,& conuenientiam ad talem locum; ignis verò genitus est in igne generante per similitudinem suæ formæ. Hæc ille. Et sicut locus sursum est quietatiuus leuis,ita amatum delectabile amanti, & si leue est extra locum tendit in ipsum , ita amans ad amatum, & similiter amans rationalis tendit in bona amati propter amatum ipsum . Et hoc est , quod Doct. Sanct. hic dicit &c.vt enim supra dictum fuit quæst. 22. artic. 2. amatum est in amante per modum trahentis ; quia videlicet trahit affectum amantis ad se, & ad sua bona sibi volenda. Deinde cum dicit.

¶ Econuerso autem amans est in amato , aliter quidem per amorem concupiscentiæ , aliter per amorem amicitiæ ; amor namque concupiscentiæ non requiescit in quacunque extrinseca aut superficiali adeptione, vel fruitione amati ; sed quærit amatum perfectè habere quasi ad intima illius perueniens.

¶ Probat secundã partem conclusionis quo ad hoc,quòd amor facit amantem esse in amato.Sed circa hoc est differẽtia in amore concupiscentiæ,& amicitiæ. Ostendit ergo propositum quo ad amorem concupiscentiæ. Secũdò de amore amicitiæ,ibi.In amore verò &c.Vult ergo primò,quia in amore concupiscentiæ (scilicet amati) amans nititur ipsum totum habere , & ad intima eius peruenire. Igitur amor concupiscentiæ facit amantem esse secũdùm affectũ in amato.i. facit vt affectet totaliter vniri amato &c. Deinde ibi.

¶ In amore verò amicitiæ amans est in amato inquãtum reputat bona , vel mala amici sicut sua, & voluntatem amici, sicut suam ; vt quasi ipse in suo amico videatur bona, vel mala pati, & affici, & propter hoc propriũ est amicorum eadem velle , & in eodem tristari, & gaudere , secundùm Philosophum in 9.Ethi. * & in 2. rheto. * vt sic inquantum quæ sunt amici ęstimat sua, amãs videatur esse in amato,quasi idem factus amato; inquantum autem econuerso vult , & agit propter amicum , sicut propter seipsum , quasi reputans amicum idem sibi, sic amatum est in amante.

* Cap. 8.

*Ca.4.& 6.

¶ Ostendit idem de amore amicitiæ duabus rationibus, secundam ponit ibi . Potest autem & tertiò &c. Ostendit ergo primò quomodo ille amor amicitiæ,vt sic faciat amantem esse in amato quia facit, vt amicum putet, & habeat tanquàm se per affectum, tanquàm ipse afficiatur bonis,vel patiat mala in amato ergo &c. Antecedens patet per Philosophum.D.S.circa hunc modum,scilicet quomodo secundùm amorem amicitiæ amans est in amato,notat quòd vtrunque potest dici esse in alio diuersis rationibus ibi.Vt sic inquantum, clarè in litera; quia inquantum amicus ea, quæ sunt amici ęstimat sua,& amicum alterum se, ipse amans est in amato;sed inquantum econuerso vult,& agit propter amicum tanquàm propter seipsum, & putat amicum, vt se, amatum est in amante; & hoc vtrunque est in amore amicitiæ;quia amans æstimat,quæ sunt amici sua,& habet se ad amicum,sicut ad seipsum, & habet eum tanquàm se. Deinde ibi.

¶ Potest autem, & tertio modo mutua inhęsio intelligi in amore amicitiæ, secundùm viam redamationis inquantum mutuò se amant amici, & sibi inuicem bona volunt,& operantur.

¶ Verificat alia ratione eandem partem ; quia amici mutuo se amant , & bona volunt, & operantur.

¶ Nota autem,quòd illam inhęsionem nõ facit quilibet amor; sicut enim similitudo super albedinem connotat terminum correlatiuũ,& cõsimile in albedine; ita mutuitas requirit, & connotat similem amorem in alio; quare fieri potest, vt quis amet, sed non reametur amore amicitiæ;vnde ibi erit quidam amor amicitię in vno , sed non mutua inhæsio , propter defectum consimilis amoris in alio.

¶ Nota autem semper circa ista dicta,ne imagineris amorem amicitiæ,& concupiscentiæ esse duos actus; sed vnum,cui tamen conuenit facere diuersam inhęsionem,vt est amicitiæ,& vt est cõcupiscentiæ; quia vt amicitiæ respicit bona amici propter amicũ; sed vt concupiscentiæ respicit amicum propter amantem . Habetur ergo summariè ex hoc corpore articuli , quòd amor causat mutuam inhæsionem triplicem , duas quidem semper , scilicet secundùm apprehensiuam , & appetitiuam , non autem teritiam,quæ est inhæsio quasi obiectiua , & redamationis ; quia scilicet ille afficitur amore amicitiæ illi , & econtra . Patent autem omnia ex dictis.Et quod dictum est per corpus articuli,confirmatur argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd amatum continetur in amante inquantum est impressum in affectu eius per quandam complacentiam , econuerso verò amans continetur in amato inquantum amans sequitur aliquo modo illud,quod est intimum amati; nihil enim prohibet diuerso modo esse aliquid continens , & contentum;sicut genus continetur in specie,& ecõuerso.

¶ Maior vera, continetur aliquo modo, & tamen potest etiam contineri alio modo ; sicut genus est in specie , & continetur actu,& alterum continet speciem virtute in ambitu suæ potestatis.

¶ Ad minorem vera , non potest idem esse continens , & contentum eodem modo , tamen diuerso , vt iam dictum est , & sic est in proposito , vt patet in solutione , & in articulo præcedenti &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd rationis apprehensio præcedit affectum amoris, & ideo sicut ratio disquirit, ita affectus amoris subintrat in amatum , vt ex dictis patet. * In corp.

¶ Maior vera, nisi per diuisionem quam ipsum faciat, vel quã aliud facit.

¶ Ad minorem, vera est , quòd appetitus non est diuidere, tamen est intrare post diuisionem factam per rationem; quia enim ratio cogitat, & disquirit de intimis amati , secundùm hoc affectus per amorem ingreditur , & non stat in superficiali adeptione;sed nititur ad intima penetrare amati amore concupiscentiæ, & in amore amicitiæ ingreditur se delectando in omnibus , quæ amati sunt,vt patet in corpore.

¶ Ad tertium dicendum , quòd illa ratio procedit de tertio modo mutuæ inhæsionis , qui non inuenitur in quolibet amore.

¶ Ad assumptum dico, quòd per amorem amans est in amato, semper duobus primis modis; sed non semper secundùm tertium modum tactum ibi.Potest autem, & tertio modo. Vltra,sequeretur,quòd hoc modo &c. Dico duobus primis modis vnitur amatum amanti,& econtra;sed non eodem modo, vt patuit in corpore, & ad primum . Vltra,amor est vnio , verum,semper quidem vniens duobus modis primis,sed non habet semper vnionem consimilem respondentem sibi tertio modo. Vltra.Non ergo,verum, semper mutua inhęsio secundùm redamationem.

Vtrum extasis sit effectus amoris.

1.2.q.75.a.2 & 3.dis. 17. q.1.ar 1.ad 6.Et ver.q. 13.art.2.ad 2.Et 1. cor. 12.co.3.fi.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod extasis nõ sit effectus amoris. Extasis enim quandam alienationem importare videtur ; sed amor non semper facit alienationem, sunt enim amantes interdum sui compotes;ergo amor non facit extasim.

¶ 2 Præterea . Amans desiderat amatum sibi vniri, magis ergo amatum trahit ad se , quàm etiam pergat in amatum extra se exiens.

¶ 3 Præterea. Amor vnit amatum amanti ; sicut dictum est; * si ergo amans extra se tendit , vt in amatum pergat , sequitur , quòd semper plus diligat amatum, quàm seipsum, quod patet esse falsum, non ergo extasis est effectus amoris.

*Ar.1.&2.

¶ Sed contra. Est quod Dionysius dicit 4. ca. de Di. no.quòd diuinus amor extasim facit,& quòd ipse Deus propter

Dionysius

propter amorem est extasim passus, cum ergo quilibet amor sit quædam similitudo participata Diuini amoris, vt ibidem dicitur, videtur quòd quilibet amor causet extasim.

¶ Hic D.S. inquirit de tertio effectu, qui est extasis.

¶ Respondeo dicendum, quòd extasim pati aliquid dicitur cum extra se ponitur, quod quidem contingit, & secundùm vim apprehensiuam, & secundùm vim appetitiuam; secundùm vim apprehensiuam aliquis dicitur extra se poni, quando ponitur extra cognitionem sibi propriam, vel quia ad superiorem sublimatur, sicut Homo dum eleuatur ad comprehendenda aliqua, quæ sunt supra sensum, & rationem, dicitur extasim pati inquantum ponitur extra connaturalem apprehensionem rationis, & sensus; vel quia ad inferiora deprimitur; puta cum aliquis in furiam, vel amentiam cadit, dicitur extasim passus; secundùm appetitiuam verò partem dicitur aliquis extasim pati, quando appetitus alicuius in alterũ fertur, exiens quodammodo extra seipsum.

Conclusio præambul.

¶ Doct. Sanct. respondet quæsito, secundùm distinctionem bimembrem, quam primò declarat. Secundò subiungit primam conclusionem responsiuam iuxta primum membrum ibi. Primâ quidem extasim &c. deinde secundam, iuxta secundum membrum ibi. Sed secundam &c. Quò ad primum intenditur talis cõclusio distinctiua præambularis fundamentalis. Duplex est extasis. Vna secundùm vim apprehensiuam, & illa duplex. Alia secundùm vim appetitiuam. Probatur conclusio, assumendo maiorem ex quid nominis extasis, & arguitur sic. Extasim aliquid pati dicitur, cum extra se ponitur. Sed hoc contingit secundùm vim apprehensiuam dupliciter, & secundùm vim appetitiuam, igitur conclusio vera. Maior patet ex quid nominis. Minor quo ad primam partem declaratur in litera; quia secundùm vim apprehensiuam dicitur aliquis extra se poni, quando ponitur extra cognitionem sibi propriam; sed hoc fit dupliciter, igitur prima pars minoris vera. Illa minor proxima declaratur; quia fit quandoque per hoc, quòd aliquis ad superiora sublimatur (& talis extasis dicitur cum hoc raptus.) Vel quia ad inferiora deprimitur, & talis est extasis tantùm, & non propriè raptus. Secunda pars minoris patet; quia secundùm appetitiuam partem aliquis dicitur pati extasim, quando appetitus fertur extra ipsum appetentem &c.

Rapt' multiplex. Corint. 12.

¶ Nota pro maiori intellectu istorum dicta Doct. Sanct. super apostolum secundæ ad Corinth. 12. circa primum textum, quòd aliquis Homo dicitur rapi multipliciter. Primò ab hominibus, sicut Enoch, Sapientiæ quarto. Raptus est ne malitia &c. Aliquando rapitur anima a corpore Luc. 12. Stulte hac nocte animam tuam &c. Aliquando aliquis dicitur rapi a seipso, quãdo propter aliquid Homo efficitur extra seipsum, & hoc est idem, quod extasis; sed extra seipsum efficitur Homo, & per appetitiuam virtutẽ, & per cognitiuam, per appetitiuam enim virtutem Homo est solùm in seipso, quando curat, quæ sunt sua tantùm. Efficitur verò extra seipsum, quando non curat, quæ sunt sua, sed quæ pertinent ad bona aliorum, & hoc facit charitas 1. Corinth. 13. Charitas nõ quærit, quæ sua sunt. Et de hac extasi dicit Dionysius 4. ca. de Diui. nominibus. Est autem extasim faciens Diuinus amor nõ sinens amorem suiipsius esse, sed amatorum (scilicet rerum amatarum.) Secundùm cognitiuam verò aliquis efficitur extra se, quãdo aliquis extra naturalem modum hominis eleuatur ad aliquid videndum, & de isto raptu loquitur hic Apostolus. Sed sciendum, quòd modus naturalis humanæ cognitionis est, vt cognoscat simul p vim mentalem, quæ est intellectus, & corporalem, quæ est sensus. Et inde est, quòd Homo non habet in cognoscendo liberum iudicium intellectus, nisi quando sensus fuerint in suo vigore bene dispositi, absque aliquo ligationis impedimento, alias cum impediuntur, etiam iudicium intellectus impeditur; sicut in dormientibus patet. Tunc ergo Homo efficitur extra se, secundùm cognitiuam vim, quando remouetur ab hac naturali dispositione cognitionis, quæ est, vt intellectus ab vsu sensuum, & sensibilium rerũ abstractus ad aliqua videnda moueatur. Quod quidem contingit dupliciter. Vno modo per defectum virtutis, vndecunque talis defectus contingat; sicut accidit in freneticis, & alijs mente captis, & hæc quidem abstractio a sensibus non est eleuatio hominis; sed potius depressio; quia virtus eorum debilitatur. Alio verò modo per virtutem Diuinam, & tunc propriè dicitur eleuatio; quia cum agens assimilet sibi patiens, abstractio quæ fit virtute Diuina, & est supra hominem, est altius aliquid, quàm sit hominis natura. Et ideo raptus sic acceptus definitur sic. Raptus est ab eo, quod est secundùm naturam, in id quod est supra naturam, in vi superioris naturæ eleuatio &c. Hæc ille. Eandem sententiam ponit Doct. Sanct. in de Veritate ma. 13. articu. primo, in corpore. Vbi dicit hominis propria operatio est intelligere mediante imaginatione, & sensu. Operatio enim eius qua solùm intellectualibus inhæret omnibus inferioribus prætermissis, non est eius inquantum est Homo; sed inquantum in eo aliquid Diuinum existit. Operatio verò qua solùm sensibilibus inhæret præter intellectum, & rationem, non est eius inquantum Homo, sed secundùm naturam quam habet cum brutis communem &c. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd frenetici, & alij mente capti, qui sequuntur solùm sensum, tales patiuntur extasim; sed non rapiuntur; quia non eleuantur ex superiori natura. Patet etiam, quòd intellectus patitur duplicem extasim, & quid sit extasis secundùm appetitum; quia affici ad ea, quæ sunt aliorum &c. Deinde ibi.

Luc. 12.

Corint. 13.

Dionys. 4.

¶ Primam quidem extasim facit amor dispositiuè, inquantum scilicet, facit meditari de amato, vt dictum est. * Intensa autem meditatio vnius abstrahit ab alijs.

¶ Subiungit primam conclusionem responsiuam quo ad primum membrum distinctionis, quæ est, amor facit talem extasim dispositiuè. Probatur conclusio. Amor facit meditari de amato, igitur conclusio vera. Antecedens patet ex articu. secundo, Tenet consequentia, quia intensa meditatio vnius abstrahit ab alijs. Conclusio.

¶ Nota autem hic, quòd amor facit dispositiuè; quia excessus secundùm appetitum facit excessum in apprehensiua dispositiuè, non formaliter; secundùm enim quòd quis affectus est sic cogitat, & secundùm modum affectionis est modus cogitationis; vnde multi ex amore in insaniam versi sunt.

¶ Nota etiam, quòd loquendo de extasi secundùm cognitiuam largè, prout est immoratio frequens apprehensiuę super alio, dicitur extasis; sic amor quilibet verus, & perfectus facit talem extasim secundùm apprehensiuam. Si autem extasis dicatur apprehensio præter modum connaturalem (cum scilicet alienatione naturalis modi cognoscendi) tunc non quilibet amor facit talem extasim, sed solùm vehemens, & intensus, qui videlicet vehementer afficit, & alienat amantem a seipso, & facit sui obliuionem. Vnde Doct. Sanct. in probatione antecedentis loquitur de intensa meditatione, quæ procedit ex intenso amore; cognitiua enim plerunque etiam in hominibus sequitur affectum, quare etiam D. Sanctus diritin prius textu de apprehensione extra connaturalem modum rationis, & sensus. Deinde cum dicit.

¶ Sed secundam extasim facit amor directè, simpliciter quidem amor amicitiæ, amor autem concupiscentiæ, non simpliciter, sed secundùm quid. Nam in amore concupiscentiæ quodammodo fertur amans extra seipsum, inquantum scilicet non contentus gaudere de bono, quod habet, quærit frui aliquo extra se; sed quia illud extrinsecum bonum quærit sibi habere, non exit simpliciter extra se, sed talis affectio in fine infra ipsum concluditur; sed in amore amicitiæ affectus alicuius simpliciter exit extra se; quia vult amico bonum, & operatur bonum, quasi gerens curam, & prouidentiam ipsius propter ipsum amicum.

¶ Deducit secundam conclusionem quinti membri, quæ talis est. Amor facit extasim secundùm vim appetitiuam directè, simpliciter quidem amor amicitiæ, amor autem concupiscentiæ, non simpliciter, sed secundùm quid. Probatur iuxta ambas partes, simul assumendo maiorem ex dictis in primo textu; secundùm appetitiuam partem aliquid dicitur extasim pati, quia appetitus alicuius fertur in alterum exiens quodammodo extra seipsum; sed in amore concupiscentiæ quodammodo fertur amans extra seipsum, sed in fine infra seipsum concluditur; sed in amore amicitiæ affectus alicuius simpliciter exit extra se; igitur vterque amor facit extasim &c. vt dicit conclusio. Maior patuit. Minor declaratur in litera clarè. Conclusio secunda.

¶ Et nota, quòd amor facit talem extasim directè (idest per seipsum) quia est connaturalitas quam sequitur desiderium, & nisus ad habendum bonum concupitum; & similiter facit, vt affectus ipse velit bonum amico propter seipsum, & ergo facit per seipsum appetitum exire in bonum alterius, & præsertim amor amicitiæ, & per consequens directè, idest per se facit. Extasim autem apprehensiuę non facit directè, quia non est in cognitiua virtute; sed facit disponendo, vt cognitiua extra apprehendentem ponatur; sed appetitiuam secundùm se extendit ad bonum alterius; quia est impulsus affectionalis in bonum amati &c.

¶ Nota circa hunc articulum differentiam inter extasim, & raptum ex secunda secundæ quæstio. 175. quia raptus aliquid addit supra extasim, Nam extasis importat simpliciter exces- Differentia extasis, raptus sum a seipso, secundùm quem aliquis extra suam ordinationem ponitur, sed raptus super hoc addit violentiam quandam, vel quasi violentiam, quia raptus non est naturalis, respectu naturæ particularis, licet sit naturalis respectu naturæ vniuersalis. Et si quis abstrahatur a sensibilibus virtute rerum naturalium, nõ est raptus secundùm D.S. in de Veritate. Potest igitur extasis, etiam ad vim appetitiuam pertinere, puta cum alicuius appetitus tendit in ea, quæ extra sunt, raptus autem solùm ad cognitiuam.

ARGVMENTVM in contrarium pro secunda conclusione responsiua est.

¶ Circa hoc argumentum nota, quòd Dionysius dicit, q Diuinus amor facit extasim, inquantum scilicet facit appetitum hominis tendere ad res amatas. Vnde postea subdit, q etiam ipse Deus qui est omnium causa, per abundantiam amatoriæ bonitatis extra seipsum fit per prouidentiam ad omnia existentia, &c. Sed raptus propriè pertinet subiectiuè ad virtutem cognoscitiuam, ad quem requiritur violentia, quæ propriè non inuenitur in actu appetitus, cuius est inclinari in rem, & qui non potest pati violentiam, &c. Vide etiam de ista materia in de Veritate, Materia 13. artic. 1. vbi determinatur quid raptus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illa ratio procedit de prima extasi.

¶ Ad maiorem vera est, præsertim de extasi secundùm vim apprehensiuam, & de extasi perfecta, tunc enim importat alienationem (per virtutem extrinsecam) a modo cognoscendi connaturali, vel ad superiora, & tunc propriè est raptus, qui secundùm magistros describitur, quòd est ab eo, quod est secundùm naturam in id quod est supra naturam vi superioris naturæ eleuatio, vel ad inferiora, ita quòd vtatur sensibus præter intellectum, & tunc est quidem extasis communiter dicta, sed non raptus, quia non est eleuatio, sed depressio.

¶ Ad minorem, verum, non semper facit alienationem a modo cognoscendi connaturali, tamen facit semper exitum ad alterum, & extra se secundùm appetitum. Vltra; ergo, &c. Verum, non semper facit primam extasim; quæ est secundùm cognitiuam virtutem. Quare patet, quòd extasis communior est, quàm raptus præcipuè propriè dictus, & loquitur etiam de raptu appetitus, quia conuenit raptus appetitui impropriè.

¶ Circa hanc solutionem nota, quia sequitur modum dicendi D.S. in de Veritate, vbi iam, cum quis trahitur ad inferiora, non dicitur raptus esse. Sed in secunda secundæ, supra artic. 2. ad secundum. vult, quòd quando quis trahitur omnino ad ea, quæ sunt appetitus inferioris, magis dicatur rapi, & pati extasim, quia magis abstrahitur ab eo, quod est sibi proprium (scilicet a rationali appetitu) sed non est controuersia, quia in de Veritate considerauit hoc, quod dicitur raptus, esse eleuatio; in secunda secundæ verò attenditur, quia est tractus ab eo, quod est secundùm naturam, scilicet ex parte termini a quo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa ratio procedit de amore concupiscentiæ, qui non facit simpliciter extasim, vt dictum est. * In corp.

¶ Ad antecedens, verum, in amore concupiscentiæ, & tamen in illo est etiam aliquis exitus affectionalis ad rem desideratam, sed non stat foris, sed regreditur, referendo ad seipsum. Sed maior non est vera de amore amicitiæ, quia esto ibi sit vnio, est tamen etiam extasis, quia egreditur ad bonum amati, non vltra referens ad seipsum, immo illa vnio affectionalis trahit amantem in amatum, & bona sua. Ad consequens, magis ergo, verum in amore concupiscentiæ, vbi est finalis regressus ad amantem, sed non in amore amicitiæ, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille qui amat, intantùm extra se exit, inquantùm vult bona amici, & operatur; non tamen vult bona amici magis, quàm sua; vnde non sequitur, quòd alterum plus, quàm se diligat.

¶ Maior, vel assumptum verum ad sensum dictum in articulo secundo, quia vnit amor amatum amanti ratione complacentiæ, & impressionis, & amans quoque extra se ponitur, volendo bona amico tanquam sibi, &c. Vltra. Si ergo, &c. Dico, quòd sic pergendo in amatum, non quasi se dimittat affectionaliter (volendo videlicet magis bona amico, quàm sibi) sed ad alium sensum dictum in corpore. Vnde negatur quod infertur, sequitur, quòd semper plus diligat amicum, quia procedit ex malo intellecta illius egressus, & extra se positionis.

¶ Et nota circa hoc, quia nec hic, nec in patria homo debet alium magis diligere, quàm seipsum quo ad intensionem actus; sed tamẽ in patria plus diliget meliorem quo ad bonum volitum, De hoc in secunda secundæ, quæst. 26. artic. 13. in corpore.

Vtrum zelus sit effectus amoris.

Mal. q. 10. art. 1. ad 11. 2. Corin. 3.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd zelus non sit effectus amoris; zelus enim est contentionis principium, vnde dicitur 1. ad Cor. 3. Cum sit inter vos zelus, & contentio, &c. sed cõtentio repugnat amori; ergo zelus non est effectus eius.

¶ 2 Præterea. Obiectum amoris est bonum, quod est communicatiuum sui; sed zelus repugnat communicationi; ad zelum enim pertinere videtur, quòd quis non patitur consortium in amato, sicut viri dicuntur zelare vxores, quas nolunt habere communes cum cæteris; ergo zelus non est effectus amoris.

¶ 3 Præterea. Zelus non est sine odio, sicut nec sine amore, dicitur enim in Psal. Zelaui super iniquos, non ergo debet dici magis effectus amoris, quàm odij. Psalmus.

¶ Sed contra est, quod Dionysius dicit quarto cap. de Diui. nomi. quòd Deus appellatur zelotes propter multum amorem quem habet ad existentia. Dionysius.

Hic D. S. inquirit de quarto effectu amoris, scilicet zelo. Et huic articulo oportet præmittere, quæ habet Doct. S. in postilla. 1. Corinth. 14. quia zelus accipitur vno modo pro ipso amore intenso, & pro dilectione feruenti. Et sic constat, quòd quæstio non intelligitur, quia idem non est effectus suiipsius. Sic autem zelus idem est, quòd amor saltem intensus. Secundo autem modo accipitur zelus pro inuidia, vt D. S. ibidem habet, & vt hic habetur, accipitur etiam tertio pro impugnatione consortis in amato, & pro repulsa eorum, quæ sunt contra amatum. Et vt D. S. vbi iam habet, non est equiuocatio zeli, cum accipitur pro amore feruenti, & inuidia, vel alijs iam dictis, quia vnum sequitur ex alio, & plerumque nomine causæ nominatur etiam effectus, & econtra; & isto tertio modo accipitur hic zelus, quando quæritur, an sit effectus amoris, & secundo modo.

¶ Respondeo dicendum, quòd zelus quocunque modo sumatur, ex intensione amoris prouenit; manifestum est enim, quòd quantò aliqua uirtus intensius tendit in aliquid, fortius repellit omne contrarium, vel repugnans. Cum igitur amor sit quidam motus in amatum, ut Augustinus dicit in libro 83. Quæstionum. * Intensus amor quærit excludere omne id, quod sibi repugnat. *Aug. q. 35. & 36.

¶ In corpore duas conclusiones ponit. Doct. Sanct. primò vnam generaliter responsiuam. Secundò, aliam explicatiuam primæ, ibi. Aliter tamen hoc, &c. Prima est. Zelus quocunque modo sumatur ex intensione amoris prouenit, & nota quocunque modo sumatur, quia aliquando accipitur pro zelotipia, quandoque pro inuidia, quandoque pro zelo bono Dei, vel amici, & hi modi tangentur in secunda conclusione. Quandoque etiam accipitur zelus, vt habetur secunda secundæ pro tristitia, qua quis afficitur, quia deest sibi bonum, quod alius habet. Accipitur etiam pro Nemesi, quæ est tristitia de prosperitate malorum. Et secundùm Philosophum est passio media inter inuidiam, & epicaracharciam, vel peruersum gaudium secundùm nouam translationem, & laudabilis. Vide secunda secundæ, quæst. 36. artic. 2. in corpore, & quæst. 51. artic. 3. ad secundum, & quartum. Quocunque ergo modo sumatur, oritur ex amore intenso; & tamen hic specialiter ostendetur de zelotipia, & zelo inuidiæ, & zelo amici. Probatur igitur conclusio ista. Quantò aliqua virtus intensius tendit in aliquid, tantò fortius repellit omne contrarium, vel repugnans; sed amor est quidam motus in amatum, igitur intensus amor quærit excludere omne id, quod sibi repugnat; subsumitur extra litteram; sed hoc pertinet ad zelum, & est zelus; igitur zelus est effectus amoris intensi. Maior nota. Minor est beati Augustini. Subsumpta patet ex ratione zeli, quia est conari, & si possibile est excludere omne id, quod repugnat sibi respectu amati, &c. Conclusio generalis.

¶ Et nota, quòd ex his haberi potest, quòd zelus est effectus amoris mediante odio, quia aliquid impediens amantem, vel in singularitate, vel in excellentia amati, eo ipso efficitur odiosum, & per zelum impugnatur. Et hoc etiam notatur ad tertium, & ergo odium non est zelus, sed est causa zeli, licet non prima, quia oritur, & ipsum odium ex intenso amore, & deinde impugnatio, & nisus, vel affectus excludendi aliud, vel impugnandi, &c. quia autem iuxta supra dicta est amor concupiscentiæ, & amicitiæ, ideo conclusio indiget explicatione.

¶ Aliter tamen hoc contingit in amore concupiscentiæ, & aliter in amore amicitiæ. Nam in amore concupiscentiæ, qui intensè aliquid concupiscit, mouetur contra omne illud, quod repugnat consecutioni, vel fruitioni quietæ eius, quod amatur; & hoc modo viri dicuntur zelare vxores, ne per consortium aliorum impediatur singularitas, quam in vxore quærunt, similiter

etiam qui quærunt excellentiam, mouentur contra eos, qui excellere videntur quasi impedientes excellentiam eorum; & iste est zelus inuidiæ, de quo dicitur in Psal. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem.

Conclusio secunda.

¶Subiungit conclusionem aliam explicatiuam prioris talem. Aliter hoc contingit in amore concupiscentiæ, & aliter in amore amicitiæ, idest amor concupiscentiæ intensus est causa alterius zeli, & respectu alterius, quàm amor amicitiæ intensus. Probatur conclusio. Et primò D.S. ostendit quis zelus sit in amore concupiscentiæ. Deinde ostendit quis zelus sit in amore amicitiæ, quia tamen isti amores comparantur quo ad zelum, ideo oportet simul arguere de vtroque, quia comparatio requirit vtrumq; comparabilium, &c. In amore concupiscentiæ, qui intensè aliquid concupiscit mouetur contra omne illud, quod repugnat consecutioni, vel fruitioni quiete eius, quod amatur, scilicet amore concupiscentiæ; sed amor amicitiæ intensus facit hominem moueri contra omne illud, quod repugnat bono amati; ergo conclusio vera, quòd alius, & alius zelus est amoris concupiscentiæ, alius & alius amoris amicitiæ. Tenet consequentia de se, quia moueri contra repugnans quiete fruitioni boni concupiti, & moueri contra repugnans bono amici, est alius motus, etiam respectu alterius obiecti. D.S. ponit primò primam partem antecedentis. Secundò secundam, ibi. Amor autem, &c. Primam ergo partem antecedētis ostendit, explicando quis sit zelus amoris concupiscentiæ, quia zelus quo dicitur quis zelare vxorem, similiter zelus inuidiæ, &c. Deinde ibi.

¶ Amor autem amicitiæ quærit bonum amici, vnde quando est intensus, facit hominem moueri contra omne illud, quod repugnat bono amici, & secundùm hoc aliquis dicitur zelare pro amico, quando si qua dicuntur, vel fiunt contra bonum amici, homo repellere studet. Et per hunc etiam modum aliquis dicitur zelare pro Deo, quando ea quæ sunt contra honorem, vel voluntatem Dei repellere secundùm posse conatur, secundùm illud. 3. Reg. 19. Zelatus sum pro Domino exercituum. & Ioan. 2. super illud. Zelus domus tuæ comedit me. Dicit Glo. * quòd bono zelo comeditur, qui quælibet praua, quæ viderit corrigere satagit, si nequit, tolerat, & gemit.

3. Reg. 19. Ioan. 2. * Glo. ex Aug. tra. 10. in Ioan.

¶Ponit tertiam partem antecedentis prædicti, & explicat quis sit, & quomodo nominetur zelus amoris amicitiæ, quia zelus pro amico, & zelus pro Deo, vt patet clarè in littera.

¶Nota, quòd hanc auctoritatem Psal. (scilicet neque zelaueris facientes iniquitatem) D.S. secunda secundæ, quæst. 36. artic. 2. in corpore, intelligit de zelo, qui apud Philosophum dicitur Nemesis; & vtroq; modo potest intelligi. s. etiam de zelo inuidiæ, &c.

¶Nota, quòd D.S. semper dicit. Zelus est effectus amoris intensi, siue concupiscentiæ, siue amicitiæ; & hoc idem dicit prima cōclusio, quare ex tepido amore non sequitur zelus. Qui enim non multum concupiscit rem aliquam non mouetur contra impediēs singularitatem, vel excellentiam in re concupita; similiter qui nō intensè diligit amicum, non impugnat ea, quæ ipsum impediunt a bonis suis; & ergo loquitur D.S. de amore intenso, &c.

¶ Nota quoq; ex his, quòd amor est causa zeli suo modo effectiua sicut ratio agendi; eo enim ipso, quòd quis rem valde amat, habet rationem, & motiuum, vt impediens amatum impugnet, & est quasi dispositio zelantis, quæ tamē reducitur ad genus causæ efficientis largè, &c.

¶Nota quoque, quòd zelus non videtur dicere vnum actum tantum, immo plures, quia impugnatio exercita, & repulsa, requirit etiam interiorem motum, & exteriorem, sic zelotipus varijs modis impugnat corde, ore, & opere consortem; vnde etiam inuidia pertinet ad zelum. Causa etiam zeli prima quidem est amor, deinde odium, postea sequuntur alij motus, & actus interiores, & exteriores, qui constituunt zelum.

ARGVMENTVM in contrarium pro conclusione responsiua prima est.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd Apostolus ibi loquitur de zelo inuidiæ, qui quidem est causa contentionis, non contra rem amatam, sed pro re amata contra impedimenta ipsius.

¶Ad maiorem, vera, de zelo amoris concupiscentiæ, qui est zelus inuidiæ; & habetur aliquid de ipsa, secunda secundæ, quæstio. 38. artic. 1 5. ad primum.

¶Ad minorem, contentio (quæ est contrarietas verborum) cōtra rem amatam, illa repugnat amori; sed contentio contra impedimenta amati, vel amore concupiscentiæ, vel amicitiæ non contrariatur, immo sequitur, & quantò maior est amor, tantò maior est zelus pro amato, & contra impedimenta eius, &c. ergo zelus, &c. Verum, contra rem amatam, tamen contra impedimenta amati, vel contraria amato, &c.

¶Ad secundum dicendum, quòd bonum amatur, inquantum est communicabile amanti, vnde omne illud, quod perfectionem huius communicationis impedit, efficitur odiosum; & sic ex amore boni zelus causatur, ex defectu autem bonitatis contingit, quòd quædam parua bona non possunt integrè simul possideri a multis; & ex amore talium causatur zelus inuidiæ, non autem propriè ex his, quæ integrè possunt a multis possideri. Nullus enim inuidet alteri de cognitione veritatis, quæ a multis integrè cognosci potest, sed fortè de excellentia circa cognitionem huius.

¶Maior vera, est communicatiuum sui ipsi amato, ex cuius intenso amore sequitur repulsio impedimentorum communicationis perfectæ illius boni.

¶Ad minorem, sed zelus repugnat communicationi. Verum, zelus repugnat communicationi ad alios; & hoc in paruis bonis, quæ non possunt a pluribus haberi, sed non repugnat communicationi boni quo ad amatum, immo vt talis communicatio perfectè habeatur, consurgit zelus inuidiæ, vel impugnationis cuiuscunque. Vltra, ad zelum enim, &c. pertinere videtur non habere consortium aliorum impedientium, sed non ad ipsum amatum habetur zelus, &c. ergo zelus non est effectus amoris, verum respectu amati, & desiderati, tamen respectu aliorum qui videntur impedire, &c. D.S. respondet ad minorem.

¶Et nota verbum D.S. cum dicit; & sic ex amore boni zelus causatur; sed non ex amore absolutè, & respectu boni amati; sed mediante odio illius, quod impedit communicationem boni concupiti ad amantem. Et hoc dictum est circa articulum, ꝙ amor est causa prima zeli, sed non præcisa.

¶ Pro intellectu etiam aliquorum dictorum in ista solutione vide D.S. in postilla. 1. ad Corinth. 14. lectione prima, quasi post principium, &c. Quia enim spiritualia possunt perfectè haberi a multis; ideo in charitate Diuina non habet locum inuidia; sed temporalia (scilicet parua) non possunt perfectè haberi; ideo ex amore talium sequitur zelus inuidiæ, & zelus ad singularitatem impedientia.

¶Ad tertium dicendum, quòd hoc ipsum, quòd aliquis odio habet ea, quæ repugnant amato, ex amore procedit, vnde zelus propriè ponitur effectus amoris magis, quàm odij.

¶Ad maiorem vera, quia inuidia, quæ est tristitia, præsupponit odium tanquam prius, & iterum aliquod odium præsupponit aliquam tristitiam. De hoc in secunda secundæ, quæst. 24. art. 6. ad primum. Tamen dico, quòd tale odium præcedens zelum est etiam effectus amoris, quia ideo odio quæ impediunt ab amato; propter amorem amati. Vnde negatur consequentia, quòd non, magis, quia amor est prima, & principalior causa, quàm odium. D.S. negat consequentiam. Et patet ex hac solutione, quia amor solus non est causa zeli, sed adiuncto odio alicuius, quo stante sequitur zelus aliquo modorum.

Vtrum amor sit passio læsiua amantis.

AD quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ amor sit passio læsiua, languor enim signat læsionem quādam languentis; sed amor causat lāguorem, dicitur enim Cant. 2. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo; ergo amor est passio læsiua. Cant.

¶ 2 Præterea. Liquefactio est quædam resolutio, sed amor est liquefactiuus, dicitur enim Can. 5. Anima mea liquefacta est, vt dilectus meus locutus est; ergo amor est resolutiuus; est ergo corruptiuus, & læsiuus. Cant.

¶ 3 Præterea. Feruor designat quendam excessum in caliditate, qui quidem excessus corruptiuus est; sed feruor causatur ex amore. Dionysius enim 5. cap. cœle. Hierach. inter cęteras proprietates ad amorem Seraphin pertinentes ponit calidum, & acutum, & superferuens, & Cantic. 8. dicitur de amore, quòd lampades eius sunt lampades ignis, atque flammarum; ergo amor est passio læsiua, & corruptiua. Dionys. Cant.

¶Sed contra est, quod dicit Dionysius 4. cap. de Diui. nomi. quòd singula seipsa amant contentiuè, idest conseruatiuè; ergo amor non est passio læsiua, sed magis conseruatiua, & perfectiua. Dionys.

¶Hic

¶Hic consequenter D.S. determinat de quinto effectu, qui sonat imperfectionem. s. læsionem; & ideo vltimò de ipso quæritur inter effectus speciales, & quærit notanter de passione, sed respondendo in vna cōclusione etiā respōdet de amore intellectiuo.

*q. 26. art. 1. & 2. & q. 27. art. 1.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, * amor signat coaptationem quandam appetitiuæ virtutis ad aliquod bonum, nihil autem quod coaptatur ad aliquid, quod est sibi conueniens ex hoc ipso læditur; sed magis si sit possibile; proficit & melioratur quod verò coaptatur ad aliquid, quod non est sibi conueniens, ex hoc læditur, & deterioratur. Amor ergo boni conuenientis est perfectiuus, & melioratiuus amantis, amor autem boni, quod non est conueniens amanti est læsiuus, & deterioratiuus amantis.

¶ D. S. respondet distinctè duabus conclusionibus responsiuis. secundam prosequitur, ibi. Quantum verò ad secundum, &c. prima respondet de amore secundùm formale ipsius, quod tenet ex parte appetitus, & est talis. Amor boni conuenientis est melioratiuus amantis, amor autem boni, quod non est cōueniens amāti, est læsiuus, &c. Hanc conclusionem D.S. primò probat ratione, secundò signo, ibi. Vnde maximè, &c. Tertiò annectit qualiter conclusio intelligatur, ibi. Et hoc quidem, &c. Probatur ergo conclusio ratione sic clarè. Amor signat coaptationem, &c. vt in littera, nihil aūt qđ coaptatur, &c. vt in littera, ergo cōclusio vera. Conclusio prima.

¶Nota autem, ꝙ D.S. dicit circa minorem, sed magis si sit possibile, proficit, & melioratur; quia aliquando amans ex coaptatione ad amatum non perficitur propriè, quia est metipsum amare, & ipsa perfectio, vt in Deo. Similiter loquendo de melioratione morali, & perfectione, talis non est possibilis bestijs, sed in rationabilibus creaturis, hoc est possibile; ideo perficitur per ipsam coaptationem, ita quòd sicut cognitio veri est quædam perfectio, & melioratio accidentalis cognoscentis, ita coaptatio appetitiua ad bonum appetibile est perfectio, & melioratio in esse appetitiuo vt sic. Si autem loquamur de melioratione appetitiua, & affectiua absolutè, & non in esse morali, sic & appetitus bestiæ perficitur, quia etiam ipsius appetitus naturaliter ordinatur ad appetibile, & per consequens per actum respectu conuenientis perficitur, ita quòd ipsa affectio boni conuenientis est ipsa perfectio, naturalis autem appetitus est perfectio in esse naturæ magis, quàm in esse appetitiuo, & est actus primus, non secundus, sicut amor animalis, &c. Consequenter cum dicit.

¶ Vnde maximè homo perficitur, & melioratur per amorem Dei, læditur autem, & deterioratur per amorem peccati, secundùm illud Oseæ 9. Facti sunt abhominabiles, sicut ea quæ dilexerunt. Osee 9.

¶ Manifestat conclusionem prædictam a signo quo ad ambas partes clarè, &c.

¶Et nota ex hoc, quia ista conclusio intelligitur de amore, vt respicit appetitum, & quia etiam amor intellectiuus respicit appetitum in ordine ad conueniens, vel disconueniens, ideo ista conclusio extenditur vsque ad appetitum intellectiuum, est enim ratio communis vtrique appetitui, quia amor vtriusque est coaptatio ipsius ad obiectum; quare etiam D.S. conclusionem manifestat per amorem Dei, & peccati mortalis, qui amores pertinent euidenter ad voluntatem, per dilectionem enim sensualitatis tantùm homo non efficitur abhominabilis; sed oportet, quòd etiam amor voluntatis accedat. Et hoc idem patet ex sequentibus, quia D.S. statim dicit. Quantum verò ad id, quod est materiale in passione amoris, quasi diceret, prædicta conclusio intelligitur de formali amoris, vt sic vniuersaliter, siue sit passio, siue non, &c. Consequenter ibi.

¶Et hoc quidem sic dictum est de amore quantùm ad id, quod est formale in ipso, quod est scilicet ex parte appetitus.

¶ Ponit intellectum dictæ conclusionis, quia debet intelligi, quòd amor aliquis est læsiuus, alius melioratiuus quo ad formale, ita quòd ipse actus per comparationem ab obiectum perficiat vel imperficiat in esse appetitiuo, vel etiam morali. Tunc ibi.

¶Quantum verò ad id, quod est materiale in passione amoris, quod est immutatio aliqua corporalis, accidit ꝙ amor sit læsiuus propter excessum immutationis, sicut accidit in sensu, & in actu virtutis animæ, qui exercetur per aliquam immutationem organi corporalis.

Conclusio secunda.

¶ Respondet alia conclusione de amore passione tantùm, & hoc quo ad materiale; & intendit talem conclusionem, amor passio quo ad materiale potest esse læsiuus, & dicit D. S. accidit, &c. per hoc dat intelligi, quòd amor passio quo ad materiale non habet esse læsiuum positiuè, sed conuenit sibi negatiuè per non repugnantiam. Probatur, accidit, idest potest contingere in aliquo amore, quòd immutatio excedat naturalem habitudinem, & dispositionem corporis; igitur conclusio vera. Tenet consequentia, quia talis excessus immutationis lædit corpus. Antecedens declaratur a simili in sensu, & in actu potentiæ organicæ, vbi accidit læsio, quia per aliquam immutationem corporalem, sicut patet, quòd visus læditur ab immutatione visibilis excedentis, similiter in actibus virtutis vegetatiuæ potest esse excessus, &c.

¶Nota autem fundamentum huius conclusionis infra q. 37. artic. 4. in corpore. quia amor ratione materialis non habet nocere corpori ex specie, & modo immutationis, immo magis perficere; quia motus amoris non repugnat vitali motioni, sed quantitas, & excessus eius potest repugnare vitali motioni; & ergo dicit D.S. accidit, quia ex se, & ex specie non habet se ex modo, & quātitate immutationis, secundùm quòd superexcrescit naturalem habitudinem, sicut etiam delectatio, quæ ex propria specie est perfectiua corporis, potest nocere ex superexcrescentia, vt patebit infra, &c. Patet ex his, quòd conclusio prima intelligitur de melioratione, vel læsione appetitus, vt sic dependentis ab appetibili in sua perfectione; secunda autem intelligitur de læsione corporis, non appetitus; quare esse potest, vt passio perfectiua primo modo in homine, nocet secundo modo, & econtra, sicut patet de tristitia etiam sensitiua de peccatis, quæ potest esse, qua appetitus sensitiuus conuenienter se habet ad peccata, & per consequens perficiat appetitum, sed semper nocet corpori, vt patebit infra, quia ex specie nocet corpori, sic amor aliquis quo ad materiale moderatus, vel delectatio potest perficere corpus, & nocere appetitui, vt sic præsertim rationali.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primam conclusionem, quia ipse amans est obiectum, & bonū conueniēs, quia quilibet seipsum naturaliter diligit, & quilibet talis amor est bonus. In homine tamen amor quo diligit se secundùm exteriorem hominē, plus quàm secundùm interiorē est malus moraliter, non quia diligit se, sed quia peruertit ordinem dilectionis, &c.

¶Ad primi maiorem, languor corporalis signat læsionem corporalem, sed languor affectiuus significat tristitiam, & afflictionē de absentia amati, maximè quando est omnino absens, vt patet apud D.S. in tertio, dist. 27. quæst. 1. artic. 3. ad secundum.

¶Ad minorem dico, ꝙ amor quandoq; causat languorem appetitiuum, idest afflictionem, & tristitiam affectus, quando amatum est absens; ergo, &c. verum, quandoq; lædit ratione formalis, quādo amatum est absens, quæ absentia disconuenit amanti; & intelligitur illud canticorum de amore etiam intellectiuo, quia facit lāguorem metaphoricum, & affectiuū; sed in amore, qui est passio, correspōdet formali ex parte corporis, immutatio etiam afflictiua corporis. s. mediate tristitia. Secundò concludit hæc ratio, ꝙ amor est afflictiuus non semper formaliter, & secundùm se, sed causaliter in absentia amati, quia tunc ad amorem sequitur tristitia, quæ est afflictiua, & ad tristitiam passionem, sequitur etiam immutatio corporis afflictiua, nam tristitia, vel voluntatis, vel passio maximè est ægritudo, & languor, vt patet apud Tullium.

¶Ad secūdi maiorem, liquefactio corporalis est aliqua resolutio & materialis per agens naturale facta, sed liquefactio affectiua nō est resolutio, sed mollificatio affectus, qua se exhibet habilem ad intromissionem, & receptionem amati. Et dico, ꝙ talis mollificatio affectus respectu boni conuenientis, & perfectiui, non est læsiua. Et secundò dico, ꝙ transmutatio aliqualis non excedens in corpore correspondens appetitui etiam non est læsiua, immo perfectiua ex propria specie, vt patuit. Reprehenduntur enim duri corde, qui non sunt dispositi ad diligendum Deum.

¶Ad minorem, amor etiam est liquefactiuus affectus, & cordis, & amor passio cum hoc immutat corpus proportionabiliter ad illam affectionem liquefactiuam appetitus. Negatur autem consequentia, quia liquefactio amoris non est resolutiua, sed mollificatiua per oppositum ad congelationem, & indurationem, &c.

¶Ad tertij maiorem, feruor materialis, & corporalis designat excessum caloris, sed non feruor affectiuus, qui signat intensum desiderium de consecutione amati.

¶Ad minorem dico, ꝙ feruor affectiuus quandoq; causatur ex amore, idest magnum, & ingens desiderium ex amore causatur; sed dico, ꝙ tale si sit respectu conuenientis non lædit appetitum. Secundò dico, ꝙ ex amore passione, quandoque causatur feruor etiam corporalis, & talis lædit ratione excessus, non ratione speciei. Et ad probationem minoris dico, ꝙ illæ auctoritates intelliguntur de feruore amoris intellectiui, & spiritualis, qui est in Seraphicis Angelis. Similiter intelligitur auctoritas Canticorum. Negatur autem consequentia, tum quia amor ille, de quo arguitur, non est passio. Tum secundò, dato ꝙ sit passio tantùm, tamen ratione formalis non nocet feruor, si sit conuenientis obiecti; sed conceditur, ꝙ amor passio potest lædere mediante materiali desiderij, cum superexcedit, quomodo tamen sit alius feruor amoris, passionis, & iræ. vide infra quæst. 44 artic. 2. & hoc est, ꝙ D.S. dicit in textu, soluendo omnia argumenta sub vno contextu.

¶Ad ea verò, quæ in contrarium obijciuntur, dicendum, quòd amori attribui possunt quatuor effectus proximi, scilicet liquefactio, fruitio, languor, & feruor, inte-

quæ primum est liquefactio, quæ opponitur cõgelationi. Ea enim quæ sunt congelata, in seipsis constricta sunt, vt non possint de facili subintrationem alterius pati; ad amorem autem pertinet, quòd appetitus coaptetur ad receptionem boni amati, prout amatum est in amante, * Art.2. sicut iam supra dictum est. * Vnde cordis congelatio, vel duritia est dispositio repugnans amori, sed liquefactio importat quandam mollificationem cordis, qua exhibet se cor habile, vt amatum in ipsum subintret. Si ergo amatum fuerit præsens & habitum causatur delectatio, siue fruitio; si autem fuerit absens, consequuntur duæ passiones, scilicet tristitia de absentia, quæ signatur per *Tull.circa medium. languorem (vnde & Tullius in tertio de Tusculanis quæstionibus, maximè tristitiam, ægritudinem nominat) & intensum desiderium de consecutione amati, quod signatur per feruorem; & isti quidem sunt effectus amoris formaliter accepti secundùm habitudinem appetitiuæ virtutis ad obiectum; sed in passione amoris consequuntur aliqui effectus his proportionati secundùm immutationem organi.

¶ De materia huius solutionis, & præsertim quid intelligatur apud Dionysium in tertio argumento per acutum. vide D. S. in tertio sententiarum, distinct. 27. quæst. 1. artic. 1. ad quartum. quia amor dicitur acutus, inquantum diuidendo ad intima amati facit deuenire, vt patuit artic. 2. vide, &c.

Vtrum amor sit causa omnium, quæ amans agit.

H 3. di. 27. q. 1. art. 1. corp. 1. q. 26. ar. 2. AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd amans non agat omnia ex amore. Amor enim quædam passio est, vt supra dictum est; * sed non omnia quæ agit homo, agit ex passione; sed quædam agit ex electione, & *Arist. c. 8. quædam ex ignorantia, vt dicitur in 5. Ethic. * ergo non omnia quæ homo agit, agit ex amore.

¶ 2 Præterea. Appetitus est principium motus, & * Arist. tex. 48. vsque ad 55. actionis in omnibus animalibus, vt patet in 3. de Ani. * Si igitur omnia quæ quis agit, agit ex amore, aliæ passiones appetitiuæ partis erunt superfluæ.

¶ 3 Præterea. Nihil causatur simul a contrariis causis, sed quædam fiunt ex odio, non ergo oĩa sunt ex amore. Dionysius. ¶ Sed contra est, quod Dionys. dicit 4. cap. de Diui. no. q̃ propter amorem boni omnia agunt quæcunq; agunt.

¶ Hic vltimò D. S. quærit de effectu generaliter omnis amoris; alij enim effectus præcedẽtes cõueniunt amori passioni, & amori intellectiuo, sed nõ ita amori naturali, sicut iste de quo hic q̃ritur.

¶ Respondeo dicendum, q̃ omne agens agit propter *q. 1. art. 2. finem aliquem, vt supra dictum est; * finis autem est bonum desideratum, & amatum vnicuique. Vnde manifestum est, quòd omne agens quodcunque sit, agit quamcunque actionem ex aliquo amore.

Conclusio responsiua. ¶ Conclusio responsiua est talis. Omne agens quodcunque sit, agit quãcunque actionem ex aliquo amore; dicitur autem ex aliquo amore, scilicet vagè, & indeterminatè, sicut in alio proposito dicitur, quòd materia necessariò sibi determinat aliquam formã, non quidem hanc, vel illam determinatè; sed hanc, vel illam vagè, & indeterminatè; sic in proposito actio agentis necessariò prærequirit (sicut aliquo modo causam) amorẽ aliquem indeterminatè, quia non fit actio sine amore aliquo, tamen potest fieri sine illo, vel illo determinatè. Probatur cõclusio clarè in littera, quasi sic arguereturVnumquodque agens agit propter bonum amatum, igitur agit ex amore (scilicet boni) & per consequens sequitur conclusio. Antecedens patet, quia omne agens agit propter finem amatum, siue amore naturali, qui sequitur esse naturale & formam, siue amatum amore, qui sequitur cognitionem coniunctam, vt patuit supra quæst. 1. Consequentia tenet, quia bonum non est amatum sine amore, &c.

¶ Nota, quia posset esse quæstio in quo genere causæ. Amor (scilicet vagè modo dicto) sit causa actionis. Ad hoc dicitur conformiter ad supradicta quæst. 26. quia amor, ex quo quis agit ratione obiecti amati est causa finalis, propter quam actionis, & esse amatum est effectus, & conditio consequens bonum, & finem in ordine ad appetitum; sed amor ipse ratione sui, qui est actus circa illud obiectum est causa actionis in genere causæ efficientis; largè tamen, quia non est, quod agit actionem, sed ratio agendi, & causa effectiua ad modum dicendi Caprecoli; eo modo quo Opus effectus alteri necessariò præsuppositus dicitur causa eius effectiua, quia videlicet est aliqualis ratio efficiendi. Nihil enim agit in se propter finem, & amatum finem; igitur amor necessariò præcedit omnem actionem, ita tamen, quòd amor generaliter accipiatur, vt patebit ad primum.

¶ Confirmatur conclusio auctoritate Dionysij in argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de amore, qui est passio in appetitu sensitiuo existens, nos autem loquimur nunc de amore communiter accepto, prout comprehendit sub se amorem intellectualem rationalem, animalem naturalem, sic enim Dionysius loquitur de amore in 4. cap. de Diui. nomi.

¶ Ad maiorem, vniuersaliter assumpta falsa est, quia non omnis amor est passio, sed solùm sensitiuus, vt patuit artic. 2. quæst. 26. non autem naturalis, vel intellectiuus.

¶ Ad minorem vera, & tamen ea quæ agit ex electione, agit etiam ex amore aliquo, non enim etiam eligitur per purum iudicium rationis, nisi amatum amore, qui est voluntatis, & hoc amore concupiscentiæ, quæ est amor amicitiæ respectu alterius cui eligitur; ergo homo non agit omnia ex amore, verum, sensitiuo, & qui est passio, tamen ex aliquo amore, & nunc responsum est, quia tantùm de amore sensitiuo, sed de amore in communi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex amore, sicut iam dictum est, * causatur, & desiderium, & tristitia, & delectatio, & per consequens omnes aliæ passiones; vnde omnis actio, quæ procedit ex quacunque passione, procedit etiam ex amore, sicut ex prima causa; vnde non superfluunt aliæ passiones, quæ sunt causæ proximæ.

¶ Maior vera, de principio vt solet dici imperatiuo, sed non executiuo; vel magis appetitus, præsertim in brutis, est *principij* motiuum, & impetuosum ad executionem, non enim habet imperium locum in brutis, vt patuit supra quæst. 17. artic. 2. ad secundum, & tertium, & quæst. 15. artic. 2. ad secundum. Vltra, si igitur omnia, quæ quis agit, agit ex amore. Dico, quòd agit ex amore semper, sicut ex principio primo, & radicali, & originali, tamen agit etiam ex alijs passionibus quandoque, sicut ex principio proximo, sicut cum quis agit ex ira, actio illa habet iram pro *principio* propinquo. Si autem quæratur, quare ille sit iratus, inuenitur, quòd ideo, quia ille impediuit eum ab amato. Vltra, ergo aliæ superfluunt. Negatur consequentia, quia præter causam primam, oportet quandoque etiam habere causam secundam, licet causa prima etiam producat aliquos effectus præter causas secundas, sic aliqua actio immediatè dependet ex amore *præcipuè* amicitiæ, & ad minus desiderium consequitur amorẽ immediatè.

¶ Ad tertium dicendum, quòd odium etiam ex amore causatur, sicut infra dicetur. *

¶ Maior vt iacet est vera, quia simul non causatur ex contrarijs, si autem tollatur illud simul, non est vniuersaliter vera, vnde dicitur nihil causatur a contrarijs causis vt sic; & secundò non causatur a contrarijs per se, tamen ab vno per se, ab alio per accidens; primum patuit supra quæstio. 15. artic. 2. ad secundum, quia induratio causatur a calore, & frigore; verum tamen, quòd non est induratio eiusdem recipientis, sed in eodem potest causari eadem forma a contrarijs, ab vno per se, ab alio per accidens, vt patet in naturalibus.

¶ Ad minorem malè subsumitur, sed si subsumatur formaliter, sed odium contrariatur amori, & vt contrariatur sibi oritur ex eo aliqua actio; tunc negatur ista minor, quia actio, quæ causatur ex odio, e usatur ab eo, non inquantum contrariatur amori, scilicet circa idem obiectum existens, sed vt sequitur ex amore. Pro intellectu huius vide infra quæst. sequen. artic. 2. ad secundum. quia amor vnius rei est causa, quòd eius contrarium odiatur, & semper odium radicatur in aliquo amore, vt est principium actionis & ergo amor, non quidem illius, vel istius rei; sed aliquis est primum principium actionis.

Quæstio Vigesimanona.

De Odio.

DEinde considerandum est de odio. Et circa hoc quæruntur sex. Primò, vtrum causa, & obiectum odij sit malum. Secundò, vtrum odium causetur ex amore. Tertiò, vtrum odium sit fortius, quàm amor. Quartò, vtrum aliquis possit habere odio seipsum. Quintò, vtrum aliquis possit habere odio veritatem. Sextò, vtrum aliquid possit haberi odio in vniuersali.

¶ Quia

¶ Quia odium pertinet ad primam coniugationem passionum cum amore; & est prima inter respicientes malum, sicut amor inter respicientes bonum; ideo post amorem statim tractat de odio. Et diuiditur ista quæstio, quia primò de obiecto, & causa odij communibus, in artic. primo, & secundo. In tertio elicit quoddam sequens ad secundum articulum. In quarto, quinto, & sexto quærit de obiectis specialibus.

Vtrum causa, & obiectum odij sit malum.

I Mal. q. 12. art. 4. AD primum sic proceditur. Videtur, quòd obiectum, & causa odij non sit malum; omne enim quod est, inquantum huiusmodi bonũ est; si igitur obiectum odij sit malum, sequitur, q̃ res nulla odio habeatur, sed solùm defectus alicuius rei, qđ patet esse falsum.

¶ 2 Præterea. Odire malum est laudabile. Vnde in 2. Mach. 3. laudem quorundam dicitur 2. Machab. 3. quòd leges optimè custodiebantur propter Oniæ Pontificis pietatem, & animos odio habentes mala; si igitur nihil odiatur nisi malum, sequitur, quòd omne odium sit laudabile, quod patet esse falsum.

¶ 3 Præterea. Idem non est simul bonum, & malum; sed idem diuersis est odibile, & amabile; ergo odium nõ solùm est mali, sed etiam boni.

¶ Sed contra. Odium contrariatur amori, sed obiectum amoris est bonum, vt supra dictum est; * ergo *q. 26. ar. 1. obiectum odij est malum.

¶ In hoc articulo D. S. primò inquirit de obiecto communi, & proprio odij; est enim malum vt apprehensum causa odij, quod est passio, vel motus voluntatis obiectiua, & quasi effectiua; amor autem est causa tenens se ex parte subiecti, & faciens aliquid haberi tanquam malum.

¶ Respondeo dicendum, quòd cum appetitus naturalis deriuetur ab aliqua apprehensione, licet non coniuncta, eadẽ ratio uidetur esse de inclinatione appetitus naturalis, & appetitus animalis, qui sequitur apprehensio- *q. 26. ar. 1. nem coniunctam, sicut supra dictum est; * in appetitu autem naturali hoc manifestè apparet, q̃ sicut vnumquodq; habet naturalem consonantiam, uel aptitudinem ad id, quod sibi cõuenit, qui est amor naturalis; ita ad id quod est repugnans, & corruptiuum habet dissonantiam naturalem, quæ est odium naturale. Sic igitur & in appetitu animali, seu intellectiuo, amor est consonantia quædã appetitus in id quod apprehenditur, ut conueniens; odiũ uerò est dissonantia quædam appetitus ad id, quod apprehenditur ut repugnans, & nociuum.

¶ D. S. primò deducit quandam conclusionem fundamentalem; secundò subsumit, & infert conclusionem responsiuam, ibi. Sicut autem, &c. Fundamentum igitur huius responsionis est, quòd in appetitu animali, seu intellectiuo, amor est consonantia quædam appetitus, &c. vt in fine litteræ. Probatur. Eadem ratio videtur esse de inclinatione appetitus naturalis, & appetitus animalis; sed in appetitu naturali, naturalis appetitus est consonantia, odium verò repugnantia; igitur conclusio vera. Maior patet, quia vterque appetitus sequitur apprehensionem, licet ille nõ coniunctam ille coniunctam; & ergo videtur, quòd de motibus illorum appetituum sit aliqua proportio, præsertim cum cognitio vna deriuatur ab alia, & cum ars imitetur naturam. Minor relinquitur nota.

¶ Circa quam nota ex prædictis, quia amor naturalis in rebus purè naturalibus non est actus elicitus, sed actus primus, sicut grauitas est amor grauis, & calor amor calidi vt sic, sed in cognoscentibus est actus elicitus secundus; & tamen in hoc conueniunt, quòd vterque est consonantia, idest forma proportionata alteri, vel actus complecentiæ in aliquo proportionato. Oppositum est de odio; vnde patet, quòd consonantia naturalis non est nisi forma alteri proportionata inclinans ad ipsum, sicut grauitas ad locum deorsum, & lenitas ad sursum. Tunc ibi.

¶ Sic autem omne conueniens, inquantum huiusmodi, habet rationem boni, ita omne repugnans, inquantũ huiusmodi, habet rationem mali; & ideo sicut bonũ est obiectum amoris, ita malum est obiectum odij.

Conclusio responsiua. ¶ Subsumit sub prædicta conclusione, & infert cõclusionem responsiuam talem; sicut bonum est obiectum amoris, ita malũ odij. Probatur assumendo conclusionem fundamentalem pro maiori, minor. Sicut autem omne, &c. vt in littera; ergo sequitur cõclusio.

¶ Nota circa minorem, quòd conueniens vt sic est bonum, quia perfectiuũ alterius, cui conuenit; disconueniens verò est malum non simpliciter, & quo ad vniuersum, vel principium vniuersi, sed dicitur malum, quia nociuum alteri, & eius destructiuum; sicut per oppositum Philosophus habet 4. Ethic. quòd prodigus vanus quidem est, sed non malus. Vnde patet, quòd malum, quod est obiectum odij, non dicitur quia imperfectum, vel quia priuatum debita perfectione; sed quia alteri repugnat, & alterius est corruptiuum; vel apprehensum, vt nociuum, vel impeditiuum alicuius, nõ quia causa sit in se mala. Vide prima par. quæst. 49. art. 3. in corp.

ARGVMENTVM in contrarium fundatur in hoc, quia directè contrariorum motuum appetitus sunt contraria obiecta, quare autem dicat directè. Vide infra quæst. 75 art. 4. & sic confirmat conclusionem responsiuam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ens inquantum ens, non habet rationem repugnantis, sed magis conuenientis; quia omnia conueniunt in ente; sed ens inquantum est hoc ens determinatũ, habet rationem repugnantis ad aliquod ens determinatum, & secundùm hoc unũ ens est odibile alteri, & est malum, & si non in se, tamen per comparationem ad alterum.

¶ Ad maiorem, vera est, quod omne quod est, inquantum huiusmodi, est bonum in se, & simpliciter; inquantum ens. f. actus; sed tamen vt hoc ens potest esse repugnans alteri, sicut lupus, vt voratiuus est contrarius oui. Vltra, si igitur malum, &c. Dico, q̃ obiectum odij est malum huic, & non semper in se malum. Vltra sequitur, quòd nulla res, &c. verum, vt res in se. Tamen vt talis res contraria, & nociua isti. Vltra. Sed solùm defectus, &c. non oportet, immo res ipsa est obiectum odij, quandoq; modo dicto, esto etiam defectus odiatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut aliquid apprehenditur ut bonum, quod non est verè bonum, ita aliquid apprehenditur ut malum, quod non est verè malum; vnde contingit quandoque nec odium mali, nec amorem boni esse bonum.

¶ Ad maiorem, odire malum in veritate hoc est laudabile, sed non, odire quod videtur huic malum, est tamen in veritate bonum; & primo modo intelligitur auctoritas. Vltra, si igitur dico, quòd nihil oditur nisi malum, verum, vel apparens, sed non semper existens malum, quod est contra rationem, & simpliciter malum homini vt sic. Vltra, sequitur, quòd omne odium sit laudabile. Negatur consequentia, quia odium apparentis mali (vt est quandoque virtuosum) non est laudabile, & similiter est de amore, & alijs passionibus, quæ sunt, vel circa bonum, vel circa malum, vt patuit supra quæst. 24. artic. 4. ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd contingit idem esse amabile, & odibile de diuersis secundùm appetitum quidem naturalem ex hoc, quòd unum & idem est conueniens uni secundùm suam naturam, & repugnans alteri, sicut calor conuenit igni, & repugnat aquæ; secundùm appetitum uerò animalem, ex hoc, quòd unum, & idem apprehenditur ab uno sub ratione boni, & ab alio sub ratione mali.

¶ Ad maiorem, idem non est simul bonum, & malum secundùm se, & simpliciter, potest tamen idem esse bonum, & malum diuersis rebus in naturalibus, & potest apprehendi idem vt conueniens, & disconueniens a diuersis in cognoscentibus.

¶ Ad minorem, idem est odibile, & amabile non in se, & istis diuersis diuersimodè dispositis, vel apprehendentibus vnam rem diuerso modo. Vltra, ergo odium non est solùm mali, verum in se, tamen quo ad hunc, & vt apprehenditur malum.

Vtrum odium causetur ex amore.

K Supra q. 28. ar. 6. ad 3 & infra art. 3. corp. Et 4. cõtra c. 19. col. 1. AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd amor non sit causa odij. Ea enim, quæ ex opposito diuiduntur, naturaliter sunt simul, ut dicitur in Prædicamentis; * sed amor, & odium cum sint contraria, ex opposito diuiduntur; ergo naturaliter sunt simul, non ergo amor est causa odij.

* In Post-præd. icam. c. de simili.

¶ 2 Præterea. Vnum contrariorum non est causa alterius; sed amor, & odium sunt contraria; ergo, &c.

¶ 3 Præterea. Posterius non est causa prioris, sed odium est prius amore ut uidetur; nam odium importat recessum a malo; amor uerò accessum ad bonum; ergo amor non est causa odij.

¶ Sed contra est, quod dicit Augu⁹. 14. de Ciu. Dei, * quòd omnes affectiones causantur ex amore; ergo & odium, cum sit quædam affectio animæ.

* Aug. c. 7. & 9.

¶ Hic inquirit de alia causa odij, & primò determinatur propositum; secundò ex hoc corollariè concluditur ordo amoris ad odium in gradu potioritatis, artic. 3.

*Art. præceden. ¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est; * amor consistit in quadam conuenientia amantis ad amatum; odium verò consistit in quadam repugnantia, uel dissonantia; oportet autem in quolibet prius considerare quid ei conueniat, quàm quid ei repugnet. Per hoc enim aliquid est repugnans alteri, quia est corruptiuum, vel impeditiuum ei, quod est conueniens; vnde necesse est, quòd amor sit prior odio, & quòd nihil odio habeatur, nisi per hoc, quòd contrariatur conuenienti, quod amatur; & ℘m hoc omne odium ex amore causatur.——

Conclusio responsiua. ¶ Conclusio responsiua in fine corporis est ista. Omne odium ex amore oritur. Probatur. Amor est prior odio, & nihil odio habetur, nisi quia contrariatur conuenienti quod amatur; ergo conclusio vera. Tenet consequentia, quia prius alio, & necessariò sibi præsuppositum sine quo alterum non potest esse, est causa eius. Antecedens probatur clarè in littera sic, oportet in quolibet prius, &c. sed amor consistit in quadam, &c. vt in littera; igitur antecedens, &c. Maior declaratur in littera.

¶ Nota, quòd ex ista probatione habetur, quòd amor est causa odij quasi dupliciter; vno modo in genere causæ efficientis largè, eo modo quo necessariò alteri præsuppositum dicitur causa eius, quia scilicet nihil odio habetur, nisi quia amor alterius præcedit, cui ipsum repugnat; secundò amor est causa odij quasi obiectiuè, & hoc remotè, quia videlicet est dispositio, ratione cuius aliquid habetur repugnans; nam eo ipso, quia est contra amatum: ideo apprehenditur vt malum.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsiuam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in his, quæ ex opposito diuiduntur, quædam inueniuntur, quæ sunt naturaliter simul, & secundùm rem, & secundùm rationem, sicut duæ species animalis, uel duæ species coloris; quædam verò sunt simul secundùm rationem, sed vnum realiter est prius altero, & causa eius, sicut patet in speciebus numerorum, figurarum, & motuum; quædam verò non sunt simul, nec secundùm rem, nec secundùm rationem, sicut substantia, & accidens; nam substantia realiter est causa accidentis, & ens secùdùm rationem prius attribuitur substantiæ, quàm accidenti, quia accidenti non attribuitur, nisi inquantum est in substantia; amor autem, & odium naturaliter quidem sunt simul secundùm rationem, sed non realiter; vnde nihil prohibet amorem esse causam odij.——

¶ Ad maiorem, non est vniuersaliter vera; vnde dicitur, ℘ quæ ex opposito diuiduntur, quãdoque sunt simul naturaliter negatiuè, ita ℘ non est ratio, quare vnum sit prius alio, cum a se inuicem nõ dependeat secundùm rem, & rationem diuisi, quæ æqualiter cõuenit eis, nec vni per alterum; & talia sunt aliquæ species vniuoci, sicut duæ species animalis, vel coloris; esto enim albedo dicatur esse mensura, & prior omnibus coloribus, hoc est secundùm esse cognitum, non secundùm rem, nec secundùm perfectiorem participationem rationis consequens, sed speciei perfectionem; quandoque sunt diuidentia simul secundùm rationem, non autem ſm rem, & existentiam, vt patet de speciebus numerorum, & de speciebus corporis, quæ sunt vniuocè (vniuocatione logica) conueniunt in corpore, & tamen corpus cœleste est causa corporis corruptibilis, vnde dicitur 7. physic. iuxta genus (iuxta genus logicum videlicet) latent multæ æquiuocationes, scilicet philosophicè; quandoque autem diuidentia, nec sunt simul secundùm rem, quia vnũ est causa alterius, nec secundùm rationem, quia diuisum conuenit vni per aliud, & alteri absolutè. Vltra, ad minorem vera, etiam diuiduntur sub vniuoco; ergo sunt simul ſm rationem diuisi, sed non inter se, immo vnum est causa alterius, sicut Sol condiuidit corpus, & tamen est causa aliorum corporum.

¶ Circa hanc solutionem nota, ℘ posset alicui videri repugnãtia duplex in illa solutione; vna quidem contra philosophum; secunda contra Commentatorem; contra Philosophum, quia D.S. dicit, ℘ duę species coloris simul inueniuntur, Philosophus autem in Postprædicamentis dicit, ℘ non oportet, ℘ si vnum contrariorũ sit, quod reliquum sit; & hoc declarat exemplariter, quia cum oẽs albi sint, albedo quidem erit, nigredo verò non erit. Commẽtator etiam dicit. 12. metaph. comm. 2. ℘ prioritas, & posterioritas specierum nõ impedit vnitatem generis. Solutio autem dicit species esse simul. Sed ad hoc dicitur. Ad primum, vt tactum est, ℘ D.S. loquitur de simultate existentiæ negatiua, quia non est ratio, quare vnum sit prius alio in non dependentibus a seinuicem, vt sic, Philosophus autem loquitur de simultate positiua. Secundò dicitur, ℘ D.S. loquitur post Philosophum in 2. cœli. vbi dicit, quod si vni cõtrariorum est, reliquũ quoq; esse est necesse, & quod si ignis est, terra est, vbi philosophus intelligitur de necessitate physica, quæ est propter appetitum naturalem materiæ ad vtrumq; cõtrariorũ, Philosophus autem in Postprædicamentis loquitur de necessitate logica, quia nõ impedit contradictionẽ, vnam esse alia nõ existere; vnde nõ est cõtradictio D.S. ad Philos. sicut nec Philos. ad seipsum. Ad secundum de Cõmentatore dicitur, ℘ manifestè intelligit de prioritate, & posterioritate perfectionis, quia semper vna est perfectior alia; nam species rerum se habent sicut numeri D.S. autem cum dicit duas species esse simul, intelligit de simultate existentiæ.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd amor, & odium sunt contraria, quando accipiuntur circa idem, sed quando sunt de contrarijs, non sunt contraria, sed seinuicem cõsequentia; eiusdem enim rationis est, quòd ametur aliquid, & odiatur eius contrarium, & sic amor vnius rei est causa, quòd eius contrarium odiatur.——

¶ Ad maiorem, per se verum, tamen per accidens vnum causat alterum. Ad minorem, amor, & odium eiusdem obiecti sunt contraria, & secundùm idem; sed amor vnius, & odium alterius, quod contrariatur amato non contrariantur, immo tale odium talem amorem per se consequitur; ergo amor non causat odium sibi cõtrarium; sed causat, quòd ipsum sequitur circa aliud obiectum. D.S. respondet ad minorem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in executione, prius est recedere ab uno termino, quàm accedere ad alterum terminum; sed in intentione est è conuerso, propter hoc enim receditur ab uno termino, ut accedatur ad alterũ; motus autem appetitiuus magis pertinet ad intẽtionem, quàm ad executionem; & ideo amor est prior odio, cum utrumq; sit motus appetitiuus.——

¶ Maior vera, posterius vt sic; sed tamen id, quod est *posterius* in vno genere, potest esse prius in alio, vt patet de materia, & forma efficiente, & fine. Ad minorem negatur. Ad probationem dico, quòd importat recessum affectionalem, & animalem, qui posterior est accessu, & eum semper præsupponit. Vide infra q. 42. artic. 2. in corp. quia malum fugitur, eo quòd est priuatio boni appetiti, & amati; verum est, quòd in motu naturali, & in executione prior est recessus a termino a quo, quàm accessus ad terminum ad quem; sed huic non assimilatur motus appetitiuus, qui est passio, sed intentioni naturæ, quæ prius fertur super terminо ad quem, ratione cuius fit recessus a termino a quo; ideo enim corrumpitur aqua, vt generetur ignis, & natura prius intendit generationem illius, quàm istius corruptionem. Et Doct. Sanct. respondet ad probationem minoris, de qua etiam supra quæst. 25. artic. 3. ad tertium.

Vtrum odium sit fortius amore.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd odium sit fortius amore, dicit enim Aug. in lib. 83. Quæstio. * Nemo est, qui non magis dolorem fugiat, quam appetat uoluptatem; sed fugere dolorem pertinet ad odium, appetitus autem uoluptatis pertinet ad amorem; ergo odium est fortius amore.

¶ 2 Præterea. Debilius uincitur a fortiori; sed amor uincitur ab odio, quando scilicet amor conuertitur in odium; ergo odium est fortius amore.

¶ 3 Præterea. Affectio animæ per effectum manifestatur, sed fortius insistit homo ad repellendum odiosum, quàm ad prosequendum amatum, sicut etiam bestiæ abstinent a delectabilibus propter uerbera, ut Augustinus introducit in lib. 83. Quæst. * ergo odium est fortius amore.

¶ Sed contra. Bonum est fortius, quàm malum, quia malum non agit nisi uirtute boni, ut Dionys. dicit 4. cap. de Diui. no. sed odium, & amor differunt secundùm differentiam boni, & mali; ergo amor est fortior odio.

¶ Hic ex dictis præsertim, artic. 2. D.S. elicit quid sit fortius, an amor, vel odium.

¶ Respondeo dicendum, quòd impossibile est effectum sua causa esse fortiorem, omne autem odium procedit ex aliquo amore, sicut ex causa, vt supra dictum est; * vnde impossibile est, quòd odium sit fortius amore simpliciter.——

¶ D.S. sic

Conclusio prima. ¶ D.S. sic procedit. Primò respondet ad quæsitum. Secundò illam responsionem modificat, & limitat, ibi. Sed tamen, &c. Quo ad primum respondet duabus conclusionibus; vna negatiua quæsiti; alia affirmatiua, ibi. Sed oportet, &c. Prima ergo conclusio responsiua negatiua est. Impossibile est, quòd odium fit fortius amore simpliciter (intelligitur simpliciter, idest absolutè, & secundùm propriam rationem, & totaliter; vel simpliciter, idest per se) quia odium vt sic, non potest excedere omnem amorem, sed amor aliquis potest excedere omne odium; sicut dicimus, quòd actus intellectus simpliciter est prior actu voluntatis, quia ante omnem actum voluntatis est aliquis actus intellectus, sed nõ è contra, quamuis ille actus voluntatis hunc actum intellectus præcedere possit. Probatur ergo conclusio ista clarè, & ordinatè in littera. Et probat D. S. quòd odium non potest esse fortius amore, qui est causa odij, cum quo stat, quòd odium aliquod sit fortius aliquo amore, ex quo non procedit, vt dicetur statim. Consequenter cum dicit.

¶ Sed oportet ulterius, quòd amor simpliciter loquẽdo, sit odio fortior; fortius enim mouetur aliquid in finem, quàm in ea, quæ sunt ad finem; recessus autem a malo ordinatur ad consecutionem boni, sicut ad finem; unde simpliciter loquendo, fortius est motus animæ in bonum, quàm in malum.

Conclusio limitatiua. ¶ Respondet affirmatiuè quæsito tali conclusione. Amor excellit odium simpliciter, nec est superfluitas, quia stat, quòd aliquid non excedit aliud, nec tamen illud aliud habet ex propria ratione excessum super aliud; & intelligitur conclusio ista, non quòd quilibet amor sit fortior quolibet odio; sed quolibet odio sibi correspondente, quod ex eo oritur; & quia deueniendum est ad amorem, qui est fortior omni odio; vnde est simpliciter fortior, idest absolutè, & in veritate. Probatur ergo conclusio; fortius mouetur aliquid in finem, quàm in id quod est ad finem, sed recessus a malo, qui est odium, ordinatur ad consecutionem boni, cuius est amor, sicut ad finem; ergo simpliciter & finaliter, fortior est motus in bonum, qui est amor, quàm in malum, qui est odium; & potest etiam intelligi simpliciter, idest per se, quia datur amor, qui vincit omne odium.

¶ Et nota, quòd hæc ratio continet aliud medium a præcedenti, quia procedit non secundùm rationem causæ, & effectus, sed secundùm propriam rationem, quæ est ex obiectis, quia videlicet amor est accessus ad bonum, odium verò recessus a malo; sed recessus a malo est propter accessum appetitiuum ad bonum, vt patuit art. 2. ad tertium. prioritas autem finis est simpliciter prima.

¶ Sed tamen aliquando uidetur odium fortius amore propter duo. Primò quidem, quia odium est magis sensibile, quàm amor; cum enim sensus perceptio sit in quadam immutatione, ex quo aliquid iam immutatum est, non ita sentitur, sicut quando est in ipso immutari; vnde calor febris ethicæ, quamuis sit maior, non tamen ita sentitur, sicut calor tertianæ; quia calor ethicæ iam uersus est quasi in habitum, & naturam; & propter hoc etiam amor magis sentitur in absentia amati, sicut Aug. dicit in 10. de Trin. * quòd amor non ita sentitur, cum non prodit eum indigentia, & propter hoc etiam repugnantia eius, quod oditur, sensibilius percipitur, quàm conuenientia eius, quod amatur.——

¶ Hic consequenter D.S. limitat præcedentem responsionem tali conclusione. Aliquando odium videtur fortius amore, quam conclusionem explanat duabus rationibus; secundam ponit ibi. Secundo quia, &c. Quo ad primum arguitur sic. Odium est magis sensibile, igitur conclusio vera; consequentia nota, quia magis sensibilia videntur fortiora; antecedẽs probatur in littera. Odium consistit in iminutari in naturali, & amor in immutato esse connaturali; igitur antecedens verum; antecedens proximũ ostenditur exemplariter de febre ethica, & de amore in absentia amati, quæ est innaturalior, & facit nouam immutationem, & desiderium amati; vnde D.S. infert antecedens primum in substantia.

¶ Nota circa hæc euidens exemplum, quòd sensibilius propter dispositionem subiecti repugnantem non est fortius, esto fortius videatur, cum quis frigidos pedes aquæ calidæ etiam mediocriter imponit, tunc enim videtur valde vehemens calor, & si modicum perstiterit, & multò calidior aqua super infundatur, non videbitur ita calida. Prima ergo est sensibilior, non tamen fortior, immo secunda, quia prima inuenit subiectum in contraria, & magis repugnante dispositione; secunda autem in dispositione magis connaturali; & aduenit ei, quod prius immutatum est secundùm calorem, prima verò de nouo immutat. Deinde cum dicit.

¶ Secundò, quia non comparatur odium ad amorem, sibi correspondentem; secundùm enim diuersitatem bonorum est diuersitas amorum in magnitudine, & paruitate, quibus proportionantur opposita odia; vnde odiũ, quod correspondet maiori amori magis mouet, quàm minor amor.——

¶ Subiungit secundam rationem pro conclusione limitatiua; & primum hoc facit; secundò ex ea ostendit primum argumentum in oppositum adducendum esse solutum, ibi. Et per hoc, &c. Ratio ergo illa secunda habetur clarè in littera; & habetur ex ista ratione, quòd odium aliquod est fortius aliquo amore, sed non sibi correspondente tanquam effectus istius amoris, cum quo stat, quòd amor absolutè, & simpliciter est fortior, &c.

¶ Nota, quòd primo modo. s. primæ rationis videtur odium fortius si comparetur ad amorem sibi correspondentem, ex quo causatur; sed secundo modo est quidem odium fortius, sed non comparatur amori sibi correspondenti, ex quo causatur; vnde dicit D.S. videtur fortius propter duo; primò quidem secundùm apparentiam; secundò in veritate aliquo amore, sed non quolibet.

¶ Et per hoc patet responsio ad primum; nam amor voluptatis est minor, quàm amor conseruationis suiipsius, cui respondet fuga doloris; & ideo magis fugit dolor, quàm ametur voluptas.——

¶ Ex prædicta ratione soluit primum argumẽtum in oppositum adducendum, & applicabitur hæc solutio circa argumentum ipsum. Confirmatur autem secunda conclusio responsiua argumento in contrarium.

¶ Ad primi maiorem, verum, nemo est, qui non magis dolorem fugiat, quàm appetat voluptatem, tamen hoc prouenit ex maiori amore conseruationis suiipsius, cui conseruationi dolor contrariatur.

¶ Ad minorem, vera est; ergo odium aliquod, scilicet correspondens maiori amori tanquam ex eo sequens est fortius amore non simpliciter, vt patebit; sed illo qui est rei minus amatæ. Minus enim amatur voluptas, quàm vita; & ergo odium, quod est pro vita conseruanda contra ea, scilicet quæ impediunt vitam, vt est tristitia, & dolor, est maius, quàm amor alicuius, quod non est ita necessarium ad vitam. s. voluptatis. Et est hoc argumentum pro conclusione limitatiua, & pro secundo motiuo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd odium nunquam uinceret amorẽ nisi propter maiorem amorem, cui odiũ correspondet, sic homo magis diligit se, quàm amicum; & propter hoc, quòd diligit se, habet odio etiam amicum, si sibi contrarietur.——

¶ Maior vera vt sic. Ad minorem, amor vincitur ab odio; verum, aliquis amor minus amati vincitur ex odio, quod prouenit ex amore magis amati, sicut si amicus incipiat nocere amanti, amans odiet eum, quia nocet sibi quem magis diligit. Vltra; ergo odium est fortius amore, verum, aliquo; sed non simpliciter, & a toto genere est etiam conclusione limitatiua, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ideo intensius aliquid operatur ad repellendum odiosa, quia odium est magis sensibile.

¶ Ad maiorem, affectio manifestatur per effectum, vel quo ad sui magnitudinem, vel sensibilitatem. Videmus enim, quòd res in se modica, quia tamen est multum sensibilis; ideo habet magnum effectum ipsa in se debilis, sicut vna modica læsio in parte multum sensibili habet magnum effectum, & quis eam multum fugit, & mallet pati fortem ictum in loco, qui consueuit percuti; nota de hoc exemplum D.S. in quarto, distin. 49. quæst. 3. artic. 2. quæst. 1. ad tertium. Vnde fabri, qui sonitum malleorum consueuerunt audire, non ita mouentur a talibus sonis sicut alij; & ideo in principio operationis homo magis delectatur, quàm postmodum in processu ipsius continuatæ, res autem in sua nouitate magis sentiuntur, quia postmodum earum dispositio fit quasi qualitas quædam inhærens sentientibus; & vide etiam in corpore ratione secunda.

¶ Ad minorem vera est saltem quandoque; & tamen hoc est etiam ex amore maiore, quia fortius insistit ad repellendum odiosum, quod nocet magis amato, quàm ad prosequendum minus amatum, sicut patet in exemplo argumenti, quia bestiæ magis fugiunt verbera, quæ sunt contra vitam magis amatam; & secundò hoc est propter maiorem sensibilitatem odij; & ergo magis operatur aliquid, vt ipsum repellat, quàm vt habeat amatum, quia amor, qui est de habitione amati, nõ ita sentitur, est tamen aliquis amor fortior odio etiam repugnantis, vt patuit, &c.

Vtrum aliquis possit habere odio seipsum.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd aliquis possit seipsum odio habere. Dicitur enim in Psal. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam; sed multi diligunt iniquitatem; ergo multi odiunt seipsos.

N 2.2.q.25.ar. 7. Et 2.dist. 42.q.2.ar.2. q 2.ad 2. Et Psal.10. co'. 4. Et Ephe. 5.lect. 6. Psalmus.

¶ 2 Præterea. Illum odimus cui volumus, & operamur malum; sed quandoque aliquis uult, & operatur sibiipsi malum, puta qui interimunt seipsos; ergo aliqui seipsos habent odio.

* Boetius prosa 2. ¶ 3 Præterea. Boetius dicit in 2. de consol. * quòd auaritia facit homines odiosos, ex quo potest accipi, ꝙ omnis homo odit auarum; sed aliqui sunt auari; ergo illi odiunt seipsos.

Ephes.5. ¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit ad Ephes. 5. quòd nemo unquam carnem suam odio habuit.

¶Hic D.S.determinat circa prædicta quædam dubia, inquirendo de obiectis specialibus odij; & primò, an homo ipse possit esse obiectum sui odij, ita quòd sibi velit malum, vel nociuum.

¶Respondeo dicendum, quòd impossibile est, quòd aliquis per se loquendo odiat seipsum; naturaliter enim vnumquodque appetit bonum, nec potest aliquis aliquid sibi appetere, nisi sub ratione boni; nam malum

Dionysius. est præter uoluntatem, ut Dionysius dicit quarto cap. de Diuino nomi. amare autem aliquem est velle ei bonum,

*q.26.ar.4. & prima pars.q.20. vt supra dictum est; *vnde necesse est, quòd aliquis amet seipsum; & impossibile est, quòd aliquis odiat seipsum per se loquendo.

¶D.S.respondendo ad quæsitum; primò ponit conclusionem responsiuam negatiuam; secundò vnam aliam conclusionem aliqualiter ad quæsitum affirmatiuam, ibi. Per accidens, &c. Conclusio prima, & negatiua responsiua est. Impossibile est, quòd aliquis odiat seipsum per se loquendo, idest formaliter, & expresse volendo sibi malum vt sic. Probatur sic, necesse est, quòd aliquis seipsum amet; ergo impossibile, &c. vt dicit conclusio. Antecedens probatur, amare aliquem est velle ei bonum; sed naturaliter vnumquoque appetit bonum, &c. ergo antecedens verum, & sic conclusio; consequentia de se nota. Consequenter cum dicit.

¶Per accidens tamen contingit, quòd aliquis seipsum odio habeat, & hoc dupliciter; vno modo ex parte boni, quod sibi aliquis uult; accidit enim quandoque illud quod appetitur vt secundùm quid bonum, esse simpliciter malum, & secundùm hoc aliquis per accidens vult sibi malum, quod est odire.

¶Subiungit secundam conclusionem responsiuam, aliqualiter affirmatiuam talem. Per accidens contingit, quòd aliquis seipsum odio habeat, hanc conclusionem declarat D.S.dupliciter; secundo modo ibi. Alio modo, &c. Primò probat sic. Aliquis potest sibi velle vt bonum, quod est simpliciter malum; sed hoc est odire seipsum per accidens materialiter sibi volendo malum, tamen sub ratione boni; & sic conclusio primo modo vera. Maior declaratur clare in littera. Consequenter ibi.

¶Alio modo ex parte suiipsius, cui uult bonum; vnumquodque enim maximè est id, quod est principalius in ipso; vnde ciuitas dicitur facere id, quod Rex facit, quasi Rex sit tota ciuitas. Manifestum est ergo, quòd homo maximè est mens hominis; contingit autem, quòd aliqui æstimant se, maximè illud, quod sunt secundùm naturam corporalem, & sensitiuam; vnde amant se secundùm id quod æstimant se esse; sed odiunt id quod verè sunt, dum uolunt contraria rationi; & utroque modo ille, qui diligit iniquitatem, odit non solùm animam suam, sed etiam seipsum; & per hoc patet responsio ad primum.

¶ Probat secundò illam secundam conclusionem sic. Aliquis potest velle bonum ei, quod non est ipse, sed quod se falsò existimat esse; sed hoc iterum est odire seipsum per accidens, idest ex errore habendo pro principali, quod non est principale, & vult tantùm illi bonum secundùm quid, quod habet pro bono simpliciter, scilicet bona sensibilia pro bonis spiritualibus. Maior declaratur vsque in finem, vbi D.S.ostendit primum argumentum in oppositum adducendum esse solutum ex dictis, vt patebit circa ipsum. De ista secunda conclusione vide secunda secundæ, quæstio.25. artic.7. Et confirmatur prima conclusio argumento in contrarium.

¶Ad primum. Ad maiorem dicitur, quòd qui diligunt iniquitatem, &c. odiunt animas, immo seipsos. Verum, per accidens; primò quidem, quia volunt simpliciter malum, esto sub ratione boni simpliciter, quod tantùm est bonum secundùm quid, vt supra patuit quæst.27.artic.1. ad primum. Secundo modo autem, quia diligunt se plerumque secundùm id, quod non sunt, scilicet secundùm exteriorem hominem, videlicet corpus & sensum, & non secundùm animam, quæ est principale; & ita odiunt se materialiter, & per accidens, non formaliter, & per se; & sic probat secundam conclusionem responsiuam, sed nihil contra primam.

¶Ad secundum dicendum, quòd nullus sibi uult, & facit malum, nisi inquantum apprehendit illud sub ratione boni; nam & illi, qui interimunt seipsos; hoc ipsum quod est mori, apprehendunt sub ratione boni, inquantum est terminatiuum alicuius miseriæ, vel doloris.

¶Maior vera, si velimus mala formaliter, & operemur, tunc odimus per se, & formaliter; ita quòd velit malum sub ratione mali. Tunc negatur minor. Et dicitur ad probationem, quia qui se interimunt, apprehendunt interemptionem sui sub ratione boni vtilis, quia videlicet ad terminandam miseriam propriam; carere autem mal, o bonũ quoddam est. Et de hoc in simili primo par.quæst.5.artic.2.ad tertium. Vide si placet Bernardum Claromontensem, vbi quærit, an damnati velint non esse.

¶ Ad tertium dicendum, quòd auarus odit aliquod accidens suum, non tamen propter hoc odit seipsum; sicut æger odit suam ægritudinem ex hoc ipso, ꝙ se amat. Vel dicendum, quòd auaritia odiosos facit alijs, non autem sibiipsi, quinimmo causatur ex inordinato sui amore, secundùm quem de bonis temporalibus plus sibi aliquis vult, quàm debeat.

¶Ad auctoritatem dupliciter dicitur. Primò, quòd auarus odit non se, sed vitium suum, quod est diligere seipsum, vt patet in simili secunda secundæ, q.34.ar.3.in corp. vbi dicit D.S. hoc ipsum, quod in fratre odimus culpam, & defectum boni, pertinet ad fratris amorem; eiusdem enim rationis est, quòd velimus bonum alicuius, & quòd odimus malum ipsius. Hæc ibi. Sicut etiam qui odit infirmitatem suam, amat se, quia vellet se carere malo, quod est sibi velle bonum, & per consequens se amare.

¶Dicitur secundò; & videtur solutio validior, quòd auaritia facit hominem odiosum aliis, sed non sibi, immo homo existẽdo auarus diligit seipsum, inordinatè tamen, quia auaritia nominat cupiditatem inordinatam temporalium, & cupiendo sibi temporalia diligit seipsum, &c.

¶Potest & dici extra litteram, quòd homo existendo auarus diligit se, quia existere aliquem auarum est inordinatè concupiscere diuitias; sed per actum reflexum deuiari mediante synderesis dictamine auaritiam suam, est seipsum verè diligere; sed amando auaritiam per actum reflexum est se odire, sed odiendo auaritiam diligit se. Et ita vtraque solutio saluari potest.

Vtrum aliquis possit odio habere veritatem.

AD quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ aliquis non possit habere odio veritatem. Bonum enim & ens & uerum conuertuntur, sed aliquis non potest habere odio bonitatem, ergo nec veritatem.

¶ 2 Præterea. Omnes homines naturaliter scire desiderant, ut dicitur in principio Metaphys. * sed scientia non est nisi uerorum; ergo ueritas naturaliter desideratur, & amatur; sed quod naturaliter ineſt ſemper ineſt, nullus ergo potest habere odio veritatem.

¶ 3 Præterea. Philosophus dicit in 2.Rhetor. * quòd homines amant non fictos; sed non nisi propter veritatem; ergo homo naturaliter amat ueritatem, non ergo eam odio habet.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit ad Gal.4. Factus sum vobis inimicus verum dicens vobis.

Hic D.S.determinat aliud dubium de speciali obiecto odij.

¶Respondeo dicendum, quòd bonum, & verum, & ens sunt idem secundùm rem, sed differunt ratione; bonum enim habet rationem appetibilis, non autem ens, uel uerum, quia bonũ est quod omnia appetunt,

¶D.S.respondet tali conclusione, bonum secundùm rationem boni non potest odio haberi, nec in vniuersali, nec in particulari; ens autem, & verum in vniuersali quidẽ odio haberi non possunt, sed in particulari nihil prohibet quoddam ens, & quoddam verum odio haberi. Circa hanc conclusionẽ D.S.sic procedit. Primò ponit rationem compossibilitatis partium conclusionis; secundò infert primã partẽ cõclusionis ex dictis ibi; Et ideo, &c. tertiò subiungit, & probat secundã partem, ibi. Ens autem, &c. quartò tertiã partem, ibi. Sed in particulari, &c. Quo ad primum D.S.ponit rationẽ compossibilitatis partium illius cõclusionis, præsertim quo ad primam,

primam, & secundam, quia videlicet bonum, & ens atque verum ideo distinguuntur, quia bonum importat obiectum appetitus, & per se rationem fundamentalem appetibilitatis, non autem ens, & verum, quare stant iste partes simul, quòd bonum non potest odio haberi, sed ens aliquo modo, similiter verum. Consequenter cum dicit.

¶Et ideo bonum secundùm rationem boni non potest odio haberi nec in vniuersali nec in particulari.

¶ Infert ex prædicta differentia primam partem conclusionis, & potest iterum probari sic, quicquid habet rationem appetibilis vt sic non potest odio haberi; sed bonum, & in vniuersali, & in particulari habet rationem appetibilis, ergo illa pars vera. Maior nota extra litteram, quia quod oditur est repugnans, sed appetibile non est repugnans, immo conueniens, ergo maior vera. Minor de se nota.

¶ Nota tamen circa minorem, an appetibile sit ratio propriè quidditatiua boni, vel solùm descriptiua, quia appetibile acceptũ formaliter dicit rationem boni descriptiuam extrinsecam conuenientem bono in secundo modo per se, quia enim res bona est ideo appetibilis, & non è contra. Si autem appetibile accipitur fundamentaliter pro ratione appetibilitatis, scilicet pro perfecto esse vel esse actu, tunc dicit rationem quidditatiuam boni, & intrinsecam, quam rationem appetibilitatis propinquam non ita explicat ens, quod dicit rẽ absolutè, sed bonum dicit eam vt est perfecta & actu, ideo dicit immediatam causam appetibilitatis, & distinguitur ratione ab ente. Consequenter ibi.

¶ Ens autem, & verum in vniuersali quidem odio haberi non possunt, quia dissonantia est causa odij, & conuenientia causa amoris, ens autem, & verum sunt cõmunia omnibus.

¶ Subiungit secundam partem conclusionis quam probat sic, quicquid habetur odio est dissonans, sed ens, & verum in communi non sunt dissonantia à quocũque, ergo. Maior probatur in littera, quia dissonantia est causa odij sicut conuenientia amoris. Minor etiam probatur in littera, quia ens, & verum sunt communia omnibus, & ita si quis oditet ens vt sic oditet etiã seipsum, quod est impossibile, ens enim includit in conceptu suo confuso virtualiter omnia, etiam includitur actu in omnibus. Deinde cum dicit.

¶ Sed in particulari nihil prohibet quoddam ens, & quoddam verum odio haberi inquantum habet rationẽ contrarij, & repugnantis; contrarietas enim, & repugnãtia non aduersatur rationi entis, & veri, sicut aduersatur rationi boni.

¶ Deducit tertiam partem conclusionis sic, quicquid habet rationem contrarij, & repugnantis potest vt sic odio haberi, sed ens & verum in particulari potest habere rationem contrarij, & repugnantis, ergo vt sic possunt odio haberi. Huius rationis primò implicat maiorem. Secundò declarat minorẽ, ibi, Contingit autẽ, &c. Maior nota ex ar. 1. Deinde ibi.

¶ Contingit autem verum aliquod particulare tripliciter repugnare vel contrariari bono amato. Vno modo secundùm quòd veritas est causaliter, & originaliter in ipsis rebus, & sic homo quandoque odit aliquam veritatem dum vellet non esse verum, quod est verum. Alio modo, secundùm quòd veritas est in cognitione ipsius hominis quæ impedit ipsum à prosecutione amati sicut si aliqui vellent non cognoscere veritatem fidei vt liberè peccarent, ex quorum persona dicitur Iob. 22. Scientiam viarum tuarum nolumus. Tertio modo habetur odio veritas particularis tanquam repugnans prout est in intellectu alterius, puta cum aliquis vult iacere in peccato, odit quòd aliquis veritatem circa peccatum suum cognoscat, & secundùm hoc dicit Augu. in 10. confes. * quòd homines amant veritatem lucentem, odiunt eam redarguentem. Et per hoc patet responsio ad primũ.

¶ Declarat minorem præcedentem primò, quia non est contra rationem veri, & entis contrarietas, scilicet ad aliud, sicut contra rationem boni; quia tripliciter potest verum alicui contrariari, vt in littera clarè.

¶ Et nota, quòd primò quis odit veritatem in causa sua, scilicet rem quæ sic facta est, & quam verum est sic esse, sicut odit amicum esse mortuum, & ita odit in sua causa. Secundò odit eam prout impedit à delectabili prosecutione concupiti, sicut aliquis odit verum esse, quòd infernus est, &c. Tertiò odit eam vt per eam redarguitur, &c.

¶ Sequitur argumentum in contrarium pro tertia parte conclusionis responsiuæ.

¶ Maior vera, conuertuntur conuertibilitate suppositi, & rei, sed non conceptibili, & formali, ratione cuius aliquid non est eõ-

tra ipsum secundùm suam rationem, quod est contra rationem particularis entis, & veri.

¶ Minor conceditur, quia in propria ratione dicit conueniens appetitui, quare odio haberi non potest. Vltra, ergo nec, &c. Verũ, in communi, sed hanc, quæ contrariatur aliquo trium modorum, tamen veritas etiam in communi non se habet eodem modo ad appetitũ sicut bonitas, quamuis & ipsa nõ possit haberi odio, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd cognoscere veritatem secundùm se est amabile, propter quod dicit Aug. * quòd amant eam lucentem, sed per accidens cognitio veritatis potest esse odibilis inquantum impedit ab aliquo desiderio.

* Auguſt. Ibidem.

¶ Maior vera, quòd appetunt scire in communi, & de per se, sed tamen quandoque aliquis non appetit scire hanc veritatem in sua causa, vel vt impedit aut repugnat affectui alicuius. Minor vera, ergo nullus potest odio habere veritatem vt sic, tamen talem, vt est aliquo modo contraria.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd ex hoc procedit, quòd non ficti amantur, quòd homo amat secundùm se cognoscere veritatem, quã homines non ficti manifestãt.

¶ Maior vera, & de ea dictum fuit.q.27.ar.1.ad secundũ. & Hoc ideo est, quia veritas secundùm se, & in communi amatur, ergo homo naturaliter amat veritatem in communi; & de per se, sed ratione alicuius adiuncti potest illam odire, vt dicit tertia pars conclusionis.

Vtrum aliquid possit haberi odio in vniuersali.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd odium nõ possit esse alicuius in vniuersali. Odium enim est passio appetitus sensitiui qui mouetur ex sensibili apprehensione; sed sensus non potest apprehendere vniuersale, ergo odium non potest esse alicuius in vniuersali. P Supra ar.5. cor.

¶ 2 Præterea. Odium causatur ex aliqua dissonantia quæ communitati repugnat, sed communitas est de ratione vniuersalis, ergo odium non potest esse alicuius in vniuersali.

¶ 3 Præterea. Obiectum odij est malum, malum autem est in rebus, & non in mente, vt dicitur in 6. Metaphysic. * cum ergo vniuersale sit solùm in mente quæ abstrahit vniuersale a particulari, videtur quòd odium nõ possit esse alicuius vniuersalis.

* Ariſtot. text.8.

¶ Sed contra est, quod philosophus dicit in 2. Rhetoricæ. * quòd ira semper fit inter singularia, odium autem etiam ad genera, furem enim odit, & calumniatorem vniusquisque.

* Ariſt.c.4.

¶ Hic determinat aliud dubium de conditione obiecti ipsius odij, scilicet an in vniuersali aliquid possit odiri.

¶ Respondeo dicendum, quòd de vniuersali dupliciter contingit loqui, vno modo, secundùm quod subest intentioni vniuersalitatis, alio autem modo dicitur de natura cui talis intentio attribuitur. Alia est enim cõsideratio hominis vniuersalis, & alia hominis in eo, qđ est homo.

¶ D.S.primò per quandam distinctionem notat duplicem intellectum quæsiti. Secundò iuxta hunc distinctè respondet, ibi. Sic igitur, &c. Quo igitur ad primum notat, quòd dupliciter potest intelligi odium esse respectu alicuius in vniuersali, secundùm ꝙ de vniuersali dupliciter possumus loqui, quia natura aliqua in cõmuni sumitur dupliciter. Vno modo nominaliter, sicut dicimus, quòd color communis definitur, & intelligitur, sic enim accipitur abstractè vt subest intentioni vniuersalitatis, nam stat im ad rem abstractam, ẽt si non intelligatur vniuersalitas, tñ consequitur sicut ad immediatum fundamentum. Alio modo accipitur pro natura cui talis intentio attribuitur vel attribui potest vt loquimur de natura communi aduerbialiter, sicut dicimus, quòd color in cõmuni est obiectum visus, non quòd color cõmunis abstractus, sed obiectum eius est color communiter, quia color in quocunque inueniatur est ratio videndi, &c.

¶ Nota etiam pro maiori intellectu, quòd actio aliqua duo respicit in obiecto suo, scilicet terminum, & rationem terminandi, sicut visio terminatur ad hoc album tanquàm terminum, sed ratio terminandi est color, quamuis ergo actionis sensitiuę terminus sint res singularis, semper tamen ratio terminandi est communis vniuersaliter, quæ est obiectum potentiæ formale, quia videlicet ratio videndi est color in quocunque, & quandocunque, & vbicunque inueniatur, & ergo terminus est singularis, sed ratio terminandi, & viden-

Iob.

* Auguſt. cap.23.

Gal.4.

Contra secund.

& videndi est aliquid vniuersaliter, sed vniuersale non est terminus nec ratio terminandi actionem sensitiuæ partis, sed terminus est semper singularis, ratio autem terminandi est vel singularis, vel communis communiter. Vnde, & philosophus primo posteriorum dicit. Si enim, & est sensus, talis quidem huiusmodi, & nō huiusmodi alicuius, sed tamen sentire necesse est hoc aliquid, & vbi, & nunc. Et vult, quòd licet sensus ideſt potentia sit obiecti, nō in vno tantùm, sed in pluribus, ideſt obiecti vniuersaliter; sentire tamen non inuenitur in rerum natura in actu exercito, quin sit determinati singularis sicut termini, cum quo stat, quòd ratio terminandi est aliquod vniuersaliter.

¶ Si igitur vniuersale accipiatur primo modo, sic nulla potentia sensitiuæ partis neque apprehensiua neque appetitiua poteſt ī vniuersale, quia vniuersale fit per abstractionem à materia indiuiduali, in qua radicatur omnis virtus sensitiua.

¶ Hic consequenter D.S. respondet iuxta illum duplicem loquē di intellectum de vniuersali. Et quia odium est, & in parte sensitiua, & in parte intellectiua, sicut & amor oppoſita passio eius, vt patuit supra. q. 26. arti. 1. ideo de vtroque odio respondet secundùm prædictum duplicem intellectum. Et primò de odio vt est in sensitiua parte. Secundò vt est in intellectiua, ibi. Sed odium, &c. Circa primum primò ponit vnam conclusionem responsiuam secūdùm primum membrum distinctionis præmiſſæ. Secundò vnam aliam quo ad secundum membrum, ibi. Poteſt tamen, &c. Conclusio ergo prima quo ad primum intellectum queſitus est. Si vniuersale accipiatur primo modo, sic nulla potentia sensitiuæ partis neque apprehensiua, nec appetitiua, poteſt in vniuersale, & per consequens tale vniuersale non poteſt odio haberi, scilicet sensitiuo odio. Probatur, vniuersale fit per abstractionem à materia indiuiduali, sed nulla potentia sensitiua poteſt in tale abstractum, ergo, &c. Maior relinquitur nota. Minor probatur, quia vis sensitiua radicatur, scilicet quo ad esse, & modum operandi qui est circa materiam sensibilem indiuidualem, in materia indiuiduali. Vnde vniuersale isto modo nec poteſt esse terminus nec ratio terminandi, quia sensitiua potentia habet pro termino ipsum singulare, & rationem terminandi, vt est in singulari, vagè tamē. Consequenter ibi.

¶ Poteſt tamen aliqua potentia sensitiua, & apprehēsiua, & appetitiua ferri in aliquid vniuersaliter, sicut dicimus, quòd obiectum visus est color secundùm genus, non quia visus cognoſcat colorem vniuersalem, sed quia quòd color sit cognoſcibilis à visu, non conuenit colori inquantum est hic color, sed inquātum est color simpliciter.

¶ Procedit ad secundam conclusionem responsiuam, iuxta secundum intellectum quæsiti. Circa quam primò præmittit quandam aliam conclusionem generalem, & fundamentalem. Secūdò ex ea infert conclusionē responsinam prædictā, ibi. Sic igitur, &c. Tertiò ex dictis elicit quoddam corollarium, ibi. Sed ira, &c. Cōclusio ergo generalis est, potentia sensitiua, & apprehensiua, & appetitiua poteſt ferri in aliquid vniuersaliter. Declaratur exemplariter de visu in littera.

¶ Nota, quòd ex declaratione habetur, quòd ratio terminandi vel mouendi est aliquid vniuersaliter, scilicet color, vbicunque reperiatur, tamen terminus ipse semper est singularis. Consequenter ibi.

¶ Sic ergo odium etiam sensitiuę partis poteſt respicere aliquid in vniuersali, quia ex natura communi aliquid aduersatur animali, & non solùm ex eo, quòd est particularis, sicut lupus oui, vnde ouis odit lupum generaliter.

¶ Infert ex prædicta conclusione generali responsiuam conclusionem istam. Odiū etiam sensitiuæ partis poteſt respicere aliquod vniuersale, ideſt vniuersaliter, tāquam rationem terminandi. Probatur sumendo maiorem ex præcedenti conclusione generali, illa potentia dicitur respicere aliquid vniuersaliter, quia fertur in aliquod non quia hoc, sed ratione alicuius communiter inuenti in multis, sed odium sensitiuæ partis est huiusmodi, ergo, &c. Maior patuit. Minor probatur, quia ex natura communi communiter inuētæ in multis, aliquod aduersatur animali, &c. & sic tale communiter inuētum est ratio odij. Et patet hoc assumptum exemplariter de oue, & lupo, &c. Deinde ibi.

¶ Sed ira semper causatur ex aliquo particulari, quia ex aliquo actu ledentis, actus autem particularium sunt, & propter hoc philosophus dicit. * quòd. ira semper est ad aliquid particulare, odium verò poteſt esse ad aliquid in genere.

¶ Ex dictis elicit quoddam corollarium, scilicet quòd est differentia iniram, & odium, quia ira semper est particularis, & singularis, & sicut termini, & sicut rationis terminandi; sed odium poteſt esse vniuersalis vniuersaliter, sicut rationis terminandi, sed tamen hoc etiam non semper oportet, quia poteſt aliquis odire hīc propter aliquam rationem particularem, puta propter hanc nequitiam, sed cum hoc poteſt esse vniuersalis vel communis communiter, & hoc vult secunda conclusio. Patet ex istis, quòd oportet semper in actione sensitiuæ partis aliquid esse singulare, vel ter minum tantùm, vel rationem terminandi simul, &c. Ex isto corollario habetur etiam quædam exceptio, & limitatio conclusionis generalis superius positæ, in qua dictum est, quòd potētia sensitiua poteſt ferri in vniuersale, ideſt in aliquod vniuersaliter, tanquam rationē mouendi vel terminandi, limitatur enim hoc, quòd hoc non est vniuersaliter intelligendum de quolibet motu partis sensitiuę, quia hoc fallit in ira vbi terminus est singularis, similiter & ratio terminandi vel mouendi ad iram, vt patuit.

¶ Sed odium, secundùm quòd est in parte intellectiua cum consequatur apprehensionem vniuersalem intellectus, poteſt vtroq; modo esse respectu vniuersalis.

¶ Hic in calce corporis vt D.S. totaliter euacuet quæsitum, respondet etiam de odio vt est in parte intellectiua, tali cōclusione. Odium, secundùm quòd est in parte intellectiua poteſt vtroque modo esse respectu vniuersalis. Probatur, odium illud sequitur apprehensionem intellectus, & poteſt esse respectu illius, quod poteſt apprehendi per intellectum, sed intellectus apprehensiō est tam vniuersalis primo modo quàm secundo modo, ergo & odiū. Vnde per odium intellectuale poteſt quis odire naturam aliquam vt est abstracta ab omnibus singularibus, & etiam prout est in singularibus sicut naturam diabolicam acceptam in genere subalterno, & in specie specialiſſima, & indiuiduo, &c. Confirmatur ista vltima conclusio, & etiam secundo argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sensus non apprehendit vniuersale prout est vniuersale, apprehendit tamen aliquid cui per abstractionem accidit vniuersalitas.

¶ Maior vera est, indiffinitè, & odium vt passio propriè dicta. Ad minorem, sensus non poteſt apprehendere vniuersale primo modo id est naturam vt subſtat intentioni vniuersalitatis, tamen poteſt apprehendere naturam cui accidit vniuersalitas, & illā odire in quocunque inueniatur, vel vt alij dicunt, non apprehendit vniuersale obiectiuum in actu, tamen in potentia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd id, quod commune est omnibus non poteſt esse ratio odij, sed nihil prohibet aliquid esse commune multis, quod tamē dissonat ab alijs, & sic est in eis odiosum.

¶ Ad maiorem, odium causatur ex aliqua dissonantia, & conuenū communitati entis, & veri in communi, & cōmunitati eius, quod est commune omnibus; sed dissonantia non repugnat communitati qua aliquid est commune multis nō omnibus, sicut natura lupina est communis omnibus lupis, non tamen oui. Vnde ouis habet dissonantiam ad illam naturam sic communem, & poteſt eā odire, sed non naturam entis, & boni in communi. Ad minorem, communitas aliqua, saltem pluribus indiuiduis sub vna specie, sed non semper communitas transcendens est de ratione vniuersalis cuiuslibet. Negatur ergo consequentia, quia cum communitate alicuius respectu aliquorum stat dissonantia alterius speciei ad ipsam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa obiectio procedit de vniuersali, secundum quòd subſtat intentioni vniuersalitatis, sic enim non cadit sub apprehensione vel appetitu sensitiuo:

¶ Maior vera, præsertim de malo naturæ, hoc enim dicit priuationem perfectionis debitæ, & actus primi ab ipsa re, sed malū moris hoc est in actionibus, &c. Vltra, cum vniuersale, &c. Verum, vniuersale formaliter, & primo modo, vel obiectiuè in actu, hoc est solùm in mente, quia vniuersalitas consequitur rem vt habet esse vel intellectum possibilem aut abstractum per intellectum agentem; sed vniuersale materialiter vel obiectiuum in potentia, illud etiā est extra in rebus. Vltra, videtur, &c. Verū odiū sensitiuū non est vniuersalis formaliter, sed est alicuius vniuersaliter, & est vniuersalis in potentia; secus de odio intellectiuo, quod poteſt esse vtriusque, vt patuit in tertia conclusione.

¶ Nota autem, quòd vniuersale obiectiuè in potentia est natura vna formaliter in multis absq; aptitudine, & vnitate indifferētiæ,

Quæstio Trigesima.

De concupiscentia.

DEinde considerandum est de concupiscentia. Et circa hoc quæruntur quattuor. Primò, vtrum concupiscentia sit in appetitu sensitiuo tantùm. Secundò, vtrum

vtrum concupiscentia sit passio specialis. Tertiò, vtrum sint aliquæ concupiscentiæ naturales, & aliquæ non naturales. Quartò, vtrum concupiscentia sit infinita.

¶ Hic agit de secunda coniugatione passionum, scilicet de desiderio & fuga, & quia desiderium vt est passio propriè dicitur concupiscentia, ideo agit de eo sub nomine concupiscentiæ. Et fiunt tria principaliter. Primò ostenditur quid sit concupiscentia, secūdò diuiditur, tertiò ponitur quædam proprietas eius. Primum in duo. Primò inquiritur in quo sit subiectiuè. Secūdò ostenditur differentia eius ab alijs passionibus, art. 2. Ex quibus innotescunt genus eius, & differentia, & per consequens quidditas.

Vtrum concupiscentia sit in appetitu sensitiuo tantùm.

Infra q. 32. ar. 3. ad 3. Et 3. di. 26. q. 1. ar. 2. co. fin. Sapien.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd concupiscentia non solùm sit in appetitu sensitiuo. Est enim quædam concupiscentia sapientiæ, vt dicitur Sapientiæ 6. Concupiscentia sapientiæ perducit ad regnum perpetuum. Sed appetitus sensitiuus non poteſt ferri in sapiētiā, ergo cōcupiscentia nō est in solo appetitu sensitiuo.

Rom.

¶ 2 Præterea. Desiderium mandatorum Dei non est in appetitu sensitiuo, immo Apostolus dicit Ro. 7. Non habitat in me, hoc est in carne mea bonum, sed desiderium mandatorum Dei sub concupiscentia cadit, secundùm illud Psalmi. Concupiuit anima mea desiderare iustitiuas, ergo cōcupiscētia nō est solū in appetitu sensitiuo.

Psalm.

¶ 3 Præterea. Cuilibet potentiæ est concupiscibile proprium bonum, ergo concupiscentia est in qualibet potentia animæ, & non solùm in appetitu sensitiuo.

* Damasc. li. 2. ortho. fid. cap. 12.

¶ Sed contra est, quod Damasc. dicit. * quòd irrationale obediens, & persuasibile rationi diuiditur in concupiscentiam, & iram, hæc autem est irrationalis animæ pars passiua, & appetitiua, ergo cōcupiscentia est in appetitu sensitiuo.

¶ Hic ergo primò quærit de subiecto concupiscentiæ.

* Aristot. cap. 11.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut philosophus dicit in primo Rhetoricorum, * Concupiscentia est appetitus delectabilis.

Conclusio responsi.

¶ D.S. respondet tali conclusione. Concupiscentia propriè loquendo est in appetitu sensitiuo, & in vi concupiscibili, dicit autē propriè loquendo propter solutionem primi, & etiam propriè, propter Ethimologiam nominis. Huius conclusionis D. S. probat primò primam partem. Secundò infert ipsam conclusionem, & probat breuiter secundam, ibi. Vnde concupiscentia, &c. Prima ergo pars probatur sic, concupiscentia est appetitus delectationis, quæ simul pertinet ad animam, & ad corpus, ergo conclusio vera. Antecedens D. S. probat primò quo ad primam eius partem, secūdò quo ad secundam cum declaratione consequentiæ, ibi. Est autem, &c. Primam ergo partem probat breuiter auctoritate philosophi, & patet. Consequenter cum dicit.

* q. 31. ar. 3. & 4.

¶ Est autem duplex delectatio, vt infra dicetur. * Vna quæ est in bono intelligibili, quod est bonum rationis. Alia quæ est in bono secundùm sensum, prima quidem delectatio videtur esse animæ tantùm, secunda autem est animæ, & corporis, quia sensus est virtus in organo corporeo. Vnde, & bonum secundùm sensum est bonū totius coniuncti; talis autem delectationis appetitus videtur esse concupiscentia, quæ simul pertineat ad animā & ad corpus vt ipsum nomen concupiscentiæ sonat.

¶ Declarat secundam partem antecedentis prædicti pro qua ponit distinctionem de duplici delectatione, scilicet intelligibili, & quæ est secundùm sensum. Et prima est animæ tantùm, alia autē animæ, & corporis, quia sensus non est animæ solius, sed & corporis, quia & c. Et confirmatur, quòd delectatio secundùm sensum sit totius coniuncti, quia & bonum secundum sensum est totius coniuncti, ergo & delectatio secundùm sensum est in vi totius cōiuncti. Et probatur illa pars antecedentis ex quid nominis concupiscentia, quia dicitur quasi simul petentia, scilicet animæ, & corporis, & c. cōsequentia etiam ex hoc patet, quia benè sequitur, concupiscentia est totius coniuncti, ergo in appetitu sensitiuo, supposito quòd sit motus non purè naturalis, quia nulla potentia sequens apprehensionem est totius coniuncti nisi sensitiua. Deinde cum dicit.

¶ Vnde concupiscentia propriè loquendo est in appetitu sensitiuo, & in vi concupiscibili quæ ab ea denominatur.

¶ Infert ipsam conclusionem responsiuā, quæ patet quo ad primam partem ex dictis, sed secunda pars sequitur etiam, quia si est in appetitu sensitiuo, & respectu boni delectabilis, ergo in concupiscibili, quia bonum delectabile pertinet ad concupiscibilem tāquàm bonum absolutè. Et tamen D.S probat illam secundam partem, quia denominat, scilicet intrinsecè, concupiscibilem, ergo est in ea, dico autem intrinsecè, quia in respectiuis, & etiam quandoque in absolutis fit denominatio ab extrinseco, nec tale denominans est in denominato, vt prima parte. q. 6. art 4. in corpore.

ARGVMENTVM in contrarium est pro cōclusione responsiua. Et capitur concupiscentia pro concupiscibili, quia a cōcupiscentia passione denominatur intrinsecè, & per consequens concupiscentia passio denominans concupiscibilem, est in concupiscibili, quę est pars appetitus sensitiui.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd apperitus sapiētiæ vel aliorum spiritualium bonorum interdum concupiscentia nominatur, vel propter similitudinem quādam vel propter intensionem appetitus superioris partis, ex quo fit redundantia in inferiorem apperitum, vt simul etiam ipse inferior appetitus suo modo tendat in spirituale bonum consequens appetitum superiorem, & etiam ipsum corpus spiritualibus deseruiat, sicut in psalmo dicitur. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Psalm.

¶ Ad maiorem, est extensiua, & ponitur cōcupiscentia pro desiderio, & appetitus spiritualis boni dicitur concupiscentia propter similitudinem, quia sicut in cōcupiscētia propriè dicta fertur totū compositum ex anima, & corpore, sic hic fertur tota potentia secūdùm omne posse. Et designatur quædam perfectio desiderij, &c.

¶ Ad minorem, licet appetitus sensitiuus non feratur in sapiētiam secundùm se, tamen ex motu appetitus intellectiui vehemēti, & forti, ipse immutatur; & sic fertur totum cōiunctum, & ergo motus voluntatis cum motu impresso in sensualitatem vocatur concupiscentia. Vnde dicit D.S. suo modo tendat in bonum spirituale, non videlicet appetendo ipsum vt spirituale est, sed quia ad motum spiritualem sequitur immutatio etiam corporalis in appetitu sensitiuo. Istam esse mentem veram patet 3. parte. q. 21. ar. 2. ad primum, vbi dicit D.S. Caro exultat in Deum viuum, non per actum carnis ascendentem in Deum, sed per redundantiam a corde in carnem, inquantum appetitus sensitiuus sequitur motū appetitus rationalis. Hoc ille. Et de his supra. q. 24. arti. 3. Est ergo ibi concupiscentia, quia cū appetitu voluntatis quæ est solius animæ, est etiam aliquid ex parte corporis mediante appetitu sensitiuo, quare ibi poteſt saluari quid nominis concupiscentiæ, quia concupiscit anima, & corpus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd desiderium magis pertinere poteſt propriè loquendo non solùm ad inferiorem appetitum, sed etiam ad superiorem, non enim importat aliquam consociationem in cupiendo sicut cō cupiscentia, sed simplicem motum in rem desideratā.

¶ Maior vera, & ratio in solutione, quia motus simplex in rē desideratam poteſt dici desiderium, vnde est communius quàm cōcupiscētia, quæ propriè est totius cōiuncti principij, & boni, quod perficit totum coniunctum. Ad minorem dicitur, quòd desideriū mandatorum dicitur concupiscentia impropriè, & metaphoricè, vt patuit ad primum, sed mandatorum propriè est desiderium, ergo concupiscentia propriè negatur, sed solum extensè duplici ratione dicta in solutione primi.

¶ Ad tertiū dicendū, q̄ vnicuiq; potētiæ animæ appetere cōpetit proprium bonū appetitu naturali, qui nō sequitur apprehensionē, sed appetere bonum appetitu animali, qui sequitur apprehēsionē pertinet solū ad vim appetitiuam, appetere autem aliquid sub ratione boni delectabilis secundùm sensum, quod propriè est concupiscere pertinet ad vim concupiscibilem.

¶ Maior vera de concupiscentia, quæ appetitus naturalis est, & non sequitur apprehensionem, saltem coniunctam, esto extrinsecam in auctore naturæ; sed non quælibet potentia concupiscit appetitu animali, & actu elicito, sed solùm vna potentia quæ est concupiscibilis, quæ est non solùm eorum quæ sunt conuenientia potentijs ad actus suos, sed quorumcumque conuenientium animali; & talis cōcupiscentia scilicet animalis, & est passio, & actus secundus, & de tali loquimur. Vnde prima est in omnibus potētijs & rebus, secunda autem solius appetitus sensitiui concupiscibilis. Et de istis tetigi aliquid supra. q. 26. articu. primo ad tertium. Et valet pro intellectu, quod habetur prima parte q. 78. articulo primo ad tertium.

Vtrum

Vtrum concupiscentia sit passio specialis potentiæ concupiscibilis.

R 3.dist.26.q. 1.ar.3. cor.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd concupiscentia non sit passio specialis potentiæ concupiscibilis, passiones enim distinguuntur secundùm obiecta, sed obiectum concupiscibilis est delectabile secundùm sensum quod etiam est obiectum concupiscentiæ, secundùm philosophum in 2. Rhet.* ergo concupiscentia non est passio specialis in concupiscibili.

* Arist. cap. 11.

* Auguſt. q. 3.

¶ 2 Præterea. Aug. dicit in li. 83. q.* quòd cupiditas est amor rerum transeuntium, & sic ab amore non distinguitur; omnes autem passiones speciales ab inuicē distinguuntur, ergo concupiscentia nō est passio specialis in concupiscibili.

* q. 23.

¶ 3 Præterea. Cuilibet passioni concupiscibilis opponitur aliqua passio specialis in concupiscibili, vt supra dictum est.* sed concupiscentiæ non opponitur aliqua passio specialis in concupiscibili, dicit enim Damas.* q expectatum bonum concupiscentiam cōstituit, præsens verò lætitiam; similiter expectatum malum timorē, præsens uerò tristitiam; ex quo videtur, quòd sicut tristitia contrariatur lætitiæ, ita timor contrariatur concupiscentiæ, timor autem non est in concupiscibili, sed in irascibili, non ergo concupiscentia est specialis passio in concupiscibili.

* Damasc. lib. 2. orth. fidei. c. 12. Et Grego. Niss. lib. 4. cap. 9.

¶ Sed contra est, quòd concupiscentia causatur ab amore, & tendit in delectationem, quæ sunt passiones concupiscibilis, & sic distinguitur ab alijs passionibus concupiscibilis tanquàm passio specialis.

¶ Habito quòd cōcupiscentia propriè accepta est appetitus sensitiui, & per consequens passio, inquirit hic an sit specialis passio distincta ab alijs passionibus concupiscibilis.

¶ Et nota extra litteram, quòd in concupiscibili sunt duplices passiones. Quædam circa malum, quædam circa bonum D.S. ergo non probat differentiam speciei ab existentibus circa malum expresè, quia illa manifesta est, quia habent obiecta diuersa materialiter (ideſt secundùm materiam, & naturam) sed expressius probat differentiam cōcupiscentiæ ab alijs etiam existentibus circa bonum, quia ibi non est ita euidens distinctio, cum non habeāt diuersas materias, &c.

* q. 23. ar. 1.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est.* bonum delectabile secundùm sensum est cōmuniter obiectum concupiscibilis. Vnde secundùm eius differentias diuersæ passiones concupiscibilis distinguūtur. Diuersitas autem obiecti potest attendi uel secundùm naturam ipsius obiecti, uel secundùm diuersitatem in uirtute agē di; diuersitas quidem obiecti actiui quæ est secundùm rei naturam facit materialem differentiam passionum, sed diuersitas quæ est secundum virtutem actiuam, facit formalem differentiam passionū, secundum quam passiones specie differunt.

Concluſio reſponſū.

¶ Concluſio responsiua est, concupiscentia est passio differens specie ab amore, & delectatione, sed concupiscere hoc delectabile vel illud facit concupiscentias diuersas numero. Huius conclusionis D.S. primò probat primam partem. Secundò infert ipsam conclusionem quo ad ambas partes, ibi. Sic ergo, &c. Et aduerte, quòd in ista conclusione, & ar. D.S. accipit delectabile communiter, non tantùm pro re habita præsentialiter vt est obiectum delectationis, sed pro omni conuenienti secundùm sensum, & absolutè bono concupiscibilis, &c. Probatur conclusionis prima pars sic, secundùm differentias boni delectabilis secundùm sensum vel secundùm naturam ipsius obiecti, vel secundùm diuersitatem in virtute agendi diuersæ passiones concupiscibilis distinguuntur, & prima differentia facit materialē differentiam, secūda formalem, sed concupiscentia habet diuersum obiectum in ratione motiua, & virtute agendi ab amore, & delectatione, ergo illa pars vera. Huius rationis D.S. primò ponit maiorem. Secundò minorem subintellectā probat, ibi. Est autē, &c. Maior ergo patet quo ad primā partem in princ. arti. quia bonum delectabile, ideſt conueniens secundùm sensum, est communiter obiectum concupiscibilis, intellige quo ad passiones prosecutiuas, ergo, &c. Circa secundam partem maioris, quæ etiam supra habita est. q. 23. arti. 4. nota cautè id quod D.S. dicit, scilicet diuersitas quæ est secundùm rei naturam facit materialem differentiam passionum, nō quasi passiones differentes secundum obiecta naturaliter distincta, distinguantur solùm materialiter, ideſt numeraliter, hoc enim nullo modo stare potest, vt patet de existentibus circa bonum, & malum, quæ non distinguuntur numero, immo specie. Sed vult D.S. quòd talis diuersitas facit distinctionem, quæ est non solùm ex differentia formali obiecti, quam vocat formalem, sed etiam quæ est ex materia & natura obiecti, & non tantum formalis, ideſt penes formale tantùm obiectorum, immo penes formalem, quæ secum habet materialem distinctionem, & contrariam, si vnaquæque compararetur suæ contrariæ passioni. Et ergo vocat materialem distinctionē ideſt sumptam penes, & secundùm diuersas materias, sicut solemus dicere, quòd aliqui habitus distincti etiam specie, sunt circa diuersas materias, ideſt obiecta secundùm naturam, & rem distincta, & cum hoc in ratione formali motiua vel terminativa, &c. Consequenter cùm dicit.

¶ Est autem alia ratio virtutis motiuæ ipsius finis vel boni secundùm quòd est realiter præsens, & secundùm quòd est absens, nam secundùm quòd est præsens facit in seipso quiescere, secundùm autem quòd est absens facit ad seipsum moueri, vnde ipsum delectabile secūdùm sensum inquantum appetitum sibi adaptat quodammodo & conformat, causat amorem, inquantum verò absens attrahit ad seipsum, causat concupiscentiam, inquantum verò præsens quietat in seipso, causat delectationem.

¶ Probat minorem principalem subintellectam sic. Alia est ratio virtutis motiuæ ipsius finis vel boni, secundùm quòd est præsens, & secundùm quòd est absens, & inquantum appetitum sibi coaptat; sed concupiscentia respicit bonum secundū quòd absens ergo habet obiectum secundùm aliam rationem motiuam, ista patent in littera clarè. Consequenter ibi.

¶ Sic ergo concupiscentia est passio differens specie, & ab amore, & à delectatione; sed cōcupiscere hoc delectabile vel illud facit cōcupiscētias diuersas numero.

¶ Subiungit conclusionem quo ad ambas partes. Sed secunda pars probatur extra litteram, quia sicut se habet obiectum formaliter distinctum ad concupiscentiam formaliter distinguendā, ita obiectum numero distinctum ad distinguendum numeraliter, &c.

¶ Et nota, quòd intelligitur de delectab. libus distinctis numero tantùm, & conuenientibus in vna ratione delectabilis secundū sensum; simile infra. q. 31. ar. 8. ad tertium. Tunc enim distinguunt concupiscentias tantùm numero, sicut hoc vinum, & illud vinum illa pecunia, & ista pecunia. Si autem distinguātur in ratione delectabilis, & conuenientis, tunc etiam causant distinctionem specificam in cōcupiscentijs. Vnde infra. q. 100. art. 4. ad tertium habetur. Differunt enim specie concupiscentiæ secundùm diuersitatē actuum vel concupiscibilium, vt Philosophus dicit in 10. Ethicorum. Constat etiam, quòd gula est quædam concupiscentia inordinata delectabilis secundùm gustum præsertim. Auaritia autem est concupiscentia conuenientium ad vitam, &c. Et clarum est, quòd specificè distinguuntur, vnde quando est diuersitas numero tantùm, tunc causatur distinctio materialis, secus si non tantùm numero, &c.

¶ Et confirmatur conclusio responsiua quo ad primam partem argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd bonum delectabile non est absolutè obiectum concupiscentiæ, sed sub ratione absentis, sicut & sensibile sub ratione præteriti est obiectum memoriæ, huiusmodi enim particulares conditiones diuersificant speciem passionum vel etiam potentiarum sensitiuę partis quæ respicit particularia.

¶ Maior vera, quòd distinguuntur secundùm obiecta formalia, & totalia, & sumpta secundùm conditiones secundum quas mouent appetituam potentiam ad tales passiones.

¶ Ad minorem dico, quòd obiectum concupiscibilis potentiæ est delectabile absolutè in contractè, sed concupiscentiæ secundū particularem, & specialem conditionem, quæ est absentia, secundùm quam distinguitur obiectum passionis quæ est concupiscentia ab obiectis potentiæ concupiscibilis, & aliarum passionum. Licet enim actus, & habitus intellectiuæ partis non diuersificentur secundùm præsens, & præteritum vel futurum ex parte obiecti, eo quòd intellectus abstrahit ab hic, & nunc, secus in parte sensitiua, vt patet prima parte q. 78. ar. 6. ad secundum, ergo concupiscentia non est specialis passio. Negatur consequentia, quia minor supponit falsum, scilicet quòd habeat idem obiectum cum potentia, & ergo sicut potentia continet in se multas passiones ita concupiscentia, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa prædicatio est per causam, non per essentiam, non enim cupiditas est per se amor, sed amoris effectus. Vel aliter dicendum, quòd

quòd Aug. accipit cupiditatem largè pro quolibet motu appetitus qui potest esse respectu boni futuri, vnde cōprehendit sub se, & amorem, & spem.

¶ D.S. respondet dupliciter ad maiorem, primò quòd est prædicatio per causam, quia cupiditas vel concupiscentia causatur ex amore, non autem est formalis vel identica, vnde non est communis passio. Secundò dicitur, quòd non accipit cupiditatem propriè sed pro omni motu, qui potest esse respectu absentis boni per accessum siue absoluti siue ardui, vnde comprehendit amorem qui potest esse absentis, esto & præsentis esse possit, & spem quæ est boni futuri ardui, desperatio autem non est boni per modum accessus, sed recedit, vt patuit supra.

¶ Ad tertium dicendum, quòd passio quę directè opponitur concupiscentiæ innominata est, quæ ita se habet ad malum sicut concupiscentia ad bonum, sed quia est mali absentis sicut & timor, quandoque loco eius ponitur timor, sicut & quandoq; cupiditas loco spei; quod enim est paruum bonum vel malum quasi non reputatur, & ideo pro omni motu apperitus in bonum vel in malum ponitur spes, & timor, quæ respiciunt bonum vel malum arduum.

¶ Maior vera, sed tamen passio opposita non semper est nominata, sed quandoque circumloquimur eam per passionem, quæ est circa simile obiectum ideſt malum irascibilis. Nam quia est circa malum absolutè, & paruum etiam ideo non tantum reputatur, & per consequens non habet nomen impositum, &c. sicut passio irascibilis, quæ est circa arduum malum vel bonum.

¶ Ad minorem, negatur ipsa, sed verum est, quòd talis est innominata, & eam circumloquimur per timorem, sicut quandoque è contra spem vocamus cupiditatem, vt patuit supra. q. 25. art. 4. in primo argu. Et isto modo dicit Damas. quòd expectatum malum constituit timorem, per timorem circumloquendo passionem oppositam concupiscentiæ innominatam, &c. quam etiam circumloquimur per fugam, & abominationem, nam fuga videtur nimis generale nomen, & non proprium passioni oppositæ concupiscētiæ, nam & pedibus fugimus. Vide infra. q. 41. art. 2. ad secundum. similiter abominatio, odium enim etiam quædam abominatio videtur. Vnde cum D.S. supra. q. 23. arti. 4. in fine, fugam opposuit desiderio, quod ponitur loco concupiscentiæ, quamuis sit generalis vt patet ar. primo, fecit hoc per circumlocutionem, non per vocabuli proprietatem, &c.

Vtrum sint aliquæ concupiscentiæ naturales, & aliquæ non naturales.

S Infra 31. ar. 5. & q. 41. 3. cor. & q. 77. ar. 5. co. & 2. 2. q. 117. ar. 5. ad 2. * Arti. 1. ad tertium.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd concupiscentiarum non sint quædam naturales, & quædā non naturales. Concupiscentia enim pertinet ad appetitum animalem, vt dictum est.* sed appetitus naturalis diuiditur contra animalem, ergo nulla concupiscentia est naturalis.

¶ 2 Præterea. Diuersitas materialis non facit diuersitatē f̄m speciē, sed solùm f̄m numerū, quæ quidem sub arte non cadit, sed si quæ sint concupiscentiæ naturales, & non naturales non differunt nisi secundùm diuersa obiecta concupiscibilia, quod facit materialem differentiā & secundùm numerum tantùm, non ergo diuidēdæ sunt concupiscentiæ per naturales, & non naturales.

* Ariſtot. tex. 49.

¶ 3 Præterea. Ratio contra naturam diuiditur, vt patet in 2. Physi.* si igitur in homine est aliqua concupiscentia non naturalis, oportet quòd sit rationalis, sed hoc esse non potest, quia concupiscentia cum sit passio quædam pertinet ad appetitum sensitiuum, non autem ad voluntatem quæ est appetitus rationalis, non ergo sunt concupiscentiæ aliquæ non naturales.

* Ariſtot. cap. 11. * Ariſtot. cap. 11.

¶ Sed contra est, quod Philosophus in 3. Ethi.* & in primo. Rheto.* ponit quasdam concupiscentias naturales, & quasdam non naturales.

* Ar. 1.

¶ Hic D.S. tractat de diuisione concupiscentiæ.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est.* cōcupiscentia est appetitus boni delectabilis. Dupliciter autem aliquid est delectabile. Vno modo, quia est conueniens naturæ animalis, sicut cibus, & potus, & alia huiusmodi, & huiusmodi concupiscentia delectabilis dicitur naturalis. Alio modo dicitur aliquid esse delectabile quia est conueniens animali secundùm apprehensionē, sicut cum aliquis apprehendit aliquid vt bonum, & conueniens, per consequens delectatur in ipso, & huiusmodi delectabilis concupiscentia dicitur non naturalis, & solet magis dici cupiditas.

¶ D.S. primò deducit conclusionem responsi. Secundò ex dictis infert quoddam corollarium, ibi. Primæ ergo, &c. Conclusio respō. est, quædam concupiscentia est naturalis, quædā non naturalis, quæ dicitur cupiditas. Probatur, concupiscentia est appetitus delectabilis, sed est duplex delectabile, & primi concupiscentia dicitur naturalis, secundi autem non naturalis, ergo conclusio vera. Maior patuit ar. 1. Et accipitur vt dictum fuit delectabile pro cōuenienti, &c. Minor declaratur in littera, quia vnum est delectabile, quod conuenit naturæ, sicut cibus, & potus; aliud quia conuenit secundum apprehensionem, &c.

¶ Nota circa istā, quòd concupiscentia dicitur naturalis, nō ad hunc sensum, quia sit sine connuncta cognitione, sicut amor purè naturalis. Nec dicitur naturalis, quia non sit actus elicitus, vt etiam dictum fuit supra. q. 26. art. 1. de amore purè naturali in carentibus cognitione, sed dicitur naturalis primò denominatione extrinseca, & transitiuè, ideſt rei deseruientis naturæ, & necessariæ pro natura sustentanda, & quia in ipsam appetitus est determinatus, vt patet in exemplo litteræ de cibo, & potu. Et etiam dicitur naturalis, quia est cum simplici apprehensione rei, quæ est bona, sed non cū apprehensione boni formaliter, sicut supra in principio dictum fuit de apprehensione duplici finis, concupiscentia autem dicitur non naturalis, non quia sit contraria naturæ, sed ad differentiam concupiscentiæ naturalis, quia videlicet est rei non immediatè, & de propinquo deseruientis pro sustentatione naturæ. Et quia est cum apprehensione non simplici, sed collatiua, & rationis. Et hoc D.S. innuit cum dicit, sicut cum aliquis apprehendit aliquid vt cōueniens, & bonum (scilicet formaliter) Vnde primæ sequuntur apprehensionem sensitiuam tantùm, aliæ verò rationis collatiuæ, qua apprehenditur res vt conueniens ad aliam commoditatem quàm ad necessitatem naturæ immediatè, &c. Deinde ibi.

¶ Primæ ergo concupiscentiæ naturales communes sunt hominibus, & alijs animalibus, quia vtrisque est aliquid conueniens, & delectabile secundùm naturam, & in his omnes homines conueniunt; vnde & Philosophus in 3. Ethi.* vocat eas communes, & necessarias; sed secundæ concupiscentię sunt proprię hominum, quorum proprium est excogitare aliquid vt bonum, & conueniens præter id, quod natura requirit; vnde & in primo Rhetoricorum.* Philosophus dicit primas concupiscentias esse irrationales, secundas verò cum ratione. Et quia diuersi diuersimodè ratiocinantur, ideo etiam secundæ dicuntur in 3. Ethi.* propriæ, & appositæ, scilicet supra naturales.

* Ariſtot. cap. 11. * Ariſtot. cap. 11.

Corollariū

¶ Ex dictis elicit corollarium differentiale partium dictæ conclusionis responsi. tale. Primæ concupiscentiæ, scilicet naturales, communes sunt hominibus, & alijs animalibus, & omnes homines in eis conueniunt; sed secundæ sunt proprię hominum. Probatur prima pars ratione, quia vtrisque est aliquid cōueniens, & delectabile secundùm naturam, igitur prima pars vera.

¶ Et nota circa antecedens, quòd animalia, & omnes homines conueniunt in huiusmodi concupiscibilibus non eisdem secundum speciem, sed secundùm genus; non eadem enim conueniunt in specie ad cibum, & potum hominum, & brutorum, nec brutorum inter se, sed tamen omnia animalia, & omnes homines appetunt cibum, & potum. Secunda pars patet simul cum prima parte auctorita. philosophi. 3. Eth. Tertia pars patet in littera clarè, quia hominum est proprium excogitare aliquid præter id, quod natura requirit, sicut prætiosa habitacula, & vestes ornatas, & huiusmodi. Et probantur ambæ partes ex philosopho clarè in littera.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua.

¶ Ad primum ergo dicēdum, quòd illud idem, quod appetitur appetitu naturali potest appeti appetitu animali cum fuerit apprehensum, & secundùm hoc cibi, & potus, & huiusmodi quæ appetuntur naturaliter, potest esse concupiscentia naturalis.

¶ Maior vera, tamen per animalem appetitum concupiscētur etiam ea quæ sunt naturalia animali tanquam de per se immediatè facientia ad naturæ conseruationem, vt cibus, & potus. Minor vera est diuiduntur ideo quia appetitus naturalis est sine apprehēsione coniuncta, animalis, quia cum apprehensione, qui tamen dicitur naturalis non intrinsecè, & intransitiuè quasi sit inclinatio proueniens à natura, sed extrinsecè, quia rei necessariæ pro natura, & rei

ra,& rei ad quam appetitus determinatur, & ita naturalis obiectiue vnde idem actus est animalis,& naturalis;animalis,quia actus elicitus præuia apprehensione coniuncta; naturalis, quia rei ad quam appetitus determinatur,& non potest in oppositū eius, &c. Negatur ergo consequentia, quia non dicitur naturalis quasi sequens naturā,sed quia rei naturalis, & necessariæ pro vita conseruanda, & talis concupiscentia potest bene esse appetitus sensitiui.

¶ Et nota verbum Doct. S. vbi dicit, & secundùm hoc cibi, & potus,& huiusmodi, scilicet factientium ad alimentationem animalis quæ appetuntur naturaliter,scilicet per virtutes vegetatiuas quæ sunt puræ naturales, & appetunt alimentum naturali appetitui qui consistit in dispositione qualitatum deseruientium nutritioni, potest esse concupiscentia naturalis,ideſt quæ hic vocatur naturalis,& est tamen etiam animalis id est appetitus sensitiui.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ diuersitas concupiscentiarum naturalium à non naturalibus non est materialis tantùm, sed etiam quodammodo formalis inquantum procedit ex diuersitate obiecti actiui, obiectum autem appetitus est bonum apprehensum, vnde ad diuersitatē actiui pertinet diuersitas apprehensionis, prout scilicet apprehenditur aliquid vt conueniens absoluta apprehēsione,ex qua causantur concupiscentiæ naturales, quas philosophus in Rhetorica. * vocat irrationales, & prout apprehenditur aliquid cum deliberatione ex quo causantur concupiscentiæ non naturales, quæ propter hoc in Rheto. * dicuntur cum ratione.

* Lib.1.ca. 17.
* Aristot. ibidem.

¶ Ad maiorem, diuersitas materialis tātùm, & nullo modo formalis non causat distinctionem secundum speciem, sicut videre album cygnum,& album pannum non distinguuntur nisi numero,& materialiter;si autem cum distinctione naturæ, & materiali obiecti concurrat formalis, tunc negatur maior, sicut concupiscere dulce in vino, & dulce in aliqua confectione sunt specificè distinctę,quia est dulcedo alterius rationis, quæ est obiectum formale,&c. Ad minorem dico,quòd illę concupiscentiæ differūt secundùm obiecta concupiscibilia differentia non solùm vt res, sed etiam vt obiecta;quia obiectum concupiscentiæ naturalis est bonum sensibile tantùm vt conducit naturæ, & apprehēsum sine relatione,& cognitione suæ vtilitatis,sed obiectum concupiscentiæ non naturalis est bonum apprehensum vt vtile, & conueniens ad, aliquod aliud, quàm ad necessitatem naturæ, & quia bonum apprehensum est obiectum,ideo aliter apprehensum est aliud obiectum,& actiuum vel motiuum, nec obstat verbū, D.S. in de Veri. Mate. 25.ar.1.ad sextum,vbi dicit,quòd diuersitas apprehensionū per accidens se haberet ad appetitiuas vires nisi diuersitati apprehensionum coniungeretur diuersitas apprehēsorum; nam in proposito est vtraque diuersitas,quia deseruiens immediatè vitæ,& nō deseruiens sunt aliæ res,& in proposito aliter apprehenduntur,& per consequēs est alietas etiam in esse obiectali,quia bonū apprehensum est obiectū appetitus animalis. Secūdò dicitur ad minorē, negādo eā quo ad istā partem, ꝙ diuersa obiecta concupiscibilia diuersimodè apprehensa scilicet per sensum tantùm, & per rationē saltem particularem vt sic, faciant tantùm differentiam naturalem,& eius falsitatē ostendit D.S. prima parte q.80.art.2. in cor. & ad primum vide verba sua ex intensione.

¶ Ad tertium dicendum,quòd in homine non solùm est ratio vniuersalis quæ pertinet ad partem intellectiuā, sed etiam ratio particularis quæ pertinet ad partem sensitiuam,vt in primo li.dictum est. * & secūdùm hoc etiā concupiscentia quæ est cum ratione potest ad appetitū sensitiuum pertinere, & præterea appetitus sensitiuus, potest etiam à ratione vniuersali moueri mediante imaginatione particuari.

*q.78.ar.4.

¶ Ad maiorem, ratio diuiditur contra naturā ad sensum supra dictum.q.10.ar.1.ad primum Et secundò ratio diuiditur cōtra naturam non solùm ratio vniuersalis,sed etiam particularis, quæ in homine est collatiua intentionū particularium sicut ratio vniuersalium,vt patet prima par.q.78.art.4. Vltra,si igitur,&c.verum est rationalis primo, quia sequitur apprehensionem rationis particularis,quæ potest etiam conferre,& ordinare particulare ad particulare. Secundò,quia sequitur apprehensionem rationis vniuersalis, ideſt intellectus quæ etiam mouet appetitū sensitiuū, mediante tñ apprehensione particulari. Vltra,sed hoc esse non potest. Negatur immo benè potest. Ad probationem,quia concupiscentia cum sit passio pertinet ad appetitum sensitiuum, verum subiectiuè tamen ille dirigitur in homine à ratione particulari,& vniuersali, & potest appetitum mouere in aliquod appetendum,quod non confert ad naturā,sed ad aliud apprehensum,quod est cōcupiscētiæ nō naturalis. Vltra,non ad volūtatē,&c. Verum,sed tamen motus sensitiui appetitus vocatur concupiscentia cum ratione,scilicet apprehensione rationis particularis vel vniuersalis. Vnde negatur consequentia,quia non vocatur concupiscentia rationalis vel non naturalis,quia sit appetitus rationalis, sed quia sequitur apprehēsionē quo aliquid apprehenditur collatiuè in ordine ad aliud, quod est commoditas præter necessitatem vitæ,&c.quòd est rationis.

Vtrum concupiscentia sit infinita.

AD quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ concupiscētia non sit infinita. Obiectum enim concupiscentiæ est bonum,quod habet rationem finis; qui autem ponit infinitum excludit finem,vt dicitur in 2.Metaphy. * ergo concupiscentia non potest esse infinita.

¶ 2 Præterea.Concupiscentia est boni conuenientis cum procedat ex amore; sed infinitum cum sit improportionatum non potest esse conueniens,ergo concupiscentia non potest esse infinita.

¶ 3 Præterea.Infinita non est transire,& sic in eis nō est peruenire ad vltimum, sed concupiscenti fit delectatio per hoc,quòd attingit ad vltimum finem, ergo si cōcupiscentia esset infinita, sequeretur, quòd nunquam fieret delectatio.

¶ Sed contra est,quod philosophus dicit in primo politicè. * quòd infinita concupiscentia existente, homines infinita desiderant.

¶ Hic D.S.inquirit de quadam proprietate concupiscentiæ,scilicet infinitate ex parte obiecti.

¶ Respondeo dicendum,quòd sicut dictum est, * duplex est concupiscentia, vna naturalis,& alia nō naturalis. Naturalis quidem concupiscentia non potest esse infinita in actu,est enim eius,quod natura requirit,natura verò semper intendit in aliquid finitum,& certum,vnde nunquā homo concupiscit infinitum cibum vel infinitū potum;sed sicut in natura contingit esse infinitū in potētia per successionem,ita huiusmodi concupiscentiā contingit infinitā esse per successionē, vt scilicet post adeptū cibum iterum alia vice desideret cibum vel quodcunq; aliud,quod natura requirit; quia huiusmodi corporalia bona cum adueniunt non perpetuò manent, sed deficiunt. Vnde dixit dominus Samaritanę Ioā.4. Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum.

¶ D.S.respondet distinctè duabus cōclusionibus, secundā ponit ibi.Sed concupiscentia,&c.Quas probat dupliciter,secūdo modo eas probat ibi.Potest,& alia,&c. Præmittit autē quo ad primū ibi.præce.ꝙ duplex est concupiscētia,&c. Cōclusio responsiua prima.Concupiscentia naturalis non est infinita actu,sed secundùm successionem,ideſt in potentia; & intellige istam infinitatem non entitatiuè quasi non sit in se infinitū ens actu,sed potentia. De hoc enim nulla est quęstio quin sic nō sit infinita, sed intelligitur obiectiuè(.i.non est infiniti actu, sed in potentia).i.vna est illius cibi alia alterius,&c.sed nulla singularis est actu nisi alicuius determinati concupiti,sed plures sibi succedētes sunt infinitorū.s.numero,& syncathegoreumaticè,qa sunt cōcupiscētię naturales nō tot, quin plurū. Probatur ergo cōclusio primo sic. Cōcupiscētia naturalis est eius,quod natura requirit,sed natura semper intendit, & requirit actu aliquid finitū,& certū,sed ſm successionē,& in potētia requirit natura infinitū.s.vnū cibū post aliū,& sic de alijs necessarijs naturæ, ergo sequitur cōclusio quo ad ambas partes. Minor D.S.explicat exeplis,& cōfirmat,quia nunquam homo actu,& pro simul concupiscit infinitū cibū vel potū,sed post vnum alia vice alium, & sic in infinitum per successionem.Et confirmatur secunda pars auctoritate Ioannis quarto,&c.Deinde cum dicit.

¶ Sed cōcupiscentia nō naturalis omnino est infinita, sequitur enim rationē,vt dictū est. * rationi autē cōpetit in infinitū procedere,vnde qui concupiscit diuitias potest eas cōcupiscere non ad aliquem certum terminū,sed simpliciter se diuitem esse quantumcunque potest.

¶ Subiūgit secūdā cōclusionē responsiuam talē. Concupiscentiæ nō naturalis oīno est infinita.i. concupiscit rem actu infinitam.i. tantam quantam possibile est esse,& ita est actu infinita, id est infiniti,& quacumque habita potest esse maioris, & sic omnino, id est infiniti Cathegoreumaticè actu, & potētia. Probatur primò ſm littera sic. Concupiscentia talis sequitur rationis apprehensionē, sed rationi competit in infinitum procedere, ergo & talis concupiscentia est infinita. Minor ostenditur,quia qui concupiscit diuitias potest eas,&c. vt in littera. Deinde ibi.

¶ Potest,& alia ratio assignari ſm philosophū in primo politicorū. * quare quædā concupiscentia sit finita, & quæ-

& quædā infinita,semper eīm cōcupiscentia finis, est infinita,finis eīm per se cōcupiscitur vt sanitas, vnde maior sanitas magis cōcupiscitur, & sic in infinitū,sicut & si album per se disgregat,magis album magis disgregat.

¶ Probat secūdò prædictā respōsionem,& primò secūdā cōclusionē prædictā,secundò primā.ibi. Concupiscentia,&c. Pro secūda arguitur sic.Semper cōcupiscentia finis est infinita, ideſt,est finis,in tm quantum potest haberi,sed in cōcupiscentia non naturali aliquid quādoq; appetitur vt finis, sicut ab his qui ponūt finē in diuitijs,ergo secūda cōcupiscentia est infinita.Maiorē D.S.probat in littera,quia finis per se cōcupiscit,& ergo maior magis, & sic in infinitū, &c.Minor subintelligitur.¶ Et nota, ꝙ illa regula quā D.S.hic tāgit sicut simpliciter ad simpliciter,ita magis ad magis,&c.intelligitur in his quæ sunt ſm ꝙ ipsum,& per se,sed non sequitur in his quæ nō sunt ſm ꝙ ipsum, vt calor perficit hominē ergo maior magis,& maximus maximè, quia calor vt sic nō perficit,sed vt commensuratus complexione hominis,&c.Tunc ibi.

¶ Concupiscentia verò eius, quod est ad finem nō est infinita si ſm illā mensurā appetitur quæ conuenit fini, vnde qui finem ponunt in diuitijs habent concupiscentiam diuitiarum in infinitum, qui autem diuitias appetunt propter necessitatem vitæ,concupiscunt diuitias finitas sufficientes ad necessitatem vitæ,vt philosophus dicit ibidem. Et eadem est ratio de concupiscentia quarumcumque aliarum rerum.

¶ Declarat secūdò primā conclusionē responsiuā sic.Cōcupiscētia eius,quod est ad finē,vt sic,non est infinita,sed ſm ꝙ fini congruit,sed in cōcupiscētia naturali aliquid appetitur vt ad finē (.s. necessitatē vitæ) igitur prima cōcupiscentia est finita. Maiorem D.S.declarat in littera.¶Et nota,qđ dicit,cōcupiscentia eius,quod est ad finē nō est infinita,si ſm illā mensurā appetitur quæ cōuenit fini, quia nō est incōueniēs vt id, qđ ab vno habetur vt mediū,ab alio habeatur vt finis,sed vt mediū nō appetitur infinitè, sed ſm congruentiā finis,&c.de istis habetur secunda 2.q.27.art.6.in cor.

¶Et nota exemplum D.S.ibidem de sanitate,& medicina, quia sanitas non appetitur secūdùm aliquem certum modum, sed medicina,quia sanitas finis est,medicina medium, &c.

¶ Confirmatur secunda conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd omne,quod cōcupiscitur accipitur vt quoddā finitum,vel quia est finitū ſm rem prout concupiscitur semel. * in actu, vel quia est finitum secundùm quòd cadit sub apprehensione;nō enim potest sub ratione infiniti apprehēdi, quia infinitū est cuius quantitatē accipientibus semper est aliquid extra sumere,vt dicitur in 3. Physicorum. *

* Alias simul.

* Aristot. 4ex.63.

¶Maior vera obiectū cōcupiscētiæ est bonū apprehēsum actu. Ad minorē qui ponit infinitū.s.actu,ſm numerum, & processum in infinitū in finibus,ita ꝙ nō sit deuenire ad primū, sed quolibet dato datur prior, & sic verū est, ꝙ q sic ponit infinitū aufert finē, & bonū,vt habet philosophus.2.metaph.textu com.8.sed nō qui ponit aliquā rē vnā esse infinitā nō numerali infinitate sicut philosophus reprobat,sed perfectione, & infinitū.i.quantū possibile est,&c. Nos autē nō ponimus cōcupiscētiā infinitā.i. infinitorum, actu,& ꝙ modū infinitorū q est successiuus, sed dicimus,ꝙ quodlibet actu cōcupit ū est finitū actu,sed pōt vnū cōcupisci post aliud & sic in infinitū,& hoc quo ad cōcupiscētiā naturalē quæ est infinita in potētia.i.nō tot quin plures, & nō tot quin plurium, & tñ quælibet est finitè, sed oēs successiuè sunt infinitè syncathegreumaticè, sed de cōcupiscētia nō naturali dicitur, ꝙ si sit infiniti, nō tñ vt accipitur modo qui cōpetit infinito qui est accipere vnum post aliud, sed accipitur vt apprehenditur quasi finitum, & totum simul,licet enim infinitū ſm esse, & ſm rē habeat successionē, ita ꝙ posita quacunq; parte consurgit noua potentialitas ad aliā, tñ in esse cognito non necessariò habet successionem saltem absolutè. Vnde Deus simul apprehendit omnes partes proportionales alicuius continui quæ sunt infinitæ, sed non apprehendit modo infiniti q est accipere partē post partē; sed oēs simul,sic ad ꝓpositū qui appetit infinitam pecuniā.i.quanta possibilis est haberi nō appetit partem post partem,sed vt apprehenduntur omnes simul. Et hoc innuit D.S.in solutione dicens. Omne,quod concupiscitur accipitur vt quoddam finitum, & hoc tam in concupiscentia naturali quàm non naturali,naturali quidem,quia ibi, quod concupiscitur est infinitum ſm rem.s. quodlibet actu concupitum,sed ibi est infinitas in potentia propter plura successiuè cōcupita, quod verò concupiscitur concupiscentia nō naturali esto sit infinitū.i. quantum potest esse,tñ non concupiscitur nec apprehenditur modo infinito,sed finito.i.totum simul, & non partem post partē, est nihilominus res ipsa infinita. Vnde ſtat, ꝙ concupiscentia non naturalis est infinita,&c. De ista tñ materia ex intentione prima parte.q.86.ar.2.quia infinitum potest cognosci per modum finiti absolutè loquendo nec repugnat sibi representari per vnā speciem, sicut patet de specie Diuini intellectus, & Angelici, non tamen potest infinitum representari intellectui nostro pro hoc statu per speciem connaturalem à re causatam loquendo de totaliter infinito,vnde cum D.S.dicit,quòd est finitum secundùm quòd cadit sub apprehensione, loquitur de apprehensione qua cognoscitur infinitum confusè non distinctè. Et præterea loquitur de infinito secundùm quid scilicet quantum potest haberi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio quodammodo est virtutis infinitæ inquantum potest infinitum aliquid considerare, vt apparet in additione numerorum, & linearum; vnde infinitum aliquo modo sumptum est proportionatum rationi,nam vniuersale, quod ratio apprehendit est quodammodo infinitum inquātum in potentia continet infinita singularia.

¶ Ad maiorem,concupiscentia est boni conuenientis, naturalis quidem conuenientis naturæ,nō naturalis rationi, & eius collationi.Ad minorem infinitum est,&c. Verum,tamen rationi quę potest infinitum apprehendere, & aliquid appetere infinitum ad infinitos vsus,& vtilitates, & præsertim si sit inordinata, sicut ratio auari iudicat totum mundum vix sufficere,& omnes pecunias, ergo concupiscentia,&c.Verum,naturalis qua appetitur res vt necessaria naturę de propinquo,& pro semel non est infinita tamen non naturalis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ad hoc, quòd aliquis delectetur non requiritur,quòd omnia consequatur quę concupiscit,sed quod in quolibet concupito,quod cōsequitur delectetur.

¶ Ad maiorem, vera est ab intellectu commēsurato ipsi infinito,qui dependet à re,& cognoscit secundùm modum rei. Ad minorem dico,quòd concupiscenti fit delectatio per hoc,quod consequitur concupitum, esto quòd non consequatur omnia simul, sed quia consequitur vnum,& postea aliud,& in quolibet delectatur,nec oportet ad delectationem, quòd omnia actu consequatur præsertim ad delectationem,quæ non est tota simul, vt parebit.q. sequenti. Quare minor est falsa,& negatur si intelligitur,quòd tā tùm fiat delectatio cum attingitur ad vltimum,immo quilibet cibus delectat,& non oportet,quòd omnes actu deuorentur.possunt tamen cibi,& concupiscentiæ esse infinitæ secundùm successionē. Vnde negatur sequela, quòd nunqnàm fieret delectatio si concupiscentia naturalis est infinita secundùm potentiam, & non naturalis actu, quia etiam qui non habet tantum cumulum pecuniarum,quantum desiderat,delectatur etiam in particularibus,& partialibus summis, &c.

Quæstio Trigesimaprima.

De delectatione secundùm se.

DEinde considerandum est de delectatione, & tristitia. Circa delectationem verò cōsideranda sunt quattuor.Primò de ipsa delectatione secundùm se. Secūdò de causis delectationis. Tertiò de effectibus eius. Quartò de bonitate,& malitia ipsius. Circa primū quæruntur octo.Primò,vtrum delectatio sit passio. Secūdò, vtrum sit in tēpore.Tertiò,vtrum differat à gaudio.Quartò,vtrum sit in appetitu intellectiuo. Quintò de comparatione delectationum superioris appetitus ad delectationem inferioris.Sextò de comparatione delectationū sensitiuarum adinuicem. Septimò,vtrum si aliqua delectatio non naturalis. Octauò,vtrum delectatio possit esse contraria delectationi.

V

¶ Quia passio opposita concupiscentiæ est innominata,vt patet q.præce.ar.2.ad tertium ideo D.S.non facit specialem quæstionem de ea,sed transit ad tertiam coniugationem passionum concupiscibilis,& primò de delectatione agit,deinde de tristitia.Et de delectatione quattuor facit, vt patet in littera, primò de delectatione secundùm se quærit primò de quidditate eius, secundò de quadam proprietate,ar.2. tertiò de comparatione eius ad gaudiū arti.3. & quartò an sit in appetitu intellectiuo,deinde in reliquis dubia mouet, & de ista materia delectationis etiam habetur in 4. distin.49.q.3.per totum.

Vtrum delectatio sit passio.

AD primum sic proceditur. Videtur,quòd delectatio non sit passio.Damas.enim secundo libro. * distinguit operationem à passione, dicens quòd operatio est motus qui est ſm naturā, passio verò est motus cōtra naturā,sed delectatio est operatio, vt philosophus dicit in 7.& 10.Ethi.* ergo delectatio non est passio.

Infra ar.4. ad 2.& art. 5.cor. fi. & ad 2. Et 4. d.49.q.3.ar. 1.q 1.
* Damasc. li.2.ort.fid. c.12.& 13.
* Aristot. cap. 1.3. 4. 6.& 8.

¶ 2 Præ-

¶ 2 Præterea. Pati est moueri vt dicitur in 3. Physicorum. * sed delectatio non consistit in moueri, sed in motum esse, causatur enim delectatio ex bono iam adepto, ergo delectatio non est passio.

* Arist. tex. 28.

¶ 3 Præterea. Delectatio consistit in quadam perfectione delectati, perficit enim operationem, vt dicitur in 10. Ethicorum. * sed perfici non est pati vel alterari, vt dicitur in 7. Phy. & in 2. de anima, ergo delectatio nō est passio.

* Arist. c. 4.

¶ Sed contra est, quod Aug. dicit in 10. & 14. de Ciui. Dei. * vbi ponit delectationem siue gaudium, vel lętitiā inter alias passiones animæ.

* Aug. c. 7. 8. & 6. & 5.

¶ Hic primò quærit de quidditate delectationis præsertim vt distinguitur contra gaudium, quod est in voluntate.

¶ Respondeo dicendum, quòd motus appetitus sensitiui propriè passio nominatur, sicut supra dictum est. * affectio autem quæcumque ex apprehensione sensitiua procedens est motus appetitus sensitiui, hoc autem necesse est competere delectationi, nam sicut philosophus dicit in primo Rhetoricorum. * delectatio est quidam motus animæ, & constitutio simul tota, & sensibilis in naturam existentem.

*q. 22. ar. 6.

* Arist. cap. 10.

Conclusio responsi.

¶ D. S. respondet tali conclusione. Delectatio est passio animæ. Probatur, motus appetitus sensitiui propriè passio nominatur, sed delectatio, scilicet strictè vt hic accipitur, est motus appetitus sensitiui, ergo, &c. maior patuit supra. q. 22. quia licet solùm motus appetitus sensitiui habens annexam transmutationem corporalem in deterius sit passio propijssimè, tamen omnis motus sensitiuus habens annexam trāsmutationem etiam perfectiuam dicitur propriè passio, vt patuit ibidem, & talis motus est delectatio. Minor subintellecta probatur sic. Omnis affectio ex apprehensione sensitiua procedens est motus appetitus sensitiui, sed hoc necesse est competere delectationi, ergo, &c. Maior patet ex supradictis. q. 22. ex ratione passionis quæ est affectio sequens apprehensionem coniunctam sensitiuam. Circa minorem D. S. primò probat eam ex definitione philosophi, secundò occasione huius subiungit notabile declaratiuum, & expositiuum illius definitionis, ibi. Ad cuius, &c. Tertiò resumit breuiter minorem, & infert conclusionem responsiuam, ibi. Sic ergo, &c. Minor ergo proxima, quæ intelligitur, quòd hoc est necesse competere delectationi non in genere vt extenditur ad intellectualem, sed intelligitur de delectatione vt secundùm vsum loquentium, restringitur ad sensualem. Probatur sic. Delectatio est quidam motus animæ, & constitutio simul tota, & sensibilis in naturam existentem, ergo delectatio est affectio ex apprehensione sensitiua procedens. Antecedens est philosophi. Tenet consequentia ex sequenti explanatione. Consequenter cum dicit.

* Arist. cap. 24.

¶ Ad cuius intellectum considerandum est, quòd sicut contingit in rebus naturalibus aliqua consequi suas perfectiones naturales, ita hoc contingit in animalibus, & quamuis moueri ad perfectionem non sit totū simul, tamen consequi naturalem perfectiouem est totum simul, Hæc autem est differentia inter animalia, & alias res naturales, quòd alię res naturales quando constituuntur in id, quod conuenit eis secundùm naturam hoc nō sentiunt, sed animalia hoc sentiunt, & ex isto sensu causatur quidam motus animæ in appetitu sensitiuo, & iste motus est delectatio. Per hoc ergo, quòd dicitur, quòd delectatio est motus animæ, ponitur in genere. Per hoc autē, quòd dicitur constitutio in existentem naturam id est in id, quod existit in natura rei, ponitur causa delectationis scilicet præsentia cōnaturalis boni. Per hoc autem, quòd dicit simul tota, ostendit quòd constitutio non debet accipi prout est in constitui, sed prout est in constitutum esse quasi in termino motus, non enim delectatio est generatio prout Plato posuit, sed magis consistit in factum esse, vt dicitur in 7. Ethi. * Per hoc autem, quòd dicit sensibilis, excluduntur perfectiones rerum insensibilium, in quibus non est delectatio.

¶ Annectit quoddam notabile exponens prædictam definitionem philosophi quo ad omnes eius particulas clarè in littera.

¶ Et nota, quòd D. S. declarat illam definitionem delectationis per conuenientiam, & differentiam in sensibilium, & sensibilium. Conueniunt enim, quòd vtraque consequuntur suas perfectiones connaturales, & vtriusque est commune moueri successiuè ad perfectionem, sed consequi est totum simul. Sed differunt, quia ille non sentiunt nec cognoscunt suam perfectionem, ista autem, scilicet sensibilia cognoscūt, & hæc tangit illa definitio, quia est motus animæ, & motus ad conueniens, & non motus qui est insecutius absentis, sed immutatio causata subito ab obiecto præsenti, & est motus cognitionem, & sensationem sequens. Delectatio ergo, quia est terminatio appetitus causata à re præsente vt sic, ideo de per se ex propria ratione non habet esse successiuum, sed totū simul. Quod autem delectatio quandoque sit in tempore hoc est de per accidens, quia scilicet non conuenit sibi ex ratione propria sed inquantum perfectio ista vel operatio, quam delectatio sequitur, est coniuncta motui, vt patebit ar. sequen.

¶ Nota quoque, quia ex hac definitione, & eius expositione secundùm D. S. habetur, quòd delectatio non habet locum in insensibilibus, sed tantùm in animalibus vt etiam supra dictum fuit q. 27. ar. 3. in cor. ideo res naturalis stabilitur, & vigoratur in termino motus naturalis, vt habet D. S. in 4. vbi supra ar. primo; sed non delectatur, quia delectatio dicit terminationem, & quietationem appetitus præsupponens cognitionem coniunctam perfectionis coniunctæ. Deinde cum dicit.

¶ Sic ergo patet, quòd cum delectatio sit motus in appetitu animali consequens apprehensionem sensus, delectatio est passio animæ.

¶ Resumit sub breuitate rationem deductam, & minorem expositam, & infert conclusionem responsi. & patet.

¶ Circa quam tamen nota, quòd D. S. in 4. dist. 49. q. 3. ar. 1. in solutione ad primum, dicit quòd delectationi accidit passionem in esse, sed per se inest delectationi sensitiuæ, quia secundùm eum in cor. ibidem, delectatio etiam ponitur in parte intellectiua, & ergo delectationi in genere vt est communis ad delectationem intellectualem, & sensitiuam non per se positiuè esse passionem, sed solùm per non repugnantiam, & permissiuè, sed D. S. hic loquitur de delectatione magis restrictè, scilicet vt contra gaudium distinguitur vt est in parte sensitiua, & ergo dicit conclusio sine distinctione, quòd delectatio est passio; in quarto autem vbi iam relpōdet sub distinctione, vnde secundùm eundem ibidem delectatio i toto genere est terminatio appetitus, sed non habetur, quòd in genere accepta sit passio.

¶ Et confirmatur conclusio ista argumento in contrarium sequenti.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd operatio connaturalis non impedita est perfectio secunda, vt habetur in 2. de anima. * & ideo quando constituitur res in propria operatione connaturali, & non impedita, sequitur delectatio, quæ consistit in perfectum esse, vt dictū est. * sic ergo cum dicitur, quòd delectatio est operatio, nō est prædicatio per essentiam sed per causam.

¶ Maior vera est, quòd operatio quæ est secundùm naturam corporis vocatur à Damasceno operatio vel motus, quæ autem cōm naturam corporis vocatur ab eo passio, vt supra. q. 24. ar. 2. in 2. argumento, vnde affectiones animæ, quia aliqualiter immutāt motum naturalem cordis, ideo vocantur passiones, &c. Ad minorem dicit D. S. quòd est causalis prædicatio, delectatio est operatio, quia ex operatione connaturali sequitur delectatio. Vnde negatur cōsequentia, potest enim, & operatio dici passio.

¶ Nota, quòd delectatio non est operatio tendens ad obiectum absens, videtur tamen posse dici operatio sicut omnis motus, & affectio potest dici operatio, vt patet ad secundum, non quidem cōsistens in rēdere ad obiectum, sed consistens in perfectum esse, & immutari ab obiecto præsenti, vnde secundum D. S. in 4. licet operatio vt sic non sit passio, tamen potest habere passionem annexā antecedentem vel consequentem, & sic quamuis delectatio, inquātum est delectatio sit circa operationem, tamen inquantum est delectatio sensitiua est in passione quadam existens. Ex his patere potest ad minorem argumenti, quòd delectatio vt sic est operatio causaliter, ideſt consequitur operationem vel habēs modum operationis, tamen non est incōueniens vt sequens operationem sensitiuam sit immutatio affectus habens annexam immutationem corporalem, & sic sit passio, quia non est inconueniens motū per accidens terminari ad motū, & sic operatio quæ est motus, terminatur ad delectationē sensitiuam quæ est etiam motus, & passio.

¶ Nota, & circa hoc Alphonsum in 1. di. 1. q. 1. ar. 2. conclusione. 3. qui distinguit duplicem delectationem, vnam quæ est operatio quæ scilicet habet pro obiecto ipsam rem, aliam quæ habet pro obiecto operationem, & talem ponit dicere non operationē, & actum secundum, sed passionem, & conditionem operationis habentē se magis per modum actus primi; sed de hoc inf. q. 32. ar. 1. qura non habemus pro incōuenienti vr vna operatio vel motus, aut simplex actus ad alium actum vel operationē necessariò sequatur, ita q & si liberè operetur, tñ stante operatione necessariò delectetur, & per cōsequēs nō obstante, q delectatio vel gaudiū est actus elicitus, & actus secundus; nihilominus habent se per modū passionis respectu operationum quam consequitur.

¶ Ad

¶ Ad secundum dicendum, quòd in animali duplex motus considerari potest, vnus secundùm intentionem finis, qui pertinet ad appetitum; alius secundùm executionem, qui pertinet ad exteriorem operationem. Licet ergo in eo qui iam cōsecutus est bonum in quo delectatur, cesset motus executionis quo tendit ad finem, non tamen cessat motus appetitiuę partis, quæ sicut prius desiderabat non habitum, ita postea delectatur in habito; licet enim delectatio sit quies quædam appetitus considerata præsentia boni delectantis, quod appetitui satisfacit, tamen adhuc remanet immutatio appetitus ab appetibili, ratione cuius delectatio motus quidam est.

¶ Ad maiorem dico, quòd pati physicū est moueri ad aliquod distans, vel secundùm rem, vel secundùm modum; sed pati affectionale, & animale est moueri quandoque ad distans quandoq; est immutari etiam a præsenti; sicut supra patuit de amore. q. 26. articu. 2. ad tertium.

¶ Ad minorem, delectatio non consistit in moueri secundùm insecutionem, & distensionem ad distans, tamen cōsistit in immutari ab obiecto etiam habito præsentialiter, & ad passionem sufficit dare talem motum, qui est etiam quies, vt quies opponitur insecutioni; tamen cum hoc est motus, qui est immutatio appetitus ab appetibili præsente, ad quam immutationem affectus sequitur motus in corpore; vnde delectatio sensitiua est passio; sed nō sicut aliæ, quæ tendunt in aliquid; sed delectatio cōsistit in appetitu secundùm q eius motus in suo appetibili adepto terminatur. &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis nomē passionis magis propriè conueniat passionibus corruptiuis, & in malum tendentibus; sicut sunt ęgritudines corporales, & tristitia, & timor in anima; tamen etiam in bonū ordinantur aliquæ passiones, vt supra dictum est, * & secundùm hoc delectatio dicitur passio.

* q. 22. & 23. arti. 1.

¶ Maior vera; sed tamen & habere, vel recipere perfectionem est etiam passio saltem primo modo supradicto. q. 23. articu. 1. Et si talis perfectio habeat secum annexam trāsmutationem corporalem, est passio etiam propriè dicta, & secundo modo, esto sit sine corruptione, & alteratione corruptiua.

¶ Ad minorem, perfici non est pati tertio modo, & propriissimè, tamen pati secundo modo, vel primo, & sic delectatio, vel est motus, & mutatio sequens in affectu conuenientiam operationis (vt videtur magis velle Doct. Sanct.) vel est quędam perfectio, & accidens inhærens operationi, habens se per modum actus primi, & secundò perfici vt sic, non est pati, tamen perfici in appetitu sensitiuo est passio, non quidem profectiua, sed tamen immutatiua habens annexam immutationem corporis.

Vtrum delectatio sit in tempore.

X Infra ar. 5. cor. & 4. di. 49 q. 3. ar. 1. q 3. Et veri. q. 8. art. 14. ad 12.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd delectatio sit in tempore. Delectatio enim est motus quidam, vt in primo rhetoricorum Philosophus dicit; * sed motus omnis est in tempore; ergo delectatio est in tempore.

* Cap. 10.

¶ 2 Præterea. Diuturnum, vel morosum dicitur aliquid secundùm tempus; sed aliquæ delectationes dicuntur morosæ; ergo delectatio est in tempore.

¶ 3 Præterea. Passiones animæ sunt vnius generis; sed aliquæ passiones animæ sunt in tempore; ergo & delectatio.

¶ Sed contra est, quod Philosophus dicit in decimo Ethicorum, * quòd secundùm nullum tempus accipiet quis delectationem.

* Cap. 3.

¶ Hic D. S. propter dicta ar. præce. inquirit de quodam dubio incidente de mensura durationis ipsius delectationis. Dictum est enim in definitione, quòd est tota simul. Est ergo quæstio, an mensuretur mensura temporali successiua continua, vel mensura eleuata super mensuram continuorum successiuorum, qua mensurantur operationes simplices sibi immediatè succedentes, & secundùm se instantaneæ; quæ mensura collecta ex multis indiuisibilibus sibi succedentibus dicitur tempus discretum, quodlibet autem indiuisibile dicitur nunc temporis, & est nunc stans potens coexistere multo tempori continuo.

¶ Respondeo dicendum, quòd aliquid contingit esse in tempore dupliciter, vno modo secundùm se, alio mō per aliud, & quasi per accidēs; quia enim tempus est numerus successiuorum, illa secundùm se dicuntur esse in tempore, de quorum ratione est successio, vel aliqd ad successionem pertinēs; sicut motus, quies, locutio, & alia huiusmodi; secundùm aliud verò, & non per se dicuntur esse in tempore illa de quorum ratione non est aliqua successio; sed tamen alicui successiuo subiacent; sicut esse hominem de sui ratione non habet successionem, nō enim est motus, sed terminus motus, vel mutationis. s. generationis ipsius; sed quia humanum esse subiacet causis transmutabilibus, secundū hoc hominē esse est in tpe.

¶ D. S. primò exponit titulum quęsiti, quòd dupliciter possit intelligi, secundò conformiter distinctè respondet, ibi Sic igitur &c. Quo ad primum D. S. notat, quòd aliquid contingit esse in tēpore, & mensurari tempore dupliciter, ita quòd duratio rei innotescit per mensuram mutabilium continuorum dupliciter, vt in littera, & sic potest intelligi quæsitum, quòd dupliciter delectatio esse possit in tempore.

¶ Nota hic primò quòd D. S. cum loquitur de tempore intelligit de tempore propriè dicto, quod est mensura mutabilium successiuorum continuorum, & non loquitur de tempore discreto, quod est mensura successiuorum discretorum simpliciter; tali enim tempore, vel saltem nunc eius delectatio secundùm se etiam mēsurari potest.

¶ Nota secundò, quòd esse hominis mensuratur ęuo, vt est esse animæ rationalis; sed permanentia materiæ sub isto esse inquātū hominis, magis mensuratur tempore, vel vt est trāsmutabile substantialiter. Vide D. S. 1. p. q. 10. ar. 4. ad tertium, vbi est eiusdem sententiæ. Scot. in 2. di. 2. q. 4. in oppositum arguit, & tenet esse substā tiale rei corruptibilis mensurari ęuo, sed deficit eredens vnitatem mensuræ attendi penes vnum modum manendi. s. penes esse permanens, vel successiuum, quod non est verùm; sed mensuræ diuersitas sumitur secundùm mutabile, & immutabile; quia autem esse hominis vt sic mutabile est; ideo mensuratur mensura mutabilium. s. tempore, & de hoc magis. 1. par. vbi iam. Scotus.

¶ Sic igitur dicendū est, q delectatio secūdū se quidē non est in tempore, est enim delectatio in bono iā adepto, quod est quasi terminus motus; sed si illud bonum adeptum transmutationi subiaceat, erit delectatio p accidens in tpe; si aūt sit omnino intransmutabile, delectatio non erit in tempore, nec per se, nec per accidens.

¶ Præmissa distinctione de esse in tpe duplici hic D. S. iuxta ipsam ad quæsitum respondet tali conclusione, delectatio secundū se (. i. rōne suij ipsius, vt delectatio) non est in tpe; sed aliqua delectatio est in tpe per accidens, si bonū adeptū est in tpe (& in tpe adipiscitur) si aūt sit oīno intransmutabile (sicut est bonū Diuinū) sic nullo mō est in tpe. Probat conclusio ex dictis in notabili distinctiuo, illa secūdū se sunt ī tpe de quorū rōne est successio, vel aliquid ad successionē (sicut est ,platio cōtinua) pertinens, secundùm aliud verò de quorū rōne nō est aliqua successio, tñ alicui successiuo subiacēt; sed de rōne delectationis secundū se, & ex ,pria ratione nō est successio, tñ aliqua delectatio, q̄ est boni, quod p successionē adipiscitur, alicui successiuo subiacet a quo dependet; aliqua verò a nullo, ergo delectatio secundū se &c. Maior fuit declarata exēplariter. Minorē subintellectam probat sic, de illius rōne non est successio, quod cōsistit in adeptione, quæ est terminus motus; sed delectatio est hmōi, igitur. Maior proxima ēt subintellecta relinquitur nota; quia terminus motus hī indiuisibiliter, & in instanti. Minor nota, aliæ partes minoris principalis patent exēplariter de delectatione, quæ est in cibo, & potu &c.

¶ Nota hic, q delectatio vt sic, mensuratur instanti (p̄sertim spiritualis) quæ ex tpe non variat; vñ habet Philosophus 10. Ethi. q contingit delectari in non tpe, & in nunc, & non accipit per nūc ibi tp̄s paruū, sed aliquid indiuisibile; Sed quale nūc sit, an trāsiēs & fluens, vel stans, dico q stans, vel nunc tpis discreti, si sit delectatio spiritualis, nam illa subita introductio formæ mensuratʒ nūc fluente, quæ de per se consequitur motum. Operatio autē, vel immutatio subita, quæ non consequitur tempus, vel de per se motū, secundū se mensuratur nunc, sed stante; quia istę operationes p̄nt eędē manentes continuari, & coexistere pluribus partibus tpis, sicut & nunc stās; sed quia aliquę delectationes sunt circa bona sensibilia, q̄ non simul acquiruntur, sed successiuè, vt patet de cibo, & potu ideo tales mensurantur tpe cū ipsarum esse a tpe depēdeat, & materiales sint p successionē continuā, & sic per accidens (. i. ratione causæ, & obiecti) depēdet ex tpe; quia tp̄s facit ad earū esse, quare sunt in tpe; sed delectatio spiritualis, & in se est sine tpe, & licet actus tales acqrat impartibiliter, nō tñ eis repugnat intendi; sicut & lumen in aere totum acquiritur in instāti, p̄t tñ intendi.

Conclusio

¶ Nota circa hoc, q Philosophus 10. Ethi. cōparat delectationē visioni, q̄ est tota simul cuius non est pars post partē; sed tota simul. Sup isto verò dicit Burleus, q intelligitur de visione respectu eiusdē obiecti eodem mō dispositi, & similiter medio eodem mō disposito, secus de visione, cuius res mouetur partibiliter, ita quòd

pars ante partem videatur &c. Dicit etiam Burleus, quòd non omnis delectatio est tota simul; sed solùm illa delectatio, quæ est in operatione existente tota simul; vnde quia delectatio consequitur operationem, & est in ipsa subiectiuè; ideo oportet, quòd delectatio, quæ est in operatione successiua habeat vnam partem ante aliam; sicut operatio quam consequitur habet partem vnam ante aliam &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primam partem conclusionis, quia delectatio secundùm se non est in tempore, sed in instanti.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut dicit in 3. de anima, * motus dupliciter dicitur. Vno modo, quia est actus imperfecti. s. existentis in potentia inquantum huiusmodi, & talis motus est successiuus in tempore. Alius autem motus est actus perfecti. i. existentis in actu; sicut intelligere, sentire, & velle, & huiusmodi, & etiam delectari; & huiusmodi motus non est successiuus, nec per se in tempore.

* Tex. 28.

¶ Ad maiorem, delectatio est motus quidam qui est actus perfecti (i. quædam immutatio causata a bono præsenti, ex cuius præsentia habetur actu perfectio appetitus) sed non est motus qui est actus imperfecti. i. actus illius, quod est in tẽdentia ad habendum perfectionem, & in moueri ad distans perfectibile &c. Delectatio enim consurgit ex iam habito conuenienti, & non est motus ad habendum conueniens delectans.

¶ Ad minorem, negatur vniuersaliter, quòd omnis; sed solùm motus secundo modo qui est actus imperfecti, vt patet 3. Physic. Motus autem qui est actus perfecti potest haberi in instanti, & indiuisibiliter acquiri; quia non est motus successiuus; sed quandoque sequitur motum, a quo tamen in esse non dependet; vnde nec esse, vnde nec esse eius tempore mensuratur; illa enim tempore mensurantur ad quorum esse, vel permanentiam tempus aliquid facit, sic quòd sunt mutabilia per se, vel per accidens. Possunt autem delectari in aliqua re spirituali per horam, immo per annum, posita præsentia delectabilis saltem in esse cognito, nec tẽpus aliquid operatur, & præsertim hoc possunt spiritus. Simile est de visione, quæ posset stare eadem manens per diem, manente visibili; & ergo mensurãtur huiusmodi operationes sicut dictum est, nunc stante.

¶ Ad secundum dicendum, quòd delectatio dicitur morosa, vel diuturna secundùm quòd per accidens est in tempore.

¶ Ad maiorem primò extra literam, diuturnum vel morosum &c. Dico quòd verum est, vel quia est in tempore, sicut in mẽsura propria, vel quia coexistit tempori, non tamen solùm primo modo; vnde angeli, & animæ separatæ diu durant, non tamẽ sunt in tempore, sed coexistunt. Et secundò, quia duratio non est semper successiua, & fluens; sed datur duratio stans, & manens, vt patet de æternitate, vt Capr. habet in 1. dist. 9. & patebit 1. par. q. 10. contra Aureolum; & etiam vnum nunc stans potest coexistere multo tempori. Et ergo ad maiorem dicitur, q̃ diuturnum dicitur non semper a tempore, sed etiam a duratione, quæ potest esse sine tempore proprio, & successiuo, & sic potest aliquis diu delectari continuando, & manutenendo delectationem aliquam (scilicet spiritualem) sine tempore. Ad minorem, dicuntur aliquæ morosæ secundùm iam dicta a mora non temporis mensurantis, sed coexistentis, & a duratione. Et secundò dicitur potè D.S. ad istam minorem, quòd dicuntur morosę illę, quæ per accidens sunt in tempore, nõ tamen omnes sunt huiusmodi, vt dictum est in cor. Vide tamen propter illam minorem D.S. infra q. 74. ar. 6. ad tertium; qa procedit secundùm non causam, & malum intellectum morosæ delectationis; quia non dicitur morosa ex mora temporis, vel qa quælibet tempore mensuretur, vt argumẽtum supponit; sed ex eo quòd ratio deliberans circa eam immoratur, nec tamẽ eam repellit, tenens, & voluens libenter, quæ statim, vt attigerunt animum, respui debuerunt.

Simplicius.

Capreolus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliæ passiones non habent pro obiecto bonum adeptum sicut delectatio; vnde plus habent de ratione motus imperfecti, quàm delectatio, & per consequens magis delectationi conuenit non esse in tempore.

¶ Maior vera, sunt vnius generis logici, & in genere motus, tamen distinguuntur specie, & diuerso modo se habent ad obiecta sua. Quædam enim dicunt motum in bonum non adeptum, & ita motum imperfecti, & motum executiuum, & tendentem in rem distantem. Delectatio autem dicit motum consequentem obiectũ habitum, modo potest aliquid sequi rem habitã subito; vnde delectatio vt sic, minus habet esse in tempore, esto enim aliqua sit in tempore, hoc est, quia talis delectatio, & per accidẽs; quia talis obiecti, quod non simul hẽ; sed successiuè &c. vnde D.S. in 4. supra ad tertium dicit, & aliæ passiones quantũ ad id quod est ex parte animæ non sunt in tempore, nisi per accidens, inquantum. s. eis cõiunguntur motus ex parte corporis; tamen delectatio magis habet rationem, q̃ non sit in tempore, q̃ aliæ passiones; quia aliæ consistit in appetitu secundùm q̃ tendit in aliquid; sicut ira in vindictam, & odium in nocumentum alterius; sed delectatio consistit in appetitu secundùm quòd eius motus in suo appetibili adepto terminatur. Omnis autem terminus motus non est in tempore; sed in instanti, hæc ille; vbi patet ad hoc argumentum.

Vtrum delectatio differat a gaudio; vel sit omnino idem cum eo.

AD tertium sic proceditur. Videtur q̃ gaudium sit omnino idem, quod delectatio. Passiones enim animæ differunt secũdùm obiecta; sed idem est obiectũ gaudij, & delectationis. s. bonum adeptum; ergo gaudium est omnino idem, quod delectatio.

¶ 2 Præterea. Vnus motus non terminatur ad duos terminos; sed idem est motus, qui terminatur ad gaudiũ & delectationem, scilicet concupiscentia; ergo delectatio, & gaudium sunt omnino idem.

¶ 3 Præterea. Si gaudium est aliud a delectatione, videtur q̃ pari ratione, & lętitia, & exultatio, & iocunditas significent aliquid aliud a delectatione, & sic erunt omnes diuersæ passiones, quod videtur esse falsum; non ergo gaudium differt a delectatione.

¶ Sed contra est, quòd in brutis animalibus non dicimus gaudium; sed in eis dicimus delectationem; non ergo est idem gaudium, & delectatio.

¶ Hic D.S. comparat delectationem ad gaudium, & ex hac cõparatione, secundò elicit quoddam corollarium ar. sequenti.

¶ Respondeo dicendum, q̃ gaudium, vt Auicenna dicit in libro suo de anima, est quædã species delectationis. Est enim considerandum, q̃ sicut sunt quædam concupiscentiæ naturales, quædam aũt non naturales; sed cõsequũtur rõnem, vt supra dictum est, * ita ẽt delectationũ quædam sunt naturales, & quædã nõ naturales, quæ sunt cum rõne. Vel sicut Damas.* & Greg. Nicenus* dicunt, quædã sunt corporales, quædã animales, quod in idẽ redit. Delectamur enim & in his, q̃ naturaliter cõcupiscimus ea adipiscentes & in his, q̃ concupiscimus sm rõnem; sed nomen gaudij non habet locum, nisi in delectatione, q̃ cõsequitur rõnẽ; vnde gaudium nõ attribuimus brutis animalibus; sed solũ nomẽ delectationis.

¶ D.S. respondendo deducit tãtùm quoddam assumptum, & cõclusionem quandam fundamentalem bifurcatam, ex qua immediatè sequitur cõclusio responsiua formalis subintellecta talis. Gaudiũ & delectatio non sunt omnino idem. s. rõne, & cõuertibiliter. Probatur tali assumpto. Gaudium est quædam species delectationis, & delectatio est in plus, q̃ gaudium (. s. ẽt in habentibus rõnẽ, quo ad obiecta) igitur conclusio vera. Consequentia nota; quia genus, & species non sunt omnino idem &c. Circa assumptum D.S. primò ponit, & probat primam eius partem, secundò secundam ibi. Omne aũt &c. Prima pars probatur auctoritate Auicennæ, & ratione sic. Delectationum quædam sunt naturales quædam non naturales, quæ sunt cum ratione (vel quædam sunt corporales q̃dam animales) sed nomen gaudij nõ habet locum, nisi in delectatione, quæ consequitur rationẽ; ergo &c. Prima pars huius antecedentis probatur a similiquia delectatio in cõi correspondet cõcupiscentiæ; sed concupiscentia diuiditur in naturalẽ, & nõ naturalem, & diuersificatur secundũ diuersitatem apprehensionis, vt patuit q. præc. igitur, & delectatio sic diuiditur. Et probatur cõsequentia. s. q̃ si concupiscentia diuiditur, vt dictum est, q̃ ergo delectatio; quia delectamur, & in his &c. vt in litera. Secunda pars antecedentis patet a signo; quia gaudiũ non attribuimus brutis animalibus (. s. propter defectũ rationis) sed solũ nomen delectationis; signũ ergo est, q̃ nomen gaudij solũ habet locum in rationalibus.

¶ Nota circa ista, q̃ sicut concupiscentia naturalis est de re cõuenienti naturæ animalis, vt absens est; sic delectatio sibi correspõdens, quæ hic vocatur corporalis, & naturalis, est de huiusmodi re, vt præsens est, & apprehenditur sensu tactus. Et ex hac consequenti ẽt sensu interiori; quia vt in proposito loquimur, delectatio requirit enim apprehensionem interiorem, & motum appetitus sensitiui concupiscibilis, vel irascibilis. Et hoc est, quod D.S. habet in quarto vbi supra quæst. 4. quòd delectatio condistincta gaudio sequitur apprehẽsionem sensus exterioris, & est de re ꝑsente conuenienti sensui tactus. Sed sicut concupiscentia non naturalis

talis dicitur motus, vel appetitus intellectiui, vel sensitiui mediante apprehensione rationis etiam particularis, vt patet quæst. præceden. ar. 3. ad tertium, ita quòd gaudium potest dicere actum voluntatis, vel etiam appetitus sensitiui, vt mouetur a ratione respectu rei non delectabilis secundùm exteriorem sensum, sed secundùm apprehensionem interiorem etiam sensitiuam in homine. Et ad hoc est etiam Doct. Sanct. in quarto vbi supra, vbi intelligendus est cum dicit gaudium sequi apprehensionem interiorem etiam sensitiuam de sensitiua coniuncta rationi; videtur autem sic oportere dicere; quia D.S. vtitur similitudine de concupiscentia non naturali quam constat posse esse actum sensitiuum (vt tamen est ex ratione) ergo & gaudium potest esse actus sensitiui appetitus, vt est respectu rei non naturalis, & sequitur apprehensionem rationis &c.

Nota secundò quòd D.S. hic accipit delectationem animalem, pro illa quæ sequitur apprehensiuam deliberatiuam, corporalẽ autem pro ista quia consequitur simplicem apprehensionem, & ita strictius hic accipit animalem, quàm in de Verita. ma. 16. ar. 2. vbi omnem passionem sequentem animæ apprehensionem vocat animalem, eam autem, quæ incipit in corpore, & terminatur ad animam vocat corporalem, animalis autem econtra primò est animæ, & per eam conuenit corpori; quia ad animæ immutationem immutatur corpus, vide ibidem. Est etiam hic, & in de Verita te æquiuocatio de corporali, vt patet intuenti; quia hic post Damas. vocat corporalem etiam quæ incipit ab anima, mediante tamen apprehensione noa collatiua; alibi quæ non sequitur apprehensionem animæ, sed lesionem extrinseci disponentis &c. De ista materia infra cum de dolore agetur. Videtur enim D.S. in de Verita. loqui, quòd passio corporalis incipiat in corpore, & sensatione sensus exterioris, & consumetur in apprehẽsione interiori. Sed hic, & in tertia parte aliter sentit, vt enim habet etiam Capr. in quarto distin. 44. quæstio. 4 ad quintum contra primam conclusionem. Dolor cum sit passio appetitus sensitiui præsupponit æstimationem mali, talem autem æstimationem non habet sensus exterior, nisi concurrente sensu interiori, nisi ponneremus aliquam delectationem naturalem, & dolorem naturalem in sensibus, non præsupponentem æstimationem boni, vel mali in eodem suppositò; sed intelligentia, quæ mouet naturam; sicut dicunt aliqui Philosophi, & medici ponentes sensum quendam, qui dicitur sensus naturæ &c. Vnde nota etiam, quòd ista probatio iam habita procedit, & probat in communi, & quo ad significationẽ nominis, quòd delectatio est communior secundùm prędicationem, quàm gaudium, similiter est communior quo ad subiecta; quia tam in rationalibus, quàm in irrationalibus; gaudium autem tantùm in rationalibus. Sed secunda pars antecedentis principalis vult, quòd delectatio etiam in hominibus est communior, scilicet quo ad obiecta, quàm gaudium, scilicet rationale, quod sequitur rectam rationem. Vnde consequenter cum dicit.

¶ Omne autem, quod concupiscimus secundùm naturam, possumus etiam cum delectatione rationis concupiscere; sed non econuerso; vnde de omnibus de quibus est delectatio potest esse gaudium in habentibus rationem quamuis non semper de omnibns sit gaudium, quandoque enim aliquis sentit aliquam delectationem secundùm corpus, de qua tamen non gaudet secundùm rationem, & secundùm hoc patet, quòd delectatio est in plus, quàm gaudium.

¶ Ostendit secundam partem principalis assumpti quam infert in fine cor. Et probatur sic, non semper de omnibus est gaudium de quibus est delectatio, quamuis possit esse in habentibus rationem; ergo &c Prima pars huius antecedentis patet in litera, quãdoque enim aliquis sentit &c. Secunda pars similiter; quia omne, quod concupiscimus secundùm naturam possumus etiam cum delectatione rationis concupiscere; sed non econuerso; ergo etiã in omni in quo delectamur secundùm sensum, possumus, & gaudere secundùm rationem, saltem inordinatam, & peruersam, notando semper, quòd prima pars intelligitur de facto, & de gaudio rationis rectę; quia tale non est semper de eo in quo delectat sensus exterior. Sed secunda pars intelligit de possibili, & de gaudio rationis etiam oblique, quo congaudet sensualitati &c.

¶ Nota q̃ ex his omnibus potest haberi, q̃ delectatio accipitur vno modo in communi, vt correspondet concupiscentię in genere, & sic est communior per prædicationem, & genus gaudij. Alio modo quo ad subiecta, vt correspondet cõcupiscentiæ naturali, & sic iterum est delectatio in pluribus. Tertio modo accipitur quo ad obiecta, & hoc in homine, vt correspondet desiderio, & concupiscentiæ non naturali; & sic de possibili est communius, quàm gaudium; quia de quibuscunque est delectatio, potest esse gaudiũ, & non e contra. Sed de facto in homine ordinato, delectatio est in plus; quia delectatur Homo secundũ sensum in aliquo, de quo non gaudet, & isto modo loquitur D.S. & c. Confirmatur aũt conclusio responsi. argumento in contrarium, quod etiam continet probationem secundæ partis assumpti principalis.

*q. 30. ar. 3. ad secũdũ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cum obiectum appetitus animalis sit bonum apprehensum, diuersitas apprehensionis pertinet quodammodo ad diuersitatem obiecti, & sic delectationes animales, quæ dicuntur etiã gaudia, distinguuntur a delectationibus corporalibus, quæ dicuntur solùm delectationes; sicut & de concupiscentijs supra dictum est.*

¶ Maior vera ad sensum supra sæpius dictum quæstio. 33. articu. 4. & quæstio. 30. artic. 2. quia differunt secundùm obiecta formalia, & distincta in ratione motiua, non semper secundùm obiecta, secundùm naturam distincta. Dico autem quòd vna res diuersimodè apprehensa potest pertinere ad diuersas potentias, & causare diuersos actus.

¶ Ad minorem, negatur de identitate formali; quia obiectum quidem delectationis, & gaudij est bonum adeptum; sed apprehẽsum; modo aliter res apprehenditur, vt est obiectum delectationis corporalis, quia vt conueniens sensui; aliter vt est obiectum gaudij, quia vt conueniens rationi. Vnde non habent idem obiectum, esto eandem rem pro obiecto. Et quia penes alietatem apprehensionis variatur obiectum formaliter; ideo minor non est vera. Secundò dicitur negando minorem; quia non habent obiectum adęquatum, vt patet in corpore.

¶ Nota quòd D.S. dicit (quodammodo, scilicet diuersitas apprehensionis inducit distinctionem formalem) quia videlicet talis diuersitas non est obiecti, vt res est secundùm se, sed vt obiectũ est, & vt appetibile. Simile vide supra q. 30. ar. 3. ad secundum, vbi etiam dixit quodammodo formalis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd similis differentia inuenitur etiam in concupiscentijs, ita quòd delectatio respondeat concupiscentiæ, & gaudium respondeat desiderio, quod magis videtur pertinere ad concupiscentiam animalem, & sic secundùm differentiam motus est etiam differentia quietis.

¶ Maior vera ad sanum sensum; quia videlicet vnus motus non terminatur ad duos terminos eiusdem ordinis, quorum quilibet sit, qui, & totalis, tamen potest terminari ad duos subordinatos, vel ad vnum, qui est totalis, ad alium, qui est quo, & partialis. Primum patet de actu intelligendi, qui terminatur ad verbum, & ad rem, vt habet D. S. in de Veritate ma. 4. ar. 2. ad tertium. Secundum patet de generatione substantiali, & etiam de alteratione, quæ habet formam, & totum compositum pro termino.

¶ Ad minorem dicitur negando eam; quia si concupiscentia capitur propriè, & secundùm etimologiam nominis, vt supra dictum est quæstio. 30. articu. 1. tunc sibi correspondet pro termino delectatio naturalis; sed alius est actus, qui sequitur apprehensionem rationis, & est concupiscentia non naturalis, qui vocatur desiderium, & iste terminatur ad gaudium, quod sicut & desiderium pertinet ad appetitum rationalem aliqualiter, & ergo falsum est, quòd sit idem motus, qui terminatur ad gaudium, & delectationem; sed duo scilicet concupiscentia propriè dicta, quæ est naturalis; & desiderium, quod est concupiscentia non naturalis.

Circa dicta hic nota, quòd delectatio quandoque accipitur, vt quoddam genus diuersum in delectationem corporalem, & gaudium, & tunc distinguitur a gaudio ratione, sicut superius ab inferiori. Alio mõ accipitur, vt species condistincta gaudio. s. pro delectatione corporali tantum, vel naturali; & sic distinguitur realiter a gaudio, & ergo desiderium terminatur ad gaudium, & concupiscentia ad delectationem condistinctam gaudio. Vide simile supra q. 26. ar. 3. de amore, & dilectione, & simile infra q. 35. art. 2. ad tertium. Articulus autem iste intelligitur de delectatione primo modo accepta, non secundo modo; quia tunc essent simpliciter diuersa, & non solùm non omnino idem, vt dicit D.S.

¶ Ad tertium dicendum, quòd alia nomina ad delectationem pertinentia sunt imposita ab effectibus delectationis, nam lętitia imponitur a dilatatione cordis, ac si diceretur latitia, exultatio verò dicitur ab exterioribus signis delectationis interioris, quæ apparent exterius, inquantum scilicet interius gaudium profilit ad exteriora. Iocunditas verò dicitur a quibusdam spiritualibus lętitiæ signis, vel effectibus, & tamen omnia ista nomina videntur pertinere ad gaudium, non enim vtimur eis, nisi in naturis rationalibus.

¶ Ad assumptum dico, quòd gaudium est aliud a delectatione, vt dictum est, vel secundùm rationem si accipitur in genere; vel secundùm rem si accipitur in specie. Et distinguitur isto mõ a delectatione, non sicut passio a passione; sed sicut actus volitatis a motu appetitus sensitiui, vel sicut motus sequens simplicem sensitiuã apprehensionem, ab ea quæ est cum deliberatione.

¶ Vltra, pari ratione &c. Dico quòd lętitia, exultatio, & iocunditas significant aliquid aliud a delectatione, non quidem aliam passionem, sed aliquem effectum delectationis, vt Doct. Sanct. declarat. Vnde negatur, quod sequitur, videlicet. Vnde erunt omnes diuersæ passiones; non enim sequitur, est quid diuersum, ergo diuersa passio. Vltra, quod videtur falsum, negatur falsitas, scilicet quòd falsum sit; quia sint aliud, sed conceditur, quòd non sint aliæ passiones. Nec etiam gaudium est alia passio sed est aliud sicut motus voluntatis est aliud a passione, vel sicut motus sequens rationem est alius a sequente apprehensionem sensitiuam tantùm, & cum hoc est alietas obiecti. Doct. Sanct. tamen notat, quòd propriè loquendo huiusmodi nomina magis important effectum gaudij, quàm delectationis, scilicet corporalis, & sensitiuę tantùm &c. Pro intellectu eorum, quæ continet hæc solutio, habet D. S. in quarto Lętitia, & exultatio, & iocunditas exprimunt quosdam gaudij effectus; lętitia quidem effectum interiorem, secundùm quòd ipse affectus dilatatur quasi roboratus, & perfectus ex appetibilis coniunctione. Vnde & passio gaudij cum dilatatione cordis perficitur, dicitur enim lętitia quasi latitia. Sed exultatio exprimit vlterius effectum gaudij exterius prorumpentem in signum interioris gaudij; vnde dicitur exultatio ex hoc, quòd interius gaudium ad exteriora prodit, quod ex magnitudine gaudij interioris contingit. Vnde dicit Cassiodorus, quòd exultatio in magnis gaudijs dicitur. Iocunditas verò vlterius importat effectum gaudij exterius prorumpentem, qui non solùm demonstrat interius gaudium; sed etiam excitat aliquos ad gaudendum. Hæc ille. Vnde videtur, quòd littera melius stet, quæ habet (spiritualibus effectibus &c.) scilicet animi, vt faciat alios gaudere, & non corporalem; sicut exultatio, vel lętitia, vide de istis in de Veritate ma. 26. ar. 4. ad quintum.

Vtrum delectatio sit in appetitu intellectiuo.

Infra q. 35. artt. 1. & 2. Et 1. di. 45. ar. 1. cor. Et 4. dist. 49. q. 3. art. 1. q. 1. ad 2. Arist. c. 10.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd delectatio non sit in appetitu intellectiuo. Dicit enim Philosophus in primo Rhetoricorum, quòd delectatio est motus quidam sensibilis, qui non est in parte intellectiua; ergo delectatio non est in parte intellectiua.

¶ 2 Præterea. Delectatio est passio quædã; sed omnis passio est in appetitu sensitiuo; ergo delectatio non est, nisi in appetitu sensitiuo.

¶ 3 Præterea. Delectatio est communis nobis, & brutis; ergo non est, nisi in parte, quæ nobis, & brutis communis est.

¶ Sed contra est, quod in Ps. dicitur. Delectare in domino; sed ad Deum non potest extendi appetitus sensitiuus, sed solùm intellectiuus; ergo delectatio potest esse in appetitu intellectiuo.

¶ Hic Doct. Sanct. determinat dubium, quod oritur, & determinatur ex artic. præce. Dictum est enim, quòd gaudium, & delectatio distinguuntur; ideo est dubium, an habeant idem, vel diuersum subiectum, vel an gaudium sit tantùm in voluntate, & delectatio in appetitu sensitiuo. Et præterea; quia statim comparabuntur adinuicem; ideo oportet præscire eorum subiectum.

* Art. 3.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est; * delectatio quædam sequitur apprehensionem rationis; ad apprehensionem autem rationis non solùm commouetur appetitus sensitiuus per applicationem ad aliquid particulare; sed etiam appetitus intellectiuus, qui dicitur voluntas, & secundùm hoc in appetitu intellectiuo, siue in voluntate est delectatio, quæ dicitur gaudium, non autem delectatio corporalis.

¶ Doct. Sanct. respondet tali conclusione in appetitu intellectiuo est delectatio, quæ est gaudium, non autem corporalis. Hanc conclusionem primò probat. Secundò pro maiori declaratione ostendit differentiam inter duas delectationes tactas in con

Conclusio responsi.

clusione, ibi. Hoc tamen &c. Quo ad primum ante conclusionem ponit formaliter maiorem, & minorem ex quibus statim ipsam infert clarè in litera. Sed nota circa minorem verba D. S. cum dicit. Ad apprehensionem rationis non solùm commouetur appetitus sensitiuus, sed etiam intellectiuus; quia ex eis habetur, quòd ratio etiam mouet appetitum sensitiuum. & ista passio in appetitu sensitiuo potest iuxta prædicta etiam dici gaudium; sed non est in voluntate; sed motus voluntatis immediatè ad rationem sequens est in voluntate, & gaudium, sic quòd potest poni duplex gaudium. Vnum purè intellectuale, & hoc est voluntatis; sicut subiecti. Aliud est rationale sequens motionem rationis; sed in appetitu sensitiuo de re, quæ est bonum imaginationis, & tale correspondet concupiscentiæ non naturali. Vnde non videtur sequi ex his dictis, quòd gaudium sit solùm in voluntate; sed quòd in voluntate est tantùm delectatio, quæ est gaudium; sed non, quòd gaudium sit tantùm in voluntate. Et per hoc saluatur concordia inter Doct. Sanct. hic, & in quarto, vbi ponit gaudium sequens apprehensionem sensus interioris, vt patet immenti. Et etiam inter Doct. Sanct. supra quæstio. 30. articu. 3. & artic. præceden. vbi loquitur de delectatione, quæ est gaudium, sicut de concupiscentia non naturali, quæ ponitur in parte etiam sensitiua, & intellectiua. Deinde cum dicit.

¶ Hoc tamen interest inter delectationem vtriusque appetitus, quòd delectatio appetitus sensibilis est, cum aliqua transmutatione corporali, delectatio autè appetitus intellectiui nihil aliud est, quàm simpliciter motus voluntatis, & secundùm hoc Augustinus dicit in 14. de ci. Dei, * quòd cupiditas, & lętitia nihil est aliud, quàm ipsa voluntas in eorum consecutione, quæ volumus.

¶ Pro maiori explicatione conclusionis D. S. notat differentiã inter delectationem, quæ est in appetitu intellectiuo, & inter eam quæ est in appetitu sensitiuo, clarè in litera, & patet ex supra dictis q. 22. articu. 3.

¶ Nota autem, quòd ponendo etiam gaudium sequens apprehensionem sensitiuam interiorem ex imperio rationis, tunc oportet Doct. Sanct. intelligere, quòd ad gaudium voluntatis non sequitur immutatio corporalis; sed tamen cum hoc stat, quòd ad gaudium appetitus sensitiui, quod est delectatio animalis sequitur immutatio corporalis; sicut & delectationem naturalem, quæ sequitur præsentiam realem obiecti, licet non tanta sit immutatio sequens apprehensionem interiorem; sicut sequens exteriorem.

¶ Et confirmatur conclusio argumento in contrarium. Circa hoc autem argumentum nota, quæ supra tetigi quæstio. 30. artic. 1. ad primum, quòd appetitus sensitiuus non extendit se ad Deum vel aliquod spirituale ranquàm in per se obiectum, tamen ex hoc quòd voluntas ex iudicio rationis intensè in Deum, vel in spirituale bonum fertur immutatur in homine sensitiuus appetitus, & quantum fieri potest rationi cooperatur, & consentit, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum; quòd in illa definitione Philosophi sensibile ponitur communiter pro quacunque apprehensione, dicit enim Philosophus in 10. Ethi. * quòd secundùm omnem sensum est delectatio, similiter autem, & intellectum, & speculationem. Vel potest dici, quòd ipse definit delectationem appetitus sensitiui.

¶ Ad maiorem, Philosophus accipit sensibile largè pro omni apprehensibili conuenienti. Vnde alibi habet, quòd etiam secundùm intellectum, & speculationem est delectatio, quare mea sua non est, quòd delectatio sit tantùm circa sensibile propriè dictum, cum talis non sit speculatio. Negatur igitur consequentia. Secundò respondet D. S. quòd posset dici, quòd definit tantùm delectationem sensibilem. Et sic probat, quòd in appetitu intellectiuo non est delectatio corporalis &c. quod concedimus; sed bene gaudium.

¶ Ad secundum dicendum, quòd delectatio habet rationem passionis propriè loquendo, inquantum est cum aliqua transmutatione corporali, & sic non est in appetitu intellectiuo; sed secundùm simplicem motum; sic enim etiam est in Deo, & in angelis; vnde dicit Philosophus in 7. Ethi. * quòd Deus vna simplici operatione gaudet. Et Dionysius dicit in fi. cele. hierar. quòd angeli non sunt susceptibiles nostrę passibilis delectationis; sed congaudent Deo secundùm incorruptionis lętitiam.

¶ Maior vniuersaliter est falsa; sed tantùm delectatio, quæ habet immediatè transmutationem corporalem annexam; sicut supra patuit quæst. 22. articu. 2. ad tertium; vide ibi allegata ex de Verita. Minor vera; ergo &c. Verum delectatio passio est in appetitu sensitiuo; sed non omnis puta spiritualis, quæ est gaudium, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in nobis non solùm est delectatio in qua communicamus cum brutis; sed etiam in qua communicamus cum angelis. Vnde ibidem Dionys. dicit, quòd sancti homines multotiens fiunt in participatione delectationum angelicarum, & ita in nobis est delectatio non solùm in appetitu sensitiuo in quo communicamus cum brutis; sed etiam in appetitu intellectiuo in quo communicamus cum angelis.

¶ Maior

¶ Maior etiam vniuersaliter est falsa de illa, quæ immediatè sequitur rationẽ, & quæ est rei spiritualis in qua communicamus cum angelis. Vltra, negatur consequentia; quia est duplex delectatio, & vna tantùm est in sensualitate.

Vtrum delectationes corporales, & sensibiles sint delectationibus spiritualibus intelligibilibus maiores.

Infra q. 38 ar. 4 cor. Et 4. di. 49. q. 3 artic. 5. q. 1. Et 1. Ethi. lec. 13. col. 1 & 12. Me. le. 7. col. 5. fi.

AD quintum sic proceditur. Videtur quòd delectationes corporales, & sensibiles sint maiores delectationibus spiritualibus intelligibilibus, omnes enim aliquam delectationem sequuntur secundùm Philosophũ 10. Ethi. * sed plures sequuntur delectationes sensibiles, quàm delectationes spirituales intelligibiles; ergo delectationes corporales sunt maiores.

* Ca. 2. & 3

¶ 2 Præterea. Magnitudo causę ex effectu cognoscitur; sed delectationes corporales habent fortiores effectus, transmutant enim corpus, & quibusdam insanias faciunt, vt dicitur in 7. Ethi. * ergo delectationes corporales sunt fortiores.

* Cap. 13.

¶ 3 Præterea. Delectationes corporales oportet temperare, & refrenare propter earum vehementiã; sed delectationes spirituales non oportet refrenare; ergo delectationes corporales sunt maiores.

¶ Sed contra est. Quod dicitur in psal. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Et Philosophus dicit in 10. Ethi. * quòd maxima delectatio est, quæ est secundùm operationem sapientiæ.

* Ca. 7. & 8.

¶ Hic D. S. comparat diuersas delectationes adinuicem quo ad aliquas proprietates. Primò comparando penes maioritatem. Secundò penes naturalitatem, & innaturalitatem ar. 7. Tertiò penes contrarietatem ar. 8. Quo ad primum primò inquirit propositum comparando delectationes spirituales ad corporales. Secundò delectationes corporales ad inuicem ar. 6.

* Ar. præce.

¶ Respondeo dicẽdum, quòd sicuti iam dictum est, * delectatio prouenit ex coniunctione conuenientis cum sentitur, & cognoscitur. In operibus autem animæ præcipue sensitiuę, & intellectiuę est hoc considerandum, quòd cum non transeant in materiam exteriorem, sunt actus vel perfectiones operantis, scilicet intelligere, sentire, velle, & huiusmodi nam actiones, quæ transeunt in exteriorem materiam, magis sunt actiones, & perfectiones materiæ trãsmutatæ, motus enim est actus mobilis a mouente. Sic igitur prædictæ actiones animæ sensitiuæ, & intellectiuę, & ipse sunt quoddam bonum operantis, & sunt etiam cognitę per sensum, vel intellectum; vnde etiam ex ipsis consurgit delectatio, & non solùm ex eorum obiectis.

D. 1. 2.

¶ D. S. deducit primò quandam conclusionem præambularem distinctiuam, quòd dupliciter istę delectationes tactę in quæsito possunt adinuicem comparari. Secundò conformiter distinctè respondet, ibi. Si igitur &c. Conclusio præambularis est, etiam ex ipsis scilicet actionibus sensitiuis, & intellectiuis consurgit delectatio, & non solùm ex eorum obiectis (quia videlicet ipse actiones accipiuntur, vt obiecta, & causæ actuum reflexorum.) Probatur, delectatio prouenit ex coniunctione &c. vt in principio litteræ; sed iste actiones sunt bonum conueniens, & coniunctum operanti cognitæ per sensum aut intellectum; ergo conclusio vera. Maior patet ex ar. 1. Minor probat in litera; quia omnis actio immanens est perfectio operantis sibi coniuncta, & cognoscibilis ab eo, istę actiones sunt immanentes, igitur minor vera. Maior proxima patet ex differentia actionis immanentis a transeũte &c. Nota quòd ista conclusio innuit istam distinctionem, quòd delectatio spiritualis, & corporalis dupliciter possunt comparari. Vno modo secundùm ipsas actiones quas consequuntur acceptas in ratione causę, & obiecti. Alio modo secundùm obiecta de quibus sunt. Et illud secundum membrum potest subdiuidi; quia vel delectationes istę secundùm obiecta possunt comparari secundum se, vel quo ad nos, & de omnibus istis cõparationibus. D. S. respondet in sequẽtibus. Intelligo autem primum membrum sic, quia Homo potest super actionem spiritualem, vel sensualem per actum reflexum redire, & delectari in cognitione intellectiua, vel sensitiua, in intellectiua delectatur per voluntatem, in sensitiua p voluntatem, & sensualitatem, sicut cum quis reminiscitur de aliqua voluptuosa actione delectatur etiam per sensum.

¶ Si igitur comparentur delectationes intelligibiles delectationibus sensibilibus secũdùm quòd delectamur in ipsis actionibus, puta in cognitione sensus, & in cognitione intellectus, non est dubium, quòd multò sunt maiores delectationes intelligibiles, quàm sensibiles; multò enim magis delectatur Homo de hoc, quòd cognoscit aliquid intelligendo, quàm de hoc, quòd cognoscit aliquid sentiendo; quia intellectualis cognitio; & perfectior est, & etiam magis cognoscitur; quia intellectus magis reflectitur supra actum suum, quàm sensus. Est etiam cognitio intellectiua magis dilecta, nullus enim est qui non vellet magis carere visu corporali, quàm visu intellectuali eo modo quo bestiæ, vel stulti carent, sicut Aug. dicit in li. de ci. Dei. *

Auguſt. *Li. 14. c. 14.

¶ Hic consequenter D. S. secundùm præmissa duo membra delectationum respondet, & primò secundùm primum, secundò iuxta secundum, ibi, Sed si &c. Quo ad primum respondet tali conclusione, Delectationes intelligibiles sunt maiores, quàm sensibiles secundùm quòd delectamur de ipsis actionibus puta intellectus, & sensus (i. magis delectamur de actione ad quam sequitur spiritualis delectatio, quàm de actione ad quam sequitur sensibilis). Probatur, multò magis delectatur Homo de hoc, quòd cognoscit aliquid intelligendo, quàm sentiendo; ergo maior est delectatio de actione spirituali, quàm sensitiua. Antecedens probatur; quia intellectualis cognitio est perfectior, & magis cognoscitur; ergo antecedens verum. Tenet consequentia ex dictis in princip. cor. quia delectatio est de coniuncta perfectione cognita, & dilecta; ergo si magis coniungitur, & est melior, ergo magis delectat &c. Consequenter cum dicit.

Conclusio responsi.

¶ Sed si comparentur delectationes intelligibiles spirituales delectationibus sensibilibus corporalibus sic secundùm se, & simpliciter loquendo, delectationes spirituales sunt maiores, & hoc apparet secundùm tria quæ requiruntur ad delectationem, scilicet bonum coniunctum, & id cui coniungitur, & ipsa coniunctio. Nam ipsum bonum spirituale est maius, quàm corporale bonum, & magis dilectum, cuius signum est, quòd homines etiam a maximis corporalibus voluptatibus abstinent, vt non perdant honorem, qui est bonum intelligibile, similiter etiam ipsa pars intellectiua est multò nobilior, & magis cognoscitiua, quàm pars sensitiua. Coniunctio etiam vtriusque est, & magis intima, & magis perfecta, & magis firma. Intimior quidem est; quia sensus sistit circa exteriora accidentia rei, intellectus verò penetrat vsque ad rei essentiam, obiectum enim intellectus est, quod quid est. Perfectior autem est; quia cõiunctioni sensibilis ad sensum adiungitur motus, qui est actus imperfectus; vnde & delectationes sensibiles non sunt totæ simul; sed in eis aliquid pertransit, & aliquid expectatur consummandũ, vt patet in delectatione ciborum, & venereorum; sed intelligibilia sunt absque motu; vnde delectationes tales, sunt totæ simul. Est etiam firmior; quia delectabilia corporalia sunt corruptibilia, & cito deficiunt, bona verò spũalia sunt incorruptibilia.

¶ Respondet iuxta secundum membrum distinctionis notatæ in conclusione præambulari, scilicet habitudinem ad obiecta illarum delectationum. Et quia vt dictum est hoc potest dupliciter fieri secundùm se scilicet, & quo ad nos; ideo Doct. Sanct. primò ponit conclusionem responsi. quo ad primum, secundò quo ad secundum, ibi. Sed quo ad &c. Quo ad primum ponit talem conclusionem responsi. Si comparentur prædictæ delectationes secundùm obiecta de quibus sunt præter actiones, sic spirituales secundùm se (ideſt in veritate, & natura sua) sunt maiores sensibilibus &c. Probatur, vbicunque est maius bonum, maior coniunctio, & id cui coniungitur nobilius ibi est maior delectatio; sed in delectatione spirituali (ratione obiecti) ista tria sunt maiora, & meliora; ergo &c. Maior patet, ista tria requiruntur ad delectationem; ergo quantò maiora, tantò maior est delectatio. Minorem D. S. declarat in litera clarè.

¶ Nota autem verbum D. S. (ꝙ delectatio sensibilis non est tota simul) volunt aliqui, quòd definitio delectationis habita in primo art. sit tantùm delectationis spiritualis, posset dici, quòd est delectationis in communi; quia ꝙ corporalis non tota simul est, per accidens, vt patebit q. 33. ar. 2. in cor.

¶ Sed quo ad nos delectationes corporales sunt magis vehementes propter tria. Primò quia sensibilia sunt magis nota quo ad nos, quàm intelligibilia. Secundò etiam quia delectationes sensibiles, cum sint passiones sensitiui appetitus, sunt cum aliqua transmutatione corporali, quod non contingit in delectationibus spiritualibus, nisi per quandam redundantiam a superiori appetitu in inferiorem. Tertiò quia delectationes corporales appetuntur, vt medicinæ quædam contra corporales defectus, vel molestias, ex quibus tristitiæ quædam consequuntur; vnde delectationes corporales tristitijs huiusmodi superuenientes magis sentiuntur, & per consequens magis acceptantur, quàm delectationes spirituales, quæ non habent tristitias contrarias, vt infra dicetur.* *q.35.ar.4.

¶ Subiungit aliam conclusionem responsiuam, & tertiam in ordine de comparatione prædictarum delectationum secundùm habitudinem ad obiecta quo ad nos, scilicet. Quo ad nos delectationes corporales sunt maiores, & magis vehementes (idest perceptibiliores) sicut enim aliqua sunt magis nota quo ad naturam, & non quo ad nos, ita & delectationes aliquæ sunt potiores quo ad nos, & non naturam, & secundùm se. Probatur ex triplici medio, sic. Illa delectatio est maior quo ad nos, quæ est de magis notorio, & quæ habet annexam corporalem transmutationem, & quæ aduenit post contrarium suum; sed corporalis, & sensibilis est huiusmodi; ergo &c. Illa minor deducitur clarè in littera. Conclusio tertia.

¶ Aduerte autem pro tertio, quòd sicut actio in naturalibus fortificatur ex præsentia contrarij, ita passio, quæ aduenit post contrariam præcedentem magis sentitur, & est magis perceptibilis, vt patuit supra quæst. 29. articu. 3. & in quarto distin. 49. q. 3. articu. 2. in cor. & ergo quia delectatio corporalis aduenit post tristitiam præcedentem sibi contrariam; ideo est magis sensibilis, & perceptibilis; spiritualis non habet contrarium de per se, vt patebit infra q. 35. arti. 4. Videmus enim ad sensum, quòd valde frigidus magis sentit calorem in vnguibus &c.

¶ De materia huius artic. vide D. S. in quarto distin. 49. q. 3. ar. 5. q. 1. per totum, vbi loco eius, quod ista conclusio proxima habet vehementes, ipse ibidē habet perceptibiliores, & in idē redit &c.

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima, & secunda conclusionibus.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ideo plures sequuntur delectationes corporales; quia bona sensibilia sunt magis, & pluribus nota, & etiam quia homines indigent delectationibus, vt medicinis contra multiplices dolores, & tristitias; & cum plures hominum nō possint attingere ad delectationes spirituales, quæ sunt propriè virtuosorum, consequens est, quòd declinent ad corporales.

¶ Maior vera, & confirmatur per Doct. Sanct. in de malo q. 11. articu. 3. in corp. vbi allegat Philosophum; quia nullus absque delectatione esse potest; vnde illi qui non possunt gaudere delectationibus spiritualibus, vt plurimum transferunt se ad delectationes corporales &c.

¶ Ad minorem, vera est; sed non propter maioritatem, aut nobilitatem illarum delectationum super spirituales; sed propter rationes dictas in tertia conclusione, quas etiam D. S. tangit in solutione; quia magis videlicet sensibiles, & perceptibiles, vt patuit supra q. 2. ar 6 ad 2. Negatur autem consequentia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd transmutatio corporis magis contingit ex delectationibus corporalibus inquantum sunt passiones appetitus sensitiui.

¶ Ad maiorem, magnitudo causæ, vel quo ad maioritatem, vel quo ad maiorem sensibilitatem cognoscitur ex effectu; sed non semper nobilitas cognoscitur ex effectu maiori, vt patet supra q. 29. articu. 3. vnde aqua modicè calida in principio habet maiorem effectum, quàm multum calida post abiectionem contrarij propter maiorem sensibilitatem &c.

¶ Minor vera, propter hoc; quia habent annexam transmutationem corporalem nobis magis notam; ergo sunt fortiores quo ad nos, scilicet videntur fortiores ratione maioris sensibilitatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd delectationes corporales, sunt secundùm partem sensitiuam, quæ regulatur ratione, & ideo indigent temperari, & refrenari per rationem; sed delectationes spirituales, sunt secundùm mentem, quę est ipsa regula; vnde sunt secundùm seipsas sobrię, & moderatæ.

¶ Maior vera, & ratio est; quia sunt motus sensualitatis, quæ indiget refrenatione propter contrarietatem ad rōnem plerunq;

¶ Minor etiam vera; quia delectationes spirituales magis affines sunt rationi, & per consequens meliores, aliæ verò vehementiores quo ad nos; vnde negatur consequentia, immo oppositum debet inferri; quia eo ipso, quòd ille corporales indigent maiori refrenatione, sunt minus conformes, & affines rationi, & per consequens minus bonę. D. S. negat consequentiam verificando præmissas.

Vtrum delectationes tactus sint maiores illis quæ sunt secundùm alios sensus.

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd delectationes, quæ sunt secundùm tactum non sint maiores delectationibus, quæ sunt secundum alios sensus, illa enim delectatio videtur esse maxima, qua excluſa, gaudium omne cessat; sed talis est delectatio, quæ est secundùm visum, dicitur enim Tobiæ. 5. Quale gaudium erit mihi, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video; ergo delectatio, quæ est per visum est maxima inter sensibiles delectationes.

¶ 2 Præterea. Vnicuique fit delectabile illud, quod amat, vt Philosophus dicit in primo rhetoricorum; *sed inter alios sensus maxime diligitur visus; ergo delectatio quæ est secundùm visum est maxima.

¶ 3 Præterea. Principium amicitiæ delectabilis maximè est visio; sed causa talis amicitiæ est delectatio; ergo secundùm visum videtur esse maximè delectatio.

¶ Sed contra est, quod Philosophus dicit in 3. Ethi.* quòd maximę delectationes sunt secundùm tactum.

¶ Hic D. S. comparat delectationes corporales ad se inuicem penes principalitatem, & maioritatem.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut iam dictum est,* vnumquodque inquantum amatur efficitur delectabile, sensus autem, vt dicitur in primo Metaph.* diliguntur propter duo. s. propter cognitionem, & propter vtilitatem; vnde & vtroque modo contingit esse delectationem secundùm sensu. m

¶ Doct. Sanct. respondendo sic procedit. Primò respondet, & ostendit quomodo delectatio secundùm vnum sensum potest excellere aliam secundùm alium sensum comparando eas secundùm quid. Secundò ostendit quomodo simpliciter vna est maior alia, ibi. Cum igitur &c. Quo ad primum primò præmittit duas conclusiones præambulares ostendentes quomodo diuersimodè secundùm quid delectationes secundùm sensum possint comparari, & secundùm quòd vna possit esse maior alia, secundum ibi. Sed quia &c. Secundò subiungit conclusiones responsiuas correspondentes, ibi. Si igitur. Prima ergo conclusio præambularis, & distinctiua est, contingit dupliciter delectari in operatione sensus, scilicet propter vtilitatem, & propter cognitionem. Probatur, vnumquodque inquantum amatur &c. sensus autem, vt dicitur clarè in littera; ergo &c. & quia dupliciter amantur; ergo & dupliciter delectant. Ex ista conclusione habetur distinctio, quòd scilicet delectationes tactus, & aliorum sensuum possunt dupliciter comparari secundum quid, scilicet secundùm quòd ordinantur ad cognitionem, & secundùm quòd ordinantur ad sustentationem vitæ, ita tamen quòd vna considerata inuenitur tantùm in homine, scilicet inquantum est delectatio in operatione sensus, vt deseruit ad cognitionem, & hoc consequenter D. S. determinat cum dicit.

¶ Sed quia apprehendere ipsam cognitionem tanquàm bonum quoddam proprium est hominis; ideo primæ delectationes sensuum, quæ scilicet sunt secundùm cognitionem, sunt proprię hominum, delectationes autem sensuum inquantum diliguntur propter vtilitatem sunt communes omnibus animalibus.

¶ Subiungit secundam conclusionem præambularem talem, primæ delectationes sensuum, quæ scilicet sunt secundùm cognitionem sunt proprię hominum. Aliæ autem inquantum diliguntur propter vtilitatem, sunt communes omnibus animalibus. Probatur, illius est tantùm delectari in cognitione sensuum cuius est apprehendere cognitionem tanquàm suum proprium bonum, & in quo cognitio habet rationem finis; sed hoc est solùm in homine, in bestijs autem cognitio non habet rationem finis, sed ordinatur ad vtilitatem vitæ, & non quæritur cognitio

cognitio propter se; & ergo diligere sensus propter cognitionem est hominis tantùm. Et quis bestiæ et non cognoscant sensus suos ordinari ad vtilitatem vitę, nec per consequens ipsę ita per actum reflexum diligant, tamen hoc ita ordinatum est ab auctore naturæ, & apprehendunt delectationem in actibus sensuum ordinatis ad vtilitatem vitæ, & sic appetūt istas operationes delectabiles secundùm tactum absque relatiua cognitione; sed solùm Homo appetit actionem sensus, vt deseruit ad cognitionem, & apprehendit eam delectabilem propter cognitionem.

¶ Si igitur loquamur de delectatione sensus, quæ est ratione cognitionis, manifestum est, qp secundum visum est maior delectatio, qm secundū aliquē alium sensum.

¶ Præmisso, qp delectationes huiusmodi possunt secundū quid dupliciter adinuicē comparari. Hic cōsequenter conformiter subiungit duas cōclusiones responsiuas. Secundam ibi Si aūt &c. Prima est, si loquamur de delectatione sensus, quæ est ratione cognitionis, sic secundùm visum est maior delectatio, quàm secundùm alium sensum. Probatur ex solutione secundi, illo modo magis diligitur sensus, qui magis deseruit cognitioni etiā intellectiuę, sed visus est huiusmodi; ergo &c. Minor patet ex primo Metaph. quia plures rerum differentias nobis demonstrat; quia immaterialior, & vniuersalior. Deinde cum dicit.

¶ Si autem loquamur de delectatione sensus, quæ est ratione vtilitatis, sic maximè delectatio est, secundùm tactum; vtilitas enim sensibilium attenditur, secundùm ordinem ad conseruationem naturæ animalis; ad hanc autem vtilitatem propinquius se habent sensibilia tactus, est enim tactus cognoscitiuus eorum ex quibus constitit animal, calidi & frigidi, & humidi, & sicci, & huiusmodi; vnde secundùm hoc delectationes, quæ sunt secū dùm tactum sunt maiores, quasi fini propinquiores.

¶ Subiungit secundam conclusionem responsiuam talem, Si loquamur de delectatione sensus, quæ est ratione vtilitatis, sic maximè delectatio est, secundùm tactum. Hanc conclusionem primò probat, secundò quodā corollario cōfirmat, ibi, Et propter hoc &c. Probatur sic, vtilitas sensibilium attenditur secundùm ordinem ad conseruationem naturæ animalis; sed ad hanc vtilitatem propinquius se habent sensibilia tactus; ergo &c. quasi fini propinquiores, scilicet conseruatione vitæ. Deinde ibi.

¶ Et propter hoc etiam animalia alia, quę non habent delectationem secundùm sensum, nisi ratione vtilitatis, non delectantur secundùm alios sensus, nisi in ordine ad sensibilia tactus; neque enim odoribus leporum canes gaudent, sed cibatione; neque leo voce bouis, sed comestione, vt dicitur in 3. Ethicorum.* *Cap. 10.

¶ Confirmat præcedentem conclusionem corollario quodam, ex quo arguitur sic, illa delectatio est maior, secundùm illum sensum propter quam animalia, secundùm alios sensus delectantur; sed animalia non delectantur, secundùm alios sensus, nisi in ordine ad sensibilia tactus; ergo &c. Minor & corollarium probantur in litera clarè.

¶ Cum igitur delectatio tactus sit maxima ratione vtilitatis, delectatio autem visus ratione cognitionis; si quis vtranque comparare velit, inueniet simpliciter delectationem tactus esse maiorem delectatione visus, secundū quòd consistit infra limites sensibilis delectationis; quia manifestum est, quòd id, quod est naturale in vnoquoq; est potentissimum, huiusmodi autem delectationes tactus sunt ad quas ordinantur concupiscentiæ naturales; sicut cibi, & venerea, & huiusmodi.

¶ Hic consequenter D. S. respondet, & ostendit, quomodo vna delectatio, secundùm aliquem sensum est maior alia secūdū aliū simpliciter. Est enim dubium adhuc, quæ illarum sit maior simpliciter, an illa, quæ est ratione cognitionis maior, scilicet secundùm visum, vel quæ est ratione maioris vtilitatis, scilicet secundū tactum. Et quia ex supra dictis sępe patuit duplices esse delectationes, scilicet sensibiles, & intellectuales; ideo D. S. primò respondet, quæ delectatio secundùm vnum sensum sit simpliciter maior manendo in sensibilibus delectationibus. Secundò quæ sit maior simpliciter, secundùm quòd etiam vna delectatio vnius sensus magis deseruit delectationi intellectuali, ibi. Sed si consideremus &c. Primum facit tali conclusione responsi. simpliciter delectatio tactus est maior delectatione visus secundùm quòd consistit infra limites sensibilis delectationis (idest considerando eam secundum quòd est sensibilis delectatio, & non secundùm quòd ordinatur ad delectationem intellectus, & operationem cui deseruit.) Probatur, In vnoquoque id, quod est naturale est potissimum; sed huiusmodi sunt delectationes tactus respectu aliorum sensuum in animali; ergo &c.

¶ Maior patet. Minor manifesta est ex hoc, quòd concupiscentiæ naturales ordinantur ad huiusmodi delectationes tactus, illę enim delectationes sunt circa concupiscibilia naturalia, aliæ circa animalia. Tunc ibi.

¶ Sed si consideremus delectationes visus secundùm quòd visus deseruit intellectui, sic delectationes visus erunt potiores ea ratione qua & intelligibiles delectationes, sunt potiores sensibilibus.

¶ Determinat quæ delectatio sit simpliciter potior inquantum vna deseruit magis delectationi intellectuali tali conclusione, si consideremus delectationes visus &c. vt in principio literæ. Probatur, intelligibiles delectationes, sunt simpliciter nobiliores; sed delectationes visus propinquius se habent ad istas; ergo &c.

ARGVMENTVM in contrarium est pro secunda, & tertia conclusionibus.

¶ Ad primum ergo dicendum; quòd gaudium, sicut supra dictum est * significat animalem delectationem, & hæc maximè pertinet ad visum; sed delectatio naturalis magis pertinet ad tactum. * Ar. 3.

¶ Ad maiorem, si intelligitur, videtur maxima, manendo infra limites sensibilis delectationis, negatur, si autem intelligitur, quòd est maxima, propter ordinem ad delectationem animalem aut rationalem conceditur.

¶ Ad minorem, vera est, quòd excluditur gaudium, quod nominat delectationem animalem, non tamen excluditur delectatio naturalis, & corporalis excluso visu; quia & cęcis vinum benè sapit; ergo delectatio secundùm visum est maxima stando in sensibilibus delectationibus, negatur; sed est maxima propter propinquitatem ad spirituales, & probat hoc argumentum vltimam conclusionem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd visus maximè diligitur propter cognitionem, eo quòd multas rerum differentias nobis ostendit, vt ibidem dicitur.* *Li. 1. Met. circa prin.

¶ Maior conceditur; ad minorem, maximè diligitur visus ratione delectationis, quæ est de actu suo secundùm se, & manendo infra limites sensibiles actionis, & delectationis, negatur, sed vera est, quòd maximè diligitur ratione cognitionis intellectiuę cui plurimum deseruit.

¶ Minor enim falsa est, si præscindatur ordo ad intellectiuam cognitionem, sicut in bestijs magis amatur tactus. Sed probat hęc ratio primam conclusionem responsiuam.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd alio modo delectatio est causa amoris carnalis, & alio modo visio; nam delectatio, & maximè, quæ est secundùm tactum est causa amicitiæ delectabilis per modum finis, visio autem est causa sicut vnde est principium motus, inquantum per visum amabilis imprimitur species rei, quæ allicit ad amandum, & ad concupiscendum eius delectationem.

¶ Hoc argumentum vult probare; quia secundùm visum sit maxima delectatio; quia est causa amoris carnalis, qui causatur ex delectatione, & ita videtur, quòd visus sit causa delectationis, & per consequens secundùm eum est maior delectatio.

¶ Ad maiorem; ergo dicitur, quòd principium amicitiæ delectabilis, est visio, verum, non quasi in visu sit præcipua delectatio; sed quia per visum ingeruntur species rei in qua quis quærit delectari, non per actum visus; sed magis tactus. Et secundò quia potentia visiua nobilior, & subtilior est inter sensus exteriores, & imaginationi propinqua, quare ex visu delectabilis rei fortior imaginatio sequitur, & per consequens maior impressio in appetitu. Vnde non sequitur, quòd actus visus sit maximè delectabilis, sed quòd est principium vnde causatur concupiscentia delectationis &c.

¶ Ad minorem dicitur, quòd causa amicitiæ delectabilis, siue carnalis est delectatio, verum, tamen aliter, quàm visio, quia in genere causæ finalis, est enim finis talis amicitiæ ipsa delectatio, non quidem in visu consistens; sed in tactu, & conuictu voluptuoso.

¶ Negatur ergo consequentia; quia visio est quidem sine quo non esset amicitia delectabilis, & primum, non tamen est in quo sit præcipua delectatio stando in limitibus delectationis sensibilis &c.

Vtrum aliqua delectatio sit imnaturalis.

AD septimum sic proceditur. Videtur quòd nulla delectatio sit innaturalis, delectatio enim in affectibus animæ proportionatur quieti in corporibus; sed C

appetitus corporis naturalis non quiescit, nisi in loco cõ naturali; ergo nec quies appetitus animalis, quæ est delectatio potest esse, nisi in aliquo connaturali, nulla ergo delectatio est non naturalis.

¶ 2 Præterea. Illud quod est contra naturam est violentum; sed omne violentum est contristans, vt dicitur
Aristo.c.2. in 5. Metaph. * ergo nihil, quod est contra naturam est delectabile.

¶ 3 Præterea. Constitui in propriam naturam cum sentitur causat delectationem, vt patet in definitione
*at.1. Philosophi supra posita; * sed constitui in naturam vnicuique est naturale; quia motus naturalis est, qui est ad terminum naturalem; ergo omnis delectatio est naturalis.

* Cap.12. & vlt. ¶ Sed contra est, quod Philosophus dicit in 7. Ethi. * quòd quædam delectationes, sunt egritudines, & contra naturam.

¶ Hic comparantur delectationes, quo ad naturalitatem, & innaturalitatem, & est quasi quærere de diuisione delectationis.

¶ Respondeo dicendum, quòd naturale dicitur, quod
*Cõ.4.& 5 est secundùm naturam, vt dicitur in 2. Phy. * Natura autem in homine dupliciter sumi potest. Vno modo prout intellectus, & ratio est potissimè hominis natura; quia secundùm eam Homo in specie constituitur, & secundũ hoc naturales delectationes hominum dici possunt; quia sunt in eo, quod conuenit ei, secundùm rationem; sicut delectari in contemplatione veritatis, & in actibus virtutum est naturale homini. Alio modo potest sumi natura in homine, secundùm quòd diuiditur rationi, scilicet id quod est commune homini & alijs, præcipuè quod rationi non obedit, & secundùm hoc ea, quę pertinent ad conseruationem corporis, vel secũdùm indiuiduum, vt cibus, potus, lectus, & huiusmodi, vel secundùm speciem, sicut venereorum vsus, dicuntur Homini delectabilia naturaliter.

¶ Et quia vnum oppositorum cognoscitur per reliquum; ideo D.S. primò ponit quot modis dicitur naturale. Secundò per oppositum determinat, quæ delectationes dicantur innaturales, ibi. Secundum vtranque &c. Quo ad primum dicit, quòd delectationes naturales in homine sunt duplices. Et ratio est; quia naturale dicitur a natura; sed natura in homine sumitur dupliciter. Vno modo, vt specifica, quæ est ratio. Alio modo, vt generica secundùm quã conuenit cum bestijs, & plantis. Ergo & dupliciter est delectatio naturalis. Vno modo quia cõuenit homini, secundùm propriam naturam; vt est rationalis. Alio modo quia conuenit secundũ naturam in qua communicat cum alijs secundùm corpus; quia scilicet pertinet ad corporis conseruationem. Et hoc dupliciter; quia vel secundùm indiuiduum, vt cibus, & potus; vel secundùm speciem, scilicet conseruandam, vt venereorum vsus, vt patet in litera.

¶ Secundum vtrasque autem delectationes contingit aliquas esse innaturales simpliciter loquendo; sed connaturales secundùm quid, contingit enim in aliquo indiuiduo corrumpi aliquod principiorum naturalium speciei, & sic id, quod est contra naturam speciei, fieri per accidens naturale huic indiuiduo; sicut huic aquæ calefactæ est naturale, quod calefaciat. Ita igitur contingit, ꝙ id, quod est contra naturam hominis, vel quantum ad rationem, vel quantum ad corporis cõseruationẽ fiat huic homini connaturale propter aliquam corruptionem naturæ in eo existentem, quæ quidem corruptio potest esse vel ex parte corporis, sicut ex egritudine; sicut febricitantibus dulcia videtur amara, & ecõuerso; siue propter malam complexionem, sicut aliqui delectantur in cõmestione terræ, vel carbonum, vel aliquorum huiusmodi; vel etiam ex parte animæ, sicut propter cõsuetudinẽ aliqui delectantur in comedendo homines, vel in coitu bestiarum, aut masculorũ, aut alioriũ huiusmodi, q̃ nõ sunt ſm naturã humanã. Et p̃ hoc patet rñsio ad obiecta. —

¶ Præmissa distinctione de naturali delectatione, hic per oppositum respondet ad quæsitum de innaturali, tali conclusione, dupliciter sunt delectationes in homine innaturales simpliciter (sicut tanquàm contra naturam hominis, vt homo est, & cõtra naturã hominis, secundũ genus, & rõne corporis, vel quia cõtra indiuiduum, vel quia contra speciem seruandam) sunt tñ connaturales secundũ quid &c. probatur, contingit, ꝙ id, quod est contra naturã hominis, vel quantum ad rõnem, vel quantum ad corporis conseruationem fiat huic homini, & delectabile, & connaturale propter aliquã corruptionem naturæ in eo existentẽ, vel ex parte corporis, vel ex parte animæ; sed hoc est delectationẽ esse innaturalẽ simpliciter (tanq̃ s. contra naturam hominis) & connaturalẽ secundũ quid (s. quo ad istam corruptã dispositionẽ) & hoc dupliciter. s. quia contra naturã hoīs propriã, & cõtra naturã hominis cõem; ergo sequitur conclusio &c. Maiorẽ D.S. declarat in lra. Minor patuit ex priori distinctione. Et aduerte, ꝙ nulla delectatio est innaturalis quo ad eum, qui delectatur; quia sicut primũ argũm in oppositũ probat, delectatio nõ est nisi de amato, & per cõsequẽs connaturali, sed est innaturalis per respectũ ad naturã in se, & tã est naturalis secũdũ quid per respectũ ad dispositionẽ indiuiduj, q̃ nunc est in eo in quo contingit aliqd principiorũ naturaliũ corrũpi, vel speciei, vel gñis, & hoc contingit tã quo ad delectabilia speciei hoīs, vt Homo est, & indiuidui, & quo ad delectabilia, quæ sunt pro specie cõseruãda; sicut delectari in fabulis, & falsitatibus, q̃ est delectatio innaturalis quo ad principia, ppria hoīs, delectari verò in cõmestione terrę, & hominũ, est innaturalis quo ad delectabilia, q̃ sunt pro cõseruatione indiuidui, delectari aũt in cõmixtu masculorũ est contra bonũ speciei cõseruandũ; vñ quia oĩa ista repugnant ordini naturæ secundùm se consideratę, & ordinatęnó sunt innaturales simpliciter, & quia argumenta in oppositũ adducenda probant secundam partẽ conclusionis. s. quòd sunt naturales secundũ q̃d; iõ D.S. notat ea tã esse soluta, vt patebit circa ipsa. Sed prima pars conclusionis confirmatur argumento in cõtrariũ.

¶ Ad primũ, maior vera proportionantur aliquo mõ, nõ tñ simpliciter; quia quies in corporibus, nõ põt esse contra naturã, & tñ secundũ dispositionẽ indiuidui corruptã; sicut est in affectibus ánã. Minor vera, ad cõsequẽs; ergo &c. nõ est, nisi in aliquo cõnaturali aliquo mõ. s. secundũ dispositionẽ saltẽ indiuidui corruptã, tñ est simpliciter innaturale tanq̃ cõtra naturã indiuidui ſm se acceptã.

¶ Ad secũdũ pro solutione istius oportet repetere, qđ est supra habitũ q. 6. ar. 5 ad tertiũ, vbi hẽt D.S. ꝙ põt esse aliquid violentũ corpori, & tñ non est violentũ animali. Et oportet secundò notare, ꝙ qñ D.S. hic dicit, ꝙ tales delectationes sunt innaturales simpliciter, non accipitur simpliciter, vt supra ar 6. (i. secundũ ꝙ actu agitur per comparationem ad agentem, & suppositum, quod sequitur dispositionẽ, q̃ nunc est) id est innaturalis, & violenta simpliciter (i. ratione eius, quod est principalius, & intimius in delectante, scilicet rõne naturæ cui talis delectatio repugnat) nõ aũt simpliciter. i. actu respectu agentis; vñ nõ dr̃ ad argumentum. Ad maiorẽ, dico, ꝙ vera est in puré naturalibus. Id quod est contra naturam est simpliciter, & omnino violentũ; sed in hoīe, vel animali est violentum respectu eius, quod est principale in homine; sed non est violentũ respectu agentis pro nunc, & vt trahitur ex modo loquẽdi D.S. dicitur, ꝙ violentum est simpliciter, & connaturale secũdum quid ad sensum dictum. Ad minorem dicitur, ꝙ violentum agẽti est contristans, & oĩno violentũ; sed violentũ respectu naturæ nõ aũt agentis nõ oportet, ꝙ cõristet. Vltra ergo nihil, quod est &c. Negatur, vel dicendũ; ergo non est delectabile delectatione naturali, & ordinata, tñ potest esse delectabile inordinata delectatione per comparationem ad agens corruptum in natura &c.

¶ Ad tertium ad maiorem dr̃ primò, ꝙ intelligitur pr̃sertim de delectatione naturali. Secundò dr̃ cõstitui in propriã naturã (i. habere, quod cõuenit naturæ) vel specificę, vel dispositioni corruptiuę naturæ, q̃ nũc est caulat delectationẽ. Ad minorẽ constitui in naturã specificã est naturale simpliciter, cõstitui aũt in naturã. i. dispositionem, quæ est huic quasi naturalis, est naturale secundũ qd ergo omnis est naturalis, verũ, vel simpliciter, vel secũdũ qd &c.

Vtrum delectatio possit esse contraria delectationi.

AD octauum sic proceditur. Videtur ꝙ delectationi non sit delectatio contraria. Passiones enim animæ speciem, & contrarietatem recipiunt, secundùm obiectum; obiectum autem delectationis est bonum; cũ igitur bonum, non sit contrarium bono, sed bonum malo contrarietur, & malũ malo, vt dr̃ in prædicamentis; * videtur quòd delectatio non sit contraria delectationi.

¶ 2 Præterea. Vni est contrarium vnum, vt probatur in 10. Metaph. * sed delectationi cõtraria est tristitia, non ergo delectationi contraria est delectatio.

¶ 3 Præterea. Si delectationi cõtraria est delectatio, hoc non est, nisi propter cõtrarietatẽ eorũ in q̃bus aliqs delectatur; sed hæc differẽtia est materialis, contrarietas autem

autem est differentia secundùm formam, vt dicitur in
* Aristot. tex.13. 10. Metaph. * ergo contrarietas non est delectationis ad delectationem.

¶ Sed contra, ea quæ se impediunt in eodem genere
* Aristli.10. Met. tex 13. & 14. existentia, secundùm Philosophum sunt contraria; * sed quædam delectationes seinuicem impediunt, vt dicitur
* Arist.c.5. 10. Ethic. * ergo aliquæ delectationes sunt contrariæ.

¶ Hic comparat delectationes secundùm contrarietatem.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ delectatio in affectioni-
* Artic.2. bus animæ, sicut dictum est, * proportionatur quieti in corporibus naturalibus; dicuntur autem duæ quietes esse contrariæ, quę sunt in cõtrarijs terminis, sicut quies quæ est sursum ei, quæ est deorsum, vt dicitur in 5. Phi-
* Aristot. tex.55. sic. * vnde & contingit in affectibus animæ duas delectationes esse contrarias.

¶ D.S. respondet tali conclusione. Contingit in affectibus animæ duas delectationes (sensibiles, & corporales) esse contrarias,
Conclusio. sicut duas quietes naturales. Probatur, delectatio in affectibus animæ proportionatur quieti (s. naturali) in corporibus naturalibus; sed in naturalibus duæ quietes (s. diuersorum corporũ) naturales sunt contrariæ, quæ videlicet sunt in diuersis terminis, vt quies grauis deorsum, & quies leuis sursum, ergo &c. vt delectari in dulci, & delectari in amaro sunt contrariæ. Et confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Circa hoc argumentum nota, ꝙ sicut in formis actiuis, & passiuis naturalibus attenditur cõtrarietas penes mutuam expulsionem à subiecto, ita in delectationibus sumitur contrarietas ex incompossibilitate delectationum, quia videlicet vna quodammodo aliam expellit ab eodem subiecto tanquam sibi incompossibilem, & contrariam, sicut patet in exemplo Philoso. 10. Ethic. ꝙ amantes fistulas non possunt sermonibus attendere si audiant fistulationem (idest delectatio in fistulatione, repellit, & impedit delectationem in studio per viam repugnantiæ, & incompossibilitatis ad ipsum.) In virtuosis autem delectationibus, & spiritualibus non inuenitur impedimentum per viam contrarietatis, sicut in sensibilibus, sed quandoque per viam distractionis. Illę ergo sunt contrariæ, quæ se impediunt propter contrariam rationem delectandi, quæ est in obiectis, & non propter distractionem attentionis agentis; sic enim aliquis etiam virtuosæ delectationi intendens impeditur ab alia virtuosa, quia non potest simul pluribus intendere, sed in quibusdam est impedimentum propter incompossibilitatem, & aliam rationem delectationis ex parte obiectorum, & hæ delectationes contrariantur; alia est enim ratio delectãdi in fistulis, alia in studio, & vna aliam impedit propter alietatem delectabilitatis quare sunt contrariæ; in virtuosis autem est eadem ratio delectandi, & ꝙ sint incompossibiles est, quia aliquis non potest simul intendere multis, sicut aliquis non potest simul delectari in opere exteriori virtuoso, & studio literarum, & tamen eadem est ratio delectandi. s. virtuositas (licet in esse naturæ sit aliqua incompossibilitas) tamen ratio delectandi est vna non contraria, sicut in corporalibus secundùm sensum, vel sicut in corporali, & spirituali; summariè ergo vbi est impeditio propter contrariam rationem delectandi, ibi est contrarietas in delectationibus, & hoc tangit D.S. in solutione tertij.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ verbum illud Philosophi est intelligendum secundùm ꝙ bonum & malum accipitur in virtutibus, & vitijs; nam inueniuntur duo contraria vitia; non autem inuenitur virtus contraria virtuti. In alijs autem nihil prohibet duo bona esse adinuicem contraria, sicut calidum, & frigidum, quorum vnum est bonum igni, alterum aquæ. Et per hunc modum delectatio potest esse delectationi contraria, sed hoc in bono virtutis esse non potest, quia bonum virtutis non accipitur, nisi per cõuenientiam ad aliquid vnum scilicet rationem. —

¶ Maior vera secundùm obiecta diuersa contraria, vel penes recessum, & accessum ab eodem, vt patuit sup. q. 21. art. 2. Ad minorem, obiectum delectationis sensibilis est bonum sensibile, & obiectum delectationis spiritualis est bonum rationis. Vltra, cum ergo bonum, &c. Dico, ꝙ bonum morale non contrariatur bono morali; si autem intelligitur de bono sensibili, & corporali, vel
Bonum nõ cõtrariatur bono. naturali. Negatur, & loquitur Philosophus in prædicamentis de bono in moribus, quia illud nõ contrariatur bono moris, qa omne bonum morale, vt sic est conforme rationi; sed non omnis delectatio sensibilis est conformis alteri, vnde delectatio in frigido contrariatur delectationi in calido secundùm esse naturæ, & sensibile; quia talis delectatio sensibilis, vt sic, & eius bonitas attenditur penes obiectum, quod potest esse alteri contrarium in esse sensibili; in virtutibus autem quæ dicuntur bona moralia, bonitas ab eodem sumitur; ratione autem vnius non est contrarietas, sed magis conuenientia; in moralibus etiam vnum vitium, quod est malum morale, est contrarium alteri vitio, vt patet de intemperantia, & insensibilitate. Aliqui tamen exponunt auctoritate Philosophi, ꝙ loquitur de bono formaliter tam in moralibus, quàm in naturalibus, & sic bono non contrariatur bonum, sed malum, esto bono materialiter præsertim in naturalibus possit bonum esse contrarium, vt calidum frigido, sed in moralibus non est contrarietas, nec materialiter, quia nulla virtus alteri contrariatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd delectatio se habet in affectibus sicut quies naturalis in corporibus; est enim in aliquo conuenienti, & quasi connaturali; tristitia autem se habet sicut quies violenta; tristabile enim repugnat appetitui animali, sicut locus quietis violentæ appetitui naturali; quieti autem naturali opponitur, & quies violenta eiusdem corporis, & quies naturalis alterius, vt dicitur in 5. Phy. * vnde delectationi opponitur, & delectatio, & tristitia. —
* Arist.li.5. tex.54.& 55

¶ Ad maiorem, quia vni vnum est contrarium sub vno genere immediato, & proprio, & loquendo de contrarietate, prout entia absoluta positiua dicuntur contraria, & non extendendo ad alias species oppositionis; quia genus immediatè diuiditur tantùm per duas differentias ex opposito diuidentes, & constituentes tantùm duas species, sub eodem tamen genere communi possunt contineri plures contrarietates, vt patet de colore sub quo continentur, & albedo, & nigredo, & rubedo, &c. Secundò ad maiorem dicitur, quòd vni vnum est contrarium perfectum distans ab eo maximè in eodem genere, tanquam extremum; tamen vni possunt plura contrariari, vnum tanquam extremum, alia tanquam media. Et tertiò quieti naturali potest contrariari quies naturalis & violenta.

¶ Ad minorem, verum, delectationi opponitur tristitia, sicut quieti naturali corporis naturalis opponitur quies violenta eiusdem corporis, licet in alio loco non sub eodem genere; quia tristitia respicit tristabile non delectabile; sed delectationi contrariatur delectatio, sicut quieti naturali vnius corporis opponitur quies naturalis alterius corporis, & sub eodem genere obiectali. Exemplum primi, sicut quieti grauis deorsum opponitur quies eiusdem sursum. Exemplum secundi, sicut quieti grauis deorsum opponitur leuis sursum. Negatur ergo consequentia, quia vtrunque potest delectationi opponi, licet aliter, vt dictum est, quia nõ opponuntur sibi ambo tanquam contraria, cum tristitia non sit eiusdem generis cum delectatione, & hoc habetur in solutione Doctoris Sancti.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ea in quibus delectamur cum sint obiecta delectationis, non solùm faciunt differentiam materialem, sed etiam formalem si sit diuersa ratio delectabilitatis; diuersa enim ratio obiecti diuersificat speciem actus, vel passionis, vt ex supradictis patet. * —
* q. 23.

¶ Maior vera, minor negatur, quia diuersa delectabilia differunt etiam ratione delectabilis, & per consequens delectationes distinguuntur formaliter, & specificę, & per consequens contrariè, quia omnis distinctio specifica est cõtraria ad sanum sensum, vt sup. tactum fuit q 23. ar. 4. ad 2. nam illa auctoritas, contrarietas est differentia ſm formam, vel differentiæ specificè sunt contrariæ, quia intelligitur de contrarietate, quæ est oppositio formarum eiusdem generis proximi, sub eo maximè distantium, quæ dicitur contrarietas metaphisica, & intelligitur de differentijs nõ de formis à quibus sumuntur differentiæ, nec de speciebus constitutis per differentias; species enim, & earum formæ propriè loquendo non sunt contrariæ, sed disperatæ; includunt tamen oppositionem contrariam inquantũ constituuntur differentijs contrarijs. Ad perfectam aũt contrarietatem requiritur, qđ dictũ est, & cum hoc, ꝙ vtrunque circa idem natum sit suscipi à quo se expellant, quæ dicitur contrarietas physica.

¶ Nota, ꝙ alia ratione delectat calidum, alia ratione dulce ſm sensum. In virtutibus autem omnia vna ratione delectant, quia conformia rationi, licet in appetitu aliter participetur rationis bonitas propter diuersitatem recipientis, & valet hæc solutio ad id, quod habetur sup. q. 30. art. 2. circa finem, &c.

Quæstio trigesimasecunda.

De causis delectationis.

DEinde considerandum est de causis delectationis. Et circa hoc quæruntur octo. Primò, vtrum operatio sit causa propria delectationis. Secundò, vtrum

motus

E

motus sit causa delectationis. Tertiò, vtrum spes, & memoria. Quartò, vtrum tristitia. Quintò, vtrum actiones aliorum sint nobis delectationis causa. Sextò, vtrum benefacere alteri sit causa delectationis. Septimò, vtrum similitudo sit causa delectationis. Octauò, vtrum admiratio sit causa delectationis.

¶Obseruat D.S. viam disciplinæ, & procedit à passione delectationis ad causas. Et diuiditur principaliter in partes duas, prima quærit de causis delectationis, quæ sunt intra delectatum in quatuor artic. secunda determinat de causis extrinsecis, artic. quinto, vsquem in finem.

Vtrum operatio sit causa delectationis.

4.dist.49.q.3.art.5.q.4. cor. AD primum sic proceditur. Videtur, quòd operatio non sit propria, & prima causa delectationis,

Arist.c.11. vt enim Philosophus dicit in primo Rhetoric. Delectari consistit in hoc, quòd sensus aliquid patiatur; requiritur enim ad delectationem cognitio, sicut dictum

*q.31.ar.1. est; * sed per prius sunt cognoscibilia obiecta operationum, quàm ipsæ operationes; ergo operatio nō est propria causa delectationis.

¶ 2 Præterea, delectatio potissimè consistit in fine adepto; hoc enim est, quod præcipuè concupiscitur; sed non semper operatio est finis, sed quandoque ipsum operatum; non ergo operatio est propria, & per se causa delectationis.

¶ 3 Præterea, otium, & requies dicuntur per cessationem operationis; hæc autem sunt delectabilia, vt di-

Arist.c.31. citur in primo Rhetor. non ergo operatio est propria causa delectationis.

*Arist.c.12. & 13. * Arist.c.4. & 5. ¶Sed contra, est quod Philosoph. dicit in 7.* & 10. Ethic.* quòd delectatio est operatio connaturalis, & non impedita.

¶Hic primò quærit de prima, & potissima causa, quæ tamen non est ratio, quæ delectat, sed est ratio delectandi semper, quia scilicet dato, quòd delectabile sit aliud ab operatione, sicut quandoque operata sunt fines non operationes, tamen nulla res delectat, nisi mediante aliqua operatione, vel eo mediante, quod habet modum operationis, ita quòd semper ad minus est ratio delectandi.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum

*q.31.art.1. est, * ad delectationem duo requiruntur. s. consecutio boni conuenientis, & cognitio huiusmodi adeptionis.

¶D.S. respondet tali conclusione, Operatio est propria, & prima causa delectationis. Probatur, ad delectationem requiruntur consecutio boni conuenientis, & cognitio huius adeptionis; sed vtrunq; horum in quadam operatione consistit, ergo &c. Huius

Conclusio responsiua. rationis primò ponit maiorem, secundò minorem, ibi. Vtrunque, &c. tertiò conclusionem, ibi. Vnde oportet, &c. Maior autem patet ex supra dictis sæpe. Consequenter ibi.

¶Vtrunque autem horum in quadā operatione consistit. Nam actualis cognitio operatio est quædam, similiter bonum conueniens adipiscimur aliqua operatione, ipsa etiam operatio propria est quoddam bonum conueniens.

¶Subiungit minorem, quam probat clarè in litera.

¶Et nota pro ista minore, ꝙ sicut supra dictum fuit q.16.art.1. vsus est applicare ad operationem, capiendo operationem largè pro omni significato per modum operationis, prout habitio, & possessio dicitur operatio; ita & hic capitur operatio largè, quia aliquis delectatur de præsentia, & habitione, aut possessione conuenientis, quæ non dicunt operationes propriè, sed magis relationes designatas; tamen per modum operationum, & hoc patet ex solutione primi. Notat tamen D. S. ad secundum, ꝙ habere res est delectabile, inquantum habere includit potestatem vtendi, qui vsus est operatio etiam propriè; sed tamen habere in se non dicit veram operationem formaliter. Deinde ibi.

¶Vnde oportet, quòd omnis delectatio aliquam operationem consequatur.

¶Infert ipsam conclusionem, & patet.

¶Nota autem circa hoc vbi dicitur, ꝙ operatio sit causa dele-

Delectatio est operatio. ctationis (quod dubium videbatur in art.1. præcedentis quæstio,) ꝙ secundùm aliquos operatio dupliciter accipitur. s. communiter, & propriè. Operatio cōmuniter dicta se extendit ad omnem actum secundum procedentem à forma, vel habitu, siue mediatè, siue immediatè, & sic accipitur in 7. Ethic. cum dicitur in textu, ꝙ delectatio est operatio; alio modo accipitur propriè. s. pro actu secundo procedente ab actu primo. s. à forma, vel habitu, & sic accipitur operatio in 10. Ethicor. vbi dicitur, ꝙ delectatio nō est operatio, sed superueniens operationi; delectatio enim non procedit immediatè à forma, vel habitu, sed mediante propria operatione habitus, vel formæ, vbi patet quomodo delectatio est operatio, & quomodo non.

¶Nota etiam, ꝙ dicitur operatio habitus, qui est secundùm naturam non impeditam, quia habitus, qui congruit naturæ habenti impedimentum operationis, est cum difficultate in operando, quæ delectationem impedit; vnde habet D.S. in 4. non quælibet operatio est delectationis causa, sed operatio connaturalis habitus non impedita; & ideo quando cogimur ad aliquas operationes contrarias habitibus, qui nobis insunt, vel in quibus impedimenta patimur (ratione quorum accidit nobis fatigatio, & labor in huiusmodi operationibus) non delectamur, sed contristamur, hæc ille ad secundum, & vide ad longum in corpore.

¶Nota præterea, ꝙ operatio connaturalis habitus non impedita est causa delectationis formalis, quia obiectum est causa formalis specificatiua; materialis autem est ex parte subiecti, & est spiritus animalis, qui est proximum instrumentum animæ in operationibus, quę per corpus exercentur. Vide ibidem corpus articuli, quia declarat hic posita sub breuibus, &c.

¶Nota tamen ꝙ infra q.33.artic.4 ad secundum. D.S. habet, ꝙ operatio est causa efficiens, & in quarto habet, ꝙ est causa formalis, sed illa benè stant simul, quia est formalis non intrinseca, sed specificatiua obiectiua tanquam obiectum, & finis, & cum hoc effectiua impropriè, vt supra dictum est, & hoc quando operatio est obiectum delectationis; sed est effectiua, quia non est delectatio, nisi præsuppositā operatione, & quia ad eam sequitur per naturalem resultantiam, sicut passio ad subiectum.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsiuam.

¶Nota tamen, ꝙ illa prædicatio est causalis, delectatio est operatio connaturalis, & non impedita, vt patuit iam.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd ipsa obiecta operationum non sunt delectabilia, nisi inquantū coniunguntur nobis, vel per cognitionem solam, sicut cum delectamur in consideratione, vel inspectione aliquorum, vel quocunque alio modo simul cum cognitione, sicut cum aliquis delectatur in hoc, quòd cognoscit se habere quodcunque bonum, puta diuitias, vel honorē; vel aliquid huiusmodi, quæ quidem non essent delectabilia, nisi inquantum apprehēduntur vt habita; vt enim Philosophus dicit in secundo Polit.* Magnam delectationem habet putare aliquid sibi proprium, quæ procedit ex naturali amore alicuius ad seipsum; habere autem huiusmodi nihil est aliud quam vti eis, vel posse vti, & hoc est per aliquam operationem; vnde manifestum est, quòd omnis delectatio in operationem reducitur, sicut in causam.

¶Ad maiorem, requiritur cognitio, & ipsa est operatio, &c. Ad minorem, ipsa obiecta sunt quidem prius cognoscibilia, sed non delectant actu, nisi cognita, vel aliquo modo habita, & simul cognita, & ergo operatio semper est formalis ratio delectandi, & id sine quo non est conditio delectantis, sicut in simili supra habitum est, q.13.art.4. ꝙ electio est semper humanorum actuū, &c. Vltra, ergo operatio nō est propria causa, i. præcisa, & causa quę est tamen propria causa. i. principalis, & ratione cuius aliquid est delectabile, & causa per quam, &c.

¶Et nota, quòd aliqua coniunguntur nobis per cognitionem cum operatione. i. habente modum operationis, vt est habitio, quæ est vsus, vel ius vtendi, vnde D.S. dicit (vel posse vti) quod est habere ius; ius autem est relatio in ordine ad operationem, & ergo delectatio reducitur in operationem, sicut in causam propinquam, & immediatam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etiam in illis, in quibus operationes non sunt fines, sed operata, ipsa operata sunt delectabilia inquantum sunt habita, vel facta, quod refertur ad aliquem vsum, vel operationem.

¶Maior vera, & ipsa adeptio non est sine operatione. Ad minorem; verum, ꝙ bonum adeptum est operatum, sed illud nō delectat, nisi in ordine ad operationem, inquantum. s. est habitum, vel factū; habere autē, vel facere, vel per operatum velle aliquid consequi, est ipsum referre ad aliquam operationem. Finis etiam non adipiscitur, etiam si sit operatum, sine operatione.

¶Nota autem intellectum auctoritatis quam minor intendit, scilicet,

scilicet, ꝙ quandoq; operationes sunt fines, quandoque operata, sup.q.1.art.1.ad secundum.

¶Ad tertium dicendum, quòd operationes sunt delectabiles inquantum sunt proportionatæ, & connaturales operanti; cum autem virtus humana sit finita secundùm aliquam mensuram operatio est sibi proportionata, vnde si excedat illam mensuram, iam non erit sibi proportionata, nec delectabilis, sed magis laboriosa, & accidians; & secundùm hoc otium, & ludus, & alia quæ ad requiem pertinent delectabilia sunt, inquantum auferunt tristitiam, quæ est ex labore.

¶Ad maiorem, otium, & requies, &c. verum, tamen non sunt delectabilia inquantum auferunt operationem, sed vt auferunt tristitiam prouenientem ex labore, & superexcrescentia operationis. Vltra, ergo operatio, &c. Verum, quę habet improportionem, & excessum ad mensuram, & conditionem operantis. Vnde dictum est, ꝙ operatio connaturalis habitus, &c. & ergo quādiu est commensurata agenti, tam diu est delectabilis. Et probat, ꝙ non quælibet operatio est causa delectationis, tamen nihil est delectabile, nisi in ordine ad aliquam operationem. s. proportionatam, & cōnaturalem, &c. Vnde dicit D.S. in quarto, quamuis operatio secundùm se sit delectabilis, tamen inquantum adiungitur ei motus, qui fatigationem inducit est aliquo modo penosa, & contristans, vnde & per accidens quies est delectabilis inquantum tollit contristationis causam, hæc ille. Et ex his dicitur hic ad minorem, ꝙ sunt delectabilia per accidens, non quia opponuntur operationi, sed vt tollunt contristationis causam. s. fatigationem, & motum adiunctum operationi; & ita quies est per accidens delectabilis, operatio per accidēs cōtristans, per se autem delectans.

Vtrum motus sit causa delectationis.

F 4.dist.49.q.3.ar.2.ad 3. *q.31.ar.1. * Arist.c.12. AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd motus nō sit causa delectationis, quia sicut supra dictum est, * bonum præsentialiter adeptum est causa delectationis, vnde Philosoph. in 7. Ethic.* dicit, quòd delectatio non cōparatur generationi, sed operationi rei iam existentis; id autem quod mouetur ad aliud, nondum habet illud, sed quodammodo est in via generationis respectu illius secundùm ꝙ omni motui adiungitur generatio, & corruptio, vt dicitur in 8. Phisi. ergo motus non est causa delectationis.

¶ 2 Præterea, motus præcipuè laborem, & lassitudinem inducit in operibus, sed operationes ex hoc, ꝙ sunt laboriosæ, & lassantes, non sunt delectabiles, sed magis afflictiuæ; ergo motus nō est causa delectationis.

¶ 3 Præterea, motus importat innouationem quandam, quæ opponitur consuetudini, sed ea, quæ sunt cōsueta sunt nobis delectabilia, vt Phil. dicit in 1. Rhetor. ergo motus non est causa delectationis.

Arist. *Aug.c.3. to.1. ¶Sed contra est, quod Aug. dicit in 8. confes.* Quid est homo domine Deus meus cū tu in æternum tibiipse sis gaudium, & quędam de te circa te semper gaudeant, quod hæc rerum pars alterno defectu, & profectu offensionibus, & conciliationibus gaudet. Ex quo accipitur, ꝙ homines gaudent, & delectantur in quibusdam alternationibus, & sic motus videt esse causa delectationis.

¶Hic inquirit de causa delectationis præsertim sensibilis, & corporalis.

¶Respondeo dicendum, quòd ad delectationem tria requiruntur. s. duo quorum est coniunctio delectabilis; & tertium, quod est cognitio huius coniunctionis.

¶D.S. primo deducit conclusionem directè responsiuam, quam tantùm implicitè innuit; secundò ex ista deductione elicit quædam corollaria, ibi. Si ergo, &c. Conclusio responsiua intenta

Conclusio responsiua. est ista, Motus, seu transmutatio est causa delectationis in nobis (præsertim sensibilis, & corporalis.) Probatur, ad delectationem tria requiruntur. s. duo quorum coniunctio est delectabilis, & tertium, quod est cognitio huius delectationis; sed secundùm ista tria transmutatio, & motus est causa huius delectationis, & delectabilis in nobis, & natura transmutabili; ergo cōclusio vera; huius rationis D.S. ponit primò maiorem, secundò minorem probat quo ad singulas eius tres partes quo ad primam, ibi; Et secundùm hæc, quo ad secundam. Ex parte, &c. tertiam, ibi. Ex parte verò, &c. Maior ergo relinquitur nota ex dictis in præcedentibus, &c. Consequenter cum dicit.

¶Et secundùm hæc tria motus efficitur delectabilis, vt Philosoph. dicit in 7. Ethic.* & in primo Rhetoric.* Nam ex parte nostra, qui delectamur, transmutatio efficitur nobis delectabilis, propter hoc, quòd natura nostra transmutabilis est, & propter hoc, quod est nobis conueniens nunc, non erit conueniens postea, sicut calefieri ad ignem est cōueniens homini in hyeme, non autem in estate.

*Arist.c.7. *Arist.c.10.

¶Subiungit minorem sumptam ex Philosopho, & eam probat ratione, quo ad primam partem. s. quòd delectationis causa sit motus ex parte nostri, qui delectamur, sic. Id quod est conueniens nobis nunc, non erit conueniens postea, & è contra, & supple per consequens remotio eius est causa delectationis, vel appositio postea conuenientis, sed talis remotio est motus, igitur. Maior probatur in litera, quia natura nostra transmutabilis est, & exemplo clarè in litera. Patet etiam illa pars prima ad secundam in fine. Consequenter ibi.

¶Ex parte verò boni delectantis, quod nobis coniungitur fit etiam transmutatio delectabilis, quia actio continua alicuius agentis auget effectum, sicut quantò aliquis diutius appropinquat igni magis calefit, & desiccatur; naturalis autem habitudo in quadam mensura consistit; & ideo quando continuata præsentia delectabilis superexcedit mensuram naturalis habitudinis efficitur remotio eius delectabilis.

¶Probat secundam partem minoris principalis, scilicet, quòd ex parte delectantis, sic arguendo. Quando continuata præsentia delectabilis superexcedit mensuram naturalis habitudinis efficitur remotio eius delectabilis, sed talis remotio est motus, igitur, &c. Maior deducitur formaliter in litera. Deinde cum dicit.

¶Ex parte verò ipsius cognitionis, quia homo desiderat cognoscere aliquod totum, & perfectum; cum ergo aliqua non poterunt apprehendi tota simul, delectat in his transmutatio, vt vnum transeat, & alterum succedat, & sic totum sentiatur, vnde Aug. dicit in 3. confes.* Nō vis vtiq; stare syllabam, sed transuolare, vt aliæ veniant, & totum audias. Ita super omnia ex quibus vnum aliquid constat, & non sunt omnia simul, plus delectant omnia, quàm singula, si possint sentiri omnia.

*Aug.li.4. c.11.to.1.

¶Manifestat tertiam partem minoris sæpe dictæ. s. ex parte cognitionis. Et supponitur, ꝙ homo desiderat, & delectat cognoscere totum, & partem, tunc sic. Cum aliqua non poterunt apprehendi tota simul, delectat in his transmutatio, vt vnum transeat, & aliud succedat, sed transmutatio est motus, ergo, &c. Et sic ipsa cognitio perficitur per transmutationem. Maior apparet ex Augustin. & vult, ꝙ cognitio non habetur tota simul, sed successiuè, puta alicuius continuè, & successiuè prolationis, & quia pro simul non potest totum aduerti delectabile est, vt procedatur ad alias partes intelligendas, & sic motus est causa delectationis, infra, q.33.art.2.in cor. Deinde ibi.

¶Si ergo sit aliqua res cuius natura sit intransmutabilis, & non possit in ea fieri excessus naturalis habitus per continuationem delectabilis, & quæ possit totum suum delectabile simul intueri, non erit ei transmutatio delectabilis.

Corollariū ¶Elicit ex præcedenti deductione duo corollaria, secundum, ibi. Et quanto, &c. Primum est. In natura intransmutabili, motus non est causa delectationis. Probatur, cessante causa cessat effectus; sed vt dictum est, motus est causa delectationis propter transmutabilitatem delectati; & quia delectans potest superexcrescere naturalem habitudinem delectati; & quia cognitio habetur perfecta per transmutationem delectabilis, sed ista non habent locum in re, cuius natura est transmutabilis; ergo nec ibi motus est causa delectationis, vt dicebat corollarium. Tunc ibi.

¶ Et quantò aliquæ delectationes plus ad hoc accedunt, tantò plus continuari possunt.

Corollariū ¶Infert ex præcedenti aliud corollarium tale. Quantò aliquæ delectationes plus accedunt ad intransmutabilitatem, tantò plus, &c. Probatur, id quod magis accedit ad causam magis habet de effectu; sed causa continuationis delectationis est intransmutabilitas; quia non est ibi excrescentia, nec fit delectabile, qđ prius non erat, vel econtra; ergo, &c. & vult illud corollarium, ꝙ delectationes spirituales sunt potiores, & possunt magis continuari, quia magis accedunt ad intransmutabilitatem, quia magis remotæ à materia, &c.

¶ Confirmatur autem conclusio responsiua argumento in contrarium.

¶Ad pri-

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ id quod mouetur etsi nondum habeat perfectè id ad quod mouetur; incipit tamen iam aliquid habere eius ad quod mouetur; & secundùm hoc ipse motus habet aliquid delectationis; deficit tamen à delectationis perfectione; nam perfectiores delectationes sunt in rebus immobilibus; motus etiam efficitur delectabilis, inquantum per ipsum fit aliquid conueniens, quod prius conueniens non erat, vel desinit esse, vt supra dictum est.*

*In corpo.

¶Ad maiorem, bonum adeptum præsentialiter, &c. dico, q̃ si habetur totum pro simul, est perfecta delectatio; si autem adipiscitur imperfectè secundùm partem, est causa delectationis imperfectę, & successiuè; & tamen semper delectatio etiam imperfecta est de præsenti, & habito. Ad probationem dicitur, q̃ verum est, delectatio non est generatio pro tanto, quia operatio est posterior generatione; generatio autem est via in naturam, sed operatio est vsus formæ, vel habitus; delectatio autem est operatio, & ita post naturam; generatio autem ante naturam; & ista est ratio Philosophi ibidem contra Platonem, vnde dicitur, q̃ ista operatio iam existentis in natura (.i. operatio sequens rem operatam) & est etiam existentis .i. habentis rem conuenientem, & si perfectè, est perfecta delectatio.

¶Ad minorem, id quod mouetur ad aliud nondum, &c. verum, perfectè, & totum, potest tamen habere partem eius, & sic delecta ri imperfectè, & successiuè. Et secundò dicitur, q̃ argumentũ probat, q̃ motus non est causa delectationis solùm, & per se propter coniunctionem ipsam perficiendam per motum, sed etiam propter alias causas dictas, quia videlicet per motum fit conueniens, quod prius non erat, vel desinit esse, ideo oportet auferri, vel apponi, &c.

¶Ad secundum dicendum, quòd motus laborem, & lassitudinem inducit, secundùm q̃ transcendit habitudinem naturalem; sic autem motus non est delectabilis, sed secundùm quòd remouentur contraria habitudinis naturalis.

¶Ad maiorem dicitur, q̃ motus inducit lassitudinem inquantum facit delectabile superexcrescere mensuram, & naturalem habitudinem delectati, vt patet art. 1. ad tertium. sed est causa delectationis inquantum remouet id quod excedit mensuram, & habitudinem delectati, vel inquantum per motum remouetur id, quod prius erat conueniens, & modo non est, & econtra. Minor vera, ergo motus aliquis, qui lassat, sed non ille, qui tollit lassans, &c. Probat ergo, q̃ non quilibet motus, tamen aliquis qui facit ad tria prædicta.

¶Ad tertium dicendum, quòd id quod est consuetum efficitur delectabile, inquantum efficitur naturale; nam consuetudo est quasi altera natura; motus autem est delectabilis, non quidem quo receditur à consuetudine, sed magis secundùm quod per ipsum impeditur corruptio naturalis habitudinis, quæ posset prouenire ex assiduitate alicuius operationis; & sic ex eadem causa connaturalitatis efficitur consuetudo delectabilis, & motus.

¶Ad maiorem dico, q̃ non omnis innouatio opponitur consuetudini; quia innouatio qua remouetur id quod non est conueniens, vel excedit modum delectantis non opponitur (licet aliquis motus, puta, qui est ad contrarium cõsuetudini opponatur.) Ad minorem, sunt consueta delectabilia inquantum sunt connaturalia, quia ex assiduitate generatur consuetudo, quæ est altera natura; & quia aliquis motus est, qui remouet corruptiuum talis dispositionis connaturalis, vel quasi connaturalis; ideo talis est causa delectationis eadem radice qua & consuetudo. Vltra, ergo motus, &c. verum, quo receditur à consuetudine non est causa delectationis, sed ille quo abijcitur id quod erat contra consuetudinem, vel naturalitatem delectati, vel quod nunc non est conueniens.

Vtrum spes, & memoria sint causæ delectationis.

G

Inf. q. 40. ar tic. 8. & 22. q. 30. art. 1. ad 3. & 12. Meth. li. 6. co. 5.

A D tertium sic proceditur. Videtur, quòd memoria, & spes non sint causæ delectationis. Delectatio enim est de bono præsenti, vt Damasc. dicit;* sed memoria, & spes sunt de absenti; est enim memoria præteritorum, spes verò futurorum; ergo memoria, & spes non sunt causa delectationis.

* Damasc. li. 2. ortho. fid. c. 12.

Prouer. 14.

¶ 2 Præterea, idem non est causa contrariorum, sed spes est causa afflictionis. Dicitur enim Prouer. 14. Spes, quæ differtur affligit animam; ergo spes non est causa delectationis.

¶ 3 Præterea, sicut spes conuenit cum delectatione in eo, q̃ est de bono, ita etiam & cõcupiscentia, & amor; non ergo magis debet assignari spes causa delectationis, quàm concupiscentia, vel amor.

¶Sed contra est, quod dicitur Rom. 12. Spe gaudentes. & in Psal. Memor fui Dei, & delectatus sum.

Rom. 12. Psal.

¶Hic quærit de alia causa. Memoria enim & spes conueniunt in hoc, q̃ aliquo modo faciunt præsentiam boni cõuenientis; ideo comprehenduntur sub vna causa.

¶Respondeo dicendum, quòd delectatio causatur ex præsentia boni conuenientis, secundùm quòd sentitur, vel qualitercunque percipitur. Est autem aliquis præsens nobis dupliciter. Vno modo secundùm cognitionem, prout scilicet cognitum est in cognoscente secundùm suam similitudinem. Alio modo secundùm rem, prout scilicet vnum alteri realiter coniungitur, vel actu, vel potentia, secundùm quemcunque coniunctionis modum.

¶D. S. primò respondet quæsito, secundò comparat delectationes sequentes memoriam, spem, & sensum, quę sit earum potior, ibi. Et quia, &c. Quo ad primum D. S. intendit talem conclusionem responsiuam implicitè, memoria, & spes sunt causa delectationis. Probatur, delectatio causatur ex præsentia boni, &c. vt in principio literæ; sed memoria, & spes faciunt præsentiam conuenientis, igitur, &c. Maior patet ex supra dictis. Minor probatur in litera, quia dupliciter aliquid fit nobis præsens. Vno modo secundùm cognitionem, &c. Alio modo secundùm rem, actu, vel potentia; sed memoria facit præsentia secundùm cognitionem; spes autem secundùm potentiam, igitur minor vera.

¶Nota, q̃ in spe est præsentia, & coniunctio secundùm potentiam non passiuam materiæ, sed actiuam verè, vel præsense sperantis, quia videlicet habet potentiam, q̃ possit consequi rem speratam, quia nullus sperat nisi possibile, &c.

¶Et quia maior est coniunctio secundùm rem, quàm secundùm similitudinem, quę est coniunctio cognitionis. Item maior est coniunctio rei in actu, quàm in potentia; ideo maxima est delectatio, quæ fit per sensum, qui requirit præsentiam rei sensibilis; secundum autem gradum tenet delectatio spei, in qua non solùm est delectabilis coniunctio secundùm apprehensionem, sed etiam secundùm facultatem, vel possibilitatem adipiscendi bonum, quod delectat; tertium autem gradum tenet delectatio memoriæ quæ habet solam cõiunctionem apprehensionis.

¶Hic consequenter pro maiori explicatione materiæ comparat ex dictis delectationes, quę sunt sequentes præsentiam apprehensionis sensus, & spei, & memoriæ, tali conclusione. Maxima est delectatio, quę fit per sensum; secundum autem gradum tenet delectatio spei; tertium autem delectatio memoriæ. Probatur, delectatio sequitur coniunctionem, & præsentiam delectabilis, sed est maior coniunctio secũdùm sensum, quàm secundũ spem, & secundùm spem maior, quàm secundùm memoriã, igitur, &c. Maior nota. Minor patet, quia secundùm sensum est præsentia realis sensibilis actu, secundùm spem est realis in potentia, secundùm memoriam tantùm secundùm apprehensionem, igitur, &c.

¶Nota, q̃ quamuis delectatio, quæ est de sensibili præsente habeat causam in corpore, non tamen per hoc tollitur quin sit passio, sicut & D. S. infra habet de dolore, vnde causa delectationis sensibilis est coniunctio realis, sed vlterius etiam sensus interior apprehendit, & immutatur etiam concupiscibilis, vnde non perficitur delectatio in apprehensione, sed vlterius terminatur in affectu, & ideo D. S. videtur emendasse, quæ ponit in de Veri. Mate. 26. art. 4. ad quintum, infra, q. 35. art. 1. ad primum. in simili de dolore quem ibidem dicit non propriè esse passionem, vnde corpus non dolet, nec delectatur, nisi anima prius doleat, vel delectetur; & per consequens appetitus etiam immutatur, & immutat corpus secundùm proportionem appetitus, &c.

¶Confirmatur conclusio responsiua quo ad primam partem, q̃ memoria est causa delectationis.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd spes, & memoria sunt quidem eorum, quæ sunt simpliciter absentia, quæ tamen secundùm quid sunt præsentia, s. vel secundùm apprehensionem solam, vel secundùm apprehensionem, & facultatem ad minus æstimatam.

¶Ad

¶Ad maiorẽ, delectatio est de bono præsenti ad minus aliquo modo, sed non oportet, q̃ semper sit præsens secundùm se, & secundùm rem; sed sufficit præsentia in esse apprehenso; secundò delectatio maxima est de præsenti secundùm rem, sed delectatio aliqualis est de aliqualiter præsenti.

¶Ad minorem, sunt de absenti secundùm se, tamen de præsenti secundùm apprehensionem, vel etiam cum hoc secundùm potentiam, & facultatem ad minus æstimatam.

¶Ad secundum dicẽdum, q̃ nihil prohibet idem secundùm diuersa esse causam contrariorum; sic igitur spes inquantum habet præsentem æstimationem boni futuri delectationem causat, inquantum autem caret præsentia eius causat afflictionem.

¶Ad maiorem, idem secundùm idem, & eodem modo se habens, & hoc in naturalibus non est causa contrariorum, tamen idem secundùm diuersa, & diuerso modo potest esse causa contrariorum, vnius videlicet per se, alterius per accidens.

¶Ad minorem, spes est causa afflictionis, vt caret præsentia realis boni sperati, sed vt habet æstimationem præsentem, & apprehensionem facultatis habendi rem, sic est causa delectationis, vt futurorum est præsens, tum in apprehensione, tum in facultate sperantis, & sic est causa contrariorum secundùm diuersa, &c.

Ad tertium dicendum, q̃ amor, & cõcupiscentia delectationem causant; omne enim amatum fit delectabile amanti, eo q̃ amor est quædam vnio, vel connaturalitas amantis ad amatum; similiter etiam omne concupitum est delectabile concupiscenti, cum concupiscentia sit præcipuè appetitus delectationis; sed tamen spes inquantum importat quandam certitudinem realis præsentiæ boni delectantis, quam non importat, nec amor, nec concupiscentia, spes magis ponitur causa delectationis, quàm illa, & similiter magis, quàm memoria, quę est de eo, quod iam transijt.

¶Ad maiorem, vera, tamen spes propinquius se habet ad bonum, quàm amor, & concupiscentia; nam multa amamus, quę nõ speramus; superaddit ergo spes quandam certitudinem, & facultatem respectu præsentiæ futuræ possibilis, quæ amor, & concupiscentia non important, & quia spes auget, & fortificat concupiscentiam. Vltra, non ergo, negatur, q̃ nõ magis. Conceditur quidem, q̃ amor, & cõcupiscentia est causa delectationis (ad sensum supra dictum, q. 26. articu. 1. ad secundum, vt habet principium solutionis D. S.) sed magis spes, & etiam magis, quàm memoria, quæ est de eo, quod transijt in se, & est solùm præsens secundùm apprehensionem memoratiuam, sed quod speratur est præsens secundùm apprehensionem, & fm rem in potentia tamen, &c.

Vtrum tristitia sit causa delectationis.

H

Infra q. 35. art. 5. ad 1. Et q. 48. ar. 1. cor.

A D quartum sic proceditur. Videtur, q̃ tristitia non sit causa delectationis. Contrarium enim non est causa contrarij, sed tristitia contrariatur delectationi; ergo non est causa delectationis.

¶ 2 Præterea, contrariorum contrarij sunt effectus, sed delectabilia memorata sunt causa delectationis; ergo tristitia memorata sunt causa doloris, & non delectationis.

¶ 3 Præterea, sicut se habet tristitia ad delectationem, ita odium ad amorem; sed odium non est causa amoris, sed magis è conuerso, vt supra dictum est;* ergo tristitia non est causa delectationis.

* q. 29. ar. 2.

¶Sed contra est, quod in Psal. dicitur. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte. Per panem autem refectio delectationis intelligitur; ergo lachrymæ, quæ ex tristitia oriuntur possunt esse delectationis causa.

¶Hic inquirit de alia causa intrinseca, & per accidens, quæ est pro tanto intrinseca, quia intra eum, qui delectatur.

¶Respondeo dicendum, q̃ tristitia potest dupliciter considerari. Vno modo secundùm q̃ est in actu. Alio modo secundùm q̃ est in memoria.

¶D. S. primò præmittit quoddam notabile distinctiuũ innuens duplicẽ sensum quæsiti; secundò secundùm hoc distinctè respondet, ibi. Et vtroque, &c. Dicit ergo primò, q̃ tristitiam possumus considerare dupliciter. Vno modo secundùm q̃ est actu (.i. secundùm q̃ aliquis actualiter tristatur de absentia, vel amissione amici, vel rei dilectæ.) Alio modo secundũ q̃ est in memoria .i. secundùm q̃ quis memoratur tristitiæ suæ præteritæ in qua aliquando fuit. Consequenter cum dicit.

¶Et vtroque modo tristitia potest esse delectationis causa. Tristitia quidem in actu existens est causa delectationis, inquantum facit memoriam rei dilectæ, de cuius absentia aliquis tristatur, & tamen de sola eius apprehensione delectatur.

¶Iuxta præmissum duplicem sensum quæsiti respondet tali conclusione, vtroq; modo. s. vt est in actu, & vt est in memoria, tristitia potest esse delectationis causa. Hanc conclusionem probat primò quo ad primam partem; secundò quo ad secũdam, ibi. Memoria autem, &c. Prima pars probatur sic. Illud quod facit memoriam, & apprehẽsionem rei dilectæ est causa delectationis, sed tristitia est huiusmodi, &c. Maior patet ex ar. 4. Minor patet, q̃a nullus tristatur de re, nisi apprehendat eam, & ratione apprehensionis lætatur, licet contristetur de absentia, habetur ex ista probatione, q̃ non quæcunq; tristitia præsens est causa delectationis, quia non illa, quæ est de malo præsenti, sed quę est de bono absente, & amato, cuius apprehensio est delectabilis; & quia tristitia nõ potest esse sine eius apprehensione, ideo ratione istius apprehensionis tristitia est causa per accidens (.i. per aliud) delectationis. Deinde cum dicit.

Conclusio responsiua.

¶Memoria autem tristitiæ fit causa delectationis pp subsequentem euasionem; nam carere malo accipitur in ratione boni, vnde fm q̃ homo apprehendit se euasisse ab aliquibus tristibus, & dolorosis accrescit ei gaudij materia, secundùm q̃ Aug. dicit 22. de ciui. Dei. quòd sæpe læti tristium meminimus, & sani dolorum sine dolore, & inde amplius lęti, & grati sumus. Et in 8. confes. dicit,* q̃ quanto magis fuit periculum in prælio, tanto maius erit gaudium in triumpho.

*Aug. c. 11. to. 1.

* Idem c. 3. to. 1.

¶Probat secundam partem conclusionis respon. sic. Memoria tristitiæ pręteritę inducit etiam memoriam euasionis à malis, sed ex hoc, q̃ homo apprehendit se euasisse ab aliquibus tristibus, accrescit ei gaudij materia, igitur tristitia memorata ratione memoratæ liberationis à contristantibus, est per accidens causa delectationis, & gaudij. Maior nota. Minor patet ratione, quia carere malo, bonum est, & ex duplici auctoritate Beati Augustini in litera clarè.

¶Et nota ex hac probatione, q̃ non quæcunque tristitia memorata est causa delectationis, etiam per accidens, sed quę habet annexam liberationem à tristibus, vt patet etiam ad secundum.

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima parte conclusionis, quia tristitia præsens ratione apprehensionis dilecti, est causa delectationis, vel gaudij.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ contrarium quandoq; per accidens est causa contrarij, sicut frigidũ quandoq; calefacit, vt dicitur in 8. Physi.* & similiter tristitia per accidens est delectationis causa, inquantum fit per eam apprehensio alicuius delectabilis.

* Ari. tex. 8.

¶Ad maiorem, contrarium non est causa contrarij per se, tamen per accidens, vt patuit supra sæpius. Minor vera; ergo tristitia non est, &c. per se, & ratione suiipsius, tamen per accidens (.s. ratione alicuius adiuncti) scilicet vel ratione apprehensionis rei delectabilis, est causa delectationis, velut facit memoriam euasionis mali, quæ est quoddam bonum.

¶Ad secundum dicendum, q̃ tristia memorata inquantum sunt tristia, & delectabilibus contraria, nõ causant delectationem, sed inquantum ab eis homo liberatur; & similiter memoria delectabilium, ex eo q̃ sunt amissa potest causare tristitiam.

¶Ad maiorem, contrariorum effectus per se sunt contrarij, tamen possunt habere eundem effectum, qui est vnius per se, alterius per accidens.

¶Ad minorem, delectabilia memorata, vt sic, sunt causa delectationis, tamen memorata vt amissa, possunt esse causa tristitiæ. Sic per oppositum tristia memorata, vt euitata, sunt causa delectationis per accidens. Vltra, ergo tristia memorata, &c. Verum, vt sic, tamen vt aliquis ea euaserit sunt delectabilia.

¶Ad tertium dicendum, quòd odium etiam per accidens potest esse causa amoris, prout. s. aliqui diligunt se inquantum conueniunt in odio vnius, & eiusdem.

¶Ad minorem, odium non est causa amoris, verum per se, tamen benè per accidens. Sicut ex hoc, q̃ duo conueniunt in odio tertij, per accidens se amant, sicut Hærodes, & Pilatus. Econtra autem amor est causa odij, non quidem sibi contrarij, sed ex se dependentis per se, odij videlicet, quod habetur ad contrarium amati, vt patuit sup. q. 29. art. 2. ad secundum. Ergo tristitia non est causa delectationis. Verum, per se, & ratione sui, sed ratione adiuncti. Sicut est de Antiparistasi.

Vtrum

Vtrum actiones aliorum ſint nobis delectationis cauſa.

I AD quintum ſic proceditur. Videtur, quòd actiones aliorum non ſint nobis delectationis cauſa. Cauſa enim delectationis eſt proprium bonum coniunctum; ſed aliorum operationes non ſunt nobis coniunctæ; ergo non ſunt nobis cauſa delectationis.

¶ 2 Præterea, operatio eſt proprium bonum operantis; ſi igitur operationes aliorum ſint nobis cauſa delectationis; pari ratione omnia alia bona aliorum, erunt nobis delectationis cauſa, quod patet eſſe falſum.

¶ 3 Præterea, operatio eſt delectabilis, inquantum
Ariſt.c.3. procedit ex habitu nobis innato, vnde dicitur 2. Ethic. ꝙ ſignum generati habitus oportet accipere fientem in opere delectationem; ſed operationes aliorum non procedunt ex habitibus, qui in nobis ſunt; ſed interdum ex habitibus, qui ſunt in operantibus; non ergo operationes aliorũ ſunt nobis delectabiles, ſed ipſis operantibus.

¶Sed contra eſt, quod dicitur in ſecunda canonica
D. Ioan. Ioannis. Gauiſus ſum valde, quia inueni de filijs tuis ambulantes in veritate.

¶Hic conſequenter D. S. inquirit de cauſa delectationis extrinſeca (quod eſt ſecundum principale huius quæſtionis) per reliquos quatuor articulos, ſecundùm ꝙ quatuor poſſunt aliqualiter dici cauſæ extrinſecæ delectationis, vt patebit proſequendo.

* Art. 1. ¶Reſpondeo dicendum, quòd ſicut iam dictum eſt,* ad delectationem duo requiruntur. ſ. cõſecutio proprij boni, & cognitio proprij boni conſecuti. Tripliciter ergo operatio alterius poteſt eſſe delectationis cauſa.

¶D. S. reſpondet tali concluſione. Tripliciter operatio alterius poteſt eſſe cauſa delectationis. Probatur, per operationem alterius conſequimur aliquod bonum, & per operationes aliorũ efficitur nobis aliqua cognitio, vel æſtimatio proprij boni. Et operationes aliorum, ſi ſint bonæ æſtimãtur vt bonum proprium, propter vim amoris; igitur concluſio vera. Huius rationis probat primò conſequentiam; ſecundò primam partem antecedentis, ibi. Vno modo, &c. tertiò ſecundam, ibi. Alio modo, &c. quartò tertiam, ibi. Tertio modo, &c. Tenet ergo conſequentia, quia ad delectationem duo requiruntur. ſ. conſecutio proprij boni, vel tanquam proprij boni, & cognitio boni proprij conſecuti. Ergo ſi per operationes conſequimur bonum, vel ipſe habentur, vt bonum noſtrum, & ſi faciant cognitionem proprij boni, erunt cauſa delectationis tripliciter. Conſequenter cum dicit.

¶Vno modo inquantum per operationem alicuius conſequimur aliquod bonum, & ſecundùm hoc operationes illorum, qui nobis aliquod bonum faciunt ſunt nobis delectabiles, quia benè pati ab alio eſt delectabile.

¶Subiungit primam partem antecedentis cum explicatione, quia ſecundùm operationem aliorum benè patimur, qđ eſt delectabile; habet tamen Philoſophus quarto Ethicorum, quòd virtutis eſt magis benefacere, quàm benè pati, & benè operari magis quàm turpia non operari, quia talia ſunt honeſta, quæ reſpicit virtus per ſe; ſed benè pati eſt delectabile, quia vtile. conſequenter ibi.

¶Alio modo ſecundùm ꝙ per operationes aliorum efficitur nobis aliqua cognitio, vel aliqua æſtimatio proprij boni, & propter hoc homines delectantur in hoc, quòd laudantur, vel honorantur ab alijs, quia ſcilicet per hoc accipiunt æſtimationem in ſeipſis aliquod bonum eſſe.

¶Inducit ſecundam partem antecedentis, quam primò declarat, ſecundò ex ea infert tria corollaria, primum ibi. Et quia, &c. ſecundum ibi. Et quia adulator, &c. tertium ibi. Et quia amor, &c. Explicat ergo iſtam ſecundam partem antecedentis à ſigno, quia videmus, quòd homines delectantur, ꝙ laudantur ab alijs. Deinde cum dicit.

¶Et quia iſta æſtimatio fortius generatur ex teſtimonio bonorum, & ſapientum; ideo in horum laudibus, & honoribus homines magis delectantur.

¶Elicit primum corollarium ex prædicta ſecunda parte antecedentis. ſ. in laudibus bonorum, & ſapientum, homines magis delectantur; pater, quia ibi generatur maior æſtimatio boni proprij, quæ facit ad delectationem, vt patuit. Deinde ibi.

¶Et quia adulator eſt apparens laudator, propter hoc etiam adulationes quibuſdam ſunt delectabiles.

¶Infert ſecundum corollarium tale. Adulationes ſunt quibuſdam (ſ. vanis) delectabiles. Probatur, laudationes ſunt quibuſdam delectabiles. Adulationes ſunt apparenter laudationes, ergo, &c. maior patuit, minor probatur in litera, quia adulator eſt apparens laudator, &c. Supra vide q. 18. ar. 9. ad 2. vbi dictum eſt quis ſit adulator, &c. Deinde ibi.

¶Et quia amor eſt alicuius boni, & admiratio alicuius magni; iccirco amari ab alijs, & in admiratione haberi eſt delectabile, inquantum per hoc fit homini æſtimatio propriæ bonitatis, vel magnitudinis in quibus aliquis delectatur.

¶Deducit ex præcedentibus tertium corollarium tale. Amari, & in ammiratione haberi eſt delectabile. Probatur, aliquis delectatur in æſtimatione propriæ bonitatis, & magnitudinis. Sed per hoc, ꝙ aliquis habetur in amore, & admiratione generatur in eo æſtimatio alicuius boni, & magni in ſe, ergo, &c. maior patuit, minor nota etiam ad ſenſum. Tunc ibi.

¶Tertio modo inquantum ipſæ operationes aliorum ſi ſint bonæ æſtimantur vt bonum proprium propter vim amoris, qui facit æſtimare amicum quaſi eundem ſibi, & propter odium, quod facit æſtimare bonum alterius eſſe ſibi contrarium, efficitur mala operatio inimici delectabilis; vnde dicitur 1. Cor. 13. ꝙ charitas non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati.

¶Ponit tertiam partem antecedentis principalis, quæ probatur ſic. Amor facit æſtimare amicum quaſi eundem ſibi; ergo facit operationem amici tanquam propriũ bonum, & per conſequens delectabilem. Et probatur per oppoſitum de odio clarè in litera.

¶Et iuxta hanc tertiam partem antecedentis confirmatur concluſio reſpon. argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ operatio alterius poteſt eſſe mihi coniuncta, vel per effectũ, ſicut in primo modo, vel per apprehenſionem, ſicut in ſecundo modo, vel per affectionem, ſicut in tertio modo.

¶Ad maiorem, bonum coniunctum aliquo modo, vel ſecundùm ſe, vel in effectu, vel ſecundùm apprehenſionem, & affectũ. Tunc negatur minor, quòd operationes aliorum non ſint nobis coniunctæ aliquo horum modorum. Si enim quis daret tunicam, datio ſua ſatis coniunge retur accipienti.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ratio illa procedit quantum ad tertium modum, non autem quantum ad duos primos.

¶Maior præſertim vera de operatione immanente non tranſeunte, vt patuit q. 31. artic. 5. in corpore, & ſupra etiam. Et eſto ita ſit, tunc dico, quòd vt ſic inquantum eſt bonum operantis non eſt delectabilis primo, & ſecundo modis, quia vt ſic non efficit aliquid in me. Poteſt tamen eſſe cauſa delectationis tertio modo ſic, quia omnia bona amici ſunt delectabilia. Vltra. Si &c. Dico, ꝙ ſunt quidem & alia bona delectationis, ſed nõ pari ratione, quia nihil efficiunt in nobis ſicut operatio, & ergo ſunt delectabilia tertio modo, non primo modo, & ſecundo, niſi ratione operationis, &c.

¶Ad tertium dicendum, quòd operationes aliorum, & ſi non procedant ex habitibus, qui in me ſunt, cauſant tamen in me aliquid delectabile, vel faciunt mihi æſtimationem, ſiue apprehenſionem proprij habitus, vel procedunt ex habitu illius, qui eſt vnum mecum per amorem.

¶Ad maiorem dicitur extra literam, ꝙ operatio eſt delectabilis operanti, vt procedit ex habitu nobis innato. i. intra nos exiſtente. Tamen poteſt eſſe alteri delectabilis triplici modo tacto in ſolutione, & in corpore.

¶Ad minorem. Verum, tamen procedunt conformiter ad habitus, qui in nobis ſunt. Sicut aliqui habent gratiam receptiuam quaſi habitualem, & datio aliorum eſt huic habitui conformis, & cum hoc cauſat delectabile, vel facit æſtimare habitũ, vel procedunt ex habitu, qui habetur tanquam meus, propter vnitatem affectionalem agentis, & eius circa quem agit, &c.

Vtrum benefacere alteri ſit cauſa delectationis.

AD ſextum ſic proceditur. Videtur, quòd benefacere alteri non ſit delectationis cauſa. Delectatio enim cauſatur ex conſequutione proprij boni, ſicut ſupra dictum eſt, * ſed benefacere non pertinet ad conſequutionem proprij boni, ſed magis ad emiſſionem; ergo magis vt eſſe cauſa triſtitiæ, quàm delectationis.

¶ 2 Præterea, Philoſoph. dicit in 4. Ethic.* quòd illiberalitas connaturalior eſt hominibus, quàm prodigalitas; ſed ad prodigalitatẽ pertinet benefacere alijs, ad illiberalitatem autem pertinet deſiſtere à benefaciendo; cum ergo operatio cõnaturalis ſit delectabilis vnicuiq;, vt dicitur in 7.* & 10. Ethic.* videtur ꝙ benefacere alijs non ſit cauſa delectationis.

*Ariſt.c.1.
*Ariſt.c.12. & 13.
*Ariſt.c.4. & 5.

¶ 3 Præterea, contrarij effectus ex contrarijs cauſis procedunt, ſed quædam quæ pertinent ad malefacere ſunt naturaliter homini delectabilia, ſicut vincere, redarguere, vel increpare alios, & etiam punire, quantum
Ariſt.c.11. ad iratos, vt dicit Philoſophus in primo Rhetoric. ergo benefacere magis eſt cauſa triſtitiæ, quàm delectationis.

¶Sed contra eſt, quod Philoſophus dicit in primo
Ariſt.c.3. Politic. ꝙ largiri, & auxiliari amicis, aut extraneis, eſt delectabiliſſimum.

¶Hic quærit de alia cauſa, etiam aliqualiter extrinſeca. ſ. de benefacere alteri.

¶Reſpondeo dicendum, quòd hoc ipſum, quod eſt benefacere alteri poteſt tripliciter eſſe delectationis cauſa. Vno modo per comparationem ad effectum, quod eſt bonum in altero conſtitutum, & ſecundùm hoc inquantum bonum alterius reputamus quaſi noſtrum bonum propter vnionem amoris, delectamur in bono, quod per nos fit alijs, præcipuè amicis, ſicut in bono proprio.

¶D. S. reſpondet tali concluſione. Benefacere alteri tripliciter (i. triplici ratione, & cauſa) eſt cauſa delectationis, per comparationem. ſ. ad effectum, ad finem, ad principium. Prima ratio procedit de amicitia honeſti. Secunda de amicitia vtilis, quam ponit ibi. Alio modo, &c. Tertia de ex vtriſque permixta amicitia, quã ponit ibi Tertio modo, &c. Quo ad primam partem, & rationem arguitur ſic. In proprio bono delectamur, ſed bonum in altero amico per benefacere conſtitutum, habetur vt proprium bonum; igitur ex parte boni alteri exhibiti, ſicut effectus, benefacere eſt cauſa delectationis. Maior nota. Minor patet ex virtute amoris, qui facit bonum amici reputare tanquam bonum noſtrum. Et patuit illa minor artic. 5. in fine. Conſequenter cum dicit.

¶Alio modo per cõparationem ad finem, ſicut cum aliquis per hoc, ꝙ alteri benefacit ſperat conſequi aliqđ bonum ſibiipſi, vel à Deo, vel ab homine; ſpes autem delectationis eſt cauſa.

¶Probat ſecundam partem concluſionis ſic. Spes eſt delectationis cauſa, ſed per hoc, ꝙ aliquis benefacit, ſperat aliquod bonum conſequi; igitur propter finem quæſitum, benefacere eſt delectabile, &c. Conſequenter ibi.

¶Tertio modo per comparationem ad principium, & ſic hoc, quod eſt benefacere alteri poteſt eſſe delectabile per comparationem ad triplex principium. Quorum vnum eſt facultas benefaciendi, & ſecundùm hoc benefacere alteri fit delectabile, inquantum per hoc fit homini quædam imaginatio abundantis boni in ſeipſo exiſtentis ex quo poſſit alijs communicare; & ideo homines delectantur in filijs, & operibus proprijs, ſicut quibus communicant proprium bonum.

¶Manifeſtat tertiam partem cõcluſionis, & hoc tripliciter, ſecũdùm ꝙ triplex principium poteſt eſſe, ꝙ benefacere cauſat delectationem. ſ. facultas benefaciendi, habitus inclinans, ibi. Aliud principium, &c. Et motiuum principium, ibi. Tertium, &c. Quo ad primum arguitur ſic. Illud eſt cauſa delectationis, quod facit in homine imaginationem, & æſtimationem proprij boni, & facultatis benefaciendi; ſed benefacere facit æſtimationem facultatis, & abũdantię; ergo. Minor in litera. Maior probatur à ſigno.

¶Aliud principium eſt habitus inclinans, ſecundùm quem benefacere ſit alicui connaturale, vnde liberales delectabiliter dant alijs.

¶Deducit tertiam partem concluſionis ex ſecundo principio benefaciendi ſic. Illud quod procedit ex habitu connaturali eſt delectabile; ſed benefacere eſt huiuſmodi quandoque, ſicut patet de liberali, &c. Deinde ibi.

¶Tertium principiũ eſt motiuũ, puta cũ aliquis mouetur ab aliquo quẽ diligit ad benefaciendũ alicui; oĩa enim quæ facimus, vel patimur pp amicum delectabilia ſunt, quia amor præcipua cauſa delectationis eſt.

¶Declarat eandem partem ex tertio principio ſic. Id qđ procedit ex amore eſt delectabile, ſed aliquod benefacere procedit ex amore mouente (puta cum aliquis, &c.) vt in litera, igitur, &c. Maior claret ex litera.

¶Et confirmatur concluſio totalis auctoritate Philoſophi adducta in argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ emiſſio inquantum eſt indicatiua proprij boni eſt delectabilis; ſed inquantum euacuat proprium bonum poteſt eſſe contriſtabilis, ſicut quando eſt immoderata.

¶Ad maiorem, delectatio cauſatur ex conſecutione proprij boni, & etiam ex apprehenſione, & æſtimatione ſui boni præſertim abundantis.

¶Ad minorem. Tamen etiam emiſſio eſt delectabilis, vt indicatiua proprij boni, licet non vt euacuat proprium bonum, & vt immoderata.

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ prodigalitas habet immoderatam emiſſionem, quæ repugnat naturæ, & ideo prodigalitas dicitur eſſe contra naturam.

¶Ad maiorem vera, quia prodigalitas habet immoderatam emiſſionem, quæ eſt innaturalis, non tamen moderata; quia immoderata emiſſio priuat hominem proprio bono neceſſario, qđ eſt contra naturam (abijcere. ſ. neceſſaria.) Vnde 4. Ethic. Corruptio diuitiarũ per quas homo viuit, eſt quædã ipſius eſſe perditio.

¶Ad minorem, pertinet ad prodigalitatem benefacere alijs eſt ſui detrimento; ergo benefacere alijs immoderatè, & vt benefacere, priuat homines bonis neceſſarijs. Tamen & illud eſt delectabile, vt facit æſtimationem abundantiæ proprij boni. De iſta materia in ſecunda ſecundæ, q. 117. & q. 119 art. 3.

¶Nota, ꝙ textus Philoſophi, qui hic allegatur in maiore ſic habet. Illiberalitas autem inſatiabilis eſt. Videtur enim ſenectus, & omnis impotentia illiberales facere. Et magis connaturale hominibus prodigalitate. Multi enim amatores pecuniarum magis quàm datores, hæc textus.

¶Et nota, ꝙ natura hominis inclinat ad amorem diuitiarum, inquantum per eas vita hominis in eſſe conſeruatur. Et per conſequens illiberalitas eſt naturalior. i. magis ſequitur inclinationem naturę, & habet maiorem occaſionem ex natura hominis ratione generis, licet ſit peior, vt Philoſophus ibidem probat tribus rationibus.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ vincere, redarguere, & punire non eſt delectabile, inquantum ſunt in malum alterius, ſed inquantum pertinet ad proprium bonum, qđ plus homo amat, quàm odiat malum alterius; vincere enim eſt delectabile naturaliter, inquantum per hoc fit æſtimatio propriæ excellentiæ; & propter hoc omnes ludi in quibus eſt concertatio, & in quibus poteſt eſſe victoria ſunt maximè delectabiles, & vniuerſaliter omnes concertationes ſecundùm ꝙ habent ſpem victoriæ. Redarguere autem & increpare poteſt eſſe dupliciter delectationis cauſa. Vno modo inquantum facit hominis imaginationem propriæ ſapientiæ, & excellentiæ; increpare enim, & corripere eſt ſapientum, & maiorum. Alio modo ſm ꝙ aliquis increpando, & reprehendendo alteri benefacit, quod eſt delectabile, vt dictum eſt. Irato autem eſt delectabile punire, inquantum videtur remouere apparentem minorationem, quæ videtur eſſe ex præcedenti læſione; cum enim aliquis eſt ab alio læſus, videtur per hoc ab alio minoratus eſſe, & ideo appetit ab hac minoratione liberari per retributionem læſionis, & ſic patet, ꝙ benefacere alteri per ſe poteſt eſſe delectabile; ſed malefacere alteri non eſt delectabile, niſi inquantum videtur pertinere ad proprium bonum. In corpore.

¶Maior vniuerſaliter non eſt vera, immo quandoq; contrarij effectus poſſunt procedere ex vna cauſa, licet diuerſimodè, videlicet vnus per ſe, alius per accidens, vt patet art. 4. ad ſecundum. Vnde contrariæ cauſæ habent effectus per ſe contrarios, tamen contrariæ cauſæ poſſunt habere eundem effectum, qui erit vnius per ſe, alterius per accidens. Sic in propoſito delectatio eſt effectus malefacere per accidens, & benefacere per ſe, &c.

¶Ad minorem dico, ꝙ ea, quę pertinẽt ad malefacere, ſunt delectabilia naturaliter per accidens, immo falſum eſt, ꝙ vt ſunt in malũ alterius ſint delectabilia, nec per cõſequens naturaliter. Sed vincere, redarguere, increpare, & punire, q̃ videtur importare malũ alterius, ſunt ſolũ delectabilia, inquantũ pertinent ad bonum propriũ, vel inquantũ finaliter ordinantur in bonum alterius, ſicut D. S. declarat. Et ita patet, ꝙ ꝑ ſe benefacere eſt delectabile, ſed malefacere ſolũ per accidens, inquantũ ex hoc ſequitur bonum.

Verum

Vtrum similitudo sit causa delectationis.

L AD septimum sic proceditur. Videtur, ꝙ similitudo non sit causa delectationis. Principari enim & præesse quandam dissimilitudinem importat; sed principari, & præesse naturaliter est delectabile, vt dicitur in
Arist.c.41. primo Rhetor, ergo dissimilitudo magis est causa delectationis, quàm similitudo.

¶ 2 Præterea, nihil magis est dissimile delectationi quàm tristitia; sed illi qui patiuntur tristitiam maximè
Arist.c.44. sequuntur delectationes, vt dicitur in 8. Ethic, ergo dissimilitudo est magis causa delectationis, quã similitudo.

¶ 3 Præterea, illi qui sunt repleti aliquibus delectationibus non delectantur in eis, sed magis fastidiũt eas, sicut patet in repletione ciborum; non ergo similudo est delectationis causa.

¶Sed contra est, ꝙ similitudo est causa amoris, vt dicit
q.27.ar.3. um est supra; amor autem est causa delectationis; ergo similitudo est causa delectationis.

¶Hic quærit de conditione causæ extrinsecę motiuæ, & obiectalis delectationis. f. de similitudine, quæ est causa delectationis sicut amoris.

¶Respondeo dicendum, ꝙ similitudo est quædam vnitas, vnde id quod est simile, inquantum est vnum est
q.27.ar.3. delectabile, sicut & amabile, vt supra dictum est. ——

¶D. S. respondet tali conclusione. Simile inquantum est vnum est delectabile. Ista conclusio vnum supponit, & aliud dicit, limitatum tamen; & D. S. primò manifestat suppositum, & ex eo infert conclusionem. Secundò reddit rationem limitationis conclusionis (f. quare dixerit) simile inquantum est vnum, ibi. Et siquidem, &c. Supponit ergo conclusio, ꝙ simile sit vnum, quod ostendit D. S. quia similitudo est quædam vnitas (non quidem formaliter, sed fundamentaliter) quia f. similitudo aliquam vnitatẽ consequitur, & semper vnitatem præsupponit. Similitudo enim propriè dicta, consequitur vnam qualitatem. Similitudo autem extensè accepta sequitur vnam formam, vt habet modum qualitatis, ita ꝙ talis similitudo ẽm rem, non semper distinguitur à relatione indentitatis, sicut duo homines dicuntur similes in humanitate. Secundum hoc suppositum, probatur id, quod dicit conclusio sic. Simile inquantum est vnum est amabile, ergo & delectabile. Tenet cõsequentia, quia vnitas, & cõuenientia, sicut est ratio amoris, ita & delectationis. Et quia idem est causa amoris, & delectationis. Antecedens patuit sup. q. 27. art. 3.

¶Et nota, ꝙ sicut ibidem dictum est, similitudo, quæ est ratio amoris, capitur extensè. f. tam pro conuenientia in eadem forma, quàm pro proportione, quæ est inter actum, & potentiam, & inter perfectionem, & perfectibile; ita in proposito de similitudine dicendum est. Sicut quis dicit, hæc bona tunica est mihi conueniens, &c. Deinde cum dicit.

¶Et si quidem id quod est simile, proprium bonum non corrumpat, sed augeat, est simpliciter delectabile, puta homo homini, & iuuenis iuueni; si verò sit corruptiuum proprij boni, sic per accidens efficitur fastidiosum, vel contristans, non quidem inquantum est simile, & vnum, sed inquantum corrumpit id quod est magis vnum.

¶Explicat limitationem conclusionis, quare dixerit, ꝙ simile inquantum vnum est causa delectationis, & intendit talem conclusionem. Simile per accidens potest esse fastidiosum, & contristans. Probatur, simile potest corrumpere id, quod est magis vnũ (f. cũ aliquo, qui dicitur delectari) igitur contristat, vt sic, non inquantum simile, & vnum. Patet primò cõsequentia, secundò probat antecedens, ibi. Quod autem, &c. Tenet cõsequentia extra literã, quia vnum quodq; plus diligit se, quã aliud. Si ergo aliud simile corrũpat ipsam rem, efficitur sibi fastidiosum. Deinde ibi.

¶Quod autem aliquid simile corrumpat proprium bonum, contingit dupliciter. Vno modo, quia corrumpit mensuram proprij boni per quendam excessum; bonũ enim præcipuè corporale vt sanitas, in quadam commensuratione consistit, & propter hoc superabundantes cibi, vel quælibet delectationes corporales fastidiuntur. Alio modo per directam contrarietatem ad proprium bonum, sicut figuli abominantur alios figulos, nõ inquantum sunt figuli, sed inquantum per eos amittunt excellentiam propriam, siue proprium lucrum, quę appetunt sicut proprium bonum.

¶Declarat antecedens prædictum, vsq; in finem clarè ratione duplicis corruptionis, &c. Et ratione illius duplicis corruptionis, & præiudicij ad proprium bonum, efficitur cõtristans. Et primus modus patuit, art. 1. ad tertium. Secundus patuit sup. q. 27. artic. 3. Patet ergo ex his, ꝙ similitudo per se est causa delectationis, sed per accidens est causa tristitiæ.

¶Confirmatur etiam conclusio responsiua argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ cum sit quædã cõiecatio principantis ad subiectum, est ibi quædam similitudo; tamen secundùm quandam excellentiã eo, ꝙ principari, & præesse pertinent ad excellentiam proprij boni; sapientum enim & meliorum est principari, & præesse, vnde per hoc fit homini prõpriæ bonitatis imaginatio, vel quia per hoc, ꝙ homo principatur, & præest alijs benefacit, quod est delectabile. ——

¶Ad maiorem, principari, & præesse quandam dissimilitudinem important. Si intelligitur, ꝙ puram dissimilitudinem, negatur. Si autem intelligitur, ꝙ importet similitudinem imperfecti, verum est, & importat dissimilitudinem, vt opponitur æqualiti, sed non dissimilitudinem, vt opponitur omni conuenientiæ. Illi enim qui principatur, & hi quibus principatur est aliqua communicatio vitæ. Et per consequens similitudo in illa cõcatione.

¶Ad minorem, vera, non ratione dissimilitudinis, sed vel quia efficitur imaginatio proprij boni, vel quia benefacit alijs. Primũ est in vanis. Secundum in bonis. Negatur consequentia, quia illa delectatio non cõsurgit ex dissimilitudine, vt sic, sed aliunde. Vnde probat, ꝙ non solùm similitudo est causa delectationis, sed etiam benefacere, & proprium bonum. Cum quo stat, ꝙ similitudo vbi reperitur, est causa delectationis per se loquendo.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ id in quo delectatur tristatus, etsi non sit simile tristitiæ, est tamen simile hominiui contristato; quia tristitię contrariantur proprio bono eius, qui tristatur; & ideo appetitur delectatio ab his qui in tristitia sunt, vt conferens ad proprium bonum, inquantum est medicatiua cõtrarij. Et ista est causa quare delectationes corporales quibus sunt contrariæ quædam tristitiæ magis appetuntur, quàm delectationes intellectuales, quæ non habent contrarietatem tristitiæ, vt infra dicetur.* Exinde etiam est, quòd omnia animalia naturaliter appetũt delectationem, quia semper animal laborat per sensum, & motum, & propter hoc etiam iuuenes maximè delectationes appetunt propter multas transmutationes in eis existentes, dum sunt in statu augmenti; & etiam melancholici vehementer appetunt delectationes ad expellendum tristitiam, quia corpus eorum quasi prauo humore corroditur, vt dicitur in septimo Ethicorum.* ——

¶Maior vera. Ad minorem malè subsumitur, quia si subsumatur, sed tristitia est causa delectationis, negatur, præsertim per se. Dicitur autem ad minorem, vt iacet vera est, & illæ delectationes sunt similimę contristato, ea similitudine, quæ est inter actũ, & potentiam, licet non similes sint tristitiæ. Et similiter ea in quibus aliquis delectatur, sunt similia contristato, quia conferunt proprio bono, cui tristitia est contraria. Et ex hoc patet, quare delectationes corporales magis appetuntur, quia videlicet sunt magis necessariæ propter tristitias contrarias præcedentes, vt patuit etiam q. 31. artic. 5. Vide D. S. in 4. distin. 49. q. 3. artic. 5. q. 1. in fine cor. Gaudium, vel delectatio maior sequitur vbi maior molestia præcessit. August. 8. confessionum. Et inde est, quòd animalia naturaliter appetunt delectationem, quia per continuum laborem incurrunt fatigationem, quæ est causa tristitiæ, & hanc nituntur repellere per delectationem, similiter iuuenes, & melancholici. Quare autem melancolici sint plurimum tristes, habet D. S. in 4. dist. 49. q. 3. artic. 2. in cor. quia videlicet grossities humorum, & spirituum repugnat delectationi, quæ requirit spiritus subtiles, & aereos. Requiritur enim ad delectationem spiritus clarus, nõ nubilosus; in melancolicis autem sunt spiritus terrestres, & obscuri, &c. Quia ergo natura nititur se exonerare à sibi contrario. f. tristitia. Ideo quærit intensè per quod repellatur (f. delectationem) quæ non est contraria animali, immo ipsius maximè perfectiua, & sic patet ad minorem.

¶Ad tertium dicendum, quòd bona corporalia in quadam mensura consistunt, & ideo superexcessus similium corrumpit proprium bonum, & propter hoc efficitur fastidiosum, & contristans, inquantum contrariatur bono proprio hominis. ——

¶Maior

¶Maior vera, & hoc non est propter similitudinem; sed quia delectationes excedunt mensuram hominis, & habent annexam contrarietatem ad proprium corporale bonum hominis, quæ est sanitas, & temperantia. Negatur consequentia. Sed debet inferri, superexcessus similium destruens sanitatem, est fastidiosus. Et probat ista ratio secundam conclusionem, quia simile potest corrumpere per accidens, quia bonum corporale, quod est sanitas, consistit in quadam commensuratione humorum, sed per assumptionem multorum delectabilium, & similium causatur discrasia, & superfluitas humorum; & ergo similitudo est per accidens, non per se causa tristitiæ, & fastidij.

Vtrum admiratio sit causa delectationis.

AD octauum sic proceditur. Videtur, quòd admiratio nõ sit causa delectationis. Admirari enim
Damasc. lib.2. orth. fid. c.22. est ignorantis naturæ, vt Damasc. dicit; sed ignorantia non est delectabilis, sed magis scientia; ergo admiratio non est causa delectationis.

¶ 2 Præterea. Admiratio est principium sapientiæ quasi uia ad inquirendum ueritatem, ut dicitur in prin-
Arist.c.2. cipio Metaphy. sed delectabilius est contemplari iam cognita, quàm inquirere ignota, ut Philosophus dicit in
Arist.c.7. 10. Ethicor. cum hoc habeat difficultatem, & impedimentum, illud autem nõ habeat; delectatio autem cau-
Arist.c.12. & 13. Et li. 10.c.4.& 5. satur ex operatione non impedita, ut dicitur in 8. Ethi. ergo admiratio non est causa delectationis, sed magis delectationem impedit.

¶ 3 Præterea. Vnusquisque in consuetis delectatur; vnde operationes habituum per consuetudinem acquisitorum sunt delectabiles, sed consueta non sunt admi-
Aug. trac. 24. tom. 9. rabilia, ut dicit Augu. super Ioan. ergo admiratio contrariatur causæ delectationis.

¶ Sed contra est, quod Philosophus dicit in primo
Arist.c.11. Rhetoric. quòd admiratio est delectationis causa.

¶Hic iterũ inquirit de alia causa extrinseca, scilicet admiratione, quæ pro tanto potest dici causa extrinseca delectationis, quia oritur ab extrinseco.

¶Nota autem, quòd admiratio non dicit vnum actum tantùm, sed secundùm D. S. secunda secundæ, quæst. 180. art. 3. ad tertium. dicit actum affectus (qui est timor) consequentem comtemplationem veritatis sublimis. Simile habet in de Veritate, Mate. 26. artic. 4. ad septimum. Et secundùm D. S. hic dicit ex parte intellectus ignorantiam cum inquisitione, & collatione. Ex parte affectus habet desiderium annexum, & spem, quãdoque cognoscendi admirabile, & insolitum, vel nouum.

¶Respondeo dicendum, ꝙ adipisci desiderata est de-
Art.3. ad tertium. lectabile, ut supra dictum est; & ideo quantò alicuius
Art.3. rei amatæ magis accrescit desiderium, tantò magis per adeptionem accrescit delectatio, & etiam in ipso augmento desiderij fit augmentum delectationis, secũdùm quòd fit etiam spes rei amatæ, sicut supra dictum est, quòd ipsum desiderium ex spe est delectabile.

¶D. S. primò deducit conclusionem responsiuam; secundò ex ea infert quædam corollaria, ibi. Et propter, &c. Conclusio responsiua est ista. Admiratio est causa delectationis, &c. Probatur. Quantò alicuius rei amatæ, magis accrescit desiderium, tantò magis per adeptionem accrescit delectatio in re, vel in spe; sed admiratio est desiderium quoddam sciendi, &c. ergo conclusio vera. Huius rationis D. S. ponit, & probat primò maiorem; secundò minorem cum conclusione, ibi. Est autem, &c. Maior ergo probatur in principio, quia adipisci desiderata est delectabile, &c. Consequenter cum dicit.

¶Est autem admiratio desiderium quoddam sciendi, quod in homine contingit ex hoc, quòd uidet effectum, & ignorat causam, uel ex hoc, quòd causa talis effectus excedit cognitionem, aut facultatem ipsius; & ideo admiratio est causa delectationis, inquantum habet adiunctam spem consequendi cognitionem eius, quod scire desiderat.

¶Subiungit minorem cum declaratione quid sit admiratio, & vnde proueniat. Et in fine D. S. infert ipsam conclusionem cum medio probationis, & patent.

¶Nota autem propter hanc minorem, ꝙ non contrariatur dictis D. S. alibi. vbi dicit admirationem ex parte affectus dicere timorem. Minor autem dicit eam importare desiderium. D. S. enim hoc soluit infra q. 41. art. 4. ad quartum. Quia non quælibet admiratio est species timoris; sed admiratio de magno malo, hæc ille. Cum quo stat, ꝙ admiratio de aliquo nouo, & insolito, & non horribili, nec excessiuo, sit ex parte affectus desiderium, quod habet quandoque spem adiũctam de cognitione admirabilis iocundi. Consequenter ibi.

¶Et propter hoc omnia admirabilia sunt delectabilia, sicut quæ sunt rara, & omnes representationes rerum, etiam quæ in se non sunt delectabiles. Gaudet enim anima in collatione unius ad alterum, quia conferre unum alteri est proprius, & connaturalis actus rationis, ut Phi-
Arist.c.2. losophus dicit in sua Poetica. ——

¶Ex ꝓdicta deductione cõclusionis infert duo corollaria, secundum ibi. Et ꝓp hoc etiam, &c. Primũ est, omnia admirabilia sunt delectabilia, sicut rara, & omnes representationes rerum, etiã quæ in se non sunt delectabiles. Duæ primæ partes patẽt ex præcedẽti probatione, quia est magnum desiderium ad scienda miranda, & rara. Sed tertiam partem D. S. specialiter ostẽdit, quia anima gaudet in collatione vnius ad alterum; ideo representationes sunt delectabiles. Antecedens patet, quia conferre vnum ad alterũ est ꝓprius actus rationis, & sic delectabilis; ita tamen, ꝙ delectatio extenditur hic ad gaudium, & delectationem animalem. Deinde ibi.

¶Et propter hoc etiam liberari a magnis periculis magis est delectabile, quia est admirabile, ut dicitur in pri-
Arist.c.11. mo Rhetoric. ——

¶Infert secundum corollarium tale, liberari a magnis periculis est delectabile. Probatur, omne admirabile est delectabile; sed liberari a magnis periculis est admirabile, &c. Habet enim tale liberari desiderium sciẽdi annexum apud alios, quomodo potuerit esse possibile, & huiusmodi. Et etiam quia videtur homo per hoc esse fortis, & prudens, qui euasit magna pericula.

¶Confirmatur autem conclusio argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd admiratio non est delectabilis, inquantum habet ignorantiam, sed inquantum habet desiderium adipiscendi causam, & inquantum admirans aliquid nouum addiscit, scilicet talem esse, quem non ęstimabat. ——

¶Maiorẽ concedo, tamẽ habet etiam annexum desiderium, & spem sciendi, quod ignoratur, & etiam admirans sperat addiscere aliquid noui. Dictum est autem supra, quòd spes adipiscendi boni, & præsertim nouum, est causa delectationis.

¶Ad minorem, verum, per se non est delectabilis, tamen ratione desiderij, & spei consequendæ scientiæ de ignorato, est delectabilis. Negatur consequentia, &c.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ delectatio duo habet. f. quietem in bono, & huiusmodi quietis perceptionem. Quantum igitur ad primum, cum sit perfectius contemplari veritatem cognitam, q̃ inquirere ignotam; contemplationes rerũ scitarum per se loquẽdo sunt magis delectabiles, quàm inquisitiones rerum ignotarum; tamẽ per accidens quantum ad secundũ, cõtingit, ꝙ inquisitiones sunt quandoq; delectabiliores, ẽm ꝙ ex maiori desiderio procedũt, desiderium autem maius excitatur ex perceptione ignorantiæ; vnde maximè homo delectatur in his, quæ de nouo inuenit, aut addiscit. ——

¶Ad minorem, vera per se, & inquantum est quies perfecta in bono adepto, tamen per accidens inquirere ignota potest esse delectabilius; quantum ad secundum, quod est in delectatione. f. perceptionem conuenientis adepti, quia talis inquisitio potest procedere ex maiori desiderio, ratione cuius magis percipitur. Ibi est etiam maior conatus ad percipiendum, & habendum id, quod inquiritur, quàm alibi in iam habito; & per consequens magis delectat. Illud autem desiderium est maius, quia percipitur ignorantia, ad quam repellendam tãquam contrarium magis nititur. Dictum est enim supra, quòd illud magis desideratur, cuius cõtrarium præcedit, quod est contrarium desideranti; quia ergo admirans aducrtit se ignorare, & ignorantia est sibi contraria; ideo magis intensè fertur in cognitionem. Et inde est, quòd maximè delectatur in his, quæ de nouo addiscit, & inuenit; quia ibi aduertitur præcedens ignorantia, &c.

¶Ad tertium dicẽdũ, ꝙ ea quæ sunt consueta, sunt delectabilia ad operandum, inquantum sunt quasi connaturalia; sed tamen ea quæ sunt rara, possunt esse delectabilia, vel ratione cognitionis, quia desideratur eorũ scientia, inquantum sunt mira; uel ratione operationis, quia ex desiderio magis inclinatur mens ad hoc, ꝙ intẽsè in nouitate operetur, ut dicitur in 10. Ethic.* perfectior enim
*Arist.c.4. operatio causat perfectiorem delectationem. ——

¶Maior vera, delectatur in consuetis, quia facta sunt connaturalia, tamen etiam inconsueta possunt delectabilia esse alia ratione, vel ratione cognitionis, quæ multum desideratur tanquam mira, & noua ratione dicta ad secundum. Vel ratione operationis, quæ in nouis, & in inconsuetis etiam est maior, & desiderabilior propter nouitatem. Operatio autem, & cognitio magis desiderata, est magis delectabilis, quia esse desiderabile est ratio delectationis. Et talis operatio noua, etiam est perfectior ratione maioris desiderij, & per consequens magis delectat. Minor vera; negatur consequentia, quia maior non est vniuersaliter vera, non solùm enim in consuetis delectamur.

Quæstio Trigesimatertia.

De Effectibus delectationis.

NDeinde considerandum est de effectibus delectationis. Et circa hoc quæruntur quattuor. Primò, vtrum delectationis sit dilatare. Secundò, utrum delectatio causet sui sitim, uel desiderium. Tertiò, vtrum delectatio impediat usum rationis. Quartò, utrum dejectatio perficiat operationem.

¶Patet ordo, quia effectus posterior est causa. Et sunt quattuor effectus, & secundùm hoc quattuor articuli.

Vtrum dilatare sit effectus delectationis.

Infra q.27. art.2. corp. AD primum sic proceditur. Videtur, q dilatatio non sit effectus delectationis. Dilatatio enim videtur ad amorem magis pertinere, secundùm quod dicit D. Paulus. Apostolus. 2. ad Cor. 6. Cor nostrum dilatatum est. Vnde & de præcepto charitatis in Psal. dicitur. Latum mandatum tuum nimis; sed delectatio est alia passio ab amore; ergo dilatatio non est effectus delectationis.

Psalmus.

¶2 Præterea. Ex hoc, q aliquid dilatat, efficitur capaceius ad recipiendū; sed receptio pertinet ad desiderium, quod est rei nondū habitæ; ergo dilatatio magis videtur pertinere ad desiderium, quàm ad delectationem.

¶3 Præterea. Constrictio dilatationi opponitur; sed constrictio uidetur ad delectationem pertinere; nam illud constringimus, quod firmiter uolumus retinere, & talis est affectio appetitus circa rem delectantem; ergo dilatatio ad delectationem non pertinet.

Esa 60. ¶Sed cōtra est, quod ad expressionē gaudij dr. Esa. 60. Videbis & affluues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. Ipsa etiam delectatio ex dilatatione nomen accepit, ut *q.31.ar.3. ad tertium. lætitia nominetur, sicut supra dictum est. *

¶Hic primò inquirit de effectu propinquo, & immediatè sequente ad delectationem.

¶Respondeo dicendum, q latitudo est quædā dimensio magnitudinis corporalis, unde in affectionibus animæ non nisi secundùm metaphoram dicitur.

¶D. S. primò præmittit quoddam notabile expositiuum quæsiti; secundò respondet conformiter, ibi. Dilatatio autem, &c Exponit ergo, quomodo accipiatur dilatatio in quæsito, quia hic non quæritur de dilatatione quantitatiua, sed metaphorica, quæ potest cōpetere affectibus animæ sic, q sicut dilatatio in quantitate dicitur motus ad latitudinem dimensiuam, sic in affectibus animæ dicit quandam magnificationem animi. Consequenter cum dicit.

¶Dilatatio autem dicitur quasi motus ad latitudinem, & competit delectationi f'm duo, quæ ad delectationem requiruntur; quorū vnum est ex parte apprehensiuæ virtutis, quæ apprehendit coniunctionem alicuius boni cōuenientis; ex hac autem apprehensione apprehendit se homo perfectionem quandā adeptum, quę est spiritualis magnitudo; & secundùm hoc animus hominis dicitur per delectationem magnificari, seu dilatari.

¶Respondet secundùm prædictam acceptionē dilatationis tali conclusione, quam intēdit. Dilatatio metaphorica est effectus delectationis dupliciter, & f'm apprehensionem, & f'm appetitum. Probatur. Dilatatio metaphorica in affectibus animæ, importat motum ad latitudinem, & spiritualem magnitudinē; sed talis magnitudo spiritualis est effectus delectationis, & f'm apprehensionem, & appetitum; ergo, &c. Maior patuit ex notabili. Minor probatur primò quo ad primam partem; secundò quo ad secundam, ibi. Aliud autem, &c. Quo ad primam partem minoris. f. q secūdm apprehensionem, arguitur sic. Ille qui delectatur, apprehendit se quandam perfectionem adeptum, sed adeptio perfectionis est quædam spiritualis magnitudo; ergo delectatio habet secum dilatationem. Et est fundamentum, quia in his, quæ non mole magna sunt, idem est maius, quòd melius. Sed ibi est quædam melioratio; ergo & magnitudo, vel dilatatio. Et secundùm hoc dicitur animus hominis per delectationem magnificari, inquantum apprehendit se perfectum, &c. Deinde cum dicit.

¶Aliud autem est ex parte appetitiuæ virtutis, quæ assentit rei delectabili, & in ea quiescit quodammodo se præbens ei ad eam interius capiendam, & sic dilatatur affectus hominis per delectationem quasi se tradens ad continendum interius rem delectantem.

¶Probat secundam partem minoris principalis. f. quo ad appetitum sic. Ille appetitus dilatatur, qui se tradit, & quasi aperit ad continendum interius rem delectantem; sed hoc fit in delectatione; ergo ibi est dilatatio.

¶Not. autem, quòd sicut supra dictum fuit quæst. 28. art. 5. in fi. quòd amoris, quantum ad formale, est facere læsionem, vel melioratiōnem, liquefacere, & causare languorem; & nihilominus his affectibus respondet aliqua immutatio ex parte organi, & corporis. Ita & hic videtur D. S Ioqui de formali delectationis, quia loquitur de appetitu, & cognitione, & de delectatione, vt se extendit ad gaudium spirituale; & tamen etiam ex parte organi in delectatione passione, videtur sequi aliqua immutatio. Vnde supra dictum est q. 31. ar. 3. ad tertium. q lætitia significat aliquem effectum interiorem, qui est dilatatio cordis propter multitudinē bonorum spirituum, qui sunt materiale delectationis, &c.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua. Et quamuis delectatio sensitiua nominetur ex lætitia exteriori, tamen & dilatatio metaphorica spiritualis est effectus gaudij, &c.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd nihil prohibet, in his, quæ dicuntur metaphoricè idem diuersis attribui secundùm diuersas similitudines; & secundùm hoc dilatatio pertinet ad amorem ratione cuiusdam extensionis, inquantum affectus amantis ad alios extenditur, ut curet nō solùm quæ sua sunt, sed quæ aliorum; ad delectationem uerò pertinet dilatatio, inquantum aliquid in seipso ampliatur, ut quasi capacius reddatur.

¶Maior vera, dilatatio metaphorica, sed alterius rationis, quàm sit dilatatio delectationis, attribuitur amori, quæ idem videtur cum extasi, de qua supra q. 28. artic. 3. quæ est exitus appetitus ad alterum amicum, vel ad bona amata amore concupiscentiæ, sed dilatatio delectationis est, secundùm quòd delectatus in se ampliatur, & se aperit ad intromittendum delectans.

¶Minor vera; sed negatur consequentia, quia non est inconueniens, vt idem metaphoricè acceptum attribuatur diuersis, immo contrarijs secundùm diuersas similitudines, & proprietates, vt patet in scriptura de Leone, qui attribuitur Christo, & diabolo; sed Christo propter fortitudinem, diabolo propter sæuitiam, &c.

¶Ad secundum dicendum, quòd desiderium habet quidem aliquam ampliationem ex imaginatione rei desideratæ, sed multo magis ex præsentia rei iam delectantis; quia magis præbet se animus rei iam delectanti, quàm rei non habitæ desideratæ, cum delectatio sit finis desiderij.

¶Maior vera, sed tamen receptio propinquius sequitur delectationem, quàm desiderium, quia ibi in re, alibi secundùm spem, & imaginationem.

¶Ad minorem, non solùm, sed etiam ad delectationem, quæ præsupponit receptionem realem, quàm sequitur maior dilatatio, quàm receptionem imaginatam, quæ est cum desiderio. Negatur ergo consequentia, & ratio in solutione, quia ex imaginatione rei desideratæ, & recipiendæ, non sequitur tanta ampliatio, & dilatatio, sicut ex re iam præsentialiter exhibita, & delectante; quia delectatio est finis desiderij, finis autem potissimè mouet, &c.

¶Ad tertium dicendum, quòd ille, qui delectatur, constringit quidem rem delectantem, dum ei fortiter inhæret, sed cor suum ampliat, ut perfectè delectabili fruatur.

¶Ad maiorē. Constrictio cordis, vel affectus, & ampliatio eiusdem opponūtur; sed cōstrictio rei delectantis, & fortis impressio, & tentio, & dilatatio cordis non opponuntur, immo eoipso, q res multum delectat, & dilatat; ideo est maior conatus ad eam tenendam, & ad sibi inhærendum. Minor vera, de constrictione secunda rei delectantis intra delectatum; sed non constrictio, & retractio, & cōpressio cordis, &c. Negatur igitur consequentia, &c.

Vtrum

Vtrum delectatio causet desiderium, vel sitim sui ipsius.

O 4.d.49.q.3. ar.2.ad 3. AD secundum sic proceditur. Videtur. quòd delectatio non causet desiderium suiipsius. Omnis enim motus cessat, cum peruenerit ad quietem, sed delectatio est quasi quædam quies motus desiderij, vt supra dictum est; * cessat ergo motus desiderij, cum ad *q.23.ar.4. &q.30.ar.2. delectationem peruenerit, non ergo delectatio causat desiderium.

¶2 Præterea. Oppositum non est causa sui oppositi; sed delectatio quodammodo desiderio opponitur ex parte obiecti; nam desiderium est boni non habiti, delectatio uerò boni iam habiti; ergo delectatio non causat desiderium suijpsius.

¶3 Præterea. Fastidium desiderio repugnat; sed delectatio plerumque causat fastidium; non ergo facit sui desiderium.

Ioan. 4. ¶Sed contra est, quod Dominus dicit. Ioan. 4. Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum. Per aquam autem * Aug. trac. 15. sup. Ioā. tomo 9. significatur, secundùm Aug. * delectatio corporalis.

¶Hic quærit de secundo effectu, qui est desiderium suiipsius.

¶Respondeo dicēdum, q delectatio dupliciter potest considerari; vno modo, secundùm q est in actu; alio modo, secundùm quòd importat exclusionem fastidij.

¶D. S. primò ostēdit per aliquas distinctiones intellectum quæsiti, tam ex parte subiecti eius, quàm ex parte prædicati. Secundò conformiter subiungit varias conclusiones responsiuas, ibi. Secundum igitur, &c. Distinguit ergo primò ex parte subiecti, quòd delectatio potest considerari dupliciter, &c. & sic dupliciter intelligi quæsitū. f. an delectatio in actu, vel in potentia possit causare desiderium. Secundò distinguit ex parte prædicati, q sitis, vel desiderij accipi potest dupliciter, &c. Et etiam dupliciter intelligi quæsitum, an f. desiderium propriè acceptum, vel communiter causet delectatio. Et patent illæ distinctiones ex suprahabitis.

¶Secundum igitur, q est in actu delectatio, non causat sitim, vel desiderium suiipsius per se loquēdo, sed solùm per accidens; si tamen sitis, vel desiderium dicatur rei non habitæ appetitus; nam delectatio est affectio appetitus circa rem præsentem.

¶Præmisso vario intellectu quæsiti. Hic consequenter variè respondet; & primò quo ad primum intellectum ex parte subiecti, & etiam ex parte prædicati; secundò iterum quo ad primum intellectum subiecti; sed intelligendo prædicatum secundo modo, ibi. Si verò, &c. tertiò quo ad secundum intellectum subiecti, intelligendo prædicatum vtroque modo, ibi. Si verò, &c. Quo ad primū respondet tali conclusione. Delectatio in actu (ideſt actu habita) non causat desiderium suiipsius, secundùm q desiderium capitur propriè primo modo, & hoc per se, ideſt vniuersaliter, ratione generis; per accidens tamē potest. i. ratione talis delectationis. Huius conclusionis D. S. probat primò primam partem; secundò secundā, ibi. Sed contingit rem, &c. Quo ad primam arguitur sic. Desideriū isto modo est appetitus rei absentis, & non habitæ; sed delectatio est habita (vt supponitur) & affectio de re præsente appetitus; igitur non facit suiipsius desiderium per se, hoc est, vt delectatio est, & ratione generis. Consequenter cum dicit.

¶Sed contingit rem præsentem non perfectè haberi; & hoc esse, uel ex parte rei habitæ, uel ex parte habentis; ex parte quidem rei habitæ, eo q res habita non est tota simul; vnde successiuè recipitur, & dum aliquis delectatur in eo quod habet, desiderat potiri eo quod restat, sicut qui audit primam partem versus, & in hoc qđ delectatur, desiderat alteram partem versus audire, vt Aug. *Aug.c.11. dicit in quarto Confess. *

¶Probat secundam partem conclusionis primæ sic. Delectatio est circa rem præsentem affectio appetitus; sed contingit rem præsentem aliqualiter non perfectè haberi, & ex parte rei habitæ, & ex parte habentis, & respectu eius, quod nondum habetur, potest esse delectatio futura, & per consequens talis delectationis partialis potest esse desiderium proprie. Maior nota. Sed minorem declarat D. S primò quo ad primam partem; secundò quo ad secundam, ibi. Ex parte autem, &c. Circa primam partem minoris primò declarat eam; secundò ex ea elicit quoddam corollarium, ibi. Et hoc modo, &c. primam ergo partem minoris declarat clarè in littera. Consequenter ibi.

¶Et hoc modo omnes ferè delectationes corporales faciunt suiipsarum sitim quousq; consumantur, eo quòd tales delectationes consequuntur aliquem motum, sicut patet in delectationibus ciborum.

¶Elicit ex prædicta prima parte minoris tale corollarium. Ex parte rei nondum habitæ perfectè, omnes ferè delectationes corporales faciunt suiipsarum sitim, & desiderium (ideſt per accidēs) patet ex dictis, quia dum aliquis delectatur in eo, quod habet, nondum tamen plenè, desiderat potiri, eo quod restat; sed in huiusmodi delectationibus ferè omnibus nondum plenè habetur in quo delectatur; igitur, &c. Maior patuit. Minor probatur in littera, quia tales delectationes consequuntur aliquem motum, in quo semper aliquid restat. Consequenter ibi.

¶Ex parte autem ipsius habentis, sicut cum aliquis aliquam rem in se perfectam existentem nō statim perfectè habet, sed paulatim acquirit, sicut in mundo isto percipientes aliquid imperfectè de Diuina cognitione delectamur; & ipsa delectatio excitat sitim, uel desideriū perfectæ cognitionis, secundùm q potest intelligi, quod habetur Eccles. 24. Qui bibunt me, adhuc sitient. Eccl. 24.

¶Declarat secundam partem minoris prædictæ clarè in littera, & patet.

¶Nota autem, quod supra dictum est, quòd delectatio habet se, sicut & operatio, vel adeptio quam consequitur. Quia ergo quandoque est adeptio successiua; igitur & delectatio. Potest igitur esse sitis, & desiderium etiam propriè dictum, respectu delectationis totalis, nō ratione eius, quod iam habetur; sed ratione eius, quod restat habendum, &c. vt declarauit D. S. Deinde cum dicit.

¶Si uerò per sitim, uel desiderium intelligatur sola intentio affectus tollens fastidium, sic delectationes spirituales maximè faciūt sitim, uel desiderium suiipsarum. Delectationes enim corporales, quia augmentatæ, uel etiam continuatæ faciunt superexcrescentiam naturalis habitudinis, efficiuntur fastidiosæ, ut patet in delectatione ciborum, & propter hoc, quando aliquis iam peruenit ad perfectum in delectationibus corporalibus fastidit eas, & quandoque appetit aliquas alias; sed delectationes spirituales non superexcrescunt naturalem habitudinem, sed perficiunt naturam; vnde cum perueniatur ad consummationem in ipsis, tunc sunt magis delectabiles.

¶Respōdet iuxta secundum intellectum prædicati quæsiti. f. desiderium, accipiendo pro exclusione fastidij, & intelligēdo iterum delectationem in actu; & ponit talem conclusionem responsiuam secundam. Si desiderium capiatur communiter pro affectus intentione, excludente fastidium, sic delectationes spirituales. f. actu habitæ, faciunt desideriū suiipsarum, & hoc per se; tñ per accidens non faciunt tale desiderium. f. motum attentū. Huius cōclusionis probat primò primam partē; secundò secūdam, ibi. Nisi fortè, &c. tertiò ex conclusione exponit quandam auctoritatem scripturæ, ibi. Et per hunc, &c. Quo ad primam partem arguitur sic, per oppositum ad delectationes corporales; ideo delectationes corporales efficiuntur fastidiosæ, quia augmentatæ, vel etiam continuatæ faciunt superexcrescentiam naturalis habitudinis; sed delectationes spirituales nō superexcrescunt per se, sed perficiunt naturam; ergo per se causant desiderium, ideſt attentionem, & exclusionem fastidij, præmissæ patent ex littera. Deinde ibi.

¶Nisi fortè per accidens, inquantum operationi contemplatiuæ adiunguntur aliquæ operationes virtutum corporalium, quæ per assiduitatem operādi lassantur.

¶Manifestat secundam partem conclusionis præcedentis, & potest sic argui. Ideo delectationes corporales, &c. vt prius; sed delectationes spirituales superexcrescunt quandoq; per accidēs in nobis. f. inquantum contemplationi adiunguntur operationes virtutum corporalium, &c. ergo &c. vt patet. Deinde ibi.

¶Et per hunc modum etiam potest intelligi, quod dicitur Ecclesiast. 24. Qui bibit me, adhuc sitiet. Quia Eccl. 24. etiam de Angelis, qui perfectè Deum cognoscunt, & delectantur in ipso, dicitur. 1. Pet. 1. quòd desiderant in 1. Pet. 1. eum conspicere.

¶Exponit quandam auctoritatem scripturæ secundùm primam partem conclusionis secundæ, clarè in littera. Et vide etiam prima parte, quæst. 58. artic. 1. ad secundum. vbi D. S. exponit de Angelis auctoritatem. 1. Pet. 1. &c. Tunc ibi.

¶Si verò consideretur delectatio, prout est in memoria, & non in actu, sic per se nata est causare suipsius sitim & desiderium, quando scilicet homo redit ad illam dispositionem, in qua erat sibi delectabile, quod præterijt, si uerò immutatus sit ab illa dispositione, memoria delectationis non causat in eo delectationem, sed fastidium, sicut pleno existenti memoria cibi.

¶Satisfacit quæsito iuxta secũdum intellectum subiecti quæsiti. s. accipiendo delectationem, ſm ꝙ est in memoria, & intelligendo desiderium vtroq; modo, & ponit talem conclusionem responsiuam tertiam. Delectatio prout est in memoria, & non in actu, sic per se nata est causare suipsius sitim, & desiderium, quãdoque scilicet non semper probatur. Stante eadem causa, stat & idem effectus, sed aliqua dispositio in homine erat causa, quòd res fuit delectabilis, & eius delectatio desiderata; ergo quando redit homo ad illam dispositionem, in qua erat sibi delectabile, quod præterijt, tunc iterum desiderat ipsum, & eius delectationem; sicut cum homo acquirit famem, desiderat delectationem, quam prius habuit in sumptione cibi. Si verò immutatus, &c. vt in littera. Saturato enim non est memoria cibi delectabilis.

¶ Et cõfirmatur ista tertia conclusio argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ quando delectatio est perfecta, tunc habet omnimodam quietem, & cessat motus desiderij tendentis in non habitum; sed quando imperfectè habetur, tunc non omnino cessat motus desiderij tendentis in non habitum.

¶Ad maiorem, omnis motus cessat, cum venerit ad quietẽ perfectam, & totalem, sed non cum peruenerit ad aliquam partem spacij, vel ad partem delectabilis. Minor vera, sed tamen aliqua est successiua, quæ non habetur simul tota, sed pars post partem. Vltra. Cessat ergo, &c. Verum, quando peruenitur ad delectationem, quæ simul tota habetur, tunc cessat desiderium propriè dictum, sed non communiter. Negatur ergo vltima consequentia.

¶Ad secundũ dicẽdũ, ꝙ id quod imperfectè habetur, ſm quid habetur, & ſm quid nõ habetur; & ideo simul de eo potest esse, & desiderium, & delectatio.

¶Maior est vera, præsertim de per se loquendo, & vt sic. Ad minorem delectatio perfecta, & simul habita opponuntur desiderio propriè dicto ex parte obiecti; sed delectatio, quæ habetur sic cessiuè, potest secundùm partem esse futura, & absens delectato, & sic conuenit cum desiderio, quod etiam est futuri, & absentis; ergo, &c. Verum, delectatio quæ simul habetur, tamen delectatio, quæ est successiua, de per accidens potest causare suipsius desiderium, & tamen ſm aliud habetur, ſm aliam partem desideratur.

¶Ad tertium dicendũ, ꝙ delectationes alio modo causant fastidium, & alio modo desiderium, vt dictũ est.* — *In corp.

¶Maior conceditur. Minor falsa est de delectatione spirituali. Secundò de corporali dicitur, ꝙ est fastidiosa per accidens, inquãtum super excrescit naturalem habitudinẽ, vt dicebatur circa secundam conclusionem; & tamen etiam aliquæ corporales causant desiderium sui, quia videlicet nõ habentur nisi per successionem, vbi habita parte, appetitur & alia. Et ergo dicit D. S. in solutione, ꝙ alio modo delectationes, s. corporales habeant fastidium, & alio modo desiderium; quia fastidium, dum superexcrescunt, desiderũ autem antequam habeantur totaliter, & antequam excrescãt, &c.

Vtrum delectatio impediat vsum rationis.

P Infra q. 34. ar. 1. ad 1. Et 2. q. 15. ar. 3. & q. 53. ar. 6. Et 4. d. 40. q. 3. arti. 2. q. 3. ad 3. & ar. 5. q. 1. ad 4. Et Ma. q. 10. ar. 1. ad 7. Sapien. 8. * Aristot. tex. 20.

AD tertium sic proceditur. Videtur, ꝙ delectatio non impediat usum rationis, quies enim maximè confert ad debitum rationis usum, vt dicitur in 7. Phys.* quòd in sedendo, & quiescendo fit anima sciens, & prudens. Et Sap. 8. Intrans in domum meam, conquiescam cum illa, scilicet sapientia; sed delectatio est quędã quies; ergo non impedit, sed magis iuuat rationis vsum.

¶ 2 Præterea. Ea quę non sunt in eodem, etiam si sint contraria non se impediunt; sed delectatio est in parte appetitiua, usus autem rationis in parte apprehensiua; ergo delectatio non impedit rationis vsum.

¶ 3 Præterea. Quod impeditur ab alio, videtur quodammodo transmutari ab ipso; sed usus apprehensiuæ uirtutis magis mouet delectationem, quàm a delectatione moueatur est; enim causa delectationis; ergo delectatio non impedit vsum rationis.

* Arist. c. 5. ¶Sed contra est, quod Philosophus dicit in 6. Ethic.* quòd delectatio corrupit ęstimationem prudentiæ.

¶Hic inquirit de tertio effectu delectationis, & quasi priuatiuo.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut dicitur in 10. Ethic.* Delectationes propriæ adaugent operationes, extraneæ verò impediunt. Est ergo quædam delectatio, quæ habetur de ipso actu rationis, sicut cum aliquis delectatur in contemplando, vel ratiocinando; & talis delectatio non impedit vsum rationis, sed adiuuat. * Arist.

¶D. S. dupliciter respõdet, ſm ꝙ quæsitum potest intelligi de duplici delectatione. s. una propria vsui rationis. s. qua quis in speculatione delectatur; alia quæ est corporalis, iuxta quã respõdet, ibi. Sed delectationes, &c. Quo ad primã rñsionẽ ponit talẽ cõclusionẽ. Delectatio (quæ habet de actu rationis, quæ est (spiritualis) nõ impedit vsum rationis, sed iuuat; hanc conclusionẽ probat primò auctoritate; secũdò ratione, ibi. Quia illud, &c. ex auctoritate sic. Delectationes propriæ adaugẽt operationes, extraneæ verò impediunt; sed delectatio de actu rationis est sibi propria; ergo non minuit, sed auget. Maior est auctoritas Philos. Consequenter cũ dicit.

¶ Quia illud attentius operamur in quo delectamur; attentio autem adiuuat operationem.

¶Ratione probat sic. Attentio adiuuat operationem; sed id, in quo delectamur, attentius operamur; ergo propria operatio iuuat, sicut cum quis delectatur in contemplando, vel ratiocinando, &c.

¶Sed delectationes corporales impediunt vsum rationis triplici ratione. Primò quidem ratione distractionis, quia sicut iam dictum est; * ad ea, in quibus delectamur, multum attendimus, cum autem intentio fortiter inhæserit alicui rei debilitatur circa alias res, uel totaliter ab eis reuocatur; & secundùm hoc, si delectatio corporalis fuerit magna, uel totaliter impediet usum rationis ad se intentionem animi attrahendo, vel multum impediet. * Ari. 41.

¶Hic consequenter respondet quo ad aliam delectationem, scilicet corporalem distrahentem vsum rationis, vel contrariam vsui rationis, tali conclusione. Delectationes corporales impediunt vsum rationis triplici ratione. Probatur, tales delectationes impediunt vsum rationis ratione distractionis, ratione cõtrarietatis, & ratione ligationis; igitur conclusio vera; consequentia nota. Antecedens probat primò quo ad primam partem; secundò quo ad secundam, ibi. Secundò ratione, &c. tertiò tertiam ibi. Tertio modo, &c. Quo ad primam partem arguitur sic. Cum attentio fortiter inhæserit alicui rei, debilitatur circa res alias, vel totaliter ab eis reuocatur; sed ad ea, in quibus delectamur, multum attẽdimus; ergo si delectatio corporalis, &c. vt in littera. Et isto modo etiam impeditur vsus rationis speculatiuæ. Deinde cum dicit.

¶Secundò ratione contrarietatis; quædam enim delectationes maximæ superexcedentes sunt cõtra ordinem rationis, & per hunc modũ Philosophus dicit in 6. Ethi.* quòd delectationes corporales corrumpũt existimationem prudentiæ, non autem existimationem speculatiuam, cui delectatio non contrariatur; puta, ꝙ triangulus habet tres angulos æquales duobus; secundum autem primum modum utramq; impedit. * Arist.

¶Probat secundam partem antecedentis prædicti. s. ꝙ ratione contrarietatis impediat delectatio corporalis, & arguitur sic. Isto modo impeditur vsus rationis per id, quod est contra ordinem rationis (scilicet rectæ) sed quædam delectationes, scilicet sensibiles (maximè superexcedentes, & immoderatę) sunt cõtra ordinem rationis; ergo, &c. Et confirmatur auctoritate Philosophi minor. Et declaratur de qua ratione intelligatur, quia practica non speculatiua, & non quæcunque practica, sed particulari. Prudentia enim quæ est recta ratio agibilium, & practica in particulari, illa dicit abstinendum a prauis delectationibus pro hic, & nunc; passionati autem faciunt contrarium. Deinde ibi.

¶Tertio modo ſm quandam ligationem, inquantum s. ad delectationem corporalem sequitur quædam transmutatio corporalis, maior etiam, quàm in alijs passionibus, quantò uehementius afficitur appetitus ad rem pñtem, quàm ad rem absentẽ; huiusmodi autem corporales perturbationes impediũt usum rationis, sicut patet in uinolentis, qui hñt usum rationis ligatum, uel impeditũ.

¶Manifestat tertiam partem eiusdem sic. Ad delectationem corporalem sequitur transmutatio corporis; maior etiam, &c. Sed huiusmodi corporales perturbationes impediunt vsum rationis; ergo, &c. Maior, & minor in littera clarè. Vnde iste modus differt a primo, quia potest aliquis absque ligatione vsus rationis, immo plena ratione occupari circa sensibilia, & corporalia; & sic retrahi, & distrahi a speculatione rerum spiritualium; sed in tertio modo est cum ligatione vsus rationis, &c.

¶Et

¶Et iuxta secundum modum confirmat etiam conclusionem secundam argumentum in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendũ, ꝙ delectatio corporalis habet quidẽ quietẽ appetitus in delectabili, q̃ quies interdũ cõtrariatur rationi; sed ex parte corporis semp hẽt trãsmutationẽ, & quãtũ ad utrũq; impedit rõnis vsum.

¶Ad maiorem, quies a passionibus, & motibus corporeis, & a prauis delectationibus confert ad vsum rationis, sed non quies appetitus sensibilis in contrario rationis, nec quies sensitiua ad quã peritus sensibilis in contrario rationis, nec quies sensitiua ad quã sequitur perturbatio, & transmutatio corporalis. De hoc 7. physi. in D. S. lect. 6. circa tex. comm. 20. Ad minorem dico, ꝙ delectatio sensibilis est quies quandoque in eo, quod est contra rationem, & sic impedit secundo modo, quandoque est quies, habens transmutationem multam adiunctam. Vnde primo modo impedit per viam contrarietatis, sicut qui habituantur ex longa insectatione passionum, habent dictamina contraria prudentiæ, & virtuti. Secundo autem modo impedit per viam ligationis; ergo, &c. Verum, delectatio spiritualis propria non impedit. Et de illa loquitur Sapiens. Intrans in domum meam, &c.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ uis appetitiua, & apprehensiua sunt quidem diuersæ partes, sed unius animæ; & ideo cũ intẽtio animæ uehementer applicetur ad actum vnius, impeditur ab actu contrario alterius.

¶Ad maiorem, si intelligitur, quòd ea non se impediant, quæ non sunt in eodem subiecto proximo, quod est potentia, negatur. Si autem intelligitur, quòd non se impediant, quæ non sunt in eodem subiecto principali totali, & suppposito, vel quæ non radicantur in vna essentia; conceditur maior, & negatur minor, vt patebit infra q. 37. art. 1. & prima par. q. 76. artic. 3. in corp. Minor vera, tamen apprehensiua, & appetitiua sunt vnius suppositi agẽtis, & radicantur in vna anima, quæ si vni fortiter intenderit, ab alio abstrahitur, præsertim quia appetitiua sequens delectationes habet, & requirit apprehensiones, vel disperatas, vel contrarias.

¶Ad tertium dicẽdum, ꝙ usus rationis requirit debitum vsus imaginationis, & aliarum uirium sensitiuarum, quæ utuntur organo corporali, & ideo ex transmutatione corporali, vsus rationis impeditur, impedito actu uirtutis imaginatiuæ, & aliarum sensitiuarum.

¶Ad maiorem non oportet, sed sufficit, ꝙ dependeat ab ipso, vel saltem præsupponat ipsum quo ad vsum. Et sic est in proposito, quia vsus rationis præsupponit, & requirit vsum imaginationis, & aliarum virium, quæ indisponuntur quandoque ex delectatione, & actu appetitus sensitiui. Minor vera. Tamen delectatio etiam transmutat corpus, ex cuius dispositione virtus apprehensiua dependet quo ad sensitiuam, vel saltem necessariò prærequirit. Non enim admittitur, ꝙ intellectiua pars dependeat a sensitiua, vt patuit supra q. 3. art. 3. ad primum. Vel dicitur ad maiorem sub alia forma, quod impeditur ab alio, videtur quodammodo transmutari, vel illud transmutatur, ex quo aliud aliquo modo depẽdet, vel quod exigitur; & sic est in proposito, quia corpus transmutatur, cuius dispositio requiritur ad vsum rationis. Videmus enim, quòd impedito malleo impeditur artifex, &c.

Vtrum delectatio perficiat operationem.

Infra q. 34. ar. 4. ad 3. & q. 40. art. 8. corp. Et 4. dist. 17. q. 2. ar. 3. q. 1. ad 3. Et Veri. q. 26. ar. 10. cor. & ad 2. * Art. præceden. * Arist. c. 12. & 13. * Arist. c. 3. 4. & 6 * Art. præceden. * Arist. c. 4.

QAD quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ delectatio non perficiat operationem. Omnis enim humana operatio ab vsu rationis depẽdet, sed delectatio impedit usum rationis, ut dictum est; * ergo delectatio non perficit, sed debilitat operationem humanam.

¶ 2 Præterea. Nihil est perfectiuum suiipsius, vel suæ causæ, sed delectatio est operatio, vt dicitur in 8.* & 10. Ethic.* quod oportet vt intelligatur uel essentialiter, uel causaliter; ergo delectatio non perficit operationem.

¶ 3 Præterea. Si delectatio perficit operationem, aut perficit ipsam sicut finis, aut sicut forma, aut sicut agens; sed non sicut finis, quia operationes nõ quæruntur propter delectationem, sed magis è conuerso, vt supra dictũ est;* nec iterum per modum efficientis, quia magis operatio est causa efficiens delectationis; nec iterum, sicut forma, non enim perficit delectatio operationem vt habitus quidam, secundùm Philosophum in 10. Ethicor.* delectatio ergo non perficit operationem.

¶Sed contra est, quod dicitur ibidem, quòd delectatio operationem perficit.

¶Hic quærit de alio effectu, qui est perficere operationem.

¶Respondeo dicendum, ꝙ delectatio dupliciter operationem perficit; vno modo per modum finis, non quidem, secundùm quòd finis dicitur id propter quod aliquid est, sed secundùm quòd omne bonum completiuè superueniens potest dici finis; & secundùm hoc dicit Philosophus in 10. Ethic.* quòd delectatio perficit operationem, sicut quidam superueniens finis; in quantum scilicet super hoc bonum, quod est operatio, supervenit aliud bonum, quod est delectatio, quæ importat quietationem appetitus in bono præsupposito. * Arist. c. 4.

¶D. S. respondet tali conclusione. Delectatio (s. propria) operationem perficit dupliciter. s. per modum finis, & ex parte causæ agentis; huius conclusionis ponit, & exponit primò primam partem; secundò secundam, ibi. Secundo modo, &c. Quo ad primũ arguitur sic; omne bonum alteri superueniens, & ipsum complẽs, dicitur ipsum perficere per modum finis (licet non semper vt finis est id propter quod aliud est) sed delectatio est quoddam bonum superueniens, & complens operationem, faciens appetitum quiescere in operatione; ergo perficit operationẽ per modũ finis.

¶ Et nota, quòd delectatio est perfectio formalis accidentalis, non constituens operationem in esse, & specie; & ergo nõ oportet, quòd sit simpliciter nobilior, nec finis; immo e contra ordinatur in operationem, sicut in finem; perficit enim sicut decor iuuentutem, vt habetur decimo Ethic. Deinde cum dicit.

¶Secundo modo ex parte causæ agentis, non quidem directè, quia Philosophus dicit in 10. Ethic.* ꝙ perficit operationem delectatio, non sicut medicus sanum, sed sicut sanitas; indirectè autem inquantum s. agens, quia delectatur in sua actione, vehementius attẽdit ad ipsam, & diligentius eam operatur, & secundùm hoc dicitur in 10. Ethic.* quòd delectationes adaugent propriàs operationes. & impediunt extraneas. * Arist. c. 4. * Arist. c. 5.

¶Probat, & exponit secundam partem conclusionis, qua ex parte causæ agentis delectatio perficit operationem indirectè non directè, vt patet per Philosophum, quia non sicut medicus sanum. s. esse, videlicet in genere causæ efficientis, sed sicut sanitas perficit sanum esse. s. formaliter, & hoc directè, qd autem indirectè, probatur sic. Id quod facit agentem vehementius attendere ad suam operationem, hoc perficit operationem effectiuè ex parte agẽtis indirectè (i. mediante attentione, & vehementia excitata ex parte agẽtis) sed delectatio est huiusmodi; igitur, &c. Minor patet de se. Et cõfirmatur ista pars auctoritate Philosophi, quia proprię delectationes adaugent (s. effectiuè indirectè) proprias operationes, &c.

¶Nota, ꝙ aliqui libri habent sic. Non sicut medicus sanum, sed sicut sanitas medicum; sed non videtur esse de mẽte Philosophi; nec habetur in tex. quia vult Philosophus, quòd delectatio perficit operationem, non sicut causa effectiua operationis, sed sicut forma perficit illud, cuius est forma. Dicit enim, quòd delectatio perficit operationem sensus, non sicut sensibile perficit sensum, quia sensibile perficit sensum effectiuè, sed delectatio perficit sensum formaliter. Omnia enim hæc, scilicet tam sensibile, quàm delectatio, sunt bona, & bonitatem operationi tribuentia, sed aliter, & aliter, quia sensibile est perfectio sensus, vel operationis sensus effectiuè; & delectatio est perfectio operationis sensus formaliter; sicut medicus, & etiam sanitas sunt causa eius quod sanari, hoc est huius, quod est sanum esse; sed diuersimodè, quia medicus est causa effectiua huius, quod est sanũ esse, & sanitas est causa formalis huius, quod est sanum esse; & ita habetur ex ista autoritate, ꝙ delectatio non perficit sicut causa effectiua directè.

¶Et confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ non omnis delectatio impedit actum rationis; sed delectatio corporalis, quæ non consequitur actum rationis, sed actum concupiscibilis, qui per delectationem augetur; delectatio autẽ quæ cõsequitur actũ rationis, fortificat rationis usum.

¶Maior vera. Minor negatur, primò de delectatione propria, quæ est de vsu rationis. Negatur secundò de delectatione corporali imperata ex ratione, vel quæ sequitur iudicium rationis, vt patuit supra quæst. 24. artic. 3. ad primum. Sed vera est de delectatione præueniente iudicium rationis, & quæ est vehemens, & superexcrescens, vt patet art. 3. Ergo delectatio, &c. Si intelligitur, vt conclusio vult de delectatione propria, negatur consequẽtia, sed extranea, & aliena, illa impedit, nec de ista loquimur in ar.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ sicut dicitur in 2. Phys.* Contingit, ꝙ duo sibiinuicem sunt causa, ita ꝙ vnum sit causa efficiens, & aliud causa finalis alterius; & per hunc modum operatio causat delectationem, sicut causa efficiens, delectatio autem perficit operationem per modum finis, ut dictum est. * * Aristot. tex. 30. * In corp.

¶Ad maiorem, nihil est perfectiuum suijpsius, vel suæ causæ. Prima pars conceditur. Ad secundam dicitur, ꝙ nihil perficit suam causam in eodem genere causæ, & vt causa est, tamen potest perficere suam causam in alio genere causæ, & vt est effectus. Causæ enim sunt sibiinuicē causæ, & id quod est causa in vno genere, est effectus in alio genere, sicut patet de materia, & forma de efficiente, & fine. Materia enim est causa formæ in genere causæ materialis, & ipsa vt existēs, & actu, est effectus formæ in genere causæ formalis; similiter finis est causa in genere causæ finalis, & quandoque effectus in genere causæ efficientis. Ad minorem dicitur, ꝙ capiendo operationem propriè, prout nominat actum secundum immediatè procedentem ab actu primo, tunc est prædicatio causalis; & operatio est causa delectationis in genere causæ efficientis, & cum hoc delectatio est causa operationis formalis, vel finalis largè de finali loquendo, prout omne perfectiuum habet rationem finis. Negatur igitur consequentia.

¶Ad tertium patet responsio ex dictis.

¶Ad maiorem dico, ꝙ perficit vt finis, largè accipiendo finem, vt habetur in principio corporis. Dico secundò ꝙ vt forma. Dico tertiò, ꝙ ex parte agentis perficit indirectè, vt patuit in corpore. Ad minorem dico, ꝙ non vt finis, ad quem res ordinatur, sed vt finis, qui est perfectio accidentalis, nec oppositum probatur. Vltra dico, ꝙ non per modum efficientis directè, sed solùm indirectè, nec probatur oppositum. Vltra, nec vt forma. Verum, essentialis, & immanens, & hoc vult Philosophus, quando dixit, quòd nō perficit vt habitus quidam (idest nō sicut forma intrans essentiam rei) sed vt finis quidam superueniēs, idest sicut quædam perfectio accidentalis superueniens operationi in esse constitutæ. Et ponit Philosophus exemplum dicens, quòd delectatio perficit operationem, sicut pulchritudo superueniens iuuenibus, &c.

Quæstio Trigesimaquarta.

De bonitate, & malitia delectationum.

R Deinde considerandum est de bonitate, & malitia delectationum. Et circa hoc quæruntur quattuor. Primò, vtrum omnis delectatio sit mala. Secundò, dato quòd non, vtrum omnis delectatio sit bona. Tertiò, vtrū aliqua delectatio sit optima. Quartò, vtrum delectatio sit mensura, vel regula, secundum quam iudicetur bonum, & malum in moralibus.

¶Postquam determinauit de delectatione ſm se causis, & effectibus, quæ conueniunt delectationi ſm esse naturæ, & sine habitudine ad principiū moralitatis. Nunc quærit de proprietate morali, quæ conuenit delectationi in homine per confinitatem ad rationē coniunctam in eodem supposito. Prior autem est speculatio de his, quæ naturam, & rem absolutè sequuntur. Et diuiditur ista quæstio in duas partes. Primò ostendit quomodo sit bona, vel mala ſm se. Secundò, quomodo se habeat ad bonitatem, & malitiam moralium actuum. Circa primum ostenditur, quomodo aliqua sit bona, aliqua mala. Secūdò, an aliqua sit optima; Primum in duo. Primò ostendit, ꝙ non omnis est mala contra Stoycos. Secundò, quòd non omnis est bona contra Epycureos, artic. secundo.

Vtrum omnis delectatio sit mala.

4.d.39.q.3. arti. 4. q.3. cor. Et Veri. q.15.ar.4. Et 10. Eth. le.1. 2.3. & 4.

AD primum sic proceditur. Videtur, ꝙ omnis delectatio sit mala. Illud enim quod corrumpit prudētiam, & impedit rationis vsum, videtur esse secundùm se malum, quia bonum hominis est secundùm rationem esse, vt Dionys. dicit. 4. cap. de Di. no. sed delectatio corrumpit prudentiam, & impedit rationis usum, & tantò magis, quārò delectationes sunt maiores. Vnde in delectationibus venereis, quæ sunt maximæ, impossibile est aliquid intelligere, vt dicitur in 8. Ethic. * Et Hieronym. etiam dicit super Matth. * quòd illo tempore, quo coniugales actus geruntur præsentia sancti Spiritus non dabitur, etiam si Propheta videatur esse, qui officio generationis obsequitur; ergo delectatio est secundùm se malum; ergo omnis delectatio mala.

Dionysius.

*Arist. c. 11.

*Hiero. epist. o. de monogamia. tomo 1.

¶2 Præterea. Illud quod fugit virtuosus, & prosequitur aliquis deficiens a uirtute, videtur esse secundùm se malum, & fugiendum, quia vt dicitur in 10. Ethicor. * Virtuosus est quasi mensura, & regula humanorū actuū. Et Apostolus dicit 1. ad Corin. 2. Spiritualis iudicat omnia; sed pueri, & bestiæ, in quibus non est virtus, prosequuntur delectationes, fugit autem eas temperatus; ergo delectationes secundùm se sunt malæ, & fugiendæ.

*Arist. c. 5.

D. Paulus.

¶3 Præterea. Virtus, & ars sunt circa difficile, & bonum, vt dicitur in 2. Ethic. * sed nulla ars ordinata est ad delectationem; ergo delectatio non est aliquid bonum.

*Arist.

¶Sed contra est, quod in Psalm. dicitur. Delectare in Domino. Cū igitur ad nihil mali auctoritas Diuina inducat, videtur, quòd non omnis delectatio sit mala.

¶Hic primò quritur pp Stoycos, an oēs delectationes sint malæ.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut dicitur in 10. Ethic. * aliqui posuerunt omnes delectationes esse malas, cuius ratio videtur fuisse, quia intentionem suam referebāt ad solas delectationes sensibiles, & corporales, quæ sunt magis manifestæ: nam & in cæteris intelligibilia a sensibilibus antiqui Philosophi non distinguebant, nec intellectum a sensu, vt dicitur in lib. de Anima. * Delectationes autem corporales arbitrabantur dicendum omnes esse malas, vt sic homines qui ad delectationes immoderatas sunt proni, a delectationibus se trahentes ad medium virtutis perueniant.

*Arist.

*Arist.

¶D. S. primò recitat opinionē quandam circa quæsitum. Secundò eam reprobat cum fundamento eiusdem opinionis, ibi, „Sed hæc, &c. Tertiò ponit veritatem, & conclusionem responsiua, ibi. Dicendum est, &c. Volebant ergo (quo ad primum) aliqui, quòd omnes delectationes sint dicendæ malæ, & hoc volebant intelligi de corporalibus, & sensibilibus. Et eorum motiuum fuit, quia cum dicerentur malæ, homines ab eis retraherentur, nec distinguebant sensum, & intellectum, vt patuit supra de hoc quæst. 24. & infra habetur quæst. 59 artic. 2. Deinde cum dicit.

¶Sed hæc æstimatio non fuit conueniens, cum enim nullus possit uiuere sine aliqua sensibili, & corporali delectatione, si illi qui docent omnes delectationes esse malas, deprehendantur aliquas delectationes suscipere, magis homines ad delectationes erunt procliues exēplo operum, verborū doctrina prætermissa. In operationibus enim, & passionibus humanis, in quibus experientia plurimum valet magis mouent exempla, quàm verba.

¶Reprobat motiuum illorum opinantium, quia per hoc, quòd dicerētur delectationes malæ ab ipsis, & ipsi nihilominus eis fruerentur, homines non retraherentur, immo eorum exemplo efficerentur magis procliues, &c. Deinde ibi.

¶Dicendum est ergo aliquas delectationes esse bonas & aliquas esse malas. Est enim delectatio quies appetitiuæ uirtutis in aliquo bono amato, & consequens aliquam operationem. Vnde huius ratio duplex accipi potest. Vna quidem ex parte boni, in quo aliquis quiescens delectatur; bonum enim & malum in moralibus dicitur, secundùm quòd conuenit rationi, uel discordat ab ea, ut supra dictum est; * sicut in rebus naturalibus aliquid dicitur naturale ex eo, quòd naturæ conuenit, innaturale uerò ex eo, quòd est a natura discordans; sicut igitur in naturalibus est quædam quies naturalis, quę scilicet est ex eo quòd cōuenit naturæ, vt cū graue quiescit deorsum; & quædam innaturalis, quę est in eo, quod repugnat naturæ, sicut cùm graue quiescit sursum; ita & in moralibus est delectatio bona, secundùm quòd appetitus superior, aut inferior requiescit in eo quod conuenit rationi; & quædam mala ex eo, quòd quiescit in eo, quod a ratione discordat, & a lege Dei.

*quæ. &.

¶Respondet ergo secundùm veritatem ad quæsitum tali cōclusione. Aliquæ delectationes sunt bonæ, aliquæ malæ, etiam corporalis. Probatur ista conclusio duabus rationibus. secundam ponit ibi. Alia ratio, &c. Quo ad primam supponitur, ꝙ delectatio est quies appetitiuæ virtutis in bono amato, & consequens aliquā operationem. Tunc arguitur primò ex parte boni. Bonū & malū in moralibus dicitur secundùm quòd &c. vt in littera; sed in naturalibus est quædam quies naturalis, quæ est ex eo, ꝙ conuenit naturæ, &c. ergo & in moralibus delectatio est bona, secundùm ꝙ appetitus superior, &c. clarè in littera. Maior patuit supra q. 19. artic. 3. Minor nota ex supradictis q. 6. art. 5. Et tenet consequentia a simili; ergo ex hac probatione, quòd delectatio in aliquo bono, quòd est contra rectam rationem, est mala, quare non habet delectatio vt sic, ꝙ sit bona; & quia de facto datur delectatio, quæ est in contrario rationis rectæ, ideo est mala; & intelligitur ista cōclusio, non tantùm de spirituali, sed & sensibili; quia dicit D. S. secundùm quòd appetitus superior, aut inferior, &c. Tunc ibi.

¶Alia

¶Alia ratio accipi potest ex parte operationum, quarum quædam sunt malæ, & quædam bonæ, operationibus autem magis sunt affines delectationes, quæ sunt eis coniunctæ, quam cōcupiscentiæ, quæ tempore eas præcedunt; vnde cum concupiscentiæ bonarum operationum sint bonæ, malarum verò malæ, multomagis delectationes bonarum operationum sunt bonæ, malorum verò malæ.

¶Subiungit secundam rationem pro conclusione responsiua ex parte operationum, quas delectatio consequitur. Et arguitur sic. Concupiscentiæ bonarum operationum sunt bonæ, malarum verò malæ; ergo multo magis delectationes bonarum operationū sunt bonæ, malarum malæ. Antecedens habetur notum, & ab eis concessum. Consequentia probatur, quia operationibus magis sunt affines delectationes, quàm concupiscentiæ; ergo si iste trahunt bonitatem, & malitiam, multo magis isto. Illud antecedens patet, quia delectationes sunt coniunctæ. Concupiscentiæ verò præcedunt tempore operationes ipsas.

¶Et confirmatur conclusio responsiua argumento in contrariū.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd sicut supra dictū est; * delectationes, quæ sunt de actu rationis, non impediunt rationem, neque corrumpunt prudentiam, sed delectationes extraneæ, cuiusmodi sunt delectationes corporales, quæ quidem rationis vsum impediunt, sicut supra dictum est; * & per contrarietatē appetitus, qui quiescit in eo, quod repugnat rationi; & ex hoc habet delectatio, quòd sit moraliter mala, vel secundùm quandam ligationem [d] rationis, sicut in concubitu coniugali delectatio, quamuis sit in eo, quod conuenit rationi, tamen impedit rationis vsum propter corporalem transmutationem adiunctam, sed ex hoc non consequitur malitiam [d] moralem, sicut nec somnus, quo ligatur vsus rationis moraliter est malus, si sit secundùm rationem receptus; nam & ipsa ratio hoc habet, vt quandoque rationis usus intercipiatur; dicimus tamen, quòd huiusmodi ligamentum rationis ex delectatione in actu coniugali, & si non habeat malitiam moralem, quia non est peccatum mortale, nec veniale, prouenit tamen ex quadam morali malitia, scilicet ex peccato primi parentis; nam hoc in statu innocentiæ non erat, vt patet ex his, quæ in prima dicta sunt. *

*q.33.ar.3.

*q.33.ar.3:

Dub. 357. & 378.

Dub. 358.

*Prima parte, q.68. artic.3.

¶Ad maiorem, conceditur prima pars, quòd id quod corrumpit prudentiam secundùm se, est malum moraliter, sed secunda pars negatur. Si intelligitur de impediente per viam ligationis, immo etiam distractionis, potest tantum impedire id quod de se bonum est. Ad probationem dico, quòd bonum hominis est secundùm rationem esse, non quòd nunquam oporteat intercipi vsum rationis. Et quòd impediens vsum rationis per viam ligationis, & impedimenti, sit malum moraliter, aliàs somnus semper esset malus, quod est falsum; sed bonum hominis est secundùm rationem, ita ꝙ quicquid contrariatur rectæ rationi est malum. Ad minorem. Est primò falsa de substantiis spiritualibus. Secundò dico, quòd non omnis etiam sensibilis corrumpit, scilicet viā contrarietatis. Tertiò dico, quòd aliquæ præsertim vehementes, & superexcrescentes (vt patuit quæst. præceden. artic. 3.) impediunt, non tamen propterea sunt malæ moraliter, vt iam dictum est. Ad probationem dicitur, quòd solùm probat, quòd delectationes sensibiles, præsertim venereæ, impediunt vsum rationis; sed per hoc non sunt malæ moraliter. Et quia in tactu quo tangebat Spiritussanctus corda Prophetarum, decebat eos esse abstractos ab huiusmodi delectationibus, ideo non dabatur.

¶Et nota, quia talis delectatio esset in se peccatum, licet quòd sit perturbans, & quòd sequitur ligatio rationis procedit ex radice peccaminosa (scilicet ex peccato originali) quod abstulit iustitiam originalem, quæ cohibebat sensualitatem, ne effrenatè ferretur in delectationem, nec turbaret vsum rationis. De hoc in prima parte, quæst. 98 artic. 2. &c.

¶Ad secundum dicendum, quòd temperatus non fugit omnes delectationes, sed immoderatas, & rationi nō conuenientes; quòd autem pueri, & bestiæ delectationes consequuntur, non ostendit eas uniuersaliter esse malas, quia in eis est naturalis appetitus a Deo, qui mouetur in id, quod est ei conueniens.

¶Ad minorem dico, ꝙ virtuosus non fugit omnes, sed eas quæ sunt contra rationem; & tales sunt malæ. Secundò dicitur, quòd pueri quidem, & bestiæ sequuntur delectationes, sed negatur consequentia, ergo sunt malæ, quia in eis est appetitus naturalis bonus, & per consequens tendunt in bonum saltem naturale, licet in eis non sit bonitas moralis, non tamen malitia, sed ibi est bonitas naturalis media inter bonum, & malum morale.

¶Ad tertium dicēdum, quòd non omnis boni est ars, sed exteriorum factibilium, vt infra dicetur; * circa operationes autem, & passiones, quæ sunt in nobis, magis est prudentia, & virtus, quàm ars, & tamen aliqua ars est factiua delectationis, scilicet pulmentaria, & pigmentaria, vt dicitur in quinto Ethicorum. *

*q.57.ar.3.

*Arist.c.12.

¶Maior vera disiunctè, ita quòd ars est circa bonum, saltē materialiter, & virtus etiam, sed non circa idem bonum sunt simul ars, & virtus est magis circa bonum, quàm difficile, immo, si difficile non esset bonum non esset virtutis, vt patet secunda secundæ, quæst. 27. artic. 8. ad tertium. Minor vera, nulla ars est ad delectationem regulandam. Esto sit ad aliquam faciendam, tamen virtus est circa delectationes, quia est circa agibilia, ars circa factibilia, vt patebit infra quæst. 57. artic. 3. Temperantia enim est circa delectationes. Vnde negatur consequentia.

Vtrum omnis delectatio sit bona.

S 4.d.49.q.3. ar.3.q.3.ad 2. & arti.4. q.1.per totum. & 3. cor. & 10. Eth. lect.a. 3 & 4.

AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ omnis delectatio sit bona; sicut enim in primo dictum est; * bonum in tria diuiditur. S. honestum, utile, & delectabile, sed honestum omne est bonum, & similiter omne utile; ergo & omnis delectatio est bona.

*Prima parte, q.5. ar.6. * Arist. c.6. & 7.

¶2 Præterea. Illud secundum se est bonum, quod nō quæritur propter aliud, vt dicitur in 1. Ethic. * sed delectatio non quæritur propter aliud, ridiculum enim videtur ab aliquo quærere, quare uult delectari; ergo delectatio est per se bona, sed qđ per se prædicatur de aliquo; vniuersaliter pdicatur de eo; ergo ois delectatio est bona.

¶3 Præterea. Id quod ab omnibus desideratur, videt esse per se bonum; nam bonū est, quod omnia appetunt, vt dicitur in 1. Ethic. * sed omnes appetunt aliquam delectationem etiam pueri, & bestiæ; igitur delectatio est secundùm se bonum; omnis ergo delectatio est bona.

* Arist. in princ.

¶Sed contra est, quod dicitur Prouerb. 2. Qui lætantur, cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis.

Prouerb. 2.

¶Hic D. S. quærit per oppositum ad articulum præced. propter Epycureos, qui dicebant delectatione secundùm se. i. vniuersaliter, & ratione generis in quocunque, vel de quocunq; fit, esse bonum.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut aliqui Stoycorum posuerunt omnes delectationes esse malas, ita Epycurei posuerunt delectationem secundùm se esse bonam, & per consequens delectationes omnes esse bonas.

¶D. S. primò recitat opinionem erroneam circa quæsitum. Secundò eam reprobat ponēs veram sententiam, & responsionē, ibi. Qui ex hoc, &c. Quo ad primum dicit, ꝙ opinio Epycureorum opposita opinioni Stoycorum fuit, ꝙ delectatio ſm se esset bona, idest ex propria ratione, & ratione generis, & quia quod conuenit alicui ſm se, & huiusmodi, inquantū tali conuenit omni tali; ideo ſm eos omnis dēlectatio est bona. Consequenter cum dicit.

¶Qui ex hoc decepti esse uidentur, quòd non distinguebant inter id quod est bonum simpliciter, & inter id quod est bonum quo ad hunc; simpliciter quidem bonum est, quod secundùm se bonum est. Cōtingit autem, quod non est secundùm se bonum, esse huic bonum dupliciter; vno modo, quia est ei conueniens secundùm dispositionem, in qua nunc est, quæ tamen non est naturalis, sicut leproso bonum est quandoque comedere aliqua uenenosa, quæ non sunt simpliciter conuenientia complexioni humanæ; alio modo, quia id quod non est cōueniens æstimatur ut conueniens.

¶Reprobat prædictam opinionem tanquam erroneam, & improbatio eius est probatio conclusionis responsiuæ, quæ ex ea subintelligitur talis, nō omnis delectatio est simpliciter, & secundùm se bona. Pro fundatione huius conclusionis, & reprobatione prædicti erroris. D. S. primò notat rationem istius opinionis, & eius defectum. Secundò eam applicat ad propositum, ibi. Et quia, &c. Quo ad primum notat defectum istius opinionis, quia non distinguebat inter bonum simpliciter, & inter bonum quo ad hunc; & ideo quia omnis delectatio videtur esse bona huic secundùm sensum, vel apparet bona, ideo malè intulerunt, quòd omnis esset dicenda bona simpliciter.

Conclusio responsiua.

¶Nota autem circa hoc D.S. 1.par.q.49.ar.3. iudicium de bonitate alicuius rei, non est accipiendum ſm ordinem ad aliquid particulare, ſed ſm ſeipſam, & ſm ordinē ad totū vniuerſum, hęc ille; ſic in ꝓpoſito delectatio in hoſe iudicanda eſt bona ſimpliciter in ordine ad præcipuum hominis, quod eſt ratio. Conſequenter ibi.

¶Et quia delectatio eſt quies appetitus in bono, ſi ſit bonum ſimpliciter illud, in quo quieſcit appetitus, erit ſimpliciter delectatio, & ſimpliciter bona, ſi autem non ſit bona ſimpliciter, ſed quo ad hunc, tunc nec delectatio eſt ſimpliciter, ſed huic, nec ſimpliciter eſt bona, ſed bona ſecundùm quid, vel apparens bona.

¶Applicat rationem defectus iſtius opin. ad propoſitum, & probat cõcluſionem reſponſuam ſic. Si ſit bonum ſimpliciter, in quo quieſcit appetitus, erit ſimpliciter, &c. vt in littera per totum; ſed bonum in quo quieſcit appetitus, non ſemper eſt ſimpliciter bonum, ſed quandoq; ſolùm quo ad hunc, vel præſentem diſpõnem, vel quia eſtimatur conueniens; ergo non oĩs eſt ſimpliciter bona. i. in veritate. i. rõne gñis. Maior patet ex dictis. Minor ſuppletur, & relinqtur nota, quia qñq; quis delectatur in bono ſolùm ſm ſenſum, & nõ ſm rationem, in quod eſt quieſcere in bono ſm quid, &c. Et confirmatur concluſio reſponſiua argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ honeſtum, & vtile dicuntur ſm rationem; & ideo nihil eſt honeſtum, vel vtile, quod non ſit bonum; delectabile autem dicitur ſm appetitum, qui quandoq; in illud tendit, quod non eſt cõueniens rationi, & ideo non omne delectabile eſt bonũ bonitate morali, quæ attenditur ſecundùm rationem.

¶Maiorẽ cõcedo, & minorẽ; ſed negatur conſequentia, & ratio in ſolutione, quia honeſtum, & vtile ex propria ratione dicuntur, & ſunt ſm rationem, & per conſequens bona ſm ſe, & ex propria ratione; ſed non ſic eſt de delectabili, quod poteſt eſſe delectabile ſm appetitũ ſenſitiuũ contra rõnẽ, & ꝑ conſequẽs malũ hoĩs, cuius bonũ ſimpliciter eſt ſm rõnem eſſe. Quare negatur conſequẽtia.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ideo delectatio non quæritur propter aliud, quia eſt quies in fine, finem autẽ contingit eſſe bonum, & malum, quamuis nunquam ſit finis, niſi ſecundùm quòd eſt bonum quo ad hunc, ita etiam eſt de delectatione.

Quomodo delectatio non quæritur propter aliud.

¶Ad maiorem primò, illud ſecundùm ſe eſt bonum, vel habetur (licet quandoque falsò) tanquam ſecundùm ſe bonum, quod non quæritur propter aliud quocunque modo: ſi autem non quæritur propter aliud, quia conſequitur ipſum finem neceſſariò de per ſe quæſitum, non eſt ſecundùm ſe bonum, ſed ex fine, quem ſequitur, qui ſi eſt bonus ſimpliciter, tunc & illud conſequens; ſi autem ſit bonum ſecundùm quid quo ad hunc, vel apparenter, tunc eſt bonum ſecundùm quid.

¶Poteſt ſecundò dici ad maiorem, negãdo eam, ſi conſequatur finem quandoque bonum, quandoque malum; ideo enim non quæritur. ſ. verbaliter propter connexionem ad finem, qui poteſt eſſe bonus ſimpliciter, vel quo ad hunc.

¶Ad minorem dico, ſi intelligitur, quòd non ſit etiam propter aliud. Negatur, delectatio eſt enim perfectio ordinata ad operationem, vt per ipſam operatio perfectum eſſe habeat, & ita eſt propter aliud. Dicitur ſecundò, quòd minor vera eſt, quòd non quæritur verbaliter, & vocaliter, quare quis velit delectari; quæritur tamen intentionaliter, & affectionaliter per appetitum rectè ordinatum delectatio propter operationem. Ratio primi eſt ſecundùm D.S. in quarto, diſt. 49. quæſt. 3. artic. 4. quæſt. 3. ad 3. quia de illis ordinatis ad finem conſueuimus quærere, propter quem finem ſiant, quæ fini non ſunt coniuncta. De his verò quæ fini coniunguntur, talis quæſtio non fit, quia ſtatim apparet ea eſſe appetibilia. Et quia delectatio eſt coniuncta operationi perfectæ, ideo non conſueuimus quærere propter quid aliquis velit delectari, & propterea delectatio dicit quietationem appetitus in aliquo. Vnde quærere, quare aliquis velit delectari, eſt idem quòd quærere quare velit appetitum ſuum quietari, quod idem eſt, ac ſi quæreretur, quare aliquis velit finem voluntatis conſequi; licet autem operatio aliqua ſit finis, tamen operatio de ſuo nomine non importat rationem finis, vel quietationem in fine. Et inde eſt, quòd magis quærimus propter quid vis operari, quàm propter quid vis delectari. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd minor eſt falſa, ſi intelligitur, ꝙ non quæritur, ideſt appetitur propter aliud, quia appetitur propter operationem, vt D.S. ibidem ad ſecundum declarat, ſed non quæritur (impersonaliter accipiendo quæritur) vocaliter, & per quæſtionem propoſitionalem, quare vis delectari. Eſt ergo delectatio propter finem, qui ſi eſt ſimpliciter bonus, delectatio eſt bona, ſin autem eſt mala. Dicatur ergo ad argumentum formaliter. Ad maiorem, illud ſecũdùm ſe, ideſt ex propria ratione eſt bonum ſimpliciter, & moraliter, quod non quæritur ꝓp aliud, nec quæſitu affectiuo, ideſt non appetitur propter aliud, nec quæſtione verbali, ita ꝙ non quæritur, quare vis hoc facere. Si autem vult maior, ꝙ iſtud ſecundum ſufficiat ad eſſe vltimum finem, & ſecundùm ſe bonum, negatur, immo de ſecundùm ſe bono. Soperatione perfecta poteſt quæri, quia in proprio nomine non dicit finem, &c. vnde eſto non ſit propter aliud, tamen quæritur, vnde non quæri non eſt argumentum ſufficiens, & ratio conuertibilis cum de ſe bono, quia de ſe bono quæritur. Ad minorem, negatur, ſi intelligitur de quæſitu appetitiuo, immo appetitur propter operationem tanquam finem; ſed verum eſt, ꝙ non quæritur imperſonaliter, ideſt nemo quærit vocaliter, quare quis velit delectari propter euidentem connexionem ad finem quem ſequitur, & qa eſt quietatio in fine, &c. vt D.S. habet in quarto; ergo, &c. Negatur conſequentia, quia eſt bona pp rem & operationem, quã ſequitur quæ quandoq; eſt ſolùm apparenter, vel ſecundùm quid bona.

¶Nota, ꝙ ſolutio eſt ſanè intelligẽda, in qua D.S. dicit. Ideo delectatio non quæritur propter aliud. ſ. vocaliter, ideſt non quæritur, quare quis velit delectari, & quietari in appetitu, & finem voluntatis conſequi, tamen refertur in operationem (vt patuit ſupra quæſt. 4. artic. 2. ad ſecundum) tanquam in finem, quia autem finis eſt bonus, & malus; ideo & delectatio.

¶Et aduerte, ꝙ delectatio nõ quæritur propter aliud ad ſenſum dictum, tamen deſideratur, & appetitur propter aliud.

¶Ad tertium dicendum, quòd hoc modo omnia appetunt delectationem ſicut & bonum, cum delectatio ſit quies appetitus in bono, ſed ſicut contingit nõ omne bonum, quod appetitur eſſe per ſe, & verè bonum, ita non omnis delectatio eſt per ſe, & verè bona.

¶Ad maiorem, negatur, ꝙ ſit per ſe bonum; ſed ſufficit, quòd conſequatur bonum ab omnibus appetibile, quod poteſt eſſe bonum ſimpliciter, vel ſecundùm quid. Ad probationem, oportet ſanè intelligere; eſt enim ſenſus, ꝙ omnia appetũt bonum, vel ſecundùm rem, vel ſecundùm apparentiam, & non intelligitur, ꝙ omnia appetunt vnum bonum niſi Deum, ſed intelligitur diſtributiuè, reddendo ſingula ſingulis, ideſt quodlibet appetens appetit ſibi bonum, ita ꝙ bonum habet ſuppoſitionem confuſam, vel ſimplicem cum inclinatione ad ſuppoſita. Vnde D.S. in de Veritate, Materia 22. art. 1. ad quartum. Cum dicitur, omnia bonum appetunt, non oportet bonum determinari ad hoc, vel illud, ſed in communitate accipi, quia vnumquodq; appetit ſibi bonum conueniens naturaliter. De hoc videbitur prima par. q. 6. artic. ad ſecundum. Ad minorem, vera eſt, quia omnes appetunt bonum, quod ſequitur delectatio; ſed tale bonum non eſt ſimpliciter bonum ſemper; ſed ſufficit ad hoc, ꝙ appetatur, vt ſit bonum ſenſibile ſecundùm quid, &c. Negatur conſequentia. Et iddem argumentum habet D.S. in quarto, bi ſtatim, & eſt in ordine quarti. Delectationes autem propriæ alicui ſunt bonæ ſibi in veritate, & ita in homine ſecundùm rationem delectari eſt ſibi bonum in veritate, & ſimpliciter. Et probat hoc tertium argumentum, quòd delectatio habet aliquam bonitatem naturalem, & ſenſibilem de ſe, ſed non moralem bonitatem, quæ eſt bonitas rationis.

¶Et nota D.S. in quarto, ꝙ dicit delectatio, vt delectatio nominat quoddam bonum. ſ. bonitate naturali; ſed vt hæc delectatio poteſt habere rationem mali. ſ. moralis, ex parte eius, ex quo ſpecificatur, ſicut & omnis actio quantum ad hoc, quòd habet de natura actionis eſt bona, &c. Et nota ſolutionẽ ſecundi argumenti quæſtiunculæ primæ, ꝙ non ſolùm appetitur bonum. ſ. in veritate, ſed etiam apparens, a non habente rectum iudicium.

¶Quia oſtẽſum eſt, quòd aliqua delectatio eſt bona, aliqua mala, nunc quærit, an aliqua ſit optima.

¶Reſpon-

Vtrum aliqua delectatio ſit optima.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, ꝙ nulla delectatio ſit optimum, nulla enim generatio eſt optimum; nam generatio non poteſt eſſe vltimus finis, ſed delectatio conſequitur generationem, nam ex eo, ꝙ aliquid conſtituitur in ſuam naturam delectatur, vt ſupra dictum eſt; * ergo nulla delectatio poteſt eſſe optimum.

¶ 2 Præterea. Illud quod eſt optimum, nullo addito poteſt fieri melius; ſed delectatio aliquo addito fit melior, eſt enim melior delectatio cum virtute, quàm ſine virtute; ergo delectatio non eſt optimum.

¶ 3 Præterea. Id quod eſt optimum, eſt vniuerſaliter bonum, ſicut per ſe bonum exiſtens; nam quod per ſe eſt prius, & potius, eo quod eſt per accidens, ſed delectatio non eſt vniuerſaliter bonum, vt dictum eſt; * ergo delectatio non eſt optimum.

¶Sed contra. Beatitudo eſt optimum, cum ſit finis humanæ vitæ, ſed beatitudo non eſt ſine delectatione, dicitur enim in Pſal. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vſque in finem.

* Apud Ariſt. li. 10. Eth. c. 2.

¶Reſpondeo dicendum, quòd Plato, * non poſuit omnes delectationes eſſe malas ſicut ſtoici, neque omnes eſſe bonas, ſicut epycurei, ſed quaſdam eſſe bonas, & quaſdam eſſe malas, ita tamen quòd nullum ſit ſummũ bonum vel optimum.

¶D.S. primò recitat opinionem Platonis circa quæſitum, ſecũdò adducit duo fundamẽta eius, & ea reprobat, ibi, Sed quãtũ, &c. Tertiò ex illis reprobationibus infert concluſionem reſponſiuam veram ibi. Et per hunc modum, &c. Quo ad primum præmittit, quòd Plato in duobus benè ſenſit iuxta determinationem articulorum præcedentium, quia non ponit omnes malas neque omnes bonas. Deinde ponit in quo defecit, videlicet in hoc, quòd nõ poſuit aliquam optimum vel ſummum bonum ad ſenſum dicẽdũ.

¶Nota circa hoc, quòd D.S. in quarto vbi ſupra quæſtiun. 3. cõnumerat. Platonicos cũ Stoycis, & dicit. Alia fuit opinio Stoycorum, & Platonicorum, qui ponebant omnem delectationem eſſe malam. Hic autem in principio cor. dicit quòd Plato non poſuit omnes delectationes eſſe malas, ſicut Stoyci, &c. vbi videtur eſſe contradictio, ſed puto, quòd rem hic melius digeſſerit, poſſibile etiam eſt, quòd aliter ſenſerint Platonici, aliter Plato à cuius ſententia poſteriores recedere potuerunt.

¶Sed quantũ ex eius rationibus datur intelligi in duobus deficit. In vno quidem, quia cum videret delectationes ſenſibiles, & corporales in quodam motu, & generatione conſiſtere ſicut patet in repletione ciborum, & huiuſmodi, æſtimauit omnes delectationes conſequi generationem, & motum, vnde cum generatio, & motus ſint actus imperfecti, ſequeretur quòd deiectatio nõ haberet rationem vltimæ perfectionis.

Hic conſequenter D.S. adducit duo fundamenta, & duas rationes prædictæ ſuæ opinionis, ſecundum ibi. Alio verò, &c. Quo ad primam primò ipſam refert. Secũdò eã improbat, ibi. Sed hoc, &c. Prima ergo radix, & primum fundamentum defectus Platonici quo ad dicendum nullam delectationem eſſe optimum fuit, inductus eſt, quia æſtimauit omnes delectationes conſequi generationem, & motum, & ſic per conſequens nullam eſſe optimum, quia motus eſt actus imperfecti, conſequenter cum dicit.

¶Sed hoc manifeſtè apparet falſum in delectationibus intellectualibus, aliquis enim non ſolùm delectatur in generatione ſcientiæ, puta cum addiſcit aut miratur, ſicut ſupra dictum eſt. * ſed etiam in contemplando ſecundùm ſcientiam iam acquiſitam.

*q.32.ar.8.

¶Eradicat prædictum primum fundamentum Platonis, quia delectationes intellectuales quæ ſunt potiſſimę non conſequuntur ſolùm generationem, ſed etiam perfectionem completam vt D.S. oſtendit de ſcientia. Conſequenter ibi.

¶Alio verò modo, quia dicebat optimum illud, quod eſt ſimpliciter ſummum bonum, quod ſcilicet eſt ipſum bonum quaſi abſtractum, & non participatum ſicut ipſe Deus eſt ſummum bonum.

¶Ponit ſecundam radicem defectus Platonis. Et deinde ſimiliter improbat eam, ibi. Nos autem, &c. Secunda ergo ratio Platonis fuit, quia ipſe accepit ſignificationem nominis, cũ dicimus delectationem ſummum bonum pro ſummo bono ſeparato, ſcilicet Deo. Deinde cum dicit.

¶Nos autem loquimur de optimo in rebus humanis. Optimũ autem in vnaquaque re eſt vltimus finis. Finis autem vt ſupra dictum eſt. * dupliciter dicitur, ſcilicet ipſa res, & vſus rei, ſicut finis auari eſt vel pecunia vel poſſeſſio pecunię, & ſecundùm hoc vltimus finis hominis dici poteſt, vel ipſe Deus qui eſt ſummum bonũ ſimpliciter, vel fruitio ipſius quæ importat delectationem quandam in vltimo fine.

*q.1.ar.8.

¶Improbat etiam prædictam radicem, & acceptionem nominis, quia cum vertimus in quæſtione an delectatio ſit ſummum bonum, intelligimus, ſicut debet intelligi, de ſummo bono creato, formaliter inhærente, & perficiente, ergo malè accipiebat Plato. Quod autem debeat ſic intelligi, ſcilicet de ſummo bono creato, D.S. probat tali ratione. Optimum in vnaquaque re eſt vltimus finis, ſcilicet inhærens, & non abſtractus, ſed ipſa delectatio quædam ſiue fruitio eſt vltimus finis, ſcilicet formalis, ergo ipſa delectatio quædam eſt optimum, & ſummum formaliter inhærens, & ergo ſic debet intelligi.

¶Pro minore D.S. notat diſtinctionem de fine, quia eſt finis, qui, & finis quo, ſiue obiectalis, & formalis, ſiue res, & eius adeptio, de qua diſtinctione ſæpius ſup. q. prima & 3. dictum fuit.

¶Et per hunc modum alia delectatio hominis poteſt dici optimum inter bona humana.

¶Hic in calce corporis D.S. ex omnibus dictis infert concluſionem reſponſiuam talem. Aliqua delectatio hominis, ſcilicet conſequens optimam operationem, poteſt dici optimum inter bona humana, ideſt inter formaliter inhærentia, accipiendo ſcilicet optimum bonum pro bono formali. Illa concluſio patet ex dictis, præſertim ex ſecunda improbatione Platonis, quia per rationem ibi factam cõtra Platonem fuit illata hæc concluſio, & ſic relinquitur nota.

¶Nota autem, quòd D.S. hic non facit difficultatem de hoc, an delectatio ſit principalius operatione, ſed diſputanti contra Platonem ſufficit oſtendere aliquam delectationem eſſe optimum, non ſecernendo operationem; nam operatio, & delectatio ipſam conſequens habentur tanquam vnum bonum, ſicut enim ex perfectione, & perfectibili conſtituitur vnum, ita ex delectatione, & operatione ſit vna operatio perfecta, quare non eſt putandũ, quòd D.S. hic contradicat ſupra habitis. q. 4. ar. 2. vbi prætulit viſionem delectationi; ibidem enim diſtinctè loquebatur, hic autem loquitur de delectatione incluſa operatione, quæ ambo habet pro optimo bono hominis. Si autem loqueremur propriè, & diſtinctè, ſegregando per intellectum ab inuicem, tunc delectatio magis eſt aliquid optimi, ſcilicet fœlicitatis, & beatitudinis eſſentialiter dictæ. D.S. autem hic loquitur philoſophicè ad modum Ariſto. qui non determinauit in 10. Ethi. quòd inter iſta eſſet propter alterũ, de quo ſupra habitum eſt.

¶Confirmat ratio in contrarium concluſionem reſponſuam. Et probat, quòd delectatio eſt aliquid optimi tãquam conſequens beatitudinẽ formalem. Vide D.S. in 4.d.49.q.3.art.4 q. 3. per totũ.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd non omnis delectatio conſequitur generationem, ſed aliquæ delectationes conſequuntur operationes perfectas, vt dictum eſt. * & ideo nihil prohibet aliquam delectationem eſſe optimum, & ſi non omnis ſit talis.

* In cor.

¶Maior vera, quia generatio eſt quoddam fieri, & motus ad perfectionem diſtans ab ipſa. Minor eſt vniuerſaliter falſa, & patuit ſupra, quòd Plato in hoc reprehenditur, quia dixit delectationem eſſe generationem. Ad probationem dico, quòd aliquid delectatur, quia conſtituitur in ſuam naturam, ſi intelligitur, quòd delectatio conſiſtat in conſtitutione naturæ in ſe, negatur, quia delectatio eſt operatio ſequens naturam conſtitutam, vt patuit ſupra, ſed intelligitur vt patuit q. 31 ar. primo. Eſt conſtitutio in naturam exiſtentem, ideſt quidam motus vel operatio cauſata ex exiſtentia, ideſt præſentia exiſtentis in naturam, ideſt conuenientis, & connaturalis, nõ ꝙ ſit ipſa conſtitutio naturalis, &c. & D.S. ſupponit iſta ex loco dicto ſupra. Et vult illa propoſitio philoſophi, quòd operationes procedentes ab habitibus, & natura iam in eſſe conſtitutis ſunt delectabiles, & ſine triſtitia, ſed operationes quæ ſunt conſtitutiuæ ſiue productiuæ habitus vel naturæ ſunt cum triſtitia.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ratio illa procedit de optimo ſimpliciter, per cuius participationem omnia ſunt bona, vnde ex nullius additione fit melius, ſed in alijs bonis vniuerſaliter verum eſt, quòd quodlibet bonum ex additione alterius fit melius, quamuis poſſet dici, quòd delectatio non eſt aliquid extraneum ab operatione virtutis, ſed concomitans ipſam vt in primo Ethicorum dicitur. *

¶Maior vera de optimo ſimpliciter, quod eſt ſummum bonum extrinſecum, quod ſupra dicebatur beatitudo obiectalis, hoc enim per quodcunque additum nõ fit melius; licet ipſum cum alio bono ſint plura bona, vide de Malo. Ma. 5. ar. 1. ad quartũ, & Heruetũ, ſed id, quod eſt bonum optimum inter omnia formaliter inhærẽtia, poteſt fieri melius.

* Ariſt. c. 8.

¶Ad minorem primò, conceſſa ipſa ſequitur, quòd non eſt optimum ſimpliciter extra genus. Secundò dicitur ad minorem, negando eam, quia delectationi optimæ non additur virtus, immo non eſt optima niſi quia conſequitur, & includitur in optima operatione, quæ eſt operatio virtutis. Et ergo dicit D.S. quamuis poſſet dici, quòd delectatio non eſt aliquid extraneum ab operatione virtutis, ſed concomitans ipſam. Et per hoc patet, quod dictum eſt circa corpus arti. quòd D.S. hic non accipit pro duobus operationem, & delectationem, ſed magis pro vna operatione optima, non enim eſt operatio optima niſi cum delectatione. Et ergo in ipſa includitur.

¶Ad tertium dicendum, quòd delectatio non habet, quòd ſit optimum ex hoc, quòd eſt delectatio, ſed ex hoc, quòd eſt perfecta quies in optimo; vnde non oportet, quòd omnis delectatio ſit optima aut etiam bona, ſicut aliqua ſcientia eſt optima nõ tamẽ omnis.

¶Ad maiorem, id quod eſt optimum eſt vniuerſaliter bonum. Dico primò, quòd ſi eſt optimum ſimpliciter extra genus eſt vniuerſaliter bonum, vndè ponimus Deum vniuerſaliter bonum. Secundo

cũdo dico, quòd si est optimum creatum ratione generis sui, quia scilicet est delectatio, tunc est vniuersaliter bonum id est in quacunque delectatione inueniatur. Si autem est optimum bonum ratione speciei, quia videlicet est delectatio talis, consequens talem operationem, tunc non oportet, quòd vniuersaliter, ideſt omnis delectatio sit bona, sicut quia risibile conuenit homini vt est tale animal, non conuenit propterea omni animali, &c. Ad probationem concedo, quòd per se existens est prius, eo quod est per accidens vel per alterum. Sed dico, quòd delectationi non conuenit esse per se, & ratione generis esse optimum, sed per aliud, scilicet operationem quam sequitur.

¶ Minorem cõcedo, ergo non est optimum, verum ratione generis vt delectatio, sed aliqua talis delectatio, & ista est optima per accidens, ideſt per alterum, non tamen per accidens, ideſt contingenter, & variabiliter, potest enim per aliud conuenire, quod etiã conuenit necessariò, vt patet de beatificabilitate hominis vel Angeli, &c. Et istam solutionem intendit D. S. quia dicit, quòd delectatio non habet, quòd sit optimum, quia delectatio, scilicet ratione generis, sed quia quies in optimo, ideſt vt taliis, & per cõsequẽs sicut habet, quòd sit talis per obiectum suum, ita habet quòd sit optima per obiectum in genere causæ finalis, & obiecti specificatiui, &c. id est formalis.

Vtrum delectatio sit mensura vel regula secundùm quam iudicetur bonum vel malum in moralibus.

V 4.di.48.q.3. arti.4. q.3. ad 1.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd delectatio non sit mensura vel regula boni, & mali moralis, omnia enim mensurantur primò sui generis, vt dicitur in 10. Metaphy. * sed delectatio non est primum in genere moralium, sed præcedunt ipsam amor, & desideriũ, nõ ergo est regula bonitatis, & malitiæ in moralibus.

* Arist. ca. 3. & 4.

¶ 2 Præterea. Mensuram, & regulã oportet esse vniformem, & ideo motus qui est maximè vniformis est mẽsura, & regula omnium motuum, vt dicitur in 10. Metaphy. * sed delectatio est varia, & multiformis, cũ quædam earum sint bonæ, & quædam malæ, ergo delectatio non est mensura, & regula moralium.

* Arist. tex. 4.

¶ 3 Præterea. Certius iudicium sumitur de effectu per causam quàm è cõuerso, sed bonitas vel malitia operationis est causa bonitatis vel malitiæ delectationis, quia bonæ delectationes sunt quæ consequuntur bonas operationes, malæ autem quæ malas, vt dicitur in 10. Ethicorum. * ergo delectationes non sunt regula, & mẽsura bonitatis, & malitiæ in moralibus.

* Arist. c. 6.

¶ Sed contra est quod Aug. dicit super illud Psalm. Scrutans corda, & renes Deus. Finis curæ, & cogitationis est delectatio ad quam quis nititur peruenire. Et philosophus dicit in 7. Ethico. * quòd delectatio est finis Architectorum, ideſt principalis ad quem respicientes vnumquodque, hoc quidem malum, hoc autem bonum esse simpliciter dicimus.

* Arist. c. 11.

¶ Hic D. S. inquirit quomodo delectatio se habeat ad bonitatẽ, & malitiam humanorum, & moralium actuum. An sit regula.

¶ Nota autem, quòd de ratione mensuræ, & regulæ est ducere in cognitionem alterius, & ipsum notificare, vt patuit supra, quærere ergo an delectatio sit mensura, &c. ideſt an ex bona delectatione intenta cognoscatur, quòd homo sit virtuosus, & bonus, & per oppositum de mala.

¶ Respondeo dicendum, quòd bonitas vel malitia moralis principaliter in voluntate consistit, vt supra dictum est. * vtrum autem voluntas sit bona vel mala præcipuè ex fine cognoscitur, id autem habetur pro fine in quo voluntas quiescit, quies autem voluntatis, & cuiuslibet appetitus in bono est delectatio, & ideo secundùm delectationem voluntatis humanæ præcipuè iudicatur homo bonus vel malus. Est enim bonus, & virtuosus qui gaudet in operibus virtutum, malus autem qui in operibus malis.

* q. 20. ar. 1.

¶ D. S. respondet tali conclusione intenta. Delectatio voluntatis est mensura boni, & mali moralis, non autem delectatio appetitus sensitiui D. S. probat primò primam partem huius conclusionis. Secundò ponit, & probat secũdam, ibi. Delectationes autẽ, &c. Et quamuis probatio primæ sit satis clara in littera, quia ex fine innotescit bonitas agẽtis in moralibus, & similiter bonitas actionis, sed delectatio tenet se ex parte finis, &c. Arguitur tamen formalius sic supplendo maiorem ex primo argumento, hoc habet rationem mensuræ in vnoquoque genere, ex quo habetur certitudo, & iudicium de omnibus istius generis, sed secundùm delectationem voluntatis humanæ, præcipuè iudicatur homo bonus vel malus vt sic, ergo sequitur conclusio. Maior nota ex. 10. Metaphy. Minor probatur à principio formaliter de primo ad vltimum. Et confirmatur quasi à signo. Deinde ibi.

¶ Delectationes autem appetitus sensitiui non sunt regula bonitatis vel malitiæ moralis, nam cibus communiter delectabilis est secundùm appetitum sensitiuum bonis, & malis, sed voluntas bonorum delectatur in eis secundùm conuenientiam rationis quam non curat voluntas malorum.

¶ Subiungit secundam partem conclusionis, quam probat sic, id quod est commune bonis, & malis, non est regula, & mensura boni vel mali moralis, ita scilicet quòd ex ipso cognoscatur determinatè, quòd sit bonum, vel determinatè, quòd sit malum; sed delectatio appetitus sensitiui est communis, &c. ergo delectatio appetitus sensitiui non est mensura, & regula, &c. Probatur minor, quia bonus delectatur in cibo vno, & malus similiter, & ex hoc ille non habet quòd sit bonus, nec ille, quòd sit malus, ergo ex delectatione sensibili vt sic non iudicatur, sed ex hoc, quòd illa delectatio est voluntatis secundùm iudicium rationis. Et hoc D. S. tangit in fine, quia delectari sensualiter secundùm conuenientiã rationis, & voluntariè est virtuosum, &c. habetur ergo, quòd ex delectatione vt est appetitus sensitiui tantùm non habetur iudicium de bonitate vel malitia, &c. Tamen indirectè potest sumi iudicium ex appetitu sensitiuo, scilicet vt mouetur à voluntate vel directè, vel per modum redundantiæ, &c.

¶ Cõfirmat autẽ prima pars cõclusionis argumẽto in cõtrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd amor, & desiderium sunt priora delectatione in via generationis, sed delectatio est prior secundùm rationem finis, qui in operabilibus habet rationem principij à quo maximè sumitur iudicium sicut à regula vel mensura.

¶ Maior vera. Ad minorem, delectatio non est primum in genere moralium. Verum in via generationis, & executionis, est tamen primum via intentionis, & genere causæ finalis, vt patet supra. q. 25 ar. 2. Ex fine autem sumitur potissimum iudicium in moralibus, magis quàm ex materia vel circunstantijs. Quia ergo delectatio habet manifestam connexionem cum fine tanquam dicens quietationem in fine, vt patuit art. 2. ad secundum, ideo est mensura moralis bonitatis, &c. quia etiam ex delectatione cũ inclusione operationis cui delectatio coniungitur aduertitur voluntas, ex qua completiuè dependet bonitas vel malitia moralis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd omnis delectatio in hoc est vniformis, quòd est quies in aliquo bono, & secũdùm hoc potest esse regula vel mensura, nam ille bonus est cuius voluntas quiescit in vero bono, malus autẽ cuius voluntas quiescit in malo.

¶ Ad maiorem, debet esse certa vt materia patitur. Ad minorẽ dico, quòd quidem multiformis est, sicut probat argumentũ quo ad hoc, quòd aliqua est bona aliqua mala, est tamen vniformis vt regula est, quia hoc certum est, quòd ille est bonus qui delectatur in bonis, malus qui in malis. Vnde minor negatur, quia licet omnes delectationes collectiuæ non sint vniformes, vt ratio probat, tamẽ quælibet est vniformis, quia est in bono vel malo. Et vniformiter sic est, quòd cuius voluntas quærit bonas bona est, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cum delectatio perficiat operationem per modum finis, vt supra dictũ est. * non potest esse operatio perfectè bona nisi etiam adsit delectatio in bono, nam bonitas rei dependet ex fine, & sic quodammodo bonitas delectationis est causa bonitatis in operatione.

* q. 34. ar. 4. in corp.

¶ Maior vera vt sic, tñ effectus quandoq; est notior, & põt cũ causa præsupposita, & inclusa etiã esse mẽsura, & regula, & maior sit ita, vt causa est. Ad minorẽ vera in genere causæ efficiẽtis, & formalis specificatiuè, tñ etiam è contra delectationis bonitas est causa bonitatis operationis formaliter, & finaliter largo modo, vt patuit. q. 33 ar. 4. Et ergo operatio non est perfecta, accidentaliter, & aliquo modo finaliter, prout omnis perfectio habet rationem finis largè sine delectatione. Et secũdò vt in ar. 2. ad secũdũ habitit est operatio de nomine suo nõ importat rationem finis, sicut delectatio. Esto sit principalis finis, ideo magis mẽsuræ ratio in moralibus conuenit delectationi quàm operationi licet delectatio sit bona propter operationem, quia ad esse mensuram non requiritur causalitas in esse rei, sed in esse cognito. Quia ergo bonitas voluntatis cognoscitur ex fine, & delectatio ex nomine importat rationem finis, ideo sibi conuenit ratio regulæ, &c.

Quæstio

Quæstio Trigesimaquinta.

De tristitia seu dolore secundum se.

A DEinde considerandum est de dolore, & tristitia. Et circa hoc primum considerandum est de tristitia seu dolore secundùm se. Secundò de causis eius. Tertiò de effectibus ipsius. Quartò de remedijs. Quintò de bonitate vel malitia eius. Circa primum quærũtur octo. Primò, vtrum dolor sit passio animæ. Secundò, vtrum tristitia sit idem, quòd dolor. Tertiò, vtrum tristitia seu dolor sit contraria delectationi. Quartò, vtrum omnis tristitia omni delectationi contrarietur. Quintò, vtrum delectationi contemplationis sit aliqua tristitia cõtraria. Sextò, vtrum magis fugienda sit tristitia, quàm delectatio appetenda. Septimò, vtrum dolor exterior sit maior quam dolor interior. Octauò de speciebus tristitiæ.

¶ Quia tristitia pertinet ad vnam coniugationem cum delectatione, & directè sibi contrariatur, ideo immediatè post delectationem, agitur de tristitia. Et quinque facit D. S. patet ordo, quia procedit secundùm immediatiorem habitudinem ad tristitiam. In præsenti autem quæstione duo facit. Primò quærit quid sit, secundò diuidit in certas species in art. 8. Circa primum duo facit. Primò, quod dictum est. Secundò, comparat dolorem interiorem ad exteriorem, arti. 7. Circa primum, primò facit, quod dictum est. Secundò agit de dolore per comparationem ad delectationem, in tertio ar. Circa primum, primò ostendit quid sit dolor. Secundò quomodo se habeat ad tristitiam in conuenientia, & differentia in articu. 2.

Vtrum dolor sit passio animæ.

3.q.34.ar.2. & 9. & q. 25.ar.1.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd dolor nõ sit passio animæ, nulla enim passio animæ est in corpore, sed dolor potest esse in corpore, dicit enim

* Aug.c.12. to.1.

Auguſt. in li. de vera reli. * quòd dolor qui dicitur corporis est corruptio repentina salutis eius rei quam malè vtendo anima corruptioni obnoxiauit, ergo dolor nõ est passio animæ.

¶ 2 Præterea. Omnis passio animæ pertinet ad vim appetitiuam, sed dolor non pertinet ad vim appetitiuam sed magis apprehensiuam, dicit enim Aug. in li. de natu. bo. * quòd dolorem in corpore facit sensus resistens corpori potentiori, ergo dolor non est passio animæ.

* Aug.c.29 to.6.

¶ 3 Præterea. Omnis passio animæ pertinet ad appetitum animalem, sed dolor non pertinet ad appetitum animalem, sed magis ad appetitum naturalẽ, dicit enim

* Aug.c.14 to.8.

Auguſt. 8. super Gen. ad litteram. * Nisi aliquod bonum remansisset in natura, nullius boni amissi esset dolor in pœna, ergo dolor non est passio animæ.

¶ Sed contra est, quod Augu. 14. de Ciui. Dei. * ponit doloré inter passiones animæ inducens illud Virg. Hinc metuunt cupiunt gaudentque dolentque.

* Arist. c. 8.

¶ Hic primò quærit D. S. de prædicato quidditatiuo.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut ad delectationẽ duo requiruntur, scilicet coniunctio boni, & perceptio huiusmodi coniunctionis; ita etiam ad dolorem duo requiruntur, scilicet coniunctio alicuius mali, qđ ea ratione est malum, quia priuat aliquod bonum, & perceptio huiusmodi coniunctionis. Quicquid autem coniungitur, si non habeat respectu eius cui coniungitur rationẽ boni vel mali, non potest causare delectationem vel dolorem. Ex quo patet, quòd aliquid sub ratione boni vel mali est obiectum delectationis, & doloris, bonum autem, & malum inquantum huiusmodi sunt obiecta appetitus. Vnde patet, quòd delectatio, & dolor ad appetitum pertinent.

¶ D. S. præmittit primò duas conclusiones præambulares, secũdam ibi. Omnis autem, &c. Secundò eas applicat, & infert conclusionem responsi. ibi. Omnis autem, &c. Prima ergo conclusio præambularis est. Delectatio, & dolor ad appetitum pertinent. Probatur, aliquid sub ratione boni vel mali est obiectum delectationis, & doloris; sed bonum, & malum inquantum huiusmodi sunt obiecta appetitus, ergo, &c. Maior probatur à principio clarè per simile de delectatione, quia requiritur cõiunctio mali, & perceptio, & si non coniungatur sub ratione mali non causat dolorem, ergo maior vera.

¶ Et nota verbum cum dicit, quòd ea ratione est malum, &c. quia non oportet, quòd causans dolorem sit malum in se, sed sufficit, quòd sit malum huic causando defectum in eo. Minor relinquitur nota. Et vult ista ratio, quòd obiectum, & actus circa obiectum sint eiusdem potentiæ, sed obiecta doloris, & delectationis pertinent ad appetitum, ergo, &c. An autem dolor possit pertinere tantùm ad appetitum naturalem, qui est in tactu, & nõ ad sensitiuum appetitum, tangetur ad primum, &c.

¶ Omnis autem motus appetitiuus seu inclinatio cõsequens apprehensionem pertinet ad appetitum intellectiuum vel sensitiuum; nam inclinatio appetitus naturalis non consequitur apprehensionem ipsius appetentis, sed alterius, vt in primo dictum est. * Cum igitur delectatio, & dolor præsupponant in eodem subiecto sensum vel apprehensionem aliquam, manifestum est, quòd dolor sicut & delectatio est in appetitu intellectiuo vel sensitiuo.

* Prima par. q. 103. ar. 1. & sup. q. 26. ar. 1.

¶ Subiungit secundam conclusionem præambulatem, & magis specialẽ, scilicet dolor sicut & delectatio est in appetitu intellectiuo vel sensitiuo. Probatur, omnis motus siue inclinatio sequens apprehensionem coniunctam pertinet ad appetitiuum intellectiuũ vel sensitiuum, sed delectatio, & dolor sunt huiusmodi, ergo, &c. Maior patet per differentiam appetitus naturalis, & sensitiui, & intellectiui, vt patet prima parte q. 103. ar. 10 & supra. q. 26. ar. primo. Deinde cum dicit.

¶ Omnis autem motus appetitus sensitiui dicitur passio, vt supra dictum est. * & præcipuè illi qui in defectũ sonant. Vnde dolor secundùm quòd est in appetitu sensitiuo proprijssimè dicitur passio animæ, sicut molestiæ corporales propriè passiones corporis dicuntur. Vnde & Auguſt. 14. de Ciui. Dei. * dolorem specialiter ægritudinem nominat.

* q. 22. ar. 1.

* Aug. c. 7. tom. 5.

¶ Applicat prædicta, & infert talem conclusionem responsi. Dolor, secundùm quòd est in appetitu sensitiuo proprijssimè dicitur, & est passio animæ. Et dicit notanter, secundùm quòd est in appetitu sensitiuo, quia vt patebit ar. sequenti. Dolor, secundùm quòd idem est quod tristitia, ſt etiam in voluntate, & sic non est passio. Probatur, omnis motus appetitus sensitiui, præcipuè qui in defectũ sonat, habẽs scilicet annexam transmutationem corruptiuam, dicitur & est passio proprijssimè, sed aliquis dolor sicut, & delectatio aliqua est motus appetitus sensitiui, ergo, &c. Minor patet per præcedentes conclusiones præambulares. Maior patuit supra. q. 22. & q. 31. ar. primo ad tertium. Et confirmatur auctoritate Aug. & explicatur, & dicit D. S. secundùm quòd est in appetitu sensitiuo, quia articulus sequens explicabit quæ sit in eo, & quæ non, & ita sufficit nunc probasse, quòd dolor sensitiuus est passio.

Conclusio responsi.

¶ Confirmatur conclusio responsiua argumento in contrariũ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd dolor dicitur esse corporis, quia causa doloris est in corpore, puta cum patimur aliquod nociuum corpori, sed motus doloris semper est in anima, nam corpus non potest dolere nisi dolente anima vt Augu. dicit. *

* Aug. lib. 12. sup Gẽ. ad lit. ca. 4. tom. 4.

¶ Ad maiorem, vera, non est in corpore tantùm, sed in toto cõiuncto, & cum hoc dico, quòd passio corporalis incipit à corpore, & terminatur ad animam, animalis autem è contra, & hoc verum ratione formalis, de hoc in de Verita. Mate. 26. ar. 2. & ar. 11.

¶ Ad minorem potest dici primò extra litterã, quòd dolor corporalis est in corpore, sed non animalis, & passio. Secundò dicitur, quòd dolor est in corpore, loquendo de dolore passione, causaliter, quia videlicet de læsione corporis, & nocumento, in urgit motus in anima, qui essentialiter est passio, & huic formali etiam correspondet ex parte corporis aliqua transmutatio corporalis, & huius argumentum est, quòd dolor sit principaliter in anima, qa corpus non dolet nisi dolente anima. Et secundò quamuis delectatio corporalis etiam habeat causam in corpore, nihilominus tamen est passio, sic & de dolore dicendum est.

¶ Pro maiori declaratione huius solutionis nota, quòd D. S. vbi iam in de Verita. & similiter in 3. sen. dist. 25. q. 2. ar. 3. q. 2. videtur dicere, quòd dolor sensibilis corporalis non sit passio animalis, nec pertineat ad appetitum, sed compleatur in vi apprehensiua. Vnde dicit vbi iam in tertio, dolor incipit in læsione, & terminatur in perceptione sensus, ibi enim completur ratio doloris, sed ratio tristitiæ incipit in apprehensione, & terminatur in affectione. Vnde dolor est in sensu, scilicet tactus, sicut in subiecto, sed tristitia est in appetitu. Ex quo patet, quòd tristitia est passio animalis sed dolor est magis passio corporalis. Quandoque tamen tristitia

largè

largè loquendo dolor dicitur. Hæc ille, similia habet in de Verita. Ex quibus patet, quia sensit ibidem quòd dolor corporalis tantùm consisteret in apprehensione sensus, scilicet tactus, vt ante ista habet in tertio, & sic non esset passio sicut hic loquimur de passione, quæ habet formale in appetitu sensitiuo, & materiale in corpore. Sed D.S. ista hic in solutione limitauit, & aliquid addidit, quia videlicet dolor corporalis est quidem in sensu, & ibi perficitur quãtum ad causam doloris, qui est in appetitu, non tamen solùm est in sensu, nam nõ potest esse, quòd tactus lædatur & læsionem apprehendat, quin & per interiorem sensum apprehendatur, & appetitus in corpore subiectatus non renitatur, & etiam doleat; vnde ex nociuo corporis, secundùm tactum, resultat aliquis motus in anima, qui motus formaliter est passio doloris, & hanc esse vltimam mentem D.S. patet ex 3. parte q. 15. ar. 6. in cor. vbi dicit, sicut dolor sensibilis est in appetitu sensitiuo, ita & tristitia. Sed est differentia secundum motiuum siue secundum obiecta, nam motiuũ doloris est læsio sensus tactus percepta, sicut cum aliquis vulneratur; obiectum autem motiuum tristitiæ est nociuum seu malum exterius apprehensum, siue p rationem, siue per imaginationem, vt in 2. par. habitum est, scilicet ar. sequen. huius quæstionis. Sicut cum aliquis tristatur de amissione gratiæ vel pecuniæ. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd dolor sensibilis est in appetitu sensitiuo, & per consequens passio animalis. Patet quoque quia læsio percepta sensu tactus est motiuum, siue obiectum talis passionis animalis. Et patet, quòd non est solùm immutatio in sensu tactus, sed & in appetitu sensitiuo; & patet etiam, quòd quamuis dolor sensibilis incipiat in corpore, tamen & terminatur ad appetitum; quare standum est in his vltimo dictis. Et dicendum, quòd id quod est in tactu non est dolor quam dicimus passionem, immo est materia doloris passionis, sed immutatio appetitus sensitiui consequens huiusmodi tactus læsionem. Vide supra allegatum Capreo. q. 31. artic. 3.

Capreolus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dolor dicitur esse sensus, non quia actus sensitiuæ virtutis, sed quia requiritur ad dolorem corporalem sicut ad delectationẽ.

¶ Maior vera essentialiter, & subiectiuè, tamen præsupponit apprehensiuam, vt patuit supra sæpius. Minor negatur. Ad probationem dicitur, quòd est prædicatio causalis, & per concomitãtiã, quia videlicet ad sensationem, & perceptionem corporis potentioris, & nociui, sequitur immutatio & dgiectio appetitus per dolorem, sicut supra q. 31. dictum fuit, quòd delectatio est operatio, & perceptio conuenientis causaliter & præsuppositiuè.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd dolor de amissione boni demõstrat bonitatem naturæ; non quia dolor sit actus naturalis appetitus, sed quia natura aliquid appetit vt bonum, quod cum remoueri sentitur, sequitur doloris passio in appetitu sensitiuo.

¶ Maior vera, tamẽ appetitus animalis potest esse respectu eius quod etiam natura requirit, præuia tamen apprehensione, vt patuit supra q. 30. ar. 3. ad primum. Minor negatur, immo pertinet ad sensitiuum, & animalem. Ad probationem dicitur, quòd dolor cõsurgit ex amissione boni, & ex bonitate naturæ, sed mediãte apprehẽsione sensitiua, & motu appetitus sensitiui, qui etiam potest dolere ex subtractione eius, quod est naturale, sicut & concupiscẽtia, & delectatio sensitiua potest esse de eo, quod est naturale ex parte corporis, vt patet de cibo, & potu, & venereis, &c. Et hoc intendit D.S. cum dicit, sed quia natura aliquid appetit vt bonum, quod cum remoueri sentitur, sequitur doloris passio in appetitu sensitiuo. Et ergo vult, q̃ ex ammotione boni naturalis percepta per sensum, sequitur motus in appetitu sensitiuo qui est dolor, sicut cũ aufertur bona dispositio, & valitudo membrorum, &c.

Vtrum tristitia sit idem, quod dolor.

B 3. q. 15. art. 4. cor Et 3. d. 15. q. 2. ar. 3. q. 1. & 2. Et Veri. q. 26. ar. 3. ad 9. & arti 4. ad 4. * Arist. c. 7. & 8.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd tristitia non sit dolor, dicit enim Aug. 14. de Ciui. Dei. * q̃ dolor in corporibus dicitur, tristitia autem dicitur magis in anima, ergo tristitia non est dolor.

¶ 2 Præterea. Dolor non est nisi de præsenti malo, sed tristitia potest esse de præterito, & de futuro, sicut pœnitentia est tristitia de præterito, & anxietas de futuro; ergo tristitia omnino à dolore differt.

¶ 3 Præterea. Dolor non videtur consequi nisi sensum tactus, sed tristitia potest consequi ex omnibus sensibus, ergo tristitia non est dolor, sed se habet in pluribus.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit ad Roma. 10. Tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo, pro eodem vtens tristitia, & dolore.

Hic secundò D. S. inquirit quomodo se habeat dolor ad tristitiam. An idem sit vel differat.

¶ Respondeo dicendum, quòd delectatio & dolor ex duplici apprehensione causari possunt, vel ex apprehensione exterioris sensus, vel ex apprehensione interiori siue intellectus siue imaginationis.

¶ D.S. respondet tali conclusione. Tristitia est quædam species doloris, sicut gaudium delectationis, ita scilicet quòd dolor est in plus quàm tristitia, sicut delectatio est in plus quàm gaudium. Probatur, dolor captus in genere dicitur tam de dolore causato ex apprehensione exterioris sensus, quàm ex apprehensione intellectus siue imaginationis, sed tristitia nominat solùm illum dolorem, qui ex interiori apprehensione causatur, & dolor qui ex exteriori apprehensione causatur, dicitur dolor, non autem tristitia; igitur tristitia est quædam species doloris. Huius rationis D.S. ponit, & probat primò maiorẽ, secundò minorẽ, ibi. Sola igitur, &c. Tertiò conclusionem, ibi. Sic igitur, &c. Circa maiorem primò ponit eam, secundò limitat, ibi. Interior, &c. Maior ergo patet per simile de delectatione, scilicet capta in genere, vt dictum fuit q. 31. ar. 3. Consequenter cum dicit.

Conclusio resp.

¶ Interior autẽ apprehensio ad plura se extendit quã exterior, eo quòd quæcunque cadunt sub exteriori apprehensione cadunt sub interiori, sed nõ è conuerso.

¶ Limitat maiorem dictam, & notat, quòd apprehensio interior ad plura se extendit, scilicet ex parte obiectorum, & ergo dolor sequens talem apprehensionem est ad plura obiecta, licet non sit communior secũdum prædicationem, & subiecta, vt notat D.S. circa finem solutionis tertij.

¶ Aduerte tamen, quòd hoc non semper contingit, quia potest quis dolere secundùm sensum exteriorem, & tamen non tristari secundùm voluntatem deliberatam, sicut patet de martyribus. Vnde dictum illud est verum de possibili per omnia, sicut supra dictum fuit de gaudio, & delectatione; quia etiam de possibili gaudiũ est in plus quo ad obiecta delectatione, quæ est condiuisa gaudio, sed non de facto, immo è contra. Consequenter ibi.

¶ Sola igitur delectatio, quæ ex interiori apprehensione causatur, gaudium nominatur, vt supra dictũ est. * & similiter ille solus dolor qui ex apprehensione interiori causatur, nominatur tristitia. Et sicut illa delectatio, quæ ex exteriori apprehensione causatur, delectatio quidem nominatur, non autem gaudium; ita ille dolor, qui ex exteriori apprehensione causatur, nominatur quidem dolor non autem tristitia.

* 1. Ethi. c. 8.

¶ Subiungit minorem, quam probat primò quo ad primã eius partem, quæ patet à simili supra. q. 31. ar. 3. de gaudio, & per consequens etiam patet de tristitia.

¶ Vbi nota, quòd ex his verbis D.S. haberi potest, quod supra dicebatur, scilicet quòd gaudium potest esse etiam in appetitu sensitiuo, vt sequitur apprehensionem interiorem imaginationis, vel rationis particularis; quia D.S. dicit, quòd gaudium solùm causatur ex apprehẽsione interiori, de qua scilicet dixit in principio articuli, scilicet intellectus siue imaginationis, quare cautè intelligendum videtur, quod supra. q. 31. ar. 4 habitum est, quòd gaudiũ est in voluntate, sed non quodcunque, sed solùm, quod immediatè sequitur apprehensionem intellectiuam; sed quod sequitur apprehensionem interiorem, tamen collatiuam in homine, potest etiam & esse in appetitu sensitiuo, & secundùm hoc non est differentia inter D.S. supra q. 31. arti. 3. allegato ex quarto, & hic, quia gaudium etiam secundùm D. S. in hoc articulo est sensus interioris non exterioris, &c. Secundò manifestat secundam partem minoris principalis, & patuit supra de delectatione exteriori, & etiã patet à simili de dolore. Deinde ibi.

¶ Sic igitur tristitia est quædam species doloris sicut gaudium delectationis.

¶ Infert ex omnibus dictis conclusionibus respõsiuis, & patet.

¶ Et nota, quòd dolor accipitur dupliciter, vno modo in communi, & sic diuiditur per tristitiam, & dolorem, exteriorem apprehensionem consequentem, & sic intelligitur conclusio. Alio modo capitur pro illo membro, & sic tristitia est in plus quantum ad obiecta, licet non quantum ad suppositа, & sic non intelligitur cõclusio, & hoc tangitur ad tertium, &c.

¶ Confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd August. loquitur ibi quantum ad vsum vocabuli, quia dolor magis vsitatur in corporalibus doloribus qui sunt magis noti, quàm in doloribus spiritualibus.

¶ Ad Augustinum dicitur, quòd hoc nomen dolor accipitur dupliciter. Vno modo secundùm vsum, & appropriationem communiter loquentium, sic dicitur de dolore corporali, & condiuiditur tristitiæ. Alio modo quo ad suam significationem, & sic est communior; & genus tristitiæ. Et sic intelligitur conclusio nostra, vt patebit etiam ad tertium.

¶ Ad

¶ Ad secundum dicendum, quòd sensus exterior non percipit nisi præsens, vis autem cognitiua interior potest percipere præsens, præteritum, & futurum, & ideo tristitia potest esse de præsenti, prçterito & futuro, dolor autẽ corporalis qui sequitur apprehensionem sensus exterioris non potest esse nisi de præsenti.

¶ Ad maiorem si intelligitur de dolore in sui communi acceptione, falsa est, sed verum, dolor corporalis non est nisi de præsenti malo, sed dolor in communi potest esse de præterito, futuro, & præsenti, Ergo tristitia differt à dolore. Verum corporali, & accepto pro diuidente non pro diuiso.

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ sensibilia tactus sunt dolorosa non solùm in quantum sunt improportionata virtuti apprehensiuę, sed etiam in quantum contrariantur naturæ; aliorum verò sensuum sensibilia possunt quidem esse improportionata virtuti apprehensiuæ, non tamen contrariantur naturæ nisi in ordine ad sensibilia tactus, vnde solus homo qui est animal perfectum in cognitione, delectatur in sensibilibus aliorum sensuum secundũ seipsa, alia verò animalia non delectantur in eis nisi secundùm quòd referuntur ad sensibilia tactus, vt dicitur in 3. Ethi. * & ideo de sensibilibus aliorum sensuum nõ dicitur esse dolor secundùm quòd contrariatur delectationi naturali, sed magis tristitia quæ contrariatur gaudio animali.

* Aristot. cap. 10.

¶ D.S. soluendo hoc argumentum duo facit. Primò exponit maiorem, & etiam minorem. Secundò ex his infert corollariè limitationem, & sanum intellectum conclusionis responsi. positæ in cor. ibi. Sic igitur, &c. Ad maiorem ergo dicitur, dolor exterior qui est de his quæ contrariantur naturæ, sequitur sensum, & sensibilia tactus, vel apprehensionem aliorum sensibilium in ordine ad sensum tactus; sed sensibilia aliorum sensuum potest consequi dolor in communi, & interior qui est tristitia absque relatione ad sensibilia tactus, & hoc in homine. Minor vera, quia sequitur apprehensionem interiorem, & etiam collatiuam, & est in plus quã dolor exterior qui causatur tantùm ex apprehensione præsentis mali in ordine ad sensum tactus. Ergo tristitia non est dolor. Verũ exterior, & corporalis, & vt dolor capitur secundùm vsum pro dolore corporali, est tñ dolor in genere, vt patuit supra q. 31. arti. 6.

¶ Nota verbum D. S. & ideo de sensibilibus aliorum sensuum, scilicet à tactu, quæ quæruntur propter cognitionem, non dicitur dolor, scilicet exterior, & corporalis qui opponitur delectationi naturali quæ fit per delectabile tactus.

¶ Sic igitur si dolor accipiatur pro corporali dolore, quod vsitatius est dolor ex opposito diuiditur contra tristitiam secundùm distinctionem apprehensionis interioris, & exterioris; licet quantum ad obiecta, tristitia ad plura se extendat quàm dolor corporalis. Si verò dolor accipiatur communiter, sic dolor est genus tristitiæ, vt dictum est. *

* In eor.

¶ Consequenter D.S. secundò ex dicta solutione infert per modum corollarij limitationem, & exponit conclusionem responsiuam, quia ex his, patet quòd non intelligitur de dolore quocunq; modo accepto quando conclusum est tristitiam esse speciem doloris, quia tantùm quando accipitur communiter vel ex apprehensione interioris sensus vel exterioris; sicut & delectatio quãdo ponitur esse genus ad gaudium; & non intelligitur de dolore corporali, quia sic est species distincta contra tristitiam sicut & delectatio corporalis; tamen notat, quòd etiam delectatio sic accepta prout caudatur ab exteriori apprehensione, ad plura se extendat obiecta quàm dolor corporalis.

Vtrum tristitia seu dolor contrarietur delectationi.

C 4. d 49. q. 3. artic. 3. q. 1. ad 1. D. Matth. * Aug. c. 2. * Aug. ca. 3.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd dolor delectationi non contrarietur, vnum enim cõtrariorum non est causa alterius, sed tristitia potest esse causa delectationis. Dicitur enim. Matth. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, ergo non sunt contraria.

¶ 2 Præterea. Vnũ contrariorũ non denominat aliud, sed in quibusdam ipse dolor vel tristitia est delectabilis, sicut Augu. dicit in 3. confes. * quòd dolor in spectaculis delectat. Et quarto confes. * dicit fletus amara res est, & tamen quandoque delectat, ergo dolor non contrariatur delectationi.

¶ 3 Præterea. Vnum contrariorum non est materia alterius, quia contraria simul esse non possunt, sed dolor potest esse materia delectationis, dicit enim. Aug. in li. de pœnitentia. * Semper pœnitens doleat, & de dolore gaudeat. Et philosophus dicit in 9. Ethic. * quòd èconuerso malus dolet de eo, quòd delectatus est, ergo delectatio & dolor non sunt contraria.

* Aug. li. de ve. & fal. pœnit. c. 13. * Arist. c. 4.

¶ Sed contra est quod Aug. dicit. 14. de Ciui. Dei. * q̃ lætitia est voluntas in eorum consensione quæ volumus, tristitia autem est voluntas in dissensione ab his quæ volumus, sed consentire, & dissentire sunt contraria, ergo lætitia, & tristitia sunt contraria.

* Aug. c. 7.

¶ Hic D. S. determinat de dolore per comparationem ad delectationem. Et primò comparantur quo ad contrarietatem, & oppositionem, secundò quo ad motum, & mouere appetitum arti. 6. Circa primum primò comparat delectationem, & tristitiam adinuicem in genere, secundò in specie scilicet tristitiam delectationi spirituali in ar. 5. Quantum ad primum primò facit, quod dictum est, secundò mouet dubium circa determinata ar. 4.

¶ Respondeo dicẽdum, q̃ sicut philosophus dicit. 10. Metaphy. * Cõtrarietas est differentia fm formã. Forma autem seu species passionis, & motus sumitur ex obiecto vel termino, vnde cum obiecta delectationis, & tristitiæ seu doloris sint contraria, scilicet bonum præsens, & malum præsens, sequitur quòd dolor, & delectatio sint contraria.

* Arist. text. 13 & 14.

¶ D.S. respondet tali conclusione, dolor & delectatio sunt contraria. Probatur, obiecta eorum sunt contraria, igitur conclusio vera. Antecedẽs patet, quia bonum præsens, & malum præsens sunt contraria non solùm communi contrarietate qua omnia specie distincta contrariantur, sed etiam cõtrarietate quasi physica quæ est secundùm repugnantiam ad esse in eodem simul, & quia mutuo se expellunt. Tenet consequentia, quia contrarietas est differẽtia secundùm formam, scilicet alteri etiam repugnantem, & incõpossibilem. Forma autem, &c. igitur consequentia bona. Et de ista auctoritate philosophi dictum est supra. q. 31. ar. 8. ad tertium. Et posset aliter argui, & form dius pro conclusione. Contrarietas est differentia fm formã, sed delectatio, & dolor differunt fm formã scilicet repugnantem, ergo, &c. Minor probatur in littera.

Conclusio respons.

¶ Et confirmatur conclusio respõsiua argumento in cõtrariũ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd nihil prohibet vnum contrariorum esse causam alterius per accidẽs, sic autem tristitia potest esse causa delectationis. Vno quidẽ modo inquantum tristitia de absentia alicuius rei, vel de præsentia contrarij vehementius quærit id in quo delectetur, sicut sitiens vehementius quærit delectationem potus, vt remedium cõtra tristitiam quam patitur. Alio modo inquantum ex magno desiderio delectationis alicuius non recusat aliquis tristitias perferre, vt ad illam delectationem perueniat; & vtroque modo luctus præsens ad consolationem futuræ vitę perducit, quia ex hoc ipso quòd luget pro peccatis vel pro dilatione glorię, meretur consolationem æternam. Similiter meretur etiam eam aliquis ex hoc, quòd ad ipsam consequendam non refugit labores, & angustias propter ipsam sustinere.

¶ Ad maiorem, dictum fuit supra q. 32. arti. 4. ad primum, quia vera est per se, ramen per accidens vnum est causa alterius. Minor vera per accidens, & hoc dupliciter vt declaratur in solutione. Negatur autem consequentia dictum est enim supra q. 32. ar. 4. ad primum, quòd subiacens vni contrariorum innaturali eo vehementius quærit aliud contrarium naturale, & sic per accidens est causa delectationis, videlicet ratione contrarietatis ad ipsum qui est in tristitia, vel secũdò ratione amoris & desiderij, q̃ sunt ad absens quod ingerit tristitiam; secundo modo per accidens facit tristitia ad delectationem, scilicet meritoriè, ratione patientiæ, & voluntariæ perpessionis angustiarum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dolor ipse potest esse delectabilis per accidens, inquantum scilicet habet adiunctam admirationem, vt in spectaculis, vel inquantum facit recordationem rei amatæ, & facit percipere amorem eius, de cuius absentia doletur; vnde cum amor sit delectabilis, & dolor, & omnia quæ ex amore consequuntur, inquantum in eis sentitur amor sunt delectabilia, & propter hoc etiam dolores in spectaculis possunt esse delectabiles inquantum in eis sentitur aliquis

amor

amor conceptus ad illos qui in ſpectaculis commemorantur.

Maior vera præſertim in recto,tamen vnum contrariorum habet quandoque aliquod adiunctum,quod eſt cauſa alterius,& per conſequens denominans extrinſecè.Minor negatur ſi formaliter ſubſumitur,ſcilicet dolor denominatur à delectatione, ſed verum eſt, quòd dolor habet annexam admirationem vel excitationem amoris quæ ſunt cauſa delectationis. In ſpectaculis enim delectãtur,& videntes inquantum in ſpectaculis repreſentantur mira, & & noua,quæ ſunt delectabilia; ſecundò inquantum in ſpectaculis repreſentantur aliqui dilecti,etiam mortui, & videntes inducuntur in memoriam, & ſentiunt amorem, & ſic triſtantur ratione abſentiæ amicorum repreſentatorum, & delectantur ex memoria amoris eorum,& etiam ex præſenti amore concitato,ſic fletus etiã vt habet recordationem amati qui defletur iocundus eſt, de fletu tamen infra.q.38. arti.2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd voluntas,& ratio ſupra ſuos actus deflectuntur, inquantum ipſi actus volũtatis,& rationis accipiuntur ſub ratione boni vel mali,& hoc modo triſtitia poteſt eſſe materia delectationis vel è cõuerſo,non per ſe, ſed per accidens; inquantum ſcilicet vtrumque accipitur in ratione boni vel mali.

¶ Maior vera,per ſe ſecundùm propriam rationem, tamen per accidens,& etiam ſecundùm rationem communem,poteſt eſſe,& præſertim in actibus animæ rationalis,quæ ſuper ſuos actus reflectitur, & poteſt actum ſuum conſiderare ſub ratione communi, ſcilicet boni,vel mali,vt inf.q.39.arti.2.Ad minorem,dolor poteſt eſſe materia delectationis ſub ratione propria,& adæquatè.Negatur,ſed ſub ratione boni vel expiatiui peccatorum,& ſic procedit auctoritas.Et hoc D.S.declarat in ſolutione,quia ratio apprehendens triſtitiam bonam, iudicat eſſe gaudendum de ea,& ſic volũtas gaudet.

Vtrum omnis triſtitia omni delectationi contrarietur.

Infra arti.6. cor.fi. E: q. 38.ar.1.ad 1. Et 3. q 46. ar.8 ad 2 Et 4.di. 14 q.1. artic.4. q.2. cor.

D Adquartum ſic proceditur. Videtur, quòd omnis triſtitia delectationi contrarietur. Sicut enim albedo,& nigredo ſunt contrariæ ſpecies coloris,ita delectatio, & triſtitia ſunt contrariæ ſpecies animæ paſſionum, ſed albedo, & nigredo vniuerſaliter ſibi opponuntur,ergo etiam delectatio,& triſtitia.

¶ 2 Præterea.Medicinæ per contraria fiũt,ſed quælibet delectatio eſt med.cina contra quamlibet triſtitiã, vt patet per philoſophum in 7.Ethi.* ergo quælibet delectatio cuilibet triſtitiæ contrariatur.

* Ariſt.cap. vlt.

¶ 3 Præterea. Contraria ſunt quæ ſeinuicem impediunt,ſed quælibet triſtitia impedit quamlibet delectationem,vt patet per illud,quod dicitur in 10.Ethi.*ergo quælibet triſtitia cuilibet delectationi contrariatur.

* Ariſtot.

¶Sed contra contrariorum non eſt eadem cauſa, ſed ab eodem habitu procedit,quòd aliquis gaudeat de vno & triſtetur de oppoſito,ex charitate enim contingit gaudere cum gaudentibus,& flere cum flentibus, vt dicitur Roma. 12. ergo non omnis triſtitia omni delectationi contrariatur.

Roma. 12.

¶ Hic D.S.mouet dubium circa articulum præcedentem, quia dictum eſt,ꝙ contrarientur ſecundùm genus. Quæritur,an etiam ſecundum ſpeciem, ita quòd quælibet delectatio cuilibet triſtitiæ contrarietur.

*Ariſt.cap. 13.& 14.

¶ Reſpondeo dicẽdum,quòd ſicut dicitur in 10.Metaphy.* Contrarietas eſt differentia ſecundùm formam, forma autem eſt,& generalis, & ſpecialis, vnde contingit eſſe aliqua contraria ſecũdùm formam generis, ſicut virtus,& vitium; & ſecundùm formam ſpeciei, ſicut iuſtitia, & iniuſtitia.

¶ D.S.primò ꝓmittit aliqua præãbula,& cõcluſiones fundamẽtales.Secundò eas applicat ad propoſitum, & probat aliquas concluſiones reſponſiuas,ibi. Triſtitia autem,&c. Quo ad primũ dicit tres concluſiones præãbulares, vltimas duas, ibi.Eſt autẽ,&c. Prima ergo eſt,contingit aliqua eſſe contraria ſm formã generis, & ſecundùm formam ſpeciei. Probatur, quia contrarietas eſt differentia ſecundùm formam,forma autem eſt generalis, & ſpecialis,igitur,&c.& patet exemplariter,ſicut iuſtitia, & iniuſtitia contrariantur ſecundùm genus, quia vnum in genere virtutis aliud in genere vitij,& cum hoc ex obiectis proprijs contrariantur, quod eſt contrariari ſecundùm ſpeciem, quia iuſtitia facit æqualitatem iniuſtitia inæqualitatem. Conſequenter cum dicit.

¶ Eſt autem conſiderandum, quòd quædam ſpecificantur ſecundùm formas abſolutas, ſicut ſubſtantiæ, & qualitates; quædam verò ſpecificantur per comparationem ad aliquid extra, ſicut paſſiones, & motus recipiũt ſpeciem ex terminis ſiue ex obiectis.

¶ Procedit ad reliquas duas concluſiones præambulares. Et primò præmittit eis quoddam notabile diſtinctiuum, ſecundò conformiter ad illa duo membra diſtinctionis infert ipſas duas concluſiones,primam ibi.In his ergo,&c.ſecundã ibi.Sed in illis,&c. Diſtinguit ergo,quòd duplices ſint formæ, quædam ſpeccificantur ſecundùm formas abſolutas,quædam per comparationem ad aliquid extra, & de hoc ſupra q.1.arti.3.

¶ Circa illud notabile diſtinctiuum nota, quòd dicit qualitatẽ ſpecificari ſecundùm formas abſolutas,& poſtea exemplificando ponit iuſtitiam,& intemperiãtiam; ſed videtur res illa habere difficultatem,quia cum habitus,& diſpoſitiones,& ſcientia ſint qualitates,& conſtat ea eſſe relatiua, & ſpecificari ſecundùm obiecta, vnde non videtur dictum D. S. nec exemplum poſſe ſtare. Sed ſi quis aduerterit quæ philoſophus ponit in prædicamentis, facile intelliget dictum D. S.tanũ.Poſſumus enim loqui de aliqua qualitate tripliciter,puta grammatica, vno modo ſecundum rationem generis generaliſſimi, & ſic verificatur dictum D.S. quia conſtat ratione qualitatis eſſe abſolutam, ita ꝙ nec eſt relatiua ſecundùm dici, dicit enim vt ſic modum ſubſtantiæ quo quales dicimur; alio modo conſideratur Grammatica ratione generis ſubalterni, ſcilicet habitus vel ſcientiæ,ſic eſt relatiuum ſecundùm dici. Scientia enim eſt ſcibilis ſcientia, Tertio modo cõſideratur ſecũdùm propriam rationem ſpecificam,& ſic iterum eſt abſolutum,non relatiuum.Grammatica enim non dicitur alicuius Grammatica,& ergo nõ obſtante vnitate reali rei ſignificatæ ſecundùm diuerſas rationes,eſt abſoluta,& relatiua,quia eſt relatiua ſecundũ dici, quia ſic intelligitur. Ad propoſitum ergo, qualitas vt ſic eſt de genere abſoluto dupliciter, ſcilicet à termino correlatiuo, & per conſequens ſpecificatur non à termino relatiuo,licet vt ſic etiam ſpecificetur per aliud,ſcilicet ſubſtantiam non tamen per obiectum,& correlatiuum vt ſicnuſit.a etiam, & intemperantia ſecundùm rationem propriæ ſpeciei non ſignificantur relatiuè ad terminum, ſed dicuntur abſolutè,quia iuſtitia eſt qua aliquis eſt iuſtus,quãs vt habitus eſt ſignificetur,& ſpecificetur per obiectum,ſicut & habitus à toto genere.Quare D.S.notanter dicit,quorũ ſ; ecies conſiderantur ſecũdùm abſolutas formas, quaſi innuerit, quòd quamuis ſecundùm aliam conſiderationem poſſint ſpecificari et obiecto, ſed non ſecundùm rationem illam quæ ſignificatur per tria nomina,iuſtitia,intemperantia. Conſiderantur ergo vt qualitates in ordine ad ſubiectum, & principium, vt iuſtitia eſt qualitas qua quis eſt iuſtus,& habet ſe ſecundùm rectam rationem in ſua materia,ſic Grammatica ſecundùm rationem ſpeciei eſt qualitas,ſed ſecundùm rationem generis, ſcilicet propinqui vt ſcientia,eſt ad aliquid. Vide pulchrum textum philoſophi in fine prædicamentorum ante poſt prædicamenta,&c. Conſequenter ibi.

¶ In his ergo quorum ſpecies conſiderantur ſecũdùm formas abſolutas, contingit quidem ſpecies quæ continentur ſub contrarijs generibus non eſſe contrarias ſecũdùm rationem ſpeciei; non tamen contingit, quòd habeant aliquam affinitatem,vel conuenientiam adinuicẽ. Intemperantia enim,& iuſtitia quæ ſunt in contrarijs generibus, virtute,ſcilicet & vitio, nõ contrariantur adinuicem ſecundùm rationem propriæ ſpeciei, nec habent aliquam affinitatem vel conuenientiam adinuicem.

¶ Adiungit ſecundam concluſionem præambularem iuxta primum membrum diſtinctionis dictæ talem In his quorum ſpecies conſiderantur,&c.vt in littera vſque ibi. Intemperantiam,&c.ibi declarat eam exemplariter,quia intemperantia, & iuſtitia ſunt in contrarijs generibus,non tamen contrariantur ſecundum ſpeciẽ, nec habent conuenientiam.

¶ Et nota, quòd intemperantia, & iuſtitia conſiderantur hic tãquam quædam qualitates abſolutæ, & quædam impreſſiones in appetitu vel intellectuo vel ſenſitiuo. Et ergo dicit D.S. quòd ſecundùm ſpeciem ſine habitudine ad obiectum, ſed conſiderantur in ordine ad ſubiectum,& principium, &c. Et quia virtus vt dicit dependet magis à principio,quod eſt ratio,quàm ab obiecto. Conſequenter ibi.

¶ Sed in illis quorum ſpecies ſumuntur ſecundùm habitudinem ad aliquid extrinſecum, contingit, quòd ſpecies contrariorum generum non ſolùm non ſunt cõtrariæ adinuicem, ſed etiam habent quandam conuenientiam, & affinitatem; eo quòd eodem modo ſe habere ad contraria,contrarietatem inducit, ſicut accedere ad album,& accedere ad nigrum,habent rationem contrarietatis, ſed contrario modo ſe habere ad contraria habet

habet rationem ſimilitudinis, ſicut recedere ab albo, & accedere ad nigrum; & hoc maximè apparet in contradictione quæ eſt principium oppoſitionis, nam in affirmatione,& negatione eiuſdem conſiſtit oppoſitio, ſicut album,& non album; in affirmatione autem vnius oppoſitorum, & negatione alterius attenditur conuenientia, & ſimilitudo,vt ſi dicam nigrum, & non album.

¶ Subiungit tertiam concluſionem præambularem correſpondentem ſecundo membro diſtinctionis præmiſſæ,ſcilicet in illis quorum ſpecies ſumuntur,&c.vſque ibi.Eo quòd, &c.vbi probat eam tali aſſumpto. Eodem modo ſe habere ad cõtraria contrarietatem inducit,ſed cõtrario modo ſe habere ad contraria habet ratione ſimilitudinis, ergo ſequitur concluſio. Illud antecedens D.S.declarat exemplis, & confirmat per ſimile de affirmatione, & negatione quæ relata ad idem contradicunt, ſed relata ad oppoſita conueniantiam habent,vt album, & non nigrum,&c.

¶Triſtitia autem,& delectatio cum ſint paſſiones,ſpecificantur ex obiectis, & quidem ſecundùm genus ſuum contrarietatem habent; nam vnum pertinet ad proſecutionem, aliud verò ad fugam quæ ſe habent in appetitu, ſicut affirmatio,& negatio in ratione,vt dicitur in ſexto Ethicorum.* *Ariſt.c.2.

¶ Præmiſſis quibuſdam fundamentis, hic conſequenter ſubiungit aliquas concluſiones reſponſiuas videlicet tres, ſecundam ibi.Et ideo triſtitia,&c.tertiam ibi.Si verò illa,&c. Applicat ergo prædictas cõcluſiones præam.ad propoſitum notans triſtitiam eſſe de ſecundo membro præmiſſæ diſtinctionis, & per cõſequens reſpondendum eſt de triſtitia ſicut de forma ſpecificata per habitudinem ad extrinſecum, de qua in tertia concluſione præambulari.Et ſtatim ponit iſtam concluſionem reſponſiuam primam. Triſtitia,& delectatio contrarietatem habent ſecundùm genus, & ſic ſcilicet quælibet triſtitia cuilibet delectationi contrariatur. Probatur, illi motus appetitus contrarietatem habent ſecundùm genus,ſcilicet motuũ appetitiuorum,quorum vnus pertinet ad fugã alter ad proſecutionem, ſed triſtitia pertinet ad fugam,delectatio ad proſecutionem, igitur &c. Maior patet, quia fuga,& proſecutio habent ſe in appetitu ſicut affirmatio, & negatio in ratione, quæ contrariantur ſecundùm genus,&c. Deinde cum dicit.

Concluſio prima reſponſi.

¶ Et ideo triſtitia, & delectatio quæ ſunt de eodem habent oppoſitionem adinuicem ſecundùm ſpeciem; triſtitia verò,& delectatio de diuerſis; ſiquidem illa diuerſa non ſunt oppoſita, ſed diſparata,non habent oppoſitionem adinuicem ſecũdum rationem ſpeciei, ſed ſunt etiam diſparatæ,ſicut triſtari de morte amici,& delectari in contemplatione.

Concluſio ſecunda.

¶ Subinfert ſecundam concluſionem reſponſiuam talem. Triſtitia,& delectatio &c.vt iacet in littera. Et habet duas partes,quarum primam D.S.relinquit notam ex dictis circa tertiam concluſionem præambularem, quia ſicut eodem modo ſe habere ad cõtraria inducit oppoſitionem ſecundum ſpeciem, ita & contrario modo ſe habere ad idem,ſed triſtitia, & delectatio contrario modo ſe habent ad idem; quod ſupponitur ſecundùm quòd ſunt de eodẽ,ergo vt ſic contrariantur.Secunda autem pars huius concluſionis declaratur exemplariter,ſicut triſtari de morte amici,& delectari in contemplatione ſunt diſparatæ. Deinde ibi.

¶ Si verò illa diuerſa ſint contraria, tunc delectatio & triſtitia non ſolùm non habent contrarietatem ſecundum rationem ſpeciei,ſed etiam habent conuenientiam & affinitatẽ,ſicut gaudere de bono,& triſtari de malo.

Concluſio tertia.

¶ Eſt tertia concluſio reſponſiua partialiter, vt in littera,& declaratur exẽplariter in fine, & ratio habetur ex dictis circa tertiã præambularem. Contrario modo ſe habere ad contraria conuenientiam facit;ſed triſtitia, & delectatio talis ſe habẽt contrario modo ad contraria, ergo conueniunt ſecundùm ſpeciẽ, & vnum ſequitur ex alio,quia eo ipſo, quòd gaudeo de bono triſtor de malo. Ex his trahitur formalis reſponſio ad quæſitum, ꝙ omnis triſtitia contrariatur omni delectationi ſecundùm genus, ſed non omnis triſtitia contrariatur cuilibet delectationi in particulari,& ſecundùm ſpeciem. Prima pars patet ex prima concluſione. Secunda pars ex ſecunda,& tertia reſponſuis,quia tertio,& quarto modis non contrariantur, ſed vel ſunt diſparatæ vel habẽt conuenientiam,vt patuit.

¶ Et nota fundamentum, quòd quia paſſiones habent ſpeciem ex obiectis,& ſimiliter contrarietatem vel ſcilicet pœnes contraria obiecta, vel pœnes acceſſum, & receſſum ab eodem, ideo pœnes idem obiectum ad quod ſe habent diuerſimodè contrariantur, non autem pœnes contraria.

¶ Et confirmatur tertia concluſio reſponſiua argumento in cõtrarium. quod probat,quòd non omnis cuilibet opponitur ſecundum ſpeciem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd albedo,& nigredo non habent ſpeciem ex habitudine ad aliquid exterius, ſicut delectatio, & triſtitia, vnde non eſt eadem ratio.

¶ Maior eſt quidem vera, ſed in hoc eſt diuerſitas,quòd albedo & nigredo habent ſpeciem ex aliquo intrinſeco, quod non variatur,ideo ſemper contrariantur;ſed delectatio, & triſtitia habẽt ex aliquo extrinſeco,quod non ſemper eodem modo ſe habet,ſed quandoque vnum eſt alteri contrarium,& eo ipſo tunc non contrariantur,quandoque autem ſunt circa idem,ideo non eſt par ratio.Et negatur conſequentia, quia pœnes extrinſeca contraria habent conuenientiam, eo quòd contrario modo ſe habere ad contraria conuenientiam inducit;quandoque autem ſunt circa idem, modo contrario modo ſe habere ad idem facit contrarietatem, & ergo quia poſſunt eſſe diuerſa extrinſeca; ideo quandoque contrariantur,quandoque non.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ genus ſumitur ex materia,vt patet in 8.Metaphy. * in accidentibus autem loco materiæ eſt ſubiectum;dictum eſt autem, quòd delectatio,& triſtitia contrariantur ſecundùm genus,& ideo in qualibet triſtitia eſt contraria diſpoſitio ſubiecti,diſpoſitioni quæ eſt in qualibet delectatione; nam in qualibet delectatione appetitus ſe habet vt acceptans id, quod habet, in qualibet autem triſtitia ſe habet vt fugiẽs, & ideo ex parte ſubiecti quælibet delectatio eſt medicina contra quamlibet triſtitiam, & quælibet triſtitia eſt impeditiua cuiuslibet delectationis; præcipuè tamẽ quãdo delectatio triſtitiæ contrariatur etiam ſecundum ſpeciem. Vnde patet ſolutio ad tertium.

* Ariſtot. tex.6. In cor.

¶ Ad maiorem, medicinæ per contraria fiunt,vel ſecundùm genus vel ſm ſpeciem,non autem ſemper per contraria ſm ſpeciem. Minor vera,& ratio eſt, ꝙa ex parte ſubiecti,qđ medicatur,& qđ dat genus opponuntur, nam aliam diſpoſitionem ſubiecti requirit delectatio quæ eſt proſecutiua iocundi. Aliam triſtitia quæ eſt retractiua à contrario,& ideo vna eſt medicina contra aliam, quia requirit & facit aliam diſpoſitionem quàm contraria ſibi;non tamen ſemper opponuntur ex parte obiectorum,& ſecundùm ſpeciem;& per hanc ſolutionem vult D.S. ſatisfeciſſe tertio argumẽto ſequenti,quamuis & aliam etiam ſubiungat quæ poſtponetur.

¶ Vel aliter dicendum, quòd etſi non omnis triſtitia contrarietur omni delectationi ſecundùm ſpeciem, tamen quantum ad effectum contrariatur,nam ex vno cõfortatur natura animalis,ex alio verò quodammodo moleſtatur.

¶ Ad maiorem, vt ſic,ſunt contraria inquantum ſe impediunt. Minor vera ratione contrarietatis genericæ ſecundùm quam requirit aliam diſpoſitionem incompoſſibilem alteri. Vel ſecundò impedit aliam ratione effectus,quia vna fortificat naturam, altera debilitat;ergo quælibet contrariatur,&c. Verum,ſecũdùm genus, & ſecundùm effectum,non tamen ſecundùm obiectum,& ſpeciẽ.

Vtrum delectationi contemplationis ſit aliqua triſtitia contraria.

E 2.2.q 9.art. 4.ad 2.& q 180.ar.8.co. & 3. q. 46. ar. 7. ad 4. Et 4 di.49. q.1.ar.3.q. 2. Et opuſc. 3.c.168. Et Philip. 7. Lect.6.col. 3.fin. * Aug.c. 3. 4.& 14. tomo.3.

A Dquintum ſic proceditur. Videtur,quòd delectationi contemplationis ſit aliqua triſtitia contraria, Dicit enim Apoſtolus 2. ad Corin. 7. Quæ ſecundùm Deum eſt triſtitia,pœniten tiam in ſalutem ſtabilem operatur,ſed reſpicere ad Deum pertinet ad ſuperiorem rationem,cuius eſt contemplatione vacare, ſecũdùm Aug. in 12.de Trini.* ergo delectationi contemplationis opponitur triſtitia.

¶ 2 Præterea. Contrariorum contrarij ſunt effectus, ſi ergo vnum contrariorũ cõtemplatũ eſt cauſa delectationis,aliud erit cauſa triſtitiæ, & ſic delectationi contẽplationis erit triſtitia contraria.

¶ 3 Præterea. Sicut obiectum delectationis eſt bonum,ita obiectum triſtitiæ eſt malum, ſed contemplatio poteſt habere mali rationem.Dicit enim philoſophus in 11.Metaphiſicæ.* quòd quædam inconueniens eſt meditari, ergo contemplationis delectationi poteſt eſſe cõtraria triſtitia.

* Ariſtot. tex.51.

¶ 4 Præterea. Operatio quælibet ſecundùm quòd non eſt impedita eſt cauſa delectationis,vt dicitur in 7.* & 10. Ethi.* ſed operatio contemplationis poteſt multipliciter

*Ariſt.c.12. *Ariſt.c.4. & 5.

tupliciter impediri, vel vt totaliter non ſit,vel vt cũ difficultate ſit; ergo in cõtemplatione poteſt eſſe triſtitia delectationi contraria.

¶ 5 Præterea. Carnis afflictio eſt cauſa triſtitiæ, ſed ſicut dicitur Eccle.vltimo.Frequens meditatio carnis eſt afflictio,ergo contemplatio habet triſtitiam delectationi contrariam. Eccle.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur Sapientiæ 8. Non habet amaritudinem conuerſatio illius, ſcilicet ſapientiæ, nec tędium conuictus eius,ſed lætitiam,& gaudium; cõuerſatio autem, & conuictus ſapientiæ eſt per contemplationem,ergo nulla triſtitia eſt quæ ſit contraria delectationi contemplationis. Sapien.

¶ Hic oſtendit quomodo delectatio ſe habet ad triſtitiam quo ad contrarietatem in ſpeciali,ſcilicet de delectatione ſpirituali,& intellectuali.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd delectatio contemplationis poteſt intelligi dupliciter.Vno modo ita quòd cõtemplatio ſit delectationis cauſa, & non obiectum, & tunc delectatio non eſt de ipſa contemplatione, ſed de re contemplata; contingit autem contemplari aliquid nociuum,& contriſtans,ſicut & aliquid conueniens, & delectans.

¶ D.S.oſtendit quæſitum habere duplicem intellectum,& ſecũdum hoc dupliciter reſpondet,iuxta ſecũdum intellectũ ibi. Alio modo ,&c. Diſtinguit ergo ex parte prædicati quæſiti,ſcilicet ꝙ delectatio cõtemplationis poteſt dupliciter intelligi, & primò declarat primum intellectum, ſecundò ſubiungit concluſionem reſponſiuã primã cõformem,ibi.Vnde ſi ſic, &c. Primo ergo modo intelligitur,ꝙ cõtemplatio ſit cauſa, &c id eſt delectatio quæ habetur per & mediante cõtemplatione, &c. Conſequenter cũ dicit.

¶ Vnde ſi ſic delectatio contemplationis accipiatur, nihil prohibet delectationi contemplationis eſſe triſtitiã contrariam.

Concluſio prima.

¶ Subiungit concluſionem reſponſiuam iuxta primum intellectum, iſtam.Nihil prohibet delectationi contemplationis iſto modo eſſe triſtitiam contrariam,ita.ſ.ꝙ ſicut ad aliquã contẽplationẽ ſequitur delectatio, ita ad aliquam ſequitur triſtitia;& delectationi quæ ſequitur ad vnam contemplationem cõtrariatur triſtitia quæ ſequitur ad aliam contemplationem.Probatur concluſio ex prædicta declaratione,delectatio iſto modo non eſt de contemplatione ſicut obiecto, ſed de re contemplata; ſed contingit contemplari ita benè nociuum, & contriſtans ſicut conueniens,& delectans,ergo ſicut contemplatio eſt cauſa delectationis, ita poteſt eſſe cauſa triſtitiæ,& hoc eſt habere triſtitiam cõtrariam ideſt annexam,& conſequentem tanquam cauſa effectum.

¶ Alio modo poteſt dici delectatio contemplationis, quia contemplatio eſt eius obiectum, & cauſa,puta cum aliquis delectatur de hoc ipſo, quod contemplatur.

¶ Hic conſequenter reſpondet iuxta ſecundum intellectũ quæſiti,& primò declarat ipſum, ſecundò ſubiungit aliquas concluſiones reſponſi ibi.Et ſic vt &c.Dicit ergo,quòd alio modo dicitur delectatio contemplationis, quia contemplatio eſt obiectum delectationis puta,&c.vt in littera,ita ꝙ primo modo dicebatur delectatio contemplationis, quia ſequebatur contemplationem , licet non eſſet de contemplatione;hic verò dicitur delectatio contemplationis,quia eſt de contemplatione. Deinde cum dicit.

*Greg. Niſſe. lib.4. c. 39.& 12.

¶ Et ſic vt dicit Greg.Nicen. * ei delectationi quæ eſt ſecundùm contemplationẽ non opponitur aliqua triſtitia,& hoc idem philoſophus dicit in primo Topicorũ,& in 10.Ethi,ſed hoc eſt intelligendũ per ſe loquẽdo. *Ariſtot.

¶ Ponit aliquas concluſiones reſponſi.iuxta hunc intellectum. Et primò dũas concluſiones partialiter reſponſi.ſecũdam ibi. Sed nec.&c.ſecundò limitat eas ibi. Per accidens, &c.tertiò ex dictis infert concluſionem reſponſuam totalẽ,ibi.Et ſic manifeſtũ, &c. Prima ergo concluſio partialis iuxta hunc ſecundum intellectum eſt.Delectationi quæ eſt ſecundùm contemplationem non opponitur aliqua triſtitia,& hoc per ſe loquendo. Probat hanc concluſionem primò auctoritate, & ſecundò ratione, ibi. Cuius ratio eſt,&c.Auctoritate Gregorij Niceni,& etiam Philoſophi, & patent. Deinde ibi.

¶ Cuius ratio eſt, quia triſtitia per ſe contrariatur delectationi quæ eſt de cõtrario obiecto,ſicut delectationi, quæ eſt de calore contrariatur triſtitia quæ eſt de frigore. Obiecto autem contemplationis nihil eſt contrariũ; contrariorum enim rationes, ſecundùm quòd ſunt apprehenſæ non ſunt contrariæ, ſed vnum contrarium eſt ratio cognoſcendi aliud; vnde delectationi, quæ eſt in contemplando per ſe loquendo non poteſt eſſe aliqua triſtitia contraria.

¶ Ratione probat ſic.Triſtitia per ſe cõtrariatur delectationi q eſt de contrario obiecto.ſ.ratione generis;& cõtrariatur rõne ſpeciei quæ eſt de eodẽ,ſed nõ eſt triſtitia de contrario, quia nõ habet contrarium,nec de eodẽ obiecto,qđ eſt contemplatio;ſed obiecto cõtẽplationis nihil eſt cõtrariũ,igitur. Maiorẽ D.S.probat exẽplariter. ¶Vbi nota,ꝙ iſta maior, & eius probatio nõ cõtrariatur dictis ar.præce. quia intelligitur,ꝙ delectatio contẽplationis nõ habet contrariã triſtitiã ſm genus obiecti,quæ.ſ.triſtitia ſit etiam de contemplatione,quia non eſt aliqua triſtitia de cõtẽplatione cuiuſcunq;, ergo nec aliqua contraria delectationi contẽplationis, licet aliqua triſtitia,de alio poſſit ſibi contrariari ſm genus, quod accẽditur ex parte ſubiecti. Vnde vult D.S.ꝙ delectatio,& triſtitia de contrarijs obiectis directè cõtrariantur ſm genus obiectale, nõ cõtrariatur autẽ triſtitia contẽplationi ex parte obiecti eiuſdem rationis, quia nulla eſt triſtitia de contrario contemplationis.ſalua contemplatione,vt habet D.S.de Virtutibus de Charitate Mate.q. ar.6.ad octauum, vbi dicit,delectatio quæ eſt in conſiderando non habet contrarium in eodem genere vt.ſ. aliqua alia cõſideratio eſt ei contraria,hæc ille. Vnde non habet directè contrariũ ſm obiectum,licet habeat contrariã ſm genus ex parte ſubiecti,ſicut quælibet triſtitia cuilibet delectationi opponitur, ſed hic loquit D.S. de contrarietate quæ eſt ſm obiectũ, Vide in fine ar.Patet ergo,ꝙ triſtitia per ſe contrariatur rõne generis triſtitiæ, quæ eſt de contrario obiecto.Minorẽ D.S.probat, quia vnum contrarium eſt ratio cognoſcendi aliud,& hoc intellige ſanè, nõ ꝙ ſpecies vnius contrarij repræſentet aliud,ſed quia ex ſpecie vnius contrarij cognoſcitur ipſum de per ſe,& notitia ſimplici;ſed per viam inquiſitionis, & notitia diſcurſiua cognoſcitur, & reliquum ſic ꝙ ex ſpecie vnius cõtrarij poteſt haberi conceptus de alio,poteſt enim ex ſpecie habitus deprehendi priuatio modo dicto. ¶Et nota,ꝙ ex hac probatione habetur,ꝙ ipſi cõtẽplationi quæ eſt obiectum delectationis,nihil eſt contrariũ; quia ſi cõtrariũ eſt ratio cognoſcẽdi cõtrarium,ſequitur,ꝙ vnum non contrarietur cognitioni, & contẽplationi alterius, & ſic contemplationi vt obiecto nulla contemplatio contrariatur, nec per conſequens de aliqua contemplatione eſt triſtitia ratione ſuiipſius, & quia quælibet contemplatio ẽſt bona,ideo nulla alteri opponitur,ita ꝙ de vna eſſet delectatio, de alia verò triſtitia;ſic igitur contemplationi non contrariatur triſtitia quæ ſit de contemplatione contrarij,nec ſm genus, nec ſecundùm ſpeciem; quia nulla eſt triſtitia de contemplatione, & ita intelligitur licet delectationi contemplationis opponatur ſecũdum genus quælibet triſtitia, ſed non opponitur ſibi triſtitia de contẽplatione. Deinde ibi.

¶ Sed nec etiã habet triſtitiã annexã, ſicut corporales delectationes quæ ſunt vt medicinæ quædam cõtra aliquas moleſtias;ſicut aliquis delectatur in potu ex hoc,ꝙ anxiatur ſiti,quando autem iam tota ſitis eſt repulſa,etiã ceſſat delectatio potus,delectatio enim contemplationis non cauſatur ex hoc,ꝙ excludit aliqua moleſtia, ſed ex hoc,ꝙ eſt ſm ſeipſam delectabilis;non eſt enim generatio, vt dictum eſt. * ſed operatio quædam perfecta. *Ver.

¶ Adiungit ſecundam concluſionem reſponſiuam quo ad intellectum quæſiti talem. Delectatio cõtemplationis non habet annexam triſtitiam ſicut corporales.ſ.rõne ſui. Probatur. Corporales delectationes ideo habent annexam triſtitiam inquantum quærit vt medicinæ contra aliquas moleſtias, quibus remotis nõ amplius ſunt gratæ,ſed ſuperexcreſcunt naturalem habitudinem;ſed delectatio contemplationis non cauſatur nec quæritur vt excludatur aliqua moleſtia, ſed propter ſeipſam, igitur non habet annexam triſtitiam iſto modo, quòd ipſa in ſe poſſit excedere proportionem intellectus,& immediati ſubiecti. Maiorem D.S.declarat exemplariter,ſicut aliquis delectatur in potu,&c.Minorem patet, quia contemplatio eſt operatio perfecta, & per conſequens propter ſe quæſita,&c. Conſequenter ibi. Concluſio ſecunda.

¶ Per accidens autem admiſcetur triſtitia delectationi apprehenſionis,& hoc dupliciter. Vno modo ex parte organi. Alio modo ex impedimento apprehenſionis. Ex parte quidem organi admiſcetur triſtitia vel dolor apprehenſioni, directè quidem in viribus apprehenſiuis ſenſitiuæ partis quæ habent organum corporale, vel ex ſenſibili, quod eſt contrarium debitæ complexioni organi,ſicut guſtus rei amarę,& olfactus rei fetidę; vel ex continuitate ſenſibilis conuenientis, quod per aſſiduitatem facit ſuperexcreſcentiam naturalis habitus vt ſupra dictum eſt. * & ſic redditur apprehenſio ſenſibilis, quæ prius erat delectabilis tedioſa. *quia

¶ Limitat

¶ Limitat prædictam reſponſionem, & circa hoc ponit duas concluſiones limitatiuas, ſecũdam ibi. Sed neutro,&c. Prima eſt, delectationi apprehenſionis poteſt admiſceri aliqua triſtitia dupliciter.ſ.ex parte organi,& ex impedimento.

¶ Nota autem,quòd hæc concluſio cum præcedente immediatè non diſcordat;quia præcedens,quæ dicit, quòd non habet triſtitiam annexam, intelligitur de per ſe ratione ſui, ita quòd ipſa ſecundùm ſe non habet annexam ſuperexcreſcentiam naturalis habitudinis;immo quantò maior,& magis habetur,tantò magis placet;illa autem concluſio vult,quòd admiſcetur ſibi,ſcilicet per accidens ratione organi, & ratione impedimenti; vnde non eſt contradictio, & præterea præcedens concluſio loquitur de delectatione contemplationis; iſta autem loquitur de delectatione apprehenſionis, quæ apprehenſio etiam ſtat pro cognitione ſenſitiua;vnde D.S.oſtendit iſtam concluſionem præſertim de cognitione ſenſitiua, & ſecundam quidem partem eius.ſ.quòd ex parte impedimenti adiungatur triſtitia delectationi apprehenſionis. D.S.in corpore non probat,& habetur probatio eius ex tertio argumento in oppoſitum, quia aliquis impeditur ab apprehenſione (quod poteſt euenire apud intellectum) vel propter indiſpoſitionem virium inferiorum, vel etiam per actum ipſius intellectus (inquantum contemplatio vnius impedit cõtemplationem alterius,&c.) Prima autem pars.ſ.ex parte organi,probatur,vel magis declaratur de vtraq; cognitione,& apprehenſione (.ſ.ſenſitiua,& ſecundò intellectiua) ibi. Sed hæc duo,&c. quo ad ſenſitiuam, quia ſenſitiuæ cognitioni admiſcetur triſtitia ex parte organi directè dupliciter, vel ex ſenſibili contrario complexioni organi,vel ex continuitate ſenſibilis conuenientis; igitur prima pars concluſionis vera de apprehenſione ſenſitiua. Antecedens claret in litera. Conſequenter ibi.

¶Sed hæc duo directè in contemplatione mentis locum non habent, quia mens non habet organum corporale, vnde dictum eſt in auctoritate inducta,* quòd non habet contemplatio mentis, nec amaritudinem, nec tędium; ſed quia mens humana vtitur in contemplando viribus apprehenſiuis ſenſitiuis,in quarum actibus accidit laſſitudo, ideo indirectè admiſcetur aliqua afflictio, vel dolor contemplationi. *Arg.ſed contra.

¶Oſtendit de apprehenſione intellectiua prædictam concluſionem,ꝙ ſibi admiſceatur triſtitia,etiam ex parte organi non directè,quia talis contemplatio non fit per organum directè, & ſecundùm ſe; ſed tamen indirectè,quia mens humana vtitur,&c.vt in litera.Et ita patet,ꝙ tam apprehenſioni ſenſitiuę, quàm intellectiuę admiſcetur triſtitia,ſed diuerſimodè;quia ſenſitiuę directè propter organum; intellectiuæ indirectè propter laſſationem virium, quæ ſunt in organis. Tunc ibi.

¶Sed neutro modo triſtitia contemplationi adiuncta per accidens contrariatur delectationi eius. Nam triſtitia,quæ eſt de impedimento contemplationis,non contrariatur delectationi contemplationis,ſed magis habet affinitatem,& conuenientiam cum ipſa, vt ex ſupradictis patet.* Triſtitia verò, vel afflictio, quæ eſt de laſſitudine corporali,non ad idem genus refertur, vnde eſt penitus diſparata. *Art.præc.

¶Subiungit ſecundam concluſionem limitatiuam præcedentis,iſtam. Neutro modo triſtitia contemplationi adiuncta per accidens (.ſ.ex parte organi indirectè, vel ex parte impedimenti) contrariatur delectationi eius. Probatur, primò de impedimento ſic. Delectatio,& triſtitia de contrarijs, vel de his quorum vnum alterum impedit,non contrariantur, immo habent conuenientiam; ſed talis triſtitia adiuncta eſt de impedimento delectationis contemplationis,igitur ſibi non opponitur (.ſ.ſecundùm ſpeciem) ſed magis ad eam ſequitur. Maior patet ex artic.4. Minor eſt nota. Secundò probatur,quòd non ex parte organi,& laſſitudinis apprehenſiuarum virium, ſic; quia contraria ſunt eiuſdem generis; ſed triſtitia de laſſitudine corporali, & delectatio contemplationis non ſunt eiuſdem generis, ſed omnino diſparata, igitur, &c.

¶Et nota ex his,quæ dicta ſunt pro prima concluſione,quia habetur, quòd cum delectationi contemplationis non contrariatur triſtitia contemplationis, quòd nulla ſibi contrariatur, quia corporalis non ſibi contrariatur propriè, quia non eſt eiuſdem generis, nec contrariantur iſta dictis,ar.præced.ad ſecundum; quia ibi dicebatur, ꝙ quælibet cuilibet contrariatur ſecundùm genus, quod ſumitur ex parte ſubiecti (quia requirit, & facit aliam diſpoſitionem in ſubiecto) ſed non contrariatur quælibet alteri ſecundùm genus obiecti,ſed quandoq; ſe habent diſparatè.

¶Et ſic manifeſtum eſt,ꝙ delectationi,quæ eſt de ipſa contemplatione nulla triſtitia contrariatur,nec adiungitur ei aliqua triſtitia, niſi per accidens.

¶Hic in calce corporis infert per modum corollarij ex omnibus dictis concluſionem formaliter reſponſiuam totalem,vt iacet in litera. Et patet ex dictis, prima quidem pars ex prima concluſione ſecundi intellectus quæſiti; & intelligitur, ꝙ nulla ſibi directè contrariatur in eodem genere obiectali,licet ſecundùm genus,quod eſt ex parte materiæ in qua, ſed non ex parte materiæ circa quam,vt patuit in prima concluſione.Secunda pars patet ex duabus concluſionibus limitatiuis,&c. Vide de materia huius artic.D.S.in 4.diſt.49.q.3.art.3.q.2.

¶Et confirmatur prima concluſio reſponſiua iuxta ſecundum intellectum, & ſecunda limitatiua, & per conſequens concluſio vltima totalis,argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum,quòd illa triſtitia,quæ eſt ſecundùm Deum, non eſt de ipſa contemplatione mentis,ſed eſt de aliquo,quod mens contemplatur.ſ.de peccato,quod mens conſiderat, vt contrarium delectationi Diuinę.

¶Ad maiorem,auctoritas eſt vera,ſed triſtitia ſecundùm Deum non eſt,quia doleat,vel triſtetur quis de contemplatione mentis, ſed quia triſtatur de aliquo contemplato, quod eſt contra Deum; & talis triſtitia eſt ſm Deum. Minor quidem vera, ꝙ reſpicere Deum ſpeculando, & conſulendo, & regulando affectum ſm legem Dei,eſt etiam rationis ſuperioris, quæ intendit Diuinis conſpiciendis,& conſulendis,& ſic contemplando peccatum eſſe expiabile per triſtitiam,eſt etiam rationis ſuperioris; ergo delectationi,&c. Verum,ratione rei contemplatæ,conſequitur quandoque triſtitia,& eſt pro prima concluſione.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ ea,quæ ſunt contraria in rerum natura,ſm ꝙ ſunt in mente non habent cõtrarietatem;non enim rationes contrariorum ſunt contrariæ; ſed magis vnum contrarium eſt ratio cognoſcendi aliud,propter quod eſt vna ſcientia contrariorum.

¶Ad maiorem,contrariorum,vt contraria ſunt,ſunt contrarij effectus per ſe, & præſertim naturales; ſed contrariorum, vt ſunt apud mentem non ſunt contrarij effectus, immo vt ſic non ſunt contraria;& præterea contrarię paſſiones circa contraria nõ contrariantur,immo ſe conſequuntur; habent tamen contrarios effectus ſaltem ſecundùm genus.ſ.gaudium,& triſtitiam.

¶Vltra,ſi ergo vnum contrariorum cõtemplatum eſt cauſa delectationis;ſi intelligitur vt contemplatum eſt, negatur,quod ſequitur,aliud erit cauſa triſtitiæ, quia contrarium vt contemplatũ non contrariatur alteri, nec aliquius contemplatio eſt cõtriſtans; ſi autem intelligitur.Si ergo,&c. ſm ꝙ eſt extra, ita ꝙ delectatio habeat pro obiecto non rationem contrarij, nec eius contemplationem,ſed rem ipſam, concedo,ergo aliud erit cauſa triſtitiæ.

¶Vltra.Et ſic,&c.verum,ratione rei contemplatę opponitur,& ſequitur triſtitia comprehenſionem,ſed non ratione ſuiipſius. Et probat hæc ratio ad vnum ſenſum primã concluſionem. Verum eſt tamen,ꝙ delectatio,& triſtitia de contrarijs non contrariantur ſecundùm ſpeciem,vt patuit art 4. Eſto ſecundùm genus,&c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd contemplatio ſecundùm ſe nunquam habet rationem mali, cum contemplatio nihil aliud ſit, quàm conſideratio veri, quod eſt bonum intellectus; ſed per accidens tantùm, inquantum.ſ.contemplatio vilioris impedit contemplationem melioris,vel ex parte rei contemplatæ,ad quam inordinatè appetitus afficitur.

¶Minor negatur, quòd poſſit habere rationem mali per ſe,& ſecundùm ſe. Ad probationem dicitur, ꝙ inconueniens eſt quædam meditari. Verum, per accidens, inquantum.ſ.meditatio,& contemplatio vilioris impedit alias contemplatione melioris; vt quia res contemplata inordinatè afficit. Negatur autem conſequentia,quia intelligitur concluſio ſecunda per ſe, & vt contemplatio eſt,ꝙ vt ſic non habet triſtitiam, ergo non triſtatur aliquis de contẽplatione,ita ꝙ ipſa ſit ſola obiectum triſtitiæ,ſed aliquid ei cõiunctũ.ſ.impeditio ab vtiliori,vel attractio ad illicitũ.Quare rectè dictum eſt,ꝙ per accidens,& ratione aliquius coniuncti eſt materia triſtitiæ. Ad propoſitum vide D.S.quodlib.4.artic.16. de ſcientijs magicis,vbi dicit, quòd ſcientia ex genere eſt bona, & ſpeculatio,ſed ex circunſtantia poteſt fieri mala;& etiam vſus aliquarum eſt prohibitus propter periculum,quod inde ſequitur.

¶Ad quartum dicendum,ꝙ triſtitia, quæ eſt de impedimento contemplationis non contrariatur delectationi contemplationis,ſed eſt ei affinis,vt dictum eſt.* *In corpo.

¶Ad maiorem,operatio quælibet ſecundùm quòd non eſt impedita eſt cauſa delectationis. Verum, ſed ipſa impedita non eſt cauſa triſtitiæ, ſed eius impedimentum.Et dico vltra,quòd triſtitia de impedimento operationis non contrariatur operationi, immo eſt ei affinis,& delectationi,quæ eſt de operatione.

¶Minorem concedo,& patuit in cor. Sed negatur conſequentia,quia triſtitia talis non opponitur delectationi contẽplationis.

¶Ad quintum dicendum,ꝙ afflictio carnis per accidens,& indirectè, ſe habet ad cõtemplationem mentis,

In corpo. vt dictum eſt.

¶Conceditur maior. Ad minorem, meditatio eſt carnis afflictio,non per ſe directè, ſed indirectè ratione vſus virium ſenſitiuarum;Ergo hẽt triſtitiam admixtam. Verum,per accidens, vt dixit quarta concluſio in ordine,vel tertia iuxta ſecundum intellectum quæſiti. Vide D.S.in de Veri.Mate.13.art.4.in fi.cor. Vbi pulchrè habet quomodo operatio intellectus impedit alias potentias etiam vegetatiuas.

Vtrum magis ſit fugienda triſtitia,quàm delectatio appetenda.

I 2.2. q. 138. ar.1 corpo. Et 3.diſtin. 27.q 1.ar.3. ad 3. Et 4. diſt.49.q.3. ar.3.q.3.

AD ſextum ſic proceditur. Videtur,quòd magis ſit fugienda triſtitia, quàm delectatio appetenda. Dicit enim Aug.in lib.83.q.* Nemo eſt, qui non magis dolorem fugiat,quàm appetat voluptatem. Illud autem in quod communiter omnia conſentiunt videtur eſſe naturale;ergo naturale eſt,& conueniens, ꝙ plus triſtitia fugiatur,quàm delectatio appetatur.

*Auguſ. q. 36.to.4.

¶ 2 Præterea,actio contrarij facit ad velocitatem,& intenſionem motus; aqua enim calida citius, & fortius congelatur,vt dicit Philoſoph.in lib.Metheor.* ſed fuga triſtitiæ eſt ex contrarietate contriſtantis; appetitus autem delectationis non eſt ex aliqua cõtrarietate; ſed magis procedit ex conuenientia delectantis;ergo maior eſt fuga triſtitiæ,quàm appetitus delectationis.

*Ariſt.li?.1. ſum.3 c.2.

¶ 3 Preterea, quantò aliquis ſecundùm rationem fortiori paſſioni repugnat, tantò eſt laudabilior, & virtuoſior,quia virtus eſt circa difficile,& bonum, vt dicitur in 2. Ethic.* ſed fortis, qui reſiſtit motui quo fugitur dolor,eſt virtuoſior, quàm temperatus, qui reſiſtit motui quo appetitur delectatio. Dicit enim Philoſoph. in primo Rhetor.* ꝙ fortes, & iuſti maximè honorantur; ergo vehementior eſt motus quo fugitur triſtitia, quàm motus quo appetitur delectatio.

*Ariſt.c.3.

*Ariſt.c.9.

Dionyſius: ¶Sed contra,bonum eſt fortius,quàm malum,vt patet per Diony.4.c.de Diui.no. ſed delectatio eſt appetibilis propter bonum, quod eſt eius obiectum; fuga autem triſtitiæ eſt propter malum; ergo fortior eſt appetitus delectationis,quàm fuga triſtitiæ.

¶Hic comparat adinuicem delectationem,& triſtitiam,quantum ad motum appetitus,quæ videlicet magis moueat. Et quærit an delectatio,& delectabile moueat magis ad ſui proſecutionẽ, quàm triſtitia, & contriſtans ad ſui fugam.i.an appetitus fortius moueatur ad bonum,quàm fugiat malum, & an aliquis velit pati triſtitiam, vt potiatur delectatione.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ per ſe loquendo appetitus delectationis eſt fortior,quàm fuga triſtitiæ.Cuius ratio eſt, quia cauſa delectationis eſt conueniens bonũ; cauſa autem doloris,ſiue triſtitiæ eſt aliquod malum repugnans. Contingit autem aliquod bonum eſſe conueniens abſque omni diſſonantia; non autem poteſt eſſe aliquod malum totaliter abſq; omni conuenientia repugnans. Vnde delectatio poteſt eſſe integra, & perfecta,triſtitia autem eſt ſemper ſm partem; vnde naturaliter maior eſt appetitus delectationis, quã fuga triſtitiæ.

¶D.S.reſpondet duabus cõcluſionibus. Vna quaſi negatiua ad quæſitũ implicitè. Alia affirmatiua,ibi. Vnde, & inclinatio,&c. Prima eſt per ſe loquendo.i.vniuerſaliter,& in veritate,& ratione cauſæ,appetitus delectationis eſt fortior, quã fuga triſtitiæ. Hanc concluſionem probat primò rõne. Et ſecundò ſigno,ibi.Cuius ẽt ſignũ,&c. Rõne duplici.Secundã ibi. Alia verò,&c. Quo ad primã rõnẽ arguitur ſic.Delectatio põt eſſe integra(.ſ.ex parte obiecti,qđ ſm ſe totũ delectat) triſtitia aũt eſt ſm partẽ (.ſ.quia obiectum non põt eſſe totũ malum,qđ non eſt delectabile) ergo naturaliter maior eſt,&c. Cõſequentia vr nota,quia ſm obiecta eſt conditio motus, &c. Antecedens probatur in litera clarè. Vnde delectatio ſaltem beatifica eſt integra, quia de ſummo, & totaliter bono; triſtitia autem eiã damnatorũ non eſt ſimpliciter mali, immo ſimpliciter boni,& mali huic, quia pœna eorũ eſt iuſta,& etiam ens ſimpliciter bonũ. Vnde D.S.de Malo.Mate.1.art.1.ad primum, pœna eſt ſimpliciter bona. Conſequenter cum dicit.

¶Alia verò ratio eſt,quia bonum, quod eſt obiectum delectationis,per ſeipſum appetitur; malum autem, qđ eſt obiectum triſtitiæ,eſt fugiendum,inquantum eſt priuatio boni; quod autem eſt per ſe, potius eſt illo,quod eſt per accidens.

¶Adducit aliam rationem pro prædicta concluſione, & arguitur ſic. Per ſe potius eſt eo, qđ eſt per accidens; ſed bonũ eſt obiectum delectationis per ſe, malum autem eſt fugiendum per accidens;ergo,&c Minorem D.S.probat, quia vt eſt priuatio boni.

¶Et nota,ꝙ ſup.dictum fuit, ꝙ etiam fuga, & receſſus à malo eſt per accidens,quia non fugeret illud malũ, niſi rõne boni;quare dictum fuit, ꝙ bonum eſt per ſe obiectum appetitus, ratione cuius etiam malum fugitur.Et hoc haberi poteſt hic ex D.S.Vide ſup.q.1.ar.3.ad tertium. Conſequenter ibi.

¶Cuius etiam ſignum apparet in motibus naturalibus; nam omnis motus naturalis intenſior eſt in fine,cũ appropinquat ad terminum ſuæ naturæ cõuenientem, quàm in principio, cum recedit à termino ſuæ naturæ non conuenienti,quaſi natura magis tendat in id,quod eſt ſibi conueniens, quàm fugiat id, quod eſt ſibi repugnans; vnde & inclinatio appetituæ virtutis per ſe loquendo vehementius tendit in delectationem, quàm fugiat triſtitiam.

¶Probat eandem concluſionem ſigno ſumpto ex naturalibus ſic. Natura magis tendit in id, &c. ergo, & inclinatio appetitiue virtutis,&c.vt in litera. Tenet conſequentia à ſimili. Antecedens probatur in litera;nam omnis motus naturalis intenſior eſt in fine,&c. & declaratur hoc ſignum in ſolutione ſecundi,&c.

¶Sed per accidens contingit,ꝙ triſtitiam aliquis magis fugit, quàm delectationẽ appetat. Et hoc tripliciter. Primo quidem ex parte apprehenſionis, quia vt Aug.dicit 10.de Trini.* Amor magis ſentitur cum eum prodit indigentia;ex indigentia autem amati procedit triſtitia, hoc eſt quæ eſt ex amiſſione alicuius boni amati, vel ex incurſu alicuius mali contrarij; delectatio autem non habet indigentiam boni amati, ſed quieſcit in eo iam adepto. Cum igitur amor ſit cauſa delectationis,& triſtitiæ,tantò magis fugitur triſtitia,quantò magis ſentitur amor,ex eo,quod contrariatur amori.

¶Hic conſequenter D.S.reſpondet ſecundò ad quæſitũ affirmatiuè tali concluſione. Contingit per accidens aliquẽ malè magis fugere triſtitiã, quàm delectationem appetat ex parte apprehenſionis, ex parte cauſæ triſtantis, & ex parte effectus. Probat D.S. hanc concluſionem quo ad omnes tres partes ſingillatim, vt patebit.Quo ad primam partem.ſ.ex parte apprehenſionis,quia videlicet eſt maior,& ſenſibilior perceptio contriſtantis, quàm delectantis;& ideo magis mouet,quod eſt ſenſibilius, eſto ſit in veritate minus. Et oportet reſumere ex alijs dictis,ꝙ quandoque minus in ſe,eſt magis perceptibile propter contrarietatem.Arguitur ſic,triſtitia eſt magis perceptibilis, quàm delectatio, ergo magis mouet quo ad hunc; non tamen vniuerſaliter, ſed comparando ad aliquam delectationem,quæ eſt minus amati,& ratione apprehenſionis. Cõſequentia nota. Antecedens probatur,id magis ſentitur,in quo magis ſentitur amor, quãdo amor eſt cauſa vtriuſq; ſed in triſtitia magis ſentitur amor,quã in delectatione,& eſt cauſa vtriuſq;,igitur. Probatur minor, amor magis ſentitur cũ eum prodit indigentia (.ſ.amati,) ſed triſtitia, vel eſt abſentia amati, vel de præſentia contrarij amati, quod cõtrarium præſens etiam facit magis ſentire amorem,ergo,&c. Secunda pars minoris de delectatione patet,quia delectatio eſt boni iam preſentis,& abſq; contrario eius.

¶Et nota ex ſupra dictis, ꝙ triſtitia qñq; eſt de contrario amati,& quia vnumquodq; vehementius mouetur in præſentia contrarij;ideo magis tendit ad cõueniens amatum,per qđ contrariũ abijcitur.Et per cõſequens amor magis ſentitur. Deinde cũ dicit.

¶Secundò ex parte cauſæ contriſtantis, vel doloré inferentis,q̃ repugnat bono magis amato, quã ſit bonum illud in quo delectamur; magis.n.amamus conſiſtentiã corporis naturalem,quàm delectationem cibi;& ideo tanto more doloris, ꝙ prouenit ex flagellis,vel alijs huiuſmodi,quæ contrariatur bonæ conſiſtentiæ corporis,dimittimus delectationem ciborum, vel aliorum huiuſmodi.

¶Oſtendit ſecundã partem concluſionis prædictæ, quia.ſ.triſtitia non comparatur ad delectationẽ, quæ eſt in magis amato, ſed in minus amato,& arguitur ſic. Illud magis fugitur, quod eſt contra

contra magis amatum,quàm petatur id,quod eſt pro minus amato,vel quod eſt in minus amato; ſed malum contriſtans quandoque eſt contra magis amatum, & delectans eſt minus amatum; igitur tunc triſtitia magis fugitur, quàm appetatur delectatio in tali,&c. Maior,& minor declarantur exemplariter,quia vita magis amatur;ideo verbera,quæ ingerunt triſtitiam, & triſtitia,quæ eſt in verberibus magis fugitur,quàm appetatur delectatio, quæ eſt in cibo,& potu,cum cibus,& potus non tam amentur,ſicut ſanitas,& vita,&c. Et probatur etiam hæc ratio per ſecundum argumentum in oppoſitum. Deinde ibi.

¶Tertiò ex parte effectus.ſ.inquantum triſtitia impedit non vnam tantùm delectationem,ſed omnes.

¶Manifeſtat tertiam partem dictæ concluſionis arguendo ſic. Illud magis fugit appetitus, quod habet maiorem effectum, ſed aliqua triſtitia impedit omnem delectationem, ſicut patet de triſtitia damnatorum; ergo ſaltem talis magis fugitur, quàm quæratur aliqua delectatio,quæ non excludit omnem triſtitiam.Vide de iſta materia D.S.in quarto,vbi habet, quòd delectatio eſt maior,ſed triſtitia magis ſentitur, eo quòd res contrariæ magis ſentiuntur. Et non poteſt dari certa regula propter varietatem delectationis,& triſtitiæ.

ARGVMENTVM in contrarium eſt prima concluſione reſpoſita.

Auguſt. ¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ illud quod Aug.dicit,ꝙ dolor magis fugitur, quàm voluptas appetatur,eſt verum per accidens,& non per ſe,& hoc patet ex eo,qđ ſubdit. Quandoq; quidem etiam videmus immaniſſimas beſtias à maximis voluptatibus abſtinere dolorum metu,qui contrariatur vitę,quę maximè amatur.

¶Ad maiorem,de qua etiam ſupra habitum eſt,q.29.articu.3. Nemo eſt,qui non magis dolorem fugiat, verum,qui conſurgit ex malo contrario magis amato,quàm appetat voluptatem, in re videlicet minus amata. Tamen dico, ꝙ & illa fuga prouenit, & oritur ex aliqua alia delectatione, & amore, quæ ſunt de ipſa re magis amata. Vnde per accidens magis fugitur triſtitia.i.aliqua determinata delectatione, ſed non per ſe,hoc eſt vniuerſaliter,& ſi comparetur ad delectationem ſibi correſpondentem circa plus amatum. ¶Ad minorem,in quod omnia conſentiunt, verum eſt, ſed dico, ꝙ maior non loquitur vniuerſaliter,& per ſe,ſed ſolùm per accidens,& particulariter; quia non vult Aug.ꝙ vniuerſaliter ab omnibus plus fugiatur triſtitia omni delectatione, ſed loquitur. Nemo eſt, qui non plus fugiat dolorem circa magis amatum, quàm fugiat talem voluptatem, qđ patet ex eo, quod ſubdit,&c. Et eſt hoc argumentum pro ſecunda concluſione, & ſecunda eius parte.

¶Ad ſecundùm dicendũ,quòd aliter eſt in motu, qui eſt ab interiori,& aliter in motu,qui eſt ab exteriori;motus enim qui eſt ab interiori magis tendit in id,quod eſt conueniens,quàm recedat à contrario,ſicut ſupra dictũ

In corpo: eſt, de motu naturali; ſed motus, qui eſt ab extrinſeco intenditur ex ipſa contrarietate, quia vnumquodq; ſuo modo nititur ad reſiſtendum contrario,ſicut ad conſeruationem ſuiipſius; vnde motus violentus intenditur in principio,& remittitur in fine; motus autem appetitiuæ partis eſt ab intrinſeco,cum ſit ab anima ad res; & ideo per ſe loquendo,magis appetitur delectatio,quàm fugiatur triſtitia; ſed motus ſenſitiuæ partis eſt ab exteriori, quaſi à rebus ad animam; vnde magis ſentitur, quod eſt magis contrarium,& ſic etiam per accidens,inquantum ſenſus requiritur ad delectationem, & triſtitiam, magis fugitur triſtitia,quàm delectatio appetatur.

¶Ad maiorem, actio contrarij (.ſ.ex hoc, ꝙ contrarium plus egit in ſubiectum) facit ad velocitatem, & intentionem motus, verum, quando talis motus cauſatur à principio extrinſeco. Si autem cauſatur à principio intrinſeco,tunc quantò magis eſt per receſſum à contrario,& acceſſum ad conueniens, tunc eſt eo fortior. Primum patet de motu violẽto, qui in præſentia contrarij eſt fortior,& per receſſum à contrario paulatim remittitur. Secundum patet de motu naturali, qui in principio, cum adhuc aliqualiter eſt circa contrarium eſt remiſſior,& quantò magis recedit ab ipſo,eo magis intenditur.

¶Ad minorem,vera,ſed dico,ꝙ eſt motus appetitus, qui eſt ab intrinſeco. Vnde,quantò magis eſt circa conueniens, tantò de ſe eſt fortior. Verum eſt tamen,ꝙ fuga triſtitię præſupponit apprehenſionem ſenſitiuam,quæ mouetur ab extrinſeco, & quantò illud eſt magis contrarium, tantò magis ſentitur. Ergo maior eſt fuga de per ſe,& inquantum eſt appetitus, negatur, ſed per accidens ratione maioris apprehenſionis, vt dixit prima pars ſecundæ cõcluſionis;quia illud magis fugitur, quod magis percipitur, dato, ꝙ de ſe minus ſit natum mouere appetitum. Delectatio autem eſt circa conueniens,&c.

¶Ad tertium dicendum, quòd fortius non laudatur ex eo,ꝙ ſecundùm rationem non vincitur à dolore, vel triſtitia quacunq;;ſed ex ea,quę cõſiſtit in periculis mortis,quæ quidem triſtitia magis fugitur,quàm appetatur delectatio ciborum,vel venereorum,circa quam eſt temperãtia;ſicut vita magis amatur,quàm cibus, vel coitus; ſed tẽperatus magis laudatur ex hoc, ꝙ nõ proſequitur delectationes tactus,quàm ex hoc, ꝙ non fugit triſtitias contrarias,vt patet in 3.Ethic.* *Ariſ.c.11.

¶Ad minorem, dico, ꝙ fortius magis laudatur, quàm temperatus,quia non vincitur à fuga doloris mortis. Et concedo conſequenter,ꝙ talis eſt fortior,quàm delectatio in aliquo minus amato,& minus neceſſario ad vitam; ſed non eſt maior omni delectatione, & amore, quia quis magis & fortius delectatur in vita ſua, quàm fugit dolorem, & delectatio eſt cauſa iſtius fugæ, &c. Et patet aliud exemplum de temperato, qui magis laudatur, quia vincit delectationem,quàm quia vincit triſtitias contrarias, tanquam non velle delectari, & vincere appetitum delectationis, ſit vincere quid fortius, quàm non inordinatè triſtari in malis, vel vincere fugam (.i.triſtitiam,) quæ eſt contraria delectationi. Ad temperatum enim pertinet non triſtari,etiam in his,quæ ſiunt nõ delectabilia, ſed contraria appetitui; ad temperatum ſiquidem pertinet non inordinatè delectari, & non inordinatè triſtari, & magis laudatur, quia non inordinatè delectatur, quàm quia non inordinatè triſtatur,& hoc eſt vincere fugam.i.triſtitiam.

Vtrum dolor exterior ſit maior, quàm dolor cordis interior.

G Infra q.87. ar.1.ad 2.

AD ſeptimum ſic proceditur. Videtur, ꝙ dolor exterior ſit maior,quàm dolor cordis interior;dolor enim exterior cauſatur ex cauſa repugnantiæ bonæ conſiſtentiæ corporis in quo eſt vita; dolor autem interior cauſatur ex aliqua imaginatione mali; cum ergo vita magis ametur, quàm imaginatum bonum; videtur ſecundùm prædicta, * quòd dolor exterior ſit maior, quàm dolor interior. *Art.xi

¶ 2 Præterea, res magis mouet, quàm rei ſimilitudo, ſed dolor exterior prouenit ex reali coniunctione alicuius contrarij; dolor autem interior ex ſimilitudine contrarij apprehenſa; ergo maior eſt dolor exterior,quã dolor interior.

¶ 3 Præterea,cauſa ex effectu cognoſcitur; ſed dolor exterior habet fortiores effectus;facilius enim homo moritur propter dolores exteriores, quàm propter dolorem interiorem; ergo exterior dolor eſt maior,& magis fugitur,quàm dolor interior.

¶Sed contra eſt, quod dicitur Eccle.25. Omnis plaga triſtitia cordis eſt, & omnis malitia nequitia mulieris; ergo ſicut nequitia mulieris alias nequitias ſuperat, vt ibi intenditur; ita triſtitia cordis omnem plagam exteriorem excedit. Eccl.25.

¶Hic comparat diuerſa genera doloris adinuicem.ſ.interiorem,& exteriorem.

¶Reſpondeo dicendũ, ꝙ dolor exterior, & interior in vno cõueniunt,& duobus differunt.Cõueniunt quidẽ in hoc,ꝙ vterq; eſt motus appetitiuę virtutis, vt ſupdictũ eſt.*Sed differunt ſm illa duo, q̃ ad triſtitiã,& delectationẽ requiruntur.ſ.ſm cauſam,q̃ eſt bonũ, vel malũ coniunctũ,& ſm apprehenſionẽ.Cauſa.n.doloris exterioris eſt malũ coniunctũ,qđ repugnat corpori; cauſa aũt interioris doloris eſt malũ coniunctũ, qđ repugnat appetitui;dolor ẽt exterior ſequitur apprehenſionẽ ſenſus,& ſpecialiter tactus; dolor aũt interior ſequitur apprehenſionẽ interiorẽ, vel imaginationis.ſ.vel ẽt rõnis. *Art.6.

¶D.S.primò præmittit conuenientiam, & duplicem differentiam doloris interioris, & exterioris, ex qua tanquam ex radice ſumitur duplex maioritas vnius ad alium. Secundò conformiter ſm hoc diſtinctè reſpondet,ibi.Si ergo comparatur, &c.Dicit ergo primò,ꝙ dolor interior,& exterior in vno conueniunt,& in duobus differunt, & declaratur clarè in litera. Et ſecundùm iſta duo habet attendi maioritas eorum, quia qui ſecundùm iſta duo excedit erit ſimpliciter maior,vt patebit.

¶Si ergo comparatur cauſa interioris doloris ad cauſam exterioris, vna per ſe pertinet ad appetitum, cuius eſt vterq; dolor, alia verò per aliud. Nam dolor interior eſt ex hoc, ꝙ aliquid repugnat ipſi appetitui; exterior autem dolor ex eo repugnat appetitui, quia repugnat corpori; ſemper autem quod eſt per ſe, prius eſt eo, quod eſt per aliud; vnde ex parte iſta, dolor interior præeminet dolori exteriori.

Conclu. 1. ¶Hic conſequenter reſpondet iuxta prædictas duas differẽtias. Et primò per duas concluſiones partiales conformes prædictis duabus differentijs. Secundò per vnam concluſionem totalem, & formaliter reſponſuam, ibi. Vnde ſimpliciter, &c. Tertiò quaſi corollariè ſubiungit reſponſionem cuiuſdam taciturnæ quæſtionis, ibi. Quandoq; tamen &c. Concluſio prima partialis. Ex parte cauſæ dolor interior præeminet dolori exteriori. Probatur, ſemper quod eſt per ſe, prius eſt eo, quod eſt per aliud; ſed cauſa interioris doloris (i. obiectum, & malum contriſtans) per ſe pertinet ad appetitum, & cauſa exterioris doloris mediante alio, igitur eſt maior rõne cauſæ. Maior nota. Minor patet in litera, quia dolor interior eſt ex hoc, ꝙ aliqd repugnat ipſi, &c. cõſequẽter cũ dicit.

¶Similiter etiam ex parte apprehenſionis; nam apprehenſio rationis, & imaginationis eſt altior, quàm apprehenſio ſenſus tactus.

Conclu. 2. ¶Ponit ſecundam concluſionem partialem iſtam, ex parte apprehenſionis, interior dolor ſimiliter exteriori præeminet. Probatur, ille dolor eſt maior ratione apprehenſionis, qui ſequitur altiorem apprehenſionem, per quam habetur fortior perceptio mali coniuncti; ſed interior eſt huiuſmodi, ergo, &c. Maior nota, qa perceptio requiritur ad dolorem. Minor patet, quia ſequitur apprehenſionem rationis, & imaginationis, quæ eſt altior, &c. Conſequenter ibi.

¶Vnde ſimpliciter, & per ſe loquendo dolor interior potior eſt, quàm dolor exterior, cuius ſignũ eſt, ꝙ etiam dolores exteriores aliquis voluntariè ſuſcipit, vt euitet interiorem; & inquantum non repugnat dolor exterior interiori appetitui fit quodammodo delectabilis, & iocundus interiori gaudio.

Concluſio reſponſiua. ¶Infert ex dictis concluſionem reſpõſiuam totalem, quã probat etiam à ſigno, & eſt iſta, Simpliciter, & per ſe loquendo, interior eſt potior, quàm exterior. Probatur ratione ex dictis, quia eſt maior ſecundùm cauſam, & apprehenſionem, ergo ſimpliciter. Tenet conſequentia ex notabili premiſſo de differentijs iſtorum dolorum, quia ſm iſta duo habent comparari quo ad maioritatẽ. Et probatur etiam à ſigno, quia videlicet ſi dolor exterior non ſit cum dolore interiori, tunc non eſt, &c. & quãdoq; aliquis fert exteriorem, vt liberetur ab interiori, &c. Deinde cum dicit.

¶Quandoque tamen dolor exterior eſt cum interiori dolore, & tunc dolor augetur; non ſolùm enim interior eſt maior, quàm exterior; ſed etiam vniuerſalior. Quicquid enim eſt repugnans corpori, poteſt eſſe repugnans interiori appetitui; & quicquid apprehenditur ſenſu, poteſt apprehendi imaginatione, & ratione, ſed non conuertitur. Et ideo ſignanter in auctoritate adducta dicitur. Omnis plaga triſtitia cordis eſt; quia etiam dolores exteriorum plagarum ſub interiori cordis triſtitia apprehenduntur.

¶Reſponder corollariè ex dictis cuidam tacitæ quæſtioni. Poſſet enim eſſe dubium circa dicta, licet dolor exterior accipiat magnitudinem, non niſi ex interiori ſibi coniuncto, & ſi non ſit ei conſenſus non curatur, vt dictum eſt circa prædictam probationem à ſigno; an tamen etiam interior accipiat magnitudinem ab exteriori ſibi coniuncto, quamuis non ſimpliciter, & dicit, ꝙ ſic. ſ. quando ſimul ſunt, tunc dolor augetur etiam interior.

¶Pro quo nota, ꝙ ſi concluſio iſta intelligitur, ꝙ ſit maior dolor extenſiuè. i. plures dolores, tunc clara eſt. Sed videtur magis intelligenda, ꝙ cum dolor exterior corporis etiam aduerſetur appetitui, vel voluntati, tunc interior augetur, quia malum coniunctum eſt, tunc materia doloris duplici ratione, & quia repugnat appetitui, & quia repugnat corpori, & per cõſequens dolor interior eſt maior. Vnde quia reſponſio in iſto ſenſu ſupponit, ꝙ dolor exterior poſſit eſſe materia doloris interioris; ideo D.S. hoc ſuppoſitum verificat tali aſſumpto, quia interior non ſolùm eſt maior, ſed etiam vniuerſalior, igitur poteſt ſe ad exteriorem dolorem extendere, & de eo dolere, & obiecto ſuo, vt eſt nociuũ corpori. Antecedens etiam hoc oſtendit ibi in litera. Quicquid enim, &c. ratione, & auctoritate clarè. Et vult per illam auctoritatem in argumento in contrarium adducendam, ꝙ omnis plaga eſt cordis, quia exterior dolor, & plaga poteſt etiam eſſe obiectũ, & materia interioris doloris, &c.

¶Et confirmantur per illam auctoritatem, & argumentum in contrariũ concluſionis reſponſiuæ. Nota omnis plaga cordis, &c. intelligitur ſic. i. plaga cordis eſt omnis plaga. i. perfecta, & maxima, ſicut dicitur. Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt omnis homo. i. perfectus.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ dolor interior poteſt etiam eſſe de his, quæ contrariantur vitæ, & ſic comparatio doloris interioris ad exteriorem non eſt accipienda ſecundùm diuerſa mala, quæ ſunt cauſa doloris; ſed ſecundùm diuerſam comparationem huius cauſæ doloris ad appetitum.

¶Ad minorem dico, ꝙ dolor interior cauſatur ex imaginatione mali, ſed non tm̃ ſeparati, ſed etiam coniuncti, & mali corporis, quia & hoc poteſt eſſe diſconueniens, & repugnans appetitui: Vltra. Cum ergo, &c. Dico, ꝙ vita magis amatur, quàm imaginatum bonum ſeparatum à vita; tamen & ipſa vita, & contraria vitæ poſſunt imaginari. Vnde negatur conſequentia, quia hoc argumentũ ſupponit, ac ſi dolor interior non poſſit eſſe de malo, qđ eſt cõtra vitã, qđ eſt falſum, vt patuit in cor. Diſtinctio ergo illorum dolorũ accipienda eſt, nõ quaſi ſemper ſint de diuerſis malis, ſed quia ſunt de eodem qñq; , tm̃ diuerſimodè inquantũ vnũ repugnat appetitui, quia malum corporis, & idem eſt obiectum doloris interioris, vt eſt malum appetitus ſm ſe. Et huius ſignum eſt, quia poteſt eſſe dolor exterior de aliquo malo corporis; & tamẽ appetitus habet complacentiam, & nõ dolet dolore interiori voluntatis, vt apprehendit illũm dolorem eſſe vtilem. Et intelligitur iſta præſertim de dolore interiori voluntatis, quæ poteſt de exteriori dolore gaudere, licet non appetitus ſenſitiuus.

¶Nota verbum D.S. in fine ſolutionis, ſed ſm diuerſam comparationem huius cauſæ doloris (.ſ. mali contriſtantis, quod eſt qñq; malum corporis) ad appetitum, quia vt eſt cauſa doloris exterioris repugnat appetitui, quia repugnat corpori, & mediante apprehenſione exteriori; ſed vt eſt cauſa doloris interioris accipitur, vt repugnat appetitui ſm ſe, & mediante apprehenſione interiori. ſ. vel imaginationis, vel rationis; vnde vr̃, ꝙ appetitus ſenſitiuus poſſit dolere mediante apprehenſione exteriori de malo corporis, & tamen in homine non dolere, inquantum mouetur à ratione mediante imaginatione, prout apprehenditur, ꝙ talis dolor ſit vtilis, ſicut in pœnitentibus, & ſicut fuit in Martyribus, & in Chriſto. Vide 3. par. q. 46. art. 6. quia dolere, & non dolere de eodem ſm contrarias rationes non eſt impoſſibile, ſic appetitus ſenſitiuus, vt actus organi, & ſequens apprehenſionem exteriorẽ, mediante tamen etiam interiori imaginatione dolet, tamẽ vt ſequitur rationem mediante alia imaginatione obiecti, ſecundùm aliam rationem, videtur poſſe non dolere.

¶Et nota, ꝙ dolor corporalis eſt quidem contra oẽs potentias animæ ratione ſubiecti, ſed non ſemper ratione proprij actus, & obiecti. Poteſt ergo appetitus inferior motus à ratione, & voluntate nõ triſtari de aliquo ſm vnam rõnem, & tamen triſtari de eodẽ, inquantũ eſt afflictiuũ corporis; nam ſm D.S. 3. par. q. 46. non eſt inconueniens contraria eidem ineſſe, ſed non ſm idem.

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ triſtitia interior non procedit ex ſimilitudine rei apprehenſæ, ſicut ex cauſa; non enim homo triſtatur interius de ipſa ſimilitudine apprehenſa, ſed de re cuius eſt ſimilitudo, quæ quidem res tantò perfectius apprehenditur per aliquam ſimilitudinem, quantò ſimilitudo eſt magis immaterialis, & abſtracta; & ideo dolor interior per ſe loquẽdo eſt maior, tanquam de maiori malo exiſtens, propter hoc, ꝙ interiori apprehenſione magis cognoſcitur malum.

¶Secunda pars minoris negatur, quia illa ſimilitudo non cauſat pro ſe, ſed res, vt eſt repreſentata per ſimilitudinem, & ſimilitudo pro re. Et quia p ſimilitudinẽ aliquo modo ſpiritualem, res magis apprehenditur in malo, vel in bono; ideo fortius mediante tali apprehenſione, contriſtat, & per conſequens dolor interior ſequens apprehenſionem mediante tali ſimilitudine, eſt maior.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ immutationes corporales magis cauſantur ex dolore exteriori, tum quia cauſa doloris exterioris eſt corrumpens coniunctum corporaliter, qđ exigit apprehenſio tactus; tum etiam quia ſenſus exterior eſt magis corporalis, quàm ſenſus interior, ſicut & appetitus ſenſitiuus, quàm intellectiuus, & propter hoc, vt ſupra dictum eſt;* ex motu appetitus ſenſitiui magis corpus immutatur, & ſimiliter ex dolore exteriori magis quàm ex dolore interiori. *q. 22. a. 3.

¶Maior vera, præſertim ab effectu per ſe, & hoc à poſteriori, & per effectum cognoſcitur non ſemper maioritas, ſed quandoque maior ſenſibilitas, & maior affinitas ad corpus, vt patuit ſup. q. 31. artic. 5.

¶Ad mi-

¶Ad minorem dicitur, ꝙ ſi intelligitur, ꝙ dolor exterior habeat fortiores effectus immediatos per ſe, & quantum ad formale. (Vide infra, q. 37. art. 1. ad tertium. ſ. qui ſunt proijcere, & proſternere appetitum) negatur, ſed habet fortiores effectus mediatos, & quaſi per accidens ratione eius, quod eſt materiale in paſſione, ſed negatur conſequentia, ꝙ ergo ſit maior in ſe, & ſimpliciter; ſed ꝙ cauſatur ex corrumpente corporali, & quia cauſatur ex ſenſu exteriori; ſed non quòd ſit maior, quia tunc etiam eſſet maior, quàm motus voluntatis, qui etiã non immutat corpus, &c. vt patuit ſup. q. 37. art. 4.

Vtrum Damaſcenus conuenienter quatuor ſpecies triſtitiæ aſſignet, quæ ſunt accidia, achos, vel anxietas, ſecundùm Greg. Nicen. miſericordia, & inuidia.

H Inf. 41. ar. 4. ad 1. Et 2. 2. q. 35. arti. 4. ad 3. Et 3. diſt. 26. q. 1. ar. 3. co. fin. Et Veri. q. 26. artic. 4. ad 6.

AD octauum ſic proceditur. Videtur, quòd Damaſce.* inconuenienter quatuor triſtitiæ ſpecies aſſignet, quæ ſunt accidia, achos, vel anxietas, ſecundùm Greg. Nice.* miſericordia, & inuidia. Triſtitia enim delectationi opponitur, ſed delectationis non aſſignantur aliquę ſpecies; ergo nec triſtitiæ ſpecies debẽt aſſignari.

*Damaſce. lib. 2. c. 14.

¶ 2 Præterea, pœnitentia eſt quædam ſpecies triſtitiæ; ſimiliter etiam nemeſis, & zelus, vt dicit Philoſoph. in ſecundo Rhetoricor.* quæ quidem ſub his ſpeciebus non comprehenduntur; ergo inſufficiens eſt eius prædicta diuiſio.

* Greg. Ni. lib. 4. c. 12.

¶ 3 Præterea, omnis diuiſio debet eſſe per oppoſita; ſed prædicta non habent oppoſitionem adinuicem; nam ſecundùm Greg. Accidia eſt triſtitia, vocem amputans; anxietas verò eſt triſtitia aggrauans; inuidia verò eſt triſtitia in alienis bonis; miſericordia autem eſt triſtitia in alienis malis; contingit autem aliquem triſtari, & de alienis malis, & de alienis bonis, & ſimul cum hoc interius aggrauari, & exterius vocẽ amittere; ergo prædicta diuiſio non eſt conueniens.

*Ariſt. c. 9. & 11.

Gregor.

Greg. Ni. & Damaſc.

¶Sed contra eſt auctoritas vtriuſque, ſcilicet Gregorij Nice. & Damaſceni.

¶Poſt determinationem de dolore ſecundùm ſe, quærit conſequenter de eius diuiſione.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ ad rationem ſpeciei pertinet, ꝙ ſe habeat ex additione ad genus. Generi poteſt aliquid addi dupliciter. Vno modo, quod per ſe ad ipſum pertinet, & virtute continetur in ipſo, ſicut rationale additur animali, & talis additio facit veras ſpecies alicuius generis, vt per Philoſophum patet in 7. & 8. Metaph.* aliquid verò additur generi, quaſi aliquid extraneum à ratione ipſius, ſicut ſi album animali addatur, vel aliquid huiuſmodi, & talis additio non facit veras ſpecies generis, ſecundùm quòd communiter loquimur de genere, & ſpeciebus.

* Ariſt. tex. 10. & 11.

¶D.S. primò diſtinguit variũ modũ accipiendi ſpecies alicuius generis. Secundò reſpondet ſm vnum modum triſtitiã hr̃e illas quatuor ſpecies, ibi. Et hoc modo, &c. Quo ad primum ponit tres modos. Primò præmittendo duos non valentes ad propoſitũ. Secundò ſubiungendo tertiũ, qui erit ad propoſitum, ibi. Interdum tm̃, &c. Vult ergo primò, ꝙ ſpecies dr̃ multipliciter. Et eſt nõ huius multiplicitatis; quia ad rõnem ſpeciei pertinet, vt ſe habeat ex additione ad genus; & ergo ſm varietatẽ additionis, eſt varietas in acceptatione ſpeciei. Accipit ergo vno modo propriè, qa ſuperaddit aliquã dr̃iam, q̃ cũ contracto facit idẽ ſm rẽ & eſſentiã, & q̃ virtute cõtinet in rõne generis, & eius rõnẽ p ſe diuerſificat, &c. Secundo modo dr̃ ſpecies, nõ vera ſpecies, ſed qa ſicut ſpecies addit dr̃iam contractiuã, ita & illud addit aliqđ cõtractiuũ, eſto accidentale, & extraneũ à rõne generis; vt ſi albũ diceretur ſpecies aãlis, & ſic cõiter non loquimur de ſpecie. Conſequenter ibi.

¶Interdum tamen dicitur aliquid eſſe ſpecies alicuius generis propter hoc, ꝙ habet aliquid extraneum ad qđ applicatur generis rõ; ſicut carbo, & flãma dr̃ eſſe ſpecies ignis pp applicationem naturæ ignis ad materiam alienam; & ſimili modo loquendi dicuntur aſtrologia, & perſpectiua ſpecies mathematicę, inquantũ principia mathematica applicantur ad materiam naturalem.

¶Ponit tertium modũ, qui eſt ad propoſitũ, vbi ſpecies dr̃, non quia aliquid addatur generi, ſed quia generis rõ, & natura applicatur ad aliquod extraneũ. Et ponit D.S. duo exẽpla, primum de carbone, & flamma, vbi ignis hẽt modũ generis, & applicatur ad diuerſas naturas ſpecie diſtinctas. Aliud exemplum eſt de aſtrologia, &c. vt in litera. Geometria enim eſt de linea, & magnitudine; ſed perſpectiua eſt de linea viſuali, ſic triangulus ligneus etiam eſſet ſpecies hoc modo trianguli. Et Aſtrologia eſt de quantitate aſtrorũ, &c. Pro quorum exemplorum explicatione, & per conſequens huius tertij mẽbri, qđ erit ad propoſitũ. ¶Nota primò ex D.S. in 4. diſ. 44. q. 3. ar. 2. q̃ 2. dicente. Ignis pp hoc, ꝙ eſt maximę virtutis in agendo inter reliqua elementa, alia corpora pro materia hẽt, vt dr̃ in 4 methaurorũ. Vnde & ignis dupliciter inuenitur. ſ. in propria materia, prout eſt in ſphera ſua, vel in materia aliena, ſiue terreſtri, vt patet in carbone, ſiue aerea, ſicut patet in flãma. Quocunq; aũt modo ignis inueniatur ſp idẽ eſt in ſpecie, quantũ ad naturã ignis pertinet; põt aũt eſſe diuerſitas in ſpecie, quantum ad corpora, q̃ ſunt materia ignis. Vnde flãma, & carbo differunt ſpecie, & ſimiliter lignũ igneũ, & ferrũ ignitũ; nec differt quantũ ad hoc, ſiue ignita ſint per violentiã (vt in ferro apparet) ſiue ex principio intrinſeco naturali, vt accidit in ſulfure, hęc ille. Ex quo patet qũo diſtinguuntur ſpecie carbo, & flãma; nõ ꝙ natura ignis ſpecie diuerſificetur, ſed quia illa in quibus inducitur ignis idẽ in ſpecie, diuerſificantur in ſpecie. ¶Nota ſecundò, ꝙ non eſt oĩno ſimile de carbone, & flamma, & aſtrologia, & perſpectiua; quia natura ignis manet eadẽ in ſpecie ſpecialiſſima in carbone, & flamma. Geometria aũt nõ manet ſic vna in ſpecie in Aſtrologia, & Perſpectiua; ſed eſt ſaltẽ vnitas generis, & ſpeciei ſubalternę. Diuerſificantur aũt ex materijs extraneis Geometriæ, ſed hñt cũ hoc diſtinctas proprias rõnes formales; nã alia formalia principia ſunt Aſtrologiæ participata ex Geometria, alia Perſpectiuæ, vnde & ſibi ſubalternantur primo poſteriorũ. Et pro cõfirmatione illius eſt, qđ hẽt D.S. in com. 2. Phyſi. vbi dicit, ꝙ Perſpectiua applicat, q̃ Geometria conſiderat de linea mathematica ad lineã phyſicã. Aſtrologia aũt applicat ad eçlũ, & partes eius, q̃ conſiderant Geometria, & Aritmetica. Ex quo patet, ꝙ ſunt alia principia, & p cõſequẽs diſtinguũtur ſpecie, &c. Gratiadeus dicit ibidẽ, ꝙ Aſtrologus cõſiderat motus aſtrorũ, inquantũ in eis eſt rõ quanti, & maior, & minor velocitas, q̃ facit maiorem, vel minorem diſtantiã à terra. Aſtrologus conſiderat etiam diuerſitatẽ motuum penes velocitatẽ, &c. & diſtinguit penes minuta, & horas, quæ ſunt diſcretæ quantitates, &c. Conſequenter ibi.

¶Et hoc modo loquendi aſſignantur hic ſpecies triſtitiæ per applicationem rationis triſtitiæ ad aliquid extraneum, quod quidem extraneum accipi poteſt, vel ex parte cauſæ obiecti, vel ex parte effectus; proprium enim obiectum triſtitiæ eſt proprium malum. Vnde extraneũ obiectũ triſtitiæ accipi põt, vel ſm alterum tm̃, quia. ſ. eſt malum, ſed non proprium, & ſic eſt miſericordia, q̃ eſt triſtitia de alieno malo, inquantũ tm̃ æſtimatur, vt propriũ; vel quantũ ad vtrũq;, quia neq; eſt de proprio, neq; de malo, ſed de bono alieno, inquantum tamen bonum alienum æſtimat vt proprium malum, & ſic eſt inuidia.

¶Reſpondet iuxta membrũ prædictum tertiũ propoſito aptũ, tali concluſione quã intendit. Conuenienter aſſignantur quatuor ſpecies triſtitiæ (loquendo de ſpecie tertio modo.) Probatur, tot ſunt ſpecies triſtitię quot modis rõ triſtitiæ applicatur ad aliquod extraneũ; ſed hoc ſit quadrupliciter; ergo, &c. Maior patet ex notabili. Minor probatur inductiuè ſic. Extraneũ ad qđ applicatur triſtitia poteſt accipi, vel ex parte cauſæ, vel obiecti, vel ex parte effectus. Sed iuxta primum ſumuntur duę ſpecies. ſ. miſericordia, & inuidia; ex parte verò extranei effectus etiam ſumuntur duæ. ſ. anxietas, & accidia; ergo minor vera. Maior illa patet. Minor autem probatur in litera inductiuè clarè, primò quo ad primam partem, ſecundò quo ad ſecundam, cum dicit. Concluſio.

¶Proprius autem effectus triſtitiæ conſiſtit in quadam fuga appetitus, vnde extraneum circa effectum triſtitiæ poteſt accipi, quantum ad alterum tantùm, quia ſcilicet tollitur fuga, & ſic eſt anxietas, quæ ſi aggrauat animum, vt non appareat aliquod refugium, vnde alio nomine dicitur anguſtia. Si verò in tantum procedat talis aggrauatio, vt etiam exteriora membra immobilitet ab opere, quod pertinet ad accidiam, ſic erit extraneum, quantum ad vtrunque, quia nec eſt fuga, nec eſt in appetitu. Ideo autem ſpecialiter accidia dicitur vocem amputare, quia vox inter omnes exteriores motus magis exprimit interiorem conceptum, & affectum, non ſolùm in hominibus, ſed etiam in alijs animalibus, vt dicitur in primo Politicorum.* *Ariſt. c. 2.

¶Nota hic primò, ꝙ illa non est diuisio tristitiæ vniuersaliter, sed tantùm tristitiæ, quę contrahitur ad extraneum, quare pœnitentia, quæ est de malo non ponitur hic.

¶Nota secundò, ꝙ hæ species.s.inuidia, & misericordia, videntur distingui etiam specie tristitię propriè dicta, non quidem propter extraneum additum, vt sic; sed quia habent alia obiecta specificè distincta; conueniunt tamen in vna specie subalterna.s.tristitia; & quamuis anxietas addat etiam extraneũ, & similiter accidia; illud tamen non se habet in ratione obiectis; ideo non videntur distingui specie, nec videtur accipi accidia, prout est tristitia circa diuina, & spiritualia; sed pro tristitia aggrauante, modo dicto, &c. Vide ante tertium.

¶Confirmatur autem conclusio responsiua argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ delectatio causatur ex bono, quod vno modo dicitur; & ideo delectationis non assignantur tot species, sicut tristitiæ, quæ causantur ex malo, quod multifariam contingit, vt dicit Dionysius. Dion. 4.c.de Diui.no.

¶Maior vera, sed tamen habent obiecta diuersarum rationum, .s.bonum, quod est vnius rationis, & malum, quod est diuersum, & varium. Minor vera, & intelligitur de speciebus extraneis; si autem intelligitur de specie propriè dicta, falsa est, & negatur; sed vult minor, ꝙ non habet species, sicut tristitia. Et ratio diuersitatis est, quia ibi est obiectum extraneum, alibi non. Sed negatur consequentia, quia delectatio causatur ex bono, quod est vniforme; tristitia ex malo, quod est varium.

¶Nota, ꝙ quamuis bonum sit varium in natura sua, & distinctum multipliciter; tamen non habet se diuerso modo ad delectationis proprium obiectum; sed omne bonum delectat, vno modo inquantum accipitur, vt proprium bonum coniunctum, vt patuit sup.q.32. sed quia malum vario modo se habet ad proprium obiectum tristitiæ, ideo ponuntur plures species tristitiæ, scilicet extraneæ.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ pœnitentia est de malo proprio, quod est per se obiectum tristitiæ; vnde non pertinet ad has species; zelus verò, & nemesis sub inuidia continentur, vt infra patebit.* *q.36.ar.2. in cor.

¶Maior vera est, species tristitiæ generaliter acceptæ, sed non tristitiæ hic diuisæ, quæ solùm capitur pro his, quæ habent obiectum, vel effectum extraneum. Pœnitentia autem habet malum proprium, nec effectum alienum, quia pœnitens sperat emendare malum, & agere satisfactionem; & licet pœnitens voluntariè assumat tristitiam, & aliæ tristitiæ non sint voluntariæ, hoc non arguit extraneitatem obiecti, vel effectus; ideo D.S. dicit nõ contineri sub his speciebus. Ad secundam partem maioris dicitur de nemesi, & zelo, ꝙ continentur sub inuidia, de quo vide 2.2.q.36. art.2.in cor.& art.3.ad 3. ergo insufficiens, negatur, vt hic loquimur de tristitia, quia videlicet restrictè, &c. Zelus nominat tristitiam de carentia boni, quod alius habet, Nemesis est tristitia de bono indignè agentium, &c.

¶Ad tertium dicendum, quòd diuisio ista non sumitur secundùm oppositiones specierum, sed secundùm diuersitatem extraneorum, ad quæ trahitur ratio tristitiæ, vt dictum est.* *in corpo:

¶Ad maiorem, omnis diuisio est aliquo modo per opposita, sed non semper per diuersas species propriè dictas; sed sufficit, ꝙ sit ibi diuersitas effectuum, vel quandoque accidentium, secundũ ꝙ est diuisio. Ad maiorem dico negando eam, ꝙ nullo modo habeant oppositionem, vel magis distinctionem, saltem extraneorum. Volo quidem, quòd anxietas, & accidia non distinguuntur ab inuidia, & misericordia, specie tristitiæ; distinguuntur tamen secundùm effectus quos superaddunt. Sed de inuidia, & misericordia dico extra literam, quòd distinguuntur specie propriè dicta, non ratione extraneorum, vt sic, & ratione præsentis diuisionis; sed aliunde, quia videlicet habent opposita obiecta. Misericordia enim & inuidia directè opponuntur ex parte obiecti, vt D.S.2.2.q.36.artic.3.ad tertium. Quando ergo dicit D.S.in solutione, & tactum est in corpore ar. quòd hæc diuisio non sumitur secundùm diuersas species tristitiæ, intelligendum est vniuersaliter, & quo ad omnia membra. Cum quo stat, quòd aliqua membra distinguuntur specie, non ratione extraneitatis, præsertim effectus; sed ratione oppositionis obiectorum, sicut est in inuidia, & misericordia.

¶Et nota hoc diligenter, constat enim ꝙ inuidia, & misericordia opponuntur genericè, quia vnum continetur sub vitio, alterum sub virtute, vel saltem passione laudabili, secundùm Philosophum; quare oportet, ꝙ specie distinguantur. Sed quia nõ omnia quatuor distinguuntur specie, & etiam non ratione extraneorum quorumcunque; ideo dicit D.S. ꝙ species tristitiæ secundùm illa (scilicet omnia, & quodlibet) non diuersificentur, vt dictum est.

Causis tristitiæ.

Quæstio trigesimasexta.

De causis tristitiæ.

DEinde considerandum est de causis tristitię. Et circa hoc quæruntur quatuor. Primò, vtrum causa doloris sit bonũ ammissum, vel magis malum coniunctum. Secundò, vtrum concupiscentia sit causa doloris. Tertiò, vtrum appetitus vnitatis sit causa doloris. Quartò, vtrum potestas cui resisti non potest sit causa doloris.

¶Iuxta ordinem supra statutum in quæstio. præced. D.S. postquam determinauit de dolore secundùm se, & de eius membris, & diuisione; nunc determinat de eius causis, & sunt quatuor, & secundùm hoc quatuor articuli.

Vtrum bonum ammissum sit causa doloris, vel magis malum coniunctum.

AD primum sic proceditur. Videtur, ꝙ bonum ammissum sit magis causa doloris, quã malũ coniunctũ, dicit enim Aug.in li.de 8.q.* Dulciscij, dolorem esse de amissione bonorum temporalium; eadem ergo rõne quilibet dolor ex amissione alicuius boni cõtingit.

¶ 2 Præterea, supra dictum est,* ꝙ dolor, qui delectationi cõtrariatur est de eodem de quo est delectatio; sed delectatio est de bono, sicut sup. dictum est;* ergo dolor est principaliter de amissione.

¶ 3 Præterea, secundùm Aug. 14.de ci.Dei.* Amor est causa tristitiæ, sicut & aliarum affectionum animæ, sed obiectum amoris est bonũ; ergo dolor, vel tristitia magis respicit bonum amissum, quã malũ coniunctum.

¶Sed contra est, quod Damasc. dicit in secundo lib.* quòd expectatum malum timorem constituit, præsens verò tristitiam.

¶Hic primò inquirit de potissima causa, & immediata (.s.malo coniuncto) & obiectiua. Articulus autem secundus quærit de causa, vnde motus effectiua.

¶Respondeo dicendum, ꝙ si hoc modo se haberent priuationes in apprehensione animæ, sicut se habent in ipsis rebus, ista quæstio nullius momenti esse videretur; malum enim, vt in primo lib. habitum est,* est priuatio boni; priuatio autem in rerũ natura nihil est aliud, quã carentia oppositi habitus; ꝙm hoc ergo idem esset tristari de bono amisso, & de malo habito; sed tristitia est motus appetitus apprehensionem sequentis; in apprehensione autem ipsa priuatio habet rationem cuiusdã entis, vnde dicitur ens rationis, & sic malum cum sit priuatio se habet per modum contrarij. Et ideo quantum ad motum appetitiuum differt, vtrum respiciat principalius malum coniunctum, vel bonum amissum.

¶D.S. primò ostendit rationabilitatem huius q.& dubij; secundò respondet ad eã, ibi. Et quia motus, &c. Quo ad primũ posset alicui videri irrationabilis qõ ista, qa idem est amissio boni, & malũ coniunctũ, & per consequens non vr vnũ magis esse causa doloris, q̃ aliud, &c. Sed ad hoc dicit D.S. ꝙ quãuis idem sint in re coniunctio mali.i.malũ ipsum, & amissio boni vel malũ amissũ, eo ꝙ malũ est priuatio, & amissio neutralis, sicut & neutralis corruptio boni, vt patet de Malo, q.1.ar.1.ad 8. tamen quia appetitus non est rei, nisi vt apprehensa est; põt aũt malum, & priuatio boni apprehendi, quasi contrarium, & ens, saltem rationis distincti à bono opposito; ideo potest esse quæstio rationalis, an causetur magis ex bono amisso, vel ex malo coniuncto iniacente, quod tamen secundùm rem non dicit, nisi amissionem boni, quæ potest apprehendi, vt vnum oppositum circa ipsum contristatum.

¶Et quia motus appetitus animalis hoc modo se habet in operibus animæ, sicut motus naturalis in rebus naturalibus, ex consideratione naturalium motuum veritas accipi potest. Si enim accipiamus in motibus naturalibus accessum, & recessum; accessus per se respicit id, quod est cõueniens naturæ; recessus autem per se respicit id, qđ est cõtrariũ; sicut graue p se recedit à loco superioriori; accedit aũt naturaliter ad locum inferiorem.

Sed

Sed si accipiamus causam vtriusq; motus.s.grauitatem, ipsa grauitas per prius inclinat ad locũ deorsum, quàm retrahat à loco sursum, à quo recedit, vt deorsum tẽdat. Sic igitur cum tristitia in motibus appetitiuis se habeat per modum fugæ, vel recessus; delectatio autem per modum prosecutionis, vel accessus, sicut delectatio p prius respicit bonum adeptum, quasi proprium obiectũ; ita tristitia respicit malũ cõiunctũ; sed causa delectationis, & tristitiæ.s.amor per prius respicit bonũ, quã malum.

Conclusio. ¶Hic nunc respondet quæsito, rationabiliter moto tali conclusione, eo modo quo obiectum est causa passionis magis propriè est causa tristitiæ, vel doloris malũ coniunctum (.i.amissio boni, vt est mala, & habet rationem termini à quo) quàm bonũ amissum (ita videlicet, ꝙ obiectum tristitiæ est id à quo fugit, & quod detestatur appetitus, & hoc est malum coniunctum, quod quasi causatur ex bono, vt amissum est.) Probatur hæc conclusio, sicut est de motibus naturalibus, ita est de motibus appetitiuis (qualis est tristitia; & delectatio, capiendo motum largè,) sed in motibus naturalibus motus importans accessum per se respicit, quod est conueniens, recessus autem respicit per se id quod est cõtrarium; sed causa vtriusq;.s.tam accessus, quàm recessus ipsa prius inclinat ad conueniens, quàm retrahat à contrario; ergo sic est, ꝙ tristitia, quæ est recessus, prius respicit malum coniunctum, quod est contrarium; delectatio autem quæ importat accessum, primò respicit bonum adeptum conueniens; amor autem qui est causa vtriusq; prius respicit bonum, quàm malũ; ex quo sequitur conclusio responsiua, ꝙ sic eo modo, &c. Huius rationis D.S. primò ponit maiorem, & minorem, secundò conclusionem, ibi. Sic igitur. Maior claret ex litera. Et subiungit minorem principalem, quam declarat exemplariter clarè in litera. Deinde ibi.

¶Sic ergo eo modo quo obiectum est causa passionis, magis propriè est causa tristitiæ, vel doloris malum coniunctum, quàm bonum amissum.

¶Infert conclusionem ipsam iam probatam satis, quę dicit non tanter, eo modo quo obiectum est causa passionis, quia etiam amor, & causa effectiua.s.appetitus, sunt causa tristitiæ, vt patet art.sequenti; sed non per modum obiecti; & ergo vult conclusio, ꝙ causa obiectiua, & formalis specificativa, est malum coniunctum, & quia malum coniunctum apprehensum est causa effectiua largè, sicut ratio efficiendi, non propria effectiua, quæ causa .s. ratio efficiendi incidit cum causa specificativa.

¶Et confirmatur conclusio ista argumento in contrarium præsertim ex secunda parte auctoritatis eius.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ ipsa amissio boni apprehenditur sub ratione mali, sicut & amissio mali apprehenditur sub ratione boni; & ideo Aug. dicit dolorem prouenire ex amissione temporalium bonorum.

¶Circa maiorem habent aliqui libri. Dicit Aug. &c. Dulcissimum, alij dulcem dolorem, &c. sed debet esse. Dicit enim Aug. in lib.8.q.dulcissij, &c. dolorem esse de amissione, &c. dolet enim quis, quia incidit hoc malum.s.amissionem bonorum, ergo, &c. Verum, potest quilibet dolere de amissione boni, non ratione boni amissi, vt sic; sed quia ipsum amissile est malum; est ergo formale obiectum motiuum ad tristitiam malum, non bonum, &c. quia tristitia est recessus, non autem recedit à bono.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ delectatio, & dolor ei contrarius respiciunt iddem, sed sub cõtraria ratione; nam si delectatio est de præsentia alicuius, tristitia est de absentia ejusdem. In vno autem contrariorum includitur priuatio alterius, vt patet in 10. Metaph. & inde est, ꝙ tristitia, quæ est de contrario, est quodammodo de eodem sub contraria ratione.

¶Maior vera est de eodem, tamen sub cõtraria ratione, & cum hoc dico, ꝙ in ratione vna opposita includitur ratio alterius contrarij oppositæ, sicut in præsentia mali includitur absentia boni. Minor vera, delectario est de bono; sed vt præsens est; & ergo tristitia de aliquo erit sub opposita ratione, in qua tamen aliqualiter etiam includitur bonum, sicut priuatum, & ablatum; vnde est de bono aliqualiter saltem in obliquo (idest de priuatione boni sub opposita ratione.s.præsentia mali, in qua præsentia mali includitur absentia boni,) & ergo quia præsentia mali est malũ coniunctum; ideo primò & per se est de malo coniuncto, & non de bono amisso; licet enim bonum præsens, & bonum amissum dicant magis ex præsisè, iddem sub diuersis rationibus; tamẽ etiam malum præsens, & bonum præsens dicunt diuersas rationes eiusdem illatiuè, & arguitiuè; quia ad præsentiam mali sequitur absentia, & amissio boni, & in præsentia mali includitur etiam bonũ aliquo modo, & hoc videtur velle D.S. in fine solutionis, vnde dicit, & inde est, quòd tristitia, quæ est de contrario (.s.malo præsenti) est quodammodo de eodem.s.delectatione, idest, de bono, quia in malo præsenti includitur quodammodo bonum, sicut in priuatione habitus, sub contraria ratione.s.sub ratione mali præsentis, ad quam rationem sequitur cõtraria ratio, sub qua bonum est obiectum delectationis.s.absentia boni, sequitur ad præsentiam mali, quæ absentia boni est contraria rationi obiecti delectationis, quia bonum præsens. Et ergo negatur consequentia, ergo est de amissione boni, quia stant simul, quòd sit de malo coniuncto, & tamen sit de eodem cum delectatione (eodem quodammodo; sed tamen sub contraria ratione, quia sub ratione boni absentis consecutiuè, & primò sub ratione mali præsentis, &c.) Et indiget hæc solutio bona attentione, vt deducatur ad mentem propositi.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ quando ex vna causa prouenium multi motus, non oportet, quòd omnes principalius respiciant illud, quod principalius respicit causa, se primus tantùm; vnusquisque autem aliorum principalius respicit illud, quod est ei conueniens secundùm propriam rationem.

¶Ad maiorem, vera est, tamen tristitia est effectus remotus, nõ immediatè consequens amorem, sed mediante concupiscentia, odio, &c. Concedo minorem, sed negatur consequentia, & ratio in solutione, quia quando ex vna causa prouenium multi motus, non oportet, ꝙ omnes respiciant ꝙm proprias rationes, id quod principalius respicit causa, sed primus tantùm; vnde primus effectus amoris, qui est cõcupiscentia, & delectatio, respiciunt bonũ. Secundarij autem effectus, qui non prouenium, nisi ratione desiderij, & delectationis, & sunt naturaliter eis posteriores, sicut odium, & tristitia non respiciunt secundùm proprias specificas rationes bonum, sed malum. Licet enim & passiones, quæ sunt circa malum præsupponant appetitum boni; tamen non respiciunt, sicut proprium specificum obiectum.

¶Et nota, ꝙ ex amore primò consurgunt passiones circa bonum. Illę autem, quæ sunt circa malum, nõ prouenium, nisi præsuppositis his, quæ sunt circa bonum, quia vt sæpe dictum fuit, nec malum fugitur, nisi quia bonum desideratur.

Vtrum concupiscentia sit causa doloris, seu tristitiæ.

K

AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ concupiscentia non sit causa doloris, seu tristitiæ. Tristitia enim per se respicit malum, vt dictum est;* concupiscentia autem est motus quidam appetitus in bonum; motus autem, qui est in vnum contrarium nõ est causa motus, qui respicit aliud contrarium; ergo concupiscentia non est causa doloris. Infra art.2. cor. *Ar.præce.

¶ 2 Præterea, dolor secundùm Damasc.* est de præsenti; concupiscentia autem est de futuro; ergo concupiscentia non est causa doloris. *Damascen. li.2.c.12.

¶ 3 Præterea, id quod per se est delectabile non est causa doloris, sed concupiscentia est secundùm seipsam delectabilis, vt Philosoph. dicit in 1.Rhetoric.* ergo cõcupiscentia non est causa doloris, seu tristitiæ. *Arist.c.2.

¶Sed contra est, quod Aug. dicit in Ench.* Subintrantibus ignorantia agendarum rerum, & concupiscentia noxiarum, comites subinferuntur error, & dolor; sed ignorantia est causa erroris; ergo concupiscentia est causa doloris. *Aug.c.24.

¶Hic D.S. quærit de alia causa.s.concupiscentia.

¶Respondeo dicendũ ꝙ tristitia est motus quidã appetitus animalis; motus autẽ appetitiuus habet, sicut dictum est;* similitudinẽ appetitus naturalis, cuius duplex causa assignari potest, vna per modum finis, alia sicut vnde est principium motus; sicut descẽsionis corporis grauis causa, sicut finis est locus deorsum, principium autem motus est inclinatio naturalis, dquæ est ex grauitate. *Ar.præce. Dub.69o.

¶D.S. primò præmittit duas conclusiones præambulares ostendentes dupliciter esse aliquid causam tristitiæ, secundam ponit ibi. Causa autem, &c. Secundò respondet quæsito, ꝙm quem modum dicatur concupiscentia tristitiæ causa, ibi. Sed quia, &c. Prima conclusio præambularis est. Tristitiæ est duplex causa, vna per modum finis, alia sicut vnde est principium motus. Probatur (supponẽdo ꝙ tristitia est motus appetitus) sic, motus appetitiuus habet similitudinem appetitus naturalis; sed est duplex causa appetitus naturalis, &c. igitur, & est duplex causa tristitiæ. Maior patet ex artic.1.vt sup.sæpius. Minor declaratur exemplariter de motu descensionis, &c. Consequenter cum dic.

Ar.præce. ¶Cauſa autem motus appetitiui per modum finis eſt eius obiectum, & ſic ſupra dictum eſt, ꝙ cauſa doloris, ſeu triſtitiæ eſt malum coniunctum; cauſa autem ſicut vnde eſt principium talis motus, eſt interior inclinatio appetitus, qui quidem per prius inclinatur ad bonũ, & ex conſequenti ad repudiandum malum contrarium; & ideo huiuſmodi motus appetitiui primũ principium eſt amor, qui eſt prima inclinatio appetitus ad bonum conſequendum. Secundum autem principium eſt odium, quod eſt inclinatio prima appetitus ad malum fugiendum.

¶Subſumit, & infert ſecundam concluſionem præmbularem explicatiuam primæ, iſtam. Huiuſmodi motus appetitiui (ſ. triſtitiæ) primum principium (ſ. in genere vnde motus) eſt amor; ſecundum autem principium eſt odium. Probatur, cauſa motus appetitiui per modum finis eſt eius obiectum, ſed cauſa vnde eſt principium talis motus, eſt interior inclinatio appetitus, qui primò inclinatur ad bonum, & ex conſequenti ad repudiandum malum; ſed amor eſt prima inclinatio ad bonum conſequendum, odium autem eſt repudiatio mali contrarij: igitur concluſio vera. Maior nota, pro pri. par. ex ar. 1. Secunda pars patuit ſup. ſæpius.

¶Nota autem circa maiorem, ꝙ cum D.S. dicit obiectum cauſare per modum finis, tunc diſtinguit cauſalitatem finalem cõtra cauſalitatem effectiuam propriè, ſed non contra cauſalitatem rationis cauſandi effectiuè, quia obiectum apprehenſum etiã concurrit ad motum appetitiuum, vt ratio efficiendi non inhærens potentiæ appetitiuæ. Concomitantur enim ſe cauſalitas finis & rationis efficiendi; amor autem eſt principium, vnde motus etiam largè, quia ratio efficiendi neceſſariò præſuppoſita in eadem potentia, & de hoc ſup. q. 9. & alibi. ſ. q. 26.

¶Et nota, ꝙ triſtitia nõ procedit ab amore, niſi mediante odio, quia nullus triſtatur, niſi qñ præſens eſt malum, qđ ideo hꝫ malum, quia contra amatũ, & non contriſtat, niſi ſit odioſum; & ergo primum principium, vnde motus eſt quidem amor, ſed proximum eſt odium.

*q.32.ar.6. *Aug.li.14 de ci Dei, c.7.8.&9. ¶Sed quia concupiſcentia, vel cupiditas eſt primus effectus amoris quo maximè delectamur, vt ſupra dictũ eſt;* ideo frequenter Aug.* cupiditatem, vel concupiſcentiam pro amore ponit, vt ſupra dictum eſt; * & hoc modo concupiſcentiam dicit eſſe vniuerſalem cauſam doloris.

*q.30.ar.2. ad ſecũdũ. ¶Hic conſequenter ſm præmiſſa reſpondet quæſito determinans, ſm quẽ modũ concupiſcentia dicatur triſtitiæ cauſa, & hoc duabus cõcluſionibus reſpõſuis, ſecundã ponit ibi, Sed ipſa &c.

Conclu.1. Prima eſt, Hoc modo concupiſcentia (ſ. vt eſt idẽ amori) eſt vnis cauſa doloris ſ. cauſa vnde motus. Probatur ex ſecunda concluſione præambulari. Amor eſt primum principiũ doloris, & vniuerſale; ergo & concupiſcentia. Tenet conſequentia de ſe. Et circa illam cõſequentiam notat D.S. quare Aug. ponit concupiſcentiam pro amore, quia videlicet eſt eius primus effectus, ideo per eam quandoq; intelligit eius cauſam, & de hoc ſup. q. 30. art. 2. ad ſecundum aliquid dictum fuit. Deinde cum dicit.

¶Sed ipſa concupiſcentia ſecundùm propriam rationem cõſiderata eſt interdum cauſa doloris; omne enim quod impedit motum ne perueniat ad terminũ eſt contrarium motui; illud autem, quod eſt contrarium motui appetitus eſt contriſtans, & ſic per conſequens concupiſcentia ſit cauſa triſtitiæ, inquantum de retardatione boni concupiti, vel totali ablatione triſtamur.

Conclu.2. ¶Subiungit ſecundã concluſionẽ reſponſiuã de concupiſcẽtia accepta propriè non pro amore, ſed pro appetitu conuenientis abſentis, & iſta eſt cõcluſio. Cõcupiſcẽtia ſm propriã rationẽ cõſiderata eſt interdum cauſa doloris; vniuerſalis autem cauſa doloris eſſe nõ põt; Huius concluſionis ponit, & probat primò primã partẽ, ſecũdò ſecundã, ibi. Vniuerſalis aũt, &c. Prima ſic, De retardatione boni concupiti, vel totali ablatione cõtriſtamur, ergo &c. Antecedens probatur, motus cõueniens ageti retardatus, vel totaliter impediti eſt cauſa triſtitiæ, ſed cõcupiſcentia eſt huiuſmodi motus, igitur. Maior probatur in litera, & et minor. Deinde ibi.

¶Vniuerſalis aũt cauſa doloris eſſe non põt, quia magis dolemus de ſubtractione bonorum præſentium, in quibus iam delectamur, quã futurorũ, q̃ cõcupiſcimus.

¶Probat ſecundam partem cõcluſionis ſic. Magis dolemus de ſubtractione bonorũ præſentium in quibus iam delectamur, quã futurorum, q̃ concupiſcimus; ergo concupiſcentia non eſt cauſa talis doloris. Antecedens notum. Tenet conſequentia, quia concupiſcentia non eſt præſentium, & tm triſtitia eſt præſentium, & de ſubtractione præſenti. Quare ſequitur, ꝙ cõcupiſcentia proprie dicta nõ eſt principiũ mouens ad oẽm triſtitiã; quia mouetur quis ad triſtitiã vbi concupiſcentia (ſaltem propriè dicta) nõ hẽt locum, licet ibi ſit concupiſcentia impropriè dicta, quæ eſt per excluſionem faſtidij, vt patuit ſup. q. 33. art. 2.

¶Confirmat argumentum in contrarium ambas concluſiones reſponſuas.

¶Circa quod nota, ꝙ vult, ꝙ ſicut ignorantia eſt quoddã præambulũ ad errorem, ſic concupiſcentia ad dolorem, & ſic aliquo modo eius cauſa. Innitur aũt per hoc, ꝙ ignorantia, & error diſtinguuntur, de quo vide D.S. de Malo, Mate. 3. ar. 7. in princ. quia ignorantia, vel dicit priuationẽ ſciæ, ſi capiatur pro ignorãtia negationis, vel dicit prauã diſpõnem habitualem contrariam ſciæ; ſed error eſt approbare falſa pro veris, vnde addit actũ quẽdam ſecundũ ſuper ignorantiã; põt n. eſſe ignorantia abſq; hoc, ꝙ aliquis de ignotis fictam ferat, & tunc ignorans eſt, & non errans; ſed qñ falſam ſententiam fert de his quę neſcit, tunc propriè dicitur errare, hæc ille, vbi trahere potes intellectum argumenti in contrarium, quia ferre falſam ſententiam præſupponit ignorantiam, ſicut dolor concupiſcentiam, &c.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ inclinatio appetitus ad bonum conſequendũ eſt cauſa inclinationis appetitus ad malum fugiendũ, ſicut dictum eſt; * & ex hoc contingit, ꝙ motus appetitiui, qui reſpiciunt bonũ, ponuntur cauſa motuum appetitus, qui reſpiciunt malum.

¶Minor falſa eſt in motibus appetitiuis, quia vnus eſt reſpectu de per ſe obiecti ipſius appetitus. Alius autem eſt reſpectu obiecti per accidens. ſ. mali, vnde inclinatio receſſiua a malo originatur ex acceſſu ad bonum.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd illud quod concupiſcitur, & ſi realiter ſit futurum; eſt tamen quodammodo præſens, inquantum ſperatur. Vel poteſt dici, ꝙ licet bonum cõcupitum ſit futurum; tamen impedimentum præſentialiter apponitur, quod dolorem cauſat.

¶Ad minorẽ dr dupliciter. Primò concupiſcentia eſt de futuro ſm rem, pnti tn ſm ſpem, & facultatem cõcupiſcentis, & ergo cõcupiſcentia põt eſſe cauſa triſtitię, q̃ eſt ẽt pnti, ſaltem aliquo modo, vel quia abſentia eſt materia triſtitiæ, & illa eſt pns. Secũdò dr ad minorem, & magis ad articulũ, ꝙ cõcupiſcentia quidem eſt de futuro, ſed impedimentum concupiti poteſt eſſe præſens, & ſic eſt cauſa triſtitiæ; ratione videlicet impedimenti coniuncti, &c.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ concupiſcentia eſt delectabilis, quam diu manet ſpes adipiſcendi, quod concupiſcitur; ſed ſubtracta ſpe per impedimentum appoſitum, concupiſcentia dolorem cauſat.

¶Si intelligitur maior, ꝙ id, qđ eſt ſm ſe delectabile, non eſt cauſa triſtitiæ nullo modo, negatur, ſed verum eſt, ꝙ non eſt cauſa triſtitiæ per ſe, vt eſt cauſa delectationis. Patuit autem ex q32. ꝙ ideo poteſt eſſe cauſa delectationis, & triſtitiæ diuerſimode. Minor vera eſt, & patuit ſup. q. 32. ar. 3. ad 3. ſed intelligitur cum concupiſcibilitæ eſt coniuncta ſpes conſequendi concupitum. Sed negatur, ꝙ concupiſcentia impedita ſit cauſa delectationis, immo triſtitiæ, & ſic intelligitur concluſionis ſecunda pars.

Vtrum appetitus vnitatis ſit cauſa doloris.

L AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd appetitus vnitatis non ſit cauſa doloris. Dicit enim Philoſo. in 10. Ethic.* ꝙ hæc opinio, quæ poſuit repletionem eſſe cauſam delectationis, & inciſionem cauſam triſtitiæ, videtur eſſe facta ex delectationibus, & triſtitijs, quę ſunt circa cibum; ſed non omnis delectatio, vel triſtitia eſt huiuſmodi; ergo appetitus vnitatis nõ eſt cauſa vniuerſalis doloris, cum repletio ad vnitatem pertineat, inciſio vero multitudinem indicat.

¶ 2 Præterea, quelibet ſeparatio vnitati opponitur; ſi ergo dolor cauſaretur ex appetitu vnitatis, nulla ſeparatio eſſet delectabilis, quod patet eſſe falſum in ſeparatione omnium ſuperfluorum.

¶ 3 Preterea, eadem ratione appetimus cõiunctionẽ boni, & remotionẽ mali, ſed ſicut cõiunctio pertinet ad vnitatem, cum ſit vnio quædam; ita ſeparatio eſt contrariũ vnitati; ergo appetitus vnitatis nõ magis debet poni cauſa doloris, quàm appetitus ſeparationis.

¶Sed contra eſt, quod Aug. dicit in 3. de lib. arbi.* ꝙ ex dolore quem beſtię ſentiunt, ſatis apparet in regendis amandisq; ſuis corporibus, quàm ſint animæ appetentes vnitates; quid enim eſt aliud dolor, niſi quidam ſenſus diuiſionis, vel corruptionis impatiens.

¶Hic

¶Hic quærit de alia cauſa in genere cauſæ vnde motus, ſcilicet de appetitu vnitatis, ideſt coniunctionis, & vnionis perfectiui cum appetente.

¶Reſpondeo dicendum, quòd eo modo quo concupiſcentia, vel cupiditas boni eſt cauſa doloris, etiam appetitus vnitatis, vel amor cauſa doloris ponendus eſt. Bonum enim vniuſcuiuſque rei in quadam vnitate conſiſtit, prout ſcilicet vnaqueque res habet in ſe vnita illa ex quibus conſiſtit eius perfectio; vnde & platonici poſuerunt vnum eſſe primum, ſicut & bonum; vnde naturaliter vnumquodq; appetit vnitatem, ſicut & bonitatem; & propter hoc, ſicut amor, vel appetitus boni eſt cauſa doloris, ita etiam amor, vel appetitus vnitatis.

Concluſio ¶D.S. reſpondet tali concluſione. Appetitus vel amor vnitatis (ſcilicet in qua conſiſtit perfectio naturæ) eſt cauſa doloris. Probatur, amor vel appetitus boni eſt cauſa doloris; ergo etiam appetitus, vel amor vnitatis. Antecedens patuit ar. 2. Tenet conſequentia; quia naturaliter vnumquodque appetit vnitatem, ſicut & bonitatem; ergo conſequentia bona; hoc antecedens patet; quia bonum vniuſcuiuſque rei in vnitate conſiſtit prout &c.

¶ Nota quòd ſicut concupiſcentia accepta pro amore eſt cauſa triſtitiæ tanquàm neceſſariò præſuppoſita, ita amor vnionis eſt neceſſariò præſuppoſitus omni dolori; quia nihil ſit contriſtatiuum, niſi quia contra bonum amatum, & contra vnionem amatam; ſed ſicut concupiſcentia pro motu in abſens conueniens, eſt cauſa doloris inquantum talis motus impeditur, ſic appetitus vnitatis, & vnionis conuenientis diſtantis eſt cauſa doloris inquantũ quis impeditur in tali appetitu ne conſequatur appetitam vnionẽ conuenientis; amor etiam vnionis eſt de vnione abſolutè, ſicut amor eſt de bono abſolutè; ſed appetitus vnionis eſt de vnione futura, primò eſt cauſa, ſicut præſuppoſitum neceſſariò, quia nullus triſtatur, niſi propter amorem vnionis alicuius præſuppoſitũ, ſed ſecundo modo eſt cauſa doloris; quia facit, vt aliquod habeat rationem contriſtantis, ex eo quòd impedit deſideratam vnionẽ; vnde ſicut nullus triſtatur, niſi propter amorem, ita nullus triſtat, niſi propter hoc, quòd appetit vnionem alicuius, vel amat vnionis conſeruationem ex qua res perficitur, & fit bona; vnde fundamentum D.S. eſt; quia bonum conſiſtit in quadam vnitate (præſuppoſitiuè) quia bonum non eſt, niſi res habeat vnita illa ex quibus perficitur, & eadem ratione ergo appetit vnitatem, ſicut bonitatẽ; & ergo amor, vel appetitus vtriuſque eadem ratione cauſat triſtitiam. Et aduerte quòd D.S. amorem vnionis comparat amori, vel concupiſcentiæ, vt eſt idem amori; ſed appetitum vnitatis comparat concupiſcentiæ ſecundùm propriam rationem &c.

¶ Confirmat argumentum in contrarium concluſionem reſpõſuam, & procedit de amore vnitatis; quia ille facit, vt aliquis doleat de diuiſione prius vnitorum, ſicut & amor non fert diuiſionẽ amati ſine dolore &c.

¶ Ad primum ergo dicendũ, non omnis vnitio perficit rationem boni, ſed ſolùm illa a qua dependet eſſe perfectum rei; & propter hoc etiam non cuiuslibet appetitus vnitatis eſt cauſa doloris, vel triſtitiæ, vt quidam opinabantur, quorum opinionem ibi Philoſophus excludit per hoc, quòd quædam repletiones non ſunt delectabiles, ſicut repleti cibis non delectantur in ciborũ ſumptione, talis enim repletio, ſiue vnio magis repugnaret ad perfectum eſſe, quàm ipſum conſtitueret; vnde dolor non cauſatur ex appetitu cuiuslibet vnitatis; ſed eius in qua conſiſtit perfectio naturæ.

¶ Ad maiorem dico, quòd illa opinio quidem dixit, ſed eſt reprobata, tum quia non omnis vnio eſt cauſa delectationis, tum ſecundò, quia non omnis repletio eſt cauſa delectationis, ſed ſolũ conuenientium ſine ſuperexcreſcentia, & ergo iſta opinio nõ eſt vera. Minor vera eſt, quòd non omnis delectatio eſt circa cibum, nec omnis triſtitia circa inciſionem, & priuationem cibi; Ergo appetitus &c. Verùm, talis vnitatis non eſt cauſa triſtitiæ, ſed tamen appetitus alicuius vnitatis, puta qua quis petit vniri conueniẽs, talis enim appetitus præſupponitur, & eſt inclinatio præſuppoſita omni triſtitiæ, & appetitus vnitatis impeditus eſt cauſa triſtitiæ ratione impedimenti.

¶Et oportet notare, quòd appetitus vnitatis ponitur cauſa triſtitiæ, ſicut amor (ſcilicet in genere cauſæ vnde motus, & non ratione obiecti.

¶Nota pro intellectu auctoritatis inductę ex decimo Eth. quòd Philoſophus ibidem vult contra Platonem, quòd delectatio non eſt generatio, & cum Plato probat hoc, quia delectatio eſt repletio, quia cum apponitur aliquid alicui, quod cõuenit naturę ſuę, ſequitur delectatio. Triſtitia autem fit ex inciſione, & ſeparatione, quæ ſunt motus. Dicit Philoſophus, quòd non omnis delectatio eſt, nec conſequitur ſemper repletionem, ſed ſolùm aliquę delectationes corporales, quæ ſunt circa cibum. Illi enim qui prius fuerunt triſtati propter indigentiam cibi, poſtea delectãtur in ipſa repletione; ſed illud non accidit circa omnes delectationes, nã quædam delectationes inueniuntur (ſcilicet ſpeculatiuę) in quibus non eſt repletio defectus &c. Vult ergo argumẽtum, quòd appetitus vnionis non eſt vniuerſalis cauſa triſtitiæ. Verum vt hi loquebantur de falſa opinione, ita quòd appetitus corporalis vnionis, & eorum, quæ replent, & vniuntur corpori non ſunt vniuerſalis cauſa triſtitiæ, ſed tamen vnionis in communi appetitus eſt cauſa ſuo modo motiua ipſius triſtitiæ.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ſeparatio poteſt eſſe delectabilis, vel inquantum remouetur illud, quod eſt contrarium perfectioni rei; vel inquantum ſeparatio habet aliquam vnionem adiunctam, puta ſenſibilis ad ſenſum.

¶Ad aſſumptum dicitur, quòd quælibet ſeparatio vnitati opponitur. Verum alicui, ſed tamen non ſemper opponitur vnitati naturaliter deſideratę in qua conſiſtit perfectio rei, immo aliqua ſeparatio, ſcilicet nociuorum, & ſuperfluorum eſt pro vnitate in qua conſiſtit perfectio. Vltra ſi ergo &c. Verum, ſi ex appetitu cuiuslibet vnitatis; ſed hoc non dicimus, quia tunc nulla ſeparatio eſſet delectabilis, ſed quia aliqua ſeparatio eſt pro vnitate perfectiua, ideo eſt delectabilis, vel inquantum aliqua ſeparatio habet annexam vnionem conuenientis, ſicut ſeparatio viri a cantro, habet vnionem vini ad linguam coniunctam. Vnio igitur naturalis, & appetitus bonę valetudinis, quæ requirit debitam vnionem animæ, & corporis mediante ſanitate, eſt cauſa quare quis triſtetur de vnione innaturalium ſuperfluorum, & ſeparatio per conſequens talium ſuperfluorum eſt delectabilis ratione amoris, & appetitus vnionis naturalis.

¶Ad tertium dicendum, quòd ſeparatio nociuorum & corrumpentium appetitur inquantum tollunt debitam vnitatem; vnde appetitus huiuſmodi ſeparationis non eſt prima cã doloris, ſed magis appetitus vnitatis.

¶ Maior vera, tamen prius petimus cõiunctionem boni, quàm remotionem mali, vt patuit ar. 1. & 2. Minor vera, tamen appetitus vnionis eſt ratio appetitus remotionis, & ſeparationis contrarij, ideo enim peto contrarium ſeparari, quia eſt contra vnionem appetitam, vt habet ſolutio. Quare negatur conſequentia, ꝙ non magis appetitus vnionis, & conuenientium ad eſſe vnitum ſit cauſa doloris, quàm appetitus ſeparationis ſi contrariorum, quia ſem per magis eſt voliti formalis, quàm materialis, &c.

Vtrum poteſtas cui reſiſti non poteſt ſit cauſa doloris.

M AD quartum ſic proceditur. Videtur quòd poteſtas maior non debet poni cauſa doloris; quod enim eſt in poteſtate agentis nondum eſt præſens, ſed futurum; dolor autem eſt de malo præſenti; ergo poteſtas maior non eſt cauſa doloris.

¶ 2 Præterea. Nocumentum illatum eſt cauſa doloris, ſed nocumentum poteſt inferri etiam a poteſtate minore; ergo poteſtas maior nõ debet poni cã doloris.

¶ 3 Præterea. Cauſæ appetitiuorum motuum ſunt interiores inclinationes animæ; poteſtas autem maior eſt aliquid exterius; ergo non debet poni cauſa doloris.

¶ Sed contra eſt, quod Aug. dicit in li. de natura boni.* In animo dolorem facit voluntas reſiſtens poteſtati maiori, in corpore dolorem facit ſenſus reſiſtens corpori potentiori. Auguſt. *Ca.6.to.6

¶ Hic inquirit de alia cauſa tenente ſe ex parte obiecti, quæ eſt poteſtas maior, ſicut ſupra dictum fuit q. 9. artic. 1. quòd ratio proponens obiectum eſt eadem ratione cauſa actus voluntatis, ſicut & obiectum.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt * malum coniunctum eſt cauſa doloris, vel triſtitiæ per modum obiecti. Id ergo quod eſt cauſa coniunctionis mali debet poni cauſa doloris, vel triſtitiæ; manifeſtũ eſt autem hoc eſſe contra inclinationem appetitus, vt malum præſentialiter inhæreat; quod autem eſt contra inclinationem alicuius nunquam aduenit ei, niſi per actionem alicuius fortioris, & ideo poteſtas maior ponitur eſſe cauſa doloris ab Aug. * Artic. 1. Auguſt.

¶ D.S. primò deducit concluſionem reſponſuam, ſecundò modificat eandem, ibi. Sed ſciendum &c. Cõcluſio eſt, poteſtas maior eſt

est causa doloris, quando maior potestas (vt habeatur modificatio eius) non aufert inclinationem voluntatis, vel appetitus, idest quando potestas maior inducit contrarium appetitui, & non mutat voluntatem, sed manet eius contrarietas ad id in quod inducitur. Probatur, id quod ponitur, & est causa coniunctionis mali, debet poni, & est causa tristitiæ; sed potestas maior, & tantùm potestas maior, vt sic, est causa coniunctionis mali contrarij; igitur potestas maior est causa tristitiæ per modum coniungentis obiectũ. Maior patet in principio, quia malum coniunctum est causa doloris, vel tristitiæ per modum obiecti; ergo sequitur maior. Minor patet; quia illud, quod est cõtra inclinationem alicuius non aduenit, nec coniungitur, nisi per actionem fortioris superantis id contra cuius inclinationem aliquid inducit, sed quod coniungit malũ adducit aliquid contra inclinationem appetitus, igitur est potestas maior &c. Deinde cum dicit.

¶ Sed sciendum est, quòd si potestas fortior intantum inualescat, quòd mutet contrariam inclinationem in inclinationem propriam, iam non erit aliqua repugnantia, vel violentia; sicut quando agens fortius corrumpendo corpus graue aufert ei inclinationem qua tẽdit deorsum, & tunc ferri sursum non est ei violentum, sed naturale. Sic igitur si aliqua potestas maior intantum inualescit, quòd auferat inclinationem voluntatis, vel appetitus sensitiui, ex ea non sequitur dolor, vel tristitia; sed tunc solùm sequitur, quando remanet inclinatio appetitus in contrarium.

¶ Modificat conclusionem responsiuam, vt patuit circa ipsam, & ponit primò rationem eius, secundò confirmat eam auctoritate, ibi. Et inde est &c. Ostendit ergo quare dictum sit, quando potestas maior non aufert inclinationẽ voluntatis, vel appetitus &c. ratio, quia si auferret inducendo inclinationem contrariã priori, tunc non causaret tristitiam; quia tristitia est de eo, quod est contra inclinationem appetitus; sed potestas maior mutando inclinationem priorem, & inducendo aliam non facit iam contra inclinationem (scilicet nunc inductam) sed secundùm eam, igitur tũc non causat, & hoc declarat exemplariter. Deinde ibi.

* Loco citato.

¶ Et inde est, quod Aug. dicit, * quòd voluntas resistens potestati fortiori causat dolorem; si enim non resisteret, sed cederet consentiendo, non sequeretur dolor, sed delectatio.

August.

¶ Confirmat prædictam modificationem ex verbis August. clarè in litera.

¶ Et nota circa hoc, quòd aliquid, præsertim Deus dando inclinationem nouam, vt voluntas, & appetitus velit, quod prius noluit, non cogit, nec violentat voluntatem; quia non facit eã in aliquid tendere contra inclinationem suam, quæ nunc est; sed facit priori inclinationi (scilicet actuali) succedere aliam, & id ad quod inducit voluntatem est secũdum præsentem inclinationem. Quare si maior potestas abijciat inclinationem, quæ erat ad contrarium eius ad quod nunc inducitur inducta inclinatione, quæ est ad illud, tunc non erit causa tristitiæ, immo connaturalitatis, & delectationis. Vide de hoc in de Veri. ma. 22. ar. 8. per totũ, vbi quærit, vtrum Deus possit immutare voluntatem hominis.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd maior potestas dolorem causat, non secundùm quòd est agens in potentia, sed secundùm quòd est agens actu, dum scilicet facit coniunctionem mali corruptiui.

¶ Ad maiorem, quod est in potestate (i. in potentia agentis distante ab actu) hoc non est præsens, si autem est in potestate, id est potentia secundùm quòd est coniuncta actui, & effectui, & actu agit, negatur maior, constat enim, quòd omnis effectus, & res creatæ sunt in potestate Dei inquantum in ipso mouemur, & sumus, & tamen sunt in se præsentes, & non futuræ, de illa distinctione tacta in maiore habet Capr. in 2. distin. 1. q. 2. ad primum, contra primam conclusionem. Minor conceditur; sed negatur consequentia.

Capreolus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nihil prohibet aliquam potestatem, quæ non est maior simpliciter, esse maiorem quantum ad aliquid, & secũdùm hoc aliquod nocumentum inferre potest. Si autem nullo modo maior esset, nullo modo posset nocere; vnde non posset causam doloris inferre.

¶ Minor negatur, quòd possit nocumentum inferri a minori potestate, vt sic i. quantum infert. Et si enim possit esse minor simpliciter quo ad entitatem, & nobilitatem, tamen vt infert aliquid contra inclinationem est fortius saltem secundùm quid. Vnde posset minor distingui quia vera est a minore simpliciter, tamen a maiore saltem secundùm quid; sicut ignis est quidem simpliciter minor homine, tamen est maior, vt inducit calorem quandoque superexcedentem, & contristantem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd exteriora agẽtia possunt esse causa motuum appetitiuorum, inquantum cau sant præsentiam obiecti, & hoc modo potestas maior ponitur causa doloris.

¶ Ad maiorem, interiores inclinationes sunt causæ appetitiuorum motuum in genere causæ efficientis, & sunt principia vnde motus; tamen obiectum etiam est causa in genere causæ finalis, & formalis specificatiui, & rõ efficiendi, vt apprehensum est, & etiam id quod constituit obiectum præsens; & proponit, vel inducit, etiam est causa ratione obiecti aliquo modo. Minor vera; Ergo non ponitur causa. Verũ, effectiua proprie, & eliciens, vel præsuppositum necessariò ex parte agentis; sed est causa per modum obiecti (i. vt causans præsentiam obiecti) Vide supra q. 9. in quo genere causæ obiectum specificet, & licet talis causa effectiuè proponat obiectum, tamen cum obiecto habet se specificatiuè in ordine ad motum appetitus, qui efficitur a principio intrinseco, sicut a causa effectiua, esto requirat obiectum, sicut rationem efficiendi quandoque per extrinsecum præsens constitui.

Quæst. Trigesimaseptima.

De effectibus doloris.

DEinde considerãdum est de effectibus doloris, vel tristitiæ. Et circa hoc quæruntur quatuor. Primò Vtrum dolor auferat facultatem addiscendi. Secundò Vtrum, aggrauatio animi sit effectus tristitię, vel doloris. Tertiò Vtrum, tristitia vel dolor debiliter omnem operationem. Quartò Vtrum, tristitia noceat corpori magis, quàm aliæ passiones animæ.

¶ Patet ordo; quia causa habet priorem habitudinem, quàm effectus. Et sunt quatuor effectus, & omnes sonant in defectum; nam & omnis tristitia mala est saltem naturaliter, vt patebit.

Vtrum dolor auferat facultatem addiscendi.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd dolor non auferat facultatem addiscendi. Dicitur enim Esa. 26. Esa. 26. Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent omnes habitatores orbis, & infra. In tribulatione murmuris doctrina tua eis; sed ex iudicijs Dei, & tribulatione sequitur dolor, seu tristitia in cordibus hominum; ergo dolor, seu tristitia non tollit; sed magis auget facultatem addiscendi.

¶ 2 Præterea. Esa. 28. dicitur. Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte auulsos ab vberibus. i. a delectationibus; sed dolor, & tristitia maximè tollunt delectationes, impedit enim enim tristitia omnem delectationem, vt dicitur in 7. Ethi. * Et Eccle. 11. dicitur. Quòd malitia horæ vnius obliuionem facit luxuriæ maximę; ergo dolor non tollit, sed magis præbet facultatem addiscendi. Esa. 28. * Cap. 8. Eccles.

¶ 3 Præterea. Tristitia interior præeminet dolori exteriori, vt supra dictum est; * sed simul cum tristitia potest Homo addiscere; ergo multò magis simul cum dolore corporali. * q. 35.

¶ Sed contra est, quod August. dicit in primo Soliloquiorum. * Quanquam acerrimo dolore dentiũ his diebus torquerer, non quidem sinebar animo voluere, nisi ea quæ iam fortè addisceram, a discendo autem penitus impediebar ad qd mihi tota intẽtione animi opus erat. August. * Cap. 11.

¶ Hic inquirit de primo effectu, qui solùm est in homine; scilicet absolutione facultatis addiscendi.

¶ Respondeo dicendum, quòd quia omnes potentiæ animæ in vna essentia animæ radicantur, necesse est, q quando intentio animæ vehementer trahitur ad operationem vnius potentiæ, retrahatur ab operatione alterius; vnius enim animæ non potest esse, nisi vna intentio; & propter hoc si aliquid ad se trahat[d] totam intentionem animæ, vel magnam partem ipsius, non compatitur secum aliquid aliud, quod magnam attentionem requirat. Dam.

¶ D.S.

¶ D.S. primò deducit conclusionem responsi. secundò modificat eandem ibi. In hoc tamen &c. Conclusio responsiua est. Si sit dolor sensibilis exterior præsertim (vt patet ad tertium) intensus (qui videlicet fortiter, & multum trahit ad se intentionem animi) impeditur Homo ne tunc aliquid addiscere possit, & tantum potest intendi, quòd nec etiam instante dolore potest Homo aliquid considerare etiam quod prius sciuit. Probatur, si aliquid ad se trahat totam intentionem animæ, vel magnam partem ipsius non compatitur secum aliquid aliud, quod magnam attẽtionem requirat; sed dolor sensibilis maximè trahit ad se intentionem animę, & ad discendum aliquid de nouo requiritur studium, & conatus cum magna intentione; ergo sequitur conclusio. Huius rationis D.S ponit, & probat primò maiorem, secundò minorem cum conclusione, ibi. Manifestum est &c. Maior ergo probatur a principio clarè, & habetur illa probatio etiam 1. par. q. 76. artic. 3. in cor. Consequenter cum dicit.

¶ Manifestum est autem, quòd dolor sensibilis maximè trahit ad se intentionem animę; quia naturaliter vnũquodque tota intentione tendit ad repellendum cõtrarium; sicut etiam in rebus naturalibus apparet. Similiter etiam manifestum est, quòd ad addiscendum aliquid de nouo requiritur studium, & conatus cum magna intentione, vt patet per illud, quod dicitur Prouer. 2. Si quæsieris sapientiam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eam, tunc intelliges disciplinam. Et ideo si sit dolor intensus, impeditur Homo ne tunc aliquid addiscere possit, & tantum potest intendi, quòd nec etiam instante dolore potest Homo aliquid considerare etiam quod prius sciuit. Prouer. 2.

¶ Subiũgit minorem principalem, cuius prima pars patet; quia naturaliter vnumquodque &c. Secunda pars patet auctoritate Sapientis &c. Vnde sequitur conclusio, & ideo &c. Consequẽter ibi.

¶ In hoc tamen attenditur diuersitas secundùm diuersitatem amoris quam Homo habet ad addiscẽdum, vel considerandum; quia quantò maior fuerit, magis retinet intentionẽ animi ne omnino feratur ad doloré.

¶ Modificat præcedentem conclusionem ex parte ipsius amoris, & desiderij addiscẽdi; quia si sit equalis dolor in duobus, quorum vnus est multò plus affectus ad addiscendũ, quàm alius, tunc vehementer affectus per æqualem dolorem minus impeditur, & ideo vult D.S. quòd non est æqualiter de omni dolore in diuersis; quia quandoque aliquis propter magnum affectum, & amorem ad addiscendum, potest retrahere intentionem a dolore, & applicare ad considerandum, vel addiscendum, quod non fit in non sic affectu, etiam ex parte doloris est plurima diuersitas; sicut in calculi passionib. valde difficile est, vel addiscere, vel cõsiderare &c.

¶ Confirmatur conclusio responsi. præsertim quo ad primam particulam argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd tristitia moderata, quæ excludit euagationem animi, potest conferre ad disciplinam suscipiendam, & præcipuè eorum per quæ Homo sperat se posse a tristitia liberari; & hoc modo in tribulatione murmuris homines doctrinam Dei magis recipiunt.

¶ Ad maiorem quo ad secundam auctoritatem, sic exponit eã Nicolaus de Lyra. In tribulatione murmuris doctrina tua eis, id est in tribulatione, quæ de communi cursu est occasio murmuris. in tribulatis doctrina tua eis, scilicet valet in dando eis patientiam &c. Minor vera; sed plerunque moderata, quæ exclud. euagationem mentis, & est causa conferens ad disciplinã consequendam, præsertim eorum per quæ Homo a tribulatione liberatur; ergo dolor, seu tristitia &c. Verum, moderatus; sed conclusio dixit intensius, & trahens ad se, vel totam intentionem, vel magnã partem, impedit disciplinam, & studium aliorum, quàm eorum per quæ euadituir tribulatio, & tristitia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd tam delectatio, q dolor inquantum ad se trahunt animæ intentionem, impediunt considerationem rationis; vnde in 7. Ethic. dicitur,* quòd impossibile est in ipsa delectatione venereorum aliquid intelligere; sed tamen dolor magis trahit ad se intentionem animæ, quàm delectatio; sicut etiam videmus in rebus naturalibus, quòd actio corporis naturalis magis intenditur in contrarium; sicut aqua calefacta magis patitur a frigido, vt fortius congeletur. Si ergo dolor, seu tristitia fuerit moderata, per accidens potest conferre ad addiscendum inquantum aufert superabundantiam delectationum; sed per se impedit, etsi intendatur totaliter aufert. * Cap. 11.

¶ Maior intelligitur a delectationibus immoderatis, & magnis minus tamen quàm tristitia immoderata; sed nõ quòd omnis delectatio impediat; sed corporalis, & extranea, & hæc immoderata. vtrunque. tamen immoderatum impedit, licet magis tristitia, & hoc declarat D.S. Minor vera; ergo dolor non tollit &c. Si intelligitur per se, negatur, immo quilibet per se tollit saltem aliqualiter. Sed verum, per accidens tristitia moderata, quæ tollit immoderatam delectationem facit facultatem per accidens. i. ratione ablationis immoderatę delectationis; sed hoc non est vniuersaliter, & semper, sed quandoque &c. Doc. Sanct. respondet ad maiorem, & consequentiam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dolor exterior accidit ex lęsione corporali, & ita magis habet trãsmutationem corporalem adiunctam, quàm dolor interior, qui tamen est maior secundùm illud, quod est formale in dolore, qđ est ex parte animæ; & ideo dolor corporalis magis impedit contemplationem, quæ requirit omnimodam quietem, quàm dolor interior; & tamen etiam dolor interior si multum intendatur ita trahit intentionem, vt non possit Homo de nouo aliquid addiscere; vnde & Grego. propter tristitiam intermisit, Ezechielis expositionem. q. 35. arti. 7. ad 3. Grego.

¶ Maior vera, quantum ad formale, & simpliciter est dolor interior maior, tamen exterior habet adiunctam maiorem immutationem corporalem ratione supradicta q. 35. articu. 7. ad 3. & quia obiectum suum est corporale corrumpẽs. Minor etiam potest negari, si intelligitur de magna tristitia absorbẽte, & attrahente intentionem animi, ita bene sicut exterior dolor. Negatur autem consequentia cæteris paribus; quia dolor exterior, quia est cũ multa transmutatione; ideo magis tollit quietem requisitam ad contemplationem, quàm interior, qui non ita perturbat, & alterat, præsertim si non valde magnus &c.

Vtrum aggrauatio animi sit effectus tristitiæ, vel doloris.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd aggrauatio non sit effectus tristitiæ. Dicit enim apostolus 2. ad Corin. 7. Ecce hoc ipsum contristari vos secundùm Deum quantam in vobis operatur solicitudinem, defensionem, indignationem, &c. sed solicitudo, & indignatio ad quandam erectionem animi pertinent, quę ad aggrauationem opponitur, non ergo aggrauatio est effectus tristitiæ. D Corin. 7.

¶ 2 Præterea. Tristitia delectationi opponitur; sed effectus delectationis est dilatatio, cui non opponitur aggrauatio, sed constrictio; ergo effectus tristitiæ nõ debet poni aggrauatio.

¶ 3 Præterea. Ad tristitiam pertinet absorbere, vt patet per illud, quod apostolus dicit 2. ad Corint. 2. Ne fortè abundantiori tristitia absorbeatur, qui est eiusmodi; sed quod aggrauatur non absorbetur, quinimmo sub aliquo ponderoso deprimitur, quod autem absorbetur infra absorbens includitur; ergo aggrauatio non debet poni effectus tristitiæ. Corin. 2.

¶ Sed contra est, quòd Grego. Nicenus * & Damasc. * ponunt tristitiam aggrauantem. Gregorius Nicenus. * Li. 4. c. 12. Damasc. * Li. 2. c. 14.

¶ Hic inquirit de secundo effectu, qui tenet se ex parte affectus.

¶ Respondeo dicendum, quòd affectus passionum animæ quandoque metaphoricè nominantur secũdùm similitudinem sensibilium corporum, eo quòd motus apperitus animalis sunt similes inclinationibus appetitus naturalis, & per hunc modum feruor attribuit amori, dilatatio delectationi, & aggrauatio tristitię. q. 38. art. 5. in solutio. & q. 33. artic. 1.

¶ Doct. Sanct. primò exponit titulum quæsiti, quomodo intelligatur aggrauatio, innuens conclusionem responsi. secundò eam probat, ibi. Dicitur enim &c. tertio eam explicat magis, ibi. Et si quidem &c. Notat ergo Doc. Sanct. quomodo capiatur aggrauatio in proposito; quia metaphoricè, secundùm similitudinem corporum; sicut & feruor metaphoricè pro intenso desiderio attribuitur amori, vt patuit q. 28. ar. 5. in solutione. Et sicut dilatatio metaphorica attribuitur delectationi, vt patuit. q. 33. art. 3. Et ex his habetur

betur concluſio reſpon.iſta, aggrauatio metaphoricè capta, eſt effectus triſtitiæ. Deinde cum dicit.

¶ Dicitur enim Homo aggrauari ex eo, quòd aliquo pondere impeditur *a proprio motu, manifeſtum eſt autem ex prædictis, quòd triſtitia contingit ex aliquo malo præſenti, quod quidem ex hoc ipſo, quòd repugnat motui voluntatis, aggrauat animum inquantum impedit ipſum ne fruatur eo, quod vult. *q.36.ar.1.

¶ Probat prædictam concluſionem ſic, Homo dicitur aggrauari (ſcilicet propriè, & in corporalibus) quando aliquo pondere impeditur a proprio motu; ſed triſtitia impedit hominem tanq̃ quoddam pondus a proprio motu, igitur aggrauari &c. Maior nota, minor probatur in litera; quia triſtitia contingit ex aliquo malo præſenti repugnante; ſed tale repugnans impedit animum ne fruatur eo, quod vult; ergo triſtitia impedit a motu (quo videlicet vellet frui delectabili contrario ei) in quo contriſtat. Deinde ibi.

¶ Et ſiquidem non ſit tanta vis mali contriſtantis, vt auferat ſpem euadendi, licet animus aggrauetur quantũ ad hoc, quòd in præſenti non potitur eo, quod vult; remanet tamen motus ad repellendum nocium contriſtans. Si verò ſuperexceſcat vis mali intantum, vt ſpem euaſionis excludat, tunc ſimpliciter impeditur etiam interior motus animi anguſtiati, vt neque hac neque illac diuertere valeat; & quandoque etiam impeditur exterior motus corporis, ita quòd remanet Homo ſtupidus in ſeipſo.

¶ Explicat prædictam concluſionem reſpon. magis, & poſſet eſſe ſecunda concluſio explicatiua, ſcilicet. Triſtitia quandoque aggrauat, ita tamen quòd manet motus ad repellendum malum contriſtans; quandoque autem aggrauat; ita quòd ſimpliciter etiã interior motus animi &c. vt in litera declaratur; quia quandoque non eſt tanta vis mali contriſtantis, vt auferat ſpẽ euadendi, quandoque autem ſuperexcreſcit vis mali in tantum, vt ſpem euaſionis excludat, igitur concluſio vera. Antecedens relinquitur notũ. Tenet conſequẽtia; quia quando eſt ſpes euadendi, tunc manet motus; ſed ablata ſpe ceſſat motus fugę.

¶ Et confirmatur concluſio argumentò in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illa erectio animi prouenit ex triſtitia, quæ eſt ſecundùm Deum propter ſpem adiunctam de remiſſione peccati.

¶ Maior vera, ratione ſpei adiuncte ipſi triſtitiæ, qua quis ſperat ſibi peccata ſua remittenda; ſed non ratione triſtitiæ ſecundũ ſe; quia illa non operatur ſolicitudinem &c. ſed magis deijcit animum ab omni motu, quàm de ſe eſt. Minor vera; ſed negatur conſequentia per ſe loquendo &c.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quantum ad motum appetitiuum pertinet, ad iddem refertur cõſtricto, & aggrauatio; ex hoc enim quòd aggrauatur animus, vt ad exteriora libere progredi non poſſit, ad ſeipſum retrahitur quaſi in ſeipſo conſtrictus.

¶ Ad ſecundam partem minoris, negatur quòd delectationi non opponatur aggrauatio, ſed conſtrictio; quia idem eſt aggrauatio, & conſtrictio, vt D.S. declarat.

¶ Nota tamen iuxta ſupra habita. q.33.ar.1. ad 3. quòd triſtitia cauſat conſtrictionem ſ. cordis, & compromiſſionem, & retractationem affectus; non conſtrictionem, quæ eſt fortis inhæſio ſuper re contriſtante.

¶ Ad tertium dicendum, quòd triſtitia abſorberé hominem dicitur, quando ſic totaliter vis contriſtantis mali afficit animam, vt omnem ſpem euaſionis excludat; & ſic etiam eodem modo aggrauat, & abſorbet; quædam enim ſe conſequuntur in his, quæ metaphoricè dicuntur, quæ ſibi repugnare videntur ſi ſecundùm proprietatem accipiantur.

¶ Minor negatur, immo quod abſorbetur metaphoricè etiã aggrauatur. Abſorbere enim eſt animum ita ad ſe trahere, & ad ſe mergere, vt omnem ſpem euaſionis amittat. In naturalibus quidem differunt; ſed multa ſe compatiuntur, & conſequuntur metaphoricè, quæ propriè ſe non compatiuntur, vt patuit ſupra q.33.ar.1.de Leone, & agno.

Vtrum triſtitia, vel dolor debilitet omnem operationem.

P Infra q.39. ar.3 ad 3 & q.59 a.1.3. ad 2.

AD tertium ſic proceditur. Videtur quòd triſtitia nõ impediat omnem operationem. Solicitudo enim ex triſtitia cauſatur, vt patet per auctoritatem Apoſtoli inductam; ſed ſolicitudo adiuuat ad bene operandum; vnde Apoſtolus dicit 2. ad Timoth. 2. Solicitè cura te ipſum exhibere operarium inconfuſibilem; ergo triſtitia non impedit operationem; ſed magis adiuuat ad bene operandum. 2. Timoth. 2.

¶ 2 Præterea. Triſtitia cauſat in multis concupiſcentiam, vt dicitur in 7. Ethi. ſed concupiſcentia facit ad intenſionem operationis; ergo & triſtitia. Auic.

¶ 3 Præterea. Sicut quædam operationes propriè ſunt gaudẽtium, ita etiam quædam operationes his qui contriſtantur, ſicut lugere; ſed vnumquodque augetur ex ſibi conuenienti; ergo aliquę operationes non impediuntur, ſed meliorantur propter triſtitiam.

¶ Sed contra eſt, quod Philoſophus dicit in 10. Ethi. * quòd delectatio perficit operationem, & econuerſo triſtitia impedit. * Arſt. 10.

¶ Hic D.S. inquirit de effectu tertio triſtitię qui eſt debilitare omnem operationem.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut iam dictum eſt, triſtitia quandoque non ita aggrauat, vel abſorbet animum, vt omnem motum interiorem, & exteriorem excludat; ſed aliqui motus quandoque ex ipſa triſtitia cauſantur, ſic ergo operatio ad triſtitiam dupliciter poteſt comparari.

¶ D. S. diſtinctè reſpondet propter argumenta in oppoſitum adducenda. Et primò ponit ipſam diſtinctionem bimembrem, & eius rationem. Secundò ſubiungit duas concluſiones reſponſiuas cõformiter ad quodlibet membrum diuiſionis, primam ibi. Vno modo &c. Secundam ibi. Alio mõ &c. Quo ad primũ dicit reddẽdo rationem diſtinctionis inferendæ; quia triſtitia nõ ſemperomnino abſorbet animum; ſed quandoque manet ſpes euadendi contriſtans, vt patuit ar. præce. Et tunc per triſtitiam mouetur ad repellendum contriſtans. Et habetur per hoc, quòd triſtitia poteſt eſſe cauſa operationis, ſicut effectus ſibi conuenientis. Et non ſolùm eſt de operatione; ſicut de obiecto. Ex quibus conſequenter D.S. infert fundamẽtum diſtinctiuum tale. Operatio poteſt dupliciter comparari ad triſtitiam, videlicet, vel ſicut ad id de quo eſt triſtitia; vel ſicut principium, & cauſa. Conſequenter cum dicit.

¶ Vno modo; ſicut ad id de quo eſt triſtitia, & ſic triſtitia quamlibet operationem impedit; nunquàm enim illud, quod cum triſtitia facimus ita bene facimus, ſicut illud, quod facimus cum delectatione, vel ſine triſtitia; cuius ratio eſt, quia voluntas eſt cauſa operationis humanæ; vnde quando operatio eſt de qua aliquis contriſtatur, neceſſe eſt, quòd actio debilitetur.

¶ Reſpondet iuxta primum membrum diſtinctionis, quòd prę mittit dicens, quòd vno modo operatio comparatur ad triſtitiam; ſicut ad id de quo eſt (i. tanquàm obiectum motiuum triſtitiæ) ſcilicet aliquis triſtatur de operatione quam facit, vel deberet facere. Et ſubiungit talem concluſionem primam. Triſtitia ſi comparatur ad operationem, ſicut ad obiectum, ſic impedit omnem operationem. Probatur, nunquàm quod cum triſtitia facimus, ita bene facimus, ſicut illud, quod cum delectatione facimus &c. ergo concluſio vera. Antecedens probatur. Quãdo operatio eſt de quo aliquis ſecundùm voluntatem, & appetitum contriſtatur, neceſſe eſt, quòd operatio debilitetur; ergo nunquàm ita bene facimus cum triſtitia, ſicut cum delectatione; probatur illud antecedens; quia voluntas eſt cauſa operationis humanæ; ergo ſi operatio eſt contra voluntatem, & eam contriſtat, neceſſe eſt, quòd debilietur. Conſequenter ibi.

¶ Alio modo comparatur operatio ad triſtitiam, ſicut ad principiũ, & ad cauſam; & ſic neceſſe eſt, quòd operatio talis ex triſtitia augeatur; ſicut quantò aliquis magis triſtatur de re aliqua, tantò magis conatur ad expellendum triſtitiam, dummodo remaneat ſpes expellendi; alioquin nullus motus, vel operatio ex triſtitia cauſaretur. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

¶ Subiungit ſecundam concluſionem reſpon. iuxta ſecundum membrũ dictę diſtinctionis, quod præmittit dicẽs quòd alio modo operatio comparatur ad triſtitiam; ſicut ad cauſam ex qua, prædicit oppoſito modo ad primum modum; quia videlicet ipſa operatio eſt effectus triſtitiæ. (Primo enim modo erat cauſa) nam cõſtituto in triſtitia non abſorbente, conuenit aliquid operari per quod contriſtans repellat. Et ſubiungit concluſionem ſecundam reſponſiuam talem. Triſtitia ſi comparetur ad operationem, ſicut principium,

principium, & cauſa, ſic operatio talis ex triſtitia augetur, dummodo ſit ſpes expellendi. Probatur, illud quod facit conatum maiorem expellendi contrarium contriſtans, auget operationem talem (ſcilicet qua repellitur contrarium) ſed quantò aliquis magis triſtatur de re aliqua, tantò magis conatur ad expellendum triſtitiam, vel ſic; ſed triſtitia facit magnum conatum ad expellendum, igitur eſt cauſa talis repulſionis, & eò magis quantò fuerit maior, D.S. modificationem declarat; quia niſi eſſet ſpes, maneret homo in ſe ſtupidus, & totus abſorptus; ſed talis nihil operatur, igitur &c. Et ex illa reſponſione corporis vult D.S. ſatisfactum eſſe argumentis in oppoſitum adducendis, vt patebit.

¶ Et confirmatur concluſio reſponſiua prima argumento in contrarium.

¶ Ad primum. Maior vera, vt dictum fuit articu. 2. ad primum ratione ſpei euaſionis mali. Ad minorem, ſolicitudo adiuuat ad bene operandum id de quo aliquis ſolicitatur; ergo triſtitia non impedit operationem talem, verum, quæ ad ipſam triſtitiam comparatur vt effectus remanente ſpe euaſionis. Vnde probat ſecundam concluſionem.

¶ Ad ſecundum. Maior vera, cauſat concupiſcentiam eam per quæ quis euadit triſtitiam; ſed non concupiſcentiam eorum in quibus qs contriſtatur. Minor vera ad intenſionẽ operationis concupitę; ergo & triſtitia facit ad operationem ex ea quandoque procedentem, qua malum contriſtans repellitur, probat etiam ſecundam concluſionem.

¶ Ad tertium Maior vera, & hę operationes proprię cõtriſtantium comparantur ad triſtitiam; ſicut ad cauſam, nõ quòd ipſa triſtitia efficiat directè tales operationes; ſed indirectè tantùm; quia ipſe triſtis magis conatur ad ea, quæ repellunt triſtitiam. Sicut ſupra dicebatur, quòd delectatio perficit operationem indirectè, ratione maioris conatus, qui ſequitur delectationem, non ſicut obiectum; Ergo aliquæ &c. Verum, procedentes, & conformes triſtitię; ſed non hæ, quæ ſibi aduerſantur, & ſunt cauſa triſtitiæ, & probat etiam ſecundam concluſionem.

Vtrum triſtitia noceat corpori magis, quàm aliæ paſſiones.

Q Infra q.41. vt in cor. & 4.di.15.q.2 arti.3. q.2. cor.

AD quartum ſic proceditur. Videtur quòd triſtitia non inferat maximè corpori nocumentum, triſtitia enim habet eſſe ſpirituale in anima; ſed ea quæ habẽt tantũ eſſe ſpirituale non cauſant tranſmutationem corporalem; ſicut patet de intentionibus colorum, quę ſunt in aere, a quibus nullum corpus coloratur; ergo triſtitia non facit aliquod corporale nocumentum.

¶ 2 Præterea. Si facit aliquod corporale nocumentum, hoc non eſt, niſi inquantum habet corporalẽ tranſmutationem adiunctam: ſed corporalis tranſmutatio inuenitur in omnibus animæ paſſionibus, vt ſupra dictum eſt; *ergo non magis triſtitia, quàm aliæ animæ paſſiones corpori nocet. *q.22.ar.2. ad tertiũ.

¶ 3 Præterea, Philoſophus dicit in 7. Eth. * quòd irę & concupiſcentiæ quibuſdam inſanias faciunt, quod videtur eſſe maximum nocumentum, cum ratio ſit excellentiſſimum eorum, quæ ſunt in homine, deſperatio etiã videtur eſſe magis nociua, quàm triſtitia cum cauſa triſtitiæ ſit; ergo triſtitia non magis nocet corpori, quàm aliæ animæ paſſiones. *Cap.3.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur Prouerb. 17. Animus gaudens ætatem floridam facit, ſpiritus triſtis excitat oſſa. Et Prouer. 25. Sicut tinea veſtimẽto, & vermis ligno, ita triſtitia viri nocet cordi. Et Eccleſ. 38. A triſtitia feſtinat mors. Prouer. 17. Prouer. 25. Eccleſ. 38.

¶ Hic vltimò quæritur de alio effectu ex parte corporis.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd triſtitia inter omnes animæ paſſiones magis corpori nocet, cuius ratio eſt; quia triſtitia repugnat humanæ vitæ quãtum ad ſpeciem motus ſui, & non ſolùm quantum ad menſuram, ſeu quantitatem; ſicut aliæ animæ paſſiones. Conſiſtit enim humana vita in quadam motione, quæ a corde in cætera mẽbra diffunditur, quæ quidem motio conuenit naturæ humanæ ſecundùm aliquam determinatam menſuram. Si ergo iſta motio procedat vltra menſuram debitam, repugnabit humanæ vitæ ſecundùm quantitatis menſuram, non autem ſecundùm ſimilitudinem ſpeciei. Si autem impediatur proceſſus huiuſmodi motionis, repugnabit vitæ ſecundùm ſuam ſpeciem.

¶ D.S. reſpondet tali concluſione. Triſtitia inter omnes animæ paſſiones magis corpori nocet. Probatur triſtitia repugnat humanæ vitæ quantum ad ſpeciem ſui motus, & non ſolùm quantum ad menſuram, ſeu quantitatem; ſed aliæ repugnant tantùm quo ad modum, & menſuram; igitur triſtitia magis nocet. Conſequentia nota extra literam; quia quod nocet dupliciter plus nocet, quàm quod nocet vno modo tantùm. Circa antecedens, D S. primò ponit, & exponit terminos eius. Secundò probat illud expoſitum, ibi. Eſt autem &c. Exponit ergo terminos antecedentis prędicti declarando, quæ motio eſt contra humanam vitam ex menſura, & modo motionis, & quæ ex ſpecie motionis; quia illa quæ nõ impedit influxum cordis in membra, ſed tamen accelerat, & inmis auget motionem cordis ad membra, eſt contra humanam vitam quo ad modum, & menſuram tantùm; quia humana vita cõ ſeruatur per influxum cordis in membra. Sed illa motio, quæ reſtringit vitalem motionem, & influxum cordis ad mẽbra, ex ſpecie eſt contra humanam vitam, & per conſequens omni modo; quia modus etiam eſt contra vitam. Deinde cum dicit.

¶ Eſt autem attendendum in omnibus animæ paſſionibus, quòd tranſmutatio corporis, quæ eſt in eis materialis, eſt conformis, & proportionata motui appetitus, qui eſt formalis; ſicut in omnibus materia proportionatur formæ. Illę ergo animæ paſſiones, quæ importãt motum appetitus ad proſequendum aliquid, non repugnãt vitali motioni ſecundùm ſpeciem; ſed poſſunt repugnare ſecundùm quantitatem, vt amor, gaùdium, deſiderium, & huiuſmodi, & ideo iſta ſecũdùm ſpeciem ſuam iuuant naturam corporis, ſed propter exceſſum poſſunt nocere; paſſiones autem, quæ important motum appetitus cum fuga, vel retractione quadam, repugnant vitali motioni non ſolùm ſecundùm quantitatem, ſed etiam ſecundùm ſpeciem motus; & ideo ſimpliciter nocent; ſicut timor, & deſperatio, & præ omnibus triſtitia, quæ aggrauat animam ex malo præſenti, cuius eſt fortior impreſsio, quàm futuri.

¶ Probat antecedens expoſitum ex fundamento iam dicto. Et arguitur. Illę animæ paſſiones, quæ important motum appetitus ad proſequendum aliquid non repugnant vitali motioni ſecundùm ſpeciem; ſed poſſunt repugnare propter exceſſum. Illę autẽ, quæ important motum appetitus cum fuga quadam repugnant vitali motioni, non ſolum ſecundùm quantitatem; ſed etiam ſecundùm ſpẽm motus; ſed triſtitia important fugam, & receſſum, & maiorem, quàm timor, & deſperatio, ideo maximè nocet etiam inter eas, quæ ſunt ad malum. Minor nota, & ſecunda pars patet; quia triſtitia eſt circa malũ præſens cuius eſt maior impreſſio pertinens ad fugam. Maior probatur a principio literæ; quia materiale ex parte corporis reſpondet formali, quod eſt ex parte appetitus. Quare ſequitur maior, quòd proſecutiuè paſſiones non retrahunt motum; ſed magis requirunt effluxum a corde in membra, & ſic non ſunt ex ſpecie motus cõtra vitalem motionem. Sed materiale paſſionum, quarum formale conſiſtit in retractione appetitus, eſt per reſtrictionem influxus cordis ad membra. Et ita relinquitur antecedens probatum, & per conſequens concluſio.

¶ Quæ confirmatur argumento in contrarium,

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quia anima naturaliter mouet corpus, ſpiritualis motus animæ naturaliter eſt cauſa tranſmutationis corporalis. Nec eſt ſimile de ſpiritualibus intentionibus, quæ non habent naturaliter ordinem mouendi alia corpora, quæ non ſunt nata moueri ab anima.

¶ Maior. Spirituale &c. ſed mediante appetitu quandoq; etiam ſenſitiuo, cuius eſt immediatè mouere corpus, vt patuit ſupra quæſtio. 22. articu. ſecundo, ad 3. Nam ſi debeamur modus appetitus ſenſitiui, ſ eius definitione materiali ponit tranſmutatio corporis.

¶ Minor negatur vniuerſaliter, & præſertim de ſpirituali, quod eſt eius, cuius eſt immediatè mouere, & tranſmutare corpus, & quod eſt in organo corporeo. Nec eſt ſimile de intentionibus partis apprehenſiuę etiam ſenſitiuę; quia illę non ſunt naturaliter motiuę corporis cõiuncti, ſed habent immutari a corporibus exterioribus quorum non ſunt motiuę.

¶ Aliquid de iſta materia, ſcilicet de formis intentionalibus, quare dicantur intentionales, & an ſint eiuſdem ſpeciei cum formis realibus vbi videntur aliqui defeciſſe in ſecundo de anima vide Capreolum in ſecũdo diſtin. 3. quia dicũtur intentiones; quia nec ſunt eiuſdem ſpeciei, nec poſſunt denominare ſubiectum; ſicut formæ quarum ſunt intentiones. Oculus enim habens ſpeciem intentionalem albi non dicitur albus &c. Differunt autem ſenſibile, Capreolus.

sensibile,& eius intentio specie,non ex parte naturæ, sed ex parte modi essendi specificè distincti eorum. Et secūdùm primū statu, quòd dicitur sensus in fine similis sensibili.Et iuxta secundum verificatur,quòd sensus est susceptiuus specierum sine materia. Vnde aduerte circa minorem, quòd ea quę habent tantùm esse intētionale in anima, non causant transmutationem; sed falsum est, quòd ea quæ habent esse spirituale in anima. Videtur enim ꝙ tristitia non habeat esse intētionale in anima, nec sit alicuius intentio;sed habet esse spirituale.Sed verum est,quòd contristans habet esse intentionale in anima mediante virtute apprehensiua, non autem mediante tristitia &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aliæ passiones habent transmutationem corporalem conformem secundùm suam speciem motioni vitali; sed tristitia contraria,vt dictum est.*

In cor.

¶ Maior vera, & illa corporalis transmutatio correspondet formali, quod consistit in quadam retractione appetitus, ita & materiale perficitur in quadam restrictione vitalis motionis ad membra.

¶ Ad minorem, verum,inuenitur corporalis transmutatio; sed non sicut in tristitia cum suis, quæ sunt circa malum; ꝙa amor, delectatio, immutant quidem, sed cum influxu cordis ad membra, non sic tristitia, vt patuit, negatur ergo consequentia;quia minor non est similis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex leuiori causa impeditur vsus rationis, quàm corrumpatur vita; cum videamus multas ęgritudines vsum rationis tollere,quæ nondum adimunt vitam; & tamen timor, & ira maximè nocumentum corporale afferunt ex permixtione tristitiæ propter absentiam eius, quod cupitur. Ipsa etiam tristitia quandoque rationem aufert; sicut patet in his, qui propter dolores in melăcholiam, vel insaniă incidūt.—

¶ Primum assumptum verum est; sed auferre vitam maius est, quàm tollere vsum rationis. Et præterea secundò hoc etiam facit tristitia,vt patet in fine solutionis. Ad probationem,dico quòd ratio est quidem excellentissima, tamen ablata vita etiam aufertur ratio, quia eadem anima per essentiam est forma corporis, & rationalis &c. Ad secundum de desperatione dicitur, quòd timor ira,& desperatio non nocent maximè, nisi mediante tristitia. Et ergo tristitia maximè nocet sicut immediata causa, desperatio autem sicut mediata &c.

Quæst. Trigesimaoctaua.

De remedijs doloris, seu tristitiæ.

R Deinde considerandum est de remedijs doloris, seu tristitiæ.Et circa hoc quæruntur quinque.Primò Vtrum, dolor, vel tristitia mitigetur per quamlibet delectationem.Secundò.Vtrum, mitigetur per fletum. Tertiò.Vtrū, p compassionem amicorum. Quartò.Vtrū, per contemplationem veritatis. Quintò.Vtrum,per somnum,& balnea.

¶ Quia remedia remotius se habent, quàm effectus,ideo patet ordo.Et quærit primò de remedio in generali.art.1. Secundò de remedijs specialibus in articulis tribus.

Vtrum dolor, vel tristitia mitigetur per quamlibet delectationem.

Supra q.35 ar.4.ad 2.& 3.& inf.ar. 4.cor.& ar. 5.per totū. & q.48. ar. 1.& 3.q.46. arti 8.ad 2. & 2. cor.7.

AD primum sic proceditur.Videtur quòd non quę libet delectatio mitiget quemlibet dolorem, seu tristitiam; non enim delectatio tristitiam mitigat, nisi inquantum ei contrariatur;medicinę enim sunt per contraria,vt dicitur in 2. Ethi. * sed non quælibet delectatio contrariatur cuilibet tristitiæ,vt supra dictum est; * ergo non quælibet delectatio mitigat quamlibet tristitiam.

* Arist.
* Cap.3.
*q.35.ar.4.

¶ 2 Præterea.Illud quod causat tristitiam non mitigat tristitiam; sed aliquæ delectationes causant tristitiam; quia vt dicitur 9. Ethi. * Malus tristatur quoniam delectatus est, non ergo omnis delectatio mitigat tristitiam.

* Arist.c.4.

Augusti. * Cap.7. tomo 1.

¶ 3 Præterea. Augusti. dicit in 4.confes. * quòd ipse fugit de patria in qua conuersari solitus erat cum amico suo iam mortuo, minus enim quærebant oculi eius vbi eum videre non solebant. Ex quo accipi potest, ꝙ illa in quibus nobis amici mortui, vel absentes communicauerunt, efficiuntur nobis de eorum morte, vel absentia dolentibus onerosa; sed maximè communicauerunt nobis in delectationibus; ergo ipsę delectationes efficiuntur nobis dolentibus onerosæ; non ergo quælibet delectatio mitigat quamlibet tristitiam.

¶ Sed contra est, quod Philosophus dicit in 7. Ethicorum, * quòd expellit delectatio tristitiam,& quæ contraria,& quæ contingens si sit fortis.

* 7.ca.

¶ Hic primò inquirit de remedio communi omnis tristitiæ,scilicet delectatione.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut ex prædictis patet, * delectatio est quædam quies appetitus in bono conuenienti, tristitia autem est ex eo, quòd repugnat appetitui; vnde sic se habet delectatio ad tristitiam in motibus appetitiuis, sicut se habet in corporibus quies ad fatigationem, quæ accidit ex aliqua transmutatione innaturali; nam & ipsa tristitia fatigationem quandam, seu ęgritudinem appetitiuę virtutis importat.

* 7.ca.

¶ D.S.respondet tali conclusione.Quælibet delectatio (scilicet dum est, vt in solutione secundi) remedium affert ad mitigandum quamlibet tristitiam ex quocunque procedat, probatur sic se habet delectatio ad tristitiam in motibus appetitiuis, sicut se habet in corporibus quies ad fatigationem; sed quælibet quies corporis remedium affert contra quamcunque fatigationem ex quacunque causa innaturali prouenientem; igitur &c. Huius rationis ponit, & probat primò maiorem, secundò minorem cum conclusione ibi.Sicut igitur &c. Maior ergo probatur a principio. Deinde ibi.

¶ Sicut igitur quælibet quies corporis remedium affert contra quamlibet fatigationem ex quacunque causa innaturali prouenientem, ita quælibet delectatio remedium affert ad mitigandum quamlibet tristitiam et quocunque procedat.

¶ Subiungit minorem, quæ relinquitur nota ex experientia quotidiana ad sensum. Posset autem secundò probari conclusio secundùm aliam formam ex corpore, sic. Quælibet quies corporis remedium affert contra quamlibet fatigationem;ergo conclusio vera. Antecedens relinquitur notum, consequentia probatur per maiorem præcedentis literę. Sic se habet delectatio &c.

¶ Confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Circa hoc argumentum nota, quòd auctoritas illa allegata habetur in 7. Ethi Et non in 8.Vbi arguit Philosophus quòd melancolici maximè indigent delectatione. Et dicit,quòd delectatio si sit vehemens expellit tristitiam, quæ est sibi contraria (scilicet secundùm speciem,& circa idem obiectum de quo est tristitia) & expellit tristitiam sibi contingentem,hoc est non contrariam(scilicet secundùm speciem) sed est disperata, & solùm contraria ratione generis.Sicut delectatio vehemens vnius sensus non solùm expellit tristitiam illius sensus; sed etiam tristitiam alterius sensus,vt delectatio vehemens tactus, expellit tristitiam olfactus,& visus, & sic de alijs sensibus; quia delectatio vnius sensus contrariatur omnibus tristitijs secundùm genus,licet non secundùm speciem;ideo si sit fortis omnes expellit.

¶ Nota quòd per melancolos Philosophus intelligit siccos, & calidos,quos nos colericos vocamus.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd licet non omnis delectatio contrarietur omni tristitiæ secundùm speciem, contrariatur tamen secundùm genus, vt supra dictum est,*& ideo ex parte dispositionis subiecti,quælibet tristitia, per quamlibet delectationem mitigari potest.

* 35.ar.4.

¶ Ad maiorem dicitur secundùm supradicta quęst. 35. artic.4. mitigat inquantum sibi contrariatur secundùm genus, & ratione dispositionis subiecti, & ratione contrarij effectus, & sic medicinæ sunt per contraria secundùm genus; quia vnum imperat deie ctionem animi, alterum erectionem. Minor vera est de contrarietate secundùm speciem; sed de contrarietate secundùm genus falsa est,vt ibidem patuit,negatur consequentia.

¶ Ad secundum dicendum,quòd delectationes malorum non causant tristitiam in præsenti, sed in futuro, inquantum sciltcet mali penitent de malis de quibus lętitiam habuerunt, & huic tristitiæ subuenitur per contrarias delectationes.

¶ Maior vera, vt sic, & pro eodem tempore; quia quando actu causat tristitiam, pro tunc non mitigat. Ad minorem, negatur quod

quòd delectationes causent tristitias quādo sunt, immo etiā inordinatę delectationes quando sunt,pellunt omnes tristitias,sed verum est,quòd delectatio inordinata posteaquàm transierit & cogitata vel memorata sub ratione mali, non sub ratione propria, potest esse causa tristitię, cui iterum remedium præstat quęuis delectatio; dictum est enim supra quæst.35. art.3.ad tertium, quòd in motibus voluntatis, & rationis vnum contrarium potest esse materia alterius non sub ratione propria,sed communi. Et sic potest quis de delectatione apprehensa sub ratione mali tristari. Negatur ergo consequentia de delectatione dum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quando sunt duę cauſæ ad contrarios motus inclinantes,vtraque alteram impedit,& tamen illa finaliter vincit quæ fortior est,& diu turnior. In eo autem quo tristatur de his in quibus simul cum amico mortuo, vel absente delectari consueuit,duę causæ in contrarium inducentes inueniuntur.Nā mors, vel absentia amici recogitata inclinat ad dolorem,bonū autem præsens inclinat ad delectationem,vnde vtrunq; per alterum minuitur,sed tamen quia fortius mouet sensus præsentis quàm memoria prēteriti,& amor suiipsius quàm amor alterius diuturnius manet,inde est, quòd finaliter delectatio tristitiam expellit. Vnde post pauca subdit ibidem Augusti. * quòd pristinis generibus delectationum cedebat dolor eius.

*Aug.lib.4. conf.cap.8. tom.1.

¶ Auctoritatem Augustini concedo, ad illam. Ex quo patet quòd ea in quibus communicauerunt amici, fiunt nobis onerosa per accidens, & ad tempus ratione absentiæ amicorum,tamen id in quo communicauerunt,potest per se esse delectabile.Vltra,Sed maximè communicauerunt nobis in delectationibus, concedo, ergo delectationes efficiuntur odiosę. Vetum,de per accidens ratione absentiæ amici commemorati, & ad tempus. Vltra, non ergo &c. Negatur consequentia de per se loquendo, & finaliter. Et quare finaliter iterum efficiantur gratę, & delectabiles, patet in solutione: quia sensus præsentis vincit memoriam prēteriti. Et quia delectationes quæruntur propter amorem sui ipsius, tristitia autem est propter amorem alterius in casu argumenti. Ideo tandem abiecta tristitia,homo prosequitur delectationes &c.

Vtrum tristitia mitigetur per fletum.

S Pſal.41.to.3

AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ fletus non mitiget tristitiam. Nullus enim effectus diminuit suam causam; sed fletus,vel gemitus est effectus tristitię, ergo non minuit tristitiam.

¶ 2 Præterea,sicut fletus,vel gemitus est effectus tristitiæ, ita risus est effectus lętitiæ; sed risus non minuit lętitiam, ergo fletus non mitigat tristitiam.

¶ 3 Præterea, in fletu repręsentatur nobis malū contristans;sed imaginatio rei contristantis auget tristitiam, sicut imaginatio rei delectantis auget lętitiam; ergo videtur, quòd fletus non mitiget tristitiam.

* Augu.c.4. *7.

¶ Sed contra est,quod Augustinus dicit in 4.confes.* quòd quādo dolebat de morte amici,in solis gemitibus, & lachrymis erat ei aliquantula requies.

¶ Hic consequenter quærit de remedijs specialibus.

¶ Respondeo dicendum, quòd lachrymę,& gemitus naturaliter mitigant tristitiā,& hoc duplici ratione.Primò quidem,quia omne nociuum interius clausum magis affligit,quia magis multiplicatur intentio animę circa ipsum, sed quando ad exteriora diffunditur tunc intentio animę ad exteriora quodammodo disgregatur,& sic interior dolor minuitur; & propter hoc quando homines quæ sunt in tristitijs exterius suam tristitiam manifestant, vel fletu aut gemitu, vel etiam verbo,mitigatur tristitia.

¶ D.S. respondet tali conclusione, lachrymę & gemitus &c. vt in principio literæ, & probat eam duplici ratione. Prima est, omne nociuum interius clausum magis affligit,& dum ad exteriora diffunditur,dolor diminuitur, sed per fletum dolor ad exteriora diffunditur, ergo &c. Præmissæ relinquuntur notæ. Vel sic probatur antecedens, ibi. Quia omne &c. consequens ibi. Et propter hoc &c. Deinde ibi.

¶ Secundò, quia semper operatio conueniens homini secundum dispositionem in qua est, sibi est delectabilis, fletus autem, & gemitus sunt quædam operationes conuenientes tristato, vel dolenti, & ideo efficiuntur ei delectabiles. Cum igitur omnis delectatio aliqualiter mitiget tristitiam, vel dolorem, vt dictum est, * sequitur quòd per planctum, & gemitum tristitia mitigetur. —

*art.prꝫc.

¶ Probat secundò conclusionem sic. Semper operatio conueniens homini secundum dispositionem in qua est, sibi est delectabilis, sed fletus est huiusmodi, igitur sunt delectabiles (subsumit D.S.) Sed omnis delectatio, & omne causatiuum delectationis vt sic,mitigat tristitiam, ergo sequitur, quòd per planctum &c.

¶ Confirmatur etiam conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ipsa habitudo causę ad effectum contrariatur habitudini contristantis ad contristatum. nam omnis effectus est conueniens suę causę, & per consequens est ei delectabilis, contristans autem contrariatur contristato; & ideo effectus tristitię habet contrariam habitudinē magis ad contristatum ꝙ contristans ad ipsum, & propter hoc mitigatur tristitia per effectum tristitiæ,ratione contrarietatis prędictę.

¶ Ad maiorem. Nullus effectus vt sic, diminuit suam causam, sed tamen talis effectus illius causæ, scilicet tristitiæ,potest minuere suam causam, eo quòd ipse effectus est delectabilis, & habet aliam habitudinem ad existentem in tristitia,quàm habeat contristans;quia contristans vt sic,est contrarium, sed talis effectus (scilicet fletus) conuenit contristato.Et dicitur secundò ad maiorem, negando eam, quando effectus alicuius causæ contrariatur per se obiecto formali ipsius causæ. Sic autem est hic, vt D.S. declarat. Vnde eo ipso, quòd est effectus tristitiæ minuit tristitiam. Ideo singulare est de tristitia, quod non reperitur in alijs. Non autem minuit sub ratione effectus, sed inquantum contrarium obiecto, & causæ tristitiæ.

¶ Quare posset tertiò dici, quòd effectus non minuit causam, vt sic, vniuersaliter, sed aliquis effectus, vt est contrarius, suæ causæ potest minuere. Et sic est in proposito, nam causa tristitiæ est malum disconueniens, sed fletus habet ratiqnem conuenientis contristato, vt sic; ergo ratione istius disconuenientię ad per se causam tristitiæ,non contristat,sed continetur sub obiecto delectationis, & per consequens delectat &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd habitudo effectus ad causam est similis habitudini delectantis ad delectatum, quia vtrobique conuenientia inuenitur;omne autem simile auget suum simile, & ideo per risum, & alios effectus lętitię augetur letitia, nisi fortè per accidens propter excessum.

¶ Maior vera quidem,sed tamen risus, vt effectus delectationis continetur sub obiecto delectationis, quia effectus vt sic,est delectabil.s; sed effectus tristitiæ non continetur,vt sic,sub obiecto,& causa tristitiæ, sed sub contrario, scilicet delectabili. Minor est vera, immo auget,quia conuenit lęto ridere, & risus habet rationem conuenientis quo ad lętum.Sed negatur consequentia,quia flere conuenit contristato,& sic ipsum delectat, & per consequēs minuit tristitiam. Et hoc vult D.S.in solutione, quia habitudo effectus ad causam, (ideſt effectus eo ipso,quòd effectus) est similis habitudini delectantis ad delectatum, ideſt sicut delectās est, quia conuenit,ita & effectus vt sic, conuenit causæ suæ. Et sic est causa delectationis, quare risus auget lętitiam, nisi fortè propter excessum mensurę ad habitudinem naturalem delectati.Secus de effectu tristitiæ &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd imaginatio rei contristantis quātum est de se,nata est augere tristitiam, sed ex hoc ipso, quòd homo imaginatur, quòd facit illud quod conuenit sibi secundum talem statum, consurgit inde quędam delectatio; & eadem ratione si alicui subrepat risus in statu in quo videtur sibi esse lugendum,ex hoc ipso dolet tanquam faciat id quod non conuenit,vt Tullius dicit in tertio de tusculanis quęstionibus. — Cicero

¶ Maior vera, tamen flendo faeimus quod nos decet, & conuenit nobis contristatis. Minor vera, imaginatio rei contristantis per se vt contristans est, auget tristitiam, sed imaginatio facti, & operis conuenientis, causat delectationem. Sic imaginatio delectabilis causat de per se delectationem, sed imaginatio signi lętitiæ in statu in quo non deberet ostendere,causat tristitiam.Vnde negatur consequentia, vnde potest quis tristari de absentia, & amissione amici, & tamen gaudere de hoc quod facit quæ congruunt amico, qui debet contristari de amici amissione. Quare sunt de diuersis tristitia, & delectatio. Tristitia est de amissione amici. Delectatio verò de opere, scilicet fletu quem decet fieri pro amico.

Vtrum

Vtrum tristitia mitigetur per compassionem amicorum.

Iob.2.fi.& c.16.co 1.fi. & Rom.13. Lec.3.co.3 * Aug.ca.4.

AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ dolor amici compatientis non mitiget tristitiã. Contrariorum enim contrarij sunt effectus; sed sicut Augusti. dicit 7. confes. * Quando cum multis gaudetur in singulis vberius est gaudium, quia feruere faciunt se, & inflammantur ex alterutro, ergo pari ratione quando multi simul tristantur, videtur, quòd sit maior tristitia.

¶ 2 Præterea, hoc requirit amicitia, vt amoris vicem

*Aug.ca.4. quis rependat, vt August. dicit 4. confes. * sed amicus condolens dolet de dolore amici dolentis, ergo ipse dolor amici condolentis est causa amico prius dolenti de proprio malo alterius doloris, & sic duplicato dolore videtur tristitia crescere.

¶ 3 Præterea, omne malum amici est contristans, sicut & malum proprium, nam amicus est alter ipse; sed dolor est quoddam malum, ergo dolor amici condolentis auget tristitiam amico cui condoletur.

*Arist.c.11. ¶ Sed contra est, quòd Philoso. dicit in 9. Ethic. * ꝙ in tristitijs amicus condolens consolatur.

¶ Hic inquirit de alio remedio speciali, scilicet de compassione amici.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ naturaliter amicus condolens in tristitijs est consolatiuus, cuius duplicem rationem tangit Philosophus in 9. Ethic. *Quarum prima est;

*Arist.ibid. quia cum ad tristitiam pertineat aggrauare, habet rationem cuiusdam oneris, a quo aliquis aggrauatus alleuiari conatur, cum ergo aliquis videt de sua tristitia alios contristatos fit ei quasi quędam imaginatio, quòd illud onus alij cum ipso ferant, quasi conantes ad ipsum ab onere alleuiandum, & ideo leuius fert tristitiæ onus, sicut etiã in portandis oneribus corporalibus contingit.

¶ D.S. respondet tali conclusione, quòd sic. Naturaliter amicus condolens &c. vt in principio literæ. Probatur dupliciter, primò sic. Tristitia habet rationem cuiusdam oneris, a quo aliquis aggrauatus alleuiari conatur (& habens imaginationem alleuiationis, leuius fert onus,) sed per compassionem amici fit contristato imaginatio alleuiationis, igitur &c. Maior patet; quia ad tristitiam pertinet aggrauare, ergo habet rationem oneris (scilicet inuoluntarij) ergo sequitur maior, minor probatur a simili in oneribus corporalibus, quæ quis ex concursu, & ope aliorum leuius fert. Consequenter ibi.

¶ Secunda ratio, & melior est; quia per hoc, ꝙ amici contristantur ei, percipit se ab eis amari, quod est de-

*q.32.ar.5. *art.1. lectabile, vt supra dictum est, * vnde cum omnis delectatio mitiget tristitiam, sicut supra dictum est * sequitur, quòd amicus condolens tristitiam mitiget.

¶ Probat secundò eandem conclusionem sic. Omnis delectatio mitigat tristitiam; sed cõpassio amici est delectabilis; ergo &c. Maior patuit art. primo. Minor probatur; quia amari est delectabile; sed in compassione amici aliquis percipit se ab alijs amari, igitur talis compassio est delectabilis, (scilicet ratione percepti amoris) Illa proxima maior patuit supra quæst. 32. art. 5.

¶ Et confirmatur conclusio auctoritate Philosophi quam adducit argumentum in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in vtroque amicitia manifestatur, scilicet quòd gaudet gaudenti, & ꝙ condolet dolenti, & ideo vtrunque ratione causæ redditur delectabile.

¶ Maior vera de effectibus contrariorum per se, & de effectibus, vt contraria sunt. Sed contraria secundùm proprias rationes, vt tamen conueniunt in vna communi ratione, & illa communis ratio est eis ratio, vel agendi, vel ratio obiectiua, non oportet quòd habeant contrarios, immo eundem effectum; quia effectus vnitas vel diuersitas, magis attenditur pẽes rationem agẽdi, quàm pẽes supposita, & naturam. Vnde si ignis, & aqua conueniant in calore habebunt eundem effectum. Et dolor & delectatio sub ratione mali ambo contristant. & sub ratione boni ambo delectant. Minor vera est, sed multi simul gaudentes, magis gaudent propter vnam rationem gaudij, (scilicet propter amicitiam & amorem.) Vltra, & pari ratione, quando multi simul tristantur videtur, quòd sit maior tristitia. Negatur consequentia; quia ratio contristandi simul est amor, qui est & hic causa delectationis, & per consequens, vt voluit secunda ratio, dolor minuitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ipse dolor amici secundùm se contristaret, sed consideratio causæ eius quæ est amor magis delectat. Et per hoc patet responsio ad tertium.

¶ Maior conceditur vsque ibi. Ergo ipse dolor amici condolentis est causa amico prius dolenti de proprio malo, alterius doloris. Verum vt consequitur tanquàm malum amici contristãtis; sed vt in illo dolore apparet amor, sic est causa delectationis. Vltra & sic duplicato, negatur consequentia; quia iam consideratur ratione causæ, & non vt malum condolentis, vnde est causa delectationis. Et per hoc D.S. vult etiam satisfactum esse argumento sequenti. Sequitur ad tertium.

¶ Maior vera, vt apprehenditur tanquàm malum proximi; sed negatur si apprehenditur tanquàm procedens ex amore. Minor vera, ergo negatur consequentia, de dolore amici, vt prodit amorem.

Vtrum tristitia mitigetur per contemplationem veritatis.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd contemplatio veritatis non mitiget dolorem. Dicitur enim Eccles. iast. 2. Qui addit scientiam, addit & dolorem; sed ꝛ scientia ad contemplationem veritatis pertinet, nó ergo contemplatio veritatis mitigat dolorem.

¶ 2 Præterea, contemplatio veritatis ad intellectum speculatiuum pertinet; sed intellectus speculatiuus non mouet, vt dicit in 3. de anima, * cum igitur gaudium, & ꝛ dolor sint quidam motus animi, videtur quòd contemplatio veritatis nihil faciat ad mitigationem doloris.

¶ 3 Præterea, remedium egritudinis apponendum est, vbi est ęgritudo; sed contemplatio veritatis est in intellectu, non ergo mitigat dolorem corporalem qui est in sensu.

¶ Sed contra est, quod August. dicit in primo soliloquiorum. Videbatur si se ille mentibus nostris veritatis fulgor aperiret, aut non me sensurum fuisse illum dolorem, aut certè pro nihilo toleraturum.

¶ Hic inquirit de alio remedio spirituali, scilicet de contemplatione veritatis.

¶ Respondeo dicendum, sicut supra dictum est, * in contemplatione veritatis maxima delectatio consistit, omnis autem delectatio dolorem mitigat, vt supra dictum est, * & ideo contemplatio veritatis mitigat tristitiam vel dolorem, & tantò magis quantò perfectius aliquis est amator sapientiæ.

*art.1. *art.2.

¶ D.S. respondet tali conclusione. Contemplatio veritatis mitigat tristitiam vel dolorem, & tantò magis quantò perfectius aliquis est amator sapientiæ. Hanc conclusionem probat primò ratione, secundò signo. Ratione sic, omnis delectatio mitigat dolorem; sed in contemplatione veritatis maxima delectatio consistit, igitur &c. Maior patuit artic. 1. minor patuit supra quæst. 31. artic. 5. Consequenter cum dicit.

¶ Et ideo homines ex contemplatione diuina, & futuræ beatitudinis, in tribulationibus gaudent secundùm illud Iaco. primo. Omne gaudium existimate fratres mei cum intentationes varias incideritis. Et quod est amplius, etiã inter corporis cruciatus huiusmodi gaudium inuenitur, sicut Triburtius martyr cum nudatis plantis super ardentes prunas incederet dixit. Videtur mihi, ꝙ super roseos flores incedam in nomine Iesu Christi.

¶ Declarat conclusionem, & præsertim vltimam particulam a signo & effectu. Et illud signum verificat auctoritate, & exemplo clarè in litera. Et potest sic argui. Sicut se habet simpliciter ad simpliciter sic magis ad magis, & maximum ad maximum; sed contemplatio veritatis declarat, vt amata, ergo magis amata magis delectat, & per consequens quantò maior est amor sapientiæ, est maior mitigatio tristitiæ mediante maiore delectatione. Illa autẽ topica habet veritatem in his quæ sunt per se, & secundùm quòd ipsum, vt patet in de virtutibus, mate. 4 artic. tertio, ad 16. & in 3. contra gentiles. c. 139. quia in his quæ sunt per accidens non est necessarium, quòd si simpliciter sequitur ad simpliciter, & magis sequatur

sequatur ad magis; sed solùm in his, quæ sunt per se. Non enim sequitur, si album est musicum, quòd magis album sit magis musicum; sequitur autem, si album est disgregatiuum visus, quòd magis album sit magis disgregatiuum, hæc ille. Vide infra q. 73. artic. 2. hic autem est per se, quia contemplatio amata per se delectat, igitur magis amata, magis, &c. Et sic patet conclusio quo ad ambas particulas.

¶ Quæ etiam confirmatur argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd qui addit scientiam, addit dolorem, uel propter difficultatem, & defectum inueniendæ ueritatis; uel propter hoc, quòd per scientiam homo cognoscit multa, quæ uoluntati contrariantur; & sic ex parte rerum cognitarum scientia dolorem causat, ex parte autem contemplationis ueritatis delectationem.

¶ Ad maiorem. Qui addit scientiam, addit laborem, propter rationes tactas in solutione, sed non quia contemplatio, quæ est effectus scientiæ secundùm se sit laboriosa, & onerosa; sed quia difficile est eam acquirere, & quia sciuntur multa, quæ sunt contraria voluntati, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd intellectus speculatiuus non mouet animum ex parte rei speculatæ, mouet tamen animum ex parte ipsius contemplationis, quæ est quoddã bonum hominis, & naturaliter delectabilis.

¶ Maior vera, de intellectu speculatiuo vt sic; sed dico, quòd actus, qui est speculatiuus ratione obiecti, potest esse apprehensus per alium actum intellectus practici, quo mediante apprehenditur ipsa speculatio habenda de re, tanquam quoddam bonum appetibile; & talis actus erit practicus, quia de actu intellectus interueniente electione, & actu voluntatis; quia iudicatur per hunc, an illa speculatio sit eligenda, & exercenda. Minor vera, intellectus speculatiuus non mouet; sed cognitio, & apprehensio speculationis potest mouere voluntatem, qua videlicet speculatio apprehenditur tanquam bonum. Et hoc videtur D.S. velle vbi dicit. Intellectus speculatiuus non mouet animum ex parte rei speculatæ (videlicet vt apprehendit rem speculatiuè, & nihil dicit de appetibilitate) sed mouet tamen animum ex parte speculationis. Intellige vt illa speculatio fuit apprehensa vt quoddam bonum, mediante alia apprehensione; ita quòd ipsa vt mouet, est obiectum alterius actus, qui non propriè dicitur contemplatio, quæ nominat actum de re speculabili, sed dicit iudicium de agendo, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in uiribus animæ fit redundantia a superiori ad inferius, & secundùm hoc delectatio contemplationis, quæ est in superiori parte, redundat ad mitigandum etiam dolorem, qui est in sensu.

¶ Maior non est vniuersaliter vera etiam in naturalibus, quia remedium quandoque apponitur non in loco ęgritudinis, sed ponitur emplastrum in alia parte, vt retrahatur materia peccans de loco, & immediato subiecto ęgritudinis, vt patet ad sensum. Sed apponitur, vel formaliter, vel virtualiter, hoc est mediatè, vel immediatè. Minor conceditur. Tamen ex intellectu tanquam superiori fit redundantia ad sensum & corpus (mediante scilicet voluntate) quia omnes potentiæ, & intellectiuæ, & sensitiuæ radicantur in vna essentia, & superiorum est in inferiores redundare. Vnde negatur consequentia. Exhilaratis namque voluntate, & animo per speculationem, ęquius fertur dolor etiam exterior, qui suam magnitudinem habet ex dolore cordis, quo non existente, vel non tam magno, exterior minuitur, vt patuit supra quæst. 33. artic. 7. &c. Dolor exterior affligit præsertim, cum sibi attenditur. Si ergo animus in alio delectetur, retrahitur intentio ab illo dolore, quare minus affligit.

Vtrum tristitia mitigetur per somnum, & balnea.

X Psal.39.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd somnus, & balneum non mitigent tristitiam. Tristitia enim in anima consistit; sed somnus, & balneum ad corpus pertinent, non ergo aliquid faciunt ad mitigationem tristitiæ.

¶ 2 Præterea. Idem effectus non uidetur causari ex contrariis causis; sed huiusmodi, cum sint corporalia, repugnant contemplationi ueritatis, quæ est causa mi-

* Art. præced. tigationis tristitiæ, ut dictum est; * non ergo per huiusmodi tristitia mitigatur.

¶ 3 Præterea. Tristitia, & dolor, secundùm quòd pertinent ad corpus, in quadam transmutatione cordis consistunt, sed huiusmodi remedia magis uidentur pertinere ad exteriores sensus, & membra, quàm ad interiorem cordis dispositionem; non ergo per huiusmodi tristitia mitigatur.

¶ Sed contra est, quod Aug. dicit 9. Confess. * Audieram balnei nomen inde dictum, quòd anxietatem pellat ex animo. Et infra: Dormiui, & euigilaui, & non parua ex parte mitigatum inueni dolorem meum. Et inducit, quod in hymno Ambrosij dicitur, quòd quies artus solutos reddit laboris vsui. Mentesq; fessas alleuat, luctusq; soluit anxios.

*Aug.c.12. to.7. D.Ambros.

¶ Hic iterum quærit de alio remedio corporali speciali.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est; * tristitia secundùm suam speciem repugnat uitali motioni corporis; & ideo illa, quæ reformant naturam corporalem in debitum statum uitalis motionis, repugnant tristitiæ, & ipsam mitigant.

*q.præced. artic.2.

¶ D.S. respondet tali conclusione in fine. Per huiusmodi remedia (scilicet somnum, & balnea) dolor mitigatur. Probatur duplici ratione. Secunda ibi. Per hoc, &c. Quo ad primam arguitur sic. Omnia illa, quæ reformant naturam corporalem in debitum statum vitalis motionis, repugnant tristitiæ, & ipsam mitigant; sed somnus (saltem aliquis) & balneum sunt huiusmodi; igitur, &c. Maior probatur, quia tristitia repugnat vitali motioni, vt patet quæst. præced. artic. 3. sed contrarium mitigatur per contrarium; ergo sequitur maior, quòd illa, quæ sunt pro vitali motione, repugnent tristitiæ. In minore dixi extra litteram (saltem aliquis) quia apud medicos est bonum signum, cum quis post somnum alleuiatur, & sentit se releuatum, aliquis autem somnus qui grauat, non fuit bonus, &c. Deinde cum dicit.

¶ Per hoc etiam, quòd huiusmodi remedijs reducitur natura ad debitum statum, causatur ex his delectatio; hoc enim est, quod delectationem facit, vt supra dictum est. * Vnde, cum omnis delectatio tristitiam mitiget, per huiusmodi remedia corporalia tristitia mitigatur.

*q.31.art.1.

¶ Subiungit secundam rationem talem. Omnis delectatio mitigat tristitiam, sed in somno, & balneo est delectatio; igitur, &c. Maior nota. Minor probatur. Per huiusmodi remedia reducitur natura ad debitum statum; sed talis reductio est causa delectationis; igitur minor vera. Minor proxima patuit supra q. 31. artic. 1. quia delectatio causatur, quando aliquid constituitur in propriam naturam, vt patet ex definitione delectationis. Et patet ex hoc, ꝙ somnus & balneum vt sic, non pellunt, sed quia reformatiua, & confortatiua naturæ, & conuenientia, & delectantia.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ipsa debita corporis dispositio, inquãtum sentitur, delectationem causat, & per consequens tristitiam mitigat.

¶ Maior vera, sed tamen animus recreatur, & gaudet de bona dispositione corporis sensata, & percepta. Minor vera, sed faciunt bonam habitudinem, & dispositionem corporis, quæ per animum percipi potest, & animum delectare. Negatur igitur consequentia.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ delectationum una aliã impedit, ut supra dictum est; * & tamẽ omnis delectatio tristitiam mitigat, vnde non est inconueniens, ꝙ ex causis seinuicem impedientibus tristitia mitigetur.

*q.31.ar.2.

¶ Maior vera, per se, ex qualibet & vt contrariæ sunt. Minor vera, repugnant contemplationi per viam distractionis, & impedimenti secundùm se, sed tamen non vt est delectabilis, quia & hæc delectabilia sunt; & omne delectabile esto alteri opponatur, nihilominus contrariatur tristitiæ. Et ergo negatur consequentia, quæ fundatur in hoc. Opponitur alicui delectabili, ergo non mitigat tristitiam, quia potest vnum delectabile alteri opponi, & tamen tristitiam mitigare, cui opponitur ex genere omnis delectatio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnis bona dispositio corporis redundat quodammodo ad cor, sicut ad principium, & finem corporalium motionum, ut dicitur in libro de causa motus animalium.

Arist.

¶ Ad minorem, huiusmodi remedia magis videtur, &c. Verum, immediatè, tamen mediante bona dispositione causata in exterioribus, ex consequenti redundat ad cor, quod est finis, & principiũ omnium corporalium motionum. Experitur namq; aliquis statim in corde alleuiari pulso dolore membris.

Quæſtio Trigeſimanona.

De bonitate,& malitia doloris, vel triſtitiæ.

A DEinde conſiderandū eſt de bonitate,& malitia doloris, vel triſtitiæ. Et circa hoc quærūtur quattuor. Primò,utrum omnis triſtitia ſit malum. Secundò,utrum poſſit eſſe bonum honeſtum. Tertiò, utrum poſſit eſſe bonū utile. Quartò,utrū dolor corporis ſit ſummū malū.

¶Patet ordo,quia bonitas,& malitia conſequuntur per habitudinem ad extrinſecum (ſ.rationem) & nō ſm ſpeciem,& genus; ſed tantùm,vt ſubſunt voluntati in homine. Et diuiditur iſta quæſtio; quia primò oſtenditur, an poſſit eſſe bona, vel mala; ſecundò, an poſſit eſſe ſummum malum, artic.4. Circa primum, primò oſtenditur in genere; ſecundò in ſpecie boni, artic.2.&c.

Vtrum omnis triſtitia ſit mala.

Infra q.59. ar.3.Et 3.q. 35.ar.5.& 6. Et 3.diſt.15. q.2.art,2.q. 1.ad 3.& ar. 3.q.2 cor.fi. Et 4.diſt. 49. q.3.ar.4.q.2.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd omnis triſtitia ſit mala. Dicit enim Gregorius Nicenus. * Omnis triſtitia malum eſt ſuiipſius natura,ſed quod naturaliter eſt malum,ſemper, & ubique eſt malum; ergo omnis triſtitia eſt mala.

* Greg.Nic. lib.4.c.12. *Ariſt.c.11.

¶ 2 Præterea. Illud quod omnes fugiunt etiam uirtuoſi, eſt malum; ſed triſtitiam omnes fugiunt etiam uirtuoſi, quia ut dicitur in 7.Ethicorum. * Et ſi prudens non intendat delectari, tamen intendit non triſtari; ergo triſtitia eſt malum.

¶ 3 Præterea. Sicut malum corporale eſt obiectum, & cauſa doloris corporalis,ita malum ſpirituale eſt obiectnm, & cauſa triſtitiæ ſpiritualis; ſed omnis dolor corporalis eſt malum corporis; ergo omnis triſtitia ſpiritualis eſt malum animæ.

¶Sed contra. Triſtitia de malo cōtrariatur delectationi de malo,ſed delectatio de malo eſt mala; vnde in deteſtationem quorundam dicitur Prouerb.2. ꝙ lætantur, cum malefecerint; ergo triſtitia de malo eſt bona.

Prouer.2.

¶Hic primò inquirit de bono, & malo in genere.

¶Reſpondeo dicēdum, quòd aliquid eſſe bonum,uel malum poteſt dici dupliciter; vno modo ſimpliciter, & ſecundùm ſe; & ſic omnis triſtitia eſt quoddam malum, hoc enim ipſum quod eſt appetitum hominis anxiari de malo præſenti rationem mali habet,impeditur enim per hoc quies appetitus in bono.

¶D.S.diſtinctè reſponder,ſm ꝙ declarat quæſitū dupliciter eſſe intelligendum.ſ.an triſtitia ſit mala ſm ſe,vel ex ſuppoſitione. Et primò reſpondet iuxta primum intellectu m. Secundò quo ad ſecundum,ibi. Alio modo,&c. Quo ad primum D.S.præmittit hāc diſtinctionem,ꝙ aliquid,&c. Vno modo ſimpliditer,ideſt abſolutè,& ſine addito,& ſine ſuppoſitione. Vnde D. S.dicit ſimpliciter & per ſe,ut videlicet eſt quidam motus conſurgens ex malo iniacenti,vt cōſideratur quantum ad naturam ſuam in comparatione ad obiectum,quod eſt malum cōtriſtans. Et iuxta hoc membrum intelligendo quæſitum, reſpondet D.S.tali concluſione. Omnis triſtitia iſto modo conſi derata, eſt quoddam malum. Probatur. Triſtitia ſm ſe dicit anxietatem appetitus de malo præſenti, ſed appetitum hominis anxiari circa preſens malum, habet rationem mali;igitur, &c. Maior nota. Minor probatur; quia id, per quod tollitur bonum conueniens, eſt malum; ſed per talem anxietatem tollitur quies in bono, quæ eſt conueniens homini; igitur, minor vera. Illa vltima maior eſt nota, quia malum eſt priuatio boni, ſicut ſi quis proiectionem mercium in mari conſideret ſecundùm ſe extra caſum periculi ſubmerſionis, tunc eſt quid malum, quia priuat res bonas. Sic quia triſtitia priuat perfectionem hominis,ideo ſecundùm ſe mala eſt, ſaltē malitia entis, & pœnalitatis, & naturali malitia, & etiam aliqualiter morali; quia recta ratio deteſtatur priuationem boni abſolutè; & ergo ſecundùm ſe eſt mala. Conſequenter cum dicit.

¶Alio modo dr aliquid bonum, uel malū ex ſuppoſne alterius, ſicut uerecundia dr eſſe bonū ex ſuppoſitione alicuius turpis commiſſi, vt dicitur in 4.Ethic. *

*Ariſt.c.vlt.

¶Reſpondet iuxta ſecundum intellectum quæſiti. Circa quod primò declarat ipſum;ſecundò ſubiungit duas concluſiones,vnam determinatiuam alterius; primam ibi. Sic igitur, &c. ſecundā ibi. Sed quia,&c. Dicit ergo,ꝙ alio modo dicitur aliquid bonum,vel malum ex ſuppoſitione; ſicut proiectio mercium in mari,& verecundia eſt bonum ex ſuppoſitione, quia abſolutè loquēdo malum eſt verecundari. Melius enim eſſet, vt aliquis nunquam verecundaretur,& nihil turpe committeret; ſed ſuppoſito,ꝙ egerit turpe, meritò & laudabiliter verecundatur; ſic triſtitia eſt abſolutè mala; ſed dato, quòd tale obiectum inſit, quod eſt contra hominem, meritò & laudabiliter triſtatur. Deinde cum dicit.

¶Sic igitur ſuppoſito aliquo contriſtabili,uel doloroſo,ad bonitatem pertinet,ꝙ aliquis de malo præſenti triſtetur, vel doleat; ꝙ enim non triſtaretur, vel non doleret, non poſſet eſſe, niſi quia,uel non ſentiret, uel quia non reputaret ſibi repugnans; & utrumque iſtorum eſt malum manifeſtè; & ideo ad bonitatem pertinet,ut ſuppoſita præſentia mali, ſequatur triſtitia, uel dolor. Et hoc eſt, quod Auguſt.dicit 8.ſuper Geneſ.ad litteram, * Adhuc eſt bonum, quod dolet amiſſum bonum; nam niſi aliquod bonum remanſiſſet in natura, nullius boni amiſſi dolor eſſet in pœna.

* Aug. li.12. cap. 35. Iacob.

¶Subiungit concluſionem reſponſiuam iuxta hunc intellectū primam, & talem. Suppoſito triſtabili, vel doloroſo,ad bonitatem pertinet (ſaltem arguitiuè, & atteſtatiuè, & ſaltem naturaliꝙ aliquis doleat, &c. Et ita triſtitia eſt bona ex ſuppoſitione. Probatur, ſi aliquis non doleret ſuppoſito malo doloroſo, hoc non eſſet, niſi quia vel non ſentiret, vel quia non reputaret ſibi repugnans (quod ſ.in veritate eſt repugnans)ſed vtrumq; eſt manifeſtè malum; igitur ipſa triſtitia eſt bona. Ac ſi argueretur. Id cuius oppoſitum eſt malum, ipſum eſt bonum; ſed oppoſitum triſtitiæ (poſita cauſa contriſtabili) eſt malum, vel arguit ſaltem malum; ideo ipſa eſt bona. Quare autem dixerim, ſaltem arguitiuè, patebit articulo ſequenti, quia dolor exterior indicat, & oſtendit, & procedit ex bonitate naturali. Dolor autem interior, & triſtitia poteſt procedere ex iudicio rationis, & ordinato motu voluntatis; & ſic eſt bonum etiam morale.

¶Nota, ꝙ exemplum de proiectione mercium eſt aliquo modo ſimile, ſed magis ad propoſitum valet exemplum de verecundia; quia etiam bona ratione principij, nam verecūdus habet rectum iudicium, & non eſt obſtinatæ voluntatis. Deinde cum dicit.

¶Sed qa ſermones morales ſunt in ſingularibus, quorum ſunt operationes,illud quod eſt ex ſuppoſitione bonum,debet bonū iudicari;ſicut quod eſt ex ſuppoſitione uoluntarium, iudicatur uoluntarium, ut dicitur in tertio Ethicorum; * & ſupra habitum eſt. *

*Art.

¶Annectit vnam aliam concluſionem determinatiuam prioris. Quia in ſecunda concluſione dictum eſt, quòd aliqua triſtitia poteſt eſſe bona ex ſuppoſitione; ideo reſtat dubium, an talis triſtitia ex ſuppoſitione bona, ſit dicenda magis bona, quàm mala. Ideo D.S.determinat tali concluſione, quam intendit. Triſtitia talis debet iudicari, & dici bona. Probatur, quia talis triſtitia eſt bona, ſecundùm quòd agitur in particulari, & in actu exercito; igitur debet dici bona. Antecedens patet. Tenet conſequentia ratione, & ſimilitudine. Ratione, quia ſermones morales ſunt in ſingularibus, quorum ſunt operationes; & ergo iudicium morale ſumitur de aliquo ſecundùm eſſe ſingulare. Similitudine, ſicut ſe habet voluntariū ita bonum & malum,ſed aliquid dicitur ſimpliciter ad ſenſum dictum quæſt.6. art.6.) voluntarium, quod eſt voluntarium ex ſuppoſitione,ſecundùm quòd hic,& nūc agitur; igitur quod eſt bonum,vel malum ex ſuppoſitione,ſecundùm quòd eſt in ſingulari, etiam eſt bonum, &c.

¶Et habetur reſponſio ad quæſitum, quòd non omnis eſt mala, quia poteſt aliqua eſſe bona ex ſuppoſitione. Quæ autem ſit talis, tangitur in argumento in contrarium, quia quæ contrariatur delectationi malæ, illa eſt bona, &c.

ARGVMENTVM in contrarium eſt pro ſecunda, & tertia concluſionibus, & eſt explicatio eorundem.

¶Ad primum ergo dicendum,quòd Gregorius Nicenus loquitur de triſtitia ex parte mali triſtantis, non ex parte ſentientis, & repudiantis malum. Et ex hac etiam parte omnes fugiunt triſtitiam, inquantum fugiunt mala; ſed ſenſum, & refutationem mali non fugiunt. Et ſic dicendum etiam eſt de dolore corporali; nam ſenſus & recuſatio mali corporalis atteſtatur naturæ bonæ. Vnde patet reſponſio ad ſecundum,& tertium.

¶Ad auctoritatem Gregorij, quòd triſtitia malum eſt ſui ipſius natura. Verum, vt abſolutè conſideratur ſecundùm ſe, vt eſt anxietas quædam de malo præſente, & contriſtante, ſic dicit quandam imperfectionem. Sed vt conſideratur ratione boni principij, a quo procedit, tunc poteſt eſſe bona ex ſuppoſitione. Eius autem principium doloris etiam exterioris ſenſus, & repudiatio contrarij diſconuenientis, quæ bona ſunt; & ſi aliquis iſta non faceret, eſſet imperfectus, vel in natura, vel in voluntate, &c. Et ſecundùm hoc Doct. Sanct. etiam vult ſatisfactum eſſe argumentis ſequentibus.

¶Ad

¶Ad ſecundi maiorem, patet ex iam dictis, omnes fugiunt triſtitiam, ne videlicet incurrant eam; ergo abſolutè non eſt bona; ſed iniacente malo, non fugiunt repudiationem, & ſenſum mali iniacentis, ex quibus conſtituitur triſtitia. Non enim eſſet virtuoſus, qui inordinatam triſtitiam non vellet pro poſſe repellere, & qui ipſam non poſſet percipere.

¶Ad tertij minorem dicitur, quòd dolor exterior ſecundùm ſe eſt malum corporis,ſed hoc arguit bonitatem in corpore,quòd poſito doloroſo doleat de ipſo percipiendo, & repudiando malum doloroſum; ergo non eſt bona ſecundùm ſe, tamen ex ſuppoſitione rationē cauſæ, & principij.

¶Nota, quòd triſtitia non eſt quælibet fuga eſſentialiter,ſed eſt eſſentialiter motus, qui contrariatur malo præſenti. Secundò ex hoc, quòd conſurgit quædam fuga, quo repellitur malum; & ergo fuga mali poteſt dici cauſa triſtitiæ.

Vtrum triſtitia poſſit eſſe bonum honeſtum.

3.q.25.art. 6.ad 2.& 3. & q.46.ar. 6.ad 2.

B AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd triſtitia non habeat rationem boni honeſti. Quod enim ad inferos deducit, contrariatur honeſto; ſed ſicut dicit Auguſt.17. ſuper Geneſim ad litteram. * Iacob hoc timuiſſe uidetur, ne nimia triſtitia ſic perturbaretur, ut non ad requiem beatorum iret, ſed ad inferos peccatorum; ergo triſtitia non habet rationem boni honeſti.

* Aug.li.12. cap. 35. Iacob.

¶ 2 Præterea. Bonum honeſtum habet rationem laudabilis, & meritorij; ſed triſtitia diminuit rationem laudis, & meriti. Dicit enim Apoſtolus. 2.ad Corin.9. Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate; ergo triſtitia non eſt bonum honeſtum.

D. Paulus.

¶ 3 Præterea. Sicut Auguſt. dicit 14.de Ciuit.Dei. * Triſtitia eſt de his, quæ nobis nolentibus accidunt; ſed non uelle ea, quæ præſentialiter fiunt, eſt habere uoluntatem repugnantem ordinationi Diuinæ, cuius prouidentiæ ſubiacent omnia quæ aguntur; ergo cum conformitas humanæ uoluntatis ad Diuinam, pertineat ad rectitudinem uoluntatis, ut ſupra dictum eſt; * videtur, quòd triſtitia contrarietur rectitudini uoluntatis; & ſic non habet rationem honeſti.

* Aug. c.6. 7.& 8.10.5. *q.19.ar.10.

¶Sed cōtra; omne quod meretur præmium uitæ æternæ, habet rationem honeſti; ſed triſtitia eſt huiuſmodi, ut patet per id, quod dicitur Matth.5. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur; ergo triſtitia eſt bonum honeſtum.

Matth.5.

¶Habito in genere, quia triſtitia eſt bona in communi, tàm bonitate naturali, quàm morali implicitè. Hic D.S.inquirit de differentia boni in communi,& de bono morali, quod eſt honeſtum, in artic.ſequen.de alia ſpecie boni quærit.ſ.vtili, ſed de bono delectabili non quærit; quia conſtat, quòd opponitur delectationi; ideo clarum eſt, quòd non eſt bonum delectabile.

¶Nota D.S ſecunda ſecundæ,quæſt.145.artic.1. Honeſtum eſt, cui debetur honor, qui debetur excellentiæ, quæ attenditur ſecūdùm virtutem, quare honeſtum eſt idem quod virtuoſum. Vnde quærere, vtrum triſtitia poſſit eſſe bonum honeſtum, eſt quærere, an poſſit eſſe aliquid virtuoſum, & bonum morale conforme rectæ rationi.

¶Reſpondeo dicēdum, ꝙ ſecundùm illam rationem, qua triſtitia eſt bonum, poteſt eſſe bonum honeſtum. Dictum eſt enim, * ꝙ triſtitia eſt bonum ſm cognitionē, & recuſationem mali,quę quidem duo in dolore corporali atteſtantur bonitati naturę,ex qua prouenit,ꝙ ſenſus ſentit, & natura refugit læſiuum, quod cauſat dolorem. In interiori uerò triſtitia,cognitio mali,quādoq; quidem eſt per rectum iudicium rationis,& recuſatio mali eſt per uoluntatem benè diſpoſitam deteſtantem malum. Omne autem bonum honeſtum ex his duobus procedit.ſ.ex rectitudine rationis,& uoluntatis; vnde manifeſtum eſt, ꝙ triſtitia poteſt habere rationem boni honeſti.

* Art. præceden.

¶D.S. reſpondet tali concluſione. Triſtitia interior eo modo, qua eſt bona,poteſt eſſe bonum honeſtum. Dicit autem (eo, &c.) quia ſ.nō eſt bonum honeſtum, vt eſt anxietas; ſed ex ſuppoſitione ratione cognitionis, & recuſationis mali. Probatur concluſio. Triſtitia eſt bonum ſecundùm cognitionem,& recuſationē mali, ſed iſta duo in dolore, &c.vt in littera; ſed omne honeſtum ex his duobus procedit; ergo concluſio vera. Maior nota ex art.1. Minor pro prima parte patet ex artic.1. ſecunda relinquitur nota;& patet de triſtitia, quæ eſt ſm Deum. Subſumpta patet ex ratione honeſti, vnde intenditur iſta ratio; omne procedēs ex recta ratione,& voluntate ordinata,eſt bonū honeſtum;ſed triſtitia interior, inquantum eſt bona,poteſt eſſe huiuſmodi; igitur. Maior patet ex ratione honeſti. Minor declaratur a principio corporis.

¶Nota,ꝙ dolor exterior vt ſic,inquantum ab extrinſeco infertur,non poteſt eſſe bonum virtutis,vel honeſtum,eo ꝙ eſt a malo læſiuo extrinſeco. Verum tñ eſt, ꝙ patientia circa talem dolorem poteſt eſſe honeſtū,& eſt. Vnde habet D.S.3.par.q.48.ar.1.ad 1m. ꝙ paſſio,inquantum huiuſmodi,nō eſt meritoria,quia habet principium ab exteriori,ſed inquantū eſt acceptata per voluntatem,ſic habet ab interiori principiū,& hoc modo eſt meritoria, hæc ille.

¶Confirmatur concluſio argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicēdum, ꝙ omnes paſſiones animæ regulari debent ſm regulā rationis,quæ eſt radix boni honeſti; quam trāſcendit immoderata triſtitia, de qua loquitur Aug. & ideo recedit a ratione honeſti.

¶Ad minorem. Auctoritas loquitur de triſtitia immoderata, quæ eſt extra limites rationis rectæ; & conceditur,quòd talis non eſt bonum honeſtum, poteſt tamen aliqua alia,ſ.quæ eſt cōformis rectæ rationi eſſe bonum honeſtum. Triſtitia autem de malis pœnalibus a Deo immiſſis poteſt eſſe inordinata, & contraria Diuinæ ordinationi, & ſic mala moraliter.

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſicut triſtitia de malo procedit ex uolūtate,& ratione recta,quę deteſtatur malum;ita triſtitia de bono procedit ex ratione,& voluntate peruerſa, quæ deteſtatur bonum; & ideo talis triſtitia impedit laudem, uel meritum boni honeſti, ſicut cum quis facit cum triſtitia eleemoſinam.

¶ Ad minorem. Triſtitia de bono minuit rationem laudabilis, ſicut ſi quis cum triſtitia det eleemoſinam; quia bonitas, & malitia attenduntur penes voluntarium, quod minuit triſtitia; ſed in malis negatur minor, quia triſtari de malo non minuit meritum, vel laudem.

¶Ad tertiū dicendū,ꝙ aliqua preſentialiter eueniunt, quæ nō fiunt Deo uolente,ſed Deo permittēte,ſicut peccata; vnde uoluntas repugnans peccato exiſtenti, uel in ſe, uel in alio, non diſcordat a uoluntate Dei, mala uerò pœnalia præſentialiter cōtingunt etiam Deo uolente,nō tamen exigitur ad rectitudinem uoluntatis, ꝙ ea ſecundùm ſe homo uelit; ſed ſolùm, quòd non contrarietur ordini Diuinæ iuſtitiæ, ut ſupra dictum eſt. * *q.19.ar.10.

¶Ad minorem, non velle ea,quæ præſentialiter fiunt,quæ ſunt mala culpæ; negatur vniuerſaliter iſta minor; nec hoc eſt habere voluntatem contrariam volūtati Diuinæ, quia Deus non vult mala culpæ fieri; ſed vult permittere, vt patet prima parte, quæſt.19. artic.9. Si autem intelligitur iſta minor non velle ea,&c. De malis pœnæ diſtinguitur, vel appetitu naturali nō velle,eſt repugnare Diuinæ voluntati; negatur, quia talis non tenetur ſe conformare, niſi in genere cauſæ efficientis, non in volito materiali; ſi autem intelligitur de voluntate, & appetitu rationali; diſtinguitur, vel vt natura; ſic iterum negatur; vel vt ratio in volito materiali, vt ſtat ſub ratione formali, & vt volitum eſt a Deo;tunc concedo, quòd ſic non velle eſt repugnare. Dico enim, quòd conformitas requiritur non in materiali volito ſecundùm ſe, vt eſt volitum a Deo, vt patuit ſupra quæſt.19. artic.10. Vnde negatur conſequentia; tum primò, quando quis triſtatur de malo culpæ; tum ſecundò, quando quis triſtatur per appetitum ſenſibilem, & corporalem de malo pœnæ;tum tertiò,quando etiam per voluntatem triſtatur de malo pœnæ ſecundùm ſe,&c.

Vtrum triſtitia poſſit eſſe bonum vtile.

3.q.15.ar.6. ad 2.& 3.& q.49. ar.6. ad 2.

C AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd triſtitia non poſſit eſſe bonum utile. Dicitur enim Eccleſiaſtici 30. Multos occidit triſtitia, & non eſt utilitas in illa.

Eccleſ. 30.

¶ 2 Præterea. Electio eſt de eo, quod eſt utile ad finem aliquem, ſed triſtitia non eſt eligibilis, quinimmo idem ſine triſtitia, quàm cum triſtitia eſt magis eligendum, ut dicitur in tertio Topicorum; * ergo triſtitia non eſt bonum utile.

*Ariſt.c.2.

¶ 3 Præterea. Omnis res eſt propter ſuam operationem, ut dicitur in 2.de Cœlo; * ſed triſtitia impedit operationem, ut dicitur in 10.Ethicorum; * ergo triſtitia non habet rationem boni utilis.

* Ariſtot. tex.17. * Ariſt.c.5.

Eccleſ.7. Sed contra. Sapiens non quærit niſi utilia; ſed ſicut dicitur Eccleſ.7. Cor ſapientum ubi triſtitia, & cor ſtultorum ubi lætitia; ergo triſtitia eſt utilis.

¶Hic D.S.quærit de alia differentia boni, ſcilicet vtilis.

¶Reſpondeo dicendum, quòd ex malo præſenti inſurgit duplex appetitiuus motus; vnus quidem eſt, quo appetitus contrariatur malo præſenti; & ex iſta parte triſtitia nõ habet utilitatem, quia id quod eſt præſens, non poteſt non eſſe præſens.

¶D.S.diſtinctè reſpondet duabus concluſionibus, ſecundùm q̃ diſtinguit de motu triſtitiæ. Et primò reſpondet iuxta primum; ſecundò iuxta ſecundum, ibi. Secundus motus, &c. Diſtinguit ergo, quòd ex malo præſenti cõſurgit duplex appetitiuus motus, qui ambo pertinent ad triſtitiam, & puto, quòd primus ſit eſſentialiter triſtitiæ, quia poteſt eſſe triſtitia ſine ſecundo; ſicut vbi nõ eſt ſpes euaſionis, vt patuit ſupra quæſt.37.artic.2.& 3. non autem ſine primo. Vnus ergo motus eſt, quo contrariatur appetitus ipſi malo, & renititur, & habet diſplicentiam. Concluſio reſponſiua prima conformis. Ex iſta parte, ſcilicet quo ad hunc motum, non habet vtilitatem ſquo appetitus contrariatur, quamuis enim talis actus habeat bonitatem, immo etiam boni honeſti, non tamen iuuat aliquid, quòd multum contrarietur ei, quod iam factũ eſt, Præſupponitur quidem ad alium motum, ſed in ſe nihil proficit, &c. Probatur concluſio ſic. Motus ad impoſsibile eſt inutilis, ſed talis motus, quo appetitus contrariatur malo, & vult non ineſſe quod adeſt, eſt impoſsibilis; ergo, &c. Probatur minor, quia quod præſens eſt, non poteſt non eſſe præſens, tale autem malum ſupponitur iam eſſe præſens. Conſequenter cum dicit.

¶ Secundus motus conſurgit in appetitu ad fugiendum, & repellendum malum contriſtans, & quantum ad hoc triſtitia habet utilitatem, ſi ſit de aliquo, quod eſt fugiendum. Eſt enim aliquid fugiendum dupliciter; vno modo propter ſeipſum ex contrarietate quam habet ad bonum, ſicut peccatum; & ideo triſtitia de peccato vtilis eſt ad hoc, q̃ homo fugiat peccatum, ſicut Apoſtolus dicit 2.ad Corinth.7. Gaudeo, non quia contriſtati eas, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam; alio modo eſt aliquid fugiendum, non quia ſit ſecundùm ſe malum, ſed quia eſt occaſio mali, dum uel homo nimis inhæret ei per amorem, uel etiam ex hoc, quod præcipitatur in aliquod malum, ſicut patet in bonis temporalibus; & ſecundùm hoc triſtitia de bonis temporalibus poteſt eſſe utilis, ſicut dicitur Eccle.7. Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij; in illa enim finis cunctorum ammonetur hominum.

D. Paulus. Eccleſ.7.

¶ Ponit ſecundum membrum dictæ diſtinctionis, quia ſecundus motus eſt, quo appetitus fugit, & nititur repellere, non videlicet quòd non inſit cum ineſt, ſed pro futuro. Et ſubiungit concluſionem reſponſuam ſecundam, iuxta hoc membrum, talem. Quantum ad hoc (ideſt quo ad illum actum) triſtitia habet vtilitatem, ſi ſit de aliquo, quod eſt fugiendum, & poſtea iterum reſumit eam. Triſtitia in omni fugiendo eſt vtilis. Iſta concluſio dicit vnum limitatum; ideo D.S.primò exponit illam limitationẽ; ſecundò probat concluſionem, ibi. Ideo autem, &c. Dicit ergo notanter, ſi ſit de aliquo, quod eſt fugiendum, quia triſtitia de non fugiendo, immo proſequendo eſſet nociua, & impeditiua bonæ, & debitæ proſecutionis. Et pro intellectu quid ſit, & quot modis aliquid eſt fugiendum. D.S.ponit vnum notabile diſtinctiuum, quia dupliciter. Vel quia eſt malum ſecundùm ſe, vt eſt peccatum, & tunc triſtitia vtilis eſt, vt patet per Apoſtolum; alio modo, non quia ſecundùm ſe ſit malum, ſed quia eſt occaſio mali, & peccati, vt in littera. Conſequenter ibi.

¶Ideo autem triſtitia in omni fugiendo eſt vtilis, quia geminatur fugiendi cauſa; nam ipſum malum ſecũdùm ſe fugiendum eſt, ipſam autem triſtitiã ſecundùm ſe omnes fugiunt, ſicut etiam bonum omnes appetunt & delectationem de bono; ſicut ergo delectatio de bono facit, vt bonum auidius quæratur, ita triſtitia de malo facit ut malum uehementius fugiatur.

¶ Probat ſecundam concluſionem expoſitam, & arguitur ſic. Illud quod facit, quòd malum fugiendum fortius fugiatur, illud eſt vtile; ſed triſtitia facit intenſius, & fortius vitare malum; igitur eſt vtilis. Maior nota, quia fugere malum eſt quoddam bonum; ergo quod valet, & confert ad talem fugam eſt bonum vtile, quod nihil aliud eſt, quàm valens ad aliud. Minor probatur ratione, & ſimilitudine poſita duplici; & gemina cauſa fugæ, fuga eſt maior; ſed poſita triſtitia de malo iniacenti (malo dico ſecundùm ſe, vel occaſionali) ponitur duplex, & gemina cauſa fugæ; ergo erit fortior. Maior nota. Minor probatur, quia ponitur malum, quod eſt fugiendum, & ponitur triſtitia ex eo ſequens, quæ etiam eſt per ſe fugienda ab omnibus; ergo minor vera. Et probatur minor ſimilitudine de delectatione, quia bonum cum delectatione fortius quæritur, quàm bonum tantùm ſine delectatione; ergo malum, puta peccatum, ſcilicet cum hoc contriſtet, & diſplicet fortius fugitur, immo ſi non contriſtaret, non fugeretur; & inde eſt, quod peccator, quamdiu non triſtatur de peccatis, non fugit.

¶Et aduerte, quòd ille ſecundus actus triſtitiæ, qui eſt fuga, & conatus ad effugiendum malum eſt vtilis ad fugam; ideſt appetitus, & deſiderium largè dictum carendi illo malo ſi eſt contriſtãs, augetur ex hoc, quòd malum contriſtat; & ideo apprehendens malum ſuum, quia auertit a Deo, & cum hoc contriſtat, apprehenditur maius malum, & plura mala per modum vnius obiecti, & per conſequens magis nititur hoc effugere.

¶Confirmatur etiam hæc ſecunda concluſio reſponſiua argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd auctoritas illa intelligitur de immoderata triſtitia, quæ animum abſorbet; huiuſmodi autem triſtitia immobilitat animum, & impedit fugam mali, ut ſupra dictum eſt. *

¶Ad auctoritatem iſtam. Multos occidit triſtitia, ſcilicet inordinata, & abſorbens, & omnino aggrauans, impediendo actum interiorem (ſcilicet fugam, & exteriorem; de quo ſupra quæſt.37. attic.2.) ſed triſtitia moderata habens ſpem euaſionis, & compatiens fugam mali in appetitu, talis poteſt eſſe vtilis, quia eo ipſo, quòd fugio illud, & habeo tanquam malum, ſequitur maior fuga ex hoc, quòd etiam ingerit mihi triſtitiam, quæ eſt fugibilis.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut quodlibet eligibile fit minus eligibile propter triſtitiam, ita quodlibet fugiendum redditur magis fugiendum propter triſtitiã, & quantum ad hoc triſtitia eſt vtilis.

¶Maior vera. Illa enim ratio, eſt vtilis ſcilicet valere ad aliquem finem. Ad minorem. Triſtitia non eſt eligibilis ad proſequendum, tamen vtilis eſt ad fugiendum; & ſi ſit verè malum, erit in veritate vtilis, & vera laudabili, & honeſta vtilitate. Bene volo, quòd triſtitia de bono non eſt vtil s ad proſecutionem, vt dicit, & vult Philoſophus, quia quòd eligitur ſine triſtitia, magis & feruentius eligitur, quàm cum triſtitia. Electio autem dicit proſecutionem, nos autem diximus, q̃ eſt vtilis ad fugam maiorem.

¶Ad tertium dicendum, quòd triſtitia de operatione aliqua impedit operationem; ſed triſtitia de ceſſatione operationis facit auidius operari.

¶Ad minorem dictum fuit quæſt.37.artic.3. Impedit operationem, de qua eſt, ſicut obiecto, & cauſa obiectiua, tamen non impedit eam, quæ eſt eius effectus. Modo illa fuga eſt effectus ſaltem indirectus ipſius triſtitiæ, ſcilicet fugere malum. Et ſecundò dicitur ad minorem, iuxta D.S. quòd aliqua triſtitia habens, ſcilicet ſe in ratione effectus operationis impedit, ſed triſtitia de ceſſatione operationis facit auidius operari. Et quia triſtor, quòd non poſſum effugere, ideo fortius fugio.

Vtrum dolor, ſiue triſtitia ſit ſummum malum.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd triſtitia ſit ſummum malum. Optimo enim opponitur peſſimum, vt dicitur in 8.Ethic. * ſed quædam delectatio eſt optimum, quæ ſcilicet pertinet ad fœlicitatem; ergo aliqua triſtitia eſt ſummum malum.

¶ 2 Præterea. Beatitudo eſt ſummum bonum hominis, quia eſt ultimus hominis finis; ſed beatitudo conſiſtit in hoc, quòd homo habeat quicquid uelit, & nihil mali uelit, ut ſupra dictum eſt; * ergo ſummum bonum hominis eſt impletio uoluntatis ipſius; ſed triſtitia conſiſtit in hoc, quòd accidit aliquid contra uoluntatem, ut patet per Aug. 14. de Ciuit.Dei; * ergo triſtitia eſt ſummum malum hominis.

¶ 3 Præterea. Aug. ſic argumentatur in primo Soliloquiorum. * Ex duabus partibus compoſiti ſumus, ex anima, ſcilicet & corpore, quarum pars deterior eſt corpus, ſummum autem bonum eſt melioris partis optimum; ſummum autem malum peſſimum deterioris; eſt autem optimum in animo ſapientia; in corpore peſſimum dolor; ſummum igitur bonum hominis eſt ſapore ſummum malum dolere.

¶Sed

¶Sed contra. Culpa eſt magis malum, quàm pœna, vt in primo habitum eſt; * ſed triſtitia, ſeu dolor pertinet ad pœnam peccati, ſicut frui rebus mutabilibus eſt malum culpæ. Dicit enim Auguſt. in lib. de vera Religio. * Quis eſt dolor qui dicitur animi, niſi carere mutabilibus rebus, quibus fruebatur, aut frui ſe poſſe ſperauerat? & hoc eſt totum, quod dicitur malum, ideſt peccatum, & pœna peccati; ergo triſtitia, ſeu dolor non eſt ſummum malum hominis.

*q.48.ar.6. *Aug.c.12. tomo 5.

¶Hic D. S. pro ſecunda parte principalis huius quæſtionis inquirit, an triſtitia ſit ſummum malum.

¶Reſpondeo dicendum, quòd impoſſibile eſt aliquã triſtitiam, ſeu dolorem eſſe ſummum hominis malum. Omnis enim triſtitia, ſeu dolor, aut eſt de hoc, quod eſt uerè malum, aut eſt de aliquo apparenti malo, quod eſt uerè bonum; dolor autem, ſeu triſtitia, quæ eſt de uerè malo, non poteſt eſſe ſummum malum; eſt enim aliquid eo peius, ſcilicet uel non iudicare eſſe malum illud, quod uerè eſt malum, uel etiam non refutare illud; triſtitia autem, uel dolor, qui eſt de apparenti malo, quod eſt uerè bonum, nõ poteſt eſſe ſummum malum, quia prius eſſet omnino alienari a uero bono; unde impoſſibile eſt, quòd aliqua triſtitia, uel dolor ſit ſummum hominis malum.

¶D.S. reſpondet tali concluſione in principio, & in fine corporis. Impoſsibile eſt triſtitiam aliquam, ſeu dolorem eſſe ſummum hominis malum. Probatur, omnis triſtitia, ſeu dolor, &c. vt in littera; ſed nullus poteſt eſſe ſummum malum; igitur, &c. Maior patet ex ſupradictis. Prima pars minoris probatur in littera; quia dolor, ſeu triſtitia, &c. Secunda pars ibi. Triſtitia autem, vel dolor qui eſt, &c. Et habetur ex corpore iſta ratio ſub breuibus, illud eſt impoſsibile eſſe ſummum malum, quo ſemper datur peius, ſed omni triſtitia datur peius; igitur concluſio vera. Maior nota. Minor probatur per totum corpus articuli, quia omnis triſtitia, aut eſt de verè malo, aut apparenti, ſed qualibet datur peius. Iſta minor oſtenditur in littera, &c.

ARGVMENTVM in contrarium eſt pro concluſione reſponſiua. Et ex eo habetur alia ratio pro concluſione, ex qua arguitur ſic. Impoſsibile eſt, quòd malum pœnæ ſit ſummum malum, ſed triſtitia eſt malum pœnæ; igitur concluſio vera. Maior probatur, quia malum culpæ eſt peius, quàm malum pœnæ, vt patet prima par.quæſt.48.artic.6 & in de Malo, Mate.1.artic.1. quia videlicet pœna opponitur bono creato, vel aliquo modo (aliqua ſaltem) bono increato, vt participatur a nobis, ſicut priuatio uiſionis, & beatitudinis; ſed culpa opponitur bono Diuino in ſe conſiderato, & eius amori, quo amatur amore amicitiæ, &c. Nõ tamen formaliter, ſed obiectiuè opponitur malum ſummo bono, ſcilicet malum culpæ. Vide infra quæſt.73.artic.4. Et etiam, quia pœna conſiſtit in ſubtractione actus primi, & eius, quo voluntas vult; ſed culpa dicit malum actum, & vſum voluntatis, & deordinationem in actu ſecundo, quæ peior eſt. Alias rationes ponit D.S.in de Malo, ſi placet vide.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ duo bona ſunt communia, & delectationi, & triſtitiæ. ſ.iudicium verum de bono, & malo; & ordo debitus uoluntatis approbantis bonum, & recuſantis malum. Et ſic patet, quòd in dolore, uel triſtitia eſt aliquod bonum, per cuius priuationem poteſt fieri deterius; ſed non in omni delectatione eſt aliquod malum, per cuius remotionem poſſit fieri melius; vnde delectatio aliqua poteſt eſſe ſummum hominis bonum, eo modo quo ſupra dictum eſt; * triſtitia autem non poteſt eſſe ſummum hominis malum.

*q.34.ar.3.

¶Ad maiorem, quæ habet multiplicem expoſitionem ad eam verificandam. Dico primò illum modum dicendi Alphonſi, & Geraldi, qui videtur tangere expoſitionem, quam innuit hic principium ſolutionis, q̃ illa maior eſt vera de contrarijs, quæ ſe vniuerſaliter non includunt, & in his, quorum vnum non dependet ab alio. Exemplum primi. Dilectio proximi meritoria melior eſt fide, & ſpe; & tamen oppoſitum eius.ſ.odium proximi, non peius eſt, quàm infidelitas; quia fides, & ſpes includuntur in dilectione meritoria. Exemplum ſecundi. Bene viuere eſt melius, quàm viuere, & tamen malè, ideſt miſerè viuere, non eſt peius, quàm non viuere, quia non viuere abiicit totam vitam, malè autem viuere includit vitam, quòd abiicit aliquem modum.

Gerardus. Id melius, cuius oppoſitũ peius. Capreolus.

¶Secundò dico poſt Capreolum in primo, diſt.1.quæſt.1.ad 15. & 16. contra ſextam concluſionem, quòd illa regula tenet in moralibus eligendis, & fugiendis moraliter; quia maximæ virtuti opponitur maximum vitium, loquendo de oppoſitione directa, & ex parte obiecti, & quando vitium non habet fugibilitatem niſi ex obiecto. Et ſemper intelligendum, quando ſe non includunt. Alias dantur multæ inſtantiæ, vide Capreolum. Et infra vide q.73.art.4. circa argumentum in contrarium.

Capreolus.

¶Ad propoſitum dico, & ad minorem, quòd triſtitia non eſt de ſimpliciter contrario, & oppoſito delectationi, immo obiectum triſtitiæ includit aliquid de permixtione obiecti delectationis, ſcilicet boni. Nam triſtitia habet duo bona communia cum delectatione, ſcilicet iudicium verum de malo, & debitum ordinem voluntatis recuſantis malum. Et ſic patet, quòd in omni triſtitia eſt aliquod bonum, per cuius priuationem ſemper poteſt fieri peior, & per conſequens nulla eſt ſummum malum. Delectatio autem poteſt eſſe ſine omni malo, igitur poteſt dari optima ad ſenſum dictum q.34.ar.3. (inter bona humana.) Vnde negatur conſequentia, quia illa regula non benè applicatur ad propoſitum. De qua vide in de Malo, q.2.art.10.& infra q.73.art.4.

¶Pro declaratione huius ſolutionis nota D.S.in de Malo, quæſtio.5.artic.1. ad quartum. quia miſerum eſſe conſiſtit in receſſu a Deo, a cuius participatione recedit quis per cuiuslibet boni priuationem; vnde quodlibet bonũ priuatum facit magis miſerum, licet non quodlibet bonum additum faciat magis beatum; quia per bonum additum homo non magis Deo adhæret, quàm ſi ei immediatè coniungatur, ſed per bonum ſubtractum magis ab eo elongatur.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd hoc ipſum, quod eſt uoluntate repugnare malo, eſt quoddam bonum; & propter hoc triſtitia, uel dolor non poteſt eſſe ſummum malum, quia habet aliquam permixtionem boni.

¶Minor vera eſt ad ſenſum ſupra dictum, quæſt.3.ar.4.ad quartum. quia homo eſt beatus ex hoc, quòd habet quæ vult; ſed tamẽ non habet quæ vult per actum voluntatis, ſed alterius potentiæ. Et dico cum hoc, quòd verum ſummum bonum eſt impletio voluntatis ipſius; ſed addo, quòd etiam contrariari ei quod quis non vult, etiam eſt bonum ſaltem ex ſuppoſitione. Vltra; ſed triſtitia conſiſtit in hoc, quòd accipitur aliquid contra voluntatem. Concedo; ſed dico, q̃ melius eſt triſtari de eo, quod eſt contra voluntatem, quàm non triſtari; vnde peior eſt qui non triſtatur de malo, quàm qui triſtatur, & repugnat malo. Quare negatur conſequentia, quia triſtitia habet ſemper aliquid de permixtione boni, ſcilicet vel rectum iudicium, & refutationem mali; & illud, quod non haberet talium aliquod eſſet peius; & eſt fundamentum, quia triſtitia ſemper includit aliquod bonum, quare non poteſt eſſe ſummum malum.

¶Ad tertium dicendum, quòd peius eſt, quod nocet meliori, quàm quod nocet peiori; malum autem dicitur quia nocet, ut dicit Augu.in Enchyr. * vnde maius malum eſt, quod eſt malum animæ, quàm quod eſt malum corporis; vnde non eſt efficax ratio, quàm Aug.inducit, non ex ſenſu ſuo, ſed ex ſenſu alterius.

*Aug.c.12. tomo 4.

¶Negatur id quod dr. Summũ autẽ malũ peſſimum deterioris, immo peſsimũ eſt. ſ.nociuum melioris; quare malum aſſr. ſ.culpa, eſt peius quoddam, q̃ dolor, vel triſtitia, q̃ nocẽt corpori. Ratio autem illa non eſt Aug. ex propria ſententia, ſed ex ſenſu alterius, &c.

¶Nota verbum D.S. Malum dicitur quod nocet. Verum quidẽ, ſed non tm̃, quia nocet. inducit pœnam, vel aliquod pœnale; ſed magis, quia inordinatum. De hoc fuit aliquid tactum ſupra q.17. art.9.ad ſecundum. Et magis infra q.73.art.7.ad ſecundum.

Quæſtio Quadrageſima.

De paſſionibus iraſcibilis, ſcilicet ſpe, & deſperatione.

CONſequenter conſiderandũ eſt de paſſionibus iraſcibilis. Et primò de ſpe, & deſperatione. Secundò de timore, & audacia. Tertiò de ira. Circa primum quæruntur octo. Primò, utrum ſpes ſit idem quod deſiderium, uel cupiditas. Secundò, utrum ſpes ſit in ui apprehenſiua, uel in ui appetitiua. Tertiò, utrum ſpes ſit in brutis animalibus. Quartò, utrum ſpei contrarietur deſperatio. Quintò, utrum cauſa ſpei ſit experientia. Sextò, utrum in iuuenibus, & ebrioſis ſpes abundet. Septimò, de ordine ſpei ad amorem. Octauò, utrum ſpes conferat ad operationem.

E

¶ Poſtquam determinatum eſt de paſsionibus concupiſcibilis. Hic conſequenter agitur de paſsionibus iraſcibilis. Et ratio ordinis patet ex q.25 ar.1. quia paſsiones concupiſcibilis ſunt priores aliquæ via gñationis. Aliæ (quæ dicũt quietem) via perfectionis, & ſunt, ex quibus paſsiones iraſcibilis oriuntur; ideo patet ordo.

Determinãdo autem de paſſionibus irascibilis primò agit de ſpe, & deſperatione; ſecundò de timore, & audacia; tertiò de iræ: Et ratio ordinis eſt, quia vt patuit ibidem arti. 3. ſpes eſt prima inter passiones irascibilis; ideo patet ordo ad præcedentia, & ſequentia. Circa primum ergo determinat de ſpe. Secundò, de deſperatione, artic. 4. Circa primum, primò oſtendit quid ſit ſpes. Secundò determinat quoddam dubium, art. 3. Circa primum duo. Primò oſtendit ſpem non eſſe in appetitu concupiſcibili. Secundò, oſtẽdit eam non eſſe in vi cognoſcitiua, ex quibus habetur quidditas ſpei, quòd ſit paſſio irascibilis, vt patebit.

Vtrum ſpes ſit idem, quod deſiderium, vel cupiditas.

Supra q.25. art 1. cor. Et 3. di.26. q.1.ar.1.cor. Et Veri. q. 4 art.1.cor. Et opuſc.3. cap. 262. * Aug. c.7. 8. & 9.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd ſpes ſit idem quod deſiderium, ſiue cupiditas; ſpes enim ponitur una quattuor principalium paſſionum; ſed Aug. enumerans quattuor principales paſſiones, ponit cupiditatem loco ſpei, ut patet in 14. de Ciuita. Dei; * ergo ſpes eſt idem quod cupiditas, ſiue deſiderium.

¶ 2 Præterea. Paſſiones differunt ſm obiecta; ſed idẽ eſt obiectũ ſpei, & cupiditatis, ſiue deſiderij. ſ. bonum futurum; ergo ſpes eſt idem quod cupiditas, ſiue deſideriũ.

¶ 3 Præterea. Si dicatur, quòd ſpes addit ſupra deſiderium poſſibilitatem adipiſcendi bonum futurum. Contra, id quod per accidens ſe habet ad obiectum non variat ſpeciem paſſionis; ſed poſſibile ſe habet per accidens ad bonum futurum, quod eſt obiectum cupiditatis, vel deſiderij, & ſpei; ergo ſpes non eſt paſſio ſpecie differens a deſiderio, uel cupiditate.

¶Sed contra. Diuerſarum potentiarum ſunt diuerſæ paſſiones ſpecie differentes, ſed ſpes eſt in irascibili; deſiderium autem, & cupiditas in concupiſcibili; ergo ſpes differt a deſiderio, & cupiditate.

¶Hic primò inquirit, an ſpes ſit deſiderium, & per conſequens an ſit paſſio concupiſcibilis.

¶Reſpondeo dicẽdum, ꝙ ſpecies paſſionis ex obiecto conſideratur, circa obiectum autem ſpei quattuor condi tiones attenduntur. Primò quidem ꝙ ſit bonũ, nõ enim propriè loquendo eſt ſpes niſi de bono; & per hoc differt ſpes a timore qui eſt de malo. Secundò ut ſit futurũ, non enim ſpes eſt de preſenti iam habito, & per hoc differt ſpes a gaudio, quod eſt de bono præſenti. Tertiò requiritur, ꝙ ſit aliquid arduum cum difficultate adipiſcibile, non enim aliquis dicitur aliquid ſperare minimum, quod ſtatim eſt in ſua poteſtate ut habeat; & per hoc differt ſpes a deſiderio, uel cupiditate, quæ eſt de bono futuro abſolutè, vnde pertinet ad cõcupiſcibilem, ſpes autem ad irascibilem. Quartò, ꝙ illud arduum ſit poſsibile adipiſci; non enim aliquis ſperat id, quod omnino adipiſci nõ poteſt; & ſecundùm hoc differt ſpes a deſperatione.

Concluſio prima.

¶D.S. primò deducit quandam cõcluſionem generalem, ex ſuperabundanti reſponſuam; ſecundò ex ea infert concluſionẽ ſpecialiter reſponſuam quæſito præſenti cum quodã corollario, ibi. Sic ergo; &c. Concluſio ergo prima reſponſiua ex multis partibus collecta, eſt. Spes differt a timore, & a gaudio, differt etiam a deſiderio, vel cupiditate, quæ pertinet ad concupiſcibilem, ſpes autẽ ad irascibilem, differt etiam a deſperatione. Probatur, ſpecies paſſionis (ideſt diſtinctio paſſionis) ex obiecto (ſ. diſtincto) conſideratur; ſed obiectum ſpei differt ab obiecto omnium dictarum paſſionum. Et pertinet ad irascibilem, ſicut obiectum deſiderij ad cõcupiſcibilem; igitur ſequitur cõcluſio pro omnibus partibus ſuis. Maior eſt nota. Minor iuxta partes ſuas deducitur clarè in littera. Conſequenter ibi.

¶Sic ergo patet, ꝙ ſpes differt a deſiderio, ſicut differunt paſſiones irascibilis a paſſionibus concupiſcibilis; & propter hoc ſpes præſupponit deſiderium, ſicut & omnes paſſiones irascibilis præſupponũt paſſiones cõcupiſcibilis, ut ſupra dictum eſt. * *q.25.ar.1.

¶Infert ex dictis concluſionem reſponſuam directè ad propoſitum, vt in principio litteræ, quę patet ex tertia parte concluſionis prædictæ; & cum ipſa infert quoddam aliud corollarium. ſ. ſpes ꝑſupponit deſiderium. Probatur. Omnes paſſiones irascibilis præſupponunt paſſiones concupiſcibilis, bonæ videlicet eas, quæ ſunt circa bonum, malæ verò eas, quæ ſunt circa malum; ſed ſpes eſt in irascibili, & circa bonum; ergo præſupponit in concupiſcibili aliquam circa bonum, quæ eſt deſiderium cum amore. Maior nota ex ſupradictis. Minor iam patuit in articulo. De materia iſtius articuli vide D.S. in tertio, diſt. 26. q. 1. art. 2.

¶Et confirmatur concluſio directè reſponſiua argumento in contrarium, quod continet rationem tactam in corpore.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ Aug. ponit cupiditatem loco ſpei, propter hoc ꝙ utrumq; reſpicit bonum futurum; & quia bonum quod nõ eſt arduum quaſi nihil reputatur, ut ſic cupiditas maximè uideatur tendere in bonum arduum, in quod etiam tendit ſpes. Aug.

¶Ad minorem dr, ꝙ B. Aug. ponit cupiditatẽ, nõ pro deſiderio, ſed pro ſpe, tum quia vtrũq; reſpicit bonũ futurum, tũ quia cupiditas maximè vr eſſe ardui, cuius etiam eſt ſpes; ideo cupiditas magis ponitur pro ſpe, quàm deſiderio. Aliquid etiam, quod conferre intellectui iſtius ſolutionis, habitum eſt ſupra q. 30. artic. 2. ad 2um.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd obiectum ſpei non eſt bonum futurum abſolutè; ſed cum arduitate, & difficultate adipiſcendi, ut dictum eſt. * Aug.

¶Minor negatur, & dr, ꝙ bonum futurum vt ſic non eſt obiectũ ſpei, ſed cum apprehenſa, & preſuppoſita arduitate. Et bene vólo, ꝙ eadem res poſſit obijci, ſed non idem obiectum, quia niſi apprehenſa arduitate non ſperatur ad ſenſum dicendum in tertio artic.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ obiectũ ſpei nõ ſolũ addit poſsibilitatem ſuper obiectum deſiderij, ſed ẽt arduitatem, quæ ad aliam potentiã facit ſpem pertinere. ſ. ad irascibilẽ, quæ reſpicit arduum, ut in primo dictum eſt. * Poſsibile autem, & impoſsibile nõ oĩno per accidens ſe hñt ad obiectum appetitiuæ uirtutis. Nam appetitus eſt principium motionis, nihil autẽ mouetur ad aliquid, niſi ſub ratione poſsibilis, nullus enim mouetur ad id, quod eſtimat impoſsibile adipiſci, & pp hoc ſpes differt a deſperatione ſm differentiam poſsibilis, & impoſsibilis.

¶Non dicimus illam ſolutionem, quia ſpes non addit ſolũ poſsibilitatem ad obiectum deſiderij, ſed etiam arduitatem, & diſtinguitur a deſperatione per poſsibilitatem. Et quamuis ſolutioni non ſtemus, argumentum tamen contra eam non ualet; vnde dicitur. Maior vera, tamen id quod habet ſe per accidens ad vnum, poteſt ſe habere per ſe ad aliud; ſicut rationale accidit (accidentalitate conceptibili) animali; & tamen per ſe conuenit homini. Minor conceditur, ꝙ habet ſe per accidens ad bonum futurum; ſed negatur, ꝙ habeat ſe per accidens ad obiectum ſpei, & ad ſpem, & ad motum appetitiuæ uirtutis; & hoc D.S. declarat.

¶Aduerte tñ, ꝙ poſsibile, qđ eſt conditio obiecti ſpei, non dicit poſsibile logicum, ſed poſsibile ſm aliquam potentiam actuam.

Vtrum ſpes ſit in vi apprehenſiua, vel in appetitiua.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, ꝙ ſpes pertineat ad uim cognitiuam; ſpes enim videtur eſſe expectatio quædam; dicit enim Apoſtolus Rom. 8. Si autẽ quod non uidemus ſperamus, per patientiam expectamus; ſed expectatio vr ad uim cognitiuam pertinere, cuius eſt expectare; ergo ſpes ad cognitiuam pertinet.

¶ 2 Præterea. Idem eſt ut uidetur ſpes, ꝙ fiducia; vnde & ſperantes confidentes uocamus, quaſi pro eodẽ utentes, eo ꝙ eſt cõfidere, & ſperare; ſed fiducia, ſicut & fides videtur ad uim cognitiuam pertinere; ergo & ſpes.

¶ 3 Præterea. Certitudo eſt proprietas cognitiuæ uirtutis, ſed certitudo attribuitur ſpei; ergo ſpes ad uim cognitiuam pertinet.

¶Sed contra. Spes eſt de bono, ſicut dictum eſt; bonum autem, inquantum huiuſmodi, non eſt obiectum cognitiuæ, ſed appetitiuæ uirtutis; ergo ſpes non pertinet ad cognitiuam, ſed ad appetitiuam uirtutem.

¶Hic D.S. inquirit de ſubiecto, ſicut primus articulus virtualiter inquirebat de obiecto. Ex obiecto autem, & ſubiecto innoteſcit quidditas paſſionis.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ cum ſpes importet extenſionẽ quandam appetitus in quoddã bonum, manifeſtè pertinet ad appetitiuam uirtutẽ; motus enim ad res pertinet propriè ad appetitum; actio uerò uirtutis cognitiuæ perficitur nõ ſecundùm motum cognoſcentis ad res; ſed potius, ſecundùm ꝙ res cognitæ ſunt in cognoſcente. ¶D.S. re-

Concluſio.

¶D.S. reſpondet tali concluſione; ſpes pertinet ad vim appetitiuam, & non ad cognitiuã. Probatur. Spes importat extenſionem quandam in quoddam bonum; ergo concluſio vera. Huius rationis D.S. ponit, & probat primò antecedẽs; ſecundò illud magis explicat, ibi. Sed quia, &c. Antecedens hr ex art. 1. Tenet conſequẽtia ex differẽtia motus appetitiui, & actionis ipſius apprehenſiuę, quia appetitiuus motus perficit in inclinatione ad res, actio autem apprehenſiuæ, ſm ꝙ res veniunt ad cognoſcentem, vt patet prima par. q. 16. art. 1. & originaliter ex 6. meta. tex. cõ. 8. Deinde cũ dicit.

¶Sed quia vis cognitiua mouet appetitiuam, repreſentando ei ſuum obiectum; ſm diuerſas rationes obiecti apprehenſi ſubſequunt diuerſi motus in vi appetitiua; alius enim motus ſequitur in appetitu ex apprehẽſione boni, & alius ex apprehenſione mali; & ſimiliter alius motus ex apprehenſione præſentis, & futuri abſoluti, & ardui, poſſibilis, & impoſsibilis; & ſecundùm hoc ſpes eſt motus appetitiuæ uirtutis conſequens apprehenſionem boni futuri, ardui, poſſibilis adipiſci, ſcilicet extenſio appetitus in huiuſmodi obiectum.

¶Explicat antecedens dictum; quia enim dictum eſt, ꝙ ſit extenſio in bonum; ideo declarat qualis extenſio ſit, & in quale bonum; appetitus enim habet diuerſos motus ſm diuerſitatem apprehenſionis obiecti; vnde in fine ponit qualis motus ſit, & infert antecedens, &c. De iſta materia D.S. in tertio, vbi ſupra, art. 1. ad 1. dicit. Appetitiuæ partis duplex eſt motus. ſ. proſecutio, & fuga; obiectũ aũt ſp ſi, qđ eſt bonũ difficile, & arduum, ratione ſuæ bonitatis natũ eſt mouere ad proſecutionẽ; ſed rõne ſuę difficultatis natum eſt mouere ad fugã, hic tñ motus retardatur per ſpem, & ideo ſpes importat motum primũ, in quo ſaluatur ratio paſſionis, tñ in quiete priuatiuè ſm motum, qui eſt fuga. Hæc ille. Ex quibus patet, ꝙ ſpes dicit extenſionẽ appetitus cũ priuatione motus, qui eſt fuga, & ita dicit vnũ motum extenſiuum ad obiectum, & tñ reſtrictionẽ alterius motus. ſ. fugæ; & per conſequens eſt motus appetitiuus.

ARGVMENTVM in contrarium continet rationẽ pro cõcluſione rñſi. quæ ſumitur ex parte obiecti. ſ. boni; ratio autẽ corporis procedebat ſm modum actionis, qui eſt ſecundùm inclinationem ad rem, qui modus agendi conuenit appetitui, & non cognitiuæ.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ quia ſpes reſpicit ad bonũ poſſibile, inſurgit dupliciter homini motus ſpei, ſicut dupliciter eſt ei aliquid poſſibile. ſ. ſm propriam virtutem, & ſm uirtutem alterius. Quod ergo aliquis ſperat per propriam uirtutẽ adipiſci, non dicitur expectare, ſed ſperare tm; ſed propriè dicitur expectare, quod ſperat ex auxilio uirtutis alienæ, ut dicatur expectare quaſi ex alio ſpectare, inquantum ſuis apprehenſiua præcedens non ſolùm reſpicit ad bonum, quod intendit adipiſci; ſed etiam ad illud, cuius uirtute adipiſci ſperat, ſecundùm illud Eccleſ. 51. Reſpiciens eram ad adiutorium hominum. Motus ergo ſpei quandoq; dicitur expectatio propter inſpectionem uirtutis cognitiuæ præcedentem. Eccleſ. 51.

¶Ad maiorẽ, vera eſt de aliqua ſpe, qua quis ſperat ſe poſſe cõſequi per virtutem, & auxiliũ alterius; ſed illa ſpes, qua quis ſperat cõſequi per virtutem propriam, non dr expectatio; & tñ prima dr expectatio, nõ quia eſſentialiter ſit ſpectatio, vel inſpectio auxilij alterius, ſed præſuppoſitiuè, qa eſt motus innitens auxilio alterius ex inſpectione, nõ tm boni ſperati, ſicut quælibet ſpes facit, ſed ẽt ex conſideratione auxilij alterius; quia ergo ibi eſt duplex inſpectio, ideo vocatur expectatio (i. ſpes proueniens ex inſpectione alterius.) Et de iſtis vide 2.2.q.17. quia expectatio non capitur hic ꝑ extenſione longanimi in aliquod diſtans in tpe, ſed pro motu innitente auxilio alterius, a quo ſperat bonum conſequi. De iſta ſolutione in D.S. in tertio ſupra art. 1. ad 3m. Vbi vult, ꝙ inſpectio, & frequens directio in alium, eſt ſignum ſpei, & ſic nomen ſigni attribuitur ſpei. Vide & art. 3. ad 1m. vbi ponit, ꝙ expectatio ſe habeat ad ſpem, ſicut commune ad proprium, inquantum ſpes addit certitudinem citra expectationem. Hæc ille. Hic autem vr haberi, ꝙ expectatio contractior eſt ſpe; ſed eſt alia ratio iſtius, & alibi dicti; & non eſt cõtrouerſia, quia ſpes eſt communior expectatione quo ad obiectum; quia omne quod expectamus ſperamus, ſed nõ econtra. In tertio autem ponit expectationem communiorem ratione ſubiecti, & modi, quia ſpes addit certitudinem de ſperato, quam non includit expectatio, quæ dicit extenſionem in id quod non eſt in promptu habendum, & ſic non eſt certitudo.

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ illud, quod homo deſiderat, & eſtimat ſe poſſe adipiſci, credit ſe adepturum; & ex tali fide in cognitiua præcedente motus ſequens in appetitu fiducia nominatur; denominatur enim motus appetitiuus ex cognitione præcedẽte, ſicut effectus ex cauſa magis nota; magis enim cognoſcit uis apprehenſiua ſuum actum, quàm actum appetitiuæ.

¶Negatur vna pars minoris. ſ. quòd fiducia pertineat ad cognitiuam eſſentialiter, immo ad appetitiuam; & eſt idem ſpei, & denominatur tamen a fide, quia ipſam præſupponit; & ſic denominatur ab ipſa, ſicut effectus a cauſa, non enim confidit quis in aliquem, niſi credat ſe poſſe auxiliari.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ certitudo attribuitur motui, nõ ſolùm appetitus ſenſitiui, ſed etiam appetitus naturalis, ſicut dicitur, quòd lapis certitudinaliter tendit deorſum; & hoc propter infallibilitatem quam habet ex certitudine cognitionis, quæ præcedit motum appetitus ſenſitiui, uel etiam naturalis.

¶Ad maiorem, certitudo eſt cognitiuæ virtutis ſ primò & per ſe & eſſentialiter, ſed poteſt eſſe potentiarum etiam appetitiuarum, & exequentium, & naturalium participatiuè, inquantum earum actus, & motus infallibiliter tendunt in fines ſuos directè a cognitiua, vt habet D.S. etiam 2.2.q.18.art.4. ſicut eſſe calidum formaliter, & per eſſentiam conuenit ſoli igni, ſed eſſe calidum per participationem competit, & alijs. Ad minorem, certitudo attribuitur ſpei participatiuè mediante fide, & cognitione; quia hoc dicit fides, quòd quicunque innititur Diuinæ omnipotẽtiæ, & non ponit obicem ſaluatur, &c. Negatur ergo conſequentia.

Vtrum ſpes ſit in brutis animalibus.

G 3.di.26.q.1. arti.1.corp. * Damaſc. lib.2. orth. fid. c.12.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd in brutis animalibus non ſit ſpes; ſpes enim eſt de futuro bono, ut Damaſc. dicit; * ſed cognoſcere futura non pertinent ad animalia bruta, quæ habent ſolùm cognitionem ſenſitiuam, quæ non eſt futurorum; ergo ſpes nõ eſt in brutis animalibus.

¶ 2 Prærerea. Obiectum ſpei eſt bonum poſſibile adipiſci; ſed poſſibile, & impoſsibile ſunt quædam differentiæ ueri, & falſi, quæ ſolùm ſunt in mente, ut Philoſophus dicit in 6. Metaphyſ.* ergo ſpes non eſt in brutis animalibus, in quibus non eſt mens. *Ari tex.8.

¶ 3 Præterea. Aug. dicit ſuper Geneſ. ad litteram, * ꝙ animalia mouẽtur uiſis; ſed ſpes non eſt de eo, quod uidetur, nam quod uidet quis quid ſperat? ut dicitur Roman. 8. ergo ſpes non eſt in brutis animalibus. * Aug. li.9. c.14. Rom.8.

¶Sed contra. Spes eſt paſſio irascibilis; ſed in brutis animalibus eſt irascibilis; ergo & ſpes.

¶Hic D.S. inquirit de quodam dubio incidente circa ſubiectum ſpei, an ſ. etiam ſit in brutis, cum in eis eſt appetitus ſenſitiuus. Eſt autem ratio dubij ex dictis in artic. 1. vbi dictum eſt, quòd ſpes eſt de futuro, in quod non videntur poſſe ferri beſtiæ, vt tangit primum argumentum in oppoſitum adducendum.

¶Reſpondeo dicendum, quòd interiores paſſiones animalium ex exterioribus motibus deprehẽdi poſſunt; ex quibus apparet, quòd in animalibus brutis eſt ſpes; ſi enim canis uideat leporem, aut ancipiter auem nimis diſtantem, non mouetur ad ipſam, quaſi non ſperans ſe eam poſſe adipiſci; ſi autem ſit in propinquo, mouetur quaſi ſub ſpe adipiſcendi.

Concluſio prima.

¶D.S. reſpondet tali concluſione; in brutis animalibus eſt ſpes. Hanc concluſionem probat primò a ſigno; ſecundò ratione, ibi. Vt enim ſupra, &c. A ſigno, & a poſteriori ſic. Interiores paſſiones animalium ex exterioribus motibus deprehendi poſſunt; ſed ex talibus poteſt deprehendi, quòd in eis ſit ſpes; ergo, &c. Probatur minor exemplariter per experientiam ſenſibilem de exteriori motu canis in littera. Conſequenter ibi.

¶Vt enim ſupra dictum eſt, * appetitus ſenſitiuus brutorum animalium, & etiam appetitus naturalis rerum inſenſibilium ſequuntur apprehenſionem alicuius intellectus, ſicut & appetitus naturæ intellectiuæ, qui dicitur uoluntas; ſed in hoc eſt differentia, quòd uoluntas mouetur ex apprehenſione intellectus coniuncti; ſed motus appetitus naturalis ſequitur apprehenſionem intellectus ſeparati, qui naturam inſtituit; & ſimiliter appetitus ſenſitiuus brutorum animalium, quę etiam quodam inſtinctu naturaliũ agunt; vnde in operibus brutorum animaliũ, & aliarum rerum naturaliũ apparet ſimilis proceſſus, ſicut & in artis operibus; & per hunc modũ in animalibus brutis eſt ſpes, & deſperatio. *q.1.arti.2. & q.26. artic.1.

¶Ostendit conclusionem ratione fundamẽtali a priori, per quẽ modum conueniat spes bestijs, esto non apprehendãt futura. Et potest sic argui, appetitus sensitiuus brutorum sequitur apprehẽsionem alicuius intellectus, sicut & intellectiuus appetitus (licet differenter) ergo ex motione, & instinctu talis intellectus potest bestia moueri quasi sub spe adipiscendi, & per hunc modum potest in eis esse spes, & desperatio. Antecedens patet ex dictis supra quæst. 26. artic. 1. Et declaratur primò, quomodo differenter appetitus sensitiuus sequitur apprehensionem intellectus, & naturalis ex vna parte, & intellectiuus ex altera parte, quia isti separatum, ille coniunctum. Et confirmatur antecedens etiam hic a signo, quia apparet similis processus in operibus animalium, sicut in operibus artis, quę manifestè sunt ab intellectu; ergo & opera animalium sunt ab intellectu, ex cuius instinctu possunt tendere in distans futurum, vt tangetur etiam ad primum.

¶Confirmat ratio in contrarium conclusionem responsuam partialiter, quia scilicet in eis est subiectum ex parte appetitus sensitiui, scilicet irascibilis. Et cum in corpore ostensum est, ꝙ instinctu intellectus separati fit id, quod in hominibus est ex parte apprehensionis; ideo sequitur, quòd spes in eis esse possit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis bruta animalia non cognoscant futurũ, tamen ex instinctu naturali mouetur animal ad aliquid in futurum, ac si futurum præuideret, huiusmodi enim instinctus est eis inditus ab intellectu Diuino præuidente futura.

¶Maior vera, tamen non oportet, quòd id quod habet spem, apprehendat futurum sub ratione futuri, sed sufficit apprehendere rem, quæ est futura, & dirigi ab aliquo cognoscente futurum formaliter. Minor vera formaliter, cognoscunt tamen futurum materialitet, sicut canis apprehendit leporem, qui est venturus, & mouetur ex instinctu naturæ, quem habet ex intellectu conferente instinctum, qui futurum formaliter cognoscit. Quare negatur consequentia.

¶Nota, quòd de materia huius solutionis D. S. clarè loquitur in tertio vbi supra, artic. 1. ad quartum. vbi sic habet. Sicut animalia cognoscunt rationem conuenientis, & nociui, non per inquisitionem rationis vt homo, sed per instinctum naturæ, qui dicitur æstimatio; ita etiam cognoscunt aliquid, quod futurum est sine hoc, quòd cognoscant rationem futuri, non conferendo præsens ad futurum, sed ex instinctu naturali, secundùm quòd aguntur ad aliquid agendum, vel ex impulsu naturæ interioris, vel exterioris, sicut quando agunt ad præuidendũ de futuris, quæ dependent ex motu cœli quasi ex eo impulsa; vnde ex eorum operibus homines possunt aliquid scire de huiusmodi futuris, sicut nautæ præsciũt tempestatẽ futuram ex motu Delphinorum ad superficiẽ aquæ descendentium. Et formicæ, veniente pluuia reponunt granum in cauernis. Hæc ille. Ex quibus intelligitur solutio.

¶Ad secundum dicendum, quòd obiectum spei non est possibile, prout est quædam differentia veri; sic enim consequitur habitudinem prædicati ad subiectum; sed obiectum spei est possibile, quod dicitur secundùm aliquam potẽtiam; sic enim distinguitur possibile in quinto Metaph. * scilicet in duo possibilia prædicta.

* Aristot. tex. 17.

¶Maior vera de possibilitate physica, prout dicitur possibile qđ est, vel cuius est potentia actiua in agente potẽs ipsum producere; sed non intelligitur de possibili logico, quod dicitur possibile pp non repugnantiam terminorum. s. prędicati ad subiectum. Minor vera de possibili, & impossibili secũdo modo. s. de possibili, & impossibili logico. Negatur ergo consequentia, quia esto non cognoscant, nec sit in eis apprehensum possibile logicum, tamẽ apprehendunt id, cuius habent potentiã actiuã prosequẽdi, & habẽt se, ac si apprehenderent illud esse, vel nõ esse in potẽtia eorũ actiua. Et vide D. S. prima parte. q. 25. art. 3. & q. 9. art. 1. De istis modis possibilis ad longum, & q. 46. art. 1. ad primum.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet id quod est futurum, non cadat sub visu, tamen ex his, quæ uidet animal in præsenti, mouetur eius appetitus in aliquod futurum, uel prosequendum, uel uitandum.

¶Ad maiorem, mouẽtur visis in aliquod futurum non visum ex instinctu naturæ, sicut patet de formica, & aranea. Minor vera, quòd spes non est de visis, tamen ex visis potest animal moueri in nõ visum quod separatur, sicut aranea videt muscam præsentem, & facit telam, vt capiat muscam etiam in futuro.

H Supra q. 23. ar. 2, cor. fi. Et præsenti q. ar, 1. ad 3. Et 2. dist. 26. q. 1. ar. 3. cor. Et Veri. q. 4. ar. 2. corp.

Vtrum spei contrarietur desperatio.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd desperatio non sit contraria spei. Vni enim unum est contrarium, vt dicitur in 10. Metaph. * sed spei contrariatur timor; non ergo contrariatur ei desperatio.

* Aristot. tex. 17.

¶ 2 Præterea. Contraria videntur esse circa idem; sed spes, & desperatio non sunt circa idem; nam spes respicit bonum, desperatio autem est propter aliquod malum impeditiuum adeptionis boni; ergo spes non contrariatur desperationi.

¶ 3 Præterea. Motui contrariatur motus, quies verò opponitur motui vt priuatio; sed desperatio magis videtur importare immobilitatem, quàm motum; ergo non contrariatur spei, quæ importat motum extensionis in bonum sperատum.

¶Sed contra est, quòd desperatio nominatur per contrarium spei.

¶Quia opposita iuxta se posita magis elucescunt; ideo hic quærit de desperatione, an sit contraria spei.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut supra dictum est; * in mutationibus inuenitur duplex contrarietas; vna ſm accessum ad contrarios terminos; & talis contrarietas sola inuenitur in passionibus concupiscibilis, sicut amor, & odiũ contrariãtur; alio modo per accessum, & recessum respectu eiusdem termini; & talis contrarietas inuenitur in passionibus irascibilis, sicut supra dictum est. *

* in 5. Phys.

¶D. S. primò distinguit de cõtrarietate; secũdò rẽspõdet ſm vnũ modum, ibi. Obiectũ autem, &c. Notat ergo D. S. ex dictis supra q. 23. art. 2. ꝙ duplex inuenitur contrarietas in mutationibus (scr. tendendo mutationem etiam ad motum.) Vna, &c. vt in littera.

¶Et aduerte, quia D. S. non dicit, quòd contrarietas per accessum, & recessum sola inueniatur in passionibus irascibilis, quia etiam alia contrarietas, scilicet secundùm contrarios terminos, ibi inuenitur, vt patuit vbi iam supra; sed talis contrarietas solùm inuenitur in passionibus irascibilis, & non in passionibus concupiscibilis, licet non sola inueniatur; quia autem contrarietas secundùm accessum & recessum est ad propositum, ideo non fuit opus de alia loqui. Deinde ibi.

¶Obiectum autem spei, quod est bonum arduum, habet quidem rationem attractiui, prout cõsideratur cum possibilitate adipiscendi; & sic tendit in ipsum spes, quæ importat quendam accessum; sed secundùm quòd consideratur cum impossibilitate obtinendi habet rationem repulsiui, quia vt dicitur in 3. Ethic. * cum ventum fuerit ad aliquid impossibile, tunc homines discedunt; & sic respicit hoc obiectum desperatio; vnde importat motum cuiusdam recessus, & propter hoc contrariatur spei, sicut recessus accessui.

* in 3. Ethic.

¶Respondet secundùm vnum modũ præmissum contrarietatis tali conclusione. Desperatio contrariatur spei secundo modo. Probatur. Desperatio importat motum cuiusdam recessus, spes autem recessus; igitur conclusio vera, consequentia de se nota. Antecedens deducitur in littera quo ad secundã partem sic; spes tendit in bonum arduũ, vt habet rationem attractiui (inquantum videlicet possibile) ergo dicit accessum. Quo ad primam partem patet antecedens, quia desperatio respicit obiectũ, quod est bonum arduum, ſm ꝙ consideratur cum impossibilitate obtinendi, & per consequens vt habet rationem repulsiui; igitur importat motum cuiusdã recessus. Et ita patet antecedens, & per cõsequẽs cõclusio.

¶Quę etiam confirmatur argumento in contrarium per contrariam nominationem.

¶Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ timor cõtrariatur spei ſm cõtrarietatem obiectorum. s. boni, & mali: hæc enim cõtrarietas inuenitur in passionibus irascibilis, ſm ꝙ deriuantur à passionibus concupiscibilis; sed disperatio cõtrariatur ei solũ ſm cõtrarietatem accessus, & recessus.

¶De ista maiore fuit dictum supra q. 31. ar. 8. ad 2ᵐ. quia vera est sub vno genere immediato, ita ꝙ habet tm vnũ, quod immediatè per differentiã contrahit genus, sed potest idẽ habere plura opposita sub diuersis generibus propinquis, sicut albedini opponuntur omnes medij colores, sed aliud genus immediatũ albedinis aliud mediorũ colorũ. Sic est in proposito, quia sub vno genere immediato opponitur sibi. (spei vnum, quia penes contrarietatem obiectorũ contrariatur sibi timor, sed ſm accessum, & recessum opponitur sibi desperatio, & vni contrariatur vnũ cõtrarietate perfecta, quæ est maxima distantia sub vno genere, & contrarietate vnius rationis in moralibus; sic non est hic, quia contrarietas secundùm obiecta, & secundùm accessum, & recessum sunt alterius rationis.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ desperatio non respicit malũ sub ratione mali, sed per accidẽs quandoq; respicit malũ, inquantum facit impossibilitatem adipiscendi; potest autem esse desperatio ex solo superexcessu boni.

¶Maior

¶ **Maior vera** de contrarijs præsertim directè oppositis in passionibus irascibilis; in passionibus verò concupiscibilis contrariæ sunt circa contraria, vt patuit. Minor negatur saltem de per se, & vniuersaliter loquendo. Ad probationem minoris dicitur, quòd falsum est, vniuersaliter, scilicet quòd desperatio sit de impeditiuo malo, immo potest esse de solo bono tatione superexcessus. Verum est tamen, quòd quandoque per accidens est de malo, quia videlicet facit impossibilitatem adipiscẽdi non quòd obiectum eius sit malum, sed quia recedit à bono propter aliquod impediens, quod eo ipso, quod impedit habetur vt malum illi saltem vnde respicit bonum à quo recedit; sed quandoque ratio recedendi potest esse malum in quantum impedit, sed hoc non est vniuersaliter verum.

¶Nota verbum D. S. in hac solutione, quòd ex solo superexcessu boni, potest esse desperatio, & per consequens obiectum irascibilis non est solùm aliquod offendens vt Scotus habet, sed etiam arduum absque offensa. De hoc supra q. 23. art. 1. ad tertium.

Scotus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd desperatio non importat solam priuationem spei, sed importat quendam recessum à re desiderata propter æstimatam impossibilitatem adipiscendi; vnde desperatio præsupponit desiderium sicut & spes, de eo enim, quod sub desiderio nostro non cadit, neque spem, neque desperationem habemus, & propter hoc etiam vtrumque eorum est de bono, quod sub desiderio cadit.

¶ Minor negatur, immo dicit motum recessiuũ ab eo in quod prius accessum fuit, saltem per desiderium, propter æstimatam impossibilitatem; & desperatio sicut & spes necessariò præsupponunt ex concupiscibili desiderium, & ergo importat desperatio non immobilitatem, sed recessum ab eo, ad quod per concupiscibilem fuit accessum.

Vtrum causa spei sit experientia.

I Infra q. 42. ar. 5. ad 1. & q. 45. art. 3. cor. * Aristot.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd experientia non sit causa spei. Experientia enim ad vim cognitiuam pertinent, vnde philosophus dicit in 2. Ethic. * quòd virtus intellectualis indiget experimento, & tempore, spes autem non est in vi cognitiua, sed in appetitiua, vt dictum est. * ergo experientia non est causa spei.

* Art. 1. * Aristot. cap. 15.

¶ 2 Præterea. Philosophus dicit in 2. Rheto. * quòd senes sunt difficiles spei propter experientiam, ex quo videtur, ꝙ experientia sit causa defectus spei, sed non est idem causa oppositorum, ergo experientia non est causa spei.

* Aristot. tex. 34.

¶ 3 Præterea. Philosophus dicit in 2. de cęlo. * quòd de omnibus enunciare aliquid, & nihil prætermittere quandoque est signum stultitiæ, sed quòd homo tentet omnia, ad magnitudinem spei pertinere videtur, stultitia autem prouenit ex inexperientia, ergo inexperientia videtur esse magis causa spei quàm experientia.

¶ Sed contra est, quod philosophus dicit in 3. Ethi. * quòd aliqui sunt bonæ spei propter multotiens, & multos vicisse, quod ad experientiam pertinet, ergo experiẽtia est causa spei.

* Arist. c. 2.

¶Hic consequenter D. S. agit de causis spei, quia enim non tã longus est tractatus de spe sicut de delectatione, & tristitia, & etiã amore, ideo in vna quæstione determinat de spe, & eius contrario & causa. Et primò quærit de causis eius. Secundò de effectibus art. 7. Et primò de causa quæ est experientia.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictũ est. * spei obiectum est bonum futurum arduum possibile adipisci, potest ergo aliquid esse causa spei, vel quia facit homini aliquid esse possibile, vel quia facit eum existimare aliquid esse possibile.

* Arti. 1.

¶ D. S. distinguit duplicem modum causandi spem, dans intelligere duplicem intellectum quæsiti. Secundò conformiter distinctè respondet, ibi. Primo modo, &c. Primum facit tali conclusione distinctiua, & fundamentali. Aliquid potest esse causa spei dupliciter, vel quia facit homini, &c. vt in littera. Probatur, quia spei obiectum est bonum futurum arduum possibile adipisci, ergo cõclusio vera, consequentia nota.

¶ Primo modo est causa spei omne illud, quod auget potestatem hominis sicut diuitiæ, & fortitudo, & inter cętera etiam experientia; nam per experientiam homo acquirit facultatem aliquid de facili faciendi, & ex hoc sequitur spes, vnde Vegetius dicit in libro de re militari. Nemo facere metuit, quod se bene didicisse confidit. Vegetius.

¶Hic consequenter secundùm prædicta distinctè respondet. Et primò partialiter secundùm duos modos prædictos, quo ad secundum, ibi. Alio modo, &c. Secundò ex dictis infert conclusionem plenè responsuam, & totalem, ibi. Sic ergo, &c. Respondet ergo iuxta primum intellectum quæsiti, videlicet an experientia sit causa spei, ex eo, quòd facit homini aliquid esse possibile, tali conclusione. Experientia est causa spei primo modo. Probatur, omne illud, quod auget potestatẽ hominis est isto modo causa spei, sed experientia est huiusmodi, ergo, &c. Maior patet ex conclusione distinctiua, & exemplariter de diuitijs, & fortitudine. Minor probatur, quia per experiẽtiam homo acquirit facultatem aliquid de facili faciendi. Consequenter cum dicit.

¶ Alio modo est causa spei omne illud, quod facit alicui existimationem, quòd aliquid sit sibi possibile, & hoc modo, & doctrina, & persuasio quælibet potest esse causa spei; & sic etiam experientia est causa spei inquantum, scilicet per experientiam fit homini existimatio, ꝙ aliquid sit sibi possibile, quod impossibile ante experiẽtiam reputabat.

¶Respondet iuxta secundum intellectum quæsiti, scilicet an experientia causet spem ex hoc, quòd facit hominem æstimare aliquid esse possibile, & hoc duabus conclusionibus responsi. Secundam ibi. Sed per hunc, &c. Prima est, hoc modo, scilicet causandi spem, & doctrina, & persuasio, & etiam experientia potest esse causa spei. Probatur, omne illud hoc modo est causa spei, q̃d facit alicui æstimationem, quòd aliquid sit sibi possibile; sed experientia est huiusmodi, ergo, &c. Maior patet ex conclusione distinctiua. Minor claret in littera, quia per experientiam homini fit existimatio, ꝙ aliquid sit sibi possibile, &c. Consequenter ibi.

¶ Sed per hunc modum experientia potest esse causa defectus spei, quia sicut per experientiam fit homini existimatio, quòd aliquid sibi sit possibile, quod reputabat impossibile; ita è conuerso per experientiam fit homini existimatio, quòd aliquid non sit sibi possibile, quod possibile existimabat.

¶ Subiungit secundam conclusionem iuxta secundum intellectum quæsiti talem, per hunc modum, scilicet ratione cognitionis & æstimationis, experientia potest esse causa defectus spei. Probatur clarè in littera, quia sicut per experiẽtiam, &c. Nec est impossibile aliquid vnum secundum diuersa causare contrarios, & diuersos effectus, sic experiẽtia ratione cognitæ vel existimatæ impossibilitatis causat defectum spei, ideſt facit vt aliquis non speret vbi inexpertus sperat; ratione verò cognitæ, & æstimatæ possibilitatis causat spem. Tunc ibi.

¶ Sic ergo experientia est causa spei duobus modis, causa autem defectus spei vno modo, & propter hoc magis dicere possumus eam esse causam spei.

¶ Infert ex iam determinatis conclusionem responsuam totalem, ponens quid sit magis respondendum quæsito, scilicet magis dicere possumus experientiam esse causam spei quàm defectus eius. Probatur, illud quod est causa spei duobus modis, defectus autem eius vno tantum modo, magis ponitur causa, &c. experientia est huiusmodi, ergo, &c. Maior nota. Minor patuit ex prędictis.

¶ Et confirmantur prima, & secunda conclusiones argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd experientia in operabilibus non solùm causat scientiam, sed etiam causat quendam habitum propter consuetudinem qui facit operationem faciliorem, sed & ipsa virtus intellectualis facit ad potestatem facile operandi, demonstrat etiã aliquid esse posibile, & sic causat spem.

¶ Maior vera experientia est in intellectu, sed tamen aliquid frequenter experiendo causatur habitus etiam in appetitu, sicut morales virtutes acquisitæ causantur ex reiteratione actionis. Et secundò dato, quòd sit tantum in vi cognitiua, negatur consequẽtia, tum quia, & virtus intellectualis facit facultatem aliquid operandi, & sic facit aliquid possibile, tum quia demonstrat aliquid esse possibile, & facit æstimationem possibilitatis, vnde potest esse causa spei modis dictis in corpore.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in senibus est defectus spei propter experientiam, inquantum experientia facit existimationem impossibilis. Vnde ibidem subditur, quòd eis multa eueniunt in deterius.

¶ Maiorem concedo, quòd experientia est etiam causa defectus spei, quando facit æstimationem, & cognitionem impossibilitatis, & difficultatis, Vtra, idem non est causa, &c. secundùm idem, & sic

& sic in proposito experientia vt facit cognoscere possibilitatem est causa spei, vt sic autem non est causa defectus eiusdem, sed vt facit cognoscere impossibilitatem. Et hoc non est inconueniens, vt dicebat conclusio vltima.

¶ Ad tertium dicendum, quòd stultitia, & inexperiẽtia possunt esse causa spei quasi per accidens, remouendo scilicet scientiam propter quam verè existimatur aliquid esse nõ possibile; vnde ea ratione inexperientia est causa spei, qua experientia est causa defectus spei.

¶ Maior vera, quòd stultitiæ est omnia tentare, & sperare per accidens remouendo veram scientiam, per quam cognoscitur aliquid impossibile, conceditur & consequens dempto, magis, quia inexperientia est causa spei ea ratione qua inexperientia est causa defectus spei, quia per inexperientiam putatur possibile, & per experientiam existimatur impossibile, sed non magis, quia experientia est causa per se spei, quia verè cognoscitur aliquid possibile, sed inexperientia est causa spei per accidens, quia aufert cognitionem qua iudicaretur aliquid in veritate impossibile, per inexperientiam autem iudicatur possibile, sed falsò, quare dicit D.S. Eadem ratione, quia experientia est causa defectus spei, quia videlicet cognoscitur aliquid impossibile. Vnde eadem ratione opposito modo se hñte experiẽtia est causa defectus spei, quia cognoscitur impossibile in veritate, & stultitia est causa spei, quia habetur possibile, & non cognoscitur impossibile, sicut est in veritate.

Vtrum in iuuenibus, & ebriosis spes abundet.

Infra q.45. ar.3.cor. K AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd iuuentus, & ebrietas non sint causa spei, spes enim importat quandam certitudinem, & firmitatem. Vnde ad Heb.6. Spes comparatur anchoræ; sed iuuenes, & ebrij deficiũt à firmitate, habent enim animum de facili mutabilem, ergo iuuentus, & ebrietas non est causa spei.

¶ 2 Præterea. Ea quæ augent potestatem maximè sunt causa spei, vt supra dictum est.* sed iuuentus, & ebrietas quandam infirmitatem habent adiunctam, ergo non sunt causa spei.

Ar.præcc. ¶ 3 Præterea. Experientia est causa spei, vt dictum est. sed iuuenibus experientia deficit, ergo iuuentus non est causa spei.

Arist.c.3. ¶ Sed contra est quod philosophus dicit in 3. Ethi. quòd inebriati sunt benè sperantes, & in 2. Rhetoricorũ,
Arist.c.12 dicitur. quòd iuuenes sunt bonæ spei.

¶ Hic inquirit simul de duabus causis spei, scilicet iuuentute, & ebrietate.

Aristot. ¶ Respondeo dicendum, quòd iuuẽtus est causa spei propter tria vt philosophus dicit in 2. Rheto. & hæc tria possunt accipi secundùm tres conditiones boni, quod est obiectum spei, quod est futurum, & arduum, & pos-
Ar.primo. sibile vt dictum est. Iuuenes enim multum habent de futuro, & parum de præterito, & ideo quia memoria est præteriti, spes autem futuri parum habent de memoria, sed multum viuunt in spe. Iuuenes etiam propter caliditatem naturæ habent multos spiritus, & ita in eis cor ampliatur, ex amplitudine autem cordis est, quòd aliquis ad ardua tendat, & ideo iuuenes sunt animosi, & bonæ spei. Similiter etiam illi qui non sunt passi repulsam, nec experti impedimenta in suis conatibus de facili reputãt aliquid sibi possibile, vnde & iuuenes propter inexperiẽtiam impedimentorum, & defectuum, de facili reputant aliquid sibi possibile, & ideo sunt bonæ spei.

¶ D.S. secundùm quòd quæsitum est de duplici causa spei, respondet singillatim de qualibet. Et primò de iuuentute. Secundò de ebrietate, ibi. Duo etiam. Tertiò ex superabundanti infert vnã conclusionem responsi. vniuersalem, ibi. Et propter, &c. Circa primum respondet tali conclusione, Iuuentus est causa spei propter tria. Probatur conclusio auctoritatè philosophi, & ratione sic. Iuuentus est causa spei secundùm tres conditiones boni, quod est obiectum spei, quod est futurum, & arduum, & possibile, igitur cõclusio vera. Antecedens deducitur iuxta tres partes suas clarè in littera. Vel posset sic argui pro cõclusione, illud est causa spei propter tria, quod habet multum de futuro, & facit tendere ad ardua, & aliquid apprehendi sub ratione possibilis; sed iuuentus est huiusmodi, ergo, &c. Maior probatur ex conditionibus obiecti ipsius spei. Minor explicatur per totum. Deinde cum dicit.

¶ Duo etiam istorum sunt in ebrijs, scilicet caliditas, & multiplicatio spirituum propter vinum, & iterum inconsideratio periculorum vel defectuum.

¶ Respondet quo ad ebrietatẽ tali conclusione implicitè. Ebrietas est causa propter duas causas, probatur quia in ebrietate sunt duo, quæ scilicet sunt in iuuentute; scilicet caliditas, &c. vt in littera, ergo conclusio vera. Antecedens notum, consequentia tenet ex dictis. Deinde ibi.

¶ Et propter eandem rationem etiam omnes stulti, & deliberatione non vtentes, omnia tentant, & sunt bonæ spei.

¶ Infert ex dictis conclusionem generalem de omni defectu vsus rationis talem, propter eandem rationem, scilicet inconsiderationis periculorum, & defectum rationis, etiam omnes stulti, & deliberatione non vtentes sunt bonę spei. Patet ex dictis, quia ideo ebrietas, & iuuentus sunt causa spei, ideo stultitia, &c.

¶ Confirmantur ambæ primæ conclusiones argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in iuuenibus, & in ebrijs licet non sit firmitas secundùm rei veritatem, est tamen in eis secundùm eorum æstimationem; reputãt enim se firmirer assecuturos iliud, quod sperant.

¶ Minor vera, in veritate deficiunt, sed tamen putant se firmos, & stabiles, quare est ibi spes, sed non durabilis, postquam enim vinum digestum fuerit, aliter sentiũt, sperant enim dum sunt in tali dispositione, quia sine defectu assecuturi sint, quod sperant.

¶ Et similiter dicendum ad secundum, quòd iuuenes & ebrij habent quidem infirmitatem secundùm rei veritatem, sed secundùm eorum existimationem habent potestatem, quia suos defectus non cognoscunt.

¶ Ad minorem similiter dicitur, quòd sunt in veritate infirmi, putant autem se fortes. Et quia spes est motus appetitiuus sequens æstimationem etiam falsam, ideo talem æstimationem de re etiã non existente sequitur spes.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non solùm experientia, sed etiam inexperientia est quodammodo causa spei vt dictum est.* *Ar.

¶ Maior vera, sed non adæquata, & conuertibilis, sed tunc, quia facit æstimationem possibilitatis in veritate, quam æstimationem potest facere etiam inexperientia, licet falsam plerumque, & etiã, quia experientia facit potentiam, & facultatem consequend, quia inexpertus etiam præsumere potest. Minor vera, tamen non deficit æstimatio possibilitatis, & præsumptio virtutis, quare negatur consequentia,

Vtrum spes sit causa amoris.

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd spes nõ sit causa amoris, quia secundùm Aug. 14. de Ciui. Dei.* prima affectionum animæ est amor, sed spes est quædam affectio animæ, amor ergo præcedit spem non ergo spes causat amorem.

¶ 2 Præterea. Desiderium præcedit spem, sed desiderium causatur ex amore, vt dictum est.* ergo etiam spes sequitur amorem, non ergo causat ipsum.

¶ 3 Præterea. Spes causat delectationem vt supra dictum est.* sed delectatio non est nisi de bono amato, ergo amor præcedit spem.

¶ Sed contra est, quod dicitur Matth. 1. super illud. Abraam genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. dicit gl. id est fides spem, spes charitatem, charitas autem est amor, ergo amor causatur à spe.

¶ Hic consequenter D. S. inquirit de effectibus spei, & primò de amore.

¶ Respondeo dicendum, quòd spes duo respicere potest. Respicit enim sicut obiectum bonum speratum, sed quia bonum speratum est arduum possibile; aliquando autem fit aliquod arduum possibile nobis, non per nos, sed per alios; ideo spes etiam respicit illud per quod fit nobis aliquid possibile.

¶ D.S. rñdet distinctè iuxta vnã distinctionẽ bimembrem quã primò præmittit, secundò subiungit dnas conclusiones, primã ibi. Inquãtũ igitur, &c. secũdã ibi. Inquãtũ verò, &c. Dicit ergo primo q̃ spes põt habere duplex obiectũ, vnũ propriũ (.s. bonũ speratũ) aliud, qđ aliqua spes (quæ est expectatio) respicit p qđ fit nobis aliquid possibile; & rõ huius mẽbri secũdi quia bonũ speratũ aliquã fit nobis quandoq; possibile per alios. Consequenter cum dicit.

¶ Inquan-

1. ¶ Inquantum igitur spes respicit bonum speratum; spes ex amore causatur, non enim est spes nisi de bono desiderato, & amato.

¶ Subiungit primam conclusionem responsi. secundùm primũ modum prędictum. Spes non causat amorem boni sperati, immo causatur ex eius amore. Probatur illud non causat spes, quod in sperante necessariò præsupponitur ante spem, sed amor boni sperati necessariò præsupponitur spei, igitur, &c. Maior nota. Minor patet, quia nihil speramus nisi desideratum, & amatum, &c. Consequenter ibi.

¶ Inquantum verò spes respicit illum per quem fit aliquid nobis possibile, sic amor causatur ex spe, & non è cõuerso. Ex hoc enim, quòd per aliquem speramus nobis posse prouenire bona, mouemur in ipsum sicut in bonũ nostrum, & sic incipimus ipsum amare.

¶ Ponit secundam conclusionem responsi. quo ad secundum membrum dictum, talem, amor illius per quem consequimur bonum causatur ex spe, & non è contra, scilicet non causatur spes ex amore, quo eum amamus actiuè. Hanc conclusionem probat primò quo ad primam partem, secũdò quo ad secundam, ibi. Ex hoc autem, &c. primam sic, omne illud est causa amoris alterius, quod facit alium haberi tanquam bonum nostrum; sed spes facit vt ille per quem speramus consequi bonum, habeatur tanquam bonum nostrum, saltem causaliter; igitur talis spes est causa amoris eius. Maior nota extra litteram, quia amor est de illo quod vel qui habetur tanquam bonum nostrum, ergo, &c Minor patet de se, quia causat in nobis bonum. Tunc ibi.

¶ Ex hoc autem, quòd amamus aliquem, non speramus de eo nisi per accidens, inquantum scilicet credimus nos reamari ab ipso; vnde amari ab aliquo facit nos sperare de eo; sed amor eius causatur ex spe quam de eo habemus. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

¶ Probat secundam partem conclusionis secundæ scilicet, & nõ è contra amor, scilicet actiuus est causa spei in eum. Probatur, illud est causa spei ergo alium vel in alium, quod facit vt æstimemus eum nobis benefacturum, & collaturum bonum; sed amor hoc non facit, scilicet quòd quia ego amo eum, quod ipse mihi bene faciat nisi per accidens, inquãtum & ipse me amat, ergo amor, quo videlicet amo, non causat spem, sed amor quo sum amatus passiuè, vnde amari est causa spei non amare; & per hoc D.S. vult satisfactum esse argumentis in oppositum adducendis. De materia istius articuli habet D.S. infra q.42.art.4. & 2.2.q.17.art.7. & 8.

¶ Propter argumentum in contrarium nota ex secunda secundæ, quia charitas est amor perfectus amicitiæ quo diligitur Deus propter se. Spes autem fundatur in amore imperfecto, scilicet cõcupiscentiæ beatitudinis, & boni sperati; qui amor prior est amore perfecto, ideo spes præcedit charitatem, scilicet Dei, sed nõ præcedit omnem amorem scilicet suijpsius, & amorem boni sperati, qui amor ad seipsum est amicitiæ, sed ad bonum sibi optatum concupiscentiæ; & ita hæc ratio est pro prima parte secundę conclusionis responsi.

¶ Ad primum, maior vera, quia scilicet nihil speratur nisi amatum, & desideratum, & nihil oditur, nisi quia cõtra amatum; nam etiam inclinationes, scilicet recessiuæ à malo, deriuantur ab inclinatione in bonum, vt patuit supra q.36. artic. primo, & secundo. Minor vera. Amor ergo, &c. Verum, rei speratæ præcedit spem, sed spes illius rei præcedit amorem, præsertim perfectum, & amicitiæ illius à quo spero bonum amatum consequi, & sic amor cõcupiscentiæ rei amatæ, & desideratæ præcedit spem eiusdem rei; & spes illius rei saltem imperfecta, præcedit amorem amicitiæ illius per quem spero consequi; spes ergo causatur ex amore concupiscentiæ, & inducit in amorem amicitię, quo inducto spes augetur & crescit, &c. & est pro prima conclusione responsi.

¶ Ad secundum, maior vera, & patuit ar.4. ad tertium, sed desiderium rei speratæ præcedit spem. Minor vera ex amore rei desideratæ, sed non ex amore eius actiuo per quem puto me posse cõsequi, ergo spes sequitur amorem, verum, vt dicit prima conclusio.

¶ Ad tertium maior vera, & patuit supra q.32. ar.3. quia præsens constituit bonum delectabile, vt patuit. Minor vera, ergo amor rei speratæ, & delectantis secundùm spem est prius amata, antequam sperata delectet. Verum, & hoc vult prima conclusio pro qua arguunt istæ tres rationes.

Vtrum spes conferat ad operationem, vel magis impediat.

M AD octauum sic proceditur. Videtur, quòd spes non adiuuet operationem, sed magis impediat. Ad spẽ enim securitas pertinet, sed securitas parit negligentiam quæ impedit operationem; ergo spes impedit operationem.

q.37.ar.2. ¶ 2 Præterea. Tristitia impedit operationem, vt supra dictum est. sed spes quandoque causat tristitiam. Dicitur enim Prouer. 14. Spes quæ differtur affligit animam, ergo spes impedit operationem.

* Art.4. ¶ 3 Præterea. Desperatio contrariatur spei, vt dictũ est.* sed desperatio maximè in rebus bellicis adiuuat operationem, dicitur enim 2. Reg. 12. quòd periculosa res est desperatio, ergo spes facit contrarium effectũ, impediendo scilicet operationem.

¶ Sed contra est, quod dicitur primæ ad Cor. 9. quòd qui arat debet arare in spe fructus percipiendi, & eadem ratio est in omnibus aliis.

¶ Inquirit de alio effectu qui est adiuuare operationem.

¶ Respondeo dicendum, quòd spes per se habet, q̃ adiuuet operationem intendendò ipsam, & hoc ex duobus. Primò quidem ex ratione sui obiecti, quod est bonum arduum possibile; existimatio enim ardui excitat attentionem, existimatio verò possibilis non retardat conatum, vnde sequitur, quòd homo intentè operetur propter spem.

¶ D.S. respondet breuiter tali conclusione. Spes per se habet, q̃ adiuuet operationem intendendo ipsam. Quam probat dupliciter primò sic, quicquid excitat attentionem, iuuat operationem faciẽdo eam intentè fieri, sed spes est huiusmodi, igitur &c. Minor probatur in littera, quia habet existimationem ardui quæ excitat intentionem, ex quo enim res habetur tanquam cum difficultate habenda, oportet diligenter attendere. Sed diceret aliquis obiectum eius etiam habetur tanquam possibile, & per consequens est minor feruor. Soluit D.S. existimatio possibilis non retardat conatũ, immo auget, & ergo ibi est maior attentio in spe, & maior conatus, &c. Deinde ibi. Conclusio

¶ Secundò verò ex ratione sui effectus, spes enim vt supra dictum est.* causat delectationem quæ adiuuat operationem, vt supra dictum est.* vnde spes operationem adiuuat. *q.32. art. 3.ad.2. & q. 33.arti.4. & q.35.ar.3.

¶ Probat alia ratione eandem conclusionem sic. Omnis delectatio adiuuat operationem, sed delectatio est effectus spei, igitur sperans fortius operatur, quia delectatur in operatione qua sperat se consequi bonum speratum.

¶ Et secundùm illam rationem confirmatur conclusio argumẽto in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd spes respicit bonum consequendum, securitas autem respicit malum vitandum, vnde securitas magis videtur opponi timori, quàm ad spem pertinere, & tamen securitas non causat negligentiam nisi inquantum diminuit existimationem ardui, in quo etiam diminuitur ratio spei. Illa enim in quibus homo nullum impedimentum timet, quasi iam non reputantur ardua.

¶ Maior negatur, immo opponitur magis timori quàm ad spẽ pertineat, quia respicit malum vitandum sicut, & timor. Timor enim est de malo, timens non posse facilè vitare. Securus autem habet certitudinem de euitatione. Minor vera, parit negligentiã inquantum diminuit existimationem ardui. Putat enim, quòd non sit difficile vitare quæ ingerunt malum, & sic etiam diminuitur ratio spei quæ requirit æstimationem ardui. Sed negatur consequẽtia, immo debet inferri, ergo spes auget operationem, quia securitas diminuit vt opponitur spei ex parte æstimationis ardui, ergo ipsa spes auget, quia requirit talem æstimationem. Cum secundo, quia securitas non pertinet ad spem, &c. Quare etiam patet, quòd non sunt idẽ securitas, & spes, immo aliqualiter opponuntur, &c. De securitate infra. q.45. artic. primo ad tertium quomodo opponitur timori priuatiuè.

¶ Ad secundum dicendum, quòd spes per se causat delectationem, sed per accidens est vt causet tristitiam, vt supra dictum est.* *q.32.ar.3. ad secũdũ.

¶ Maior vera quandoque & de per accidens, sed per se causat delectationem, & de hoc supra q.32. artic.3. ad secundum, quia de per se facit præsentiam delectabilis secundùm esse apprehensum, & secundùm facultatem, & sic est causa delectationis, ratione verò realis absentiæ causat tristitiam. Quare negatur consequentia, quia magis iudicãdum est de eo, quod est per se quàm de eo, quod est per accidens, & quatuuis realis absentia ratione cuius contristat etiam requiratur ad spem, tamen videtur, quòd esse præsens, & esse in facultate sperantis prius se habeat ad rationem spei, ideo dicitur magis causa delectationis quàm tristitiæ.

¶ Ad

¶ Ad tertium dicendum, quòd desperatio in bello fit periculosa propter aliquam spem adiunctam. Illi enim qui desperant de fuga debilitantur in fugiendo, sed sperant mortem suam vindicare, & ideo ex hac spe acrius pugnant, vnde periculosi hostibus fiunt.

¶ Ad minorem negatur, quòd desperatio secundùm se iuuet nisi ratione spei adiunctæ, immo si nulla spes, esset nulla operatio consequeretur, vnde desperantes de fuga non fugiunt, sed non desperant tales de vindicta mortis suæ, quare fortiter pugnant se vindicando; si autem, & de vindicta desperarent nihil facerent, nec essent periculosi hostibus; quare desperatio in rebus bellicis non iuuat, sed aliqua spes cum desperatione, ita tamen, quòd spes non haberet materiam nisi præuia desperatione, si enim sperarent posse effugere, tũc nõ haberet locũ vindicta mortis q̃ sperãt.

Quæstio quadragesimaprima.

De timore.

COnsequenter considerandum est primò de timore & secundò de audacia. Circa timorem considerãda sunt quattuor. Primò de ipso timore. Secundò de obiecto eius. Tertiò de causa ipsius. Quartò de effectu. Circa primum quæruntur quattuor. Primò, vtrum timor sit passio animæ. Secundò, vtrum sit specialis passio. Tertiò, vtrum sit aliquis timor naturalis. Quartò de speciebus timoris.

¶ Postquam D.S. determinauit de prima contugatione passionum irascibilis, hic agit de secunda, videlicet timore, & audacia, & patet ratio ordinis; quia spes præcedit audaciam, & timor accidit ex desperatione vincendi; prior est autem timor quàm audacia, quia est recessus à malo qui magis per se est quàm audacia quæ dicit accessum ad malum, & ratio omnium iam dictorum patuit supra. q. 25. artic. 3. in cor. Circa timorem autem quattuor considerantur vt in littera. Circa timorem secundùm se duo fiunt, primò inquiritur conditio timoris, secundò diuiditur ar. 4. Circa primum primò inquirit quid sit, secundò assignatur quædam proprietas eius art. 3. Circa primum primò ostenditur quòd timor sit passio, secundò quòd specialis passio ar. 2.

Vtrum timor sit passio animæ.

Infra ar. 2. cor.

NAD primum sic proceditur. Videtur, quòd timor non sit passio animæ. Dicit enim Damas. in li. 3.* quòd timor est virtus secundùm sistolem, ideſt contractionem essentiæ desideratiua; sed nulla virtus est passio, vt probatur in 2. Ethicorum. ergo timor non est passio.

* Damasc. cap. 2.

¶ 2 Præterea. Omnis passio est effectus ex præsentia agentis proueniens: sed timor non est de aliquo præsenti, sed de futuro, vt Damascꝰ dicit in 2. lib.* ergo timor non est passio.

* Damasc. cap. 12.

¶ 3 Præterea. Omnis passio animæ est motus appetitus sensitiui qui sequitur apprehẽsionem sensus, sensus autem nõ est apprehẽsiuus futuri, sed præsentis, cum ergo timor sit de malo futuro, videtur quòd non sit passio animæ.

* Aug. c. 7. & 9. to. 5.

¶ Sed contra Aug. in 14. de Ciui. Dei.* enumerat timorem inter alias animæ passiones.

¶ Hic primò inquirit de quidditate timoris.

¶ Respondeo dicendum, quòd inter cæteros animæ motus post tristitiam, timor magis ratione obtinet passionis, vt enim supra dictum est.* ad rationem passionis primò quidem pertinet, quòd sit motus passiuæ virtutis, ad quam scilicet comparetur suum obiectum per modum actiui mouentis, eo quod passio est effectus agentis, & per hũc modum etiam sentire, & intelligere dicũtur pati. Secundò magis propriè dicitur passio motus appetitiuæ virtutis habentis organum corporale, qui fit cũ aliqua transmutatione corporali. Et adhuc proprijssimè illi motus passiones dicuntur, qui important aliquod nocumentum.

* q. 22. ar. 1.

Conclusio.

¶ D.S. respondet tali conclusione. Verissimè competit timori ratio passionis, tamen post tristitiam. Huius conclusionis D.S. deducit primò primam partem, secundò infert totalem conclusionem, & probat secundam partem ibi. Vnde verissimè, &c. Quo ad primam partem arguitur sic. Omnis motus passiuę virtutis, & appetitiuæ habẽtis organum, ratione cuius fit cum transmutatione corporali corruptiua, & nociua verissimè dicitur passio, sed timor est virtutis passiuæ appetitiuæ, & fit cum transmutatione corporali, & importat aliquod nocumentum, igitur, &c. huius rationis D.S. declarat primò maiorẽ, secũdo minorẽ, ibi. Manifestũ est, &c. Maior ergo patet clarè in littera ex q. 22. arti. 1. & tangit triplicem acceptionem passionis ibidem politam. Deinde cum dicit.

¶ Manifestum est autem, quòd timor cum sit de malo ad appetitiuam potentiam pertinet, quæ per se respicit bonum, & malum; pertinet autem ad appetitum sensitiuum, sit enim cum quadam transmutatione, scilicet cõtractione, vt Damas. dicit.* & importat etiam habitudinem ad malum, secundùm quòd malum habet quodammodo victoriam super aliquod bonum.

* Idem.

¶ Declarat minorem clarè in littera quo ad singulas partes. Deinde ibi.

¶ Vnde verisimè sibi competit ratio passionis, tamen post tristitiam quæ est de præsenti malo, nam timor est de malo futuro, quod non ita mouet sicut præsens.

¶ Infert conclusionem tesponsiuam cum secunda parte quam probat. s. quòd post tristitiam Maior est passio isto modo dicta, scilicet sonans in malum; & inferens nocumentum, quæ est de præsenti malo, quàm quæ est de futuro; sed tristitia est de præsenti, timor de futuro, igitur, &c. Maior patet, quia futurum non ita mouet sicut præsens, & patuit etiam supra q. 37. ar. 4. in cor. Patet ex probatione dicta, quòd timor sensitiui appetitus est propriè passio, quia habet omnes tres conditiones requisitas ad passionẽ propriè dictam. Timor autem voluntatis est passio secundùm primã conditionem, & importat nocumentum, sed non corporale immediatè; De definitione timoris hr̃ in D.S. in 3. di. 34. q. 2. ar. 1. q. 1.

¶ Confirmatur conclusio auctoritate Augustini in argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd virtus nominat quoddam principium actionis, & ideo inquantum interiores motus appetitiuæ virtutis sunt principia exteriorum actuum, dicuntur virtutes, Philosophus autem negat passionem esse virtutem quæ est habitus.

¶ Ad maiorem dictum est supra q. 26. ar. 2. ad primum. quia timor est virtus prout omne principium operationis dicitur virtus, sed non est virtus habitualis. Ad minorem, nulla virtus habitualis est passio, tamen stando in lata acceptione virtutis. Negatur minor, & consequentia; De mouere secundùm systolem dictum est aliquid supra q. 24. arti. 2. ad secundum vide D.S. in tertio supra vbi statim.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut passio corporis naturalis prouenit ex corporali præsentia agentis, ita passio animæ prouenit ex animali præsentia agentis absque præsentia corporali vel reali, inquantum scilicet malum quod est futurum realiter, est præsens secundùm apprehensionem animæ.

¶ Ad maiorem, proueniens ex præsentia aliqua passio naturalis, & corporalis, prouenit ex reali, & corporali præsentia, sed passio animalis prouenit ex animali præsentia, quæ est secundùm esse apprehensum.

¶ Minor negatur, quòd non sit de præsenti aliquo modo, scilicet de præsentia animali, est quidem de futuro in se, & secundùm rem, tamen illud futurum in se actu apprehensum immutat appetitum, & consequenter corpus immutatione corruptiua, ad mouere enim appetitum sufficit præsentia in esse apprehensio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sensus non apprehendit futurum, sed ex eo, quòd apprehendit præsens, animal naturali instinctu mouetur ad sperandum fugiendum futurum bonum, vel timendum futurum malum.

¶ Maior vera est, tñ ex apprehensione præsentis potest ex instinctu naturæ moueri in futurum ac si apprehenderet vel bonum sperando vel malum timendo, de spe patuit q. 40. art. 3. vidẽs enim canis alium canem flagellari fugit, timens ne, & ipse flagelletur, & videns sibi nunc proijci panem vel carnem sperat, & postea se accepturum; vnde ex his quæ in præsenti apprehendit mouetur in futurum; quare in animalibus brutis est aliquid æquiualens apprehensione futuri, scilicet instinctus naturæ proueniens ex impressione primi intellectus; in homine verò non est quæstio quin appetitus sensitiuus mouetur in futurum à ratione.

Vtrum timor sit specialis passio.

ADsecundum sic proceditur. Videtur, quòd timor non sit specialis passio. Dicit enim Aug. in li. 83. q.* quòd quem non examinat metus, neque cupiditas eum vastat, nec ægritudo, ideſt tristitia eum macerat, nec ventilat

* q. 30.

tilat gestiens, & vana lætitia; ex quo videtur, quòd remoto timore omnes aliæ passiones remouentur, non ergo passio est specialis, sed generalis.

* Arist. c. 2.

¶ 2 Præterea. Philosophus dicit in 6. Ethi.* q̃ ita se habet in appetitu ꝓsecutio, & fuga, sicut in intellectu affirmatio, & negatio; sed negatio non est aliquid speciale in intellectu sicut nec affirmatio, sed aliquid commune ad multa; ergo nec fuga in appetitu; sed nihil est aliud timor quàm fuga quædam mali, ergo timor non est passio specialis.

¶ 3 Præterea. Si timor esset passio specialis, percipuè in irascibili esset; est autem timor etiam in concupiscibili. Dicit enim Philosophus in 2. Rhetoricorum.* quòd timor est tristitia quædam. Et Damas. dicit.* q̃ timor est virtus desideratiua; tristitia autem & desiderium sunt in concupiscibili, vt supra dictum est,* non est ergo passio specialis cum pertineat ad diuersas potentias.

* Arist. c. 5. * Damasc. li. 3. ca. 23.

* q. 30. & 35. ar. 1.

¶ Sed contra est, quòd condiuiditur alijs passionibus animæ, vt patet per Damas. in 2. libro.*

* Dam. c. 15

¶ Hic secundo inquirit de differentia, & distinctione timoris.

¶ Respondeo dicendum, quòd passiones animæ recipiunt speciẽ ex obiectis, vnde specialis passio est, quæ habet speciale obiectum; timor autẽ habet speciale obiectum sicut, & spes. Sicut enim obiectum spei est bonum futurum arduum possibile adipisci, ita obiectum timoris est malum futurum difficile cui resisti non potest, vnde timor est specialis passio animę.

¶ D.S. respondet tali conclusione. Timor est specialis passio. Probatur, specialis passio est quæ habet speciale obiectum, sed timor habet speciale obiectũ, ergo, &c. Maior probatur, quia passiones animæ recipiunt speciem, & per consequens distinctionẽ ex obiectis. Minor probatur, quia malum futurum arduum cui non potest resisti, scilicet de facili, vt patet in solutione tertij.

¶ Et confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd omnes passiones animæ deriuantur ex vno principio, scilicet ex amore, in quo habent adiuuicem cõnexionem; & ratione huius connexionis remoto timore remouentur aliæ passiones animæ, non ideo quia sit passio generalis.

¶ Ad illam. Ex quo videtur, dicitur, remoto timore non ratione sui quasi ipse includat omnes passiones, sed ratione communis radicis omnium, remouentur omnes aliæ passiones, scilicet ratione amoris in quo omnes connectũtur; ita quòd ablato timore, vt oritur ex amore, remouentur omnes aliæ, quia non existente metu vel timore vt oritur ex amore, amor non existit, & per consequẽs nulla passio; sed non loquitur de timore secundùm se, quòd eo sublato auferatur omnis passio.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ non omnis fuga appetitus est timor, sed fuga ab aliquo speciali obiecto, vt dictum est.* & ideo licet fuga sit quoddam generale, tamẽ timor est passio specialis.

* In cor.

¶ Conceditur totum vsque ibi. Sed nihil est aliud timor quàm fuga quædam mali. Negatur, quòd sit fuga in communi, & quælibet fuga; sed est talis specialis fuga respectu specialis obiecti, vt dictum est in cor. Et hic accipere potes, quia verum est, quod supra dicebatur. q. 30. ar. 3. ad tertium, quia fuga non significet proprium oppositum, & passionem oppositam concupiscentiæ, sed est nomẽ nimis generale, quia extendit se ad omnem motum appetitus recessiuum à malo.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ timor nullo modo est in concupiscibili, non enim respicit malum absolutè, sed cũ quadã difficultate vel arduitate, vt ei resisti vix possit. Sed quia passiones irascibilis deriuãtur à passionibus concupiscibilis, & ad eas terminãtur, vt supra dictũ est.* ideo timori attribuũtur ea quæ sunt cõcupiscibsiti, dicitur em timor esse tristitia inquãtũ obiectũ timoris est cõtristans si præsens fuerit, vnde & Philosophus dicit ibidẽ.* ꝙ timor procedit ex phãtasia futuri mali corruptiui vel cõtristatiui. Similiter, & desideriũ attribuitur à Damas. timori; quia sicut spes causatur vel oritur a desiderio boni, ita timor est ex fuga mali; fuga autem mali oritur ex desiderio boni, vt ex supra dictis patet.*

* q. 25. ar. 1.

* Et ca. Eodem.

* q. 25. ar. 2.

¶ Negatur, ꝙ timor sit in cõcupiscibili. Ad probationem dicitur, ꝙ est tristitia quædam finaliter, & terminatiuè, id est cum aduenit, quod timebatur malum, sequitur tristitia in concupiscibili, quia passiones irascibilis terminantur in irascibili, & Damascenus intelligitur principiatiuè; & originaliter; quia videlicet timor procedit ex fuga, & odio mali, & illa fuga iterum prouenit ex aliquo desiderio, & amore boni, vt patuit supra. q. 25. ar. 2. D.S. tamen in tertio supra ad primum dicit, quòd Damascenus capit desiderium largè, pro appetitu, qui communis est, & irascibili, & concupiscibili.

Vtrum timor aliquis sit naturalis.

PAD tertium sic proceditur. Videtur, quòd timor aliquis sit naturalis. Dicit enim Damas. in tertio lib.* quòd est quidam timor naturalis nolente anima diuidi à corpore.

* Damasc. cap. 23.

¶ 2 Præterea. Timor ex amore oritur, vt dictũ est.* sed est aliquis amor naturalis, vt Dionys. dicit quarto ca. de Diui. no. ergo etiam est aliquis timor naturalis.

* Art. 2. ad primum.

¶ 3 Præterea. Timor opponitur spei, vt supra dictũ est.* sed est aliqua spes naturæ, vt patet per id, quod dicitur Rom. quarto, de Abraham, quòd contra spẽ naturę in spẽ gratię credidit, ergo etiã est aliquis timor naturæ.

* q. 40. ar. 4. ad primũ. D. Paul. Abraham.

¶ Sed contra, ea quæ sunt naturalia communiter inueniuntur in rebus animatis, & inanimatis; sed timor non inuenitur in rebus inanimatis, ergo timor non est naturalis.

¶ Hic D.S. inquirit de vna proprietate timoris, scilicet naturalitate.

¶ Respondeo dicendum, quòd aliquis motus dicitur naturalis, quia ad ipsum inclinat natura, sed hoc contingit dupliciter. Vno modo, quòd totum perficitur à natura absque aliqua operatione apprehensiuæ virtutis, sicut moueri sursum est motus naturalis ignis, & augeri est motus naturalis animalium, & plantarum. Alio modo dicitur motus naturalis ad quem natura inclinat, licet nõ perficiatur nisi per apprehensionem, quia sicut supra dictum est.* motus cognitiuæ, & appetitiuæ virtutis reduc̃untur in naturam sicut in principium primum. Et per hunc modum etiam ipsi actus apprehensiuæ virtutis, vt intelligere, sentire, & memorari, & etiam motus appetitus animalis quandoque dicuntur naturales.

* q. 17. art. 9. ad secundum, & clarius supra q. 10. art. 1.

¶ D.S. distinctè respondet secundùm ꝙ primò distinguit de duplici naturalitate motus, secundò subiungit conclusiones duas responsiuas; primam ibi. Et per hunc modum, &c. secundam ibi. Sed secundùm primam, &c. D.S. ergo præmittit per modum notabilis quod exponit variam significationem vnius termini quæsiti. Naturalis motus, extensè etiam pro actu secundo; dicitur autem naturalis, quia ad eam inclinat natura, sed hoc contingit dupliciter, vno modo, quia sequitur naturam, & formam substantialem sine omni apprehensione. Alio modo quia natura quidem inclinat ad hoc, sed non perficitur nisi mediante apprehensione, sicut dictum fuit supra. q. 10. ar. 1. in cor. ꝙ voluntas naturaliter vult suum obiectum de per se, & omnia quæ naturaliter cõueniunt volenti, sicut intelligere viuere, & esse, &c. & talis ergo appetitus naturalis, ideſt fundatus in natura; potest esse mediante apprehensione.

¶ Nota diligenter hãc distinctionem, quia ad multa valet; vult enim, ꝙ aliquis motus dicitur naturalis, vel quia ex inclinatione naturali tantùm determinata ad vnum absque cognitione coniuncta, & talis motus procedit ex amore naturali, qui non est actus elicitus, sed inclinatio naturæ indita; secundo autem modo motus vel actus dicitur naturalis, non quia solùm ex inclinatione naturali, sed concurrente apprehensione obiecti.

¶ Et nota, ꝙ talis motus potest dici animalis vel intellectualis, & naturalis, diuersis rationibus; vt enim est ab inclinatione naturæ, & determinatus ad vnum prosequẽdum vel fugiendum, dicitur naturalis; vt autem est mediante apprehensione sensitiua vel intellectiua, dicitur animalis vel intellectualis motus. Et patet ex hoc ꝙ motus, & actus qui dicitur naturalis in cognoscẽtibus est actus elicitus, vnde in proposito timor naturalis est ad quem natura inclinat necessariò, & naturaliter, quia videlicet apprehenso, tali obiecto natura necessariò ipsum timet, & ita est naturalis principiatiuè, & specificatiuè, quia natura inclinat ad eum, & est de obiecto, quod necessariò timetur, & non potest non timeri, sicut mortem quis naturaliter timet, &c.

¶ Nota etiam verbum D.S. cum dicit. Et per hunc etiã ipsi actus apprehensiuæ virtutis, &c. quandoq; dicuntur naturales. Patet ex hoc ꝙ cum dicitur. Homo natura scire desiderat, ꝙ illud desideriũ est actus elicitus, quia est respectu naturaliter desiderabilis; patet etiam, quòd intelligere principiorum est actus elicitus patet etiã, quòd appetitus animalis naturalis est elicitus, & dicitur naturalis principiatiuè,

principiatiuè,& ſpecificatiuè,&c Dicit autem noranter, quándoque,quia videlicet non quodlibet intelligere eſt naturale, ſed tãtùm intelligere,quod eſt determinatum ad vnum, quod videlicet eſt de obiecto in cuius intellectionem natura inclinat, & cuius oppoſito non poteſt aſſentire;alij autem motus intellectus vel appetitus reſpectu eorum ad quæ natura non inclinat, vel ad quæ non eſt determinatio neceſſariò non dicuntur naturales. Conſequenter cum dicit.

¶ Et per hunc modum poteſt dici timor naturalis, & diſtinguitur à timore non naturali ſecundùm diuerſitatem obiecti. Eſt enim vt Philoſophus dicit in 2. Rhetoricorum. * timor de malo corruptiuo,quod natura refugit propter naturale deſiderium eſſendi,& talis timor dicitur eſſe naturalis.

* Ariſt. ca. 5.10. 6.

¶ Reſponder iuxta ſecundum modum naturalitatis motus prędictum,tali concluſione. Timor aliquis poteſt dici naturalis ſecũdo modo,aliquis non naturalis,& diſtinguuntur ab inuicẽ Hanc concluſionem probat primò quo ad primam partem, ſecũdò quo ad ſecundam,ibi. Et iterum. Quo ad primam ſic,ille timor dicitur naturalis qui eſt de malo corruptiuo,quod eſt contra naturam;ſed aliquis eſt de huiuſmodi malo, ergo aliquis eſt naturalis. Maior eſt philoſophi.2.Rhetо.Minor de ſe patet,quia aliquis timet mortem,& alia corruptiua naturæ propter naturale deſiderium eſſendi, quia igitur talis timor prouenit ex inclinatione naturæ, ideo eſt naturalis. Vnde poſſet argui,ille timor eſt naturalis qui procedit ex inclinatione naturæ,ſed aliquis eſt huiuſmodi,ille.ſ. qui eſt de malo corruptiuo,qđ natura refugit,igitur,&c. Cõſequenter ibi.

¶ Et iterũ de malo contriſtatiuo, quod non repugnat naturæ,ſed deſiderio appetitus; & talis timor non eſt naturalis,ſicut etiã ſupra.* amor,concupiſcẽtia,& delectatio diſtincta ſunt per naturale,& non naturale.

* q.30.ar.3. q.31.art. 7.

¶ Probat ſecundam partem cõcluſionis dictæ, ꝙ aliquis timor ſit non naturalis,ſic. Ille timor dicitur non naturalis qui eſt de malo non contrario naturæ, nec per conſequens natura inclinat de propinquo ad eius fugam (ſed appetitui etiam quãdoque inordinato) ſed aliquis eſt de huiuſmodi malo,igitur, &c. Sed quòd diſtinguantur adinuicem timor naturalis,& non naturalis. Probatur ſic,quæ habent diuerſa obiecta diſtinguuntur,ſed illi timores habent diuerſa obiecta,igitur,&c. Minor patuit ex iam dictis. Secũdò probatur à ſimili de concupiſcentia, & amore, vt patuit ſupra q.26 ar.2.De concupiſcentia q.30.ar.3.Et de delectatione q.31.ar. 7. Deinde cum dicit.

¶ Sed ſecundùm primam acceptionem naturalis ſciẽdum eſt,quòd quædam de paſſionibus animæ quandoque dicuntur naturales, vt amor, deſiderium, & ſpes; aliæ verò naturales dici non poſſunt, & hoc ideo, quia amor, & odium, deſiderium & fuga important inclinationem quandam ad proſequendum bonum, & fugiendum malum, quæ quidem inclinatio pertinet etiam ad appetitum naturalem, & ideo amor eſt quidam naturalis;& deſiderium vel ſpes poteſt quodammodo dici etiã in rebus naturalibus cognitione carentibus.

Concluſio

¶ Subiungit ſecundam concluſionem reſponſiuam quo ad primum modum naturalis motus. Et primò facit,quod dictum eſt. Secundò elicit quoddam corollarium cuius deductio eſt argumentorum adducendorum ſolutio,ibi. Et ideo,&c. Concluſio ergo eſt. Secundum primum modum naturalis, prout tota inclinatio perficitur à natura,aliquæ paſſiones,id eſt nomina paſſionum dicuntur naturales, id eſt ſignificant,& poſſunt attribui rebus purè naturalibus vt amor deſiderium, & ſpes;aliæ verò, id eſt alia nomina aliarum paſſionum non attribuuntur rebus purè naturalibus. Huius concluſionis D.S.probat primò primam partem, ſecundò ſecundam,ibi. Sed aliæ,&c Primam ſic,amor,odium,deſiderium,& fuga,important inclinationem quandam ad proſequendum bonum,& fugiendum malum,ſed ad iſta ſufficit inclinatio appetitus naturalis,igitur,&c. Deinde ibi.

¶ Sed aliæ paſſiones animæ important quoſdam motus, ad quos nullo modo ſufficit inclinatio naturalis, vel quia de ratione harum paſsionum eſt ſenſus ſeu cognitio,ſicut dictum eſt.* quòd apprehenſio requiritur ad rationem delectationis,& doloris, vnde qui carent cognitione non poſſunt dici delectari vel dolere; aut quia huiuſmodi motus ſunt contra rationem inclinationis naturalis, puta quòd deſperatio refugit bonum propter aliquã difficultatẽ, & timor refugit impugnationem mali contrarij, ad quod eſt inclinatio naturalis.

* q.31.art. 4.q.35.ar.1.

¶ Declarat ſecundã partem dictæ concluſionis ſecundę ſic. Alię paſſiones animę à dictis ſupra important,&c. ſed ad illas nõ ſufficit inclinatio appetitus naturalis, quia vel de ratione illarum eſt cognitio, vel quia ſunt contra rationem inclinationis naturalis, vt eſt deſperatio,& timor, igitur aliæ paſſiones à dictis non attribuuntur rebus purè naturalibus primo modo. Habetur autem ex iſta ſecunda concluſione,quòd timor non eſt naturalis primo modo. Tunc ibi.

¶ Et ideo huiuſmodi paſsiones nullo modo attribuũtur rebus inanimatis. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

¶ Elicit ex dicta concluſione, & eius ratione tale corollarium, quod frangit argumentũ in contrarium, ꝙ huiuſmodi paſſiones,ſcilicet requirentes cognitionem vel exiſtentes cõtra rationẽ inclinationis naturalis,non attribuuntur rebus inanimatis,patet de ſe, qa in inanimatis non eſt cognitio nec inclinatio contra naturam. Et ex his deductionibus ſoluentur argumenta ſequentia.

AD ARGVMENTVM in cõtrarium. Ad maiorem quæ ſunt naturalia primo modo ad quæ ſufficit inclinatio naturæ, & non requirunt cognitionem, nec ſunt contra inclinationem naturę,talia inueniuntur in rebus inanimatis,& animatis. Minor vera, igitur non eſt naturalis primo modo.

¶ Ad primum,ad auctoritatẽ Damaſceni dicitur,ꝙ intelligitur de naturali ſecundo modo,vt patuit, quia eſt de malo in cuius fugã natura inclinat.ſ.morte;& ſic dupliciter naturalis,ex parte principij,& obiecti; ſed non eſt naturalis quaſi ſequatur formam ſuę omni apprehenſione ; vnde quæ nullo modo habent appetitum ſenſitiuum,nec cognitionem non timent mortem, &c.

¶ Ad ſecundũ,maior vera,tñ plus requiritur ad timorem quàm amorẽ, vniuerſaliter accipiendo amorem, videlicet,cognitio,& ad minus fuga quædam impugnationis cõtrarij eſt de ratione timoris,quod contrariatur naturali inclinationi qua vnumquodque impugnat ſuũ contrarium. Minor vera,ſed negatur conſequentia propter iam dictam diuerſitatem tactam in ſecunda concluſione.

¶ Ad tertium,negatur conſequentia breuiter, quia ſpes non requirit cognitionem,& eſt ſecundùm inclinationem naturæ, quia calor aggreditur aliquod arduum difficile impugnando, & ſperando vincere,ſcilicet aliquod difficulter ignibile, ſed plus requiritur ad timorem ; opponuntur quidem ex parte obiecti, vt patuit ar. 2. in cor.tamen timor habet repugnantiam ad inclinationem purè naturalem non ſpes.

Vtrum conuenienter Damaſcenus. aſſignet ſex ſpecies timoris, ſcilicet ſegnitiem, erubeſcentiam, verecundiam, admirationem, ſtuporem, agoniam.

AD quartum ſic proceditur. Videtur,ꝙ inconueniẽter Damaſ. * aſsignet ſex ſpecies timoris,ſcilicet ſegnitiem, erubeſcentiam, verecundiam,admirationem, ſtuporem,agoniã. Vt em̃ Philoſophus dicit in 2. Rhet.* timor eſt de malo contriſtatiuo,ergo ſpecies timoris debent reſpõdere ſpeciebus triſtitiæ ; ſunt autem quattuor ſpecies triſtitiæ, vt ſupra dictum eſt. * ergo ſolùm debẽt eſſe quattuor ſpecies timoris eis correſpondentes.

* 2.2.q.125. ar.1. Damaſ. lib.2.ca. 15. quattuor ſpecies timoris. Damaſ. lib.2.ca. 15. quattuor ſpecies triſtitiæ. 4.ethic. 2.ethic. 3.ethic. 4.ethic.

¶ 2. Præterea.Illud,quod in actu noſtro conſiſtit,noſtræ poteſtati ſubijcitur, ſed timor eſt de malo quod excedit poteſtatẽ noſtrã, vt dictũ eſt.* nõ ergo ſegnicies,& erubeſcentia, & verecundia,quæ reſpiciunt operationẽ noſtram,debent poni ſpecies timoris.

* 4.ethic.

¶ 3 Præterea.Timor eſt de futuro, vt dictũ eſt.* ſed verecundia eſt de turpi actu iam commiſſo vt.Greg.Nic. dicit. *ergo verecundia non eſt ſpecies timoris.

* 4.ethic.

¶ 4 Præterea. Timor non eſt niſi de malo,ſed admiratio,& ſtupor ſunt de magno,& inſolito,ſiue bono ſiue malo;ergo admiratio,& ſtupor nõ ſunt ſpecies timoris.

¶ 5 Præterea. Philoſophi ex admiratione ſunt moti ad inquirendum veritatem , vt dicitur in principio Metaphy. * timor autem non mouet ad inquirendum , ſed magis ad fugiendũ,ergo admiratio non eſt ſpẽs timoris.

* Ariſtot. 1 Meta. in medio. * Greg. Nic. ecclitica Damaſc. lib 2. ort. fid. ca. 15. * Ariſt.

¶ Sed in contrarium ſufficiat auctoritas Damaſc. * & Gregorij Niceni.

¶ Hic vltimò D.S.quærit de diuiſione timoris.

¶ Reſpondeo dicendum , ꝙ ſicut dictum eſt. * timor eſt de futuro malo,quod excedit poteſtatem timentis,vt ſcilicet ei reſiſti non poſsit; ſicut autem bonum hominis ita & malum poteſt conſiderari,vel in operatione ipſius, vel in exterioribus rebus.

D.S.deducit

¶ D.S. deducit talem concluſionem reſponſiuam in corpore.

Concluſio. Conuenienter aſſignantur hæ ſpecies ſex timoris. Probatur. Timor eſt de futuro malo,quod excedit poteſtatem timentis,vt ei de facili reſiſti non poſſit (& ſupple quot modis tale malum diuerſificatur,tot ſunt ſpecies timoris) ſed illud malũ ſex modis diuerſificatur,ergo concluſio vera.Huius rationis maior nota ex ar 2.Minor probatur ſic, malum poteſt conſiderari, vel in operatione hominis, vel in exterioribus rebus , ſed malum in operatione eſt triplex, ſimiliter malum in exterioribus eſt triplex , igitur minor vera Maior huius minoris ſecundæ declarat primò primam partem, cum dicit.

¶ In operatione autem ipſius hominis poteſt duplex malum timeri.Primò quidem labor grauans naturam,& ſic cauſatur ſegnities,cum ſcilicet aliquis refugit operari propter timorem excedentis laboris.Secundò turpitudo lædens opinionem , & ſic ſi turpitudo timeatur in actu committendo,eſt erubeſcentia , ſi autem ſit de turpi iam facto,eſt verecundia.

¶ Deinde ſecundò ſecundam partem minoris clarè cum dicit.

¶ Malum autem,quod in exterioribus rebus conſiſtit tripliciter poteſt excedere hominis facultatem ad reſiſtendum. Primò quidem ratione ſuæ magnitudinis,cum aliquis ſcilicet conſiderat aliquod magnum malum cuius exitum conſiderare non ſufficit, & ſic eſt admiratio. Secundò ratione diſſuetudinis,quia ſcilicet aliquod malum inconſuetum noſtræ conſiderationi offertur , & ſic eſt magnum noſtra reputatione , & hoc modo eſt ſtupor , qui cauſatur ex inſolita imaginatione. Tertio modo ratione improuiſionis , quia ſcilicet prouideri non poteſt ſicut futura infortunia timentur, & talis timor dicitur agonia.

¶ De iſta materia vide D.S. in de Veritate Materia 26.art.4. ad ſeptimum.

¶ Et confirmatur concluſio reſponſiua argumẽto in contrariũ.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ illæ ſpecies triſtitiæ quæ ſupra poſitæ ſunt. * non accipiuntur ſecundùm diuerſitatem obiecti,ſed ſecundùm effectus , & ſecundùm quaſdam ſpeciales rationes, & ideo non oportet , quòd illæ ſpecies triſtitiæ reſpondeant iſtis ſpeciebus timoris quæ accipiuntur ſecundùm diuiſionem propriam obiecti ipſius timoris.

* q.35.arti. 2.

¶ Maior vera,ad illam , ergo , &c. Negatur illa pars aſſumpti, loquendo de ſpeciebus propriè dictis ipſius timoris , & ſpeciebus extraneis triſtitiæ,de quibus ſupra q.35.arti.8. Et ratio diuerſitatis eſt in ſolutione, quia ſpecies timoris aſſignantur propriè pœnes diſtinctionem obiectorum quæ diſtinguuntur in ratione mali futuri, ſed ſpecies , ſcilicet extraneæ triſtitiæ diſtinguuntur non ſecundùm obiecta vniuerſaliter, ſed ſecundùm effectus, & ſecũdùm ſpeciales rationes, quare non oportet , quòd correſpondeat.

¶ Ad ſecundum dicendum , ꝙ operatio ſecundùm ꝙ iam fit ſubditur poteſtati operãtis,ſed aliquid circa operationem conſiderari poteſt facultatem operantis excedens , propter quod aliquis refugit actionem , & ſecundùm hoc ſegnities, erubeſcentia, & verecundia ponuntur ſpecies timoris.

¶ Maior vt iacet negatur. Dico quidem, ꝙ operatio, ſecũdũ ꝙ fit, ſubijcitur poteſtati noſtræ, ſed id, quod coniungitur operationi, nõ ſemper ſubeſt poteſtati noſtræ, propter ꝙ aliquis timet operationem, ſicut turpitudo vel magnus labor. Ex hoc enim quis timet hoc facere,quia turpe eſt vel laborioſum.Negatur conſequẽtia,quia non reſpiciunt operationem ſecundùm ſe,ſed ratione alicuius coniuncti, quod eſt malum arduum difficulter fugibile.

¶ Ad tertium dicendum,quòd de actu præterito poteſt timeri conuitium vel opprobrium futurum,& ſecũdum hoc verecundia eſt ſpecies timoris.

¶ Ad minorem , dico quòd eſt de turpi actu commiſſo de quo timetur confuſio,& opprobrium,vel conuitium futurum . Quare non eſt de præterito vt ſic , ſed vt habet annexum aliquod futurũ malum,cuius ipſe actus præteritus eſt cauſa demeritoria. Negatur ergo conſequentia,&c.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non quælibet admiratio , & ſtupor ſunt ſpecies timoris , ſed admiratio quæ eſt de magno malo , & ſtupor qui eſt de malo inſolito. Vel poteſt dici, quòd ſicut ſegnities refugit laborem exterioris operationis , ita admiratio , & ſtupor refugiunt difficultatem cõſiderationis rei magnæ , & inſolitę,ſiue ſit bona ſiue mala,vt hoc modo ſe habeat admiratio , & ſtupor ad actum intellectus , ſicut ſegnities ad exteriorem actum.

¶ Ad minorem dupliciter.Primo negando, ꝙ admiratio ſit de magno bono vt hic loquimur , immo eſt ſolùm de magno malo, cuius exitum aliquis non poteſt aduertere , & ſic timet ne vergat in magnum detrimentum ſui , & tali modo eſt timor de malo ratione alicuius futuri,ſcilicet exitus,& finis ignorati, qui poteſt eſſe malus,& nociuus.Secundò dicitur, ꝙ admiratio , & ſtupor poſſunt eſſe de bono,& malo materialiter,& remotè, ſed ſunt de malo ſicut obiecto propinquo. ſ. de difficultate conſiderationis rei magnæ,& inſolitę,ſiue ſit bona ſiue mala; quæ difficultas eſt malum quoddam ſicut ſegnicies refugit operationẽ exteriorem propter laborem, ita admiratio refugit actum intellectus circa rẽ magnam propter difficultatem talis actus , & ſtupor refugit conſiderationem circa rem inſolitam propter difficultatem apprehendẽdi , & cognoſcendi quò res illa tendat . Vnde dictum eſt ſupra, quòd magna triſtitia facit hominem ſtupidum , ſic quòd non ſcit quo diuertere debeat propter difficultatem cognoſcendi remediũ euaſionis mali . Et iſte eſt alius modus diſtinguendi admirationẽ , & ſtuporem, quàm in cor.

¶ Ad quintum dicendum , quòd admirans refugit in præſenti dare iudicium de eo, quod miratur,timens defectum,ſed in futurum inquirit;ſtupens autem timet, & in præſenti iudicare,& in futuro inquirere, vnde admiratio eſt principium philoſophandi,ſed ſtupor eſt philoſophicæ conſiderationis impedimentum.

¶ Ad maiorem.Ex admiratione ſunt moti ad inquirendum,ſed ſtante admiratione non iudicauerunt ſerẽdo ſententiam propter timorem deficiendi.Dictum eſt enim ad quartum, ꝙ admiratio fugit actum intellectus,ſcilicet iudicium de magnis propter difficultatem bene iudicandi in tali actu difficili. Ad minorem dico, ꝙ timor vniuerſaliter non mouet ad inquirendum in futuro . Negatur.Verum mouet ad fugiendum iudicium in magnis in præſenti,tamen poſtea inquirit de veritate. Et quid illa res magna velit, & quorſum tendat. Sicut cum accidit aliqua plaga magna inconſueta,conſueuimus admirari,& nõ iudicamus quid ſit,ſed inquirimus,& conferimus adinuicem. Sed verũ eſt, quòd aliquis timor qui eſt ſtupor excludit , & in præſenti iudicium , & in futuro inquiſitionem , &c.

Quæſtio quadrageſimaſecunda.

De obiecto timoris.

DEinde conſiderandum eſt de obiecto timoris , & circa hoc quæruntur ſex.Primò,vtrum bonum ſit obiectum timoris vel malum . Secundò, vtrum malum naturæ ſit obiectum timoris. Tertiò,vtrum timor ſit de malo culpæ.Quartò,vtrũ ipſe timor timeri poſſit.Quintò,vtrum repentina magis timeantur. Sextò,vtrum ea cõtra quæ non eſt remedium magis timeantur. R

¶ Poſtquam determinauit de timore ſecundùm ſe tangendo ſolùm obiectum in communi,iam quærit de obiecto timoris.Et primo de ſubſtantia obiecti,an ſit bonum vel malum . Secundò inquirit quæ faciunt ad augmentum huius obiecti in 5.ar. Circa primum primò fit, quod dictum eſt. Secundò determinatur dubium in 4.ar.Circa primum primò oſtenditur , quòd malum ſit obiectũ timoris, ſecundò inquiritur quale malum in 2.ar.

Vtrum bonum ſit obiectum timoris vel malum.

AD primum ſic proceditur. Videtur,ꝙ bonũ ſit obiectum timoris.Dicit enim Aug.in li.83.q.* quòd nihil timemus niſi ne id,quod amamus aut adeptum amittamus, aut non adiſpiſcamur ſperatum;ſed id,quod amamus eſt bonum , ergo timor reſpicit bonum ſicut proprium obiectum.

Infra ar. 3. & 4. cor. & q.42. art.2. & 5. cor. & & q.43 art. 1.co'. E 2. 2.q.19.arti. 11.cor.fin. Et 3.li 26. o.1.ar.2.co. * quæſt.35. * Ariſt.c.5.

¶ 2 Præterea. Philoſophus dicit in 2.Rheto.* quòd poteſtas,& ſuper alium eſſe , eſt terribile,ſed huiuſmodi eſt quoddam bonũ,ergo bonum eſt obiectum timoris.

* Damaſc. cap.12.

¶ 3 Præterea.In Deo nihil malũ eſſe poteſt,ſed mãdatur nobis vt Deũ timeamus,ſm illud Pſal.Timete Deũ omnes ſancti eius,ergo,& timor eſt de bono.

Pſalm.

¶ Sed contra,eſt quod Damaſc.dicit in 2.li.* quòd timor eſt de malo futuro.

¶ Hic primò quærit de quidditate , & ratione obiecti timoris. an videlicet formale obiectũ terminatiuũ ſit malũ , quod.ſ.timet.

¶ Reſpondeo

¶ Respondeo dicendum, quòd timor est quidam motus appetitiuæ virtutis; ad virtutem autem appetitiuam
*Arist.c.2. pertinet prosecutio, & fuga, vt dicitur in 6. Ethicorum. * Est autem prosecutio boni, fuga autem mali; vnde quicunque motus appetitiuæ virtutis importat prosecutionem, habet aliquod bonum pro obiecto, quicunque autem importat fugam, habet malum pro obiecto; vnde cũ timor fugam quandam importet, primò & per se respicit malum sicut proprium obiectum.

¶ D.S. respondet duabus conclusionibus distinctè, secũdam ponit ibi. Potest autem respicere, &c. Prima est, timor primò, & per se respicit malum sicut proprium obiectum. Et vult conclusio, ꝙ malum est obiectum formale, quod timetur; & fugitur. Secunda autem conclusio sequens vult, quòd bonum potest esse ratio fugæ, & causa eius, quod per se timetur. Probatur conclusio. Quicunq; motus appetitiuę virtutis importat prosecutionem, habet bonum pro obiecto. Quicunque verò importat fugam habet malum pro obiecto; sed timor importat quandam fugam appetitus, igitur primò, & per se est mali. Maior probatur à principio quo ad ambas partes. Minor nota, igitur, &c. Consequenter ibi.

¶ Potest autem respicere etiam bonum secundùm ꝙ habet habitudinem ad malum, quod quidem potest esse dupliciter. Vno quidem modo in quantum per malũ priuatur bonũ, ex hoc autem ipso est aliquid malũ, quod est priuatiuum boni; vnde cũ fugiatur malum, quia malũ est, sequitur vt fugiatur, quia priuat bonum, quod quis
*Augustli. 33.q. 33. in prin.to.4. amando prosequitur, & secundùm hoc dicit Aug. * ꝙ nulla est causa timendi nisi ne amittatur bonũ amatũ.

¶ Ponit secundam conclusionem respõsiuã propter argumenta in oppositum adducenda, & primò probat ipsam, secũdò ex ea soluit argumenta, ibi. Et per hũc modum, &c. Conclusio ergo est, timor potest respicere etiam bonum, sed secundùm ꝙ habet habitudinem ad malum; probatur sic, Bonum est ratio vt malum timeatur, & bonum est causa ipsius mali, igitur timor potest respicere bonum, secundùm ꝙ habet duplicem habitudinem ad malũ, consequentia nota. Antecedens probatur primò quo ad primam partem, secundò quo ad secundam, ibi. Alio modo, &c. Quo ad primam, quia timetur malũ, quia malũ, sed ex hoc ipso est aliqd malũ, quia priuatiuũ boni. Et ergo timor respicit aliquo modo bonũ ((scilicet táquá rationem propter quam timet malũ.) Et ex hoc D.S. verificat auctoritatem beati Augustini allegatam in argumento primo. Et vult per hoc, argumentum primum adducendum esse solutum, quia bonum timetur sicut ratio timoris. ¶ Et nota hic haberi, quod supra dictum est, quia videlicet bonum est solũ per se obiectum appetitus, quia nec malum fugitur, nisi ratione ămoris boni, habet ergo bonũ habitudinem ad malum, sicut ratio fugiẽdi malum, & sicut priuatum per malum. Consequenter ibi.

¶ Alio modo comparatur bonũ ad malũ, vt causa ipsius, inquantũ. s. aliquod bonũ sua virtute potest inducere aliquod nocumentũ in bono amato; & ideo sicut spes
*q. præcedenti. ar.7. vt supra dictũ est. * ad duo respicit. s. ad bonum, in quod tendit, & ad id per quod sperat se bonum concupitum adipisci; ita etiam timor ad duo respicit, scilicet ad malũ, quod refugit, & ad illud bonum, quod sua virtute potest infligere malum.

¶ Probat secundam partem antecedentis pro secunda conclusione sic, aliquod bonum sua virtute potest inducere nocumentũ in bono amato. Et ideo, &c. vt in littera, ergo bonũ est causa ipsius mali. Vel posset sic argui, sicut est de spe, ita & de timore, sed spes aliqua quæ etiam est expectatio, respicit bonum, & illũ qui iuuat ad consecutionem boni igitur sic erit de timore, quod respicit malum, & cum qui potest inferre illud malum siue nocumentum, & de his habetur secunda secundæ. q. 19. ar. 1. Deinde ibi.

¶ Et per hunc modũ Deus timetur ab hoĩe, inquantũ potest infligere pœnam vel spiritualẽ vel corporalem. Per hunc etiã modum timetur potestas alicuius hominis, maximè quando est lęsiua vel quando est iniusta; quia sic in promptu habet nocumentum inferre; ita etiam timetur super alium esse, ideſt inniti alij, vt scilicet in eius potestate sit constitutum nobis nocumentum inferre, sicut ille qui est conscius criminis, timetur ne crimen reuelet. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

¶ Soluit argumenta vltima duo in oppositum sequentia ex dicto secundo modo habitudinis boni ad malum. Et exponit primò auctoritatem tertij argumenti. Deinde etiam auctoritatem secũdi argumenti, & patebunt postea.

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima conclusione responsiua.

¶ Ad primũ. Maior vera, nihil timemus nisi ratione amati boni, sed illud bonum in se non timemus, sed in habitudine ad malum, quia timemus ipsum amittere, vel timemus non adipiscẽs speratũ, quæ amissio habet rationẽ mali, quę tñ ideo habet rationẽ terribilis, quia est priuatio boni. Vnde probat secundã partem cõclusionis quo ad primũ modũ habitudinis boni ad malum, &c.

¶ Ad secundi maioré, potestas & super aliũ esse (.i. alteri inniti) sunt terribilia, verũ, vt habent virtutẽ lęsiuã, & habent inferre de facili nocumentũ, ergo bonũ est obiectum, verum, in habitudine ad malũ ſm tecundam habitudinem, inquantũ causa mali. Quid autem sit alteri inniti D.S. declarat in solutione in corpore.

¶ Ad tertium. Maior vera. Iste tamen potest esse causa mali pœnę, & mali secundùm quid, boni simpliciter. Minor vera, ergo bonum in habitudine ad malum potest esse obiectum timoris, sed quod per se directè, & formaliter timetur, est malum, vt patuit.

Vtrum malum naturæ sit obiectum timoris.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd timor non sit de malo naturæ. Dicit enim Philosophus in 2. Rhetoricorum. * quòd timor consiliatiuos facit, nó autem consiliamur de his quę à natura eueniunt, vt dicitur in 3. Ethi. * ergo timor non est de malo naturæ.

¶ 2 Præterea. Defectus naturales semper homini imminent, vt mors, & alia huiusmodi; si igitur de huiusmodi malis esset timor, oporteret, quòd homo semper esset in timore.

¶ 3 Præterea. Natura non mouet ad contraria, sed malum naturæ prouenit ex natura, ergo, quòd timendo aliquis refugiat huiusmodi malum, non est à natura; timor ergo naturalis non est de malo naturæ, ad quem tamen hoc malum pertinere videtur.

¶ Sed contra est, quod Philosophus dicit in 3. Ethi. * ꝙ inter oĩa terribiliſſimũ est mors quæ est malũ naturę.

¶ Hic consequenter quærit de quo malo sit timor obiectiuè. Et primò ostendit de quo malo sit. Secundò de quo malo non sit, sequenti. Quærit autem de malo naturæ magis quàm de damno in alijs rebus; quia cum mala naturæ videntur ab intrinseco oriri, non videntur ita aperte terribilia; de malis enim rerum planum est, &c.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ sicut Philosophus dicit in 2. Rhetoricæ. * timor prouenit ex phantasia futuri mali corruptiui vel contristatiui; sicut autem contristatiuũ malum est, quod contrariatur voluntati, ita corruptiuũ malum, quod contrariatur naturæ, & hoc est malum naturæ, vnde de malo naturæ potest esse timor.

¶ D.S. respondendo sic procedit, primò deducit conclusionem responsiuam sine explicatione. Secundò deducit vnam cõclusionẽ explicatiuam eiusdem, ibi. Sed considerandum, &c. Tertiò infert ex dictis conclusionem responsiuam explicatam, & expositã, ibi. Sic igitur, &c. Conclusio ergo responsiua est, de malo naturæ potest esse timor. Probatur, timor prouenit ex phantasia futuri mali corruptiui, vel contristatiui; sed malum naturæ est corruptiuum, sicut malum imaginationis contristatiuũ, igitur de ipso est timor, Maior est Philosophi, & minor de se nota.

¶ Sed considerandum est, quòd malum naturæ quãdoq, est à causa naturali, & tunc dicitur malum naturæ, non solùm quia priuatur naturæ bonum, sed etiam quia est effectus naturæ, sicut mors naturalis, & alij huiusmodi defectus; aliquando verò malum naturæ prouenit ex causa non naturali, sicut mors quæ violenter infertur à persecutore.

¶ Hic cõsequenter explicat pdictã conclusionẽ, & primò ponit quoddam notabile distinctiuum. Secundò subiungit conclusionem explicatiuam primæ, ibi. Et vtroq; modo, &c. Notat ergo primò vt sciatur quomodo malum naturæ, & quod malum naturæ timeatur, & vult quòd malum naturæ est duplex. Vnum est à principijs naturæ, & quia priuat bonum naturæ, sicut mors, & alij defectus naturales senium, &c. Alio modo dicitur malum naturæ, non quia est effectus naturæ, sed solùm quia priuat bonum naturæ, & vitæ, causatur tamen à principio extrinseco violenter sicut mors violenta. Deinde cum dicit.

¶ Et vtroq; modo malum naturæ quodammodo timetur, & quodãmodo non timetur. Cũ enim timor proueniat ex phantasia futuri mali, vt dicit Philosophus. * illud qđ remouet futuri mali phãtasiã, excludit ẽt timorẽ, quòd

quòd ant non appareat aliquod malum vt futurum, põt ex duobus contingere. Vno quidem modo ex hoc, ꝙ est remotum, & distans, hoc enim propter distantiam imaginamur, vt non futurum, & ideo vel non timemus, vel parum timemus. Vt enim Philosophus dicit in secundo Rhetoricorum. * Quæ valdè longè sunt, non timentur, sciunt enim omnes, ꝙ morientur, sed quia nõ prope est nihil curant. Alio modo æstimatur aliquod malũ, quod est futurum, vt non futurum, propter necessitatem, quæ facit ipsum æstimare, vt præsens; vnde Philosophus dicit in 3. * Rhetoricorum, quòd illi qui iam decapitantur nõ timent videntes sibi necessitatem mortis imminere. Sed ad hoc, quòd aliquis timeat oportet adesse aliquam spem salutis.

¶ Ponit secundam cõclusionem declaratoriam primæ iuxta dictam distinctionem. Vtroq; modo accipiendi malum naturę, malum naturæ quodammodo timetur, quodammõ non timetur. Probatur, illud quod remouet futuri mali phantasiam, excludit timorem; sed nimia distantia, vel necessitas aliquid patiendi, remouet phantasiam futuri; ergo malũ naturæ si accipiatur, vt valde distãs, & per consequens quasi nõ futurum, non timebit. Et ẽt si imaginetur sub necessitate ipsum sustinendi, ẽt non timebitur; igitur cõclusio vera. Maior probatur, quia timor prouenit ex phantasia futuri mali; ergo sequitur maior, minor deducitur in litera clarè.

¶ Sic igitur malum naturæ non timetur, quia nõ apprehenditur, vt futurum. Si verò malum naturæ, quod est corruptiuum apprehendatur vt propinquum, & tamen cum aliqua spe euasionis, tunc timebitur.

¶ Hic in calce corporis D.S. infert conclusionẽ rñsiuam, cũ explicatione, & expositione pdicta clarè. Et nota, ꝙ licet malum naturæ vno mõ proueniat a cã, q̃ est inter hoĩem (.i. a cõpositione ex contrarijs, & ex dño vnius contrarij) quia tñ talis cã non est ipse appetitus, vel voluntas, iõ tale malũ timeri põt, qa est malũ futurũ a cã extra appetitũ. Et per hoc non est repugnantia ad articulos sequẽtes vbi D.S. dicit, ꝙ malũ culpę nõ timẽt, qa est cã intrinseca. Intellige non solũ intrinseca homini, sed ẽt appetitui, qui malũ culpæ amplexat; non sic de morte, quæ appetitui repugnat.

¶ Et confirmatur conclusio rñsiua prima argumẽto in cõtrariũ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd malum naturæ quandoque non prouenit a natura, vt dictum est; secundùm tamen quòd a natura prouenit, & si non ex toto vitari possit, potest tamen differri; & sub hac spe potest esse consilium de vitatione ipsius.

¶ Ad maiorem, timor facit consiliatiuos, præsertim de his, quæ imminent ab extrinseco, & vbi non est necessitas patiendi. Ad minorem dupliciter, non consiliamur de his, quæ sunt a natura, verũ, quòd ea oporteat quandoque ferre, sed tamen consiliamur quomodo possimus ea differre. Tamen consiliantur, & consulũt medici qũo mors possit diu differri. Secundò dico ad minorẽ, ꝙ non oĩa mala naturæ sunt a natura, sed etiam ab extrinseco, vt patuit, & saltem de illis possumus cõsiliari, etiam quomodo ea vitemus. Sicut potest quis consiliari, per quam viam velit incedere, ne a prædonibus, vel vulneretur, vel interficiatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd malum naturæ, etsi semper immineat, non tamen semper imminet de propinquo, & ideo non semper timetur.

¶ Maior vera semper imminent, sed non pro semper, nec semper de propinquo. Vnde negatur consequentia, quia vt dictũ est hmõi mala non timent, nisi cum phantasia propinqui aduentus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd mors, & alij defectus naturæ prouenient a natura vniuersali, quibus tamẽ repugnat natura particularis quantum potest, & sic ex inclinatione particularis naturæ est dolor, & tristitia, de huiusmodi malis cum sunt præsentia, & timor si imminent in futurum.

¶ Maior vera de vna natura (.s. particulari præsertim) talis non mouet in contraria, sed tñ natura vniuersalis mouet in contrariũ naturæ particularis, vt influẽtia cęli corrũpit terrę nascẽtia in hyeme, q̃ tñ corruptio est contra naturas particulares &c. Ad minorẽ, malũ naturæ prouenit ex cã vniuersali, sicut ẽt mors prouenit a Deo inflictiuè, esto proueniat primordialiter, & demeritoriè ex peccato hois. Vltra ergo &c. Si intelligit, ꝙ non sit a natura particulari, negat, & per cõsequẽs, qđ vlterius infertur, etiam negatur.

Vtrum timor sit de malo culpæ.

T 2.2.q.44.ar.1.cor. Augus.

AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ timor possit esse de malo culpæ. Dicit enim Aug. super canonicam Ioannis, * quòd timore casto timet Homo separationem a Deo; sed nihil separat nos a Deo, nisi culpa, secundùm illud Esa. 59. Peccata vestra diuiserunt inter vos, & Deũ vestrũ; ergo timor põt esse de malo culpæ.

¶ 2 Præterea. Tullius dicit in 4. de Tusculanis quæstionibus, * ꝙ de illis timemus cũ futura sunt, de quorũ pñtia tristamur, sed de malo culpæ põt aliquis dolere, vel tristari; ergo etiam aliquis malum culpę põt timere.

¶ 3 Præterea. Spes timori opponitur, sed spes potest esse de bono virtutis, vt patet per Philosophũ in 9. Ethicorum, * & Apostolus dicit ad Gal. 6. Confido de vobis in domino, quod nihil aliud sapietis; ergo etiam timor potest esse de malo culpæ.

¶ 4 Præterea verecundia est quædam species timoris, vt supra dictum est, sed verecũdia est de turpi facto, quod est malum culpæ; ergo & timor.

¶ Sed contra est, quod Philosophus dicit in 2. Rhetoricorum, * quòd non omoia mala timentur, puta si aliquis erit iniustus, aut tardus.

¶ Hic Doct. Sanct. inquirit de alio malo, quod se habet obiectiuè ad timorem.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictũ est, * sicut obiectũ spei est bonum futurũ arduum, quod quis põt adipisci; ita timor est de malo futuro arduo, qđ non põt de facili vitari. Ex quo põt accipi, ꝙ id, quod oĩno subiacet ptãri, & voluntati nr̃æ, non habet rõnẽ terribilis; sed illud solũ est terribile, quod habet cãm extrinsecam; malum aũt culpę propriam cãm habet voluntatem humanam, & ideo propriè non habet rõnem terribilis.

¶ D.S. primò deducit conclusionẽ responsiuã, secundò exponit vnũ terminũ in ea positũ, ibi. Sed quia &c. Conclusio rñ. est. Culpa propriè non habet rõnem terribilis (videlicet in se tamẽ in suo motiuo, & cã, vel in suo effectu) probatur. Omne illud quod oĩno subiacet potestati, & voluntati, non habet rõnẽ terribilis; sed malũ culpæ est hmõi, igitur. Maior probatur a principio, minor patet, quia malum culpæ habet pro cã voluntatem humanã, & p cõsequens est sub potestate nostra. Consequenter cum dicit.

¶ Sed quia voluntas ab aliquo exteriori põt inclinari ad peccandum, si illud inclinans habeat magnam vim, ad inclinandum, secundũ hoc poterit esse timor de malo culpæ inquantũ est ab exteriori cã, puta cũ aliquis timet cõmorari in societate malorũ, ne ab eis ad peccãdũ inducat, sed propriè loquendo in tali dispositione magis timet Hõ seductionẽ, q̃ culpam secũdũ propriã rõnẽ, ideſt inq̃tũ est voluntaria, sic enim nõ hẽt, vt timeat.

¶ Exponit quare dixit in cõclusione, propriè, quia põt quidem culpa timeri in suo motiuo & cã vel occasione, & culpa committẽda, sed hoc non est propriè timere culpã sub propria rõne, q̃ est esse voluntaria cũ committitur. Vnde culpa absens, & in cã timetur; sed culpa, vt actu committitur non timetur, quia dicit defectũ voluntarium actionis, voluntarium autem non timetur.

¶ Confirmatur autem conclusio argumento in contrariũ, quia iniustum, vt est culpa, & committitur, vt sic non timetur &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd separatio a Deo est quædam pœna consequens peccatum, & omnis pœna aliquo modo est ab exteriori causa.

¶ Maior vera. Et de ea habet D.S. secunda secundæ q. 19. ar. 11. & in alijs, sed dico, ꝙ talis separatio est effectus consequẽs culpã, nõ culpa ergo &c. Negatur ꝙ possit esse de culpa secũdũ propriã rõnẽ, quia de rõne culpæ, vt sic, est esse voluntariũ, sed de rõne pœnæ, est esse contra voluntatẽ, & per consequẽs põt timeri. Et nota, ꝙ de rõne pœnæ est esse contra voluntatẽ, q̃tũ ad sustinere, & ferre ipsam, & insi. gi est inuoluntariũ. Tñ demereri pœnã, & se obligare ad pœnã est voluntariũ per accidẽs, & in sua cã, vt supra habitũ fuit q. 20 ar. 5. ad secundũ, & infra sępius habebit. Quæ autẽ sunt de rõne pœnæ, vide D.S. in de Malo q 1. ar. 4. quia oportet, ꝙ sit pp culpam. Secundò, ꝙ contrarietur voluntati. Tertiò ꝙ sit a principio extrinseco. Et ꝙ sit malum voluntarium ipsi actioni, Vide infra q. 87. ar. 2. vbi ponuntur, quæ hic deseruiunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd tristitia, & timor in vno cõueniũt; quia vtrũq; est de malo, dr̃nt aũt ī duob. In vno quidẽ, quia tristitia est de malo pñti, timor de malo futuro. In alio verò, qa tristitia cũ sit incõcupiscibili, respicit malũ absolutè; vñ põt eẽ de quocũq; malo, siue par-

uo, siue magno, timor verò cum sit in irascibili, respicit malum cum quadam arduitate, seu difficultate, quæ tollitur inquantum aliquid subiacet voluntati, & ideo non omnia timemus, quæ sunt futura, de quibus tristamur cũ sunt præsentia; sed aliqua, quæ scilicet, sunt ardua.——

¶ Maior vera; sed non conuertit, ꝙ de illis timeamus de ꝙbus tristamur, quia tristitia cũ sit in cõcupiscibili, põt esse de quocũq; malo, ẽt non arduo; sed iã iniacenti. Timor aũt est in irascibili, & solũ de arduo, quod non est in volũtate, & ptãte nra. Minor vera, sed negat consequẽtia, qa non oĩa timemus, q̃ sunt futura, de quibus tristamur cũ sunt pñtia. Et huius D.S. ponit rõnem in solutione, & est rñsio ad maiorẽ; quia tristitia põt esse de quocũq; malo pñti, sed timor nõ est de quocunq; malo futuro; sed tñ magno, & qđ nõ est in ptãte nra facile subterfugere, quale nõ est culpa &c.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd spes est de bono, quod quis potest adipisci. Potest autem aliquis adipisci bonũ, vel per se, vel per alium, & ideo spes potest esse de actu virtutis, qui est in potestate nostra cõstituros; sed timor est de malo, quod non subiacet nostræ potestati, & ideo sp malũ, quod timet, est a cã extrinseca, bonũ aũt quod speratur, põt esse & a cã intrinseca, & a cã extrinseca. —

¶ Ad maiorẽ, spes opponit timori ſm contrarietatem boni, & mali, tñ non oĩno similiter se habet spes ad bonũ, sicut timor ad malũ; quia spes respicit bonũ, siue proueniat ex virtute ꝓpria siue alterius. Timor aũt solũ respicit malũ, quod est a principio extrinseco, qđ nõ est facile vitandũ. Minor conceditur; sed negatur cõsequẽtia, & rõ diuersitatis iã tacta est, & cã D.S. ponit ī solone.

*q.41.ar.4. ad secũdũ & tertium.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ sicut supra dictum est; * verecundia non est timor de actu ipso peccati, sed turpitudine, vel ignominia, quæ consequitur ipsum, quæ est a causa extrinseca.——

¶ Ad minorẽ. Negat ꝙ sit de facto turpi materialr, id ẽ de actu humano, q est volũtarius; immo est de turpitudine, & cõfusione sequẽti, vel cõcomitãte demeritorię, & cãliter, q̃ cõfusio est ꝓ extrinsecũ ĩferẽs, quare ꝑt timeri; sed culpa, vt volũtaria, & egrediẽs ab agente liberè, non timetur in se; quare negatur consequentia.

Vtrum ipse timor timeri possit.

VAD quartum sic proceditur. Videtur quòd timor timeri non possit. Omne enim quod timetur, timẽdo custoditur ne amittatur; sicut ille qui timet amittere sanitatem, timendo custodit eam; si igitur timor timeatur, timendo se custodiet Homo ne timeat, quod videtur esse inconueniens.

¶ 2 Præterea. Timor est quædam fuga; sed nihil fugit seipsum; ergo timor non timet timorem.

¶ 3 Præterea. Timor est de futuro; sed ille qui timet iam habet timorem, non ergo potest timere timorem.

¶ Sed contra est. Quòd Homo potest amare amorem, & dolere de dolore; ergo etiam pari ratione potest timere timorem.

¶ Hic determinat quoddã dubiũ circa ꝓdicta, qa enim timor ẽ ẽt quoddã malũ absolutè, vt ẽ anxietas de malo futuro, sicut tristitia de præsenti, vt patuit supra q.39.ar.1. Ideo est ratio dubij.

*Ar.præce.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, * illud solũ habet rationem terribilis, quod ex causa extrinseca prouenit, non aũt quod prouenit ex voluntate nra; timor aũt partim prouenit ex cã extrinseca, & partim subiacet voluntati; prouenit quidem ex cã extrinseca, inquantum est passio quædam consequens phantasiã imminentis mali, & secundùm hoc potest aliquis timere timorem, ne scilicet immineat ei necessitas timẽdi propter ingruentiam alicuius excellentis mali.——

¶ D.S. primò determinat q̃stiũ, secundò ostendit, ꝙ nõ obstãt ꝓdicta determinatione, argumenta in oppositum adducenda sint soluẽda ibi. Sed quia &c. Primũ facit tali conclusione respõsiua, timor põt aliquo mõ timeri, aliquo mõ non. Probat, illud solũ hẽt rõnẽ terribilis, quod ex cã extrinseca prouenit, nõ aũt qđ ꝓuenit ex voluntate nra; sed timor partim prouenit ex cã extrinseca, & partim subiacet voluntati, igitur &c. Maior patet ex ar.3. Circa minorem D.S. probat primò primã partem eius, inferens primã partẽ conclusionis, secundò secũdã, inferẽs secũdã partẽ cõclusionis, ibi. Subiacet &c. Prima ergo pars minoris probat, qa prouenit ex phãtasia mali imminẽtis. Et sic timet aliqs timorẽ futurum in sua cã, ita videlicet immineat sibi necessitas timendi in occursu alicuius mali prouenientis ex extrinseca causa. Consequenter ibi.

¶ Subiacet autem voluntati inquantum appetitus inferior obedit rationi; vnde Homo potest timorem repellere; & secundùm hoc timor non potest timeri, vt dicit Auguſt. in libro 83.q.* Auguſt.

¶ Probat secundam partem minoris principalis sic, quia voluntas põt timorem repellere, igitur subiacet voluntati. Antecedẽs patet, quia appetitus inferior obedit rationi. Nota ꝙ bene valent ad propositum quę supra q.17.ar.7. dicta sunt de motu appetitus sensitiui, an obediat rõni. Inquantum enim timor potest consurgere ex apprehensione quandoque non impedibili, tunc prouenit ex extrinseco, & sic põt timeri. Sed timor aliquis, qui non ita subito consurgit, sed põt impediri, & sequitur apprehensionẽ, quæ est in potestate, vel quia põt repelli cũ insurrexerit, sic talis timor non timetur. Est ergo aliquo mõ timor terribilis, aliquo mõ nõ. Et sic idẽ q̃q; est talis, dr terribilis, quia ꝓuenit ex cã extrinseca; & nõ terribilis, quia licet ipse ꝓ nũc non potuerit impediri, tñ si fuisset ꝓcogitatus potuisset impeditus fuisse, vel potuisset ſltatim repelli.

¶ Sed quia rationibus quas inducit, aliquis posset vti ad ostẽdendum, quòd timor nullo modo timeatur; ideo ad eas respondendum est.——

¶ Hic vltimò D. S. ostendit, quòd non obstante prædicta distincta responsione, argumenta adducta sint soluenda, quia posset alicui videri, quòd probarẽt, quòd nullo modo timetur timor, ideo soluenda, quia iam dictum est, quòd aliquo modo timeatur.

¶ Ratio in contrarium confirmat cõclusionem a simili. Et procedit quo ad hoc, quòd timor timetur, sed non est omnino simile de amore, & dolore; quia amor potest habere rationem amabilis per se, sed timor non potest habere rationem terribilis secundùm se, vt est actus appetitus sensitiui; sed ratione causæ extrinsecæ, ad quam quandoque sequitur subito præter imperium rationis; quia & si ratio possit impedire singulos motus sensualitatis, non tamẽ omnes. Et præsertim non eos, qui insurgunt ex subito occursu obiecti, vt patuit supra quæstio. 17. & patebit infra quæstio. 74. articu 3. ad secundum.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ non omnis timor est vnus timor; sed secundùm diuersa, quę timentur sunt diuersi timores; nihil ergo prohibet quin in vno timore aliquis præseruet se ab aliquo timore, & sic custodiat se non timentem illo timore.——

¶ Concedo illam. Si igitur timor timeatur timendo se custodit Homo ne timeat. Verum est, sed alius est timor quo timeo incurrere timorem, & alius est timor a quo Homo timendo se custodit. Vltra, quod videtur inconueniens. Negatur, sed esset inconueniens si poneretur vnus timor, quo Homo se præseruaret ab eodem; sed hoc non dicimus, aliquis namque nunc timendo ne terreatur in morte a diabolo, timendo agit ne incurrat terrorem quem nunc timet; sicut patet de Ioanne Euangelista, qui orabat. Princeps tenebrarum non occurrat mihi, vbi per præsentem timorem fecit ne incurreret futurum. Et ergo non est inconueniẽs, vt per vnum timorem præseruet se ab alio. Timendo enim dicimus omnes. Esto nobis domine turris fortitudinis a facie inimici &c. vbi petimus mediante timore ꝑseruari a timore inimici.

¶ Ad secundũ dicendum, ꝙ cum sit alius timor quo timetur malum imminens, & alius timor quo timetur ipse timor mali imminentis; non sequitur, quòd idem fugiat seipsum, vel quòd sit idem fuga sui ipsius.——

¶ Ad maiorem concedo, quòd quilibet timor est fuga, sed alterius non suiipsius. Minorem concedo, nihil fugit seipsum in numero. Vltra, ergo timor &c. Negatur ista consequentia; sed timor non fugit seipsum, potest tamen timere alium timorem in futuro a se realiter distinctum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd propter diuersitatem timorum iam dictam, timore præsenti potest Homo timere futurum timorem.——

¶ Ad minorem, qui timet iam habet timorem; sed non quem timet, sed quo timet timorem futurum. Ergo &c. Negatur consequentia; quia non est inconueniens, quòd habeatur aliquis timor in præsenti quo timeatur futurus. Sicut dictum est; quia aliquis nunc timet ne terreatur a diabolo. Et potest inueniri in humanis, sicut multi timent ne terreantur de nocte in tenebris.

Vtrum repentina, & insolita magis timeantur.

XAD quintum sic proceditur. Videtur quòd insolita, & repentina non sunt magis terribilia. Sicut enim spes est de bono, ita timor est de malo; sed experientia facit ad augmentum spei in bonis; ergo etiam facit ad augmentum timoris in malis.

Inſra q.45. ar.3. ad 3.

¶ Præterea.

Aristo. * Cap.5.an te mediũ. tom.6.

¶ 2 Præterea. Philosophus dicit in 2.Rheto. * ꝙ magis timentur non qui acutę sunt irę, sed mites, & astuti; cõstat aũt, ꝙ illi, q̃ acutę irę sunt, magis hñt subitos motus; ergo ea quæ sunt subita sunt minus terribilia.

* Cap.8.in fine. to.5.

¶ 3 Præterea. Quæ sunt subita minus considerari pñt, sed tantò aliqua magis timentur, quantò magis cõsiderantur; vñ Philosophus dicit in 3.Ethi. * ꝙ aliqui vñr fortes ꝓp ignorantiã, qui si cognouerint, ꝙ aliud sit, q̃ suspicantur, fugiunt; ergo repentina minus timentur.

Auguſt. * Capi.6.a medio to.1

¶ Sed contra est, quod Aug. dicit in 2.confes. Timor insolita, & repentina exhorrescit rebus, quę amantur aduersantia dum præcauet securitati.

¶ Hic inquirit de his, quæ faciunt ex parte obiecti ad magnitudinem timoris.

* Artic. 3.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictũ est, * obiectũ timoris est malũ imminens, quod non de facili repelli potest; hoc aũt ex duobus contingit. s. ex magnitudine mali, & ex debilitate timentis.——

¶ D.S. deducit talem conclusionem respõsiuam quam intẽdit implicitè. Insolita & repentina sunt magis terribilia. Probatur ꝑ corpus articuli, illud facit ad magnitudinem timoris, & est magis terribile, quod facit ad magnitudinem mali, & facit ad debilitatẽ timentis; sed ad vtrũq; horum operatur, ꝙ aliquid sit insolitum, & repentinum, igitur &c. Huius rationis probat primò maiorem, secundò primam partem minoris ibi. Ad vtrunque &c. tertiò secundam partem minoris, ibi. Secundò aliquid &c. Maior ergo ꝓbatur a principio, quia obiectum timoris est malum imminens, quod non de facili repelli potest, sed hoc contingit ex duobus. s. magnitudine mali, & debilitate timentis; ergo &c. quia quod facit obiectum maius, facit & actum maiorem. Deinde cum dicit.

¶ Ad vtrunq; aũt horum operatur, ꝙ aliquid sit insolitum, & repentinum. Primò quidem facit ad hoc, quòd malum imminens magis appareat, omnia enim corporalia, & bona, & mala quantò magis considerantur minora apparent, & ideo, sicut propter diuturnitatem dolor præsentis mali mitigatur, vt patet per Tullium in tertiò de Tusculanis quæstionibus, * ita etiam ex præmeditatione, minuitur timor futuri mali.——

* Li.3. aliquantulũ a medio.

¶ Probat primam partem minoris. s. ꝙ facit ad magnitudinem mali (saltem æstimatã) sic. Ex meditatione timor futuri mali minuitur, igitur ex inconsideratione (quam aufert esse insolitũ) auge tur (& hoc regulariter, & per se loquẽdo) Tenet cõsequẽtia ex Topica. Sicut ꝓpositũ in ꝓposito &c. A icedẽs ꝓbat ꝑ sile, pñtis mali dolor ꝓpter diuturnitatẽ mitigat, igitur sequẽs ancedens. Tenet cõsequẽtia a sili; illud ancedẽs, ꝓbat rõe, & auctoritate. Deinde ibi.

¶ Secundo aliquid esse insolitũ, & repentinũ facit, ad debilitatem timentis, inquantum subtrahit remedia, quę Homo põt præparare ad repellendum futurum malũ, q̃ esse non possunt, qñ ex improuiso malum occurrit.—

¶ Declarat secũdã partẽ dictę minoris clarè in lra vsq; in finẽ. ARGVMENTVM in contrariũ, confirmat conclusionẽ. Et intelligitur auctoritas Augustini sic. Timor dũ præcauet securitati (i. dum timẽs studet liberari de timore cui opponitur securitas priuatiuè, vt patet infra q.45.ar.1.ad 3.) exhorrescit insolita, & repentina aduersantia rebus, quæ amantur &c.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ obiectum ſpei est bonum, quod quis põt adipisci, & ideo ea, quæ augmentãt potestatem hominis, nata sunt augere spem, & eadem ratione diminuere timorẽ, quia timor est de malo, cui non de facili potest resisti. Quia igitur experientia facit hominem magis potentem ad operandum, ideo sicut auget spem, ita diminuit timorem.——

¶ Maior vera, sed spes est de bono adipiscendo possibili, & q̃tò aliquis videtur potentior, tantò erit maior spes, sed quantò aliquis potentior tantò minor timor, quia per maiorem potentiam potest resisti malo. Minor vera, quia facit maiorem facultatem, & æstimationem quandoque possibilitatis, sed negatur consequentia, immo eo ipso, quòd auget spem, minuit timorem, quia auget rõne maioris potentiæ consequendi, & ista maior potẽtia est, vñ malo facilius resistitur, & per consequens minus timetur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illi qui habent irã acutam non occultant eam, & ió nocumẽta ab eis illata, non ita sunt repentina, quin prouideant; sed hoĩes mites, & astuti occultant irã; & ideo nocumentũ, quod ab eis imminet, non põt ꝓuideri, sed ex improuiso aduenit, & propter hoc Philosophus dicit* ꝙ tales magis timent.—— * Loco citato in argumento.

¶ Maior vera, & hoc iõi, quia nocumentũ astutorũ aduenit ex improuiso, sed nocumẽtũ eorũ, q̃ sunt acutę irę, põt ꝓuideri, qa manifestãt irã suã. Minor vera, hñt subitos motus, licet illos etiã manifestãt, quare nocumentũ ab eis ꝓuideri põt, quod est obiectũ timoris; non enim timet ira, sed nocumentũ. Ergo &c. Negat consequẽtia, qa eo ipso, ꝙ ita est acuta, iõ nota. Et per cõsequẽs, qñ qs scit, ꝙ talis iratus sit, scit se ab eo custodire, sed qñ aliqs nõ facit se notari de ira, vel offensa, tũc aliquis nõ põt se custodire, & per cõsequẽs magis timet, magis repẽtinũ. s. nocumẽtũ, licet nõ magis repẽtinã irã &c. Et ꝓbat hæc rõ intẽtũ articuli, qa ex hoc ipso, ꝙ qs est mitior; nocumẽtũ est magis repentinũ, & incõsideratũ &c.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ per se loquẽdo bona, vel mala corporalia in principio maiora apparent, cuius rõ est, quia vnumquodq; magis apparet contrario iuxta se posito; vnde cum aliquis ſltatim a paupertate ad diuitias transit, propter paupertatem præexistentem diuitias magis æstimat, & econuerso diuites ſltatim ad paupertatem deuenientes, eã magis horrẽt, & ꝓpter hoc malũ repentinũ magis timet, quia magis vr esse malum; sed põt pp aliquod accidens cõtingere, ꝙ magnitudo alicuius mali lateat, puta cum hostes se insidiosè occultant, & tũc verum est, ꝙ malum ex diligẽti consideratione fit terribilius.—

¶ Maior vera, tñ bona, & mala corporalia ẽt subito aduentia, apparent maiora de cõi lege. Esto non plenè considerent, immo ex longa consideratione apparẽt minora. Et rõ in solutione D.S. Minor est vr falsa, immo oppositũ est cõiter, & regulariter verũ, sed vera est ista minor, qñq; qñ malum est latens, & ex maiori cõsideratione sequit maior terror, & timor. Sicut patet in exẽplo. Sicut ꝓuolates, & animosi añ pericula, quorũ sunt inexpti. Postq̃ senserint imꝑmeditatã difficultatẽ, magis fugiunt, q̃ hi qui prius considerauerũt; qa iã inueniunt mala, q̃ non putabant. Ideo magis timent. Sicut patebit infra q.45.art.4. Et contingit, ꝙ aliqui egrediuntur ad campum animosè putantes, quòd hostes longè distent; sed cum viderint occultos hostes in propinquo adesse, tunc incipiunt considerare pericula, & magis timent &c.

Vtrum ea, contra quæ non est remedium, magis timeantur.

YAD sextum sic proceditur. Videtur ꝙ ea, quæ non habent remediũ nõ sint magis timenda. Ad timorem enim requirit, ꝙ remaneat aliqua spes salutis; vt sup. dictũ est, * sed in malis, q̃ non habẽt remediũ nulla remanet spes salutis, ergo talia mala nullo modo timentur. * Artic.2.

¶ 2 Præterea. Malo mortis nullum remedium adhiberi potest, non enim secundùm naturam potest esse reditus a morte ad vitam; non tamen mors maximè timetur, vt dicit Philosophus in 2.Rhetoricorum, * non ergo ea magis timentur, quæ remedium non habent. Aristo. * Cap.5.

¶ 3 Præterea. Philosophus dicit in 1.Eth. * ꝙ nõ est magis bonũ, quod est diuturnius eo, quod est vnius diei, neque quod est perpetuum eo, ꝙ non est perpetuũ; ergo eadẽ ratione neque maius malum; sed ea quæ non habent remedium non videntur differre ab alijs, nisi ꝓpter diuturnitatem, vel perpetuitatem; ergo propter hoc non sunt peiora, vel magis timenda. *Aristo. Cap.6.

¶ Sed contra est, quod Philosophus dicit in 2.Rheto ricorum, * quòd omnia timenda sunt terribiliora, quæcunque si peccauerint corrigi non contingit, aut quorũ auxilia non sunt, aut non facilia. Aristo. * Cap.5.

¶ Hic inquirit de alio, qđ facit ad magnitudinem timoris, ex parte obiecti. s. non habere remedium, vel irremediabilitas.

¶ Rñdeo dicendũ, ꝙ obiectũ timoris est malũ; vñ illud, quod facit ad augmentũ mali, facit ad augmentũ timoris; malũ aũt auget non solũ ſm spẽm ipsius mali, sed ẽt ſm circunstantias, vt ex supradictis apparet, * inter cęteras aũt circũstantias diuturnitas, vel ẽt perpetuitas magis vñr facere ad augmentum mali. Ea enim quæ sunt in tpe, secundùm durationem tpis quodammodo mẽsurantur; vnde si pati aliqd in tempore tãtò, est malũ; pati idẽ in duplo tempore apꝑhenditur, vt duplatũ, & secũdùm hanc rõnem pati idem in infinito tempore, quod est ꝑpetuò pati hẽt quodammodo infinitum augmẽtum.— * q.18.ar.3.

¶ D.S.respondet tali conclusione. Nō habentia remedia maximè redduntur timenda. Probatur,illud quod facit ad augmentum mali,facit ad augmentum timoris,sed non habere remedium facit maximè ad augmentum mali;ergo &c.Maior patet,qa obiectum timoris est malum;ergo magis malum maioris timoris,per regulam,sicut se habet simpliciter ad simpliciter &c.Minor probatur,malum non solū augetur ex specie, sed etiam secundū circunstantias inter quas præcipuè diuturnitas,& perpetuitas auget malum;sed quæ non habedt remedium,vel non de facili,accipiūtur tanquàm perpetua,& diuturna;igitur &c. Huius rationis pro minore principali subintellecta D.S.ponit primò maiorem,secū dò minorem cum conclusione,ibi. Mala autem &c. Maior ergo quo ad primam partem patuit supra q.18.ar.3.quo ad secundam declaratur in litera. Deinde ibi.

¶ Mala aūt,quæ postq aduenerint non possunt habere remedium,vel nō de facili,accipiuntur vt perpetua, vel diuturna,& ideo maximè redduntur timenda. ——

¶ Subiungit minorem , pro minore principali circa quam infert conclusionem respon.& patet.Habetur ergo ex his,quòd nō habere remedium est circūstantia durationis , aggrauans malum, & per consequens augens timorem.

¶ Et confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ remedium mali est duplex. Vnum per quod impeditur futurū malū ne adueniat,& tali remedio sublato aufertur spes, & per consequens timor;vnde de tali remedio nunc nō loquimur. Aliud remedium mali est quo malum iam præsens remouetur,& de tali remedio nunc loquimur. ——

¶ Ad maiorem. Vera, requiritur spes salutis,ita ꝙ speretur remedium quo impeditur malum futurum. Ad minorem,in malis, quæ non habent remedium quo malum iam præsens remouet. Verū,ibi nō est spes,sed tñ antequàm insit tale malum, est spes de remedio fugiendi . Negatur aūt consequentia;quia loquimur, ꝙ mala non habentia remedia,dum aduenerint, talia sunt magis timenda;& quando timentur antequàm videlicet accedant, tūc spe rat remedium quo impediantur, & sic remanet spes cum timore.

¶ Ad secundum dicendum , quòd licet mors sit irremediabile malum , tamen quia non imminet de prope, non timetur,vt supra dictum est.* ——

* Artic.2.

¶ Maior vera,sed quia præsumitur longè distans malum mortis,ideo tunc non timetur.Ad consequens;ergo &c. Verū,non timentur quæ non habent remedium, nisi accipiātur vt de propinquo futura.Et de hoc patuit artic.2.Si autem accipiantur,vt de prope existentia,tunc maximè timentur &c.

¶ Ad tertium dicendum , quòd Philosophus ibi loquitur de per se bono , quod est bonum secundū spec ē suā; sic aūt non fit aliquid magis bonum propter diuturnitatē,vel perpetuitatē, sed ꝓpter naturā ipsius boni. —

¶ Auctoritas Philosophi vera est , ꝙ non est maius bonum secundū speciem, quia diuturnius; tamen maius bonum secundùm quid,& secundū accidentalē circunstantiam;quia diuturnius.Minor vera;sed negatur cōsequentia;qa longa flagellatio, & breuis, valde differunt in pēnalitate.Vñ nimirū si vna propter diuturnitatem magis timeatur;& incarceratio trium dierum , & perpetua multum differunt in malitia accidentali.Vnde habet D.S.infra q.72.ar.3.ad primum, ꝙ diuturnitas nō facit melius simpliciter,sed secundum quid. Coruus enim diutius viuit , q̄ Homo,& habitus magis durat,quàm actus;non tamen sunt perfectiora simpliciter.

Quæst.Quadragesimatertia.

De causa timoris.

A DEinde considerandum est de causa timoris, & circa hoc quæruntur duo.Primò,Vtrum, causa timoris sit amor.Secundò, Vtrum,causa timoris sit defectus.

¶ Postquàm determinatum est de timore secundùm se,& obiecto eius.Hic consequenter determinatur de causis eius, & prima ponitur amor,secunda defectus ar.2.. Patet autem ordo, quia quæ secundùm se conueniunt, sunt magis propinqua q̄ cā, & effectus.

Vtrum causa timoris sit amor.

Infra ar.2. co. Et 2.2. q.19 arti.9. ad 3.Et Ps. 38. Auguſt. *Tracta.9. ante med. Arist. * Cap.5.

AD primū sic proceditur. Videtur quòd amor non sit causa timoris. Illud enim quod introducit aliquid est causa eius; sed timor introducit amorem charitatis,vt Aug.dicit super canonicam Ioannis;*ergo timor est causa amoris,& non econuerso.

¶ 2 Præterea.Philosophus dicit in 2.Rhetoricorū,* quòd illi maximè timentur,a quibus expectamus imminere nobis aliqua mala,sed propter hoc,quòd ab aliquo expectamus malum,magis prouocamur ad odium eius, quàm ad amorem ; ergo timor magis causatur ab odio, quàm ab amore.

¶ 3 Præterea supra dictum est , * quòd ea quæ sunt a nobis ipsis non habent rationem terribilium , sed ea quæ sunt ex amore maximè proueniunt ex intimo cordis;ergo timor ex amore non causatur. * 42.ar.3.

¶ Sed contra est,quod Auguſt.dicit in lib.83.q.*Nulli dubium est non aliam esse metuendi causam,nisi ne id quod agamus, aut adeptum amittamus, aut non adipiscamur speratum , omnis ergo timor causatur ex hoc, quòd aliquid amamus, amor igitur est causa timoris. * Nul. aug. ppe fin.

¶ Hic quæritur de causa,quę est amor.

¶ Respondeo dicendum , quòd obiecta passionum animæ se habent ad eas tanquàm formæ ad res naturales,vel artificiales , quia passiones animæ speciem recipiunt ab obiectis ; sicut res prædictæ a suis formis. Sicut igiiur quicquid est causa formæ, est causa rei constituræ per ipsam , ita etiam quicquid, & quocunque modo est causa obiecti , est causa passionis. ——

¶ D.S.tñdet tali conclusione. Amor hoc mō(i.per modum dispositionis materialis)est cā timoris. Probatur. Quicquid & quocunq; mō est cā obiecti , est cā passionis ; sed amor est cā obiecti timoris,aliquo mō(non videlicet in gñe causæ efficientis, & inhærentis malum terribile,sed per modū dispositionis materialis)igitur conclusio vera.Huius rōnis D.S.ponit,& probat primò maiorē.Secundò minorem interferendo conclusionem, ibi. Contingit aūt &c.Maior probat a simili clarè in ira. Cōsequēter cum dict.

¶ Contingit autem aliquid esse causam obiecti , vel p modum causæ efficientis , vel per modum dispositionis materialis ; sicut obiectum delectationis est bonum apparens conueniens coniunctum , cuius causa efficiēs est illud, quod facit coniunctionem , vel quod facit conuenientiam,vel bonitatem,vel apparētiam huiusmodi boni;causa autem per modum dispositionis materialis,est habitus , vel quæcunque dispositio secundùm quam fit alicui conueniens , aut apparens illud bonum, quod est ei coniunctum. ——

¶ Manifestat minorē principalē p̄mittēs primò quādam distinctionē,secundò applicans eam pro minore, ibi. Sic igit &c.Dicit ergo ꝙ aliquid pōt esse cā obiecti dupliciter,vel p modū efficientis,vel pēr modum dispositionis materialis &c.clarè in litera.

¶ Sic igitur in proposito obiectum timoris est æstimatum malum futurum propinquum , cui resisti de facili nō potest; & ideo illud,quod potest inferre tale malum, est causa effectiua obiecti timoris, & per consequens ipsius timoris . Illud autē, per quod aliquis ita disponitur, vt aliquid sit ei tale,est causa timoris, & obiecti eius per modum dispositionis materialis; & hoc modo amor est causa timoris; ex hoc enim, ꝙ aliquis amat aliquod bonum,sequitur, quòd priuatiuum talis boni sit ei malū,& per consequens , quòd timeat ipsum tanquàm malū. —

¶ Applicat distinctionē p̄dictā ad propositū minoris.Et arguit sic pro ea,Illud,qd pōt inferre tale malū æstimatū futurū propinquū,est cā effectiua obiecti timoris; per quod aūt ita disponit, vt aliquid sit ei tale malū,est cā timoris,& obiecti eius p modū dispositionis materialis;sed amor est hmōi;ergo &c.Maior patet ex dictinctione,minor probat post conclusionē. Nota aūt,ꝙ amor hic se p modum dispositionis materialis obiecti,non ꝙ obiectū in se ponat, sed quia disponit hoīem, vt obiectū tale appareat; quia si nō amaret,non esset dispositus,vt malū timeret.Sicut videmus, quòd quis nō timet malum inimici , vel alterius quem nō amat.

¶ Confirmatur etiam conclusio respon. auctoritate Augustini in argumento in contrarium , quæ iam declarata est, in quo videlicet genere &c.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd sicut supra dictum est , * timor per se , & primò respicit ad malum, ꝙ per se refugit, quod opponitur alicui bono amato;& sic per se timor nascitur ex amore, secundariò verò respicit ad id per quod prouenit tale malum;& sic per accidens, q̄nque timor inducit amorē inquantū. ſ. Homo, qui timet puniri a Deo,seruat mandata eius,& sic incipit sperare,& spes introducit amorem, vt supra dictum est. * 42.ar.2. ¶ Ad

¶ Ad maiorem,id quod introducit aliquid vniuersaliter,& per se est causa eius , non autem id quod introducit aliquid particulariter,& hoc per accidens . Ad minorem, dico ꝙ timor introducit amorem aliquem, illius videlicet quem quis timet puniturū;sed hoc per accidens ratione videlicet spei,qua sperat se consecuturū bonum ab eo.Sed timor vniuersaliter,& per se præsupponit amorem illius rei,cuius contrarium timetur,quia est contra illud amatum.Et ergo negatur illa consequentia, quia magis est,quod est p se,& vniuersaliter,quàm quod est per accidens, & particulariter. Modo amor est vniuersaliter,& per se causa timoris. Timor autē est per accidens causa alicuius amoris. ſ. eius a quo prius timebat malum,& ex timore illius mali facit bonum, & sic finaliter incipit de eo sperare , & tunc illa spes est immediata causa amoris illius a quo spero bonum,& hoc patuit sup.q.40.ar.7.

¶ Ad secundum dicendum,quòd ille a quo expectantur mala,primò quidem odio habetur;sed postquàm ab ipso iam incipiunt sperari bona, tunc incipit amari; bonum autem cui contrariatur malum , quod timetur,a principio amabatur. ——

¶ Ad maiorem, maximè timentur a quibus expectamus mala. Verū , tamen timor illorum malorum ab eis expectatorum, præsupponit amorem boni,cui illa mala cōtrariantur. Ad minorem. Verū, prouocamur ad odium in principio , sed cauendo mala ab eo expectata,paulatim obseruamus voluntatem suam, & sic incipimus sperare, quòd benefaciet, & consequenter incipimus eum amare. Ergo timor &c. Negatur quòd originaliter proueniat ex odio, immo & odium illud, & timor malorum expectatorum est ab aliquo amore,ratione cuius illa mala habentur terribilia,licet illud odium de propinquo inducat timorem. Et probat hoc argumentum,secundùm iam glosam, quòd timor causet aliquē amorem,modo dicto ad primum . Et tamen timor etiam præsupponit amorem eius,qued a principio amabatur, cui malum terribile cō trariabatur.Et si argumētum bene ponderetur deberet inferre;ergo timor magis causat odium, quàm amorem. Et hoc est verū,in principio,tunc enim causat odium,tamen in fine amorem,vt dicebatur ad primum,tamen etiam præsupponit alium amorem. Et ad hæc vadit solutio.

¶ Ad tertium dicendum , quòd ratio illa procedit de eo,quod est causa mali terribilis per modum efficientis, amor autem est causa eius per modum materialis dispo sitionis,vt dictum est.* ——

* In corp.

¶ Ad maiorem. Ea quæ sunt a nobis ipsis in genere causæ efficientis;non habent rationem terribilis, vt sicut dictū fuit q.42 ar ti.3.sed tamen quorum est dispositio in nobis,quæ facit ea talia videri,& haberi possunt esse terribilia,& quæ sunt a nobis in genere causæ materialis.

¶ Ad minorem,quæ sunt ex amore,sicut a cā effectiua illa,procedunt ex intimo cordis . Verū, sed ea circa quæ mouemur ratione amoris habentis se dispositiuè negatur, immo possunt aliqui motus præsupponere amorem ex parte agentis circa ea,quæ sunt maximè aduersa,& sic est in proposito; quia timor procedit ex amore, qui timor est circa ea,q̄ nō sunt a nobis,nec procedūt a nobis, immo ab extrinsecis;quæ tñ non essent terribilia, nec timerētur, nisi ratione amoris;quia videlicet sunt contra bonum amatum.

¶ Et posset dici concedendo maiorē, negando aūt minorē debitè subsumendam.ſ. sed ea quorum timoris amor est cā, ꝓcedūt a nobis.Constat enim hoc esse falsum.Amor quidē procedit a nobis;ergo ipse non est terribilis, sed ille amor est cā dispositiua, vt alia appareant terribilia,& sic est cā aliquo mō rōne obiecti, non ipsum producendo, sed faciendo ipsum apparere terribile &c.

Vtrum defectus sit causa timoris.

B Psalm' 26. col.1. AD secundum sic proceditur . Videtur ꝙ defectus nō sit causa timoris . Illi enim qui potentiam hñt maximè timentur; sed defectus contrariatur potentię;ergo defectus non est causa timoris.

Aristo. cap.5. ¶ 2 Præterea.Illi qui iam decapitantur maximè sunt in defectu, sed tales non timent,vt dicitur in 2.rhetoricorum; * ergo defectus non est causa timoris.

*Cap 5. ¶ 3 Præterea. Decertare ex fortitudine nō prouenit ex defectu,sed decertātes timent eos qui pro eisdem decertāt,vt dī 2.Rhetor.*ergo defectus nō est cā timoris.

*Cap.5. ¶ Sed contra.Contrariorum contrariæ sunt causę,sed diuitiæ , & robur, & multitudo amicorum , & potestas excludunt timorem,vt dicitur in 2.Rhetorico. * ergo ex defectu horum timor causatur.

¶ Hic inquirit de alia causa timoris.

*Ar.prꝛce. ¶ Respondeo dicendum,quòd sicut supra dictum est duplex causa timoris accipi potest,vna quidem per modū materialis dispositionis ex parte eius , qui timet,alia per modū causæ efficientis ex parte eius qui timetur. —

¶ D.S.primò resumit distinctionē in præcedenti articulo habitam. Secundò secundùm eius duo membra ponit duas conclusiones responsiuas, primam ibi. Quantum igitur &c. secundam ibi. Quantum verò &c. Dicit ergo primò , quòd duplex est cā timoris . Vna per modū materialis dispositionis tenetis se ex parte timētis,quia facit eum dispositum,vt facile timeat. Alia per modū causæ efficientis tenētis se ex parte obiecti, quæ videlicet pōt inferre nocumentum terribile. Consequenter cum dicit.

¶ Quantum igitur ad primū, defectus per se loquendo est causa timoris,ex aliquo enim defectu virtutis contingit , quòd non possit aliquis de facili repellere imminens malum. ——

¶ Respondet iuxta primum membrum tali conclusione.Defectus per se loquendo est cā timoris;sicut cā materialis dispositiua: Et hic loquēdo de defectu in certa mēsura.Ista cōclusio vnū dicit, & dictū limitat.Primò D.S probat dictū, secūdò limitationē ponit,& declarat,ibi.Sed tñ &c.Primū probatur fic.Ex aliquo defectu virtutis contingit.ꝙ non possit &c. vt in litera,igit conclusio vera. Antecedens notum, tenet consequentia, quia non posse repellere malum de facili,facit aliquid apparere , & haberi sub ratione terribilis &c. Consequenter ibi.

¶ Sed tamen ad causandum timorem requiritur defectus,cum aliqua mēsura;minor enim est defectus, qui causat timorem futuri mali, quàm defectus consequens malum præsens, de quo est tristitia,& adhuc esset maior defectus si totaliter sensus mali auferretur,vel amor boni, cuius contrarium timetur. ——

¶ Subiungit limitationē conclusionis quā exponit,quia si esset tantus defectus,qui arguret malum pñs,esset quidē maior, q̄ defectus timētis,cui malū est absens,talis nō causaret timorē. Et pter rea si esset maximus defectus,vt malum non sentiretur,& bonum ex cuius amore prouenit timor, non amaretur, etiā non causaret. Oportet igitur,vt sit aliquis certus defectus,qui cōpatitur possibilitatē euasionis mali,& non hēt necessitatē patiendi malū.Et hoc patebit ad secūdū,& qui hēat modū possibilē timori. Deinde ibi.

¶ Quantum verò ad secundum,virtus,& robur per se loquendo est causa timoris ; ex hoc enim quòd aliquid quod apprehenditur vt nociuum,est virtuosum,contingit quòd eius effectus repelli non potest. ——

¶ Determinat quæsitum quo ad secundum membrum dictę distinctionis,tali conclusione secunda respon.Virtus & robur (supple,& non defectus) per se loquendo est causa timoris ex parte obiecti in genere causæ efficientis(scilicet directè tanq̄ inferēs malum nociuum)Hanc conclusionem primò probat,secundò reddit rōnem quare dixit per se,ibi. Contingit &c. Probatur fic,isto mō illud est cā timoris ex parte obiecti,(scilicet mali inferēdi) cuius effectus malus magis de difficili repelli potest; sed hoc contingit ex eo,quod aliquod est virtuosum, & robustū,igitur. Robur &c. est causa isto modo per se. Deinde ibi.

¶ Contingit tñ per accidens, ꝙ aliquis defectus ex ista parte causat timorem, inquantū ex aliquo defectu cōtingit, ꝙ aliquis velit nocumētum inferre, puta propter iniustitiam, vel quia ante lęsus fuit , vel quia timet lędi. —

¶ Exponit quare dixit in conclusione per se, tali cōclusione declaratoria. Contingit per accidens (i.indirectè mediante agente concitato) ꝙ aliquis defectus ex parte agentis obiectum est causa timoris. (Sicut supra dicebatur, ꝙ delectatio perficit indirectè operationem in genere causæ efficientis.) Probatur conclusio, illud est causa isto modo (ſ.per accidens,& indirectè)quæ videlicet non infert,sed est id ratione cuius aliud infert (quod facit,ꝙ aliquis nocumentum velit inferre) sed defectus est hmōi, igitur &c. Minor probatur exemplariter,puta propter iniustitiā, vel lęsionē præcedentem, quæ important defectus,vel quia timet lędi, aliquis concitatur ad hoc, ꝙ velit se vindicare, & alium lędere &c. Vnde defectus secundum se non infert, sed est id sine quo non, & quasi occasio ex qua quis incitatur ad causandum malum terribile &c.

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima conclusione, quia robur est causa non timendi, vt dispositio materialis ; per oppositū defectus est cā per modū dispositionis materialis faciens,vt aliquis ęstimet nō facile posse vitare malum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de causa timoris ex parte causæ efficientis. ——

¶ Maior vera, qui habent potentiā timentur, sed non timent. Conclusio aūt vult, ꝙ defectus est cā timoris quo quis timet actiuè.Et secundò,maior vera.Sicut potentes inferre nocumentum,& malū, & habentes se in gñe causæ efficiētis ad obiectum timoris. Ad minorē , vera , ergo defectus non est cā timoris in gñe causæ efficientis,tñ in gñe causæ materialis, quo aliquis timet, nō rōne

cuius per se timetur, nisi talis defectus coniungatur potentiæ, vt patet in tertia conclusione declaratoria.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illi qui iam decapitantur sunt in passione præsentis mali, & ideo iste defectus excedit mensuram timoris.

¶ Ad maiorem. Verũ, sed talis defectus excedit modum timoris, quia affert necessitatem patiendi malum, & facit ipsum quasi esset præsens, quare timor non habet locum, sed desperatio, & tristitia. Oportet enim ad timorem adesse spem salutis, vt patuit quæst. 42. art. 2. in corpo.

¶ Minor vera, & patuit ratio in loco iam allegato; ergo defectus &c. Verũ, quicunque, sed vt dicit conclusio loquendo de defectu in mensura, i. compossibili obiecto timoris.

¶ Ad tertium dicendum, quòd decertantes timent non propter potentiam qua decertare possunt; sed propter defectum potentiæ, ex quo contingit, quòd se superaturos non confidunt.

¶ Ad maiorem. Verũ, tamen decertantes quandoque aduertunt defectum potentiæ suæ, ex quo incipiunt timere se superandos. Minor vera quandoque, sed vt dictum est non propter potentiã, sed defectum potentiæ.

Quæstio quadragesimaquarta.

De effectibus timoris.

C Deinde considerandum est de effectibus timoris; & circa hoc quærũtur quatuor. Primò, Vtrum, timor faciat contractionem. Secundò, Vtrum, faciat consiliatiuos. Tertiò, Vtrum, faciat tremorem. Quartò, Vtrũ impediat operationem.

¶ Patet ordo, quia effectus posterior est causa. Et sunt quatuor effectus, & secundũ hoc habet præsens quæstio quatuor articulos.

Vtrum timor faciat contractionem.

Supra q.25 art.1.cor. & q.45.arti.4 ad 1.& 2.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd timor non faciat contractionem. Contractione enim facta, calor & spiritus ad interiora reuocãtur; sed ex multitudine caloris, & spirituum in interioribus, magnificatur cor ad audacter aliquid aggrediendum, vt patet in iratis; cuius contrarium in timore accidit; non ergo timor facit contractionem.

¶ 2 Præterea. Multiplicatis spiritibus, & calore in interioribus per cõtractionem, sequitur ꝙ Homo in vocem prorumpat, vt patet in dolentibus; sed timentes nõ emittunt vocem, sed magis redduntur tacituri; ergo timor non facit contractionem.

¶ 3 Præterea. Verecundia est quædam species timoris, vt supra dictum est, * sed verecundati erubescunt, vt dicit Tullius 4. de Tusculanis quæstionibus, & Philosophus dicit in 4. Ethi. * rubor autem faciei non attestatur contractioni, sed cõtractio, non ergo contractio est effectus timoris.

*q.41.ar.4. ca. vltimo. * Non remot' a pri.

Damasc. li. 3. ortho. fide. * Cap.23.

¶ Sed contra est, quod Damas. dicit 3. li. * ꝙ timor est virtus secundùm sistolem. i. secundùm contractionem.

¶ Inquirit de primo effectu qui est contractio caloris, & spirituum ad interiora.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictũ est; * in passionibus animæ est sicut formale ipse motus appetitiuę potentiæ; sicut autem materiale transmutatio corporalis, quorum vnum alteri proportionatur; vnde secũdùm similitudinem, & rationẽ appetitiui motus, sequitur corporalis transmutatio.

*q.28.ar.5.

¶ D. S. respondet tali conclusione. Contractio ex parte materialis, & corporis est effectus timoris, quo ad formale timoris (pertim naturalis) quod pono propter verecundiam, vt patet ad tertium. Ita quòd formale est contractio appetitus, & facit contractionem spirituum, & caloris ad interiora. s. ad partem nutritiuã. Probatur, secũdùm similitudinem, & rationem appetitiui motus, qui est formale, sequitur trãsmutatio corporalis; sed timor q̃tum ad formale, & motum appetitus, importat quandam cõtractionẽ; ergo & ex parte corporis consequitur quædam contractio, tanq̃ effectus timoris quantum ad formale; huius rationis D. S. primò ponit, & probat maiorem. Secundò minorem, ibi. Quãtũ aũt &c. Tertiò conclusionem infert, ibi. Et secũdũ similitudine &c. Maior ꝓbatur a principio, & patuit q. 37. ar. 4. Cõsequẽter eũ dicit.

¶ Quantum autem ad animalem motũ appetitus, timor cõtractionem quandam importat. Cuius rõ est, quia timor prouenit ex phantasia alicuius mali imminentis, quod difficile repelli potest, vt supra dictum est, * ꝙ autẽ aliquid difficile possit repelli, prouenit ex debilitate virtutis, vt supra dictum est, * virtus autem quantò est debilior, tantò ad pauciora se potest extendere & iõ ex ipsa imaginatione, quæ causat timorem, sequitur quædã contractio in appetitu; sicut etiam videmus in morientibus, quòd natura retrahitur ad interiora propter debilitatem virtutis; & videmus etiam in ciuitatibus, quòd quando ciues timent retrahunt se ab exterioribus, & recludunt quantum possunt ad interiora.

*1.41.ar.2. *1.41.ar.4.

¶ Subiungit minorẽ, quam probat clarè in litera. Et nota circa minorem hanc, vt iacet in litera, ꝙ D. S. non dicit, ꝙ timor tendit ad formale, & motum appetitus, faciat contractionem, sed importat contractionẽ, quia est essentialiter motus, quo appetitus deijcitur, & trahitur ad seipsum fugiendo. Si autem diceretur facere contractionem, hoc esset formaliter, sicut supra dictum est de amore q. 28. ar. 1. vbi dicebatur, ꝙ amor esset vnio, & faceret vnionẽ formaliter; sic timor est cõtractio, id est motus qui cõsistit in recessu, & facit contractionem. s. in appetitu &c. Consequenter ibi.

¶ Et secundùm similitudinẽ huius contractionis, quæ pertinet ad appetitũ animalẽ, sequit̃ ẽt in timore ex parte corporis, cõtractio caloris, & spirituũ ad interiora.

¶ Subinfert conclusionem responsiuam iam probatam. Quæ et confirmatur argumento in contrarium, quia robur est causa non timendi, vt dispositionis materialis; per oppositum defectus est̃ per modum dispositionis materialis, faciens vt aliquis æstimet nõ facilè posse vitare malum &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ sicut Philosophus dicit in libro de problematibus, * licet in timentibus retrahantur spiritus ab exterioribus ad interiora, non tamen est idem motus spirituum in iratis & timentibus. Nam in iratis propter caloreꝫ, & subtilitatem spirituum, quæ prouenium ex appetitu vindictæ, interius fit spirituũ motus ab inferioribus ad superiora, & ideo congregantur spiritus, & calor circa cor. Ex quo sequitur, ꝙ irati reddũtur prompti, & audaces ad inuadendum. Sed in timentibus propter frigiditatẽ ingrossantem, spiritus mouentur a superioribus a dinferiora, quæ quidem frigiditas cõtingit ex imaginatione defectus virtutis, & iõ nõ multiplicatur calor, & spũs circa cor, sed magis a corde refugiũt, & pp hoc timẽtes non prõpte inuadũt, sed magis refugiũt.

*1.44.ar.2. ad 3.

¶ Ad maiorem contractione facta, calor & spiritus ad interiora reuocantur. Verũ, vel ad interiora superiora s. ad cor, vel ad interiora inferiora, quæ sunt vbi vigent potentiæ nutritiuæ, vbi est emissio superfluitatũ & circa stomachũ. Ad minorem. Ex multitudine caloris, & spirituũ in interioribus, qñ retrahuntur ad superiora, tunc magnificatur cor, sed qñ trahuntur ad inferiora, tunc deseruũt cor, & Homo efficitur parui animi. In iratis trahunt ad superiora. Vnde negatur cõsequentia; quia timor ingrossat spũs, & trahit ad inferiora pp frigiditatẽ, q̃ accidit ex imaginatione defectus virtutis. Et sic facit cõtractionẽ, nõ obstãte reuocatione spũm ad interiora, qa nõ q̃libet talis reuocatio est cã audaciæ, sed aliqua ad supiora. Probat ãt hæc rõ, ꝙ nõ facit cõtractionẽ ad superiora.

¶ Ad secundũ dicendum, ꝙ naturale est cuilibet dolẽti, siue homini, siue aĩali, ꝙ vtat quocunq; auxilio ad repellendũ nociuũ pñs, quod infert dolorẽ; vñ videmus ꝙ aĩalia dolẽtia percutiũt, vel faucibus, vel cornibus; maximũ aũt auxiliũ ad oĩa in animalibus est calor, & spũs & iõ in dolore natura cõseruat caloreꝫ, & spiritũ interius, vt hoc vtat ad repellendũ nociuũ; & iõ, vt Philosophus dicit in li. de problematibus, * ꝙ multiplicatis spiritibus introrsum, & calore, necesse, ꝙ emittant p vocẽ, & pp hoc dolentes vix se pñt continere q̃n clament; sed in timẽtibus fit motus interioris caloris, & spirituũ a corde ad inferiora, vt dictũ est, * & iõ timor cõtrariatur formationi vocis, q̃ fit per emissionẽ spirituũ ad superiora per os, & pp hoc timor tacentes facit, & inde est etiã, ꝙ timor trẽmentes facit, vt dicit Philosophus in li. de ꝓblematib. *

*1.de pro blematis & 2.

*1.de problematis & 2.

¶ Ad maiorẽ, multiplicatis spiritibus in interioribus per contractionem. Verũ, tractis ad superiora, & ad cor, sequitur quòd Homo in vocem prorumpat. Si aũt contrahatur ad inferiora, negatur, quia formatio vocis fit p emissionẽ spirituũ per superiora ad os.

ad os. Ad minorem. Verũ, quia est contractio versus inferius, ergo timor non facit contractionem, verũ, quãcunq; sed ad inferiora.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut pericula mortis non solùm contrariantur appetitui animali, sed etiã contrariantur naturæ, & propter hoc in huiusmodi timore non solùm fit contractio ex parte appetitus; sed etiã ex parte naturæ corporalis. Sic. n. disponitur animal ex imaginatione mortis, contrahens calorem ad interiora, sicut quando naturaliter mors imminet, & inde est, ꝙ timentes mortem pallescunt, vt dicitur in 3. Ethi. * sed malum quod timet verecundia nõ opponitur naturæ; sed solùm appetitui animalis, & ideo fit quædam contractio secundùm appetitum animalem, non autẽ secundũ naturã corporalem; sed magis aĩa quasi in se contracta vacat ad motionem spirituum, & caloris; vnde fit eorum diffusio ad exteriora; & propter hoc verecundati erubescunt.

* Cap.6.

¶ Maior vera; sed est de malo appetitus, & contristatiuo, nõ de malo naturæ, vnde est timor animalis non naturalis. Minor vera, non quin ibi sit contractio appetitus; sed quia anima contracta vacat, & intendit motioni, & agitationi spirituum, & caloris. Vltra, Rubor autem faciei nõ attestatur contractioni. Verum, corporali, & spirituum ad cor. tamen attestatur contractioni appetitus, & animali. Vltra, Non ergo contractio, verum, corporalis est effectus, semper timoris, verum, animalis; tamen semper naturalis timoris; quia quando imaginatur malum naturæ (sicut mortem) spiritus introrsum trahuntur. Verecundia autem est timor animalis, & de malo contristatiuo non corruptiuo &c.

Vtrum timor faciat consiliatiuos.

D 2.2.q.27.ar tic. 9. ad 3. & q.54. artic. 2. ad 4. & q.129.ar. 7. cor. & Psal.12. colum.2.fi.

AD secundũ sic proceditur. Videtur, quòd timor non faciat consiliatiuos. Non enim est eiusdem consiliatiuos facere, & consiliũ impedire; sed timor consiliũ impedit; omnis enim passio perturbat quietẽ, quæ requiritur ad bonũ vsum rõnis, ergo timor nõ facit cõsiliatiuos.

¶ 2 Præterea, consilium est actus rationis de futuris cogitantis, & deliberantis; sed aliquis timor est excutiẽs cogitata, & mentem a suo loco remouet, vt Tullius dicit in 4. de Tusculanis quæstionibus, * ergo timor non facit consiliatiuos; sed magis impedit consilium.

*In fol.4.à prin. libr.

¶ 3 Præterea, sicut consilium adhibetur ad vitãdum mala, ita etiam adhibetur ad consequendum bona, sed sicut timor est de malis vitãdis, ita spes est de bonis cõsequendis, ergo timor nõ facit magis consiliatiuos q̃ spes.

¶ Sed contra est, quod Philosophus dicit in secundo Rhetoricorum, * quòd timor consiliatiuos facit.

*Arist.c.5.

¶ Hic inquirit de alio effectu, qui est facere consiliatiuos.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ aliquis potest dici cõsiliatiuus dupliciter. Vno modo a voluntate seu solicitudine consiliandi, & sic timor consiliatiuos facit; quia vt Phils in 3. Ethi. dicit, * Consiliamur de magnis in quib. quasi nobis ipsis diffidimus. Ea autẽ quę timorẽ incutiũt nõ sunt simplr mala; sed hñt quãdã magnitudinẽ, tũ ex eo, ꝙ apprehenduntur, vt quæ difficiliter repelli pñt, tũ ẽt; quia apprehenduntur, vt de propè existentia, sicut iã dictũ est, * vñ hoĩes maximè in timoribus quærunt consiliari.

*Arist.c.3. *q.42.ar.2.

¶ D. S. distinguit intellectum quęsiti, secundùm ꝙ dupliciter aliquis potest dici consiliatiuus, & secundùm hoc respondet duabus conclusionibus. Secunda ibi. Alio modo &c. Declarat ergo primũ modum consiliatiui; quia vno modo dicitur consiliatiuus ꝓpter voluntatem, & solicitudinem, vel appetitum consiliandi. Conclusio prima. Timor facit consiliatiuos isto modo (i. timens libenter haberet consilium quomodo euaderet malũ terribile.) Probatur. Consiliamur de magnis; sed ea quæ timorem incutiunt non sunt simpliciter mala; sed habent quandam magnitudinem, igitur cõclusio vera. Maior est Phil. minor claret ex litera dupliciter. Et intelligitur, ꝙ ea quæ timorem incutiunt nõ sunt mala simpliciter sine addito (i. non mala, quocunque modo, sed cum addito). f. magna mala. Et non intelligitur hic nõ simpliciter mala, (idest non omnino mala,) sed vt dictum est. Deinde cum dicit.

¶ Alio modo dicitur aliquis cõsiliatiuus a facultate bene consiliandi, & sic nec timor ne aliqua passio consiliatiuos facit; quia homini affecto secundùm aliquam passionem videtur aliquid vel maius, vel minus, quàm sit secundum rei veritatem, sicut amanti videntur ea q̃ amat meliora; & timenti ea quæ timet terribiliora, & sic ex defectu rectitudinis iudicij quælibet passio quantum est de se impedit facultatem bene consiliandi. Et per hoc patet responsio ad primum.

¶ Subiungit secundũ membrũ prædictę distinctionis, ꝙ secundo modo dr̃ consiliatiuus a facultate bene consiliandi. Et sic est quæstio. An timor iuuet, & det potentiam, & facultatem bene cõsiliadi.

Secunda conclusio respon. Nec timor nec aliqua passio, (scilicet perturbans, & præueniens iudicium rationis) consiliatiuos facit. Probatur. Quęcunque faciunt aliquid videri maius, vel minus, quàm sit in veritate, non faciunt hominem bene consiliatiuũ; sed timor, & quælibet alia passio, (scilicet perturbans) faciũt aliquid videri maius, vel minus, quàm sit in veritate, igitur cõclusio vera. Maior patet extra literam; quia bene consiliatiuus dicitur isto modo, qui potest deuenire ad finem consilij qui est rectum iudicium, quod cõsistit in adequatione ad rem &c. Minor declarat̃ in litera.

¶ Et posset secũdò argui magis ad literam, quælibet passio cau sat defectum rectitudinis iudicij, igitur quęlibet impedit consiliũ, consequentia nota antecedẽs patet; quia homini affecto &c. vt in litera. Valent etiam pro isto articulo quæ habentur sup. q. 24. ar. 3.

¶ Confirmatur etiam conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primi maiorem, non est eiusdem consilium impedire, & consiliatiuos facere. Verum, secundùm idem, & consiliatiuũ accipiendo eodem modo, sed idẽ potest facere cõsiliatiuos. i. solicitos de bono consilio, & tñ impedire tanq̃ impedimentum ligans rectum iudicatorium. Ad minorem, de timore immoderato vera, & perturbante, quæ impedit consilium ne bene fiat, & aliquis bene consilietur; tñ facit vt aliquis acciperet libenter consilium, etiã ab alio. Et quo ad facultatem tamen nõ impedit solicitudinem; ergo timor non facit consiliatiuos, verum, secundo modo.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quãtò aliqua passio est fortior, tantò magis homo secundùm ipsam affectus impeditur, & ideo qñ timor fuerit fortis vult quidẽ homo consiliari, sed adeò perturbatur in suis cogitationibus, ꝙ consilium adinuenire non potest. Si autem sit paruus timor qui solicitudinem consiliandi inducat nec multum rationem cõturbet, potest etiam conferre ad facultatem bene consiliandi ratione solicitudinis consequentis.

¶ Ad minorem. Aliquis timor est excutiens cogitata, verum, timor perturbans, & immoderatus pręueniens rationem, tamẽ non moderatus, qui ratione solicitudinis cõfert ex parte vna, & ex alia non impedit. Ergo, verum, perturbans non facit ad facultatem, tamen facit primo modo cõsiliatiuos; quia etiam perturbatus timore vult consiliari. Esto non bene possit, vt declarat D. S.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ etiam spes facit consiliatiuos; quia vt in 2. Rhetoricorum Philosophus dicit. * Nullus consiliatur de his de quibus desperat, sicut nec de impossibilibus, vt dicitur in 3. Ethi. * Timor tamen facit magis consiliatiuos, quàm spes; quia spes est de bono prout possumus ipsum consequi, timor autẽ de malo prout vix repelli potest, & ita magis respicit rationẽ difficilis timor quàm spes, in difficilibus autem maximè inquibus nobis non cõfidimus cõsiliamur sicut dictũ est. *

*Arist.c.5. *Arist.c.3. *In cor.

¶ Ad consequens, quod dicit (magis &c.) dicitur quidem, ꝙ spes facit consiliatiuos; quia consilium est solum de possibilibus, & speratis; sed magis timor; quia consilium est de difficilibus; modo quod timetur habetur tanquam difficilius, quàm quod speratur, ideo negatur consequentia.

Vtrum timor faciat tremorem.

E supra art.1. ad 2. fin. & Psalm. 17. co.7.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd tremor non sit effectus timoris; tremor enim ex frigore accidit, videmus enim infrigidatos tremere; timor autem non videtur causare frigus; sed magis calorem desiccantem, cuius signum est, quòd timentes sitiunt, & præcipuè in maximis timoribus, sicut patet in illis qui ad mortem ducuntur, ergo timor non causat tremorem.

¶ 2 Præterea, emissio superfluitatum ex calore accidit, vnde vt plurimum medicinę laxatiuę sunt calidę; sed huiusmodi emissiones superfluitatũ ex timore frequenter contingunt, ergo timor videtur causare calorem, & sic non causat tremorem.

¶ 3 Præterea, in timore calor ab exterioribus ad interiora reuocatur, si igitur propter hmõi reuocationẽ caloris in exterioribus homo tremit, videtur similiter, ꝙ in

omnibus exterioribus membris deberet causari tremor ex timore, hoc autem non videtur, non ergo tremor corporis est effectus timoris.

¶ Sed contra est, quod Tullius dicit in 4. de Tusculanis quæstionibus, * quòd timorem sequitur tremor, & pallor, & dentium strepitus,

* In fol. 4 a prin. lib.

¶ Hic quærit de tertiò effectu qui est tremor corporis in certis membris.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictū est, * in timore fit quædam contractio ab exterioribus ad interiora, & ideo exteriora frigida remanent, & propter hoc in eis accidit tremor, qui causatur, ex debilitate virtutis continentis membra. Ad huiusmodi autem debilitatem maximè facit defectus caloris, qui est instrumentū quo anima mouet, vt dicitur in 2. de anima. *

*ar. 1. huius quæst.

* tex. 50.

¶ D.S. deducit talem conclusionem respon. quam tangit implicitè in substantia. Tremor (scilicet corporis,) est effectus timoris. Probatur. In timore fit quædam contractio ab exterioribus ad interiora, & per consequens exteriora membra frigida remanēt, igitur ex timore sequitur tremor tanquam effectus. Antecedens patet ex ar. 1. Tenet consequentia; quia tremor causatur ex debilitate &c. vt in litera, ergo bene sequitur, timor facit frigiditatē, & debilitatem virtutis contentiuè membrorum, trahendo ad interiora, igitur est causa tremoris, vt dicit conclusio.

¶ Et confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd calore ab exterioribus ad interiora reuocata, multiplicatur calor interius, & maximè versus inferiora, idest circa nutritiuam; & ideo consumpto humido consequitur sitis, & etiam interdum solutio ventris, & vrinę emissio, & quandoq; etiam seminis; vel huiusmodi emissio superfluitatum accidit propter contractionem ventris, & testiculoru m, vt Philosophus dicit in lib. de Problematibus. * Vnde patet solutio ad secundum.

* Aristo. in sect. 17. Problem. 11.

¶ Maior vera, ex frigore illorum membrorum quæ tremunt. Ad minorem. Timor non causat frigus in exterioribus membris, & timor præsertim naturalis (quod dico propter verecundiam, vt patuit art. 1. ad tertium) negatur. Sed verum, quòd causat calorem in interioribus in parte nutritiua; sed nihilominus calor relinquit exteriora, quare sequitur tremor. Et quia sitis est partis vegetatiuę. Ideo consumpto humido in illa parte per calorem attractum, sequitur sitis, & quandoque emissio superfluorum propter contractionem, & constrictionem circa illam partem &c. Et per hoc dicit D.S. etiam patere ad secundum.

¶ Ad secundum. Concedo totum vsque ibi, ergo timor videtur causare calorem. Dico verum, in interioribus inferioribus; sed retrahit ab exterioribus. Vltra, & sic non causat tremorem exteriorum, negatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quia in timore calor deserit cor a superioribus ad inferiora tendens, ideo timētibus maximè tremit cor, & membra quæ habent aliquam connexionem ad pectus, vbi cor est, vnde timentes maximè tremunt in voce propter vicinitatem vocalis arterie ad cor. Tremit etiam labium inferius, & tota inferior mandibula propter continuationē ad cor, vnde & strepitus dentium sequitur, & eadem ratione brachia, & manus tremunt. Vel etiam; quia huiusmodi membra sunt magis mobilia propter quod & genua tremunt timentibus secundùm illud. Esa. 35. Cōfortate manus dissolutas, & genua trementia roborate.

¶ Negatur illa. Videtur, quòd similiter omnia deberent treme re. Et ratio in solutione; quia tremor causatur propter defectum virtutis cōtentiuę quæ est principaliter ex corde, & ideo illa membra quæ viciniorem habitudinem ad cor habent, & secundò quæ sunt magis mobilia, illa magis tremunt, deserente se illa virtute contentiua membrorum.

Vtrum timor impediat operationem.

F AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd timor impediat operationem. Operatio enim maximè impeditur ex perturbatione rationis quæ dirigit in ope re; sed timor perturbat rationem, vt dictum est, * ergo timor impedit operationem.

* art. 2. huius quæst.

¶ 2 Præterea, illi qui faciunt aliquid cum timore, facilius in operatione deficiunt, sicut si aliquis incedat supra trabē in alto positam, pp timorē de facili cadit, nō autem caderet si incederet super eandē trabē in immo positam, ppter defectū timoris, ergo timor impedit operationē.

¶ 3 Præterea, pigritia siue segnities est quædā species timoris; sed pigritia impedit operationē, ergo & timor.

¶ Sed cōtra est, quod Apostolus dicit ad Phil. 2. Cum metu & tremore vestram salutem operamini, quod non diceret si timor bonam operationem impediret, timor ergo non impedit bonam operationem.

¶ Inquirit de quarto effectu &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd operatio hominis exterius causatur quidem ab anima sicut a primo mouēte; sed a membris corporeis sicut ab instrumētis. Contingit autem operationē impediri, & propter defectum instrumenti, & propter defectum principalis mouentis.

¶ D.S. primò ponit quoddam notabile fundamentale virtualiter distinctum. Secundò secundum hoc distinctè respondet, ibi. Ex parte igitur &c. Notat ergo primò, & supponit, q̄ operatio hominis causatur &c. vt iacet in litera per totum; & habet suppositum duas partes propter dupliceм defectum operationis, scilicet principalis agentis, & instrumenti. Consequenter cum dicit.

¶ Ex parte igitur instrumētorum corporalium timor quantū est de se semper natus est impedire exteriorem operationem propter defectum caloris, qui ex timore accidit in exterioribus membris.

¶ Respondet secundùm prędictum suppositum distinctè, primò quo ad defectum instrumenti, secundò quo ad defectum principalis mouentis. s. animæ, ibi. Sed ex parte animæ &c. Primum facit tali conclusione respōsi. Ex parte instrumentorum corporalium, timor quantum est de se semper impedit operationem. Probatur ex timore accidit defectus caloris in exterioribus membris, ergo conclusio vera. Antecedens patet ex ar. 3. Tenet consequētia; quia propter defectum caloris fiunt debilia, & tremunt, & per cōsequens inabilia ad exteriorem operationem. Et dicit conclusio quantum est de se; quia si esset valdè modicus non impediret pp imperfectionē; sed tamen de se semper impedit. Cōsequenter ibi.

¶ Sed ex parte animæ si sit timor moderatus nō multum rationem perturbans, confert ad bene operandum, inquantum causat quandam solicitudinem, & facit hominem attentius consiliari, & operari.

¶ Prosequitur secundam partem suppositi, & respondet iusta secundùm defectū operationis duabus conclusionibus, secundam ibi. Si verò &c. Prima est, ex parte animæ, (idest ex parte qua anima causat mediante imaginatione, & ratione) timor moderatus confert ad bene operandum, (idest facit magis attentam, & non impedit consilium, & iudicium.) Et intelligitur conclusio, quādo timor non est de operatione, sed de his quæ quis per operationē nititur effugere. Probatur conclusio, quia timor causat quandam solicitudinem, & facit hominem attentius consiliari, & operari, igitur conclusio vera. Antecedens patet ex prædictis, consequētia de se nota; quia attentio & diligentia multum conferunt ad operandum. Et ita habetur, quòd timor moderatus facit animā quantum est de se bene operari, licēt membra exteriora per timorem non sint ita abilia ad exequendum, quod anima operatur diligenter, sicut patet sensibiliter. Si quis cum timore etiam aliquali cauteт; quia tunc quidem diligenter attendit, & minus errat; sed vox aliqualiter præpeditur. Deinde cum dicit.

¶ Si verò timor tantum increscat, q̄ rationem perturbet, impedit operationē ex parte animæ, sed de tali timore Aps nō loquitur. Et per hoc patet rnsio ad primum.

¶ Ponit secundam conclusionem iuxta secundùm membrū suppositi. istā, Timor perturbans impedit operationem etiam ex parte animæ, (i. facit vt minus attētè, & minus consultè operetur anima. Patet conclusio de se; quia ideo dicitur perturbās, q̄ iudicium rectum impedit, & per consequens, (vt patuit ar. 2.) facit minus vt deri maius &c. Valēt pro ista conclusione quæ supra habita sunt q. 24. art. 3. Et per hanc conclusionem D.S. docet intelligēdam auctoritatem allegādam in argumento in contrarium. Et vult etiam per eam esse solutum primum argumentum in oppositum adducendum, quod probat hanc conclusionem.

¶ Auctoritas autem Apostoli in argumento in contrarium est pro secunda conclusione.

¶ Ad primum. Maior vera, & hoc est ex parte animę. Ad minorem, non quicunque timor; sed immoderatus, & præueniens iudicium rationis, & obnubilans; sed non est vera de timore moderato, & imperato; quia talis confert ad vsum rationis propter attentionem, & solicitudinem, ergo timor impedit, verum, permutentionem, & solicitudinem, ergo timor impedit, verum, permutbans, & immoderatus. Vnde hæc ratio est pro secūda conclusione.

¶ Ad

¶ Ad secundùm dicendum, quòd illi, qui cadunt de trabe in alto posita, patiuntur perturbationes imaginationis propter timorem casus imaginati.

¶ Ad maiorem. Qui faciunt cum timore perturbante deficiunt in operatione. Et probationem concedo, quia tales timent timore perturbante, quia imaginatio perturbatur, & per consequens etiam corpus. Ergo timor, &c. Verum, perturbans.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnis timens refugit id, quod timet, & ideo cū pigritia sit timor de ipsa operatione, inquantum est laboriosa, impedit operationem, quia retrahit voluntatem ab ipsa; sed timor, qui est de alijs rebus intantum adiuuat operationem, inquantum inclinat voluntatem ad operandum ea, per quæ homo effugit id, quod timet.

¶ Maior vera, segnities est quidam timor, sed de operatione, licet ratione laboris, & difficultatis. Minor vera, quia retrahit voluntatem ab ipsa operatione. Vltra. Ergo timor impedit, &c. Verum, de quo est, tamen timor de alia re, quàm de operatione non impedit (immo promouet) operationem, qua resistitur malo futuro imminenti, quia timor est causa dispositiua, & inclinatiua ad operationes, per quas effugitur quod timetur. Et ergo dixi circa secundam conclusionem, quando timor moderatus non est de operatione, &c. Si autem est immoderatus, impedit, licet non solicitudinem, tamen facultatem.

Quæstio quadragesimaquinta.

De audacia.

G DEinde considerandum est de audacia, & circa hoc quæruntur quatuor. Primò, vtrum audacia sit contraria timori. Secundò, quōmodo audacia se habeat ad spem. Tertiò, de causa audacię. Quartò, de effectu ipsius.

¶ Postquam determinatum est de timore, hic determinatur de audacia. Et patuit ratio ordinis sup. q. 41, quia audacia pertinet ad eandem coniugationem cum timore, & posterior est timore tanquam per accidens, eo quod est per se. Et tria fiunt principaliter in ista quæstione. Primò inquirit quid sit audacia. Secundò inquirit causam eius, ar 3 Tertiò effectus eius, 4. ar. Circa primum primò ostendit propositum, manifestando quomodo audacia habeat se ad timorem. Secundò quomodo ad spem, in 2. ar. Ex qua comparatione innotescit quidditas audaciæ.

Vtrum audacia sit contraria timori.

Sup. q. 23. ar. 2. co. fin. Et inf. præsen. q. 41 3. cor. Et 2. 2 q. 123. ar. 3. ad 3. & q. 129 artic. 6. ad 2.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd audacia non contrarietur timori. Dicit enim Aug. in lib. 83. q. * quòd audacia vitium est; vitium autem virtuti contrariatur, cum ergo timor non sit virtus, sed passio, videtur, q̄ timori non contrarietur audacia.

* Augus. q. 31. & 34.

¶ 2 Præterea, vni vnum est contrarium, sed timori contrariatur spes; non ergo contrariatur ei audacia.

¶ 3 Præterea, vnaquæq; passio excludit passionem oppositā; sed id, quod excluditur per timorem est securitas. Dicit enim August. 2. confes. * quòd timor securitati pręcauet; ergo securitas contrariatur timori, non ergo audaciæ.

*Aug. c. 6.

¶ Sed contra est, quod Philosophus dicit in 2. Rhetoric. * quòd audacia est timori contraria.

* Arist. c. 5.

¶ Hic primò comparat audaciam timori penes cōtrarietatem. Ex qua comparatione innotescit genus, & species audaciæ, & consequens quidditas.

¶ Respondeo dicendum, quòd de ratione contrariorum est, quòd maximè à se distent, vt dicitur in 10. Metaph. * Illud autem, quod maximè distat à timore est audacia; timor enim refugit nocumentum futurum propter eius victoriam super ipsum timentem, sed audacia aggreditur periculum imminens propter victoriam sui super ipsum periculum; vnde manifestè timori contrariatur audacia.

* Arist. c. 13.

¶ D.S. respondet tali conclusione. Audacia contrariatur timori, probatur, de ratione contrariorum est, quòd maximè distent; sed audacia maximè distat à timore, igitur, &c. Maior habetur ex 10. Metaphy. Minor probatur, quia accessus ad aliquod malum, maximè distat à recessu ab eodem; sed audacia dicit accessum ad periculum, & malum propter victoriam super ipsum. (Audacia enim tendit in malum arduum, vt euadat eius subiectionem.) Timor autem recedit, igitur, &c. Et valent pro isto artic. quæ dicta sunt, q. 40. art. 4. in cor. & ad primum.

¶ Confirmatur etiam conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicēdum, quòd ira, & audacia, & omnium passionum nomina dupliciter accipi possunt. Vno modo secundùm quòd important absolutè motus appetitus sensitiui in aliquod obiectum bonum, vel malum, & sic sunt nomina passionum. Alio modo secundùm quòd simul cum huiusmodi motu important recessum ab ordine rationis, & sic sunt nomina vitiorum, & hoc modo loquitur August. de audacia; sed nos loquimur nunc de audacia secundùm primum modum.

August.

¶ Ad maiorem dico, quòd audacia secundùm speciem suam, vt est passio, vt sic, non est vitium, sicut sup. q. 24. art. 4. dictum est, q̄ passiones secundùm esse naturæ non sunt malæ. Sed verum est, q̄ audacia in homine, quia importat modum, qui est in potestate hominis, & contra ordinem rationis, sic est vitium, & opponitur virtuti. l. fortitudinis penes excessum.

¶ Ad minorem, vitium formaliter contrariatur virtuti, si capitur propriè vitium. Si autem capitur largè pro actu, tunc est peccatum. Et opponitur actui vitij, vt patebit inf. q. 71. artic. 1. Vltra. Cum ergo, &c. Conceditur de timore de quo nunc loquimur. Videtur, quòd timori non contrariatur audacia, verum, vt audacia est vitium, sic non contrariatur timori; tamen vt est motus appetitus accedens, opponitur timori recedenti.

¶ Et vult breuiter solutio, quòd audacia cōsideratur dupliciter. Vno modo pro tali motu appetitus sensitiui, tunc contrariatur timori, vt etiam passio est, & cōtrario modo se habet ad obiectū. Alio modo accipitur vt audacia nominat in homine motum, qui est contra ordinem rationis, & formaliter, vt vitium, & sic opponitur virtuti, vel magis, vt accipitur sicut peccatum, opponitur actui, vel passioni, vt est secundùm ordinem rationis. Sicut in simili peccatum veniale, & mortale, inesse peccati formaliter, distinguuntur genericè, & specificè; tamen vt actus humani circa obiectum possunt esse eiusdem speciei, vt infra patebit. Sic audacia, vt vitium opponitur virtuti; sed vt passio opponitur alteri passioni.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ vni secundùm iddem non sunt plura contraria, sed secundùm diuersa nihil prohibet vni plura contrariari, & sic dictum est supra, * quòd passiones irascibilis habent duplicem contrarietatem, vnam secundùm oppositionem boni, & mali, & sic timor contrariatur spei; & aliam secundùm oppositionem accessus, & recessus, & sic timori contrariatur audacia, spei verò desperatio.

* q. 23. ar. 2; q. 40. ar. 4.

¶ Ad maiorem sæpe dictum est. Et dicitur nunc etiam, quòd vni vnum est contrarium. Vno modo accipiendo cōtrarietatem, & in vno modo contrarietatis nihil prohibet in passionibus irascibilis vni passioni plures esse contrarias, vnam secundùm contrarietates obiecti, & sic contrariatur spes timori; aliam secundùm accessum, & recessum ab eodem, & sic contrariatur timori audacia.

¶ Et secundò, vni vnum est contrarium, præsertim in his, quæ specificantur per intrinseca sui generis, & in absolutis; sed in his, quæ specificantur per extrinseca (vt passiones, motus, &c.) vni possunt diuersa esse contraria in diuersis modis contrarietatis, sic est hic.

¶ Nota, q̄ quando D.S. dicit in solutione, q̄ timori secundùm diuersa sint diuersa contraria, non intelligitur secundùm diuersas partes ipsius timoris, sed quodlibet contrariatur toti, sed secundùm diuersa, & diuersis modis; quia vnum penes obiectum, aliud penes modum contrarium se habendi ad iddem obiectum.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ securitas non significat aliquid contrarium timori, sed solam timoris exclusionem; ille enim dicitur esse securus, qui non timet; vnde securitas opponitur timori, sicut priuatio, audacia autem sicut contrarium; & sicut contrarium includit in se priuationem, ita audacia securitatem.

¶ Ad maiorem, vnaquæque passio excludit suam oppositam. Verum, contrariam, & cum hoc priuationem. Minorem. Securitas excluditur sicut priuatio, vt declaratur in litera; quia securitas dicit cessationem timoris, non timendo mala imminentia, & sperat se euasurum malum de facili, sicut supra tangebatur, quæstio. 40. articu. 8. ad primum. Vltra. Ergo securitas contrariatur, &c. Negatur, sed opponitur sibi priuatiuè, & audacia opponitur contrariè.

Vtrum

Vtrum audacia consequatur spem.

H

Sup. q. 25. ar.3.cor. & inf.pre. q. ar.3.co. Et 2.2. q.125. ar.2. ad 3. & q.129.ar. 7.co. Et Ve ri.q.25.art. 5.ad 2. Et 3. Eth. lec. 4.col.3.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd audacia non consequatur spem. Audacia enim est respectu malorum, & terribilium, vt dicitur in 3.Ethic.* spes autem respicit bonum, vt sup.dictum est;* ergo habent diuersa obiecta, & non sunt vnius ordinis; non ergo audacia consequitur spem.

* Arist.c.6. & 7. *q.40.ar.1.

¶ 2 Præterea, sicut audacia contrariatur timori, ita desperatio spei; sed timor non sequitur desperationem, quinimmo desperatio excludit timorem, vt Philosoph. dicit in secundo Rhetoricorum;* ergo audacia nõ consequitur spem.

* Arist.c.5.

¶ 3 Præterea, audacia intendit quoddam bonum. s. victoriam; sed tendere in bonum arduum pertinet ad spem; ergo audacia est idem spei; non ergo consequitur ad spem.

¶Sed contra est, quod Philosoph. dicit in 3.Ethic.* ꝙ illi, qui sunt bonæ spei sunt audaces; videtur ergo audacia consequi spem.

* Arist.c.8.

¶Hic comparat audaciam ad spem, penes sequelam, ex qua comparatione etiam innotescit conditio audacię, & obiectum.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut iam pluries dictum est, *omnes huiusmodi passiones animæ ad appetitiuam potentiam pertinent; omnis autem motus appetitiuæ potentiæ reducitur ad prosecutionem, vel fugam. Prosecutio autem, vel fuga ast alicuius, & per se, & per accidens; per se quidem est prosecutio boni, fuga verò mali; per accidens autem potest prosecutio esse mali propter aliquod bonum adiunctum, & fuga boni propter aliquod malum adiunctum; quod autem est per accidens sequitur ad id, quod est per se, & ideo prosecutio mali sequitur prosecutionem boni, sicut & fuga boni sequitur fugam mali.

* q.22.&c.

¶D.S. respondet ex superabundanti plus quàm quæsitum sit tali conclusione. Audacia sequitur spem, & desperatio sequitur & præsupponit timorem. Hanc cõclusionem probat primo quo ad ambas partes simul. Secundò eas infert, & segregatim eas secundariò probat, primã partem ibi. Vnde sequitur, &c. secundam ibi. Ad timorem, &c. Arguitur ergo sic pro ambabus conclusionis partibus. Prosecutio mali sequitur prosecutionem boni, & fuga boni sequitur fugam mali; sed audacia dicit prosecutionẽ mali terribilis, spes autem prosecutionem boni; desperatio autem importat fugam boni, timor fugam mali; igitur audacia sequitur spem, & desperatio timorem. Huius rationis D.S. primò ponit, & probat maiorem, secundò minorem, ibi. Hæc autem, &c. Maior ergo probatur à principio, resumendo supradicta præsertim, q. 25.art.3 sic arguendo. Omne per accidens sequitur ad id, quod est per se; sed prosecutio boni est per se, mali per accidens, & fuga mali est per se, boni per accidens; igitur maior vera, & præmittit quòd non sunt nisi fuga, & prosecutio in appetitu. Consequenter cum dicit.

¶Hæc autem quatuor pertinent ad quatuor passiones; nam prosecutio boni pertinet ad spem; fuga mali ad timorem; prosecutio etiam mali terribilis pertinet ad audaciam; fuga verò boni pertinet ad desperationem.

¶Subiungit minorem, quæ vult, quòd prædicta quatuor. s. prosecutio boni, & fuga mali, & fuga boni, & prosecutio mali, pertineant ad quatuor passiones irascibilis. Vnde sequitur conclusio. Consequenter ibi.

¶Vnde sequitur, ꝙ audacia consequitur ad spem. Ex hoc enim, ꝙ aliquis sperat superare terribile imminens, ex hoc audacter insequitur ipsum.

¶Subinfert primam partem conclusionis, quàm secundò probat magis particulariter, & patet hæc ratio ad sensum, vt in litera. Tunc ibi.

¶ Ad timorem verò sequitur desperatio; ideo enim aliquis desperat, quia timet difficultatem, quæ est circa bonum sperandum.

¶Manifestat, & ponit secundam partem conclusionis singillatim. Et arguitur sic. Ideo aliquis desperat, quia timet difficultatem quæ est circa bonum speraudum (ita videlicet, ꝙ spes directè respicit bonum. s. victoriam. Ratione cuius audacia prosequitur periculum illi bono coniunctum, & ita audacia directè prosequitur malum ratione boni adiuncti, & sic per accidens) similiter desperatio respicit bonum, quod refugit. Timor verò respicit malum, ratione cuius desperatio refugit bonum. Et sic patet quomodo spes importat causam, quare audacia accedit ad malũ. Et similiter importat rationem, & motiuum, quare desperatio recedit à bono; nam recessus à bono non est nisi propter malum, &c.

¶Sed circà hanc secundam partem conclusionis, & iam dicta, videtur esse controuersia ad supradicta, q.25.ar.3. post medium corporis. Dicitur enim hic, ꝙ desperatio sequitur timorem, sicut per accidens ad per se. Supra autem dicitur, ꝙ timor sequitur desperationem. Dicit enim D.S. sic. Spes, & desperatio sunt ratio timoris, & audaciæ. Nam audacia consequitur spem victoriæ, & timor sequitur desperationem vincendi, hæc in forma ibidem.

¶Sed quicquid sit, videtur magis fundatum, & verum, quod hic dicitur, vbi D.S. videtur magis loqui ex intentione. Nec videtur verum, ꝙ timor sequitur desperationem, quia vt patuit q.42. art.2. Et in auctoritate Philosophi adducta in argumẽto, secundo vbi dicit, ꝙ desperatio excludit timo. cẽ. Ad hoc enim ꝙ aliquis timeat oportet esse spem salutis. Vnde sæpe dictũ fuit, ꝙ vbi est necessitas præsumpta (per desperationẽ videlicet) ibi non habet locum timor, sed tristitia; quia accipitur malum, vt iniacens. Videtur ergo timor sequi non desperationem, vt sup. dixit D.S. non loquens ex intentione de ista re, sed amorem, & spem. Sufficit autem ad verificandum intentum suum supra, ꝙ timor, & audacia dependeant à spe, & desperatione coniunctim non diuisim. Timor enim non consurgit ex desperatione vincendi, sed ex spe effugiendi malum, & ex amore boni, cui malum terribile contrariatur. Et præterea desperatio secundùm D.S. hic, & veritatem, nõ respicit directè malum, sed bonum; ergo non respicit defectum victoriæ, sed recedit ab ipsa victoria propter timorem deficiendi. Magis igitur desperatio præsupponit timorem, quàm econtra; quia recessus à bono præsupponit recessum à malo a toto genere. Et hoc D.S. vult hic, & videtur melius dictum.

ARGVMENTVM in contrarium pro prima parte conclusionis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio sequeretur, si bonum, & malum essent obiecta nõ habentia ordinem adinuicem; sed quia malum habet aliquem ordinem ad bonum; est enim posterius bono, sicut priuatio habitu; ideo audacia, quæ insequitur malum est post spem, quæ insequitur bonum.

¶Maior vera. Audacia malorum, sed per modum accessus, qui est per accidens, radicatus in aliquo accessu per se, qui est spes. Vltra ad illam. Ergo habent diuersa obiecta, concedo. Vltra. Et non sunt vnius ordinis. Dico, ꝙ verum, non sunt vnius ordinis, tamen habent se per ordinem actus, quorum vnus est mali accedendo, & alius qui est boni accedendo, quia secundus est ratio, & causa alterius. Et secundò dico, ꝙ etiam malum habet ordinem ad bonũ, licet non sint vnius ordinis. Non enim est inconueniens, quòd diuersi ordines res à seinuicem dependeant. Sicut totum genus accidentium est alterius ordinis, quàm substãtia, & tamen dependet à substantia. Negatur ergo consequentia, quia audacia dicit motum ad malum, qui necessariò præsupponit motum ad bonum in appetitu.

¶Ad secundum dicendum, quòd etsi bonum simpliciter sit prius, quàm malum, tamen fuga per prius debetur malo, quàm bono, sicut insequutio per prius debetur bono, quàm malo; & ideo sicut spes est prior, quàm audacia, ita timor est prior, quàm desperatio; & sicut ex timore non semper sequitur desperatio, sed quando fuerit intensus; ita ex spe non semper sequitur audacia; sed quando fuerit vehemens.

¶Maior vera, tamen audacia importat accessum ad malũ, spes ad bonum. timor verò importat recessum à malo, desperatio à bono. Et licet bonum sit prius malo, tamen recessus à malo, prior est recessu à bono. Et sic timor est prior desperatione, & spes prior audacia.

¶Ad minorem. Verum, timor non sequitur, &c. quia timor dicit recessum à malo, desperatio à bono. Modo recessus à malo est ratio recedendi à bono propter malum coniunctũ. Et ergo econtra, desperatio quæ dicit recessum à bono, est posterior timore, & sequitur timorem, præsertim si timor sit intensus. Vltra. Ergo audacia, &c. s. vehementem, negatur, quia esto desperatio sequitur timorem, & non econtra ratione dicta; non tamen oportet, quòd spes sequatur audaciam, vt prætendit argumentum; quia spes dicit per se accessum ad bonum, ideo necessariò præsupponitur accessui ad malum, qui est in audacia; desperatio autem dicit recessum à bono, qui necessariò præsupponit recessum à malo, qui est timor. Vnde hoc argumentum stat in illa consequentia. Timor præcedit desperationem, ergo oppositum timoris. s. audacia præcedit spem, & nõ econtra. Negat D.S. consequentiam. Et ratio est, quia

timor importat recessum à malo, à quo prius recedituꝛ, quàm à bono; ideo oportet, ꝙ timor sit prior desperatione; sed spes importat accessum ad bonum, ideo prior est audacia, quæ importat accessum ad malum. Et primum vult D.S. in principio solutionis, quia & si desperatio sit circa bonum, quod prius est malo, circa quod est timor; tamen quia desperatio dicit recessum, & fugam boni, quæ est posterior fuga mali; ideo timor, quæ importat fugã mali, prior est desperatione, quæ dicit fugam boni, hoc intendit solutio. Quare negatur consequentia, quia esto contrarientur audacia, & timor, sicut spes, & desperatio, non tamen oportet, ꝙ si illud contrarium de illo ordine est posterius. s. audacia spe, sic aliud contrario alij. s. timor audacia. Et ratio patuit, quia audacia dicit accessum ad malum, quæ præsupponit accessum ad bonum; sed desperatio dicit recessum à bono, qui posterior est recessu à malo. Quare non est simile, &c.

¶Et nota, ꝙ D. S. & minor argumenti clarè dicunt, ꝙ timor prior est & rõ desperationis, pro confirmatione dictorũ in corpo.

¶Ad tertium dicendum, quòd audacia licet sit circa malum cui coniunctum est bonum victoriæ secundùm æstimationem audacis, tamen respicit malum; bonum verò adiunctum respicit spes; & similiter desperatio respicit bonum directè, quod refugit, malum verò adiunctum respicit timor; vnde propriè loquendo, audacia nõ est pars spei, sed eius effectus, sicut nec desperatio est pars timoris, sed eius effectus; & propter hoc etiam audacia principalis passio esse non potest.

¶Maior negatur, ꝙ audacia intendit victoriam tanquam proprium obiectum; immo tendit in periculum directè; quo superato quis consequitur victoriam. Quare est periculi sicut obiecti, sed victoriæ sicut finis, & rationis accedendi periculum. Vnde dictum est, ꝙ accessus ad bonum. s. ad victoriam per spem, est ratio accedendi malum. s. periculum per audaciam. Quare etiam audacia non potest esse principalis passio, quia dicit accessum ad malum, qui est per accidens propter accessum ad bonum.

¶Minorem concedo, sed tendere in malum arduum coniunctum bono arduo non pertinet ad spem secundùm se, sed sequitur ad spem sicut eius effectus. Vltra, ergo Audacia, &c. Negatur consequentia ista, quia præsupponit ꝙ habeant idem obiectum, quod iam ostensum est esse falsum, & per consequens negatur vlterior consequentia.

Vtrum defectus aliquis sit causa audaciæ.

I

Sup. q. 25. ar.3.cor.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd defectus aliquis sit causa audaciæ. Dicit enim Philosophus in lib. de Problem.* quòd amatores vini sunt fortes, & audaces; sed ex vino sequitur defectus ebrietatis; ergo audacia causatur ex aliquo defectu.

*Aristot in sec.27.proble.4.

* Arist.c.5.

¶ 2 Præterea, Philosophus dicit in 2.Rhetoric.* ꝙ inexperti periculorum sunt audaces; sed inexperientia defectus quidam est; ergo audacia ex defectu causatur.

* Arist.c.7.

¶ 3 Præterea, iniusta passi audaciores esse solent, sicut etiam bestię cum percutiũtur, vt dicitur in 3.Ethic.* sed iniustum pati ad defectum pertinet; ergo audacia ex aliquo defectu causatur.

* Arist.c.5.

¶Sed contra est, quod Philosoph. dicit in 2.Rhetoric.* ꝙ causa audaciæ est cum in phantasia fuerit spes salutarium, vt prope existentium, timendorum autem aut non entium, aut longè entium; sed id quod pertinet ad defectum, vel pertinet ad salutarium remotionem, vel ad terribilium propinquitatem; ergo nihil quod ad defectum pertinet est causa audaciæ.

¶Hic Doc. Sanc. inquirit de causa audaciæ, an defectus sit causa audaciæ.

*Ar.præce.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut supra dictum est,* audacia consequitur spem, & contrariatur timori; vnde quæcunq; nata sunt causare spem, vel excludere timorem, sunt causa audaciæ.

¶D.S. respondet vna conclusione, quam deducit per corpus articuli, sed eam formaliter ponit in solutione ad tertium. Et est ista. Excellentia per se causat audaciam, nullus autem defectus, nisi per accidens, inquantum habet adiunctam aliquam excellentiam. Probatur prima pars huius conclusionis in corpore; sed secunda habebitur ex solutionibus argumentorum. Pro prima arguitur sic. Quęcunq; nata sunt causare spem, vel excludere timorem, sunt causa audaciæ; sed quæ pertinent ad excellentiam, & perfectionem, prouocant spem, & excludunt timorem; ergo talia sunt causa audaciæ, & per consequens sequitur etiam secunda pars, ꝙ non ea, quæ sunt defectus, nisi per accidens, vt patebit. Huius rationis D.S. ponit, & probat primò maiorem, secundò minorem; ibi. Quia verò, &c. Maior ergo patet à principio, quia audacia consequitur spem, & contrariatur timori, igitur, quæ augent, vel causant spem causant audaciam, & quæ diminuunt timorem causant audaciam. Consequenter cum dicit.

¶Quia verò timor, & spes, & etiam audacia cum sint passiones quædam, consistunt in motu appetitus, & in quadam transmutatione corporali, dupliciter potest accipi causa audaciæ, siue quantum ad prouocationẽ spei, siue quantum ad exclusionem timoris; vno modo quidem ex parte appetitiui motus, alio verò modo ex parte transmutationis corporis.

¶Subiungit quæ sunt pro minore. Et primò præmittit quoddam notabile distinctiuum. Secundò membra declarat, & applicat proposito pro minore, ibi. Ex parte quidem, &c. Ponit ergo primò rationem distinctionis clarè in litera, & concludit, ꝙ dupliciter potest accipi causa audaciæ, siue quantum ad prouocationem spei, siue quantum ad exclusionem timoris. Vno modo ex parte, &c. vt in litera clarè. Consequenter ibi.

¶Ex parte quidem appetitiui motus, qui sequitur apprehensionem prouocatur spes causans audaciam per ea, quæ faciunt nos æstimare, ꝙ possibile sit adipisci victoriam, vel secundùm propriam potentiam, sicut fortitudo corporis, experientia in periculis, multitudo pecuniarum, & alia huiusmodi; siue per potentiam aliorum, sicut multitudo amicorum, vel quorumcunq; auxiliantium, & præcipuè si homo confidat de auxilio Diuino; vnde illi, qui se benè habent ad Diuina, audaciores sunt, vt etiam Philosophus dicit in 2.Rhetoric.* timor autem excluditur secundùm istum modum per remotionem terribilium appropinquantium, puta, quia homo nõ habet inimicos, quia nulli nocuit, quia non videt aliquod periculum imminere; illis enim videntur maximè pericula imminere, qui alijs nocuerunt.

* Arist.c.5.

¶Applicat prædictam distinctionem ad propositum, & intendit talem rationem pro minore principali. Ex parte appetitiui motus, qui sequitur apprehensionem, prouocatur spes causans audaciam, per ea, quæ faciunt nos æstimare, ꝙ possibile sit adipisci victoriam. Vel secundùm propriam potentiam, vel per potentiam aliorum; timor verò excluditur isto modo per remotionem terribilium appropinquantium. Ex parte verò transmutationis corporalis causatur audacia per prouocationem spei, & exclusionem timoris, quod facit caliditas circa cor; sed omnia ista sunt excellentiæ, & perfectionis; igitur quę pertinent ad excellentiam prouocant spem, & excludunt timorem. Minor illa patet de se, quia potentia, experientia, diuitiæ, similiter calefactio cordis pertinent ad excellentiam, & perfectionem. Maiorem autem D.S. declarat, primò quo ad primam partem clarè in litera, secundò quo ad secundam, cum dicit.

¶Ex parte verò transmutationis corporalis causatur audacia per prouocationem spei, & exclusionem timoris, vel ex his, quæ faciunt caliditatem circa cor; vnde Philosophus dicit in lib. de partib. animaliũ,* ꝙ illi, qui habent paruum cor secundùm quantitatem sunt magis audaes; & animalia habentia magnum cor secundùm quantitatem sunt timida, quia calor naturalis non tantum potest calefacere magnum cor sicut paruum, sicut ignis non tantum potest calefacere magnam domum, sicut paruam; & in lib. de Proble. dicit,* ꝙ habentes magnum pulmonem sanguineum sunt audaciores propter caliditatem cordis ex inde consequentem, & ibidem dicit,* ꝙ vini amatores sunt magis audaces propter caliditatem vini; vnde & supra dictum est, ꝙ ebrietas facit ad bonitatem spei, caliditas enim cordis repellit timorem, & causat spem propter cordis extensionem, & amplificationem.

*Arist.li.3. cap.4.

*Aristot.in sec.27.proble.4.

*q.40.ar.6.

¶Patent ista clarè. Vult ergo ista ratio, ꝙ causantia spem, & excludentia timorem ad quam spem, & exclusionem timoris sequitur audacia, sunt perfectionis; igitur per consequens audacia causatur ex his, quæ sunt perfectionis (s.l. per se.) Dico autem per se, quia per accidens defectus est causa audaciæ, vt probant argumenta ante oppositum.

¶Argumentum autem in contrarium, est directè pro secunda parte conclusionis responsiuæ, quæ etiam de se sequitur ad primam,

mam,& prima probata,probatur & secunda,quia benè sequitur, perfectio est causa,ergo non defectus.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ ebrietas causat audaciam,non inquantum est defectus,sed inquantum facit cordis dilatationem, & inquantum etiam facit æstimationem cuiusdam magnitudinis.

¶Maior vera,propter multiplicationem spirituum,& caloris dilatantium cor. Minor vera,tamen illa perfectio corporalis ipsius cordis concomitatur ebrietatem, & secundò æstimatio magnæ virtutis,vt patuit q.40.ar.6.Vltra,ergo,&c. Audacia causatur ex defectu per se(hoc est ratione ipsius solius sine coniuncta perfectione aliqua,saltem corporali, & æstimata excellentia) negatur,sed per accidens, vt voluit secunda pars conclusionis, quam probat ista ratio.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ illi qui sunt inexperti periculorum sunt audaciores, non propter defectũ, sed per accidens,inquãtum scilicet propter inexperientiam, neque debilitatem suam cognoscunt,neque præsentiam periculorum;& ita per subtractionem causæ timoris sequitur audacia.

¶Maior vera, non ratione inexperientiæ per & secundùm se, sed vt illa inexperientia habet adiunctam æstimationem magnæ virtutis,& potentiæ facilè superandi pericula, quæ parua, vel nõ futura æstimantur. Minor vera,ergo audacia ex defectu causatur. Verum,per accidens ratione illius æstimationis.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut Philosophus dicit
Arist.c.5. in 2. Rhetoric. iniustum passi redduntur audaciores, quia æstimant, ꝙ Deus iniustum passis auxilium ferat. Et sic patet,ꝙ nullus defectus causat audaciam, nisi per accidens,inquantum.s.habet adiunctam aliquam excellentiam,vel veram,vel æstimatam, vel ex parte alterius, vel ex parte sui.

¶Maior vera,non propter iniuriam,vt dicit defectum,sed propter spem in adiutorium Diuinum, & in Diuinam iustitiam,quæ non patiatur progredi iniustitiam,&c. Animalia autem percussa redduntur magis audacia, vt videtur propter excitatam iram, & propter calorem intensum.

Vtrum audaces sint promptiores in principio, quàm in ipsis periculis.

K

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd audaces non sint promptiores in principio, quàm in ipsis periculis.Tremor enim ex timore causatur,qui cõtrariatur audaciæ,vt ex dictis patet,* sed audaces quandoque in principio tremunt,vt Philosophus dicit in lib. de Problem.* ergo non sunt promptiores in principio, quàm in ipsis periculis existentes.

*q.44.ar.3. & q. 45. artic. 1.
3.Ethicor. lec.14.
*Aristot.in sec.27.proble.3.

¶ 2 Præterea, per augmentum obiecti augetur passio,sicut si bonum est amabile, & magis bonum est magis amabile;sed arduum est obiectum audaciæ;augmentato ergo arduo augmentatur audacia; sed magis fit arduum, & difficile periculum,quando est præsens; ergo debet tunc magis crescere audacia.

¶ 3 Præterea, ex vulneribus inflictis prouocatur ira, sed ira causat audaciam. Dicit enim Phil.in 2.Rhetor.* quòd ira est ausiuum;ergo quando iam sunt in ipsis periculis,& percutiuntur, videtur quòd magis audaces reddantur.

* Arist.c.5.

¶Sed contra est, quod dicitur in 3.Ethic.* quòd audaces præuolantes sunt & volantes ante pericula, in ipsis autem discedunt.

*Arist.c.7.

¶Hic quærit de effectu audaciæ, qui est facere promptiores in principio,quàm tempore periculorum.

¶Respondeo dicendum, ꝙ audacia cum sit quidam motus appetitus sensitiui, sequitur apprehensionẽ appetitiuę, aliàs sensitiuæ virtutis; virtus aũt sensitiua nõ est collatiua, nec inquisitiua singulorum, quæ circunstant rem, sed subitum habet iudicium. Contingit autem quandoque ꝙ ꝑm subitam apprehensionem non possunt cognosci omnia, quæ difficultatem in aliquo negotio afferunt; vnde surgit audaciæ motus ad aggrediendũ periculum; vnde quãdo iam experiuntur ipsum periculum,sentiunt maiorem difficultatem,quàm æstimauerunt,& ideo deficiunt.

¶D.S.primò respondet directè ad quæsitum, secundò respondet etiam de forti, quomodo se habeat oppositio modo ad audacem,ibi. Sed ratio,&c. Tertiò probat ambas responsiones simul, ibi. Verum etiam,&c. Respondet ergo ad quæsitum tali conclusione. Audaces sunt promptiores in principio, & tempore periculorum deficiunt. Arguitur sic pro ista conclusione.Illi in principio sunt prompti,& deficiunt in fine, qui primò æstimant modicam difficultatem,sed in periculis experiuntur maiorem,quàm æstimauerunt; sed audaces in principio aggressus periculi æstimant modicam difficultatem; in ipsis verò periculis experiuntur maiorem, igitur conclusio vera. Maior patet extra literam, quia promptitudo aggrediendi causatur ex æstimatione facultatis superandi.Minorem D.S.probat à principio. Deinde cum dicit.

¶Sed ratio est discursiua omnium,quę afferunt difficultatem negotio,& ideo fortes, qui ex iudicio rationis aggrediuntur pericula, in principio videntur remissi, quia non passi, sed cum deliberatione debita aggrediuntur;quando autem sunt in ipsis periculis,non experiuntur aliquid improuisum;sed quandoq; minora illis,quæ præcogitauerunt,& ideo magis persistunt.

¶Respondet de forti per oppositum ad prædicta, propter perfectionem doctrinæ (quia & Philosophus oppositum ponit de forti) tali conclusione. Fortes in principio videntur esse remissi, sed in periculis magis persistunt;qđ probatur supplẽdo maiorem oppositam maiori præcedentis rationis;illi in principio videntur remissi,& in periculis magis persistunt; qui diudicant omnia pericula in principio, & in ipsis periculis non inueniunt maiorem; immo quandoq; minorem difficultatem, quàm æstimauerũt,sed fortes sunt huiusmodi. Maior patet, quia remissio promptitudinis aggrediendi prouenit ex ponderata difficultate. Et permanentia in periculis ex inuenta minore difficultate,quã æstimata erat. Minor probatur in litera clarè. Deinde ibi.

¶Vel etiam quia propter bonum virtutis pericula aggrediuntur,cuius boni voluntas in eis perseuerat quantacunque sint pericula; audaces autem propter solam æstimationem facientem spem, & excludentem timorem,sicut dictum est.*

*ibi.

¶ Subiungit rationem aliam pro vtraque conclusione,istam, manente causa manet & effectus,& deficiente deficit; sed in fortibus manet in periculis causa aggressus, in audacibus autem in periculis deficit;ergo fortes manent, audaces non persistunt,&c. Minor probatur in litera, quia fortes aggrediuntur propter bonum virtutis, cuius voluntas manet etiam in periculis. *Audaces* autem aggrediuntur propter spem consurgentem ex æstimatione facilitatis periculorum, quæ æstimatio non manet dum experiuntur contrarium,igitur,&c.

¶Et nota, ꝙ libri in principio corporis communiter sunt mendosi (audacia sequitur apprehensionem appetitiuæ) debet esse sensitiuæ virtutis, non enim virtus appetitiua est apprehensiua, vt de se constat.

¶Confirmatur autẽ prima conclusio argumento in contrariũ.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ etiam in audacibus accidit tremor propter reuocationem caloris ab exterioribus ad interiora, sicut etiam in timentibus; sed in audacibus reuocatur calor ad cor, in timentibus autem ad inferiora.

¶Ad maiorem. Tremor ex timore causatur propter retractionem caloris ad interiora inferiora, & non solùm ex timore,quia in hoc non contrariatur audaciæ, quia facit tremorem, sed quia facit propter alium modum.

¶Minor vera,propter hoc, ꝙ calor reuocatur ad cor, quod dilatatur ex calore, & redditur audacius, ergo,&c. Negatur consequentia,vult argumẽtum, ꝙ in principio timeant, quia tremunt, hoc non sequitur,vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd obiectum amoris est simpliciter bonum; vnde augmentatum simpliciter augmentat amorem; sed obiectum audaciæ est compositum ex bono, & malo; & motus audaciæ in malum præsupponit motum spei in bonum; & ideo si tantum addatur de arduitate ad periculum,quòd excedat spem, non sequitur motus audaciæ,sed diminuetur; si tamen sit motus audaciæ, quantò maius est periculum, tantò maior audacia reputatur.

¶Ad maiorem,vera, si augmentum obiecti etiam compatiatur passionem,quando passio non simpliciter respicit obiectum,sed quasi cõditionaliter in ordine ad aliud. Sic amor respicit bonum absolutè,

absolutè sine habitudine ad aliud, & procedit probatio de amore.Et maior vera,quando passio respicit obiectum absolutè sub tali ratione;si autem non absolutè, sed in ordine ad obiectum alterius passionis, tunc non oportet,nisi & obiectũ alterius augmentetur. Ad minorem, arduum non est obiectum ratione arduitatis absolutè; sed in ordine ad bonum victoriæ, quam respicit spes. Vnde si accidat,vel æstimetur tanta arduitas,quæ non compatiatur spem, non compatitur tale augmentum passionem audaciæ, quia obiectum audaciæ est compositum, &c. Non ꝙ directè audacia respiciat vtrunque,vt patuit ar.2.ad tertium; sed quia vnum directè respicit.s.malum, & arduum, aliud præsupponit.s.victoriam speratam;vera est tamen maior, quòd augmentato obiecto augetur passio si maneat; maior est, enim audacia, quæ aggreditur maximum malum.

¶Ad tertium dicendum, quòd ex lęsione non causatur ira, nisi supposita aliqua spe, vt infra dicetur,* &
*q.seq.ar.1. ideo si fuerit tantum periculum, quòd excedat spem victoriæ, non sequetur ira; sed verum est, quòd si ira sequatur,audacia augebitur.

¶Ad maiorem, nõ semper causatur ira ex vulneribus,nisi supposita aliqua spe vindicandi, vt patet q.præce.art.1. Minor vera. Vltra,ergo quãdo iam sunt in periculis, & percutiuntur,&c. Verum, si spes maneat, si autem excluditur spes, sicut communiter solet fieri audacibus,qui pericula prius non pensauerunt,tunc nõ sequitur ira,vel audacia,nec persistentia,sed fuga,& deiectio.

Quæstio quadragesimasexta.

De ira secundùm se.

L

DEinde considerandum est de ira, & primò de ira secundùm se; secundò de causa factiua iræ, & remedio eius; tertiò de effectu eius. Circa hoc quæruntur octo. Primò,vtrum ira sit passio specialis. Secundò,vtrũ obiectum iræ sit bonum,an malum.Tertiò,vtrum ira sit in concupiscibili. Quartò, vtrum ira sit cum ratione. Quintò,vtrum ira sit naturalior, quàm concupiscentia. Sextò, vtrum ira sit grauior, quàm odium. Septimò, vtrum ira solùm sit ad illos ad quos est iustitia. Octauò, de speciebus iræ.

¶Postquam determinatum est de timore,& audacia, quæ constituunt secundam coniugationem passionum irascibilis, hic finaliter determinat de ira,quia vt supra patuit.Ira est vltima passio irascibilis,& non habet aliquam contrariam, cum qua ponatur in aliqua vna coniugatione, ideo vltimò de ipsa determinat. Determinat autem tria de ipsa, primò secundùm se, secundò de causis,q.seq. tertiò de effectibus, q.48. Circa primum duo facit, primò inquirit naturam ipsius iræ, secundò diuidit eam in suas ſpecies in art.vlt. Circa primum duo facit,primò inquirit quid sit ira, secundò assignat quasdam proprietates eius,art.4. Circa primũ tria facit,primò ostẽdit, ꝙ ira est passio specialis distincta ab alijs, secundò inquirit obiectũ eius,ar.2.tertiò subiectũ eius,ar.3.

Vtrum ira sit passio specialis.

2.2. q.158. ar.8.co. Et 3.dif.5.q 2. ar.2.co.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd ira non sit passio specialis. Ab ira enim denominatur potentia irascibilis; sed huius potentiæ non est vna tantùm passio,sed multæ;ergo ira non est vna passio specialis.

¶ 2 Præterea, cuilibet passioni speciali est aliquid contrarium, vt patet inducenti per singula; sed iræ non
q.23.ar.3. est aliqua passio contraria, vt sup. dictum est; ergo ira non est passio specialis.

¶ 3 Præterea, vna specialis passio nõ includit aliam; sed ira includit multas passiones, est enim cum tristitia, & cum ſpe,& cum delectatione, vt patet per Phil.in 2.
* Arist.c.2. & 3. Rhetor.* ergo ira non est passio specialis.

*Dam.li.2. cap.16. *Tul.non remotæ à prin.

¶Sed contra est, quod Damasce. ponit, iram specialem passionem.Et similiter Tullius in quarto,de Tusculanis quæstionibus.*

¶Hic primò inquirit, an sit distincta passio, quod est quærere de quidditate specifica.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ aliquid dicitur generale dupliciter. Vno modo per prædicationem, sicut animal est generale ad omnia animalia.Alio modo per causam, sicut sol est generalis omnium, quæ generantur in his inferioribus, secundùm Diony.in 4.c.de Diui.no. Sicut enim genus continet multas differẽtias potestate secundùm similitudinẽ materiæ,ita causa agens cõtinet multos effectus secundùm virtutem actiuam; contingit autem aliquem effectum ex concursu diuersarum causarum produci. Et quia omnis causa aliquo modo in effectu manet;potest etiam dici tertio modo, quòd effectus ex congregatione multarum causarum productus,habet quandam generalitatem, inquantum continet multas causas quodammodo in actu. Dionysius.

¶Quia vnum oppositorum innotescit per reliquum, ideo D.S. inuestigat quomodo ira dicatur generalis passio, & quomodo non,& sic patebit an sit specialis passio. Primò ergo distinguit de multiplici generalitate, quia triplici. Secundò subiungit tres conclusiones responsiuas,primam ibi.Primò ergo,&c secundam ibi. Similiter autem,&c. tertiam ibi. Sed tertia,&c. Notat ergo D.S. ꝙ aliquid potest dici generale dupliciter,& ex secundo modo potuit & tertium,quia est generale secundùm prædicationem;secundò secundùm causalitatem; tertiò secundùm virtualem continentiam. Consequenter cum dicit.

¶Primo ergo modo, ira non est passio generalis, sed condiuisa alijs passionibus, vt sup.dictum est.* *q.23.ar.1. & 4.

¶Respondet iuxta primum membrum tali cõclusione prima. Ira non est generalis passio per prædicationem. Probatur,omnis passio alijs cõdiuisa non est generalis per prædicationem, sed ira est huiusmodi, ergo,&c. Maior nota, minor patuit sup. q.23.artic.1.& 4. Consequenter ibi.

¶Similiter autem nec secundo modo, non est enim causa aliarum passionũ,vt sup.dictum est;*sed per hunc *q.25.ar.1.
modum potest dici generalis passio amor, vt patet per Aug.in 4.de ciui.Dei.* Amor enim est prima radix om- *Aug.li.14. c.7.& 8.
nium passionum,vt sup.dictum est.* * q.25.ar.2.

¶Subiungit secundam conclusionẽ, istã. Ira non est generalis per causalitatẽ.Probatur,illa est generalis isto modo,quę est causa aliarũ passionũ;sed ira nõ est causa aliarũ passionũ,sed amor, igitur,&c. Minor patuit sup.q.25.ar.2. Tunc ibi.

¶Sed tertio modo potest ira dici passio generalis,inquantum ex concursu multarum passionum causatur; non enim insurgit motus iręnisi propter aliquam tristitiam illatam,& nisi adsit desiderium, & spes vlciscendi, quia vt Philosoph.dicit in 2.Rhetor.*iratus habet spem *Arist.c.2.
puniendi;appetit enim vindictam,vt sibi possibilem;vnde si fuerit multum excellens persona, quæ nocumentum intulit,non sequitur ira,sed solùm tristitia,vt Auic. dicit in libro de anima.

¶Deducit tertiã conclusionẽ,istã.Ira est generalis passio per virtualẽ continentiã,& præsuppositionẽ,vel effectualitatẽ(vt alij dicũt.) Probatur,oẽ illud est generale isto modo tertiò, qđ ex pluribus passiobibus cõcurrẽtibus ad ipsũ causatur;sed ira causatur ex cõcursu multarũ passionũ,igitur,&c.Minor deducit in Ira clarè.

¶Argumentum autem in contrariũ est prima conclu. respon.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd vis irascibilis denominatur ab ira,nõ quia omnis motus huius potentię sit ira,sed quia ad iram terminantur oẽs motus huius potentiæ,& inter alios eius motus, iste est manifestior.

¶Maior vera,pp maiorem notitiã huius passionis,& quia finalis est in irascibili; sed & ipsa terminetur ad passionem concupiscibilis, vt patuit sup.q.25.ar.3. Non autem,&c. quia omnes passiones sint ira in ipsa irascibili. Sicut nec oẽs sunt concupiscentis in concupiscibili. Minor vera,tamen ipsa potentia denominatur ab vna speciali ratione dicta. Sed negatur consequentia.

¶Ad secundùm dicendum, ꝙ ex hoc ipso, ꝙ ira causatur ex contrarijs passionibus.s.à spe,quæ est boni, & à tristitia,quæ est mali, includit in seipsa contrarietatem, & ideo nõ habet contrarium extra se; sicut etiam in medijs coloribus non inuenitur contrarietas, nisi quæ est simplicium colorum ex quibus causantur.

¶Ad maiorem, si intelligitur, quòd cuilibet passioni speciali est aliquod contrarium extra ipsam, negatur de ira. Si autem intelligitur vel extra ipsam, vel ipsa intra se continet contrarias passiones, conceditur. Minor vera, extra se, vt patuit quæst. 23. artic.3. tamen intra se continet contrarias virtualiter, & causaliter,negatur consequentia.

¶Ad tertium dicẽdum, ꝙ ira includit multas passiones, non quidem sicut genus species, sed magis secundùm continentiam causæ,& effectus.

¶ Si

¶Si intelligitur maior de incluſione, ſicut effectus causã includit, negatur. Minor vera, includit non ſicut genus ſpecies, ſed ſicut effectus cauſas. Vltra, igitur nõ eſt ſpecialis, verũ, tertio modo.

Vtrum obiectum iræ ſit bonum, an malum.

Inf.ar.3. & 6.cor. *Greg.lib. 4.c.13.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd obiectum iræ ſit malum. Dicit enim Greg.Nice.* quòd ira eſt quaſi armigera concupiſcentię, inquantum ſ. impugnat id, quod concupiſcentiam impedit; ſed omne impedimentum habet rationem mali; ergo ira reſpicit malum tanquam obiectum.

¶ 2 Præterea, ira, & odium conueniunt in effectu, vtriuſq; enim eſt inferre nocumentum alteri; ſed odium

q.29.ar.1. reſpicit malum tanquam obiectum, vt ſup. dictum eſt; ergo etiam & ira.

¶ 3 Præterea, ira cauſatur ex triſtitia, vnde Phil. di-

Ariſt.c.6. cit in 7. Ethic. ꝙ ira operatur cum triſtitia; ſed triſtitiæ obiectum eſt malum; ergo, & iræ.

Aug.c.6. Et 14 de ci. Dei.c.15. ¶Sed contra eſt, quod Aug. dicit in 4. confeſs. ꝙ ira appetit vindictam, ſed appetitus vindictæ eſt appetitus boni, cum vindicta ad iuſtitiam pertineat; ergo obiectum iræ eſt bonum.

Ariſt.c.2. ¶ 2 Præterea, ira ſemper eſt cum ſpe, vnde & delectationem cauſat, vt dicit Phil. in 2. Rhetor. ſed ſpei, & delectationis obiectum eſt bonum, ergo, & iræ.

¶Hic inquirit de obiecto iræ expreſsè, licet enim habito, ꝙ ſit ſpecialis paſſio, habeatur ꝙ ſit ſpecialis obiecti, non tamen habetur an ſit bonum, vel malum, & ideo nulla eſt ſuperfluitas in iſtis duobus articulis. Et præterea, quia ira videtur includere multas paſſiones, ideo primus articulus determinauit, ꝙ eſſet ſpecialis. Iſte autem quod ſit ſpeciale eius obiectum.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ motus appetitiuæ virtutis ſequitur actum virtutis apprehenſiuæ; vis autem apprehenſiua dupliciter aliquid apprehendit. Vno modo per modum incomplexi, ſicut cum intelligimus quid eſt homo. Alio modo per modum complexi, ſicut cum intelligimus album ineſſe homini. Vnde vtroque modo vis appetitiua poteſt tendere in bonum, & malum; per modum quidem ſimplicis, & incomplexi, cum appetitus ſimpliciter ſequitur, vel inhęret bono, vel refugit malum; & tales motus ſunt deſiderium, & ſpes, delectatio, & triſtitia, & alia huiuſmodi.

¶D.S. primò præmittit quandam concluſionem præambularem quaſi diſtinctiuam. Secundò applicat eam, & infert concluſionẽ reſponſiuã, ibi. Et ſimiliter, &c. Tertiò ſubiungit quoddam notabile declarans dicta, ibi. Eſt tamen, &c. Circa primum primò deducit ipſam concluſionem præambularem. Secundò explicat partes eius, ibi. Per modum, &c. Concluſio præambularis eſt. Vtroque modo (ſcilicet per modum complexi, & per modum incomplexi) vis appetitiua poteſt tendere in bonum, & malum; probatur clarè à principio in litera.

¶Et nota, quòd licet in beſtijs non ſit apprehenſio formalis alicuius complexi, quia non eſt in eis collatio; tamen ſicut ſupra dictum fuit q.40.ar.3. quòd in eis eſt ſpes, quæ tendit in futurum virtute intellectus inſtituentis naturam, & mouentis in futurum. Sic eſt in eis motus incomplexum abſque collatione, & apprehenſione collatiua vnius ad alterum, vt patebit artic. 4. ad ſecundum. Deinde cum dicit:

¶Per modũ aũt cõplexi, ſicut cum appetitus fertur in hoc, ꝙ aliquid bonũ, vel malum inſit, vel fiat circa alterum, vel tendendo in hoc, vel refugiendo ab hoc, ſicut manifeſtè patet in amore, & odio; amamus enim aliquẽ, inquãtum volumus ei ineſſe aliquod bonũ; odimus aũt aliquem, inquantũ volumus ineſſe ei aliquod malum.

¶Explicat partes concluſionis, quando videlicet appetitiua vis tendit in incomplexum, & quæ ſint iſtæ paſſiones. Explicat etiam ſecundam partem, quando feratur in obiectum complexum, & quæ ſint huiuſmodi paſſiones, quia amor, & odium. Deinde ibi.

¶Et ſimiliter eſt in ira, quicunq; enim iraſcitur, quęrit vindicari de aliquo, & ſic motus iræ tendit in duo. ſ. in ipſam vindictam, quam appetit, & ſperat, ſicut quoddam bonum, vnde & de ipſa delectatur; tendit etiam in illum de quo quærit vindictam, ſicut in contrarium, & nocium, quod pertinet ad rationem mali.

¶Applicat ſecundum membrum prædictum ad propoſitum, & reſpondetur ad quæſitum tali concluſione. Obiectum iræ eſt aliquod per modum complexi ex bono, & malo. Probatur, quicunque iraſcitur quærit vindicari de aliquo; ergo tendit in duo, &c. vt in litera, & per conſequens concluſio vera. Tunc ibi.

¶Eſt tamen duplex differentia attendenda circa hoc, iræ ad odium, & ad amorẽ. Quarum prima eſt, ꝙ ira per ſe reſpicit duo obiecta; amor verò & odium quandoque reſpiciunt vnum obiectum tantùm, ſicut cum aliquis dicitur amare vinum, vel aliquid huiuſmodi, aut etiã odire. Secunda eſt, quia vtrunq; obiectorum, quod reſpicit amor eſt bonum; vult enim amans bonũ alicui tanquam ſibi conuenienti; vtrunq; verò horum, quæ reſpicit odiũ habet rationem mali; vult enim odiens malũ alicui tanquam cuidam inconuenienti; ſed ira reſpicit vnum obiectum ſecundùm rationem boni. ſ. vindictam quam appetit, & aliud ſm rationem mali. ſ. hominem nociuũ de quo vult vindicari, & ideo eſt paſſio quodammodo cõpoſita ex contrarijs paſſionibus. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

¶Ponit notabile differentiale circa dicta, quia cõparauit iram amori, & odio, dicens, ꝙ non eſt ſimile omnino in obiecto iræ, odij, & amoris. Eſt enim duplex differentia. Ira enim ſemper eſt complexi, & duorum partialium obiectorum. Amor autem (ſcilicet concupiſcentiæ) & ſimiliter odium illi amori correſpõdens, poteſt eſſe boni tantùm, vel mali tantùm, ſicut amamus vinum.

¶Et nota, ꝙ quamuis eo actu quo concupiſcimus vinum inclu datur, & ipſe cui concupiſcimus; tamen vt amor concupiſcentiæ fertur in vinum tantùm, ſimile de odio, vt cum deteſtor rem aliquam. Et ſecundo, quia amor etiam qui eſt complexi (qui. ſ. ſimul eſt amicitiæ, & concupiſcentiæ in ordine ad diuerſa obiecta partialia) eſt duorum bonorũ, odium ſibi correſpondens eſt duorum malorum. Ira autem eſt boni, & mali. Alia autem differentia eſt clarè in litera. Quia aũt vtreq; rationes verũ probant, primæ tres, quòd ira ſit circa malum; duæ aliæ, quòd ſit circa bonum. Et vtrunque verum eſt, licet non cum præciſione. Ideo Doc. Sanc. eas non ſoluit. Ne autem videantur probare, quòd ſit mali tantùm, ideo reſpondendum eſt argumentis ante contrarium, ad maiorem explicationem.

¶Ad primum, maior vera, impugnat ſe vindicando de eo, qđ concupiſcentiã impedit, quæ vindicta habet rationem boni apud iratum. Minor vera, ergo reſpicit malum, ſed non tantùm, quia differentia eſt inter iram, & concupiſcentiam; nam concupiſcentia eſt incomplexi. Ira autem mixta ex parte obiecti.

¶Ad ſecundi maiorem, vera, ſed non conueniunt *in obiecto* determinatè, conueniunt quidem, quia ira ſemper eſt complexi, & odium etiam poteſt eſſe complexi; ſed tamen cõplexi ex duobus malis, ira conſtituti ex bono, & malo. Minor vera, ergo etiã ira, ſed non tantùm, immo & partialiter reſpicit bonum.

¶Ad tertium, maior vera, & minor, ergo & ira eſt mali, verũ, ſed non tantùm, quia ira cauſatur quidem à triſtitia, ergo in obiecto aliqualiter conuenit, ſed non totaliter; nec ſequitur gratia formæ, cauſatur ab illa paſſione, ergo conuenit cum ea in obiecto, vt enim ſæpe patuit, omnes cauſantur (ſaltem remotè) ab amore, non tamen conueniunt in obiecto.

Vtrum ira ſit in concupiſcibili.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, ꝙ ira ſit in concupiſcibili. Dicit enim Tul. in 4. de Tuſcu. quæſt. quòd ira eſt libido quædam, ſed libido eſt in concupiſcibili; ergo & ira.

¶ 2 Præterea, Aug. dicit in regula,* ꝙ ira creſcit in odium. Et Tul. dicit in eodem lib.* quòd odium eſt ira inueterata; ſed odium eſt in concupiſcibili, ſicut amor; ergo ira eſt in concupiſcibili.

¶ 3 Præterea, Damaſce.* & Greg.Nice.* dicunt, ꝙ ira componitur ex triſtitia, & deſiderio; ſed vtrunq; horum eſt in concupiſcibili; ergo ira eſt in concupiſcibili.

¶ Sed contra, vis concupiſcibilis eſt alia ab iraſcibili; ſi igitur ira eſſet in concupiſcibili non denominaretur ab ea vis iraſcibilis.

¶Hic D.S. inquirit de ſubiecto iræ.

¶Reſpondeo dicendum, quòd ſicut ſupra dictũ eſt,* paſſiones iraſcibilis in hoc differunt à paſſionibus concupiſcibilis, quòd obiecta paſſionum concupiſcibilis ſunt bonum, & malum abſolutè; obiecta autem paſſionum

iraſcibilis ſunt bonum, & malum, cum quadam eleuatione, & arduitate.

Concluſio. ¶D.S. reſpondet tali concluſione, ira non eſt in concupiſcibili, ſed iraſcibili. Probatur, omnis illa paſſio eſt in iraſcibili, cuius obiectum eſt bonum, vel malum, cum quadam eleuatione, & arduitate; ſed obiectum iræ eſt mixtum ex bono, & malo cum eleuatione, & arduitate, igitur, &c. D.S. primò probat maiorem, ſecundò minorem, cum concluſione inferendo, ibi. Dictum eſt autem, &c. Maior ergo probatur in principio, quia per hoc differunt paſſiones concupiſcibilis, & iraſcibilis. Conſequenter ibi.

Ar.præce. ¶Dictum eſt autem, ꝙ ira reſpicit duo obiecta. ſ. vindictam, quam appetit, & eum de quo vindictam quęrit, & circa vtrunq; quandam arduitatem ira requirit; non enim inſurgit motus iræ, niſi ab aliqua magnitudine circa vtrunque; quæcunque enim nihil ſunt, aut modica valde, nullo modo digna æſtimamus, vs dicit Philoſo.

Ariſt.c.2. in 2. Rhetor. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ ira nõ eſt in concupiſcibili, ſed in iraſcibili.

¶Subiungit minorem, quam probat clarè, quia ira habet pro obiecto vindictam circa aliquem, qui intulit aliquod notabile nocumentum, &c.

¶Et confirmatur concluſio argumento in contrarium, qđ procedit ex denominatione intrinſeca, & abſoluta, vbi denominans eſt formaliter in denominato, de hoc pri. par. q.6.ar.4.

Tullius. ¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ Tullius libidinem nominat appetitum cuiuſcunque boni futuri, non habita diſcretione ardui, vel non ardui; & ſecundùm hoc ponit iram ſub libidine, inquãtum eſt appetitus vindictæ; ſic autẽ libido cõis eſt ad iraſcibilẽ, & concupiſcibilem.

¶Ad maiorem dico, ꝙ libido accipitur valde generaliter pro omni effrenato motu in bonum futurum, ſiue arduum, ſiue abſolutè bonum. Minor diſtinguitur, ſi intelligitur vniuerſaliter falſa eſt, ſed aliqua libido (i. concupiſcentia carnalis) excedens moderamen rectæ rationis. Accipitur etiam libido quãdoq; pro materiali peccati originalis pro concupiſcentia habituali, vt patebit infra, q.82.ar.4. ad tertium.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ira dicitur creſcere in odium, non quòd eadem numero paſſio, quæ prius fuit ira, poſtmodum fiat odium per quandam inueterationem, ſed per quandam cauſalitatem; ira enim per diuturnitatem cauſat odium.

¶Ad auctoritates maioris, dico, ꝙ intelliguntur non formaliter, quaſi ira mutetur, & tranſeat in odium; ſed cauſaliter, quia ex ira diu durante, & retenta cauſatur odium. Quomodo autem differant ira, & odium, patebit ar.6. Et de hoc habetur in de Malo, q.12.ar.4. quia ex hoc, ꝙ aliquis aliquem ſæpe offendit, & ei iniuriatus eſt, & ſæpe concitauit ad iram, ſequitur ꝙ ipſe ſecundùm ſe incipiat ſibi diſplicere, & eum abſolutè odio proſequitur.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ira dicitur componi ex triſtitia, & deſiderio, non ſicut ex partibus, ſed ſicut ex

q.25.ar.1. cauſis; dictum eſt autem ſup. ꝙ paſſiones concupiſcibilis ſunt cauſæ paſſionum iraſcibilis.

¶Ad maiorem intelligitur, non compoſitione ex his propriè dicta, & ꝙ actu, & diſtinctè maneant triſtitia, & deſiderium, vel ſpes in ira; ſed tantum virtute, & præſuppoſitiuè, ſicut dictum eſt art.1. & patuit in ſimili ſup.q.13. de electione, quomodo eſt compoſita ex actu voluntatis, & rationis.

Vtrum ira ſit cum ratione.

OAD quartum ſic proceditur. Videtur, ꝙ ira non ſit cum ratione; ira enim cum ſit paſſio quædam eſt in appetitu ſenſitiuo; ſed appetitus ſenſitiuus non ſequitur rationis apprehenſionem, ſed ſenſitiuæ partis; ergo ira non eſt cum ratione.

¶ 2 Præterea, animalia bruta carent ratione, & tamen in eis inuenitur ira; ergo ira non eſt cum ratione.

¶ 3 Præterea, ebrietas ligat rationem, adiuuat autem ad iram; ergo ira non eſt cum ratione.

Ariſt.c.6. ¶Sed contra eſt, quod Philoſoph. dicit in 7. Ethic. ꝙ ira conſequitur rationem aliqualiter.

¶Hic D.S. inquirit de quibuſdam proprietatibus iræ, quarum prima eſt eſſe cum ratione.

Ar.2.huius q. ¶Reſpondeo dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, ira eſt appetitus vindictę; hoc autem collationem importat pœnę infligendæ ad nocumentum ſibi illatum, vnde in 7. Ethicor.* dicit Philoſoph. quòd ſyllogizans conferendo quoniam importet totaliter oppugnare iraſcitur confeſtim; conferre autem, & ſyllogizare eſt rationis, & ira eſt quodammodo cum ratione. *Ariſt.c.6.

¶D.S. reſpondet tali concluſione, ira eſt quodammodo cum ratione (ſ. denunciãte,) & in homine eſt cum ratione intrinſeca, ſed in beſtijs eſt cum virtute rationis. Probatur; ira eſt appetitus vindictæ, ſed appetitus vindictæ collationem importat (i. prærequirit, & exigit collationem præcedentem qua confertur pœna inferenda ad nocumentum præcedens) ſubſumitur, ſed conferre, & ſyllogizare eſt rationis, igitur ſequitur concluſio. Maior nota. Minor probatur ex Philoſopho, ſubſumpta etiam nota. Concluſio.

¶Confirmatur etiam concluſio argumento in contrariũ, quare autem dicat Philoſoph. (aliqualiter) patet ad tertium.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd motus appetitiuæ virtutis poteſt eſſe cum ratione dupliciter. Vno modo cum ratione præcipiente, & ſic voluntas eſt cum ratione; vnde & dicitur appetitus rationalis. Alio modo cum ratione denunciante, & ſic ira eſt cum ratione. Dicit enim Phil. in lib. de Problem.* ꝙ ira eſt cum ratione, non ſicut præcipiente ratione, ſed vt manifeſtante iniuriam; appetitus enim ſenſitiuus immediatè rationi non obedit, ſed mediante voluntate. *Ariſtot. in ſect.28. proble.3.

¶Maior vera, tamen ira etiam poteſt eſſe in appetitu intellectiuo, ſed ibi non eſt paſſio. Et dico, ꝙ etiam appetitus ſenſitiuus in homine obedit rationi mediante voluntate. Minor vera, non ſequitur apprehenſionem rationis præcipientem, vel denunciantem vniuerſaliter; tamen in ira eſt ſpeciale, quia illa paſſio ſequitur ſemper apprehenſionem rationis denunciantem; ſed nõ ſemper præcipientem, ſicut nec aliæ paſſiones; ergo ira non eſt cum ratione. Verum, præcipiente, & hoc vniuerſaliter loquendo, eſt tamen ſemper cum ratione denunciante, & ꝙ ira poſſit etiam eſſe cum ratione præcipiente, vide clarè in de Malo, Mate. 12.ar.1. in cor. quia ira per zelum, & ira moderata ſequitur præceptum rationis, quam eſto aliqualiter perturbet, nõ tamen excęcat; & etiã iuuat ad executionem eius, quod per rationem diiudicatum eſt, vt ſup. patuit de paſſionibus in communi. Vnde intelligendus eſt D.S. in litera, & Philoſoph. (ira eſt cum ratione non præcipiente) ſ. ſemper, & vniuerſaliter; ſed ſemper, vt manifeſtante, & hoc in homine. De beſtijs patet ad ſecundum, & vide ſecunda ſecundæ, q.123.ar.10. vbi idem habet, quamuis videatur hic ſemper dicere, ꝙ ſit cum ratione denunciante, & non audiat rationem; ſed hoc eſt verum, quia aliqualiter turbat, tamen ſecundùm dictamen rationis infert nocumentum, &c.

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ bruta animalia habet inſtinctum naturalem ex Diuina ratione eis inditũ, per quem habent motus interiores, & exteriores ſimiles motibus rationis, ſicut ſupra dictum eſt.* *q.40.ar.5.

¶Maior vera, dico tamen, ꝙ mouẽtur ex inſtinctu naturæ prouenientę ab intellectu primæ intelligentiæ, ac ſi apprehenderẽt per rationem, vt patuit ſup.q.40.ar.3. Minor vera. Sed negatur cõſequentia, quia eſt cum ratione in homine; & in beſtijs cũ æquialente rationi; quia ſicut in homine ratio nunciat vindictam inferendam contrario, ita & inſtinctus naturæ mouet ad vindictam contra contrarium, &c.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ ſicut dicitur in 7. Ethic.* ira audit aliqualiter rationem, ſicut nunciantem, quod iniuriatum eſt ei, ſed non perfectè audit; quia non obſeruat regulam rationis in rependendo vindictam; ad iram ergo requiritur aliquis actus rationis, & additur impedimentum rationis, vnde Philoſophus dicit in lib. de Problem.* quòd illi, qui ſunt multum ebrij, tanquam nihil habentes de iudicio rationis nõ iraſcuntur; ſed quando ſunt parum ebrij iraſcuntur tanquam habentes iudicium rationis, ſed impeditum. *Ariſt.c.6. *Ariſtot. in ſect.3. proble.2.

¶Ad maiorem, ebrietas quandoq; totaliter ligat. Tunc negatur minor, ꝙ iuuet ad iram; ſed qñq; non omnino ligat, ſed relinquitur aliquod iudicium rationis, tunc adiuuat iram; quia ira nõ requirit omnino perfectam rationem, cum etiam perfectam rationem non audiat, ſed excedat modum in rependendo vicem.

Vtrum ira ſit naturalior, quàm concupiſcentia.

P 2.2.q.156. ar.4.cor.

AD quintum ſic proceditur. Videtur, ꝙ ira non ſit naturalior, quàm cõcupiſcentia; proprium.n. hominis dicitur, ꝙ ſit animal manſuetũ natura; ſed manſuetudo opponit iræ, vt dicit Phil. in 2. Rhe.* ergo ira nõ eſt naturalior, q̃ cõcupiſcẽtia; ſed oĩno vĩ eſſe cõtra hoĩs naturã. *Ariſt.c.2.

¶ 2 Præ-

¶ 2 Præterea,ratio,contra naturam diuiditur; ea.n. quæ secundùm rationem agunt, nõ dicimus secundùm naturam agere; sed ira est cum ratione, concupiscentia autem sine ratione, vt dicitur in 7.Ethic.* ergo concupiscentia est naturalior,quàm ira.

* Aristot. c.6.

¶ 3 Præterea,ira est appetitus vindictæ;cõcupiscentia autem maximè est appetitus delectabilium secundũ tactum.s.ciborum,& venereorum;hæc autem sunt magis naturalia homini,quàm vindicta; ergo concupiscentia est naturalior,quàm ira.

* Aristot. c.6.

¶Sed contra est,quod Philosoph.dicit in 7.Ethic.* ꝙ ira est naturalior,quàm concupiscentia.

¶Hic inquirit de alia proprietate iræ, an sit naturalior (.i.an homo magis sit inclinatus,& habeat principia iræ,quã concupiscentiæ) & an magis inclinetur in vindictam,vel in delectabilia.

¶Respondeo dicendum,quòd naturale dicitur illud, quod causatur à natura, vt patet in 2.Phy.* vnde vtrum aliqua passio sit magis, vel minus naturalis, considerari non potest,nisi ex causa sua. Causa autem passionis, vt sup.dictum est,* dupliciter accipi potest.Vno modo ex parte obiecti, alio modo ex parte subiecti.

* Aristot. text.4.

* q.26.ar.2.

¶D. S. primò præmittit quandam conclusionem præambularem distinctiuam bimembrem; secundò secundùm hoc distinctè respondet dupliciter, primò, ibi. Si ergo,&c. secundò,ibi.Si autem,&c. Conclusio præambularis est. Dupliciter passio potest dici naturalis,vel naturalior alia. Probatur,naturale dicit illud,&c. sed causa passionis dupliciter, &c. vt in litera clarè, ergo,&c. Et ponit D.S.circa maiorem fundamentum determinationis huius quæstionis, quia oportet attendere ad causam passionis, & si ista est naturalior,tunc passio erit naturalior.

¶Nota,ꝙ quia naturale dicitur,quia à principio intrinseco, & quia determinatum ad vnum; ideo passio dicitur naturalior, vel quia ad eam est maior inclinatio intranea subiecto passionis, vel quia magis est ad vnum determinata,& magis ad ipsum inclinata; & primum modum naturalitatis vocat D.S.ex parte subiecti, secundum ex parte obiecti,quæ solet etiam dici naturalitas obiectiua,vel secundùm specificationem.

¶Si ergo consideretur causa iræ, & concupiscentiæ ex parte obiecti,sic cõcupiscentia, & maximè ciborum, & venereorum naturalior est,quàm ira, inquantum ista sunt magis naturalia,quàm vindicta.

Conclu.1.

¶Hic consequenter D. S. respondet iuxta primum membrum prædictæ distinctionis tali conclusione. Concupiscentia ex parte obiecti est naturalior,quàm ira, maximè ciborum,& venereorũ. Probatur,quia obiecta concupiscentiæ, præsertim naturalis, sunt magis naturalia (.i.ad quæ appetitus est magis determinatus, & minus potest ea respuere) igitur conclusio vera,consequentia nota. Antecedens de se patet,quia appetitus magis inclinatur in ea, quæ sunt de necessitate naturæ specificę,& indiuidualis; non autem ita determinatur ad aliquod extrinsecum, quod non est pro sustentatione naturæ, quale est vindicta, quæ est obiectum iræ; quilibet enim potius vellet prætermittere vindictam,quàm carere cibo,& potu,&c. Consequenter cum dicit.

¶Si autem consideretur causa iræ ex parte subiecti, sic quodammodo ira est naturalior,& quodãmodo concupiscentia.Potest enim natura alicuius hominis considerari, vel secundùm naturam generis, vel secundũ naturam speciei, vel secundùm complexionem propriam indiuidui. Si igitur consideretur natura generis, quę est natura huius hominis,inquantum est animal,sic naturalius est concupiscentia,quàm ira, quia ex ipsa natura cõi habet homo quandã inclinationẽ ad appetendũ ea,quæ sunt cõseruantia vitę,vel ſm ſpecię, vel ſm indiuiduum.

¶Respondet iuxta secundam causam passionum tali conclusione. Ex parte subiecti quodammodo ira est naturalior,& quodammodo concupiscentia. Et quia illa conclusio est generalis,& indeterminata,ideo ipsam explicat per tres alias conclusiones secundùm quandam distinctionem trimembrem,quam subiungit; secundam conclusionem explicatiuam ponit,ibi. Si autem consideremus,&c. tertiam ibi.Si verò,&c. Dicit ergo,ꝙ natura hominis potest considerari tripliciter clarè in litera. Et iuxta primam considerationem naturæ hominis ponit talem conclusionem explicatiuam,primam;quo ad naturam generis hominis, inquantum est animal,sic naturalius est cõcupiscentia, quàm ira; probatur clarè in litera,quia ex ipsa natura,&c. Nam animal,vt sic,naturaliter appetit cibum,& quæ sunt pro cõseruatione speciei,plus quam vindictam de contrario; immo nec quærit vindictam,nisi propter concupiscentiam naturalium,&c. Consequenter ibi.

¶Si autem consideremus naturam hominis ex parte speciei.s.inquantum est rationalis, sic ira est magis naturalis homini, quàm concupiscentia, inquantũ ira est cũ ratione magis quàm concupiscentia, vnde Philosophus dicit in 4.Ethic.* ꝙ humanius est magis punire,qđ pertinet ad iram; quàm mãsuetum esse,vnumquodq; enim naturaliter insurgit contra contraria,& nociua.

¶Ponit aliam conclusionem explicatiuam secundæ responsiue quo ad secundam considerationem naturæ, illam. Ex parte naturæ specificę hominis (vt rationalis.) Ira est magis naturalis homini,quàm concupiscentia. Probatur ratione,quia ira est cum rõne magis quã concupiscentia, igitur magis naturalis hoi, vt rõnalis est,quia vt sic rõ pertinet ad naturã hois. Concupiscentia aũt põt esse sine rõne, & tollit rationem Et probatur auctoritate Philo.

¶Pro qua nota, ꝙ punire est humanius, quia cũ ratione à quo dicitur humanitas.Et secundo,quia magis conuenit humanitati, vt natura est,quia vnumquodq; naturaliter resistit suo contrario; vt patuit enim sup.q.14.ar.1. Inclinatio naturæ est ad resistẽdum contrario,quamuis & mansuetum esse sit naturale homini,vt rationalis est,vt patebit ad primum;punire enim & ira,vt sic,nõ opponuntur mansuetudini. Tunc ibi.

¶Si verò consideretur natura huius indiuidui secundùm propriam complexionem,sic ira naturalior est,quã concupiscentia; quia.s.habitudinem naturalem ad irascendum quæ est ex complexione,magis de facili sequitur ira,q̃ concupiscentia, vel aliqua alia passio. Est enim homo dispositus ad irascendum ſm ꝙ habet colericam complexionem;colera autem inter alios humores citius mouetur,assimilatur enim igni,& ideo magis est in promptu,vt ille,qui est dispositus ſm naturalem complexionem ad iram,ꝙ irascatur, quàm de eo,qui est dispositus ad concupiscendum,quòd concupiscat. Et propter hoc Phil. dicit in 5.Ethic.* quòd ira magis traducitur à parentibus in filios,quàm concupiscentia.

* Aristot. c.4.

¶Subiungit tertiam conclusionem explicatiuam secundæ respon. iuxta tertiam considerationem naturæ,talem. Ex parte naturæ huius indiuidui secundùm propriam complexionem.Ira naturalior est,quàm concupiscentia. Hanc conclusionem exponit, & deinde probat ratione,& auctoritate clarè in litera. De materia huius artic.vide 2.2.q.156.ar.4.

ARGVMENTVM in contrarium est pro secunda conclusione explicatiua.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ in homine considerari rationem est,& naturalis cõplexio ex parte corporis, quæ est [illegible]ata,& ipsa ratio.Ex parte igitur complexionis c[illegible]s naturaliter homo ſm suam speciem est non habens superexcellentiam, neq; iræ, neq; alicuius alterius passionis,propter temperamentum suæ complexionis. Alia verò animalia ſm ꝙ recedunt ab hac qualitate complexionis ad dispositionem alicuius compositionis extremæ,ſm hoc etiã naturaliter disponuntur ad excessum alicuius passionis, vt leo ad audaciam, canis ad iram, lepus ad timorem, & sic de alijs. Ex parte verò rationis est naturale homini, & irasci, & mansuetum esse, ſm ꝙ ratio quodammodo causat iram,inquantũ nunciat causam iræ;& quodammodo sedat iram, inquantum iratus non totaliter audit imperium rationis,vt sup.dictũ est.

¶Maior vera, proprium est homini mansuetũ esse cõparatum in ordine ad alia animalia, rõne potæ cõplexionis humanæ. Sed dico,ꝙ homo, qui est aptus ad iram, facilius irascitur, q̃ aptus ad concupiscentiã,concupiscat Et dico secundò,ꝙ mansuetum est à natura hois specifica,vt rationalis est, & etiam ira. Minor vera, præsertim iræ immoderatę,& superexcellenti penes obiectũ, & penes modum; tamen non opponitur sibi, in hoc, ꝙ est esse ſm rõnem,quia nõ vtrunq; causat. Negatur aũt consequentia, immo est ſm naturã hois specificã,& rõnis,& magis cõplexionẽ sequit q̃ cõcupiscentia,licet nõ tãta ira,& tã facilis,sicut in bestijs cernis.

¶Nota, ꝙ non omnis ira opponitur mãsuetudini ſm rem,sed quia oppositum mansuetudinis non habet nomen impositum, vtimur nomine iræ pro opposito, esto non omnis ira sit vitiosa.sicut per zelum. Ista patent de Malo, Mate.12.ar.1.ad 9. vtimur nomine passionis pro nomine capitalis vitij.

¶Ad secundùm dicendum, ꝙ ipsa ratio pertinet ad naturam hois, vnde ex hoc ipso, ꝙ ira est cum ratione, sequitur, ꝙ ſm aliquem modum sit homini naturalis.

¶Ad

¶Ad maiorem.Ratio diuiditur contra naturam determinatam ad vnum, & genericam hominis,& indiuidualem; & tamen ratio est de natura hois specifica,vt homo est.Et verum,quæ ſm rõnem agunt, non dicamus ſm naturam absolutè, ,& præcisè sed ſm naturam rationalem, & hominis vt sic. Minor conceditur; sed negatur consequentia, immo eo ipso, ꝙ ratio ad naturam hominis pertinet, ideo id quod est cum ratione, est sibi magis naturale ſm vnum modũ,Vide supra q.10.ar.1.de materia huius solutionis.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de ira, & de concupiscentia ex parte obiecti.

¶Præmissæ conceduntur, & similiter conclusio; ergo concupiscentia est magis naturalis primo modo secundùm obiectum magis conforme principio intrinseco, & naturæ, sicut voluit prima conclusio quam ista ratio probat.

Vtrum ira sit grauior, quàm odium.

Q.2.q.159. artic.4. Et Mal. q.12. artic.4.

Prouer. 25.

* Arist.c.4.

* Art.1.huius quæst.

*Aug.c.37.

QAD sextum sic proceditur.Vŕ, ꝙ ira sit grauior,quàm odium. Dr enim Prouer.25. ꝙ ira non habet misericordiam,nec erumpẽs furor;odium autem qñq; habet misericordiam; ergo ira est grauior, quàm odium.

¶2 Præt. Minus est pati malum, & de malo dolere, quàm simpliciter pati; sed illi qui habet aliquem odio, sufficit, ꝙ ille quem odit, patiatur malum, irato autẽ nõ sufficit; sed quærit, ꝙ cognoscat illum,& de illo doleat, vt dicit Phil.in 2.Rhet.* ergo ira est grauior,quàm odiũ.

¶3 Præt.Quantò ad cõstõnem alicuius plura concurrunt,tantò vr esse stabilius,sicut habitus permanẽtior est, qui ex pluribus actibus causatur;sed ira causatur ex concursũ plurium passionum, ut supra dictum est, * non autem odium; ergo ira est stabilior,& grauior, q̃ odium.

¶Sed contra est, quod Augustꝰ. in reg. * odium comparat trabi, iram verò festucæ.

¶Hic qrit de alia proprietate, comparãdo eã odio in grauitate.

¶Respõdeo dicendum,ꝙ species passionis,& ratio ipsius ex obiecto pẽsantur; est autem obiectum iræ,& odij idem subiecto,nam sicut odiens appetit malum ei quem odit,ita iratus ei,contra quem irascitur; sed non eadẽ ratione, sed odiens appetit malum inimici, inquantum est malũ,iratus autem appetit malum eius,contra quẽ irascitur,non inquantũ est malum,sed inquantum habet quãdam rationem boni.s.prout ęstimat illud esse iustum,inquãtum est uindicatiuum; unde etiam supra dictũ est, * ꝙ odium est per applicationem mali ad malum, ira autem per applicationem boni ad malum.

* Art.2.huius quæst.

¶D.S.respondet tali conclusione. Odium est multò deterius,& grauius,quàm ira. Probatur, supponendo, ꝙ species passionis, & ratio ipsius est ex obiecto. Et (supple) per consequens grauitas essentialis,& per se,vt patebit infra q.73.ar.3.Et est grauitas ex obiecto formaliter(idest eo modo,quo tendit in ipsum) quia videlicet esto sit bonum, tamen si tenditur sub ratione mali,dabit malitiã. Arguitur ergo sic.Obiectum irę,& odij,licet sit idem subiecto,nõ tñ ratione idem,sed odij est malum sub ratione mali,iræ autẽ sub ratione cuiusdam boni (.s. iusti vindicatiui) sed appetere malum (.s.pœnæ)sub ratione iusti,minus habet de ratione mali,quàm velle malum simpliciter; ergo conclusio vera. Huius rationis primò ponit,& probat maiorem; secundò minorẽ,ibi.Manifestũ est,&c. tertiò subinfert cõclusionẽ,ibi.Vnde manifestum,&c.Maior ergo declaratur,& probatur ex dictis in art.2.clarè. Deinde cum dicit.

¶Manifestum est autem,ꝙ appetere malum sub ratione iusti,minus habet de ratione mali, quàm uelle malum alicuius simpliciter; velle enim malum alicuius sub ratione iusti,potest esse etiam secundùm virtutem iustitiæ, si præcepto rationis obtemperetur; sed ira in hoc solùm deficit, ꝙ non obedit rationis præcepto in ulciscendo.

¶Subiũgit minorem,& eam probat, quia appetere malum sub ratione iusti potest esse virtutis, sed appetere malum sub ratione mali, non potest esse virtutis; igitur, &c. Minor vera. Notat tamen D.S.circa istam probationem, ꝙ velle malum potest esse secundùm virtutem; sed tamen ira habet defectum nõ quidem semper iustitiæ, sed quia non obedit rationis præcepto in ulciscendo. Nam ſm D.S. 2.2.q.158. art.2. Ira quæ non est mala ratione uindictæ appetitæ, sed ſm ordinem rationis, & iusta potest esse mala quantum ad modum irascendi. Et ita intelligendus est D. S hic, ꝙ ira quandoque (.s.deficit) ꝙ non obtemperat rationis præcepto in ulciscendo,quamuis & isto modo possit nõ deficere. Sed vult D.S. ꝙ esto non sit defectus in appetitu vindictæ,potest tamen esse defectus in inferẽdo propter excessum modi,& etiam propter commotionem corporalem,quæ impedit iudicium rationis. Et de illo defectu semper verum est,ꝙ inuenitur in ira,&c. Deinde ibi.

¶Vnde manifestum est, quòd odium est multò deterius & grauius,quàm ira.

¶Subinfert conclusionem responsiuam probatam, quæ intelligenda est ſm speciem peccati,sicut probatio processit. Nã ſm circũstantias nihil prohibet iram esse grauiorem,vt habet D.S.in de Malo,vbi vide ipsum de ista materia.q.12.art.4.per totum.præsertim ad tertium. vbi ponit quattuor differentias iræ,& odij,&c.

ARGVMENTVM in contrariũ cõfirmat conclusionẽ rñsiuã.

¶Ad primum ergo dicendũ,ꝙ in ira,& odio duo possunt cõsiderari.s.ipsum quod desideratur,& intensio desiderij. Quãtum igitur ad id quod desideratur,ira habet magis misericordiam,q̃ odium;quia enim odium appetit malum alterius ſm se, nulla mensura mali satiatur; ea enim,quę ſm se appetuntur sine mensura appetuntur,ut Philos. dicit in 1.Polit. * sicut auarus diuitias. Vnde dr Eccl.12. Inimicus si inuenerit tempus,nõ satiabitur sanguine; sed ira non appetit malum,nisi sub rõne iusti uindicatiui;unde qñ malum illatum excedit mensuram iustitiæ ſm estimationem irascentis, tunc miseretur; vnde Phil. dicit in 2.Rhetor. * ꝙ iratus, si fiant multa, miserebitur, odiens autem pro nullo. Quantùm uerò ad intensionẽ desiderij ira magis excludit misericordiam, quàm odium, quia motus iræ est impetuosior propter coleræ inflammationem. Vnde statim subditur. Impetum concitati spiritus ferre quis poterit?

* Arist.c.6. Eccl.12.

* Arist.c.4.

¶Ad maiorem. Negatur per se loquendo,& in ordine ad id,qđ iratus appetit.s.vindictã sub ratione iusti, immo sic habet misericordiã,nõ autem odiens. Sed verum est,ꝙ ex parte impetuositatis, quæ maior est in ira,q̃ in odio,minus habet de misericordia;& illa impetuositas non ita durat,sicut manet odium,etiam non adeo intensum,& impetuosum;igitꝛ ira est grauior per se respectu obiecti. Negatur;sed verũ est, ꝙ est ſm quid grauior pp maiore vehementiã. Odium autẽ simpliciter, qa vult malum quantũ põt, sed iratus appetit,q̃q; minus malum,& tñ illud desiderat feruentius.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ sicut dictũ est; * iratus appetit malum alicuius,inquantum habet rationem iusti uindicatiui,uindicta aũt fit per illationẽ pęnę. Est aũt de rõne pęnæ,ꝙ sit cõtraria uolũtati, & ꝙ sit afflictiua, & ꝙ ꝑ aliqua culpa inferat; & ideo iratus hoc appetit,ut ille, cui nocumentum infert,percipiat,& doleat,& ꝙ cognoscat pp iniuriam illatam sibi hoc prouenire; sed odiens de hoc nihil curat, quia appetit malum alterius, inquantum huiusmodi. Nõ est autem verum,ꝙ id,de quo quis tristatur, sit peius; iniustitia enim, & imprudentia, cum sint mala, quia tamen sunt uoluntaria, non contristant eos, quibus insunt,ut dicit Philos.in 2.Rhetor. *

* In cor.ar.

* Arist.c.4.

¶Maior negatur, immo minus malũ est præsertim morale, de quo qs dolet,immo nõ potest qs dolere de malo morali, de cuius rõne est esse voluntarium,vt tangit D.S in fine. Et per cõsequens nõ est magis malum appetitus vindictæ,quam volo alium scire, q̃ appetitus mali absolutè, quod qs nob petit sciri, quia primum fit sub ratione iusti,nõ secundũ. Ad minorẽ vera est. Et D.S.declarat eã in principio solutionis;sed negatur cõsequẽtia,qa maior falsa.

¶Ad tertium dicendum,ꝙ id quod ex pluribus causis causatur; tunc est stabilius, qñ causæ accipiuntur vnius rationis,sed una causa potest prævalere multis aliis; odiũ autem prouenit ex permanentiori causa, quàm ira; nam ira prouenit ex aliqua commotione animi pp læsionem illatam, sed odium procedit ex aliqua dispositione hominis,ſm quam reputat sibi contrarium,& nociuum id quod odit; & ideo sicut passio citius transit, quàm dispositio, uel habitus; ita ira citius transit, quàm odium, quamuis etiam odium sit passio ex tali dispositione prouenies,& propter hoc Philosophus dicit in 2.Rhetor.* quòd odium est magis insanabile, quàm ira.

* Arist. ex ca.4.elicit.

¶Maior vera,qñ plures causæ sunt vnius rationis,cum vna causa,tunc cæteris paribus permanentius est,q̃ quod causatur ex vna. Sic autem non est in proposito,quia ira causatur ex lęsiuo contristante,& ex spe vindictæ,mediante concitatione, & commotione animi,quæ est etiam transiens habita vindicta de læsione;sed odiũ causatur ex dispõne quasi habituali permanẽti,quæ facit reputari inimicum tanquã semper malum; & ideo licet & odium sit passio, tñ ꝓxima causa est permanẽtior;& per cõsequens,& odiũ ipsum.

Utrum ira sit ad illos, ad quos est iustitia.

R AD septimum sic proceditur. Videtur, ꝙ ira nō solùm sit ad illos, ad quos est iustitia, non enim est iustitia hominis ad res irrationales, sed tñ homo qñque irascitur rebus irrationabilibus, puta cum scriptor ex ira proijcit pennam, uel eques percutit equum; ergo ira non solùm est ad illos, ad quos est iustitia.

¶ 2 Præterea. Non est iustitia hominis ad seipsum, nec ad ea, quæ suijpsius sunt, ut dicitur in 5. Ethic. * sed homo quandoque sibiipsi irascitur, sicut pœnitens propter peccatum; vnde dicitur in Psal. Irascimini & nolite peccare; ergo ira non solum est ad quos est iustitia. *Arist.c.6. & vlt. Psalmus.

¶ 3 Præterea. Iustitia, & iniustitia potest esse alicuius ad totum aliquod genus, vel ad totam aliquam communitatem, puta cum ciuitas aliquem læsit; sed ira non est ad aliquod genus, sed solum ad aliquod singularium, ut dicit Philosophus in 2. Rhetor. * ergo ira non propriè est, ad quos est iustitia, & iniustitia. *Arist.c.4.

¶ Sed contrarium accipi potest a Philo. in 2. Rhet. * *Arist.c.2. 3.&4.

¶ Hic inquirit de alia proprietate iræ, quæ est esse ad eos, ad quos est iustitia.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ sicut supra dictum est; * ira appetit malum, inquantum habet rationem iusti uindicatiui; & ideo ad eosdem est ira, ad quos est iustitia, & iniustitia. Nam inferre uindictam, ad iustitiam pertinet, lædere autem aliquem pertinet ad iniustitiam, vnde tàm ex parte causæ, quæ est læsio illata ab altero, quàm etiam ex parte uindictæ, quā appetit iratus, manifestū est, ꝙ ad eosdem pertinet ira, ad quos iustitia, & iniustitia. * Art. præceden.

¶ D. S. respondet tali conclusione. Ad eosdem est ira, ad quos est iustitia, & iniustitia. (Et intelligitur de ira propriè dicta humana, vt patet ad primum.) Probatur, ira appetit malum, inquantum habet rationem iusti vindicatiui; igitur conclusio vera. Antecedens patuit artic. 6. tenet consequentia, quia inferre vindictam sub rationem iusti, pertinet ad iustitiam (ideſt si possum sibi inferre iustè vindictam, habeo ad eam iustitiam) lædere autem aliquē pertinet ad iniustitiam (ideſt quia infero vindictam ei qui me læsit, ideo ex parte eius est & præcessit iniustitia.) Et sic ex parte læsi est iustitia vindicandi propter læsionē iniustam. Quare sequitur, ꝙ tam ex parte causæ, &c. & per consequens sequitur conclusio, &c. Quia nullus irascitur nisi lædenti; igitur ibi est iniustitia ex parte ledentis. Et irascendo appetit vindictam vt iustam de eo; ergo habet ad eum iustitiam, qui se iniustè læsit.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsiuam auctoritate Philosophi.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ sicut supra dictū est; * ira quamuis sit cum ratione, potest tñ etiam esse in brutis animalibus, quæ ratione carent, inquantū naturali instinctu per imaginationē mouentur ad aliquid simile operibus rationis. Sic igitur cum in homine sit & ratio & imaginatio, dupliciter in homine potest motus irę insurgere; vno modo ex sola imaginatione nunciante læsionem; & sic insurgit aliquis motus iræ etiam ad res irrationales, & inanimatas ſm similitudinem illius motus qui est in animalibus contra quodlibet nociuum; alio modo ex ratione nunciante læsionem; & sicut Phil. dicit in 2. Rhetor. * nullo modo potest esse ira ad res insensibiles, neque ad mortuos; tum quia non dolent, quod maximè quærunt irati in eis, quibus irascuntur; tum etiam, quia non est ad eos uindicta, cum eorum non sit iniuriam facere. *Ar. 4. ad 4. *Arist.c.3. * Arist.c.3.

¶ Minor distinguitur, quia duplex est ira; vna, quæ est perfecta, & propriè ira, q̄ prouenit ex nunciatione rōnis nunciantis iniuriā sub ratione iniusti; & talis non est nisi ad eos, ad quos est iustitia; sed alia est ira procedens ex sola imaginatione nunciante læsionē etiam sine iniuria, & est similis motui in bestijs, quo mouētur per instinctū naturæ in contrarium, & quodlibet nociuum ēt sine iniuria; talis potest esse ad irrationabilia, ad quæ non est iustitia.

¶ Ad secundum dicēdum, ꝙ sicut Phil. dicit in 5. Eth. * quædā metaphorica iustitia, & iniustitia est hominis ad seipsum, inquantum ſ. ratio regit irascibilem, & concupiscibilem; & ſm hoc etiam homo dicitur de seipso uindictam facere, & per consequens sibiipsi irasci; propriè autē & per se non contingit aliquem sibiipsi irasci. * Arist. circa fine lib.

¶ Maior vera, non est ad seipsum hominem iustitia propriè dicta. Est tamen iustitia impropriè dicta, & metaphorica secundùm diuersas potentias, sicut iustum est, ꝙ sensualitas obediat rationi; sed propriè dicta est ad alium suppositū distinctum, vt patet secunda secundæ, quæst. 58. artic. 2. quia iustitia importat æqualitatem secundum actionem ad alterum, agere autem est suppositorum. Vnde rectificatio partium animæ, secundùm ꝙ sunt intra hominē, fit per alias virtutes morales, quàm iustitiam; & tamen tales virtutes vt sic rectificantes habent rationem iustitiæ impropriè dictę, & communiter, & metaphoricè, vt ibidem patet.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut Phil. in 2. Rhetor. * assignat vnam differentiam inter odium, & irā, ꝙ odium potest esse ad aliquod genus, sicut habemus odio omne latronum genus; sed ira non est nisi ad aliquod singulare; cuius ratio est, quia odium causatur ex hoc, ꝙ qualitas alicuius rei apprehenditur, ut dissonans nostrę dispositioni; & hoc potest esse, uel in uniuersali, uel in particulari; sed ira causatur ex hoc, quòd aliquis nos læsit per suum actum; actus autem omnes sunt singularium; & ideo ira semper est circa aliquod singulare, cum autem tota ciuitas nos læserit, tota ciuitas computatur, sicut unum singulare. * Arist.c.4.

¶ Maiorem concedo; sed dico, quòd illa tota ciuitas, uel totum genus, cum nos læserit, & iniuriam fecerit, accipitur per modum vnius singularis. Minorem concedo, & patet per differentiam ad odium, quia odiū esto sit obiecti singularis, tamen ratio odiendi potest esse alicuius vniuersalis, vt supra quæstio. 29. artic. 6. sed obiectum, & ratio iræ sunt singularia, vt D. S. hic tangit, & patuit supra ibidem. Negatur autem consequentia, quia ad ciuitatem est iustitia, & ira, vt singulare quoddam est, &c.

Utrum Damascenus conuenienter assignet tres species iræ. ſ. fel, maniam, & furorem.

AD octauum sic proceditur. Videtur, quòd Damasce. * inconuenienter assignet tres species iræ, scilicet fel, maniam, & furorem. Nullius enim generis species diuersificantur secundùm aliquod accidens; sed ista tria diuersificantur secūdùm aliquod accidens; principium enim motus iræ fel uocatur, ira autem permanēs dicitur mania, furor autem est ira obseruans tempus in uindictam; ergo non sunt diuersæ species iræ. § 2. 2æ. q. 48. artic. 3. * Damas. lib. 2. orth. fid. c. 16.

¶ 2 Præterea. Tullius in 4. de Tusculanis quæstionibus dicit, * quòd excandescētia Græcè dicitur * Scismos; & est ira modo nascens, & modo desistens. Scismos autem secundùm Damasce. * est idem quod furor; non ergo furor tempus quærit ad uindictam, sed tpe deficit, *Tull. febapun. lib. * Alias Thymosis. * Damas. lib. 2. orth. fid. c. 16.

¶ 3 Præterea. Greg. 12. Moralium; * ponit tres gradus iræ. ſ. iram sine uoce, & iram cum uoce, & iram cum uerbo expresso, secundùm illa tria, quæ Dñs ponit. Matth. 5. Qui irascitur fratri suo, vbi tangitur ira sine uoce; & postea subdit. Qui dixerit fratri suo Racha, ubi tangitur ira cum uoce, sed necdum pleno uerbo formata. Et postea dicit. Qui autem dixerit fratri suo Fatuæ, ubi expletur uox perfectione sermonis; ergo insufficienter diuisit Damasc. iram, nihil ponens ex parte uocis. *Greg. c. 5. Matth. 5.

¶ Sed contra est auctoritas Damasc. * & Greg. Nic. * Damas. loco in arg. iducto ibid. *Greg. Nic. lib 4. c. 13. *Greg. Nic. locis in arg. sed contra citatis

¶ Inquirit hic vltimò de diuisione iræ in suas species.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ tres species iræ, quas Damasc. ponit, & etiam Greg. Nic. * sumuntur ſm ea, quæ dant iræ aliquod augmentum, quod quidē contingit tripliciter; vno modo ex facultate ipsius motus, & talem irā uocat fel, quia citò accenditur; alio modo ex parte tristitiæ causantis irā, quæ diu in memoria manet, & hæc pertinet ad maniā, quæ a manendo dicitur. Tertiò ex parte eius, quod iratus appetit. ſ. uindictæ; & hæc pertinet ad furorem, qui nunquam quiescit, donec puniat.

¶ D. S. innuit talem conclusionem responsiuam. Conuenienter assignantur tres species iræ, tactæ in quæsito. Hanc conclusionem ꝓbat primò rōne, secūdò auctoritate, ibi. Vnde Philosophus, &c. Ratione sic, istæ tres species sumuntur ſm, &c. vt in principio litteræ; sed ſm vnum augmētum est fel, ſm aliud est mania, ſm tertium est furor; igitur, &c. Maior patet ex intentione Damasc. & Greg. Quæ dicit notanter, ꝙ hæ species sumuntur ſm augmentatia iram. Per hoc enim innuitur qualitas istarum specierum. Nam istæ

istæ species non distinguuntur ex parte obiecti, sed modaliter. Et si aliquo modo distinguātur species, hoc est ratione principiorum, & causarum, non ratione obiectorum; vt enim infra patebit in materia de habitibus, aliqua possunt distingui specie ex parte principiorum, & non ex parte obiectorum, vt patet de visu hominis, & asini. In solutionibus tamē D. S. magis innuit, ꝙ sit modalis, penes illa, per quæ ira recipit perfectionem. Quæ tñ nō omnino per accidens se habent ad irā, sed per seipsam augmentant, &c. Minorē D. S. manifestat per sufficientiam, quia fel sumitur ſm dispositionem irascentis, ſm ꝙ aliquis est dispositus, vt facilè irascatur, & accendatur. Mania autem sumitur ex tristitia diu manente in memoria, quæ est causa iræ. Furor autem est ira perseuerans, & non cessans, donec quis consecutus sit desideratam vindictam. Et patet, quòd omnia ista augmenta iræ, vel iræ augmentatæ, possunt esse circa idem obiectum in specie, ideo non distinguuntur necessariò specie ex parte obiecti. Consequenter ibi.

¶ Vnde Philosophus in 4. Ethic. * quosdam irascentium uocat acutos, quia citò irascuntur; quosdam amaros, quia diu retinent iram; quosdam difficiles, quia nunquam quiescunt, nisi puniant. * Arist.c.5.

¶ Confirmat cōclusionem tñ. auctoritate Philos. a simili diuisione, quæ vī in idem redire cum diuisione Damas. & patet littera.

ARGVMENTVM autem in contrarium dat etiam auctoritatem conclusioni.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd omnia illa, per quæ ira recipit aliquam perfectionem, non omnino per accidens se habent ad iram; & ideo nihil prohibet secundùm ea species iræ assignari.

¶ Ad maiorem dupliciter. Primò, nullius generi species omnino proprię diuersificantur per accidens. Secundò, nullius generis species etiam communiter (i. speciales modi quasi per se) diuersificantur per id, quod est omnino per accidens, & cōtingens. Verū, tunc negatur minor, ꝙ fel, mania, &c. dicant accidēs omnino per accidens, sed quasi per se, & modos consequentes iram in diuersis subiectis, vel in eodem secūdùm diuersas causas augmentantes, & modificantes iram; ergo, &c. Negatur, ꝙ non sint diuersæ species (ideſt diuersi modi speciales iræ.) Sicut etiam quidam dicunt de speciebus qualitatis, quòd sint speciales modi.

Loco citato.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ excandescentia, quam Tullius ponit, magis videtur pertinere ad primam speciē iræ, quæ perficitur ſm velocitatem iræ, quàm ad furorē. Nihil autem prohibet, quòd thymos Græcè, qui Latinæ furor dī, utrumq; importet, & velocitatem ad irascendum, & firmitatem propositi ad puniendum. *Aliàs scyſmos, vel Thymosis.

¶ Hoc argumentum arguit contra dicta de furore, qui dicitur importare iram non quiescentem, donec puniat. Ad maiorem, quòd excandescentia est idem quod fel, non quod furor. Et dicitur vltra, quòd scyſmos significat duas species (i. fel, & furorem.) Et non tantùm scyſmos est ira desistens, immo etiam ira non quiescens, donec habeatur vindicta. Vnde negatur consequentia, quia scyſmos est æquiuocum, & importat fel, & furorem.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ gradus illi iræ distinguuntur secundùm effectum iræ, non autem secundùm diuersam perfectionem ipsius motus iræ.

¶ Dico, ꝙ Greg. ſm aliud diuidit, quàm hic diuidatur ira; & ergo vtriusq; diuisio est bona, sed non ſm vnam rationem; quia diuisio Damasc. est ſm perfectionem iræ, Gregorij ſm diuersos effectus.

Quæstio Quadragesimaseptima.

De causa, & remedijs iræ.

T DEinde cōsiderandum est de causa effectiua iræ, & de remedijs eius. Et circa hoc quærūtur quattuor. Primò, vtrum semper motiuum iræ sit aliquid factum, contra eum, qui irascitur. Secundò, vtrum sola paruipensio, uel despectio sit motiuum iræ. Tertiò, de causa iræ ex parte irascentis. Quartò, de causa iræ ex parte eius, contra quem aliquis irascitur.

¶ Postquam determinauit de ira quo ad quidditatē, & proprietates, hic agit de causis eius, per quæ etiam innotescunt remedia iræ. Et quærit de quattuor causis secundùm quattuor articulos.

Utrum motiuum iræ semper sit aliquid factum contra eum, qui irascitur.

AD primū sic proceditur. Vī, ꝙ nō semper aliquis irascatur pp aliquid cōtra se factum. Homo enim peccando nihil contra Deū facere pōt. Dī enim Iob 35. Iob 35.

Si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies cōtra illum, dī tñ Deus irasci contra homines pp peccata, ſm illud Psal. Iratus est furore Dñs in populum suum; ergo non semper aliquis irascitur pp aliquid contra se factum. Psalmus.

¶ 2 Præterea. Ira est appetitus vindictæ; sed aliquis appetit vindictā facere etiam de his, quæ cōtra alios fiunt; ergo nō semper motiuum irę est aliquid cōtra nos factū.

¶ 3 Præterea. Sicut Philos. dicit in 2. Rhet. * homines irascuntur præcipuè contra eos, qui despiciunt ea, circa quæ ipsi maximè studēt; sicut qui student in Philosophia, irascuntur contra eos, qui Philosophiā despiciunt, & simile est in alijs; sed despicere Philosophiam non est nocere ipsi studenti; non ergo semper irascimur propter id, quod contra nos fit. * Arist.c.2.

¶ 4 Præterea. Ille qui tacet contra contumeliantē, magis ad iram prouocat, vt dicit Chrysostomus; sed in hoc cōtra ipsum nihil agit ꝙ tacet; ergo non semper ira alicuius prouocatur propter aliquid, quod contra ipsum fit. Chrisost.

¶ Sed contra est, quod Phil. dicit in 2. Rhet. * ꝙ ira fit semper ex his, q̄ ad seipsum; inimicitia autem, & sine his quæ ad ipsum; si enim putemus talem esse, odimus. * Arist.c.4.

¶ Inquirit primò de motiuo iræ. Est autē motiuum aliud, quàm obiectum. Ira enim habet pro obiecto vindictam contrario inferendā; sed motiuū est, quod inducit appetitum vindictæ. Ex iuxta supra dicta q. 43. art. 1. habet se per modum dispositionis materialis, quia videlicet apprehensio, & ęstimatio, & tristitia de iniuriosō facto contra aliquem, disponit eum ad ipsam, quia ex contra se facto, habet alium tanquam contrariū, de quo sit expetēda vindicta.

¶ Rñdeo dicendum, ꝙ sicut supra dictum est; * ira est appetitus nocēdi alteri sub ratione iusti uindicatiui; uindicta autem locum non habet nisi vbi præcessit iniuria, nec iniuria omnis ad uindictam prouocat, sed illa sola, quæ ad eum pertinet, qui appetit uindictam; sicut enim unumquodque naturaliter appetit proprium bonum, ita etiam naturaliter repellit proprium malum. *q. 46. ar. 6.

¶ D. S. respondet tali conclusione. Motiuum iræ alicuius semper est aliquid contra ipsum (ſ. qui irascitur) factum. Probatur. Motiuum ad iram est iniuria non quæcunque, sed propria, ad aliquem pertinens, ab alio facta; nec habet rationem iniuriæ respectu eius, nisi sit cōtra ipsum; sed iniuria ab aliquo facta, nō pertinet ad aliquē, nisi aliquid fecerit, qđ aliquo modo sit cōtra ipsum; igitur conclusio vera. Huius rationis D. S. primò probat maiorē, secūdò subsumit minorē cum conclusione, ibi. Iniuria autem, &c. Maior ergo subintellecta probatur a principio litteræ clarè. Deinde ibi.

¶ Iniuria autem ab aliquo facta non pertinet ad aliquem, nisi aliquid fecerit, quod aliquo modo sit contra ipsum; vnde sequitur, quòd motiuum iræ alicuius semper sit aliquid contra ipsum factum.

¶ Subiungit minorem, quæ patet. Vnde concludit, quòd motiuum iræ alicuius, &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionē eandem, quod declaratum est q. præced. art. 7. ad 2m. quia iræ motiuum, & obiectum est singulare; odij autem, & inimicitiæ obiectū est singulare, sed motiuum potest esse non solùm factum cōtra se, sed etiam aliquid habens se per modū actus primi, sicut quis odit talem conditionem aliquorum, &c. De hoc supra q. 39. art. 6.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ ira non dī in Deo ſm passionem animi, sed ſm iudicium iustitiæ, prout uult uindictam facere de peccato; peccator enim peccādo Deo nihil nocere effectiuè potest, tñ ex parte sua dupliciter cōtra Deum agit. Peimò quidem, inquantum eū in suis mandatis contemnit. Secundò, inquantum nocumentum aliquod infert alicui, uel sibi, uel alteri, quod ad Deum pertinet; prout ille, cui nocumentum infertur sub Dei prouidentia, & tutela continetur.

¶ Maior vera. Non potest facere contra Deum effectiuè in se, tñ facit contra Deū effectiuè, & quātum est in se dupliciter, vt in Iră; & qđ facit contra id, qđ est Dei, hī tanquam contra Deum fecerit. Sicut & per oppositum in bonis, iuxta illud, quod vni ex minimis feciſtis, &c. Ad minorem D. S. exponit eā, quia nō intelligitur de furore propriè dicto, sicut est in nobis, sed pp similitudinem effectus; igitur, &c. Negatur cōsequentia, tū quia peccans quantum in se est, facit contra Deum. Et secundò facit contra id, quod est quasi proprium Deo; ꝙ autem efficienter nocere non possit, est propter perfectionem Diuinam. De hoc infra extensius q. 73. art. 7. ad 2m.

¶Ad secundum dicendum, quòd irascimur contra illos, qui alijs nocent, & vindictam appetimus, inquantum illi, quibus nocetur aliquo modo ad nos pertinent, uel per aliquam affinitatem, uel per amicitiam, uel saltem per communionem naturæ.

¶Ad minorem, appetit quis vindictam de his, quæ contra alios fiunt, vt habentur tãquam nos, vel propter charitatẽ, vel saltem pp cõmunionem in natura. Simile patuit supra de delectatione. q. 32. art. 2. & habetur secunda secundæ, q. 30. art. 2. de misericordia, &c.

¶Ad tertium dicendum, quòd id, in quo maximè studemus, reputamus esse bonum nostrum, & ideo cum illud despicitur, reputamus nos quoque despici, & arbitramur nos læsos.

¶Maior vera; & ratio est, quia illa, in quibus studemus, hñr tanq̃ bona nostra. Minor negatur, immo despicere philosophiã est derogare studẽti, & p cõsequẽs sibi nocere, & aliqd cõtra ipm facere.

¶Ad quartum dicendum, quòd tunc aliquis tacens, ad iram prouocat iniuriantem, quando videtur ex contemptu tacere, quasi paruipendat alterius iram, ipsa autem paruipensio quidam actus est.

¶Maior vera, quia videtur ex contemptu tacere. Minor negatur, quia paruipensio est actus contra aliquem factus, saltem immanens, quem alius suspicatur, &c.

Vtrum sola paruipensio, vel despectio sit motiuum iræ.

V Infra art. 3. & 4. corp.

AD secundum sic proceditur. Vr, q̃ nõ sola paruipẽsio, uel despectio sit motiuũ irę. Dicit enim Dama.* q̃ iniuriam passi, vel ęstimantes pati, irascimur; sed homo potest iniuriam pati etiam absq; despectu, vel paruipensione; ergo non sola paruipensio est iræ motiuum.

* Damasc. lib 2. orth. fid. c. 16.

¶ 2 Præterea. Eiusdem est appetere honorem, & contristari de paruipensione; sed bruta animalia non appetũt honorẽ; ergo nõ contristantur de paruipensione, & tñ in eis prouocatur ira pp hoc, q̃ vulnerantur, vt dicit Philos. in 3. Eth. * ergo non sola paruipensio vr esse motiuũ iræ.

* Arist. c. 8.

¶ 3 Præterea. Philosophus in 2. Rhetor.* ponit multas alias causas iræ, puta obliuionem, & exultationem in infortunijs, denunciationem malorum, impedimentum consequendæ propriæ uoluntatis; non ergo sola paruipensio est prouocatiuum iræ.

* Arist. c. 2. tomo 6.

¶Sed contra est, quod Philosophus dicit in 2. Rhet. * q̃ ira est appetitus cum tristitia punitionis, propter apparentem paruipensionem non conuenienter factam.

¶Hic inquirit de ratione formali motiui ad iram. Dictum est enim, quòd contra se factum iniuriosum sit motiuum ad iram. Restat ergo dubium, quæ sit ratio, sub qua contra se factum moueat. An videlicet, quia contra se factum est vilipensiuum, & despectiuum; ita quòd præsens articulus sit determinatiuus prioris, sic quòd despectiuum sit ratio, quare aliquid habeatur tanquam contra se, vel saltem sit augmentatiuum motiui ad iram.

¶Respondeo dicendum, quòd omnes causæ irę reducuntur ad paruipensionem; sunt enim tres species paruipẽsionis, vt dicitur in 2. Rhe.* s. despectus, epireasmus, idest impedimentum uoluntatis implendę, & contumeliatio; & ad hæc tria omnia motiua iræ reducuntur.

* Arist. c. 2.

¶D. S. respondet tali cõclusione. Omnes causæ motiuæ reducũtur ad paruipensionem. Et per hoc hr responsio formalis ad quæstum, q̃ sic, quia sola paruipensio est motiuũ, præsertim ad magnã iram, quę est cũ ratione nunciante lęsionem, & iniuriã. Hanc conclusionẽ probat primò auctoritate; secũdò duplici rõne; primã ibi. Cuius ratio, &c. secundã ibi, Secunda ratio est, &c. Auctoritate sic, quia sunt tres spẽs paruipensionis, sed ad illas oĩa motiua iræ reducũtur; igitur cõclusio vera. Maior est Phil. Minor patet ex solutione tertij; nã Philos. ibidẽ ponit multa motiua irę, vt patet intuenti tex. Phil. & mouent sub rõne despectiui, &c. Cõsequenter cũ dicit.

¶Cuius ratio potest accipi duplex. Prima est, quia ira appetit nocumentũ alterius, inquantùm homo habet rationem iusti uindicatiui; & ideo intantùm quærit uindictam, inquantùm vr esse iusta; iusta autem uindicta non fit nisi de eo, quod est iniustè factũ; & ideo prouocatiuũ ad iram semper est aliquid sub ratione iniusti, vnde dicit

* Arist. c. 3.

Philos. in 2. Rhet. * q̃ si homines putauerint eos, qui læserunt esse iustè passos, nõ irascuntur; non enim fit ira ad iustum. Contingit autem tripliciter nocumentum alicui inferri. s. ex ignorantia, ex passione, & ex electione. Tunc enim aliquis maximè iniustum facit, quando ex electione, uel industria, uel ex certa malitia nocumẽtum infert, ut dr in 5. Ethic.* & ideo maximè irascimur contra illos, quos putamus ex industria nobis nocuisse. Si enim putemus aliquos, uel per ignorãtiam, uel ex passione nobis intulisse iniuriam; uel non irascimur contra eos, uel multò minus, agere enim aliquid ex ignorantia, uel ex passione diminuit rationem iniuriæ, & est quodammodo prouocatiuum misericordiæ, & ueniæ; illi autem qui ex industria nocumentum inferunt, ex contemptu peccare vñr; & ideo contra eos maximè irascimur, vnde Phil. dicit in 2. Rhet. * q̃ his, qui propter iram aliquid fecerunt, aut non irascimur, aut minus irascimur; non enim propter paruipensionem uidentur egisse.

* Arist. c. 5. &c. 2.

¶Probat conclusionem responsiuam prima ratione, inquãtum directè intendit respondere ad quæstum sic. Prouocatiuum ad irã semper est aliquid sub ratione iniusti; sed tunc maximè aliquis iniustum facit, quando ex electione, vel industria nocumentum infert, vel ex malitia. (Subsumitur.) Illi autem, qui ex industria nocumentum inferunt, ex contemptu, vel vilipensione peccare videntur; ideo sequitur conclusio, quòd maximè contra tales irascimur ratione vilipensionis. Illæ præmissæ probantur, & declarãtur clarè in littera rationibus, & auctoritatibus. Deinde cũ dicit.

* Arist. c. 2.

¶Secunda ratio est, quia paruipensio excellentiæ hominis opponitur, quę enim hoĩes nullo modo putant digna esse, paruipendunt, ut dr in 2. Rhet.* Ex omnibus autem bonis nostris aliquam excellentiã quærimus, & ideo quodcunq; nocumentum nobis inferatur, inquãtum excellentiæ derogat, vr ad paruipensionem pertinere.

¶Subiungit aliã rationem pro eadem cõclusione, illã. Quodcũque nocumentum, hr vt paruipensio; ergo conclusio vera. Antecedens probatur, omne nocumentũ derogat excellentię, derogans autem excellentiæ hr vt paruipensio, vnde indigna, & non excellentia paruipenduntur, & despiciuntur, & per consequens cũ nocumentum moueat ad iram, omne motiuum erit vilipensio, &c.

ARGVMENTVM in contrariũ est pro cõclusione respõsiua.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ ex quacunq; alia causa aliquis iniuriã patiatur, q̃ ex contemptu, illa causa minuit rationẽ iniurię; sed solus contemptus, uel paruipensio rationẽ iræ auget; & ideo est per se causa irascendi.

¶Maior vera, sed dico, quòd iniuria non habet rationem iniuriæ, nisi fiat, vel habeatur facta ex paruipensione; immo nisi sit paruipensio, quia scilicet nocet, & derogat excellentiæ intentæ. Ad minorem dico, quòd verum est, tamen quacunque causa fiat iniuria, præterquam ex contemptu minuitur ira, sed solùm contemptus auget; ergo, &c. Verum, alia possunt esse causa aliqualis, sed solùm paruipensio est causa per se augmentatiua. Et posset dici iuxta supra dicta ad minorem, q̃ non patitur propriè iniuriam sine contemptu, sed benè nocumentum, vel læsionem.

¶Ad secundum dicendum, q̃ licet animal brutum nõ appetat honorem sub ratione honoris; appetit tamen naturaliter quandam excellentiam, & irascitur contra ea, quæ illi excellentiæ derogant.

¶Maior negatur; sed eiusdem est appetere excellentiam, & contristari de paruipensione; quia directè, & per se vniuersaliter detestatiuũ paruipensionis, non est appetitus honoris, sed excellentiæ. Minor vera, tñ appetunt excellentiam; vnde negatur cõsequentia.

¶Ad tertium dicendum, q̃ omnes illæ causæ ad quandam paruipensionẽ reducuntur; obliuio enim paruipensionis est euidens signũ, ea enim quæ magna ęstimamus, magis memoriæ infigimus; similiter ex quadã paruipensione est, q̃ aliquis non vereatur contristare aliquem, denunciãdo sibi aliqua tristia; qui etiam in infortunijs alicuius hilaritatis signa ostendit, videtur parum curare de bono, uel malo eius; similiter etiam qui impedit aliquem a sui propositi assecutione, non propter aliquam utilitatem sibi inde prouenientem, non uidetur multum curare de amicitia eius, & ideo omnia talia, inquantum sunt signa contemptus, sunt prouocatiua iræ.

¶Ans verum, tñ oĩa ista mouẽt ad irã sub rõne paruipẽsionis, vt D. S. declarat. Quare negatur cõsequentia, quia formale motiuum est maius, quàm materiale, & nos loquimur de formali, &c.

Verum

Vtrum excellentia alicuius sit causa, quòd facilius irascatur.

X

AD tertium sic proceditur. Videtur, q̃ excellentia alicuius nõ sit causa, q̃ facilius irascatur; dicit enim Phil. in 2. Rhetor. * q̃ maximè aliqui irascuntur, cum tristantur, ut infirmi, & egentes, & qui non habent id quod concupiscunt; sed oĩa ista ad defectũ pertinere vñr; ergo magis facit ponum ad iram defectus, quàm excellentia.

* Arist. c. 2.

¶ 2 Præterea. Philosophus ibidem dicit, * q̃ tunc aliqui maximè irascunt, quando in eis despicitur id, de quo potest esse suspitio, quod uel non insit eis, uel quòd insit eis debiliter; sed cum putant se multum excellere in illis, in quibus despiciuntur, nõ curant; sed prædicta suspitio ex defectu prouenit; ergo defectus est magis causa, quòd aliquis irascatur, quàm excellentia.

* Arist. cap. eodem.

¶ 3 Præterea. Ea quæ ad excellentiam pertinent, maximè faciunt homines iocundos, & bonæ spei esse; sed Philosophus dicit in 2. Rhetor. * q̃ in ludo, in risu, in festo, in prosperitate, in consummatione operum, in delectatione non turpi, & in se optima, homines non irascuntur; ergo excellentia non est causa iræ.

* Arist. c. 3.

¶ Sed contra est, quod Philosophus in eodem libro dicit, * q̃ homines propter excellentiam indignantur.

* Arist. c. 9.

¶Hic inquirit de causa iræ, q̃ est cõditio eius q̃ irascit. s. excellẽtia.

¶Respondeo dicendum, q̃ causa iræ in eo, qui irascitur, dupliciter accipi potest; vno modo ſm habitudinem ad motiuum iræ, & sic excellentia est causa, vt aliquis de facili irascatur, est enim motiuum iræ iniusta paruipẽsio, vt dictum est; * cõstat autem, q̃ quantò aliquis est excellentior, iniustius paruipenditur in hoc, in quo excellit; & ideo illi qui sunt in aliqua excellentia, maximè irascũtur, si paruipendãtur, puta si diues paruipenditur in pecunia, & Rhetor in loquendo; & sic de alijs.

* Art. præeoden.

¶D. S. respõdet duabus conclusionibus ſm duo membra cuiusdam distinctionis. Secundam deducit, ibi. Alio modo, &c. Distinguit ergo, q̃ causa iræ in eo, qui irascitur, potest dupliciter accipi; vno modo ſm habitudinem ad motiuum iræ (idest potest attendi ratione, cuius facilius iniuria videatur sibi iniusta, vel nocumentũ iniustum) Conclusio prima responsiua, excellentia (s. & non defectus) est causa, vt aliquis facilius irascatur (s. ratione propinquæ habitudinis ad motiuum iræ.) Dico per se propter solutionem tertij. Probatur. Omne illud est causa iræ isto modo, quod facit paruipensionem apparere magis iniustam, sed excellentia est huiusmodi; ergo, &c. Maior probatur, quia paruipensio iniusta est motiuum iræ; ergo sequitur maior, q̃ illud, quod est causa iræ ex parte motiui, quod facit apparere paruipensionem, &c. Minor declaratur in littera. Constat enim, &c. Consequenter ibi.

¶ Alio modo potest considerari causa iræ in eo, qui irascitur ex parte dispositionis, quæ in eo relinquitur ex tali motiuo; manifestum est autem, q̃ nihil mouet ad irã, nisi nocumentũ qđ cõtristat; ea autẽ, quæ ad defectũ pertinẽt, maximè sunt cõtristãtia, quia hoĩes defectib. subiacẽtes faciliùs læduntur. Et ista est causa, quare hoĩes qui sunt infirmi, vel in aliis defectibus facilius irascũtur, quia facilius cõtristantur. Et per hoc patet solutio ad primũ.

¶Deducit secundã conclusionem ſm. cui pmittit secundũ membrum dictę distinctionis, q̃ alio modo accipitur causa irę ex parte dispõnis relictæ ex tali motiuo. s. læsio, & cõtristatio. Ex paruipensione enim iniusta aliquis cõtristatur, & per talem cõtristationem dispõnitur ad irã. Cõclusio cõtrndens est. Defectus isto mõ est causa, vt aliquis facilius irascatur (& per cõsequens excellentia.) Probatur, oĩe illud est isto modo causa irę., quod facit hoĩem facilius lædi, & cõtristari, ac disponi ad tristitiã; sed defectus est huiusmodi; ergo defectus est causa dispositiua irascentis, vt facilius a paruipensione, & nocumento iniusto irascatur, & hoc pp defectionem, & perturbationem animi. Minor patet ex signo, quia homines infirmi, vel aliis defectibus subiacentes facilius irascuntur.

ARGVMENTVM in contrariũ cõfirmat primã conclusionẽ.

¶Ad primum. Maior est vera. Ratione dispositionis relictæ ex motiuo. s. tristitia. Et concludit secundam conclusionem, quia defectuosi subiacent tristitiæ immediatè disponentis ad iram.

¶Ad secũdum dicendũ, q̃ ille qui despicitur in eo, in quo manifestè multum excellit, nõ reputat se aliquam iacturam pati, & ideo non contristatur; & ex hac parte minus irascitur; sed ex alia parte, inquantum indignius, despicitur, habet maiorem rationem irascẽdi, nisi fortè reputet se non inuideri, uel subsannari pp despectum, sed propter ignorantiam, uel propter aliud huiusmodi.

¶Ad primã partem maioris dico, q̃ vera est, q̃ tales irascuntur, qñ nõ est euidens excellentia ex parte dispõnis, quia cõtristatur facilè, qui nouit se nõ excellere multũ. Ad secundã partem maioris rñdet D. S. q̃ verũ, qui putat multum excellere, nõ curat, & nõ irascitur, rõne videlicet dispõnis, quia nõ reputat dicta aliorũ, & non contristatur, sed tñ quia talis iniuria vr sibi maior ex ista parte, rõne habitudinis ad motiuũ iræ, tunc irascitur magis, si credat se despici, & contemni; si autem putat, q̃ aliquis nõ loquatur despiciẽdo, & contemnendo ex malitia, sed loquendo ex ignorantia, tunc nõ putat tantam iniuriã, nec multum irascitur; sicut magnus artifex, si paruipendatur a rustico simpliciano non curat, si aũt ab alio artifice, quem putat loqui ex maliuolentia, & contemptu, tũc irascitur magis, quia reputat maiorem iniuriã. Ad minorem, cõcedo ipsam; ergo defectus est causa; verum, ex parte dispõnis, quia videlicet putans se defectuosum facilè conturbatur, & per consequens facilius irascitur. Vltra, quàm excellentia, verum, ex vna parte, tñ ex alia parte, videlicet motiuæ, excellentia est magis causa, q̃ aliquis irascitur, dum credit se despici ex contemptu, & malitia.

¶Ad tertiũ dicendũ, q̃ oĩa illa impediunt irã, inquãtũ impediũt tristitiã; sed ex alia parte nata sunt puocare irã, ſm q̃ faciunt hominem inconuenientius despici.

¶Ad minorem dico, q̃ in illis recitatis nõ irascuntur, quia sunt in contraria dispositione ad dispositionem requisitam ad irã, quæ causatur ex malo iniacenti, & contristante; sed tñ ex parte motiui ad iram, habent vt facilius irascantur. Vnde rustici, quando sedent apud vinum, & redduntur animosi, ac loquuntur per talenta, non patiuntur se despici, & cõtemptum iudicant grauiorem iniuriam.

Vtrum defectus alicuius sit causa, vt contra ipsum facilius irascamur.

Y

AD quartum sic proceditur. Videtur, q̃ defectus alicuius non sit causa, vt contra ipsum facilius irascamur. Dicit enim Philos. in 2. Rhetor. * q̃ his, qui cõfitentur, & pœnitent, & humiliant, nõ irascimur, sed magis ad eos miteſcimus; unde & canes nõ mordẽt eos qui residẽt; sed hoc pertinet ad paruitatem, & defectum; ergo paruitas alicuius est causa, ut minus irascamur.

* Arist. c. 3.

¶ 2 Præterea. Nullus est maior defectus, quàm mortis, sed ad mortuos desinit ira; ergo defectus alicuius nõ est causa prouocatiua iræ contra ipsum.

¶ 3 Præterea. Nullus ęstimat aliquem paruum, ex hoc, quòd est sibi amicus; sed ad amicos, si nos offenderint, uel si non iuuerint, magis offendimur, vnde dicitur in Psalmus. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique; ergo defectus alicuius non est causa, ut contra ipsum facilius irascamur.

Psalmus.

¶ Sed contra est, quod Philosophus dicit in 2. Rhet. * quòd diues irascitur contra pauperem, si eum despiciat, & principans contra subditum.

* Arist. c. 2.

¶ Hic quærit de conditione causæ iræ ex parte eius, cui quis irascitur, & quando habetur tanquam partiale obiectum iræ.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut iam supra dictum est; * indigna despectio est maximè prouocatiua iræ; defectus igitur, uel paruitas eius, contra quem irascimur, facit ad augmentum iræ, inquãtum auget indignam despectionem; sicut enim, quantò aliquis est maior, tantò indignius despicitur; ita quantò aliquis est minor, tantò indignius despicit; & ideo nobiles irascuntur, si despiciantur a rusticis, uel sapientes ab insipientibus, uel dòmini a seruis,

* Ar. 2. & 3.

¶D. S. resumit quoddam fundamentum ex dictis, ex quo dupliciter respondet, ſm q̃ tale fundamentum dupliciter ad propositum potest applicari. Secundam responsionem ponit ibi. Si verò, &c. Fundamẽtum ergo est, indigna despectio est maximè prouocatiua iræ. Patet ex art. 2. & 3. Illud ergo fundamentum potest vno modo applicari ad defectum illius, contra quem irascimur affirmatiuè, sic q̃ talis defectus auget illam indignam despectionẽ. Tunc D. S. respondet tali conclusione prima. Talis defectus, vel paruitas eius, contra quem irascimur, facit ad augmentum iræ, & facilitatẽ eius; & intelligitur de defectu citra extremũ, & excedentem mensurã retributionis humanæ. Probatur conclusio. Indigna despectio est maximè prouocatiua iræ; igitur conclusio vera. In hs

patet ex ar.2.& 3. Tenet cõsequentia, quia talis defectus auget indignam despectionẽ; ergo benè sequitur cõclusio. Illud proximũ assumptum probatur in littera a simili; sicut enim, &c. Deinde ibi.

¶Si uerò paruitas, uel defectus diminuat despectionẽ indignam; talis paruitas non auget, sed diminuit iram; & hoc modo illi, qui pœnitent de iniurijs factis, & confitentur se malè fecisse, & humiliantur, & ueniam petunt, mitigant iram, ſm illud Prouerb. 15. Responsio mollis frangit iram, inquantum ſ. tales uidentur non despicere, sed magis magnipendere eos, quibus se humiliant. Et per hoc patet responsio ad primum.

¶Subiungit secundam conclusionem responsiuam, applicando prædictum fundamentum priuatiuè, sic ꝙ talis defectus diminuat illa despectione. Et est ista conclusio, talis defectus non auget irã, sed minuit. Probatur oppoſito modo ad præcedentem, indigna est maximè prouocatiua, igitur per oppoſitum minuẽs indignam despectionem minuit iram; igitur conclusio uera. Et sequitur conclusio per regulam, si propoſitum in propoſito, &c. ergo si augens despectionem, auget iram, minuens, minuit. Et iuxta hanc conclusionem D.S. uerificat allegatum in primo argumento ante cõtrarium, quia probat hanc conclusionem, ut patet in littera.

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima conclusione, quia despectio actiua pauperis habetur magis iniuriosa, & similiter subditi.

¶Ad primi maiorem dico, ꝙ se humiliare, & pœnitere pertinẽt ad defectum diminuentem despectionem; igitur paruitas, &c. Verum, diminuens despectionem (immo ostendens alicuius excellẽtiam) est causa ut minus iraſcatur, & probat secundam cõclusionẽ.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ duplex est causa, quare ad mortuos cessat ira. Vna, quia non possunt dolere, & sentire, quod maximè quærunt irati in his, quibus iraſcuntur. Alio modo, quia iam uidentur ad ultimum peruenisse; unde etiam ad quoſcunque grauiter læſos cessat ira, inquantum eorum malum excedit mensuram iustæ retributionis.

¶Maior uera; sed dico, quòd mors est talis defectus, qui facit, ne mortui possint sentire uindictam humanã, & est defectus excedẽs modũ retributionis humanæ, & ultimus. Minor uera, quia ira est ad eos, qui possunt sentire iustam uindictã, & quos iudicamus nõ sufficienter punitos, & afflictos. Vltra, igitur defectus, &c. Verum, extremus nõ compatiens sensum, & excedens omnem punitionẽ hominis non est causa iræ, tamen defectus ista compatiens.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd etiam despectio, quæ est ab amicis, uidetur esse magis ĩdigna; & ideo ex simili causa magis iraſcimur contra eos, si despiciant, uel nocendo, uel non iuuando, sicut & contra minores.

¶Maior uera; sed ęstimat aliquem paruum ex hoc, quòd indignè despicit. Minor uera; quia offensa amicorum est magis indigne despectiua, & includit paruitatem augentem indignam despectionem. Vnde negatur consequentia.

Quæstio Quadrageſimaoctaua.

De effectibus iræ.

A DEinde cõsiderandum est de effectibus iræ. Et circa hoc quæruntur quattuor. Primò, utrum ira causet delectationem. Secundò, utrum maximè causet feruorẽ in corpore. Tertiò, utrum maximè impediat rationis usum. Quartò, utrum causet taciturnitatem.

¶Patet ordo de se, quia effectus posterior est intrinſecus rei, & causis eius; & quærit de quattuor effectibus.

Utrum ira causet delectationem.

AD primũ sic proceditur. Videtur, ꝙ ira non causet delectationem. Tristitia enim delectationem excludit, sed ira est semper cum tristitia, quia ut dicitur
*Ariſt.c.6. in 7.Ethic. * omnis qui facit aliquid propter iram, facit tristatus; ergo ira non causat delectationem.

*Ariſt.c.5. ¶2 Præterea. Philoſ. dicit in 3.Eth. * ꝙ punitio quietat impetum iræ, delectationem pro tristitia faciens, ex quo potest accipi, ꝙ delectatio irato prouenit ex punitione, punitio aũt excludit irã; ergo aduenięte delectatione ira tollitur, non est ergo effectus delectatio iræ coniũctus.

¶3 Præterea. Nullus effectus impedit causam suam, cũ sit sue causæ conformis, sed delectationes impediũt irã,
*Ariſt.c.3. ut dr̃ in 2.Rhetor. * ergo delectatio non est effectus iræ.

¶Sed contra est, quod Philoſophus in eodem libro inducit Prouerbium, quòd ira multò dulcior melle diſtillante in pectoribus uirorum creſcit. *Ariſt.ca

¶Inquirit de primo effectu iræ, qui est delectatio.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut Philoſophus dicit in 7.Ethi. * Delectationes maximè sensibiles, & corporales *Ariſt.ca
sunt medicinæ quædam contra triſtitiam; & ideo quantò per delectationem contra maiorem triſtitiam, uel anxietatem remedium præstatur, tantò delectatio magis percipitur; sicut patet, ꝙ quando aliquis sitit, delectabilior fit ei potus. Manifestum est autem ex prædictis, * ꝙ mo- *q.47.a.1.
tus iræ insurgit ex aliqua illata iniuria contriſtante, cui quidem triſtitiæ remedium adhibetur per uindictam, & ideo ad præsentiam uindictæ delectatio sequitur, & tantò maior, quantò maior fuit triſtitia.

¶D.S. primò deducit conclusionem responsiuam; secundò eam explicat quadam alia conclusione, ibi. Si igitur, &c. Conclusio responsiua est. Delectatio est effectus iræ, sic ꝙ ad præsentiam uindictæ delectatio sequitur; & tantò maior, quantò maior fuit triſtitia. Probatur, quantò per delectationem contra maiorem, &c. Sed motus iræ insurgit ex, &c. ut in littera; ergo, &c. Minor nota ex dictis. Maior manifestatur a principio. Et uult ista probatio, ꝙ quia ira est appetitus uindictæ, quæ est remedium contra triſtitiã, ex qua ira causatur; ideo ira est causa delectationis præsente illo remedio. ſ. uindicta; & quantò quis triſtior fuit, tantò magis apperit uindictam; & de illa uindicta, uel illata, uel inferenda magis delectatur. Consequenter cum dicit.

¶Si igitur uindicta fuerit præsens realiter, sit perfecta delectatio, quæ totaliter excludit triſtitiam, & per hoc quietat motum iræ. Sed antequam uindicta sit præsens realiter, sit iraſcenti præsens dupliciter; uno modo per spem, quia nullus iraſcitur, niſi sperans uindictam, ut ſupra dictum est; * alio modo ſm continuam cogitationẽ; *q.46.a.1.
unicuique enim concupiſcenti est delectabile immorari in cogitatione eorum, quę cõcupiſcit; propter quod etiã imaginationes somniorum sunt delectabiles; & ideo cum iratus multum in animo suo cogitet de uindicta, ex hoc delectatur, tamẽ delectatio non semper est perfecta, quę tollat triſtitiam, & per consequens iram.

¶Explicat prædictam conclusionem; quia enim dictum est, ꝙ ira ratione uindictæ præsentis nata est causare delectationem, uindicta autem uario modo præsens est; ideo D.S. ponit secundam conclusionem determinatiuam prioris talem. Si uindicta fuerit præsens (ſ. exercita) fit perfecta delectatio quietans iram, si autem fuerit præsens in spe, uel cogitatione, causat aliqualem delectationem, ſed non quæ tollat iram. Probatur, quia prima totaliter excludit triſtitiam, alia uerò non; igitur conclusio uera. Tenet consequentia, quia ira est ex triſtitia: ergo ipsa excluſa, tollitur ira. Antecedens patet, quia ad præsentiam uindictæ sequitur delectatio iuxta primam conclusionem; ergo ad realiter præsentem, & perfectam sequitur perfecta delectatio, & ad præsentem aliqualiter, scilicet in spe, uel cogitatione sequitur aliqualis delectatio. Valeat pro ista conclusione, quæ ſupra dicta sunt. quæst. 33. art. 3. quomodo alia delectatio causatur ex præsentia secundùm rem, alia secundùm spem, alia secundùm memoriam.

ARGVMENTVM in contrariũ est pro prima cõclusione, & responsiua, & etiam pro secunda. Et loquitur Philoſ. ibidẽ de ira, quæ causat delectationem pp spem uindictæ, & cogitationem; unde ante uerba a D.S. hic allegata dicit. Et ad omnem irã sequi aliquam delectationem a spe puniendi, iratus autẽ appetit sibi possibilia. Et deinde sequitur, ꝙ D.S. hic allegat. Si autem uindicta sperata, uel cogitata causat delectationem, multò magis exercita.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ non de eodem iratus triſtatur, & gaudet, sed triſtatur de illata iniuria, delectatur autem de uindicta cogitata, & sperata; unde triſtitia se habet ad iram, sicut principium; sed delectatio, sicut effectus, uel terminus.

¶Maior uera, quòd triſtitia delectationem excludit de eodem, sed de diuersis possunt se consequi, quia eadem ratione quis triſtatur de uno, & gaudet de eius contrario, ut patuit ſupra q. 35. ar. 4. Ad minorem, uera, ira est cum triſtitia, de iniuria præcedente irã, & tamen habet annexam, & subsequentem delectationem de uindicta intenta ab irato. Philoſophus autem intelligitur antecedenter, quia uidelicet, quæ facit iratus, facit quia fuit cõtriſtatus, nõ quòd omnia sequentia ex ira fiant cum triſtitia, immo possunt fieri cum delectatione. Quare dicit D.S. quòd triſtitia se habet ad iram ut principium; delectatio, ut effectus, & terminus.

¶Ad

¶Ad secundum dicendum, quòd obiectio illa procedit de delectatione, quæ causatur ex reali præsentia uindictæ, quæ totaliter tollit iram.

¶Maior uera, quando punitio habetur ab irato tanquã sufficiẽs recõpensa pro iniuria, tunc quietat impetum iræ; & de eo, de quo erat triſtitia ratione iniuriæ illatæ, & sic facit aliquẽ delectari rõne uindictæ, de quo triſtabatur ratione iniuriæ. Vltra, cõceditur totũ usq; ibi. Ergo aduenięte delectatione, &c. Verum, q̃ prouenit ex reali pñtia (& exercita) uindictę sufficiẽtis; sed ulterior consequẽtia non est effectus iræ delectatio, conceditur, de delectatione ꝓueniente ex reali præsentia, talis nõ est effectus coniunctus, sed aliæ delectationes prouenięntes ex uindicta sperata, uel imaginata sunt effectus coniunctus; sic in naturalibus ultima dispoſitio pro forma introducenda est etiam a forma præcedente tanquam effectus, & tamen non stat cum forma, sed habita dispoſitione tali, quæ est necessitas ad aliam formam, forma prior abiicitur.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ delectationes præcedẽtes impediunt, ne sequatur triſtitia; & per cõsequens impediunt irã; sed delectatio de uindicta cõsequitur ipsam.

¶Maior uera regulariter, non tamen uniuerſaliter, ut patuit ſupra q. 38. ar. 2. de fletu, qui est effectus triſtitiæ; & tamen impedit eã non quidem ut effectus, sed ut talis contentus ſub contrario obiecto suæ causæ; sic dispoſitio pro alia forma non corrumpit formã, & compoſitum in quo est, ut effectus compoſiti saltem in gñe causæ materialis; sed ratione efficientis, quod facit talem dispoſitionem transcendere proportionem illius compoſiti, in quo nũc est. Minor uera, delectationes præcedẽtes, quia tollunt per contrarietatem dispoſitiones requiſitas ad iram. ſ. triſtitias, impediunt iram; sed negatur de delectatione sequente, uel concomitante iram, immo consequuntur iram; & de illis loquitur articulus.

Utrum ira maximè causet feruorem in corpore.

B AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ feruor nõ
Verit.q.26. art.3. c.fi. sit maximè effectus iræ; feruor enim, sicut ſupra dictũ est, pertinet ad amorem; sed amor, sicut ſupra dictum
*q.28.ar.4. est; * principium est, & causa omnium passionũ; cũ ergo cã sit potior effectu, ur̃, ꝙ ira nõ faciat maximè feruorem.

¶2 Præterea. Illa quæ de se excitant feruorem, per tẽporis assiduitatem magis augentur, sicut amor diuturnitate cõualeſcit, sed ira per tractum temporis debilitatur.
*Ariſt.c.3. Dicit enim Philoſophus in 3.Rheto. * ꝙ tempus quietat iram; ergo ira non propriè causat feruorem.

¶3 Præterea. Feruor additus feruori augmẽtat feruorẽ, sed maior ira ſuperueniens facit irã mitescere, ut Phil.
*Ariſt.c.3. dicit in 2. Rhetor. * ergo ira non causat feruorem.

*Damaſc. lib.2. orth. fid. c.26. ¶Sed cõtra est, qđ Damaſ. dicit, * ꝙ ira est feruor eius, qui circa cor est sanguis ex euaporatione fellis fiens.

¶Hic inquirit de alio effectu, qui est facere feruorem sanguinis, & ſpirituum circa cor, & in aliis membris.

*q.44.ar.1. ¶Respondeo dicendũ, ꝙ sicut ſupra dictum est; * corporalis transmutatio, quæ est in paſſionibus animæ, proportionatur motui appetitus; manifestum est autem, ꝙ quilibet appetitus etiam naturalis fortius tendit in id, qđ est sibi cõtrariũ, si fuerit præsens; unde uidemus, ꝙ aqua calefacta magis congelatur quaſi frigido uehementius in calidum agente, motus autem appetitiuus iræ causatur ex aliqua iniuria illata, sicut ex quodã contrario iniacente; & ideo appetitus potiſſimè tendit ad repellendum iniuriã per appetitum uindictæ; & ex hoc sequitur magna uehementia, & impetuoſitas in motu iræ.

¶D.S. respondet tali conclusione. Motus iræ est causatiuus cuiusdam feruoris sanguinis, & ſpiritus circa cor. Probatur. Corporalis transmutatio in paſſionibus proportionatur motui appetitus; sed appetitus potiſſimè (ideſt fortiter, & intensè) tendit ad repellendam iniuriam per appetitum uindictæ; igitur ex hoc (ſcilicet formali) sequitur magna uehementia, & impetuoſitas in ira (ſcilicet quo ad materiale, & immutationem corporis.) Subſumitur; sed motus iræ est per modum inſecutionis, cui proportionatur calor; ergo sequitur conclusio. Huius rationis D.S. ponit primò primum diſcurſum. Secundò ſubſumptam cum conclusione, ibi. Et quia motus, &c. Tertiò manifestat eam conclusionem a ſigno, ibi. Et ex inde, &c. Maior patuit quæst. 44. artic. 1. Minor deducitur clarè in littera. Deinde cum dicit.

¶Et quia motus iræ non est per modum retractionis, cui proportionat̃ frigus, sed magis per modũ inſecutionis cui proportionatur calor; cõsequenter fit motus iræ cauſatiuus cuiusdam feruoris sanguinis, & ſpiritus circa cor, quod est inſtrumentum paſſionis animæ.

¶Subiungit ſub umptam minorem, & patet ex dictis ubi iam, & quæſt. 37. artic. 4. Vnde infert conclusionem respoſuam, consequenter fit motus, &c. Deinde ibi.

¶Et exinde est, quòd propter magnam perturbationem cordis, quæ est in ira, maximè apparent in iratis indicia quædam in exterioribus membris; unde Gregorius dicit in quinto Moralium. * Iræ suæ ſtimulis accensum * Cregor. cap. 31.
cor palpitat, corpus tremit, lingua præpedit, facies ignescit, exaſperantur oculi, & nequaquam recognoſcuntur noti, ore quidem clamorem format, sed sensus quid loquatur ignorat.

¶Manifestat conclusionem a ſigno ab effectu quo ad hoc, quòd ira causat magnam commotionem cordis, quia in iratis apparent indicia in membris, quæ oſtendunt perturbationem cordis. Et idem confirmatur auctoritate beati Gregorij, ut in littera.

ARGVMENTVM in contrariũ est pro conclusione reſpoſiua.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ amor ipſe non sentitur, niſi cum eum prodit indigentia, ut Aug. dicit in 10. de Trin. * Et ideo quando homo patitur detrimentum * Aug. circa finem.
amatæ excellentiæ propter iniuriam illatam magis sentitur amor; & ideo ferueutius cor mutatur ad remouendum impedimentum rei amatæ, ut sic feruor ipſe amoris per iram creſcat, & magis sentiatur; & tamen feruor, qui consequitur calorem alia ratione, pertinet ad amorem, & ad iram. Nam feruor amoris est cum quadam dulcedine, & lenitate; est enim in bonum amatum, & ideo aſſimilatur calori aeris, & ſanguinis, propter hoc ſanguinei sunt magis amatiui; & dicitur, ꝙ cogit amare iecur, in quo fit quædam generatio ſanguinis, feruor autem iræ est cum amaritudine ad conſumendum, quia tẽdit ad punitionem contrarij, unde aſſimilatur calori ignis, & colerę; & propter hoc Damaſcenus dicit, * quòd * Damaſc. lib.2. orth. fid.c.16.
procedit ex uaporatione fellis, & fellea nominatur.

¶Ad maiorem. Feruor aliquis pertinet ad amorem, qui est cum dulcedine, & lenitate; feruor autem, qui est cum amaritudine, & conſumptiuus, pertinet ad iram. Et secundò, feruor pertinet ad amorem, & feruor amoris creſcit per iram, & feruor iræ est ſenſibilior, & maior, quàm feruor amoris ſolius. Minor uera est, ad illam. Cum ergo causa ſit potior effectu, &c. Verum, si præcisè accipiantur, si autem effectus cũ causa accipiatur, maior est. Vnde negatur consequentia, quia ira causat feruorem, non ſecludendo amorem, sed cum amore; & secundò, quia causat aliũ feruorẽ, &c.

¶Ad secundum dicendum, quòd omne illud, cuius causa per tempus diminuitur; neceſſe est, quòd tempore debilitetur. Manifestum est autem, quòd memoria tempore diminuitur; quæ enim antiqua ſunt, a memoria de facili excidunt; ira autem cauſatur ex memoria iniuriæ illatæ, & ideo causa iræ per tempus diminuitur paulatim quouſque totaliter tollatur. Maior etiam uidetur iniuria, quando primò ſentitur, & paulatim diminuitur eius ęſtimatio, secundùm ꝙ magis receditur a præſenti ſenſu iniuriæ; & ſimiliter etiam est de amore, ſi amoris causa remaneat in ſola memoria, unde Philoſophus dicit in 8. Ethicorum; * quòd ſi diuturna fiat ami- * Ariſt.c.5.
ci abſentia, uidetur amicitiæ obliuionem facere, ſed in præsentia amici ſemper per tempus multiplicatur causa amicitiæ, & ideo amicitia creſcit. Et ſimiliter eſſet de ira, ſi continuè multiplicaretur causa ipſius; tamen hoc ipſum, quòd ira citò conſumitur, atteſtatur uehementi furori ipſius, ſicut enim ignis magnus citò extinguitur conſumpta materia, ita etiam ira propter ſuam uehementiam citò deficit.

¶Maior est uniuerſaliter falſa; quia falſa est, quando causa feruoris per tps debilitatur; sed uera, qñ cum tpe etiam causa creſcit; in ira autem per tempus causa decreſcit. ſ. memoria iniuriæ, ſi autem iniuria, & causa iræ creſceret cum tpe, tunc & ira creſceret. Amor autem conualeſcit diuturnitate manente causa. ſ. dulci cõuictu: aliàs nõ. Minor uera est, quia tps debilitat causam communiter. ſ. memoriam iniuriæ. Sed negatur consequentia, quia causat feruorem, qñ causa iræ est recens, & præsens. Secundò respondet D.S. negando consequentiã, dato ꝙ præmiſſæ essent ueræ; quia eo ipſo, ꝙ ira ſtatim conſumitur; ideo est maior feruor in ira, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnis virtus diuisa in plures partes diminuitur; & ideo quandò aliquis iratus alicui, irascitur postmodum alteri, ex hoc ipso diminuitur ira ad primum; & præcipuè si ad secundum fuerit maior ira; nam iniuria, quæ excitauit iram ad primum, videbitur comparatione secundæ iniuriæ, quæ æstimatur maior, esse parua, vel nulla.

¶ Maior vera cæteris paribus, si per secundum feruorem causa primi non minuatur, quando sunt respectu diuersorum. Minor vera, quia secunda ira superueniens facit iniuriam priorem æstimare minorem, quæ æstimatio iniuriæ est motiuum propinquum ad iram. Vnde negatur consequentia. Et hæc solutio procedit, si secunda ira fuerit maior, si autem non fuerit maior, sed æqualis, vel minor, tunc dicitur negando maiorem, quòd feruor augmentat feruorem intensiuè, sed extensiuè, quando sunt in eodem subiecto animali, quia virtus disparsa minor est, quàm vnita. Et ergo dum feruent affectus, & animal circa plures iniurias, fit minor feruor circa singulas.

Vtrum ira impediat rationis vsum.

C Infra ar. 4. cor. Et 2.2. q. 41. art. 2. ad 3. & q. 157. arti. 4. cor. Et Mal. q. 12. arti. 1.

AD tertium sic proceditur. Videtur, ꝙ ira nõ impediat rationem; illud enim quod est cũ ratione, non vi esse rationis impedimentum, sed ira est cum ratione, vt dr̃ in 7. Ethic.* ergo ira non impedit rationem.

¶ 2 Præterea. Quantò magis impeditur ratio, tantò diminuitur manifestatio; sed Philosophus dicit 17. Eth.* quòd iracundus non est insidiator, sed manifestus; ergo ira non videtur impedire vsum rationis, sicut concupiscentia, quæ est insidiosa, vt ibidem dicitur. *

* Arist. c. 6.
* Arist. c. 6.
* Arist. eod. cap.

¶ 3 Præterea. Iudiciũ rationis euidentius fit ex adiunctione contrarij, quia contraria iuxta se posita magis elucescunt, sed ex hoc etiam crescit ira. Dicit enim Philosophus in 2. Rhetoric. * ꝙ magis homines irascuntur, si contraria præexistunt, sicut honorati, si dehonorentur, & sic de aliis; ergo ex eodem ira crescit, & iudicium rationis adiuuatur, non ergo ira impedit iudiciũ rationis.

* Arist. c. 2.

Greg. c. 31. ¶ Sed contra est, quòd Gregor. dicit in quinto Moral. quòd ira intelligentiæ lucem subtrahit, cum mentem permouendo confundit.

¶ Hic inquirit de alio effectu, qui est impedire rationem.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ mens, uel ratio, quamuis non utatur organo corporali in suo proprio actu, tamen quia indiget ad sui actum quibusdam uiribus sensitiuis, quorum actus impediuntur corpore perturbato, necesse est, quòd perturbationes corporales etiam iudicium rationis impediant, sicut patet in ebrietate, & somno. Dictum est autem, * ꝙ ira maximè facit perturbationem corporalem circa cor. ita vt etiam vsq; ad exteriora membra deriuetur. Vnde ira inter cæteras passiones manifestius impedit iudicium rationis, secundùm illud Psal. Conturbatus est in ira oculus meus.

* Art. præceden.

¶ D. S. respondet tali cõclusione, inter cæteras animæ passiones ira manifestius impedit iudicium rationis. Probatur. Perturbationes corporales iudicium rationis impediunt, sed ira maximè facit perturbationem corporalem circa cor. ita vt etiam ad exteriora membra deriuetur; igitur, &c. Maior probatur a principio. Minor etiam patet in littera; & in fine ponitur conclusio, quæ probatur etiam auctoritate Psal. Et verificatur de omni ira, ꝙ impedit ad minus per viam ligationis, & obnubilationis propter materiale iræ, ira autem per vitium eorum contrariatur rectæ rationi, &c.

ARGVMENTVM in contrariũ est pro conclusione rñsi.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ a ratione est principium iræ quantum ad motum appetitiuum, qui est formalis in ira; sed perfectum iudicium rationis passio iræ præoccupat, quasi non perfectè rationem audiens pp cõmotionẽ caloris velociter impellentis, quę est materialis in ira, & quantum ad hoc impedit iudicium rationis,

¶ Ad maiorẽ, qđ est cum rõne perfecta, & omnino nõ est rõnis impedimentũ. Ad minorẽ, ira est cum rõne, semper quidem nunciante læsionem, vel iniuriã, quantum ad formale iræ (s. quantum ad motũ appetitus) sed quãtũ ad materiale ira nõ semper est cũ perfecta rõne, sed perturbat, & est impedimentũ rõnis, saltem per viã ligationis faciens obnubilationem in exequendo. Vnde esto iuuet executionem, tñ ratione materialis semper aliqualiter perturbat.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ iracundus dicitur esse manifestus, non quia manifestum sit sibi quid facere debeat, sed quia manifestè operatur, non quærens aliquam occultationem, quod partim contingit propter impedimentum rationis, quæ nõ potest discernere quid sit occultandum, & quid manifestandum, nec etiam excogitare occultandi vias; partim verò est ex ampliatione cordis, quæ pertinet ad magnanimitatem quam facit ira. Vnde & de magnanimo Philosophus dicit in 4. Ethic. * ꝙ est manifestus oditor & amator, & manifestè dicit, & operatur. Concupiscentia autem dicitur esse latens, & insidiosa, quia ut plurimum delectabilia, quæ concupiscuntur, habent turpitudinem quandam, & mollitiem, in quibus homo uult latere; in his autem, quæ sunt uilitatis, & excellentiæ, cuiusmodi sunt uindictæ, quærit homo manifestus esse.

* Arist. c. 3

¶ Maior vera, ideſt facultas benè manifestandi, ita ꝙ quãtò minuitur ratio, tantò minus scit quid debeat celare, vel dicere; sed nõ impeditur manifestatio opposita occultationi, immo quantò quis minus habet de ratione, tantò minus occultat cor suum. Minor vera, iracundus est manifestus secundo modo (ideſt non occultat intentum suum, sicut concupiscens.) Et ratio habetur in solutione; sed negatur consequentia, quia & concupiscentia, & ira impediunt rationem, nec penes talem manifestationem secundo modo dictam arguitur valor rationis, immo defectus, &c.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd sicut dictum est; * motus iræ a ratione incipit, & ideo secundùm idem appositio contrarij ad contrarium adiuuat iudicium rationis, & auget iram; cum enim aliquis habet honorem, uel diuitias, & postea incurrit alicuius detrimentum, illud detrimentum apparet maius, tum propter uicinitatem contrarij, tum quia erat inopinatum; & ideo causat maiorem tristitiam, sicut etiam magna bona ex inopinato ueniẽtia, causant maiorem delectationem, & fm augmẽtum tristitiæ pcedentis consequenter augetur, & ira.

* q. 46. art. 4

¶ Ad illam; sed ex hoc etiam crescit ira, &c. Verum est, ratione iudicij præcedentis, & iudicantis illud, cuius contrarium præcessit, esse maius malum, & per consequens ingreditur maior tristitia, & per consequens maior ira. Vltra; ergo ex eodem ira crescit, præsertim quantum ad formale directè, & immediatè, & quãtum ad hoc, ꝙ ira sequitur iudicium rationis quantum ad formale; sed tamen illud formale, quod augetur ex iudicio rationis, mediante tristitia, sequitur materiale, quod perturbat rationem. Vnde negatur consequentia, quia ira augetur ex iudicio rationis, qđ dictat magnum malum, sed postea sequitur transmutatio corporalis, quæ turbat rationem in exequendo. Et hoc est, quod dictum est ad primum, quòd ira est cum ratione nunciante, & illam sequitur, & etiam augmentum illius causat augmentum alterius, sed quo ad materiale ira turbat rationem.

Vtrum ira causet taciturnitatem.

D AD quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ ira nõ causet taciturnitatem; taciturnitas enim locutioni opponitur, sed per crementum iræ vsque ad locutionem peruenitur, ut patet per gradus iræ, quos Dominus assignat. Matth. 5. dicens: Qui irascitur fratri suo, & qui dixerit fratri suo Racha, & qui dixerit fratri suo fatuæ; ergo ira non causat taciturnitatem.

Matth. 5.

¶ 2 Præterea. Ex hoc, quòd custodia rationis deficit, contingit, quòd homo prorumpat ad uerba inordinata. Vnde dicitur Prouerb. 25. Sicut vrbs patens, & absq; murorum ambitu; ita vir, qui non potest cohibere in loquẽdo spiritũ suum; sed ira maximè impedit iudiciũ rationis, ut dictum est; * ergo facit maximè profluere in uerba inordinata, non ergo causat taciturnitatem.

Prouer. 25.
* Art. 3

¶ 3 Præterea. Matth. 12. dicitur. Ex abundantia cordis os loquitur; sed per iram cor maximè perturbatur, vt dictum est; * ergo maximè causat locutionem, non ergo causat taciturnitatem.

Matth. 12.
* Gregor. cap. 31.

¶ Sed contra est, quod Gregorius dicit in quinto Moralium, * quòd ira per silentium clausa intra mentem uehementius æstuat.

¶ Hic quærit vltimò de alio effectu. s. taciturnitate.

¶ Respondeo

* Ar. præcedenti. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ ira sicut iam dictum est.* & cum ratione est & impedit rationem, & ex vtraq; parte potest taciturnitatem causare. Ex parte quidem rationis, quando iudicium rationis in tantum viget, ꝙ & si nõ cohibeat affectum ab inordinato appetitu vindictæ, cohibet tamẽ linguã ab inordinata locutione. Vnde Greg. in 5. moralium dicit.* Aliquando ira perturbato animo quasi ex iudicio silentium indicit.

* Greg. c. 13

¶ D. S. resumit distinctionem ex art. præcedente ad primum, ꝙ ira est cũ ratione. s. quantum ad formale, quod præsupponit rationẽ nunciantẽ, impedit etiam rationem quo ad materiale iræ, quod obnubilat rationem fm hanc ergo distinctionem D. S. respondet tali conclusione. Ex vtraque parte ira potest causare taciturnitatẽ, scilicet per iudicium rationis, ad quod sequitur formale iræ, & per materiale iræ, scilicet commotionem corporalem. Hanc conclusionem probat primò quo ad primã partem. Secundò quo ad secundam, ibi. Ex parte verò, &c. Prima probatur sic, quia iudicium rationis potest in tantũ vigere, ꝙ & si affectũ non cohibeat, tamẽ linguam cohibet, igitur ratione iudicij rationis, quod requiritur ad iram, potest causari taciturnitas. Antecedens patet ex auctoritate beati Gregorij. Et notanter dicit cõclusio, & probatio, potest, quia non in omnibus nec semper viget tm̃ iudiciũ rationis, vt linguam cohibere possit, sed hoc fit præsertim in hominibus frigidis, qui solent occultare ex industria, ne de ira notentur, & quãdo immutatio corporalis consequens affectum vindictæ, non est nimis vehemens, vt patet ad primum. Deinde ibi.

¶ Ex parte verò impedimẽti rationis, quia sicut dictũ est.* perturbatio iræ vsque ad exteriora membra perducitur, & maximè ad illa membra in quibus expressius relucet vestigium cordis, sicut in oculis, & in facie, & in lingua. Vnde sicut dictum est. * lingua se præpedit, facies ignescit, exaſperantur oculi. Potest ergo esse tanta perturbatio iræ, quòd omnino impediatur lingua ab vsu loquẽdi, & tunc sequitur taciturnitas.

* Ar. 2.
* Arti. 2.

¶ Probat secundam partẽ conclusionis sic. Potest esse tanta perturbatio iræ, ꝙ omnino lingua ab vsu loquendi impediatur, ergo tunc causat taciturnitatem ratione materialis iræ. Antecedens probatur in littera, quia sicut dictũ est, &c. Dicit autem, potest esse tanta perturbatio. Vnde solum ira indisponens instrumenta loquẽdi, causat isto modo taciturnitatem, primo modo autem ira quæ est cum ratione vigente, causat taciturnitatem.

¶ Nota tamen, quòd ira primo modo non propriè causat taciturnitatem, sed magis ratio præcedens iram, vel iratus ipse causat ne notetur de ira, secundo autem modo ira magis causat indisponendo membra, & instrumenta locutionis.

ARGVMENTVM in contrariũ est pro conclusione respõsiua.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd augmentum iræ quandoq; est vsq; ad impediẽdum rationẽ à cohibitione linguæ, quandoq; autem vltra procedit vsq; ad impediẽdum motum linguæ, & aliorum membrorum exteriorũ. Et per hoc etiam patet solutio ad secundum.

¶ Minor vera, quando ira nõ est omnino vehemens, & nimia, ratione commotionis, & perturbationis corporalis, & tñ tollit iudicium rationis de cohibitione linguæ, tunc per crementum iræ peruenitur ad locutionem; sed si est nimia, & tollit iudiciũ rationis de tacendo, tunc causat taciturnitatem. Et secundò per incremẽtum iræ, &c. quia videlicet ratio impeditur ne cohibeat linguã, sed non omnino perturbat corpus, tunc sequitur locutio. Si autem perturbet corpus, tunc causat taciturnitatem. Et hoc vult solutio, ꝙ ira potest per augmentum impedire rationem, & non omnino perturbare corpus; tunc habet locum minor. Si autem per augmẽtum perturbet corpus, tunc negatur, quòd faciat locutionem, ergo, &c. Verum, ira aliqua, scilicet non perturbans corpus impediens tamen iudicium rationis super cohibitione linguæ, nec cõclusio dixit, quòd semper causet, sed potest ad sensum dictum.

¶ Ad secundum. Maior vera, nisi assit etiam vlterius impedimentum ligans linguam ne facilè moueri possit. Minor vera, maximè impedit iudicium rationis, & cum hoc quãdoque impedit motum linguæ, igitur, &c. Verum, quando non omnino impedit motum linguæ, & deficit custodia rationis super linguam tũc sequitur inordinata locutio, sicut vult auctoritas sapientis.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd perturbatio cordis quãdoque potest superabundare vsque ad hoc, ꝙ per inordinatum motum cordis impediatur motus exteriorum membrorum, & tunc causatur taciturnitas, & immobilitas exteriorum membrorum, & quãdoque etiam mors. Si autem non fuerit tanta perturbatio, tunc ex superabũdantia perturbationis cordis, sequitur oris locutio.

¶ Ad maiorem, ex abundantia cordis os loquitur, quando talis abundantia non est nimia, & non immobilitat membra exteriora si autem immobiliter, nõ sequitur locutio. Ad minorem, sed quãdoq; adeo vt immobilitet membra, vnde negatur consequentia.

Quæstio quadragesimanona.

De habitibus quantum ad substantiam eorum.

A POst actus, & passiones considerandum est de principijs humanorum actuum. Et primò de principijs intrinsecis. Secundò de principiis extrinsecis, principiũ autem intrinsecum est potentia, & habitus, sed quia de potentijs in prima parte dictum est. * nunc restat de habitibus considerandum. Et primò quidem in generali. Secũdò verò de virtutibus, & vitijs & huiusmodi alijs habitibus, qui sunt humanorum actuum principia. Circa ipsos autem habitus in generali quattuor consideranda sunt. Primò, quidem de ipsa substantia habituum. Secundò, de subiecto eorum. Tertiò, de causa generationis augmenti, & corruptionis ipsorum. Quartò, de distinctione ipsorum. Circa primum quæruntur quatuor. Primò, vtrũ habitus sit qualitas. Secundò, vtrum sit determinata species qualitatis. Tettiò, vtrum̃ habitus importet ordinem ad actum. Quartò de necessitate habitus.

A

* q. 77.

¶ Iuxta ordinem supra promissum q. 6. post considerationem de actibus humanis, & passionibus, nunc agitur de principijs humanorum actuum, & esto secundùm viam generationis, habitus præcedat actum, præsertim perfectum, tñ fm viam considerationis actus prior est in hac Doctrina, quia agitur hic de actu humano vel homine vt operatiuus est propter finem supernaturalẽ, vt patuit in principio; & præterea etiam actus saltem imperfectus prior est habitu etiam via generationis. Diuiditur autem ille tractatus in duas partes principales. In prima agitur de principijs intrinsecis, s. habitibus, & virtutibus. In secunda parte de principijs extrinsecis, vt sunt lex & gratia. Et incipit ista secunda pars in q. 90. & licet potentia etiam sit principium intrinsecum actus humani, quia tamen de ea satis dictum est in prima parte, ideo in hoc tractatu nihil agitur de potentia, sed incipiendum est ab habitu, &c. & quia virtus, & vitium etiam sunt quidam habitus saltem permissiuè, vt exponetur infra. q. 71. arti. primo. ideo prima pars de habitibus diuiditur in duas, quia primò agitur de habitibus in communi, secundò agitur de virtutibus, & vitijs. q. 55. Circa primum, scilicet cõsiderationem habituum in generali quattuor occurrunt, & patent in littera, patet & ordo inter illa quattuor, nam substantia de propinquo magis se habet quàm subiectum vel causa.

Vtrum habitus sit qualitas.

1. di. 3. q. 5. ar. 5. & 2. d. 24. art. 1. ad 2. q. 1. co. Et Veri. q. 20. arti. 2. cor. * q. 75.

AD primũ sic proceditur. Videtur, quòd habitus non sit qualitas. Dicit enim Aug. in lib. 83. Quæstionũ. * ꝙ hoc nomen habitus dictum est ab hoc verbo habere, sed habere nõ solùm pertinet ad qualitatem, sed ad alia genera; dicimur enim habere quantitatem, & pecuniam & alia huiusmodi, ergo habitus non est qualitas.

¶ 2 Præterea. Habitus ponitur vnum prædicamentum, vt patet in li. prædicamẽtorũ; sed vnũ prędicamẽtũ non continetur sub alio, ergo habitus non est qualitas.

* In prędica. qualit.

¶ 3 Præterea. Omnis habitus est dispositio, vt dicitur in prædicamẽtis.* sed dispositio est ordo habẽtis partes, vt dicitur in 5. Metaph. * hoc autem pertinet ad prædicamentum situs, ergo habitus non est qualitas.

* Aristot. tex. 24.
* In prædi ca. qualit.

¶ Sed contra est, ꝙ Philosophus dicit in prædicamentis.* quòd habitus est qualitas de difficili mobilis.

¶ Ista quæstio potest esse quęstio quid nominis, & quid rei, potest enim intelligi an nomen habitus significet solam qualitatem, & sic est quæstio quid nominis; potest etiam intelligi an res quæ dicitur habitus, sit qualitas, est sic est quæstio quid rei.

¶ Respondeo dicendum, quòd hoc nomen habitus ab habendo est sumptum, a quo quidem nomen habitus dupliciter deriuatur. Vno quidem modo, secundùm ꝙ homo vel quęcunque alia res dicitur aliquid habere; alio modo, secundùm quòdaliqua res aliquo modo habet se in seipsa, vel ad aliquid aliud.

¶ Vt habeatur totus articulus sub aliquo certo intento, ponitur ex corpore articuli talis conclusio trimembris, quam D. S. sparsim habet in corpore, vt patebit prosequendo, est igitur ista conclusio. Habitus vno modo, scilicet communiter acceptus, est postprædicamentum,

Conclusio. respõsi.

camentum, secundo modo, scilicet minus communiter captus, est prædicamentum per se speciale tertio modo. S. adhuc minus communiter acceptus, & prout hic loquimur de habitu est qualitas. Huius conclusionis D.S. primò ponit, & probat primam eius partē secundò secundam, ibi. Sed inter ea, &c. tertiò tertiam, ibi. Si autem, &c. Prima ergo pars conclusionis probatur ex littera sic. Omne illud est posterius prædicamentum, quod consequitur res diuersorū generum, sed habitus primo modo est huiusmodi, igitur patet prima pars cōclusionis. Circa istam rationem primò declarat minorē secundò maiorem, ibi. Circa primum considerandum. Minor ergo patet in principio corporis, quia habitus ab habendo sumitur, sed quæcunque res potest dici aliam habere, sicut substantia qualitatem, materia formam, quantitas qualitatem, ergo habere est posterius prædicamentum. Deinde cum dicit.

¶ Circa primum considerandum est, quod habere secundùm quòd dicitur respectu cuiuscunque, quod habetur, commune est ad diuersa genera, vnde & Philosophus inter posterius prædicamenta habere ponit, quæ scilicet diuersa rerum genera cōsequūtur, sicut sunt opposita, & & prius, & posterius, & alia huiusmodi.

Substantia est prior tē porc.

¶ Declarat maiorē principalem, quia posterius prædicamenta dicūtur quæ consequuntur diuersa genera rerum, sicut oppositio, prius, & simul, consequuntur omnia, quia inter omnia genera est oppositio saltem contradictoria, cū sit inter omnia distinctio; & vnum est prius, aliud posterius; & oīa sunt simul tpe propriè dicto, Quod autē. 7. Metaphy. substantia dicitur prior tpe, habet aliū sensum. i. prior duratione, & verificatur nō ratione substantiæ prædicamētalis, sed extra prædicamentum existentis, vt habet declarari 7. Metaphy. in D.S. lectione prima tex. com. 4. & præterea differētiæ diuidentes genus simul sunt ad sensum supra dictum. q. 29. ar. 2. ad primum, quia verificatur de differentijs, & speciebus absolutis non à seinuicem dependentibus, & de simultate negatiua vel de potētia materiæ, loquendo de speciebus naturalibus; sunt quoque oppositæ, &c. & genera sunt priora speciebus, &c. motus etiam reperitur in quattuor generibus si extendatur ad mutationem.

¶ Sed inter ea quæ habentur, talis videtur esse distinctio, quòd quædam sunt in quibus nihil est medium inter habens, & id, quod habetur, sicut inter subiectum, & qualitatem vel quantitatem nihil est medium; quædam verò sunt in quibus nō est aliquod mediū iter vtrumq;, sed sola relatio sicut dicitur aliquis habere sociū vel amicum, quædam verò sunt inter quæ est aliquid mediū nō quidem actio vel passio, sed aliquid per modum actionis, & passionis, prout vnū est ornans vel regens, & aliud ornatum aut rectum, vnde Philosophus dicit in 5. Metaphy.* ℘ habitus dicitur tanquā actio quædam habentis, & habiti; sicut est in illis quæ circa nos habemus.

* Aristot. tex. 25.

¶ Hic consequenter D.S. procedit ad secundam partem cōclusionis probandam. Circa quam primò præmittit aliqua quæ valēt pro his quæ ponuntur in eius probatione, secundò ipsam probationē subiungit, ibi. Et ideo in his; &c. Præmittit ergo, ℘ inter ea q̄ habentur, quandoq; nihil mediat nec ſm rē, nec ſm modū significandi, vt inter subiectū, & accidens, aliquando autē habere significat medium, scilicet relationem quæ est inter habens, & habitū, sicut habere socium vel amicum, sed relatio medians pertinet ad genus relationis, & non facit per se distinctū genus. Secus de medio habitu qui est inter vestitum, & vestimentum qui non est tale medium reducibile ad aliquod aliud genus, & per consequens facit per se speciale genus, quia res est, & in nullo alio genere ponibilis. Omne enim reale creatum oportet, ℘ ponatur in genere vel sit distinctum genus. Vnde aduerte intentum textus, quia vult, ℘ habere in communi est posterius prædicamentū, sed habere aliquid determinatē subdistinguitur, quia quandoq; nihil mediat inter habens, & habitum, & sic etiam non est determinatū genus illud habere, quia potest conuenire subſtātiæ respectu quantitatis, & qualitatis, &c. vnde potest tale habere reduci ad plura prædicamenta, licet non ad omnia, sicut habere communissimè acceptum; quandoque autem inter habens, & habitum mediat relatio sola, & tūc pertinet ad prædicamentum relationis, & per consequens tale habere non est speciale genus, cum ad aliud pertineat; quandoq; autem mediat inter habens, & id, quod habetur non relatio (formaliter saltem, & de genere ad aliquid) nec vt actio vel passio, sed aliquid per modum actionis, & passionis, & tale medium non potest pertinere ad aliquod aliorum generum, quare tale mediū, qđ dicitur etiam habitus, erit speciale genus ab alijs distinctum, & sic ergo capitur habitus minus cōmuniter, quam primo modo. S. pro medio inter habentem indumentum, & indumentum, vt habet Philosophus. 5. meta. in D.S. lect. 18. circa tex. com. 25.

¶ Circa ista vbi dicitur, ℘ inter habens, & habitū nihil est medium sicut inter subiectum, & qualitatem, &c. Nota, ℘ forsan posset obijci, quia inter qualitatem, & substantiam mediaret etiā aliqua relatio quę est vnio vnius ad aliud, & per cōsequēs ista mēbra textus nō essent distincta, quia & hic, & alibi est relatio media, puta cum quis dicitur habere quantitatē, & cū dicitur quis hre sociū.

¶ Sed nota, ℘ vnio capitur dupliciter, vno modo pro relatione equiparantię quia referuntur vnita ad seinuicem ſm cōuertentiā, vt dicitur vnitum vnita vnitum, &c. alio modo capitur pro fundamento illius relationis, & dicitur vnio fundamentalis, quæ nihil aliud est quàm formā actualiter inesse, & informare subiectū, quæ vnio fundamentalis potest dici forma cum suo effectu formali, in eo cuius est forma, & dicit illa vnio formam vel accidens subiecti non absolutè, sed vt cum suo effectu formali est in subiecto, & ideo licet aliquando maneat forma extra materiam, aut accidens extra subiectum, non tamē ibi manet vnio; quia vnio significat vnum esse in alio, & dare esse alteri, quod dare esse formaliter significat habere causalitatē formalem, & non relationem; quare dicitur ad propositum, ℘ inter substantiam, & accidens non mediat relatio, & ℘ vnio fundamentalis etiā non est relatio, nec aliquid distinctum à forma, & eius effectu, qui absolutum quid importat, præsertim si forma est absoluta; vnio autem quæ est relatio, quæ solet dici vnio formalis, consequitur dictam vnionem fundamentalem, & non est quid medium, sed consequens ad inesse, & informare; ex hoc enim, ℘ illud habet esse in illo, & cōmunicat sibi effectū formalem sequitur relatio æpuiparantiæ mutua inter vtrūq; vnitū, nulla igitur relatio mediat inter subiectum, & formā quamcumq;, subiectum dico immediatū, immo nihil omnino est mediū, quia forma per essentiā, & effectū intimū immediatè vnitur materiæ vel subiecto. Quare & D.S. dicit notanter, ℘ inter subiectū, & qualitatē seinuicē habentia, nihil est mediū, scilicet omnino; quia formā haberi à subiecto est ipsam formam esse in subiecto, quæ per essentiam suā, & proprium esse inest, vt patuit, &c.

¶ Nota, ℘ habitus dicitur significare aliquid per modū passionis, & actionis, quia videlicet non est passio vel actio, sed magis relatio vel comparatio importata per modū passionis, sicut habet Capreolus simile in 2. dist. 2. q. 1. ad tertium, secundo loco inductū contra secundam conclusionem de locari, & contineri. Vide & cūdem ibidem dist. 6. in solutionibus argumentorum contra secūdā partem secundæ conclusionis, quid autem rei importat talis habitus postea tangetur. Consequenter cum dicit. Capreo.

¶ Et ideo in his constituitur vnum speciale genus rerum, quod dicitur prædicamentum habitus, de quo dicit Philosophus in 5. Metaphy. * ℘ inter habentē indumentū, & indumentū qđ habetur, est habitus medius. * Aristo. nūc dicto.

¶ Infert secundam partem conclusionis quæ probatur sic. Omne illud est speciale prædicamētum, quod importat speciale genus rerum, sed habitus secūdo modo acceptus est huiusmodi, igit, &c. Maior nota ex quinto Metaphy. tex. commen. 14. in D.S. lect. 7. quia prædicamenta decem, sunt decem rerum genera. Minor probatur. Illud importat speciale genus rerū, quod dicit mediū quoddam inter habentem, & id quod habetur per modum actionis, & passionis, non tamen actionem vel passionem; sed habitus est huiusmodi, igitur minor vera. Ista maior proxima satis patet ex prędictis immediatè, quia nullum aliorum generū significat taliter. Minor ista est Philosophi. 5. Metaphy.

¶ Si autem sumatur habere, prout res aliqua dicitur quodammodo se habere in seipsa, vel ad aliquid aliud, cum iste modus se habendi sit secundùm aliquam qualitatem, hoc modo habitus quædamqualitas est, de qua Philosophus in 5. Metaphy.* dicit quòd habitus dicitur dispositio secundùm quàm benè vel male disponitur dispositum, & aut secundùm se, aut ad aliud vt sanitas habitus quidam est, & sic loquimur nunc de habitu, vnde dicendum, quòd habitus est qualitas. * Aristot. tex. 25.

¶ Hic vltimò D.S. ponit, & probat tertiam partem cōclusionis, & arguitur sic. Omne illud est qualitas, quo scilicet formaliter, res sic se habet in seipsa vel ad aliquid aliud, sed habitus tertio modo vt hic loquitur est huiusmodi, igitur, &c. Maior relinquitur nota, & patebit ar. sequenti, quia qualitas à toto genere est aliqua modificatio subſtātiæ, qua se aliquo modo habet, sicut dicimus. Quomodo te habes. Es? ne sanus, & huiusmodi. Minor patet auctoritate Philosophi. 5. Metaph. tex. comm. 25.

¶ Et nota, quòd dicitur secundùm habitum res benè se habere secundùm seipsam vel ad aliud, quia quidam dicuntur habitus essendi, alij dicuntur habitus operandi; primi ordinantur ad perficiendam rem in se, vt sanitas pulchritudo, & huiusmodi; secundi perficiunt finaliter, & principaliter ad opus, vt sunt habitus intellectuales, & morales, & de hoc amplius articulo. 3. &c.

¶ Possent circa hunc articulum moueri difficultates de quidditate quattuor vltimorum generū, sed quia in metaphysica res ista agitari debet extensè, ideo ad præsens per viam compēdij oportet notare, ℘ ex D.S. nihil certi de ista materia habetur, vnde dicunt quidā de via D.S. ℘ huiusmodi genera significent absolutū sub ratione respectu videlicet, ℘ Vbi, significet locum sub respectu ad locatum, & hunc

Capreolus. & hunc modum recitat Capreolus in 2. dist. 2. q. 1. sed videtur sibi, ℘ magis significent respectus qui differunt à genere relationis ℘ dupliciter, quia huiusmodi respectus solùm inueniūtur in corporalibus, secundò quia fundantur super alios respectus, relatio autem de genere relationis tam in corporalibus quàm in spiritualibus, & fundatur super re absoluta. Vide si placet ad longum Capreolum in 2. dist. 6. ad septimum contra secundam partem secūdæ conclusionis; alijs videtur, ℘ significent denominationes extrinsecas, ita quòd, Vbi (vel sortem esse in loco) nihil aliud sit quā sortē denominari à loco sicut à mensura extrinseca, & iste est modus dicendi Heruei quodlibet. primo. q. 9. & videtur consonare dictis D.S. 3. phy. lectione 4. tex. com. 22. quod autē Vbi dicat quoddam absolutum distinctum à loco non videtur probabile in via D.S. Videtur autem opinio Heruei multum intelligibilis, & D.S. satis consona, sed de his satis pro nunc.

ARGVMENTVM in contrarium est pro tertia parte conclusionis.

¶ Ad primum ergo dicēdum, quòd obiectio illa procedit de Habere communiter sumpto, sic ēnim est commune ad multa genera, vt dictum est.*

* In cor. ¶ Ad hoc dicitur ad maiorem, hoc nomen habitus, &c. Verum, communissimè sumptum, & vt est post prædicamentum, dictum est à verbo habere. Minor vera, ergo habitus, &c. Verum, communissimè non est qualitas tātum, tamē prout significat habilitatem & dispositionem rei, qua se habet in seipsa vel in ordine ad aliud est qualitas, vt ab habitu quis dicitur dispositus, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de habitu, secundùm quòd intelligitur aliquid medium inter habens, & id quod habetur, sic enim est quoddam prædicamentum, vt dictum est.*

* In cor. ¶ Dicendum ad maiorem, habitus ponitur prædicamentū distinctum prout significat aliquod mediū inter habitum, nō quodcunque tamen, sed vestem habitam, & habentem, non quecumq;, sed hominem habentem vestem; hoc enim prædicamentū in solo homine reperitur, vt habet D. S. 3. phy. vbi statim, & significat medium non actionem quidem vel passionem, sed per modum illorum. Minor conceditur, ergo habitus, &c. Verum, quicunque, & quocunque modo acceptus non est qualitas, sed tertio modo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dispositio quidē semper importat ordinem alicuius habentis partes, sed hoc contingit tripliciter, vt statim ibidem Philosophus subdit.* scilicet aut secundùm locum, aut secundùm potentiam, aut secundùm speciem, in quo vt Simplicius dicit in commento prædicamentorum.* comprehendit omnes dispositiones, corporales quidem in eo, secundùm quòd dicit secundùm locum, & per hoc pertinet ad prędicamentum situs, qui est ordo partium in loco; quòd autem dicit secundùm potentiam includit illas dispositiones, quæ sunt in præparatione, & idoneitate nondū perfectè, sicut scientia, & virtus inchoata; ℘ autem dicit ſm speciem, includit perfectas dispositiones quæ dicuntur habitus, sicut scientia, & virtus completè.

* Aristot. tex. 24.

* In prædica. qualit.

Dispositio quid.

¶ Dicendum, ℘ maior vera ad sensum dicēdum in art. 2. ad tertiū de dispositione capta in genere. Vltra, sed dispō est ordo, &c. Dico, quòd debet sanè intelligi, quia si intelligitur de dispositione qualitatiua, tunc non est ordo formaliter, sed importat partes potestatiuas, & potentiales in ordine ad aliquid, videlicet naturā vel operationem. Dico vlterius, ℘ est ordo ad sensum iam dictū habentis partes vel integrales vel potentiales vel potestatiuas, quæ sunt intentionales ſm Graciadeum, quæ etiam conueniunt qualitati vel actu ſm perfectionem, sicut cōpleta scientia continet actu multas partiales notitias; vel habet illa ſm idoneitatē, & inchoationem, vt scientia aut virtus inchoata, &c. Tunc vltra, hoc autem scilicet habere ordinem partium, pertinet ad prædicamentū situs. Negatur vniuersaliter, sed habere ordinem partium integralium quantitatiuarum in loco est prædicamenti situs, habere autem partes, scilicet potentiales, & potestatiuas potest competere etiā qualitati, & hoc dupliciter ſm duplicem statum. S. inchoationis, & hoc intelligitur per secundum potentiam, quia quod inchoatum est, est quasi in potentia; & ſm statum perfectionis per ſm speciē, qa res secundùm speciem perfectionem sortitur. Continet enim perfecta virtus etiam actu multas partes. i. multos modos habendi virtutem, ita ℘ virtus vt dispositio significatur vt continens partes saltem eminenter. Vnde dispositio etiam inuenitur in qualitatis genere, & dicit qualitatem non ſm se, sed vt habet partes potētiales vel secundum perfectionem vel secundum inchoationem. Quare negatur consequentia, quia etiā qualitas habet ordinē partiū, &c. Aduerte hic ℘ D.S. 5. metaphy. loci. 18. tex. com. 24. & 25. aliter exponit illam auctoritatem videlicet dispositio est ordo habentis partes, quia sunt tres modi habendi partes, primus est ſm ordinē partium in loco, & sic dispositio ponitur vnum prædicamentum, secundus modus est prout ordo partium attenditur ſm potentiam siue virtutem, & sic dispositio ponitur in prima specie qualitatis, dicitur enim aliquid hoc modo dispositum, vtputa secundùm sanitatem vel ægritudinem ex eo, quòd partes eius habent ordinem in virtute actiua vel passiua. Tertius modus est prout ordo partium attenditur secundùm speciem, & figuram totius, & sic dispositio siue situs ponitur differentia in genere quantitatis, &c. vbi patet, quòd D.S. aliter exponit, vnde hic magis sequitur, Simplicium, alibi nullum allegat, &c.

¶ Nota, quòd Philosophus vult ibidem, quòd quia dispositio importat positionem, & positio requirit partes, ideo & dispositio, & super hoc fundatur argumentum illud.

Vtrum habitus sit determinata species qualitatis.

B

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd habitus non sit determinata species qualitatis, quia vt dictū est.* habitus, secundùm ℘ est qualitas dicitur dispositio secundùm quam benè aut malè disponitur dispositum sed hoc contingit secundùm quamlibet qualitatem, nam & secundùm figuram contingit aliquid benè vel malè esse dispositum, & similiter secundùm calorem, & frigus, & secūdùm omnia huiusmodi; ergo habitus non est determinata species qualitatis.

* Ar. præceden.

¶ 2 Præterea. Philosophus in prædicamentis.* caliditatem, & frigiditatē dicit esse dispositiones vel habitus sicut ægritudinem, & sanitatem; sed calor, & frigus sunt in tertia specie qualitatis, ergo habitus vel dispositio nō distinguuntur ab alijs speciebus qualitatis.

* In prædica. qualita.

¶ 3 Præterea. Difficile mobile non est differētia pertinens ad genus qualitatis, sed magis pertinet ad motum vel passionem; nullū autem genus determinatur ad speciem per differentiam alterius generis, sed oportet differentias per se aduenire generi, vt Philosophus dicit in 7. Metaphysico.* ergo cum habitus dicatur esse qualitas difficile mobilis, videtur quòd non sit determinata species qualitatis.

* Arist. tex. 42. & 43.

¶ Sed cōtra est, qđ Philosophus dicit in prædicamentis.* ℘ vna species qualitatis est habitus, & dispositio.

¶ Quærit de differētia ipsius habitus, per quam ponitur in determinata specie qualitatis. Et quærit an sit species qualitatis ab alijs speciebus eiusdem distincta, &c.

¶ Respondeo dicendum, ℘ Philosophus in prædicamentis.* ponit inter quattuor species qualitatis primam, dispositionem, & habitum, quarum quidem specierum differentias sic assignat Simplicius in commento prædicamentorum.* dicens, ℘ qualitatum quędam sunt naturales quæ secundùm naturam insunt, & semper; quædā autem aduentitiæ, quæ ab extrinseco efficiuntur, & possunt amitti, & hæc quidem quæ sunt aduentitiæ sunt habitus, & dispositiones secundùm facile, & difficile amissibile differentes, naturalium autem qualitatum quędam sunt secundùm id, quod aliquid est in potentia, & sic est secunda species qualitatis; quædam verò, secundùm ℘ aliquid est in actu & hoc vel in profundum, vel secundùm superficiem; si in profundum quidem sic est tertia species qualitatis; secūdùm uerò superficiem est quarta species qualitatis, sicut figura, & forma, quæ est figura animati. Sed ista distinctio specierū qualitatis inconueniēs videtur, sunt enim multæ figuræ, & qualitates passibiles non naturales, sed aduentitiæ, & multæ dispositiones uō aduentitiæ, sed naturales, sicut sanitas, & pulchritudo, & huiusmodi; & præterea hoc non conuenit ordini speciērum, semper enim, quod naturalius est, prius est.

* In prædica. qualita. & Simplicius.

* In prædica. qualita.

¶ In coroore huius articuli D.S. ponit conclusionem responsiuam bimembrem virtualiter in principio, cuius secundam partem expresse resumit in fine, talem. Habitus est determinata vel distincta species qualitalis, & prima species. Circa istam conclusionem D.S. sic procedit, primò ponit, & probat primam eius partem, secundò secundam in fine, ibi. Et quia natura, &c. Patet ergo prima pars conclusionis auctoritate philosophi in prædicamentis, vt patet in littera. Secundò probat eandem partē conclusionis per sufficientiam

ficientiã primò assignatã a Simplicio,& quia deficit in aliquibus, ideo secũdò assignat cõueniẽtẽ sufficiẽtiã,ibi. Et ideo aliter, &c. Sufficientia ergo assignata à Simplicio est, ꝙ qualitatum quædã sunt naturales quæ ſm naturam, &c.vt clarè patet in littera.Consequenter D. S. ostendit in quibus illa sufficientia Simplicij deficiat, primò quia ponit omnes tres post primam naturales, quod non valet, quia multæ passibiles qualitates inducuntur ab extrinseco,& sunt innaturales,similiter multæ figuræ.Deficit etiã, quia non omnes dispositiones,& habitus sunt aduentitij,immo aliqui connaturales,patet infra q.51.ar.primo de sindereſi, & intellectu principiorum,similiter de sanitate, & pulchritudine. Præterea,si habitus,& dispositiones essent ab extrinseco, & innaturales,tunc iniustè ponerentur prima species qualitatis, innaturale enim posterius est naturali,& ideo D.S.consequenter cum dicit.

¶ Et ideo aliter accipienda est distinctio dispositionũ, & habituum ab alijs qualitatibus, propriè enim qualitas importat quendam modum substantiæ, modus autem est vt dicit Aug.super Gen.ad litteram. * quem mensura præfigit, vnde importat quandam determinationem secundùm aliquam mensuram, & ideo sicut id secundùm quòd determinatur potẽtia materiæ secundùm esse substantiale, dicitur qualitas quæ est differentia substantiæ, ita id, secundùm quod determinatur potentia subiecti secundùm esse accidentale, dicitur qualitas accidentalis, quæ est etiam quædam differentia, vt patet per Philosophum in 5.Metaphysicorum. *

* Aug.li.4. cap.3.

* Arist. tex.19.

¶ Adducit aliam veram sufficientiam specierum qualitatis ex qua formaliter arguitur pro prima parte cõclusionis. Omnis modus,& determinatio subiecti secundùm esse accidentale in ordine ad naturam rei, secundùm ꝙ se benè vel melè habet, vbi inuenitur facile vel difficile mobile,est species determinata qualitatis, & ab omnibus alijs speciebus distincta; sed habitus est huiusmodi, igitur est determinata,& distincta species. Illius rationis D.S.primò probat maiorem,secũdò minorem,ibi. Modus autem siue determinatio, &c. Probatur ergo maior sic,quia qualitas importat modum substantiæ accidentalem sicut id, quod determinat potẽtiã materiæ dicitur qualitas essentialis, igitur quod importat singularem modum accidentalem substantiæ est singularis qualitas. Et secundò, quia in nulla aliarum specierum attenditur bonũ vel malum,si ergo in ista attenditur, igitur est distincta.

Albertus. Qualitas dupliciter capitur.

¶ Nota primò secundùm Albertum super prædicamenta circa prædicamentum qualitatis,ꝙ omnia accidentia vt determinant subiecti potentiam qualitates vocantur, sed nomen appropriatũ est vni generi quia facit quale sine additione, alia autem cum additione vt quantitas facit quale quantum, vel quotum, & etiã,quia solùm hoc genus consistit in determinatione subiecti vel potentiæ subiecti,alia autem habent quasdam alias rationes præter illam;ideo cum qualitas sit determinatio, ideo hoc genus nomẽ illud retinuit, & ita habetur, ꝙ quamuis omne accidens sit determinatio,& qualitas transcendenter capta, non tamen est qualitas vt hic capitur,quia capitur qualitas vt est determinatum genus. Aduerte hic breuiter secundò,ꝙ rectè oportet intelligere,ꝙ qualitas est modus substantiæ.Est enim duplex modus, vnus generalis qui non determinat rem secundùm aliquid sui, sed secundùm quem aliquid generaliter determinatur, sicut substantia creata determinata generaliter per quodlibet accidens,licet alio modo secũdùm aliud,& aliud, puta secundùm esse quantum vel quale, & ad hunc sensum habet Philosophus 7.metaphy.ꝙ accidens est entis dispositio.Alio modo accipitur modus specialiter pro modo proprio, & intrinseco ipsius rei,sicut velociter,& tardè sunt modi motus,& sic esse per se est modus substantiæ, & inter hos modos multa est differentia;nam primus aliquando separari potest,& est res distincta,& natura absoluta positiua, & potest esse perfectio simpliciter saltem ratione speciei, esto non ratione generis, sicut scientia,sapientia. Secundus autem modus non est separabilis à re, cuius est modus,nec est res, & natura specialis distincta à re, cuius est modus; non enim velociter potest intelligi aut esse sine motu; & sic de alijs modis isto modo acceptis, nec modus essendi albedinis vt quattuor, potest esse sine albedine, quando ergo D.S. dicit,quòd qualitas vel habitus est modus, capit modum primo modo,qui tamen facit quale tantum, non secundo modo. Et per hoc patet ad quòddam dubium,an habitus sit tantum modus, & natura, patet ex iam dictis,&c. Consequenter cum dicit.

¶ Modus autem siue determinatio subiecti secũdùm esse accidentale, potest accipi vel in ordine ad ipsam naturam subiecti,vel secundùm actionem,& passionẽ,quæ consequuntur principia naturæ quæ sunt materia, & forma; vel secundùm quantitatem. Si autem accipiatur modus vel determinatio subiecti secundùm quãtitatem, sic est quarta species qualitatis.Et quia quantitas secundùm sui rationem est sine motu, & sine ratione boni,& mali, ideo ad quartam speciem qualitatis non pertinet, quod aliquid sit benè vel malè,cito vel tardè transiens.Modus autem siue determinatio subiecti secundùm actionem, & passionem;attẽditur in secunda vel tertia specie qualitatis,& ideo in vtraque consideratur, quòd aliquid facilè vel difficile fiat, vel quòd sit cito transiens aut diutur num;non autem consideratur in his aliquid pertinẽs ad rationem boni vel mali,quia motus, & passiones nõ habẽt rationem finis,bonum autem, & malum dicitur per respectum ad finem; sed modus, & determinatio subiecti in ordine ad naturam rei, pertinet ad primam speciẽ qualitatis,quæ est habitus, & dispositio. Dicit enim Philosophus in 7. Physicorum. * loquens de habitibus animæ,& corporis,quòd sunt dispositiones quędam perfecti ad optimum,dico autem perfecti, quod est dispositũ secundùm naturam. Et quia ipsa forma,& natura rei est finis,& cuius causa fit aliquid ;vt dicitur in 2. Physico. * ideo in prima specie consideratur,& bonum, & malum & etiam facile, & difficile mobile,secũdùm quòd aliqua natura est finis generationis,& motus; vnde in 5. Metaphy.* Philosophus definit habitum, quod est dispositio secundùm quam aliquis disponitur benè vel malè, & in 2.Ethi.* dicit,quòd habitus sunt secundùm quos ad passiones nos habemus benè vel malè. Quando enim est modus conueniens naturæ rei,tunc habet rationẽ boni,qñ aurem non conuenit, tunc habet rationem mali.

* Aristo. tex.25.

* Aristo. tex.27.

* Aristo. tex.25.

¶ Probat minorem per sufficientiam specierum qualitatis, qa alia important determinationem vel ſm quantitatem sicut quarta,vel ſm actionem,& passionem,& hoc dupliciter, vel ſm principia actionis,& passionis,& sic est secunda, vel secundũ actiones ipsas,vt sunt qualitates sensibiles,sic est tertia. Sola autem prima determinat subiectum disponendo vt benè sit in se secundũ exigentiam naturæ. Et ꝙ solùm in prima specie attenditur bonum, & malum D.S.probat ibi,& quia quantitas, &c.Et patet littera de se, nam secundùm alias species non accipitur benè vel malè, nisi vt pertinent aliquo modo ad primam,vt patebit ad primum.

Et quia natura est id,quod primum cõsideratur in re, ideo habitus ponitur prima species qualitatis.

¶ Corroborat secundam partem conclusionis responsiuæ,& arguitur sic.Illud,quod disponit, & ordinatur ad primum,quod est in re,ponitur rectè prima species qualitatis. Minor in littera,sed habitus in genere permissiuè modificat, & ordinatur ad naturam rei,quæ est prior quantitate,& potentijs, igitur,&c. Maior patet, quia qualitas ex natura sua est dispositio substãtiæ,igitur si disponat ad primum est prima qualitatis species, igitur, &c.

¶ Nota circa secundam partem conclusionis,ꝙ habitus esto in subiecto præsupponat potentiam, tamen ponitur prima species, sed de hoc ar.3.ad secundum,& magis infra q.60.art. 2.ad tertiũ.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primã partem conclusionis responsiuæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd dispositio ordinem quendam importat,vt dictum est. * vnde non dicitur aliquis disponi per qualitatem nisi in ordine ad aliquid,& si addatur benè vel malè, quod pertinet ad rationem habitus, oportet quòd attendatur ordõ ad naturam quæ est finis; vnde secundùm figuram vel secũdùm calorem, vel frigus non dicitur aliquis disponi benè vel male,nisi secundùm ordinem ad naturam rei, secũdùm quòd est conueniens vel non conueniens; vnde & ipse figuræ, & passibiles qualitates secundùm quòd considerantur vt conuenientes vel non conuenientes naturę rei, pertinent ad habitus vel dispositiones, nam figura prout conuenit naturæ rei, & color pertinent ad pulchritudinem; calor autem, & frigus secundùm quòd conueniunt naturæ rei, pertinent ad sanitatem, & hoc modo caliditas, & frigiditas ponuntur à Philosopho in prima specie qualitatis.

* Ar prino ad tertium.

¶ Dicendum ad maiorem, primò dico, ꝙ vera est,& illud ad qđ disponit benè vel malè,oportet ꝙ sit natura,disponit quidem omnis species qualitatis,sed non benè vel malè, nisi vt pertinet ad habitum tanquã eius causa, & suo modo pars vel partialis causa. Ad minorem,si intelligitur, ꝙ ſm figuram ſm se, vel secundùm calorem secundùm se,benè vel malè disponitur res,negatur. Si autem intelligitur,ꝙ secundùm figuram vel calorem benè disponitur vel malè vt pertinet ad habitum vel dispositionem,conceditur. Negatur ergo

tur ergo consequentia, quia ſm nullam aliam speciem qualitatis benè disponitur res nisi in ordine ad habitum, & dispositionẽ,sicut calor vt constituit sanitatem, sic ſm eum benè disponitur subiectũ,& ſm figuram vt conuenit rei,& constituit pulchritudinẽ. Vnde solemus dicere, ista res est benè dispositа secundùm figurã, quia est pulchra. Tangit autem ista solutio vnum dubium, quod etiam tangit argumentum secundum sequens.

¶ Vnde patet solutio ad secundum,licet à quibusdam aliter soluatur, vt Simplicius dicit in commento prædicamentorum. *

Simplicius in prædi ca.qualita.

¶ Dicendũ ad philosophũ in prædicamentis, dicit calidũ,& frigidũ esse dispositiones vel habitus,id est id, quod causatur ex eis est dispositio vel habitus.Ad minorem, calor & frigus ſm se sunt in tertia specie qualitatis. Vnde negatur consequentia,quia vt pertinentes ad habitus sunt in prima,secundùm se in tertia.

An idẽ sit in duabus speciebus qualitatis.

¶ Circa istam solutionem est dubium. An idẽ possit esse in duabus speciebus qualitatis,quia philosophus in prædicamẽtis,vt argumentum refert,ponit expresse calorem,& frigus in prima specie qualitatis,& etiam in tertia.Ad hoc multipliciter respondetur, quidam dicunt,ꝙ vt sunt in motu, colocantur in tertia;sed vt habent perfectum esse ponuntur in prima;sed ille modus dicendi nõ placet Simplicio, quia ſm hoc Aristoteles debuisset posuisse calefactionẽ in tertia specie, & in prima calorem, sed vtrobiq; ponit calorem. Prophyrius verò posuit quattuor gradus caloris,& ſm hoc in diuersis speciebus,&c.De hoc q. 50.ar.1.ad tertiũ, sed hoc Simplicio non placet, quia tunc illæ species non distinguerentur realiter,& specificè, & ergo dicitur vt D.S.habet in litteſa,& vult tantùm D.S.ꝙ sanitas de cuius ratione est, ꝙ consistat in adæquatione caloris,& frigoris,est in prima specie, & similiter pulchritudo de cuius ratione est,quòd consistat in proportione figuræ est in prima specie. Vtrum autem sanitas vel pulchritudo sit habitus,postea videbitur.Ex his autem,patet ꝙ põt saluari realis distinctio illarum specierum.Vnde,ꝙ D S.dicit ꝙ calor, & frigus pertinẽt ad habitus,intelligitur non identicè quasi sint habitus, sed causaliter,quia causant habitus;nec vult,ꝙ perrineant ad primam speciẽ quæ est habitus;& dispositio, sed pertinent tanquam causæ ad id, quod est in prima specie quæ est habitus, & dispositio. Vnde non videtur D.S.intelligendus,quòd calor sit in specie prima, sed pertinet ad id,quod est in prima specie,& est habitus.

¶ Ad tertium dicendum,ꝙ ista differentia difficile mobile,non diuersificat habitum ab alijs speciebus qualitatis,sed à dispositione,dispositio autem dupliciter accipitur.Vno modo secundùm ꝙ est genus habitus; nam in 5. Metaphysic.* dispositio ponitur in definitione habitus. Alio modo, secundùm ꝙ est aliquid contra habitum diuisum,Et potest intelligi dispositio propriè dicta condiuidi contra habitum dupliciter. Vno modo sicut perfectum,& imperfectum in eadem specie,vt scilicet dispositio dicatur retinens nomen commune quando imperfectè inest,ita ꝙ de facili amittitur, habitus autẽ quando perfectè inest, vt non de facili amittatur,& sic dispositio sit habitus,sicut puer fit vir;alio modo possunt distingui sicut diuersæ species vnius generis subalterni, vt dicantur dispositiones illæ qualitates primæ speciei,quibus cõuenit secundùm propriam rationem,vt de facili amittantur,quia habent causas transmutabiles,vt ægritudo,& sanitas;habitus verò dicuntur illę qualitates,quæ secũdùm suam rationem habent, ꝙ non de facili transmittentur, quia habent causas immobiles,sicut scientiæ,& virtutes, & secuudùm hoc dispositio nou fit habitus,& hoc videtur magis consonum intentioni Aristo; vnde ad huius distinctionis probationem inducit communem loquendi consuetudinem secundùm quàm qualitates quæ secũdũ rationem suam sunt facilè mobiles, si ex aliquo accidenti difficile mobiles reddantur,habitus dicuntur; & cõuerso est de qualitatibus,quæ secundùm suam rationem sunt difficile mobiles;nã si aliquis imperfectè habet sciẽtiã, vt de facili possit ipsam amittere,magis dicitur dispoui ad scientiam quàm scientiam habere.Ex quo patet, ꝙ nomen habitus diuturnitatem quandam importat, non autem nomen dispositionis.

* Aristot. tex.25.

¶ Et quia hoc argumentum vnum præsupponit,& aliud cõcludere intendit,ideo D.S.soluendo,primò destruit suppositum,secũdò soluit argumentum,ibi.Nec impedit,&c. Supponit ergo argumentum quasi habitus perdifficile mobile distinguatur, & sit determinata species qualitatis; hoc autem suppositum falsum est,qa non distinguitur ab alijs speciebus qualitatis per difficile mobile, quia & potentia est de difficili mobilis, sed distinguitur per difficile mobile à dispositione, & hoc capta in specie non in genere; nam si in genere capiatur,tunc habitus est dispositio. Quomodo autẽ distinguantur habitus,& dispositio per facile,& difficile mobile. D. S.tangit duos modos dicendi, quorum primus est. Boetij & Alberti qui dicunt,ꝙ differunt sicut perfectum, & imperfectũ in eadem specie,vt fortes puer,& ipse vir; ideo philosophus coniunxit coniunctione copulationis dicens habitus,& dispositio, & illum modum dicendi,secutus est D.S.in de malo.q.7.ar.2.ad quartum.Sed secundus modus est qui hic D.S.placet, ꝙ sunt distinctæ species, nec refert ꝙ Aristo.dixit vnam speciem,quia hoc dixit ad insinuandum genus proximum habitus, & dispositionis non esse qualitatem,sed quoddam subalternum vocatum ab antiquis applicatio,quæ est vna species subalterna in qua vniuntur habitus,& dispositio. Et vult D.S.ꝙ habitus est de difficili mobilis ex rationẽ suæ speciei,tanquam vendicans causas de difficili variationẽ compatientes.Dispositio autem habet causas facilè transmutabiles, vt sanitas,&c.Scientia enim habet pro causa intellectum agentẽ, & possibilem,& præmissas perpetuæ veritatis,per accidens autem est aliquid facilè vel difficile mobile,ex eo,quòd est in subiecto sic disposito,vt scientia quæ per se difficile mobilis est,per accidens,ſm ꝙ est in subiecto hoc malè dispositо inchoatiuè facile mobilis est; & per oppositum infirmitas quæ per facilè mobilis est,ex hoc, ꝙ est firmiter radicata est difficile mobilis;ille igitur qualitates quæ difficile mobiles sunt ex ratione speciei,& ſm causas per se,habitus sunt;ille verò quæ per se causas habent mobiles facilè,dispositiones sunt;quia igitur multa conueniunt rei per accidens, quæ ex natura propria non vendicat,ideo nihil prohibet inueniri habitũ aliquem facilè mobilem in illo, & ècõuerso dispositionem aliquã difficile in eo mobilem ex aliqua accidentali causa; & tunc contingit habitum non quidem esse dispositionem, sed per modum dispositionis inesse, & similiter dispositionem non esse habitum, sed per modum habitus. Scientia itaque quæ non firmiter tenetur habitus est,sed per modum dispositionis inest, quia facilè ab illo perdi potest; infirmitas verò iam firmiter radicata dispositio est, sed per modum habitus inest; vnde philosophus dicit scientiam etiam mediocriter sumptam esse habitum,quod esset falsum;si dispositio & habitus non differrent specificè,quia scientia imperfecta esset dispositio.Et philosophus exemplificando de habitu ponit solùm quæ ex natura habent causas stabiles, & de dispositione ponit quæ ex natura facilè variantur.

Quomodo habitus, & dispositio distinguũtur.

¶ Et nota ad litteram, ꝙ qualitates quæ secundùm rationẽ sunt facilè mobiles,ex aliquo accidenti difficile mobiles reddantur,habitus dicuntur.Intellige ex dictis quo ad modum, & non quo ad rem, vult autem ex hoc Aristo. quòd de ratione habitus est per se diuturnitas,& difficile esse mobile, &c.

Difficile mobile est differentia & modus essendi.

¶ Nota etiam,ꝙ difficile mobile,& facilè mobile,vt sunt differentiæ specificę distinguentes habitum, & dispositionem inter se, & vt sunt modi essendi eorum,accipiuntur æquiuocè; vno modo naturas eorum constituunt,& definitionem ingrediuntur,& separari non possunt,etiam per intellectum; secundò sunt accidentia separabilia,& possunt successiuè cõuenire eidem, vt patuit,ꝙ infirmitas potest esse facilè mobilis,& difficile mobilis,& accidens, sicut magis,& minus circa calidũ,& frigidũ etiã succedũt; sic vna scientia quo ad modum essendi quem habet ex dispositione subiecti,aliquando est facilè,aliquando difficile mobilis,sed vt differẽtia constitutiua est,respicit per se causam,& est inseparabilis.

¶ Nec impeditur quin secundùm hoc facilè, & difficile mobile sint specificæ differentiæ,propter hoc, quòd ista pertinent ad passionem,& motum, & non ad genus qualitatis;nam istę differentiæ quamuis per accidens videantur se habere ad qualitatem, designant tamen proprias,& per se differentias qualitatum;sicut etiam in genere substantiæ frequenter accipiuntur differentiæ accidentales loco substantialium,inquantum per eas designãtur principia essentialia.

¶ Consequenter destructo supposito dicitur ad argumentum. Ad maiorem, verum est, difficile mobile non pertinet ad genus qualitatis, tamen circumloquitur nobis vnam differentiam vnius speciei qualitatis ab alia,& hoc sępe etiam in alijs contingit; vt patet in fine solutionis.Vltra, nullum autẽ genus determinatur, &c. Verum,formaliter, & intrinsecè, tamen benè circumlocutiuè,per rem vnius generis circumloquimur differentiam ignotam, & ita est in proposito,per difficile mobile circũloquimur differẽtiã ipsius habitus, qui habet per se ratione sui speciei diuturnitatem, & causas stabiles,dispositio verò non.

Vtrum habitus importet ordinem ad actum.

C Infra ar.4. co.& q.50. ar.2.ad 3. * Aristot. tex.8.

AD tertium sic proceditur. Videtur, ꝙ habitus non importet ordinem ad actum.Vnumquodque enim agit secundùm ꝙ est actu, sed Philos. dicit in 3.de aĩa. * ꝙ cum aliquis sit sciens secundum habitum, est etiã tũc in poten-

in potẽtia, aliter tñ quàm ante adiſceret, ergo habitus nõ importat habitudinem principij ad actum.

¶ 2 Præterea. Illud, quod ponitur in definitione alicuius, per ſe conuenit illi; ſed eſſe principium actionis ponitur in definitione potentiæ, vt patet in 5. Metaphy. * ergo eſſe principiũ actus per ſe conuenit potentiæ; quod autem eſt per ſe, eſt principium in vnoquoque genere; ſi ergo etiam habitus ſit principium actus, ſequitur, quòd ſit poſterior quàm potentia; & ſic non erit prima ſpecies qualitatis habitus vel diſpoſitio.

* Ariſtot. tex. 17.

¶ 3 Præterea. Sanitas quandoque eſt habitus, & ſimiliter macies, & pulchritudo; ſed iſta non dicuntur per ordinem ad actum; non ergo eſt de ratione habitus, quòd ſit principium actus.

¶ Sed contra eſt, quòd Aug. dicit in li. de bono coniugali. * quòd habitus eſt quo aliquid agitur cum opus eſt, & Commentator dicit in 3. de anima. * quòd habitus eſt quo quis agit cum uoluerit.

* Ariſt. ca. 21.
* Comen. com. 18.

¶ Quærit de vuo, per quod habitus etiam differt ab alijs ſpecibus ſaltem duabus, ſcilicet per ordinem ad actum; & non intendit D. S. quærere an hoc nomen habitus ſignificet ordinẽ ad actũ, quia conſtat, quòd non, cum habitus ſit ſpecies prædicamenti abſoluti. Sed quærit, vtrum res ſignificata per nomen, ex natura ſua perficiat, & diſponat ſubiectum ſuum ad operandum. Et quòd ſit illa mens D. S. patet in principio corporis, vbi dicitur habere ordinem ad actum, &c.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ habere ordinem ad actũ poteſt competere habitui, & ſecundùm rationem habitus, & ſecundùm rationẽ [d] ſubiecti in quo eſt habitus; ſecundùm quidem rationem habitus, conuenit omni habitui aliquo mõ hr̃e ordinẽ ad actũ, eſt enim de ratione habitus vt importet habitudinem quandã in ordine ad naturam rei, ſecundùm quòd conuenit vel non cõuenit. Sed natura rei, quæ eſt finis generationis, vlterius etiam ordinatur ad alium ſinem, qui vel eſt operatio, vel aliqd̃ operatum, ad quod quis peruenit per operationem; vnde habitus non ſolùm importat ordinem ad ipſam naturam rei, ſed etiam conſequenter ad operationem inquãtum eſt finis naturæ, vel perducens ad finem, vnde & in quinto Metaphy. * dicitur in definitione habitus, quòd eſt diſpoſitio ſecundùm quam benè vel malè diſponitur diſpoſitum, aut ſecundùm ſe id eſt ſecundùm ſuã naturam, aut ad aliud, id eſt in ordine ad finem.

Dub. 498.

* Ariſtot. tex. 24.

Concluſio reſponſi.

¶ D. S. reſpondet ad quæſitum ſm vnam diſtinctionem quã implicitè innuit in principio corporis, videlicet ꝙ habitus poteſt cõſiderari, & ratione habitus in cõmuni, & ratione talis habitus in tali ſubiecto, ſm hoc ergo eſt concluſio reſponſi. Habere ordinem ad actũ poteſt competere habitui ſm rationẽ habitus (.i. vniuerſaliter vt habitus eſt) & ſm rationem ſubiecti in quo eſt habitus (.i. ratione ſpeciei) quibuſdam habitibus Huius cõcluſionis D. S primò probat primã partem, ſecundò magis explicat, & probat ſecũdã partẽ, ibi. Sed ſunt quidã, &c. Arguitur ergo ſic pro prima parte cõcluſionis. De ratione habitus eſt vt importet habitudinẽ quãdã. i. diſpoſitionẽ habitualem; nõ capitur habitudo pro relatione, ſed pro habilitate in ordine ad naturã rei, ſm ꝙ conuenit vel nõ conuenit; ſed natura rei quæ eſt finis generationis vlteritus etiam ordinatur ad alium finem, qui vel eſt operatio vel aliquod operatum, ad quod quis peruenit per operationẽ; ergo habitus non ſolũ, &c. vt in littera. Vult iſta ratio, ꝙ habitus vt ſic, reſpicit naturam vt ordinatam in operationem, ergo reſpicit etiam operationem inquãtum operatio eſt finis naturæ; ſicut finis aliquo modo hominis eſt viſio Dei; quare virtutes, & habitus hominis vlterius ordinantur in talem operationem. Deus autem eſt finis qui ad quem etiam peruenitur per operationem, &c. Et confirmatur iſta pars concluſionis ex Philoſopho 5. Metaphyſicorum, &c.

¶ Sed ſunt quidã habitus qui etiã ex parte ſubiecti in quo ſũt, primò, & principaliter importãt ordinẽ ad actũ, quia ut dictũ eſt, * habitus primò, & per ſe importat habitudinẽ ad naturã rei; ſi igitur natura reiin qua eſt habitus, conſiſtat in ipſo ordine ad actũ, ſequitur ꝙ habitus principaliter importet ordinẽ ad actũ; manifeſtũ eſt autẽ, ꝙ natura, & ratio potentiæ eſt vt ſit principiũ actus, vnde omnis habitus qui eſt alicuius potentiæ vt ſubiecti, principaliter importat ordinem ad actum.

* Art. præceden.

¶ Hic ſecũdò D. S. procedit ad ſecũdã partẽ cõcluſionis rñſiuæ, & eã explicat ſm vnã aliã diſtinctionẽ ex parte ſubiecti, quã hic innuit. i. quia aliqui habitus ſunt immediatè in potẽtia, & ſunt habitus operãdi. Alij autem non ſunt immediatè in potentia, ſed in eſſentia vel in corpore; nõ curando nunc vtrum in corpore, ſit ꝓ priè habitus, vt gr̃a, & ſanitas corporalis, &c. Secũdũ hãc ergo diſtinctionẽ explicat partẽ ſuperioris cõcluſionis, vna alia cõcluſio ne in fine corporis. Oĩs habitus qui eſt alicuius potẽtiæ, vt ſubiecti ſ. immediati, principaliter importat ordinẽ ad actũ, & ſuppletur, qui verò eſt in re ipſa vel in natura, principaliter importat ordinẽ ad naturã. Et oportet benè intelligere illã concluſionẽ, quia nõ cõparatur ordo vel relatio ad abſolutũ, quaſi talis habitus qui eſt in potentia, principalius ſignificet ordinem, quàm rem abſolutã; ſed cõparatur ordo ordini, ita. ſ. ꝙ ordo qui eſt, licet ſecundariũ ſignificatum vel connotatum habitus. i. exiſtentis in potẽtia, eſt primò ad actũ. i. talis habitus ordinatur ex natura ſua principaliter, & primò ad hoc tanquam ad ſinem, vt perficiat potentiã vt operet; ſed habitus qui non eſt in potẽtia importat ordinẽ. i. ordinatur vt perficiat rẽ in qua eſt, vt tali modo ſit. Vnde dr̃ habitus eſſendi. Eſt igitur cõparatio ordinis ad ordinẽ duorũ habituũ, ita ꝙ ille ordinat principaliter ad perficere ad operãdũ, aliũs ad eſſendũ. Simile eſt in prima par. q. 34 ar. 3. ad quartum, vbi D. S. dicit ꝙ idea principaliter ſignificat ordinẽ ad creaturã, verbũ autẽ ad dicẽdũ, vbi etiam cõparat relationẽ relationi, & nõ abſoluto, vt ibidẽ dr̃. Et illud dictũ confirmatur ex D. S. hic qui dicit ſub eodẽ modo loquẽdi; ꝙ ſi natura rei cõſiſtat in ordine, &c. cõſtat autẽ, ꝙ natura rei vel accepta ꝓ eſſentia vel potẽtia, nõ ſignificat relationẽ, ſed abſolutũ; ſed intelligitur D. S. ſi cõſiſtat in ipſo ordine. i. ſi immediatè, & principaliter ordinetur ad actũ ſecundũ, &c. Probatur ergo cõcluſio ſm D. S. ſupponẽdo ex ar. 2. ꝙ habitus primò, & per ſe importat habitudinẽ ad naturã rei. Et intellige, ꝙ D. S per naturã accipit ſubiectũ vt ſe extendit et ad potentiã, & ad retocatẽ compoſita vel materiã diſponendã ad formã: vt diſpoſitiones ad aũam, & ſanitas eſt diſpoſitio totius, arguit ſic. Si natura rei in qua eſt habitus principaliter importet ordinẽ ad actum, ad ſenſum dictũ, ſequitur ꝙ habitus principaliter importet ordinem ad actum; ſed manifeſtũ eſt, ꝙ natura, & ratio potentiæ eſt vt ſit principiũ actus, ergo, &c. Maior patet extra litterã, quia habitus perficit ſubiectũ, ſm cõditionẽ ſuã; ſi igitur ordinetur ad actum, ergo & habitus perficit in ordine ad actum, &c. Et poteſt idem probari de alio habitu qui. ſ. diſponit ad naturam; quia ordinatur ad idem ſicut ſuum ſubiectum; ſed illud ordinatur principaliter, & primò ad eſſe; ergo & habit̃, &c. Patet ex his, quòd natura rei extenditur etiam ad potentiam, & non ſolùm accipitur pro eſſentia totali, &c.

Conclusio ſecunda.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primam partem primæ concluſionis, quia habitui ratione generis competit habere ordinem ad actum principaliter vel minus principaliter, vt etiam exponetur q. ſeq. art. 1.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ habitus eſt actus quidam inquantum eſt qualitas, & ſm hoc poteſt eſſe principium operationis; ſed eſt in potentia per reſpectum ad operationem; vnde habitus dicitur actus primus, & operatio actus ſecundus, vt patet in 2. de anima. *

* tex. 6.

¶ Dicendum ad maiorem, ꝙ vera eſt ſm ꝙ eſt actu ſaltem primo, eſt tñ in potentia ad actũ ſecũdũ. Ad minorem dico, ꝙ habẽs habitum ſcientiæ eſt in actu primo, eſt tñ in potentia ad actũ ſecũdũ, qui eſt conſiderare. Ante addiſcere autem erat in potẽtia ad actum primum, & ſecundum. Negatur conſequentia, quia habitus eſt actus aliqualis, & per conſequens conſtituit potentiam in cõplemento operandi. Poteſt ergo eſſe principium quo operationis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd non eſt de ratione habitus, quòd reſpiciat potentiam, ſed quòd reſpiciat naturam; & quia natura præcedit actionem quam reſpicit potentia, ideo prior ſpecies qualitatis ponitur habitus, quàm potentia.

¶ Dicendum ad minorem, ꝙ eſſe principium actionis ponitur in definitione potentiæ, verum eſt, ſed addo, ꝙ habitus ſaltem aliquis importat diſpoſitionem ad naturã quæ prior eſt operatione. Conceditur, qđ ſequitur vſq; ibi. Si ergo etiam habitus ſit principium actus, dico ꝙ aliquis, ſed à toto genere nõ ordinatur ad actũ principaliter, & primò ſicut potẽtia; ſed aliquis habitus ad naturã quæ eſt primum in re. Vltra, ſequitur ꝙ ſit poſterior. Negatur cõſequentia, quia id ad quod perficit habitus eſt prius quã id ad qđ perficit potentia, & ſm hæc ordinantur, licet res quæ eſt habitus ſit poſterior potentia naturali, ſed vt dictum eſt ordinãtur ſecũdũ ea ad quæ diſponunt. De hoc etiam infra q. 50. ar. 2. ad tertium.

Quare habitus præcedit potentiam.

¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ ſanitas dr̃ habitus vel habitualis diſpoſitio in ordine ad naturã, ſicut dictum eſt. * inquantum tamen natura eſt principium actus, ex conſequenti importat ordinem ad actum; vnde Philoſophus dicit in 10. de hiſtorijs animalium. * quod homo dicitur eſſe ſanus, vel membrum aliquod, quando poteſt facere opẽrationem ſani. Et eſt ſimile in alijs.

* In cor.
* Ariſt. c. 1.

¶ Quo

¶ Quo ad ſolutionem iſtius argumẽti ſuppono, ꝙ non velimus iam difficultare, vtrum in corpore ſit propriè habitus; de hoc q. 50. ar. 1. Volo, ꝙ ſanitas non eſt habitus propriè, quia non habet cauſas ſtabiles, eſt tñ diſpoſitio ſaltẽ de prima ſpecie, & tales qualitates de prima ſpecie poſſunt eſſe in corpore. Ad argumentum ergo, ad maiorem, eſt habitus quo ad modum, quia quandoq; habetur per modum habitus, ſcilicet firmiter, & radicatè, vt patuit etiam de infirmitate, ar. 2. Ad minorem, iſta non dicuntur in ordine ad actum. Verum, primò videlicet ratione ſubiecti, quod diſponunt vt conuenienter ſit, tamen vt habitus vel quaſi habitus ſunt, ex conſequenti ordinantur ad operationem, inquantum natura cõuenienter ſe habẽs eſt principiũ operationis. Et probat hoc argumentũ, ꝙ aliqui habitus, ſ. eſſendi ratione ſubiecti, nõ primò important ordinem, vel ordinentur ad actum; tamen vt habitus ſunt mediante natura ordinantur ad opus.

¶ Nota, ꝙ ſanitas facit ad operationem, & modum operandi, non ſicut principium motiuum, & actiuum, nec ſicut determinãs virtutem motiuam vel operatiuam, & ergo non eſt habitus operatiuus; ſed facit ad opus, & modum operandi, benè diſponendo ſubiectum receptiuum potentiæ operatiuę; quãto autem ſubiectũ alicuius formæ eſt melius diſpoſitum, tantũ illa forma poteſt perfectius in actus ſuos. Vnde ſanitas vel huiuſmodi habitus eſſendi eſt diſpoſitiò principij ſubiectiui virtutis agendi. Quare patet, ꝙ tales habitus important ordinem ad operationem minus principaliter, & remotè; habitus autem operatiui propinquè, quia perficiunt ipſam potentiam operatiuam, & principaliter, &c.

¶ Nota ſecundò propter tertiũ argumentum, quid maciei. Vide D. S. 7. phyſicorum. lectione 3. circa finem, quia nominat diſpoſitionem qua quis expeditus eſt ad motum, & operationem, &c.

Vtrum neceſſarium ſit eſſe habitus.

D Veri. q. 20. ar. 2. co. Et Viti. q. 1. ar. 1. cor. & ad 11. & 13. & q. 2. arti. 2. cor.
* Ar. 2. huius q.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, ꝙ non ſit neceſſarium eſſe habitus, habitus enim ſunt quibus aliquid diſponitur benè vel malè ad aliquid, ſicut dictũ eſt. * ſed per ſuam formam aliquid benè vel malè diſponitur, nam ſecundùm formam aliquid eſt bonum, ſicut & ens, ergo nulla neceſſitas eſt habituum.

¶ 2 Præterea. Habitus importat ordinem ad actum, ſed potentia importat principium actus ſufficienter, nã & potentiæ naturales abſque habitibus ſunt principia actuum, ergo non fuit neceſſarium habitus eſſe.

¶ 3 Præterea. Sicut potentia ſe habet ad bonum, & ad malum, ita & habitus, & ſicut potentia non ſemper agit, ita nec habitus; exiſtentibus igitur potentijs ſuperfluum fuit habitum eſſe.

¶ Sed contra eſt, quòd habitus ſunt perfectiones quędam, vt dicitur in 7. phyſicorum. * ſed perfectio eſt maximè neceſſaria rei cum habeat rationem finis, ergo neceſſarium fuit habitus eſſe.

* Ariſtot. tex. 17.

¶ Hic quærit de neceſſitate habitus ponendi, patet de ſe titulus.

*ar. 2. & 3.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. * habitus importat diſpoſitionem quandam in ordine ad naturam rei, & operationem vel finem eius, ſecundùm quam benè vel malè aliquid ad hoc diſponitur.

Concluſio reſponſi.

¶ In fine huius corporis ponitur cõcluſio reſponſi. talis, neceſſe eſt eſſe habitus, probatur formaliter. In tantum eſt neceſſe eſſe habitus inquantum neceſſe eſt aliquid diſponi conuenienter vel diſcõuenienter in ſe, & ad aliud; ſed multa ſunt quæ ſic neceſſe eſt diſponi, ergo neceſſe eſt habitus eſſe. Huius rationis maiorem, & minorem D. S. formaliter non ponit, ſed eas probat, & primò maiorem, ſecundò minorem, ibi. Ad hoc autem, &c. Probatur ergo maior ī principio corporis, ꝙa habitus importat diſpoſitionẽ, &c. vt in littera, ergo maior vera.

¶ Ad hoc autẽ, ꝙ aliquid indigeat diſponi ad alterum, tria requirunrur. Primò quidem vt id, quod diſponitur ſit alterum ab eo, ad quod diſponitur, & ſic ſe habeat ad ipſum, vt potentia ad actum; vnde ſi aliquid ſit cuius natura non ſit cõpoſita ex potẽtia [d] & actu, & cuius ſubſtãtia ſit ſua operatio, & ipſum ſit propter ſeipſum; ibi habitus vel diſpoſitio locũ nõ habet, ſicut patet in Deo.

Dub. 467.

¶ Hic conſequenter D. S. probat minorem per totum reſiduum corporis, & arguitur ſic. Illud indiget diſponi per habitum, quod eſt aliud ab eo, ad quod diſponitur, & eſt in potentia ad ipſum, & ad quod plura diuerſis modis concurrere poſſunt, & commenſurari; ſed multa ſunt entia ad quorum naturas, & operationes neceſſe eſt multa concurrere, quæ diuerſis modis commenſurari poſſunt, ergo minor principalis vera, & patebit q. ſequenti per multos articulos. Iſtam maiorem proximam primò deducit. Secundò ponit eius minorem cum concluſione, ibi. Quia igitur, &c. Quantum ad primum, D. S. deducit ſingillatim tres conditiones maioris quas cõfirmat ſignis, & exemplariter per modũ corollariorũ, quæ patebunt clarè ex ſequentibus. Prima ergo conditio maioris fuit, quòd illud indiget diſponi per habitum, quod eſt aliud ab eo ad quod diſponitur; quod patet ex illo corollario, quia ſi aliquid ſit cuius natura, &c. vt clarè patet in littera.

¶ Nota ex iſta confirmatione, ꝙ cum ſcientia vel ſapientia, & huiuſmodi attribuuntur Deo, non ſignificant habitus, ſed magis actus; quare metaphyſica Dei non eſt habitus, nec vniuocè metaphyſica cum noſtra, & ſic de alijs quæ videntur dicere habitus. Vide D. S. primo cõtra Gẽt. c. 93. circa prin. vbi probat virtutes nõ eſſe in Deo ſub rõne habitus. Vide prima parte. q. 14. ar. 1. Deinde ibi.

In Deo nõ eſt habit̃.

¶ Secundò requiritur, ꝙ id, quod eſt in potẽtia ad alterum, poſſit pluribus modis determinari, & ad diuerſa; vnde ſi aliquid ſit in potentia ad alterum, ita tamen, ꝙ non ſit in potentia niſi ad ipſum; ibi diſpoſitio, & habitus locum non habet, quia tale ſubiectum ex ſua natura habet debitam habitudinem ad talem actum; vnde ſi corpus cęleſte ſit compoſitum ex materia, & forma, cum illa non ſit in potentia ad aliam formam, vt in primo dictum eſt. * non habet locum ibi diſpoſitio vel habitus ad formam, aut etiam ad operationem; quia natura cœleſtis corporis non eſt in potentia niſi ad vnum motum determinatum.

* p.p. q. 66. art. 2. Dub. 167.

¶ Declarat maiorẽ quantũ ad ſecundam conditionem, ꝙ illud indigeat diſponi habitu, ad quod plura concurrere poſſunt. Patet ex tali ſigno, quia ſi aliquid ſit in potentia ad alterum, & tantũ ad ipſum, illud non indiget habitu, &c. vt clarè patet in littera.

¶ Nota autem circa hoc ſignum, ꝙ D. S. tangit ibi opinionem. Auerrois cum dicit. Vnde ſi corpus cęleſte ſit compoſitum ex materia, & forma, quia Auerrois tenuit partem oppoſitam, volens ꝙ cęlum, & materia cęli eſt ſimplex ſubſtantia non compoſita ex materia, & forma. Sed hanc opinionem reprobat D. S. prima par. q. 66. ar. 1. quia ſi eſt ens actu, & non compoſitum, oportet quòd ſit actus tantùm, & ſi ſic, tunc non eſſet quid ſenſibile, ſed intellectum actu, quod eſt manifeſtè falſum. Conſequenter cum dicit.

Auerroes.

¶ Tertiò requiritur, quòd plura concurrant ad diſponendum ſubiectum ad vnum eorum ad quæ eſt in potentia, quæ diuerſis modis commenſurari poſſunt, vt ſic diſponatur benè vel malè ad formam, & ad operationẽ, vnde qualitates ſimplices elementorum quæ ſecundùm vnum modum determinatum naturis elementorũ conueniunt, non dicimus diſpoſitiones vel habitus, ſed ſimplices qualitates; dicimus autem diſpoſitiones vel habitus, ſanitatem, pulchritudinem, & alia huiuſmodi, quæ important quandam commenſurationem plurium, quæ diuerſis modis cõmenſurari poſſunt, propter quod Philoſophus dicit in 5. Metaphy. * quòd habitus eſt diſpoſitio, & diſpoſitio eſt ordo habentis partes vel ſecundùm locum, vel ſecundùm potentiam, vel ſecundùm ſpeciem vt ſupra dictum eſt.

*Ariſt. tex. 24. & 25.
* Arti. primo huj. q.

Concluſio reſponſi.

¶ Confirmat tertiã conditionem maioris, quæ fuit, ꝙ requirat habitu diſponibile, ꝙ plura concurrere poſſint, & ꝙ diuerſis modis commenſurari poſſint, &c. Et patet exemplo. Vnde ſimplices qualitates elementorum, &c. vt clarè patet in littera.

¶ Nota autem circa hoc corollarium, ꝙ ſanitas, &c. importat commenſurationem, id eſt qualitatem conſiſtentem, & cauſatã ex commenſuratione qualitatũ. De hoc D. S. in de Veri. Ma. 27. ar. 1. ad quartum vbi dicit. Sanitas eſt quædam qualitas corporalis ex humoribus adæquatis cauſata, ponitur enim in prima ſpecie qualitatis. Et ſic ratio procedit ex falſo, quæ videlicet aſſumit. Sanitas autem in ſano nihil aliud importare videtur quàm ipſos humores adæquatos, &c.

¶ Quia igitur multa ſunt entium ad quorum naturas, & operationes neceſſe eſt plura cõcurrere, q̃ diuerſis modis cõmẽſurari poſſunt, ideo neceſſe eſt habitus eſſe.

¶ Hic vltimò ponit minorem pro minore principalis rationis quam relinquit notam, & patebit magis quæſtione ſequenti, vnde concludit in fine, quòd neceſſe eſt habitus eſſe.

Concluſio reſponſi.

¶ De materia huius articuli ad quid videlicet neceſſarius ſit habitus, an ſcilicet faciat ad ſubſtantiam actus, vel ad modum tantum, vide Capreo. in 3. diſt. 23. Vide & eundem in primo diſt. 17. q. 1. quia ad vtrumque & etiam ad prompt̃e, & faciliter agendum. Eſto communiter actus attribuatur potentiæ ſecundùm ſubſtãtiã, & habitui ſm modum; hoc tamen nõ eſt, quia habitus nullo modo ad ſubſtantiam faciat, ſed quia potentia nuda poteſt producere ſubſtantiam alicuius actus, dum tamen eſt habituata ſimul cũ habitu

Capreolus.

habitu producit. Sicut enim aliquis effectus qui totus est à Deo, ſm vnum prædicatū reducitur in Deū tanquam in causam propriā, & ſm aliud in aliam causam, vt patet de ſorte, qui vt eſt ens attribuitur Deo, vt homo, homini; ita actus ſm ſubſtantiā eſt proprius potentiæ, ſm modum proprius habitui, tamen vtrumque eſt ab habitu ſicut à cauſa partiali, &c. De iſto dubio an habitus requiratur propter ſubſtantiam aut modum, vide Herueum in quodlibeto primo q. 13. quia ſubſtantia actus reducitur in ipſam potentiam, & modus in habitum, licet vtrunq; ſm rem ſit ratio vtriuſq;, ſicut actus intelligendi æquum, vt eſt actus intelligendi reducitur in intellectum qui ſe extendit ad omnem actum intelligendi, ſed in ſpeciem, vel phantaſma equi, vt eſt talis actus; licet conſtitutū, ex intellectu, & ſpecie ſit cauſa totalis vtriuſq;, ſicut virtus cęli, & virtus ſeminis ſunt cā equi, ſed equus reducitur ī cęlū, vt eſt generabile, in virtutē ſeminis vt eſt equus, vide Herueum qui benè loquitur, vide & Scotū in 1. d. 17. vbi plures modos dicēdi refert de actiuitate habitus, & virtutis, quamuis ſententiā propriā nō ponat.

Herueus.

Scotus.

ARGVMENTVM in contrariū cōfirmat cōcluſionē reſponſi.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd per formam pficitur natura rei; ſed oportet, ꝙ in ordine ad ipſam formā diſponatur ſubiectum aliqua diſpoſitione, ipſa tamē forma ordinatur vlterius ad operationem, quæ eſt vel finis, vel via ad finem; & ſi quidem habeat forma determinatè vnam tantùm operationem determinatam, nullâ alia diſpoſitio requiritur ad operationem præter ipſam formā; ſi autem ſit talis forma, quę poſſit diuerſimodè operari, ſicut eſt anima, oportet quòd diſponatur ad ſuas operationes per aliquos habitus.

¶ Dicendum ad maiorem, ꝙ habitus ſunt, quibus aliquid diſponitur ad aliquid (largè loquendo de habitu, vt ſe extendit ad primam ſpeciem qualitatis, vt etiam diſpoſitio dicatur habitus) qñ ſubiectum vario modo diſponi poteſt. Et iterum per habitum diſponitur aliquid ad operationes ſequentes formam, quādo vario modo operari poteſt. Ad minorem, per formam diſponitur. i. conſtituitur in eſſe ſubſtantiali, & ſpecifico; ſed vt dictum eſt, illa forma præſupponit, & prærequirit diſpoſitiones, & etiam introducta requirit ad operationes ſequentes. Vnde negatur conſequentia.

Dub. 69a.

¶ Ad ſecundum dicēdum, quòd d potentia quandoq; ſe habet ad multa, & ideo oportet, ꝙ aliquo alio determinetur; ſi verò ſit aliqua potentia quæ nō ſe habet ad multa, non indiget habitu determinante, vt dictum eſt. * & propter hoc vires naturales non agunt operationes ſuas mediantibus aliquibus habitibus, quia ſecuudùm ſeipſas ſunt determinatæ ad vnum.

* In cor.

¶ Dicendum ad minorem, negatur, immo quandoq; nullo modo poſſet in actum ſine habitu, vt patet de ſpecie intelligibili, qñdoque non promptè, & delectabiliter, & determinatè ſine habitu. Vnde negatur, ꝙ ſufficienter, verum eſt, ꝙ potentiæ naturales non indigent habitibus, quia d e ſe ſunt determinatæ, ſed rationales, quæ vario modo ſe habent indigent determinatione. Quomodo autem determinentur per habitus habes ad lōgum in Capreo. vbi ſupra ad primū Durādi. Vbi nota, ꝙ licet actus poſitus in eſſe, ſit determinatus quo ad ſpeciem, & indiuiduum in eſſe naturæ; tñ potentia ante productionem illius actus non eſt quandoq; determinata ad producendum actus talis ſpeciei, nec per cōſequens tale indiuiduum ſignatum; ſicut intellectus poſſibilis antequam ſit in actu per ſpeciem intelligibilem, eſt indeterminatus ad producē dum cognitionem ālīus vel hominis. Determinatur autē ad hanc vel illam, per ſpeciē intelligibilem quæ poteſt dici habitus. Et verū eſt, ꝙ potētia nō producit de ſe actū vniuerſalē ſine aliqua determinatione ad genus, ſpēm, & indiuiduū; ſed de ſe nō ꝓduceret actum talis ſpēi vel generis, vt ſunt potētiæ intellectiuæ, volūtas, & ſenſitiuæ. Et ꝓterea determinat habitus potētiā in eſſe morali, qa potētia ſine habitu nō plus inclinat ad bonū moraliter quā malū, nec ſclinatur ad agēdū delectabiliter aut prōptè, ſed remanet in quadā cōfuſa potētialitate ad hoc obiectū, & illud; & ſimiliter ad actū bonū, & malū, & ſimiliter ad talē modū operādi, & oppoſitū. Sed per habitū inclinatur ad hoc obiectū, & retrahitur ab oppoſito. Et idē dicēdū eſt de actu, & mō operandi, ſicut patet de habitu tēperātię q inclinat cōcupiſcibilem ad certa obiecta, & certos actus, & modos operādi, &c. Habes ex hoc qūo D. S. ſit intelligēdus in iſta ſolutione, vbi dicit ꝙ habitus determinet potētiā. ¶ Nota Herueū quodlibeto 1. q. 13. ꝙ iſta eſt differētia inter potētiā, & habitū in potentijs habentibus habitū, ꝙ potētia dr illud, qđ nō ꝓſupponit aliud ꝓncipiū, vt habilitabile ꝑ ipsū, & ſe extēdit ad oēm modū, & actū illius generis; ſicut intellectus qui ſe extendit ad omnem actum & modū intelligēdi, dr potētia intellectiua, ſed id, qđ habilitat cū ad hūc actū vel iſtū, dr habitus; qui tñ habitus dr potētia, accipiēdo potentiā pro oī principio actiuo vel paſſiuo. Accipitur em̄ potētia tripliciter. Vno modo largè pro oī principio actiuo uel paſſiuo, & ſic ēt actus ꝑt dici potentia, prout eſt principiū aliquorū effectuū. Et ſic loquitur Philoſ. 9. Met. tex. com. 3. lect. 2. in D. S. Alio modo accipitur magis ſtrictè pro principio actiuo vel paſſiuo manente, & ſic actus tranſeuntes nō poſſunt dici potentia. Tertio mō magis ſtrictè pro principio actiuo vel paſſiuo non præſupponente aliquod principium ſui generis modificabile per ipſum ad agēdum vel patiēdū. Et ſic potentia diſtinguitur cōtra habitū; ſūt aūt vnius gñis, qñ. ſ. ſicut vnū eſt actiuū, & reliquū; & ſi vnū eſt paſſiuū & reliquū; & ī tali cōcurſu vnū ſe habet vt potētia, & aliud vt actꝰ.

Capreolus. Quomodo habit' determinat potētiam.

Hereueus. Differētia potentiæ & habitus.

¶ Ad tertiū dicendum, ꝙ non idē habitus ſe habet ad bonū, & malum, ſicut infra patebit.* eadem autem potētia ſe habet ad bonum, & malum, & ideo neceſſarij ſunt habitus vt potentiæ determinentur ad bonum.

* 54.ar. 4.

¶ Dicendum, ꝙ maior non eſt vera, quia eadem potentia numero ſe habet ad bonum, & malum, ſed non idē habitus numero, immo nec ſpecie ſe habet ad bonū, & malū, nā vt infra patebit. q. 54. ar. 3. habitus ſm bonum, & malū diuerſificatur ſpecie; ſed ſolū habitus in genere ſe habet ad bonum, & malū; vnde negatur cōſequētia, quia potētia vna indiget determinari per habitū, quia potētia indifferens eſt ad bonū, & malū; habitus, & virtus non. Et valent prædicta ad ſecundum pro intellectu huius ſolutionis.

Quæſtio Quinquageſima.

De ſubeiſto habituum.

DEinde conſiderandum eſt de ſubiecto habituum. Et circa hoc quæruntur ſex. Primò, vtrum in corpore ſit aliquis habitus. Secundò, vtrum anima ſit ſubiectū habitus ſecundùm ſuam eſſentiam vel ſecundū ſuam potētiam. Tertiò, vtrū in potentijs ſenſitiuæ partis poſſit eſſe aliquis habitus. Quartò, vtrū in ipſo intellectu ſit aliquis habitus. Quintò, vtrum in voluntate ſit aliquis habitus. Sextò, vtrum in ſubſtantijs ſeparatis.

¶ Patet ordo, quia quidditas immediatius conuenit, quā ſubiectū. Et tria ſunt ſubiecta habituū. ſ. corpus, anima, & Angelus, Deꝰ em̄ vt patuit arti. 4. prædcedentis quęſtionis, ſubiectum habitus eſſe non poteſt ſm hoc ſunt tres partes illius quæſtionis. Et ſecundùm partes continet quattuor articulos, & ſunt in toto ſex.

Vtrum in corpore ſit aliquis habitus.

AD primū ſic proceditur. Videtur, ꝙ in corpore non ſit aliquis habitus, vt enim Commētator dicit in 3. de aīa. * habitus eſt quo quis agit cū voluerit; ſed actiones corporales nō ſubiacent voluntati, cum ſint naturales; ergo in corpore non poteſt eſſe aliquis habitus.

* Com.

¶ 2 Præt. Omnes diſpoſitiones corporales ſunt facilè mobiles; ſed habitus eſt qualitas difficile mobilis; ergo nulla diſpoſitio corporalis poteſt eſſe habitus.

¶ 3 Præt. Omnes diſpoſitiones corporales ſubiacēt alterationi; ſed alteratio non eſt niſi in tertia ſpecie qualitatis, quæ diuiditur contra habitum; ergo nullus habitus eſt in corpore.

¶ Sed contra eſt, quod Philoſophus in prædicamentis. * ſanitatem corporis vel infirmitatem inſanabilem, habitum nominari dicit.

* In poſtcā. qualit.

¶ Hic quærit de infimo ſubiecto, ſcilicet corpore.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. * habitus eſt quædam diſpoſitio alicuius ſubiecti exiſtentis in potentia, vel ad formam, vel ad operationem; ſecūdūm ergo quòd habitus importat diſpoſitionē ad operationē, nullus habitus eſt principaliter in corpore ſicut in ſubiecto, oīs enim operatio corporis aut eſt à naturali qualitate corporis, aut eſt ab aīa mouente corpus.

* Art. 4. q. 49. præc.

¶ In hoc corpore duo facit. Primò reſpondet ad quęſitū, ſecundò inducit opinionem contrariam, & eam infringit, ibi. Alexander, &c. Quo ad primum D. S. reſpondet ſecundum vnum fundamentum, quod reſumit ex ar. 3. & 4. præcedentis quæſtionis, quod innuit diſtinctionem, ſcilicet quòd eſt duplex habitus vel quaſi habitus. Vnus diſponens ad operationem, alius ad formam, & eſſe ſub forma, &c. ſecundùm hanc diſtinctionem reſpondet duplici concluſione. Secundam ponit ibi. Si verò loquamur, &c. Cōcluſio prima eſt, nullus habitus importans diſpoſitionem ad operationē eſt principaliter in corpore ſicut in ſubiecto, tamen poteſt eſſe ſecundariò. Et intelligitur concluſio, quòd habitus operatiuus eſt principaliter in anima, ideſt quo ad principale ſuum competit animæ ratione potentiæ, quæ eſt animæ, aut ſolius, aut totius coniuncti, ratione animæ. Materiale autem habitus etiam qui eſt quo ad principale in anima, poteſt eſſe in corpore. Probatur concluſio ſic intellecta

intellecta, omnis operatio corporis, aut eſt à naturali qualitate corporis, aut eſt ab anima mouente corpus; ſed reſpectu nullius oportet ponere habitum in corpore; ergo concluſio vera. Maiorem ponit D. S. primò. Deinde minorem, ibi. Quantum igitur ad illas, &c. Eſt autem maior nota, quia non eſt alia operatio corporis, quàm naturalis, & animalis. Deinde cum dicit.

¶ Quantum igitur ad illas operationes, quæ ſunt à natura, non diſponitur corpus per aliquem habitum, quia virtutes naturales ſunt determinatæ ad vnum. Dictum eſt autem, * ꝙ habitualis diſpoſitio requiritur vbi ſubiectum eſt in potentia ad multa; operationes verò quæ ſunt ab anima per corpus, principaliter quidem ſunt ipſius animæ; ſecundariò verò ipſius corporis; habitus autem proportionantur operationibus, vnde ex ſimilibus actibus ſimiles habitus cauſantur, vt dicitur 2. Ethic. * & ideo diſpoſitiones ad tales operationes principaliter ſunt in anima; in corpore verò poſſunt eſſe ſecundariò, inquantum. ſ. corpus diſponitur, & habilitatur ad prompтè deſeruiendum operationibus animæ.

* Artic. 4. præc. q.

* Ariſt. c. 1. & 2.

¶ Probat minorem precedentis rationis quo ad ambas partes. Prima pars. ſ. ꝙ non reſpectu operationis, quæ fit à qualitate naturali, ſic probatur, habitualis diſpoſitio requiritur vbi ſubiectum eſt in potentia ad multa, ſed virtutes naturales non ſunt in potentia ad multa, immo determinatè ad vnum; ergo. Maior nota ex quæſtione præcedenti. Minor patet de ſe, quia nutritio, & huiuſmodi, fiunt ſemper vno modo. Probat autem & declarat ſecundam partem minoris. ſ. quòd reſpectu operationis, quę fit ab anima, &c. Probatur ſic, habitus proportionantur actibus; ſed operationes, quæ ſunt ab anima per corpus, principaliter ſunt ipſius animæ, ſecundariò corporis; ergo & habitus eſt principaliter quo ad principale animæ, ſecundariò quo ad materiale, & ſecundariū corporis. Maior patet ex Philoſ. 2. Ethic. Minor nota, quia operari eſt principaliter à re, ratione cuius eſt in actu; hoc autem eſt forma. Et per hoc probata eſt ſecunda pars concluſionis. ſ. ꝙ ſecundariò, &c. Et eam exponit D. S. inquantum. ſ. corpus diſponitur, & habilitatur ad prompтè deſeruiendum operationibus animæ, vt patet de aliqua habilitate conſuetudinali, vel habilitate imaginandi, & huiuſmodi diſpoſitionibus, vt patebit art. 4. Vnde talis habilitas eſt in corpore, ſed eſt minus principale in habitu. Poteſt illa pars intelligi, ꝙ habitus operatiui ſunt animæ, ſicut ſubiecti, quia videlicet quantum ad formale, & principale ſunt ipſius potentiæ, quæ eſt animæ ſicut principalis principij quæcunque ſit potentia; tamen quo ad materiale habitus poteſt eſſe in corpore; nam diſpoſitio corporalis ſuffragatur operationi, quæ eſt per potentiam, vt patet ar. 4. ad tertium. Et talis diſpoſitio eſt materiale habitus. Sunt ergo habitus etiam intellectiui principaliter (.i. quo ad formale, & principale) in anima, & materiale habitus eſt in corpore. Similiter habitus virtutis moralis eſt, quo ad principale, & formale in anima, hoc eſt in toto compoſito ratione potentiæ, quæ eſt principaliter animæ. Materiale autem. i. inclinatio in ea, quæ ſunt virtutis poteſt eſſe in corpore, vt patebit. Et eſt mens D. S. quòd etiam habitus, & virtutes, quæ ſunt totius coniuncti, ſicut ſubiecti cōpleti, ſunt ipſius animæ, ſicut ſubiecti incompleti; quantum ad formale habitus, & principalius cōueniunt, & ſubiectantur in toto compoſito ratione animæ, quia ab ea eſt potentia cuius eſt operari, & per conſequens cuius eſt habitus; habitus autem intellectualis anima eſt ſubiectum primum abſolutè, quia ipſa primò intelligit, vt ſubiectum intellectionis, & principium, licet ſortes primò intelligat, vt ſuppoſitum. Comparat ergo D. S. animam ad corpus, & vult, quòd habitus operatiui etiam operationis, quę fit cum corpore, principaliter ſunt animæ. i. quantum ad principale habituum.

¶ Si verò loquamur de diſpoſitione ſubiecti ad formam, ſic habitualis diſpoſitio poteſt eſſe in corpore, qđ comparatur ad animam, ſicut ſubiectum ad formam, & hoc modo ſanitas, & pulchritudo, & huiuſmodi habituales diſpoſitiones dicuntur; non tamen perfectè habent rationem habituum, quia cauſæ eorum ex ſua natura de facili tranſmutabiles ſunt.

¶ Hic conſequenter reſpondet ſecunda concluſione tali, habitualis diſpoſitio qua diſponitur ſubiectum, & corpus ad formam, poteſt eſſe in corpore. Probatur ratione, quæ trahitur ex litera, in illo poteſt eſſe habitualis diſpoſitio ad formam, quod eſt ſubiectum, & in potentia ad formam ad quam multipliciter diſponi poteſt; ſed corpus reſpectu animæ eſt huiuſmodi, ergo &c. Et probatur exemplariter de ſanitate, & pulchritudine, &c. Et quare dicat concluſio, habitualis diſpoſitio D. S. conſequenter reddit rationem, quia huiuſmodi diſpoſitiones corporales non habent rationem habituum, tamē poſſunt quo ad modum dici habituales, ratione dicenda in ſolutione ad ſecundum; ſed extendendo nomen habitus ad omne, qđ eſt in prima ſpecie dicuntur habitus.

¶ Alexander verò poſuit nullo modo habitum, vel diſpoſitionem primæ ſpeciei eſſe in corpore, vt Simplicius refert in commento prædicamentorum; * ſed dicebat primam ſpeciem qualitatis pertinere tantùm ad animam, & quod Ariſtot. inducit in prædicamentis de ſanitate, & ægritudine, non inducit quaſi pertineant ad primam ſpeciem qualitatis, ſed per modum exempli; vt ſit ſenſus, quòd ſicut ægritudo, & ſanitas poſſunt eſſe facilè, vel difficilè mobiles, ita etiam qualitas primæ ſpeciei, quę dicuntur habitus, & diſpoſitio. Sed hoc patet eſſe contra intentionem Ariſtotelis, tum quia eodem modi loquendi vtitur exemplificando de ſanitate, & ægritudine, & de virtute, & ſcientia; tum quia in ſeptimo Phyſicor. * ponit expreſsè inter habitus pulchritudinem, & ſanitatem.

* Simpl. in pdi. qualit.

* Ariſtot. tex. 17.

¶ In hac ſecūda parte corporis D. S. adducit vnam opinionem contrariam dictis in ſecunda concluſione, quæ eſt Alexandri, qui in prima ſpecie qualitatis nullam diſpoſitionem corporis poſuit, ſed D. S. eum reprehendit. Et vult breuiter, ꝙ nullus habitus propriè loquendo eſt in corpore, ſed oēs ſunt aut totaliter, aut principaliter in anima; quod dico propter temperantiam, & huiuſmodi virtutes, quæ ſunt in vi appetitiua ſenſitiua. Intelligendo autem per habitum primam ſpeciem qualitatis aliqui habitus (.i. habituales ſecundùm modum diſpoſitionis) ſunt in corpore, vt ſanitas, pulchritudo, &c. Et aduerre ſicut ſupra tetigi, ꝙ ægritudo, vel infirmitas inſanabilis vocatur habitus, & ponitur inter habitus à modo eſſendi, quia firmiter ineſt, & non à re, & natura habitus, quia. ſ. ex natura, & ſpecie requirat cauſas permanentes, & ſtabiles, quare mens D. S. non eſt velle aſſerere ſanitatem, & huiuſmodi eſſe habitus, ſed pertinere ad primam ſpeciem, à qua Alexander illas qualitates remouere volebat.

An in corpore ſit diſpoſitio primę ſpeciei.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat ſecundam concluſionem reſponſiuam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de habitu ſecundùm quòd eſt diſpoſitio ad operationem, & de actibus corporis, qui ſunt à natura; non autem de his, qui ſunt ab anima, quorum principium eſt voluntas.

¶ Dicendum ad maiorem, ꝙ vera eſt de habitu, qui eſt in anima, & eſt diſpoſitio ad operationem, quæ ſubiacet voluntati, non autem intelligitur de habitu largè. i. diſpoſitione corporali quaſi habituali. Ad minorem, vera eſt, de actionibus puré corporalibus, quę fiunt per qualitates naturales, & non per potentiam, quæ obediat voluntati, vel rationi; Ergo in corpore non eſt habitus. Verum, ad operationem, quæ eſt in poteſtate hominis, velit enim, nolit homo alteratur, & augetur, & huiuſmodi, quæ actiones fiūt per qualitates naturales cauſantes ſanitatem, nec eſt in poteſtate eius facere opera ſani, vt fiunt per qualitates naturales. Vnde ratio iſta eſt pro prima concluſione, &c. Sed non probat quin habitus operatiui quantum ad eſſentiam ſuam, ſint in anima quo ad potentiam.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ diſpoſitiones corporales non ſunt ſimpliciter difficilè mobiles propter mutabilitatem corporalium cauſarum; poſſunt tamen eſſe difficilè mobiles per cōparationem ad tale ſubiectum, quia ſcilicet tali ſubiecto durante, ammoueri non poſſunt, vel quia ſunt difficilè mobiles per comparationem ad alias diſpoſitiones; ſed qualitates animę ſunt ſimpliciter difficile mobiles propter immobilitatem ſubiecti, & ideo non dicit, quòd ſanitas difficilè mobilis ſimpliciter ſit habitus; ſed quòd eſt vt habitus, ſicut in Græco habetur; qualitates autem animæ dicuntur ſimpliciter habitus.

¶ Dicendum ad maiorem, quòd vera eſt, ſimpliciter, & per ſe loquendo, comparando eas ad cauſas ſuas, quæ ſunt tranſmurabiles, tamen aliquæ ſunt difficilè mobiles per accidens ſecundùm conditionem ſubiecti. Et ſecundò ſunt difficilè mobiles aliquæ comparatiuè ad alias, ſicut infirmitas inueterata, & radicata.

¶ Ad minorem dico, quòd habitus ſimpliciter ſecundùm naturam eſt ſimpliciter difficilè mobilis, ſicut ſunt accidentia animæ, quæ habent cauſas ſtabiles, vt intellectum agentem, vel ſyndereſim; ergo nulla diſpoſitio corporalis eſt habitus, verum, ſimpliciter, & ſecundùm naturam, tamen eſt vt habitus, ſcilicet quantum ad modum eſſendi diuturnum, & permanētem. Eſt igitur habitus (quo ad naturam) ſolùm in anima, aut totaliter, aut principaliter; ſed diſpoſitio poteſt etiam eſſe in corpore, vel quaſi habitus. ſ. quo ad modum, qui eſt eſſe diuturnum.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ dispositiones corporales, quæ sunt in prima specie qualitatis, vt quidam posuerunt, differunt à qualitatibus tertiæ speciei, in hoc, quòd qualitates tertiæ speciei sunt vt in fieri, & vt in motu, vn de dicũtur passiones, vel passibiles qualitates; quãdo autem iam peruenerint ad perfectum, quasi ad speciem, tunc iam sunt in prima specie qualitatis. Sed hoc improbat Simplicius in commento prædicamentorum,* quia secundùm hoc, calefactio esset in tertia specie qualitatis, calor autem in prima. Aristoteles autem ponit calorem in tertia, vnde Porphyrius dicit, sicut Simplicius ibidem refert, ꝙ passio, vel passibilis qualitas, & dispositio, & habitus differunt in corporibus secundùm intensionem, & remissionem; quando enim aliquid recipit caliditatem secundùm calefieri tantùm, non autem vt calefacere possit, tunc est passio si sit cito transiens, vel passibilis qualitas si sit manens; quando autem iam ad hoc producitur, quòd potest etiam alterum calefacere, tunc est dispositio; si autem vlterius intantum confirmetur, ꝙ sit difficile mobilis, tunc erit habitus; vt sic dispositio sit quædam intẽsio, seu perfectio passionis, vel passibilis qualitatis; habitus autem dispositionis. Sed hoc improbat Simplicius,* quia talis intensio, & remissio non important diuersitatem ex parte ipsius formæ, sed ex diuersa participatione ipsius subiecti, & ita non diuersificarentur per hoc species qualitatis. Et ideo aliter dicendum est, ꝙ sicut supra dictum est,* commensuratio ipsarum qualitatum passibilium secundùm conuenientiam ad naturam habent rationem dispositionis, & ideo facta alteratione circa ipsas qualitates passibiles, quæ sunt calidum, frigidum, humidum, & siccum, fit ex consequenti alteratio secundùm ęgritudinẽ, & sanitatẽ, primò autem & per se non est alteratio secundùm huiusmodi habitus, & dispositiones.

* Simpli. in prædicam. qualit.

* Simp. in prædicam. qualit.

*q.49.ar.2. ad primũ.

¶Dicendum, circa minorem est difficultas, aliqui negarẽt eam secundùm rem loquendo. Et dicerent, ꝙ immo secundùm rem primæ speciei est alteratio, prout est in fieri, non tamen vt est in facto esse. Alij dicerent, quòd secundùm esse remissum est alteratio in re primæ speciei, ita quòd illæ species prima & tertia non realiter distinguuntur. Est igitur alteratio in re primæ speciei, sed non vt in prima specie, sed vt in tertia. Sed Simplicius, quem D.S. sequitur, in hoc reprehendit illos, vt patet in litera. Vnde secundùm illos, qui volunt primam & tertiam species realiter distingui. Ad minorem dicitur, quod alteratio non est nisi in tertia specie qualitatis, verum, proximè, & primò; tamen ad primam est alteratio ex consequenti, sicut alteratis humoribus per qualitates primas fit mutatio secundùm sanitatem, & ægritudinem ex consequenti. Et oportet etiam dicere ad maiorem, negando quòd omnes dispositiones corporales quasi habituales subiacent alterationi per se immediatè, sed solùm mediatè. Sed qualitates tertiæ speciei per se immediatè subiacent alterationi, quare stante distinctione reali primæ, & tertiæ speciei, possunt esse in corpore habituales dispositiones.

An in prima specie qualitatis fit alteratio.

Vtrum anima sit subiectum habitus secundùm suam essentiam, vel secundùm suam potentiam.

F 2. dist. 26. ar. 3. ad 4. & 5.

AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ habitus sint in anima, magis secundùm essentiam, quã secundùm potentiam. Dispositiones enim & habitus dicuntur in ordine ad naturam, vt dictum est,* sed natura magis attenditur secundùm essentiam animæ, quàm secundùm potentias; quia anima secundùm suam essentiã est natura talis corporis, & forma eius; ergo habitus sunt in anima ſm eius essentiam, & non ſm potentiam.

*q.49.ar.3.

¶ 2 Præt. accidentis non est accidens; habitus autem est quoddam accidens; sed potentia animæ sunt de genere accidentium, vt in primo dictum est;* ergo habitus non est in anima ratione suæ potentiæ.

*pri.par.q. 77.ar.1.

¶ 3 Præt. subiectum est prius eo, quod est in subiecto; sed habitus cum pertineat ad primam speciem qualitatis est prior, quàm potentia, quæ pertinet ad secundam speciem; ergo habitus non est in potentia animæ, sicut in subiecto.

¶Sed contra est, quod Philos. in pri. Ethicor.* ponit diuersos habitus in diuersis partibus animæ.

*Arist. cap. vlt.

¶Quærit de alio subiecto habitus. ſ. anima. Et quia anima est quoddam totum potestatiuum, ideo quærit primò de anima in generali, postea specialiter de potentijs animæ. Intenditur autem principaliter de anima rationali.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut sup. dictum est,* habitus importat dispositionem quandam in ordine ad naturam, vel ad operationem.

*q.49.ar.1. ad 1.

¶Respondet ad quæstum secundùm vnam distinctionẽ quam resumit, primò in principio. Secundò ponit secundùm eius membra duas conclusiones. Primam ibi. Si ergo accipiatur, &c. Secundam ibi. Si verò accipiatur. Resumit ergo D.S. vnam distinctionem implicitam ex quæstione 49. ꝙ est duplex habitus, quia quidam ordinatur ad naturam, & esse. Alius ad operationem. Et sumitur semper illa distinctio secundùm principalitatem, non secundùm præcisionem, vt potest patere ex ar. 3. ad tertium, præce. quæst. & q. 55 ar. 2. ad primum, & inf. q. 71. ar. 1. ad secundum, quia & habitus essendi est ad opus secundariò, & minus principaliter. Habitus operandi est dispositio rei essendi minus principaliter; esse enim dispositionem rei conuenit habitui ratione generis; sed ad opus, vel naturam principaliter distinguit species habitus, sic, ꝙ habitus essendi non perficit potẽtiam agendi, sed subiecti, quo perfecto actio erit perfectior, sed habitus operatiuus perficit directè, & immediatè potentiam operatiuam.

¶Si igitur accipiatur habitus ſm ꝙ habet ordinem ad naturam, sic non potest esse in anima, si tamen de natura humana loquamur; quia ipsa anima est forma cõpletiua humanæ naturæ, vnde ſm hoc magis potest esse aliquis habitus, vel dispositio in corpore per ordinem ad animam, quàm in anima per ordinem ad corpus; sed si loquamur de aliqua superiori natura, cuius homo potest esse particeps, ſm illud 2. Pet. 1. Vt simus consortes naturæ Diuinæ; sic nihil prohibet in anima ſm suã essentiã esse aliquẽ habitum. ſ. gratiã, vt infra dicetur.*

2 Pet. 1.

*q.110.a.4.

¶Iuxta primum membrum D.S. hic ponit primam conclusionem responsiuam, talem. Habitus, qui habet ordinem ad naturam non potest esse in anima humana loquendo de natura humana; sed si loquamur de natura aliquã superiori, sic nihil prohibet in anima secundùm essentiam suam esse aliquem habitum. Probatur vtraq; pars, in illo non est habitus disponens ad naturam, quod met est natura, vel principium formale completiuum naturæ. Potest autem esse habitus disponens ad naturam in eo, quod non est natura, & potest esse eius particeps, sed anima (rationalis) est forma completiua naturæ humanæ, non autem Diuinæ cuius potest esse particeps, igitur in ea non est habitus in ordine ad naturam humanam, sed Diuinam. Maior relinquitur nota, quia quod disponitur per habitum debet distingui, & esse in potentia ad id ad quod disponitur, vt patuit ex ar. 4. q. 49. Minor quo ad primam partem nota est. Quo ad secundam probatur auctoritate, 2. Pet. 1. &c. Et ille habitus, qui est in essentia animæ; est gratia, vt patebit inf. q. 90. artic. 4. quia secundùm gratiam participat anima esse Diuinum.

¶Nota autem quòd est in potentia ad esse Diuinum, non quidem naturali, sed obedientiali. Vnde & solùm per agens supernaturale principaliter in talem actum deduci potest, gratia enim à solo Deo principaliter est.

¶ Si verò accipiatur habitus in ordine ad operationem, sic maximè habitus inueniuntur in anima, inquantum anima non determinatur ad vnam operationem, sed se habet ad multas, quod requiritur ad habitum, vt sup. dictum est.* Et quia anima est principium operationum per suas potentias; ideo secundùm hoc habitus sunt in anima secundùm suas potentias.

*q.49.ar.4.

¶Ponit secundam conclusionem responsiuam correspondentem secundo membro. Si accipiatur habitus in ordine ad operationem, sic maximè habitus inuenitur in anima secundùm suas potentias. Et per hanc conclusionem patet formaliter responsio ad quæsitum, ꝙ magis inuenitur habitus ſm suam potentiam, q̃ ſm essentiam (& hoc innuit maximè) quia ſm essentiam nullus est, aut est vnus tm̃. Probatur igitur conclusio quo ad primã partẽ. Habitus isto modo inuenitur maximè in eo, qđ non determinatur ad veram operationem, sed se habet ad multas; sed aĩa non determinatur ad vnã operationem, &c. igitur maximè in ea reperitur habitus operatiuus. Est. n. minus determinata, q̃ aliæ res infra animã, & etiã angeli pp multitudinẽ potentiarũ, & operationũ, qa multis operationibus hẽt consequi perfectã beatitudinẽ, vt patuit

patuit sup. q. 5. art. 7. & pri. par. q. 77. art. 3. sed ꝙ secundùm potentias inueniatur talis habitus. Probatur, secundùm illud inuenitur habitus in anima, secundùm quod est immediatum principium operationis, sed anima est immediatum principium operationis secundùm patentias, ergo, &c. Maior nota, quia habitus perficit ad operandum, & principium operandi. Minor nota, ex pri. par. q. 77. ar. 1. quia anima nõ agit per essentiam suam, sed solus Deus.

Scotus

¶Nota autem ꝙ intelligitur hoc dictum. ſ. creaturam, vel animam non agere per essentiam, non modo Scotico, quasi creatura non agat actionem infinitam, & sit sua actio independens; sed ideo quia solus Deus est potentia actiua. Scotus autem in pri. dis. 2. q. 3. ad tertium principale; & dist. 8. ad 2. Iuxta primam quæstionem in simili exponit, ideo Deum dicit ens per essentiam, quia esse est perfectissimum, & infinitum; & creaturam per participationem ens, quia esse eius est pars. 1. minus respectu ipsius esse, qđ natum est esse infinitum; sic in proposito diceret de agere per essentiam. Sed nos dicimus ideo Deum ens per essentiam, quia esse eius est sua quidditas; non in creaturis, sic dicitur agens per essentiam, quia ipsa essentia est eius potentia, secus in anima, & quacunque creatura. Dicit etiam Scot. in 2. dist. 15. q. 2. Agere per essentiam est dupliciter. Vno modo idem est, ꝙ in agendo nõ dependere ab alio, & non habere essentiam per participationem. Alio modo idem est, quod non per accidens, siue per additum, licet dependeat. Hæc ille. De his, pri. par. q. 6. ar. 3. videbitur.

ARGVMENTVM in contrariũ est pro secũda conclu.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ essentia animę pertinet ad naturam humanam; non sicut subiectum disponendum ad aliquid aliud, sed sicut forma, & natura ad quam aliquis disponitur.

¶Dicendum, ad maiorem, verã esse, aliquæ dispositiones, & ali qui habitus dicuntur ad naturam, sed etiam aliqui ad operationem, & hæ quæ dicuntur ad naturam, dicuntur disponere ad naturam, non quia sunt in natura, sed quia disponunt, & sunt in subiecto, & recepriuo naturæ, sic dispositiones pro anima, vel habenda, vel conseruanda sunt in corpore, quia quod disponitur ad aliquid est in potentia. Minor vera, negatur autem consequentia, immo debet inferri, quòd etiam habitus, qui important ordinem ad naturã (præsertim naturales) non sunt in essentia animæ, sed in corpore; de habitibus autem importantibus ordinem ad operationem, argumentum nihil loquitur, & hi plures sunt, & sunt in potentijs, &c.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ accidens per se non potest esse subiectum accidentis; sed quia etiam in ipsis accidentibus est ordo quidam, subiectum secundùm ꝙ est sub vno accidente intelligitur esse subiectum alterius, & sic dicitur vnum accidens esse subiectum alterius, vt superficies coloris, & hoc modo potest potentia esse subiectum habitus.

¶Dicendum ad maiorem, responsum fuit sup. q. 7. ar. 1 ad tertium, quia vera est, quòd accidentis non est accidens, sicut prębentis sustentamentum, & tanquam subiecti quod. Est tamen accidentis accidens, sicut immediati receptiui, & subiecti quo, quia in accidentibus est ordo, & vnum recipitur in substantia mediante alio. Ad minorem, minor duplex, vera est; & quòd potentia animæ sint accidentia, patet pri. par. q 77. artic. 1. Negatur autem consequentia, vt sonat consequens, ꝙ habitus non sit in anima ratione potentiæ, quia vt dictum est, accidens potest esse ratio recipiendi aliud. Sed minor probat, quòd non est subiectum principale quod &c. Idem habet D.S. inf. q. 56. ar. 1. ad tertium.

Dub. 51.

¶Ad tertium dicendũ, quòd habitus præmittitur potentiæ secundùm ꝙ importat dispositionem ad naturam; potentia autem semper importat ordinem ad operationem, quæ est posteriorꝺ, cum natura sit operationis principium; sed habitus cuius potentia est subiectũ, nõ importat ordinem ad naturam, sed ad operationem, vnde est posterior potentia. Vel potest dici, quòd habitus præponitur potentiæ sicut completum incompleto, & actus potentiæ; actus enim naturaliter est prior, quamuis potentia sit prior ordine generationis, & temporis, vt dicitur in 7. & 9. Metaph.*

*Arist li. 7. tex. 3. vsque ad 19 Et li. 9. tex. 17.

¶Dicendum ad maiorem, primò, quòd subiectum est prius eo, quod est in subiecto. Verum, vt sic, tamen alia ratione potest id, quod est in subiecto, esse prius, vt puta, quia est dispositio ad id, quod est primum, & prius in re; aliud autem quia est dispositio ad id, quod est posterius, & sic est in proposito. Considerantur enim & ponuntur a Philosopho, vt dispositiones, & sic habitus præcedit, quia habitus potest disponere, & aliquis disponit ad naturam, quæ prior est quàm operatio, ad quam immediatè ex natura sua ordinatur potentia; ideo habitus falterñ ratione generis præponitur potentiæ. Verum est tamen, quòd aliquis habitus, scilicet operatiuus est posterior potentia; sed tamen in genere loquendo habitus est prior ratione dicta, &c. Secundò dicitur ad maiorem, quòd subiectum prius est, &c. Verum, ordine generationis, tamen id quod est in subiecto potest esse perfectio, & complementum subiecti, & per consequens prius ordine perfectionis secundùm quem attenditur prioritas simpliciter, 9. Metaphys. & ideo habitus præponitur potentiæ, tamen ratione eius ad quod disponit, tamen ratione perfectionis, &c. de his sup. q. 49. artic. 3. ad secundum.

Vtrum in potentijs sensitiuæ partis possit esse aliquis habitus.

G

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd in potentijs sensitiuæ partis non possit esse aliquis habitus. Sicut enim potentia nutritiua pars est irrationalis, ita & sensitiua; sed in potentijs nutritiuæ partis non ponitur aliquis habitus; ergo nec in potentijs sensitiuæ partis aliquis habitus debet poni.

3. dist. 23. q. 1. ar. 1. co. & dist. 33. q. 1. ar. 4. Et Veri. q. 1. ar. 1. cor.

¶ 2 Præterea, sensitiuæ partes sunt communes nobis, & brutis; sed in brutis non sunt aliqui habitus, quia non est in eis voluntas, quæ in definitione habitus ponitur, vt sup. dictum est; * ergo in potentijs sensitiuis non sunt aliqui habitus.

*q.49.ar.3. in argu. in oppo.

¶ 3 Præterea, habitus animæ sunt scientiæ, & virtutes, & sicut scientia refertur ad vim apprehensiuam, ita virtus ad vim appetitiuam; sed in potentijs sensitiuis non sunt aliquæ scientiæ, cum scientia sit vniuersalium, quæ vires sensitiuæ apprehendere non possunt; ergo etiam nec habitus virtutum in partibus sensitiuis esse possunt.

¶Sed contra est, quod Philosophus dicit in 3. Ethic.* quòd aliquæ virtutes, scilicet temperantia, & fortitudo sunt irrationabilium partium.

*Arist. c. 10.

¶Hic quia articulus præcedens dicit, quòd in anima sint habitus maximè secundùm potentias. Quærit D.S. secundùm quales. Est autem triplex genus potentiarum animæ secundùm quas potest anima esse subiectum habituum. Ideo de istis quærit, & in præsenti artic. de potentijs sensitiuis.

¶Respondeo dicendum, quòd vires sensitiuæ dupliciter possunt considerari, vno modo secundùm quòd operantur instinctu naturæ; alio modo secundùm quòd operantur ex imperio rationis; secundùm igitur quòd operantur ex instinctu naturæ sic ordinantur ad vnum sicut & natura, & ideo sicut in potentijs naturalibus non sunt aliqui habitus, ita etiam nec in potentijs sensitiuis, secundùm ꝙ ex instinctu naturæ operantur.

Dub. 749.

¶Doc. Sanc. respondet secundùm vnam distinctionem, quam ponit in principio, quòd vires sensitiuæ possunt, vno modo considerari secundùm quòd operantur ex instinctu naturæ. Alio modo secundùm quòd operantur ex imperio rationis. Ponit ergo duas conclusiones illis duobus membris correspondentes, secundam ibi. Secundum verò quòd operantur, &c. Conclusio igitur prima. In potentijs sensitiuis (scilicet etiam in homine) secundùm quòd ex instinctu naturæ operantur, non sunt aliqui habitus. Pobatur, in potentijs naturalibus non sunt aliqui habitus; ergo nec in sensitiuis secundùm quòd ex instinctu naturæ operantur. Antecedens patuit supra, quæst. 49. art. 4. &c Tenet consequentia, quia potentiæ sensitiuæ secundùm quòd ex instinctu naturæ operantur, ordinantur ad vnum sicut natura. Illa autem est causa quare in potentijs naturalibus non sunt habitus. Concupiscibilis enim & irascibilis sibi relictæ, tamen tendunt ad cõueniens sensui, & ad impugnandum impedimentum conueniẽtis. Secus prout moderantur à ratione.

Conclu. 1.

¶Secundùm verò quòd operantur ex imperio rationis, sic ad diuersa ordinari possunt, & sic possunt in eis esse aliqui habitus, quibus benè, aut malè ad aliquid disponuntur.

¶Hic ponit secundam conclusionem talem. In potentijs sensitiuis secundùm quòd operantur ex imperio rationis possunt esse habitus. Probatur, in omni illo potest esse habitus, quod est ordinabile ad diuersa, & quod potest benè, & malè disponi, sed sensualitas isto modo est per rationem ordinabilis ad diuersa, & diuersis modis, & potest disponi ad benè, vel malè se habendum ad ea quæ per rationem ordinantur, igitur.

Conclu. 2.

Maior patet ex quæstione præcedenti. Minor patet exemplariter de concupiscibili, quæ mouetur ad cõcupiscendum varia, quæ etiam concupiscibili secundùm se repugnant, & varijs modis, vt concupiscat quando oportet, & prout oportet, &c. Et illud medium tangit D.S in litera.

ARGVMENTVM in contrarium est confirmatiuum secundæ conclusionis.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ vires nutritiuæ partis non sunt natæ obedire impedio rationis; & ideo non sunt in eis aliqui habitus; sed vires sensitiuæ natæ sunt obedire imperio rationis; & ideo in eis esse possunt aliqui habitus; nam secundùm ꝙ obediunt rationi quodãmodo rationales dicuntur, vt in primo Ethic. dicitur.* *Arist.c.vl.

¶Dicendum, negatur maior, non est simile; nam sensitiuæ potentiæ in homine sunt rationales quodammodo. i. per participationem; quia obediunt rationi præsertim appetitiuæ, vt patuit sup.q.17.ar.7. Pars autem nutritiua nullo modo audit rationem, & ergo prima. s. sensualitas, cum sit in potẽtia ad multa, est capax habitus, & dispositionis, q̃ est habentis partes; non aũt nutritiua.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ vires sensitiuæ in brutis aãlibus non operantur ex imperio rationis; sed si sibi relinquantur bruta animalia, operantur ex instinctu naturæ, & sic in brutis animalibus non sunt aliqui habitus ordinati ad operationes; sunt tamen in eis aliquæ dispositiones in ordine ad naturam, vt sanitas, & pulchritudo. Sed quia bruta animalia à ratione hominis per quandam consuetudinem disponuntur ad aliquid operandum sic, vel aliter, hoc modo in brutis animalibus habitus quodammodo poni possunt, vnde Aug. dicit in *Aug.q.36, lib. 83.q.* quòd videmus immanissimas bestias à maximis voluptatibus abstinere dolorum metu, quod cum in earum consuetudinem vertitur, domitę, & mansuetæ vocantur. Deficit tamen ratio habitus quãtum ad vsum voluntatis, quia non habent dominium vtendi, vel non vtendi, quod videtur ad rationem habitus pertinere, & ideo propriè loquendo, in eis habitus esse non possunt.

¶Dicendum, quòd maior non est omnino vera, quia non omnimodo sunt communes brutis, & nobis; in nobis enim habẽt rationem coniunctam, in eodem suppposito cui obediunt, & à qua mouentur diuersimodè; & ergo dato, quòd minor esset vera, negatur consequentia. Ad minorem, tamen non sunt in brutis habitus operatiui secundùm perfectam rationem habitus. Sunt tamen quasi habituales dispositiones ad naturam, & habitus operatiui secundùm imperfectam rationem; quia ex institutione hominum bestiæ inducuntur in aliquas consuetudinales habilitates, quæ quasi habent rationem habituum operatiuorum; quia tamen non vtuntur quando ipsę volunt, ideo non sunt perfectè habitus. Canis enim solùm corrisat secundùm illam dispositionem cum ab homine iubetur; secundùm se autem non vtitur illo quasi habitu, vt patet per experientiam. Scotus autem vt patebit inf. q.56.artic.4. nimis parum tribuens habitui, & multominus virtuti, ponit in bestijs habitus, & virtutes. Similiter membris corporeis virtutes humanas tribuit, sed de hoc infra, vbi iam, &c.

An in bestijs sint habitus.

Scotus.

¶Ad tertium dicendum, quòd appetitus sensitiuus natus est moueri ab appetitu rationali, vt dicitur in tertio de anima; * sed vires rationales apprehensiuæ natæ sunt accipere a viribus sensitiuis; & ideo magis conuenit, quòd habitus sint in viribus sensitiuis appetitiuis, quàm in viribus sensitiuis apprehensiuis, cum in viribus sensitiuis appetitiuis non sint habitus, nisi secundùm quòd operantur ex imperio rationis, quamuis etiam in ipsis interioribus viribus sensitiuis apprehensiuis possint poni aliqui habitus, secundùm quos homo sit benè memoratiuus, vel cogitatiuus, vel imaginatiuus; vn- *Arist.c.3. de etiam Philosophus dicit in capitulo de memoria, * quòd consuetudo multum operatur ad benè memorandum; quia etiam istæ vires mouentur ad operandum ex imperio rationis; vires autem apprehensiuæ exteriores, vt visus, & auditus, & huiusmodi, non sunt susceptiuæ aliquorum habituum, sed secundùm dispositionem suæ naturæ ordinantur ad suos actus determinatos, sicut & membra corporis in quibus non sunt habitus; sed magis in viribus imperantibus motum ipsorum.

* Arist. tex.57.

¶Dicendum, quòd habitus animæ non solùm sunt scientia, & virtutes, sed etiam dispositio quædam in apprehensiuis interioribus, quæ etiam obediunt rationi, à qua diuersimodè moueri possunt, vt patuit supra, q.17.ar.7.ad tertium. Ad minorem non sunt aliquæ scientiæ, sunt tamen habitus cogitatiuus, & memoratiuus, & habitus consuetudinales; & dato, quòd ita esset, quòd nullus habitus esset in apprehensiuis etiam interioribus (quod tamen non est omnino verum, quia vt patet artic.4. ad tertium; etiam habitus intellectuales secundariò sunt in viribus sensitiuis inferioribus.) Negatur consequentia, & ratio in principio solutionis, quia appetitiua pars nata est moueri, & recipere à ratione, & voluntate, non sic sensitiua apprehensiua, immo econtra ratio recipit à sensitiua apprehensiua; quia tamen esto ratio recipiat, sensitiuæ tamen potentiæ etiam natæ sunt moueri ad actus secundùm motionem voluntatis, & rationis, ideo de facto sunt habitus in sensitiuis interioribus, non autem exterioribus, quia ordinantur ad actus determinatos secundùm dispositionem naturæ, nec possunt diuersimodè moueri, sicut interiores. Vnde non est par ratio, ista Doc. Sanc. tangit in solutione, de cuius materia vide Doc. Sanc. in de Verita. Mate. 5. artic. 10. in corpo. post medium.

Vtrum in ipso intellectu sit aliquis habitus.

H Infra q.93. artic.1. quæst. vltima. corol. quæst. 4. artic. 5. 6. post. Et Ver. q. 10. artic. 2.

AD quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ in intellectu non sint aliqui habitus. Habitus enim operationibus conformantur, vt dictum est; * sed operationes hominis sunt communes animę, & corpori, vt dicitur in pri. de ani. * ergo & habitus; sed intellectus nõ est actus corporis, vt dicitur in 3. de ani. * ergo intellectus non est subiectum alicuius habitus. * Arist.

¶ 2 Præt. omne quod est in aliquo, est in eo per modum eius in quo est; sed id quod est forma sine materia est actus tantùm; quòd autem est compositum ex forma & materia habet potentiam, & actum simul; ergo in eo, quod est forma tantùm non potest esse aliquid, quod sit simul in potentia, & actu; sed solùm in eo, quod est compositum ex materia, & forma; sed intellectus est forma sine materia; ergo habitus, qui habet potentiam simul cum actu, quasi medium inter vtrunque existens, non potest esse in intellectu, sed solùm in coniuncto, quod est compositum ex anima, & corpore. * Arist. tex. 21. & 66. * Aristot.

¶ 3 Præt. habitus est dispositio secundùm quam aliquid benè, vel malè disponitur ad aliquid, vt dicitur in quinto Metaphysic. * sed quod aliquis benè, vel malè sit dispositus ad actum intellectus, prouenit ex aliqua corporis dispositione, vnde etiam in secundo de anima dicitur, * quòd molles carne benè aptos mẽte videmus; ergo habitus cognoscitiui non sunt in intellectu, qui est separatus, sed in aliqua potentia, quæ est actus alicuius partis corporis. *Arist. *Arist.

¶Sed contra est, quod Philos. in 6. Ethic. * ponit, scientiam, & sapientiam, & intellectum, qui est habitus principiorum in ipsa intellectiua parte animæ. * Arist. 3.6.&7.

¶Hic quærit de alia potentia. s. intellectiua.

¶Respondeo dicendum, ꝙ circa habitus cognoscitiuos diuersimodè sunt aliqui opinati. Quidam enim ponentes intellectum possibilem esse vnum in omnibus hominibus, coacti sunt ponere, ꝙ habitus cognoscitiui non sunt in ipso intellectu, sed in viribus interioribus sensitiuis; manifestum est enim, ꝙ homines in habitibus diuersificantur, vnde non possunt habitus cognoscitiui directè poni in eo, ꝙ vnũ numero existens est omnibus hominibus cõe; vnde si intellectus possibilis sit vnus numero omnium hominum, habitus scięti arum fm quos hoĩes diuersificantur, nõ poterunt esse in intellectu possibili sicut in subiecto, sed erunt in viribus interioribus sensitiuis, quæ sunt diuersę in diuersis.

¶In corpore duo. Primò adducit opinionem tenentem partem negatiuam quæsiti. Secundò eam reprobat, ex qua reprobatione infert cõclusionẽ suã responsiuã, ibi. Sed ista positio, &c Opi. ergo est de illo q̃sito falsa, q̃ fundatur in errore Auer. q ponebat vnum intellectũ oĩm hoĩm, & hũc separatũ, vt patet pri. par. q. 67. ar. 4. Et consequenter, quia habitus sunt diuersi in diuersis hominibus, intellectus autem non, sed vnus; ideo habitus sunt in alio subiecto, quàm in intellectu, puta in viribus sensitiuis interioribus. Deinde cum dicit.

¶Sed ista positio primò quidem est contra intentionem Aristotelis. Manifestum est enim quòd vires sensitiuæ non sunt rationales per essentiam, sed solùm per participationẽ, vt dicitur in primo Ethicor. * Philosoph. autem ponit * intellectuales virtutes, quæ sunt sapientia, & scientia, & intellectus, in eo, quod est rationale per essentiam; vnde non sunt in viribus sensitiuis, sed in ipso intellectu. *Arist. cap. vlt. * Locis in arg. sed cõtra citatis.

Conclusio. ¶Hic consequenter D.S. reprobat illam opinionem, & concludit conclusionem contrariam ex illa reprobatione in fine corporis, & clarius in solutione primi, talem. Intellectus possibilis est subiectũ habitus (dicit notãter possibilis, quia in intellectu agente nullus est habitus, vt patebit ar.5.ad secundum.) Hanc conclusionem probat reprobando præcedentem opinionem dupliciter. Primò auctoritatibus, secundò rationibus, ibi. Secundò etiam hæc, &c. Ponit ergo duas auctoritates contrarias illi opinioni, secundam ibi. Expresè, &c. Arguitur ergo sic ex prima auctoritate Philosophi. Vires sensitiuæ non sunt rationales per essentiam, sed solùm per participationem; sed virtutes intellectuales sunt in rationali per essentiam; igitur non sunt habitus intellectuales in viribus sensitiuis, sed in intellectu.

¶Nota autem, ꝙ dicit vires sensitiuæ sunt rationales per participationem, sed non solùm ipsæ, sed & ipsa voluntas, quæ est potentia inorganica, sed de hoc infra.

Capreolus ¶Et nota, ꝙ intellectus possibilis est potentia in genere intelligibilium, non autem in genere entium, de quo in Capreolo in 1.dis.3.q.3.in solutionibus argumentorum, contra primam conclusionem. Quare autem dicatur intellectus potentia passiua, an videlicet quia intellectus noster patitur ab itelligibili per accidens, vt Scot. hẽt, siue quia patitur p se, vt D.S. hẽt, alibi videbitur pri. par. q. 79. ar. 2. & patuit aliqualiter sup. q. 22. ar. 2. Deinde ibi.

Scotus:

* Aristot. tex.8. ¶Expresè etiam dicit in 3. de anima, * quòd intellectus possibilis cum sic fiat singula. i. cum reducatur in actum singulorum per species intelligibiles, tunc fit secundùm actum eo modo, quo sciens dicitur esse in actu, quod quidem accidit cum aliquis possit operari per se ipsum, scilicet considerando. Est quidem igitur tunc potentia quodammodo, non tamen simpliciter, vt ante addiscere, aut inuenire. Ipse ergo intellectus possibilis est in quo est habitus scientiæ, quo potest considerare etiam cum non considerat.

¶Arguitur ex alia auctoritate Philoso. Ipse intellectus possibilis est in quo est scientia, &c. sed scientia est habitus, igitur.

¶Et nota, q̃ D.S. probat in intellectu possibili esse habitum, & scientiã, quia ibi sunt species intelligibiles, vbi dat intelligere, ꝙ species intelligibiles sunt habitus, & scientia, qđ quidem sint habitus nemo negat, sed an scientia dicat qualitatem simplicem, vel species, vt ordinatę sunt, habentur opiniones, sed de hoc magis infra, q.52.ar.2. Consequenter cum dicit.

¶Secundò etiam hęc positio est contra rei veritatem, sicut enim eius est potentia cuius est operatio, ita etiam eius est habitus cuius est operatio; intelligere autem & considerare est proprius actus intellectus; ergo & habitus quo consideratur est propriè in ipso intellectu.

¶Probat conclusionem reprobando opinionem contrariam rationibus. Et primò tali, eiusdem subiecti est operatio, & habitus, sed intellectus possibilis est operatio (. s. intelligere) ergo & habitus quo intelligimus. Maior patet à simili. Sicut eiusdem est potentia cuius est operatio, quia semper principium agendi immediatum, & actio sunt eiusdem subiecti. Minor nota, igitur, &c. Probatur secundò alia ratione, quam D.S. tangit ad primum. Illi competit esse subiectum habitus, quod est in potentia ad multa, sed hoc maximè competit intellectui possibili, igitur. Maior patuit supra, q.49.artic.4. Minor nota ex tertio de anima, quia est quo est omnia fieri.

¶Confirmatur etiam conclusio alia auctoritate Philosophi in argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quidam dixerunt, vt Simplicius refert in commento prædicamentorum, * quòd quia omnis operatio hominis est quodam- * Simpl. in pdi. qualit. modo coniuncti, vt Philosophus dicit in primo de anima; * ideo nullus habitus est animæ tantùm, sed coniuncti, & per hoc sequitur, quòd nullus habitus sit in intellectu, cum intellectus sit separatus, vt ratio proposita procedebat, sed ista ratio non cogit; habitus enim non est dispositio obiecti ad potentiam, sed magis dispositio potentiæ ad obiectum; vnde habitus oportet, quòd sit in ipsa, quæ est principium actus, non autem in eo, quod comparatur ad potentiam sicut obiectum. Ipsum autem intelligere non dicitur commune esse animæ, & corpori, nisi ratione phantasmatis, vt dicitur in primo de anima, * patet autem quòd phantasma comparatur ad intellectum possibilem, vt obiectum, vt dicitur in tertio de anima, * vnde relinquitur, quòd habitus intellectiuus sit principaliter ex parte ipsius intellectus, non autem ex parte phantasmatis, quod est commune animæ, & corpori. Et ideo dicendum est, quòd intellectus possibilis est subiectum habitus; illi enim competit esse subiectum habitus, quod est in potentia ad multa, & hoc maximè competit intellectui possibili; vnde intellectus possibilis est subiectum habituum intellectualium. * Aristot. tex.66. * Arist. tex. 3.18. & 39. * Arist. tex. 21. & 66.

¶Dicendum ad maiorem. Conformantur habitus actibus, sicut dispositio ad id quod disponit, & secundò quoad subiectum, vt tactum est, in fine corporis. Ad minorem in qua stat argumentum. Primò, operationes aliquæ, sed non omnes, &c. Secundò, si intelligitur vniuersaliter, dicitur quòd operatio intellectiua in homine est communis animæ, & corpori, non ratione principij elicitiui, & effectiui, sed ratione obiecti, & principij remoti; quia videlicet omnis intellectio nostra pro hoc statu originaliter præsupponit phantasma, quod est coniuncti; non quòd totum coniunctum, vel potentia, quæ est totius coniuncti producat intellectionem, sed propter causam iam dictam. Vnde negatur consequentia, quia solus intellectus intelligit, vt principium quo immediatum, vnde & habitu perficitur. Doc. Sanc. in solutione ostendit primò originem, & fundamentum huius rationis. Deinde soluit, vt dictum est, quia habitus non disponit obiectum ad potentiam, sed è contra; ideo esto obiectum originaliter, & remotè. i. id à quo causatur species intelligibilis (scilicet phantasma) sit coniuncti, non tamen habitus est in coniuncto, sed in potentia quam disponit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut potentia ad esse sensibile conuenit materiæ corporali, ita potentia ad esse intelligibile conuenit intellectui possibili, vnde nihil prohibet in intellectu possibili esse habitum, qui est medius inter puram potentiam, & actum perfectum.

¶Dicendum, quòd maior fuit supra expositа, q.5.artic.4.ad primum. Est in eo secundùm modum essendi, tamen trahit id in quo est ad rationem suam, sicut declarat Doc. Sanc. in de Verita. Mate. 24.artic.8.ad sextum. Minor negatur, quia id quod est sine materia propriè dicta, potest esse in potentia, & sic non actus tantùm, immo potentiale. Negatur etiam illa, ergo in eo, quod est forma tantùm, non potest esse simul actus, & potentia. Negatur inquam, quia forma tantùm non est semper actus purus, nisi sit forma per se subsistens extrà genus. Vnde negatur alia consequentia, scilicet non potest esse in intellectu, &c. Vult Doc. Sanc. in solutione, quòd anima est in potentia, non tamen habet materiã, quia materia est in potentia ad esse sensibile, & naturale; sed anima, & intellectus possibilis ad esse intelligibile; & differentia inter istas potentias tangit Doc. Sanc. pri. par. q.75. articulo quinto, ad primum.

¶Ad tertium dicendum, quòd quia vires apprehensiuæ interius præparant intellectui possibili proprium obiectum; ideo ex bona dispositione harum virium ad quam cooperatur bona dispositio corporis, redditur homo habilis ad intelligendum, & sic habitus intellectiuus secundariò potest esse in istis viribus, principaliter autem in intellectu possibili.

¶Dicendum ad minorem. Verum, quòd aliquis sit benè dispositus ad actum intellectus. Verum, dispositione præparatoria, & præuia, prouenit ex aliqua dispositione corporis; sed si intelligitur de dispositione principali immediata disponente intellectu, negatur, immo quantumcunq; quis sit habilis in corpore, & non habeat habitum scientiæ, intellectus eius non est benè dispositus. Negatur consequentia, immo principaliter sunt in intellectu; sed secundariò (ideſt aliquod ordinatum ad habitum intellectus) est in potentia sensitiua. Intellectus enim nõ est separatus quo ad esse à corpore, sed quo ad organum. Vide Doc. Sanc. prima parte, quæst. 89. articulo quinto, in corpore, vbi ¦meminit materiæ istius, præsentis articuli, & inter cætera

ponit,quæ hanc solutionem declarant, vnde dicit, habitus sunt similes actibus,ex quibus acquiruntur;actus autem intellectus ex quibus in præsenti vita scientia acquiritur, sunt per cõuersionem intellectus ab phantasmata, quæ sunt in prædictis viribus sensitiuis, vnde per tales actus, & ipsi intellectui acquiritur facultas quædam ad considerandum per species susceptas, & in prædictis viribus acquiritur quædam habilitas, vt facilius per cõuersionem ad ipsas,intellectus possit intelligibilia speculari; sed sicut actus intellectus principaliter quidem, & formaliter est in ipso intellectu; materialiter, & dispositiuè in inferioribus viribus; idem etiam dicendum est de habitu,&c.

¶Et nota,q̃ D.S.in solutione hic videtur tangere dispositionẽ prærequisitam habitui intellectus, quia loquitur de dispositione virium interiorum, quæ prouenit ex bona dispositione corporis, quæ vtiq; non causatur ex actu intellectus, vel conuersione frequenti ad phantasmata; sed pri.par.vbi iam, & art.3. præcedenti ad tertium, videtur loqui de dispositione concomitante actum intellectus; ex hoc enim q̃ intellectus frequenter vtitur interioribus viribus, acquiritur etiam quædam facilitas, & habilitas in sensibus; sed vtraque dispositio potest pertinere ad habitum scientiæ materialiter, vna antecedenter, alia concomitanter, & consequenter.

I *Vtrum in voluntate sit aliquis habitus.*

Sup. q. 49. art.4. Et 2. dist.27.ar.1. ad 2. & 3. dist.23 q.1. ar.1 co. & dis.27. q.2. art. 3. ad 5. Et Veri. q. 20.ar.2.co. Et Veri. q. 1.ar.1.cor.

AD quintum sic proceditur. Videtur q̃ in voluntate non sit aliquis habitus. Habitus enim qui intellectu est, sunt species intellectuales,quibus intelligit actu; sed voluntas non operatur per aliquas species; ergo voluntas non est subiectum alicuius habitus.

¶ 2 Præterea, in intellectu agente non ponitur aliquis habitus, sicut in intellectu possibili, qui est potentia actiua; sed voluntas est maximè potentia actiua;quia mouet omnes potẽtias ad suos actus,vt sup.dictum est;* ergo in ipsa non est aliquis habitus.

*q.9.ar.1.

¶ 3 Præterea, in potentijs naturalibus nõ est aliquis habitus,quia ex sua natura sunt ad aliquid determinatę; sed voluntas ex sua natura ordinatur ad hoc, vt tendat in bonum ordinatum ratione; ergo in voluntate non est aliquis habitus.

¶Sed contra est,quod iustitia est habitus quidam,sed iustitia est in voluntate; est enim iustitia habitus quidã, secundùm quem aliqui volunt,& operantur iusta,vt dicitur in quinto Ethicorum;* ergo voluntas est subiectum alicuius habitus.

*Arist.c.1.

¶Hic quærit de alia parte potestatiua animæ.s.voluntate.

¶ Respondeo dicendum, quòd omnis potentia quæ diuersimodè potest ordinari ad agendum, indiget habitu quo benè disponatur ad suum actum; voluntas autem cum sit potentia rationalis, diuersimodè potest ad agendum ordinari, & ideo oportet in volũtate aliquem habitum ponere quo benè disponatur ad suum actum.

¶ Absoluit quæsitum vnica conclusione, quam probat dupici ratione, secundam ponit ibi. Ex ipsa etiam ratione. Conclusio est. Oportet in voluntate aliquem habitum ponere quo benè disponatur ad actum suum. Probatur primò ratione sumpta ex parte potentiæ,& arguitur sic. Omnis potentia, &c. Sed voluntas potest diuersimodè ordinari ad agendum, igitur, &c. Maior patuit q.49.artic.4. Minor probatur,quia voluntas est potentia rationalis, quæ se habet ad oppositа, 9. Metaph. Illa minor explicatur ad secundum,& magis infra,q.56.artic.6.Et patet hic,& ibidem, quòd Scotum in 3.dist.33. non oportebat ita contendere ad probandum in voluntate virtutem,& habitum, cum D.S gratis concedat, verumtamen non omnino ad sensum Scoticum, vt patebit infra,vbi iam. Scotus enim principaliter ponit virtutes circa passiones in voluntate,quod nos negamus. Deinde ibi.

Conclusio.

Scotus.

¶Ex ipsa etiam ratione habitus apparet, quòd habet quandam principalem ordinationem ad voluntatem, prout habitus est quo quis vtitur cum voluerit, vt supra dictum est.*

*q.49.ar.3.

¶ Tangit secundam rationem pro conclusione sumptam ex parte habitus. Et arguitur sic. Illud quod ex propria ratione principaliter importat ordinem ad voluntatem,est voluntatis,sed habitus est huiusmodi,igitur,&c.

¶Et nota,q̃ hæc ratio probat,q̃ habitus est semper voluntatis, non quidem sicut subiecti,sed tamen semper sicut principij motiui,sicut in simili sup.q.16,ar.1.habitum est de vsu (sed prima ratio probat,q̃ sit eius sicut subiecti formaliter) nullus enim est habitus nisi generetur per voluntarium exercitiũ, & sic principium voluntarij actus eliciti,vel imperati, loquendo propriè de habitu; quia habitus est quo quis vtitur cum voluerit, & ita semper habet habitudinem ad voluntatem,saltem sicut principium,sicut & actus voluntarius.

¶Et confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ sicut in intellectu est aliqua species,quæ est similitudo obiecti, ita oportet in volũtate, & in qualibet vi appetitiua esse aliquid quo inclinetur in suum obiectum, cum nihil aliud sit actus appetitiuæ virtutis, quàm inclinatio quædam, vt supra dictum est.* Ad ea ergo ad quæ sufficienter inclinatur per naturam ipsius potentiæ,non indiget aliqua qualitate inclinante; sed quia necessarium est ad finem humanæ vitæ, q̃ vis appetitiua inclinetur ad aliquod determinatum, ad quod non inclinatur ex natura potentiæ, quæ se habet ad multa, & diuersa; ideo necesse est,q̃ in voluntate,& in alijs viribus appetitiuis, sint quædã qualitates inclinantes,quæ dicuntur habitus.

*q.1.ar.1. & q.4.ar.4.

¶Dicendum,quòd de maiore est difficultas,vtrum sint tantùm species intellectuales in intellectu, qui dicuntur habitus, videtur quibusdam quòd præter illas sit quædam abilitas in intellectu quæ est qualitas simplex, quicquid sit de hoc non variat propositum. Constat enim, quòd in intellectu possibili non solùm sunt species intelligibiles, immo etiam habitus principiorum connatus,vt patet infra,q.51.artic.1. Similiter ponitur in intellectu habitus confortatiuus, vt patet de lumine gloriæ, quod habitus, & virtus intellectualis dici potest,non autem spes, quia non est ratio cognoscendi. Minor conceditur. Sed negatur consequentia, quia non sequitur. Non sunt in voluntate tales habitus; ergo non sunt habitus in voluntate. Sicut enim in intellectu sunt habitus representatiui,qui sunt similitudines rerum, quia intellectus est vis cognoscitiua;ita in voluntate sunt habitus inclinatiui,qui videlicet inclinant ad id ad quod potentia non sufficit. Et hos D.S.tangit hic implicitè, videlicet illos habitus quo determinatur ad finem humanæ vitæ,scilicet verum,& supernaturalem, vt est charitas. Et ad quod non inclinatur sufficienter ex natura potentiæ,vt est iustitia,& sibi connexæ. Et de hoc infra,q.56.artic.6. Et in de virtutibus,q.1.ar.5.habet D.S.ibidem,naturalis inclinatio voluntatis,non solùm est in vltimum finem, sed in illud bonum,quod sibi à ratione monstratur.

Antiquorum opinio circa intellectum.

¶Ad secundum dicendum, quòd intellectus agens est agens tantùm,& nullo modo patiens; sed voluntas, & quælibet vis appetitiua est mouens,& motum, vt dicitur in 3.de ani.* & ideo non est similis ratio de vtroque; nam esse susceptiuum habitus, conuenit ei, quod est quodammodo in potentia.

*Arist. tex.54.

¶Dicendum,q̃ maior vera, quia intellectus agens est in potentia actiua tantùm, & nullo modo passiua;ideo non est subiectum habitus; sicut enim sol semper illuminat quantum est de se,ita & intellectus agens, nec mouetur ad actum per aliquam aliam potentiam. Tunc minor negatur, immo est aliquo modo passiua,vt patuit sup.q.9.quia mouetur à ratione, & obiecto. esto ad exercitium moueat alias potentias, ipsa tamen prius mouetur à ratione, & obiecto;quare non est par ratio, sicut enim infra patebit,virtutes aliquæ,vel infunduntur à Deo voluntati,vel causantur in ea ex assuetudine operum ex impressione rationis.

Intellectus agens est sua actio.

¶Nota propter dictum de intellectu agente Doc.Sanc.pri.par. q.54.artic.1. ad primum; quia intellectus agens est sua actio, vt patet tertio de anima, quod intelligitur non per essentiam, sed per concomitantiam, quia cum sit in actu eius substantia, statim quantum est in se concomitatur ipsa actio, quod non est de intellectu possibili,qui non habet actiones,nisi postquam fuerit factus in actu,ita q̃ eius actio necessariò, & per se passionem præsupponit. Secus de intellectu agente.

¶ Ad tertium dicendum, quòd voluntas ex ipsa natura potentiæ inclinatur in bonum rationis, sed quia hoc bonum multipliciter diuersificatur, necessarium est, vt ad aliquod determinatum bonum rationis voluntas per aliquem habitum inclinetur,ad hoc q̃ sequatur promptior operatio.

¶Dicendum ad minorem, quòd vera, ex natura ordinatur, vt tendat in bonum rationis,proprium quidem sine habitu. Verũ, sed in bonum alterius, vel supernaturale non tendit promptè,& certitudinaliter, & vt in plurimum sine habitu; si enim voluntas non sit informata habitu iustitiæ, non facilè sequetur dictamen rationis opere iusto, nec sine habitu voluntatis,erit dictamen perfectum rationis;& imperatiuum, vt patebit loco suo, quia qualis vnusquisq; est,talis finis videtur ei,&c.

Vtrum

Vtrum in substantijs separatis sint aliqui habitus.

Inf. q. 51. ar.1.cor. Maximus.

KAD sextum sic proceditur. Videtur, q̃ in angelis non sint habitus. Dixit enim Maximus commentator Dionysij in 7.cap.de cœle.hierar. Non conuenit arbitrari virtutes intellectuales, idest spirituales more accidentium quemadmodum & in nobis sunt, in Diuinis intellectibus.s.angelis esse,vt aliud in alio sit sicut in subiecto; accidens enim omne illinc repulsum est; sed oĩs habitus est accidens;ergo in angelis nõ sunt habitus.

Dionysius.

¶ 2 Præterea, sicut Dionysius dicit in 4.c. de cœle. hierar. Sanctæ cęlestium essentiarum dispositiones super omnia alia Dei bonitatem participant, sed semper quod est per se, est prius, & potius eo, qđ est per aliud; ergo angelorum essentiæ per seipsas perficiuntur ad conformitatem Dei; non ergo per aliquos habitus, & hæc videtur esse ratio Maximi, qui ibidem* subdit. Si enim hoc esset, non vtique maneret in semetipsa harum essentia, nec deificari per se quantum foret possibile, valuisset.

*Max.loco citato in arg.præc.

¶ 3 Præterea, habitus est dispositio quædam,vt dicitur in 5.Metaph.* sed dispositio, vt ibidem dicitur,est ordo habentis partes;cum ergo angeli sint simplices,videtur q̃ in eis non sint dispositiones, & habitus.

*Aristot. tex.25.

¶Sed contra est, quod Dionysius dicit septimo cap. de cœl.hierar. quòd angeli primæ hierarchiæ nominantur calefacientes,& throni,& effusio sapientiæ, manifestatio deiformis ipsorum habituum.

¶Hic quærit de tertio subiecto.s.angelo.

¶ Respondeo dicendum, quòd quidam posuerunt in angelis non esse habitus,sed quæcunque dicuntur de eis,essentialiter dicuntur, vnde Maximus post prædicta verba,quæ induximus* dicit. Habitudines earum,atq; virtutes,quæ in eis sunt, essentiales sunt propter immaterialitatem; & hoc etiam Simplicius dicit in commento prædicamentorum;* sapientia autem quæ est in anima habitus est, quæ autem in intellectu substantia;omnia enim quæ sunt Diuina, & per se sufficientia, sunt & in seipsis existentia.

*Max.loco citato in arg.1.

*Simp. in prędicam. qualit.

¶In corpore duo. Primò ponit opinionem de quæsito negatiuam; secundò eam examinat, partim verificando, & partim falsam ostendendo,ibi. Quæ quidem positio, &c. Quantum ad primum,quidam tenuerũt partẽ negatiuam, vt Maximus,& Simp. q̃ in substantijs separatis non esset habitus,&c.vt in litera.

¶ Quæ quidem positio partim habet veritatem, & partim cõtinet falsitatem. Manifestum est enim ex præmissis,* quòd subiectum habitus non est, nisi ens in potentia. Considerantes igitur prædicti commentatores, quòd angeli sunt immateriales, & quòd non est in illis potentia materiæ,secundùm hoc ab eis habitum excluserunt,& omne accidens.

*q.49.ar.4.

¶Hic cõsequenter D.S.examinat prædictam opinionem quid veritatis,& falsitatis contineat, & per hoc vult satisfacere quæsito. Ponit ergo conclusionem verificantem illam opinionem, secundò conclusionem falsificantẽ,ibi.Sed quia licet in angelis,&c.

Conclu.1.

Conclusio ergo prima quam ponit in fine corporis,habitus qui sunt dispositiones ad esse naturale,non sunt in angelis.Probatur, omnes tales habitus sunt in eo,quod est in potentia,non quacunque,sed materiæ;sed angeli sunt immateriales,igitur non sunt in eis tales habitus. Maior patet, quia quicquid habet tales habitus disponitur ad esse,& naturam, & per consequens habet materiã, quæ est talis potentia,&c. Minor nota.

¶ Sed quia licet in angelis non sit potentia materiæ, est tamen in eis aliqua potentia; esse enim actum purum est proprium Dei; & ideo inquantum inuenitur in eis de potentia,intantum in eis possunt habitus inueniri.

Conclu.2.

¶Hęc est secunda conclusio ostendens partim falsitatem prędictæ opinionis. Et primò ipsa conclusio ponitur, secundò corollariè extrahitur,ibi. Sed quia,&c. Tertiò declaratur,& limitatur conclusio,ibi. Circa huiusmodi tamen,&c. Circa primum est talis conclusio. In angelis potest inueniri habitus.s.ordinatus ad operationem. Probatur, in quocunque est potentia (.s.etiam in esse intelligibili) ad multa, ibi potest esse habitus, sed in angelis est aliqua potentia,igitur,&c. Maior patuit supra. Minor patet, quia solus Deus est actus purus, & in esse reali, & in esse intelligibili,vt patebit pri.par.q.14.artic.4. Et patet illa minor, pri.par. q.50.art.2. Deinde cum dicit.

Dub.522.

¶Sed quia potentia materiæ, & potentia intellectualis substantiæ, non est vnius rationis, ideo per consequens nec habitus vnius rationis est vtrobique. Vnde Simplicius dicit in commento prædicamentorum,* quòd habitus intellectualis substantiæ non sunt similes his, qui sunt hic, habitibus, sed magis sunt similes simplicibus, & immaterialibus speciebus quas continet in seipso.

*Simpli.in prædicam. qualit.

¶ Infert quoddam corollarium.s.Habitus, qui sunt in angelis non sunt vnius rationis cum habitibus nostris(.s.corporalibus,& disponentibus ad esse naturale.) Probatur, habitus consequuntur, & correspondent potentiæ; sed est alia potentia materiæ, quam disponunt habitus corporales, alia potentia substantię intellectualis,quam perficiunt habitus angelici, igitur corollarium verum.Et confirmatur corollarium per Simplicium in litera,&c. Consequenter ibi.

¶Circa huiusmodi tamen habitum aliter se habet intellectus angelicus,& aliter intellectus humanus. Intellectus enim humanus cum sit infimus in ordine intellectuum, est in potentia respectu omnium intelligibilium, sicut materia prima respectu omnium formarum sensibilium; & ideo ad omnia intelligenda indiget aliquo habitu.

Conclu.3.

¶Declaratur,& limitatur secunda conclusio, & intendit aliam conclusionem declaratoriam, talem. Circa habitum intellectualem aliter se habet intellectus humanus,aliter angelicus. Probatur intellectus humanus ad omnia intelligẽda (.s.etiam seipsum) indiget aliquo habitu intellectuali; sed intellectus angelicus non indiget habitu ad omnia intelligenda, immo ad seipsum intelligendum nullo indiget, & etiam quantò superior, tantò paucioribus indiget;sed ad omnia alia intelligenda indiget habitibus,& præsertim ad intelligendum perfectè Deum, & ad tendendum in ipsum per voluntatẽ; igitur cõclusio vera, q̃ aliter se habet,&c. Illius antecedentis primò declarat primam partem, secundò secundam,ibi. Sed intellectus angelicus,&c. tertiò tertiam,ibi. Sed quia nullus pertingit, &c. Prima ergo pars antecedentis probatur, quia intellectus humanus est in potentia respectu omnium intelligibilium, ergo indiget aliquo superaddito habitu,&c. Antecedens probatur, quia est infimus.

Anima intelligit se, vt alia.

¶Nota,q̃ non intelligitur,q̃ intellectus noster intelligat seipsum per habitum.i.speciem propriam, sed vt Philos.habet,intelligit se sicut & alia,i.mediantibus speciebus aliorum,per quas primò intelligit res directè representatas post hoc per viam discursus mediante actu cognito peruenit in cognitionem suiipsius. Intellectus enim noster habet cognitionem simplicem eorum quorum habet proprias species; sed cognitionem discursiuam habet, & de alijs mediantibus horum speciebus cognoscibilibus, &c. & habet conceptum sui arguitiuè,non representatiuè; de hoc D.S. in de Veri.Mate.10.ar.8. in cor. Deinde ibi.

¶ Sed intellectus angelicus non se habet sicut pura potentia in genere intelligibilium, sed sicut actus quidam, non autem sicut actus purus, hoc enim solius Dei est, sed permixtionem alicuius potentiæ; & tantò minus habet de potentialitate, quantò est superior, & ideo, vt in primo dictum est,* inquantum est in potentia indiget perfici habitualiter per aliquas species intellectuales ad operationem propriam; sed inquantum est actu per essentiam suam potest aliqua intelligere ad minus seipsum, & alia secundùm modum suæ substantiæ; vt dicitur in libro de causis,* & tantò perfectius, quantò est perfectior.

*pri.par.q.55.ar.3.

*In prop.8. & 13.hũ hic liber intes oga Arist.

¶ Probatur secunda pars antecedentis, quia angelicus intellectus non est pura potentia, sed actus, sed non purus,igitur ad ea quæ est in actu secundùm essentiam, potest per essentiam intelligere, sed huiusmodi sunt angelus ipse, & alia, vt intelliguntur secundùm modum substantiæ suæ,igitur seipsum,& alia aliqualiter intelligit per essentiam.

¶Nota propter verbum allegatum ex auctore libri de causis, videlicet angelus intelligit alia secundùm modũ substantiæ suæ.

¶ Nota inquã D.S.pri.par.q.55.ar.1.in cor. & ad tertiũ,vbi dicit. Ea quę sunt infra angelũ,& ea,q̃ sunt supra ipsum, sunt quodãmodo in substantia eius, nõ quidè perfectè, neq; ẽm propriam

rationem, cum angeli essentia finita existens secundū propriam rationem ab alijs distinguatur; sed ſm rationem cōmunem, &c. vbi patet, ꝙ angelus intelligit alia in essentia ſm modū quo continentur in essentia. ſ. ſm prædicta communia, sed non propria, & distincta. Continentur enim superiora. i. perfectiones diuinæ in essentia angeli, sicut causa in effectu deficiente. Et continet essentia angeli inferiora, sicut aliquale exemplar, & repræsentans repræsentatum in esse intelligibili, quia ſm D.S. pri. par. q. 55. ar. 3. ad primum; omnia condita prius condita sunt in natura angelica; sed quia repræsentare omnes res creatas naturaliter ab angelo intelligibiles perfectè non est essentiæ angelicæ ſm se; ideo oportet superaddere species intelligibiles infusas. Illud. n. quo alia intelliguntur, debet ea cōtinere formaliter, vel saltem supereminenter, vel virtualiter; natura autem angeli non continet omnes conditiones particulares, & proprias differentias; ideo per essentiam aliqualiter intelligit omnia, sed non cognitione quiditatiua distincta. Hic vltimò cum dicit.

¶Sed quia nullus pertingit ad perfectionem Dei, sed in infinitum distat, propter hoc, ad attingendum ad ipsum Deum per intellectum, & voluntatem, indiget aliquibus[d] habitibus tanquam in potentia existens respectu illius puri actus, vnde Dionysius dicit, * habitus eorum esse deiformes, quibus. ſ. Deo conformantur; habitus autem qui sunt dispositiones ad esse naturale, non sunt in angelis, cum sint immateriales.

Dub. 167.

*Dion. c. 7. cęle. hier.

¶Declarat tertiam partem antecedentis. ſ. ꝙ angelus non omnia perfectè intelligit per essentiam, sed indiget habitibus; quia est etiam in potentia, & in infinitum distat ab actu primo; igitur ad ipsa perfectè cognoscenda indiget habitibus, vt enim alia etiā creata perfectè, & distinctè intelligat, eget speciebus intelligibilibus, vt autem Deum claræ videat indiget lumine gloriæ, non autem specie intelligibili; nam essentia Diuina supplet vicem speciei, vt patet pri. par. q. 12. sed ad tendendum per voluntatem in Deum eget charitate, vel viatica, dum est viator; vel consumata, dum est comprehensor.

¶Argumenti in contrarium auctoritas, quæ est Dionysij, est pro secunda conclusione.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd verbum Maximi, intelligendum est de habitibus, & accidentibus materialibus.

¶Dicendum. Si intelligitur iste commentator Dionysij, ꝙ nullum penitus sit accidens in angelis, declinatur dictum tuum. Si autem intelligitur, ꝙ non sint in eis accidentia consequentia materiam, & similiter habitus, dictum suum admittitur.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ quantum ad hoc, qđ conuenit angelis per suam essentiam non indiget habitu; sed quia non ita sunt per seipsos entes quin participent sapientiam, & bonitatem Diuinam; ideo inquantum indigent participare aliquid ab exteriori, intantum necesse est in eis ponere habitus.

¶Dicendum ad maiorem, participant super omnia alia Dei bonitatem. Verum, super omnia infra se, tamen non participantur Deo, nec sunt, nec esse possunt actus purus. Minor vera, sed nego ꝙ angeli, vel sint entes per se, immo ab alio, nec per essentiā sint intelligentes omnia, sed aliqua, & aliquo modo. Vltra. Non ergo per aliquos habitus. Verum, intelligunt se, & alia, vt sunt in essentia imperfectè. Sed tamen per habitus intelligunt alia perfectè, & Deum, vt non intelligitur per essentias eorum.

¶Nota tamen, ꝙ cū angelus dicitur aliqualiter intelligere per essentiam, non intelligitur quasi essentia sit principiū immediatū effectiuū intellectionis, hoc. n. in solo Deo est. Sed quia essentia angeli respectu aliquorū, & aliquo modo cognoscibiliū supplet vicē speciei intelligibilis. Seipsum. n. per seipsum intelligit, & alia ſm ꝓdicata generalia ēt p essentiā intelligit, vt patebit pri. par. &c. Vnde Scot. in 2. dist. 16. & in 4. dist. 12. habuit malum intellectum huius dicti, vt patet intuenti, volens per hoc probare, ꝙ creatura agat per essentiam, sicut principium actus immediatum, &c.

Scotus

¶Ad tertium dicendum, quòd in angelis non sunt partes essentiæ, sed sunt partes secundùm potentiam, inquantum intellectus eorum per plures species perficitur, & voluntas eorum se habet ad plura.

¶Dicendum, ad minorem fuit sup. dictum, q. 49. ar. 1. ad tertiū. Est ordo habentis partes, non solùm secundùm locum, sed etiam secundùm potentiam, aut speciem. Quod secundùm D.S. in 5. me taph. intelligitur secundùm potentiam, & virtutem agendi. Et ita est in angelis, quia potentia intellectiua angelica potest habere plures rationes operandi, & intelligendi diuersa. Et similiter voluntas naturaliter considerata ante confirmationem est in potentia ad plura opposita. Et nunc ad plura bona. Quare est ibi ordo partium potestatiuarum.

Quæstio quinquagesimaprima.

De causa habituum. ſ. de generatione eorum.

DEinde considerandum est de causa habituum. Et primò quantum ad generationem ipsorum. Secundò, quantum ad augmentum. Tertiò, quantum ad diminutionem, & corruptionem. Circa primum quæruntur quatuor. Primò, vtrum aliquis habitus sit à natura. Secundò, vtrum aliquis habitus causetur ex actibus. Tertiò, vtrum per vnum actum possit generari habitus. Quartò, vtrum aliqui habitus sint in hominibus infusi à Deo.

L

¶Quia propinquior habitudo est ad quidditatē, vrpotè in primo modo per se, & ad subiectum. ſ. in secundo modo, quàm ad causam effectiuam; ideo patet ordo, & sunt habitus naturales acquisiti, & infusi, de his quærit.

Vtrum aliquis habitus sit à natura.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd nullus habitus sit à natura. Eorum enim quæ sunt à natura vsus, non subiacet voluntati, sed habitus est, quo quis vtitur cum voluerit, vt dicit Commen. in 3. de ani.* ergo habitus non est à natura.

Infra eod. art. 2. q. 1. ar. 3. 1. ad 6. Eth. 40. *comm.

¶ 2 Præterea, natura non facit per duo, quod per vnum facere potest, sed potentię animæ sunt à natura; si igitur habitus potentiarum à natura essent, habitus, & potentia essent vnum.

¶ 3 Præterea, natura non deficit in necessarijs, sed habitus sunt necessarij ad benè operandum, vt supra dictum est.* Si igitur habitus aliqui essent à natura, videtur quòd natura non deficeret quin omnes habitus necessarios causaret, patet autem hoc esse falsum; ergo habitus non est à natura.

*q. 51. ar. 1.

¶ Sed contra est, ꝙ in 6. Ethic.* inter alios habitus ponitur intellectus principiorum, qui est à natura; vnde & principia prima dicuntur naturaliter cognita.

*Arist. cit.

¶Hic quærit primò de habitibus naturalibus.

¶Respondeo dicendum, quòd aliquid potest esse naturale alicui dupliciter. Vno modo secundùm naturam speciei, sicut naturale est homini esse risibile, & igni ferri sursum. Alio modo secundùm naturam indiuidui, sicut naturale est Sorti, vel Platoni esse ægrotatiuum, vel sanatiuum secundùm propriam complexionem. Rursus secundùm vtranque naturam potest dici aliquid naturale dupliciter. Vno modo, quia totum est à natura. Alio modo, quia secundùm aliquid est à natura, & secundùm aliquid est ab exteriori principio, sicut cum aliquis sanatur per seipsum, tota sanitas est à natura; cum autem aliquis sanatur auxilio medicinæ, sanitas partim est à natura, partim ab exteriori principio.

¶Doc. Sanc. distinguendo respondet ad quæsitum. Nam primò ponit notabilia mouentia ad illam responsionem. Secundò secundùm illa ponit varias cōclusiones, ibi. Si igitur loquamur, &c. Notabile ergo continens distinctionem, & subdistinctionem est illud, quòd aliquid potest esse naturale dupliciter. Vno modo secundùm speciem, vt quæ sequuntur formam, quæ est principale principium speciei. Alio modo secundùm naturam indiuidui, vt quæ sequuntur materiam, & dispositionem materiæ. Subdistinctio est, quia vtrunque potest dici naturale dupliciter. Vel quia totum est à natura, vel partim à natura, partim ab extrinseco. Nō videlicet ꝙ res habeat partem & partem, sed propter concursum duplicis causæ, & propter duplicem modum. Vnde D.S. de virtutibus, q. 1. artic. 8 ad 8. Virtus non dicitur partim à natura esse, eo quòd aliqua pars eius sit à natura, & aliqua non. Sed quia secundùm aliquem modum essendi imperfectum est à natura. ſ. secundùm potentiam, & aptitudinem. Præsupponitur etiam implicitè distinctio, de duplici habitu, videlicet importante ordinem ad formam, vel naturam, & ad operationem.

¶Si igitur loquamur de habitu secundùm quòd est dispositio subiecti in ordine ad formam, vel naturam, quolibet prædictorum modorum contingit habitū esse naturalem. Est enim aliqua dispositio naturalis, quæ debetur

debetur humanæ speciei, extra quam nullus Homo inuenitur, & hæc est naturalis secūdùm naturam speciei; sed quia talis dispositio quandam latitudinem habet, cōtingit diuersos gradus huiusmodi dispositionis conuenire diuersis hominibus secundùm naturam indiuidui; & huiusmodi dispositio potest esse, vel totaliter a natura, vel partim a natura, & partim ab exteriori principio; sicut dictum est, * de his qui sanantur per artem.

*q. 50. ar. 2.

¶ Hic consequenter D S. ponit duas conclusiones responsiuas secundùm illas distinctiones. Secundam ponit ibi. Sed habitus qui &c. Conclusio prima est. Si loquamur de habitu secundùm quòd est dispositio subiecti in ordine ad naturam. Quolibet prædictorum modorum cōtingit habitum esse naturalem D.S. probat eam. Est dare aliquam dispositionē, quæ debetur humanæ speciei extra quam nullus Homo inuenitur (dispositio, videlicet accepta disiunctiuè cum multis gradibus.) Et hæc vocatur naturalis secundùm speciem (quia forma requirit eam; vnde anima humana non posset stare cum dispositione asinina.) Et contingit hanc dispositionem inueniri secundùm certum, & determinatum gradum in indiuiduo; & hæc est naturalis indiuiduo. Sed dispositio speciei est totaliter a natura; indiuidui autem potest esse partim ab intra, partim ab extra. Sicut aliqui naturaliter sunt sani, alij procurant iuuando naturam per artem, vt patet ex 7. Metaphy. igitur conclusio vera.

¶ Sed habitus qui est dispositio ad operationem cuius subiectum est potentia animæ, vt dictum est, * potest quidem esse naturalis, & secūdùm naturam speciei, & secundùm naturam indiuidui; secundùm quidem naturam speciei, secundùm quòd se tenet ex parte ipsius animæ, quæ cum sit forma corporis est principium specificum; secundùm autem naturam indiuidui ex parte corporis, quod est materiale principium; sed tamen neutro modo contingit in hominibus habitus esse naturales, ita quòd totaliter sint a natura; sed sunt partim a natura, partim ab exteriori principio. Nota ꝙ a natura distinguitur contra principium extrinsecum, & violentum, non contra voluntatem, loquendo de habitu virtutis moralis maximè, & nō distinguitur a natura contra id cuius vsus est a voluntate. Vide ad primum. Circa hanc conclusionem primò ponit eam. Secūdò explicat aliqua tacita in probatione ibi. Aliter quidem in apprehēsiuis &c. Probatur ergo conclusio sic, secundùm naturam specificam ille habitus vocatur naturalis, qui sequitur formam; ille verò secundùm naturam indiuidui, qui sequitur dispositionem corporis; sed aliqui habitus sequuntur formam, aliqui dispositionē corporis, & nullus totaliter est a natura; ergo conclusio vera. Minor patet quo ad primam partem. Sed quo ad secundam partē declaratur primò per differentiam quo ad Angelos, quia Angeli habēt habitus tales completè, & naturaliter inditos; quia sunt actus in genere intelligibilium; sed Homo nō est actus, immo in pura potentia in genere intelligibilium; ergo &c. Deinde cum dicit.

*q. 55. ar. 2.

¶ Aliter quidem in apprehensiuis potentijs, & aliter in appetitiuis potentijs. In apprehensiuis enim potētijs potest esse habitus naturalis, secundùm inchoationem, & secundùm naturam speciei, & secundùm naturam indiuidui; secundùm quidem naturam speciei ex parte ipsius animæ; sicut intellectus principiorum dicitur habitus naturalis, ex ipsa enim natura animæ intellectualis conuenit homini, quòd statim cognito, quid est totū, & quid est pars cognoscat, quòd omne totum est maius sua parte, & simile est in cæteris. Sed quid sit totum, & quid sit pars cognoscere non potest, nisi per species intelligibiles a phantasmatibus acceptas, & propter hoc Philosophus in fine posteriorum ostendit, quòd cognitio principiorum prouenit nobis ex sensu.

¶ Explicat aliqua tacta in probatione, & præsertim in secunda parte minoris. Et ponit duas conclusiones declaratorias secūdam ibi. In appetitiuis &c. Conclusio ergo prima explicatiua secundæ partis minoris supra dictæ est ista. In apprehensiuis potentijs potest esse habitus (scilicet ad operationem de quo est sermo) naturalis secundùm inchoationem, & secundùm naturam speciei, & secundùm naturam indiuidui. Hanc conclusionem probat primò quo ad primam partem. Secundò quo ad secundam ibi, secūdùm verò naturam &c. Arguitur ergo sic pro prima parte cō. lusionis, intellectus principiorum consequitur speciem, sed talis inest nobis a natura secundùm inchoationem, & radicaliter; ergo prima pars conclusionis vera. Minor declaratur in litera; quia inest nobis naturalis inclinatio ex natura animæ intellectualis, quòd statim &c. vt in litera. Sed quid sit totum, & quid sit pars cognoscere non potest, nisi per species intelligibiles a phantasmatibus acceptas; ergo non totaliter est a natura; quia non completiuè, sed radicaliter, & in potentia propinqua.

¶ Nota circa minorem illius rationis, quòd circa eam est differentia inter sequentes D.S. Quidā enim volūt, quòd habitus principiorum est inchoatus non secundùm substantiam, & completiuè; sed solùm in suo principio sufficiēte radicaliter, scilicet in naturali lumine intellectus agentis; non autem, quia habitus secundùm se, & formaliter adsit secūdùm esse completum, sed adest naturaliter medio modo inter puram potentiam, & purum actum, sic, quòd non est purè naturalis neque purè acquisitus, sed partim ab intra, & partim ab extra; sicut & virtutes appetitiuę partis; ita tamen quòd hæc est differentia inter habitum principiorū, & alias virtutes potentiarum appetitiuarum, quia cæterę virtutes nō oriūtur ex principijs naturalibus appetitiuis immediatè, & proximè sed mediantibus virtutibus superioribus; sed habitus principiorū habet pro causa immediata ipsum principium naturalis luminis intellectus, ita quòd cognitio principiorum prouenit immediatè ab intellectu agente in intellectum possibilem, & cognitio sensitiua concurrit solū, vt determinans obiectū, & ergo habitus principiorum aliter est inchoatus; quia nō fit ab alio habitu, sicut aliæ virtutes, quæ præsupponunt habitum principiorum in parte intellectiua, & inclinationem potentialem, voluntatis ad bonum rationis; sed habitus principiorum non præsupponit habitum alterius potentiæ Et ita potentia proxima inchoatus est habitus principiorum, non sic habitus virtutum. Et hi fundant se in secūdo posteriorum circa finem. Et habent fauorem hic ex Doctore vbi dicit. Ex ipsa enim natura animæ &c. ita ꝙ ex natura animæ fluit sufficiens principium talis habitus non requirens aliud principiū habituale. Et ergo secundùm istum modum dicendi, habitus principiorum non est tantū inchoatiuè a natura intellectus, sed etiā radicaliter, & in potentia propinqua intellectus agentis. Et hanc differentiam dicerent D. S. hic prætendere inter habitum principiorum intellectus, & virtutes, quæ sunt in appetitu. Vnde dicit Philosophus de habitibus principiorum. Neque ab alijs fiunt, sicut cæterę virtutes, neque ita a natura sunt, quòd determinati omnino sint, sed scilicet sunt in potentia proxima tam passiua, quàm actiua innati, & reducuntur ad esse completum per exercitiū sensuum, qui offerunt materiam determinatiuam. Sed alijs videtur, quòd sit inchoatus secundùm substantiam completè, scilicet habitus principiorum, sed non secundùm actum; quia non potest exire in actum secundum, nisi præhabitis speciebus intelligibilibus, quæ proueniunt ex sensibus. Sed dicerent alij, quòd virtutes aliæ dicuntur a D S non esse inchoatæ secundùm substantiam in parte appetitiua; sicut habitus principiorum in parte intellectiua, ꝙa non causantur immediatè a potentijs appetitiuis; sed mediatibus seminarijs virtutum, & principijs iuris communis, quæ sunt in intellectu, & ex parte appetitiuę intellectiuę est solùm inclinatio potentialis, in qua habitus non est immediatè inchoatus &c.

Quomodo habit' principiorū est innatus.

¶ Secundum verò naturam indiuidui est aliquis habitus cognoscitiuus secundùm inchoationem naturalem, inquantum vnus Homo ex dispositione organorum est magis aptus ad bene intelligendum, quàm alius, inquantum ad operationem intellectus indigemus virtutibus sensitiuis.

¶ Probat secundam partem conclusionis supradictæ sic. Vnus Homo ex dispositione organorum est magis aptus ad bene intelligendum; sed talis aptitudo est inchoatio habitus ex parte dispositionis indiuidui; ergo &c. Maior patet; quia ad operationem intellectus indigemus virtutibus sensitiuis; ergo secundùm bonam dispositionem earum est inchoatio habituum intellectualiū, Et patet materia istius rationis. q. præcedenti. ar. 4. Tunc ibi.

¶ In appetitiuis autem potentijs non est aliquis habitus naturalis secundùm inchoationem ex parte ipsius animæ, quantum ad ipsam substantiam habitus; sed solū quantum ad principia quædam ipsius; sicut principia inris communis dicuntur esse seminalia virtutum; & hoc ideo, quia inclinatio ad obiecta propria, quæ videt esse inclinatio habitus, non pertinet ad habitum, sed magis pertinet ad ipsam rationem potentiarum; sed ex parte

corporis

corporis ſecundùm naturam indiuidui, ſunt aliqui habitus appetitiui ſecundùm inchoationes naturales, ſunt enim quidam diſpoſiti ex propria corporis complexione ad caſtitatem, vel manſuetudinem, vel ad aliquid huiuſmodi.

¶ Adducit aliam concluſionem declaratoriam ſecundæ partis minoris ſupradictæ, talem. In appetitiuis potentijs non eſt aliquis habitus naturalis ſecundùm inchoationem ex parte ipſius animę quantum ad ipſam ſubſtantiam habitus, ſed ſolùm quantum ad principia quædam ipſius. Sed ex parte corporis ſecundùm naturā indiuidui, ſunt aliqui habitus appetitiui ſecundùm inchoationes naturales. Prima pars probatur. Id quod pertinet ad naturam potentiæ, non conuenit ſibi per aliquem habitum, nec ad hoc ponēdus eſt habitus (nec ſcilicet tale dicendum eſt inchoatio habitus) Sed inclinatio ad obiecta propria (connaturalia, & propria appetenti non excedentia ſuppoſitum appetens) pertinet ad ipſam rationem potentiarum appetitiuarum, igitur &c.

¶ Maior nota. Minor patet, quia potentiæ appetitiuæ ex natura dicunt inclinationem in obiecta conuenientia. Et dicit notāter in obiecta propria, quia reſpectu obiectorum excedentium, quæ videlicet non pertinent ad appetentem, potentia appetitiua, non ſufficit. Et ponuntur habitus, vt infra patebit.

¶ Et vult iſta ratio, quòd ſi aliquis habitus eſſet naturalis ſecundùm inchoationem in appetitiuis, hoc eſſet, quia ille potentiæ habent inclinationem naturalem in bonum. Sed propter illā inclinationem habitus non debet dici inchoatus, quia illa inchoatio conuenit potentiæ ex natura ſua. Et non eſt habitus potentię ſupadditus, nec habitualis, & ergo non dēt dici inchoatio habitus.

¶ Secunda pars concluſionis patet. In homine ſunt quædam principia iuris communis (ſupple conſeruata in habitu intellectus.) Sed talia ſunt ſeminaria, & inchoationes virtutum, igitur ſecunda pars vera.

Seminariū virtutū q̄d eſt.

¶ Nota quòd per ſeminarium virtutum intelligitur ſola habitudo naturalis ipſius voluntatis ad bonum rationis, & ipſa principia iuſtitiæ, & virtutis in habitu connato ipſi intellectui practico, qui dicitur ſyndereſis. Sed non aliquis habitus exiſtens in vi appetitiua inferiori. Et ita dicuntur virtutes inchoatæ quantum ad principia iuris communis, quorum habitum habet Homo cōnaturalem (ſaltem radicaliter in intellectu) non in aliqua vi appetitiua. Sic. ſ. quòd virtutes, quæ ſunt in appetitu ſenſitiuo ſunt inchoatæ in ratione, & in naturali inclinatione voluntatis ad bonum. Virtus autem, quæ poteſt eſſe in voluntate eſt inchoata in ratione, non autem immediatè in volūtate; ſicut habitus principiorum immediatè in lumine intellectus. Vnde D.S. in de virtutibus, Mate. 1. ar. 8. dicit, ꝙ quia principale in virtute eſt electio, quæ eſt voluntatis, quæ electio deriuatur ad concupiſcibilem, & iraſcibilem, ideo virtus, quæ eſt in parte ſenſitiua eſt inchoata in ratione, & voluntate. Hæc ille. Et in 3. di. 33. q. 1. ar. 2. quæſtiun. 3. dicit. Seminaria virtutum, quæ ſunt in nobis, ſunt ordinatio voluntatis, & rationis ad bonum nobis connaturale, hæc ille, Vide etiam infra q. 62. ar. 3. in cor. Patet igitur, quòd aliter inchoatæ ſunt virtutes, q̄ habitus principiorum, quia illę virtutes (præſertim in parte appetitiua ſenſitiua) ſecundùm ſeminaria alterius potētiæ. Habitus autem principiorum in ſua radice immediata in parte intellectiua.

¶ Tertia pars concluſionis patet. Sunt enim quidam diſpoſiti ex propria corporis complexione ad caſtitatem &c. Et hæc tertia pars patebit magis infra q. 63. ar. 1. ad 3.

Plures habitus principi.

¶ Nota quòd Philoſophus 2. poſteriorum loquitur de habitibus in plurali, quia eſt duplex habitus principiorum in ſpecie. ſ. Intellectus, & Syndereſis. Intellectus enim eſt principiorū ſpeculabilium. Syndereſis agibilium, & moralium. Et ergo D.S. ſub intellectu principiorum quem dicit eſſe habitum naturalem, vtrūque habitum comprehendit.

ARGVMENTVM in contrarium eſt pro prima parte primæ concluſionis explicatiuæ.

¶ Ad primum ergo dicēdum, quòd obiectio illa procedit de natura ſecundùm quòd diuiditur contra rationem, & voluntatem, cum tamen ipſa ratio, & voluntas ad naturam hominis pertineant.

¶ Dicendum, ad maiorem ſuit virtualiter reſponſum ſup. q. 46. ar. 5. ad ſecundum, quia eorum, quæ ſunt a natura determinata ad vnum, & vt natura diſtinguitur contra rationem, & voluntatem, tunc vera, talium vſus non ſubiacet volūtati. Si aūt intelligitur, ꝙ ea quæ ſunt a natura hominis ſpecifica, & ſecundùm animam rationalem, & hoc ſolùm ſecundùm inchoationem, & imperfectè. Negatur maior. Conſtat enim quòd voluntas, & ratio ſunt iſto modo a natura. Et tamen vſus eorum maximè ſubeſt voluntati.

Differunt potētia naturalis, & naturaliter conueniēs.

Similiter liberum arbitrium &c.

¶ Vnde nota, quòd aliud eſt potentiam in ſe eſſe naturalem, & naturaliter alicui conuenientem. Potentia enim naturalis in ſe eſt determinata ad vnum. Et per conſequens non ſubeſt volūtati. Sed

* Ad ſecundum.

potentia naturaliter cōueniens creaturæ liberæ, poteſt ſubeſſe volūtati. Et ſic in propoſito etiam de habitu naturali &c.

¶ Minor vera, præſertim de habitu ordinato de per ſe ad operationem, & de habitu animæ, vt patuit. ar. 1. ad primum. Sed negatur cōſequentia, quòd nullus habitus ſit a natura rationali ſalte radicaliter, vel inchoatiuè. Aduerte quòd dictum eſt ſupra vbi immediatè, quia illa notificatio habitus eſt quo quis vtitur &c. Intelligitur de habitu ordinato ad operationem, qui principaliter eſt in anima rationali &c.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd aliquid etiam naturaliter poteſt ſuperaddi potentiæ, quod tamen ad ipſam potentiam pertinere non poteſt; ſicut in angelis non poteſt pertinere ad ipſam potentiam intellectiuam, quòd ſit per ſe cognoſcitiua omnium, quia oporteret, quòd eſſet actus omnium, quod ſolius Dei eſt; id enim quo aliquid cognoſcitur oportet eſſe actualem ſimilitudinem eius, quod cognoſcitur; vnde ſequeretur ſi potentia Angeli per ſeipſam cognoſceret omnia, quòd eſſet ſimilitudo, & actus omnium; vnde oporter, quòd ſuperaddantur potentiæ intellectiuę ipſius aliquę ſpecies intelligibiles, quæ ſunt ſimilitudines rerum intellectarum; quia per participationem Diuinæ Sapientiæ, & non per eſſentiam propriam poſſunt intellectus eorum eſſe actu ea, quæ intelligunt. Et ſic patet, quòd non omne id quod pertinet ad habitū naturalē, pōt ad potentiā ptinere.

¶ Dicendum. Maior placet. Sed ſi argumentum debet probare intentum, debet addi ad minorem. Sed potentiæ animæ ſunt a natura, & per eas poteſt fieri, quod ſit per habitus. Tūc negatur iſta minor quia falſa eſt. Nam natura non poteſt facere per vnum. ſ. potentiam, quod ſit per habitus; immo nec hoc eſt poſſibile in angelis, vbi propter perfectionem, & ſimplicitatem Angelicam videretur magis poſſe fieri. Angelus enim per potentiam non poteſt eſſe ſimilitudo omnium, etiam naturaliter cognoſcibilium, aliàs eſſet per naturam actus omnium intelligibilium. Vnde per participationem Diuinæ Sapientiæ, quæ fit per ſpecies intelligibiles Angelicus intellectus intelligit ad ſenſum dictum ar. 6. præcedentis quæſtionis, quia non ſunt per eſſentiam entes, vel intelligentes. Species enim intelligibiles ſuo modo ab eſſentia fluentes plurimum addunt ad eſſentiam in repreſentando, licet eſſentia quo ad eſſe ſimpliciter nobilior ſit. Vltra. Si igitur &c. Dico quòd ſic, quia ſunt a natura. Vltra Habitus, & potentia eſſent vnum. Negatur conſequentia, quia per potentiam poteſt cognoſcere; ſicut per immediatum principium effectiuum intellectionis. Sed non repreſentare, & eſſe ſimilitudo intelligibilium. Quare non ſunt vnum, nec idem officium habent &c. Vide ſimile huius ſolutionis in Scoto 1. ſententiarum diſt. 17. ad argumenta iuxta tertiam opinionem, vbi vult, quòd quia potentia, & habitus ſunt diuerſarum rationum, ideo quod conuenit vni ex propria ratione alteri conuenire non poteſt &c. Scotus.

¶ Nota autem, quòd poteſt ſuperaddi aliquid naturaliter potētiæ, quod per potentiam fieri nequit, dupliciter, tum quia ſuperadditio eſt miraculoſa, ſed ſecundùm ordinem naturæ; tum etiam, quia eſt ſuperadditio eius, quod eſt ſecundùm naturam rei. Sic ſpecies intelligibiles in Angelis vtroque modo ſunt naturales, fluūt enim a natura Angelica, tanq̄ proprię paſſiones cōnaturales &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd natura non æqualiter ſe habet ad cauſandas omnes diuerſitates habituum, quia quidam poſſunt cauſari a natura, quidam non, vt ſupra dictum eſt,* & ideo non ſequitur ſi aliqui ſunt habitus naturales, quòd omnes ſint naturales.

¶ Dicendum ꝙ maior eſt vera ad ſanum ſenſum, nō ꝙ omnia neceſſaria tribuat in ſe. Sed quia tribuit principia, quibus neceſſaria haberi poſſunt. Et hoc in iſtis inferioribus, quę hñt procedere de imperfecto ad perfectum. Sicut homini rōnem, & manus quibus neceſſaria procurare pōt. Supra q. 5. ar. 5. ad primū. Ad minorē dico, ꝙ aliqui ſunt in homine a natura; illi videlicet per quos natura mediante exercitio alios neceſſarios acquirere poteſt. Sed negatur conſequentia, quia natura hominis pſertim, defectiua eſt. Et ſm gradū ſuæ intellectualitatis nō dēt aliquē habitū cognitiuū hñe. ſ. ſpeciem intelligibilem, vel ēt habitum aſſenſiuum completè. Sed vtriuſq; principium habet. ſ. intellectum agentē, in quo habitus principiorū radicaliter innati ſunt, non ſic de alijs habitibus &c. Vltra; ergo habitus. Verum, omnis qui repugnaret gradui intellectualitatis in homine, q̄ creatus eſt in vmbra intelligētiarum. Secus in Angelis, vbi omnes habitus neceſſarij ſunt cōcreati. De materia ſecundæ, & tertiæ ſolutionis habet D. S. 1. par. q. 55. arti. 1. & 2. vbi videbitur de impugnationibus Scoti. Multa enim hic ſupponuntur vera, quę ipſe impugnat, ſed de his alibi.

A Infra q. 85. articu. 2. & Mal. q. 2. articu. 11. ad 1. & 6. Ethic. q. 1. arti. 2. co. & ad 10. & articul. ad 13.

Vtrum aliquis habitus poſſit ex actu cauſari.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd nullus habitus poſſit ex actu cauſari. Habitus enim eſt qualitas

* q. 49. ar. 1. qua'itas quædam, vt ſupra dictum eſt,* omnis autem qualitas cauſatur in aliquo ſubiecto inquantum eſt alicuius receptiuum; cum igitur agens ex hoc, quòd agit, non recipiat aliquid; ſed magis ex ſe emittat, videtur ꝙ non poſſit aliquis habitus in agente ex proprijs actibus generari.

¶ 2 Præterea. Illud in quo cauſatur aliqua qualitas mouetur ad qualitatem illam; ſicut patet in re calefacta, vel infrigidata; quod autem producit actum cauſantem qualitatem mouet, vt patet de calefaciente, vel infrigidante; ſi igitur in aliquo cauſaretur habitus per actum ſuipſius, ſequeretur, quòd idem eſſet mouens, & motum, agens & patiens, quod eſt impoſſibile, vt dicitur in 6. Phyſicorum. * Ariſto. * Tex. 8.

¶ 3 Præterea. Effectus non poteſt eſſe nobilior ſua cauſa; ſed habitus eſt nobilior, quàm actus præcedens habitum, quod patet ex hoc, quòd nobiliores actus reddit; ergo habitus non poteſt cauſari ab actu præcedente habitum.

Ariſto. c. 1. & 2. ¶ Sed contra eſt, quòd Philoſophus in 2. Ethi. docet habitus virtutum, & vitiorum ex actibus cauſari.

¶ Quærit hic de cauſa extrinſeca. Et primò creata, deinde increata ar. 4. Primò oſtendit, quòd aliqui habitus poſſunt cauſari ex actu præſenti ar. 2. deinde quomodo ar. 3.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd in agente quandoque eſt ſolùm actiuum principium ſui actus; ſicut in igne eſt ſolùm principium actiuum calefaciendi, & in tali agente non poteſt aliquis habitus cauſari ex proprio actu; & inde eſt, quòd res naturales nō poſſunt aliquid conſuescere, vel diſſuescere, vt dicitur in ſecundo Ethic. * * Prin. li.

¶ D.S. reſponder duabus concluſionibus, ſecundùm duo membra vnius diſtinctionis, cuius primum membrum, & primam cōcluſionem ei correſpondentem ponit in principio. Secundò ſecūdum membrum cum ſecunda concluſione, ibi. Inuenitur autē. Diſtinctio ergo eſt, ꝙ duplex eſt agens, vnum quod eſt principium actiuum tantùm. Aliud in quo inuenitur principium actiuum, & paſſiuum ſui actus. Concluſio prima. In agente in quo eſt actiuum principium, non poteſt aliquis habitus ex actu ſuo cauſari. Probatur ex fundamento tacto ſup. q. 49. ar. 4. In quocunq; eſt habitus, illud habet aliquid potētiale receptiuum ipſius habitus, quod eſt & determinabile per habitum. Sed tale agens non habet aliqd huiuſmodi potentiale; ſed eſt actiuum tantùm, igitur non poteſt ex actu ſuo in ſe cauſare habitum. Præmiſſæ patent ex dictis. Et exēplum minoris eſt de igne, in quo eſt ſolū principium actiuum calefaciendi. Vnde non poteſt calefieri, nec etiam infrigidari, licet calor eius remitti poſſit. Sed in propoſito valet exemplum; qa ſolū calefacit actiuè, & nullo modo calefit paſſiuè. Et cōfirmat D.S. concluſionem a ſigno, ibi. Et inde eſt &c. vt in litera.

¶ Inuenitur autem aliquod agens in quo eſt principium actiuum, & paſſiuum ſui actus; ſicut patet in actibus humanis; nam actus appetitiuę virtutis procedunt a vi appetitiua, ſecundum quòd mouetur a vi apprehenſiua repreſentante obiectum. Et vlterius vis intellectiua ſecundùm quòd ratiocinatur de concluſionibus habet ſicut principium actiuum propoſitionem per ſe notā.

¶ Hic procedit ad ſecundam concluſionem, cui præmittit ſecūdum membrum diſtinctionis ſupradictæ. Deinde infert cōcluſionē ipſam, ibi. Vnde ex talibus. Secundum ergo membrum diſtinctionis eſt, ꝙ aliquod agens habet in ſe principium actiuum, & paſſiuū ſui actus, ita videlicet, ꝙ habet in ſe principium effectiuū actus. Et etiam receptiuum (ita ꝙ per paſſiuum intelligatur omne receptiuum actus eriam perfectiui.) Et exemplificat D.S. explicādo illud membrum de prineipio actus humani moralis, quod eſt vis appetitiua, & etiam de principio actus cognitiui. Et patent clarè in litera. Et nota verba Doct. San ibi. Nam actus appetitiui &c. Ex quibus ſatis haberi poteſt, ꝙ apprehenſio eſt ratio agendi appetitiuę virtuti, & concauſa actus eius. Et ꝙ rō agendi appetitiuę virtutis non oportet appetitui inhærere formaliter; ſed ſufficit, ꝙ inſit formaliter apprehenſiuę in eodem ſuppoſito coniunctæ ipſi appetitiuę &c. Concordat Scotus in ſecundo di. 3. q. penult. ad argumenta pro prima opinione; quia obiectum præſens alicui potētiæ cognitiuę per idem eſt præſens appetitiuę correſpondenti illi cognitiuę. Et appetitiua non eſt nata habere obiectum in ſe eo modo quo eſt præſens potentiæ cognitiuę, hæc ille, & bene; quia res cognita, & appetitus ſunt completum effectiuum principium actus appetitiui &c. Conſequenter cum dicit. Ratio appetendi nō inhæret appetitui. Scotus.

¶ Vnde ex talibus actibus poſſunt in agentibus aliqui habitus cauſari, non quidem quātum ad primum actiuū principium; ſed quātum ad principium actus, quod mouet motum; nā omne, quod patitur, & mouetur ab alio, diſponitur per actum agētis; vnde ex multiplicatis actibus generatur quædam qualitas in potentia paſſiua, & mota, quæ nominatur habitus.

¶ Infert concluſionem ſecundam talem. In agētibus in quibus eſt principium actiuum, & paſſiuum, poſſunt ex actibus illorum agentium habitus cauſari ſecundùm potentiam paſſiuam, vt ſic. Hanc concluſionem primò probat ratione, ſecūdò exemplariter, & experimentaliter, ibi. Sicut habitus virtutū. Ratione ſic. Ex multiplicatis actibus generatur quædam qualitas in potentia paſſiua ab agente. Sed talis qualitas vocatur, & poteſt eſſe habitus, igit q̄ agens multiplicatis actibus agit, generat habitum; quātum ad potentiam paſſiuam, & non quantum ad principium primū actiuū. Maior patet. Nam omne, quod patitur, & mouetur ab alio diſponitur per actum agentis, igitur ſi multiplicatis actibus agat, generat diſpoſitionem permanentem, & habitualem, vel ſecundùm naturam, vel ſecundùm modum eſſendi.

¶ Et nota ꝙ D.S. dicit notanter. Non quidem quantum ad primum principium actiuum &c. Sicut primum principium ſcientię immobile eſt potentia intellectiua cum habitu principiorum qui eſt intellectus innatus. Et ex multiplicatis actibus non generat habitus in tali principio, vt ſic, quia habet ſe, vt mouens tantùm. Similiter ratio cum ſyndereſi, & cum naturali potētiali inclinatione voluntatis ad bonum, eſt primum principium virtutis, quæ eſt in appetitu inferiori. Et nullus ibi generatur habitus, vt ſic. Et hoc etiam tangit ſolutio primi, quia intellectus potentia ſecundùm ſe eſt receptiuum habitus, & habet ſe paſſiuè. Sed acceptus cū intellectu agente, & habitu principiorum, eſt principium actiuū. Quare D.S. dicit. Non quidem quantum ad primum principiū actiuū. Per quod intellr, ꝙ dictum eſt. ſ. potentia cum habitu, vel habitus ipſe &c. Nota etiam circa minorem, & probationem maioris, ꝙ talis qualitas cauſata in mouente moto poteſt eſſe habitus, vel habitualis diſpoſitio; quia per frequentes actus poteſt generari aliqua qualitas, quæ ex natura ſua habet cauſas ſtabiles. Poteſt etiam cauſari, quod abſto, non habeat cauſas ſtabiles, tamen per modum permanentis eſſe. Tamen D.S. magis loquitur de habitu ſacūdū naturam, quia de his, quæ generantur per actus animæ immanentes, & non de generatis per actus tranſeuntes in corpus. Et ergo loquitur de per ſe habitibus. Deinde ibi.

¶ Sicut habitus virtutum moralium cauſantur in appetitiuis potentijs, ſecundùm quòd mouentur a ratione, & habitus ſcientiarum cauſantur in intellectu, ſecūdùm quòd mouentur a primis propoſitionibus.

¶ Explicat concluſionem exemplo. Sicut habitus virtutum &c. vt in litera. Et nota verba D.S. cum dicit. Sicut habitus virtutū moralium cauſantur in appetitiuis potentijs ſecundùm ꝙ mouētur a ratione; quia ſuffragantur dictis in ar. præcedenti vbi dictū fuit, quòd virtus appetitiua non eſſet inchoata in appetitu; ſicut in immediata radice; quia virtus nō prodit in actum completum ex ſolo appetitu, ſed magis ex ratione mouente appetitum, per frequētia dictamina practica; ſecus de habitu principiorum, qui immediatè in actum egreditur per lumen intellectus &c. Vide de hac materia in D.S. in tertio di. 33. q. 1. ar. 1. q. 2.

ARGVMENTVM in cōtrariū eſt ꝙ ſecunda cōcluſione.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd agens inquantum eſt agens, non recipit aliquid; ſed inquantum agit motum ab alio, ſic recipit aliquid a mouente, & ſic cauſatur habitus.

¶ Dicendum. Conceditur totum, vſque ibi. Cum igitur agens ex hoc, quòd agit non recipit aliquid. Verum eſt. Tamē agit quandoque agens, non ſe ſolo, ſed cum alio comprincipio, & coagente. Et recipit ipſum tantùm. Vltra videtur &c. Negatur. Si intelligitur, quòd nullo modo. Sed verum, quòd vt agens eſt, non generatur aliquid; ſicut in intellectu accepto cum principio primo ſciētiæ (ſcilicet cum propoſitione per ſe nota) non generatur aliquid in intellectu. Sed quia intellectus eſt motus a propoſitione per ſe nota mediante habitu intellectus. ideo vt motus eſt, recipit habitum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd idem ſecundùm idem non poteſt eſſe mouens, & motum; nihil autem prohibet idem a ſeipſo moueri, ſecundùm diuerſa, vt in 8. Phyſicorum, * probatur. * Tex. 28.

¶ Dicendum, conceditur totum vſque ibi. Sequeretur quòd idē eſſet mouens, & motum, agens & patiens. Negatur quòd idem eſſet, immo agens, & patiens diſtinguuntur realiter, quia agens totale eſt potentia intellectiua cum propoſitione per ſe nota cognita, & cui aſſenſum eſt mediante intellectu habitu, & cū intellectu agente, patiens autem eſt intellectus ſe ſolo acceptus.

¶ Vel

¶ Vel secundò, vt D.S. habet, idē esset agens, & patiens; sed non vt agens est patiens; sed vt motum ab alio. Vel est agens, & patiēs, mouens, & motum secundùm diuersa. Et hoc nō est inconueniēs. De ista materia aliquid supra tactum fuit. An videlicet oporteat realiter distingui mouens, & motum. q.9. ar.3. Vide & infra q.85. ar.1. ad tertium. Nam res ista problematica est. Sed videtur cōformius principio Metaphysico; quia oportet agens, & patiens realiter distingui, licet non semper suppositaliter.

¶ Ad tertium dicendum, quòd actus præcedens habitum inquantum procedit a principio actiuo, procedit a nobiliori principio, quàm sit habitus generatus; sicut ipsa ratio est nobilius principium, quàm sit habitus virtutis moralis in vi appetitiua per actuum consuetudines generatus; & intellectus principiorum est nobilius principium, quàm scientia conclusionum.

¶ Dicendum, ad maiorem respondet D. S. in quarto dist. 1. q. 1. ar. 4. quæstiuncula 1. ad tertium. Effectus non est nobilior sua causa. Verū, principali, & totali. Potest tamen esse nobilior sua causa instrumentali. Et secundò, effectus non est nobilior causa, vt causa est. Ad minorem. Habitus est nobilior, quàm actus præcedens. Verū, secundùm se, sed non est nobilior principio a quo actus procedit, quod principium est causa principalis, actus autē quasi instrumentum; sicut intellectus principiorum cum actuali assensu principiorum, quid nobilius est, quàm scientia; & ratio cum syndereſi nobilius aliquid est, quàm virtus in appetitu. Et per iam tacta, & per dicta D.S. in quarto, vbi iam ad quartum patet ad quæstionem. Vtrum actus sit causa vniuoca, vel æquiuoca; quia nec sic nec sic, potest tamen reduci ad vnum horum. Si causa principalis fuerit vniuoca; quia vniuocum, vel æquiuocum sunt determinationes causæ principalis, non instrumentalis.

¶ Nota tamen circa hæc, quòd instrumentum magis propriè est causa minus principalis separata a principali agente mota ad effectum. Quare potentia, vel actus agentis non propriè sunt causa instrumentalis; sed magis causa, & conditio, vel ratio causandi. Vnde actus est ratio efficiendi habitum, non autem propria causa instrumentalis &c.

Vtrum per vnum actum possit generari habitus.

N Infra q. 71. art 4 co. Et 1.d.17.2.q.3 Et ver.q.1. art.9.ad 11. & 13. AD tertium sic proceditur. Videtur quòd per vnū actū possit habitus generari. Demonstratio enim actus rationis est; sed per vnam demonstrationem causatur scientia, quæ est habitus conclusionis vnius; ergo habitus potest causari ex vno actu.

¶ 2 Præt. Sicut contingit actus crescere per multiplicationem, ita contingit actum crescere per intensionem; sed multiplicatis actibus generatur habitus; ergo etiam si multum intendatur vnus actus poterit esse causa generatiua habitus.

¶ 3 Præt. Sanitas, & ęgritudo sunt habitus quidam; sed ex vno actu contingit hominem, vel sanari, vel infirmari; ergo vnus actus potest habitum causare.

Aristo. * Cap.7. ¶ Sed cōtra est, quod Philosophus dicit in primo Ethicorum,* quòd vna hyrundo ver non facit, nec vna dies; ita vtique, nec beatum, nec felicem vna dies, nec paucū tempus; sed beatitudo est operatio, secundùm habitum perfectæ virtutis, vt dicitur in primo Ethico. * ergo habitus virtutis, & eadem ratione alius habitus non causatur per vnum actum.

* Ca.7. & 8. & 10. & 13.

¶ Hic quærit de modo quo generetur habitus ex actu. An videlicet statim ex vno, vel ex multis successiuè.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut iam dictum est, habitus per actum generatur inquantum potentia passiua,* mouetur ab aliquo principio actiuo. Ad hoc autē, quòd aliqua qualitas causetur in passiuo, oportet quòd actiuum totaliter vincat passiuum; vnde videmus, quòd quia ignis non potest totaliter vincere suum combustibile, non statim inflammat ipsum; sed paulatim abijcit contrarias dispositiones, vt sic totaliter vincens ipsum, similitudinem suam ipsi imprimat. Manifestum est autem, quòd principium actiuum, quod est ratio, non totaliter potest superuincere appetitiuam potētiam in vno actu, eo quòd appetitiua potentia se habet diuersimodè, & ad multa; iudicatur autem per rationem in actu vno aliquid appetendum secundùm determinatas rationes, & circunstantias; vnde ex hoc non totaliter vincitur appetitiua potentia, vt feratur in idem, vt in pluribus per modum naturæ, quod pertinet ad habitum virtutis, & ideo habitus virtutis non potest causari per vnum actum, sed per multos.

*Ar.præc.

¶ D.S. distinctè respondet secundùm diuersitatem habituum, & subiectorum; quia sunt potentiæ appetitiuę apprehensiuę, & corpus subiectum habituum. Vnde primò respondet de habitu potētiæ appetitiuę. Secundò de habitu potentiæ apprehensiuę ibi. In apprehensiuis autem &c. Tertiò de habitu, vel quasi habitu corporis, ibi. Habitus autem corporales &c. Circa primum est talis conclusio responsiua. Habitus virtutis non potest causari per vnum actum, sed per multos. Pro probatione conclusionis supponitur in principio articuli ex articulo secundo, quòd habitus per actū generatur, inquantum potentia passiua mouetur ab aliquo principio actiuo. Tunc arguitur in litera clarè. Maior ibi. Ad hoc autem. Minor ibi. Manifestum est autem &c. Et declaratur præmissæ clarè. Et nota, quòd voluntas quidem statim de se sequitur rationem in proprio bono, sed vt tendit etiam in bonū alterius conformiter rectè rationi, indiget frequenti motione secūdùm diuersas motiones præceptiuas, ex quibus tandem inducitur habitus. Et appetitus sensitiuus in quo sunt virtutes circa passiones, nō statim vincitur, vt patet. Nec statim fit, vt voluntas non sequatur tactum sensualitatis in materia passionis. Ideo virtus circa passiones in appetitu sensitiuo non statim generatur. Nec habitus, qui est in voluntate respectu passionum ad sensum infra dicendum. q.56. ar.6. Appetitus quoque sensitiuus multipliciter in multiplicia bona sensualia tendere potest, & multis modis secundùm diuersas circunstantias; ideo vt feratur, vt in pluribus per modum naturæ in bonum conformiter rectæ rationi, oportet frequentare actus &c.

¶ In apprehensiuis autem potentijs considerandum est, quòd duplex est passiuum, vnum quidem ipse intellectus possibilis, aliud aūt intellectus quem vocat Aristoteles,* passiuum, qui est ratio particularis, id est vis cogitatiua cum memoratiua, & imaginatiua.

* Lib.de aīa tex.35

¶ Hic consequenter D.S. respondet de habitu potentiæ apprehensiuæ, de qua potentia primò distinguit, secundò secundùm illam distinctionem ponit duas conclusiones, primam ibi. Respectu igitur primi &c. Secundam ibi. Sed quantū ad inferiores &c. Circa primum ponit notabile distinctiuum de potentijs apprehensiuis; quia vna est intellectus possibilis, alia est ratio particularis, vel intellectus passiuus de quo etiā habet D.S. 1.p.q.79 art.2.ad 2.

Intellectus passiuus quis.

¶ Nota hic verbum D.S. de intellectu passiuo, quia 1.par. vbi ita dicit secundùm aliquos per intellectum passiuum intelligi rationem particularem, quæ est cogitatiua hominis. Sed hic ex prijs loquens dicit intellectum passiuum comprehendere cogitatiuam cum memoratiua, & imaginatiua. Et tunc facile est verificare, quod dicit Philosophus. 3. de anima. s. quòd intellectus passiuus corrūpitur; quia tales vires sunt in organis corporeis, & per consequens cum corpore corumpuntur. Deinde cum dicit.

¶ Respectu igitur primi passiui, potest esse aliquod actiuum, quod vno actu totaliter vincit potentiam sui passiui; sicut vna propositio per se nota conuincit intellectum ad assentiendum firmiter cōclusioni, quod quidem nō facit propositio probabilis; vnde ex multis actibus rationis oportet causari habitum opinatiuum, etiam ex parte intellectus possibilis. Habitum autem scientiæ possibile est causari ex vno rationis actu quantum ad intellectum possibilem.

¶ Ponit talem conclusionem primam quo ad primum membrum. In intellectu possibili potest aliquis habitus per vnū actū causari, aliquis verò non. Et explicatur conclusio, quia scientia potest per vnum actum causari, non autem habitus, qui est opinio. Probatur, in passiuo quod per actiuum vincitur vnico actu generatur habitus per vnum actum, sed vna propositio per se nota cōuincit intellectum ad assentiendū firmiter conclusioni, quod non facit propositio probabilis, (subsumitur.) Sed propositio per se nota in demonstratione, quę est actus mediante assensu, causat scientiam, probabilis verò opinionem, igitur sequitur conclusio quo ad primam partem, ibi. Habitum autem scientiæ. Quo ad secundā ibi. Vnde ex multis actibus &c. Præmissæ relinquuntur notæ, & præsertim maior ex dictis circa primam conclusionem.

¶ Nota autem pro maiori explicatione minoris, quòd tam intellectus, quàm voluntas sunt potentiæ liberæ a coactione (Esto Homo possit cogi ad actum intellectus, non autem ad actum voluntatis.) Tamen vt dictum est secundùm se consideratæ, & abstractę a supposito sunt liberę a coactione, tamen quo ad libertatem contradictionis voluntas ex natura sua magis libera est intellectu, quia

quia voluntas solū necessariò vult vltimum finem, non autem aliquod aliorum in quibus aliquis defectus inueniri potest. Intellectus autem necessitatur, & necessariò assentit nō solū primis principijs; sed etiam omnibus conclusionibus demonstratis. Quare ex maioritate libertatis appetitiuę virtutis (libertatis dico contradictionis, & quo ad specificationem, & exercitium actus) prouenit, quòd appetitus etiam intellectiuus non vincitur vno actu; sicut ratio per vnum actum demonstratiuum.

¶ Potest & alia ratio assignari de appetitu sensitiuo; quia ex corruptione naturæ inest aliqua cōtraria dispositio virtuti, immo ex natura sibi relicta est repugnantia appetitus inferioris præsertim ad rationem. Non autem est aliqua dispositio contraria in intellectu ad verum, nec priuatiuè, nec positiuè; immo naturalis habitudo est intellectus ad verū, ideo intellectus statim a vero necessariò conuincitur, ex quo causatur firmus assensus, & scientia. Non sic appetitus a bono rationis, cuius contraria dispositio adest. Et præterea bonum rationis, esto habeat necessariam connexionem cum beatitudine vera, & secundùm particularem rōnem, nō tamē secundùm rationem communem. Vnde multi statuerunt beatitudinem in his, quæ sunt contraria virtuti. Quare appetitus non statim firmiter, & immobiliter acceptat, & immobiliter afficitur ad bonum virtutis. Et per consequens nō statim generatur virtus moralis, quæ consistit in tali affectione habituali, & firma &c. Potest enim in appetitu sensitiuo inueniri triplex difficultas ad virtutē. Prima est inquantum ex natura sua inclinatur in bonum secūdū sensum, ratione cuius habet repugnātiam ad bonum virtutis. Secundò est ex delectatione connata, quæ plerunque est contra virtutē. Et tertia est ex dispositione ex actibus relicta, & hoc in adultis. Voluntas autem habet difficultatem ad bonum alienum, non ad bonum rationis in materia passionum; sed ne a bono rationis recedat propter passiones, ponuntur aliqui habitus in voluntate. Sed de hoc infra. Deinde ibi.

¶ Sed quantum ad inferiores vires apprehensiuas necessarium est eosdem actus pluries reiterari, vt aliquid firmiter memoriæ imprimatur.

¶ Subiungit secundam conclusionem quo ad secundum membrum prædictę distinctionis. In viribus apprehensiuis inferioribus (.i. sensibus interioribus, vt in cogitatiua, & memoratiua) vt aliquid firmiter imprimatur (scilicet habitualiter) necessariū est eosdem actus pluries reiterari.

¶ Et nota q; in illis etiam ponuntur habitus, vt patuit q. 50. ar. 3. ad tertium. Illa conclusio primò probatur, secundò confirmat auctoritate Philosophi, ibi. Vnde Philosophus. Et potest ,pbari ista conclusio, quia in potentia affixa organo corporeo non imprimitur aliquid firmiter, nisi per frequentes actus; sed istę potentiæ sunt in organo corporeo, igitur. Maior patet ex differentia potentiæ inorganicæ, & organicæ; quia inorganica immobiliter recipit, & firmiter, non sic organica. Vnde & in diuersis diuersimodè corporaliter dispositis imaginatiua aliter recipit, & memoratiua aliter retinet secundùm dispositionem, quæ est secundùm siccitatem, vel humiditatem organorum, vt patet secundo de anima. Consequenter cum dicit.

¶ Vnde Philosophus in c. de memoria, & reminiscētia; * dicit quòd meditatio confirmat memoriam.

* Cap.2.

¶ Confirmat eandem conclusionem auctoritate Philosophi in litera, de qua auctoritate vide secunda secundæ q.49. ar. 1. ad secūdum, vbi habetur quomodo memoria non sit perfectè a natura; sed complementum habet ex quatuor &c.

¶ Habitus autem corporales possibile est causari ex vno actu, si actiuum fuerit magnæ virtutis; sicut quādoque medicina fortis statim inducit sanitatem. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

¶ Hic vltimò D. S. respondet de habitu corporis. Et ponit talē conclusionem, habitus (largè vt patuit q. 50. articu. 1.) corporales possunt causari per vnum actum, probatur, actiuum forte, & magnæ virtutis potest vnico actu vincere corpus; igitur vno actu potest causare dispositionem habitualem; consequentia patet ex dictis in prima conclusione. Antecedens probatur de medicina forti, quæ semel sumpta statim inducit sanitatem, quæ potest inesse per modum habitus.

¶ Nota quòd agens in corpus potest corrumpere vnico actu dispositionem priorem, & inducere aliam, & sic verificatur ista conclusio. Sed habitus memoratiuus, & imaginatiuus non sic causat per agens corporeum virtuosum; sed per actum immanentem illis potentijs, qui non est tantæ virtutis, vt statim dispositionem habitualem imprimere possit. Et ergo non est par ratio de dispositione corporali, & habitu illarum potentiarum apprehensiuarū, quo ad fieri per vnum actum. Et præterea dispositiones illarum virium propinquius accedunt ad rationem habitus propriè dicti, & per naturam, quàm dispositiones corporales exteriores. Et vt dictum est non fiunt per agens actione naturali physica; sicut dispositiones corporales. Actio autem realis physica fortior est &c.

¶ Argumenta soluenda sunt pro, & contra. Et primò dicitur ad argumentum in contrarium, quòd illa prima pars consequentis conceditur, quòd virtus moralis non causatur per actum vnum; sed secunda pars negatur (Et eadem ratione alius habitus) præsertim in intellectu; quia appetitus cuius est virtus moralis habet se ad opposita, & ad bonum, & malum morale, & habet difficultatem ad bonum rationis, vt patuit; ideo vt ad vnum tantùm determinetur, oportet actus multiplicari; sed intellectus naturaliter inclinatur in verū tantū; ideo si verū fuerit forte, statim vincit &c.

¶ Ad primum dicendum ad consequens; ergo habitus. Verum intellectualis aliquis, per actiuum, quod propositum statim vincit intellectum, potest causari per vnum actum; quia tale passiuum non consistit in dispositione contraria quam oporteat prius abijcere; sicut sensualitas de se prona est in contrarium rationis; ideo vt vincatur, oportet pluries repetere actiones, & sunt variæ circūstantiæ. Voluntas etiam ad varia se habet, & præsertim quo ad bonum alterius. Et quia quandoque subiacet vitio oppositō, quod oportet abijcere; sicut potest subesse habitui incontinentiæ; sicut concupiscibilis intemperantiæ. Et etiam in puero pergente ad adultam ætatem, sensualitas non statim vincitur a ratione; quia sensus hominis proni sunt ad malum ab adolescentia propter peccatum originale, sensus autem trahunt voluntatem ne promptè eligat secundùm dictamen rationis, quę etiam secundùm se habet difficultatem ad bonum alterius.

¶ Ad secundum dicendum ad consequens; ergo si multum intendatur vnus actus poterit esse causa habitus. Verum, in potentia, quæ non habet contrariam dispositionem, & actus est adeo intensus, vt vincat passiuum, & probat etiam secūdā conclusionē.

¶ Ad tertium dicendum, quòd concludit de habitu corporali, & quartam conclusionem.

Vtrum habitus hominibus infundatur a Deo.

O 1.d.17.q.1. ar.3.cor. Et 3.di.3.q.3 art 2. ad 3. Et Veri. q. 12.ar.1.ad 7 AD quartum sic proceditur. Videtur quòd nullus habitus hominibus infundatur a Deo. Deus enim æqualiter se habet ad omnes, si igitur quibusdam infundit habitus aliquos, omnibus eos infundet, quod patet esse falsum.

¶ 2 Præt. Deus operatur in omnibus secundùm modum qui conuenit naturæ ipsorum; quia diuinæ prouidentiæ est naturam saluare, vt dicit Dionysius 4.ca. de Di. no. sed habitus in homine naturaliter causantur ex actibus, vt dictum est, non ergo causat Deus in hominibus aliquos habitus absque actibus.

Dionys.4. * Ar.præc.

¶ 3 Præt. Si aliquis habitus a Deo infunditur, per illum habitum Homo potest multos actus producere; sed ex illis actibus causatur similis habitus, vt in secundo Ethi. * dicitur, sequitur ergo duos habitus eiusdem speciei esse in eodem, vnum acquisitum, & alterum infusum, quod videtur esse impossibile, non enim duæ formæ eiusdem speciei possunt esse in eodem subiecto, nō ergo habitus aliquis infunditur homini a Deo.

Aristo. *Ca.1.& 2.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Eccl. 15. Impleuit eum dominus spiritu Sapientiæ, & intellectus; sed sapientia, & intellectus quidam habitus sunt; ergo aliqui habitus homini a Deo infunduntur.

Eccl.15.

¶ Quærit hic de causa supernaturali. An aliqui habitus possint immediatè causari a Deo.

¶ Respondeo dicendum, quòd duplici ratione aliqui habitus homini a Deo infunduntur. Prima ratio est; quia aliqui habitus sunt quibus Homo benè disponitur ad finem excedentem facultatem humanæ naturæ, qui est vltima, & perfecta hominis habitudo, vt supra dictum est. * Et quia habitus oportet esse proportionatos ei ad quod Homo disponitur secundùm ipsos; ideo necesse est, quòd etiam habitus ad huiusmodi finem disponentes excedant facultatem humanæ naturæ; vnde tales habitus nunquàm possunt homini inesse, nisi ex infusione Diuina; sicut est de omnibus gratuitis virtutibus.

*q.3.art 5. *q.5.art.5.

¶ In principio corporis Doct. Sanct. ponit talem conclusionem responsiuam: Aliqui habitus infunduntur a Deo (videlicet non acquisibiles per naturam, & etiam qui possunt acquiri per naturam) Probat eam duplici medio, secūdum ibi. Alia ratio. Prima ratio ostendit necessitatem infusionis habituum supernaturalium, qui distinguūtur specie ab acquisitis. Et arguitur hic. Oportet habitus esse proportionatos ei ad quod Homo disponitur secundùm ipsos. Sed Homo per aliquos habitus disponitur ad finē excedentem facultatem humanę naturæ (scilicet vltimam, & perfectam

fectam beatitudinem ſupernaturalem) ideo neceſſe &c. vt in litera(Subſumitur.) Sed habitus excedens facultatem humanæ naturæ non poteſt eſſe, niſi a Deo, igitur talis habitus nũquàm &c. vt in litera.Et iſta concluſio patet de omnibus virtutibus gratuitis quæ ſcilicet connectuntur cum gratia, vt theologicæ, & morales infuſę de quibus infra. Minor patuit ſupra quæſtio.3. articu.5. & quæſtio.5.articu.5. & patebit etiam infra quæſtio.62.quia Homo ordinatur ad duplicem beatitudinem. Vnam proportionatam,& ad illam peruenire poteſt per virtutem acquiſibilem per naturã. Alia excedit naturam hominis , & ad illam peruenire poteſt per virtutem diuinitus infuſam,& illa eſt habitus de quo loquitur minor.Probat autem maiorem præcedentis rationis , quæ de ſe patet;quia nihil diſponit ad aliquid improportionatum.Habitus autem eſt diſpoſitio;ergo &c.

¶ Alia ratio eſt ; quia Deus poteſt producere effectus cauſarum ſecundarum abſque ipſis cauſis ſecundis , vt in primò dictum eſt. *

*1.par.qõ. 105.ar.6.

¶ Hic conſequenter probat alio medio oſtendente congruentiam infuſionis habituum,qui poſſunt etiam acquiri per actus noſtros.ſ.ijdem in ſpecie.Circa hanc rationem primò prẽmittit vnũ ſuppoſitum.Secundò ex hoc arguit ad propoſitum,ibi. Sicut igitur &c. Supponitur ergo ex prima par.quæſtio. 105. artic.6. quòd Deus poteſt producere effectus cauſarum ſecundarum abſque ipſis cauſis ſecundis.

Cuius cauſę effectiuę Deus põt ſupplere cauſalitatẽ

¶ Nota autem circa hoc ſuppoſitum , quòd ſan è debet intelligi. ſ. de cauſa ſecunda effectiua , & non de quacunque effectiua. ſed agente per motum, & operationem mediam,quæ eſt propriè effectiua.Vnde Deus non poſſet ſupplere cauſalitatem effectiuam animæ ſuper ſuas potentias; quia non eſt per actionem mediam; ſed naturalem reſultationem. Et præterea debet intelligi de cauſa effectiua , quæ non habet neceſſariò annexam imperfectionem, quæ eſt ex informatione. Vnde Deus non poſſet ſupplere cauſalitatem potentiæ viſiuę ſuper viſionem , ita quòd aliquid videret, ſine potentia viſiua;quia potentia viſiua, eſt ita principium viſionis effectiuum , vt cum hoc neceſſariò informet videntem , Deo autem repugnat informatio, vt hic ſupponitur. Similiter non eſt intelligendum ſuppoſitum,quòd Deus poſſet ſupplere cauſalitatem cauſæ ſecundæ intrinſecæ.ſ.materialis,vel formalis. Nec effectum earum producere ſine illis ; quia illarum cauſalitas neceſſariò eſt cum imperfectione,quæ a Deo longè religanda eſt. Quare intelligitur ſuppoſitum,Deus poteſt ſupplere vicem cauſarum ſecundarum efficientium , quarum cauſalitas non arguit imperfectionem , quando ſcilicet cauſa ſecunda efficiens ſolùm ſe habet effectiuè propriè,tunc enim non patitur calumniam.Et licet poſſet Deus producere viſionem ſine potentia viſiua, nõ tamen poſſet oculus videre ſine ipſa. Nec poſſet Deus producere viſionem oculi,vt ſic,ſine potentia viſiua, de his prima par.quæſt.12.arti.5. Conſequenter cum dicit.

¶ Sicut igitur quandoque ad oſtenſionem ſuæ virtutis producit ſanitatem abſque naturali cauſa,quæ tamen per naturam poſſet cauſari;ita etiã quandoque ad oſtendendum ſuam virtutem, infundit homini illos habitus, qui naturali virtute poſſunt cauſari ; ſicut Apoſtolis dedit ſcientiam ſcripturarum, & omnium linguarum,quã homines per ſtudium , vel conſuetudinem acquirere poſſunt , licet non ita perfectè.

¶ Arguitur ex illo ſuppoſito ſic, Deus quandoque ad oſtenſionem ſuæ virtutis, producit ſanitatem abſque naturali cauſa, quæ tamen ſimilis in ſpecie poſſet cauſari per naturam; ergo etiam ad oſtendendum quandoque ſuam virtutem,infundit homini tales habitus,qui(ſcilicet ſimiles ſpecie) naturali virtute poſſunt cauſari.Antecedens patet ex Euangelio in multis locis , & in veteri teſtamento.Et patet in ſimili de oculis quos Chriſtus cęco nato dedit,qui fuerunt eiuſdem rationis cum oculis, quos natura produxit,vt habet Doct.Sanct.etiam 1. par. quæſt.94.arti.3.ad primum. Conſequentia tenet a ſimili. Et conſequens confirmatur de Apoſtolis in litera.Et de primo homine 1.par. vbi iam in eadem ſolutione ; quia ſcientia Adæ infuſa reſpectu naturalium , fuit eiuſdẽ ſpeciei cum noſtra acquiſita.

Infuſio nõ ſemper diſtinguit ab acqſitione.

¶ Nota propter iſta exempla hic breuiter, quòd infuſio, & acquiſitio aliquorum effectuum dupliciter poteſt ſe habere ad effectus.Vno modo per accidens,alio modo per ſe.Tunc autem infuſio ſe habet per accidens, quando forma eadem poteſt haberi per infuſionem diuinam,& per acquiſitionem naturalem.Vnde tunc penes infuſum,& acquiſitum nõ diſtinguuntur ſpecie . Et ſic procedunt exempla hic recitata ; quia oculi poſſunt haberi vtroque modo.Sed tunc habet ſe infuſio,vel acquiſitio per ſe, quando concurrunt , vt propriæ viæ ad huiuſmodi effectus , ita quòd infuſus non poteſt haberi , niſi ex infuſione , licet acquiſitus poſſit vtroque modo haberi(quia non fit a creatura quin poſſit fieri a Deo) Et tunc infuſum diſtinguitur ab acquiſito,quod ſcilicet non poteſt eſſe , niſi ex infuſione. Sic ſcientia animæ ſeparatæ , & animæ coniunctæ diſtinguuntur ſpecie. Et ratio eſt; quia ea ſcientia,quæ habetur ex infuſione tantùm , & non poteſt acquiri,habet neceſſariò aliud obiectum. Vnde ratio diſtinctionis propria , eſt obiecti diuerſitas; ſic ſcientia animæ Chriſti infuſa altioris obiecti eſt, & ſub altiori lumine,quare diſtinguitur a noſtra acquiſita,non ſic ſcientia Adę. Quare in iſta re oportet attẽdere principaliter alietatem obiecti,& non precisè infuſionem.Quomodo autem habitus diſtinguantur penes principia , & penes quæ , videbitur infra quæſtio.54.artic.ſecundo.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat concluſionem reſponſuam.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd Deus quantum ad ſuam naturam,æqualiter ſe habet ad omnes; ſed ſecũdùm ordinem ſuæ ſapientiæ, certa ratione,quædam tribuit aliquibus, quæ non tribuit alijs.

¶ Dicendum ad maiorem,vera,Deus æqualiter ſe habet ad omnia quantum ad naturam,quæ ab omnibus diſtat in infinitum, & quæ ab omnibus participatur , & nihil excluditur a bonitate Dei in communi . Si autem intelligitur , quòd Deus æqualiter ſe habeat ad omnes ſecundùm ordinem ſuæ ſapientiæ, ita quòd omnibus æqualiter ordinet bona in particulari , & bona in æquali gradu , non eſt vera maior . Vltra , dico quòd quibuſdam infundit prout requirit ſua ordinata voluntas . Sed negatur conſequentia, quòd ergo omnibus.

Deus æqualiter ſe habet ad omnia.

¶ Et de iſta maiore vide Doct.Sanct 1.par.quæſt.23 articu.4.ad primum ; quia ſi conſideratur communicatio boni in communi, ſic abſque electione tribuit omnibus; quia ſcilicet nihil eſt, quod non participet aliquid de bonitate ipſius. Sed ſi conſideratur communicatio iſtius,vel illius boni, non abſq; electione tribuit;quia quædam bona dat aliquibus, quæ non dat alijs. Hæc ibi . Vbi habes declarationem eius,quod dicitur hic.Et vide etiam ad propoſitum D.S.in de Veritate mat. ſexta articu.2. ad 5. &c. quia habitudines Dei ad res poſſunt dupliciter conſiderari.Vno modo quãtum ad primam diſpoſitionem ſecundùm diuinam ſapientiam diuerſos gradus in rebus conſtituentem . & ſic non eodem modo ſe habet Deus ad omnia.Alio modo ſecundùm, quòd iam rebus diſpoſitis prouidet. & ſic ſimiliter ſe habet ad omnia inquantũ omnibus æqualiter dat ſecundùm proportionem &c.Habet ergo diuina ſapientia diuerſimodè quantum ad primam diſpoſitionem, & redeunt illę ſolutiones in idem cum ea , quæ hic ponitur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd hoc,quod Deus in omnibus operatur ſecundùm modum eorum,non excludit quin Deus quædam operetur , quæ natura operati non poteſt ; ſed ex hoc ſequitur,quòd nihil operatur cõtra id quod naturæ conuenit.

¶ Dicendum quòd maior vera ad hunc ſenſum , quòd Deus nihil operatur in rebus, quod ſit cõtra naturam earum; quia ſunt in potentia obedientiali ad omne,quod Deus agit. Si autem intelligitur , quòd nihil agit , niſi quod requirat modus naturæ naturalis purè . negatur , immo agit multa ſupra iſtum modum naturalem , tamen non contra , ſed ſupra ; quia id quod eſt a Deo præter ordinem naturalem , eſt ſecundùm potentiam obedientialem .

¶ Minor vera de habitibus naturalibus , quòd cauſant ex actu. Tamen ſupernaturales non,ſed negatur conſequentia. Et aliquid pro illa ſolutione habetur ſupra quæſt.10.articu.4.ad ſecundum, quia non quicquid Deus operatur in rebus eſt naturale ſimpliciter;ſed quod vult,vt ſit naturale eis &c. Et patet fundamentum huius ſolutionis ex prima parte q.105.ar.6.quia Deus poteſt agere præter ordinem (naturalem videlicet) rebus inditum.

Quid præternaturale.

¶ Circa ſolutionem nota,quòd præternaturale non eſt idem, quòd contra naturam . Sed eſt commune quid ad id quod conuenit alicui contra naturam , & ſupra naturam , & extra naturam, & quocunque alio modo , qui tamen non eſt contra naturam. Et ita Deus agit multa , quæ ſunt præter naturam propriam rei . Tamen quæcunque agit ſunt ſecundùm potentiam obedientialem ; quia creatura capax eſt cuiuslibet , quod Deus in ea agere ordinauerit.

D.ſ.q.6. ar.1.

¶ Ad tertium dicendum , quòd actus qui producuntur ex habitu infuſo , non cauſant aliquem habitũ ; ſed confirmant habitum præexiſtentem ; ſicut medicinalia remedia adhibita homini ſano per naturam , non cauſant aliquam ſanitatem ; ſed ſanitatem prius habitam corroborant.

¶ Dicendum, ad minorem ; ſed ex illis actibus, ſcilicet ſequentibus habitum infuſum , cauſatur ſimilis habitus . Negatur . Secundus autem Ethicorum vult, quòd ex actibus cauſatur habitus non præexiſtente habitu . Si autem habitus præexiſtat , tunc ex ſequentibus actibus augetur , & roboratur . Conſequentiæ aliæ nihil faciunt ; quia non ſequuntur ex poſitione noſtra , vt patuit &c.

Quæſt.

Quæſt. Quinquageſimaſecunda.

De augmento habituum.

p DEinde conſiderandum eſt de augmento habituũ. Et circa hoc quæruntur tria. Primò , Vtrum , habitus augeantur. Secundò , Vtrum , augeantur per additionem. Tertiò,Vtrum,quilibet actus augeat habitũ.

¶ Patet ordo; quia generatio præſupponitur perfectioni accidẽ tali ſaltem,qualis eſt augmentatio. Ideo prius determinat de cauſa generationis , & productionis habituum , antequàm de augmento &c.Et duo facit.Primò quærit,an augmentatio conueniat. Secundò,quomodo,articulo ſecundo,& tertio.

Vtrum habitus poſſit augeri.

Infra q.66. arti.1. & 2. cor.Et ver. q.1.ar.11.& q.5.ar.3.Et 10 Eth. Lectio 3. Ariſto. *Text. 17. & 18. Ariſto.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd habitus augeri non poſſit . Augmentum enim eſt circa quantitatem , vt dicitur in 5. Phyſicorum ; * ſed habitus non ſunt in genere quantitatis, ſed in genere qualitatis;ergo circa eos augmentum eſſe non poteſt.

¶ 2 Præt. Habitus eſt perfectio quędam , vt dicitur in 7. Phyſic. * ſed perfectio cum importet finem , & terminum,non videtur poſſe recipere magis, & minus ; ergo habitus augeri non poteſt.

¶ 3 Præt. In his quę recipiunt magis,& minus contingit eſſe alterationem,alterari enim dicitur,quod deminus calido fit magis calidum;ſed in habitibus non eſt alteratio , vt probatur in 7. Phyſicorum ; * ergo habitus augeri non poſſunt.

Ariſtot. *Text. 15. & 17.

¶ Sed contra eſt,quòd fides eſt quidam habitus, & tamen augetur;vnde diſcipuli domino dicunt. Domine adauge nobis fidem , vt habetur Lucę 17. ergo habitus augentur.

Luce 17.

¶ Hic quærit,an habitus poſſit augeri.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd augmentum ; ſicut & alia ad quantitatem pertinentia , a quantitatibus corporalibus ad res ſpirituales , & intellectuales transferuntur , propter connaturalitatem intellectus noſtri ad res corporales , quæ ſub imaginatione cadunt . Dicitur autem in quantitatibus corporeis aliquid magnum ſecundùm quòd ad debitam perfectionem quantitatis perducitur ; vnde aliqua quantitas reputatur magna in homine , quæ non reputatur magna in elephante ; vnde & in formis dicimus aliquid magnum ex hoc, quòd eſt perfectum . Et quia bonum habet rationem perfecti , propter hoc in his,quæ non mole magna ſunt, idem eſt eſſe magnus,quod melius,vt Aug.dicit in 8.de Trini. *

*Cap.8.

¶ In corpore huius articuli Doct.Sanct.ſic procedit.Primò exponit titulum quæſtionis . Secundò recitat aliquas opiniones circa quæſitum ibi.Secundum hoc igitur &c. Tertiò determinat veritatem, reſpondendo directè ad quæſitum , ibi . Vt igitur huiuſmodi &c. Quo ad primum ponit duo notabilia exponentia quæſitum.Secundum ibi.Perfectio autem &c. Exponit ergo primum terminum quæſiti quid ſit formam augeri ; quia eſt fieri magna. Magnum autem in formis transfertur a magnitudine corporali, quæ dicitur magna ; quia perfecta ſecundùm conditionem ſubiecti . Vnde & in formis dicitur aliquid magnum ; quia perfectum . Et quia perfectum eſt bonum , & econtra . Ideo dicit Aug &c. Deinde cum dicit.

¶ Perfectio autem formæ dupliciter poteſt conſiderari . Vno modo ſecundùm ipſam formam . Alio modo ſecundùm quòd ſubiectum participat formam. Inquantum igitur attenditur perfectio formæ ſecundùm ipſam formam,ſic dicitur ipſa eſſe parua, vel magna , puta magna,vel parua ſanitas,vel ſcientia.Inquantum verò attenditur perfectio formæ ſecundùm participationem ſubiecti;dicitur magis,& minus, puta magis, vel minus,albũ & ſanum.Non autem iſta diſtinctio procedit ſecundùm hoc,quòd forma habeat eſſe præter materiam, aut ſubiectum ; ſed quia alia eſt conſideratio eius ſecundùm rationem ſpeciei ſuæ , & alia ſecundùm quòd participatur in ſubiecto.

¶ Nota aliam expoſitionem quaſi diſtinctiuam eius,quod iam dictum eſt;quia duplex eſt perfectio in formis , & ſecundùm hoc erit duplex augmentum. Vna eſt ſecundùm formam in ſe,& in abſtracto . Alia ſecundùm quòd ſubiectum participat formam, vt in concreto dicitur magis album,magis ſanum. Et non fundatur iſta diſtinctio in reali abſtractione per ſeparationem formæ accidentalis a ſubiecto;ſed in alia,& alia conſideratione &c.

Eſſentia formæ intẽditur.

¶ Circa iſtam duplicem conſiderationem formæ , nota , quòd circa hoc eſt difficultas apud Thomiſtas.An illa maior participatio ſecunda ſit ſolùm ſecundùm eſſe , & nullo modo ſecundùm formam,ita quòd non ſint gradus in formis, ita quòd ipſa eſſentia non habeat magis,& minus.

¶ Sed de hoc infra quæſt.53.artic.2. ad ſecundum,quia ſecundùm D.S.1.par.q.42.ar.1.ad primum.Ipſa intenſio formæ , & remiſſio eſt ipſius eſſentiæ formæ,& non tantùm eſſe. Sed illa intenſio eſt ratione modi eſſendi in ſubiecto , ita quòd ſolũ in concreto habeat magis.Sed aliquando eſt ſecundùm additionem ad formam ſecundùm ſeipſam, ita quòd poteſt augeri, eſto in ſubiecto non intendatur.Et hoc D.S.hic vult.Vide D.S. 1. par. vbi iam clarè;quia ponit primam radicem intenſionis eſſe formam. Deinde maioritatem ipſius eſſe prouenire ex maioritate eſſentiæ , quanquàm illa maioritas non conueniat formæ,niſi ſit in ſubiecto. Et tamen non ſola participatio augetur;ſed etiam formę eſſentia.Logicè tamen loquendo non attribuitur magis, & minus formis, vt ſignificantur in abſtracto, licet phyſicè loquendo eſſentia formę etiam intendatur.Augmentum autem,quod eſt per additionem poteſt attribui habitibus aliquibus ſignificatis in abſtracto. Sicut dicitur maior,vel minor ſcientia;ſed non magis propter modum ſignificandi abſtracti, qui eſt per modum ſubſtantiæ, cui adeo repugnat intenſio , vt etiam formæ accidentali, quę phyſicè ſecundùm eſſentiam intenditur , dum tamen in abſtracto ſignificatur intenſio non attribuitur.

¶ Secundum hoc igitur circa intenſionem , & remiſſionem habituum , & formarum fuerunt quatuor opiniones apud Philoſophos , vt ſimplicius narrat in commento prædicamentorum. * Plotinus enim & alij Platonici ponebãt ipſas qualitates, & habitus ſuſcipere magis , & minus propter hoc, quòd materiales erant, & ex hoc habebant indeterminationem quandam propter materiæ infinitatem. Alij verò in contrarium ponebant, quòd ipſę qualitates , & habitus ſecundùm ſe non recipiebant magis, & minus ; ſed qualia dicuntur magis, & minus ſecundùm diuerſam participationem ſubiecti,puta quòd iuſtitia non dicatur magis , & minus, ſed iuſtũ; & hanc opinionem tangit Ariſtoteles in prdicamẽtis.*

*In prædi. qualit.

¶Hic conſequenter D.S recitat aliquas(præſertim quatuor opiniones)circa quæſitum iam expoſitum,& diſtinctum. Et primò recitat duas opiniones contrarias , & extraneas . Secundò duas alias , vnam mediam quo ad duas primas , & vnam omnino falſam, ibi . Tertia fuit opinio &c. Duæ ergo primæ opiniones fuerunt contrariæ , & extremæ &c. vt patet clarè in litera. Conſequenter cum dicit.

¶ Tertia fuit opinio Stoicorum, media inter has, poſuerunt enim quòd aliqui habitus ſecundùm ſe recipiũt magis , & minus ſicuti artes; quidam autem non ; ſicut virtutes . Quarta opinio fuit quorundam dicentiũ, quòd qualitates,& formæ immateriales,non recipiunt magis, & minus ; materiales autem recipiunt.

¶ Recitat alias duas opiniones , vnam quæ eſt media inter primas duas,de qua etiam infra quæſt.66.artic.1. quia non omnino malè dixerunt, virtutes enim & habitus appetitiui non recipiunt magis,& minus ſecundùm ſe(ſcilicet nec phyſicè, & per additionem) Sed habitus intellectuales aliqui,vt patebit vbi iam.

¶ Alia & quarta in ordine non eſt vera ; quia habitus intellectus,& multæ formæ immateriales recipiunt magis,& minus,accidentales autem non per ſe ſubſiſtentes.

¶ Vt igitur huiuſmodi rei veritas manifeſtetur, conſiderandum eſt, quòd illud ſecundùm quòd ſortitur aliquid ſpeciem , oportet eſſe fixum, & ſtans , & quaſi indiuiſibile ; quæcunque enim ad illud attingunt ſub ſpecie continentur , quæcunque autem recedunt ab illo,vel in plus , vel in minus , pertinent ad illam ſpeciem , vel perfectiorem , vel imperfectiorem ; vnde Philoſophus dicit in 8. Metaphy. * quòd ſpecies rerum , ſunt ſicut numeri , in quibus additio , vel diminutio variat ſpeciem . Si igitur aliqua forma , vel quæcunque res ſecundùm ſeipſam , vel ſecundùm aliquid ſui ſortiatur rationem ſpeciei , neceſſe eſt , quòd ſecundùm ſe conſiderata habeat

Ariſto. *Tex.10.

habeat determinatam rationem, quæ neque in plus excedere, neque in minus deficere possit, & huiusmodi sunt calor, & albedo, & aliæ huiusmodi qualitates, quæ non dicuntur in ordine ad aliud, & multò magis substantia, quæ est per se ens.

¶ Hic consequenter Doct. Sanct. determinat veritatem, & per consequens quid sit respondendum ad quæsitum. Circa quod sic procedit, primò ponit aliquas cõclusiones præambulares. Ex quibus secundò infert conclusionem responsiuam veram ad quæsitum, ibi. Sic igitur patet &c. Quo ad primum præmittit duas conclusiones præambulares generales declaratorias responsiuę, secũdam, ibi. Si verò consideremus &c.

¶ Conclusio ergo prima præambularis generalis correspondẽs primo membro secundi notabilis est. Aliqua qualitas, vel forma potest secundùm seipsam augeri, & aliqua non. Illam conclusionem; quia generalis D.S. explicat per duas alias conclusiones, ex quibus infert quasi corollariè illam primam conclusionem generalem. Secundam conclusionem explicatiuam ponit, ibi. Illa verò quæ recipiunt &c. Conclusio prima explicatiua præcedentis est. Si aliqua forma, vel quæcunque res secundùm seipsam, vel secũdùm aliquid sui sortiatur speciem; illa secundùm se augeri, vel minui non potest. Probatur; quia illud secundùm quod sortitur aliquid speciem, oportet esse fixum, & stans, & quasi indiuisibile; ergo sequitur conclusio, quòd si secundùm seipsam, vel secũdùm aliquid sui habet speciem, quòd secundùm se augeri, vel variari non potest. Consequentia nota. Antecedens probatur ratione, & auctoritate. Quæcunque enim ad illud &c. Auctoritate ibi Vnde Philosophus &c Et ponit D. S. exemplum de huiusmodi formis; sicut calor, & albedo &c. clarum est. Et attende, quòd non intendit conclusio, quòd aliquibus formis, vt significatur in abstracto, attribuatur magis, & minus; sed quia secundùm seipsas augentur per additionem, vel accessum ad specificans. Et dicuntur in abstracto maiores, vel minores. Sicut maior, & minor scientia, vel maior motus. Prius autem dictum est, quòd logicè loquendo non attribuitur eis magis, & minus, quod est secundùm intẽsionem; licet Physicè loquendo essentia verè intendatur; vnde non est discrepantia &c. Deinde cum dicit.

D. 151. ¶ Illa verò, quæ recipiunt speciem ex aliquo ad quod ordinantur, possunt secundùm seipsa diuersificari in plus, vel minus; & nihilominus sunt eadem specie propter vnitatem eius ad quod ordinantur, ex quo recipiũt speciem; sicut motus secũdùm se est intensior, & remissior, & tamen remanet eadem species propter vnitatem termini ex quo specificatur; & idem potest considerari in sanitate; nam corpus pertingit ad rationem sanitatis, secundùm quòd habet dispositionem conuenientem naturæ animalis, cui possunt dispositiones diuersæ conuenientes esse; vnde potest variari dispositio in plus, vel in minus, & tamen semper remanet sanitatis ratio; vnde Aristo. * Cap. 8. Philosophus dicit in 10. Ethicorum, * quòd sanitas ipsa recipit magis, & minus; non enim eadem est commensũ ratio in omnibus, neque in vno, & eodem semper; sed remissa pertinet sanitas vsque ad aliquid; huiusmodi autem diuersæ dispositiones, vel commensurationes sanitatis se habent secundùm excedens, & excessum; vnde si nomen sanitatis esset impositum soli perfectissimæ commensurationi, tunc ipsa sanitas non diceretur maior, vel D. 215. minor. Sic igitur patet qualiter aliqua qualitas, vel forma possit secundùm seipsam augeri, vel minui, & qualiter non.

¶ Subiungit aliam conclusionem explicatiuam primæ conclusionis præambularis, talẽ. Illa quæ recipiunt speciem ex aliquo ad quod ordinantur possunt secũdùm seipsa diuersificari in plus, vel in minus. Probatur ex intento D.S. Illę formę secundũ se possunt diuersificari in plus, vel in minus, quæ æedem in specie manentes possunt plus, vel minus accedere ad terminum suæ specificationis; sed tales formæ sunt huiusmodi, igitur. Maior patet; quia forma secundùm se respicit terminum suæ specificationis; ergo si variatur in ordine ad illum terminum, secundùm se variatur; ergo etiam si ipse maneat vnus indiuisibilis ipsa erit vna, & sic secundùm se maior, vel minor cum se propinquius, vel minus propinquè habet ad terminum, & tamen manet vna; quia terminus vnus a quo habet vnitatem. Minor declaratur exemplariter de motu, & sanitate; quia corpus dicitur sanum secundùm quòd attingit dispositionem naturæ animalis conuenientem; sed sub tali dispositione multi gradus sunt secundùm quos amplius, & minus, attingit terminum specificum sanitatis animalis, & tamen semper remanet ratio sanitatis propter vnitatem termini ad quem huiusmodi gradus ordinantur &c. Vnde dicimus non solùm, quòd sanitas magis, vel minus insit; sed etiam quòd sit maior, vel minor, & clarum exemplum est in motu, qui vnus manens ratione termini, & spacij, tantum maior est, secundùm quòd quis magis accedit ad terminum. Vnde si quis non magis velociter ambulet; sed vno modo per totam viam, tamen quando appropinquat termino est maior motus, quam prope initium.

¶ Si verò consideremus qualitatem, vel formam secundùm participationem subiecti, sic etiam inueniuntur quædam qualitates, & formæ recipere magis, & minus, & quædam non; huiusmodi autem diuersitatis causam Simplicius * assignat ex hoc, quòd substantia secun- * In prædi. qualit.
dùm seipsam non potest recipere magis, & minus; quia est ens per se, & ideo omnis forma, quæ substantialiter participatur, in subiecto, caret intensione, & remissione; vnde in genere substantiæ nihil dicitur secundùm magis, & minus. Et quia quantitas propinqua est substantiæ, & figura etiam consequitur quantitatem, inde est, ꝙ neque etiam in istis dicitur aliquid secundùm magis, aut minus. Vnde Philosophus dicit in 7. Physi. quòd cum Aristo. * Text. aliquid accipit formam, & figuram, non dicitur alterari; sed magis fieri. Aliæ verò qualitates, quæ sunt magis distantes a substantia, & coniunguntur passionibus, & actionibus, recipiunt magis, & minus, secundùm participationem subiecti.

¶ Hęc est secunda conclusio præambularis correspondens secundo membro secundi notabilis superius positi, & est talis. Si consideremus qualitatem, vel formam secũdùm participationem subiecti, sic quædam recipiunt magis, & minus, quædam non. Illa conclusio probatur dupliciter. Primò ratione Simplicij, secundò ratione explicatiua ipsi simplicij, ibi Potest autem, & magis &c. Assignat ergo Simplicius rationem diuersitatis, & tamen inexplicatam, scilicet propter maiorem propinquitatem ad substantiam, quæ non potest recipere magis, & minus, clarè patet in litera.

¶ Nota circa hæc, & pro intellectu sequentium statim in proximo textu vbi dicitur substantiã non recipere magis, & minus (quia hic posset pati calumniam de genere, quòd est perfectius in vna specie, quàm in alia.)

¶ Nota inquàm quòd suscipere magis, & minus capitur dupliciter. Vno modo ꝙ habere esse perfectius, & imperfectius, & hoc modo omne genus cuiuscunque prædicamenti etiam substantiæ susciptt magis, & minus, vt potest patere ex 8. Metaphy. quia formæ rerum habent se sicut numeri, ita quòd natura generis perfectiori modo seruatur in vna specie, quàm in alia; quare dicit Cõmentator 12. Metaph. quòd genus dicitur per prius, & posteriꝰ secundùm esse. Alio modo capitur susciepere magis, & minus ꝙ iactedi, & remitti, hoc est pro perfici, & augeri secundùm suũ proprium esse. i. pro acquirere maiorem, & minorẽ perfectionẽ in proprio esse. & hæc dupliciter, vel in multis, & diuersis, vel in vno, & eodẽ successiuè; requiritur autem vtrũque ad susciepere magis, & minus proprię, ita quòd in diuersis reperiatur secũdum magis, & minus, & quòd in eodem successiuè perfici possit, & hoc modo loquendo de susciepere magis, & minus, tunc secũdùm Philosophum in prædicamentis non inuenitur in substantia, aut quantitate. Et per hoc possunt solui, quæ possent apparere contraria in D.S. qa capiendo susciepere magis, & minus largè, scilicet pro habere esse perfectius in vno, quàm in alio, dicit quandoque substantiam habere magis, & minus; capiendo verò propriè, scilicet pro habere esse perfectius in eodem successiuè negat magis, & minus, vel susciepere magis, & minus a substantia, sicut in hoc loco, & alibi. Quare cum D.S. simpliciter, & sine determinatione loquitur substantiam non susciepere magis, & minus, intelligendũ est propriè, scilicet pro habere esse minus perfectum, & magis perfectum in eodem successiuè, & sic apud omnes anima rationalis nõ susciepit magis, & minus; sed an primo modo. i. in diuersis habeat esse perfectius, & imperfectius tangetur postea. In prædicamentis autẽ loquitur Aristo. solũ de substantijs completis prima, & secunda vbi non includitur anima rationalis.

¶ Nota autẽ pro maiori explicatione, quòd verba Philosophi in prædicamentis talia sunt. Videtur autem substantia non susciepere magis & minus. Dico autem hoc, non quòd substantia nõ sit magis, & minus a substantia, hoc enim dictum est; quia est. i. quoniam vnaqueque substantia, hoc ipsum, quod est, non dicitur magis, & minus, vt hęc substantia Homo non est magis, aut minus Homo, nec a seipso, nec alter ab altero, nõ enim alter alterꝰ magis Homo; sicut est album altero magis album, &c. vbi vult Philosophus, quòd substantiam non susciepere magis, & minus, potest dupliciter intelligi. Vno mõ, ꝙ substãtia in cõi non pdicet cũ magis, & minus, & hũc sensum excludit; qa dixit supra, ꝙ species est magis substantia, q̃ genus, & ꝙ prima substantia est maximè substantia. Vnde dicitur, hoc autem dictum est; quia est. i. ꝙ substãtia sit magis altera substãtia gñe. Secũdo mõ intelligit, ꝙ id quod dr substantia,

Subtilis an fo-cundum magis.

substantia. i. homo, leo, bos, &c. non dicitur magis, & minus, ita quòd homo idem sit nunc minus, postea magis homo, vel vnus homo magis homo, quàm alius homo; & hoc vult cum dicit; sed q̃m vnaqueq; substantia hoc ipsum quod est, &c. quia i. eadem in numero, vel specie non suscipit magis, & minus; & loquitur de substantijs cõpletis, vt per hoc non habeatur argumentũ de aĩabus rationalibus, quia hæ non sunt substantiæ completæ. Deinde ibi.

¶ Potest autem, & magis explicari huiusmodi diuersi- * In hoc artic.
tatis ratio, ut enim dictum est * id, a quo aliquid habet speciem, oportet manere fixum, & stans in indiuisibili; duobus igitur modis potest contingere, ꝙ forma nõ participatur ſm magis, & minus; vno modo, q̃a participans habet speciem ſm ipsam; & inde est, ꝙ nulla forma substantialis participatur ſm magis, & minus; & propter hoc * Aristot. text. 10. Philos. dicit in 8. Metaph. * ꝙ sicut numerus non habet magis, neq; minus, sic neq; substantia, quæ est ſm speciẽ, ideſt quantum ad participationem formæ specificæ; sed si quidem, quę cum materia, ideſt ſm materiales dispositiones inuenitur magis, & minus in substãtia; alio modo potest contingere ex hoc, ꝙ ipsa indiuisibilitas est de ratione formæ; vnde oportet, ꝙ si aliquid participet formã illam, ꝙ participet illam ſm rationem indiuisibilitatis; & inde est, ꝙ species numeri nõ dicuntur ſm magis, & minus, quia vnaqueq; species in eis constituitur per indiuisibilem vnitatem; & eadem ratio est de speciebus quantitatis continuæ, quæ secundùm numeros accipiuntur, vt bicubitum, & tricubitum, & de relationibus, ut duplum, & triplum, & de figuris, vt trigonum, & tetragonum; & hanc rationem ponit Aristot. in Præ- * Arist. in prædicam. qualit. dicamentis, * ubi assignans rationem, quare figuræ non recipiunt magis, & minus dicit. Quæ quidem recipiunt trigoni rationem, & circuli, & similiter trigona, uel circuli sunt, quia indiuisibilitas est de ipsa eorum ratione, vnde quæcunque participant rationem eorum; oportet, quòd indiuisibiliter participent.

¶ Probat D.S. conclusionem præcedentem ratione explicate dictum Simplicij. Et arguitur sic. Id a quo aliquid habet speciẽ, oportet manere fixum, & stans in indiuisibili; igitur si participãs formã, habeat speciem ſm illam formam, vel si indiuisibilitas est de rõne formæ, talis forma non habet magis, & minus in subiecto. Tenet consequentia, quia si forma talis reciperet magis, & minus, tunc species subiecti non esset stabilis, & fixa; & si forma perficeretur ſm participationem subiecti, tunc eius ratio non esset in indiuisibili. Antecedens euidens. Exemplum, vel corollarium ex prima parte cõsequentis. Nulla forma substantialis participatur ſm magis, & minus, patet, quia subiectum ſm eam habet speciẽ. Et patet Corollariũ auctoritate Phil. 8. Metaph. vt in littera. Corollarium ex secunda parte cõsequentis, ibi Et inde est, ꝙ species numeri, &c. clarè in littera. Et ꝙ illa sit vera ratio. i. ꝙ indiuisibilitas formæ facit non susciepere magis, & minus, patet per Arist. in Prædicam. vt in littera.

¶ Circa quædam tacta in illa cõclusione, & circa auctoritatem Phil. in 8. Metaph. tex. comm. 10. quòd sicut numerus, &c.

Capreolus ¶ Nota, ꝙ huic auctoritati, & expositioni D.S. in comm. ibidem, innititur Capreo. in 2. di. 32. & vult, ꝙ vna anima rationalis infra eandem speciẽ fit perfectior alia. Et hoc ad longum vbi iã soluendo defendit; sed quidam alij de via D.S. innituntur verbis hic positis, & ex eis trahere volunt, ꝙ non sit inequalitas in esse substantiali, nec ꝙ vna sit nobilior alia quantum ad aliquid intrinsecum. Sed quantum ad hoc, ꝙ vna magis participatur a materia, quàm alia, quia videlicet materia melius dispositа melius conseruat formam; & quia materia melius dispositа potentiæ sensitiuæ habiliores sunt ad deseruiendum actibus animę rationalis. Diceret autem Capreolus, & eum sequentes, ꝙ vna anima rationalis est maior alia, etiam quo ad esse substantiale. Nec tamen susciepit magis & minus propriè, quia nulla eadem perficitur in esse proprio, & ꝙ oppositum non hr ex D.S. hic; quia ſm materiales dispõnes nõ inuenitur solũ maior habilitas ad agẽdum, sed ẽt maior perfectio in essendo; & quando Phil. loquitur in Prędicam. ꝙ ſm substantiã propriã nõ inueniꝫ magis, & minus in substantia, ita ꝙ infra eandem speciem nulla est maior alia, loquitur de completa, vt patet ex exemplis suis, &c. Sed de his alibi magis in prima parte, &c.

Capreolus.

¶ Sic igitur patet, ꝙ cum habitus, & dispõnes dicantur * Aristot. text. 17. ſm ordinem ad aliquid, ut dr in 7. Physi. * dupliciter põt intensio, & remissio in habitibus, & dispõnibus considerari; vno modo ſm se, prout dr maior, uel minor sanitas, uel maior, uel minor scientia, quæ ad plura, uel pauciora se extendit; alio modo ſm participationem subiecti, ꝙ put ſ. equalis scientia, uel sanitas magis recipitur in uno, q̃ in alio ſm diuersam aptitudinem, uel ex natura, uel ex consuetudine; nõ enim habitus, & dispositio dat speciem subiecto, neq; iterũ in sui ratione includit diuisibilitatem. Quomodo aũt circa uirtutem se habeat, infra dicetur. * q. 66.

¶ Hic vltimò D.S. infert ex prioribus conclusionibus præambularibus conclusionem responsiuam, cum determinatione, talem. Habitus, & dispõnes (pꝫtim intellectuales habitus, & dispõnes corporales) possunt dupliciter augeri, videlicet ſm se, & ſm participationem subiecti. D.S. explicat primò conclusionem istã (prout dr maior, vel minor sanitas, vel scientia, vel prout equalis sciẽtia, vel sanitas, &c.) Probatur ex D.S. Forma respectiua, quæ dr, vel ordinatur ad aliquid (a quo speciem habet) non dans speciem subiecto, nec in sui ratione indiuisibilitatẽ includens, potest augeri illi duplici modo; sed habitus, & dispõnes aliquæ sunt huiusmodi formæ; igitur sequitur conclusio. Maior patet ex conclusionibus præambularibus, quia formæ absolutæ, quæ vel dant speciem subiecto, vel ſm rationem indiuisibilem insunt, neutro modo augeri possunt, vt patet ex secunda conclusione præambulari. Formæ verò absolutæ non dantes speciem, nec ſm rationem indiuisibilitatis subiectum respicientes, augeri possunt secundo modo, sed non primo modo, patet ex secunda conclusione præambulari. Formæ verò respectiuæ (i. recipientes speciẽ ab extrinseco) non quia relatiua ſm esse, nec includentia relationem de genere ad aliquid, sed trãscendentem; vtroq; modo sunt augmentabiles. Patet ex prima præambulari, & secunda explicatiua. Minor patet de se ex Prædicamentis, & ex 7. Phys. &c. Quare autem dixerim in conclusione. Habitus intellectuales, & dispositiones corporales. Notat D.S. in fine artic. quia habitus appetitiui, & morales, siue virtutes solùm vno modo augentur. ſ. secundùm participationem subiecti, nõ secundùm se. Et de hoc ex intentione infra quæst. 66. artic. 1.

¶ Nota circa explicationẽ conclusionis, ꝙ sanitas aliter augetur ſm se, quàm scientia, quia scientia augetur per additionem, sed non sanitas, sed per maiorem accessum ad maximum suæ speciei. Vnde D.S. art. 2. dicit. In habitibus corporalibus non multum vr fieri augmentum per additionem. Vide art. seq. in vlt. tex.

ARGVM. in contr. probat conclusionem responsiuam formaliter ad quæsitum, quæ deducta, & explicata est per articulum, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ sicut nomen magnitudinis deriuatur a quãtitatibus corporalibus ad intelligibiles perfectiones formarum, ita etiam & nomen augmenti, cuius terminus est magnum.

¶ Dicendum ad maiorem. Augmentum quantum ad primã impositionem est circa quantitatem molis, & augmentum viuẽtium, quod est per additionem subiecti ad subiectum; sed augmentum quo ad nominis extensionẽ tractũ est ad perfectionem cuiuscunq; formæ, ẽt spiritualis, & immaterialis. Ad minorem, vera. Habitus non sunt in genere quantitatis, tñ sunt in gñe perfectionis, & habent magnitudinem perfectionis; Ergo circa eodem augmentum esse non potest. Verum, corporale, cui primò nomen impositum est, tamen augmentum spirituale, ad quod nomen extensum est, vt enim supra dictum est q. 7. art. 1. Nomina quandoque; primò ad aliqua notiora significanda imponuntur, tamen postea propter aliquam conuenientiam extenduntur; & sic est in proposito.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ habitus quidem perfectio est, non tamen talis perfectio, quæ sit terminus sui subiecti, puta dans ei esse specificum; neq; etiam in sui ratione terminum includit, sicut species numerorum, vn de nihil prohibet quin recipiat magis, & minus.

¶ Dicendum ad maiorem. Habitus quædam perfectio est. Verum, accidentalis subiecti, secundùm quam subiectum non habet speciem, nec eius ratio includit indiuisibilitatem, & quæ habet speciem ex aliquo extrinseco. Minor negatur vniuersaliter, quia non omnis perfectio importat terminum, vel subiecti essentialem, nec iterum accidentalem. Vnde potest esse maior talis perfectio, & in se, & in subiecto, quando terminum habet extrinsecum; & est forma respectiua, sicut est habitus.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ alteratio primò quidem est in qualitatibus tertiæ speciei; in qualitatibus verò primæ speciei potest esse alteratio per posterius; facta enim alteratione secundùm calidum, & frigidum, sequitur animal alterari secundùm sanum, & ęgrum; & similiter facta alteratione secũdùm passiones appetitus sensitiui, uel secundùm uires sensitiuas apprehensiuas, sequitur alteratio ſm scientiam, & uirtutes, ut dicitur in 7. Phys. * —— * Aristot. tex. 20.

¶ Dicendum primò post D.S. hic, q̃ loquitur de habitibus acquisitis tantùm. Ad maiorem. In his quæ recipiunt magis, & minus contingit esse alterationem. Verum, saltem ex consequenti, & tanquam in termino extrinseco; sed non oportet, quòd ibi sit alteratio tanquam in immediato formali termino intrinseco alte-

rationis. Et sic est in proposito, vt D.3. ostendit in solutione. Et patuit supra simile, quæst. 50.art.1.ad tertium. Et D.S.loquitur de habitibus,& virtutibus acquisitis,vt patet clarè.

¶Secundò dicitur negando maiorem vniuersaliter,immo datur intensio sine alteratione, vt in intensione gratiæ, & virtutum infusarum. Et licet ibi aliquid acquiratur, hoc tamen non est per viam transmutationis,& alterationis, sed per simplicem influxū, quantum ad habitus infusos in instanti. Alteratio autem, quæ fit de vitio in virtutem,vel de ignorātia ad scientiam,attingit ad partem intellectiuam per accidens per se existente transmutatione in parte sensitiua. Vnde D.S.in de Veri.Mat.26.artic.3.ad 12.Ex hoc enim,ꝙ fit aliqua trāsmutatio circa partem sensitiuam, subitò resultat aliqua perfectio in parte intellectiua,vt sic id,qđ fit in parte intellectiua sit terminus transmutationis in parte sensitiua existētis,& valent ista pro solutione D.S. Sed breuiter maior est falsa.Et probatio procedit particulariter,ꝙ aliqua,& alicuius formæ intēsio fit cum alteratione.s.formæ actiuæ habentis in subiecto cōtrarium,vt patet de calido,& frigido, quæ intenduntur ex impermixtione contrarij. Sed illa impermixtio nō est causa per se formalis intensionis,sed per accidens,& particulariter,& tunc in genere causæ materialis. Lumen enim intenditur in aere, nec habet contrarium;similiter gratia non habet in puero contrarium positiuum, & sic de multis alijs; sed formaliter consistit intensio in progressu de imperfecto ad perfectum secundùm modum essendi in subiecto. Et possunt multæ formæ sic progredi, & perfectius participari sine alteratione, quæ requirit transmutationem successiuam. Et sit inter qualitates de tertia specie,& præsertim cum conueniens abijcitur, & disconueniens acquiritur.

Intensio quid.

¶Et nota pro solutione tertij D.S. in de Virtutibus in communi.art.11.ad 11m. Motus augmenti charitatis reducitur ad alterationem non tamen ſm ꝙ alteratio est inter contraria, prout tm̄ est in sensibilibus, & in sensibili parte animæ; sed prout alteratio, & passio dicitur ſm receptionem, & perfectionem; sicut sentire,& intelligere est quoddam pati, & alterari. Et sic distinguit Philosophus alterationem, & passionem in secundo de Ani. Hæc ille.

Vtrum augmentum habituum fiat per additionem.

Infra q.66. arti.1. & 2. Et Veri.q.11. art.11. & q. 5.art.8. Et 10.Eth. l.3. * Art.1.huius quæst. * Aristot. tex.31.

QAD secundum sic proceditur. Vī,ꝙ augmentū habituū fiat per additionem. Nomen enim augmēti, vt dictum est * a quantitatibus corporalibus, transfertur ad formas,sed in quantitatibus corporalibus non fit augmentum sine additione,vt in 1.de Gene.dī, * ꝙ augmētum est præexistenti magnitudini additamentum ; ergo & in habitibus non fit augmentum nisi per additionem.

¶2 Præt. Habitus non augetur nisi aliquo agente,sed omne agens aliquid facit in subiecto patiente,sicut calefaciens facit calorem in ipso calefacto; ergo non potest esse augmentum, nisi aliqua fiat additio.

¶3 Præt. Sicut id quod non est album,est in potentia ad album, ita id quod est minus album,est in potētia ad magis albū;sed illud,qđ non est album,nō fit album nisi per aduentū albedinis;ergo id,qđ est minus albū,non fit magis albū nisi per aliquā aliā albedinem superuenientē.

* Aristot. tex.84.

¶Sed contra est,quod Phil.dicit in 4.Phys.*Ex calido fit magis calidū,nullo facto in materia calido,quod non esset calidum,qñ erat minus calidum;ergo pari ratione, nec in alijs formis, quæ augentur, est aliqua additio.

¶Quia articulo primo dictum est, quòd habitus possunt augeri, quærit nunc modum augmenti ; primò ex parte habituum in isto articulo. Secundò ex parte causæ agentis, articulo tertio.

* Art.1.huius quæst.

¶Respondeo dicendū,ꝙ huius quæstionis solutio dependet ex præmissa; dictum est enim supra, * ꝙ augmētum,& diminutio in formis, quæ intenduntur,& remittuntur, accidit vno modo non ex parte ipsius formæ ſm se consideratæ, sed ex diuersa participatione subiecti; & ideo huiusmodi augmentum habituum , & aliarum formarū non fit per additionem formæ ad formam ; sed fit per hoc, ꝙ subiectum magis,vel minus perfectè participat vnā,& eandem formā,& sicut per agens, qđ est actu, fit aliquid actu calidum quasi de nouo incipiens participare formam, non ꝙ fiat ipsa forma, vt probatur 7.Metaphys. * Ita per actionem intensam ipsius agentis efficitur magis calidum , tanquam perfectius participans formam , non tanquam formæ aliquid addatur.

* Aristot tex.32.

¶D.S.respondet ſm distinctionem bimembrem habitam,art.1. ſm quam respondet duabus conclusionibus ; secundam ponit ibi. Sed quia quædam, &c. Circa primum præmittit, ꝙ solutio huius quæstionis dependeat ex art.1. Nam dictum est, ꝙ augmentum, & diminutio formarum vno modo attenditur ex diuersa participatione subiecti. Cùclusio prima responsiua correspondens huic membro. Augmentum isto modo habituum, & aliarum formarū non fit per additionem formæ ad formā ; sed fit per hoc,ꝙ subiectū magis,vel minus perfectè participat vnam,& eādem formam. Hanc cōclusionem ꝓbat primò ratione ostensiua;secundò ratione ad inconueniens,ibi.Si enim per addi.&c.Probat ergo,& explicat cōclusio sic; sicut se habet agens actu ad formā de nouo introductam in subiectum participans formā,ita se habet agens intendēs per actionem (intensiuam ipsius formæ) sed per agens actu subiectum incipit participare formā, non ꝙ fiat ipsa forma,ergo etiam per actionem intensam agentis subiectum perfectius participat formam, & non tanquam formæ aliquid addatur.

¶Nota ex 7.metaph.ꝙ formæ non est fieri,sed compositi ex subiecto, & forma; ideo generans, vel calefaciens non facit calorē, sed facit aquam calidam ; igitur intendens calorem non facit aliquem nouum calorem , sed facit subiectum magis participare calorem præhabitum. Deinde cum dicit.

¶Si enim per additionem intelligeretur huiusmodi augmentum in formis, hoc non posset esse, nisi vel ex parte ipsius formæ, uel ex parte ipsius subiecti; si autem ex parte ipsius formæ iam dictum est, * ꝙ talis additio, uel substractio speciē uariaret, sicut uariatur species coloris, quando de pallido fit album ; si uerò huiusmodi additio intelligatur ex parte subiecti,hoc non posset esse nisi uel quia aliqua pars subiecti recipit formam , quam prius non habebat, vt si dicatur frigus crescere in homine,qui prius frigebat in vna parte,quando iam in pluribus partibus friget;uel quia aliquod aliud subiectum additur participans eandem formā, sicut si calidum adiungatur calido , uel album albo ; sed secundùm utrumque istorum duorum modorum non dicitur aliquid magis album , uel calidum , sed manus.

* Art.præcedēs.

¶Probat eandē cōclusionem ratione ducente ad inconueniens. Et arguitur sic , si per additionem intelligeretur huiusmodi augmentum in formis, hoc esset, vel ex parte ipsius formæ,vel ex parte subiecti,ita ꝙ forma adderetur formæ,vel subiectum subiecto, sed neutrum est dicendum ; igitur , &c. Maior relinquitur nota extra litteram ex sufficienti diuisione . Minorem deducit D.S.ibi. Si autem ex parte ipsius formæ , &c. vsque ibi . Sed quia quædam, &c. Est ergo isto modo intentio formæ, quòd sicut agens in principio per actionem suam facit subiectum participare formā, non tamen facit subiectum , vel formam ; ita per actionem eius continuatam eandem formam facit perfectius participari,faciendo eam magis, ac magis super potentialitatem subiecti dominari secundùm perfectiorem modum participationis .

¶Nota, quòd quamuis ista ratio etiam vera sit de habitu, quòd ex parte subiecti non augetur per additionem, tamen magis procedit ista ratio de formis absolutis , quia ibi additio ex parte formæ mutat speciem , quia huiusmodi forma habet in se indiuisibile specificans ; ergo si in se recipiat additionem. variatur in specie . Sed ad intensionem requiritur , quòd maneat eadem forma in specie . Et hoc confirmat exemplum D.S. cum exemplificat de forma absoluta dicens , sicut variatur species coloris , quando de pallido fit album ; In habitibus autem maximè intellectualibus potest fieri additio ex parte habitus , salua vnitate specifica, immo numerali habitus . Verum est tamen , quòd nec habitus secundùm participationem subiecti augetur per additionem, quamuis secundùm se augeatur per additionem; quare, &c.

Capreolus.

¶Nota etiam , quòd de isto modo intensionis formarum.s.ſm participationem subiecti,varij sunt modi dicendi,etiam in schola D.S. Capreolus enim in primo,dist.17.q.2.in solutionibus contra 3.4 & 6.conclusiones. vult,ꝙ forma,quæ intenditur,nullo modo variatur quantum ad essentiam,sed solùm quantum ad esse,qđ dat suo subiecto. Et ponit ipse successionem plurium esse circa eandem formam. Aliā opinionem habet Herueus quolib.2.q.13. Aliam inquam quo ad hoc,ꝙ nō addatur esse,,& ꝙ essentia ipsa, & ipsum esse intendantur. Et hoc dictum est de mente D.S. artic.præcedē. quo ad hoc , maximè quòd in intensione formæ ipsa essentia etiam augeatur, ita ꝙ dum fit magis calidum, fit & maior calor, non quidem per additionem, sed per intensionem , &c.

Herueus.

¶Sed quia quædam accidentia augentur ſm seipsa,ut supra dictum est ; * in quibusdā eorum fieri potest augmentum per additionem ; augetur enim motus per hoc, ꝙ ei aliquid additur , uel secundùm tempus in quo est, vel secundùm uiam per quam est; & tamē manet eadem

species propter unitatem termini, augetur etiam nihilominus motus per intensionem secundùm participationem subiecti,inquantum scilicet idem motus potest magis , uel minus expeditè , aut promptè fieri .

¶Hic consequenter procedit ad secundam conclusionem iuxta secundum membrum distinctionis,quod præmittit;& est talis cōclusio, In accidentibus quibusdam (s.respectiuis) quæ augētur ſm seipsa, potest fieri augmentum per additionem. Hanc conclusionem D.S.ostendit,& deducit per alias conclusiones innitentes tribus exemplis. Secundam conclusionem ponit ibi. Similiter etiam & scientia,&c. Tertiam ibi. In habitibus autem corporalibus,&c. Prima conclusio declaratoria . Motus augetur per additionem , augetur nihilominus & per intensionem. Probatur prima pars ; forma aliqua secundùm se dicitur augeri per hoc,quòd magis accedit ad suum indiuisibile specificans, sed accessus in motu maior fit per additionem;ergo motus augetur secundùm se per additionem. Maior patet ex articulo primo . Minor patet, augetur enim motus per hoc, quòd ei, &c. vt in littera, &c. Secunda pars conclusionis patet ex prima conclusione. Deinde ibi.

¶Similiter etiā , & scientia pōt augeri ſm seipsam per additionē,sicut cum aliquis plures conclusiones geometricæ addiscit,augetur in eo habitus eiusdem sciētiæ ſm speciē;augeť nihilominus sciētia in aliquo ſm participationē subiecti per intēsionē,prout s.expeditius,& clarius vnus hō se hēt alio in eisdē cōclusionibus cōsiderādis.

Scientia quomodo augetur p additionē.

¶Inducit aliā conclusionem declaratoriā,& limitatiuā secundę ex alio exēplo. Scientia augetur nō solùm per additionem,sed ēt primo modo per participationē subiecti ſm intensionē,patēt ambæ partes, sicut ꝓcedentis cōclusionis, & declarantur clarè in lra.

¶Nota,ꝙ quomodo scientia augeatur per additionem,sunt varij modi dicendi in schola D.S. Aliqui,qui opinantur scientiam esse qualitatem simplicem,volunt, ꝙ illa additio nō sit intrinsecè in ipsa scientia,sed extrinsecè in ipso cognito,ita ꝙ conclusio additur conclusioni, sed non pars scientiæ ad partem , sed hoc non vī consonare verbis D.S. quia dicit, ꝙ scientia ſm seipsam augetur,& recipit additionem, ad differentiam formarum absolutarū; albedo enim fit maior extenso subiecto,sed per accidens non per se; scientia autem per se fit maior per additionem partis intrinsecæ. Vnde dicit D.S.clarè,ꝙ habitus scientiæ augetur ſm seipsum per additionem. Capreolus verò in prolo.primi.q.3.concl.1.vult, ꝙ D.S.loquitur de scientia,vt dicit species ordinatas, & ꝙ fiat additio speciei ad speciem . Cui aliqui alij quo ad hoc concordant . Sed addunt,ꝙ non intelligatur D.S.de speciebus abstractis per intellectum agentem,sed de speciebus complexis causatis per intellectum possibilem. Et ſm istos diceretur, ꝙ sciētia nominat habitum totalem collectum ex multis notitijs partialibus habentibus vnitatem scientiæ ex formali vna ratione considerandi , & ex ordine causalitatis,& dependentiæ vnius ex alia. Et secundùm istos scientia augetur per additionem, non quia addatur scientia scientiæ,sed notitia partialis notitiæ partiali,quæ sub vna scientia comprehenduntur ratione iam dicta . Tunc ibi.

Capreolus.

¶In habitibus autē corpòralibus non multum vī fieri augmentum per additionē,quia nō dī aīal sanū simpliciter,aut pulchrū,nisi ſm oēs partes suas sit tales; ꝙ autem ad perfectiorem cōmensurationē perducat, hoc cōtingit ſm transmutationem simpliciū qualitatum,q̄ non augētur,nisi ſm intensionem ex parte subiecti participantis. Qūo autem se habeat circa uirtutes, infra dicetur. *

*q.66.ar.2.

¶Subiungit vltimò tertiam conclusionem limitantem secundā responsiuam ex alio exemplo ; & est. In habitibus corporalibus non fit augmentum per additionem, sed ſm intensionem,quæ fit ſm participationem subiecti; augetur ex consequenti . Probatur prima pars.Animal non dicitur sanum simpliciter,vel pulchrum, nisi omnes partes sint sanæ, &c. ergo non augetur per additionē. Tenet consequentia , quia si non dicitur sanum , nisi omnes partes sint sanæ, nihil potest addi. Secunda pars patet, quia subiectū potest perduci ad perfectiorem commensurationem ſm transmutationem simplicium qualitatum ; igitur secunda pars vera.

¶ Nota , ꝙ sanitas etiam augetur per se pp maiorem accessum ad terminum, sed talis accessus non fit per additionem,vt dictum est in tertia conclusione; sed ille maior accessus est mediante intēsione qualitatum simplicium; & ergo dictum fuit ar.præced.ꝙ sanitas augetur ſm se aliter,quàm scientia,quia sciētia per additionem,sanitas per accessum maiorem,qui fit per intensionem,&c.

¶Ex omnibus istis trahitur conclusio formaliter ad quæsitum responsiua talis . Aliqui habitus augentur per additionem , non omnes . Probatur. Accidentia respectiua , & quæ augentur ſm seipsa, & quæ possunt partialiter inesse, possunt augeri per additionem, sed omnes habitus sunt quidem respectiua (respectu trāscendenti) sed non omnes augentur secundùm se, sed aliqui, nec possunt omnes partialiter inesse (idest parti , & non toti ; sic tamen, ꝙ totum simpliciter denominetur) vt patet de sanitate;igitur aliqui augentur per additionem , aliqui non . Maior patuit conclusione secunda . Minoris prima pars ; & similiter secunda patent ex artic.1. & secunda pars patet de habitus virtutis . Tertia pars minoris patuit ex prima parte proximæ conclusionis.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primam conclusionem responsiuam.

¶Ad primum ergo dicendum , ꝙ etiam in magnitudine corporali contingit dupliciter augmentum ; vno modo per additionem subiecti ad subiectum , sicut est in augmento uiuentium; alio modo per solam intensionem absque omni additione , sicut est in his , quæ rarę fiunt , ut dicitur in quarto Physicorum, *

* Aristot. tex.63.

¶Dicendum ad maiorem,vera,ꝓp hoc,ꝙ vtrobiq; augmentum terminatur ad magnitudinem,vel molis,vel virtutis, & nō ꝓp additionem consimilem . Ad minorem dico, distinguendo ea,quia quantitas corporalis augetur dupliciter ; vno modo , vt quantitas est, & in augmento viuentium; & sic verum est, quòd augetur per additionem; quia quantitas,vt sic habet,quòd sit distinguibilis ſm situm, vel ſm numerum. Distinctio autem ſm situm, & augmentatio non fit sine additione; alio modo consideratur vt forma accidentalis, & sic est distinguibilis secundùm subiectum ; & sic negatur minor,immo sic habet augmentum, sicut aliæ formæ accidentales in subiecto per modum intensionis sine additione (i.nullo addito augentur,non ramen suscipit magis; & minus.)

Capreolus.

¶Nota circa hanc secundam partem solutionis , ꝙ Capreolus in secundo,dist.18.circa finem solutionum fundat se in ista dicēs; ꝙ quantitas in se,& vt præcisa ab omni quantitate discreta,potest suscipere magis,& minus,& tamen est terminus motus nō pensę, sed consequitur terminum per se.s.rarefactionem. Sed illud dictū non placet, & videtur contra Philosophum in prædicamentis,vn de D.S.non habet,ꝙ quantitas intendatur,sed ꝙ augeatur per modum intensionis , idest nulla noua quantitate acquisita ; vnde non vult, ꝙ intendatur, sed quòd augeatur sine addito per accidens;sicut qualitatibus nihil additur, quando intenduntur. Vnde quantitas aeris rarefacti dicitur propriè maius extensum, quàm magis extensa . Et de hac solutione 2.2.q.24.art.5. ad primum.

¶Ad secūdum dicendum, ꝙ causa agens habitum,facit quidem semper aliquid in subiecto,non autem nouā formam; sed facit,ꝙ subiectum perfectius participet formam præexistentem, aut quod amplius se extendat.

¶Dicendū ad maiorem,habitus nō augetur nisi aliquo agente; verum,ꝙ non agit nouam formam,sed ꝙ agit in subiectū vt formam primo introductam perfectius vt participet;& hoc ſm Capreolum, faciendo vt habeat perfectius esse ſm eandem formam, vel vt forma fiat perfectior in modo essendi in subiecto. Minor vera , aliquid facit , non faciendo formam post formam , sed subiectum , perficiendo secundùm formam præexistentem.

¶Ad probationem dico , ꝙ calefaciens in principio facit calorem in aliquo gradu, sed cōtinuando actionem, facit eundem calorem in alio maiori gradu, qui est ipsa forma sub perfectiori modo essendi;vel facit,ꝙ subiectum aliquod amplius se extendat secundùm formam præexistentem. Et hoc secundum vī fieri, quando formæ augentur per additionem secundùm seipsas, ita ꝙ D.S. tangat in ista solutione duos modos augmenti formarum.

¶Ad tertium dicendum , quòd id , quod nondum est album est in potentia ad formam ipsam tanquam nondum habens formam ; & ideo agens causat nouam formam in subiecto ; sed id , quod est minus calidum , aut album,non est in potentia ad formam,cum iam actu formā habeat,sed est in potentia ad perfectū participationis modum ; & hoc consequitur per actionem agentis.

¶Dicendum, quòd maior negatur in solutione,quia quod non est album, est in potentia ad formam ipsam secūdùm se,sed quod est minus album, non est in potentia ad aliquam aliam albedinē, sed ad præhabitæ albedinis participationis modum. Minor vera. Sed negatur consequentia, deberet inferri; ergo fit magis album per maiorem participationis modum eiusdem formæ.

Vtrum quilibet actus augeat habitum.

R 4.dist.12.q.2. artic.1.q.5. ad primū.

AD tertium sic proceditur. Vī,ꝙ quilibet actus augeat habitū,multiplicata enim causa multiplicatur effectus,sed actus sunt causa habituum aliquorū,vt supra dictum est ; * ergo habitus augetur multiplicatis actibus.

* q.51.art.2.

¶2 Præt. De similibus idē est iudiciū,sed oēs actus ab eodē habitu ꝓcedētes sunt similes, vt dī in 2.Eth.* ergo si aliq actus augeāt habitū,quilibet actus augebit ipsum.

* Arist.c.1. & 2.

¶3 Præt. Simile auget ſuo ſimili, ſed qlibet actus eſt ſimilis habitui a quo ꝓcedit; ergo qlibet actꝰ auget habitū.

¶Sed contra. Idem non eſt contrariorum cauſa, ſed ſi-
* Ariſt.c.2. cut dicitur in 2. Ethi. * aliqui actus ab habitu procedentes diminuunt ipſum, utpote cum negligenter fiunt; ergo non omnis actus habitum auget.

Quærit hic vtrimò de modo augmenti habituum ex parte cauſæ agentis, an videlicet augens habitum, augeat quolibet actu.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ ſimiles actus ſimiles habi-
* Ariſt.c.1. & 2. tus cauſant, ut dr̃ in 2. Ethic.* Similitudo autem, & diſſimilitudo non ſolùm attenditur ſm qualitatem eandem, vel diuerſam, ſed etiam ſm eundem, uel diuerſum participationis modum. Eſt enim diſsimile non ſolùm nigrū albo, ſed etiam minus album magis albo, nam etiam motus fit a minus albo in magis album, tanquam ex oppoſito in oppoſitum, vt dicitur 5. Phyſicorum. *
* Ariſtot. tex.52.

¶In hoc corp. D.S. probat primò vnam concluſionem rñſi. quã expreſsè nõ ponit; ſed ſecundò eandem explicat vna alia cõcluſione, ibi, Si igitur intenſio, &c. Concluſio prima rñſi. quam D.S. intendit; eſt iſta. Nõ quilibet actus procedens. ſ. ab habitu, vel diſponit ad habitum, vel auget habitū. Probatur. Solū ille actus auget habitum, qui eſt ſimilis habitui, non tm̃ in qualitate, ſed etiam in modo intenſionis, & participationis in ſubiecto; ſed non oĩs actus procedens ab habitu eſt ſimilis in intenſione habitui; igitur non omnis auget habitum. Maiorem D.S. primò probat; ſecundò minorem, ibi. Quia verò vſus, &c. Probatur ſic maior. Similes actus cauſant ſimiles habitus; ergo etiam ſimiles in augmento, & intenſione habitibus, augent habitus, vel diſponunt. Tunc ibi.

¶Quia uerò uſus habituũ in voluntate hoĩs conſiſtit, vt
* q.49. articu.3. & q. 50. art.5. ex ſupra dictis patet; * ſicut cõtingit, ꝙ aliquis hñs habitum non utitur illo, uel etiam agit actum contrarium, ita etiam potest contingere, ꝙ vtitur habitu ſm actum non reſpondentem proportionabiliter intenſioni habitus.—

¶Minorem probat ſic. Poteſt contingere, ꝙ habens habitū vtatur habitu ſm actum non reſpondentem proportionabiliter intẽſioni habitus; ergo minor vera. Añs probatur, quia vſus habituum in voluntate hominis conſiſtit; ergo ſicut contingit, vt in Ifa, &c.

¶Si igitur intenſio actus proportionabiliter ęquet intẽſioni habitus, vel ẽt ſuperexcedat; quilibet actus, vel auget habitū, vel diſponit ad augmentū ipſius, vt loquamur de augmento habituum ad ſimilitudinẽ augmenti aĩalis; nõ enim quodlibet alimẽtum aſſumptū auget animal, ſicut nec quælibet gutta cauat lapidẽ, ſed multiplicato alimento tandẽ fit augmentum, ita ẽt multiplicatis actibus creſcit habitus. Si verò intenſio actus proportionabiliter deficiat ab intenſione habitus, talis actus nõ diſponit ad augmentum habitus, licet magis ad diminutionem ipſius. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

¶Hic conſequenter D.S. explicat præcedentem concluſionẽ. ſ. q ſint actus augentes habitū, vel q non; & ponit talẽ concluſionem declaratoriã. Si actus procedit a voluntate ꝓportionabiliter habitui intenſus, vel etiam ſuperexcreſcat, quilibet actus, vel auget habitum, vel diſponit ad augmentum ipſius. Si verò intenſio actus proportionabiliter deficiat ab intenſione habitus, talis actus non diſponit ad augmentum habitus, ſed magis ad diminutionem ipſius (& dicit D.S, ſi actus ſit proportionabiliter ęqualiter intenſus, quia intenſio actus, & habitus non ſunt eiuſdem rationis, ſed proportionabilitatis.) Probatur cõcluſio iſta. Maior ſupplet, ſimiles actus ſm intenſionis, & participationis modum, vel maiorem augent habitus; & deficientes ab intenſione habituum, diſponunt ad diminutionem habituum; ſed actus procedens ab habitu ſecundùm vſum voluntatis, qñq; proportionabiliter ęquatur intenſioni habitus, qñq; deficit; igitur qñq; intendit, & auget, videlicet ſi ꝓcedit proportionabiliter, &c. quandoq; diminuit, vel diſponit ad diminutionem. ſ. ſi deficiat. Maior patet a ſimili, quia ſicut ſimiles actus in qualitate cauſant ſimilem habitum in qualitate, ita ſimilis in intenſione auget habitum in intenſione, vel diſponit; & pro illa maiore D.S. notat duplicem ſimilitudinem actus, & habitus.

ARGVM. in contrarium pro prima eſt cõcluſione reſponſiua.

¶Ad primum dicendũ ad maiorem, multiplicata cauſa ſufficienti, multiplicatur & effectus, & cauſa proportionata. Ad minorem dico, ꝙ actus ſunt cauſa habituum, ſed nõ quilibet, ſed ſolùm tũc vnus tm̃ cauſat habitum, qñ vincit potentiam paſſiuam; ſi autẽ nõ vincat, & excedat paſſiuum, oportet actum reiterari, diſponitur tm̃ ad generationẽ habitus, ita actus procedens ab habitu proportionabiliter reſpondens, diſponit ad augmentum. Vltra; ergo habitus auget multiplicatis actibus. Conceditur; ſed non quibuſcunq;, ſed proportionabiliter ęqualibus habitui præexiſtẽti in intenſione; & ex talibus multis augetur, ſed non ex quolibet augetur, ſed diſponitur ad augmentum, ita ſ. ꝙ multi præcedentes diſponũt, & poſtea vnus ſuperueniens in virtute præcedẽtium auget, & ſingulariter ſi vlterior ſit intenſus, tunc auget. Si autem multi actus procedunt ab habitu, ſed remiſſi, tales nec augẽt, nec diſponũt ad augmentũ, immo ad diminutionẽ. De hoc exemplo, quod D.S. tangit in art. de cauatione lapidis, quod intellectum benè, cõſert ad propoſitum. Vide D.S. in 8. Phyſ. lect. 5 circa tex. comm. 23. Vnde habet inter cætera, ꝙ eſt in cauatione lapidis, deuenire ad aliqd quãtum remotum, quod totũ ſimul remouetur, & non pars poſt partẽ. In remotione ergo illius totius nulla guttarum præcedẽtium aliquid remouebat, ſed diſponebat tm̃ ad remotionem. Vltima autẽ agit in virtute omnium, remouendo id, ad cuius remotionẽ cætera diſponebant. Et ſiẽ etiam eſt in motu diminutionis; non enim eſt neceſſarium, ꝙ ſi aliquid decreſcit tm̃ in tãto tpe, ꝙ ſemper aliqd illius quantitatis ſubtractũ habeatur; & ſiẽ ẽt eſt in augmento, hęc ille. Sic ad ꝓpoſitum de augmento habitus, qa actus ꝓportionabiliter corrñdens habitui pexiſtenti, oẽs diſponunt ad augmentũ; ſed vltimus in virtute ꝓcedentium ipſum habitũ auget, ſicut gutte præcedentes cauationẽ mollificant, & diſponũt lapidem ad cauationem. Sic etiam eſt de gñatione virtutis, ꝙ præcedentes actus diſponunt ad eam, ita ꝙ aliquis actus cauſat modicam diſpoſitionẽ, alius maiorẽ, tãdem aliquis ipſam virtutem efficit, & inducit, &c.

¶Ad ſecũdum dicendũ, ꝙ minor eſt vera, ſunt ſimiles in ſpecie, ſed non in modo ſeruoris, & intenſionis, ſicut a Grammatica ꝓcedit qdẽ ſemp̃ log Gr̃amaticẽ, ſed vna locutio eſt multo intenſior, & attẽſior alia; quare neg. ẽ cõſequẽtia, vt patet ex D.S. in corp. art. quia vnus poteſt eſſe remiſſus, alius ęqualis, vel ſuperexcedens in modo intenſionis habitus; igitur vnus non auget, alius auget.

¶Dicendũ ad maiorem tertij, ſimile augetur a ſimili, non tm̃ in natura, vel proportionabiliter in ſpecie naturæ, ſed proportionabiliter in æqualitate intenſionis, & perfectionis. Minor negatur, ꝙ quilibet ſit ſimilis in modo intenſionis, vt patuit in corp. quare negat cõſequentia. Dico autem, ꝙ actus conueniunt cũ habitibus proportionabiliter in ſpecie naturæ, nã nõ ſunt eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſimæ, vt cõſtat, ſed actus immanẽs, aut eſt in gñe actionis, aut in gñe qualitatis; & diſpoſitio, quæ diſtinguitur ſpecificè ab habitu; tm̃ ꝓportionabiliter ſm ſpeciem actus cauſatur ſpecies habitus.

Quæſtio Quinquageſimatertia.

De diminutione, & corruptione habituum.

§

DEinde cõſiderandum eſt de diminutione, & corruptione habituũ. Et circa hoc quærunt̃ tria. Primò, vtrum habitus corrumpi poſſit. Secundò, vtrum poſſit diminui. Tertiò, de modo corruptionis, & diminutionis.

¶Patet ordo, quia generatio præcedit corruptionem, & augmẽtum diminutionem, & via perfectionis, & ſecundùm eſſe. Et primò quærit, quomodo poſſit habitus corrumpi, aut diminui. Secundò determinat dubium, artic. 3.

Vtrum habitus corrumpi poſſit.

AD primum ſic proceditur. Vr̃, ꝙ habitus corrũpi nõ poſſit; habitus enim ineſt ſicut natura quædã. Vnde operationes ſm habitum ſunt delectabiles, ſed natura non corrumpitur manente eo, cuius eſt natura; ergo neque habitus corrumpi poteſt manente ſubiecto. Prima pars. q.49 art.3. corp.

¶2 Præt. Omnis corruptio formæ, vel eſt per corruptionem ſubiecti, uel eſt a contrario, ſicut ęgritudo corrumpitur corrupto animali, vel etiam ſuperueniẽte ſanitate; ſed ſcientia, quæ eſt quidam habitus, nõ poteſt corrumpi per corruptionẽ ſubiecti; quia intellectus, qui eſt ſubiectum eius, eſt ſubſtantia quædam, & non corrumpitur, vt dicitur in primo de Anima. * Et ſimiliter etiam * Ariſtot. tex.45. non poteſt corrumpi a contrario; nam ſpecies intelligibiles non ſunt adinuicem contrariæ, vt dicitur in 7. Metaph.* ergo habitus ſcientiæ nullo modo corrũpi poteſt. * Ariſtot. tex.13.

¶3 Præt. Omnis corruptio eſt per aliquem motum; ſed habitus ſcientiæ, qui eſt in anima, non poteſt corrũpi per motum per ſe ipſius animæ, quia anima per ſe non mouetur, mouetur autem per accidens per motum corporis; nulla autem tranſmutatio corporalis vr̃ poſſe corrumpere ſpecies intelligibiles exiſtentes in intellectu, cũ intellectus ſit per ſe locus ſpecierũ ſine corpore; vnde ponitur, ꝙ nec per ſeniũ, nec per mortẽ corrumpũtur habitus; ergo ſcientia corrũpi nõ poteſt, & per cõſequẽs nec habitus uirtutis, qui ẽt eſt in aĩa rationali; & ſicut Philoſ. dicit in 1. Eth. * uirtutes ſunt permanẽtiores diſciplinis. * Ariſt.eo.

¶Sed

¶Sed contra eſt, quod Philoſ. dicit in lib. de longitudine, & breuitate uitæ, * quòd ſcientiæ corruptio eſt obliuio, & deceptio, peccando etiam aliquis habitum uirtutis amittit, & ex contrarijs actibus uirtutis generantur, & corrumpuntur, ut dicitur in 2. Ethic. *
* Ariſt.c.2.
* Ariſt.c.1. 2. & 3.

¶Hic quærit de corruptione habituum.

¶Reſpondeo dicẽdum, ꝙ ſecundùm ſe dicitur aliqua forma corrumpi per contrarium ſuum, per accidens autem per corruptionem ſui ſubiecti. Si igitur fuerit aliquis habitus, cuius ſubiectum eſt corruptibile, & cuius cauſa habet contrarium, utroq; modo corrumpi poterit, ſicut patet de habitibus corporalibus. ſ. ſanitate, & egritudine; illi uerò habitus, quorum ſubiectum eſt incorruptibile, non poſſunt corrumpi per accidens.

¶D.S. diſtinctè reſpondet tam ex parte ſubiecti. ſ. de multiplicibus habitibus, quàm ex parte prædicati, puta de corrumpi. Vnde ponit quinq; concluſiones partialiter reſponſiuas; ſecundam ibi. Sicut habitus, &c. tertiam ibi. Eſt igitur cõſiderandum, &c. quartam ibi. Aliquis verò habitus, &c. quintam ibi. Quædã verò, &c. Quo ad primam præmittit diſtinctionem ex parte prædicati quæſtionis, quia corrumpi dicitur aliqua forma per ſe per contrarium ſuum, per accidens autem ad corruptionem ſubiecti, & hoc eſt fundamentum totius huius articuli. Vnde concluſio prima ſm illam diſtinctionem eſt iſta. Habitus corporales vtroq; modo corrumpi poſſunt. Probatur. Subiectum eorum eſt corruptibile, & habent contrarium; ergo vtroque, &c. Tenet conſequentia ex notabili. Antecedens de ſe notum, & patet exemplariter de ſanitate, & egritudine. Nota tamen ſupra quæſt. 50. art. 1. quia dicuntur habitus, vel quo ad modum, vel capiendo habitum pro prima ſpecie, ſanitas ſcilicet & egritudo. Deinde ibi.

¶Sunt tamen habitus quidam qui, & ſi principaliter ſint in ſubiecto incorruptibili; ſecundariò tamen ſunt in ſubiecto corruptibili, ſicut habitus ſcientiæ, qui principaliter eſt quidem in intellectu poſſibili; ſecundariò autem in uiribus apprehenſiuis, ut ſupra dictum eſt; * & *q.50.ar.3. ad tertium. ideo ex parte intellectus poſſibilis, habitus ſcientiæ non poteſt corrumpi per accidens, ſed ſolùm ex parte inferiorum uirium ſenſitiuarum.

¶Eſt pro ſecunda concluſione tali. Habitus ſcientiæ non poteſt corrumpi per accidens quantum ad id, quod habet in intellectu poſſibili, ſed ſolùm ex parte inferiorum virium.

¶Nota ex q.50. art.4. ad tertium. & ibidem dictis, q uòd habitus ſcientiæ habet aliquid ſecundarium in viribus apprehenſiuis ſenſitiuis. ſ. bonam diſpoſitionem antecedentem, vel conſequentem uſum ſcientiæ; & talis eſt materiale in ſcientia. Et de illo loquitur ſecunda pars concluſionis. Probatur concluſio. Illi habitus, quorum ſubiectum eſt incorruptibile, non poſſunt corrumpi per accidens, ſed ſubiectum ſcientiæ, quantum ad formale, eſt incorruptibile; quantum ad id, quod eſt in viribus ſenſitiuis, habet ſubiectum corruptibile; ergo, &c. Maior patet ex notabili. Minor patet, quia quantum ad principale ſcientiæ ſubiectũ eſt intellectus poſſibilis, qui eſt incorruptibilis. Secunda pars patet, quia vires ſenſitiuæ corrumpuntur cum corpore, cũ ſint potentiæ totius coniuncti, & hoc D.S. tangit in principio tex. Conſequenter cũ dicit.

¶Eſt igitur conſiderandum, ſi poſſunt huiuſmodi habitus per ſe corrumpi; ſi igitur fuerit aliquis habitus, qui habeat aliquid contrarium, uel ex parte ſua, uel ex parte ſuæ cauſæ, poterit per ſe corrumpi; ſi uerò non habet contrarium, non poterit per ſe corrumpi. Manifeſtum eſt autem, quòd ſpecies intelligibilis in intellectu poſsibili exiſtens, non habet aliquid contrarium, neque iterum in intellectu agẽte, qui eſt cauſa eius, poteſt aliquid eſſe contrarium; vnde ſi aliquis habitus ſit in intellectu poſsibili immediatè ab intellectu agente cauſatus, talis habitus eſt incorruptibilis, & per ſe, & per accidens; huiuſmodi autem ſunt habitus primorum principiorum, tam ſpeculabilium, quàm practicorum, qui nulla obliuione, uel deceptione corrumpi poſſunt; ſicut Philoſophus dicit in 6. Ethicorum; * de prudentia, quòd non perditur per obliuionem.
* Ariſt.c.5.

¶Inquirit de corruptione habituum per ſe ex parte cauſæ. Vnde eſt tertia concluſio reſponſiua quo ad primum membrum diſtinctionis poſiti in principio. Species intelligibilis, & habitus primorum principiorum non poſſunt corrumpi per ſe. Probatur concluſio. Omnis ille habitus qui habet contrarium, vel ex parte ſua, vel ex parte cauſæ ſuæ, poterit per ſe corrumpi, ſed ſpeciei intelligibili, & habitui principiorum nihil eſt contrarium, vel in ſe, vel ex parte cauſæ; igitur ſequitur concluſio. Maior iſta patet ex notabili. Minor patet de ſpecie intelligibili, & intellectu principiorum. Nam quòd ſecundùm ſe non habeant contrarium; conſtat, nam habitus principiorum nulla obliuione, vel deceptione corrumpi poſſunt, ſicut neque prudentia; quòd autem non ex parte cauſæ, quia cauſa eſt intellectus agens, cui nihil eſt contrarium; quòd autem ſcientiæ, & opinioni non ſit contrarium ex parte cauſæ, oſtendit D.S. ibi. Aliquis verò habitus, &c.

¶Nota primò, quòd in prima operatione intellectus nulla eſt contrarietas, & per conſequens ſcientia accepta pro ſpeciebus nõ habet contrarium, & nullo modo corrumpitur, materiali autem ſcientiæ etiam ſic acceptæ opponitur obliuio, & illa corrumpi poteſt. Vnde D.S. prima par. q.89. art.5. probat, ꝙ ſcientia, ſm quòd eſt in intellectu, manet in anima ſeparata, quia in ea eſt tm̃ prima operatio, quæ non habet contrariũ; ſimiliter ſpecies intelligibilis non habet contrarium, quia intentioni intelligibili nihil eſt contrarium. Vnde anima ſeparata intelligit etiam per ſpecies hic acquiſitas, & illic remanentes; quamuis Scot. in quarto, diſt. 45. q. 2. velit, ꝙ intelligat ſolũ per ſpecies influxas, & innitit falſo fundamento ſ. quòd ſpecies conſeruatæ, & influxæ ſint eiuſdem ſpeciei; hoc D.S. oſtẽdit falſum. 1. par. vbi iam. Vide ſolutionẽ tertij ibidẽ. Scotus.

¶Nota ſecundò, ꝙ D.S. dicit hic, quòd habitus principiorum ſit cauſatus ab intellectu agente, non obſtante, quòd ſupra q. 51. art. 1. dixerat ipſum innatum. Ex hoc eſt magnum argumentum ꝓ his, qui dicunt intellectum habituum principiorum connaturalem, & innatum. ſ. in ſua radice propinqua, ex qua ſtatim oritur in actu completo, cum obiectum offertur, & cum tali eſſe innato ſtat cauſalitas intellectus agentis ſuper habitu ipſo ſm eſſe complerum. Sed dicerent alij, quòd talis habitus eſt ab eo, a quo eſt anima; ſed quia effectus primus poteſt aliquo modo dici cauſa effectus ſecundarij neceſſariò primum præſupponentis; ideo quia habitus principiorum neceſſariò præſupponit ordine naturæ intellectũ agentem, ſm cuius proportionem confertur; ideo dr̃, quòd intellectus agens ſit cauſa illius habitus. Et ſecundò dicerent, ꝙ huiuſmodi habitus quo ad actum, dependet ab intellectu agente, &c. Scotus.

¶Nota tertiò, ꝙ D.S. habet, quia ſpeciei intelligibili non eſt aliquid contrarij ex parte cauſæ, ſed habitui concluſionũ, q eſt ſcientia, eſt contrarium hoc modo, &c. Vbi vr̃ ſatis clarè haberi, quòd ſpecies intelligibiles non ſunt ſcientia. Sed diceret quidam, quòd eſto ſpecies ſint ſcientia, nõ tm̃ niſi vt ordinatæ ſunt, q ordo habet contrariũ, & deſtruitur per ipſum; ideo & ſcientia formaliter. licet materialiter ſit ipſæ ſpecies, q manẽt, ſed non ordinatè. Alij dicerent, vt factum eſt q. præced. art. 2. ꝙ ſcientia nõ eſt ſpecies cauſatæ ab intellectu agente repreſentatiuæ ſimplicium quidditatum. Et de illis loqtur D.S. quando dicit ſpecies non habere contrarium, ſed ſcientia eſt ſpẽs cõplexorum, & partiales notitię conclusionũ, & hæ corrumpuntur, qa habent contrarium ex parte cauſę, vt deductum eſt. Vide etiam Sco. diſt. 17. primi, & diſt. 3. ſecundi ſentẽ. q diſtinguit inter ſpeciem intelligibilem, & habitum intellectualem ſcialem. Et concedit, ꝙ de plano ſpeciei intelligibili conueniat actiuitas ſuper cõſideratione obiecti, ſed an habitui ſciali que dicit habilitatem ad conſiderandum, cõueniat actiuitas, non ſatis determinat. Sunt autem, qui D.S. ſequuntur, qui dicunt talem habilitatem nihil eſſe præter perfectã participationem ſpẽrum, &c. Scotus.

¶Nota quartò pro intellectu huius verbi, habitus principiorum nõ poſſunt corrumpi per obliuionem, ſicut nec prudentia. Huius fundamentum habetur 2.2.q.47. art. 16. quia obliuio reſpicit cognitionem tm̃, & fit per ablationem ſimilitudinum rerum. Dictũ eſt autem ſupra, quòd habitus principiorum ſunt inclinatiui; ideo non tolluntur per obliuionem ſic, quia prudentiæ perfectio venit ex affectu, & requirit rectitudinem appetitus; ideo obliuio, quæ opponitur cognitioni tm̃, prudentiam nõ tollit, quamuis & obliuio impedire poſſit prudentiã, quæ præcipit per cognitionem, quã obliuio tollere poteſt; ſed magis tollitur prudentia per paſſiones, & prauas affectiones. Eſt & alia ratio, qa illius virtutis intellectualis non eſt obliuio, cuius materia continuè præiacet homini, & ſuæ operationi, & circa cuius materiam continuè verſamur, & talis eſt prudentia; ergo, &c. Deinde cum dicit.

¶Aliquis uerò habitus eſt in intellectu poſſibili ex ratione cauſatus. ſ. habitus concluſionum, qui dicitur ſcientia, cuius cauſæ dupliciter poteſt aliquid contrarium eſſe; vno modo ex parte ipſarum propoſitionũ, ex quibus ratio procedit; etenim enunciationi, quæ eſt, Bonum eſt bonum; contraria eſt ea, quæ eſt, Bonum nõ eſt bonum, ſm Philoſ. in 2. Perhierm. * alio modo quantum ad ipſum proceſſum rationis, prout ſyllogiſmus ſophiſticus opponitur ſyllogiſmo dialectico, vel demonſtratiuo. Sic igitur patet, quòd per falſam rationem poteſt corrumpi habitus veræ opinionis, aut etiam ſcientiæ; vnde Philoſ. dicit, quòd deceptio eſt corruptio ſcientiæ, ſicut ſupra dictum eſt. * Virtutum verò quędam ſunt intellectuales, * Ariſtot. cap.vlt. * In arg. ad oppoſitũ.

quæ sunt in ipsa ratione, ut dicitur in 6. Ethic. * de quibus est eadem ratio, quæ est de scientia, uel opinione. —

¶ Ponit quartam conclusionem partialiter responsiuam similiter quo ad membrum primum diuisionis; scienta, & opinio possunt per se corrumpi, & similiter virtutes intellectuales. s. prudentia, sapientia, &c. Probatur. Omnis ille habitus, qui habet contrarium, &c. vt sonabat maior præcedens pro tertia conclusione; sed scientiæ, & opinioni, & aliis habitibus intellectualibus est aliquid contrarium ex parte causæ dupliciter; ergo, &c. Minorem D.S ostendit claiè in littera, &c. Tunc ibi.

¶ Quædam verò sunt in parte animæ appetitiua, quæ sunt virtutes morales; & eadem ratio est de uitijs oppositis; habitus autē appetitiuæ partis causantur per hoc, ꝙ ratio nata est appetitiuam partem mouere; vnde per judicium rationis in contrarium mouentis quocunque modo. s. siue ex ignorantia, siue ex passione, uel etiam ex electione, corrumpitur habitus uirtutis, uel uitij. —

¶ Subiungit vltimò quintam conclusionem de alijs habitibus, quæ est, habitus virtutis, & vitij per se corrumpi possunt. Maior resumitur pro tertia conclusione assumpta. Minor, sed habitus virtutis, & vitij habent contrarium ex parte suæ causæ; igitur, &c. Minor declaratur in littera, ibi. Quia habitus appetitiuæ partis causantur per hoc, quòd ratio nata est partem appetitiuam mouere; sed ratio, quæ prius mouet in vnā partem (s. virtutis) potest postea in contrarium mouere (s. vitium) propter ignorantiam, vel passionem, aut ex electione. & malitia; ergo conclusio vera.

¶ Et nota, quamuis causa virtutis (s. ratio) in se non habeat cōtrarium, ipsa tamen potest appetitum contrario, & diuerso modo mouere; & ratio bene monens est contraria sibiipsi, vt est vitiosè mouens. Et hoc modo habet virtus per se cōtrariū ex parte causæ.

¶ Ex his omnibus patet formalis responsio ad quæsitum, quòd quidam habitus sunt omnino corruptibiles, aliqui sunt omnino incorruptibiles, aliqui verò sunt vno modo corruptibiles. Prima pars patet per primam conclusionem de habitibus corporalibus. Secunda pars patet etiam conclusione secunda, & prima parte tertiæ. Tertia pars patet ex secunda parte tertiæ conclusionis, & quarta conclusione, vt patet intuenti de scientia, quæ corrumpitur vno modo, scilicet per contrarium causæ; similiter de virtute, scientia autem non corrumpitur ad corruptionem subiecti, &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmatium quartæ conclusionis simul, & quintæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut dicitur in 7. Ethic. * habitus similitudinem habet naturæ, deficit tamen ab ipsa; & ideo cum natura rei nullo modo remoueatur ab ipsa, habitus difficilè remouetur. —

¶ Dicendum ad maiorem, illud, sicut, dicit similitudinem, non æqualitatem, similitudo autem non est omnino perfecta; quare sicut natura est omnino irremouibilis, ita habitus difficulter remouetur. Et est similitudo in alio; quia sicut id, quod procedit a natura, est delectabile, ita quod est ex habitu. Item sicut natura operatur eodem modo vt in pluribus, ita habitus singulariter appetitiuus. Vnde possibile est, quòd id quod est contra naturam in se, est delectabile propter habitum, vt patuit supra q. 31. art. 7. Negatur autem consequentia, vt patuit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd & si speciebus intelligibilibus non sit aliquid contrarium, enunciationibus tamen, & processui rationis potest aliquid esse contrarium, ut dictum est. *

¶ Dicendum ad minorem. Ad primam partem dico, ꝙ scientia quantum ad essentiam, & quantum ad principale, non corrumpitur, quantum ad corruptionem subiecti; tamen quo ad secundarium, & materiale corrumpitur; intellectus autem non est subiectum huius secundi, sed primi. Negatur autem secunda pars, quòd scientia non corrumpatur a contrario.

¶ Ad probationē concedo, quòd species intelligibiles non sunt contrariæ, tamen vni propositioni est alia contraria, & iterum vni processui, & actui rationis, est alius contrarius in tertia operatione rationis; scientia enim non est species intelligibiles demonstrationi præuiæ, sed vel qualitas inclinans ad assensum conclusionis, vel species complexa representans talem compositionem extremorum conclusionis. Potest igitur fieri, vt cum iam teneam triangulum habere tres æquales duobus rectis, per syllogismum falsigraphum inducar, quòd postea teneam oppositum; & tunc prior notitia perit, quæ representabat complexionem, & vnionem trianguli, & trium æqualium, &c.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ scientia nō remouetur per motum corporalem quātum ad ipsam radicem habitus, sed solùm quantum ad impedimentum actus, inquantū intellectus indiget in suo actu uiribus sensitiuis, quibus impedimentum affertur per corporalem transmutationem; sed per intelligibilem motum rationis potest corrumpi habitus [d] scientiæ, etiam quantum ad ipsam radicē habitus, & similiter etiam potest corrumpi habitus uirtutis; tamen ꝙ dr uirtutes esse permanentiores disciplinis, intelligendum est non ex parte subiecti, uel causæ, sed ex parte actus; nam uirtutum usus est continuus per totam uitam, non autem usus disciplinarum. —

¶ Dicendum, ꝙ maior vera, extendendo motum etiam ad actū rationis. Ad minorem, negatur de motu rationis, quòd per eum non possit corrumpi scientia, & quòd nō per se conueniat animæ; sed verum, ꝙ motus corporalis, & alternatiuus non conuenit per se animæ, vt patuit supra q. 22. art. 1. Et verū est, quòd scientia non corrumpitur per motum, & transmutationem corporalem, quantum ad principale, & formale scientiæ, tamen quantum ad secundarium. Vltra, nulla autem transmutatio, &c. Verum, transmutatio corporis non corrumpit species intelligibiles, corrumpit tamen habilitatem conuertendi se ad phantasmata, quæ est in sensibus interioribus, præsertim cogitatiua. Et præterea species intelligibiles non sunt scientia, vt patuit; igitur, &c. Negatur consequentia; igitur scientia non corrumpitur, non corrumpitur quidem quantum ad subiectum, tamen a contrario, &c. Negatur etiam, quòd virtus non corrumpatur, præsertim quæ est in vi sensitiua, & rationali per participationem. Est enim in anima rationali principaliter, sed non totaliter; sed non omnis in vi rationali per essentiam, sed per participationem; & non est simpliciter verum, quòd virtus moralis, quæ est in appetitu sensitiuo, sit permanentior quo ad subiectum, vel causam, quia subiectum corrūpitur; & iterum habet contrarium ex parte causæ, quod non habet omnis habitus intellectualis, sed ex parte vsus, &c.

Vtrum habitus possit diminui.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd habitus diminui non possit, habitus enim est quædā qualitas, & forma simplex; simplex autem, aut totum habetur, aut totum amittitur; ergo habitus etsi corrumpi possit, diminui non potest. T

¶ 2 Præt. Omne quod conuenit accidenti, conuenit eidem ratione sui subiecti, habitus autem secundùm seipsum non intēditur, & remittitur; alioquin sequeretur, quod aliqua species de suis individuis prædicaretur secundùm magis, & minus; si igitur secundùm participationem subiecti diminui possit; sequeretur, quòd aliquid accidat habitui proprium, quod non sit commune ei & subiecto; cuicunq; autem formæ conuenit aliquid proprium præter suum subiectum, illa forma est separabilis, ut dicitur in primo de Ani. * sequitur ergo, ꝙ habitus sit forma separabilis, quod est impossibile.

¶ 3 Præt. Ratio, & natura habitus, sicut & cuiuslibet accidentis consistit in concretione ad subiectum, vnde & quodlibet accidens definitur per suum subiectum; si igitur habitus secundùm seipsum non intenditur, neque remittitur, neque etiam secundùm concretionem sui ad subiectū diminui poterit, & ita nullo modo diminuetur.

¶ Sed cōtra est, ꝙ cōtraria nata sunt fieri circa idē, augmentum autem, & diminutio sunt contraria; cum igitur habitus possit augeri; videtur, ꝙ etiam possit diminui.

¶ Hic quærit de diminutione, an conueniat habitui.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ habitus dupliciter diminuuntur, sicut & augentur, vt ex supra dictis patet. *

¶ D. S. primò ponit conclusionem responsiuam; secundò vnam aliam conclusionem declaratoriam, ibi. Et sicut ex, &c. Conclusio prima responsiua est; habitus dupliciter diminuitur. s. & ex parte radicationis, & participationis in subiecto, & secundùm seipsum. Probatur. Habitus dupliciter augetur; ergo dupliciter minuitur. Antecedens patet q. 52 art. 1. Tenet consequentia per argumentum in contrariū, quia tot modis potest vnum contrariū fieri circa subiectum, quot reliquum; supposito ꝙ ambo conuenire possint. Augetur autem dupliciter. s. secūdùm participationem subiecti, & s̄m seipsum, aliquis saltem habitus; & ergo dicit D.S. habitus indiffinitè, non omnis, vt patuit, &c. Deinde cum dicit.

¶ Et sicut ex eadem causa augentur, ex qua generātur, ita ex eadem causa diminuuntur, ex qua corrumpuntur; nam diminutio habitus est quædam uia ad corruptionem, sicut è conuerso generatio habitus est quoddam fundamentum augmenti ipsius. —

¶ Declarat

¶ Declarat præcedentem conclusionem tali conclusione. Habitus ex eadem causa diminuuntur, ex qua corrumpuntur, ita s. ꝙ sicut actus contrarij causæ ipsius habitus corrumpunt habitum, ita etiam diminuunt; & quādo habitus corrūpitur per multos actus, tunc illi qui præcedunt, totalem corruptionem diminuunt, sed qñ habitus per vnum actum corrumpitur, tunc talis corrumpit, & nō diminuit. Et intelligit D. S. de habitu, qui potest diminui, sicut & virtus, & opinio, & huiusmodi, qui etiam successiuè generātur, sic etiam successiuè corrumpuntur per diminutionem. Probatur, habitus ex eadem causa augentur, ex quo generantur; ergo etiam ex eadem causa diminuuntur, ex qua corrumpuntur. Antecedens patuit q. 3. artic. 2. statim post primam conclusionem, sicut quod introducit calorem, etiam intendit eum. Consequentia probatur, quia sicut generatio habitus est quoddam fundamentum augmenti ipsius, ita diminutio est via, & fundamentum corruptionis; ergo sicut quod generat, auget, ita quod corrumpit, diminuit, intelligendo quando est diminuibilis, & quòd diminuit per actus præcedentes actum corruptiuum, vel corrumpentem.

¶ Et confirmatur conclusio responsiua prima arg. in cōtrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd habitus secundùm se cōsideratus, est forma simplex, & secundùm hoc non accidit ei diminutio; sed secundùm diuersum modum participandi, qui prouenit ex indeterminatione potentiæ ipsius participantis, quæ scilicet diuersimodè potest unam formam participare, uel quæ potest ad plura, uel ad pauciora extendi. —

¶ Dicendum, quòd circa maiorem est difficultas. Dico ergo ad eam, vt videtur post mentem D. S. primò. Habitus aliquis est simplex secundùm se, ita quòd non habet partes quascunque, vt sunt species intelligibiles, & virtutes morales; sed non sunt simplices, quia videlicet vno indiuisibili modo insint, immo varijs modis a subiecto participari possunt. Secundò dico, quòd habitus aliquis, puta intellectualis, vt est scientia, est simplex per negationem partium quantitatiuarum, & per negationem compositionis, materiæ, & formæ; sed non est simplex, ita quòd non habeat partes constitutiuas alicuius totius habentes ordinem inter se causalem. Et vlterius dico, quòd scientia non est simplex quo ad modum essendi in subiecto, ita quòd vno modo participetur. Ista omnia possunt haberi ex quæst. 52. Ad minorem dico, quòd simplex primo modo. s. per negationem cuiuscunque partis habetur totum secundùm se, sed non semper totaliter quo ad modum essendi in subiecto; vnde species intelligibilis, quamuis simplex sit, potest tamen magis, & minus intēdi; & ergo potest diminui, non auferendo partem, & partem; sed diminuendo modum, & modum. Secundò dico, quòd simplex (vt est scientia) habetur totum secundùm essentiam, & formalem rationem considerandi (a qua habet vnitatem) & cathegoreumaticè; si autem intelligitur totum syncathegoreumaticè, & secundùm omnes partes, secundùm quas secundùm se extendi potest, & quæ possunt sibi addi; negatur minor, nam fieri posset, vt aliquis habens scientiam vnam, ex syllogismo falsigrapho malè sentiret, immo dimitteret notitias veras, & partiales aliquarum conclusionum, & alias teneret. Constat, quòd talis scientia minueretur per partes, & non tota amitteretur; vnde minueretur, & tamen non totaliter corrumperetur. De modo autem diminutionis, qui est per defectum participationis non est difficultas, quin minuatur successiuè, & non corrumpatur.

¶ Et nota verbum D. S. quia in principio solutionis dicit, ꝙ habitus secundùm se consideratus sit forma simplex, & sic ei non accidit diminutio (s. ꝙ aliquid de eo, quod dat speciem, minuatur) quia secundùm simplex habet speciem, sed illi simplicitati quam secundùm se habet aliquando, non repugnat habere partes, quæ omnes continentur sub vno simplici specificante, & præsertim qa habitus non solùm potest dici totalis scientia, sed etiam partialis notitia. Vide infra ad secundum in fine, quod notaui; & quod hoc stet cum D. S. patet, quia in fine solutionis D. S. dicit, ꝙ subiectum secundùm formam secundùm se simplicem, potest ad plura extendi, quæ extensio, iuxta dicta D. S. in q. 52. art. 2. in corp. & ad secundum, necessariò attēditur penes additionem partis, & partis; stat ergo, vt videtur simplicitas habitus alicuius totius propter vnitatem specificam formalis rationis, & propter negationem compositionis quantitatiuæ, & materialis, cum pluralitate partium, & partialium notitiarum, quæ omnes faciunt vnam simplicem scientiam, & habitum modo dicto; & quælibet in se est simplex per negationem cuiuslibet partis, & quælibet sufficit ad hoc, vt tota scientia habeatur, esto non totaliter secundùm se. Non enim video quomodo subiectum fecūdùm habitum extendatur ex illa extensione, qua habitus s̄m se augetur, nisi per additionem.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ratio illa procederet, si ipsa essentia habitus nullo modo diminueretur, hoc autē nō ponimus, sed ꝙ quædam diminutio essentiæ habitus non habet principium ab habitu, sed a participante. —

¶ Dicendum ad maiorem primò. Omne quod conuenit, &c. cōuenit ratione subiecti, vel sicut per id, quod est ratio per quam, vel ratio sine qua non. Et dico, ꝙ diminutio, & augmentum s̄m participationem conuenit habitui, & accidenti per subiectum, sicut ꝙ rationem per quā; sed diminutio, vel augmentum s̄m se. s. per additionem, conuenit habitui per subiectum, sicut per rationem sine qua non, sicut dr 2 de Ani. ꝙ albedo est visibilis per se, & s̄m appriā rationem, tamen subiectum est sine quo nō vr, vel est visibilis, &c.

¶ Ad minorem dico, ꝙ quidam s̄m se augentur; ita ꝙ id, quod pertinet ad speciem habitus est id, s̄m quod fit augmentum, sed vt minor sonat, distinguitur, ꝙ habitus s̄m se non intenditur, vel remittitur; si intelligitur, ꝙ ipsa essentia habitus in se non intendatur; negatur, immo D. S. 2. 2. q. 24. art. 4. ad tertium. ponit expressè, ꝙ charitas essentialiter augeatur (hoc est) intendatur in subiecto. Vnde dicit D. S. augetur ergo essentialiter, non quidem ita quòd esse incipiat, vel desinat in subiecto, sicut obiectio procedebat; sed ita quòd magis, ac magis in subiecto esse incipiat. Vide in de Virtutibus in communi, artic. 11. ad tertium. Si autem intelligitur minor, quòd habitus s̄m se, &c. ita quòd essentia, & ratio habitus non sit ratio intensionis, & ratio per quam. Concedo, quia participatio subiecti est ratio intensionis, & remissionis etiā essentiæ. Si autem loqueretur de augmento alicuius habitus, quod fit per additionem. Dico, quòd per essentiam augetur, & essentia est ratio per quam, sed subiectum sine qua non. Vltra. Aliquin, &c. Negatur, quòd si primo modo per essentiam augetur, quòd species inæqualiter diceretur, quia essentia s̄m se non variatur, sed s̄m esse in subiecto, nec s̄m gradus specificos, & essentiales, sed tātùm modales; sed bene sequitur, quòd vnum subiectum habeat maiorem formæ essentiam, quàm aliud; sed illa diuersitas non est ex aliquo principio specifico, sed ex participatione subiecti. Prædicatur autem species s̄m rationem quidditatiuam, secundùm quam non habet inæqualitatem, sed ex subiecto, quare nec s̄m magis, & minus. Si autem loquimur de augmento, quod per se conuenit formæ. Dico ex supradictis, ꝙ manet vna species pp. vnitatem termini, nec prædicatur inæqualiter s̄m esse specificū, quia in omni scientia quantumcunq; parua saluatur species; nec nomē talis habitus est impositum perfectissimæ scientiæ tm̄, sed omni notitiæ sub tali ratione; ideo quamuis vnus sit maior alio (numero distincto) est tamen vna species, sicut D. S. dixit de Sanitate, q. 52. artic. 1. in corp. vnde in eadem specie est maior, & minor habitus; sed non dicitur magis illa species de vno inferiori essentialiter, quàm de alio; quia ab eadem habent eandem speciem, idem autem non est inæquale, &c. Vltra. Si igitur, &c. Negatur sequela, quia participatio subiecti non est quid proprium formæ, immo oritur ex subiecto, quare quod sequitur, non valet.

¶ Nota, quòd videtur D. S. prima parte. q. 42. artic. 1. ad primum, clarè dicere, quòd forma intendatur s̄m essentiam, & primò, vt patet intuenti, quare nō debet videri alienum Thomistæ dicere formam per essentiam augeri, quamuis aliqui de via D. S. horreant hoc dictum; videtur tamen, quòd lege bene perspecta oporteat dicere, quòd essentia in subiecto augeatur, & non tantùm esse. Vnde dicit D. S. 2. 2. supra. quidam dixerunt, charitatem non augeri s̄m suam essentiam, sed solùm s̄m radicationem in subiecto, vel s̄m feruorem, sed hi proprium vocem ignorauerunt, cum enim accidens sit cuius esse est inesse, vnde nihil est aliud ipsam s̄m essentiam augeri, quàm eam magis inesse subiecto, quod est magis eam radicari in subiecto; hæc ille. Quæ quidem verba aliqui trahunt, & mirabiliter exponunt, sed non possunt, nisi peruertendo sententiam, & intentionem D. S. exponere, vt nō habeatur formā per essentiam augeri. In prima parte autem vbi iam, dicit. Alia est quantitas virtutis, quæ attēditur s̄m perfectionem alicuius naturæ, vel formæ, quæ quidē quātitas designatur, s̄m ꝙ dr aliquid magis, vel minus calidū, inquantū est perfectius, vel minus perfectū in caliditate; hmōi autem quantitas virtualis, attenditur primò quidem, in radice. i. in ipsa perfectione formæ, vel naturæ; & sic dr magnitudo spiritualis, sicut dr magnus calor pp. suam intensionem, & perfectionem; secundò autem attenditur quantitas virtualis in effectibus formæ, &c. vbi clarè ponit formam s̄m se intendi, & augeri, & deinde etiam secundùm esse. Quare ex omnibus istis concluditur, iuxta mentem D. S. in locis iam dictis, & hic in solutione esse formam, quæ intenditur, secundùm essentiam, & esse augeri. Thomistæ.

¶ Nota quoque circa hæc, ꝙ Herueus concorditer loquitur in primo Sententiarum, dist. 17. q. 4. Vnde dicit, non semper gradus in essentia variat speciem, sed tantùm quando illi gradus accipiūtur s̄m absolutam rationem, sicut differentiæ specificæ important gradus; Et dicit idem, ꝙ negare gradus in essentia alicuius formæ, & ponere gradus in eius magnitudine est contradicere, nam magnitudo vniuscuiusq; formæ est essentialiter ipsa forma, excepta magnitudine, quæ conuenit qualitatibus per accidens per quantitatem, inquantum sunt quantæ per accidens. Magnitudo enim quantitatis est eius essentia, magnitudo virtutis est ipsa virtus, magnitudo charitatis est ipsa charitas. Vide multa ibidem, & q. 5. de illa materia. Ponit igitur Herueus gradus in essentia formæ non solum in esse, & non in essentia, siue distinguantur, siue non esse, & essentia, sed sunt gradus modales, & non specifici, & vr habere Herueus.

multum fauorem in illa auctoritate secunda secundæ, & rationes suæ sunt fortissimæ in q.4.dist.17. Et dicit inter cætera, illud verbū sex principiorum, intelligitur quantum ad hoc, q̄ forma nō est subiectum motus, vel mutationis, non autem quin ꝑm eam fiat motus, & variatio, vt Herueus ibidem, sicut & quodlib.2.q.13. solùm in hoc deficere a mente S. Doct. quòd ponit intensionem fieri per additionem partium, tamen non signabilium, vt ipse declarat.

Herueus.

¶Ad tertium dicendum, q̄ quocunq; modo significet accidens, habet dependentiam ad subiectum ꝑm suam rationem, aliter tamen, & aliter. Nam accidens significatum in abstracto, importat habitudinem ad subiectum, quæ incipit ab accidente, & terminatur ad subiectum; nā albedo dī, qua aliquid est album; & ideo in definitione accidentis abstracti non ponitur subiectum quasi prima pars definitionis, quæ est genus, sed quasi secunda, quæ est differentia; dicimus enim, q̄ simitas est curuitas nasi; sed in concretis incipit habitudo a subiecto, & terminatur ad accidens; dī enim album, quod habet albedinem, ꝓp quod in definitione huiusmodi accidentis ponitur subiectum tanquam genus, quod est prima pars definitionis; dicimus enim, q̄ simum est nasus curuus; sic igitur id, quod conuenit accidentibus ex parte subiecti, non autem ex ipsa ratione accidentis, non attribuitur accidenti in abstracto, sed in concreto; & huiusmodi intensio, & remissio est in quibusdam accidentibus; vnde albedo non dicitur magis, & minus, sed album; & eadem ratio est in habitibus, & aliis qualitatibus, nisi quòd quidam habitus augentur, vel diminuuntur per quandam additionem, ut ex supra dictis patet. *

*q.52.ar.2.

¶Dicendum ad assumptum. Verum est, tamen accidens in abstracto aliter importat habitudinem ad subiectum, aliter in concreto, vt D. S. declarat in solutione, & ideo id quod conuenit accidenti ex parte subiecti, nō attribuitur accidenti in abstracto, quia subiectum non ponitur tanquam principale in eius definitione, sed in obliquo; sed id quod conuenit accidenti ratione subiecti, attribuitur sibi in concreto, quia concretum dicit habitudinē, quæ incipit a subiecto, & subiectum ponitur in eius definitione in recto. Vltra. Vnde, &c. Verum, quodlibet accidens definitur per subiectum, tamen aliter in abstracto, aliter in concreto. Vltra. Si igitur, &c. Negatur consequentia, quia intendi, & remitti conuenit accidenti ex parte subiecti, & per consequens attribuitur sibi in concreto, in quo principaliter importat subiectum, non in abstracto, & secundùm se, prout præscinditur ab inexistentia subiecti, & a modo essendi in subiecto secundùm rationem, & modum intelligendi; licet enim in prima operatione accidens non possit intelligi sine subiecto, vt specificās est, tñ intelligit sine inexistētia subiecti, & per consequens id quod tm̄ conuenit, vt inexistit actu non attribuitur in abstracto; & hęc solutio vera est de habitu, vt intenditur, & remittitur ex participatione subiecti; & de illis, quæ tantùm isto modo intenduntur, & augentur; sed de habitu, qui augetur secundùm se per additionē, ibi secus est; & de illis non est locutus D.S. quia (vt patuit q.52.art.2.) tales etiam in abracto augentur, & secundùm se ad sensum dictum ad secundum immediatè; ideo tales dicuntur augeri, & maiores in abstracto; sed secus de augmento ratione participationis, quod conuenit tantùm ratione subiecti. Et hoc notat D.S. in fine solutionis, ibi. Nisi q̄ quidam habitus augentur, vel diminuuntur per quandam additionem (supple vel substractionem) & in talibus supple (secus est) quia etiam in abstracto augentur, non dico intenduntur, &c.

Aristot.

Vtrum habitus corrumpatur, aut diminuatur per solam cessationem ab opere.

V 2.2.q.24.artic.10. Et 1. dist.17. q.2. art.5. corp. *q.49.ar.2.

AD tertium sic proceditur. Videtur, q̄ habitus nō corrumpatur, aut diminuatur per solam cessationem ab opere. Habitus enim permanentiores sunt, quàm passibiles qualitates, vt ex supra dictis apparet; * sed passibiles qualitates non corrumpuntur, neque diminuuntur per cessationem ab actu; non enim albedo diminuitur, si visum non immutet, neque calor, si non calefaciat; ergo neque habitus diminuuntur, uel corrumpuntur per cessationem ab actu.

¶2 Præt. Corruptio, & diminutio sunt quædam mutationes, sed nihil mutatur absq; aliqua causa mouente; cum igitur cessatio ab actu nō importet aliquam causam mouentem; non videtur, quòd per cessationem ab actu possit esse diminutio, uel corruptio habitus.

Aristot.

¶3 Præt. Habitus scientiæ, & virtutis sunt in anima intellectiua, quæ est supra tempus, ea uerò quæ sunt supra tempus, non corrumpuntur, neque diminuuntur per temporis diuturnitatem; ergo neq; huiusmodi habitus corrumpuntur, vel diminuuntur per temporis diuturnitatem, si diu aliquis absq; exercitio permaneat.

¶Sed contra est, quod Philosophus in libro de longitudine, & breuitate uitæ dicit, * quòd corruptio scientiæ non solùm est deceptio, sed etiam obliuio, & etiam in 8.Ethic. * dicitur, quòd multas amicitias in appellatione dissoluit, & eadem ratione alij habitus virtutum per cessationem ab actu diminuuntur, uel tolluntur.

* Aristot. * Aristot.

¶Hic quærit vltimò, de quo posset esse dubium, an corrumperet, vel diminueret habitum.

¶Respondeo dicēdum, q̄ sicut dī in 8.Phys. * aliquid potest esse mouens dupliciter; vno modo per se, quod s. mouet secundùm rationem propriæ formæ, sicut ignis calefacit; alio modo per accidens, sicut id quod remouet prohibens.

* Aristot. text. 27.

¶D. S. primò notat vnam distinctionem, secundùm cuius secundum membrum verificat secundò quæsitum affirmatiuè vna conclusione responsiua, ibi. Et hoc modo, &c. Distinctio est, quòd dupliciter aliquid est mouens, & causa respectu alterius, scilicet per se, quod videlicet mouet secundùm rationem propriæ formæ, sicut ignis calefacit per calorem suum, ita quòd ipse habet principium illius effectus, & influit in effectum, & per se facit; alio modo per accidens, idest per aliud, quia non in se facit, sed remouet prohibens, & impediens facere, quo remoto, tunc aliud causat illum effectum, vt patet 8.physicorum.

¶Et hoc modo cessatio ab actu causat corruptionem, uel diminutionem habituum, in quantum scilicet remouetur actus, qui prohibeat causas corrumpentes, uel diminuentes habitum.

¶Hic subiungit conclusionem responsiuam quo ad secundum membrum, talem. Cessatio ab actu est causa corruptionis, & diminutionis habitus secundo modo accepti. Hanc conclusionem primò probat communi dicto; secundò specialiter, ibi. Dictum est enim, &c. Arguitur primò sic. Cessatio remouet actum, qui prohibet causas corrumpentes, vel diminuentes habitum; ergo est causa secundo modo per accidens. s. corruptionis, &c. vt dicit conclusio. Tenet consequentia ex notabili, quia illa est causa per accidens. Illa probatio generalis est; sed nescitur, an cessatio ab actu corrumpat omnem habitum per accidens, ideo D.S. magis explicat illam probationem, & particularius probat illam conclusionem, explicando etiam antecedens primæ rationis, de quibus habitibus intelligat. Cum dicit.

* Arist. præcedens.

¶Dictum est enim, * q̄ habitus per se corrumpuntur, vel diminuuntur ex cōtrario agente; vnde quorumcunq; habituum contraria subcrescunt per temporis tractum, quæ oportet subtrahi per actum ab habitu præcedente, huiusmodi habitus diminuūtur, uel etiam tolluntur totaliter per diuturnam cessationem ab actu, ut patet etiam in scientia, & uirtute.

¶Arguitur secundò pro cōclusione. Quorumcunq; habituum contraria subcrescunt per temporis tractum (quæ contraria actus procedens ab habitu subtrahebat, & prohibebat) ille habitus per cessationem ab actu diuturnam diminuuntur, & tandem totaliter tolluntur, sed contraria habitus intellectualis alicuius. s. scientiæ, & virtutis per temporis tractum increscunt, quæ per actus subtrahebantur; igitur per cessationem ab actu tales habitus corrumpūtur. Primò ponit, & probat maiorem; secundò minorem, ibi. Manifestum est, &c. Maior ergo probatur, quia habitus per se corrumpuntur, vel diminuuntur ex cōtrario agente; ergo sequitur maior, q̄ illud, per quod talia cōtraria increscunt, & quod tollit prohibēs illa contraria, q̄ hoc per accidens, & ex consequenti sit causa corruptionis per accidens, & ratione alicuius ablati per ipsum, quo ablato sequitur corrumpens. Deinde cum dicit.

¶Manifestū est enim, q̄ habitus virtutis moralis facit hoīem promptum ad eligēdum medium in operationibus, & passionibus; cum autem aliquis non vtitur habitu virtutis ad moderādas passiones, vel operationes ꝑprias, necesse est, q̄ proueniant multæ passiones, & operationes præter modum virtutis ex inclinatione appetitus sensitiui, & aliorum, quæ exterius mouent, unde corrumpitur uirtus, uel diminuitur per cessationem ab actu.

¶Probat

¶Probat minorem supradictam, & primò probat de habitibus moralibus, secundò de intellectualibus, ibi. Similiter etiam, &c. Quo ad primum arguitur sic ex littera. Habitus virtutis moralis facit hominem promptum ad eligendum medium in operationibus, & passionibus, sed tamen aliquis non vtitur habitu virtutis ad moderandum, &c. vt in littera, igitur minor vera quo ad habitus morales, & virtutes. Deinde ibi.

¶Similiter etiam ex parte habituum intellectualium secundùm quos est homo promptus ad rectè iudicandum de imaginatis; cum igitur homo cessat ab vsu intellectualis habitus, insurgunt imaginationes extraneæ, & quandoque ad contrarium ducentes, ita quòd nisi per frequentem vsum intellectualis habitus quodammodo succidantur vel comprimantur, redditur homo minus aptus ad rectè iudicandum, & quandoque totaliter disponitur ad cōtrarium, & sic per cessationē ab actu dimi nuitur, vel etiam corrumpitur intellectualis habitus.

¶Corroborat eandem minorem quo ad habitus intellectuales, & arguitur sic ex littera; Secundum habitus talis homo est promptus ad rectè iudicandum de imaginatis, sed cū cessat ab vsu, &c. vt in littera, igitur &c. Ex istis potest trahi corollarium, quòd non quilibet habitus corrumpitur per cessationem ab actu. Patet, quia solùm illi quorum contraria increscunt per cessationem ab actu qui prohibebat, sed non omnes habent contraria, vt patuit art.1. vt species intelligibilis, & habitus principiorum, & hoc intelligo de synderesi quātum ad lumen habituale, quia sic non tollitur nec per cessationem, nec per actum quemcumque; potest tamen tolli actus synderesis in particulari iudicio per passionē quæ absorbet vniuersale iudicium vt ad particularem actum applicari non possit, vt patebit infra q.77.art.2. Extinguitur igitur secundùm quid tantùm, & de his in de Veritate. Materia.16. ar.3.

¶Et confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum, q̄ ita etiam calor per cessationem à calefaciendo corrumperetur si per hoc incresceret frigidum quod est calidi corruptiuum.

¶Dicendum ad minorem. Nego eam, si per cessationē ab actu contrarium illarum passibilium qualitatum increscat. Benè volo, q̄ albedo non corrumpitur, quia non immutat visum, sed si per cessationē ab actu immutationis increscat, qđ inducit nigredinē, tunc corrumpitur albedo, sic conseruatur in quibusdam, quia morantur in locis frigidis; si autē cessant se cōseruare in loco frigido, & vmbroso, ita q̄ sol possit accedere, & remoueatur prohibēs causam nigredinis inducetur contrariū, & corrūpetur nigredo, similiter per cessationem à calefactione ignis increscit frigus in aquā, quia calefactio ignis prohibebat frigus, cum ergo cessat calefacere ingreditur contrarium, & sic in proposito vt patuit in cor.

¶Ad secundum dicendum, quòd cessatio ab actu est mouens ad corruptionem vel diminutionem sicut remouens prohibens, vt dictum est. *

*In cor. ar.

¶Dicendum, quòd maior vera, præsertim de corruptione, quòd est mutatio tantùm. Diminutio autem potest esse motus propriè dictus cum est ꝑm qualitatem sensibilem. Minor negatur, cum igitur cessatio ab actu non importet aliquam causam, immo vt ostēsum est est causa remotiōs actū qui prohibebat corrumpens cōtrariū, & per consequens corruptionem vel diminutionem, vt patuit.

¶Ad tertium dicendum, quòd pars intellectiua animæ secūdùm se est supra tempus, sed pars sensitiua subiacet tempori, & ideo per temporis cursum transmutatur quantum ad passiones appetitiuæ partis, & etiam quantum ad vires apprehensiuas, vnde Philosophus dicit in 4.Physicorum. * quòd tempus est causa obliuionis.

* Arist. tex. 117. & 118.

¶Dicendum, quòd maior vera, quòd est supra tempus secundū partem intellectiuam secundùm se, & in prima operatione, tamē ex ea parte qua se conuertit ad phantasmata compositioni, & diuisioni intellectus adinungitur tempus. Et secundò intellectus est supra tempus secundùm se, quod est numerus motus corporalium rerum, sed ipsa pluralitas specierum intellectualium causat vicissitudinem quandam intelligibilium operationum, & hanc vicissitudinem vocat Augustinus. 8. super Genesim, tempus. Ista habentur ex D.S. prima parte q.83.ar.5.ad secūdum. Dicitur igitur breuiter ad maiorem, quòd intellectus secundùm primam operationem, vnā videlicet est supra tempus, tamen multæ operationes constituunt tempus discretum, quod & in Angelis ponitur; sed intellectus ratione sensuum quibus vtitur, non est supra tempus etiam nostrū, & ratione passionum ex quibus scientia, & virtus dependent. Ad minorem, ea quæ sunt supra tempus, & in ꝛc, & in sua causa non corrumpuntur per diuturnitatem temporis, si autem per diuturnitatem temporis increscat contrarium corrumpens per remotionem prohibentis, negatur, quòd talia non corrumpantur ex tēpore, & sic est in proposito, vt patuit in cor. &c. D.S. respondet ad malorem, ex tempore increscunt passiones in appetitu sensitiuo, & fit immutatio in sensibus, & ex consequenti in intellectu, vnde supra dictum fuit, q̄ obliuio opponitur materiali scientiæ quę obliuio ex tempore inducitur, & sic scientia corrumpitur; & est fundamentum huius materiæ, quia intellectus requirit sensum be nè dispositum qui per cessationem ab actu indisponitur, & ita intellectus ligatur, & quandoque accipit cōtrariam æstimationem.

¶Nota, quòd in intellectu nostro est multiplex vicissitudo, prima est in receptione actus primi, secunda est secundum actum secundum. Et illa duplex, vna quia plures actus post seinuicem, & illa successio non mensuratur tempore nostro, sed alia est successio eiusdem actus secundùm quòd concurrit sensus, & talis mensuratur tempore propriè dicto. Vide de materia huius solutionis in de Veritate. Materia 8.art.14.ad duodecimum.

Quæstio Quinquagesimaquarta.

De distinctione habituum.

DEinde considerandum est de distinctione habituum. Et circa hoc quæruntur quattuor. Primò, vtrum multi habitus possint esse in vna potentia. Secūdò, vtrum habitus distinguantur secundùm obiecta. Tertiò, vtrum habitus distinguantur secundùm bonum, & malum. Quattò, vtrum vnus habitus ex multis habitibus constituatur.

X

¶Quia ratio entis prior est ratione vnius, & aliquid, ideo D.S. prius determinat de substantia, & entitate atque subiecto, & causa habituum, antequam de eorum distinctione. Et in præsenti quæstione duo facit principaliter, primò ostēdit quomodo, & per quæ distinguuntur, secundò determinat quoddam incidens in art.4. qa autem habitus potest tripliciter considerari. s. per comparationem ad subiectū in quo est. Et secundò ad obiectū circa quod est, & tertiò per comparationē ad finē ad quem disponit, ideo sunt tres ar. Primus ostendit quomodo distinguantur ex parte subiecti, secūdò quomodo ex parte obiecti, tertiò quomodo ex parte finis.

Vtrum multi habitus possint esse in vna potentia.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd non possint esse multi habitus in vna potētia. Eorum enim quæ secundùm idē distinguūtur multiplicato vno multiplicatur, & aliud; sed secundùm idem potentiæ, & habitus distinguuntur, scilicet secundùm actus, & obiecta; similiter ergo multiplicantur, non ergo possunt esse multi habitus in vna potentia. 2.2.q.47.ar.5.ad.3. Et 3.d.33.q.1.arti.1.q.1.cor. & dist.35.q.2.art.3.q.2.ad 3. Et Veri.q.15.arti.2.ad 11. Et vir.q.1.art.12.ad 4.

¶2 Præt. Potentia est virtus quædam simplex, sed in vno subiecto simplici non potest esse diuersitas accidentium, quia subiectum est causa accidentis, ab vno autem simplici non videtur procedere nisi vnum, ergo in vna potentia non possunt esse multi habitus.

¶3 Præterea. Sicut corpus formatur per figuram, ita potentia formatur per habitum; sed vnū corpus non pōt simul formari diuersis figuris, ergo neq; vna potentia potest simul formari diuersis habitibus, non ergo plures habitus possunt simul esse in una potentia.

¶Sed contra est, quòd intellectus est vna potentia, in qua tamen sunt diuersarum scientiarum habitus.

¶Quæritur hic primò, an semper necessariò distinguātur ex parte subiecti immediati, quod est potentia.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictū est. * habitus sunt dispositiones quædam alicuius in potentia existentis ad aliquid, siue ad naturam siue ad operationem vel finem naturæ. * q.49.ar.4.

¶D.S. primò resumit vnam distinctionem supra habitam bimembrem, secundò ponit duas conclusiones responsiuas ei correspondentes, primam ibi. Et de illis quidem, &c. secundam ibi. Si verò loquamur, &c. Resumuntur ergo ex supra dictis q.49.arti.4. quòd aliqui sunt habitus, qui important ordinem ad naturā, quidam ad operationem.

¶Et de illis quidem habitibus qui sunt dispositiones ad naturam, manifestum est, quòd possunt plures esse in vno subiecto, eo quòd vnius subiecti possunt diuersimodè partes accipi, secūdùm quarum dispositionem habitus dicuntur.

¶Hic

Conclusio prima. ¶ Hic ponit conclusionem primam responsiuam iuxta primũ membrum, talem. Plures habitus qui sunt dispositiones ad naturam possunt esse in vno subiecto, scilicet totali principali. Hanc conclusionem probat simplici consequentia ponens primò antecedens, secundò idem declarans, ibi. Sicut si accipiantur, &c. Probatur sic conclusio. Vnius subiecti possunt accipi diuersimodè partes ſm quarum dispositionem sunt diuersi habitus in eodem subiecto, ergo possunt esse plures habitus, vel magis dispositiones, in eodem. Tenet consequentia, quia dispositiones diuersæ partiũ diuersarum sunt distinctæ, & tamen sicut partes sunt vnius totius, ita & dispositiones diuersæ. Deinde cum dicit.

¶ Sicut si accipiantur humani corporis partes humores, prout disponuntur secundùm naturam humanam, est habitus vel dispositio sanitatis. Si verò accipiãtur partes similes, ut nerui, & ossa, & carnes, earum dispositio in ordine ad naturã est fortitudo aut macies. Si verò accipiantur mẽbra, vt manus, & pes, & huiusmodi, earũ dispositio naturæ conueniens, est pulchritudo, & sic sunt

Dub. 105. plures d habitus, vel dispositiones in eodem.

¶ Declarat antecedens, sicut si accipiantur partes in homine, quattuor humores, prout disponuntur conuenienter ad naturam, est sanitas, si verò accipiantur partes similes, & homogeneæ quæ omnes sunt actu partes, & animatæ, saltem anima vegetatiua vt ossa, licet secundùm D.S. 7. Physicorum, lectio. 4. tex. com. 13. ossa & pili non sunt animata anima sensitiua sicut oculus, & manus, & caro in actu, sic dispositio secundùm naturam est fortitudo aut macies. Et habet D.S. 5. Metaphy. quòd robustum dicit habitum operatiuum; de macie supra dictum est, quia importat agilitatem ad motum, & operationem. Si verò accipiuntur partes organicæ, sic sumitur habitus qui est pulchritudo; patet igitur, quòd antecedens est verum, &c. Circa dicta in declaratione primæ conclusionis latet difficultas non parua in hoc verbo quod D. S. dicit. Sicut si accipiantur humani corporis partes humores, &c. Est namque

An humores sint animati. super hoc opinio diuersa, an videlicet humores sint actu partes, & animati. Sed in hac re non oportet dubitare Thomistã, quin sanguis colera, &c. sint partes actu hominis, vt hic D.S dicit, & alibi clarè, scilicet in 2. dist. 30. q. 2. & clarius in 4. dist. 44. q. 1 arti. 2. vbi habet, quòd perficiantur ab anima rationali secundùm infimum gradum, vegetatiuum videlicet; sicut enim elementa sunt actu partes vniuersi, imperfectæ tamen, & nihilominus est materia mixtorum, & in potentia ad perfectiorem formam, sic & humores illi nutrimentales sunt partes imperfectæ humani corporis, & sunt in potentia, & via ad animam rationalem perfectius habẽdam, quia sub perfectiori gradu, nam cum per certas alterationes, de quibus D.S. in 4. supra in carnem, & humidum radicale cõuertuntur. participant animam sub altiori gradu; radicale enim dicitur totum, quod habet animam secundùm perfectum gradum. Nutrimentale verò humidum habet animam vt vegetatiua est, sicut & vngues & crines, vt ex D.S. haberi potest. Nec obstat verbum quod D.S. habet prima parte q. 119. ar. 1. ad tertium, scilicet sed humidum nutrimentale est, quod nondum peruenit ad perfectè suscipiendum naturam speciei, sed est in via ad hoc, sicut est sanguis, & alij huiusmodi hæc ille, quia non dicit, quòd sanguis non participet naturam speciei, sed quòd non perfectè participat, alioquin sibi cõtradiceret in 4. est ergo sanguis de veritate naturę humanę, & animatus anima intellectiua secundùm gradum vegetatiuum, sed nõ habet animam perfectè, quia iuxta principia D.S. plures sunt gradus, & latitudo in modo habendi eandem animam secundùm diuersas partes eiusdẽ corporis, vt etiã potest constare ex D.S. supra in 7. phys. Et hæc nota, quia plures in hac re fiunt contentiones.

¶ Si verò loquamur de habitibus qui sunt dispositiones ad opera, quæ propriè pertinent ad potentias, sic etiã contingit vnius potentiæ esse habitus plures; cuius ratio est, quia subiectum habitus est potentia passiua, vt supra

q.51.ar.2. dictum est. potentia enim actiua tantùm non est alicui-

q.51.ar.2. ius habitus subiectum, vt ex supra dictis patet.

Conclusio secunda. ¶ Hæc est secunda conclusio responsiua expressius, & loquitur de potẽtia operatiua; plures habitus operatiui possunt esse in vna potentia, plures videlicet specie non genere quasi generalissimo loquendo de genere obiectali, quia scilicet habitus cognitiuus, & appetitiuus non possunt esse in vna potentia, sed plures cognitiui possunt esse in vna potentia. Pro illa conclusione probanda primò adducit præsuppositum, secundò subiungit rationem pro conclusione, ibi. Potentia autem passiua, &c. Supponit, ergo D.S. ex dictis, quòd habitus est tantùm potentiæ passiuę, & non actiuæ tantùm, vt patuit q. 51. art. 2. Tunt ibi.

¶ Potentia autem passiua comparatur ad actum determinatum vnius speciei, sicut materia ad formam, eo quòd sicut materia determinatur ad vnam formam per vnum agens, ita etiam potentia passiua à ratione vnius obiecti actiui determinatur ad vnum actum secundùm speciem; vnde sicut plura obiecta possunt mouere vnam potentiam passiuam, ita vna potentia passiua potest esse subiectum diuersorum actuũ, vel perfectionum ſm speciem; habitus autem sunt quædam qualitates aut formæ inhærentes potentiæ, quibus inclinatur potentia ad determinationem actus secundùm speciem, vnde ad vnam potentiam possunt plures habitus pertinere, sicut & plures actus specie differentes.

¶ Subiungit probationem præcedentis conclusionis ex suppositio, & arguitur sic post Doctorem. Potentia passiua à ratione, scilicet specifica, vnius obiecti actiui determinatur ad vnum actum, secũdum speciem (suppletur) sed a pluribus obiectis mouetur ad plures actus, & perfectiones secundùm speciem; sed habitus sunt tales perfectiones determinantes potentias ad actus eis inexistentes, & vna potentia potest moueri à diuersis obiectis; igitur in vna potentia possunt esse diuersi habitus causati à distinctis obiectis specie, contentis tamen sub vna ratione generica obiectali, sicut diuersæ scientiæ respiciunt diuersa obiecta contenta sub ratione obiecti intellectus, sed sub rationibus particularibus considerandi, & cognoscendi. Antecedens probatur à simili, quia sicut se habet natura ad vnum agens, sic potentia passiua ad vnum obiectum; sed natura per vnum agens recipit determinatum actum vnius speciei, à diuersis agentibus diuersos actus diuersarum specierum; igitur sic est de obiecto, quòd ab vno causatur vnus habitus, ab alio alius. Est tamen differentia extra litteram, quòd materia non capit actu formas plures simul, quia sunt actus perfecti, & essentiales, dantes esse simpliciter materiæ, & respiciunt eandem potentiam; habitus autem sunt actus accidentales secundùm quid incompleti vt tangetur ad tertium.

¶ Et confirmatur illa secunda conclusio argumento in cõtrariũ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut in rebus naturalibus diuersitas specierum est secundùm formam, diuersitatis autem generum est secundùm materiam, vt dicitur in 5. Metaph. * ea enim sunt diuersa genere quo- * Aristot. 16. & 35.
rum est materia diuersa; ita etiam diuersitas obiectorum secundùm genus facit distinctionem potentiarum, vnde Philosophus dicit in 6. Ethi. * quòd ad ea quæ sunt ge- * Aristot.
nere altera, sunt etiam animæ particulæ aliæ; diuersitas verò obiectorum secundùm speciem facit diuersitatem actuum secundùm speciem, & per consequens habituũ. Quæcunque autem sunt diuersa genere, sunt etiam specie diuersa, sed non conuertitur; & ideo diuersarum potentiarum sunt diuersi actus specie, & diuersi habitus, non autem oportet, quòd diuersi habitus sint diuersarũ potentiarum, sed possunt esse plures vnius; & sicut sunt genera generum, & species specierum, ita etiam contingit esse diuersas species habituum, & potentiarum. Dub. 56.

¶ Dicendum ad maiorem. Eorum quæ secundùm idem, eodem modo acceptum, est eadem ratio multiplicationis. Negatur autẽ sic minor. Et ad probationem dicitur, quòd potentia diuersificatur ex distinctione obiectorum generica, habitus autem secundùm distinctionem specificã; sicut & in naturalibus genus sumitur à materia, & species à forma, ita potentia quæ est quoddam confusum & indeterminatum dicitur a generali ratione, habitus autẽ, quia est determinatior dicitur à speciali.

¶ Sed nota, quòd potentiæ distinguũtur à generali ratione immutandi, & se habendi ad obiectum, sicut est alius modus tendẽdi in rem vt in se est, & recipiendi rem intra se; quare appetitus, & potentia cognitiua distinguuntur genere potentiarum secundùm distincta obiecta secundùm diuersas rationes immutandi, & se habendi ad obiecta, habitus verò distinguuntur in eadem potentia non secundũ rationes immutandi, sed per speciales modos se habendi ad obiecta, quæ habent eundem modum immutandi potẽtiam, sicut omnes scientiæ sunt de vero in quod tenditur secũdùm quòd est in intellectu, sed diuersæ sunt de diuersis secũdùm diuersas rationes; vnde quando dicuntur scientiæ distingui genericè. 6. Metaphy. intelligitur de genere scibili, & secũdùm diuersas rationes considerandi obiecta contenta tamen sub vno genere, & obiecto potentiæ; sed scientia, & habitus moralis distinguuntur non genere scibili, sed genere etiam obiectali potentiarũ; & sicut in logicis sunt genera subalterna, & generalissima, ita in habitibus; sicut mathematica est genus subalternum, & continet sub se species, similiter philosophia naturalis, & tamen sunt sub genere quasi generalissimo. c. sub philosophia reali, ita est de potentijs, sicut appetitus sensitiuus est quoddã genus, & continetur sub cõmuni genere, scilicet sub appetitiuo, & illa notat D.S. in solutione.

¶ Nota circa id, quod habetur in principio solutionis, scilicet quòd genus sumitur à materia, quia substantiæ sensibiles distinguuntur genere per materiam vt habet aliquod esse confusum, & vnum addit aliquem gradum ad aliud. Accidentia autem distinguuntur

guuntur genere per materiam, non quidem primã, sed capiendo materiã pro receptiua subſtantia cuius diuersi modi sunt ipsa accidentia, vel ſm alium modum dicendi sumitur genus à tota essentia, vt habet rationem perfectibilis, tanquam à re formaliter significata seu denominata ab ipsa. A materia verò tanquam à radice sui formalis significati. Radix enim potentialitatis in rebus sensibilibus est materia, ideo id, quod sumitur à toto vt est formaliter perfectibile, dicitur à materia sumi, differentia autem sumitur à tota essentia secundùm vlteriorem perfectionem tanquàm à re formaliter significata seu denominata ab ipsa. A forma autem vt à radice formalis significati; quia radix actualitatis, & perfectionis est à forma, ideo quod conuenit toti, vt actuale est, dicitur sumi à forma, scilicet originaliter. Secus est in substantijs immaterialibus vbi genus non solùm formaliter sumitur à tota essentia immo & radicaliter. Quod autem communiter dicitur quòd, genus non sumitur à materia, & differentia non à forma in rebus corporalibus, intelligitur vt iam dictum, scilicet immediatè, & tã quã ab eo, quod est immediatum denominatum per intentionẽ secundã, De istis habet D.S. aliquid in de spiritualibus creaturis. ar. 1. ad 24. & De hoc videbitur prima parte q. 3. art. 5.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd potentia, & si sit quidem simplex secundùm essentiam, est tamen multiplex virtute, secundùm quòd ad multos actus specie differentes se extendit, & ideo nihil prohibet in vna potentia esse multos habitus specie differentes.

¶ Dicendum ad maiorem, potentia est simplex in essentia per negationem compositionis ex his, sed non per negationem cuiuscunque compositionis, & est multiplex in operando. Minor negatur, quia in simplici essentia possunt esse multa accidentia, sed forma omnino simplex in esse, & operari, & quæ est suum esse, illa non potest esse subiectum accidentium. Vltra dico, quòd subiectum est quidem semper causa materialis accidẽtium, sed nõ semper effectiua nisi sint naturalia, & tunc est quasi effectiua, sicut in Angelis quasi causa effectiua specierum largè loquendo. Vltra, ab vno simplici, &c. Negatur ista, immo à simplici in natura, tamen virtuoso, & actuali possunt plura procedere, & de hoc prima parte q. 47. ar. 1. Et ita ab vna potentia possunt procedere multi actus respectu plurium obiectorum, & per consequens multi habitus loquendo de acquisitis, & potest Deus multos infundere; Ab vno quidem agente per naturam non procedit nisi vnum, sed ab agente intellectuali possunt procedere plura, ideo in potentijs quæ mouentur à tatione, & voluntate sunt plures habitus, non autem in potentia purè naturali, vt supra patuit; & tñ ab vna natura pura nõ procedũt plura scilicet opposita, possunt tñ procedere multa subordinata non opposita; cum enim dicitur natura determinata ad vnum, accipitur vnum non vt distinguitur contra multa, sed contra opposita, ad quæ se habet potentia rationalis vt sic, &c.

¶ Et nota, quòd potẽtia scilicet rationalis aliquo modo est multiplex virtute, id est virtus habens se ad multa id est opposita etiã, & principium agendi diuersa concurrente obiecto, & non dicitur secundùm se multiplex virtute, quasi habens in se distincta, sed qa vna existens in multa, & opposita etiam potest quo ad operari, licet sit vnum quid in essentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd corpus formatur per figuram sicut per propriam terminationem, habitus autem non est terminatio potentiæ, sed est dispositio ad actum sicut ad vltimum terminum, & ideo non possunt

Dub. 50. esse vnius potentiæ simul plures actus, nisi forte secundùm quòd vnus comprehẽditur sub alio; sicut nec vnius corporis plures figuræ, nisi secundùm quòd vna est in in alia, sicut trigonum in tetragono; non enim potest intellectus simul multa actu intelligere, potest tamẽ simul habitu multa scire.

¶ Dicendum. Maior negatur, quia figura est terminus completus & actualis ipsius corporis quanti vt sic. Habitus autem non est terminus completus, & actus ipsius potentiæ, sed medius inter potentiam, & actum perfectum. Minor est vera, quia figuræ sunt termini actuales, & respiciunt eandem potentiam; modo impossibile est vnam potentiam terminari per diuersos actus completos simul. Sed negatur consequentia, quia habitus non est actus completus potentiæ, sed incompletus, & tales possunt simul esse in subiecto etiam respicientes vnam potentiam. Secus est de actu secũdo nisi huiusmodi actus sint subordinati, vt cognitio principiorũ, & conclusionum, vel nisi vnum contineatur virtualiter in alio, sicut trigonum in tetragono. De materia istius solutionis, & argumenti longum esset disputare, sed vide fundamẽtum eius in D.S. in de Veri. Mate. 8. ar. 14. ibi prosequitur rem istam ex intentione, videbitur prima parte q. 85. arti. 4. Et q. 12. articulo 10.

¶ Nota, quòd D.S. non intelligitur quin plures species possint simul informare intellectum secundùm ineſſe, sed quòd non possint esse actu in esse intelligibili per modum plurium, & non subordinatorum, vnde Angeli essentia, & species intelligibiles asini, sunt quidem plura secundùm esse reale, sed non secundùm esse intelligibile, quia subordinata sunt; quare species intelligibilis potest considerari in ratione entis, & in genere intelligibili, primò actu in sunt quando iuformant, & sic possunt plures simul inesse, sed in genere intelligibili actu in sunt, quando actu representant obiectum, & intellectum vt intelligens est, informant; vnde plures species nõ possunt simul perficere modo intelligibili, vt vult D.S. prima parte, sed possunt multi habitus inesse secundùm quòd res sunt, hoc est actu informare, sed illa informatio secundùm esse naturæ, est incompletũ esse illarum specierũ, & sic vult D.S. hic; quare non est oppositio hic, & in prima parte, cum. ſ. hic admittat plures habitus simul in vna potẽtia, sed prima parte negat plures species esse simul in actu, quia hic loquitur de actu in esse naturæ. Alibi in esse intelligibili per modum plurium.

¶ Nota, quòd Scotus in primo dist. 3. q. 6. ad tertium deficit. Pu- Scotus.
tans D.S. propter oppositionem specierum ponere esse non posse actu completo simul in vno intellectu; hoc autem nõ est, sed propter vnigeneitatem ponit hic impossibile, quia videlicet omnes sunt vnius generis, & ordinis, pro hoc statu, impossibile est autem vnum indiuisibile perfici simul à pluribus formis, & terminis cõpletis eiusdem ordinis, vt patet intuenti. D.S. in prima parte vbi supra ad secundum. Summariè igitur possunt esse plures species intelligibiles in vna potentia secundùm esse naturæ, & informationem, & inhærentiam vt hic dicit D S. sed non potest pluribus per modum plurium simul vti intelligendo per plures, ita q; non pñr simul esse in actu in esse intelligibili, licet in esse reali simul esse possint, vnde informare vt Durandus assumit est esse actu secun- Durandus.
dum esse naturæ, sed non esse actu in esse intelligibili, nisi quãdo intellectus per eam patitur, vt intellectus est, respiciendo obiectũ, vt obiectum specificat intellectum actu.

¶ Nota etiam, quòd Scotus ibidem reprehendit exemplum, & Scotus.
& similitudinem de figura, & specie intelligibili in actu, quia species intelligibiles sunt formæ simplices; sed similitudo stat in hoc, quod est terminare; nam species intelligibilis in actu terminat intellectum, ita quòd plures per modum plurium nõ possunt simul actuare intellectũ, & sunt species intelligibiles quo adhoc similes figuris, quo ad terminare, licet non conueniant quantum ad esse extensum, &c. De hoc prima parte q. 12. ar. 10. in cor.

Vtrum habitus distinguantur secundùm obiecta.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd habitus non distinguantur secundùm obiecta. Contraria enim sunt specie differentia, sed idem habitus scientiæ est contrariorum, sicut medicina sani, & ægri; non ergo ſm obiecta specie differentia habitus distinguuntur. Infra ar. 3. co. & q. 60. ar. 1. cor. & q. 63. art. 4. cor. Et 5. Eth. Lec. 1. fi. Et 2. de anima lec. 16. fin.

¶ 2 Præterea. Diuersæ scientiæ sunt diuersi habitus, sed idem scibile pertinet ad diuersas scientias, sicut terram esse rotundam demonstrat naturalis, & Astrologus, vt dicitur in 2. Physicorum. * ergo habitus non distin- * Aristot. tex. 17.
guuntur secundùm obiecta.

¶ 3 Præterea. Eiusdem actus est idem obiectum, sed idem actus potest pertinere ad diuersos habitus virtutũ, si ad diuersos fines referatur; sicut dare pecuniam alicui si, sit propter Deum pertinet ad charitatẽ, si verò propter debitũ soluendũ pertinet ad iustitiã, ergo etiã idẽ obiectũ potest ad diuersos habitus pertinere; non ergo est diuersitas habituum secundùm diuersitatem obiectorum.

¶ Sed contra, actus differunt specie secundùm diuersitatem obiectorum, vt supra dictũ est. * sed habitus sunt *q.1. art.2. & q.18.
dispositiones quædam ad actus; & ergo etiã habitus distinguuntur secundùm diuersa obiecta.

¶ Quærit hic de distinctione ex parte obiectorum.

¶ Respondeo dicendum, quòd habitus, & est forma quæd am, & est habitus, potest ergo distinctio habituum Dub. 693.
secundùm speciem attendi, aut secundùm communem modum, quo formæ specie distinguuntur, aut secundùm proprium modum distinctionis habituum.

¶ D.S. primò declarat titulum quæstionis vna distinctione, qui potest dupliciter intelligi. Secundò respondet quo ad illum duplicem intellectum quæsiti, ibi. Distinguuntur siquidem, &c. Notat ergo D.S. in principio, quòd habitus possunt distingui specie, & secundùm modũ quo formæ distinguuntur, & proprietates naturales, & quo habitus distinguuntur vt sic. Et ratio est, quia habitus est quædam forma, & est talis forma, scilicet habitus; modo aliquid potest competere alicui secũdùm rationem communem, quod non conuenit sibi secundùm rationem propriam, & è cõtra.

¶ Sed

Scotus nō apprehendit D.S.

¶ Sed illud dictum calumniat Scotus in prima quæstione primi sententiarum, quia impossibile est aliqua esse distincta in ratione superioris, & esse indistincta in ratione inferioris; ergo impossibile est esse aliqua distincta in ratione formæ, & non esse distincta in ratione habituum. Sed Scotus non apprehendit mentē dicti huius, quia non vult D.S. quòd aliqua sint distincta in ratione superioris, & non in ratione inferioris; sed vult, quòd habitus possunt distingui secundùm modum distinctionis formarum, & secunndùm modum proprium habitibus. Et non est idem dicere, ista sunt indistincta in rōne habitus, & ista non distinguuntur ſm proprium modum distinctionis habituum, sicut animæ duæ rationales sunt distinctæ formæ, sed non distinguuntur secundùm proprium modum distinctionis formarum, sed per materias diuersas, & non per principia formalia intrinseca. Similiter duæ quantitates eęli, & corporis corruptibilis, scilicet duæ lineæ, sunt distinctæ formæ, sed non distinguuntur per modum distinctionis formarū, sed per subiecta, &c. Aliud exemplum ponit Capreolus in primi prologo q. 1. in fine. De visu hominis, & asini, qui distinguuntur specie, non secundùm proprium modum distinctionis sensuum. f. ratione obiecti, sed vt proprietates, & formæ naturales p principia actiua. Simile est de intellectu Angelico, & animæ rationali. Vnde sicut arguens deficit in alio proposito arguendo; sunt formæ & differunt; ergo differunt formaliter, sic in proposito non valet. Est forma distincta, & habitus distinctus, ergo distinguuntur vt forma, vel vt habitus; pōt enim id, quod est habitus distinctus, distingui eo modo quo forma, & eo modo quo habitus, &c.

¶ Nota habitus, & potentiæ, & actus sunt media inter purè absoluta, & purè respectiua, quia includunt absolutum per essentiā ordinatum, & commensuratum alteri; & ideo absoluta à termino correlatiuo, sed nō à termino obiectiuo, & finali; respectus enim talis est transcendens multa genera, & ergo habitus necessariò distinguitur per actum, & obiectū, sicut per id ex natura ordinatur. Vnde actus distinguunt potentias non vt sunt effectus, & potētia & habitus principia, sed vt fines ī quos naturaliter ordinant; actus enim adæquatus est finis potentiæ, vt patet 2. Physicorum, de hoc supra quæst. prima articulo 3.

¶ Distinguuntur siquidem formæ adinuicem secundùm diuersa principia actiua, eo quòd omne agens facit simile secundùm speciem.

¶ Hic consequenter D. S. respondet secundum distinctum intellectum quæsiti tali conclusione; habitus vt forma, id est quando distinguitur modo quo distinguuntur formæ, & effectus absoluti distinguitur secundùm principia actiua, habitus verò vt dispositio ad naturam distinguitur per naturam, habitus verò vt dispositio ad operationem distinguitur per obiecta formaliter. Circa hāc cō clusionem primò probat primam eius partem. Secundò secundā, & tertiā simul, ibi. Habitus aūt, &c. Tertiò subiungit ipsam conclusionem, ibi. Sic igitur, &c. Pro prima ergo parte conclusionis arguitur sic, Omne agens agit sibi simile, præsertim quo ad principium actiuum, & rationem agendi; ergo ſm distinctionē agētium in rationibus agendi, & principijs actiuis distinguuntur formæ. Tenet consequentia, quia si quodlibet agens agit sibi simile in ratione agendi, sequitur quòd si sunt diuersa, & diuersi effectus, & si simile agit simile; ergo diuersum agit diuersum.

¶ Circa istam partem oportet notare, quòd formæ, & effectus non distinguuntur nec identificantur ex principio actiuo vniuersalissimo, quia sicut patuit q. 51. arti. 4. Deus potest producere effectum similem effectui creaturæ sine ipsa creatura, & inde est, quòd oculus vel visus cæci nati, quem Deus contulit fuit eiusdem speciei cū visu naturaliter ꝓducto. Et similiter patet de scientia Adæquare Paulus Burgensis in quadam additione super Lucam 2. capitulo, non videtur benè accepisse D. S. vbi vult defendere, quòd quia ſm D.S. hic, habitus distinguitur secundùm principia actiua, ideo scientia Christi sit alterius rationis, videlicet infusa, à nostra acquisita. Hæc enim non est ratio distinctionis scientiæ Christi à nostra, sed qa infusa fuit sub alio lumine, scilicet hierarchico, & respectu altioris obiecti. Replicator quoque ibidem D. S. non intellexit, putat enim quòd D.S. distinguat solùm propter infusum, & acquisitū quod non est, vt patuit supra vbi iam. Distinguuntur, ergo formæ secundùm principia actiua propinqua, & quasi formalia, & penes illa principia præcisa, quæ ita constituunt vnum effectum, & nō alium; & per hoc excluditur primum principium, quòd omnia in vna virtute continet quātumcumque diuersa. Similiter cælum, qđ generat animalia ex putrefactione eiusdem speciei cum animalibus ex semine genitis. Excluditur etiam per hoc principiū actiuū voluntarium ex quo etiam actus non distinguitur specie, quia est de se indeterminatum, vt patet. 9. Metaphy. tex. commen. 10. Sed solùm secundùm principia actiua naturalia distinguuntur actus naturales, sed actus voluntarij ex ſuis actiuis principijs non distinguuntur, vt patet infra q. 72. ar. 3. vbi vide de hac materia; sed quādo effectus sunt commensurati, & adæquati principijs actiuis, tūc distinguuntur penes principia, sic in demōstratione, principia sunt immmediata, & formalia, ideo scientiæ penes ipsa distinguuntur, vt patet ad secundum. Concordant Alberti stæ, qui ponūt potētias sensitiuas animalium distinctorum specificè, specie distingui non vt potentiæ sunt, sed vt proprietates naturales, quia oportet, quòd prædicata secundi modi per se respondeant prædicatis primi modi, quæ sunt diuersa ī animalibus specie distinctis, & prædicata secundi modi, quæ sunt potentiæ animæ, &c. Et hoc vult probatio, quia simile generat simile. Quando ergo secundùm diuersa agit principia, oportet quòd sit alius effectus, sed nō sequitur si est vnū principium, ergo vnus effectus, nisi sit vnum in substantia, & virtute, ita quòd sit virtus respectu illius, & non alterius. Requiritur igitur, quòd sit principium propinquum adæquatum, & ex tali distinguuntur effectus.

Paulus burgus.

Albertistæ.

¶ Et nota semper, quòd distinguuntur effectus naturales penes principia actiua adæquata, & præcisa, quia aliquando similis effectus in specie fit ab vno agente naturali, & agente intellectuali. Sicut dicimus, ꝙ similia opera fiunt ab Angelis cum operibus quibusdam quæ fiunt ab anima. Non tamen, quòd vtrobiq; sint opera vitæ, sed similes effectus in specie, vt patet prima parte q. 51. sed diuersæ potentiæ animalium specie distinctorum habent diuersa principia actiua naturalia adæquata præcisa. Et per hoc excluditur multæ instantiæ. Sanitas enim vna causatur à diuersis sanatiuis in esse naturæ, tamen vt conueniunt in vna qualitate vel conditione, quare nullū est causa præcisa, & adęquata, &c. Deinde cū dicit.

¶ Habitus autem importat ordinem ad aliquid; omnia autem quæ dicuntur secundùm ordinem ad aliquid distinguuntur secundùm distinctionem eorum ad quæ dicuntur. Est autem habitus dispositio quædam ad duo ordinata, scilicet ad naturam, & operationem consequētem naturam.

¶ Probat secundam, & tertiam partes conclusionis simul sic, omnia quæ ordinantur vel important ordinem ad aliquid distinguuntur secundum ea ad quæ ordinantur (scilicet sicut ad commensurata, & propria) sed habitus vt sic est dispositio ordinata ad naturam, & ad operationem consequentem naturam, quæ distinguitur per obiecta; ergo & habitus, &c. Tunc ibi.

¶ Sic igitur secundùm tria habitus specie distinguuntur, vno quidem modo secundùm principia actiua taliū dispositionum. Alio verò modo secundùm naturā. Tertiò verò modo secundùm obiecta specie differentia, vt per sequentia explicabitur.

¶ Subiungit ipsam conclusionem, vt patet, & iste partes magis explicabūtur per sequentia. Vnde sanitas, & infirmitas distinguūtur per contrarium modum se habendi ad naturam. Virtus autem humana, & heroica, & scientia nostra, & Christi infusa, quia disponebant ad operationem altioris naturæ vel inferioris, distinguuntur specie. De distinctione penes obiecta clarum est de habitibus qui sunt eiusdem principij actiui, & effectiui, sicut de scientijs in vno intellectu, illæ tamen habent idem principium actiuū, disponunt etiam ad operationem vnius naturæ, scilicet secundùm proportionem intellectus agentis; sed quia sunt de distinctis obiectis specificātibus, ideo sunt diuersæ. Patet ergo, quòd possunt illæ rationes distinguendi ab inuicem separari, ita quod illa quæ sunt diuersi habitus, sint etiam diuersæ formæ, & ècontra; in eodem tamen possunt diuersificari per principium distinctiuum habituum vt sic, & non per principium distinctiuum formarum, vt sic, sicut iam patet de scientia. Illa etiam tertia pars potest probari per argumentum in contrarium. Ex isto argumento arguitur sic pro tertia parte conclusionis. Habitus sunt quędam dispositiones ad actus, sed actus distinguuntur secundùm diuersitatem obiectorum, ergo & habitus; ac si argueretur. Quicquid distinguit distinguens, distinguit & distinctum, sed obiecta distinguunt actus distinguentes habitus, ergo & habitus ipsos obiecta distinguunt, licet & aliunde etiam distinguantur. Habitus enim operatiui distinguuntur penes obiecta, & penes naturam inquantum disponunt ad operationem naturæ, sed habitus essendi distinguūtur penes naturam, & non penes obiecta; & non debet intelligi hoc ꝙ omnes habitus possint ſm ista tria simul distingui, sed intelligitur reddendo singula singulis, ita quòd habitus essendi distinguuntur penes naturam, operatiui penes naturam mediante operatione, & penes principia, habitus enim ordinati ad naturam principaliter non videntur penes principia actiua saltem remota distingui, sicut sanitas à quocunque inducatur in homine est sanitas eadem in specie, eo quòd natura est principale sanans quæ est eadē, non sic de principijs scientiæ. Sed habitus discōuenientes, vt ægritudines multiplicantur secundùm causas, vt patet infra q. 82. ar. 2. quia possent diuersæ partes diuersimodè indisponi, sed non dicitur sanitas nisi omnia sint sana, &c. Circa materiam huius articuli, & circa solutionem primi nota, quòd Scotus in 2. dist. 23. in solut. secundi contra hic dicta inuehitur parum tribuens auctoritati Philosophi dicenti potentias per obiecta distingui, similiter habitus, & actus. Dicit enim sic (referens primò dicta D.S. cum dicitur, potentiæ distinguuntur per obiecta, dicitur quòd duplex est obiectum formale scilicet & materiale. Formale est adæquatum potē-

Scotus.

tiæ, vt color visui. Materiale, quod non est adæquatum; vt albedo. Sed non video quin albedo sit obiectum visus, ita formale sicut color; si enim nullus esset intellectus abstrahens hoc vniuersale, quod est color, oculus bouis videret album, & nigrum; immo color vt quid commune abstractum non videtur, sed hoc album, & hoc nigrum quorum neutrum est obiectum visui. Hæc ille. Vide & reliqua quia vult, quòd propositio illa, scilicet distinctio obiectorum facit distinctionem potentiarum solùm vera est in potentijs organicis. Sed deficit Scotus primò quia non distinguit inter rationem mouendi, & terminandi actum potentiæ, & inter terminum quæ plurimum differunt. Cōmune enim potest esse ratio mouendi potentiam sensitiuam adæquatā, sed singulare est terminus, sicut supra dictum fuit de odio, quòd semper terminatur ad singulare, sed ratio odij potest esse aliquid commune communiter inuētum in multis. Et mirum est quomodo albedinem dicat obiectum formale visus cum ipsa ablata nihilominus fiat visio, & maneat visibile, vide D.S. prima parte q. 77. ar. 3. ad secundum, quia si potentia aliqua respicit vnum contrarium sicut obiectum, scilicet adæquatum, oporteret ꝙ aliud contrarium ad aliam potentiam pertineret, quia videlicet prima non attingeret ipsum ſm natura positiuam, sed solùm ſm priuationem alterius annexam. Potest tn vnus habitus esse vnius contrarij per se, hoc est principaliter, & alterius secundariò, non tn est alicuius determinatè, sicut adæquati obiecti. Et per hoc patet intellectus Philosophi. 10. Metaphy. Vbi dicit ꝙ scientia est per se vnius contrarij, & tn etiam alterius, sed non vult, ꝙ sit alicuius sicut obiecti adęquati, &c. Terminat igitur hoc album visum, sed ratio terminandi adæquata non est albedo sed color. Deficit secundò, quia non aduertit, quia aliud est dicere color communis, & color communiter vel in communi, quæ plurimum differunt, illa enim falsa est, vt ipse benè probat. Visus est coloris communis vel vniuersalis, quia sonat ꝙ visus tendat vt in terminum adæquatum, in colorem vt substat vniuersalitati, quod est impossibile, quia potentia organica non potest tendere in vniuersale, sed hoc est propriū intellectus. Dicere autem visus est coloris vniuersaliter in communi verum est, quia visus non est determinatus ad illum vel illum colorem videndum determinatè, sed potest quemcumq; oblatum videre. Vnde ratio terminandi visum non est aliquid proprium illi, sed aliquid communiter in omni colore repertum, & color ipse communiter repertus. Quare stat firmiter, ꝙ potentia distinguitur per obiectum adæquatum, & ꝙ albedo non est formale obiectum visus vt Scotus dicit, quia nō est ratio terminandi adæquatè, sed color sibi, & aliis communis. Vide 1. Posteriorum. ca. 23. vbi clarè habes in Philosopho, quod hic dictū est, quia sentire est huius determinati singularis, sensus aūt est ad multa singularia indeterminatus. Vnde dicit, ꝙ & si sensus sit huius, & non huius, huius sentire tn est necesse singulare, &c.

Scotus parū tribuit auctoritati Philosophi.

Color cōmunis, & color in cōmuni.

¶ Nota præterea propter dicta Scoti, ꝙ potentiæ inorganicæ sunt duplices. Quædam diuersarum rationū, vt intellectus, & voluntas, & illę distinguuntur ex obiectis, vt dicetur; sed de potēciis vnius rationis inorganicis sicut de intellectu Diuino Angelico, & humano dicitur, ꝙ habent pro obiecto adæquato ens inquantum huiusmodi. Dico enim, ꝙ non solùm Diuinus intellectus, sed omnis intellectus est circa ens vniuersale, & in communi, sicut circa adæquatum obiectum. Scotus aute declinat à cognitione ad modum cognitionis, licet enim solus Diuinus intellectus perfectè intelligere possit omne ens, & per essentiam suā, tn & intellectus creatus Angelicus vel humanus ad omne ens terminari potest pfectè vel imperfectè per speciem propriam vel alienam, per simplicem apprehensionem vel inquisitiuam; quare ens inquantum ens est obiectum adæquatum omnis intellectus adæquatione extensiua, licet non intensiua. An aurem ex huiusmodi obiecto distinguantur specificè, quod est scilicet obiectum terminatiuū. Dicitur, ꝙ distinguuntur quidem huiusmodi intellectus specificè, & vt proprietates naturales, & vt potētiæ intellectiuę, sed nō ex obiecto terminatiuo, quia idem est omnium intellectuum. Nec distinguuntur ex obiecto motiuo, quia non adæquatum, sicut quidditas rei materialis non est adæquatum obiectum intellectus humani. Nec essentia Angeli intellectus Angelici. Sed distinguuntur illi intellectus ex diuersitate actus, & potentiæ; quia intelligere cū sit actus perfecti variatur secundùm differentiam actus, & potentiæ. Verum est, ꝙ Scotus in 2. dist. 1. q. vltima videtur declinare ad hoc, ꝙ intellectus Angelicus, & animę sunt vnius speciei, nihil tn determinat. Alij tenent, ꝙ vt proprietates naturales differant specie, sed non vt potentiæ intellectiuæ; sed magis peripateticum est & thomisticum tenere eas vtroque modo distinctas. Et de hoc alibi longius Deo propitio, &c.

Scotus.

¶ Nota quoq; ꝙ potētiæ immateriales sicut intellectus, & volūtas distinguuntur ex distinctione obiectorū non reali, sed formali, & per distinctionem obiectorum formalem, virtualē nō actualem, quia videlicet ens, & bonum ex natura rei præter omne opus rationis distinguuntur formaliter virtualiter, & ex hoc, ꝙ eadem res aliter est imitatiua sub ratione entis, & aliter sub ratione boni. Ideo oportuit esse distinctas potentias quæ in rem tenderent sub diuersis rationibus generalissimis ad se non reducibilibus, & est talis distinctio formalis, conditio causæ distinguentis obiectiuè, &

finaliter, obiectum enim distinguit finaliter, non distingueret autem nisi distinctum, quare distinctio obiecti non distinguit, sed est ratio distinguendi finaliter, nec oportet, quòd distinguens sit magis distinctum quàm id, quod distinguit. Nam distinctio nō est perfectionis, ita quòd oporteat eam magis esse in causa quàm effectu, immo est imperfectionis, vnde ab vno plura procedere possunt. Sed de his satis, nunc.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in distinctione potentiarum vel etiam habituum non est considerandū ipsum obiectum materialiter, sed ratio obiecti differens specie vel etiam genere; quamuis autem contraria specie differant diuersitate rerum; tamē eadem ratio est cognoscendi vtrūq;, quia vnum per aliud cognoscitur, & ideo inquantum conueniūt in vna ratione cognoscibilis, pertinent ad vnum habitum cognoscitiuum.

¶ Maior vera, contraria distinguuntur specie naturæ, sed non distinguuntur specie cognoscibilis, vt de his est scientia; quia vnū contrariorum est ratio cognoscēdi reliquum. Ad minorem, idem habitus scientiæ est contrariorum, verum, entium, sed non contrariorum obiectorum, sicut medicina est sani, & ægri quæ sunt cōtraria in esse naturæ, sed non in esse cognito; quia ille qui habet speciem sani potest per viam inquisitionis peruenire vt formet in se conceptum ægri; ergo non distinguuntur per obiecta. Verum, in esse rei, sed ī esse obiecti, & hoc est dicere sub aliis terminis, quòd non distinguuntur materialiter, sed formaliter.

¶ Ad secundum dicendum, quòd terram esse rotundam per aliud mediū demonstrat naturalis, & per aliud Astrologus. Astrologus enim hoc demonstrat per media mathematica, sicut per figuras eclypsium vel per aliud huiusmodi. Naturalis verò hoc demonstrat per medium naturale, sicut per motum grauium ad medium, vel per aliud huiusmodi. Tota autem virtus demōstrationis quæ est syllogismus faciens scire, vt dicitur in primo Posteriorum.* depēdet ex medio, & ideo diuersa media sunt, sicut diuersa principia actiua, secundū quæ habitus scientiarum diuersificantur.

* Aristot. tex. 5.

¶ Ad minorem vera, idem scibile materialiter vt res pertinet ad diuersas scientias, sed non sub eadem ratione scibilis, vt sic; & secundùm idem principium actiuum, scilicet per diuersa media q se habent vt diuersa principia actiua in scientijs, & illa diuersa media quæ sunt secundùm alium modum sciendi, arguunt diuersam rationem obiecti vt obiectum est, esto non faciant diuersam rationem obiecti vt est res. Et distinctio rationis obiecti vt obiectum est, distinguit scientias genere; distinctio autem obiecti vt res est, distinguit specie, & sic illa conclusio, terra est rotunda, quia scitur per media quæ inducunt diuersitatem generis scibilis, & diuersas rationes obiecti vt obiectum est, & non vt res est, ideo distinguūtur genere. Et illa diuersitas sumitur ex diuersitate mediorum, quę se habent vt principia actiua. De ista materia prima parte quæst. prima articu. 2. & 3.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in 2. Physicorum. * & in 7. Ethico.* ita se habet finis in operabilibus, sicut principium in demonstratiuis, & ideo diuersitas finium diuersificat virtutes, sicut & diuersitas actiuorum principiorū; sunt etiam ipsi fines obiecta actuum interiorum qui maximè pertinent ad virtutes, vt ex supra dictis patet. *

* Aristot tex. 19. * Arist. c. 8.

* q. 19. arti. 1. & 2.

¶ Ad maiorem, eiusdem, & vnius actus in esse naturæ est vnum obiectum propinquum, loquendo de actu exteriori, & si est vnus etiam in esse moris, & vnitate morali, est idem obiectum remotū, quod est finis, qui est immediatum obiectum actus interioris, & per ipsum actus exterioris; & per diuersitatem finiū qui sunt per se principalia obiecta diuersificantur virtutes, & non per actus exteriores secundùm se. Ad minorem, si intelligitur idem actus exterior identitate naturæ, potest pertinere ad diuersas virtutes. Verum, est tamen alius formaliter vt pertinet ad illam, & ad illā virtutem. Si autem intelligitur de actu interiori, falsa est minor, sed vera, vt dictum est. Et placet probatio, quia datio pecuniæ est actus exterior, & tamen vt datur propter Deum est aliud obiectum formaliter, quàm cum datur ex debito, quia tunc participat rationem formalis per se obiecti, scilicet finis. Vltra, ergo etiam idem obiectum potest ad diuersos habitus pertinere. Verum, idem materialiter, sed non formaliter, & sub eadem ratione finali, & motiua, loquendo dē habitibus moralibus; sicut enim media demonstrationis sunt principia in speculatiuis, ita finis in moralibus; quare sicut idem demonstratum per diuersa media est aliud formaliter in esse scibili, sic idem actus exterior vel obiectum ordinatum in diuersos fines, est aliud vel alius actus in esse morali, quare minor negatur formaliter, & in esse moris loquēdo, ꝙ idē actus pertineat ad diuer-

ad diuersas virtutes. De his intendit hic D.S. & remittit ad supradicta in q.19.ar.1.& 2.& q.18.ar.4.& 5. Et quomodo à diuersis finibus actus exterior trahat diuersas formalitates, & bonitates morales, vt patuit.q.1.ar.3.ad tertium,& q. 18. ar.6. Et de hoc D.S.in de Malo.q.2.ar.2.ad tertium. Et de virtutibus de charitate.ar.3.&c.

Vtrum habitus distinguantur secundùm bonum & malum.

A AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd habitus nõ distinguantur secundùm bonum, & malum. Bonũ enim & malum sunt, contraria, sed idem habitus est cõtrariorum, vt supra habitũ est. * ergo habitus non distinguuntur secundùm bonum, & malum. * Art. 2. ad primum.

¶ 2 Præterea. Bonum conuertitur cum ente, & sic cum sit commune omnibus non potest sumi vt differentia alicuius speciei, vt patet per Philosophum in 4. Topicorum.* similiter etiam malum, cum sit priuatio, & non ens, non potest esse alicuius entis differentia, non ergo secundùm bonũ, & malũ possunt habitus specie distingui. * Circa principium.

¶ 3 Præterea. Circa idem obiectum contingit esse diuersos habitus malos, sicut circa concupiscentias intemperantiam, & insensibilitatem, & similiter etiam plures habitus bonos, scilicet virtutem humanam, & virtutem heroicam siue Diuinam, vt patet per Philoso. in 7. Ethicorum. * non ergo distinguũtur habitus secundùm bonum, & malum. * Arist. e. i.

¶ Sed contra est, quòd habitus bonus contrariatur habitui malo, sicut virtus vitio; sed contraria sunt diuersa secundùm speciem; ergo habitus differunt specie secundùm differentiam boni, & mali.

¶ Quærit hic tertiò quomodo habitus distinguuntur ex parte finis distinctione sumpta ex bono, & malo, præsertim morali, vt potest trahi ex solutione secundi; & intelligitur etiam de habitibus operatiuis, quãuis & de habitibus essendi intelligi possit, qui disponunt ad bonum naturæ, vt sanitas, &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est.* habitus specie distinguuntur, non solùm secundùm obiecta, & principia actiua, sed etiam in ordine ad naturam; quod quidem contingit dupliciter. Vno modo secundùm conuenientiam ad naturã vel etiam secundùm disconuenientiam ab ipsa. * Art. præcedens.

¶ D. S. primò respondet ad quæsitum vna conclusione respõsiua cum eius probatione. Secundò ex aliquibus dictis in probatione conclusionis incidentaliter infert vnam aliam conclusionem extraneam, ibi. Alio modo; &c. Conclusio responsiua est habitus bonus, & malus distinguuntur specie, scilicet ratione boni, & mali, vel secundum bonum, & malum distinguuntur habitus. Probatur conclusio sic, habitus distinguuntur specie nõ solùm secundũ obiecta, sed etiam in ordine ad naturam, ex diuerso modo se habendi ad naturam; sed habitus bonus, & malus aliter, immo contrariè se habent ad naturam; ergo &c. D.S. in principio ponit maiorem. Secundò declarat minorem, ibi. Et hoc modo, &c. Maior ergo patet ar.2. præsentis quæstionis. Et quòd ex diuerso modo se habendi ad naturam distinguantur habitus, declarat ex distinctione, quia hoc contingit dupliciter, quia aliquis habitus conuenit naturæ, & aliquis disconuenit, etiam aliquis conuenit naturæ superiori, aliquis inferiori, vt patet clarè ex littera. Deinde ibi.

¶ Et hoc modo distinguuntur specie habitus bonus, & malus, nã habitus bonus dicitur qui disponit ad actũ conuenientem naturæ agentis, habitus autem malus dicitur qui disponit ad actum non conuenientem naturæ, sicut actus virtutum naturæ humanæ conueniunt, eo, ꝙ sunt secundùm rationem; actus verò vitiorum cum sint contra rationem; à natura humana discordant, & sic manifestum est, quòd secundùm differentiam boni, & mali habitus specie distinguuntur.

¶ Declarat minorem, quia actus bonus se habet conuenienter ad naturam, scilicet disponendo ad actum conuenientem naturæ, malus opposito modo, &c Minor vera. Antecedens patet de habitu virtutis qui disponit ad operationem conformem rationi rectæ, ex qua ratione sumitur natura humana, &c. Distinguuntur, ergo habitus bonus, quia diuersimodè disponunt quo ad eandem naturam.

¶ Alio modo secundùm naturam habitus distinguũtur ex eo, quòd habitus vnus disponit ad actum conuenientem naturæ inferiori alius autem habitus disponit ad actum conuenientem naturæ superiori, & sic virtus humana quæ disponit ad actum conuenientem naturæ humanæ, distinguitur à Diuina virtute vel heroica, quæ disponit ad actũ conuenientẽ cuidam superiori naturæ.

¶ Hic incidentaliter, quia dixit supra circa maiorem, ꝙ habitus dupliciter distinguuntur specie in ordine ad naturam, ideo declarat secundum modum. Et ex hoc infert vnam cõclusionem extraneam per modum corollarij. Virtus humana distinguitur specie à Diuina, & heroica. Maior sicut prius resumitur, sed virtus humana disponit ad actum conuenientem naturæ inferiori, heroica autem disponit ad actum conuenientem naturæ superiori, secũdum scilicet ꝙ homo operatur quasi modo super humano inquantum homo eleuatur ad similitudinem aliquam superioris naturæ, videlicet Angelicæ, & Diuinæ, & de illis infra q.61.arti.5. Sed circa istam conclusionem est dubium, quia D.S.3.par.q.7.ar.2.ad 2. ponit quòd virtus Diuina seu heroica distinguitur tantùm à virtute communiter dicta secundùm modum, vnde verba sua sunt hæc, arguit enim sic secundum Philosophum.7.Ethi. Virtus diuiditur cõtra quendam heroicum siue Diuinum habitum, qui attribuitur hominibus Diuinis, hoc autem maximè conuenit Christo, ergo, &c. Ad secundũ inquit dicendum, ꝙ habitus ille heroicus vel Diuinus non differt à virtute communiter dicta nisi secundùm perfectiorem modum, inquantum scilicet aliquis est dispositus ad bonum quodam altiori modo quàm communiter omnibus competat, vnde per hoc nõ ostenditur, ꝙ Christus non habuerit virtutes, sed ꝙ habuit eas perfectissimè vltra communem modum; sic & Plotinus posuit quendam sublimen modum virtutum quas esse dixit purgati animi, hæc ille. Vbi habetur satis, ꝙ Diuina vel heroica distinguitur tantùm modaliter ex parte habentis virtutem, & non specie, vt hic D.S. dicit. Sed videtur dicendum, quòd D.S. hic aliter loquitur de heroica quàm in 3. parte & in 7. Ethi. loquitur Philosophus; quia hic accipit heroicam pro virtute, faciente hominem operari modo supernaturali, ex parte materiæ, & modi, inquantũ per gratiam fit particeps Diuinæ naturæ, vt sit Deus per participationem, licet talis operatio non conueniat humanæ naturæ nude, & in puris naturalibus consideratæ, sed vt est instrumentum Spiritussancti, & participat Diuinitatem, & tũc virtutes heroicæ sunt Theologicæ virtutes, & morales infusæ, de quibus infra.q.63.ar.3.& 4. Sed in 3. parte loquitur post Philosophum, qui loquitur de heroica naturali, qua quis se excellentiori modo habet ad Diuina licet modo naturali; & infra speciem naturæ, quia non distinguitur ex parte obiecti, nec ex modo incompossibili virtuti acquisitę ex ratione naturali, sed ex parte modi in subiecto tantùm, quare etiam videtur, quòd virtutes purgatorię, & purgati animi non distinguantur specie à virtutibus acquisitis, & communiter dictis, qa Plotinus nihil nouit dicere de infusis, vnde solùm distinguuntur secundùm altiorem modum, & statum. Sed de hoc infra, quia tales virtutes dicũtur Diuinæ, inquantum sunt in altiori statu, & gradu quàm cõmuniter hominibus competat, sed non in altiori gradu quàm posset competere naturæ humanæ virtute naturali. Vnde sunt eędem cum acquisitis, & communiter dictis secundũ speciem. De ista materia Burleus. 7 Ethi. haber quod ad propositum conducit. Vnde dicit ipse notandum circa virtutem heroicam, ꝙ ipsa non est specie distincta à virtutibus communiter dictis, scilicet a fortitudine, mansuetudine, temperantia & cæteris. Nã in specie cuiuslibet virtutis superexcellẽtia vltra communem modum hominum est virtus heroica. Quod patet hic per Eustratium dicentem, quòd si quis fiat fortis super omnem fortem eius fortitudo est fortitudo heroica, & Diuina, & si aliquis fuerit temperatus vltra omnem temperatum, eius temperantia est temperantia heroica, & sic de alijs speciebus virtutis. Vnde in qualibet specie virtutis moralis est reperire virtutem heroicam, vt liberalitatem heroicam, mansuetudinem heroicam & cæteris hæc ille. Vbi patent quę dicta sunt, quòd heroica vt Philosophus loquitur, non distinguitur specie ab alijs. Sed D.S. hic loquitur, de virtute heroica gratuita, verum est tamen quòd D.S. infra q.68.ar.1.ad primum, & ar.2. in corpore videtur magis velle, quòd etiam vt Philosophus loquitur, heroica distinguatur à ciuili, & tunc posset dici, quòd non distinguuntur ex obiecto materiali, & sic loquitur in 3. parte. Sed tamen ex obiecto formali, & in ordine ad aliam naturam, vt hic loquitur. Verum est tamen quòd magis esset pro defensione distinctionis donorum a virtutibus, ponere heroicam distinctam a ciuili. Scotus autem in 3. distin. 35. in fine dicit ad illud Philosophi de virtute heroica dico, quòd in omni virtute assignat quatuor gradus qui sunt eiusdem habitus in specie, scilicet perseuerantiam, continentiam, temperantiam, & heroicam. Perfectissima ergo virtus in eadem specie manens est heroica. Et sic metaphoricè loquuntur aliqui quòd perficit modo inhumano, quia scilicet non est communiter hominis ad illum gradum, licet eiusdem speciei, attingere, & post pauca. Licet ergo bestialitas sit alius habitus a cõmuni vitio humano qui est circa aliud obiectum, non sequitur heroicam esse alterius speciei a virtute humana, quia circa obiectum

Virtus heroica modo attingens humana. Scotus.

ctum ordinat, sed excellentius. Nec est manifestum **hanc excellẽtiam non posse** esse per alium gradum eiusdem speciei, hæc ille. Ex quibus patet quid ipse senserit in hac materia, quia conformiter D.S. tertia parte vbi supra, &c.

¶ Et confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd contrariorũ potest esse vnus habitus secundùm, quòd contratria conueniunt in vna ratione, nunquam tamen cõtingit, quòd habitus contrarij sint vnius speciei; contrarietas enim habituum est secundùm contrarias rationes, & ita secundùm bonum, & malum, habitus distinguuntur, inquantũ vnus habitus est bonus, & alius malus, non autem ex hoc, ꝙ vnus est boni, & alius est mali.

¶ Maior vera, sed minor malè subsumitur, & malè infert. Ad minorem dico, quòd verum est, quòd idem habitus, scilicet intellectualis non moralis est cõtrariorum obiectorum sub vna ratione communi, vt patuit.ar.2.ad primum. Sic medicina est sani, & ægri; sed vnus habitus non est bonus, & malus quamuis possit esse boni, & mali, sicut metaphysica est boni, & mali, & tamẽ etiam habitus intellectualis bonus distinguitur specie à malo, sicut scientia ab errore, Ergo, &c. Verum, nõ distinguitur penes bonum, & malum tanquam obiecta, quia sunt circa bonum, & malum, tamẽ distinguuntur, quia vnus est bonus, alius est malus, quia contraria distinguuntur specie; bonus autem habitus, & malus sunt contrarij, sed de bono, & malo sub cõi ratione potest esse idem habitus, &c.

Dub. 970. ¶ Ad secundum dicendum, quòd bonum commune omni enti non est differentia constituens speciem alicuius habitus, sed quoddam bonum determinatum, quod est secundùm conuenientiam ad determinatam naturã, scilicet humanam; similiter etiam malum, quod est differentia constitutiua habitus non est priuatio pura, sed est aliquid determinatũ repugnans determinatæ naturę.

¶ Ad maiorem, bonum transcendenter in sui communissima ratione acceptum conuertitur cum ente, verum, sed non bonũ hominis, quod est secundùm rationem esse, ideſt operari conformiter circa determinatum obiectum ad rectam rationẽ, & est bonũ morale. Similiter bonũ naturale alicuius naturæ determinatę non conuertitur cum ente, sicut esse hominem vel asinum, &c. & tale bonum potest esse differentia alicuius speciei. Ad secundam partem minoris dico, quòd vt supra patuit q. 18. ar. 5. ad 2. Malum in moralibus non est pura priuatio, sed positiuum habens annexam priuationem debiti ordinis rationis vt D. S. declarat prima par. q. 48. videlicet bonum sensibile cui annectitur remotio debiti finis, & boni, & tale bonum potest esse speciale, & dare speciem habitui. Sic intemperantia est habitus disponens ad sequendum delectationes in sensibilibus contra ordinem rationis, & per consequens est habitus malus homini, cuius bonum est secundùm rationem esse secundùm Dionysium, &c.

¶ Nota circa maiorem, quòd id, quod est commune omni enti potest constituere speciem alicuius distincti habitus, non quidem vt est commune, sed vt consideratur sub vna distincta, & determinata ratione considerandi; sic ens commune vt accipitur in abstractione formali, scilicet secundùm quòd consideratur sine materia sensibili secundùm rem, & rationem, & vt accipitur ens non vt est quoddam commune ad omnes gradus omnium rerum, sed vt cõparatur vt formale ad materiale a quibus abstrahitur, & non vt totum ad partem. Sic certè commune, sed non vt cõmune potest constituere certum, & distinctum habitum, quare D.S. in principio solutionis intelligendus est, quòd bonum commune omni enti nõ est differentia constituens speciem alicuius habitus, scilicet moralis, tamen potest constituere habitum aliquem intellectualem si capitur sub ratione considerandi distincta, habitus enim morales præsertim, distinguuntur penes bonum, & malum, quæ formaliter respiciunt; habitus autem intellectuales sicut scientia, & error distinguuntur etiam penes bonum, & malum propter contrariam habitudinem ad naturam, esto quòd habitus vnus sit boni, & mali, sicut obiectorum, in moralibus autem habitus est boni tantũ. Vnde habitus morales distinguuntur etiam penes ea sicut secundũ obiecta propria, loquendo de malo, vt dictũ est, id est vt accipitur pro bono, quod habet remotionem alicuius boni adiunctam.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ plures habitus boni circa idem specie distinguuntur secũdùm conuenientiam ad diuersas naturas, vt dictum est.* plures verò habitus mali distinguuntur circa idem agendum secundùm diuersas repugnantias ad id, quod est secundùm naturam; sicut vni virtuti contrariantur diuersa vitia circa eandem materiam. * In cor. ar.

¶ Dicendum ad antecedens, ꝙ circa idem obiectum saltẽ materialiter contingit esse diuersos habitus malos. Verum, & illa diuersitas sumitur non præcisè penes obiectum, sed penes diuersas repugnantias ad naturam hominis, scilicet abundantiam, & defectum, & secundum diuersa motiua, quæ est ratio, sicut excedere rationis medium in delectationibus est intemperantiæ, & deficere a delectationibus est insensibilitatis, & vtrumque est contra rationem, & malum hominis, diuersimodè tamẽ. Vide infra q.72. ar.8. Similiter circa idem bonum contingit se habere conuenienter in ordine ad aliam, & aliam naturam, & secundùm hoc virtutes distinguuntur, vt dictum est de heroica infusa, & virtute humana. Vltra, non ergo distinguuntur habitus secundum bonũ, & malum. Verum, ad hunc sensum quem consequens requirit ex præmissis, videlicet secundùm bonum, & malum obiecti, ita quòd nõ tantum distinguuntur habitus quando vnus est circa obiectũ bonum, alius circa obiectum malum, immo distinguuntur quando sunt circa idem obiectum bonum vel malum, sed distinguuntur secundùm bonum vel malum naturæ, & secundùm bonũ alterius & alterius naturæ. Et distinguuntur penes malum, & malũ eiusdẽ naturæ secundùm diuersam repugnantiam ad eandem, vt patet de intemperantia, & insensibilitate, quæ distinguuntur circa idẽ obiectum, saltem materialiter idem non formaliter, vt patebit infra.q. 72.ar.8. Sed secundùm superabundantiam, & defectum in eadem materia sub diuersis rationibus motiuis, & ergo obiectum non est formaliter idem, & illam solutionem D.S. intendit. Vnde concludit hoc argumentum, quòd habitus non semper distinguũtur (scilicet in intellectualibus) quia boni, & mali obiecti; sed quia bonus & malus, vel quia malus, & malus, secundùm diuersam habitudinem ad naturam eandem, vel quia bonus, & bonus, sed in ordine ad diuersas naturas, &c.

¶ Nota circa hanc solutionem, quòd D.S. videtur dictum argumenti admittere, scilicet quòd heroica, & humana virtutes sunt diuersi habitus, etiã vt Philosophus loquitur de heroica, quod esset cõtra supra dicta in cor. sed D.S. loquitur in solutione de hoc expresse vel ex intentione, ideo dic vt in corpore, &c.

Vtrum vnus habitus ex multis habitibus constituatur.

B AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd vnus habitus ex pluribus habitibus constituatur, illud enim cuius generatio non simul perficitur, sed successiuè videtur constitui ex pluribus partibus, sed generatio habitus non est simul, sed successiuè ex plutibus actibus, vt supra habitum est.* ergo vnus habitus constituitur ex pluribus habitibus. Supra. q. 53. ar. 2. ad 1. * q. 51 ar. 2.

¶ 2 Præt. Ex partibus constituitur totum, sed vni habitui assignantur multæ partes, sicut Tullius.* ponit multas partes fortitudinis, & temperantiæ, & aliarum virtutum, ergo vnus habitus constituitur ex pluribus. * li. 2. de inuentio. in fol. 4. ante finem lib.

¶ 3 Præterea. De vna sola conclusione potest scientia haberi actu, & habitu; sed multæ conclusiones pertinent ad vnã scientiã totã, sicut ad geometriã vel arithmeticam, ergo vnus habitus constituitur ex multis.

¶ Sed contra, habitus cũ sit qualitas quædam est forma simplex, sed nullum simplex cõstituitur ex pluribus, ergo vnus habitus non cõstituitur ex pluribus habitibus.

¶ Hic vltimò quærit de quodam dubio, quod potest oriri ex dictis, quia enim habitus sunt distincti, ideo quærit an sint ita distincti, quòd vnus non constituatur ex alio.

¶ Respondeo dicendum, quòd habitus ad operationem ordinatus de quo nunc principaliter intendimus, est perfectio quædam potentiæ, omnis autem perfectio proportionatur suo perfectibili, vnde sicut potentia cũ sit vna ad multa se extendit secundùm quòd conuenitur in vno aliquo, ideſt in generali quadam ratione obiecti, ita etiam habitus ad multa se extendit secundùm quòd habent ordinem ad aliquod vnum, puta ad vnam specialem rationẽ obiecti vel vnam naturam, vel vnum principium vt ex supradictis patet.* * q. 252. ar. 1. & 2.

¶ Conclusio responsiua circa finem, quã declarat D.S & probat per corpus articuli est ista. Habitus de quo loquimur, scilicet ad operationem ordinatus, est qualitas simplex nõ constituta ex pluribus habitibus etiam si ad multa se extendat. Hãc conclusionem D.S. probat duplici ratione. Secunda est, ibi. Non enim vnus, &c. Secundò ostendit quomodo duæ partes conclusionis sint cõpossibiles, ibi. Si igitur, &c. Tertiò ipsam conclusionem infert, ibi. Inde est, quòd habitus, &c. Prima ratio pro conclusione est, Omnis perfectio proportionatur suo perfectibili, sed habitus de quo intendimus est perfectio potentiæ, ergo, &c. Subsumitur, sed potentia vna existens, ad multa se extendit secundùm quòd conueniunt in vno

vno aliquo, &c. ergo etiam habitus vnus existens ad multa se extendit, secundùm quòd habent ordinem ad vnum, &c. vt in littera. Deinde cum dicit

¶ Si igitur consideremus habitũ secũdũ ea ad quæ se extendit, sic inuenimus in eo quandã multiplicitatẽ, sed quia illa multiplicitas est ordinata ad aliquid vnum, ad quod principaliter respicit habitus.

¶ Ostendit D.S. qũo istæ duæ partes conclusionis stent simul. s. vnitas, & multiplicitas, ita ꝙ habitus sit simplex qualitas non cõstituta ex multis habitibus, & tamen ad multa se extẽdat, quia est vnus habitus ratione subiecti in quo est, & ratione obiecti formalis, sed multiplex ratione cõtentorum sub obiecto formali vel ordinatorum ad naturam; sed quia non est in multis, nec ad ea se extendit nisi ratione vnius formalis rationis, ideo ab illa omnes partes ſm quas se extendit constituunt solùm vnum habitum. Et illa expositio habetur ex supra dictis. q. 52. ar. 1. & 2. Nec credo, quòd D.S. hic aliter intendat quàm vbi iam. Est igitur habitus in communi simplex qualitas permissiuè, & non per repugnantiam, quia datur habitus sine omni multiplicitate additionis partiũ, vt patet de habitu qui est species intelligibilis, & de habitu morali, qui quamuis ad plura se extendat, hoc tamen non fit per additionem vt patuit supra, & infra patebit. Sed habitus scientiæ qui est in ratione est simplex qualitas, quia non constituta ex partibus quantitatiuis, sicut nec potentia cuius est perfectio, nec cõstituta ex multis habitibus esto ad multa se extendat, quia etiam nomen scientiæ potest dici de qualibet partiali noticia, nec alia noticia facit alium habitũ, ideo etiam potest dici simplex habitus propter vnitatem specificantis. Consequenter ibi.

¶ Inde est, ꝙ habitus est qualitas simplex nõ cõstituta ex pluribus habitibus, etiam si ad multa se extendat.

¶ Infert ipsam conclusionem, ꝙ habitus est qualitas, &c. vt in littera. Nota autem verba, quia D.S. dicit, ꝙ habitus non cõstituatur ex partibus multis, quæ tñ cõtinent sub vna rõne formali, sed dicit ꝙ non ex pluribus habitibus. Et quamuis multi fundent se in hoc ar. de sm. licitare scientiæ, videtur tñ ꝙ nihil fauoris habeant, quia D.S. dicit, ꝙ habitus habet multiplicitatem ſm ea ad quæ se extendit, quæ multiplicitas extensionis non vī intelligibilis, nisi ſm ꝙ habitus augetur per additionẽ, vt patuit. q. 52. ar. 2. Illa autem additio est in habitu ſm se per additionẽ notitiæ ad notitiam, sed quia omnes istæ extensiones habent vnitatẽ ab vna ratione specificante in ratione scientiæ, & habitus, ideo scientia nõ additur scientiæ, sed scientia præexistens augetur vt habetur in solutione tertij. Præsupponо igitur, quòd iste articulus non contradicit supra dictis de habitu scientiæ, quia & ipsa est qualitas simplex non constituta ex multis habitibus, tamen se ad multa extendit, quæ extensio arguit plures partes eiusdem scientiæ. Nec videtur intelligibile, quòd augmentum extensiuum habitus fiat sine acquisitione alicuius absoluti, sic quòd maneat vna qualitas simplex quæ tamen dicatur augeri per additionem nouorum respectuum. Vide Capreo. in 4. di. 25. ad 2. contra primã conclusionẽ. Tunc ibi.

An scientia sit simplex quali.

¶ Non enim vnus habitus se extendit ad multa nisi in ordine ad vnum ex quo habet vnitatem.

¶ Subiungit vnam aliã rationẽ secundã pro conclusione, & arguitur sic. Si vnus habitus esset constitutus ex pluribus habitibus, hoc esset quia vnus habitus extendit se ad multa, sed propter hoc non constituitur ex pluribus habitibus, ergo, &c. Minor probatur, quia qñ se extendit ad multa hoc fit in ordine ad vnũ vel ſm obiectum, vel naturam, vel principiũ, sicut intellectualis habitus; scientia extendit sed ad multa contenta sub vna ratione formalis obiecti, & habitus moralis ad multas passiones in ordine ad vnã naturam. Rationis humanæ, quæ etiã est principium virtutis, sed propter vnitatem illius, quod dat vnitatẽ, & speciẽ, omnia ad quæ se extendit continentur, & cõstituunt vnũ habitum, sicut oĩa quæ sunt in motu ante, & post, constituunt vnũ motũ propter vnitatem termini, ergo habitus non constituitur ex pluribus habitibus.

¶ Confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primũ ergo dicendũ, ꝙ successio in generatione habitus non contingit ex hoc, ꝙ pars eius generetur post partem, sed ex eo, ꝙ subiectum non statim consequitur dispositionẽ firmã, & difficile mobilem; & ex eo, ꝙ primò imperfectè incipit esse in subiecto, & paulatim perficitur, sicut etiam est de alijs qualitatibus.

¶ Dicendum, ꝙ maior non est vera vniuersaliter, quia vt supra patuit q. 52. est duplex modus augmenti, quorum vnus fit per solã maiorem participationem subiecti absq; additione quacunq; & si tale augmentum dicimus generationẽ, maior est falsa, potest ẽm habitus successiuè acquiri, & generari propter hoc, ꝙ paulatim perficitur in modo intelligendi subiecto. Minor est vera de habitu quo ad modum in essendi ad minus, sed negatur consequentia. Et præterea nota, ꝙ D.S. soluendo loquitur solùm de generatione successiua habituum qũ augentur ſm participationem subiecti. Sed quid dicemus de generatione qua habitus fit maior ſm seipsum, & non tm ſm participationem subiecti? Dico tunc ad argumentũ primò, ꝙ male infert. D.S. enim assumit ī maiore de pluribus partibus, & in conclusione inferur de pluribus habitibus, quod non valet; nam scia constituitur iuxta dicta ex pluribus partibus. s. scia tota, & perfecta, esto scientia imperfecta possit esse sine partibus, non tamen pluribus scientijs, & habitibus; quia omnes partes scientiæ sunt vna scientia, & quælibet singillatim est scientia, licet imperfecta. Vnde secundum hoc dicendum est ad argumentum formaliter ad maiorem. Illud cuius generatio, &c. Verum, si ratione sui perficiatur, successiuè, constituitur ex partibus, non quidẽ quãtitatiuis, sed etiam simplicibus, ita quòd quælibet pars est simplex qualitas. Conceditur minor de quibusdam, ergo vnus constituitur ex pluribus habitibus negatur; sed ex pluribus partibus modo dicto, & hoc non est contra conclusionem.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ partes quę singulis virtutibus cardinalibus assignantur, non sunt partes integrales, ex quibus constituatur totum, sed partes subiectiuę, siue potentiales, vt infra patebit. *

¶ Dicendum, ꝙ maior vera, de partibus integralibus propriè dictis, quia illę cõstituunt totum siue quantitatiuę siue essentiales. Hereus enim ponit duplices partes integrales, scilicet essentiales, & quantitatiuas, & loquendo de partibus quantitatiuis vel essentialibus minor negatur, & dico, quòd assignantur virtuti scilicet morali, & etiam prudentiæ multæ partes non integrales, sed potestatiuę, & subiectiuę, & de hoc infra. q. 57. ar. 6. & clarius secunda secundæ q. 48. Nota autem ne videatur discrepantia inter doctorem ibidem, & hic vbi dicit quòd virtutis non sint partes integrales, illic autem ostendit quomodo alicui virtuti possunt conuenire triplices partes, videlicet integrales subiectiuę, & potentiales. D.S. enim seipsum soluit, quia dicit secunda secundæ vbi iam. Tribus ergo modis possunt assignari partes alicui virtuti. Vno modo ad similitudinem partium integralium, &c. Non ergo vult D.S. ꝙ virtus habeat partes integrales propriè, scilicet quantitatiuas integrantes totum, sed per similitudinem sicut D. S. illic exponit, vt scilicet illæ dicãtur esse partes virtutis alicuius integrales, quæ necesse est concurrere ad perfectum actũ illius virtutis, & sic ponitur octo partes prudentiæ. Patet ergo, ꝙ non est discordia, qa hic loquitur propriè de partibus integralibus virtutis moralis, alibi similitudinariè. Ponuntur etiam partes habitui intellectuali alicui, sed etiam non sunt integrales quantitatiuæ, sed sunt partes cõstitutiuæ alicuius totius, quod est vnum per ordinem, & dependentiam partium, prout vna conclusio demonstrata ex natura rei est principium demonstrandi aliam, &c. Partes autem subiectiuę virtutis dicuntur species alicuius virtutis diuersæ, partes autem potẽtiales sunt virtutes adiunctæ alicui virtuti, quæ ordinantur ad aliquos secundarios actus vel materias quasi non habentes totam potẽtiam principalis virtutis, & de his infra de syneſi, & gnomin, & eubulia, &c. Patet autẽ, ꝙ D.S. in ista solutione negat partes à virtute morali, sed non à scientia, immo eas implicitè cõcedit in corpore, & ad tertium, alias contradiceret sibi supra q. 52.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ille qui in aliqua scientia acquirit per demõstrationem scientiã cõclusionis vnius habet quidem habitũ, sed imperfectè; cũ verò acquirit p aliquam demonstrationẽ scientiã conclusionis alterius non aggeneratur in eo alius habitus, sed habitus q. prius inerat fit perfectior; vtpote ad plura se extendens, ea quòd conclusiones, & demonstrationes vnius scientiæ ordinatæ sunt, & vna deriuatur ex alia.

¶ Ad maiorẽ, vera est, de vna sola conclusione habetur, vel haberi potest scientia actu, & habitu, sed imperfecta. Deberet subtilmi, & quando additur secunda conclusio additur alia scientia. Ista negatur, additur enim benè alia notitia quæ habet rationem eiusdem scientiæ, quæ tamen fit maior, & ad plura se extendit. Ad minorem, vt est in littera. Concedo, quòd multæ pertinent conclusiones ad vnam scientiam perfectam secundùm se, & accessum totalem ad terminum specificantem. Ad consequentiam, ergo vnus habitus constituitur ex multis. s. habitibus. Negatur consequẽtia, sed vnus habitus scientialis continet, plures notitias ordinatas, & quantò plures quis acquirit, tantò habet vnam scientiã maiorem, & perfectiorem in se.

¶ Nota, quòd si quis illam solutionem D.S. benè examinet, & exponat post principia D.S. tradita supra in q. 52. inueniet, quòd non cogit dicere scientiam qualitatem simplicem, immo oppositum, quia non loquitur D.S. in ista solutione, vt quidam voluerit, quòd scitis multis conclusionibus sciẽtia augetur solùm secundũ maiorem participationem, & radicationem in subiecto; quia D.S. non intendit loqui de illa maioritate scientiæ, sed de ista quã habet cum se ad plura extendit, vt patet ex verbis eius. Videatur ergo supra quomodo scientia ad plura se extendat, & habebitur, qa secundùm seipsam per additionem; additur igitur aliquid præhabitæ notitiæ conclusionis. Esto cum hoc firmius sciatur præcedens conclusio, & illud additum erit alia notitia, sed non alius habitus

tus scientialis, & totalis; sed tantùm partialis constituens cum præcedente eandem scientiã ad sensum corporis; oportet enim reducere ad memoriam, quòd cum quis de nouo inducitur in cognitionem conclusionis prius ignoratę, quòd scientia sua augetur dupliciter, vt patuit q. 52. art. 2. vbi hoc D.S. dixit expressis verbis. Similiter etiam scientia potest augeri secundùm seipsam per additionem, sicut cum quis plures conclusiones geometriæ addiscit, augetur in eo habitus eiusdem scientiæ secundùm speciem, augetur nihilominus scientia in aliquo secundùm participationem subiecti per intensionem &c. hæc ille in forma. Ex quibus oportet dicere ad minorem, quòd cum multæ conclusiones sciuntur, quòd scientia augetur per additionem, & non solùm per intensionem, quare non videntur apprehendere mentem Doct. Sanct. qui dicũt quòd scientia aḋ plura se extendat (scilicet simplex qualitas) sine additione; nam ligat eos dictum Doc. San. quòd cum quis addiscit plures conclusiones fit additio, & non tantùm intensio, simplici autẽ non fit additio. Summariè igitur patet, quòd ista dicta D.S. nõ cõtinent qualitatem simplicem esse scientiam, immo oppositum. Nec valet quòd dicant, quòd scientia non est species ordinatæ secundùm Doct. quia species adderetur speciei, & habitus habitui. Dico enim qnòd scientia est aliquæ species, s. quas producit ratio non intellectus agens. Sed nego, quòd addatur habitus habitui, sed additur notitia notitiæ constituens cum priori vnum habitum totalem, licet non esset inconueniens dicere, quòd additur partialis habitus constituens cum alio totum habitum, & tamen quælibet illarum notitiarum potest significari nomine illius habitus; sicut sanitas in quocunque gradu, & non solũ perfectissima significatur hoc nomine sanitas, vt patuit q. 52. ar. 1. Quare dicit D.S. quòd de vna conclusione habetur habitus, sed imperfectus, & per sequentem demonstrationem non aggeneratur in eo alius habitus, scilicet totalis, & specie distinctus; sed prior habitus cum quo secundò acquisitum transit in identitatem eiusdem habitus fit perfectior (scilicet cum secundo addito) vtpote ad plura se extendens (quæ extensio fit per additionem) eo quòd conclusiones, & demõstrationes vnius scientiæ ordinatæ sunt (scilicet ordine causalitatis) & vna deriuatur ex alia. De isto vltimo verbo, est exemplum, vt omne animal rationale est risibile; ergo Homo est risibilis. Potẽa arguitur sic, omne risibile est disciplinabile, omnis homo est risibilis; ergo disciplinabilis; ibi prima conclusio demonstrat secũdam, & vna deriuatur ex alia, & sic habitus idem ad plura se extẽdit per additionem alterius conclusionis. Et videtur quòd primũ argumentum procedat de habitu in generali, & similiter solutio, & loquitur de vno modo generationis habitus, qui competit omnibus habitibus. s. secundùm radicationem subiecti. Secundũ argumentum procedit de habitu morali tantùm, vt de se patet. Tertium autem de habitu scientiali qui est intellectus. Vnde ex prima solutione non potest argui de scientia &c.

¶ Nota quòd Alphonsus in prologo primi. q. 7. ar. 1. dicit ꝙ habitus Metaphysicus est vnus non quidem vnitate simplicis formę, sed vnitate cuiusdam totalitatis per se ordinis, hæc ille, Scotus autem in 3. dist. 95. circa finem dicit. Quilibet habitus intellectualis habet vnitatem ex vnitate sui primi obiecti in quo habitus virtualiter continetur, sicut in sua causa partiali; sicut Geometria dicitur vnus habitus ex vnitate lineæ, in qua linea oĩa alia, quæ deducuntur in scientia illa, virtualiter continentur mediatius, vel immediatius, secundùm quòd se habent ad illam; tamen si alia explicata in scientia considerentur sub proprijs rationibus in se, non autem vt continentur in aliquo vno primo subiecto, fortè tot sunt habitus quot conclusiones distinctè specie sunt demonstratæ, hæc ille. Ex quibus videtur etiam velle, quòd scientia non sit qualitas simplex.

Scotus.

Quæst. Quinquagesimaquinta.

De habitibus in speciali, scilicet de scientia virtutum.

CONsequenter considerandum est de habitibus in speciali. Et quia habitus, vt dictum est, distinguuntur per bonum & malum. Primò dicendum est * de habitibus bonis, qui sunt virtutes, & alia eis adiuncta, scilicet dona, beatitudines, & fructus. Secundò de habitibus malis, scilicet de vitijs, & peccatis. Circa virtutes autem quinque considerandа sunt. Primò, de essentia virtutis. Secundò, de subiecto eius. Tertiò, de diuisione virtutum. Quartò, de causa virtutis. Quintò, de quibusdam proprietatibus virtutis. Circa primum quæruntur quatuor. Primò, Vtrum virtus humana sit habitus. Secundò, Vtrum sit habitus operatiuus. Tertiò, Vtrum sit habitus bonus. Quartò, de definitione virtutis.

* q. 54. ar. 3.

¶ Patet ratio ordinis ex primo physicorum; quia communiora sunt priora procedenti de imperfecto ad perfectum in cognitione. Et quia vt dictum est quæstio. præcedenti articu. 3. Habitus distinguuntur per bonum, & malum; ideo primò agendum est de habitibus bonis qui dicuntur virtutes, & de alijs eis annexis, videlicet donis, beatitudinibus, & fructibus; de hinc agendum est de habitibus malis qui dicuntur vitia. Et illa secunda pars incipit in quæstio. 71.

¶ Circa primum quinque considerанda sunt, & patet ordo inter istas quæstiones per maiorem propinquitatem ad virtutem. Circa primum (scilicet essentiam virtutis) quæruntur quatuor. Et patet iterum ordo horum articulorum secundùm magis commune, & minus. Primò quæritur de genere propinquo.

Vtrum virtus humana sit habitus.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd virtus humana non sit habitus. Virtus enim est vltimũ potentiæ, vt dicitur in primo de cœlo; * sed vltimum vniuscuiusque reducitur ad genus illud cuius est vltimũ; sicut punctum ad genus lineæ; ergo virtus reducitur ad genus potentiæ, & non ad genus habitus.

Infra q. 56. arti. 3. cor. Et 2. di. 27. art. 1. Et 3. di. 23. q. 1. ar. 3. q. 1. & 3. Et veri. q. 1. ar. 1.

* Tex. 116.

¶ 2 Præt. Augst. dicit in secundo de libero arbitrio, * quòd virtus est bonus vsus liberi arbitrij; sed vsus liberi arbitrij est actus; ergo virtus non est habitus, sed est actus.

*Aug. c. 19.

¶ 3 Præte. Habitibus non meremur, sed actibus; alioquin Homo mereretur continuè etiam dormiendo; sed virtutibus meremur; ergo virtutes non sunt habitus; sed actus.

¶ 4 Præt. Augst. dicit in libro de moribus ecclesiæ, * quòd virtus est ordo amoris, & in libro 83. q. * dicit, quòd ordinatio, quæ virtus vocatur, est fruendis frui, & vtendis vti; ordo aũt seu ordinatio noĩat, vel actũ, vel relationẽ; ergo virtus non est hitus; sed actus, vel relatio.

*Aug. li. 1. cap. 15. *quæst. 30.

¶ 5 Præt. Sicut inueniuntur virtutes humanæ, ita & virtutes naturales; sed virtutes naturales, non sunt habitus; sed potentiæ quædam; ergo etiam neque virtutes humanæ.

¶ Sed contra est, quod Philosophus in libro prædic. * scientiam, & virtutem ponit esse habitus.

* In prædicam. quali.

¶ Hic primò quærit de eo, quod est de essentia, puta genere.

¶ Respondeo dicendum, quòd virtus nominat quandam potentiæ perfectionem.

¶ Doct. Sanct. absoluit breuiter quæsitum tali conclusione responsiua in fine, quòd sic. Virtutes humanæ sunt habitus (& dicit notanter virtus humana; quia illa est habitus, & non virtus naturalis, vt patebit.) Probatur conclusio. Virtus est perfectio potentiæ, & virtus humana est perfectio potentiæ rationalis; sed perfectio potentiæ rationalis est habitus, non autem perfectio potentiæ naturalis; ergo virtus humana est habitus Doct. Sanct. probat primò maiorem, secundò minorem, ibi. Vniuscuiusque enim perfectio &c. Maior ergo patet; quia virtus nominat quandam potentiæ perfectionem &c. Deinde ibi.

Conclusio

¶ Vniuscuiusque autem perfectio præcipuè consideratur in ordine ad suum finem, finis autem potentiæ actus est; vnde potentia dicitur esse perfecta secundùm quòd determinatur ad suum actum.

¶ Probat minorem sic. Potentia dicitur esse perfecta secũdùm quòd determinatur ad suum actum (scilicet vnum & determinatum) sed potentiæ rationales determinantur ad actus per habitus, non autem naturales; ergo minor vera. Huius rationis pro minore D.S. primò ponit maiorem, secundò declarat minorẽ, ibi. Sunt autem &c. Maior ergo probatur in litera. Tunc ibi.

¶ Sunt autem quædam potentiæ, quæ secundùm seipsas sunt determinatæ ad suos actus; sicut potentiæ naturales actiuę, & ideo huiusmodi potentiæ naturales secundùm seipsas dicuntur virtutes; potentię autem rationales, quæ sunt propriè hominis non sunt determinatæ ad vnum; sed se habent indeterminatæ ad multa, determinantur autem ad actus per habitus; sicut ex supra dictis patet, * & ideo virtus humanæ habitus sunt.

* q. 49 ar 3

¶ Declarat minorem præcedẽtem pro minore principali p vnã distinctionem. Et arguit sic, potentiæ rõnales nõ sunt determinatæ ad vnũ; sed indeterminatæ ad multa, nõ aũt potentię naturales

sed determinatio talis potentiæ habentis se ad plura, & quę varijs modis determinari habet, est habitus, igitur &c. Vnde Doc. Sanct. in fine infert conclusionem ipsam respōsiuam, & patet. Circa materiam huius articuli declarandam, se magis extendit D.S. in de virtu. q.1.ar.1. vide ibidem.

¶ Et nota quòd Diuina potētia est de se completa, similiter intellectus agens, similiter virtutes actiuę naturales; ideo tales non sunt habitus; sed metipsæ potentiæ; potentia autem sensitiua de se non est completa; ideo non est virtus ipsa sola, sed seeūdùm ꝙ est actu passa, de rōnabilibus potētijs hoc patuit in corpore articuli.

Differunt potētia, & virtus.

¶ Nota ex istis, quia differunt absolutè loquendo potēria, & virtus; nam potentia, vt sic significat principium actus etiam indeterminatum, & incompletū; sed virtus absolutè, & in communi acceptione, significat completum principium agēdi, & determinatū, quodcunque sit illud. De hoc etiam supra q.26. arti.2. ad primum, & vide de materia huius articuli Capreolum in 3. dist.23. circa secundam conclusionem.

Capreolus.

¶ Nota circa argumentum in contrarium vbi scientia condiuiditur virtu. de hoc patebit infra quæstio. 56. quia scientia, & habitus alij intellectuales (dempta prudentia) non sunt virtutes simpliciter, sed solùm secundùm quid. De hoc D.S. in de virtu. mate. 1.ar. 7. ad tertium, vbi dicit, scientia diuiditur contra moralem virtutē, & tamen ipsa est virtus intellectualis, vel etiam diuiditur contra proprijssimè dictam, sic enim ipsa non est virtus.

ARGVMENTVM in contrarium corroborat conclusionem respōsiuam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quandoque virtus dicitur id ad quod est virtus, scilicet vel obiectum virtutis, vel actus eius; sicut fides dicitur quandoque id quod creditur, quandoque verò ipsum credere, quādoque autem ipse habitus quo creditur; vnde quando dicitur quòd virtus est vltimum potentiæ; sumitur virtus pro obiecto virtutis, id enim in quo vltimo potentia esse potest est id ad quod dicitur virtus rei; sicut si aliquis potest ferre centum libras, & non plus, virtus eius consideratur secundùm centum libras, non autem secūdùm 60. obiectio autem procedebat ac si essentialiter virtus esset vltimum potentiæ.

D. 1172.

¶ Maiorem oportet bene intelligere. Accipitur enim hoc nomen virtus equiuoce, & quandoque pro virtute materialiter, id est pro obiecto secundùm quod attenditur, vel circa quod versat virtus, vel accipitur pro eo ad quod ordinatur virtus; sicut ad finem, scilicet pro actu. Tertio modo accipitur virtus essentialiter ꝓ cōplemento potentiæ formali, quod quandoque est habitus, quādoque non, sed ipsamet potentia. Dicitur igitur ad maiorem, quòd in illa auctoritate Philosophi, accipitur virtus materialiter, id est ꝓ obiecto virtutis, ac si dicat, virtus alicuius pensatur in summo, & maiori obiecto in quod quis potest, & est virtus sic accepta vltimum potentiæ extrinsecum, nec oportet, quòd sit in eodem genere cum potentia; si autem virtus accipitur pro actu ad quem ordinatur habitus, tunc est vltimum potentiæ, etiam extrinsecum. i. vltissimus, & perfectissimus effectus qui a tali habitu prouenire potest, nec est in eodem genere propinquo. Vnde D.S. in de virtutibus in communi. q.1. arti.9. ad decimumquintum. Virtus dicit vltimum potentiæ, non quia sit de essentia potentiæ; sed quia inclinat ad id in quod potentia vltimò potest, hæc ille. Si autem capiē virtus propriè pro complemento potentiæ, tunc dico ꝙ quandoque est ipsa potentia met. aliquando autem est perfectio habitualis potentiæ superaddita, vt hic patet de virtute humana. Vltra, sed vltimum vniuscuiusque &c. Verū, vltimum intrinsecum, & quasi specificum, & terminans intrinsecè est in eodem genere reductiuè. Sed dico quòd virtus essentialiter, nō est terminus intrinsecus essentialis potentiæ; sed supereueniens, & accidentalis, igitur non oportet, quòd sit in eodem genere propinquo, esto sit in eodem genere communi. Quare negatur, ꝙ reducatur ad genus potentię, quia non est terminus essentialis, sicut punctus, sed accidētalis. Et hæc solutio quo ad primum declaratur exemplo de fide &c. quæ quandoque significat obiectum fidei, quandoque actum, sed propriè significat habitum. Et non oportet illam auctoritatem verificare de virtute essentialiter accepta. i. habitualiter, quòd sit vltimū potentiæ, sed est dispositio ad vltimum non simpliciter, vltimum etiam actum, sed ad meliorem actum qui potest conuenire per talem habitum, cum in eadem potentia plures sint habitus, quorum vnus ad meliorem disponit, quàm aliud; Vide de Veritate mat. 14. ar. 3. ad septimum, & ad tertium. Et si aliquo modo intelligitur, ꝙ virtus essentialiter sit vltimum, intelligitur vltimum complementum in ratione principij operandi non termini; sed magis propriè intelligitur de vltimo obiecto; vnde Doct. Sanct. secunda secundæ q.23. articu.3. ad secundum. Vltimum autem, quod ponitur in ratione virtutis, non importat ordinem effectus; sed magis ordinem excessus cuiusdam; sicut centum libræ excedunt quadraginta, hæc ille.

¶ Ad secundum dicendum, quòd bonus vsus liberi arbitrij dicitur esse virtus secundùm eandem rationem; quia scilicet est id ad quod ordinat virtus; sicut ad proprium actum; nihil est enim aliud actus virtutis, quàm bonus vsus liberi arbitrij.

¶ Ad maiorem est prædicatio materialis, vt Doct. Sanct. habet de virtutibus, id est bonus vsus liberi arbitrij est materia circa quā versatur virtus; quia omnis actus virtutis est liberi arbitrij, vel elicitiuè, vel imperatiuè; quia nullus actus virtuosus est, nisi humanus; nullus autem est humanus, nisi liberi sit arbitrij, & ergo actus sensualitatis, vt virtuosus, est etiam liberi arbitrij, ordinatur igitur ad actum liberi arbitrij: & ergo dicitur. Virtus est bonus vsus, id est bonus vsus dicitur virtus, ad sensum dictum. Sicut & quis dicit, hæc est potestas mea, loquens de facto vel opere suo; sed essentialiter, virtus est habitus qui est principium talis boni vsus &c. Deberet autem inferri non quòd habitus non esset virtus; sed quòd etiam actus dicitur virtus in vna acceptione nominis &c. Est enim nomen virtutis equiuocum ad significandum habitum, & actum, & obiectum, vt patebit etiam infra quæst.70. artic.1.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliquo dicimur mereri dupliciter. Vno modo; sicut ipso merito, eo modo quo dicimur currere cursu; & hoc mō meremur d actibus. Alio modo dicimur mereri aliquo, sicut principio merendi; sicut dicimur currere potentia motiua; & sic dicimur mereri virtutibus, & habitibus.

D. 1.q.1.

¶ Ad maiorem distinguo, si intelligitur, quòd habitibus nō meremur sicut merito (saltem propriè dicto) concedo. Si autem intelligitur habitibus non meremur; sicut principijs merendi (præsertim loquendo de habitibus gratuitis.) Negatur maior. Ad probationem dico. Negando sequelam; quia tunc solū meretur quando per habitus operatur actus; sicut & per habitum aliquis nō semper operatur. Dixi autem, quòd habitibus propriè non meremur sicut merito propriè dicto; quia secundùm D.S. in de virtutibus q. prima ar.1. ad secundum. Si meritum capiatur largè, sic quælibet conditio, quæ facit hominem aliquo modo dignum meritum dicitur, vt si dicamus species Priami meruit imperium; quia digna fuit imperio, & sic habitualis qualitas potest dici meritum; qa præmium sibi debetur. S. pueris baptizatis, sunt enim per gratiā, & charitatem idonei ad præmium. Sed videtur quòd non saluentur ratione habitus tantùm propter habitum; sed quia efficiuntur participes meriti actualis Christi per efficaciam sacramenti, est igitur meritū propriè actus; sed principium est habitus, vt D.S. hic dicit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd virtus dicitur ordo, vel ordinatio amoris, sicut id ad quod est virtus, per virtutem enim ordinatur amor in nobis.

¶ Ad maiorem, & auctoritatem Augustini. Virtus est ordo amoris, est prædicatio materialis; quia amor in se, & sui effectibus regulandis est materia circa quam virtutis moralis. Et hoc declarat Doct. Sanct. infra quæstio. 62. articu. 2. ad tertium; quia ad quamlibet virtutem cardinalem requiritur ordinata affectio, amor autē est radix, & principium omnium affectionū, vt patuit supra. Virtus ergo habet ordinare amorem; sicut etiam dictum est ad secundum, quòd est bonus vsus liberi arbi. &c.

¶ Ad quintum dicendum, quòd potentiæ naturales sunt de se determinatæ ad vnum, non autem potentiæ rationales, & ideo non est simile, vt dictum est.

In 2.

¶ Maior vera quidem quo ad inuenire vtrasque; sed ipse virtutes sunt diuersarum rationum; quia naturales cum sint determinatę ex natura ad vnum de se sunt completum principiū illius operationis. Secus de humanis virtutibus, quia illę sunt complementum superadditum potentijs rationalibus; nam istę non sunt de se determinatę; quia ad oppositа se habent. 9. Metaph. & ideo indigent determinationibus habitualibus, habentibus se ad vnum tātùm in aliqua certa materia, scilicet cōformiter ad rationem. Determinationes autem potentiarum de se habentiū ad multa non possunt esse potentiæ, quia potentiæ si superadderētur essent ita indeterminatæ, sicut potentia præcedens, igitur oportet, quòd superaddatur determinatio se habens ad vnum (id est non ad oppositа) qualis est habitus, vide supra quæst.49. art.4. ad Tertium, quia potentia nō præsupponit aliud principium habilitabile ꝓ ipsam, & ergo potentia non determinat, sed determinatur tantùm; determinans igitur est alterius rationis, & non actus; igitur habitus, quia oportet, quòd sit qualitas &c.

D Infra q.56. ar.1. con. & q.57. art.1. ad 2. & q.58. artic.2. con. Et 3. q.24. art.4.

Vtrum de ratione virtutis humanæ sit esse habitum operatiuum.

AD secundum sic proceditur. Vt ꝙ non sit de rōne virtutis humanæ, ꝙ sit habitus operatiuus dicit enim

*Fol.6. enim Tullius in 4. de Tusculanis quæstionibus, * quòd sicut est sanitas, & pulchritudo corporis, ita est virtus animæ; sed sanitas, & pulchritudo non sunt habitus operatiui; ergo nec etiam virtus.

¶ 2 Præt. In rebus naturalibus inuenitur virtus, non solùm ad agere; sed etiam ad esse, vt patet per Philosophum in primo de cœlo, quòd quædam habent virtutem, vt sint semper, quædam verò non ad hoc, quòd sint semper, sed aliquo tempore determinato; sed sicut se habet virtus naturalis in rebus naturalibus, ita se habet virtus humana in rationalibus; ergo etiam virtus humana non solùm est ad agere; sed etiam ad esse.

*Aristi. tex. 17.

¶ 3 Præterea. Philosophus dicit * in 7. Physic. quòd virtus est dispositio perfecti ad optimum, optimum autem ad quod hominem oportet disponi per virtutem est ipse Deus, vt probat August. in lib.2. de moribus eccleſiæ, *ad quem disponitur anima per assimilationem ad ipsum; ergo videtur quòd virtus dicatur qualitas quędam animæ in ordine ad Deum tanquàm assimilatiua ad ipsum, non autem in ordine ad operationem; non igitur est habitus operatiuus.

*Aug. c.3. & 6. & 14.

*Arist.c.6.

¶ Sed contra est, quod Philosophus dicit in 2. Ethi. * quòd virtus vniuscuiusque rei est, quæ opus eius bonum reddit.

¶ Hic consequenter quærit de differentia, & primò de differentia generica non conuertibili cum virtute, scilicet de esse operatiuo; nam & vitium aliquod est operatiuum; sed per illam differētiam distinguitur ab habitu essendi, quare non est differentia specialissima; sed subalterna.

¶ Respondeo dicendum, quòd virtus ex ipsa ratione nominis importat quandam perfectionem potentiæ, vt supra dictum est; * vnde cum duplex sit potentia, scilicet potentia ad esse, & potentia ad agere, vtriusque potentiæ perfectio virtus vocatur; sed potentia ad esse se tenet ex parte materiæ, quæ est ens in potentia, potentia autem ad agere se tenet ex parte formæ, quæ est principium agendi; eo ꝙ vnumquodque agit inq̄tū est actu.

*Ar. præc. D. 1037.

Conclusio

¶ D.S. respondet vnica conclusione affirmatiua, quòd sic, in fine quam approbat per corpus. Et arguitur sic, de ratione illius virtutis est, quòd sit habitus operatiuus, quæ est potentiæ, quæ se tenet ex parte formæ; sed virtus humana de qua loquimur nō potest pertinere ad corpus, sed pertinet tantùm ad id quod est proprium animæ rationalis; igitur est habitus operatiuus Doct. Sanct. primò probat maiorem, secundò minorem, ibi. In constitutione &c. Tertiò subiungit ipsam conclusionem, ibi. Vnde virtus humana &c. Pro maiore Doct. Sanct. notat, quòd est duplex potentia, & per consequens duplex virtus; quia est virtus potentiæ ad esse, quæ potentia sequitur materiam, & est virtus potentiæ ad agere. Tunc probat maiorem; quia potentia ad esse sequitur materiam, sed agere se tenet ex parte formę, igitur habitus qui est potentiæ, quæ est propria formæ est habitus actiuus. Consequentia nota. Antecedens probatur; quia vnumquodque agit secūdùm quòd est actu; sed est actu per formam, igitur agere se tenet ex parte formæ. Deinde cum dicit.

¶ In constitutione autem hominis corpus se tenet sicut materia, anima verò sicut forma; & quantum quidem ad corpus Homo communicat cum alijs animalibus, & similiter quantum ad vires, quæ sunt animæ & corpori communes; solæ autem illę vires, quæ sunt proprię animæ, scilicet rationales sunt hominis tantùm; & ideo virtus humana de qua loquimur non potest pertinere ad corpus, sed pertinet tantùm ad id, quod est proprium animæ.

¶ Probat minorem sic. Virtus humana est hominis tantùm, secundùm quòd Homo est; ergo non pertinet ad corpus; sed ad animam. Antecedens notum; quia propterea vocatur virtus humana; consequentia probatur; quia Homo constituitur ex corpore sicut ex materia, & ex anima, sicut ex forma; sed quantum ad corpus communicat cum alijs animalibus, & similiter quantum ad vires communes animæ, & corporis; ergo virtus humana pertinet tantùm ad id, quod est proprium animæ, scilicet quantum ad vires rationales, & sic per consequens virtus humana est ad agere, & non ad esse &c.

¶ Sed nota quòd D. S. debet sanè intelligi circa hoc, quod dicit, quòd virtus humana est propria animæ, & non corporis; nam non intelligitur, quòd virtus humana sit propria animæ; sicut subiecti, quia aliquæ sunt in concupiscibili, & irascibili, quæ sunt totius coniuncti, sed est virtus potentiæ, quæ est solius animæ quantum ad modum operandi, & agendi; & est animæ, sicut principalis principij, & originalis, & sicut principij mouentis, quia tātùm est in potentia, quæ est rationalis saltem per participationē, & secundùm hæc propria animæ rationali; virtus autem, quæ est corporis intelligitur ea quæ necessariò dependet a qualitatibus corporis naturalibus, nec est in potestate animæ agere secundùm eam cum voluerit, vel quomodo voluerit, sed agit de necessitate naturæ; virtus autem animæ est in eius potestate quo ad vsum &c. Et hæc videtur esse mens D.S. in tertio distin. 33: quæst.1. articu.2. quæst.3. ad tertium, vbi dicit. Virtutes infusę, & acquisitę non sunt in irascibili, & concupiscibili, nisi secundùm quòd participāt aliqualiter rationem, & ex hac parte non habent dependentiam ab organo corporali; sed continentur sub mente, sicut & sub ratione inquantum ipsam participant, hæc ille. Tunc ibi.

¶ Vnde virtus humana non importat ordinem ad esse; sed magis ad agere, & ideo de ratione virtutis humanę est, quòd sit habitus operatiuus.

¶ Infert vltimò ipsam respōsiuam conclusionem, quòd de ratione virtutis est, quòd sit habitus operatiuus. Et cōclusio breuius sic probari potest ex priori ratione; quia virtus humana tenet se ex parte potentiæ, quæ est animæ rationalis propria, ideo est habitus operatiuus. Tenet cōsequentia, quia per formam aliquid est operatiuum, & potentia fluens a forma est operatiua, & per consequens etiam habitus perficiens talem potentiam est operatiuus; quia perfectibile perficitur secundùm propriam cōditionem per habitum connaturalem sibi. Antecedens patet, quia per hoc virtus humana distinguitur a virtute tenente se ex parte materiæ; sicut dispositio in materia cœli est ad esse, similiter in corpore humano sunt aliquæ virtutes naturales dispositiuę corporis &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem respōsiuam.

¶ Nota circa hoc, quòd illa definitio virtutis non est humanæ tantùm; sed virtutis in communi, quia enim iuxta primum articulum, virtus est complementum potētiæ, & præsertim, quæ est principium actus (i. virtus operandi) principio autem actus existente completo, sequitur completum, & bonum opus, ideo virtus est quæ opus bonum reddit, & habetur ex illa auctoritate, quòd virtus humana est habitus operatiuus; nam illa descriptio est de virtute operatiua in communi (vt patet in de virtutibus. q.1. in corpore) non materiæ, & ad esse.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd modus actionis sequitur dispositionem agētis, vnumquodq; enim quale est, talia operatur, & ideo cum virtus sit principiū aliqualis operationis, oportet quòd in operante præexistat secundùm virtutem aliquam conformis dispositio; facit autem virtus operationem ordinatam, & ideo ipsa virtus est quædam dispositio ordinata in anima, secundùm scilicet quòd propriæ potētiæ animæ ordinantur aliqualiter adinuicē, & ad id quod est extra; & ideo virtus inquantum est conueniens dispositio animæ, assimilatur sanitati, & pulchritudini, quæ sunt debitæ dispositiones corporis; sed per hoc non excluditur quin virtus etiam sit operationis principium.

¶ Maior est vera quo ad aliquid, in hoc videlicet, ꝙ sicut sanitas, & pulchritudo corporis dñt debitam dispositionē partiū corporis, vel. f. humorum, vt sanitas; vel partium homogenearum, vt robur; vel partiū organicarū, sicut pulchritudo; sic virtus dicit dispositionē ordinatā in potentijs animæ, vt. s. cōcupiscibilis, & irascibilis, benè se habeant ad voluntatē, & rōnē, & ita constituūt virtutes ēt humanę debitam dispositionē; sed p. hoc non excludit qu virtus humana sit habitus operatiuus, in hoc enim non est simile de dispositione corporali, & virtute humana. Et huius ponit D.S. rōnem, quia virtus est principium ordinatę (hoc est aliqualis) operationis iō agēs oportet, ꝙ sit aliquale. i. ordinatū; & in hoc attenditur similitudo; sed est diuersitas, quia virtus operatiua q̄uis bñ disponat, tñ principaliter ordinatur ad opus, sanitas aūt principaliter perficit, & primò ad bene esse. Vide supra q.49. articu.3.

¶ Nota circa solutionē primi, ꝙ experimentū est, ꝙ potētia potest esse bñ dispositа p habitū operatiuū, & agēs non est bñ dispositū in mō essendi; qa infirmus non bñ operat; iō habitus essendi ordinatur ēt indirectè ad operationē, q̄uis nō perficiat potentiam operatiuā. Vide pro solutione huius primi infra q 56. ar. 4. Vbi dicit. Virtus quæ est in irascibili, & concupiscibili nihil aliud est, q̄ quædā habitualis cōformitas istarum potentiarum ad rōnem &c.

¶ Ad secundum dicēdum, quòd virtus, quæ est ad esse non est propria hominis, sed solùm virtus, quæ est ad opera rationis, quæ sunt propria hominis.

¶ Minor negatur;quia virtus in purè naturalibus aliqua consequitur aliquam dispositionem materiæ in ordine ad formam, vt illa,quæ habent materiam sine priuatione possunt semper esse non solũ ratione formæ,sed ratione materiæ,virtus autem humana est hominis,vt sic,& per consequens potentiæ humanæ(scilicet aliquo modo rationalis)quæ est potentia operatiua,& per cõsequens habitus;quia perfectio,& perfectibile proportionantur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cum Dei substantia sit eius actio, summa assimilatio hominis ad Deum est secundùm aliquam operationem;vnde sicut supra dictũ est; * felicitas siue beatitudo per quam Homo Deo maximè conformatur,quæ est finis humanæ vitæ in operatione consistit.

* q.3.art.2.

¶ Ad maiorem,virtus est dispositio perfecti ad optimum, intelligitur ad optimum, scilicet actum,& est sensus secundùm D.S.in de Veritate mate.14.articu.3.ad quintum.Virtus est dispositio cõplens potentiam ad eliciendum actum bonum,nec oportet secundùm Doct. Sanct. ibidem ad tertium, quòd bonum illud ad quod virtus ordinat sit quasi obiectum alicuius actus;sed illud bonum quod est ipse actus perfectus quem virtus elicit. Ista dico pro tantò;quia istud argumentum videtur exponere hanc auctoritatem ad sensum quem Doc. Sanct. improbat 7. Physicorum lectione 5. quasi illud vltimum ad quod virtus disponit sit vltimum extrinsecum, & non proprius actus cuius oppositum iam ostendit, & esto ita sit(quod verum est ex consequenti) quod per virtutem disponitur ad assimilationem simpliciter vltimi, & supremi, quod est Deus,& ita concessa minore,dicitur vlterius ad illam,non autem in ordine ad operationem.Illa pars consequentis,negatur,immo per actum Homo maximè assimilatur Deo;quia in beatitudine Homo maximè conformatur Deo ; sed ipsa est operatio, scilicet speculatiui intellectus qui maximè Deo conformatur, & de illis supra quæst.3 art.2.& 5.ad primum.Vnde secundùm modum intelligendi in Deo perfectissimum est operatio, & perfectior ipso esse vel essentia secundùm quòd ratione distinguuntur ; ideo per actionem Homo assimilatur Deo maximè,& in perfectissimo.

Vtrum virtus humana sit habitus bonus.

E 2.2.q.58 ar ti.2. cor.Et 1.dist.26.q. 2. articu.1. corp.

AD tertium sic proceditur.Videtur quòd non sit de ratione virtutis,quòd sit habitus bonus. Peccatum enim in malo semper sumitur; sed etiam peccati est aliqua virtus, secundùm illud * primæ ad Corinth.15. Virtus peccati lex; ergo virtus non sp est habitus bonus.

*Corin.15.

¶ 2 Præt. Virtus potentiæ respondet; sed potentia non solũ se habet ad bonum; sed etiam ad malum,secundùm illud * Esa.5. Ve qui potentes estis ad bibendum vinum,& viri fortes ad miscendum ebrietatem; ergo ẽt virtus se habet ad bonum,& ad malum.

* Esa. 5.

¶ 3 Præt. Secundùm Apostolum * 2. ad Corint.12. Virtus in infirmitate perficitur ; sed infirmitas est quoddam malum; ergo virtus non solùm se habet ad bonum; sed etia m ad malum.

*Corin.12.

¶ Sed contra est,quod * Aug. dicit in lib.de moribus ecclesiæ. Nemo autem dubitabit. quòd virtus animam facit optimam, & Philosophus dicit in 2.Eth.* quòd virtus est quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit.

* Aug.li.2. cap.6.

* Arist.c.6.

¶ Hic quærit de differentia specifica virtutis, scilicet de bonitate,pet hanc enim distinguitur a vitio; sicut per præcedentem differentiam ab habitu essendi.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est, virtus importat perfectionem potentiæ; vnde virtus cuiuslibet rei determinatur ad vltimum in quod res potest, vt dicitur in primo de cœlo. * Vltimum autem in quod vnaqueq; potẽtia potest,oportet quòd sit bonum; nam omne malum defectum quendam importat ; vnde Dionys.dicit * in 4.de Di.no.quòd omne malum est infirmum, & propter hoc oportet, quòd virtus cuiuslibet rei dicatur in ordine ad bonum.

*Art.1.huius quæst.

* Tex. 116.

Dionysius.

Conclusio

¶ D.S.plus respondet,quàm quæsitum sit,ponens in fine talem conclusionem responsiuam.Virtus humana est habitus bonus, & boni operatiuus. Hanc conclusionem primò breuiter probat quo ad primam partem,de qua tantũ quæsitum est, secundò subiungit ipsam conclusionem, ibi. Vnde virtus &c. Probatur ergo breuiter prima pars conclusionis tali consequentia . Virtus importat perfectionem potentiæ , & virtus cuiuslibet rei dicitur in ordine ad bonum;ergo virtus,quæ est habitus,est bonus habitus, cõsequẽtia nota;quia id quod ordinatur in bonum est bonum;quia habet speciem ab eo in quod ex natura ordinatur.Probatur antecedens; virtus cuiuslibet rei determinatur(ideſt attenditur iuxta sensum dictum ar.1.ad primum) ad vltimum id quod res potest ; sed id in quod vnaqueque res potest est bonum;ergo antecedens verũ. Minor patet;quia malum importat defectum, & ad ipsum non attenditur posse,sed deficere;vnde Dionysius dicit,quòd malum est infirmum;ergo non attenditur potentia quo ad malum;sed impotẽtia,& infirmitas. Deinde ibi.

¶ Vnde virtus humana , quæ est habitus operatiuus est bonus habitus , & boni operatiuus.

¶ Infert conclusionem ipsam probatam quo ad primam partem;sed quo ad secundam (scilicet quòd virtus humana sit habitus operatiuus boni) relinquit notam clarè ex præcedenti articulo , & probatione primæ partis conclusionis præsentis ; quia si virtus sit operatiuus habitus ex præcedenti articu. & sit bonus habitus ex prima parte conclusionis , sequitur quòd sit habitus operatiuus boni .

¶ Et confirmatur etiam conclusio quo ad ambas partes argumento in contrarium.

¶ Nota autem; quia habitus facit opus bonum per se tanquàm per se effectum ,& formaliter;sicut ratio efficiendi ipsum; ergo ipse est bonus ; quia vnumquodque operatur per se effectum secundum modum suum ; quia igitur virtus operatur bonum , igitur & ipsa est bona.Dico autem per se,& formaliter; quia quandoq; aliqua forma facit aliud,quàm est;sed hoc est per accidens, sicut frigus calefacit per antiparistasim ; sed bonum facere est per se effectus virtutis;igitur & ipsa est bonus.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd sicut perfectum, ita etiam,& bonum dicitur Metaphoricè in malis. Dicitur enim & perfectus fur,siue latro,& bonus fur,siue latro,vt patet per Philosophum in 5.Metaphy. * secundũ hoc ergo etiam virtus metaphoricè in malis dicitur ,& sic virtus peccati dicitur lex , inquantum scilicet per legem occasionaliter est peccatum augmentatum,& quasi ad maximum suum posse peruenit.

* Aduers

¶ Ad minorem , virtus capitur metaphoricè pro quocunq; cõplemento,& causa occasionali;complementum enim ad agẽdum bonum dicitur propriè virtus; sed metaphoricè significat etiam complementum,& principium quocunque modo mali actus,& sic accipitur in auctoritate Apostoli;sicut Doct. Sanct.declarat, & magis infra declarabitur q.98.articu.1.ad secundum; quia lex vetus(de qua loquitur Apostolus)mandabat multa, & non conferebat gratiam implendi , & quia cognito peccato per legem grauius peccabatur,& quia nitimur in vetitum;ideo accendebatur appetitus peccati,& sumebant homines occasionem peccandi.Dicitur ergo ad minorem,quòd peccati est virtus metaphoricè , & occasionaliter, causa enim completa peccati,& per se dicitur virtus peccati,quandoque etiam occasio dicitur virtus eius, ita quòd omne id quod aliquo modo cõcurrit ad peccatum,dicitur virtus peccati metaphoricè ; sicut etiam perfectum dicitur in malis; sed metaphoricè; sicut dicitur pfectus latro,vel bonus fur,vt patet.5.Metaphy.tex.com.21.lectione 16.in D.S.sed cum hoc stat, quòd virtus humana,quæ est virtus propriè dicta, est habitus bonus.

¶ Ad secundum dicendum , quòd malum ebrietatis & nimiæ potationis consistit in defectu ordinis , & rationis. Contingit autem cum defectu rationis esse aliquã potentiam inferiorem perfectam ad id quod est sui generis,etiam cum repugnantia,vel defectu rationis; perfectio autem talis potentiæ cum sit cum defectu rationis, non posset dici virtus humana.

¶ Maior debet sa è intelligi.Virtus correspõdet potentiæ quo ad obiectum secundùm formalem rationem ; quia est eius potentiæ ad quam pertinet obiectum;sed non correspondet sibi ad adequatè, ita quòd sit tam communis obiecti sicut potentia,vt patuit q.54.articu.1.& secundo,non correspondet sibi quo ad vnitatem, ita quòd si potentia est vna, & habitus sit vnus; & tertiò, non correspõdet sibi quo ad determinationem , quod reddit in idem cum primo. Minor vera,potentia aliqua se habet ad bonum, & malũ sed non potentia humana , vt sic sequens rationem rectam ; sed potentia hominis , vegetatiua scilicet, vel sensitiua secundùm se, vt potentia potatiua , vel generatiua se habet ad bonum , & malum moraliter , & de illis potentijs loquitur auctoritas;ergo &c. Negatur consequentia ; quia nos loquimur de virtute humana, quæ est perfectio potentiæ rationalis per essentiam, vel participationem , vt conformis est rationi rectæ , & sic solùm se habet ad bonum morale ; sed virtus, vel potentia inferior , scilicet vegetatiua,vel sensitiua sibi relicta potest se habere ad malum moris,sed non virtus humana,quæ est limitatio potentiæ rationalis ad vnũ scilicet bonum &c. Pro dictis circa maiorem vide Doct. Sanct. in de Veritate materia 10. articu.3.ad tertium, vbi dicit inter potentiam,actum;& habitum potest esse æqualitas secundũ qp cõparatur

tur ad vnum obiectum, & tamen etiam communiter loquẽdo inuenitur in eis æqualitas non quidem secundùm proprietatem naturæ;quia alterius modi habet esse operatio habitus, & potentia; sed secundùm quandam comparationem ad actum secundũ quã consideratur horum trium quantitas ; nec oportet, quòd accipiat vnus tantũ actus numero, aut vnus habitus; sed habitus, & actus in genere , hæc ille;ex q̃bus potest haberi expositio maioris D.S. In solutione respondet ad minorem,& probationem;quia potest esse potentia inferior potens ad actus sui generis,ideſt circa obiectum sibi proportionatum ; sicut quis habet fortem stomachum ad deuorandum contra ordinem rationis, & sic est potens;sed talis potentia non est virtus humana; sed magis bestialis; vnde virtus humana solùm est secundùm rationem &c.

¶ Ad tertium dicendum , quòd tantò ratio perfectior esse ostenditur quantò infirmitates corporis , & inferiorum partium magis potest vincere, seu tolerare; & ideo virtus humana, quæ rationi attribuitur, in infirmitate perfici dicitur non quidem rationis ; sed in infirmitate corporis,& inferiorum partium.

¶ Maior vera de infirmitate corporis qua præbetur occasio exercitij virtutis;sed non de infirmitate rationis,in tali enim virtus perit,& corrumpitur. Ad minorem, infirmitas corporis,& inferiorum virium, & rebellio carnis (de qua infirmitate loquitur Apostolus) est malum pœnę, & naturæ , & effectus peccati originalis ad sensum infra dicendum quæstio.82.& tamen potest esse,vel materia exercendæ virtutis , scilicet humilitatis , & patientiæ,& temperantiæ ex qua fomes debilitatur,vel potest esse occasio maioris virtutis;quia Homo sciens se infirmum,& pronum ad malum magis sollicitatur ad resistendum,& per hoc,quòd resistit fit exercitatior,& per consequens fortior . Vltra ; ergo virtus non solùm se habet ad bonum &c. Si intelligitur tanquàm ad obiectum materiale,vel vt ad occasionem virtutis maioris conceditur. Vnde Doct. Sanct.secunda secundæ quæstio.51.articu.1. ad secundum dicit, & si virtus essentialiter sit perfectio quædam , non tamen oportet , quòd omne illud, quod est materia virtutis importet perfectionem, hæc ille. Si autem intelligitur,quòd non semper se habeat ad bonum hominis,quod est secundùm rationem esse. Negatur,immo hoc ipsum,quod est patienter ferre mala corporis, & rebellionem carnis , vel huic resistere est bonum hominis, & secundùm rationem ; vnde virtus se semper habet ad bonum, scilicet ad conformitatem rationis , esto materia actus sui sit mala. Oportet enim hic memorari supra dictorum quæstio. 54.ar.3. quòd bonitas habitus non solũ attenditur in ordine ad obiectũ; sed etiam, quia disponit ad naturam conuenienter ; ideo habitus virtutis, qui etiam circa malum operatur conformiter ad rationẽ hominis est bonus habitus. Potest ergo dici ad argumentum breuiter,virtus in infirmitate perficitur occasionaliter, vel tanquàm circa materiam; quia videlicet habet se circa infirmitatem corporis conformiter ad rectam rationem, ita quòd simul concurrãt miseria corporis,& sensualitatis, & firmitas rationis secundùm virtutem. Ad minorem,vera,Infirmitas est quoddam malum(saltem pœnæ)& in illo malo non consistit virtus; sed in bene se habẽdo ad malum , puta stimulum carnis;Ergo &c. negatur consequẽtia; quia virtus solùm se habet ad bonum, scilicet hominis esto obiectum possit in se esse malum ; tamen virtus habet se ad ipsum bono modo;est ergo boni tantùm moraliter, & formaliter,licet naturaliter,& materialiter sit mali sicut materiæ;bonum enim virtutis est bonum rationis,vt patet articulo sequenti.Circa malum autem potest quis se habere secũdùm rationem,igitur potest virtus perfici in 1.circa infirmitatem &c.

Vtrum definitio virtutis sit conueniens qua dicitur virtus est bona qualitas mentis qua rectè viuitur,qua nullus malè vtitur quam Deus in nobis sine nobis operatur.

E 1.dist.27.ar. 2.Et 3.dist. 23.q.1.ar.2. q.3.Et Ver. q.1 art.2.p tot.& ar.9. ad 1.& 10. & 11.

AD quartum sic proceditur . Videtur quòd non sit conueniens definitio virtutis, quæ solet assignari, scilicet . Virtus est bona qualitas mentis qua rectè viuitur,qua nullus malẽ vtitur,quam Deus in nobis sine nobis operatur;Virtus enim est bonitas hominis,ipsa enim est, quæ bonum facit habentem ; sed bonitas non videtur esse bona ; sicut nec albedo est alba, igitur inconuenienter dicitur,quòd virtus est bona qualitas.

¶ 2 Præt.Nulla differentia est communior suo genere cum sit generis diuisiua ; sed bonum est communius, quàm qualitas,conuertitur enim cum ente;ergo bonum nõ debet pẽi in definitione virtutis , vt dicia qualitatis.

¶ 3 Præt. Sicut * Aug.dicit in 12. de Trin. Vb primò occurrit aliquid , quod non sit nobis pecoribusq; commune,illud ad mentem pertinet; sed quædam virtutes sunt etiam irrationabilium partium , vt Philosophus dicit * in 3. Ethic. non ergo omnis virtus est bona qualitas mentis.

* Aug. c.3.

* Arist.c.10.

¶ 4 Præt. Rectitudo videtur ad iustitiam pertinere; vnde idem dicuntur recti,& iusti; sed iustitia est species virtutis, inconuenienter ergo ponitur rectum in definitione virtutis cum dicitur. Qua rectè viuitur.

¶ 5 Præt. Quicunque superbit de aliquo, malè vtitur eo;sed multi superbiunt de virtute,dicit enim * Aug. in regula , quòd superbia etiam bonis operibus insidiatur, vt pereãt; falsum est ergo qp nemo virtute malè vtat.

* Aug.c.3.

¶ 6 Præt.Homo per virtutem iustificatur,sed * Aug. dicit super illud Io. Maiora horum faciet,Qui creauit te sine te non iustificabit te sine te; inconuenienter ergo dicitur quòd virtutem Deus in nobis sine nobis operatur.

* Aug. collig. ex trada.72.

¶ Sed contra est auctoritas * Augustini, ex cuius verbis prædicta definitio colligitur , & præcipuè in secundo de libero arbit.

*Aug.cap. 18.& 19.

¶ Hic vltimò subiungit definitionem virtutis positam a beato Augusti. quæ potest trahi ex præcedentibus articulis huius quæstionis,dempta vltima particula,qua remota hæc definitio est virtutis in genere.

¶ Respondeo dicendum , quòd ista definitio perfectè complectitur totam rationẽ virtutis , perfecta enim ratio vniuscuiusque rei colligitur , ex omnibus causis eius . Comprehendit autem prædicta definitio omnes causas virtutis .

Conclusio

¶ Conclusionem responsiuam formaliter non ponit; sed clarè potest intelligi ex ratione qua probatur in principio,quę talis est. Ista definitio perfectè complectitur totam rationem virtutis ; ergo sequitur conclusio responsiua dare , qp ista definitio virtutis est conueniens,& sufficiens. Tenet cõsequentia;quia definitio est ratio indicans quid est esse rei. Antecedens probatur, perfecta ratio vniuscuiusque rei colligitur ex omnibus causis eius. Sed prædicta definitio comprehendit omnes causas virtutis, tam s. formalem, q̃ materialem,q̃ etiam finalem,& etiam efficiẽtem, & distinguit per illas ab omnibus alijs habitibus, igitur est perfecta,& adequata,& tota rõ virtutis D.S.primò probat hanc rõnẽ. Secundò ,pbat specialiter minorẽ,quo ad oẽs causas,ibi. Cãnaque formalis &c. Maior ergo prædictæ rationis patet. Consequenter cum dicit.

¶ Causa namque formalis virtutis; sicut & cuiuslibet rei, accipitur ex eius genere, & differentia ; cum dicitur bona qualitas,genus enim virtutis qualitas est,differentia autem bonum, esset tamen conuenientior definitio, si loco qualitatis hĩtus poneret q est genus ,ppinquũ.

¶ Probat minorem prædictam de vnaquaque causa,& patebũt partes ,psequendo, & primò de causa formali Et arguitur sic. Causa formalis cuiuslibet rei (scilicet logica,& Metaphysica) est genus, & differentia. Sed ista definitio exprimit genus, & differentiam, igitur . Minor patet, quia qualitas est genus saltem remotum.& propinquum habitus, differentia autem est bonum, vt patuit quæst.54.artic.3.quia habitus differunt secundùm bonum,& malum specie. Deinde cum dicit.

¶ Virtus autem non habet materiam ex qua; sicut nec alia accidentia,sed habet materiam circa quam, & materiam in qua s. subiectum , d materia autem circa quam est obiectum virtutis,quod non potuit in prædicta definitione poni , eo quòd per obiectum determinatur virtus ad speciem , hæc autem assignatur definitio virtutis in communi;vnde ponitur subiectum loco causæ materialis,cum dicitur quòd est bona qualitas mentis.

D.62a. 853.

¶ Deducit minorem quo ad causam materialem.Et arguitur sic. Illa definitio complectitur subiectum virtutis, igitur materiam in qua Antecedens patet;quia mentis est qualitas.

¶ Nota autem quid mentis in solutione tertij . Quare autem non ponatur materia circa quam ostendit D. S. quia ista definitio est virtutis in communi. Obiectum autem (s.determinatum) trahit virtutẽ ad speciem,obiectũ verò cõe satis intelligitur,in eo qđ dicitur rectè viuitur,id est operatur, quod operari obiectũ requirit; qa nõ est opus virtuosum,nisi circa obiectũ aliqđ &c. Deinde ibi.

¶ Finis aũt virtutis,cum sit habitus operatiuus est ipsa operatio.Sed notãdum,quòd habituum operatiuorum

D.692.

aliqui sunt semper ad malum, sicut habitus vitiosi; aliqui verò quandoque ad bonum, & quandoque ad malum; sicut opinio se habet ad verum, & ad falsum; virtus autē est habitus semper se habens ad bonum, & ideo vt discernatur virtus ab his, quæ se semper habent ad malū, dicitur. Qua rectè viuitur; vt autem discernatur ab his, quæ se habent quandoque ad bonum, quandoq; ad malum, dicitur qua nullus malè vtitur.

¶ Arguitur de causa finali pro minore, sic. In ista definitione ponitur operatio, igitur finis virturis. Tenet cōsequentia; quia habitus operatiui finis est operatio, cum dicitur, rectè viuitur, per qđ distinguitur a vitio. Sed per istas partes, esto distinguatur virtus a vitio, tamen non distinguitur ab habitu, qui non est virtus, nec vitium; sed quandoque se habet ad bonum, quandoque ad malum. Ideo additur, qua nullus malè vtitur (scilicet principiatiuè, vt patet ad quintum) vt per hanc partem distinguatur ab opinione, & huiusmodi, & hæc omnia conueniunt virtuti in genere. Tunc ibi.

¶ Causa autem efficiens virtutis infusę de qua definitio datur, Deus est, propter quod dicitur. Quam Deus in nobis sine nobis operatur, quæ quidem particula si auferatur, reliquum definitionis erit commune omnibus virtutibus, & acquisitis, & infusis.

¶ Corroborat vltimò eandem minorem de causa efficiente, sic In ista definitione ponitur Deus, igitur causa effectiua. Antecedēs patet. Consequentia tenet; quia Deus est causa effectiua (immediata scilicet) aliquarum virtutum.

¶ Nota autem, ꝙ tangitur causa effectiua immediata aliquarū virtutum. s. infusarū. Et ita infusarum, quòd nullo modo possunt acquiri, & distinguuntur ab alijs acquisitis specificè; quia non solū infusè; sed tantùm ex infusione, & ad altius obiectum, & Diuini supernaturalis ordinis. Et per consequens distinguuntur specificè, esto enim Deus posset infundere acquisibiles, tamen tales non essent tantùm ex infusione, & haberent inferius obiectum, nec essent diuini ordinis.

¶ Nota etiam quòd per hanc vltimam partem definitionis, definitio ista appropriatur virtutibus infusis, vt iam dictū est, distinctis specie ab acquisitis. Sed illa parte dempta, definitio conuenit generaliter omni virtuti, etiam acquisitæ, cuius causa propinqua, & immediata est ratio recta cum appetitu; sed Deus est causa prima remota; sed infusarum propinqua. Vnde causa adequata virtutis in communi est Deus, vel recta ratio mouens appetitum &c.

Vnde auctoritas Augustini est tenenda, vt probat argumentum in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd id quod primò cadit in intellectu est ens; vnde vnicuique apprehenso a nobis, attribuimus, quòd sit ens, & per consequens, ꝙ sit vnum & bonum, quæ conuertuntur cum ente; vnde dicimus, quòd essentia est ens, & vna, & bona, & quòd vnitas est ens, & vna & bona, & similiter de bonitate; non autem hoc habet locum in specialibus formis; sicut est albedo, & sanitas; non enim omne quod apprehendimus, sub ratione albi, & sani apprehendimus. Sed tamen considerandum, quòd sicut accidentia, & formæ, non subsistentes dicuntur entia, non quia ipsa habeant esse; sed qa eis aliquid est; ita etiam dicuntur bona, vel vna, nō quidem aliqua alia bonitate, vel vnitate; sed quia est eis aliquid bonum vel vnum, sic igitur, & virtus dicitur bona; quia ea aliquid est bonum.

D.646.

D.1171. D.62.

¶ Argumenta omnia impugnant partes definitionis per ordinem, Maior vera est. Bonitas accidentalis hominis, faciens eum ens secundùm quid, & bonum simpliciter, vt patet 1.par.q.5, ar.1, ad secundum & tertium.

¶ Ad minorem. Negatur, & probatio nō est similis; quia in specialibus quidem non prædicatur concretum de abstracto, secus in transcendentibus, vbi propter eorum communitatem maximam, & conuertibilitatem cum ente, concretum prædicatur de abstracto; quia sicut nihil est, quod subterfugiat rationem entis, ita nihil subterfugere potest rationem vnius, & boni, quæ cum ente conuertuntur; quia ergo virtus est ens, ideo etiam bona, ad sensum quem D.S. ponit, non quia habeat bonitatem propriā, sed qa est qua aliquid est bonum. s. Homo &c. De illa solutione pulchrè loquitur D.S. in de Veritate mate. 21. ar. 4 ad quartum. Albū enim non est adeo cōe, vt necesse sit de omnibus dici, & cadat in conceptu cuiuslibet, sicut ens & ipsum sequentia; quare non est par ratio. Et tamen sicut ens multipliciter dicitur, vel quia in se subsistit, vel quia est principium subsistēdi, vel aliqua dispositio subsistētis; sic bonitas est bona, non quia in se subsistens semper, sed hoc modo quo bonum dicimus illud, quo aliquid est bonum. Simile ponit D.S. in de virtutibus. q.1. ar.2. Vbi tractat materiam huius articuli. Et licet vt patebit iam ad secundum, bonitas non capiat transcendenter, sed pro bonitate morali, attamē quia importatur per nomen transcendens, ideo virtus est bona &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd bonum, quod ponitur in definitione virtutis non est bonum dcommune, quod conuertitur, cum ente, & est in plus, quàm qualitas; sed est bonum rationis, secundùm quòd* Dionysius dicit in 4.c. de Diui.no. ꝙ bonum animæ est secundùm rationem esse.

D. 1021.

* Dionys.

¶ Ad minorem. Bonum transcendens, quod significat ens actu quodcunque, est communius, quam qualitas, vel habitus; sed bonū morale, quod est bonum rationis. i. cōformitas ad rectam rōnem non est cōius. Vltra ergo bonum. Verum, transcendens, sed bonū determinatum, quod est conueniens ad naturam humanā, quod est secundùm rationem esse, id est se habere, & operari.

¶ Ad tertium dicendum, quòd virtus non potest esse in irrationali parte animæ, nisi inquantum participat ratione, vt dicitur* in primo Eth.* & ideo ratio, siue mēs est proprium subiectum virtutis humanæ.

* Aristo. * Capitulo

¶ Ad maiorem. Si loquimur de mente propriè, & perfectè, tūc nullo modo est communis nobis, & pecoribus. Si autē loquimur de mente extensiuè vsque ad rationale per participationem, tunc non est nobis communis omninò, & pecoribus; quia etiam rōuale per participationē in nobis audit rōnē nō in bestijs. Ad minorē. Negatur, ꝙ sint irrationalium partium, vt sic, sed vt audiunt rationem; vnde est qualitas mentis, vel propriè, vel participatiuè.

¶ Pro intellectu illius dicti nota ex D.S. in de Veritate mat. 10. ar. 1. ꝙ mens propriè significat potētias immateriales in superiori parte animæ, vt mens sit quoddam totum potentiale constitutū ex memoria intelligentia, & voluntate; vel significat ipsam essentiam animæ, vt comprehendit in se illas potentias secundū quas est ad imaginem Dei. Sed tñ extenditur vsque ad potētias quæ aliquo mō sunt rationales, & proprię nobis, & non cōes bestijs; saltem quo ad modum participandi rationem, esto ꝙ ad speciem, ꝙ est ex obiecto, sint cōes, tñ non vt proprietates naturales, & quo ad habere coniunctam rationem in eodem subiecto totali &c.

¶ Ad quartum dicendum, quòd iustitia est propria rectitudo, quæ constituitur circa res exteriores, quæ in vsum hominis veniunt, quæ sunt propria materia iustitiæ, vt infra patebit; * sed rectitudo quæ importat ordinem ad finem debitum, & ad legem diuinam, quæ est regula voluntatis humanæ, vt supra dictum est* commūnis est omni virtuti.

*q.60.ar. 2.ad 3. & q. 63.

*q.100.

¶ Maior distinguitur. Rectitudo (id est æqualitas, quę est in rebus exterioribus secundùm communicationem ad alterum supposito distinctum) illa pertinet ad iustitiam, tanquàm materia circa quam, & effectus constitutus per iustitiam in materia exteriori in ordine ad alium. De hoc secunda secundæ q.57. & q.58. Sed rectitudo, quæ dicit conuenientiam, vel habitudinem ad debitum finem, & ad veram regulam (puta legem æternam, & rectam rationem) talis rectitudo est communis omni virtuti, etiam ipsi iustitię. Et de illa rectitudine intelligitur cum dicitur. Qua rectè viuitur. De qua supra habitum est. q.19. ar.4. & 9. Et hic oportet memorari eius, quod dictum est in q.2. ar.1. quòd actus humanus ex hoc, quòd bonus est, habet rationem rectitudinis inquantum procedit a principio suo secundùm debitam regulam in debitū finem. Et quia talis rectitudo conuenit omni actui bono, coniuenit & eius principio, scilicet virtuti.

¶ Ad quintum dicendum, quòd virtute potest aliquis malè vti tanquàm obiecto, puta cum malè sentit de virtute cum odit eam, vel superbit de ea; non autem tanquàm principio vsus, ita s. ꝙ malus sit actus virtutis.

¶ Ad maiorem. Quicunque superbit de aliquo, malè vtitur eo. Verum, sicut obiecto, & occasionaliter occasione accepta. Sed non malè vtitur directè, & sicut principio, & radice ex qua superbia procedit, sed solùm superbia sua est circa ipsum. Minor est vera. Multi superbiunt de virtute, sed non ex virtute, vel per virtutem. Et Augst. vult quòd quis superbit de bonis operibus. Negatur consequentia, immo nullus malè vtitur virtute tanquàm principio vsus. De materia huius solutionis secunda secundæ. q.20. ar.1. ad secundum.

¶ Ad sextum dicendum, quòd virtus infusa causatur in nobis a Deo sine nobis agentibus, non tamen sine nobis consentientibus, & sic est intelligendum, quod dicitur. Quam Deus in nobis sine nobis operatur; quæ verò per nos aguntur, Deus in nobis causat non sine nobis agentibus, ipse enim operatur in omni voluntate, & natura.

¶ Maior

¶ Maior vera de virtute gratuita, & infusa cum radice sua, quę est gratia, sic enim iustificatur Homo. Minor vera. Non iustificabit te sine te consentiente, vel in propria persona, & voluntate propria, vel voluntate alterius, quæ habetur tanquàm propria. (Quod dico propter paruulos baptizatos, qui iustificantur ꝙ voluntatem alterius cui commissi sunt, cuius volūtas est interpretatiuè paruulorum.) De hoc secunda secundę q.10. ar.12. Et in 4. sententiarum; sed tamen iustificat nos sine nobis agētibus. Vltra, negatur; quia intelligitur, quam Deus operatur in nobis sine nobis agentibus. Virtutes autem acquisitæ nō causantur sine nobis agētibus, non tamen excluso Deo qui operatur in omni opere cuiuscunque creaturæ, & plus quàm creatura ipsa. De hoc prima parte quæstio. 105. artic. 5.

Quæst. Quinquagesimasexta.

De subiecto virtutis.

Deinde considerandum est de subiecto virtutis, & circa hoc quæruntur sex. Primò, Vtrum virtus sit in potentia animæ; sicut in subiecto. Secundò, Vtrum vna virtus possit esse in pluribus potentijs. Tertiò, Vtrū intellectus possit esse subiectum virtutis. Quartò, Vtrū irascibilis, & concupiscibilis. Quintò, Vtrum vires apprehensiuę sensitiuę. Sextò, Vtrum, voluntas.

¶ Quia quidditas præcedit subiectum. Ideo patet ordo ad præcedentem quæstionem. Et habitudo ad subiectum propinquior est habitudine extrinseca ad condistinctum &c. Et primò quæritur de subiecto in genere. Secundò in speciali articu. 3. vsque in finem per quatuor articulos.

Vtrum virtus sit in potentia animæ; sicut in subiecto.

Supra q.50 ar.1. Et 3. q.7. ar 2.c. Et 3.distin. 33.q.2.art. 4. Et ver.q. 14.ar.5 cc. Et veri.q.1. articu.3 Et Opusc. 43. ca. 3. Auguſt. * Cap. 18. & 19. Anito. * Cap.6.

A D primum sic proceditur. Videtur quòd virtus non sit in potentia animæ sicut in subiecto. Dicit enim Augst. in 2. de li. arbi. * quòd virtus est qua rectè viuitur, viuere autem non est per potentiam animæ; sed per eius essentiam; ergo virtus non est in potentia animæ; sed in eius essentia.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 2. Ethicorum. * Virtus est, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonū reddit; sed sicut opus constituitur per potentiam, ita habens virtutem constituitur per essentiam animæ; ergo virtus non magis pertinet ad potentiam animæ, quàm ad eius essentiam.

¶ 3 Prętę. Potentia est in secunda specie qualitatis, virtus autem est quædam qualitas, vt supra dictum est,* qualitatis autem non est qualitas; ergo virtus non est in potentia animæ; sicut in subiecto.

*q.præced. arti.3. & q. 49.ar.1.

¶ Sed contra. Virtus est vltimum potentiæ, vt dicitur in primo de cœlo; * sed vltimum est in eo cuius est vltimum; ergo virtus est in potentia animæ.

* Tex.116.

¶ Quærit hic primò de subiecto virtutis immediato, quo in genere. Et secundò de quodam dubio. art.2. Quærit ergo hic in communi de potentia animæ.

¶ Respondeo dicendum, quòd virtutem pertinere ad potentiam animæ ex tribus potest esse manifestum. Primò quidem ex ipsa ratione virtutis, quæ importat perfectionem potentiæ, perfectio autem est in eo cuius est perfectio.

¶ D.S. breuiter absoluit quæsitum vnica conclusione in fine tali. Virtus humana est in potentia animæ; sicut in subiecto, dicitur notanter (humana.) Hanc cōclusionem probat per corpus tribus medijs, quæ patebunt prosequendo. Probatur ergo conclusio primò sic. Omnis perfectio est in eo cuius est perfectio; sed virtus ex propria rōne est perfectio, & complementum potentiæ, igit' &c. Minor patuit q.55. ar.1. Maior de se nota de perfectione formali qualis est virtus. Deus enim quia nulli inesse pōt, ideo nullius est pfectio formalis. licet effectiuè oīa perficiat. Cōsequēter cū dicit.

¶ Secundò ex eo, quòd est habitus operatiuus, vt supra dictum est,* omnis autem operatio est ab anima per aliquam potentiam.

*q.præced. articu.2.

¶ Arguitur sccūdò sic Virtus est habitus operatiuus; ergo est in anima secundū potentiam. Antecedens patuit q.55. ar.2. Tenet cō sequentia; qa oīs operatio fit ab aīa per aliquā potentiam, igit' habitus qui perficit aīam fm immediatum principium operandi est in potentia &c. Supponit aūt hæc rō duo. s. ꝙ potentia realiter ab essentia distinguat, & ꝙ potentia est immediatum principiū agēdi non essentia. Et illa patebunt in 1.par. &c. Tunc ibi.

¶ Tertiò ex hoc, quòd disponit ad optimum, optimum autem est finis, qui vel est operatio rei, vel aliquid consequutum per operationem a potentia egredientem; vnde virtus humana est in potentia animæ; sicut in subiecto.

¶ Assignat adhuc aliam rationem, in cuius fine infert ipsam cōclusionem responsiuam, & arguitur sic, Virtus disponit ad optimū; sed illud est operatio a potentia egrediens, vel aliquid cōsecutū per operationem, igitur est in potentia, ac si sic argueretur. Virtus est in illo, quod disponitur ad optimum (.s. vel actionē, vel aliquod consequendum per actionem.) Sed potentia est, quod disponitur, igitur &c. Minor patet; quia ipsa efficit actum, & operationē. Et aliquis consequitur aliquid per potentiā coniunctam actui. Hoc enim est fundamentum D.S. in 1.par.q.59.ar.2 ꝙ volūtas Angeli distinguatur ab eius essentia; quia voluntas tendit in extrinsecum, non essentia. Et ita per potentiam aliquid consequitur non per essentiā; quia illa est intranea, & nullum extrinsecum respicit. Et nota ꝙ illa propositio. Quicquid se extēdit ad id quod est extra rem non est essentia rei, debet sanè intelligi; quia ēt appetitus materiæ extendit se ad formam, quæ est extra materiam, & tamen non distinguitur ab essentia materiæ. Intelligitur ergo quicquid extendit se ad id quod est extra integritatem completæ substantiæ, non est essentia rei, nec ad essentiam intrinsecē pertinens. Et sic intelligitur Doct. Sanct. &c. Omnia ista deducuntur ex quæstione præcedenti.

¶ Probatur etiam conclusio quartò ratione in contrarium. Nota propter hoc argumentum, quòd sicut patuit art.1.q.55. ad primum. Illud dictum propriè intelligitur de virtute non capta essentialiter; sed materialiter, ad sensum ibidem dictum D.S. autē hic applicat, & vtitur dicto isto de virtute essentialiter capta. Et tūc est vltimum. s. complementum in ratione principij, & vltimum intrinsecum, licet accidentale, & ergo est in potentia &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd viuere dupliciter sumitur. Quandoque enim dicitur viuere ipsum esse viuentis, & sic pertinet ad essentiam animæ, quæ est viuenti essendi principium. Alio modo viuere dicitur operatio viuentis, & sic virtute rectè viuitur, inquantum per eam aliquis rectè operatur.

¶ Maior vera, qua rectè viuitur, vita secunda, quæ est operatio procedens a principio intrinseco in subiecto se mouente ad operationem; sed non est qua viuitur rectè vita prima, quæ est essentia rei, quæ seipsam mouet. Et viuere sic acceptum est esse in natura seipsam mouente. De his in 1.par.q.18.art.2. Ad minorem. Viuere secundo mō acceptum, est per essentiā animæ, immo est aīa ipsa, vel natura humana, qua aliquid viuit, & habet esse. Sed viuere primo mō, id est operari ex se, est a potentia immediatè, & etiā ab habitu, & virtute, ex quibus cōstituitur vnū cōpletū principiū.

¶ Nota ꝙ solet esse difficultas, an viuere significet esse essentiæ vel existentiæ. Videtur post D.S vbi iam in prima parte, ꝙ esse essentiæ. Et D.S. hic intelligendus est, ꝙ viuere significat esse viuentis. s. illud esse, quod est essentia per quam aliquis habet esse viuens, & se posse mouere &c. Vnde non dicit D.S. hic quæ est existendi principium; sed essendi. Videtur concordare D.S. in de Veritate mate. 13. arti. 4. ad secundum, vbi vult, quòd significat esse. Quod relinquitur ex hoc, quod anima vnitur corpori, vt forma. Hæc ille; sed tale est esse essentiæ, propriè &c. sed de hoc alibi &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd bonum, vel est finis, vel in ordine ad finem dicitur, & ideo cum bonum operantis consistat in operatione, hoc etiam ipsum, ꝙ virtus operantem bonum facit, refertur ad operationem, & per consequens ad potentiam.

¶ Ad maiorem. Virtus est quæ bonum facit habētem &c. Verū, bonum facit in ratione operantis, & facit bonum simpliciter operantem, quæ bonitas simpliciter attenditur secundùm vltimum rei, & secundùm finem. Finis autem est operatio, quæ pertinet ad potentiā, ideo eo ipso, ꝙ virtus bonum facit, facit bñ operari, qđ pertinet ad potētiā. Ad minorē dico, ꝙ hās virtutē cōstituitur per essentiā animæ. Constituit. Verū, in esse substantiali, secūdū ꝙ sumitur bonitas entis, & bonū secundū quid. Sed non cōstituitur p formā substātialē immed atè, & per se bonū simpliciter, quod ultimē in ordine ad finē, q̄ est operatio, & bonū moris. Quare negat consequētia; qa hoc ipso, ꝙ virtus facit bonū habentē (.s. simpliciter) ordinat ad operatione, & per cōsequēs est potentiæ. Et secundò; quia virtus facit bonum habentem, & nō forma substantialis; quia virtus respicit opus, & sic pertinet ad principium immediatum operis &c. Nota tamen quòd hæc definitio si intelligeretur de bonitate simpliciter, & morali, tunc conueniret perfectè tantū morali, & ei quæ requirit rectitudinem appetitus; sed generaliter, tunc etiam intellectuali conuenit.

¶Ad tertium dicendum, quòd vnum accidens dicitur esse in alio, sicut in subiecto; non quia accidens per eipsum possit sustentare aliud accidens; sed quia vnum accidens inhæret substantiæ mediante alio accidente, vt color corpori mediante superficie; vnde superficies dicitur esse subiectum coloris, & eo modo potentia animæ dicitur esse subiectum virtutis. ——— D.1145.

¶Ad maiorem. Concedo, & dico quòd potentia est ratio substandi habitibus, & immediatius sequitur animam, quàm habitus tanquàm ratio qua &c. Dico etiam, quòd virtus est qualitas; sed habitus operatiuus. Ad minorem. Qualitatis non est qualitas; sicut subiecti principalis quod, vt patuit supra etiam.q.50.artic.2.ad secundum. Est tamen qualitatis, & accidentis qualitas, & accidens, sicut subiecti quo &c. Et secundò dico, quòd qualitatis nõ est qualitas eiusdem ordinis, & eiusdem rationis. Sic potentiæ nõ est potentia, nec habitus subiectatur in habitum. Sed qualitatis, quæ est potentia potest esse qualitas habitus; qia tales qualitates sunt subordinatę, & vna est ratio recipiẽdi aliam, Vide supra q.49.ar.4.ex Hervæo, quia potentia non præsupponit aliquod principiũ operationis habilitabile per ipsam, sicut habitus, ita quòd potẽtia est primum principium instrumentale actiuum, non determinatiuũ alterius. Dixi autem eiusdem ordinis; quia secundùm principia Doct.Sanct. Character ordinis ponitur subiectiuè in potentia intellectiua, & etiam est potentia; sed altioris ordinis, & spiritualis. Et secundùm D S.in 3.par.quæst.63.arti 4.ad secundum Potentia naturalis est in essentia animæ; sed spiritualis est in potentia naturali, eo quòd & ipsa ordinetur ad actum &c.

Vtrum vna virtus possit esse in duabus potentijs.

F Infra q.60. art.5.corp. AD secundum sic proceditur. Videtur quòd vna virtus possit esse in duabus potentijs. Habitus n. cognoscuntur per actus; sed vnus actus progreditur diuersimodè à diuersis potentijs; sicut ambulatio procedit a ratione, vt dirigente, a voluntate, sicut a mouente, & a potentia motiua, sicut ab exequente; ergo etiam habitus vnius virtutis potest in pluribus esse potentijs.

Aristo. * Cap 4. ¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 2.Rhetoricorum,* ꝙ ad virtutem tria requiruntur. s.scire, velle, & immobiliter operari; sed scire pertinet ad intellectum, velle ad voluntatem; ergo virtus potest esse in pluribus potentijs.

* Cap.5. ¶ 3 Præt. Prudentia est in ratione, cum sit recta ratio agibilium, vt dicitur in 6.Ethicorum;* est etiã in voluntate, quia non potest esse cum voluntate peruersa, vt

* Cap. 12. in eodem libro dicitur;* ergo vna virtus potest esse in duabus potentijs.

¶Sed contra. Virtus est in potentia animæ, sicut in subiecto; sed idem accidens non potest esse in pluribus subiectis; ergo vna virtus non potest esse in pluribus potentijs animæ.

¶Hoc est dubiũ circa prædictũ articulũ; quia habito, ꝙ virtus sit in potentia. Est dubiũ, an vna virtus sit in vna tm̃, vel in plurib.

¶Respondeo dicendum, quòd aliquid esse in duobus contingit dupliciter. Vno modo, sic quòd ex æquo sit in vtroque, & sic impossibile est vnam virtutem esse in duabus potentijs. ———

¶D.S. distinctè determinat quæsitum. Vnde ponit duas conclusiones secundùm duo membra vnius distinctionis Et primò ponit primam conclusionem cum primo membro, secundò secundam, ibi. Alio modo &c. Circa primum primò premittit primum membrum cum prima conclusione. Secundò subiungit secundam, ibi. Quia diuersitas &c. Vult ergo quòd quæsitum potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd vna virtus sit ex æquo (id est æquè principaliter) in duabus potentijs, s.& secundùm idem, ita quòd essentia ipsa virtutis sit in duabus potentijs. Conclusio impossibile est isto mõ virtutem vnam esse in duabus potentijs. Deinde cũ dicit.

D. 1041. D.775. ¶Quia diuersitas potentiarum attenditur secundùm generales conditiones obiectorum, diuersitas autem habituum secundùm speciales; vnde vbicunque est diuersitas potẽtiarũ est diuersitas habituũ; sed nõ cõuertit. —

¶Ponit rationem præcedentis conclusionis. Et arguitur ex litera. Vbcunque est diuersitas potentiarum, est diuersitas habituũ; sed non conuertitur; ergo est impossibile, quòd vna sit virtus, & duæ potentiæ, vel vna sit in duabus potentijs. Consequentia nota. Antecedens probatur; quia diuersitas potentiarum est secundùm generales conditiones obiectorum, diuersitas autem habituum secundùm speciales. Sed plurificatis generalibus conditionibus, plurificantur & speciales; sed nõ econtra; ergo sequitur antecedens. Ista supra tacta fuerunt. quæst.54.arti.1.ad primum. Constat enim quòd voluntas, & intellectus distinguuntur secundùm communes rationes boni, & veri Et secundùm has necesse est, & habitus distingui, qui sunt circa bonum formaliter, & verum, sed circa verum possunt esse multi habitus, & tantùm vnus intellectus. Nec obstat, quòd Metaphysica vnus habitus existens, est entis, & boni; quia non considerat bonum sub propria ratione, sed ratione entis. Et bonum se habet tantùm terminatiuè, & materialiter ad Metaphysicam; sed ens motiuè, & formaliter. Sed intellectus, & voluntas respiciunt ens, & bonum, vt sunt obiecta motiua, & formalia. Metaphysica igitur vtrunque considerat; sed nõ inclinatur in bonum, sicut voluntas. Qui modus tendendi in rem, vt extra est, distinguit voluntatem ab intellectu.

¶Nota quòd minor pro antecedente est vera in creatis; quia ibi multiplicato superiori multiplicatur inferius. In trinitate autem multiplicatur persona, quæ est communior Deo, & essentia, & Deus non multiplicatur; nam tres personæ sunt vnus Deus; sed hoc alibi &c.

¶Alio modo potest esse aliquid in duobus, vel pluribus, non ex æquo; sed ordine quodam. ———

¶Hic consequenter procedit ad secundam conclusionem respõsiuam, cui primò præmittit secundum membrum distinctionis. Secundò subiungit ipsam conclusionem ei correspondẽtem, ibi. Et sic vna virtus &c. Secundum ergo membrum est, quòd alio modo potest aliquid esse in duobus, vel pluribus nõ ex æquo; sed ordine quodam, ita quòd est in vno principaliter, in alio secundario, vel in vno essentialiter, in alio præsuppositiuè. Sicut & supra q.50.ar.4.ad tertium, de scientia dictum est, quòd principaliter est in intellectu, sed secundariò, vel dispositiuè, vel quo ad abilitatẽ causatam ex vsu scientiæ, in viribus sensitiuis interioribus. Consequenter cum dicit.

D.63. 1170. ¶Et sic vna virtus pertinere potest ad plures potentias, ita quòd in vna sit principaliter, & se extendat ad alias per modum diffusionis, vel per modum dispositionis, secundùm quòd vna potentia mouetur ab alia, & secundùm quòd vna potentia accipit ab alia. ———

¶Subiungit ipsam secundam conclusionem respõsiuam talem. Isto modo vna virtus potest esse in pluribus potentijs. Ista cõclusio probatur per argumenta in oppositum, si rectè intelliguntur. Et explicatur a Doct.Sanct. in corpore, & potest argui ex corpore. Vna virtus potest esse in vna potentia essentialiter, & in alia per modum diffusionis. Et iterum potest aliqua esse in vna essentialiter, & in alia per modum dispositionis; ergo vna virtus potest esse &c. Antecedens probatur; quia vna potentia mouetur ab alia, & vna accipit ab alia; ergo virtus, quæ est in mouente potentia, potest se diffundere ad virtutem, quæ est in potentia mota, vel ad potentiam motam. Et iterum virtus, quæ est in potentia, quæ accipit, prærequirit aliquam dispositionem in ea a qua accipitur. Sic prudentia, quę ponitur in definitione virtutis moralis, tãquàm quoddam ab ea participatum. Et scientia, quæ est essentialiter in ratione, præsupponit dispositionem bonam sensuum a quibus accipit intellectus. Nota autem, quòd id quod virtus præter essentiam habet in alia potentia, non est aliquid inti insecum virtuti, sed vel principium præsuppositum, sicut scire præsupponitur virtuti morali, quod scire quantum ad principia moralium virtutum est per synderesim, quæ præstituit finem moralibus; vel est quidã effectus in alia potentia; sicut virtutes morales quo ad electionem & bonam habitudinem mediorum, sunt effectus prudentiæ. vel est quædam dispositio prærequisita, vel quandoque causata, vt patet de scientia &c. Vide Capreolum 3.sententiarum dist.33. in solutionibus ad argumenta contra primam conclusionem; quia tẽperatus est habituatus in appetitu sensitiuo, & intellectiuo, & ratione. Sed temperantia essentialiter est in appetitu sensitiuo, vt patebit infra. Sed tamen oportet prius ordine naturæ voluntatem esse perfectam per habitum cõtinentiæ. Similiter & ratio aliquo modo prius perfecta est per habitum prudentiæ. Capreol.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat secundam conclusionem respõsiuam.

D.61. ¶Ad primum ergo dicendum, quòd idem actus non potest æqualiter, & eodem ordine pertinere ad diuersas potentias; sed secundùm diuersas rationes, & diuerso ordine. ———

¶Ad maiorem. Habitus cognoscuntur per actus, præsertim elicitos, & immediatè ab eis progredientes. Ad minorem. Vnus actus egreditur a diuersis potentijs, non elicitiuè; sed in diuerso ordine, pura ab vna elicitiuè, ab alia imperatiuè, ab alia directiuè. Et ad illum actum sunt diuersi habitus, & virtutes; sicut in imperãte dare elemosynam propter Deum. s. in voluntate est charitas; in dirigente intentionem voluntatis, scilicet ratione, est fides; in exequente aũt, vt est virtus motiua, vel manus est qdã alia dispositio

dispositio, &c. Negatur autem consequentia, ꝙ etiã habitus vnus sit in pluribus potentijs, quia actus de quo arguitur nõ est in pluribus potentijs. Sed à pluribus in diuerso ordine. Sic etiam vnus habitus potest esse plurium potentiarum; sed non in eodem ordine, sed vnius subiectiuè, alterius suppositiuè, alterius consequenter, & participatiuè, & hoc voluit conclusio, &c.

¶Ad secundum dicendum, quòd scire præexigitur ad virtutem moralem, inquantum virtus moralis operatur secundùm rationem rectã; sed essentialiter in appetendo virtus moralis consistit. ———

¶Maior illa vera. Requiruntur quidem tria, sed non in omnibus essentialiter consistit virtus, sed in vno tantùm. s.in velle (capiendo generaliter) loquendo de virtute morali, quæ est in appetitu, de qua Philos. loquitur, & illa præsupponit scire duplex, & finis, quod est per rationem naturalem, & medij, quod est prudentiæ, vt patet 2.2. q.47. Sed habet immobiliter operari, tanquam effectum consequentem, ergo virtus, &c. (.s.moralis) potest esse in pluribus; sed non vno modo, & secundùm idem; sed secundùm causam est in cognoscitiua, secundùm effectum in executiua, essentialiter in effectu.

¶Ad tertium dicendum, quòd prudentia realiter est in ratione, sicut in subiecto; sed præsupponit rectitudinem voluntatis, sicut principium, vt infra dicetur.* ——— *Ar.seq.& q.57.ar.4.

¶Ad maiorem. Prudentia est in ratione essentialiter, sed causaliter, & præsuppositiuè est in voluntate (.i.in affectu bono ipsius finis.) Non enim contingit, vt in plurimum rectè iudicare de medijs bonis eligendis, nisi affectus sit benè dispositus, quia qualis vnusquisq; est, taliter iudicat. Vltra. Est etiam in voluntate (extendendo voluntatem.) Verum, vt dictum est antecedenter, ergo vna virtus, &c. Non quidem in se, sed in sua causa, & in suo effectu, sed non ex æquo. Nec per hoc sequitur, ꝙ virtus non sit qualitas simplex; sed sequitur, ꝙ multa ad ipsam concurrant, nõ quidem multæ partes, sed multæ causæ in diuerso ordine, & hoc non est inconueniens. Dixi autem extendendo voluntatem, quia prudentia nõ solùm præsupponit voluntatem intellectiuam, sed etiam bonam dispositionem appetitus sensitiui, per virtutes, quæ sunt circa passiones, vt patebit. Pro intellectu huius solutionis maiori, vide inf.q.58.ar.5 in solutione ad primum, & tertium.

Vtrum intellectus possit esse subiectum virtutis.

G AD tertium sic proceditur. Videtur, ꝙ intellectus non sit subiectum virtutis. Dicit enim Aug.in li. de moribus ecclesiæ,* ꝙ omnis virtus est amor; subiectũ autem amoris non est intellectus, sed solùm vis appetitiua; ergo nulla virtus est in intellectu. * Aug li.1. cap.15.

¶2 Præt. virtus ordinatur ad bonum, sicut ex sup. dictis patet;* bonum autem non est obiectum intellectus, sed appetitiuæ virtutis; ergo subiectum virtutis nõ est intellectus, sed appetitiua virtus. *q.55.ar.3.

¶3 Præt. virtus est, quæ bonum facit habentem, vt Philos. dicit,* sed habitus perficiens intellectum non facit bonum habentem; non enim propter scientiam, vel artem, dicitur homo bonus; ergo intellectus non est subiectum virtutis. *Arist.li.2. Ethic.c.6.

¶Sed contra est, quòd mens maximè dicitur intellectus; subiectum autem virtutis est mens, vt patet ex definitione virtutis supra inducta;* ergo intellectus est subiectum virtutis. *q.55.ar.4.

¶Consequenter quærit de subiectis virtutum (quæ sunt potentiæ in speciali. Et primò de potentia intellectiua apprehensiua. Deinde de potentia sensitiua. Tertiò de appetitiua intellectiua.

q.præced. ar.3.& 4. ¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut sup. dictum est, virtus est habitus quo aliquis benè vtitur. Dupliciter autem habitus aliquis ordinatur ad bonum actum. Vno modo inquantum per huiusmodi habitum acquiritur homini facultas ad bonum actum, sicut per habitum Grammaticæ habet homo facultatem rectè loquendi, non tamen Grammatica facit vt homo semper rectè loquatur; potest enim Grammaticus barbarizare, aut sõlęcismum facere; & eadem ratio est in alijs scientijs, & artibus. Alio modo aliquis habitus non solùm facit facultatem agendi, sed etiam facit quòd aliquis rectè facultate vtatur, sicut iustitia non solùm facit, quòd homo sit promptę volũntatis ad iusta operandum, sed etiam facit vt iustè operetur. ———

¶D.S. primò ponit aliqua notabilia fundamentalia distinctiua. Ex quibus secundò respondet ad quæsitum, ibi. Subiectum igitur habitus, &c. Quo ad primum ponit duas conclusiones virtualiter distinctiuas præambulares. Secundam ibi. Et quia bonum, &c. Prima conclusio præmbularis. Duplices sunt virtutes. Probatur, virtus est habitus benè operatiuus, vel quo quis benè operatur. Sed habitus habet duplicem habitudinem ad opus, vel actum bonum, igitur est duplex virtus. Minor declaratur, quia quædam faciunt solùm facultatem bonam, quædam aũt faciunt vsum bonum. D.S. clarè prosequitur in litera. Deinde cum dicit.

¶Et quia bonum, sicut & ens, non dicitur simpliciter aliquid, secundùm id quod est in potentia, sed secundùm id, quod est in actu; ideo ab huiusmodi habitibus simpliciter dicitur homo bonum operari, & esse bonus, puta, quia est iustus, vel temperatus, & eadem ratio est de similibus. Et quia virtus est, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonũ reddit, huiusmodi habitus simpliciter dicuntur virtutes, quia reddunt bonum opus in actu, & simpliciter faciunt bonum habentem. ———

¶Ponit aliam conclusionem distinctiuam fundamentalem, ꝙ habitus, qui faciunt vsum bonum, sunt simpliciter virtutes, qui verò faciunt tantùm facultatem bonam, non dicuntur simpliciter virtutes, sed secundùm quid. Huius conclusionis primò ponit, & probat primam partem, secundò secundam, ibi. Primi verò, &c. Tertiò infert quoddam corollarium, ibi. Et propter hoc, &c. Prima ergo pars conclusionis probatur. Virtus est, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Sed tales habitus faciunt hominem simpliciter bonum operari, & esse bonum, igitur, &c. Minor probatur, aliquid dicitur bonum simpliciter, quod est in actu, non in potentia; sed tales habitus faciunt actu benè operari, sicut patet de iusto, & temperato; non enim est iustus, nisi quia operatur iusta, dum debet; & quando debet; nec sufficit posse facere iusta ad hoc, ꝙ homo sit iustus. Deinde ibi.

¶Primi verò habitus non simpliciter dicuntur virtutes, quia non reddunt bonum opus, nisi in quadam facultate, nec simpliciter faciunt bonum habentem; non enim dicitur simpliciter aliquis homo bonus ex hoc, ꝙ est sciẽs, vel artifex, sed dicitur bonus solùm secundùm quid, puta bonus Grammaticus, aut bonus faber. ———

¶Subiungit secundam partem conclusionis, quæ probatur sic, & resumitur maior præcedens per oppositum, sed tales habitus non faciunt simpliciter bonum opus, nec habentem simpliciter bonum, igitur sunt virtutes, non simpliciter, sed secundùm quid. Probatur minor, quia non reddũt bonum opus, sed solùm facultatem, nec simpliciter faciunt bonum habentem. Non enim dicitur artifex simpliciter bonus, &c.

¶Nota, quòd habitus intellectualis sine ordine ad voluntatem, non causat vsum, & exercitium, sed oportet recurrere ad aliud mouens ad exercitium, puta voluntatẽ. Quare non faciunt vsum bonum de se; mouens enim ad exercitium est appetitus, & ergo virtutes ipsum perficientes sibi proportionantur, & faciunt cum benè velle, & operari, & per consequens habent simpliciter id, quod est virtutis. non autem illæ, quæ sunt virtutis cognoscitiuę, cuius non est mouere ad exercitium, &c. Tunc ibi.

¶Et propter hoc plerunq; scientia, & ars contra virtutem diuiditur; quandoque autem virtutes dicuntur, vt patet in 6.Ethicorum.* *Arist.c.3. & 4.to.5.

¶Ex iam dicta conclusione ponitur corollarium verificans dictum Philos. tale. Plerunque scientia, & ars (quæ faciunt solùm facultatem bonam) contra virtutem diuiduntur, vt patet in prædicamentis, vt allegatum fuit, q.55.ar.1.argumen.in contrarium. Quandoque autem virtutes dicuntur, vt patet 6 Ethicorum. Primum verificatur, quia diuiduntur contra virtutem simpliciter. Secundum patet, quia sunt virtutes secundùm quid.

¶Subiectum igitur habitus, qui secundùm quid dicitur virtus, potest esse intellectus, non solùm practicus, sed etiam intellectus speculatiuus, absque omni ordine ad voluntatem, sicut enim Philos. in 6.Ethic.* sciẽtiam, sapientiam, & intellectum, & etiam artem ponit esse intellectuales virtutes. ——— *Arist.c.3. 4.6.& 7.

¶Hic consequenter respondet ad quæsitum, secundùm fundamenta prius posita duabus conclusionibus, ita ꝙ secunda est limitatiuè primæ, quæ ponitur ibi. Contingit autem, &c. Conclusio igitur prima respõsiua est. Virtutis secundùm quid, intellectus est subiectum etiam speculatiuus, non solùm practicus sine ordine ad voluntatem. Sed virtutis simpliciter non est subiectum, nisi voluntas,

voluntas,vel potentia,vt est mota à voluntate,&c. D.S.primò ponit,& probat primam partem, secùdò secundam,ibi. Subiectum verò habitus,&c.Quo ad primam partem conclusionis probatur auctoritate Philosophi,quia scientia,sapientia, & intellectus, similiter ars, sunt virtutes secundùm quid. Sed tres primæ virtutes sunt speculatiuæ,& ars practica,nec habent aliquem ordinem ad voluntatem, igitur prima pars vera, consequenter cum dicit.

¶Subiectum verò habitus,qui simpliciter dicitur virtus,non potest esse nisi voluntas, vel aliqua potentia secundùm quòd est mota à voluntate; cuius ratio est,quia voluntas mouet omnes potentias, quæ aliqualiter sunt *q.9.ar.1. rationales ad suos actus, vt sup.habitum est,* & ideo ꝙ homo actu benè agat, contingit ex hoc, ꝙ homo habet bonam voluntatem; vnde virtus, quæ benè facit agere in actu,non solùm in facultate, oportet, quòd vel sit in ipsa voluntate, vel in aliqua potentia, secundùm ꝙ est à voluntate mota.

¶ Ponit secundam partem conclusionis responsiuæ primæ. Et probatur sic. Supletur maior.Virtus simpliciter est,quæ facit actu agere bonum, & non solùm in facultate, sed ꝙ homo actu benè agat. Contingit ex hoc,ꝙ habet bonam voluntatem,ergo virtus simpliciter,quæ benè facit agere actu, oportet ꝙ vel sit in voluntate,vel in aliqua potentia,&m ꝙ est mota à voluntate.Maior nota. Minor probatur, quia voluntas mouet omnes potentias, quæ aliqualiter sunt rationales.s.vel per essentiam, vel participationem ad actus suos,vt patuit sup.q.9.ar.1. ergo minor vera.

¶Nota,ꝙ rationale per participationem dicitur, non quia participat cognitionem rationis,sed quia natum est moueri ad actus suos à ratione,inf.q.68.ar.3 in fine Et comprehenditur & ipsa voluntas sub rationali per participationem. Vnde & seipsam mouet, & concupiscibilem, & irascibilem, & mouetur etiam à ratione Consequenter cum dicit.

¶ Contingit autem intellectum à voluntate moueri, sicut & alias potentias; considerat enim aliquis aliquid actu, eo quòd vult, & ideo intellectus secundùm quòd habet ordinem ad voluntatem, potest esse subiectum virtutis simpliciter dictæ.

¶ Procedit ad secundam conclusionem responsiuam limitantem præcedentem,& sequentem ex prima. Intellectus secundùm ꝙ habet ordinem ad voluntatem potest esse subiectum virtutis simpliciter. Hanc conclusionem primò probat in generali,secundò in speciali,ibi. Et hoc modo intellectus,&c. Arguitur primò sic, resumendo maiorem ex supradictis. Virtus simpliciter quæ bonum facit agere,oportet ꝙ vel sit in voluntate,vel in aliqua potentia,&m ꝙ est mota à voluntate, sed intellectus potest moueri à voluntate,sicut & aliæ potentiæ,igitur,&c. Consequenter ibi.

¶Et hoc modo intellectus speculatiuus, vel ratio est subiectum fidei; mouetur enim intellectus ad assentiendum his, quæ sunt fidei ex imperio voluntatis; nullus enim credit nisi volens.

¶ Probat specialiter præcedentem conclusionem explicando quæ sint illæ virtutes, quæ sic sunt in intellectu. Et arguitur sic.Fides est virtus simpliciter,& similiter prudentia,sed fides est in intellectu speculatiuo (.s.principaliter) in ordine ad voluntatem. Similiter prudentia in intellectu practico in ordine ad voluntatem,igitur conclusio vera. Maior relinquitur nota pro nunc, & probatur de fide,2.2.q.4.ar 3. Et clarius in de Veri.Mate.14.ar.3. quia fides est virtus,non quæcunq;, sed theologica, quia est principium boni actus semper, saltem formata.s.actus meritorij, sed non est intellectualis,&c.Et talis dicitur virtus apud theologum. Minoris D.S.ponit,& probat primò primam eius partem, secundò secundam,ibi.Intellectus verò practicus,&c.Prima pars patet, quia nullus credit nisi volens, ergo fides est in intellectu in ordine ad voluntatem,& de hoc 2.2.q.2.& 4. Tunc ibi.

¶Intellectus verò practicus est subiectum prudentiæ, cum enim prudentia sit recta ratio agibilium, requiritur ad prudentiam, ꝙ homo se benè habeat ad principia huiusmodi rationis agendorum, quæ sunt fines ad quos benè se habet homo per rectitudinem voluntatis, sicut ad principia speculabilium per naturale lumen intellectus agentis. Et ideo sicut subiectum scientiæ, quæ est ratio recta speculabilium est intellectus speculatiuus in ordine ad intellectum agentem, ita subiectum prudentiæ est intellectus practicus in ordine ad voluntatem rectam.

¶Est secunda pars præcedentis minoris, quæ probatur à simili sic,sicut est de intellectu speculatiuo quo ad scientiam,ita proportionabiliter de intellectu practico quo ad virtutem simpliciter, sed intellectus speculatiuus est subiectum scientiæ in ordine ad lumen intellectus agentis,quo se benè habet ad principia speculabilium, ergo intellectus practicus est subiectum virtutis, quæ est recta ratio agibilium.s.prudentiæ in ordine ad principia huiusmodi rationis agendorum. (Subsumitur.) Sed ad illa principia, quæ sunt fines, homo benè se habet per rectitudinem voluntatis, igitur &c.

¶Nota,quòd principia agendorum sunt duplicia,quædam communissima, & quædam particularia propria cuilibet virtuti; ad prima homo se benè habet per rationem naturalem proponentem,& per naturalem habitudinem voluntatis ad bonum,de qua sup.dictum est. Sed ad fines particulares homo se benè habet per virtutem moralem,quæ est in appetitu. Vnde prudentia præsupponit voluntatem esse rectam,quo ad communia, & particularia principia. Dicuntur autem principia,& fines communia, vt nullum malum est faciendum, nulli faciendo est iniuria; particulares, vt temperatè est viuendum in tali materia,& tali modo,&c.

¶Nota etiam verbum, quod D.S.poni, ꝙ ad principia speculabiliū homo benè se habet per naturale lumen intellectus agentis. Intelligitur posit sup.dicta in q.53.ar.1.originaliter, & causaliter,quia ab agente intellectu causatur intellectus habitus,ad sensum dictum ibidem, quo immediatè benè se habet ad principia.

¶Et nota,quòd in rectitudine voluntatis includitur etiam synderesis,per quam ratio benè se habet ad principia agendorum. Et in rectitudine voluntatis intelligitur rectitudo appetitus,vt dictum est etiam sensitiui, quia prudentia prærequirit etiam rectam æstimationem de fine particulari virtutis in materia passionum, quæ non esset, vt in plurimum, nisi & sensitiuus appetitus esset perfectus, &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmatiuum est secundæ conclusionis responsiuæ.

¶Nota pro isto argumento, ꝙ mens est subiectum virtutis, vt operatiua est. Et ergo licet intellectus de se sit maximè immaterialis, & præcipua pars ipsius mentis, non tamen in eo ponitur virtus secundùm se,sed in ordine ad voluntatem, quæ est principium operandi,& vsus boni. Et secundò ex hoc,ꝙ intellectus est suprema potentia in mente, sequitur ꝙ sit subiectum nobilissimi habitus, sed non virtutis pro hoc statu,& præsertim loquendo de naturalibus habitibus;quia sapientia, quæ est nobilissimus habitus naturalis,vt patebit inf.q.57.ar.2.& q.67.ar.5.In patria quoq; ponitur lumen gloriæ in intellectu, quod est habitus summus,& principium boni actus,&c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd verbum Aug. Augst. intelligendum est de virtute simpliciter dicta, nō quòd omnis talis virtus sit simpliciter amor; sed quia dependet aliqualiter ab amore,inquantum dependet à voluntate,cuius prima affectio est amor,vt sup.dictum est.* *q.55.

¶Ad maiorem. Augst.loquitur non de omni virtute in genere,vt se extendit ad virtutes intellectuales,quæ sunt virtutes secundùm quid. Sed loquitur de virtute morali, & virtute simpliciter, quæ facit vsum bonum. Et tunc omnis virtus est amor; præsupponitur, quia omnis virtus talis dependet à voluntate, cuius prima affectio est amor. Est ergo prædicatio non formalis,& identica, sed causalis. Vnde dicit Doc.Sanc.non quòd omnis talis (scilicet virtus simpliciter sit amor) quasi intueret,quòd aliqua est amor. Et hoc est verum de summa virtute, scilicet charitate, ergo nulla virtus simpliciter est in intellectu. Verum, sine ordine ad amorem, & voluntatem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd bonum vniuscuiusque est finis eius, & ideo cum verum sit finis intellectus, cognoscere verum est bonus actus intellectus; vnde habitus perficiens intellectum ad verum cognoscendum, vel in speculatiuis, vel in practicis dicitur virtus.

¶ Ad maiorem. Virtus ordinatur ad bonum.s.finem, qui est actus. Verum,sed si intelligitur, quòd virtus à toto genere ordinetur ad obiectum sub ratione boni. Negatur de virtute intellectuali,quia illa ordinatur ad obiectum sub ratione veri,& tamen benè agere circa verum est bonum. Et verum est bonum quoddam, & cognoscere verum, vel speculatiuè, vel practicè est bonum intellectus. Quare in intellectu practico, & speculatiuo potest esse virtus saltem secundùm quid &c.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ ratio illa procedit de virtute simpliciter dicta.

¶ Maior vera, de virtute simpliciter, illa facit habentem bonum simpliciter, virtus autem saltem secundùm quid facit bonum habentem secundùm quid.

¶Ad minorem, vera est, virtus perficiens intellectum sine habitudine ad voluntatem, non facit bonum simpliciter, tamen secundùm quid, vt bonum artificem,bonum Grammaticum, ergo intellectus non est subiectum virtutis, verum simpliciter.

Vtrum

Articulus

Vtrum irascibilis, & concupiscibilis possint esse subiectum virtutis.

H Infra ar.5. ad 1. Et 2. dist.14.q.2. art.2. ad 2. Et Veri. q. 3.art.4. per 10.& ar.10. ad 5.

AD quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ irascibilis, & concupiscibilis non possint esse subiectum virtutis. Huiusmodi enim vires sunt communes nobis, & brutis; sed nunc loquimur de virtute secundùm quòd est propria homini,sic enim dicitur virtus humana;non igitur humanæ virtutis potest esse subiectum irascibilis, & concupiscibilis, quæ sunt partes appetitus sensitiui, vt in primo dictum est.*

*Pri.par.q. 81.ar.2.

¶ 2 Præt. appetitus sensitiuus est vis vtens organo corporali; sed bonum virtutis non potest esse in corpore hominis. Dicit enim Apost.Rom.7. Scio ꝙ non habitat in carne mea bonum; ergo appetitus sensitiuus non potest esse subiectum virtutis.

Rom.7.

¶ 3 Præt.Aug.probat in libro de moribus ecclesiæ,* ꝙ virtus non est in corpore,sed in anima, eo ꝙ per animam corpus regitur; vnde ꝙ aliquis corpore benè vtatur,totum refertur ad animam, sicut si mihi auriga obtemperans equos quibus præest, rectè regit, hoc totum mihi debetur;sed sicut anima regit corpus, ita etiam ratio regit appetitum sensitiuum; ergo totum rationali parti debetur, ꝙ irascibilis, & concupiscibilis rectè regantur; sed virtus est qua rectè viuitur, vt sup. dictum est;* virtus igitur non est in irascibili, & concupiscibili, sed solùm in parte rationali.

* Aug.li.1. cap.5.

*q.55.ar.4.

¶ 4 Præt. principalis actus virtutis moralis est electio, vt dicitur in 8.Ethic.* sed electio non est actus irascibilis,vel concupiscibilis,sed rationis, vt supra dictum est;* ergo virtus moralis non est in irascibili, & concupiscibili, sed in ratione.

*Arist.c.13.

*q.13.ar.1.

¶Sed contra est, quod fortitudo ponitur esse in irascibili; temperantia autem in concupiscibili, vnde Philosophus dicit in 3.Ethicorum,* quòd hæ virtutes sunt irrationabilium partium.

*Aris.c.10.

¶ Quærit hic de alio subiecto.s.sensualitate. Et primò de vi appetitiua.

¶Respondeo dicendum, ꝙ irascibilis,& concupiscibilis dupliciter considerari possunt. Vno modo secundùm se, inquantum sunt partes appetitus sensitiui, & hoc modo non competit eis,ꝙ sint subiectum virtutis. Alio modo possunt considerari,inquantum participant rationem,per hoc quòd natę sunt rationi obedire,& sic irascibilis,vel concupiscibilis potest esse subiectum virtutis humanæ, sic enim est principium humani actus, inquantum participat rationem.

Dub.106.

¶In corpore ponit duas conclusiones responsiuas,ita ꝙ secunda est expositiua primæ, quam ponit ibi. Et in his potentijs, &c. Prima conclusio responsiua est bimembris secundùm vnam distinctionem bimembrem,etiam sup.habitam,q.24.art.1.& q.50. art.3.Irascibilis,& concupiscibilis dupliciter considerari possunt. Vno modo secundùm se.s.ratione generis,& solitariè absq; conIunctione ad rationem. Alio modo inquantum participāt rationem in homine,vbi natæ sunt rationi obedire. Conclusio prima responsiua. Primo modo non competit eis,ꝙ sint subiectum virtutis; sed secundo modo possunt esse subiectum virtutis. Probatur conclusio quo ad ambas partes simul. In illo potest esse virtus,quod est principium humani actus,sed irascibilis,& concupiscibilis secundùm se, non sunt principium humani actus;sed solùm secundùm ꝙ natæ sunt rationi obedire, igitur sequitur conclusio. Maior patet, quia sicut virtus in communi ordinatur ad opus bonum,ita humana virtus ad opus humanum bonum. Minoris prima pars patet, quia actus humanus dependet à ratione; sed tales potentiæ secundùm se non habent aliquid rationis,immo sunt nobis,& bestijs communes, igitur patet per hoc secunda pars minoris, quia omne id est principium humani actus, quod mouetur ad actum ex ratione. Sed potentiæ istæ tali modo sunt huiusmodi,igitur patet ista minor,quia natæ sunt obedire rationi,&c. Et posset conclusio probari ex sup.dictis,q.50.artic.3.Istæ potentiæ secundùm se acceptæ non habent vt sint subiectum habitus, ergo nec virtutes. Antecedens patuit supra. Consequentia tenet,quia virtutes sunt habitus.

¶Et nota verba D.S,qui dicit, illis potentijs secundùm se non competit, ꝙ sint subiectum virtutis. Sed ex hoc non sequitur, ergo eis repugnat. Aliud enim est dicere (hoc secundùm se non habet hoc,& aliud secundùm se habet, vt non habeat hoc) quia secundum arguit repugnantiam,primum non. Et ergo ekto,sensualitas vt sic non habeat esse subiectū virtutis,tamen potest sibi competere secundùm ꝙ subest rationi in homine. Sicut supra etiam dictum fuit de indifferētia actus moralis, ꝙ competit actui humano secundùm se negatiuè.i solitariè accepto secundùm speciem per rationem, ita sensualitati secundùm se.i.solitariè acceptæ nō cōpetit esse subiectū virtutis, sed vt est cōiuncta rōni in hoīe,&c.

¶Et in his potentijs necesse est ponere virtutes,quòd enim in irascibili, & concupiscibili sint aliquæ virtutes, patet,actus enim qui progreditur ab vna potentia secundùm ꝙ est ab alia mota, non potest esse perfectus, nisi vtraque potentia sit benè dispositа ad actum,sicut actus artificis non potest esse congruus, nisi etiam artifex sit benè dispositus ad agendum,& etiam ipsum instrumentum. In his igitur circa quæ operatur irascibilis, & concupiscibilis secundùm quòd sunt à ratione motę,necesse est vt aliquis habitus perficiens ad benè agendū,sit nō solū in rōne,sed etiam in irascibili, & concupiscibili.

¶Hic consequenter procedit ad secundam conclusionem,licet ex prima conclusione satis responsum esset quæsito. Sed propter maiorem declarationem materiæ ponit aliam conclusionē ostendentem necessitatem ponendi habitus in istis potentijs.s.necessitate conditionata. Prima enim ostendit possibilitatem. Ponit ergo primò conclusionem, secundò infert quoddam corollarium, ibi.Et quia bona,&c. Conclusio secunda est ista. Necesse est ponere virtutes in istis potentijs (.s.necessitate conditionata.) Probatur, omnis actus, qui progreditur ab vna potentia, secundùm ꝙ est ab alia mota,non potest esse perfectus, nisi vtraq; potentia sit benè dispositа ad actum,sed irascibilis,& concupiscibilis sunt potentiæ motæ à ratione, & principium humani actus; ideo necesse est vt aliquis habitus perficiens ad benè agendum sit non solùm in ratione (quæ est potentia mouens) sed etiam in irascibili, & concupiscibili Minor nota ex conclusione prima, quia possunt moueri ad humanum actum à ratione. Maior declaratur exemplariter,ibi. Sicut actus artificis,&c. Et ita oportet in ratione esse prudentiam,& in concupiscibili temperantiam,ad hoc ꝙ aliquis perfectè abstineat à prauis concupiscentijs, & passionibus delectabilium. Consequenter ibi.

¶ Et quia bona dispositio potentiæ motæ attenditur secundùm conformitatem ad potentiam mouentem; ideo virtus, quæ est in irascibili, & concupiscibili nihil aliud est, quàm quædam habitualis conformitas istarum potentiarum ad rationem.

¶Infert hic quoddam corollarium tale,ꝙ virtus,quę est in irascibili,& concupiscibili nihil aliud est, quàm quædam habitualis conformitas istarum potentiarum ad rationem. Probatur, virtus potentiæ est bona dispositio eius,sed bona dispositio potētię motę attenditur secundùm conformitatem ad potentiam mouentē. Subsumitur. Sed irascibilis, & concupiscibilis sunt motæ à ratione, igitur, &c.

¶Nota,ꝙ conformitas,quæ est virtus,nō est relatio,sed est conformitas fundamentalis, & quid absolutum, qđ connotat respectum,sicut & sup.de vnione dictum fuit proportionabiliter.

¶ De materia huius articuli quarti in de virtutibus,q.1.artic.4. vult D.S.ꝙ appetitui sensitiuo sensitiuo secundùm se in communi nō conuenit positiuè esse subiectum virtutis, ita ꝙ ex ratione generica non debeatur sibi esse subiectum virtutis. Conuenit tamen sibi, vt sic permissiuè, idest, non repugnat in aliquo appetitu sensitiuo, scilicet hominis.

¶ Et confirmatur conclusio prima, quo ad secundam partem conclusionis argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd irascibilis, & concupiscibilis secundùm se cōsideratę,prout sunt partes appetitus sensitiui, communes sunt nobis, & brutis; sed secundùm ꝙ sunt rationales per participationem, vt obedientes rōni, sic sunt proprię hominis,& hoc modo possunt esse subiectum virtutis humanæ.

¶Maior non est omnino vera, quia sunt communes nobis, & bestijs, solùm secundùm se cōsideratę. Et secundùm se (idest quo ad speciem respectu obiecti,i.abstractè acceptæ per intellectum separando eas in prima operatione à ratione.) Sed si accipiuntur; vt existunt in nobis coniunctę secundùm rem ipsi rationi,sic quo ad illum modum essendi nō sunt communes. Et secundò,vt sup. tetigi,sunt communes nobis, primo modo iam dicto,& in ratione potentiarum considerando quo ad obiecta. Sed considerando in ordine etiam ad subiectum, vt proprietates naturales distinguuntur specie, sicut & ea quorum sunt proprietates; sed verum est,

est, ꝙ conueniunt genere. Concludit consequens, ergo non sunt in eis nisi vt sunt humanæ, & rationales aliquo modo. Et probat primam partem primæ conclusionis, &c.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sicut caro hominis ex se quidem non habet bonum virtutis, fit tamen instrumentum virtuosi actus, inquantum mouente ratione membra nostra exhibemus ad seruiendum iustitiæ. Ita etiam irascibilis, & concupiscibilis ex se quidem non habent bonum virtutis, sed magis infectionem fomitis, inquantum verò conformantur rationi, sic in eis aggeneratur bonum virtutis moralis.

¶Maior vera, tamen obedit rationi in homine. Ad minorem. Bonum virtutis non est in corpore hominis. Verum, secundùm se accepto, tamen corpus potest esse instrumentum rationis ad perficiendum actum virtuosum; ergo appetitus sensitiuus, verum, secundùm se, & vt habet infectionem fomitis. Sed vt mouetur per rationem in contrarium eius, quod secundùm se habet, & prout conformatur rationi, sic potest in eis generari habitualis conformitas, quæ est in eis virtus, vt patuit. Vide materiam huius solutionis infra, q.74.art.4. ad 2. Actus enim & motus corporis potest esse virtuosus, nõ vt est corporis, sed rationis, & volũtatis.

¶Nota, ꝙ Scotus valde extendens nomen virtutis, & habitus, ponit in 3.dist.33. ꝙ in parte corporis possit esse virtus, & habitus, sicut patet in manu scriptoris, & pictoris. Manus enim mea (inquit ipse) inexercitata, inhabilis est in illa facultate, quæ est ad cytharizandum. Exercitata autem habilis est, quod non est nisi habilitate inhærente manui, quæ habilitas conceditur esse quædam virtus, quia quædam qualitas habilitans ad opus virtutis moralis. Conceditur autem hoc vlterius de irrationabili, vt de equo ad actus quosdam ad quos est assuefactus, sed in merè inanimatis non inuenitur. Non enim ex consuetudine proijcitur facilius lapis sursum. Hæc ille. Sed patet de se, ꝙ valde communiter accipit virtutem eam ponendo in bestijs. Et præterea, tales habilitates in bestijs, nec propriè rationem habituum habent, cum non assit voluntas, in ordine ad quam habitus dicitur, vt patuit supra q.50.ad 3.ad 2. Habilitates autem membrorum, nec habitus sunt propriè, nec virtutes, cum se merè passiuè habeant ad appetitum, nec perficiunt opus morale, sed sunt tantùm instrumenta. Verum tamen ꝙ sunt quasi habituales dispositiones, & conueniunt cum habitu in faciendo habilitatem. sed passiuè se habentem, quod est contra rationem virtutis, vide sup.q.50.ar.1.vbi dictum fuit, ꝙ in corpore non est habitus secundùm rationem perfectam, & speciem habitus. Habilitates ergo membrorum, quæ aliquo modo supplent, & augent dispositionem naturalem membrorum, non sunt propriè habitus, vel virtutes, sed dispositiones alicuius se habentis merè passiuè ad motum animæ, & appetitus, sicut & virtus motiua executiua, quæ est in musculis, & neruis.

Scotus concedit virtutem in bestijs.

¶Et præterea, illa dispositio manuum, de qua Scotus loquitur, non magis est principium boni actus moraliter, quàm mali. Est enim illa habilitas subseruiens arti, quæ non est principium boni moralis, sed artificialis. Nec requirit appetitum rectum, vt patet inf.q.57. Vnde & artis est virtus secundùm Philosoph. Et hoc videmus manifestè, ꝙ illi cythariſtæ de quibus ipse loquitur communiter abutuntur habilitatibus illis. Quare in principio motiuo imperatiuo illarum habilitatum potest esse virtus, qua voluntas, & appetitus istis habilitatibus benè vtatur. Et hoc est quod D. S. hic dicit, ꝙ in motiuis membrorum est ponenda virtus, non in membris (.i. virtus humana nullo modo.) Si autem aliquo modo deberet dici virtus, capitur virtus largè pro omni dispositione, & complemento principij agendi, prout dictum fuit, q.55.art.1. circa argumẽtum in oppositum, vt virtus dicatur, quod facit opus quodcunq;, & quocunq; modo bonum, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd alia ratione regitur corpus ab anima, & irascibilis, & concupiscibilis à ratione; corpus enim ad nutum obedit animæ absq; contradictione, in his in quibus natum est ab anima moueri; vnde Philosophus dicit in primo Politicorum,* quòd anima regit corpus despotico principatu, ideſt, sicut dominus seruum, & ideo totus motus corporis refertur ad animam, & propter hoc in corpore non est virtus, sed solùm in anima; sed irascibilis, & concupiscibilis non obediunt ad nutum rationi; sed habent proprios motus suos, quibus interdum rationi repugnant, vnde in eodem libro* Philosoph. dicit, ꝙ ratio regit irascibilem, & concupiscibilem principatu politico, quo scilicet reguntur liberi, qui habent in aliquibus propriam voluntatem; & propter hoc etiam oportet in irascibili, & concupiscibili esse aliquas virtutes, quibus benè disponantur ad actum.

*Arist.c.3.

*Arist.ibid.

¶Maior vera, quæ est Augustini, quia corpus se solùm habet passiuè ad animam, & obedit animæ ad nutum, secundùm ea secundum quæ natum est obedire, puta secundùm exteriora membra communiter, dum sunt in sua dispositione naturali. Non autem secundùm partem vegetatiuam, vt patuit sup.q.17. Quia autem sup.dictum est, ꝙ habitus ponitur in eo, quod potest variè agere, & tendere in diuersa, igitur in corpore quo ad motum animæ non ponitur habitus, quia ad nutũ secundùm se obedit, quare non est opus dispositione superaddita. Vltra ad minorem. Sed sicut, &c. Negatur, quia iam dictum est, ꝙ anima regit corpus regimine despotico, & corpus secũdùm se obedit. Appetitus autem sensitiuus secundùm se est plerunque in contrarium rationis, igitur vt conformis sit rationi, opus est dispositione superaddita. Nam regitur regimine politico, quo rectus potest rebellare, sic sensualitas potest habere motum proprium præueniendo voluntatem, & rationem, ideo opus est virtute in sensualitate, vnde negatur consequentia, quia non est simile.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ in electione duo sunt. s. intentio finis, quæ pertinet ad virtutem moralem, & præacceptio eius, quod est ad finem, quod pertinet ad prudentiam, vt dicitur in 6.Ethic.* quòd autem habeat rectam intentionem finis circa passiones animæ, hoc contingit ex bona dispositione irascibilis, & concupiscibilis, & ideo virtutes morales circa passiones sunt in irascibili, & concupiscibili, sed prudentia est in ratione.— *Arist.c.

¶Maior distinguitur. Virtutis moralis est electio, quantum ad intentionem finis boni. Verum, quem finem bonum electio presupponit sicut principium. Est igitur electio virtutis moralis. i. electio mediorum, quod fit per prudentiam, præsupponit, & dependet ex virtute morali. Aliud est in electione. s. præacceptio vnius præ alio, & hoc est rationis. Ad sensum quem D.S. ponit 2.2.q.47.artic.1.ad secundum; quia eligere attribuitur prudentiæ consequenter, inquantum. s. electionem per consilium dirigit. Essentialiter autem est voluntatis, vt patuit sup.q.13.ar.1.& 2.

¶Ad minorem, vera, quo ad præacceptionẽ mediorum est electio rationis directiuè, vt dictum est. Sed quo ad intentionem finis, est etiam irascibilis, & concupiscibilis, quia ex bona dispositione harum virium habet quis rectam æstimationem de fine alicuius virtutis, quæ præsupponitur bonæ electioni mediorum. Et de hoc infra, q.58.ar.4.& 5. vbi habetur maior declaratio. Et etiã videtur, ꝙ appetitus sensitiuus motus à ratione potest eligere præuio iudicio, & imperio prudentiæ. Et ideo potest in eis esse virtus. De hoc inf.q.74.ar.4.ad 2. quia non solùm voluntas eligit, immo & appetitus sensitiuus, licet non secundùm se, sed vt est in potestate voluntatis, & sequitur rationem, vt videtur dicere Scotus, & benè, vt dicetur vbi iam. Vnde potest stare, ꝙ virtus electiua sit in sensualitate, tamen in habitudine ad rationes, & voluntatem. Et ad minus dispositio bona appetitus sensitiui necessaria est ad rectam electionem, vt habet D.S. hic. Quicquid sit de alio.

Scotus

Vtrum in viribus sensitiuis apprehensiuis interioribus possit esse aliqua virtus.

AD quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ in viribus sensitiuis apprehensiuis interius possit esse aliqua virtus. Appetitus enim sensitiuus potest esse subiectum virtutis, inquantum obedit rationi; sed virtutes sensitiuę apprehensiuæ interius rationi obediunt; ad imperium enim rationis operatur, & imaginatiua, & cogitatiua, & memoratiua; ergo in his viribus potest esse virtus. I Sup.q.56. art.3.ad 3. Et 57.q.5.ar.4.ad 2. Et q.61.ar.5. ad 4.

¶ 2 Præt. sicut appetitus rationalis, qui est voluntas in suo actu potest impediri, vel etiam adiuuari per appetitum sensitiuum, ita etiam intellectus, vel ratio potest impediri, vel etiam iuuari per vires prædictas; sicut ergo in viribus sensitiuis appetitiuis potest esse virtus, ita etiam in apprehensiuis.

¶ 3 Præt. prudentia est quædam virtus, cuius partem ponit Tul. memoriam in sua Rhetor.* ergo etiam in vi memoratiua potest esse aliqua virtus, & eadem ratione in alijs interioribus apprehensiuis viribus. *Tul.lib.2. de inuẽ. in fol.4.lib.

¶Sed cõtra est, ꝙ omnes virtutes, vel sunt intellectuales, vel morales, vt dicitur in 2.Ethic.* Morales aũt virtutes oẽs sunt in parte appetitiua, intellectuales aũt in intellectu, vel ratione, sicut patet in 6.Ethic. nulla ergo virtus est in viribus sensitiuis apprehensiuis interius. *Arist.c.1. Arist.c.1.

¶Hic quærit de alia potentia. s. sensitiua apprehensiua, an sit subiectum virtutis.

¶Respondeo

¶Respondeo dicendum, quòd in viribus sensitiuis apprehensiuis interius ponuntur aliqui habitus, quod patet ex hoc præcipuè, quod Philosophus dicit in libro de memoria,* quòd in memorando vnum post aliud operatur consuetudo, quæ est quasi quædam natura; nihil autem est aliud habitus consuetudinalis, quàm habitudo acquisita per consuetudinem, quę est in modum naturæ. Vnde de virtute dicit Tul. in sua Rhetor.* quòd est habitus in modum naturæ rationi consentaneus.— *Arist.c.3. *Tul.lib.2. de inuẽ. in fol.4 lib.

¶In corpore primò ponit conclusionem præambularem. Secundò conclusionem respõsiuam, ibi. Sed tamen si, &c. Conclusio præambularis est. In sensitiuis viribus apprehensiuis interioribus ponuntur aliqui habitus, qui tamen in homine non sunt per se habitus (.i. non subordinati,) sed annexi habitibus intellectiuæ partis. Huius cõclusionis primò ponit, & probat primam partem, secundò secundam, ibi. In homine tamen, &c. Arguitur sic pro prima parte ex auctoritate Philosophi. In memorando vnum post aliud acquiritur in memoria per consuetudinem habitus quidam consuetudinalis, quæ consuetudo sicut & virtus est in modum naturæ. i. quo ad delectabilitatem, licet liberè, vt patet inf.q.58.artic.4.ad primum. Sed memoria est sensus interior, igitur, &c. Maior est Philosophi, sicut D.S. deducit. Minor nota de se ex secundo de anima. Et patuit ista pars conclusionis sup.q.50. artic.3.ad 3. ¶ Et nota, ꝙ virtus est ad vnum. i. in specie morali, sed non necessariò, sed liberè, & cum discretione. Vnde est simile de virtute, & natura, quo ad promptitudinem, & suauitatem, plus quam ad determinationem, saltem quo ad vnũ numero, & necessariò. Et est virtus ad vnum. i. non ad oppositа. s. bonum, & malũ; sed ad bonum tantùm, & medium rationis; vnde est ad modum naturæ rationi consentanea, quia videlicet promptè mouetur secundùm dictamen rectę rationis. Sicut & natura mouetur prompte in id cuius habet inclinationem Vnde virtus non assimilatur naturæ quasi sit determinata ad vnum, & non sit ad multa; sed quia per modum naturæ sequitur rationem etiam diuersa dictantem, licet non opposita moraliter, vide inf.q.58.ar.4.ad primum. vide Scotum de ista materia, in tertio, distin.33. circa finem. Consequenter cum dicit. Scotus.

¶In homine tamen id quod ex consuetudine acquiritur in memoria, & in alijs viribus sensitiuis apprehensiuis non est habitus per se; sed aliquid annexum habitibus intellectiuæ partis, vt sup.dictum est.* *Ar.2.huius q. & q.50. ar.4.ad 3.

¶Ponit secundam partem cõclusionis præambularis, quę probatur ex supradictis, q.50.ar.4.ad tertium. Ille habitus nõ est habitus per se, & principalis, qui est præparatorius ad alium superiorem. Sed habitus sensuum interiorũ est huiusmodi, igitur, &c. Vnde dictum fuit, ꝙ dispositio sensuum interiorum bona, est materiale scientiæ, & antecedit, vel cõsequitur scientiã in intellectu.

¶Sed tamen si qui sunt habitus in talibus viribus, virtutes dici non possunt; virtus enim est habitus perfectus, quo non contingit nisi bonum operari, vnde oportet, ꝙ virtus sit in illa potentia, quæ est consummatiua boni operis; cognitio autem veri non consummatur in viribus sensitiuis apprehẽsiuis; sed huiusmodi vires sunt quasi præparatorię ad cognitionem intellectiuam.—

¶Hic procedit ad conclusionem respõsiuam, quã primò probat, secundò elicit quoddam corollarium, ibi. Et ideo huiusmodi, &c. Conclusio respõsiua est. Habitus si qui sunt in sensibus interioribus, non possunt dici virtutes. Et arguitur sic pro ista cõclusione. Virtus est in illa potentia, quæ est consummatiua boni operis. Sed cognitio veri, quæ est opus bonum non consummatur in apprehensiuis sensitiuis, igitur id quod est in eis non habet rationem virtutis. Maior probatur, quia virtus est habitus perfectus, quæ non contingit nisi bonum operari. Sed non est perfectus, nisi ratione operis perfecti, igitur. Maior vera, minor patet, quia huiusmodi vires sunt præparatoriæ ad cognitionem intellectiuam, igitur non perficiunt, &c. Deinde ibi.

¶Et ideo in huiusmodi viribus non sunt virtutes quibus cognoscitur verum, sed magis in intellectu, vel ratione.

¶Subinfert corollarium tale. In viribus sensitiuis apprehensiuis non sunt virtutes, &c. vt in litera. Patet, quia intellectus consummat, & facit perfectam cognitionem, &c.

¶Confirmatur conclusio respõsiua argum. in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd appetitus sensitiuus se habet ad voluntatem, quæ est appetitus rationis, sicut motus ab eo; & ideo opus appetitiuæ virtutis consumatur in appetitu sensitiuo, & propter hoc appetitus sensitiuus est subiectum virtutis; virtutes autem sensitiuæ apprehensiuæ magis se habent, vt mouentes respectu intellectus, eo ꝙ phantasmata se habent ad animam intellectiuam, sicut colores ad visum, vt dicitur in 3.de anima;* & ideo opus cognitionis in intellectu terminatur, & propter hoc virtutes cognoscitiuæ sunt in ipso intellectu, vel ratione. Et per hoc patet solutio ad secundum. *Aristot. tex. 18.

¶Ad maiorem dicitur, ꝙ illa non est præcisa causa. esto requiratur. Sed etiam ideo est, quia appetitus sensitiuus est consummatiuus boni operis, quia mouetur à voluntate ad opus perficiendũ in materia passionum. Minor placet. Sed hoc quod dicit nõ sufficit, quia non perficiunt bonum opus, sed subseruiunt intellectui, qui ab ipsis accipit, & perficit opus perfectæ cognitionis. Vnde negatur consequentia. De materia istius solutionis habet Doc. Sanc. in de Veri. Mate. 5.art.10. in fine corporis. Et Capreolus in 3.dist.33 ad 5. contra primam conclusionem, & ad tertium, vide ibidem multa deseruientia pro articulo isto, & præcedenti. Capreolus

¶Ad secundi assumptum dico primò. Esto, ita esset, ꝙ ratio impediretur per vires apprehensiuas, tamen hoc interest, quia apprehensiuæ nõ sunt perfectiuę boni operis, sicut appetitus sensitiuus. Vnde negatur consequentia. Secundò dico extra literam, ꝙ antecedens, vel assumptum est falsum, & eius falsitatem ostendit D.S. in de Veritate vbi iam, vbi dicit inter cætera, perturbata vi sensitiua interiori de necessitate perturbatur intellectus. Sicut videmus quòd læso organo phantasiæ, de necessitate impeditur actio intellectus. Sed appetitus sensitiuus non est naturaliter motiuus voluntatis, sed econuerso, quia appetitus superior mouet inferiorẽ appetitum, sicut sphæra sphæram, vt dicitur in tertio de anima. Et quantumcunque appetitus inferior perturbetur per aliquam passionem iræ, vel concupiscentiæ, non oportet, quòd voluntas perturbetur; immo habet potentiam repellendi huiusmodi perturbationem, vt dicitur Genesis 3. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis eius. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd ratio magis impeditur à sensitiuis apprehensiuis, quàm voluntas ab appetitiuis; tamen consequens non sequitur ratione dicta, quia virtus non arguitur ex necessaria conrequisitione ab alio, sed ex consummatione operis.

¶Nota circa iam dicta, ꝙ D.S. pri.par.q.80.ar.2.ad tertium, dicit, quòd opinio vniuersalis non mouet nisi mediante particulari. Similiter appetitus superior mouet mediante inferiori, quæ videntur velle, quòd superior appetitus etiam necessariò coexigat inferiorem, & per consequens contra dicta.

¶Sed Doc. Sanc. pri. par. intelligendus est non vniuersaliter, & necessariò, sed vt in pluribus. Ad appetitum enim etiam superiorem statim potest sequi motus exterior corporis absq; hoc, quòd appetitus inferior feratur in idem cum appetitu superiori, secundùm saltem eandem rationem, & tamen appetitus inferior potest ferri in quod fertur superior aliqualiter secundùm aliquam aliam rationem, quam feratur superior. Et potest ferri in aliquid ordinatum in aliquod appetibile superioris appetitus. Hoc tamen verum est, quòd cum appetitus superior est intensus, redundat in appetitum inferiorem, vt patet infra, q.77.artic.6. in corpore. Summariè ergo opinio vniuersalis nunquam mouet sine particulari apprehensione. Superior etiam appetitus, vt in plurimum mouet mediante inferiori. Et hoc Doc. Sanc intendit in pri.par. Potest tamen fieri vt moueat sine inferiori. Et hoc Doc. Sanc. intendit in de Veritate, ideo non est controuersia. Et præterea nullo modo oportet, ꝙ superior appetat ad quod inferior afficitur, vide supra, quæst.22.artic.3.

¶ Ad tertium dicendum, quòd memoria non ponitur pars prudentiæ, sicut species est pars generis, quasi ipsa memoria sit quædam virtus per se; sed quia vnum eorum, quæ requiruntur ad prudentiam, est bonitas memoriæ, vt sic quodammodo se habeat per modum partis integralis.

¶Maior vera. Prudentia est virtus, sed circa particularia, quorum est sensus, ideo multa, quæ pertinent ad partem sensitiuam requiruntur ad perfectum actum prudentiæ tanquam partes integrales, vt patet secunda secundæ, quæst.48.& 49. Est ergo memoria pars prudentiæ, non subiectiua, ita quòd prudentia de ea prædicetur essentialiter tanquam de virtute, sed partis integralis ad sensum supradictum, quæstio.54.artic.quarto, ad secundum. Vltra. Ergo etiam in memoratiua est virtus, negatur, sed est actus, vel habitus partialis annexus virtuti, vel deseruiens virtuti. Vnde negatur, quod infertur, & eadem ratione in alijs interioribus apprehensiuis.

¶Et nota verbum Doc. Sanc. in fine solutionis, vbi dicit, vt sic quodammodo se habeat per modum partis integralis, dicit notanter (quodammodo) ne videatur contradicere supradictis, quæstio.54.artic.3. ad secundum, vbi negauit partes integrales à virtute, quia ibi loquebatur propriè, hic metaphoricè, &c. vt patuit ibidem, &c.

Vtrum

Vtrum voluntas sit subiectum alicuius virtutis.

K 3.dist.23.q.1.ar.4.q.1.cor.ad 2.& 3.Et di.43.q.2.ar.4.q.2.& 4.cor. Et Vir.q.1.art.5.per to.& 11.12.ad 6.& q.3.ar.2.cor.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd voluntas non sit subiectum alicuius virtutis. Ad id enim quod conuenit potentiæ ex ipsa ratione potentiæ non requiritur aliquis habitus; sed de ipsa ratione voluntatis cum sit in ratione secundùm Philosophum in 3. de ani.* est, ꝙ tendat in id, quod est bonum secundùm rationẽ, ad quod ordinatur omnis virtus, quia vnumquodq; naturaliter appetit proprium bonum; virtus enim est habitus per modum naturæ consentaneus rationi, vt Tul. dicit in sua Rhetor.* ergo volũtas nõ est subiectũ virtutis.

*Ar.tex.42.

*Tul.lib.2.de inuen.versus fin.

¶ 2 Præt. omnis virtus aut est intellectualis, aut moralis, vt dicitur in primo, & secundo Ethicorum; sed virtus intellectualis est sicut in subiecto in intellectu, & ratione, non autem in voluntate; virtus autem moralis est sicut in subiecto in irascibili, & concupiscibili, quæ sunt rationales per participationem; ergo nulla virtus est in voluntate sicut in subiecto.

Aristot.li.1.c.vlt.& li.2.c.1.

¶ 3 Præt. omnes actus humani ad quos virtutes ordinantur sunt voluntarij, si igitur respectu aliquorum humanorum actuum sit aliqua virtus in voluntate, pari ratione respectu omnium actuum humanorum erit virtus in voluntate, aut ergo in nulla alia potentia erit aliqua virtus, aut ad eundem actum ordinabuntur duę virtutes, quod videtur inconueniens; voluntas ergo non potest esse subiectum virtutis.

¶Sed contra est, quòd maior perfectio requiritur in mouente, quàm in moto; sed voluntas mouet irascibilẽ, & concupiscibilem; multò ergo magis debet esse virtus in voluntate, quàm in irascibili, & concupiscibili.

¶Subiungit minorem subsumptam, & primò ponit duas partes minoris cum duabus partibus vltimis conclusionis responsiuæ. Secundò subiungit ipsam tertiam partem conclusionis cum declaratione, ibi. Et ideo huiusmodi, &c. Minor ergo subsumpta intelligitur, ꝙ bonum voluntati proportionatum est bonum rationis (.s. volenti proprium) &c. Tunc ibi.

¶Et ideo huiusmodi virtutes, quę ordinant affectum hominis in Deum, vel in proximum sunt in voluntate, sicut in subiecto, vt charitas, iustitia, & huiusmodi. ——

¶Dat intelligere primam partem conclusionis. Et declarat explicando, quæ virtutes sint in voluntate, sicut in subiecto; quia charitas respectu boni excedentis totam speciem (.s. boni diuini.) Respectu autem boni alterius indiuidui ciusdem speciei, est iustitia cum sibi annexis .s. religione, &c. vt patet de magnificentia, & liberalitate, de quibus postea videbitur, q. 56.

¶Circa istam conclusionem est dubium, quia D.S. habet, quòd circa proprium bonum non est virtus in voluntate. Et similiter in de Virtutibus, q.1.ar 5. circa fi. dicit, ꝙ ratione passionũ nõ oportet ponere aliquam virtutem in voluntate, quia bonũ in istis passionibus est quid secundùm rationem, & ad hoc naturaliter se habet voluntas ex ratione ipsius potentiæ, cum sit proprium bonum voluntatis. Sed huius oppositum videtur, quia continentia ponitur in voluntate respectu passionum, &c.

Capreolus

An in voluntate sit virtus respectu passionum.

¶Ad hoc dicit Capreolus primò, ꝙ in voluntate causantur habitus circa passiones, sed tamen non habent perfectè, nec propriè rationem virtutis, quia non completè perficiunt appetitum motum circa passiones Hæc ille. D.S. autem dicit, ꝙ non ponitur virtus, &c. Sed quicquid sit, videtur ꝙ mens D.S. sit, ꝙ nec habitum quemcunque oporteat ponere ad bonum cõstitutum in passionibus, quia voluntas ipsa sufficit. Et præterea secundùm D.S. 2.2.q.155.ar.1. continentia, vt accipitur qua aliquis resistit prauis concupiscentijs, quæ in eo vehementes existunt, vt Philosophus loquitur 7. Ethic. habet aliquid de ratione virtutis, inquantum ratio firmata est contra passiones, ne ab eis deducatur. Vbi patet, ꝙ D.S. admittit aliqualẽ virtutem in voluntate respectu passionum.

Capreolus

¶Et ergo dicit Capreolus secundò, ꝙ talis habitus non est simpliciter necessarius propter ipsam volũtatem, licet forte propter appetitum sensitiuum, ne deducat secum rationẽ, fm enim D.S. 2.2.sup.ar.3.ad 2. Voluntas media est inter rationem, & concupiscibilem, & potest ab vtroq; moueri; in eo autem qui est continẽs mouetur à ratione, in eo autem qui est incontinens mouetur à cõcupiscibili, ideo cõtinentia potest attribui rõni sicut primò mouenti, & incontinentia cõcupiscibili, quãuis vtrunq; pertineat ad voluntatem sicut proprijs subiectũ. Ex quo videtur, ꝙ continentia sit necessaria pp appetitum sensitiuum, ne trahat secum rationẽ.

¶ Posset tertiò dici post D.S. vbi iam, 2.2. ad 1. quia D.S. in de Virtutibus, & hic dicit, ꝙ voluntas naturaliter se habet ad bonũ, quod est in passionibus per rationem constitutum. Nec ad hoc oportet ponere virtutem, vel habitum in voluntate, & hoc verũ est. Sed per hoc non excluditur quin ad malum rationis vitandũ, quod est in passionibus inordinatis, & ad huic resistendum, oporteat ponere habitum in voluntate ne trahatur à prauis concupiscentijs in malum, & ad deserendum rationem. Vnde habet D.S. ibidem. Continentia habet materiam, concupiscentias delectationum tactus, non sicut quas moderatur, quod pertinet ad temperantiam, quæ est in concupiscibili. Sed est circa eas, quasi eis resistens. Vnde oportet, ꝙ sit in alia vi, quia resistentia est alterius ad alterum. Hæc ille. Vbi habetur, ꝙ continentia non ordinatur ad bonum rationis, sed ad malo resistendũ. Stat ergo dictum D.S. ꝙ in voluntate, quo ad bonum rationis proportionatum non ponitur aliqua virtus, vel etiam habitus in voluntate; tamen quo ad vehemens malum vitandum ponitur aliquis habitus aliqualiter virtuosus, prout virtus accipitur pro quolibet principio laudabilium operum, &c.

Hereus.

¶De his postquam ea notaueram inueni Hereum quodlib.4. q.12. conformiter loquentem, qui dicit, Satis probabile est in voluntate esse aliquos habitus, etiam respectu passionum sensitiuarum ad resistendum tractui appetitus sensitiui. Sed tales habitus sunt circa passiones appetitus sensitiui, quia sunt ad resistendum tractui earum. Nec habent rationem perfectam virtutis, cũ non tollat difficultatem in operando. Hæc ille. Patet igitur, ꝙ ad bonum proprium non ponitur virtus in voluntate, secundùm se, sed solùm propter appetitum sensitiuum, ratione cuius homo patitur difficultatem in proprio bono. Et ponitur in voluntate, ne trahatur ad malum contra rationem. Quare habitus voluntatis circa passiones non est ad bonum voluntatis, sed ad malum rationis vitandum; vt verum sit, ꝙ voluntas secundùm se non habet difficultatem ad proprium bonum, sed sensualitas quæ ne rationem trahat ad bonum sensuale, quod non est bonum hominis, vt sic, ponitur habitus in voluntate.

Hereus.

¶Nota pro maiori intellectu huius articuli Hereũ, vbi iam, vbi notat quòd in bonis proprijs homo non patitur difficultatẽ, nisi secundùm quòd habent rationem disconuenientis ad ipsũmet. Et hoc tamen propter sensualitatem, aliqua enim bona homini

¶ Hic vltimò quærit de alio subiecto virtutis .s. de potentia appetitiua intellectiua.

¶Respondeo dicendum, ꝙ cum per habitum perficiatur potentia ad agendum, ibi indiget potentia habitu perficiente ad benè agendum, qui quidem habitus est virtus vbi ad hoc non sufficit propria ratio potentiæ; omnis autem potentiæ propria ratio attenditur in ordine ad obiectum. ——

¶D.S. breuiter satisfacit quæsito tali conclusione responsiua (quæ colligitur ex diuersis partibus corporis.) Voluntas est subiectum alicuius virtutis. & indiget aliqua virtute, non quidem respectu boni proprij, & proportionati, sed respectu boni excedentis, vel totam speciem, vel indiuiduum. Probatur conclusio, ibi. (Et respectu illius.) Indiget potentia habitu, vbi ad hoc non sufficit propria ratio potentiæ, si autem sufficit non indiget. Sed ratione potentiæ (.i. potentia ex propria natura) sufficit ad obiectum proprium, non autem ad excedens proprium obiectum. (Subsumitur.) Sed proprium obiectum voluntatis humanæ est bonum rationis voluntati proportionatum; excedens autem est bonum diuinum, & bonum alterius; igitur ad proprium bonum non est in voluntate habitus, sed ad bonum diuinum, & alterius hominis. Huius rationis D.S. ponit, & probat, primò maiorem, & minorem, secundò subsumptam cũ ipsa conclusione, ibi. Vnde cum sicut, &c. Maior patet, quia per habitum perficitur potentia ad agendum; ergo si ipsa potentia ex se sufficit, non oportet ponere habitum; si autem non sufficit oportet ponere habitum. Deinde probat minorem, quia ratio potentiæ .i. ipsa natura, & essentia potentiæ (ita ꝙ capitur pro ratione quidditatiua, vel obiectiua) attenditur ad obiectum, & ad proprium obiectum sufficit, non autem ad excedens, igitur. Minor prima vera, aliàs non esset proprium obiectum. Sicut enim auditus de se sufficit ad sonum, & visus ad colorem, & concupiscibilis ad bonum sensibile, ita voluntas ad bonum proprium. Deinde cum dicit.

*Art.1.

¶Vnde cum sicut dictum est, *obiectum voluntatis sit bonum rationis voluntati proportionatum, quãtum ad hoc non indiget voluntas virtute perficiente; sed si qd bonum immineat homini volendum, quod excedat proportionem volentis, siue quãtum ad totam speciem humanam, sicut bonum diuinum, quod transcendit limites humanæ naturæ, siue quantum ad indiuiduum, sicut bonum proximi, ibi voluntas indiget virtute. ——

mini secundùm intellectum disconueniunt sensualitati, ideo respectu talium ponitur virtus in appetitu sensitiuo, non voluntate. Sed quantum ad ea, quæ sunt ad alterum, non solùm est difficultas propter appetitum sensitiuum, immo quantum ad ea, quæ transcendunt appetitum sensitiuum, sicut in honoribus obedientia, & similibus. Vnde subtrahere sibi aliquid, vt impendat alteri, importat specialem difficultatem. Ideo in talibus inuenitur difficultas repugnans bono rationis. Et quia talis difficultas prouenit principaliter ex parte voluntatis, quæ magis prona est ad volendum bonum proprium magis quàm alienum (vbi etiam est bonum proprium honestum) tamen cum aliquali malo ratione subtractionis prædictæ, ideo virtutes tollentes difficultatem circa bona rationis prædicta ponenda sunt in voluntate, ita ꝙ formetur ratio sic. In illo appetitu sunt ponendæ virtutes, ex parte cuius prouenit difficultas in bono rationis circa materiam moralem. Sed voluntas est huiusmodi, quantum ad ea, quæ sunt hominis ad alterum propter pronitatem ad bonum proprium. Cuius signum est, ꝙ nullus vellet sibi miseriam, licet possit, & frequenter velit miseriam alteri, &c.

ARGVMENTVM in contrarium aliqualiter verificat conclusionem.

¶Sed nota circa hoc argumentum, ꝙ non est vndequaque purum, quia concluderet, ꝙ respectu quorumcunq; est habitus in irascibili, & concupiscibili, ꝙ etiam sit virtus in voluntate. Vnde ad hanc rationem D.S. in de virtutibus vbi supra, primo loco adducit contra veritatem, & soluit. Argumentorum enim in contrarium non requiritur omnimoda veritas, vnde moderanda est ratio ista. Et dicitur ad maiorem, ꝙ requiritur maior perfectio in mouente, quàm in moto. Sed non oportet illam perfectionem esse habitualem, & superadditam. Potest enim esse ex ratione potentiæ, quando motus est respectu proportionati ipsi mouenti. Sed verum est, quando mouens moueret etiam ad excedens propriam virtutem; tunc enim oporteret perfectionem esse superadditam, & quandoq; habitualem.

¶Ad minorem, dico ꝙ voluntas mouet irascibilem, & concupiscibilem ad bonum rationis, proprium volenti, ad quod sufficit natura voluntatis cum iudicio rationis. Nec voluntas de se patitur, vel habet ad hoc volendum aliquam difficultatem. Concupiscibilis autem & irascibilis non sufficiunt, quia secundùm se sunt in contrarium rationis. Quare eis oportet superaddere habitus, non voluntati. Vnde D.S. vtitur ista ratione tanquam probabili, & magis propter conclusionem, quàm propter præmissas. Nam quod infert verum est, ꝙ in voluntate oportet ponere aliquem habitum, sed non respectu eorum, nec propter eandem rationem ob quam ponitur habitus in concupiscibili, &c. Quare argumentum hoc procedit secundùm proportionabilitatem, quia sicut in irascibili, & concupiscibili ponitur virtus quo ad excedentia, ita in voluntate. Sed vt iacet, arguit, ꝙ respectu eiusdem sit virtus in voluntate, ad quod in concupiscibili, quod non valet. Vnde dicit D.S. ad hanc rationem in de virtutibus. Ad imperandum sufficit voluntati iudicium rationis. Nam voluntas appetit naturaliter, quod est bonum secundùm rationem (supple bonum proprium) sicut concupiscibilis secundùm sensum. Et de ista materia aliquid dictum fuit sup. q. 50. ar. 5.

Scotus:

¶Nota, ꝙ Scotus in 3. dist. 33. non attendens sufficientiam voluntatis humanæ ad bonum rationis proprium in passionibus constituendum, neq; ꝙ voluntas rationalis non est consummatiua operum virtutum existentium circa passiones. Iam dictis in isto articulo, & quarto huius quæstionis contrarium sensit, ponẽs virtutes morales circa passiones (quas Arist. dicit esse irrationalium partium) in appetitu rationali .s. voluntate principaliter, & secundariò in appetitu sensitiuo. Cuius oppositum nos dicimus, videlicet ꝙ sunt principaliter in irascibili, & concupiscibili. Esto aliquos habitus non habentẽs rationem perfectæ virtutis ponamus in voluntate, ne propter vehementiam passionis à bono rationis recedat, vt patet de cõtinentia, & perseuerantia, de quibus infra, q. 58. ar. 3. ad 2 Quam parum autem faciant rationes Scoti, vide in Capreolo in 3. dist. 33. in solutionibus argumentorum Scoti contra primam conclusionem. Supponunt autem argumenta Scoti, ꝙ voluntas sit adeo indeterminata respectu operationũ circa passiones, sicut intellectus ad intelligendum res. Quod quidem ad hunc sensum admitti posset, ꝙ voluntas non est determinata de se, quia cum ea concurrit notitia obiecti. Si autem intelligit, ꝙ non sit determinata .i. non sufficiens, vt velit ea, quæ sunt virtutis concurrente notitia, falsum assumit, nec probat. Et hic oppositum ostensum est, quia ipsa ex se determinata est in ratione sufficientis principij in ordine suo; virtus autem ponitur in appetitu propter eius sufficientiam, & non propter determinationem specificatiuam, sed effectiuam. Argumentum quoq; de statu innocentiæ nihil facit contra D.S. quia ipse ponit pri. par. q 95. ar. 3. ad primum, ꝙ in homine in isto statu fuerunt virtutes circa passiones moderandas, & ꝙ per accidens, est, ꝙ passiones sint superabundantes. Sed tales virtutes ponuntur propter defectum partis sensitiuæ appetitiuæ, quæ de se pateretur difficultatem, non sic voluntas. Præterea, quasdam rationes obijcit, quæ procedunt ex ma-

Capreolus.

lo intellectu D.S. cum dicit, ꝙ voluntas sit boni simpliciter. Capitur enim simpliciter, vt distinguitur contra tale, vel tale bonũ. Non tamen vult D.S. ꝙ in quodcunq; possit ferri sine habitu superaddito secundùm se in bonum proprium connaturale. Multa alia Scoti procedũt ex prauo intellectu D.S. vt patet intuenti, &c.

¶Et nota Scotum ibidem in solutione secunda vnius argumenti, vbi dicit, ꝙ in angelis non est ponẽda moralis virtus circa passiones, quia angelo non est difficile tendere in bonum alicuius hominis benè circunstantionatum in materia passionis. Incidit enim in laqueum quem tetendit, quia dicam, & ego post D.S. ꝙ voluntati rationali hominis non est difficile se benè habere ex parte sui, nec ad efficaciter eligendum in materia passionum, sed tota difficultas est propter appetitum sensitiuum. Quare sequitur, ꝙ cum virtus moralis ponenda sit in eo, ex cuius parte est difficultas, sequitur ꝙ virtus moralis est principaliter in appetitu sensitiuo, vt patet ex ante dictis. Quare Scotus veritate duce præter intentum ad fundamentum D.S. confugit. Idem enim est dicere, in voluntate ponitur habitus, ne sensualitati inordinatę condelectetur, vt dicit Scotus. Et in voluntate ponitur habitus, ne sequatur tractum sensualitatis, vt dicit D.S. Sed hoc non est propter difficultatem voluntatis ad bonum rationis secundùm se. Sed est, vt voluntas non consentiat in malum. Quia igitur virtus moralis ponitur in potentia, quæ habet difficultatem ad bonum rationis in passionibus (& hæc est sensitiua, nõ rationalis appetitiua) ideo sequitur, quod Arist. & D.S. dicunt, ꝙ virtus moralis circa passiones, & bonum in passionibus constituendum, consummatiuè est in appetitu sensitiuo, nõ intellectiuo, in quo ponitur habitus tantùm, ne trahatur à sensualitate in malum, quod est contra rationem. Quare non sequitur, vt Scotus intendit, ꝙ quia voluntas nata est condelectari sensualitati. Ideo secundùm se patitur difficultatem ad bonum. Sed ꝙ eget confirmatione contra vehementem tractum sensualitatis in malum.

Scotus non euadit laqueũ suũ.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ ratio illa habet locum de virtute, quæ ordinat ad bonum proprium ipsius volentis, sicut temperantia, & fortitudo, quæ sunt circa passiones humanas, & alia huiusmodi, vt ex dictis patet. * ——

*In corpore.

¶Maior est vera, & fundamentum probationis conclusionis. Et eam exponit D.S. extensè in de virtutibus, q.1.ar.5. Sicut auditus non requirit habitum ad sonum, nec concupiscibilis ad bonum delectabile absolutè, &c.

¶Minor vera, de ratione voluntatis est, ꝙ tendat in bonum rationis proprium, quod est proportionatum, sed de ratione voluntatis non est, ꝙ tendat in bonum excedens suppositum promptè & sufficienter habentis voluntatem. Sed iuxta artic. pri. q. 10. vult naturaliter ea, quæ conueniunt naturaliter volenti, & omnibus potentijs alijs, & vult naturaliter perfectiones eis cõuenientes naturales. Vltra, ergo voluntas non est subiectum virtutis. Verum, quæ sit respectu boni proportionati, & connaturalis. Tamen est subiectum virtutis respectu boni excedentis. Vnde respectu boni naturalis, & proprij non est habitus in voluntate, sicut est fortitudo, & temperantia, sed sunt in concupiscibili, & irascibili, &c. Et probat hæc ratio pri. par. conclu. vel primam limitationem, &c.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ rationale per participationem non solùm est irascibilis, & concupiscibilis; sed omnino .i. vniuersaliter appetitiuum, vt dicitur pri. Ethic.* sub appetitiuo autem comprehenditur voluntas, & ideo si qua virtus est in voluntate, erit moralis, nisi sit theologica, vt infra patebit.* ——

Dub.206.

*Arist.c.vl.to.5.

*quæst.62.

¶Maiorem oportet glossare. Omnis virtus naturalis est intellectualis, aut moralis. Sed datur adhuc aliud genus virtutum, non comprehensum sub ista diuisione Philophi, puta virtutis theologicę, inter quas theologicas duæ sunt in voluntate, sicut spes, & charitas, de quibus Philosoph. nihil nouit. Ideo maior est vera apud Philosophum, sed non apud Theologum.

¶Ad minorem, secunda pars negatur. .s. ꝙ virtus moralis sit tantùm in irascibili, & concupiscibili, immo aliqua est in voluntate, scilicet iustitia. Ad probationem dico, quòd sub rationali per participationem etiam comprehenditur voluntas, quæ & si pertineat ad partem intellectiuam, & ad rationem, secundùm quòd accipitur pro potentijs inorganicis, vt habet Doc. Sanc. in de Veritate, Mate. 15. artic. 1 ad duodecimum. Non tamen est ipsa ratio, ideſt potentia intellectiua, sed ipsam participat, & ab ea dirigitur, & mouetur. Quare negatur consequentia, quia ibi est iustitia inter morales naturales, & est spes, & charitas inter theologicas, quæ non comprehenduntur sub ista diuisione, &c.

¶Ad tertium dicendum, quòd quædam virtutes ordinantur ad bonum passionis moderatè, quod est proprium huius, vel illius hominis, & in talibus non est necessarium, quòd sit aliqua virtus in voluntate, cum ad hoc sufficiat natura potentiæ, vt dictum est; * sed hoc solùm

*In corpo.

lùm necessarium est in illis virtutibus, quæ ordinantur ad aliquod bonum extrinsecum.

¶Ad maiorem, omnes actus humani ad quos ordinantur virtutes sunt voluntarij. Dico, quòd sunt voluntarij, ita quòd sunt à voluntate eliciti, vel imperati. Et dico vlterius, quòd ad imperatos, qui sunt virium inferiorum (scilicet irascibilis, & concupiscibilis) non oportet ponere habitum in voluntate, cum de se sufficiat cum ratione sibi affini, & coniuncta, vt patuit; sed ad elicitos respectu boni excedentis, ponitur virtus in voluntate, eo quòd non sufficiat, & sit consummatiua talium actuum. Vltra. Si igitur, &c. Negatur ista, quia non omnes æqualiter se habent ad voluntatem; aliqui enim sunt imperati, qui perficiuntur per aliã potentiam, ad quos non oportet ponere virtutem in voluntate. Alij autem sunt immediatè voluntatis, ad quos secundùm se non sufficit. Vltra, aut ergo in nulla alia potentia erit virtus. Dico, quòd immo in alia est virtus, sicut fortitudo, temperantia in irascibili, & concupiscibili. Nec sequitur, quòd ad eundem actum ordinentur duæ virtutes, quia ad actum imperatum ordinatur virtus inferioris potentiæ, & in voluntate nullus est habitus ad talem actum; & ad actum elicitum ordinatur sola virtus (saltem perfectiuè) quæ est in voluntate. Dico præterea, quòd non est inconueniens, quòd ad vnum actum ordinentur diuersæ virtutes in diuerso genere, vt patuit articulo secundo. Sed verum est, quòd plures virtutes non perficiunt elicitiuè in eadem potentia eundem actum; sed in proposito non ordinantur plures virtutes ad vnum actum, sed plures potentiæ, quarum superior, scilicet, voluntas imperat sine virtute, sed ex naturali perfectione potentiali. Inferior autem elicit, & perficit actum cum virtute superaddita, quia de se non sufficit. Et si in virtute superiori esset aliquis habitus (vt videtur Capreolo, scilicet continentia, quæ ordine naturæ præcedit temperantiam in concupiscibili) non tamen habet rationem virtutis perfectæ, quia non consummat, vel elicit actum virtuosum in materia passionum; Et ergo non ordinantur duæ virtutes ad eundem actum in eodem ordine. Verum est, quòd charitas est in voluntate, & perficit ipsam immediatè ad imperandum, & mouendum alias vires; sed in alijs viribus sunt virtutes, quæ ordinantur ad executionem, & ad alios actus, vt patet in virtutibus de charitate, quæst.5. ita quòd nunquam duæ virtutes ordinantur ad vnum actum immediatè, & in eodem ordine. Verum est etiam, quòd vnus habitus, & vna virtus possit ordinari ad vnum actum completum, vt patuit articulo quinto, de habitu, qui est in parte sensitiua interiori; sed non ordinantur eodem modo, quia habitus partis sensitiuæ ordinatur dispositiuè, & remotè ad actum intellectus. Virtus verò intellectualis immediatè, & perfectiuè, &c. Doc. Sanc. aliqua horum tangit in solutione, volens, quòd in voluntate non est virtus ad bonum passionis, idest debitum actum, & benè se habere secundùm rationem in materia passionis, sed in sensualitate; quare non ordinantur duæ virtutes ad vnum actum; sed ad bonum excedens est virtus in voluntate, & nec sic sunt duæ virtutes ad vnum actum, quare argumentum nihil probat.

Quæstio quinquagesimaseptima.

De distinctione virtutum intellectualium.

L Deinde considerandum est de distinctione virtutum. Et primò quantum ad virtutes intellectuales. Secundò quantum ad morales. Tertiò quantum ad theologicas. Circa primum quæruntur sex. Primò, vtrum habitus intellectuales speculatiui sint virtutes. Secundò, vtrum sint tres, scilicet sapientia, scientia, & intellectus. Tertiò, vtrum habitus intellectualis, qui est ars sit virtus. Quartò, vtrum prudentia sit virtus distincta ab arte. Quintò, vtrum prudentia sit virtus necessaria homini. Sextò, vtrum eubulia, synesis, & gnomin, sint virtutes adiunctæ prudentiæ.

¶ Patuit ordo quæstione præcedenti, & agit igitur de virtutibus distinctè, & primò de intellectualibus. Secundò de moralibus. Tertiò de theologicis. Quia enim intellectuales, & morales aliquæ naturales sunt, ideo notiores quo ad nos theologicis, & intellectualis (saltem aliqua) scilicet prudentia principium est moralium, ideo patet ordo. Et diuiditur ista quæstio in duas partes. Primò inquiritur distinctio intellectualium, quę pertinent ad intellectum speculatiuũ. Secundò inquiritur distinctio pertinentium ad intellectum practicum in tertio articulo. Circa primum inquiritur quomodo habitus speculatiui habeant rationem virtutum. Secundò inquiritur numerus, & distinctio huiusmodi virtutum artic. sequenti.

Vtrum habitus intellectuales speculatiui sint virtutes.

AD primum sic proceditur. Videtur, q̃ habitus intellectuales speculatiui non sint virtutes; virtus enim est habitus operatiuus, vt sup. dictum est;* sed habitus speculatiui non sunt operatiui; distinguitur enim speculatiuum à practico. i. operatiuo; ergo habitus intellectuales speculatiui non sunt virtutes. *q.55.art.1.

¶ 2 Præt. virtus est eorum per quæ fit homo felix, siue beatus, eo q̃ felicitas est virtutis præmium, vt dicitur in primo Ethic.* sed habitus intellectuales non considerant actus humanos, aut alia bona humana per quæ homo beatitudinem adipiscitur; sed magis res naturales, & diuinas; ergo huiusmodi habitus virtutes dici nõ possũt. *Arist.ca.

¶ 3 Præt. scientia est habitus speculatiuus, sed scientia, & virtus distinguuntur, sicut diuersa genera nõ subalternarim posita, vt patet per Philos. in 3. Topic.* ergo habitus speculatiui non sunt virtutes. *Arist.

¶Sed contra, soli habitus speculatiui considerant necessaria, quæ impossibile est aliter se habere; sed Philos. ponit in 6. Ethic.* quascunque virtutes intellectuales in parte animæ, quæ considerat necessaria, quæ non possunt aliter se habere; ergo habitus intellectuales speculatiui sunt virtutes. *Arist.c.

¶Hic primò inquirit quomodo intellectuales habitus speculatiui habeant rationem virtutis, vel sint virtutes.

¶Respondeo dicendum, quòd cum omnis virtus dicatur in ordine ad bonum, sicut supra dictum est,* duplici ratione aliquis habitus dicitur virtus, vt supra dictum est.* Vno modo, quia facit facultatem benè operandi. Alio modo, quia cum facultate facit etiam vsum bonum. *q.55.art. *q.55.art.

¶In corpore respondet secũdùm vnam distinctionem bimembrem, quam ponit in principio. Deinde subiungit vnam conclusionem bimembrem correspondentem, ibi. Et hoc sicut, &c. Resumit ergo distinctionem supra habitam, q.56.ar.3. q̃ aliquis habitus dicitur virtus duplici ratione. Et rationem distinctionis annectit ex q.55.ar.3. quia virtus ordinatur ad bonum (s. actum, qui est finis) sed habitus habet duplicem habitudinem ad bonum, vel quia facit facultatem benè operandi. Alio modo, quia cum hoc facit vsum bonum, &c.

¶Et hoc sicut supra dictum est,* pertinet solùm ad illos habitus, qui respiciunt partem appetitiuam; eo q̃ vis appetitiua animæ est quæ facit vti omnibus potentijs, & habitibus Cum igitur habitus intellectuales speculatiui non perficiant partem appetitiuam, nec aliquo modo ipsam respiciant, sed solam intellectiuam. *q.56.ar.

¶Hic consequenter procedit ad conclusionem, primò probans ipsam, secundò elicit aliqua corollaria, ibi. Et ideo virtus, &c. Conclusio responsiua est, habitus intellectuales speculatiui sunt & possunt dici virtutes, quia faciunt facultatem bonæ operationis, i. secundùm quid, non autem simpliciter, quasi facientes vsum bonum. Huius conclusionis D.S. primò probat secundam partem. Secundò ponit, & probat primam partem, ibi. Possunt quidem dici, &c. Secundò secundam partem cũ confirmatione probationis eius, ibi. Non tamen dicuntur, &c. Probatur ergo secunda pars conclusionis sic. Illi habitus faciunt vsum bonum, & sunt virtutes simpliciter, quæ pertinent, vel respiciunt partem appetitiuam, & nõ intellectiuam tantùm; sed habitus speculatiui intellectuales non perficiunt partem appetitiuam, nec aliquo modo ipsam respiciunt, sed intellectiuam, ergo sequitur conclusio, quo ad secundam partem. Maior probatur, quia vis appetitiua animę est quæ facit vti omnibus potentijs, & habitibus, ergo sequitur maior quo ad primam partem. Consequenter cum dicit.

¶ Possunt quidem dici virtutes, inquantum faciunt facultatem bonæ operationis, quę est consideratio veri, hoc enim est bonum opus intellectus.

¶ Subiungit primam partem conclusionis, quæ probatur sic breuiter, quia faciunt facultatem considerandi verum, sed consideratio veri est bona operatio, ergo, &c. Consequenter cum dicit.

¶Non tamen dicuntur virtutes secundo modo, quasi facientes benè vti potentia, seu habitu. Ex hoc enim, q̃ aliquis habet habitum scientiæ speculatiuæ, non inclinatur

natur ad utendum, sed fit potẽs speculari verum in his, quorum habet scientiam, sed quòd utatur scientia habita, hoc est, mouente uoluntate.

¶Annectit secundam partem conclusionis, & confirmatur probatio eius supra habita quo ad maiorem sic. Ex hoc enim, quòd aliquis habet habitus scientiæ speculatiuæ non inclinatur ad vtendum, sed fit potens speculari verum, sed quòd vtatur scientia habita, hoc est, mouente voluntate; ergo maior vera quo ad ambas partes. Antecedens patet ex dictis supra ex probatione maioris præcedentis rationis. Deinde cum dicit.

¶ Et ideo uirtus, quæ perficit uoluntatem; ut charitas, uel iustitia, facit etiam benè uti huiusmodi speculatiuis habitibus.

¶Elicit ex iam dictis duo corollaria; secundum ibi. Et f̃m hoc etiam, &c. Corollarium primum est, virtus, quæ perficit voluntatem, vt charitas, vel iustitia facit etiam benè vti habitibus speculatiuis. Probatur, quia quòd quis vtatur talibus habitibus, est mouente voluntate, sed voluntas mouet per tales habitus qui sunt in ea, quia charitas non est otiosa, & iustitia tribuit, & operatur ad vnumquemque quod debet; ergo, &c. Tunc ibi.

¶ Et f̃m hoc ẽt in actibus horum habituum potest esse meritũ, si ex charitate fiant, sicut Greg. dicit in 6. Moral.* q̃ contemplatiua est maioris d meriti, quàm actiua. * Gregor. c.26.& 28. Dub. 1185.

¶Est secundum corollarium tale sequens ex præcedenti. Actus habituum speculatiuorum potest esse meritum. Probatur ex iã dictis, quia oĩs actus procedens ex charitate est meritum, sed actus tales possunt procedere ex charitate; ergo, &c. Maior relinquitur nota. Minor patet ex corollario p̃cedenti, quia procedunt ex voluntate mouente, sed talis potest mouere, & præsertim mouet informata charitate; ergo, &c. Et probatur etiam istud corollarium auctoritate beati Greg. 7. Moral. q̃ contemplatiua est maioris meriti, quàm actiua. De isto vltimo, quomodo vita contemplatiua sit maioris meriti. Vide 2.2.q.182. art. 2. quia pertinet directè ad dilectionem Dei, q̃ præmissis omnibus, quæ ad hanc vitam pertinent, soli Diuinæ contemplationi vacare delectetur. Vnde arguit magnam charitatem, ex qua procedit magnũ meritum (s. præmij essentialis.) Requirit enim vita cõtemplatiua virtutes morales, & fit propter finem charitatis; & tamẽ essentialiter consistit in intellectu. Vnde non quælibet speculatio est vitæ contemplatiuæ. Præterea, iuxta supradicta q.3.art.2. ad quartum. Contemplatio magis accedit ad rationem beatitudinis, cum versetur circa optimũ, & possit etiam pro hoc statu magis continuari.

ARGVM. in contrarium pro prima parte conclusionis est.

¶Ad primum ergo dicendum, q̃ duplex est opus. s. exterius, & interius. Practicum ergo, vel operatiuum, quod diuiditur cõtra speculatiuum, sumitur ab opere exteriori, ad quod non habet ordinem habitus speculatiuus, sed tñ habet ordinem ad interius opus intellectus, quod est speculari uerum, & f̃m hoc est habitus operatiuus.

¶Ad maiorem, virtus est habitus operatiuus, ita q̃ operatiuum capitur extensè, vel pro opere interiori intellectus, vel opere exteriori. Minor negatur, immo habitus speculatiui sunt operatiui, quia contemplatiui, quæ contemplatio est vtiq; opus intellectus. Ad probationem, distinguitur enim speculatiuum a practico, idest operatiuo. Illius probationis primam partem concedo, quia speculatiuum distinguitur a practico, sed illud id est, nego, si intelligitur de operatiuo in communi, quasi speculatiuum nullo modo sit operatiuum, sed distinguitur ab operatiuo opere exteriori, non ab operatiuo operis intrinseci intellectus. Vnde negatur consequentia, quòd nullo modo sint virtutes.

¶Nota, q̃ ista solutio multa implicat. Primò, de distinctione habitus speculatiui, & practici. Secundò, an actus intellectus possit dici praxis, & ab ipso habitus practicus, quia habetur q̃ non. Vbi reprehenditur dictum Gratiadei, vt infra patebit art. 3. ad 3m. De istis omnibus materiam profundare nimis longum esset, & est tantùm incidentale. Solũ hoc oportet aduertere, q̃ per opus exterius, quod s. est praxis essentialiter, & a quo habitus dr̃ practicus denominatiuè, non est exterius solùm, q̃ transit in materiam exteriorem, & est factio; sed pro exterius opus intelligitur oĩs actio alterius potentiæ cadens sub cõsilio, & electione directa a notitia practica immediatè. Oportet enim hic notare, quia Capreolus in prologo primi. q.2. conclusio. 4. fundans se in D.S. 2.2.q.47. art.2. ad secundum. vult, q̃ actus intellectus possit dici praxis. s. quo ad exercitium, licet non semper quo ad specificationem. Sed Herueo quolib. 1.q.3. & quibusdam alijs de via D.S. vr̃, q̃ actus intellectus nunquam debeat dici praxis, quia nũquam immediatè dirigitur, nisi mediante consilio, & electione. Capreolus autem vult, q̃ ad praxim sufficiat mediatè dirigi, & q̃ actus intellectus fit praxis ratione specificationis, & exercitij, quod cadit sub electione mediatè. Sed videtur alijs, quia nulla specificatio cadit sub potestate voluntatis etiam in mecanicis; oportet enim rem talis speciei artificialis sic fieri, & non aliter. Habetur ergo ex D.S. 2.2. q̃ actus intellectus potest dirigi per habitum practicum, sed quia ĩolùm mediante consilio, & electione; ideo non oportet, q̃ actus intellectus sit praxis. Et vult D.S. q̃ actus rationis non dirigitur quo ad specificationem, sed ex hoc non licet inferre; ergo omnis praxis dirigitur quo ad specificationem, qa primum est verum vr̃, secundum falsum, vr̃ loquendo. Habetur ergo, q̃ actus intellectus non est praxis, sed opus exterius. i. alterius potentiæ cadẽs sub electione, & consilio, quare logica est speculatiua. Nec obstat, q̃ alias dirigit, quia non dirigit ad exercitium, nec immediatè, & habet sufficientem bonitatẽ, vt propter se formaliter quæratur, & gratia sui.

Capreolus. Hereueus. An actus intellectus possit dici praxis. Capreolus.

¶Ad secundum dicẽdum, q̃ virtus est aliquorum dupliciter; vno modo sicut obiectorum, & sic huiusmodi virtutes speculatiuæ non sunt eorum, per quæ homo fit beatus, nisi fortè, secundùm quòd ly, per, dicit causam efficientem, uel obiectum completæ beatitudinis, quod est Deus, quod est summum speculabile; alio modo dicitur esse uirtus aliquorum, sicut actuum; & hoc modo uirtutes intellectuales sunt eorũ, per quæ homo fit beatus, tum quia actus harum uirtutum possunt esse meritorij, sicut dictum est, * tum etiam, quia sunt quædam inchoatio perfectæ beatitudinis, quæ in contemplatione ueri consistit, sicut supra dictum est. * * In corp. artic. * q.3.art.8.

¶Ad maiorem dico primò, q̃ virtus simpliciter, & perfecta est eorum, per quæ homo fit beatus, per quæ s. meritoriè, sicut obiectorum; sicut iustitia est de operatione iusta, sicut obiecto; similiter de temperantia, per quarum operationem meretur, & fit quis dignus beatitudine. Et dico secundò, q̃ virtus intellectualis non est eorum (s. obiectorum) per quæ quis fit dignus beatitudine, qa est sicut de obiectis de rebus naturalibus, & Diuinis, per quas res non efficitur quis dignus beatitudine, nec meretur beatitudinem.

¶Ad minorem, verum, non considerant actus humanos, sicut obiecta tanquã perducant actus humanos, sicut effectus circa obiecta, per quos actus quis efficitur dignus beatitudine. Et secundò, aliquis habitus speculatiuus est circa obiectum speculabile, quod est beatificatiuum, si perfectè apprehenderetur. Et sicut dictum est, obiecti beatificatiui obiectiuè, vel effectiuè, sed nõ meritoriè. Vnde negatur consequentia; tum primò, quia est eorum actuum, per quos fit beatus meritoriè; tum secundò, quia est eorum obiectorum, per quæ efficitur quis beatus obiectiuè, & effectiuè.

¶Et nota, q̃ ista solutio vult, & innuit, q̃ est differentia inter virtutem moralem, & intellectualem, quia moralis est obiecti, per quod quis efficitur beatus. s. meritoriè, & causaliter suo modo (videlicet, quia est actus humanus tanquam obiecti, per quem q̃s efficitur dignus beatitudine.) Sed virtus inteilectualis non habet pro obiecto actum humanum, sicut argumentum probat, sed res naturales, & Diuinas; sed pèr res naturales, non meretur q̃s beatitudinem, nec per Diuinas, sed tamen huiusmodi virtus efficit actus circa talia obiecta, quæ sunt meritorij beatitudinis, & obiecta harum virtutum (præsertim sapientiæ, scilicet res Diuina) facit beatos, sicut obiectum, in quo consistit beatitudo, & in eius cognitione perfecta stat beatitudo formaliter, & formalis, vel inchoata, vel consummata; & ista intendit solutio D.S.

¶Ad tertium dicendum, quòd scientia diuiditur contra uirtutem secundo modo dicta, quæ pertinet ad uim appetitiuam.

¶Maior est vera indefinitè, quia aliqua scientia est habitus speculatiuus, sed non oĩs. Ad minorẽ, scientia diuiditur cõtra virtutẽ. Verum, simpliciter dictã, quæ cum facultate facit ẽt vsum bonum, & contra virtutem in specie distinguitur, sed non contra virtutẽ in gñe, vel analogia, vt se extendit ad omne principium boni actus, siue faciat ex se illum actum in actu exercito, vel solùm in proxima dispositione. Et de ista solutione patuit quæst. 56. art. 3.

Vtrum conuenienter distinguantur tres virtutes intellectuales, scilicet sapientia, scientia, & intellectus.

AD secundum sic proceditur. Vr̃, q̃ inconuenienter distinguãtur tres virtutes intellectuales speculatiuæ. s. sapientia, scientia, & intellectus. Species enim nõ debet condiuidi generi; sed sapientia est quædam scientia, ut dicitur in 6. Ethic.* ergo sapientia non debet condiuidi scientiæ in numero uirtutum intellectualium. M Infra q.68. ar.7.cor. Et 2.2.q.4. artic.8.cor. & q.47. art.5. corp. Et 3. cont. c.44. fi. Et Vetit. q.1.art.12. cor.& ar.13. corp. * Arist.c.7. * q.54.ar.2

¶ 2 Præt. In distinctione potẽtiarũ, habituũ, & actuũ, quę attenduntur f̃m obiecta, attenditur principaliter distinctio, quæ est f̃m rationem formalem obiectorum, vt ex supra dictis pater; *nõ ergo diuersi habitus debent di-

stingui ſm materiale obiectū, ſed ſm rationem formalem ipſius obiecti; ſed principiū demōſtrationis eſt ratio ſciēdi cōcluſiones; nō ergo intellectus principiorū debet poni habitus alius, aut alia uirtus a ſcientia concluſionū.

¶ 3 Præt. Virtus intellectualis dicitur, quæ eſt in ipſo rationali per eſſentiam; ſed ratio etiam ſpeculatiua, ſicut ratiocinatur ſyllogizando demonſtratiuè, ita etiam ratiocinatur ſyllogizando dialecticè; ergo ſicut ſcientia, quæ cauſatur ex ſyllogiſmo demōſtratiuo ponitur virtus intellectualis ſpeculatiua, ita etiam & opinio.

* Ariſt. c. 3. 6. & 7. to. 5.

¶Sed contra eſt, quod Philoſophus dicit in 6. Ethic. * vbi ponit has ſolùm tres virtutes intellectuales ſpeculatiuas, ſcilicet ſapientiam, ſcientiam, & intellectum.

¶Cōſequenter inquirit numerū, & diſtinctionē virtutū intellectualiū. Et primò ſpeculatiuarū; ſecundò practicarum, art. ſeq. Inquirit ergo primò, an ſint tres virtutes ſpeculatiuæ intellectuales.

* Art. præceden.

¶Reſpōdeo dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt, * virtus intellectualis ſpeculatiua eſt, per quam intellectus ſpeculatiuus perficitur ad conſiderandum verum, hoc enim eſt bonum opus eius.

¶Concluſionem ſñiuam D.S. probat per corpus, ſed eam ponit in argum. in cōtrarium; & eſt talis. Tres ſunt virtutes intellectuales. ſ. ſapientia, ſcientia, & intellectus. Probatur, ſuppletur maior formaliter, tot ſunt virtutes intellectuales ſpeculatiuæ, quot modis eſt verum neceſſariu m conſiderabile, ſed hoc eſt conſiderabile tribus modis; ergo, &c. Maiorem probat in principio. Deinde minorem deducit per reliquum corporis, ibi. Verū autem eſt, &c. Maior ergo probatur ſic, quia virtus intellectualis ſpeculatiua eſt, per quā intellectus ſpeculatiuus perficitur ad conſiderandum verum; ergo maior vera. Illud antecedens probatur, quia habitus proportionatur operi, ſed hoc eſt opus boni habitus ſpeculatiui. ſ. cognoſcere verum; igitur, &c. Conſequenter cum dicit.

¶Verum autem eſt dupliciter conſiderabile; vno modo ſicut per ſe notum; alio modo ſicut per aliud notum, quod autem eſt per ſe notum ſe habet, vt principium; & percipitur ſtatim ab intellectu, & ideo habitus perficiens intellectum ad huiuſmodi veri cōſiderationem, vocatur intellectus, qui eſt habitus principiorum.

¶Deducit minorem principalem per talem ſufficientiam. Omne verum (ſ. ſpeculatiuum neceſſarium) aut eſt notum per ſe, & ſic eſt de eo intellectus, aut eſt notū per aliud, & habet rationem termini, & hoc, vel vltimi in aliquo genere tm̄ (vt in genere naturaliū, vel logicalium) & ſic eſt ſcientia, vel eſt vltimū ſimpliciter reſpectu totius cognitionis humanæ; & ſic eſt ſapientia. Huius aſſumpti D.S. primò deducit primam partem; ſecundò tertiam, ibi. Verum autem quod eſt, &c. Tertiò ſecundā, ibi. Ad id verò quod, &c. Et patet prima pars clarè in littera. Deinde cum dicit.

¶Verum autem, quod eſt per aliud notum, non ſtatim percipitur ab intellectu, ſed per inquiſitionem rationis; & ſe habet in ratione termini, quod quidem poteſt eſſe dupliciter; vno modo, vt ſit vltimū in aliquo genere; alio modo, vt ſit vltimum reſpectu totius cognitionis humanæ. Et quia ea quæ ſunt poſterius nota quo ad nos, ſunt priora, & magis nota ſm naturam, vt dr̄ in 1. Phyſ.* ideo id quod eſt vltimum reſpectu totius cognitionis humanæ, eſt id, quod eſt primum, & maximè cognoſcibile ſecundùm naturam, & circa huiuſmodi eſt ſapientia, quæ conſiderat altiſſimas cauſas, vt dicitur in 1. Metaph.*

* Ariſtot. tex 3. to. 2.

* Ariſt. c. 1. circa finē, tomo 3.

¶Deducit tertiā partem aſſumpti. Et primò facit quod dictū eſt; ſecundò elicit ex hoc quoddā corollarium, ibi. Vnde conuenienter iudicat, &c. Patet ergo ſecunda pars aſſumpti clarè in littera.

¶Nota autem, ꝙ ſapientia procedit ex primis principijs ſimpliciter, quæ ſunt principia metaphyſicalia; & quia talia principia ſunt vltimò a nobis perfectè cognita; ideo dicit D.S. ꝙ metaphyſica, & ſapientia eſt circa vltimum terminū ſimpliciter. Eſto enim principia complexa metaphyſicè cognitione confuſa, facilè apprehendantur, non tamen diſtincta, ſimiliter incomplexa. Vnde dicitur, ꝙ metaphyſica ſit Diuina poſſeſſio, quia eſt diſtincta notitia vniuerſalium, & perfectè ſoli Deo competit. Deinde ibi.

¶Vnde conuenienter iudicat, & ordinat de omnibus, quia iudicium perfectum, & uniuerſale haberi non poteſt, niſi per reſolutionem ad primas cauſas.

¶Elicit quoddam corollarium tale. Sapientia conuenienter iudicat de omnibus. Probatur. Sapientia conſiderat altiſſimas cauſas; igitur, &c. Antecedens patuit. Conſequentia probatur, quia iudicium, & perfectum, & vniuerſale haberi non poteſt, niſi per relationem ad primas cauſas; igitur, &c. Sapientia enim conſiderat altiſſimas cauſas complexas, & incomplexas, & omnia alia principia aliarum ſcientiarum determinantur per metaphyſicam. Conſequenter ibi.

¶Ad id uerò, quod eſt vltimum in hoc, uel in illo genere cognoſcibilium perficit intellectum ſcientia.

¶Manifeſtat ſecundam partem aſſumpti, & ſimiliter primò facit hoc; ſecundò elicit quoddam corollarium, ibi. Et ideo, &c. Patet ergo ſecunda pars aſſumpti clarè in littera. ſ. quòd ſcientia eſt vltimum in aliquo genere.

¶Nota autem, ꝙ quia ſcientia eſt per viam inquiſitionis, & demonſtrationis, quæ inquiſitio nō terminatur, donec veniat ad primas cauſas, ideo dr̄ ſcientia procedere per vltimum alicuius determinati generis, i. p prima principia in tali genere. Vnde dr̄ primo Poſter. ꝙ demonſtratio procedit ex primis, &c. Et idem eſt procedere ex primis, & vltimis, quia prima cauſa in aliqua ſcientia eſt vltima in cognitione, quæ habetur per inquiſitionem. Tunc ibi.

¶Et ideo ſm diuerſa genera ſcibilium ſunt diuerſi habitus ſcientiarum, cum tñ ſapientia non ſit niſi una.

¶Infert quoddam corollarium ex præcedenti parte, tale; ſunt diuerſæ ſcientiæ, ſed ſapientia (ſ. in vno lumine) eſt vna tñ. Probatur, ꝙa ſapientia conſiderat altiſſimam cauſam ſimpliciter, quæ eſt vna tñ; ſcientiæ autem cauſas altiſſimas ſolùm in ſuo gñe, quę ſunt diuerſæ; ergo ſicut phyſica conſiderat prima principia phyſicæ, & geometria geometriæ, &c. quæ ſunt diuerſa. Dico autem in vno lumine, quia Theologia Chriſtianorum hr̄ in altiori lumine, quàm Philoſophorum. ſ. Metaphyſica, quæ habetur ſub lumine intellectus agentis, & ſub lumine naturali, ſapientia autem Theologorum habetur ſub lumine infuſo fidei, &c.

ARGVM. in contr. probat concluſionem ex auctoritate Phil.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ ſapientia eſt quædā ſcientia, inquantum habet id, quod eſt commune omnibus ſcientijs, ut ſ. ex principiis concluſiones demonſtret; ſed quia habet aliquid proprium ſupra alias ſcientias, inquantum ſ. de omnibus iudicat, & non ſolum quantum ad cōcluſiones, ſed etiā quantū ad prima principia, ideo habet rationem perfectioris uirtutis, quàm ſcientia.

¶Nota pro intellectu huius argumēti, & ſolutionis, ꝙ ſm D.S. 2. 2. q. 9. art. 2. in corp. ꝙ ſcientia, quantum ad primā impoſitionē, impoſitum eſt ad ſignificandū certitudinem iudicii per quācunq; cauſam fiat; & ſic eſt quoddam commune ad ſapientia, & ſciam, ꝙ iudicat per cauſas ſecūdas; ſed ꝙa iudicatorium per cauſas primas habet nomen proprium, ideo aliud iudicatorium per cauſas ſecūdas retinet nomen commune; ſi ergo capitur ſcientia in cōmuni, ſapientia eſt quędā ſcientia rōne iudicij de cōcluſionibus, ſed condiuiſa ex oppoſito ſcīæ iudicanti per cauſas ſecundas, ſed quia ſm D.S. hic, & veritatē ſapientia non tm̄ iudicat de cōcluſionibus, ſed ēt principijs, ideo ſcīa non dicit totum, quod dicit ſapientia. Et ꝙa de rōne gñis eſt dicere totum, quod eſt in ſpecie, ideo ſcīa non eſt propriè genus ſapientiæ, ſed magis ſe habet, ſicut pars potentialis ad ſapientiam, ꝙa includitur, & cum hoc ſibi aliqd additur per ſapientiam, ſicut anima ſenſibilis nō eſt genus animæ rationalis, ꝙa ſenſibilis non dicit totum (etiam implicitè, quod dicit rationalis) ſed quaſi pars potentialis, inquantū alia rationalis. ſ. includit hoc, & plus addit. Sic igitur dicendum eſt ad argumentum. Ad maiorē dr̄, ꝙ vera eſt, ſpēs non debet condiuidi gñi, præſertim per modum oppoſiti, quaſi diuerſum, & diſparatum a gñe. Poteſt tñ cōdiuidi, ſicut includens ipſum, & aliquid addens (non qdem, quod ſit extra gñis rōnem; ſed quia dicit expreſsè, quod genus dicit implicitè.) Sed quicquid ſit, illa maior vr̄ cōcedenda, quia genus dicit totum, quod eſt in ſpecie. Eſto non eodem modo, ideo vr̄ dimittenda iſta maior, nec D.S. eam tangit, ſed vr̄ reſpondere ad minorem poſitā in ſra. Deberet autem minor formaliter ſubſumi, ſed ſcīa eſt genus ſapientię, tunc negatur illa. Dico enim, ꝙ ſapientia aliqd dicit, qđ non includit ſcīa, nec de ſignificato materiali. Dico enim, ꝙ iudicare de principijs eſt omnino extra rōnem ſcīæ. Et volo bene, ꝙ ſi de rōne ſapientiæ eſſet tm̄ procedere ex principijs primis, & altiſſima cauſa, ꝙ tunc ſcīa eſſet genus ſapientiæ, nam tunc ſcīa in communi diuideretur per ſcīam iudicantem per cauſam primam, & ſecundam, ſicut per ſpecies; ſed nūc habet hoc ſapientia, & cum hoc iudicium alterius rōnis, ideo ſcīa non eſt genus, ſed dicit partē inclusam in rōne ſapientię, & non totum; ideo iſta minor formaliter ſubſumpta eſſet falſa. Dico enim, ꝙ ſpēs non condiuidit gñi, tñ totum poteſtatiuum condiuiditur parti, ſicut ſpecies inferior habens ſe per ordinem ad aliam non oppoſitam, ſicut anima rationalis contra ſenſiblem, quia eſto includat ipſam, & ſit ſenſibilis, non tamen tantùm ſenſibilis, ſed etiam rationalis.

¶Ad minorem autem, vt eſt in littera, dico poſt D.S. quòd ſapientia eſt ſcientia, inquantum habet, quod eſt commune omnibus ſcientijs. ſ. iudicare, & demonſtrare concluſiones per principia, ſed quia hoc non ſolùm eſt de ratione ſapientiæ, immo aliqd omnino

omnino iſti extraneum ſuperaddit, ideo non eſt ſcientia tantùm, nec incluſum quid in ſcientia, ſed totum poteſtatiuum reſpectu eius. Et volo bene, quòd ſcientia, & ſapientia in eodem non diſtinguuntur realiter, tamen in diuerſis, & cum hoc ſapientia ſuperaddit ſuper ſcientiam in communi aliquid realiter diſtinctum, & illud vltimum facit, vt diſtinguatur realiter a ſcientia etiam in communi, non quidem totaliter, ſicut ab oppoſito diſparato; ſed diſtinguitur per habere, & non habere aliquid reale, quia habet quicquid habent aliæ ſcientiæ, ſed aliquid addit; ſic anima rationalis diſtinguitur ab anima ſenſibili in communi realiter modo dicto. Et illam ſolutionem D.S. tangit ad ſecundum, ibi. Vnde ſi quis, & eſt ſupplementum ſolutionis primæ. Et vide de iſta ſolutione D.S. ſuper Boetio, de Trin. q. 2. art. 2. ad primū. puto enim, quòd hæc ſit ibidem eius mens, & intentio.

Boetius.

¶Nota, quòd ſi de ratione ſcientiæ in communi eſſet iudicare quocunque modo, tunc eſſet genus ſapientiæ; & ſcientia, vt eſſet membrum diuidens, eſſet pars potentialis; ſed quia de ratione ſcientiæ eſt iudicare per cauſam tantùm, & per ſecundā tantùm; ideo non extendit ſe ad iudicium, quod conuenit ſapientiæ de principijs, de quibus non iudicatur per cauſam, ſed alio modo; ideo videtur, quòd ſcientia ſecundùm communem ſignificationem ſit pars potentialis ſapientiæ. Vnde & ſapientia ponitur alius habitus, quàm ſcientia, vt eſt genus ad omnes ſcientias; ſapientia enim aliquid addit, vt patet, quod eſt omnino extra rationem ſcientiæ. ſ. iudicium principiorum. Vnde aliqui dicunt, quòd ſapientia non diſtinguitur contra ſcientiam, ſicut vna ſpecies contra aliam, ſed ſicut proprium contra commune, vt habet D.S. ſuper Boetio, vbi ſupra. Et hoc eſt præſertim verum, inquantum etiam ſapientia per demōſtrationem acquiritur; ſed tamen vt habet iudicare de principijs; ſic videtur dici virtus, & habitus ſcientiæ conditinctus. Vnde dicitur, quòd ſcientia vno modo accipitur, vt eſt habitus per demonſtrationem acquiſitus, ſic ſapientia eſt ſcientia; ſed alio modo, vt virtus; ſic ſapientia non eſt ſcientia, ſed contra eam diuiditur. Circa verba D. S. in iſta ſolutione notanda ſunt duo. Primum, vbi dicit, quòd ſapientia habet commune omnibus ſcientijs, vt ex principijs concluſiones demōſtret.

¶Nota inquam hoc eſt verbum, quia eſt contra aliquos, qui ponunt, quòd ſapientia (vt eſt metaphyſica) non habeat veras demonſtrationes, & per conſequens vult, quòd ſapientia ſit ſcientia ſolùm communiter, accipiendo ſcientiam pro notitia. Sed verba D.S. hic ſunt in oppoſitum, quare oportet dicere Thomiſtam, quòd ſint propriè dictæ demonſtrationes in Metaphyca. Et eſt etiam ſcientia, inquantum habet quicquid habent aliæ ſcientiæ, & eſt notitia propter quid. Et ſcientia prædicatur formaliter de ſapientia, non tamen dicit totam rationem eius, ſed partem. Vnde aliqui volentes tenere cum D.S. contra Scotum, tenent contra vtrumque, quia D.S. admittit hic demonſtrationem in ſapientia; & ponit, ꝙ ſit ſcientia, quia habet omnia quæ habent aliæ ſcientiæ. Fundamentum etiam, & motiuum eorum non valet, quia putant, ꝙ ad demonſtrationem propriè dictam, & cauſatiuā ſcientiæ, requiritur realis diſtinctio ſubiecti, & paſſionis, quod nō oportet in ſcientia, cuius ſubiectum eſt communiſſimum in omnibus alijs incluſum. Fundant ſe etiam, quia demonſtratio eſt ex cauſis proprijs, ſed cauſalitas talis non videtur habere locum apud metaphyſicalia. Sed dicitur, quòd eſt ibi cauſalitas virtualis, quia ita ex natura ſua cauſaret vnum aliud cauſalitate reali, ſi eſſent realiter diſtincta; & eſt ſibi ratio eſſendi a priori. Poteſt etiam dici, quòd duplex eſt demonſtratio etiam ſimpliciter; vna ex natura rei ſcibilis; quædam ex parte noſtri. Tunc dicetur, ꝙ demonſtratio prima procedit ex cauſis in eſſendo realiter cauſantibus. Demonſtratio autem non ſimpliciter ratione noſtri procedit ex cauſa, quæ eſt ratio, quòd alterum inſit, & non tantùm, quòd cognoſcatur in eſſe. Et poteſt eſſe talis cauſa abſque reali diſtinctione, & ex talibus cauſis procedit metaphyſica, & ſapientia, vt ad longum declaratur alibi.

Thomiſta.

Scotus.

¶Nota ſecundùm quod dicit D.S. quòd ſapientia non ſolùm iudicat de concluſionibus, ſed etiam principijs, quia notificat communes rationes terminorum, & contra ea negantes diſputat. 4. Metaphyſ. quia enim ſapientia de vniuerſaliſſimis eſt, per conſequens omnia eius iudicio ſubiacent.

¶Nota, ꝙ natura totius poteſtatiui eſt, ꝙ ſecundùm completā rationem eſt in vno tantùm, in alijs autē eſt quædam participatio ipſius; ſic ſapientia completè continet virtutem intellectualem; ſcientia, & intellectus incompletè; vel ipſa ſapientia eſt totū poteſtatiuum, alij duo habitus partes. De varijs modis loquendi de toto poteſtatiuo D.S. vide Capreolum in quarto, diſt. 24. ad 8. contra ſecundam concluſionem; quia aliquando dicit, quòd totum poteſtatiuum prædicetur de partibus ſm eſſentiam, quandoq; non; & quādoq; dicit, ꝙ anima ſit totum poteſtatiuum ad rationalem, ſenſibilem, & vegetatiuam, quandoq; quòd anima rationalis, &c.

Capreolus.

¶Ad ſecundū dicendum, ꝙ quando ratio obiecti ſub uno actu refertur ad potentiam, uel habitum, tunc non diſtinguuntur habitus, uel potentiæ penes rationē obiecti, & obiectum materiale, ſicut ad eandem potentiam uiſiuam pertinet uidere colorem, & lumē, quod eſt ratio uidendi colorem, & ſimul cum ipſo uiditur; principia uerò demonſtrationis poſſunt ſeorſum conſiderari abſq; hoc, ꝙ conſiderentur concluſiones, poſſunt etiam conſiderari ſimul cum concluſionibus, prout principia in concluſiones deducuntur. Conſiderare ergo hoc ſecundo modo principia pertinet ad ſcientiam, quæ cōſiderat etiam concluſiones, ſed conſiderare principia ſm ſeipſa pertinet ad intellectum; vnde ſi quis rectè cōſideret, iſtæ tres uirtutes non ex æquo diſtinguuntur adinuicem, ſed ordine quodam, ſicut accidit in totis potentialibus, quorum una pars eſt perfectior altera, ſicut anima rationalis eſt perfectior, quàm ſenſibilis, & ſenſibilis, quàm vegetabilis; hoc enim modo ſcientia dependet ab intellectu, ſicut a principaliori; & utrumq; dependet a ſapientia, ſicut a principaliſſimo, quæ ſub ſe continet, & intellectum, & ſcientiam, vt de concluſionibus ſcientiarum diiudicans, & de principijs earundem.

Dub. 702.

¶Concedo totum vſq; ibi. Sed principiū demonſtrationis, &c. Sed dico, ꝙ principium ſe ſolo eſt obiectum formale habitus intellectus ſine cōcluſione, & diſtinguitur ille habitus; ergo ex obiecto formali ab habitu ſcientiæ, qui eſt concluſionum deductarum ex principijs; & ſi ſcientia eſt aliquo modo principiorum, eſt eorum, vt eodem actu apprehenduntur tanquam formalis ratio concluſionis. Vltra; ſed principium demonſtrationis eſt ratio ſciendi concluſionem; verum, poteſt tamen reſpectu eius haberi actus cognitionis, & aſſenſus ſine concluſione. Vnde negatur conſequentia; ſed debet inferri, ꝙ principia vt cognoſcuntur tanquam ratio concluſionis pertinent ad ſcientiam, ſed vt cognoſcuntur ſm ſe, non ex aliqua demōſtratione, ſed ex cognitione terminorū pertinent ad habitum intellectus. Et oportet hic repetere, quæ dicta ſunt ſupra q. 8. ar. 3. ꝙ quando obiectum materiale apprehenditur per formale, tunc eſt idem actus; ſed quando apprehenditur formale ſecundùm ſe, tunc eſt alius actus. Ita in propoſito de principio ſecundùm ſe eſt vnus actus, & habitus proprius. ſ. intellectus, ſed quando deducitur in concluſiones, tunc eſt idem actus, & habitus quo ſcitur hoc eſſe propter hoc.

¶Nota illud verbum in illa ſolutione. ſ. conſiderare hoc modo principia, ſcilicet vt ratione concluſionis pertinet ad ſcientiam, quia aliqui loquuntur ſub dubio, an per habitum intellectus, vel ſcientiæ cognoſcantur ſimul vnico actu principium, & concluſio, habetur hic quid ſit ſentiendum.

¶Nota præterea, ꝙ id, quod ſequitur in iſta ſolutione magis eſt conceptus incidentalis pro ſolutione primi, & quo ad aliquid pro ſolutione iſtius ſecundi; quia vult D.S ꝙ iſtæ tres virtutes non diſtinguuntur, ſicut omnino diſperata, & duæ ſpecies ex oppoſito diuidentes vnum genus, ſed magis diſtinguuntur, ſicut ſpecies habentes ordinem, quarum vna aliam includit, vel ab alia depēdet; & diſtinguuntur, ſicut partes vnius totius potentialis, ita ꝙ ſicut anima rationalis eſt totum potentiale reſpectu ſenſitiuæ, & vegetatiuæ; ſic ſapientia reſpectu intellectus, & ſcientiæ, qua vtrumq; eminenter in aliquo ſuperioris ordinis includitur; ſicut lux vna qualitas exiſtens includit virtutem calefactiuam, & deſiccatiuam, & illuminatiuam, &c. ſic ſapientia vnus habitus includit intellectum, & ſcientiam in ſe formaliter abſq; diſtinctione, ita ꝙ ſicut potentia calefactiua in igne diſtinguitur a luce, non tamen a lumine Solis; ſic intellectus, & ſcientia in ſcientijs diſtinguuntur, ſed in ſapientia ambo habitus in vno eminenter, & formaliter, tanquam in aliquo ſuperioris ordinis continentur; ſcientia autē non includit identicè intellectum, ſed ab eo dependet. Et ita intelligo D.S. in fine ſolutionis, ꝙ ſapientia continet ſub ſe ſcientiam, & intellectum, non formaliter in proprijs naturis, quia ſic eſſet habitus compoſitus, ſed modo dicto; & bene volo, quòd etiam ſapientia, quæ eſt metaphyſica, præſupponit habitum innatū principiorum, quia ipſa eſt vltima in cognitione humana, & præſupponit alias ſcientias; tamen ipſa acquiſita facit de ſuis principijs, & principijs omnium aliarum ſcientiarum, quod intellectus habitus facit de principijs tantùm, & ſcientia de concluſionibus tantum; ideo includit vtrumque, ideſt poteſt facere quod faciunt intellectus, & habitus in alijs, vbi diſtinguuntur, &c.

¶Ad tertium dicendum, ſicut ſupra dictum eſt; * habitus uirtutis determinatæ ſe habet ad bonum, nullo autem modo ad malum; bonum autem intellectus eſt uerum, malum autem eius eſt falſum; unde ſoli illi habitus uirtutes intellectuales dicuntur, quibus ſemper dicitur uerum, & nunquam falſum; opinio uerò, & ſuſpitio poſſunt eſſe ueri, & falſi; & ideo non ſunt intellectuales uirtutes, ut dicitur in 6. Ethicorum. *

* 1. 55. ar. 3. & 4.

* Ariſt. c. 3. circa prin. tomo 5.

¶Concedo, ꝙ virtus intellectualis dicitur, quæ est in rationali per essentiam; sed non ideo dicitur virtus, quia in intellectu, sed aliunde virtus, aliunde intellectualis. Dicitur enim virtus, quia facit (saltem in facultate) semper bonum actum, & nullo modo malum; & quia ipsa benè viuitur, & qua nullus malè vtitur (id est ex hoc, ꝙ determinatè se habet ad bonũ, vt patuit q.55.ar.3.& 4.) Dicitur autem intellectualis, quia habitus est in intellectu. Vltra, minor vera, ratiocinatur quidem vtrobique, sed syllogizando dialecticè potest errare, & generare opinionem se habentem ad malum intellectus. s. falsum. Est enim opinio de probabilibus, nihil autem refert quædam falsa, quibusdam veris esse probabiliora. Quare negatur consequentia, &c.

Vtrum ars sit virtus intellectualis.

Infra q.93. art.1.corp. Et 1.q.22. ar.2. corp. Et 2.2.q.47 art.5.corp. Et Ver.q.5. art.1.corp. Et 1.Ethic. col.2. fi. & poste.prin. *Aug. li.2. cap.18. *Arist.c.5.

NAD tertium sic proceditur. Videtur, quòd ars nõ sit uirtus intellectualis. Dicit enim Aug. in lib. de libe.arbit. * quòd uirtute nullus malè utitur, sed arte aliquis malè utitur, potest enim aliquis artifex ſm scientiam artis suæ malè operari; ergo ars non est uirtus.

¶2 Præt. Virtutis non est virtus, artis autem est aliqua uirtus, ut dicitur in 6. Ethic. * ergo ars non est uirtus.

¶3 Præt. Artes liberales sunt excellẽtiores, q̃ artes mecanicæ, sed sicut artes mecanicæ sunt practicæ, ita artes liberales sunt speculatiuæ; ergo si ars esset virtus intellectualis, deberet uirtutibus speculatiuis annumerari.

* Arist.c.3. & 4.

¶Sed contra est, quòd Phil. in 6. Eth. * ponit artem esse uirtutem, nec tñ cõnumerat eam uirtutibus speculatiuis, quarum subiectum ponit scientificam partem animæ.

¶Hic cõsequenter inquiritur distinctio virtutum intellectualiũ, quæ respiciunt intellectũ practicũ. Et primò, an ars sit virtus intellectualis; secũdò, an prudẽtia, ostẽdẽs distinctionẽ eius ab arte, &c.

¶Respondeo dicẽdum, quòd ars nihil aliud est, quàm ratio recta aliquorum operum faciendorum.

¶D. S. duo facit in corpore. Primò deducit vnam conclusionem præambularem, ostendentem differentiam, & cõuenientiam artis cum alijs prædictis virtutibus intellectualibus. Secundò respondet ad quæsitum, ibi. Et ideo eo modo, &c. Conclusio ꝑambularis est, ars propriè loquendo (idest propriè accepta pp dictũ in solutione secundi) est habitus operatiuus, idest practicus; & supplè in hoc, differt ab habitibus speculatiuis, & tñ in aliquo conuenit cum habitibus speculatiuis. Huius D.S. manifestat primò primam partẽ; secundò secundam, ibi. Quorum tñ bonum, &c. Probatur ergo prima pars, maior sumitur extra litteram, omnis habitus ordinatus ad opus extrinsecum intellectu cadens sub consilio, & electione est habitus operatiuus (& tali opere, a quo habitus practicus) sed ars est huiusmodi; ergo, &c. Illa maior patet ex artic. 1. ad primum. Minor probatur in principio corporis, quia ars est recta ratio operum faciendorũ, sed factiones sunt operationes transeuntes in exteriorem materiam, quæ per eas transmutatur, & per consequens sunt extraneæ intellectui, &c.

Ratio qualis.

¶Nota hic, ꝙ aliqui circa istam propositionẽ. Ars est ratio, &c. dixerunt, ꝙ ista non est prædicatio formalis; ars est ratio, sed ars est directiua rationis. i. intellectus practici. Sed isti nesciunt quid nominis rationis, cum dicitur; ars est ratio; accipitur enim ratio, non pro intellectu, nec pro conceptu consequente actum intellectus, nec pro quidditate in esse intelligibili, sed pro principio quo actiuo, & directiuo operis exterioris. Capitur enim ratio ꝓ principio agendi sæpius, sicut cum dicimus, calor est igni ratio calefaciendi, & sic de alijs; vnde est prædicatio superioris de inferiori, & formalis; constat enim, quòd ratio, & principium agendi etiam habituale est in plus; prudentia enim etiam est recta ratio, scilicet agibilium, quamuis & ratio capta pro intellectu dirigat mediante tali ratione, & principio. Quod autem non sit ratio, idest conceptus; patet, quia ars maneret etiam in dormiente sine actu secundo, non sic conceptus, vt potest haberi ex prima parte, q.14.& dicetur inf. q.93.art.1. Sed ꝙ non accipiatur pro quidditate in esse intelligibili reali obiectiuo tñ, patet, nec enim tale esse ponibile est, quamuis Scotus sic senserit de esse ideali. Sed aliter hĩ ex 12. Metaph. ꝙ Deus nihil extra propriam essentiam intelligit, quæ adeo perfecta est, vt omnem modum essendi in se contineat. Vnde esse intelligibile lapidis in Deo non dicit, nisi relationem rationis, &c. De hoc prima parte. Deinde cum dicit.

¶Quorum tñ bonũ non cõsistit in eo, ꝙ appetitus humanus aliquo modo se habet, sed in eo, ꝙ ipsum opus, ꝙ fit, in se bonum est, non enim pertinet ad laudẽ artificis inquantum artifex est, qua voluntate opus faciat; sed quale sit opus quod faciat.

¶Probat secundam partem conclusionis sic; aliquod bonum artis, & rerum artificialium non consistit in eo, ꝙ appetitus humanus aliquo modo se habeat, sed in eo, quòd ipsum opus quod fit, bonum est; sed hoc etiam ad ipsos habitus speculatiuos pertinet, qualiter res se habeat quam considerant, non autem qualiter appetitus humanus se habeat; igitur in hoc conueniunt, in hoc scilicet, quod est non habere ordinem ad appetitum, nec requirere eius rectitudinem, scilicet intrinsecam, vt patebit articulo quinto. Huius rationis D.S. primò ponit, & probat maiorem; secundò minorem, præmittens ipsam conclusionem, ibi. Sic igitur, &c. Maior patet manifestè in littera. Deinde ibi.

¶Sic igitur ars propriè loquendo, habitus operatiuus est, & tamen in aliquo conuenit cum habitibus speculatiuis, quia etiam ad ipsos habitus speculatiuos pertinet, qualiter se habeat res, quam considerant, nõ autem qualiter se habeat appetitus humanus ad illas; dũmodo enim uerum geometra demonstret, non refert qualiter se habeat secundùm appetitiuam partem, vtrum sit lætus, uel iratus, sicut nec in artifice refert, vt dictum est. * *Arti.b. ius quæ

¶Manifestat minorem principalem, & patet; sed tamen prius præmittit ipsam conclusionem præambularem. Et omnia sunt clara in littera.

¶Et ideo eo modo ars habet rationem virtutis, sicut & habitus speculatiui, inquantum s. nec ars, nec habitus speculatiuus faciunt bonum opus quantum ad vsum, qđ est proprium uirtutis perficientis appetitum, sed solùm quantum ad facultatem bene agendi.

¶Hic vltimò respondet ad quęsitum tali conclusione. Eo modo ars est virtus, sicut habitus speculatiui. Probatur, nec ars, nec habitus s. speculatiui faciunt vsum bonum, sed solùm facultatem boni operis; igitur eodem modo sunt virtutes. Antecedens iam patuit, quia solùm virtus respiciens appetitum, facit bonum opus, vt patuit quæst.56.artic.3. Consequentia patet, quia nullo alio modo sunt virtutes, nisi propter facultatem; igitur eodem modo; vel sic; vno modo tantùm sunt virtutes, ergo eodem modo, &c.

¶Et confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ cum aliquis habens artem, operatur malum artificium, hoc non est opus artis, immo est contra artem, sicut etiam cum aliquis sciens verum mentitur, hoc quod dicit, non est ſm scientiam, sed contra scientiam; vnde sicut scientia se habet ad bonum semper, vt dictum est, * ita & ars, & ſm hoc dicitur virtus. In hoc tñ deficit a perfecta ratione virtutis, quia nõ facit ipsum bonum vsum, sed ad hoc aliquid aliud requiritur, quamuis bonus usus sine arte esse nõ possit. * Art.2.ad tertium.

¶Ad minorem, negatur, nullus enim arte malè vtitur, sicut principio, sicut nec virtute. Ad probationem dico, ꝙ habens artem, potest malè operari malitia artis, sed non ex arte, sed contra artem, vel præter, sicut D.S. in simili declarat de scientia. Et est aliud simile de charitate, quam quis habens, potest peccare venialiter, sed illud non prouenit ex charitate, sed est præter, quia dictum fuit supra, quòd quis potest habere habitum, & eo non vti. Sic artifex potest facere malum opus distractus, & non attendens ad regulas artis, sicut cantor potest deficere, cum fantasiatur, & distrahitur in choro.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ quia ad hoc, vt homo bene vtatur arte quam habet, requiritur bona voluntas, quæ perficitur per uirtutem moralem, ideo Philosophus dicit, * ꝙ artis est uirtus. s. moralis, inquantũ ad bonum usum eius aliqua uirtus moralis requiritur. Manifestum est enim, quòd artifex per iustitiam, quæ facit uoluntatem rectam inclinatur, ut opus fidele faciat. *Arist.li. Ethi.c.5.

¶Ad maiorem, virtutis non est virtus eiusdem rationis, & in eodem subiecto, & ad vnum actum eliciendum, tamẽ virtutis facientis solùm facultatem bonam, potest esse virtus faciens vsum bonum, sicut in proposito; & virtutis, quæ est in executiua, potest esse virtus in vi imperatiua. Ad minorem, artis est virtus, non in eodem ordine, nec eiusdem rationis (s. perficiens eam ad opera facienda) sed existens in voluntate, vt opus, quod aliquis nouit, & potest facere, faciat fideliter, & benè, non solùm bonitate artis, sed & bonitate moris; & inde non plus accipiat, quàm sibi debeatur; & ergo artis est iustitia, quæ inclinat voluntatem, vt bene vtatur arte; an autem & prudentia habeat locum in arte, habes secunda secundæ, quæst.47.artic.4.ad secundum. quòd non, nisi in aliquibus artibus, vbi est magna incertitudo, vt in medicinali, & nauigatoria, vt patuit etiam supra quæst.14.artic.4.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ etiam in ipsis speculabilibus est aliquid per modum cuiusdam operis, puta constructio syllogismi, aut orationis congruæ, aut opus numerandi,

merandi, uel mensurandi; & ideo quicunque ad huiusmodi opera rationis habitus speculatiui ordinantur, dicuntur per quandam similitudinem artes, sed liberales, ad differentiam illarum artium, quæ ordinantur ad opera per corpus exercita, quæ sunt quodammodo seruiles, inquantum corpus seruiliter subditur animæ, & homo ſm animam est liber; illæ verò scientiæ, quæ ad nullũ huiusmodi opus ordinantur, simpliciter scientiæ dicuntur, non autem artes, nec oportet, si liberales artes sunt nobiliores, quòd magis eis conueniat ratio attis.

¶Ad maiorem, verum est, sunt excellentiores artes liberales mecanicis, sed non magis conuenit eis ratio, & nomen artis, quia hoc nomen ars impositum est ad significandum applicationem rationis ad aliquod factibile extrinsecũ in materia, quæ per agentem transmutatur, sicut etiam infra quæst.67.artic.3. patebit, quòd sapientia est quidem excellentior habitus virtute morali, non tamen magis sibi conuenit ratio virtutis. Minor illa placet mihi, & est notanda contra Gratiadeum. Et quamuis ponatur in argumento, vbi non semper propositiones habent veritatem, tamen eam D.S. admittit in solutione, immo eam expresè ponit in secunda secundæ, vt statim patebit. Vltra; ergo dico, quòd est intellectualis; sed principaliter impositum est nomen ad significandas artes, quæ versantur circa exterius opus. Artes autem speculatiuæ dicuntur artes solùm propter aliquam similitudinem, quia videlicet etiam aliquid constituunt, sed intra intellectum, & per consequens sunt speculatiuæ. Dicuntur autem liberales ad differentiam earum, quæ dirigunt opus, quod per corpus exercetur, quod corpus, vt patuit quæstio.56.artic.4 ad secundum. seruiliter obedit, & regit regimine despotico quo reguntur serui. Vnde de istis loquitur D.S. secunda secundæ, quæst.47.art.2.ad tertium. quod deseruit proposito ostendens, quomodo ars communiter dicta pro ratione factiua cuiuslibet cõstituti dicatur speculatiua. Omnis (inquit) applicatio rationis rectæ ad aliquid factibile pertinet ad artem, quia ergo ratio speculatiua quædam facit, puta syllogismum, propositionem, & alia huiusmodi, in quibus procedit secundùm certas, & determinatas vias. Inde est, quòd respectu horum potest saluari ratio artis, non autem ratio prudentiæ, & ideo inuenitur aliqua speculatiua ars, non autem aliqua prudentia, hæc ille. Vbi clarè habetur, ꝙ ars factiua syllogismi, quæ est logica, est speculatiua; quare dixi, ꝙ minor esset vera, & alibi ex intentione approbata, etiam in solutione, vbi dicit, quòd habitus speculatiui ordinantur ad huiusmodi operationes. D. S. in solutione ostendit, quare dicantur artes solùm similitudinariæ, & in fine tangit maiorem, &c.

Logica est speculatiua

Vtrum prudentia sit alia virtus distincta ab arte.

Infra art.5. ad 1. Et 2.2. ¶47. arti.4. ad 2.

OAD quartum sic proceditur. Videtur, quòd prudentia non sit alia virtus ab arte. Ars enim est ratio recta aliquorum operum, sed diuersa genera operum non faciunt, vt aliquis amittat rationem artis; sunt enim diuersæ artes circa opera valde diuersa, cum igitur etiam prudentia sit quædam ratio recta operum, videtur, quòd etiam ipsa debet dici ars.

¶2 Præt. Prudentia magis conuenit cum arte, quàm habitus speculatiui; vtrumq; enim eorum est circa contingens aliter se habere, vt dicitur in 6. Ethic. * sed quidam habitus speculatiui dicuntur artes, ergo multo magis prudentia debet dici ars. * Arist.c.4. & 5.

¶3 Præt. Ad prudentiam pertinet bene consiliari, vt dicitur in 6. Ethic. * sed etiam in quibusdam artibus cõsiliari contingit, ut dicitur in 3. Ethicor. * sicut in arte militari, & gubernatiua, & medicinali; ergo prudentia ab arte non distinguitur. * Arist.c.5. * Arist.c.3.

¶Sed contra est, quod Philosophus distinguit prudentiam ab arte, in 6. Ethic. * *Arist.c.3.

¶Hic consequenter quærit de alia virtute intellectuali, quæ est in ratione practica. s. de prudentia; & primò de distinctione eius ab arte; secundò de concernentibus prudentiam arti. sequentibus.

¶Respondeo dicendum, ꝙ vbi inuenitur diuersa ratio uirtutis, ibi oportet uirtutes distingui. Dictum est autem supra, * ꝙ aliquis habitus habet rationem virtutis ex hoc solùm, quòd faciat facultatem boni operis; aliquis autem ex hoc, quòd faciat non solùm facultatem boni operis, sed etiam vsum; ars autem facit solam facultatem boni operis, quia non respicit appetitum, prudentia autem non solùm facit boni operis facultatem, sed etiam usum, respicit enim appetitum tanquam præsupponens rectitudinem appetitus, cuius differentiæ [d] ratio est; quia ars est recta ratio factibilium, prudentia verò est recta ratio agibilium. * Arti.1.& q.56.art.3. Dub. 237.

¶Conclusio responsiua est ista. Prudentia est virtus distincta ab arte. Probatur, vbi inuenitur diuersa ratio virtutis (idest natura, & conditio, & diuersa definitio virtutis) ibi oportet virtutes distingui. Minor formaliter extra litteram; sed diuersa est ratio virtutis in arte, quàm in prudentia. Vel sic; sed alia ratione prudentia est virtus, alia ars; ergo conclusio vera. Huius rationis D.S. primò ponit maiorem, & minorem; secundò subiungit conclusionem, ibi. Sic igitur, &c. Maior ergo relinquitur nota, quia variata ratione & definitione, variatur & species. Deducit autem minorem principalem. Et arguitur pro ea sic. Habitus, qui habet rationem virtutis ex hoc solùm, ꝙ facit facultatem boni operis, est alia ratione virtus, quàm habitus, qui facit non solùm facultatem boni operis, sed etiam vsum bonum; sed ars facit solùm facultatem boni operis, prudentia autem etiam vsum bonum; igitur minor principalis vera. Maior ista nota. Minor probatur, ille habitus nõ facit vsum bonum, qui non respicit appetitum, vt ille facit, qui respicit, & præsupponit rectitudinem appetitus; sed ars non respicit, prudentia autẽ respicit; igitur, &c. Maior ista patuit ex artic. & quæst. præcedenti. Minor probatur; primò de prudentia, quòd rectitudinem appetitus præsupponit, ars autem non; recta ratio agibilium necessariò præsupponit appetitum rectum ad fines, recta autem ratio factibilium non, sed prudentia est recta ratio agibilium, ars factibilium; igitur minor præcedens vera. Huius rationis vltimæ D.S. primò ponit minorem; secundò declarat maiorem, ibi. Differt autem, &c. Minor ergo patet clarè ex sexto Ethicorum. Deinde ibi. Conclusio responsiua.

¶Differt autem facere, & agere, quia ut dicitur in 9. Metaph. * factio est actus transiens in exteriorem materiam, sicut ędificare, secare, & huiusmodi; agere autem est actus permanens in ipso agente, sicut uidere, uelle, & huiusmodi. * Aristot. tex.16.

¶Declarat maiorem præcedentem; & primò præmittit aliqua, ex quibus ad propositum arguitur; secundò probat primam partẽ maioris, ibi. Sic igitur, &c. tertiò probat secũdam partem, ibi. Bonum autem artificialium, &c. Pro declaratione ergo maioris præcedentis præmittit differentiam inter agere, & facere agibilia, & factibilia, vt patet. Consequenter ibi.

¶Sic igitur hoc modo se habet prudẽtia ad huiusmodi actus humanos, qui sunt usus potentiarum, & habitũ, sicut se habet ars ad exteriores factiones, quia vtraque est perfecta ratio respectu illorum, ad quæ comparantur; perfectio autem, & rectitudo rationis in speculatiuis depẽdet ex principijs, ex quibus ratio syllogizat, sicut dictum est, * ꝙ scientia dependet ab intellectu, qui est habitus principiorum, & præsupponit ipsum; in humanis autem actibus se habent fines, sicut principia in speculatiuis, ut dicitur in 6. Ethic. * & ideo ad prudentiam, quæ est recta ratio agibilium, requiritur, ꝙ homo sit bene dispositus circa fines, quod quidem est per appetitum rectum; & ideo ad prudentiam requiritur moralis uirtus, per quam fit appetitus rectus. * Art.2. ad secundum. * Arist.c.6.

¶Probat specialiter primam partem maioris a simili, sicut se habet recta ratio in speculatiuis ad principia sua, ita recta ratio agibilium, & practica ad principia sua; sed ratio recta in speculatiuis dependet ex principijs, & ab habitu principiorum, ita ꝙ quis benè se habeat ad principia; igitur & recta ratio in agibilibus dependet, & necessariò præsupponit principia sua, ex principijs suis; (subsumitur) sed principia rationis agibilium, & humanorum actuum sunt fines boni, igitur recta ratio agibilium præsupponit illos fines per appetitum rectum, idest vt quis bene afficiatur ad eos, quod fit per virtutem moralem. Tunc ibi.

¶Bonum autem artificialium nõ est bonum appetitus humani, sed bonum ipsorũ operũ artificialium, & ideo ars nõ præsupponit appetitũ rectum; & inde est, ꝙ magis laudatur artifex qui volens, peccat, quàm qui peccat, nolens; magis autem contra prudentiam est, ꝙ aliquis peccet, uolens, quàm nolens, quia rectitudo uoluntatis est de ratione prudentiæ, non autem de ratione artis.

¶Est pro secunda parte maioris sæpe dictæ, & arguitur sic. Ars est de factibilibus artificialibus, sed bonum artificialium non est bonum appetitus humani, sed bonum ipsorum artificialium; & ideo ars non præsupponit appetitum rectum. Illa minor patuit

artic.3. in corpore, &c. Et posset minor, scilicet quòd prudentia præsupponit appetitum rectum non ars, aliter probari ex littera. Prudentia se habet ad actus humanos tanquam ratio recta, sicut ars est recta ratio factibilium, sed rectitudo rationis actuum humanorum, & agibilium, præsupponit appetitum rectum, non ratio recta factibilium; igitur, &c. Maior declaratur per definitionem, & differentiam artis, & prudentiæ. Minor quo ad prudentiam probatur in littera a simili de ratione speculabiliũ, & potest probari extra litteram, quia bonitas humani actus est ex recto fine, & appetitu recti finis, sed prudentia est de humanis actibus bonis; igitur, &c. Et consequenter in littera, ibi. Et inde est, &c. D. S. confirmat minorem iam deductam a signo, quia laudatur artifex qui volens, peccat; est autem valde contra prudentiam, vt quis peccet volens; ergo signum est, quòd rectitudo voluntatis est de ratione prudentiæ, non artis. Vel potest esse corollarium ex dictis, sed magis est confirmatio dictæ minoris a signo, & pro intellectu horum valent, quæ dicta sunt quæst. 56. artic. 3.

¶Sic igitur patet, quòd prudentia est virtus distincta ab arte.

¶Hic vltimò D.S. ex omnibus istis infert conclusionem ipsam, & patet iam satis.

¶Nota autem, ꝙ D.S. vult breuiter, ꝙ quia prudentia est de agibilibus, ars autem de factibilibus, & rectitudo, & bonitas agibilium dependet a rectitudine appetitus, non autem rectitudo, & bonitas factibilium, igitur prudentia præsupponit appetitum rectum, non ars; agibilia enim sunt actus humani, quorum principaliter sunt fines, prudentia autem est de bonis actibus, & bonorum actuum, igitur præsupponit bona principia, quæ sunt fines; ad bonos autem fines habet se bene per appetitum rectum; & adde, quòd prudentia est bonorum actuum, vt in plurimum, non solum consultiuè, vel iudicatiuè, sed etiam ꝓceptiuè, & executiuè, quod vtiq; non fit, nisi affectus sit benè dispositus, quæ bona dispositio est ſm affectionem ad bonum finem; & ergo sequitur, ꝙ prudentia præsupponit fines etiam particulares virtutum.

Fundamentum contra Scotum.

¶Et nota hoc, quia est fundamentum D.S. in materia de connexione prudentiæ cum alijs. Scotus enim admittit quidem connexionem moralium cum prudentia, sed non econtra. Habes autem hic rationem, quare & ecõtra prudentia conrequirat (immo in aliquo ordine præsupponit) alias, vt patuit; igitur, &c. sed bonitas factibilium sumitur secundùm debitam dispositionem operum exteriorum in ordine ad regulam artis, quæ est principium eorum, & nullo modo per comparationem ad appetitum rectũ denominatione intrinseca, licet rectum materialiter, & extrinsecè. Vide artic. 5. ad tertium, circa finem.

ARGVM. in contrarium confirmat conclusionem responsiuã.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd diuersa genera artificialium omnia sunt extra hominem, & ideo nõ diuersificatur ratio uirtutis; sed prudentia est recta ratio ipsorum actuum humanorum; vnde diuersificatur ratio

*** In corp. artic.**

uirtutis, vt dictum est. *

¶Ad maiorem, ars est recta ratio operum, non quorumcunq;, sed exteriorum, & factionum, & exteriorum non solùm intellectui, sed & homini; prudentia autem immediatè est de agibilibus exterioribus quidem intellectui, sed non homini. Ad minorem, diuersa genera operum transeuntium, & factionum, non faciunt, vt aliquis amittat rationem artis, & diuersa genera quasi subalterna; sed genera quasi generalissima faciunt diuersitatem, ita quòd opus interius facit, vt habitus circa ipsum existens non dicatur ars, quod quasi genere remoto distinguitur a factione.

¶Ad probationem dico, quòd omnes artes sunt circa opera eiusdem rationis, sed exteriora, & factiones, & extra hominem. Vltra dico, quòd prudentia est recta ratio operum immanentium, quæ sunt actus humani, ad quos bene dirigendos, & moderandos requiritur bonitas appetitus, non autem ad bene dirigendum opera exteriora. Negatur consequentia, quòd videlicet prudentia etiam debeat dici ars, quæ propriè accepta est constitutiua operis extrinseci.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ prudentia magis conuenit cum arte, quàm habitus speculatiui quãtum ad subiectum, & materiam; vtrumq; enim est in opinatiua parte animæ, & circa contingens aliter se habere; sed ars magis conuenit cum habitibus speculatiuis in ratione virtutis,

*** In corp. & arti. præceden.**

quàm cum prudentia, vt ex dictis patet. *

¶Ad maiorem, vera, quo ad aliquid, non simpliciter, quia prudentia magis conuenit cum arte, quàm habitus speculatiui, quo ad subiectum, & obiectum; sed ex alia parte habitus speculatiui magis conueniunt cum arte. s. quo ad esse virtutem, quia tàm illi, quàm ars sunt solùm virtutes secundùm quid non requirentes bonitatem appetitus, nec facientes vsum bonum. Secundò dico, quòd speculatiui habitus magis conueniunt in hoc, quòd est esse alicuius constitutiuum, vt patuit art. 3. ad tertium, quasi possunt similitudinariè artes dici. Vnde minor vera propter rationem iam tactam. Negatur autem cõsequentia; tum primò, quia habitus speculatiui conueniunt cum arte quo ad esse virtutem, vnde possunt etiam nomen eius participare, non autem prudentia, vnde non debet dici ars etiam similitudinariè. Tum secundò, quia prudentia non est constitutiua, sicut artes speculatiuæ, quare non potest, nec debet sibi attribui nomen artis, nec est ars, De isto vltimo articulo præcedente ad tertium.

¶Nota autem circa hanc solutionem, & circa argumentum in oppositum præcedentis articuli de opinatiua parte animæ, ꝙ est, qua anima cognoscit contingentia, & non dicitur ars esse in opinatiua quasi possit se habere, sicut opinio etiam ad falsum; sed est in parte animæ, qua cognoscit contingentia, tamen cognoscit ea verè, & vt fiunt vt plurimum, quod sufficit ad rationem virtutis, quæ est contingentium; sicut & in pluribus euenire est necesse, & per se physicum, & morale; sed quid sit illa pars animæ, quæ dicitur opinatiua, vel ratiocinatiua, & an distinguatur a scientifica. Vide D.S. prima par. q. 89. art. 9. ad tertium. vbi dicit inter cætera. Philosophus posuit duas particulas animæ, scientificum, & ratiocinatiuum, non quia sunt duæ potentiæ, sed quia distinguuntur ſm diuersam aptitudinem ad recipiendum diuersos habitus quarum diuersitatem ibi inquirere intendit. Contingentia enim, & necessaria, & si differant secundùm propria genera, conueniunt tñ in ratione communi entis, quam respicit intellectus, ad quam diuersimodè se habent ſm perfectum, & imperfectum, hæc ille.

¶Circa hoc tamen aduerte, ꝙ quidam de via D.S. volunt, ꝙ opinatiuum, & scientificũ dicant diuersas potentias, qui si intelligunt, ꝙ diuersas potentias intellectiuas, nec in prima par. nec in 6. Ethi. D.S. conformiter loquuntur. Verùm, ꝙ dicit in 6. Ethic esse aliam particulam ad contingentia vt sic, sed non intellectiuam, sed rationem particularem, vt patet intuenti. De hoc tamen vide prima par. q. 86. art. 3. quia contingentium ſm rem, tamen ſm rationes necessarias possunt esse diuersi habitus intellectuales, & cognoscuntur ab eadem potentia, a qua cognoscuntur necessaria scibilia; sed contingentia vt sic, & sensibilia cognoscuntur directè per aliam potentiam, licet & intellectus indirectè ea cognoscat. Contingentia enim in rebus naturalibus sequitur materiam, quæ est principium indiuiduationis, & singularitatis, & per consequens contingentia naturalia cognoscuntur directè per sensum, & ergo respectu contingentium, vt sic, est alia potentia. Sunt est particularium, alia est necessariorũ, vt sic, & per hoc potest saluari, quod habetur in de Veri. Ma. 15. art. 2. ad tertium. vide prima par. supra.

¶Nota circa ista dicta, ꝙ Burleus in 6 Ethi. refert modũ dicendi D.S ibidem in commento, videlicet, ꝙ respectu necessariorum, vt sic, sit alia potentia, quàm respectu contingentium vt sic, quia ratio particularis. Burleus autem, quamuis teneat sententiam veram D.S. prima par. vbi supra statim, non tamen valet eius ratio cõtra D.S. in 6. Ethic. Arguit enim, ꝙ intellectus vtrumq; cognoscat. s. necessaria vt sic, & contingentia vt sic, quia intellectus ponit differentiam inter vtrumque, &c. Sed non aduertit Burleus primò, ꝙ contingentia per se secum fert particularitatem, & singularitatem, sicut necessitas in naturalibus vniuersalitatem, & formam, & ergo quia contingentia naturalia sunt singularia, oportet, ꝙ non directè per intellectum nostrum cognoscantur. Secundò non aduertit, ꝙ cõtingentia potest accipi in communi pro aliquo modo entis, sicut & necessitas est modus entis; & sic vtrumq; est vniuersale, & nimirum ergo si intellectus vtrumq; directè cognoscat, & differentiam inter ea ponat. Tertiò non aduertit, quia etiam accipiendo contingentiam pro re contingente, & particulari, ꝙ ad hoc, ꝙ intellectus ponat differentiam inter duo, sufficit, quòd cognoscat vnum directè, alterum indirectè, & arguitiuè, & habeat secum colligatam potentiam, & subseruientem, quæ aliud directè cognoscat; sic intellectus noster directè cognoscit vniuersale per propriam speciem, & quia cognoscit ipsum non per seipsum, cognoscit arguitiuè aliquod esse singulare, in quo subsistat, absque hoc, ꝙ singulare per se, & propriam speciem cognoscat; sic etiam cognoscimus Deum pro hoc statu, non in concepto proprio, qui consurgat ex propria specie, sed ex conceptu, qui est Dei arguitiuè, non representatiuè; sic in proposito, intellectus directè, & per propriam speciem cognoscit necessitatem, & ens necessarium, sed arguitiuè, & indirectè contingens, & hoc sufficit ad ponendã differentiam. Vide simile in de Veri. Mate. 2. artic. 6. ad tertium.

Burleus fe fabula tur.

¶Ad tertium dicendum, quòd prudentia est bene cõsiliatiua de his, quæ pertinent ad totam uitam hominis, & ad ultimũ finem uitæ humanæ; sed in artibus aliquibus est consilium de his, quæ pertinent ad fines proprios illarum artium; vnde aliqui, inquantum sunt bene consiliatiui in rebus bellicis, uel nauticis, dicuntur prudentes duces, vel gubernatores, non autem prudentes simpliciter; sed illi solùm, qui benè consiliantur de his, quæ conferunt ad totam vitam.

¶Ad maiorem. Ad prudentiam pertinet bene consiliari de his, quæ pertinent ad totam vitam humanam, & non de aliquo particulari fine, sic s. quòd eius est bene consulere, & iudicare de omnibus

omnibus actibus humanis, quibus peruenitur ad beatitudinem, & cum hoc principalius pertinet ad eam præcipere, Et ex non aduertentia huius videtur Scotus incidisse in hoc, quòd posuit prudentiam esse posse sine moralibus, & tamen est principalissimus actus prudentiæ, vt patet secunda secundæ, quæst. 47. artic. 8. & est Philosophus ad hoc. 6. Ethic. vbi dicit. Prudentia præceptiua est; Non aduertit etiam hoc, quia impossibile est non entem bonum esse prudentem, vt Philosophus ibidem habet. Prudentia etiam rectè consiliatur ad sensum dicendum, artic. 6. ad primum.

Scotus nõ videtur attendisse posse illum actum prudentiæ.

¶Ad minorem, vera est, in quibusdam ar[illegible] vbi scilicet est incertitudo eorum, per quæ peruenitur ad finem, sed particularem proprium illius artis; non autem huiusmodi artes consiliantur de mediis ad finem totius vitæ, sicut medicinalis consiliatur, quomodo inueniat media ad sanitatem; & gubernatoria quærit vias, quibus perueniatur ad optatum littus; sed prudentia habet versari in omnibus actionibus humanis, immo & factiones artiũ dirigere habet, vt benè fiant moraliter, sicut & iustitia, vt patuit art. 3. ad 2m. D.S. respondet ad maiorem, & minorem formaliter.

Vtrum prudentia sit necessaria ad benè viuendum.

P 2.2.q.51. artic.3. ad 3. Et Veri.q.j. art. 6. cor.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd prudentia non sit virtus necessaria ad bene viuẽdum. Sicut enim se habet ars ad factibilia, quorum est ratio recta, ita se habet prudentia ad agibilia, secundùm quæ uita hominis consideratur, est enim eorum recta ratio

*** Arist. c. 5.**

prudentia, vt dicitur in 6. Ethic. * sed ars non est necessaria in rebus factibilibus, nisi ad hoc, quòd fiant, non autem postquã sunt facta; ergo nec prudentia est necessaria homini ad benè uiuendum, postquam est uirtuosus, sed fortè solùm quantum ad hoc, quòd virtuosus fiat.

*** Arist. c. 5. 7. 8. & 9.**

¶2 Præt. Prudentia est, per quam rectè consiliamur, vt dicitur in 6. Ethic. * sed homo potest ex bono cõsilio agere non solùm proprio, sed etiam alieno; ergo non est necessariũ ad bene uiuendum, ꝙ ipse homo habeat prudentiam; sed sufficit, ꝙ prudentum consilia sequatur.

Sapient 9.

¶3 Præt. Virtus intellectualis est, secundùm quã cõtingit semper dicere uerum, & nunquam falsum; sed hoc non videtur contingere ſm prudentiam; non enim est humanum, ꝙ in consiliando de agendis nunquam erretur, cum humana agibilia sint contingentia aliter se habere, vnde dicitur Sap. 9. Cogitationes mortalium timidæ sunt, & incertæ prouidentiæ nostræ; ergo videtur, ꝙ prudentia non debeat poni intellectualis virtus.

Sapien. 8.

¶Sed contra est, quod Sap. 8. Connumeratur aliis virtutibus necessarijs ad vitam humanã, cum dr̃ de Diuina sapientia, sobrietatem, & prudentiam docet iustitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil est in hac vita hominibus.

¶Hic consequenter quærit de quibusdam concernentibus prudentiam; & primò de quadam conditione prudentiæ, & quodam ad eam pertinente. s. de necessitate eius ad bonam vitam.

¶Respondeo dicendum, quòd prudentia est uirtus maximè necessaria ad uitam humanam, benè enim uiuere consistit in bene operari.

Conclusio responsiua.

¶Conclusio responsiua est ista. Prudentia est maximè necessaria ad humanam vitam. Circa hanc conclusionem D.S. primò assumit aliquod suppositum cum ipsa conclusione. Secundò ex illo supposito probat conclusionem, ibi. Ad hoc autem, &c. Assumit ergo, quòd bene viuere consistit in bene operari, patet extra litteram, quia viuere capitur pro vita secunda, quæ est operatio vitalis, rationalis, vel intellectualis.

¶Nota autem circa illam propositionem, quòd etiam opus animæ rationalis, vt sic, dicitur opus vitale; & ergo prudentia necessaria est ad bene viuere, scilicet morale, & intellectuale, &c. Consequenter cum dicit.

¶Ad hoc autem, ꝙ aliquis benè operetur, non solùm requiritur quid faciat, sed etiam quomodo faciat, vt s. ſm electionem rectam operetur, non solùm ex impetu, aut passione; cum autem electio sit eorum quæ sunt ad finẽ, rectitudo electionis duo requirit. s. debitum finem, & id quod conuenienter ordinatur ad debitum finem.

¶Probat conclusionem sic. Necesse est in ratione esse aliquam virtutem intellectualem, vt se bene habeat ad ea, quæ sunt ad finem, sed huiusmodi virtus est prudentia; igitur conclusio vera. Huius rationis D.S. primò probat maiorem; secundò ponit minorem cum resumptione conclusionis, ibi. Et hæc virtus, &c. Maior ergo probatur ex supposito, & arguitur sic. Ad hoc, ꝙ aliquis bene operetur non solùm requiritur quid faciat, sed etiam quomodo. s. ex electione (s. sciens, & volens) sed ad debitum finem homo conuenienter disponitur per virtutem, quæ perficit partem animæ appetituam, ad id autem, quod conuenienter in finem debitum ordinatur, oportet, quòd homo directè disponatur per habitum rationis; ergo maior vera, &c. Huius rationis D.S. ponit primò primã partem; secundò secundã cũ ipsa maiore probata, ibi. Ad debitum autem, &c. Maior ergo patet. Deinde cũ dicit.

¶Ad debitũ autem finem homo conuenienter disponitur per uirtutem, quæ perficit partem animæ appetituam, cuius obiectum est bonum, & finis; ad id autem, qd cõuenienter in finem debitum ordinatur, oportet ꝙ homo directè disponatur per habitum rationis, quia consiliari, & eligere quæ sunt eorum, quæ sunt ad finem, sunt actus rationis; & ideo necesse est in ratione esse aliquam virtutem intellectualem, per quã perficiat ratio; ad hoc, quòd cõuenienter se habeat ad ea, quæ sunt ad finem.

¶Probat minorem proximam, & quo ad primam partem, quia bonum, & finis est obiectum voluntatis, & appetitus; igitur ad finem disponitur per eum habitum, qui est in appetitu.

¶Nota, ꝙ disponitur ad bonũ per habitum, qui est in appetitu. s. formaliter, sub ratione appetibilis, quamuis & per syndieresim; & prudentiã disponatur homo ad bonum terminatiuè, sed sub ratione veri motiuè. Secunda pars minoris probat, quia rectè se hẽt ad ea, q̃ sunt ad finem per consilium, & eligere, & ꝓcipere, sed ista sunt rationis; igitur benè se habet ad media per habitum rõnis, vt dicebat minor; sed talis videtur prudentia; igitur, &c. Tunc ibi.

¶Et hæc uirtus est prudentia; vnde prudentia est uirtus necessaria ad benè uiuendum.

¶Ponit minorem ipsam principalem, quæ patet clarè; vnde resumit conclusionem ipsam, vt in littera.

¶Et confirmat conclusionem auctoritate sacræ scripturæ argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ bonum artis consideratur non in ipso artifice, sed magis in ipso artificiato, cum ars sit ratio recta factibilium; factio enim in exteriorem materiam transiens nõ est perfectio facientis, sed facti, sicut motus est actus mobilis. Ars autem circa factibilia est, sed prudentiæ bonũ attenditur in ipso agente, cuius perfectio est ipsum agere; est enim prudentia recta ratio agibilium, ut dictum est; * & ideo ad artem non requiritur, quòd artifex benè operetur, sed quòd bonum opus faciat; requireretur autem magis, quòd ipsum artificiatum benè operaretur, sicut quòd cultellus bene incideret, uel serra benè secaret, si propriè horum esset agere, & non magis agi, quia non habent dominium sui actus; & ideo ars non est necessaria ad bene uiuendum ipsi artifici, sed solùm ad faciendum ipsum artificiatum bonum, & ad conseruandum ipsum; prudentia autem est necessaria homini ad bene uiuendum, non solùm ad hoc, quòd fiat bonus.

*** Art. præceden.**

¶Maior est quidem vera, quòd prudentia est agibilium ars factibilium. Sed dico, quòd agibilia sunt intra hominem, & sunt ipsi actus humani, factibilia non. Secundò dico, quòd bonum artis est extra hominem, & in ipso facto artificiato, sed bonum prudentiæ est in homine ipso. Tertiò dico, quòd ipsa prudentia perficit, vt ipse homo bene operetur, quod est viuere ars verò, vt suo modo artificiatum operetur; & sic patet, quòd est aliqua conuenientia proportionis, sed multiplex est etiam differentias. Minor vera; & ratio est, quia ars non ordinatur ad agere ipsius agentis, sed ad factionem extrinseci operis; ideo postquam opus factum est, non est opus arte, sed prudentia ordinatur ad vitam ipsam, quæ est actio. Vnde negatur consequentia, quia prudentia est directiua ipsius vitæ, quæ manet cum virtute, & non cessat; ideo prudentia necessaria est ad vitam, & virtutem. Et stat breuiter fundamentum solutionis in hoc, quia prudentia est directiua ipsius vitæ; ideo semper est necessaria, quia semper oportet bene viuere, quod non fit sine prudentia; ars autem est necessaria ad factionem operis extrinseci, quod facere non semper oportet esse, nec est necessarium, ideo nec ars, quæ non conseruat opus, sed vita ipsa, scilicet bona, conseruatur semper per prudentiam. Vnde posset secundò dici extra litteram, ad minorem, negando eam vniuersaliter, immo aliqua ars (puta Diuina) a qua opus dependet in fieri, & conseruari est necessaria, vt opus sit non solùm vt fiat; sic etiam, quia prudentia est necessaria ad viuere in esse, & fieri, ideo est semper necessaria.

¶Ad secundum dicendum, quòd dum homo bonum operatur, non secundùm propriam rationem, sed motus ex consilio alterius, nondum est omnino perfecta operatio ipsius quantum ad rationem dirigentem, & quantum ad appetitum mouentem; vnde si bonum operetur non tamen simpliciter benè, qđ est benè viuere. ——

¶Ad maiorem, verum, & ipsa existens in hoc, includit & habet annexam rectitudinẽ, & perfectionẽ appetitus, & potest de se dirigere in agendis. Ad minorem negatur, ꝙ possit ex consilio alterius agere benè perfectè quo ad substantiã & modũ, puta promptè, & delectabiliter, & in particulari. Et fundamentum est, quia cum consilio alieno stat immoderatio passionum in eo, qui accipit consilium, & per consequens nõ exequetur consilium alterius promptè, & nõ potest semper in omni actione particulari recurrere ad cõsilium alterius; & hoc est, quod etiam D. S. habet ad hoc argumentum, in de Vir. Ma. 1. ar. 6 ad 2m, vbi dicit. Homo ab alio potest accipere consilium in vl'i de agendis, sed ꝙ iudicium rectè seruet in ipso actu contra oẽs passiones, hoc solùm ex rectitudine prudentiæ prouenit, & sine hoc virtus esse non potest, hæc ille.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ verum intellectus practici aliter accipitur, quàm verum intellectus speculatiui, vt dicitur in 6. Ethi. * nam verum intellectus speculatiui accipitur per conformitatem intellectus ad rem. Et quia intellectus non potest infallibiliter conformari rebus in contingentibus, sed solùm in necessarijs, ideo nullus habitus speculatiuus contingentium est intellectualis virtus, sed solùm est circa necessaria; verum autem intellectus practici accipitur per conformitatem ad appetitum rectum, quæ quidem conformitas in necessarijs locũ nõ habet, quæ uoluntate humana non fiunt, sed solũ in contingentibus, quæ possunt a nobis fieri, siue sint agibilia interiora, siue factibilia exteriora; & ideo circa sola contingentia ponitur virtus intellectus practici, circa factibilia quidem ars, circa agibilia verò prudentia. ——

* Arist.c.2.

¶Ad maiorem, vera est, de virtute intellectuali speculatiua, nõ autem virtute intellectuali practica. Et ratio est in solutione, quia veritas, & verum intellectus speculatiui sumuntur per conformitatem ad rem, & non quamcunque, sed necessariam; quia virtus est semper principium boni ipsius potentiæ; sed respectu contingentium, non potest esse semper veritas intellectus ad rem, quia ex contingentia rei variari potest; veritas autem intellectus practici est, quia est conformis appetitui, sed appetitus non est necessariorum, sed contingentium; ideo & talis habitus intellectus practici est contingentium, sed in contingentibus nõ est semper certa veritas, ideo maior non valet de habitu, & virtute intellectuali practica, talis enim potest esse falsi quandoque. Vltra ad minorem; conceditur, quòd prudentia nõ semper est veri ex parte obiecti, nec hoc requiritur ad virtutem, quæ est circa contingentia; sed sufficit, quòd vt in plurimum dicat verum, vt potest haberi ex secunda secundæ, quæst. 47. artic. 3. ad secundum. quia cognitio eorum, quæ vt in pluribus accidunt, sufficit ad prudentiam. Vnde negatur consequentia, quòd non sit virtus, sed non est virtus circa necessaria intellectualis, &c.

¶Et nota, ꝙ quia virtus semper est ad bonum, & bonum intellectus speculatiui est veritas, quæ attenditur per comparationem intellectus ad rem, ideo habitus speculatiuus, qui est virtus, est de re necessaria, & per consequens semper vera; quia autem habitus practici bonitas attenditur per conformitatem ad appetitum rectum, qui est de cõtingentibus; contingentia autem non sunt semper vera; ideo non oportet, ꝙ habitus practicus sit rerum, quæ semper sunt veræ, sed vt in plurimum; sed oportet, ꝙ semper sit conformis appetitui recto. Posset autem secundò dici, & vt videtur magis ad mentem solutionis D.S. Ad maiorem, virtus intellectualis est, secundùm quam contingit semper dicere verum, & nunquam falsum. Illam distinguo, & dico, ꝙ virtus intellectualis speculatiua est, secundùm quam contingit semper verum dicere, ita ꝙ ipse habitus habet semper veritatem, & est de semper veris; sed habitus practicus est quidem semper verus, sed non est de semper veris, immo quandoque falsis; veris tamen vt in plurimum. Ratio primi est, quia veritas conuenit habitui speculatiuo per comparationem ad rem, cui oportet semper conformari, alias non esset semper verus, & quia non potest semper conformari rei contingenti; ideo nullus habitus, qui est circa contingentia, est virtus, quia habitus speculatiuus est virtus, quia semper verus, est autem verus, vt dictum est per comparationem ad rem, ideo oportet, vt res variari non possit. Quare sequitur, quòd virtus speculatiua non possit esse circa contingentia. Est igitur virtus intellectualis speculatiua semper habitus verus, & per consequens semper veri. Vnde sequitur, quòd non contingit secundùm ipsum falsum dicere, quare maior omnino vera de virtute intellectiua speculatiua, quòd autem semper verus, quia semper bonus, alias non esset virtus; bonitas autem eius est in conformitate ad rem, ideo semper verus, & semper veri. Ratio autem secundi dicti ad maiorem est; quia verum, & veritas (& sic per consequens bonitas, & virtuositas) habitus practici est per conformitatem ad appetitum rectum, & bonã intentionem; & illa semper conuenit habitui practico, ideo est semper verus habitus, & bonus; sed quia appetitus rectus, & per consequens habitus intellectualis sibi conformis, & verus, non potest esse nisi contingãtium (nam necessaria, vt sic non cadunt sub electione) ideo non semper est verus, quia contingens est, quod aliter potest esse, & per consequens maior non est omnino vera de tali habitu practico, cuius veritas attenditur, quia est conformis recto (idest bono appetitui, esto sit falsi, & errer.) Potest enim (vt argumentum probat) virtuosus, & prudens iudicare aliquid esse vtile ad bonum finem, quod non est vtile; ideo est tunc quidem verus, & vera prudentia, quia conformis principio suo, sed non est veri. Stat enim prudentia cum aliqua falsitate, vt in paucioribus, sed non stat vera prudentia cum prauo affectu. Patet igitur, quòd prudentia vera, & verè virtus potest esse falsi; & huic suffragatur dictum D.S. in secunda secundæ, vt dictum est. Potest namque prudens aliquando falsum dicere, & errare, vt vult minor; sed hoc non est contra rationem veræ prudentiæ. Vnde negatur consequentia, & hæc videtur velle D.S. in ista solutione, quæ non potest de facili ad argumentum formaliter soluendum applicari.

¶Circa illam solutionem est dubium. Quod enim prudentia præsupponat appetitum rectum, & sit vera per conformitatem ad ipsum, non habet difficultatem; sed de arte sæpe dictum fuit quæstione præsenti, præsertim articulo quarto, quòd non præsupponat appetitum rectum. Hic autem dicit D. S. quòd verum intellectus practici accipitur per conformitatem ad appetitum rectum, & hoc vel in contingentibus agibilibus, vel factibilibus, quorum est ars, vbi videtur planè contradictio.

¶Sed dicendum, quòd non est contradictio, equiuocatur enim de appetitu recto. Dicitur enim rectus dupliciter; vno modo denominatione intrinseca, & formaliter, quia videlicet appetitus in se ordinatus est per bonam affectionem ad finem, & hanc rectitudinem præsupponit prudentia, non autem ars; & ita intelligitur D.S. supra, quia manifestè dixit, quòd non refert, qua voluntate faciat artifex opus, & qualiter in se sit dispositus. Alio modo dicitur appetitus rectus denominatione extrinseca, & materialiter, quia scilicet est recti, & non cuiuscunque recti, sed operis recti secundùm artem, & sic ars præsupponit appetitum recti, quia ille dicitur habere veram artem, & perfectam, quando facit opus sicut vult, vel alius vult. Vnde dicimus, quòd aliquis est verus artifex, quia nouit rem facere, sicut alius voluit, & hæc videntur habere fundamentum in D.S. 3. scripto, dist. 33. q. 2. art. 1. q. 3. ad sextum. vbi dicit. Appetitus rectus dicitur dupliciter; vno modo in se, secundùm quòd ea, quæ in appetitu sunt, ordinata sunt; & hanc rectitudinem facit virtus moralis; & quia prudentia conformat rationem practicam appetitui sic directo, ideo cum moralibus virtutibus in materia communicat, & in eandem operationem concurrunt, propter quod inter morales computatur; alio modo dicitur appetitus rectus a rectitudine, quæ est extra ipsum, & hoc est materialiter, inquãtum scilicet tendit in aliquid rectum extra se faciendum, cuiusmodi est rectitudo in artificiatis, & sic conformat rationem appetitui recto ars mecanica, & ideo non computatur inter morales virtutes, hæc ille; vbi patet, quod dictum est, videlicet, quòd non est contradictio, & quòd alia est rectitudo voluntatis, quam præsupponit prudentia, alia quam præsupponit ars. Solet enim dici, ego vellem habere rem pulchram, & sic dispositam. Tunc artifex dicit, noui optimè facere ad placitum vestrum, vnde ars habet se conformare appetitui recto, id est recti, & sic dispositi operis, &c.

Vtrum eubulia, synesis, & gnomin sint virtutes adiunctæ prudentiæ.

Q 1 q. 2. ar. 2. ad primum. Et 2. 2. q. 51. ar. 1. ad 2m. 51. q. 1. ar. 4. ad 2m. Et 2. 2. q. 51. ar. 3. ad 2m. Et 2. 2. q. 51. ar. 4. ad 2m. Et 2. 2. q. 51. ar. 4. ad 2m. Et 2. 2. q. 51. ar. 4

te logicæ quæ dicitur demonstratiua solùm doctrina pertinet ad logicum, vsus verò ad Philosophiam, & ad alias scientias particulares, quæ sunt de rebus naturæ. Et hoc ideo, quia vsus demonstratiuę consistit in vtendo principijs rerum de quibus fit demonstratio, quæ ad scientias reales pertinet, non vtendo intentionibus logicis, & sic apparet ꝙ quædam partes logicæ habent in ipsa scientia, & Doctrinam & vsum, sicut dialectica tentatiua, & sophistica; quædam autem Doctrinam, & non vsum, sicut demonstratiua, hęc ille. Vide ibidem ante hæc ad propositum. Et videat artista, quia ens rationis est proprium subiectum logicæ, &c.

¶ Ad quartum dicendum, quòd memoria intelligentia, & prouidentia similiter etiam cautio, & docilitas, & alia huiusmodi nó sunt virtutes diuersę à prudentia, sed quodámodo cõparantur ad ipsam sicut partes integrales, inquantum omnia ista requiruntur ad perfectionem prudentiæ. Sunt etiam, & quædam partes subiectiuæ seu species prudentiæ, sicut iconomica, regnatiua, & huiusmodi, sed prædicta tria sunt quasi partes potentiales prudentiæ, quia ordinantur sicut secundarium ad principale, & de his infra dicetur. *

* Secunda secundę q. 51.art.4.

¶ Dico ad duas partes assumpti, quia tã Macrobius, quàm Tullius ponunt, & assignant partes integrales prudentiæ, vt patet secunda secundæ.q.50.& 51.& non virtutes adiunctas. Synesis autem, & gnomin sunt etiam virtutes, sed potentiales quasi non habentes completam rationem principalis virtutis, sed ordinantur ad actus subseruientes actui quem elicit prudentia vt patuit, sed de istis magis secunda secũdæ. Non oportet enim vt quælibet virtus ordinetur ad simpliciter optimum, & vltimum actum, sed in aliquo ordine, sic ebulia ad optimũ consiliũ, & sic de alijs. Sed prudentia ad simpliciter optimum actum rationis practicæ.

Quæstio Quinquagesimaoctaua.

De virtutibus moralibus quantum ad earum distinctionem ab intellectualibus.

Deinde considerandũ est de virtutibus moralibus. Et primò de distinctione earũ à virtutibus intellectualibus. Secundò de distinctione earum ad inuicem secundùm propriam materiam. Tertiò, de distinctione principalium vel cardinalium ab alijs. Circa primum quæruntur quinque. Primò, vtrum omnis virtus sit virtus moralis. Secundò, vtrum virtus moralis distinguatur ab intellectuali. Tertiò, vtrum sufficienter diuidatur virtus per intellectualem, & moralẽ. Quartò, vtrũ moralis virtus possit esse sine iutellectuali. Quintò, vtrum èconuerso intellectualis virtus possit esse sine morali.

¶ Post determinationẽ de distinctione, & numero intellectualium. Iam determinat de distinctione moralium. Et hoc tripliciter vt patet in littera. Et primò in præsenti quæstione ostẽditur distinctio virtutis moralis ab intellectuali. Secundò ostẽditur mutua dependentia in articulo quartò. Circa primum primò facit, quod dictum est. Secundò cõcluditur diuisio virtutis in genere arti. tertiò. Primò ostenditur, quòd non omnis est moralis. Secundò ostenditur quomodo distinguatur ab intellectuali.

Vtrum omnis virtus sit moralis.

Infra q.68. ar.8.cor.& 3.di.23.q.1. arti. 4. q.2. cor.

* Arist.c.6.

* q.64. art. 2.3.4.

* Tull. lib. 2. de inuẽ. in fol.4.

* Dion.ca. 4.lib.

* Arist. In fine lib.

RAD primum sic proceditur. Videtur quòd omnis virtus sit moralis, virtus enim moralis dicitur à more, id est cõsuetudine, sed omniũ virtutũ actus consuescere possumus, ergo omnis virtus est moralis.

¶ 2 Præterea. Philosophus dicit in. 2. Ethi.* quòd virtus moralis est habitus electiuus in medietate rationis cõsistens, sed omnis virtus videtur esse habitus electiuus, quia actus cuiuslibet virtutis possumus ex electione facere, omnis autẽ virtus aliqualiter in medio rationis consistit, vt infra patebit.* ergo omnis virtus est moralis.

¶ 3 Præterea. Tullius dicit in sua Rhetorica.* quòd virtus est habitus in modũ naturæ rationi consentaneus, sed cum omnis virtus humana ordinetur ad bonum hominis oportet quòd sit consentanea rationi, cum bonum hominis sit secũdùm rationem esse, vt Dionysius dicit.* ergo omnis virtus est moralis.

¶ Sed contra est, quod Philosophus dicit in primo Ethicorum.* Dicentes de moribus non dicimus quoniã sapiens vel intelligens, sed quoniam mitis vel sobrius, sic igitur sapientia, & intellectus non sunt morales, quæ tamen sunt virtutes sicut supra dictũ est.* non ergo omnis virtus est moralis.

* q.57. ar.1. ad 2.

¶ Hic quærit ergo primò an omnis virtus sit moralis.

¶ Respondeo dicendum, quòd ad huius euidentiam considerare oportet quid sit mos, sic enim scire poterimus quid sit moralis virtus. Mos autem duo significat. Quandoque enim significat consuetudinem, sicut dicitur actuũ. 15. nisi circuncidamini secũdùm morẽ Moysi non poteritis salui fieri. Quandoque verò significat inclinationem quandam naturalem vel quasi naturalẽ ad aliquid agendum, vnde & etiam brutorum animalium dicũtur aliqui mores. Vnde dicitur 2. Machabeorũ 11. quòd leonum more irruentes in hostes prostrauerunt eos, & sic accipitur mos in Psal. vbi dicitur. Qui habitare facit vnius moris in domo.

¶ In hoc corpore articuli duo facit principaliter. Primò præmittit aliqua notabilia ad propositum præcurrentia. Secundò declarat ipsam conclusionem respõsiuam ibi. Dicitur autem, &c. Circa primum ponit duo notabilia. Secũdum ibi. Et hæ quidẽ, &c. Quo igitur ad primum explicat quid nominis moris, & præmittit rationem huius notabilis, & considerationis, quia per hoc poterimus scire quid sit virtus moralis, secundùm quòd Philosophi, & theologi loquuntur de virtute morali. Vnde mos duo significat, scilicet consuetudinem, & inclinationem naturalem vel quasi naturalem, & explicat illas diuersas significationes per auctoritates scripturæ clarè.

¶ Nota autem quia notanter dicit naturalem vel quasi naturalem, inclinatio enim bestiarum est naturalis oĩno, sed inclinatio quæ in hoĩe dr moralis virtus, est quasi naturalis, ꝙa non est virtus moralis naturalis obiectiuè, sed aliquo modo est naturalis subiectiuè. Ratio primi est, quia virtus non est respectu naturalis appetibilis, ad hoc enim sufficit ratio potentiæ. Ratio secundi est, quia virtus moralis est cum delectatione, & suauitate, sicut natura; sed non est determinata ad vnum numero, sed se habet ad plura vniuersaliter, licet non ad oppositа moraliter, & cum hoc non est necessitas exercitij vt in natura. Vide supra.q.56.arti.5. Et secundùm Scotum in tertio distin.33. Virtus ideo mouet per modum naturæ quia quasi imperceptibiliter sine magna mora, &c. quia & prudẽtia nõ tardè deliberat cõparatiuè ad non prudentẽ. Vide ipsum in fine distinctionis. Sed vide infra.ar.4.ad primum, quia non intelligitur hoc dictum de prudentia. Consequenter cum dicit. Scotus

¶ Et hę quidem duæ significationes in nullo distinguuntur apud latinos quantum ad vocem; in greco autem distinguuntur, nam ethos, quod apud nos morem significat. quandoque habet primam longam, & scribitur per y grecam litteram, quandoque autem habet primam correptam, & scribitur per e.

¶ Ponit secundum notabile declarans distinctionem nominis, & vocis in greco diuersa significãtis, quia videlicet hæc vox mos aliter scribitur in greco secundùm diuersas significationes, sed in latino nullo modo variatur vox nec in productione, nec in modo scribendi, vt patet in littera clarè.

¶ Dicitur aut virtus moralis à more, secundùm quòd mos significat quandam inclinationem naturalem vel quasi naturalem ad aliquid agendum; & huic significationi moris propinqua est alia significatio qua significat consuetudinẽ, nã consuetudo quodammodo vertitur in naturã, & facit inclinationem similem naturali.

¶ Hic consequenter procedit ad responsionem propinquius, & ponit talem conclusionem respõsiuam. Non omnis virtus est moralis. Probatur, virtus moralis dicitur à more, secũdùm quòd mos significat quandam inclinationem naturalem vel quasi naturalẽ ad aliquid agendum, sed inclinatio ad actum propriè conuenit appetitiuæ virtuti, ergo virtus moralis est in vi appetitiua solùm (Suppletur) sed non est tantùm virtus in appetitu, sed etiam in intellectu, ergo non omnis est moralis. Huius rationis D. S. ponit primò maiorem. Secundò minorem cum conclusione, ibi. Manifestum est autem, &c. Maior ergo relinquitur nota, nec potest probari cum nomina significent ad placitum. Sed notat D.S. circa eã, quòd significationi eius qua significat inclinationem propinqua est significatio qua significat consuetudinem, &c. vt in littera. Dicitur notanter vel quasi naturalem, quia est naturalis obiectiua, quia videlicet ad bonum tantùm, & quo ad aliquem modum naturæ ex parte subiecti, quia cum delectatione, & suauitate, sed nõ est determinatio ad vnũ in numero, nec necessitas ex parte exercitij. Vide supra.q.56. art.4.ad primum, & art.5. Tunc ibi.

¶ Manifestum

¶ Manifestum est autem, quòd inclinatio ad actum propriè conuenit appetitiuę virtuti, cuius est mouere omnes potentias ad agendum, vt ex supra dictis patet. * & ideo nõ omnis virtus dicitur moralis, sed solùm illa quæ est in vi appetitiua.

* q.9.art.1.

¶ Ponit minorem quam probat; quia inclinatio ad actum propriè competit ei cuius est mouere ad actum, sed hoc est appetitiuę, ergo. Illa minor patuit supra. q.9.arti.1. Vnde concludit D. S. non omnis virtus, &c. vt in littera.

¶ Et nota, quòd virtus moralis est tantum potentiæ appetitiuæ, scilicet primò, & per se; si autem conuenit alteri potentiæ, hoc erit in ordine ad appetitũ, sicut prudentia est moralis aliqualiter, sed ipsa dependet à voluntate recta, & est in intellectu practico per habitudinem ad voluntatem, & dependet ab appetitu tanquam principia sua ab ipso habens, vt patet ex. 6. Ethicorum, & non solùm, quia vsus eius, & acquisitio ab appetitu dependeat. Secundò potest dici, quòd omnis virtus moralis per essentiam est potentiæ appetitiuæ. Sic autem prudentia non est moralis, sed solùm obiectiuè, & denominatione extrinseca, nec inclinat nisi in virtute appetiuę, si tamen debeat dici inclinare, sed magis præcipit, & hoc etiam in virtute appetitiuæ.

¶ Et confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ obiectio illa procedit de more, secundùm quòd significat consuetudinẽ.

¶ Negatur maior, non enim dicitur moralis virtus vt hic propriè loquimur à more secundùm quòd significat consuetudinem sed inclinationem vt patuit. Minor vera, ergo omnis est moralis, vt hic loquimur. Negatur consequentia, sed est moralis.i.cõsuetudinalis, vel ex consuetudine generata omnis virtus, sed nõ omnis est inclinatiua ad opus, sed tantùm quæ est in appetitu.

¶ Nota tamen, quòd nõ ex consuetudine generatur omnis virtus, sed humana acquisibilis, secus de moralibus infusis, quia illæ ex actibus non acquiruntur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd omnis actus virtutis potest ex electione agi, sed electionem rectam agit sola virtus quæ est in appetitiua parte animæ. Dictum est enim supra.* quòd eligere est actus appetitiuæ partis, vnde habitus electiuus qui scilicet est electionis principiũ, est solùm ille qui perficit vim appetitiuam quamuis etiã aliorũ habituum actus sub electione cadere possint.

* q.13.ar.1.

¶ Ad maiorem, virtus est habitus electius ad hunc sensum, quia facit rectã electionẽ saltẽ quo ad id, quod necessariò concurrit ad electionem. s. intentionẽ finis debiti, vt patuit. q.56.ar.4.ad quartũ & patebit etiam ar.4.huius quæstionis. Sed non dicitur electiuus solùm, quia actus eius sub electione cadere possit.

¶ Nota pro intellectu maioris, ꝙ virtus moralis est habitus electiuus, quia primò benè facit se habere ad finem bonum, qui bonę electioni prærequiritur, & illũ finẽ præstituit ratio naturalis, & prudẽtia fm actũ eubuliæ, & synesis. Secũdò est habitus electiuus, quia elicit electionem mediorũ. Et est tertiò habitus electiuus, ꝙa operatur opera exteriora ex electione interiori, & discretione prudentiæ, & non operatur vel afficitur ad media ex passione, sed ex iudicio rationis. Vide infra.q.74.ar.4. ad secundum vbi de hac materia agitur. Est electiuus, quia voluntas afficitur ei cuius habet virtutem, & imperat appetitiui sensitiuo vt eligat, potest enim eius actus vt subest voluntati dici electio, vel saltem secundum dispositionem appetitus sensitiui ipsa voluntas eligit, si aliud nõ placeat, scilicet ꝙ appetitus sensitiuus etiam imperatus eligat. Vnde negatur minor, quia quãuis actus cuiuslibet virtutis possit fieri ex electione, sed non omnis virtus inclinat ad finem bonum requisitũ ad electionem, nec eligit media ad finem virtutis mediante prudentia, nec exequitur secundùm directionem prudentiæ, nec omnis consulit vel præcipit de præacceptione vnius præ alio, quare negatur consequentia. Et nota, quòd in solutione dicit, quòd electio est appetitiuæ partis, in præcedentibus autem dixit, quòd sit rationis, quia vtrumque est verum, licet aliter, & aliter, & ergo nõ est contradictio, vt patuit supra.q.13.arti.primo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd natura est principium motus, sicut dicitur in 2. Physicorum. * mouere autem ad agendum proprium est appetitiuę partis, & ideo assimilari naturæ in consentiendo rationi est proprium virtutum, quæ sunt in vi appetitiua.

* Aristot. tex.3.

¶ Ad maiorẽ dico, ꝙ illa definitio virtutis conuenit virtuti, quę habet conuenientiã cũ natura in hoc, ꝙ est esse principiũ motus. Minorem nego, ꝙ omnis ordinetur ad bonũ vsum, ita ꝙ moueat ad ipsum, sed aliqua virtus stat in sola facultate, & nõ inclinat ad actum, vt patuit quæstionibus præcedentibus, vnde negatur illa, oportet quòd sit omnis, scilicet virtus rationi consentanea. Et dico, quòd hominis bonum est secundùm rationem esse, id est operari conformiter ad rectam rationem ad quod opus consentit, & inclinat appetitiua virtus, tamen præuio imperio prudentiæ.

Vtrum virtus moralis distinguatur ab intellectuali.

Infra q.62. ar.2.Et 3.d. 23 q.1.ar.4. q.3 ad 4.Et veri. q. 14. arti.3.ad 9. Et Virtu. q.1. art. 12. corp. Et 1. Eth.fin. * Li.19.c.1. & li.4.c.21. & li.15.c.3.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd virtus moralis ab intellectuali nõ distinguatur; dicit enim Aug. in li. de Ci. Dei.* quòd virtus est ars rectè viuendi, sed ars est virtus intellectualis, ergo uirtus moralis ab intellectuali non differt.

¶ 2 Præterea. Plerique in definitione virtutum moralium ponunt scientiam, sicut quædam definiunt, quòd perseuerantia est scientia vel habitus eorum quibus est immanendum vel non immanendũ, & sanctitas est scientia faciens fideles, & seruantes quæ ad Deum iusta, sciẽtia autem est uirtus intellectualis, ergo uirtus moralis non debet distingui ab intellectuali.

¶ 3 Præt. Aug. dicit in primo Soliloquiorum,* ꝙ uirtus est recta, & perfecta ratio, sed hoc pertinet ad uirtutẽ intellectualem, ut patet in sexto Ethicorum. * ergo uirtus moralis non est distincta ab intellectuali.

* Aug.c.6.

* Aristot. cap.ult.

¶ 4 Præterea. Nihil distinguitur ab eo, quod in eius definitione ponitur, sed uirtus intellectualis ponitur in definitione uirtutis moralis. Dicit enim Philosophus in secundo Eth.* quòd uirtus moralis est habitus electiuus existens in medietate determinata ratione prout sapiens determinabit; huiusmodi autem recta ratio determinans medium uirtutis moralis pertinet ad uirtutẽ intellectualem, ut dicitur in sexto Ethicorum. * ergo uirtus moralis non distinguitur ab intellectuali.

* Arist.c.6.

* Aristot. cap.ult.

¶ Sed contra est, quod dicitur in primo Ethicorum.* ubi determinatur uirtus secundùm differentiam hanc, dicimus enim harum, has quidem intellectuales, has uerò morales.

* Aristot. cap.ult.

¶ Habito, quòd non est omnis virtus moralis, cõsequenter quæritur hic an distinguatur moralis virtus ab intellectuali.

¶ Respondeo dicẽdum, quòd omnium humanorum operum principium primum ratio est, & quæcũque alia principia humanorum operum inueniuntur quodammodo rationi obediunt diuersimodè tamen, nam quædam rationi obediunt omnino ad nutum absque omni contradictione, sicut corporis membra si fuerint in sua natura consistentia, statim enim ad imperium rationis manus aut pes mouetur ad opus. Vnde Philosophus dicit in primo Politicorũ. * quòd anima regit corpus despotico principatu, id est sicut dominus seruum, qui ius contradicendi non habet.

* Arist.c.6.

¶ In hoc corpore articuli D.S. tria principaliter facit. Primò ponit quoddam notabile fundamentale in ista materia. Secundò recitat opinionem quandã, & eam reprobat ibi. Posuerũt ergo, &c. Tertiò respondet ad quæsitum, ibi. Sic igitur, &c. Quo igitur ad primum hoc est notabile fundamentale, quod est radix in ista materia, quia ratio est principium humanorum actuum, & per consequens cum principium in aliquo genere sit per se tale, & alia nõ nisi per ipsum, sequitur quòd quęcunque alia principia humanorum actuum obediunt rationi, ita quòd sunt principia actuũ humanorum vt mouentur à ratione, & per consequens oportet, ꝙ ei obediant; sed in his, quæ obediunt, & sunt principia humanorũ actuũ est differentia, quia sunt ꝙplicia. Quædã obediũt sine cõtradictione, quædã cũ cõtradictione, vt clarè in littera deducitur.

¶ Et nota, ꝙ illud notabile est fundamentũ, ideo quia si omnia obedirent ad nutum non oporteret ponere virtutem, & per consequens, si appetitus est huiusmodi, nõ erit in eo aliqua virtus quã nos dicimus moralem, & per consequens moralis non est distincta contra intellectualem, quia non entis nõ est distinctio saltem positiua, & quæ sit relatio realis.

¶ Posuerunt igitur quidam, quòd omnia principia actiua quæ sunt in homine hoc mõ se habẽt ad rõnẽ.

¶ Hic consequenter D.S. recitat quandam opinionem Socratis circa quam primò præmittit fundamentum huius opinionis. Secundò applicat fundamentum exprimendo ipsam opinionem ibi. Quod quidem, &c. Tertiò eandem reprobat cum fundamento suo ibi. Hoc autem, &c. Subinfert ergo primò D.S. fundamentum opinionis Socraticæ, quia tenuit Socrates, quòd omnia mobilia à ratione, quæ sunt principia humanorum actuum, mouerentur absque contradictione, & regerentur regimine despotico. Consequenter cum dicit.

¶ Quod

¶ Quod quidem si verum esset sufficeret, quòd ratio esset perfecta ad benè agendum, vnde cum virtus sit habitus quo perficimur ad benè agendum, sequeretur ꝙ in sola ratione esset, & sic nulla virtus esset nisi intellectualis. Et hæc fuit opinio Socratis, qui dixit omnes virtutes esse prudentias, vt dicitur in sexto Ethicorum.* Vnde ponebat, quòd homo scientia in eo existente peccare non poterat, sed qnicunque peccabat, peccabat propter ignorantiam.

* Aristot. cap. ult.

¶ Applicat, & infert ex hoc fundamento opinionem Socratis, quia si esset verum sequeretur opinio sua, & intentum eius, quia virtus ponitur vt sit perfectio ad agendum, & in ea potentia, quæ habet difficultatem ad opus virtuosum; quare si appetitus ex se naturaliter moueretur sine contradictione, & difficultate, non oporteret ponere in eo virtutem, sed sufficeret perfectio rationis, sicut in brachio præter dispositionem naturalem non oportet ponere virtutem additam, vt exequatur imperium rationis. Vnde sequeretur, quòd solùm esset intellectualis virtus, & per cõsequens nulla moralis, quia dicitur moralis ab appetitu, vt patuit arti. 1. Et ita opinatus fuit Socrates, qui dixit omnes virtutes esse prudentias, ita quòd iustitia esset ratio recta attribuendi debitum. Temperantia recta ratio benè se habendi in concupiscentijs, & delectationibus tactus, & sic de alijs. Posuit etiam, quòd scientia inexistente, homo non posset peccare. Tunc ibi.

¶ Hoc autẽ procedit ex suppositione falsi, pars enim appetitiua obedit rationi non omnino ad nutum, sed cũ aliqua contradictione vnde Philosophus dicit in primo Politicorum. * quòd ratio imperat appetitiuæ principatu politico, quo scilicet aliquis præest liberis qui habẽt ius in aliquo cõtradicẽdi vnde & Aug. dicit super Psal.* ꝙ interdum præcedit intellectus, & sequitur tardus aut nullus affectus intantũ, quòd quandoq; passionibus vel habitibus appetitiuæ partis hoc agitur, vt vsus rationis in particulari impediatur.

* Arist. c. 3.

* Psal. 118. super illud. Cõcupiuit anima mea circa finem concionis s. in illum Psal.

¶ Reprobat fundamentum Socratis, & primò hoc facit. Secundò ex illa reprobatione verificat aliqualiter quoddã dictum eiusdem, ibi. Et secũdùm hoc, &c. Circa primum notat D. S. quòd falsum est, quòd pars appetitiua obediat sine contradictione, & ad nutum in quo fundatur opinio Socratis. Et hoc dupliciter. Primò auctoritate Philosophi. Secundò auctoritate beati Augusti. Patet auctoritas Philosophi. Auctoritas autem beati Augusti vult, quòd possit esse ratio recta, & tamẽ nullus sequitur aut tardus affectus, ergo non est verũ, quòd appetitiua cuius est affectus statim sequatur rationem perfectam, quia per passiones & habitus prauos partis appetitiuæ, quandoq; impeditur vsus rationis in particulari, vt patebit magis infra. q. 77. ar. 2. Consequenter ibi.

¶ Et secundùm hoc aliqualiter verum est, quòd Socrates dixit.* quòd scientia præsente non peccatur, si tamen hoc extẽdat vsq; ad vsum rõnis in particulari eligibili.—

* Li. 6. Eth. com. 5.

¶ Verificat aliqualiter ex iam dictis illud, quod Socrates dixit, scilicet quòd homo scientia in eo existente, peccare non poterit; quia hoc non est verum de scientia vniuersali, vt patuit, tamen est vera de scientia particulari, ita quòd si ratio existat perfecta in vniuersali, & particulari, tunc non peccatur, & si ita intellexit Socrates, benè dixit. ¶ Nota circa hæc diligenter intellectum auctoritatis beati Aug. quia vt patet D. S. eam intelligit, & sic intelligẽda est, quòd ratio in vniuersali potest esse recta, & tamen, quòd sequatur nullus affectus vel tardus, sed non habet ex ea, quòd ratio possit esse perfecta in particulari, & pfectione præceptiua, & nullus sequatur affectus. Quare sequitur, quòd Scotus ex ista auctoritate nihil firmamenti habeat volens per hoc, ꝙ prudentia possit esse sine moralibus, quia vt iam frequenter replicatum est, prudentia est recta ratio in particulari, & præceptiua ad quam non potest non sequi bonus affectus, & bonum opus vt patebit infra q. 65. ar. 1. Potest ergo præcedere intellectus vniuersalis, & non sequitur affectus, potest præcedere intellectus particularis consultiuus vel iudicatiuus, & non sequitur affectus, sed non præcedit intellectus particularis, & præceptiuus qualis est prudentia, esto enim sensualitas inuita sequatur habituata vitijs, & tamen oportet, quòd sequatur rationis imperium. Et hæc nota, quia Scotus ex illa auctoritate nihil fauoris habet.

Scotus.

¶ Sic igitur ad hoc, quòd benè agat requiritur, quòd non solùm ratio sit benè dispositа per habitum virtutis intellectualis, sed etiam, quòd uis appetitiua sit benè dispositа per habitum uirtutis moralis. Sicut igitur appetitus distinguitur à ratione, ita uirtus moralis distinguitur ab intellectuali.

¶ Reprobata falsa opinione Socratis, consequenter D. S. ponit veritatem, & respondet tali conclusione. Virtus moralis distinguitur ab intellectuali. Circa hanc conclusionem D. S. primò probat eam. Secundò elicit ex hoc quoddã corollariũ, ibi. Vnde sicut, &c. Probatur ergo conclusio sic. Ad hoc, quòd homo benè agat, requiritur, quòd non solùm ratio sit benè dispositа per habitum virtutis intellectualis, sed etiam, quòd vis appetitiua sit benè dispositа per habitum virtutis moralis; sed appetitus distinguitur à ratione, ergo moralis ab intellectuali. Maior patet ex reprobatione fundamenti Socratis, & ex dictis. q. 56. arti. 4. Minor supplebitur ex prima parte q. 80. ar. 1. ac si argueretur breuiter, quecunq; virtus est in appetitu oportet, ꝙ distinguatur ab ea, quæ est in ratione, sed moralis est in appetitu intellectualis in ratione, ergo, &c. Tuncibi.

¶ Vnde sicut appetitiuum est principium humani actus secundùm hoc, quòd participat aliqualiter rationẽ, ita habitus moralis habet rationem virtutis humanæ inquantum rationi conformatur.

¶ Elicit corollarium innuens præeminentiam intellectualis supra moralem, & dependentiam moralis à ratione; Habitus moralis habet rationem virtutis humanæ inquantum rationi conformatur. Probatur, sicut se habet appetitiuum ad esse principium humani actus, ita habitus eius ad esse virtutem, sed appetitiuum est principium humani actus, secundum ꝙ aliqualiter participat rationẽ, ergo habitus eius qui est moralis habet rationẽ virtutis, &c. Maior patet extra litteram, quia ex actibus humanis bonis generatur virtus, ergo si non producit actum humanum nisi in ordine ad rationem, non erit capax virtutis nisi in ordine ad rationem. Minor patuit supra sæpius.

¶ Confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd August. communiter accipit artem pro qualibet recta ratione, & sic sub arte includitur etiam prudentia, quæ ita est recta ratio agibilium sicut ars est recta ratio factibilium; & secundùm hoc, quòd dicit, quod uirtus est ars rectæ uiuẽdi essentialiter conuenit prudentiæ, participatiuæ autem alijs uirtutibus prout secũdũ prudẽtiã diriguntur.—

¶ Ad maiorem, debet sic intelligi, virtus est ars, &c. si intelligitur vniuersaliter de virtute morali, tunc extenditur ars dupliciter. Vno modo ad rationem agibilium. Secundò ad id, quod etiam participat talem rationem, & non solùm ad rationem essentialiter prout est ratio agibilium. Ad minorem, ars propriè dicta, & etiam ars agibilium est intellectualis quo ad subiectum, sed ars solùm participatiuè (scilicet ea, quæ est in appetitu) non est intellectualis. Vnde negatur consequentia, quia ars, vt accipitur ab Aug. extendit se ad intellectualem, & ad participantem intellectualẽ, quæ potest esse moralis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd tales definitiones à quibuscunque inueniantur datæ processerunt ex opinione Socratica, & sunt exponendæ eo modo quo de ante prædictum est.* Et similiter dicẽdum est ad tertiũ.— Ad 2. part.

¶ Ad maiorem dicitur dupliciter. Primò, ꝙ illę definitiones processerunt ex opinione Socratica. Et secundò dico, quòd possunt exponi, quòd sunt scientiæ quædam participatiuæ, accipiendo scilicet scientiam pro habitu intellectuali, puta prudentia, sicut ab Augustino dicuntur ars, ita scientia, &c.

¶ Ad tertij maiorem dicuntur ratio, id est rationales per participationem. Minor negatur, quòd rationale per participationem pertineat ad virtutem intellectualem, immo etiam ad appetitiuã virtutem quæ conformatur rationi, &c.

¶ Ad quartum dicendum, quòd recta ratio, quæ est secundùm prudentiã, ponitur in definitione uirtutis moralis non tanquàm pars essentiæ eius, sed sicut quoddam participatum in omnibus uirtutibus moralibus, inquantum prudentia dirigit omnes uirtutes morales.—

¶ Ad maiorem vera, nihil distinguitur, quod ponitur in definitione tanquam genus vel differentia, scilicet distinctione reali. Et secundò negatur maior de definitione additamentali. Dico enim quòd potentiæ, & huiusmodi respectiua (respectu transcendente) necessariò definiuntur per obiecta, & terminos, quæ tamen realiter distinguuntur, sed hoc est propter necessariam dependentiam. Ita dico in proposito, quòd omnes necessariò dependent à prudẽtia in esse virtutis, ergo per eam definiuntur sicut per id à quo dependẽt, vide Capreolum in tertio circa finem. Sed sic negatur minor, quia ponitur virtus intellectualis, scilicet prudentia tanquàm quoddam participatum à moralibus in quarum definitione ponitur, quia dirigit eas, & moderatur quo ad media eligenda ad finem, ad quem benè afficiũt morales. De hac solutione habet etiã D. S. secunda secundæ. q. 47. arti. 5. ad primum. Et non est inconueniens, quòd vna species distincta participetur ab alijs sicut patet de sole, &c.

Capreolus

¶ Nota, quòd Scotus arguit, quòd prudentia sit prior, quia desinit alias, & per consequens non connexa cum alijs moralibus. Sed hoc soluit D. S. infra. q. 58. ar. 5. ad primum, & tertium. Potest enim prudentia

Scotus.

prudentia definiri, & esse prior in vno ordine, scilicet prioritate causalitatis in uno ordine, & tamen non est prior duratione vt Scotus vult, sed ad definiens sufficit prioritas naturę, & quandoq; simultas, vt patet in relatiuis,

Scotus.

Vtrum sufficienter diuidatur virtus humana per intellectualem, & moralem.

TAD tertium sic proceditur. Videtur, quòd virtus humana non sufficienter diuidatur per virtutem moralem, & intellectualem. Prudentia enim videtur esse aliquid medium inter virtutem moralem, & intellectualẽ, cõnumeratur enim virtutibus intellectualibus in 6. Ethicorum.* & etiam ab omnibus communiter connumeratur inter quattuor virtutes cardinales, q̃ sunt morales, vt infra patebit.* non ergo sufficienter diuiditur uirtus per intellectualem, & moralem sicut per immediata.

* Arist. c. 3. & 5.

* q. 61.

¶ 2 Præterea. Continentia, & perseuerantia, & etiã patientia non computantur inter virtutes intellectuales, nec etiam sunt virtutes morales, quia non tenent mediũ in passionibus, sed abundãt in eis passiones, nõ ergo sufficienter diuiditur virtus per intellectuales, & morales.

¶ 3 Præterea. Fides spes, & charitas quædam virtutes sunt, non tamen sunt virtutes intellectuales; hæ enim solùm sunt quinque, scilicet sciẽtia, sapientia, intellectus, prudentia, & ars, vt dictum est.* nec etiam sunt virtutes morales, quia non sunt circa passiones circa quas maximè est moralis virtus, ergo virtus non sufficienter diuiditur per intellectuales, & morales.

* q. 57. ar. 2. & 3.

¶ Sed contra est, quod Philosophus dicit in 2. Ethicorum.* duplicem virtutem hanc quidem intellectualem illam autem moralem.

* Arist. c. 1.

¶ Hic ex dictis quærit de diuisione virtutis humanæ. An sufficienter diuidatur per moralem, & intellectualem.

¶ Respondeo dicẽdum, quòd virtus humana est quidam habitus perficiens hominem ad benè operandum, principium autem humanorum actuum in homine non est nisi duplex. s. intellectus siue ratio, & appetitus, hæc enim sunt duo mouentia in homine vt dicitur in 3. de Ani.* vnde omnis virtus humana oportet, quod sit perfectiua alicuius istorum principiorum.

* Arist. tex. 41. & seq.

¶ Conclusio responsiua est ista, omnis virtus humana est intellectualis aut moralis. Et notanter dicit humana propter solutionẽ tertij. Probatur, omnis virtus humana oportet, quòd sit perfectiua aut rationis aut appetitus, sed si perficit intellectum speculatiuũ, aut practicum est intellectualis, si autem appetitiuam potentiam erit moralis igitur, &c. Huius rationis D. S. primò ponit, & probat maiorem. Secundò minorem inferens in fine ipsam conclusionem, ibi. Si quidem igitur, &c. Maior ergo probatur. Virtus humana est illius, quod est principium humani actus. s. motiuè, & nõ tantùm passiuè, subintellectus prius dictis, ꝙ scilicet est in potentia ad multa, & non obedit ad nutum rationi propter mẽbra exteriora, sed principium humanorum actuum est solùm duplex in homine, scilicet ratio, & appetitus, ergo, &c. Minor ista probatur ex tertio de anima, quia ista duo tantùm sunt mouentia, sed membra exteriora, sunt tantùm mota, & exequentia, ergo, &c.

¶ Nota tamen circa hoc, quòd D. S. dicit duo mouentia esse. s. intellectum siue rationem, & appetitum, quia magis ratio mouet quàm intellectus vt sic; & præterea ista duo mouentia sunt ordinata, quia scilicet appetitus mouet, sed executiuè, & ad exercitiũ motus, à ratione quo ad specificationem, & hoc effectiuè. Appetibile enim apprehensum mouet appetitum, & ambo simul concurrunt vt completum principium appetitionis, quæ mouet executiuè, vnde Philosophus habet ibidem & 12. Metaphy. tex. com. 36. quòd appetibile est mouens immobile. Tunc ibi.

¶ Si quidem igitur sit perfectiua intellectus speculatiui vel practici ad bonum hominis actum, erit virtus intellectualis, si autem sit perfectiua appetitiuæ partis; erit uirtus moralis, vnde relinquitur, quòd omnis virtus humana, vel est intellectualis vel moralis.

¶ Subiungit minorem principalem, quæ relinquitur nota ex supradictis ar. 1. quia dicitur intellectualis ab intellectu, & moralis ab inclinatione, q̃ est appetitus, vnde subinfert ipsã cõclusionẽ.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsiuam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd prudentia secũdùm essentiam suam est intellectualis virtus, sed secundùm materiam conuenit cũ virtutibus moralibus, est eñ recta ratio agibilium, vt supra dictum est.* & secundùm hoc virtutibus moralibus connumeratur.

* q. 57. ar. 4

¶ Maior negatur essentialiter, ita quòd per essentiã non sit moralis nec intellectualis. Dico enim, quòd per essentiam est intellectualis, quasi habitus intellectus, sed ratione materiæ circa quam, connumeratur moralibus. quia est etiam de agibilibus. i. actionibus humanis, de quibus sunt morales, tamen sub alia ratione, scilicet veri. virtutes autem sunt de ipsis sub ratione boni; videt enim prudentia an verè congruant media bono fini, & ita prudentia est de vero motiuè, & dictamen suum terminatur ad bonum, vnde est boni terminatiuè. Dicit enim finaliter prudentia, quòd hoc mediũ sit bonum, sed mouetur ad considerandum ipsum an sit verum, ꝙ valeat ad talem finem, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd continentia, & perseuerantia non sunt perfectiones appetitiuæ virtutis sensitiuę, quod ex hoc patet, quòd in cõtinente, & perseuerante superabundant inordinatę passiones, quod non esset, si appetitus sensitiuus esset perfectus aliquo habitu conformante ipsum rationi. Est autem continentia seu perseuerantia perfectio rationalis partis quæ se tenet cõtra passiones ne deducatur, deficit tamen à ratione virtutis, quia virtus intellectiua quæ facit rationem se benè habere circa moralia præsupponit appetitum rectum finis, vt rectè se habeat circa principia, ideſt fines ex quibus ratiocinatur, quod continenti, & perseueranti deest, Neque etiam potest esse perfecta operatio, quæ a duabus potentijs procedit nisi vtraque potentia perficiatur per debitum habitum; sicut non sequitur perfecta actio alicuius agentis per instrumentum (si instrumentum non sit benè dispositum) quantumcumque principale agens sit perfectum; vnde si appetitus sensitiuus quem mouet rationalis pars non sit perfectus, quãtumcumque rationalis pars sit perfecta, actio consequens non erit perfecta, vnde nec principium actionis erit virtus, & propter hoc continentia a delectationibus, & perseuerantia à tristitijs non sunt virtutes, sed aliquid minus virtute, vt Philosophus dicit in 7. Ethicorum.* —

Dub. 2. 9.

* Arist. c. 1.

¶ Ad antecedens, verum est, quia non includunt perfectionem appetitus. Et continentia est cum inordinatione appetitus sensitiui circa passiones, nec cõsumatiua est operis boni; perseuerãs etiã dicitur in proposito, quando aliquis resistit vehementibus tristitijs, quæ sunt de defectu delectationum cibi, & potus, & aliorũ necessariorũ vitæ. Talis enim habet etiam immoderatas passiones, ideo est aliquid imperfectum in genere virtutis. Similiter patientia capitur hic, quæ est in magnis tristitijs inordinatis, non tamen fugit vt patet infra. q. 59. ar. 1. De continentia autem supra dictum est, ꝙ est voluntatis ne seducatur per passiones. Vnde est cũ prauo appetitu, & per consequens minus quàm virtus, quæ non stat cum prauo appetitu. Sed negatur consequentia, quia non sunt virtutes perfectæ, ideo non oportet, quòd sint morales vel intellectuales. Sed si capitur perseuerantia secundùm quòd aliquis in quocunq; difficili diu persistit, hoc potest conuenire etiam habenti perfectã virtutem, tunc potest, & est virtus. Similiter patientia, si capitur secundùm, quòd quis quæcunque nocentia ab alijs illata laudabiliter sustinet, sic est virtus, sed Phil. vult ꝙ non sit virtus secundùm quòd quis non fugit propter tristitias intrinsecus consurgentes, de malis naturalibus. De perseuerantia quomodo accipitur tripliciter. vide infra q. 110. ar. 10. & secunda secundæ. q. 137. ar. 1. ad primum, &c. ¶ Nota autem D. S. qui dicit, ꝙ continentia seu perseuerantia est rationalis partis, ideſt potentiæ alicuius inorganicæ, & immaterialis scilicet voluntatis. Et de hoc habet D. S. secunda secundæ q. 138. ar. 2. ad secundum, quòd illa perseuerantia de qua loquitur Philosophus non moderatur aliquas passiones, sed consistit in quadam firmitate rationis, & voluntatis. Sed perseuerantia secundùm quòd ponitur virtus, moderatur aliquas passiones, scilicet timorem fatigationis aut defectus propter diuturnitatem. Vnde hæc virtus est in irascibili, sicut & fortitudo. Hæc ille. Ex quo patet, quòd D. S. hic non loquitur de perseuerantia virtute, sed habitu firmante rationem, & voluntatem vt persistat in bono rationis etiam cum abundantia passionum diuturna. Differunt autem cõtinentia, & perseuerantia, quia continentia firmat partem rationalem, ne seducatur a delectationibus. Vnde 7. Ethic. Continentia est circa ea circa quæ est temperantia. Perseuerantia vt diu sustineat, & maneat in bono rationis, & non frangatur à malo diu sustinendo, quod opponitur delectationi tactus vide secũda secũdæ

vbi iam, arti. 1.ad primum. Est enim perseuerantiæ vt hic loquitur sustinere mala opposita delectationibus tactus, quæ attenduntur circa necessaria vitæ, quando quis de huiusmodi malis multum tristatur, & bonis oppositis multum afficitur, vtpote non habens perfectam virtutem modificantem huiusmodi passiones. Quare dicit D.S. hic in solutione, quòd perseueranti deest appetitus recti finis, videlicet appetitus seusitiuus in materia passionum. Vnde patet hoc secundum, quòd habitus vt se extendit etiam ad aliquo modo laudabile non sufficienter diuiditur, sed virtus plus dicit quàm habitus, &c.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ fides spes & charitas sunt supra virtutes humanas, sunt enim virtutes hominis prout est factus particeps Diuinæ gratiæ.

¶ Ad maiorem. Sunt virtutes fides, spes, & charitas sed non humanæ, quæ hic diuiditur. Conceditur minor, cum probatione, & consequens vt iacet, quia hic non sufficienter diuiditur virtus, nec hoc dictum est, sed dictum est de virtute humana. Hæc enim sufficienter diuiditur per intellectualem, & moralem. Habitus enim de quibus dictum est in solutione præcedenti, sunt minus virtute humana. Fides autẽ, &c. sunt plus quàm humana virtus, ideo nullum eorum cõprehenditur sub diuiso. Nec per consequens oportet, quòd sub aliquo diuidentium, &c.

Vtrum virtus moralis possit esse sine intellectuali.

V Infra ar. 5. corp. * Lib. 2. de inuẽtio. fo. 4.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd virtus moralis possit esse sine intellectuali. Virtus enim moralis vt dicit Tullius. * est habitus in modum naturæ rationi consentaneus; sed natura, & si consentiat alicui superiori rationi mouenti, non tamen oportet, q̃ illa ratio naturæ coniungatur in eodem, sicut patet in rebus naturalibus cognitione carentibus; ergo potest esse in homine virtus moralis in modum naturæ inclinans ad cõsentiendum rationi, quamuis illius hominis ratio non sit perfecta per virtutem intellectualem.

¶ 2 Præterea. Per virtutem intellectualem homo cõsequitur rationis vsum perfectum; sed quandoq; contingit, q̃ aliqui in quibus non multum viget vsus rationis sunt virtuosi, & Deo accepti; ergo videtur, quòd virtus moralis possit esse sine virtute intellectuali.

1.2.ar. ¶ 3 Præterea. Virtus moralis facit inclinationem ad benè operandum, sed quidam habent naturalem inclinationem ad benè operandum etiam absque rationis iudicio; ergo virtutes morales possunt esse sine intellectuali.

*Greg. c.1. ¶ Sed contra est, quod Greg. dicit in 2. Moralium * q̃ cæteræ virtutes, nisi ea quæ appetunt prudenter agãt, virtutes esse nequaquam possunt; sed prudentia est virtus

* q.57.ar.4. intellectualis, vt supra dictum est. * ergo uirtutes morales non possunt esse sine intellectualibus.

¶ Hic consequenter quærit de mutua dependentia moralium, & intellectualiũ; & primò moralium ab intellectuali, secũdò è contra in sequenti articulo.

¶ Respondeo dicendum, quòd virtus moralis potest quidem esse sine quibusdam intellectualibus uirtutibus sicut sine sapientia, scientia & arte; non autem potest esse sine intellectu, & prudentia.

¶ Conclusionem responsiuam D.S. ponit talem in corpore. Virtus moralis potest esse sine quibusdam intellectualibus virtutibus quæ sunt speculatiuę, & factiuę, sicut sine sapientia scientia, & arte; non autem sine intellectu, & prudentia. Hanc conclusionẽ ponit in principio, & relinquit primam partem eius notam. Sed secundò probat eam quo ad secundã partem, ibi. Sine prudẽtia, &c. Prima ergo pars conclusionis relinquitur nota, quia ad experiẽtiam apparet multos esse bonos, & virtuosos, qui carẽt habitibus speculatiuis intellectualibus, & similiter arte, vt est ratio factibilium. Consequenter cum dicit.

¶ Sine prudentia quidem esse non potest moralis uirtus, quia moralis uirtus est habitus electiuus, ideſt faciẽs bonam electionem. Ad hoc autem, quòd electio sit bona duo requiruntur. Primò ut sit debita intentio finis, & hoc fit per uirtutem moralem, quæ uim appetitiuã inclinat ad bonum conueniens rationi, quod est finis debitus. Secundò ut homo rectè accipiat ea, quæ sunt ad finem, & hoc non potest esse nisi per rationem rectè cõsiliantem iudicantem, & præcipiẽtem, quod pertinet ad prudentiã, & ad virtutes sibi annexas ut supra dictũ est. * q.57.ar. unde uirtus moralis sine prudentia esse non potest.

¶ Probat secundam partem conclusionis. Et primò de prudentia. Secundò de intellectu, ibi. Et per consequens, &c. Circa primũ arguitur sic. Moralis virtus est habitus electiuus, ad sensum supra dictum ar. 1. ad secundum, & infra q. 74. ar. 4. ad secundum, id est faciens bonam electionem. Minor suppletur. Sed bona electio nõ potest esse sine prudentia, igitur nec virtus moralis. Maior est nota ex definitione virtutis 2. Ethicorum. Minor probatur in littera. Ad hoc, q̃ electio sit bona, requiritur debita intentio finis, quæ sit per virtutem moralem, & recta acceptio eorum quæ sunt ad finẽ. Sed illud secundum non potest esse nisi per prudentiam cum virtutibus sibi adiunctis, igitur, &c. Deinde ibi.

¶ Et per consequens nec sine intellectu; per intellectũ enim cognoscuntur principia naturaliter nota tã in speculatiuis quã in operatiuis; unde sicut recta ratio in speculatiuis inquantum procedit ex principijs naturaliter cognitis præsupponit intellectum principiorum, ita etiã prudentia quæ est recta ratio agibilium.

¶ Ex præcedenti parte probata probat etiam, q̃ non possit esse virtus moralis sine intellectu sic. Virtus moralis nõ potest esse sine prudentia, ergo nec sine intellectu. Antecedẽs patuit, probatur consequentia à simili. Ratio recta in speculatiuis, & supponit intellectum principiorum dũ procedit ex principijs naturaliter notis ad conclusiones, & non potest esse sine habitu principiorum, igitur & ratio recta in agibilibus, quæ est prudentia, præsupponit intellectum principiorum operabilium, vel agibilium. Probatur consequentia, quia per intellectum cognoscuntur principia naturaliter nota tam in speculatiuis quàm in operatiuis.

¶ Sed hic nota, q̃ D.S. hic non distinguit inter intellectum, & synderesim, sed sub intellectu vtrumq; comprehendit, vtens nomine intellectus pro habitu principiorum naturaliter notorum siue in speculatiuis siue in agibilibus. Sed secunda secundæ. q.47. ar.6. ad primum loquitur expresse de synderesi. Et adhuc clarius prima parte. q.79. ar.12. in corpore, quia videlicet synderesis præstituit finem moralibus, qui finis se habet vt principium in speculatiuis. Dictat enim ratio naturalis, q̃ sit temperatè viuendum, & huic dictamini voluntas se naturaliter conformat, & ratio, & voluntas mouent etiam appetitum sensitiuum ad hunc finem. Prudẽtia verò excogitat media ad ipsum. Et ergo, si virtus moralis præsupponit rationem rectã de mediis, quæ dependent ex fine, multò magis dependent ex principio huiusmodi mediorũ, quod principiũ originale, & primũ proponens finẽ appetitui, & virtuti morali est habitus principiorũ, id est finium, qui est synderesis. Quare sicut prudentia est nobilior virtutibus moralibus, inquantũ mouet, & dirigit eas, sic synderesis est nobilior prudentia, & mouet eam sicut intellectus habitus speculabilium scientiam.

¶ Nota propter iam dicta, quòd Philosophus 2. posteriorum circa finem loquitur de habitibus principiorũ pluraliter propter diuersitatem principiorum speculabilium, & agibilium. Vnde verba sua sunt hæc. Neque igitur determinati habitus neque ab aliis habitibus fiunt notioribus. Quare duo sunt habitus principiorum distincti specificè, sed D.S. hic sub nomine vnius comprehẽdit, &c. reliquum. ¶ Nota etiam, & vide infra q. 66. ar. 3. ad tertium, quia esto ẽm D.S. alibi, & prudentia aliqualiter præstituat finem in executione, scilicet iudicando, & dictando, & præcipiendo in particulari quid sit mediũ rationis quo ad hunc, & quomodo agẽdum, & quid agendum; tamen hoc nõ fit sine affectione bona ad finem virtutis in communi per rationem naturalem præstitutum ideo quia prudentia præstituit vt consequendum efficaciter ab illo, ideo requirit virtutem moralem, quia stante recto iudicio uniuersali, stat falsum in particulari propter passiones.

ARGVMENTVM in contrarium est pro secunda parte conclusionis, & præsertim quo ad prudentiam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd inclinatio naturæ in rebus carentibus ratione est absq; electione, & ideo talis inclinatio non requirit ex necessitate rationem; sed inclinatio uirtutis moralis est cum electione, & ideo ad suam perfectionem indiget, quòd sit ratio perfecta per uirtutem intellectualem.

¶ Maior vera, tamen hoc saluo, quod inclinat cum electione, & non determinatè ad vnum sicut natura in rebus carentibus cognitione, sed est simile, quòd virtus facit inclinationem conueniẽtem naturę, & promptam, & suauem. Et secundò sicut natura facit promptè sequi motionem agentis naturalis sic virtus facit sequi dictamen rectæ rationis quocunque modo ratio dicitet. Vnde dicitur virtus non natura, sed ad modum naturæ rationi cõsentaneæ; quia non est adeo determinata sicut natura, & sequitur tamẽ prõptè discretionem rationis, & intelligitur de virtute morali; vnde non benè extenditur ad prudentiam, nec oportet difficultare, vt Scotus videtur facere, quomodo prudentia per modum naturæ consilietur

Scotus

consilietur, &c. Minor est vera, quia opera naturæ sunt opera intelligentiæ non errantis, & possunt esse ab extrinseca ratione mediante principio naturali, indito, sed in operibus virtutum est libertas, & electio quæ ad sui perfectionem, vt scilicet sit bona vt in pluribus, requirit prudentiam adiungi; nam non sequitur actio humana determinatam formam sicut opus naturale, sed est liberũ ideo negatur consequentia. Et de his fuit aliquid tactum supra q. 26. ar. 1. Quomodo appetitus naturalis sequitur apprehensionem separatam non autem appetitus rationalis qui sequitur iudicium liberum, quod est in potestate appetentis sicut, & appetitus eius, igitur vt perfectè appetat requiritur perfecto rationis, &c.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd in uirtuoso nõ oportet, quòd uigeat usus rationis quantum ad omnia, sed solùm quantum ad ea quæ sunt agenda secundùm uirtutẽ, & sic usus rationis uiget in omnibus uirtuosis, unde etiã qui uidentur simplices, eo quòd carent mundana astutia, possunt esse prudentes, secundùm illud Matth. 10. Estote prudẽtes sicut serpẽtes, & simplices sicut colũbæ.

¶ Ad maiorem dico, q̃ per virtutem intellectualem vnam, quæ est prudentia non acquirit vsus rationis perfectus quo ad omnia, sed solùm quantum ad ea, quæ sunt virtutis. Ad minorem, dico q̃ non viget vsus rationis quo ad subtilitatem mundanam, & philosophicam, tamen viget quo ad agibilia humana, esto videantur simplices quo ad ignorantiam dolositatis, & si quis Deo acceptus, & in gratia non haberet vsum rationis talis non haberet prudentiam humanam acquisitam, habet tamen infusam. Et is qui habet gratiam cum aliquo vsu rationis, ille habet saltem illam industriã vt sciat se debere quærere consilia aliorum, vnde de illo verbo argumenti, & Deo accepti, vide secunda secundæ q. 47. ar. 14. an prudentia sit in omnibus habentibus gratiam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd naturalis inclinatio ad bonum uirtutis est quædam inchoatio uirtutis non autẽ est uirtus perfecta, huiusmodi enim inclinatio quãtò est perfectior tantò potest esse periculosior, nisi recta ratio adiungatur per quam fiat recta electio eorum, quæ cõueniunt ad debitum finem; equus currens si sit cæcus tantò fortius impingit, & lęditur quantò fortius currit, & ideo etsi uirtus moralis nõ sit ratio recta, ut Socrates dicebat non solùm est secundùm rationem rectam inquãtum inclinat in id, quod est secundùm rationem rectam ut Platonici posuerunt, sed etiam oportet, q̃ sit cum ra-

*Arist.cap. ult. tione recta ut Aristo. dicit in 6. Ethicorum. *

¶ Ad maiorem, virtus moralis facit inclinationem ad benè operandum perfectè videlicet quantum ad substantiam, & quantum ad modum, & alias circunstantias, ita quòd in tali bona inclinatione includitur ordo rationis perfectæ. Ad minorem, dico q̃ talis inclinatio absque recta ratione non est virtus perfecta, immo nec virtus, immo potest esse periculosa nisi recta ratio adiũgatur sicut D.S. declarat de æquo cæco, vnde quòd tales habent inclinationẽ ad benè agendum absque iudicio rationis, negatur de benè operari simpliciter, habent quidem inclinationem ad bonum agendũ ex genere, sed non ad benè, vt patuit q. 57. ar. 5. Quare patet, quòd quamuis virtus moralis non sit recta ratio essentialiter, scilicet vt Socrates voluit, nec tamen sufficit, q̃ sit secundùm rationem rectã, ita q̃ aliquis faciens ad quod inclinatur, quod in veritate est bonũ ex directione alterius; sed oportet, quòd virtus moralis sit cum ratione recta in eodem supposito, quia vt iam patuit, si quis inclinetur ad aliquod de genere bonorum secundùm substantiam, quod est esse secundum rationem rectam, non facit benè moraliter nisi faciat discretè, & obseruet circunstãtias bonas, ad quod requiritur vt virtuti assit, & assistat ratio recta eam moderando, & benè dirigẽdo in eodem supposito; unde inclinatio quam aliquis habet ad abstinendum, & ad opera parsimoniæ est secundum rationẽ rectã, sed nisi sit cum ratione recta in exequendo parsimoniã, ita q̃ non abstineat à cibo necessariò ad vitam, & abstinendo facit se impotentem ad meliora opera, non est talis inclinatio virtutis, sed vitij. Quare dicit D.S. oportet virtutem moralem esse cum ratione recta, scilicet in executione, & non solùm de eo, quod est secundùm rationem rectam. Quasi diceret, non oportet inclinationem tantùm esse ad id, quod est de genere bonorum, sed oportet etiã obseruare bonum modum, & circunstantias rationis ex iudicio proprio præsupposita sana affectione finis; Propter ea, quæ dicuntur in solutione tertij in fine.

¶ Nota D.S. in 6. Ethi. in commento. non solùm hoc habet virtus moralis, quòd sit secundum rationem rectam, quia sic posset aliquis esse virtuosus moraliter sine hoc, quòd haberet prudentiã per hoc, quòd esset instructus per rationem alterius. Sed oportet vlterius dicere, quòd virtus moralis est habitus cum ratione recta quæ quidem est prudentia, sic igitur patet, quod Socrates plus dixit quàm oporteret dum æstimauit, quòd omnes virtutes morales essent ipsę rationes, & non cum ratione, quia dicebat eas esse sciẽtias siue prudentias. Alij verò minus dixeruut ponẽtes esse solùm secundùm rationes. Aristoteles verò medium tenuit ponens virtutem moralem esse secundùm rationem, & cum ratione, hæc ille. Ex quibus intelligitur illud, & ideo, &c.

Vtrum virtus intellectualis possit esse sine virtute morali.

X

AD quintum sic procedirur. Videtur, quòd virtus intellectualis possit esse sine uirtute morali. Perfectio enim prioris nõ dependet à perfectione posterioris; sed ratio est prior appetitu sensitiuo, & mouens ipsum; ergo virtus intellectualis, quę est perfectio rationis, non depẽdet à virtute morali, quæ est perfectio appetitiuæ partis, potest ergo esse sine ea.

¶ 2 Præterea. Moralia sunt materia prudentiæ, sicut factibilia sunt materia artis; sed ars potest esse sine propria materia, sicut faber sine ferro; ergo & prudentia potest esse sine virtutibus moralibus, quæ tamen inter omnes intellectuales virtutes (maximè moralibus) coniuncta videtur.

¶ 3 Præterea. Prudentia est virtus benè consiliatiua vt dicitur in 6. Ethicorum. * sed multi benè consiliantur quibus tamen virtutes morales desunt, ergo prudentia potest esse sine virtute morali. * Arist.c.6.

¶ Sed contra velle malum facere opponitur directè virtuti morali, non autem opponitur alicui, quod sine virtute morali esse potest, opponitur autem prudentiæ, quòd volens peccet vt dicitur in 6. Ethi. * non ergo prudentia potest esse sine virtute morali. * Arist.c.9.

¶ Hic vltimò quærit de dependentia intellectualis à morali.

¶ Respondeo dicendum, q̃ aliæ virtutes intellectuales sine uirtute morali esse possunt, sed prudentia sine uirtute morali esse non potest, cuius ratio est, quia prudentia est recta ratio agibilium, non autẽ solũ in uniuersali, sed etiam in particulari, in quibus sunt actiones.

¶ Conclusionem responsiuam ponit in principio talem. Omnes aliæ virtutes intellectuales possunt esse sine morali, sed prudentia sine morali esse non potest. Probatur conclusio. Prudentia est recta ratio agibilium non solùm in vniuersali, sed etiam in particulari, sed recta ratio præexigit principia ex quibus ratio procedit, & rationem circa particularia oportet procedere non solùm ex principijs vniuersalibus, sed etiã ex principijs particularibus; subsumitur, sed ad principia particularia homo benè se habet per virtutem moralem, ergo sequitur conclusio. Huius rationis D.S. ponit primò maiorem cum ipsa conclusione, secundò minorem primam, ibi. Recta autem ratio, &c. Tertiò subsumptam minorẽ, ibi. Et hoc fit &c. Maiorem, ergo D.S. relinquit notam de se ex ratione prudentiæ. Et tamen, q̃ sit recta ratio agibilium in particulari. Patet, quia in particularibus sunt actiones, in vniuersali enim solũ considerantur, sed non fiunt. Quare benè sequitur. Prudentia est ratio agibilium in esse exercito, & non solùm considerato, igitur est particularium. Consequenter cum dicit. Conclusio responsiua.

¶ Recta autem ratio præexigit principia ex quibus ratio procedit, oportet autem rationem circa particularia procedere nõ solùm ex principijs uniuersalibus, sed etiã ex principijs particularibus.

¶ Procedit ad minorem primam circa quam primò ipsam ponit quo ad ambas partes. Secundò probat secundam partem, ibi. Circa principia, &c. Tertiò infert quoddam corollarium magis explicans ipsam minorem primam, ibi. Et ideo sicut, &c. Ponendo ergo ipsam minorem primam, relinquit primam eius partem notam, scilicet quòd recta ratio præexigit principia. Et patet extra litteram; nam omnis ratio, & inquisitio procedit ab aliquo immobili & per se noto, quia ergo prudentia mediante consilio, & inquisitione peruenit in rectã rationẽ, & dictamen de agibilibus, oportet q̃ ex aliquo principio per se noto procedat. Deinde cum dicit.

¶ Circa principia quidem uniuersalia agibilium homo rectè se habet per naturalem intellectum principiorum, per quem homo cognoscit, quòd nullum malum est agendum, uel etiam per aliquam scientiam practicã, sed hoc non sufficit ad rectè ratiocinandum circa particularia contingit enim quãdoque, quòd huiusmodi uniuersale principium cognitum per intellectum uel scientiam corrumpitur in particulari per aliquam passionem

sicut

sicut concupiscenti quando concupiscentia uincit uidetur hoc esse bonum, quod cõcupiscit licet sit contra uniuersale iudicium rationis.

¶ Probat secundam partem minoris primæ, præmittit tamen quoddam notabile scitu dignum, scilicet ꝙ circa principia vniuersalia agibilium (quæ sunt præcepta legis naturæ cõmunia, vt bonum faciendum, & quia secundùm rectam rationem agendũ est, & nulli facienda est iniuria, & huiusmodi, vt patet infra q.74.art. 2.) homo benè se habet per naturalem intellectum principiorum per quem, &c. vt in littera clarè. ¶ Nota circa hoc vt dictum est art. præcedenti. D.S. hic sub intellectu comprehendit, & synderesim, ita ꝙ accipit intellectum extensè nõ solùm pro habitu principiorum speculabilium. ¶ Nota etiam, ꝙ scire non sufficit ad prudentiam, & ergo licet scientia moralium non requirat virtutes morales vt benè probat Scotus, tamen prudentia quæ plus requirit quã scientiam, quia & executionem promptã, & dictamen præceptiuũ, & hoc sine difficultate ex parte agentis. Istis notatis probatur minor quo ad secundam partem sic, ad rectè ratiocinandũ circa particularia non sufficit se benè habere per synderesim vel scientiã practicam circa principia vniuersalia, igitur minor vera. Consequentia nota. Probatur antecedens. Contingit quandoque, quòd huiusmodi vniuersale principium, id est propositio legis naturæ communis, cognitum per intellectum vel scientiam, corrumpitur in particulari per aliquam passionem, igitur antecedens verum. Assumptum illud patebit infra q.77.ar.2.& q.94.arti.4. & 5. Et declaratur hic exemplariter, sicut concupiscenti quando concupiscentia, &c. vt in littera. Deinde ibi.

¶ Et ideo sicut homo disponitur ad rectè se habendũ circa principia vniuersalia per intellectum naturalem vel per habitum scientiæ, ita ad hoc, quòd rectè se habeat circa principia particularia agibiliũ, quæ sunt fines, oportet, quòd perficiatur per aliquos habitus, secundùm quos fiat quodammodo homini connaturale rectè iudicare de fine.

Corollariũ. ¶ Infert quoddam corollarium explicatiuum præcedentiũ, ꝙa videlicet sicut ad principia vniuersalia, idest propositiones communissimas legis naturæ se benè habet per synderesim in qua lex naturalis virtualiter cõtinet, ita ad hoc, ꝙ benè se habeat ad principia particularia agibilium, quæ sunt fines, oportet, &c. id est ad hoc, ꝙ habeat rectam æstimationem, & dictamen rectum in particulari materia virtutis, oportet hominem esse perfectum per habitum, ita ꝙ ad hoc, ꝙ iudicet esse tẽperatè viuẽdũ vt in pluribus, oportet affectum esse benè dispositũ, & nõ in contrario habituatũ vel malè affectatum, quia iudicium rationis semper est vt in pluri mum conforme dispositioni agentis; quare vt ratio dictet temperatè viuẽdum in particulari, & in executione, & præceptiuè, oportet hominem esse benè dispositum ad finem temperantiæ, qui finis est, ꝙ sit temperatè viuendum non solùm in communi hoc cognoscendo, sed in particulari dictare hoc exequendum.

¶ Nota autem fundamẽtum istius dicti infra q.77.ar.2. & q.94. ar.4. quia lex naturæ secũdum præcepta communia est eadẽ apud omnes, & quo ad veritatem, & notitiam; sed quo ad particulares conclusiones potest variari præsertim quo ad iudicium, ita ꝙ aliqui corrupti per passiones, & prauas consuetudines sentiunt contrarium legi naturæ in particulari, & in certa materia virtutis, & hoc est malè se habere ad fines particulares; vnde quãdoq; & fortè hodie apud multos latrocinium nõ reputatur peccatum vel iniustum, &c. Quare D.S. vult, & notabiliter, quòd ad fines particulares rectè cognoscendos, & cum hoc in particulari prosequẽdos, vt in plurimum non fit fine affectu benè disposito, & per hoc habetur efficacissimum argumentum contra Scotum, quia nimis parum tribuit prudentiæ, putans eam posse stare cum prauo affectu, quod est impossibile. ¶ Nota quoque ꝙ ex his notantur vera quæ supra dicta fuerũt, ꝙ quædam sunt principia cõmunissima in moralibus de quibus iudicat sola synderesis & benè, alia sunt principia propria alicui virtuti, & de illis non benè iudicat ratio applicãdo communia principia ad particulares fines exequendos, quod est prudentiæ, nisi per bonam dispositionem appetitus; vnde iudicium rectum de vniuersalibus principijs fit etiã à vitioso, sed non de particulari fine, loquẽdo de cordiali iudicio, & particulari, licet voce quandoq; benè loquatur vt patebit infra q.77.art.2. Ad iudiciũ enim virtuosum in particulari exigitur vt habeatur recta æstimatio ad principia communia, & hoc fit per rationẽ naturalẽ, & per synderesim, oportet etiam, ꝙ illud cõe benè applicetur, & sub cõi sublumatur, & hoc fit per virtutem moralem. Deinde vt benè concludatur, & exequatur, & hoc fit per prudentiam; & primũ iudicium fundatur super inclinatione naturali quam homo habet ad virtutem inquantum homo, & rationalis; secundum super virtutem moralem, quod præsupponitur prudẽtiæ præsertim quo ad executionem, esto enim aliquis consiliari possit, an hoc sit sibi medium virtutis, quod consilium est etiam prudentiæ, tamen quia illud consilium ordinatur ad executionem, quæ non est sine affectu bono, ideo prudentia moralem præsupponit. Tunc ibi.

Argumentum cõtra Scotum.

¶ Et hoc fit per virtutẽ moralem, virtuosus enim rectè iudicat de fine virtutis, quia qualis vnusquisque est, talis finis videtur ei, vt dicitur in 3. Ethi.* & ideo ad rectã rationem agibilium quæ est prudentia, requiritur quòd homo habeat virtutem moralem. *Arist.

¶ Subiungit subsumptam minorem cum replicatione conclusionis. Et probatur illa subsumpta sic ex littera. Virtuosus, scilicet & solus talis, iudicat de fine virtutis, particulari scilicet, benè & in ordine ad executionẽ; igitur minor subsumpta vera, scilicet ꝙ ad principia particularia homo se benè habeat per virtutem moralem. Tenet consequentia, quia non dicitur virtuosus nisi per morales. Antecedens probatur auctoritate Philosophi. 2. Ethicorum.

¶ Nota autem, quòd quia iudiciũ sequitur affectum, ideo si quis afficitur fini virtutis, & ideo & iudicat ipsum esse prosequendum, quod est prudentiæ; & exequitur ipsum, & non intelligitur quasi virtus moralis iudicet de fine, quia eius non est iudicare cum sit in appetitu, iudicare autem est cognitiuæ potentiæ, sed inditectè, quia ex hoc, quòd afficitur sequitur iudicium rationis approbatium talis finis, &c.

¶ Confirmatur conclusio quo ad secundam partem eius argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio secundùm quòd est apprehensiua finis, præcedit appetitum finis, sed appetitus finis præcedit rationem ratiocinantem ad eligendum ea, quæ sunt ad finem, quod pertinet ad prudentiam; sicut etiã in speculatiuis, intellectus principiorum est principium rationis syllogizantis.

¶ Ad maiorem, verum vt sic, & in eodem genere; tamẽ id, quod est prius vno modo potest esse posterius alio modo, & in alio genere. Sicut patet de materia, & forma, fine, & efficiente, &c. Ad minorem, ratio scilicet præstituens finem, & vt apprehensiua finis est prior appetitu (en sitiuo tendenti in finem. Vtra, ergo virtus intellectualis, quæ est perfectio rationis. Verum, vt apprehendit finẽ, & quo ad principia communissima non dependet à morali, sed ecõtra, tamen intellectualis, quæ est circa media dependet à morali, quia ratio recta eorum, quæ sunt ad finem sumitur ex fine proximo, & particulari, sicut in speculatiuis ratio conclusionis dependet ex habitu principiorum, &c.

¶ Nota hanc solutionem, soluit enim quædam argumenta Scoti, vt infra.

¶ Nota, quòd hoc argumentum primum facit Scotus in 3. dist. 26. Sed vides hoc ipsum a D.S. solutum. Oportet enim aduertere post D.S. secunda secundæ q.47. arti.6.& 7. quòd ad generationem virtutis moralis simul cum prudentia, concurrit primò præstitutio finis virtutis, & apprehensio practica per synderesim, quæ dictat finem virtutis esse bonum, quod dictamen voluntas acceptat, quæ simul idem imperant appetitui sensitiuo; sed vt illum finem, quis exequatur, & operetur ad illum finem, prærequiritur cõsilium iudicium, & præceptum prudentiæ, qui actus omnes supponunt appetitum tam intellectiuum, quàm sensitiuum esse affectum ad illi finem, aliàs homo non iudicaret nec præciperet. Ex hoc ergo, ꝙ ratio vniuersalis frequenter præstituit finem appetitui, qui frequẽter afficitur ad finem virtutis, & ex illis affectione, & dictamine rationis naturalis frequenter quis exit in actus prudentiæ, generãtur simul uirtus moralis, & prudentia, & tamen prius ratio naturalis, & appetitus intelliguntur dictare finem, & fini affici, quàm prudentia ipsa consilietur, & iudicet, & præcipiat de actibus, & modo agendi, & exercendi se in materia virtutis; & iterum actus prudentiæ sunt priores electioni, & operatione virtutis, quibus mediãtibus virtus ipsa acquiritur perfectè. Quare dicit D.S. quòd ratio secundùm quòd est apprehensiua finis, scilicet mediante synderesi, præcedit appetitum, & affectionem finis voluntatis, scilicet appetitus sensitiui; sed talis appetitus finis, qui primò est affectio de genere bonorum, sed non virtuosa; sed quandoque cum multa difficultate ex parte appetitus sensitiui præcedit rationem ratiocinantem ad eligendum, &c. id est prudentia, quæ prærequiritur electioni, & operationi quibus mediantibus virtus generatur, & tollitur difficultas ab appetitu sensitiuo, qui acquirit dispositionẽ habitualem conformem rationi rectæ, & nihilominus ratio sic frequenter consiliando, iudicando, præcipiendo, etiam habilitatur, & fit prudens vnde ratio secundùm actum habitus naturalis præcedit appetitum sensitiuum, quo apprehendit practicè appetitum, & cum mouet cum voluntate ad affectionem finis apprehensi; sed illa affectio finis præsupponitur alteri actui rationis de medijs in actu exercendis, qui actus est generatiuus prudentiæ. Ex quibus patet inflexio, & concatenatio virtutis moralis cum ratione recta respectu principiorum, & deinde rationis vt est causatiua prudentiæ cum virtute morali, & iterum moralis vt est operatiua ad finẽ cum prudentia. Et per hoc intelliges quæ D.S. habet ubi iam secũda secundæ quando dicit, quòd ratio naturalis præstituit finem appetitui, qui finis est medium virtutis, sed prudentia inuenit medium; quia primum est in esse apprehenso, secundum est in esse exercito, & in via executionis, quia per rectam dispositionem mediorum

Ad tertiũ.

diorum peruenitur realiter in via executionis ad medium præstitutum, & intentum, & valent ista pro intellectu infra dicendorum, q.65.ar 1. Nam D.S. aliquando dicit, ꝙ ratio naturalis præstituat finem, quandoq; ꝙ prudentia, sed secundum debet intelligi, vt accipiatur præstituere. pro inuenire, & in via executionis.

Nota de ꝓstitutione finis.

¶ Et nota semper ꝙ ratio naturalis, quæ est ratio informata synderesi, non solùm est principiorum cõmunissimorum, sed etiam finium propriorum, qui sunt conclusiones deductæ ex principijs communissimis; nam & ad conclusiones particulares ratio naturalis inclinat, vt quod depositum est reddendum, & ꝙ temperatè est viuendum, quare & ratio naturalis potest præstituere finem proprium virtuti, licet in syllogismo operatiuo præter æstimationem rationis naturalis respectu maioris oportet ad esse intellectũ, qui est constitutus extremi. i. singularis propositionis, & minoris; sed hoc fit post præstitutionem finis virtutis per syllogismum prudentiæ, & de hoc 2.2.q.49.ar.2.ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ principia artificialium non diiudicantur à nobis benè, vel malè secundùm dispositionem appetitus nostri, sicut fines, quæ sunt moralium principia; sed solùm per considerationem rationis, & ideo ars non requirit virtutem perficientem appetitum, sicut requirit prudentia.

¶ Maior est quidem vera, tamen in hoc est diuersitas, quia principia moralium diiudicatur ſm dispositionem appetitus nostri, non sic in artificialibus, vbi principia diiudicatur solùm ſm rationem, vt patuit supra. Sufficit enim ad artificem, vt sciat quomodo res fit facienda, esto res non assit. Minor vera, quia sufficit sola perfectio rationis in se. Negatur autem consequentia, quia talis prudentia dependet à moralibus, sicut à principijs, sine quibus non fit perfectio rationis in moralibus, & diiudicantur principia secundùm dispositionem appetitus. i. secundùm dispositionem appetitus circa principia fit iudicium rationis, & intellectus ſm ꝙ est de particularibus finibus virtutum, quia vnusquisq; qualis est in affectu, talia videntur ei; affectus enim trahit rationem, vt iudicet secundùm ipsum; æstimatio igitur recta, quæ vocatur etiam intellectus dependet ex affectu, vide secunda secundæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd prudentia non solùm est benè consiliatiua, sed etiam benè iudicatiua, & benè præceptiua, quod esse non potest nisi remoueatur impedimentum passionum corrumpentiũ iudicium, & præceptum prudentiæ, & hoc per virtutem moralem.

¶ Ad maiorem, vera, sed non solùm est benè consiliatiua, sed etiam benè iudicatiua, & præceptiua in particulari, quod non fit nisi remotis inordinatis passionibus per bonum affectum ad finem virtutis. Ad minorem, consiliantur benè de particulari bono, vel de fine malo, non tamen de fine totius humanæ vitæ, ita ꝙ ipsum consilium ad effectum deducant, sed esto ita esset. Negatur consequentia, quia prudentiæ non est solùm consiliari, sed etiam ad effectum perducere consilium in bonis, & hoc non faciunt nisi habentes virtutes morales. D.S. habet etiam de ista minore, 2.2.q.47.ar.13.ad tertium.

Ad Scotũ.

¶ Nota hanc solutionem, & diligenter, nam & argumentum quod soluit, arguit & Scotus vbi sup. qui benè arguisset si prudentia esset solùm consiliatiua, & iudicatiua in vniuersali, sed est iudicatiua in particulari de agendo opere, & cum hoc præceptiua, & executiua, vt hic habes. Constat autem euidenter, quia nõ benè iudicatur in particulari, nec benè præcipitur, & agitur si affectus sit malè dispositus, quia ratio sequitur in particulari affectũ, vt patet ex corpore; vnde ipso malè disposito esto sequitur iudicium indicatiuum, vel coniunctiuum, non tamen sequitur præceptum, & iudicium in particulari cordiale, vt patebit inf.q.77.ar.2. Quare consilium inuenitur sine prudentia, similiter iudicium, qđ exprimitur per deberet esse, sed non quod exprimitur per oportet esse, & non aliter, quod est vltimus actus prudentiæ, vt sup. sæpius dictum fuit. Et hæc nota, quoniam multa dicta Scoti laborãt ex non aduertentia huius.

Quæstio quinquagesimanona.

De comparatione moralium virtutum ad passiones.

Y DEinde considerandum est de distinctione moralium virtutum adinuicem. Et quia virtutes morales, quæ sunt circa passiones distinguuntur secundùm diuersitatem passionum, oportet primò considerare cõparationem virtutis ad passionem. Secundò distinctionem moralium virtutum secundùm passiones. Circa primum quæruntur quinq;. Primò, vtrum virtus moralis possit esse cum passione. Tertiò, vtrum possit esse cum tristitia. Quartò, vtrum omnis virtus moralis sit circa passiones. Quintò, vtrum aliqua virtus moralis possit esse sine passione.

¶ Postquam determinauit de distinctione moralium ab intellectualibus. Hic determinat de distinctione moralium adinuicẽ. Et patet ordo, quia sicut prius determinandum erat de intellectualibus, quã moralibus, ita & de distinctione earum à se, & ab alijs. Et quia virtutes morales sunt circa passiones, & distinguuntur ſm diuersitatem passionũ, ideo primò determinat quomodo virtus moralis se habeat ad passiones, secundò determinat de distinctione moralium virtutũ ſm passiones, quæst. seq. Circa primum primò ostendit, ꝙ virtus moralis non sit passio, secundò quomodo se habeat ad passionem, articulis sequen. post primum.

Vtrum virtus moralis sit passio.

AD primum sic proceditur. Videtur, ꝙ virtus moralis sit passio. Medium enim est eiusdem generis cũ extremis; sed virtus moralis est medium inter passiones; ergo virtus moralis est passio. 2.dist.23.q.1.ar.3.q.2.

¶ 2 Præt. virtus, & vitium cum sint contraria sunt in eodem genere; sed quædam passiones vitia esse dicuntur, vt inuidia, & ira; ergo etiam quædam passiones sunt virtutes.

¶ 3 Præt. misericordia quædam passio est, est enim tristitia de alienis malis, vt sup. dictum est;* hanc autem Cicero locutor egregius non dubitauit appellare virtutem, vt Aug. dicit in 9. de ciui. Dei;* ergo passio potest esse virtus moralis. *q.35.ar.8. *Aug.c.5.

¶ Sed contra est, quod dicitur in 2. Ethic.* ꝙ passiones, neq; virtutes sunt, neq; malitiæ. *Arist.c.5.

¶ Hic primò inquirit de conuenientia virtutis moralis ad passionem, an sit passio.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ virtus moralis non potest esse passio, & hoc patet triplici ratione. Primò quidem quia passio est motus quidam appetitus sensitiui, vt sup. dictum est;* virtus autem moralis nõ est motus aliquis, sed magis principium appetitiui motus, habitus quidam existens. *q.22.ar.3.

Conclusio responsiua

¶ Conclusio responsiua in principio. Virtus moralis nõ potest esse passio. Probat hanc conclusionem tribus rationibus, quæ patebunt. Argitur ergo primò sic. Passio est quidam motus appetitus sensitiui, sed virtus moralis non est motus, sed principiũ motus, & actus habitus existens, igitur, &c. Maior patuit, q.22.ar.3. Minor patuit, q.55 ¶ Nota circa minorem, ꝙ virtus de qua loquimur (.f. moralis per essentiam) est principium appetitiui motus extẽdendo appetitiuum motum etiam ad motum voluntatis; sed virtus moralis in appetitu sensitiuo est principium passionis, & elicitiuum; virtus autẽ moralis denominatione obiectiua, & extrinseca est circa passiones directiuè, quia & passio potest imperari per rationem, vt patuit sup.q.24. D.S. autem hic loquitur de virtute morali circa passionem, tanquam propriam materiam, & talis est principium elicitiuum passionum, non n. ſm modum Peripateticũ repugnat virtuti esse cũ passione, licet non ſm Stoicũ, vt patuit sup.q.24.ar.2.& patebit. Consequenter cum dicit.

¶ Secundò, quia passiones ex seipsis nõ habent rationem boni, vel mali; bonum. n. vel malũ hominis est ſm rationem, vnde passiones ſm se considerate habent se ad bonum, & ad malum, ſm ꝙ possunt conuenire rõni, vel non cõuenire, nihil autem tale põt esse virtus, cũ virtus solùm ad bonum se habeat, vt sup. dictum est.* *q.55.ar.3.

¶ Arguitur ex alia ratione pro conclusione. Passiones secundũ se nõ habent rationem boni, vel mali, sed virtus secundùm se habet se solùm ad bonũ, igitur, &c. Probatur maior, bonũ, vel malũ hoĩs est ſm rõnẽ; sed passiones ſm se põt cõuenire, vel nõ cõuenire rõni, igitur maior vera. Et de istis patuit magis sup.q.24.art.1. qa passiones acceptę rõne generis. i. vt motus sensualitatis abstrahunt à bono, & malo, ſm ꝙ cõsiderantur in esse naturali, & sunt indifferentes negatiuè extra genus moris. Minor principalis patuit, q.55.ar.3. ¶ Nota, ꝙ & si passio possit esse bona, hoc tñ non hẽt ex rõne passionis positiuè, sed solùm permissiuè. i. passioni, vt sic nõ repugnat esse bonũ, sed virtus ex propria rõne, & positiuè se hẽt solũ ad bonũ, & ꝓ cõsequẽs distinguũtur saltẽ quidditatiuè & formaliter. Et vt ex Phil. in 4. Phys. hĩ põt, distinctio quidditatiua infert realẽ, qñ quodlibet est ens limitatũ, & ex neutrius quidditate prouenit idemptitas vnius cũ alio, de hoc alibi. Tunc ibi.

¶Tertiò, quia dato, ꝙ aliqua passio sed habeat ad bonū solùm, vel ad malū solùm, secūdùm aliquem modū; tamen motus passionis, inquantum passio est, principiū habet in ipso appetitu, & terminum in ratione, in cuius conformitatem appetitus tendit; motus autem virtutis est e cōuerso, principium habens in ratione, & terminū in appetitu, ſm ꝙ à ratione mouetur, vnde in definitione virtutis moralis dicitur in 2. Ethicor.* ꝙ est habitus electiuus in medietate consistens determinata ratione, prout sapiens determinabit. *Arist.c.6.

¶Subiungit tertiam rationē (& probatur, ꝙ saltem distinguerentur formaliter, etiam loquendo de actu virtutis, & passionis, vt sic.) Probatur, dato, ꝙ passio aliqua se habeat tantùm ad bonum, secundùm aliquem modū (.i. vt est in homine habens obiectum cōueniens rationi, vt sup.q.24.ar.4.) tamen vt passio est, habet principium in appetitu, & terminū in ratione; sed motus virtutis est e conuerso, igitur non sunt idem saltem formaliter, & secundùm rationem, etiam loquendo de motu, & actu virtutis. Maior probatur, quia passio intelligitur emanare ab appetitu sensitiuo, & terminari ad obiectum, quod est conforme rationi. Minor probatur ex definitione virtutis, quia actus eius, qui est etiam passio procedit ex dictamine rectæ rationis, & terminatur tale dictamen rationis ad motum exercendum in sensualitate. Et loquitur D.S. de actu virtutis, qui est passio in sensualitate, quia talis actus habet principium saltem directiuum, & imperatiuum in ratione, vel non impeditiuum, & terminatur secundùm se, & realiter exercetur in sensualitate; vnde non est intelligendum, ꝙ actus talis habeat principium in ratione, quasi eliciatur à ratione; sed quia imperatur à ratione, & elicitur realiter immediatè ab appetitu sensitiuo. Et est fundamentum breuiter, quia actus humanus, & præsertim virtuosus dicitur talis, vt est à ratione, & voluntate, igitur habet principium à ratione. Dicitur autem passio, quia ab appetitu sensibili, & quandoq; talis terminatur ad obiectum conforme rationi; sed vt est ab appetitu sensitiuo non habet ꝙ sit humanus, sed vt sensitiuus appetitus mouetur à ratione, & ergo oportet super passionem, vt sic ad minus addere relationem ad rationem, vt principiū directū, vel indirectum, si debeat esse bona, vel mala moraliter; ita ꝙ sit imperata à ratione, vel saltem non impedita, & potuerit impediri, & hoc si debeat esse mala.

¶Et confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ virtus ſm suam essentiam non est medium inter passiones, sed ſm suum effectum, quia. s. inter passiones medium constituit. —

¶Ad maiorem. Medium per essentiā, & per participationem est eiusdem generis cum extremis, sed non medium per causam, & secundùm effectum. Ad minorem, virtus moralis est medium, non quidem essentialiter (ita ꝙ sit vna passio tertia media inter duas) sed est medium inter effectum, quia constituit, & facit obseruare medium in passionibus, medium videlicet inter abundantiam, & defectum, & medium, quod est viuere in materia passionum, vbi oportet, & quando oportet, &c. quod est medium inter vbi non oportet, & omissionem vbi oportet, &c. & hoc per se, & pro omni statu competit virtuti; quòd autem vitet molestias passionum est per accidens, vt patet de statu innocentiæ, vt patet pri. par.q.95.artic.3.

¶ Ad secundum dicēdum, ꝙ si vitium dicatur habitus secundùm quem quis malè operatur, manifestū est, ꝙ nulla passio est vitium; si verò dicatur vitium peccatū, quod est actus vitiosus, sic nihil prohibet passionē esse vitium, & è contrario concurrere ad actum virtutis, ſm ꝙ passio, vel cōtrariatur rōni, vel sequitur actū rōnis. —

¶Maior vera, si æqualiter accipiuntur sunt in eodem genere, ita ꝙ vtrunq; accipitur pro habitu, si autem vnum accipitur pro habitu, & alterum pro actu, non oportet. Ad minorem, quædam passiones dicuntur vitia, prout vitium significat motū, & actum vitiosum, sed non vt nominat habitum, ergo quędam passiones sunt virtutes. Negatur consequentia, si virtus capitur (vt propriè accipitur) pro habitu, sed deberet inferri, ergo passio potest pertinere ad virtutē, vt actus ei⁹, & hoc pōt esse verū, vitiū. n. significat, & habitū, & actū, sed virtus ꝓpriè solū habitū, vide inf.q.71.ar.1.

¶Ad tertium dicendum, quòd misericordia dicitur esse virtus. i. virtutis actus, secundùm ꝙ motus ille animi rationi seruit, quando. s. ita præbetur misericordia, vt iustitia cōseruetur, siue cum indigenti tribuitur, siue cum ignoscitur pœnitenti, vt Aug. dicit ibid.* si tamen misericordia dicatur aliquis habitus, quo homo perficitur ad rationabiliter miserendum, nihil prohibet misericordiam, sic dictam esse virtutem. Et eadem est ratio de similibus passionibus. *Aug.eo.c.

¶Ad maiorem dico, ꝙ nomen misericordiæ significat passionem, & potest significare habitum virtutis moderatem tristitiam, quę habetur de aliena miseria, ne aliquis nimis compatiatur alienæ miseriæ, vt iustitia deseratur. Ad minorem, dico, ꝙ dicitur virtus. Vno modo (.i. actus virtuosus) inquantum est passio moderata non impediens rationem, potest etiam esse virtus, sed non vt passio etiam moderata. Sed negatur cōsequentia, quia ſm ꝙ passio, nō est virtus, sed potest esse motus virtuosus; sed ſm ꝙ est virtus, est habitus concupiscibilis circa passiones existens.

¶Nota de ista materia 2.2.q.30.ar.3. vbi dicit ad 2. Misericordia secundùm ꝙ est virtus, est virtus moralis circa passiones existens, & reducitur ad illam medietatem, quæ dicitur nemesis, quia ab eodem more procedunt, vt in 2. Rhetor. dicitur. Has autē medietates Philos. non ponit virtutes, sed passiones, quia etiam, ſm ꝙ sunt passiones, laudabiles sunt; nihil tamen prohibet quin ab aliquo habitu electiuo proueniant, & ſm hoc assumūt rationem virtutis, hæc ille; & per hæc intelligis quid assertiuè sentiendum sit de misericordia, quia D.S. in fine istius solutionis loquitur quasi dubitatiuè, sed in secunda secundæ, vbi iam in corpo. articu. loquitur assertiuè, quia misericordia potest importare motum sensualitatis, & motum voluntatis, potest etiam importare habitum, quo perficitur quis ad rationabiliter miserendum, vide ibidem.

Vtrum virtus moralis possit esse cum passione.

A D secundum sic proceditur. Videtur, quòd virtus moralis cum passione esse non possit. Dicit enim Philos. in 4. Topic.* ꝙ mitis est, qui non patitur; patiens autem qui patitur, & non deducitur; & eadem ratio est de omnibus virtutibus moralibus; ergo omnis virtus moralis est sine passione. A 1.q.59.ar.2.ad 2. 2.2.q.142.ar.3.ad 1. dist.34.ar.1.q.2.ad 3. *Arist.

¶ 2 Præt. virtus est quędam recta habitudo animę, sicut sanitas corporis, vt dicitur in 7. Physic.* vnde virtus quædam sanitas animæ esse videtur, vt Tul. dicit in 4. de Tusc. quæstionib.* passiones autem animæ dicuntur morbi quidam animæ, vt in eodem libro Tullius dicit;* sanitas autem non compatitur secum morbum; ergo neque virtus compatitur animæ passionem. *Arist. text.19. *Tullius in 4.Tusc. *Tullius in fo.3.& in 4.

¶ 3 Præte. virtus moralis requirit perfectum vsum rationis etiam in particularibus; sed hic etiam impeditur per passiones; dicit enim Philos. in 6. Ethic.* ꝙ delectationes corrumpunt existimationem prudentiæ; & Salustius dicit in Cathelinario,* ꝙ non facilè verū perspicit animus, vbi illa officiunt. s. animi passiones; virtus ergo moralis non potest esse cum passione. *Arist. *Salust. in fine Catilinæ prin.

¶ Sed contra est, quod Aug. dicit in 14. de ciui. Dei.* Si peruersa est voluntas peruersos habebit hos motus. s. passionum; si autem recta est, non solùm inculpabiles, verùm etiam laudabiles erunt; sed nullum laudabile excluditur per virtutem moralē; virtus ergo moralis non excludit passiones, sed potest esse cum ipsis. *Aug.14. de ci. Dei.

¶ Habito, ꝙ virtus moralis non est passio. Quæritur nunc an possit esse cum passione, & primò in generali, secundò in speciali de tristitia. Tertiò quæritur, an oīs sit semper circa passiones.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ circa hoc fuit discordia inter Stoicos, & Peripateticos, sicut Aug. dicit in nono de ciui. Dei.* Stoici enim posuerunt, quòd passiones animæ non possunt esse in sapiente, siue virtuoso; Peripatetici verò quorum sectam Aristoteles instituit, vt Augst. dicit in 8. de ciui. Dei,* posuerunt, quòd passiones simul cum virtute morali esse possunt, sed ad medium reductæ. *Aug.14. *Aug.c.4.

¶Quia D.S. mouet hoc dubium propter varios modos dicendi, ideo primò recensēt duas opin. contrarias, saltem verbaliter. Secundò eas concordat, ibi. Hæc autem diuersitas, &c. Tertiò ſm hanc concordationem ponit conclusionem responsiuam ad quętum, ibi. Sic igitur, &c. Quo ad primum refert opinionem Stoicorum, & Peripateticorum, quorum primi respondebant ad quæstum negatiuè simpliciter. Alij autem quorum sectam Arist. instituit, respondebant cum limitatione, vt in litera, &c.

¶Hæc autem diuersitas, sicut Aug. ibid. dicit,* magis erat ſm verba, quàm ſm rerum sententias. Quia enim Stoici non distinguebant inter appetitum intellectiuū, qui est voluntas, & inter appetitum sensitiuum, qui per *Aug.loco mūc dicto.

per irascibilem, & concupiscibilem diuidebat, nō distinguebant in hoc passiones animæ ab alijs affectionibus humanis, ꝙ passiones animę sint motus appetitus sensitiui; aliæ verò affectiones, quæ nō sunt passiones animæ, sunt motus appetitus intellectiui, qui dicitur voluntas, sicut Peripatetici distinxerunt; sed solùm quantum ad hoc, ꝙ passiones esse dicebant quascunq; affectiones rationi repugnantes, quę si ex deliberatione oriantur, in sapiente, seu in virtuoso esse non possunt; si autem subitò oriantur, hoc in virtuoso potest accidere, eo ꝙ animi visa, quę appellant phantasias, nō est in potestate nostra, vtrum aliquando incidant animo, & cum veniunt ex terribilibus rebus, necesse est, vt sapiētis animū moueāt, ita vt paulisper, vel paueścat metu, vel tristitia contrahatur, tanquam his passionibus præuenientibus rōnis officiū, nec tamen approbant ista, eisq; cōsentiunt, vt Aug. narrat in nono de ciui. Dei,* ab Aulo Gellio dictum. *Aug.c.4.

¶Hic consequenter illas opiniones concordat, ostendens ꝙ talis diuersitas est magis verbalis, quàm realis, vt patet; etiam patuit sup.q.24.ar.2. quia Stoici per passiones intelligunt tantùm motus sensualitatis inordinatos rationi repugnantes; Peripatetici autem largius loquūtur, & extendunt nomen passionis pro omni motu sensualitatis, siue ordinato, siue inordinato, & imperato, vel præuenientē rationem, & per consequens habent aliter respondere.

¶Nota, ꝙ de materia huius articu. pulchrè loquitur D.S. in de Verita. vbi iam immediatè. s.q.26.ar.8.ad 2. vbi inter cætera dicit. Probat ēt Aug. ex cuiusdam Stoici (. s. Auli Gellij) confessione, ꝙ etiam volebant Stoici huiusmodi affectus. s. subditos in anima sapientis esse, sine hoc tamen ꝙ approbentur, vel ꝙ eis consentiatur quas quidem passiones non dicebant, sed visa animi, vel phantasias, & sic patet, &c. Sic ergo secundùm Stoicorum sententiam. Macrobius, & Plotinus dicunt passiones cum virtute purgati animi non esse, non quia non sint aliqui subiti motus passionum in huiusmodi virtuosis; sed quia nec rationem trahunt, nec adeo vehementes sunt, ꝙ pacem mentis multum perturbent. Secundùm etiam ꝙ Philoso. in 7. Ethic. dicit, concupiscentiæ in temperatis non sunt fortes sicut in cōtinentibus, quamuis in neutris ratio ad consensum trahitur, vide, &c.

¶Nota autem hæc verba, quia non est mens, ꝙ cum virtute purgati animi non sint passiones, sed non vehementes, nec imperatæ inordinatè, vt etiam habet clarè D.S. de Veri. sup. ar.7.ad 6.

¶Sic igitur si passiones dicantur inordinatę affectiones, non possunt esse in virtuoso, ita quòd post deliberationem eis cōsentiatur, vt Stoici posuerunt. Si verò passiones dicantur quicunque motus appetitus sensitiui, sic possunt esse in virtuoso, secundùm quòd sunt à ratione ordinati, vnde Arist. dicit in secundo Ethic.* quòd non benè quidam determināt virtutes impassibilitates quasdam, & quietes, quoniam simpliciter dicunt; sed deberent dicere, ꝙ sunt quietes à passionibus, quæ sunt vt non oportet, & quando non oportet. *Arist.c.3.

¶Hic vltimò secundùm concordiam declaratam superius potest conclusionem responsiuam, talem. Si passiones dicantur inordinatę affectiones non possunt esse in virtuoso (. s. ita ꝙ post deliberationem eis consentiatur.) Si verò passiones dicantur quicunque motus appetitus sensitiui, possunt esse in virtuoso, secundùm ꝙ sunt à ratione ordinati; illius cōclusionis primam partem D.S. relinquit probatā ex auctoritate Auli Gellij, quā Aug. refert. Et secunda pars probatur authoritate Aristotelis, &c. Et potest trahi ratio ex vno verbo D.S. pro secunda parte, talis. Quicquid potest esse à ratione ordinatum potest stare cum virtute, sed passio aliqua (. s. moderata, & sequens rationem) potest esse à ratione ordinata, & moraliter bona, igitur potest esse cum virtute. Maior patet, quia virtus nihil aliud est quàm habitus rationi consentaneus, & conformis, ergo id quod est etiam rationi conforme potest esse cum virtute. Minor patuit supra, q.24. articu. 2. & sæpius. Stant ergo cum temperantia passiones. i. motus subiti præuenientes, quibus non consentitur, & etiam motus procedentes ex deliberatione, sed ordinati; sed non passiones inordinatæ, & perturbantes, & præsertim imperatę, & habentes se cōsequenter, & hęc est probatio secundæ partis. Prima pars probatur, quia virtus est quo nullus malè vtitur; sed cōsentire passionibus inordinatis post deliberationem, est malus vsus, & peccatum; ideo non potest esse cum virtute (quasi ex virtute.) Conclusio.

¶ Confirmatur conclusio quo ad secundam partem argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ Philos. exemplum illud inducit sicut & multa alia in libris logicalibus, non secundùm opinionem propriam, sed ſm opin. aliorum; hæc autem fuit opinio Stoicorū, ꝙ virtutes essent sine passionibus animæ. Quam Philos. excludit in 2. Ethic.* dicens, virtutes non esse impassibilitates. Potest tamen dici, ꝙ cum dicitur, ꝙ mitis non patitur, intelligendum est secundùm passionem inordinatam. *Arist.c.3.

¶Ad maiorem, qui mitis est non patitur passione immoderata cui consentiat. Patiens autem in proposito dicitur, qui subest tristicijs vehementibus, non solùm prouenientibus ab extra, sed etiam ab intra. Etiam talis patientia (vt sup. dicebatur, q.58.ar.3. ad tertium.) non est virtus, sed minus virtute. Secundò dicitur, ꝙ illa propositio non est Arist. ex propria sententia. Sed refert eam, vel vtitur ea quasi probabili vsq; ad aptum locū reprobationis.

¶Ad secundum dicendum, quòd ratio illa, & omnes similes, quas Tul. ad hoc inducit in libro de Tusculanis quæstionib.* procedit de passionibus, secundùm ꝙ significant ordinatas affectiones. *Tul.lib.4. fol.3.lib.& sequen.

¶ Maior fuit sup. glossata, q.55.ar.2.ad primum, quia est sanitas quædam, quo ad hoc, ꝙ est determinata dispositio partiū animæ adinuicem. Ad minorem, negatur vniuersaliter, ꝙ quælibet passio sit morbus animæ, sed solùm inordinata, & vehemens. Sed verum est, ꝙ inordinata affectio est morbus. Tullius loquitur de passionibus modo Stoicorum restrictè solùm, vt significant inordinatas affectiones, vt patet etiam sup.q.24.ar.2. in fi. corpo. Qui deficit, dicens quamlibet passionem esse morbum, saltē mediocrem. Passio enim mediocris, & moderata, nullus morbus est.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ passio præueniens iudicium rationis si in animo præualeat, vt ei consentiatur, impedit consilium, & iudicium rationis; si verò sequatur quasi ex ratione imperata adiuuat ad exequendum imperium rationis. —

¶Ad minorem dico, ꝙ vsus rōnis impeditur per passionē præuenientem si ei consentiatur. Tamen passio consequens non impedit, immo est ex ratione perfecta. Et esto in executione rationē aliqualiter obnubilet, tamen recompensat per promptitudinem executionis. Et de his ad longum habitum est sup.q.24.ar.3.ad 1. Et in de Veri. Mate. 26.ar.7.ad tertium.

Vtrum virtus cum tristitia esse possit.

A D tertium sic proceditur. Videtur, ꝙ virtus cum tristitia esse non possit. Virtutes enim sunt sapientiæ effectus, ſm illud Sap.8. Sobrietatem, & iustitiā docet. s. Diuina sapientia, prudentiam, & virtutem; sed sapientiæ conuictus non habet amaritudinem, vt postea subditur; ergo nec virtutes cum tristitia esse possunt. B 2.2.q.58.artic.9. Et 4. dist.14.q.1. artic.1.q.2. ad 3. Sap.8.

¶ 2 Præt. Tristitia est impedimentum operationis, vt patet per Philos. in 7.* & 10.* Ethic. sed impedimentum bonæ operationis repugnat virtuti; ergo tristitia repugnat virtuti. *Arist.c.vl. *Arist.c.4. & 5.

¶ 3 Præt. Tristitia est quædam animi ægritudo, vt Tullius eam vocat in 3. de Tusc. quæst.* sed ægritudo animæ contrariatur virtuti, quæ est bona animæ habitudo; ergo tristitia contrariatur virtuti, nec potest simul esse cum ea. *Tul.lib.4. fol.3.lib.& sequen.

¶ Sed contra est, ꝙ Christus fuit perfectus virtute, sed in eo fuit tristitia, dicit. n. vt hī Mat.26. Tristis est anima mea vsq; ad mortem; ergo tristitia potest esse cū virtute. Mat.26.

¶Quærit nunc de vna passione speciali (quam Stoici à virtuoso tollebant) scilicet tristitia.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut dicit Aug.14. de ciui. Dei,* Stoici voluerunt pro tribus perturbationibus in animo sapiētis esse tres eupathias. i. tres bonas passiones, pro cupiditate. s. voluptatē, pro lętitia gaudium, pro metu cautionem, pro tristitia verò negauerunt posse aliquid esse in animo sapientis duplici ratione. Primò quidem, quia tristitia est de malo, quod iam accidit; nullum aūt malum æstimant posse accidere sapienti; crediderūt enim ꝙ sicut solū hominis bonum est virtus; bona aūt corporalia nulla bona hominis sunt, ita solū inhonestū est hominis malum, quod in virtuoso esse nō potest. — *Aug.ca.3.

¶In hoc corpore duo principaliter facit. Primò deducit opinionem, & sentimentum Stoicorum circa hoc quæsitum, & eorū fundamenta, & ea destruit. Secundò respondet ad quæsitum ſm veritatem, ibi. Sic igitur dicendum, &c. Quo ad primum primò refert

refert opinionem prædictorum cum vno eorum fundamento. Secundò ſecundum fundamentum, & ſecundam rationem eorum, ibi. Secundò mouebantur, &c. Facit ergo primò, quod dictum eſt. Secundò multipliciter illud improbat, ibi. Sed hoc irrationabiliter, &c. Dixerunt ergo Stoici, quòd nullo modo triſtitia poſſet eſſe in animo ſapientis, nec aliquid loco eius poſſet eſſe in eo, ſicut loco quarundã aliarũ. Et ponunt huius rõnem primã quæ fundatur in duobus. Primò in hoc, ꝙ corporalia non ſunt bona ſapientis, & per conſequens detrimentũ eorũ nõ eſt malũ. Secundò, quia inhoneſtũ, & malum repugnans virtuti in ſapiente, & virtuoſo eſſe non poſſit. Conſequenter cum dicit.

¶ Sed hoc irrationabiliter dicitur, cũ enim homo ſit ex anima, & corpore compoſitus, id quod confert ad vitam corporis conſeruandam aliquod bonum hominis eſt, non tamen maximum, quia eo poteſt homo malè vti; vnde & malum huic bono contrarium in ſapiente eſſe poteſt, & triſtitiam moderatam inducere.

¶ Reprobat hanc rationem primam Stoicorum, & illa fundamenta, quatuor rationibus, quæ patebũt. Prima ratio eſt. Id quod confert ad vitam corporis conſeruandam eſt aliquod bonum hominis, quamuis non maximum. Minor ſuppletur, ſed corporalia bona ſunt huiuſmodi. Maior probatur quo ad ambas partes, &c. Deinde ibi.

¶ Præt. Et ſi virtuoſus ſine graui peccato eſſe poſſit; nullus tamẽ inuenitur, qui abſq; leuibus peccatis vitam ducat, ſecundùm illud 1.Io.1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus. 1.Ioan.1.

¶ Eſt ſecunda ratio D.S. contra hoc quod dicunt, ꝙ ſapienti, & virtuoſo poſſit nullum malum accidere, de quo triſtari debeat. Maior. Et ſi virtuoſus ſine graui peccato eſſe poſſit, non tamen ſine venialibus. Minor ſuppletur, ſed de his laudabiliter triſtatur, igitur &c. Conſequenter ibi.

¶ Tertiò, quia virtuoſus, & ſi peccatum non habeat, fortè quandoq; habuit, & de hoc laudabiliter dolet, ſm illud 2.ad Cor.3. Quæ ſecundùm Deum eſt triſtitia, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. 2.Cor.3.

¶ Arguitur tertiò contra idem, quia eſto nullum malum moris ſaltem, iam accidat, poteſt tamen accidiſſe. Et arguitur ſic. Maior, quia virtuoſus & ſi peccatum non habeat, fortè tamen quandoq; habuit. Minor, ſed de hoc laudabiliter dolet, & triſtatur, ideo cũ virtute ſtat triſtitia. Tunc ibi.

¶ Quartò, quia poteſt etiam dolere laudabiliter de peccato alterius; vnde eo modo quo virtus moralis cõpatitur alias paſſiones ratione moderatas, compatitur etiam triſtitiam.

¶ Improbat idem ſic, virtuoſus poteſt laudabiliter triſtari de malo alterius, igitur cũ virtute poteſt eſſe triſtitia. Doc. Sanc. ex his infert per viam corollarij concluſionem reſponſiuam, ſed cla rius ponitur in fine.

¶ Secundò mouebantur ex hoc, quòd triſtitia eſt de præſenti malo, timor autem de malo futuro, ſicut delectatio de bono præſenti, deſiderium verò de bono futuro; poteſt autem hoc ad virtutem pertinere, quòd aliquis bono habito fruatur, vel non habitum habere deſideret, vel quòd etiam malum futurum caueat; ſed quòd malo præſenti animus hominis ſubſternatur, quod fit per triſtitiam, omnino videtur contrarium rationi, vnde cum virtute eſſe non poteſt.

¶ Hic conſequenter procedit ad ſecundam rationem Stoicorum, quam primò refert. Secundò ſimiliter eam improbat, ibi, Sed hoc irrationabiliter, &c. Fuit ergo ſecunda ratio prædictorũ, quia inconueniens omnino videtur, vt animus virtuoſus præſenti malo ſubſternatur, quod requirit triſtitia, quæ eſt de malo præſenti, & ergo non eſt triſtitia in virtuoſo, licet quædam aliæ paſſiones eſſe poſſint, &c. Deinde cum dicit.

¶ Sed hoc irrationabiliter dicitur, eſt.n. aliquod malum, qđ poteſt eſſe virtuoſo præſens, vt dictũ eſt,* quod quidem malũ rõ deteſtatur, vnde appetitus ſenſitiuus in hoc ſequitur deteſtationẽ rõnis, ꝙ de huiuſmodi malo triſtatur, moderatè tñ, ſm rõnis iudiciũ; hoc aũt pertinet ad virtutẽ, vt appetitus ſenſitiuus rõni conformetur, vt dictũ eſt.* Vnde ad virtutem pertinet, ꝙ triſtetur moderatè, in quibus triſtandũ eſt, ſicut etiam Philoſo. dicit in 2.Ethic.* & hoc etiam vtile eſt ad fugiendum mala, ſicut enim bona propter delectationem promptius quęruntur, ita mala propter triſtitiam fortius fugiuntur. *Art.præc. *Art.1.huius quæſt. *Ariſt.c.6. & 7.

¶ Reprehendit & hoc fundamẽtum eorum, & arguitur ſic, aliquod malum poteſt eſſe virtuoſo præſens, quod ratio deteſtatur; ſed ad virtutem pertinet, vt appetitus ſenſitiuus etiam idem malum deteſtetur. Vnde ad virtutem pertinet, &c. Maior patet ex dictis in artic. iſto. Minor patet, quia deteſtando malum ſenſualitas ſequitur rationem, & ei conformatur, &c. Et confirmatur auctoritate Philoſophi 2.Ethicorum. Et confirmatur, ꝙ pertineat ad virtutem malum deteſtari, etiam per appetitum ſenſitiuum. Illud eſt virtus, quod eſt vtile ad fugiendum mala; ſed triſtitia ẽt ſenſitiua vtilis eſt ad fugienda mala, ergo. Minor probatur à ſimili, quia ſicut bona propter delectationem fortius quæruntur, ita mala fortius fugiuntur. Et de hoc patuit ſup.q.39.ar.3. quia gemi natur cauſa fugæ. ſ. malum, & triſtitia de ipſo, quæ etiam naturaliter ſecundùm ſe eſt fugibilis, &c.

¶ Sic igitur dicendum eſt, ꝙ triſtitia de his, quæ conueniunt virtuti non poteſt ſimul eſſe cum virtute, quia virtus in proprijs delectatur; ſed de his quæ quocunque modo repugnant virtuti, virtus moderatè triſtatur.

¶ Hic vltimò D. S. ex omnibus his reſpondet ad quæſtum ſecundùm veritatem, tali concluſione. Triſtitia de his, quæ conueniunt virtuti non poteſt eſſe ſimul cum virtute; ſed de his, quæ quocunque modo repugnant virtuti virtus moderatè triſtatur. Et quamuis reprobatio præcedentis opinionis ſit eius probatio, nihilominus tamen etiam aliquibus verbis D. S. probat, & quo ad primam partem arguitur ſic. Virtus in proprijs delectatur, ergo prima pars vera. Antecedens patet, quia virtus eſt principium intrinſecum, & aſſimilatur naturæ, ergo in proprijs delectatur. Secunda pars patuit in corpore articuli, quia in virtuoſo ſenſualitas conformis eſt rationi; ſed ratio deteſtatur ea, quæ ſunt cõtra virtutẽ, ergo ſenſualitas, quę deteſtatio eſt triſtitia in ſenſualitate.

¶ Et confirmatur concluſio reſponſiua argu. in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ ex illa authoritate habetur, ꝙ de ſapientia ſapiens non triſtatur; triſtatur tamen de his, quæ ſunt impeditiua ſapientiæ, & ideo in beatis in quibus nullum impedimentum ſapientiæ eſſe poteſt, triſtitia locum non habet.

¶ Placet maior, & præſertim vera eſt de virtutibus infuſis. Ad minorem, ſapientiæ conuictus non habet amaritudinem de his, quæ ſunt ſapientiæ; ſed tamen habet amaritudinem de his, quæ ſapientiæ contrariantur, quæ amaritudo, & triſtitia affinis eſt ſapientiæ. De his patuit ex intentione ſupra, quæſt.35. artic.5. Vnde in beatis, vbi non poteſt eſſe ſapientiæ impedimentum, ibi non eſt triſtitia.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ triſtitia impedit operationem de qua triſtamur; ſed adiuuat ad ea promptius exequenda per quæ triſtitia fugitur.

¶ Maior eſt diſtinguenda ſecundùm ſup. habita, q.37 art.3. triſtitia eſt impedimentum operationis ad quam comparatur, ſicut ad obiectum de quo eſt triſtitia. Nõ autem impedit operationem ad quam ſe habet, vt cauſa ad effectum, immo ipſam promouet. Dum enim quis triſtatur in re aliqua, illa triſtitia eſt cauſa vt operetur diligenter ad repellendam rem contriſtantem. Minor conceditur, ergo triſtitia, verum, de operatione virtuoſa repugnat virtuti; ſed triſtitia de impedientibus virtutem promouet operationem virtuoſam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd triſtitia immoderata eſt animæ ægritudo, triſtitia autem moderata ad bonam habitudinem animę pertinet ſm ſtatũ præſentis uitę.

¶ Ad tertium patet ex articulo præcedenti. Ad maiorem triſtitia immoderata, & illicita cui conſentitur, eſt animi ægritudo; ſed non moderata de contrarijs virtuti, immo talis pertinet ad virtutem pro præſenti ſtatu. Minor vera, ergo triſtitia, verum, de his, quæ ſunt virtutis, & immoderata contrariatur virtuti; ſed non triſtitia de contrarijs virtuti, & moderata.

Vtrum omnis virtus moralis ſit circa paſſiones.

C

Infra.q.60. ar.4.cor.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd omnis virtus moralis ſit circa paſſiones. Dicit enim Philoſoph. in 2.Ethic.* ꝙ circa voluptates, & triſtitias eſt mo ralis virtus; ſed delectatio, & triſtitia ſunt paſſiones, vt ſupra dictum eſt;* ergo omnis virtus moralis eſt circa paſſiones. *Ariſt.c.3. *q.23.ar.1. & q.35.ar.2.

¶ 2 Præt. rationale per participationem eſt ſubiectum moralium virtutum, vt dicitur in primo Ethicorum;* ſed huiuſmodi pars animæ eſt in qua ſunt paſſiones, vt ſupra dictum eſt;* ergo omnis virtus moralis eſt circa paſſiones. *Ariſt.c.13. *q.23.ar.1.

¶ 3 Præterea,

¶ 3 **Præterea, in omni virtute morali eſt inuenire aliquam paſſionem; aut ergo omnes ſunt circa paſſiones, aut nulla; ſed aliquæ ſunt circa paſſiones, vt fortitudo, & temperantia, vt dicitur in 3.Ethic.* ergo omnes virtutes morales ſunt circa paſſiones.** *Ariſt.c.6. & 10.

¶ Sed contra eſt, ꝙ iuſtitia, quæ eſt virtus moralis, non eſt circa paſſiones, vt dicitur in 5.Ethic.* * Ariſt. ex priorib. 4. cap. elicis.

¶ Quia dictum eſt, ꝙ virtus moralis ſtat cũ paſſione, ideo quærit hic an omnis virtus moralis ſit circa paſſiones, ſicut circa materiam propriam.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ virtus moralis perficit appetitiuam partem animæ ordinãdo ipſam in bonum rationis; eſt autem rationis bonum id, quod eſt ſecundùm rationem moderatum, ſeu ordinatum; vnde circa omne id quod contingit ratione ordinari, & moderari, contingit eſſe virtutem moralem.

¶ Concluſio reſponſiua ponitur in fine, talis. Non omnis virtus moralis eſt circa paſſiones (ſ. ſicut circa propriam materiã, propter ſolutionem primi,) ſed quædam circa operationes, probatur clarè in litera. Circa omne id quod contingit ratione ordinari, & moderari, contingit eſſe virtutem moralem; ſed contingit ratione ordinari, non ſolùm paſſiones appetitus ſenſitiui; ſed etiam operationes appetitus intellectiui, qui eſt voluntas, quæ non eſt ſubiectum paſſionis; ergo ſequitur concluſio. Huius rationis D.S. ponit, & probat, primò maiorem, ſecundò minorem, ibi. Ratio autem, &c. Maior ergo probatur, quia virtus moralis perficit partem appetitiuam animæ, ordinando ipſam in bonum rationis; ſed bonum rationis eſt id, quod eſt ratione ordinatum, ergo ſequitur maior. Deinde cum dicit.

¶ Ratio autem ordinat non ſolùm paſſiones appetitus ſenſitiui, ſed etiã ordinat operationes appetitus intellectiui, qui eſt voluntas, quę nõ eſt ſubiectum paſſionis, vt ſup. dictum eſt,* & ideo non omnis virtus moralis eſt circa paſſiones; ſed quædam circa paſſiones, quædam circa operationes. *q.23.ar.3.

¶ Ponit minorem principalem, quæ patuit ſup.q.22.art.3. quo ad vltimam partem. ſ. ꝙ in appetitu intellectiuo non ſint paſſiones. Alia pars minoris eſt nota, quia operationes, quæ ſunt ad alterum, etiam ratione ordinari, & moderari poſſunt, circa quas eſt iuſtitia, vt infra patebit quæſt. ſeq.

¶ Et confirmatur concluſio, quo ad ſecundam partem argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ non omnis virtus moralis eſt circa delectationes, & triſtitias, ſicut circa propriam materiam; ſed ſicut circa aliquid conſequens ad proprium actum; omnis enim virtuoſus delectatur in actu virtutis, & triſtatur in contrario. Vnde Philoſophus poſt præmiſſa verba ſubdit,* quòd ſi virtutes ſunt circa actus, & paſſiones; omni autem paſſioni, & omni actui ſequitur delectatio, & triſtitia; propter hoc virtus erit circa delectationes, & triſtitias, ſcilicet circa aliquid conſequens. *Ariſt.li.2. Ethic.c.3.

¶ Ad maiorem reſpondet hic, & in 2.2.q.58.ar.9. ad primum. Circa voluptates, & triſtitias eſt moralis virtus. Verum, aliquæ, ſicut circa propriam materiam, non omnes; ſed omnes ſunt circa ipſas, ſicut circa aliquid conſequens proprium actum, quia delectatur in actu proprio, triſtatur in contrario, extendendo delectationem ad gaudium propter iuſtitiam, quæ quidem ſemper eſt cum gaudio, ſed non ſemper cum delectatione, niſi ſit perfecta, vt redundet in ſenſualitatem, vt patet artic.5. in cor. Et ſecundò, eſt omnis virtus circa iſta, ſicut fines conſequentes omnes virtutes etiam iuſtitiam, quia non eſt iuſtus, qui non gaudet operationibus iuſtis, & ſic de alijs. Minor vera, præſertim de delectatione; triſtitia enim accipitur magis pro actu appetitus intellectiui. Vltra. Ergo omnis eſt circa paſſiones, ſicut circa propriam materiam, & obiectum, vt hic loquimur, negatur, ſed ad ſenſum Philoſophi, qui tactus eſt, &c.

¶ Ad ſecundum dicẽdum, quòd rationale per participationem non ſolùm eſt appetitus ſenſitiuus, qui eſt ſubiectum paſſionum; ſed etiam voluntas in qua non ſunt paſſiones, vt dictum eſt.* Dub.1199. *In corpo.

¶ Maior vera, de moralibus per eſſentiam, & hoc dico propter prudentiam, quæ eſt in rationali per eſſentiam, & tamen connumeratur moralibus; ſed hoc eſt ſolùm propter materiam, nõ quia per eſſentiam ſit moralis, vt patuit q.58.ar.3. ad primum. Ad minorem. Si rigorosè examinaretur, non eſſet vndequaq; vera, quia vt ſup. dictum fuit, q.56.ar.6. ad 2. **rationale per participationem eſt vniuerſaliter appetitiuum.** Vnde huiuſmodi pars. ſ. rationale per participationem, non eſt ſecundùm ſe totum ſubiectum paſſionis, quia non ſecundùm voluntatem. Vnde negatur conſequentia, quia illa virtus, quę eſt in voluntate non eſt circa paſſiones, tanquam circa materiam; eſto aliqua delectatio, vel magis gaudium aliquod, iuſtitiæ opera conſequatur, vt patet artic. quinto ſequen. in corpore.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in quibuſdam virtutibus ſunt paſſiones, ſicut propria materia, in quibuſdam autem non; vnde non eſt eadem ratio de omnibus, vt infra oſtendetur.* *q.60.ar.2.

¶ Si aſſumptum intelligitur, ꝙ in oĩ virtute morali eſt inuenire paſſionẽ ſicut materiã virtutis, negatur. Vltra, aut ergo, &c. Dico, ꝙ nõ oĩs eſt circa paſſiones, ſed aliqua; ſed negatur cõſequentia. Et ratio diuerſitatis patebit, q.60.ar.2. quia bonũ quarundam virtutũ attenditur in operatione per cõparationẽ ad alterũ, ideo talis virtus eſt de operatione, ſicut de propria materia. In quibuſdam aũt virtutibus, & operationibus virtutis, attenditur bonum per commenſurationem ad operantem, qũo videlicet afficiatur circa eas, & ſic non eſt par ratio, ſed de hoc poſtea. Et de materia iſtius articu. 2.2.q.58.ar.9. &c.

Vtrum aliqua virtus moralis poſſit eſſe ſine paſſione.

D

Infra.q.60. ar.2.cor.

AD quintum ſic proceditur. Videtur, quòd virtus moralis poſsit eſſe abſque paſsione; quantò enim virtus moralis eſt perfectior, tantò magis ſuperat paſsiones; ergo in ſuo perfectiſsimo poteſt eſſe omnino abſq; paſsionibus.

¶ 2 Præt. tunc vnumquodq; eſt perfectum quando eſt remotum à ſuo contrario, & ab his, quæ ad contrarium inclinant; ſed paſsiones inclinant ad peccatum, qđ virtuti contrariatur, vn de Ro.7. nominantur paſsiones peccatorũ; ergo perfecta virtus eſt oĩno abſq; paſsione. Rom.7.

¶ 3 Præt. ſecundùm virtutem Deo conformamur, vt patet per Aug. in lib. de moribus eccleſię;* ſed Deus omnia operatur ſine paſsione; ergo virtus perfectiſsima eſt abſq; omni paſsione. * Aug.li.1. c.6. & 11.

¶ Sed contra eſt, ꝙ nullus iuſtus eſt, qui non gaudet iuſta operatione, vt dicitur in pri. Ethic.* ſed gaudium eſt paſsio; ergo iuſtitia non poteſt eſſe ſine paſsione, & multò minus aliæ virtutes. *Ariſt.c.8.

¶ Quia dictũ eſt in artic. præced. ꝙ virtus moralis eſt aliquo modo circa paſſiones, vel. ſ. ſicut materiã, vel finem conſequentem, quærit iſte artic. an aliqua virtus poſſit eſſe ſine omni paſſione.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ ſi paſsiones dicamus inordinatas affectiones, ſicut Stoici poſuerunt, ſic manifeſtũ eſt, ꝙ virtus perfecta eſt ſine paſsionibus; ſi verò paſsiones dicamus oẽs motus appetitus ſenſitiui, ſic planũ eſt, ꝙ virtutes morales, quæ ſunt circa paſsiones, ſicut circa propriam materiam, ſine paſsionibus eſſe nõ poſſunt; cuius ratio eſt, qa ſm hoc ſequeretur, ꝙ virtus moralis faceret appetitum ſenſitiuum omnino otioſum, nõ autem ad virtutem pertinet, ꝙ ea, quæ ſunt ſubiecta rationi à proprijs actibus vacent; ſed quòd exequantur imperium rationis proprios actus agendo.

¶ D. S. diſtinctè reſpondet ad quæſitum. Vnde ponit duas concluſiones reſponſuas. Secundam ibi. Virtutes verò, &c. Concluſio prima, virtus moralis perfecta poteſt eſſe ſine omnibus paſſionibus inordinatis; ſed virtutes morales, quæ ſunt circa paſſiones, ſicut circa propriam materiam, nõ poſſunt eſſe ſine paſſionibus, ſi capiatur paſſio pro omni motu appetitus ſenſitiui. Primã partem huius concluſionis relinquit notam ex ſupra dictis, artic.2. Sed ſecundam partem probat duplici medio. Secundum ponit ibi. Vnde ſicut, &c. Primum ergo medium tendit ad inconueniens, quod eſt tale. Non pertinet ad virtutem, ꝙ ea, quæ ſunt ſubiecta rationi à proprijs actibus vacent, & ſint otioſa; ſed ſi virtus moralis circa paſsiones exiſtens non poſſit eſſe cum paſſione quacunq;, faceret appetitum ſenſitiuum omnino otioſum, & vacantem, ergo ſequitur ſecunda pars concluſionis. Maior patet ex ſupra dictis extra literam, quia virtus eſt habitus operatiuus, & perficit potentiam in qua eſt ad operandum, non ad vacandum. Minor etiam patet extra literam, quia omnis operatio appetitus ſenſitiui eſt paſſio, ergo virtus tollens omnem paſſionem tollit omnem operationem ab appetu ſenſitiuo. Tunc ibi.

¶Vnde sicut virtus mẽbra corporis ordinat ad actus exteriores debitos; ita appetitum sensitiuum ad motus proprios ordinatos.——

¶Probat alio medio (.s.similitudine) prædictam secundã partem conclusionis, sic. Sicut se habet virtus ad membra corporis, quo ad operari, ita ad appetitum sensitiuum; sed virtus ordinat membra corporis ad actus exteriores debitos; ergo etiam ordinat appetitũ sensitiuum ad motus proprios ordinatos; sed tales sunt passiones, ergo virtus moralis in appetitu sensitiuo existens non solùm non compatitur, immo ordinat, & elicit passiones moderatas, & regulatas.

*2.18 ¶Virtutes verò morales, quæ non sunt circa passiones, sed circa operationes, possunt esse sine passionibus, & huiusmodi virtus est iustitia, quia per eas applicatur voluntas ad proprium actum, qui non est passio.——

¶Hic consequenter ponit secundam conclusionem responsiuam, quam magis etiam secundò explicat, & declarat alia cõclusione, ibi. Sed tamen, &c. Conclusio ergo secunda est, morales virtutes, quæ non sunt circa passiones, sed circa operationes, possunt esse sine passionibus, sicut iustitia. Probatur, virtutes huiusmodi sunt in voluntate applicanda ad proprium actum; sed ille proprius (.s.actus) non est passio, sed operatio exterior, & interius velle, ergo. Et intelligitur ista conclusio, & probatio eius præterum de voluntate non multum perfecta, & feruida respectu operationis iustæ, quia ad talem sequitur quidem gaudium in virtuoso, quod est in voluntate, & non est passio; sed si voluntas multũ gaudeat de actu iusto, tunc potest etiam concitare, & redundare in appetitum sensitiuum. Tunc ibi.

¶Sed tamen ad actum iustitiæ sequitur gaudium ad minus in voluntate, quod non est passio, & si hoc gaudium multiplicetur per iustitiæ perfectionem, fiet gaudij redundantia vsq; ad appetitum sensitiuum, ſm ꝙ vires inferiores sequuntur motum superiorem, vt sup. dictum est,* & sic per redundantiã huiusmodi quãtò magis fuerit perfectior, tantò magis passionem causat.—— *q.17.ar.7. q.24.ar.3.

¶Declarat præcedentem conclusionem vna alia conclusione tali, quantò motus superior.(.s voluntatis gaudentis de actu iustitiæ fuerit perfectior, tantò magis passionem causat. Probatur, qa ad actum iustitiæ sequitur gaudiũ, ad minus in voluntate; sed si hoc gaudium multiplicetur per iustitiæ perfectionem fiet redundantia ad appetitum inferiorem sensitiuum, ergo. Maior patet, quia non est iustus, nisi gaudeat de operatione iusta. Minor patet, quia vires inferiores sequuntur motum superiorum, ergo minor vera.

ARGVMENTVM in contrarium non est purum, sed debet moderari post dicta in corpore, conclusione tertia. Maior vera, nullus est iustus nisi gaudeat, &c. sed tale gaudium non est passio; sed si fuerit intensum consequitur ipsum passio in sensualitate. Vnde minor negatur, quia gaudium est motus voluntatis, & non passio, quare non sequitur consequentia, immo potest esse iustitia sine passione, si nõ fuerit perfecta. Et videtur D.S. illam rationem exposuisse, vbi dixit in fine corporis, ibi, sed tamen ad actum iustitiæ, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ virtus passiones inordinatas superat, moderatas autem producit.——

¶Ad antecedens, si intelligitur, ꝙ virtus moralis existens circa passiones tanquam propriam materiam, quantò perfectior, superet omnes passiones, negatur, quia tunc faceret potentiam omnino otiosam; sed verum est, ꝙ superat passiones immoderatas, ne eis consentiatur; si quandoq; subito consurgant, temperatas, vel moderatas producit, & imperat. Vnde negatur cõsequentia, quia in perfectissimo requirit passiones, sed maximè moderatas.

¶ Ad secundum dicendum, quòd passiones inordinatæ inducunt ad peccandũ, nõ aũt si sunt moderatę.—

¶Ad minorẽ, negatur vniuersaliter, sed vera est de passionibus respectu illicitorũ, & immoderatis; tales.n. inclinant ad peccatũ, sed nõ licitę, & imperatę in materia virtutis, immo tales iuuãt ad benè operãdũ, & sunt meritorię, & laudabiles, vt patuit sup. q.24.

¶Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ bonũ in vnoquoq; cõsideratur ſm cõditionẽ suę naturę; in Deo aũt & angelis nõ est appetitus sẽsitiuus, sicut ẽ in hoïe, & ió bona opatio Dei, & angeli ẽ oino sine passione, sicut & sine corpe; bona aũt opatio hoïs ẽ cũ passiõe, sicut & cũ corporis ministerio.

¶Ad tertiũ fuit sup. responsum, q.24.ar.3.ad 2. extensè. Ad maiorem, ſm virtutem conformamur Deo conformitate proportionabilitatis, sed nõ absoluta, ita ꝙ habeamus nos sicut nos decet, sicut Deus se habet, vt ipsum decet. Minor vera, quia natura sua habet, vt sit sine passione, nostra autem requirit passionem. Sed negatur consequentia, quia virtus moralis aliqua est in sensualitate, & circa passiones, & requirit hoc natura nostra.

Quæstio sexagesima.

De distinctione virtutum moralium adinuicem.

DEinde considerandum est de distinctione virtutum moralium adinuicem. Et circa hoc quærũtur quinque. Primò, vtrum sit tantùm vna virtus moralis. Secundò, vtrum distinguantur virtutes morales, quæ sunt circa operationes ab his, quæ sunt circa passiones. Tertiò, vtrum circa operationes sit vna tantùm moralis virtus. Quartò, vtrum circa diuersas passiones sint diuersæ morales virtutes. Quintò, vtrum virtutes morales distinguantur secundùm diuersa obiecta passionum.

¶Quia distinctio moralium sumitur ſm diuersitatem passionum, ideo prius oportuit ostendere quomodo se habeant ad passiones. Et primò ostenditur radix distinctionis moralium virtutũ. Secundò inuestigatur modus huiusmodi distinctionis, ar.2.

Vtrum sit tantùm vna virtus moralis.

AD primum sic proceditur. Videtur, ꝙ sit vna tantùm moralis virtus; sicut enim in actibus moralibus directio pertinet ad rationem, quæ est subiectum intellectualium virtutum, ita inclinatio pertinet ad vim appetitiuam, quæ est subiectum moralium virtutum; sed vna est intellectualis virtus dirigens in oĩbus moralibus actibus, .s. prudentia; ergo etiam vna tantùm est moralis virtus inclinans in oĩbus moralibus actibus.

¶ 2 Præt. habitus non distinguuntur ſm materialia obiecta, sed ſm formales rationes obiectorum; formalis autem ratio boni ad quod ordinatur virtus moralis, est vnum, scilicet modus rationis; ergo videtur, quòd sit vna tantùm moralis virtus.

¶ 3 Præt. moralia recipiunt speciem à fine, vt supra dictum est,* sed finis omnium virtutum moraliũ communis est vnus .s. felicitas; proprij autem & propinqui sunt infiniti, non sunt autem infinitæ virtutes morales; ergo videtur, ꝙ sit vna tantùm. *quæs.

¶Sed contra est, ꝙ vnus habitus non potest esse in diuersis potentijs, vt sup. dictum est,* sed subiectum virtutum moralium est pars appetitiua animæ, quæ per diuersas potentias distinguitur, vt in primo dictum est,* ergo non potest esse vna tantùm virtus moralis. *q.56.ar.1. *Pars 2. quæs.

¶Hic primò inquirit radicem distinctionis moralium, & quærit de vnitate specifica, & ex hoc artic. habetur fundamentum sequentium. Et nota verbum ex quo pendet intellectus huius articuli, ꝙ obiectum morale de per se dicitur in habitudine ad rationem, quare sequitur, ꝙ diuersificata habitudine ad rationem erit aliud morale obiectum, & appetibile. Et per consequens alia virtus moralis, quæ dicitur ad appetibile secundùm rationem.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut sup. dictum est,* virtutes morales sunt habitus quidam appetitiuæ partis; habitus autem specie differunt secundùm speciales differentias obiectorum, vt sup. dictum est.* —— *q.54.ar.2. *q.54.ar.2.

¶D S. duo facit in hoc corpore. Primò ponit quandam conclusionem fundamentalem. Secundò deducit vnam aliam conclusionem, ex qua immediatè infert responsiuã, ibi. S. ecies autem obiecti, &c. Nota ergo primò conclusionem fundamentalem, ex qua dependet resolutio huius quæstionis, talem. Virtutes morales habẽt distinctionem specificam ex diuersa specie obiecti appetibilis. Probatur, quia virtutes morales sunt habitus, sed habitus specie differunt secundùm speciales differentias obiectorum, ergo Maior, & minor patuerunt supra sẽpius, & ita consequenter restat inquirendum an possint esse diuersæ species appetibilis, & tunc statim habetur responsio, quæ est in fine.

¶ Species aũt obiecti appetibilis, sicut & cuiuslibet rei attenditur ſm formã specificam, q̃ est ab agente.—

¶Hic cõsequẽter D.S. deducit quãdã aliã cõclusione magis specialẽ, & determinatã priori. Ex qua statim hr̃ risio formalis, & talis. Appetibilia cõstituũtur ĩ diuersis speciebus, ſm ꝙ diuerimodè se hñt ad rõnem (& est cõclusio cũ explicatione 16ris probatiuę) probaẽ sic, Species obiecti appetibilis, sicut & cuiuslibet rei attenditur ſm formã specificã, q̃ est ab agente (& supple diuersitas speciei à diuersis formis, q̃ sunt ab agente.) Suppletur, sed obiecta appetibilia

appetibilia habent aliam formam ab agente suo, quod est ratio in diuersis. .s. materijs, ergo conclusio vera, ꝙ appetibilia sunt diuersa specie. Huius rationis D.S. ponit primò maiorem, secundò probat minorem, ibi. Est autem, &c. tertiò ipsam conclusionem inferens responsiuam, ibi. Vnde appetibilia, &c. Maiorem ergo D.S. relinquit notam clarè. Deinde cum dicit.

¶ Est autem considerandum, ꝙ materia patientis se habet ad agens dupliciter. Quandoq; enim recipit formam agentis secundùm eandem rationem, prout est in agente, sicut est in omnibus agentibus vniuocis; & sic necesse est, ꝙ si agens est vnum specie, ꝙ materia recipiat formam vnius speciei, sicut ab igne non generatur vniuocè, nisi aliquid existens in specie ignis.——

¶Probat minorem tali ratione, quando passum, vel materia recipit formam agentis ſm eandem rationem, prout est in agente, tunc forma recepta in diuersis est eiusdem speciei, qñ autẽ non ſm eandem rationem recipitur, tunc diuersificatur specie in diuersis recipientibus; sed appetitus cuius est virtus moralis est passum recipiens impressionem agentis. .s. rationis, non secundũ eandem rationem, & vniuocè, ergo minor vera, ꝙ species appetibilis est varia. Huius rationis D.S. ponit primò primam partem maioris, secundò secundam, ibi. Aliquando, &c. Tertiò minorem, ibi. Manifestum est, &c. Prima ergo pars maioris deducitur exemplariter in litera, & patet. Consequenter ibi.

¶Aliquando verò materia recipit formam ab agente, non secundùm eandẽ rationem, prout est in agẽte, sicut patet in generantibus non vniuocis, vt animal generatur à Sole; & tunc formæ receptæ in materia ab eodem agente non sunt vnius speciei; sed diuersificantur secundùm diuersam proportionem materiæ ad recipiendum influxum agentis; sicut videmus, quòd ab vna actione solis generantur per putrefactionem animalia diuersarum specierum secundùm diuersam proportionem materiæ.——

¶Ponit secundam partem maioris præcedentis. .s. ꝙ quando nõ secundùm eandem rationem forma recipitur, tunc diuersificatur, &c. Et declarat eam D.S. exemplariter in litera.

¶Nota autem verbum D.S. ꝙ in agente æquiuoco diuersificantur effectus specie secundùm diuersam proportionem materię ad recipiendum influxum agentis; sicut patet, ꝙ ex carnibus humanis generantur vermes, ex vino putrefacto generantur paruę muscæ; ideo in talibus materijs est vna particularis virtus actiua, quæ concurrit præter virtutem æquiuocam vniuersalem. Et hæc est causa quare à virtute vniuersali agente per necessitatẽ naturæ possunt produci effectus diuersi in specie, ita etiam in proposito, cum ratione aliter concurrit voluntas in operationibus, & concupiscibilis, & irascibilis in passionibus, ideo est alius ordo rationis, & alia virtus. Deinde ibi.

¶Manifestum est autẽ, ꝙ in moralibus ratio est sicut imperans, & mouens; vis autem appetitiua sicut imperata, & mota; nõ autem appetitus recipit impressionem rationis, quasi vniuocè, quia non fit rationale per essentiam, sed per participationẽ, vt dicitur in pri. Ethic.* — *Arist.c.vl.

¶Subiungit minorem proximam, quæ probatur sic, quia appetitus nunquam efficitur rationalis per essentiam, sed solùm per participationem; ideo in diuersis appetitibus imprimitur ordo rationis diuersus, propter etiam diuersas materias; sicut alius ordo rationis seruandus est in commutationibus, & operationibus circa quas est iustitia. Alius in cõcupiscibili circa delectationes, alius in irascibili circa timores, & terrores, & ista magis explicabuntur per sequen. artic. Tunc ibi.

¶Vnde appetibilia secundùm motionẽ rationis constituuntur in diuersis speciebus, secundùm ꝙ diuersimodè se habent ad rationem, & ita sequitur, ꝙ virtutes morales sint diuersæ ſm speciem, & non vna tantùm.—

¶Subinfert conclusionem ipsam iam probatam, & tangit breuiter eius probationem iterum, quia vbicunq; aliqua aliter se habent ad rationem, ibi sunt alia obiecta specificè distincta moralia, sed appetibilia sunt huiusmodi, ergo. Maior patet ex supradictis, quia moralia obiecta dicũtur per habitudinem ad rationem, si igitur est alia habitudo erit aliud obiectum. Ex ista ergo conclusione immediatè respondet formaliter quæsito tali conclusione responsiua, virtutes morales sunt diuersæ secundùm speciem, & non vna tantùm. Probatur ratione ex præcedenti conclusione, appetibilia constituuntur in diuersis speciebus, secundùm quòd diuersimodè se habent ad rationem; ergo virtutes morales distinguuntur specie. Tenet consequentia ex prima conclusione fundamentali, & eius probatione, quia virtutes morales sunt habitus appetitiuæ partis (& circa appetibilia tanquam obiecta) sed habitus distinguuntur specie secundùm speciales differentias obiectorum, ergo consequentia bona, scilicet appetibilia sunt diuersa specie, igitur morales.

¶Et confirmatur conclusio responsiua argu. in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ obiectum rationis est verum, est autem eadem ratio veri in omnibus moralibus, quæ sunt contingentia agibilia, vnde est vna sola virtus in eis dirigens. .s. prudentia; obiectum aũt appetitiuę virtutis est bonum appetibile, cuius est diuersa ratio ſm diuersam habitudinẽ ad rationem dirigentem.——

¶Maior quidem vera, sed tamen hoc interest, quia directio est sub ratione veri, quæ est vna in omnibus moralibus (.s. verũ contingens) sed inclinatio virtuosa est appetitus ad bonum rationis, quod est varium in diuersis appetitibus, vt patuit. Minor vera, ratione dicta, quia respicit omnia moralia sub vna ratione. .s. veri. Sed negatur consequentia, quia ratio boni humani, vel moralis (quod idem est) non est vna in omnibus moralibus.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ illud formale est vnum genere propter vnitatem agentis, sed diuersificatur specie pp diuersas habitudines recipientiũ, vt dictũ est.* — *In corpo:

¶ Maior vera, habitus non distinguuntur vt habitus. i. eodem modo quo distinguuntur habitus, nisi penes obiecta formalia; tamen vt formæ & proprietates possunt distingui, & tamen esse circa idem obiectum formale, vt patuit supra.

¶ Ad minorem, negatur, ꝙ ratio boni moralis. .s. modus rationis sit vna species in diuersis moralibus virtutibus, & actibus diuersarum potentiarum appetibilium.

¶Ad tertium dicendum, quòd moralia non habent speciẽ à fine vltimo, sed à finibus proximis, qui quidem & si infiniti sint numero, non tñ infiniti sunt specie.——

¶Ad maiorem, moralia recipiunt speciem à fine. Dico, ꝙ speciem propriam à fine proximo, & propinquo, qui est obiectũ, qđ per se, & immediatè respicit virtus, vel actus; sed à fine agentis, & obiecti intentionis agentis vltimo, & communi possunt habere speciem communem, & subalternam, sicut omnes actus habent speciem meritoriam à fine vltimo. De hoc in de Virtutibus de charitate, ar 3. ad 9. dicit D.S. A fine proprio, & à proprio obiecto quelibet virtus habet formam specialem per quam est hęc virtus, sed à charitate habet quandam formam communem, secundùm quam est meritoria vitæ æternæ, hæc ille. Vide in de Malo, q.2. ar.6. ad 2.3. & 12. Ad minorem, finis communis est vnus, verũ, & ab illo non habent speciem propriam saltem, sed à proprio. Ad improbationem dicitur, quòd proprij fines sunt infiniti numero, non specie, quia certis modis contingit obseruari ordinem rationis, & non infinitis, sicut in operationibus ad alterum, vno modo in passionibus concupiscibilis, alio modo & passionibus irascibilis, tertio modo; vnde sunt tres morales per essentiam, & ratione subiecti, & esto finis agentis virtuosè sit vnus, & communis, non tamen virtutis finis proprius est vnus, vt patebit infra, quæstio. 72.

Vtrum virtutes morales, quæ sunt circa operationes, distinguantur ab his, quæ sunt circa passiones.

F

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd virtutes morales non distinguantur ab inuicem per hoc quòd quædam sunt circa operationes, quædam circa passiones. Dicit enim Philosoph. in 2. Ethic.* quòd virtus moralis est circa delectationes, & tristitias optimorum operatiua; sed voluptates, & tristitiæ sunt passiones quædam, vt supra dictum est;* ergo eadem virtus, quæ est circa passiones est etiam circa operationes, vtpotè operatiua existens. Vir.q.artic. 15.cor. *Arist.c.3. *q.31.ar.5. q.35.ar.1.

¶ 2 Præterea, passiones sunt principia exteriorum operationum; si ergo aliquæ virtutes rectificant passiones, oportet, quòd etiam per consequens rectificent operationes; eædem ergo virtutes morales sunt circa passiones, & operationes.

¶ 3 Præterea, ad omnem operationem exteriorem mouetur appetitus sensitiuus benè, vel malè; sed motus appetitus sensitiui sunt passiones; ergo eædem virtutes quæ sunt circa operationes sunt circa passiones.

¶ Sed contra est, quod Philos.* ponit iustitiam circa operationes, temperantiam autem, & fortitudinem, & mansuetudinem circa passiones quasdam. *Arist.li.5. Ethic.ca.4. & 2.Ethic. c.3.& 7.

¶Ostensa in primo articulo communi radice distinctionis moralium, scilicet per obiecta diuersa, & diuersum ordinē rationis. Hic inquiritur modus quo distinguuntur ab inuicem. Et primò inquiritur distinctio in genere. Secundò in specie subdistinguendo membra huius diuisionis in sequenti artic. Quærit ergo præsens artic. quomodo distinguantur, quia quædam sunt circa operationes, alia circa passiones.

¶Respondeo dicendum, ꝙ operatio, & passio dupliciter potest comparari ad virtutem. Vno modo sicut effectus, & hoc modo omnis moralis virtus habet aliquas operationes bonas, quarum est productiua, & delectationem aliquam, vel tristitiam, quæ sunt passiones, vt supra dictum est.* *q.49.ar.4. ad primū.

¶Hoc corpus habet duas partes principales. In prima respondet quæsito. In secūda ponit notabilia quædam pro solutionibus argumentorum in oppositum, ibi. Contingit, &c. Quo ad primā partem D. S. respondet distinctè. Vnde ponit duas conclusiones responsiuas secundùm duo membra distinctionis cuiusdam. Secūdam ponit ibi. Alio modo, &c. Notat ergo primò, ꝙ operatio, & passio possunt vno modo comparari ad virtutem, vt effectus, & aliquid consequens omnem virtutem. Conclusio prima, virtutes non distinguuntur per hoc, ꝙ vna est circa operationes, alia circa passiones (.s. hoc modo) probatur, suppletur maior, per hoc non distinguuntur virtutes morales, quod est oībus cōe; sed esse circa operationes, & passiones, isto modo est omnibus cōe, ergo. Maior nota, minor probatur, quia omnis virtus moralis habet aliquas operationes bonas, quarum est productiua, & delectationem aliquam, vel tristitiam, quæ sunt passiones, ergo. Minor vera. Et istud assumptum patuit, q.59, ar.4. ad primum; quia omnis virtuosus operatur aliqua bona, & in eis delectatur, vel saltem gaudet, vt patuit vbi statim, ar.5. Et ita omnis virtus habet passionem, saltem sicut effectum mediatum, quia scilicet cōsequitur operationem virtutis, quæ est immediatus effectus.

¶Et nota, ꝙ hoc, quod dicitur, omnis virtus est circa delectationes, intelligitur de delectatione, vt est communis ad sensibilē, & spiritualem, fortis enim non delectatur in actu suo, tamen gaudet, sicut habet D.S. de iustitia. Consequenter cum dicit.

¶ Alio modo potest comparari operatio ad virtutem moralem, sicut materia circa quam est, & secūdùm hoc oportet alias esse virtutes morales circa operationes, & alias circa passiones.

¶Procedit ad secundam conclusionem responsiuam, circa quā primò præmittit secundum membrū distinctionis, cum ipsa conclusione. Secundò ad hoc adiungit probationem, ibi. Cuius ratio est, &c. Dicit ergo, ꝙ alio modo possit comparari operatio, vel passio ad virtutem, sicut materia circa quam, & obiectum, quod moderatur, & circa quod versatur. Conclusio secunda, oportet alias esse virtutes morales circa operationes, & circa passiones isto modo. s. sicut circa propriam materiam. Et per hoc patet responsio satis formalis ad quæsitum, ꝙ sic, loquendo secundo modo. Deinde cum dicit.

¶Cuius ratio est, quia bonum, & malum in quibusdam operationibus attenditur secundùm seipsas qualitercunque homo afficiatur ad eas, inquantum. s. bonum in eis, & malum accipitur secundùm rationem commensurationis ad alterum, & in talibus oportet, ꝙ sit aliqua virtus directiua operationum secundùm seipsas, sicut sunt emptio, & venditio, & huiusmodi operationes, in quibus attenditur ratio debiti, vel indebiti ad alterum, & propter hoc iustitia, & partes eius propriè sunt circa operationes, sicut circa propriam materiam. In quibusdam verò operationibus, bonum, & malum attenditur solùm secundùm commensurationem ad operantem; & ideo oportet in his bonū, & malum considerari, f̄m ꝙ homo benè, vel malè afficitur circa huiusmodi, & pp hoc oportet, ꝙ virtutes in talibus sint principaliter circa interiores affectiones, q̄ dicuntur animę passiones, sicut patet de temperantia, fortitudine, & aliis huiusmodi. —

¶Probat præcedentem conclusionem sic. Vbicunq; aliter attenditur bonum rationis, ibi oportet esse aliam virtutem moralem. (Minor in litera pro partibus duabus. Vel sic minor formaliter) sed in operationibus ad alterum aliter attenditur bonum rationis, quàm in passionibus, & in operationibus, vt sunt ex passionibus, ergo. Maior nota ex artic. 1. Minor probatur in litera, quia bonum, & malum morale in quibusdam operationibus (.s. quæ sunt ad alterum) attenditur secundùm seipsas, nō secundùm ꝙ operās afficitur, sicut in iustitia, & partibus eius; in quibusdam verò solùm attenditur secundùm commensurationem ad operantē, quomodo videlicet is se afficiatur, & circa affectiones est principaliter virtus; sequitur igitur, ꝙ operatio secundùm se requirit aliam virtutem, quàm operatio, vt dependet ex passione, vel passio ipsa, quare distinguuntur, vt dicit conclusio.

¶ Nota, ꝙ quamuis opus iustum formaliter non fiat, nisi quis det alteri debitum delectabiliter, & promptè, & per consequens oporteat iustum esse moderatum in passionibus suis, ne sit nimis amatiuus pecuniarum, & huiusmodi; tamen iustitia ipsa principaliter respicit opus, vt alteri commensurabile secundùm actionem, vel passionem; sed liberalitas moderatur passionē, quare ex hoc benè sequitur connexio virtutum, quia non est iustitia sine liberalitate; sed tamen ad hoc habent virtutes diuersas materias, quas principaliter respiciunt, & de hoc ad secundum.

¶Nota, ꝙ per partes iustitiæ intelliguntur virtutes adiunctæ iustitiæ, quæ non attingunt ad debitum perfectè reddēdum, & quo ad hoc sunt minus principales, licet quo ad obiectum, & finem aliquæ sint principaliores, vt patet de religione, vide 2.2.q.80.

¶ Sed nota verba D. S. tam circa conclusionem præcedentem, quàm sequentia (vbi dicit. Et propter hoc oportet, ꝙ tales virtutes in talibus sint principaliter circa interiores affectiones, quę dicuntur animæ passiones, &c. in fine; sed in quibusdam virtus est principaliter circa operationem, in quibusdam circa passionem.) Nota inquam, quia aliqui non attendentes ea, sicut nec quae Doc. Sanc. ponit 2.2.q.58.ar.9. voluerunt dicere, ꝙ temperantia etiam sit principaliter circa operationes, licet non circa eas, quæ sunt ad alterum. Sed hic clarè D.S. dicit oppositum. Thom.

¶ Contingit autem ꝙ in operationibus, quæ sunt ad alterum, prætermittatur bonum virtutis propter inordinatam animi passionem, & tunc inquantum corrumpitur commensuratio exterioris operationis est corruptio iustitiæ, inquantum aūt corrumpitur cōmensuratio interiorum passionum est corruptio alicuius alterius virtutis, sicut cū pp iram aliquis alium percutit, in ipsa percussione indebita corrumpitur iustitia. In immoderantia verò iræ corrumpitur mansuetudo, & idem patet in alijs. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam prima ratio procedit de operatione f̄m ꝙ est effectus virtutis; aliæ verò duæ rationes procedunt ex hoc, ꝙ ad idē concurrunt operatio, & passio; sed in quibusdam virtus est principaliter circa operationē, in quibusdam circa passionem ratione prædicta.* *In idem.

¶ In hac secunda parte ponit quoddam notabile pro solutionibus argum. & primò secundi, & tertij. Et patebunt soluendo.

¶Et confirmatur secunda conclusio argu. in contrarium.

¶Ad primi maiorem, virtus moralis est circa delectationes, & tristitias, omnis quidem sicut circa effectum, sed non omnis sicut circa propriam materiam; sed aliqua est circa ipsas, vt materiam, non omnis. Probat primā conclusionem, ꝙ oīs est circa vtrumq;, sed diuersimodè, circa vnum, vt propriam materiam; circa aliud, vt effectum. Virtus enim quæ est circa operationes, vt materiam est passionum, vt effectuū; virtus autem quæ est passionum, vt materiæ, est operationis, vt effectus.

¶Ad secundum, maior vera, sed tamen etiam operationū, quæ non sunt ad alterum. Vltra, si ergo aliquæ virtutes rectificant passiones, oportet, ꝙ etiam per consequens operationes. Dico, ꝙ tales rectificant operationes, sed non principaliter, vt terminantur ad exteriora, sed vt oriuntur à passionibus. Vltra, eędem ergo, &c. Dico, ꝙ verum est, ꝙ cōcurrunt ad eundem effectum; sed tamen aliter, & aliter, quia inquantum corrumpitur commensuratio exterioris operationis, sic iustitia prohibet, & moderatur actionem exteriorem; inquātum verò procedit ex inordinatione passionū, sic moderatur actionē exteriorem alia virtus circa passiones existens, vide de hac materia 2.2.q.58.art.9.ad 2. vbi inter cætera dicit. Rectificatio ergo operationum secundùm ꝙ ad exteriora terminantur pertinet ad iustitiam, sed rectificatio earum secundùm ꝙ à passionibus oriuntur, pertinet ad alias virtutes morales, quę sunt circa passiones; vnde surreptionem rei alienæ iustitia impedit, inquantum est contra æqualitatem in exterioribus constituendam; liberalitas verò inquantum procedit ab immoderata concupiscentia diuitiarum, hæc ille, vide ibidem.

¶Ad tertium, maior vera. Appetitus sensitiuus mouetur ad exteriorem operationē benè, vel malè, & vt operatio est ab appetitu sensitiuo, & à passione, sic respicit eam virtus circa passiones principaliter; sed ipsam operationem, q̄ est ad alterum respicit, vt sic iustitia principaliter, ergo eędem virtutes, q̄ sunt circa operationes sunt circa passiones, tñ nō ex æquo, quia vna est operationis, vt est à passione, vt liberalitas respicit exteriorem dationē, vt quis eam det sine tristitia, & hilariter; iustitia autem vt est alteri debita, & cōmensurata. Vnde contingit, ꝙ q̄ñq; defectus sit in vno, & non in alio. Sicut si quis surripiat rem alterius non cupiditate habendi, sed voluntate nocēdi, vel econtra. Sicut si quis alterius rem concupiscat, quam tamen surripere non velit.

Vtrum

Vtrum circa operationes sit vna tantùm moralis virtus.

G Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd sit vna tantùm virtus moralis circa operationes. Rectitudo enim omnium operationum exteriorum videtur ad iustitiam pertinere; sed iustitia est vna virtus; ergo vna sola virtus est circa operationes.

¶ 2 Præt. Operationes maximè differentes esse vidētur, quæ ordinantur ad bonum vnius, & quæ ordinātur ad bonum multitudinis; sed ista diuersitas non diuersificat virtutes morales. Dicit enim Philosophus in 5. Eth.* quòd iustitia legalis, quę ordinat actus hominum ad cōmune bonum non est aliud a virtute, quæ ordinat actus hominis ad vnum tantùm, nisi secundùm rationem; ergo diuersitas operationum non causat diuersitatem virtutum moralium. *Arist. c.1

¶ 3 Præterea. Si sunt diuersæ virtutes morales circa diuersas operationes, oporteret quòd secūdùm diuersitatem operationum esset diuersitas virtutum moralium; sed hoc patet esse falsum; nam ad iustitiam pertinet in diuersis generibus commutationum rectitudinem statuere, & etiam in distributionibus, vt patet in 5. Ethic.* non ergo diuersæ virtutes sunt diuersarum operationū. *Arist. c.2.

¶ Sed contra est, quòd religio est alia virtus a pietate, quarum tamen vtraque est circa operationes quasdā.

¶ Subdiuidit vnum membrum præcedentis distinctionis, videlicet virtutem, quæ est circa operationes.

¶ Respondeo dicendum, quòd omnes virtutes morales, quę sunt circa operationes, conueniunt in quadam generali ratione iustitiæ, quæ attenditur secundùm debitum ad alterum, distinguuntur autem secundùm diuersas speciales rationes. —

¶ Conclusionem responsiuam bimembrem ponit in principio, secundò eam probat quantum ad primam partem, ibi. Cuius ratio est &c. quantum ad secundam, ibi. Sed debitum &c. Conclusio ergo est. Omnes virtutes morales circa operationes conueniūt in quadam generali ratione iustitiæ, distinguuntur autem secūdùm speciales rationes; & vult conclusio, quòd non est vna in specie circa operationes; sed quasi vna genere, vel vnum totum potētiale habens sub se partes specie distinctas. Consequenter cū dicit.

¶ Cuius ratio est; quia in operationibus exterioribus ordo rationis instituitur; sicut dictum est, non secundùm proportionem ad affectionem hominis; sed secundùm ipsam conuenientiam rei in seipsa, secundùm quam cōuenientiam accipitur ratio debiti ex quo constituitur ratio iustitiæ. Ad iustitiam enim pertinere videtur, vt quis debitum reddat; vnde omnes huiusmodi virtutes, quæ sunt circa operationes, habent aliquo modo rationem iustitiæ. *Ar. prec.

¶ Probat primam partem conclusionis sic. Omnes illę virtutes conueniunt in generali ratione iustitiæ, quæ sunt circa debitum ad alterum; sed omnes morales, quæ sunt circa operationes attendunt in ipsis rationem debiti, igitur prima pars vera. Maior probatur; quia ratio iustitiæ in communi attenditur secundùm debitū ad alterum, & ad iustitiam pertinere videtur, vt quis debitum reddat. Minor probatur; quia in operibus exterioribus ordo rationis instituitur secundùm ipsam conuenientiam rei in seipsam (id est secundùm quòd exterior res est commensurata aliquo modo alteri) sed secundùm conuenientiam talem accipitur ratio debiti, id est, eo ipso, quòd res isti conuenit; debitum est, vt ei detur, igit̄ minor vera, quòd omnes virtutes circa operationes (scilicet de per se tanquàm propriam materiam) attendunt in eis rationē debiti.

¶ Et nota, quòd esse virtutem circa operationem, vel passionē tanquàm propriam materiam, est circa ipsum ponere modum rationis, & ipsum modificare &c. Deinde cum dicit.

¶ Sed debitum non est vnius rationis in omnibus, aliter enim debetur aliquid æquali, aliter superiori, aliter minori, & aliter ex pacto, vel ex promisso, vel ex beneficio suscepto, & secundùm has diuersas rationes debiti sumuntur diuersæ virtutes, puta religio est per quam debitum Deo redditur; pietas est per quam redditur debitum parentibus, vel patriæ; gratia est per quam redditur debitum benefactoribus, & sic de alijs. — D. 677.

¶Deducit secundam partem conclusionis sic. Illę virtutes circa operationes existentes, distinguuntur secundùm speciales rationes, quæ attendunt in ipsis diuersas rationes debiti; sed virtutes circa operationes attenduntur, & sumuntur secundùm diuersas rationes debiti, igitur. Maior patet extra literam; quia sicut ex debito habent vnitatem, ita ex diuerso debito habent pluralitatem; quia quod est causa vnitatis est causa pluralitatis cum diuersificatur, & vnumquodque diuersificatur secundùm ea, quæ sunt de eius ratione. Exemplum infra q. 95. ar. 4. Minor declaratur in litera; aliter enim debetur aliquid æquali, aliter superiori, aliter minori, aliter ex pacto, aliter ex beneficio. Vnde religio reddit debitum Deo, de qua secunda secundæ q. 101. pietas est per quam redditur debitum patriæ, vel parentibus, de qua secunda secundæ q. 101. Gratia autem reddit debitum benefactoribus de qua secunda secundæ quæstio. 106.

¶ Nota ꝙ D.S. hic tangit virtutes adiunctas iustitiæ, tanquàm partes potentiales, quæ conueniunt cum principali virtute (scilicet iustitia) in ratione debiti; sed deficiūt a perfecta ratione ipsius; quia iustitia propriè dicta reddit debitum secundùm æquiualentiam, aliæ autem tantùm secundùm aliquam proportionē, & sunt illę adiunctæ sex, scilicet religio, pietas, gratia, vindicatio, obseruantia, veritas, de quibus omnibus Doct. Sanct. tractat ex intētione secunda secundæ q. 80. vide.

¶Et ea quæ dicta sunt confirmantur argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd iustitia propriè dicta est vna specialis virtus, quæ attendit perfectam rationem debiti, quod secundùm æquiualētiam potest restitui; dicitur tamen ampliato nomine iustitia secundùm quamcunque debiti redditionem, & sic non est vna specialis virtus.

¶Ad maiorem, rectitudo operationum exteriorū perfecta secūdùm æqualitatem pertinet ad iustitiam perfectam, & propriè dictā quæ est ad alium secundùm perfectam recompensationem; sed rectitudo quæcunque secundùm proportionem pertinet ad iustitiā communiter dictam, vt est quoddam totum comprehendens sub se omnes reddentes quocunque modo debitum.

¶Ad minorem, iustitia perfectè recompēsans est vna virtus in specie; sed non iustitia, vt est quoddam continens omnes virtutes quæ sunt ad alterum secūdùm rationem debiti; ergo vna sola &c. Si intelligitur de vnitate specifica, negatur; quia sunt diuersæ rationes debiti diuersificantes specie virtutes; sed est vna secundùm generalem rationem iustitiæ, & tamen illa ratio non est vniuoca; sed magis quasi analogica conueniens perfectè vni, scilicet iustitiæ perfectæ, & propriè dictæ, alijs per aliquam participationem, vel proportionalitatem; ita quòd iustitia in communi comprehendit sub se iustitiam propriè dictam, & alias adiunctas; simile infra q. 95. ar. 4. de lege, quę est communis ad legem specialiter dictam, & alias species legis. Simile quoque 2.2. q. 83. ar. 17. de oratione, quæ capitur in genere, & diuiditur in orationem specialiter dictam, & postulationem, & obsecrationem, sic iustitia communiter dicta comprehendit sub se iustitiam specialem, quæ est ad alterum secūdùm perfectam æqualitatem, puta ad alterum eiusdem ordinis, cōprehendit etiam reddentes debitum aliqualem, & iustitia specialis comprehendit sub se legalem, & particularem.

¶ Ad secundum dicēdum, quòd iustitia, quæ intendit bonum commune, est alia virtus a iustitia, quæ ordinatur ad bonum priuatum alicuius; vnde & ius commune distinguitur a iure priuato. Et Tullius* ponit vnam specialem virtutem pietatem, quæ ordinat ad bonum patriæ; sed iustitia ordinans hominem ad bonum commune, est generalis per imperium; quia omnes actus virtutum ordinat ad finem suum, scilicet ad bonum commune; virtus autem secundùm quòd a tali iustitia imperatur etiam iustitiæ nomen accipit, & sic virtus a iustitia legali non differt, nisi ratione; sicut sola ratione differt virtus operans secundùm seipsam, & virtus operans ad imperium alterius. — *Lib. 2. de inuē. fol. 4.

¶ Concedo, & dico, quòd operationes, quæ ordinantur ad bonum multitudinis, vt sic, sunt materia iustitiæ legalis, quæ autem ordinantur ad bonum vnius de multitudine, sunt materia iustitiæ particularis. Minor negatur, ita quòd virtus ordinans immediatè, & per se in bonum commune non sit alia specie ab ea, quæ ordinat in bonum particularis personæ, volo quidem quòd actus cuiuslibet virtutis possit ordinari in bonum commune, & possit esse imperatus; sed vnius specialis virtutis est omnes imperare, & mouere ad bonum commune. Ad probationem, quæ innititur auctoritati. Dico quòd est æquiuocatio in nomine iustitiæ legalis. Accipitur enim iustitia legalis dupliciter. Vno modo ꝙ virtute generali — Iustitia legalis dupliciter.

rali (secundùm virtutem scilicet, non secundùm prædicationem) cuius obiectum proprium est bonum commune, quia ordinat, & imperat actus omnium aliarum virtutum in bonum commune per quam Homo concordat legi ordinanti actus omnium virtutum in bonum commune, quare & legalis dicitur, & de illa nō loquitur Aristoteles in ista auctoritate; quia talis iustitia habet speciale obiectum distinctum ab obiectis aliarum virtutum; ideo distinguitur; sed quia obiectum eius est supremum, ideo ipsa est suprema, & habet omnibus alijs imperare; quia alię ordinant ad ꝓprium finem; quòd autem ordinentur ad finem vlteriorem, siue semper siue aliquando, non habent ex propria ratione, sed ex virtute superiori ordinantur ad talem finem, & sicut charitas mouet omnes ad finem supremum, scilicet in bonum Diuinum, & tamē ab omnibus alijs distinguitur, sic est de iustitia legali, quæ est principaliter in Principe, in subditis autem secundariò. Et patet quòd minor est falsa, quòd diuersitas boni communis, & boni particularis, non diuersificet virtutes; quia aliud, & aliud obiectum requirit aliam virtutem. Alio autem modo accipitur iustitia legalis pro qualibet alia particulari virtute secundū quòd a legali primo modo ordinatur in bonum commune, & hoc modo loquitur auctoritas Philosophi; sic enim eadem est virtus, quæ operatur finem ꝓprium, & sic dicitur virtus secundùm speciem propriam, & eadem est, quæ potest ordinari in bonum commune, & distinguitur a seipsa tantùm ratione; sicut si quis temperatè viuat, & vlterius illud viuere temperatum ordinet in profectum communitatis; quia lex præcipit actus omnium virtutum, vt patebit infra q.96.art.3. Et intelligenda est auctoritas, quòd iustitia legalis secūdo modo, prout est idem cum omni virtute ordinat actus hominum ad cōmune bonum non per seipsam, sed mota a legali primo modo. Potes ex his trahere intellectum solutionis D. S. quia respōdet ad probationem minoris quā negat primò, & vult, quòd est alia virtus ordinās ad bonum commune, quàm quæ ordinat ad bonum vnius, & particulare; sicut est aliud ius commune, aliud ius priuatum. infra q.96.ar.1.ad primum, & illa, quæ ordinat ad bonum cō mune est generalis non per prædicationem, sed per imperium; quia generaliter omnes mouet in bonum cōmune, quod est suū proprium obiectum. Deinde tangit quomodo Philosophus loquatur de iustitia legali in auctoritate inducta. Sed de ista solutione vide secunda secundæ quæstio. 58. artic. præsertim. 6. vide & quintum, & septimum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in omnibus operationibus ad iustitiam specialem pertinentibus, est eadem ratio debiti, & ideo est eadem virtus iustitiæ, præcipuè quantum ad commutationes, fortè enim distributiua est alterius speciei a commutatiua; sed de hoc infra quæretur. *

* 2.2.q.61 artic.1.

¶ Ad assumptum dico post dicta corporis, quòd si sint diuersæ operationes vbi concurrit diuersa ratio debiti, ibi sunt diuersæ virtutes, & partes iustitiæ; sed vbi non est diuersa ratio debiti non oportet. Vnde dicitur consequenter, quòd immo secundùm diuersitatem operationum cum diuersa ratione debiti est diuersitas moralium in specie. Vltra, sed hoc patet esse falsum, negatur falsitas. Ad probationem dico, quòd in diuersis commutationibus est vna ratio debiti, secundùm quòd vnus de proprio debet alteri priuatiuę personæ ad æqualem recompensam, & est debitum partis cōmunitatis ad partem communitatis. De distributionibus dico, ꝙ omnes distributiones, quæ sunt iustitiæ distributiuę, sunt eiusdē & vnius debiti; sed alterius rationis, quàm in commutatiua; quia ibi attenditur debitum communitatis ad personam priuatam; vnde commutatiua, & distributiua, sunt duæ species distinctę iustitiæ particularis. Ista enim diuiditur in commutatiuam, & distributiuam. Legalis autem, quæ est communis per imperium, non continetur sub ista diuisione, & distinguitur a distributiua, quæ incipit a bono communi, & partitur in personas priuatas. Legalis verò e contra trahit, & mouet bonum particulare in bonum commune. Negatur autem consequentia; quia diuersæ virtutes sunt circa diuersas operationes, cum adest diuersa ratio debiti, vt in quibusdam contingit, licet non in omnibus, & hoc probat argumentū, quòd non secundùm omnem diuersitatem quasi numeralem, & materialem operationum, quę sunt ad alium, attenditur diuersitas specierum iustitiæ; sed modo dicto.

¶ Nota autem verba Doct. Sanct. in solutione; quia dicit in omnibus operationibus ad iustitiam specialem pertinentibus est eadem ratio debiti præcipuè quantum ad commutationes &c. quia si loquamur de iustitia in genere, tunc non est eadem ratio debiti, vt patuit. Et secundo, si loquamur de iustitia speciali, idest particulari, q̄ est partis ad partem, vel ēt totius ad partem, tunc nō est vna ratio debiti; quia alia ratio debiti est partis ad partē, q̄ totius ad partem; ideo dicit præcipuè q̄tum ad commutationes; quia iustitia particularis, vt dictum est, diuiditur tanq̄ in species distinctas in commutatiuam, & distributiuam, & hæc determinat D.S. ex intentione. 2.2.q.61.ar.1. q̄uis hic loquatur suspensiuè differendo suam vsq; ad locū aptum, vbi ista materia ex intētione tractāda veniet, & ergo remittit se ad locum dictum in secunda secūdæ.

Vtrum circa diuersas passiones sint diuersæ morales virtutes.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd circa passiones non sint diuersæ virtutes morales. Eorum enim quæ conueniunt in principio, & fine vnus est habitus; sicut patet maximè in scientijs; sed omnium passionum vnum est principium, scilicet amor, & omnes ad eundem finem terminantur, scilicet ad delectationem, vel tristitiam, vt supra habitum est; * ergo circa omnes passiones est vna tantùm moralis virtus.

H Infra ar. cor.

* q.59.ar. 1.ad 2.

¶ 2 Præt. Si circa diuersas passiones essent diuersæ virtutes morales, sequeret ꝙ tot essent virtutes morales quot passiones; sed hoc patet esse falsum; quia circa oppositas passiones est vna, & eadem virtus moralis; sicut fortitudo circa timores, & audacias; temperantia circa delectationes, & tristitias; non ergo oportet, quòd circa diuersas passiones sint diuersæ virtutes morales.

¶ 3 Præt. Amor concupiscentia, & delectatio sunt passiones specie differentes, v t supra habitum est; * sed circa omnes has est vna virtus; scilicet temperantia; ergo virtutes morales, non sunt diuersæ circa diuersas passiones.

* q.22.ar.2.

¶ Sed contra est, quòd fortitudo est circa timores, & audacias; temperantia circa concupiscentias; mansuetudo circa iras, vt dicitur in 3. & 4. Ethic.*

* Lib. Ethic. cap. 8. lib. 4. cap. 5.

¶ Consequenter D.S. subdistinguit secūdum membrum distinctionis articuli secundi, scilicet virtutem, quæ est circa passiones. Et primò ostendit quomodo distinguantur secundùm diuersitatē passionum. Secundò quomodo distinguantur secundùm diuersitatem obiectorum passionum ar. sequenti.

¶ Respondeo dicendū, ꝙ non potest dici, quòd circa omnes passiones sit vna sola virtus moralis; sunt enim quędam passiones ad diuersas potentias pertinentes; alię namque pertinent ad irascibilem, aliæ ad concupiscibilem, vt supra dictum est. *

* q.23.ar.1.

¶ D.S. respōdēdo ad quæsitum duo facit, primò deducit conclusionem responsiuam generalem, secūdò conclusionem aliam partialiter magis responsiuam, ibi. Et ideo diuersæ &c. Conclusio prima, non potest dici, quòd circa omnes passiones sit vna sola virtus moralis, nec etiam omnis diuersitas passionum sufficit ad diuersificandas virtutes morales. Huius conclusionis D.S. ponit, & probat primò primam partem, secundò secundam, ibi, nec tamē &c. Probatur sic prima pars, non potest dici, quòd circa passiones diuersarum potentiarum sit eadem virtus; sed quædam passiones pertinent ad diuersas potentias, igitur circa tales non potest esse eadem virtus, & per consequens circa omnes non est eadem virtus. Maior innititur ei, quod dictum est q.56.ar.2. quia eadem virtus non potest esse in duabus potentijs. Minor patet; quia alię sunt passiones irascibilis, aliæ concupiscibilis, quæ sunt diuersæ potentiæ, & hoc patuit supra q.23.ar.1. Consequenter cum dicit.

Conclusio prima.

¶ Nec tamen oportet, quòd omnis diuersitas passionum sufficiat ad virtutes morales diuersificandas. Primò quidem; quia quædam passiones, sunt quæ sibi opponuntur secundùm contrarietatem; sicut gaudium, & tristitia, timor & audacia, & alia huiusmodi, & circa huiusmodi passiones, sic oppositas oportet esse vnam, & eandem virtutem; cum enim virtus moralis in quadam medietate consistat, medium in contrarijs passionibus secundùm eandem rationem instituitur; sicut & in naturalibus idem est medium inter contraria, vt inter albū, & nigrum.

¶ Ponit secundam partem præcedentis conclusionis, quā probat dupliciter, secunda probatio, ibi. Secundò quia &c. Primò sic. Circa passiones oppositas contrariè quales sunt aliquæ, oportet esse vnam & eandem virtutem, igitur non quęlibet diuersitas sufficit &c. vt dicit secunda pars. Cōsequentia nota est. Probatur antecedens primò quo ad suppositum, quòd aliquæ sunt contrariæ exemplariter de gaudio, tristitia &c. Secundò probatur antecedēs in se dupliciter, ratione & similitudine, ratione sic. Medium in cōtrarijs passionibus secundùm eandem rationem instituitur; igitur circa contrarias passiones est vna virtus moralis. Antecedens notum; quia inter excessum, & defectum in eadem materia constituitur medium eiusdem rationis, vt inter nimis multum comedere, & nimis parū, constituit comestio equalis prout oportet, &c.

Consequentia

Consequētia probatur; quia virtus moralis in quadam medietate cōsistit, scilicet causaliter. i. instituit medium inter duas passiones, vt supra patuit q.49.ar.1 ad primum. Secundò confirmatur hęc ratio a simili; sicut est in naturalibus ita in moralibus virtutibus; sed in natura idem est medium inter cōtraria igitur. Minor patet de albo, & nigro inter quæ mediat color medius. Deinde cum dicit.

¶ Secundò quia diuersę passiones inueniuntur secundùm eundem modum rationi repugnantes, puta secundùm impulsum ad id, quod est contra rationem, vel secundùm retractationem ab eo, quod est secundùm rationem.

¶ Adducit aliam rationem pro secunda parte præcedenti. Maior suppletur, ad illas passiones non ordinantur diuersæ virtutes, quæ secundùm eundem modum repugnant rationi; sed aliquę diuersæ passiones inueniuntur repugnantes secundùm eandem rationem, scilicet secundùm impulsum ad id quod est contra rationem; sicut concupiscibilis passiones circa bonum delectabile, vel secundùm retractationem ab eo, quod est secundùm rationem; vt sunt concupiscibilis circa sensibile malum, & passiones aliquæ irascibilis, vt timor mali sensibilis retrahit ab eo, quod est secūdùm rationem; igitur &c. Maior probatur extra literā; quia virtus moralis consistit in conformitate rationis; igitur vbi aliqua eodem modo repugnant, vel sunt conformia, est eadē virtus. Minor declaratur q. seq. ar.2.in cor. & 2.2.q.141.ar.3.

¶ Et ideo diuersæ passiones concupiscibilis nō pertinent ad diuersas virtutes morales; quia eorum motus secundùm quendam ordinem se inuicem consequuntur, vtpote ad idem ordinati. s. ad consequendum bonum, vel ad fugiendum malum; sicut ex amore procedit concupiscentia, & ex concupiscentia peruenitur ad delectationem. Et eadem ratio est de oppositis; quia ex odio sequitur fuga, vel abominatio, quæ perducit ad tristitiam.

Conclusio secunda.

¶ Hic consequenter procedit ad secundam conclusionem magis particulariter responsiuam, & explicatiuam prioris per modū corollarij scilicet Diuersæ passiones concupiscibilis non ptinent ad diuersas virtutes morales; sed ad diuersas passiones irascibilis diuersæ virtutes ordinantur. Huius conclusionis D. S. ponit, & ꝓbat primò primam partem, secundò secundam, ibi. Sed passiones &c. Quo ad primam arguitur sic. Illę passiones concupiscibilis non pertinent ad diuersas virtutes; quarum motus se inuicē consequuntur, & ad idem ordinantur (& in quibus est eadem ratio repugnantiæ) sed passiones concupiscibilis secūdùm quēdam ordinem se consequuntur, vtpote ad idem ordinati, & eodem modo rationi repugnant; igitur prima pars vera. Maior patuit ex secunda ratione. Minor declaratur in litera; quia ex amore procedit desiderium, & ex concupiscentia peruenitur ad delectationem, & eadem ratio est de oppositis. Vnde habet D. S. secunda secundæ, vbi statim ad primum, dum temperantia modificat passiones cōcupiscibilis tendentes in bonum, per consequens modificat omnes alias passiones inquantum ad moderantiam priorum passionum sequitur moderantia posteriorum, hæc ille.

¶ Nota quòd hic posset esse dubium; quia Doct. Sanct. hic ponit circa omnes passiones concupiscibilis vnam virtutem, & in art. ic. sequenti ponit plures virtutes in concupiscibili respectu passionum. Sed oportet notare, quòd aliud est dicere diuersæ passiones concupiscibilis pertinent ad eandem virtutem, & aliud est dicere, in concupiscibili est tātùm vna virtus. Primum enim verum & secundum falsum, vt patet art. seq. primum autem, quod est dictum præsentis articuli, intelligitur, quòd diuersæ passiones concupiscibilis consequentes se circa idem obiectum, & eandem materiam, pertinent ad eandem virtutem; sicut ad phylotomiam pertinet amor honoris concupiscentia, & delectatio eiusdem, & similiter odium, & fuga, & tristitia de contrario; sic de temperantia ad quam pertinet amor, & desiderium delectationum tactus, & similiter odium contrarij. Secūdum autem verificatur, scilicet quòd sunt diuersæ virtutes ratione diuersorum obiectorum, & ratione diuersarum passionum circa diuersa obiecta habētium diuersam habitudinem ad rationem; est igitur vna virtus in concupiscibili respectu passionum se habentium circa idem; sed possunt esse diuersæ virtutes respectu passionum diuersarum se non consequentium circa diuersa, vt phylotomia circa amorem honoris, & liberalitas circa amorem pecuniarum, vt patebit ar. seq. & ergo intelligendum est sanè verbum D. S. quòd temperantia est circa passiones concupiscibilis respectu certi obiecti, s. delectationis tactus; sed non est circa passiones circa quæcunque obiecta, & hoc explicat articulus sequens. Deinde ibi.

¶ Sed passiones irascibilis, non sunt vnius ordinis, sed ad diuersa ordinantur; nam audacia, & timor ordinātur ad aliquod magnum periculum, spes & desperatio ad aliquod bonum arduum, ira autem ad superandum aliquod contrarium, quod nocumētum intulit; & ideo circa has passiones diuersæ virtutes ordinantur, vtputa temperantia circa passiones concupiscibilis, fortitudo circa timores, & audacias, magnanimitas circa spem, & desperationem, mansuetudo circa iras.

¶ Subiungit secundam partem præcedentis conclusionis secundæ, quam probat sic. Passiones quæ non ad idem ordinantur, nec se consequuntur, nec eodem modo rationi repugnant pertinent ad diuersas virtutes; sed passiones irascibilis non sunt eiusdem ordinis, & ad diuersa ordinantur, igitur ista pars vera. Maior patuit ex secunda ratione. Minorem D.S. ostendit exemplariter; nam audacia, & timor ordinantur &c. clarè in litera.

¶ Et quod dictum est confirmatur. s. in prima parte cōclusionis primæ, & in secunda secundæ cōclusionis argumeto in cōtrariū.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd omnes passiones conueniunt in vno principio, & fine communi, non autem in vno proprio principio, seu fine; vnde hoc non sufficit ad vnitatem virtutis moralis.

¶ Maior vera, quando cōueniunt in vno principio, & fine proprio, & proprio quo immediato tunc pertinent ad vnum habitum. Sic negat minor; q̄a amor est principiū cōe, & originale quasi remotum omnium passionū; sed hīt certę passiones finē, & principiū propriū distinctū, vt patuit. s. propria, & per se obiecta sub distinctis rōnibus formalibus; sicut timor, & audacia periculū; spes & desperatio bonum arduum &c. Et præterea sunt diuersi ēt amores, & per consequens diuersæ aliæ passiones ipsum consequentes circa diuersa obiecta. Vnde negatur cōsequētia; tum quia ex amore sequuntur passiones in diuersis potentijs, tum quia sequuntur passiones non adinuicē ordinatæ, nec se consequentes. Tum quia sequuntur passiones habentes diuersam repugnantiam ꝓp distinctionē principiorum, & obiectorum propriorum, tum ēt, q̄a esto habeant vnū principiū suo mō effectiuum, vt patebit infra q. 72. ar. 3. & q. 77. ar. 4 quia oēs procedunt ex amore sui; sicut cā effectiua, & aliquo modo finali, vt patebit vbi iam; tamen non habent idem motiuū finale ex parte sui ꝓprij, & ergo stat distinctio passionum circa obiecta propria, & ꝙ cōsequēs diuersitas virtutis &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut in naturalibus idem est principium quo receditur ab vno principio, & acceditur ad aliud; & in rationalibus est eadem ratio contrariorum, ita etiam virtus moralis, quæ in modum naturæ rationi consentit est eadem contrariarum passionum.

¶ Ad assumptum dico, ꝙ circa diuersas passiones non cōtrarias nec se consequentes, sed quasi disperatas, & ēt in diuersis potētijs sunt diuersæ virtutes; sed non circa quascunq; diuersas; quia circa contrarias non; quia eadem rō est aliquid amare, & odire oppositum, & accedere ad vnum, & recedere ab oppositio. Vltra, sequeretur, ꝙ tot essent virtutes quot passiones, negatur sequela ista; quia non est par rō de omnibus. Circa aliquas enim diuersas sunt diuersæ virtutes, circa aliquas non, præsertim contrarias, vt D.S. ostēdit in solutione per simile de principio motiuo in naturalibus, & in rationabilibus, & conceditur falsitas cōsequentis. Et probationem D.S. confirmat; quia cum virtus assimiletur naturæ, & rationi ēt est de diuersis; sed non est par ratio de omnibus. s. non cōtrarijs, nec se consequentibus per ordinem, vt patuit. Et nota, ꝙ non est omnino simile de inclinatione naturæ, & virtutis; quia naturæ inclinatio inclinat ad vnum contrarium recedendo ab alio. Inclinatio autem virtutis non est ad aliquod contrariorum saltem extremum; sed tendit in medium, est tamen simile, quòd vtraq; inclinatio est inter contraria, & hoc sufficit proposito.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illę tres passiones ad idem obiectum ordinantur, secundùm quendam ordinem, vt dictum est, * & ideo ad eandem virtutem moralem pertinent.

* In cor. ar.

¶ Maior vera, & habita supra q.23.ar.4. Minor vera circa idem obiectum est vna virtus circa amorem cōcupiscentiam, & delectationem; quia sunt vnius ordinis, & se consequuntur. Sed negat cōsequentia; quia non est par rō de alijs quibusdā, q̄ non sunt vnius ordinis, nec tenent se circa idē obiectū consequenter, vt patuit. Et dicit D.S. notanter in solutione, ꝙ quia ille tres passiones ordinātur ad idē obiectū, ideo sunt vnius virtutis; si aūt sunt amores, & aliæ consequentes circa diuersa obiecta, tunc sunt diuersæ virtutes, ita ꝙ sint duo amores cū alijs se consequentibus, circa diuersa obiecta; tūc enim erūt diuersæ virtutes, vt tactū est in corpore.

Vtrum virtutes morales distinguantur secundùm diuersa obiecta passionum.

AD quintum sic proceditur. Videtur quòd virtutes morales non distinguantur secundùm obiecta passionum,

I

passionum; sicut enim sunt obiecta passionum, ita sunt obiecta operationum; sed virtutes morales, quæ sunt circa operationes non distinguuntur secundùm obiecta operationum, ad eandem enim virtutem iustitiæ pertinet emere, vel vendere domum, & equum; ergo etiam nec virtutes morales, quæ sunt circa passiones diuersificantur per obiecta passionum.

¶ 2 Præt. Passiones sunt quidam actus, vel motus appetitus sensitiui; sed maior diuersitas requiritur ad diuersitatem habituum, quàm ad diuersitatem actuum; diuersa igitur obiecta, quæ non diuersificant speciem passionis, non diuersificabunt speciem virtutis moralis, ita scilicet quòd de omnibus delectationibus erit vna virtus moralis, & similiter est de alijs.

¶ 3 Præte. Magis & minus non diuersificant speciem; sed diuersa delectabilia non differunt, nisi secundùm magis, & minus; ergo omnia pertinent ad vnã speciem virtutis, & eadem ratione omnia terribilia, & similiter de alijs; non ergo virtus moralis distinguitur secundùm obiecta passionum.

¶ 4 Præt. Sicut virtus est operatiua boni, ita est impeditiua mali; sed circa concupiscentias bonorum sunt diuersæ virtutes; sicut temperantia circa concupiscentias delectationum tactus, & eutrapelia circa delectationes ludi; ergo etiam circa timores malorum debent esse diuersæ virtutes.

¶ Sed contra est, quòd castitas est circa delectabilia venereorum, abstinentia verò est circa delectabilia ciborũ, & eutrapelia circa delectabilia ludorum.

¶ Hic vltimò quærit de alio modo distinguendi virtutes videlicet secundùm diuersitatem obiectorum passionum, potest enim contingere, quòd passio sit vna (saltem genere) vtputa amor, & tamen sunt plures virtutes circa amorem, vel delectationẽ, propter hoc, quia amor est circa diuersa bona hominis. s. secundùm animam, vel corpus, vel circa exteriora bona; ideo etiam dictum fuit ar. præce. quòd circa omnes passiones eiusdem obiecti est vna virtus in concupiscibili; secus de passionibus circa aliud obiectum.

¶ Respondeo dicendum, quòd perfectio virtutis ex ratione dependet, perfectio autem passionis ex ipso appetitu sensitiuo; vnde oportet, quòd virtutes diuersificẽtur secundùm ordinem ad rationem, passiones autem secundùm ordinem ad appetitum.

In hoc corpore articuli D.S. multa facit, quæ omnia in vnum tendunt, & quæsitum euacuãt. Et principaliter quatuor, primò ponit fundamentum dicendorum, quòd virtutes distinguuntur secundùm obiecta aliter, quàm passiones. Et ex hoc fundamẽto infert aliquas conclusiones responsiuas, volens ostendere, quę diuersitas obiectorum passionũ causet diuersas virtutes. Secundò principaliter ostendit quomodo vnum obiectum passionis potest diuersificare virtutes, ibi. Et quia ordine &c. Tertiò particulariter declarat quomodo secundùm vnum obiectum passionis, s. amoris concupiscentiæ, & delectationis sumuntur diuersæ virtutes, & quæ & quot, ibi. Sic igitur si consideretur &c. Vltimò infert vnum corollarium de numero moralium circa passiones, ibi. Sic igitur patet &c. Quo ad primum ostendendum, ponit primò conclusionem fundamentalem. Secundò subiungit tres cõclusiones aliqualiter responsiuas, ibi. Obiecta igitur &c. quæ patebunt prosequendo. Conclusio igitur fundamentalis est. Oportet quòd virtutes diuersificentur &c. vt in litera. Probatur, quia perfectio virtutis ex ratione dependet, perfectio autem passionis ex appetitu sensitiuo, igitur conclusio vera. Tenet consequentia; quia vnumquodque diuersificatur secundùm eã a quibus depẽdet, & quę sunt de eius ratione; sicut patuit ar. 3. Antecedens patuit supra de virtute q. 58. ar. 2. Et de passione. q. 22. &c. Consequenter ibi.

¶ Obiecta igitur passionum secundùm quòd diuersimodè ordinantur ad appetitum sensitiuum, causant diuersas passionum species; secundùm verò quòd comparantur ad rõnem, causant diuersas species virtutum.

¶ Est prima conclusio aliqualiter responsiua in communi. Probatur ex dictis assumendo primam conclusionem pro antecedente. Oportet quòd virtutes diuersificentur secundùm ordinem ad rationem, passiones verò secundùm ordinem ad appetitum sensitiuum, igitur obiecta passionum, &c. Consequentia de se nota; quia si diuersificantur virtutes secundùm ordinem ad rationem, igitur obiecta secundùm quòd diuersimodè se habẽt ad rationem diuersificant virtutes.

¶ Non est autem idẽ motus rationis, & appetitus sensitiui; vnde nihil prohibet aliquam differentiam obiectorum causare diuersitatem passionum, quæ non causat diuersitatem virtutum; sicut quando vna virtus est circa multas passiones, vt dictum est, * & aliquam etiam differentiam obiectorum causare diuersitatem virtutũ, quæ non causat diuersitatem passionum, cum circa vnam passionem, puta delectationem diuersæ virtutes ordinentur. * Ar. præ.

Conclusio secunda.

¶ Subsumit sub præcedenti conclusione, & infert secundam cõclusionem talem, nihil prohibet aliquam differentiam obiectorũ causare diuersitatem passionum, quæ non causat diuersitatem virtutum, & aliquando etiam differentiam obiectorum causare diuersitatem virtutum, quæ non causat diuersitatem passionum. Istã conclusionem D.S. infert ex dictis, & explicat ambas partes exemplariter. Probatur igitur primò in communi, assumendo conclusionem secundam pro maiori, vel etiam primam conclusionem pro minori, sed non est idem motus rationis, & appetitus sensitiui, igitur conclusio vera. Minor patet extra literam, quia ad plures motus appetitus sensitiui ratio potest se habere vno modo; vt patet ex prædictis ar. 4. quia plures passiones se consequuntur, & eodem modo per rationem regulantur &c. & etiam multiplicato motu sensitiui appetitus ratio vnum motum habere potest. Et explicat D.S. primam partem; quia vna virtus potest esse circa multas passiones, vt patuit art. 4. sicut temperantia est circa omnes passiones, concupiscibilis circa suam materiam, vt patuit. Secũda pars explicatur; quia circa vnam passionem (scilicet delectationem) sunt diuersæ virtutes, sicut patebit; quia temperantia phylotomia, & liberalitas sunt circa delectationem moderandam.

¶ Nota tamen quòd delectatio circa diuersa obiecta non est eadem specie specialissima, sed tamen subalterna, & vtrobique est delectatio concupiscibilis, & ita manet eadem saltem ratione subiecti, vel principij effectiui, & hoc sufficit ad propositum, virtus autem non est eadem in ordine ad principium, s. ad rationẽ, passio autem eadem est, vt motus appetitus sensitiui, & de hoc ad tertium. Ex his patet, quòd aliter distinguuntur virtutes, aliter passiones ab obiectis, quia passiones diuersæ quandoque sunt circa obiectum vnum quod est multiplex in esse motiuo quo ad appetitum sensitiuum; sicut est de amore, concupiscentia, delectatione; tamen quia omnes istę passiones eandem habitudinem habent ad rationem, ideo pertinent ad eandem virtutem cuius vnitas attenditur penes vnitatem habitudinis ad rationem. Deinde cum dicit.

¶ Et quia diuersæ passiones ad diuersas potẽtias pertinentes semper pertinent ad diuersas virtutes, vt dictũ est, * ideo diuersitas obiectorum, quæ respicit diuersitatem potẽtiarum semper diuersificat species virtutum, puta quòd aliquid sit bonum absolutè, & aliquid bonũ cum aliqua arduitate. * Ar. 2. & 4. huius quæstio.

¶ Accedit ad magis determinatè respondendum, quæ scilicet diuersitas obiectorum passionum causat diuersas virtutes. Et ponit talem cõclusionem responsiuam tertiam. Diuersitas obiectorum, scilicet passionum, quæ respicit diuersitatẽ potentiarum &c. D.S. probat, & explicat illam conclusionem. Probatur sic, diuersę passiones ad diuersas potentias pertinentes semper pertinẽt ad diuersas virtutes, igitur obiecta passionum diuersarum potentiarum semper &c. Antecedens patuit ar. 4. ex fundamento supra habito; quia vna virtus non est duarum potentiarum, & quia maior diuersitas requiritur ad diuersificandum potentias, quàm virtutes, vt patuit supra, ergo antecedens verùm. Consequentia probatur, quia ad idem pertinet passio, & obiectum eius, si ergo passiones pertinent ad diuersas potentias, sequitur quòd & obiecta pertineant ad diuersas virtutes. Conclusio tertia.

¶ Et quia ordine quodam ratio inferiores hominis partes regit, & etiam se ad exteriora extendit, ideo etiã secundùm quòd vnum obiectum passionis apprehenditur sensu, vel imaginatione, aut etiam ratione, & secundùm etiam quòd pertinet ad animam corpus, vel exteriores res, diuersam habitudinem habet ad rationem, & per consequens natum est diuersificare virtutes.

¶ Habitis quibusdam generalibus, & cum hoc quomodo obiecta diuersa passionum distinguant, & quæ diuersa, scilicet pertinẽtia ad diuersas potentias; quia ibi variatur habitudo ad rationem, vt patet ex ar. 4. Hic consequenter secundo loco principali. Doct. Sanct. applicat pmissa generalia in conclusionibus tribus ad obiectum passionis vnius, volens ostendere, quòd virtutes morales circa passiones possunt diuersificari ex vno obiecto, & quomodo hoc fiat. Et circa hoc duo facit, primò ostẽdit hoc de obiecto passionis indeterminatæ in generali. Secundò hanc conclusionẽ explicat de obiecto passionis vnius determinatæ, scilicet bono, & amore, qui simul cum concupiscentia, & delectatione habet rationem

tionem vnius passionis in ordine saltem ad rationem; quia ad se inuicem consequuntur, ibi. Bonum igitur &c. quo igitur ad primum huius partis. Ista est conclusio prima. Vnum obiectũ vnius passionis natum est diuersificare virtutes. Probatur conclusio, vnũ obiectum vnius passionis natum est habere diuersam habitudinẽ ad rationem; ergo conclusio vera. Tenet consequentia ex dictis in principio articuli; quia virtus attenditur per habitudinẽ ad rationem; igitur si est diuersa habitudo erit diuersa virtus. Antecedens probatur; quia ratio ordine quodam regit inferiores hominis partes, & etiam ad exteriora ordine quodam se extendit (.i. immediatè mouet sensus interiores, & postea exteriores, & inter exteriora bona vnum præfert alteri) igitur secundùm quòd vnum obiectum apprehenditur sensu exteriori (.s. tactus) vel imaginatione, vel secundùm quòd pertinet ad corpus, vel etiam ad res habet diuersam habitudinem ad rationem, igitur antecedens verũ.

¶ Bonum igitur hominis, quod est obiectum amoris, cõcupiscentiæ, & delectationis, potest accipi, vel ad sensum corporis pertinens, vel ad interiorem animæ apprehensionem, & hoc siue ordinetur ad bonum hominis in seipso, vel quantum ad corpus, vel quãtum ad animam, siue ordinetur ad bonum hominis in ordine ad alios; & omnis talis diuersitas propter diuersum ordinem ad rationem diuersificat virtutem.

Conclusio

¶ Explicat conclusionem præcedentem, ponẽdo aliam magis determinatam, vt propinquius ad virtutes in particulari descẽdat. Bonum hominis, quod est obiectum amoris concupiscentiæ, & delectationis (.i quæ sunt quasi vna passio in habitudine ad rationem) diuersificat virtutem. Probatur, omnis diuersitas propter diuersum ordinem ad rationem diuersificat virtutem; sed bonũ, qđ obiectum amoris &c. habet diuersum ordinem ad rationem, igitur bonum (scilicet in communi) quod est obiectum amoris &c. diuersificat virtutem, ita quòd bonum non capitur pro vno determinato bono; sed suppositione communi, vt stat pro bono hominis delectabili, & amabili. Maior est nota ex dictis. Minor patet; quia potest accipi bonum pertinens ad sensum corporis. s. tactũ, vel quod est bonum secundùm apprehensionem interiorẽ, & potest esse bonum hominis in seipso, vel quantũ ad corpus, vel quantum ad animam, siue ordinetur in bonum hominis in ordine ad alium; sed ille sunt diuersę habitudines ad rationem, igitur minor vera. Vnde alia est virtus secundùm quòd Homo conformiter se habet ad rectam rationem in bonis corporis apprehensis p sensum tactus. Alia secundùm quòd bene se habet in bonis imaginationis. s. honoribus; sicut consequenter D.S. deducit.

¶ Sic igitur si consideretur aliquod bonum, siquidem sit per sensum tactus apprehensum, & ad consistentiam humanæ vitæ pertinens in indiuiduo, vel in specie; sicut sunt delectabilia ciborum, & venereorum, erit pertinẽs ad virtutem temperantiæ.

¶ Hic consequenter D.S. post conclusionem proximam particularius declarat quomodo vnum obiectum vnius passionis, scilicet amoris, concupiscentiæ, & delectationis (quæ habentur p vna passione in ordine ad rationem) diuersificat virtutes secundũ ordinem ad diuersam apprehensionem, & secũdùm quòd est bonũ homini secundùm diuersas partes diuersificant virtutes inquantũ sunt bona animæ, vel corpori, vel exteriora bona ipsi homini in se, vel bona ad alium; & ideo in ista inductione non comprehenditur fortitudo, & mansuetudo; quia nõ sunt circa obiecta moris, & delectationis de qualibus virtutibus hic agitur; sed vt dictũ est ar. 4. sunt circa mala, vt magnum periculum, vel circa contrariũ, quod intulit nocumentum. Comprehenditur autem magnanimitas; quia ipsa est circa obiectum amoris, & delectationis adiuncta spe. Et quia hoc bonum est duplex. s. apprehensum exteriori sensu, & interiori, iõ circa hoc ita procedit. Primò ostendit qũo bonũ sit obiectũ tẽperantiæ. Secundò qũo ad bonum aliarum quarũdã virtutum, ibi. Bonũ aũt &c. Circa primum facit, quod dictũ est. Secundò soluit quoddã dubiũ circa hoc, ibi. Delectationes aũt &c. Vult ergo primò, qp hoc bonũ sensibile per sensum tactus apphẽsum ptinẽs ad consistentiã humanæ vitæ, in indiuiduo, vel specie; & ergo bonũ sensibile exterius, quod est obiectum delectationis amoris &c. distinguit temperantiam ab alijs. Deinde cum dicit.

¶ Delectationes autem aliorum sensuum, cum non sint vehementes non præstant aliquam difficultatem rationi, & ideo circa eas non ponitur aliqua virtus, quæ est circa difficile; sicut & ars, vt dicitur in secundo Ethicorum. * Arist. c. 3.

¶ Soluit quoddam dubium incidens circa præcedẽtem partem. Quare scilicet sensibilia exteriora aliorum sensuum, s. exteriorum non ponitur aliqua virtus; sicut circa delectabilia tactus; quia non sunt difficilia, vide de hoc secunda secundæ q. 141. art. 5. quia vsus ciborum, & delectatio essentialiter ipsum consequens pertinet ad tactum. Vnde temperantia quamuis moderetur etiam delectationem cibi, & potus, tamen dicitur esse circa delectationem tactus, saltem principaliter. Consequenter ibi.

¶ Bonum autem non sensu; sed interiori virtute apprehensum ad ipsum hominem pertinens secundùm seipsum est; sicut pecunia, & honor, quorum pecunia ordinabilis est de se ad bonum corporis, honor autem consistit in apprehensione animæ, & hæc quidem bona considerari possunt, vel absolutè secundùm quòd pertinẽt ad concupiscibilem, vel cum arduitate quadam secundùm quòd pertinent ad irascibilem, quæ quidem distinctio non habet locum in bonis, quæ delectant tactum, quia huiusmodi sunt quædam infima, & competunt homini secundùm quòd conuenit cum brutis. Circa bonum igitur pecuniæ absolutè sumptum secũdùm quòd est obiectum concupiscentiæ, vel delectationis, aut amoris est liberalitas. Circa bonum autem huiusmodi cum arduitate sumptum secundùm quòd est obiectum spei est magnificentia. Circa bonum verò, quod est honor, siquidẽ sit absolutè sumptum secundùm quòd est obiectũ amoris, sic est quædã virtus, quæ vocatur philotimia. i. amor honoris; si verò cum arduitate consideretur secundùm quòd est obiectum spei, sic est magnanimitas; vnde liberalitas, & philotimia videntur esse in concupiscibili, magnificentia verò, & magnanimitas in irascibili.

¶ Ostendit quomodo bonum hoc sit obiectum quarundã aliarum virtutum. s. bonum apprehensum virtute interiori. Et illud iterum est duplex. s. pertinens ad hominem secũdùm seipsum, & in ordine ad alium. Ideo primò declarat, quæ virtutes sunt circa primum bonum. Secundò quæ sunt circa secundum ibi. Bonum verò &c. Circa primum dicit, qp aliud est bonum hominis, quod est bonum apprehensum virtute interiori, & pertinet ad hominem secundùm seipsum. i. non ad alium. Et est duplex. s. pecunia, & honor, & pecunia est ordinabilis in bonum corporis, honor autẽ est bonum imaginationis. Et vult, qp ista duo bona s. diuitiæ, & honor possint accipi dupliciter absolutè, & cum arduitate. Et interponit per modum parenthesis vnius dubij solutionem, ibi. Quæ quidem, vsque ibi. Circa bonum. Vbi prosequitur distinctionem; quia circa pecuniam absolutè acceptam, est liberalitas, vt autem sumitur cum arduitate est magnificentia. Circa honorem etiã absolutè acceptum, est philotimia. Sumptum autem cum arduitate est magnanimitas. Et nota qp dum D. S. loquitur de sensu absolutè, intelligit de sensu exteriori, vt patet intuenti. Et qp bonum hominis secundùm seipsum vocat, vt distinguitur contra bonum in ordine ad alium, siue sit bonum secundùm corpus, siue imaginationem. Tunc ibi.

¶ Bonum verò hominis in ordine ad alium non videtur arduitatem habere; sed accipitur, vt absolutè sumptũ prout est obiectum passionum cõcupiscibilis, quod quidem bonum potest esse alicui delectabile secundùm qp præbet se alteri, vel in his, quæ serio fiunt. i. in actionibus per rationem ordinatis ad debitum finem, vel in his, quę fiunt ludo. i. actionibus ordinatis ad delectatione tantũ, quæ non eodem modo se habent ad rationem; sicut prima. In serijs autẽ se exhibet aliquis alteri dupliciter. Vno modo, vt delectabilem decẽtibus verbis, & factis, & hoc pertinet ad quandam virtutem quam Aristoteles* nominat amicitiam, & potest dici affabilitas. Alio modo præbet se aliquis alteri, vt manifestum per dicta, & facta, & hoc pertinet ad aliam virtutem quam nominat veritatẽ. Manifestatio enim propinquius accedit ad rationem, quàm delectatio; & seria, quàm iocosa; vnde & circa delectationes ludorum est virtus quam Philosophus * eutrapeliam nominat. * Aristot. li. 4. Eth. c. 6. * Aristot. li. 4. Eth. c. 8.

¶ Declarat quomodo bonum hominis in ordine ad alium sit obiectum quarundam aliarum virtutum. Et notat circa hoc, quòd tale bonum accipitur solùm sub ratione boni absolutè, & pertinet ad cõcupiscibilem. Et est duplex. s. seriosum, & iocosum. Illa enim distinguuntur; quia habent aliam habitudinem ad rationem. Primum est dupliciter; quia primò se exhibet Homo alteri delectabilem decentibus verbis, & factis, & hoc pertinet ad amicitiam, seu affabilitatem. Alio modo exhibet se manifestum verbis, & factis, & hoc pertinet ad veritatem. Et est differentia inter delectantia decentia, & inter manifestantia; qa manifestatio propinquior est rectè rationi, quàm delectatio. Et similiter seriosa, quàm iocosa, ideo oportet aliam, & aliam esse virtutem. Circa iocosa autem est virtus quam Philosophus nominat Eutrapeliam.

¶ Sic

*Arist.li.2. Eth.c.7.& lib.4.Eth.

¶ Sic igitur patet,quòd ſecundùm Ariſtotelem * ſunt vndecim virtutes morales circa paſſiones.ſ. fortitudo,tẽ perantia,liberalitas,magnificentia,magnanimitas, philo timia,manſuetudo,amicitia, veritas, eutrapelia, & iuſtitia, & diſtinguuntur ſecundùm diuerſas materias, vel ſecundùm diuerſas paſſiones,vel ſecũdùm diuerſa obiecta. Si igitur addatur iuſtitia, quæ eſt circa operationes, erunt omnes duodecim.

D.85.

¶ Hic in calce corporis ex omnibus iam dictis, & in articulis præcedentibus tertio & quarto, D.S. infert corollariè numerum virtutum moralium exiſtentiũ circa paſſiones,quæ vel diſtinguũtur ſecundùm diuerſas materias; ſicut exiſtentes in diuerſis potentijs;vel ſecundùm diuerſas paſſiones,vt exiſtentes in iraſcibili;vel ſecundùm diuerſa obiecta;ſicut aliquæ exiſtentes in concupiſcibi li circa eaſdem paſſiones,quæ tamen diſtinguuntur ſecundùm di uerſa obiecta paſſionum, vt patuit in hoc corpore ; ſecundo loco principali,& tertio. Et ſunt hæ virtutes numero vndecim, vt patet in litera. Et ſi addatur iuſtitia, quæ eſt circa operationes, erunt om nes morales,tam circa paſſiones,ſcilicet quàm operationes duodecim. Quarum tamen multæ multas habet annexas,quæ ſub iſtis comprehenduntur.

¶Sed hic ſunt aliqua dubia. Primò, quare iſtis moralibus circa paſſiones, & etiam operationes non connumeratur prudentia, cũ ſit circa paſſiones,& operationes.

¶ Ad hoc patuit ſupra q 58.ar.3.ad primum; quia non eſt moralis per eſſentiam,& ratione ſubiecti; ſed ſolùm ratione materię. Sunt enim morales per eſſentiam,quę ſunt in appetitu,ideo cum hic agatur de moralibus per eſſentiam,ideo eis non connumerat.

¶ Secundum dubium eſt.Quæ eſt illa iuſtitia,quæ eſt circa paſſiones. Dicitur quòd iuſtitia legalis,iuſtitia autem particularis eſt circa operationes.Primum patet ſecunda ſecundæ q.58.artic.9.ad tertium. Vbi dicit rationem, quare iuſtitia particularis nõ eſt circa paſſiones;ſed legalis. Vnde dicit,bonum commune eſt finis ſin gularium perſonarum in communitate exiſtentium;ſicut bonum totius eſt finis cuiuslibet partium. Bonum autem vnius ſingularis perſonæ,non eſt finis alterius.Et ideo iuſtitia legalis, quæ ordi natur ad bonum commune, magis ſe poteſt extendere ad inte riores paſſiones,quibus Homo aliqualiter diſponitur in ſeipſo,q̃ iuſtitia particularis, quæ ordinatur ad bonum alterius ſingularis perſonæ, quamuis iuſtitia legalis principalis ſe extendat ad alias virtutes,quantum ad exteriores operationes earum, inquantum ſcilicet lex præcipit fortis opera facere, & quæ temperati, & quæ manſueti,vt dicitur in 5.Ethicorum. Hæc ille. Ex quibus patet, ꝙ legalis eſt aliquo modo circa paſſiones. Iuſtitia autem particularis,vt ibidem oſtendit in corpore articuli,eſt circa ea, quæ ſunt ad alterum, per paſſiones autem aliquis non ordinatur immediatè ad alterum,ideo &c.

¶Tertium dubium eſt;quia D.S. hic in corpore, & ſecunda ſecundæ q.31.art.1.ad ſecundum, ponit liberalitatem circa paſſiones,& in concupiſcibili. Sed prima par.q.21.art.1. ad primum. Et ſimiliter in de virtutibus q.1.ar.5.ponit eam in voluntate.

¶Sed concordatur; quia eſt duplex liberalitas. Vna quæ habet pro immediata materia ipſas paſſiones circa pecunias, talis eſt in concupiſcibili,vt D.S.hic loquitur. Alia habet pro materia exteriorem rationem,& talis ponitur in voluntate. Nam vti pecunia, & eam exponere eſt voluntatis. Et de illa loquitur D.S.1. par.&c. Vide Petrum de Bergomo in concordantijs.1.par.vbi iam,& etiã circa articulum præſentem, vide infra q.72.ar.8. de duplici auaritia. Vide & Doct. Sanct.in de Malo. mate. 15. articu.primo, in principio corporis.

ARGVMENTVM in contrarium, confirmat tertiam concluſionem reſponſiuam particularem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd omnia obiecta eiuſdem operationis ſecundùm ſpeciem eandem habitudinem habent ad rationem, non autem omnia obiecta eiuſdem paſſionis ſecũdùm ſpeciem; quia operationes non repugnant rationi; ſicut paſſiones.

¶Maior eſt quidem vera.Sed tamen omnia obiecta vnius operationis ad alteram æqualiter ſe habent ad rationem; quia bonũ in eis ſumitur ſecundùm ęqualitatem ad alterum.Non ſic de obiectis vnius paſſionis in ſpecie,vt patuit in articulo;quia poſſunt habere diuerſam habitudinem ad rationem, & bonum rationis attenditur in eis diuerſimodè. Et præterea. Operationes ad aliũ nõ repugnant rationi;ſicut paſſiones, ideo aliter ſe habent ad rationem,quàm paſſiones.Quare nimirum ſi operationes non ſint diuerſarum virtutum (operationes videlicet eiuſdem ſpeciei.) Paſſiones autem etiam eiuſdem ſpeciei poſſunt eſſe diuerſarum virtutum, & vario modo circa diuerſa obiecta moderari per rationẽ cui vario modo poſſunt repugnare. Ideo negatur conſequentia; quia non eſt par ratio,vt iam patuit.

¶ Et nota verbum Doct.Sanct.quia dicit omnia obiecta eiuſdẽ operationis ſecundùm ſpeciem (ſcilicet operatio cõmutatiua) nã ſicut patuit ar.3.ad tertium, diſtributiones diſtinguuntur ſpecie a commutationibus, & habent aliam habitudinem ad rationem, ac requirunt aliam virtutem.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd alia ratione diuerſificantur paſſiones,& alia virtutes;ſicut dictum eſt.* *In corp.

¶ Ad minorem, vera eſt. Maior diuerſitas requiritur ad diuerſitatem habituum,quàm ad diuerſitatem actuum in eadem potẽtia exiſtentium. Sed poteſt eſſe,quòd aliquod vnum non diuerſificet actum in vna potentia, & tamen habitum diuerſificet in alia potentia. quando eſt alia ratio diuerſificandi habitum ; q̃ actum. Sicut eſt in propoſito,quia obiecta non diuerſificant paſſionem in appetitu ſenſitiuo , quia eandem habitudinem habent ad ſenſum. Sed diuerſificant virtutem propter alium modum ſe habendi ad rationem, vt dictũ eſt in corpore . Honor enim & pecunia, & delectabile ſecundùm tactum cauſant eandem delectationem in appetitu ſenſitiuo ; ſed quia bene ſe habere in illo requirit aliã ordinationem rationis,quàm bene ſe habere in alio,ideo requiritur alia virtus, quæ moderetur appetitum pecuniæ, alia quæ appetitum delectabilis ſecundùm tactum. Declaratur ergo appetitus ſenſitiuus in omnibus illis obiectis;ſed vt rationabiliter delectetur,& ordinatè,requiritur diuerſus ordo rationis;quia non ſecũdùm idem,& eodem modo contingit iſta bene ordinari.

¶ Ad tertium dicendum, quòd magis,& minus non diuerſificant ſpeciem, niſi propter diuerſam habitudinem ad rationem.

¶ Maior vera. Magis & minus in eadem forma non diuerſificant formam , niſi adiungatur illis diuerſa habitudo ad id a quo habent ſpeciem.Sic in moralibus magis delectabile, & minus delectabile, quæ habent aliam,& aliam habitudinem ad rationem, ex qua eſt ſpecies virtutis moralis,diuerſificant virtutem,& quando eſt aliud motiuum finale,vide infra q 72.ar.9. Minore data,& non conceſſa,negatur conſequentia;quia illa magis, & minus habent diuerſam habitudinem.

¶ Sed iuxta ſupradicta in q.30.ar.2.& q.31.ar.8. *ad tertiũ* oportet dicere , quòd delectabilia non ſolùm diſtinguantur ſecundùm magis & minus in vna ſpecie , immo diſtinguantur ſpecificè, in ſpecie delectabilis . Et per conſequens oportet dicere, quòd delectatio in honore , & delectatio in delectabili ipſius tactus,diſtinguantur ſpecie, & non tantũ numero ratione obiecti. Quod autẽ dicit D.S.in ſolutione primi , quòd diuerſa obiecta.ſ.delectabilia, pertinent ad eandem ſpeciem paſſionis,oportet intelligere, quòd talis delectatio non diſtinguatur ſpecie in ratione formæ.ſ. penes principium.Sicut enim patuit ſupra q.52.ar.2.habitus, & etiã actus.poſſunt diſtingui ſpecie,& ratione principij,& ratione obiecti.Paſſio igitur,quæ eſt delectatio circa diuerſa delectabilia non diſtinguitur ſpecie ratione principij, & appetitus ſenſitiui. Nam 10.Ethicorum expreſsè habetur, quòd delectationes ſenſuum differunt ſpecie, ſecundùm diuerſitatem ſpecificam propriorũ obiectorum,& potentiarum,quæ ſunt principia operationum. Et hoc videtur velle D.S. in corpore, vbi dicit, quòd obiecta diſtinguunt paſſiones ſecundùm quòd diuerſimodè ordinantur ad appetitum ſcilicet ſecundùm abſens , & præſens &c. Sed virtus diſtinguitur ratione principij (ſcilicet rationis) quæ alium ordinem inſtituit circa vnum,quam aliud.

¶Et poteſt dici , quòd delectatio circa diuerſa delectabilia eſt vnius ſpeciei communis , & ꝙ omnis delectatio conuenit cũ alia in communi ratione,ſumpta ex hoc,quia eſt motus appetitus ſenſitiui circa conueniens .Sicut in ſimili habet D.S. infra q. 100.arti.4.ad tertium,vbi inquit. Omnis cõcupiſcentia conuenit in vna cõi rõne Et ideo Apoſtolus ſingulariter de mandato concupiſcendi loquitur;quia tamen in ſpeciali diuerſæ ſunt rationes concupiſcendi, ideo Aug.diſtinguit diuerſa præcepta de non concupiſcendo. Differunt enim ſpecie concupiſcentiæ ſecũdùm diuerſitatem actionum, vel cõcupiſcibilium, vt Philoſophus dicit in 10. Ethi. Hæc ille. Et nota vltima verba,differunt enim &c. Non autem videtur rõ,quare concupiſcentiæ differant ſpecie ſm diuerſitatẽ cõcupiſcibilium, & non delectationes ſecundũ diuerſitatẽ delectabiliũ. Quia aũt iſta dicere nõ eſt neceſſe pro ſolutione arguméti. Iõ D.S.dimittit minorem, quæ tñ rẽ examinando falſa vr, vt patet.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ bonum fortius eſt ad mouendum,q̃ malum,ꝙa malum non agit, niſi virtute boni,* vt Diony.dicit 4.c.de Di.no.vnde malum non facit difficultatem rationi, quæ requirat virtutem, niſi ſit excellens , quod videtur eſſe vnum in vno genere paſſionis; vnde circa iras, non ponitur, niſi vna virtus , ſcilicet manſuetudo , & ſimiliter circa audacias vna ſola, ſcilicet fortitudo; ſed bonum ingerit difficultatem, quæ requirit virtutem , etiam ſi non ſit excellens in genere talis paſſionis,& ideo circa concupiſcentias ponuntur diuerſę virtutes morales, vt dictum eſt.* *In corp.

¶ Ad maiorem,vera; ſed tamen facilius eſt bene ſe habere, no deferatur

*Diony.

deferatur rõ propter malum,q̃ propter bonũ; quia bonũ facilius abducit a recta rõne trahẽdo appetitum ad ſe,cũ bonũ ſit fortius q̃ malum,iõ malum non facit difficultatẽ, trahendo videlicet appetitũ ab eo,quod eſt rõnis,niſi ſit excellens. Minor eſt vera;quia omnia illa concupiſcibilia facile trahunt ad ſe contra ordinẽ rationis.Ideo oportet appetitum confortare per virtutẽ,vt nõ facile recedat a rõne; ſed appetitus non ita ſtatim pp malum relinqt rationem,niſi ſit ingens,& magnum,negatur cõſequentia.Et rõ diuerſitatis iã patuit.Vñ virtutes,quæ ſunt circa paſſiones,q̃ ſunt circa malum,non ſunt, niſi circa malũ excellens, quod eſt vnum in vno gñe paſſionis(.i.virtus,quæ eſt circa vnũ genus paſſionis,ſ.timorem,& audaciam eſt circa malũ vnũ maximũ,& eſt virtus circa reſpiciens maximũ malũ.ſ.pericula mortis,quæ ſunt maximũ malum. Similiter virtus, quæ eſt circa irã,ponitur circa maximũ nocumentum ſuperandum.ſ.contrarium, quod nocumentũ intulit} & ita eſt vna virtus circa illa mala; ꝙa qui põt maximo malo reſiſtere,põt & minori reſiſtere in eodẽ gñe mali.Et hoc eſt ſignũ, ꝙ ſolũ circa excellens malũ eſt virtus;quia eſt tm̃ in vno gñe paſſionis reſpicientis malũ. Secus de virtutibus exiſtentibus circa bonum, vbi non ſolũ circa maximum bonũ eſt virtus ; ſed circa oĩa bona.Iõ ſecundũ diuerſitatẽ bonorum ſunt multę virtutes.Sed alibi non circa quodcunq; malũ eſt virtus (ſaltẽ principalis) ſed circa maximum Eſto virtutes adiunctæ fortitudini,poſſunt eſſe circa quædam alia mala,q̃ timores mortis,vt patet ſecunda ſecundæ.

Quæſt. Sexageſimaprima.

De virtutibus Cardinalibus.

K DEinde conſiderandum eſt de virtutibus Cardinalibus.Et circa hoc quęruntur quinq;.Primò,Vtrũ, virtutes morales debeant dici Cardinales, vel Principales.Secundò,de numero earum. Tertiò,quæ ſint. Quartò,Vtrum differant abinuicem.Quintò,Vtrum diuidantur conuenienter in virtutes politicas,& purgatorias, & purgati animi,& exemplares.

¶ Iuxta ordinem ſupra ſtatutum.q.58. Poſtquàm D.S.determinauit de diſtinctione intellectualium , & moralium , & de diſtinctione moralium adinuicem,nũc determinat de Cardinalibus. Et primò quibus cõueniat dici, & eſſe Cardinales ſecũdò quot ſunt.

Vtrum virtutes morales debeant dici Cardinales vel principales.

Infra q.66. ar.4.cor. Et 3.d.33.q 2. ar.5.q.2.Et Ver.q.1.ar. 12.ad 24.& q.5.ar.1. ad 2.4.& 11. *In poſt p̃dicam.c.de ſimul.

AD primum ſic proceditur. Videtur ꝙ virtutes morales non debeant dici Cardinales, ſeu Principales.Quæ enim ex oppoſito diuiduntur, ſunt ſimul natura, vt dicitur in prædicamentis,* & ſic vnum non eſt altero principalius ; ſed oẽs virtutes ex oppoſito diuiduntur genus virtutis ; ergo nullæ earũ debent dici principales.

¶ 2 Præt.Finis principalior eſt his,quę ſunt ad finẽ; ſed virtutes theologicæ ſunt circa finem , virtutes autem morales ſunt circa ea quæ ſunt ad finem ; ergo virtutes morales non debent dici principales,ſeu Cardinales;ſed magis theologicæ.

¶ 3 Præt.Principalius eſt,quod eſt per eſſentiam, q̃ quod eſt per participationem;ſed virtutes intellectuales pertinent ad rationale per eſſentiam,virtutes autem morales pertinent ad rationale per participationem , vt ſupra dictum eſt;ergo virtutes morales non ſunt principales;ſed magis virtutes intellectuales.

*q.58.ar.1. & 2. *Ambroſ. li.5.c.6.

¶ Sed contra eſt,quòd Ambroſius dicit ſuper Lucã,* exponens illud . Beati pauperes ſpiritu . Scimus virtutes eſſe quatuor Cardinales.ſ.temperantiam, iuſtitiam,prudentiam,fortitudinem,hæ autem ſunt virtutes morales; ergo virtutes morales ſunt Cardinales.

¶ Inquirit ergo hic primò, quæ in genere debeant dici Cardinales,an intellectuales,aut morales.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd cum ſimpliciter de virtute loqmur, intelligimus loq de virtute humana.

¶D.S.duo facit.Primò præmittit quoddam præſuppoſitũ limitans quæſitum. Secundò deducit concluſionem reſponſiuam , ibi. Virtus aũt humana &c.Quo ad primum iſtud eſt ſuppoſitũ reſtringens quæſiti,& reſponſionis;quia loquimur,& intelligimus quæſtionem, & rñſionem de virtute humana , quæ eſt proportionata humanæ naturæ,& per ſeminaria innata acquiſibilis.Vnde quando loquimur ſimpliciter (.i.ſine aliqua additione,& limitatione) intelligimus de virtute humana. Et hoc propter argumentum ſecundum;quia theologicæ ſunt quidem principaliores virtutes (q̃uis ratio Cardinis eis non propriè conueniat) non tamen ſunt humanæ,vt etiam ſupra dictum fuit q.58.ar.3.ad tertium.

*q.56.ar.3.

¶ Virtus autem humana,vt ſupra dictum eſt,* ſecundùm perfectam rationem virtutis dicitur,quæ requirit rectitudinem appetitus; huiuſmodi enim virtus non ſolũ facit facultatem bene agendi ; ſed ipſum etiam vſum boni operis cauſat ; ſed ſecundùm imperfectam rationẽ virtutis dicitur virtus , quæ non requirit rectitudinẽ appetitus;quia ſolùm facit facultatem bene agendi,non autem cauſat boni operis vſum. Conſtat autem,quòd perfectum eſt principalius imperfecto,& ideo virtutes,quæ continent rectitudinẽ appetitus dicuntur principales.

*q.58.ar.3. ad 1.& 57. artic.4.

¶Hic conſequenter D.S.ſecundũ prædictam limitationem reſpondet tali concluſione. Conuenienter inter omnes virtutes ipſę morales dñr principales , ſeu Cardinales (memor eſto ſuppoſiti; quia loquimur de virtute humana) Probatur concluſio. Virtutes q̃ cõtinent rectitudinem appetitus dñr principales.Sed virtutes morales ſunt huiuſmodi , & inter intellectuales ſola prudentia, igitur &c.Huius rationis D.S.primò probat,& ponit maiorem . Secundò minorẽ ſubiungens concluſionem,ibi.Huiuſmodi aũt &c. Probatur ergo maior ſic in litera . Virtus humana ſecundũ perfectam rõnem dr̃,quæ requirit rectitudinem appetitus;ſed ſecundũ imperfectam rõnem virtutis dr̃,quę non requirit rectitudinẽ appetitus.Sed conſtat, ꝙ perfectum eſt principalius imperfecto, igitur ſequitur maior , ꝙ virtutes continentes rectitudinẽ appetitus ſint principales.Iſta maior hẽt duas partes. Prima probatur; quia virtus requirens rectitudinẽ appetitus cauſat facultatẽ bene agendi, & vſum bonũ,vt patet ex ſupradictis, igit eſt ſimpliciter virtus, & hẽt oĩa,quæ ſunt de rõne virtutis . Secunda pars patet;ꝙa talis virtus facit ſolùm facultatẽ bene agendi;ſed non vſum. Et per conſequens non conuenit ſibi tota,& perfecta rõ virtutis.Minor de ſe nota,quia perfectius eſt principalius Et nota, ꝙ fundamentũ huius maioris habitum eſt ſupra q.56.ar.3.quia perfecta, & per cõſequens principalis virtus requirit duo.ſ. facultatem bonã, & vſum bonum.Iſta autem duo conueniunt ſolũ virtuti,quæ eſt in appeti tu,& per hoc morali. Intel lectualis autem ſolũ habet vnum.ſ.facere facultatem bonam. Quare moralis magis habet rationẽ virtutis humanę,& ſic perfectior in rõne virtutis,q̃ intellectualis;ſed non ſp in rõne habitus,vt patebit infra q.66.ar.3. Deinde ibi.

¶ Huiuſmodi autem ſunt virtutes morales, & inter intellectuales ſola prudentia, quæ etiam quodammodo moralis eſt , ſecundùm materiam , vt ex ſupra dictis patet.* Vnde conuenienter inter virtutes morales ponuntur illę,quæ dicuntur principales,ſeu Cardinales.

¶Subiungit minorem principalẽ,q̃ relinquit nota ex ſupradictis.q.56.vbi de ea tractatum eſt ex intentione,& de prudentia patuit ſupra . Vnde infert ipſam concluſionẽ rñſiuã iã ſatis probatã.

¶ Nota hic de materia iſtius articuli D.S.in 3.ſententiarum.di. 33.q.2.ar.1.Et in de virtutibus q.1.art.12. ad 24.vbi magis materiã iſtam extendit; quia dicuntur principales; quia ſunt circa potiſſimam materiam moralium virtutum, vt temperantia eſt circa maximas delectationes,fortitudo circa maximos timores &c. Virtutes autem adiunctæ ſunt circa materias minus principales.Et dicũtur Cardinales;quia ſicut oſtium firmatur in cardine,ſic adiunctæ in iſtis principalibus.Et etiam quia ſicut per oſtium intratur in domum, ita per illas virtutes quarum exercitium eſt vitæ actiuæ intratur in contemplatiuam,& beatitudinem. Vnde theologis deficit ratio cardinis;quia ſunt circa finem. Similiter virtutes ſpeculatiuę, vide ibidem ad longum.Hic aũt D. S. innititur fundamento iſti;quia inter humanas magis habent rationem virtutis,ideo pfectiores virtutes,iõ principales, id.o Cardinales.Sed in tertiò D.S. magis attendit quid nois Cardinalis , hic aũt quid rõnis virtutis.

¶Confirmat concluſio reſponſiua auctoritate beati Ambroſij in argumento in contrarium adducta.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd quando genus vniuocum diuiditur in ſuas ſpecies, tunc partes diuiſionis ex ęquo ſe habent ſecundùm rationem generis , licet ſecundùm naturam rei vna ſpecies ſit principalior,& pfectior alia,ſicut Homo alijs animalibus; ſed quando eſt diuiſio alicuius analogi, quod dicitur de pluribus ſecundùm prius,& poſterius, tunc nihil prohibet vnum eſſe principalius altero , etiam ſecundùm communem rationem; ſicut ſubſtantia principalius dicitur ens,quàm accidens ; & talis eſt diuiſio virtutum in diuerſa genera virtutum, eo quòd bonum rationis nõ ſecundùm eundem ordinem inuenitur in omnibus.

¶ Ad

¶ Ad maiorem fuit ex intentione responsum sup. q. 29. ar. 2. ad primum; quia vera est, quæ ex opposito diuiduntur diuisione vniuoca, sunt simul natura, quo ad rationem communem diuisi, loquendo de simultate perfectionis, & quandoque etiam loquendo de simultate negatiua existentiæ. Sed non oportet, cp in diuisione et vniuoca species inter se sint simul, simultate perfectionis, immo nunquam sunt simul. i. æque perfectæ, comparando inter se, nec simul sp quo ad existentiam (.s. negatiuè) quia quandoq; vna species causatur ab alia, & habet, cp sit posterior alia, vt patet in speciebus numeri. Si autem intelligitur maior de diuisione analogi, est omnino falsa, etiam quo ad rationem communis diuisi; qa illa rō conuenit vni perfectè, & per se, alteri verò imperfectè, & in habitudine ad primum, vt patet de sanitate, quæ conuenit aſali p se; sed vrinæ, & medicinæ non nisi per habitudinem ad animalis sanitatem, & cum hoc imperfectè, non formaliter; sed causaliter, vel significatiuè. De hoc 1. par. q. 13. Ad minorem, negatur cp virtus diuidatur diuisione generis in oēs virtutes. s. intellectuales, & morales, immo diuisione analogi; quia bonum rōnis, non æqualiter inuenitur in omnibus; quia quædam respiciunt bonum formaliter; sicut quæ sunt in appetitu, iō magis sunt virtutes. Animæ aūt solū materialiter, ideo non sunt virtutes perfectę. Nota autem hic verbum D. S. in solutione; quia ponit rōnem cōem substātiæ, & accidenti. Ex quo habes in via D. S. et conceptum cōem ad substātiam, & accidens. Vnde & D. S. quinto Metaphy. lectione septima circa tex. cō. 14. admittit superioritatem entis. Et hoc quidē verificatur aliquo mō de conceptu obiectiuo, qui potest dici vnus. & communis, non propter aliquem obiectiuū conceptum abstrahibilem, & præcisum; sed propter conceptum proportionabiliter vnum continentem conceptus proprios. Rō aūt formalis est vna non quia sit vtriusq; propriè, & perfectè; sed quia representās vnū perfectè representat aliud imperfectè, habent tamen simpliciter diuersas rationes formales perfectè representantes, vide de hoc Caietanus Re. Caietanum Thomam de analogia c. 4. & 5.

¶ Ad secundum dicendum, quòd virtutes theologicę *q. 58. ar. 3. ad tertiū. sunt supra hominem, vt supra dictum est; * vnde non propriè dicuntur virtutes humanæ; sed superhumanæ, vel diuinæ.

¶ Maior vera, tamen ei, quod est circa finem, & vltimum non competit ratio cardinis, eo quòd cardinis est ad interiora introducere. Ad minorem, virtutes theologicæ sunt circa finem. Verum est. Et ergo eoipso non conuenit eis rō virtutis Cardinalis. Et secū dò. Sunt quidem circa finem; sed non sunt humanæ; sed magis diuinæ, vt patuit supra q. 58. ar. 3. ad tertium. Vltra morales sunt circa ea quæ sunt ad finem, facientes vsum bonum, & introducunt ad aliquid interius. Vltra, ergo non debēt dici principales. Verū, inter omnes virtutes absolutè, tamen inter omnes humanas. Et esto non sint digniores virtutibus theologicis, tamen ratio Cardinalium magis eis conuenit ratione dicta. Esse ergo principales, & Cardinales simul conuenit, moralibus tamen.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliæ virtutes intellectuales a prudentia, & si sint principaliores, quàm morales quantum ad subiectum, non tamen sunt principaliores quantum ad rationem virtutis, quæ respicit bonū, quod est obiectum appetitus.

¶ Ad maiorem. Principalius est id, quod est per essentiam. Verum, simpliciter in ratione entis, & in ratione habitus propter nobilius obiectum, & subiectum a quibus habet entitatem, & bonitatem simpliciter in ratione entis. Sed non oportet, quòd id quod est rationale per essentiam, sit melius secundùm quid. s. in ratione virtutis. Et rationem D. S. tangit in solutione; quia virtus dr in ordine ad bonum, quod per se respicit appetitus. Vnde ille habitus, qui respicit appetitum erit magis virtus tanquàm principium boni, etiam secundū vsum, ideo talis habitus in appetitu esto non sit simpliciter nobilior, est tamen magis virtus. Sicut in simili, Homo est simpliciter nobilior equo nobilitate entis; sed equus in bonitate laborandi, & trahendi, melior est homine. Vnde nihil prohibet, quod id, quod est simpliciter nobilius; sit ignobilius secundū quid. Esse autem magis virtutem non est propterea esse nobilius simpliciter; sed habere magis ordinem ad appetitum, qui mouet ad bonum exercendum. Minor est vera, & patuit supra q. 58. ar. 1. & 2. Sed negatur consequentia, quòd non sint principales in esse virtutis. Esto non sint simpliciter principales. s. in ratione entis, & habitus. Aliūde enim habet aliquid, vt sit nobilior habitus, aliūde vt sit nobilior virtus. Primum ex obiecto, & subiecto, secūdum ex ordine ad rationem, & appetitū simul, de hoc infra q. 66. ar. 3.

Scotus. ¶ Nota enim cp Scotus in 3. dist. 33. huic solutioni aduersatur, ponens virtutem moralem simpliciter maiorem prudentiam, vide articulo sequenti ad primum.

Vtrum quatuor sint virtutes Cardinales.

L AD secundum sic proceditur. Videtur quòd non sint quatuor virtutes Cardinales, Prudentia enim est directiua aliarum virtutum moralium, vt ex supra dictis patet; * sed id quod est directiuum aliorum principalius est; ergo prudentia sola est virtus principalis. Infra 3. artic. 2. con. 3. prolo. 3. 123. art. 6. q. 4. 3. 3. q. 2. a. 1. & q. 4. 3. 3. q. 2. a. 1. ad 4. & 3. q. 4. a. 1. ad 4. & 3. q. 4. a. 1. corpore. * Addo. Gregor.

¶ 2 Præt. Virtutes principales sunt aliquo modo morales; sed ad operationes morales ordinamur per rationem practicam, & appetitū rectum, vt dicitur in 6. Eth.* ergo solæ duæ virtutes Cardinales sunt.

¶ 3 Præterea, Inter alias etiam virtutes vna est principalior altera; sed ad hoc, quòd virtus dicatur principalis non requiritur, quòd sit principalis respectu omniū; sed respectu quarundam; ergo videtur quòd sint multo plures principales virtutes.

¶ Sed contra est, quòd Grego. dicit in 2. moralium.* In quatuor virtutib. tota bona operis structura cōsurgit.

¶ Hic consequenter inquirit de distinctione virtutum Cardinalium. Et primò quomodo Cardinales distinguantur inter se. Secūdò inquiritur de quadam alia distinctione, qua distinguuntur in virtutes exemplares &c. Quo ad primum primò inquiritur numerus virtutum Cardinalium. Secundò quomodo abinuicem distinguantur in quarto art. Quo ad primum facit, quod dictum est. Secundò ostendit, quæ inter morales debeant dici Cardinales ar. 3.

¶ Respondeo dicendum, quòd numerus aliquorum accipi potest aut secundùm principia formalia, aut secūdùm sub ecta, & vtroque modo inueniuntur quatuor Cardinales virtutes.

¶ Conclusio responsiua intenta in hoc corpore, est ista, affirmatiuè. Quatuor sunt virtutes Cardinales, probatur, numerus aliquorum accipi potest, aut secundùm principia formalia, aut secundùm subiecta; sed vtroque modo inueniūtur quatuor virtutes Cardinales, igitur conclusio vera. Huius rationis D. S ponit maiorē, & minorem, secundò deducit ipsam minorem per totum residuū corporis, ibi. Principium enim &c.

¶ Nota autem circa maiorem, quòd vera est; siue intelligatur cp prima parte, etiam de substantijs, siue intelligantur ambæ partes de accidentibus. Substantiæ enim vt sic distinguūtur per proprias differentias, quæ sunt formalia principia, & per proprias quidditates, vt sic; De accidentibus, tamē nota, quòd aliquando aliud est sustentans, & subiectum inhæsionis. aliud principale formale distinctiuum formaliter, & specificę; sicut patet de accidentibus cōmunibus; quia tale non fluit a subiecto, sicut a per se principio; sed subiectum se habet solū passiuè, vt patet clarum exēplum de specie sensibili in medio, & sensu. Et ergo D. S. bene dicit, si intelligatur de accidentibus quo ad ambas partes, quòd distinguuntur, & habent numerum secundùm principia formalia, aut secūdùm subiecta, quia sępius aliud est subiectum aliud principium formale, & adęquatum effectiuum, a quo accidentia habent formam, & speciem, vt patuit supra q. 54 ar. 2. Et tamen verū est, quòd quodlibet accidens habet proprium subiectum in ratione potentiæ; sed non subiecti inhæsionis, vt patet, quia quandoque idem est subiectum inhæsionis contrariorum, & per consequens nulli cōtrariorum proprium subiectum; ita ergo in proposito, numerus virtutum, quæ accidentia sunt, potest accipi, vel secūdùm principia formalia, vel secundùm subiecta, ita quòd ex principijs formalibus habeant numerum formalem, & ex subiectis, vt sic, numerum materialem, & numeralem. Esto enim potentia animæ (puta concupiscibilis) sit propria potentia temperantiæ, & per consequens requirit proprium actum distinctum in ratione actus, & sic formaliter ab actu irascibilis; tamen vt subiecta inhæsionis sunt, distinguunt solùm numeraliter. Consequenter cum dicit.

¶ Principium enim formale virtutis cp qua nunc loquimur, est rationis bonum.

¶ Deducit & probat minorem prædictā, & primò quo ad primam partem, secundò quo ad secundam, ibi. Et similiter secundùm &c. Probat ergo primā partem minoris proportionabiliter ad maiorem. s. cp secundùm principia formalia virtutis humanæ (de qua loqmur, & virtutis moralis aliqualiter) accipiantur tantū quatuor Cardinales, quæ supponuntur ex art. 1. esse morales, vel p essentiam, & subiectum, vel penes materiam, & obiectū. Et arguit sic. Principium formale virtutis de qua loqmur, est rōnis bonum; sed illud bonum rōnis diuersificatur quatuor modis, igitur secundū principiū formale accipiunt quatuor &c. Huius rōnis D. S. primò præmittit maiorē, secundò deducit minorē, ibi. Quod quidem dupliciter &c. Nota aūt circa hanc maiorem, cp sicut supra dictum est q. 56. ar. 4. Virtus, quæ est in appetitu, quodāmodo continet duo. s. quandam dispositionem habitualem, vt materiale, & conformitatem ad rōnem rectam, vt formale. Quæ ideo est formale; qa conditio a superiori agenti impressa. Quare secundùm eius diuersitatem (cum sit completiuum rōnis virtutis) diuersificatur virtus ipsa moralis. Vñ possumus aduertere duplex principium formale virtutis vnum intrinsecum, & inhibitum, & appetitui impressum. Et de illo

illo formali D. S. hic videtur loqui; sed aliud est principium formale, effectiuum, & extrinsecum, & hoc est ratio recta per synderesim, loquendo de principio etiam prudentiæ; vel est ratio informata per prudētiam, si loquamur de principio earum, quæ sunt in appetitu, quæ vt electiuæ sunt respectu mediorum, præsupponunt prudentiam; licet vt factiuæ bonæ intentionis finis, prudentiam antecedant, vt patuit supra q. 58. artic. 5. ad primum, & tertium.

¶ Et nota, quòd per bonum rationis intelligitur ordo rationis virtuti imbibitus, & impressus; talis enim est formale principium constituens virtutem, vt sic. Vel est ordo rationis habitualis, in ratione ipsa existens. Consequenter ibi.

¶ Quod quidem dupliciter potest considerari. Vno modo, secundùm quòd in ipsa consideratione rationis cōsistit, & sic erit vna virtus principalis, quæ dicitur prudentia; alio modo, secundùm quòd circa aliquid ponitur rationis ordo, & hoc uel circa operationes; & sic est iustitia; uel circa passiones, & sic necesse est esse duas uirtutes; ordinem enim rationis necesse est ponere circa passiones, cōsiderata repugnantia ipsarum ad rationem, quæ quidem potest esse dupliciter; vno modo, secundùm quòd passio impellit ad aliquid contrarium rationi; & sic necesse est, cp passio reprimatur, & ab hoc denominatur temperantia; alio modo, secundùm cp passio retrahit ab eo, quod ratio dictat, sicuti timor periculorū, vel laborum; & sic necesse est, cp homo firmetur in eo, quod est rationis, ne recedat, & ab hoc denominat fortitudo.

¶ Ostendit minorem præcedentē pro prima parte minoris principalis. Et arguitur sic. Bonum, & ordo rationis; vno modo est in ipsa ratione; & sic est prudentia; vel circa aliquid ponitur participans rationem; & hoc tripliciter, quia vel circa operationes ad alium, & sic est iustitia; vel circa passiones; & hoc dupliciter, (quia passiones dupliciter se habent ad rationem ei repugnando; ergo oportet esse duas virtutes, quæ eas rationi dupliciter conforment) quia aliquæ passiones impelluntad contrarium rationi; & est necesse, vt passio reprimatur; & sic est temperantia; alio modo passio retrahit ab eo, quod ratio dictat per timorem periculorū; & sic homo firmatur in eo, quod est rationis per fortitudinem. Patet igitur, cp ſm principium formale, quod quattuor modis se habet, sumitur quaternarius virtutum humanarum Cardinalium.

¶ Nota, cp fundamentum huius rei patuit q. 60. art. 1. quia quamuis principium effectiuum virtutum moralium vnum sit, quia tñ diuersa est proportio materiæ, & susceptiui eius impressionis; ideo formale virtutis, quod est ordo rationis in huiusmodi susceptiuis deriuatus, secundùm eorum proportionem recipitur, & modificatur. Quare cum aliter sit ordo rationis in ratione ipsa, aliter in appetitu, & iterum aliter in appetitu intellectiuo, quàm sensitiuo, & aliter in concupiscibili, & irascibili; ideo formale virtutis quadrupliciter variatur. Deinde ibi.

¶ Et similiter secundùm subiecta idem numerus inuenitur. Quadruplex enim inuenitur subiectum huius virtutis, de qua nunc loquimur. s. rationale per essentiam, quod prudētia d perficit, & rationale per participationē, Dub. 1199. quod diuiditur in tria. i. in uolūtatem, quæ est subiectum iustitiæ, & in concupiscibilem, quæ est subiectum temperantiæ, & in irascibilē, quæ est subiectum fortitudinis.

¶ Declarat secundam partem minoris principalis. s. cp ſm subiecta virtutum Cardinalium, & moralium inuentiantur tm quattuor morales. Et arguitur sic. Tot sunt subiecta virtutum, quot sunt rationalia, sed quattuor sunt rationalia, vnum per essentiam, & tria per participationē; igitur, &c. Maior patet ex definitione virtutis, quia est qualitas mentis, idest rationalis, vel per essentiam, vel participationem, vt patuit supra q. 55. art. 4. ad tertium. Minor de se nota. Et D. S. enumerat ea, & adaptat cuilibet suam virtutem.

¶ Et nota, quòd iste articulus loquitur de numero virtutum indistinctē, nec explicat, vtrum sit numerus realiter distinctorum, vel communium rationum, vel quomodo; sed de hoc in artic. 3. & 4. ex intentione, quia secundùm aliquos quattuor Cardinales dicūt generales modos ad omnes virtutes, sed secundùm alios dicunt quattuor distinctas virtutes. Habetur autem ex hoc artic. cp sunt quattuor secundùm diuersitatem principij formalis, & subiectorū, siue sint conditiones communes, siue speciales virtutes.

¶ Auctoritas est pro conclusione responsiua in argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd prudentia est simpliciter principalior omnibus, sed aliæ ponuntur principales unaquaque in suo genere.

¶ Concedit consequens, cp prudentia est sola principalis ad hunc sensum, quia est super omnes; tamen quælibet alia est principalis in suo genere, idest circa aliquam materiam, vtpotè iustitia circa debitum, quia reddit æquale, sibi autem adiunctæ non. Similiter temperantia est circa materiam, in qua difficillimum est se bene habere. s. delectationes tactus; aliæ autem adiunctæ sunt circa delectationes, sed non tam vehementes, vt sobrietas circa delectationem potus; abstinentia, vel parsimonia circa delectationes cibi, & sic de alijs. Stat ergo, quòd prudentia est excellentissima, quæ est rationalis per essentiam, & est circa operationes, & passiones, & alias omnes dirigit quo ad media ad finem; & quòd tamen aliæ sint principales quo ad aliquas sibi adiunctas circa eādem materiam, eandem scilicet in genere.

¶ Nota, cp Scotus in tertio, di. 33. innixus duobus principijs ruinosis, oppositum hic dictorum ponit, videlicet, cp virtus moralis generata ex electionibus rectis sit simpliciter nobilior virtute, vel habitu generato ex dictaminibus rectis. s. prudentia. Est autem principium primum, quòd voluntas sit simpliciter nobilior intellectu, quod D. S. reprobat, prima par. q. 82. artic. 3. Et in de Verita. Mate. 22. art. 11. Secundum principium omnino ruinosum est, cp omnes morales virtutes etiam circa passiones sint principaliter in voluntate, cuius oppositum supra patuit q. 56. artic. 4. & 6. Quare fundamento cadente, necesse est vt structura ruat. Scotus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd rationale per participationem diuiditur in tria, ut dictum est.* * In corp. artic.

¶ Maior vera. Sunt aliquo modo morales propter prudentiam, quæ dependet ab appetitu, & propter materiam, licet sit essentialiter intellectualis. Ad minorem; concedo, sed dico, cp appetitus rectus, qui dicitur rationale per participationē, diuiditur per tria. Vnde negatur cōsequentia, quia erit vna in ratione practica. s. prudentia, & tres in appetitu; vna in appetitu intellectiuo; secunda in concupiscibili; tertia in irascibili, vt patuit in fine corporis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnes aliæ uirtutes, quarum una est principalior alia, reducuntur ad prædictas quattuor, & quantum ad subiectum, & quantum ad rationes formales.

¶ Maior vera. Sicut inter adiunctas prudentiæ gnomin est principalior, quàm synesis, secunda secundæ, q. 51. art. 4. & hæ duæ principaliores sunt Eubulia; & inter adiunctas iustitiæ, religio est principalior alijs. Sed addo, cp omnes istæ adiunctæ reducuntur ad prædictas quattuor, quæ sunt principales in vna certa materia, nō autem adiunctæ. Ad minorem dico, quòd ad hoc, quòd virtus dicatur principalis, non requiritur, quòd sit principalis respectu omnium, &c. Verum est omnium absolutè, tamen debet esse principalis respectu omnium existentium circa vnam materiam, quales non sunt istæ adiunctæ, sed solùm principales quattuor, ad quas aliæ reducuntur quantum ad subiectum, & quātum ad rationes formales. s. obiectorum, sicut sobrietas est in concupiscibili, & etiam est de delectabili sicut temperantia, &c.

¶ Nota tamen, cp nō oportet, cp illa, cui alia adiungitur, sit simpliciter nobilior; sicut iustitia non est nobilior religione simpliciter, vt patet secunda secundæ, q. 81. art. 6. sed est nobilior in hoc, cp magis reddit æquale. Et est virtus, cui aliæ adiunguntur principalior cæteris paribus, stando circa idem obiectum.

¶ Nota ex hac solutione regulam illam, quia adiunctæ semper reducuntur ad eandem rationem obiectalem, & ad idem subiectum. Vide secunda secundæ, quæstio. 80.

Vtrum aliæ virtutes magis debeant dici principales, quàm iste quattuor Cardinales.

M Ar. priori, & posteriori, & locis ibi notatis. Et 3. di. 33. q. 2. artic. 1. quæst. 4. * Arist. c. 3.

AD tertium sic proceditur. Videtur, cp aliæ virtutes magis debeant dici principales, quàm istæ. Id enim, quod est maximum in unoquoq; genere, videtur esse principalius, sed magnanimitas operatur magnum in omnibus uirtutibus, ut dicitur in 4. Ethic. * ergo magnanimitas maximè debet dici principalis virtus.

¶ 2 Præterea. Illud, per quod aliæ virtutes firmantur, videtur esse maximè principalis virtus, sed humilitas est huiusmodi. Dicit enim Greg. *quòd qui cæteras virtutes sine humilitate congregat, quasi paleas in ventum portat; ergo humilitas videtur esse maximè principalis. * Greg. homil. 7. in Euang. in fine illius. Et Psal. 3. pœnitentiali.

¶ 3 Præterea. Illud videtur esse maximè principale, quod est perfectissimum, sed hoc pertinet ad patiētiam, secundùm illud Iacobi primo. Patientia opus perfectum habet; ergo patientia debet poni principalis: Iaco. 1.

¶ Sed contra est, quòd Tullius in sua Rhetorica; * ad has quattuor omnes alias reducit. * Tull. li. 2. de inuent. a med.

¶ Postquam determinatum est, quia quattuor sunt Cardinales. Nunc inquirit, quæ sunt illæ Cardinales, an prætactæ in fine præcedentis articuli, scilicet prudentia, iustitia, &c. an quædam aliæ, scilicet magnanimitas, humilitas, &c.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum
*Art. præced. est; * huiusmodi quattuor uirtutes Cardinales accipiũtur secundùm quattuor formales rationes uirtutis, de qua loquimur, quæ quidem in aliquibus actibus, uel passionibus principaliter inueniuntur; sicut bonum consistens in consideratione rationis principaliter inuenitur in ipso rationis imperio, non autem in consilio,
*q.57.ar.5. neque in iudicio, ut supra dictum est; * similiter autem bonum rationis, prout ponitur in operationibus secundùm rationem recti, & debiti, principaliter inuenitur in commutationibus, uel distributionibus, quæ sunt ad alterum cum æqualitate; bonum autem refrenandi passiones principaliter inuenitur in passionibus, quas maximè difficile est reprimere, scilicet in delectationibus tactus; bonum autem firmitatis ad standum in bono rationis contra impetum passionum, præcipuè inuenitur in periculis mortis, contra quæ difficillimum est stare. Sic igitur prædictas quattuor virtutes dupliciter considerare possumus. Vno modo secundùm communes rationes formales.

¶D.S.primò deducit vnam cõclusionem præambularem distinctiuam; secundò secundùm illam respondet, ibi. Et ſm hoc, &c. Ponit ergo primò rationem duplicis acceptationis, & cõsiderationis quattuor Cardinalium virtutum, tali cõclusione præambulari. Prædictas quattuor virtutes dupliciter considerare possumus; vno modo ſm communes rationes formales; alio modo, ſm q̃ istæ virtutes denominantur ab eo, quod est præcipuum in vnaquaq; materia, vt sunt speciales virtutes contra alias diuisæ. Ista conclusio probatur, huiusmodi quattuor virtutes Cardinales accipiuntur ſm quattuor rationes formales virtutis, de qua loquimur. Et hæ rationes formales in aliquibus actibus, vel passionibus, principaliter inueniuntur. Igitur possunt accipi, vel pro rationibus illis communibus, vel possunt accipi, vt illæ rationes inueniuntur in principali materia, ſ. actionibus, vel passionibus, vbi difficillimum est obseruare bonum rationis, vt sunt speciales virtutes. Consequentia est nota, quia vnumquodq; nomen potest accipi pro suo significato. Si ergo ista nomina important cõditiones generales, possunt pro eis accipi. Prima pars antecedentis patuit arti. 2. quia quattuor Cardinales distinguuntur ſm ordinem rationis quadruplicem, qui ordo est formale virtutis. Deinde D.S. ostendit secundã partem antecedentis exemplariter, sicut bonum in consideratione rationis (quod est vnũ de formalibus rationis constituens prudentiam) principaliter inuenitur in præcepto, non in iudicio, vel consilio, vt patuit supra q. 57. art. 6. Vide alia in textu clarè.

¶Nota tamen, q̃ formalis ratio prudentiæ, quæ est bonũ rationis in ipsis actibus rationis, aliter est communis conditio, quàm communis conditio, & ratio formalis temperantiæ; quia prima est cõmunis alijs, quæ sunt adiunctæ prudentiæ essentialiter, sed alijs, quæ sunt in appetitu, solũ participatiuè; sed aliæ tres rationes formales virtutum, quæ sunt in appetitu, conueniunt essentialiter cuilibet virtuti morali; sed de hoc art. seq. Patet ergo, q̃ istæ quattuor virtutes (hoc est nomina quattuor virtutum) dupliciter accipiunt. Vel ſ. pro rationibus formalibus, ita q̃ ratio formalis prudentiæ extendit se etiam ad sibi adiũctas virtutes, sic q̃ omnis virtus perficiens considerationem rationis dicatur prudentia. Et omnis virtus, quæ reddit debitum quocunque modo alteri, dicatur iustitia. Et quæcunque moderatur quascunque delectationes, vocetur temperantia; sed alio modo accipiuntur pro ſpecialibus virtutibus, sic q̃ prudentia nominat habitum ſpecialem, perficientem ad perfectissimum actum rationis in moralibus (scilicet præcipere.) Et iustitia solùm pro virtute reddente æquiualens alteri particulari homini in commutationibus, & distributionibus, &c.

¶Et secundùm hoc dicuntur principales quasi generales ad omnes uirtutes, vtpotè quòd omnis uirtus, quæ facit bonum in consideratione rationis, dicatur prudentia; & quòd omnis uirtus, quę facit bonum debiti, & recti in operationibus, dicatur iustitia; & omnis virtus, quæ cohibet passiones, & deprimit, dicatur temperantia; & omnis uirtus, quę facit firmitatem animi contra quascũque passiones, dicatur fortitudo.

¶Hic consequenter D.S. respõdet ſm prædictam distinctionem duabus conclusionibus; secundam ponit ibi. Alio verò modo, &c. Innuit ergo primam conclusionem responsiuam de istis, vt significant rationes formales virtutum, talem. Si istæ quattuor virtutes considerentur ſm rationes formales cõmunes, sic dñr principales, q̃asi generales ad omnes virtutes. Hanc cõclusionem primò declarat exemplariter; secundò ostendit illam acceptationem approbatam ab alijs, soluens ex hoc argumenta obiecta in oppositũ, ibi. Et sic multi loquuntur, &c. Quo ad primum D.S. declarat dictam cõclusionem sic, quia isto modo omnis virtus, quæ facit bonum in cõsideratione rationis dicitur prudentia; & omnis virtus quæ, &c. vt in littera; ergo conclusio vera. Consequentia clara, quia prudentia isto modo est genus ad eubuliam, synesim, & gnomin, & ad prudentiam ſpecialiter dictam; similiter iustitia est genus ad oẽs, quæ faciunt bonum debiti. Et cum hoc (vt patebit artic. seq.) tres rationes formales constituunt vnum solum habitũ, licet ratio formalis prudentiæ constituat habitum genericum distinctum a virtutibus, quæ sunt in appetitu. Consequenter cum dicit.

¶Et sic multi loquuntur de istis virtutibus, tàm sacri Doctores, quàm etiam Philos. & sic aliæ uirtutes sub ipsis continentur. Vnde cessant omnes obiectiones.

¶Notat illã primam acceptationem illarum virtutum non esse nullius momenti, immo approbatam a S. Doctoribus, & a Philos.

¶Et notat, q̃ isto modo accipiendo, aliæ continentur sub ipsis, vt ſ. species sub genere. Et patet ex dictis. Vult quoq;, q̃ loquẽdo post istam considerationem virtutum, cessant omnes obiectiones, quia sic magnanimitas, humilitas, patientia, de quibus obijcit, esto habeant aliquam præeminentiam præ aliis virtutibus ſpecialibus, non tamen sunt principaliores istis quattuor; nam ipsæ tres, de quibus arguitur, sub istis continentur, & omnes aliæ ſpeciales virtutes, tanquam species sub genere. Constat autem, q̃ cõtentum sub alio, quod plura includit cum ipso, non est principalius, sed communius, & includens, vt est in proposito. Et vult D.S. argumenta soluta esse per hoc, quòd dicit. Et sic aliæ virtutes sub ipsis continentur, &c. Consequenter ibi.

¶Alio verò modo possunt accipi, secundùm quòd istę uirtutes denominantur ab eo, q̃ est præcipuum in unaquaq; materia, & sic sunt ſpeciales uirtutes contra alias diuisæ; dicuntur tamen principales respectu aliarũ propter principalitatem materiæ; puta quòd prudentia dicatur, quæ præceptiua est; iustitia quæ est circa actiones debitas inter æquales; temperantia, quæ reprimit concupiscentias delectationum tactus; fortitudo, quæ firmat contra pericula mortis.

¶Subiungit secundam conclusionem responsiuam, cui præmittit secundum modum accipiendi has virtutes. Et est conclusio talis. Hæ virtutes (vt sunt ſpeciales virtutes) contra alias diuisæ, sunt principales respectu aliarum propter principalitatem materiæ. Hanc conclusionem primò declarat. Secundò ex hoc soluit argumenta in oppositum adducenda, ibi. Et sic etiam, &c. Declarat sic conclusionem, quia prudentia dicitur, quæ præceptiua est. Iustitia quæ est, &c. Sed præcipere est potissimus actus inter actus rationis, vt patuit supra quæstio. 57. articu. sexto. Et circa actiones, quæ sunt ad alterum æqualem (scilicet particularem) seruatur perfectissimè æqualitas. Et in delectationibus tactus, difficillimum est inter omnes delectationes tenere modum rationis; & in periculis mortis, difficillimum est non recedere ab ordine rationis; igitur conclusio vera. Omnia sunt clara. Tunc ibi.

¶Et sic etiã cessant obiectiones, quia aliæ virtutes possunt habere aliquas alias principalitates; sed istę dicuntur principales ratione materiæ, ut dictum est. *

*In hoc ar.

¶Per iam dicta soluit obiectiones adducendas, quas dicit cessare; quia argumenta probant, quòd aliæ, de quibus arguitur, habent aliquam principalitatem, sed non in materijs moralibus, sicut istæ ſpecialiter acceptæ. Et ita stant simul, quòd aliæ habeant aliquas prærogatiuas, sed non in materia, secundùm quam intelligimus has esse principales.

ARGVMENTVM in contrarium potest exponi pro vtraque conclusione responsiua, quia si accipiantur pro formalibus rationibus generalibus. Sic aliæ ad istas reducuntur, sicut species sub genere, & per consequens istæ quattuor sunt principales ratione dicta. Si autem accipiantur pro virtutibus ſpecialibas, tunc aliæ reducuntur ad istas, sicut minus principales in materia. Vnde & dicuntur virtutes adiunctæ, vel annexæ, tanquam existentes aliqualiter circa eandem materiam, sed non æquè principalem, vt istæ. Vide Doct. Sanct. in tertio, distinct. 27. quæst. 2. artic. 1. quæstiuncula quarta.

¶Vt autem argumenta manifestius resoluantur, accipiendo has quattuor virtutes, vt sunt speciales, placuit formaliter ad ipsa singillatim respondere.

¶Ad primum igitur, ad quod & D.S. infra quæst. 66. artic. 4. ad tertium. respondet, dicitur pro nunc formaliter, id quod est maximum ratione maximum in vnoquoque genere. Verum, si est maximum ratione sui, ita quòd de se habet distinctam magnitudinem. Sic negatur minor. Dico enim, quòd magnanimitas magna operatur, sed solùm in alijs virtutibus, ita quòd per actus aliarum virtutum magnos, tendit in magnum honorem. Vnde non operatur magna, nisi per alias virtutes, quia magnus honor debetur magno operi

operi virtutis, & non debetur ipsi magnanimitati, nisi per opera aliarum virtutum; quia ex hoc, quòd aliquis quærit magnum honorem, vt sic, non est virtuosus, nisi quærat per debita media, quæ sunt opera virtutum; quare consequens est, quòd magnanimitas addit quendam decorem accidentalem alijs virtutibus, & in ipsis radicatur. Et hæc solutio trahitur ex secunda secundæ, q. 129. ar. 4.

¶Et secundò ad maiorem. Quod est maximum ratione materiæ; tunc negatur minor, quia magnanimitas operatur magna per actus aliarum virtutum, & non habet de per se propriam materiam, sed fundatur in alijs. Vnde habet D.S. tertio sententiarum, dist. 9. q. 1. artic. 1. quæstiun. 2. in corpore. Tertio modo dicitur generalis virtus, inquantum operatur circa actus omnium virtutum, ita q̃ omnes cedunt ei pro materia, sicut magnanimitas, quæ operatur magna in omnibus virtutibus, vt dicitur 4. Ethic. Et tamen in se est ſpecialis virtus, quia rationem ſpecialem obiecti in omnibus attendit. ſ. dignum magno honore. Hæc ille.

¶Secundò dicitur ad argumentum. Ad minorem, quòd magnanimitas operatur magnum, ideſt opus perfectum, quod est dignum magno honore. Sed dico, quòd potest magna isto modo operari absque difficultate circa materiam, ita quòd non habet tam principalem, & difficilem materiam, sicut fortitudo, vel temperantia; quia non est adeo magnum benè se habere ad spem, vel fiduciam magni, sicut ad timorem mortis. Non enim ita mouet hominem ſpes, sicut timor mortis. Vnde negatur consequentia, quia esto magnanimitas erigat animum per ſpem ad magnum honorem, & faciat operari digna magno honore, sed tamen non habet materiam ita principalem. Sperat enim aliquis honorem magnum, non ſemper in periculis mortis, vbi benè se habet fortitudo. Et hanc solutionem D.S. hic etiam tangit in fine, & in de Virtutibus, Materia 1. artic. 12. ad 26.

¶Ad secundum. Maior vera. Si firmentur ratione principalitatis in materia, tunc est principalis, ita quòd materiæ aliarum virtutum dependeant a materia sua, & quodammodo ordinentur ad ipsam; sicut omnes delectationes quodammodo ordinantur, & dependent a delectationibus tactus. Sic negatur minor, quia humilitas habet pro materia idem, quod magnanimitas sub alia ratione. ſ. sub ratione parui ex consideratione propriæ fragilitatis, sed magnanimitas sub ratione magni ex consideratione Diuini auxilij, vel Diuini doni, vel gratuiti, vel naturalis. Humilitas enim reprimit motum ſpei, qui est motus in magna tendentis. Est in irascibili, & differt in modo a magnanimitate. Sed dicitur ad probationem minoris, quòd humilitas firmat per accidens, remouendo destruens, & corrumpẽs omnes virtutes. ſ. ſuperbiam, quæ bonis operibus insidiatur, vt pereant, & non propter principalitatem materiæ, quia materia ſua ſunt opera omnium virtutũ, de quibus parua ſentit, sicut magnanimitas magna de actibus aliarum virtutum, in quibus radicatur. Et hæc est ſolutio D. S. in tertio ſcripto, vbi ſupra, & concordat cum eo, quod D. S. habet, ſecunda ſecundæ, quæſt. 161. artic. 5. ad quartum, & ad ſecundum. Christus, inquit, ideo nobis præcipuè humilitatẽ commendauit, quia per ipſam maximè remouetur impedimentum humanæ ſalutis. Vnde humilitas est prima indirectè remouens prohibens, ſed non directè, ſecundùm quòd ad eum acceditur.

¶Ad tertium respondet D.S. infra quæſt. 66. art. 4. ad ſecundum. ſed volo ponere ſolutionem ex ſecunda ſecundæ, q. 136. artic. 2. Maior vera, ſi est perfectiſſimum ſimpliciter ratione obiecti, & materiæ, & ratione actus principalis; ſic negatur minor, & dicitur, q̃ hæc, quæ ordinant ad bonum, ſunt principaliores, quàm illæ, quæ ſunt impeditiuæ eorum, quæ abducunt a bono, qualis est patientia.

¶Et præterea. Inter illas, quæ ſunt impeditiuæ retrahentium a bono, tantò ſunt perfectiores, quantò id, quod per eas impeditur, magis a bono retrahit. Plus autem retrahunt pericula mortis, vel delectationes tactus, quàm quæuis aduerſa, circa quæ est patientia. Vnde patet, quòd minor est falſa, quòd ſit perfectiſſima ratione materiæ. Sed ad probationem dicitur, quòd est perfectiſſima ſecundùm quid, & opus perfectum (non perfectiſſimũ) in aduerſis tolerandis, quia cohibet, quod primum prouenit ex aduerſis. ſ. triſtitiam. Deinde prouenit ira quam moderatur manſuetudo. Tertiò prouenit odium, quod tollit charitas. Quartò prouenit deſiderium iniuſti nocumenti, quod prohibet iuſtitia. Tollere autem principium vniuſcuiuſque est perfectius. Non tamen ſequitur, ſi in hoc patientia est perfectior, quòd ſit perfectior ſimpliciter, vel etiam ſit circa principalem materiam, de qua principalitate hic locuti ſumus.

N Infra q. 66. art. 2. corp. Et 2. 2. q. 123. ar. 2. & 11. corp. & q. 194. art. 1. cor. prin. Et 3. di 33. q. 1. arti. 1. q. 3. Et Veri. q. 1. ar. 12. ad 13. & 26. Et 2. Eth. lect. 8. ca. 1. & 3. * Greg. c 1.

Vtrum quattuor prædictæ virtutes ſint diuerſæ virtutes, & adinuicem diſtinctæ.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, q̃ quattuor prædictæ virtutes non ſint diuerſæ virtutes, & adinuicem diſtinctæ, dicit enim Greg. in 22. Moralium. * Prudentia uera non eſt, quæ iuſta, & temperans, & fortis non eſt; nec perfecta temperantia, quæ fortis, iuſta, & prudens non eſt; nec fortitudo integra, quæ prudens, temperans, & iuſta non eſt; nec uera iuſtitia, quæ prudẽs & fortis, & temperans nõ eſt; hoc autem nõ contingeret, ſi prædictę quattuor virtutes eſſent adinuicem diſtinctę; diuerſæ enim ſpecies eiuſdem gñis nõ denominãt ſe inuicem; ergo prædictæ virtutes nõ ſunt ab inuicẽ diſtinctæ.

¶2 Præt. Eorum, quæ ab inuicem ſunt diſtincta, quod eſt unius, non attribuitur alteri; ſed illud, quod eſt temperantiæ, attribuitur fortitudini. Dicit enim Ambroſ. in primo libro de Officijs. * Iure ea fortitudo uocatur, quando unuſquiſque ſeipſum uincit, nullis illecebris emollitur, atque inflectitur. De temperantia etiam dicit, quòd modum, uel ordinem ſeruat omnium, quæ uel agenda, uel dicenda arbitramur; ergo videtur, quòd huiuſmodi uirtutes non ſunt adinuicem diſtinctæ. * Ambroſ. cap. 16.

¶3 Præt. Philoſophus dicit in 2. Ethic. * q̃ ad uirtutem hæc requiruntur. Primũ, ſi ſciens, deinde ſi eligens, & ſi eligens propter hoc; tertium quidem, ſi firmè, & immobiliter habeat, & operatur; ſed horum primum vĩ ad prudentiam pertinere, quæ eſt recta ratio agibilium. Secundum. ſ. eligere ad temperantiam, vt aliquis nõ ex paſſione, ſed ex electione agat paſſionibus refrenatis. Tertium, vt aliquis propter debitum finem operetur, rectitudinem quandam continet, quæ vĩ ad iuſtitiam pertinere; aliud ſ. firmitas, & immobilitas pertinet ad fortitudiuẽ; ergo quælibet harum uirtutum eſt generalis ad omnes uirtutes; ergo non diſtinguuntur adinuicem. * Ariſt. c. 4.

¶Sed cõtra eſt, quod Aug. dicit in lib. de Morib. eccl. * q̃ quadripartita dicitur verius ex ipſius amoris vario affectu, & ſubiungit de prędictis quattuor uirtutibus; prædictæ ergo quattuor uirtutes ſunt abinuicem diſtinctæ. * Aug. li. 1. cap. 15.

¶Habito, quia quattuor prædictæ ſunt principales inter humanas. Nunc inquirit, quomodo hæ quattuor principales ſe habeant adinuicem penes diſtinctionem.

¶Reſpondeo dicendum, q̃ ſicut ſupra dictum eſt; * prædictæ quattuor uirtutes dupliciter a diuerſis accipiũtur. Quidam enim accipiunt eas, prout ſignificãt quaſdam generales conditiones humani animi, quę inueniũtur in omnibus uirtutibus; ita ſ. q̃ prudẽtia nihil fit aliud, quàm quædam rectitudo diſcretionis in quibuſcunque actibus, uel materijs; iuſtitia uerò ſit quædam rectitudo animi, per quam homo operatur, quod debet in quacunq; materia; temperantia uerò ſit quædam diſpoſitio animi, quæ modum quibuſcunq; paſſionibus, uel operationibus imponit, ne ultra debitum efferantur; fortitudo uerò ſit quædã diſpoſitio animæ, per quam firmetur in eo, quod eſt ſecundùm rationem cõtra quoſcunq; impetus paſſionum, uel operationum labores. * Art. præceden.

¶D.S. respondet iuxta diſtinctionem tactam in art. 3. præceden. Vnde eam reſumit, & primò reſpondet iuxta primum membrum; ſecundò quo ad ſecundum, ibi. Alij verò, &c. Circa primum, primò præmittit declarationem primi membri prænominatæ diſtinctionis; ſecundò ſubiungit concluſionem vnam responſiuam correſpondentem, ibi. Hæc autem quattuor. Notat ergo primò, q̃ iſtas virtutes diuerſi diuerſimodè accipiunt. Et ponit modum, quia quidam accipiunt, &c. vt in littera clarè. Et breuiter dicendo, iſti accipiunt pro eſſe firmo, pro eſſe modificato, pro eſſe recto, & pro habere diſcretionem, in quacunque materia, ſiue ſit actionis, ſiue paſſionis. Conſequenter cum dicit.

¶Hęc autem quattuor ſic diſtincta non important diuerſitatem habituum virtuoſorum quãtum ad iuſtitiam, temperãtiam, & fortitudinem; cuilibet enim uirtuti morali ex hoc, q̃ eſt habitus, conuenit quædam firmitas, vt a contrario non moueatur, quod dictum eſt, ad fortitudinem pertinere; ex hoc uerò, quòd eſt uirtus, habet q̃ ordinetur ad bonum, in quo importatur ratio recti, vel debiti, quod dicebatur ad iuſtitiam pertinere; in hoc uerò, quòd eſt uirtus moralis, rationem participans, habet, quòd modum rationis in omnibus ſeruet, & ultra ſe non extendat, q̃ dicebatur pertinere ad temperãtiam.

¶Iuxta dictam acceptionem reſpondet tali concluſione. Hæc

quattuor sic distincta non important diuersitatem habituum virtuosorum quantum ad iustitiam,temperentiam, & fortitudinem; solùm autem hoc, quod est discretionem habere , quod attribuebatur prudentiæ , videtur distingui ab alijs tribus ; & vult conclusio, quòd tres conditiones significatæ in hoc modo accipiendi,scilicet iustitia, temperantia, fortitudo , non requirunt diuersos habitus, sed habere discretionem essentialiter , scilicet & per se, requirit habitum ab illo habitu distinctum,cui conueniunt tres prædictæ conditiones, ita ꝙ vnus habitus est firmus,modificatus,& rectus (qui scilicet est in appetitu) sed idem non habet discernere, & esse discretum essentialiter,sed solùm participatiuè ab alio habitu , cui conuenit essentialiter habere discretionem . Huius conclusionis primò probat primam partem; secundò secundã,ibi. Solum autem hoc quod est, &c. Quo ad primam arguitur , assumendo maiorem ex sequentibus sic. Quælibet harum trium virtutum est habitus, & est virtus , & est moralis rationem participãs; sed ex hoc, ꝙ est habitus, conuenit sibi firmitas (quæ est conditio fortitudinis acceptæ isto modo.) Ex eo autem , ꝙ est virtus , habet ordinem ad bonum,in quo importatur ratio recti, vel debiti,quod importat iustitia accepta pro generali conditione. Ex hoc verò, ꝙ est moralis, & participans rationem,habet ꝙ modum rationis in omnibus seruet , & vltra se non extendat , quod est temperantiæ ſm generalẽ conditionem;igitur prima pars vera,ꝙ illæ tres conditiones concurrunt in vnum habitum virtuosum,ita ꝙ esse temperatum,fortem,& iustum,modo dicto,conueniunt eidẽ virtuti,si accipiantur pro tribus illis conditionibus . Consequenter ibi .

¶Solùm autem hoc,quod est discretionem habere,qđ attribuebatur prudentiæ, vt distingui ab aliis tribus, inquantum hoc est ipsius rationis per essentiam ; alia uerò tria important quandã participationem rationis per modum applicationis cuiusdã ad passiones,vel operationes; sic igitur ſm prædicta prudentia quidẽ esset virtus distincta ab alijs tribus, sed aliæ tres non essent uirtutes distinctæ ab inuicem. Manifestum est enim , ꝙ vna & eadem virtus, & est habitus, & est virtus. & est moralis. ——

¶Probat secundam partem conclusionis primæ sic. Id quod est rationis per essentiam,& in seipsa;distinguitur ab his,quæ important quãdam participationem rationis applicatæ ad materiam extrinsecam moralem , sed habere discretionem , quod attribuitur prudentiæ (ſ. etiam acceptæ pro conditione virtutis) est ipsius rationis in seipsa, & per essentiam . Alia verò tria important quandam participationem rationis per modum applicationis ad appetitum circa passiones , vel operationes . Igitur prudentia , & habere discretionem etiam secundùm istum modum,distingueretur ab alijs tribus tonditionibus virtutis , quæ sunt impressæ appetitui, discretio autem manet in ratione . Maior nota, quia id,quod est in ratione, distinguitur ab eo, quod est in appetitu, cum idem non sit diuersarum potentiarum. Et præsertim , quia appetitus participat rationem solùm analogicè,vt patuit supra quæst.60.artic.1. Minor relinquitur nota;igitur,&c. Vnde D.S.infert conclusionem prædictam sub claris terminis, & verbis . Sic igitur , &c. Et circa eam ponit maiorem pro prima parte conclusionis.

¶Nota autem cautè verba D.S. circa illam partem , cum dicit, inquantum hoc est ipsius rationis per essentiam , &c. quia videlicet, si discretio , & prudentia acciperentur impropriè , & participatiuè pro ordine rationis appetitui impresso , prout dicimus, ꝙ appetitus fit rationale per participationem , sic habere discretionem quasi passiuè non argueret alium habitum ab his , qui sunt in appetitu; sed accipiendo habere discretionem actiuè , & essentialiter, ita quòd eius sit discernere quis modus, quæ firmitas obseruanda sit,est conditio conueniens habitui, qui est in intellectu formaliter , & per consequens conditio requirens habitum distinctum ab his, qui sunt in appetitu ; oportet enim supponere, quòd non est possibile , vt idem habitus sit in diuersis potentijs , neque conditio cõueniens habitui existenti in vna potentia essentialiter, non potest essentialiter competere habitui alterius potentiæ .

¶Alij uerò, & melius accipiunt has quattuor uirtutes, secundùm quòd determinantur ad materias speciales ; vnaqueque quidem illarum ad unam materiam , in qua principaliter laudatur illa generalis conditio , a qua nomen uirtutis accipitur , ut supra dictum est ; * & secundùm hoc manifestum est , quòd prædictæ uirtutes sunt diuersi habitus secundùm diuersitatem obiectorum distincti . ——

* Art. præced.in cor.

¶Hic consequenter respondet ad quæsitum iuxta secundùm modum accipiendi præferens ipsum primò , dicens . Alij verò,& melius, &c. Conclusio quo ad hunc modum . Quattuor prædictæ virtutes isto modo acceptæ sunt diuersæ virtutes abinuicem distinctæ. Probatur. Vbicunque sunt diuersæ materiæ, & obiecta , ibi sunt diuersæ virtutes; sed istæ quattuor virtutes isto modo acceptæ habent diuersas materias, & diuersa obiecta ; igitur, &c. Maior nota. Minor patuit, quia vnaqueq; illarum determinatur ad vnam materiam,in qua principaliter illa generalis cõditio laudatur, sicut fortitudo habet pro materia timores mortis, vbi præsertim laudatur firmitas,temperantia,delectationes,tactus,vbi seruare modum rationis præcipuè laudatur ; & sic de alijs.

ARGVMENTVM in contrarium , quod innititur auctoritati beati Augustini , est pro secunda conclusione responsiua , quia Augustinus ad modum Aristotelis accipit hæc quattuor, vt sunt circa præcipuas materias, & distinctas, & per consequens vt distincti habitus, qui sunt varij effectus amoris , quia (vt patebit quæst. 62. artic. 2. ad tertium.) ad omnem virtutem concurrit amor saltem, sicut radicale, & primum principium.

¶Ad primum ergo dicendum , quòd Grego. loquitur de prædictis quattuor virtutibus secundùm primam acceptionem; vel potest dici , ꝙ istæ quattuor virtutes denominantur adinuicem per redundantiam quandam,id enim ꝙ est prudentiæ, redundat in alias virtutes,inquãtum a prudentia diriguntur; vnaqueq; verò aliarum redundat in alias ea ratione, ꝙ qui potest, quod est difficilius, potest & id, quod minus est difficile ; vnde qui potest refrenare concupiscentias delectabilium secundùm tactum, ne modum excedãt,quod est difficilimũ,ex hoc ipso redditur habilior , ut refrenet audaciam in periculis mortis , ne vltra modum procedat , quod est longè facilius; & secundùm hoc fortitudo dicitur temperata, temperantia etiam dicitur fortis ex redundantia fortitudinis in temperantiam,inquantum ſ.ille,qui per fortitudinem habet animum firmum contra pericula mortis,quod est difficilimum , est habilior , vt retineat animi firmitatem contra impetus delectationum , quia (vt dicit Tullius in primo de Officijs. *) Non est consentaneum,vt qui metu non frangitur, cupiditate frangatur;nec qui inuictum se a labore præstiterit uinci a uoluptate,aliquando possit; & per hoc etiam patet responsio ad secundum. Sic enim temperantia in omnibus modum seruat,& fortitudo cõtra illecebras voluptatum animum seruat inflexum , uel inquantum istæ uirtutes denominãt quasdam generales conditiones virtutum,vel per redundantiam prædictã.—

* Tullius cap. cuius tituli est vera magnanimitas incumbus pœnium fit.

¶Dicitur primò, quòd Gregorius loquitur de illis virtutibus secundùm primam acceptionem , tunc enim prudentia est iusta , id est habet rectitudinem , & tenet modum , & est firma , & sic de alijs, quia vni habitui conueniunt istæ quattuor conditiones, tres vt dictum est intrinsecè ; quarta participatiuè. Dicitur secundò secundùm alium modum accipiendi .

¶Ad maiorem , quòd ista est vera propter redundantiam vnius in aliam,quia videlicet prudentia dirigit omnes alias, & aliæ participant eam . Aliæ autem redundant in seinuicem alia ratione , quia videlicet ille, qui potest id, quod est difficilius , potest & minus difficile , vt D.S. clarè exponit . Vltra , hoc autem non contingeret , si prædictæ quattuor virtutes esseat distinctæ. Negatur, immo cum distinctione stat , quòd vna denominat aliam propter prædictam redundantiam .

¶Ad probationem dicitur,quòd diuersæ species eiusdem generis non denominant se essentialiter; tamen quando vna redundat in aliam , tunc denominant se per redundantiam , & participatiuè , & extrinsecè , & effectiuè , sicut Sol denominat , ideſt facit omnia astra lucida , &c.

¶Ad secundi maiorem dicitur . Eorum quæ distincta abinuicẽ, quod est vnius , non attribuitur alteri eodem modo , potest tamen unum specie distinctum alterum participare, & in aliud reddúare.

¶Ad minorem dupliciter , vel quod est temperantiæ , ideſt generalis conditio temperantiæ attribuitur fortitudini, quia illæ conditiones conueniunt eidem habitui , vel quia temperantia redundat in fortitudinem , quando simul habentur in eodem subiecto ; sicut oportet, quòd simul habeantur, quia connexæ. Negatur autem consequentia , quòd non possint esse distinctæ species , stante prædicta redundantia .

¶Ad tertium dicendum , quòd illæ quattuor generalrs uirtutum conditiones, quas ponit Philosophus, non sunt proprię prædictis uirtutibus, sed possunt eis appropriari secundùm modum iam dictum. * ——

* In corp.

¶Dicitur, quòd quælibet harum virtutum,si accipiatur pro generali conditione in quacunque materia, sic est generalis. Si autem accipiatur , vt determinatur ad certam materiam , scilicet scientia pro potissimo actu circa agibilia , & eligere , & non ex passione agere, vbi maximè trahit passio;tunc appropriatur temperantiæ, & sic de alijs . Tunc dico, quòd sunt speciales virtutes, vt patuit circa finem corporis .

Vtrum

Vtrum huiusmodi quattuor virtutes Cardinales conuenienter diuidantur in virtutes politicas, & purgatorias, & purgati animi, & exemplares.

O 3.dist 33.q. 1.ar.4.ad 2. Et dist. 34. q1.ar.2.argu.6. & ad eius solut. Et Verit. q. 26.art.8. ad 2. Et Virtu. q.5. arti. 4. ad 7. * Macrob. sup.8. * Arist.c.8. Macrobius

AD quintum sic proceditur . Videtur , quòd inconuenienter huiusmodi quattuor virtutes diuidantur in uirtutes exemplares , purgati animi , purgatorias , & politicas , vt enim Macrobius dicit in primo super somnium Scipionis . * Virtutes exemplares sunt , quæ in ipsa Diuina mente consistunt, sed Philosophus in 10.Ethicor.dicit, * quòd ridiculum est Deo iustitiam, fortitudinem, temperantiam, & prudentiam attribuere; ergo uirtutes huiusmodi non possunt esse exemplares .

¶2 Præt. Virtutes purgati animi dicuntur , quæ sunt absq; passionibus . Dicit enim ibidem Macrobius,quòd temperantiæ purgati animi est terrenas cupiditates non reprimere, sed penitus obliuisci; fortitudinis autem passiones ignorare,non vincere;dictum est autem supra, *ꝙ huiusmodi virtutes sine passionibus esse non possunt;ergo huiusmodi virtutes purgati animi esse non possunt.

*q.59.ar.2. &ar.5.

¶3 Præt. Virtutes purgatorias dicit esse eorum , qui quadam humanorum fuga solis se inserunt Diuinis , sed hoc videtur vitiosum . Dicit enim Tullius in primo de Officijs , *, quòd qui despicere se dicunt ea , quæ pleriq; mirantur, scilicet imperia, & magistratus,his non modo laudi , uerùm etiam uitio dandum puto ; ergo non sunt aliquæ uirtutes purgatoriæ.

*Tull.loco citato in artic.præced. ad 1.arg.

¶4 Præt.Virtutes politicas esse dicit,quibus boni viri reipublicę consulunt,vrbesq; tuentur;sed ad bonũ commune sola iustitia legalis ordinat, vt Phil.dicit in 5.Eth. * ergo aliæ uirtutes non debent dici politicæ.

* Arist.c.1.

¶Sed contra est,quod Macrobius ibidem dicit. * Plotinus inter philosophiæ professores cũ Platone princeps. Quattuor sunt,inquit,quaternarum genera uirtutum,ex his primæ politicæ uocantur,secundæ purgatoriæ, tertiæ autem iam purgati animi, quartæ exemplares.

* Macrob. loco citato in argu.1.

¶Hic vltimò D. S.inquirit de quadam quasi subdiuisione moralium, quæ diuiduntur in exemplares, &c.

¶Nota autem, quòd intelligitur, an huiusmodi quattuor etiam diuisim diuidantur in istas quattuor , ita scilicet , quòd prudentia diuidatur in prudentiam exemplarem , purgati animi , &c. Et an temperantia diuidatur in exemplarem , purgati animi , & sic de alijs . Et mouetur ista quæstio propter dictum Plotini , qui introduxit hanc diuisionem .

¶Respondeo dicendum , ꝙ sicut Aug. dicit in lib. de moribus ecclesiæ; * oportet, quòd anima aliquid sequatur ad hoc , ꝙ ei possit uirtus innasci , & hoc Deus est , quem si sequimur , benè uiuimus . Patet igitur , quòd exemplar humanæ uirtutis in Deo præexistat, sicut & in eo præexistunt omnium rerum rationes . Sic igitur virtus potest considerari,vel prout est exemplariter in Deo, & sic dicuntur uirtutes exemplares . ——

* Aug. c.6.

¶D.S.in hoc corpore deducit aliquas conclusiones partiales,ex quibus habetur conclusio formalis responsiua. Primò ergo ponit vnam conclusionem partialem , ostendens aliquas virtutes esse exemplares. Secundò ostendit aliquas esse politicas , ibi . Et quia homo , &c. Tertiò ostendit aliquas esse medias inter prædictas, ibi . Sed quia ad, &c. Quo igitur ad primum D.S.intendit talem conclusionem partialem . Oportet , quòd aliquæ sint virtutes exemplares (ſ.nostrarum virtutum etiam existentium circa passiones , & actiones præsentis vitæ actiuæ ; & similiter virtutum tendentium in Diuinam similitudinem , & ipsam assequentium .) Circa hanc conclusionem D.S. primò adducit probationem; secundò manifestat post Plotinum , qnid significetur nomine exemplarium Cardinalium , ibi . Ita scilicet , &c. Probatur igitur conclusio sic. Oportet , quòd exemplar humanæ virtutis in Deo præexistat ; igitur conclusio vera. Tenet consequentia , quia virtus hominis considerata , prout exemplariter est, in Deo, est , & dicitur virtus exemplaris . Antecedens probatur in littera dupliciter . Primò ex auctoritate beati Augustini ; secundo a simili . Primò arguitur sic. Oportet, quòd anima aliquid sequatur (ſ.sicut exemplar imitabile, ad hoc, quòd possit ei virtus innasci.) Sed hoc est Deus , quem sequimur , si benè viuimus ; igitur , &c. Antecedens verum . Secundò ratione sic. In Deo præexistunt, omnium rerum rationes; igitur & rationes virtutum humanarum & Cardinalium ; sed tales rationes sunt exemplares virtutes. Antecedens patet prima parte , quæst. 15. Tenet consequentia , quia par ratio est de virtutibus , & alijs rebus , scilicet in natura subsistentibus . Consequenter cum dicit.

¶Ita scilicet quòd ipsa Diuina mens in Deo dicatur Prudentia ; Temperantia uerò conuersio Diuinæ intentionis ad seipsum , sicut in nobis temperantia dicitur per hoc,quòd concupiscibilis conformatur rationi; Fortitudo autem Dei est eius immutabilitas ; Iustitia uerò, Dei est obseruatio legis ęternæ in suis operibus , sicut Plotinus dixit. * ——

Plotinus. * Vide in Macrobio loco citato in arg. sed contra.

¶D.S.post Plotinum aliqualiter manifestat quid significetur nomine exemplarium Cardinalium , vt in littera clarè.

¶Pro maiori intellectu huius materiæ. Nota primò, quòd ratio exemplaris nihil aliud est, quàm idea, de cuius ratione est esse representatiuum, & causatiuum ideati,quia de ratione ideæ est esse cognitum, & factiuum ideati ex intentione agentis,&c. Quia igitur omnes virtutes nostræ sunt cognitæ a Diuino intellectu,& factibiles ;ideo habent exemplaria in Deo , & talia exemplaria nihil aliud sunt , quàm Diuina essentia , vt cognita imitabilis ab homine secundùm huiusmodi virtutes , quarum & Deus est causa in suo ordine etiam acquisitarum .

Est idea in Diuina natura , & in Diuina sapientia . Scotus desinitur .

¶Nota secundò, ꝙ differẽter hñt ideã,& exemplarem formã in Deo,ea q̃ sunt perfectionis simpliciter,&ea q̃ sunt perfectionis ſm quid,vt habet D.S. 1.sen.di.19.q.5.ar.2.ad 4m. Nã prima hñt exẽplar in Diuina natura; alia autem hñt exemplar in Diuino intellectu, & Diuina sapientia ; quia videlicet prima assimilantur Deo ſm id, quod formaliter in ipso est, sicut bonitas creata habet exẽplar in Diuina natura; quia & ipsa est bona, & id quod imitantur omnia bona; sic de sapientia; sic de veritate ,& esse,& omnibus importantibus perfectionẽ simpliciter. Secunda autem,quæ ſ.dicunt perfectionẽ ſm quid,hñt exẽplar,nõ in Diuina natura,sed sapientia,vel intellectu, qa videlicet in Deo nõ est formaliter talis perfectio,sed Deus cã cognoscit,& est eius causa;& dñt hĩe esse virtuale in Deo, sicut sapis, lignũ, & huiusmodi non sunt formaliter in Deo . Formaliter enim esse in Deo est ipsum informare, & talem denominare, Deus autem non est lapis,vel liguum , & tñ lapis est cognitus a Diuino intellectu,& factus ab eo. Patet ex his,ꝙ si sint quædam virtutes, quæ dicant tñ perfectionem ſm quid,ꝙ tales sc̃ lũ hñt exemplar in Diuina sapientia, quia Deus eas cognoscit , & homo Diuinam cognitionem imitatur,non autem Diuinã naturam ſm huiusmodi virtutes. Si verò sint virtutes,q̃ dicãt perfectionem simplr,tales hñt exemplar ēt in Diuina natura,quia ſ.& Deo formaliter conueniunt,& ab ipso deriuantur in creaturas;nam oẽ quod est perfectionis simpliciter,existit formaliter in Deo,& ab ipso,tanquam ab eo,in quo est per essentiam,deriuatur in creaturas, in quibus est per participationem . ¶Pro cuius explicatione nota tertiò post D.S.in primo contra Gentil.cap.93.94.& 95. ꝙ primò sunt aliquæ virtutes,quia perficiunt hanc vitam actiuam,q̃ in vsu bonorũ corporalium consistit; secundò,sunt virtutes,q̃ ex passionibus,sicut ex ꝓprijs obiectis speciem sortiunt. Et hæ duplices q̃dam sunt circa inclinationem appetitus in aliquod corporale bonum,sicut sobrietas,castitas,continentia,tẽperantia;& omnes istæ non possunt esse in Deo, nec propriè, nec metaphoricè.ſpp similitudinem effectus , tum quia in Deo non est appetitus sensitiuus, nec passio, nec inclinatio in corporale bonum, tanquam Deo bonum,vel perfectũ; (& patet ex his defectus Sco.in 3.dist.33.vbi sin git in Deo temperãtiam eiusdem rationis cum tẽperantia nostra.) Aliæ autem sunt virtutes circa passiones ſm inclinationem appẽtitus in aliquod spirituale bonum,sicut est honor,dñium,victoria, vindicta. Et tales virtutes etiam non sunt in Deo propriè , & vniuocè cum nostris; sed tamen scriptura Deo attribuit metaphoricè ꝓp similitudinem effectus ; sicut patet 1.Reg.2. Non est fortis, sicut Deus noster.Et Mich.6. Quærite manſuetum,quærite bonum. Patet ex his, ꝙ cum Cardinales, de quibus loquitur est Plotinus in proposito sint humanæ, & vel circa vitam actiuam præsentis vitę, & circa passiones , vel edomandas , vel edomitas , ꝙ non sunt in Deo propriè, nec formaliter, sed solùm in Diuina cognitione, & virtute. Sequitur,ꝙ exemplares sunt in Diuina sapientia, non natura,vt & D.S.vbi supra,contra Gent.c.94.in fine concludit. Patet secundò contra Scot.ꝙ cum huiusmodi virtutes sint in nobis prõpriè,& formaliter,in Deo aũt non,sed solùm virtualiter,ꝙ nõ sunt eiusdem rõnis temperantia in Deo,& in nobis,si tñ temperantia in Deo ponenda sit,& non magis exemplar temperãtiæ nostræ,sicut & idea lapidis in Deo ponitur , lapis autem nullo modo .

Scotus.

¶Nota autem quarto . Ad sciendum , quæ virtutes habeant exemplar in Diuina natura , ꝙ quædam aliæ sunt virtutes circa actiones , & tales actiones , quæ non sunt propriæ hominis , (sed conueniunt cuilibet intelligenti, sicut iudicare, dare, distribuere. Si ergo huiusmodi actiones in sua communitate accipiantur, pos-

Contra Scotum .

sunt & Deo adaptari, ecluſis omnibus imperfectionibus, quæ non ſunt de ratione, & conceptu differentiali huiuſmodi virtutum. Vnde Deus eſt formaliter iuſtus, verax, prudens, liberalis, magnificus. Poſſunt enim huiuſmodi virtutes eſſe voluntatis, & intellectus. Vnde ſicut ſapientia, & ſcientia Deo propriè, & formaliter attribuuntur, ita & huiuſmodi virtutes. Nam per extenſionem ſignificant quid proportionabiliter vnum in Deo, & creaturis. Virtutes autem, quæ ad actiones ordinantur, quæ ſunt ſubiectorũ ad ſuperiores, nullo modo Deo conuenire poſſunt, ſicut obedientia, latria, & huiuſmodi. Patet ex hoc, ꝙ virtutes, quæ poſſunt pertinere ad intellectum, & voluntatem, & ad ſuperiorem, & acceptæ, vt ſunt actionum non contractarum ad res humanas, habent exemplar in Diuina natura, ita ꝙ per prius Deo formaliter conueniunt, & ſunt a quibus in creaturis deriuantur.

¶Nota quinto, quòd ex his facilè poteſt patere qualis ſit iſta diuiſio, cum Cardinalis (ſ temperantia) diuiditur in exemplarem, & politicam, quia eſt diuiſio talis, qualis eſſet diuiſio alicuius in ideam lapidis, & lapidem in propria natura, quia eſt in ea, quibus nomen eſt commune, & non aliqua ratio. Eſto inter ea ſit ſimilitudo, non in eſſe, ſed tantùm in repreſentando, ſicut eſt inter ſpeciem lapidis, & lapidem. Verum quidem eſt, ꝙ nomen conueniens Deo (vt exemplari in natura) & exemplaris dicitur analogicè, ſimpliciter ſ. de Deo, & formaliter, & de alijs analogatis in habitudine ad id quod eſt in Deo, vt bonitas, entitas, veritas, quibus aliqua creata denominantur in habitudine ad Diuinã bonitatem, veritatem, &c. Tamen in his, quorum Deus eſt exemplar ſolùm ſm intellectũ, & ſapientiam, non oportet, ꝙ hoc prius conueniat Deo formaliter, ſed cauſaliter tm̃; ideo ibi vr̃ eſſe ſolũ nomẽ commune proportionalitatis, in qua eſt ſolum nomen cõe; & identitas ꝓportionabilis; ſicut enim Deus ſe habet ad ſuũ exẽplar qđ vocatur temperãtia exemplaris, ita homo ad temperantiã ſuã. Diuiſio autem temperantiæ in politicã, & purgatoriam, atq; purgati animi, videtur eſſe modalis, vt patebit. Conſequenter ibi.

¶ Et quia homo ſecundùm ſuam naturam eſt animal politicum, virtutes huiuſmodi, prout in homine exiſtũt, ſecundùm conditionem ſuæ naturæ politicæ vocantur, prout ſ. homo ſecundùm has virtutes rectè ſe habet in rebus humanis gerendis, ſecundùm quem modum hactenus de his virtutibus loquuti ſumus.

¶Oſtendit, ꝙ ſunt politicę per modum notabilis, quia quæ perficiunt hominem ſm conditionem propriæ naturæ, quia ex ꝓpria natura etiam ſpecifica homo eſt animal politicum, & ſociale, & perficitur homo per eas, vt benè ſe habeat in gerendis rebus humanis. ſ. in operationibus ad alium, & proprijs paſſionibus, vt viuat. ſ. ſm rationem naturalem. Et notat, ꝙ hactenus in tractatu de Virtutibus præcedenti ſic locutus ſit de Virtutibus. Ex his habetur concluſio reſponſiua partialis, oportet ponere virtutes politicas in homine ipſo. Probatur, quia neceſſe eſt hoiem perfici, vt benè ſe habeat in rebus humanis gerendis, igitur neceſſe eſt ponere virtutes politicas. Tenet conſequentia ex dictis, quia politicæ perficiunt ad hmõi res benè gerendas. Antecedens eſt notum, & intelligitur de neceſſitate ſuppoſitionis, vel finis, non abſoluta.

¶Nota, ꝙ per res humanas nihil intelligit, niſi mores, vel actus humani, quos homo benè gerit, & facit per morales acq̃ſitas, mediãtibus ſeminarijs virtutum innatis. Vnde ſicut exemplares ſunt in Deo ſm ſapientiam ſuam, vt dictum eſt; ita politicæ ponuntur in homine formaliter ipſum perficientes ad actus, & affectiones regulandas, ſm rectam rationem naturalem, viuendo inter homines ſocialiter, & vt ciuis huius vitæ. Deinde cum dicit.

¶Sed quia ad hominem pertinet, vt etiam ad Diuina ſe trahat quantum poteſt, vt etiam Phil. dicit in 10. Eth.* & hoc nobis in ſacra ſcriptura commẽdatur multipliciter, vt eſt illud Matth. 5. Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter cęleſtis perfectus eſt, neceſſe eſt ponere quaſdam virtutes medias inter politicas, quæ ſunt uirtutes humanæ, & exemplares, quæ ſunt uirtutes Diuinæ.

* Arift.c.7.

Matth.5.

¶ Manifeſtat aliquas virtutes eſſe medias inter duas prædictas. Et primò ponit vnam concluſionem, quæ oſtendit earum neceſſitatem; ſecundò oſtendit diuerſitatem illarum mediarum, oſtẽdens aliquas eſſe purgatorias, ibi. Quæ quidem virtutes, &c. Tertiò, quæ ſunt purgati animi, ibi. Quædam verò, &c. Oſtendit ergo primò neceſſe aliquas virtutes eſſe medias inter politicas, & exemplares, tali concluſione. Neceſſe eſt ponere quaſdã virtutes medias inter politicas, & exemplares. Probatur, ad hoiem pertinet, vt ad Diuina ſe trahat quantum poteſt; igitur concluſio vera. Tenet conſequentia, quia politicæ ſunt circa humana tm̃. exemplares aũt ſunt in Deo; ſi igit̃ debet ſe trahere ad Diuina, oportet, ꝙ fiat per alias, quàm per politicas. Et nõ poteſt fieri per exemplares, quia illæ nõ ſunt in hoĩe; igitur per aliquas medias, quæ ſunt infra Diuinas, & exemplares, & ſupra politicas (ſaltem quo ad modum, & actum.) Aſſ patet per Philoſophum, & per ſcripturam ſacrã. Deinde ibi.

¶Quæ quidem virtutes diſtinguũtur ſm diuerſitatem motus, & termini, ita ſ. ꝙ quædam ſunt virtutes trãſcendentium, & in Diuinã ſimilitudinem tendentium, & hæ uocantur uirtutes purgatoriæ, ita ſ. ꝙ prudentia omnia mundana Diuinorum contemplatione deſpiciat, oẽmq; animæ cogitationem in Diuina ſola dirigat; temperantia uerò relinquat, inquantum natura patitur, quæ corporis uſus requirit; fortitudinis autem eſt, ut anima non terreatur propter receſſum a corpore, & acceſſum ad ſupernа; iuſtitia uerò eſt, ut tota anima conſentiat ad huiuſmodi propoſiti uiam.

¶D. S. ponit diuerſitatem illarum duarũ mediarum inter politicas, & exẽplares. Et vult, ꝙ diſtinguunt̃ penes diuerſitatem motus, & termini, quia videlicet purgatoriæ aſſimilantur motui, quia perficiunt hoiem, vt terrena, & humana tranſcendat, & tendat in Diuinã ſimiiitudinẽ quantũ poſſibile eſt. Et deinde D. S. oſtẽdit de ſingulis virtutibus quattuor actus earũ, vt ſunt purgatoriæ. Tunc ibi.

¶Quædam verò ſunt uirtutes iam aſſequentium Diuinam ſimilitudinem, q̃ uocantur uirtutes iam purgati animi, ita ſ. ꝙ prudentia ſola Diuina intueatur; temperantia terrenas cupiditates neſciat, fortitudo paſſiones ignoret; iuſtitia cum Diuina mẽte perpetuò fœdere ſocietur, eam ſimitãdo; quas quidem virtutes dicimus eſſe beatorum, uel aliquorum in hac uita perfectiſſimorum.

¶Oſtendit quæ ſunt purgati animi, quia pertinẽt ad terminum, quia virtutes iam aſſequentium Diuinam ſimilitudinem. Et D.S. etiam exponit actus harum ſecundum ſingulas, &c. in tex. clarè.

¶Nota, quia ex his hr̃ reſponſio ad qæſitum affirmatiuum, ꝙ ſic. Probatur ex dictis, quia neceſſe eſt ponere virtutes in Diuina mente, quas homo imitetur, vt ſit virtuoſus. Et neceſſe eſt ponere virtutem, quæ perficit hominem ſm naturam ſuam. Neceſſe eſt etiam ponere virtutes duas medias, diſtinctas ſm diuerſitatem motus, & termini. Igitur conuenientes virtutes illæ quattuor diuiduntur, &c. Tenet conſequentia, quia primæ ſunt exemplares, ſecundæ politicæ, aliæ duæ ſunt purgatoriæ, & purgati animi. Antecedens pro prima parte patet ex prima concluſione, pro ſecunda ex ſecunda, pro tertia ex tertia. Et ita patet hoc corpus.

¶Nota, ꝙ circa iſtum articulum eſt difficultas ſupra tacta. q. 54. art. 3. An politicæ, purgatoriæ, & purgati animi diſtinguant̃ ſpecificè. Nã de exẽplaribus nõ eſt q̃ſtio, quin ab illis ſpecie diſtinguant̃, immo plus, q̃ gñe, tanquam increatum a creato; ſed vt dixi de illis tribus eſt quæſtio, an inter ſe diſtinguantur. Denim S. vocat purgatorias, & purgati animi medias, & has diuerſificat, ſicut motum, & terminum. Alibi autem videtur eas identificare.

¶Ad hoc vr̃ dicendum, iuxta D. S. in tertia parte, vt ſupra allegatum fuit, ꝙ loquendo, vt Phil. de illis locuti ſunt, non diſtinguunt̃ ſpecie, immo nec numero in eodem, quia habent idem obiectum, ſ. bonum rationis naturalis, quæ ſe poteſt extẽdere ad omnes iſtos modos virtutis humanæ. ſ. vt ſit ſm communem modum hominũ, & ſit tendentium in Diuinam ſimilitudinem, & aſſequentiũ modo poſſibili homini conſtituto in puris naturalibus. Sed loquẽdo Theologicè de iſtis, vt D. S. vr̃ tangere, vt ſ. aliquis tendat in ſimilitudinem Diuinam modo ſupernaturali, & tendat in bonum rationis informatæ fide, & modo ſuperhumano, vt factus particeps Diuinæ naturæ per gratiam; tũc tales virtutes diſtinguuntur a politicis acquiſitis, & ſunt virtutes morales infuſæ, ſm quas homo benè ſe habet, vt politicus de ſocietate ciuitatis Dei, vt patebit infra q. 63. art. 3. & 4. Quòd autem primo modo non diſtinguantur ſpecie, vr̃ innuere D. S. tertio ſcripto, diſt. 33. q. 1. art. 4. ad ſecundũ, vbi dicit. Virtutes, quæ perficiunt in vita actiua, etiam acquiſitæ, nõ oportet, ꝙ tollantur, cum aliquis ſe transfert ad vitam contemplatiuam, ſed habent alios actus, inquantum pertingunt ad finem ꝓximum, quia cõtemplatiua vita eſt finis actiuæ. Et ideo diſtinguit Macrobius harum virtutum tres gradus, ſm ꝙ ſunt in hominibus. Sunt enim politicæ, ſm ꝙ homo per eas in ciuilibus operibus rectificat. Purgatoriæ autem, ſm ꝙ ciuilibus vtens ad quietẽ cõtemplationis aliquis anhelat; Sed dñr purgati animi, inquantũ aliquis abiecto omni exercitio ciuilis vitæ, quieti contemplationis totum ſe tribuit. Et in hoc ſtatu dicit, ꝙ actus temperantiæ eſt cupiditatem non iam reſtenare, ſed penitus obliuiſci; fortitudinis autem paſſiones ignorare non vincere, & ſic de alijs. Hæc ille.

¶Et nota hæc verba, vbi dicit, ꝙ virtutes, quæ perficiunt in vita actiua non tolluntur, cum quis ſe transfert ad contemplatiuã, ſed habet alios actus. Cum igitur purgatoriæ, & purgati animi dicãtur ſm habitudinem ad vitam contemplatiuam, non oportet eſſe alias virtutes, ſed alium actum, & alium ſtatum. Quare non diſtinguũtur ſpecie modo loquendi illorum Philoſophorum. ſ. Plotini, & Macrobij. Vnde D. S. dicit vbi ſupra 3. par. Sic & Plotinus poſuit quendam ſublimem modum virtutum, quas eſſe dixit purgati animi. Et in principio ſolutionis dicit. Habitus heroicus, vel Diuinus non differt a virtute communiter dicta, niſi ſm perfectiorẽ modum. Vnde vr̃ pro eodem habere virtutem heroicam, & virtutẽ ſecundùm

ſecundùm ſublimẽ modũ poſitã a Plotino. Sed ſm eum primaliter diſtinguitur niſi ſm modum, per conſequens, & ſecunda. Verum eſt, ꝙ D. S. in de Virtutibus, art. vlt. ad ſeptimum. videtur dicere, ꝙ politicę non maneant in patria, ſed purgati animi. Et per hoc poſſet videri, ꝙ diſtinguuntur ſpecie. Sed hoc probat, ꝙ differunt ſecundùm actus, & non maneant quantum ad materiale, vt patet infra quæſt. 67. artic. 1. Et præterea non videtur dictum ex de Virtutibus approbatum a D. S. vbi iam infra.

¶Quod dictum eſt in corpore, & in concluſione reſponſiua, confirmatur argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd Philoſophus loquitur de his virtutibus, ſecũdùm quòd ſunt circa res humanas, puta iuſtitia circa emptiones, uel uẽditiones; fortitudo autem circa timores; temperantia circa concupiſcentias; ſic enim ridiculum eſt eas Deo attribuere.

¶ Ad minorem. Ridiculum eſt Deo attribuere iuſtitiam vniuocè cum iuſtitia politica, & humana, exiſtenti videlicet circa emptiones, & venditiones. Attribuuntur tamen ſibi, ſecundùm quòd ſibi conuenire poſſunt, vt dictum eſt in artic. Vel exemplariter ſecundùm intellectum, vel ſecundùm naturam, & tunc habẽt alios actus aliqua eorum. ſ. prudentia, iuſtitia, fortitudo.

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ virtutes humanæ ſunt circa paſſiones. ſ. virtutes hominum in hoc mundo conuerſantium; ſed uirtutes eorum, qui plenam beatitudinem aſſequuntur, ſunt abſq; paſſionibus. Vnde Plotinus dicit, * ꝙ paſſiones politicæ virtutes molliunt, ideſt ad medium reducunt; ſecundæ ſ. purgatoriæ auferũt; tertiæ, quæ ſunt purgati animi, obliuiſcuntur; quartas. ſ. exemplares nephas eſt nominari, quamuis dici poſſit, quòd loquitur hic de paſſionibus, ſecundùm quòd ſignificant aliquos inordinatos motus.

Plotinus. * Vide in Macrob. loco citato, in arg. ſed contra.

¶Ad maiorem. Virtutes purgati animi, vt ſunt aliquorum in hac vita perfectiſſimorum, ſunt abſq; paſſionibus more Stoyco, ideſt abſq; inordinatis affectionibus, quibus conſentiatur, & imperatis. Ad minorem. Virtutes humanæ ſine paſſionibus quibuſcunq; eſſe non poſſunt, tamen ſine inordinatis; & non ſunt ſine paſſionibus in quibuſcunque perfectis pro hoc ſtatu, tamen ſunt ſine inordinatis, & vehementibus præuenientibus, vt patet tertia par. q. 15. art. 4. in corp. Et ſecundò dicit D. S. ad illam minorem. Virtutes in hac vita non poſſunt eſſe ſine paſſionibus, tamen virtutes beatarum animarum poſſunt eſſe ſine paſſionibus, remanent enim tales virtutes tantùm quo ad formale, non materiale, vt patet infra q. 67. artic. 1. Et eſt magnum argumentum in hac materia, ꝙ nec Chriſtus fuit pro hoc ſtatu ſine omni paſſione, vt D. S. habet tertia par. q. 15. art. 4. Multo minus alij, de quibus illi Philoſophi loqui potuerunt. Vnde videtur dictum eorum intelligendum, vt dictum eſt ad maiorẽ, ꝙ purgati animi virtutes ſunt ſine paſſionibus perturbãtibus, & vehementibus reſpectu illicitorum. Sed quòd Philoſophi omnem negarẽt affectionem appetitus ſenſitiui, non videtur probabile. Vide ſupra quæſt. 58. art. 2. in fine. Vide in Clementinis de hæret. cap. ad noſtrum. circa ſextum errorem reprobatum in apparatu.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ deſerere res humanas, vbi neceſſitas imponitur, uitioſum eſt, aliàs eſt uirtuoſum; vnde parum ſupra Tullius præmittit. * His forſitan concedendum eſt, rempublicam non capeſcentibus, qui excellenti ingenio doctrinæ ſe dederunt, & his quę, aut ualitudinis imbecillitate, aut aliqua grauiori cauſa impediti, a Republica receſſerunt cum eius adminiſtrandæ poteſtatem alijs, laudemq; concederent. Quod cõſonat ei, quod Aug. dicit. 19. de Ciu. Dei. * Ocium ſanctũ quærit charitas ueritatis, negotiũ iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis, quam ſarcinam ſi nullus imponit, percipiẽdæ, atq; intuendæ vacandum eſt veritati, ſi autem imponitur, ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſſitatem.

*Tull. loco citato in argum.

*Aug. c. 19.

¶Ad maiorem dr̃, ꝙ purgatoriæ ſunt eorum, qui fugiunt humana. ſ. exteriora, & ingerunt ſe Diuinis, cum nemo cogit intendere rebus humanis, nec cõmunis neceſſitas expoſtulat, nec maior auctoritas compellit. Ad minorem, negatur, ꝙ ſit vitioſum vacare contemplationi veritatis, cum nulla neceſſitas, vel maioris præceptum iubet deſerere veritatis contemplationem; ſed vera eſt minor, vbi neceſſitas imponitur, tunc vitioſum eſt deſerere res humanas. Et hoc oſtendit D. S. in ſolutione; & de materia huius ſolutionis, & argumenti. 2. 2. q. 185. art. 1. ad tertium. & in de Virtutibus de Charitate, arti. 11. ad ſextum. vbi D. S. ponit tres gradus in charitate; ſunt enim quidam, qui libenter, & ſine magna moleſtia ſeparantur a vacatione Diuinæ contemplationis, vt terrenis negotijs implicentur, & in his, vel nihil, vel modicum charitatis apparet. Quidam verò in tantùm delectantur in vacatione Diuinæ contemplationis, ꝙ eam deſerere nolunt, etiam vt Diuinis obſequijs mancipentur ad ſalutem proximorum. Quidam verò ad tantum culmen charitatis aſcendunt, ꝙ etiam Diuinam contemplationem (licet in ea maximè delectentur) prætermittũt, vt Deo ſeruiant in ſalutem proximorum, & eſt hæc maxima perfectio, & prælatorum, & cætera valent pro intellectu ſolutionis.

¶Ad quartum dicendum, quòd ſola iuſtitia legalis directè reſpicit bonum commune, ſed per imperium omnes alias uirtutes ad bonũ commune trahit, vt in quinto Ethicorum dicit Philoſophus. * Eſt enim conſiderandũ, ꝙ ad politicas uirtutes, ſecundùm ꝙ hic dicuntur, pertinet non ſolùm bene operari ad commune, ſed etiam bene operari ad partes communis, ſcilicet ad domum, uel aliquam ſingularem perſonam.

* Arift. c. 1.

¶Ad maiorem, ꝙ politicè (vt hic loquimur) non ſolùm operãtur benè ad commune bonum, ſed comprehendunt omnem virtutem operantem modo humano communi, ſiue ad proprium, ſiue ad commune. Verum eſt, ꝙ iuxta modum Arift. Politica principaliter reſpicit bonum commune, vt patebit ſæpius ſecunda ſecundæ. Ad minorem, vera eſt, primò, & immediatè ſola legalis iuſtitia ordinatur ad bonum commune; tamen mediante ipſa omnes aliæ mouentur ad bonum commune, & ſic omnes particulares poſſunt dici politicæ, vt imperantur a legali, etiam iuxta modum dicendi Arift. vt patuit ſupra q 60. ar. 3. ſed vt dictum policitę hic non vocantur quaſi ordinatæ in bonum commune, ſed quia conueniunt viuenti inter hoĩes, & cõmuni modo, ſiue ſint ad bonum ꝓprium, ſiue commune. Et hæc innuit D. S. in ſolutione, quòd aliter loquuntur de Politica Arift. aliter Plotinus, & Macrobius.

Quæſtio Sexageſimaſecunda.

De virtutibus Theologicis.

DEinde conſiderandũ eſt de virtutibus Theologicis. Et circa hoc quæruntur quattuor. Primò, vtrũ ſint aliquę virtutes Theologicę. Secũdò, vtrũ virtutes Theologicæ diſtinguantur ab intellectualibus, & moralibus. Tertiò, quot & quæ ſint. Quartò, de ordine earum.

¶Iuxta ordinem ſupra promiſſum in q. 57. poſt morales, & intellectuales, & earundem diſtinctionem. Nunc determinat de Theologicis, & procedit via doctrinæ de magis noto, & naturali, ad minus notum, & ſupernaturale; & quærit primò quæſtionem, an ſit de neceſſitate earum, art. 1. Deinde de earum diſtinctione; & primò de diſtinctione ab alijs, ar. 2. Secundò de diſtinctione earum inter ſe. Vltimò de ordine, quia prærequirit diſtinctionem.

Vtrum ſint aliquæ virtutes Theologicæ.

AD primum ſic proceditur. Videtur, ꝙ non ſint aliquæ virtutes Theologicæ; vt enim dr̃ in 6. Eth.* Virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum; dico autem perfectum, quod eſt diſpoſitum ſecundùm naturam; ſed id, quod eſt Diuinum, eſt ſupra naturam hominis; ergo virtutes Theologicæ non ſunt virtutes hominis.

Infra art. 2. & 3 cor Et 3. diſt. 23. q. 1. ar. 4. q. 4. & diſ. 26. q. 2. ar. 3. q. 1. cor. Et Virtu. q. 3. ar. 5. ad 12 & ar. 12. cor. fin.

¶ 2 Præt. Virtutes Theologicæ dicũtur quaſi virtutes Diuinæ, ſed uirtutes Diuinæ ſunt exemplares, ut dictum eſt, * quæ quidem non ſunt in nobis, ſed in Deo; ergo virtutes Theologicæ non ſunt virtutes hominis.

*Arift. c. 17.

*q. 61. art. 5.

¶ 3 Præterea. Virtutes Theologicæ dicuntur, quibus ordinamur in Deum, qui eſt primum principium, & ultimus finis; ſed homo ex ipſa natura rationis, & uoluntatis habet ordinem ad primum principium, & ad ultimum finem; nõ ergo requiruntur aliqui habitus virtutũ Theologicarũ, quibus ratio & volũtas ordinetur in Deũ.

¶Sed contra eſt, ꝙ præcepta legis ſunt de actibus virtutũ, ſed de actibus fidei, ſpei, & charitatis dantur præcepta in lege Diuina. Dicitur enim Eccleſ. 2. Qui timetis Deum, credite illi; item ſperate in illum; item diligite illum; ergo fides, ſpes, & charitas ſunt uirtutes in Deum ordinantes, ſunt ergo Theologicæ.

Eccl. 2.

¶ Quærit hic primò quæſtionem an ſint, de neceſſitate Theologicarum virtutum.

¶Reſpondeo dicendum, quòd per uirtutem perficitur homo ad actus, quibus in beatitudinem ordinatur, ut ex ſupra dictis patet. *

* q. 3. art. 5. & q. 5. ar. 7. & q. 55. artic. 3.

¶D.S.in hoc corpore duo facit. Primò ſupponit, & notat aliqua ex ſupra dictis; ſecundò ex his reſpondet ad quæſitum, oſtendens exiſtentiam, & neceſſitatem virtutum Theologicarum, ibi. Et quia huiuſmodi, &c. Quo ad primum præmittit duo notabilia ex ſupra dictis; ſecundum ibi. Eſt autem duplex, &c.

¶Notat ergo, & ſupponit primò, quòd per virtutem perficitur homo ad actus, quibus in beatitudinem ordinatur.

¶Nota, quòd patuit fundamentum huius ſuppoſiti ſupra q. 5. artic.7. quia ſi loquamur de beatitudine naturali, tunc eam non acquirit niſi per actus procedentes a virtutibus moralibus, & intellectualibus naturalibus, quorum actus imperfecti ſunt diſpoſitio ad actus, & habitus perfectos, in quibus conſiſtit beatitudo naturalis, vt patuit ſupra. Si autem loquamur de beatitudine ſupernaturali; tunc conſtat, quòd illa ſoli Deo naturalis eſt, omnis autem creatura intellectualis ad eam peruenire habet per motus quoſdam meritorios, qui merita dicuntur; & ita per virtutem homo perficitur ad actus, quibus vel beatitudinem naturalem ex propria virtute acquirat, vel meretur ab alio dandam ſupernaturalem. Conſequenter ibi.

¶Eſt autem duplex hominis beatitudo, ſiue fœlicitas, ut ſupra dictum eſt.* Vna quidem proportionata humanæ naturæ, ad quam ſcilicet homo peruenire poteſt per principia ſuæ naturæ. Alia autem eſt beatitudo naturâ hominis excedens, ad quam homo ſola Diuina uirtute peruenire poteſt ſecundùm quãdam Diuinitatis participationem, ſecundùm quòd dicitur. 2.Pet. 2. q̃ per Chriſtum facti ſumus conſortes Diuinæ naturæ.

* q 3.art.2. ad 4.&ar.5. in corp. & q.5. art 5.

2.Petr.2.

¶Notat aliud ſuppoſitum, quia eſt duplex beatitudo. Vna eſt beatitudo ad quam acquirendam principia naturalia (ſ.potentiæ, & virtutes naturaliter acquiſibiles) ſufficiunt, vt eſt contemplatio veritatis philoſophica, & exercitium in virtutibus moralibus, vt patuit ſupra quæſt.3.artic.2.ad quartum, & artic.5. Sed alia eſt excedens.ſ.viſio Dei per eſſentiam, vt patuit ſupra quæſt.5 artic.5.& ad illam homo peruenire poteſt ſola Dei virtute.

¶Nota autem, quòd hoc verbũ dupliciter intelligi poteſt; quia homo peruenit ad beatitudinem ipſam actualiter aſſequendo, & ipſam ſibi debitam faciendo, & merendo, & vtroque modo ipſam aſſequitur Diuina virtute; quia & lumen gloriæ, quod eſt proxima diſpoſitio, & naturalis ad Diuinam viſionem eſt ex ſolo Deo; ſimiliter & gratia, quæ hic dicitur participatio Diuinitatis a ſolo Deo eſt. Vnde quod D.S.dicit. Ad quam homo ſola Diuina virtute peruenire poteſt, intelligitur quãtum ad principium viſionis, & quantum ad principium merendi beatitudinem, quamuis & ad viſionem ipſam, & ad ipſum meritum, anima, vel homo actiuè ſe habeant. Et quidem demerito nulla eſt ambiguitas, quin homo ſe actiuè habeat; ſed de beatitudine, quæ eſt viſio, ſupra dictũ eſt; quia & intellectus informatus lumine gloriæ, & deificatus per Diuinam eſſentiã ſupplentẽ vicẽ ſpeciei intelligibilis, actiuè cõcurrit.

¶Et quia huiuſmodi beatitudo proportionem humanæ naturæ excedit, principia naturalia hominis, ex quibus procedit ad benè agendum, ſecundùm ſuam proportionem, non ſufficiunt ad ordinandum hominem in beatitudinem prædictam; unde oportet, quòd ſuperaddantur homini diuinitus aliqua principia, per quæ ita ordinetur ad beatitudinem ſupernaturalem, ſicut per principia naturalia ordinatur ad finem connaturalem, non tamen abſque adiutorio Diuino.

¶Hic conſequenter ex præmiſſis accedit ad concluſionem reſponſiuam, quæ intelligitur talis. Oportet ponere aliquas virtutes Theologicas. Probatur, ſupponendo, quòd homo ordinetur ad beatitudinem ſupernaturalem politicam. Tunc ſic. Principia naturalia hominis, ex quibus, &c. non ſufficiunt ad ordinandum hominem in beatitudinem prædictam.ſ.ſupernaturalem. Igitur oportet, q̃ ſuperaddãtur homini diuinitus aliqua principia, &c. vt in textu (ſubſumitur) ſed huiuſmodi principia dicuntur virtutes Theologicę; igitur oportet ponere aliquas Theologicas virtutes. Huius rationis D.S. ponit primam conſequentiam; ſecunda ſubſumptam, ibi. Et huiuſmodi principia, &c. Antecedens ergo patet, quia huiuſmodi beatitudo ſupernaturalis proportionem humanę naturæ excedit, quia videlicet non poteſt eam per naturalia principia mereri, nec operari opera, quibus ex condigno debeatur. Conſequentia tenet, quia ſi ordinatur ex Diuina.ſ.prædeſtinatione in beatitudinem ſupernaturalem habendã per opera meritoria, quibus ex iure debeatur, oportet ſuperaddere principia, per quæ ordinetur homo ad beatitudinem ſupernaturalem; ſicut per principia, &c. vt in text. Ita videlicet, q̃ per huiuſmodi principia poſſit eã acquirere ſufficienter, & ex condigno, ſicut per principia naturalia ſufficienter poteſt acquirere beatitudinem naturalem.

¶Notat tamen D.S. vnam differentiam principiorum naturaliũ ad beatitudinem naturalem, & ſuperadditorum gratuitorũ ad beatitudinem ſupernaturalem; quia naturalia principia ſufficiunt, ſtante Dei auxilio generali, ſed iſta ſuperaddita non ſufficiunt ſine auxilio Dei ſpecialis, vt patebit inf. q.68. art.2. & inf. q.109. art.9. quia requiruntur dona Spiritus ſancti, & ipſius ſpecialis inſtinctus, &c. Et ſecunda eſt, & alia differentia, quia per principia naturalia homo efficit beatitudinem naturalem, & eius principia. ſ. virtutes; ſed per gratuita ſolùm facit eam ſibi debitam, & principia eius nõ producit, ſcilicet lumen gloriæ, & charitatis conſimilationem, ſed Deus ipſam largitur, &c.

¶Et huiuſmodi principia virtutes dicuntur Theologicæ, tum quia habent Deum pro obiecto, inquantum per eas rectè ordinamur in Deum, tum quia a ſolo Deo nobis infunduntur, tum quia ſola Diuina reuelatione in ſacra ſcriptura huiuſmodi uirtutes traduntur.

¶Subiungit minorem ſubſumptam quam explicat, quare iſtæ virtutes dicantur Theologicæ, vel Diuinæ triplici ratione, tum quia habent Deum pro obiecto, ſicut fides habet Deum pro obiecto formali, propter quem omnia credit, & etiam materiali, quia nihil credit, niſi aliquo modo contineat Deum, vel ita q̃ Deus eſt ſubiectum propoſitionis credibilis, vel ſi aliud eſt ſubiectũ, nõ creditur niſi ſub habitudine ad Deũ, quamuis principale materiale ſit Deus, vt patet 2.2.q.1.art.1. ſiſt ſpes pro obiecto formali habet Diuinum auxilium, cui innititur, quod auxilium eſt Deus, pro materiali obiecto principali habet beatitudinem, quæ eſt Deus, minus principalia autem obiecta ſunt quęcunq; alia ſperata in ordine ad beatitudinem, vt patet 2.2.q.17. De charitate patet, quia obiectum eius eſt ſummum bonum, habent ergo Deũ non ſolùm pro fine, vt quædam aliæ, præſertim religio, ſed pro immediato obiecto. Quare dicuntur Theologicæ, vel Diuinæ, & per eas rectè ordinamur in Deum, tanquam in regulam oĩs veritatis, & bonitatis, &c. dicuntur 2. Theologicæ, quia a ſolo Deo infunduntur. Et 3. quia ipſo reuelante eas cognouimus. Non etiam inuenitur aliquis ſoli rationi naturali innixus aliquid de huiuſmodi virtutibus dixiſſe. Circa iſtas conditiones virtutis Theologicæ. Nota diligenter verba D.S. cũ dicit in prima conditione, tum quia habent Deum pro obiecto, inquantum per eas rectè ordinamur in Deum, quaſi diceret. Ad Theologicã virtutem nõ ſufficit Deũ hĩre pro obiecto quocunq; modo; ſed oportet p eã rectè (rectitudine ſupernaturali proportionata) ordinari in Deũ, & tali rectitudine, q̃ ſola fieri poteſt per talem virtutem. Et ex his determinat fluctuatio Sco. in 3. diſt.26 vbi vacillat. An ne & fides acquiſita, & ſiſt ſpes, & charitas; ſiſt & Theologia acquiſita ſint virtutes Theologicæ, cũ & ipſe habeat Deũ pro obiecto, vt patet ipſum intuẽti; ſed oĩa iſta excludunt a rõne virtutis Theologicæ, p hoc verbũ, inquãtum p eas rectè ordinamur in Deũ. Ea videlicet rectitudine, & ordinatione, q̃ eſt ſufficiens, & ꝓportionata ſupernaturali beatitudini, quantum eſt ex parte ſui. Dicimus eñ cõtra Sco. q̃ fides. equiſita nullo modo põt æquiparari fidei infuſæ quo ad modũ operandi, & credẽdi, vt patet ad longũ in Capreo. in 3. di. 24. Nec ẽt ipſa fides infuſa quo ad habitum, uel actum dependet ab acquiſita, vt Scotus vanè imaginat, vt Capreolus habet.) Quare cum hmõi acquiſitæ ex propria rõne habeant, vt nõ ſint æquiparabiles infuſis in modo operãdi ad beatitudinem ſupernaturalẽ; ſequitur, q̃ non ſint Theologicæ dicẽdæ. Eſto ẽt actus fidei informis non ſit meritorius beatitudinis ſupernaturalis, attamen quantum eſt ex habitu fidei infuſo, rectè ordinat hoĩem in Deum modo ſupernaturali, quãtum eſt ex parte intellectus ſufficienter ad beatitudinem ſupernaturalem, nõ ſic acquiſita, etiam ſtando in intellectu; deficiunt quoq; aliæ duæ conditiones hic a D.S poſitæ huiuſmodi acquiſitis, quia nec a ſolo Deo infunduntur, nec ſola reuelatione Diuina in ſacra ſcriptura traduntur.

Elaſterii Scoti cõmentat.

Scotus.

Capreol.

Scotus.

Capreol.

¶Nota et circa iſta, q̃ beatitudo ſupernaturalis excedit naturã, & principia naturalia non ſolùm in gradu naturæ, quia videlicet eſt dignior, & nobilior, ſed etiã in efficacia, ita ſ.q̃ naturalia principia non ſunt ſufficientia ad producendum actum proportionatũ beatitudini. Quare requiruntur aliquæ diſpoſitiones ſupernaturales, quæ videlicet naturam excedunt in efficacia, quia producunt actus, in quos natura nullo modo poteſt, & ſunt Diuini ſupernaturalis ordinis; & ergo fides acquiſita, vel charitas, nullo modo poteſt operari æquè perfectè, ſicut infuſæ a Deo Theologicæ.

ARGVM. in contrarium eſt pro concluſione reſponſiua.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd aliqua natura poteſt attribui alicui rei dupliciter; vno modo eſſentialiter, & ſic huiuſmodi virtutes Theologicæ excedunt hominis naturam; alio modo participatiuè, ſicut lignum ignitum participat naturam ignis, & quodammodo ſit homo particeps Diuinæ naturæ, ut dictum eſt; * & ſic iſtæ uirtutes conueniunt homini ſecundùm naturam participatam.

* In corp. artic.

¶Ad maiorem, dico autem, diſpoſitum ſm naturam, vel ꝓpriã, vel participatam, ita q̃ virtus eſt diſpoſitio hominis ad naturam aliquam, non tamen propriam, & eſſentialem, puta humanam, vt rationalis eſt, ſed & naturam quam habet homo participatiuè. Ad minorem dicitur, quòd id, quod eſt Diuinum eſt ſupra naturam

ram hominis eſſentialem non tamẽ ſupra naturam hominis participatã, ipſe enim exiſtens in gratia participat, & eſt Diuinus participatiuè non eſſentialiter. Sicut oſtendit exemplum D. S in littera, ſicut lignum ignitum eſt materia aliena ignis, & tamẽ ignitũ participat naturam ignis. De quo exemplo ſupra q.35.ar.8. ita de homine qui non eſt naturæ Diuinæ eſſentialiter, tamen per gratiã participat aliqualiter Diuinam naturam. Et ad hanc diſponunt iſtę virtutes, quòd videlicet homo operetur actus proportionatos naturæ Diuinæ participatæ, vnde negatur conſequentia.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd iſtæ virtutes non dicuntur Diuinæ ſicut quibus Deus ſit virtuoſus, ſed ſicut quibus nos efficimur virtuoſi à Deo, & ĩ ordine ad Deũ, vnde non ſunt exemplares, ſed exemplatę.

¶ Ad maiorem dicuntur Diuinæ non formaliter, ſed vel effectiuè, quia videlicet à Deo, vel obiectiuè, quia ad Deum nos ordinãt, ſed non quia ſint in Deo, vel quia eis Deus ſit virtuoſus. Ad minorem Diuinę formaliter ſunt exemplares, videlicet exiſtentes in Deo vel in natura vel in ſapientia Diuina, ſicut & idea lapidis eſt in Deo formaliter, licet lapis ſit in Deo ſolùm virtualiter; ſic exẽplar etiam virtutum, quæ in Deo ſunt ſolùm virtualiter eſt in Deo formaliter, vt patuit. q.præce. ar.5. vnde negatur cõſequentia, quia theologicæ non ſunt exemplares, ſed exemplatæ, & formaliter exiſtentes in homine, deriuatæ tamen a Deo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ad Deum naturaliter ratio, & voluntas ordinatur, prout eſt natura principium & finis, ſecundùm tamen proportionem naturæ; ſed ad ipſum ſecundùm quòd eſt obiectum beatitudinis ſupernaturalis ratio, & voluntas ſecundùm ſuam naturam nõ ordinantur ſufficienter.

¶ Maior vera, ordinamur in Deum vt principium ſalutis, & finem ſupernaturalem, & ſupernaturali modo habibilem per virtutes theologicas. Ad minorem, ex natura rationis, & voluntatis homo habet ordinem ad primum principium vt principium naturalis eſſe, & vltimus finis ſecundùm aliquam participatam perfectionem, & ſecundùm cognitionem naturalem; ſecus de theologicis, quæ ordinant in Deum vt principium beatitudinis ſupernaturalis, & vltimi finis ſupernatnralis adipiſcibilis tantùm per gratiam de hoc infra q.190.ar.3.ad primum.

Vtrum virtutes theologicæ diſtinguantur ab intellectualibus, & moralibus.

Supra q.58. ar.2 Et 3.d. 23.q.1. art. 4. q.3.ad 4. Et ver.q.14. art.3.ad 9. Et vir. q. 1. ar.12.cor.

QAD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd virtutes theologicę non diſtinguantur a moralibus, & intellectualibus. Virtutes enim theologicę ſi ſunt in anima humana, oportet, quòd perficiant ipſam vel ſecundùm partem intellectiuam vel ſecundùm partem appetitiuam, ſed virtutes quæ perficiunt ſecundùm partem intellectiuam dicuntur intellectuales, virtutes autem, quæ perficiunt partem appetitiuam ſunt morales, ergo virtutes theologicæ non diſtinguuntur à virtutibus moralibus, & intellectualibus.

¶ 2 Præterea. Virtutes theologicæ dicuntur, quę ordinant nos ad Deum, ſed inter intellectuales virtutes eſt aliqua quæ ordinat nos ad Deum, ſcilicet ſapientia, quæ eſt de Diuinis, vtpote cauſam altiſſimam conſiderans, ergo virtutes Theologicæ ab intellectualibus virtutibus non diſtinguuntur.

* Lib.1.ca. 15.

¶ 3 Præterea. Aug. in li. de moribus eccleſiæ.* manifeſtat in quattuor virtutibus cardinalibus, quòd ſunt ordo amoris, ſed amor eſt charitas, quæ ponitur virtus theologica, ergo virtutes morales non diſtinguuntur à Theologicis.

¶ Sed contra, Id quod eſt ſupra naturam hominis diſtinguitur ab eo, quod eſt ſecundùm naturam hominis, ſed virtutes theologicę ſunt ſuper uaturam hominis, cui ſecundùm naturam conueniunt virtutes intellectuales, & morales, vt ex ſupradictis patet.* ergo diſtinguuntur ab inuicem.

*q.58.ar.4. & 5.

¶ Hic ſecundò inquirit de diſtinctione theologicarum ab intellectualibus, & moralibus,

q.54.ar.2.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut ſupra dictũ eſt.* habitus ſpecie diſtinguuntur ſecundùm formalem differentiam obiectorum obiectum, autem theologicarum **virtutum eſt ipſe Deus, qui eſt vltimus rerum finis, pro-**

ut noſtræ rationis cognitionem excedit, obiectum autem virtutum intellectualium, & moralium eſt aliquid, quod humana ratione comprehẽdi poteſt, vnde virtutes theologicę ſpecie diſtinguunt à moralibus, & ĩtellectualibus.

¶ Concluſionem reſponſiuam D. S. ponit in fine corporis talẽ, quam breuiter ponit per corpus. Virtutes theologicæ ſpecie diſtinguuntur à moralibus, & intellectualibus. Probatur, habitus diſtinguuntur ſpecie ſecundùm formalem differentiam obiectorũ. Minor ſuppletur forma iter, ſed virtutes theologicæ habent obiecta formaliter differentia ab obiectis moralium, & intellectualium, ergo diſtinguuntur ſpecie. Maior patuit ſupra q.54.arti.2. Minor probatur, obiectum theologicarum virtutum ſub ratione. ſ.vel boni vel veri eſt Deus prout noſtræ rationis cognitionem excedit, ſed obiectum intellectualium, & moralium virtutum eſt aliquid quod humana ratione comprehendi poteſt, ergo minor vera.

¶ Nota autem propter iſtam minorem, quòd virtus intellectualis eſt circa aliquod ratione naturali apprehẽſibile formaliter intelligendo, ideſt inquantum illud apprehenſibile pertinet ad virtutem intellectualem, licet enim Deus vt res eſt, in ſe non ſit apprehenſibilis per virtutem intellectualem, tamen vt cadit ſub habitu, & virtute intellectuali, cõſideratur vt eſt cognoſcibilis ex principijs naturaliter cognitis, & ſic conſideratur vt naturaliter apprehenſibilis; ſicut ècontra theologus conſiderat res naturales vt modo ſupernaturali cognoſcũtur vt patet prima parte q. 1.ar.1. Quare D.S.dicit, quòd virtus intellectualis eſt circa naturaliter apprehenſibile, intellige formaliter, ideſt vt eſt apprehenſibile ratione naturali, eſto in ſe ſit res ſupernaturalis. Vocatur autem naturaliter cognoſcibile omne, quod ex virtute primorum principiorum, quorum cognitio innata eſt, apprehendi poteſt quocunque modo. Maior illa relinquitur nota ex primo arti. quia ideo dicuntur Theologicæ, quia circa Deum, & ſub ratione excedenti virtutem naturalem vel apprehenſuam vel appetitiuam, ſcilicet vel vt verũ cognoſcibile per reuelationem, & lumine fidei vel vt obiectum beatitudinis ſupernaturalis, ſecundùm quòd etiam non apprehẽditur per rationem naturalem. De his magis poſtea.

¶ Et confirmatur concluſio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd virtutes intellectuales, & morales perficiunt intellectum, & appetitum hominis ſecundùm proportionem naturæ humanæ, ſed theologicæ ſupernaturaliter.

¶ Ad maiorem dicitur, quòd ſecũdùm vtramque, ſed modo ſupernaturali, ſicut fides perficit partem intellectiuam ad cognoſcẽdum Deum ſecundùm ea, quæ ratione naturali, & ex principijs naturaliter cognoſcibilibus inueſtigari nõ poſſunt. Similiter ſpes, & charitas voluntatem perficiunt vt tendat in Deum, vt beatitudinem ſupernaturalem, non deſiderabilem nec cognoſcibilem per naturam. Ad maiorem virtutes quæ perficiunt partem intellectiuam ſecundùm proportionẽ humanæ naturæ, & faciunt euidentiam cognoſcibilis, illę dicuntur intellectuales. Similiter quę perficiunt ad bonum connaturale dicuntur, & ſunt morales, & naturaliter adipiſcibile, vnde negatur conſequentia, quia eſt alietas obiecti, & alietas modi habendi ad obiectum.

¶ Ad ſecundum dicẽdum, quod ſapientia, quæ à Philoſopho ponitur intellectualis virtus conſiderat Diuina ſecundùm quòd ſunt inueſtigabilia ratione humana, ſed Theologica virtus eſt circa ea ſecundùm quòd rationem humanam excedunt.

¶ Ad maiorem, virtutes Theologicæ dicuntur, quæ nos ordinant in Deum ſecundùm quòd excedit rationem humanam vel in veritate vel in bonitate, ſicut fide tenemus principaliter articulos fidei, qui nullo modo ex naturali ratione cognoſci poſſunt. Similiter ſperamus à Deo beatitudinem, quæ eſt in viſione intuitiua Diuinæ eſſentiæ, & diligimus Deum vt eſt ſummum bonum, & obiectum talis beatitudinis. Ad minorem dicitur, quòd ſapientia ordinat ad Deum cognoſcendum lumine naturalis rationis. Et intelligit de Deo, quæ per rationem ſibi relictam inueſtigari poſſunt ſine ſingulari reuelatione Diuina. Vnde aliàs dictũ fuit, quòd ſapientia Philoſophorum, & ſapientia Theologorum diſtinguuntur genere ſcibili, & genere ſcientiæ, vt patet prima parte q.1.arti.1.ad ſecundum (penes lumina.)

¶ Ad tertium dicendum; quòd licet charitas ſit amor non tamen omnis amor eſt charitas; cum ergo dicitur, quòd omnis virtus eſt ordo amoris, poteſt intelligi vel de amore cõmuniter dicto, vel de amore charitatis, ſi de amore communiter dicto, ſic dicitur quælibet virtus eſſe ordo amoris inquantum ad quamlibet cardinalium virtutum requiritur ordinata affectio, omnis autem affectionis radix, & principium eſt amor vt ſupra dictum eſt.* Si autem intelligatur de amore charitatis non datur per hoc intelligi, quòd quælibet alia virtus eſſentialiter ſit

*q.25. & 2.

charitas

charitas, sed quòd omnes aliæ virtutes aliqualiter à charitate dependeant, vt infra patebit. *

* q.63 ar.2. Et clarius. 2.2.q.23 ar. 7.

¶ Ad maiorem, patuit supra q. 55.ar.1.ad quartum, & q.56.art. 3 quia intelligitur materialiter, & causaliter, vt ibidem patet. Et secundò dico, quòd omnis est ordo amoris, sed non charitatis.1. non omnis ordinatur ad charitatem, vel non omnis dependet à charitate (saltem in ratione virtutis secundùm quid) quia amor communior est charitate vt patuit supra q.26. ar.3. Ad minorem, amor aliquis est charitas amor scilicet Dei quo habetur supra omnia charus, & preciosus. Vltra, ergo, &c. Negatur consequentia, qa virtutes cardinales dependent quidem, & ordinantur ad moderadum amorem in se, & suis effectibus, sed talis amor non est virtus Theologica. & dato quòd dependeant etiam à charitate in esse virtutis simpliciter, non tamē per hoc sequitur, quòd sint essentialiter charitas, ied quòd dependeant à charitate vt patebit infra q. 65.ar.2. & magis secunda secundæ, q.23 ar.7.

Vtrum conuenienter ponatur tres virtutes Cardinales Theologicæ, fides, spes, & charitas.

R 2.2.q.1 & q. 17.art.6. Et 3.d.23.q.1. ar.5. & dist. 26.q.2.ar.3. q.1. Et Vir. q.1.ar.5 ad 12. & ar.12. c.fin. & ad 10. Et 1.cor. 13.lect.2. & lec.4.fi.

AD tertium sic procedirur. Videtur, quòd inconuenienter ponantur tres virtutes Theologicæ, fides, spes, & charitas; virtutes enim Theologicæ se habent in ordine ad beatitudinem Diuinam sicut inclinatio naturæ ad finem connaturalem; sed inter virtutes ordinatas ad finem connaturalem, ponitur vna sola virtus naturalis, scilicet intellectus principiorum, ergo debet poni vna sola virtus Theologica.

¶ 2 Præterea. Theologicæ virtutes sunt perfectiores virtutibus intellectualibus, & moralibus; sed inter intellectuales virtutes fides nō ponitur, sed est aliquid minus virtute; similiter autē inter virtutes morales non ponitur spes, sed est aliquid minus virtute, cū sit passio; ergo multò minus debent poni virtutes Theologicæ.

¶ 3 Præterea Virtutes Theologicæ ordinant animā hominis ad Deum, sed ad Deum non potest anima hominis ordinari nisi per intellectiuam partem in qua est intellectus, & voluntas; ergo non debent esse nisi duæ virtutes Theologicæ, vna quæ perficiat intellectum, alia quæ perficiat uoluntatem.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit 1.ad Corinth. 13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc.

¶ Hic cōsequenter D.S. inquirit, quę & quot sint virtutes Theologicæ, & de distinctione inter se.

* Ar.1.huius q. ¶ Respondeo dicēdum, quòd sicut supra dictum est.* virtutes Theologicæ hoc modo ordināt hoīem ad beatitudinē supernaturalem, sicut per naturalē inclinationem ordinatur homo in finem sibi connaturalem.

¶ D.S. duo facit, primò deducit conclusionem fundamentalem. Secundò applicat eam ad propositum innuens conclusionem responsuam implicitè, ibi. Et primò quidem, &c. Conclusio fundamentalis præambularis est. Oportet, quòd homini quātum ad intellectum, & voluntatem supernaturaliter aliquid addatur ad ordinandum ipsum in finem supernaturalem, quæ scilicet superaddita, ex articulo primo, sunt virtutes Theologicæ. Probatur cōclusio virtutes Theologicæ, &c. vt in littera, sed in finem naturalem homo ordinatur secundùm duo, scilicet secundùm rationem, &c. Et secundò per rectitudinem volūtatis naturaliter tendentis in bonum rationis, quæ deficiunt ab ordine beatitudinis supernaturaliter, ideſt non possunt hominem sufficienter ordinare in beatitudinem supernaturalem; igitur oportet, &c. id est oportet, quòd intellectui superaddatur perfectiuum supernaturale, quod correspōdet intellectui principiorum naturalium; & voluntati superaddatur correspondens rectitudini voluntatis, quo benè se habeat ad bonum supernaturale. Huius rationis D.S. primò ponit maiorem. Secundò primam partem minoris, ibi. Hoc autem, &c. Tertiò secundam partem minoris cum conclusione ibi, Sed hæc duo, &c. Maior ergo patuit arti. primo.

¶ Et nota, quòd sub naturali inclinatione ad finem connaturalem comprehenditur intellectus principiorum, & rectitudo voluntatis, quæ supra.q.51.arti.1. dicebantur seminaria virtutum. Consequenter cum dicit.

¶ Hoc autem contingit secundùm duo. Primò quidē secundùm rationem vel intellectum, inquantum continet prima principia vniuersalia cognita nobis per naturale lumen intellectus, ex quibus procedit ratio tā in speculādis quā in agendis. Secundo per rectitudinē volūtatis naturaliter tendentis in bonum rationis.

¶ Ponit primam partem minoris prædictæ, q̄ scilicet duo ordinant hominem tanquam radices, & seminaria virtutum, mediantibus quibus benè operatur, & consequitur beatitudinem naturalem, quæ consistit in speculatione, & operatione virtutis moralis. Et dicit D.S. rationē vel intellectū, quia virtus intellectualis cognitiua magis dicitur intellectus respectu principiorū, quā ratio cum simplici apprehensione in ipta feratur. Et qūo naturale lumen intellectus contineat prima principia dictū est supra q.51. quia sicut in radice, & causa propinqua. Deinde cum dicit.

¶ Sed hæc duo deficiunt ab ordine beatitudinis supernaturalis, secundùm illud primæ ad Corinth.2. Oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis nō ascendit, quæ præparauit Deus diligētibus se; vnde oportuit, quòd quantum ad utrumque aliquid homini supernaturaliter adderetur ad ordinandum ipsum in finem supernaturalem.

¶ Subiungit secundam partem minoris precedentis quam probat auctoritate Apostoli in littera, Et concludit. Vnde oportet, &c. vt dicebat conclusio præambularis.

¶ Et primò quidem quantum ad intellectum addūtur homini, quædam principia supernaturalia, quę Diuino lumine capiuntur, & hæc sunt credibilia de quibus est fides. Secundò verò est voluntas, quæ ordinatur in illum finem, & quantum ad motum intentionis in ipsum tendentem, sicut in id, quod est possibile consequi, quod pertinet ad spem; & quantum ad vnionem quandam spiritualem per quam quodammodo transformatur in illum finem, quod fit per charitatē; appetitus enim vniuscuiusque rei naturaliter mouetur, & tendit in finem sibi connaturalem, & iste motus prouenit ex quadam conformitate rei ad suum finem.

¶ Hic consequenter applicat prædictam conclusionem ad propositum subsumendo pro conclusione responsua quam implicitè ponit, & suppletur affirmatiuè ad quæsitum, talis. Conuenienter ponuntur tres virtutes Theologicæ, scilicet fides, spes, & charitas Probatur assumendo conclusionem præambularem pro maiore sic arguendo, Oportet q̄ homini aliqua superaddātur supernaturaliter, quæ eum ordinant in finem supernaturalem. Et primò quantum ad intellectum. Secundò quantum ad voluntatem duplex perfectio, sed secundùm hoc erunt tria superaddita, quæ vocantur, & sunt virtutes Theologicæ, ergo conclusio vera. Minor declaratur sic, quia quæ est in intellecta vocatur fides, & secunda quæ ordinat voluntatem ad tendendū in bonum Diuinū est spes, & tertia quę vnit voluntatē, & transformat in illum finem est charitas, ergo conclusio vera. Maior patuit. Minorem D.S. declarat, quia credibilia superadduntur in lumine fidei, in quo tenētur habitualiter sicut infra q.94.arti.1. dicitur de principijs naturalibus, q̄ tenentur in syndereſi, &c. Secūdò ordinatur voluntas dupliciter. Primò vt tendat in finem supernaturalem tanquàm possibilē, & hoc fit per spem. Secundò voluntas ordinatur per quandā vnionē spiritualem. Et quòd oporteat ponere illam duplicem perfectionē D.S. consequenter ostendit, ibi. Appetitus, &c.

¶ Nota autem, quòd quamuis charitas vniat affectum cum vltimo fine, scilicet Deo, vt ipse in se diligitur amore amicitię. Et per hoc posset videri, quòd spes, quæ præsupponit amorem concupiscentiæ boni sperati non necessariò præsupponeret charitatem, tamen spes perfecta, & formata illa præsupponit etiam amorē amicitiæ Dei, & charitatem, vt D.S. ostendit secunda secundæ q.17.ar. 8. & ergo motus spei, scilicet formatæ, quę propriè est virtus Theologica, de qua loquimur, præsupponit transformationem, & vnionem ad Deum. Et esto idem sit amatum, & speratum, tamen alia ratione amatur, & alia speratur, & ideo potest esse spes informis, quæ non est propriè, & perfectè Theologica virtus sine charitate Dei, licet non possit esse sine amore Dei, scilicet concupiscentiæ, vel vt Scotus dicit sine amore commodi. Scotus.

¶ Nota etiam, q̄ posset esse quæstio circa verba D.S. an p charitatem voluntas naturaliter tendat in Deū. Hoc enim videtur posse haberi ex verbis suis, quia finis efficitur connaturalis voluntati per charitatem, sed appetitus vniuscuiusque naturaliter mouetur, & tendit, &c. Dicitur, q̄ sic, & non est inconueniens, q̄ voluntas dicatur naturaliter tendere in Deum, sed per formam superna turalem; quia omnis habitus ex natura inclinat ad propriū actū, ergo, & charitas inclinat naturaliter ad diligēdum Deum supernaturaliter, & meritoriè. Sed non contingit, quòd intellectus vel voluntas tendat in Deum naturaliter per formam naturalem vel connaturalem de hoc alibi. De hoc laborauit Scotus in quarto. dist.49.q.11. propter lumen glorię putans si poneretur in intellectu, tūc intellectus per formam creatam naturaliter videret Deū, sed Scotus

sed consequens non habemus pro incōuenienti, quòd per formā supernaturalem creatam naturaliter videatur Deus. Sic in proposito de dilectione Dei supernaturali per charitatē. De materia istius articuli habet aliquid Capreolus in tertio. dist. 26. circa tertiā conclusionem vbi habes, quòd spes non distinguitur à fide sicut existens circa particulare ab existente circa vniuersale, sed sicut habitus appetitiuus ab intellectiuo; habes quoque quomodo charitas sufficit ad diligendum Deum, & desiderandum, sed non ad sperādum cum illud sit specialis difficultatis. Habes etiam pro intellectu huius corporis quomodo respectu finis naturalis sperandi nō oportet ponere specialem perfectionem in voluntate sicut respectu supernaturalis, quia ad naturalem ex se sufficiens, & determinata est, non respectu supernaturalis. Capreolus.

¶ Nota etiam, quòd Scotus in tertio. dist. 31. vult saluare distinctionem specificam harum virtutum Theologicarum stante vnitate obiecti sub eadem ratione formali, & spei, & charitatis in eadem potentia, quia quando perfectio actus est à duobus, scilicet à potentia, & ab obiecto, quando variatur propria ratio istorum, vel alterius eorum in se, vel coniunctione cum reliqua causa, vel secūdùm approximationem ad reliquam causam variabitur actus. Sic respectu actus tentionis obiectum voluntatis est secundùm se præsens, respectu desiderij absens. Hæc ille. Sed ex his benè habetur, q̄ obiectum est eadem res in se, & secundùm naturam, sed tamē alia est ratio obiecti vt sic, & est aliud formaliter secūdùm esse motiuū vt supra q.23.arti.4. Et manifestè patet ex verbis Scoti, q̄ est alius modus obijciendi, quia absens, & præsens sunt modi obiectui specificè distincti, ergo est alia formalis obiectua vt sic, sed non realis, & quo ad hoc benè dicit. Scotus.

¶ Argumenti in contrarium auctoritas confirmat conclusionē responsiuam. Et dicit Scotus in tertio. distin. 26. quòd dicta Sāctorum distinguentium realiter tres Theologicas in ista auctoritate fundentur, propter, quod dicit sibi non placere opinionem, si tamē opinio dici debeat dicentium spem, & charitatem indistinctas.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd intellectus indiget speciebus intelligibilibus per quas intelligat, & ideo oportet, quòd in eo ponatur aliquis habitus naturalis superadditus potentiæ, sed ipsa natura uoluntatis sufficit ad naturalem ordinem in finem, siue quantum ad intentionem finis, siue quantum ad conformitatem ad ipsum, sed in ordine ad ea, quæ supra naturam sunt, ad nihilorum sufficit natura potentiæ, & ideo oportet fieri superadditionem habitus supernaturalis quantum ad vtrumque.

¶ Maior vera, tamen hoc interest, quòd naturalis inclinatio voluntatis sufficit ad bonum connaturale, vt patuit supra.q.56.art.6, & sufficit ad verum naturaliter cognoscibile potentia intellectiua cum habitu principiorum. Ad minorem, vera, ratione iam dicta. Sed negatur consequentia, quia ad bonum supernaturale nō sufficit voluntas, vnde & ipsa habet perfici dupliciter, sicut intellectus vno modo, ideo erunt tres Theologicæ.

¶ Nota, quòd D.S. arguit de habitu principiorum, & in solutione loquitur etiam de aliquo alio habitu superaddito, scilicet adueniente post natiuitatem hominis. Habitus enim principiorum additur potentiæ quasi aliquid ab ea distinctum, sed non de nouo, post esse intellectiuę potentiæ vel saltem non post alium habitum, vterque enim habitus superadditur potētiæ intellectiuæ, sed nullus voluntati ad bonum connaturale, sicut species intelligibilis intellectui, & ergo talis species magis aduenit, & additur. Et dicitur naturalis, vt naturale distinguitur contra supernaturale, & nō, put naturale dicitur, quod est connatum. Vel dicitur habitus naturalis inchoatiuè, quia est à natura quo ad principium sufficiens, scilicet intellectum agentem eo modo quo habitus vel virtus dicitur naturalis vt patebit quæstione sequenti, arti. pri. & de habitu supra patuit q.51.ar.1. ¶ Nota circa solutionem primi, duo. Primò, quia intellectus nō intelligit sine habitu superaddito, & hoc secundùm Scotum ad constituendum obiectum præsens, secūdùm autem D S. vt habeat actuitatem. Et de hoc supra q.22.art.1. vide.

¶ Nota secundò, quòd ex hac solutione constat quàm voluntarium sit assumptum Scoti in tertio. dist.33. vbi dicit, quòd voluntas sit ita indeterminata ad bonum in passionibus sicut intellectus. Oppositum enim D.S. clarè dicit, quia ipsa voluntas sufficit, & est determinatum, & perfectum principium quantū est ex parte sui boni rationis, scilicet proportionati, & proprij, intellectus autem seipso non est sufficiens vel determinatum principium, & de hoc supra q.56. articulo 6. Voluntariū dictum Scoti.

¶ Ad secundum dicendum, quod fides, & spes imperfectionem quandam important, quia fides est de his, quę non uidentur, & spes de his quæ non habentur, unde habere fidem, & spem de his, quæ subduntur humanæ potestati, deficit à ratione uirtutis, sed habere fidem, & spem de his, quæ sunt supra facultatem naturæ humanę excedit omnem uirtutem homini proportionatam, secūdùm illud primæ ad Corinth. primo. Quod infirmum est Dei fortius est hominibus.

¶ Maior vera, in ratione virtutis, quia faciunt opus simpliciter bonum, scilicet meritorium. Ad minorem, fides humana non ponitur inter intellectuales virtutes, verum, quia habet quādam imperfectionem, scilicet ineuidentiam, cum sit de non visis, & nō cōstituit intellectum in vltimo sui, & etiam, quia frequenter potest sibi subesse falsum. Et spes humana, quæ est de his, quæ potest q̄s virtute propria consequi non est virtus, sed negatur consequentia de fide, & spe, vt fides innititur veritati Diuinæ, quę infallibilis est & spes auxilio Diuino in ordine ad bonum infinitum; quæ etiam est certissima. De istis in secunda secundæ.q.4.ar.5. & q. 17.ar.1. & in de Veritate, Materia 14. ar.4 Et nota, quòd fides apud Philosophum non esset virtus, quia non facit euidentem cognitionem, sed tantum apud Theologum est virtus, non quidem intellectualis, sed Theologica, quia principium boni actus simpliciter, scilicet meritorij, & hoc loquendo de fide formata, q̄ sola apud Theologum est virtus, non informis; quia non est principium meriti, sicut formata cuius actus est credere in Deum. De his in Capreolo in tertio. distin. 24. conclusione prima, &c. Et de materia arti. in se. distinctio. 26 eiusdem tertij. Capreolus

¶ Ad tertium dicendum, q̄ ad appetitum duo pertinent scilicet motus in finem, & conformatio ad finē per amorē, & sic oportet, q̄ in appetitu humano duæ uirtutes Theologicæ ponantur, scilicet spes, & charitas.

¶ Concedo minorem intelligendo immediatè, & ad Deū, sicut obiectum immediatum nō ordinatur anima hominis nisi per intellectum, & voluntatem, tamē mediatè sicut ad finem, & nō obiectum, potest etiam ordinari per appetitū sensitiuum vt tactū fuit, sed negatur consequentia, q̄ ergo tm̄ sint duæ, sed debet inferri, ergo virtutes Theologicæ sunt tm̄ in duabus potentiis, & hoc concedatur. Sed in vna sunt duæ distinctæ vt dictū est, vna facit inhærere Deo propter seipsum vniens affectum hominis Deo. s. charitas. Alia quæ inhæret Deo sicut principio ex quo prouenit nobis adeptio perfectæ bonitatis, scilicet spes ideo sunt tres. Et de istius solutionis Materia secunda secundæ.q.17. articulo 6.

Vtrum fides sit prior spe, & spes prior charitate.

S 2.2.q.1.art. 7. & q.17. ar.7. & 8. Et 3.d. 3. q.2. ar. 3. q.2. & ar.5. Et ver. q.4.arti.3.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd non sit hic ordo Theologicarum virtutum, quòd fides sit prior spe, & spes prior charitate. Radix enim est prior eo, quod est ex radice, sed charitas est radix omnium virtutum secundùm illud ad Ephe. 3. In charitate radicati, & fundati, ergo charitas est prior aliis.

¶ 2 Præterea. Augu. dicit in primo de Doctri. Christiana. * Non potest aliquis diligere, quod esse non crediderit, porro si credit, & diligit benè agendo efficit, vt etiam speret, ergo uidetur, quòd fides præcedat charitatem, & charitas spem. *Aug.c.37.

¶ 3 Præterea. Amor est principium omnis affectionis vt supra dictum est. * sed spes nominat quandam affectionem, est enim quædam passio vt supra dictū est.* ergo charitas quæ est amor, est prior spe. *q.26.ar.2. *q.9.

¶ Sed cōtra est ordo quo Apostolus ista enumerat dicens. Nunc autem manent fides, spes, & charitas.

¶ Hic D.S. inquirit de ordine Theologicarum inter se, ordo autem prærequirit distinctionem, est ergo conueniens ordo huius arti. ad præcedentem.

¶ Respondeo dicendum, quòd duplex est ordo scilicet generationis, & perfectionis.

¶ D S. respondet quæsito distinctè. Vnde primò ponit huius responsionis distinctè rationem prę mittens distinctionem. Secundò subiungit duas conclusiones responsiuas correspondentes. Primā ponit ibi, Ordine quidem, &c. Secundā ibi, Ordine verò perfectionis, &c. Dicit ergo, quòd duplex sit ordo, scilicet generationis, & perfectionis. Ordine generationis dicitur prius, quod prius est in generatione rei, quæ procedit de imperfecto ad perfectum, & de poteutia ad actum, ita quòd illud, quod prius requiritur ad talem generationem naturalem, & materialem, dicitur hoc modo prius, & quod agens naturale prius attingit, vocatur prius generatione, & quod est in fieri est prius alio.

¶ Et nota, quòd ordo generationis, etiam stando infra limites naturæ creatæ est simpliciter posterior ordine perfectionis, qa oportet agens etiam naturale prius esse in se perfectum antequàm generet, sed in procedente de non esse ad esse vel de imperfecto ad perfectum, tunc imperfectum est prius, quare D. S. notanter dicit.

In eodem

In eodem fides præcedit ſpē, &c. Et nota, ꝙ materia dicitur prius forma non abſolutè, & vniuerſaliter, immo ordine naturæ, & tēporis, & durationis forma abſolutè eſt prior, ſicut actus potentia, ſed iutelligitur D.S. iuxta nonum Metaphyſicæ, de forma educta de potentia materiæ. Conſequenter cum dicit.

Dub.iii7. ¶ Ordine quidem generationis, quo materia eſt prior forma, & imperfectum perfecto, in vno & eodem fides præcedit ſpem, & ſpes charitatem ſecundùm actus, nam habitus ſimul infunduntur.

¶ Snbiungit primam concluſionem iuxta primum membrum talem. Ordine generationis in vno, & eodem fides præcedit ſpē, & ſpes charitatem, nō ſm habitus, ſed ſm actus. Dicit notanter, in eodem, quia in diuerſis poteſt præcedere ſpes, & charitas fidem alterius, ſed in eodem neceſſariò prior eſt fidei actus quàm ſpei vel charitatis. Huius concluſionis D.S. primò probat tertiam eius partem. Secundò primam, ibi. Non enim poteſt, &c. Tertiò ſecundā, ibi. Similiter autem, &c. Quo ad tertiam partem concluſionis, ſcili cet quòd non ſecundùm habitus ſe præcedant arguitur ſic. Eorum habituū vnus non eſt prior alio etiam via generationis, qui ſimul infunduntur, ſed hi tres habitus ſimul infunduntur, ergo, &c. Maior nota. Minor patet, quia hæ virtutes ſaltem vt formatæ ſunt, requiruut, & coexigunt ſe, & quia opera Dei perfecta, & de his infra. q.63. articulo 4. & 5. Tunc ibi.

¶ Nō enim poteſt in aliqd motus appetitiuus tēdere vel ſperando vel amando niſi quod eſt apprehenſum ſenſu aut intellectu; per fidem autem apprehendit intellectus ea, quæ ſperat, & amat; vnde oportet, quòd ordine generetionis fides præcedat ſpem, & charitatem.

¶ Probat primam partem concluſionis prædictæ. ſ. quòd quo ad actus fides, id eſt motus, & actus fidei, p̄cedit actum ſpei, & charitatis ſic. Non poteſt motus appetitus tendere vel ſperādo vel amādo in aliquid niſi quod eſt apprehenſum ſenſu aut intellectu, ſed per fidem intellectus apprehendit, quæ ſperat, & amat virtutibus Theologicis. Vnde oportet, &c. Propoſitiones D.S. relinquit notas. Et aſſumit maiorem vniuerſaliter de motu appetitus vel ſenſitiui vel intellectui, eo quòd nihil appetitur ſtali appetitu niſi cognitum cognitione coniuncta, vt patuit ſupra quæſtio. 26. Minor nota. Deinde ibi.

¶ Similiter autem ex hoc homo aliquid amat, quòd apprehendit illud vt bonum ſuum, per hoc autem, quòd homo ab aliquo ſperat ſe bonum conſequi poſſe, reputat ipſum in quo ſpem habet quoddam bonum ſuum, vnde ex hoc ipſo, quòd homo ſperat de aliquo, procedit ad amandum ipſum, & ſic ordine generationis ſecundùm actus, ſpes præcedit charitatem.

¶ Deducit ſecundā partem cōcluſionis, ſcilicet quòd ſpes præcedat charitatem, quæ ſcilicet eſt amor eius à quo quis ſperat cōſequi bonum ſperatum ſic, Ex hoc ipſo, quòd homo ſperat de aliquo, procedit ad amandum ipſum, ergo ordine generationis ſecūdùm actus; ſpes præcedit charitatem; conſequentia probatur extra litteram, quia charitas eſt amor eius à quo quis recipit bona ſupnaturalia, ſcilicet Dei. Antecedēs probatur, ibi. Similiter, &c. quia ex hoc homo amat aliquid, quia apprehendit vt bonum ſuū, ſed ille de quo ſperatur eo ipſo apprehēditur vt bonum, igitur, Et patuit fundamentum iſtius probationis ſupra q.40. ar.7.

¶ Et nota circa iſtam concluſionem, quòd D.S. videtur intelligi, quòd actus fidei eſt prior generatione actu ſpei, & charitatis non vniuerſaliter, quia non in Angelis qui pro vno inſtanti habuerunt actū fidei, & ſpei, & charitatis, & per conſequens ibi fuit ſolùm ordo naturæ, & non generationis durationis, ſicut & inter habitus eſt ſolùm ordo naturæ non durationis; ſed dictū D.S. p̄cedit de hominibus, & talibus, qui ſucceſſiuè, & eum tempore p̄deunt in exercitium harum virtutum. Quod autem actus talium virtutū ſimul eſſe poſſunt præſertim ſpei, & charitatis, habet D.S. ſecunda ſecundæ. q.18. ar.1. ad tertium. Ordo enim generationis propriè eſt, quando vnum prius duratione generatur; non enim videtur aliquod impoſſibile, quòd ſi anima Chriſti in primo inſtanti non fuiſſet beatificata, ꝙ pro eodem inſtanti credidiſſet, & ſperaſſet, pro quo ſummè dilexit, & ergo vult D.S. quòd inter habitus non eſt ordo generationis. ſ. quo ad durationem; tamen videtur, ꝙ etiā ordine naturæ prius prærequiratur habitus fidei quàm alij, ſed inter actus, quandoque ſaltem, eſt ordo generationis, & durationis, & temporis, vt patuit. Tunc ibi.

¶ Ordine verò perfectionis charitas præcedit, & fidem, & ſpem, eo quòd tàm fides quàm ſpes per charitatem formantur, & perfectionem virtutis acquirunt, ſic enim charitas eſt mater omnium virtutum & radix, inquantum eſt omnium virtutum forma, vt infra dicetur.* Et per hoc patet reſponſio ad primum.

Dub. 306.

* q.65.ar.4. & 2.2.q.23. a.8.

¶ Ponit ſecundam concluſionem iuxta ſecundum membrum prædictæ diſtinctionis talem. Ordine perfectionis charitas præcedit fidem, & ſpem, ideſt charitas eſto in eodem ſequatur, quo ad actum fidem, & ſpem; tamen eſt prior, id eſt perfectior in eodem etiam. Et abſolutè loquendo datur charitas aliqua, ſcilicet Dei, q̄ præcedit etiam tempore, & natura omnem fidē. Probatur ex D.S. tàm fides, quàm ſpes per charitatem formantur, & perfectionem virtutis acquirunt, ergo charitas eſt perfectior. Tenet conſequentia, quia formans præſertim effectiuè, & perficiens, præcipuè in eſſe ſpecifico, & eſſentiali, eſt perfectius, eo ꝙ format, & perficit. Antecedens probatur, quia propterea charitas eſt mater virtutū, & radix, quia format omnes alias, & aliæ habent rationē perfectæ virtutis per charitatem, quia per ipſam ordinantur ad perfectum hominis bonum, ſcilicet Deum, & hæc oſtendentur infra q.65. ar. 4. & magis ſecunda ſecundæ q.23. articulo 8.

Concluſio ſecunda.

¶ Nota circa hoc, ꝙ charitas format alias virtutes, & præſertim ſpem, & fidem forma quadam generali, quæ eſt eſſe meritorium, quod habent, quia trahuntur in obiectum charitatis ſummè dilectum vt ſic, vide q.60. arti. 1. ad tertium.

¶ Et nota ſecundò, ꝙ non oportet, ꝙ omne perficiens ſit ſimpliciter nobilius, quia non perficiens formaliter accidentaliter. Accidens enim perficit ſubſtātiā non tñ eſt ſimpliciter nobilius, tñ p̄ficiens effectiuè, & quaſi æquiuocè, & perficiens in ſpecie virtutis nobiliſſimę, ſicut eſt eſſe meritorīū, illud eſt ſimpliciter perfectius in eſſe virtutis, ſic eſt de charitate.

¶ Nota tertiò, quòd hæc probatio ſecundæ concluſionis videtur eſſe à ſigno, & à poſteriori, ſcilicet effectu, ſed infra q.66. arti. 6 & ſecunda ſecundæ q.22. arti. 6. oſtendit à priori, quòd charitas eſt nobilior, quia nobilius habet obiectum, & nobiliori modo ſe habet ad obiectum nobiliſſimum.

¶ Et confirmatur prima concluſio argumento in contrarium.

¶ Hic nota D.S. ſuper Apoſtolum ibidem, quòd Apoſtolus dicit ſolùm de tribus Theologicis, quòd nunc maneant, cum tamen etiam dona Spiritus ſancti, & aliæ virtutes nūc pro hoc ſtatu maneant, ſed hoc ideo dixit Apoſtolus, quia hæc tria coniungunt Deo, alia autem non coniungunt Deo niſi mediantibus iſtis, alia etiam dona ſint quædam diſponentia ad gignendum iſta tria in cordibus hominum.

¶ Ad primi maiorem, radix in naturalibus habens ſe in genere cauſæ materialis eſt prior, eo quod eſt ex radice in genere cauſæ materialis via generationis; ſed radix metaphorica in genere cauſæ efficientis, quia videlicet ſuſtentat, & nutrit omnes virtutes, illa eſt prior ordine perfectionis; radix enim ſecundùm D.S. ſecunda ſecundæ. q.78. arti. 3. ad primum. non ſolùm habet rationē materiæ, ſed etiam cauſæ actiuæ, inquantum adminiſtrat nutrimentum. Ad minorem charitas eſt radix omnium virtutū. Verum, ſecūdo modo, quia facit omnes virtutes eſſe meritorias, & imprimit eis ordinem ad vltimum finem ſuper omnia charum, non autem quia ſit materia ex qua aliæ virtutes pullulent, ſed ipſis præſuppoſitis, & de ſe imperfectis ipſa adueniens perficit, & ipſa recedente aliæ efficiūtur diformes, ergo charitas eſt prior. Verum, perfectione, & eſt iſta ratio pro ſecunda concluſione.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Auguſtinus loquitur de ſpe, qua quis ſperat ex meritis iam habitis ſe ad beatitudinem peruenturum, quod eſt ſpei formatæ, quæ ſequitur charitatem; poteſt autē aliquis ſperare antequam habeat charitatem, non ex meritis, quæ iam hábet, ſed quæ ſperat ſe habiturum.

¶ Ad illam. Porrò ſi credit, & diligit benè agendo efficit, vt etiā ſperet. Verum ſpe perfecta, innitenti meritis, quæ non ſunt ſine charitate, & ſpe formata, qua quis ſperat de Deo ſicut amico. Adueniente eīm charitate aliquis perfectius ſperat, quia de amicis maximè ſperamus, ſed tñ antequā diligat Deum prius ſperat ſpe informi, & imperfecta, & tñ huic ſpei præſupponitur amor ſuiipſius & amor concupiſcentiæ boni ſperati, vt patebit ad tertium.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd ſicut ſupra dictum eſt.* cum de paſſionibus ageretur, ſpes reſpicit duo unū quidem ſicut principale obiectum, ſcilicet bonū, quod ſperatur, & reſpectu huius ſemper amor præcedit ſpem, nunquam enim ſperatur aliquod bonum niſi deſideratum, & amatum. Reſpicit etiam ſpes illū à quo ſe ſperat poſſe conſequi bonum, & reſpectu huius primò quidem ſpes præcedit amorem, quamuis poſtea ex ipſo amore ſpes augeatur; per hoc enim, quòd aliquis reputat per aliquem, ſe poſſe conſequi aliquod bonum incipit amare ipſum, & ex hoc ipſo, quòd ipſum amat poſtea fortius de eo ſperat.

* q.40.a.4. ad ſecūdū.

¶ Malè infert, quia infert de charitate cum tamen in præmiſſis nullam fecerit mentionem de ea, ſed de amore, vnde conceditur conſequens, quòd amor eſt prior ſpe quacunque, formata, ſcilicet vel informi, ſed non eſt idem dicere de charitate, ſpes enim præſupponit amorē cōcupiſcētiæ beatitudinis qui eſt amor amicitiæ reſpectu

reſpectu ſperantis hominis, ſed non præſupponit amorem amicitiæ ipſius Dei à quo ſperatur ipſa beatitudo. Spes enim vt ſupra dictum fuit q.40. ar.7. habet obiectum formale principale; quod eſt bonum ſperatum, & huius boni amor præcedit ſpem. Habet etiam obiectum materiale, ſcilicet eum à quo quis tale bonū ſperat conſequi, & huius amor ſequit ſpem, qa per ſpem agitur vt talis habeatur tanquàm bonum proprium, & per conſequens efficitur diligibilis. Vnde fundamentum D.S. in ſecunda ſecundæ eſt, quòd ſpes ſit prior charitate, quia ſpes ſequitur, & innititur amori imperfecto Dei, ſcilicet amori concupiſcentiæ quo concupiſcitur aliquid ab eo; ſed charitas eſt amor perfectus quo diligit Deus ſecundùm ſeipſum, modo ſecundùm viam generationis in procedente de imperfecto ad perfectum, primò occurrit actus imperfectus, & ergo ſpes prior eſt charitate via generationis, eſto aliquis amor, concupiſcentiæ Dei, prior ſit ſpe, & hæc intendit ſolutio D.S. Dicitur igitur ad oppoſitiones argumenti, maior vera de amore in communi, ſed falſa eſt de charitate. Dictum eſt enim ſupra, quòd amor communius quoddam eſt charitate q.26. ar.3. Minor vera de omni ſpe, quòd nominat affectionem, ſed non omnis paſſionem, ſpes enim voluntatis eſt quidem affectio, ſed non paſſio. Vltra, ergo charitas, quæ eſt amor eſt prior ſpe. Negatur conſequentia, quia licet charitas ſit amor non tamen omnis amor eſt charitas, vnde committitur fallacia cōſequētis Amor eſt prior, videlicet concupiſcentiæ Dei, & beatitudinis, ergo charitas, quæ eſt amor amicitiæ Dei quo diligitur ſecundum ſeipſum.

¶ Et nota. quòd D.S. intendit, quòd ſpes ſemper præſupponit, & ſequitur amorem boni ſperati, ſed non præſupponit omnem amorem eius a quo ſperat bonum, eſto & ex amore perfecto eius a quo quis ſperat, ſpes ipſa augeatur, & formetur.

Quæſtio Sexageſimatertia.

De cauſa virtutum.

DEinde conſiderandum eſt de cauſa virtutum. Et circa hoc quæruntur quattuor. Primò, vtrū virtus ſit in nobis à natura. Secundò, vtrum aliqua virtus cauſetur in nobis ex aſſuetudine operum. Tertiò, vtrum aliquę virtutes morales ſint in nobis per infuſionē. Quartò, vtrum virtus quam acquirimus ex aſſuetudine operū, ſit eiuſdem ſpeciei cum virtute infuſa.

¶ Iuxta ordinem ſupra præmiſſum, & ſtatutum q.55. iſta eſt ſecunda pars principalis de moralibus virtutibus, in qua poſtquàm actum eſt de eſſentia virtutis, & ſubiecto eius, & de diſtinctione. Hic agitur de cauſa eius, & in iſta quæſtione primò oſtenditur quomodo cauſantur virtutes humanæ naturæ proportionatæ. Secundò oſtenditur quomodo cauſantur virtutes humanam naturā excedentes, ar.3. & in ar.4. comparantur hæ virtutes adinuicē penes identitatem, vel diſtinctionem ſpecificam.

Vtrum virtus ſit in nobis à natura.

Supra q.51. ar.1. & 2.2. q.47. ar.15. Et 3. di.33. q.1. arti.2. q.1. Et Vir. q.1. ar.8. Et Gal. 5. lec. 6. cor. 3. Et 2. Eth. lect. 1. col. 2. * cap.4. * Glo. interlin.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd virtus ſit in nobis à natura. Dicit enim Damaſcenus in tertio libro.* Naturales ſunt virtutes, & æqualiter inſunt omnibus. Et Antonius dicit in ſermone ad monachos. Si naturam voluntas mutauerit peruerſitas eſt; conditio ſeruetur, & virtus eſt. Et Matth. quarto ſuper illud. Circuibat Ieſus, &c. dicit Gloſa.* Docet naturales virtutes, ſcilicet iuſtitiam, caſtitatem, humilitatem, quas naturaliter habet homo.

¶ 2 Præterea. Bonum virtutis eſt ſecundùm rationē eſſe vt ex dictis patet.* ſed id, quod eſt ſecundùm rationem eſt homini naturale, cum ratio ſit hominis natura, ergo virtus ineſt homini a natura.

* q.55.a.4. ad ſecūdū.

¶ 3 Præterea. Illud dicitur eſſe nobis naturale, quod nobis à natiuitate ineſt, ſed virtutes quibuſdam à natiuitate inſunt. Dicitur enim Iob. 21. Ab infantia creuit mecum miſeratio, & de vtero egreſſa eſt mecum, ergo virtus ineſt homini à natura.

¶ Sed contra. Id, quod ineſt homini à natura eſt omnibus hominibus commune, & non tollitur per peccatum, quia etiam in dæmonibus bona naturalia manent, vt Dionyſius dicit in. 4. cap. de Diui. No. ſed virtus non ineſt omnibus hominibus, & abijcitur per peccatum; ergo non ineſt homini à natura.

¶ Hic ergo primò inquirit de cauſa naturali, & intrinſeca, hoc eſt in homine exiſtente.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd circa formas corporales aliqui dixerunt, quòd ſunt totaliter ab intrinſeco, ſicut ponentes latitationem formarum; aliqui verò, quòd totaliter ſint ab extrinſeco ſicut ponentes formas corporales eſſe ab aliqua cauſa ſeparata; aliqui verò, quòd partim ſint ab extrinſeco inquantum ſcilicet præexiſtunt in materia in potentia, & partim ab extrinſeco inquantum ſcilicet reducuntur ad actum per agens. Ita etiam circa ſcientias, & virtutes aliqui quidem poſuerunt eas totaliter eſſe ab intrinſeco, ita ſcilicet quod omnes virtutes, & ſcientiæ naturaliter pexiſtunt in anima, ſed per diſciplinam, & exercitium impedimenta ſcientiæ, & virtutis tolluntur, quæ aduenīūt animæ ex corporis grauitate, ſicut cum ferrum clarificatur per limationem, & hæc fuit opinio Platonicorum. Alij verò dixerunt, quòd ſunt totaliter ab extrinſeco, id eſt ex influentia intelligentię agē tis, vt ponit Auicenna. Alij verò dixerunt, quòd ſecundùm aptitudinem ſcientiæ, & virtutes ſunt in nobis à natura non autem ſecūdùm perfectionem vt Philoſophus dicit in 2. Ethicorum.

Dub.642.

¶ D.S. in hoc corpore duo facit, primò præmittit quoddā fundamentum in quo ſtat difficultas quæſiti. Secundò ex iſto fundamento clarè reſpondet euacuando quæſitum, ibi. Vtroq; autē, &c. Fundamentum ergo eſt, & dubium de cauſa virtutum, an ſint ab intrinſeco vel non. Circa quod primò ponit tres modos dicendi, ſecundò verificat, & declarat tertium modū, ibi. Et hoc verius, &c. Quo ad primum dicit, quòd ſicut ſunt tres modi dicendi de cauſa formarum naturalium ita de cauſa virtutum, & patet clarè in littera. Poſſet autem adduci circa iſtas opiniones difficultas de inchoatione formarum, ſed res iſta Philoſophica eſt, & vide de ea in Capreolo in 2. diſtinctio. 17. concluſione prima. Conſequenter cum dicit.

Capreolus

¶ Et hoc verius eſt. Ad cuius manifeſtationem oportet conſiderare, quòd aliquid dicitur alicui homini naturale dupliciter, vno modo ex natura ſpeciei, alio modo ex natura indiuidui. Et quia vnumquodque habet ſpeciem ſecundùm ſuam formam, indiuiduatur verò ſecundùm materiam, forma vero hominis eſt anima rationalis, materia verò corpus. Ideo id, quod conuenit homini ſecundùm animam rationalem eſt ei naturale ſecundùm rationem ſpeciei, id verò quod eſt ei naturale ſecundùm determinatam corporis complexionem, eſt ei naturale ſecundùm naturam indiuidui; quod enim eſt naturale homini ex parte corporis ſecundùm ſpeciem quodammodo refertur ad animam, inquantum ſcilicet tale corpus eſt tali animæ proportionatum.

Dub.731.

¶ Verificat. & declarat tertium dicendi modum qui eſt Ariſtotelis, & pro eius manifeſtatione ponit vnum notabile diſtinctiuū, quòd aliquid dicitur homini naturale dupliciter, ſecundùm videlicet naturam ſpeciei, & ſecundùm naturam indiuidui, & illud eſt naturale homini ſecundùm ſpeciem, quod conſequitur animam rationalem vt ſic, id verò quod conuenit ſecundùm determinatā corporis complexionem, eſt naturale ſecundùm indiuiduū, & dicit notanter, quod conuenit ſecundùm determinatam corporis cō plexionem, quia quod conuenit homini ex parte corporis ratione ſpeciei, magis dicitur conuenire ratione animæ quæ requirit talē diſpoſitionē corporis, ſicut ſanitas corporis ſub aliquo gradu diſiunctiuè eſt de natura ſpeciei, ſed talis determinatus gradus eſt de natura indiuidui, & de hoc ſupra q.51. arti.1.

¶ Vtroque autem modo virtus eſt homini naturalis ſecundùm quandam inchoationem, ſecnndùm quidem naturam ſpeciei inquantum in ratione hominis inſunt naturaliter quædā principia naturaliter cognita, tā ſcibilium, quàm agendorum, quę ſunt quædam ſeminaria intellectu alium virtutum, & moralium, & inquantum in voluntate ineſt quidam naturalis appetitus boni, quod eſt ſecundùm rationem.

Concluſio.

¶ Hic conſequenter ex præcedentis fundamenti declaratione, & tertio modo dicendi D.S. reſpōdet primò deducendo vnam cōcluſionem reſponſiuam quadrimembrem, ſecundò ex illa reſponſione euacuat argumenta in oppoſitū adducēda, ibi. Et p hoc, &c. Concluſio ergo reſponſiua eſt iſta. Vtroque modo, ſcilicet tam ſecundum naturam ſpeciei, quàm indiuidui, virtus eſt homini naturalis ſecundùm inchoationem, non autem ſecundùm conſummationem earum, exceptis Theologicis.

¶ Vbi

Quomodo forma inchoata,

¶ Vbi nota extra litteram pro intellectu conclusionis, quòd sicut iuxta viam peripateticorum forma naturalis dicitur inchoata non quasi aliquid sui intrinsecum ante generationem præsit in materia. Sed dicitur inchoata tripliciter passiuè, dispositiuè, & effectiuè; ita antequam virtus in se assit in homine, prius est in natura capacitas virtutis, & præcedit dispositio, & habilitas aliqua, & cum hoc virtus effectiua virtutis; & hoc est virtutem esse naturalē secundum inchoationem, ideſt à natura, & per naturam habet homo capacitatem, & dispositionem aç principium productiuum, & effectiuum virtutis humanæ secundùm quæ virtus dicitur esse naturalis secundùm inchoationē. Ac si diceretur iuchoatio, & principium virtutis est a natura, sed ipsa virtus in se acquiritur p exercitium, & assuetudinem operum vt patet ar. sequenti. His notatis probatur conclusio, & primò prima eius pars, secūdò secūda, ibi. Secundum verò naturam, &c. tertiò tertia. ibi. Non autē, &c. quartò quartā cum resumptione conclusionis, ibi. Sic ergo, &c. Prima ergo pars, scilicet quòd aliquæ virtutes sint à natura secundùm inchoationem ratione specici, & formæ. Arguitur sic post D. S. In ratione hominis sunt naturaliter, ideſt a natura, & natiuitate sibi indita, & concreta, quædam principia naturaliter cognita, tam scibilium, quàm agendorum, quæ sunt quædam seminaria intellectualium virtutum, & moralium; & in voluntate est quidam naturalis appetitus boni, quod est secundùm rationem; ergo virtutes intellectuales, & morales sunt a natura secundùm inchoationem. Tenet consequentia, quia illa principia naturaliter cognita, & inclinatiò voluntatis dicta sunt principia actiua virtutis; sed naturaliter habere principia virtutis est eam esse inchoatā, vt patuit, ergo consequentia bona. Antecedens secundùm partes suas patuit supra q. 51. arti. 1. quia intellectui, & animæ sunt concreati habitus principiorum speculatiuorum, & practicorum; & voluntas ex natura sua est quædam inclinatio in bonum connaturale homini, quod est bonum rationis. Deinde cum dicit.

¶ Secundum verò naturam indiuidui inquantum ex corporis dispositione aliqui sunt dispositi vel melius vel peius ad quasdam virtutes, prout scilicet vires quædam sensitiuæ actus sunt quarundam partium corporis, ex quarum dispositione adiuuantur vel impediuntur huiusmodi vires in suis actibus, & per consequens vires rationales quibus huiusmodi sensitiuę vires deseruiunt; & secundùm hoc vnus homo habet naturalem aptitudinē ad scientiam, alius ad fortitudinem alius ad temperantiam, & his modis tam virtutes intellectuales, quàm morales secundùm quandam aptitudinis inchoationē sunt in nobis a natura.

¶ Probat secūdam partem, scilicet quòd ex parte indiuidui, sic. Ex corporis dispositione, scilicet in tali gradu, & modo, aliqui sūt dispositi melius vel peius ad quasdam virtutes, tam scilicet intellectuales quàm morales; ergo virtutes huiusmodi sunt naturales secundùm inchoationem ex parte dispōnis corporis. Tenet consequentia ex dictis, quia talis dispositio est quædā inchoatio virtutis, ergo si dispositio est naturalis, sequitur, quòd & virtus est secūdum inchoationem. Antecedens D. S. ostēdit, & declarat ibi. Prout scilicet clarè in littera.

¶ Non autem consummatio earum, quia natura determinatur ad vnum, consummatio autem huiusmodi virtutum non est secundùm vnum modum actionis, sed diuersimodè secundùm diuersas materias in quibus virtutes operantur, & secundùm diuersas circunstantias.

¶ Subiungit tertiam partem conclusionis prædictæ, scilicet q consummatio virtutis non sit à natura, ita videlicet, quòd sine ratione, & prudentia, & discretione rationis non habetur virtus in se & perfectè, & arguitur sic. Natura determinatur ad vnum, sed consummatio virtutum non est secūdum vnum modum actionis, sed diuersimodè secundùm diuersas materias virtutum, & secundùm diuersas circunstantias, ergo. Maior nota, & similiter minor, quia vt patuit q. 49. & q. 50. & q. 58. art. 2. Habitus vel virtus non habet locum vbi est determinatus modus agendi; & secundò, quia virtus est habitus electiuus, & liber agens vario modo, & liberè, & per consequens non est determinatus ad vnum. Deinde ibi.

¶ Sic ergo patet, quòd virtutes in nobis sunt a natura secundùm aptitudinem, & inchoationem non autē secundùm perfectionem præter virtutes Theologicas, quę sunt totaliter ab extrinseco.

¶ Resumit cōclusionem prædictā cum quarta parte cuius probationem notat breuiter sic. Virtutes Theologicæ totaliter ab extrinseco sunt, ergo non sunt naturales vel a natura etiam secundū inchoationem. Antecedens patuit q. 62. ar. 1. quia propterea dicuntur Diuinæ, quia à solo Deo. Consequentia patuit, quia illa virtus dicitur naturalis secundum inchoationē cuius dispositio, & principium est a natura. Vnde sicut anima rationalis non est inchoata, quia in materia non est vis animæ rationalis productiua, ita nec Theologicæ.

¶ Et nota, quòd licet in anima sit potentia obedientialis ad huiusmodi virtutes, sed propterea non dicuntur inchoatæ; sed ad inchoationem formæ requiritur inchoatio passiua naturalis, & dispositiua, & effectiua, qd in proposito non habet locū, quia qd inchoatum est pōt per ages naturale reduci in actū. Vide de hoc Capreolum in prologo primi. q. 1. ad primum. contra sextam cōclusionem. Vnde formam esse inchoatam in materia, est materiā habere aliquam causalitatem super existentiam formæ, & est materiam concurrere cum sui transmutatione tāquam causam ad esse formæ. Educi autem, est formam incipere esse in materia actu, in qua prius erat tantùm in potentia, & a qua dependet, & ipsam materiam trahi ad participandū esse ipsius formæ. De seminatio virtutum dictum fuit supra, quia principia tenta, & cognita per habitus synderesim & intellectum, & naturalis inclinatio voluntatis ad bonum. vide q. 51. arti. 1. Tunc ibi. Capreol.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam primæ duæ rationes procedunt, secundùmquòd seminaria virtutum insunt in nobis à natura, inquantum rationales sumus. Tertia verò ratio procedit, secundùm quòd ex naturali dispositione corporis quā habet ex natiuitate, vnus habet aptitudinem ad miserendum, alius ad temperatè viuendum, alius ad aliam virtutem.

¶ Ex prædicta determinatione, & conclusione euacuat D. S. argumenta in oppositū; vnde vt clarius fiat applicabuntur dicta in corpsis argumentis, vt sequitur.

ARGVMENTVM in contrariū confirmat conclusionem responsiuam quo ad tertiam partem.

¶ Nota propter hoc argumentum, quod id, quod est a natura, quia consequitur principia naturæ complete, vt patet infra q. 71. ar. 2. ad secundum, hoc est commune omnibus, & non tollitur per peccatum, id autem, quod est a natura, ideſt a natiuitate potest tolli per peccatum, sicut patet de iustitia originali sicut & de gratia Angelorum, &c. quæ sunt a principio extrinseco, & conseruantur liberè, & corrumpuntur per quodlibet mortale contrarium causæ. De istis vide D. S. de Virtutibus in communi, artic. 10. ad 13. notabiliter, vnde in fine dicit. Alio modo aliquid est in anima in potentia, quod non est natum educi in actum nisi per virtutem Diuinam, & sic sunt in potentia in anima virtutes infusæ, hęc ille, vide totum. Vnde nota, quòd Aug. in de Prædestinatione Sanctorum non dicit, quòd posse habere fidem, & charitatem si naturale homini, sed quòd sit naturæ hominum. Differunt enim plurimum potentiam aliquam esse naturalem, & esse naturæ. Naturale enim dicitur, quia conuenit modo naturali, & est a natura; sed esse naturæ dicitur, quia est in natura sicut in subiecto vndecumque veniat; naturæ ergo hominem est potentia, sed obedientialis ad fidem, qa intellectiua est, ratione cuius est capax, nō autem natura actiuæ, immo sibi repugnat, & hoc habetur manifestè in Soliloquiorū Aug. ca. 11. Et hæc nota propter Scotum.

¶ Ad primum, ad auctoritates omnes simul dicitur, q virtutes sunt naturales ſm inchoationem, quæ est secūdùm seminaria virtutum, illa enim seminaria insunt nobis a natiuitate, & sunt naturales secundùm naturam specificam quæ est ratio.

¶ Ad secundi maiorem vera est, sed dico, q illud bonum virtutis solùm adest a natiuitate ſm inchoationem, non ſm consummationem. Minor vera, est naturale secundùm naturam specificā tāquam consequens formam quæ dat speciē, ergo virtus inest a natura. Verum, inchoatiuè in ipsa ratione, non autem secundùm se.

¶ Ad tertium maior vera, illud dicitur naturale, qđ nobis a natiuitate ineſt, dicitur inquā naturale vno modo; sed alio modo, & magis dicitur naturale ſm D. S. in de Veri. Ma. 24. ar. 7. ad 10. quod a principijs naturæ causatur in se vel in sui principio, & de hoc 3. parte q. 2. ar. 12. Potest enim supernaturale quid vt gratia, & iustitia originalis dici naturale, ideſt a natiuitate; sed nō naturale, ideſt ex principijs naturæ. Vide prima parte q. 12. arti. 5. ad tertium. vbi plura de hoc dicentur Deo dante. Ad minorem virtutes quibusdā a natiuitate (immo etiam ex principijs naturæ specificis insunt virtutes omnibus secundùm seminaria.) Verum, inchoatiuè secundùm dispositionem corporis, qua aliquis disponitur ad aliquas virtutes naturaliter; sed non insunt virtutes de communi lege a natiuitate secundùm consummationem.

V Supra q. 51. ar. 1. & 2. Infra q. 71. ar. 1. corp. & q. 91. ar. 1. ad 1. Et 2. dist. 41. q. 1. ar. 1. & 2. & 3. dist. 23. q. 1. ar. 2. q. 2. vir. 3. ar. 9. * In litera, quæ sic ex Augustino decerpta

Vtrum aliqua virtus causetur in nobis ex assuetudine.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd virtutes in nobis causari non possint ex assuetudine operū, quia super illud Roman. 14. Omne, quod non est ex fide, peccatum est, dicit glosa Augu. * Omnis infidelium vita peccatum est, & nihil est bonum sine summo bono vbi

D. Pau.

vbi deest cognitio veritatis, falsa est virtus etiam in optimis moribus, sed fides non potest acquiri ex operibus, sed causatur in nobis à Deo secundùm illud Ephe. 2. Gratia estis saluati per fidem, ergo nulla virtus potest in nobis acquiri ex assuetudine operum.

¶ 2 Præterea. Peccatum cum contrarietur virtuti nō compatitur secum virtutem; sed homo non potest vitare peccatum nisi per gratiam Dei secundū illud Sap. 8. Didici, q non possum esse aliter continens nisi Deus dederit, ergo nec virtutes aliquæ possunt in nobis causari ex assuetudine operum, sed solùm dono Dei.

Sapien.

¶ 3 Præterea. Actus qui sunt sine virtute deficiunt à perfectione virtutis; sed effectus non potest esse perfectior causa, ergo virtus non potest causari ex actibus prę cedentibus uirtutem.

Dionysius. par. 4.

¶ Sed contra est, quod Diony. dicit. 4. ca. de. Diui. No. quòd bonum est uirtuosius quàm malum, sed ex malis actibus causantur habitus uitiorum, ergo multò magis ex bonis actibus possunt causari habitus uirtutum.

¶ Hic consequenter D. S. inquirit de causa extrinseca virtutis, & primò naturali, qa actus sūt extrinseci habitibus, & virtutibus.

¶ Respondeo dicendum, quòd de generatione habituum ex actibus in generali supra dictum est. * nūc autem specialiter quantum ad virtutem cōsiderandum est, quòd sicut supra dictū est.* uirtus hominis perficit ipsum ad bonum, cum autem ratio boni consistat in modo specie, & ordine, ut Aug. dicit in libro de natura boni.* siue in numero pondere, & mensura, ut dicitur Sap. 11. Oportet, quòd bonum hominis secundùm aliquam regulam consideretur, quæ quidem est duplex, ut supra dictum est.* scilicet ratio humana, & lex Diuina. Et quia lex Diuina est superior regula, ideo ad plura se extendit; ita quòd quicquid regulatur ratione humana regulatur etiam lege Diuina, sed non conuertitur.

* q. 51. ar. 2. & 3. q.

* q. 55. ar. 4.

* Aug. ca. 3. & 4. Sapien.

* q. 19. ar. 4.

¶ D. S. in hoc corpore primò restringit intentum suum dicens se pro nunc velle loqui de generatione virtutis ex actibus, & non de generatione habitus in communi; de hoc enim supra q. 51. ar. 2. & 3. dictum est, consequenter D. S. secundùm prædictam restrictionem respondet quæsito distinctè. Circa quod primò præmittit quoddam notabile distinctiuum fundamentale illius responsionis. Secundò subiungit duas conclusiones correspondentes; primam ibi. Virtus igitur hominis, &c. secūdam ibi. Virtus verò, &c. Quo ad primum D. S. intendit talem conclusionem distinctiuam. Duplex est virtus hominis, scilicet regulata secundùm rationē humanam, & secundùm legem Diuinam. Probatur, oportet q bonū hominis, scilicet morale, & virtutis, secundùm aliquam regulam consideretur, ideſt conformetur ad aliquam regulā. Sed est duplex regula, scilicet ratio humana, & lex Diuina, quę est superior; ergo erit duplex virtus hominis. Maior probatur, quia virtus hominis perficit ipsum ad bonum. opus, & actū, sed ratio boni cōsistit in modo, &c. & mensura siue regula, ergo bonum virtutis hominis, ideſt bonitas eius, & actus eius attenditur secundùm conformitatem ad regulam. Minor patuit supra q. 19. arti. 4. Et de illa minore secunda secundæ. q. 17. arti. primo.

¶ Nota autem, quòd conclusio dicit notanter duplex virtus hominis, & non duplex virtus humana, quia vt patuit supra, Infusæ, & Theologicæ sunt magis superhumanæ ex parte videlicet obiecti, & modi operandi, quàm humanæ; sunt tamen hominis sicut subiecti, nec inconuenit hominem operari modo superhumano, vt Scotus calumniatur. Sed de hoc infra in materia de donis. Consequenter cum dicit. Scotus.

¶ Virtus igitur hominis ordinata ad bonū, quod modificatur secundùm regulam rationis humanæ, potest ex actibus humanis causari inquantum huiusmodi actus procedunt à ratione, sub cuius potestate, & regula tale bonum consistit.

¶ Subiungit primam conclusionem responsiuam talem. Virtus hominis ordinata ad bonum, ideſt conuenientiam, & ordinem rationis, quod modificatur secundum regulam rationis humanæ potest ex actibus humanis causari. Probatur, bonum virtutis humanæ consistit sub regula, & potestate rationis humanæ, ergo potest causari per actus humanos. Antecedens notum, quia tale bonum est conformitas habitualis ad rationem naturalem, quæ cōformitas est in potestate hominis, quia homo ex propria virtute potest se suę rationi conformare. Tenet consequentia, quia quod subest potestati alicuius potest per eius actus causari, & ergo per actus rationis potest causari virtus, quæ consistit in conformitate ad rationem. ¶ Et nota, quòd suppositō, q virtus est habitus, & habitus conformis rationi per consequens cum habitus causetur ex actibus, poterit ex actibus, rationis causari virtus, quæ est habitus conformis rationi; nam ex actibus generantur similes habitus, si ergo actus sunt conformes rationi, ergo poterunt causare habitū conformem rationi, qui est virtus.

Conclusio respon. si.

¶ Virtus verò ordinans hominem ad bonū, secundùm quòd modificatur per legem Diuinam, & non rationem humanam, non potest causari per actus humanos quorū principium est ratio, sed causatur solùm in nobis per operationem Diuinam.

¶ Deducit secundam conclusionem responsiuam talem. Virtus ordinans hominem ad bonum, secundum quòd modificatur per legem Diuinam, & non per rationem humanam non potest causari per actus humanos. Hanc conclusionem probat primò ratione, secundò conformat per definitionem Aug. ibi. Et ideo huiusmodi, &c. quo ad primum arguitur sic. Bonum virtutis cuius boni tas attenditur per cōformitatem ad regulam Diuinam, excedit potestatem rationis humanæ, ergo talis nō potest causari ex actibus humanis. Antecedens patet. Tenet consequentia, quia per actus humanos, & rationis naturalis non potest causari id, quod est secundùm legem Diuinam, & sibi conforme, eo quòd ratio naturalis (& sui actus per consequens) non se extendat vltra naturalē ordinem rationis, & ergo id, quod est secundùm altiorem ordinem, scilicet Diuinum, est ab infusione Diuina, & altiori principio quàm sit ratio humana.

¶ Nota, quòd virtus acquisita ideo est virtus, quia est conformis rationi humanæ, sed in potestate hominis est se conformare rationi suæ, ideo potest causare per frequentes actus virtutem humanam, quæ consistit in tali conformitate; sed quia non est in potestate hominis se conformare legi Diuinæ, vt infra patebit, sed hoc habet ex gratia, ideo nec potest per actus suos causare virtutem, quæ consistit in bono regulæ Diuinæ, ideſt in conformitate ad legem supernaturalem, secundùm quòd homo habet virtutes Theologicas, & morales infusas. Tunc ibi.

¶ Et ideo huiusmodi uirtutem definiens Augustinus.* posuit in definitione uirtutis, quam Deus in nobis sine nobis operatur. Et de huiusmodi etiam uirtute prima ratio procedit.

* Aug. li. 2. de lib. arb. ca. 18. & 19. in plā. 115. con. 26.

¶ Confirmat secundam conclusionē definitione Aug. qui definiens virtutem infusam ponit in eius definitione, quam Deus in nobis sine nobis operatur; igitur non est ex actibus humanis.

ARGVMENTVM in cōtrariū pro prima cōclusione est.

¶ Ad primi maiorem respondet D. S. secunda secundæ q. 10. ar. 4. ad primum, quia intelligitur primò, quòd vita infidelium nō potest esse sine peccato. Secundò, quia quicquid agunt ex infidelitate est peccatum, possunt tamen facere multos actus de genere bonorum ex ratione naturali bona, qui sunt generatiui virtutis acquisitæ humanę. Vide huius expositionem ibidem q. 23. ar. 7. ad primū. & de materia quam tangit illa maior, vide Capreo. in 2. dist. 41. ad longum, & infra q. 65. ar 2. circa finem; & ita intelligitur dictū Aug. quòd quando etiam actus de genere bonorum referunt in finem infidelitatis, tunc est peccatum, & sine cognitione veritatis supernaturalis, scilicet fide falsa est virtus ideſt imperfecta, quia non ordinat ad bonum vltimum hominis vt patet secunda secundæ. q. 23. ar. 7. Ad minorem vera, ergo nulla, &c. Negatur, q nulla quia virtus imperfecta corrūdens rationi naturali pōt causari per actus de genere bonorum, qui non necessariò sine fide sunt peccata, sed verum est, q virtutes infusæ correspondentes fidei, & virtutibus Theologicis non possunt acquiri per actus nostros, quorum bonum est per conformitatem ad regulam Diuinam, quæ nō innotescit nec sibi adhæretur nisi per Theologicas, vnde vult D. S. quòd probet secundam partem conclusionis. Capreolus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd uirtus diuinitus infusa, maximè si in sua perfectione consideretur, non cōpatitur secum aliquod peccatum mortale, sed uirtus humanitus acquisita potest secum compati aliquem actum peccati etiam mortalis, quia usus habitus in nobis est nostræ uoluntati subiectus ut supra dictum est,* non autē per unum actum peccati corrūpitur habitus uirtutis acquisitæ, habitui enim non contrariatur directè actus, sed habitus, & ideo licet sine gratia [d] homo nō possit peccatum mortale uitare, ita quòd nunquam peccet mortaliter; non tamen impeditur quin possit habitum uirtutis acquirere per quam a malis operibus abstineat ut in pluribus, & præcipuè ab his, quæ sunt ualde rationi cōtraria. Sunt etiam quædam peccata mortalia, quæ homo sine gratia nullo modo potest uitare, quę scilicet directè oppo-

* q. 44. ar. 3. in argumēto in oppositum. Dub. 689.

ctè opponũtur virtutibus Theologicis, quę ex dono gratiæ sunt in nobis; hoc tamen infra manifestius fiet.——

¶ Ad maiorem, negatur, quòd peccatũ, vt in paucioribus in his, quæ sunt cõtra virtutem acquisitam non compatiatur secum virtutem ipsam. Et ad probationem, quæ interseritur. Negatur, quòd peccatum contrarietur virtuti acquisitæ, quia habitui non cõtrariatur actus, sed habitus habitui; quãuis virtutẽ infusam, & Theologicam tollat quo ad perfectionem virtutis, quia peccatum mortale tollit formationem, & spei, & fidei, & virtutes morales infusas, quæ dependent a charitate vt patebit q. 65. ar. 2. sicut formatio fidei, & spei; sed hoc non, quia actus peccati mortalis contrariatur habitui, sed opponitur cõseruationi causæ à qua quodlibet mortale auertit, & influxum eius aufert, à qua charitas, & morales infusę dependent; acquisitæ autem ex virtute subiecti dependent, Vide secunda secundę q. 24. ar. 12. in cor. Ad minorem, dico quòd nõ potest omnia vitare, & diu maximè opposita virtutibus Theologicis, potest tamen singula vitare præsertim ad tempus de his, quę opponuntur virtutibus moralibus acquisitis, & per cõsequens interim se exercere in actibus de genere bonorum illarum virtutũ, & sic acquirere tales virtutes humanas, & ciuiles, de quibus dicit prima pars conclusionis. Negatur ergo consequentia vniuersaliter intellecta, quòd nullas possit acquirere, quia absque gratia stat bonitas naturalis rationis qua vitat peccata mortalia vt in pluribus, esto non semper; vitare autem peccata opposita Theologicis vt non diligere, & se referre, & sua in Deum non potest sine charitate, & infidelitatẽ sine fide, sed de his ifra q. 109. ar. 8. & art. 4.

¶ Et nota verbum D. S. quia vsus habitus in nobis est nostrę voluntati subiectus (vt patuit q. 49. art. 3. argumento in oppositum, & patebit infra q. 71. art. 4. in cor.) & ergo habens habitum potest eo non vti, immo quãdoq;, vt in paucioribus agere actum oppositum proprio actui illius virtutis, per actum enim vnum, & per pauços contrarios, habitus acquisitus non tollitur. Quare non oportet, quòd in quandoque peccante non possit manere vel etiam acquiri habitus.

* art. 1. huius q. & q. 51. ar. 1. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dictum est.* virtutum acquisitarum præexistunt in nobis quædam semina siue principia secundùm naturam, quæ quidem principia sunt nobiliora virtutibus eorum virtute acquisitis, sicut intellectus principiorum speculabilũ est nobilior scientia conclusionum, & naturalis rectitudo rationis est nobilior rectificatione appetitus, quæ fit per participationem rationis, quæ quidem rectificatio pertinet ad virtutem moralem. Sic igitur actus humani inquantũ proceduṫ ex altioribus principijs possunt causare virtutes acquisitas humanas.——

¶ Maior vera, sed dico, quòd actus ipsi non sunt causa principalis ipsius virtutis, sed ratio cum seminarijs virtutum, quæ sunt causa principalis, & nobiliores virtute. Secũdò dico iuxta dicta supra q. 51. art. 2. ad tertium. quòd actus secundùm se deficiunt à virtute, tamen actus cum suis principijs non deficiunt immo excellũt virtutes sicut D. S. in solutione per simile declarat de intellectu principiorum quo ad scientiam conclusionũ. Ad minorem effectus nõ est nobilior causa principali, & totali, tñ potest esse nobilior causa instrumentali vt supra vbi statim allegatũ fuit ex D. S. in 4. Ergo virtus non potest causari ex actibus præcedentibus virtutẽ. Verũ, tanquam a cã principali, & in virtute propria; tamen in virtute rectitudinis rationis quæ perfectior est rectificatione appetitus.

Vtrum aliquæ virtutes morales præter virtutes Theologicas sint in nobis per infusionem à Deo.

X Supra q. 51. arti. 3. & q. 55. art 4. ad 6. Et infra q. 65. arti. 2. Et 3. di. 33. q. 1. arti. 2. q. 3. Et 4. d. 17. q. 1. ar. 3. q. 1. eo Et vir. q. 1. art. 10.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd præter virtutes Theologicas non sint aliæ virtutes nobis infusę à Deo. Ea enim quæ possunt fieri à causis secundis nõ fiunt immediatè à Deo nisi forte aliquando miraculosè, quia vt Dionys. dicit. Lex Diuinitatis est vltima per media adducere, sed virtutes intellectuales, & morales possunt in nobis causari per nostros actus, vt dictum est non ergo cõuenienter causantur in nobis per infusionẽ.

¶ 2 Præterea. In operibus Dei multò minus est aliquid superfluum, quàm in operibus naturæ; sed ad ordinandum nos in bonum supernaturale sufficiunt virtutes Theologicæ, ergo non sunt aliæ virtutes supernaturales quas oporteat in nobis causari à Deo.

* Ar. præcedẽ. ¶ 3 Præterea. Natura non facit per duo, quod potest facere per vnum, & multò minus Deus; sed Deus inseruit animę nostræ semina virtutum vt dicit glos. Heb. 1. ergo non oportet, quòd alias virtutes in nobis per infusionem causet.

¶ Sed contra est, quod dicitur Sap. 8. Sobrietatem, & iustitiam docet prudentiam, & virtutem.

¶ Hic D. S. inquirit de virtutibus infusis, quia quòd aliquæ sint infusæ, quæ dicũtur Theologicæ, patet ex supradictis q. 62. ar. 1. ga dicũtur Theologicæ vel Diuinæ, q. a a solo Deo. Sed est adhuc qstio an præter Theologicas sint infusæ morales, vel tãtùm Theologicæ sint infusæ, & nulla alia; vt enim patebit. Aliqui admittunt infusas Theologicas qui negant morales infusas.

¶ Respondeo dicendũ, quòd oportet effectus esse suis causis, & principijs proportionatos.——

¶ D. S. primò præmittit quoddam præsuppositum, & fundamẽtale responsionis. Secundò ex illo deducit conclusionem responsuam, ibi. Omnes autem virtutes, &c. Suppositum est illud oportet effectus esse suis causis, & principijs proportionatos, & est hoc suppositum per se notum; nã ex altiori principio procedit altior effectus, & ita oportet, quòd naturali principio correspondeat naturalis effectus, & supernaturali principio, & infuso supernaturalis effectus, & existenti circa finem supernaturalem oportet, quòd correspondeant virtutes circa supernaturalia media, & circa media proportionata fini tali. Deinde cum dicit.

¶ Omnes autẽ virtutes tam intellectuales, quàm morales, quæ ex nostris actibus acquiruntur procedunt ex quibusdam naturalibus principijs in nobis præexistentibus vt supra dictum est.* loco quorum naturalium principiorum conferuntur nobis à Deo virtutes Theologicæ, quibus ordinamur ad finem supernaturalem, sicut supra dictum est.* vnde oportet, quòd his etiam virtutibus Theologicis proportionabiliter respondeant alij habitus Diuinitus causati in nobis, qui sic se habeãt ad virtutes Theologicas, sicut se habent virtutes morales, & intellectuales ad principia naturalia virtutum.——

* quæ. & huius. * q. 62. ar. 1.

¶ Deducit conclusionem respõsiuam quàm ponit in fine talẽ, Oportet, q̃ his etiã virtutibus theologicis, &c. vt in littera. Ex qua conclusione habetur responsio formalis ad quæsitum, q̃ sic. Probatur autem conclusio; Omnes virtutes tã intellectuales, quàm morales acquisitæ procedunt ex quibusdam naturalibus principijs in nobis præexistentibus, &. s. eis proportionãtur, loco quorum naturalium principiorum conferũtur nobis virtutes Theologicæ quibus ordinamur ad finem supernaturalem, igitur sequitur conclusio. Antecedens pro prima parte patuit. q. 51. ar. 1. & ar. 1. præsentis quæstionis. Secunda pars patuit q. 62. ar. 1. & 3. Tenet consequẽtia primò ex supposito, quia oportet principijs effectus respondere; igitur sicut principijs virtutum, & seminarijs circa finem naturalẽ correspondent, & superadduntur acquisitæ naturales, ita & principijs supernaturalibus infusis. s. Theologicis, quæ sunt circa finẽ supernaturalem, correspondent virtutes infusæ circa media ad finem. Secundò tenet consequentia ex proportionabilitate principiorum naturalium, ad virtutes acquisitas, & principiorum supernaturalium infusarum, ad infusas. Tertiò tenet cõsequentia, quia gratia non est imperfectior in opere suo quã natura; si igitur præter principia quæ sunt circa finem naturalem adiunguntur virtutes acquisitæ, quæ operantur proportionabiliter ad illum finẽ, igitur & sic erit in gratuitis, quòd præter eas quæ benè faciunt se habere ad finem supernaturalem, sunt aliquæ infusæ adiunctæ operatiuæ proportionabiliter ad finem supernaturalem.

¶ Nota pro hic dictorum intellectu D. S. in de virtu. in communi ar. 10. q̃ per Theologicas homo pficitur vt benè se habeat circa finem supernaturalem per fidem rectè cognoscendo; per spẽ, & charitatem, rectam habet inclinationem ad ipsum, sed quia illum finem nullus consequitur homo, nec creatura nisi per operationẽ bonam, & huiusmodi fini proportionatã, ideo præter has Theologicas superadduntur virtutes infusæ supernaturaliter operatiuę operationum ordinandarum in fiuem vitæ æternæ; & huiusmodi virtutes dicuntur morales infusæ habentes se ad operationes cõgruentes fini supernaturali, & vitæ æternæ; sicut virtutes morales acquisitæ ad finẽ per ronẽ naturalẽ præstitutum; Vide de materia huius ar. Capreolus in 3. distin. 33. conclusione tertia. Capreol.

¶ Nota autem, q̃ Scotus in 3. dist. 34. & 36. aduersatur dictis huius ar. Et vult, q̃ præter tres Theologicas, & quattuor morales acquisitas, nõ oportet ponere aliã infusam, immo ſm eũ tres Theologicæ possunt sufficere quantum ad modum, medium, & finẽ in patria in his qui morales non acquisierunt. Sed sua positio est cõtra rationem, quia nulla Theologica perficit potentiã in quo ponuntur morales, secundò nõ habent pro obiecto ea, quæ sunt virtutum moralium, & per consequens ad ea se elicitiuè non extendunt, Et tertiò, quia nulla moralis acquisita operatur proportionabiliter ad virtutem Theologicam vt patebit ar. sequenti. Et præterea si iste tres Theologicæ sufficerent in patria pari ratione nec in via Scotus

in via oporteret alias ponere, quod est falsum. Præterea, ad perfectionem actus requiritur perfectio imperantis potentiæ, & elicientis, igitur præter theologicas imperãtes requiritur perfectio secũdùm virtutes proportionatas in exequentibus. Deinde ẽt (vt Capreolus hẽt in 3. di. 33.) Hæc assertio Scotica vr̃ esse contra determinationem ecclesiæ, quæ hr̃ in Clementinis de sum. Tri. & fi. ca. in fine, vbi sic hr̃, Nos aũt attendentes efficaciam mortis Chri, q̃ per baptisma applicatur pariter oĩbus baptizatis, opinionem secundam, quæ dicit tã paruulis, q̃ adultis conferri in baptismo informante gr̃am, & virtutes, tanq̃ probabiliorẽ, & dictis sanctorũ, ac doctorum modernorum Theologiæ magis consonam, & concordem sacro approbante concilio duximus eligendam, hæc ibi. Quod si Scotista dicat, q̃ virtutes quidem infunduntur, sed solùm tres theologicæ. Dico q̃ hæc responsio non euadit; quia Clemens Papa, & concilium loquunt approbando dicta sanctorũ, vt patet intuenti; sed sancti, & gloſæ eorũ loquuntur de alijs theologicis, igit gloſa nulla. Minorẽ ostendo; quia super illud ad Titũ tertiò Saluos nos fecit per lauacrũ regnationis per baptismũ, & renouationis spiritus sancti quẽ effudit in nos abundè. Dicit gloſa. Ad remissionẽ peccatorũ, & copiã virtutum; sed si darent solum tres theologicæ, non daretur copia virtutũ; quia illę nõ sufficiũt, dare aũt copiã est dare sufficientes; ergo. Præterea, Sapientiæ octauo dr̃ de sapientia æterna, sobrietatem enim & sapientiã docet, & iustitiã, & virtutem quibus vtilius in via nihil est hominibus, vbi gloſa, vtilius ad vitã æternã; sed acquisitæ nõ extendũt se ad vitã ætern̄am, nec operant mõ meritorio, & proportionato; ergo loquit̃ sapiens de infusis moralibus. Præterea illę sunt virtutes infusæ ſm quas spiritus sanctus venit, & manet in hoĩe; sed sic sunt aliquæ morales; ergo aliquæ sunt morales infusę. Maior concedit̃ a doctoribus cõiter; quia solũ secundũ dona gr̃æ gratum faciẽtis spiritus sanctus venit, & manet in homine. Minor hr̃ de pę. di. 2. Patet discursus. In fide enim spe atq; charitate, & alijs bonis sine q̃bus ad cęlestem patriam non põt peruenirì; sicut est humilitas, castitas iustitia atq; misericordia, fęcunda perfectorũ corda nõ deserit, & est auctoritas Greg. Præterea illę virtutes infunduntˉ a Deo, & nõ sunt similes in specie acquisitis, quæ per peccatum mortale pdun̄tur, sed aliquæ morales, sunt huiusmodi. Maior nota. Minor habetur, de pœ. di. 2. Illa anima a Deo contingitur, quæ in se hẽt virtutem gr̃am renitentẽ splendoremq; pietatis (ecce aĩa pingit̃ pietate) & post secundùm hanc imaginem, ante peccatum depictus fuit Adam, sed vbi lapsus est deposuit, & est auctoricas Ambrosij. Ex q̃bus patet, quàm noua sit assertio Scoti, & quàm fundata soliditas sancti Doctoris.

ARGVMENTVM in contrarium pro conclusione responsiua est.

¶ Nota propter argumentum in oppositum, q̃ sapiẽtia Dei docet illas virtutes causando non verbaliter loquendo, ideo per hãc auctoritatem habetur, quòd virtutes morales, scilicet temperantia, quæ signiſicatur per sobrietatem, & fortitudo, quæ designatur per virtutem infunduntur, & causantur a Deo.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd aliquæ quidem virtutes morales, & intellectuales possunt causari in nobis ex nostris actibus, tamen illę non sunt proportionatæ virtutibus theologicis, & ideo oportet alias eis proportionatas immediatè a Deo causari.——

Fundamentum. ¶ Ad maiorẽ, ea quæ possunt fieri a causis secũdis. Verũ, dico tñ q̃ non oẽm formã quam Deus põt facere, possit ẽt natura; vñ põt infundere virtutes quas natura non põt producere. Pro maiore nota quod supra dictũ est q. 51. ar. 4. de scientia Apostolorũ, & Adæ, quam Deus contulit eãdẽ in specie cũ acquisita. Ad minorẽ dr̃, q̃ virtutes morales, &c. proportionatæ fini naturali põt ,,duci per actus nr̃os, & cãri; sed nõ ,,portionatæ fini supnaturali, cui p theologicas bñ inhæret. Vñ negat̃ cõsequentia. Sunt n. duplices morales q̃dã pficientes ad bñ operandũ naturaliˉ. Aliæ aũt ad bñ operandũ ad vitã æternã cõsequendã, & conformiter ad legem diuinam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd virtutes theologicę sufficienter nos ordinant in finem supernaturalem secũdùm quandam inchoationem, quãtum. s. ad ipsum Deũ immediatè, sed oportet, q̃ p alias virtutes infusas pficiat̃ anima circa alias res, in ordine, tamen ad Deum.——

¶ Maior vera, & cum hoc dico, q̃ etiam in operibus Dei minus est aliquid diminutũ, q̃ in operibus naturæ. Ad minorem dico, q̃ theologicæ sufficienter nos ordinant ad Deũ, quo ad vnionem, & adhæsionẽ ad ipsum immediatè; sed non sufficienter nos ordinãt ad operationes eliciẽdas ad cõsecutionẽ, & ad merendũ beatitudinem respectu sui, & aliorum; sed oportet superaddere virtutes ẽt in alijs potẽtijs operatiuis actuũ humanorũ, vt enĩ supra patuit q. 56. ar. 4. Quantumcunq; potentia superior imperatiua sit perfecta, nisi & executiua perfecta sit, non erit perfectũ opus, quia ꝑter perfectionẽ intellectus; & voluntatis (quæ bene se habent ad Deũ, & imperat) oportet ponere virtutes perficientes potentias executiuas, & elicitiuas operationum proportionatarum theologicis, & fini supernaturali, esto enĩ cõcupiſcibilis, & iraſcibilis, similiter ratio, & voluntas perficiantur per morales acquisitas ad bene operandum ad se, & ad proximum; sed hę operationes, vt sunt talium virtutum non sunt proportionatæ vitæ æternæ, ideo oportet alias superaddere ne gratia sit diminuta magis, quàm natura. Vnde super illud ad Titum tertio Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis per baptiſmum, & renouationem spiritus sancti quem effudit in nos abundè, dicit gloſa. Ad remissionem peccatorum, & copiam virtutum; vnde non solum tres theologicæ dantur a Deo; sed omnes necessariæ ad bene viuendum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd virtus illorum principiorum naturaliter inditorum non se extendit vltra proportionem naturæ, & ideo in ordine ad finem supernaturalem indiget Homo perfici per alia principia supernaturalia.——

Fundamentum nulla.

¶ Maior vera. Non facit per duo, vnum, & idem eiusdem rationis, & ordinis, quod potest facere per vnum. Ad minorem. Verum, inseruit semina virtutum naturalium, & operatiuarũ secũdũ proportionem naturalis rationis sibi derelictæ. Sed non inseruit semina virtutum, vel bene se habentium ad finem supernaturalẽ, vt sunt theologicæ, nec earum moralium, quæ operãtur modo supernaturali, conformiter ad legem diuinã, & præceptum theologicarũ. Quare illas oportet infundi ex alio principio supnaturali.

Vtrum virtutes infusæ sint eiusdem speciei cum virtutibus acquisitis.

Y 3. dis. 33. q. 1. ar. 2. q. 4. Et 4. di. 14. q 2. ar. 2. ad 4. Et di. 50. q. 1. ar. 2. ad 4. Et Vir. q. 1. art. 10. ad 7. 8. & 9. Et q. 5. arti. 4. cor.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd virtutes infusę non sint alterius speciei a virtutibus acquisitis. Virtus enim acquisita, & virtus infusa secundũ prædicta non videntur differre, nisi secundùm ordinem ad vltimum finem; sed habitus, & actus humani non recipiunt speciem ab vltimo fine, sed a proximo; non ergo virtutes morales, vel intellectuales infusę differunt specie ab acquisitis.

¶ 2 Præt. Habitus per actus cognoscũtur, sed idem est actus temperantiæ infusæ, & acquisitæ, scilicet mode rari concupiſcentias tactus; ergo non differunt specie.

¶ 3 Præt. Virtus acquisita, & virtus infusa differunt secundùm illud, quod est immediatè a Deo factum, & a creatura; sed idem est specie Homo quem Deus formauit, & quem generat natura, & oculus quem cęco nato dedit, & quem virtus formatiua causat; ergo videtur, q̃ est eadem specie virtus acquisita, & infusa.

¶ Sed contra quælibet differentia in diffinitione posita mutata diuersificat speciem, sed in diffinitioue virtutis ponitur. Quam Deus in nobis sine nobis operatur, vt supra dictum est; * ergo virtus acquisita cui hoc non cõ- *q. 55. ar. 4. uenit non est eiusdem speciei cum infusa.——

¶ Habito ex articulo præcedenti; quia aliquæ sunt virtutes morales infusæ. Hic inquirit, an infusæ sint alterius speciei ab acquisitis moralibus, & oportet intelligere quæstionem, & respõsionẽ de his infusis, q̃ sunt ex infusione per se, ita s. q̃ nullo mõ pñt acquiri, vt supra dictum fuit q. 51. ar. 4. loquimur enim de infusis per se.

¶ Respondeo dicendum, quòd dupliciter habitus distinguũtur specie. Vno modo; sicut prædictum est, * ſm *q. 54. ar. 2. speciales, & formales rationes obiectorum.——

¶ D. S. indet quæsito ſm quandã distinctionẽ bimembrẽ, & primò secundũ primũ mẽbrũ, secũdò iuxta secũdũ, ibi. Alio aũt &c. Quo ad primũ primò pmittit distinctionẽ cum deductione primi mẽbri. Secundò ipsum explicat, ibi. Obiectũ autẽ &c. Quo ad primum D. S. notat ex supra dictis q. 54. ar. 2. q̃ habitus distinguũtur specie dupliciter. Vno mõ ſm diuersa obiecta, secũdùm rõnes formales obiectorum, non secundùm obiecta materialia, vt patuit vbi iam. ¶ Nota aũt q̃ D. S. hic dicit habitus distingui dupliciter, & tñ supra vbi iam, dixit habitus distingui tripliciter &c. Sed nulla est controuersia; quia supra D. S. loquebat̃ de distinctione habituum tã in rõne formarũ, q̃ in rõne habituũ. Hic aũt loquitur solũ de distinctione habituum, in rõne habituũ. Habitus aũt in rõne habitus dicit dispositionẽ ad aliquid, & habitus intellectiuus, aut appetitiuus ex natura respicit aliquod obiectum, & ergo habitus, vt sic, in rõne habitus distinguitur dupliciter. s. ſm obiecta, inq̃tum est habitus ordinatus ad operationẽ, & inq̃tum dicit ordinem ad naturam, sic distinguitur ſm natur̃, & finem; quia aũt Deus q̃ est principium infusorum posset infundere similẽ in spẽ cum acquisitis. Iõ D. S. nõ ,,bat, q̃ distinguantur ſm principia actiua. Veruntamen iuxta solutionẽ tertij posset dici, q̃ etiam secundùm principia actiua distinguunat̃, si sunt exĩ fusione p se. Cõsequẽter cũ dicit.

¶ Obiectum autem virtutis cuiuslibet est bonum con-

sideratum in materia propria; sicut temperantię obiectū est bonum delectabilium in cōcupiscentijs tactus, cuius quidem obiecti formalis ratio est a ratione, quæ instituit modum in his concupiscentijs, materiale autem est id quod est ex parte concupiscentiarum.

¶ Applicat primum membrum distinctionis, & respondet tali conclusione prima. Temperantia infusa, & acquisita differūt specie, & eadem rō est de alijs virtutibus (Et habetur ex ista cōclusione, ꝙ virtutes morales acquisitæ, & infusę distinguuntur specie ratione obiectorum) Probatur sic. Obiectum cuiuslibet virtutis (scilicet formale) est bonum consideratum in propria materia (.i. modus institutus circa materiam virtutis a ratione) materiale autem est ipsa materia circa quam talis modus rationis instituitur. Sed alterius rōnis est modus qui imponitur in materia (puta in concupiscentijs) secundū regulā rōnis humanæ, & secundū virtutē acquisitā. Alius secundū regu'ā, & virtutem moralē infusam, igit' cōclusio vera. Huius rōnis D. S. ponit primò maiorē, secundò minorē cum cōclusione, ibi. Manifestum est aūt &c. Maiorē ergo D.S. ostēdit exemplificando de vna acquisita, & vna infusa s. temperātia, volens, ꝙ ex vna, simile intelligat de alijs. Consequenter ibi.

¶ Manifestum est autē, quòd alterius rationis est modus, qui imponitur in huiusmodi concupiscentijs secundùm regulam rationis humanæ, & secundùm regulam diuinam; puta in sumptione ciborum ratione humana modus statuitur, vt non noceat valitudini corporis, nec impediat rationis actum; secundùm autem regulam legis diuinæ requiritur, quòd homo castiget corpus suū, & in seruitutem redigat per abstinentiam cibi, & potus, & aliorum huiusmodi; vnde manifestum est, quòd temperantia infusa, & acquisita differunt specie, & eadem ratio est de alijs virtutibus.

¶ Ostendit minorem prædictam exemplariter. Vbi nota, ꝙ ista minor vult, ꝙ quamuis temperantiæ vtriusque sit idem obiectum materiale, puta concupiscentia circa cibum, & potum; tamē in huiusmodi passionibus, & consequenter operationibus, vt a passionibus procedunt, alium modum instituit vna q̄ alia, & quia iuxta maiorem ille modus est formale obiectum, ideo habent distincta obiecta formalia secundū quæ virtutes distinguuntur, & per cōsequens istę virtutes, vt dicit cōclusio, distinguunt' secundū obiecta.

¶ Alio modo habitus distinguuntur specie secundùm ea ad quæ ordinantur. Non enim est eadem specie sanitas hominis, & equi propter diuersas naturas ad quas ordinantur, & eodem modo dicit Philosophus in 3. Politicorum, * quòd diuersæ sunt virtutes ciuium secūdùm quòd bene se habent ad diuersas policias.

* Aristo. ex c.3. habet.

¶ Hic consequenter respondet iuxta secūdum membrū. Circa quod primò declarat ipsum, secundò subiungit conclusionē secūdam corrīdentem, ibi, Et per hunc &c. Dicit ergo ꝙ alio modo distinguuntur habitus in rōne habitus secūdū ea ad quæ ordinant', scilicet sicut ad naturas ad quas disponunt. Nam vt supra dictum fuit. Habitus perficiens hominem ad participationem superioris naturæ, distinguitur specie ab eo qui perficit ad participandū naturam inferiorem, & declarat hoc membrum per duplex exēplū. Vnum est de habitu, vel magis dispositione naturali. s. sanitate. Secundum est de habitu morali ex tertio Politicorum, vbi Philosophus prudentiam simpliciter, & Politicam distinguit specificè, ꝙa vna ordinat ad finem particularem. s. proprium bonum. Alia ad bonum commune, vt patet ibidem. Deinde ibi.

D.IIII.

D. 1180.

¶ Et per hunc etiam modum differunt specie virtutes morales infusę per quas homines bene se habent in ordine ad hoc, quòd sint ciues sanctorū, & domestici Dei; & aliæ virtutes acquisitæ secundùm quas Homo se bene habet in ordine ad res humanas.

¶ Subiungit conclusionem secundam responsiuam, iuxta prædictum membrum, talem. Virtutes morales infusę distinguuntur specie ab acquisitis secundū ea ad quæ ordinantur. Probat' cōclusio, per virtutes infusas bene se habent hoīes in ordine ad hoc, ꝙ sint ciues sanctorum, & domestici Dei; sed per acqsitas homo se bñ habet ad res humanas, igitur cōclusio vera. Cōsequentia tenet de se ex dictis, quia aliud est societas sanctorum in cœlo, aliud societas, & ciuilitas hominum in terris. Antecedens patet ex artic. 3. quia infusę correspondent theologicis, & diuinis, & sunt p quas homo operatur mō supernaturali ad vitam æternē cōsequendā. Acquisitæ aūt, vt operetur mō humano, & ciuili. An aūt huiusmodi infusę differant ab acquisitis, sicut spirituale a corporali sic, ꝙ non habeāt esse extensum per accidens, nō memini aliquid me legisse in D.S. Petrus tñ de Palude ponit dona, & virtutes morales infusas esse spirituales effectiuè, quia faciunt obedire rationi, quæ

De trus de Palude.

est spiritualis, & tamen sunt corporales subiectiuè, vide apud Capreolum in 4.di.1.q.1.ad primum, contra quartam conclusionē. Capreol.

¶ Confirmatur prima conclusio argumento in contrarium.

¶ Circa hoc argumentum nota, quòd non omnino conuincit, nisi addantur omnia dicenda in solutione tertij, quia esse a Deo sine nobis, sine pluri non diuersificat speciem virtutis, nec est particula definitionis specificans, & specificè distinguēs infusam ab acquisita. Sed oportet addere, est a Deo sine nobis, ita quòd nec vllo modo sunt a nobis acquisibiles, & cum hoc ordinatæ ad alium actum, & sic specificè distinguit; quia includitur alietas obiecti formalis, & finis proximi.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd virtus infusa, & acquisita non solum differunt secundùm ordinem ad vltimum finem; sed etiam secundùm ordinem ad propria obiecta, vt dictum est. *In arti.

¶ Maior negatur. Dico enim ꝙ non distinguuntur penes ordinem ad vltimum finem distinctione propriè specici; sed propter aliud propriū obiectū formale; & quia actus earum. s. infusarum, sunt in medio constituti prout sunt ordinabiles ad vltimum finē, qui est obiectum charitatis, vltimus enim finis non dat speciem propriam, & distinctam (Esto det subalternam, & communem) nisi quatenus in fine proximo est debita proportio ad vltimū finem, oportet enim ea quæ sunt ad finem esse fini proportionata.

¶ Ad minorem fuit responsum supra q. 60. ar. 1. ad tertium. Habitus & actus humani non recipiunt speciem propriam, & distinctam ab vltimo fine, tamen speciem communem recipiūt actus, non autem habitus secundùm se speciem recipit ex hoc, ꝙ actus eius ab alio habitu imperatur. Vnde D.S. in de virtutibus in communi ar. 10. ad decimum. Licet actus intemperantiæ accipiat aliqualiter speciem (.s. communem) prout imperatur ab auaritia, nō tamen ex hoc intemperantia speciem accipit, quòd actus ab auaritia imperatur. Ex hoc ergo, ꝙ actus temperantię vel fortitudinis imperatur a charitate ordinante nos in vltimum finem, ipsi quidem actus formaliter speciem sortiuntur. Nam formaliter loquēdo sunt actus charitatis. Non tamen ex hoc sequeretur, quòd temperantia, vel fortitudo speciem sortiantur; non ergo temperantia & fortitudo infusę differunt specie ab acquisitis ex hoc, ꝙ imperantur a charitate actus earum. Sed ex hoc, quòd earum actus secundùm eam rationem sunt in medio constituti, prout sunt ordinabiles ad vltimum finem, qui est charitatis obiectum. Hæc ille. Ex quibus patet, quod tactum est, & similiter patet fallitas maioris prius negatæ, negatur autem consequentia; quia est præter ordinem actuum in vltimum finem alietas formalis obiecti, esto materiale obiectum idem esse possit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd alia ratione modificat concupiscentias delectabilium tactus temperantia acquisita, & temperantia infusa, vt dictum est; * vnde nō habent eundem actum. *In corp.

¶ Ad maiorem. Habitus cognoscuntur per actus formaliter, & secundùm proprium modum acceptos. Ad minorem, negatur ꝙ sit idem actus; quia temperantia acquisita habet se ne noceat corpori. Sed infusa etiam fert nocumentum corporis pro salute animæ. Vnde clarè patet, quòd actus est alius. s. comedere, & bibere secundùm exigentiam bonæ valitudinis, & comedere parcè cum molestia, & penuria atque afflictione corporis.

¶ Ad tertium dicendū, quòd oculum cęci nati Deus fecit ad eundem actum ad quem formantur alij oculi secundùm naturam, ideo fuit eiusdem speciei, & eadem ratio esset, si Deus vellet miraculosè causare in homine virtutes, quales acquiruntur ex actibus; sed ita non est in proposito, vt dictum est.* *In corp.

¶ Maior negat', ꝙ solū ꝙm illud. Dico. n. iuxta supradicta q. 54. ar. 2. ꝙ Deus, vel principiū primū pōt producere simile effectū cuiquunq; creatura. Quare fuit supra expositū, ꝙ effectus nō distinguunt' penes principia prima; sed proxima. Sed distinguunt'; quia infusa fit immediatè a Deo ad aliud formale obiectum, & alium actū, & non purè, qa a Deo. Ad minorē. Concedo & hr vbi ia statim, & 1.p.q.94.ar.3.ad primū. Sed hoc ió, quia talis oculus ad eūdē actū factus fuit, & in eadē dispositione naturali. Nō sic in ppōsito, quare negat' cōsequētia. Verū est, ꝙ Deus posset càre calde virtutes in specie, vt patet sup. q. 51. art. 4. Sed qa virtus Dei altior est virtute creata, ió pōt, & alias facere ordinatas ad alios actus, qd de infusis dicimus, quæ ita sunt infusę, ꝙ nullo modo sunt per naturā acqsibiles; ifusę aūt ēt acqsibiles nō distinguerent' specie; sicut in simili patuit vbi ia statim de scia infusa apl̄orū, & nra acqsita.

Quæst. Sexagesimaquarta.

De medio virtutum.

DEinde cōsiderādū est de pprietatibus virtutū, & primò quidem de medio virtutū. Secūdò de connexione

A

nexione virtutum: Tertiò, de qualitate earum. Quartò, de ipsarum duratione. Circa primum quæruntur quatuor. Primò, Vtrum virtutes morales sint in medio. Secundò vtrum medium virtutis sit medium rei, vel rationis. Tertiò, vtrū intellectuales virtutes consistant in medio. Quartò, vtrum virtutes theologicæ.

¶ Hic quinto loco, & vltimo iuxta supra promissa q. 55. determinat de proprietatibus virtutum; quia prædicta videtur propinquius se habere ad virtutem, & sunt quatuor proprietates &c. Præsens quæstio primò inquirit quomodo virtus moralis sit in medio. Secundò quomodo intellectualis, in artic. tertio. Tertiò quomodo theologica. Circa primum ostendit primò virtutem moralem esse in medio. Secundò ostendit quale sit medium illud.

¶ Et nota quòd consistere in medio est proprietas consequens virtutem per habitudinem ad materiam comparatam ad rationem, quæ instituit modum, qui mediat inter superabundātiam, & defectum, ideo prior est connexione, & æqualitate, & duratione, qui dicunt habitudines ad extrinsecas virtutes, & ad tēpus. Quare patet ordo huius quæstionis ad sequentes.

Vtrum virtutes morales sint in medio.

Infra ar. 4. ad 1. & 4. Et 2. 2. qō. 17. art. 5. ad 2. & q. 91. ar. 1. cor. Et 3. dis. 33. q. 1. ar. 3. q. 1. Et Vit. q. 1. artic. 13. Et Eth. 2. lec. 7. col. 2.

AD primū sic proceditur. Videtur quòd virtus moralis non consistat in medio. Vltimum enim repugnat medij rationi; sed de ratione virtutis est vltimum, dicitur enim in primò de cœlo, * quòd virtus est vltimū potentiæ; ergo virtus moralis non consistit in medio.

* Tex. 116.

¶ 2 Præt. Illud quod est maximum nō est medium, sed quædam virtutes morales tendunt in aliquod maximum; sicut magnanimitas est circa maximos honores, & magnificentia circa maximos sumptus, vt dicitur in 4. Ethi. * ergo non omnis virtus moralis est in medio.

* Arist. c. 2. & 3.

¶ 3 Præt. Si de ratione virtutis moralis sit in medio esse, oportet quòd virtus moralis non perficiatur, sed magis corrumpatur per hoc, quòd tendit ad extremum; sed quædam virtutes morales perficiuntur per hoc, quòd tēdunt ad extremum; sicut virginitas, quæ abstinet ab omni delectabili venereo, & sic tenet extremum, & est perfectissima castitas, & dare omnia pauperibus est perfectissima misericordia, vel liberalitas; ergo videtur quòd non sit de ratione virtutis moralis esse in medio.

* Arist. c. 6.

¶ Sed contra est, quod Philosophus dicit in 2. Ethic. * quòd virtus moralis est habitus electiuus in medietate existens.

¶ Hic primò D.S. quærit quæstione, an est de virtute morali.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut ex supra dictis patet; * virtus de sui ratione ordinat hominem ad bonum, moralis autem virtus propriè est perfectiua appetitiuę partis animæ circa aliquam determinatam materiā, mensura autem, & regula appetitiui motus circa appetibilia est ipsa ratio.

* q. 55. ar. 3.

¶ D.S. hic duo facit. Primò deducit quandam conclusionē præambularem fundamentalem. Secundò subsumit, & infert conclusionem responsiuam, ibi. Manifestum est autem &c. Conclusio ergo præambularis est Bonum virtutis moralis consistit in adæquatione ad mensuram rationis, probatur, bonum cuiuslibet regulati, & mensurati consistit in hoc, quòd conformetur suæ regulę, nō superexcedendo, nec a regula deficiendo. Malum autem &c. vt in litera sequenti. Sed virtus moralis ordinat hominem ad bonum, & est perfectiua proprię appetitiuę partis circa determinatam materiam, cuius appetitiuę partis regula, & mensura est ipsa ratio, igitur sequitur conclusio præambularis, quòd bonum virtutis moralis &c. Huius rationis D.S. ponit primo minorem, secundò maiorem cum ipsa conclusione, ibi. Bonum autem cuiuslibet &c. Minor ergo patuit supra q. 55. art. 3. quo ad primam partem, quo ad secundam patuit. q. 58. ar. 1. & 3. Tertia pars patuit. q. 19. arti. 3. quia actus appetitus est humanus, cuius bonitas dependet a ratione; sicut a regula proxima, & patuit illa pars sępius.

¶ Et nota ꝙ dicit Doct. Sanct. moralis virtus propriè est perfectiua appetitus; quia hoc dicit propter prudentiam, de qua supra q. 58. ar. 3. ad primum dictum est, quòd non propriè (idest per essentiam) est moralis; sed intellectualis, & per consequens non est in appetitu; sed moralis propriè id est per essentiam, & non tātū ratione materiæ, est in appetitu. Deinde cum dicit.

¶ Bonum autem cuiuslibet mensurati, & regulati consistit in hoc, quòd conformetur suæ regulæ; sicut bonum in artificiatis est, vt sequatur regulam artis, malum autē per consequens in huiusmodi est per hoc, quòd aliquid discordat a sua regula, vel mensura; quod quidem contingit, vel per hoc, quòd superexcedit mensuram, vel per hoc, quòd deficit ab ea; sicut manifestè apparet in omnibus regulatis, & mensuratis; & ideo patet, quòd bonum virtutis moralis consistit in adæquatione ad mensuram rationis.

¶ Subiungit maiorem prædictam quam declarat a simili de artificiatis, & patet in litera. Vnde concludit, ideo patet &c. vt dicebat conclusio præambularis. Deinde ibi.

¶ Manifestum est autem, quòd inter excessum, & defectum medium est æqualitas, siue cōformitas; vnde manifestè apparet, ꝙ virtus moralis in medio consistit.

¶ Subsumit & infert conclusionem responsiuam ad quæsitum, quòd sic virtus moralis in medio consistit, probatur, bonum virtutis moralis &c. vt dicebat conclusio præambularis; sed illa adæquatio, & conformitas (scilicet in materia, in ordine ad rationē) est medium (scilicet per abnegationem) inter excessum, & defectum, igitur virtus moralis est in medio. Maior patuit. Minor relinquitur de se nota; quia conformitas, & æqualitas est medium inter plus, & minus.

¶ Nota autem propter dicta in corpore, quòd D.S. 3. scripto, distin. 33. habet quòd virtus comparata ad vitia est medium per abnegationem. Sed comparata ad materiam est medium per partici pationem D.S. intelligit materialiter. s. quia instituit materiā non excedentem, nec deficientem. Sed formaliter loquendo inquantū æqualitas est, sic est medium per abnegationem.

¶ Et confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd virtus moralis bonitatem habet, ex regula rationis; pro materia autem habet passiones, vel operationes. Si ergo comparetur virtus moralis ad rationem, sic secundùm id quod rationis est, habet rationem extremi vnius, quod est conformitas; excessus verò, & defectus habet rationem alterius extremi, quod est difformitas. Si verò consideretur virtus moralis secundùm suam materiam, sic habet rationem medij, inquantum passionem reducit ad regulam rationis; vnde Philosophus dicit in 2. Ethi. * quòd virtus secundùm substantiam medietas est, inquantum regula virtutis ponitur circa propriam materiam; secundùm optimum autē, & bene est extremitas, scilicet secundùm conformitatem rationis.

* Arist. c. 6.

¶ Dupliciter dicitur ad maiorem. Primò post D.S. hic. Vltimū repugnat medij rationi, verū, formaliter, vt sic; sed non realiter secundùm diuersas considerationes. Potest enim idem secūdū rem esse medium, & extremum in comparatione ad diuersa. Ad minorem; sed de ratione virtutis est esse vltimum. Verum est, inquantū virtus est circa bonum rationis, & conformitatem, tunc est extremum ad vitia, vt habet rationem mali, bonum enim & malū sunt duo extrema; sed considerando virtutem, & comparando ad superabundantiam, & defectum in materia circa quam est, tunc habet rationem medij; quia vt dictum est in corpore cōformitas mediat quo ad materiam inter superabundantiam, & defectum; & illa solutio est conformis D.S. de virtutibus infra ad tertium, vbi habet, virtus quantum ad formam quam a sua mensura sortitur habet rationem extremi Sic enim opponitur malo, vt conformatū informato, & cōmensuratum incommensurato; sed secundū materiā in qua talis mensura imprimitur, sic virtus est in medio. Hæc ille.

¶ Secundò dicitur post D.S. in de virtutibus in cōi ar. 13. ad primum. Ad maiorem, vera est in realibus; sed in moralibus negat', immo eo ipso, quòd est vltimum potētiæ (.i. maximum, & optimū in quod potest cum maxima difficultate) est in medio: quia difficillimū est tangere mediū, facile aūt est ab eo deuiare. Minor, vera ad sensum supradictum. q. 55. ar. 1. ad primum; quia de rōne virtutis materialis. i. obiecti, & materiæ virtutis est vltimum. i. virtus attenditur, & dr secundùm id quod est maximū in quod pōt, & ergo quia maximū in quod pōt est mediū inter passiones, vel operationes, ió negatur cōsequentia; immo qa est vltimū, est media s. causaliter, & obiectiuè; qa videlicet reducit passiones ad medietatē rōnis, & hoc est, ꝙ D.S. dicit vbi iā in de virtutibus, vltimū (inquit) potētiæ dr in qđ vltimò potētia extēdit', & hoc est difficillimū, qa difficillimū est inuenire mediū, facile aūt est diuertere ab eo, ió ex hoc ipso virtus ē vltimū potētiæ, ꝙ est i medio. Hæc ille.

¶ Nota pp verbū Philosophi vbi dicit, virtus ēm substātiā medietas est &c. Nota īquā, ꝙ virtus moralis dr esse mediū iter passiones, & dr mediū inter duo vitia. De virtute tñ sermonis, virtus nō est mediū iter passiones essentialiter, & formaliter; sed est cōiectatrix medij iter passiones; qa īclinat i mediū iter passiōes tanqā

obiectum proprium. Vnde hæc est prædicatio materialis, virtus est medium inter passiones; & hæc est prædicatio formalis, & vera de virtute sermonis, virtus est medium inter duo vitia, & hæc notat Doct. Sanct. virtus secundùm naturam habet rationem medij, inquantum passionem reducit ad regulam rationis, hoc est, est medium causaliter inter passiones, non formaliter; quia habitus non est passio essentialiter media inter duas passiones, vt patuit supra q. 59. ar. 1. ad primum. Vbi dicit D. S. virtus secundùm suam essentiam non est medium inter passiones; sed secùdùm suum effectũ; quia facit inter passiones medium constituit. Hæc ille.

¶ Nota etiam post Doct. Sanct. in tertio, dist. 33. quòd virtus est medium, non sicut centrum ad circunferentiam æqualiter distans ab extremis intra rem. sed est medium ex comparatione ad aliquam regulam extra, & tale nõ æqualiter distat ab extremis, sed æquatur regulæ. Sicut patet, quãdo secatur lignum ad aliquam regulam, non semper tantum aufertur quantum dimittitur, & tale est medium virtutis moralis, quæ habet rectam rationem pro regula. Vnde quandoque appropinquat plus vni extremo, quàm alteri, secundùm quòd competit rationi rectæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd medium, & extrema considerantur in actionibus, & passionibus secundũ diuersas circunstantias; vnde nihil prohibet in aliqua virtute esse extremum secundùm vnam circunstantiam, quod tamen est medium secundùm alias circunstantias per conformitatem ad rationem, & sic est in magnificentia, & magnanimitate; nam si consideretur quantitas absoluta eius in quod tendit magnificus, & magnanimus dicetur extremum, & maximum; sed si cõsideretur hoc ipsum per comparationem ad alias circunstantias, sic habet rationem medij; quia in hoc maximè tendunt huiusmodi virtutes secundùm regulam rationis, i. vbi oportet, & quãdo oportet, & propter quod oportet; excessus autem si in hoc maximum tendatur, quando non oportet, vel vbi non oportet, vel propter quod non oportet, Defectus autem est si nõ tẽdatur in hoc maximum vbi oportet, & quãdo oportet, & hoc est, quod Philosophus
*Arist.c.3. dicit in 4. Ethic. * quòd magnanimitas est quidem magnitudine extremus, eo autem, ꝙ vt oportet, medius.—

¶ Maior negatur, quòd id quod est maximum in re, nõ sit medium rationis, & quo ad nos secundũ circunstantias. Potest enim id quod est maximum in re, esse inter medium plus, & minus, & inter excessum, & defectum circunstantiarum.

¶ Ad minorem, vera, aliquæ virtutes morales tendunt in maximum rei; sed tamen in medium secundùm alias circunstantias, vt Doct. Sanct. clarè habet in solutione. Magnanimitas enim tẽdit in maximos honores, qui sunt maxima res in genere obiectali talis virtutis; sed in illos tendit prout oportet, & vbi oportet, quę circunstantiæ sunt media inter tendere, prout non oportet, & vbi non oportet &c. & inter non tendere prout oportet.

¶ Nota verbum D. S. Nihil prohibet in aliqua virtute esse extremum secundùm vnam circunstantiam (scilicet quæ est quid agitur i. circunstantiam quid) quod tamen est medium secundũ alias circunstantias, quæ sunt, quando, vbi, & qualiter &c. De magnanimitate habes secunda secundæ q. 129. ar 3. ad 1. De magnificentia ibidem q. 134. ar. 1. ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd eadem ratio est de
D. 1166. virginitate, & paupertate, quæ est de magnanimitate, abstinet enim virginitas ab omnibus venereis, & paupertas ab omnibus diuitijs propter quod oportet, & secundùm quòd oportet, scilicet secundùm mãdatum Dei, & propter vitam æternam; si autem hoc fiat secundùm ꝙ non oportet, i. secundùm aliquam superstitionem illicitam, vel etiam propter inanem gloriam erit superfluum; si autem non fiat, quando oportet, vel secundùm quòd oportet est vitium per defectum, vt patet in transgredi tibus votum virginitatis, vel paupertatis.——

¶ Ad maiorem. Dico quòd est in medio rationis, & circunstantiarum. Potest tamen esse in extremo rei, & materiæ, vel obiecti virtutis, vt iam dictum est ad secundum. Ad minorem, perficiunt per hoc, quòd tendunt ad extremum rei, & tamen ad medium circunstantiarum, & quo ad nos; & cõcedo, quod dicitur de virginitate, & paupertate, quòd tendunt in extremum rei. Sed tamen obseruant circunstantias, quæ sunt conformes rectæ rationi, & mediãt inter excessum, & defectum, vt D. S declarat in solutione.

¶ Et nota, ꝙ argumentum bene dicit virginitas abstinet ab omni delectabili venereo; quia non oportet virginẽ abstinere ab omni delectatione; sed tantùm venerea, vt patet 2. 2. q. 152. ar. 2. ad 2.

¶ Et nota propter verbum D. S. Si autẽ hoc fiat (scilicet abstinere ab omni venereo) secundùm quòd non oportet. i. secundũ aliquam superstitionem &c. Exemplum ponit in de Malo q. 15. ar. 1. ad nonum, vbi dicit inter alia. Extremum autem secundùm diminutionem esset, si quis præter rationem rectam a carnali commixtione abstineret, vt pater in eo qui debitum vxori reddere contẽnit. Vel quo abstinet propter aliquam reuerentiam Dęmonum; sicut nigromantici, & virgines vestales. Hæc ille, & illud vltimũ, scilicet vel &c. est exemplum ad illud verbum D. S. hic. Videt magis esse secundùm superfluum, & excessum; quia abstinet vbi non oportet. Sed defectus est nõ abstinere, qñ oportet, vt in vouẽtibus.

Vtrum medium virtutis sit medium rei, vel rationis.

AD secũdum sic proceditur. Videtur quòd mediũ virtutis moralis non sit medium rationis; sed medium rei. Bonum enim virtutis moralis consistit in hoc quòd est in medio, bonum autem, vt dicitur in 6. Metaph. * est in rebus ipsis; ergo medium virtutis moralis est medium rei. G 2. 4. q. 1. ar. 1. qc. 1. ad 3. dist. 33. q. 1. ar. 1. qc. 1. Et Mal. q. 13. ar. 1. qc. Et Virt. q. 1. ar. 13. ad 11. Et q. 2. ar. 1. qc. 1. ad 17. Et quo 11. 16. 11. 20. *Arist.

¶ 2 Præt. Ratio est vis apprehensiua; sed virtus moralis, non consistit in medio apprehensionum; sed magis in medio operationum, & passionum; ergo medium virtutis moralis non est medium rõnis; sed medium rei.

¶ 3 Præt. Medium, quod accipitur secundùm proportionem arismetricam, vel geometricam est medium rei; sed tale est medium iustitiæ, vt dicitur in 5. Ethic. * ergo medium virtutis moralis non est medium rationis; sed rei. *Arist. c. 3. & 4.

¶ Sed contra. est, quòd Philosophus dicit in 2. Ethi. * quòd virtus moralis in medio consistit quo ad *nos* determinata ratione. *Arist. c. 6.

¶ Hic secundò D. S. inquirit de qualitate medij virtutis moralis. An videlicet sit medium rationis aut rei. Pro intellectu maiori huius quæsiti, & articuli, oportet aliqua notare ex secũdo Ethicorum, vt intelligatur quid sit medium rationis &c.

¶ Nota igitur, quòd medium rei est, quod æqualiter distat ab vtroque extremorum. Medium quo ad nos est, quod nobis neque superabundat, nec deficit. Medium secundùm rem est idem apud omnes. Medium quo ad nos non est idem apud omnes. Medium rei est medium secundùm aritmeticam proportionem. Medium quo ad nos est medium secundùm proportionem geometricam. Medium igitur rei est, quod quantum excedit ab vno extremorum inter quæ est medium, tantũ excedit reliquũ extremũ, & hoc modo sex est mediũ inter decẽ, & duo. Nã sex per quatuor excedunt duo, & per quatuor exceduntur a decem. Vñ æqualiter distat ab vtroq; extremorũ. Mediũ quo ad nos est mediũ geometricũ; quia est nõ secundũ eandem q̃titatem; sed secundũ eandẽ proportionẽ, vel magis proportionabilitatẽ ad subiectũ, & sic sex est mediũ inter nouẽ, & quatuor; quæ est proportio sex ad quatuor, eadẽ est proportio nouẽ ad sex; quia vtrobiq; est proportio sesquialtera; quia sicut sex continet quatuor, & eius medietatẽ, ita nouem continet sex, & eius medietatẽ. Istud medium, non est idẽ quo ad oẽs, vt declarat Philosophus ibidẽ exemplariter de Milone. Mediũ igitur rõnis tm̃, non accipitur secundũ proportionẽ vnius rei ad aliã, sed solũ per comparationẽ ad ipsum virtuosum, & ió dr̃ mediũ solũ rõnis quo ad nos; quia temperatè comedentẽ, & tenẽtem mediũ huius virtutis, non oportet attendere q̃tum ille, & ille comedant, & vt ipse teneat mediũ inter ipsos. Sed debet attẽdere q̃tum sua conditio requirat, & quòd ab illa non deficiat, vel sup ipsam abundet, & ergo virtutes morales circa passiones rectificat eas solũ secundũ comparationẽ ad ipsum hoiem, cuius sunt passiones, prout. s. concupiscit prout debet, & secundũ debitas circunstãtias. Medium autẽ rei (& tm̃ rõnis ẽt; ꝙa vt patet in hoc articulo non est rei quasi non rõnis, sed vtrunq; simul) consistit in quadã æqualitate rei exterioris ad rem, vel personam exteriorem, & ió virtus, quæ est circa operationem secundũ quòd ipsa operatio, vel persona agẽs cõparatur ad rẽ exteriorẽ, attẽdit mediũ rei; & equale, quod est mediũ inter maius, & minus; & ꝙa iustitia est talis virtus circa operationes quibus cõparatur ad exteriorẽ personã, ió re net mediũ rei, ita ꝙ iustus tantũ dat alteri, q̃tum debetur sibi secũdũ mẽrita sua, & non plus, nec minus (Ecce habitudidem, & medium acceptum per comparationem rei ad rem secundùm æqualitatem) potest ex his deprehendi quid sit medium rationis, quia conformitas obseruata ad personam agentem tantùm secundùm circunstantias sine habitudine ad exteriorem. Medium autem rei est æqualitas obseruata ad exteriorem hominem secũdùm actionem, vel passionem eius, secundùm recompensationem æqualis. & sic rei ad rem, & non per comparationem ad agentem. His visis videndum est de corpore articuli.

¶ Respondeo

¶ Respondeo dicendum, quòd medium rationis dupliciter potest intelligi. Vno modo secundùm quòd medium in ipso actu rationis existit, quasi ipse actus rationis ad medium reducatur; & sic quia virtus moralis, non perficit actum rationis, sed actũ virtutis appetitiuę, medium virtutis moralis non est medium rationis.——

¶ Doct. Sanct. hic duo facit. Primò respondet ad quæsitum distinctè. Secundò responsionem applicat argumentis in oppositum adducendis, ibi, & per hoc &c. Circa primum ponit duas conclusiones responsiuas secundùm vnam distinctionem bimembrem, cuius membra declarat circa ipsas conclusiones. Et primò deducit primam conclusionem, secundò secundam, ibi. Alio modo &c. Quo ad primum membrum, & primam conclusionem, distinguit duplicem intellectum quæsiti; quia vno modo intelligitur quæsitum quasi virtus moralis reducat actum rationis ad medium. Conclusio responsiua huic membro respondens, virtutis moralis medium, non est medium rationis hoc modo. Probatur virtus moralis non perficit actum rationis; sed actum appetitiuę virtutis, igitur medium virtutis moralis non est medium rationis (scilicet causaliter, quasi virtus constituat actum rationis in medio.) Antecedens patuit articu. 1. quia virtus moralis propriè perficit appetitum. Consequentia probatur; quia constituere actum in medio est ipsum perficere. Sed virtus moralis non perficit actum rõnis, igitur non cõsistit in medio. Consequenter cũ dicit.

¶ Alio modo potest dici medium rationis id quod a ratione ponitur in aliqua materia, & sic omne medium virtutis moralis est medium rationis; quia sicut dictum
*Ar. præc. est; * virtus dicitur consistere in medio per conformitatem ad rationem rectam.——

¶ Prosequitur secundum membrum distinctionis. Circa quod primò ponit secundam conclusionem. Secundò subiungit quandam aliam conclusionem explicatiuam huius secundæ, ibi. Sed quandoque &c. Dicit ergo primò. Alio modo dicitur medium rationis non formaliter, quasi sit in ratione, & in rationis actu. Sed quia a ratione constituitur in aliqua materia moralis virtutis secũdùm dictamen rectę rationis. Conclusio secunda responsiua. Omne medium virtutis moralis est medium rationis hoc modo (idest in qualibet materia instituitur conformitas ad rationem.) Probatur conclusio, quælibet virtus moralis constituit in materia sua cõformitatem ad rationem rectam, igitur omne medium virtutis, est medium rationis. Antecedens patuit artic. primo; quia bonum virtutis stat in conformitate ad rationem &c. Tenet consequentia; quia illud dicitur medium rationis, quod est institutum a ratione, vt patuit ex secundo membro. Deinde cum dicit.

¶ Sed quandoque contingit, quòd medium rationis est etiam medium rei, & tunc oportet, quòd virtutis moralis medium, sit medium rei; sicut est in iustitia. Quandoque autem medium rationis non est, medium rei, sed accipitur per comparationem ad nos, & sic est medium in omnibus alijs virtutibus moralibus, cuius ratio est; ꝙa iustitia est circa operationes, quæ consistunt in rebus exterioribus, in quibus rectum institui debet simpliciter, & secundùm se, vt supra dictum est; * & ideo me- *q. 60. ar. 2.
dium rationis in iustitia est idem cum medio rei, inquãtum scilicet iustitia dat vnicuique, quod debet, & non plus, nec minus.——

¶ Ponit aliam conclusionem explicatiuam præcedentis secundæ conclusionis, talem. Quandoque contingit (scilicet in iustitia) quòd medium rationis est etiam medium rei, & talis virtutis dicitur etiam medium rei (quia non rationis tantùm.) Quandoque autem medium rationis, non est medium rei, si solùm accipitur per comparationem ad nos, & sic medium rationis est in alijs moralibus a iustitia. Ista conclusio declaratoria habet duas partes, & primò probatur prima pars eius. Secundò secunda, ibi. Alia verò &c. Quo ad primã arguitur sic. Iustitia est circa operationes, quæ consistunt in rebus exterioribus. Sed bonum in talibus operationibus, & rectum debet institui simpliciter, & secundùm se (& non per comparationem ad agentem) idest operatio talis est recta & bona, quia secundùm se commensuratur alteri, vel personæ, vel actioni. Igitur medium rationis (ideſt æqualitas instituta a ratione) est idem cum medio rei. Maior nota. Minor patuit supra quæstio. 60. articu. secundo, in corpore. Vbi patuit, quòd iustitia attendit debitum ad alterum in operationibus secundùm æqualitatem, vel simpliciter, vt in commutatiua, vel proportionis, vt in distributiua secunda secundæ quæst. 61. ar 2. & D. S. post illam partẽ conclusionis resumit probationem per viam compendij.

¶ Et potest secundò sic argui pro illa parte. Illa virtus, quæ dat vnicuique, quod debet, & non plus, nec minus, illa habet mediũ rei, & non rationis tantùm; sed iustitia est huiusmodi, igitur &c. Maior patet; quia res media inter plus & minus, & in comparatione ad extrinsecum, est medium etiam rei, & non tantùm rationis; quia videlicet. Esto ratio hic medium instituat, & dictet tantum dandum. sed tamen hoc dictat in ordine ad aliam personam extrinsecam, & non ad ipsum hominem iustum. Deinde ibi.

¶ Aliæ verò virtutes morales consistunt circa passiones interiores, in quibus non potest rectum constitui eodem modo, propter quòd homines diuersimodè se habent ad passiones, & ideo oportet, quòd rectitudo rationis in passionibus instituatur, per respectum ad nos, qui afficimur secundùm passiones.——

¶ Probat secundam partem conclusionis explicatiuè. Rectitudo rationis in passionibus instituitur per respectum ad nos, qui afficimur secundùm passiones, igitur in virtutibus, quæ sunt circa passiones est medium rationis tantùm quo ad nos, & non rei. Patet consequentia ex dictis; quia medium rationis tantùm, est medium institutum a ratione secundùm proportionem, & conuenientiam ad hominem agentem, & non habitudinem actionis, ad extrinsecum &c. Antecedens Doct. Sanct. probat; quia in passionibus non potest rectum institui eodem modo, & secundùm qualitatem rei, ita quòd quis comedat medium secundùm rem, & non plus, vel minus, propter hoc quòd homines diuersimodè se habent ad passiones; igitur sequitur antecedens, quòd instituitur medium quo ad nos tantum.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam primæ duæ rationes procedunt de medio rationis, quod scilicet inuenitur in ipso actu rationis; tertia verò ratio procedit de medio iustitiæ.——

¶ Hic in calce corporis D. S. applicat prædictam responsionem distinctam ad argumenta adducenda in oppositum, & relinquit per hoc ea esse soluta, vt in sequentibus patebit.

¶ Et confirmatur secunda conclusio responsiua, argumento in contrarium.

¶ Ad primum dico post verbũ Doct. Sanct. ibi. Nam duæ &c. Maior vera, & patuit articu. primo, quia ex hoc, quòd est in medio est conformis; sed in tali conformitate consistit bonũ virtutis.

¶ Ad minorem. Bonum est in rebus, scilicet morale, & virtutis ad hunc sensum, quòd virtus non constituit bonum in ratione, vel actu rationis, sed constituit medium in re extra, scilicet in actione, vel passione, quæ est res extra intellectum. Sed tamen dico, quòd quandoque constituit illam conformitatem in re tali, ideo per habitudinem ad ipsum agentem, & tunc dicitur mediũ rationis tantùm, quandoque autem ratio instituit ęqualitatem, etiam secundùm comparationem rei ad rem, quod dicitur mediũ ret hic. Vnde negatur consequentia. Vel conceditur ad intentum Doct. Sanct. quòd est medium rei, id est non in actu rationis; sed est medium rei, id est alicuius extra intellectum, non tamen semper per comparationem ad extrinsecum, & secundùm ęqualem distantiam ab extremis, quod hic vocamus medium rei distinctũ a medio rationis secũdo modo dicto in articulo. ¶ Ad secundũ conceduntur præmissæ, & consequens secundùm exigentiam præmissarum, scilicet, ergo medium virtutis moralis non est medium rationis, quasi constituat medium inter actus rationis. Sed est medium in re, constitutum per rationem, vbi priuatur medietas dictata per rationem medians inter excessum, & defectum, & secundùm circunstantias. Sed non seruatur medium in re ipsa, quæ mediet inter duas res, ita quòd manducetur medietas eius, quod alij comederunt, quorum vnus nimis, alius deficienter comedit; sed comedat quantum ratio dictat, non esse nimis multũ, vel nimis parum. Ita ergo est ibi medium in re, id est tanta res quanta ratio iudicat competere comedenti, & non ea, quæ est media inter duas res.

¶ Ad tertium. Maior est vera, & patuit in notabili præsuppositio conclusioni. Minor est etiam vera, præsertim de commutatiua iustitia, quòd est ibi medium aritmeticum, vt patet secunda secundæ vbi statim.

¶ Vltra medium virtutis moralis non est medium rationis. verum tantùm, sed rei, cum hoc, quod conceditur in tertia conclusione, quam probat ista ratio. Illud enim quod alteri debetur, ratio dictat dandum, & secundùm debitas circunstantias, & sic est medium rationis; sed cum hoc debet esse proportio ad exteriorem rem, ita quòd detur commensuratum ab eo accepto, ideo est etiam medium rei. Et detur media res, ita quòd tanta res, & tanta pecunia sibi detur, & non maior, nec minor.

Vtrum intellectuales virtutes consistant in medio.

Infra ar. 4. ad 1. & 2. Et 3. di. 33. q. 1. ar. 3. q. 3. Et Virt. q. 1. arti. 13. co. & ad 5. & 19. & q. 4. ar. 2. ad 7

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd virtutes intellectuales non consistant in medio. Virtutes

enim morales consistunt in medio inquantum conformantur regulæ rationis; sed virtutes intellectuales sunt in ipsa ratione, & sic non videntur habere superiorem regulam; ergo virtutes intellectuales non consistunt in medio.

¶ 2 Præt. Medium virtutis moralis determinatur a virtute intellectuali. Dicitur enim in 2. Ethi. * quòd virtus consistit in medietate determinata ratione, prout sapiens determinabit; si igitur virtus intellectualis iterum consistat in medio, oportet quòd determinetur sibi medium per aliquam aliam virtutem, & sic proceditur in infinitum in virtutibus.

*Arist. c.6.

¶ 3 Præt. Medium propriè est inter contraria, vt patet per Philosophum in 10. Metaphisicæ;* sed in intellectu non videtur esse aliqua contrarietas, cum etiam ipsa contraria secundùm quòd sunt in intellectu non sint cõtraria, sed simul intelligantur, vt album, & nigrum, & sanum, & egrum; ergo in intellectualibus virtutibus non est medium.

*Arist. tex. 22. & 23.

¶ Sed contra est, quod ars est virtus intellectualis, vt dicitur in 6. Ethi. & * tamen artis est aliquod mediũ, vt dicitur in 2. Ethi. * ergo etiam virtus intellectualis consistit in medio.

*Arist. t. 3. & 4. *Arist. c.6.

¶ Hic tertiò D.S. inquirit de medio virtutis intellectualis.

¶ Respondeo dicendum, quòd bonum alicuius rei consistit in medio secundùm quòd cõformatur regulæ, vel mensuræ quam contingit transcendere, & ab ea deficere; sicut dictum est. * Virtus autem intellectualis ordinatur ad bonum, sicut & moralis, vt supra dictũ est; * vnde secundùm quòd bonum virtutis intellectualis se habet ad mensuram, sic se habet ad rationem medij.—

*Ar. primo huius quæstio. *q.36.ar.3.

¶ Et quia virtus intellectualis est duplex, scilicet speculativa, & practica, vt patet ex supradictis. Ideo Doct. Sanct. hic primò ponit conclusionem fundamentalem præambularem, secundùm quid attẽdatur medium tam in virtute intellectuali speculativa, quàm practica. Secundò respondet distinctè de vtraque virtute. Quo ad speculativam, ibi. Bonum autem virtutis &c. Quo ad practicam, ibi. Verum autem &c. Conclusio ergo præambularis fundamentalis ostendens secundùm quid oporteat quærere medium, tam in virtute intellectuali speculativa, & practica, quia secundùm id a quo habet esse bonum, est ista; Secundùm quòd bonum virtutis intellectualis se habet ad mensuram, sic se habet ad rationem medij (ita videlicet quòd sicut habet bonum esse a regula, sic & esse in medio.) Et vnde attenditur eius bonum, scilicet a mensura, & regula, ibi & medium, probatur in principio. Bonum alicuius rei consistit in medio (scilicet inter excessum, & defectum) secundùm quòd conformatur regulæ suæ, vel mensuræ, quam contingit trãscendere, & ab ea deficere. Sed virtus intellectualis ordinat ad bonum, sicut moralis. ergo secundùm quòd bonum virtutis intellectualis se habet ad mensuram, sic se habet ad rationem medij, ita quòd vnde habet bonitatem sicut a regula, ab eo etiam habet esse in medio. Maior patuit ar. primo. Minor patuit supra q.56. art.3. & q.57 art 1. quia uirtus a toto genere ordinatur ad bonum, siue moralis, siue intellectualis. esto aliter, & aliter; quia virtus moralis ad bonum formaliter, intellectualis ad verum cognoscendum, quod est bonum materialiter.

¶ Bonum autem virtutis intellectualis est verum, speculativę quidem virtutis verum absolutè, vt in 6. Ethico. * dicitur, practicę autem virtutis, verum secundùm conformitatem ad appetitum rectum; verum autem intellectus nostri absolutè consideratum est sicut mensuratum a re, Res enim est mensura intellectus nostri, vt dicitur in 10. Metaphy. * ex eo enim quòd res est, vel non est veritas est in opinione, & in oratione.

*Arist. c.2. *Ari. tex.5.

¶ Habita conclusione generali, & fundamentali, tam ad virtutem speculativam, quàm practicam intellectualem, Doct. Sanct. cõsequenter ponit vnam conclusionem respõsiuam de virtute intellectuali speculativa, talem. Bonum virtutis intellectualis speculativę consistit in quodam medio per conformitatem (id est, quod est conformitas) ad ipsam rem secundùm quòd &c. id est intellectiuus speculativus est in medio, ex hoc, quòd dicit verum. Circa hanc conclusionem sic procedit. Primò ponit probationem. Secũdò ipsam conclusionem, ibi. Sic igitur &c. Tertiò soluit quoddam dubium circa conclusionem, ibi. Excessus verò &c. Probatur conclusio sic assumendo conclusionem fundamentalem pro maiori. Sicut &c. Sed bonum virtutis speculativę est verum absolutè (id est sine ordine ad appetitum nostrum) quod est mensuratum a re, igitur conclusio vera. Maior patuit. Minor quo ad primam partẽ patet sexto Ethycorum; quia intellectus speculativus, & per consequens virtus speculativa absolutè contemplatur rem, & non habet dirigere appetitum, & hoc dicitur verum absolutè. Secunda pars patet ex 10. Metaphysicæ in litera; quia videlicet intellectus speculativus noster mensuratur a re, tum quia causatur, & dependet in esse nostra cognitio speculativa vera a re, tum in ratione veri, & hoc intenditur in decimo Metaphysicæ, & intelligitur etiã de cognitione in qua est veritas in esse exercito, scilicet in secunda operatione intellectus, vel tertia, quæ dicit aliquid esse verũ. An autem relatio scientiæ ad scibile sit realis, & quando, videndum est quinto Metaphysicæ, & videbitur prima parte Deo duce. Hoc sufficiat ad propositum, quòd scientia, & nostra cognitio speculativa comparata ad rem dependet in esse vero ab ipsa re. Et per consequens medium, quod est verum esse attenditur per cõparationem ad rem, sicut ad regulam, & mensuram veritatis. Consequenter cum dicit.

¶ Sic igitur bonum virtutis intellectualis speculativę consistit in quodam medio per conformitatem ad ipsam rem, secundùm quòd dicit esse, quod est; vel non esse, quod non est, in quo ratio veri consistit.

¶ Subinfert ipsam conclusionem iam probatam, & patet.

¶ Nota autem, quòd quamuis ista conclusio magis ostendat quid sit medium virtutis intellectualis, tamen ex hoc infertur clarè risio formalis; quia est in medio. Consequenter ibi.

¶ Excessus autem est secundùm affirmationem falsam, per quam dicitur esse, quod nõ est; defectus autem accipitur secundùm negationem falsam, per quam dicitur non esse, quod est.

¶ Soluit quoddam dubium circa præcedentem conclusionem; ostenso enim quid sit medium virtutis intellectualis speculativę, est dubium, quæ sint extrema, quod manifestat; quia videlicet conformitas, quæ est verum, & mediat inter affirmationem falsam, & negationem falsam. Prima est excessus, secunda defectus, & secundùm Doct. Sanct. in tertio. Extremum in virtutibus intellectualibus in plus est, quãdo attribuitur alicui, quod non ineſt ei. Extremum autem in minus, quando remouetur ab eo, quod ineſt. Deinde cum dicit.

¶ Verum autem virtutis intellectualis practicę comparatum quidem ad rem, habet rationem mensurati; & sic eodem modo accipitur medium per conformitatem ad rem in virtutibus intellectualibus practicis, sicut in speculativis.

¶ Respondet secundò de virtute intellectuali practica, & quia talis virtutis veritas (vt patuit supra quæstio. 57. articu. quinto, ad tertium) est secundùm conformitatem ad rem, & secundùm conformitatem ad appetitum rectum, & per consequens dupliciter in ea attenditur medium. Ideo Doct. Sanct. ponit super hoc duas conclusiones. Secundam ponit ibi. Sed relpectu &c. Prima est. Eodem modo accipitur medium in virtutibus intellectualibus practicis, sicut in speculativis per comparationem ad rem. Probatur, verum virtutis intellectualis practicę comparatum ad rem, habet rationem mensurati. Ergo medium sumitum ab ipsa re, & non econtra. Consequentia tenet; quia dictum est, quòd bonum, & verum, & per consequens medium virtutis cuiuslibet, sumitur per comparationem ad regulam, & mensuram &c.

¶ Circa antecedens, videtur notandum quòd virtus intellectualis practica, vt prudentia, vel ars, potest dupliciter considerari. Vno modo, vt cognitiua, & dependens ab appetitu recto quo ad finem, vel quo ad appetitum recti operis artificiati, & sic ad eius veritatem requiritur, quòd dictet conformiter rei, & fini intento, ita quòd rectè consilietur, iudicet & præcipiat secundùm exigentiam rei, id est finis, & secundùm regulas artis, ideo antecedens isto modo verum; quia omnis recta cognitio de medio, mensuratur ex fine, & similiter recta cognitio artificiati ex regulis artis. Sed talis virtus intellectualis est iudicatiua medij, igitur. Sed secundo modo consideratur prudentia, vt motiua, & regulatiua appetitus circa media ad finem, ita quòd primo modo dependet ab appetitu recti finis, & re. Sed isto modo facit appetitum circa media virtutis rectum, & per hoc soluitur dubium; quia habitus practicus est causa rei, & per consequens mensura. Quare non videtur posse stare, quòd dicit antecedens, quòd per comparationem ad rem sit mensuratus.

¶ Dico enim quòd habitus practicus factiuus habet suam causalitatem actu mediante voluntate per quam motus actu dirigit opus, cui non repugnat mensurari a re, & regulari, & sua causalitas est directiua; habet tamen se in dirigendo conformẽ rebus de re fienda, vel facienda, quare causatur a re, & tamen causat dirigendo

gendo executionem mediante voluntate, & ita stat, quòd dicit antecedens, quòd veritas sumitur a re, & tamen causat rem artificialem per voluntatem. Deinde ibi.

¶ Sed respectu appetitus habet rationem regulæ, & mensuræ; vnde idem medium, quod est virtutis moralis, etiam est ipsius prudentiæ, scilicet rectitudo rationis; sed prudentiæ quidem est istud medium, vt regulantis, & mensurantis; virtutis autem moralis, vt mensuratæ, & regulatæ.

¶ Ponit secundam conclusionem de virtute practica intellectuali secundùm quòd comparatur ad appetitum rectum, talem. Idem medium, quod est virtutis moralis, etiam est ipsius prudentiæ. Circa hanc conclusionem, primò adducit eius probationem. Secundò remouet quoddam dubium circa istas duas conclusiones, ibi. Similiter excessus &c. Quo ad primum arguitur sic, intellectualis virtus practica, qualis est prudentia respectu appetitus, habet rationem mensurę, & regulæ. Sed idem est medium, & eadem conformitas regulæ, & regulati (licet vnius actiuè alterius passiuè.) Igitur vnum est medium, id est conformitas ad rectam rationem, quæ est finis recti appetitus, quam prudentia dictat, & præcipit, & quam exequitur moralis virtus.

¶ Virtus enim moralis est in medio; quia conformis rationi rectę, quæ est recta per prudentiam. Vnde medium illius, est etiam istius.

¶ Vbi nota quòd intellectus practicus habet se conformare rei dictando, quid in veritate sit aligendum quid non, & dictando non habet se mensurando res; sed mensuratur a rebus; quia prudentia nostra sumitur a rebus, & sic voluit secunda conclusio, quòd intellectualis virtus mensuratur a re; sed iam habita, & acquisita recta ratione, quæ est prudentia; vlterius habet ipsa præcipere, & medium ipsi appetitui constituere; quare sic se habet, vt mensura imponens medium appetitui. Quare benè dictum videtur, quòd intellectualis virtus primò quidem causatur a re, & est bona, & conformis in ordine ad rem; sed consequenter ea quæ habet ordinem ad appetitum ipsum mensurat. Et quia vt supra dictum fuit. Ars non regulat appetitum; sed magis præsupponit appetitum rectum materialiter (id est appetitum recti operis, vt supra dictum fuit quæstio. 57. articu. quinto, ad tertium.) Ideo dependet, & mensuratur a tali re appetita, quam si efficiat, vt proposita est secundùm regulas artis, erit in medio inter abundantiam, & defectum, & sic bona. Esto enim ars sit causa operis exterioris mediante voluntate, dirigendo operationem eius, tamen eius veritas (& per consequens bonitas) mensuratur a re, vt est appetita, quòd si non fiat, vt est desiderata, non erit vera ars, vel verum artificiatum; & ergo licet intellectus practicus (præsertim factiuus) sit causa rei, vt est extra, tamen eius veritas mensuratur a re, vt est desiderata, & proposita secundùm artem, & iterum ars se habet actiuè dirigendo opus extrinsecum; sed se habet, vt mensurata ad regulas artis ex quibus ars deducitur; sicut conclusio ex principijs. Sicut & prudentia mouetur a synderesi, & virtutibus moralibus, vt sunt circa fines, & principia prudentiæ. Deinde ibi.

¶ Similiter excessus, & defectus accipitur diuersimodè vtrobique.

¶ Remouet breuiter dubium circa prædictas cõclusiones duas. Ostenso enim quomodo virtus intellectualis practica sit in medio, dubitatur de extremis, quæ ostendit Doct. Sanct. diuersimodè accipiendo ea secundùm quòd mensuratur a re, & vt mensurat appetitum. Primo modo est, sicut de intellectuali speculativa dictum est. Secundo modo autem, quia excedit, vel deficit præcipiendo appetitui.

¶ Et quod dictum est in corpore de medio virtutis intellectualis, confirmatur argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd etiam virtus intellectualis habet suam mensuram, vt dictum est, * & per conformitatem ad ipsam accipit in ipsa mediũ.

*In cor. ar.

¶ Ad maiorem. Consistunt in medio; quia conformantur regulæ circa materiam vbi contingit superabundare, & deficere; & non præcisè, quia conformantur regulæ rationis, nec quia regulæ, sed quia contingit regulam transcendere, & ab ea deficere (quod dico propter theologicas.) Et quia sunt aliquius per se obiecti, in quo contingit deficere a regula vide articulo sequenti ad primum.

¶ Ad minorem. Vera, quòd sunt in ratione. Sed negatur primum consequens (& sic non videntur habere superiorem regulam.) Negatur inquam; quia regulam habet, scilicet rem extra cui se habent conformare; & secundo, quia habitus intellectualis circa conclusiones habet pro superiori regula habitum principiorum a quo mensuratur; & tertiò loquendo de habitu practico in ordine ad appetitum, habet medium actiuè, vt regulans, & in hoc tamen potest deficere, non præcipiendo inquantum debet, vel plus, quàm debeat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non est necesse in infinitum procedere in virtutibus; quia mensura, & regula intellectualis virtutis non est aliquod aliud genus virtutis; sed ipsa res.

¶ Conceditur totum vsque ibi. Oportet quòd determinetur sibi medium per aliquam aliam virtutem. Hoc negatur. Sed dico, quòd determinatur a re, cui si se conformat, erit vera, & per consequens in medio; quia verum est medium inter plus, & minus, & negatur per consequens, quod sequitur (Et sic proceditur in infinitum in virtutibus) quia moralis habet medium ab intellectuali practica, & illa a re, & ibi est status, & ideo non proceditur in infinitum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ipse res contrariæ nõ habent contrarietatem in anima; quia vnum est ratio cognoscendi alterum, & tamen in intellectu est contrarietas affirmationis, & negationis, quæ sunt contraria, vt dicitur in fine perihermenias,* quamuis enim esse, & non esse non sunt contraria, sed contradictoriæ oppositа, si considerentur ipsa signata prout sunt in rebus, & alterum est ens, & alterum est purè non ens; tamen si referantur ad actum animæ, vtrunque ponit aliquid esse, vnde esse, & non esse contradictoria sunt; sed opinio qua opinamur, quòd bonum est bonum, est contraria opinioni qua opinamur, q̃ bonũ non est bonum, & inter huiusmodi contraria medium est virtus intellectualis.

*Arist. li. 2. c. vlti.

¶ Maior vera, præsertim de medio per participationem. Ad minorem, vera est ad hunc sensum, quòd in intellectu non est contrarietas rerum; quia etiam contraria extra intellectum in intellectu non sunt contraria. Est tamen in intellectu contrarietas affirmationis, & negationis, & enunciationis verę, & falsæ. Opinio enim vera, & affirmatiua contrariatur opinioni falsæ, & negatiuæ, vt patet prima parte quæstio. 17. quia verum, & falsum sunt contraria, tanquàm acceptio conformis, & acceptio difformis contrariæ, & inter huiusmodi contraria, media est virtus intellectualis, & medium constituit, i. dicit verum quod est medium inter affirmatiuam falsam, & negatiuam falsam, vt patuit.

¶ Nota autem verbum Doct. Sanct. quòd vtrunque contradictiorum si referatur ad actum animæ, vtrunque aliquid ponit.

¶ (Nota inquam) quòd negatio, aut priuatio per intellectum acquirit aliquod esse obiectiuũ, & hoc quidem nihil ponit. Sed hoc esse intellectum acquirit mediante conceptu, & in proposito compositionem, vel negationem intellectus, quæ in intellectu aliquid etiam reale ponit. Quare dictum Doct. Sanct. verificatur, quòd si ad actum animæ intellectiuum referantur, vtrunque aliquid ponit, scilicet saltem esse rationis. De his in principio de ente, & essentia; intellectus enim per speciem habitus, potest in se formare conceptum priuationis, aut negationis, & sic acquirit esse rationis.

Vtrum virtutes theologicæ consistant in medio.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd virtus theologica consistat in medio. Bonum enim aliarum virtutum consistit in medio; sed virtus theologica excedit in bonitate alias virtutes; ergo virtus theologica multò magis est in medio.

D 2.2.q.17.ar tic.5. ad 2. Et 3. di.33. q.1.ar.3.q. 4. Et vir.q. 1.ar.13.col. & ad 5. & 19.& qõ.2. ad 10.& 13. & Ro. 12. lec.1.co.4.

¶ 2 Præt. Medium virtutis moralis accipitur quidẽ secundùm quòd appetitus regulatur per rationem, intellectualis verò secundùm quòd intellectus noster mensuratur a re; sed virtus theologica, & perficit intellectum, & appetitum, vt supra dictum est; * ergo etiã virtus theologica consistit in medio.

*q.62.ar.3.

¶ 3 Præt. Spes quæ est virtus theologica medium est inter desperationem, & præsumptionem; similiter etiam fides incedit media inter contrarias hæreses, vt Boetius dicit in libro de duabus naturis,* quòd enim cõfitemur in Christo vnam personam, & duas naturas, medium est inter hæresim Nestorij, quæ dicit duas personas, & duas naturas, & hæresim Euthicis, q̃ dicit vnã personam, & vnam naturam; ergo virtus theologica consistit in medio.

*Nõ remotè a princ. lib.

¶ Sed contra. In omnibus in quibus consistit virtus in medio contingit peccare per excessum; sicut & per

defectum; sed circa Deum qui est obiectū virtutis theologicæ non cōtingit peccare per excessum, dicitur enim Eccle.43. Benedicentes Deum exaltate illum quantum potestis, maior enim est omni laude; ergo virtus theologica non consistit in medio.

¶Hic vltimò Doct. Sanct. inquirit de medio virtutis theologicæ; quia obseruat ordinem quo ad nos, in quo ordine acquisitæ, & humanæ sunt priores.

* Ar.1. huius quæst. ¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, medium virtutis accipitur per conformitatem ad suam regulam, vel mensuram secundùm quòd contingit ipsam transcendere, vel ab ea deficere.

¶Hic primò præmittit quoddam præsuppositum. Secundò respondet quæsito distinctè duabus conclusionibus secundùm duo membra vnius distinctionis, quæ declaratur circa ipsas conclusiones. Et primò primam conclusionem, ibi. Virtutis autem &c. Secundò secundam, ibi. Alia verò &c. Supponit ergo Doct. Sanct. primò ex supradictis, quòd medium virtutis accipiatur per cōformitatem ad suam regulam, vel mensuram, secundùm quòd &c. vt in litera, & patuit ar.1.& tertio, & est fundamentum in ista materia. Consequenter cum dicit.

¶ Virtutis autem theologicæ duplex potest accipi mēsura. Vna quidem secundùm ipsam rationem virtutis, & sic mensura, & regula virtutis theologicæ est ipse Deus, fides enim nostra regulatur secundùm veritatem Diuinam, charitas autem secundùm bonitatem eius, spes autem secundùm magnitudinem omnipotentiæ, & pietatis eius, & ista est mensura excellens omnem humanam facultatem; vnde nunquàm potest Homo tantùm diligere Deum quantum diligi debet, nec tantùm credere, aut sperare in ipsum quantum debet; vnde multò minus potest ibi esse excessus; & sic bonum talis virtutis, non consistit in medio; sed tantò est melius quantò magis acceditur ad summum.

¶ Notat vnam distinctionem de duplici regula theologicę virtutis, & declarat primum membrum.

¶Circa quod ponit talem conclusionem responsiuam. Bonum virtutis theologicæ, vt respicit regulam ex qua habet esse virtus, non est in medio. Probatur, medium virtutis accipitur &c. vt dicit præsuppositum; sed regulam virtutis theologicæ ex qua habet, ꝙ sit virtus, non contingit transcendere, igitur conclusio vera.

¶Maior patuit. Pro minore nota primum membrum, quòd virtus theologica habet regulam vnam secundùm rationem virtutis (ideſt vt virtus theologica, & a qua regula hēt esse virtutis theologicæ, fides enim est virtus theologica; quia circa Deū, aliter spes, quia innititur Diuino auxilio ad beatitudinem consequendā) Ex parte autem subiecti non habet, quòd sit virtus, nec quòd theologica; sed tantùm ex parte subiecti habet tendere in illud, vel aliud secundùm dispositionem, & proportionem subiecti. Hoc notato arguitur pro minore. Mensura & regula virtutis theologicæ (a qua habet esse virtutis theologicæ) est Deus. Sed istam regulā nūquàm contingit excedere, igitur Minor vera. Maior ista patet, ibi fides enim nostra &c. Minor proxima patet, ibi, & ista est mensura excellens &c. Et nota, quòd Homo nunquàm potest Deum diligere quantum diligi dēt. (.ab aliquo ꝙ dēt infinitè diligi a Deo, sed tñ Homo pōt diligere q̄tū ipse tenetur pro hoc statu, vel alio. Sed D.S. vult, ꝙ Homo nō potest diligere quantum diligibilis est, quia infinitè, qui modus diligendi competit soli Deo. Vide secunda secundæ q.27.art.5. quia nulla creatura tenetur Deum diligere quantum diligibilis est; sed super omnia saltē habitu, vel virtute.

¶Et nota etiam, quòd si non potest esse excessus, ideo in virtute theologica hoc modo non est medium; quia medium est inter excessum, & defectum, hic autem non est excessus, igitur. Similiter stante virtute theologica, & habita, tunc ex ea non potest esse defectus; quia diligit Deum, & omnia diligibilia, licet non eodem modo ex parte agentis; sicut perfecta charitas; quia minima virtus, quæ in appetitu extendit se ad omnia, quæ continentur sub suo obiecto, vt patuit supra. Defectus igitur non est cum virtute theologica, respectu obiecti formalis. Deinde cum dicit.

¶ Alia verò regula, vel mensura virtutis theologicæ est ex parte nostra; quia etsi nō possumus ferri in Deum quantum debemus, debemus tamen ferri in ipsum credendo, sperando, & amando, secundùm mensuram nostræ conditionis; vnde per accidens potest in virtute theologica considerari medium, & extrema ex parte nostra.

¶ Ponit secundum membrum distinctionis de secunda regula virtutis theologicæ; quia videlicet mensurat theologicam, quo ad materiale obiectum, vel quo ad modum actus. Sicut peccator non debet sperare beatitudinem manendo in peccatis, & imperfectus non debet sperare tantum gradum beatitudinis; sicut perfectus. Vnde est ista conclusio. Per accidens potest &c. vt in fine corporis. Probatur, debemus ferri in Deum credendo, sperando, & amando secundùm mensuram nostræ conditionis; sed illam contingit transcendere, igitur per accidens ex parte nostra; maior nota ex dictis; quia ex parte nostra sumitur regula virtutis theologicæ. Minor patet ex solutione tertij; quia potest quis sperare a Deo plus, & maius quoddam, quàm sua conditio patiatur igit &c.

¶ Nota autem, quòd conclusio dicit per accidens; quia virtuti theologicæ accidit, quòd speranti, tale sperandum sit proportionatum, & huiusmodi.

¶ Pro maiori horum intellectu nota, vt potest haberi ex Doc. Sanct. secunda secundæ quæstio. 17. artic. 5. ad secundum, & alibi, quòd virtus illa per se consistit in medio, quæ per se respicit aliquod obiectum, & materiam, in quo potest esse excessus, & defectus per comparationem ad regulam. Et sic virtus moralis cum sit circa ea quæ regulantur ratione, non autem est circa ipsam regulam, ideo conuenit sibi per se (scilicet ratione per se obiecti) vt sit in medio. In ipsa enī regula nō est mediū, & extrema, ideo non contingit nimis conformari rationi &c. sed quia virtus theologica habet pro obiecto per se formali non materiam aliquam regulatam; sed ipsam regulam, & cum hoc primā, quam Homo nullo modo potest excedere, & ab illa regula etiam non pōt deficere stante virtute theologicæ (licet enim aliquis possit non credere Deo, sed quàm cito, vel vnum articulū discrederet, perit fides) iō ex parte obiecti formalis, quod est veritas prima, bonitas summa, omnipotentia Dei, fides non habet medium. Tamen fides, & spes habent obiecta secundaria, & materialia, scilicet ipsa credita, vel ipsa sperata, & circa hoc contingit esse excessum, & defectum, & per consequens, & medium. Fides enim tenet medium inter errorem Sabellij, & Arrij, quorum vnus ponebat indistinctionem personæ, & essentiæ. Alius autem cum distinctione personarum, etiam distinctionem naturæ. Fides enim catholica tenet medium, vt patet 1.par.q.27.ar 1.& q.31.ar 2. Quare isto modo fides secundùm D.S. in 3.distin.33. habet medium; licut virtus intellectualis, inquantum propositio vera media est inter duas falsas, sic spes pro obiecto formali habet omnipotentiam, & misericordiam Dei, cui nō pōt nimis inniti; pro obiecto autē materiali principali habet beatitudinem, pro materiali autem minus principali, alia bona sperata quæcunque, vt cōferunt ad beatitudinem, & ibi potest esse excessus. Potest enim aliquis præsumere sperando beatitudinem sine meritis, & potest sperare excedētia proportionem suam. Potest & aliquis desperare de his, quæ sibi sunt proportionata; spes autem sperat a se speranda, & quod dixi, quòd non cōingat deficere in defectu in virtute theologica respectu per se obiecti, habet D. S. in de virtutibus de spe ar.1.ad septimum pulchrè, vbi inter cætera, quæ hic valent, dicit. Virtus theologica hēt pro obiecto ipsam primam regulam non regulatam, & ideo sufficit qualitercunque cōtingere regulam ad rōnem virtutis, propter quā secundùm comparationem ad proprium, & formale obiectum, virtus theologica in medio non cōsistit; sed ex parte materialis obiecti pōt consistere in medio, & hoc accidit ei; sicut fides catholica in diuinis ꝓcedit, media inter hęresim Sabelli &c. vide Scotū.

Quæstio tuenda sit i medio

Scotus

¶ Nota quoque Scotum in 3.distin.26. ad secundum principale de ista materia, vbi dicit. Licet dicatur, quòd non est medium participans extrema; sed vniens ea. Potest tamen concedi, ꝙ virtus theologica est propriè media, non ex parte obiecti, sed ex parte excessus qui potest esse in actu. Virtus quidem moralis habet excessum, & defectum, non tantùm ratione modi actus; sed etiam ratione obiecti in quod tendit actus, nō sic theologica; quia obiectum in quod tendit est infinitum; sed in hoc potest tendere actu immoderato, aut in maius, aut in minus. Virtus autem moderatur, vt medio modo tendit in illud; & hoc modo potest concedi fidem esse mediam inter leuitatem qua quis nimis firmiter assentit ei quod non est credendum, iuxta illud. Qui cito credit leuis est corde, & inter pertinaciam qua quis nimis resistit credendis nolens alicui consentire, nisi per rationem naturalem ostendatur; sic etiam nimio amore potest quis tendere in aliquod diligibile, & nimis remisse, licet non in nimis bonum, nec in nimis verū. possit aliquis credendo tendere in Deum. Temperantia verò moralis requirit medium vtroque modo; quia potest in obiectum excedēs & deficiens, & tendere potest actu deficiente, & excedente, & ille secundus modus est communis virtuti morali, & theologicæ, primus non, hæc ille; vbi patet quomodo theologica ex parte obiecti. non est in medio, sicut moralis, & in hoc bene. Sed est dubiū, an theologica possit nimis parum tendere in obiectum proprium formale, & videtur quòd non, vt patuit circa corpus; sed verū est, quòd aliquis potest tendere in materiale obiectum in quod non debet in fide, vt patuit. Similiter in spe potest quis tendere in materiale principale, (.beatitudinem, eo modo quo non debet, vt patuit; sed verum est, quòd Homo qui deberet habere virtutem theologicā potest minus tendere; sed non per virtutē theologicā.

¶ Et

¶ Et confirmatur prima conclusio argum. in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ bonum virtutum intellectualium, & moralium cōsistit in medio per conformitatem ad regulam, vel mensuram, quam transcendere contingit; quod non est in virtutibus theologicis per se loquendo, vt dictum est.* *In corpo.

¶ Ad maiorem, dico, ꝙ vera est. Sed dico, ꝙ hoc est ideo, quia regula illarum virtutum non est per se obiectum virtutum. Sed aliqua materia in qua contingit à regula deficere. Hic autem regula ipsa est per se formale obiectum virtutum theologicarum, quod non contingit transcendere, & à quo per virtutem nō deficere, quia sufficit qualitercunque attingere.

¶ Ad minorem. Concedo, quia est circa summum obiectum, & perfectissimum, tanquam regulam; sed eo ipso non est in medio. Vnde negatur consequentia.

¶Et de hac solutione benè loquitur D.S. vbi statim in principio solutionis septimi. Ideo (inquit) virtutes morales sunt in medio, quia ad virtutē moralē pertinet attingere regulam rationis circa proprium, & per se obiectum. (.circa passiones, & operationes humanas. Omne autem regulatum, inquantum huiusmodi, habet rationem medij, quia quod à regula discedit est superfluū, & diminutum; sed virtus theologica habet pro obiecto ipsam regulam non regulatam, &c. vt statim allegatum fuit. Vbi patet, quòd neganda est consequentia, quia ibi (.(in alijs) est bonum; sed circa aliquod regulatum à regula, quæ non est obiectum virtutum, quam non contingat transcendere; sed hic est bonum circa regulam non regulatam, igitur non est par ratio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd virtutes morales, & intellectuales perficiunt intellectum, & appetitū nostrum in ordine ad mensuram, & regulam creatam; virtutes autem theologicę in ordine ad mensuram, & regulam increatam, vnde non est similis ratio.

¶Patet solutio ex iam dictis. Ad maiorem, dico, ꝙ medium virtutis moralis accipitur secundùm ꝙ appetitus regulatur per rationem circa aliquam materiam, quæ est obiectum virtutis, in qua contingit excedere, & deficere, & non est talis virtus, sicut circa obiectum, circa regulam non regulatam.

¶Nota D.S. in solutione secundi, ꝙ aliæ virtutes perficiunt. (.ad materiam in qua contingit excedere regulam creatam, & nō respiciunt regulam sicut obiectum. Sed theologicę respiciunt regulam increatam, sicut obiectum à quo habent rationem virtutis.

¶Minorem concedo, ꝙ theologica perficit intellectum, & voluntatem, sed in ordine ad regulam primam nullo modo regulatam, in qua non est excessus. Quare negatur consequentia, quia omne regulatū habet rationem medij, nō aūt regula prima, &c.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ spes est media inter præsumptionem, & desperationem ex parte nostra, inquantum. (.aliquis præsumere dicitur ex eo, ꝙ sperat à Deo bonum, quod excedit suam conditionem, vel non sperat, quod secundùm suam conditionem sperare posset; non autem potest esse superabundantia spei ex parte Dei, cuius bonitas est infinita. Similiter etiam fides est media inter contrarias hæreses, non per cōparationem ad obiectum, quod est Deus, cui non potest aliquis nimis credere; sed inquantū ipsa opinio humana est media inter contrarias opiniones, vt ex sup. dictis patet.* *Ar.2.& 3. ad tertiū.

¶Dico ad assumptum, ꝙ spes est media inter desperationem, & præsumptionem. Non in ordine ad obiectum formale principale, & ad regulam ex qua habet rationem virtutis. Sed quo ad nos, & in ordine ad regulam ex parte nostra, secundùm quam regulatur spes, quo ad sperandū materiale, vt patuit in corpore, quia præsumptio est, non quia nimis confidat de Deo, sed quia sperat aliquid à Deo, quod sibi non congruit sperare, propter indispositionem suam. Similiter desperat quis, nō quia non confidat Deū talia posse dare, sed quia non confidit se posse accipere propter suam indispositionem, vt patet 2.2.q.20.ar.2.ad secundum. De fide etiam dictum est, ꝙ est media inter duas hæreses, ex parte obiecti materialis, quod est creditum; quod quia verum, ideo potest esse medium inter excessum, & defectum, sicut virtus intellectualis. Sed non est media inter excessum, & defectum, quo ad obiectum formale, quod est veritas prima, vt patet 2.2.q.1.ar.1. Nullus enim potest excedere in credendo Deo, &c.

Quæstio sexagesimaquinta.

De connexione virtutum.

EDeinde considerandum est de connexione virtutū, & circa hoc quæruntur quinq;. Primò, vtrum virtutes morales sint adinuicem cōnexæ. Secundò, vtrum virtutes morales possint esse sine charitate. Tertiò, vtrū charitas possit esse sine eis. Quartò, vtrum fides, & spes possint esse sine charitate. Quintò, vtrum charitas possit esse sine eis.

¶Patuit ordo præcedenti quæstione, & tria fiunt in hac quæstione. Primò agitur de connexione moralium virtutum, art.1. Secundò de connexione earum ad charitatem, ar.2.& 3. Tertiò de connexione virtutum theologicarum adinuicem, art.4. Non quæritur autem hic de connexione moralium cum intellectualibus, vel econtra; quia de hoc satis dictum est sup.q.58.ar.4.& 5. quia vt etiam hic patebit, connectuntur tantùm cum vna intellectuali practica (.(.prudentia, &c.) De intellectualibus autem speculatiuis satis patet ex dictis supra. De quibus Scotus in 3.dis.36. Scotus: De habitibus inquit intellectualibus planum est, ꝙ non est necessaria eorum connexio, nisi fortè sint habitus subordinati, quales sunt habitus principiorum, & habitus conclusionum. Et in talibus prior potest esse sine posteriori, licet non e conuerso. Hæc ille, & benè. Et circa præsentem materiam concordat in non connexione intellectualium, & theologicarū, sed discordat de connexione prudentiæ cum moralibus, licet e contra morales cum prudentia connectat.

Vtrum virtutes morales sint adinuicem ex necessitate connexæ.

AD primum sic proceditur. Videtur, ꝙ virtutes morales non sint ex necessitate connexæ. Virtutes enim morales quandoque causantur ex exercitio actuū, vt probatur in 2.Ethic.* sed homo potest exercitari in actibus alicuius virtutis sine hoc, quòd exerciteturin actibus alterius virtutis; ergo vna virtus moralis potest haberi sine altera. Infra,q.73. ar.1.Et 2.2. q.146.ar.4. Et 3. q.85. art.6. co.1. Et 3 dis.35. artc.1.& 2. Et Veri. q. 5.art.2. Et quolib.12. ar.25.Et 6. Ethic.fin. * Arist.c.1. & 2.

¶ 2 Præt. magnificentia, & magnanimitas sunt quędam virtutes morales; sed aliquis potest habere alias virtutes morales sine hoc, quòd habeat magnificentiam, & magnanimitatem. Dicit enim Philosoph. in 4.Ethic.* ꝙ inops non potest esse magnificus, qui tamen potest habere alias quasdam virtutes, & ꝙ ille, qui paruis est dignus, & his se dignificat temperatus est, magnanimus autem non est; ergo virtutes morales nō sunt connexæ. *Arist.c.2.

¶ 3 Præt. sicut virtutes morales perficiunt partem appetituam animæ, ita virtutes intellectuales perficiūt partem intellectiuam; sed virtutes intellectuales non sunt connexæ; potest enim aliquis habere vnam scientiam sine hoc, quòd habeat aliam; ergo etiam neq; virtutes morales sunt connexæ.

¶ 4 Præt. si virtutes morales sint connexæ, hoc nō est nisi quia connectuntur in prudentia; sed hoc nō sufficit ad connexionem virtutum moralium; videtur. n. quòd aliquis possit esse prudens circa agibilia, quę pertinent ad vnam virtutem sine hoc ꝙ sit prudens in his, quæ pertinent ad aliam; sicut etiam aliquis potest habere artē circa aliqua factibilia sine hoc ꝙ habeat artē circa alia; prudentia autem est recta ratio agibilium; ergo non est necessārium virtutes morales esse connexas.

¶ Sed contra est, quod Ambrosius dicit super Lucā.* Connexæ sibi sunt concatenatęq; virtutes, vt qui vnam habet, plures habere videatur. Aug. etiam dicit in 6.de tri.* ꝙ virtutes quæ sunt in animo humano nullo modo separantur abinuicem. Et Greg. dicit 13.moralium,* ꝙ vna virtus sine alijs, aut omnino nulla est, aut imperfecta. Et Tullius dicit 2. de Tusculanis quæstionibus.* Si vnam virtutem confessus es te non habere, nullam necesse est te habiturum. *Amb. super illud, Brati Paup. spiri.li.5. * Aug. c.4. * Greg.c.1. *Tul.fol.7. à prin.lib.

¶Hic primò quærit an sint connexæ morales, ita quòd qui habet vnam, habeat omnes.

¶Respondeo dicendum, ꝙ virtus moralis potest accipi, vel perfecta, vel imperfecta. Imperfecta quidem moralis virtus, vt temperantia, vel fortitudo, nihil aliud est, quàm aliqua inclinatio in nobis existens ad opus aliquod de genere bonorum faciendum, siue talis inclinatio sit in nobis à natura, siue ex assuetudine.

¶D.S.in

¶D.S.in hoc articuli corpore respondet secundùm vnam distinctionem bimembrem. Et primò iuxta primum membrum, secundò quo ad secundum membrum, ibi. Perfecta autem virtus, &c. Quo ad primum primò præmittit distinctionem ipsam cum declaratione primi membri. Secundò subiungit primam conclusionem responsiuam, ibi. Et hoc modo, &c. Dicit ergo primò, ꝙ virtus moralis potest accipi, vel perfecta, vel imperfecta. Et exponit consequenter membrum primum, iuxta sup.dicta in q.58.art.4. ad tertium. Quia imperfecta virtus moralis nihil aliud est quàm inclinatio in nobis existens, vndecunq; veniat ad aliquod opus de genere bonorum; ita.s.ꝙ est inclinatio in id quod est secundùm rationem; sed non est cum ratione perfecta, nec habet perfectionem aliarum virtutum coniunctam. Deinde cum dicit.

¶Et hoc modo accipiendo virtutes morales non sunt connexæ; videmus enim aliquem ex naturali complexione, vel ex aliqua consuetudine esse promptum ad opera liberalitatis, qui tamen non est promptus ad opera castitatis.

¶Subiungit primam conclusionem responsiuam. Hoc modo accipiendo virtutes morales non sunt connexæ. Illam D.S. probat assumpto sensibili, & experimentali. Videmus aliquem ex naturali complexione, vel ex aliqua consuetudine esse promptũ ad opera liberalitatis, qui tamen non est promptus ad opera castitatis. Igitur virtutes morales, &c. Tenet consequentia, quia talis promptitudo est imperfecta moralis, vt patuit ex notabili, antecedens relinquitur notum ad sensum, &c. De hoc dicit D.S. de virtutibus cardinalibus, non sunt virtutes, quia virtute nullus malè vtitur; sed istis inclinationibus contingit malè vti, igitur, &c.

¶Perfecta autem virtus moralis est habitus inclinans ad bonum opus benè agendum, & sic accipiendo virtutes morales, dicendum est eas connexas esse, vt ferè ab omnibus ponitur.

¶Hic consequenter D.S. respondet iuxta secundum membrum. Quod primò declarat adiungens secundã conclusionem responsiuam. Secundò eam probat rationibus diuersis, ibi. Cuius ratio duplex, &c. Secũdum ergo membrum prædictæ distinctionis est, ꝙ virtus moralis perfecta, est habitus inclinans ad bonum benè agendum.s.seruatis omnibus debitis circunstantijs, prout videlicet oportet, & propter quid. Et vbi attingitur regula humanorũ actuum, videlicet recta ratio, secundùm cuius dictamen benè agitur. Conclusio secũda iuxta hoc membrum, accipiendo hoc modo virtutes morales, tunc sunt connexæ (præsertim quæ perficiunt secundùm communem statum vitæ humanæ) ita quòd tales sunt cõnexæ actu, & non tantùm in potentia propinqua. D.S. primò probat conclusionem auctoritate, quia ferè ista conclusio ab omnibus ponitur. Deinde cum dicit.

¶ Cuius ratio duplex assignatur, secundùm quòd diuersimodè aliqui virtutes cardinales distinguunt. Vt enim dictum est,* quidam distinguunt eas secundùm quasdam generales conditiones virtutum; vtpotè quòd discretio pertineat ad prudentiam, rectitudo ad iustitiam, moderantia ad temperantiam, firmitas animi ad fortitudinem, in quacunq; materia ista considerentur, & secundùm hoc manifestè apparet ratio connexionis; non enim firmitas habet laudem virtutis si sit sine moderatione, vel rectitudine, aut discretione, & eadem ratio est de alijs. Et hanc rationem connexionis assignat. Greg.22, moralium* dicens, quòd virtutes si sint disiunctæ non possunt esse perfectę secundùm rationem virtutis; quia nec prudentia vera est, quæ iusta, temperans, & fortis non est, & idem subdit de alijs virtutibus. Et similem rationem assignat Aug.in 6.de trini.*

*q.61.ar.3. & 4.

*Greg.c.1.

*Aug.ca.4.

¶Probat conclusionem secundam duplici medio. Notando, ꝙ contingit dupliciter loqui de moralibus cardinalibus, & vtroque modo vult conclusionem habere veritatem; possunt enim accipi virtutes morales cardinales pro generalibus conditionibus reperti in omni materia virtutis. Et possunt accipi pro distinctis habitibus secundùm diuersas materias, vt patuit sup.q.61.ar.3.ad quartum. Corroborat ergo conclusionem primò de moralibus primo modo acceptis, secundò de eisdem acceptis alio modo, ibi. Alij verò distinguunt, &c. Supposito ergo, ꝙ prudentia importat discretionem in quacunque materia obseruatam, & participatam ab appetitu. Et iustitia rectitudinem vbicunq; seruatam, &c. Probatur igitur conclusio de moralibus sic acceptis; Firmitas, quæ isto modo dicitur fortitudo, non habet laudem virtutis, si sit sine moderatione, vel rectitudine, aut discretione, & similiter de alijs, ita ꝙ moderatio non habet laudem virtutis sine rectitudine, ergo virtutes morales isto modo acceptæ sunt connexæ. Tenet consequentia, quia si vna sine alia non habet laudem, & rationem virtutis, benè sequitur, ꝙ vna non potest sine alia esse, & per consequens connexæ, antecedens patet. Et probatur auctoritate Greg. qui innuit hanc rationem; & ponit hoc antecedens similiter B.Augustt. Consequenter cum dicit.

¶Alij verò distinguunt prædictas virtutes secundùm materias, & secundùm hoc assignatur ratio connexionis ab Arist.6.Ethic.* quia sicut sup. dictum est,* nulla virtus moralis potest sine prudentia haberi, eo ꝙ proprium virtutis moralis est facere electionem rectã, cum sit habitus electiuus. Ad rectam autem electionem non solùm sufficit inclinatio in debitum finem, quod est directè per habitum virtutis moralis; sed etiam quòd aliquis directè eligat ea, quæ sunt ad finem, quod fit per prudentiam, quæ est consiliatiua, & iudicatiua, & præceptiua eorum, quæ sunt ad finem.

*Arist.ca. 10.3.

*q.58.ar.4.

¶Ostendit secundò conclusionem de moralibus cardinalibus acceptis secũdùm speciales materias, & pro habitibus distinctis, vt sup. declaratum fuit. Et arguitur post Philosoph.6.Ethicorum. Nulla virtus moralis potest sine prudentia haberi, nec prudentia potest haberi, nisi habeantur virtutes morales, ergo morales virtutes sunt connexæ; consequentia clara, quia prudentia requirit omnes morales communiter concurrentes, & è contra, &c. Antecedens ponit, & probat primò quo ad primam partem, secundò quo ad secundam, ibi. Similiter etiam prudentia, &c. Arguitur sic pro prima parte antecedentis, Virtutis moralis proprium est facere electionem rectam; sed ad rectam electionem non sufficit inclinatio in debitum finem, quod fit directè per virtutem moralẽ, sed etiam ꝙ aliquis discretè eligat ea, quæ sunt ad finem, quod fit per prudentiam, quæ est iudicatiua & præceptiua eorũ, quæ sunt ad finem. Maior patet, quia virtus moralis est habitus electiuus, idest faciens electionem rectam, saltem consequenter præuio iudicio prudentiæ. Electio enim est appetitus elicitiuꝙ, directiuꝙ rationis. Et patet illa ratio sup.q.58.ar.4. Tunc ibi.

¶Similiter etiam prudentia non potest haberi, nisi habeantur virtutes morales, cum prudentia sit recta ratio agibilium, quæ sicut ex principijs, procedit ex finibus agibilium ad quos aliquis rectè se habet per virtutes morales, vnde sicut scientia speculatiua non potest haberi sine intellectu principiorum, ita nec prudentia sine virtutibus moralibus, ex quo manifestè sequitur virtutes morales esse connexas.

¶Subnectit secundam partem antecedentis, quæ probatur sic. Prudentia est ratio recta agibilium, sed talis ratio procedit sicut ex principijs, ex finibus ad quos aliquis se habet benè per virtutes morales, ergo sicut scientia speculatiua non potest haberi sine intellectu principiorũ, sic nec prudentia sine virtutibus moralib.

¶Et hæc nota contra Burleum, & Scotum, quia omnes morales simul habent se, vt principium totale ad prudentiam veram, quare deficiente vna moralium, deficit principium prudentiæ, & per consequens prudentia ipsa, vt enim patebit ad quartum. Si sit defectus cuiuscunque principij, non potest dici recta ratio, etiam in speculatiuis in eadem scientia, sic deficiente quacunque virtute non erit prudentia. Vide ipsum in 6.Ethicor. in fine, vbi videtur huic arculo contrariari, quia vult, ꝙ possibile est habere vnam virtutem perfectissimam cum perfectione intrinseca, quæ acquiritur per proprias operationes, absq; alijs virtutibus, &c. Et vult ꝙ cõtingit habere prudẽciam circa materiam vnius virtutis absq; hoc, ꝙ habeatur prudentia in materia alterius virtutis; quia sicut sunt diuersæ scientiæ respectu diuersarum conclusionum, ita sunt diuersæ prudentiæ circa diuersas materias, &c. Sed nullitatẽ istorum dictorum ostendent solutiones Doc. Sanc. Nam Burleus sicut & Scotus nimis vilificat prudentiam veram, quia iuxta D.S. in de Virtutibus, q. 6. ad prudentiam pertinet rectè iudicare de singulis agibilibus, prout hic, & nunc aguntur; Vide de istis in Capreolo, in 3.dist.36.per totum; quia rectum dictamen, & bona voluntas non stant cum passionato, & si staret, non tamen diu. Ideo per peruersas electiones impeditur ratio recta, nec generatur habitus prudentiæ sine habitu virtutis moralis. Nam prudentia generatur ex frequenter benè præcipere. Ad rectum præceptũ autem sequitur recta voluntas, & benè agere, igitur non generatur prudentia, nisi & morales generentur. Et deficit Burleus, quia nõ aduertit, ꝙ principia, & conclusiones in moralibus conuertuntur. Non est quidem necesse, ꝙ qui habet vnam cõclusionem, habeat aliam; sed tamen qui habet conclusionem habet principia.

Capreolus

Scotus.

¶Nota Scotus in 3.dist.36.art.1.& 2. hic habitis veritatibus Peripateticis aduersatur. Sed nimis vilificat prudentiam, ad quam putat sufficere rectitudinẽ dictaminis sterilis, & indicatiui. Cum tamen præcipere, & exequi efficaciter, & in particulari iudicata sint potissimus actus prudentiæ. Quod vtique ad sensum claret, non fit vt in pluribus, nisi per bonam dispositionem appetitus, & per

Scotus.

per remotionem impedimentorum, quæ sunt ex passionibus, & malis affectionibus; falsum quoque supponit in ista materia, ꝙ ad rectum iudicium, quod est præceptum, non sequitur bona electio. Item potest esse mala electio propter falsam æstimationem particularis finis, quæ falsa æstimatio sequitur passiones, ideo ꝙa prudentiæ est æstimare benè de fine particulari, oportet appetitum esse sanum. Præterea, dato, ꝙ prudentiæ sit aliquo modo præstituere finem virtuti morali in particulari, hæc tamen propositio est in ordine ad imperium, & executionem, quæ requirit bonam dispositionem appetitus. Quare prudentia non generatur ex vno actu, vt ipse supponit etiam; sed per frequens præceptum, & executionem ad quam sequitur actus appetitus bonus, & tale frequens præceptum requirit bonum affectum in fine vniuersali, & particulari virtutis. Quare sicut D.S. habuit, q.58.ar.5. ad primum. Prudentia præsupponit virtutem moralem circa finem, & præcedit circa media. Et si aliquo modo dirigat in præstituendo finem, hoc est secundùm actus minus principales.s.cõsilium, & iudicium, sed secundùm actum suum proprium, qui est præceptum, necessariò requirit rectum affectum actualem, vel appetitum. Quare & habitus prudentiæ per multos actus reiteratos generatus non poterit generari, nisi & habitualis rectitudo generetur in appetitu, quæ est virtus moralis.

Supposita Scoti falsa.

¶Potes igitur facilè euacuare omnia argumenta Scoti in hac materia, quia supponunt prudentiam generari per vnum rectum iudicium. Supponunt etiam ꝙ sufficiat iudicium debile, & iudicatiuum; præsupponunt quoque ꝙ possit rectè iudicari, rectitudine sufficiente ad prudentiam cum prauitate appetitus, & sine recta electione sequente; & præsupponunt, ꝙ prudentia præstituat finem particularem virtutibus, & ad illam præstitutionem, vt prudentiæ cõpetit, non prærequiratur bonus appetitus, ex quo generatur virtus moralis. Quæ omnia esse falsa, & antiquę, & solidæ veritati sanctorum, & Arist. contraria, ostendit Capreo. dist.in.36. tertij, clarissimè, Ipsum videas.

Capreolus

¶Et confirmatur conclusio auctoritatibus positis in argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd virtutum moralium, quædam perficiunt hominem secundùm communem statum.s.quantum ad ea, quæ communiter in omni vita hominum occurrunt agenda; vnde oportet quòd homo simul exercitetur circa materias omnium virtutum moralium; & siquidem circa omnes exercitetur benè operando, acquiret habitus omnium virtutum moralium; si autem exercitetur benè operando circa vnam materiam, non autem circa aliam, puta benè se habendo circa iras, non autem circa concupiscentias; acquiret quidem habitum aliquem ad refrenandum iras, qui tamen non habebit rationem virtutis propter defectum prudentiæ, quæ circa concupiscentias corrumpitur; sicut etiam naturales inclinationes non habent perfectam rationem virtutis si prudentia desit. Quædam verò virtutes morales sunt, quæ perficiunt hominem secundùm aliquem eminentem statum, sicut magnificentia, & magnanimitas. Et quia exercitium circa materias harum virtutum non occurrit vnicuique communiter, potest aliquis habere virtutes morales sine hoc ꝙ habitus harum virtutum habeat actu, loquendo de virtutibus acquisitis; sed tamen acquisitis alijs virtutibus habet istas virtutes in potentia propinqua; cum enim aliquis per exercitium adeptus est liberalitatem, circa mediocres donationes, & sumptus, si superueniat ei abundantia pecuniarum, modico exercitio acquiret magnificentiæ habitum; sicut Geometer modico studio acquirit scientiam alicuius conclusionis, quam nunquam considerauit; illud autem habere dicimur, quod in promptu est, vt habeamus, secundùm illud Philosophi secundo Physic.* Quod parum deest quasi nihil deesse videtur. Et per hoc patet responsio ad secundum.

*Aristot. tex.56.

¶Ad maiorem, posset dici, ꝙ virtutes generantur ex exercitio actuum etiam interiorum, non solùm exteriorum. Ideo secundùm illum modum ostendi posset, generari virtus etiam vbi deficeret exterior materia, cum tamen adesset bona voluntas. Sed ꝙa hoc argumentum posset arguere, ꝙ etiam sine exercitio in actibus interioribus, &c. Ideo dicitur ad minorem, negatur minor de virtutibus, quæ perficiunt hominem secundùm communẽ statum. Et singulariter, ꝙ exerceatur tali exercitio, quod posset generare virtutem. Dico enim ꝙ si exerceatur in aliqua materia, & non in alia in communiter concurrentibus, potest quidem generari habitus; sed alijs absentibus non habet rationem virtutis propter defectum completiui rationis virtutis.s.prudentiæ. Et secundò propter condependentiam benè se habendi in vna materia ad aliam materiam. Intemperans enim diligens mulierẽ pulchram non faciet iustitiam modo virtuoso. Siustè. Secundò dico ad minorem, ꝙ vera est in his actibus virtutum quem non perficiunt secundùm communem statum. Illę enim secundùm D.S. hic non sunt cum alijs actu, sed tamen potentia propinqua, vt ostenderur argumento sequenti; Qui enim est liberalis, statim potest esse magnificus, accedente materia. Et D.S. in de Virtutibus loquitur quasi sub dubio, & posset dici, ꝙ non connectuntur secundùm actum, tamen secundùm habitum, præsertim si virtus potest acquiri ex actibus interioribus tantùm; potest enim esse dispositus homo, qui habet paruas pecunias, ꝙ si adesset materia vellet facere magnificè, &c. Negatur autem consequentia de cõmuniter occurrentibus, vt virtutes circa passiones, & actiones in quibus homines communiter versantur.

¶Ad secundum argumentum patet ex iam dictis, & dicitur formaliter ad maiorem, ꝙ magnificẽtia, & magnanimitas sunt quidem virtutes morales, non tamen perficiunt, secundùm communem statum, & ad ea, quæ communiter omnibus conueniunt. Ad minorem dicitur, ꝙ aliquis potest habere alias virtutes, non habendo illas, verum in actu, tamen in potentia, & dispositione propinqua; ergo non omnes sunt connexæ. Verum, omnes simpliciter, tamen omnes in quarum materia homo communiter se exercet; in talibus enim si quis exerceret se in vna materia, & nõ alia, tunc id quod acquireretur per exercitationem, & si esset habitus, non tamen virtus, quia si in vna benè se habet, & in alia malè, ibi non potest esse prudentia, secundùm quam quis vniuersaliter se benè habet, &c.

¶ Nota tamen, ꝙ si quis diceret habitum virtutis acquiri per actus interiores, posset dicere, ꝙ magnificentia adesset etiam pauperi cui non suppetit materia. Et huic videtur fauere quoddam verbum D.S.2.2.q.152.ar.3.ad secundum. vbi dicit, connexio virtutum accipitur secundùm illud, quod est formale in virtutibus, idest secundùm charitatem, vel prudentiam; non autem secundùm id, quod est materiale in virtutibus, nihil enim prohibet alicui virtuoso suppetere materiam vnius virtutis, non autem materiam alterius, sicut pauper habet materiam temperantiæ, non autem materiã magnificentiæ. Et hoc modo alicui habenti alias virtutes deest materia virginitatis (.i.prædicta integritas carnis) tamen potest id qđ est formale in virginitate habere, vt.s.sit in præparatione mentis prædictæ integritatis conseruandæ propositũ, si hoc sibi competeret; sicut pauper potest in præparatione animi habere propositum magnificos sumptus faciendi si sibi competeret. Et similiter ille, qui est in prosperitate, habet in præparatione animi propositum aduersa æquanimiter tolerandi, & sine hac præparatione animi non potest aliquis esse virtuosus. Hæc D.S, in forma, vbi videtur posse haberi, ꝙ pauper habeat, quod est formale magnificentiæ, & facit hominem virtuosum. Sed posset dici iuxta iam dicta, ꝙ illud propositũ est quidem principale principium magnificentiæ, sed nisi quis se exerceat in actibus exterioribus non habet habitum in se, sed solùm in potentia propinqua; iuxta enim sup.dicta, q.20.ar.4. quidam actus, qui sunt penosi, nati sunt voluntatem remittere dum exercentur. Et ideo potest quis quidem proponere se velle facere, quod requiritur ad virtuosum; sed nisi se exercitauerit faciendo talia opera, nõ habet habitum virtutis in se. De ista materia habet D.S. in quarto sententiarum, dist.15.q.1.ar.1.q.1.ad tertium. Principale in virtute potest accipi dupliciter. Vno modo principale in ipsa, inquantũ est virtus. Et sic ea, quæ ad rationem pertinent, vel ei magis propinqua sunt, principaliora sunt in virtute, & sic electio, & interiores actus in virtute (inquantum est virtus) principaliores sunt. Alio modo potest accipi principale in virtute, inquantum est talis virtus. Et sic principalius in ipsa est ex quo determinationem recipit. Actus autem interiores in aliquibus virtutibus determinantur per exteriores; quia electio, quæ est communis omnibus virtutibus, ex hoc, ꝙ est electio talis actus efficitur propriè huius virtutis, & sic actus exteriores in aliquibus virtutibus sunt principaliores, & ita est in satisfactione. Hæc ille. Ex quibus videtur, ꝙ in certis virtutibus (quæ.s.versantur circa actus exteriores) oporteat ipsos actus exercere, & non solùm habere in voto, alias non esset electio efficax talis virtutis; sed esset velleitas quædam conditionata. Quare videtur haberi ex istis, ꝙ virtus talis non possit haberi, nisi per exercitium exteriorum actuum. Simile habet D.S. tertio sententiarum, distin.9.q.1.ar.1.q.1.ad secundum. vbi dicit, Quamuis virtus habeat, ꝙ sit virtus ex actu interiori (.s.electione) tamen ꝙ sit determinata virtus, habet ex actu exteriori, quia nostra electio determinatur per actum exteriorem, qui elicitur, secundùm quem virtus attingit proprium obiectum (vel materiã) ex quo specificatur actus, vel habitus. Et ideo virtutes quædam habent actus exteriores, non solùm interiores, sicut patet de fortitudine, & iustitia. Hæc ille. Et clarius quàm in prioribus, nam dicit ex exteriori (.s.actu) qui elicitur. Patet ergo quid sit sentiendum iuxta mentem Doc. Sanc.

¶Ad

¶Ad tertium dicendum, quòd virtutes intellectuales sunt circa diuersas materias adinuicem non ordinatas, sicut patet in diuersis scientijs, & artibus; & ideo non inuenitur in eis connexio, quæ inuenitur in virtutibus moralibus existentibus circa passiones, & operationes, quæ manifestè habent adinuicem ordinem; nam omnes passiones à quibusdam primis procedentes, scilicet amore, & odio, ad quasdam alias terminantur, scilicet delectationem, & tristitiam; & similiter omnes operationes, quæ sunt virtutis moralis in materia, habent ordinem adinuicem, & etiam ad passiones; & ideo tota materia moralium virtutum sub vna ratione prudentiæ cadit; habent tamen omnia intelligibilia ordinem ad prima principia; & secundùm hoc omnes virtutes intellectuales dependent ab intellectu principiorum, sicut
In corpo: prudentia à virtutibus moralibus, vt dictum est; principia autem vniuersalia quorum est intellectus principiorum non dependent à conclusionibus de quibus sunt reliquæ intellectuales virtutes, sicut morales dependent à prudentia, eo ꝙ appetitus mouet quodammodo
q.9.art.1. q.58.ar.5. ad 1.& ar.4. & in cor. rationem, & ratio appetitum, vt sup. dictum est.

¶Ad maiorem, est quidem simile in hoc, sed sunt multæ differentiæ ex altera parte; cum quia in virtutibus intellectualibus nõ se habent conuertibiliter principia, & conclusiones; sed in moribus necesse est, ꝙ quicunq; habet principia (.s. morales virtutes) habeat & conclusionem. s. prudentiam, & è contra. Tum quia intellectuales nõ connectuntur in materia, sicut morales, quia sunt circa diuersa genera non ordinata adinuicem; tum quia intellectuales virtutes ordinantur ad particularem finem, sed morales ordinantur ad vltimum finem, ad quem homo non ordinatur, nisi in omnibus se benè habeat.

¶Ad minorem, vera est, vt D.S. in principio solutionis declarat. Sed consequentia negatur, quia non est par ratio, vt patuit, quia omnes morales dependent à se inuicem quo ad materiam; constat enim ꝙ omnes, quæ sunt circa passiones connectuntur in principio, & sine omnium passionum, quia omnes oriuntur ex amore, & odio, & terminantur ad tristitiam, vel delectationem; quare si quis in amore delectationis se malè habet, & in passionibus concupiscibilis nimis diligendo cutem suam, malè se habebit in passionibus irascibilis, circa. s. timorem, vt potest deprehendi ex sup. dictis, q.61.ar.4. ad primum. Similiter, & operationes ad alterum, & ad passiones; & ex defectu circa passiones sequitur defectus circa operationes. Si quis enim per temperantiã non moderatur concupiscentias, ipse sequendo concupiscentias faciet ali cui iniuriam, & violabit iustitiam.

¶Et secundò dicitur ad minorem (vt tangatur totum, quod est in solutione D.S.) Vera, virtutes intellectuales non sunt connexæ in principijs proprijs, & propinquis; tamen in principijs primis à quibus omnes dependent; & tunc dico, ꝙ sicut à primis principijs omnes dependent, ita prudentia dependet à moralibus, & è contra morales à prudentia, ꝙ non est in scientijs vbi conclusiones dependent à principijs, & non è contra; quare negatur consequentia, quia hic principia, & conclusiones se habent conuertibiliter non in scientijs, &c.

¶Et nota verbum D.S. & ideo tota materia moralium virtutum sub vna ratione prudentiæ cadit (.i. prudentia respicit totam materiam moralem collectam ex passionibus, & operationibus, sicut adæquatum obiectum ratione connexionis materiæ.) Quare ruit fundamentum Burlei, ꝙ quis possit prudens esse circa vnam materiam, & non circa aliam. Et ruit quoq; quod ponit Burleus (.s. distinctas prudentias, & multas circa materiam moralem) patet nullitas hic, quia tota materia est vnum obiectum, & per consequens vnus habitus, &c. Dico enim ꝙ sicut vna inclinatio ad id quod est de genere bonorum, non assistente perfecta ratione, nõ est virtus (immo res periculi) ita recta æstimatio in vna materia virtutis moralis, & nõ in alia, non meretur dici prudentia; sed ad modum dicendi Arist. 6 Ethicor. Dinothica, vel industria, vel naturalis, vel acquisita. Sicut enim (vt habetur ad quartum) si sit defectus cuiuscunque principij in intellectualibus, ratio non potest esse perfecta in illa arte, vel scientia, puta Geometria; nam error vnius principij inducit errorem in totam scientiam, ita defectus prudentiæ circa vnam materiam, quę se habet, vt pars totalis materiæ, & obiecti prudentiæ, destruit prudentiam circa alia, &c.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ ea, quæ inclinant virtutes morales se habent ad prudentiam, sicut principia; non autem factibilia se habent ad artem, sicut principia; sed solùm sicut materia. Manifestum est autem, quòd & si ratio possit esse recta in vna parte materiæ, & non in alia, nullo tamen modo potest dici ratio recta si sit defectus cuiuscunque principij, sicut si quis erraret circa hoc principium. Omne totum est maius sua parte, non posset habere scientiam Geometricam, quia oporteret multum recedere à veritate in sequentibus. Et prætera agibilia sunt ordinata adinuicem, non autem factibilia, vt dictum est,* & ideo defectus prudentiæ circa
*Ad 2.arg. propositu. vnam partem agibilium induceret in defectum etiam circa alia agibilia, quod in factibilibus non contingit.

¶Ad maiorem, dico, ꝙ sic, & è contra etiam, quia prudentia omnes requirit illas, quæ perficiunt secundùm communem statum actu, & alias in proposito, & potentia propinqua.

¶Minor negatur, ꝙ hoc non sufficiat, & negatur illud videtur, & negatur similitudo adducta de arte. Dico enim, ꝙ est duplex differentia. Primò, quia moralia se habent ad prudentiam, sicut principia à quibus dependet; sed artificialia se habent ad artem solùm, sicut materia; modo ratio potest esse perfecta circa vnam materiam vnius generis non existens perfecta circa materiam omnino disparatam, & dependentem ex principijs omnino disparatis; & sic potest esse vna ars sine alia. Sed non contingit, ꝙ in eadem arte, & eadem materia quis malè se habeat in vno principio, & in alijs connexis se benè habeat, vt D.S. exemplificat in Geometria, & potest esse exemplum in arte scriniatoria, si quis cum circino non sit perfectus in omnibus penè deficiet. Ita prudentia, quia respicit omnes morales, quasi principia in vna arte, ideo non contingit malè se habere in vna materia, & in alijs vt in plurimũ benè, quod requiritur ad prudentiam, quare illud videtur est falsum. Secunda differentia, quia artificialia factibilia sunt disparata non habentia ordinem adinuicem; non enim sartor dependet in materia à fabro, & sic de alijs; sed agibilia dependent, & habent ordinem in materia, & defectus vnius inducit defectũ alterius, vt patuit iam ad tertium. Ideo negatur consequentia, & minor est falsa, & probatio eius, &c.

Vtrum virtutes morales possint esse sine charitate.

Infra q.65. ar.4.q.1.2. q.3.ar.2.ad 3. q.10. ar.1.ad 2. q.107. ar.1.ad 2.Et q.113. ar.3.ad 2. Et quod. 2. ar.4.q.15. *Arist. &c. Rom.

AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ virtutes morales possint esse sine charitate. Dicitur enim in libro sententiarum Prosperi, quòd omnis virtus præter charitatem potest esse communis bonis, & malis; sed charitas non potest esse nisi in bonis, vt dicitur ibidem; ergo aliæ virtutes possunt haberi sine charitate.

¶ 2 Præt. virtutes morales possunt acquiri ex actibus humanis, vt dicitur in secundo Ethicor.* sed charitas non habetur nisi ex infusione, secundùm illud Ro.5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritũ sanctum, qui datus est nobis; ergo aliæ virtutes possunt haberi sine charitate.

¶ 3 Præt. virtutes morales connectuntur adinuicem, inquantum dependent à prudentia; sed charitas non dependet à prudentia, immo prudentiam excedit, secundùm illud Ephe.3. Supereminentem scientiæ charitatem Christi; ergo virtutes morales non connectuntur charitati, sed sine ea esse possunt.

Ephes.

¶ Sed contra est, quod dicitur pri.Io.3. Qui non diligit manet in morte; sed per virtutes perficitur vita spiritualis; ipsę enim sunt quibus rectè viuitur, vt Augustin. dicit in secundo de libe.arbi.* ergo non possunt esse sine directione charitatis.

1.Ioan.3. *August. &c.

¶Hic consequenter secundò quærit de connexione moralium virtutum cum charitate. Et primò inquirit an virtutes morales possint esse sine charitate. Secundò è conuerso, an charitas possit esse sine moralibus artic. sequenti.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est,* virtutes morales, prout sunt operatiuæ boni in ordine ad finem, qui non excedit facultatem naturalem hominis, possunt per opera humana acquiri; & sic acquisitæ sine charitate esse possunt, sicut fuerunt in multis Gentilibus.

*q.63.ar.3. &1.

¶D.S. absoluit quæsitum respondendo distinctè. Vnde ponit duas conclusiones responsiuas, secundùm quandam distinctionem supra habitam bimembrem. Secundam ponit ibi. Secundum autem, &c. Resumit ergo virtualiter distinctionem habitam sup. q.63. artic.2. & 3. ꝙ sunt duplices virtutes morales. Quædam operatiuæ boni, in ordine ad finem proportionatum rationi humanæ

manæ constitutæ in puris naturalibus. Cõclusio prima huic membro correspondens, tales virtutes possunt esse sine charitate. Probatur, tales virtutes possunt per opera humana acquiri, ergo possunt esse sine charitate. Antecedens patuit vbi iam, & etiam probatur hic, quia non excedunt facultatem naturalem hominis. Tenet consequentia, quia charitas solùm est in nobis per infusionem, vt patet. Et excedit omnem facultatem hominis, ergo per opera humana non potest acquiri. Nec per consequens connectitur cum acquisibilibus per opera humana. Et confirmatur hæc ratio, quia tales virtutes fuerunt in multis Gentilibus, quorum plures non habuerunt charitatem, ergo nõ necessariò connectuntur.

¶Secundum autem ꝙ sunt operatiuę boni in ordine ad vltimum finem supernaturalem, sic perfectè, & verè habent rationem virtutis, & non possunt humanis actibus acquiri, sed infunduntur à Deo; & huiusmodi virtutes morales sine charitate esse non possunt.

¶ Hic consequenter procedit ad secundam conclusionem responsiuam. Et primò ponit ipsam conclusionem cum secundo membro prædictæ distinctionis. Secundò eã probat, ibi. Dictum est enim sup. &c. Tertiò infert quoddam corollarium ex dictis, ibi. Patet igitur ex dictis, &c. Secundum ergo membrum distinctionis est, ꝙ aliæ sunt morales virtutes operatiuæ boni ad finem supernaturalem vltimum, & perfectæ sunt morales virtutes, quæ sup. dictæ sunt morales infusæ. Tunc ibi.

*Art.1. huius q. & q. 58.ar.4.

¶ Dictum est enim supra,* ꝙ aliæ virtutes morales non possunt esse sine prudentia; prudentia autem non potest esse sine virtutibus moralibus, inquantum virtutes morales faciunt se habere benè ad quosdam fines, ex quibus procedit ratio prudentiæ. Ad rectam autem rationem prudentiæ multò magis requiritur, ꝙ homo benè se habeat circa vltimum finem, quod fit per charitatem, quàm circa alios fines, quod fit per virtutes morales; sicut ratio recta in speculatiuis maximè indiget primo principio indemonstrabili, quod est contradictoria non simul esse vera; vnde manifestum fit, quòd nec prudentia infusa potest esse sine charitate, nec aliæ virtutes morales consequenter, quæ sine prudentia esse non possunt.

¶Probat conclusionem secundam, & arguitur sic, post D.S. Prudentia infusa non potest esse sine charitate, ergo nec aliæ morales consequenter. s. infusę, & per consequens omnes sunt cum charitate connexæ. Tenet consequentia, quia aliæ morales infusæ (.s. quæ perficiunt appetitum) non possunt esse sine prudentia, ergo de vltimo ad primum, si aliæ morales non possunt esse sine prudentia, & prudentia non sine charitate, sequitur, ꝙ nulla infusa potest esse sine charitate. Illud antecedens D.S. relinquit notum à simili de moralibus acquisitis, quia tales non possunt esse sine prudentia acquisita, ergo nec illæ sine infusa.

¶Antecedens principale (.s. prudentia infusa non potest esse sine charitate) Probatur, prudentia (.s. infusa) non potest esse sine moralibus (.s. infusis) ergo multò minus sine charitate. Antecedens relinquitur notum à simili de prudentia acquisita, vt patuit art.1. Consequentia probatur in litera, prudentia non potest esse sine virtutibus moralibus, inquantum virtutes morales faciunt se habere benè ad quosdam fines (.s. proprios, & propinquos) virtutum, vt temperantia facit inclinationem in delectationes modo conuenienti ciui de ciuitate Dei, vt patuit q.63. artic.4. ex quibus procedit ratio prudentiæ. Sed ad rectam rationem, quæ est prudentia infusa, multò magis requiritur, ꝙ homo se benè habeat circa vltimum finem, quod fit per charitatem, quàm circa alios fines, quod fit per virtutem moralem; igitur consequentia bona, ꝙ si præsupponat inclinationem ad finem virtutis propinquum, multò magis in vltimum, quod fit per charitatem. Minor ista declaratur exemplariter; recta ratio in speculatiuis maximè indiget primo principio indemonstrabili, quod est contradictoria non simul esse vera, igitur & recta ratio practica (.s. prudentia) multò magis præsupponit benè se habere circa summũ finẽ, &c.

¶Nota, ꝙ hæc consequentia (.s. prudentia requirit benè se habere ad finem virtutis moralis, ergo ad vltimum finem) tenet gratia materiæ, suppositо, ꝙ talis virtus moralis infusa subordinatur vltimo fini, & ab ipso dependet, vt potest patere ex dictis, q.63. quia morales habent fines propinquos dependentes (sicut ex principio) ex virtute theologica, charitate (hoc inquam resumpto ex ar.3 vbi iam, vbi dicebatur, ꝙ theologicę habẽt se ad infusas morales, sicut ratio naturalis ad acquisitas) benè sequitur, ꝙ si prudentia illas præsupponit, videlicet morales, & illam præsupponit, videlicet charitatem; quia in essentialiter ordinatis dependens à secundo, vel ipsum prærequirens, prærequirit & primum, vt patet per philosophiam, quare consequentia D.S. benè valet attentis attendendis, &c. Quare instantia nihil valeret, si quis argueret, prudentia acquisita requirit benè se habere ad fines virtutum moralium propinquos, igitur & requirit benè se habere ad finem vltimum modo supernaturali, vt fit per charitatem; licet enim requirat appetitum vltimi boni, secũdùm communem rationem; non tamen modo supernaturali, vt fit per charitatem. Non valet vt patuit, quia tales fines proprij harum moralium non essentialiter dependent ab vltimo fine, vt est obiectum charitatis, vt est in proposito; potest enim Gentilis modo naturali se benè habere ad finem temperantiæ absq; charitate Dei, sed non ad finem temperantiæ infusæ, quæ se habet modo proportionato beatitudini desideratæ, & Deo summè charo. Vide ar.4. ad primum.

¶Nota secundò, quod D.S. dicit, ꝙ contradictoria non esse simul vera, est primum principium indemonstrabile, hoc enim aliqui negauerunt. Sed breuitatis causa vide 4. Metaphy. q.3. in Soncinate. Deinde ibi.

¶Patet igitur ex dictis, ꝙ solę virtutes infusę sunt perfectæ, & simpliciter dicendæ virtutes, quia benè ordinant hominem ad finem vltimum simpliciter; aliæ verò virtutes. s. acquisitæ sunt secundùm quid virtutes, non autem simpliciter; ordinant enim hominem benè respectu finis vltimi in aliquo genere, non autem respectu finis vltimi simpliciter.

¶Ex dictis infert corollariũ tale, solę virtutes infusę sunt perfectæ, & simpliciter dicendæ virtutes; aliæ autem (.s. acquisitæ) sunt secundùm quid virtutes, non autem simpliciter. Probat primò ratione. Secundò auctoritate, ibi. Vnde Ro. 14. Ratione sic. Infusæ ordinant hominem ad finem vltimum simpliciter, sed acquisitæ ad vltimum secundùm quid (.s. respectu vltimi finis in aliquo genere, non autem ad vltimum simpliciter) ergo primæ sunt virtutes simpliciter, aliæ secundùm quid. Antecedens patet ex dictis. Consequentia tenet, quia virtus ordinat hominem ad bonum, & ex hoc habet rationem virtutis; ergo si ordinat ad bonum simpliciter, est virtus simpliciter; & si ad bonum secundùm quid, est virtus secundùm quid. Et innititur ista consequentia illi Topicę, sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, &c. Tunc ibi.

¶Vnde Ro.14. super illud Omne, quod non est ex fide peccatum est, dicit glo. Aug.* Vbi deest agnitio veritatis, falsa est virtus etiam in bonis moribus.

* Habetur ad Ro. 14. in glo.ord. sumitur ex lib. sent. ex August. de cesp.c.106.

¶Probat corollarium, præsertim quo ad secundam eius partẽ, auctoritate glo. Aug. vbi dicit. Vbi deest cognitio veritatis (.s. per fidem formatam) falsa est virtus etiam in bonis moribus. Et dicitur falsa virtus. i. imperfecta, non quasi vitium. Non enim est necessarium ad hoc, quòd actus humanus sit moraliter bonus, & inculpabilis, quòd dum actus ille elicitur, actualiter referatur in vltimum finem; sed sufficit, quòd referatur de proximo in aliquem finem bonum. Et ideo infidelis potest intendere bonum finem, licet non vltimum, in quem dirigit fides. Vnde ad bonitatem moralem cuiuscunque actus, non requiritur assistentia gratię habitualis, vel fidei, aut charitatis; sed solùm requiritur ad bonitatem actus vltimatam, quæ est meritoria. Vnde August. intelligitur, quod est falsa virtus propter carentiam vltimatæ bonitatis, De istis in Doc. Sanc. secunda secundæ, quæst. 23. artic. 7. & in Capreolo, in 2. di. 41. in principio solutionum, & per totum. Et fuit aliquid tactum sup. q.63. artic.2. ad primum. Vide etiam inf. q.88. artic.1. ad secundum.

Capreolus

ARGVMENTVM in contrarium corroborat secundam conclusionem responsiuam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd virtutes ibi accipiuntur secundùm imperfectam rationẽ virtutis; alioquin si virtus moralis secundùm perfectam rationem virtutis accipiatur, bonum facit habentem, & per consequens in malis esse non potest.

¶ Ad maiorem, quòd omnis virtus præter charitatem potest esse communis bonis, & malis. Si intelligitur vniuersaliter, negatur, quia morales infusæ non possunt esse sine charitate; sed intelligitur, quòd omnis virtus imperfecta, quæ habentem non facit simpliciter bonum, quæ bonitas consistit in esse gratum Deo, & dignum beatitudine. Si autem intelligitur de virtute, quæ bonum facit habentem, non potest stare, quia si bonum facit habentem, ideo non est communis ipsis malis.

¶Minor vera, charitas non est nisi in bonis simpliciter. Et tamen sine charitate est quis bonus secundùm quid per virtutes humanas. Vltra, ergo aliæ virtutes possunt haberi sine charitate. Verum, acquisitæ imperfectæ, vt volebat prima conclusio, &c. Et nota verbum Doc. Sanc. quia virtus secundùm perfectam rationem est, quæ bonum facit habentem, scilicet bonitate gratuita, & supernaturali, & quasi diuina, participata tamen; quod non facit nisi virtus connexa charitati. Nan solùm ordinans ad bonum simpliciter vltimum, est virtus simpliciter, &c.

¶Ad

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ratio illa procedit de virtutibus moralibus acquisitis.

¶Ad maiorem, virtutes morales aliquæ,verùm,possunt acquiri ex humanis actibus, quæ sunt virtutes secundùm quid, quia non ordinatæ ad bonum vltimum hominis.

¶Minor vera,vltra,ergo aliæ quædam possunt haberi sine charitate acquisitæ,& secundùm quid virtutes,ordinantes iuxta modum dicendi, D.S.in secunda secundæ, ad bonum secundarium, verum quidem,sed imperfectum. Sunt enim aliquæ virtutes falsæ,sicut prudentia auarorum,& tales ordinãtur ad bonum secundarium falsum,&c.Est hæc ratio probatio conclusionis primæ.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ si charitas excedat scientiam,& prudentiam, tamen prudentia dependet à charitate,vt dictum est,* & per consequens omnes virtutes morales infusæ. *In corpo:

¶Maior vera,sed dico,ꝙ morales infusæ dependent à prudentia infusa,& ipsa ab eis, & multò magis à charitate.

¶Minor vera,non dependet charitas à prudentia,tamen vt benè operetur per potentias quibus imperat,requirit prudentiam,& alias sibi connexas,vt patebit artic.seq. sicut enim potentia intellectiua humana non dependet à sensitiua, tamen eam si debet operari præexigit;ita & in proposito,superius nanq; non dependet ab inferiori,quia dependere est per aliud habere esse, vel operari; quod non est superioris ad inferius, tamen superius potest inferius ad operationem suam exigere,sicut causam sine qua nõ, vt artificis instrumentum; sed tamen inferius non est causatiuum actionis propriè superioris, sic sensus non elicit intellectionem,esto requiratur.

¶Dico secundò ad minorem,iuxta D.S.ꝙ charitas non dependet à prudentia, tamen è contra prudentia dependet à charitate, vt patuit, & per consequens omnes aliæ morales, quia ipsę sine prudentia esse non possunt, vt deductum est in articulo. Negatur consequentia de infusis,&c.

Vtrum charitas sine alijs virtutibus moralibus haberi possit.

G Vir.q.1. artic.10.ad 4. Et q.2 ar.3. ad 8. Et q. 5.ar.2. cor. Et quol.12. ar.23.fi. 3.Cor.13.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd charitas sine alijs virtutibus moralibus haberi possit. Ad id enim ad quod sufficit vnum, indebitum est,quòd plura ordinentur;sed sola charitas sufficit ad omnia opera virtutis implenda,vt patet per id quod dicitur pri.Cor.13. Charitas patiens est,benigna est,&c. ergo videtur ꝙ habita charitate aliæ virtutes superfluerent.

¶ 2. Præt. Qui habet habitum virtutis de facili operatur ea,quę sunt virtutis,& ei secundùm se placent,vnde & signum habitus est delectatio, quæ fit in opere, vt dicitur in secundo Ethicorum; * sed multi habent charitatem absq; peccato mortali existentes,qui tamen difficultatem in operibus virtutum patiuntur, neq; eis secundùm se placent,sed solùm secundùm quòd referuntur ad charitatem; ergo multi habent charitatem, qui non habent alias virtutes. *Arist.c.3.

¶ 3 Præt. Charitas in omnibus sanctis inuenitur, sed quidam sunt sancti, qui tamen aliquibus virtutibus carent. Dicit enim Beda,ꝙ sancti magis humiliantur de virtutibus quas non habent,quàm de virtutibus quas habent glorientur; ergo non est necessarium, ꝙ qui habet charitatem omnes virtutes morales habeat.

¶Sed contra est, quod per charitatem tota lex impletur. Dicit enim Rom.8.quòd qui diligit proximum legem impleuit; sed tota lex impleri non potest, nisi per omnes virtutes morales, quia lex præcepit de omnibus actibus virtutum, vt dicitur in 5.Ethic.* ergo qui habet charitatem,habet omnes virtutes morales. Aug.etiam dicit in quadam epist,* ꝙ charitas includit in se omnes virtutes cardinales. Rom.8. *Arist.c.1. & 2. * Id habet Aug ser.1. Dñi.4. post octa.epiph. qui est ser. 46.de tpe. Id hẽt etiã in li.de laudib.charitatis.c.1. & in trac.de quatuor virtutibus.

¶Hic quærit conuersim ad articulum præcedentem, & patet.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ cum charitate simul infunduntur omnes virtutes morales.

¶ Doc. Sanc. in corpore primò ponit conclusionem responsiuam,quam etiam resumit in sequentibus. Secundò eam probat, ibi Cuius ratio est.Tertiò infert quædam corollaria,ibi.Et sic patet,&c. Conclusio responsiua est.Cum charitate simul infunduntur omnes virtutes morales. Et nota, quòd Doc. Sanc. non dicit, quòd necesse sit,ꝙ simul infundantur necessitate absoluta, quasi non possint sine seinuicem fieri;sed intelligitur conclusio secundùm decentiam Diuinæ sapientiæ, & bonitatis, vt D.S.habet in de Virtutibus,q.2.in corpore. Concordat Scotus in tertio,dist.36. artic.4. Vnde dicit. Quæcunque separari possunt in esse, potest Deus separare in fieri. Et ideo quantum est ex se non necessariò connectuntur in infusione,sed ex liberalitate Diuina connectuntur; quia Deus totum hominem perficit. Probatur conclusio,primò supponendo post Apost. ad Ro.5. quòd charitas est in nobis per infusionem diuinam.Et est quidam effectus gratuitus Dei. Scotus

¶Cuius ratio est,quia Deus non minus perfectè operatur in operibus gratiæ, quàm in operibus naturæ;sic autem videmus in operibus naturæ, quòd non inuenitur principium aliquorum operum in aliqua rę, quin inueniatur in ea,quæ sunt necessaria ad huiusmodi opera perficienda, sicut in animalibus inueniuntur organa quibus perfici possunt opera ad quæ peragenda anima habet potestatem.

¶ Hic consequenter probat conclusionem respõsiuam, tali ratione. Deus non minus perfectè operatur in operibus gratiæ, quàm in operibus naturæ; sed in operibus naturæ non inuenitur pcincipium (scilicet imperatiuum,vel exequutiuum) aliquorum operum in aliqua re,quin inueniantur in ea,quæ sunt necessaria ad huiusmodi opera perficienda (subsumitur.) Sed charitas est principium (.s.imperatiuum, & motiuum) omnium bonorum operum, quæ in finem vltimum ordinari possunt; igitur oportet (de congruo) ꝙ cum charitate (inclinante in finem) infundantur virtutes morales,quibus homo perficit singula genera bonorum operum, quibus peruenit ad illum finem, in quem charitas inclinat. Huius rationis D.S. primò ponit maiorem,& minorem tertiò subsumptam ibi. Manifestũ est autem &c. Maior ergo patet,quia cum opus gratiæ naturam perficit,& sit excellentius natura etiam fit modo minus defectiuo.

¶ Minor patet exemplariter in litera, in animalibus quibus dat principia,quæ sunt potentiæ,vel imperatiuæ, vel executiuæ; & etiam dat organa, & instrumenta quibus exequantur, & quia graue ordinat natura ad effendum deorsum,dedit & sibi grauitatem, per quam deorsum veniat daliciter, & suauiter, &c. Deinde cum dicit.

¶ Manifestum est autem, quòd charitas inquantum ordinat hominem ad finem vltimum, est principium omnium bonorum operum,quæ in finem vltimum ordinari possunt; vnde oportet,ꝙ cum charitate simul infundantur omnes virtutes morales, quibus homo perficit singula genera bonorum operum.

¶Subiungit subsumptam, quæ probatur sic, quia virtus respiciens finem imperat,& mouet alias, quæ sunt circa ea, quæ in finem ordinari possunt;sed charitas ordinat hominem ad vltimum finem (.s.in Deum) & obiectum beatitudinis,igitur præcipit omnibus, quæ possunt ordinari ad finem; sed actus omnium virtutum moralium sunt ordinabiles,igitur omnes præcipit,quas potentiæ imperatæ non benè exequerentur, nisi essent perfectæ virtutibus charitati correspondentibus,ergo.

¶Et nota, ꝙ charitas ordinat hominem ad vltimum finem secundùm proprium actum quem elicit, qui est Deum diligere super omnia;sed ipsa in voluntate circa illum finem existens,adiocat omnes actus aliarum potentiarum, præcipiendo vt fiant ad consecutionem,& propter honorem illius finis,qui non perfectè fierent (.s.promptè,& delectabiliter) nisi adessent virtutes, & ergo Deus cum charitate (quæ dicitur operari opera propria elicita,& opera imperata) infundit virtutes, quæ imperium charitatis promptè exequantur. Et ista intendit D.S.vbi dicit,cum charitate simul infunduntur omnes virtutes morales, quibus homo perficit (.s.elicitiuè) singula genera bonorum operum; quæ opera ipsa charitas habet perficere imperatiuè illis virtutibus mediantibus. De his supra,quæst.63.artic.3. vbi habetur fundamentum huius artic.quare D.S.multa supponit ibidem dicta,&c.

¶Et sic patet, quòd virtutes morales infusæ, non solùm habent connexionem, propter prudentiam, sed etiam propter charitatem; & quòd qui amittit charitatem per peccatum mortale, amittit omnes virtutes morales infusas.

¶Hic vltimò Doc.Sanc.infert duo corollaria. Primum est.Virtutes morales infusæ non solùm habent connexionem propter prudentiam, sed etiam propter charitatem. Patet iam ex dictis, quia principia executiua connectuntur cum imperatiuis. Secundum corollarium, qui amittit charitatem per peccatum mortale amittit omnes morales virtutes infusas. Patet ex dictis, quia connectuntur charitati,ergo ipsa amissa, & ipsæ amittuntur.

¶Confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶Ad

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd de hoc, quòd actus inferioris potentiæ sit perfectus, requiritur quòd nõ solùm adsit perfectio in superiori potentia,sed etiam in inferiori. Si enim principale agens debito modo se haberet,non sequeretur actio perfecta,si instrumentum non esset benè dispositum; vnde oportet ad hoc,ꝙ homo benè operetur in his,quæ sunt ad finem, quòd non solùm habeat virtutem, qua benè se habeat circa finem, sed etiam virtutes quibus se benè habeat circa ea, quæ sunt ad finem; nam virtus, quæ est circa finem se habet vt principalis,& motiua respectu eorum, quæ sunt ad finem; & ideo cum charitate necesse est etiam habere alias virtutes morales.

¶Maior vera,si sufficit omni modo,& æquè perfectè, tunc indebitum est,ꝙ plura ordinentur. Minor negatur,sufficit quidem ad omnia imperanda, sed non ad implenda. Ad probationem dico,quòd charitas patiens est, & benigna, non quasi ipsa actus istos eliciat, sed quia habet secum annexas patientiam, & benignitatem,quibus imperat etiam ipsa sine eis non perfectè faceret exequi. Vnde secundùm Doc.Sanc.alibi. Charitas dicitur patiens, benigna, quasi denominata ab alijs virtutibus, inquantum ducit actus omnium virtutum, quare negatur consequentia. Et Doc. Sanc. ostendit falsitatem minoris,concordat ad supra dicta,quæstio.33.artic.4. quia charitas sufficit quidem ad benè se habendum ad Deum immediatè, vt patuit,quæst.63.articu.3. ad secundum; sed non sufficit ad omnes actus bonos eliciendum, quia quantumcunque voluntas perfecta sit, nisi & potentiæ ab ea mobiles quo ad actus virtuosos sint perfectę, non sequeretur perfectum opus, quare minor est falsa, quòd charitas sola sufficiat omni modo, &c.

¶Ad secundum dicendum, quòd quandoq; contingit, quòd aliquis habens habitum patitur difficultatem in operando, & per consequens non sentit delectationem, & complacentiam in actu propter aliquod impedimentum extrinsecus superueniens; sicut ille, qui habet habitum scientię,patitur difficultatem in intelligendo propter somnolentiam,vel aliquam infirmitatem; & similiter habitus moralium virtutum infusarum patiuntur interdum difficultatem in operãdo propter aliquas dispositiones contrarias ex præcedentibus actibus relictas, quæ quidem difficultas non ita accidit in virtutibus moralibus acquisitis, quia per exercitium actuum quo acquirũtur, tolluntur ẽt contrarię dispositiones.

¶Ad primam partem maioris,primò,qui habet habitum virtutis de facilè operatur, nisi adsint impedimenta,vt D.S.declarat de habente scientiam, qui non facilè operatur propter somnolentiam,aut ebrietatem. Ad secundam partem.s.& ei secundùm se placent, dico, ꝙ in principio sufficit, quòd ea, quæ sunt virtutis non displiceant,& non contristent,præsertim secundùm voluntatem, & rationem. Et non oportet, ꝙ à principio delectabiliter operetur secundùm appetitum sensitiuum, quia quandoque ad virtutem sufficit sine tristitia operari propter molestias, quæ in sensualitate sentiuntur; quare supra dictum fuit, ꝙ iustus gaudet quidem semper de opere iusto, non autem semper delectatur. Et Philoso.habet 3.Ethic. ꝙ forti sufficit sine tristitia operari, & ꝙ quæ virtutis sunt secundùm se placeant voluntati,&c. Et ad probationem dico, ꝙ vera est,cum non adsint impedimenta.

¶Ad minoris primam partem dico, quòd verum est,quòd patiuntur difficultatem propter dispositiones ex actibus priorum peccatorum deriuatas, esto habeant habitum virtutis infusæ, qđ quidem non contingit in virtutibus acquisitis per exercitium actuum, per quos simul contrariæ dispositiones tolluntur, & habitus virtutum generantur. Secundam partem minoris concedo, sed hoc non est contra rationem virtutis infusæ, quæ à principio non semper ita tollit sensum passionum,sicut acquisita, nisi fortè miraculosè,sed facit virtus infusa,ꝙ & si sensualitas renitatur, non tamen dominetur,& sufficit, quòd voluntati,& rationi tale opus placeat,& vt dixi sensualitas non prævaleat, & nullo modo obediatur concupiscentijs peccati; quare negatur consequentia, tum quia cum habitu stat difficultas operandi propter malam dispositionem relictam,tum quia non oportet, ꝙ sensualitas perfecta habitu delectetur in opere virtutis,& habitus infusi,sed sufficit,ꝙ non dominetur rationi,& voluntati, quod fit stante virtute infusa infallibiliter.

¶Sed circa hoc est notandum, quòd licet per vnum simplicem actum non corrumpantur habitus acquisiti, tamen actus contritionis habet quòd corumpat habitum vitij generatum ex virtute gratiæ. Vnde in eo, qui habuit habitum intemperantiæ cum conteritur non remanet cum veritate temperantiæ infusæ habitus intemperãtiæ in ratione habitus,sed in via corruptionis quasi dispositio quædam; dispositio autem non contrariatur habitui perfecto,quare stare potest,ꝙ dictum est,quòd virtus infusa reperiat impedimentum.s.malam dispositionem ex peccatis præteritis relictam. Hæc inuenies in solutione D.S.hic, & in de virtutibus,&c. D.S.hic respondet primò ad maiorem. Deinde ad minorem,ibi. Et similiter habitus,&c.

¶Ad tertium dicendum,quòd aliqui sancti dicuntur aliquas virtutes non habere,inquantum patiuntur difficultatem in actibus earum ratione iam dicta,*quamuis habitus omnium virtutum habeant. *In corpo. artic.

¶Minor negatur,ꝙ careant habitibus,sed aliqui carent prompta executione illarum virtutum, propter rationem iam dictam ad secundum,videlicet propter impedientes dispositiones,&c. Et ita intelligitur dictum Bedæ, ꝙ humilientur de virtutibus quas non habent, quantum ad difficilem vsum virtutum. Vnde negatur consequentia, quia esto omnes habitus virtutum omnes sancti habeant,quia tamen inclinationem, quæ est ex natura, vel ex dono gratiæ, aliquis habet magis ad opus vnius virtutis, quàm alterius, ideo contingit,ꝙ aliquis promptior est ad actum vnius virtutis, quàm alterius. Et secundùm hoc dicuntur sancti aliquas virtutes habere,ad quarum actus sunt magis prompti. Et aliquas non habere ad quas sunt minus prompti, hæc est sententia Doc. Sanc.alibi. Sed hic dicit, ꝙ sit propter impedimenta, & dispositiones contrarias, &c.

Vtrum fides, & spes possint esse sine charitate.

H Infra,q.71. ar.4.cor.

AD quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ fides, & spes nunquam sint sine charitate, cum enim sint virtutes theologicæ, digniores esse videntur virtutibus moralibus etiam infusis;sed virtutes morales infusę non possunt esse sine charitate,ergo neque fides,& spes.

¶ 2 Præt. nullus credit nisi volens, vt August. dicit super Ioan.* sed charitas est in voluntate,sicut perfectio eius, vt supra dictum est; * ergo fides non potest esse sine charitate. *Aug.trac. 26.in Ioan. *q.62.ar.3.

¶ 3 Præt. August. dicit in Enchir.* quòd spes sine amore esse non potest, amor autem est charitas; de hoc enim amore ibi loquitur; ergo spes non potest esse sine charitate. *Aug.c.8.

¶ Sed cõtra est, quod Matth.pri.dicitur in glo.* ꝙ fides generat spem, spes verò charitatem; sed generans est prius generato, & potest esse sine eo; ergo fides potest esse sine spe,& spes sine charitate. * Glo. interli.ibi.

¶ Consequenter Doc. Sanc. ostendit connexionem theologicarum virtutum inter se, & primò fidei, & spei ad charitatem in articulo isto. Secundò è conuerso charitatis ad spem, & fidem articulo sequenti.

¶ Respondeo dicendum,ꝙ fides,& spes,sicut & virtutes morales dupliciter considerari possunt. Vno modo secundùm inchoationem quandam. Alio modo secundùm perfectum esse virtutis.

¶ Doc.Sanc.distinctè respondet. Vnde primò ponit vnum notabile distinctiuum. Secundò subiungit conclusionem responsiuam bimembrem, ibi. Sic igitur fides, &c. Circa primum primò facit, quod dictum est. Secundò declarat secundum membrum distinctionis,ibi.Cum enim virtus,&c. Dicit ergo primò,ꝙ fides, & spes dupliciter considerari possunt. Vno modo secundùm inchoationem quandam,& hoc intellige non quasi substãtia, & habitus fidei sint inchoata, & non adsint. Hoc enim esset malè intelligere,sed oportet intelligere, ꝙ substantia ipsa fidei adsit in intellectu ex Diuina infusione, sed ex illa non completur ratio virtutis,immo habet se materialiter ad id quod aduenit ex voluntate,& constituit illum habitum in esse virtutis; sicut inclinatio in opus de genere bonorum absque prudentia est inchoatio virtutis,& ergo dicit Doc.Sanc. sicut & virtutes morales possunt dupliciter considerari, & ergo illa inchoatio non intelligitur quasi fides ante sui existentiam sit educibilis de potentia mentis humanæ, hoc enim sup.q.63.artic.1. in fine corporis ostensum est falsum; sed illa inchoatio refertur non ad substantiam fidei, vel spei,sed ad esse virtutis,ita ꝙ substantia ipsa fidei, & habitus informis est inchoatio, & quoddam imperfectum in esse virtutis. Vnde Doc.Sanc. in de Veritate, Mate.14.artic.6. ad primum. id quod fides ex charitate recipit est sibi accidentale secundùm genus naturæ,sed essentiale,prout refertur ad genus moris. Et ideo per hoc ponitur in genere moris virtutis, hæc ille. Alio modo considerantur fides,& spes in esse virtutis.Consequenter est dicit.

¶Cum

¶ Cum enim virtus ordinetur ad bonum opus agendum, virtus quidem perfecta dicitur ex hoc, ꝙ potest in opus perfectè bonum, quod quidem est dum nõ solùm bonum est, quod fit, sed etiam benè fit; alioquin si bonum sit quod fit, non autem benè fiat, non erit perfectè bonum. Vnde nec habitus, qui est talis operis principium habebit perfectè rationem virtutis, sicut si aliquis operetur iusta, bonum quidem facit, sed non erit opus perfectæ virtutis, nisi hoc benè faciat, idest secundùm electionem rectam, quod est per prudentiam, & ideo iustitia sine prudentia non potest esse virtus perfecta.—

¶Declarat secundum membrum prædictæ distinctionis, quare dicatur aliqua virtus perfecta, quare imperfecta. Perfecta enim dicitur virtus, quia opus facit de genere bonorum, & benè, idest obseruatis omnibus circunstantijs, & sic inclinatio virtutis moralis cum procedit in actum secundum electionem directam à prudentia obseruando eius discretionem est perfecta virtus, si autem facit quid bonum, & non benè est perfecta virtus, & exempli ficat D.S. de iustitia.

¶ Sic igitur fides, & spes sine charitate possunt quidem aliqualiter esse; perfectę autem virtutis rationem sine charitate non habent. ———

¶ Hic consequenter D.S. procedit ad conclusionem respõsiuam. Et primò eam ponit quo ad ambas partes. Secundò probat secundam partem, ibi. Cum enim fidei, &c. Tertiò ipsam conclusionem resumit cum probatione per viam compendij, ibi. Et ideo fides, & spes, &c. Conclusio est. Fides, & spes sine charitate possunt aliqualiter esse (.s. secundùm id, quod est ex parte intellectus, & secundùm substantiam habitus) perfectæ autem virtutis rationem sine charitate non habent. Primam partem D. S. relinquit notam. Nam multi fideles inueniuntur, qui perfectè per intellectum assentiunt omnibus, quæ sunt fidei, & innituntur primæ veritati, & tamen non habent charitatem, ergo fides potest aliqualiter esse sine charitate. Sed quia talis assensus non est perfectus in genere cognitionis, quia ineuidens; ideo principium eius non meretur dici virtus, non quidem intellectualis, quia ad illam requiritur euidentia. Nec theologica, quia non est principium actus theologicè boni, idest meritorij, ideo prima pars vera. Deinde cum dicit.

¶ Cum enim fidei opus sit credere Deo, credere autem sit alicui propria voluntate assentire, si non debito modo velit, non erit fidei opus perfectum; quòd autem debito modo velit, hoc est per charitatem, quæ perficit voluntatem; omnis enim rectus motus voluntatis ex recto amore procedit, vt August. dicit 14. de ciuitate Dei.* Sic igitur fides est quidem sine charitate, sed non perfecta virtus, sicut temperantia, vel fortitudo sine prudentia. ——— *Aug.ca.9.

¶Probat secundam partem conclusionis. Et primò de fide. Secundò de spe, ibi. Et similiter dicendum, &c. Quo ad primum arguitur sic, tunc fides habet rationẽ perfectæ virtutis, quando potest in opus perfectè bonum, sed sine charitate nõ potest in opus perfectè bonum, ergo, &c. Maior nota ex notabili. Minor probatur, & supponitur, ꝙ opus fidei sit credere, & assentire alicui propria voluntate, tunc arguitur sic. Si aliquis non debito modo velit assentire, non erit opus fidei perfectum, sed ꝙ aliquis debito modo velit assentire (.s. ex amore Dei) hoc est per charitatem, ergo opus fidei non est perfectum sine charitate, vt voluit minor. Maior probatur extra literam, quia actus progrediens à duabus potentijs, ad hoc, ꝙ sit perfectus requirit perfectionem vtriusque potentiæ (vt patuit sup. q.56.ar.4.in corpore) sed assensus fidei est intellectus, & voluntatis, igitur ad hoc ꝙ sit bonus, oportet, ꝙ intellectus tendat in verum, & ꝙ voluntas velit intellectum assentire debito modo, ergo maior vera. Minor patet, quia charitas perficit voluntatem, ergo facit eam debito modo velle, vt.s. non solùm credat Deum, & Deo, sed in Deum etiam, ita ꝙ velit assentire dictis à Deo circa Deum, & ex amore, quod est credere debito modo. s. credendo ipsum amare. Et secundò confirmatur illa minor auctoritate Beati Augustini, quia omnis rectus motus voluntatis ex recto amore procedit, ergo & voluntas credendi recta, &c. Et innuit D.S. probationem à simili, sicut se habet temperantia, vel fortitudo ad prudentiam, ita fides ad charitatem; sed temperantia, vel fortitudo est imperfecta virtus sine prudentia, cum ipsa autem est perfecta virtus, ergo, &c. Inde ibi.

¶Et similiter dicendum est de spe, nam actus spei est expectare futuram beatitudinem à Deo, qui quidem actus perfectus est si fiat ex meritis, quę quis habet, qđ non potest esse sine charitate; si autem homo expectet ex meritis, quæ nondum habet, sed proponit in futurum acquirere, erit actus imperfectus, & hoc potest esse sine charitate. ———

¶ Arguitur pro secunda parte conclusionis de spe, sic. Spes sine charitate non habet perfectè bonum opus, sed cum charitate habet, igitur sine charitate esto sit aliqualiter, non tamen habet rationem virtutis. Consequentia tenet ex notabili. Antecedens probatur, supponendo, ꝙ actus spei, vel opus, est expectare futuram beatitudinem à Deo. Tunc sic, expectare beatitudinem à Deo ex meritis, quæ quis habet, est actus perfectus, si autem hanc expectet ex meritis, quæ nondum habet, sed proponit in futurum acquirere, erit actus imperfectus; sed primum non potest esse sine charitate, secundum autem potest esse sine charitate, igitur conclusio vera, quo ad ambas partes conclusionis. Maior patet, quia expectare beatitudinem ex meritis, est hominem esse dignum beatitudine, & ipsa beatitudo taliter expectanti debetur, non autem speranti sine meritis; nam spes habet initi Diuinæ liberalitati, & meritis. Minor nota, quia sine charitate nullum est meritũ, vt infra patebit, q.114.ar.4. Tunc ibi.

¶Et ideo fides, & spes possunt esse sine charitate, sed sine charitate propriè loquendo virtutes non sunt; nam ad rationem virtutis pertinet, vt non solùm secundùm aliquod bonum operetur, sed etiam benè, vt dicitur in secundo Ethicor.* ——— *Arist.

¶Infert conclusionem secundariò, & resumit probationem per viam compendij, & patet; De hac materia, præsertim de fide, vide D.S.2.2.quęst.4.artic.5. vbi ostendit fidem infirmam non esse virtutem. Et stat in hoc fundamentũ, quia licet fides, vt est intellectus habeat actum bonum; sed non ea bonitate, quę sufficiat ad faciendam fidem virtutem, sed oportet addere perfectionem, quam consequitur ex hoc, quòd est intellectus moti à voluntate bona, gratuita bonitate, quæ est per charitatem; vnde quamuis fides informis, & formata non differant specie propria, & ratione obiecti immediati, tamen differunt sicut perfectum, & imperfectum in eadem specie (scilicet naturæ) tamen species communis, quę est ex obiecto charitatis participatur à fide formata, non autem informi, &c. Et secundùm Doc. Sanc. in de Veritate, ordo charitatis intelligitur in fide secundùm esse moris, & virtutis. Scotus in tertio, dist.36. artic.4. conformat se hic dictis; tamen sub alijs verbis, & refert modum essendi Doc. Sanc. & alium addit. Dicit enim, vtrum fides, vel spes sine charitate esset virtutes, scilicet si sine charitate infundentur. Dici potest sicut prius dictum est de virtutibus moralibus, quòd in specie sua possunt esse perfectæ, inquantum sunt principia propriorum actuum respectu propriorum obiectorum; sed perfectionem illam vltimam quam habent in attingendo finem ad quem ordinantur ex charitate non possunt habere sine ipsa; & hæc quidem perfectio licet dicatur esse in attingendo finem per aliquam operationem elicitam, siue per ordinem istarũ, vel earum actuũ ad finem (qđ est dictum Sanc. Doc.) potest tamen dici esse præcipuè in hoc, quod est acceptari à Deo ordinãdo ad beatitudinem, sic quippe nulla virtus, nec eius actus acceptatur sine charitate, quæ sola diuidit inter filios regni, & perditionis, hæc ille. Scotus. Scotus.

¶Se nota Thomista, quòd Scotus illam acceptabilitatem reducit in charitatem, supponens ex secundo, distin.27. indistinctionem, & idemptitatem charitatis, & gratiæ. Doc. autem Sanctus distinguens eas attribuit illam gratiæ, sed ordinem ad vltimum finem, per quem habent esse bonum simpliciter meritorium, attribuit charitati, sed acceptabilitatem gratiæ in de Veritate, Mate. 27.artic.5 ad quintum.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primam partem conclusionis respõsiuæ.

¶Nota pro isto argumento, quòd fides generat spem, & spes charitatem impropriè, quasi in genere causæ dispositiuæ. Et de hoc infra, q.66.artic.6 ad tertium. Fides generat spem, &c. secundùm quòd vna disponit ad aliam; & vt præintelliguntur in via generationis charitati non habent rationem perfectæ virtutis sed charitas iterum generat fidem, & spem in genere causæ efficientis in ratione virtutis, vt potest patere ex dictis in q.62.art.4. & ita fides, & spes possunt esse sine charitate, sed non virtutes, & probat primam partem conclusionis.

¶Nota tamen, ꝙ in proposito est difficultas, an videlicet fides, & spes infundantur à Deo sine charitate, sed de hoc habes 2.2.q.6.artic.2.ad tertium. quòd sic; quia non est dubium quin contingat adultum baptizari, & esse fictum fictione non enuantante effectum, & veritatem sacramenti; sed & in proposito peccati mortalis, talis recipiet fidem, non tamen charitatem cui opponitur fictio prædicta, non autem fidei, & spei informibus. Casus est in 4. sententiarum, de possibili consentit, & Scot. in 3. dist.36.ar.4. Scotus

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd virtutes morales dependent à prudentia, prudentia autem infusa, nec rationem prudentiæ habere potest absque charitate, vtpotè

vtpotè deficiente debita habitudine ad primum principium, quod est vltimus finis; fides autem, & spes secundùm proprias rationes, nec a prudentia, nec a charitate dependent; & ideo sine charitate esse possunt, licet non sint virtutes sine charitate, ut dictum est, * ——— *In corp. artic.

¶Ad maiorem, fides, & spes, cum sint virtutes Theologicæ, videntur esse digniores virtutibus moralibus etiam infusis. Dico, ꝙ fides, & spes sine charitate non sunt virtutes Theologicæ, quia non virtutes. Et tamen dico secundò, quòd etiam ipse informes sunt digniores moralibus ratione materiæ, & obiecti, sed non in ratione virtutis, quia cognoscere, vel patum, & ratione topica de rebus Diuinis maius est, quàm multa, & perfectè de rebus minimis; & quia de ratione virtutis est facere opus bonum, & respicere appetitum rectum; ideo fides secundùm id tantùm, quod est in intellectu, non habet rationem virtutis, vt potest patere ex dictis supra, quæst.56.art.3. Minor vera est, & est ratio duplex; vna trahitur ex supra dictis, quæst.63.artic.3. quia morales infusæ dependent, sicut ex per se principio a virtutibus Theologicis, præsertim charitate; sicut virtutes morales, & intellectuales ab habitu principiorum, sine quo nullo modo esse possunt. Et secunda ratio, quia morales infusæ dependent a prudentia infusa, quæ nõ habet rationem prudentiæ, nisi in habitudine ad vltimum finem, qui est per charitatem, vt patuit artic.2. Fides autem, & spes ſm proprias rationes, non dicunt habitudinem ad appetitum rectũ, nec ad prudentiam. Possunt enim fides, & spes stare cum præsente peruerso appetitu, nec requirunt bene agere pro nunc. Ideo negatur consequentia; & hanc solutionem intendit D. S. etiam secunda secundæ, quæst.77.artic.13. ad secundum.

¶Et nota, quòd ratio fidei propria consistit in sola cognitione, non autem prudentiæ. Similiter propria ratio speciei stat in confidentia erga Diuinam liberalitatem, & misericordiam, & præsupponit quidem necessariò amorem cõcupiscentiæ beatitudinis, sed talis amor non est virtutis; & hoc est quod dicit D.S. in de Verita. Matc.14. artic 2. ad decimum. actus fidei essentialiter consistit in cognitione, & ibi est perfectio eius quantũ ad formam, vel speciem, quod patet ex obiecto; sed quantum ad finem perficitur in affectione, quia ex charitate habet, ꝙ sit meritoria finis, hæc ille.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de fide, quæ habet perfectam rationem virtutis. ———

¶D.S facilè se absoluit dicens, ꝙ hæc ratio probat, quòd fides perfecta non potest esse sine charitate; sed oportet rationem hanc melius examinare, ne videatur probare, quòd etiam fides informis non possit esse sine charitate, quia & illa nullus credit, & assentit nisi volens. Dicitur igitur ad maiorem, nullus credit nisi volens; sed dico, ꝙ actus voluntatis prærequiritur ad fidem, non tamen actus voluntatis charitate informatus, sed actus quidam voluntatis præcedit, qui est appetitus boni repromissi. Ex hoc enim aliquis inducitur ad fidem, quia credẽtibus promittitur beatitudo; vnde talis amor est amor suiipsius. s. credentis amicitiæ, & concupiscentiæ beatitudinis, istam glo. maioris habes in D.S. secunda secundæ, q.4.ar.7.ad 5. & in de Veri. vbi supra in eadem solutione. Sed addo, ꝙ voluntatis actus charitate informatus sequitur charitatem, quæ credere facit pp ipsum Deum summè charum & appreciatũ, & dignum, vt sibi credatur tanquam summũ bonũ. Ad minorẽ, concedo quidem, ꝙ charitas est in voluntate, capiẽdo pro potentia, sed nõ informat omnem actum voluntatis, præsertim cum qui præcedit fidem, quia non potest voluntas perfici perfecto amore, qui est charitas, nisi intellectus habeat prius rectam cognitionem. Quare negatur consequentia, quia nõ sequitur, voluntas, præcedit fidem, ergo charitas, vt patuit, &c.

Scotus. ¶Nota de materia huius solutionis Scot. in tertio, dist.25. vbi videtur carpere quædam hic posita, & in corpore artic. volens, ꝙ intellectus credentis, non a voluntate, sed ab obiecto determinatur, nec per consequens ad fidem requiritur aliquis habitus, præsertim qui sit charitas in voluntate, qa aliàs aliquis crederet quodcunq; vellet. Sed ad hoc dicitur primò post D.S. in de Veri. Mate. 14.art.2.ad 10. ꝙ intellectus determinatur quo ad specificationem actus ex voluntate, non mediante habitu necessariò, sed tamen mediante affectione ad bonum promissum. Secundò dicitur, ꝙ voluntas non quæcunq; determinat intellectum, sed voluntas rationalis, cui per rationem proponitur obiectum fidei sub ratione credibilis, & merito credendi, vt declarat D.S. secunda secundæ, q.2.art.9.ad 3. quia videlicet ratio dicit illud credibile, est confirmatum miraculis, & credere ipsum est meritorium vitæ ęternæ; ideo voluntas determinat intellectum, nõ tamen credibile ipsum mouet rationem, sed ratio credendi proponitur a ratione voluntati, quæ mota vlterius mouet rationem; nec est par ratio de quolibet, quia non quodlibet proponitur voluntati per rationem iudicantem aliquid esse credendum, sicut nec est ratio, quare credẽtur astra paria; sed in his, quæ sunt fidei, est ratio, quare hoc habeatur, tanquam credibile; non quidem, ꝙ ipsum credibile moueat intellectũ, sed quia ratio credendi, & interior instinctus mouent rationem, & voluntatem, & volũtas determinat intellectum ad vnam partem; falsum quoq; omnino est, ꝙ voluntas determinet ad intellectum solùm ad exercitium, & nũquam ad specificationem, & determinationem, vel vnam partem contradictionis. De hac tamen materia magis 2.2.q.4.arti.2. vbi D.S. ponit ex intentione, quæ Scotus videtur vbi supra impugnare, &c. Scotus.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ Aug. loquitur ibi de spe, ſm ꝙ aliquis expectat futuram beatitudinem per merita, quæ iam habet, quod non est sine charitate. ———

¶Ad maiorem, intelligitur de spe perfecta meritis iam habitis innitens, talis enim sine amore amicitiæ Dei esse non potest, spes autẽ imperfecta non est sinè amore, sed imperfecto (.s. amore boni sperati, & suiipsius) vt patuit supra q.62.artic.4.ad tertium.

Vtrum charitas possit esse sine fide, & spe.

AD quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ charitas possit esse sine fide, & spe. Charitas enim est amor Dei; sed Deus potest a nobis amari naturaliter, etiam nõ præsuppositа fide, uel spe futuræ beatitudinis; ergo charitas potest esse sine fide, & spe. I

¶ 2 Præt. Charitas est radix omnium virtutum, ſm illud Ephes.3. In charitate radicati, & fundati; sed radix aliquando est sine ramis; ergo charitas potest esse aliquando sine fide, & spe, & aliis uirtutibus. Eph.3.

¶ 3 Præt. In Christo fuit perfecta charitas, & ipse tñ nõ habuit fidem, & spem; quia fuit perfectus comprehẽsor, ut infra dicet; * ergo charitas potest esse sine fide, & spe. *Par.3.q.7. ar.3.& 4. Ei q.9.ar.2. Et q.15.ar.10. Heb.11.

¶Sed contra est, quod Apostolus dicit Heb.11. Sine fide impossibile est placere Deo, quod maximè pertinet ad charitatem, vt patet secundùm illud Prouerb.8. Ego diligentes me diligo; spes etiam est, quæ introducit ad charitatem, vt supra dictum est; * ergo charitas non potest haberi sine fide, & spe. Prouer.8. *q.62.ar.4.

¶ Hic vltimò quærit conuersim ad articulum præcedentem, & est titulus clarus.

¶Respondeo dicendum, ꝙ charitas nõ solùm significat amorem Dei, sed etiam amicitiã quandam in ipsum, quæ quidem super amorem addit mutuã redamationẽ cum quadã communicatione mutua, vt dr in 8. Ethic. * Et ꝙ hoc ad charitatem pertineat, patet per id, quod dr 1. Ioã. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et 1. ad Corin. 1. dicitur. Fidelis Deus, per quem uocati estis in societate filij eius. ——— * Arist. c.2. & 3. Ioan.4. 1.Corin.1.

¶Conclusio respõsiua hꝫ in fine, & deducitur per corpus, & est. Charitas non potest esse sine fide, & spe; & intellige ratione eius, quod est perfectionis in eis; ita videlicet, ꝙ non potest esse sine fide, vt dicit rectam Dei cognitionem, & spes dicit inhærentiã Diuinæ potentiæ, & maiestatis; non autem connectitur fidei, & spei ratione imperfectionis, prout fides est non apparentiũ, & spes nõ habitorum. Vnde charitas manebit in patria connexa visioni, & cõprehẽsioni plenæ, ita vt adæquãt connexũ charitati sit quoddã commune ad visionem claram, & enigmaticam. s. recta cognitio, & benè se hꝫ ad Diuinam misericordiam, vt tangetur in solutione tertij, & hꝫ in de Virtutibus de spe, art.3. ad 14. sic enim habet etiã rationem fundamẽti (.s. ratione eius, quod est perfectionis) Vel potest intelligi conclusio, & magis ad mentem art. de charitate viatica imperfecta, talis enim non est sine fide, & spe, &c. Sed si loquamur de charitate pro statu comprehensorum, tunc connectit continentibus fidẽ, & spem supereminẽter quantum ad id, quod est perfectionis in eis, &c. Si autem loquamur de charitate absolutè nõ restringenda ad aliquem statum, tunc connectitur rectæ cognitioni supernaturali, & bonitati appetitus inniteti ordinatè Deo. Probatur igitur cõclusio. Charitas nõ solùm significat amorem Dei, sed etiam amicitiam quãdam in ipsum cum quadam redamatione, & cõmunicatione mutua, & his cognitis, & sperati; sed hæc sine fide, & spe apprehendi non possunt; igitur charitas nullo modo, &c. Huius rationis D.S. ponit, & probat primò maiorem; secundò minorem cum conclusione, ibi. Hęc autẽ societas, &c. Maior ergo patet ſm partes; primò, ꝙ addat redamationẽ per id, quod habetur. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet (.s. ficut amans in amato) & Deus in eo, sicut redamans. Secunda pars maioris patet 1. Corin. 1. Fidelis Deus, per quem vocati estis in societate filij eius. Consequenter cum dicit.

¶Hæc autem societas hominis ad Deum est quædam familiaris conuersatio cum ipso, inchoatur quidem hic in præsenti per gratiam, perficitur autem in futuro per gloriam, quorum vtrumq; fide, & spe tenetur. ———

¶Probat minorem dupliciteer; primò ratione, secundò similitudine, ibi Vnde sicut aliquis, &c. Probatur ergo primò minor, ſ. ꝙ illa redamatio mutua, & ſocietas Dei ad nos non poſſunt cõſtare ſine fide, & ſpe; ſocietas hominis ad Deum, & quædam familiaris conuerſatio cum ipſo, inchoatur hic in præſenti per gratiã, perficitur autem in futuro per gloriã; ſed vtrumq; horũ tenetur fide, & ſpe; igitur minor vera. Maior illa ſupponitur, & declaratur. 2.2.q.23.ar.1. ꝙ fundatur ſocietas illa ſuper communicatione beatitudinis, hic imperfectè per gratiam, & ſpem; in patria perfectè ſm viſionem, & comprehenſionem. Minor declaratur, quia ꝙ Deus inhabitet nos per gratiam, nullus ſcit, ſed credimus; ſimiliter ꝙ beatificandi ſumus, & in ęternum cum Deo victuri, ſperamus, & credimus; in futuro autem ſciemus, & comprehendemus.

¶Vnde ſicut aliquis nõ poſſet cum aliquo amicitiam habere, ſi diſcrederet, uel deſperaret ſe poſſe habere aliquam ſocietatem, uel familiarem conuerſationem cum ipſo, ita aliquis non poteſt habere amicitiam ad Deum, quæ eſt charitas, niſi fidem habeat, per quam credat huiuſmodi ſocietatem, & conuerſationem hominis cum Deo; & ſperet ſe ad hanc ſocietatem pertinere, & ſic charitas ſine fide, & ſpe nullo modo eſſe poteſt. ——

¶Declarat minorem principalem ſimilitudine ſic. Nullus poſſet cum aliquo amicitiam habere, ſi diſcrederet, &c. ergo etiam nullus poteſt habere amicitiam ad Deum (quæ eſt charitas) niſi fidem habeat, &c. ergo minor principalis vera.

¶Nota, ꝙ fundamentum illius artic. trahitur ex 8. Ethicor. vbi Philoſophus deſcribens amicitiam dicit, ꝙ eſt beneuolentia in contrapaſſis non latens. Amicitia enim proprijſſimè capta includit duplicem relationem ęquiparantiæ; vnam fundatam ſuper actum voluntatis, qui eſt bene velle beneuolenti, alia fundatur ſuper actum intellectus. ſ. ſuper ſcire, quod mutuò refertur ad ſcitum. Vnde ad amicitiam ſic acceptam requiritur, quòd beneuolentia ſit mutua, & etiam quòd ſcientia, vel quaſi ſcientia ſit mutua; quia ergo redamationem ſolùm credimus, & fundamentũ illius amicitiæ (ſ. communicationem) etiam credimus, & ſperamus; ideo amicitia, & charitas non poteſt eſſe ſine iſtis, &c.

ARG. in contrarium confirmat concluſionem reſponſiuam.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd charitas non eſt qualiſcunque amor Dei, ſed amor Dei quo diligitur, ut beatitudinis obiectum, ad quod ordinamur per fidem, & ſpem. ——

¶Ad maiorem. Charitas eſt amor Dei, non quicunq;, ſed quo amatur ſuper omnia tanquam principium beatitudinis ſupernaturalis, & obiectum, & vt confidit amans communicare in tali beatitudine ſupernaturali, ita quòd non eſt amor tantùm beneuolentiæ, ſed amicitia, vt patuit. Minor vera de amore naturali, quo amatur Deus, vt principium naturalis eſſe; & ad talem ſufficit cognitio naturalis, vel etiam directio cognitiua extrinſeca. Negatur conſequentia, quia non ſequitur, Deus poteſt diligi naturaliter ſine fide, & ſpe; igitur ſupernaturaliter, quia dilectio ſupernaturalis requirit cognitionem correſpondentem ſupernaturalem, & eleuationem voluntatis, quo confidit ſe tale bonum conſequi poſſe, quia amicitia non eſt ſine conuictu, &c.

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ charitas eſt radix fidei, & ſpei, inquantũ dat eis perfectionẽ virtutis; ſed fides, & ſpes ſm rõnem propriã præſupponuntur ad charitatẽ, vt *q.62.ar.4. ſupra dictũ eſt; * & ſic charitas ſine eis eſſe nõ poteſt. —

¶Ad maiorem patuit ſupra q.62. arti.4. ad primum. Charitas enim eſt radix omnium virtutum, non vt radix eſt principiũ naturale, & primum via generationis, ſed vt radix habet rationem cauſæ efficientis, fouentis, & ſuſtentantis, & in genere cauſæ efficientis, & poſterioris via generationis; inquantum aduenięs alijs ordine generationis præſuppoſitis, & imperfectionis, dat eis eſſe virtutis, mouendo actus earum in vltimum finem.

¶Ad minorem, radix materialis in genere cauſæ materialis eſt ſine ramis, ſed non radix perfectiua, immo præſupponit ea, quorum eſt radix ſecundùm proprias rationes tanquam priora via generationis, & diſponentia ad ipſam; & ſic eſt de charitate reſpectu fidei, & ſpei. Vnde ipſe præcedunt imperfectè; ſed charitas ipſas præſupponit, vt patuit ſupra quæſt. 62. artic. 4. quare ipſa exiſtente, & hæ exiſtunt, ſed non e contra.

¶Ad tertium dicẽdum, ꝙ Chriſto defuit fides, & ſpes pp id, quod eſt aliquid imperfectionis in eis; ſed loco fidei habuit apertam uiſionem, & loco ſpei plenam cõprehenſionem; & ſic fuit perfecta charitas in eo. ——

¶Ad maiorem, verum eſt; ſed comprehenſoris charitas fuit in Chriſto, & eoipſo non habuit fidem, & ſpem; ſed aliquid, quod illas includebat ſupereminẽter in aliquo ſuperioris ordinis quantum ad id, quod eſt perfectionis in eis. Minor vera, vt patet tertia parte, q.7. artic. 3. Et quòd fuerit comprehenſor, habetur in eadem q.9. artic.2. & q.34. artic.4. Ergo charitas; verum, omnino perfecta, & comprehenſoria, vt dictum fuit, vel charitas, &c. Verum, quantum ad id, quod eſt imperfectionis, ſed non quantum ad id, quod eſt perfectionis, & hoc ſupereminenter. Viſio enim beatifica continet quicquid perfectionis eſt in fide, ſicut lumen, quicquid perfectionis eſt in colore.

¶Nota autem propter inertiam quorundam, quòd Chriſtus ſecundùm animam dicitur comprehenſor, non ſolùm autem ipſe, ſed & quicunque beati; putant autem aliqui non intelligentes, ꝙ Chriſtus ſecundùm animam dicatur comprehenſor, quia intelligat Diuinitatem omni modo, quo intelligibilis eſt; iquit intellectus longè falſus eſt; ſed dr comprehenſor, ſicut & alij, vt cõprehenſio opponitur inſecutioni, & motui in diſtãs, nõ vt cõprehenſio idem eſt, ꝙ incluſio totalis, eſto anima Chriſti alijs beatis plura videat, non tamen videt omni modo, quo viſibilis eſt.

Quæſtio Sexageſimaſexta.

De æqualitate virtutum.

DEinde conſiderandum eſt de ęqualitate uirtutum. Et circa hoc quæruntur ſex. Primò, vtrum uirtus poſſit eſſe maior, uel minor. Secundò, vtrum omnes uirtutes ſimul in eodem exiſtentes ſint ęquales. Tertiò, de comparatione uirtutum moralium ad intellectuales. Quartò, de comparatione uirtutum moralium adinuicem. Quintò, de comparatione uirtutum intellectualium adinuicem. Sextò, de comparatione uirtutum Theologicarum adinuicem.

¶Poſtquam D.S. determinauit de connexione virtutum in eſſe. Nunc quærit de connexione in quantitate, vt enim hr ar.2. huius quæſt. ęqualitas virtutum eſt quædam connexio virtutũ in quantitate, modo eſſe prius eſt quãtitate, ideo & cõnexio in eſſe. Quare patet ordo. Et D.S. duo facit. Primò oſtendit propoſitum in gne, & quæſtionem an eſt; ſecundò in ſpeciali, deſcendendo ad ſingulas differentias virtutum, in artic.3. Primum in duo. Primò facit quod dictum eſt, comparando virtutes inter ſe quo ad ęqualitatem; ſecundò, comparando eas ad ſubiectum in quo ſunt, art.2.

Vtrum virtus poſſit eſſe maior, vel minor.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd uirtus non poſſit eſſe maior, uel minor. Dicitur enim in Apocalyp. quòd latera ciuitatis Ieruſalem ſunt ęqualia, per hoc autem ſignificantur uirtutes, ut Glo. * dicit ibidem; ergo omnes uirtutes ſunt ęquales; non ergo poteſt eſſe uirtus maior uirtute. K Infra ar. con. & q. 24 artic. 4. arti. 4. ad 3. Et q. 112. ar. 4. ad 1. 2.2. q. 23. ar. 6. ad 1. Et q. 184. Et 1. ſent. diſt. 16. q. 1. ar. 4. ad 4. Et Mat. q. 20. ar. 4. ad 8. Et Virt. q. 1. ar. 12. * Glo. ord. * Ambr. ſuper. Luc.

¶2 Præt. Omne illud, cuius ratio cõſiſtit in maximo, non poteſt eſſe maius, uel minus, ſed ratio uirtutis conſiſtit in maximo, eſt enim uirtus ultimum potentiæ, ut Philoſ. dicit in primo de Cœlo, * & Auguſt. in ſecundo de libero arbitr. * quòd uirtutes ſunt maxima bona, quibus nullus poteſt malè vti; ergo uidetur, quòd uirtus non poſſit eſſe maior, neque minor. * Auguſt. ſuper Genes.

¶3 Præt. Quantitas effectus penſatur ſm uirtutem agentis, ſed uirtutes perfectæ, quæ ſunt uirtutes infuſæ ſunt a Deo, cuius uirtus eſt uniformis, & infinita; ergo videtur, quòd uirtus non poſſit eſſe maior uirtute.

¶Sed contra, vbicunq; poteſt eſſe augmentum, & ſuperabundantia, poteſt eſſe inæqualitas; ſed in virtutibus inuenitur ſuperabũdantia, & augmẽtũ. Dr enim Mat. 5. Nisi abundauerit iuſtitia ueſtra plus q̃ Scribarũ, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cęlorũ. Et Prou. 16. dicitur. In abundantia iuſtitia uirtus maxima eſt; ergo videtur, quòd uirtus poſſit eſſe maior, uel minor. Matth. 5. Prouer. 16.

¶Quærit hic primò, cõparando virtutes inter ſe quo ad ęqualitatem, an vna ſit maior alia, vel ipſa eadem; & ergo, quia vtroque modo quæſtio intelligitur; ideo in quæſtione nõ additur alia, quia etiã intelligitur, an vna poſſit augeri, & ſic ſeipſa fieri maior.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ cum quæritur, utrum uirtus una poſſit eſſe maior alia, dupliciter intelligi poteſt; vno modo in uirtutibus ſpecie differentibus; & ſic manifeſtum eſt, quòd una uirtus eſt alia maior. ——

¶D.S. in hoc corpore exponit titulum quæſiti, quod poſſit habere triplicem intellectum, & ſenſum; & ſm hoc etiam diſtinctè reſpondet. Vnde ponit tres concluſiones reſponſuas, iuxta vnumquemq; intellectum quæſiti ſecundam concluſionem, ſenſum, & intelle-

intellectum ponit, ibi. Alio modo poteſt intelligi, &c. Tertiam ibi. Si verò conſideretur, &c. Quo ad primum, primò præmittit primum ſenſum quæſiti cum prima cõcluſione; ſecundò deducit eam ratione, ibi. Semper enim, &c. Dicit ergo virtutem eſſe maiorem, & minorem, dupliciter poteſt intelligi, vel tripliciter, ſubdiuidẽdo ſecundũ membrum, vt patebit; vno modo, an vna virtus poſſit eſſe maior alia virtute ſpecie diſtincta. Concluſio huic intellectui reſpondens, vna virtus eſt maior alia ſpecie diſtincta.

Concluſio prima.

¶Semper enim eſt potior cauſa ſuo effectu, & in effectibus, tantò aliquid eſt potius, quantò eſt cauſæ propinquius. ——

¶Deducit præcedentem concluſionem, ratione ſic. Semper cauſa eſt potior ſuo effectu, & in effectibus tantò aliquid eſt potius, quantò eſt cauſæ (præſertim analogicæ, vt habitum eſt, patuit ſupra q.60. art.1.) propinquius (ſ. ſm immediatiorem, & maiorem participationem) ſed cauſa, & radix humani boni (quod ſ. eſt bonum virtutis acquiſitæ) eſt ratio, cui propinquiſſima eſt prudentia, deinde iuſtitia, tertiò fortitudo, quartò temperantia; igitur prudentia præfertur in bonitate alijs virtutibus perficiẽtibus appetitum; & iuſtitia præfertur alijs moralibus; & fortitudo temperantiæ præfertur. Huius rationis D.S. ponit maiorem; ſecundò minorem, ibi. Manifeſtum eſt autem, &c. Maior ergo relinquitur nota quo ad ambas partes, in cauſis quidem ęquiuocis ſimpliciter eſt vera, quòd cauſa eſt nobilior ſuo effectu.

¶Nota circa iſtam maiorem, cauſa eſt potior effectu, ſi intelligitur vniuerſaliter, oportet intelligere de cauſa effectiua principali, & oportet intelligere permiſſiuè, ideſt non repugnet cauſæ, ꝙ ſit nobilior effectu. Vniuoca autem eſt ęqualis effectui in ſubſtantia, agens enim vniuocum non eſt nobilius ſuo effectu, quia vbi eſt maior nobilitas, ibi eſt diſtinctio; ſed forma geniti non eſt finis generationis vniuocæ, vt eſt ab agente, niſi vt eſt ſimilis formæ agentis, quia agit ad conſeruationẽ ſui quantum fieri poteſt, vt habetur prima parte. q.44. art.4. ad ſecundum. Negatiuè ita, ꝙ non eſt cauſa imperfectior effectu, & poſſibile eſt cauſam eſſe perfectiorem ſaltem ęquiuocam. Deinde cum dicit.

¶Manifeſtum eſt autem ex dictis, ꝙ cauſa, & radix humani boni eſt ratio; & ideo prudentia, quæ perficit rationem, præfertur in bonitate aliis uirtutibus moralibus perficientibus uim appetitiuam, inquantum participat rationem, & in his etiam tantò eſt una altera melior, quantò magis ad rationem accedit; vnde & iuſtitia, quæ eſt in uoluntate, præfertur alijs uirtutibus moralibus; & fortitudo, quæ eſt in iraſcibili, præfertur temperantiæ, quæ eſt in concupiſcibili, quæ minus participat rationem, ut patet in 7. Ethicorum. * *Ariſt.c.6. ——

¶Ponit minorem principalem, quæ patet quo ad primam partem ex auctoritate Dionyſij, quia bonum hominis eſt ſm rationem eſſe. Secunda pars minoris patet, quia prudentia perficit ipſam rationem ad actum ſuum, qui eſt præcipere. Aliæ autem morales perficiunt appetitum, participando bonum rationis; & quia voluntas propinquius ſe habet ad rationem; ideo præfertur eis, quæ ſunt in appetitu ſenſitiuo; & fortitudo eſt in iraſcibili, quæ dicitur ab ira, quæ magis eſt cum ratione, quàm concupiſcentia, a qua dicitur concupiſcibilis, ideo maior virtus.

¶Nota primò, quare iraſcibilis ſit propinquior rationi ipſa concupiſcibili; quia fundatur in hoc, ꝙ incontinentia concupiſcentiæ eſt turpior incontinentia iræ. De hoc vide ſecunda ſecundæ, quæſt. 156. artic. 4. quia intelligitur ex parte paſſionis, ex qua ratio ſuperatur, non autem ex parte materialis, in quod quis per huiuſmodi paſſiones inducitur, quia ſic ira plerumq; eſt grauior inferens maius nocumentum, &c.

¶Nota ſecundò, quòd quia iuſtitia eſt in ratione (ideſt in ſuperiori portione animæ, quia virtus inorganica, ſicut & ratio) ideo ſibi affinior, & per conſequens prudentiæ magis coniuncta, & ratione ſubiecti, & ratione obedientiæ.

¶Nota tertiò, ꝙ cauſa virtutis eſt ratio, ſcilicet naturalis perfecta per habitum principiorum, cui rationi propinquius coniungitur prudentia. Et dixit ergo maior, quòd in effectibus tantò aliquid eſt potius, quantò cauſæ propinquius. Prudentia autem eſt etiam effectus cauſæ virtutis (ſ. rationis perfectæ per ſyndereſim) ideo inter alias morales prima.

¶Aliquo modo poteſt intelligi quæſtio in uirtute eiuſdẽ ſpeciei; & ſic ſecundùm ea, quæ dicta ſunt ſupra, * cum de intenſionibus habituum ageretur, virtus poteſt dupliciter dici maior, & minor; vno modo ſecundùm ſeipſam, alio modo ex parte participantis ſubiecti. —— *q.52.ar.1.

¶Hic conſequenter procedit ad ſecundum intellectum quęſiti, circa quem primò ipſum declarat; ſecundò ſubiungit concluſionẽ reſponſuam ei reſpondentẽ, ibi. Sic igitur, &c. Primò ex hoc verificat quoddam dictum Stoycorum; & ſecundum hoc, &c. Secundus ergo intellectus quęſiti eſt de virtute eiuſdẽ ſpeciei, an videlicet duæ virtutes numero diſtinctæ ſint ęquales ſemper. Et an vna in numero poſſit eſſe maior, &c. Et illud membrum ſic intellectum ſubdiſtinguitur, quia vna virtus numero ab alia diſtincta poteſt eſſe maior alia dupliciter, vt patuit ſupra q.52. art.1. de habitibus; vno modo ſm ſeipſam, ideſt ſm maiorem extenſionem ad ſpecificans, ad quod magis, & magis acceditur, vel per additionem, vt in ſcientia, vel per maiorem acceſſum ad terminum, vt eſt in motu, & habitu corporali; poteſt quidem in virtute vna eſſe maior acceſſus ad medium, ſed non maior extenſio ad ea quæ ſunt obiecti. Conſequenter ibi.

¶Si igitur ſecundùm ſeipſam conſideretur, magnitudo, uel paruitas eius attenditur ſecundùm ea, ad quæ ſe extendit; quæcunq; autem habet aliquam uirtutem, puta temperantiam, habet ipſam quantum ad omnia, ad quæ ſe temperantia extendit; quod de ſcientia, & arte non contingit; non enim quicunq; eſt grammaticus, ſcit omnia, quæ ad grammaticam pertinent. ——

¶Subiungit ſecundam concluſionem, quæ formaliter ponitur ſic. Iſto modo. ſ. ſecundùm ſeipſam per maiorem extenſionẽ, vna virius non eſt maior alia eiuſdem ſpeciei, nec maior ſeipſa. Probatur, quicunq; habet aliquam virtutem, puta temperantiam, habet ipſam, quantum ad omnia, ad quæ ſe extendit; igitur virtus moralis non eſt maior iſto modo. Conſequentia nota, quia ſi quælibet virtus ſe ad omnia, quæ ſunt ſui obiecti, extendit, non poteſt ſe ad plura extendere. Antecedens patet ex differentia ſcientiæ, & artis ex vna parte, & virtutis ex alia; non enim qui habet grammaticam, ſcit omnia, quæ ad grammaticam pertinent. Et ratio diuerſitatis eſt, quia virtus moralis dicit inclinationem appetitus in aliqua ſm vnam rationem, ſed ſcientia eſt habitus cognoſcitiuus; modo inclinatio appetitus eſt per modum naturæ, & per conſequens ad omnia vnius rationis, licet cum electione, vt ſupra quæſt. 58. art.4. ad primum. Exemplum euidens eſt de grauitate, quæ lapidem inclinat ad omnem locum inferiorem, & deorſum, ita moralis inclinat ad omnia ſui obiecti conformiter ad rationem, quia eſt habitualis conformitas ad rectam rationem. Cognitio autem eſt per modum intellectus noſtri, qui acquirit cognitionem partibiliter, nec omnia ſimul addiſcit, ideo habitus moralis, qui eſt ipſius appetitus, & inclinatiuus per modum naturæ eſt ad omnia, non ſcientia, vel ars, quæ ſunt habitus cognitiui. Deinde ibi.

¶Et ſecundùm hoc bene dixerunt Stoyci, ut Simplicius dicit in commento Prædicamentorum, * ꝙ uirtus non recipit magis, neque minus, ſicut ſcientia, uel ars, eo quòd ratio uirtutis conſiſtit in maximo. —— * Simplic. in prædica. qualit.

¶Ex iſta concluſione ſecunda, & eius probatione D.S. verificat dictum Stoycorum, quia benè dixerunt, ꝙ virtus nõ ſuſcipit magis, neq; minus. Verum eſt per additionem, & maiorem extẽſionem ad plura obiecta, eo ꝙ ratio virtutis conſiſtit in maximo, quod tamen exponitur, eſt enim in maximo, quia extendit ſe ad omnia ſui obiecti; ſed tamen eſt inæqualitas ex parte extendentis ſubiecti, & quia vna propius accedit ad mediũ rationis ſm circunſtantias, quia eſto in omnibus velit temperatè viuere, tamen vnus plus obſeruat, prout oportet, quàm alius; & eſt extenſio ad omnia, ſed non æqualis acceſſus ad medium. Conſequenter ibi.

¶Si verò conſideretur uirtus ex parte ſubiecti participantis, ſic contingit uirtutem eſſe maiorem, uel minorem, ſiue ſecundùm diuerſa tempora in eodem, ſiue in diuerſis hominibus. ——

¶Hic conſequenter D.S. deducit tertiam concluſionem reſponſuam, cui primò præmittit tertium intellectum, & ipſam concluſionem ponit; ſecundò eandem probat D.S. ibi. Quia ad attingendum, &c. Tertiò ex hoc reprehendit Stoycos, ibi. Et in hoc deficiebant, &c. Tertius ergo intellectus, & ſecundum membrũ ſubdiſtinctionis eſt, ꝙ alio modo poteſt intelligi, an vna ſit maior alia eiuſdem ſpeciei, vel ſeipſa diuerſis temporibus ſecundùm maiorem ſubiecti participationem, ita quòd ſit maior intenſiuè. Concluſio huic membro reſpondens. Contingit virtutem eſſe maiorem, vel minorem, ſiue ſecundùm diuerſa tempora in eodem, ſiue in diuerſis hominibus, ſcilicet ſimul. Deinde ibi.

¶Quia ad attingendum medium uirtutis, quod eſt ſecundùm rationem rectam, unus eſt melius diſpoſitus, quàm alius, uel propter maiorem aſſuetudinem, uel pp meliorem diſpoſitionem naturę, uel pp perſpicacius iudicium rationis, aut etiam propter maius gratiæ donũ, quod unicuiq; donatur ſecundùm menſuram donationis Chriſti, vt dicitur ad Eph. 4. —— Epheſ.4.

¶Probat præcedentem concluſionem tertiam tali conſequentia, quia ad attingendum medium virtutis, quod eſt ſm rationem rectam, vnus eſt melius diſpoſitus, quàm alius; ergo virtus eſt maior in vno, quàm in alio ſm participationem ſubiecti. Antecedẽs

probatur in littera, ibi. Vel propter assuetudinem, &c. Tenet consequentia, quia virtutem isto modo esse maiorem, nihil aliud est, quàm vnum esse promptiorem, & magis dispositum ad attingendum medium, & vltimum virtutis, quia iuxta dicta idem sunt medium, & vltimum ℔ diuersas rationes, vt patuit q.64.art.1.ad 1. Et posset sic argui virtutem isto modo esse maiorem, est causa esse intensiorem ad actum virtutis respectu medij attingendi, sed potest in vno esse intensior vno tpe, quàm in alio tpe, & in vno homine, quàm in alio; igitur, &c. Maior patet supra q.52. quia idem iudicium est de virtute, & habitu, habitus autem est isto modo maior. Minor patet in littera, ibi. Quia ad, &c. Tunc ibi.

¶Et in hoc deficiebant Stoyci æstimantes nullum esse uirtuosum dicendum, nisi qui summè fuerit dispositus ad uirtutem; non enim exigitur ad rationem uirtutis, ꝙ attingat rectæ rationis mediū in indiuisibili, sicut Stoyci
* Arist.c.6. putabant; sed sufficit prope mediū esse, vt in 2.Eth.dr̃,* idem etiam indiuisibile signum unus propinquius, & promptius attingit, quàm alius, sicut etiam patet in sagittatoribus trahentibus ad certum signum.——

¶Reprehendit ex illa conclusione Stoicos, vt patet clarè in littera, quia medium virtutis non est in indiuisibili; ergo non oportet virtuosum esse summè dispositum. Sufficit enim ad virtutem ℔ Philosophum in fine secundi Ethicorum, vt aliquis non sensibiliter, & grosse deficiat. Et secundò dato, ꝙ medium staret in indiuisibili, tamen vnus illud promptius, & expeditius ex parte agentis attingeret, quàm alius; sicut patet de sagittantibus ad idē punctum physicum, quorum vnus expeditius trahit, & proijcit sagittam, &c. Vnde licet quælibet moralis virtus extendat se ad omnia, quæ sunt sub ratione obiecti, tamen non omnis æqualiter attingit medium, quæ bene stant simul, quia in omnibus vna virtus magis tangit ad medium, quàm alia, &c.

¶Et nota auctoritatis intellectum ad Eph.4. Vnicuiq; nostrum data est gratia ℔ mensuram donationis Christi, quasi diceretur, ista gratia nō est data omnibus vniformiter, seu æqualiter, sed ℔ mensuram donationis Christi, idest ℔ ꝙ Christus est dator, & eā singulis mensurauit; ipse enim solus recepit spiritum, non ad mēsuram, cæteri autem sancti ad mensuram recipiunt; & sicut in potestate Christi est dare, vel non dare, ita tantum, vel minus, &c.

ARGVM. in contrarium confirmat vltimam conclusionem.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ æqualitas illa nō est secundùm quantitatem absolutā, sed est secundùm proportionem intelligenda, quia omnes virtutes proporti-
* Art. seq. onabiliter crescunt in homine, ut infra dicetur. *——

¶Ad maiorem. Latera ciuitatis Ierusalem sunt æqualia æqualitate proportionis geometricæ, cum qua stat inæqualitas quantitatis, vel molis, vel perfectionis, vt patuit supra quæst.64. art.2. quòd nouem habent se ad sex, sicut sex ad quattuor; est enim proportio sexqualtera, & tamen nouem excedunt sex in tribus, & sex excedunt quattuor solùm in duobus; Ergo omnes sunt æquales æqualitate proportionis, Verum; sed negatur vltima consequentia, quia vt patuit cum æqualitate proportionis, stat inæqualitas quantitatis, sicut patebit artic. sequenti.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ illud vltimum, quod pertinet ad uirtutem, potest habere rationem magis, uel minus boni secundùm prædictos modos, cum non sit
* In corp. artic. ultimum indiuisibile, ut dictum est.*——

¶Ad maiorem, vera, si illud maximum nō habeat aliquam latitudinem, & sit in indiuisibili; & si vno modo cōtingat se habere ad illud indiuisibile, aliàs illa maior non est vera, vt patet in fine corp. quia idem indiuisibile signum vnus promptius attingit, q̃ alius. Et constat, ꝙ si vltimū habeat aliquam latitudinem, ꝙ vnus potest plus altero ad vltimum accedere. Minor vera, ratio virtutis consistit in maximo in tali genere, si loquimur de virtute acquisita, quod maximum est medium habens aliquam latitudinem, & est etiam vltimum, quia vt patuit q.64.arti.1.ad primum. idem est medium, & vltimum virtutis; & secundò esto, ꝙ illud vltimū esset indiuisibile, posset tamen vnus alio melius se ad ipsum; habere, quare esset saltem maioritas ex parte subiecti ℔ intensionem, quamuis nūc sit maioritas ℔ maiorem accessum ad vltimum, ita ꝙ vltimum non habet se tantum extrinsecè, sed etiam intrinsecè; & esto ꝙ non attingat vltimam partē vltimi, adhuc est virtuosus, sicut est in schola ista, non solùm qui stat in centro, sed etiam qui in quacunq; parte sedet. Ad auctoritatem B. Aug. respondet D.S. de Virtutibus in communi. art.9. ad septimum. Virtus acquisita nō est maximum bonum simpliciter, sed maximum in genere humanorum. Virtus autem infusa est maximum simpliciter, inquātum hō per eam ad summū bonū ordinatur, quod Deus est, hæc ille. vbi patet, ꝙ virtutes sunt maxima bona, vel ℔ quid, vel simpliciter ratione obiecti, cū quo stat, ꝙ ex parte subiecti potest esse maioritas, etiam in ea, quæ est circa maximum bonum, vt patet de charitate, vbi vna est maior alia ex parte subiecti, & ꝙ in acquisitis potest esse maioritas per maiorem accessum ad medium; & in Theologica in modo se habendi ad maximum obiectum, &c. Et de hoc etiam habet D.S. ibidem, artic. 11. ad 15m. vbi dicit, ratio virtutis in superlatione consistit, non quantum ad se, sed quātum ad suum obiectum, quia per virtutem ordinatur homo ad vltimum potentiæ, quod est bene operari. Vnde Philosophus dicit in 7. Phys. ꝙ virtus est dispositio perfecti ad optimum, tamen ad hoc optimum aliquis potest esse magis, vel minus dispositus; & secundùm hoc virtus recipit magis, & minus. Vide ibidem, & solutionem ad 16m. vbi habet, ꝙ medium nō est indiuisibile, &c.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ Deus nō operatur ℔ necessitatem naturæ, sed ℔ ordinē suæ sapientiæ, ℔ quā diuersam mensuram virtutis hominibus largitur, ℔ illud ad Eph.4. Vnicuiq; vestrum data est gratia secūdùm mensuram donationis Christi.—— Ephes.4.

¶Ad maiorem, quantitas effectus naturalis pensatur ℔ virtutem agentis ex necessitate naturæ, quod agit quantum potest. Sed negetur, ꝙ quantitas effectus liberæ causæ agentis ℔ voluntatem, pensetur ℔ virtutem agentis huiusmodi, sed ℔ formam idealem huius rei, quæ est forma Diuini intellectus excogitata liberè ℔ placitum voluntatis Diuinæ. Minorem concedo; sed dico, ꝙ Deus agit per intellectum, & voluntatem, & virtus sua effectiua, est quidem vniformis, causatiua tamen difformium. Et dico secundò, ꝙ exemplaritas eius est difformis ex parte exemplatorum, licet enim Deus sit vnum exemplar pp vnā substantiā, tñ est diuersa exemplaria, prout vna substātia est intellecta diuersimodè imitabilis; sed de hoc prima par.q.15.& q.47. arti.1.& 2. Negatur cōsequentia, quia sicut Deus immobilis existens dat cuncta moueri, ita ipse vnus causat diuersa, & inæqualia. Sicut enim iuxta supra dicta q.54. art.2. ex principio actiuo remoto, & primo, effectus non habent vnitatem specificam, sic nec æqualitatem, vel specificam, vel accidentalem ex parte subiecti, &c.

Vtrum omnes virtutes simul sint æqualiter intensæ.

L

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd non omnes uirtutes in uno, & eodem sint æqualiter intensæ. Dicit enim Apostolus. 1. ad Corinth. 7. Vnusquisque enim habet proprium donum a Deo alius quidem sic, alius autem sic, non esset autem unum donum magis propriū alicui, quàm aliud, si omnes virtutes dono Dei infusas quilibet æqualiter haberet; ergo videtur, ꝙ non omnes virtutes sint æquales in uno, & eodem.

¶2 Præt. Si omnes virtutes essent æquè intēsè in vno & eodem, sequeretur, quòd quicunque excederet aliquem in una uirtute, excederet ipsum in omnibus alijs uirtutibus; sed hoc patet esse falsum, quia diuersi sancti de diuersis uirtutibus præcipuè laudantur, sicut Abraham de fide, Moyses de mansuetudine, Iob de patientia; vnde de quolibet Confessore cantatur in ecclesia. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi, eo quòd quilibet habuit prærogatiuam alicuius virtutis; non ergo omnes virtutes sunt æquales in uno, & eodem.

¶3 Præt. Quantò habitus est in tensior, tantò homo ℔ ipsum delectabilius, & promptius operatur; sed experimēto patet, ꝙ vnus homo delectabilius, & prōptius operatur actum vnius virtutis, quàm actum alterius; non ergo omnes uirtutes sunt æquales in uno, & eodem.

¶Sed contra est, quod Aug. dicit in 6. de Trin.* quòd quicunque sunt æquales in fortitudine, æquales sunt in prudentia, & temperantia; & sic de alijs, hoc autem nó esset, nisi omnes uirtutes unius hominis essent æquales; ergo omnes uirtutes unius hominis sunt æquales.

Supra art. ad 1. Et ista q.53.ar. 2. ad 3. Et 2.dist.42.q. 2.ar.5.ad 6. Et 3. dist.36. artic.4. Et Mal.q.2.ar. tic.9. ad 1. Et Vir.q.1. artic.3. 1.Cor.7.

* Aug. c.4.

* Aug.ca.

¶Hic quærit de æqualitate virtutum ex parte subiecti, quæ est secundùm intensionem æqualem.

¶Respondeo dicendum, quòd quantitas uirtutum, sicut ex dictis patet,* potest attendi dupliciter; vno modo secundùm rationem speciei; & sic non est dubium, quòd una uirtus unius homiuis sit maior, quàm alia, sicut charitas, fide, & spe.——

* Art. præcedem.

¶D.S. duo facit; primò declarat quæsitum, remouēdo siniſtrum intellectum eius; secundò ℔ verum intellectū quæsiti rñdet, ibi. Alio modo, &c. Circa primum resumit distinctionem positam in art.1.

art.1. innuens, ꝙ quæstio ista non quærit, an sint æquales ℔ se ex parte obiecti, & speciei per propinquiorem habitudinem ad rationem; de hoc enim satis expediuit se art.1. & tñ pro supplemento, & bene esse, ponit talem conclusionem. Non est dubium, quin vna virtus vnius hominis sit maior, q̃ alia, & per consequens nō sunt æquales in eodem homine ℔ speciem. D.S. solùm probat exēplariter, quia charitas maior est fide, & spe; igitur virtus vnius hominis est maior, quàm alia eiusdem hominis. Antecedens est Apostoli. 1, Corinth. 13. Et patuit supra, & patebit artic. 6. Tenet consequentia, quia (vt patuit quæst. 65. artic. 5.) illæ virtutes sunt vnius hominis, & connexæ, &c. quia ergo de æqualitate secundùm speciem non quæritur. Ideo ibi.

¶Alio modo potest attendi secundùm participationē subiecti, prout s. intenditur, uel remittitur in subiecto; & secūdùm hoc omnes uirtutes unius hominis sunt æquales quadam æqualitate proportionis, inquantum æqualiter crescūt in homine, sicut digiti manus sunt inæquales secundùm quantitatem, sed sunt æquales secundùm proportionem, cum proportionabiliter augeantur.——

¶Hic consequenter D.S. respondet ad quæsitum iuxta secundū membrum eius; vnde primò ponit conclusionem responsiuam; secūdò pro explicatione eius deducit primam aliam conclusionē declaratoriam, ibi. Huiusmodi autem, &c. Et ponendo ergo conclusionem respōsiuam, præmittit secundum membrum prædictæ distinctionis, ꝙ alio modo quātitas, & æqualitas attenduntur ℔ participationem subiecti, prout s. virtus intenditur, vel remittitur in subiecto, & sic potest intelligi quæstio. Et ℔ hoc est conclusio responsiua talis. Virtutes omnes vnius hominis sunt æquales quadam æqualitate proportionis (℔ formale virtutis, non autē materiale.) Probatur. Virtutes omnes æqualiter crescunt in eodem quo ad formale, non quo ad materiale; igitur, &c. Consequentia probatur a simili, quia digiti sunt æquales secundùm proportionem, esto sint inæquales ℔ quantitatem, inquantum proportionabiliter augentur. Antecedens probatur, omnes virtutes sunt connexæ simpliciter in esse virtutis; ergo & æquales virtutes. Antecedens patuit q.65. Consequentia probatur, æqualitas est quædam connexio virtutum ℔ quantitatem. Dictū
Sq.65. ar.1. est autem supra, * ꝙ ratio connexionis virtutum dupliciter assignari potest; vno modo ℔ intellectum eorū, qui intelligunt per has quattuor uirtutes quattuor cōditiones generales virtutum, quarum vna simul inuenitur cum alijs in qualibet materia. Et similiter virtus in qualibet materia non potest æqualis dici, nisi habeat omnes istas cōditiones æquales. Et hāc rationē æqualitatis uirtutum assignat Aug. in 6. de Tri.* dicēs. Si dixeris, æquales esse istos fortitudine, sed illum præstare prudētia; sequitur, ꝙ huius fortitudo minus prudens sit, ac per hoc, nec fortitudine æquales sint, quando est illius fortitudo prudentior; atque ita de cæteris uirtutibus inuenies, si omnes eadem consideratione percurras.——

¶Deducit vnam aliam conclusionem explicatiuā prioris cōclusionis responsiuæ, quam tamen expressè non ponit, sed probat, & est, duplici ratione uirtutes sunt æquales. Probatur conclusio. Omnes sunt æquales, quia connexæ, sed duplici ratione, & duplici modo sunt connexæ, igitur & æquales. Maior nota. Minorem D.S. ostendit primò quo ad primam rationem; secundò quo ad secundam, ibi. Alio modo assignata, &c. Ostendit ergo D.S. minorem primò, quia vno modo connectuntur, vt dicunt generales conditiones, ita quòd nulla est virtus sine alia; ergo nec maior sine alia aucta. Deinde cum dicit.

*q.praced. artic.4. ¶Alio modo assignata est ratio cōnexionis * uirtutū ℔ eos, qui intelligunt huiusmodi uirtutes habere materias determinatas, & ℔ hoc ratio connexionis uirtutum moralium accipitur ex parte prudentiæ, & ex parte charitatis quantū ad uirtutes infusas, non autem ex parte inclinationis, quæ est ex parte subiecti, ut supra dictū
*q.65. artic.1. & 2. est. * Sic igitur, & ratio æqualitatis uirtutum potest accipi ex parte prudentiæ, quātum ad id, quod est formale in omnibus uirtutibus moralibus, existente enim ratione æqualiter perfecta in vno, & eodem, oportet, quòd proportionabiliter ℔ rationem rectam medium cōstituatur in ordine ad fines uirtutum. Conformitas enim ad rectam rationem est formale; vnde diuersimodè inclinato, potest ratio in diuersis materijs dictare, vnum & æqualem modum se habendi ℔ rationem rectam, ita ꝙ vbiq; obseruet æqualem discretionem.

ARG. in contrarium confirmat conclusionem responsiuam.

¶Ad primum ergo dicēdum, ꝙ verbum Apostoli potest intelligi de bonis gratiæ gratis datæ, quæ non sunt communia omnibus, nec omnia æqualia in uno, & eodem; vel potest dici, ꝙ refertur ad mensuram gratiæ gratum facientis, secundùm quam unus abundat in omnibus uirtutibus plus, quàm alius propter maiorem abundantiam prudentiæ, uel etiam charitatis, in qua connectuntur omnes uirtutes infusæ.——

¶Ad maiorem; primò intelligitur de gratijs gratis datis, quæ non sunt communes, nec æquales, &c. Secundò dicit, ꝙ potest intelligi de gratia gratum faciente, tunc negatur illa. Non esset ↄptem, &c. Dico enim, ꝙ Apostolus donum, quod est gratia cū sibi annexis uirtutibus, cōparat gratiæ, & uirtutibus alterius hominis, quia gratia habet annexam charitatē, & prudentiam, quibus æquantur alæ virtutes in eodem. Et has simul comparat virtutibus alterius. Quare dicitur, ꝙ donum est magis proprium vni, quàm alteri. Et concedo quidem, ꝙ cōparando virtutes vnius hominis ad inuicē, vna non est magis propria secundùm formale virtutis, tamen est magis propria illi, quàm alteri homini.

¶Et nota, quòd Apostolus loquitur illam auctoritatem, quia indulserat matrimonium. Et ponit rationem, quia non omnibus tantum donū virtutis a Deo datum est, vt possit totaliter cōtinere.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ vnus sanctus laudatur præcipuè de una uirtute, & alius de alia pp excellentiorē promptitudinem ad actum unius uirtutis, q̃ ad actū alterius. Et secundum hoc ēt patet responsio ad tertiū.——

¶Ad maiorem dico, ꝙ qui excedit in vna virtute, excedit in omnibus quo ad formale. Et negatur falsitas huius.

¶Ad probationem dico, ꝙ sanctorum aliqui laudantur in vna virtute, in qua vīr excellere, & non in alijs pp materiale virtutis, quia videlicet sunt promptiores, & hūt maiorē inclinationem ad actum vnius, quàm alterius virtutis; tñ si in formali virtute vnus sanctus excedit, excedit in omnibus alijs, sed nō in materiali, &c.

¶Ad tertij maiorem supra dictum est, ꝙ nō oportet, si assit impedimentū habitui, tunc enim cū maiori habitu, potest stare minor promptitudo, & delectatio, vt patet q.65. art.1. ad secundum. Et potest hoc etiā fieri pp maiorē exercitationē in actu vnius virtutis, per quam acquiritur promptitudo habitui superaddita, ratione cuius facilius operatur ℔ illam virtutem, virtute existente æquali. Minorem concedo, non quia habitus sit in se maior, quàm alius, & formale virtutis; sed ratione dicta. s. propter materiale magis deseruiens vni virtuti, quàm alteri. Negatur autem consequentia, intelligendo consequens quo ad formale virtutis. Et de illa solutione habet D.S. de Virtutibus Cardinalibus. art.1.ad 12. Vbi (inquit) est maior habitus, non oportet, ꝙ sit maior actus ℔ inclinationem habitus, potest enim in homine esse aliquid, vel impediens, vel disponens ad actum, quod per accidēs se habet ad habitum, sicut habitus scientiæ impeditur, ne ad actū

procedat propter ebrietatem. Et ideo ſm huiuſmodi impedimẽta, vel auxilia ad agendum, poteſt quandoq; eſſe augmentũ in actu, non exiſtente augmento circa habitum. Hæc ille.

¶Nota, ꝙ ſicut ſupra q. 50. & 56. dictum fuit, ꝙ formale ſcientiæ eſt in intellectu, materiale autem in viribus interioribus apprehenſiuis, ita formale virtutis eſt impreſſio, & ordo rationis relictus per rationem rectam in appetitu. Materiale autem eſt aliqua diſpoſitio, vel inclinatio appetitus ſenſitiui circa propriam materiam vndecunq; proueniat, vel ex corruptione naturæ, vel ex aſſuetudine, vel ex dono Dei, vel ex tentatione Diaboli ſubſeruiens, vel obſiſtens tali virtuti, vel ex parte corporis, vel animæ, vt eſt inordinatio paſſionum, & huiuſmodi. Et formali exiſtente æquali, poteſt eſſe diuerſitas in materiali, ita ꝙ aliquis habeat parum de formali virtutis, & multum de materiali. Et e contra, &c. Vnde poteſt aliquis eſſe æqualiter diſcretus, & æqualiter tendit cum alio ad medium. Et tamen cum maiori difficultate, & ſic cum æqualitate formalis ſtat diuerſitas materialis.

Vtrum virtutes morales præemineant intellectualibus.

M Supra q. 61. arti. 1. ad 3. & inf. q. 68. arti. 7. & 8. cor. Et 2.2. q. 23 art. 6. ad 1. Et q. 161. ar. 5. co. Et 4. dis. 33. q. 3. artic. 3. cor. Et Vir. q. 7. arti. 12. corp.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd uirtutes morales præemineant intellectualibus. Quod enim magis eſt neceſſarium, & permanẽtius eſt melius; ſed uirtutes morales ſunt permanentiores etiam diſciplinis, quæ ſunt uirtutes intellectuales; & ſunt etiam magis neceſſariæ ad uitam humanam; ergo ſunt præferendæ uirtutibus intellectualibus.

¶ 2 Præt. De ratione virtutis eſt, ꝙ bonũ faciat habentem, ſed ſm virtutes morales dr̃ homo bonus, nõ autem ſm virtutes intellectuales, niſi fortè ſm ſolam prudẽtiã; ergo uirtus moralis eſt melior, q̃ uirtus intellectualis.

¶ 3 Præt. Finis eſt nobilior his, quę ſunt ad finem; ſed dicitur in 6. Ethic.* virtus moralis facit rectam intentionem finis, prudentia autem facit rectam electionem eorum, quæ ſunt ad finem; ergo virtus moralis eſt nobilior prudentia, quæ eſt uirtus intellectualis circa moralia. *Ariſt. c. 12.

¶Sed contra. Virtus moralis eſt in rationali per participationem, virtus autem intellectualis in rationali per eſſentiam, ſicut dicitur in 1. Ethi. * ſed rationale per eſſentiam eſt nobilius, quàm rationale per participationẽ; ergo uirtus intellectualis eſt nobilior, q̃ virtus moralis. * Ariſtot. cap. vlt.

¶ Hic conſequenter deſcendit ad æqualitatem virtutum in ſpeciali, & primò comparando morales intellectualibus; ſecundò cõparando aliquas particulares virtutes aliquibus alijs in art. ſequẽ.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ aliquid poteſt dici maius, vel minus dupliciter; vno modo ſimpliciter; alio modo ſm quid. Nihil enim prohibet aliquid eſſe melius ſimpliciter, ut philoſophari, quàm ditari, quod tamen non eſt melius ſm quid, ideſt neceſſitatem patienti; ſimpliciter autem cõſideratur unumquodque, quándo conſideratur ſecundùm propriam rationem ſpeciei.

¶D.S. reſpondet diſtinctè. Vnde primò præmittit vnum notabile diſtinctiuum, & eius rationem; ſecundò iuxta hoc reſpõdet, ibi. Habet autem virtus, &c. Quo ad primum dicit, ꝙ aliquid poteſt dici maius, vel minus dupliciter; vno modo ſimpliciter, alio modo ſecundùm quid; & ſtant bene ſimul, ꝙ nobilius ſimpliciter, non ſit nobilius ſecundùm quid, vt patet de philoſophari, quod eſt ſimpliciter nobilius, & melius, quàm ditari. Ditari tamen eſt melius, ideſt magis appetibile alicui per accidens, propter ſcilicet indigentiam. Eſt ergo melius, quia magis neceſſarium, & per conſequens magis appetibile, & magis bonum illi.

¶Habet autem uirtus ſpeciem ex obiecto, ut ex dictis patet; * vnde ſimpliciter loquendo illa uirtus nobilior eſt, quæ habet nobilius obiectum. * q. 60. ar. 1.

¶Hic conſequenter D.S. reſpondet ad quæſitum per duas concluſiones, ſm duo membra prædictæ diſtinctionis; ſecundã ponit ibi. Sed ſi conſideretur, &c. Concluſio ergo prima eſt, ſimpliciter loquendo virtutes intellectuales, quæ perficiunt rationem, ſunt nobiliores, quàm morales, quæ perficiunt appetitu. Probatur, ſimpliciter loquendo, illa virtus eſt nobilior, quæ habet nobilius obiectum, ſed obiectum rationis eſt nobilius, quàm obiectum appetitus; igitur, &c. Huius rationis D.S. primò ponit, & probat maiorem; ſecundò minorem cum concluſione, ibi. Manifeſtum eſt autem, &c. Probatur ergo maior, quia ſimpliciter cõſideratur vnumquodque, quando conſideratur ſm rationẽ propriæ ſpeciei, ſed virtus habet ſpeciem ex obiecto; igitur maior vera.

¶Et nota, ꝙ accipitur hic ſimpliciter primo modo, quem ponit D.S. 3. par. q. 59. art. 5. pro abſolutè, & ſine addito; & non ſimpliciter ſecundo modo ibidem poſito. ſ. pro omni modo, & totaliter, quia hoc repugnaret ſequentibus. Vnde intellectualis eſt ſimpliciter (ideſt abſolutè, &c.) quæ abſoluta nobilitas ſumitur ſm ſubſtantiam, & eſſentiam rei. Philoſophi enim communiter loquentes de ſimpliciter, accipiunt ipſum dupliciter; vno modo, vt eſt idẽ quod totaliter, ſicut dr̃, ꝙ ex non ente ſimpliciter, nihil fit, quod eſt dictum, ꝙ ex eo, ꝙ totaliter nihil eſt, non fit aliquid; ſecundò autem accipitur ſimpliciter, vt idem eſt, ꝙ nullo addito, vt hr̃ in Topicis. Et hoc ſecundo modo accipit hic; & prima parte accipit ſimp̃r. i. ſm ſe, ſm quid. i. in ordine ad alterũ; virtus autẽ ſm obiectũ cõſideratur quo ad ſpeciem, & ſine addito; ergo q̃ ex obiecto maior eſt, illa nobilior eſt ſimpliciter, & ſm ſe. Deinde cum dicit.

¶Manifeſtum eſt autem, ꝙ obiectum rationis eſt nobilius, quàm obiectum appetitus; ratio enim apprehendit aliquid in uniuerſali; ſed appetitus tendit in res, quæ habent eſſe particulare; vnde ſimpliciter loquendo virtutes intellectuales, quæ perficiunt rationem, ſunt nobiliores, quàm morales, quæ perficiunt appetitum.

¶Ponit minorẽ principalẽ, quia obiectum rõnis eſt vr̃, ſed appetitus tẽdit in rẽ ſm eſſe particulare, modo vr̃. eſt nobilius particulari; igitur, &c. ¶Sed nota circa hoc, ꝙ intellectus, & fundamẽtum huius probationis pendet ex dictis, prima par. q. 82. art. 3. Et ſupponitur nunc, ꝙ quantò obiectum eſt abſtractius, tantò nobilius. Et intelligitur de abſtractione in communi, quia ergo obiectum intellectus, vt obiectum eſt, abſtractiori modo, & conditione obijcitur rationi, quàm obiectũ voluntatis ipſi voluntati (quia illud ſub ratione quidditatis, iſtud autem, vt habet eſſe) ideo obiectum intellectus eſt nobilius; & quia quod quid eſt, ſic abſtractum eſt vniuerſale; ideo D.S. hic probat, ꝙ obiectum rationis eſt nobilius. Et quia potentia de per ſe magis reſpicit obiectum, vt obiectum eſt, quàm vt res eſt; ideo intellectus ratione nobilitatis obiecti, vt obiectum eſt præfertur appetitui, & hoc ſimpliciter; ſed ſecundùm quid. ſ. ſecundùm ꝙ talis ratio in nobiliori re inuenitur, voluntas poteſt eſſe nobilior, &c. Conſequenter cum dicit.

¶ Sed ſi conſideretur uirtus in ordine ad actum, ſic uirtus moralis, quæ perficit appetitum, cuius eſt mouere alias potentias ad actum, ut ſupra dictum eſt, * * q. 9. art. 1. nobilior eſt.

¶Subiungit ſecundam concluſionem reſponſuam, iuxta ſecundum membrum diſtinctionis. Et primò facit quod dictum eſt; ſecundò infert quoddã corollarium ex dictis, ibi. Et quia virtus, &c. Concluſio reſponſiua eſt iſta; ſi cõſideretur virtus in ordine ad actum, ſic virtus moralis nobilior eſt (& hoc eſt eſſe nobiliorẽ ſm quid) Probatur, virtus moralis perficit appetitum; igitur magis eſt principiũ actus, & ſic nobilior. Antecedens patet ſup. q. 58. ar. 1. Tenet conſequentia, quia ipſius appetitus eſt mouere alias potentias ad actum; & ideo virtus in appetitu facit vſum bonum, & non ſolum facultatem bonam. Et de his ſupra q. 56. art. 3. Tunc ibi.

¶Et quia uirtus dicitur ex eo, ꝙ eſt principium alicuius actus, cum ſit perfectio potentiæ, ſequitur etiam, ꝙ ratio uirtutis magis cõpetat uirtutibus moralibus, quàm uirtutibus intellectualibus; quamuis uirtutes intellectuales ſint nobiliores habitus ſimpliciter.

¶Infert corollarium tale, ratio virtutis magis competit virtutibus moralibus, quàm intellectualibus, quamuis virtutes intellectuales ſint nobiliores habitus ſimpliciter. Probatur ex dictis, quia virtus dicit ex eo, ꝙ eſt principium alicuius actus; igitur ratio virtutis, &c. Tenet conſequentia ex dictis, quia moralis eſt magis principium actus. Antecedens patet, virtus eſt perfectio potentiæ operatiuæ, ideo perficit eã ad actum. Et patet ex ſupra dictis, quia virtus eſt habitus non eſſendi, ſed operandi, &c.

ARGVM. in cõtrarium eſt pro prima concluſione reſponſiua.

¶Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ uirtutes morales ſunt magis permanentes, quàm intellectuales, propter exercitium earum in his, quæ pertinent ad uitam communem; ſed manifeſtum eſt, ꝙ obiecta diſciplinarum, quæ ſunt neceſſaria, & ſemper eodem modo ſe habẽtia, ſunt permanentiora, quàm obiecta uirtutum moralium, quæ ſunt quædam particularia agibilia; ꝙ autem uirtutes morales ſunt magis neceſſariæ ad uitam humanam, non oſtendit eas eſſe nobiliores ſimpliciter, ſed quo ad hoc; quinimmo uirtutes intellectuales ſpeculatiuę ex hoc ipſo, ꝙ non ordinantur ad aliud, ſicut utile ordinatur ad finem, ſunt digniores; hoc enim contingit, quia ſm eos quodammodo inchoatur in nobis beatitudo, quæ conſiſtit in cognitione veritatis, ſicut ſupra dictum eſt. * q. 3. art. 6.

¶Ad

¶Ad maiorem. Quod eſt permanentius, & magis neceſſarium, eſt melius, non oportet, quòd ſimpliciter, ſed ſecundùm quid; id eſt non in ſubſtantia ſua, ſed quo ad aliud. Non enim oportet vllo modo, quòd magis neceſſarium ad alterum, ſit ſimpliciter nobilius, immo ſi non quæratur propter aliud, & ſit ipſe finis, tunc multò nobilius eſt. Et ſecundò, quod eſt permanentius ſecundùm ſe, hoc eſt nobilius, ſed ſolùm ſecundùm quid, quia dictum fuit ſupra, quòd permanentia maior, vt ſic, non arguit perfectionem ſimpliciter, niſi & nobilitas naturæ adiungatur. Ad minorem, ad primam partem ſunt permanentiores, vt patuit ſupra q. 53. artic. 1. Et non de per ſe, ſcilicet ratione per ſe cauſarum, immo ſic diſciplinæ permanentiores ſunt, ſed per accidens ratione continui exercitij, quia tales virtutes ſaltem aliquæ, ſunt quæ communiter in vita humana occurrunt agenda.

¶Ad ſecundam partem vera, ſunt magis neceſſariæ; ſed negatur conſequentia, ꝙ ergo ſimpliciter nobiliores, ſed quo ad hoc, immo eo ipſo, quòd intellectuales ſunt circa finem, ideo meliores ſimpliciter. Nam habitus ſpeculatiuus eſt principium eius actus, qui eſt finis, ſed moralis eſt principium eius actus, qui ordinatur vlterius, ſicut medium ad finem, &c.

¶Ad ſecundùm dicendum, quòd ſecundùm uirtutes morales dicitur homo bonus ſimpliciter, & non ſecundùm intellectuales uirtutes, ea ratione, quia appetitus mouet alias potentias ad ſuum actum, ut ſupra dictum eſt; * vnde per hoc etiam non probatur, niſi quòd uirtus moralis ſit melior ſecundùm quid. * q. 9. art. 1. & q. 56. artic. 3.

¶Ad maiorem, vera, de ratione virtutis ſimpliciter; ſed dico, quòd hoc fit, quia facit vſum bonum, quod eſt quia in appetitu. Et dico, quòd non ſequitur, eſt maior, vel magis virtus, igitur maius ſimpliciter, ſed ſecundùm hoc, ideſt in ratione virtutis. Minor vera ratione iam tacta, quia habet ordinem ad appetitum bonum, quia facit hominem bonum; ergo moralis eſt melior in ratione virtutis, & in ordine ad actum. Vnde ſequitur bene, eſt virtus, ergo habitus; ſed non ſequitur, eſt magis virtus, igitur maior habitus; quia non eſt ſecundùm quòd ipſum, nec per ſe. Et probat hæc ratio ſecundam concluſionem, & corollarium.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ prudentia non ſolùm dirigit uirtutes morales in eligendo ea, quæ ſunt ad finem, ſed etiam in præſtituendo finem; eſt autem finis uniuſcuiuſque uirtutis moralis attingere medium in propria materia, quod quidem medium determinatur ſecũdùm rectam rationem prudentiæ, vt dicitur in 2. & 6. Eth. * — * Ariſt. li. 2. c. 6. Et 6. li. 9. vit.

¶Ad maiorem. Vera eſt quidem maior, vt iacet; ſed dico, ꝙ non oportet, quòd virtus tendens in finem ab alio præſtitutum ſit nobilior ea, quæ iuuatur, & dirigitur per eam, quæ eſt circa ea, quæ ſunt ad finem. Ad minorem dico poſt D. S. quòd facit electionem rectam eorum, quæ ſunt ad finem, non tantùm, ſed etiam dirigit in præſtituendo finem, qui eſt attingere medium rationis in propria materia, quod medium determinatur ſecundùm rectam rationem prudentiæ.

¶Nota hic, ne videatur illud dictum contrarium ei, quod habetur ſecunda ſecundæ, quæſt. 43. artic. 6 & 7. quia non dicit D.S. abſolutè, quòd prudentia præſtituat finem. ſ. quo ad ſubſtantiam, & quaſi in communi, proponendo appetitui, quia temperatè viuendum eſt. Hoc enim reprehendit D.S. vbi iam in ſecunda ſecundæ, quia hoc fecit ratio naturalis, & ſyndereſis; ſed dicit, quòd dirigit in præſtituendo, hoc eſt quo ad modum, & quaſi in particulari; poſtquam enim ratio dictat, quia tenendum ſit medium rationis in materia temperantiæ; prudentiæ eſt dictare quid ſit illud medium quo ad hunc. Dicit ergo prudentia, quòd tantum comedere non ſit plus, nec minus parum, & inſtituit media, per quæ quis ad finem illum perueniat. Quare non eſt contradictio, ratio enim naturalis dictat finem in communi, ſed quis ſit ille finis, & quomodo attingatur, eſt prudentiæ; ratio itaque naturalis præſtituit, ſed prudentia ipſum conſequi facit, & in executione, & exiſtentia ad ipſum dirigit. Dicit enim ratio debes comedere temperatè; ſed adhuc eſt quæſtio quomodo, & quantum comedã, vt viuam temperatè, hoc itaq; determinare eſt prudentiæ. Et igitur dicit prudentia, præſtituendo videlicet quantum ad circũſtantias particulares congruentes illi, vt finem illum, qui eſt tenere medium rationis attingat, dicendo illud eſt medium, & finis tibi a ratione naturali præſtitutus. Et huius ſignum eſt, quòd ratione naturali manente in vniuerſali, & benè dictante, eſt defectus a fine virtutis in particulari propter defectum prudentiæ. Et ergo dicitur ad maiorem poſt dicta illa, ꝙ vera eſt; ſed tamen virtus, quæ facit virtutes circa finem conſequi ipſum realiter, & attingere, præſtituendo eis in particulari finem, eſt nobilior, vt eſt prudentia. Vnde poſſet dici, ꝙ ratio naturalis præſtituit finem in eſſe cognito, & via intentionis, prudentia in via executionis, & in particulari cum circumſtantijs, & prudentia quaſi præſtitutum in eſſe cognito præſtituit, vt attingitur realiter; ita quòd ratio naturalis præſtituit, ſed prudentia determinat præſtitutum, & dirigit ad præſtitutum, & determinatum conſequendũ, dictando quid ſit ſibi medium, & finis virtutis, quærendo media opportuna. Et ergo prudentia dirigit in præſtituendo, ideſt determinando finem illi. Vide de ſolutione hac D.S, tertio ſententiarum, diſt. 33. quæſt. 2. art. 3. Quia ibidem videtur dicere, quòd prudentia præſtituat. In ſecunda ſecundæ autem, quòd ſyndereſis. Sed ex dictis haberi poteſt, quomodo vtrumque ſaluari poteſt, &c.

Vtrum iuſtitia ſit præcipua inter virtutes morales.

N Supra ar 1. cor. Et inf. q. 68. art. 7. cor. Et 2.2. q. 58. ar. 12. & q. 123. ar. 12. Et q. 141. arti 8. Et 3. diſt. 35. q. 1. ar. 3. q 1. co. Et 4. di. 33. q. 3. artic. 3. co. Et Vir. q. 5. arti. 3. cor.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd iuſtitia non ſit præcipua inter uirtutes morales. Maius enim eſt dare alicui de proprio, quàm reddere alicui, quod ei debetur; ſed primum pertinet ad liberalitatem, ſecundum autem ad iuſtitiam; ergo videtur, quòd liberalitas ſit maior uirtus, quàm iuſtitia.

¶ 2 Præterea. Illud videtur eſſe maximum in vnoquoque, quod eſt perfectiſſimum in ipſo, ſed ſicut dicitur Iacobi primo. Patientia opus perfectum habet; ergo videtur, quòd patientia ſit maior, quàm iuſtitia.

¶ 3 Præt. Magnanimitas operatur magnum in omnibus uirtutibus, ut dicitur in 4. Ethicor. * ergo magnificat etiam ipſam iuſtitiam, eſt igitur maior, quàm iuſtitia. * Ariſt. c. 3.

¶Sed contra eſt, quod Philoſophus dicit in 5. Ethic.* quòd iuſtitia eſt præclariſſima virtutum. * Ariſt. c. 1.

¶ Hic conſequenter comparat ſpecialiter aliquas particulares virtutes inter ſe. Et primò morales; ſecundò intellectuales, artic. ſequen. tertiò Theologicas, artic. 6. Comparat ergo hic morales per eſſentiam adinuicem. De prudentia, quæ eſt aliqualiter moralis, patet ex dictis in articulo præcedenti ad tertium.

¶Reſpondeo dicendum, quòd uirtus aliqua ſm ſuam ſpeciem poteſt dici maior, uel minor, uel ſimpliciter, uel ſm quid. Simpliciter quidem dicitur maior, ſm ꝙ in ea maius bonum rationis relucet, ut ſupra dictum eſt. * — * Art. 1. huius quæſt.

¶D.S. reſpondet diſtinctè ad quæſitum ſm vnam diſtinctionem bimembrem. Vnde primò reſpondet ſm primum membrum diſtinctionis, ſecundò iuxta ſecundum, ibi. Secundũ quid autẽ, &c. Quo ad primum ponit duas concluſiones reſponſiuas; ſecundam ibi. Inter alias autem, &c. Secundò ſubiungit quoddã corollarium ex dictis, ibi. Et ſic iſte, &c. Præmittit ergo primò notabile diſtinctum, & declarationem primi eius membri. Secundò ſubiungit primam concluſionem reſpõſiuam, ibi. Et ſm hoc, &c. Dicit ergo primò ſic. Virtus aliqua poteſt eſſe nobilior ſm ſpeciem (de qua nobilitate hic quæritur) dupliciter, vel ſimpliciter, vel ſm quid. i. ex obiecto habente ſe propinquius ad rectã rationẽ, vel ſm aliquem ornatum accidẽtalem alteri virtuti ſuperadditam, ſicut magnanimitas quærit excellentiam in opere virtutis. Deinde cum dicit.

¶ Et ſecundùm hoc iuſtitia inter omnes uirtutes morales præcellit tanquam propinquiori rationi, quod patet & ex ſubiecto, & obiecto; ex ſubiecto quidem, quia eſt in uoluntate, ſicut in ſubiecto; uoluntas autem eſt appetitus rationalis, ut ex dictis patet; * ſecundùm autem obiectum, ſiue materiã, quia eſt circa operationes, quibus homo ordinatur non ſolùm in ſeipſo, ſed ẽt ad alterũ. — * Prima parte, q. 80.

¶Subiungit concluſionem primam reſponſuam. Iuſtitia inter omnes virtutes morales (ſ. per eſſentiam, quæ ſunt in appetitu) præcellit. Probatur, ſimpliciter dr̃ maior virtus, in qua maius bonum rationis relucet, ſed iuſtitia eſt hmõi; igitur, &c. Maior patet ex ar. 1. vbi dictum eſt, ꝙ ratio eſt radix humani boni, quod eſt virtuoſum & honeſtum; ergo ſequitur maior, &c. Minor probatur, in illo relucet maius bonũ rationis, cuius ſubiectum, & obiectum ſunt propinquiora rationi; ſed iuſtitiæ ſubiectum, & obiectum ſunt huiuſmodi; igitur, &c. Huius rationis vltimæ D.S ponit, & declarat maiorem, cum prima, & ſecũda partibus minoris. Secundò cõfirmat rationẽ, & concluſionem auctoritate, ibi. Vnde iuſtitia, &c. Maior ergo proximæ rationis nota, quia virtus præſertim ex ſubiecto, & obiecto dependet. Minor probatur, quia iuſtitia eſt in voluntate, quæ eſt appetitus rationalis, & per cõſequens valde propinqua rationi, non ſolùm propinquitate ſubiectiua, ſed etiam obedientiali, quia de ſe nullo modo renititur dictamini rectæ rationis. Declarat autem minorem quo ad ſecundam partem, videlicet, quia obiectũ & materia eius ſunt operationes ad alterum, & nõ ſolũ in ſeipſo; ſed maius bonum rationis eſt benè ſe habere ad alium; igitur, &c. Minor patet ex ſupra dictis, quia ad bonum proprium facilè eſt ſe habere bene, ſed ad bonum alterius difficile. Vnde ponitur virtus ad bonum alterius, non ad bonum proprium, vt patet ex ſupra dictis, quæſt. 56. artic. 6.

¶Et nota, ꝙ D. S. dicit, ꝙ iustitia est non solũ **circa operationes,** quibus homo benè ordinatur ad seipsum, sed & ad alterũ; quia dicit pp iustitiam communem, tàm legalem, quàm particularem; vt enim supra patuit q. 60. artic. 5. legalis est circa passiones, & operationes ex eis procedentes, & circa operationes ad alterum; particularis autem circa operationes ad alterum tantùm. Deinde ibi.

¶ Vnde iustitia est præclarissima uirtutum, ut dicitur
*Arist.c.1. in 5. Ethicorum. * ——

¶Confirmat cõclusionem pcedentẽ auctoritate Phil. 5. Eth. &c.

¶Nota, ꝙ quamuis Arist. dicat illam auctoritatem de iustitia legali, de qua & arguit rationem, quam D. S. hic induxit, & tamen de iustitia particulari etiam verificari potest; nam & ipsa est in voluntate, & ad alterum, licet particularem personam. Secundum autem Philos. ibidem multi possunt benè vti virtute in proprijs, & ad seipsos, qui non vtuntur benè ad alios. Quare rectè dixit Bias; Principatus ostendit virum, &c. Et quamuis iam responsum sit ad quæsitum, D. S. tamen consequenter ostendit ordinem nobilitatis aliarum, quæ sunt circa passiones, &c. Consequenter cum dicit.

¶Inter alias autem uirtutes morales, quæ sunt circa passiones, tantò in unaquaq; magis relucet rationis bonum; quantò circa maiora motus appetitiuus subditur rationi; maximum autem in his, quæ ad hominem pertinent, est uita, a qua omnia alia dependent; & ideo fortitudo, quæ appetitiuum motum subdit rationi in his, quæ ad mortem, & uitam pertinent, primum locum tenet inter uirtutes morales, quæ sunt circa passiones; tamen ordinatur infra iustitiam, vnde Philosophus dicit
*Arist.c.9. in primo Rheror. * ꝙ necesse est maximas esse uirtutes, quæ sunt alijs honoratissimæ; si quidem est uirtus potentia benefactiua, propter hoc fortes, & iustos maximè honorant; hæc quidem in bello. s. fortitudo, hæc autem s. iustitia, & in bello, & in pace utilis est. ——

¶ Ponit aliam conclusionem responsiuam quo ad primum mẽbrum, talem. Fortitudo secundum locum tenet inter virtutes morales, quæ sunt circa passiones, infra tamen iustitiam. Post fortitudinem autem ordinatur temperantia. Huius conclusionis Doct. San. ponit, & probat primam partem; secundò secundam, ibi. Post fortitudinem. Probatur ergo prima pars sic, resumendo maiorem; Inter virtutes, quæ sunt circa passiones, illa est maior, & nobilior, in qua maius bonum rationis relucet, sed fortitudo est huiusmodi; igitur conclusio vera. Maior patuit. Minor probatur, inter eas, quæ sunt circa passiones, tantò in vnaquaque magis relucet rationis bonum, quantò circa maiora motus appetitiuus subditur rationi, sed per fortitudinem motus appetitiuus subditur rationi circa maxima (idest difficillimè benè moderanda) igitur, &c. Maior illa patuit supra quæst. 61. artic. 3. & 4. Minor probatur. Fortitudo subdit motum appetitiuum rationi in his, quæ ad mortem, & vitam pertinent; igitur, &c. Minor vera. Antecedens relinquitur notum. Tenet consequentia, quia maximum in his, quæ ad hominem pertinẽt, est vita, a qua omnia alia (circa quæ sunt aliæ virtutes, quæ sunt circa passiones) dependẽt. Igitur illa, quæ est circa passiones concernentes vitam, est circa ea, quæ maximè mouent, & circa quæ difficillimum est benè se habere; sed ꝙ fortitudo sit post iustitiam. D. S. relinquit notum ex prima conclusione, & probat solùm auctoritate Philosophi; & probat eam secunda secundæ, quæst. 123. ar. 12. quia fortitudo non habet laudem nisi ex iustitia, & in ea fundatur. Et secundò, quia ratio virtutis magis consistit in bono, quàm difficili, ideo quia iustitia magis participat bonum rationis; igitur, &c. Et tertiò, quia iustitia semper vtilis est, & in pace, & in bello; & si omnes essent iusti, non esset opus actu fortitudinis. Sed D. S probat vtranq; partem simul. s. quòd iustitia, & fortitudo præferantur alijs, & iustitia fortitudini propter tertiam rationem tactam, quia sunt honoratiuæ, quia maximè benefactiuæ. Consequenter ibi.

¶Post fortitudinem autem ordinatur temperãtia, quæ subijcit rationi appetitum circa ea, quæ immediatè ordinantur ad uitam, uel in eodem secundùm numerum, uel in eodem secundùm speciem. s. in cibis, & venereis. ——

¶Ponit, & probat secundam partem conclusionis secundæ. Et arguitur sic. Maior resumitur ex præcedenti parte inter virtutes, &c. sed per temperantiam post fortitudinem subditur rationi circa difficilia; igitur illa pars vera. Minor probatur. Temperantia subijcit rationi appetitum circa ea, quæ immediatè ordinantur ad vitam, vel in eodem secundùm numerum, moderando delectationes gustus, vel secundùm speciem quo ad delectationes tactus; igitur minor vera. Sed quòd temperantia sit post fortitudinem, patet ex dictis, quia benè se habere ad vitam, & mortem, & subdere circa ea motum appetitiuum rationi maius est, quàm circa vitam tantùm; fortitudo enim facit, ne aliquis vitam nimis amet, & mortem ne nimis horreat, &c. Tunc ibi.

¶Et sic istæ tres uirtutes simul cum prudentia dicuntur esse principales etiam dignitate. ——

¶Infert quoddam corollarium, tale. Istæ tres virtutes. s. iustitia, fortitudo, temperantia, simul cum prudentia, dicuntur esse principales, etiam dignitate; patet, quia in eis maximè relucet bonum rationis; igitur, &c. Antecedens, & consequentia patẽt ex dictis.

¶Secundum quid autem dicitur aliqua uirtus esse maior, secundùm quòd adminiculum, uel ornamentum præbet principali uirtuti, sicut substantia est simpliciter dignior accidente; aliquod tamen accidens est secũdùm quid dignius substantia, inquantum perficit subiectum in aliquo esse accidentali. ——

¶Hic vltimò resumit secũdum membrum prædictæ distinctionis, & respondet iuxta ipsum tali conclusione intenta implicitè, Aliquæ virtutes sunt maiores ipsa iustitia (s. in aliquo accidentali) secundùm quid. Probatur. Iliæ virtutes sunt maiores secundùm quid istis virtutibus, quæ has ornant, vel præbent quoddam adminiculum; sed aliquæ respectu harum sunt huiusmodi; igitur, &c. Maior patet a simili de substantia, & accidente, quod est nobilius substantia secundùm quid, quia perficit in esse accidentali. Minor patet in solutione primi, & quarti; quia liberalitas ornat, & est supplementum iustitiæ, & magnanimitas ornat omnes virtutes; & similiter patientia est secundùm quid (s. in tolerantia malorum) maior quibusdam, quia excludit radicem multorum malorum prouenientium ex malo illato, vt patet ad secundum. Humilitas autem adminiculatur omnibus virtutibus per accidens remouendo prohibens, & corrumpens, &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primam conclusionem responsiuam.

¶Ad primum ergo dicendũ, ꝙ actus liberalitatis oportet, ꝙ fundetur super actum iustitiæ, non enim esset liberalis datio, si nõ de proprio daret, vt in 2. Polit. dicitur. Vnde liberalitas sine iustitia esse nõ posset, quæ secernit suum a non suo; iustitia autem potest esse sine liberalitate; vnde iustitia simpliciter est maior liberalitate, tanquã communior, & fundamentum ipsius; liberalitas autem est secundùm quid maior, cum sit quidam ornatus iustitiæ, & supplementum eius. ——

¶Maior est vera, secundùm quid, non simpliciter, quia dare de suo fundatur in ea virtute, quæ reddit debitum, quia proprium secernitur a non suo per eam, quæ reddit vnicuique, quod suum est, & quod debetur. Ad minorem, concedo eam; sed dico, quòd secundum. s. dare alicui quod debetur, est fundamentum primi, & communius, & sine secundo primum non habet rationem virtutis. Non enim est datio liberalis nisi de suo, quod iustè habet. Negetur autem consequentia, si intelligat, ꝙ liberalitas sit maior simpliciter; sed conceditur iuxta vltimam conclusionem, ꝙ secundùm quid maior est. Et hanc nobilitatem ẽm quid explicat D. S. secunda secundæ, q. 117. artic. 6. quia liberalitatis est ordinare affectionem pecuniæ, ꝙ s. homo nõ sit amatiuus pecuniæ. Ex quo fit, ꝙ de facili vtitur ea, & ad seipsum, & ad vtilitatem aliorum, & ad honorem Dei, & secundùm hoc habet quandam excellentiam, ex hoc, ꝙ est vtilis ad multa, &c. Quia tamen amor pecuniæ non est materia tam digna, vel tam fortiter trahens, sicut delectationes corporis; ideo temperantia simpliciter præfertur, &c. Habes ex hoc, quòd liberalitas ornat, & præbet adminiculum. De minore habet D. S. vbi iam, artic. 3. ad primum, &c.

¶Et nota, quòd quia ad liberalitatem præcipuè pertinet, vt homo propter inordinatam affectionem ad pecuniam, non prohibeatur a quocunque debito vsus eius; ideo affert quendam ornatum iustitiæ, faciendo vt quis soluat debitum, & libenter, & iocundè. Liberalitas enim non attendit debitum legale, quod attendit iustitia, sed quoddam debitum morale, quod sumitur penes quandam decentiam, &c. De duplici debito. vide secunda secundæ, quæst. 31. artic. 3. ad tertium. & quæst. 80. artic 1.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ patientia dicitur habere opus perfectum in tolerantia malorum, in quibus nõ solùm excludit iniustam uindictam, quam etiam excludit iustitia; neque solum odium, quod facit charitas, neque solum ira, quod facit mansuetudo; sed etiam excludit tristitiam inordinatam, quæ est radix omnium prædictorum; & ideo in hoc est perfectior, & maior, quia in hac materia extirpat radicem; non autem est simpliciter perfectior omnibus alijs uirtutibus, quia fortitudo non solũ sustinet molestias absque perturbatione, quod est patientiæ, sed etiam ingerit se eis, cum opus fuerit, unde quicunque est fortis, est patiens; sed non conuertitur, est autem patientia quædam fortitudinis pars. ——

¶Maior

¶Maior est vera, si est perfectissimũ simpliciter tunc est maximum simpliciter. Dictum est autem ar. tertio, quòd maioritas simpliciter est ex obiecto, & materia. Tunc negatur minor, vt patuit supra q. 61. ar. 3. ad tertiũ. Sed dico sicut ibidem patuit, quòd habet opus perfectum secundùm quid in tali genere, scilicet in tolerandis malis, quia ibi excludit radicem multorum vitiorum prouenientium ex malis præsentibus ingerentibus tristitiã quã ipsa patiẽtia tollit. ¶Vnde quo ad hoc est nobilior iustitia, quę excludit vindictam iniustam, & charitate, & mansuetudine; sed nõ est nobilior etiam in hoc genere. s. tolerandi mala ipsa fortitudine, quæ non solùm mala patienter sustinet, sed etiam se ingerit. Quare omnis fortis est patiens, sed non conuertitur. Et de materia huius solutionis secũda secũdę. q. 136. ar. 2. in corp. ad primũ.

¶Ad tertium dicendum, quòd magnanimitas non potest esse, nisi alijs virtutibus præexistentibus vt dicitur
*Arist.c.3. in 4. Ethicorum. * vnde comparatur ad alias sicut ornatus earum, & sic secundum quid est maior omnibus alijs, non tamen simpliciter. ——

¶Ad antecedens, verum, operatur in magna in omnibus virtutibus magnanimitas, sed per actus ipsarũ virtutum, & operatur magnum, quod est quidam decor accidentalis ipsis virtutibus, & non perfectio essentialis. Habet enim quælibet virtus quendam decorem proprium ex propria specie sine magnanimitate. Sed per magnanimitatem additur quidam alius ornatus ex magnitudine operis virtuosi quam magnitudinem per se respicit magnanimitas. Sic fortitudinis est fortiter agere ex propria specie, sed magnanimitatis est circa materiam fortitudinis magna operari in fortiter agendo. Vnde fortis intẽdit fortiter agere, & magnanimus intẽdit magna operari in fortiter agendo. Quare ille decor, & illud magnum, quæ per se respicit magnanimitas, sunt accidentalia alijs virtutibus, & in alijs virtutibus fundantur. Et vltra concedo, quòd magnificat iustitiam magnitudine accidentali iustitiæ ipsi & fundatur in iustitia, vltra; ergo est maior secundùm quid quia non omne perficiens est maius simpliciter, sed perfectio substantialis, & specifica vt forma, ipsa materia, non autem perfectio accidentalis vt hic est. De illa materia supra q. 61. artic. tertio ad primum.

Vtrum sapientia sit maxima inter virtutes intellectuales.

Supra q. 57. artic. 2. ad 2. Et infra q. 68. ar. 7. co. Et 1. Ethic. princ. & li. 6. lec. 6. & 7.

O AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd sapientia non sit maxima inter virtutes intellectuales. Imperans enim maius est eo cui imperatur, sed prudentia videtur imperare sapientiæ. Dicitur ẽm in primo Ethi.* quòd quas disciplinarum debitum est esse in ciuitatibus, & quales vnumquodque addiscere, & vsquequo, hæc præordinat, scilicet Politica, quæ ad prudentiam pertinet vt dicitur in 6. Ethic.* cum igitur inter disciplinas etiam sapientia contineatur, videtur, quòd prudẽtia sit maior, quàm sapientia.

* Arist. c. 2.

* Arist. c. 8.

¶ 2 Præterea. De ratione virtutis est, quòd ordinet hominem ad felicitatem, est enim virtus dispositio perfecti ad optimum vt dicitur in 7. Physico.* sed prudentia est recta ratio agibilium per quæ homo ad felicitatem perducitur, sapientia autem non considerat humanos actus quibus ad beatitudinem peruenitur, ergo prudentia est maior virtus, quàm sapientia.

* Aristot. text. 17.

¶ 3 Præterea. Quantò cognitio est perfectior tantò videtur esse maior, sed perfectiorem cognitionem habere possumus de rebus humanis de quibus est scientia, quàm de rebus Diuinis de quibus est sapientia, vt distinguit August. in 12. de Trinitate.* Quia Diuina incomprehensibilia sunt, secundùm illud Iob 36. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram, ergo scientia est maior virtus quàm sapientia.

* Aug. 14. Iob 36.

¶ 4 Præterea. Cognitio principiorum est dignior quàm cognitio conclusionum, sed sapientia concludit ex principijs indemonstrabilibus quorum est intellectus sicut, & aliæ scientiæ, ergo intellectus est maior virtus, quàm sapientia.

¶ Sed contra est, quòd Philosophus dicit in 6. Ethicorum.* quòd sapientia est sicut caput inter virtutes intellectuales.

* Arist. c. 7.

¶Hic comparantur specialiter virtutes intellectuales ad inuicem. Et an sapientia sit maxima inter eas. ¶Et nota, quòd non quærit de sapientia absoluta, & secũdùm se, vt includit etiam Diuinam; sed de sapientia vt est habitus intellectualis, & noturalis, ita quòd non videtur hic includi sapientia extra genus hoc est Theologia, quæ considerat Deum modo supernaturali, vt est scibile genericè distinctum à seipso scibili per virtutem naturalem intellectus. Sapientia etiam absolutè non habet, quòd sit habitus intellectualis nisi permissiuè id est sibi non repugnat, non tamen sibi per se conuenit ratione formalis significati, sed accidit sibi ratione significati materialis, & generici. vt patebit prima par. q. 13. ar. 3. ad 1. & q. 14. ar. 1. ad 1. Quærit ergo de sapiẽtia, quæ est habitus intellectualis, & considerat causam altissimam, modo naturali, quæ Deo formaliter non conuenit, cum habitus in ipso locum non habeat. De sapientia autem Theologorum videbitur prima parte q. 1. ar. quinto, & sexto. Et in articulo sexto vbi iam habetur, quòd ad sapiẽtiam gratuitam non pertineat probare, & disputare de principijs aliarum scientiarum, sed solũ iudicare. Hic autem in fine solutionis quarti ponit, quòd sapientia de qua est sermo habeat disputare contra negantes principia, patet ergo, quòd hic loquitur de alia sapientia quam ibidem. Quia hic de sapientia, quæ considerat altissimam causam secundùm rationes communes sibi, & creaturis, præsertim quo ad cõceptus primos simplices. Compositi autem esto sint Deo proprij tamen ex communibus colliguntur, &c. Illiç autem de sapiẽtia quæ considerat Deum secundùm ea, quæ non conueniunt sibi, & creaturis, sed secundùm sibi propria, scilicet quòd sit trinus, & de huiusmodi notionalibus, &c.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est.* magnitudo virtutis secundùm suam speciem consideratur ex obiecto, obiectum autem sapientiæ præcellit inter obiecta omnium virtutum intellectualium, considerat enim causam altissimam, quæ Deus est, ut dicitur in principio Metaphysic.* ——

* Art. 3. huius q.

* Arist. c. 1.

¶Conclusio responsiua suppletur affirmatiua, quòd sic. Sapiẽtia est maxima inter omnes virtutes intellectuales, scilicet secũdùm suam speciem, & secundùm se. Hanc cõclusionem D. S. primò probat, secundò infert quoddam corollarium, ibi. Et quia per causam, &c. Probatur ergo conclusio sic. Magnitudo virtutis secundùm suam speciem consideratur ex obiecto, sed obiectũ sapientiæ præcellit inter obiecta omnium virtutum intellectualiũ; igitur est maior secundùm speciem. Maior patuit ar. 3. quia magnitudo secundùm speciẽ sumitur a dante speciẽ, quod est obiectum respectu virtutis. Minor probatur, quia obiectum sapientiæ est altissima causa, quæ Deus est, sed altissimo, scilicet penes excellentiam naturæ nihil est altius vel præcellentius. Et patet illa minor ex primo Metaphysicæ.

¶Et nota, quòd dicit Deus est altissimus non altitudine locali sed entitatiua, & perfectionali. Esto sit in omnibus intimè etiam secundùm suppositum saltem ratione alicuius effectus, qui est quid pertinens ad esse rei creatæ à solo Deo causabile, vt patebit prima parte q. 8. ar. 1. & 3. Consequenter cum dicit.

¶ Et quia per causam iudicatur de effectu, & per causam superiorem de causis inferioribus; inde est, quòd sapientia habet iudicium de omnibus alijs virtutibus intellectualibus, & eius est ordinare omnes, & ipsa est quasi architectonica respectu omnium. ——

¶Infert quoddam corollarium tale. Sapientia habet iudiciũ de omnibus alijs virtutibus intellectualibus, & eius est ordinare omnes, & est quasi architectonica respectu omnium, probatur ex dictis. Sapientia est de altissima, & vniuersalissima causa omnium rerum, & principiorum, igitur, &c. Antecedens patuit. Tenet consequentia, quia per causam iudicatur de effectu. Et per causam superiorem de causis inferioribus. Aliæ autem scientiæ, vel sunt de effectibus causæ altissimæ, vel sunt principia probabilia per prima principia complexa Metaphysicalia. Et per hæc sequitur, ꝙ sit architectonica, quia talis est ordinatiua de inferioribus vt patet 2. Physicorum. text. com. 25. in D. S. lectione 4.

¶Nota, quòd quia Metaphysica considerat communissima in omnibus inclusa tam complexa quàm incomplexa, ideo de omnibus se habet intromittere. Et singulariter, quia considerat prima principia simpliciter quarum virtute omnia principia quarumcunque scientiarum verificantur, ideo de omnibus iudicat, & probat omnia, &c.

¶Et confirmatur conclusio auctoritate Philosophi inducta in argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicẽdum cum prudentia sit circa res humanas, sapientia verò circa causam altissimam, impossibile est, quòd prudentia sit maior virtus, quàm sapientia, nisi vt dicitur in 6. Ethico.* maximum eorum quæ sunt in mundo esset homo. Vnde dicendum est, sicut in eodem libro dicitur.* quòd prudentia non imperat

* Arist. c. 7.

* Aristo. c. 7.

perat ipsi sapientiæ, sed potius è conuerso, quia spiritualis iudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur, vt dicitur. 1. ad Corinth. 2. Non enim prudentia habet se intromittere de altissimis, quæ considerat sapientia, sed imperat de his, quæ ordinantur ad sapientiam, scilicet quomodo homines debeant ad sapientiam peruenire; vnde in hoc est prudentia, seu politica ministra sapientiæ, introducit enim ad eam, præparans ei viam sicut hostiarius ad regem.

¶ Maior placet. Et inde est, quòd ratio imperans cum voluntate præfertur omnibus aliis potentiis animæ. Minor autem negatur, nec auctoritas eam probat immo oppositum eius. Nõ em̃ vt habet D.S. in 4. dist. 49. q. 1. art. 1. quæstiun. 3. ad quartum. practicus intellectus perfectus per prudentiam Politicam, quæ principaliter est ad bonum commune, vt patet secunda secundæ q. 50. ar. 2. præcipit vel ponit legem ipsi sapientiæ. Nec dirigit sapiẽtiam in iudicio rerum, sed Politica legem ponit, & aliqua ordinat propter sapientiam, ordinando ea quibus homines ad sapiẽtiam perueniant. Et eo ipso ostenditur prudentia subseruire sapientiæ tanquam digniori, & potiori, quod haberi potest in politia, & vita humana. Vnde dicit D.S. quòd non imperat sapientiæ, vt ipsa scilicet rectè se habeat circa obiectum suum, sed è contra, quia spiritualis non solùm spiritualitate gratuita, sed & naturali iudicat omnia. Est autem sapientia spiritualis, quia circa abstracta secundùm rem, & rationem a materia sensibili. Prudẽtia autem imperat, & ordinat de his, quæ ordinantur ad sapiẽtiã, sicut instituit vniuersitates, & studentibus necessaria prouidet, vt possint vacare sapientiæ. Quare est ministra sapientiæ.

¶ Aliqui tamen dicunt, quòd sapientia sit principalior in ratione artis, quia melius nouit causas quàm Politica, sed Politica est principalior principalitate operis, quia est ad principaliorem finem. Sed huius intellectus patet in solutione ad secundũ, quia & sapientiæ est nobilior finis intrinsecus, quia actus suus si perfectè haberetur esset ipse vltimus finis, Politica autem ordinat ad hunc finem remotè, sicut ad finem extrinsecum.

¶ Vnde nota, quòd nec bonum commune legale præferendũ est bono Diuino. Quare, & nullus quomodocunque peccare debet pro salute temporali reipublicæ. Quod est signum, ꝙ etiam particularem hominem se benè habere ad Diuina, maius est bono multitudinis ciuilis, &c. De hoc Capreolus in 3. dist. 27. ad 11. contra tertiam conclusionem. Capreolus.

¶ De quodam tacto in minore, quomodo videlicet Politica se habeat ad prudentiam. Dicit D. S. in commento sexti Ethicorũ, quòd Politica habet se ad prudẽtiam sicut legalis iustitia ad virtutem, quæ differt sola ratione, vt supra tactum fuit q. 60. artic. 3. Et ita videretur, quòd quælibet prudentia etiam circa bonũ proprium esset politica, secundum quòd referretur in bonum commune. Et sic intelligit Burleus dicens, illa virtus intellectualis, quæ secundùm quòd dirigit vnum hominẽ secundùm se in agẽdis, dicitur prudentia. Illa eadem, secundùm quòd dirigit multitudinem ciuilem vel vnum hominem secundùm quòd est pars multitudinis ciuilis, dicitur Politica. Hæc ille.

¶ Sed hæc expositio Burlei nõ placet D.S. Vndè exponit quomodo Philosophus intelligendus sit secunda secundæ. q. 47. artic. 11. ad primum. Philosophus (inquit) non intendit dicere, quòd Politica sit idem secundùm substantiam habitus cuilibet prudẽtiæ, sed prudentiæ, quæ ordinatur ad bonum commune; quæ quidem prudentia dicitur secundùm communem rationem prudentiæ, prout, scilicet est quædam ratio recta agibilium. Dicitur autem Politica secundùm ordinem ad bonum commune. Hæc ille. Vnde patet ex his, & aliis, quæ ibidem in articulo habet, ꝙ in homine etiam subdito, est duplex prudentia. Vna quæ est ad bonum proprium. Alia Politica, quæ ordinatur ad bonum commune, & talis dicit prudentia, & Politica; & nõ differunt in tali Politica, & prudentia, nisi secundùm rationem, alia tamen ratione, quàm virtus, & iustitia legalis, quia istę distinguuntur secundùm hoc, quòd particularis virtus vel secundùm se operatur vel ad bonum commune imperatur. Sed hic est, quia habet id, quod habet prudentia, & cum hoc est ad bonum commune, quamuis & politica in subditis a politica in principe imperetur, & ei obediatur. Et vocatur politica principis regnatiua.

¶ Nota, ꝙ præter illam politicam, quę est etiam in subditis ad modum artis manu operantis, est politica in principe ad modum architectonicæ, vt per principem intelligatur quicunque rector vel rectores communitatis. Et talis propriè habet facere de quibus loquitur argumentum. Sic ergo patet, quòd politicæ in cõmuni sunt duę species, vt habetur sexto Ethicorum, scilicet legispositiua, quæ & regnatiua est, & alia quæ retinet nomen communius diuisi, & vocatur politica. Et hæc etiam differt à prudẽtia directiua ad bonum particulare. Sed talis politica, & prudentia in communi non differunt re, sed ratione propter causam dictam a D.S. De his particularius loquendum erit secunda secundæ, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd prudentia considerat ea, quibus peruenitur ad fęlicitatem; sed sapientia considerat ipsum obiectum fęlicitatis, quod est altissimum intelligibile; etsi quidem esset perfecta consideratio sapientiæ respectu sui obiecti esset perfecta fœlicitas in actu sapientiæ; sed quia actus sapientiæ in hac vita est imperfectus respectu principalis obiecti, quod est Deus, ideo actus sapiẽtiæ est quædam inchoatio seu participatio futuræ fęlicitatis, & sic propinquius se habet ad fęlicitatem quàm prudentia.

¶ Ad maiorem, vera est, vel sicut ad proprium actum, ita quòd fęlicitas est actus virtutis circa obiectum talis virtutis, vel ordinat hominem ad fęlicitatem extrinsecè & dispositiuè vel meritoriè. Ad minorem, vera, prudentia est recta ratio eorum per quæ homo peruenit ad beatitudinem meritoriè, & dispositiuè. Nã per actus humanos, & passiones moderatas per prudentiam cũ annexis moralibus homo mereretur, & disponitur ad beatitudinẽ extrinsecè, quia scilicet talium virtutum actus non sunt fœlicitas, sed disponunt ad actũ alterius supremę potentiæ cuius actus est fœlicitas. Vltra dico ad secundam partem minoris. Verum est, quòd non considerat actus humanos tanquam obiectum, sed tñ considerat altissimum obiectum, & illa consideratio si perfectè haberetur est perfecta beatitudo. Imperfectè autem habita est inchoatio veræ beatitudinis. Quare negetur consequẽtia, qa maius est esse principiũ fęlicitatis, quàm ad fęlicitatẽ remotè disponere,

¶ Et nota pro illa solutione ea quæ supra habita sunt. q. 57. ar. 1. ad 2m. quia sapientia est eorum per quæ homo fit fęlix obiectiuè, & effectiuè, qa elicit beatitudinẽ circa, & per obiectũ beatificans, sed non est eorum per quæ homo fit beatus causaliter, & meritoriè. ¶ Nota secundò, quòd actus sapientiæ Philosophicæ dicitur esse quędam inchoatio dupliciter vel fœlicitatis naturalis, & tunc idem specie fit fœlicitas perfecta. *Sapientia* enim etiam creata secundùm se potest comprehendere ens naturaliter cognoscibile, quia sapientia Angelica, & etiam humana naturalis, ideſt quæ habetur secundùm proportionem naturæ pro alio statu hoc facit, quæ ex parte obiecti sunt eiusdẽ rationis vel veræ fœlicitatis, quæ consistit in visione clara Diuinæ essentiæ tunc non eadem numero vel specie fit fœlicitas vera, & perfecta, sed quasi eadem propter vnitatem obiectiuam obiecti, non vt obiectum est, sed vt res est, quia vtraque est circa obiectum fœlicitas idem vt res; tamen sub alio lumine, & formali ratione vt obiectũ est; quia ibi sub lumine naturali, illic sub lumine Diuino. Et ergo est inchoatio magis obiectiua quàm subiectiua. Patet ex illa solutione, quòd sapientia nobiliori modo ordinatur ad finem communem (scilicet fœlicitatem) quàm prudentia vel quæcũque virtus moralis, quia vt principium elicitiuum intrinsecè. Aliæ vt dispositiuè, & meritoriæ extrinsecè. Quare politica nõ videtur nobilior principalitate finis, vt tangebatur in solutione præcedentis argumenti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in primo de anima. * vna notitia præfertur alteri, aut ex eo, quòd est nobiliorum, aut propter certitudinem. Si igitur subiecta sint æqualia in bonitate, & nobilitate, illa quæ est certior erit maior virtus, sed illa, q̃ est minus certa de altioribus, & maioribus præfertur ei quæ est magis certa de inferioribus rebus; vnde Philosophus dicit in 2. de Cęlo. * quòd magnum est de rebus cœlestibus aliquid posse cognoscere etiam debili, & topica ratione. Et in primo de partibus animaliũ dicit. * quòd amabile est magis paruum aliquid cognoscere de rebus nobilioribus quàm multa cognoscere de rebus ignobilioribus. Sapientia igitur ad quam pertinet Dei cognitio, homini maximè in statu huius vitæ non potest perfectè aduenire, vt sit quasi eius possessio; sed hoc solius Dei est, vt dicitur in primo Metaphy. * sed tamen illa modica cognitio quæ per sapientiam de Deo habetur, potest, omni alij cognitioni præfertur.

* Aristot. text. 2.

* Aristot. text. 60.

* Aristot. ibi.

* Aristot. text. 2.

¶ Ad maiorem si maior intelligitur quantò perfectior perfectione euidentiæ quo ad nos, & per consequens certior quo ad nos, ta ntò maior simpliciter, negatur; immo cognitio ineuidens quo ad nos euidens autem ex medio demonstrandi, & nobilissimi obiecti maior est, & nobilior. Ad minorẽ, si intelligitur de perfectione simpliciter, negatur, quia talis sumitur ex obiecto. Sapientiæ autem est nobilius obiectum, quàm scientiæ. Sed verũ est, quòd de rebus humanis habemus euidentiorem cognitionẽ, certiorem quo ad nos. Sed quia res Diuinæ immateriales, & immutabiles sunt, ideo ex natura sua certissimæ. Certum enim est, de quo non oportet dubitare, quod aliter esse possit. Et probatio solùm

solùm probat, quòd quia Diuina sunt incomprehensibilia ideo ineuidentiora nobis, tamen ex natura sua certissima sunt, vt habetur 2. Metaph. tex. com. 1. ꝙ intellectus noster se habet ad manifestissima naturæ sicut oculus, &c. Quare negatur consequẽtia, quia nobilitas obiecti præponderat certitudini, & euidentiæ, quo ad nos. Sed posita paritate obiecti, tunc illa quæ esset euidentior, & certior, esset maior saltem accidentaliter.

¶ Nota autem, quòd cognitio dicitur esse certior secundum se non præcisè ratione obiecti, sed ratione medij infallibilis. & non potentis se aliter habere. Si enim obiectum esset nobile, & certum, sed medium, & ratio cognoscendi non essent certa notitia non haberet certitudinem, in sapientia autem, & obiectum nobilius est, & medium certum. Quare dixi, quòd est certior scięntia secundùm se, & cũ hoc nobilioris obiecti vt D.S. deducit, &c. Et vide D.S. in 6. Ethi. vbi dicit, quòd sapientia simpliciter est certissima inter omnes scientias; inquantum scilicet attingit ad prima principia entium, quæ secundùm se sunt notissima, quamuis aliqua illarum, scilicet immaterialia sint minus nota quo ad nos, vniuersalissima autem principia sunt etiam quo ad nos magis nota, &c.

¶ Ad quartum dicendum, quòd veritas, & cognitio principiorum indemonstrabilium dependet ex ratione terminorum; cognito enim quid est totum, & quid est pars statim cognoscitur, quòd omne totum est maius sua parte; cognoscere autem rationem entis, & non entis, & totius, & partis, & aliorum quæ consequuntur ad ens ex quibus sicut ex terminis constituuntur principia indemõstrabilia, pertinet ad sapientiam, quia ens commune est proprius effectus causæ altissimæ, scilicet Dei, & ideo sapientia non solùm vtitur principijs in demonstrabilibus, quorum est intellectus concludendo ex eis sicut etiam aliæ scientiæ, sed & iudicando de his, & disputando cõtra negantes, vnde sequitur, quòd sapientia sit maior virtus, quàm intellectus.

¶ Ad maiorem est vera, quòd cognitio principiorum est dignior, quàm cognitio cõclusionum tantùm, quia intellectus nobilior est scientia vt patuit supra q. 57. ar. 2. ad tertium. Sed negatur, quòd cognitio principiorum tantùm sit dignior, quàm cognitio conclusionum, & cum hoc principiorum, & sic est in proposito. Et rationem D.S. ostendit quare sapientia non solùm habeat cum alijs scientijs deducere ex principijs conclusiones, sed etiam de principijs iudicare. Quia cognitio principiorum depẽdet ex cognitione terminorum, cum autem sapientiæ sit cognoscere omnia, sequitur, quòd de principijs constitutis ex simplicibus iudicet, & disputet defendendo contra ea negantes.

¶ Nota tamen circa hoc D.S. in sexto Ethicorum, quòd sapiẽtia verum dicit circa principia, non quòd demonstret ea, sed inquantum ad sapientem pertinet notificare communia, puta totum, & partem, æquale, & inæquale, & alia huiusmodi, quibus cognitis principia demonstrationum innotescunt, &c. Quomodo autem distinguantur intellectus, sapientia, & scientia, supra dictum est vbi statim, &c.

Vtrum charitas sit maxima inter virtutes Theologicas.

P 2. 2. q. 23. ar. 6. Et q. 30. art. 4. Et 3. di. 33. q. 2. ar. 4. q. 2. ad 3. Et 4. cõtra c. 55. ad 13. Et vir. q. 2. ar. 2. cor. fi. & ad 17. & ar. 5. 6o. & ar. 5. cor. & ad 4. Et Corinth. 13. lect. 3. cc. 1. fin. 2 q. 62. ar. 3. * Arti. 3. * Aug. c. 8. * Matth. in Gloſ. interlin. ſuper illud. Abra hã genuit Iſaac. 1. Cor. 13.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd charitas non sit maxima inter virtutes Theologicas. Cum enim fides sit in intellectu, spes autem, & charitas in vi appetitiua vt supra dictum est. * videtur, quòd fides cõparetur ad spem, & charitatẽ, sicut virtus intellectualis ad moralẽ, sed virtus intellectualis est maior morali vt ex dictis patet. * ergo fides est maior spe, & charitate.

¶ 2 Præterea. Quod se habet ex additione ad aliud videtur esse maius eo, sed spes vt videtur se habet ex additione ad charitatem præsupponit enim spes amorem vt Aug. dicit in Ench. * Addit enim quendã motũ ꝓtensionis in rẽ amatam, ergo spes est maior charitate.

¶ 3 Præterea. Causa est potior effectu, sed fides, & spes sunt causa charitatis. Dicitur enim Matth. primo in glo. * quòd fides generat spem, & spes charitatem, ergo fides, & spes sunt maiores charitate.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit 1. ad Corin. 13. Nunc autem manẽt fides, spes, charitas tria hæc, maior autem horum est charitas.

¶ Hic vltimò comparat Theologicas virtutes ad inuicem penes dignitatem.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ sicut supra dictum: * magnitudo virtutis secundùm suam speciem consideratur ex obiecto, cũ autẽ tres virtutes Theologicæ respiciant Deum sicut proprium obiectum, non potest vna eorũ dici maior altera ex hoc, ꝙ sit circa maius obiectum. * Arti. 5.

¶ Conclusionem responsiuam cum expressione rationis maioritatis ponit D.S. talem. Charitas est maior secundum speciẽ inter virtutes Theologicas non propter maius obiectum in esse rei, sed quia propinquius se habet ad idem obiectum, quod videtur esse dictum, quòd habent idem obiectum in esse rei, sed non in esse obiectiuo, quia videlicet charitati nobiliori modo obijcitur. Huius conclusionis D.S. probat primò primam eius partem. Secundò secundam ibi. Sed ex eo, quòd &c. Arguitur sic pro prima parte conclusionis, magnitudo virtutis secundum suam speciem consideratur ex obiecto, sed tres Theologicæ virtutes respiciunt Deum sicut proprium obiectum, materiale & tanquam rem, ergo vna non est maior quasi circa maius obiectum secundùm rem. Deinde cum dicit.

¶ Sed ex eo, quòd vna se habet propinquius ad obiectum, quàm alia; & hoc modo charitas est maior alijs, nam aliæ important in sui ratione quandam distantiã ab obiecto; est enim fides de non visis, spes autem de non habitis, sed amor charitatis est de eo quod iam habetur, est enim amatum quodammodo in amante.

¶ Probat secũdam partem sic, illa virtus Theologica propinquiori modo se habet ad Deum, quæ est de Deo, vt habetur, & quæ dicit vnionem hominis cum Deo, quàm hæ quæ in sui ratione important quandam distantiam ab eo, sed charitas est de Deo vt iam habetur, & dicit vnionem hominis ad Deum. Fides autem, & spes important distantiam ab ipso, igitur. Maior nota. Minorem D.S. primò declarat quo ad primam partem, secundò quo ad secundam, ibi. Et etiam amans, &c.

¶ Vnde pro minore nota, quòd esto fides, & spes etiam inhæreant Deo, non tamen in credente, & sperante vt sic, est Deus per impressionem affectionalem, quæ facit hominẽ habere ad Deũ sicut ad seipsum, & plus. Et secundò fides, & spes inhærent Deo vt aliquid ex eo prouenit, sed charitas inhæret inhæsione affectiua Deo propter se volendo sibi bona sicut amico. Et tertio, qa per fidẽ, & spẽ non inhabitat Deus hominem sicut per charitatẽ.

¶ Nota, ꝙ infra habetur. q. 70. ar. 3 ꝙ in charitate habetur, & datur specialiter Spiritus sanctus sicut in propria similitudine cũ & ipse sit amor. Quare minor vera, quam D.S. probat, quia amor charitatis est de eo, quod iam habetur in complacentia, & connaturalitate affectiua. Deinde ibi.

¶ Et etiam amans per affectum trahitur ad vnionem amati propter quod dicitur. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. 1. Ioan. 4.

¶ Probat minorem præcedentem quo ad secundam partem, quia amans per affectum trahitur ad vnionem amati ut dicitur 1. Ioannis quarto. Fides autem, & spes non faciunt Deum esse in affectu hominis, sed faciunt affectum, & intellectum tendere in bonum, & verum Diuinum à Deo effluẽtia, sed charitas inhæret ipsi Deo ratione sui. Aliæ autem vt nobis aliquid ab eo profluit, quod inhærere nõ requirit vnionem affectionalem. Quare D.S. dicit, quòd fides, & spes important in ratione sui quandam distãtiam, quia fides innititur Diuinæ veritati de non visis. Similiter spes Diuino auxilio de non habitis. Et ergo ibi est distantia primò quo ad obiectum materiale, scilicet creditum, & speratum, sed charitas sicut & amor est de præsenti, & abstrahit ab absentia. Secundò quo ad obiectum formale, quod est Diuina veritas vel omnipotentia, quia huic non inhæret propter se vt dictũ est. Et habetur in D.S. secunda secundæ. q 17. arti. 6. Et secundo, quia ibi non est vnio affectiua, quæ est amici ad amicũ. Et ergo Deus propinquiori modo, & nobiliori obijcitur voluntati secundùm charitatem, quàm ipsi secundùm spem, & intellectui secundùm fidem. Deus em̃ vt habetur ab homine super omnia charus amicus obijcitur charitati. Vt autem ab eo est omnis veritas fidei, & iuquantum omnipotens, & misericors spei. Constat autem, quòd habere aliquem vt amicũ super omnia preciosum nobilior modus est. Et potest cognitio fidei esse abstractiua, & non rei vt in se est, sed amor est rei vt in se.

¶ Et nota, quòd quamuis illi modi sunt accidentales obiecto Theologicarum virtutum vt res est, non tamen vt obiectum est. Et per consequens illi modi etiam sunt essentiales illis virtutibus, quia virtus non trahit speciem ex obiecto secundùm rationem suam vt res est, sed vt obiectum est, vt alibi patet. Quare non oportet D.S. intelligere quasi vna propinquiori modo eiusdem tamen rationis se habeat ad idem obiectum vt res, sed modis inducentibus diuersitatem obiecti, vt sic, & omnino diuersis.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione confirmanda.

¶ Ad

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd hoc modo nõ se habent fides, & ſpes ad charitatẽ ſicut prudentia ad virtutem moralem, & hoc propter duo. Primò quidem quia virtutes Theologicæ habent obiectum, quod eſt ſupra animam humanam; ſed prudentia, & virtutes morales ſunt circa ea, quæ ſunt infra hominem; in his autẽ, quæ ſunt ſupra hominem nobilior eſt dilectio, quàm cognitio, perficitur enim cognitio, ſecundùm quòd cognita ſunt in cognoſcente; dilectio verò ſecũdum quòd diligens trahitur ad rem dilectam; id autem, quod eſt ſupra hominem nobilius eſt in ſeipſo, quàm ſit in homine, quia vnumquodque eſt in altero per modũ eius in quo eſt; èconuerſo autem eſt in his, quæ ſunt infra hominem. Secundò, quia prudentia moderatur motus appetitiuos ad morales virtutes pertinentes, ſed fides non moderatur motum appetitiuũ tendentem in Deũ qui pertinet ad virtutes Theologicas, ſed ſolùm oſtẽdit obiectum; Motus autem appetituus in obiectum excedit cognitionem humanam ſecundùm illud ad Eph. 3. Supereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti.

¶ Ad ſecundam partem maioris negatur omnino, quòd fides comparetur ad ſpem, & charitatem ſicut virtus intellectualis, ſcilicet prudentia ad moralem. Et eſt duplex ratio diuerſitatis in littera. Prima ratio diuerſitatis innititur dictis in prima parte q. 82. ar. 3. vbi dictum eſt, quod voluntas interdum eſt ſecundum quid nobilior intellectu, quando videlicet obiectum voluntatis interdum inuenitur in altiori re, quàm ſit obiectum intellectus. Dictum eſt etiam, quòd ea, quæ ſunt infra animam, nobiliùs eſſe habent in anima, quàm in ſeipſis. Quia ergo obiectum fidei pro hoc ſtatu, notanter pro hoc ſtatu viatico, habet nobilius eſſe in ſe ſecundùm quòd eſt obiectum charitatis, quàm in anima ſecũdùm intellectum fide informatum. Ideo charitas nobilior eſt tali habitu intellectus, ſcilicet fide, & voluntas ipſa reſpectu talis obiecti in via nobilior eſt ſecundum quid. Sed ſic non eſt de prudentia, & moralibus virtutibus, quia vtræque ſunt de his, quæ ſunt infra animam, & rationem. Ideo illa quæ eſt de eis ſecũdùm quòd ſunt in anima, ſcilicet prudentia, præfertur his, quæ ſunt de ipſis ſecundùm quòd in ſe ſunt. Quare non eſt ſimilis proportio fidei ad charitatẽ ſicut prudentiæ ad moralẽ. Sed eſſet proportio luminis gloriæ ad charitatem, & prudentiæ ad moralem, quia quòd nobili modo obijcitur Deus intellectui in patria vt charitati; quia ſecundùm ſe, & per eſſentiam intelligitur, & per conſequens actus intellectus habet nobilitatem ſui generis quam habet ex per ſe obiecto, & modo obijciendi, ſcilicet ſecundùm eſſe abſtractum, & abſolutum. Eſſe enim in anima non dat intellectui nobilitatem ſuper voluntatem, ſed eſt ſolùm conditio ſine qua non; ſed eſſe abſolutum, & abſtractum obiecti intellectus ſuper obiecto voluntatis eſt ratio propter quam. Eſto enim obiectũ voluntatis habeat quandoque nobilius eſſe ſecũdùm rem, & extra, tamen non habet nobilius eſſe obiectiuum ſimpliciter loquendo, ſed ſecundùm quid in tali re, & in via voluntas præfertur, ſcilicet quo ad immaterialia præſertim Deum, &c.

¶ Secunda ratio diuerſitatis, & negationis maioris, quia virtus intellectualis moderatur, & ponit modum immo, & mediũ, virtuti morali, & perfectè menſurat actum eius, non ſic fides virtuti Theologicæ, quæ eſt in appetitu. Eſto enim non ametur etiam amore charitatis niſi oſtenſum, & cognitum, non tamen ſolùm amatur vt cognoſcitur, ſed multò plus diligitur, quàm cognoſcatur. Sicut oſtẽdit D.S. in de Virtutibus de charitate. ar. 4. ad quartum. Et ſecundò, quia lex, & menſura noſtræ dilectionis eſt lex Diuina, & ſapientia Diuina, vt patet ſecunda ſecundæ. q. 24. ar. 12. & q. 27. ar. 6. ad tertium. quæ jubet nos diligere quantum poſſumus ex toto corde, &c. propter infinitam Dei bonitatem. Quare non eſt ſimile, quia fides non ponit menſuram nec præſtituit medium, ſed ſolùm oſtendit obiectum, & dicit, quòd Deus eſt ſummum bonum, & diligibilis, ſed non ponit modum vel menſuram dilectioni. Nec dicit, quòd dilectio non debeat excedere modum cognitionis, immo plus debet diligi, quàm poſſit ratio apprehendere, &c Minor eſt vera, & patuit ar. 3. loquendo præſertim de intellectuali ſimpliciter, & aliqualiter morali, quia talis maior eſt ne dum in ratione habitus, ſed etiam virtutis, ſed negetur conſequentia, & ratio iam dicta eſt, vide D. S. de charitate ſtatim articulo tertio ad 13.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſpes præſupponit amorem eius, quod quis adipiſci ſe ſperat, qui eſt amor concupiſcentiæ, quo quidem amore magis ſe amat cui concupiſcit bonum, quàm aliquid aliud; charitas autem importat amorem amicitiæ ad quam peruenitur ſpe, vt * q. 62 ar. 4. ſupra dictum eſt. *

¶ Ad maiorem vera eſſet ſi habens ſe ex additione per ſe addit id, quod eſt perfectionis ſin autem non oportet; vnum enim addit ſuper ens, nec tamen perfectius eſt ente, quia addit negationem diuiſionis abſtrahentem à perfectione, & imperfectione. Si enim diuiſio oppoſita vnitati ſit imperfectionis, tunc vnitas eſt perfectionis, ſicut relatio abſtrahit formaliter a perfectione ſimpliciter, & ſecundùm quid. Sed verum eſt, quòd id, quòd ſe habet ex additione eſt poſterius quomodocunque addat, quia ſimpliciter maiora ſunt priora.

¶ Ad minorem, negatur, quòd ſpes ſe habet ex additione ad charitatem ex parte ſubiecti vt argumentum intendit, quia id, q addit, alterum præſupponit, ſed ſpes non præſupponit charitatẽ, immo ècontra patuit ſupra. q. 62. ar. 4. Sed verum, quòd ſpes præſupponit amorem concupiſcẽtiæ boni ſperati, qui eſt amor amicitiæ ſperantis. Sed non præſupponit amorem amicitiæ eius a quo quis ſperat bonũ, quod eſt beatitudo, ſcilicet Dei, qui amor eſt charitas, quia ex ſpe peruenitur in talem amorem. Et auctoritas beati Auguſtini vult, quòd addit ſpes ſuper amorem, ſcilicet concupiſcentiæ alicuius boni ſperati, extenſionem in rem amatam, ideo ſpes maior motus eſt amore tali, ſed non ſequitur, ergo charitate. Et de iſta ſolutione habet D. S. in de Virtutibus de ſpe, ar. 3. in ſolutionibus. Sed eſto, quòd ſpes non addat ſuper charitatem ex parte ſubiecti ſicut addit ſuper amorem, vt illa ſolutio oſtendit, quia ſpes prior eſt, & charitas poſterior, prius autem non addit ſuper poſterius, ſed quandoque ècontra, quando ſunt ordinata per modum determinabilis, & determinantis. Tamen videtur, quòd ſpes addat ſuper charitatem ex parte obiecti, nam charitatis obiectum eſt bonum, ſpei autem obiectum eſt bonum arduum. Vnde ſecunda ſecundæ. q. 28. arti. 4. ad ſecundum Spes addit ex parte obiecti quandam ſpecialem rationem, ſcilicet arduum, & poſſibile adipiſci huiuſmodi Sed hoc ſoluit D.S ſecũda ſecundæ. quæſtio. 23. articu. 6. ad tertium. quia illud additum, ſcilicet arduitas non arguit perfectionem ſpei, immo imperfectionem, quia implicat diſtantiam a bono ſperato; quia ſi eſſet præſens, & vnitum, tunc arduitas non haberet locum, quia ergo charitas reſpicit idem bonum vt vnitum, affectualiter ſaltẽ, ideo charitas eſt nobilior ſpe. Vnde dictum eſt ad maiorem, quòd eſt vera, ſi additum arguit perfectionem. Et quamuis charitas ſit poſterior ſpe, & præſupponit ipſam ordine generationis, quia tamen obiectum ſuum formaliter diſperatum eſt ab obiecto ſpei formaliter, ideo ipſum non includit, nec ſibi addit, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cauſa perficiens eſt potior ſuo effectu, non autem cauſa diſponens, ſic enim calor ignis eſſet potior, quàm anima ad quam diſponit materiam, quod patet eſſe falſum, ſic autem fides generat ſpem, & ſpes charitatem ſecundùm ſcilicet, quòd vna diſponit ad alteram.

¶ Ad maiorem dictum fuit, quia vera eſt permiſſiuè, vel negatiuè, id eſt cauſæ non repugnat eſſe nobiliorem effectu. Et hoc intelligendo de cauſa effectiua principali vt dictum eſt ar. 1. præſentis quæſtionis. Ad minorem. Eſt vera de cauſa diſpoſitiua, qa fides diſponit ad charitatem, & hoc quo ad actus, nam cauſa habituum eſt Deus, ſed actus vnius præſupponitur actui alterius, vt dictum fuit. q. 62. articulo 4. Et hoc in præcedentibus de imperfecto ad perfectum, tunc etiam ordine temporis ſe præcedunt, ſeu vniuerſaliter, & ſemper ordine naturæ.

¶ Nota, quòd inter ſpem, & fidem ex vna parte, & charitatem ex alia parte eſt ordo generationis talis, quo imperfectũ eſt prius perfecto, & cum hoc naturaliter ordinatur ad perfectũ. Et illud imperfectum non eſt cauſa materialis, ſed cauſa efficiens. Et hoc diſpoſitiua, quæ ordinatur ad aliud, & alteri neceſſariò præſupponitur. Vnde ſaluatur ibi cauſalitas effectiua nõ principalis, ſed diſpoſitiua. Et ea cauſalitas qua effectus prior, eſt cauſa poſterioris, & qua ratio agẽdi, eſt effectiua. Nam ſi de actibus loquamur, vnus diſponit ad alium. Nam ſecundùm D. S. ſupra. q. 43. art. 1. in cor. Id, quod facit obiectum apparet tale, eſt cauſa per modum diſpoſitionis materialis. Spes autem facit Deum haberi tanquam bonum ſperantis, ideo eſt cauſa per modum diſpoſitionis materialis. Non quòd ſua cauſalitas ſit cauſalitas in genere cauſæ materialis propriè, ſed dicitur per modum diſpoſitionis materialis, quia diſtinguitur contra cauſalitatem propriam, & perfectã efficientis. Sicut dicimus obiectum apprehenſum cauſare ſpecificationem actus formaliter, & tamen effectiuè, hoc facit non propriè, ſicut agens; ſed ſicut ratio ſpecificandi; ita in propoſito, qa vnus actus vel habitus non efficit alium, ſed eſt ratio efficiendi, ideo dicitur eſſe cauſa non perfectè effectiua, ſed per modum diſpoſitionis materialis. Non tamen in genere cauſæ materialis, q ſe habet merè paſſiuè, & receptiuè. Diſpoſitio autem materialis, diſponens ad formam ſe habet actiuè inſtrumẽtaliter, & minus principaliter effectiuè, vt patet 2. Phyſicorum. Eſt enim quadruplex cauſa efficiens perficiens, diſponens, adiuuans, præparans. Et ſicut diſpoſitiones materiam aptantes pro forma; ipſam formam præueniunt, ita fides, & ſpes charitatem præuenientes, dicuntur

cuntur cauſare per modum diſpoſitionis materialis; ita q nomine diſpoſitionis materialis omne præueniens intelligatur etiã in genere cauſæ efficientis, ſed minus principalis, & quaſi ratio agendi. Et illis videtur fauere exemplum D. S. de calore ignis diſponente ad animam, quia abſque dubio agit in genere cauſæ efficientis inſtrumentalis, & diſpoſitiuè. Si autem loquimur de habitu, tunc actus vnius diſponit ad infuſionem alterius habitus. Et ſic videtur intelligi D.S. in ſecunda ſecundæ. q. 27. art. 3. vbi dicit diſpoſitionem ad charitatem habere ſe, & reduci ad genus cauſæ materialis, quia capitur genus cauſæ materialis vt diſtinguitur cõtra effectiuum propriè principale. Vide etiam ſecunda ſecundæ q. 24. ar. 2. ad tertium. quia ſpes & huiuſmodi diſponũt ad habitum charitatis infundendum, & actum exercendum, &c.

Quæſtio Sexageſimaſeptima.

De duratione virtutum poſt hanc vitam.

DEinde conſiderandum eſt de duratione virtutũ poſt hanc vitam, & circa hoc quæruntur ſex. Primò, vtrum virtutes morales maneant poſt hanc vitam. Secũdò, vtrum virtutes intellectuales. Tertiò, vtrũ fides. Quartò, vtrũ remaneat ſpes. Quintò, vtrum maneat aliquid fidei vel ſpei. Sextò, vtrum maneat charitas.

¶ Poſtquam determinauit D. S. de tribus proprietatibus virtutum, hic nunc agit de quarta, quæ eſt duratio poſt hanc vitã. Quę iuſtè eſt vltima, quia vltimò conuenit, & cum hoc in habitudine ad extrinſecum, ſcilicet ſtatum & futurum, tempus futurum. Et patuit ratio ordinis etiã q. 64. Et diuiditur quæſtio iſta in tres partes. Primò agitur de duratione moralium. Secundò de duratione intellectualiũ, & permanentia in alia vita. Tertiò de Theologicis primum in arti. primo, ſecundum in ſecundo, tertiũ vſq; in finem per quattuor articulos.

Vtrum virtutes morales maneant poſt hanc vitam.

Infra ar. 2. & ad 3. & q. 68. arti. 6. 10 Et 2. 2. q. 11. art. 3. ad 2. Et 3. d. 33. q. 1. ar. 4. Et 4. di. 14. q. 1. ar. 3. q. 3. Et Vir. q. 5. co. 4.

ADprimum ſic proceditur. Videtur, quòd virtutes morales non maneant poſt hãc vitam. Homines enim in ſtatu futuræ gloriæ erunt ſimiles Angelis, vt dicitur Matth. 22. ſed ridiculũ eſt in Angelis ponere virtutes morales vt in dicitur in 10. Ethi.* ergo neq; in hominibus poſt hanc vitam erunt virtutes morales.

¶ 2 Præterea. Virtutes morales perficiunt hominem in vita actiua, ſed vita actiua non manet poſt hanc vitam. Dicit enim Greg. in 6. moraliũ.* Actiuæ vitæ opera cum corpore tranſeunt, ergo virtutes morales non manent poſt hanc vitam.

* Ariſt. c. 8.

¶ 3 Præt. Tẽperantia, & fortitudo, quæ ſunt virtutes morales ſunt irrationabiliũ partium vt Philoſophus dicit in 3. Ethi.* ſed irrationabiles partes animæ corrũpuntur corrupto corpore, eo quòd ſunt actus organorum corporalium, ergo videtur, quòd virtutes morales non maneant poſt hanc vitam.

* Ariſt. c. 10.

Sapien.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur Sap. primo. quòd iuſtitia perpetua eſt, & immortalis.

¶ Hic quæritur primo de duratione moralium. Nota q D.S. in de virtutibus in ar. vltimo, & in tertio ſententiarum diſt. 33. q. 1. ar. 4. Et Capreolus poſt eum in eadem diſtinctione concluſione quarta. Expreſsè ponunt, q hæc quæſtio debeat intelligi de moralibus infuſis non acquiſitis. Et ratio quidem D.S. ibidem eſt quia acquiſitæ dirigunt in vita ciuili, & habent bonum ciuile p fine. Et quia hæc ciuilitas non remanebit in patria, ideo non remanebit eis aliquis actus, nec circa finem, nec circa materiã p priam ſecundùm quam tendit in finem. Et ideo habitus tollẽtur. In de virtutibus autem ſic dicit. Si vltimum illud ad quod pertingit virtus viæ ordinetur ad vltimum illud ad quod pertingit virtus patriæ, neceſſe eſt, quòd ſit eadem virtus ſecundùm ſpeciẽ, ſed actus erunt differentes. Si autem non accipiatur vnum vt in ordine ad aliud, tunc non erunt eædem virtutes, nec ſecũdùm actũ, nec ſecundùm habitum. Manifeſtum eſt autem, q virtutes ciuiles acquiſitæ, de quibus locuti ſunt Philoſophi, ordinantur tãtùm ad proficiendum in vita ciuili, non ſm q ordinantur ad cęleſtẽ gloriam proſequendam. Et ideo poſuerunt, q huiuſmodi virtutes non manent poſt hanc vitam. Sicut de Tullio Aug. narrat. Sed virtutes cardinales ſecundũ q ſunt gratuitæ, & infuſæ, prout nũc de eis loquimur, perficiunt hominem in vita præſenti vt in ordine ad cęleſtem gloriam. Et ideo neceſſe eſt dicere, quòd ſunt idẽ habitus harum virtutum hic, & ibi, ſed actus ſunt differentes. Nam hic habent actus qui competunt tendentibus in finẽ vltimum, ibi autem actus habent qui competunt iam in fine vltimo quieſcentibus. Hæc ille. Similia habet in quarto. Ex quibus patet quòd quæſtio illa accipienda ſit de infuſis moralibus tantùm.

Capreolus.

¶ Sed intuenti diligenter D.S. hic in præſenti ar. Videbitur, q non tantum infuſæ, ſed & acquiſitæ ſuo modo maneant. Primò, quia D.S. refert opinionem vel magis recitat relationem opinionis Tullij poſitam a beato Aug. Et ſecundùm D.S. iam allegatũ in de virtutibus. Tullius loquitur de acquiſitis moralibus. Et Aug. dicit. & determinauit huiuſmodi virtutes in futura vita exiſtere, quam determinationem D.S. hic approbat, & ſequitur. Videtur ergo, q iuxta Auguſt. & D.S. quæſtio, & reſponſio intelligi debeant de vtriſque, aliàs videretur valde impertinenter relata opinio Tullij, qui non loquitur niſi de acquiſitis, & dicit eas nõ manere. Aug. autẽ dicit eas manere. Et D.S. Aug. ſequitur, ergo, &c.

Morales q maneãt in patria.

¶ Secundò vt ex ſupra dictis. q. 63. ar. 3. ad 2. trahi poteſt euidẽter, in nobis non ſunt ſeminalia virtutum moralium infuſarũ naturalia, & connata, ſed loco ſeminalium naturalium virtutũ acquiſitarum conferuntur quædam principia ſupernaturalia gratuita, & virtutes Theologicę. Sed D.S. hic in ſolutione tertij expræſsè dicit, ante reſurrectionem huiuſmodi virtutes, de quibus eſt quæſtio, manere in anima in radice. Eſt in ratione, & voluntate in quibus ſunt ſeminalia quædam harum virtutum vt dictũ eſt. ſ. q. 63. ar. 1. vbi manifeſtè locutus eſt de acquiſitis. Quare videtur, q & de illis reſponſio, & quæſtio intelligatur; quia non præſumitur, q D.S. in corpore, & ſolutione aliter accipiat virtutẽ moralem. Si quis autem diceret, q & moralium infuſarum ſeminalia ſunt in ratione, & volũtate, quia fides, ſpes, & charitas uel eis æquipollentia ſunt in ratione, & voluntate, quæ iuxta ſupra dicta, ſunt etiam ſeminalia ſupernaturalia virtutum infuſarũ moralium. Verum quidẽ dicit, ſed obſtat prima ratio, ne de illis tm loquatur. Et ſecundò, quia remittit ſe ad locum vbi de ſeminalibus acquiſitarum locutus fuit. ¶ Tertiò, quia ar. ſequenti ad tertiũ, & in fine corporis, comparat virtutem intellectualem acquiſitam morali. Et dicit vtrãq; manere quo ad formale, & non materiale, vbi videtur loqui de acquiſita virtute ſicut loquitur de acquiſita ſciẽtia naturali. Et prætera ſm multos doctores, nõ dãtur infuſæ diſtinctæ ab acquiſitis, nec credunt illi, q Aug. & alij poſuerũt infuſas diſtinctas ab acquiſitis, ſequitur, q & acquiſitę maneant aliàs ſm illos nullę manerent. Si quis ergo illud ſecũdum tenere vellet, poſſet dicere, q D.S. rem hic magis ponderaſſet, qa non modo perfectiones, quæ nos ad gloriam ſupernaturalẽ ordinant, immo & naturales ſtatui illi non incompoſſibiles erunt ſicut, & generatiua manebit, & nutritiuę potentiæ, & alia, q̃ ſunt vel de integritate vel de perfectione, vel oſtenſione virtutis naturalis manebunt, vt D.S. habet in 4. vnde & hic ponit vnam diſtinctionem, qua concordari poſſunt, quę ponit vbi ſupra, & hic. Nã rationes allatę ex tertio ſcripto, & ex de virtutibus probãt, quòd acquiſitæ non manent quo ad materiale virtutis, quod eſt inclinatio ad operationem in propria materia virtutis pro præſenti ſtatu, talia enim non manent vt patebit, ſed tñ formale manebit ſcilicet perfectio rationis; & ſimiliter perfecta diſpoſitio appetitus ſenſitiui conformiter ſe habentis ad rationem quo ad finem virtutis iam aſſecutum. Subditur enim rationi appetitus pfectiſſimè in omnibus, quæ ad illum ſtatum pertinent, & ſi talis perfectio formalis virtutis non prodeat in actum circa materiam præſentis vitæ, tñ eſt pro complemento naturæ, & oſtenſione virtutis eius. Quos autem actus habeant infuſæ virtutes morales oſtẽdit D.S. in de Virtutibus. ¶ Nota tñ, q licet non maneat idẽ obiectum propinquum, manet tamen idem finis; vel licet nõ maneat obiectum ſub eodem modo, tamen ſub alio ſic, quòd concupiſcentiæ ſint materia, & obiectum pro hoc ſtatu vt moderandæ circa cibum, &c. alibi circa ea, quæ congruunt ſtatui illi, & illę materiæ ſe habent magis vt terminus a quo, q̃ ad quẽ, & ſunt obiecta vt ab eis in aliud tendat. His notatis videtũ eſt de art. &c.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut Auguſt. dicit in 14. de Trini.* Tullius poſuit poſt hanc vitam quattuor virtutes cardinales non eſſe, ſed in alia vita homines eſſe beatos ſola cognitione naturæ, qua nihil eſt melius aut amabilius, vt Auguſt. dicit ibidem. * ea ſcilicet natura, quæ creauit omnes naturas.

* Aug. c. 9.

* Eodẽ ca.

¶ D.S. in hoc corpore primò refert poſt Auguſt. opinionem Tullij. Secundò opinionem beati Auguſtini quam declarat, ibi. Ipſe autem, &c. Tertiò ſecundùm eandem opinionem Auguſt. reſpondet, ibi. Sic igitur, &c. Quo ad primum, opinio Tullij fuit, q virtutes morales cardinales non poſſint manere poſt hanc vitam vt Auguſtinus refert, ſed homines eſſe beatos ſola cognitione naturæ, ſcilicet ſupremę, quę omnes creauit, quia ipſa eſt ſummum bonum, & ea nihil melius, & quo ad hoc non malè dixit vt patuit ſupra q. 3. articulo 8. quia in cognitione Diuinæ eſſentiæ conſiſtit beatitudo.

¶ Ipſe autẽ poſtea determinat huiuſmodi quattuor virtutes in futura vita exiſtere, tamen alio modo. Ad

cuius euidentiam sciendum est, quòd in huiusmodi virtutibus aliquid est formale, & aliquid quasi materiale. Materiale quidē est in his virtutibus inclinatio quædā partis appetitiuæ ad passiones vel operationes secūdùm modum aliquem, sed quia iste modus determinatur à ratione, ideo formale in omnibus virtutibus est ipse ordo rationis.

¶Hic cōsequēter ponit opi. B. Aug. q possunt huiusmodi (nota huiusmodi, de quibus locutus est Tullius) quattuor virtutes in statura vita existere, tñ alio modo, & hāc veritatē D. S. acceptat, & eā declarat, præsertim quo ad hoc, q ponit manere alio modo.

¶ Nota sicut supra. q. 66. ar. 2. dictum fuit. Materiale in virtutibus moralibus est inclinatio partis appetitiuæ prouenientis vel ex natura vel ex consuetudine vel ex corruptione naturæ, quæ per virtutem moralem regulatur. Ex remotione enim iustitiæ originalis secuta est pnitas, & inclinatio ad delectabilia sensus inordinata in concupiscibili; & similiter inordinatio, & inordinata inclinatio in irascibili, & in voluntate. Inordinata inclinatio ad bona temporalia, & non solùm est priuatiua, sed etiam personalis, quæ consurgit ex cōplexione. Et quia in futura vita etiam resumptis corporibus istę inclinationes non habebunt locum, ipsa natura reducta ad statum perfectissimum, & cessante materia illarū inclinationū; ideo dicit conclusio, q non manebunt quātū ad materiale. Formale autem in virtutibus est perfectio rationis, & habitualis conformitas appetitus ad rationem, quæ manebūt.

¶Nota, q D. S. infra. q. 68. ar. 6. loquens de permanentia donorum in patria, loquitur proportionabiliter sicut dicit se locutum hic de virtutibus; & dicit, q quantū ad essentiā dona erunt pfectissimè in patria, sed quantū ad materiā circa quā operantur, nō manent in patria; sic possumus hic dicere, q per formale virtutis moralis intelligit essentiam virtutis, per materiale autē materiā, quām virtus moralis regulat, & hoc est inclinatio appetitus circa propriam materiam pro hoc statu, &c.

¶ Sic igitur dicendum est, quòd huiusmodi virtutes morales in futura vita non manent quantū ad id, quod est materiale in eis, nō enim habebunt in futura vita locū concupiscentiæ, & delectationes ciborū, & venereorum, neq; etiam timores, & audacię circa pericula mortis, neque etiam distributiones, & communicationes rerum, quæ conueniunt in vsum præsentis vitæ.

¶ Hic consequenter D. S. respōdet ad quæsitum secundùm veritatē Aug. tali conclusione respōsiua. Huiusmodi virtutes morales in futura vita non manent quantum ad id, quod est materiale in eis, sed quantum ad id, quod est formale remanebunt in beatis perfectissimè post hāc vitam, & præsertim iustitia. Huius conclusionis D. S. primò ponit, & probat primā partem, secundò secundam, ibi. Sed quantum ad id, &c. Tertiò tertiam, ibi. De iustitia verò, &c. Arguitur ergo sic pro prima parte cōclusionis. Materiale in virtutibus moralibus est inclinatio quædam partis appetitiuæ ad passiones vel operationes; sed in futura vita non habebunt locum ipsæ passiones. S. concupiscentiæ, & delectationes ciborū, & venereorū, neq; timores, & audaciæ circa pericula mortis. Neq; etiā distributiones, & communicationes rerū, igitur, &c. Maior relinquitur nota ex supra dictis. q. 66. arti. 1. & 2. Minor patet extra litteram, quia beati similes erūt Angelis neq; numbent neque nubentur, & ergo venerea non habent locum, neque bibent amplius; ablata autem materia aufertur, & inclinatio, & eius appetitus, &c. Et patet etiā, quia conueniunt in vsum præsentis vitæ tantùm. Vide ad longum. 4. contra Genti. cap. 83. Consequenter cum dicit,

¶ Sed quantum ad id, quod est formale remanebūt in beatis perfectissimè post hanc vitam, inquantum ratio vniuscuiusque rectissima erit circa ea, quæ ad ipsum pertinent secundùm statum illum, & vis appetitiua omnino mouebitur secūdùm ordinem rationis in his, quæ ad statum illum pertinent; vnde Aug. ibidem dicit.* q prudentia ibi erit sine vllo periculo erroris, fortitudo sine molestia tolerandorū malorū, tēperantia sine repugnatione libidinū, vt prudentię sit nullum bonum Deo præponere vel æquare, fortitudinis ei firmissimè cohærere, temperantiæ nullo defectu noxio delectari.

*Eodem c.

¶ Ponit secundam, autem conclusionis quæ probatur sic. Formale in virtutibus moralibus est ipse ordo rationis institutus, & determinatus in inclinationibus appetitiuæ partis per rationem, sed in futura vita ratio vniuscuiusq; rectissima erit circa ea, quæ pertinent ad statum illum, & vis appetitiua omnino mouebitur secundùm ordinem rationis in his, quæ pertinent ad statum illū; igitur, &c. Maior illa relinquitur nota ex. q. 66. vbi supra. Minor probatur auctoritate Aug. clarè in littera, quæ etiā ostēdit actus harum virtutum in patria. ¶ Nota, q in substantia vult ista ratio, q quia ibi non erit cibus, & potus, nec venerea erunt, & per cōsequēs, nec aliqua inclinatio ad ista, quę hic per rōnē mediātibus virtutibus regulant, sed talis inclinatio, & affectus ad ista, est materiale sicut habet D. S. in solutione primi, q concupiscentia prava non manet, & est materiale. Sed quia ratio regulando istas inclinationes habet in se perfectionem, & relinquit in appetitu cō formitatē ad rōnem, quæ sunt formalia virtutum, & tale formale non repugnat futuræ vitę, immo requiritur perfectio naturę possibilis isti vitæ, ideo formale manebit. ¶ Nota autem, q Scotus in tertio dist. 31. in principio habet pro vna maxima, q habitus nō est possibilis, cuius inclinatio non est possibilis; si intelligit de inclinatione circa materiā præsentis vitæ, negatur dictū suū. Si autē intelligit, q oportet aliquos actus manere, benè dicit, vel inclinatio habitualis conformis rationi. Sicut enim D. S. in de Malo ponit duplicē seruorē, vnū qui est essentialiter charitas alium qui est redundantia in vires inferiores, ita ponimus inclinationem, quæ est essentialiter habitus. Alia est inclinatio appetitus regulanda talis non est virtus, sed materia præsentis vitæ.

Scotus.

¶ Nota propter hæc dicta verbum D. S. in de Veritate. Mate. 25. ar. 7. ad tertium. vbi dicit virtus in irascibili existens non contrariatur corruptioni prædictæ. Vnde nō totaliter eam tollit, contrariatur autem excellentiæ inclinationis prædictarum virium in sua obiecta, & hoc per virtutem tollitur. Hæc ille. Vbi patet, quòd inclinatio appetitus sensitiui in propria obiecta est aliud a virtute, & vocatur hic a D. S. materiale, & in patria non habebit locum, &c. Deinde ibi.

¶ De iustitia verò manifestius est quē actum ibi habebit, scilicet esse subditum Deo, quia etiam in hac vita ad iustitiam pertinet esse subditum superiori.

¶ Subiungit tertiam partē conclusionis, quę probat sic, illa virtus præsertim, & manifestè manebit de qua manifestum est, quē actū ibi habebit, & cuius subiectū manebit. Sed manifestum est quē actū iustitia ibidē habebit, & subiectū eius manet, ergo, &c. Maior patet extra litteram, quia si actus manet, & principium actus. Et tota vis in præsenti materia est, qa non euidēter vr quos actus habeant in futura vita. Minor probatur, quia eius erit se subdere Deo, quod etiam hic pertinet ad iustitiam. S. subdere se superiori. De subiecto patet in solutione tertij, qa eius subiectū est voluntas, quæ manet in anima, & ante, & post resurrectionem, quare ipsa præsertim est immortalis. ¶ Nota circa illā partē, q iustitia particularis sm se est circa distributiones, & cōmutationes. Vnde illa non manet sm materiale, sicut nec temperantia, vel fortitudo, tñ sm virtutes sibi adiunctas habet alios actus vt obedire, & se superiori subdere, & maiores colere, & reuereri, vt patet secundæ q. 80. & q. 104. ar. 2. & 3. vbi obseruantia, & pietas, & obedientia ponūtur partes iustitiæ. Et ergo dicit D. S. q manifestū est quem actum habeat iustitia in patria, scilicet secundùm virtutes sibi adiunctas, & ergo dicit scilicet esse subditum Deo, quod est religionis vel obedientiæ, quæ sunt etiam iustitiæ. Vnde sicut habet Philosophus, quòd prudentia benè consiliatur, & tamē facit hoc per virtutem sibi adiunctam, ita hic actus virtutis conūctæ iustitiæ attribuitur iustitiæ, scilicet esse subditum Deo.

¶ Et cōfirmatur illa tertia pars conclusionis arg. in contrariū.

¶ Ad primum ergo dicendū, quòd Phil. loquitur ibi de huiusmodi virtutibus moralibus quantū ad id, quod materiale est in eis, sicut de iustitia quantum ad commutationes, & distributiones, de fortitudine quantum ad terribilia & pericula, de temperantia quantum ad concupiscentias prauas.

¶ Ad maiorem, homines in statu gloriæ erunt similes Angelis ad intentum Christi dicentis, quia videlicet non vacabunt operibus veneris, sed intendent solis Diuinis. Tamen differentia est quia homines etiam beati retinēt id, quod fuit perfectionis in via compossibile patriæ, & homines quandoque habuerunt, & nati fuerunt habere virtutes morales, non sic substantiæ separatæ, vt habet Philosophus 19. Ethicorum vbi iam allegatur.

¶ Ad minorem, vera est, ad sensum quem Philosophus ibidē ponit dicens. Actiones autem quales attribuere debitæ ipsis, verū iustas vel ridiculi apparebunt cōmutationes, & depositiones dātes, & quæcunq; alia talia, &c. vbi patet, q negat virtutes morales quo ad materialia præsentis vitæ, & materialia nostrarū moralium qualium, sunt tñ in eis morales secūdum eis conuenientia, & secundum actus recitatos per Aug. in corpore, & suo modo secundùm formalia virtutum præsertim quo ad perfectionem rationis, & voluntatis, licet non appetitus sensitiui. Vltra. Ergo neque in hominibus post hanc vitam erunt virtutes morales. Cōceditur primò quo ad actus, & materialia, quæ sunt in nobis pro hac vita, quia in hoc assimilantur Angelis. Sed negatur, consequentia, quòd non maneant quo ad formalia etiam quo ad perfectionē appetitus sensitiui, quia in hoc nō est simile. Cū Angeli non sint nati habere appetitum sensitiuum, habent tamen simile, & supereminenter his, quæ sunt in appetitu sensitiuo.

¶ Nota

¶ Nota, q Philosophus non habet hoc nomen Angelus, sed hoc nomen dijs, & exponit D. S. ibidem, & alij de substantijs separatis. Vide pulchrum textum.

Scotus

¶ Nota, q Scotus in tertio di. 33. super ista auctoritate decimi Ethic. fluctuat dubitando, an ne & in Angelis virtutes morales circa passiones esse possint, cum ipsi possunt habere bonam voluntatem in materia passionum existente in homine. Concludit autem, q non, quia non habent efficacem electionem, sed solùm voluntatem simplicem; inducitur autem in illam fluctuationem volens tueri, quia virtutes morales circa passiones in voluntate rationali sint. Sed hoc supra. q. 66. improbatum est. Supponit, & aliud. s. q Angelus in naturalibus cōstitutus ex multis rectis electionibus possit acquirere virtutem, tum quia virtutes sunt connatæ Angelis, tum quia si non essent innatę, non possent acquiri virtutes morales nisi æquiuocè, vnde nec speciem intelligibilē a rebus accipere possunt, vt habetur prima parte q. 55. ar. 2. ad 2.

Capreolus

Et Capreolus in 2. di. 3. q. 2. in solutionibus contra tertiam cōclusionem. Est enim contra omnes Philos. q substantiæ naturaliter à corporibus separatæ aliquid à corporibus accipiant. De his vide D. S. primo contra Genti. c. 93. vbi ostendit quomodo virtutes circa passiones nullo modo possunt esse in Deo. Et probāt suæ rationes, q nec in Angelis. Vnde primus modus quem Scotus ponit. s. q in Angelo possit esse temperantia eiusdem rationis cum ea, quæ est in hoīe nihil apparentiæ habet, quia temperantia est in eo, qui afficitur passionibus, & ergo eligere mihi, & tibi pluri mum diuersificāt virtutes, cuius oppositum habet Scotus, &c. Vide D. S. in 3. d. 33. q. 1. ar. 4. ad quartum. Vbi ponit, q in Deo, & Angelis nō possunt esse virtutes circa passiones, qa Angeli nō hñt naturam vt huiusmodi passiones perpeti possint vnde in Deo, & Angelis sunt sicut exemplares, &c. Vide de hoc supra q. 61. art. 5.

Scotus.

Scot us

¶ Et similiter dicendum est ad secundum, ea enim, q̄ sunt actiuæ vitæ materialiter se habent ad virtutes.

¶ Ad maiorem, virtutes morales perficiunt hominem in vita actiua qñ perficiunt materialia virtutum, quia illæ inclinationes, & affectiones circa materias suas pertinēt ad vitam actiuā, sicut passiones ipsæ, & affectiones circa res exteriores. Sed non oportet, q perficiant in vita actiua, qñ solùm perficiunt sm id, quod formale in eis est, immo & formale potest stare cum sola contēplatione, immo prærequiritur, & concomitatur summā contēplationem, vt patet ex dictis supra q. 3. vnde D. S. habet secunda secūdæ. q. 183. ar. 3. q effectus vitæ actiuæ, qui est sedatio passionum, confert vitæ contemplatiuæ, formale ergo, quod est perfecta subiectio appetitus sub ratione non repugnat contemplationi, & qñ quis vtitur his, quæ sunt vitæ actiuæ vt deseruiant cōtēplatiuæ, tunc pertinent ad vitam contemplatiuam. Minorem cōcedo, & eam approbat D. S. secunda secūdæ. q. 181. art. 4. quia exterior occupatio, & etiam sedatio interiorum passionum finem habebunt. Ergo virtutes morales non manebunt. Verum, vt sunt principium actiuæ vitæ, & moderantur exteriores operationes ad alterum, vel sedant tumultum interiorum passionum, sed vt sunt perfectiones animæ, & habent actus circa finē iā adeptum.

¶ Nota, q quia iuxta D. S. secunda secundæ. q. 180. art. 2. quietatio passionum, & cessatio ab exterioribus tumultibus requiritur ad vitam contemplatiuam, etiā istius vitæ antecedentersiō & in patria hæc erūt, ita q nulla erit reluctatio appetitus aduersus rationem, nec quæcunque distractio in exterioribus operationibus. Quare benè sequitur, quòd & in patria erit illa perfectio appetitus quam iam diximus formale virtutis moralis, ideo virtus moralis manet quantum ad formale, non autem materiale; vita autem actiua dicit non solùm illam perfectionem, sed & occupationem, & exercitium in passionibus interioribus, & operationibus exterioribus. Quare benè stant simul, quòd vita actiua desinat, & tamen formale virtutum maneat, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd status post hanc vitā est duplex. Vnus quidem ante resurrectionem quando animæ erunt à corporibus separatæ. Alius autē post resurrectionem, quando animæ iterato corporibus suis vnientur. In illo ergo resurrectionis statu erunt vires irrationales in organis corporis, sicut & nunc sunt, vnde & poterit in irascibili esse fortitudo, & in concupiscibili temperantia inquantū vtraque vis perfectè erit disposita ad obediendum ratio ni; sed in statu ante resurrectionem partes irrationeles non erunt actu in anima sed solùm radicaliter in essentia ipsius vt in primo dictum est. * vnde nec huiusmodi virtutes erunt in actu nisi in radice, scilicet in ratione, & voluntate in quibus sunt seminalia quædam harum uirtutum vt dictū est. * sed iustitia, quæ est in voluntate etiam actu remanebit, vnde specialiter de ea dictum est, quòd est perpetua & immortalis tum ratione subiecti, quia voluntas in-

*p.p.q. 77. ar. 1.

*q. 63. ar. 1.

corruptibilis est, tum etiā propter similitudinem actus vt prius dictum est. *

*In cor. ar.

¶ Maior vera, sunt irrationalium partium per essentiam. Rationalium tñ per participationem. Ad minorem, dico, q verū est q corumpuntur sm se, tñ manent in essentia aīæ sicut in fęcūda radice, & hoc tpe medio post mortem, & ante resurrectionem, vt patet prima parte q. 77. arti. 8. & quarto senten. d. 44. q. 3. art. 3. quęstiun. 1. vbi D. S. circa hoc refert opiniones, & sentit, quod dictum est. Dico secūdò ad minorem; q illę irrationales partes iterum reparabuntur in resurrectione. Vltra, ergo vr quòd virtutes morales non maneant post hanc vitam, verum ante resurrectionem nō manent actu, tñ manent in efficacia animæ, saltem quo ad formale, & in essentia animæ tanquam in fęcunda radice, & in ipsa gratia, & in voluntate tanquam in seminarijs earum. Ex qua corpori denuo coniuncta ebuliunt ipse potentiæ actu. Sed negatur cōsequentia, q post resurrectionē redeuntibus organis nō manent etiam actu virtutes, quæ sunt in organis corporeis.

¶ Et dico secundò ad maiorē, q vera est, q tēperantia, & fortitudo sunt irrationabiliū partiū, sed nō iustitia, quæ est volūtatis, quæ est potentia inorganica. Minor vera ad sensum dictū, Ergo virtutes morales, &c. verum, aliæ a iustitia non manent actu ante reparationem organorum, tamen postea redeunt actu.

¶ Circa illā solutionem est difficultas, an in resurrectione virtutes redeant per Diuinam potentiam eędem numero, quæ hic fuerunt. An tantùm eædem in specie saltem quo ad formale.

Capreolus. An eædem uirtutes, & potētiæ numero reparentur.

¶ Ad hoc respondet Capreolus in 3. di. 33. ad secundum cōtra quartam conclusionem, q verè simile est, q potentiæ sensitiuæ oēs reparantur eædem numero quantumcumq: in morte fuerint corruptæ vel etiam annihilatæ. Deus enim potest omne positiuū permanens, & nō successiuū quantumcumq; annihilatum fuerit, idem numero reparare, vt aliàs fortè videbitur quarto sentētiarum. Et idem dico de huiusmodi virtutibus, hæc ille in forma, vbi patet secundùm eum, quòd eædem numero redhibunt,

Capreolus

¶ Sed ipse se fundat in vno, quod non videtur esse de mente. D. S. videlicet, q huiusmodi potentiæ sensitiuæ, quæ sunt subiecta immediata huiusmodi virtutum, redeant eædem numero. Cuius oppositum D. S. ponit in quarto vbi supra ad sextum vbi dicit in fine. Organa essent eædem numero quamuis potētiæ eędē numero non sunt. Hæc ille. Quare oportet dicere, quòd sicut potentiæ iuxta D. S. nō redeunt eædem numero sic nec virtutes, sed eædem in specie. Verum quidem est apud D. S. quòd Deus omne positiuum permanens idem reparare potest in numero ut Capreolus ascribit D. S. ex quodlibetis. Non tamen faciet vt D. S. habet in Compendio Theologię ttactatu primo cap. 154. vbi ponit, q nec eadem quantitas redeat, & q diuersitas potent iarum sm numerum animæ sensitiuæ, & vegetatiuæ, non impediat vnitatem resurgentis. Idem sentit quarto contra Gentiles. c. 81.

Vtrum virtutes intellectuales maneant post hanc vitam.

R Infra q. 93. ar. 6. ad 2. Et 2. di. 6. ar. 4. ad 3. Et dist. 34. arti. 5. Et 3. contra c. 12. Et Ma. q. 2. arti. 12. Et opusc. 3. ca. 118.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd virtutes intellectuales non maneant post hanc vitam. Dicit enim Apostolus. 1. ad Corinth. 13. quòd scientia destruetur, & ratio est, quia ex parte cognoscimus; sed sicut cognitio scientiæ est ex parte, ideſt imperfecta, ita cognitio aliarum virtutum intellectualium quandiu hæc vita durat; ergo omnes virtutes intellectuales post hanc vitam cessabunt.

¶ 2 Præt. Philos. dicit in Prædicamen. * q sciētia cū sit habitus, est qnalitas difficile mobilis, non enim de facili amittitur nisi ex aliqua forti transmutatione vel ægritudine, sed nulla est tanta transmutatio corporis humani sicut per mortem, ergo scientiæ, & aliæ virtutes intellectuales non manent post hanc vitam.

* In prædi. qualit.

¶ 3 Præt. Virtutes intellectuales perficiunt intellectū ad benè operandum propriū actū; sed actus intellectus non videtur esse post hāc vitam, eo quòd nihil intelligit anima sine phantasmate vt dr in 3. de Anima.* Phantasmata autem post hanc vitam non manent cum non sint nisi in organis corporeis; ergo virtutes intellectuales non manent post hanc uitam.

a Aristot. tex. 30.

¶ Sed contra est, quòd firmior est cognitio vniuersalium, & necessariorum, quàm particularium, & contingentium; sed in homine remanet post hanc vitā cognitio particularium, & contingentium puta eorū, quę quis fecit vel passus est secundùm illud Luc. 16. Recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala

ter mala, ergo multò magis remanet cognitio vniuersalium,& necessariorum, quæ pertinent ad scientiã, & ad alias virtutes intellectuales.

¶ Hic consequenter quærit de permanentia virtutum intellectualium post hanc vitam obseruando ordinẽ quem supra obseruauit, vbi semper primò de moralibus egit q̃ plus habẽt de ratione virtutis humanæ. ¶Nota autẽ, ꝙ D.S. quærit de virtutibus intellectualibus,& respondendo dicit species intelligibiles manere,& hoc probato vult probatum esse, ꝙ virtutes intellectuales maneant, vbi patet fauor pro his, qui dicunt species esse scientiã. Sed vt supra patuit D.S. varius est in ista re, & dato, quòd habitus intellectualis vt scientia, sit quædam habilitas vtendi speciebus,& qualitas simplex, nihilominus probato, ꝙ species intelligibiles maneant, probatũ est, ꝙ scientia tali modo maneat, quia talis habilitas inseparabiliter ꝓsupponit species, & nihil esse videtur ẽm remloquendo, quàm intensio specierum intelligibiliũ, qua existente intellectus fit habilior ad considerandum secundũ species intensas per exercitium, & frequentem considerationẽ.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut in primo dictũ est.* quidam posuerunt, quòd species intelligibiles non permanent in intellectu possibili, nisi quãdiu actu intelligit, nec est aliqua conseruatio specierum cessante cõsideratione actuali nisi in viribus sensitiuis, quæ sunt actus corporalium organorum, scilicet imaginatiua, & memoratiua; huiusmodi autem vires corrũpuntur corrupto corpore, & ideo secundùm hoc, scientia nullo modo post hanc vitam remanebit corpore corrupto, neque aliqua alia intellectualis virtus.

¶ D.S. duo facit, primò recitat opinionem quandam. Secundò eam reprobat, ibi. Sed hæc opinio. Tertiò respondet ad quæsitũ. ibi. Sed phantasmata. Opinio ergo, quæ etiam supra tacta fuit. q. 50. ar. 4. & in prima parte. q. 79. arti. 6. vult, quòd non sit aliqua memoria in parte intellectiua, nec cõseruentur species intelligibiles post actuale considerare, sed hæc tantùm est in viribus sensitiuis organicis. s. memoratiua, & imaginatiua. Et ergo quia post hanc vitam non remanent huiusmodi vires sensitiuæ propter corruptionem corporis, ideo nec aliqua species intellectualis. Et per consequens neque scientia neq; aliqua alia intellectualis virtus. Vnde D. S. declarat magis mentem huius opinionis primæ Corinth. 13. Quod illi de ista opinione posuerunt, ꝙ species intelligibiles non conseruantur in intellectu possibili nisi quãdiu intelligit. Conseruantur autem species phãtasmatum in potentijs animæ puta in memoria, & imaginatiua, ita ꝙ semper intellectus possibilis quando de nouo vult intelligere etiam, quæ prius intellexit, indiget abstrahere a phantasmatibus per lumen intellectus agentis,& secundùm hoc consequens est, quòd scientia hic acquisita non remaneat post mortem.

¶ Deinde D.S. eam reprobat sicut,& hic, quia species intelligibiles recipiuntur in intellectu possibili ad minus dum actu intelligit; quod autem recipitur, ad modum recipientis recipitur in ipsum. Consequenter cum dicit.

¶ Sed hæc opinio est contra sententiam Aristo. qui in 3. de anima.* dicit, quòd intellectus possibilis est in actu cum fit singula sicut sciens, cum tamen sit in potẽtia ad considerandum in actu.

¶ Reprobat prædictam opinionem, dupliciter auctoritate, & ratione, ibi. Est etiam, &c. Auctoritate Aristotelis tertio de anima vbi ponit, ꝙ intellectus possibilis sit in actu, scilicet primo sicut sciens in habitu, cum tamen adhuc sit in potentia ad actum secũdum, ergo non solùm quando actu considerat scit, sed etiam sine actuali considerare, manet ergo scientia, & species actu sine cõsiderare. Deinde cum dicit.

¶ Est etiam contra rationem, quia species intelligibiles recipiuntur in intellectu possibili, & immobiliter secundùm modum recipientis; vnde & intellectus possibilis dicitur locus specierum, quasi species intelligibiles conseruans.

¶ Ratione sic reprobat, quicquid recipitur in aliquo immobiliter hoc manet, & conseruatur in eo semper; sed species intelligibiles recipiuntur in intellectu possibili immobiliter, ergo in eo conseruantur, & manent. Maior nota. Minor probatur dupliciter, quia vnumquodq; recipitur secundùm modum recipiẽtis, sed modus intellectus possibilis est immobiliter esse, ergo & immobiliter recipit ex parte sui. Illa minor patet, quia est immaterialis, & incorruptibilis. Et hoc est, quod supra. q. 54. arti. primo. dicebatur, quòd scientia nõ corrũpitur ad corruptionẽ subiecti.

¶ Secundò probatur minor principalis, quia intellectus possibilis dicitur locus specierum in signum, quòd conseruat ipsas species immobiliter, &c.

¶ Sed fantasmata, ad quæ respiciendo hõ intelligit in hac vita, applicando ad ipsa species intelligibiles, vt in primo dictum est.* corrupto corpore corrumpuntur; un de quantum ad ipsa phantasmata, quæ sunt quasi materialia in virtutibus intellectualibus, virtutes intellectuales destruuntur destructo corpore.

¶ Hic consequenter D.S. respondet ad quẽsitũ tali cõclusione. Intellectuales virtutes manent post hanc vitam quantum ad id, quod est formale in eis. Non autem quantum ad id, quod est materiale in eis. Huius conclusionis. D. S. primò probat secundam partem, secundò primam, ibi. Sed quantum. &c. Tertiò ambas simul adiungens ipsam conclusionẽ, ibi. Vnde intellectuales, &c. Probatur ergo secunda pars sic, Fantasmata ad quæ respiciendo homo intelligit in hac vita, applicando ad ipsa species intelligibiles, corrumpuntur; ergo virtutes intellectuales destruuntur, & non manent quantum ad materiale, probatur consequentia, qa ipsa phantasmata sunt materialia in virtutibus intellectualibus. Antecedens probatur, corpus corrumpitur, igitur & phantasmata corrumpuntur. Tenet consequentia, quia fantasmata sunt in organis corporeis sicut & phantasia, & cogitatiua, & imaginatio, & patet illud antecedens prima parte q. 85. articulo primo, & secundo. Deinde ibi.

¶ Sed quãtũ ad spẽs intelligibiles, quæ sunt in intellectu possibili, virtutes intellectuales manent, species autẽ se hñt in virtutibus intellectualibus sicut formale.

¶ Probat primam partem sic. Species intelligibiles manẽt post hanc vitam, ergo scientia quantum ad formale manet post hãc vitam. Antecedens patet ex reprobatione opinionis. Consequẽtia tenet, quia species se habẽt in virtutibus intellectualibus sicut formales, vt patuit supra sæpius. q. 50. art. 3. ad tertium. Tunc ibi.

¶ Vnde intellectuales d uirtutes manẽt post hãc vitã quãtũ ad id, qđ est formale in eis; nõ autẽ quantũ ad id, quod est materiale, sicut & de moralibus dictũ est.*

¶ Subiungit ipsam conclusionem quam etiam probat à simili quantum ad ambas partes simul sic. Morales virtutes manent quo ad formale, non autem materiale, ergo & intellectuales. Antecedens patuit supra ar. primo. Tenet consequentia a proportione, quia vtrobiq; est materiale,& formale, & materiale eiusdem rationis in hoc, quòd vtrobiq; se tenet ex parte corporis.

¶ Nota tñ, ꝙ materiale virtutum moralium minus manet, quàm materiale scientiæ, quia materiale virtutum, quod est inclinatio appetitus sensitiui in propriam materiam, nunquã habet locum in patria, etiam resumptis corporibus, sed materiale scientiæ, & virtutis intellectualis habebit locum in patria, quia beati resumptis corporibus intelligent se conuertendo ad phãtasmata, quamuis non necessariò vt D.S. alibi habet, tertia parte q. 11. ar. 2. & ad tertium. Sicut etiam ibidem dicit de Christo, sic dicendũ est de beatis post resurrectionẽ, qa vtroq; modo intelligere poterunt, secus est saltem ante resurrectionem, & de anima separata, de qua D. S. intelligit, quia ibi nec manet illud, nec aliud materiale. Secus de toto homine resuscitato.

¶ Et confirmatur prima pars conclusionis arg in contrariũ.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ verbum Apostoli est intelligendũ quantũ ad id, quod est materiale in scientia,& quantũ ad modũ intelligendi, quia. s. neq; phantasmata remanebunt destructo corpore, neque erit vsus scientiæ per conuersionem ad phantasmata.

¶ D.S. respondet ad maiorem, quæ est auctoritas Apostoli, ꝙ scientia destruetur quantum ad materiale, & modum, & vsum, qui nunc est; sed non destruetur quantum ad formale, & vsum conuenientem illi statui, &c. ¶ Sed oportet remittam magis ꝓfundare ex dictis D.S. super primæ. Chorin. 13. dicit. Dicitur igitur ad maiorem, quòd scientia destruetur, verum est. Sed loquitur Apostolus de scientia, quæ est cognitio Dei, illa destruetur ea ratione, quia ex parte, id est imperfecta tali imperfectione, quæ est de ratione scientiæ nostræ quam hic habemus de Deo, inquãtum cognoscitur ex sensibilibus, quam cognitionem oportet esse imperfectam. Sed dico vlterius, ꝙ scientia nostra de alijs sensibilibus non destruetur, quia ex parte id est imperfecta, immo post D. S. scientia de naturalibus est perfectior in anima coninncta, qnàm separata, & modus cognoscendi animæ cum conuersione ad phantasmata perfectior est vt D.S. ad longum deducit prima parte q. 89. ar. primo. Sed destruitur tamen propter destructionẽ subiecti ipsius materialis in tali scientia, & etiam propter destructionem virium sensitiuarum destruitur modus, & vsus connaturalis cognoscendi. Vnde dico, quòd ratio destructionis scientiæ Dei est, quia ex parte est, & quia talis partialitas id est imperfectio est de ratione ipsius scientiæ Dei hic habitæ, quare nõ est pár ratio de alijs habitibus, de quorum ratione, & specie non est imperfectio, vt patet de charitate viatica, quæ est imperfecta, & in patria non euacuatur immo perficitur.

¶ Ad

¶ Ad minorem, dico, ꝙ non est par ratio, si loquamur de scientia (id est cognitione Dei) & alijs habitibus intellectualibus, quia imperfectio est de ratione cognitionis Dei viaticæ. s. gratuitæ, & supernaturalis, non autem aliarum virtutum intellectualium de alijs rebus. ¶Et secundò dico ad minorem, negando, ꝙ scientia naturalium sit imperfecta in anima coniuncta. Et negatur per consequens, ꝙ destruatur, quia ex parte. Sed ratione tacta in corpore propter corruptionem corporis destruitur quo ad materiale,& conceditur, ergo & aliæ destruuntur quo ad materialia, verum. Et ꝙ hæc sit mens illius auctoritatis, patet intuenti D.S. ibidem,& Apost. qui statim subdit, Videmus nũc per speculum,&c. vbi D.S. habet, hic loquitur o evisione, quæ est cognitio Dei; vnde omnia præcedentia dona euacuanda, sunt intelligenda secundùm ꝙ ordinantur ad cognitionem, hæc ille ibi; & in lectione tertia præcedenti eiusdem capituli, vbi habebis, ꝙ scientia, ideſt cognitio Dei euacuatur, quia ex parte est; non potest autem dici, ꝙ scientia naturalium propter conuersionem ad phantasmata sit imperfecta, immo perfecta, quia determinata, & propria; ideo oportet ponere aliam rationem destructionis eius, quare Doctores sanè intelligendi sunt, cum dicunt, ꝙ scientia nostra euacuatur, quia ex parte. Intelligitur enim de scientia Dei, & supernaturalium, non naturalium, & sensibilium, sic Glosa ordinaria, quam Capreolus allegat in simili proposito, in tertio, distin. 31. ad primum, contra primam conclusionem moderari debt, vbi habetur, omne ergo, quod ex parte est, destruetur, vel ex toto, vt fides,& spes, vel ex parte, vt scientia, cuius actus,& modus destruetur,&c. Intelligitur enim ꝙ modus cognoscendi Deum per conuersionem ad phantasmata imperfectus est, ideo destruetur, Deo facialiter,& in se, non in speculo viso, cum quo stat, quòd modus cognoscendi per phantasmata non est imperfectus respectu sensibilium. Hæc voluit notare, quia communiter,& indifferenter intelligitur, ꝙ scientia euacuatur propter imperfectionem, quam habet ex conuersione ad phantasmata, hoc enim de scientia naturalium non esse verum clarè videbit, quicunq; D.S. prima parte, vbi statim, ex attentione viderit, &c.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ per ægritudinem corrumpitur habitus scientiæ, quantum ad id quod est materiale, in eo scilicet quantum ad phantasmata, non autem quantum ad species intelligibiles, quæ sunt in intellectu possibili.

¶ Ad maiorem dico, ꝙ scientia si capitur pro speciebus, siue pro notitia conclusionis complexa, non amittitur, nisi ex forti transmutatione (.s corporali) verum, quo ad materiale; formale tamen non tollitur ex transmutatione corporali hic, sed potest auferri scientia, vt est notitia complexa per syllogismum falsigraphum in præsenti statu, sed in anima separata non, quia eius intellectio est per modum simplicis intelligentiæ, & est sola prima operatio in ipsa, vt patet pri. par. q. 89. ar. 5. de his sup. q. 53. ar. 1. ad secundum, & tertium.

¶ Minor vera. Ergo scientiæ, & aliæ non manent, verum, quo ad materiale, & quo ad vsum huic vitæ conuenientem. Quis autem vsus futuræ vitæ conueniat, & quomodo anima intelligat, & per species hic acquisitas, & pro tunc à Deo in separatione influxas, quod est intelligere per conuersionem ad superiora, & etiam per inspectionem specierum, quæ sunt in mentibus angelicis, quod fit per locutionem, vide Doc. Sanc. in de Veritate, Mate. 19. art. 1. in fine corporis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd anima separata post mortem habet alium modum intelligendi, quàm per cõuersionem ad phantasmata, vt in primo dictum est,* & sic scientia manet; non tamen secundùm eundem modum operandi, sicut & de virtutibus moralibus dictum est.*

¶ Maior vera, perficiũt quidem ad proprium actum, sed secundùm exigentiam modi essendi, qui si alius fuerit, & modus agendi alius erit; dum enim est in corpore, tunc virtus intellectiua habet ordinem ad corpus, & à potentijs organicis accipit, & ad eas habet respicere actualiter quæcunque considerando; quando autem est à corpore secundùm esse separata, tunc intelligit nec per corpus, sicut nec hic per corpus intelligit, nec ordinem habet ad corpus, applicando videlicet species ad phantasmata, quia vel species à Deo accipit, & per species hic acceptas intelligit sine conuersione ad phantasmata.

¶ Ad minorem, negatur omnino, quia etiam dato, ꝙ habitus hic acquisiti non manerent; remaneret tamen potentia intellectiua ordinata ad aliquos actus, esto alterius rationis. Ad probationem dicitur, ꝙ vera est de anima coniuncta, quæ esto non habeat esse dependens à corpore, non tamen esse sine corpore; sic esto non habeat intellectiuam cognitionem dependentem a corpore, tamen non fit sine habitudine ad corpus modo dicto. Concedo vlterius, ꝙ phantasmata non manent, sed negatur consequentia, si consequens absolutè intelligitur. s. quòd virtutes intellectuales nullo modo maneant, sed conceditur, quòd non manent quo ad materiale, & modum intelligendi per conuersionẽ, & inspectionem phantasmatum; & de his habetur etiam prima parte, q. 89. artic. 1.

Vtrum fides maneat post hanc vitam.

S

AD tertium sic proceditur. Videtur, ꝙ fides maneat post hanc vitam. Nobilior enim est fides, quàm scientia; sed scientia manet post hanc vitam, vt dictum est,* ergo, & fides.

¶ 2 Præt. pri. ad Corin. 3. dicitur. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. i. fides Christi Iesu; sed sublato fundamento non remanet id, quod superædificatur, ergo si fides non remanet post hanc vitam, nulla alia virtus remaneret.

¶ 3 Præt. Cognitio fidei, & cognitio gloriæ differunt secundùm perfectum, & imperfectum; sed cognitio imperfecta potest esse simul cum cognitione perfecta, sicut in angelo simul potest esse cognitio vespertina cum cognitione matutina, & aliquis homo potest simul habere de eadem conclusione scientiam per syllogismũ demonstratiuum, & opinionem per syllogismum dialecticum; ergo etiam fides simul esse potest post hanc vitam cum cognitione gloriæ.

¶ Sed contra est, quod Apost. dicit 2. ad Corinth. 5. Quàm diu sumus in corpore peregrinamur à Domino; per fidem enim ambulamus,& non per speciem; sed illi, qui sunt in gloria non peregrinantur a Domino, sed sunt ei præsentes; ergo fides non manet post hanc vitam in gloria.

¶ Consequenter quærit de virtutibus theologicis, & specialiter de singulis in articulis sequentibus. Et primò de fide, quę prior est alijs via generationis.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ oppositio est per se, & propria causa, ꝙ vnum excludatur ab alio, inquantum. s. in omnibus oppositis includitur oppositio affirmationis,& negationis. Inuenitur autem in quibusdam oppositio secundùm contrarias formas, sicut in coloribus album,& nigrum; in quibusdam autem secundùm perfectum,& imperfectum; vnde in alterationibus magis,& minus, accipiuntur vt contraria, vt cum de minus calido fit magis calidum, vt dicitur in 5. Physicor.* Et quia perfectum,& imperfectum opponuntur; impossibile est ꝙ simul secundùm idem sit perfectio,& imperfectio.

¶ In hoc corpore Doc. Sanc. dat intelligere virtualiter dupliceм quæsiti intellectum. Vnde secundùm illum duplicem intellectum etiam dupliciter respondet iuxta secundum, ibi. Sed vlterius,&c. Primus ergo intellectus quæsiti potest esse, an fides maneat post hanc vitam, ita ꝙ substantia fidei maneat, abiecta imperfectione, sicut in ætate virili manet substantia hominis pueri, sed puerilitas euacuatur; ita ꝙ eadem cognitio secundùm naturam, quo ad substantiam maneat, quæ hic erat imperfecta,& illic perfecta, hic obscura,& ineuidens, alibi clara,& euidens. Vnde D.S. iuxta hunc intellectum ponit talem conclusionem primam responsiuam. Fides non potest esse perfecta cognitio eadem numero manens (ita. s. quòd ea, quæ hic erat imperfecta sit perfecta, & clara cognitio in patria.) Probatur, ex Doc. Sanc. impossibile est, ꝙ simul secundùm idem sit perfectio,& imperfectio; & quando imperfectio est de ratione rei,& pertinet ad speciem ipsius impossibile est, ꝙ idẽ numero manẽs hat de imperfecto perfectũ, nec successiuè; sed imperfectio cognitionis (.s habitualis,& actualis) est de rõne fidei, ergo sequitur cõclusio, ꝙ impossibile est, ꝙ fides simul sit perfecta,& imperfecta, vel ꝙ hic fit imperfecta, & eadẽ numero sit in alia vita perfecta. Huius rõnis D.S. primò ponit, & probat maiorẽ, secundò minorẽ, ibi. Manifestũ est aũt, &c. Circa maiorẽ D.S. primò probat primã partem, secundò secundã, ibi. Est aũt considerandũ, &c. Arguitur ergo sic pro prima parte. Oppositio est per se, & propria causa, ꝙ vnũ excludatur ab alio; sed nõ solũ cõtraria, sed & perfectũ, & imperfectũ opponũntur, igitur maioris prima pars vera. Maior illa patet, quia in oppositis includitur oppositio affirmationis, & negationis. Sed impossibile est affirmationẽ, & negationem esse simul in, & de eodẽ, igitur, &c. Minor patet ex 5. Physic. vbi maius,& minus, & per consequens perfectũ,& imperfectũ etiam in eadem re dicuntur contraria, vt patet in alterationibus. Consequenter cum dicit.

¶Est autem considerandum, quòd imperfectio quidem quandoque est de ratione rei, & pertinet ad speciem ipsius, sicut defectus rationis pertinet ad rationem speciei equi, vel bouis. Et quia vnum, & idem numero manens non potest transferri de vna specie in aliam; inde est, quòd tali imperfectione sublata, tollitur species rei, sicut iam non esset bos, vel equus si esset rationalis; quandoque verò imperfectio non pertinet ad rationem speciei, sed accidit in diuiduo secundùm aliquid aliud; sicut alicui homini, quandoque accidit defectus rationis, inquantum impeditur in eo rationis vsus propter somnum, vel ebrietatem, vel aliquid huiusmodi. Patet autem, ꝙ tali imperfectione remota, nihilominus substantia rei remanet.

¶Procedit ad secundam partem maioris, pro qua notat, ꝙ imperfectio rei se habet ad rem dupliciter. Vno modo est de ratione, & specie ipsius. Alio modo non, sed se habet accidentaliter ad substantiam rei. Et tunc ablata imperfectione non aufertur substantia, sicut declaratur exemplariter in litera. Sed quòd primo modo auferatur substãtia rei, & impossibile sit idem numero manens transferri de imperfecto ad perfectum, etiam successiuè, sicut dicit secunda pars maioris. Probatur, idem numero manens non potest transferri de vna specie in aliam; sed si res eadem numero fieret de tali imperfecto perfectum, transferretur de vna specie in aliam; igitur impossibile est, quòd idem numero successiuè sit imperfectum, & perfectum. Maior nota extra literam, quia maior distinctio (scilicet specifica) infert minorem, scilicet numeralem. Non ergo stant simul, quòd sit idem numero, & distinctum specie. Minor iam assumpta patet, quia imperfectione remota tollitur species rei, igitur adueniente perfectione, aduenit alia species, & sic transfertur de specie in speciem. Antecedens patet ex notabili, quia imperfectio est de ratione speciei, igitur ea sublata tollitur species. Deinde cum dicit.

¶Manifestum est autem, quòd imperfectio cognitionis est de ratione fidei; ponitur enim in eius diffinitione; fides enim est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium, vt dicitur ad Heb. 11. Et Augustꝰ dicit,* Quid est fides, credere quod non vides, quòd autem cognitio sit sine apparitione, vel visione, hoc ad imperfectionem cognitionis pertinet, & sic imperfectio cognitionis est de ratione fidei.

Heb.11.

* Aug. ser. 27. de verbis Apost.

¶Ponit, & probat minorem principalem ex definitione fidei, quia fides est substantia, &c. non apparentium, & non visorum. Sed quòd cognitio sit sine apparitione, vel visione, hoc ad imperfectionem cognitionis pertinet; igitur minor principalis vera, scilicet, quòd imperfectio cognitionis est de ratione, & specie fidei, &c. Tunc ibi.

¶Vnde manifestum est, ꝙ fides non potest esse perfecta cognitio eadem numero manens.

¶Doc. Sanc. subiungit conclusionem ipsam, quòd fides nõ potest, &c. vt in litera.

¶Aduerte autem circa probationem istius conclusionis, quàm verum sit, quod Capreolus frequenter aduersarijs obijcit, quia videlicet fides, & visio non differunt secundùm maius, & minus in genere euidentis, & esse luminis, ita quòd eadem substantia maneat sub maiori, & minori, vt patet in intensione formarum naturalium; immo differũt sicut priuatio, & habitus, & diuersarum rationum, & sibi omnino incompossibilia in eodem, &c.

¶Sed vlterius considerandum est, vtrum simul possit esse cum cognitione perfecta; nihil enim prohibet aliquam cognitionem imperfectam simul esse aliquando cum cognitione perfecta. Est igitur considerandum, quòd cognitio potest esse imperfecta tripliciter. Vno modo ex parte obiecti cognoscibilis, alio modo ex parte medij, tertio modo ex parte subiecti. Ex parte quidem obiecti cognoscibilis differunt secundùm perfectum, & imperfectum, cognitio matutina, & vespertina in angelis; nam cognitio matutina est de rebus secundùm quòd habent esse in verbo; cognitio autem vespertina est de eis secundùm ꝙ habent esse in propria natura; quod est imperfectum respectu primi esse.

¶Hic consequenter Doc. Sanc. tractat de quæsito iuxta secundum intellectum, qui est, An possit esse cum cognitione perfecta, dato, & concesso, quia ipsa fides non possit fieri cognitio euidens, & perfecta, quia ineuidentia est de ratione sua. An tamen possit stare cum euidenti, & clara Dei cognitione in patria, quæ est beatitudo. Et ratio dubitandi rationabiliter est, quia quandoque stat cognitio imperfecta cum perfecta, vt patebit; aliquando autem repugnat, quia cum perfectione ex parte obiecti, stat imperfectio ex parte subiecti, vel medij. Et iterum cum perfectione ex parte medij, stat imperfectio ex parte subiecti. Secundum ergo hunc intellectum Doc. Sanc. adiungit secundam conclusionem responsiuam in fine, ibi. Vnde manifestum est. Et est conclusio. Impossibile est, quòd fides maneat simul cum beatitudine in eodem subiecto. Circa probationem huius conclusionis Doc. Sanc. primò præmittit quoddam notabile distinctiuum. Secundò subiungit probationem, ibi. Manifestum est autem. Notat ergo primò, quòd aliqua cognitio potest esse imperfecta tripliciter, & declarat singula membra. Secundum ibi. Ex parte verò medij. Tertium ibi. Ex parte verò subiecti. Dicit ergo, quòd cognitio vno modo est imperfecta ex parte obiecti cognoscibilis, alia perfecta; sic, quòd rei certæ, alia rei incertæ, secundùm se ex natura sua, vt certitudo, & perfectio, vel imperfectio obiectalis, hoc est impossibile, quòd vna res eodem modo sit perfecta, & imperfecta, & per consequens cognitio non potest esse perfecta obiectiuè, & imperfecta eiusdem obiecti cognoscibilis; & tales nõ sunt eiusdem obiecti, secundùm idem esse, sicut matutina in angelis est perfecti, vespertina imperfecti.

¶Vbi nota, ꝙ si propriè loqueremur de matutina, & vespertina, tunc distinguerentur secundo modo, quòd videlicet sunt eiusdem rei per diuersa media, videlicet per Diuinam essentiam, & species proportionatas, vt Doc. Sanc. ostendit prima part. q. 59. artic. 7. Et clarè in de Verita. Mate. 8 artic. 16. in fine corporis, & ita sunt per diuersa media. s. perfectum, & imperfectum de eadem re, & duæ cognitiones realiter distinctæ. Sed Doc. Sanc. hic loquitur de matutina, & vespertina extensè, vt distinguuntur tantùm ex parte obiecti, vt cognitio, quæ cognoscit rem secundùm esse, quòd habet in Deo est matutina, & eadem numero, vt cognoscit rem secundùm esse, quod habet in propria natura, dicitur vespertina; & ita est ibi dualitas cognitionis secundùm rationem, & extrinseca secundùm diuersa obiecta, vt vult Doc. Sanc. Et ita perfectum, & imperfectum ex parte obiecti, non sunt eiusdem obiecti, sed duorum, puta Dei, & creaturæ; sic igitur impossibile est, quòd sit perfecta, & imperfecta cognitio denominatione etiam extrinseca, idest perfecti, & imperfecti respectu vnius, vt volebat antecedens quo ad primam partem. Matutina enim & vespertina, vt hic loquitur Doc. Sanc. non distinguuntur essentialiter, & realiter; vnde non est perfecta, & imperfecta denominatione intrinseca, sed extrinseca. Sed si strictè acciperentur, tũc essent perfecta, & imperfecta, etiam intrinsecè Et hoc nota, vt euadas difficultatem, quæ rarò hic explicatur, &c. Consequenter cum dicit.

¶Ex parte verò medij differunt secundùm perfectum, & imperfectum, cognitio, quæ est de aliqua conclusione per medium demonstratiuum, & per medium probabile. Dub. 6ju.

¶Declarat secundum membrum. s. quod est perfecta cognitio, & imperfecta ex parte medij.

¶Circa explicationem D. S. vbi habet, quòd ex parte medij differunt secundùm perfectum, & imperfectum. Cognitio, quæ est de aliqua conclusione per medium demonstratiuum, & per medium probabile (potest enim idem cognosci per duo media, sed non per vnum, quod sit certum, & incertum, & cum quis per duo media certum, & incertum cognoscit, tunc illud perfectũ, & imperfectum non cõueniunt vno medio, tamen vnus cognoscens per vtrunq;, potest cognoscere certè ex parte subiecti) est difficultas. Nam aliquis posset se in hoc fundare, ponendo, ꝙ opinio, & scientia possent esse simul, sicut fecerunt quos recitat Capreolus, quia probabile medium generat opinionem, & demonstratiuum scientiam. Cum ergo possunt haberi ab eodem, & de eodem, videtur, ꝙ ab eodem habeantur opinio, & scientia.

Capreolus

¶Sed quòd illa non sit mens Doc. Sanc. patet ex immediatè sequentibus, vbi dicit, ꝙ opinio, & scientia differũt secundùm perfectum, & imperfectum ex parte subiecti. Et dicit, ꝙ impossibile est, quòd cognitio perfecta, & imperfecta ex parte subiecti sint in eodem, vt clarè patet. Dicitur ergo, quòd medium probabile quando se solo concurrit, tunc causat cognitionem probabilem, & cum formidine, ac per hoc ex parte subiecti imperfectam. Cum verò concurrit cum medio demonstratiuo, & euidenti, non causat opinionem. Sed ambo simul causant cognitionem euidentem, & scientificam, quæ quidem cognitio, vt partialiter procedit à medio probabili, habet quòd sit assensus aliqualiter firmus, & declinans in vnam partem contradictionis; vt autem est effectus syllogismi demonstratiui habet euidentiam, & perfectam firmitatem, non enim differunt ex parte claritatis medij, vel causæ, sed solùm ex parte subiecti. Vnde quantumcunque est obscuritas in medio, dummodo subiectum sit firmum, non est ibi opinio, de his habes plura in Capreolo in tertio, distin. 25. in solutionibus contra secundam conclusionem potes videre, &c. Deinde cum dicit.

¶Ex

¶Ex parte verò subiecti differunt secundùm perfectum, & imperfectum, opinio, fides, & scientia; nam de ratione opinionis est, quòd accipiatur vnum cum formidine alterius oppositi, vnde non habet firmam inhæsionem; de ratione verò scientiæ est, quòd habeat firmam inhæsionem cum visione intellectiua; habet enim certitudinem procedẽtem ex intellectu principiorum; fides autem medio modo se habet, excedit enim opinionem in hoc, ꝙ habet firmam inhæsionem, deficit verò à scientia in eo, ꝙ non habet visionem.

¶Explicat tertium membrum. s. de cognitione perfecta, & imperfecta ex parte subiecti, vt est opinio, fides, & scientia. Circa hoc esset difficultas, an fides, & opinio possent stare simul; sed de hoc habet D. S. 2. 2. q. 1. ar. 5. ad quartum, & tangetur ad tertium, & Capreolus vbi iam. Consequenter ibi.

¶Manifestum est autem, quòd perfectum, & imperfectum non possunt simul esse secundùm idem; sed ea, quæ differunt secundùm perfectum, & imperfectum, secundùm aliquid idem possunt esse in aliquo alio eodẽ. Sic igitur cognitio perfecta, & imperfecta ex parte obiecti, nullo modo possunt esse de eodem obiecto, possunt tamen conuenire de eodem medio, & in eodem subiecto; nihil enim prohibet, quòd vnus homo simul, & semel per vnum, & idem medium habeat cognitionem de duobus, quorum vnum est perfectum, & aliud imperfectum, sicut de sanitate, & ægritudine, & bono, & malo. Similiter etiam impossibile est, quòd cognitio perfecta, & imperfecta ex parte medij conueniant in vno medio; sed nihil prohibet quin conueniant in vno obiecto, & in vno subiecto; potest enim vnus homo cognoscere eandem conclusionem per medium probabile, & demonstratiuum. Et est similiter impossibile, ꝙ cognitio perfecta, & imperfecta ex parte subiecti sint simul in eodem subiecto; fides autem in sui ratione habet imperfectionem, quæ est ex parte subiecti, vt. s. credens non videat id quod credit; beatitudo autem de sui ratione habet perfectionem ex parte subiecti, vt. s. beatus videat id, quo beatificatur, vt sup. dictum est.* 9. 3. art. 3.

¶Probat conclusionem secundam ex præcedenti distinctione sic. Perfectũ, & imperfectũ nõ possunt esse simul, secundùm illud secundùm quod differunt penes perfectum, & imperfectum; possunt tamen ea, quæ differunt secundùm perfectum, & imperfectum secundùm diuersa esse in aliquo alio eodem, ergo cognitio perfecta, & imperfecta ex parte obiecti nõ possunt esse de eodem obiecto (ita ꝙ eadem cognitio sit perfecti, & imperfecti, certi, & incerti vnius) possunt tamen, &c. vt in litera. Similiter impossibile est, ꝙ cognitio perfecta, & imperfecta ex parte medij sit secundùm idem medium, quasi vna cognitio sit perfectum medium, & imperfectum idem, quasi idem medium sit certum, & incertum. Et similiter impossibile est, ꝙ cognitio perfecta, & imperfecta ex parte subiecti sint simul in eodem subiecto. (Addo extra literam) potest tamen esse in diuersis subiectis, secundùm idem medium, & idem obiectum. Possunt enim diuersi homines sic se habere, ꝙ vnus idem cognoscat per idem medium cum firma adhæsione, alius autem cum formidine (subsumitur ad propositum,) sed fides in sui ratione habet imperfectionem, quæ est ex parte subiecti, vt. s. &c. beatitudo autem de sui ratione habet perfectionem ex parte subiecti, vt. s. beatus videat clarè id, quod beatificatur, ergo sequitur conclusio. Antecedens patet ex præcedenti distinctione. Minor subsumpta relinquitur nota quo ad primam partem ex dictis circa conclusionem primam. Quo ad secundum. Ex dictis sup. q. 3. articu. 8. Et nota breuiter, quòd mens Doc. Sanc. stat in hoc, quòd opposita, vt sic, non possunt esse simul. Sed do pinio, & fides, & scientia habent aliquam oppositionem, quia in vna est certitudo, in alia incertitudo. Et non opponuntur secundùm certitudinem obiecti, & medij, sed tantũ subiecti; igitur non possunt esse simul in eodem subiecto, licet possint esse eiusdem obiecti, & medij; de vno enim obiecto, & per consequens vno modo certo ex se habet vnus opinionem, aliqui scientiam, & certitudo obiectalis vna est. Similiter de vno medio, & per vnum medium vnus habet opinionem (. s. rudis) alius scientiam. Similiter possunt esse duo media, quorum vnum est certũ, aliud incertum, &c. Tunc ibi.

¶Vnde manifestum est, quòd impossibile est, quòd fides maneat simul cũ beatitudine in eodẽ subiecto.

¶Infert ipsam conclusionem iam satis probatam, & patet.

¶Nota, ꝙ hæc cõclusio videtur intelligenda de potentia creaturæ, de qua non videtur magna difficultas, & de potentia Dei ordinata de eo, qui est in statu beatitudinis; Paulus autem non fuit in statu beatitudinis, sed raptim vidit. Et intelligitur, quòd impossibile est, quòd fides maneat cum beatitudine secundùm actum, & actu habeat rationem fidei. Verumtamen, quòd omne absolutum fidei remaneat cum beatitudine, non tamen actu habeat rationem fidei, non videtur impossibile de potentia Dei absoluta. Si enim secundùm Capreolum, Deus potest intellectionem quam habeo de lapide ponere in lapide, absque hoc quòd intelligat, nõ videtur impossibile, quòd entitatem fidei ponat in intellectu beati, absque hoc quòd actu credat, id quod intuitiuè videt. Et ad hoc est Herueus quodlibeto secundo, quæst. 15. quia nihil prohibet oppositorum, & incompossibilium actuum esse principia nõ opposita, nec incompossibilia. Adamas enim si ponatur super ferrum imprimit sibi quandam inclinationem per quam mouetur sursum ad adamãtem ipsum, & cum tali inclinatione mouente sursum manet grauitas, secundùm quam habet moueri deorsum, ita quòd duæ inclinationes habituales ad diuersos motus stant simul, licet illi motus non stent simul, &c. Et ita puto intelligendum Doc. Sanc. quòd quia fides requirit non videre, & obscuritatem, ideo ex natura sua non stat cum visione, & hoc sub ratione fidei formaliter, & secundùm actum secundum, quòd tamen id quod est fides possit manere, & fides materialiter non videtur implicare, quia etiam secundùm Capreolum, esto ineuidentia, & enigma sit de conceptu fidei, non tamen est de essentia fidei, cum priuatio non sit natura, vel de natura positiua, ideo sequitur quòd per potentiam Diuinam absolutam tale positiuum posset conseruari. Sed verum est iuxta dicta circa conclusionem primã, quòd non habebit, vt sic, speciem, idest formalem rationem fidei, quo ad omnia, quæ sunt de ratione fidei. De istis etiam difficultatibus Capreolus in tertio, dist. 31. in solutionibus, quasi per totum, quoniam Doc. Sanc. alibi ponit fidem mansisse in Paulo tempore raptus.

An fides possit stare cum beatitudine.

Capreolus

Herueus.

Capreolus

¶Scotus concordat in tertio, distin. 31. vbi dicit, actus succedentes, credere, & sperare, scilicet videre, & tenere, non habent propriè impossibilitatem ad habitus fidei, & spei; quod probatur, qa Paulus in raptu habuit saltem actum visionis, & tamen non erat in eo euacuatus habitus fidei, igitur ille actus non repugnat habitu fidei. Non ergo euacuatur fides, & spes, quia succedat eis aliquod incompossibile, sed quia essent superflui. Hæc ille, &c.

Scotus.

ARGVMENTVM in contrarium idem cõcludit, quod dictum est in præsenti secunda conclusione.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ fides est nobilior quàm scientia ex parte obiecti, quia eius obiectum est veritas prima; sed scientia habet perfectiorem modum cognoscendi, qui non repugnat perfectioni beatitudinis. s. visioni, sicut repugnat ei modus fidei.

¶Maior vera, quòd fides est nobilior, quàm scientia ex parte obiecti, quia fides de Deo, scientia autem de naturalibus, & creatis. Sed dico, quòd fides directè opponitur cognitioni beatificæ, quia de eodem cum ipsa, & ex parte subiecti habet conditionem beatitudini incompossibilem respectu eiusdem obiecti. Scientia autem est quidem imperfecta (saltem in perfectione negatiua) comparata ad beatitudinem, & visionem patriæ; sed illa imperfectio non opponitur ipsi visioni patriæ, tamen quia non de eodem, tum quia non per idem medium, tum quia substrata visioni beatificæ. Vnde negatur consequentia, quia etiam perfectio naturalis, & natura ipsa est imperfecta respectu gloriæ, & tamen gloriæ non repugnat, sed per gloriam perficitur. Sic cognitio naturalis, quæ est scientia de naturalibus, & naturalis non opponitur patriæ; sicut fides, quæ dicit imperfectam cognitionem Dei gratuitam, visio autem, vel beatitudo dicit perfectam cognitionem eiusdem Dei, vnde sunt respectu eiusdem. Dictum est autem in corpore, ꝙ perfectum, & imperfectum in eodem, & respectu eiusdem non compatiuntur se, tamen respectu diuersorum, vel per diuersa media.

¶Ad secundum dicendum, quòd fides est fundamentum, quantum ad id, quod habet de cognitione, & ideo quando perficietur cognitio erit perfectius fundamentum.

¶Ad maiorem dico, quòd fides Iesu est fundamentum, non ratione imperfectionis (scilicet ineuidentiæ, & enigmatis) sed ratione rectæ cognitionis. Et si sit perfecta cognitio sine enigmate, nihilominus tunc fundamentum christianæ vitæ, & perfectionis, & omnium aliarum virtutum.

¶Ad minorem, verum, ablato fundamento in se, & in sibi æquivalenti, ea ratione qua est fundamentũ, non remanet id quod superædificatur. Sed dico, quòd hoc non contingit in proposito, quia esto fides ipsa euacuetur, tamen sibi succedit perfecta cognitio, ratione cuius erat fundamentum, & per consequens perfectius fundamentum, & adeo perfectum, vt nunquam deficere possit, nec ipsi superædificata deficient. Negatur ergo consequentia.

¶Vel posset concedi. Ergo si non remanet fides, vel secundùm speciem, vel secundùm genus, & secundùm id virtualiter, ratione cuius est fundamentum; quod nos non dicimus, vt patebit artic 5. vbi dicetur, ꝙ fides manet secundùm aliquid sui generis. Et de hoc fuit aliquid tactum sup.q.65.art.5.vbi dictum est, ꝙ charitas non manet sine fide, vel sine eo, quod supereminenter continet fidem, quo ad id quod est perfectionis. Et hanc solutionem habet etiam Doc.Sanc.in de Virtutib.de spe,ar.3.ad 14.

In corpo. ¶Ad tertium paret solutio ex his, quę sup.dicta sunt.

¶Ad maiorem dico, ꝙ cognitio fidei, & cognitio gloriæ differunt secundùm perfectum, & imperfectum ex parte subiecti, respectu eiusdem obiecti; dictum est autem, tale perfectum, & imperfectum in eodem secundùm idem, & respectu eiusdem, sunt incompossibilia. Ad minorem. Si intelligitur, vt iam dictū est ad maiorem, negatur, sed dico, ꝙ vera est, ꝙ cognitio imperfecta ex parte obiecti potest esse cum perfecta ex parte obiecti, sed non eiusdem, sed diuersorum. Et secundò perfecta ex parte medij, potest esse cum imperfecta ex parte medij, sed non eiusdem medij, sed diuersi. Et isto modo in angelo est simul matutina, & vespertina, vt distinguuntur ex parte obiecti, sed diuersi, vt dictum est in corpore. Et aliquis idem cognoscit per perfectum medium, & imperfectum. Sed negatur consequentia, quia fides, & cognitio gloriæ opponuntur in eodem subiecto per perfectum, & imperfectum respectu eiusdem, & per perfectum, & imperfectum ex parte subiecti, ratione cuius non compatiuntur se in eodem intellectu. Oppositio enim medij non facit scientiam, & opinionem incompossibiles, sed oppositio, quæ est ex parte subiecti.

¶Nota hic, quòd verum est, ꝙ homo potest cognoscere eandem conclusionem ex parte subiecti, & prædicati, eandem omnino, per medium probabile, & demonstratiuum, & ita erit cognitio per medium perfectum, & imperfectum, vt dicitur in corpore; sed non conceditur, ꝙ per illa duo media dum simul concurrunt, habeatur cognitio perfecta, & imperfecta formaliter ex parte subiecti, quia habent rationes incompossibiles in eodem subiecto respectu eiusdem. Dictum est enim, quòd non opponuntur, neque secundùm certitudinem, & incertitudinem obiecti, vel medij, sed tantùm subiecti, vt habetur primo Posteriorū in fine, de eodem enim obiecto potest haberi scientia, & opinio à diuersis, & potest esse opinio propositionis immediatè, & per consequens opinio non necessariò habetur per medium probabile, nec per consequens opponitur ratione medij scientiæ. Et potest per idem medium in vno generari opinio, in alio scientia. Igitur nō opponuntur ex parte medij. Vnde secunda probatio minoris, quæ est per exemplum, negatur, videlicet, ꝙ aliquis homo simul possit habere de eadem conclusione scientiam per syllogismum demonstratiuum, & opinionem per syllogismum dialecticum. Sed dicimus, ꝙ potest quidem eadem conclusio per illa duo media cognosci, sed vel erit solùm cognitio scientifica actu habens in se, quod perfectionis est in opinione supereminenter, vel erit æstimatio per medium probabile firma, quæ non est opinio. Et dicimus ergo, ꝙ cognitio perfecta, & imperfecta ex parte medij stant simul, non ꝙ perfecta, & imperfecta sint in proposito duæ; sed dicitur perfecta, & imperfecta extrinsecè, ideſt per medium perfectum, & imperfectum, sicut prius dictum est in corpore de matutina, & vespertina ex parte obiecti. Sed semper dicimus, ꝙ scientia, & opinio dicunt perfectum, & imperfectum, oppositum solùm ex parte subiecti eiusdem, & ergo in eodem non sunt simul de eodem, sed in diuersis possunt esse de eodem. Concedimus ergo, quod D.S. dicit in corpore, quod contingit idem enunciabile cognoscere eundem simul per medium necessarium, & contingens, sed non scit simul, & opinatur; sed vel habet tantùm scientiam continentem eminenter, quod est cognitionis; vel habet per mediū probabile distinctā æstimationem à medio scientifico; sed talis æstimatio non est incerta, sed firma, nec habet rationem opinionis, & sic oportet dicere Thomistā, quia D.S.2.2. q.1.ar.5.ad quartum. expressè ponit non posse stare scientiam, & opinionem. Et nota D.S.in 3.par.q.9.artic.3. quod Capreolus etiam allegat, ꝙ sicut in generatione substantiali in via D.S. dispositiones præcedentes abijciuntur, & formæ perfectiores sequuntur. Ita in generatione scientiæ post præuias opiniones desinunt opiniones, sed sequitur scientia, quæ continet opinionem, quantum ad id quod est compossibile scientiæ. s. firmiorem assensum, licet non incertitudinem; vel sequuntur, & concomitantur firmiores existimationes per illa media probabilia, quia habita demonstratione de conclusione aliqua per medium necessarium, tunc firmius, & fortius adhæremus mediis probabilibus. Et nisi sic dicatur non potest quis effugere contradictionem in D.S. hic, & in 2.2.q.1.ar.5.ad quartum, & alibi.

¶Nota secundò, ꝙ sicut forma non stat cum imperfectione formæ sibi oppositæ, stat tamen cum imperfectione materię sibi substratæ, quia sibi non opponitur. Ita perfectio gloriæ non stat cum imperfectione fidei; stat tamen cum imperfectione cognitionis naturæ, quia illa non est sibi opposita, sed subſtrata, quia licet sint in eodem, non tamen habent oppositionem perfecti, & imperfecti secundùm idem; sed ex parte obiecti. s. diuersi, vel medij diuersi, sicut matutina, & vespertina secundùm diuersas acceptiones; & ita secūdùm diuersa obiecta, vel media tollitur oppositio, quia opposita habent fieri circa idem, quare non est par ratio de cognitione fidei, & gloriæ, & matutinæ (quæ est gloriæ) & vespertinæ, quæ est naturæ secundùm vnam acceptationem; quia sunt de eodem, sed per diuersa media; si autem matutina, & vespertina accipiantur, sicut D.S. accipit in corpore, tunc sunt in eodem de diuersis, & per idem medium.

Vtrum spes remaneat post mortem in statu gloriæ.

T 2.2.q.18.a.2. 2.Et 3.dist. 31.q.2.ar.2. q.2.Et Vi. q.4.ar.4.

AD quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ spes maneat post mortem in statu gloriæ. Spes enim nobiliori modo perficit appetitum humanum, quàm virtutes morales; sed virtutes morales manent post hanc vitam, vt patet per August. in 14. de trinitate; * ergo multo magis spes. *Aug.ca.9.

¶ 2 Præt. Spei opponitur timor, sed timor manet post hanc vitam, & in beatis quidem timor filialis, qui manet in sæculum; & in damnatis timor pœnarum; ergo spes pari ratione potest permanere.

¶ 3 Præt. Sicut spes est futuri boni, ita & desideriū; sed in beatis est desiderium futuri boni, & quantum ad gloriam corporis, quam animæ beatorum desiderant, vt dicit Aug. 12. super Gen. ad literam; * & etiam quantum ad gloriam animæ, secundùm illud Eccle. 24. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitiēt. Et 1. Pet. 1. dicitur. In quem desiderant angeli prospicere; ergo videtur, quòd possit esse spes post hanc vitam in beatis. *Aug.ca.13. Eccl.24. 1.Pet.1.

¶ Sed contra est, quod Apost. dicit Rom. 8. Quod videt quis, quid sperat? sed beati vident id, quod est obiectum spei. s. Deum; ergo non sperant. Rom.8.

¶Hic secundò quærit de duratione spei post hanc vitam in statu gloriæ, quia vt sup. dictum est, spes posterior est fide.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ sicut dictum est, * id quod de ratione sui importat imperfectionem subiecti, non potest simul stare cum subiecto oppositа perfectione perfecto, sicut patet, quòd motus in ratione sui importat imperfectionem subiecti; est enim actus existentis in potentia, in quantum huiusmodi; vnde quando illa potentia reducitur ad actum, iam cessat motus; non enim adhuc albatur postquam iam aliquid factum est album. *Art.præc.

¶D.S. breuiter absoluit quæsitum, tali conclusione responsiua in calce corporis. Cum habetur id, quod speratur. s. Diuina fruitio (quod est in statu gloriæ) iam spes esse non poterit.

¶Nota, quòd speratur fruitio, vt includit sub se visionem, & tantum dicit sicut beatitudo hominis, quæ est obiectum spei, non vt res creata est, sed vt adeptio Dei. Spes enim habet pro obiecto etiam naturali Deum. Et ergo formalis beatitudo, quæ est creata, non est totale obiectum, sed magis Deus habendus per fruitionem isto modo dictam; de hoc Doc.Sanc. secunda secundæ, quæst. 19. artic. 9. ad secundum. vbi dicit, per virtutem spei non solùm innititur Diuino auxilio ad adipiscendum quæcunque alia bona; sed principaliter ad adipiscendum ipsum Deum tanquam principale obiectum. Hæc ille. Et ibidem, quòd Deus ipse est proprium, & principale obiectum theologicarum. Probatur autem conclusio, ex fundamento articuli præcedentis. Quicquid de sui ratione importat imperfectionem subiecti, non potest simul stare cum subiecto oppositа perfectione perfecto. Sed spes importat imperfectionem subiecti, quod in gloria est sub perfectione, spei oppositа (. s. fruitione Diuina) igitur spes non manet cum fruitione Diuina in gloriæ statu.

¶Huius rationis Doc.Sanc. ponit primò maiorem, & eam probat, secundò probat minorem, ibi. Spes autem, &c. Maior ergo probatur exemplariter de motu, qui est imperfectio subiecti, & non stat cum perfectione subiecti, sicut subiectum non albatur postquam est factum album. Deinde ibi.

§Spes autem importat motum quendam in id quod non habetur, vt patet ex his, quæ sup. de passione spei diximus, * & ideo quādo habetur id quod speratur. s. Diuina fruitio, iam spes esse non poterit. *q.40.ar.1. & 2.

¶Probat

¶Probat minorem principalē, quia spes importat motū quendam. i. extensionem appetitus in id, quod non habetur; igitur importat imperfectionem subiecti. Antecedens patuit sup.q.40.artic.1. & 2. quod non solùm verificatur de spe passionis, sed etiam de spe theologica, cuius actus est extensio appetitus rationalis in absens. Tenet consequentia, quia omnis motus est existentis in potentia, & per consequens imperfecti cum omnis potentia imperfectionem secum ferat.

¶Nota autem ꝙ spes importat motum. i. actum respectu distantis habendi. Charitas autem, & gaudium non dicunt isto modo motum. i. extensionem in distans, sed vnionem ad præsens, vt sic. Et ergo dicit D.S. ꝙ spes importat motum ad sensum sup.q.31. ar.1. ad 2. dictum, videlicet actum tendentem in absens.

¶Nota secundò pro minore, ꝙ spes dicit imperfectionem, & perfectionem; imperfectionem quidem respectu boni sperati, qa implicat ipsius priuationem, & absentiam; perfectionem autem virtutis, vt facit inhærere regulæ Diuinæ, cui per spem homo innititur ad consequendum beatitudinem; vnde sub alijs verbis dici potest, quod dicit perfectionem respectu obiecti formalis, qđ est Diuinum auxilium, cui debitè innititur; sed respectu materialis, quod est beatitudo sperata importat imperfectionē, quia necessariò de non habito, & sic intendit D.S. ꝙ spes dicat in sui ratione imperfectionem subiecti. s. non habitionem beatitudinis. Et hæc tanguntur 2.2.q.17.ar.1.ad tertium.

¶Et confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶Nota propter argumentum in oppositum D.S. super Apost. ibid. ꝙ quia spes ex fide quodammodo oritur, ideo Apost. attribuit spei opus illud, quod est fidei. s. esse de non visis, ita ꝙ non visum idem sit, quod non habitum, & visum, quod habitum. Scotus etiam in 3.dist.31.circa principium dicit, ꝙ accipitur spes pro spe rato. s. pro obiecto, quando Apost. dicit ad Rom.8. ꝙ spes, quę videtur non est spes. Est ergo sensus, quod videt quis. i. quod præsentialiter habet quid, i. cur sperat, quasi dicat, spes importat motū animæ in aliquid non habitum tendentem. Cum autem aliquid iam habetur non est necessarium; vt in id aliquis moueatur & hoc consonat dictis in corpore, vbi dictum est, ꝙ spes importat motum. i. extensionem animi in distans, & absens, &c. Scotus. Rom.8.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd spes est nobilior virtutibus moralibus quantum ad obiectum, quod est Deus; sed actus virtutum moralium non repugnat perfectioni beatitudinis, sicut actus spei, nisi forte ratione materiæ, secundùm quam non manent; non enim virtus moralis perficit appetitum solùm in id, quod nondum habetur, sed etiam circa id, quod præsentialiter habetur.

¶Ad maiorem dico, ꝙ spes perficit nobiliori modo ad sanum intellectum, quia perficit appetitum ad altius, & nobilius obiectum, quàm morales. Si autem intelligitur, ꝙ perficiat nobiliori modo ex parte obiecti, & status, negatur; quia spes perficit solùm in distantia à perfectione summa, & dum ipsa non habetur. Morales autem virtutes perficiunt (præsertim quo ad formale) etiam cum habetur perfecta beatitudo, ideo actus spei repugnat statui patriæ, non actus moralis.

¶Et secundò dico, ꝙ esto spes sit perfectior moralibus ad sensum dictum; tamen spes dicit imperfectionem ex parte subiecti, directè oppositum beatitudini. Non sic de moralibus, quia spes, & gloria requirunt conditiones incompossibiles in subiecto suo, videlicet non habere beatitudinem, & habere. Secus de moralibus, nisi fortè quo ad materiale, quod etiam non habet locum in patria, & arguit conditionem viaticam, & mortalem, & per consequens statui patriæ incompossibilem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd timor est duplex, seruilis, & filialis, vt infra dicitur. * Seruilis quidem est timor pœnæ, qui non poterit esse in gloria nulla possibilitate ad pœnam remanente. Timor verò filialis habet duos actus. s. reuereri Deum, & quantum ad hunc actum manet, & timere separationem ab ipso, & quantum ad hunc actum non manet; separari enim à Deo habet rationem mali; nullum autem malum ibi timebitur, secundùm illud Prouerb. 1. Abundantia perfruetur malorum timore sublato. Timor autem opponitur spei oppositione boni, & mali, vt supra dictum est; * & ideo timor, qui remanet in gloria non opponitur spei; in damnatis autem magis potest esse timor pœnæ, quàm in beatis spes gloriæ; quia in damnatis erit successio pœnarum, & sic remanet ibi ratio futuri, quod est obiectum spei; sed gloria sanctorum est absque successione, secundùm quandam æternitatis participationem, in qua *2.2.q.19. artic.2. Prouer.1. *q.40.ar.1. Aliàs spei.

non est præteritum, & futurum, sed solùm præsens; & tamen nec etiam in damnatis est propriè timor; nam sicut sup. dictum est; * timor nunquam est sine aliqua spe euasionis, quæ omnino in damnatis non erit, vnde nec timor, nisi communiter loquendo, secundùm ꝙ quælibet expectatio mali futuri dicitur timor. * q.13.ar.1.

¶Respondeo primò iuxta D.S. hic, & in de Virtutib. de spe, art. 4. ad 2. Ad maiorem, spei opponitur timor, verum, timor seruilis, vel etiam filialis, quo ad actum secundū, qui est timere separationem à Deo, tanquā malum. Sed negatur, ꝙ timere filialis quo ad actum primum, qui est reuereri Deum, & reuerentiā Deo exhibere tanquam suo creatori, & ex consideratione maiestatis eius, in propriam paruitatem resilire. Et ratio est, quia ſm sup.dicta, q.40. art.1. Spes, & timor opponuntur oppositione boni, & mali, quia spes de bono, timor de malo. Cum ergo timor filialis ſm hunc actum non sit de malo, ideo spei non opponitur, quia vterq; est de bono. Ad minorem dr, ꝙ timor manet in beatis. s. filialis quo ad vnum actum, qui est reuereri, qui non repugnat perfectioni patriæ. Non aūt quo ad actum, qui est timere offensam, & separationem à Deo per peccatum, qui timor aufertur in abundantia bonorum. Quia ergo spes habet oppositionem, & imperfectionem incōpossibilem perfectioni patriæ, ideo ēt euacuatur, & tollitur.

¶Secundò dico ad secundam partem minoris, ꝙ timor manet in damnatis, largè accipiendo timorem, quia si propriè capitur, tunc est cum spe euasionis mali, vt patuit sup.q.42.ar.2. quæ non est in damnatis. Sed est timor accipiendo timorem pro omni expectatione mali futuri, qđ habet locum in damnatis, quia in pœnis corū est continuatio, & successio, vt habet D.S. pri. par. q.10. ar.3.ad 2. Sed non est par rō de beatitudine sanctorum in patria, vbi nulla est futuritio, sed participatio æternitatis, vt etiam patet pri.par. vbi iam, ar.2. & 3. Negatur ergo consequentia, tum quia timor manens in patria non opponitur spei, vt argumentū supponebat ex maiore, tū quia timor manens nō dicit imperfectionem oppositā beatitudini, immo solū imperfectionē arguit naturalem creaturæ, & defectū negatiuū, ſm ꝙ in infinitum distat à Deo, & ideo meritò Deū reueretur, & colit, & se ei subijcit. Spes aūt importat defectū alicuius gratuiti, & directè oppositū beatitudini, & gloriæ, vnde non est par ratio; hæc est solutio intenta à D.S hic, & in de Virtutib. vbi innuit, ꝙ in beatis non est timor filialis quo ad actū, qui est timere separationem à Deo per cōtemptum, & peccatū, quia ipse est impossibilis, & habet rationem mali. Nullū aūt malū timebitur in statu gloriæ, ſm illud Prou.1. &c.

¶Sed intuenti D.S. in hac re, 2.2.q.19 art.11. apparet, ꝙ etiam quo ad hunc actū, qui est timere malum separationis à Deo manebit aliqualiter, & aliquo modo Nam esto talis separatio nō sit possibilis creaturæ rationali pp glorię perfectionem. Est tamen sibi possibilis considerate ſm suā naturam pp naturalem liberi arbitrij flexibilitatem. Quare fuga huius mali, qđ est Deo nō subijci, & à Deo separari, est in patria, vt possibilis naturæ, impossibilis autem beatitudini in patria. Et ad auctoritatem D.S ibid. respondet ad primum, quia illa auctoritas excludit à beatis timorem solicitantem, & perturbantem, non autem timorē securum, vt Aug. dicit. Et per hoc patet, ꝙ ibi non timebitur, & fugietur malum, vt possibile gloriæ, tamen vt possibile naturæ. Et stante isto modo, qui D.S. postremò visus est, diceretur ad argum. literę, secūdo concedendo maiorem, ꝙ spei opponitur timor, etiam ſm actū quem hēt in patria. s. oppositione obiecti, qa de malo possibili naturæ ſm se. Minor ēt conceditur. Sed dico, ꝙ timor ipse non habet oppositionem ad gloriam, quia vt fugiatur malum tanquam possibile naturæ, ſm se non repugnat beatitudini, quia vt dictum est, cum gloria manet defectus negatiuus naturæ, ratione cuius talis separatio, & tale malum est possibile. Secūdò solūitur argu.

¶ Nota, quòd Doc.Sanc. dicit, quòd timor offensæ manet aliqualiter, & aliquo modo; & postea dicit, ꝙ fuga; quasi diceret, nō est imperfectus timor, sed fuga, quæ dicit abhominationem peccati aliqualiter possibilis. i. secundùm naturam. Tamen id quod hic dicit, clarum est. Sed negatur consequentia, quia spes directè opponitur gloriæ præsenti, tanquam importans eius remotionē, & absentiam, ideo non est par ratio. Vnde in art.3. in fine solutionis tertij dictum est, ꝙ imperfectio naturalis subtracta est perfectioni gloriæ. Sed imperfectio in gratuitis directè sibi opponitur, & est sibi incompossibilis, qualem imperfectionem importat spes. Et illa est sententia Doc.Sanc.2.2 vbi statim, ad tertium. vbi habet. Spes importat quendam defectum. s. futuritionem beatitudinis, quæ tollitur per eius præsentiam. Sed timor importat defectum naturalem creaturæ, secundùm quòd in infinitum distat à Deo, quod etiam in patria manebit, & ideo timor non euacuabitur totaliter, hæc ille. Et vult solutio ista, quòd ad minus manet timor reuerentiæ, sed in corpore ostendit quomodo fuga mali, scilicet contemptus, & insilitionis in Deum manebit.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ quantum ad gloriam animæ non potest esse in beatis desiderium, secundùm

quòd respicit futurum, ratione iam dicta; * dicitur autem ibi esse esuries, & sitis p remotionẽ fastidij, eadem ratione dicitur esse desiderium in angelis. Respectu autem glorię corporis in animabus sanctorum, potest quidem esse desiderium, non tamen spes, propriè loquẽdo, neque secundùm ꝙ spes est virtus theologica; sic enim eius obiectum est Deus, non autem aliquod bonũ creatum, neq; secundùm ꝙ communiter sumitur; quia obiectum spei est arduum, vt supra dictum est; * bonum autem cuius iam ineuitabilem causam habent, non comparatur ad nos in ratione arduj; vnde non propriè dicitur aliquis, qui habet argentum sperare se habiturum aliquid, quod statim in potestate eius est, vt emat; & similiter illi, qui habent gloriam animæ, non propriè dicuntur sperare gloriã corporis, sed solùm desiderare. —

*Sup.q.33. artic.2.

*q.40.ar.1.

¶ Ad maiorem dico, verum est, ꝙ spes, & desiderium propriè dictum est futuri boni, vt patet sup.q.33.art.2. Sed illud sicut non dicit æqualitatem, quia vt patuit, q.40.art.1. Spes est futuri boni, sed ardui, desiderium autem est futuri boni absolutè. Si tamen desiderium capiatur pro exclusione fastidij, tunc est etiam boni præsentis, & habiti. Et dico vlterius, ꝙ desiderium potest esse eius cuius non est spes, vel theologica, vel communiter dicta.

¶ Ad minorem. Si intelligitur, ꝙ in beatis sit desiderium propriè dictum, vt dicit motum appetitus ad bonum distans respectu boni animæ, vel gloriæ animæ, negatur, nec auctoritates hoc probãt. Sed loquuntur de desiderio, vt dicit exclusionem fastidij, quæ est etiam de re habita, vt supra patuit.

¶ Dico secundò ad aliam partem minoris, ꝙ in beatis (s. animabus separatis) est desiderium respectu gloriæ corporis propriè dictum. Sed negatur consequentia, ꝙ ergo spes, vel theologica virtus, vel spes, secundùm cõmunem rationem spei, i. vt dicit motum in bonum arduum, & difficile quodcunque. Spes enim theologica est de bono diuino, & de Deo habendo. Vnde gloria corporis (cum sit quædam redundantia beatitudinis essentialis in corpus) non est Deus. Nec per consequens obiectum spei theologicæ. Spes etiam communiter accepta est boni ardui difficilis, quale non est gloria corporis, quo ad animam iam beatam, quæ ineuitabilem, & certissimã causam habet beatitudinis corporis. Quare negatur consequentia, tum quia non est desiderium respectu gloriæ animæ, cuius est spes in via. Vnde sicut desiderium propriè dictum non manet in patria, sic nec spes. Tum secundò, quia esto maneat desideeium propriè dictum respectu gloriæ corporis, non tamen sequitur, ꝙ spes quocunque modo accepta, quia multa desideramus, quæ non speramus.

Vtrum aliquid fidei, vel spei remaneat in gloria.

V

3.distin.31. q.2. ar.1.q. 1. & 3. Et Veri. q.27. art.5. ad 6. Et Vir. q.5. ar 4.ad 10.

AD quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ aliquid fidei, vel spei remaneat in gloria. Remoto enim quod est proprium, remanet id quod est commune, sicut dicitur in libro de causis, * ꝙ remoto rationali remanet viuum, & remoto viuo remanet ens; sed in fide est aliquid, quod habet cõe cum beatitudine. s. ipsa cognitio; aliquid autem quod est sibi proprium. s. enigma; est enim fides cognitio enigmatica; ergo remoto enigmate fidei, adhuc remanet ipsa cognitio fidei.

*Prop.5.1.

Ephe.1.

¶ 2 Præt. Fides est quoddam spirituale lumen animæ, secundùm illud Ephe. 1. Illuminatos oculos cordis nostri in agnitionem Dei; sed hoc lumen est imperfectum respectu luminis gloriç, de quo dicitur in Psalt. In lumine tuo videbimus lumen; lumen autẽ imperfectum remanet superueniente lumine perfecto; non enim candela extinguitur, claritate solis superueniente; ergo videtur ꝙ ipsum lumen fidei maneat cum lumine gloriæ.

¶ 3 Præt. Substantia habitus non tollitur per hoc ꝙ subtrahitur materia; potest enim homo habitum liberalitatis retinere etiam amissa pecunia, sed actum habere non potest; obiectum autem fidei est veritas prima non visa; ergo hoc remoto per hoc ꝙ videtur veritas prima, adhuc potest remanere ipse habitus fidei.

¶ Sed contra est, quod fides est quidam habitus simplex; simplex autem vel totum tollitur, vel totum remanet; cum ergo fides nõ totaliter maneat, sed euacuetur, vt dictum est; * igitur videtur, ꝙ totaliter tollatur.

*Art.3.huius quæst.

¶ Hic quærit de quodam dubio incidente circa articulos præcedentes. Et habet occasionem ex dicto quorundam, vt patebit in principio corporis.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ quidam dixerunt, quòd spes totaliter tollitur; fides autem partim tollitur, scilicet quantum ad enigma, & partim manet. s. quantum ad substantiam cognitionis. ——

¶ Doc. Sanc. in hoc corpore primò ostendit occasionem dubium hoc mouẽdi, quia. s. ex aliquorum opinione circa illud, ibi. Quod quidem, &c. Secundò examinat illam opinionem. Tertiò ex illa examinatione infert responsiuam conclusionem ad quæsitum, ibi. Vnde non potest, &c. Dicit ergo primò, ꝙ quidam dixerunt, ꝙ spes totaliter tollitur, fides autẽ partim tollitur. s. quantum ad enigma, & partim manet quantum ad substantiam cognitionis, restat ergo hoc declarandum. Vnde dicit consequenter.

¶ Quod quidẽ si sic intelligatur, ꝙ maneat non idem numero, sed idem genere, verissimè dictum est; fides. n. cum visione patriæ conuenit in genere, quod est cognitio; spes autem non conuenit cum beatitudine in genere; comparatur enim spes ad beatitudinis fruitionem, sicut motus ad quietem in termino. ——

¶ Vbi examinat dictum illorum, & circa hoc ponit duas cõclusiones examinatorias, secundam ibi. Si autem intelligatur, &c. Prima est, si intelliguntur sic dicentes, ꝙ fides maneat secundùm substantiam non eandem in numero, sed ſm eandem in genere; spes autem non ſm eandem in numero, nec in genere, verissimè dixerunt. Probatur conclusio, fides conuenit cum visione patriæ sibi correspondente, quæ manet in genere. Spes autẽ non conuenit cum beatitudine sibi succedente in genere, igitur fides manet ſm aliquid quod secum conuenit in genere, non autem spes. Consequentia tenet extra literam, quia si sibi succedens est secum idem in genere, & manet, sequitur benè, ꝙ manet ſm aliquid sui generis. Et si non est in patria idem secum in genere, tunc nõ manet ſm aliquid sui generis. Antecedens patet pro prima parte, qa fides, & visio cõueniunt in genere cognitionis, quę est genus proximum vtriusq;, vt patet. Secunda pars patet. Motus, & quies in termino non sunt vnius generis proximi. Sed spes cõparatur ad beatitudinis fruitionẽ, sicut motus ad quietem in termino, igitur.

¶ Nota, ꝙ quamuis quies priuatiua in naturalibus reducatur ad genus ipsius motus, non tamen per se est eiusdem generis, immo omnino alterius rationis, sicut priuatio ab habitu. In proposito autem quies non dicit priuationem motus; sed actum positiuum quo affectus saciatur super obiecto beatifico præsente. Spes aũt dicit actum quo affectus se extendit ad absens, & distans. Quare non sunt eiusdem generis proximi, sicut nec desiderium, & delectatio. Et intelligitur D. S. non de genere prædicamentali primo, & remoto, sed de genere proximo, quod de eis immediatè vniuocè dicitur. Deinde cum dicit.

¶ Si autem intelligatur, ꝙ eadem numero cognitio, quæ est fidei maneat in patria, hoc est omnino impossibile; non enim remotad differẽtia alicuius speciei remanet substantia generis eadem numero, sicut remota differentia constitutiua albedinis nõ remanet eadem substantia coloris numero, vt sic idem color numero sit quandoque albedo, quandoque verò nigredo. ——

Dub.10.

¶ Ponit secundã conclusionem examinatoriam dicti illorũ, & modi dicendi, si intelligatur, ꝙ eadem numero (. s. in substantia) cognitio, quæ est fidei maneat in patria, remoto enigmate, hoc est omnino impossibile. Probatur, remota differẽtia alicuius speciei, impossibile est, ꝙ remaneat substantia generis eadẽ numero. (Minor suppletur) sed enigma habet se sicut differentia fidei, ergo ipsa remota (vt fit in patria) impossibile, &c. Minor patuit ar.3. Non tamen intelligendo, ꝙ ipsa priuatio sit pars essentialis, aut integralis fidei; sed qa sine tali priuatione fides nec esse, nec intelligi potest, & fundatur in aliquo positiuo fidei, quod necessariò consequitur. Sed circa maiorem Doc. Sanc. primò ponit eam, & probat exemplariter, secundò ratione, ibi. Non enim, &c. Ostendit ergo maiorem exemplariter de albedine cuius differentia remota non remanet eadem substantia coloris numero, vt sic idem color numero sit quandoq; albedo, quandoq; verò nigredo. Deinde ibi.

¶ Non enim cõparatur genus ad differentiam, sicut materia ad formam, vt remaneat substantia generis eadem numero differentia remota, sicut remanet eadem numero substantia materiæ remota forma; genus enim & differentia non sunt partes speciei, alioquin nõ prędicarentur de specie; sed sicut species significat totum, ideſt compositum ex materia, & forma in rebus materialibus, ita differentia significat totũ, & similiter genus; sed

sed genus denominat totum ab eo, quod est sicut materia; differentia verò ab eo, quod est sicut forma; species verò ab vtroque; sicut in homine sensitiua natura materialiter se habet ad intellectiuam; animal autem dicitur quod habet naturam sensitiuam; rationale, quod habet intellectiuam; homo verò quod habet vtrunque; & sic idem totum significatur per hæc tria, sed non ab eodem; vnde patet, ꝙ cum differentia non sit nisi determinatiua generis, remota differentia, non potest substantia generis eadem remanere, non enim remanet eadem animalitas si sit alia anima constituens animal. ——

¶ Probat præcedentem maiorem ratione sumpta ex differenti comparatione differentiæ ad genus, & formæ ad materiam. Et arguitur sic, eadem materia in substantia manens potest subijci diuersis formis; sed idem genus secundùm substantiam eandem numero, non potest subijci diuersis differentijs successiuè. Igitur. Maior vera. Antecedens pro prima parte patet extra literam. Secunda pars antecedentis deducitur, & declaratur vsque in finem. Et potest sic argui ex Doc. Sanc. idem totum secundùm rem signi ficatur per genus, differentiam, & speciem, licet non ab eodem sumantur hæc tria. Et differentia non est nisi designatiua, vel determinatiua generis, i. differentia differt solùm à genere, penes determinationem expressionẽ, & significationem eiusdem, quia significat videlicet idem determinationi modo, ergo remota differentia non potest substantia generis eadem remanere. Antecedẽs pro prima parte patet, quia si genus, & differentia essent partes speciei, & non tota species, non prædicarentur de specie. Secunda pars patet, quia genus denominat totum ab eo, quod est sicut materia; differentia verò ab eo, quod est forma. i. formale, patet in litera, ergo differentia differt à genere solùm, penes signatum, & non signatum, vt patet in litera. Et habetur ex intentione de ente, & essentia. Confirmatur etiam exemplariter à simili. Non. n. remanet eadem animalitas si sit alia anima constituens animal. Consequentia patet, quia impossibile est, ꝙ in his, quæ sunt idem vnum tollatur, & aliud remaneat.

¶ Nota, quòd Doc. Sanc. vult sub breuibus, quòd quia genus, & differentia, & species differunt solùm penes modum significandi idem secundùm rem, quia genus significat id quod est determinabile; differentia verò non differt, nisi quia significat determinationem, quæ est idem secundùm rem cum determinabili. Species verò explicitè vtrunq; significat. Modo impossibile est, ꝙ idem à seipso separetur. Ideo non potest tolli differentia manente natura generica eadem numero, cum sit eadem secundùm rem cũ importato per differẽtiam, & tantùm distinguitur penes determinationem modum significandi idem. Quare aduerte verba D. S. vbi dicit. Vnde patet, quòd cum differentia non sit nisi designatiua (vel secundùm alios libros determinatiua) generis ideſt cum differentia non distinguatur nisi penes designationem, hoc est, penes hoc quòd idem importat sub determinatiori modo (supple) ideo non potest substantia generis eadem remanere remota differentia; differunt enim solùm sicut includens implicitè, & explicitè idem, & quodlibet illorum significat totum significatione materiali, & formali simul. Differunt autem in significato formali, quia genus significat determinabile, differentia determinationem, vt habetur ex de ente, & essentia, cap. 3. & hoc intendit hic Doc. Sanc.

¶ Vnde non potest esse, quòd eadem numero cognitio, quæ prius fuit enigmatica, postea fiat visio aperta, & sic patet, ꝙ nihil idem numero, vel specie, quod est in fide remaneat in patria, sed solùm idem genere. ——

¶ Hic in calce corporis Doc. Sanc. respondet ad quæsitum conclusione responsiua cum aliquali explicatione rationis prædictæ, ex qua vult habere ipsam probatam. Et est, nihil idem numero, vel specie, quod est in fide, remanet in patria; sed solùm idem in genere, & sic aliquid fidei (aliquid videlicet idem cum fide in genere) manet in patria; sed nihil spei manet in patria, nihil videlicet idem, in numero, specie, vel genere. s. propinquo; prima pars patet ex secunda conclusione examinatoria quo ad fidem non mansuram eandem in numero, vel specie. Secunda pars, & tertia, scilicet quòd fides maneat secundùm aliquid eiusdem generis, non autem spes, patet ex prima conclusione examinatoria.

¶ Et aduerte, quòd non est aliquid secundùm rem idem tribus realiter distinctis, nisi Diuina essentia tribus personis, & hoc non dicimus de genere, differentia, & specie. Sed dicimus, quòd hæc tria secundùm rationem, & modum significandi distincta, important idem secundùm rem, & realiter, vel ex significato formali, vel materiali.

¶ Confirmatur conclusio quantum ad primam partem argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd remoto rationali non remanet viuum idem numero, sed idem genere, vt ex dictis patet. * ——

*In corpore artic.

¶ Ad maiorem. Si intelligitur, quòd remoto proprio remanet id, quod est commune idem in numero, vel in specie, negatur; dico secundò, quòd remoto proprio. i. differentia propria, remanet commune idem secundùm genus, vel secundùm analogiam. Et manet non secundùm rem idem, sed secundùm rationem. Nam vnitas generica est vnitas secundùm rationem tantùm. Et quamuis etiam vnitas specifica sit rationis, tamen vna res non potest transire de vna differentia in aliam. Et differentia est de ratione speciei, non generis, ideo ablata differentia non manet species secundùm genus.

¶ Ad minorem, concedo ipsam. Et dico tamen, quòd cognitio est commune genus fidei, & beatitudinis. Vltra ergo, remoto enigmate fidei, adhuc remanet ipsa cognitio fidei. Si intelligitur quòd eadem in numero, vel specie, negatur; sed si intelligitur, ꝙ cognitio eadem secundùm genus cõceditur, & est dictum in corpore conclusione examinatoria.

¶ Nota, ꝙ licet ablato individuo non auferatur species in diuersis, tamen in eodem ablata differentia auferetur species, quia differentia, & species necessariò se concomitantur, & simul auferuntur, quia vt dictum est, differentia est de ratione speciei.

¶ Ad secundum dicendum, quòd imperfectio luminis candelæ non opponitur perfectioni solaris luminis, quia non respiciunt idem obiectum; sed imperfectio fidei, & perfectio gloriæ opponuntur adinuicem, & respiciunt idem subiectum, vnde non possunt esse simul, sicut nec claritas aeris cum obscuritate eius. ——

¶ Ad maiorem, vera, est quoddam lumen spirituale, & imperfectum respectu luminis gloriæ, cui opponitur tanquam imperfectum perfecto in eodem subiecto, & respectu eiusdem obiecti, vt patuit articu. 3.

¶ Ad minorem, negatur, ꝙ lumen imperfectum remaneat superueniente lumine perfecto in eodem subiecto, & susceptiuo immediato ad hunc sensum, ꝙ ibi maneant duo lumina distincta. Ad probationem, quæ est per exemplum dico, quòd claritas solis est in alio subiecto, quàm lumen candelæ. Claritas enim secundùm se est in sole; sed eius participatio est in aere, lumen autem candelæ est in ipsa candela. Si autem exemplum intenderet, ꝙ in aere illuminato per solem, & candelam essent duo lumina. Vnum imperfectum causatum à candela, aliud à sole, negaretur exemplum; nam dum simul concurrunt sol, & candela ad causandum lumen causant vnum lumen quamuis maius, quam si vnum eorum concurreret solitariè. Et hoc videtur velle D. S. 2.2. q.24.ar.5.ad secundum, vbi dicit. Additio luminis ad lumen potest intelligi sic, quòd intenditur in aere propter diuersitatem luminarium causantium lumen. Hæc ille. Vbi vult, quòd non addatur lumen lumini; sed lumen intenditur, & causatur intensius à diuersis luminaribus. Et his consonat Capreolus dist.7.q.2.primi, in solutionibus Scoti, &c. Capreolus

¶ Nota autem, ꝙ Doc. Sanc. in solutione videtur accipere lumen pro luce, ita ꝙ lux solaris, ideſt existens in sole, & lux candelæ habent diuersa subiecta. Est enim differentia inter lumen, & lumen. Est enim lux forma ipsa, prout est in corpore luminoso, quod videlicet habet lumen ex se. Sed lumen dicitur eadem forma in specie, non numero, prout est in corpore illuminato, hoc est in corpore non habente lumen de se, sed tantùm ab alio, vt est aer, & luna. Quia ergo D. S. dicit, ꝙ lumẽ candelæ habet aliud subiectum, quàm lumen solare, oportet dicere, quòd accipiat pro luce. Lumen enim deriuatum ab vtroque est in vno subiecto, scilicet aere, sed ibi non habet esse perfectum, & imperfectum. Sed vt dictum est, lumen est vnum, & idem subiectum; fides autem, & gloria sunt necessariò distincta, & sunt eiusdem subiecti, & circa idem, ideo non possunt esse simul. Sicut nec idem aer potest simul esse clarus, & obscurus.

¶ Vbi nota, quòd hæc verba huius exempli satis arguunt in compossibilitatem fidei, & gloriæ. Nam nulla potentia videtur posse facere aerem simul obscurum, & clarum, quia implicat, sic in proposito, & hoc est verum quando fides accipitur formaliter sub ratione fidei. Tamen absolutum fidei videtur posse conseruari sine hoc ꝙ habeat actum obscurum, vt tactum est articulo 3. in exemplo Heruei.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille, qui amittit pecuniam non amittit possibilitatem habendi pecuniam, & ideo conuenienter remanet habitus liberalitatis; sed in statu gloriæ non solùm actu tollitur obiectum fidei, qd̃ est non visum, sed etiam secundùm possibilitatem propter beatitudinis stabilitatem, & ideo frustra talis habitus remaneret. ——

¶ Maior vera, vt sic. Substantia habitus non tollitur per hoc ꝙ subtrahitur materia cum possibilitate habendi ipsam. Si autem non est possibiltas habendi, negatur; secundò dico negãdo eam

quando materiæ subtractæ succedit alia materia, quæ tollit formalem rationem obiecti habitus, & eius essentialem differẽtiam, & requirit omnino incompossibilem dispositionẽ ex parte subiecti. Sic autem est in proposito, quia tollitur actu, & potentia materia circa quam fidei. Secus de habitu liberalitatis, amissa pecunia. Et secũdò, quia succedit obiectum visum, quod tollit formalem rationem obiecti, & differentiã fidei, & gloria requirit aliam dispositionem in subiecto. Similem solutionem habet D.S. de virtutibus, q. de spe, ar. 4. ad 11.

¶ Sed circa hoc videtur dubium, quia etiam materia virtutum moralium in patria non manebit, nec possibilitas vtendi ea, & tamen dicuntur à D.S. sup. manere.

¶ Ad hoc D.S. in de virtutibus, q. vlt. ad quintum. ꝙ immo obiectum finale ad quod ordinantur, sicut ad finem, quod est bonum rationis, hoc manet. Sed non manent obiecta materialia. i. materiæ circa quas operantur.

¶ Potest etiam dici, ꝙ immo habent obiecta formalia, & actus conuenientes futuro statui; & præterea, esto nullum actum secundum habeẽt, quia tamen, vt sup. tangebatur, sunt de perfectione, & integritate accidentali naturæ, ideo habent actum primum conuenientem, & non repugnantem patriæ. s. dare esse perfectũ, & hoc loquendo quo ad formale. Secus est de fide, & spe, quæ dicunt repugnantia patriæ. Et ideo nec habent actum secundum, nec primum. Quare non est par ratio. Vnde habet D.S. in fine solutionis, ꝙ frustra maneret, quia nec perficerent quo ad actum secundum, qui imperfectionis est, nec quo ad actum primum.

Vtrum charitas maneat post hanc vitam in statu gloriæ.

X Inf. q. 111. art. 3. ad 2. Et 3. dist. 31. q. 2. ar. 2. Et Ver. q 27. artic. 5. ad 6. Et Vir. q. 2. articu. 12. ad 20. & 1. Cor. 13. lec. 3. col. 1.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd charitas non maneat post hanc vitam in gloria, quia vt dicitur pri. ad Cor. 13. Cum venerit quod perfectũ est, euacuabitur quod ex parte est. i. quod est imperfectum; sed charitas viæ est imperfecta, ergo euacuabitur adueniente perfectione gloriæ.

¶ 2 Præt. Habitus, & actus distinguũtur secundùm obiecta; sed obiectum amoris est bonum apprehẽsum; cum ergo alia sit apprehensio præsentis vitæ, & alia apprehensio futuræ vitæ, videtur quòd non maneat eadem charitas vtrobiq;.

¶ 3 Præt. Eorum, quæ sunt vnius rationis, imperfectum potest venire ad æqualitatem perfectionis per cõtinuum augmentum; sed charitas viæ nunquam potest peruenire ad æqualitatem charitatis patriæ, quantumcunque augeatur; ergo videtur quòd charitas viæ non maneat in patria.

1. Cor. 13. ¶ Sed contra est, quod Apost. dicit pri. ad Cor. 13. Charitas nunquam excidit.

¶ Hic vltimò quærit de tertia virtute theologica. s. de charitate, an ipsa maneat in alia vita.

* Art. 3. huius quæst. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ sicut supra dictum est,* quando imperfectio alicuius rei non est de ratione speciei ipsius, nihil prohibet idem numero, quod prius fuit imperfectum, postea perfectũ esse; sicut homo per augmentum perficitur, & albedo per intensionem.

¶ Conclusio responsiua est talis. In corpore charitas non euacuatur per gloriæ perfectionem, sed eadem numero manet. Probatur conclusio (& pendet fundamentum ex artic. tertio) quando imperfectio alicuius rei nõ est de ratione speciei ipsius, nihil prohibet idem numero, quod prius fuit imperfectum, postea perfectum esse. (Minor formaliter supplecur.) Sed de ratione charitatis specifica non est imperfectio, ergo per glorię perfectionem (. i. per hoc, ꝙ perficitur in gloria, vel aduenit habenti charitatẽ, gloria, vel beatitudo) non euacuatur, &c. Huius rationis D.S. primò ponit maiorem, secundò probat minorem, ibi. Charitas autem, &c. Tertiò infert ipsam conclusionẽ, ibi. Vnde charitas, &c. Maior ergo patuit ar. 3. & hic declaratur duplici exemplo, primò de homine, qui per augmentum animale (quod fit per additionẽ) non euacuatur in substantia, immo eadem substantia manet in pueritia sub parua quantitate, & in virili ætate sub quantitate perfecta. Euacuatur quidem puerilitas, sed quia illa non est de ratione speciei pueri, ideo substantia eadem manet. Secundũ exemplum est de augmento, quod fit per intensionem. Nam eadem numero albedo in substantia est primò sub esse imperfecto, deinde sub esse perfecto. Consequenter cum dicit.

¶ Charitas autem est amor, de cuius ratione non est aliqua imperfectio; potest enim esse & habiti, & non habiti, & visi, & non visi.

¶ Probat minorem principalem sic. Charitas est amor, sed de ratione amoris, vt sic non est aliqua imperfectio, sed solùm accidit sibi ratione subiecti. Igitur minor vera. Maior patuit sup. q. 26. ar. 3. quia omnis charitas est amor, sed non è contra, &c. Minor patet in litera, quia amor potest esse habiti, & non habiti, & neutrum sibi repugnat, vt patuit sup. q. 28. ar. 1. ad primum. Amor autem habiti est perfectus, &c. Et vult D.S. ꝙ quia amor, & charitas abstrahunt ab habito, & nõ habito, hoc est, possunt esse præsentis, & absentis, ideo esse de absente, quod arguit imperfectionem, non est de ratione charitatis. Et per consequens potest tolli imperfectio, remanente substantia charitatis. Tunc ibi.

¶ Vnde charitas non euacuatur per gloriæ perfectionem, sed eadem numero permanet.

¶ Infert ipsam conclusionem, & patet. Nota autem, ꝙ hęc conclusio dicit eadem numero manet ad differentiam fidei, quæ manet ẽm aliquid sui generis. i. aliquid quod est idem in genere proximo cum fide succedit fidei, & manet in patria, sed ipsa charitas eadem in numero, quæ hic est, erit & in patria.

Gloria multiplicitur. ¶ Nota secundò, ꝙ gloria apud D.S. variè accipitur, vt refert etiam Capreo. in secundo, dist. 26. Aliquando enim accipitur pro ipsa visione clara Diuinæ essentiæ, aliquando pro lumine glorię, aliquando pro omnibus disponẽtibus animam, ad hoc, ꝙ videat clarè Deum. Sic dotes animæ possunt dici gloria, & ipsa gratia, & charitas consummata, & quomodocunque accipiatur gloria, tunc charitas ipsa non euacuatur per glorię perfectionem; immo eadem in substantia (abiecta imperfectione viatica) efficitur perfecta, & gloriosa, & consummata. Vnde Aegidius quærit. An gratia, & gloria sint idem, & determinat, ꝙ sic, & non differunt nisi secundùm perfectum, & imperfectum, quodlib. 2. q. 30. & vltima. Similiter & Bonauentura in secundo.

Scotus. ¶ Circa materiam huius articuli concordat Scotus similiter in materia duorum articulorum præcedentium in 3. dist. 31. & conclusione, & sententia. Et ponit, ꝙ si esset habitus in appetitu, qui respiceret bonum diuinum, vt bonum commodum conueniens naturæ rationali absolutè, non videlicet, vt absens, vel præsens, hoc est dicere apud Thomistam, si poneretur habitus quo diligeretur Deus, amore concupiscentiæ solùm principaliter, & absolutè, tali habitui non repugnaret manere in patria, sed spes secundùm dicta sanctorum nõ inclinat ad actum tendendi in bonum commodum absolutè. Sed ad actum imperfectum ex absentia obiecti. Ita ꝙ illa imperfectio non accidit actui, inquantum est huiusmodi habitus, sed sit de ratione eius. Charitas autem sit principium, & habitus tendendi in Deum, vt est bonum in se, ita ꝙ actui, vt est eius accidat perfectio, vel imperfectio ex præsentia, vel absentia obiecti. Hæc ille. Et quidem benè. Sed Thomista diceret vlterius, ꝙ imperfectio, quã ipse attribuit actui spei, etiam est de ratione habitus spei, secũdùm ꝙ actu habet rationem spei. Similiter imperfectio quam negat de actu charitatis. Thomista negat de habitu charitatis, &c.

¶ Confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Circa hanc auctoritatem inductam nota Doc. Sanc. in postilla ibidem. s. pri. ad Corin. 13. quia aliqui occasionem errandi ex illa auctoritate sumpserunt, intelligentes, ꝙ charitas semel habita nunquam potest amitti; ille enim intellectus est erroneus, vt ostendit Doc. Sanc. ibid. & in 2. 2. q. 24. art. 11. Nec est sensus ille de intentione Apostoli, quia non loquitur de cessatione donorum spiritualium per peccatum mortale, sed de cessatione donorum spiritualium, quæ pertinent ad hanc vitam per gloriam superuenientem vni. Vnde vult Apostolus. Charitas nunquam excidit, quia scilicet sicut est in statu viæ, ita permanebit in statu patriæ cum augmento, & sic benè intellecta confirmat conclusionem positam, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ imperfectio charitatis per accidens se habet ad ipsam, quia nõ est de ratione amoris imperfectio; remoto autem eo, quod est per accidens, nihilominus remanet substantia rei; vnde euacuata imperfectione charitatis non euacuatur ipsa charitas.

¶ Ad maiorem, cum venerit, quod perfectum est, &c. vera, euacuabitur quod est imperfectum, verum, tali imperfectione, quæ est de sua ratione specifica, & sic intelligit Apost. de fide, & cognitione Dei in via, vt patuit ar. 2. ad 1. De cuius ratione specifica est imperfectio, vt patuit ar. 3. Si autem imperfectio non sit de ratione specifica imperfecti, sed est solũ modus quidam accidentalis, non oportet, ꝙ imperfectũ in substantia euacuetur, licet imperfectio tollatur. ¶ Ad minorẽ, vera est, ꝙ charitas viatica est imperfecta, comparando ad statum patriæ; sed talis imperfectio nõ est de ratione sua specifica; sed accidit sibi ratione status, & habentis. Quare negatur consequentia, sed benè sequitur, ꝙ imperfectio euacuatur, sed quia talis est accidentalis substantiæ, & speciei charitatis, ideo non oportet, ꝙ substantia tollatur, non enim corrumpitur obiectum propter corruptionem alicuius modi accidentalis, sic substantia pueri non desinit euacuata pueritia.

¶ Ad

¶ Ad secundum dicendum, quòd charitas non habet pro obiecto ipsam cognitionem, sic enim non esset eadẽ in via, & in patria; sed habet pro obiecto ipsam rem cognitam, quæ est eadem, scilicet ipsum Deum.

¶ Maior vera ad sensum dictum supra q. 54. arti. 2. quia penes obiecta formalia, & adæquata.

¶ Ad minorem dico, quòd obiectum appetitiuę, & quod amoris, est res ipsa, vt in se est, & non apprehensio; licet enim nõ amẽtur, & appetatur, nisi prius apprehensum, tamen res secundùm esse apprehensum non est obiectum; sed secundùm quòd est in se extra, vt Doct. Sanct. deducit secunda secundæ quæst. 27 articu. 4. Apprehensio autem, vel visio est causa amoris, non propter quã, sed conditio obiecti, & causæ sine qua non, & necessariò præsupposita. Vltra, cum ergo &c. Verum est alia apprehensio, sed tamen idem obiectum secundùm rem, negatur ergo consequentia.

¶ Nota fundamentum ex Doct. Sanct. secunda secundæ vbi iã, quia licet cognitio viæ & patriæ distinguantur genere; quia tamẽ appetitus non fertur in rem, vt cognita est, ita quòd esse cognitũ sit formalis ratio obiecti appetitus; sed vbi terminatur cognitio, ibi incipit cognitio etiam viatica, hoc est in re secundùm se, ideo obiectum charitatis viaticę, & patriæ idem est, licet cognitio viæ, & patriæ sit alia, & alia, & ratio tamen amandi est eadem, ratio vi delicet per quam, & propter quam, licet ratio sine qua non, & necessariò præ requisita sit alterius rationis, scilicet cognitio. De hoc habet Doct. Sanct. secunda secundæ quæst. 26. artic. 2. ad primum, & in de virtutibus, quæst. 2. articu. 4. ad quartum, quomodo scilicet duplex est causa amoris, vel dilectionis. Vna quæ est ratio diligendi, & hoc est bonum, alia quia est via quædam ad acquirẽdam dilectionem, & hoc modo visio, vel cognitio est causa &c.

¶ Nota autem, quòd quamuis supra quæst. 27. ar. 2. dictum sit, quòd obiectum appetitus est bonum, vt apprehensum, non intelligitur autem, quòd apprehensum dicat formalem rationem obiecti appetitus, ita quòd tendit in apprehensum, vt apprehẽsum est, sed intelligitur; quia non tendit, nisi in apprehensum, sic quòd apprehensio necessariò præcedat, in ipsa tamen non sistitur, sed vltrius tenditur in rem, vt est extra, quæ est obiectum; sed apprehensio causa suo modo partialis; sicut ratio efficiendi ipsius amoris, vt alibi patuit, & tanquàm videlicet conditio causæ finalis. Vnde licet diuersa apprehensio variet obiectum intellectus viæ, & patriæ, vt supra dictum est; non tamen variat rem, quæ est obiectũ, & quia charitas respicit per se rem apprehensam sub ratione summi boni, quæ eadem est in via, & in patria, ideo non obstante, ꝙ Deus visus, & non visus est diuersa obiecta intellectus, est vna charitas, quæ pro obiecto habet Deum, vt apprehensum sub ratione summi boni. Vnde charitas viæ, & patrię habent aliquo modo diuersas causas suo modo effectiuas; sicut rationes efficiendi (quia diuersas cognitiones) sed habẽt vnum obiectum, quia diuinum bonum modo supernaturali.

¶ Ad tertium dicendum, quòd charitas viæ per augmentum non potest peruenire ad æqualitatem charitatis patriæ propter differentiam, quæ est ex parte causæ; visio enim est quædam causa amoris, vt dicitur in 9. Ethicorum, * Deus autem quantò perfectius cognoscitur, tantò perfectius amatur.

* Arist. c. 1.

¶ Ad maiorem. Eorum quæ sunt vnius rationis, imperfectum potest peruenire ad æqualitatem perfectionis per continuum augmẽtum, verum, si etiam causa imperfecti sit eiusdem rationis cum causa perfecti. Sin autem negatur illa maior, quia effectus nõ potest excedere suam causam, si ergo causa non potest peruenire ad æqualitatem causæ, nec effectus ad æqualitatem effectus; & huius clarum exemplum habetur in naturalibus, calor enim aeris est eiusdem rationis quo ad speciem cum calore ignis, qui tamen nõ potest pertingere ad æqualitatem caloris ignis quandiu coniungitur substantiæ aeris propter defectum suæ causæ, quæ non est comparabilis causæ caloris in igne, quæ est calida per essentiam, aer autem per participationem.

¶ Minorem concedo, & propterea dicitur de Ioanne Baptista, qui minor est in regno cœlorum maior est illo, quia causa charitatis viaticæ, & consummatæ sunt incomparabiles, scilicet cognitio viæ, & patriæ, licet enim vt habet Doct. Sanct. in de virtutibus, vbi statim in solutione secundi, non magis diligatur aliquid, quia magis cognoscitur, tamen si magis cognoscitur bonum tunc magis diligitur, sic in patria plus in infinitum cognoscitur bonitas Dei, & ipsa magis participatur a beato, immo ipsa cognitio clara est maxima participatio, & quia cognitio, & obiectum, vt cognitum est causa dilectionis, ideo incomparabiliter plus amatur.

An charitas viæ, & patriæ sint eiusdem rationis.

¶ Nota quòd Doct. Sanct. dicit, quia Deus quantò perfectius cognoscitur, s. in ratione boni, & bonitas ipsa plus participatur, tantò perfectius amatur, non autem præcisè, quia plus cognoscitur, magis enim cognosci, vt sic, non est ratio maioris amoris; sed maior bonitas &c.

¶ Nota etiã circa maiorem, an charitas viæ, & patriæ sint eiusdem rationis. Oportet enim dicere ex corpore articuli, quòd quia sunt eadem charitas numero, quòd sint eiusdem rationis. Cuius oppositum videtur Doct. Sanct. alibi dicere, tertia parte q. 7. articu. 11. ad tertium, & alibi, vbi ponit, quòd non sint eiusdem rationis, sed se habeant, vt superficies, & linea, quæ nunquàm sunt comparabiles.

¶ Ad hoc dicendum, quòd charitas viæ, & patriæ quo ad essentiam, & substantiam sunt eiusdem rationis, immo vna substantia; sed quo ad modalitatem, & rationem essendi, & gradualitatem non sunt eiusdem rationis; sic albedo, vt in secũdo gradu, & vt in duodecimo sunt eiusdem essentiæ, gradus autem illi distinguuntur specie, & non sunt vnius rationis, & in proposito diuersitas rationis in gradibus charitatis prouenit, vt dicit hic Doct. Sanct. ex diuersitate causæ. Sicut in Christo est gratia nostræ non comparabilis in modalitate; quia ipse est naturalis filius Dei, ideo habet totum modum gratiæ, secus de nobis; quare sicut albedo inhęrens, & per se subsistens incomparabiles essent, sic gratia Christi, & nostra, quia separata est infinita (scilicet in tali specie; quia haberet omnes modos possibiles) recepta autem finita est, &c.

¶ Nota de ista materia, quę Doct. Sanct. habet in de Veritate. materia 29. ar. 3. ad quintum. Quia aliter afficitur aliquis ad præsentiam, & ad absentiam rei, & quia quantumcunque cognitio p similitudinem proficiat, nunquàm potest equari cognitioni comprehensoris, qui videt Deum per essentiam, & ergo dicit D.S. hic quòd sit diuersitas ex parte causæ.

Scotus. ¶ Scotus in 3. dist. 31. circa finem, conformat se huic solutioni pluribus verbis, quo ad aliquid. s. quo ad actualem dilectionem, & vult, quòd si aliquis haberet hic æqualẽ charitatem, sicut in patria, non propter hoc esset hic beatus; quia non posset habere æqualem actum, sicut tunc habebit &c. quia actus diligendi dependet sicut a causa partiali, non solum a voluntate, & charitate, sed etiam ab obiecto præsente per actualem intellectionem; sicut dictum est. dist. 21. secundi, in via non potest obiectum esse præsens sicut in patria de communi lege, etiam præsentia speciei illius. Vnde ex hoc sequitur, quòd actus non possit esse ita perfectus, & si habitus sit æqualis; quia habitus non erit totum principium illius actus; sed partiale, & eo modo quo habitus est principiũ semper æqualiter se habet ad actum, sed non dat sibi perfectionem quam habet ex obiecto. Hæc ille certis prætermissis. Et habetur ex hoc, quòd saltem actus charitatis non potest esse æqualis. Sed non est dubium quin, & ipse habitus, quia correspondet cognitioni, & sibi necessariò connectitur, ideo aucto habitu cognitiuo augebitur, & charitas habitualis, sed Scotus non ponit lumen gloriæ, licet malè, ideo loquitur solum de actu.

¶ Et nota circa dicta ista Scoti, quòd nõ est dubium quin Deus possit dare, immo de facto dederit alicui viatori tantam gratiam, & charitatem; sicut alicui paruo comprehensori; sicut tenet Alphonsus in primo dist. 1. q. 1. ar. 1. conclusione quarta. Sed ꝙ charitas viatica eiusdem non augeatur in patria, non videtur probabile de facto propter alietatem habitus succedentis fidei, scilicet luminis gloriæ, & hoc vult Doct. Sanct. hic. Sed verũ est, quòd augmentum dilectionis non est tantùm ab augmento habitus, sed etiam ex concursu alterius obiecti formaliter, & cognitionis, licet & ab habitu sit &c.

Quæst. Sexagesimaoctaua.

De donis.

A

COnsequenter considerandum est de donis. Et circa hoc quæruntur octo. Primò, vtrum dona differunt a virtutibus. Secundò, de necessitate donorum. Tertiò, vtrum dona sint habitus. Quartò, quæ & quot sint. Quintò, vtrum dona sint connexa. Sextò, vtrum maneãt in patria. Septimò, de comparatione eorum ad inuicem. Octauò, de comparatione eorum ad virtutes.

¶ Postquàm Doct. Sanct. determinauit de habitibus bonis aliqualiter in speciali. s. virtutibus Hic consequenter iuxta ordinem supra promissum in q. 55. determinat de quibusdã eis annexis, videlicet donis beatitudinibus, & fructibus, & qa dona propinquius videntur se habere ad virtutes adeo, vt aliqui opinati sunt ea idẽtificari cũ virtutibus, & secundum veritatem ẽt sunt habitus, non aũt beatitudines, vel fructus sunt habitus; iõ primò de eis determinatur propter maiorem conuenientiam cum virtutibus, & primò inqritur qd sit donum Spiritussancti. Secundò quot sint in art. 4. Tertiò inquruntur quædam eorum proprietates in art. 5. vsque ad finem. Circa primum primò inquiritur differentia donorum a virtutibus. Secũdò ostenditur necessitas eorum. Tertiò an sint habitus ex quibus innotescit eorum quidditas.

Vtrum dona differant a virtutibus.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd dona nõ distinguantur a virtutibus. Dicit enim Grego. in 1. Moralium

Moralium,* exponens illud Iob. Nati sunt ei septem filij sic. Septem nobis naticuntur filij, cum per conceptionem bonæ cogitationis Sanctispiritus septem in nobis virtutes oriuntur. Et inducit illud, quod habetur Esa. 11. Requiescet super eum spiritus intellectus &c. vbi enumerantur septem Spiritussancti dona; ergo septem dona Spiritussancti sunt virtutes.

* Greg. ca. 28.

¶ 2 Præt. Augustinus dicit in libro de quæstionibus Euangelij, * exponens illud quod habetur Matthei 12. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus &c. Septem vitia sunt contraria septem virtutibus Spiritussancti, id est septem donis, sunt autem septem vitia contraria virtutibus communiter dictis; ergo dona non distinguuntur a virtutibus communiter dictis.

* Aug. li. 1. e. & q. 8.

¶ 3 Præt. Quorum est definitio eadem, ipsa quoque sunt eadem; sed definitio virtutis conuenit donis, vnumquodque enim donum est bona qualitas mentis qua rectè viuitur &c. similiter definitio doni conuenit virtutibus infusis, est enim donum datio irredibilis secundùm Philosophum; ergo virtutes, & dona non distinguuntur.

¶ 4 Præt. Plures eorum, quæ numerantur inter dona sunt virtutes, nam sicut supra dictum est, * Sapientia & intellectus, & scientia sunt virtutes intellectuales, consilium autem ad prudentiam pertinet, pietas species est iustitiæ, fortitudo autem quædam virtus est moralis; ergo videtur ꝙ dona, & virtutes non distinguantur.

*q. 57. ar. 1. & 2.

¶ Sed contra est, quod Grego. in primo mor. * distinguit septem dona, quę dicit signari per septē filios Iob, a tribus virtutibus Theologicis, quas dicit significari p tres filias Iob. Et in secundo Moralium * distinguit eadem septem dona a quatuor virtutibus Cardinalibus, quæ dicit significari per quatuor angulos domus.

* Gregor. ca. 28.

* Iob c. 36.

¶ Hic primò inquirendo de quidditate donorū inuestigat differentiam eorum a virtutibus.

¶ Respondeo dicendum, quòd si loquamur de dono, & virtute secundùm nominis rationem, sic nullam oppositionem habent adinuicem, nam ratio virtutis sumitur secundùm quòd perficit hominem ad bene agendum, vt supra dictum est. * Ratio autem doni sumitur secūdùm comparationem ad causam a qua est, nihil autem prohibet illud, quod est ab alio, vt donum esse perfectiuum alicuius ad bene operandum, præsertim cum supra dixerimus, * quòd virtutes quædam nobis sunt infusę a Deo; vnde secūdùm hoc donum a virtute distingui non potest. Et ideo quidam posuerunt, quòd dona non essent a virtutibus distinguenda.

*q. 55. ar. 3. & 4.

*q 63. ar. 3.

A

¶ Doct. Sanct. in hoc articuli corpore duo principaliter facit. Primò recitat quandam erroneam opinionem tenentem partem negatiuam circa quæsitum. Secundò deducit veram opinionem, & veram conclusionem responsiuam, ibi. Vnde alij dixerūt &c. Circa primum primò recitat opinionem primam, & eius fundamentum. Secundò eam reprobat, ibi. Sed eis remanet &c. Voluerūt ergo quidam, quòd dona a virtutibus non essent distincta, & fundamentum eorum fuit talis conclusio, si loquamur de dono, & virtute secundùm nominis rationem (scilicet doni, & virtutis) sic nullā oppositionem habent ad inuicem, & per consequens, vt sic nō distinguuntur realiter, id est idem potest dici donum, & virtus quantum est ex significatione nominis, ita quòd rationes nominū nō sunt repugnantes, nec disparatę. Probatur ista cōclusio. Ratio virtutis, quæ est definitio (quia ratio quam significat nomen est definitio) sumitur secundùm quòd perficit hominem ad bene agendum. Ratio autem doni sumitur secundùm comparationē ad causam a qua est, sed nihil prohibet illud, quod est ab alio esse perfectiuum alterius ad bene operandum; ergo secundùm hoc, id est nominis rationem, donum a virtute distingui nō potest. Maioris prima pars patet ex definitione virtutis habita supra q. 55. art. 3. & 4. quia virtus qua rectè viuitur id est agitur &c. Secūda pars patet ex dictis prima par. q. 38. ar. 2. quia donum importat gratuitam donationem alicuius donantis, qui. s. dat non intentione retributionis, quod nec ex debito naturæ recipientis competit; sed ex liberalitate donantis. Minor patet; quia virtutes infusę dantur ab alio (scilicet Deo) gratis, & tamen perficiunt hominem ad bene operandum, vt patuit supra q. 63. artic. 3. igitur minor vera. Quare isti opinantes cum attenderent solùm non incompossibilitatem nominum, & rationum ipsorum, & non res ipsas significatas, quæ habent distinctas rationes, vt patet ad tertium, posuerunt dona & virtutes non distingui. Consequenter cum dicit.

¶ Sed eis remanet non minor difficultas, vt scilicet rationem assignēt, quare quædam virtutes dicantur dona, & non omnes, & quare aliquæ computantur inter dona, q̄ non cōputant̄ inter virtutes, vt patet de timore.

¶ Reprehendit prædictam opinionem, tum quia veritatis determinatio est argumentorum, & difficultatum solutio, ista autē non soluit hanc difficultatem assignando rationem, quare quędā virtutes in scriptura dicantur dona, vt Sapientia, scięntia &c. & nō omnes, sicut prudentia, temperantia, iustitia &c. Secundò est insufficiens, & non soluit quare aliqua dicuntur dona quę non computantur inter virtutes, scilicet timor, nulla enim virtus, nec intellectualis, nec moralis, nec theologica dicitur timor, & tamē timor est donum, quare sequitur, quòd non sint idem cōuertibiliter, qa aliquæ sunt virtutes, & non dona, aliqua dona, & nō virtutes. Vnde posset formaliter argui contra istam opinionem, aliquæ dicuntur, & sunt virtutes, & non dicuntur dona, & econtra aliqua dicūtur (vel saltem, aliquod dicitur donum) dona, & non virtutes, igitur non sunt idem, saltem vniuersaliter, & conuertibiliter. Antecedens patuit, &c. consequentia euidens, quia bene sequitur datur animal, qd nō est homo, igitur nō sunt idē cōuertibiliter &c.

¶ Vnde alij dixerunt dona a virtutibus esse distinguēda; sed non assignauerunt conuenientem distinctionis causam, quæ scilicet ita communis esset virtutibus, quòd nullo modo donis, aut e conuerso. Considerantes enim aliqui quòd inter septem dona quatuor pertinent ad rationem, scilicet sapientia, & scientia, intellectus, & consilium; & tria ad vim appetitiuam, scilicet fortitudo, pietas, & timor, posuerunt, quòd dona perficiebant liberum arbitrium secūdùm quòd est facultas rationis virtutes verò sm quod est facultas voluntatis; qa inuenerūt duas solas virtutes in rōne, vel in intellectu, s. fidem, & prudentiam; alias verò in vi appetitiua, vel affectiua.

¶ Hic consequenter reprobata opinione tenente partem negatiuam quæsiti ponit aliam opinionem veram, tenentem partē affirmatiuam quæsiti, & ipsam acceptat, & ideo ponit eam pro cōclusione responsiua talem Dona distinguuntur a virtutibus, scilicet realiter loquendo de rebus ipsis, quæ dicuntur dona, & virtutes Huius simile est de principio, & causa, quæ possunt conuenire eidem secundùm rationes communes, & datur causa, quæ realiter distinguitur a principio, & econtra. Circa hanc conclusionem, vel opinionem inducit primò aliquas rationes, & tamen causas eius insufficientes aliquorum. Secundò adducit veram rationem, & verā causam huius conclusionis, ibi, Et ideo ad &c. inducit autē tres causas insufficientes a diuersis assignatas. Secundam ibi, quidam verò. Tertiam ibi. Alij verò &c. Quod autem nulla istarum causarum sufficienter ostendat conclusionem (scilicet causam distinctionis virtutum, & donorum) probat primò in communi hic, quia nullam assignauerunt, quæ sit communis virtutibus, & nullo modo donis, & econuerso, igitur non sufficienter assignauerunt causam distinctionis. Consequentia patet de se, quia causa distinctionis vera, & sufficiens debet ita conuenire vni distincto, quòd nullo modo alteri, quia secundùm commune non attenditur distinctio. Antecedens probatur inductiuè de quolibet clarè in litera, ibi. Considerantes enim &c. vbi primò eandem recitat, secundò eam reprobat, ibi. Oporteret autem &c.

¶ Nota quòd hæc prima ratio inuentrium isti phantasiæ, quòd quia plura dona sunt in intellectu, & plures virtutes in voluntate, ideo videbatur, quòd distinguerentur adinuicem; quia dona perficiunt liberum arbitrium secundùm quòd est facultas rationis, id est secundùm vnam partem, quæ est ratio, & virtutes perficiunt secundùm quòd est facultas voluntatis, secundùm aliam partem, quæ est voluntas. Sed hoc nihil est; quia tunc omnia dona deberēt esse in intellectu, & omnes virtutes in voluntate, quod est falsum, quare sequitur, quòd hæc non sit præcisa, & adęquata ratio distinctionis. Tunc ibi.

¶ Oporteret autem si hæc distinctio esset conueniēs, quòd omnes virtutes essent in vi appetitiua, & omnia dona in ratione.

¶ Reprobat prædictam positionem quasi insufficientem. Pro quo nota, quomodo liberum arbitrium est facultas voluntatis, & rationis supra quæst. 1. ar. 1. quia liberum arbitrium dicit secundū veritatem, & mentem Doct Sanct. ibidem allegatam vnam potentiam, scilicet voluntatem, vt stat sub influxu alterius, scilicet rationis, radix enim libertatis est ex ratione, vt sup. dictum fuit q. 10. articu. 3. Nam prius ordine naturæ ratio habet contingentiam dictaminis in agibilibus contingentibus, quam voluntas libertatem electionis. Sed fortè isti, sic opinantes posuerunt, sicut multi, liberum arbitrium compositum ex duabus potentijs, & dona posuerunt in vna parte, virtutes in alia; sed quia hoc incidentale est, ideo Doct. Sanct. non curauit illam opinionem hic examinare.

* Gregor.

¶ Quidam verò considerantes, quod Greg. dicit* in 2. Moralium, quòd donum Spiritussancti, quod in mente subiecta format prudentiam, temperantiam, iustitiam, & fortitudinem, eandem mentem munit contra singula tentamenta per septem dona, dixerunt quòd virtutes ordinantur ad bene operandum, dona verò ad resistēdum tentationibus.

¶ Inducit secundam causam insufficientem, & ideo deinde eam reprobat, ibi. Sed nec ista &c. Illa ergo causa secunda fuit; quia scilicet virtutes ordinantur ad bene operandum, dona verò ad resistendum tentationibus, & fundant se in auctoritate beati Gregorij. Deinde ibi.

¶ Sed nec ista distinctio sufficit; quia etiam virtutes tentationibus resistunt inducentibus ad peccata, quæ cō trariantur virtutibus; vnumquodque enim resistit naturaliter suo contrario, quod præcipuè patet de charitate de qua dicitur* Cantic. 8. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem.

*Cantic. 8.

¶ Ostendit insufficientiam huius rationis; quia & virtutes resistunt tentationibus &c. Nec dicit Grego. quòd solùm dona resistant, vel muniunt mentem contra tentamenta; sed loquitur sine exclusione virtutum, in hoc enim virtutes, & dona conueniūt &c. Deinde ibi.

¶ Alij verò considerantes, quòd ista dona traduntur in scriptura secundùm quòd fuerunt in Christo, vt patet * Esa. 11. dixerunt, quòd virtutes ordinantur simpliciter ad bene operandum, sed dona ordinantur ad hoc, vt per ea conformemur Christo, præcipuè quantum ad ea, quæ passus est; quia in passione eius præcipuè huiusmodi dona resplenduerunt.

*Esa. 11.

¶ Subiungit tertiam causam aliquorum, & eandem similiter reprehendit, ibi. Sed hoc etiam &c. Dixerunt ergo quidam; sicut præcedentes, quòd virtutes ordinantur ad bene operandum, sed dona propter conformitatem ad Christum. Tunc ibi.

¶ Sed hoc etiam non videtur esse sufficiens, quia ipse dominus præcipuè nos inducit ad sui conformitatem secundùm humilitatem, & mansuetudinem.* Matth. 11. Discite a me; quia mitis sum, & humilis corde. Et secundùm charitatem * Ioan. 15. Diligatis inuicem; sicut dilexi vos, & hę etiam virtutes præcipuè in passione Christi resplenduerunt.

*Matt. 11.

* Ioan. 15.

¶ Reprehendit & illam causam insufficientem; quia & in virtutibus maximè oportet Christo conformari. Vnde & hæc ratio non distinguit dona, & virtutes; quia in hoc effectu etiam conueniunt, vt patet in litera.

¶ Et ideo ad distinguendum dona a virtutibus debemus sequi modum loquendi scripturæ, in qua nobis traduntur, non quidem sub nomine donorum; sed magis sub nomine spirituum. Sic enim dicitur* Esa. 11. Requiescet super eum spiritus Sapientiæ, & intellectus &c. Ex quibus verbis manifestè datur intelligi, quòd ista septem enumerantur ibi secundùm quòd sunt in nobis ab inspiratione diuina, inspiratio autem significat quandam motionem ab exteriori. Est enim considerandum, quòd in homine est duplex principium mouens, vnum quidem interius, quod est ratio, aliud autem exterius, quod est Deus, vt supra dictum est, * & etiam Philosophus dicit hoc in capitulo de bona fortuna. *

*Esa. 11.

* q. 9. art. 4. & 6.

* Arist. li. 7. Moral. Eudemiorum ca. 18.

¶ Hic consequenter exclusis causis, & rationibus insufficientibus conclusionis responsiuę ponit aliam causam veram, & circa hoc primò deducit quoddam fundamentum huius rationis. Secūdò ipsam rationem subiungit ibi. Manifestum est autem &c. Fundamentum ergo est, quòd dona dicuntur, quia dātur a Deo, vt anima facile moueat ab inspiratione Diuina. Prima pars huius fundamenti patet; quia dona in scriptura (quam debemus sequi) numerantur, & nominantur secundùm quòd sunt in nobis ab inspiratione Diuina; ergo &c. Tenet consequentia; quia solū dona innotescunt nobis ex scriptura; ergo debemus sequi scripturam in qua traduntur nobis sub nomine spirituum &c. Antecedens patet Esaiæ 11. vt in litera. Secunda pars patet; quia dona dicuntur (vt iam patet) quia ex inspiratione Diuina; sed inspiratio significat quandam motionem ab exteriori, igitur dona perficiunt, & disponūt, vt homo efficiatur mobilis a Deo. Pro minori ista D. S. notat, quòd duplex est mouens in homine (i. hominis) scilicet ratio quæ est interius mouēs, aliud est exterius, vt est Deus, vt patuit supra q. 9. ar. 4. & 6. Tunc ibi.

¶ Manifestum est autem, quòd omne, quod mouetur necesse est proportionatum esse motori, & hæc est perfectio mobilis inquantum est mobile, dispositio qua disponitur ad hoc, quòd bene moueatur a suo motore. Quantò igitur mouens est altior tantò necesse est, quòd mobile perfectiori dispositione ei proportionetur; sicut videmus, quòd perfectius oportet esse discipulum dispositum ad hoc, quòd altiorem doctrinam capiat a Docto re. Manifestum est autem, quod virtutes humanæ perficiunt hominem secundùm quòd homo natus est moueri per rationem in his, quæ interius, vel exterius agit; oportet igitur inesse homini perfectiones altiores secundùm quas sit dispositus ad hoc, ꝙ diuinitus moueat.

¶ Probat ex illo fundamento conclusionem responsiuam sic, dona Spiritussancti sunt altiores perfectiones, quàm virtutes humanæ, igitur distinguuntur ab inuicem realiter. Consequentia nota; quia idem non est secundùm rem altius, & dignius seipso, secūdùm idem. Antecedens probatur. In quo notanter dicitur, quòd virtutes humanæ, scilicet intellectuales, & morales; quia vt patebit in ar. 8. theologicæ sunt altiores perfectiones, quàm dispositiones quibus disponitur, vt moueatur a ratione humana; sed dona dicūtur dona Spiritussancti non solùm, quia infunduntur a Deo, sed quia secundùm ea homo disponitur, vt efficiatur promptè mobilis ab inspiratione Diuina, virtutes autem humanæ perficiunt hominem secundùm quòd homo natus est moueri per rationem, in his quæ interius (circa passiones, & affectiones proprias) vel exterius agit, scilicet operationes secundùm debitum ad alterum, igit antecedēs verum. Huius rationis D. S. ponit, & deducit primò maiorem, secundò minorem, ibi. Et istę perfectiones &c. tertiò ex illa ratione verificat dictum quorundam, ibi, & hoc est &c. Maior ergo probatur sic, quantò mouens est altius tātò necesse est, quòd mobile perfectiori dispositione ei proportionetur (suppletur minor) sed Spiritussanctus est Deus, & altius mouēs, quàm ratio humana; ergo maior, vera principalis. Maior nunc assumpta declaratur exemplariter de discipulo quem oportet esse altius dispositum, vt altiorem doctrinam capiat a Doct. & probatur tali assumpto. Omne quod mouetur necesse est esse proportionatum motori; ergo quantò mouens &c. vt dicit maior. Assumptū illud patet; quia hæc est perfectio mobilis, vt sit dispositio qua disponitur ad hoc, quòd bene moueatur a suo motore, quod est esse proportionatum, & consistit in esse proportionato. Deinde cū dicit.

¶ Et istę perfectiones vocantur dona, non solùm, qa infunduntur a Deo; sed quia secundùm ea homo disponitur, vt efficiatur promptè mobilis ab inspiratione diuina; sicut dicitur * Esa. 50. Dominus aperuit mihi aurē; ego autem non contradico, retrorsum non abij. Et Philosophus etiam dicit in c. de bona fortuna, * quòd his, qui mouentur per instinctum Diuinum non expedit consiliari secundùm rationem humanam; sed quòd sequuntur interiorem instinctum; quia mouentur a melio ri principio, quàm sit ratio humana.

* Esa. 50.

* Arist. loco ex. citato.

¶ Ponit minorem principalem, cuius prima pars patuit ex fundamento superius deducto, & adhuc eam Doct. Sanct. probat auctoritatibus Esaiæ, & Philosophi clarè in litera. Secunda autem pars relinquitur nota ex dictis supra, quia virtutes morales non sunt nisi habituales dispositiones, & conformitates appetitus, vt facilè, & promptè sequatur motionem, & dictamen rectę rationis, & habitus intellectuales perficiunt rationem, vt conformiter se habeat ad intellectum principiorum. Patet ergo conclusio, ꝙ dona distinguantur a virtutibus.

¶ Nota autem quòd Doct. Sanct. dicit in minore principali, ꝙ dona dicuntur non solùm, quia a Deo, sed etiam quia secundùm ea homo disponitur, vt fiat promptè mobilis a Spiritusancto. Per hoc enim eliditur quoddam argumentum cuiusdam aduersarij; quia esto charitas sit a Deo liberaliter, & præter debitum creaturæ, & per consequens quo ad hoc sibi conueniret ratio doni; quia tamen charitas, sicut & cæterę theologicæ non sunt tales dispositiones passiuę, immo vt patebit se habent actiuè inhęrendo Deo, & præsupponuntur donis. Nam antequàm aliquid moueat a mouente, oportet esse aliquem contactum, & vnionem ad mouens, quod in proposito fit per theologicas; ergo charitas non habet rationem doni, vt hic loquimur.

¶ Nota secundò, quòd vt verba sonant non videtur probatio Doct. Sanct. probare, nisi quòd dona distinguātur a virtutibus humanis, scilicet intellectualibus, & moralibus; quia probatum est, ꝙ sint

sint his altiores; sed tamen in sententia probatum est, quòd etiam distinguuntur a theologicis ex eodem fundamento, quod D.S. postea exponit, & deducit ar. 8. quia bene sequitur, dona distinguuntur ab humanis dictis, quia altiores; ergo a theologicis, quia ipsis inferiores, & theologicæ altiores. Vnde semper intelligendus est Doct. Sanct. quòd actus donorum sunt altiores actibus virtutum moralium, & intellectualium; sed non theologicarum. Nam theologicæ sunt directrices, & motrices donorum, nullus enim mouet a Spiritusancto ad actus donorum, nisi sit coniunctus Spiritui sancto per fidem, spem, & charitatem, ita quòd Spiritussanctus sit motor qui principalis, theologicæ motor quo, & secundarius; in his enim quæ facultatem hominis excedunt non sufficit mens etiam informata theologicis, sed oportet, vt & Spiritussanctus singulari motione, & auxilio accurrat, & ita præter theologicas, quæ se habent actiuè ad Deum, oportet ponere dona, quę se habent passiuè, sic quòd mediantibus ipsis mens prompte moueatur a Spiritusancto ad actus aliquos, ita quòd sint passiuè ad Spiritum sanctum, & actiuè ad actum ex ipsis eliciendum; nam D. S. secunda secundæ cuilibet dono in particulari attribuit specialem actum, & operationem; sicut & appetitus est mouens motum motiuè; & nota, qd supra dictum fut, quòd videlicet morales infuse ponuntur, vt potentiæ per ipsas perfectæ facile exequantur imperium theologicarum virtutum, sic & dona ponuntur, vt potentiæ per dona perfecte sequantur mediantibus theologicis instinctum specialem Spiritussancti ad altiores actus quo ad modū, quàm sint actus virtutum moralium etiam infusarum, vt patebit; quare sicut morales imperantur a theologicis, & tamen se habent actiuè, sic & dona esto moueantur a Spiritusancto mediantibus theologicis etiā se habent actiuè ad actus suos; non enim virtutes etiam morales, sunt principalia agentia, sed mouentia mota, sic dona perficiūt potentias, vt facilè moueantur a Spiritusancto per singularē instinctum quem suggerit mediantibus theologicis, & illa videtur esse mens Doct. Sanct. qui semper ponit dona correspōdere instinctui Spiritussancti, & hoc ideo, quia etiam mēs perfecta theologicis, & moralibus non sufficit, ideo ponuntur alij habitus correspōdētes motioni Spiritussancti, qui hominem ab omni defectu præseruat, & facit operari modo perfectissimo necessariò ad salutem. Quomodo autem habeāt alia obiecta a theologicis videbit Deo volente secunda secundæ, vbi de ista re agitur particulariter. De materia istius articuli habet aliquid Capreolus in 3. di. 34. in solutionibus argumentorum contra primam conclusionem.

Capreolus

¶ Nota etiam D. S. in tertio scripto, di. 24. q. 1. ar. 1. post recitatas opiniones, amplectitur illam quam hic in textu sequenti saluat ex dictis. s. q dona perficiunt ad altiores actus. Sed hic D. S. ostendit magis fundamentum, quàm ibidem; quia videlicet sunt dispositiones habilitantes hominem, ad altiorem mouentē. Ex quo principaliter mouente procedunt altiores actus, non tamen quòd ad huiusmodi actus mens humana se merè passiuè habeat, sed q sit mouens mota quadam singulari motione excitante mentem hominis ad concausandum. Tunc ibi.

¶ Et hoc est, quòd quidam dicunt, quòd dona perficiunt hominem ad altiores actus, q̄ sit actus virtutū.——

Scotus.

¶ Ex superius dictis verificat opinionem, & dictum quorundā, qui dicūt, quòd dona perficiunt ad altiores actus, quàm sint actus virtutum. ¶ Probatur corollariè, ex dictis, dona perficiunt, & disponunt ad altiorē motorem, quàm virtutes; igitur ad altiores actus. Antecedens patuit ex probatione conclusionis. Consequentia nota, quia altior motor causat altiorem effectum, & actum.

Capreolus

¶ Nota autem, q Scotus in tertio dist. 34. aduersatur dictis præsentis quæstionis, & duarum sequentium, qui nō attendens, q̄ necessarium semper sit homini auxilium Diuinum, & quoniam Spiritussanctus principaliter deducat in viam rectam, nimis attribuit virtutibus quatuor acquisitis, & aliquibus, scilicet duabus infusis theologicis, dicendo eas sufficere ad omnia perfectissimè. Vnde septem dona Spiritussancti identificat, cum quatuor Cardinalibus & duabus theologicis. s. charitate quam dicit significari per Sapiētiam, & cum fide quam dicit significari per intellectum, & scientiā, quæ circumloquuntur fidem imperfectam, & perfectam; & q̄uis dicta sua quo ad hoc, sint voluntaria. s. quare vna virtus theologica exprimitur duobus nominibus propter perfectum, & imperfectum, & non alia; tamen fundamentum ruinosum est videlicet, quòd isti habitus septem in se, & speciebus sub eis contentis sufficiant. Nec rationes suæ aliquid faciunt quas Capreolus in 3. distin. 34. ad planum dissoluit. Ex illo quo, quod dicto Scoti euidenter sequitur, quòd in Christo, non fuerunt dona Spiritussancti, saltem omnia. Quod est clarè contra id quod habetur Esaiæ 11. requiescet super eum &c. quæ auctoritas ab omnibus expositoribus intelligitur de Christo; sequitur autem, quia in Christo non fuit fides quam ipse dicit identificari cum intellectu, & scientia, & per consequens a Christo quem omnes confitentur semper beatum. Iuste autem qui terminos patrum derelinquit, & spernit, in inconuenientia incidit Scotus præterea non sanè, nec verè accepit mentem Doct. Sanct. quem putat dona beatitudines, & fructus, vt habitus, distinxisse a virtutibus, quæ nunquàm fuit mens eius, sed solùm dona distinguit a virtutibus, tanquàm habitus, sed alia duo, tanquàm actus. Defecit quoque Scotus qui putat Doct. Sanct. ideo dona, & beatitudines distinxisse, vt habitus (quod tamen falsum est) quia alius est numerus in scriptura donorum, alius beatitudinum, quia videlicet ponuntur octo beatitudines, & septem dona. Non enim ideo distinguit ea Doct. Sanct vt habitus, quia in Veritate non sunt, nisi septem beatitudines distinctę, vt habetur infra quæstio. 70. articu. 3. ad 5. sed distinguit, quia ista habitus, istæ sunt actus; sed ideo distinguit dona a virtutibus tanquàm habitus, quia habent alios actus, & disponunt ad alium motorem, & sunt principia quædam necessaria habitualiter, vt patet intuenti. Nec obiectio sua aliquid valet, quam habet circa finem distinctionis, scilicet si dona, & beatitudines distinguantur, vt habitus propter alium numerum in scriptura, quòd tunc ea quæ ponuntur primæ ad Corinthios 12. scilicet gratiæ gratis datæ enumerantur nouem, deberent esse habitus distincti ab illis quos enumerat ministrantes fidem quinque virtutum, & puto, quòd per alias quinque virtutes ministrantes fidem inter alias, quæ ponuntur primæ ad Timotheum 6. Dico enim quòd gratiæ gratis datæ non sunt habitus, quare non oportet eas distingui, vt habitus ab alijs, sed dona ipsa distinguunt vt habitus ab alijs virtutibus, q̄a ex natura sua sunt habitus, & planū est, q̄ numerus requirit distinctionē in his q̄ connumerantur, sed nō distinctionem habituum semper, sed quando natura rerum requirit, vt dicimus de donis; quare multa dicta Scoti fundantur in prauo intellectu Doct. Sanct. Quod autem gratiæ gratis datæ non sint habitus, habes artic. 3. ad primum, & tertium, & secunda secundæ vbi allegatur ibidem. Hoc tamen verum est, quòd Scotus non credidit se demonstrasse, cum in principio præmittat, ad quæstionem potest dici sine assertione, quòd non sunt necessarij in via, nisi illi habitus qui sunt virtutes morales, & theologicæ, hæc ille.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem respōsiuam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd huiusmodi dona nominantur quandoque virtutes secundùm commu nem rationem virtutis, habent tamen aliquid superueniens rationi communi virtutis, inquantum sunt quædam Diuinæ virtutes perficientes hominem inquantum est a Deo motus; vnde & Philosophus in 7. Ethicorum, *supra virtutem communem ponit quandam virtutem heroicam, vel Diuinam, secundùm quam dicuntur aliqui Diuini viri. *Arist. 7. ethi.

¶ Illud argumentum stat in auctoritate beati Gregorij qui dicit septem dona septem virtutes. Ad hoc dicitur, quòd dona dicūtur virtutes propter conuenientiam in genere subalterno, vel analogicè cum virtutibus, & in definitione virtutis communi, non autem propter conuenientiam in specie, vel definitionem, & rationem specificam; quia dona sunt habitus, & qualitates mentis, & faciunt bene operari, sed illud bene operari subdiuiditur per plures differentias, & species; quia patuit supra quæstio. 54. artī. 3. in corpore, operari conuenienter ad naturam inferiorem, & superiorem distinguunt habitus specificè. Sic in proposito virtus tantùm, & non donum facit bene agere in ordine ad rationem humanam, vel naturalem, vel informatam virtutibus infusis; sed virtus cum hoc donum facit operari bene ad instinctum, & motionem Spiritussancti, & cum hoc est ibi alietas obiecti formalis, vt postea patebit. Quare videtur posse dici, quòd virtus est nomen commune ad virtutem tantùm, & ad virtutem, quæ cum hoc est donum, & virtus tantùm retinet sibi nomen commune. donum autem habet proprium nomen, sicut alibi patet de casu, & fortuna, & ꝓprio, & definitione; & ita patet, quòd ista definitio, vt iacet est generica, & non speciei specialissimæ, vt patet etiam ad tertium. Non oportet autem, quòd sint idem quorum definitio, & nomen genericum eadem sunt.

¶ Nota quòd Doct. Sanct. tangit vnum de quo supra quæst. 54. articu. tertio, mentio habita est, de distinctione virtutis communiter dictę ab heroica, nam si heroica distinguitur a virtute communiter dicta specie, tunc habet omnino intentum. Si autem distinguitur modaliter, vt supra magis videbatur, tunc est simile, quòd sicut heroica est altior, quàm communiter dicta virtus, ita donum altius est virtute humana, licet modus excedendi non sit omnino similis. Verum est, quòd iste passus, & similiter ar. sequens magis videntur velle, quòd heroica distinguitur a ciuili specie.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vitia inquantum sunt contra bonum rationis, contrariantur virtutibus; inquantum autem sunt contra Diuinum instinctum, cōtrariantur donis; idem enim contrariatur Deo, & rationi cuius lumen a Deo deriuatur.——

¶ Argumentum stat in hoc, quòd idem contrariatur virtuti, & dono,

dono, igitur sunt idem. Dico formaliter, quòd septem vitia contrariantur septem donis inquantum vitia sunt contra motionem Spiritussancti, & eadem septem vitia contrariantur septem virtutibus inquantum sunt contra rationem hominis, vel naturalem, vel informatam theologicis. Sed negatur consequentia, tum quia vitia cōtrariantur alia ratione donis, alia ratione virtutibus. Tum secundò, quia non est inconueniens, vt idem contrarietur diuersis præsertim subordinatis; sicut ratio hominis, & lex Diuina, vel motio Spiritussancti sunt subordinata, & vnū deriuatur ex alio; motus enim rationis debet regulari motu Diuino, vt patuit supra q. 19. articu. 3. & 4. de ratione humana, & lege æterna. Sicut etiam non est inconueniens, vt plura contrarietur eidem, plura enim vitia sunt contraria vni virtuti, secundùm diuersam repugnantiam ad ipsam; sicut hic e contra, vnum aliquod contrariatur diuersis. Consequentia igitur non valet, scilicet eadem contrariantur donis & virtutibus; igitur sunt eadem; sicut nec sequitur contrariantur eidem; igitur sunt idem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd definitio illa datur de virtutibus secundùm commūem modum virtutis. Vnde si volumus definitionem restringere ad virtutes prout distinguuntur a donis, dicemus quòd hoc, quod dicitur, qua rectè viuitur, intelligendum est de rectitudine vitæ, quæ accipitur secundùm regulam rationis, similiter autem donum prout distinguitur a virtute infusa, potest dici id quod datur a Deo in ordine ad motionē ipsius, quia scilicet facit hominem bene sequentem suos instinctus.——

¶ Ad maiorem vera, quorum definitio adęquata, & specifica est eadem, & ipsa sunt eadem. s. secūdùm speciem, & formaliter. Sed negatur, quòd si est eadem definitio generica, vel analogica, & cōmunis; hominis enim, & asini est vna definitio eadē generica, sed non specifica sic in proposito.

¶ Ad minorem, definitio virtutis generica, & secundùm communem modum, & differentiam subalternam cōuenit donis; sed tamen si adęquate deberet donum definiri, oporteret addere differentiam, quæ definitio esset sibi propria, & per ipsam distinguitē a virtute tantùm, scilicet qua bene viuitur secundùm motionem Spiritussancti. Vltra. Ad secundam partem, cōcedo quòd ratio, & definitio doni quantum ad rationem nominis, vel quid nominis communem, scilicet quòd est datio irredibilis; sed si additur qua homo efficitur bene mobilis in ordine ad Spiritumsanctum, negatur; definitio igitur doni posita in argumento est generica (sed donum, vt hic loquimur superaddit, quod dictum est) cōuenit virtutibus; sed negatur, quòd res cui nomen, & ratio attribuitur, scilicet ei habitui qui facit hominem bene mobilē a Spiritussancto, & bene operari per instinctum Spiritussancti.

¶ Vltra, ergo virtutes, & dona non distinguuntur. Verum, vt dixit prima conclusio quantum ad rationes nominum, & præsertim communes; sed tamen distinguuntur quātum ad res significatas, & rationes proprias; quia donum addit super id quod habet commune cum virtute aliquam differentiam. Similiter super illam cōmunem definitionem doni, addit quòd virtuti non conuenit; sicut homo super definitionem animalis, quæ est substantia corporea animata sensibilis, addit rationale &c.

¶ Ad quartum dicendum, q sapientia dicitur intellectualis virtus secundùm quòd procedit ex iudicio rationis, dicitur autem donum secundùm quòd operatur ex instinctu Diuino, & similiter est dicendum de alijs.——

¶ Ad maiorem, plures quæ enumerantur inter dona sunt virtutes. Negatur, sed dico, quòd verum est, quòd virtus, & donum conueniunt aliquando in nomine; sed ratio significata (saltem propria) & res sunt diuersa, ita quòd Sapientia donum, & sapientia virtus intellectualis, differunt realiter numero, & specie, quia Sapientia virtus est habitus quo homo per rationem naturalem cognoscit altissima modo naturali; sed vt donū est habitus quo homo motus a Spiritussancto penetrat Diuina bene de eis iudicādo modo supernaturali, quæ humanam cognitionem excedunt, sic est donum; vnde disponit ad altius principium, & ad altius obiectum, & per consequens nomen dicitur de eis æquiuoce, & nullum donum habet Deum pro obiecto secundùm se tantùm, sed vt est regula, & mensura alicuius actus, vel operationis humanæ, & actuum ad beatitudinem pertinentium, & per hoc distinguitur donum a theologicis &c.

Vtrum dona sint nobis necessaria ad salutem.

B Infra ar. 3. ad 1. & 3.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd dona nō sint necessaria homini ad salutem. Dona enim ordinantur ad quandam perfectionem vltra communē perfectionem virtutis; non autem est homini necessariū ad salutem, vt huiusmodi perfectionem cōsequatur, quæ est vltra communem statum virtutis, quia huiusmodi perfectio non cadit sub præcepto, sed sub consilio; ergo dona non sunt necessaria homini ad salutem.

¶ 2 Præt. Ad salutem hominis sufficit, quòd homo se bene habeat, & circa Diuina, & circa humana, sed per virtutes theologicas homo se habet bene circa Diuina, per virtutes autem morales circa humana; ergo dona nō sunt homini necessaria ad salutem.

¶ 3 Præt. Greg. dicit in 2. Moral.* quòd Spiritussanctus dat Sapientiā contra stultitiam, intellectum contra hebetudinem, consilium contra præcipitationem, fortitudinem contra timorem, scientiam contra ignorantiā, pietatem contra duritiam, humilitatem contra superbiā; sed sufficiens remedium potest adhiberi ad omnia ista tollenda per virtutes; ergo dona non sunt necessaria homini ad salutem. *Greg. c. 56

¶ Sed contra. Inter dona summum videtur esse Sapientia, infimum autem timor, vtrunque autem horum est necessarium ad salutem; quia de Sapientia dicitur,* Sap. 7. Neminem diligit Deus, nisi qui cum Sapientia inhabitat. Et de timore dicitur* Eccle. 1. Qui sine timore est non poterit iustificari; ergo etiam dona media sunt necessaria ad salutem. * Sap. 7. * Eccle. 1.

¶ Hic ostendit necessitatem donorum per quam etiam innotescit aliqualiter quidditas eorum; quia ex eorum quidditate sumitur necessitas eorum.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, dona sunt quædam hominis perfectiones quibus homo disponitur ad hoc, quòd bene sequatur instinctum Diuinum; vnde in his in quibus non sufficit instinctus rationis, sed est necessarius Spiritussancti instinctus, per consequens est necessarium donum.—— * Ar. præc.

Conclusio respōsi.

¶ Doct. Sanct. respondet ad quæsitum tali conclusione. Ad cōsequendum finem vltimum supernaturalem est homini necessarium habere donum Spiritussancti. Probatur, in his in quibus nō sufficit instinctus rationis, sed est necessarius Spiritussancti instinctus, necessarium est donum; sed ad consequendum finem illum supernaturalem non sufficiet instinctus rationis, vel perfectę naturali perfectione, vel etiā perfectæ, & informatæ per virtutes theogicas, & necessarius est instinctus Spiritussancti; igitur conclusio vera. Huius rationis Doct. 8 anct. probat primò maiorem, secundò minorem, ibi. Ratio autem &c. Tertiò subiungit ipsam conclusionem, ibi. Et ideo ad illum &c. Maior ergo probatur a priucipio quia dona sunt quædam hominis perfectiones quibus bene disponitur ad hoc, quòd bene sequatur instinctum Diuinum, & ergo sequitur, quòd si opus est instinctu Spiritussancti, quòd opus sit dono Spiritussancti; quia sine dono non esset bona, & prompta sequela ad instinctum Spiritussancti. Cōsequenter cum dicit.

¶ Ratio autem hominis est perfecta dupliciter a Deo. Primò quidem naturali perfectione, secundùm scilicet lumen naturale rationis. Alio autem modo quadam supernaturali perfectione per virtutes theologicas, vt dictum est supra.* Et quamuis hæc secunda perfectio sit maior, quàm prima, tamen prima perfectio perfectiori modo habetur ab homine, quàm secunda; nam prima habetur ab homine quasi plena possessio, secunda autem habetur quasi imperfecta, imperfectè enim diligimus, & cognoscimus Deum. Manifestum est autem, q vnumquodque quod perfectè habet naturam, vel formam aliquam, aut virtutem, potest per se secundùm illam operari, non tamen excluſa operatione Dei, quæ in omni natura, & voluntate interius operatur; sed id quod imperfectè habet naturam aliquam, vel formam aut virtutem, non potest per se operari, nisi ab altero moueatur; sicut sol, quia est perfectè lucidus, per seipsum potest illuminare, Luna autem in qua est imperfecta natura lucis non illuminat, nisi illuminata; medicus autem, qui perfectè nouit artem medicinæ, potest per se operari, sed discipulus eius, qui nondum est plenè instructus non potest per se operari, nisi ab eo instruatur.—— *q. 7. a. 1.

¶ Deducit minorem principalem Doct. Sanct. & præmittit distinctionem tactam in minore ipsa de duplici perfectione rationis

nis hominis. Et arguitur sic. Vnumquodque quod perfectè habet naturam, vel formam aliquam, aut virtutem, potest per se secundùm illa operari (non tamen exclusa Dei operatione, Dei scilicet generali influẽtia) sed id quod imperfectè habet naturam aliquã, vel formam, aut virtutem non potest per se operari, nisi ab altero moueatur (supple motione speciali) sed respectu finis naturalis, & respectu eorum, quæ subsunt rationi naturali respectu talis finis, homo habet perfectam virtutem; sed respectu finis supernaturalis non habet perfectam virtutem etiam informatus virtutibus theologicis, & necessarius est instinctus Spiritussancti; igitur minor principalis vera. Huius rationis Doct. Sanct. deducit primò maiorẽ, secundò minorẽ, ibi. Sic igitur quantũ ad &c. Maior ergo quo ad primam partem, & secundam declaratur exemplariter de Sole, & magistro ex vna parte, & de Luna, & discipulo ex alia parte; quia prima cum habeant perfectionem, & virtutem perfectam nõ indigent singulari adiutorio; alia duo, quia imperfectè habent, iõ indigent; quare autem dixerit non tamen exclusa Dei operatione, notat, quia in omni natura, & voluntate interius Deus operatur, vt patet 1. par. quæst. 105. articu. quinto, ideo tale auxilium generale non potest a quacunque re quantumcunque perfecta excludi. Deinde cum dicit.

¶ Sic igitur quantum ad ea quæ subsunt humanæ rationi, in ordine, scilicet ad finem connaturalem homini, homo potest operari per iudiciũ rationis, si tñ etiam in homo adiuuetur a Deo p specialem instinctum, hoc erit superabundãtis bonitatis; vnde secundùm Philosophos non quicunque habebat virtutes morales acquisitas habebat virtutes heroicas, vel diuinas; sed in ordine ad finem vltimum supernaturalem ad quem ratio mouet secundùm quòd est aliqualiter, & imperfectè informata per virtutes theologicas, non sufficit ipsa motio rationis, nisi desuper adsit instinctus, & motio Spiritussancti secundùm illud *Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur hi filij Dei sunt & hæredes. Et in Psal. dicitur. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam; quia scilicet in hæreditatem illius terræ beatorum nullus potest peruenire, nisi moueatur, & ducatur a Spiritussancto. ——

*Rom. 8.

¶ Subsumit minorem præcedentem, quæ probatur ex præcedẽti distinctione quo ad duas primas partes, quia perfectio naturalis, & virtus respectu naturalium, habetur ab homine quasi plena possessio; secunda autem habetur imperfectè; quia supernaturalis, & participata imperfectè; nam imperfectè cognoscimus, & diligimus Deum, ideo per primam possumus operari perfectè ea ad quæ se extendit; sed per secundam quamuis in se sit nobilior, quia tamen a nobis imperfectè participatur, & habetur, ideo non possumus perfectè operari, & huius secundi simile habet Doc. Sanct. de Veritate mate. 14. articu. 9. ad secundum; vide igitur quantum ad ea quæ subsunt humanæ rationi in ordine ad finem naturalẽ homo potest operari per iudicium rationis, & sic potest habere perfectam virtutem ex communi, & generali influentia, si tamen etiam in hoc &c. vt in litera; sed in ordine ad finem vltimum, supernaturalem ad quem ratio mouet &c. vt in litera. Tertia pars minoris, scilicet quòd necessarius sit instinctus Spiritussancti. Probatur auctoritatibus Apostoli, & psalmistæ in litera &c. Et patet etiam extra literam ratione; quia si ratio, & virtus naturalis non sufficit, nec virtus gratuita, & tamen homo debet ipsum cõsequi, oportet quòd concurrat, & suffragetur virtus Diuina, quam hic dicimus motionem, & instinctum Diuinum.

¶ Nota autem verbum Doct. Sanct. si tamen etiam in hoc (scilicet ad agendum ea quæ subsunt potestati hominis) homo adiuuetur a Deo per specialem instinctum, hoc erit superabundantis bonitatis; vnde secundùm Philosophos non quicunque habebat virtutes morales acqsitas, habebat virtutes heroicas, vel diuinas.

¶ Nota inquàm quòd posset quis trahere velle ex istis verbis, quòd homo posset agere actum moraliter bonum absque speciali auxilio; quia videt innuere, quòd possit agere, quæ subsunt potestati suę absque speciali instinctu, & quòd hæc sit mens patebit infra q. 109. ar. 9. ex intentione.

¶ Nota etiam quòd Doct. Sanct. videtur hic velle, quòd heroica sit realiter distincta ab acquisita, quia secundùm Philosophos non quicunque habebat virtutes morales acquisitas habebat heroicas; quare videtur quòd sint separabiles, & per consequens realiter distinctę, & secundùm hoc oporteret dicere, quod Philosophi non omnino ignorassent morales infusas. Sed posset dici sequendo supradicta, quòd non quicunque habuit acquisitas habuit Diuinas, quia non habuit acquisitas perfectissimo modo, qui requiritur ad hoc, vt dicatur heroicę; De ista autem re nihil certi legi, nã Doct. Sanct. in diuersis locis ponit, quæ pro vtraque parte possunt fauere.

¶ Nota quòque verbum, quod habet Doc. Sanct. quòd ratio mouet secundùm quòd est aliqualiter informata theologicis. Patet ex hoc, quod dictum est articu. præcedenti, scilicet quòd virtutes theologicæ habent se actiuè, & mouent, & imperant, scilicet moralibus infusis sibi correspondentibus, principale autem mouens donorum est Spiritussanctus &c. Tunc ibi.

¶ Et ideo ad illum finem consequendum necessariũ est homini habere donum Spiritussancti. ——

¶ Subinfert ipsam conclusionem, quæ licet non sit explicitè responsiua formaliter ad quæsitum, tamen implicitè, & immediatè ex ipsa sequitur conclusio formaliter responsiua, talis. Dona sunt necessaria ad salutem, hæc conclusio infertur sic ex præcedenti, Ad consequendum finem vltimum supernaturale necessarium est homini habere donum Spiritussancti, igitur dona sunt necessaria &c. Consequentia manifesta, quia salus hominis vera, & æterna consistit in consecutione talis finis supernaturalis, vt patuit supra q. 3. Antecedens fuit conclusio per corpus probata, vnde patet.

¶ Nota autem, quòd pro profundo intellectu dictorum in hoc articulo, faciunt notabiliter quæ Doct. Sanct. habet in de Veritate materia 24. articu. 8. & 9. quia ad cõsecutionem beatitudinis requiritur, quòd homo deuitet omnem errorem, & omne peccatũ, & perseueret in bono vsque in finem, quæ ab homine quantumcunque perfecto fieri nequeunt sine singulari motione, & auxilio Diuino, vt etiam Doct. Sanct. ostendit 3. contra gentiles cap. 155. & infra in hac prima secundæ habebimus. quæstio. 109. art. 9. quamuis enim alicui viatori cõcedi possit, vt ratio nullatenus erret, nec in vniuersali, nec in particulari circa finem bonũ, & circa vtilia ad finem per dona Sapientiæ, & consilij; tamen quòd nõ aliquando intercipiatur iudicium rationis, vel per concupiscentiam, vel alia, & non omittatur consideratio alicuius circunstantię requisitæ ad bonitatem actus supernaturalẽ, excedit statum præsentis vitæ, quare rationis, & aliarum potentiarum perfectio etiã per dona non sufficit quamuis necessariò requirantur, sed cũ hoc oportet concurrere Diuinam custodiam, & prouidentiã, vt quantumcunque occasio peccati se ingerat, mens diuinitus excitetur ad resistendum, & dirigatur ad nihil omittendum, cui quidem custodiæ, & motioni diuinæ obtẽperatur mediantibus donis, quomodo autem illa motio Spiritussancti, vel Dei se habet ad hominem, & quomodo non sit communis, & generalis influentia, sed faciat ipsam voluntatem concurrere, & concausare, & eam efficaciter manutenet potes legere in Capreolo in 2. dist. 28. in solutionibus ad argumenta contra secundam conclusionem præsertim ad duodecimum. Capreolus

¶ Et confirmatur conclusio responsiua argumento in cõtrariũ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd dona excedunt communem perfectionem virtutum, non quantum ad genus operum, eo modo quo consilia præcedunt præcepta; sed quantum ad modum operandi secundùm quòd mouetur homo ab altiori principio. ——

¶ Ad maiorem, dona ordinantur ad quandam perfectionem, vltra communem perfectionem virtutis, verum, quo ad modum operis non quo ad substantiam, vel genus operis; sicut enim supra dictum est quæstio. 63. artic quarto, quòd circa eandem materiam ponit alium modum, & alio modo operatur virtus infusa, quam acquisita, & actus earum ad aliud ordinantur; ita dico de virtute, & dono, quòd circa idem genus operis, vel circa eandem materiã aliter se habent virtus aliter donum; sicut fortitudo virtus, & fortitudo donum, habent idem obiectum materiale, scilicet pericula mortis, & ardua, tamen in his aliter firmat virtus, aliter donum; quia virtus firmat, vt non recedatur a veritate fidei; sed donum ita firmat, vt præbeat fiduciam euadendi quæcunque pericula, vt ostendit Doct. Sanct. secunda secundæ q. 139. ar. 1.

¶ Ad minorem, si intelligitur, quòd consecutio perfectionis, vltra communem statum virtutis ad sensum maioris, scilicet quo ad modum (ita quòd non sit necessarium ad salutem operari tali modo quem nulla virtus facit.) Negatur minor, si autem intelligitur minor, quòd non sit ad salutem necessarium cõsequi perfectionem vltra communem statum virtutis quo ad substantiam operis, vera est; sicut seruare castitatẽ perfectam, & resignare omnia bona temporalia, est vltra communem statum virtutis, quia est supererogationis, & hunc sensum probat probatio; quia talis perfectio (scilicet quo ad genus operis) est consilij non præcepti, sed prima perfectio etiam cadit sub præcepto, quia homo potest cum auxilio diuino. Negatur ergo consequentia; quia æquiuocatur de perfectione vltra communem statum virtutis; quia si intelligitur quo ad modum, & quo ad principium, quia videlicet est ab altiori principio, quam sit quæcunque virtus, tunc maior vera, & minor falsa. Si autem intelligitur de perfectione vltra communem statum virtutis quo ad genus operis, tunc maior est falsa, & minor vera. Si autem maior intelligitur de vna, & minor de alia ambę sunt veræ, sed erunt quatuor termini. Hæc est sententia Doc. Sanct. in tertio distinctio 34. quęstio. vlti. articu. primo, quæstio. secunda, ad primum; vnde in multis, quæ sunt necessaria ad salutem, & sunt in præcepto homo tenetur operari modo quo non potest, nisi

nisi vt motus a Spiritusancto, in casu enim est de necessitate salutis perferre mortem cum fiducia euadendi quæcunque pericula, & fiducia perueniendi ad salutem æternam quam fiduciam non potest homo habere, nisi a Spiritusancto &c. Quomodo autẽ dona habent alia obiecta formalia, ex iam dictis apparere potest; quia alio modo stat firmiter in periculis virtus aliter donum, & sic de alijs.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per virtutes theologicas, & morales non ita perficitur homo in ordine ad vltimum finem, quin semper indigeat moueri quodam superiori instinctu Spiritussancti, ratione iam dicta. —— 1ª 2æ. 68.

¶ Ad maiorem vera, sufficit ad salutem, quòd homo bene se habeat circa Diuina, & humana, & circa omnia, vt per Diuina, intelligantur omnia, quæ nos in Deum ordinant actiones, & considerationes, & debito modo.

¶ Ad minorem, ad primam partem dico, si intelligitur, quòd p theologicas homo bene se habet circa Diuina omnia, ita quòd non egeat cum hoc singulari adiutorio, & singulari motione Spiritussancti. Negatur, quia omnibus habitis contingit hominem non perseuerare, quod maximè necessarium est ad salutem, & cõtingit eum errare saltem per interceptionem rationis, & omissionem considerationis debitæ circunstantiæ, immo vt homo per illas theologicas bene operetur, & nihil omittat, & in eis perseueret indiget motione Spiritussancti; quia vt in corpore dictum est, ratio humana etiam perfecta per theologicas imperfectè cognoscit &c Ad secundam partem minoris, patet responsio ex corpore, quia conceditur, quòd per morales bene se habet circa humana; quia illa sunt proportionata, & ad finem generalem; sed bene se circa ista habere modo humano, non sufficit ad salutem, sed oporteret etiam circa Diuina se bene habere, ad quod non sufficiũt aliquæ virtutes.

¶ Ad tertium dicendum, quòd rationi humanæ non sunt omnia cognita neque omnia possibilia, siue accipiatur, vt perfecta perfectione naturali, siue accipiatur, vt perfecta theologicis virtutibus; vnde non potest quantũ ad omnia repellere stultitiam, & alia huiusmodi de quibus fit mentio; sed Deus cuius scientiæ, & potestati omnia subsunt, sua motione ab omni stultitia, & ignorãtia, & hebetudine, & duritia, & cæteris huiusmodi nos tutos reddit, & ideo dona Spiritussancti, quæ faciunt nos bene sequentes instinctum ipsius, dicuntur contra huiusmodi defectus dari. ——

¶ Conceditur maior, & ratio est; quia solus Spiritussanctus potest facere, vt homo non erret, vel deficiat in cognoscendo, & operando. Sed minor negatur; quia sufficiens remedium non potest adhiberi, nisi per omnia scientem, & omnia potentem; hoc autem non est hominis quacunque perfectione perfecti, immo nec angeli, vt alibi patet, quia etiam potest deficere etiam constitutis in gratuitis. Quare negatur consequentia, & Doct. Sanct. ostendit minorem esse falsam.

Vtrum dona sint habitus.

C *In prædicam. quali. AD tertium sic proceditur. Videtur quòd dona Spiritussancti nõ sint habitus. Habitus enim est qualitas in homine manens, est enim qualitas difficile mobilis, vt dicitur in prædicamentis, * sed proprium Christi est, quòd dona Spiritussancti in eo requiescant, vt dicitur * Esa. 11. Et Ioan. primo dicitur. Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat. Quod exponens Grego. in 2. Moral. dicit. * In cunctis fidelibus Spiritussanctus venit; sed in solo mediatore semper singulariter permanet; ergo dona Spiritussancti non sunt habitus.

* Esa. 11.

* Gregor. c. 41. & 42.

¶ 2 Præt. Dona Spiritussancti perficiunt hominem secundùm quod agitur a spiritu Dei; sicut dictum est, * sed inquantum homo agitur a spiritu Dei, se habet quodammodo, vt instrumentum respectu Dei, non autem conuenit, vt instrumentum perficiatur per habitum, sed principale agens; ergo dona Spiritussancti non sunt habitus.

* Art. 1. & 2.

¶ 3 Præt. Sicut dona Spiritussancti sunt ex inspiratione Diuina, ita donum Propheticæ; sed Prophetia non est habitus, non enim habitus Prophetiæ adest Prophetis semper, vt Greg. dicit in prima Homelia Ezech. * ergo neque etiam dona Spiritussancti sunt habitus.

* Cit. princip.

¶ Sed contra est, quod dominus dicit discipulis de Spiritusancto loquens * Ioan. 14. Apud vos manebit, & in vobis erit; spiritus autem sanctus non est in hominibus absque donis eius; ergo dona eius manẽt in hominibus; ergo non solùm sunt actus, vel passiones; sed etiam habitus permanentes. * Ioan. 14.

¶ In articulo primo Doct. Sanct. ostẽdit quid non sint, hic vult ostendere quid sint; quia quamuis ex articulo primo, sciatur quòd non sunt virtutes. Est tamen dubium, an sint actiones, vel passiones, an sint habitus permanentes.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, * dona sunt quædam perfectiones hominis quibus disponitur ad hoc, quod homo bene sequatur instinctum Spiritussancti. Manifestum est autem ex supradictis, * quòd virtutes morales perficiunt vim appetitiuam secundùm quòd participat aliqualiter rationem, inquantum scilicet nata est moueri per imperium rationis; hoc igitur modo dona Spiritussancti se habent ad homines in comparatione ad Spiritumsanctum; sicut virtutes morales se habent ad vim appetitiuam in comparatione ad rationẽ. —— * Art. 1. * q. 56. ar. 4. q. 58. ar. 1.

¶ Conclusio responsiua est. Dona Spiritussancti sunt quidam habitus quibus homo perficitur ad promptè obediendum Spiritussancto. Probatur, hoc modo se habent dona Spiritussancti ad homines in comparatione ad Spiritumsanctum, sicut se habent virtutes morales ad vim appetitiuam in comparatione ad rationem; sed virtutes morales habitus quidam sunt quibus vires appetitiuę disponuntur ad promptè obediendum rationi; ergo sequitur conclusio. Huius rationis Doc. Sanct ponit primò, & probat maiorem, secundò minorem cum ipsa conclusione, ibi Virtutes autem &c. Maior ergo probatur in litera. Dona sunt quædam perfectiones hominis quibus disponitur ad hoc, quòd sequatur instinctum Spiritussancti, & virtutes morales perficiunt vim appetitiuam secundùm quòd participat aliqualiter rationem; igitur maior vera, & bona proportionabilitas donorum hominis in cõparatione ad Spiritumsanctum, & moralium existentium in appetitu in comparatione ad rationem mouentem; quia sicut dona disponunt ad Spiritumsanctum, ita morales ad rationem. Prima pars assumpti patet ex articulo primo, Secunda pars assumpti, vel antecedentis patet ex supradictis quæst 58. articu. primo, quo ad hoc, quòd perficiunt in ordine ad rationem, & exponit Doct. Sanct. illam secundam partem quomodo intelligatur, quòd appetitiua aliqualiter participat rationem; quia aliqualiter participare est ipsam esse aptam natam moueri per imperium rationis, nõ enim dicitur rationale per participationem, quia participet aliquam cognitionem rationis; sed ratione dicta, & inde est, quòd pars vegetatiua non participat rationem; quia non est nata moueri, vel cohiberi ad actus, vel actibus suis qui fiunt mediantibus qualitatibus naturalibus omni modo, vt patuit supra quæstio. 17. articu. 8. Et sic æqualiter comparantur dona ad Spiritumsanctum, & virtutes ad rationem; quia vtrobique est habitudo mouentis ad mobile. Deinde ibi. Conclusio responsi.

¶ Virtutes autem morales habitus quidam sunt, quibus vires appetitiuę disponuntur ad promptè obediendum rationi; vnde & dona Spiritussancti sunt quidam habitus, quibus homo perficitur ad promptè obediendũ Spiritussancto. ——

¶ Subiungit minorem quam relinquit notam ex supra dictis. quæst. 55. & 56. quia virtutes morales nihil aliud sunt, quàm habitualis conformitas appetitiuę partis, quam bene mobilis redditur a ratione; & ideo subiungit conclusionem, ibi. Vnde & dona Spiritussancti &c Et tangit ista conclusio genus propinquum donorum in hoc, quòd dicit habitus, & differentiam saltem subalternã vbi dicit, quibus perficitur; per hoc enim differunt dona a virtutibus, tamen est differentia communis omnibus donis, quæ vlterius specie distinguuntur.

¶ Et deducitur secundò illa conclusio argumento in contrariũ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Gregorius ibidem soluit dicens, quòd in illis donis sine quibus ad vitam peruenire nõ potest, Spiritussanctus in electis omnibus semper manet, sed in alijs non semper manet, septem autem dona sunt necessaria ad salutem, vt dictum est; vnde quantum ad ea Spiritussanctus semper manet in sanctis. —— * Art. 2. huius quæst.

¶ Ad minorem dico si intelligitur de donis connexis gratiæ gratum facienti, & quòd talia dona solùm in Christo requiescat, id est insint sibi permanenter, & per modum habitus. Negatur, nec probatio valet, quia beatus Gregorius loquitur de donis gratiæ gratis datæ, quę non sunt necessaria ad salutem, & talia dicuntur

tur in Christo requiescere, & singulariter permanere; quia vt D.S. declarat tertia parte quæst. 7. articu. septimo, in solo Christo tanq̃ instrumento Diuinitatis coniuncto, reperte fuerunt omnes tales gratiæ simul, non autem in aliquo aliorum Sanctorum, qui particularem efficaciam participant ad hos, vel illos actus perficiendos, de quibus intelligitur, Diuisiones gratiarum sunt &c.

¶ Nota quòd per gratiam gratum facientem, Spiritussanctus inhabitat hominem, sed per gratiam gratis datam non, sed solũ Spiritussanctus per eam manifestatur, sicut interius verbum, per verbum vocis.

¶ Nota verba Doct. Sanct. in solutione in illis donis (id est secundùm illa dona) sicut quibus ad vitam peruenitur nõ potest, Spiritussanctus in electis omnibus semper manet &c. Non oportet autem hoc intelligere, quòd in electis, & prædestinatis omnibus semper maneat Spiritussanctus secundùm dona, cum per peccatũ mortale (quod potest pro aliquo tempore habere locũ in electis) dona sicut & gratia, & charitas abijciantur; sed vel intelligitur, vt habet Doct. Sanct. in de virtutibus de charitate articu. 12. q̃ semper manet quantum est ex parte motionis Spiritussancti, vel donorum; sed tamen propter libertatem, & flexibilitatem liberi arbitrij homo amittit; vel intelligitur, quòd semper manet finaliter, s. in electis, & intelligitur de illis quos Spiritussanctus vult mouere perseueranter, & quibusdam postquàm confirmati fuerint; non enim stat, quòd Spiritussanctus velit aliquem manere in gratia, & ipse de gratia excidat, & de his ad longum vide Doct. Sanct. vbi iam in de virtutibus, & secunda secundæ quæst 24. art. 11. Et si quis vellet logicè satisfacere diceret, quod verum est, quòd Spiritussanctus semper manet in sanctis. f. formaliter, quàm diu sunt sancti, sed in sanctis non semper manet. s. in non perseuerantibus, q̃ desinunt esse sancti, & sunt sancti tantùm materialiter &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de instrumento cuius non est agere, sed solùm agi, tale autem instrumentum non est homo, sed sic agitur a Spiritussancto, quòd etiam agit inquãtum est liberi arbitrij, vnde indiget habitu.

¶ Ad minorem, homo inquantum agitur a spiritu Dei se habet quodammodo, vt instrumentum. Dico quòd homo agitur nõ tamen cogitur, nec necessitatur, aut determinatur ad vnum; sed liberè concurrit, ita quòd agitur, & cum hoc agit, & liberè, & est quidem instrumentum Spiritussancti, sed animatum anima rationali, & voluntaria. Vltra, non autem conuenit, vt instrumẽtum perficiatur per habitum, vera est illa de instrumẽto inanimato, & acto tantùm, quia iuxta supradicta quæst. 50. articu. 3. habitus de sui ratione importat habitudinem ad voluntatem liberam, quare si aliquid agatur tantùm, & non sit liberum, non habet habitus locũ, sed falsa est ista subsumpta de instrumento animato anima rationali, vel de instrumento intellectuali, quod vt actionem principalis agentis bene exequatur, habet perfici per habitum, quia non agitur tantùm, sed etiam agit, ideo iuxta supra dicta, agens voluntarium, & liberum, vt bene operetur indiget habitu; & similem solutionem habet D. S. tertia parte q. 7. ar. 1. ad tertium.

¶ Ad tertium dicendum, quòd prophetia est de donis, quę sunt ad manifestationem spiritus, non autem ad necessitatem salutis; vnde non est simile.

Differunt donũ Spiritussancti & Prophetia.

¶ Ad maiorem, in hoc quidem simile est, quòd vtrunq; donũ, s. Spiritussancti (de quo loquitur) & donum Prophetiæ est ex inspiratione Diuina, sed multæ aliæ sunt dissimilitudines; quia donũ in proposito est ad salutem necessarium, & connexum cum gratia gratũ faciente, nõ sic Prophetia, sed est gratia gratis data, & ordinatur non ad salutẽ Prophetæ, sed ad vtilitatem cõem ecclesiæ; & dico vlterius, q̃ ea quæ sunt ad salutem necessaria, oportet semper homini adesse, non aũt ea quæ non fiũt ad salutẽ necessaria; & dico secundò, q̃ cũ Prophetia cõsistat principaliter in illustratione mentali Prophetæ, & cognitione aliqua supernaturali, & extendit se ad oĩa supernaturalia cognoscẽda, iõ ex imperfectione huius vitæ contingit talem reuelationem imperfectè haberi, non scilicet per modum habitus, sed hĩ solũ per modum transeuntis; sed donum Spiritussancti in proposito consistit in dispositione mentis humanæ ad motionẽ Spiritussancti, quã oportet sp adesse, iõ est habitus. Minor vera q̃uis Paulus Burgensis de ipsa inducat quæstionem in prima additione super psalterium, & tamen secundũ eũ vera est ad hunc sensum, q̃ Prophetia ex propria rõne non habet, q̃ sit habitus, tamen habet permisliuè. i. potest esse aliqua Prophetia, quæ est habitus, vt dicit ipse de Prophetia Apostolorum; sed de hoc ex intentione. 2. 2. q. 171. ar. 2. non videtur Burgensis mentem D. S. attigisse, vt sibi replicator obijcit &c. Negatur cõsequentia, & ratio negationis patuit.

Vtrum conuenienter septem dona Spiritussancti enumerentur.

D 2. 2. q. 8. ar. 6. Et 3. aiũt.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter septem dona Spiritussancti enumerentur. In illa enim enumeratione ponuntur quatuor pertinentia ad virtutes intellectuales, scilicet Sapientia intellectus scientia, & consilium, quod pertinet ad prudentiam; nihil autem ibi ponitur, quod pertineat ad artem, quæ est quinta virtus intellectualis, similiter etiã ponitur aliquid pertinens ad iustitiam, scilicet pietas, & aliquid pertinens ad fortitudinem, scilicet fortitudinis donum, nihil autem ibi pertinens ad temperantiam; ergo insufficienter enumerantur dona. 3a. q. 1. art. 2. Et alijs q. 2. art. 2. 3 Et art. 10. co. 2.

¶ 2 Præte. Pietas est pars iustitiæ, sed circa fortitudinem non ponitur aliqua pars eius, sed ipsa fortitudo; ergo non debuit poni pietas, sed ipsa iustitia.

¶ 3 Præt. Virtutes theologicę maximè ordinant nos ad Deum, cum ergo dona perficiant hominem, secundùm quòd mouetur a Deo, videtur quòd debuissent poni aliqua dona pertinentia ad theologicas virtutes.

¶ 4 Præt. Sicut Deus timetur ita etiam amatur, & in ipsum aliquis sperat, & de eo delectatur; amor autem spes, & delectatio sunt passiones condiuisę timori; ergo sicut timor ponitur donum, ita & alia tria debent poni dona.

¶ 5 Præterea. Intellectui adiungitur Sapientia, quæ regit ipsum, fortitudini autem consilium, pietati autem scientia; ergo & timori debuit addi aliquod donum directiuum; inconuenienter ergo septem dona Spiritussancti enumerantur.

¶ Sed incontrarium est auctoritas scripturæ Esa. 11.

¶ Habito quid sint dona, quærit hic quot sint.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, * dona sunt quidam habitus perficientes hominem ad hoc, quòd prompte sequatur instinctum Spiritussancti: sicut virtutes morales perficiunt vires appetitiuas ad obediendum rationi; sicut autem vires appetitiuę natæ sunt moueri per imperium rationis, ita omnes vires humanæ natæ sunt moueri per instinctum Dei sicut a quadam superiori potentia; & ideo in omnibus viribus hominis, quæ possunt esse principia humanorum actuũ sicut sunt virtutes, ita etiam sunt dona, scilicet in ratione, & in vi appetitiua. * August.

¶ Conclusio responsiua formaliter intenta, in hoc corpore quam & probat est. Conuenienter enumerantur septem dona Spiritussancti, probatur ex corpore. In omnibus viribus (id est potentijs hominis) quæ possunt esse principia humanorum actuũ id est natæ sunt obedire rationi) sicut sunt virtutes, ita sunt dona (scilicet in ratione, & vi appetitiua) sed secundùm hoc oportet ponere septem dona Spiritussancti, igitur conclusio vera. Huius rationis Doct. Sanct. pr mò probat maiorem, secundò minorem, ibi Ratio autem. Tertiò ex hoc elicit quoddam corollarium, ibi, & sic patet. Maior ergo probatur a principio sic. Dona sunt habitus quidam perficientes hominem ad hoc, quòd prompte sequatur instinctum Spiritussancti; sicut virtutes morales perficiunt vires appetitiuas ad obediendum rationi; sed sicut vires appetitiuæ natæ sunt moueri per imperium rationis, ita omnes vires humanæ, (scilicet tam ratio ipsa, quàm appetitus) natæ sunt moueri per instinctum Dei, igitur sequitur maior. Conclusio responsiua.

¶ Maior ista proxima patet ex articu. tertio, Minor probatur; quia sicut ratio est quædam potentia altior appetitu, & per hoc ei imperatiua & motiua, sic instinctus diuinus habet rationem altioris potentiæ, quàm sit quæcunque potentia in homine; quare sicut ratio mouet, & causat virtutes morales in omnibus appetitiuis moralibus a se, sic Spiritussanctus in omnibus a se mobilibus causat dona.

¶ Nota circa maiorem, quòd non videtur aliquod donum esse in concupiscibili formaliter inhæsiuè, & subiectiuè. Timor enim quem Doct. Sanct. ponit in solutione primi respondere temperantiæ, non est in concupiscibili, vt de se patet, quia est respectu ardui, & per consequens in voluntate, vt virtualiter est irascibilis, sed vt donum est ponitur in voluntate. Oportet ergo intelligere, quòd in omnibus viribus, sunt dona, vel subiectiuè, vel motiuè, & virtualiter; nam timor in voluntate existens, mouet concupiscibilem, & cohibet a prauis delectationibus. Consequenter cum dicit.

¶ Ratio autem est speculatiua, & practica, & in vtraque consideratur apprehensio veritatis, quæ pertinet ad inuentionem, & iudicium de veritate. Ad apprehensionem igitur veritatis perficitur speculatiua ratio per intellectum, practica uerò per consilium, ad rectè autem iudicandum speculatiua quidem per sapientiam, practica uerò per scientiam perficitur.

¶ Deducit minorem principalem sic. Secũdum rationem accipiuntur, & oportet ponere quattuor dona, & s̃m partem appetitiuã tria; igitur s̃m illas potentias, & vires accipiuntur septẽ dona. Consequentia clara, quia tria & quattuor faciunt septem. Huius antecedentis D. S. primò probat primã eius partem; secundò secũdam, ibi. Appetitiua autem, &c. Probatur ergo primò sic. Oportet rationẽ hominis perfici per dona s̃m omnia, quæ fidei proponũtur, & s̃m apprehensionẽ, & s̃m iudiciũ; sed ad apprehensionem, & penetrationem perficitur per intellectum, ad iudiciũ autẽ perficit, vel quantũ ad res Diuinas, & sic perficitur per sapiẽtiam, vel quantum ad res creatas, & sic est scientia, vel perficitur ratio quãtum ad singularia opera, & sic perficit donum consilij. Patet igitur secunda pars antecedentis, q̃ s̃m rationem accipiuntur quattuor prædicta. Assumptũ proximum probatur, quia omnia dona, quæ perficiunt rationem, ordinantur ad supernaturalem cognitionem, quæ in nobis per fidem fundatur; igitur cum proponantur res, & apprehendendæ, & iudicandæ, & Diuinæ, & humanæ, & operandæ; patet, q̃ oportet dona ad hæc perfectiua ponere, &c. & hæc est sententia D. S. 2. 2. q. 8. art. 6. Deinde ibi.

¶ Appetitiua autem virtus in his quidem, quæ sunt ad alterum, perficitur per pietatem; in his autẽ, quæ sunt ad seipsum, perficitur per fortitudinem contra timorẽ perculorum; cõtra concupiscentiã verò inordinatã delectabilium per timorem, s̃m illud Prou. 16. Per timorẽ Dñi declinat omnis a malo. Et in Psal. Confige timore tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis timui. Prouer. 16. Psalmus.

¶ Probat secundam partem antecedentis sic, vis appetitiua perficitur in ordine ad ea, quæ sunt ad alterum a proprio suppposito, & in his quę sunt ad seipsum; sed in ordine ad alterum, perficitur appetitiua per pietatem, in his quæ sunt ad seipsum (s. periculis, & timore periculorum) per fortitudinem; contra verò concupiscentiam inordinatam delectabilium per timorem, vt patet ex auctoritatibus, quas D. S. adducit, &c. ¶ Nota, q̃ D. S. hic numerando, & ponendo sufficientiã donorum, q̃ sunt in intellectu, ponit aliqua, quæ retractat in 2. 2. q. 8. art. 6. & q. 9. art. 3. Nec oportet aliquẽ de concordia solicitum esse, cum D. S. clarè dicat se hic locutum, s̃m q̃ quibusdam visum fuit, sed sibi diligentius intuenti, secus visum est, est ergo discrepantia in hoc, q̃ D. S. hic ponit donum intellectus pertinere ad apprehensionẽ, & quo ad hoc concordat cũ secunda secundæ, sed in hoc discordat, quia ponit ipsum tm̃ speculatiuum; similiter sapientiam ponit hic pertinere ad iudicium, & in hoc etiã concordat, sed in hoc discordat a secunda secundę, q̃a speculatiuã tm̃, in secunda secundæ verò q. 45 art. 3. ponit speculatiuam, & practicã simul. Similiter hic ponit scientiam esse circa practica tm̃, & sic tm̃ practicam, Secunda secundæ verò q. 8. ar. 6. & q. 9. art 3. ponit ipsam principaliter speculatiuam, & secundariò practicam. In hoc ergo D. S. hic posita emendat in locis iã dictis; & ista dona non distinguit penes speculatiuum, & practicum, vtpotè quia sapientia indicet tm̃ speculatiua, & scientia tm̃ practica; sed aliunde & penes apprehensionem, & iudicium, & penes obiecta, q̃ sunt res Diuinæ, vel humanæ principaliter; de dono autem consilij, & aliis tribus pertinentibus ad appetitiuã vim, nõ est discordia, quare formaui articulum iuxta intentionẽ D. S. hic, prętercrquã in sufficientia donorum pertinentium ad intellectum. Et posui rationem distinctionis horum, quæ D. S. ex propijs visa est, s̃m quam & determinat de ipsis donis in speciali. Tunc ibi.

¶ Et sic patet, q̃ hæc dona extendunt se ad oĩa, ad quæ se extendunt uirtutes tam intellectuales, q̃ morales.

¶ Ex dictis D. S. infert corollarium, hæc dona extendunt se ad omnia, ad quæ se extendũt virtutes tam intellectuales, q̃ morales. Patet ex dictis, quia extendunt se ad passiones irascibilis, & concupiscibilis, & ad operationes ad alterũ, & per consequens ad materiam moralium virtutum; extendunt se etiam ad res Diuinas, & temporales, & apprehendendas, & iudicandas, & etiam ad operationes humanas secundùm consilium, & per consequens ad materiam virtutum intellectualium.

ARG. in contrarium confirmat conclusionem responsiuam.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ dona Spiritus sancti perficiunt hominem in his, quæ pertinent ad benè uiuendum, ad quæ non ordinatur ars, sed ad exteriora factibilia; est enim ars ratio recta non agibilium, sed factibilium, vt dicitur in 6. Ethic. * Potest tamen etiam dici, q̃ quantum ad infusionem donorum, ars pertinet ad Spiritum sanctum, qui est principaliter mouens, non autem ad homines qui sunt quædam organa eius, dum ab eo mouentur; temperantiæ autem respondet quodãmodo donũ timoris, sicut enim ad uirtutem temperantiæ pertinet s̃m eius propriam rationem, ut aliquis recedat a delectationibus prauis propter bonum rationis, ita ad donum timoris pertinet, quòd aliquis recedat a delectationibus prauis propter Dei timorem. *Arist. c. 4.

¶ Argumentum arguit, q̃ debeant plura poni, quia vnum correspondens arti, sicut alia, quæ pertinent ad intellectũ, correspondẽt alijs intellectualibus. Et videtur etiam, q̃ debeat poni in appetitu donum correspondens temperantiæ. Dicitur igitur, conceditur, q̃ ponuntur quattuor pertinẽtia ad virtutes intellectuales, quia illa possunt conuenire homini moto a Spiritu sancto, cuius sunt dona; ars autem non est ipsius hominis moti, & quasi instrumenti, sed principalis mouentis. Secundò dicitur, quòd ponuntur ista quattuor correspõdentia quattuor intellectualibus, quia hæc perficiunt ad benè viuendum, & operandum actiones intraneas; sed ars perficit ad factibilia exteriora, vt patuit supra quæst. 57. artic. 4. Negatur ergo, quòd ars debeat poni donum, tum quia non perficit ad benè viuendum, quod est donorum; tum quia dona sunt hominis formaliter, ars autẽ in proposito, est Spiritus sancti, qui est principale agens. De secundo s. q̃ debeat poni donum correspondens temperantiæ. Negatur ista, quòd nihil ponitur pertinens ad temperantiam, quia timor quodammodo sibi correspondet, dicitur quodammodo, scilicet quo ad effectum, quia facit recedere a delectationibus prauis, sicut temperantia; nõ autem respondet sibi quo ad subiectum, quia timor est in voluntate, temperantia in concupiscibili; potest enim voluntas perfecta mouere, & imperare concupiscibili propter timorem Dei filialem, qui est donum Spiritus sancti, vt patet secunda secundæ, q. 19. art. 9. Negatur ergo cõsequentia, q̃ insufficiẽter enumerent.

¶ Ad secundum dicendũ, q̃ nomẽ iustitiæ imponitur a rectitudine rationis; & ideo nomen virtutis est conuenientius, q̃ nomen doni; sed nomẽ pietatis importat reuerentiam quam habemus ad patrem, & ad patriam. Et quia pater omnium Deus est, etiam cultus Dei pietas nominatur, ut Aug. dicit 10. de Ciuit. Dei; * & ideo cõuenienter donum, quo aliquis propter reuerentiam Dei bonum operatur ad omnes, pietas nominatur. * Aug. c. 1.

¶ Maior vera, præsertim de pietate virtute, talis enim est pars potentialis iustitiæ, vt patet secunda secundæ, quæst. 80. quæ videlicet exhibet debitum cultum patri carnali, & patriæ, & consanguineis, vt patet secunda secundæ, quæst. 101. artic. 2. sed pietas donum exhibet cultum Deo vt patri, & est altior religione, quæ Deo exhibet cultum, vt Domino, & creatori, vt patet secunda secundæ, quæst. 121. artic. 1. Minor vera; & ratio est, quia nomen fortitudinis commune est, & ad virtutem, quæ mouetur a ratione, & ad donum, quo mouetur homo a Spiritu sancto. Sed negatur consequentia, quia vt dictum est artic. 1. Dona dicunt perfectiones, quibus homo perficitur ad motionem Spiritus sancti. Virtus autem importat perfectionem ad rationem, quia ergo hoc nomen iustitia importat rectitudinem, & ęqualitatem constitutã per rationem in ordine ad alium, ideo magis nomen est virtutis, & conuenientius, quàm doni; pietas autem, quia importat cultum & reuerentiam quam exhibemus patri, & patriæ, ideo etiam se extendit ad Deum, qui est summus Pater noster, quare magis est nomen doni, quod importat ordinem ad Deum; pietas igitur donum exhibet cultum, & officium Deo, vt patri principaliter, & etiam omnibus hominibus, vt pertinent ad Deum; & hoc est quod D. S. dicit, quòd operatur bonum ad omnes propter reuerentiam Dei; & ergo quia ex vi nominis magis importat habitudinem ad Deum, quàm iustitia, ideo donum operatiuum boni ad alium, magis nominatur pietas, quàm iustitia.

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ animus hoĩs non mouetur a Spiritu sancto, nisi ei s̃m aliquẽ modũ uniatur, sicut instrumentũ nõ mouetur ab attifice, nisi per contactũ, aut per aliquã aliam vnionem. Prima autẽ unio hoĩs est per fidem, & spem, & charitatem; vnde istæ uirtutes præsupponuntur ad dona, sicut radices quædam donorum, unde omnia dona pertinent ad has tres uirtutes, sicut quædam deriuationes prædictarum uirtutum.

¶ Maior placet, & ideo maximè ordinant nos ad Deum, quia primordialiter, & immediatè, & ordinant nos ad Deum secundùm se tantùm, & non in ordine ad aliud, ita quòd Deus, secundùm se est proprium, & principale obiectum Theologicarum, quod non contingit, nec in alijs virtutibus, nec in donis ipsis. De virtutibus enim hoc clarum est. De donis quoq; patet, præsertim sapientia, quæ habet pro obiecto Diuina quæcunque, de quibus iudicat secundùm veritatem Diuinã; vnde non est de veritate Diuina secundùm se, sicut fides Theologica; vnde secunda secundæ, quæst. 45. artic. 1. ad secundum. immo & sapientia iudicat de

actibus humanis, tamen per rationes Diuinas, sicut scientia per rationes humanas, & temporales; & ita sapientia est de veritate Diuina, vt est regula aliorum. Intellectus autem donum etiam non est de veritate prima secúdùm se, sed habet percipere, & penetrare ea, quibus per viam assentitur; vnde præsupponit fidem. Minor conceditur, & similiter consequens ad hunc sensum, quòd ponunt aliqua dona (immo omnia dona) pertinentia ad Theologicas, sicut ad radicem, & fontem donorum; non autem, ita ꝙ nominarentur nominibus Theologicarum; & ratio primi habet in præsenti solutione. Ratio secundi in solutione quarti sequentis, non enim mouetur mens a Spiritu sancto, nisi sibi vnita per Theologicas; & ergo Theologicæ sunt radix donorum, quare omnia dona ad ipsas pertinent ad sensum dictum.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ aur or, spes, & delectatio habent bonum pro obiecto, summum autem bonum Deus est; vnde nomina harum passionum transferuntur ad virtutes Theologicas, quibus anima cõiungitur Deo; timoris autem obiectum est malum, quod Deo nullo modo competit; vnde non importat coniunctionem ad Deum, sed magis recessum ab aliquibus rebus propter reuerentiam Dei; & ideo non est nomen virtutis Theologicæ, sed doni, quod eminentius retrahit a malis, quàm virtus moralis.

¶Maior claudicat. Nam negatur, quòd Deus timeatur, sicut amatur; nam Deus amatur secundùm se, & propter se tanquam per essentiam bonus, immo bonitas ipsa, & ita amatur, sicut proprium, & principale obiectum amoris; sed Deus non est obiectũ proprium, & principale timoris; quia malũ ipsum est a quo quis refugit timendo; sed Deus est ille, qui potest inferre malum, quod est per se obiectum timoris. Habet enim timor duplex obiectum (i. partiale) vnum formale, & principale. s. malum, aliud autẽ .s., a quo tale malum prouenire potest, vt deducit D.S. secunda secundæ, quæst. 19. artic 1. quare illa maior non continet æqualitatem in illo; sicut, &c. Quo ad secundam partem (s. in eum sperat, & delectatur.) Dico pro maiori intellectu post D.S. in de Virtutibus de spe, artic. 1. ad sextum. ꝙ non est simile de nomine spei, & delectationis, vel gaudij quo ad esse nomen virtutis Theologicæ viaticè tantùm, quia talis pertinet ad statum viæ, quando tendimus in Deum absentem; ideo nomina passionum, quarum obiectum est bonum præsens tantùm, non sunt nomina Theologicarum virtutum, vt delectatio, & gaudium; sed magis pertinẽt ad beatitudinem, vel tanquam consequens, si accipiuntur pro actibus; vel tanquam præambulum, si accipiuntur vt dotes, & vt habitus. Charitas autem, vt patuit quæst. 67. artic. 6. est absentis, & præsentis, ideo potest esse Theologicæ virtutis, & viaticæ, & patriæ. Vltra, ad minorem: concedo, ꝙ amor, & spes, & delectatio sunt nomina passionum condiuisarum timori. Sed dico, ꝙ obiecta earum sunt bona tantùm, & nullo modo malum, quale obiectum est obiectum Theologicarum virtutum, quæ habent Deum secundùm se pro obiecto, qui est ipsa bonitas, & in se nullo modo malus. Negatur ergo cõsequentia, quia alia nomina saltem duo conueniunt nominibus Theologicarum virtutum, secus de timore, cui repugnat esse nomen Theologicæ virtutis, non autem doni; quia non est inconueniens, vt per motionem Spiritus sancti, homo recedat, & refugiat a malo (s. culpæ) propter reuerentiam Dei, quare dictum est ad tertium, quòd dona pertinent ad virtutes Theologicas, non tamen omnia possunt nominari nominibus Theologicarum virtutum, nec e contra.

¶Nota autem, quod D.S. soluendo dicit, ꝙ nomina harum passionum. s. amor, spes, & detectatio transferuntur ad virtutes Theologicas, quod non debet intelligi, quasi delectatio importet specialem virtutem Theologicam, sed quia pertinet aliquo modo ad virtutem Theologicã, quasi actus eius, licet imperfectus pro hoc statu; & principium eius est charitas ipsa, cuius gaudium, vel delectatio extensè sumpta est effectus, & hunc esse sensum patet intuenti D.S. secunda secundæ, quæst. 28. artic. 4. Nec est controuersia hic, & in de Virtutibus loco allegato; quia delectatio est charitatis viaticæ, vt dicit actum, & imperfectum; sed non pertinet ad virtutem Theologicam etiam charitatem, vt est viatica, accipiendo delectationem pro fruitione pertinente ad beatitudinem, vel accipiendo pro dote. Et hoc est, quod dicit ibidem. Vnde delectatio ponitur vna de dotibus, scilicet animæ.

¶Ad quintum dicendum, ꝙ per sapientiam dirigitur & hominis intellectus, & hominis affectus; & ideo ponuntur duo correspondentia sapientię tanquam directiuo, ex parte quidem intellectus donum intellectus, ex parte autem affectus donum timoris, ratio enim timendi Deum præcipuè sumitur ex consideratione excellentiæ Diuinæ quam considerat sapientia.

¶Ad illam; ergo & timori debuit addi donum directiuum; cõceditur; sed illud est sapientia, quæ dirigit intellectum, & affectũ; & ideo sibi correspondent duo dona. s. donum intellectus, & donum timoris, quia ratio timendi sumitur, præsertim ex consideratione Diuinæ excellentiæ, quam considerat sapientia. Vnde & timor dicitur esse initium sapientiæ, vt declarat Doct. Sanct. secunda secundæ, quæst. 19. artic. 7. quia videlicet est primus effectus consequens considerationem excellentiæ Diuinæ, vt homo Deum reuereatur, & ei se subijciat, quod est timoris.

Vtrum dona sint connexa.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd dona non sint connexa. Dicit enim Apostolus. 1. ad Corinth. 12. Alij datur per Spiritum sermo sapientiæ; alij sermo scientiæ secundùm eundem Spiritum; sed sapientia, & scientia inter dona Spiritus sancti computantur; ergo dona Spiritus sancti dantur diuersis, & non connectuntur sibi inuicem in eodem. E 2.2.q.16.ar tio.9.con. Et 3.q.7.ar 3. ad 3. Et. di.36.ar.2. Et Vit.q. 5.ar.2.ad. & 1. co.ip. con.3.

¶2 Præterea. Aug. dicit in 14. de Ciuit. Dei, * quòd scientia non pollent fideles plurimi, quamuis polleant ipsa fide; sed fidem concomitatur aliquod de donis, ad minus donum timoris; ergo uidetur, quòd dona non sint de necessitate connexa in uno, & eodem. * Aug.c.1.

¶3 Pręt. Gregor. in primo Moral. dicit, * ꝙ minor est sapientia, si intellectu careat; & valde inutilis est intellectus, si ex sapientia non subsistat; vile est consilium, cui opus fortitudinis deest; & ualde fortitudo destituitur, nisi per consilium fulciatur; nulla est scientia, si utilitatẽ pietatis non habet; & ualde inutilis est pietas, si scientiæ discretione caret; timor quoque ipse, si non has uirtutes habuerit, ad nullum opus bonæ actionis surgit; ex quibus videtur, quòd unum donum possit sine alio haberi; non ergo dona Spiritus sancti sunt connexa. * Greg.in.

¶Sed contra est, quod ibidem Greg. præmittit dicẽs, * Illud in Iob filiorum conuiuio perscrutandum vr, ꝙ semetipsos inuicem pascunt; per filios autẽ Iob, de quibus loquitur, significantur dona Spiritus sancti; ergo dona Spiritus sancti sunt connexa per hoc, ꝙ seinuicẽ reficiũt. * Greg.lo co prin.citato. &ca. eodem.

¶Ista est tertia pars huius quæstionis, in qua D.S. agit de proprietatibus donorum. Et primò de connexione eorum, arti. præsenti. Secundò, de duratione, artic. 6. Tertiò, de dignitate, artic. 7. & 8. quærit igitur primò, an sint connexa.

¶Respondeo dicendum, ꝙ huius quæstionis veritas de facili ex præmissis potest haberi; dictum est enim supra, * ꝙ sicut vires appetitiuæ disponuntur per virtutes morales in comparatione ad regimen rationis, ita omnes uires animæ disponuntur per dona in comparatione ad Spiritum sanctum mouentem, Spiritus autem sanctus habitat in nobis per charitatem, secundùm illud Roman. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, sicut & ratio nostra perficitur per prudentiam. *Art.3.huius quæst. Rom.5.

¶Conclusio responsiua in hoc corpore est ista. Dona Spiritus sancti connectuntur sibi in charitate, ita s. ꝙ qui habet charitatẽ, habet omnia dona Spiritus sancti, quorum nullum sine charitate haberi potest. Probatur, & fundatur probatio in dictis art. 3. & 4. & arguitur sic. Virtutes morales connectũtur sibiinuicem in prudentia; ergo dona Spiritus sancti connectuntur sibi in charitate. Huius rationis D.S. probat primò consequentiam; secundò ponit antecedens cum ipsa conclusione, ibi. Vnde sicut, &c. Consequẽtia ergo probatur sic, sicut vires appetitiuæ disponuntur per virtutes morales in comparatione ad regimen rationis, ita omnes vires animæ (s. quę sunt principia humanorũ actuum) disponunt per dona in comparatione ad Spiritum sanctum mouẽtem; ergo sicut oẽs morales connectunt in virtute perficiente rationẽ. s. prudentia, ita omnia dona in ea virtute connectuntur, ꝛm ꝙ Spiritus sanctus nos inhabitat, quæ est charitas, secundùm illud Ro. 5. &c. Illud assumptum patuit art. 3. & 4. Tenet consequentia ista a proportione virtutis perficiẽtis principium moralium virtutum. s. rationem, & virtutis perficientis ad principium donorũ, secundùm quam videlicet Spiritus sanctus hominem inhabitat. Tunc ibi.

¶Vnde sicut uirtutes morales connectuntur sibiinuicem in prudentia, ita dona Spiritus sancti connectuntur sibiinuicem in charitate, ita scilicet, quòd qui charitatem habet, omnia dona Spiritus sancti habet, quorum nullũ sine charitate haberi potest.

¶Subiungit

¶Subiungit antecedens principale, qđ patuit supra q. 65. art. 1. Et stat ratio breuiter in hoc, quòd sicut perfectione rationis habitu habentur omnes morales saltem quo ad formalia, sic habita perfectione, secundùm quam Spiritus sanctus est in homine, habentur omnes effectus Spiritus sancti gratuiti, qui sunt dona; non enim Spiritus sanctus imperfectius agit, quàm ratio naturalis, cũ habet præsentem suam perfectionem, quæ est recta ratio agibilium. s. prudentiam; & ideo cum ipse adest, & tunc de ipso effluũt dona, adest autem per charitatem, & non per fidem, vel spẽ informem; ideo dicit notanter, quòd connectuntur in charitate, non in alijs, quæ possunt esse sine inhabitatione Spiritus sancti, sicut etiam sunt gratiæ gratis datæ. De hoc prima parte, q. 44. articu. 3. quomodo solùm secundùm dona gratiæ gratum facientis Spiritus sanctus hominem inhabitet.

¶Nota autem, quòd ratio naturalis acquirendo prudentiam acquirit omnes morales, quia ad generationem prudentiæ, iuxta supra habita, exigitur exercitium in tota materia morali. Ita homo acquirendo Spiritum sanctum per charitatem, acquirit omnia dona, licet in hoc sit differentia, quòd prudentia, & morales succesiuè acquiruntur, sed dona subitò, sicut & charitas subitò infunditur. Stat ergo fundamentum connexionis donorum cum charitate in hoc, quia per charitatem habetur Spiritus sanctus, qui largitur menti inhabitatæ omnia necessaria ad salutem, dona autem ad salutem sunt necessaria.

ARGVMENTVM in contrarium pro conclusione est.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ sapientia, & scientia vno modo possunt considerari, ꝛm ꝙ sunt gratiæ gratis datæ, prout s. aliquis abundat intantũ in cognitione rerũ Diuinarum, & humanarũ, vt possit etiã fideles instruere, & aduersarios confundere; & sic loquitur ibi Apostolus de sapientia, & scientia; vnde signanter fit mentio de sermone sapientiæ, & scientiæ; alio modo possunt accipi, prout sunt dona Spiritus sancti; & sic sapientia, & scientia nihil aliud sunt, quàm quædam perfectiones humanæ mentis, secundùm quas disponitur ad sequendum instinctum Spiritus sancti in cognitione Diuinorum, vel humanorum; & sic patẽt, quòd huiusmodi dona sunt in omnibus habentibus charitatem.

¶Ad maiorem placet quod dicitur, scilicet quòd alij datur per Spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ. Dico autem duo. Primò, quòd Apostolus intelligit per alium, qui est membrum ecclesiæ, sicut enim in capite naturali omnes sensus simul sunt, non autem in alijs membris, sic ih capite ecclesiæ (quod Christus est) sunt omnes gratiæ simul. In alijs autem, scilicet membris ecclesiæ gratiæ diuiduntur, vt patuit artic. 3. ad primum.

¶Dico secundò, quòd Apostolus signanter dicit, datur alij sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, & non dicit alteri datur sapiẽtia, alteri scientia; sermo enim sapientiæ, & sermo scientiæ sunt gratiæ gratis datæ; sapientia autem, & scientia sunt dona Spiritus sancti; sermo autem sapientiæ est gratia gratis data, qua quis persuadere potest ad sermonem, ea quæ ad cognitionem Diuinorum pertinent. Sermo autem scientiæ est, quo quis per creaturas ea quæ sunt Dei, manifestare potest.

¶Minor vera, quòd sapieutia, & scientia ponuntur inter dona Spiritus sancti; & dico, quòd hæc non seperatim inueniuntur, immo omnes existentes in gratia, & charitate habent rectam cognitionem Diuinorum, & creaturarum, vel humanorum. Quare negatur cõsequentia propter quaternitatem terminorum. Maior enim assumit de sermone sapientiæ, & minor de sapientia, quare ratio non valet.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ Aug. loquitur de scientia exponens prædictam auctoritatem Apostoli. Vnde loquitur de scientia prædicto modo accepto, ꝛm ꝙ est gratia gratis data, quod patet ex hoc quod subdit. Aliud enim est scire tantummodo quid homo credere debeat pp adipiscendam vitam beatam, quę non nisi ęterna est. Aliud autem est scire, quemadmodum hoc ipsum, & pijs opituletur, & contra impios defendatur, quam proprio appellare vocabulo scientiam videtur Apostolus.

¶Ad maiorem, verum, scientia, ideſt sermone scientiæ, nõ pollent fideles plurimi, quamuis polleant ipsa fide, quia non omnes sciunt per rationes humanas, & temporales, & per creaturas manifestare ea, quæ sunt fidei, loquitur enim Augustinus de scientia, vt gratia gratis data, q̃ non est communis oĩbus membris ecclesię.

¶Ad minorem (quæ indiget bono intellectu) si intelligitur ipsa, quòd fidem formatam cõcomitetur, quandoq; vnum donum, s. timoris, & non alia. Negatur ipsa, secundò si intelligitur, quòd fidem informẽ concomitetur timor, qui est donum Spiritus sancti, negatur iterum; si autem intelligitur, ꝙ fidem concomitatur timor. s. seruilis. s. qui non est donũ Spiritus sancti, licet possit esse a Spiritu sancto; vera quidem est, sed nihil ad propositũ probat. Et de his dictis ad minorem habes secunda secundæ, q. 7. arti. 1. & q. 19. art. 9. Negatur autem consequentia, quia maior nõ loquitur de dono; & minor solùm probat, ꝙ aliquis bonus effectus Spiritus sancti coniungitur fidei etiam informi, sed non coniungitur vnum donum sine alio, & illam auctoritatem beati Aug. similiter exponit D.S. super Apostolum. vbi allegatur in argumẽto primo. & secunda secundæ, quæst. 177. artic. 1. ad quartum.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ sicut vno modo connexio virtutum Cardinalium; probatur per hoc, ꝙ vna earum perficitur quodãmodo per aliam, vt supra dictum est; * ita Greg. eodem modo uult probare connexionẽ donorum per hoc, ꝙ vnum sine alio non potest esse perfectũ. Vnde præmittit dicens. * Valde singula quælibet destituitur, si nõ vna virtus alij virtuti suffragetur; non ergo dat intelligi, ꝙ vnum donũ possit esse sine alio, sed quia intellectus, si esset sine sapientia, non posset esse donũ, sicut temperantia, si esset sine iustitia, bon esset virtus. * *q.65.ar.1. *Greg.c.16.

¶Maior vera; sed ad sanum sensum minor est sapiẽtia, si intellectu careat, &c. non ꝙ sapientia existens sine intellectu sit donũ, sed quia si esset sine intellectu, non haberet rationem doni, sed esset quid imperfectum, cui non competeret ratio doni, sicut supra dictum est q. 65. artic. 1. ꝙ firmitas, si esset sine discretione, & moderantia, non haberet rationem virtutis; quare negatur quod sequitur. s. Ex quibus videtur, &c. quia sicut secundùm beatum Gregorium potest reperiri vna conditio virtutis (materialiter) sine alia, nec tamen est formaliter virtus; ita si aliqua participatio alicuius doni haberetur sine alio, non mereretur dici donum.

Vtrum dona Spiritus sancti maneant in patria.

AD sextum sic proceditur. Videtur, ꝙ dona Spiritus sancti non maneant in patria. Dicit enim Greg. in 2. Moral. * quòd Spiritus sanctus contra singula tentamenta septem donis erudit mentem, sed in patria non erunt aliqua tentamenta, secundùm illud Esa. 11. Non occidet, & non nocebunt in monte sancto meo; ergo dona Spiritus sancti non erunt in patria. F 2.2.q.8.art. 7. Et 3.q.7. arti.5.ad 3. Et 3.dist 34. q.1.artic.3. Et dist.35. q.2. arti.2. q.3. & ar.4. q.3. * Greg.c.36. Esa. 11. * Artic.3.

¶2 Præt. Dona Spiritus sancti sunt habitus quidam, vt supra dictum est; * frustra autem essent habitus, vbi actus esse non possunt; actus autem quorundam donorum in patria esse non possunt. Dicit enim Gregor. in primo Moral. * ꝙ intellectus facit audita penetrare, & consiliũ prohibet esse præcipitem, & fortitudo facit non metuere aduersa, & pietas replet cordis viscera operibus misericordiæ, hæc autem non competunt statui patriæ; ergo huiusmodi dona non erunt in statu gloriæ. *Gregor.c. 32. &c. 36.

¶3 Pręt. Donorum quædam perficiunt hominem in vita contemplatiua, vt sapientia, & intellectus, quædam in vita actiua, vt pietas, & fortitudo; sed actiua vita cum hac vita terminatur, vt Greg. dicit in 6 Moral. * ergo in statu gloriæ non erunt omnia dona Spiritus sancti. *Gre.c.28.

¶Sed cõtra est, qđ Ambr. dicit in li. de Spiritu sancto. * Ciuitas Dei illa Hierusalem cęlestis non meatu alicuius fluuij terrestris abluitur, sed ex vitæ fonte procedẽs Spiritus sanctus, cuius nos breui satiamur haustu, in illis cęlestibus spiritibus redundantius uidetur affluere, pleno septem uirtutum spiritualium feruens meatu. * Ambrosſ. lib. 1. c. 20.

¶Hic quærit de alia proprietate donorum. s. de permanentia, & duratione donorum in patria.

¶Respondeo dicendum, ꝙ de donis dupliciter possumus loqui; vno modo quantum ad essentiam donorum, & sic perfectissimè erunt in patria, sicut patet per auctoritatem Ambr. inductam. * * Ambr.in argum. sed contra.

¶D.S. respondet distinctè, vnde ponit duas conclusiones respõsiuas secũdùm duo membra distinctionis, quæ etiam declarat secundum membrum, & secundam cõclusionẽ, ibi Alio modo, &c. Ponit ergo distinctionem talem. De donis possumus loqui dupliciter; vno modo quantum ad essentiam, sicut supra q. 67. ar. 1. dicebatur de virtutibus moralibus, ꝙ possent vno modo considerari quãtum ad formale; puto enim, ꝙ D.S hic, & supra pro eodem habeat essentiam, & formale. Conclusio prima huic membro correspondens quantum ad essentiam, dona perfectissimè erunt in patria. Hanc conclusionem probat primò auctoritate; secundò ratione, ibi. Cuius ratio est, &c. auctoritate B. Ambrosij inducta, s. in argumento in contrarium, quod ponetur in fine corporis.

¶Cuius ratio est, quia dona Spiritus sancti perficiunt mentem humanam ad sequendum motionem Spiritus sancti, quod præcipuè erit in patria, quando Deus erit
1.Corin.15. omnia in omnibus, vt dicitur 1.ad Corin.15.& quando homo erit totaliter subditus Deo.

¶Ratione probat primam conclusionem sic, dona Spiritus sancti perficiunt mentem humanam ad sequendum motionem Spiritus sancti, sed in patria erit mens hominis omnino perfecta ad sequendum motionem Spiritus sancti; ergo donaꝑ perfectissimè
1.Cor.13.ꝑ.9 erunt in patria. Maior patuit articulo primo, & tertio. Minor probatur, quia in patria erit Deus omnia in omnibus, & homo erit totaliter subditus Deo, ita quòd in omnibus mouebitur ad voluntatem, & instinctum Dei,

Ad.2.ꝑ.10 ¶Nota autem, quòd D.S.in postilla. 1.ad Corinth.15. exponit illam auctoritatem hic allegatam dupliciter, scilicet. Erit Deus omnia in omnibus vno modo, id est anima hominis totaliter requiescit in Deo, & solus Deus est eius beatitudo. Secundò, quia tunc manifestabitur, quòd quicquid boni habemus, est a Deo; sed hic tangit aliam expositionem, quia videlicet homo erit totaliter subditus Deo, quia videlicet ad omnia volenda, & facienda mouebitur ex instinctu, vel magis ex visa Diuina voluntate. Et hunc sensum declarat D.S.in de Veritate, Materia 24. articu.8. in fine corporis. quia videlicet Diuinam essentiam videntes, cognoscent ipsum Deum esse finem maximè amandum, cognoscent etiam omnia, quæ ipsi Deo vnient, vel quæ ab eo diuungunt in particulari, cognoscentes Deum non solùm in se, sed prout est ratio aliorum. Et ex hac cognitionis claritate in tantum mens corroboratur, quòd in inferioribus viribus nullus motus insurgere poterit, nisi secundùm regulam rationis; vnde sicut nunc immutabiliter bonum in genere appetimus, ita immutabiliter in particulari bonum debitum appetunt beatorum mentes; per supernaturalem autem inclinationem voluntatis erit in eis charitas perfecta ligans eos cum Deo; vnde nullo modo peccatum in eis incidere poterit, & sic erunt per gratiam confirmati, hæc ille. Ex quibus patet, quomodo Deus erit omnia in omnibus, tum quia erit solum bonũ, & tota regula agendi beatis, cui beati per charitatem, & dona Spiritus sancti alligati sunt, & sic perfectè mouentur a Deo; illa enim motio, quæ est mediantibus donis, conuenit toti Trinitati, esto approprietur Spiritui sancto.

¶ Alio modo possunt considerari quantum ad materiam, circa quam operantur.

¶Hic procedit ad secundam conclusionem responsiuam, cui primò præmittit secundum membrum prædictæ distinctionis. Secundò subiungit conclusionem cum probatione, ibi. Et sic in præsenti, &c. Secundum ergo membrum est, ꝙ dona alio modo possunt considerari quantum ad materiam circa quam operatur, quia videlicet fortitudo operatur circa pericula mortis, & alia arduа propter Deum sufferenda, pietas autem circa releuationem, & beneficentiam proximi. Deinde ibi.

¶Et sic in præsenti habent operationem circa aliquã materiam, circa quam non habebunt operationem in statu gloriæ; & secundùm hoc non manebunt in patria,
* q.67.ar.1. sicut supra de virtutibus Cardinalibus dictum est. *

¶Subiungit probationem,& conclusionem secundam, quæ talis est, quantum ad materiam præsentis vitæ dona non manebunt in patria (idest materia, circa quam sunt,& operantur pro hoc statu illa non manet) probatur ex D.S In præsenti vita habent operationem circa aliquam materiã, circa quam non habebunt operationem, in statu gloriæ; ergo conclusio vera; consequẽtia cuidens, quia si materia, circa quam hic operantur, non manet; ergo, &c. Antecedens declaratur in solutionibus argumentorum, quia in præsenti vita sunt quædam circa materiã, quæ sunt opera vitæ actiuæ, sicut circa tentationes, & aduersitates, immo omnia habent aliquid pro materia, quod non manet in patria; ergo, &c. Et secundò probatur a simili sic, sicut est de virtutibus moralibus quo ad materiam, ita & de donis; sed morales nõ manent quo ad hanc, ergo nec dona. Maior patet, quia vtraq; sunt circa materiam vitæ actiuæ, &c. Minor patuit supra q.67.art.1.

¶Nota pro hoc articulo, & pro intellectu solutionum D.S.in de Virtutibus.q.vlt.art.vlt. quia sicut virtus moralis (vtputa fortitudo) alium actum habet in bello, alium in domo, in quiete, & pace, consecuta victoria, ipsa eadem in substantia manens; sic est de donis, quæ hic habent actus congruentes miseriæ præsentis vitæ, in futuro autem congruentes paci, & statui patriæ.

ARGVMENTVM in contrarium corroborat primam conclusionem.

Gregorius. ¶Ad primum ergo dicendum, quòd Gregor. loquitur ibi de donis, secundùm quòd competunt statui præsenti, sic enim donis protegimur contra tentamenta malorum; sed in statu gloriæ cessantibus malis per dona Spiritus sancti perficiemur in bono.

¶Ad maiorem, dona dantur contra tentamenta. Verum est, pro hoc statu. Nam actus eorum versantur circa tentamẽta hæc, pro hac vita actiua, tamen essentia ipsorum stat in habituali perfectione mentis ad motionem Spiritus sancti promptè sequendum. Minor vera, quòd in patria nulla erunt tentamenta; ergo dona non manent. Verum, quantum ad materiam circa quam hic versantur, nec per consequens secundùm actus, quos circa talem materiam habent; sed tamen secundùm essentiam manent, & secundùm actus competẽtes statui patriæ. Nam per motionem Spiritus sancti mens se bene habet pro exigẽtia cuiuslibet status.

Gregorius. ¶Ad secundum dicendum, quòd Gregorius in singulis donis ponit aliquid, quod transit cum statu præsenti, & aliquid, quod permanet in futuro. Dicit enim, * quòd sapientia mentem de ęternorum spe, & certitudine reficit, quorum duorum spes transit, sed certitudo remanet; & de intellectu dicit, quòd in eo, quòd audita penetrat, reficiendo cor, tenebras eius illustrat, quorum auditus transit, quia non docebit vir fratrem suum; vt dicitur Hierem.31. Sed illustratio mentis manebit. De consilio autem dicit, quòd prohibet esse præcipitem, quod est necessarium in præsenti, & iterum, ꝙ ratione animum replet, quod est necessarium etiam in futuro. De fortitudine autem dicit, ꝙ aduersa nõ metuit, quod est necessarium in præsenti, & iterum, quòd confidentiæ cibos apponit, quod permanet etiam in futuro. De scientia verò vnum tantùm ponit, scilicet ꝙ ignorantiæ ieiunium superat, quod pertinet ad statum præsentem, sed quòd addit in uentre mentis, potest figuraliter intelligi repletio cognitionis, quæ pertinet etiam ad statum futurum. De pietate verò dicit, quòd cordis viscera misericordiæ operibus repler, quod quidem secundùm uerba pertinet tãtùm ad statum præsentem; sed ipse intimus affectus proximorum per uiscera designatus, pertinet etiam ad futurum statum, in quo pietas non exhibebit misericordiæ opera, sed congratulationis affectum. De timore verò dicit, quòd præmit mentem, ne de præsentibus superbiat, quod pertinet ad statum præsentẽ, * & quod de futuris cibos spei confortat, quod etiam pertinet ad statum præsentem, quantum ad spem; sed potest etiam ad statum futurum pertinere, quantum ad confortationem de rebus hic speratis, & ibi obtentis.

Hiere.31.

* Omnia hæc habet Grecus, Moral. cap.36.

* Aliàs qđ de futuro cibo spem confortat.

¶Maior vera, sunt habitus ad motionem Spiritus sancti, qui & in patria manebunt perfectissimè, licet ad alios actus quo ad multa dona, quæ videlicet sunt hic circa vitã actiuam, & in appetitu. Ad minorem. Frustra essent habitus, vbi non possunt actus esse. Verum, vbi omnino nulli essent, nec possent esse actus. Sed negatur, ꝙ si nõ sint actus cõuenientes præsenti vitę, ꝙ ergo nulli sint; sicut non sequitur fortitudo habita victoria, nõ habet actum, qui est bellare; ergo non habet actũ, quia habet actũ, qui est gaudere de triumpho, & victoria. Vltra, actus autem quorundam donorũ in patria esse non possunt. Dico, quòd dona non habent actus circa materiam præsentis vitæ, tamen habent actus conuenientes circa finem, & beatitudinem habitam. Et ad probationẽ dicitur, ꝙ intellectus pro hoc statu facit audita penetrare, sed etiã tenebras illustrat, quorum secundum manet etiam in patria, vnde Gregorius in singulis donis ponit aliquid, quod transit cum præsenti statu, & aliquid quod manet, circa quod habet actum etiam in patria, vt D.S.ad longum ostendit in solutione.

¶Nota autem circa illam auctoritatem adductam in solutione. Nõ docebit vir fratrem suum, s.de pertinẽtibus ad Deũ, de quibus aliquis per auditum reficitur, & informatur mediante dono intellectus, vnde illum actum non habebit in patria; de quibus autem vnus beatus aliũ illuminet, & doceat, vide prima par.q.107.art.1. ad primum. quia de existentiũ rationibus, vt Dionysius dicit, hoc est de rationibus Diuinorum operum vsq; ad diem iudicij, &c. Et probat hæc ratio secundam cõclusionem, ꝙ non manent quantũ ad materiã, ea q̃ versant circa materiã pertinentem tñ ad præsentem vitam, secus ſm materiam possibilem patriæ, & actus, &c.

¶Nota, ꝙ libri communiter habent circa finem solutionis, & ꝙ de futuris cibos spei confortat. Alius quidã habet (& quod de futuro cibo spem confortat) & hoc intelligibilius est, &c.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ ratio illa procedit de donis quantum ad materiã; opera enim actiuæ vitæ non erunt materia donorũ, sed oĩa habebũt actus suos circa ea, quæ pertinent ad vitam contemplatiuã, quæ est uita beata.

¶Maior

¶Maior vera, tamen & ipsa dona perficientia in vita contemplatiua habent aliquid imperfectionis huius vitæ, & hoc tollitur, vt patet ad secundum. Minor vera. Et de ipsa habetur supra quæst.67. artic.1. ad secundum. Vltra; ergo in statu gloriæ non erunt omnia dona Spiritus sancti; verum, secundùm materiam, in qua consistit vita actiua, talis enim materia non erit in patria, nec dona operabũtur circa eam; sed manet iuxta primam conclusionem secundùm essentiam, & habent operationem circa materiam possibilem, & manentem in vita contemplatiua, & beata, vt tactum est in littera ad secundum. Vnde & hæc ratio probat secundam conclusionem, &c.

Vtrum dignitas donorum attendatur secundùm enumerationem, qua enumerantur. Esa.11.

G Isai.11.lec.2. cor.2. Esa.11. AD' septimum sic proceditur. Videtur, ꝙ dignitas donorum non attendatur secundùm enumerationem, qua enumerantur, Esa.11. Illud enim videtur esse potissimum in donis, quod Deus maximè ab homine requirit, sed maximè requirit Deus ab homine timorem. Dicitur enim Deute.10. Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit a te, nisi ut timeas Dominũ Deũ tuum. Et Malach.1. dicitur. Si ego Dominus, ubi timor meus; ergo videtur, ꝙ timor, qui enumeratur vltimò, non sit infimum donorum, sed maximum.

Deuter.10.

Malach.1.

¶2 Præt. Pietas videtur esse quoddam bonum uniuersale, dicit enim Apostolus. 1.ad Timoth.5. ꝙ pietas ad omnia utilis est; sed bonum uniuersale prefertur particularibus bonis; ergo pietas, quæ penultimò enumeratur, videtur esse potissimum donorum.

1.Timo.5.

¶3 Præt. Scientia perficit iudicium hominis, consilium autem ad inquisitionem pertinet, sed iudiciũ præeminet inquisitioni; ergo scientia est potius donum, quàm consilium, cum tamen post enumerantur.

¶4 Præt. Fortitudo pertinet ad uim appetitiuã, scientia autem ad rationem, sed ratio est eminẽtior, quàm vis appetitiua; ergo & scientia est eminentius donũ, quàm fortitudo, quæ tñ primò enumerantur; nõ ergo dignitas donorum attenditur ſm ordinem enumerationis eorũ.

¶Sed contra est, quod Augus. dicit in lib.de Sermone Domini in monte. * Videtur mihi septiformis operatio Spiritus sancti, de qua Esa. loquitur his gradibus, sententijsq; congruere, de quibus fit mentio. Matth.5. Sed interest ordinis; nam ibi. s.in Esa. enumeratio ab excellentioribus cœpit, hic uerò ab inferioribus.

* Aug.li.1. cap.4.

Matth.5.

¶Hic consequenter quærit quo ad tertiam proprietatem; de ordine dignitatis donorum. Et primò, comparando ea inter se, in articulo præsenti. Secundò in comparatione ad virtutes. Quærit igitur, an dignitas donorum attendatur secundùm enumerationem, qua enumerantur Esa.11. ita videlicet, ꝙ id, quod ponitur primo loco, sit dignissimum, & postea secundum, & sic de alijs. Enumerantur autem sic, sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, scientia, pietas, timor.

¶Respondeo dicendum, ꝙ dignitas donorum dupliciter potest attendi; vno modo simpliciter. s.per comparationem ad proprios actus, prout procedunt a suis principijs; alio modo secundùm quid, scilicet per comparationem ad materiam.

¶D.S.duo facit. Primò præmittit quoddam notabile pro intellectu terminorum in conclusione responsiua cõtentorum; secundò subiungit ipsam conclusionem responsiuam cum probatione, ibi. Simpliciter autem. Notat ergo, ꝙ dignitas donorum dupliciter attẽdi potest; vno modo simpliciter. s.per comparationem ad proprios actus, prout procedunt a suis principijs, a principio dirigente, quod altius est, &c. Et primus est rationis; secundus appetitiuæ virtutis. Alius autem est principij directi, & sic omnia dona perficientia intellectum sunt digniora donis perficientibus appetitum, & talis ordo dignitatis non seruatur in ista enumeratione vniuersaliter, sed tantùm duorum; alio modo dignitas donorum attenditur secundùm quid. s.per comparationem ad materiam, ita videlicet, ꝙ licet principium, & subiectum eius non sit dignius, nec sit dirigens, sed directum; tamen est circa materiam, ubi difficile est se bene habere, & tamen materia in se non est dignior (aliàs esset dignitas simpliciter maior) sed est solùm maioritas, in modo se habendi ad materiam; & sic fortitudo, & consilium habent aliquam prerogatiuam.

¶Simpliciter autem loquẽdo de dignitate donorum eadem est ratio comparationis in ipsis, & in uirtutibus, quia dona ad omnes actus potentiarum animæ perficiũt hominem, ad quos perficiunt uirtutes, ut supra dictum est. * Vnde sicut uirtutes intellectuales præferuntur uirtutibus moralibus, & in ipsis uirtutibus intellectualibus contemplatiuæ præferuntur actiuis, ut sapientia, intellectui, & scientia, prudentię, & arti; ita tamen, ꝙ sapientia præfertur intellectui, & intellectus scientiæ, sicut prudentia, & synesis eubuliæ; ita etiam in donis sapientia, & intellectus, scientia & consilium præferuntur pietati, & fortitudini, & timori, in quibus etiam pietas præfertur fortitudini, & fortitudo timori, sicut iustitia, fortitudini, & fortitudo temperantiæ.

* Art.3.huius quæst.

¶Hic consequenter in fine corporis procedit ad respõdendum quæsito tali conclusione. Dignitas donorum ordini enumerationis respondet, partim quidem simpliciter, partim autem ſm ordinem materiæ. Probatur. In enumeratione donorum primò ponuntur sapientia, & intellectus, deinde consilium, & fortitudo, sed sapientia, & intellectus sunt digniora simpliciter. Consilium, & fortitudo digniora ſm quid alijs. s.non existentibus circa difficilia, vt sunt scientia, pietas, & etiam timor; ergo conclusio vera, ꝙ dignitas donorum, &c. ita s.ꝙ non seruatur dignitas simpliciter, in tota enumratione, sed partim dignitas simpliciter, & postea relicta dignitate simpliciter, seruatur dignitas secundùm quid, &c. Maior patet ad visum inspicienti Esaiæ textum. Minorem D.S. primò probat quo ad primam partem. Secundò quo ad secundam, ibi. Sed quantum ad materiam, &c. Arguitur sic pro prima parte. De dignitate simpliciter donorum loquendum est, sicut de dignitate simpliciter virtutum; sed virtutes intellectuales præferuntur moralibus, & in ipsis virtutibus intellectualibus, cõtemplatiuæ præferuntur actiuis, vt sapientia, intellectus, scientia, prudentiæ, & arti; & sapientia præfertur intellectui, & intellectus scientiæ. Ergo in donis (quo ad dignitatem simpliciter) sapientia, & intellectus, scientia, consilium, præferuntur pietati, & fortitudini, & timori, in quibus pietas præfertur fortitudini, & fortitudo timori, sicut iustitia fortitudini; & fortitudo temperantiæ, cui aliquo modo timor respondet; & inter omnia, tamen sapientia, & intellectus sunt dignissima; & sic patet prima pars minoris. Maior probatur ex artic.4. quia dona ad omnes actus potentiarũ animæ perficiunt hominem, ad quos perficiunt virtutes. Ergo eadem est ratio comparationis in ipsis donis, & virtutibus. Antecedens patuit. Et consequentia patet, quia ea, quæ sunt eiusdẽ rationis quo ad subiecta, & etiam quo ad effectum (saltem quo ad substantiam) sunt comparabilia in dignitate simpliciter, quæ sumitur ex principio, & actu. Minor patuit ſm partes suas supra; de sapientia quidem, ꝙ ipsa præferatur simpliciter omnibus habitibus, & virtutibus (nõ quidem in ratione virtutis, sed simpliciter) q.66.art 5. Quòd autem ipsa sit altior intellectu, & scientia, patuit quæst.57.art.2.de prudentia, ibidem, artic.6. Deinde ibi.

¶Sed quantum ad materiam, fortitudo, & consilium præferuntur scientiæ, & pietati, quia s.fortitudo, & consilium habent in arduis locum; pietas autem, & etiam scientia in communibus. Sic igitur donorum dignitas ordini enumerationis respondet partim quidem simpliciter, ſm ꝙ sapientia, & intellectus omnibus præferuntur, partim autem ſm ordinẽ materiæ, secundùm quòd consiliũ, & fortitudo præferuntur scientiæ, & pietati.

¶Probat secundam partem minoris. s.ꝙ consilium, & fortitudo sint digniora ſm quid, sic, illa dona sunt nobiliora, quæ sunt circa materiam arduam, vbi difficile est se bene habere; sed fortitudo, & consilium sunt circa ardua, non autem scientia, & pietas; igitur ſm quid sunt digniora, quàm scientia, & pietas. Maior patuit ex notabili, quia ex difficultate sumitur dignitas secundùm quid tãtùm, quia maior dignitas sumitur ex bonitate, quàm difficultate; quare supra quæst.66.art.6. ad secundum. dicebatur, ꝙ quamuis spes superaddat charitati ex parte obiecti arduitatem; ipsa tamen non est propterea dignior. Minor illa patet, quia fortitudo, & consilium habent locum in arduis, pietas autem, & scientia in communibus; ergo minor vera. Antecedens patet de fortitudine, quia est in iracibili, & de periculis mortis, vbi difficile est bene habere, & patuit supra quæstio.66.artic.4. De consilio patet ex tertio Ethicorum, & patuit supra quæst.14. artic.3.& 4. De scientia patuit, quia iudicium eius locum habet in omnibus, inter quæ etiam sunt non ardua, similiter pietas beneficia exhibet omnibus, & qualitercunque.

¶Nota autem circa dona appetitiuæ partis, ꝙ D.S.dicit, quia ꝙ pietas præfertur fortitudini (s.simpliciter) & fortitudo timori. Ista patent ex supra dictis quęstio.66.artic.4. quia videlicet pietas est in voluntate, & ad alterum, vbi relucet maius bonum rationis,

& fortitudo se habet benè in his, quæ pertinẽt ad vitam, & mortem; timor autem se habet quodammodo, sicut temperantia, quæ minor est fortitudine. Vbi aduerte, quòd timoris filialis, non est tantùm refrenare passiones concupiscibilis, sed etiàm se subdere, & bene se habere ad Deum, & est non in concupiscibili, sed voluntate (cum remaneat in animabus separatis actu) sed vt dictum est art.4. quodammodo respondet temperantiæ quo ad effectum, & quo ad hunc minor est timor, quàm fortitudo, &c.

¶Et quod dictum est in corpore, confirmatur arg. in contrariũ.

¶Circa hoc argumentum in oppositum nota, quòd Augustinus ponit enumerationem donorum positam ab Etaia incipere a superioribus ad sensum dictum', vel simpliciter, vel quo ad materiam; sed enumerationem Matthæi incipere ab inferioribus, hoc intellige, quia beatus Augustinus beatitudinibus positis a sancto Matthæo ponit respondere dona, sic quòd prima beatitudo, scilicet beati pauperes, correspondet timori, vt patet secunda secundæ, quæstio. 19. artic. 12. Secunda autem beatitudo (scilicet beati mites) correspondet pietati, vt patet secunda secundæ, q. 121. artic. 2. & de hoc tangetur aliquid quæst. seq. art 3. ad tertium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd timor maximè requiritur quasi primordium quoddam perfectionis donorum; quia initium sapientiæ timor Domini, non propter hoc, ꝙ sit cæteris dignius, prius enim est secundùm ordinem generationis, ut aliquis recedat a malo, quod
Prouer. 16. fit per timorem, ut dicitur Prouerb. 16. quàm quòd operetur bonum, quod fit per alia dona.

¶Ad maiorem, illud videtur esse potissimum donum, quod maximè Deus ab homine requirit. Dico, ꝙ si maximè intelligitur, ideſt tanquam perfectius, & finem aliorum, vera esset, sed minor falsa. Si autem intelligitur maximè, ideſt primò, & primordialiter in via generationis, tunc negatur maior. Non enim sequitur, est primum, & deseruit, & ordinatur ad alia habenda, tãquam remouens prohibens; ergo est potissimum, sicut ostendit D.S. secunda secundæ, q. 161. artic. 5. de humilitate. quæ remouet prohibens, & corrumpens omnem virtutem, non tamen propterea est simpliciter nobilior. Minor tunc est vera, quia nisi quis recesserit a malo (quod fit per timorem) non est capax aliorum donorum, & etiam vt habet D.S. secunda secundæ, q. 19. art. 9. timor filialis tenet primum locum inter dona, ascendendo, quia dona ordinantur ad motionem Spiritus sancti; sed ad hoc, quòd aliquid sit bene mobile ab aliquo mouente, primò requiritur, vt sit ei subiectum non repugnans, quia tali repugnantia mobilis ad mouens impeditur motus, hoc autem facit timor filialis, vel castus, inquantum per ipsum, Deum reueremur, & refugimus nos ipsi abducere; quare nõ sequitur, quòd timor sit maximum, sed sit primum via generationis, qualia sunt imperfectiora.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ pietas non comparatur inverbis Apostoli, omnibus donis Dei, sed soli corporali exercitationi, de qua premittit, ꝙ ad modicũ utilis est.—

¶ Maior negatur; sed pietas est donum communicans beneficia propter Deum ex charitate vniuersaliter omnibus bonis, & habet pro obiecto rem, qua subuenitur, quæ modica esse potest. Ad auctoritatem Apostoli dico, ꝙ pietas accipitur quandoq; pro cultu Dei secundùm D.S. ibidem, quandoque pro misericordia, & semper præfertur abstinentiæ, & exercitio corporali, quia ad omnia valet, videlicet ad omnia peccata delenda, & ad omnia bona promouenda; & quia pietas manifestè connectitur, & est effectus charitatis, ideo de se meritoria est. Exercitatio autem corporalis. & abstinentia ſm propriam rationem non est meritoria, ideo Apostolus pietatem comparando exercitationi corporali dicit, ꝙ ad omnia vtilis est. Vltra, negatur, ꝙ sit bonum vniuersale, sed vtilis, & meritoria est ad omnia, vt dictum est. Ad minorem, bonum vniuersale, &c. si intelligitur, ꝙ vniuersale bonum per prædicationem præferatur particularibus bonis; negatur, & falsitatẽ eius ostendit D.S. de Veri. Mate. 7. art. 6. ad septimum. Si intelligitur de vniuersali bono per inclusionem actualem omnis boni, vel etiam inclusionem permissiuam, vt est bonum per essentiam, vel beatitudo vera, quia videlicet beatitudo, & essentia Diuina isto modo sunt vniuersale bonũ; sed negatur cõsequentia, quia pietas nõ est isto modo bonũ vłe, sed solùm quia utilis, & meritoria est multorum. Et quamuis pietas ad multos bene se habeat, eis benefaciendo, tamẽ bene se habere ad Deum vnum longè excellentius est, quia bonum multitudinis quidem melius est bono vnius inclusi in multitudine, tamen non bono extra multitudinem existenti, & bono vniuersali, & supremo, ad quod multa dona bene se hñt, &c. Supra aliquid de hoc tactum fuit q. 66. art. 3. ad 1.

¶Ad tertium dicendum, quòd scientia & si præferatur consilio ratione iudicij, tamen consilium præfertur ratione materiæ, nam consilium non habet locum nisi
* Arist. c. 3. in arduis, vt dicitur in 3. Ethic. * sed iudicium scientiæ in omnibus locum habet.

¶Maior vera, est enim scientia iudicatiua per temporales rationes, sicut sapientia per Diuinas; vnde secunda secundæ, q. 9. art. 2. ad tertium. Minor vera, & patuit supra q. 14. art. 1. Vltra, ad sumptam, sed iudicium præeminet inquisitioni, verum est, præminẽtia simpliciter, qnæ est ſm propriam rationem, & speciem, & finem, & potentiam, cuius est actus. Iudicare enim est finis, & actus scientiæ, & nobilior, quàm inquirere; tamen inquisitio est dignior ſm quid ratione materiæ, ideſt maioris arduitatis, & difficultatis, circa materiam suam, cum non habeat locum nisi in arduis, iudicium autem rectum in omnibus locum habet. Vltra; ergo scientia est potius, & verum simpliciter, tamen consilium est dignius secundùm quid, & ea ratione scientia posterius numeratur. Dictum est autem in conclusione, quòd seruatur ordo dignitatis, vel simpliciter, vel secundùm quid.

¶Nota, ꝙ posset dici, ꝙ dona considerantur; vno modo penes principia, & actus; sicut supra dictum est, ꝙ habitus distinguuntur, & habent speciem penes principia, & sic scientia est dignior; sed alio modo considerantur, vt sunt obiectorum, sic consilium est dignius; dictum est enim, ꝙ quandoque habitus distinguuntur vno modo, & non alio modo, sed econtra; sapientia autem, & intellectus vtroq; modo sunt digniora, quia altiorem actum, & materiam habent; & per hoc patet ad quartum.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ dona directiua, quę pertinent ad rationem donis exequentibus, digniora sunt, si considerentur per cõparationem ad actus, prout egre diuntur a potentijs; ratio enim appetitiuæ præminet, vt regulans regulato; sed ratione materiæ adiungitur consilium fortitudini, sicut directiuum exequenti; & similiter scientia pietati, quia s. consiliũ, & fortitudo in arduis locum habent, scientia autem, & pietas etiam in communibus; & ideo consilium simul cum fortitudine ratione materiæ numeratur ante scientiam, & pietatem.

¶Ad minorem, & cõsequentiã. Minor vera est. Ratio est eminentior simpliciter, q̃ vis appetitiua, & habet altiorem actum, tñ aliquid exiſtẽs in appetitiua põt esse circa materiã magis arduã, q̃ habitus, vel donũ in intellectu. Vltra, ergo scientia est eminentius donũ, verum quo ad actũ, vt progreditur a potentia altiori, & altiori modo; tñ fortitudo cum cõsilio eius directiuo ratione materiæ præfertur scientiæ, & eius directo dono. s. pietati, quæ sunt circa communia. Negatur ergo, ꝙ dignitas, vel simpliciter, vel ſm quid non attendatur secundùm enumerationem donorum.

¶Nota, ꝙ iuxta D.S. in corpore, oportet dicere, quòd dignitas secundùm actum procedentem ab altiori principio sit simpliciter maior, sed secundùm materiam est secundùm quid. Nam ex nobilitate subiecti, quod est ratio, & actus, qui est finis, attenditur maior dignitas, quàm ex materia præcipuè in naturalibus.

Vtrum virtutes sint præferendæ donis.

AD octauum sic proceditur. Vr̃, ꝙ virtutes sint præferendæ donis, dicit enim Aug. in 15. de Tri. * de charitate loquens. Nullũ est isto Dei dono excellentius, solum est, quod diuidit inter filios regni ęterni, & filios perditionis ęternæ; dantur & alia per Spiritum sanctum munera, sed sine charitate nihil prosunt, sed charitas est virtus; ergo uirtus est potior donis Spiritus sancti.

¶ 2 Præterea. Ea quę sunt priora naturaliter, videntur esse potiora; sed uirtutes sunt priores donis Spiritus sancti. Dicit enim Grego. in 2. Moral. * ꝙ donum Spiritus sancti in subiecta mente ante alia, iustitiam, prudentiam, fortitudinem, temperantiam format; & sic eandem mẽtem septem mox virtutibus, ideſt donis temperat, ut contra stultitiam sapientiam, cõtra hebetudinem intellectum, contra præcipitationem consilium, cõtra timorem fortitudinem, contra ignorantiam scientiam, contra duritiam pietatem, contra superbiam Dei timorem; ergo uirtutes sunt potiores donis.

¶ 3 Præt. Virtutibus nullus malè uti potest, ut Aug. di cit; * donis autẽ potest aliquis malè vti, dicit enim Greg. in 1. Moral. * ꝙ hostiam nostræ p̃cis immolamus, ne sapientia eleuet; ne intellectus, dum subtiliter currit, oberret; ne consilium, dum se multiplicat, confundat; ne fortitudo, dũ fiduciã præbet, præcipitet; ne scientia, dũ nouit, & nõ diligit, inflet; ne pietas, dum se infra rectitudinem inclinat, intorqueat; ne timor, dum plus iusto trepidat, in desperationis foueam, mergat; ergo uirtutes sunt digniores donis Spiritus sancti.

H Infra q. 69. art. 1. ad 1. 2. 2. q. 9. art. 2. ad 3. Et 3. dist. 35. q. 1. art. 1. q. 1. ad 3. Et dist. 35. q. 2. art. 2. q. 1. ad 2. Et Vir. q. 2. artic. ad 17.

* Aug. c. 11.

* Gregor. cap. 36.

* Aug. li. de lib. arb. cap. 19.

* Gregor. cap. 33.

¶Sed

¶Sed cõtra est, quòd dona dantur in adiutorium virtutum contra defectus, vt patet in auctoritate inducta; * & sic videtur, quòd perficiant, quod virtutes perficere non possunt; sunt ergo dona potiora uirtutibus.

* In arg. 2.

¶ Hic agit de comparatione donorum ad virtutes ex parte dignitatis.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut ex supra dictis patet; * uirtutes in tria genera distinguuntur, sunt enim quædam uirtutes Theologicæ, quædam intellectuales, quædam morales. Virtutes quidem Theologicæ sunt, quibus mens humana Deo coniungitur. Virtutes autem intellectuales sunt, quibus ratio ipsa perficitur. Virtutes autem morales sunt, quibus uires appetitiuæ perficiuntur ad obediendum rationi. Dona autem Spiritus sancti sunt, quibus omnes uires animæ disponuntur ad hoc, quòd subdantur motioni Diuinæ.

*q. 57. & q. 58. & q. 62.

¶D.S. duo facit. Primò ponit quoddam notabile distinctiũ, & fundamentale. Secundò secundum illud respondet, ibi. Sic ergo eadem, &c. Ponit ergo distinctionem trimembrem ex dictis supra in diuersis locis, scilicet quæst. 57. 58. & quæst. 62. quòd sint tria genera virtutum; sunt enim Theologicæ quædam intellectuales, quædam morales, & notificat eas; & per hoc habetur fundamentum sequentium, quia Theologicæ sunt, quibus mens humana Deo coniungitur. s. secundùm se tanquam proprio immediato obiecto, & modo superuaturali, & hoc, vt supra art. 4. ad tertium. dicebatur, non conuenit, nec alijs virtutibus, nec donis. Virtutes autem intellectuales sunt, quibus ratio perficitur, licet non conuertatur, quòd omne perficiens rationem sit intellectualis virtus, sicut enim non omne, quod est in appetitu, est virtus moralis (vt patet de charitate, spe, & donis) sic nec omne, quod est in intellectu, est virtus intellectualis, vt patet de fide, &c. Sed verum est, quod D.S. dicit, quòd virtus intellectualis non est nisi in intellectu, morales verò (scilicet per essentiam, & propriè) sunt, quibus vires appetitiuæ perficiuntur ad obediendum rationi; dona Spiritus sancti sunt, quibus omnes vires animæ, scilicet tam ratio, quàm appetitus, disponuntur ad hoc, quòd subdantur motioni Spiritus sancti, & Diuinæ.

¶ Sic ergo eadem uidetur esse comparatio donorum ad uirtutes Theologicas, per quas homo unitur Spiritui sancto mouenti, sicut uirtutum moralium ad uirtutes intellectuales, per quas perficitur ratio, quæ est uirtutum moralium motiua. Vnde sicut uirtutes intellectuales præferuntur uirtutibus moralibus, & regulant eas, ita uirtutes Theologicæ præferuntur donis Spiritus sancti, & regulant ea.

Conclusio prima.

¶Hic consequenter iuxta prædictam distinctionem D.S. respõdet duabus conclusionibus; secundam ponit ibi. Sed si comparemus, &c. Conclusio prima responsiua est, virtutes Theologicæ præferuntur donis Spiritus sancti, & dona regulantur per eas. Hanc conclusionem primò probat ratione; secundò auctoritate, ibi. Vnde Gregorius dicit, &c. ratione sic. Eadem est comparatio donorum ad virtutes Theologicas, quæ est virtutum moralium ad virtutes intellectuales; sed intellectuales præferuntur virtutibus moralibus tanquam regulantes; ergo sequitur conclusio. Minor patuit supra quæst. 65. artic. 3. Maior probatur, quia sicut per Theologicas vnitur homo Spiritui sancto mouenti dona, sic intellectuales perficiunt rationem, quæ mouent virtutes morales, ita quòd vtrobique, tàm videlicet Theologicæ, quàm intellectuales perficiunt in ordine ad motiua, vel donorum, vel moralium) & patuit de hoc artic. 4. ad tertium. quia dona non mouentur (vel magis homo non mouetur secundùm dona) nisi præsuppositis Theologicis, ita appetitus non mouetur ſm morales, nisi præsuppositis intellectualibus, saltem prudentia; & de hoc etiam tactum fuit artic. 5. Consequenter ibi.

* Greg. c. 22.

¶Vnde Gregorius dicit in primo Moral. * quòd neq; ad denarij perfectionem septem filij, id est septem dona peruenunt, nisi in fide, spe, & charitate fuerit omne quod agunt.

¶ Confirmat conclusionem primam auctoritate beati Gregorij, quia perficiuntur per Theologicas, igitur Theologicæ sunt maiores. Deinde cum dicit.

¶ Sed si comparemus dona ad alias uirtutes intellectuales, uel morales, dona præferuntur uirtutibus, quia dona perficiunt uires animæ in comparatione ad Spiritum sanctum mouentem; virtutes autem perficiunt, uel ipsam rationem, uel alias uirtutes in ordine ad rationẽ. Manifestum est autem, quòd ad altiorem motorẽ oportet maiori perfectione mobile esse dispositum. Vnde perfectiora sunt dona virtutibus.

Conclusio secunda.

¶ Subiungit conclusionem secundam responsiuam, talem. Dona præferuntur virtutibus intellectualibus, & moralibus. Probatur. Ad altiorem motorem oportet maiori perfectione mobile esse dispositum, sed dona perficiunt vires animæ in comparatione ad Spiritum sanctum mouentem, virtutes autem perficiunt vel ipsam rationem (vt intellectuales) vel alias virtutes, ideſt potentias in ordine ad rationem. Spiritus autem sanctus altior est ratione; igitur, &c. Maior, & minor patet ex artic. 1.

¶Et confirmatur ista secunda conclusio, argum. in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ charitas est uirtus Theologica, de qua concedimus, ꝙ sit potior donis.—

¶Maior vera, & dicitur charitas donum secũdùm communem rationem nominis, non autem secundùm distinctam rationem, vt hic loquimur de dono, prout datur a Deo, & in ordine ad motionem Diuinam, mens enim informata Theologicis habet se actiuè, & mouet virtutes morales, &c.

¶Ad minorem, charitas est virtus; sed Theologica, & inter eas præcipua, ergo virtus, verum, Theologica est potior donis, & concludit primam conclusionem.

¶Ad secundum dicendum, quòd aliquid est prius altero dupliciter. Vno modo, ordine perfectionis, & dignitatis, sicut dilectio Dei est prior dilectione proximi; & hoc modo dona sunt priora uirtutibus intellectualibus, & moralibus; posteriora verò virtutibus Theologicis; alio modo ordine generationis, seu dispositionis, sicut dilectio proximi præcedit dilectionem Dei quantum ad actum; & sic uirtutes morales, & intellectuales præcedunt dona; quia per hoc, quòd homo benè se habet circa rationem propriam, disponitur ad hoc, quòd homo se bene habeat in ordine ad Deum.

¶Ad maiorem, quæ sunt priora naturaliter videntur esse potiora, distinguitur, eo quòd est duplex prioritas naturalis, vel naturæ, vt patuit supra quæst. 62. artic. 4. vna generationis; & de tali prioritate naturæ negatur maior; & conceditur minor, loquẽdo de virtutibus intellectualibus, & moralibus; eo quòd per tales virtutes homo disponitur, vt benè se habeat ad Deum, quod fit per dona. Si autem intelligitur maior de prioritate perfectionis; tunc verum est, quòd talia priora sunt potiora; sed tunc minor est falsa; nec probatur ex auctoritate beati Gregorij, quæ solùm vult, quòd dona prærequirunt virtutes tanquam dispositiones ordinatas ad dona tanquam præparantes viam. Vnde consequentia negatur, si intelligitur de virtutibus moralibus, vel intellectualibus.

¶Nota verba D.S. in solutione, quòd dilectio Dei est prior dilectione proximi prioritate perfectionis, & dilectio proximi præcedit dilectionem Dei via generationis.

¶Nota inquam ex quæst. 26. artic. 3. quòd dilectio non accipitur pro habitu, sed tantùm pro actu, vel passione, ideo non intelligit Doct. Sanct. de charitate, sed de actu; quomodo autem dilectio proximi prior sit via generationis, habes secunda secundæ, quæst. 26. artic. 2. ad primum. quia proximus est prius visibilis, & cognoscibilis, & per consequens primò dilectus. Ex cognitis enim discit animus amare incognita. Quomodo autem dilectio Dei sit potior, & melior, habes ibidem quæst. 27 artic. 8. & quæst. 44. artic. 2. quia habent se sicut finis, & sicut id, quod est ad finem. Vnde & duo præcepta dantur propter distinctionem actuum, non habituum, &c.

¶Ad tertium dicendum, quòd sapientia, & intellectus, & alia huiusmodi sunt dona Spiritus sancti, secundùm quòd charitate informantur, quæ non agit perperam, ut dicitur 1. ad Corinth. 13. & ideo sapientia, & intellectu, & alijs huiusmodi, nullus malè vtitur, secundùm quòd sunt dona Spiritus sancti; sed ad hoc, quòd a charitatis perfectione non recedant, vnum ab altero adiuuatur, hoc est, quod Greg. intendit dicere. 1. Cor. 13.

¶Maior vera, ad sensum supra dictum, quæstio. 56. artic. 4. ad sextum. scilicet principiatiuè, &c. Minor negatur, quia dona connectuntur cum charitate, qua quis non agit perperam, & ad beatum Gregorium dicitur, quòd ipse intendit, quòd seinuicem adiuuent, ne a charitate recedant, quia si vnum sine alio esset, non maneret, nec esset donum; sed haberet quandam similitudinem cum dono; & posset eo quis abuti, vt patuit art. 5. ad tertium. sicut & supra quæst. 65. art. 1. dictum est de virtute morali accepta pro inclinatione in aliquod de genere bonorum, quòd videlicet posset esse occasio, immo causa periculi; sic ergo dona non sunt principia mali vsus, sed ad hoc opus habent mutuo adiutorio; & hoc voluit beatus Gregorius.

Quæstio Sexagesimanona.

De Beatitudinibus.

DEinde considerandum est de Beatitudinibus. Et circa hoc quæruntur quattuor. Primò, vtrum beatitudines, a donis, & uirtutibus distinguantur. Secundò, de præmijs beatitudinum, vtrum pertineant ad hanc vitam. Tertiò, de numero beatitudinum. Quartò, de conuenientia præmiorum, quæ eis attribuuntur.

¶Quia beatitudines perfectiores sunt fructibus, & sunt actus donorum magis, quàm fructus; ideo post dona (vt habeatur tota consideratio pertinentium ad dona.) D.S. determinat de beatitudinibus. Et primò inquiritur conditio beatitudinum: secundò ostenditur conuenientia enumerationis earum, arti.3.& 4. Circa primum, primò ostenditur quomodo beatitudines distinguantur a virtutibus,& donis; secundò, mouetur quoddam dubium, art.2.

Vtrum beatitudines, à virtutibus, & donis distinguantur.

Infra q.70. art.2. corp. Et 3. di 34. q.1.ar.4. Et Isa.11.lec.1. col.1.fin. Et Matthæ. 5. col.4.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd beatitudines, a uirtutibus, & donis non distinguantur. Auguſt. enim in lib. de Sermone Domini in monte, * attribuit beatitudines, in Matthæo enumeratas, donis Spiritus sancti. Ambrosius autem super Lucam, * attribuit beatitudines ibi enumeratas, quattuor virtutibus Cardinalibus; ergo beatitudines non distinguuntur a virtutibus, & donis.

* Aug.li.1. cap.9.

* Ambros. li.5.in Luc. super illud Luc.6 Beati pauperes spiritu.

¶2 Præt. Humanæ uoluntatis non est nisi duplex regula.s.ratio, & lex æterna, vt supra dictum est; * sed uirtutes perficiunt hominẽ in ordine ad rationem, dona autem in ordine ad legem æternam Spiritus sancti, ut ex dictis patet; * ergo non potest esse aliquid aliud pertinens ad rectitudinem uoluntatis humanæ præter uirtutes, & dona; non ergo beatitudines ab eis distinguuntur.

*q.19.ar.4.

*q.68.ar.1.

¶3 Præterea. In enumeratione beatitudinum ponitur mititas, & iustitia, & misericordia, quæ dicuntur esse quædam uirtutes; ergo beatitudines non distinguuntur a donis, & uirtutibus.

¶Sed contra est, quòd quædam enumerantur inter beatitudines, quæ nec sunt uirtutes, nec dona, sicut paupertas, & luctus, & pax; differunt ergo beatitudines a uirtutibus, & a donis.

¶Quærit hic primò de vna conditione beatitudinum, scilicet de distinctione earum a cæteris, &c.

*q.2.& q.3.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictũ est; * beatitudo est vltimus finis humanæ uitæ; dicitur enim aliquis iam finem habere propter spem finis obtinendi; vnde & Philosophus dicit in primo Ethic. * quòd pueri dicuntur beati propter spem. Et Apostolus dicit Ro..8. Spe salui facti sumus.

* Arist.c.9.

Rom.8.

¶Conclusio responsiua in hoc articulo est, beatitudines distinguuntur a virtutibus, & donis, non sicut habitus ab eis distincti, sed sicut actus distinguuntur ab habitibus, scilicet ipsos elicientibus. Probatur conclusio. Beatitudines sunt actus, ideſt operationes virtutum, & donorum præcipuè; ergo conclusio vera. Consequentia probatur, quia actus alicuius habitus non distinguitur ab habitu, qui est eius principium, vt habitus, sed vt actus, non enim distinguitur aliquid ab alio nisi secundùm propriam rationem. Actus igitur distinguitur vt actus, non vt habitus. Antecedens deducitur per articulum. Beatitudines, de quibus loquimur, sunt per quas aliquis habet beatitudinem, quæ est vltimus finis humanæ vitæ propter spem ipsam obtinendi; (ideſt beatitudo in proposito est id, per quod quis sperat tanquam per meritum consequi beatitudinem veram); sed talis spes obtinendi verã beatitudinem (& præsertim æternam, & veram) est per operationes virtutum, & præcipuè per operationes donorum (ideſt innititur operationibus illis) ergo antecedens verum; huius rationis probat D.S.primò maiorem; secundò minorem, ibi. Spes autem,&c. Tertiò subiungit ipsam conclusionem responsiuã, ibi. Et ideo,&c. Maior ergo patet ex Apostolo, & Phil. quo ad hoc, ꝙ est beatitudo spei.i.aliquis dr̃ beatus, quia sperat spe formata, & innitente meritis, quibus dignus est beatitudine, vel quia dispositus est de habendis bonis operibus, quibus peruenitur ad beatitudinem, vt Philosophus vult de pueris. Deinde cum dicit.

Conclusio.

Consequentia.

De beatitudinibus.

¶Spes autem de fine consequendo insurgit ex hoc, ꝙ aliquid conuenienter mouetur ad finem, & appropinquat ad ipsum, quod quidem fit per aliquam actionem. Ad finem autem beatitudinis mouetur aliquis, & appropinquat per operationes uirtutum, & præcipuè per operationes donorum, si loquamur de beatitudine æterna, ad quã ratio non sufficit, sed in eam inducit Spiritus sanctus, ad cuius obedientiã, & sequelã p dona ſficimur.

¶Probat minorem præcedentem sic. Spes de consequendo fine, vel beatitudine, consurgit ex hoc, quòd aliquid conuenienter mouetur ad finem, & appropinquat ad ipsum; sed conuenienter moueri & appropinquare ad finem vltimum est per aliquã operationem; igitur minor vera quo ad primam partem. Quare autem dictum sit, & præcipuè per operationes donorũ, s.plus, quàm virtutum, ostenditur sic. Ad beatitudinem veram homo peruenit per operationes tali beatitudini proportionatas, & altiores; sed operationes donorum sunt huiusmodi, nõ virtutum.s.moralium, vel intellectualiũ; igitur, &c. Maior nota. Minor patet, spes obtinendi beatitudinem, præcipuè innititur operationibus procedentibus ab altissimo mouente, & sufficienti, non autem insufficienti; sed operationes donorum sunt huiusmodi, nõ virtutum; igitur, &c. Vnde quia ratio non sufficit mouere mediantibus virtutibus ad talem finem; ergo oportet esse altiorem motorẽ.s.Spiritum sanctum, ad cuius sequelam, & obedientiã perficiunt dona; & ergo mediantibus actibus, ad quos mouemur per Spiritum sanctum, sumus digni, & proportionati beatitudini, & tales sunt actus donorum. Patet ergo, ꝙ beatitudines nihil aliud sunt, quàm operationes bonæ, & meritoriæ vitæ æternæ, quibus homo sperando, inniti potest ad vitam æternam consequendam; spes enim ex meritis prouenit, ideſt consequitur rem speratam per merita, quæ vocantur beatitudines non iam rei, sed spei, &c. Deinde ibi.

¶Et ideo beatitudines distinguuntur quidẽ a virtutibus, & donis, non sicut habitus ab eis distincti; sed sicut actus distinguuntur ab habitibus.

¶Subiungit ipsam conclusionẽ responsiuã satis clarè deductã.

Scotus.

¶Sed nota, ꝙ Scotus in tertio, dist. 34. discordat volendo, quòd beatitudines sint idem habitus cum habitibus virtutum. s. Theologicis, & Cardinalibus, tamen aliquando inter dona nominãtur species specialiores virtutum dictarum, ita ibi ponuntur duæ species temperantiæ. s. humilitas, & vna species, quæ moderatur voluptates in cõmuni fortitudo in se, & iustitia in tribus speciebus, & duæ Theologicæ perficientes appetitum; sed deficit opinando, quasi D.S. beatitudines a virtutibus distinguat tanquam habitus, quod intuenti D.S. hic clarè apparet falsum, nec ipse contra veram D.S. mentem aliquid probat, vel arguit malè accipiendo, & benè ponderanti constabit, quia Scotus nulli auctoritati scripture innititur, nec alicuius sancti Doct. quare de voluntariè dictis parum curandum est.

¶Confirmatur conclusio responsiua, argumento in cõtrarium.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ Aug. & Ambrosius attribuunt beatitudines donis, & uirtutibus, sicut actus attribuuntur habitibus; dona autem sunt eminentiora virtutibus Cardinalibus, vt supra dictum est; * & ideo Ambrosius exponens beatitudines turbis propositas, attribuit eas virtutibus Cardinalibus. Aug. autem exponẽs beatitudines Discipulis propositas in monte tanquam perfectioribus, attribuit eas donis Spiritus sancti.

*q.68.ar.1

¶Maior vera, quia Augustinus attribuit beatitudines propositas Discipulis (qui erant perfectiores) donis, quæ & ipsa sunt perfectiora virtutibus Cardinalibus, & intellectualibus; attribuit quidem non identicè quasi beatitudines sint dona, sed principiatiuè, & causaliter, quia videlicet beatitudines præsertim pertinent ad dona, sicut eorum actus eliciti, & effectus. Vltra; concedo, quòd Ambrosius benè attribuit beatitudines quattuor Cardinalibus, non quidem identicè, sed modo dicto; & quia considerauit, & locutus fuit de beatitudinibus propositis turbis, quæ sunt minores prædictis, quia (vt patuit quæst. præcedenti.) dona altiori modo operantur, quàm virtutes morales. Quare negatur consequentia; nam non sequitur, attribuitur sibi sicut actus habitui, ideo non distinguuntur; immo oppositum sequitur. D.S. notat implicitè concordiam beati Augustini, & beati Ambrosij, quomodo non contrarientur, dum vnus reduxit beatitudines in dona, alius in virtutes; sunt enim vtrorumq; beatitudines, sed præsertim donorum, vt patuit in corpore, &c.

¶Ad secundum dicendum, quòd ratio illa probat, ꝙ non sunt alij habitus rectificantes humanam vitam præter uirtutes, & dona.

¶Maior placet, & patuit supra q. 19. art. 4. Minor vera; sed dico, ꝙ virtutes perficiunt ad rationem, & dona ad legem æternam Spiritus sancti, nõ solùm ad actum primum, sed etiam ad actum secundum,

secundum, & ad quosdam actus eliciendos quos dicimus beatitudines. Vltra, ergo nõ põt esse aliquid aliud, &c. Verũ, habituale, præter dona, & virtutes, tamen est aliquid aliud eo pacto quo actus est aliud ab habitu. Vltra, nõ ergo beatitudines ab eis distinguuntur. Verum, vt habitus, sed vt actus à principijs elicientibus.

¶Ad tertium dicendum, quòd mititas accipitur ꝑ actu manſuetudinis. Et similiter dicendum est de iustitia, & misericordia; & quamuis hæc videantur esse virtutes, attribuuntur tamen donis, quia etiam dona perficiunt hominem circa omnia circa quæ perficiunt virtutes vt dictum est. *

*q.68.ar.4.

¶Ad antecedens vel assumptum dico, quòd in enumeratione beatitudinum ponitur mititas, & iustitia, & misericordia, sed nõ vt significant vel important virtutes, sed vt important actus non modo actus virtutum; sed etiam donorum; nam iuxta supia dicta q.68.ar.4.dona perficiunt ad omnia ad quæ perficiũt virtutes vt sic mititas, non tantùm accipiatur pro actu manſuetudinis, sed etiam pro actu fortitudinis, & iustitia, & misericordia pro actu pietatis vt patet art.3.ad tertiũ. Quare negatur cõsequentia, quia sicut dictum est.q.68.articu.1.ad quartum. sapientia, & fortitudo æquiuocè dicuntur de virtute, & dono ita in proposito mititas significat (minus tamen æquiuocè) habitum, & actum, sicut etiã supra q.59.arti.1.ad tertium dictum est misericordiam quandoque accipi pro actu, quandoque pro habitu, vt ergo beatitudo tunc est actus pietatis doni, & distincta a pietate dono, & a misericordia virtute, vt actus ab habitu, &c. De hoc articulo vide D.S. in 3. scripto distinctio. 34. q.1. articulo 4.

Vtrum præmia quæ attribuuntur beatitudinibus, pertineant ad hanc vitam.

2.2.q.8.ar.7.Et Math. 5.co.5.

KAD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ præmia, quæ attribuuntur beatitudinibus non pertineant ad hanc vitã. Dicuntur enim aliqui beati pp spem præmiorũ, vt dictum est. * sed obiectum spei beatitudo est futura, ergo præmia ista pertinent ad vitam futuram.

* Art. præceden.

¶2 Præterea. Lucę 6. ponuntur quædam pœnę per oppositum ad beatitudines, cum dicitur. Væ vobis, qui estis saturati, quia esurietis, væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis, sed istæ pœnæ non intelligũtur in hac vita, qa frequenter hoĩes in hac vita non puniuntur, ſm illud Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos, ergo, nec præmia beatitudinum pertinent ad hanc vitam.

¶3 Præterea. Regnum cœlorũ, quod ponitur præmium paupertatis est beatitudo cęlestis vt Auguſt. dicit 19. de Ciui. Dei. plena etiam saturitas non nisi in futura vita habetur, secundùm illud Psalm. Satiabor cum apparuerit gloria tua; visio etiam Dei, & manifestatio filiationis Diuinæ ad vitam futuram pertinent, secũdùm illud. 1. Ioan. tertio. Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus, scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est, ergo præmia illa pertinent ad vitam futuram.

Auguſt.

Ioan.3.

¶Sed contra est, quod Auguſt. dicit in libro de sermone Domini in monte. * Ista quidem in hac vita cõpleri possunt sicut cõpleta in Apostolis esse credimus; nã illa omnimoda, & in Angelicã formã mutatio, q̃ post hanc vitam promittitur, nullis verbis exponi potest.

* Aug.li.1. cap.9.

Hic agit de quodam dubio circa ar. præcedentem.

¶Respondeo dicendum, quòd circa ista præmia expositores sacræ scripturæ diuersimodè sunt locuti. Quidam enim omnia ista præmia ad futuram beatitudinem pertinere dicunt, sicut Ambrosius super Lucam. * Auguſt. verò dicit ea ad præsentem vitam pertinere. Chrysostomus * autem in suis Homelijs quædam eorum dicit pertinere ad futuram vitam, quædam autem ad presentem.

*Amb.li.5. cap.6.

* Homil. 6. ex varijs locis in Matth.

¶D.S. duo facit. Primò inducit diuersas opiniones doctorum, saltem secundùm vocem, circa quæsitum. Secundò concordat eas & determinat veritatem per conclusionem responsiuam, ibi. Ad cuius euidentiam. Prima ergo opinio est Ambrosij quæ dixit omnia pertinere ad futuram vitam. Secunda est beati. Auguſt. qui posuit omnia ad presentem vitam pertinere. Tertia est beati Chrysostomi qui tenuit medium, quædam videlicet pertinere ad præsentem quædam ad futuram, sicut valde apparens est, quòd consecutio misericordiæ pertineat ad præsentem, sed habere regnũ cœlorum videtur magis pertinere ad futuram.

¶Ad cuius euidentiam considerandũ est, quòd spes futuræ beatitudinis potest esse in nobis propter duo. Primò quidem propter aliquam præparationem vel dispositionem ad futuram beatitudinẽ, quod est per modum meriti. Alio modo per quandam inchoationẽ imperfectam futuræ beatitudinis in viris sanctis etiam in hac vita. Aliter enim habetur spes fructificationis arboris cum virescit frondibus, & aliter cum iam primordia fructuum incipiunt apparere.

¶Hic consequenter concordat huiusmodi opiniones, quia omnes verificari possunt per distinctionem quam tangit cõclusio responsiua, in qua D.S. plus respondet, quàm quæsitum est. Conclusio igitur responsiua est. Ea quæ tanguntur in beatitudinibus tanquam merita, solùm pertinẽt ad præsentem vitam, sed ea, quæ ponuntur tanquam præmia, possunt pertinere ad præsentem vitam vel futuram. Ista conclusio vnum supponit, & duo dicit; supponit enim, quòd ea, quę tanguntur tanquàm merita, etiã dicantur beatitudines, & quòd quæ ponuntur tanquàm præmia, etiam sint, & pertineant ad beatitudines, & dicit, quòd possunt accipi dupliciter, & secundum hoc pertinent ad præsentem vitã vel futuram. Primò ergo Doct. San. probat suppositum, secundò ponit primam partem conclusionis, ibi. Sic igitur ea, &c. Tertiò secundam, ibi. Ea verò, &c. Præsuppositũ igitur probatur sic, beatitudo, vt loquimur, potest dici omne id ratione cuius est spes futuræ, & perfectæ beatitudinis; sed spes futuræ beatitudinis potest esse in nobis primò propter aliquam præparationem vel dispositionẽ ad futuram beatitudinem, quod est per modum meriti, id est per virtutem imperfectam, & gratiam, quæ facit sperare solũ per modum meriti, possumus etiam sperare futuram beatitudinẽ per quandam inchoationem imperfectam futurę beatitudinis, vt est in viris sanctis; igitur suppositum verum, scilicet quòd tam meritum tactum in beatitudinibus, quàm præmium possunt dici beatitudines. Maior nota ex ar. 1. Minor declaratur per simile in naturalibus, quia habetur spes fructificationis arboris cum virescit frondibus, & similiter habetur spes (licet aliter & perfectior) cum iam primordia fructuum incipiunt apparere; sic ad propositum, cum aliquis incipit virescere per gratiam aliqualem, & per bona opera meritoria vitæ actiuæ est spes, quòd ipse peruenit ad beatitudinem perfectam, sed maior spes est cum venerit ad fastigium, & magnam perfectionem vitæ, & vitam contemplatiuam, abiectis omnibus impedimentis.

Conclusio.

¶Nota, quòd prima beatitudo cõtenta per modum meriti dicitur dispositio, & præparatio ad futuram vitam, quia cum quis etiam se exercet in operibus vitę actiuę, & in quibuscunq; bonis meritorijs actionibus, ipse disponitur per modum meriti ad beatitudinem, & facit eam sibi debitam; sed quia vera beatitudo patriæ consistit in contemplatione summa, ideo talis inchoatur solùm in hac vita in viris sanctis, qui se pro posse suo totaliter dãt contemplationi Diuinorum, in qua inchoatur futura beatitudo vt patuit supra, quare dixit minor, quòd potest esse spes vel propter quandam præparationem, & dispositionem videlicet meritoriam, quæ facit hoĩem capacẽ, & dignũ beatitudine, sed in perfectis contemplatiuis iam inchoata est. Deinde cum dicit.

¶Sic igitur ea, quæ in beatitudinibus tãgũtur tãquã merita, sunt quædã præparationes vel dispositiones ad beatitudinem vel perfectam vel inchoatam.

¶Ponit primam partem, & primum dictum conclusionis videlicet, quòd merita pertineant tantùm ad præsentem vitã probatur; dispositio remota, & viatica tantùm pertinet ad hanc vitã, sed quæ ponuntur tanquàm merita sunt dispositiones præparatoriæ etiam ad beatitudinem imperfectam, igitur, &c. Minor patet quia sunt meritoriæ dispositiones, sed meritum est tantũ præsentis vitæ. Et posset secũdò argui; dispositio, quæ disponit etiam ad beatitudinem inchoatam est præsentis vitæ, sed ea quæ ponũtur tanquàm merita disponunt etiam ad beatitudinẽ aliqualem inchoatã in hac vita, igitur. Maior patet, quia beatitudo inchoata est solùm præsentis vitæ. Minor probatur, quia per merita ista disponitur quis ad contemplationem Diuinorum in præsenti vita, in qua est beatitudo inchoata. Deinde ibi.

¶Ea verò, quæ ponuntur tãquã præmia, possunt esse vel ipsa beatitudo perfecta, & sic pertinent ad futurã vitam; vel aliqua inchoatio beatitudinis, sicut est in viris perfectis; & sic præmia pertinent ad præsentem vitam; cum enim aliquis incipit perficere in actibus virtutũ, & donorũ, potest sperari de eo, quòd perueniat ad perfectionem viæ, & ad perfectionem patriæ.

¶Subiungit

¶ Subiungit secundam partem, & dictum conclusionis, scilicet quòd præmia possunt pertinere ad præsentem vel futurā vitam sicut est, quia Deum videbunt, quia cōsolabuntur, quia filij Dei vocabuntur, &c. Arguitur sic. Ista præmia possunt accipi pro beatitudine perfecta vel imperfecta, & inchoata; sed beatitudo perfecta pertinet tantùm ad futuram vitam, imperfecta etiam ad præsentem, igitur, &c. Minor nota ex supra dictis q. 5. ar. 3. Probatur maior, ista præmia correspondent meritis contentis in beatitudinibus, scilicet operibus, & actibus virtutum, & donorū; sed cum quis incipit proficere in actibus virtutum, & donorum potest sperari de eo, quòd perueniat ad perfectionem viæ, quæ est beatitudo imperfecta, vel ad perfectionem patriæ, quæ est beatitudo perfecta; igitur maior vera, quòd præmium beatitudinum, id est meritorum, quæ etiam dicuntur beatitudines, possunt esse vel beatitudo patriæ, vel viæ, & sic talia præmia pertinent ad patriam vel viam. Ex quibus sequitur concordantia sanctorum Doctorum, quia præmia sunt vitæ præsentis, & futuræ, omnia enim possunt esse præsentis vitæ imperfecta, & omnia futuræ vitę perfecta, & aliqua ergo, scilicet imperfecta, & aliqua non, scilicet perfecta, quare D. S. vult implicitè esse concordatos per distinctionem quam innuit conclusio, &c. Et aduerte benè articulum, quia D. S. vult, quòd & meritis innitatur spes beatitudinis, & præmijs, scilicet imperfectis pro hoc statu; & tam illa, quàm ista dicantur beatitudines, & sunt præmia beatitudinum præparatoriarum, & meritoriarum; & vult, quòd ipsa præmia possunt dupliciter accipi, & vno modo pertinent ad præsentē vitā, alio modo ad aliā, & valet pro intellectu, quod D. S. habet in 3. scripto dist. 34. q. 1. ar. 4. ad secundum. vbi dicit, virtus imperfecta facit sperare beatitudinem futuram solùm merendo ipsam, sed virtus perfecta per meritum, & assimilationē ad ipsam, sicut etiam pueros bonæ indolis dicimus felices secundùm Philosophum in primo Ethicorum, inquantum in eis quoddam iudicium futuræ felicitatis apparet, hæc ille. Ex quo patet, ꝙ D. S. in 3. vocat beatitudinē meritum, virtutem imperfectam; & beatitudinem præmium, vocat virtutem perfectam; quod quidem præmium ꝑtis vitæ non est adeo præmium, quin sit etiam meritum, tamen in comparatione ad imperfectionem præcedentem, dicitur præmium, licet quo ad veram beatitudinem, sit meritum. Constat enim, quòd viri perfecti per contemplationem suam maximè merentur, esto ea, quæ sunt vitæ contemplatiuæ ponantur solùm per modum præmiorum respectu beatitudinum viæ, vt habet D. S. art 3. tamen in veritate sunt illa præmia etiam meritoria; vnde ista non contradicunt sequentibus, quare benè dictum est ar. præcedenti, ꝙ beatitudines sunt actus virtutum, & donorum, qui quidem si sint imperfecti sunt merita, & dispositiones ad præmia præsentis, & futuræ vitæ; si autem actus donorum præsertim contemplatiuorum sint perfecti tunc sunt præmia respectu actuum imperfectorum qui disponebant, & merebantur talem perfectionem, sunt tamē & hi perfecti actus merita respectu beatitudinis patriæ, &c.

¶ Secunda pars conclusionis confirmatur arg. in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd spes est de futura beatitudine sicut de vltimo fine, potest etiam esse, & de auxilio gratiæ, sicut de eo, quod ducit ad finem, ſm illud Psal. In Deo sperauit cor meū, & adiutus sum. —

¶ Maior vera, & dico, quòd aliquis habet spem præmiorū viæ per opera bona, & meritoria, & habet spem præmiorum perfectam patriæ, quæ est maior spes, vt potest haberi ex dictis in corpore, & ita speramus perfectionem viæ, & patriæ. Ad minorē est beatitudinis principaliter, sed & aliorum minus principaliter, q̄ iuuant ad beatitudinem qualis est perfectio viæ, quæ est præmiū operationum præcedentium. Et dico post D. S. secunda secundæ. q. 17. ar. 2, & 4. quòd obiectum materiale principale est beatitudo æterna patriæ, sed secundarium est omne pertinens ad beatitudinē illam, quę etiā petuntur, & sperantur a Deo in ordine ad beatitudinē; sed obiectum formale principale est auxilium Diuinū, secundarium autem omne, quod iuuare ad beatitudinem aliquo modo effectiuè potest. Quare negatur consequentia, quia potest aliquis sperare non solùm beatitudinem perfectam, sed etiam imperfectam viaticam, quæ sunt præmia sperata per merita, & beatitudines præparatorias. Et secundò iuxta D. S. in solutione non solùm speratur beatitudo patriæ, vt. s. obiectum materiale principale, sed speratur etiam auxiliū gratiæ, scilicet sicut obiectum secundarium contentum sub formali; & sicut speramus perfectionem gratiæ, & donorum, & actuum eorundem, quæ sunt præmia viatica, quare præmia illa sperantur tanquàm possibilia mediantibus meritis imperfectis, & actibus imperfectis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd mali, & si interdū in hac vita temporales pœnas non patiantur, patiuntur tamen spirituales, vnde Augustinus dicit in primo Confes.* Iussisti Domine, & sic est vt pœna sibi sit inordinatus animus. Et Philosophus dicit in 9. Ethic.* de malis, quòd contendit ipsorum anima, & hoc quidem huc trahit, illud autem illuc. Et postea concludit. Si autem sic miserum est malum esse, fugiendum est malitiam intensę; & similiter è conuerso boni, & si in hac vita quandoq; nō habeant corporalia præmia, nunquàm tamen deficiunt à spiritualibus etiam in hac vita secundùm illud Matth. 10. Centuplum accipietis etiam in hoc sæculo. ——

* Aug. 6. 12.

* Arist. c. 4.

¶ Maior placet. Minor negatur, immo pœnæ oppositæ beatitudinibus, & præmijs beatitudinum pertinent ad hanc vitam. Ad probationem dicitur, quòd esto non puniantur temporaliter, puniuntur tamen spiritualiter propter remorsum ad minus cōscientiæ, quia nec vermis, ille extinguitur in damnatis propter indelebilitatem finderesis, prout ostendit D. S. in solutione.

¶ Ad tertium dicendū, quòd omnia illa præmia perfectè quidem cōsumabuntur in vita futura, sed interim etiam in hac vita quodammodo inchoātur; nam regnū cœlorum, vt August. dicit potest intelligi perfectæ sapientiæ initium, secundùm quòd incipit in eis spiritus regnare. Possessio etiam terræ significat affectum bonū animæ quiescentis per desiderium in stabilitate hæreditatis perpetuæ per terram significatæ. Consolantur autem in hac vita per Spiritum sanctum, qui paraclitus, id est consolator dicitur participando. Saturantur etiam in hac vita illo cibo de quo Dominus dicit. Meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei. In hac etiam vita cōsequuntur homines misericordiam Dei. In hac etiā vita purgato oculo per donum intellectus, Deus quodammodo videri potest. Similiter etiam in hac vita, qui motus suos pacificant, ad similitudinem Dei accedentes, filij Dei nominātur, tamē hæc perfectius erūt in patria. —

¶ Concedo totum, quod dicitur. Sed nego consequentiam, qa licet ista. s. regnum cęlorū, & beatitudo cęlestis habeatur perfectè tm̄ in patria, sed & hic habentur per inchoationem, nā & Spiritussanctus hic regnat mediante sapientia in hominibus, qa primus effectus sapientiæ est timor domini, qui facit vt homines se ꝑfectè subdant timendo eius offensam, & sic perfectè obediūt & per consequens regnat, de alijs quæ hic habentur, vide litterā.

Vtrum conuenienter enumerentur beatitudines.

L 3. di. 34. q4. artic. 4. * Arti. hāius q.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter enumerentur beatitudines. Attribuuntur enim beatitudines donis vt dictum est. * donorū autē quædā pertinent ad vitā contemplatiuam. s. sapientia, & intellectus, nulla autem beatitudo ponitur in actu cōtēplationis, sed omnes in his quæ pertinent ad vitam actiuam, ergo insufficienter beatitudines enumerantur.

¶ 2 Præterea. Ad vitam actiuam non solùm pertinent dona exequentia, sed etiam quædam dona dirigētia, vt scientia, & consilium; nihil autem ponitur inter beatitudines, qđ directè ad actū scientiæ vel cōsilij pertinere videatur, ergo insufficientes beatitudines tāgūtur.

¶ 3 Præt. Inter dona exequētia in vita actiua, timor ponitur ad paupertatem pertinens, pietas autem videtur pertinere ad beatitudinem misericordiæ; nihil autem ponitur directè ad fortitudinem pertinens, ergo insufficienter enumerantur beatitudines.

¶ 4 Præterea. In sacra scriptura tanguntur multæ aliæ beatitudines sicut Iob 5. dicitur. Beatus homo, qui corripitur à Deo. Et in Psalm. dicitur. Beatus vir, qui nō abijt in consilio impiorum. Et Prouer. 3. Beatus vir, qui inuenit sapientiam; ergo insufficienter beatitudines enumarentur.

¶ Sed contra videtur, quòd superfluè enumerentur, sunt enim septem dona Spiritussancti; beatitudines autem tanguntur octo.

¶ 2 Præterea. Lucæ 6. ponuntur quattuor tantum beatitudines; superfluè ergo enumerantur septem vel octo in Matthęo.

¶ Hic consequenter ostendit conuenientiam enumerationis beatitudinū, & primò quo ad merita, secūdò quo ad ꝑmia ar. 4.

¶ Respondeo

¶ Respondeo dicendum, quòd beatitudines istę cōuenientissimè enumerantur. Ad cuius euidentiam est considerandum, quòd triplicem beatitudinem aliqui posuerunt, quidam enim posuerunt beatitudinem in vita voluptuosa, quidā in vita actiua, quidam verò in vita contemplatiua. Hæ autem tres beatitudines diuersimodè se habent ad beatitudinem futuram, cuius spe dicimur hic beati. Nam beatitudo voluptuosa, quia falsa est & rationi contraria impedimentū est beatitudinis futuræ. Beatitudo verò actiuæ vitæ dispositiua est ad beatitudinē futurā. Beatitudo autem contemplatiua si sit ꝑfecta, est essentialiter ipsa futura beatitudo, si autem est imperfecta est quædam inchoatio eius. ——

Conclusio:

¶ D. S. satisfacit quæsito tali conclusione in principio corporis; beatitudines istę conuenientissimè enumerantur, scilicet quo ad merita quo ad ordinem, & numerum septenarium Matthæi, scilicet quinto. Hanc conclusionem D. S. probat inductiuè ꝑ corpus articuli, & immo præmittit quoddam notabile, secūdò subiungit probationem pro conclusione, ibi. Et ideo dominus. Notat ergo D. S. triplicem beatitudinem positam à diuersis, vnā falsam, quæ est voluptuosa, aliam quæ est dispositiua, & meritoria veræ beatitudinis vt vita actiua, quæ secundùm aliquos est verè beatitudo, & tamen in veritate non est beatitudo vera etiam inchoata, sed dispositiua, vt patet q. 3. ar. 5. Tertia est beatitudo vera, & est contemplatiua, quæ perfecta est beatitudo, & imperfecta est inchoata. Consequenter cum dicit.

¶ Et ideo dominus primò quidem posuit quasdam beatitudines quasi remouentes impedimentum voluptuosæ beatitudinis. Consistit enim voluptuosa vita in duobus. Primò quidem in affluentia exteriorum bonorum siue sint diuitiæ, siue sint honores, a quibus quidem retrahitur homo per virtutem sic vt moderatè eis vtatur, per donum autem excellentiori modo vt scilicet homo totaliter ea contemnat. Vnde prima beatitudo ponitur. Beati pauperes spiritu, quod potest referri vel ad contemptum diuitiarum, vel ad contemptum honorum, quod fit per humilitatem. Secundò verò voluptuosa vita consistit in sequendo proprias passiones siue irascibilis siue concupiscibilis. A sequela autem passionum irascibilis retrahit virtus ne homo in eis superfluat secundùm regulam rationis, donum autem excellentiori modo, vt scilicet homo secundū voluntatē Diuinam totaliter ab eis tranquillus reddatur. Vnde secūda beatitudo ponitur. Beati mites. A sequela verò passionum cōcupiscibilis retrahit virtus moderatè huiusmodi passionibus vtendo, donum verò eas si necesse fuerit totaliter abijciendo, quinimmo si necessarium fuerit, voluntarium luctum assumendo. Vnde tertia beatitudo ponitur. Beati qui lugent. ——

¶ Deducit cōclusionem ex isto notabili sic. Beatitudines sunt quibus hic dicimur beatifutura beatitudine in spe, sed ad spem beatitudinis futuræ consequendę primò requiruntur tres beatitudines quibus remoueatur falsa beatitudo impeditiua, quas dominus primo loco posuit, secundo loco requiruntur beatitudines, & merita deseruientia vitæ actiuæ, quæ dispositiua est, & præparatoria. s. per viam meriti ad beatitudinem futuram, & hæ sunt duæ, & ponuntur secundo loco à domino. Tertio autem sequuntur pertinentia ad vitam contemplatiuam. sicut proxima dispositio, & ipsa beatitudo, quæ vel est perfecta beatitudo si sit perfecta vel inchoatio eius si sit imperfecta, & ad hanc pertinent etiā duæ, igitur sequitur conclusio, ꝙ tres primæ oppositæ falsæ beatitudini primò ponantur, deinde duæ pertinentes ad vitam actiuam. Tertiò duæ pertinentes ad contemplatiuam, ergo conuenienter ponuntur quo ad ordinem, & sufficientiam quo ad numerum. Maior trahitur ex ar. 1. & 2. quia hic solùm habetur beatitudo spei, quo ad minorem D. S. deducit primò primā eius partem, secundò secundam, ibi. Actiua verò, &c. Tertiò tertiam, ibi. Ea verò quæ, &c. Prima ergo pars minoris. s. quòd beatitudines remouētes beatitudinem falsam debeant poni primò, & ꝙ tres, probatur sic, in cōsecutione perfectionis prius, immo primò debent poni, quæ tollunt impedimenta ne ad perfectionem intentam peruenīri non possit, sed vita voluptuosa est impeditiua cōsecutionis veræ beatitudinis per tria impedimenta, quę tolluntur per tres primas beatitudines, igitur primò debent poni tres beatitudines, quibus illa impedimenta tollantur. Maior nota est ex naturalibus, & artificialibus, & etiā moralibus, vbi impedimenta & vitia resecantur antequā perfectiones inducantur. Minor ꝓbatur sic, vita voluptuosa primò consistit in tribus impedimētis veræ beatitudinis. s. affluentia bonorum exteriorum vt in diuitijs, & honoribus, secundò in sequendo passiones irascibilis. tertiò in sequendo passiones concupiscibilis, sed primum impedimētū destruitur, & tollitur per primam beatitudinem. s. beati paupetes, quæ est actus virtutis humilitatis aut doni timoris. Secundum tollitur per secundam beatitudinem, quæ est beati mites, quæ est actus mansuetudinis aut doni pietatis vel fortitudinis. Tertium tollitur per beatitudinem, beati qui lugent, quæ est actus temperantiæ aut doni scientię, & magis timoris, tanquam exequentis scientiæ vt mouentis, & dirigētis; igitur minor proxima vera. s. vita voluptuosa impedit per tria. Quare autem dicatur est actus virtutis vel doni, patet ex dictis ar. 1. quia præsertim actus donorum sunt beatitudines plus, quàm virtutum, quia altiori modo operantur, & hoc tangit D. S. in littera. Deinde cum dicit.

¶ Actiua verò vita in his cōsistit præcipuè quæ proximis exhibemus vel sub ratione debiti vel sub ratione spontanei beneficij, & ad primum quidem nos virtus disponit vt ea, quæ debemus proximis non recusemus exhibere, quod pertinet ad iustitiam; donum autem ad hoc ipsum abundantiori quodam affectu nos inducit, vt scilicet feruenti desiderio opera iustitiæ impleamus, sicut feruenti desiderio esuriens, & sitiens cupit cibum vel potum. Vnde quarta beatitudo ponitur. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Circa spontanea verò dona nos perficit virtus, vt illis donemus quibus ratio dictat esse donandum, puta amicis aut alijs nobis coniunctis, quod pertiner ad virtutem liberalitatis, sed donum propter Dei reuerentiam solùm necessitatem considerat in his quibus gratuita beneficia præstat, vnde dicitur Luc. 14. Cum facis prandium aut cęnam noli vocare amicos aut fratres tuos, &c. sed voca pauperes, & debiles, &c. quod propriè est misereri. Et ideo quinta beatitudo ponitur. Beati misericordes. ——

¶ Deducit secundam partem minoris supra dictæ. s. ꝙ secūdo loco requirātur beatitudines pertinentes ad vitā actiuā, & sunt duæ, & arguitur sic. Prius ponenda sunt dispositiua ad perfectionē, quàm ponatur ipsa perfectio; sed beatitudines vitæ actiuæ disponunt, & præparant ad vitā contemplatiuā, immo ad beatitudines vitæ contēplatiuæ tā quo ad merita, quàm quo ad præmia, igitur debuerunt istæ beatitudines primò poni post tres præcedentes; quia post ablata impedimēta perfectionū, statim ponūtur debitæ dispositiones. Quod autem sint duæ probatur sic, tot sunt beatitudines vitæ actiuæ, quot sunt in quibus vita actiua præcipuè consistit, sed illa consistit in duobus. s. in exhibitione debiti proximo, & in spontanea subuētione eiusdē, & primū est actus iustitiæ, & est beatitudo illa beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiā, aut est actus doni pietatis aut fortitudinis. Secundū autē fit ꝑ virtutē liberalitatis, & est beatitudo illa beati misericordes, quę est actus doni pietatis aut consilij, igitur sunt duę beatitudines, id est duę principales operationes virtutum, & donorū in quibus versatur pro hoc statu vita actiua. ¶ Nota autem, ꝙ D. S. notanter dicit, ꝙ in his duobus. s. in exhibitione debiti, & spontanei beneficij præcipuè consistit vita actiua, quia secundùm D. S. secunda secundæ. q. 181. & q. 182. Actiua etiam consistit in edomatione, & moderatione passionum, sed principalius in operatione ad alios, vnde & Philos. actiuam vitam principaliter attribuit iustitiæ, & tñ in operationibus omnium moralium consistit; illæ ergo duæ beatitudines, quia sunt ad alterum. s. proximum, ideo principales sunt in vita actiua, aliæ autem tres præcedentes moderantur passiones, & subsunt istis, ideo D. S. dicit vitam actiuā in istis duabus beatitudinibus consistere, &c. Tunc ibi.

¶ Ea verò quæ ad contemplatiuam vitam pertinent, vel sunt ipsa beatitudo finalis, vel aliqua inchoatio eius, & ideo non ponuntur in beatitudinibus tanquam merita, sed tanquam præmia; ponuntur autem tanquam merita effectus actiuæ vitę quibus homo disponitur ad contemplatiuam uitam; effectus autem actiuæ uitæ quā tum ad uirtutes, & dona quibus homo perficitur in seipso, est mundiția cordis vt scilicet mens hominis passionibus non inquinetur. Vnde sexta beatitudo ponitur. Beati mundo corde. Quantum uerò ad uirtutes, & dona quibus homo perficitur in comparatione ad proximum, effectus actiuæ uitæ est pax secūdùm illud Esa. 30. Opus iustitiæ pax. Et ideo septima beatitudo ponitur. Beati paci fici. ——

¶ Probat

¶ Probat tertiam partem minoris sæpe dictæ, & primò declarat quare ipsa dicat, quòd ponantur in vita cõtemplatiua, actus duorum donorum ideſt contemplatiuorum non in loco nec per modum meriti, ſed præmij; & arguitur ſic. Illa non debent poni in loco, nec per modumm eriti, quæ ſunt ipſa beatitudo finalis vel aliqua eius inchoatio, ſed ea, quæ pertinent ad contemplationem, & vitam cõtempletiuam eſſentialiter vel ſunt ipſa beatitudo vel aliqua eius inchoatio, igitur debent magis poni p modum, & in loco præmij. Maior patet, quia beatitudo vt ſic eſt præmium, & finis, & non meritum, quod ordinatur ad finẽ. Minor patet ex dictis ſupra q. 6. ar. 6.

¶ Nota, quòd quamuis vt tangebatur ar. præcedenti, contemplatiua vita viatica ſit meritoria, quia tamen contemplatio vt ſic non habet eſſe meritum, ſed magis habet eſſe præmium; & eſt communis ad contemplationem viæ, & patriæ; ideo non ponitur in locum meriti, quia & ipſa contemplatio viæ eſt aliqua participatio beatitudinis. Et ergo licet per ipſam habeatur beatitudo perfecta in ſpe propter eius inchoationem, & poſſet dici beatitudo ſpei, non tamen ponitur in loco meriti, ſed præmij. Quod autem ſint duæ beatitudines pertinentes per modum meriti, & diſpoſitionis ad contemplatiuam vitam, & ex conſequẽti duo præmia pertinentia eſſentialiter ad contemplatiuam, probatur nunc; De præmijs autem videbitur ar. 4. ex intentione. Et arguitur ſic, in beatitudinibus pertinentibus ad vitam contemplatiuam loco meriti non ponitur aliquid eſſentialiter ad contẽplatiuam pertinens per modum meriti, ſed ſolùm præmij, ponũtur autem tanquam merita effectus vitæ actiuæ, quibus homo diſponitur ad contemplatiuam vitam, ſed illi effectus ſunt duo, igitur, &c. Maior patet ex dictis ſtatim. Minor declaratur in littera, quia effectus vitæ actiuæ vel eſt donorum, & virtutum pertinentium ad vitam actiuam, & perficientium hominem in ſeipſo, & ſic eſt ſexta beatitudo, ſcilicet beati mundo corde, in qua meritũ eſt effectus iam dictorum virtutum, & donorũ, quorum tres beatitudines primæ ſunt effectus; vel eſt effectus actiuæ vitæ ſecundùm dona ad alium perficientia, quo ad meritum; & ſic eſt ſeptima beatitudo. ſ. beati pacifici, vbi vel in qua meritum eſt effectus donorum, & virtutum, quorum beatitudo quarta, & quinta ſunt effectus. Ex hoc enim, quòd aliquis alteri debitum dat, & benefacit, ſequitur pax. Eſt ergo pax effectus donorum, & virtutũ, quibus homo debitum reddit, & benefacit, ſcilicet iuſtitiæ, & liberalitatis, & fortitudinis, vel pietatis, & conſilij; præmium autem eſt ipſius ſapientiæ.

¶ Nota autem hic quid ſit munditia cordis ex ſecunda ſecundæ. q. 7. ar. 2. quia conſiſtit in retractione appetitus ab eo, quod eſt mente humana ignobilius, & per conſequens vt dicit D.S. hic, eſt effectus donorum, & virtutum, quæ moderantur paſſiones, & affectiones exteriorum bonorum temporalium, quibus ſi inhæreatur tanquam fini, inquinatur mens hominis.

¶ Nota ſecundò, quòd D.S. prius dixit vitam actiuam principaliter conſiſtere in operationibus ad alium, ſed vt tactum fuit, huic non obſtat, quod iam dicit, quòd dona, & virtutes perficiẽtes hominem in ſeipſo, ſcilicet quo ad paſſiones, & affectiones propriorum bonorum, etiam pertineant ad vitam actiuam, ſed minus principaliter. Quare benè ſtant ſimul, quod dicit D.S. meritum in duabus vltimis beatitudinibus ſit virtutum, & donorum pertinentium ad vitam actiuam perficientium hominem in ſeipſo, & ꝙ vita actiua præcipuè conſiſtat in donis, & virtutibus, vel magis in eorũ actibus perficientibus ad alium vel ad debitũ vel beneficium ſpontaneum. Primum enim eſt verũ minus principaliter, ſecundum verũ principaliter quare, & dr̃ præcipuè, &c.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd actus donorum pertinentium ad vitam actiuam exprimuntur in ipſis meritis, ſed actus donorum pertinentium ad vitam cõtemplatiuam exprimuntur in præmijs, ratione iam dicta. * videre enim Deum reſpondet dono intellectus, & conformari Deo quadam filiatione adoptiua pertinet ad donum ſapientiæ. * In eo. ar.

¶ Maior vera. Beatitudines attribuuntur donis ad ſenſum dictum ar. 1. ad primum. ſ. ſicut actus principijs elicientibus, & productiuis; vel quo ad meritum, vel quo ad præmia. Et dico, quòd donorum pertinentium ad vitam actiuã beatitudines vel actus ponuntur in merito tãtùm. Et hoc vel executiuè vel directiuè, quia non habent rationem vltimi finis, & præmij, ſed diſpoſitionis ad finem, qui eſt contemplatio; ſed actus donorum ſpeculatiuorum, & contemplatiuorum ponuntur in beatitudinibus loco p̃miorum ratione dicta circa probationem tertiæ partis minoris principalis, quia videlicet habent rationem finis, & vltimi.

¶ Ad minorem, concedo, quòd ſapientia, & intellectus pertinent ad vitam contemplatiuã, ſaltem principaliter, vt patuit ſup. q. 68. ar. 4. Vltra dico, quòd nulla beatitudo, quo ad meritum vel loco meriti ponitur in actum contemplationis, verum eſt, quia actus contemplationis habet rationem finis. Sed dico, quòd ponitur actus doni contemplatiui in loco præmij, quia viſio Dei, & gloria filiationis Diuinæ, quæ eſt per perfectam coniunctionem ad Deum, pertinent ad vitam contemplatiuam, ergo, &c. Negatur conſequentia, & patuit ratio, quare nullus actus doni cõtẽplatiui debuit poni p modũ meriti, ſed actus donorũ actiuorũ.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in his, quæ pertinent ad actiuam vitam cognitio non quæritur propter ſeipſam, ſed propter operationem, vt etiã Philoſophus dicit in 2. Ethi. * Et ideo quia beatitudo aliquid vltimũ importat non computantur inter beatitudines actus donorum dirigentium in vita actiua, quos ſcilicet eliciunt; ſicut conſiliari eſt actus conſilij, & iudicare eſt actus ſcientiæ; ſed magis attribuuntur eis actus operatiui in quibus diriguntur ſicut ſcientiæ lugere, & conſilio miſereri. * Attribuit.

¶ Maior vera. Sed dico, quòd actus donorum dirigentium nõ ſunt finales, ſed ordinantur ad actus executiuos vt de ſe patet, ꝙ notitia practica qualis eſt directiua appetitus vel operis alterius potentiæ cadentis ſub electione, non quæritur propter ſe, ſed propter opus. Ad minorem, vera, quòd nihil ponitur inter beatitudines, ſcilicet etiam quo ad merita, quod ad actum ſcientiæ vel conſilij pertinere videatur. Verum, vt actus elicitus, & dirigẽs, tamen ponitur actus directus, ſcilicet lugere, & miſereri, quare negatur conſequentia, quia de ratione beatitudinis, ſcilicet etiam poſitæ in loco meriti, eſt eſſe vltimum, & finale; quia ergo actus directus finalior eſt, & finis actus dirigentis vt ſic, ideo magis ponitur directus, &c. Et patet etiã ex his, ꝙ actus elicitus doni practici multò minus potuit poni inter præmia de quorum ratione eſt maior finalitas, quã de ratione meritorũ; ſi igitur nõ debuit ea ratione poni inter merita, multò minus inter præmia, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in attributione beatitudinum ad dona poſſunt duo conſiderari. Quorum vnum eſt conformitas materiæ, & ſecundum hoc primæ omnes quinque beatitudines poſſunt attribui ſciẽtiæ, & conſilio tanquam dirigentibus; ſed inter dona exequentia diſtribuuntur, ita ſcilicet quòd eſuries, & ſitis iuſtitiæ, & etiam miſericordia pertineant ad pietatem, quæ perficit hominem in his, quę ſunt ad alterum; mititas autem ad fortitudinem. Dicit enim Ambroſius ſuper Lucam. * quòd fortitudinis eſt iram vincere, indignationem cohibere, eſt enim fortitudo circa paſſiones iraſcibilis; paupertas verò, & luctus pertinẽt ad donum timoris, quo homo ſe retrahit a cupiditatibus, & delectationibus mundi. Alio modo poſſumus in his beatitudinibus conſiderare motiua ipſarũ, & ſic quantũ ad aliqua eorũ oportet aliter attribuere, p̃cipuè enim ad mãſuetudinem mouet reuerentia ad Deum, quæ pertinet ad pietatem, ad lugendum autem mouet præcipuè ſciẽtia, per quam homo cognoſcit defectus ſuos, & rerum mundanarum, ſecundùm illud Eccleſiaſ. primo. Qui addit ſcientiam, addit & dolorem. Ad eſuriendum autem iuſtitiæ opera præcipuè mouet animi fortitudo, ad miſerendum verò præcipuè mouet conſilium Dei, ſecũdũ illud Danielis. 4. Conſiliũ meũ regi placeat pecca ta tua elemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum. Et hunc modum attributionis ſequitur Aug. in lib. de ſermone Domini in monte. * * Ambroſ. lib. 5. ex ius tit. et De ſem. Ieſu & Beatitudinib' probatur. * Aug. li. 1. cap. 9.

¶ Maior vera, quia paupertas ſpiritus eſt actus doni timoris, tanquam exequentis, licet ſit conſilij ſcientiæ vt dirigentis, ſecũdùm duplicem attributionem beatitudinum ad dona, ſcilicet ſecundùm Ambroſium; quia attendit conuenientiam in materia, quia ex hoc ipſo, quòd aliquis ſe ſubiicit Deo, perfectè habet ſe retrahere à rebus mundanis, quod fit per paupertatem ſpiritus, & etiam luctũ, vt D.S. habet ſecunda ſecũdæ. q. 19. ar. 12. Iſta enim attributio hic vocata ſecundùm conformitatem materiæ, vocat à D.S. ſecunda ſecundæ q. 121. ar. 2. conuenientia ſecundùm propriam rationem doni, & beatitudinis; & ſecundùm conuenientiam obiecti, & actus, & ſic in propoſito actus timòris, & paupertatis ad ſe ſtatim conſequuntur; ideo timori attribuitur paupertas. Et iuxta etiam ſecũdum modum attributionis beatitudinum ad dona, qui eſt Auguſtini, & attenditur ſecundùm motiuum, ita videlicet, quòd beatitudo reducatur, & attribuatur dono cuius actus elicitus eſt motiuus ad beatitudinem; & ſic etiam paupertas attribuitur timori, ex ſubiectione enim ad Deum, mouetur homo ad fugiendum magnificare in terrenis. Hæc notanti vt tãgantur, quæ ponit D.S. in ſolutione, & hanc adaptationem D.S. in ſecunda ſecundæ, vbi immediatè vocat adaptationem, ſiue attribu-

tionem ſecundùm rationẽ ordinis, ita ſcilicet quòd prima beatitudo attribuitur vltimo dono, & ſecunda beatitudo penultimo dono, &c. Vltra, pietas autem videtur pertinere ad beatitudinem miſericordiæ, vera eſt, attribuitur miſericordia pietati vt exequenti propter conformitatem in materia, & in actibus, quia miſericordia eſt ad alterum ſicut, & pietas; tamen ſecũdum aliã adaptationem beati Aug. attribuitur miſericordia conſilio ex cuius actu quis mouetur ad miſerendũ, conferens enim, quàm neceſſaria ſit miſericordia ad redimenda peccata mouetur ad miſerendum, &c. & eſt conſilium motiuum imperando, & ſuadendo miſericordiam, non eliciendo, quia elicitiuè eſt miſericordię virtutis vel pietatis doni; & ergo quando donis motiuis attribuuntur beatitudines hoc non eſt ſemper vt elicientibus, ſed vt mouentibus, & imperantibus; ſicut ſcientiæ hoc modo attribuitur luctus quem non elicit, ſed timor vel temperantia. Vltra, nihil autem ponitur directè ad fortitudinem pertinens. Negatur iſta, quia ſecundùm primum modum adaptationis propter conuenientiam in materia, & obiecto attribuitur ſibi mititas, quia ipſa eſt circa paſſiones iraſcibilis, circa quas eſt mititas, & fortitudo cohibet iram, & indignationẽ, quare mititas beatitudo, eſt actus elicitus fortitudinis doni. Sed ſecundùm alium modum attributionis beati Auguſtini adaptatur ſibi eſuries, & ſitis iuſtitiæ. ſ. tãquam motiuo, quia ex quo aliquis habet animum fortem mouetur ad opera iuſtitiæ. Quare negatur cõſequentia, quia omnibus donis exequentibus attribuuntur aliquæ beatitudines; elicitiuè etiam & donis dirigentibus actiuis attribuuntur, ſcilicet cõſilio, & ſcientiæ, quinq; pertinences ad vitam actiuam, & hoc primò, & per ſe; videtur tamen, quòd quæ pertinent ad merita ſexte & ſeptimæ beatitudinum etiam debeant attribui cõſequẽter, ꝙ dictũ eſt in corpore, ꝙ illa merita ſunt effectus donorũ, & virtutũ perficientiũ in vita actiua, & ergo ea, quæ dirigunt dona exequentia actiua, dirigunt ex conſequenti ad illa merita, non enim videtur aſſignabile aliud directiuum; ſapientia enim, & intellectus non dirigunt ea, quæ ſunt vitæ actiuæ immediatè, & per ſe, quia principaliter ſpeculatiua, & circa Diuina.

¶ Ad quartum dicendum, quòd neceſſe eſt beatitudines omnes, quæ in ſacra ſcriptura ponuntur, ad has reduci vel quantum ad merita, vel quãtum ad præmia, quia neceſſe eſt, quòd omnes pertineant aliquo modo ad vitam actiuam, vel ad vitam contemplatiuam, vnde quòd dicitur. Beatus vir, qui corripitur à Domino, pertinet ad beatitudinẽ luctus. Quòd verò dr̃ Beatus vir, ꝙ non abijt in conſilio impiorum, pertinet ad munditiã cordis, quod verò dicitur. Beatus vir, qui inuenit ſapientiam, pertinet ad præmium ſeptimæ beatitudinis. Et idẽ patet de omnibus alijs, quæ poſſunt induci.

¶ Ad maiorem, verum, aliæ nominaliter, ſed ſecundùm rẽ ad iſtas reducuntur, vel ad merita in his poſita, vel ad præmia. Et ſic illa quæ ponitur. Iob quinto. Beatus, qui corripitur à Deo, reducitur ad beatitudinẽ, qui lugent, quia ideo quis corripitur à Domino ne nimis gaudeat de temporali proſperitate, & videtur ſe in creaturis peccaſſe, &c. Similiter imũdi ſunt immundi inhærẽtes inordinatè bonis temporalibus. Ideo non abire in eorum conſilium, eſt habere cor mundum. Inuenire autem ſapientiam pertinet ad præmium ſeptimæ beatitudinis, &c. Et hæ quattuor rationes arguunt, quòd inſufficienter ſequentes duæ arguunt, quòd ſuperfluæ. Et nimis plures.

¶ Ad quintum dicendum, quòd octaua beatitudo eſt quædam confirmatio, & manifeſtatio omnium præcedentium, ex hoc enim, quòd aliquis eſt confirmatus in paupertate ſpiritus, & mititate, & alijs ſequentibus prouenit, quòd ab his bonis propter aliquam perſecutionem non recedit, vnde octaua beatitudo quodammodo ad ſeptem præcedentes pertinet.

¶ Ad argumentum, quod obijcitur primò in contrarium quo ad ſecundam partem aſſumpti. Dico, ꝙ octaua beatitudo non eſt diſtincta ſecundùm rem ab eis, ſed eſt incluſa in alijs, & ad alias ſequitur, & manifeſtat præcedentes. Ex hoc enim, quòd aliquis eſt firmus in alijs beatitudinibus, ſequitur quòd non recedat ab eis propter quamcunque perſequutionem. Vnde non ponit in numerum octaua beatitudo contra alias, ſed omnes alias includit, & ad eas pertinet ſicut totum ad partes, & ſicut perfectũ cõtinet minus perfectum.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd Lucas narrat ſermonem Domini factum eſſe ad turbas, vnde beatitudines numerantur ab eo ſecundùm capacitatem turbarum, quæ ſolam voluptuoſam, & temporalem, & terrenam beatitudinem nouerunt; vnde Dominus per quattuor beatitudines quattuor excludit, quę ad prędictam beatitudinem pertinere videntur. Quorum primum eſt abundantia bonorum exteriorum, quod excludit per hoc, quòd dicit. Beati pauperes. Secundùm eſt, quòd ſit benè homini quantum ad corpus in cibis, & potibus, & alijs huiuſmodi, & hoc excludit per ſecundum quod ponit. Beati qui eſuritis. Tertium eſt, quòd ſit homini benè quantum ad cordis iocunditatem, & hoc excludit tertio dicens. Beati, qui nunc fletis. Quartum eſt exterior hominum fauor, & hoc excludit quarto dicens. Beati eritis cum vos oderint homines. Et ſicut Ambroſius dicit. * paupertas pertinet ad temperantiam, quæ illecebroſa non quærit; eſuries ad iuſtitiam, quia qui eſurit compatitur, & compatiendo largitur; fletus ad prudentiam, cuius eſt flere occidua; pati odium hominum ad fortitudinem pertinet. * Ambroſ. li. 5. i Lucæ c. ut ſupra.

¶ Concedo antecedens, quòd Lucæ 6. ponantur tantùm quattuor beatitudines. Et ratio eſt, quia Dominus loquebatur turbis, & imperfectis, qui non nouerunt niſi voluptuoſam, & terrenam beatitudinem, a qua eos Chriſtus per illas quattuor beatitudines retrahere volebat, excludendo ea, quæ ad illam beatitudinẽ pertinere videbantur. Sed negatur conſequentia, quia alibi, ſcilicet. Matthæi quinto, propoſuit Diſcipulis, & omnes beatitudines ad finalem hominis perfectionem pertinentes, tam videlicet retrahentes a dicta falſa beatitudine, quàm diſponentes ad veram, & etiam ipſam beatitudinem veram. Vnde non ſequitur, ponit ibi quattuor gratia materiæ, propter videlicet capacitatem audientium, igitur non ſunt plures; quia non omnia omnibus dicũtur, ſed ad altiorem doctrinã oportet diſcipulũ eſſe altius diſpoſitũ.

¶ D.S. in hac ſolutione oſtendit quomodo per quattuor beatitudines poſitas apud Lucam excluduntur quattuor in quibus imperfectè, & rudes beatitudinem eſſe falsè putabant. Et in fine ſolutionis adaptat, & attribuit has quattuor beatitudines poſitas in Luca virtutibus cardinalibus, paupertatem temperantiæ, quæ in alijs beatitudinibus a Matthæo aſſignatis tribuitur humilitati, vel dono timoris, &c.

¶ Et nota verbum, prudentiæ eſt flere occidua, id eſt caduca, & tranſitoria, tribuit autem beatus Ambroſius illas beatitudines virtutibus cardinalibus, quæ ſunt minores donis, quia loquitur de beatitudinibus propoſitis turbis. Auguſtinus autem loquitur de propoſitis Diſcipulis, ideo adaptauit donis vt patuit articulo primo ad primum.

Vtrum præmia beatitudinum conuenienter enumerentur.

M 3. d. 34. q. 1. arti. 4.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd præmia beatitudinum inconuenienter enumerentur. In regno enim cœlorum, quod eſt vita æterna, bona omnia continentur, poſito enim regno cœlorum non oportuit alia præmia ponere.

¶ 2 Præterea. Regnum cœlorum ponitur pro præmio, & in prima beatitndine, & in octaua, ergo eadem ratione debuit poni in omnibus.

¶ 3 Præterea. In beatitudinibus, proceditur aſcendendo, ſicut Auguſt. dicit. * in præmijs autem videtur procedi deſcendendo, nam poſſeſſio terræ eſt minus, quàm regnum cœlorum, ergo inconnenienter huiuſmodi præmia aſſignantur. * Aug. li. 1. de ſer. Do. in mõ. c. 9.

¶ Sed contra eſt auctoritas ipſius Domini præmia huiuſmodi proponentis.

¶ Hic vltimò oſtendit conuenientiam enumerationis præmiorum, ſicut enim dictum eſt arti. ſecundo. In qualibet beatitudine ponuntur duo. Vnũ in loco meriti, aliud tanquam præmium, & oportet præſupponere, ꝙ D. S. in corpore, & ſolutionibus per beatitudines ſemper intelligat merita, & non præmia.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ præmia iſta conuenientiſſimè aſſignantur conſiderata cõditione beatitudinũ ſecundùm tres beatitudines ſupra aſſignatas. * * Ar. præc.

¶ D.S. reſpondet quæſito tali concluſione. Præmia beatitudinum, id eſt meritorum, quę ſunt beatitudines diſpoſitiuæ, & meritoriæ conuenientiſſimè aſſignantur. Probatur concluſio, iſta præmia correſpondent conditionibus beatitudinum conueniẽtiſſimè, igitur concluſio vera. Huius conſequentiæ D S. ponit primò antecedens cum ipſa concluſione. Secundò per reliquum corporis probat antecedens, ibi. Tres enim primæ, &c. Et tenet conſequentia prædicta extra litteram, quia præmium dicitur in ordine

ordine ad meritum, quod hic dicitur beatitudo, & dicitur præmium merito correſpondere, ſicut effectus ſuæ cauſæ aliquo modo, quare benè ſequitur, iſta præmia ſunt aſſignata ſecundùm correſpondentiam ad beatitudines, igitur conuenienter, &c. Conſequenter cum dicit.

¶ Tres enim primę beatitudines accipiuntur per retractionem ab his in quibus voluptuoſa beatitudo cõſiſtit, quam homo deſiderat quærens id quod naturaliter deſideratur nõ vbi quærere debet, ſcilicet in Deo, ſed in rebus temporalibus, & caducis; & ideo præmia trium primarum beatitudinum accipiuntur ſecundùm ea, quæ in beatitudine terrena aliqui quærunt, quærũt enim homines in rebus exterioribus, ſcilicet diuitijs, & honoribus excellentiam quandam, & abundantiam quorum vtrumque importat regnũ cęlorum per quod homo conſequitur excellentiam, & abundantiam bonorũ in Deo, & ideo regnum cœlorum Dominus pauperibus ſpiritu repromiſit. Quærunt autem homines feroces, & immites per litigia, & bella ſecuritatem ſibi acquirere inimicos ſuos deſtruendo, vnde Dominus repromiſit mitibus ſecuram, & quietam poſſeſſionem terræ viuentium, per quam ſignificatur ſoliditas æternorum bonorum. Quærunt autem homines in concupiſcentijs, & delectationibus mundi habere conſolationem contra præſentis vitę labores, & ideo Dominus conſolationem vitæ lugentibus promittit.

¶ Deducit antecedens prædictum. Et pro maiori explicatione arguitur ſic. Beatitudines, id eſt merita, ſunt aſſignatæ ſecundùm illas conditiones, ſcilicet ſecundùm tres beatitudines aſſignatas ar. 3. ita quòd tres primæ tetrahunt ab his, in quibus conſiſtit beatitudo falſa, & voluptuoſa. Duæ verò aliæ beatitudines conſiſtũt in operibus principaliter duobus vitæ actiuæ. Aliæ autem duæ dicunt diſpoſitiones ad veram bealitudinem, ſcilicet contemplatiuam; igiur & præmia debent accipi ſecundùm ea, quæ homines quærunt in vita voluptuoſa tanquam præmia, & ſecundùm ea propter quæ dimittebant, & recedebant ab operibus vitæ actiuę, & ſecundùm ea, quæ correſpondent diſpoſitionibus poſitis in meritis, ſed hoc fit in enumeratione præmiorum. igitur. Antecedens verum, ſcilicet quòd præmia correſpondent conditionibus meritorum. Aſſumptum pro antecedente patuit ar. tertio, & cõſequentia probatur, quia ex hoc præmia meritis proportionabiliter correſpondent quo ad tres beatitudines dictas, quia qui ꝙrit beatitudinem veram, & dimittit falſam, debet præmiari largius quàm qui inſectatur falſam beatitudinem, & vbi non eſt. Et qui perficit vitæ actiuæ opera debet conſequi ea commoda, quæ alij quærunt, opera ipſa horrendo, & qui habet conuenientes diſpoſitiones ad contemplationem, debet habere correſpondentia p̃mia vitæ contemplatiuæ. Minorem ſubſumptam D. S. deducit primò quo ad tria prima præmia. Secundò quo ad duo ſequẽtia, ibi. Alię verò, &c. Tertiò duo vltima, ibi. Alię verò duę vltimę, &c. Quo igitur ad primum proceditur ſic. In beatitudine voluptuoſa & terrena a qua retrahũt tres beatitudines primæ, homines quęrunt primò in exterioribus bonis, ſcilicet diuitiis, & honoribus, excellentiam, & abundantiam. Et quærunt ſecundò feroces, per litigia, & bella, ſecuritatem acquirere, & tertiò quærunt in delectationibus, & concupiſcentiis conſolationẽ habere contra præſentis vitæ labores; ſed præmia trium prædictarum beatitudinũ primarum correſpondent iſtis tribus præmiis iam enumeratis, igitur. Minor ſubſumpta vera, ſcilicet quòd præmia enumerantur correſpondenter ad præmia beatitudinum ab aliis poſitarũ. Minor proxima declaratur, quia regnum cęlorum importat abũdantiam, & excellentiam quam Dominus promiſit pauperibus ſpiritu, quæ retrahit a bonis exterioribus. Et poſſeſſio terræ viuentium importat ſoliditatem, & ſecuritatem æternorum bonorũ, quam Deus promiſit mitibus, quæ retrahit a ſequela paſſionum irascibilis. Et conſolatio vitę promittitur lugentibus, quę retrahit à ſequela paſſionũ cõcupiſcibilis, ita quòd euitantes ea, quæ ſunt in beatitudine falſa, conſequuntur præmia, quę quærũt quærentes ipſam. Deinde cum dicit.

¶ Aliæ verò duæ beatitudines pertinent ad opera actiuæ beatitudinis, quæ ſunt opera virtutum ordinãtium hominem ad proximũ, a quibus operibus aliqui retrahuntur propter inordinatum amorem proprij boni, & ideo Dominus attribuit illa præmia his beatitudinibus propter q̃ homines ab eis diſcedunt. Diſcedunt enim aliqui ab operibus iuſtitiæ, non reddentes debitũ ſed potius aliena rapientes, vt bonis temporalibus impleantur, & ideo Dominus eſurientibus iuſtitiam ſaturitatem repromiſit. Diſcedunt etiam aliqui ab operibus miſericordiæ, ne ſe immiſceant miſerijs alienis, & ideo Dominus miſericordibus repromittit miſericordiã, per quam ab omni miſeria liberentur.

¶ Probat minorem ſupradictam, de beatitudine actiua quantum ad alia duo præmia ſic, ab operibus vitæ actiuæ, quæ ſunt opera virtutum ordinãtium hominem ad proximum, aliqui retrahuntur propter amorem boni proprij, vt ſcilicet bonis ꝓpriis impleantur non reddentes debitum. Alij verò recedunt ab operibus miſericordiæ ne alienis miſerijs ſe immiſceant, ſed his ꝓmiis quæſitis ab his, qui dimittunt vitam actiuam, correſpondet ꝓmia a Domino poſita, igitur, &c. Probatur minor, quia Dñs iuſtitiam eſurientibus promiſit ſaturitatem, & miſericordibus miſericordiam, per quam ab omni miſeria liberantur. Igitur præmia iſta correſpondent his, propter quę homines retrahũtur ab operibus vitæ actiuæ. Tunc ibi.

¶ Aliæ verò duæ vltimæ beatitudines pertinent ad contemplatiuam ſęlicitatem ſeu beatitudinem, & ideo ſecundùm conuenientiam diſpoſitionum, quæ ponuntur in merito præmia redduntur, nam munditia oculi diſponit ad clarè videndum, vnde mundis corde, Diuina viſio repromittitur. Conſtituere verò pacem vel in ſeipſo, vel inter alios, manifeſtat hominem eſſe Dei imitatorem, qui eſt Deus vnitatis, & pacis; & ideo pro præmijs redditur ei gloria Diuinæ filiationis, quæ eſt in perfecta coniunctione ad Deum per ſapientiam conſummatam.

¶ Oſtendit minorem ſæpe dictam de præmiis vitæ contẽplatiuæ ſic. Secundum conuenientiam diſpoſitionum, quæ ponuntur in merito, præmia redduntur; ſed munditia cordis oculi diſponit ad clarè videndum; & conſtituere pacem vel in ſeipſo, vel inter alios manifeſtat hominem Dei eſſe imitatorem, qui eſt Deus vnitatis, & pacis. Igitur primæ diſpoſitioni, ſcilicet beati mũdo corde, conuenienter pro præmio attribuitur, & promittitur Diuina viſio, & ſecundæ, ſcilicet beati pacifici, redditur pro præmio gloria Diuinæ filiationis, quæ eſt, id eſt conſiſtit in perfecta coniunctione ad Deum per ſapientiam conſummatam; patet igitur minor probanda, ſcilicet quòd hæc præmia aſſignantur correſpondenter ſecundùm conditiones beatitudinum, & meritorũ in ordine ad tres beatitudines, ſcilicet falſam imperfectam, & perfectam, quia tria prima præmia ſunt quæ quærũtur in beatitudine falſa, duo alia, ſcilicet quartum, & quintum, ſunt præmia, quæ quærũtur ab omittentibus opera beatitudinis imperfectæ, ſcilicet vitæ actiuæ, quæ conſiſtit principaliter in operibus ad alium, ad ſenſum dictum ar. præcedenti. Vltima verò præmia ſunt in quibus eſſentialiter conſiſtit beatitudo, & quærũtur tanquam vera beatitudo, vel inchoata vel perfecta.

¶ Nota autem, quòd iſta præmia aliter, & aliter ſe habent ad beatitudines tres, ſcilicet voluptuoſam actiuam, contemplatiuã. Nam tria prima correſpondent his præmiis, quæ agentes vitam voluptuoſam quærunt, licet non prout oportet, & vbi oportet, & in eo vbi illa quærenda ſunt in veritate; ſed duo præmia alia, aſſignantur tanquam correſpondentia his, quæ quærunt diſcedentes à vita actiua, qui vt ſaturentur non ſitiunt iuſtitiæ opera reddendo debita, nec immiſcent ſe miſeriis aliorum, vt miſeriã euadant, quamuis etiam ſectantes vitam actiuam a Deo iſta præmia conſequantur.

¶ Et confirmatur concluſio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut Chryſoſtomus dicit.* omnia præmia iſta vnum ſunt in re, ſcilicet beatitudo æterna, quam intellectus humanus non capit, & ideo oportuit, quòd per diuerſa bona nobis nota deſcriberetur obſeruata conuenientia ad merita in quibus præmia attribuuntur.

* Homil. 15. in Matth. ante medium. Et hom. 6. ex variis locis in Matth.

¶ Antecedens conceditur, ſcilicet quòd in regno cœlorum, quòd eſt vita æterna, omnia bona includuntur realiter, ſed tamẽ non diſtinctè omnia bona in illa contenta exprimuntur, ſed habet deſcribi nobis non cognoſcentibus in ſe vitam beatam, per bona nobis nota ſeruata proportione ad merita. Sicut Chriſtus exponit ſufficientiam beatitudinis per edere, & bibere ſuper men ſam ſuam in regno ſuo, quia iſta ſunt magis nota nobis. Sicut & ſpecies, & definitio idem ſignificant etiã ſm rationem, ſed differunt tamen in modo exprimendi vocali idem ſignificatum formale. Et apud Theologum hoc nomen Deus ſecundùm rem idem ſignificat, quod bonitas, ſapientia, & alia nomina attributalia, quia tamen differunt in modo exprimendi idem ſecũdùm aliam conceptionem in ordine ad intellectum creatum præſertim humanũ, ideo non eſt nugatio, dicere Deus bonus, &c. Quare negatur conſequentia, quia in regno cęlorum non omnia diſtinctè

diſtinctè exprimuntur nobis, eſto ſecundùm rem ibi contineantur, ſed oportet ipſum explicari p. r bona varia nobis nota. Qui ergo videt Deum clarè, habet omnia bona tacta in præmiis, ſed illud bonum adeo ſecundum eſt, vt in plura in ſe contineat, ideo variis modis exprimitur. Eſt enim beatus videns Deum liber ab omni miſeria, & habet ſecuritatem de omnibus bonis, & eſt filius Dei, & ſic de aliis. Et ideo vt homines magis illud bonum intelligerent, Chriſtus per varia explicauit bona.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut octaua beatitudo eſt firmitas quædam omnium beatitudinum, ita debentur ſibi omnium beatitudinum præmia, & ideo redit ad caput vt intelligantur ſibi conſequenter omnia præmia attribui. Vel ſecundùm Ambroſium.* pauperibus ſpiritu repromittitur regnum cœlorum quantum ad gloriam animæ, ſed paſſis perſecutionem in corpore, quantum ad gloriam corporis.

* Ambroſ. lib. 3. in Luc. c. cuius tit. eſt de beatitudinibus.

¶ Ad antecedens, verum, ſed alia ratione, ponitur enim pro præmio primæ beatitudinis ratione dicta, vt videlicet hi, qui retrahunt ſe a diuitiis, & bonis exterioribus propter Deum, nihilominus ſperarent ſe conſecuturos abundantiam bonorum, & excellentiam ſupereminenter. Sed regnum cœlorum ponitur in octaua beatitudine, quia ſicut ipſa octaua beatitudo eſt communis, & firmitas omnium beatitudinum vt patuit art. 3. ad quintũ. ita cum ſibi primum attribuitur præmium, intelligantur omnia alia præmia ſubſequentia, & incluſa in regno cęlorum, vt ad primum dictum eſt ſibi debere attribui; regnum enim cœlorum eſt caput, & principalius præmium, ſecundùm rem omnia alia includens. Et ita communi beatitudini attribuitur commune ꝓmium. Commune dico per eminentem inclusionem omnium aliorum. Secundò dicitur ſecundùm alium modum dicendi, qui eſt beati Ambroſij, ad antecedens, quòd regnum cœlorum ponitur pro præmio in prima beatitudine, accipiendo regnum cœlorum pro præmio eſſentiali, & beatitudine animę. Sed in octaua ponitur regnum cœlorum pro præmio accidentali, quæ eſt gloria corporis, quę eſt per dotes corporis glorioſi, vel etiam per aureolas, quæ ſecundariò ſunt etiam in corpore, vt habet D. S. in quarto. d. 49. q. 5. ar. 4. quæſtiuncula 5. Pertinet enim illa octaua beatitudo ſecundùm gloſam Matthæi. 5. ad martyres, quorum aureola maxima eſt, &c. Sed quia ſupra dictum eſt, quòd octaua beatitudo non ſit ſpecialis, & diſtincta, & per conſequens nec habet diſtinctum præmium, ideo prima ſolutio magis concordat. Sed ſecundùm alium modum dicendi oporteret dicere, quòd eſſet diſtinctum præmium, ſcilicet accidentale, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam præmia ſecundùm additionem ſe habent adinuicem; nam plus eſt poſſidere terram regni cœlorum, quàm ſimpliciter habere; multa enim habemus, quæ non firmiter, & pacificè poſſidemus; plus eſt etiam conſolari in regno, quàm habere, & poſſidere, multa enim cum dolore poſſidemus; plus eſt etiam ſaturari, quàm ſimpliciter conſolari, nam ſaturitas abundantiam conſolationis importat, miſericordia verò, excedit ſaturitatem, ut plus ſcilicet homo accipiat, quàm meruerit vel deſiderare potuerit; adhuc autem maius eſt Deum videre, ſicut maior eſt, qui in curia regis non ſolũ prandet, ſed etiam faciem regis videt; ſummam autem dignitatem in domo regia filius regis habet.

¶ Maior vera, & intelligitur in beatitudinibus quo ad merita. In illis enim proceditur aſcendendo de minori, videlicet ad maius, minus enim eſt abijcere exteriora bona, quod fit per paupertatẽ ſpiritus, quam domare proprium animum, quod fit per beatitudinem, beati mites, &c. Ad minorem negatur, quòd in p̃mijs procedatur deſcendendo videlicet a maioribus ad minora, immo proceditur aſcendendo.

¶ Ad probationem negatur, quòd poſſeſſio terræ viuentium ſit minus, quàm habere, ſcilicet de iure regnum cœlorum. Multa enim ſunt alicuius de iure, quæ tamen de facto non poſſidet. Et aliquis poſſidet ſine conſolatione, & quiete. Vnde inquantum ratione diſtinguuntur, tunc ſemper poſterius dignius, & maius eſt, quàm prius, quamuis ſecundùm rem idem ſint. Et per conſequens vnum non eſt realiter nobilius. Sicut habet D. S. prima parte quæſtio. 4. articulo. 2. ad tertium. Et ſupra quæſtio. 2. articu. 5. ad ſecundum, quòd eſſe eſt perfectius, quàm vita, & vita, quàm ſapientia, ſi conſiderentur ſecũdùm quòd ratione diſtinguuntur. Sic in propoſito, ſi iſta præmia accipiantur ſecundùm quòd ratione diſtinguuntur, tunc poſterius eſt perfectius, vt D. S. clarè oſtendit in ſolutione negando minorem, & oſtendendo falſitatem probationis.

Quæſtio Septuageſima.

De fructibus.

Deinde conſiderandum eſt de fructibus. Et circa hoc quæruntur quattuor. Primò, vtrum fructus ſpiritus ſint actus. Secundò, vtrum differãt a beatitudinibus. Tertiò, de eorum numero. Quartò, de oppoſitione eorum ad opera carnis.

¶ Quia beatitudines perfectiores actus dicunt, quàm fructus, vt patet ar. 2. ideo poſt beatitudines agit de fructibus, qui & ipſi ad virtutes habitudinem habent tanquàm eorum actus. Et in præſenti quæſtione D. S. duo principaliter facit. Primò determinat de fructibus ſecundùm ſe. Secundò comparando ad oppoſita, arti. quarto. Primum in duas, quia primò inquirit quid ſit fructus. Secundò aſſignat conuenientiam enumerationis eorum. Circa primum, primò inquirit quid ſint. Secundò oſtendit quomodo differant a beatitudinibus arti. 2.

Vtrum fructus Spirituſſancti ſint actus.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd fructus ſpiritus ſanct, iquos Apoſtolus nominat ad Gal. 5. non ſint actus. Id enim cuius eſt alius fructus non debet dici fructus, ſic enim in infinitum iretur, ſed actuũ noſtrorum eſt aliquis fructus. Dicitur enim Sapien. 4. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Et Ioã. 4. Qui metit mercedem accipit, & fructum congregat in vitam æternam; ergo ipſi actus noſtri non dicuntur fructus. N Gal. 5. loct. 6. co. 1. & 2. Sapien. Ioan. 4.

¶ 2 Præterea. Sicut Auguſt. dicit in 10. de Trinita,* Fruimur cognitis in quibus voluntas ipſa delectata cõquieſcit, ſed voluntas noſtra non debet conquieſcere in actibus noſtris propter ſe, ergo actus noſtri fructus di ci non debent. *Aug. c. 10.

¶ 3 Præterea. Inter fructus ſpiritus ſancti enumerantur ab Apoſtolo aliquæ virtutes, ſcilicet charitas manſuetudo, fides, & caſtitas, virtutes autem non ſunt actus, ſed habitus, vt ſupra dictum eſt.* ergo fructus non ſunt actus. *q. 55. ar. 1.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur Matthæi. 12. Ex fructu arbor cognoſcitur, ideſt ex operibus ſuis homo, vt ibi exponit à ſanctis; ergo ipſi actus humani dñr fructꝰ.

¶ Quærit ergo primò hic an fructus Spirituſſancti enumerati ab Apoſtolo ad Galathas. 5. ſint actus.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd nomẽ fructus a corporalibus ad ſpiritualia eſt translatum. Dicitur autẽ in corporalibus fructus quod ex planta producitur cũ ad perfectionem peruenerit, & quandam in ſe ſuauitatem habet. Qui quidem fructus ad duo comparari poteſt, ſcilicet ad arborem producentem ipſum, & ad hominẽ qui fructum ex arbore adipiſcitur; ſecũdùm hoc igitur nomen fructus in rebus ſpiritualibus dupliciter accipere poſſumus. Vno modo vt dicatur fructus hominis quaſi arboris id, quod ab eo producitur. Alio modo vt dicatur fructus hominis id, quod homo adipiſcitur.

¶ D. S. in hoc corpore plus reſpondet, quàm quæſitum ſit propter perfectionem doctrinæ. Quærit enim de fructibus Spiritus ſancti, & in corpore etiam loquitur de fructu hominis variè accepto. Vnde primò ponit rationem huius per quoddam notabile diſtinctiuum. Secundò ſubiungit aliquas concluſiones reſpon ſiuas ibi. Non autem omne id, &c. Notat ergo primò per modũ concluſionis fundamentalis, quid nominis fructus hominis ſpiritualis, dicens, quòd nomen fructus in rebus ſpiritualibus dupli citer accipere poſſumus. Vno modo vt fructus hominis dicitur quaſi arboris, id eſt vt fructus comparatur ad hominem, ſicut fructus arboris ad arborem, vtrobique videlicet in ratione producti & effectus. Alio modo vt dicatur fructus hominis id, quod homo adipiſcitur eſto arbor non fruatur, tamen producit id, quod ſuaue eſt, & ab alio fruibile, homo autem met fruitur fructu ſuo. Et ſub breuibus verbis ponit D. S. eandem diſtinctionem ſuper ad Galat. quòd fructus dicitur dupliciter. Vno modo vt productus, alio modo vt acquiſitus in quo quis cupit quieſcere, & eo frui, ita quòd dicatur fructus, quia obiectum fruitionis. Et huius duplicis acceptionis nominis D. S. ponit rationem in principio corporis, quia nomen fructus a corporalibus ad ſpiritualia eſt translatum. Sed in corporalibus fructus qui ſcilicet ex planta ꝓducitur, & dicitur fructus cũ ad perfectionẽ peruenerit, & quãdã

suauitatem in se habet potest ad duo comparari, scilicet ad arborem producentem ipsum (& sic dicitur fructus, quia productū non quodcunque, sed perfectum & vltimum, & ad hominē qui fructū ex arbore adipiscitur, & acquirit; igitur & spiritualis fructus pōt accipi, & dici dupliciter, vnus videlicet dē hominis fructus spiritualis, quia est quid productum vltimum tamen, & suaue. Alius, quia & si nō est quid productum, est tamen aliquid vltimum expectatum adipiscibile ab homine. Hic cōsequēter D. S.

¶ Non autem omne id, quod adispiscitur homo habet rationem fructus, sed id, quod est vltimum delectationem habens; habet enim homo agrum, & arborem, qui fructus non dicuntur, sed solum id, quod est vltimum, quod scilicet ex agro, & arbore homo intendit habere; & secundùm hoc fructus hominis dicitur vltimus hominis finis quo debet frui.

¶ Respondet tribus conclusionibus, duabus primis in speciali, tertia in generali, secunda ibi. Si autem dicatur, &c. tertia ibi. Si igitur operatio, &c. Conclusio igitur prima responsiua iuxta distinctionem supradictam. Fructus hominis secundo modo, scilicet vt acquisitus, est vltimus finis hominis isto modo, & per consequens non operatio. Probatur, fructus isto modo est vltimum delectationem habens, quo quis frui debet. Sed vltimus finis hominis, scilicet obiectalis est huiusmodi, igitur, &c. Circa maiorē D.S. declarat quid requiratur ad fructum talem, quia non sufficit, quòd sit adipiscibile ab homine, sed oportet quòd sit vltimū delectationem habens. Sicut declarat exemplariter de agro, & arbore, quę quidem habentur ab homine, non tamen sunt fructus, quia non sunt vltimum expectatum, nec habent delectationem qualem fructus. Hoc tamen ſm D.S. super Apostolum, & in artic. secundo, non oportet esse in fructu primo ad quem sufficit esse delectaas, & aliqualiter vltimū, sicut arbor producit pomū post floritionem, & imperfectionem fructus. Quod autem sequatur, ꝙ non sit operatio fructus, isto modo probatur, vltimus finis obiectalis quo quis propriè fruitur tanquam obiecto, quod est ipse Deus, sed Deus non est nec esse potest operatio vel actus secundus cuiuscunque creaturę, igitur, &c. Omnia ista patent ex supra dictis quęst. 11. quia fruitio presertim perfecta est tm̄ vltimi finis, qui est res aliqua in qua quis ponit beatitudinē, & ipsa adeptione talis rei, quæ est operatio, aliquis non fruitur, nisi conditione sine qua non. Quomodo autem Deus non possit esse actus secū dus cuiuscunque vel cuicumque creaturæ defendit. Capreolus in secundo. distin. 3. q. 2. in solutionibus argumentorum contra primam conclusionem. Consequenter cum dicit.

Capreolus.

¶ Si autem dicatur fructus hominis id, quod ex homine producitur, sic ipsi actus humani fructus dicūtur, operatio em̄ est actus secundus operātis, & delectationem habet si sit conueniens operanti.

¶ Subiūngit secundam conclusionem responsiuam in speciali iuxta primum membrum prędictę distinctionis, fructus hominis primo modo, scilicet ut productus, qui comparatur ad hominem, sicut id, quod producitur ab arbore, sic fructus hominis sunt actus humani. Probatur, fructus hominis isto modo dicitur, qđ ex aliquo producitur, quod habet perfectionem, & suauitatem, sed actus humani sunt effectus hominis operantis, & delectationem habent aliqui saltem, igitur sunt fructus. Maior patuit ex notabili. Minor patet, quia operatio cōueniens operanti est sibi delectabilis. Dicitur autem alicui, quia non omnes operationes hominis sunt fructus, quia cum fructus sit aliquod finale, & suaue ex re productum, ideo operationes malæ, quæ sunt præter immo contra naturam hominis vt homo est, non habent rationē fructus, sed alterius germinis. Et ergo opera virtutum fructus dicuntur, non autem peccata, & vitiosi actus. Sic Apost. effectus carnis nō dicit fructus secundùm opera. De hoc art. 4. ad 1. Deinde ibi.

¶ Si igitur operatio hominis procedat ab homine secundùm facultatem suæ rationis, sic dicitur esse fructus rationis, si verò procedat ab homine secundùm altiorē virtutem, quæ est virtus Spiritus sancti, sic dicitur esse operatio hominis fructus Spiritus sancti, quasi cuiusdā Diuini seminis. Dicitur enim. 1. Ioan. 3. Omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet.

¶ Innuit tertiam conclusionem in generali responsiuam tamen formaliter ad quæsitum, talem Fructus Spiritus sancti sunt actus, probatur ex dictis, fructus Spiritus sancti sunt operationes procedentes ab homine secundùm altiorem virtutem, quàm sit sua facultas naturalis, scilicet secundùm virtutes infusas, & dona, sic quòd Spiritus sanctus ponat semē ex quo pullulant tales operationes. Sed operationes sunt actus secundi, igitur, &c. Maior patet, quia ex dictis operatio hominis si procedat secundùm facultatem suæ rationis sibi relictæ, dicitur fructus rationis. Igitur si procedat ex virtute altiori quam dat Spiritus sanctus sicut semen, tunc dicitur esse fructus Spiritus sancti. Tenet consequentia, quia fructus dicitur esse eius qui dat semen, quod est principium fructus, sed Spiritus sanctus dat semen huiusmodi operationū, scilicet infusas virtutes, & dona. Minor de se nota. Quod autē virtus infusa a Spiritu sancto, qui est in nobis per gratiā, & operatur per virtutem, dicatur semen Diuinum, & Spiritus sancti, ostendit D.S. ex auctorirate. 1. Ioan. 3.

¶ Nota, quòd Scotus in tertio distin. 34. circa istam materiam discordat opinando, sicut & de beatitudinibus, quòd D.S. ponat eos habitus a virtutibus distinctos, quòd quàm falsum sit, videt ipse. Dicit autem Scotus, quòd quidā fructus sint virtutes Theologicæ, & cardinales principales. Quidam sunt solùm adiunctæ cardinalibus, Vide si placet Scotum. Scotus

ARGVMENTVM in contrarium est pro secunda, & tertia conclusionibus.

¶ Ad primum ergo dicēdum, quòd cum fructus habeat quodammodo rationem vltimi, & finis, nihil prohibet alicuius fructus esse alium fructum, sicut finis ad finem ordinatur, opera igitur nostra inquantum sunt effectus quidam Spiritus sancti in nobis operantis, habent rationem fructus, sed inquantum ordinantur ad finem vitæ æternæ, sic magis habent rationem florum, vnde dicitur Eccles. 24. Flores mei fructus honoris, & honestatis.

¶ Ad maiorem, vt iacet negatur, quia sicut id cuius est alius finis etiam potest dici finis, sic id cuius est alius fructus, potest etiā dici, & esse fructus. Secundò dico ad maiorem, id cuius est alius fructus non debet dici fructus, verum, eodem modo, & eiusdem rationis cum suo fructu in quem ordinatur, potest tamen dici fructus alterius rationis. Et negatur, quòd eatur in infinitum; immo deueniendum est ad fructum simpliciter vltimam, qui non habet alium fructum. Ad minorem dico, actuum nostrorum est aliquis fructus, capiendo fructum pro acquisito vltimo fruibili, scilicet vita æterna. Sed cum hoc stat, quòd ipsi actus sint fructus in alia acceptione videlicet effectus delectabilis Spiritus sancti in nobis operantis. Et sic volūt auctoritates. Vltra, ergo ipsi actus non sunt fructus, verum, fructus acquisitus, quo finaliter fruimur. Sunt tamen fructus comparati ad hominē, sicut effectus est fructus suæ causæ. Tertio dicitur vt trahi potest ex D.S. Ad maiorē, id cuius est alius fructus, non debet dici fructus eiusdem generis vt ordinatur ad alium fructum, potest tamen dici fructus in alia comparatione. Tunc concedo consequens, quòd actus nostri nō dicuntur fructus, scilicet acquisitus vt comparantur ad fructum vltimum, sed sic magis dicuntur flores. Sicut enim in flore est qdā inchoatio fructus, ita in operibus virtutum, est quædam inchoatio beatitudinis. Et sicut ex floribus accipitur spes fructus, ita ex operibus virtutum habetur spes vitæ æternæ beatitudinis. Cum quo stat, quòd actus nostri dicuntur fructus in ordine ad hominem agentem in virtute Spiritus sancti, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd cum dicitur voluntas in aliquo propter se delectari, potest intelligi dupliciter. Vno modo, secundum quòd ly, propter, dicit causam finalem, & sic propter se nō delectatur aliquis nisi in vltimo fine. Alio modo secūdùm quòd designat causam formalem, & sic propter se aliquis potest delectari in omni eo quod delectabile est secundùm suam formam, sicut patet, quòd infirmus delectatur in sanitate pp se sicut in fine, in medicina autem suaui non sicut in fine, sed sicut in habente saporem delectabilem; in medicina autem austera nullo modo propter se, sed solùm propter aliud. Sic igitur dicēdum est, quòd in Deo delectari debet homo propter se, sicut propter vltimum finem, in actibus autem virtuosis non sicut propter finem, sed propter honestatem quam continet delectabile in virtuosis vnde Ambrosius dicit. * quòd opera virtutum dicuntur fructus, quia suos possessores sancta & sincera delectatione reficiunt.

* Ambros. In lib. de paradiso. ca. 13. id ipsum.

¶ Ad maiorem fruimur cognitis in quibus voluntas ipsa delectata quiescit. Dico, quòd vera est, sed fruimur, & qui ecsimus dupliciter, vel scilicet finali bono, quod non est in aliud referibile, vel formali bono, quod habet vt delectet, est tamen ordinabile in aliud sicut in finem, & de se non est vltimus finis, & quiescit in fructu vel finaliter vel formaliter. Ad minorem vera, non dicitur voluntas nostra quiescere in actibus nostris propter se finaliter, tamen formaliter vt D.S. clarè exponit, vnde negatur cōsequentia. Et requirit hoc argumentum, quod supra declaratum est, quia fruitio non est tantùm vltimi finis, sed etiam aliorū quæ de se

de se habent appetibilitatem, & non solùm in ordine ad aliud; sicut est bonum vtile, Et de materia illius solutionis habet Doctor Sanct. supra q. 11. articu. 3. ad secundum, & magis ibidem in corpore; quia auctoritas illa Augustini intelligitur de vltimo, & perfecto fructu, in quo quis simpliciter quiescit, & omnino propter se; sed tamen in alijs bonis, & fructibus potest quiescere, & frui secundùm quid. In his autem quæ solùm sunt bona in ordine ad aliud, nullo modo fruimur, sed solùm vtimur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nomina virtutum sumuntur quandoque pro actibus earum, sicut Augustin. dicit, * quòd fides est credere, quod non vides, & charitas est motus animi ad diligēdum Deum, & proximum; & hoc modo sumuntur nomina virtutum in enumeratione fructuum.

* Serm. 27. de uerbis apo. hab. 1. parte huius; Secūda verò lib. 3 de Doctrina Christ. c. 10 & in Eucharist. c. 8.

¶ Ad maiorem nego, quòd enumerentur inter fructus aliquæ virtutes. Sed dico, quòd bene ponuntur nomina, quæ etiam significant virtutes. Sed cum ponuntur talia nomina inter fructus significant actus, & non habitus, vel virtutes; vt enim dictum fuit supra q. 55. ar. 1. ad primum. Nomina virtutum sumuntur quandoque ꝓ actibus virtutum ipsarum, vt effectus sortiatur nomen suæ immediatæ causæ, vt patet etiam apud beatum Augustinum cum dicit. Fides est credere &c. Minor vera, & patuit q. 55. arti. 1. Sed negatur consequentia; quia huiusmodi posita inter fructus, significant actus &c. Similiter supra q. 68. ar. 1. ad quartum.

Vtrum fructus differant a beatitudinibus.

O Calat. 5. lectio 9 co. 3. * q. 69. ar. 3.

AD secūdum sic proceditur. Videtur quòd fructus a beatitudinibus nō differant. Beatitudines enim attribuuntur donis, vt supra dictum est, * sed dona perficiunt hominem secundùm quòd mouetur a Spiritu sancto; ergo beatitudines ipsę sunt fructus Spiritus sancti.

¶ 2 Præt. Sicut se habet fructus vitæ æternæ ad beatitudinem futuram; quæ est rei, ita se habent fructus præsentis vitæ ad beatitudines præsentis vitæ, quæ sunt spei; sed fructus vitæ æternę est ipsa beatitudo futura; ergo fructus vitæ præsentis sunt ipsę beatitudines.

¶ 3 Præt. De ratione fructus est, quòd sit quiddam vltimum, & delectabile; sed hoc pertinet ad rationē beatitudinis, vt supra dictum est; * ergo eadem ratio est fructus, & beatitudinis; ergo non debēt adinuicē distingui.

* q. 3. & 4. arti. 1.

¶ Sed contra. Quorum species sunt diuersę, ipsa quoque sunt diuersa; sed in diuersas partes diuiduntur fructus, & beatitudines, vt patet per numerationem vtrorumque; ergo fructus differunt a beatitudinibus.

¶ Hic consequenter quærit de differentia fructuum, & beatitudinum, & oritur quæstio ex art. 1. quia enim dictum est, quòd fructus sunt actus, & similiter dictum est de beatitudinibus; quę q. 69. ar. 1. ideo est quæstio, an differant.

¶ Respondeo dicendum, quòd plus requiritur ad rationem beatitudinis, quàm ad rationem fructus; nam ad rationem fructus sufficit, quòd sit aliquid habens rationem vltimi, & delectabilis; sed ad rationem beatitudinis vlterius requiritur, quòd sit aliquid perfectum, & excellens; vnde omnes beatitudines possunt dici fructus, sed non conuertitur.

¶ Conclusionem responsiuam formaliter Doct. Sanct. expressè non ponit, sed innuit talem implicitè. Fructus differunt a beatitudinibus; sicut magis commune a minus communi.

¶ Nota autem quòd magis commune, & minus commune ita differunt, quòd in eodem sunt idem secundùm rem, distincta ratione, sed in diuersis distinguuntur realiter; sic in eodem idem secundùm rem sunt beatitudo, & fructus, sed in diuersis, quando est ita fructus, quòd non beatitudo, tunc distinguuntur realiter. Si autem magis commune accipiatur in sui communitate, tunc distinguuntur ratione a minus communi. Doct. Sanct. probat conclusionem primò ratione, secundò eandem magis explicat, ibi. Sunt enim fructus &c. Arguitur sic post Doct. Sanct. omnes beatitudines possunt dici fructus, sed non conuertitur, igitur conclusio vera. Tenet consequentia, quia illa est lex magis communis, quod vniuersaliter prædicatur de inferiori, & minus cōmuni, sed non econtra; ergo si omnis beatitudo est fructus, & non omnis fructus est beatitudo, sequitur, quòd fructus est magis commune, & beatitudo minus commune. Antecedens probatur, plus requiritur ad rationem beatitudinis, quàm ad rationem fructus, ita quòd beatitudo includit id quod includit fructus, & aliquid addit, igitur antecedens est verum. Tenet consequentia; quia addens ad aliud contrahit ipsum, & per consequens esto alterum prædicetur de ipso (quia inclusum) non tamen e contra; quia illud non includit aliud per se, & positiuè, & actu, vt patet apud logicam. Antecedens probatur; Ad rationem fructus sufficit, quòd sit aliquid habens rationem vltimi aliqualiter, & secundùm quid, & delectabilis; sed ad rationem beatitudinis hoc requiritur quidem, & vlterius, quòd sit aliquid perfectum, & excellens; ergo Antecedens proximum verum. Deinde ibi.

¶ Sunt enim fructus quæcunque virtuosa opera in quibus homo delectatur; sed beatitudines dicuntur solùm perfecta opera, quæ etiam ratione suæ perfectionis magis attribuuntur donis, quàm virtutibus, vt supra dictum est. * * q. 69. art. 1. & 3.

¶ Doct. Sanct. iam explicat prædictam rationem sic. Quæcunque opera virtuosa in quibus homo delectatur (& fruit ipsis) sunt fructus, sed tamen non sunt beatitudines, igitur fructus est magis commune; consequentia nota, quia id quod de pluribus dicitur, est magis commune. Secunda pars assumpti patet, quia beatitudines dicuntur solū perfecta opera, quæ ratione suæ perfectionis magis attribuuntur donis, quàm virtutibus (scilicet moralibus, vt patuit q. 69. art. 1. & 3.) beatitudines enim videntur posse attribui theologicis saltem radicaliter, igitur opera virtuosa sunt quidam fructus, sed non beatitudines. Antecedens pro prima parte patet ex ar. 1. quia operatio delectans est fructus, qualis est virtuosa.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua.

¶ Nota propter hoc argumentum, quòd beatitudines, & fructus sunt diuersæ species, non tamen ratio fructus in communi repugnat beatitudini in communi, vel speciebus eius, nec econtra, beatitudo repugnat fructui. Vnde dæur aliquis fructus qui est etiam beatitudo, sicut est charitas; datur tamen & alius fructus, qui non est beatitudo; & ergo probat ista ratio, quòd distinguantur in diuersis, sed tamen in eodem possunt conuenire secundùm rem, sicut supra quæst. 68. articu. primo; dicebatur, & ita probat distinctionem, & differentiam; sed non disparitatem. Sunt ergo species diuersæ non omnes, sed aliquæ, & ita non sunt idem conuertibiliter &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa probat, quòd beatitudines sint fructus, non autem, quòd omnes fructus beatitudines sint.

¶ Concedo præmissas, & maior exposita fuit quæst. 69. artic. tertio, & concedo consequens, quòd beatitudines sunt fructus Spiritus sancti in nobis, quia effectus eius mediante semine suo. Sed dico, quòd non conuertitur, quòd omnes fructus sint beatitudines. Actus enim donorum sunt beatitudines, & fructus, vt argumentum probat, & concessum est. Sed non actus omnium virtutum (præsertim moralium) sunt beatitudines, nec per consequens omnis fructus est beatitudo. Ad fructum enim sufficit, quòd sit delectans, sed ad beatitudinem, quòd sit perficiens; nec oportet, quòd fructus productus sit vltimus finis; sicut fructus adeptus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fructus vitæ æternæ est simpliciter vltimus, & perfectus, & ideo in nullo distinguitur a beatitudine æterna futura; fructus autē præsentis vitæ nō sunt simpliciter vltimi, & perfecti, & ideo non omnes fructus sunt beatitudines.

¶ Negatur maior; quia fructus vitæ æternæ est ipsa beatitudo æterna, quia est vltima perfectio simpliciter, qualis etiam beatitudo est. Sed fructus præsentis vitæ potest dici, & esse aliqua operatio, quæ non habet perfectionem beatitudinis præsentis vitæ. Vnde concessa minore, negatur consequentia; quia non sequitur, perfectissimus & simpliciter vltimus finis est beatitudo etiam vera, & rei; igitur omnis imperfectus fructus est beatitudo spei, & viatica; plus enim requirit beatitudo spei, quàm fructus viæ; sed beatitudo vera, & patriæ nihil plus habet, quàm vltimus fructus. Quare non sequitur consequens vniuersaliter, ꝙ ergo fructus vitæ præsentis, vniuersaliter sit beatitudo; & intelligitur maior argumenti de fructu vitæ æternæ producto, hoc est de actu beatificeo, qui & formaliter beatitudo dicitur; non de fructu adepto, id est bono fruibili, quia arguitur de comparatione actus ad actum. Fructus autem adeptus, vel beatitudo obiectalis, non est actus, vt patuit &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliquid amplius est de ratione beatitudinis, quàm de ratione fructus, vt dictum est. * * In cor. ar.

¶ Ad maiorem, de rōne fructus est, quòd sit quiddam vltimum, & delectabile; vltimum secundū quid & aliquorum, loquendo de fructu, vt est effectus delectabilis, & gratus, vt fructus arboris est vltimum floritionis, & pullulationis, & huiusmodi; sed dico, quòd requiritur maior perfectio ad beatitudinē, puta quòd sit

quid excellens, & perfectum opus, quod excedit omnia alia opera, saltem quo ad modum operis, vt patuit quæst. 68. artic. 2. ad primum. Ad minorem dico, quòd hoc pertinet quidem ad beatitudines, sed cum hoc plus. Quare negatur, quod sequitur, scilicet ꝙ sit eadem ratio adæquata, & conuertibilis; quia ratio fructus est communior, & simplicior, ratio autē beatitudinis contractior, & perfectior; ergo non distinguūtur &c. verum sicut opposita, vel disperata, tamen sicut magis commune, & minus commune, vt dictum est; distinguuntur igitur non positiuè, sicut distinguuntur in se habentia opposita distinguentia, sed distinguuntur per habere, & nō habere idem; quia beatitudo habet quicquid habet fructus, & cū hoc aliquid addit quod non habet fructus actu, & positiuè, licet habeat permissiuè, si capiatur in genere. Quare haberi potest ex dictis, quòd fructus accipitur vno modo in genere, & sic est genus ad beatitudines, & fructus tantùm, qui sunt ita fructus, quòd non beatitudines. Alio modo accipitur pro fructu tantùm, & sic distinguitur realiter a beatitudine, vt species condiuisa; & hoc probat argumentum in oppositū, quòd fructus habet alias species, q̄ beatitudo; hoc enim verum est de fructu tantùm, qui est species subalterna subdiuisa in plures. Sed vtrum inter fructus positos ab Apostolo ponantur fructus tantùm, vel etiā aliqua beatitudo, est quæstio propter charitatem, quæ significat actum excellentiorem, q̄ sint actus donorum, qui tamen sunt beatitudines, cū charitas virtus dignior, & perfectior sit ipsis donis, & ergo videtur quòd non omnes fructus positi ab Apostolo distinguantur realiter a beatitudinibus, sed aliqui, ita quòd minor argumenti in oppositum non est omnino pura, scilicet quòd in diuersas partes vniuersaliter diuidantur fructus, & beatitudines, nisi intelligatur de beatitudinibus expressè positis in Matthei 5. capitulo, ibi enim non enumerantur, nisi actus immediati donorum, qui distinguuntur a fructibus positis apud Apostolum. Si enim beatitudo accipiatur absolutè, tunc etiam actus charitatis est beatitudo propter perfectionem, & excellentiam, & tamen ponitur fructus. Quare etiā Doc. Sanct. in solutione primi notanter dicit, quòd beatitudines sunt fructus, scilicet vniuersaliter; sed non omnes fructus sunt beatitudines, quasi innuendo, quòd aliqui fructus positi ab Apostolo (vt charitas, gaudium, & pax) sunt beatitudines, licet non quæ ponantur apud Mattheum expressè. Esto in pace posita apud Matthēū includatur charitatis actus, & gaudium. Sicut in vita actiua cuius effectus est pax, iuxta supra dicta quæst. 69. artic. 3. sinc̄luditur charitas proximi, cuius effectus directus est pax, sed instituę indirectè, vt habet Doct. Sanct. secunda secundæ quæst. 29. arti. 3. ad tertium, Et ergo summariè dicendum videtur, quòd inter fructus positos ab Apostolo ponuntur etiam aliquæ beatitudines secundùm cōmunem rationem beatitudinis, quæ est actum esse excellentem, & perfectum, & etiam beatitudo implicitè posita apud Matthęum; vt sic omnis beatitudo sit fructus secūdùm communem rationem fructus, & etiam reducitur ad fructus positos ab Apostolo, vt patebit art. sequenti ad quartum; & iterum fructus aliquis de positis ab Apostolo est beatitudo secundùm communem rationem beatitudinis, & cōtinetur implicitè, & reductiuè sub septem positis Matthę. 5. Sed tamen non omnis fructus est beatitudo secundùm communem rationem; Apostolus enim non ponit omnes fructus quibus conuenit ratio nominis; sed aliquos, & nec omnes positi, nec alij sub his contenti habent rationem beatitudinis &c.

Fructus dupliciter accipitur.

Pars

12. 103 n)

Vtrum Apostolus cōuenienter enumeret fructus.

P 3 di. 34. q. 1. ar. 5. co. Et Vir. q. 2. ar ti. 2. ad 12. Et Gal. 5. lec. 6. * Rom. 6. * Esa. 27.

AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ Apostolus inconuenienter enumeret ad Gal. 5. duodecim fructus. Alibi enim dicit esse tantùm vnum fructum præsentis vitæ, secundùm illud * Ro. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificatione, & * Esa. 26. dicitur. Hic est omnis fructus, vt auferatur peccatum, non ergo ponendi sunt duodecim fructus.

¶ 2 Præt. Fructus est qui ex spirituali semine exoritur, vt dictum est; * sed dominus Matth. 13. ponit triplicem terræ bonæ fructum ex spirituali semine prouenientem. s. centesimum, sexagesimum, & trigesimū; ergo non sunt ponendi duodecim fructus.

*Matth. 13. ar. 1. huius quæst.

¶ 3 Præt. Fructus habet in sui ratione, quòd sit vltimum, & delectabile; sed ratio ista non inuenitur in omnibus fructibus ab Apostolo enumeratis, patientia enim & longanimitas videntur in rebus contristantibus esse, fides autem non habet rationem vltimi, sed magis rationem primi fundamenti; superfluè igitur huiusmodi fructus enumerantur.

¶ Sed contra videtur, quòd insufficienter, & diminutè enumerentur, dictum est * enim quòd omnes beatitudines fructus dici possunt; sed non omnes hic enumerā-

* Ar. præc.

tur; nihil enim hic ponitur ad actum sapientię pertinēs, & multarum aliarum virtutum; ergo videtur quòd insufficienter enumerentur fructus.

¶ Hic assignat conuenientiam enumerationis fructuum Spiritussancti secundùm Apostolum.

¶ Respondeo dicendum, quòd numerus duodecim fructuum ab Apostolo enumeratorum cōueniens est, & possunt signari per duodecim fructus de quibus dicitur * Apoc. vltimo. Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim.

* Apoc.

¶ Conclusio responsiua est in principio corporis. Numerus duodecim fructuum ab Apostolo enumeratorum est conueniens; scilicet charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.

¶ Vbi nota, quòd conueniens dicitur numerus ille, nō quia omnes fructus enumerentur, sed quia sub istis alij cōtinentur, vel quia hi principalius important fruitionem bonorum, vel sedationem malorum, quod videtur ad rationem fructus pertinere, qui delectat, & defectum excludit; & enumerat aliquos de fructibus, sicut aliqua de operibus carnis. Doct. Sanct. primò probat conclusionē auctoritate. Secundò ratione, ibi. Quia verò &c. Auctoritate Apocalipsis, quæ figuratiuè exponitur de fructibus positis ab Apostolo duodecim. Secundò Doct. Sanct. illam conclusionem explicat, & probat assignando rationem distinctionis horum fructuum. Consequenter ibi.

¶ Quia verò fructus dicitur quod ex aliquo principio procedit; sicut ex semine, vel radice, attendēda est distinctio horum fructuum secundùm diuersum processum Spiritussancti in nobis.

¶ Deducit rationem explicantem distinctionem horum fructuum. Quia enim Apostolus non intendit enumerare omnes fructus, sed aliquos, quibus magis euidenter videtur competere ratio fructus; ideo non est quærenda sufficientia, sed ratio diuersitatis quam Doct. Sanct. hic assignat, & arguitur sic; distinctio horum fructuum attendenda, & sumenda est secūdùm diuersum processum Spiritussancti in nobis. Sed secundùm diuersum processum Spiritussancti in nobis accipiuntur duodecim fructus, igitur Apostolus benè enumerat numero duodenario, secundùm videlicet diuersas species fructuosorum actuum secundùm quos actus motio Spiritussancti diuersimodè habet processum in nobis, ita ꝙ illa diuersitas sumitur per habitudinem ad eam mouētem ad huiusmodi actus. Huius rationis Doct. Sanct. probat primò maiorem, secūdò minorem, ibi. Qui quidem processus. Maior ergo patet; quia fructus dicitur, quòd ex aliquo principio procedit; sicut ex semine, vel radice, & ergo fructus Spiritussancti distinguuntur secūdū ꝙ principium eorum. s. Spiritussanctus mediante semine. s. gratia, & virtutibus diuersimodè in mente hominis operatur, eam ad diuersa perficiendo. Sicut etiam in naturalibus distinguitur fructus secundùm diuersitatem seminum, & principiorum. Sic in proposito secundū ꝙ vnum principium fęcūdum (. s. Spiritussanctus) diuersimodè procedit in mentem, ipsam perficiendo. Deinde ibi.

¶ Qui quidem processus attenditur secundùm hoc, vt primò mens hominis in seipsa ordinetur, secundò verò ordinetur ad ea quæ sunt iuxta, tertiò verò ad ea quæ sunt infrà. Tunc autem benè mens hominis disponitur in seipsa, quando mens hominis benè se habet in bonis, & in malis; prima autem dispositio mentis humanæ ad bonum est per amorem, quæ est prima affectio, & omnium affectionum radix, vt supra dictum est, * & ideo inter fructus spiritus primò ponitur charitas, in qua specialiter Spiritussanctus datur; sicut in propria similitudine, cum & ipse sit amor. Vnde dicitur * Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Ad amorem autem charitatis ex necessitate sequitur gaudium, omnis enim amans gaudet ex coniunctione amati, charitas autem semper habet præsentem Deum quem amat, secundùm illud * 1. Io. 4. Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Vnde sequela charitatis est gaudium; perfectio autem gaudij est pax quantum ad duo. Primò quidem quātū ad quietem ab exterioribus conturbantibus, non enim pōt perfectè gaudere de bono amato, qui in eius fruitione ab alijs perturbatur. Et iterum. Qui perfectè cor habet in vno pacatum a nullo alio molestari potest, cū alia quasi nihil reputet; vnde dicitur in Psal. Pax multa diligentibus nomen tuum, & non est illis scandalum; quia s. ab exterioribus

3 : 2 : ar. 1. & 2.

* Rom. 5.

* Ioan. 4.

exterioribus non perturbantur, quin Deo fruantur. Secū dò quantum ad sedationem desiderij fluctuantis, non enim perfectè gaudet de aliquo, cui non sufficit id de quo gaudet; hæc autem duo importat pax, scilicet vt neque ab exterioribus perturbemur, & vt desideria nostra conquiescant in vno; vnde post charitatem, & gaudium, tertiò ponitur pax. In malis autem bene se habent mens quantum ad duo. Primò quidem, vt non perturbetur mens per imminentiam malorum, quod pertinet ad patientiam: Secundò vt non perturbetur in dilatione bonorum, quod pertinet ad longanimitatem; nam carere bono habet rationem mali, vt dicitur in 5. Ethicorū. *

* Arist. c. 1. & 2.

¶ Manifestat minorem prædictam per reliquum huius corporis, & arguitur sic, Spiritussanctus procedit in mentem hominis, vel in homine processu perfectiuo, primò perficiens eam, & ordinando in seipsa, & quo ad bona, & quo ad mala (id est, vt bene se habeat in his, quæ ad se pertinent.) Secundò perficitur mens ad id quod est iuxta hominem (scilicet ad proximum) Tertiò disponit homo ad id quod est infra, scilicet corpus, & corporales actus appetitus sensitiui. Sed iuxta primum processum sumuntur quinque fructus, iuxta secundum quatuor, quo ad tertium tres fructus, quæ faciunt duodecim, igitur minor principalis vera, scilicet ꝙ secundùm diuersum processum Spiritussancti in nobis, accipiuntur duodecim fructus. Maior ista patet. Sed circa minorem Doct. Sanct. declarat primò partem primam, secundò secundam, ibi. Ad id autem &c. Tertiò tertiam, ibi. Sed ad id quod infra &c. Primam ergo partem explicat multis verbis, videlicet quòd secundū primum processum sumantur quinque fructus, tres perficiētes ad bonum. s. charitas, gaudium, & pax, duo vt bene se habeat ad malum, sicut patientia, & longanimitas &c. clarè in litera.

¶ Nota autem hic primò, ex verbis Doct. Sanct. fundamentum eius, quod supra quæstio. 66. articu. 6. dicebatur, quòd amor charitatis est de eo, quod iam habetur; ideo videlicet, quia amor est propria similitudo Spiritussancti, ideo per amorem in habitat hominem Spiritussanctus, non autem per fidem, vel spem, quare per charitatem adest Deus non per alias, vt sunt sine charitate.

¶ Nota secundo quomodo pax perficiat gaudium, ex secunda secundæ quæstio. 29. & quarto senten. distin. 49. quæst. 1. articu. 2. quæstiuncula quarta. Quia pax importat remotionem impedimētorum perturbantium fruitionem boni, & etiam importat quietationem, & vnionē appetituum in vno, sine quibus aliquis perfectè gaudere non potest; & ergo licet via generationis pax præcedat gaudium; quia tamen gaudium perficit saltem dispositiuè, iō ponitur tertio loco.

¶ Nota tertiò, quòd longanimitas dicitur hominem perficere, vt bene se habeat ad mala; quia licet eius sit expectare bonum, tamen expectat ipsum, vt differtur, ratione cuius dilationis perturbatur animus; quia carere bono, malum quoddam est; ideo perficit ad bene se habendum ad malum formaliter. Deinde cum dicit.

¶ Ad id autem, quòd est iuxta hominem, scilicet proximum, bene disponitur mens hominis, primò quidem quantum ad voluntatem bene faciendi, & ad hoc pertinet bonitas; Secundò quantum ad beneficentiæ executionem, & ad hoc pertinet benignitas, dicuntur enim benigni quos bonus ignis amoris feruere facit ad benefaciendum proximis. Tertiò quantum ad hoc, quòd æquanimiter tollerentur mala ab eis illata, & ad hoc pertinet mansuetudo, quæ cohibet iras. Quartò quantum ad hoc quòd non solùm per iram proximis non noceamus; sed etiam neque per fraudem, vel per dolum, & ad hoc pertinet fides si pro fidelitate sumatur, sed si sumatur pro fide qua creditur in Deum, sic per hanc ordinatur homo ad id quod est supra se, vt scilicet homo intellectum suum Deo subijciat, & per consequens omnia quæ ipsius sunt.

¶ Declarat secundam partem minoris præcedētis, scilicet quòd secundùm alium modum processus Spiritussancti in quo mens perficitur ad id quod est iuxta hominem, scilicet ad proximum, accipiantur quatuor fructus. s. bonitas, benignitas, mansuetudo, & fides, & patet clarè in litera.

¶ Nota autem quòd Doct. Sanct. super Apostolum habet, quòd per aliquem fructum adiuuat nos Spiritussanctus ad id quod est super nos, & illum fructum dicit esse fidem, idest credere. Sed hic dicit, quòd possit sumi, & pro fidelitate qua ordinamur, vt bene nos habeamus, & ad id quod est circa nos, scilicet proximum, & potest sumi pro fide, & tunc per eam bene se habet ad id quod est supra nos. Quare Doct. Sanct. hic ponit omnia, quę ponit super Apostolum, videlicet quòd aliquis fructus etiam perficit ad id quod est super nos, quod membrum videbatur obticuisse in principio, quando dixit, quòd per processum Spiritussancti in nobis, mens se bene habet, & ad ea quę sunt iuxta, & ad ea quę sunt infra. Tunc ibi.

¶ Sed ad id quod infra est, bene disponitur homo, primò quidem quantum ad exteriores actiones per modestiam, quæ in omnibus dictis, & factis modum obseruat; quantum ad interiores concupiscentias, per continētiam, & castitatem, siue hæc duo distinguantur per hoc, quòd castitas refrenat hominem ab illicitis, continentia verò a licitis, siue per hoc, quòd continens patitur cōcupiscentias, sed non deducitur, castus autem neque patitur, neque deducitur.

¶ Ostendit tertiam partem minoris sępedictę, scilicet quòd secundùm tertium processum Spiritussancti, quo homo disponitur ad quod est infra se, sumantur tres fructus. s. modestia, castitas, continentia, & patet.

¶ Nota autem quòd Doct. Sanct. super Apostolum vno modo distinguit continentiam, & castitatem; quia continentia etiam a licitis abstinet, & castitas, quæ licitis rectè vtitur secūdùm glosam. Deinde ponit aliam differentiam; quia scilicet continens patitur, & non deducitur, & de hoc fuit aliquid supra tactum. quæst. 58. articu. 3. ad secundum.

¶ Nota secundò, quòd castus non patitur, scilicet passione vehementi, & quæ faciat prauitatem appetitus habitualem circa finem; potest tamen pati passione subita, non tamen prævalente, vt in plurimum, stante rectitudine appetitus ad finem, & de hoc supra quæst. 59. &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sanctificatio fit per omnes virtutes per quas etiam peccata tolluntur; vnde fructus ibi singulariter nominatur propter virtutem generis, quod in multas species diuiditur, secundū quas dicuntur multi fructus.

¶ Ad maiorem dico, quòd Apostolus alibi dicit vnum fructum præsentis vitæ, vnum genere, qui in virtute continet multos specie distinctos. Sanctificatio enim fit per omnes virtutes, & etiam peccata tolluntur per omnes virtutes. Quare negatur consequentia; quia vnum genus in multas species diuiditur. Sic ergo omnes fructus dicuntur vnus fructus, propter vnitatem generis, vel propter vnitatem principij primi a quo sunt. Dico secundò, quòd si illa auctoritas ad Roma. 6. exponatur, vt Doct. Sanct. eam ibidem exponit, tunc non probat vnitatem fructus. Est enim sensus, ipsa sanctificatio, hoc est exequutio sanctitatis per bona opera, est fructus vester, inquantum scilicet hoc spiritualiter, & sanctè vos delectat. Hæc ille. Patet igitur, quòd bona opera sunt fructus, quæ sunt multa, & varia. Quæ tamen dicuntur fructus vnus in singulari propter vnitatem generis &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fructus centesimus, sexagesimus & trigesimus, non diuersificantur secundùm diuersas species virtuosorum actuum; sed secū dùm diuersos perfectionis gradus etiam vnius virtutis; sicut continentia coniugalis dicitur significari per fructum trigesimum, continentia vidualis per sexagesimū, virginalis autem per centesimum. Et alijs etiam modis sancti distinguunt tres euangelicos fructus secundùm tres gradus virtutis, & ponuntur tres gradus; quia cuiuslibet rei perfectio attenditur secundùm principium, medium, & finem.

¶ Maior placet. Sed dico, quòd ex distinctis seminibus oriuntur diuersi fructus. Ex vno enim semine possunt oriri fructus diuersi gradus.

¶ Ad minorem dico, quòd dominus ponit triplicem terræ bonum fructum, triplicem in gradu, & eiusdem virtutis, scilicet continentiæ, vel castitas secundùm expositionem Hieronymi. Sed secundùm expositionem Augustini, ille triplex fructus non est eiusdem virtutis, vt refert Doct. Sanct. secunda secundę quęst. 152. artic. 5. ad secundum; quia fructus centesimus est martyrum, sexagesimus virginum, & trigesimus coniugatorum. Sed Apostolus assignat fructus distinctos non vnius seminis, vel virtutis; sed diuersorum seminum, & virtutum. Vnde & alij sancti distinguunt etiam tres gradus euangelici fructus, secundùm principium, medium, & finem. Sicut distinguitur charitas in incipientem, proficientem, & perfectam, vt patet secunda secundæ quæst. 24. artic. 9. Sed vt dictum est, Apostolus assignat fructus non secundùm gradum vnius virtutis; sed secundùm diuersos fructuosos actus diuersarum virtutum; quare bene stant simul. Et modus distinguendi fructus a domino positos, & a sanctis etiam ab Apostolo &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc ipsum, quod est in tristitijs non perturbari, rationem delectabilis habet, & fides etiam si accipiatur pro vt est fundamentū, habet quandam rationem vltimi, & delectabilis secundùm q̄ continet certitudinem. Vnde glo. exponit, fides. i. de inuisibilibus certitudo.

¶ Ad maiorem dico, vt dictum est, attic. secundo. Sufficit q̄ sit vltimum secundùm quid, & formaliter; non oportet, quòd sit vltimum finaliter simpliciter. Sufficit enim quòd in se habeat vñ delectet (sicut medicina dulcis) esto in aliud sit referibilis, loquendo de fructu producto. Licet fructus, vt est obiectum fruitionis perfectè debeat esse vltimum simpliciter. Minor negatur; quia in omnibus fructibus inuenitur ratio delectabilis, quæ habet rationem vltimi respectu volūtatis; quia potest actum eius de se terminare, & esse finis aliquorum ad ipsum ordinatorum. Ad probationem minoris dico, quòd patientiæ est nō perturbari in tristitijs, & hoc delectabile est. Similiter longanimitatis est non turbari in dilatione malorum. Similiter fides si capiatur pro actu virtutis theologicæ (vt argumentum prætendit) habet certitudinem, vt patet secunda secundæ q. 1. art. 4 & 5. Ratione cuius delectat, & per consequens rationem fructus habet, qui præsertim est esse delectabile, vel quoddam productum suaue &c.

* In exposi tio. ca. 5. ad Gāla.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut Augu. dicit super epistolam ad Gal. * Apostolus non hoc ita suscepit, vt doceret quot sunt, vel opera carnis, vel fructus spiritus; sed vt ostenderet in quo genere illa vitanda, illa verò sectanda sint. Vnde potuissent, vel plures, vel etiam pauciores fructus enumerari, & tamen omnes donorum, & virtutum actus possunt secundùm quandam conuenientiam ad hæc reduci, secundùm quòd omnes virtutes, & dona necesse est, quòd ordinent mentem aliquo prædictorum modorum; vnde & actus sapientiæ, & quorumcunque donorum ordinantium ad bonum, reducuntur ad charitatem, gaudium, & pacem. Ideo tamen potius hæc quàm alia enumerauit; quia hic enumerata magis important, vel fruitionem bonorum, vel sedationem malorum, quod videtur ad rationem fructus pertinere.

¶ Dicitur primò, post beatum Augustinū ad assumptum, quòd non quidem enumerantur omnes fructus, nec fuit mens Apostoli omnes enumerare; sed aliquos fructus spiritus, & aliqua opera carnis, vt per ista deprehendi posset in alijs quæ essent opera carnis, & qui fructus spiritus. Vnde numeratis aliquot operibus carnis dixit, & his similia, & ergo dicitur, quòd non omnes enumerantur, nec tamen diminutè; quia tot quot sufficiunt sibi ad propositum suum ostendendum, his quibus scribebat.

¶ Secundò dicitur post Doct. Sanct. negando assumptum, & dico, quòd omnes fructus enumerātur saltem implicitè, quia ad hic positos sunt reducibiles; & dico consequenter, quòd verum est, qđ dictum est attic. secundo, quòd omnes beatitudines sunt fructus; sed continentur sub istis; quia beatitudines quo ad merita, & præmia perficientes hominem in seipso ad bonum; sicut sapientia, & intellectus, reducuntur ad charitatem gaudium, & pacem. Quæ autem perficiunt ad proximum reducuntur ad bonitatem, benignitatem &c. Quare autem magis posuerit hos fructus, quàm alios, tangit Doct. Sanct. in fine solutionis; quia ratio fructus euidentius videtur eis competere, vt tactum fuit in principio articuli &c.

Vtrum fructus contrarientur operibus carnis, quæ Apostolus enumerat.

Gala. 5. lectio 6. fin.

QAD quartum sic proceditur. Videtur quòd fructus non contrarientur operibus carnis, quæ Apostolus enumerat. Contraria enim sunt in eodem genere; sed opera carnis, non dicuntur fructus; ergo fructus spiritus eis non contrariantur.

¶ 2 Præt. Vnum vni est contrarium; sed plura enumerat Apostolus opera carnis, quàm fructus spiritus; ergo fructus spiritus, & opera carnis non contrariantur.

¶ 3 Præt. Inter fructus spiritus prima ponuntur charitas, gaudium, & pax, quibus non correspōdent ea quæ primò enumerantur inter opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia; ergo fructus spiritus non contrariantur operibus carnis.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit ibidem, quòd caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.

¶ Hic vltimò quærit de fructibus in comparatione ad opera carnis. An scilicet quilibet fructus positus ab Apostolo contrarietur cuilibet operi carnis, posito ab Apostolo, reddendo singula singulis, ita quòd cuilibet fructui correspondeat aliquod opus carnis sibi oppositum. Quia autem potest intelligi de duplici oppositione. s. vel secundùm communem rationem, vel propriam, ideo quo ad vtrunque sensum D. S. respondet.

¶ Respondeo dicendum, quòd opera carnis, & fructus spiritus possunt accipi dupliciter. Vno modo secūdùm communem rationem, & hoc modo in communi fructus Spiritussancti contrariantur operibus carnis.

¶ Doct. Sanct. respondet distinctè secundùm vnam distinctionem bimembrem. Cuius primò declarat primum membrum, adiungens vnam conclusionem. Secundò secundum, cum secūda cōclusione ibi. Alio modo &c. Distinctio ergo est, q̄ opera carnis, & fructus spiritus possunt accipi dupliciter. Vno modo secundū cōmunem rationem. Alio modo secundùm proprias rationes singulorum fructuum enumeratorum, & operum carnis. Circa primū membrum D. S. infert conclusionem primam. Deinde eam probat, ibi. Spiritus enim sanctus &c. Conclusio prima est. Primo modo. s. in communi, & secundùm communem rationē, fructus Spiritussancti contrariantur operibus carnis.

¶ Vbi nota, quòd bene stant simul, quòd aliqua opponuntur ēt propriè secundùm rationes communes, & tamen non opponuntur secundùm rationes proprias. Sicut Doct. Sanct. ostendit in de Malo q. 1. articu. 2. ad quartum, & quintum. Et q. 2. artic. 11. ad 10. Quia bonum & malum secundùm communes rationes opponūtur, & rationes eorum sunt incompossibiles in eodem secundùm idem, & tamen hoc malum, puta cęcitas, non opponitur huic bono. s. naturæ oculi, vel auditui, sed visui; quia malum secundùm propriam rationem, opponitur bono, quod aufert formaliter, & priuat. Cęcitas autem non priuat auditum, vel subſtantiam oculi; sed tamē vt malum sic opponitur cuilibet, vt bonum est. Similiter intemperantia opponitur liberalitati secundùm rationē cōem vitij, & virtutis; quia videlicet intemperantia est vitium, liberalitas virtus; sed secundùm specialem, & propriam rationem nō opponitur, nam vt infra patebit. Vitium opponitur secundùm specialē rationem virtuti cum qua est circa idem obiectum, vt intemperantia temperantiæ, illiberalitas liberalitati, & potest etiam dari aliud exemplum de duabus formis substantialibus eiusdem speciei, quę opponuntur in hoc, quod est esse simul in vna materia, non sub ratione propria; quia scilicet duæ animæ sensitiuę, vel rationales; sed quia duo actus substantiales, & simpliciter, qui si simul essent in eodem, oporteret quòd vel idem haberet plura esse simpliciter, vel quòd vnus actus substantialis daret esse accidentale, quorum vtrunque est impossibile. Sic in proposito fructus Spiritussancti; quia est secundùm Spiritumsanctum, opus vero carnis; quia est contra motionem Spiritussancti, ideo secundùm talem communem rationem opponūtur. Quia autem opus carnis est circa obiectum, quādoque omnino disparatum ab obiecto fructus, ideo secūdùm speciales rationes (id est ratione propriorum obiectorum, ex quibus propriè rationes sumuntur) non opponuntur, vt enim patebit. Oppositio vitij ad virtutem attenditur secundùm obiectum, quod cōsideratur ex parte conuersionis, vt habet Doct. San. secunda secundæ quæstio. 162. artic. 6. ad secundum, & alibi, & infra quæstio. 73. ar. 1.

Duplex q positio ꝛ quorum.

¶ Secundo nota, quòd opera carnis sunt hæc, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissentiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, commessationes, & his similia.

¶ Vbi patet, quòd Apostolus ponit plura peccata, & opera carnis, quàm ponat fructus, & sic non quodlibet opus carnis habet fructum directè sibi oppositum circa idem obiectum. Consequenter cum dicit.

¶ Spiritus enim sanctus mouet humanam mentem ad id quod est secūdùm rationem, vel potius ad id quod est supra rationem; appetitus autem carnis qui est appetitus sensitiuus trahit ad bona sensibilia, quæ sunt infra hominem; vnde sicut motus sursum, & motus deorsum contrariantur in naturalibus, ita in operibus humanis contrariantur opera carnis, fructibus spiritus.

¶ Probat præcedentem conclusionem sic, motus sursum, & motus deorsum contrariantur in naturalibus, igitur in operibus humanis contrariantur opera carnis, fructibus Spiritussancti, vt sic secundū communem rōnem. Antecedens notum ex quinto Physicorum. Tenet cōsequentia; quia Spiritussanctus mouet humanā mentem ad id quod est secundùm rationem, vel potius ad id quod est supra rationem (scilicet mediantibus virtutibus theologicis, & donis quorū obiecta sunt supra naturalem, rationem, vel quo ad

ad substātiam, vel modum) Appetitus autem carnis, vel sensitiuus trahit & mouet ad sensibilia, quæ sunt infra hominem, & per consequens fructus assimilantur motui sursum, & opera carnis motui deorsum. Quare bene sequitur consequentia, motus sursum, & motus deorsum contrariantur, igitur opera carnis, & spiritus &c.

¶ Alio modo possunt considerari secūdùm proprias rationes singulorum fructuum enumeratorum, & operum carnis, & sic non oportet, quòd singula singulis cō traponantur; quia sicut dictum est.* Apostolus non intendit enumerare omnia opera spiritualia, nec omnia opera carnalia.

* Ar. præc

¶ Hic consequenter procedit ad secundam conclusionem cui præmittit secundum membrum. Vnde cōclusio secūda est ista. Secundo modo non oportet, quòd singula singulis componant (.i. opponantur propriè) nisi secundū quandam adaptationē. Huius conclusionis D. S. ponit, & probat primò partem primā, secundò secundam ibi. Sed tamen secundū &c. Prima pars probatur sic. Ille fructus opponitur illi operi carnis secundū propriam rōnem, q̄ est cum eodē circa idem obiectum; sed fructus aliqui non sunt cū enumeratis operibus carnis circa idē obiectum, immo multa opera carnis ponuntur, qui non habēt correspōdentē fructū, circa idē obiectū; ergo non singula carnis opera opponunt singulis fructibus. Maior nunc supponitur, & patebit infra q. 73. ar. 4. in principio corporis, & in 2. 2. vbi supra. Minor patet; quia (vt dictum est ar. 3. ad quartum) Apostolus non intendit enumerare omnia opera spiritualia, nec omnia opera carnalia, & plura carnalia opera ponit, quàm fructus spiritus. Quare datur aliquod opus carnis, qđ non habet fructum directè oppositū, circa idem obiectū, nec per consequens oppositum secundùm propriam rationem. Tunc ibi.

* Aug. loco citato arti. præc. ad 4.

¶ Sed tamen secundùm quandam adaptationē Aug. super epistolam ad Gal. * contraponit singulis operibus carnis singulos fructus; sicut fornicationi, quæ est amor explendæ libidinis a legitimo connubio solutus opponitur charitas, per quam anima coniungitur Deo, in qua etiam est vera castitas; immundiciæ autem sunt omnes perturbationes de illa fornicatione conceptæ, quibus gaudium tranquillitatis opponitur. Idolorum autem seruitus per quam bellum est gestum aduersus Euangelium Dei, opponitur paci; contra venefica autem inimicitias, & contentiones, animositates, æmulationes, & dissentiones, opponuntur longanimitas ad sustinendum mala hominum inter quos viuimus, & ad curandum, benignitas; & ad ignoscendum bonitas; hæresibus autem opponitur fides; inuidiæ mansuetudo; ebrietatibus, & commessationibus continentia.

¶ Subiungit secundam partem conclusionis præcēdētis, quam deducit exemplariter, clarè in litera.

¶ Nota autem, q̄ ex istis patet, q̄ illa oppositio non est propria & ex parte proprij obiecti; sed solū adaptatio secūdùm rationem aliquam communem, & quasi extraneam. Sicut idolorum seruitus propriè opponitur religioni; quia tamē ad talem seruitutem, & idolatriam sequitur est bellum, quo turbata est pax verè fidelium, ideo ex adaptatione be. Augustini sibi opponitur. Similiter fornicationi opponitur castitas propriè dicta, & continentia, quæ sunt circa idem; quia tamen etiam charitas adhæret proprio sponso, sicut fornicatio non propriè; ideo opponuntur isto modo, & posset sic deduci de alijs; quia inuidiæ propriæ opponit misericordia, vel nemesis, vt patet secunda secundæ q. 36. articu. 3. ad tertium. Sed quia ex inuidia sequitur perturbatio animi per iram, cui opponitur mansuetudo, ideo dicitur mansuetudo opponi inuidiæ, cum magis opponatur alicui ex ira sequenti &c.

¶ Nota quòd veneficia sunt, quæ fiunt per magicas artes, & q̄ superstitiones. Et dicuntur veneficia a veneno; quia fiunt in venenum, hoc est nocumentum hominum, & animarum. De his veneficijs, & superstitionibus, & speciebus eorum secunda secundæ, videbitur &c.

¶ Confirmatur prima conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd id quod procedit ab arbore contra naturam arboris non dicitur esse fructus eius; sed magis corruptio quædam. Et quia virtutum opera sunt connaturalia rationi, opera verò vitiorum sunt contra rationem, ideo opera virtutum fructus dicuntur, non autem opera vitiorum.

¶ Ad maiorem, contraria præsertim secundùm proprias rationes, & directè, sunt in eodem genere etiam propinquo. Vnde habitus non directè contrariatur actui; sed habitui. Sed addo, quòd non conuertitur, in moralibus sunt eiusdem generis logici, & distincti actus, ergo contrarij. Sed contra secundùm communem rationem; non oportet, quòd sint eiusdem generis. Sicut malum actuale (hoc est actus malus) contrariatur cuicunque bono, vt sic, siue bonum sit habitus, siue aliud.

¶ Ad minorem conceditur, & Doct. Sanct. ponit rationem in solutione; quia fructus productus dicitur esse secundùm naturam producentis, & delectabilis, requiritur enim etiam contrarietas obiectorum directè, quamuis & conuenientia in genere requiratur, non tamen sufficit, aliàs omnes actus essent sibi contrarij. Opus autem carnis est contra naturam hominis, vt homo est, vt patebit, ideo non meretur dici fructus hominis. Et si alicubi (vt in Euangelio) peccatum & opus carnis, dicitur fructus hominis, non dicitur, vt homo est; sed vt bestia, & animal; quia sic opus carnis est secundùm naturam hominis, & sibi delectabile. Sed dico, quòd tamen opera carnis, sunt etiam in genere operis, in quo conueniunt cum fructibus, ideo possunt eis in aliquibus directè, & secundùm specialem rationem contrariari, vt luxuria castitati. Sed bene conceditur consequens, quòd non semper contrariantur directè, & secundùm speciales rationes, non quia non conueniant in genere propinquo, quod est actus; sed quia non opponūtur circa idem, quòd requiritur ad oppositionem, & contrarietatem actuum humanorum secundùm speciales rationes. Non sufficit enim conuenientia in genere logico ad contrarietatem actuum, sed in genere moris, quod est obiectum; & ergo si argumentum esset formale, & minor subsumeretur ad maiorem, minor esset falsa, scilicet sed opera carnis non sunt in eodem genere; immo sunt eiusdem generis, & quòd non contrarientur est aliunde propter rationem iam tactam, quia Apostolus non numerauit fructus directè oppositos operibus carnalibus circa eadem obiecta; sed enumerauit aliqua vitia, & opera carnalia disparata secundùm proprias rationes a fructibus. Sicut cæcitas ab auditu, & intemperantia a liberalitate; sed tantùm opponūtur secundùm communem rationem, vt dictum est.

¶ Doct. Sanct. respondet ad minorem, verificando eam, & reinquit diligenti lectori trahere solutionem ex corpore, & alijs dictis &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd bonum contingit vno modo, malum verò omnifariam, * vt Dionysius dicit 4. ca. de di. no. vnde & vni virtuti plura vitia opponuntur, & propter hoc non est mirum si plura ponuntur opera carnis, quàm fructus spiritus.

* Dion.

¶ Ad maiorem respōsum fuit supra quæstio. 31. artic. octauo, ad secundum, quia uni unum est contrarium, sub uno genere immediato, & hoc in entibus absolutis, & in naturalibus; sed in moralibus, quæ sunt entia suo modo respectiua (saltem ad terminū, & obiectum specificans a quo dependet eorum differentia) non habent veritatem. Vel vni vnum est contrarium perfectum (vt alij dicunt) maximè distans; sunt tamen vni plura contraria mediata, & præsertim in moralibus ubi bonitas consistit in medio, & illa uidetur esse mens Philosophi, vt patet ex probatione eius textu commen. 14. quia arguit ex maxima distantia, sed vnum solùm maximè distat. Vnde secundùm Doctorem Sanct. secunda secundæ quæstio. 92. articu. secundo ad primum, verbum Philosophi primo Topicorum ubi dicit. Si vnum oppositorū dicitur multiplex, & reliquum intelligitur, quando est eadem ratio multiplicationis, quod non est inter virtutem, & vitia. Bonum enim morale est vno modo, scilicet per conformitatem ad rationem rectam, malum autem multifariam, & ideo cum unitate uirtuosi actus, stat diuersitas vitiorum.

Vni vnum est contrarium.

¶ Minor vera, quia Apostolus enumerat septemdecim opera carnis, solùm autem duodecim fructus; ergo fructus spiritus, non contrariantur operibus carnis secundùm rationem communem. Negatur consequentia, immo non solùm illa uitia, sed omnia opponuntur cuilibet fructui secundùm rationem communem.

¶ Et nota, quòd nec hæc ratio procedit, & probatur, quòd non contrarientur opera carnis (esto plura sint, quàm actus virtutis) etiam secundùm propriam rationem, dummodo sint circa idem obiectum; sicut actui qui attingit medium, & est uirtutis, opponūtur duo uitia secundùm excessum, & defectum, & directè, posito q̄ sint circa idem. Quod autem in proposito non contrarientur secūdùm proprias rationes, hoc aliunde est, vt patuit &c.

¶ Ad tertium patet solutio ex dictis. *

* In cor. ar.

¶ Concedo simpliciter primam partem assumpti, & patuit articu. 3. Ad secundam partem dico negando eam de oppositione, quæ est secundùm adaptationem beati Augustini, vt patuit, quia charitas opponitur hoc modo fornicationi, & immundiciæ; gaudium, & idolorum seruitus paci. Sed loquendo de correspondentia, quæ est secundùm oppositionem directam secundùm propriā rationem, concedo illam partem assumpti, vel antecedentis. Vltra ergo fructus spiritus non contrariantur operibus carnis, verum, secundùm oppositionem directam, & secundùm proprias rationes speciales, quæ sumuntur ex obiectis.

Et nota quòd Doct. Sanct. soluendo hæc argumenta nō respōdet ad argumenta quasi probent aliqđ cōtra veritatem, nā oīa p̄ admitti, q̄ non contrariantur secūdùm speciales rationes, vt dixit

secunda pars conclusionis,& ideo D.S. solũ exponit minorẽ primi, & maiorem secundi propter bonitatem doctrinæ. Cum quo stat,quòd contrarientur secundùm communem rationem, & secundùm adaptationem beati Augustini, &c.

Quæst. Septuagesimaprima.

De peccatis secundùm se.

A COnsequenter considerandum est de vitijs, & peccatis.Primò,quidem de ipsis vitijs, & peccatis secũdùm se.Secundò,de distinctione eorum.Tertiò,de comparatione eorum ad inuicem. Quartò,de subiecto peccati. Quintò,de causa eius. Sextò,de effectu eius. Circa primum quæruntur sex.Primò,vtrum vitium contrarietur virtuti. Secundò, vtrum vitium sit contra naturam. Tertiò, quid sit peius, vtrum vitium, vel actus vitiosus. Quartò, vtrum actus vitiosus possit esse simul cum virtute.Quintò, vtrum in omni peccato sit aliquis actus.Sextò, de diffinitione peccati quam Augustinus ponit 22. contra Faustum.Peccatum est dictum, vel factum,vel cõcupitum contra legem æternam.

* Augus.

¶ Iuxta ordinem supra statutum q.55. postquàm Doct.Sanct. determinauit de habitibus in generali, & de vno membro habitus, scilicet de habitu bono qui est virtus, cum sibi annexis scilicet donis,& beatitudinibus,& fructibus. Hic incipit determinare de alio membro,scilicet habitu malo, qui est vitium, & patet ordo;quia habitus bonus præcedit habitum malum, & dignitate(vt constat)& via doctrinæ,cum rectum sit canon sui, & obliqui;& dividitur ista consideratio de habitu malo, hoc est vitio,& peccato, in sex partes,quæ patent in litera,& ordinantur iste partes secundùm maiorem propinquitatem ad vitium,ita quòd primò agitur de his, quæ conueniunt in primo modo per se, & quidditatiuè. Secundò de his,quæ statim quidditatem consequuntur;sicut est distinctio vitiorum, in q.72. Tertiò de comparatione, scilicet quo ad connexionem,& æqualitatem,quæ etiam sequuntur intrinseca vitiorum,q.73.Quartò de subiecto,quod conuenit in secundo modo per se,vt subiectum est inhæsionis.q. 74. Quintò, de causa scilicet effectiua, quæ remotior est subiecto q.75. Sextò, de effectu qui est postremum,& extrinsecum quæst. 85. Quæstio prima continet sex.Primò quæruntur proprietates, & conditiones vitij, ex quibus innotescit quidditas eius.Secundò inquiritur definitio vitij. Circa primum primò agitur de vitio ex parte habitus.Secundò ex parte actus.articu.4. Circa primum primò inquiritur quomodo habitus vitiosus se habeat ad virtutem. Secundò quomodo se habeat ad actum vitiosum. art.2. Tertiò determinat quoddam dubium,quod incidit circa dicta artic.5.Circa primum,primò fit quod dictum est. Secundò determinatur dubium consequens ex dictis,articu.secundo.

Vtrum vitium contrarietur virtuti.

Supra q.68. ar.1.ad 2. Et Veri. q. 14. art.6. ad 2. Et Vir. q. 1. ar.1. ad 1.& 5. Et q.2. ar 11.13. cor. *Aristot. tex. 17.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd vitium non contrarietur virtuti. Vni enim vnum est cõtrarium, vt probatur in 10. Metaphysicæ; * sed virtuti contrariantur peccatum, & malitia; non ergo contrariatur ei vitium; quia vitium dicitur etiam si sit indebita dispositio membrorum corporalium, vel quarumcunque rerum.

¶ 2 Præte. Virtus nominat quandam perfectionem potentiæ,sed vitium nihil nominat ad potentiam pertinens;ergo vitium non contrariatur virtuti.

¶ 3 Præt. Tullius dicit in quarto de Tusculanis quæstionibus, * quòd virtus est quædam sanitas animæ;sanitati autem opponitur ægritudo, vel morbus magis, q̃ vitium ; ergo virtuti non contrariatur vitium.

* Fol. 6. ab initio libri

¶ Sed contra est, quod dicit Augustinus in libro de perfectione iustitiæ, * quòd vitium est qualitas secundũ quam malus est animus, virtus autem est qualitas, quæ facit bonum habentem, vt ex supra dictis patet; * ergo vitium contrariatur virtuti.

*Aug.circa finem 4. ratiocinationis. * q.55.ar.3. & 4.

¶ Quia vitium importat oppositum defectum virtutis,ideo per ipsam habet cognosci;quare agendo de vitio doctor primò comparat virtuti,vt ex illa comparatione quidditas eius innotescat.

¶ Respondeo dicendum, quòd circa virtutem duo possumus considerare, scilicet ipsam essentiam virtutis, & id ad quod est virtus. In essentia quidem virtutis aliquid considerari potest directè, & aliquid est consequẽti. Directè quidem virtus importat dispositionem quandam alicuius conuenienter se habentis secundùm modum suæ naturæ. Vnde Philosophus dicit in septimo Physicorum, * quòd virtus est dispositio perfecti ad optimum. Dico autem perfecti, quod est dispositum secundùm naturam. Ex consequenti autem sequitur, quòd virtus sit bonitas quædam; in hoc enim consistit vniuscuiusque rei bonitas, quòd conuenienter se habet secundùm modum suæ naturæ, id autem ad quod virtus ordinatur est actus bonus, vt ex supra dictis patet. *

* Arist. text. 17.

* q.56.ar.3.

¶ Doct. Sanct.in huius articuli corpore plus respondet, quàm quæsitum est, & ideo primò ponit distinctionem mouentem ipsum ad tam fœcundam responsionem. Secundò ipsam conclusionem responsiuam subiungit,ibi.Secundum hoc igitur &c. Circa primum dicit,quòd circa virtutem duo cõsideranda veniunt,ipsi videlicet essentia virtutis,& id ad quod virtus respicit. Si primũ, iterum circa virtutem possumus duo considerare, videlicet aliqd directè,& aliquid ex consequenti,vt patet clarè in litera.

¶ Notandum autem,quòd hæc dicta patiuntur difficultatem; nam videntur contrariari dictis supra quæst. 55. articu.tertio, vbi dicebatur,quòd bonum, vel bonitas sit de ratione virtutis, quod si verum est,non potest stare, quòd bonitas ad essentiam virtutis consequatur. Ad hoc potest breuiter dici, quòd Doct.Sanct.nõ dicit hic, quòd bonitas sequatur rationem virtutis, immo est de ratione virtutis etiam generaliter acceptę, vt supra dixit. Sed dicit quòd in essentia est considerare duo, scilicet imbibita essentiæ virtuti,& identica sibi, quorum vnum est considerandum primò, aliud ex consequenti; sicut si diceret, quòd in voluntate est considerare duo, scilicet quòd est natura, & quòd voluntas,& tamen vtrunque consideratum importatur in cõceptu, & ratione formali voluntatis, licet non dicant gradus distinctos,vt patuit supra;sic suo modo in proposito, in essentia virtutis sunt duo consideranda,quorum vnum est alteri naturaliter præsupposium, alterum ex consequenti.Vnde notanter dicit Doct.Sanct.aliud est considerare ex consequenti,si scilicet conceptus, & essentia virtutis resoluatur in conceptum generis, & differentiæ, & tunc videlicet est duo considerare,quorum vnum est directè importatũ,aliud ipsud primum præsupponit;sicut differentia genus.

¶ Secundum hoc igitur tria inueniuntur opponi virtuti,quorum vnum est peccatum, quod opponitur sibi ex parte eius ad quod virtus ordinatur ; nam peccatum propriè nominat actum inordinatum; sicut actus virtutis est actus ordinatus, & debitus.

B

¶ Hic consequenter Doct. Sanct. respondet ad quæsitum tali conclusione trimembri. Virtuti opponuntur tria, videlicet peccatum , ratione eius ad quod virtus ordinatur;malitia ratione eius, quod ad rationem virtutis consequitur ; sed vitium ratione eius, quod directè est de ratione virtutis. Circa istam conclusionem Doct. Sanct. primò ponit primam eius partem cum probatione. Secundò secundam ibi. Secundum autem, quod &c. Tertiò tertiam,ibi. Sed secundùm id &c. Probatur ergo cõclusio quo ad primam partem sic. Peccatum opponitur virtuti ratione actus virtutis,scilicet boni;ergo ratione eius ad quod ordinatur.Tenet consequentia;quia virtus ordinatur ad actum bonum, vt patuit supra quæst. 55.& quæst. 56.articu.3.Antecedens probatur, quia peccatũ propriè nominat actum inordinatum ; sed actus virtutis est ordinatus,& debitus;sed ordinatum, & inordinatum opponuntur,igitur antecedens verum.Deinde cum dicit.

¶ Secundum autem , quòd ad rationem virtutis consequitur , quòd sit bonitas quædam , opponitur virtuti malicia.

¶ Ponit secundam partem conclusionis , quòd videlicet malicia opponatur virtuti &c. pro qua arguitur sic , ex distinctione supra dicta in principio cor. Malicia opponitur virtuti ratione bonitatis ; sed bonitas ad rationem virtutis consequitur;ergo secunda pars vera.

¶ Maior nota,quia malicia, & bonitas contrariantur secũdùm communem rationem boni,& mali,vt tactum est.ar.4. præcedentis quæsti. Minor patet clarè ex secundo membro subdiuisionis præhabitę, quare bonitas ad rationem virtutis cõsequitur &c. Hic tertiò cum dicit.

¶ Sed secundùm id quod directè est de ratione virtutis , opponitur virtuti uitium, uitium enim uniuscuiusque rei esse uidetur, quòd non sit disposita secundùm quòd conuenit suæ naturæ.Vnde Augustinus dicit in 3. de li. be.arbitrio.* Quod perfectioni naturæ deesse perspexeris , id uoca uitium.

* Aug.cit.

¶ Annectit

¶ Annectit tertiam partem conclusionis,quæ formaliter est ad quæsitum responsiua,q òd s.vitium opponatur,vel contrarietur virtuti ratione eius,quòd directè (i.primò,& fundamẽtaliter)est de rõne virtutis,& probatur sic.Directè(i.primò)virtus importat dispositionem quandam alicuius conuenienter se habentis secũdũ modum suæ naturæ,vitium autem vniuscuiusque rei importat,q̃ res non sit disposita secundùm q̃ cõuenit suæ naturæ; sed ista expressè opponuntur, vt vitium opponatur virtuti rõne directè importati;ergo &c.Maior pro prima parte patet ex auctoritate septimi Physicorum. Secunda pars ex auctoritate August. quæ ponit in fine.Minor de se nota;quia conueniens naturæ,& non conueniens habent euidentem contrarietatem,ergo &c.

¶ Nota autem q̃ D.S. hic loquitur de virtute magis extensè,q̃ de virtute humana,quæ est habitus operatiuus; sed accipit virtutẽ largè pro omni dispositione conuenienti rei, siue ad esse, siue ad operari,habituali,vel actuali,vt patet ad tertium; & vitium etiam accipitur pro omni indispositione congruente rei.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat secundam partem conclusionis.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd illa tria non cõtrariãtur virtuti secundùm idem ; sed peccatum quidem contrariatur secundùm quòd virtus est operatiua boni; malitia autem secundùm quòd est bonitas quædam ; vitium autem propriè secundùm quòd est virtus.

Vnum vni opponitur dupliciter.

¶ Ad maiorem,vni vnum est contrarium ad sensum dictum ad secundum præcedentis ar.secundùm idem,& eandem rationem; sed vni secundùm diuersa, & diuersis rationibus possunt plura opponi,& præsertim in moralibus,vbi excessus,& defectus opponitur medio,licet non secundùm eandem rationem. Et secundò dicitur ad maiorem,quòd vnum vni est contrarium verum,& perfectum ab eo maximè distans,potest tamen vni contrariari vnum vt maximè distans,aliud vt medium,& præsertim,vt hȳ.2.Ethicorum,quando bonitas consistit in medio, tunc opponunt sibi duæ malitię,& malum opponitur malo,vt extremo,bono verò,vt medio,& auctoritas 10.Metaphy.intelligitur de verè,& perfectè cõtrarijs, ibi enim est vni vnum oppositum contrarium ; sed in moralibus malo contrariatur bonum,vt medium,& malum, vt extremum. Ad minorem,vera;sed non secundùm idem, nec secundùm eandem rationem,peccatum enim contrariatur virtuti secundùm quòd virtus est habitus operatiuus , non autem virtuti secundùm quòd est bona dispositio,& habitus essendi.Malitia autem opponitur cuilibet habitui,siue essendi,siue operãdi,vt est bonitas quædam,& ita loquitur Philosophus.7.Phy.lectione 5.in D.S.vbi virtuti opponit malitiam,vel magis capit malitiam pro vitio &c.Cũ quibus stat , quòd virtuti contrariatur vitium propriè , & directè, quantum ad principale importatum virtutis , scilicet inquantum est dispositio conueniens. Quare negatur,quod infertur,non ergo contrariatur ei vitium;sed sequitur, quòd non contrariatur ei, vt alia,sed tamen principalius,& directius. Et nota, quòd id quod sequitur in argumento intendit probare,quòd vitium non opponatur virtuti;quia virtus cum sit habitus operatiuus videtur habere contrarium ipsum opus prauum; sed vitium non videtur dicere opus aliquod,sed indebitam dispositionem cuiuscunque rei, vt membrorum corporalium.Dico quòd virtus non importat principaliter opus; sed quandoque ordinatur aliqua virtus ad opus,vt virtus operatiua;sed virtus principaliter, vel saltem primò secũdũ communem rationem,dicit debitam dispositionem,& conuenientem;ergo vitium eo ipso,quòd dicit indebitam dispositionẽ,directè sibi opponit.Vnde dictum est in fine cor.q̃ virtus non solũ capitur pro habitu operandi, sed pro quacunq; conuenienti dispositione rei,& vt patebit ad secũdum,cẽ virtus operatiua dicit dispositionẽ primò conuenientẽ rei,esto vlterius, & principaliter ordinetur ad opus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd virtus non solũ importat perfectionem potentiæ, quæ est principium agendi,sed etiam importat debitam dispositionem eius cuius est virtus;& hoc ideo, quia vnumquodque operatur secundùm quòd actu est , requiritur ergo q̃ aliquid sit in se bene dispositum , quod debet esse boni operatiuum, & secundùm hoc virtuti vitium opponitur.

C

¶ Ad maiorem, vera est, virtutem accipiendo in cõi, & potentiam in communi ad potentiam operatiuam , & ad potentiam ad esse,vt potest patere ex dictis q.55.ar.2.Et dico 2. q̃ de virtute potentiæ ad esse,non est difficultas quin dicat rectã , & conuenientẽ dispositionem eius cuius est virtus . Et hoc idem dico de virtute operatiua,q̃ illa ẽt dicit non mõ perfectionem potentiæ operatiuę vt sic,sed ẽt dispositionem debitam eius cuius est virtus;immo prius ordine naturæ dispositionem debitam,q̃ principium operãdi ; stant aũt simul q̃ vnum sit prius aliquo ordine naturæ aliud principalius,& sic virtus operatiua principalius ordinat ad opus (quia finaliter) sed tñ prius est conueniens dispositio; & hoc fuit supra declaratũ, vbi iam ad primum ; quia videlicet ẽt virtus humana, vt est moralis perficiendo potẽtiam, disponit eam,vt se debitè habeat,sicut regirit conditio hominis. Debet enim homo esse ita dispositus, vt appetitus sensitiuus subdatur rationi; quare.q.56. articu.4.dictum fuit,quòd virtus in irascibili, & concupiscibili nihil aliud sunt,nisi habituales conformitates , & dispositiones appetitus ad rationem;quare esto talis virtus principaliter ordinetur ad operandum,tamen primò bene disponit id cuius est virtus ; qa nihil operatur aliqualiter,nisi sit aliqualiter dispositum ; nã vnũquodque agitur, sicut est, & e contra , virtus quæ est principaliter ad esse secundariò etiam ordinatur ad opus, ita quòd quilibet habitus, & quelibet virtus dicat ordinem ad naturam,& ad opus.Sed in hoc differunt virtus potentiæ operatiuæ , & potentiæ essendi; quia prima principaliter ordinatur ad opus, & minus principaliter ad bene disponendum subiectum;licet secũdum primò faciat, tamen ibi non statur . Sed e contra habitus essendi principaliter ordinatur ad bene disponendum, secundariò ad operandum , vt trahi potest ex q.50 art 3. Omnis enim habitus(& per consequẽs virtus rarione generis)dicit ordinem ad naturam rei;sed aliqui ratione subiecti principaliter ad opus . Ad minorem, si intelligitur quantum ad rem vitij, negatur , immo id quod est vitium sępius est in potentia;sicut in subiecto.Sed minor vera quantum ad significationem nominis vniuersaliter , tunc vt dictum est in fine cor. solũ importat indispositionem rei secundùm naturam , sic turpitudo dicitur vitium,& non significat aliquid pertinens ad potentiam operatiuam,& ergo licet habitus vitiosus sit etiam principiũ operatiuum,hoc est vt habitus talis,non vt vitium; quia iste habitus,vt vitium solũ dicit dispositionem indebitam, quare vitium in communi positiuè non habet, vt sit potentiæ ; tamen permissiuè. Sed negatur consequentia; quia ẽt virtus potentiæ operatiuæ , vt virtus,significat dispositionem debitam , & non solũ pfectionem operandi potentiæ actiuę.Vbi nota,q̃ dispositiones ẽt corporales indebitę(quæ nõ sunt propriè habitus,vt supra patuit) possunt dici vitia;quare minor est vera, q̃ vitium, vt sic,non habet, q̃ pertineat ad potentiam;sed sufficit,q̃ sit dispositio indebita rei;quare non opponitur virtuti,vt est operatiua, & potentiæ operatiuæ,sicut subiectı ; sed tamen vt virtus est debita dispositio , sic opponuntur; & vlterius (vt tactum est) virtus etiam in sui communi acceptione non solùm est habitus operatiuus; sed etiam quæcunque debita dispositio rei.

¶ Ad tertium dicendum , quòd sicut Tullius dicit in quarto de Tusculanis quæstionibus, * morbi, & ægrotationes partes sunt vitiositatis ; in corporibus enim morbum appellat totius corporis corruptionem, puta febrẽ, vel aliquid huiusmodi ; ægrotationem verò morbum cũ imbecillitate;vitium autem cum partes corporis inter se dissident . Et quamuis in corpore quandoque sit morbus sine ægrotatione , puta cum aliquis est interius malè dispositus , non tamen exterius præpeditur a solitis operationibus , in animo tamen vt ipse dicit * hæc duo non possunt, nisi cogitatione secerni . Necesse est enim quòd quando aliquis interius est malè dispositus habẽs inordinatum affectum,quòd ex hoc imbecillis reddatur ad debitas operationes exercendas;quia vnaqueq; arbor ex suo fructu cognoscitur,id est homo ex opere,vt dicitur Matth.12.sed vitium animi,vt Tullius ibidem dicit* est habitus,aut affectio animi in tota vita inconstans, & a seipsa dissentiens, quod quidem inuenitur etiam absq; morbo,vel ægrotatione,vtpote cum aliquis ex infirmitate,vel ex passione peccat; vnde in plus se habet vitium, quàm ægrotatio , vel morbus ; sicut etiam virtus in plus se haber,quàm sanitas;nam sanitas etiam quædam virtus ponitur in 7.Phys.* & ideo virtuti conuenientius opponitur vitium , quàm ęgrotatio , vel morbus.

* Non multum remotè ab medlib.

* Eodẽ lib. fol.6.

*Matth.12. eodem lib. non remotè ante medium.

* Arist tex. 17.

¶ Ad maiorem primò dictum est supra quæstio.55. articu. secundo ad primum,comparatur virtus animæ sanitati (saltem corporali) inquantum vtraque est recta dispositio ; sed non in ordine ad operationem,quam virtus animæ principaliter respicit, nõ sanitas corporalis. Dico secundò, quòd si loquamur de virtute in communi,& non,vt supra allegabatur,de virtute animæ (quæ est virtus humana) quòd virtus est in plus secundùm modum significandi,quàm sanitas,quia sanitas est quædam species virtutis generaliter acceptę,vt patet 7.Physi.

¶ Ad minorem , sanitati autem opponitur ægritudo,vel morbus magis , quàm vitium . Dico , quòd sanitati corporali opponitur præsertim morbus , & ægritudo, quæ in corporalibus differunt, vt habetur in principio solu. quia ægrotatio superaddit super morbum , & vitium corporale est defectus quasi disparatus ab ægrotatione, & morbo, scilicet disproportio membrorum, & turpitudo corporalis ; sed in moralibus non distinguitur morbus,

Differunt ægrotatio, morbus,vitiũ, in corporalibus.

& egrotatio ſecundùm rem; ſed tãtũ rõne, qui enim eſt corruptus, (ſcilicet per habitum malum quem importat morbus) ille ẽt debilis eſt ad operandum, quod eſt eſſe egrotum. Sed vitium in moralibus, & in animo in plus eſt; quia importat quamcunque indiſpoſitionem non ſolũ habitualem, quæ eſt morbus, & egrotatio; ſed etiam actualem, puta affectionem inordinatã; vnde communius eſt. Quare negatur conſequentia; quia communioribus debẽt cõmuniora opponi, cum ergo virtus communior ſit ſanitati dẽt ſibi opponi communius, q̃ ſit oppoſitum ſanitatis. ſ. egritudo, vel morbus, quod communius eſt vitium, quod communius eſt ægritudine, vel morbo, quæ opponuntur ſanitati; & ſtat breuiter intẽtio ſolutionis in hoc, ꝙ virtus communiter accepta eſt communior ſanitate; ergo debet habere oppoſitum communius, q̃ ſit oppoſitum ſanitatis, quod eſt ægritudo, vel morbus. Et gratia declarationis minoris D.S. oſtendit a principio ſolutionis, quomodo in corporalibus diſtinguantur morbus, & ægrotatio; quia realiter, & ſeparatim poſſunt inueniri, & vitium diſtinguitur realiter ab vtroq; quaſi diſparatè; ſed in ſpiritualibus, & moralibus non diſtinguuntur illa duo (ſ. morbus, & ægrotatio) ſed vitium diſtinguitur realiter, & in diuerſis realiter eſt reparabile, vel diſtinguitur ſaltem ſicut communius; quia morbus, & ægrotatio dicunt ſolùm corruptionem per habitũ; ſed vitium etiam per affectionem, & paſſionẽ prauam, quæ non arguit corruptionem habitualem, poteſt enim ſtare cum habitu bono; vnde vitium eſt in plus, & ergo debet opponi virtuti, & non morbus, vel ægrotatio; quia ſicut vitiũ in plus eſt, quàm ægrotatio; ita virtus, q̃ ſanitas cui ægrotatio opponitur.

¶ Nota circa hanc ſolutionem D.S. quia trahitur ex ea, ꝙ inconſtans affectio animi poteſt dici vitium, & per conſequens operatio, vel actio; quare ſequitur, quòd vitium non ſolũ ſignificet habitum, ſed & actum, & per conſequens virtus cum ponatur eiuſdẽ communitatis cum vitio etiam non ſolũ ſignificabit habitum, ſed omne id quod habet rationem diſpoſitionis cõuenientis ſiue habitualis, ſiue actualis; & hoc videtur conſonum ei, quod hẽt Doct. Sanct. in de virtu. in communi. q. 1. ar. 1. vbi oſtendit virtutẽ ſignificare omne id quod habet rationem complementi potentię, quale poteſt eſſe paſſio, & actus, vt patuit ſupra q. 41. art. 1. ad primum, & q. 26. ar. 2. ad primum. Sed verũ eſt, quòd virtus humana ſignificat habitum, ſed non virtus in communi, quæ ſignificat diſpoſitionẽ debitam qualemcunque. Sed tunc eſſet dubium quomodo verificetur prima pars concluſionis, quæ dicit, quòd virtuti opponaẽ peccatũ ratione eius ad quod ordinatur, ſi enim virtus põt eſſe actus, tunc poterit peccatum ſibi opponi ratione ſui, & non tantùm ratione eius ad quod ordinatur. Ad hoc dicitur primò, quòd prima pars concluſionis verificatur permiſſiuè, & per non repugnantiã; quia videlicet aliqua virtus ordinatur ad actum, vt eſt virtus, quæ eſt diſpoſitio habitualis potentiæ actiuę, talis enim ordinatur ad actum bonum, cui opponitur peccatum. Secundò dicitur, quòd vt ſupra tactum fuit q. 26 art. 2. ad 1. non eſt inconueniens, vt actus, vel paſſio ſit ratio agendi potentiæ aliquem alium actum, vel effectum, & ſic peccatum opponitur ſibi, non vt actus eſt; ſed vt principium aliquo modo, & virtus bene agendi, vitium autem opponitur ſibi, vt conueniens diſpoſitio agentis, & ſubiecti ſui.

¶ Nota autem quòd D.S. in de virtutibus vbi ſtatim dicit conſiſtere rationem virtutis in hoc, ꝙ eſt eſſe completiuum potẽtiæ ad agendum, hic autem in ar. dicit conſiſtere in hoc, quòd eſt eſſe cõuenientem diſpoſitionem eius cuius eſt, & illa ad ſe conſequuntur; ſed id quod hic dicit videtur eſſe ratio magis adæquata, & cõuertibilis cum omni virtute, ſiue quæ eſt perfectio ad eſſe, ſiue ad operari. Alia enim ſolũ primariæ conuenit virtuti, quæ eſt potentiæ operatiuę; ſed ad hoc, quòd eſt eſſe conuenienter diſpoſitum, etiã ſequitur eſſe completium potentiæ cuiuſcunque; quia ſecũdùm quòd vnumquodque diſpoſitum eſt, ſic operatur. Patet igitur quõ peccatum opponitur virtuti, non vt diſpoſitio eſt conueniens abſolutè, & directè; ſed operi eius directè, & virtuti, vt operatiua eſt, ſiue ſit operatiua, & reſpiciat operationẽ principaliter, ſiue ex conſequenti. Vitium autem opponitur ſibi in ſe, vt conueniens diſpoſitio eſt; ſed malitia opponitur virtuti, vt bonitas eſt quæcunque; capitur enim malitia extensè ad malitiam naturalem, & moralem; ſicut ægritudo malitia eſt, & intemperantia malitia, ſic & bonitas conuenit ſanitati, & temperantiæ; virtus enim capitur extensè, ẽt pro virtute naturali, & morali, & gratuita, ſic bonitas, & malitia.

Vtrum vitium ſit contra naturam.

E 2. 2. q. 154. ar. 12. Et 4. di. 41. art. 3. q. 1. ad 1. Et Mal. qõ. 14. ar. 2. ad 8. & q. 15. ar. 1. ad 7. & Roma. 1. lec. 8. & Gala. 5. lec. 6. cõ. 2. Princi. Et Coloſ. 3.

AD ſecũdum ſic proceditur. Videtur quòd vitium non ſit contra naturam, vitium enim cõtrariatur virtuti, vt dictum eſt; * ſed virtutes non ſunt in nobis a natura, ſed cauſantur in nobis per infuſionem, aut ab aſſuetudine, vt dictũ eſt; * ergo vitia non ſunt cõtra naturã.

¶ 2 Præt. Ea quæ ſunt contra naturam non poſſunt aſſuefieri; ſicut lapis nunquàm aſſueſcit ferri ſurſum, vt dicitur in 2. Ethi. ſed aliqui aſſuefiunt ad vitia; ergo vitia non ſunt contra naturam.

¶ 3 Præt. Nihil quod eſt contra naturam inuenitur in habentibus illam naturam, vt in pluribus; ſed vitia inueniuntur in hominibus, vt in pluribus; quia ſicut dicitur * Matthei 7. Lata eſt via, quæ ducit ad perditionem, & multi vadunt per eam; ergo vitium non eſt contra naturam. *Art. 1. *q. 63. art. 3. *Matth. 7.

¶ 4 Præt. Peccatum comparatur ad vitium ſicut actus ad habitum, vt ex ſupra dictis patet; * ſed peccatũ definitur eſſe dictum, vel factum, vel concupitum cõtra legem Dei, vt patet per Auguſtinum 22. contra Fauſtũ; * lex autem Dei eſt ſupra naturam; magis ergo dicendum eſt, quòd vitium ſit contra legem, quàm quòd ſit contra naturam. *Art. 1. *Aug. c. 27.

¶ Sed contra eſt, quod Auguſtinus dicit in 3. de libe. arb. * Omne vitiũ eoipſo, ꝙ vitiũ eſt, contra naturam eſt. *Aug. c. 11.

¶ Hic quærit de quodam dubio, quod oritur ex dictis, dictum eſt enim quòd vitium principaliter ſignificat diſpoſitionem incõuenientem naturæ rei, ideo eſt dubium, an vitium ſit contra naturam. Poteſt autem hic titulus quæſtionis habere duplicem intellectum, ſecundùm quòd vitium, & natura poſſunt capi communiter, & ſpecialiter. Vnde quæritur, an vitium in communi contrarietur naturæ in communi, & an vitium humanum contrarietur naturæ humanæ.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut dictum eſt; * vitium virtuti cõtrariatur, virtus autem vniuſcuiuſque rei conſiſtit in hoc, quòd ſit bene diſpoſita ſecundùm conuenientiam ſuæ naturę, vt ſupra dictum eſt. * Vnde oportet quòd in qualibet re vitium dicatur ex hoc, quòd eſt diſpoſita contra id quod conuenit naturę. *Arti. 1. *Arti. 1.

¶ Secundum duplicem intellectum quæſiti D. S. reſpondet dupliciter. Primò reſpondet ad quæſitum intellectum cõiter. Secũdò ſpecialiter, ibi. Sed conſiderandum &c. Circa primum ponit talẽ concluſionem, vitium in qualibet re eſt contra naturam. Huic cõcluſioni adducit duplicem probationem. Secundã ibi. Vnde & de hoc &c. Prima probatio talis eſt, quicquid eſt contra id quod conuenit naturæ eſt contra naturam; ſed vitium in qualibet re eſt diſpoſitio contra id quod conuenit naturæ rei; ergo concluſio vera. Maior nota; quia dicitur contra naturam, non ſolũ, quod eſt contra ſubſtantiam rei; ſed ẽt quia eſt contra connaturale, quod eſt a natura, vel ſm naturã. Minor probatur in literа, vitium cõtrariatẽ virtuti; ſed virtus vniuſcuiuſq; rei conſiſtit in hoc, quòd ſit bñ diſpoſita ſecundùm conuenientiam ſuæ naturæ; ergo minor vera.

¶ Nota aũt pro maiori intellectu maioris, vt tangiur in ſolutione ad ſecundũ; contra naturam eſt aliquid dupliciter. Vel quia eſt contra id, quod eſt a natura. Vel quia eſt contra id quod eſt ſm naturam. Vitium aũt in cõi vtroq; modo poteſt eſſe cõtra naturã; ſicut ægritudo eſt contra ſanitatem, quæ eſt quandoque a natura ſaltem indiuidui, vt patuit ſupra q. 51. ar. 1. & poteſt dici virtus, virtute capta generaliter pro omni diſpoſitione conueniẽti, vt patuit ar. 1. Quandoque aũt eſt cõtra diſpoſitionem extrinſecus aduenientem, quæ tñ eſt ſm naturam, vt patet de mala diſpoſitione ſenſuum interiorum, quæ ex vino aduenit, quæ tollit bonã diſpoſitionem connaturalem. i. ſecundũ naturam, hoc eſt naturæ congruentem, quæ procuratur ex medicina. Sed vitium hominis oppoſitum virtuti, & morale dr̃ ſolũ contra naturam; quia opponit ei, quod eſt ſecundũ naturam. Nam virtus dr̃ connaturalis, nõ qa perfectè a natura; ſed quia eſt ſm naturã. i. diſpoſitio proportionata, & congruens naturæ hominis, vt ſic, vt patuit ſupra q. 63.

¶ Vnde & de hoc vnaqueque res vituperatur, a vitio autem nomen vituperationis detractum creditur, vt Auguſt. dicit in 3. de libero arbitrio. * *Auguſt. c. 13. & 14.

¶ Arguitur ſic ex iſta parte, a vitio nomen vituperationis deriuatum traditur; ſed vnaqueq; res vituperatur, quia eſt diſpoſita cõtra id quod conuenit naturæ; ergo vitium eſt aliquid contra naturam. Maior patet per Auguſtinum.

¶ Sed conſiderandum eſt, quòd natura vniuſcuiuſq; rei potiſſimè eſt forma, ſecundùm quam res ſpeciem ſortitur; homo autem in ſpecie conſtituitur per animam rationalem, & ideo id quod eſt contra ordinem rationis propriè eſt contra naturam hominis, inquantum eſt homo; quod autem eſt ſecundùm rationem eſt ſecundũ naturam hominis inquantum eſt homo.

¶ In hac ſecunda parte Doct. Sanct. reſpondet ſpecialiter de vitio humano, & morali, & de natura humana tali concluſione, Vitium hominis, & morale eſt contra naturam hominis, vt homo eſt, & virtus eſt ſecundùm naturam hominis, vt homo eſt. Probat illam vnica ratione, quicquid eſt contra ordinem rationis, propriè eſt contra naturã hominis ingẽũ homo eſt quod

quod autem eſt ſecundùm rationem, eſt ſecundùm naturam hominis, vt homo; ſed vitium eſt contra ordinem rationis, virtus verò eſt ſecundùm naturam hominis, ergo concluſio vera. Illius rationis D.S. primò ponit maiorem cum ſua probatione. Secundò minorem innuens concluſionem, ibi. Bonum autem, &c. Probatur ergo maior ſic, natura vniuſcuiuſq; rei eſt potiſſimè forma (ſ. radicaliter, & cauſaliter) per quam res ſpeciem ſortitur; ſed homo conſtituitur in ſpecie per animam rationalem, ergo maior vera. Deinde ibi.

¶ Bonum autem hominis eſt ſecundùm rationem eſſe, & malum hominis eſt præter rationem eſſe, vt Dion. dicit 4. cap. de Diui. no. Vnde virtus humana, quæ homi nem facit bonum, & opus ipſius bonum reddit, intantum eſt ſecundùm naturam hominis, inquantum conue nit rationi; vitium autem intantum eſt contra naturam hominis, inquantum eſt contra ordinem rationis. Dionyſius.

¶ Ponit minorem, quæ probatur ſic, præſertim de virtute, Illud quod facit hominem malum eſt contra ordinem rationis, & illud quod facit hominem bonum eſt ſecundùm rationem; ſed vitium facit hominem malum, virtus bonum; ergo vitium eſt contra rationem, virtus verò, &c. Maior probatur, quia bonum hominis eſt ſecundùm rationem eſſe, malum verò eſt prꝫter rationem eſſe, vt Dionyſius habet; ergo quod facit bonum eſt ſecundùm rationem, &c. cum non dicatur bonum, niſi quia ſecundùm rationẽ, & non malum, niſi quia contra rationem. Minor quo ad ſecundam partem patet, quia virtus bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. De vitio patet per oppoſitum, quia contrariorum ſunt contrarij effectus; ſed virtus opponitur vitio, ſicut bonum malo. Patet ergo ſi ipſa facit bonum, vitium faciet malum, vel ſic. Effectus proportionatur cauſæ, ſed vitium eſt malum, ergo & effectus eius eſt eſſe malum. Ex his innuit D.S. concluſionem ſecundam in fine, ꝙ virtus humana, q̃ hominem facit bonũ, &c.

ARGVMENTI in contrarium auctoritas, eſt pro prima concluſione.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ virtutes & ſi non cauſentur à natura ſecundùm ſuum eſſe perfectum; tamen inclinant ad id, quod eſt ſecundùm naturam, ideſt ſecundùm ordinem rationis; dicit enim Tullius in ſua Rhetorica, * quòd virtus eſt habitus in modum naturæ rationi conſentaneus, & hoc modo virtus dicitur eſſe ſecundùm naturam, & per contrarium intelligitur, ꝙ vitium ſit contra naturam. *Tul. in 2. li. de inuẽ. circa fin.

¶ Maior vera, & patuit art. 1. Minor vera, quòd non ſunt à natura completæ virtutes, ſunt tamen à natura ſecundùm inchoationem, quo ad ſpeciem in omnibus, & quo ad naturam indiuidui in aliquibus, de hoc ſup. q. 63. Dico ſecundò, ꝙ licet virtutes non ſint à natura, tamen ſunt ſecundùm naturam, & inclinant in id, quod eſt ſecundùm naturam hominis, vt homo eſt, quia in id, quod eſt ſecundùm rationem. Nam virtus (ſ. humana) eſt habitus rationi conſentaneus. Negatur autem conſequentia, quia eo modo quo virtus eſt ſecundùm naturam, vitium eſt contra naturam, tanquam inclinatio in id, quod eſt contra rationem, & contra inclinationem virtuoſam, quæ eſt ſecnndùm naturam, vt patet ad ſecundum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Philoſophus ibi loquitur de his, quæ ſunt contra naturam, ſecundùm ꝙ eſſe contra naturam opponitur ei, quod eſt eſſe à natura; non autem ſecundùm quòd eſſe contra naturã opponitur ei, quod eſt eſſe ſecundùm naturam, eo modo quo virtutes dicuntur eſſe ſecundùm naturam, inquantum inclinant ad id, quod naturæ conuenit.

¶ Maior eſt vera ad ſenſum, quem D.S. ponit in commento ſecundi ethic. lec. pri. Ea quæ ſunt contra naturam, quæ agit tantùm non poſſunt aſſuefieri, & manente natura, ſicut exemplum Philoſophi probat de lapide, & igne; & ergo quamuis ſanitas ſit alicui naturalis, quia tamen natura. ſ. indiuidualis, quàm ſanitas ſequitur mutari poteſt, ideo & ſanitas auferri. Dico ſecundò, quòd ea quæ ſunt contra naturam ad hunc ſenſum, quia ſunt contra ea, quæ ſunt à natura perfectè, illa non poſſunt aſſuefieri.

¶ Minor vera, & per hoc probat Philophus, ꝙ nec vitia, nec virtutes ſunt à natura, quia habens virtutem poteſt per aſſuefactionem amittere eam, & ſimiliter de vitioſo. Vltra, ergo vitia moralia non ſunt contra naturam hominis, tanquam exiſtentia contra id, quod eſt completè à natura humana, tamen ſunt contra naturam, tanquam contra id, quod eſt ſecundùm naturam, quod benè poteſt auferri per operationes contrarias; ſic virtutes, quæ ſunt ſecundùm naturam tolluntur per aſſuefactionem vitioſam; ſed ſyndereſis, quæ eſt à natura nunquam tollitur, quæ enim ſunt à natura ſtante ipſa non mutantur; ſanitas autem illius hominis eſt à natura indiuiduali, & complexione, quæ mutari poteſt, ſed quæ ſequuntur naturam ſpecificam ipſa manente non patiuntur contraria, &c. Dicitur autem ſtante natura ipſa (vide art. 4. ad tertium) quia virtutibus naturalibus deſtructis poteſt induci peccatum, quod eſt contrarium naturæ, & ei, quod eſt à natura.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in homine eſt duplex natura. ſ. rationalis, & ſenſitiua. Et quia per operationem ſenſus homo peruenit ad actus rationis; ideo plures ſequuntur inclinationes naturę ſenſitiuæ, quàm ordinem rationis; plures enim ſunt, qui aſſequuntur principium rei, quàm ad conſummationem perueniunt; ex hoc autem vitia, & peccata in hominibus proueniunt, quòd ſequuntur inclinationem naturæ ſenſitiuæ contra ordinem rationis. Dub. 295. 839.

¶ Ad maiorem dico, verum, ſi habeant illam naturam ſolam, tunc id quod eſt contra eam in paucioribus accidit, vt habet D.S. pri. par. q. 49. ar. 3. ad quintum. in angelis enim, vt in paucioribus inuenitur defectus peccati, qui eſt contra naturam. Similiter in generabilibus, & corruptibilibus, vt in paucioribus euenit, quod eſt contra inclinationem naturalem; ſed ſi habeant cum natura contra quam aliquid eſt, & aliam naturam cui conuenit id, quod eſt contra aliam naturam, & quæ eſt de his, quæ ſunt magis nota, & vehementius delectantia, & à pluribus perceptibilia, tunc negatur maior iſta, ſic autem eſt in propoſito, quia homo præter naturam rationis habet naturam ſenſitiuam, cui conueniunt ea (ſ. delectationes vitioſæ) & quæ ſunt contra rationem, & ſunt magis vehementes, & notæ, & poſſunt à pluribus conſequi, quàm bona ſpiritualia, quæ ſunt ſecundùm rationem, vt patuit ſup. q. 31. art. 5. ad primum. Conceſſa ergo minore, negatur conſequentia, ꝙ non ſit vitium contra naturam hominis, quæ eſt ratio, licet benè probet, ꝙ non ſunt contra naturam animalis, & ſenſualem hominis, quia cognitio, & operatio ſenſitiua eſt primordialis, & im perfectior operatione perfecta rationis, modo facilius eſt peruenire ad principium, quàm ad perfectionem, ideo relicta ratione, plures ſequuntur ſenſum. Nihil cõtra naturã exiſtens inuenitur, vt in pluribus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quicquid eſt contra rationem artificiati, eſt etiam contra naturam artis, qua artificiatum producitur; lex autem æterna comparatur ad ordinem rationis humanæ, ſicut ars ad artificiatum; vnde eiuſdem rationis eſt, quòd vitium, & peccatum ſit contra ordinem rationis humanæ, & quòd ſit contra legem æternam, vnde Aug. dicit in 3. de libe. arb. quòd à Deo habent omnes naturæ, quòd naturæ ſunt, & intantum ſunt vitioſæ, inquantum ab eius, qua factæ ſunt, arte diſcedunt. Auguſt.

¶ Maior placet, præſertim de peccato, & vitio moralibus; tale enim peccatum comparatur ad vitium morale, & humanum, ſicut actus, ad habitum; tamen vt patuit artic. 1. vitium aliquod in naturalibus, poteſt etiam eſſe paſſio, vel actus, inquantum diſpoſitio inordinata.

¶ Ad minorem, conceditur. Sed dico, ꝙ per hoc non excluditur quin peccatum ſit contra rationem hominis; nam eoipſo, ꝙ eſt contra rationem hominis (ſ. rectam) eſt etiam contra legem æternam, quia quicquid eſt contra rationem artificiati, eſt etiam contra rationem artis, qua artificiatum producitur. Lex autem æterna ſe habet, vt regula, & ars, reſpectu rõuis humanæ, quamuis hoc verum ſit, ꝙ ad multa ſe extendit lex æterna, ad quæ ſe non extendit ratio humana naturalis; tamen nihil eſt contra rationem humanam, quin ſit contra legem æternam. Vnde negatur conſequentia, quia vitium eſt contra vtranque. ſ. legem æternam, & rationem, vel naturam hominis, vt ſic. Vide de materia iſtius minoris infra, q. 72. artic. 4. ad primum, & in corpore. Et nota, ꝙ peccatum dicitur eſſe contra rationem, quia eſt contra rationem rectam, vt habet D.S. in de veritate, &c.

Vtrum vitium ſit peius, quàm actus vitioſus, ideſt peccatum.

G Sup. art. 2. cor. E. Mal. q. 2. ar. 2. ad 9. & arti. 5. ad 8.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd vitium. i. habitus malus ſit peius, quàm peccatum, ideſt actus malus; ſicut enim bonum, quod eſt diuturnius eſt melius, ita malum, quod eſt diuturnius eſt peius; ſed habitus vitioſus eſt diuturnior, quàm actus vitioſi, qui ſtatim tranſeunt; ergo habitus vitioſus eſt peior, quàm actus vitioſus.

¶ 2 Præt. Plura mala ſunt magis fugienda, quàm vnum malũ; ſed habitus malus virtualiter eſt cauſa multorum malorum actuum; ergo habitus vitioſus eſt peior quàm actus vitioſus.

¶ 3 Præt.

¶ 3 Præt. Causa est potior quàm effectus; sed habitus perficit actum, tam in bonitate, quàm in malitia; ergo habitus est potior actu, & in bonitate, & in malitia.

¶ Sed contra, pro actu vitioso aliquis iustè punitur, non autem pro habitu vitioso, si nõ procedat ad actum; ergo actus vitiosus est peior, quàm habitus vitiosus.

¶ Quærit quomodo vitium se habeat ad actũ vitiosum in malitia, an excedat peccatum, & intelligitur præsertim de vitio morali, & peccato morali, quamquam & de vitio, & peccato in communi intelligi possit; vt enim sup. patuit q. 21. artic. 1. & 2. peccatum inuenitur etiam in naturalibus, & omnis actus deficiẽs à regula sua est peccatum; sed quia D. S. quærit, an vitium. i. habitus malus, ideo intelligitur de vitio humano principaliter.

¶ Respondeo dicendum, quòd habitus medio modo se habet inter potentiam, & actum; manifestum est autem quòd actus in bono, & malo præeminet potentiæ, vt dicitur in 9. Metaph.* melius est enim benè agere, quàm posse benè agere; & similiter vituperabilius est malè agere, quàm posse malè agere; vnde etiam sequitur, ꝙ habitus in bonitate, & in malitia medium gradum obtineat inter potentiam, & actum; vt. s. sicut habitus bonus, vel malus præeminet in bonitate, vel malitia potentiæ, ita etiam subditur actui.

* Aristot. tex. 19.

¶ D. S. in hoc corpore respondet per vnam conclusionem bimembrem, talem. Habitus bonus, vel malus præeminet in bonitate, vel malitia potentiæ, sed subditur actui, (& sic actus potior est in bonitate, vel malitia, quàm habitus) & intelligitur de maioritate simpliciter, vt patet ad primum. Ex hoc habetur conclusio responsiua ad quæsitum formaliter negatiua, quia vitium non est peius peccato, sed è contra. Et quæsitum est de vitio. D. S. autem respondet de habitu, quia si aliquid verificatur positiuè de genere; verificatur etiam de specie, vt solet dici circa illam auctoritatem tertij Physicorum. Nihil est in genere (. s. positiuè) quin sit in aliqua specierum; habitus autem genus est vitij, de quo intelligitur præsertim quæsitum. Huius conclusionis primam partem cũ sua probatione primò ponit. Secundò probat secundam, & eam annectit, ibi. Quod etiam ex hoc, &c. Arguitur ergo pro prima parte conclusionis sic, quicquid est medium inter potentiam, & actũ tanquam duo extrema, hoc præfertur extremo inferiori, & subditur potiori, & excellenti extremo; sed habitus in bonitate, & malitia medium gradum obtinet inter potentiam, & actum, & actus est extremum excellens, & potentia extremum infimum; ita ꝙ actus in bono, & malo præeminet potentiæ, tanquam extremo inferiori; ergo sequitur, ꝙ habitus in bonitate, & malitia medium gradum obtineat inter potentiam; & actum, vt scilicet sicut habitus bonus, vel malus præeminet in bonitate, vel malitia potentiæ, ita subditur actui. Maior nota, quia medium excedit vnum extremum, & exceditur ab alio. Minor quo ad primã partem relinquitur nota, & potest patere ex dictis sup. q. 49. art. 3. ad primum. & q. 50. &c. Secunda pars minoris patet ex 9. Metaph. tex. com. 19. vbi vtraq; ratio hic posita habetur; melius est enim benè agere, quàm posse benè agere, & vituperabilius est malè agere, quàm posse malè agere.

Dub. 52. 53. & 60.

¶ Quod etiam ex hoc apparet, quòd habitus non dicitur bonus, vel malus, nisi ex hoc ꝙ inclinat ad actum bonum, vel malum; vnde propter bonitatem, vel malitiam actus dicitur habitus bonus, vel malus; & sic potior est actus in bonitate, vel malitia, quàm habitus; quia propter quod vnumquodq; tale, & illud magis est.

¶ Ponit secundam partem conclusionis, quam probat sic. Propter quod vnumquodque tale, & illud magis; sed propter bonitatem, vel malitiam actus, dicitur habitus bonus, vel malus; ergo actus potior est in bonitate, vel malitia, quàm habitus. Maior est auctoritas, & præsertim tenet in causis finalibus, & in his, quę cõmunicant in nomine, vt alibi exponi habet, sicut est in proposito. Minor probatur, quia habitus non dicitur bonus, vel malus, nisi ex hoc ꝙ inclinat ad actum bonum, vel malum. Vnde habitu existente, non autem actu, nullus punitur, ideo potior malitia est in actu, vt est causa finalis malitiæ habitus, quia ideo habetur malus, quia est principium habituale actus mali.

¶ Eandem partem secundam conclusionis confirmat argumentum in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd nihil prohibet aliquid esse simpliciter altero potius, quod tamen secundùm quid ab eo deficit; simpliciter enim potius iudicatur, quod præeminet, quantum ad id, quod per se considerat in vtroque; secundùm quid autem quod præeminet, secundùm id quod per accidens se habet ad vtrunque; ostensum est autem ex ipsa ratione actus, & habitus, quòd actus est potior in bonitate, & malitia, quàm habitus; quòd autem habitus sit diuturnior, quàm actus, accidit ex eo, quòd vtrunque inuenitur in tali natura, quæ non potest semper agere, & cuius actio est in motu transeunte; vnde simpliciter actus est potior, tam in bonitate, quàm in malitia; sed habitus est potior secundùm quid.

*In corp. artic.

¶ Dicendum ad maiorem, negatur, ꝙ bonum, ꝙ est diuturnius sit melius secundùm speciem, & per consequens simpliciter minus diuturno, & præcipuè quando minor diuturnitas non conuenit minus duranti secundùm rationem speciei, immo æqua duratio sibi ex propria ratione, vel maior non repugnat. Nam vt patuit sup. q. 66. ar. 3. maioritas simpliciter est secũdùm speciẽ, & rationem propriam; diuturnitas autem maior est secundùm id, qđ est præter rationem rei, præsertim creatæ, vt habetur pri. ethic. & tactum fuit sup. q. 42. ar. 6. ad tertium. Vnde vita hominis vnius anni non est melior simpliciter, quàm vita hominis vnius horæ. Et sic in quibuscunque bonis eiusdem rationis, & speciei. Vnde bonum separatum perpetuum si differret solùm in duratione nõ esset simpliciter melius bono temporali. Sed dico, ꝙ vera est maior, ꝙ bonum, vel malum, quia diuturnius, est melius, vel peius secundùm quid. Ad minorem, habitus vitiosus est diuturnior, quã actus vitiosi. Dico, ꝙ verum, habitus est diuturnior actu per accidens tantùm; sed actus est perfectior à toto genere ipso habitu secundùm propriam rationem, & secundùm propriam rationem non repugnat sibi tanta duratio, sicut conuenit habitui, immo maior; quia datur actus, qui mensuratur æternitate essentialiter dicta, quod non conuenit alicui habitui, &c. Quod enim actus statim transeant, hoc est per accidens, quia sunt actus talis naturæ, quæ non potest semper actu agere; vnde actus diuinus semper durat, & similiter actus naturalis angelorum, & habitus solùm habet locum in natura, quæ quandoque est in potentia, in qua accidit actum non semper esse; quare negatur consequentia, tum quia ex diuturnitate non sumitur maioritas simpliciter, tum quia per accidens est, ꝙ habitus plus durat actu (quia quamuis per se duratio diuturna conueniat habitui, tamen per accidens est, ꝙ non conueniat actui.) Quare stando in his, quæ vtrisque per se conueniunt, actus maior est simpliciter, quia includit maiorem actualitatem in propria ratione, quare per se, & per consequens est simpliciter nobilior, vel peior habitu bono, vel malo.

An maior duratio æquat maiorẽ perfec.

¶ Nota tamen circa hoc, ꝙ videtur verum, ꝙ si maior diuturnitas alicui conueniret ex propria ratione, & positiuè; alteri verò repugnaret, sicut æternitas debetur per se Deo, repugnat autem cuilibet creaturæ; & exterino debetur per se duratio repugnans temporali; ꝙ tunc magis durationum esset simpliciter nobilius, & minus durationum ignobilius simpliciter, sic autẽ non est in proposito, vt patuit; nec coruus ex propria ratione specifica habet maiorem durationem, sed ex dispositione indiuiduali, vt in plurimũ, & tamen talis duratio non est vlterioris rationis, quia vtraque duratio temporalis, potest enim sine tali dispositione intelligi etiam in secunda operatione, sicut & sine nigredine, vt Porphyrius habet, ꝙ potest intelligi nitens candore, & hoc in secunda operatione intellectus, vt Doc. Sanc exponit in de spiritualibus creaturis, q. vlt. ad primum, quia videlicet albedo non repugnat principijs essentialibus corui.

¶ Ad secundum dicendum, quòd habitus non est simpliciter plures actus, sed secundùm quid, ideſt virtute; vnde ex hoc non potest concludi, ꝙ habitus sit simpliciter potior in bonitate, vel malitia, quàm actus.

¶ Ad maiorem vera, si sint eiusdem rationis, si autem non sint eiusdem rationis non oportet, sicut multa venialia, non tam fugienda sunt, sicut vnum mortale, immo secundùm Doc. Sanc. inf. q. 88. ar. 4. Omnia venialia de mundo non equiparantur vni mortali, &c. Minor vera, ꝙ virtualiter est causa multorum, & tali virtute qua continentur actus plures secundùm quid solum. Sed negatur consequentia, quia in vno polygrano vnius allecis continentur benè mille alleca in virtute; sed nemo dubitat quin vnum allec actu præualeat omnibus istis granis, in quibus plurima continentur; & vnum pomum præualet centum floribus, quia vnumquodq; iudicandum est secundùm ꝙ est actu, non in potentia. Vn de logici dicunt, ꝙ species abundat à genere propter differentiam, quam actu includit, quare actus simpliciter potior est, licet habitus secundùm quid, &c.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ habitus est causa actus in genere causæ efficientis; sed actus est causa habitus in genere causæ finalis, secundùm quam consideratur ratio boni, & mali; & ideo in bonitate, & malitia actus præeminet habitui.

¶ Ad hanc maiorem, responsum est supra, causa principalis, & totalis est perfectior suo effectu; sed si est causa effectiua minus principalis: s. instrumentalis effectiua, & effectus est causa in genere causæ finalis, secundùm quam consideratur ratio boni, vel mali, negatur. Minor vera, in genere causæ efficientis instrumentalis; tamen iterum actus est causa finalis habitus; nam habitus ex natura sua ordinatur ad actum eliciendum, sicut ad finem, qui est finis habitus, & agentis, vt sic; sed non agentis absolutè, & secundùm se. Quare negatur consequentia, & de hoc fuit aliquid tactum sup. q. 18. ar. 2. ad tertium. quia non est inconueniens, vt effectus in genere causæ efficientis, sit causa in genere causæ finalis, & præsertim quandò est causa instrumentalis tantùm, & intelligitur de actu procedente ex habitu, ꝙ talis est finis habitus; sed præcedens est causa effectiua instrumentalis ad sensum dictum, q. 51. ar. 2. ad tertium. & q. 63. ar. 2. ad tertium.

¶ Nota, ꝙ possunt habitus, & actus considerari, quo ad modum entis, quia videlicet vt actus, & potentia, tunc omnis actus est melior habitu. Possunt secundò considerari quo ad modum essendi in subiecto, sic habitus intensus est melior actu remisso, sed nõ actu proportionabiliter intenso; sed quo ad speciem sunt eiusdem nobilitatis comparando ad idem obiectum. Patet igitur, ꝙ actus præcedens habitum est nobilior habitu ratione modi entis; sed quo ad intensionem possunt esse pares, quia ante generatum habitum perfectum, & actus, & habitus remissi sunt; sed habitu generato, & intenso potest procedere imperfectus actus, & remissus cum vsus subsit voluntati, & tunc talis actus erit imperfectior secũdùm modum essendi. Vnde probatio art. ex 9. Metaph. videtur procedere vniuersaliter considerando actum, & habitum, vt continentur sub modis entis. s. actu, & potentia, & non vt considerantur secundùm modum accidentalem, qui est in esse subiecto tali, vel tali modo.

Vtrum actus vitiosus, siue peccatum possit esse simul cum virtute.

H Sup. q. 63. art. 2. ad 2. Et infra, q. 73. art. 1. ad 2. Et q. 77. art. 2. ad 3. Et 2. 2. q. 24. ar. 12. Et Mal. q. 2. ar. 5. ad 13. Et Virt. q. 1. ar. 1. ad 5.

AD quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ actus vitiosus, siue peccatum non possit simul esse cum virtute. Contraria enim non possunt esse simul in eodem; sed peccatum quodammodo contrariatur virtuti, vt dictum est;* ergo peccatum non potest simul esse cum virtute.

* Art. 1. huius quæst.

¶ 2 Præt. Peccatum est peius quàm vitium. i. actus malus, quàm habitus malus; sed vitium non potest simul esse in eodem cum virtute; ergo neq; peccatum.

¶ 3 Præt. Sicut peccatum accidit in rebus voluntarijs, ita & in rebus naturalibus, vt dicitur in 2. Physic.* sed nunquam in rebus naturalibus accidit peccatum, nisi per aliquam corruptionem virtutis naturalis, sicut monstra accidunt corrupto aliquo principio in semine, vt dicitur in secundo Physicorum;* ergo etiam in rebus voluntarijs non accidit peccatum, nisi corrupta aliqua virtute animæ, & sic peccatum, & virtus non possunt esse in eodem.

* Aristot. tex. 82.

* Arist. tex. prox. dicto.

¶ Sed contra est, quod Philosophus dicit in 2. Ethic.* ꝙ per contraria virtus generatur, & corrumpitur; sed vnus actus virtuosus non causat virtutem, vt sup. habitum est;* ergo neque vnus actus peccati tollit virtutem; possunt ergo simul in eodem esse.

* Arist. c. 1. 2. & 3.

* q. 51. ar. 3.

¶ Hic quærit de vitio ex parte actus vitiosi secundùm se. Est enim principalis consideratio de actu, hoc est peccatum, vt patebit. Et quærit an actus vitiosus, hoc est peccatum, possit stare cum virtute, & intelligitur de peccato morali, & hominis, quod est culpa, &c.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ peccatum comparatur ad virtutem, sicut actus malus ad habitum bonum; aliter autem se habet habitus in anima, & forma in re naturali; forma enim naturalis ex necessitate producit operationem sibi conuenientem; vnde non potest esse simul cum forma naturali actus formæ contrariæ; sicut non potest esse cum calore actus infrigidationis; neque simul cum leuitate motus descensionis, nisi forte ex violentia exterioris mouentis; sed habitus in anima non ex necessitate producit suam operationem; sed homo vtitur eo cum voluerit; vnde simul habitu in homine existente potest non vti habitu, aut agere contrarium actum, & sic potest habens virtutem procedere ad actum peccati.

¶ Vt plenè euacuet D. S. quæsitum notat virtualiter distinctionem trimembrem. s. ꝙ actus peccati potest comparari ad virtutem tripliciter. Primò comparatur ad eam, sicut actus malus ad habitum bonum. Secundò comparatur ad eam, vt actus contrarius habitui. Tertiò comparatur peccatum ad causam virtutum. Et secundùm hoc D. S. distinctè respondet ad quæsitum per tres conclusiones. Secundam ponit ibi. Actus verò peccati. Tertiã ibi. Sed si comparetur, &c. Conclusio ergo prima. Si peccatum comparatur ad virtutem, vt actus malus ad habitum bonum, tunc potest simul esse cum virtute. Probatur, habens virtutem potest procedere ad actum peccati, igitur conclusio vera. Tenet consequentia de se, quia si habendo virtutem peccat, benè sequitur, ꝙ stant simul. Antecedens probatur. Habitu in homine existente potest non vti habitu, aut agere actum contrarium, ergo antecedens verum. Tenet consequentia, quia peccatum est actus contrarius virtuti, quæ est habitus bonus. Antecedens proximum probatur, ex differenti comparatione habitus existentis in anima, & formę naturalis in re naturali, quia forma naturalis ex necessitate producit operationem sibi conuenientem; sed habitus non ex necessitate producit suam operationem; sed homo vtitur eo cum voluerit, vt patuit etiam sup. q. 63. ar. 2. ad secundum. & q. 52. ar. 3. ergo cum forma naturali non potest esse actus contrarius alterius formæ, sed habitu inexistente potest inesse actus cõtrarius qualis est peccatum respectu habitus boni, qui est virtus. Assumptum pro prima parte D. S. declarat exemplariter, sicut cum forma ignis, quę est calor, & forma substantiali eiusdem non stat actus infrigidationis. ¶ Et nota, ꝙ D. S. in calore etiam includit formam substantialem præsuppositam calori, &c. Patet igitur, ꝙ peccatum, vt actus malus potest stare cum virtute, vt est habitus bonus, ita ꝙ habens habitum bonum non necessariò operatur bonum, immo potest operari malum actum. Deinde cum dicit.

¶ Actus verò peccati si comparetur ad ipsam virtutẽ, prout est habitus quidam, non potest ipsam corrumpere, si sit vnus tantùm; sicut enim non generatur habitus per vnum actum, ita nec per vnum actum corrumpitur, vt supra dictum est.

*q. 63. ar. 2. ad 2.

¶ Innuit secundam conclusionem talem. Si actus peccati comparatur ad virtutem, prout est habitus quidam, potest stare cum ea sic, ꝙ non potest ipsam corrumpere si sit vnus tantùm (ita ꝙ peccatum, vt contrarius actus habitui non tollit ipsum.) Et oportet intelligere prout est habitus quidam appetitiuus, quia habitui in communi non repugnat generari, & corrumpi per vnum actum; sed hoc repugnat habitui, qui est virtus simpliciter. s. qui est in appetitu de quo intelligitur conclusio, & de hoc sup. q. 51. art. 3. Et probatur conclusio sic. Habitus (. s. moralis) non generatur per vnum actum, ergo nec cotrumpitur per vnum actum. Antecedens patuit sup. vbi iam statim. Consequentia probatur per argumentum in oppositum, quia per contraria virtus generatur, & corrumpitur; sed generatur per multos bonos, ergo corrumpitur per multos malos.

Concl. 2.

¶ Sed si comparetur actus peccati ad causam virtutũ, sic possibile est, ꝙ per vnum actum peccati aliquæ virtutes corrumpantur; quodlibet enim peccatum mortale contrariatur charitati, quæ est radix omnium virtutum infusarum, inquantum sunt virtutes, & ideo per vnum actum peccati mortalis excluſa charitate, excluduntur per consequens omnes virtutes infusæ, inquantum sunt virtutes; & hoc dico propter fidem, & spem, quarum habitus remanent informes post peccatum mortale, & sic non sunt virtutes.

Concl. 3.

¶ Annectit tertiam conclusionem magis responsiuam ad quæsitum, talem. Si comparetur actus peccati ad causam virtutum, sic possibile est, ꝙ per vnum actum peccati (. s. moralis) corrumpantur aliquæ virtutes (. s. infusæ) & sic peccatum mortale non potest esse cum virtutibus infusis; potest tamen peccatum mortale simul esse cum virtutibus acquisitis. Peccatum verò veniale potest simul esse, & cum virtutibus infusis, & cum acquisitis. Circa istam conclusionem trimembrem D. S. primò probat primam eius partem, secundò tertiam, ibi. Sed peccatum veniale. Tertiò secundã subiungens conclusionem ipsam, ibi. Virtutes verò, &c. Quo ad primam partem arguitur sic. Per vnum actum peccati mortalis excluditur charitas, ergo omnes virtutes infusæ, vt virtutes sunt, per vnum actum peccati mortalis corrumpuntur. Tenet consequentia, quia charitas est radix omnium virtutum ad minus infusarũ, vt virtutes sunt; sed ablata radice in esse, & fieri (vt est charitas respectu aliarum virtutum) auferetur effectus; igitur benè sequitur consequentia, &c. Dicitur autem, vt virtutes sunt, propter sup. dicta, q. 65. ar. 2. 3. & 4 quia esto ablata charitate morales infusæ simpliciter etiam quo ad substantiam habitus tollantur, tam fides, & spes secundùm habitum manent, non autem in ratione virtutis, vt patuit ibidem. Antecedens probatur, quodlibet peccatum mortale

mortale contrariatur charitati, igitur antecedens verum. Proximum antecedens ostenditur infra, & ipsum declarat D.S.2.2.q. 24.ar.12.quia charitatis est se Deo subdere,& Deum super omnia diligere,& præceptis eius obedire; sed peccatum mortale oppositum facit,igitur,&c.

Quare charitas p vnũ mortale tollitur.

¶Sed nota,ꝙ posset esse quæstio, quia charitas cum etiam sit habitus non videtur tolli posse per vnum actum peccati etiã mortalis. Sed hoc soluit D.S.ibidem, quia si charitas dependeret ab influentia Dei tantùm in fieri,& non conseruari, tunc per vnum actum peccati mortalis non tolleretur; sed quia dependet ab influxu Diuino in esse,& fieri; ideo pro quodlibet mortale (quod tollit illum influxum) charitas aufertur, & per cõsequens secum connexæ, vel simpliciter, vt sunt morales infusæ, vel in ratione virtutis,vt sunt fides,& spes,quæ possunt esse informes.

¶Pro cuius explicatione maiori nota, ꝙ omne mortale tollit causam infusarum, vt virtutes sunt.s.charitatem, quæ est causa in esse virtutis,& cum hoc,tollit causam propriè effectiuam charitatis, & aliarum.s.continuationem Diuinæ conseruationis, & sic peccatum mortale opponitur infusis ex parte causæ quasi formalis,& exemplaris ad sanum sensum; & vlterius ex parte causæ effectiuæ conseruantis saltem aliquas,quæ absolutè tolluntur ablata charitate, licet fides, & spes conseruentur virtute subiecti, & non dependeant in esse à Diuino influxu supernaturali tamen.

¶Nota quoq; de illa prima parte huius tertiæ conclusionis tactum fuit aliquid supra,q.63.ar.2.ad secundum. Et habet D.S.de ipsa in de Virtutibus de charitate articu.13. Nam vt pars hæc, & probatio euidentior sit,oportet adijcere,quæ retigi,quia videlicet charitas esto nõ sit causa aliarum virtutum effectiua propriè causando eas quo ad substantiam habitus, sed solùm radix effectiua in esse virtutis,pro quanto per eam alię virtutes producunt actus formatos, vt patet 2.2.q.23.art.8. & tactum fuit sup.q.63.art.4.ad primum,quia tamen aliæ secum connexæ sunt, & dependent ex continuatione Diuini influxus; ideo quodlibet mortale tollit,qa esto non omne mortale sibi opponatur directè ex parte obiecti, sed solùm odium;tamen ex parte causę quodlibet sibi opponitur, ideo quodlibet eam tollit;& etiam opponitur sibi quodlibet mortale secundùm rationem communem, vt peccatum dicit auersionem,& charitas vnionem, & etiam ex parte finis.

Scotus concordat.

¶Nota etiam Scotum ad propositum loquentem in 2 dist.37. vbi dicit.Peccatum non potest effectiuè corrumpere gratiam,sed tantùm demeritoriè, ita ꝙ prius voluntas auertit se naturaliter, quàm Deus cesset naturaliter conseruare gratiam; necesse est autem omnem priuationem esse alicuius positiui formaliter, cum quo impossibile est ipsum stare;non est igitur peccatum formaliter priuatio gratiæ, quam non ex incompossibilitate destruit, sed vt demeritum, hæc ille. Et concorditer ad mentem D.S.infra,q. 85.ar.4.in fine articuli. quia peccatum etiam mortale non est priuatio gratiæ,vt constat,nec contrariatur gratiæ,vel cuicunq; habitui ex propria ratione,inquantum videlicet actus, qui nõ contrariatur habitui,vt patet ex artic. nec formaliter ratione inordinationis,quæ priuat solùm rectitudinem debitam actui formaliter; solùm igitur destruit, quia demeretur, vt Deus conseruationem suam subtrahat;& ideo opponitur peccatum huiusmodi habitibus ex parte causæ conseruantis, oppositione videlicet demeritoria,quia demeretur peccatum,vt gratia subtrahatur. Consequenter cum dicit.

¶Sed peccatum veniale, quod non contrariatur charitati, nec excludit ipsam; per consequens etiam non excludit alias virtutes.

¶Probat tertiam partem tertiæ conclusionis, pro qua arguitur sic. Veniale peccatum non contrariatur charitati,nec excludit ipsam,igitur nec excludit alias virtutes infusas connexas charitati, & multò minus acquisitas. Antecedens patebit infra, q.72.art.5. & alibi,quia deordinationi, quæ est circa id,quod est finem,non opponitur debita ordinatio circa finem,sic multum affectus sanitati potest se inordinatè habere circa dietam, &c. Tenet consequentia,quò ad primam partem, quia aliæ infusæ non tolluntur, nisi propter ablationem charitatis.Quo ad secundam partem patet,quia mortale auferens charitatem & infusas,non aufert acquisitas,igitur multò minus veniale, quod etiam stat cum infusis tollit acquisitas. Hic vltimò cum dicit.

¶ Virtutes verò acquisitæ non tolluntur per vnum actum cuiuscunque peccati. Sic igitur peccatum mortale non potest simul esse cum virtutibus infusis; potest tamen simul esse cum virtutibus acquisitis; peccatum verò veniale potest simul esse, & cum virtutibus infusis, & cum acquisitis.

¶Corroborat secundam partem, in cuius fine subiungit ipsam tertiam conclusionem. Arguitur ergo sic. Virtutes morales acquisitæ non generantur per vnum actum bonum (supple) & dependent ex virtute subiecti,nec actus peccati mortalis eis directè contrariatur,igitur ex vno actu peccati mortalis non corrumpuntur. Antecedẽs supponitur nunc, & prima eius pars patuit,q.63.ar.2. Secunda pars patet 2.2.q.qua supra. Cõsequentia nota,quia charitas,& secum connexæ ideo tolluntur per vnum peccatum mortale,quia dependent ex cõseruatione Diuina,cui opponitur peccatum mortale,& non quia habitus,vt sic, sed ratione causæ; igitur,quia moralis acquisita dependet ex virtute subiecti,tanquam habitus,cui actus vnus non contrariatur,igitur,&c. Vnde subiungit D.S.illam tertiam conclusionem,ꝙ peccatum mortale,&c.

¶Secundã partẽ conclusionis confirmat etiã arg. in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd peccatum non contrariatur virtuti secundùm se, sed secundùm suum actum; & ideo peccatum nõ potest simul esse cum actu virtutis,potest tamen simul esse cum habitu.

¶Maior vera, contraria directa non possunt simul esse in eodem,siue in naturalibus,siue in moralibus,& contraria ſm se.

¶ Ad minorem, vera, quodammodo contrariatur peccatũ virtuti,sed nõ directè,& secundùm se; sed vt patuit ar.1.ratione eius ad quod virtus ordinatur, opponitur sibi peccatũ,s.ratione actus boni. Contraria enim secundùm se,& directè, oportet esse vnius generis,& rationis. Quare negatur consequentia vniuersaliter loquendo,& de virtute vt habitus bonus,vel vt habitus, ꝙ nõ possit stare cum peccato,esto virtus infusa non stet cum tali peccato,qđ tollit influxum conseruatiuum suæ causæ, &c.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd vitium directè contrariatur virtuti, sicut & peccatum actui virtuoso; & ideo vitium excludit virtutem, sicut peccatum excludit actum virtutis.

¶Maior vera est, sed illa non est causa quare non possunt stare simul,sed directa,& secundùm se oppositio,aliàs cum habitus, & actus peiora sint potentia mala,sequeretur ꝙ sicut potentia mala non stat cum potentia bona,nec habitus,vel actus malus staret cum potentia bona,quod est falsum.Minor vera,& ratio est,quia iuxta articulum primum,vitium directè,& secundùm se opponitur virtuti,tanquam habitus habitui, & indebita dispositio debitæ dispositioni. Vnde negatur consequentia, quia procedit ex non causa,vt causa.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ virtutes naturales agunt ex necessitate; & ideo integra existente virtute nũquam peccatũ potest in actu inueniri; sed virtutes animæ non producunt actus ex necessitate,vnde nõ est similis rõ.—

¶Maior transit extendendo illud,sicut ab hoc,ꝙ vtrobiq; peccatum est indebitum opus. Minor vera, & ratio est, quia naturalia agunt de necessitate sicut sunt, ideo quandiu cõuenienter sunt benè agunt, & per consequens peccatum accidit semper propter aliquam corruptionem virtutis naturalis,vnde & in articu.2. dictum fuit, ꝙ manente natura non mutata, non assuescit id, quod est contra id,quod est à natura perfectè. Sed negatur consequentia,quia virtutes non causant necessariò suos actus, sed liberè,& habens eas potest non vti eis, vel contrarium agere; ideo eis incorruptis potest agere oppositum, & peccare. Et patuit ratio negandi consequentiam in principio corpo.ex differenti comparatione formæ naturalis ad opus, & habitus, de cuius ratione (vt sup.dicebatur) est habere ordinem ad voluntatem,&c.

Vtrum in omni peccato sit aliquis actus.

AD quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ in quolibet peccato sit aliquis actus. Sicut enim meritum comparatur ad virtutem,ita peccatum ad vitium comparatur; sed meritum non potest esse absque aliquo actu; ergo nec peccatum potest esse absque aliquo actu. 2.2.q.6.art.1.ad 2. Et q.17.ar.3. Et 2.dist.35.ar.2. Et dist.41.q.1.ar.1.ad 4. Et 3.p.q.ar.8.ad 3.

¶ 2 Præt. Aug.dicit in lib.de libe.arb.* quòd omne peccatum adeo est voluntarium, quod si non sit voluntarium non est peccatum;sed non potest esse aliquid voluntarium,nisi per actum voluntatis; ergo omne peccatum habet aliquem actum. * Aug.lib. 3.cap.18.

¶ 3 Præt. Si peccatum esset absq; aliquo actu, sequeretur,ꝙ ex hoc ipso, ꝙ aliquis cessat ab actu debito peccaret; sed continuè aliquis cessat ab actu debito; ille.s.qui nunquam actum debitum operatur; ergo sequeretur,ꝙ continuè peccaret,quod est falsum; non ergo est aliquod peccatum absq; actu.

¶ Sed contra est, quod dicitur Iacobi 4. Scienti bonum facere,& non facienti,peccatum est illi; sed non facere non importat aliquem actum; ergo peccatum potest esse absque actu. Iacob.4.

¶Hic quærit de quodam dubio,quod oritur circa dicta de peccato,quia videlicet sit actus malus; ideo est dubium,an quodlibet peccatum constat in actu malo.

¶Respondeo

¶Respondeo dicendum, quòd quæstio ista principaliter mouetur propter peccatum omissionis, de quo aliqui diuersimodè opinantur. Quidam enim dicunt,ꝙ in omni peccato omissionis est aliquis actus, vel interior,vel exterior; interior quidem sicut cum aliquis vult non ire ad ecclesiam quando ire tenetur; exterior autem sicut cum aliquis illa hora qua ad ecclesiam ire tenetur, vel etiam ante occupat se talibus quibus ab eundo ad ecclesiam impeditur,& hoc quodammodo videtur in primum redire; qui enim vult aliquid cum quo aliud simul esse non potest,ex consequenti vult illo carere,nisi fortè non perpendat, ꝙ per hoc quod vult facere,impeditur ab eo,qđ facere tenetur; in quo casu posset per negligentiam culpabilis iudicari.

¶D.S.in corpore principaliter duo facit. Primò ponit rationem mouendi hoc quæsitum ex eius difficultate.Secundò respondet ad hoc quid sibi videatur,ibi. Vtraq; autem opinio,&c. Circa primum ergo ponit rationem huius quæsiti,quia videlicet mouetur propter peccatum omissionis,quia de illo peccato non planè constat, an consistat in actu, vel non, quia de hoc est diuersitas opinionum; & ideo consequenter ponit duas opiniones de hoc, saltem secundùm vocem contrarias,secundam ibi. Alij verò,&c. Prima ergo opinio est, ꝙ in omni peccato omissionis est actus vel interior,vel exterior, sicut cum aliquis vult non ire ad ecclesiam quando ire tenetur,tunc est peccatum omissionis illius transitus, & non est actus exterior, est tamen interior; aliquando autem secũdùm illos in peccato omissionis est actus exterior,quandoq; quidem coniunctus omissioni,quandoq; verò præcedens,& distans. Exemplum primi ex D.S.in de Malo,sicut aliquis volens ludere,omittit ire ad ecclesiam. Exemplum secundi, sicut aliquis omittit surgere ad matutinas, quia de sero nimis vigilauit circa aliquod se occupando. Deinde dicit D. S. ꝙ illud secundum redeat in idem quodammodo cum primo.s.ꝙ quando est actus exterior etiam sit interior; qui enim vult actum exteriorem coniunctum,vel distantem ab omissione; vult etiam omissionem in sua causa,& præsertim si aduertat actu,ꝙ ad talem actum exteriorem sequatur omissio; immo etiam si non aduertat actu, quia ipse posset,& deberet aduertere,ꝙ ad actũ exteriorem sequitur omissio,& per cõsequens interpretatiuè, & indirectè vult illam omissionem;patet igitur,ꝙ secundùm illam opinionem semper concurrit,vel actus interior (.s.expresè) vel actus exterior expresè, & tamen interior etiam modo dicto saltem interpretatiuè. Si.n. considerat actum exteriorem impedientem,& nihilominus vult ipsum facere, tunc vult ipsam omissionem expresè; si autem nõ considerat, tunc vult per negligentiam, quia si consideraret non vellet actum,qui est causa omissionis;illud autem ꝙ voluntas potest,& debet,& non facit,habetur vt voluntariũ, & vt habet D.S. de Malo,prima opinio inititur verbis Aug. quia peccatum est dictum,vel factum,&c. Deinde cum dicit.

¶Alij verò dicunt,ꝙ in peccato omissionis non requiritur aliquis actus; ipsum enim non facere, quod quis facere tenetur peccatum est.

¶Ponit secundam opinionem dicẽtem, ꝙ in peccato omissionis nõ requiritur aliquis actus. Et fundat se in vna ratione,quam D.S.in de Malo,q.2.ar.1.ad longum deducit;hoc autem sub breuibus tangit, illa.s. Omne peccatum consistit in oppositione ad regulã,siue in natura,siue in artificialibus,siue in moralibus; sed omissio sola opponitur regulæ.s.præcepto affirmatiuo, igitur ipsum non facere, qđ quis ex præcepto facere tenetur,peccatũ est.

¶ Vtraq; autem opinio secundùm aliquid veritatem habet. Si enim intelligatur in peccato omissionis illud solùm,quod per se pertinet ad rationẽ peccati;sic quandoq; omissionis peccatum est cum actu interiori,vt cum aliquis vult non ire ad ecclesiam;quandoq; verò absque omni actu,vel interiori, vel exteriori, sicut cum aliquis hora qua tenetur ire ad ecclesiam, nihil cogitat de eundo,vel non eundo ad ecclesiam.

¶Hæc est secunda pars principalis huius corporis, in qua D.S. respondet quid sibi videatur de quæsito. Et circa hoc duo facit. Primò ponit quid veritatis habeant ambæ opiniones. Secundò respondet directè per vnam conclusionem exprimentem sententiam propriam circa quæsitum,ibi. Iudicium autem. Quo ad primum examinat illas opiniones duabus conclusionibus. Quarum prima est ad verificandum secundam opinionem. Secũda autem aliqualiter verificatiua primæ,quam ponit ibi. Si verò,&c. Et dicitur aliqualiter,quia vt patebit,ista prima opinio minus est verificabilis,immo magis falsa,quàm vera. Prima ergo cõclusio pro secunda opinione, si intelligatur in peccato omissionis illud solùm, quod per se pertinet ad rationem peccati, sic quandoque Conclu.1. omissionis peccatum est cum actu interiori,quandoq; verò absq; omni actu,vel interiori,vel exteriori. (Et dicitur per se pertinere,in quo essentialiter peccatum consistit.) Et probat D.S.istam conclusionem quo ad duas partes,quasi exemplariter, & tali assumpto. Quando aliquis vult non ire ad ecclesiam (quando.s.tenetur) & quando aliquis hora,qua tenetur ire ad ecclesiam nihil cogitat de eundo,vel non eundo ad ecclesiam, vtrobique est peccatum omissionis; sed primo modo illa omissio est cum actu interiori, secundo modo est absque omni actu interiori, vel exteriori,igitur conclusio vera. Et potest illa conclusio probari ratione tacta post opinionem ex de Malo,& ita patet,ꝙ non necessariò concurrit actus quicunq;.s.positus in actu,& exercitus ad peccatum omissionis per se,ita ꝙ sit de essentia,& ratione ipsius peccati omissionis. Consequenter cum dicit.

¶Si verò in peccato omissionis intelligantur etiam causæ,vel occasiones omittendi,sic necesse est in peccato omissionis aliquem actum esse; non enim est peccatum omissionis,nisi cum aliquis prætermittit quod potest facere,& nõ facere, ꝙ autem aliquis declinet ad non faciendũ illud qđ põt facere,& non facere,ꝙ aũt aliquis declinet ad nõ faciendũ illud qđ põt facere,& nõ facere, non est nisi ex aliqua causa, vel occasione coniuncta,vel præcedente;& siquidẽ causa illa nõ sit in potestate hominis, omissio non habet rationem peccati, sicut cum aliquis propter infirmitatem prætermittit ad ecclesiam ire. Si verò causa, vel occasio omittendi subiaceat voluntati,omissio habet rationem peccati,& tunc semper oportet, ꝙ ista causa inquantũ est voluntaria,habeat aliquem actum ad minus interiorem voluntatis. Conclu.2.

¶Adducit aliam conclusionem pro prima opinione. Si in peccato omissionis (.i cum peccato,vel per peccatum)intelligantur etiam causæ, vel occasiones omittendi, sic necesse est in peccato omissionis aliquem actum esse (.i.oportet,ꝙ ad peccatum omissionis cõcurrat aliquis actus.) ¶Et nota,ꝙ per causas intelligũtur illa ad quæ sequitur omissio cum præuisione, vel intentione; per occasiones autem intelliguntur ea ad quæ sequitur omissio occasionaliter præter actualem præuisionem,& intentionem, non tamen præter præuisionem possibilem, & intentionem interpretatiuam,&c. Circa hanc conclusionem ergo D.S. primò adducit rationem eam probantem,secũdò declarat aliqua tacta in ipsa probatione,ibi. Qui quidem actus,&c. Arguitur ergo sic post D.S. Non est peccatum omissionis,nisi cum quis prætermittit quod potest facere,& nõ facere (.s.& tenetur facere si omissio est peccatũ) sed ꝙ aliquis declinet ad non faciendum illud quod potest facere,& non facere, non est nisi ex aliqua causa, vel occasione, quæ subiaceat voluntati,& est voluntaria cõiuncta,vel præcedẽs omissionem (subsumitur) sed non est causa,vel occasio voluntaria,nisi habeat aliquem actum sibi coniunctum voluntatis ad minus interiorem; igitur oportet,ꝙ semper concurrat cum causa, vel occasione ad minus actus interior, qui fertur quandoque directè in omissionem mediante causa, & habet se per se ad omissionem; quandoq; autem fertur per accidens in omissionem mediãte occasione,& habet se per accidens; igitur sequitur conclusio,ꝙ sem per concurrat cum causa,vel occasione omissionis aliquis actus.s. vel interior cum aliqua alia causa(sicut volo omittere propter vitare laborem)vel interior actus cum aliquo actu exteriori,qui est occasio. Maiorem D.S.hic relinquit notam, quia si necessariò faceret,nõ omitteret,vel si non posset facere,iterum nõ esset omissio peccatum. Minor pro prima parte relinquitur etiam hic nota;sed eam D.S probat in de Malo,vbi supra, quia oportet quietis præsertim innaturalis (cui assimilatur omissio) esse aliquã causam,8.Phys. Secunda pars minoris.s.ꝙ oportet illam causam esse voluntariã.Probatur in litera,quia si causa illa non esset in potestate hominis.s.& voluntaria, omissio non haberet rationem peccati,sicut cum aliquis prætermittit ire ad ecclesiam propter infirmitatem,vel propter quancunq; causam intrinsecam etiam nõ impedibilem, quare oportet, ꝙ si omissio debeat esse peccatum (vt.s.hic loquimur) oportet causam, vel occasionem omittendi esse voluntariam,sublumpta relinquitur nota ex se,quia nihil est volitum,vel voluntarium,nisi per actum voluntatis.

¶Qui quidem actus quãdoq; directè fertur in ipsam omissionem,puta cum aliquis vult non ire ad ecclesiam vitans laborẽ;& tunc talis actus per se pertinet ad omissionem; voluntas enim cuiuscunq; peccati per se pertinet ad peccatum illud, eo ꝙ voluntarium est de ratione peccati;quandoq; autem actus voluntatis directè fertur in aliud per quod homo impeditur ab actu debito, siue illud in quod fertur voluntas sit coniunctum omissioni, puta cum aliquis vult ludere quãdo ad ecclesiam debe-

ret

ret ire, siue etiam sit præcedens, puta cum aliquis vult diu vigilare de sero, ex quo sequitur, ꝙ non vadat hora matutinali ad ecclesiam, & tunc actus iste interior, vel exterior per accidens se habet ad omissionẽ, quia omissio sequitur præter intentionem; hoc autem dicimus per accidens esse, quod est præter intentionem, vt patet in secundo Physicorum; vnde manifestum est, quòd tunc peccatum omissionis habet quidem aliquem actum coniunctum, vel præcedentem, qui tamen per accidens se habet ad peccatum omissionis.

¶Declarat aliqua tacta in præcedenti ratione, videlicet quomodo dicatur actus volũtatis se quandoque habere directè ad omissionem, & per se, & quomodo indirectè, & per accidens. Similiter quando occasio ratione cuius voluntas fertur indirectè in omissionem, sit coniuncta omissioni, & quando præcedat, & c. D. S. clarè exponit in litera. Vbi nota primò, ꝙ intentum D. S. in hoc breuiter stat, quia omissio de qua loquimur est peccatum; non est autem peccatum, nisi quia voluntaria, non est autem voluntaria, qa volita propter se (quia priuatio non est de genere per se volibilium) ergo est volita in aliqua causa, vel occasione directè, vel indirectè. Omne enim per accidens præsupponit per se, quare causatur ex aliquo voluntario; sed illud non est voluntarium, nisi in ordine ad actum interiorem ad minus, vel ipsum volitũ est actus, vel habet modum actus; igitur oportet semper concurrere actum habentem se per se, vel per accidens ad omissionem, & præsertim loquendo de omissione actus, quem ratio iudicat fieri. Vnde licet volũtas possit esse causa omissionis sine actu volendi illam omissionem directè, non tamen sine quocunq; actu volendi respectu omissionis, aut alterius obiecti, præcipuè post consilium, vel iudicium; ita ꝙ oporteat causam, vel occasionem esse volitam, & pp illam, vel in illa interpretatiuè, & indirectè ipsam omissionem.

¶Nota secundò, ꝙ D. S. aliter accipit hic directè, quàm in de Malo, vbi sup. Nam dicit ibidem, sic ergo actus voluntatis quandoq; est per se causa actus omissionis, non tamen ita, ꝙ voluntas directè feratur in omissionem, sed indirectè; fertur enim in aliquod positiuum cum præuisione omissionis consequentis; hic autem dicit, ꝙ actus voluntatis quandoq; directè fertur in omissionem. Sed aliter loquitur D. S. de directè hic, & ibi; hic enim accipit directè pro ferri in aliud cum præuisione agentis, & præcogitatione alterius sequentis, & non pro ferri in aliud propter se, vt D. S. accipit in de Malo. Stant enim simul, ꝙ volũtas in aliquod feratur scienter, & cum præuisione, non tamen propter se. Vnde apud moralem aliud est per se, & propter se; per se enim est cum ex præmeditatione expressa, & actuali fertur in aliquid, esto feratur in ipsum ratione alterius. Sed propter se est quando ratione suiipsius fertur in ipsum; quare D. S. hic intelligitur, ꝙ voluntas fertur quandoq; directè (i.cum præuisione actuali in omissionẽ) quandoq; indirectè sine actuali aduertentia sequelæ ipsius omissionis ex aliquo actu, nec tamen illud per accidens facit omissionem non esse peccatum, quia sufficit, ꝙ omissio sequatur ad talem actum, vt in pluribus, & per se ex natura rei, ad hoc, quòd sit peccatum; stat autem ꝙ aliquid sequatur per se ex natura rei, & tamen non sit intentum, nec præmissum, & sic per accidens quo ad agentem, vt patebit infra, q. 73. ar. 8. Vnde D. S. quando dicit, quòd omissio sequitur per accidens q̃ficq; ad actum exteriorem, accipitur per accidens, vt opponitur esse præuiso; sed q̃n dicit, ꝙ per se, accipit pro esse præuiso, non autem per se. i. pro per se intento.

Aliud est p se, aliud pp se apud moralem.

¶Nota tertiò, ꝙ sicut ex actu interiori, & exteriori dum simul coniunguntur constituitur vnum peccatum, vt patet supra; ita ex actu voluntatis, & omissione volita, constituitur vnum peccatum; nam omissio non habet rationem peccati, nisi quia volita in se, & directè, vel in sua causa sine actuali præuisione, & per accidens, sicut D. S. hic loquitur de per accidens, quare D. S. dicit hic, ꝙ voluntas dum directè cum præuisione fertur in omissionem, pertinet per se ad omissionem, sicut voluntas cuiuscunq; peccati per se pertinet ad peccatum. f. ratione generis, quia ratio peccati nõ cõpletur sine voluntario. Vnde peccata habent genus peccati ex voluntate, speciem verò ex obiecto; sed quando voluntas indirectè fertur, tunc non directè pertinet, sed est voluntas interpretatiua talis omissionis; nulla enim omissio est peccatum sine voluntate, vel expressa, vel interpretatiua, & indirecta.

Capreolus

¶Nota quarto, de materia istius articuli habet Capreolus in 2. dist. 35. circa secundam conclusionem, vbi nota vnum verbum, ꝙ quia omne volibile indirectè præsupponit aliquod volibile directè, sicut & illud q̃d est ad finẽ, volumus propter finẽ; ideo omissio, quæ non est primò, & directè volibilis, nec est culpabilis, nisi sit aliquo modo voluntaria. Vnde omnis culpabilis omissio causatur ex aliquo directè, & per se (i. propter se volito) hoc autem est aliquis actus voluntatis elicitus, aut imperatus, hæc ille. Quæ verba videntur apparenter esse contra D. S. (quia dicit, ꝙ in omissionem feratur solùm indirectè) sequendo D. S. in de Malo; cum tamen hic dicat, ꝙ feratur quandoq; directè; sed de hoc dictum est, quia æquiuocatur de directè. Capreolus enim dicit directè volitum propter se volitum, quod D. S. nõ vult hic, sed volitum cum præuisione, etiam si sit volitum propter aliud. Et patet ex verbis D. S. qui dicit. Qui quidem actus. f. volitatis interior fertur quandoque directè in ipsam omissionem. Et exemplificat, puta cum aliquis vult non ire ad ecclesiam vitans laborem, hæc ille. Vbi patet, ꝙ illa omissio volita est propter vitare laborem sicut finem, & ita nõ est directè volita, vt D. S. in de Malo loquitur, & Capreolus post eum. Est tamen directè volita, vt hic D. S. loquitur, quia præmeditata, & præuisa, quare legentem D. S. hic, & in de Malo, & etiam Capreolum, oportet intellectum D. S. accipere sanũ, ne vel erret, aut D. S. sibi contradicere arbitretur. Tunc ibi. Nota.

¶Iudicium autem de rebus dandum est secũdùm illud quod est per se, & non secundùm illud quod est per accidens. Vnde verius dici potest, ꝙ aliquod peccatum possit esse absque omni actu, alioquin etiam ad essentiam aliorum peccatorum actualium pertinerent actus, & occasiones circunstantes.

¶Ponit vltimò tertiam conclusionem comparatiuam illarum opinionum, & responsuam ad quæstum, quæ exprimit sententiam propriam D. S. f. Verius dicitur, ꝙ aliquod peccatum possit esse, &c Probatur duplici ratione, secunda ibi. Alioquin etiã, &c. Prima ratio. Iudicium de rebus dandum est secundùm illud quod est per se, & non secundùm illud quod est per accidens (moraliter loquendo) sed ad peccatum omissionis esto semper concurrat aliquis actus, tamen quandoq; solùm per accidens; igitur per se, & absolutè dicendum ꝙ possit esse sine actu. Maior nota est, quia sermones artis debent esse formales, & per se. Minor iam patuit, quia quando omissio est volita solùm per aliud, & præter intentionem, tunc actus interior, & exterior, siue coniuncti, siue præcedentes, habent se per accidens; igitur minor vera, sicut velle ludere, & nihil cogitare de non surgendo ad maturinas, est causa per accidens ipsius non surgere. i præter actualem intentionem, non tamen potentialem, & indirectam, & in sua causa Secundò confirmatur illa conclusio à simili. Si ad peccatum omissionis pertinerent occasiones, & causæ per accidens, eadem ratione, & ad actualia cõmissionis; sed hoc nõ, vt constat, igitur nec in proposito, &c. Tertia conclusio responsua. Nota.

¶Nota circa hanc conclusionem, ꝙ D. S. in de Malo, vbi sup. attenta re, & non formalitate, & perfeitate morali, quæ est secundùm esse præuisum, & actu intentum ab agente, nullam opinionum alteri præstulit, sed ad rationes vtriusq; opinionis ex æquo respondit; hic autem ponderata perfeitate morali, secundã præfert primæ. Est nanq; verum, quia ad omne peccatum omissionis aliquis actus concurrit, vel voluntatis tantùm, vel etiam actus imperatus, & volitus, tamen quia hoc quandoq; per accidens est respectu agentis, ideo per se non requiritur actus exercitus, nec vt de essentia existens, nec vt per se causa omissionis; ideo hic vt dictum est secundam præfert, & veritati arbitratur magis cõsonam, Vide de materia istius artic. D. S. in 2. sent. dist. 35. ar. 3. vbi eandem sententiam habet, &c.

¶Argumentum in contrarium concludit, ꝙ peccatum est sine actu exercito, ita ꝙ non consistit in eo essentialiter, tamen actus semper concurrit; quandoq; se per se habens ad omissionẽ, quandoque per accidens, quia cum causa est aliquando præuisa omissio, quandoq; non. Vnde oportet semper hic aduertere, ꝙ debet intelligi causam se habere ad omissionem per accidens, quia non præuisa est omissio sequi, non autem ita per accidẽ, ꝙ non sit omissio volita in causa indirectè, & interpretatiuè, ad quam probabiliter sequitur omissio.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd plura requiruntur ad bonum, quàm ad malum, eo ꝙ bonum contingit ex tota, & integra causa, malum autem ex singularibus defectibus, vt Dion. dicit 4. c. de Diui. no. & ideo peccatum potest contingere, siue aliquis faciat quod non debet, siue non faciendo quod debet; sed meritum non potest esse nisi aliquis faciat volũtariè quod debet; & ideo meritum non potest esse sine actu, sed peccatum potest esse sine actu. Dionysius.

¶Vult hoc argumentum, ꝙ sicut actus virtutis est meritum, ita peccatum, quod est actus vitij, est demeritum, sed meritum nõ est sine actu etiam exercito ad minus interiori, igitur, &c. Sed negatur consequentia, & rationem ponit D. S. in solutione, quia plura requiruntur ad bonum, quam ad malum, ideo bonum non est sine aliquo actu exercito; malum autem sine omni actu, cum. f. quis omittit quod deberet facere. Nec est instantia, ꝙ quis dimittendo prohibita à Deo (seruando. f. præcepta negatiua) mereatur; quia oportet ꝙ quis volũtariè dimittat prohibita, si debeat seruare præceptum negatiuum. Vnde ad minus est ibi actus interior, sicut locet dici in 4. sent. de ieiunio, ad quod requiritur actus interior potestiuus, & exercitus, Vide de hoc D. S. de Malo, q. 7. art. 11. ad octauum, quia vitare dicitur dupliciter. Vno modo secundùm puram negationem, & sic aliquis vitando nihil mereatur, quia etiam dormiens Vitare duplic.

miens isto modo vitat peccatum. Alio modo dicitur secundùm aliquam affirmationem, secundùm quòd dicitur vitare peccatum, quia vult non peccare, & quia ista voluntas potest esse ex charitate, ideo vitare peccatum mortale isto modo est meritorium, &c.

¶Ad secundum dicendum, quòd aliquid dicitur voluntarium, non solùm quia cadit super ipsum actus voluntatis, sed quia est in potestate nostra, vt fiat, vel non fiat, vt dicitur in 3. Ethic.* vnde etiam ipsum non velle potest dici voluntarium, inquantum in potestate hominis est velle, & non velle. *Arist. c. 5.

¶Ad maiorem placet, sed dico, ꝙ voluntarium non solùm est quod cadit sub actu volũtatis, quia. f. (iuxta sup. dicta in q. 6. ar. 3.) est voluntarium directè tanquã procedens à voluntate, sed etiam quia est in potestate voluntatis, à qua est indirectè, tanquam à nõ agente, quæ tamen deberet agere, & posset ipsum nõ agere agendo impedire, isto modo peccatum omne est voluntarium (. f. directè, vel indirectè) quia. f. vel est actũ à voluntate, & cadit sub actu voluntatis, vel quia etsi non est actum posset tamen agi, & voluntas deberet agere, & est in potestate eius, & obligatione agere, quo ipsum non agere impediret; & ita cadit sub potestate voluntatis, vt fiat, vel non fiat; & tunc ipsum non fieri iudicatur voluntarium, quia potuisset voluntas ipsum impediuisse, &c. Ad minorem negatur vniuersaliter, immo potest esse volũtarium aliquid sine actu voluntatis elicito, vel imperato; ita. f ꝙ non consistit essentialiter in tali actu, sed in omissione actus, quæ omissio est voluntaria sine actu exercito, vt patuit iam ad maiorem; quia etiam non velle, & non agere est voluntarium, quamuis verum sit, ꝙ ad hoc ꝙ talis omissio debiti actus fiat, concurrat cum causa eius alicuius actus voluntatis, quia omissio ipsa non est propter se eligibilis, sed fit solùm ob aliud positiuum intentum, cum quo quãdoq; præuidetur omissio, & quãdoq; non. Sed negatur consequentia, ꝙ habeat actum in quo consistat essentialiter, quia in sola omissione, quæ etiam est voluntaria, quia in potestate voluntatis fuit eam impedire agendo, modo voluntariũ est, quod non fit, & fuit in potestate alicuius, vt fieret, sicut negligẽtia reputatur volũtaria.

¶Nota, est duplex voluntarium, vnum. f. quia cadit sub actu voluntatis. Aliud quia est in potestate voluntatis, & primum est etiam multiplex, quia cadit sub actu voluntatis in se, vel in sua causa, Vide inf. q. 76. ar. 4.

¶Ad tertium dicendum, quòd peccatum omissionis contrariatur præcepto affirmatiuo, quod obligat semper, sed non ad semper; & ideo solùm pro tempore illo aliquis cessando ab actu peccat, pro quo præceptum affirmatiuum obligabat.

¶Ad maiorem, ꝙ ex hoc ipso, ꝙ aliquis cessat ab actu debito peccare. Dico verum pro tempore in quo obligatur ad actum, ita ꝙ durante tempore in quo obligatur per præceptum affirmatiuum ad actum quem omittit, manet peccatum omissionis actu, & reatu; quo transeunte transit peccatum omissionis actu, & manet reatu, & redeunte illo tempore quo iterum obligatur ad actum quem omittit, reiteratur peccatum omissionis. Ad minorẽ, concedo, ꝙ continuè aliquis cessat ab actu debito, sed non est debitus pro omni tempore, sed pro aliquo tantùm; quia actus cadit sub præcepto affirmatiuo, quod non obligat ad semper, quare non sequitur consequentia, vt patuit, sed solùm peccat tempore debito, in quo non facit actum, &c.

Vtrum definitio peccati, quam Aug. ponit 22. contra Faustum. Peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam, sit conueniens.

K Infra, q. 76. art. 2. ad 1. Et 2. dist. 35. ar 2. cor. & ad tertium. Et Mal. q. 2. ar. 1. cor. & ad 2. *Art. præc.

AD sextum sic proceditur. Videtur, ꝙ inconuenienter definiatur peccatum, cum dicitur. Peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam. Dictum enim, vel factum, vel concupitum importat aliquem actum; sed non omne peccatum importat aliquem actum, vt dictum est; * ergo hęc definitio non includit omne peccatum.

*Aug. c 11. & pti. retract. c. 15.

¶ 2 Præt. Aug. dicit in libro de duabus animabus.* Peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetat; sed voluntas sub concupiscentia comprehenditur, secundùm ꝙ concupiscentia largo modo sumitur pro omni appetitu; ergo sufficisset dicere. Peccatum est concupitum contra legem æternam, nec oportuit addere dictum, vel factum.

¶ 3 Præt. Peccatum propriè consistere videtur in auersione à fine; nam bonũ, & malum principaliter considerantur secundùm finem, vt ex sup. dictis patet,* vnde & Aug. in pri. de libe. arbi.* per comparationem ad finem definit peccatum, dicens, ꝙ peccare nihil est aliud quàm negligẽtis rebus ęternis temporalia sectari. Et in libro 83. quæst. dicit,* ꝙ omnis humana peruersitas est vti fruendis, & frui vtendis; sed in præmissa definitione nulla fit mentio de auersione à debito fine; ergo insufficienter definitur peccatum. * q. 1. art. 3. q. 18. art. 4. & 6. q. 20. ar. 1. & 2. *Aug. c. 16. & vlt. *quæst. 30.

¶ 4 Præt. Ex hoc dicitur aliquid esse prohibitum, quia legi contrariatur; sed non omnia peccata sunt mala, quia prohibita; sed quædam sunt prohibita, quia mala; non ergo in communi definitione peccati debuit poni, ꝙ sit contra legem Dei.

¶ 5 Præt. Peccatum significat malũ hominis actũ, vt ex dictis patet;* sed malum hominis est contra rationem esse, vt Diony. dicit 4. cap. de Diui. no. ergo potius debuit dici, quòd peccatum sit contra rationem, quàm quòd peccatum sit contra legem æternam. *Art. 1. huius quæst. Dionysius.

¶In contrarium sufficit auctoritas Augustini.* *Aug. li. 22. cõtra Faustũ, cap. 27.

¶Hic quærit iuxta prædicta de definitione peccati, quam ponit Aug. de peccato, quæ potest sequi ex iam dictis.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut ex dictis patet,* peccatum nihil aliud est quàm actus humanus malus; ꝙ autem aliquis actus sit humanus habet ex hoc, ꝙ est voluntarius, sicut ex sup. dictis patet,* siue sit voluntarius, quasi à voluntate elicitus, vt ipsum velle, vel eligere, siue quasi à voluntate imperatus, vt exteriores actus, vel locutionis, vel operationis. *Art. 1. huius quæst. * q. 1. art. 1. Dub. 142.

¶D. S. in corpo. huius artic. non respondet expresse formaliter, sed innuit vnam conclusionem responsuam, quæ suppletur formaliter. Definitio peccati B. Aug. est conueniens, & sufficiens. Illa conclusio subintellecta potest sic stabiliri, ista definitio continet omnia, quæ sunt de ratione peccati, ergo est conueniens. Consequentia nota. Sed antecedens D. S. non ponit formaliter, sed probat per totum corpus artic. tali ratione. De ratione peccati est, ꝙ sit actus humanus malus, sed ista continentur in hac definitione, igitur antecedens verum. Circa istam rationem D. S primò ponit maiorem in principio, quæ nota est ex ar. 1. & ex sup. dictis, q. 21. Deinde declarat minorem, & arguitur pro ipsa sic, ꝙ actus sit humanus, habet quia est voluntarius (siue. f. elicitus à voluntate, siue imperatus) ꝙ autem sit malus, habet, quia caret debita commensuratione ad regulam. Et primum pertinet ad substantiam actus; aliud autem complet formaliter; & constituit actum in ratione mali; sed ista duo (. f. & substantia actus humani, & malũ formaliter) ponuntur in ista definitione; igitur minor vera. D. S. primò ponit istam maiorem, secundò minorem, ibi, & ideo Augustinus, &c. Circa maiorem primò ponit primam eius partem. Secundò secundam, ibi. Habet autem, &c. Prima ergo pars maioris relinquitur nota ex sup. dictis, q. 1. ar. 1. & alibi, &c. Tunc ibi.

¶Habet autem actus humanus, ꝙ sit malus, ex eo, ꝙ caret debita commensuratione; omnis autem commensuratio cuiuscunque rei attenditur per comparationem ad aliquam regulam, à qua si diuertat, incommensurata erit. Regula autem voluntatis humanæ est duplex. Vna propinqua, & homogenea. f. ipsa humana ratio. Alia verò est prima regula. f. lex æterna, quæ est quasi rõ Dei. —

¶Ponit secundam partem maioris pro minori. Pro qua D. S. notat duplicem regulam voluntatis, & actus humani. f. propinquam & primam, quæ magis est regula, in cuius virtute ratio humana regit, quæ magis est consideranda à theologo; sed si ab illa regula prima diuertat, incõmensurata erit, & sic actus humanus sequẽs, malus erit. Ex hoc arguitur sic pro ista parte, ꝙ actus humanus sit malus, formaliter est, quia caret debita commensuratione regulæ, sed illa carentia notatur ibi, contra legem, &c. Pro ista minore D. S. notat duplicem regulam, &c.

¶Nota autem verbum D. S. vbi dicit, ꝙ lex æterna est quasi ratio Dei; non enim illud quod dicitur quasi, refertur ad esse Dei, quia absolutè, & sine quasi, lex æterna est Dei, immo Deus secundùm rem; sed refertur ad rationem, quia non dicitur propriè Dei ratio ob imperfectionem notatam nomine rationis, quæ sumitur à ratiocinatione, quæ est discursiua inquisitio. Sed est quasi ratio, quia quicquid perfectionis continetur in ratione humana, eminentius est in lege æterna; & ergo est quasi ratio Dei, quia habet in Deo, quod ratio humana habet in homine perfectionis.

¶Nota Scotum in 2. dist. 34. qui dicit dictum, & factum, concupitum, Scotus:

pitum, accipiuntur tanquam materiale, sed dictum, & factum, vt remotum materiale; sed cõcupitum dicitur materiale propinquũ; contra legem Dei, dicit formale in peccato, hæc ille. Et bene ad sensum quem ponit D.S. de Verita. Mate. 25. art. 5. ad decimum. Quia materiale in peccato mortali potest accipi tripliciter. Vno modo sicut obiectum est materia actus, & sic materia peccati mortalis quandoq; est in sensualitate, vt cũ aliquis consentit in delectatione sensualitatis. Alio modo sicut actus exterior dicitur materialis respectu interioris actus, qui est formale in peccato mortali, cum actus interior, & exterior sunt vnum peccatũ. Et per hũc etiam modum actus sensualitatis potest se habere materialiter in peccato mortali. Tertio modo materiale in peccato est conuersio ad bonum commutabile, sicut ad finem; formale autem auersio à bono incommutabili; & sic id quod est materiale in peccato mortali, non potest esse in sensualitate. Nec sequitur si peccatum mortale non potest illi inesse, q̃ non sit ibi veniale ratione prædicta, hæc ille formaliter. Et nota ista, quia plurimum deseruiet pro intellectu sequentium, cum infra dicetur, q̃ in sensualitate non possit esse mortale, etiam quo ad materiale, quia nisi intelligatur accedere actus rationis, & voluntatis positiuè, vel interpretatiuè super actu sensualitatis, tunc eius non est conuerti ad bonũ commutabile sicut ad finem, quod requiritur ad materiale mortalis peccati tertio modo. Consequenter cum dicit.

*Aug. loco in arg. sed contra citato.

¶ Et ideo Aug.* in definitione peccati, posuit duo. Vnum, quod pertinet ad substantiam actus humani, qd est quasi materiale in peccato, cum dixit, dictum, vel factum, vel concupitum. Aliud autem quod pertinet ad rationem mali, quod est quasi formale in peccato, cum dixit, contra legem æternam.

¶ Subiungit minorem, pro minore principali, quæ fuit, sed ista duo. s. & substantia actus humani, & malum formaliter, &c. ponũtur i definitione, & declarat duas eius partes, vt patet in litera.

¶ Arguit in contrarium cõfirmat conclusionem auctoritate, &c.

¶ Ad primum ergo. dicendum, quòd affirmatio, & negatio reducuntur ad idem genus, sicut in diuinis genitum, & ingenitum ad relationem, vt Aug. dicit in 5. de Trini.* & ideo pro eodem est accipiendum dictum, & non dictum, factum, & non factum.

*Aug. c. 3. & 7. 8.

¶ Maior vera, tamen sub ipsis continentur eorũ opposita. s. sub dicto non dictum, & sub facto non factum, &c. quia negatio reducitur ad affirmationem, & q̃ illa expositio non sit contra mentem B. Aug. Patet, quia & ipse in lib. de Trini. Ingenitum, qđ dicit priuationem (ad sensum, qui habetur pri. par. q. 33. ar. 4.) dicit pertinere ad relationis genus, sicut esse genitum, quare nõ est absurda expositio, cum dicitur, non factum sub facto comprehendi, quia, & apud Philosoph. ad idem genus reducuntur, vt nõ homo ad substantiam, & non quale ad qualitatem, &c.

¶ Minor vera, ad sensum dictum, art. 5. sed dico, q̃ nõ actus reducitur ad actum, & sub actu comprehenditur; quare negatur consequentia, quia hæc definitio conuenit omni peccato actuali, vel commissionis, & hoc per se, vel omissionis, & hoc reductiuè.

August.

¶ Ad secundum dicendum, quòd prima causa peccati est in voluntate, quæ imperat omnes actus voluntarios, in quibus solùm inuenitur peccatum, & ideo Aug. quandoq; per solam voluntatem definit peccatum; sed quia etiam ipsi exteriores actus pertinent ad substãtiam peccati, cum sint secundùm se mali, vt dictum est,* necesse fuit, q̃ in definitione peccati poneretur etiam aliquid pertinens ad exteriores actus.

*In corpo. & quæst. 18. & 20.

¶ Maior est vera ad sanum sensum, non q̃ solus actus voluntatis elicitus sit peccatum, sed etiam actus exterior imperatus est malus secundùm se, vt patuit sup. q. 18. & q. 20. sed ideo peccatum dicitur esse voluntas, quia voluntas est radix, & causa completiua peccati actus exterioris, vt est in executione; quia s. recipere, vel retinere contra iustitiam nõ est peccatum, nisi voluntarium, quare definitio illa non est completa, quam Aug. ponit in lib. de duabus animabus, sed est radicalis, & quasi causalis, saltem respectu actus imperati; ergo vt sit sufficiens, & formalis, conueniens omni peccato formaliter, oportuit ponere etiam pertinẽs ad actum imperatum. Potest enim aliquod disiunctum dici verè, & formaliter de aliquo ratione alicuius partis, sic q̃ dicit peccatum esse dictum, vel factum, &c. licet vna pars illius disiuncti solùm sibi conueniat, vt patet apud logicam, quia concupitum, & non cõuenit actui exteriori, nec factum, vel dictum actui interiori, tamen tota definitio formaliter est conueniens peccato omni. Ad minorem, placet, q̃ voluntas comprehendatur sub concupito accepto communiter, sed dico, q̃ non sola cõcupiscentia, vel voluntas est peccatum omne formaliter, licet sit omne peccatum radicaliter; quare negatur consequentia, q̃ sufficisset dicere concupitum contra legem æternam, quia non solùm concupiscentia, vel concupitum

omniq

est peccatum, sed & factum. Vnde definitio August. hic posita est sufficiens, & formaliter conuenit peccato à toto genere, sed alia conuenit solũ actui interiori voluntatis, qui est omne peccatum completiuè, & radicaliter; non vt radix habet rationem causæ materialis, sed eo modo quo sup. q. 65. ar. 5. ad 2. dictũ est, charitatem esse radicem omnium virtutũ effectiuam, &c. De materia istius solutionis habet D.S. inf. q. 74. ar. 2. & in de Malo, q. 2. ar. 2.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ lex æterna primò, & principaliter ordinat hominem ad finem; consequenter autem facit benè se habere circa ea, quæ sunt ad finem; & ideo in hoc q̃ dicit contra legem æternam, tangit auersionem à fine, & omnes alias inordinationes.

¶ Maior conceditur cum probationibus suis, & patebit infra. Minor negatur, immo formale peccati, quod est carentia debitæ regulæ, est auersio à Deo, quod vt dictum est, tangitur in hoc q̃ dicitur, contra legem æternam, in quo & omnes aliæ inordinationes intelliguntur, quæ. s. sunt inordinationes ex parte agentis, & loci, & aliarum circunstantiarum. Principalis tamen est inordinatio ex parte finis, quæ est auersio ab vltimo fine, quia lex æterna principaliter ordinat hominem ad finem, ergo auersio à fine debito, quæ coniungitur conuersioni ad finem indebitum, est principalis, alia minus principalis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cum dicitur, q̃ non omne peccatum ideo est malum, quia est prohibitum, intelligitur de prohibitione facta per ius positiuũ; si autem referatur ad ius naturale, quod continetur primò quidem in lege æterna, secundariò verò in naturali iudicatorio rationis humanæ, tunc omne peccatum est malum, quia prohibitum, ex hoc enim ipso q̃ est inordinatum, iuri naturali repugnat.

¶ Hoc argumentum vult, q̃ non debeat consequenter poni in definitione peccati, q̃ sit contra legem æternam, quasi habeat rationem mali, quia repugnat legi æternæ; quia aliqua prius sunt mala, antequam prohibita, & idcirco prohibentur, quia prius sm se mala; & ergo vult argumentum, q̃ per esse contra legem æternam non habeat peccatum rationem mali, sed prius est malum. Sed hoc verum est de lege positiua, vel iure positiuo, hoc enim prohibet aliqua, quia sm se mala, & non solùm sunt mala, quia contra legem positiuam. Sed ius naturale (quod continetur in lege æterna, tanquam in fonte à quo deriuatur) eo ipso, q̃ aliquid prohibet (i. aliquid sibi repugnat) est malum, & non prius est malum, & postea prohibitum (i. sibi repugnans) sed est malum eo ipso q̃ repugnat iuri naturali. Vnde iustè ponitur, q̃ peccatum. s. de se est, quia contra legem æternam, & per consequens contra ius naturale, quod ab ipsa deriuatur, & non prohibet lex æterna, q̃ prius est malum, vt lex positiua, quæ se conformat iuri naturali, & ipsum sequitur, prohibet aliqua, quæ sm se mala sunt, quia sunt contra ius naturale, & ergo quia malum, ideo repugnat legi æternæ, & econtra, quia repugnat, ideo sm se malum; sed nõ quia repugnat iuri positiuo, ideo est sm se malum; sed quandoq; prius est malum, & etiam quia prohibitum, non est malum propterea sm se. Vnde D. S. clarè respondet ad minorem, quia vera est de prohibitione legis positiuæ humanæ præsertim, quæ prohibet ea, quæ prius erant mala, & non efficiuntur per prohibitionem mala, secus de lege naturali. Et secundò lex positiua etiam prohibet, quæ non sunt sm se mala. Et stat breuiter in hoc, q̃ quia nihil repugnat iuri naturali, nisi quia in se inordinatum, ideo quia contra ius naturale, ideo malum. Secus in iure positiuo humano, vel Diuino, vbi aliqua prius sunt inordinata, quàm prohibita, & etiã aliqua prohibita esto secundùm se non sint mala.

¶ Nota autem hic, quia ius Diuinum diuidatur in positiuum, & naturale, de quo vide D. S. 2. 2. q. 57. ar. 2. ad tertium.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ à theologis consideratur peccatum præcipuè secundùm q̃ est offensa contra Deũ; à Philosopho autem morali secundùm q̃ contrariatur rationi, & ideo Aug.* conuenientius definit peccatum ex hoc q̃ est contra legem æternam, quàm ex hoc quòd est contra rationem, præcipuè cum per legem æternam regulemur in multis, quæ excedunt rationem humanã, sicut in his, quæ sunt fidei.

*Aug. lib. 22. de lib. cal.

¶ Maior vera, & patuit art. 1. & in cor. huius art. Minor vera, q̃ malum hominis est cõtra rationẽ esse, & tamẽ illud quod est contra rationem, est etiam contra legem æternam, vt patuit art. 2. ad quartum. Et secundò sunt multa peccata, quæ sunt contra id in quo regulamur secundùm legem æternam, & non humanam rationem, vt sunt peccata opposita virtutibus theologicis, & donis; esto enim lex Diuina, & æterna non sit contra naturalem rationem, est tamen sup. sicut D. S. declarat primo contra Gentiles, c. 7. & ad multa obligamur ad quæ ratio naturalis sibi relicta non poterat extendere, vt de credibilibus, & sperandis apparet, vt patebit infra,

infra, q. 72. art. 4. ad primum. Tertiò dico, q̃ etiam si ad æqualia extenderent se ratio naturalis humana, & lex æterna, tamẽ Theologi est principaliter attendere in peccatis, quia contra Deum, sicut Philosophi moralis, quia contra rationem naturalem. Quare negatur consequentia, quia Augustinus, vt Theologus definit.

Credere

¶ Et nota, q̃ nõ credere ea, quæ excedunt rationem humanam naturalem nõ est propriè contra rationem ipsam naturalem, & tã est peccatum, illud tñ non credere etiam non est sm rationem naturalem, sed præter, & non sm eam, sicut credere Deum trinum, & vnum est supra, est tñ id non credere contra legem æternam, quæ & deriuatur in legem Diuinam, quæ etiam est positiua, sub qua continetur lex noua, quæ pauciſſima habet, quæ non sunt de lege naturæ, vt patebit infra, q. 107. artic. 4. Lex namque æterna participatur in omnibus alijs legibus, quæ sunt quædam deriuationes ipsius, vt infra patebit, q. 91. ad longum. & ergo dicit D.S. in solutione præcipuè. s. debuit peccatum definiri per esse contra legem æternam, quàm per esse contra rationem humanam, quia quædam peccata sunt contra legem æternam, quæ tamen nõ sunt contra rationem humanam, esto vt dictum est, nec sm eam sint, sed præter. Sicut & oppositа horum peccatorum. s. actus supernaturales sunt supra rationem naturalẽ, sicut & lex humana multa non reprobat, quæ tamen lex æterna reprobat, verùm etiam non approbat, sed permittit; sic legis naturalis non est se intromittere de his, quæ sunt supernaturalia, & legis Diuinæ, &c.

Capreolus.

¶ Nota, q̃ ista definitio nullo modo conuenit originali peccato. An autem conueniat veniali, Vide infra q. 88. ar. 1. ad primum. quia non vniuocè, & equè perfectè, sicut mortali, sed analogicè per quandam attributionem tanquã dispositioni aliquali ad mortalem, sicut est de definitione sani, &c. Vide Capreolum in secũdo, distin. 43. conclusione prima. Vide & de hoc, & de materia totius artic. D.S. in secundo sententiarum, dist. 35. art. 2. præsertim ad secundum, an definitio conueniat originali, & veniali.

Quæstio Septuagesimasecunda.

De distinctione peccatorum, vel vitiorum.

DEinde considerandum est de distinctione peccatorum, vel vitiorum. Et circa hoc quæruntur nouem. Primò, vtrum peccata distinguantur specie secundùm obiecta. Secundò, de distinctione peccatorum spiritualium, & carnalium. Tertiò, vtrum sm causas. Quartò, vtrum sm eos, in quos peccatur. Quintò, vtrum secundùm diuersitatem reatus. Sextò, vtrum sm omissionem, & commissionem. Septimò, vtrum sm diuersum processum peccati. Octauò, vtrum sm abundantiam, & defectum. Nonò, vtrum secundùm diuersas circũstantias.

L

¶ Quanquã vitia, & peccata humana distinguantur, & non sint idem, quia tamẽ idem distinctiuum est actus, & habitus; ideo D.S. simul quærit de distinctione vtriusque. Vel vitium nomine vitij extensè, vt idem est, q̃ peccatum. Et determinando de distinctione peccatorũ, diuidit intentionem suam in quattuor partes, quia circa peccata est quattuor considerare. s. obiectum, causam, effectum, & circunstantiam. Primò ergo ostenditur, quomodo obiectum se habeat ad distinctionẽ peccati; Secundò, quomodo causa, in art. 3. Tertiò, qño effectus, in 5. art. Quartò, quomodo circumstantia, in art. 9. Circa primum, primò ostenditur peccata differre specie sm obiecta; secundò, ostenditur conuenientia distinctionis peccatorũ spiritualium a carnalibus, art. seq. Aliæ par. patebunt prosequẽdo.

Vtrum peccata distinguantur specie secundùm obiecta.

Infra ar. 3. & 4. cor. & ar. 5. ad 1. Et 2. 2. pl. & q. 39. art. 2. cor. Et 2. dist. 42. q. 2. ar. 2. q. 1. ad 2. & q. 2. co. Et Mal. q. 2. ar. 6. cor. & q. 14. ar. 3. corp. Et Pl. 50. co. 2.

AD primum sic proceditur. Videtur, q̃ peccata non differãt specie secundùm obiecta, actus enim humani præcipuè dicuntur boni, vel mali per comparationem ad finẽ, vt supra ostensum est; * cum igitur peccatum nihil aliud sit, quàm actus hominis malus, sicut dictum est; * videtur, q̃ secundùm fines peccata debeant distingui specie magis, quàm secundùm obiecta.

*q. 1. arti. 3. & q. 18. artic. 4. & 6.

¶ 2 Præt. Malum, cum sit priuatio, distinguitur specie sm diuersas species oppositorũ; sed peccatũ est quoddã malum in gñe humanorum actuum; ergo peccata magis distinguuntur specie sm opposita, quàm sm obiecta.

*q. 71. ar. 1.

¶ 3 Præt. Si peccata specie differant sm obiecta, impossibile esset idem peccatũ specie circa diuersa obiecta inueniri; sed inueniũtur aliqua huiusmodi peccata, nam superbia est in rebus spiritualibus, & in corporalibus, vt

*Cre. c. 18.

Gre. dicit in li. 33. Mora. * auaritia ẽt est circa diuersa gña rerum; ergo peccata nõ distinguũtur specie sm obiecta.

¶ Sed contra est, q̃ peccatum est dictũ, vel factum, vel concupitum contra legẽ Dei; sed dicta, vel facta, vel cõcupita distinguuntur specie sm diuersa obiecta, quia actus per obiecta distinguuntur, vt supra dictum est; * ergo etiam peccata secundùm obiecta specie distinguuntur.

*q. 18. ar. 2. & q. 54. artic. 1. & 2.

¶ Hic quærit, an peccata differãt specie sm obiecta. Nota, q̃ de peccato contingit loqui dupliciter; vno modo materialiter, quo s. ad significatum materiale, quod (sm dicta in artic. 6. q. præced.) est actus humanus volũtarius; aliud est formale, quod est malum, vel inordinatio, vel priuatio ordinis rõnis, vel legis æternæ. D.S. igitur in hoc ar. loquitur de peccato, vt est actus humanus voluntarius culpabilis, sed nõ loquit̃ de peccato formaliter, vt malũ est; & de priuatione ordinis debiti; & tñ si etiã loqueretur D.S. de peccato formaliter, adhuc dicta sua haberent veritatẽ, vt tangeẽ in solutione ad secundũ, quia & sic peccatũ habet specialẽ priuationẽ, & distinctionẽ ab obiecto. Nã ideo est specialis deformitas, quia voluntas fertur in specialem materiã derelicto ordine rationis, ad specialẽ enim conuersionem volũtariã, sequitur specialis auersio.

*q. 71. ar. 6.

¶ Respondeo dicẽdum, q̃ sicut dictum est; * ad rationem peccati duo cõcurrunt. s. actus voluntarius, & inordinatio eius, quæ est per recessum a lege Dei. Horũ autẽ duorum, vnum per se comparatur ad peccantem, qui intendit talem actum voluntarium exercere in tali materia; aliud autem. s. inordinatio actus, per accidens se habet ad intentionem peccantis, nullus enim intendens ad malum operatur, vt Dionys. dicit 4. cap. de Di. no. Dionysius.

¶ D.S. in hoc art. duo facit. Primò præmittit vnã propositionem præambularem distinctiuã deseruientem sibi ad probationẽ conclusionis responsiuæ; secundò ponit cõclusionem responsiuam in fine, ibi. Manifestum est autem. Propositio præambularis est ista. Actus voluntarius per se comparatur ad peccantem, inordinatio autẽ se habet per accidens ad intentionem peccãtis. Pro ista propositione D.S. notat in principio ex art. 6. præced. q. q̃ in peccato sunt duo. s. actus, &c. tunc arguit sic pro ista propositione. Illud est per se in moralibus, quod est de intentione peccantis, sed actus voluntarius est hmõi, non autem imordinatio eius; ergo, &c. Maior patet extra litterã, quia aliquid dr̃ morale perfectum, quia voluntarii, & quia per se volitum; sed id quod est de intentione, est per se volitũ; ergo quod est de intentione, est per se. Minor probatur quo ad primã partẽ, quia peccans intendit exercere talem actum voluntariũ in tali materia, & hoc per se, & sm seipsum. Secunda pars probatur, quia nullus intendẽs ad malũ operatur, illa autem inordinatio est formaliter mala; ergo, &c. Et ita patet, q̃ peccatũ vt est actus volũtarius, q̃ per se intenditur a peccante, distinguit̃ penes obiectũ, sicut & alij actus, & operationes, nõ autẽ ppriè moraliter; loquẽdo penes inordinationes; quia moralis nõ distinguit sm q̃ se, & formale significatũ, sicut logicus; sed sm per se intentũ; vnde quãuis illa inordinatio formalius significetur, q̃ actus; quia tamen est præter intentionem, ideo moralis penes eam non distinguit.

¶ Nota autem, q̃ inordinatio dr̃ esse præter intentionem, quia non est principaliter, & pp se volita, tamen ex consequenti est volita pp aliud, quia aliquis nõ recusat incurrere illam inordinationẽ, vt perfruatur bono concupito, & siue non sit intenta. s. actu, & sm se præuisa, siue non præuisa, dummodo per se sequatur ad actum voluntarium ex partẽ actus, habet rationem peccati, quia (vt infra patebit q. 73. ar. 8.) etiam non intentum, nec præuisum a peccante facit ad peccatum, dummodo ipsum peccatum per se sequatur. Et sic D.S. intelligendus est, quòd inordinatio non est intenta a peccante, sed tamen etiam non recusata, quia si recusaret eam, cessaret ab actu, quem necessariò sequitur; cum quo stat, quòd per se, peccati actum consequitur; quare est volita, & voluntaria illa inordinatio, licet non intenta, tanquam. s. per se bonum, & gratia cuius aliquid fiat; intentio enim est boni tantùm, voluntas autem etiam mali propter aliud, &c. Vide D.S. de Malo, q. 3. art. 12. vbi loquitur ad propositum sic dicens, licet malum sit præter intentionem, est tamen voluntarium, licet non per se, sed per accidens. Intentio enim est vltimi finis, quem quis propter se vult. Voluntas autem est eius, quod quis vult propter aliud, etiam si simpliciter non vellet, &c. hæc ille. Tunc ibi.

¶ Manifestum est autem, q̃ vnumquodq; consequitur speciem secundùm illud, quod est per se, non autem sm id, quod est per accidens, quia ea, quæ sunt per accidẽs, sunt extra rationem speciei; & ideo peccata specie distinguuntur ex parte actuum voluntariorum magis, quàm ex parte inordinationis in peccato existentis.

Dub. 347. & 785.

¶ Procedit ad respondendum quæsito tali conclusione, peccata propriè distinguuntur specie sm obiecta. Probatur cõclusio. Peccata propriè distinguũtur specie ex parte actuum voluntariorum

magis, quàm ex parte inordinationis in peccato existentis; sed actus voluntarij distinguunt̃ specie ſm obiecta; ergo conclusio vera. Circa istam rationem D.S. primò ponit maiorem cũ eius probatione; secundò minorem annectens cõclusioni, ibi. Actus autẽ voluntarij. Maior ergo probatur. Vnumquodque consequitur speciem secundùm illud, quod est per se, non autem secundùm id, quod est per accidens (& per consequens distinguitur specie ſm id, quod est per se) sed actus voluntarius se habet per se ad peccatum ex parte agentis, inordinatio autem se habet per accidens; ergo maior vera. Maior proxima probatur, quia ea quæ sunt per accidens, sunt extra rationem speciei. Minor proxima patuit, & fuit formaliter propositio præambularis. Tunc ibi.

¶Actus autem uoluntarij distinguuntur specie secundum obiecta, ut in superioribus ostensum est; * vnde sequitur, quòd peccata propriè distinguantur specie secundùm obiecta. *q.18.ar.2. Dub.992.

¶Ponit minorem principalis rationis quæ fuit; sed actus volũtarij, &c. quam D.S. relinquit notam ex supra dictis. q.18. artic.2. Vnde concludit, ꝙ peccata propriè distinguantur, &c. Et ita patet, ꝙ peccatum, vt est actus voluntarius, qui per se intenditur a peccante, distinguitur penes obiectũ, sicut & alij actus, & operationes.

¶Et hanc conclusionem confirmat D.S. per arg. in contr. quod etiam procedit de peccato quo ad materiale significatũ, videlicet ad actum voluntarium ſ. dictum, vel factum, vel concupitum, talia enim sunt actus, & per consequens vt sic distinguunt̃ per obiecta.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd finis principaliter habet rationem boni; & ideo cõparatur ad actum uoluntatis, qui est primordialis in peccato, sicut obiectum; vnde in idem redit, quòd peccata differant secundùm obiecta, uel secundùm fines.

¶Maior vera, quia actus humani non sunt humani, nisi in ordine ad actum interiorem voluntatis, qui per se respicit finem; ita ꝙ actus interior per se immediatè respicit finem, vt obiectũ principale; & etiam actus exteriores formaliter vt morales sunt, per se respiciunt vt obiectum mediatum. Et secundò vera ad alium sensum, quia (vt patuit q.19. arti.2. ad primum.) actus voluntatis per se est finis; per accidens autem est, ꝙ obiectum actus voluntatis non sit finis, vt ibidem declaratum fuit. Conceditur vltra, ꝙ peccatum est actus malus; & etiam cõceditur consequens quo ad hoc, ꝙ ſm fines peccata distinguantur specie, etiam actus exteriores formaliter, vt peccata sunt; quia non sunt peccata, nisi assit actus voluntatis, qui principaliter respicit finem, saltem vt habet rationem volendi; quamuis & actus exterior respiciat obiectum, quod non est finis remotus, esto sit propinquus, qui & dicitur finis actus. Sed negatur cõsequentia quo ad aliam partem. ſ. magis, quàm secundùm obiecta, quia & ipse finis est primum, & principale obiectum peccati, vt actus voluntarius est, & humanus; quia & si cum actu interiori concurrat actus exterior, & obiectũ eius, tamẽ finis est principalius obiectum actus interioris, qui est principalior in peccato. Quare negatur consequentia.

¶Nota, ꝙ actus exterior, qui etiam potest concurrere ad peccatum, distinguitur ex obiecto exteriori in esse rei, & moris; & hoc distinctione propriæ speciei. Distinguitur etiã ex fine distinctione speciei communis, & moris tantùm, vt finis est, non obiectum proprium, & immediatum, sed mediante actu interiori. Actus autẽ interior, qui est formalis in peccato, distinguitur ex fine, vt finis est obiectum eius. Quare semper distinctio est ex obiecto, vt sic saltem distinctio propria, & immediata; licet enim actus exterior distinguatur ex fine agentis, vt sic, tamen hoc est mediante actu interiori, cuius finis est obiectum, & præter finem habet proprium obiectum, ex quo habet distinctionem propriæ speciei; quod obiectum est etiam finis, non quidem intentionis agentis, sed actus exterioris, & voluntatis; omne enim bonum volitum potest dici finis, vt patuit supra quæst. 1. artic. 1.

¶Nota, ꝙ quia per accidens est, ꝙ obiectum voluntatis non sit finis etiam agentis, quia ſ. est quoddam volitum ordinatum in finem intentum; tamẽ per se finis est volitus, & volitum finis, ideo idem est finis, & obiectum peccati. Et nota, quòd D.S. dicit, quòd in idem redit peccatum differre. ſ. formaliter, & quo ad actum interiorem, quo ad obiecta, & finem; licet materialiter distinguantur per obiecta, illa possunt patere ex dictis supra quæst 19. &c.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ peccatum non est pura priuatio, sed est actꝰ debito ordine priuatus; & ideo peccata magis distinguuntur specie ſm obiecta actuũ, quàm ſm opposita; quamuis etiam si distinguantur ſm oppositas uirtutes in idẽ rediret; uirtutes enim distinguuntur specie secundùm obiecta, ut supra dictum est. * Dub.987. *q.60.ar.5.

¶Ad maiorem D.S. respondet virtualiter dupliciter. Malum, cũ sit priuatio; distinguitur specie ſm diuersas species oppositorum. Concedo, & dico, ꝙ hoc redit in idem cum eo, quod diximus peccata distingui ſm obiecta, quia opposita (ſ. bona moralia) distinguũtur ſm obiecta; igitur & originaliter mala ſm obiecta distinguuntur, quia virtutes distinguuntur ſm obiecta; & sic actus boni ſm obiecta, & diuersas materias. Si igitur peccata distinguantur ſm diuersas species oppositorum, oportet, ꝙ etiam distinguantur ſm contrarias materias, secundùm quas virtutes ipsæ distinguuntur, in quibus tamen contrario modo se habent ad virtutes. Ad minorem dr, ꝙ peccatum est quidem malum, sed nõ ipsa malitia, vel priuatio, sed actus voluntarius habens annexam priuationem; & tñ actus est per se intentus, priuatio autem nõ, ga actus de se habet aliquam appetibilitatem, priuatio non. Negatur ergo consequentia, quia peccata, si accipiantur quantum ad id, quod est in eis per se, sic moraliter distinguuntur euidenter, & immediatè ex obiectis. Si autem accipiantur pro significato formali (quod tñ est per accidens apud moralem) adhuc distinguuntur penes obiecta radicaliter, esto immediatè penes opposita, quia tamen ista opposita etiam distinguuntur secundùm obiecta, ideo origo distinctionis etiam priuationum sunt obiecta. Et de hac materia benè loquitur Capreolus in secundo, dist. 43. in solutionibus ad argumenta contra primam, & secundam conclusiones, &c. Capreol.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ nihil prohiber in diuersis rebus specie, vel gñe differentibus, inuenire vnã formalẽ rõnem obiecti, a qua peccatũ specie recipit, & hoc modo superbia circa diuersas res excellentiã q̃rit, auaritia verò abundantiã eorum, quæ vsui humano accõmodantur.

¶Ad maiorem quo ad primam partem, ꝙ actus differunt ſm obiecta, sicut de habitibus supra dictum est, q.54. art.2. ſ.m obiecta formalia adæquata, non autem materialia. Dico autem formalia, & adæquata, & terminativa pp Sco. in secundo, di.24. Sed de hoc vide supra loco iam allegato. Ad secundam partem dico, ꝙ verum est, ꝙ impossibile est idem peccatum specie circa diuersa obiecta formalia, & formaliter diuersa esse. Minor negatur ad sensum iam dictum. Ad probationem dico, ꝙ superbia est in rebus spiritualibus, & corporalibus, sed non ſm proprias rationes, sed ſm vnam rationem communem, quã in eis respicit, ſ. excellẽtiã, illa autem ratio est formaliter vna; sic auaritia in rebus q̃rit, & respicit vnũ formale. ſ. abundãtiã rerum, quæ veniunt in vsum humanum. Quare negatur cõsequentia, ꝙ non distinguantur ſm obiecta formaliter accepta, idest ſm diuersa obiecta, vt obiecta sunt, & obiecta adæquata, esto non distinguantur secundùm diuersa obiecta, vt diuersa sunt in esse rei, vt argumentum probat. Scotus.

Vtrum conuenienter distinguantur peccata ſpiritualia a carnalibus.

M

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter distinguantur peccata spiritualia a carnalibus. Dicit enim Apostolus ad Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immundicia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, &c. ex quo videtur, quòd omnia peccatorum genera sunt opera carnis; sed peccata carnalia dicuntur opera carnis; ergo non sunt distinguenda peccata carnalia a spiritualibus. Infra q.97. ar.5.cor.Et 2.2.q.118. ar.6.con.Et 1.co.d.42. q.1.a.1. col.3.E. Et 2. cop.7. col.1. Gal.5.

¶2 Præterea. Quicunque peccat secundùm carnem, ambulat, secundùm illud Rom.8. Si secundùm carnem vixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis; sed viuere, vel ambulare secundùm carnem videtur pertinere ad rationem peccati carnalis; ergo omnia peccata sunt carnalia; non ergo sunt distinguenda peccata carnalia a spiritualibus. Rom.8.

¶3 Præterea. Superior pars animæ, quæ est mens, vel ratio, spiritus nominatur, secundùm illud Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ, vbi spiritus pro ratione ponitur, vt ibi glo. dicit; * sed omne peccatũ, quod ſm carnem committitur, a ratione deriuatur per consensum, quia superioris rationis est cõsentire in actum peccati; vt infra dicetur; * ergo eadem peccata sunt carnalia & spiritualia; non ergo sunt distinguenda adinuicem. Ephes.4. *Glo.ord. & interlin. *q.74.ar.7.

¶4 Præterea. Si aliqua peccata specialiter sint carnalia, hoc potissimè intelligẽdum videtur de illis peccatis, quibus in corpus suum peccat aliquis; sed sicut Apostolus dicit 1.ad Corinth.6. Omne peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus est, qui autem fornicatur in corpus suum peccat; ergo sola fornicatio esset peccatum carnale, cum tamen Apostolus ad Ephes. 5. etiam auaritiam carnalibus peccatis annumeret. 1.Cor.6. Eph.5.

¶Sed

*Gre.c.31. à med. ¶Sed contra est, quod Gregorius 31. Moral. dicit, * quòd septem capitalium vitiorum quinque sunt spiritualia, & duo carnalia.

¶Hic quærit de distinctione spiritualium peccatorum a carnalibus. Videtur enim difficultas de ipsa distinctione, præsertim cũ Apostolus ponat simul carnalia, vt fornicationem, & idolorum seruitutẽ, &c. Quia tamen determinatio huius quæst. statim sequitur ex dictis in artic. 1. ideo mouet hoc dubium, præsertim etiam propter variam acceptionem peccati carnalis.

* Art. præced. ¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut dictum est; * peccata recipiunt speciem ex obiectis; omne autem peccatum in appetitu consistit alicuius commutabilis boni, quod inordinatè appetitur, & per consequens in eo iam habito inordinatè aliquis delectatur.

¶D.S. in art. non respondet formaliter ad quæsitum, sed innuit implicitè vnam distinctionem, quam expresse ponit super auctoritate alleganda in fine corp. 2. ad Corinth. 7. qua notata faciliter potest haberi conclusio responsiua. Distinctio ergo est ista (quam etiam ponit ad Gala.) peccata carnalia dicuntur dupliciter. Vno modo, quia consumantur in delectatione carnis, sicut spiritualia, quæ consumantur in delectatione spirituali, vel animali. Secundo modo autem dicuntur peccata carnalia propter originem, & radicem, inquantum ex corruptione carnis anima aggrauatur, ſm ꝙ dicitur fomes principium omnium peccatorum, sic omnia peccata possunt dici carnalia, quia etiam hæreses, & sectæ isto modo sunt carnalia, quia intellectus ex corruptione carnis facilius decipi potest, & impeditur a sua operatione. Vnde ista distinctione suppositа, ponitur talis conclusio responsiua. Si peccata spiritualia, & carnalia accipiuntur primo modo (quia videlicet cõsumantur in delectatione spirituali, vel carnali) tunc distinguuntur specie, sicut gula, & luxuria sunt isto modo carnalia, quia perficiuntur in delectatione carnali. Probatur conclusio dupliciter. ſ. ratione, & auctoritate. Secundum ibi. Vnde & Apostolus. Circa primum arguitur sic, peccata spiritualia, & carnalia isto modo habent diuersa obiecta formalia, igitur conuenienter distinguũtur. Cõsequentiam D.S. probat per vnam propositionem in principio ex artic. 1. quia peccata recipiunt speciem ex obiectis, & per consequens distinctionem, quia species non est sine differentia distinctiua. Antecedens probatur per articulum, quæcunque sunt diuersa in ratione delectabilis, sunt diuersa obiecta formalia peccatorum; sed obiecta spiritualium, & carnalium peccatorum sunt huiusmodi (ſ. diuersa in ratione delectabilis;) igitur antecedens est verum. Circa istam rationem D. S. primò probat maiorem. Secundò declarat minorem, ibi. Vt autem ex superioribus. Primò ergo probatur maior ex littera, quia omne peccatum consistit in appetitu alicuius boni commutabilis, quod inordinatè appetitur, & per consequens in eo habito inordinatè aliquis delectatur; igitur delectabile commutabile est per se obiectum omnis peccati; ergo sequitur maior, quia secundùm rationẽ diuersam formalis & per se obiecti diuersificantur actus. Deinde cum dicit.

*q.31.ar.3. ¶Vt autem ex superioribus patet; * duplex est delectatio. Vna quidem animalis, quæ consumatur in sola apprehensione alicuius rei ad uotum habitæ; & hæc etiã potest dici delectatio spiritualis, sicut cum aliquis delectatur in laude humana, uel in aliquo huiusmodi. Alia uerò delectatio est corporalis, siue naturalis, quæ in ipso tactu corporali perficitur, quæ potest etiam dici delectatio carnalis. Sic igitur illa peccata, quæ perficiuntur in delectatione spirituali, vocãtur peccata spiritualia; illa verò quæ perficiuntur in delectatione carnali, uocantur peccata carnalia, sicut gula, quæ perficitur in delectatione ciborum, & luxuria, quæ perficitur in delectatione venereorum.

Declarat minorem tali ratione, delectabile pertinens ad delectationem interiorem, quæ perficitur in apprehensione interiori (ideſt consequitur apprehẽsionem interiorem) est alterius rationis, quàm delectabile pertinens ad delectationem exteriorem, q̃ perficitur in apprehensione tactus corporalis. Sed delectabile peccati spiritualis est delectabile secũdùm interiorem delectationem animalẽ, delectabile peccati carnalis ſm tactum; igitur, &c. Maior patet, quia istæ delectationes sunt diuersarum rationum, vt patet supra quæst. 31. artic. 3. igitur & delectabilia formaliter. Dictum est enim supra quæst. 60. artic. vlt. quòd non in omnibus delectabilibus est vna ratio delectandi; quia delectabile est conueniens habitum, sed secundùm aliud, & alia ratione conuenit honor, & laus (quia secundùm imaginatiuam, & apprehensionem interiorem) secũdùm aliam cibus, & potus, & venerea, vt patet de se. Et posset ratio istius artic. breuius sic formari. Peccata spiritualia habent alia obiecta, quàm carnalia; igitur conuenienter distinguuntur. Consequentia patet in princ. art. Antecedens probatur. Obiectum peccati spiritualis est delectabile alterius rationis, quàm obiectum peccati carnalis; igitur antecedẽs verum. Tenet consequentia, quia omne peccatum cõsistit in appetitu alicuius boni connaturalis, in quo habito quis delectatur; igitur consequẽtia bona. ſ. quòd si est delectabile alterius rationis, igitur obiectum alterius rationis, quia delectabile est obiectum. Antecedens proximum probatur, quia alia est delectatio, quæ sequitur apprehensionem interiorem, & consumatur in sola apprehensione alicuius rei ad votum habitę, & boni secundùm imaginationem, quàm delectatio sequens apprehensionem exterioris sensus, & quæ perficitur in tactu corporali.

¶Nota autem verbũ D.S. vbi dicitur, ꝙ delectatio animalis, vel spiritualis consumatur in apprehensione interiori, quia intelligitur iuxta supra dicta q.31. ſm causam non formaliter, quia videlicet delectatio animalis, vel spiritualis (quod idem est) causatur ex hoc, ꝙ bonum hominis ſm imaginationem, vel etiam apprehensionem intellectuam apprehenditur presens; sicut quis apprehendens se honorari delectatur, non in tactu, sed in appetitu sensitiuo concupiscibili, vel voluntate. Vnde delectatio animalis cõprehendit sub se etiam gaudium. Philotomia enim, & liberalitas sunt bonorum, quæ delectant, ſm ꝙ apprehenduntur apprehensione interiori, vt supra q.60. art.5. vbi tanguntur, quæ declarant, quomodo sumuntur diuersæ rationes boni delectabilis, &c.

¶Vnde & Apostolus dicit. 1.ad Cor.7. Emundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus. 1.Cor.7.

¶Probat conclusionem responsiuam auctoritate Apostoli, qui distinctè ponit inquinamentum carnis, & spiritus, ideſt peccata carnis, & spiritus.

ARGVMENTVM in contrariũ est pro cõclusione respõsiua.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ sicut glo. * ibidem dicit; illa uitia dicuntur opera carnis, non quia in uoluptate carnis perficiantur, sed caro fumitur ibi pro homine, qui dum secundùm se uiuit, secundùm carnem uiuere dicitur, ut etiam Aug. dicit. 14. de Ciuit. Dei. * Et huiusmodi ratio est ex hoc, ꝙ omnis rationis humanæ defectus ex sensu carnali aliquo modo initium habet. Et per hoc etiam patet responsio ad secundum. *Gl. ex Aug. summitur loco mox dicẽ. *Aug.c.2. & 3.

¶Ad maiorem patuit ex dictis in principio articuli. Conceditur auctoritas, & dicitur, quòd omnia peccatorum genera sunt opera carnis radicaliter, & originaliter, quia omnia peccata oriũtur ex defectu carnali, ideſt ex subtractione originalis iustitiæ, quam sequuta est inordinatio corporis, & sensualitatis; & per consequens voluntas, & ratio debilitatæ, & factæ pronæ ex materiali peccati originalis ad omnia vitia. Sed dico, quòd non omnia genera peccatorum dicuntur opera carnis, quia consumantur in delectatione carnali, sed aliqua certa, quorum obiecta sunt conuenientia sensui carnali exteriori. ſ. tactui, & gustui. Vlterius ad consequens, ergo non sunt distinguenda, &c. Verum, carnalia radicaliter, & originaliter; vnde sicut omnia peccata reducuntur indirectè in diabolum, quia est causa aliquo modo subtractionis originalis iustitiæ, ad quam sequuntur omnia peccata. Sic quia in carne est fomes, & inordinatio, ex qua indirectè oriuntur omnia peccata, ideo omnia peccata dicuntur carnis, ideſt habentia originem ex carne. Et secundò dicit hic D.S. quòd dicuntur opera carnis, quia hominis secundùm se viuentis. Dicitur autem homo viuere secundùm se, non propriè quantum ad id, quod est principale, sed quantum ad id, quod est minus principale, vt patet secunda secundæ, quæst. 25. art. 7.

¶Ad secundi maiorem secundùm expositionem D.S. ibidem, ꝙ Apostolus per facta carnis intelligit opera carnis. i. opera, quæ ex concupiscentia carnis prouenium̃t. Et ex hoc patet, ꝙ loquitur de opere carnis radicaliter, vel originaliter, & communi. Ad minorem, viuere ſm carnem (ideſt committere opera prouenientia ex carne) pertinet ad rationem peccati carnalis; verum originaliter, & vt est commune, sed viuere secundùm opera, quæ consumantur in delectatione carnali, pertinet ad carnalia, vt sunt distincta. Vltra; ergo carnalia, verum originaliter, vel quæ homo agit ex amore sui ipsius, vt est caro, ideſt ſm concupiscentiã ortam aliqualiter ex carne non sunt distincta, & hoc concessum est.

¶Nota, quòd solutio primi tangit duos modos accipiendi peccatum carnale, vt est commune, non distinctum contra spirituale, quos expresse D.S. ponit super Apostolum ad Gala. 5. Vnde dicit secundùm August. de Ciuit. Dei, lib. 4. cap. 2. quòd secundùm carnem viuit, quicunque viuit ſm seipsum; vnde caro hic accipitur pro toto homine, quicquid ergo procedit ex inordinato amore sui, dicitur opus carnis. Postea ponit distinctionem positam in principio art. &c. quia videlicet alio modo dicitur ſm radicem, & originem carnale peccatum, & vtroque modo est commune. Et hoc ꝓbãt duo prima argumẽta; vnde & D.S. vna solutione soluit.

¶Ad tertium dicendũ, ꝙ in peccatis etiam carnalibus est aliquis actus spiritualis. ſ. actus rationis; sed finis horũ peccatorũ, a quo denominantur, est delectatio carnis,

¶Maior vera, & D.S. exponit ibidē. Renouamini spiritu mentis vestræ. i. mente spiritualiter facta, vel ℈ animam hic, & in futuro renouabitur etiam corpus. Minor vera, ꝙ peccatum carnale etiam vt distinguitur contra spirituale, deriuatur ℈ inchoationē & originem propinquā ab eo, quia videlicet nullum peccatū carnale est peccatum nisi voluntarium, & ratio superior in ipsum consentiat directè, vel indirectè, vt patebit q. 74. ar. 7. Tñ origo remota est corruptio carnis, &c. Sed addo, ꝙ tale peccatum habet quidem aliquem actum spiritualem rationis, & voluntatis, tñ causa finalis, in qua consumatur, est carnalis delectatio, sicut per oppositum peccatum spirituale habet originem (saltem remotam) ex carne; & tamen non dicitur carnale, & spirituale, quia in delectatione spirituali perficitur; ita de carnali per oppositum, quia habet pro principio effectiuo aliquod spirituale, sed pro finali, & obiectali aliquod carnale. Quare negatur consequentia.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ sicut glo. ibidē dicit, specialiter in fornicationis peccato seruit anima corpori, intantum, ut nihil aliud in ipso momento cogitare homini liceat; delectatio autē gulæ, & si sit carnalis, nō ita absorbet rationē. Vel potest dici, ꝙ in hoc peccato ēt quædam iniuria fit corpori, dū inordinatè maculatur; & ideo per hoc solū peccatū dr̄ specialiter homo in corpus peccare.

Dub. 84. Auaritia verò, q̄ carnalibus peccatis connumeratur, pro adulterio, ponitur, quod est iniusta vsurpatio vxoris alienæ. Vel potest dici, ꝙ res, in qua delectat auarus, corporale quiddā est, & quantum ad hoc cōnumerat peccatis carnalibus, sed ipsa delectatio non pertinet ad carnē, sed ad spiritū. Et ideo Greg. dicit, *ꝙ est spirituale peccatū.—

*Greg. lib. 31. Moral. cap. 31. ¶Ad maiorem, ꝙ carnalia principaliter sunt, in quibus homo in corpus suū peccat, quia & in delectatione carnali perficiuntur, & ℈ vnum modum, quia maculant corpus; & homo efficit oīno caro ablato vsu rationis; tñ & aliud quoddā dr̄ carnale propriè, quia solùm in delectatione carnali perficitur, sicut gula; quoddā aliud dr̄ carnale medio modo, quia obiectū est carnale, vel corporale, sed delectatio est spiritualis, sicut auaritia, cuius obiectum est pecunia, tñ delectatio est ℈ sensum interiorē. Luxuria autem, & gula sunt carnalia; quia obiectum, & delectatio sunt carnalia. Ira autem est vtroq; modo spirituale, & inanis gloria. Dico vltra, ꝙ si auaritia sumit̄, vt opponitur iustitiæ; tūc idē est, quod adulterium, tūc est species luxuriæ, & propriè carnale, & est iniustus vsus vxoris alienæ, sicut auaritia propriè est iniustus vsus alienæ pecuniæ. Vide 2.2.q.118.art.6. an auaritia sit carnale. Ad minorem dico, ꝙ fornicator in corpus suum peccat (i. cōtra corpus suum) corrumpendo, & inquinando illud præter verū vsum rōnis, qui ꝑsertim ibi tollitur; & ita est carnale, quia corrumpit, & quia carnalis delectatio. Vltra; ergo fornicatio est carnale. Verum specialiter, ꝙa corrumpit, & quia carnalis delectatio, licet & gula carnalis sit, & auaritia aliquo modo. Sed si intelligit cōtequēs, ꝙ sola fornicatio sit carnale peccatū, & alia nullo modo; negatur. Nā non sequitur est principaliter carnale ℈ singularem modum; ergo alia nullo modo, &c. Vide de Ma. q.4. ar. 8. ad 17. ꝙa luxuria est carnale, quia in corporis delectatione, & corporis resolutione, in gula aūt non est corporis resolutio, & ī spiritualib. nō est delectatio corporalis.

Vtrum peccata distinguantur ℈ specie secundùm causas.

N 2.2.prol. Et 2.di.22.q.1. ar.1.corp. AD tertium sic proceditur. Vī, ꝙ peccata distinguantur specie ℈ causas. Ab eodem enim habet res speciem, a quo habet esse; sed peccata habent esse ex suis causis; ergo ab eis etiam ℈ speciem sortiuntur; differunt ergo specie secundùm diuersitatem causarum.

¶ 2 Præt. Inter alias causas minus videtur pertinere ad speciem causa materialis; sed obiectum in peccato est sicut causa materialis; cum ergo secundùm obiecta peccata specie distinguuntur, videtur, ꝙ peccata multò magis secundùm alias causas distinguantur specie.

*Aug. psal. 79. ¶ 3 Præt. Aug. super illud Psal. *Incēsa igni, & suffossa, dicit, ꝙ omne peccatū est ex timore malè humiliāte, vel

1. Ioan. 2. ex amore malè inflammante. Dr̄ etiam 1. Io. 2. ꝙ omne, ꝙ est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut cōcupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Dr̄ autem aliquid esse in mundo pp peccatum, ℈ ꝙ mundi nomine amatores mundi significantur, vt Augustin. dicit super Ioan.*

*Aug. trac. 2. in med. *Gre. c. 31. Greg, etiam 31. Moral. *distinguit omnia peccata ℈ septem vitia capitalia; omnes autem huiusmodi diuisiones respiciunt causas peccatorum; ergo videtur, ꝙ peccata differant specie secundùm diuersitatem causarum.

¶Sed contra est, quia ℈ hoc oīa peccata essent vnius speciei, cum ex vna causa causentur. Dr̄ enim Eccl. 10, ꝙ initium oīs peccati est superbia. Et 1. ad Tim. vlt. ꝙ radix omnium malorum est cupiditas. Manifestum est autem esse diuersas species peccatorum; non ergo peccata distinguuntur specie secundùm diuersitates causarum. Eccl. 10. 1. Timoth.

¶Hic quærit, quomodo se causa habeat ad distinctionem peccati, an ſ. peccata distinguantur specie secundùm causas, &c.

¶Respondeo dicendum, ꝙ cum quattuor sint causarum genera, diuersimodè diuersis attribuuntur; causa enim formalis, & materialis respiciunt propriè substantiam rei; & ideo substantiæ secundùm formam, & materiam specie, & genere distinguuntur.

¶Quia autem omne multiplex distinguendum est, & causa dr̄ multipliciter, &c. ideo D.S. in hoc art. distinctè respōdet ℈ diuersa genera causarum, & ideo ponit duas cōclusiones rīsiuas; secūdā ibi. Agens autem, &c. Prima conclusio, ex qua elicitur conclusio responsiua partialis ad quæsitum negatiua. Substantiæ ℈ formam, & materiam specie, & genere distinguuntur (supple & non peccata) per hanc conclusionem habetur, ꝙ peccata non distinguantur specie secundùm causas materialem, & formalem. Probatur conclusio. Vnumquodque distinguitur specie, vel genere, per ea quæ ipsum pet se respiciunt; sed materia, & forma respiciunt per se substātiam materialem, non autem motū, vel actum; igitur, &c. Maior nota, quia distinctio specifica, vel generica est essentialis, & intrinseca, & per se; & per cōsequens per principia intrinseca. Minor patet, quia sola substantia habet materiam, & formam tanquam principia per se, actus autem, & motus non constituuntur ex materia, & forma, nec ab eis immediatè, & per se dependent, & per consequens nec specificantur. Conclusio prima responsiua.

¶Nota autem, ꝙ D.S. dicit, ꝙ substantiæ (ſ. materiales) distinguuntur per formā, & materiā ſpecie, & genere, quia a forma est omnis distinctio specifica tanquam ab eo, a quo *sumitur differentia specifica*, nō a materia. De gñe autem potest *distingui*, quia vel accipitur pro gñe physico quo modo. 10. Metaph. tex. comm. 26. & vlt. dr̄ differre gñe corruptibile, & incorruptibile. Et sic planū est, quod dr̄, quia ex materia, quę habet annexā priuationem, prouenit aliud esse, quàm a materia non habente priuationem, quia primum corruptibile, secundum incorruptibile. Si autē loquamur de gñe logico; sic etiam verum est, siue intelligatur de generibus generalissimis, siue de subordinatis in prædicamento substantiæ, præsertim materialis. De hoc vide supra q. 54. art. 1. ad primum.

¶Nota circa minorem cautè, quòd principia quidem essentialia distinguunt, non tamen conuertitur, quòd omnia distinctiua sint essentialia ad hunc sensum, quòd sint de essentia rei. Sed verū est, ꝙ sunt de ratione quidditatiua rei, & a quibus sumūtur differentiæ essentiales. Et hoc dico iuxta supra dicta propter obiecta, & terminos motuum, qui non sunt de essentia eorū, quæ distinguunt; sunt tamen in ordine, ad quæ sumuntur differentiæ actuū, & motuum, quia huiusmodi ex natura sua ordinātur ad obiecta, & terminos, a quibus ſpecificantur, & sunt relatiua ad terminos, & obiecta, & fines, licet absoluta terminis correlatiuis.

¶Agens autē, & finis respiciunt directè motū, & operationem; & ideo motus, & operationes ℈ huiusmodi causas, specie distinguuntur, diuersimodè tamen.

¶Hic secundò D.S. procedit ad secundā conclusionē responsiuā. Circa quā duo facit. Primò ꝑmittit vnā cōclusionē præambulārē probantem primā eius partem; secundò subiungit cōclusionē, ibi. Vnde manifestum est. Conclusio ergo ꝑambularis est. Motus, & operationes distinguuntur ℈ causam agentē, & finem specie, diuersimodè tñ actus naturales, & actus voluntarij quo ad principia. Istā conclusionem D.S. primò ponit cum probatione primæ partis; secundò probat secundam partem, ibi. Nam principia.

¶Nota autem, ꝙ aliquid potest conuenire alicui communi per non repugnantiā, quod tamen diuersimodè se habet ad inferiora; sic actui, & motui in communi conuenit permissiuè habere speciem ex principio, quod tamen nō conuenit actui humano; ideo istæ partes stāt simul, operationes distinguuntur ℈ causam agentem permissiuè, non tñ actus volūtarius. Probat ergo prima pars, agens & finis respiciunt directè motum, & operationem (tanquā ſ. ea, a quibus motus, & operatio essentialiter dependent;) igitur prima pars vera. Tenet consequentia, quia vnumquodq; distinguitur per id cuius est, & ad quod ordinat̄, sicut ad per se causam. Est enim distinctio ex per se causis ex natura sua, sicut relatiuum ex termino correlatiuo. Antecedens patet ex secundo Physicorū.

¶Nota hic primò defectum quorundam dicentium distinctionem potentiarum per actus, & actuum per obiecta solùm esse circumlocutiū, & a posteriori, cum actus sint effectus potentiarum, & obiecta extrinseca actibus. Sed patet, ꝙ actus non solùm est effectus, sed etiam finis, ex quo sumitur ratio rei a priori, tanquam a prima causa rei, vt patet ex 2. Physic. Et obiecta esto non sint de essentia actus, sunt tamen principia ſpecificatiua, & a quibus sumuntur

muntur per se dr̄iæ; & ea, sine quibus actus nec intelligi possunt, nec definiri, & conueniunt actibus in primo modo per se, ad quē non requiritur necessariò definitio per intrinseca, sed per additamentum, vt solet alibi declarari. Et hi clarè non aduertūt D.S. hic dicentem, ꝙ agens, & finis directè respiciunt motum; & operationem tanquam. ſ. eorum distinctiua per se, a quibus naturaliter eorum differentia sumitur, vt patet supra q. 1. art 3. ad primum.

¶Nota secundò, ꝙ D.S. vbi iā dixit, ꝙ actiones humanę, si considerantur per modum actionum, distinguuntur ex fine, sicut principio; hic autem dicit, ꝙ actus humani non distinguātur ex principio motiuo, sed ista non sunt contraria; quia finis, vt est per rationem voluntati præsentatus, & vt cognitus concurrit quidem ad actum voluntatis aliquo modo effectiuè; sed cum hoc etiam formaliter, & ſpecificatiuè, & quasi principium actiuum iam ad vnū determinatum. Est enim id, quod est in intellectu ratio appetēdi, & agendi voluntati, & non inhæret voluntati, quare D.S. q. 1. ar. 3. assimilat finem sic apprehensum formæ generantis, qui producit formam generati sibi similem; & est principium generandi actiuum, & determinatum ad vnum. Sed verum est, quod D.S. hic dicit, quia principium motiuum tantùm est indeterminatum, & nō ſpecificat actum, sicut voluntas secundùm se, vel etiam aliud motiuum effectiuum, quod non est determinatum ad vnum actum, secus de fine apprehenso, qui comparatur a D.S. termino ſpecificatiuo motus formaliter, & conuenit quo ad determinationem cum principio actiuo naturali, quod (vt dictum est) motum, & operationes ſpecificat. Vide propter hæc dicta supra q. 9. artic. 1. vbi dicebatur, in quo genere causæ obiectum apprehensum ſpecificaret actum voluntaris; & his suffragantur ſtatim dicenda ad primum, vbi habebitur, ꝙ finis, vel intentio eius determinat voluntatem, & constituit eam principium actiuum determinatum.

¶Nā principia actiua naturalia sunt determinata ſem per ad eōsdem actus; & ideo diuersæ ſpecies in actibus naturalibus attenduntur non solùm ℈ obiecta, quæ sunt fines, vel termini, sed etiā ℈ principia actiua; sed in voluntarijs non distinguuntur ℈ principia actiua, sed ℈ fines tm̄; igitur secunda pars vera. Consequentia plana. Antecedens probatur, relinquendo primam partem nōtā, ꝙ ſ. distinguantur ℈ obiecta. Sed probatur, ꝙ ℈ principia actiua. Principia actiua naturalia ſemper sunt determinata ad eosdem actus; ergo illa pars vera. Probatur cōsequentia, quia si operantur ſemper sicut sunt, igit̄ si sunt diuersa principia, erūt diuersæ actiones; & si eadem principia in ſpecie, erunt cædem operationes. Et declaratur exemplariter, sicut calefacere, & infrigidare distinguuntur ſpecie ℈ calidum, & frigidum. Tertia pars antecedēns ſ. sed in voluntarijs non distinguuntur secundùm actiua, &c. Probatur, principia actiua in actibus voluntarijs non se habent ex necessitate ad vnum; igitur illa pars vera. Tenet consequentia, quia ex vno principio motiuo, & effectiuo possunt diuersæ ſpecies actuū voluntariorum procedere. Tunc ibi.

¶Vnde manifestum est, ꝙ peccata non differunt ſpecie secundùm diuersas causas actiuas, vel motiuas, sed ſolum secundùm diuersitatem causæ finalis, finis autem est obiectum uoluntatis; ostensum est enim ſupra, * ꝙ actus humani habent ſpeciem ex fine. * q. 1. art. 3. & q. 18. art. 4. & 6.

Secunda conclusio responſi. ¶Ponit secundam conclusionem responsiuam ſpecialē ad quæsitum. Peccata nō differunt ſpecie ℈ diuersas causas actiuas, vel motiuas, sed ℈ diuersitatem causæ finalis. Probatur prima pars ex conclusione præbulari, & ex dictis circa ipsam. Actus voluntarij non distinguunt̄ ſpecie ℈ principia actiua, vel motiua, quia ex vno motiuo plures procedere possunt; igitur nec peccata. Tenet consequentia, quia peccata, & actus peccatorum sunt actus voluntarij, & ex vno motiuo possunt etiam plura procedere, sicut ex timore malè humiliante potest procedere, ꝙ homo furetur, & ꝙ occidat, & ꝙ deserat gregem sibi cōmissum; & hęc fier̄ possunt procedere ex amore malè inflammante. Et videt̄, ꝙ D.S. accipiat hic motiuum pro ratione mouendi, & efficiendi se habente ad plura, quia vt effugiat quis malum multa peccata committit.

¶Nota oē peccatum est, vel ex fuga mali, vel amore boni inordinatis, primum dr̄ timor malè humilians; secundum amor malè inflāmans, infra q. 77. art. 4. Inordinata ergo fuga mali potest aliquem mouere ad vitia posita in littera; siv̄ inordinatus amor potest aliquē mouere ad varia peccata, vt ſ. satisfaciat amori. Mouet ergo ad diuersa volenda, & facienda, & mediantibus diuersis voluntatibus, & velle est causa diuersorum actuum humanorum in ſpecie. Secunda pars probatur. Omnes actus humani distinguuntur ex fine, sed peccata sunt actus humani; igitur, &c. Maior patet, quia actus humani sunt, inquantum voluntarij, qui distinguuntur ex obiecto; sed finis est obiectum voluntatis; igitur, &c. Ista patent ex dictis supra quæst. 18. artic. 4. & 6.

Quomodo diuersa motiua distinguant. ¶Nota autem circa primam partem illius conclusionis, vt tangetur artic. 6. ſi motiuum sit vnum, & etiam idem finis propinquus, tunc actus habent eandem ſpeciem moralem propinquam, non ratione motiui vt sic, sed ratione finis propinqui. Si autem motiuum (accipiendo motiuum pro imperatiuo, & mouente ad finem suum, & pro ratione efficiendi) sit quidem vnum, sed moueat ad diuersos fines particulares, tunc distinguuntur actus causati ſpecie propria; possunt tamen conuenire pp vnitatem motiui ℈ ſpeciem cōmunem, ſi actus diuersos ℈ propria obiecta moueat in finem communem, quem per se respicit intentio agentis. Sæpius enim est alius finis actionis, alius agentis; sic igitur supra dictum est q. 60. art. 1. ad tertium. ꝙ ex charitate actus diuersarum virtutum circa diuersa obiecta imperati habent vnam ſpeciem communem propter finem, & obiectum charitatis, tamen habēt diuersas ſpecies proprias; & de illis loquitur articulus, ꝙ actiones procedentes ab eodem motiuo non sunt vnius ſpeciei ſpecialiſſimę propriè. Vide quæſt. 63. art. 6. dicta in principio.

¶Nota, ꝙ clarum est videre, quomodo a fine propinquo, & a fine actus peccatum vt actus habeat ſpeciem propriam, quando peccatum aliquod trahitur in ſpeciem disparatam per intentionē finis, vt luxuria ordinata in furtum. Constat enim, ꝙ luxuria non habet ſpeciem propriā ex furto, quod est obiectum, & finis intentionis agentis, sed ex materia propria. Et ita vult D.S. hic, ꝙ motiuum actus distinguit ſpeciem, & motiuum voluntatis, non motiuum intentionis agentis. Vide D.S. in quarto, dist. 38. q. 2. art. 2. q. 2. in corp. vbi bene loquitur ad propositum.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primam partem ſecundæ conclusionis.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ principia actiua in actibus voluntarijs, cum non sint determinata ad vnum, non sufficiunt ad producēdum humanos actus, nisi determinetur voluntas ad vnum per intentionem finis, ut patet per Philosophum in 9. Metaphyſ. * & ideo a fine perficitur & esse, & ſpecies peccati. *Aristt. tex. 15. & 16.

¶Maior vera, ab eo habet ſpeciē, a quo habet esse determinatū, quia ſpecies dicit esse distinctum, & determinatum. Minor, ſi intelligitur ſr̄, ꝙ ſ. peccata habeant esse distinctum ab omnibus cauſis etiam actiuis ℈ se nō adiuncto fine, vt apprehensus, & intentus est; sic negat̄, quia causa effectiua, & motiua in moralibus non sunt principia alicuius determinati actus, nisi qa determinati sunt per finem, qui vt apprehensus ſpecificat voluntatem ad determinatum. Et ista habet Phil. 9. metaph. tex. comm. 10. vbi D.S. exponendo Phil. dicit. Ostendit Philosophus, per quid potentia rationalis reducatur in actum cōcludens ex dictis, ꝙ cum potentia rationalis se habeat communiter ad duo contraria; & cum a causa cōmuni non procedat effectus determinatus, nisi sit aliquid, quod cauſam communem ad hunc effectum magis determinet, quam ad illum; sequitur, ꝙ necesse est præter potentiam rationalē (quæ est communis ad duo contraria) poni aliquid, quod appropriet eā ad alterum faciendum ad hoc, ꝙ exeat in actum, hoc autem est appetitus, aut proharesis, ideſt electio quorumcūque, ideſt electio, quæ pertinet ad rationem. Quod enim aliquis desiderat, hoc facit, &c. vbi patet dictum D.S. esse fundatum in Philosopho.

¶Nota autem, sicut ſupra dicebatur, ꝙ potentia, & habitus cōcurrunt ad eundem actum tanquam causa completa, sic tamen, ꝙ substantia actus reducitur in potentiam, & modus, & ſpecificatio in habitum; sic in proposito voluntas ſola non est principiū actus peccati determinati, nisi intentio finis determinati cōcurrat, iuxta tamen ſupra dicta q. 1. art. 1. & q. 9. art. 1. secundùm aliud esse conuenit fini causalitas finalis, & effectiua. Determinatur enim voluntas a fine secundùm esse apprehensum, secundùm quòd cōcurrit ſpecificatiuè ad actum voluntatis actiuæ tamen, ſed secundùm esse extra habet esse finis, & distinguit, & determinat finaliter.

¶Ad secundum dicendum, quòd obiecta, secundùm ꝙ comparantur ad actus exteriores, habent rationē materiæ circa quam; ſed ℈ ꝙ comparantur ad actum interiorem uoluntatis, habent rationem finium; & ex hoc habent, ꝙ dent ſpeciem actui, quamuis etiam ℈ quòd sunt materia circa quam, habeant rationem terminorū, a quibus motus ſpecificantur, vt dicitur in 5. Phyſ. * & in 10. Ethic. * ſed tamen etiam termini motus dant ſpeciem motibus, inquantum habent rationem finis. * Aristot. tex. 4. * Arist. c. 4

¶Ad maiorem, inter alias causas, &c. Verum est de causis, ex qua, & in qua vt sic. Tamen negatur, ꝙ causa materialis, circa quam vt est terminus, & finis, in quem motus naturaliter tendit, & ordinatur, quòd non distinguit specie actus, & motus.

¶Ad minorem dico, ꝙ obiectum actus interioris, præsertim intentionis est finis expressè; sed de obiecto actus exterioris dicitur, quòd comparatum ad actum exteriorem est materia circa quam, tamen comparatum ad actum interiorem habet rationem finis; quia aliquis non operatur voluntariè circa obiectum actus exterioris, nisi apprehendat ipsum vt bonum, & per consequens aliqualiter vt finem; quare dat speciem moris actui exteriori formaliter, vt voluntarius est, vt est finis. Posset secundò dici, ꝙ obiectum actus exterioris dat speciem actui, vt est finis propinquus, naturalem quidem speciem, si consideratur absolutè secundùm esse naturæ, moralem autem, prout est apprehensum conforme rationi inchoatiuè, sed completè vt volitum; & sic redit in idem, quod D. S. dicit, quòd obiectum exterioris actus dat speciem moralem. s. completè, prout est obiectum voluntatis, & finis, quia accidit, ꝙ referatur in aliũ finem alterius actus. s. intentionis. Et vult D. S. quòd obiectum non dat speciem actui, vel motui, nisi quia finis, vel terminus motus, quia videlicet obiecta, & termini sunt, ad quæ motus naturaliter ordinantur tanquam fines. Finis enim ex secundo Physicorum distinguit a priori, vt tactum fuit. Considerat enim D. S. actus in ratione viarum, & tendentiarum ad obiecta, sicut ad fines. Posset etiam dici, quòd actus exterior, vt motus, & via habent speciem ab obiecto, vt est terminus eius; sed vt est actus agentis voluntarij habet speciem moralem ab obiecto, vt est finis, & obiectum actus interioris, &c. Et hoc videtur voluisse D. S. artic. 1. ad primum.

¶Nota, quòd hic soluitur quæstio, an obiecta vt sic, vel vt fines distinguant actus, & motus; habes, quòd vt fines saltem propinqui, & immediati, quia vnumquodque naturaliter distinguitur, & est conforme ei in quod ordinatur vt in finem suum, quia ergo actus ordinantur in obiecta, & terminos vt fines; ergo debent esse commensurati; quare secundùm aliud obiectum est alius actus. Vnde sicut animæ ex diuersis commensurationibus substantialibus distinguuntur numero, ita actus, & motus ex commensurationibus obiectiuis, & finalibus; sic potentiæ commensurantur actibus, & ergo secundùm diuersitatem actuum erit diuersitas potentiarum, & hæc habentur ex fine solutionis, quia motus distinguuntur ex terminis, sicut ex finibus.

¶Nota autẽ verba D. S. ꝙ actus exterior in esse moralis distinguitur ex obiecto, vt est finis actus interioris, licet etiã distinguatur ex obiecto secundùm se, vt est finis naturalis actus exterioris in esse naturæ. Et de his aliquid tactum fuit supra quæst. 18.

¶Ad tertium dicendum, quòd illæ diuisiones peccatorum non dantur ad distinguendas species peccatorũ, sed manifestandas diuersas causas eorum.

¶Concedo totum, quod inducitur pro maiore. Sed dico ad minorem, quòd omnes huiusmodi diuisiones respiciunt causas peccatorum non distinguẽtes specificè, sed causas motiuas, ita quòd istæ diuisiones dantur ad manifestanda diuersa motiua peccatorum; sic cupiditas, vel auaritia potest causare diuersa peccata; & sic de alijs enumeratis. s. superbia, & concupiscentia; sed ista peccata non distinguuntur, quia ex tali, vel alio motiuo, sed quia circa aliud obiectum, & alium finem. Negatur ergo consequentia, intelligendo consequens de causis motiuis; ex illis enim, vt sic non habent distinctionem, quia ad vnitatem causæ motiuæ non sequitur vnitas peccati specificè, vt patuit in corpore articuli. Et ex diuersitate nõ sequitur diuersitas saltem in specie immediata, & propria peccatorum; quia si auaritia, & superbia mouerent ad peccatum circa idem obiectum, & eundem finem, tale esset vnum in specie, nõ obstante diuersitate specifica causarum motiuarum; sic litigium est vnum vitium specie, & tamen ex multis causis oriri potest, vt ex ira, & superbia, vt patet secunda secundæ, quæstio. 116. artic. primo. & sic de alijs.

Vtrum conuenienter peccatum distinguatur per peccatum, quod est in Deum, in proximum, & in seipsum.

O 2. d. 42. q. 2. arti. 2. q. 1. Et Psal. 25. col. 2.

AD quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ inconuenienter peccatum distinguatur per peccatum, quod est in Deum, in proximum, & in seipsum. Illud enim, quod est commune omni peccato, non debet poni quasi pars in diuisione peccati; sed commune est omni peccato, quòd sit contra Deum, ponitur enim in definitione peccati, quòd sit contra legem Dei, vt supra dictum est; * non ergo peccatum in Deum debet poni quasi pars in diuisione peccatorum.

*q. 71. ar. 6.

¶ 2 Præt. Omnis diuisio debet fieri per opposita; sed ista tria genera peccatorum non sunt opposita; quicunq; enim peccat in proximum, peccat in seipsum, & in Deũ; non ergo peccatum cõuenienter diuiditur ſm hæc tria.

¶ 3 Præt. Ea quæ sunt extrinsecus, non conferunt speciem; sed Deus, & proximus sunt extra; non ergo per hęc distinguuntur peccata secundùm speciem; inconuenienter igitur secundùm hæc tria peccatum diuiditur.

¶ Sed contra est, quod Isidorus in libro de Summo bono distinguens peccata dicit, quòd homo dicitur peccare in se, in Deum, & in proximum.

¶Hic quærit iuxta prædicta de quadam consueta distinctione peccatorum, secundùm quòd diuiditur in peccatum, quod est in Deum, in proximum, & in seipsum. Est enim dubium, an sit distinctio secundùm diuersas species, vel diuersas causas motiuas, vel diuersos fines.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut supra dictum est; * peccatum est actus inordinatus. Triplex autem ordo in homine debet esse; vnus quidem secundùm comparationem ad regulam rationis, prout s. omnes actiones, & passiones nostrę debent secundùm regulam rationis cõmensurari; alius autem ordo est per comparationem ad regulã Diuinæ legis, per quam homo in omnibus dirigi debet; & siquidem homo naturaliter esset animal solitariũ, hic duplex ordo sufficeret; sed quia homo est naturaliter animal politicũ, & sociale, vt probatur in 1. Poli. * ideo necesse est, quòd sit tertius ordo, quo homo ordinetur ad alios homines, quibus conuiuere debet.

* q. 71. a. 1.

* Arist. 1.

¶Iste articulus diuiditur principaliter in duas partes. In prima D. S. innuit vnam conclusionem responsiuam ostendentem illam diuisionem connenientem, præsertim, accipiendo peccatum formaliter. In secunda parte ponit conclusionẽ ostendentem illius diuisionis qualitatem, accipiendo peccatum ex parte actus, ibi. Sunt autem diuersa. Conclusio ergo prima, quam D. S. intendit de peccato formaliter accepto, est ista. Hæc distinctio peccatorum est cõueniens (supplè accipiendo peccatũ formaliter.) Probatur cõclusio; hæc distinctio peccati accipit ſm tres ordines oppositos, & distinctos; igitur est cõueniens. Circa illã rationem D. S. ita procedit; primò probat cõsequentiam cũ prima parte antecedentis; secundò ostendit secundã antecedentis partẽ, ibi. Horum autem ordinũ, &c. Consequentiã probat sic. Peccatũ est actus inordinatus; igitur cõsequentia bona. Illa cõsequentia patet iterũ extra litteram, quia tot modis dr̃ vnum oppositorũ, quot modis & reliquũ. Ans pro prima parte probat. In hoc est vnus ordo debitus ſm cõparationem, & regulã rationis, prout s. oẽs actiones, & passiones nostrę debent ſm regulã rationis cõmensurari; alius est ordo per cõparationem ad regulã legis Diuinæ, per quam homo in oibus dirigi debet; tertius ordo est, quo homo ordinatur ad alios hoies, quibus conuiuere debet; sed primo ordini opponitur peccatum in seipsum; secundo opponitur peccatum in Deum; tertio opponit peccatum in his, quibus ordinatur ad proximum; igitur prima pars antecedentis vera, scilicet quòd hæc distinctio peccati accipitur secundùm tres ordines. Deinde cum dicit.

Conclusio prima.

* Aliàs, primus continet secundum.

¶Horum autẽ ordinum primum continet secundus, & excedit ipsum; quæcunque enim continentur sub ordine rationis, continentur sub ordine ipsius Dei, sed quædam continentur sub ordine ipsius Dei, quæ excedunt rationem humanã, sicut ea quæ sunt fidei, & quę debentur soli Deo; vnde qui in talibus peccat, dicitur in Deum peccare, sicut hæreticus, & sacrilegus, & blasphemus. Similiter etiam primus ordo * includit tertium; & primus excedit ipsum, quia in omnibus, in quibus ordinamur ad proximum, oportet nos dirigi secundùm regulam rationis; sed in quibusdam dirigimur secundùm rationem, quantum ad nos tantùm, non autem quantum ad proximum; & quando in his peccatur, dicitur homo peccare in seipsum, sicut patet de guloso, luxurioso, & prodigo; quando uerò peccat homo in his, quibus ad proximum ordinatur, dicitur peccare in proximum, sicut patet de fure, & homicida.

* Aliàs, secundus.

¶Probat secundam partem antecedentis subintellecti. s. ꝙ huiusmodi tres ordines sunt distincti, & oppositi. Et arguitur sic. Primus ordo. s. ad Deum excedit secundum (s. ordinem rationis) & secundus includit tertium, & excedit ipsum; ergo secunda pars antecedentis vera. Tenet cõsequentia, quia si accipiatur superior ordo, ſm ꝙ excedit inferiorẽ, includit aliquid, ꝙ ipse nõ includit; ergo

ergo distinguuntur, saltem ſm illum modum distinguẽdi, qui est ſm habere, & non habere idem. Antecedens probatur, quęcunq; cõtinentur sub ordine rationis humanæ, continentur sub ordine ipsius Dei, & nõ econtra; & in omnibus, in quibus ordinamur ad proximum, oportet nos dirigi ſm regulam rationis, & cum hoc in alijs pluribus, & in quibusdam dirigimur ſm rationem ad nos tm̃, non autem ad proximum; igitur antecedens verum. Consequentia nota. Antecedens proximum probatur pro prima parte, quia Deus excedit rationem humanam, vt patet in his, quæ sunt fidei, quæ sunt ſm ordinem Diuinum, non humanũ, & qui in illũ ordinem peccat, contra Deum peccat, vt hæreticus, sacrilegus, & blasphemus, &c. Secunda pars eiusdem proximi ans probatur, quia ſm rationem humanam dirigimur quo ad nos, & proximũ, & in omnibus actibus, & passionibus, sed hoc est in plus, q̃ dirigi in his, quæ sunt ad proximum tm̃; igitur verum est ans proximũ.

Exponitur textus.

¶Nota hic, ꝙ D. S. enumerando illos tres ordines; primò ponit ordinem ſm comparationem, & regulam rationis; deinde ordinem, qui est per comparationem ad regulam Diuinam. Post hoc dicit, horum autem primus continet secundum, &c. vbi D. S. non intelligit de primitate positionis, & situs; ita ꝙ primò positus, & enumeratus cõtineat secundum; sed de primitate dignitatis, & de absolutè, & in se primo, tamen videlicet, quia in ordine ad absolutè primum attenditur, tum quia communior, tum quia ad causam altioris ordinis. Vnde & D. S. non dicit primò, enumerando primus, & secundus, sed vnus, & alius. Et ille alius est ſm rem primus, quod notat D. S. quia videlicet per eũ in omnibus homo dirigi debet. Videtur tamen, ꝙ ex incuria sit facta transpositio litteræ, sic ꝙ ordo ad regulam Diuinam deberet poni primo loco, & ordo ad regulam rationis secundo loco; vel si ita debeat esse ordo, quem libri communiter habent, debet consequenter littera in præsenti textu habere, horum autem ordinum primum continet secundus, vel si quis velit litteram omnino manere, tunc exponendum est, sicut iam expositum est, &c.

¶Aduerte autem, ꝙ clarum est videre, quomodo secundus, vel vt littera habet primus. s. ordo rationis excedit ordinem ad proximum, quia cõtinet sub se ordinem ad seipsum, & ad proximũ; vnde quandocunque peccat contra proximum, peccat contra ordinem rationis, sed non e contra, quia etiam quando peccat contra se, peccat contra ordinem rationis, & non contra proximum, vt patet in exemplis litteræ de guloso, &c.

¶Sunt autẽ diuersa, quibus homo ordinatur ad Deũ, ad proximum, & ad seipsum; vnde hæc distinctio peccatorũ est secundùm obiecta, secundùm quæ diuersificantur species peccatorum; vnde hæc distinctio peccatorũ propriè est secundùm diuersas peccatorum species.

Conclusio secunda.

¶Hæc est secunda pars principalis huius articuli, in qua D. S. ostendit qualis sit ista diuisio per vnam conclusionem responsiuã, quam probat duplici ratione; secunda ibi. Nam & virtutes, &c. Conclusio igitur talis est. Hæc distinctio propriè est secundùm diuersas peccatorum species. Probatur conclusio primò sic. Quecunque distinctio peccatorum est secundùm diuersa obiecta, illa est secundùm diuersas peccatorum species; sed hæc distinctio peccatorum est secundùm diuersa obiecta; igitur illa conclusio vera. Maior nota. Minor probatur, quia diuersa sunt, quibus homo ordinatur ad Deum (s. tantùm, & immediatè) alia quibus ad proximum, alia quibus ad seipsum; sed hæc distinctio sumitur secundùm illa, quibus ordinatur ad ista dicta; igitur minor vera. Ista minor proxima patuit ex probatione primæ conclusionis.

¶Nota pro minore principali istius rationis, ꝙ ista diuisio accipitur ſm ea, quibus homo ordinatur ad Deum, proximũ, & seipsum, non vt conueniẽter, & debitè se habet circa materiã, qua ordinatur ad ista, sed vt indebitè; quia peccatũ est circa eandem materiam cum virtute, tamẽ semper oppositio modo, &c. Deinde ibi.

¶Nam & uirtutes, quibus peccata opponuntur, secũdum hanc differentiam specie distinguuntur. Manifestum est enim ex dictis, * ꝙ virtutibus Theologicis homo ordinatur ad Deum; temperantia verò, & fortitudine ad seipsum; iustitia autem ad proximum.

* Ex q. 64.

¶Ponit secundam probationẽ, & arguitur sic. Virtutes ſm hãc differentiam (s. Deum, seipsum, & proximum) distinguuntur specie; igitur & peccata. Tenet consequentia, quia peccata opponũtur virtutibus, & ex eisdẽ distinguuntur, vt patet art. 1. ad 2. nam in idem redit peccata distingui ſm virtutes, & obiecta, &c. Antecedens probatur, quia virtutibus Theologicis ordinatur homo ad Deũ, & distinguuntur. s. ab alijs virtutibus, quod patuit supra. Temperantia verò, & fortitudine ad seipsum, idest ad propria bona, vel mala, iustitia ad proximum; igitur antecedens verum, & per consequens, si circa illa sunt diuersæ virtutes, sunt etiam diuersa vitia, quia circa quodcunque contingit se benè habere, contingit se etiam malè habere. Patet igitur hæc conclusio, ꝙ hæc diuisio est in diuersas species, quia secundùm diuersa obiecta, & per consequens etiam secundùm diuersas virtutes oppositas, & licet ad diuersas virtutes sequatur diuersitas obiectorum, & in idem redeat peccata distingui secũdùm oppositas virtutes, & secundùm diuersa obiecta, tamen ratione distinguuntur; & ideo pro maiore euidentia D. S. ostendit illam diuisionem esse secundùm diuersa obiecta; & ostendit, quòd etiam secundùm illam diuisionem materiæ, & obiecti, peccatorum diuersificentur virtutes specie.

¶Prima conclusio confirmatur per argumentũ in conrarium.

¶Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ peccare in Deum, ſm ꝙ ordo, qui est ad Deum, includit omnem humanum ordinem, commune est omni peccato; sed quantum ad id, quod ordo Dei excedit alios duos ordines, sic peccatum in Deum est speciale genus peccati.

¶Ad maiorem, vera, id quod est cõmune omni peccato, vt sic, nõ debet poni pars in diuisione peccati, si accipitur vt commune, ſm hoc, ꝙ alia includit; tamen ea rõne, qua alia excedit, & continet aliquid, quod alia non continent, potest distingui saltem distinctione (quæ est ſm habere, quod alia non habẽt) licet non distinguatur, sicut disparatum, & ex opposito condistinctum, tamẽ vt distinctum ratione dicta. Ad minorẽ, commune est omni peccato esse contra Deum, vera, ſm ꝙ ordo, qui est ad Deum, includitur in omni alio ordine, sicut radix, & origo eius. Sed negatur, ꝙ omne peccatum sit contra Deũ in se, & immediatè, ſm ꝙ ordo ad Deum excedit alios, & vt contra Deum est esse contra Deum solùm, & in se, quamuis enim id, quod fit contra rationẽ, & contra ꝓximum, fit contra Deum (saltem in effectu suo, & indirectè, & quasi ex consequenti) tamen non conuertitur. s. est contra Deũ, ergo contra rationem, vt patuit q. 71. art. 6. ad 5. Ad probationem minoris patuit vbi iã, quia esse contra Deum, est commune omni peccato, contra Deum non in se, & vt contra Deũ, opponitur ordini ad Deum, vt excedit alios ordines; sed vt est contra Deũ, quod etiam est contra ordinem ab eo in alijs, & ad alia instituturn. Ad consequens, peccatum in Deum, vel mediatè, vel immediatè non debet poni pars, sed in Deum immediatè, vt opponitur ordini, qui est ad Deum ſm se, sic sunt peccata opposita virtutibus Theologicis, quæ opponuntur Deo in se, sed alia peccata opponuntur Deo ea ratione, qua oppositum artificiato opponitur art. vt patuit supra q. 71. art. 2. ad quartum. & hæc tangit D. S. in solutione.

¶Ad secũdum dicendum, ꝙ quando aliqua, quorum unum includit alterum, ab inuicem distinguuntur, intelligitur fieri distinctio, non secundùm illud, ꝙ vnum cõtinetur in altero, sed secundùm illud, secundùm ꝙ vnum excedit alterum, sicut patet in diuisione numerorum, & figurarum, non enim triangulus diuiditur contra quadratum, ſm ꝙ continetur in eo, sed secundùm ꝙ exceditur ab eo; & similiter est de ternario, & quaternario.

Duplex modus distinguendi.

¶Ad maiorem, cuius diuisio sit per opposita, vel directè, & positiuè, vel negatiuè. Prima est, quando in vtroq; oppositorum est aliquod positiuũ, per quod distinguitur ab alio, & opponitur alteri. Sed secunda est, quando in vno est aliquid, quod non est in alio, licet sibi non directè opponatur, sicut homo distinguitur ab animali in genere accepto, & præcisè, nõ quia opponatur animali; sed quia includit aliquid, ꝙ animal vt sic non habet. Et isti modi distinguendi, & oppositionis habentur a D. S. quolib. 4. artic. 7. Ad minorem vera, oppositione directa, quasi in vno sit repugnãs alteri, sed tamen sunt opposita secundo modo, quia & si peccans in proximum, peccet contra rationem, & Deum, tamen potest peccare in Deum, vel contra rationem, non peccando in proximum; & iterum potest peccare in Deum tantùm, & non in alia, saltem sicut in obiecta, & ita peccatum in Deum (vt distinctum, vt hic loquitur) opponitur ordini ad Deum, vt excedit, & plus continet, quàm alij ordines; & sic opponuntur modo dicto, sicut D. S. ostendit per exemplum de ternario, & quaternario, qui diuiduntur, vt vnus excedit alium, non vt continet, &c.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ Deus, & proximus, quãuis sint exteriora respectu ipsius peccantis, non tamen sunt extranea respectu actus peccati, sed comparatur ad ipsa, sicut ad propria obiecta ipsius.

¶Ad maiorem, quæ sunt extrinsecus, quia extra essentiam rei, & extra rationem quidditatiuam non conferũt speciem, si autem sunt extra essentiam quidem, tamen sunt de ratione quidditatiua additamentali tanquam conferentia differentiam propriam negatur; stant enim ista duo simul, esse extra essentiam, & tamen esse de ratione quidditatiua, sicut subiectum est de ratione quidditatiua passionis, & in primo modo per se apud Thomistã, non tamen est de natura, & essentia, &c. vt tactum fuit artic. 3.

¶Ad minorẽ, si subsumeretur debitè sub maiore, negaretur. Vera est tñ vt, iacet; sed deberet subsumi, sed Deus, & proximus, & homo ipse sunt extranea peccatis negatur, quia obiectũ non est extraneum actui, quia eius finis, & id in quod naturaliter ordinatur, & per consequens id a quo habet differentiam, & per quod habet intelligi, & definiri. Quare negatur consequentia, &c.

Utrum diuisio peccatorum, quæ est secundùm reatum, diuersificet speciem, puta cum diuiditur secundùm ueniale, & mortale.

Infra q. 88. ar. 1. & 2. Et 1. dist. 17. q. 2. ar. 5. cor. Et 2. dist. 42. q. 1. arti. 3. Et 4. dist. 16. q 3. ar. 2. q. 4. ad 5. Et 3 cõt. ca. 139. fin. & 147. Deuter. 25.

AD quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ diuisio peccatorum, quæ est secundùm reatum, diuersificet speciem, puta cum diuiditur secundùm veniale, & mortale. Ea enim, quæ in infinitum differunt, non possunt esse unius speciei, nec etiam unius generis; sed ueniale, & mortale peccatum differunt in infinitum; veniali enim debetur pœna temporalis, mortali pœna æterna, mensura autem pœnæ respondet quantitati culpæ, secundùm illud Deuter. 25. secundùm mensuram delicti, erit & plagarum modus; ergo veniale, & mortale nõ sunt vnius generis, ne dum quòd sint vnius speciei.

¶ 2 Præterea. Quædam peccata sunt mortalia ex genere, sicut homicidium, & adulterium; quædam verò ex suo genere sunt peccata uenialia, sicut uerbum otiosum, & risus superfluus; ergo peccatum ueniale, & mortale specie differunt.

¶ 3 Præterea. Sicut se habet actus uirtuosus ad præmium, ita se habet peccatum ad pœnam; sed præmium est finis uirtuosi actus; ergo & pœna est finis peccati; sed peccata distinguuntur specie secundùm fines, ut dictum est; * ergo etiam distinguuntur specie ſm reatum pœnæ. * Artic. 1. ad primũ.

¶ Sed contra; ea quæ constituunt speciem, sunt priora, sicut differentiæ specificæ; sed pœna sequitur culpam, sicut effectus eius; ergo peccata non differunt specie secundùm reatum pœnæ.

¶Nota etiam, ꝙ respondendo D.S. intelligendus est de veniali, & mortali pro materiali significato, quod tamen est apud moralẽ Philosophum, & Theologũ principale dicendum, vt patuit art. 1. Circa hæc tamen nõ mouearis, quia dictum est illos reatus dicere relationes rationis (vtpotè, quia sunt relationes ad nõ ens in actu, & fundantur super macula, & aliquo huiusmodi manente post actũ peccati, quæ etiã sunt entia rationis) cum tñ aliquis peccator ad pœnã realiter obligatus sit; quia iuxta philosophiã aliquis dr realiter talis in respectiuis pp realitatẽ fundamenti, data ꝙ relatio sit rationis, sicut Ioannes est realiter idem sibiipsi propter realem vnitatem numeralem, quæ est fundamentum identitatis numeralis; sic, quia ille realiter peccauit, ideo ex parte sui est, quod exigat pœnam, & ad ipsam peccantem obliger, præsupposita Diuina iustitia; & de hoc infra etiam quæst. 87. artic. 1.

¶Rñdeo dicendũ, ꝙ eorum, quæ specie differunt duplex dria inuenitur; vna quidẽ, quæ cõstituit diuersitatẽ specierũ; & talis dria nunquã inuenitur nisi in speciebus diuersis, sicut rationale, & irrationale, animatũ, & inanimatum. Alia autem dria est consequens diuersitatẽ speciei; & talis dria, & si in aliquibus cõsequatur diuersitatẽ speciei, in alijs tñ potest inueniri in vna specie, sicut albũ & nigrũ consequũtur diuersitatẽ speciei, corui, & cygni, tñ inuenitur huiusmodi dria in eadem hois specie.

¶D.S. in hoc corpore (vt satisfaciat quæsito, & quærẽti) sic procedit; primò respondet ad quæsitum; secundò declarat quoddam dubium incidens circa responsionem, ibi. Differentia autem, &c. Et quia quæsitum potest intelligi dupliciter, an ſ. diuersitas reatũ constituat a priori diuersitatem peccatorum specificam, vel an diuersitas reatuum semper sequatur necessariò, & requirat diuersitatem specificam peccatorum, ideo primò ponit D.S. in isto artic. notabile distinctiuum, ostendens illum duplicem intellectum. Secundò, iuxta duplicem intellectum respondet, ibi. Dicendum est ergo, Distinctio ergo, in qua virtualiter innuit duplicem intellectũ quæsiti est talis. Duplex inuenitur differentia eorũ, quæ differunt specie; vna est differentia, q̃ constituit diuersitatẽ specificam, sicut rationale, & irrationale; & talis dria nunquã inuenitur, nisi in diuersis speciebus. Alia est dria cõsequens diuersitatem specierum, & talis inuenitur, qñq; in diuersis speciebus, aliquando in vna, sicut patet de albo, & nigro in littera clarè, &c. Deinde cum dicit.

¶Dicẽdũ est ergo, ꝙ dria venialis, & mortalis peccati, vel quæcunq; alia dria, quæ sumitur penes reatum, non potest esse dria cõstituens diuersitatem speciei; nũquam enim id, quod est per accidens, cõstituit specie; id autem qđ est præter intentionem agentis, est per accidens, ut patet in 2. Phys. * Manifestum est autem, ꝙ pœna est præter intentionẽ peccantis, vnde per accidens se habet ad peccatũ ex parte ipsius peccantis, ordinatur tñ ad peccatum ab exteriori. ſ. ex iustitia iudicantis, qui ſm diuersas conditiones peccatorum, diuersas pœnas infligit. * Aristo. text. 36.

¶Respondet ad quæsitũ ſm eius duplicem intellectũ; & primò quo ad primum; secundò quo ad secundũ, ibi. Differentia quę est ex reatu, &c. Circa primã ponit talem conclusionẽ responsiuam. Differentia venialis, & mortalis peccati, vel quæcunq; alia dria, q̃ sumitur penes reatum, nõ potest esse dria cõstituens diuersitatem speciei peccati (ſ. vt est actus voluntarius) Probatur conclusio ista dupliciter. Primò sic. Nunquã id, qđ est per accidens, cõstituit speciẽ; sed pœna (& per cõsequẽs reatus, & mortalitas, vel venialitas) per accidens se habet ad peccatũ (ſ. vt actus voluntarius) ex parte peccantis; igitur cõclusio vera. Maior nota. Minor probat. Quicquid est p̃ter intentionem agentis est per accidens (ſ. moraliter, & etiã in naturaliter agẽtibus, quia & natura intendit finem) sed pœna, & obligatio ad eã (quam importat reatus) est p̃ter intẽtionem peccantis; igitur minor vera. Intendit enim peccans talem actum delectabilem circa talẽ materiam, sed ꝙ sequitur obligatio ad pœnã non intendit; quare actus vt procedat ab agente per se respicit obiectum, non autem reatũ; secundò probatur illa conclusio arg. in contrariũ, quod est pro ista cõclusione; q̃ cõstituunt speciẽ, sunt priora, sed pœna & reatus (vel ad pœnã ꝑternam, vel ꝑtalem) nõ sunt priora culpa, & peccato, vt culpa est (ſ. vt est actus humanus voluntarius) immo sequuntur culpam præter intentionem peccantis, & ordine naturæ prius est actus talis speciei, antequam sequatur reatus; igitur, &c. Patet igitur prima conclusio, ꝙ veniale, & mortale non constituunt actum in specie actus humani, & voluntarij, quia ipsa non sunt voluntaria respectu peccantis (saltem non voluntaria per se) ideo nec constituunt actum, de cuius ratione est per se voluntarium ab agente, qualis est peccatum consideratum materialiter pro actu culpabili. Deinde ibi. Conclusio respons.

¶Vnde differentia, quæ est ex reatu pœnæ, potest cõsequi diuersam speciem peccatorum, non autem constituit diuersitatem speciei.

¶Incipit

¶Hic quærit de quadam alia diuisione peccati, quæ est ſm effectum peccati. ſ. ſm reatum, an videlicet diuisio in veniale, & mortale sit secundùm diuersas species, ita ꝙ peccata, quibus conueniunt venialitas, & mortalitas distinguantur ex hoc specificè.

Quid venialitas, & mortalitas.

¶Pro intellectu terminorum quæsiti, & fundamento dicendorum in ar. oportet scire primò, ꝙ veniale, & mortale formaliter (idest venialitas, & mortalitas) significant relationes rationis, quę habent esse fundamentale ab actu peccati inordinato. Actuale autem esse (eo modo, quo entia rationis habent esse actuale. i esse obiectiuum actu) habent ab intellectu Diuino, vel humano, qui intelligit peccantẽ in ordine ad pœnam, eo modo quo actus peccati propter sui inordinationem exigit supposita lege Diuina, vel humana, vel recta ratione. Ille enim, qui se contra ordinem alicuius erigit, debet ab eo, qui ordini illi præest, puniri. Vnde mortale, vel veniale dicunt reatus, & obligationem ad pœnam aliquam, veniale ad pœnam terminabilem, & temporalem, mortale, reatum, & obligationem ad pœnam interminabilem, & incurabilem. Et hæc tangit implicitè D.S. in quæsito, cum quærit, an differant ſm reatum, hoc est veniale, & mortale. Verum est tamen, quòd illa venialitas, & mortalitas præsupponunt etiam offensam, & non offensam Dei, & maculam relictam ex actu peccati, super quibus fundantur; aliam tamen maculam veniale, aliã mortale, vt patebit infra quæst. 89. artic. 1. & de his in Capreolo in quarto, dist. 14. in solutionibus contra tertiam conclusionem. Capreolus.

Veniale, & mortale dupliciter accipiuntur.

¶Nota secundò, ꝙ de veniali, & mortali contingit loqui dupliciter; vt supra tactum est art. 1. Vno modo formaliter de illis diuersis reatibus, vel offensis; alio modo materialiter de actu humano, cui conuenit mortale, vel veniale; & primo modo non est difficultas, quin veniale, & mortale specie distinguantur, eo modo quo entia rationis habent speciem; & diuidunt specificè, vel analogicè reatum, vel offensam; alio modo non oportet, quòd veniale, & mortale specie distinguantur, ita ꝙ vnus actus vnius speciei, est mortale; & similis in specie actus humani est veniale, ita ꝙ venialitas, & mortalitas non necessariò arguunt diuersitatẽ specificam, nec constituunt, sed possunt sequi peccatum, non ex specie, q̃ est ex obiecto, sed aliunde, puta ex conditione peccãtis, qui constituit finẽ in eo, quod est ex genere, & specie veniale, vel ex intentione finis, vt patebit infra q. 88. artic. 2. ita ꝙ veniale, & mortale non conueniunt peccato ex parte conuersionis voluntariæ ad obiectum, sed ex parte inordinationis, quæ sequitur præter intentionem peccantis. De his vide etiã Capreolum in secũdo, di. 43. in solutionibus argumentorum contra primam, & secundã cõclusiones; est ergo sensus q̃siti, an veniale, & mortale (idest illi diuersi reatus) constituant peccata specie diuersa, vel necessariò consequantur diuersas species actuum humanorum, vt sic, sic ꝙ in eadem specie non possint reperiri venialitas, & mortalitas. Capreolus.

¶Incipit respondere ad quæsitum iuxta secũdum intellectũ. Et ponit duas conclusiones quo ad hoc responsiuas, primam ponit hic in textu, sed eam magis explicat, & probat in solutione secundi. Secundam conclusionem ponit, & probat in solutione primi. Prima ergo conclusio responsiua pro secundo membro distinctionis supra in primo habitæ, quæ habetur ex solutione secundi argumenti est ista. Diuersitas ista ex reatu potest consequi diuersam speciem peccatorum in aliquibus, & intelligitur, quòd mortale, & veniale, id est reatus illi, idest obligationes ad mortalem, hoc est irreparabilem, & æternam pœnam, & ad pœnam temporalem, nati sunt sequi quantum est ex natura actus, & obiecti, esto præter intentionem peccantis, in quibusdam actibus voluntariis. Et arguitur sic ex solutione secundi, inuenitur aliquod mortale ex genere, & aliquod veniale ex genere, igitur veniale vel venialitas magis & mortale, vel mortalitas magis, possunt in aliquibus consequi speciem. Antecedens patebit infra q. 88. arti. 2. & in de Malo. q. 7. arti. 1. & 3. Tenet consequentia, quia idem est mortale ex genere, & ex specie, nam genus accipitur ibi pro specie, sicut patuit supra q. 18. ar. 2. in fine cor. Et ex prima conclusione non sunt mortale, & veniale ex genere quasi constituant speciem; igitur quia sequuntur speciem quãtum est ex specie, & obiecto, &c. Conclusio

¶Nota autem, quòd dicitur mortale ex specie, quia ad actum talis speciei (sicut adulterij) sequitur ex natura sua inordinatio, quæ facit formaliter peccatum mortale, & constituit actum in ratione peccati formaliter, mediante qua inordinatione in respectu ad iustitiam Dei quantum est ex natura inordinationis sequitur æterna depressio, & punitio peccati stante æterna inordinatione, vt tactum fuit. Dicitur autem quantum est ex natura peccati, quia vt patebit infra q. 87. art. 3. peccans mortaliter exit ordinem primi principij moralis, scilicet vltimi finis cui inhæretur per charitatem, qua amissa non potest homo per proprias vires recuperare ipsum, Deus tamen potest ipsum in hunc ordinem reducere, infundendo charitatẽ per quã subest recto ordini ad vltimum finem. Et hæc etiam notantur a D. S. in corpore.

¶Nota etiam, quòd mortalitas, & venialitas sequitur quantũ est ex specie peccati; quia vt patebit, si desit voluntarium, quod requiritur ad actum vt culpa est, & peccatum humanum, potest nõ sequi inordinatio completa, quæ est contra finem vltimum. Nec per consequẽs sequitur mortalitas, immo nec venialitas si actus fuerit sine omni ratione, & voluntate, vt in amentibus; quare dixi quantum est ex specie actus. Et ergo quando voluntarium dat genus ipsi culpæ, & peccato humano, ideo quantumcumque sit mortalitas exigitiuè, & consequtiuè ex parte speciei, non ibit in actum nisi accedente consensu, &c.

¶ Secunda conclusio pro eodem secundo membro distinctionis responsiua, quæ habetur ex solutione primi argumenti est ista. Ista diuersitas reatuum potest reperiri etiam in eodem secũdum speciem. Probatur conclusio sic ex solutione primi. Primus motus in genere adulterij est peccatum veniale, & verbum ociosum potest esse mortale, igitur conclusio vera. Assumptum vel antecedens patebit infra q. 88. ar. 2. Tenet consequentia, quia talis motus primus in genere adulterij est vnius speciei in comparatione ad obiectum cum motu adulterij deliberato, qui est peccatum mortale. Similiter verbum ociosum prolatum in iniuriã Dei est mortale, & tamen est eiusdem speciei actus cum verbo ocioso inaniter prolato, quod est veniale tantùm; quare illa conclusio vera, quòd in eadem specie reperitur venialitas, & mortalitas; & venialitas, & mortalitas non necessariò, nec solùm sequũtur actus humanos specie, & genere distinctos, immo possunt sequi actus eiusdem generis vel speciei, de hoc etiam infra q. 88. ar. 6. ¶Nota, quòd D. S. non frustra exemplificauit, & virtualiter subdistinxit secundum membrum circa principium cor. scilicet quòd ea, quæ non constituunt speciem, possunt sequi diuersitatem speciei in quibusdam, & in alijs non diuersitatẽ speciei, sed indiuidualem vel complexionalem; sic in proposito illius cõclusionis proximæ, venialitas, & mortalitas non sequuntur inordinationem, quæ immediatè trahatur, & sequatur ex specie, & genere actus. Sed vel ex dispositione agentis vel ex relatione in finem. Sicut patet in exemplis assumptis pro ista conclusione ꝑbanda. Primus enim motus in genere adulterij habet venialitatem propter imperfectionem actus ex parte agentis a quo egreditur actus ille sine deliberatione, & consensu; vnde & infra dicetur veniale per accidens. Similiter verbũ iocosum habet mortalitatem propter inordinationem quam trahit ex hoc, quòd fit in iniuriam Dei. Et ex fine similiter si quis in actu, qui est ex genere venialis constituat finem, tunc ex parte agentis habet, quòd fit mortale, quia habet inordinationem contra Deum, cum talis actus habeatur tanquam vltimus finis, quod repugnat charitati Dei, & de hoc magis infra q. 88. Quare patet, quòd reatus illi nõ sunt differentiæ specificæ actuum humanorũ; nec per se, & semper sequuntur differentiam specificam, sed aliquando proueniũt aliunde, vt potest constare ex dictis, &c.

¶ Differentia autem peccati venialis, & mortalis cõsequitur diuersitatem inordinationis, quæ complet rationem peccati. Duplex enim est inordinatio vna per subtractionem principij ordinis, alia qua etiam saluato principio ordinis fit inordinatio circa ea, quæ sunt post principium sicut in corpore animalis. Quãdoque quidem inordinatio complexionis procedit vsque ad destructionem principij vitalis, & hæc est mors. Quandoque verò saluo principio vitæ fit deordinatio quædam in humoribus, & tunc est ægritudo.

¶ Ista est secunda pars principalis huius corporis, vbi D. S. ut satisfaciat quærenti, declarat aliqua quæ manserunt suspensa in præcedentibus; dictum est enim, quòd diuersitas reatuum non sit differentia constituens diuersitatem speciei, nec de necessitate consequitur diuersam speciem peccatorum. quamuis aliquando sequatur, ideo dubium est, quid semper sequatur diuersitas reatuũ. Et hoc declarat tali conclusione. Differentia peccati venialis, & mortalis consequitur, scilicet per se, & semper diuersitatem inordinationis, quæ complet rationem peccati. Circa hanc conclusionem primò ponit quoddam notabile distinctiuum, secundò applicat ad propositum, & probat conclusionem ibi. Principium autem, &c. Distinguit ergo de inordinatione, quòd sit duplex, vna videlicet per subtractionem principij alicuius ordinis, & hęc est ſm se irreparabilis. Alia est inordinatio circa ea, quæ sũt post principio ipso saluato, & hæc, supple, est reparabilis naturaliter. Et declarat D. S. membra clarè in textu.

¶ Nota autem pro declaratione conclusionis prædictæ, quòd circa peccatum mortale vel veniale possunt tria considerari, vnũ est actus humanus voluntarius circa talem materiam. Et ille est per se de intentione agentis. Secundum est inordinatio, quæ facit talem actum esse peccatum. Et hæc est præter intentionem agentis. Esto ut tactum fuit ar. primo habeatur voluntaria in sua causa, & indirectè, tamen verum est, quòd non est de intentione quasi propter ipsam aliquid fiat. Tertium est, quod præsupponit ista duo, scilicet reatus, & obligatio ad pœnam secundum proportionem, & conditionem inordinationis. Vult ergo prædicta conclusio, quòd reatus non habet se per se, nec est differentia constitutiua diuersitatis speciei actuum voluntariorum. Nec per se, & necessariò ac solùm sequitur diuersitatem speciei peccatorum materialiter, idest actuum humanorum. Sed semper, & necessariò, & per se sequitur diuersitas reatuum inordinationes diuersas, quæ cõstituunt actus humanos in esse peccati; ita quòd vndecumque proueniant illæ inordinationes, quæ faciunt veniale, & mortale, siue ex obiecto, siue ex fine, siue ex agente, illas diuersas inordinationes sequitur diuersitas reatus, ita ꝙ per se diuidunt reatum, & per se sequuntur tanquã proprię passiones diuersas inordinationes, quarum vna constituit mortale, alia veniale. Et vult, quòd illas inordinationes diuersas sequuntur per se, scilicet tanquam causas ex natura sua exigitiuas illorum reatuum, & tanquam existentes de intentione iusti iudicis, qui secũdùm diuersas inordinationes peccantem obligat ad diuersas pœnas, ita quòd ex natura illius inordinationis sequitur obligatio ad pœnam. Et Deus iustus iudex intendit per illam pœnam hanc inordinationem punire. Esto tam inordinatio, quàm reatus sequantur peccatum præter intentionem peccantis. Tamen postquàm sequuta est inordinatio uoluntariè esto non ex intentione quasi propter se volita, Deus per se, & ex intentione ordinat, ꝙ ista inordinatio deprimatur quandiu manet. Et si manet in æternum, punietur in æternum. Et hanc esse mentem illius cõclusionis, & D. S. videbit qui ipsum infra q. 87. arti. 1. & 3. diligenter viderit, &c. Deinde cum dicit.

¶ Principium autem actus totius ordinis in moralibus est finis vltimus, qui ita se habet in operatiuis sicut principium indemonstrabile in speculatiuis, vt dicitur in 7. Ethicorũ. * vnde quando anima deordinatur per peccatum vsque ad auersionem ab vltimo fine, scilicet Deo, cui vnimur per charitatem, tunc est peccatũ mortale, quando verò fit deordinatio citra auersionem a Deo, tunc est peccatum veniale; sicut enim in corporibus deordinatio mortis, quæ est per remotionem principij vitæ est irreparabilis secundùm naturam, inordinatio autem ægritudinis reparari potest propter id, quod saluatur principium vitæ; similiter est in his, quæ pertinent ad animam. Nam in speculatiuis, qui errat circa principia, impersuasibilis est; qui autem errat saluatis principijs, per ipsa principia reuocari potest. * Arist. c. 8. Dub. 259. Dub. 1010.

¶ Applicat prædictam didinctionem, & probat conclusionem prædictam sic. Ratione illius consequitur peccatum mortale vel mortalitas. Ratione cuius est auersio, & deordinatio vel destructio ordinis ad ultimum finem, & ratione istius consequitur peccatum venialitas, quando saluatur principium morale, & est deordinatio

ordinatio citra auersionem ab vltimo fine. Sed mortale ratione suæ inordinationis est contra vltimum finem, veniale non;igitur conclusio vera. Huius rationis D.S. ponit maiorem, & declarat eam primò in corporalibus,& speculatiuis, secundò in operatiuis, ibi Et similiter, &c. vbi etiam implicitè innuit minorem. Et patet primum clarè in littera. Tunc ibi.

Dub.75. ¶ Et similiter in operatiuis, qui peccando auertitur ab vltimo fine, quantum est ex natura peccati, habet ipsum irreparabilem, & ideo dicitur peccare mortaliter æternaliter puniẽdus, qui verò peccat citra auersionem à Deo, ex ipsa ratione peccati reparabiliter deordinatur, quia saluatur principium, & ideo dicitur peccare venialiter, quia scilicet non ita peccat vt mereatur interminabilem pœnam.

¶ Declarat maiorem præcedentem in operatiuis cum declaratione terminorum mortalis,& venialis. Patet ergo ista conclusio declaratoria, quòd diuersitas reatuũ, scilicet veniale,& mortale, per se sequuntur peccatum, quia diuersim odè inordinatum vndecũq; illa inordinatio proueniat, vel ex obiecto vel aliũde.

Veniale,& mortale variè accipiũtur. ¶ Nota, autem, quòd per mortale, & veniale intelligere debemus in proposito non ipsam inordinationem, sed reatum tẽporalem, vel æternum, qui sequitur ad peccatum mortale vel veniale ratione inordinationis suæ. Vnde dicit D.S. Differentia autem venialis,& mortalis peccati, ideſt venialitatis, & mortalitatis conuenientium peccato, consequitur diuersitatem inordinationis, ita quòd per mortale quandoque intelligimus ipsam deformitatem, quæ est auersio a fine, quandoque reatum consequẽtem peccatum, ratione illius auersionis, quia per nomen effectus scilicet mortale, quod formaliter significat reatum mortalem, & incurabilem, intelligimus etiam suum immediatum fundamentum, & causam, scilicet inordinationem circa vltimum finem; proportionabiliter intelligendum est de veniali. Sic ergo differẽtia venialis, & mortalis peccati vt per ista intelligimus diuersos reatus, consequitur diuersitatem inordinationis, quæ est mortalis peccati constitutiua formaliter, quę inordinatio sic constituẽs, est mortalis causaliter,& dispositiuè demeritoriè. Et facit actum cui conuenit esse mortalem, ideſt demeritorium æternæ, & irreparabilis pœnæ. Quare dictum est, quòd mortale, & veniale per se diuidunt reatum tanquam significantes formaliter reatus distinctos, a quibus sicut ab effectibus, peccata dicuntur venialia, vel mortalia. Sunt tamen effectus consequentes peccata non semper ratione speciei, sed ut dictum est, &c.

ARGVMENTVM in contrarium vt patuit, est pro prima conclusione iuxta primum membrum distinctionis.

¶ Nota etiam, quòd sicut nigredo est accidens inseparabile corui, & tamen in alijs est accidens commune, sic mortalitas vel venialitas conuenit quibusdam ex specie quasi proprietas inseparabilis ratione speciei. Et tamen in alijs actibus inuenitur per accidens, scilicet vel ex parte agentis vel ex parte finis remoti.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd peccatum mortale, & veniale differunt in infinitum ex parte auersionis, non autem ex parte conuersionis per quam respicit obiectum unde peccatum speciem habet; vnde nihil

Dub.100. prohibet in eadem specie d inueniri aliquod peccatum mortale, & veniale, sicut primus motus in genere adulterij est peccatum veniale, & verbũ ociosum quod plerumque est veniale, potest etiam esse mortale.

¶ Ad maiorem. Ea, quæ in infinitum differunt non possunt esse unius speciei, &c. Cõceditur & dico, quòd mortalitas, & venialitas captę pro reatibus distant in infinitum obiectiuè. Similiter si capiantur pro inordinationibus mortalis, & venialis peccatorum. Sed dico, quòd non sunt differentiæ peccati capti pro eo, quod est principale in peccato, & de intentione agentis, scilicet pro actu humano voluntario.

¶ Ad minorem, nego eam, quòd mortale, & veniale differant in infinitum quantum ad actum, & quantum ad id, quod dat speciem actui, scilicet obiectum. Quod est idem dicere cũ eo, quod D.S. dicit quòd non distinguuntur ex parte conuersionis, scilicet voluntarię ad obiectum. Actus enim ipse humanus dicit conuersionem, & tendentiam in aliquod obiectũ, & huius ratio est, quia possunt inueniri circa idem obiectum duo actus, qui per consequens sunt vnius speciei, & tamen vnus est mortale peccatum, alius veniale vt dictum fuit in corpore. Ad probationem dico, quòd mensura pœnę respondet quantitati culpæ, non quia illa pœna sit constitutiua speciei culpæ, quantum ad id, quod est de specie actus Sed respondet sibi ratione inordinationis, & deformitatis, quę est in culpa. Et illam deformitatem concedo esse aliã in mortali, & veniali, tanquam vel consequentem speciem vel conuenientem actui humano ratione finis vel agentis. Sed negatur consequentia, quia solùm probat, quòd mortale, & veniale differunt plurimum, & sint diuersæ differentiæ reatus vel inordinationis. Sed non probat per hoc, quòd constituant diuersas species actuum uoluntariorum.

¶ Nota autem circa minorem, quòd illi reatus differunt in infinitum non entitatiuè, & formaliter, sed obiectiuè, quando pœna ad quam obligat mortale incomparabilis est pœnę venialis,& hoc quo ad pœnam damni debitam mortali. Sed quo ad pœnam sensus non distant in infinitum quo ad acerbitatem, sed quo ad durationem,& hoc per se vtrique debitam, ut exponetur infra q.88.arti.5. Distant ergo in infinitum non quo ad speciem, sed quo ad inordinationem, & pœnam damni, & quo ad durationem pœnæ sensus, non quo ad acerbitatem. Et est pœna peccati mortalis infinita non in genere entis, sed in ratione pœnæ, præsertim quo ad damnum, quia auertur bonum infinitum. Vide infra quæstio. 87. articulo 4.

¶ Nota etiam, quòd D.S. in principio solutionis intelligit, q mortale,& veniale differunt in infinitum ex parte auersionis, id est formalis peccati, quod est inordinatio; non autem materialis quod est actus, qui est conuersio ad obiectum. Et per consequens vult, quòd veniale,& mortale distinguant inordinationes,& reatus, sed non peccatum quo ad actum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex hoc, quòd inuenitur aliquod peccatum mortale ex genere, & aliquod peccatum veniale ex genere, sequitur quòd talis differentia consequatur diuersitatem peccatorum secũdùm speciem, non autem, quòd causet eam, talis autem differentia potest inueniri etiam in his, quæ sunt eiusdẽ speciei vt dictum est. *

*In eam.

¶ Assumptum concedo, quòd quædam sunt peccata mortalia ex genere, quædam venialia; sed non est intellectus, quòd mortale, & veniale dent speciem diuersam, sed quia consequuntur speciem diuersam in quibusdã, quamuis in vna specie reperiri possint vt patuit in corpore. Vltra, ergo peccatum mortale, & veniale specie differunt, verum quandoque, sed non ratione venialitatis, & mortalitatis, sed quia circa diuersa obiecta, secundùm quę consequuntur illi diuersi reatus. Sed si intelligitur consequens, quòd ergo differunt specie mortale, & veniale quasi per uenialitatem, & mortalitatem, actus ipsi specie distinguuntur. Negatur consequentia, quia cum mortali, & veniali formaliter acceptis, stat unitas specifica actus peccati. Vnde argumentum solùm probat, quòd ueniale,& mortale accepta pro reatibus sunt proprietates, quæ possunt sequi diuersitatem specificam actuum peccati quia aliqua mortalia ex genere, scilicet consequutiuè, quia mortale sequitur ea ratione obiecti specificantis. Et tamen non probat quin, & cum vnitate specifica actus stare possint.

¶ Ad tertium dicendum, quòd præmium est de intentione merentis vel virtuosè agentis, sed pœna nõ est de intentione peccantis, sed magis est contra voluntatem ipsius, vnde non est similis ratio.

¶ Maior negatur, sed oppositum magis est verum, vt D.S. ostẽdit in de Malo. q.1.ar.5.ad primum,& prima parte q.48.ar.6.ad tertium, quia sicut actus virtuosus intenditur a uirtuoso propter præmium, ita pœna a iusto iudice propter euitationem, & reformationem culpæ, sed falsa est vt iacet maior, quia præmium est per se intentum a virtuoso, & per consequens per se voluntariũ, & finis, & obiectum distinguens. Sed sic non est de pœna respectu peccantis, qui non intendit, nec vult directè se obligare ad pœnam; immo si posset vellet peccare sine sequela pœnæ; quare iple reatus non est volitus, nec per se uoluntarius, & per consequens non dat speciem actui uoluntario vt sic; sic autem nos loquimur hic de peccato vt est actus volũtarius, quare negatur cõsequẽtia.

Pœna contra voluntatem ponitur.

¶ Nota autem ex solutione D.S. q pœna est contra voluntatẽ, & ergo non habet rationem constituentis actum in specie ut uoluntarius est, & ratione conuersionis, &c. Et est pœna contra uoluntatem præsertim vt insigitur. Et etiam demeritum pœnæ est contra uoluntatem secundùm se, tamen indirectè in sua causa, tunc reatus pœnæ est uoluntarius, ut ar. primo tactum fuit.

Vtrum peccatum commissionis, & omissionis differant.

Q 2.di.42.q.2.art.2. AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd peccatum commissionis, & omissionis specie differant. Delictum enim contra peccatum diuiditur Ephe.2. vbi dicitur. Cum essetis mortui delictis, & peccatis vestris. Et exponit ibi Glo.* Delictis, ideſt dimittendo, quæ iubẽtur, & peccatis, scilicet agendo prohibita. Ex quo patet, q per delictum, intelligitur peccatum omissionis; p peccatum, peccatum commissionis; differũt ergo specie cũ ex oppositio diuidantur tanquam diuersæ species.

*Glosa interlin. ibi.

¶ 2 Præterea. Peccato per se conuenit, quòd sit cõtra legem

tra legem Dei, ponitur enim in eius diffinitione, vt ex supra dictis patet. *sed in lege Dei alia sunt præcepta affirmatiua, contra quæ est peccatum omissionis; & alia præcepta negatiua, contra quæ est peccatum commissionis; ergo peccatũ omissionis, & peccatum commissionis differunt specie.

*q.71.ar.6.

¶ 3 Præterea. Omissio, & commissio differunt sicut affirmatio, & negatio; sed affirmatio, & negatio non possunt esse vnius speciei, quia negatio non habet speciem, non entis enim non sunt species neque differentiæ, vt Philosophus dicit. * ergo omissio, & commissio non possunt esse vnius speciei.

* Arist.li.4.phis.tex.67.

¶ Sed contra, in eadem specie peccati, inuenitur omissio, & cõmissio, auarus enim, & aliena rapit, quod est peccatum commissionis, & sua non dat quibus dare debet, quod est peccatum omissionis; ergo omissio & commissio non differunt specie.

¶ Hic inquirit de quadam diuisione peccati vulgata, qualis sit scilicet diuisio, cum peccatum diuiditur in peccatum commissionis, & omissionis, an scilicet sit in diuersas species, &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd in peccatis inuenitur duplex differentia, vna materialis, & alia formalis. Materialis quidem attenditur secundùm naturalem speciẽ actuum peccati, formalis autem secundùm ordinem ad vnum finem proprium, quod est etiam obiectum proprium; unde inueniuntur aliqui actus materialiter specie differentes, qui tamen formaliter sunt in eadem specie peccati, quia ad idem ordinantur, sicut ad eandem speciem homicidij pertinet iugulatio, lapidatio, & perforatio, quamuis actus sint specie differentes secundùm speciem naturæ.

¶ Vt D.S. plenè respondeat, primò ponit notabile distinctiuũ. Secundò iuxta hoc respondet ad quæsitum, ibi. Sic ergo si. Distinctio est, quòd in peccatis est duplex differentia, vna materialis, alia formalis. Et declarat membra distinctionis, quia materialis est secundùm naturalem speciem actuum peccati, qui videlicet considerantur secundùm naturas actuum absque relatione ad finẽ præstitutum a voluntate, & sine habitudine ad rationem; & vt considerantur absque esse moris. Differentia autem formalis est secũdùm ordinem ad finem proprium, qui est obiectum propriũ scilicet relatum ad rationem, & voluntatem, quæ præstituunt, & tendunt in illud obiectum vt bonum quoddam adipiscibile. Et ostendit D.S. conuenientiam illius distinctionis, vt ex supra dictis patere potest. q.18.ar.6.& alibi, quia inueniuntur aliqui actus materialiter, ideſt in esse naturæ, differentes, qui tamen formaliter, scilicet in esse moris, & in ordine ad obiectum voluntatis a qua habent esse morale sunt in eadem specie peccati, propter vnitatem eius, in quod ordinantur. Sicut ad vnum peccatum in specie pertinent iugulatio, lapidatio, & perforatio, quæ vtiq; dicunt actus distinctos in esse naturæ, tamen omnes pertinent ad vnum peccatum specie. S. homicidium. Si enim quis faciat quemcumque ex talibus actibus vt auferat vitã iniustè, homicida est. Et addo extra litteram. Si quis cum proposito non obstrueret foramẽ vt inimicus suus ibi periret, talis omissio esset quidem differens in esse naturæ ab actibus p dictis, scilicet iugulatione, &c. tamen in esse moris esset idem homicidium in specie.

¶ Sic ergo si loquamur de specie peccati omissionis, & commissionis materialiter differunt specie, largè tamen loquendo de specie, secundùm quòd negatio vel priuatio speciem habere potest.

¶ Posita distinctione,& ratione distinctionis, cõsequenter respondet ad quæsitum per duas conclusiones responsiuas, secundũ duo membra, secundam ponit ibi. Si autem loquimur, &c. Prima conclusio est ista. Si loquamur de specie peccati omissionis, & commissionis materialiter differunt specie.

¶ Pro quibus nota, quòd aliqua dicuntur differre specie propriè, quando vtrumque habet naturam, & differentiam positiuã quæ sub eodem genere ab alio distinguuntur, sed impropriè dicuntur aliqua differre specie negatiuè, sicut ens, & non ens, vel duo non entia; quia non habent eandem speciem, & naturam vt differentia dicat negationem non relationem; & isto modo intelligitur conclusio, & hoc est, quod D.S. dicit largè tamen loquẽdo de specie, secundùm quòd negatio vel priuatio speciem habere potest, scilicet formalitatem aliquam, & non propriè speciem nec per consequens propriè distinctionem specificam. Et istam conclusionem relinquit D.S. notam. Et probatur per primum, & tertium argumenta. Et arguitur sic, affirmatio & negatio vel magis priuatio, necessariò differunt specie materialiter, eo pacto, quo species priuationi competere potest. Sed peccatum cõmissionis habet se vt affirmatio, & est aliquid positiuum, peccatum omissionis autem se habet ut priuatio, igitur, &c. Maior nota, quia est impossibile vt ens, & nõ ens, vel reale, & ens rationis habeant eandem speciem, affirmatio autem est ens, priuatio non ens, &c. Minor patet ex q.71.ar.5.ad sextum. Consequenter cum dicit.

¶ Si autem loquamur de specie peccati omissionis & commissionis formaliter, sic non differunt specie, quia ad idem ordinantur, & ex eodem motiuo procedunt; auarus enim ad congregandum pecuniam, & rapit, & non dat ea, quæ dare debet; & similiter gulosus ad satisfaciendum gulæ, & superflua comedit, & ieiunia debita prætermittit, & idem est videre in cęteris.

¶ Ponit conclusionem responsiuam secundam quo ad secundum membrum distinctionis, quæ talis est. Si loquamur de specie peccati omissionis, & commissionis formaliter, ideſt moraliter, sic non differunt specie, scilicet ad sensum dicendum. Probatur sic, quęcunque ad idem ordinantur, ideſt ad vnum finẽ, priũ & ex eodem motiuo procedunt, sunt eiusdem speciei formaliter, hoc est in esse moris; sed hoc potest contingere de omissione, & commissione, ergo tunc sunt eiusdem speciei moralis.

¶ Circa maiorem nota, ne videatur contradicere in his, quæ dicta sunt ar. primo, quia ex motiuo imperatiuo, & effectiuo, & ex parte agentis, peccata non habent vnitatem speciei, saltem propinquę, vt dictum fuit ar.3. Sed ex motiuo finali, & ex natura actus habent vnitatem, & præsertim habent speciem moralem vnam formaliter, si ex proprijs obiectis non habeant aliquam bonitatem vel malitiam moralem, sed tantum ex fine sicut est in proposito de omissione, quæ non est per se bona, nec appetibilis, nisi ratione alicuius finis positiui, & de se boni. Et ergo dicit D.S. notanter, quia ad idem ordinantur, & ex eodem motiuo procedunt, quasi diceret vnitas motiui effectiui non sufficit, sed requiritur etiam vnitas motiui finalis, scilicet eius, in quod ordinatur; ex diuersitate etiam causarum motiuarum effectiuè suo modo, sicut ex ratione agendi, non arguitur diuersitas vitiorum, quia litigium est ex specie vnum vitiũ, & tamen ex multis causis oriri potest, vt patet secunda secundæ. q.116.art.1. Ex illo ergo attenditur vnitas uel diuersitas, quod dat speciem immediatã actui, &c. Et quæ dixit D.S. art.3. motiua, & principia actiua peccatorũ (penes quæ peccata non distinguuntur) in secunda secundę vocat peccati causas. His notatis probatur maior ex supra dictis. Ex fine propinquo habent aliqua bonitatem moralem, ergo ex vno motiuo finali vnam speciem, & ex pluribus plures. Tenet consequentia, quia idem est ratio vnitatis, & diuersitatis, scilicet vnum ratio vnitatis; plurificatum ratio pluralitatis, &c. Minorem declarat primò exemplo, secundò ratione, ibi. Semper enim, &c. Exemplum est, quia auarus ad congregandam pecuniam rapit, & non dat ea, quæ dare debet; & gulosus ad satisfaciendum gulæ superflue comedit, & ieiunia debita prætermittit, &c. vbi constat, quòd talis omissio ordinatur in eundem finem cum commissione. Licet enim, & rapere, & non dare vbi quis dare debet, inuoluant deformitatem iniustitiæ, tamen ut referũtur in finem auaritiæ, habent vnam speciem moralem, sic enim aliquis omittit dare, quod debet. Deinde ibi.

¶ Semper enim in rebus negatio fundatur super aliqua affirmatione, quæ est quodammodo causa eius; vn de etiam in rebus naturalibus eiusdem rationis est, q ignis calefaciat, & quòd non infrigidet.

¶ Probat minorem ratione tali. Semper negatio fundatur super aliqua affirmatione, quæ est quodammodo causa eius, sed peccatum omissionis assimilatur negationi, vt patuit, igitur, &c. Maior patet in naturalibus, quia eiusdem rationis, & idem fundamentum est, & principium, quòd ignis calefaciat, & non infrigidet, sic ex eodem motiuo finali prouenit, quòd facio hoc, & aliud omitto; quare omissio fundatur ĩ aliqua affirmatione, ideſt motiuo finali eodem cum actu aliquo. Notanter autẽ dicit D.S. quæ est quodammodo causa eius, quia negatio, & si non habet causam productiuam, & effectiuam, habet tamen causam fundatiuam positiuam realem vel intellectam aut imaginatam ut habet D.S. in de Malo. Mate. 2. ar. 1. ad nonum.

¶ Nota autem, quòd omissio magis assimilatur negationi in subiecto apto nato qualis est priuatio, & per consequens fundatur super aliqua affirmatione, hoc est aliquo motiuo finali. Nã de se non habet rationem finalis vel appetibilis, & per cõsequẽs est eiusdem speciei cum actu, non quocunque, sed procedente ex eodem motiuo, & propinquo. Et hoc intendit D.S.

¶ Nota autem, quòd hic ar. multa præsupponit, vtpotè, quòd negatio non habet naturam, nec speciem propriè. Esto, habeat aliquam entitatem vel formalitatem ex intellectu, quodque habeat reduci ad affirmationis causam. Circa quæ posset dubitari, an habeat propriam conceptibilitatem, & intelligibilitatem, & plura id genus de quibus habetur in 10. Metaphy. & alibi, vide si placet

pla cet de distinctione priuationis, & negationis vide in Metaphy. in 5. Textu com. 27 lectione. 19. in D.S. & in postprædicamentis Aristotelis.

¶ Circa argumentum in contrariũ nota, & circa tacta in corquòd esto rapina habeat specialem deformitatem oppositam iustitiæ ex parte obiecti, quod est res aliena per violentiam rapta; habet tamen & aliam formalitatem ex parte finis in auaro, sicut & qui furatur vt mœchetur magis mœchus est, quàm fur apud philosophum. Non enim est inconueniens vt in eodem committãtur plura peccata formaliter. i. plures deformitates plurium peccatorum, vt patuit supra. Et omissio illa. i. non dare, quibus dare debet, cum fit propter finem auari, scilicet propter abundantiã, est eiusdem speciei moralis. Et secundùm D.S. secunda secundæ. q. 66. ar. 4. ad secundum. Ad identitatem specici in peccatis requiritur vnitas finis propinqui, finis autem remoti vnitas non sufficit. Rapina igitur, & omissio sunt eiusdem speciei formaliter ratione finis propinqui intenti ab auaro, & non vt sunt contra iustitiam, quamuis etiam sic essent sub vna specie, scilicet iniustitia ex parte obiecti; &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illa diuisio, quæ est per commissionem, & omissionem, non est secundùm diuersas species formales, sed materiales tantùm, vt dictum est. * In cor. ar.

¶ Maior placet, & ita exponit Doct. S. ibidem, scilicet per delicta, intelligendo peccata omissionis, & per peccata, peccata commissionis. Ad consequens. Differunt ergo specie, cum ex opposito diuidãtur, dico quòd differunt materialiter, & suo modo in esse naturæ specificæ; sed nõ propterea sequitur, quòd formaliter semper, & in esse moris, quando habent idem motiuum propinquum finale; & ita Apostolus ad exaggerandum multitudinem peccatorum dimissorum per Christum exposuit eis peccata omissionis, & commissionis, quæ distinguuntur materialiter, & quandoque formaliter, scilicet omissio a commissione disparata, sed non a commissione relata in eundem finem, vel in cuius finem refertur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd necesse fuit in lege Dei proponi diuersa præcepta affirmatiua, & negatiua, vt gradatim homines introducerentur ad virtutẽ, prius quidem abstinendo a malo, ad quod inducimur per præcepta negatiua, & postmodum faciendo bonũ, ad quod inducimur per præcepta affirmatiua, & sic præcepta affirmatiua, & negatiua non pertinent ad diuersas virtutes, sed ad diuersos gradus virtutis, & per consequens non oportet, quòd contrarientur diuersis peccatis secundùm speciem. Peccatum etiam non habet speciem ex parte auersionis, quia secundùm hoc est nẽgatio vel priuatio, sed ex parte conuersionis secundùm quòd est actus quidam, vnde secundùm diuersa præcepta legis, non diuersificantur peccata secundũ speciẽ.—

¶ D.S. negat consequentiam, quia non sequitur, opponuntur diuersis præceptis, igitur sunt diuersa peccata formaliter. Esto possint esse diuersa materialiter. Et ratio est duplex, quia id, qđ prohibetur per negatiuum præceptum, & quod præcipitur per affirmatiuum sunt eiusdem virtutis, quia eiusdem virtutis est primò in imperfectis abstinere a malo, quod præcipit negatiuum, deinde facit bonum, quod præcipit affirmatiuum; modo peccata quæ sunt contra eandem virtutem non possunt differre formaliter. Peccatum igitur commissionis, quòd est contra negatiuum præceptum, & facit malum prohibitum per negatiuum præceptũ, & peccatum omissionis, quod non facit, quod præcipit affirmatiuum, peccant in eandem virtutem, & per cõsequens esto distinguantur specie materiali non tamen formali. Secũda ratio, quare non sequitur consequentia, quia præceptum negatiuum hoc prohibet auersionem, quia malum vt sic, quod consistit in auersione; sed ex illa auersione peccatum non habet speciem, & per consequens non dat actui aliam speciem. Sed habet speciem ex conuersione quam præcipit præceptum affirmatiuum. Quare nõ sequitur, sunt duo præcepta affirmatiuum scilicet & negatiuum, ergo duæ species formaliter. Patet igitur primò, quòd affirmatiuo, & negatiuo præcepto non cõtrariantur duo peccata formaliter, quia peccata formaliter contrariantur, quia sunt contra diuersas virtutes, & contra diuersa bona rationis. Sic & in proposito quando omissio non est ex alio motiuo finali, quàm cõmissio, tũc nõ distinguũtur formaliter, sicut patuit in exẽplo ar. &c.

¶ De solutione autem huius argumenti habet D. S. in de Malo. Materia secunda arti. 6. in cor. Nec est dicendum, quòd differunt specie secundùm differentiam præceptorũ, sed magis è conuerso, præcepta distinguuntur secundùm differentiam virtutum & vitiorum, quia præcepta ad hoc sunt vt secundùm virtutem operemur, & peccata vitemus. Hæc ille.

¶ Ad tertium dicendum, quòd obiectio illa procedit de materiali diuersitate speciei. Sciendum est tamen, quòd negatio, & si propriè non sit in specie, consti- Dub. 111. 1060. tuitur tamen in specie per reductionem ad aliquam affirmationem, quam sequitur.

¶ Maior vera. Ad minorem, affirmatio, & negatio nõ possunt esse vnius speciei naturalis. Conceditur. Si autem intelligit, quòd non possint esse vnius speciei formalis, & moralis. Dico, quòd non sunt vnius speciei moralis ex æquo, ita quòd negatio per se habet speciem moralem; tamen reductiuè est in specie affirmationis ad quam sequitur, vel ex cuius motiuo finali procedit, sicut & in naturalibus. Negatio vel magis priuatio reducitur ad genus affirmationis, vt patuit q. 71. art. 6. & ita non dare vel non facere propter finem auaritiæ, est eiusdem speciei moralis cum actu exercito propter finem auaritiæ. Et per hoc patet ad probationem minoris, si contra illum sensum procedat, quia negatio non habet speciem per se, sed reductiuè, vt patuit. Ad consequẽs, ergo omissio, & commissio non possunt esse eiusdem speciei materialis, & naturalis, conceditur, si intelligitur de morali, negatur saltem reductiuè, vt patuit.

Vtrum peccatum conuenienter diuidatur in peccatum cordis, oris, & operis.

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd incõuenienter diuidatur peccatum in peccatum cordis, oris & operis. Augustenim in 12. de Trini. * ponit tres gradus peccati quorum primus est cum carnalis sensus illecebram quandam ingerit, quod est peccatum cogitationis. Secundus gradus est quando sola cogitationis delectatione aliquis contentus est. Tertius gradus est qñ faciendũ discernitur per consensum; sed tria hæc pertinent ad peccatum cordis; ergo inconuenienter peccatum cordis ponitur quasi vnum genus peccati. R Infr. quæst. ar. 5. & cor. Etia. prol. Et 1. dist. 42. q. 1. ar. 2. q. 1. * Aug. ci. 12. to. 5.

¶ 2 Præterea. Grego. in 4. Moral. * ponit quattuor gradus peccati, quorum primus est culpa latens in corde, secundus cum exterius publicatur, tertius est cũ cõsuetudine roboratur, quartus est cum vsque ad præsumptionem Diuinæ misericordiæ, vel ad desperationem homo procedit, vbi non distinguitur peccatum operis a peccato oris, & addũtur duo alij peccatorum gradus; ergo inconueniens fuit prima diuisio. * Greg. ca.

¶ 3 Præterea. Non potest esse peccatum in ore vel in opere nisi fiat prius in corde, ergo ista peccata specie non differunt; non ergo debent contra se inuicẽ diuidi.

¶ Sed contra est, quod Hiero. dicit super Ezech. * Tria sunt generalia delicta quibus humanum subiacet genus, aut. n. cogitatione, sermone, aut opere peccamus. * In illud Ezech. 43. Cum conpleuerit expiationẽ tomo 5.

¶ Hic septimò inquirit de quadam alia diuisione peccati, cum scilicet diuiditur in peccatum cordis, &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd aliqua inueniuntur differre specie dupliciter. Vno modo ex eo, quòd vtrũque habet speciem completam sicut equus, & bos differunt specie. Alio modo sicut secundùm diuersos gradus in aliqua generatione vel motu accipiuntur diuersæ species, sicut ædificatio est completa generatio domus, collocatio autem fundamenti, & erectio parietis sunt species incompletæ, ut patet per Philos. in 10. Eth. * & idem etiã potest dici in generationibus animaliũ. * Arist. ca. tomo 5.

¶ Quoniã titulus q. potest intelligi de specie cõpleta vel incõpleta ideo D.S. in isto artic. primò ponit notabile distinctiuũ declarans illum duplicem intellectum. Secundò respondet quo ad ambos sensus, ibi. Sic igitur peccatum. Distinctio ergo est, quòd aliqua inueniuntur differre specie dupliciter. Vno modo ex eo, quòd vtrumque habet speciem completam. Alio modo sicut secundùm diuersos gradus in aliqua generatione vel motu accipiũtur diuersæ species, sicut ædificatio est completa generatio domus, collocatio autem fundamenti, & erectio parietis sunt incompletæ, vt patet. 10. Ethicorum. Et idem potest dici in generationibus animalium, sicut generatio hominis est completa, embrionis autem, & viuentis vita plantæ est imperfecta.

¶ Vbi nota, quòd ædificatio est vnus motus totalis comprehendens sub se multos motus partiales distinctos specie imperfecta, qui distinguuntur a. se inuicem specie imperfecta, & etiam a tota generatione completa. Et ratio est, quia generatio specie recipit

recipit secũdùm formam, quæ est finis generationis. Constat autem, quòd aliud est forma totius, & aliud forma partium. Quare & generationes differunt specie abinuicem, & sicut forma totius domus est cõpleta, & perfecta, formæ autem partium sunt imperfectæ; ita & constructio domus est perfecta, nullo exteriori indigens ad propositum ædificatoris explendum, sed generatio fundamenti est imperfecta, & similiter aliarũ partium. Et per hæc intelligitur secundum membrum, scilicet quòd alio modo aliqua distinguuntur specie secundum diuersos gradus, scilicet partiales incompletos vlteriùs ordinabiles in vnum terminum totalem, & completum. Quomodo autem ista distinctio ad propositũ accipienda sit, statim declarabitur.

¶ Nota secundo de generatione animalium, quia tota generatio comprehendit sub se multas partiales generationes distinctas secundùm distinctionem partialium formarum sibi succedentium. Tota verò generatio denominatur ab vltima forma cõpleta, & a natura intenta. Quare D.S. benè dicit, idem potest dici de generationibus animalium, quæ sunt generationes naturales sicut dictum est de generationibus artificialium, quia sicut in artificialibus, generatio completa habet speciem a forma totius cõpleta, quæ comprehendit, & præsupponit multas formas, & generationes partiales, sic est in generatione animalis, quod prius habet formam imperfectam, deinde perfectiorem, vltimò completam, quæ generatio totius dicitur. Et de hoc habes prima parte. q. 118. ar. 2. ad secũdum, vbi clarè ponit plures partiales generationes sibi succedere antequam producatur genitum principaliter intentum. Vide pro maiori intellectu secundi membri distinctionis D.S. in 10. Ethicorum, & in de virtutibus. q. vltima. ar. vltimo, in corpore.

¶ Sic igitur peccatum diuiditur per hæc tria, scilicet peccatum oris, cordis, & operis, non sicut per diuersas species completas; nam cõsummatio peccati est in opere; vnde peccatum operis habet speciem completam.—

¶ Respondet ad quæsitum dupliciter intellectum, & ideo secũdùm hoc ponit duas conclusiones responsiuas, secunda ibi. Sed prima inchoatio. Conclusio prima responsiua quæ ad primum intellectum quæsiti negatiua est talis. Peccatum conuenienter diuiditur per hæc tria (scilicet peccatum oris, cordis, & operis) non sicut per diuersas species completas. Probatur conclusio, solùm peccatum operis habet speciem completam, & est vltimus gradus peccati, igitur conclusio vera. Antecedens patet, quia consummatio peccati est in opere, quod inchoatur in corde, & manifestatur in ore. Tunc ibi.

¶ Sed prima inchoatio eius est quasi fundatio in corde. Secundus autem gradus eius est in ore, secundùm quòd homo prorumpit facilè ad manifestandum conceptum cordis. Tertius autẽ gradus iam est in consummatione operis. Et sic hæc tria differunt secundùm diuersos gradus peccati.

¶ Ponit secundam conclusionem responsiuam quo ad secundum sensum quæsiti talem. Hæc tria peccatum cordis, oris, & operis differunt secundùm diuersos gradus peccati, scilicet quando separatim inueniuntur, & eadem tria pertinent ad vnam perfectam peccati speciem. Illius conclusionis D. S. primò ponit primam partem cum eius probatione, secundò secundam, ibi. Patet tamen, quòd hæc tria. Probatur prima pars, peccati in corde est inchoatio, & primus gradus. Secundus gradus autem peccati est in ore, sed tertius est consummatio in opere, igitur prima pars conclusionis vera. Patet consequentia, quia sicut positio fundamenti est species incompleta, & primus gradus ædificationis domus, similiter erectio parietum; sed introductio formæ totius est species completa; sic in proposito, quando peccatum cordis est sine alijs, est species vel magis gradus peccati imperfectus, peccatũ oris similiter imperfectus gradus, sed operis perfectus gradus.

¶ Nota tamen circa ista, quòd non videtur omnino simile de generationibus imperfectis animalis, & partialibus generationibus domus, & de illis tribus peccatis; quia termini specificantes has generationes habẽt distinctas species, licet inæquales, vt anima vegetatiua habet speciem distinctam ab anima sensitiua. Sed in proposito, quia illa tria prouenium ab eodem motiuo (etiam quando separantur) a quo habent speciem. Ideo sicut supra. q. 52. ar. 1. dictum fuit, quòd illa, quæ recipiunt speciem ex aliquo, ad quod ordinantur, possunt secundùm seipsa diuersificari in plus vel in minus, & nihilominus sunt eadem in specie propter vnitatem eius, ad quod ordinantur, vt fuit exemplificatum de motu; sic in proposito peccatũ cordis est in eadem specie morali quãdo solitariè fit cum peccato operis, & oris. Sed habet illam speciem imperfectè, & alia habent eandem speciem, sed perfectius, & solùm perfectũ operis completè, ita quòd sunt tres gradus in vna specie peccati, & tria peccata, quãdo separatim inueniũtur. Tria dico non specie morali distincta, sed tria materialiter, & numeraliter distincta habentia vnam speciem moralem secundũ magis, & minus propter maiorem, & minorem accessum ad specificans motiuum. Propius enim accedit ad vindictam, qui in opere eam exercet, quàm qui eam solo corde desiderat, vel etiã desideratam verbo manifestat. Et illa videtur mens D.S. cum dicit, & & sic patet, quod hæc tria differunt secundùm diuersos gradus peccati (supple eiusdem in specie morali) patet tamen, quòd hæc tria pertinent ad vnam perfectam peccati speciem, quæ videlicet species reperibilis est in tribus gradibus. Simile est autem exemplum D.S de generationibus imperfectis in hoc, quòd & ipsę nõ habent speciem completam, sed vltima tantùm in quam ordinãtur. Sic, & hoc solùm peccatum operis habet illam speciem completè. Sed hoc interest, vt patuit, quia alibi (scilicet in generationibus) sunt diuersæ species, hic autem diuersi gradus eiusdem speciei. Et videtur hæc D.S. innuisse cum dicit, quòd peccatum non diuiditur per hæc tria, sicut per diuersas species completas (& in hoc similitudo) sed secũdũ diuersos gradus peccati, scilicet eiusdem speciei, & ecce dissimilitudo. Deinde cum dicit.

¶ Patet tamen, quòd hæc tria pertinent ad vnam perfectam peccati speciem, cum ab eodem motiuo procedant. Iracundus enim ex hoc, quòd appetit vindictam, primò quidem perturbatur in corde, secundò in verba contumelioſa prorumpit, tertiò verò procedit vsque ad facta iniurioſa, & idem patet in luxuria, & in quolibet alio peccato.

¶ Annectit secundam partem conclusionis secundæ, quæ fuit. Et hæc tria pertinent ad vnam perfectam peccati speciem, quæ probatur sic, quæcunque ab eodem motiuo procedunt, pertinent ad eandem speciem peccati, sed ista tria procedunt ab vno motiuo finali, igitur pertinent ad vnam speciem. Maior patuit arti. 3. ad 6. & quòd plus est si sic ab eodẽ motiuo procedentia sunt subordinata, quando simul inueniuntur, pertinent ad vnum peccatum numero. Minor declaratur exemplariter. Iracũdus enim ex hoc, quòd appetit vindictam primò turbatur in corde, secundò in verba cõtumelioſa prorumpit, tertiò procedit vsq; ad facta iniurioſa, & idẽ patet in alijs. Quæ tria de plano ordinãtur ad vindictam habendam vt finem, ergo sunt eiusdem speciei moralis, & sic intelligitur conclusio de specie moris, non de specie naturę de qua constat, quòd distinguuntur.

¶ Nota autem, quia dictum est circa maiorem, ꝙ distinguuntur a seinuicem gradualiter in eadem specie, dum separatim inueniuntur, vt patet ad tertium. Dum autem simul concurrunt, scilicet respectu eiusdem obiecti, habent rationem vnius peccati, etiam secundùm numerum, moraliter loquendo, sicut supra q. 17. dictum fuit, quòd actus imperatus, & imperium habent rationem vnius actus moraliter, &c.

¶ De materialibus ar. vide in D.S. in secundo dist. 42. q. 2. arti. 2. vbi habet, quòd est quasi diuisio totius potestatiui, & secũdus includit primum. Habet quoque ibidem, ꝙ quamuis lingua sit exterius membrum, tamen inter alia est magis propinquum interiori actui secundùm quòd congruit locutioni, quia loquutio est signum interioris actus, Et ideo quẽdam gradum habet in processu peccati locutio, inter peccatum cogitationis, & operis.

¶ Nota, quòd in peccato cogitationis, vel cordis, intelligitur omne peccatum, quod in solo interiori actu consistit. Et ideo includitur etiam affectio sine qua nullum peccatum est, &c.

¶ Nota, quòd Scotus in secundo dist. 42. in quarta q. loquitur de ista diuisione, & dicit quòd Hieronymus non diuidit hic peccatum formaliter, nec subiectum peccati formalis, quia hoc est actus voluntatis, & non cogitatio, nec sermo nec opus exterius; nec etiam originale peccatum, quia illud solùm est in anima. Sed distinguit hic tantùm subiectum materiale peccati, & posset cõtineri illa diuisio peccati sub duplici mẽbro, scilicet quòd quoddam est peccatũ in actu interiori, quoddam consistit in actu exteriori, primo modo est peccatum cogitationis, secundo subdiuiditur, quia sic cõtinet locutionem. & operationem, quia locutio maximè conuenit homini vt est rationalis, & vt est homo, quia vt sic est communicatiuus, & sic circumloquimur actũ exteriorẽ per duo mẽbra Et debet intelligi diuisio positiuè, quo ad peccatũ cõmissionis, & negatiuè, quo ad peccatũ omissionis ī cogitatione, locutione, & opere. Hæc ille. Sed patet, ꝙ D.S. magis tribuerit huic diuisioni, & eã profundius penetrauit. Scotus enim deficit ab intentione. Hieronymi, reducẽdo locutionem, & opus in vnũ mẽbrũ. Nã intentionis Hieronymi est distinguere illa duo vt diuersos gradus peccati, in locutione enim manifestatur peccatum, in opere expletur, vt patet ad secundũ. Vnde esto non distinguãtur formaliter, qñ procedunt ab eodem motiuo, tñ distinguũtur ſm maiorem processum peccati eiusdem tãquam diuersi gradus, quare non est diuisio subiecti materialis peccati, sed magis modalis, & gradualis ipsius peccati, &c. Et hæc patent ex auctoritate B. Hierony. in argumẽto in contrarium adducta, quia distinguit ista tria in ratione delicti. Quare non est mens eius, quòd ista diuisio intelligatur de subiecto peccati, ut Scotus exponit, sed de peccato ipso, ut D.S. per arti. declarauit. Scotus

ARGV-

ARGVMENTVM in contrarium est pro iam dicta conclusione.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd omne peccatum cordis conuenit in ratione occulti, & secundum hoc ponitur vnus gradus; qui tamen per tres gradus distinguitur. s. cogitationes, delectationes, & cõsensus.—

¶ Placet maior, quæ est B. Aug. Sed dico, ꝙ peccatum cogitationis delectationis, & consensus conueniunt in ratione occulti, & sic cõstituunt vnum gradum hic positum. s. peccatum cordis. Gradum in quam quasi integratum ex tribus gradibus. Minor conceditur. Sed negatur consequentia, quia illi tres gradus cõtinentur sub vno gradu, quia omnes dicunt peccatum latens, & occultum, & ea ratione peccatũ cordis ponitur vnus gradus peccati. Vnde illi tres gradus quos B. Aug. ponit, subdiuidunt peccatum cordis tanquam communius, vel quasi totum integrale.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum oris, & operis conueniunt in manifestatione, & propter hoc a Greg.* sub vno computantur. Hiero.* autem distinguit ea, quia in peccato oris est manifestatio tantùm, & principaliter intenta; in peccato verò operis est principaliter expletio interioris conceptus cordis, sed manifestatio est ex consequenti; consuetudo verò, & desperatio sunt gradus consequentes post speciem perfectam peccati; sicut adolescentia, & iuuentus post perfectam hominis generationem.

* Greg. loco in arg. citato.
* Loco in arg. sed cõtra citato.

¶ Ad maiorem placet, quia dicit B. Gregorius, sed aliunde distinguit ipse gradus peccatorũ quattuor, quàm B. Hieronymus tres. Dico vltra, quòd Grego. sub secũdo comprehendit duos gradus hic positos, scilicet peccatum oris, & operis, ratione conuenientiæ in manifestatione, quia videlicet vtrumque manifestum est. Sed quia aliter se habent ad manifestationem, ideo B Hiero. distinguit. In peccato enim oris peccans intendit principaliter solùm manifestationem conceptus cordis, & affectionis In peccato verò operis principaliter intendit consummare, & explere affectum cordis. Ideo alia ratione Gregorius cõprehendit duos sub vno. Alia ratione Hiero. distinguit expresè vtrumque. Vltra. Tertius est, &c. Dico, quòd tertius, & quartus gradus positi a B. Grego. non pertinent ad speciem peccati, vel inchoatam vel cõpletam, sed consequuntur speciem perfectam peccati, quia post consummatum peccatum sequitur præsumptio vel desperatio, de quibus loquitur. Vltra, vbi non distinguit peccatum operis a peccato oris. Verum est, quia cõueniunt in manifestatione, licet aliter, & aliter ut dictum est. Et dico, quòd verum est, quia adduntur duo gradus, sed hi sequuntur speciem completam. Hiero. autem ponit solùm, quæ pertinent ad speciem, & non sequuntur. Quare negatur consequentia, quia vtraque diuisio est conueniẽs sed secundùm aliam considerationem, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd peccatum cordis, & oris non distinguuntur a peccato operis, quando simul cum eo coniunguntur; sed prout quodlibet horum per se inuenitur; sicut etiam pars motus non distinguitur a toto motu quãdo motus est continuus, sed solùm quando motus sistit in medio.

¶ Antecedens conceditur, scilicet quòd non potest esse peccatum in ore, vel in opere, nisi prius fiat in corde, quia actus exterior non habet rationem peccati nisi accedente consensu voluntatis, præuia deliberatione rationis. Nam aliàs non haberet rationem actus humani. Tamen potest esse peccatum cordis sine alijs, & peccatum oris, & cordis sine peccato operis, &c. Ergo ista peccata specie non differunt. Verum, quando simul coniunguntur, immo tunc habent rationem vnius peccati in numero. Cum quo stat, quòd distinguuntur vt diuersi gradus numero eiusdem peccati in specie, quando seorsum, & per se inueniuntur. Et sic intelligimus conclusionẽ vt dictum est, sicut voluntas iuncta exteriori actui est vnum peccatum, & voluntas sine actu, & cum actu postea, sunt duo peccata, ut patuit, &c.

Vtrum peccata diuersificentur specie, secundùm abundantiam, & defectum.

S Mal. q. 2. ar. 6. cor & q. 14. art 3.

AD octauum sic proceditur. Videtur, quòd superabundantia, & defectus non diuersificent species peccatorum. Superabundantia enim, & defectus differunt secundùm magis, & minus; sed magis, & minus non diuersificant speciem; ergo superabũdantia, & defectus non diuersificant speciem peccatorum.

¶ 2 Præterea. Sicut peccatum in agibilibus est ex hoc, ꝙ recedit a rectitudine rationis, ita falsitas in speculatiuis est ex hoc, quòd receditur a veritate rei; sed nõ diuersificatur species falsitatis ex hoc, quòd aliquis dicit plus vel minus esse, quàm sit in re; ergo etiam non diuersificantur species peccati ex hoc, quòd recedit a rectitudine rationis in plus vel minus.

¶ 3 Præterea. Ex duabus speciebus nõ constituitur vna species ut Porphy. dicit.* sed superabundantia, & defectus vniuntur in vno peccato, sunt enim simul quidam illiberales, & prodigi, quorum duorum illiberalitas est peccatum secundùm defectum, prodigalitas autem superabundantiam; ergo superabundantia, & defectus non diuersificant speciem peccatorum.

* Arist. in 1. Meth. text. 37.

¶ Sed contra, contraria differunt secũdùm speciem, nam contrarietas est differentia secundùm formam, vt dicitur in 10. Metaphy.* sed vitia, quæ differunt secundùm abundantiam, & defectum sunt contraria; sicut illiberalitas prodigalitati, ergo differunt secundũ speciẽ.

* Arist. text. 13. & 14. 3.

¶ Hic quærit de quadam alia diuisione peccatorum, quæ est secundum superabundantiam, & defectum, sicut diuiduntur extrema virtutis, vt prodigalitas, & auaritia, vel intemperantia, & insensibilitas, vel audacia, & timiditas. Quærit ergo, an talis diuisio sit secundùm diuersas species. Et est ratio dubitationis, quia cũ tam abundantia, quàm defectus sit contra rectitudinem, & medium obseruatum vnius virtutis, posset videri, quòd non facerẽt distincta peccata secundùm speciem.

¶ Respondeo dicendum, quòd cum in peccato sint duo, scilicet ipse actus, & inordinatio eius prout recedit ab ordine rationis, & legis Diuinæ; species peccati attenditur non ex parte inordinationis, quæ est præter intentionem peccantis, vt supra dictum est.* sed magis ex parte ipsius actus, secundũ quòd terminatur ad obiectum, in quod fertur intentio peccantis; & ideo vbicũque occurrit diuersum motiuum inclinans intentionẽ ad peccandum, ibi est diuersa species peccati.—

* Art. 1. in 2. q.

Dub. 73.

¶ D. S. breuiter respondet per vnam conclusionem satisfacientem, & quæsito, & quærenti talem. Huiusmodi peccata, scilicet quorum unum est in abundantia, & excessu medij virtutis, aliud in defectu, non solùm differunt specie, sed etiam sunt sibijnuicẽ contraria; probatur, vb cunq; occurrit diuersum motiuum obiectale, & finale propinquum, inclinans intentionem ad peccandũ ibi est diuersa species peccati. Et si motiuũ sit contrarium, est cõtrarium peccatum, sed diuersum est motiuum ad peccandum in peccatis, quæ sunt secundùm superabundantiam, & in peccatis, quæ sunt secundùm defectum, quinimmo sunt contraria motiua; igitur conclusio vera D. S primò ponit maiorẽ, secundò minorem cum conclusione, ibi. Manifestum est autem, &c. Maiorẽ ergo ꝓbat quasi per viam diuisionis sufficientis; in peccato sunt duo. s. ipse actus, & inordinatio eius prout recedit ab ordine rationis, & legis Diuinæ; sed species peccati nõ attenditur ex parte inordinationis, vt patuit ar. primo, quia præter intentionẽ peccantis, sed ex parte ipsius actus ſm ꝙ terminatur in obiectum in qđ fertur intentio peccantis; ergo sequitur maior, ꝙ vbicũq; &c. quia sicut se habet obiectum ad actum, ita vnũ obiectũ ad vnum actum, & plura ac diuersa ad pluresi sed obiectũ motiuũ dat speciem; igitur vnũ obiectum vnam speciẽ, & plura plures species, & contraria contrarias species. ¶ Nota primò circa istã maiorẽ verba D. S. ꝙ clarè loquitur de motiuo obiectali, quod tenet se ex parte actus, & non de causa motiua effectiua ex parte agẽtis, quæ impellit, & disponit, vt talem vel talem actum circa determinatum obiectum intendat. ¶ Nota secundò circa istius maioris probationem, ꝙ species peccati sumitur ex obiecto in quod fertur intentio peccantis non solum prosequendo obiectum, sed etiã fugiendo, vt patebit, ꝙ motiuũ insensibilitatis, cuius est horrere, & fugere delectationes debitas, sunt delectationes vt habitæ odio, & abbominabiles in sensibili.

¶ Nota tertiò, quòd peccatum consistens in abundantia, habet quidem aliam inordinationem, quàm consistens in defectu, & aliter bono rationis, & medio virtutis repugnat; quia autem semper loquimur de peccato ut actus humanus est, qui vt sic per se respicit obiectum; ideo talia peccata sortiuntur speciem penes obiecta, quæ contraria sunt in proposito; ideo talia distinguũtur specie vt actus humani, & tñ etiam vt peccata formaliter, qa diuersæ sunt inordinationes consequentes diuersa obiecta, quẽadmodum in ar. 5. dictum fuit de veniali, & mortali, ꝙ aliquãdo consequuntur speciem, & per se obiecta. Tamẽ D. S. ea distinguit potius ex motiuo, quàm ex inordinatione, quia motiuum habet se per se, non inordinatio. Et secundò, quia inordinatio consequitur motiuum, non econtra. Consequenter cum dicit,

¶ Manifestum

¶ Manifestum est autem, quòd non est idem motiuũ ad peccandum in peccatis quę sunt secũdùm superabũdantiam, & in peccatis quæ sunt secundùm defectum; quinimmo sunt contraria motiua, sicut motiuũ in peccato intemperãtię est amor delectationum corporaliũ, motiuum autem in peccato insensibilitatis est odium earum; vnde huiusmodi peccata non solùm differunt specie, sed etiam sunt sibi inuicem contraria.—

¶ Ponit minorem quam declarat exemplariter. Motiuũ peccati intemperantiæ est amor delectationum corporalium, idest ipsę delectationes corporales amatę, & desideratę, inordinatè, tñ. Motiuum verò in peccato insensibilitatis, est odium earum, idest ipsę abhominabiles existentes faciunt fugam, & detestationem sui. Sed constat, quòd delectationes amatę, & habitæ odio sunt vt sic contraria motiua, quia vt amatæ mouent ad prosequutionem vt odiosæ ad fugam. Similiter posset ostẽdi in alijs, quia motiuũ illiberalitatis, siue auaritiæ, sunt pecuniæ amatæ, & habitæ in ꝓcio, motiuũ verò prodigalitatis, sunt pecuniæ vt non curatæ, &c. In quo autem consistat peccatum insensibilitatis, patet secunda secundæ. q. 142. artic. 1. quia in fuga, & declinatione delectationũ necessariarum ad conseruationem naturæ tanquam per se malarum; vbi patet, quòd motiuum insensibilitatis est contrarium motiuo intemperantiæ, quia obiectum eius est malũ vt sic, alterius vt bonum, quæ, clarum est, cõtrariari. Insensibilis igitur mouetur ad fugiendas delectationes, & intendit eas deuitare, quia malæ, quare dictum est, quòd obiectum motiuum non solùm dicitur mouens ad prosecutionem, sed etiam ad fugam.

ARGVM. in contrarium est confirmatiuum conclusionis.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd magis, & minus & si non sint causa diuersitatis speciei, consequuntur tamen quandoque species differentes prout proueniunt ex diuersis formis, sicut si dicatur, quòd ignis est leuior aere, vnde Philos. dicit in 8. Ethi.* ꝙ qui posuerunt nõ esse diuersas species amicitiarum propter hoc, ꝙ dicũtur secundùm magis, & minus, non sufficienti credideruntsigno; & hoc modo superexcedere rationem vel deficere ab ea, pertinet ad diuersa peccata secundũ speciem, inquantum consequuntur diuersa motiua.—

Dub. 648.

* Arist. ca. 1. to. 5.

¶ Ad maiorem, vera, quòd superabundantia, & defectus differunt secũdùm magis, & minus, sed sumpta a diuersis formis, vel renentibus locum formarum, scilicet a diuersis motiuis. Ad minorem dico dupliciter, primò post D. S. prima parte. q. 50. ar. 4. ad secundum. Magis, & minus, quæ accipiuntur secundùm intẽsionem, & remissionem eiusdem formæ, non diuersificant speciem; sed negatur minor, quando magis, & minus causantur ex diuersis formis diuersorum graduum, sicut ignis est perfectior, & magis ens aere. Secundò dico, quòd & si magis, & minus, scilicet accidentalia non diuersificent speciem, consequuntur tamen quãdoq; species differentes, & ea, quæ species diuersificant; qa cõsequuntur formas diuersas, vel quasi formas, sicut leuitas ignis, & aeris non diuersificant naturas, sed cõsequuntur diuersas formas species diuersificantes. Sic in proposito magis, idest excessus sup medio rationis, & defectus ab eodẽ, consequũtur diuersa motiua quæ tenent locũ formarũ, inquantũ dant speciẽ actibus humanis; Et ꝙ magis, & minus non semper in vna specie reperiantur, ostendit D. S. ex Philos. in 8 Ethi. qui reprehendit errorẽ aliquorũ dicẽtiũ tñ esse vnã spẽm amicitiæ, qa amicitiæ sunt cõparabiles ſm magis, & minus. Dicimus. n. ꝙ amicitia honesti melior est, quàm amicitia vtilis. Illa autẽ, q̃ differũt specie, nõ differunt ſm magis, & minus Sed dicit Philos. ꝙ sic dicẽtes, nõ crediderũt sufficiẽti signo, nã diuersa specie recipiũt magis, & minus. Et exẽ plificat D. S. ibidẽ sicut actus est melior potentia, & substãtia accidente. Patet igitur, ꝙ minor est falsa vniuersaliter intellecta.

Magis & minus an diuersificẽt speciem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd intentio peccantis non est vt recedat a ratione; & ideo non efficitur eiusdem rationis peccatum superabundantiæ, & defectus propter recessum ab eadem rationis rectitudine; sed quandoque ille, qui dicit falsum intendit veritatem occultare, vnde quantum ad hoc non refert vtrum dicat vel plus, vel minus si tamen recedere a veritate sit præter intentionem, tunc manifestum est, quòd ex diuersis causis aliquis mouetur ad dicẽdum plus vel minus, & secundum hoc diuersa est ratio falsitatis, sicut patet de iactatore, qui superexcedit dicendo falsum quærens gloriam, & de deceptore, qui diminuit euadens debiti solutionem; vnde & quędam falsæ opiniones sunt sibiinuicem contrariæ.—

¶ Maior qdẽ vera. tñ dico, ꝙ in moralibus recessus a rectitudine rõnis nunquã est intentus, tñ recessus a ueritate, quandoque potest esse intẽtus. Sicut qs ex ꝓposito, & intẽtione vult occultare veritatẽ. Et dico secũdò, ꝙ qñ aliquis nõ intendit aliqd in moralibus, tunc ab eo nõ accipitur spẽs peccati, sed solũ ab intento, Et si diuersa intẽta sequuntur magis, & minus, tũc sunt in diuersis speciebus. Qñ autẽ recessus a rõne est intentus magis, & minus non variant spẽm, quia sunt in vno specificante, & motiuo.

¶ Ad minorẽ dupliciter, primò exponẽdo eã, vera est, qñ aliquis dr plus vel minus recedere a rõne, ita ꝙ illũ recessum intẽdat, tũc nõ variatur spẽs. Si aũt nõ intẽdat recedere a veritate, sed mentiatur ꝓp aliquod aliud motiuũ, ad qđ sequitur recessus a veritate in magis vel minus, negatur minor, sicut patet, ꝙ iactãtia, & ironia, quæ opponuntur veritati tanquam extrema, & sunt species mendacij distinctæ, quia consurgunt ex diuersis motiuis; ratione vnius qs dicit plus, quàm res habeat. s. iactator, qui motus ex gloria dicit plus, quàm in re sit. Iron autẽ qui mouetur ex lucro, & aſo decipiendi ꝓximũ, dicit minus, sicut emens dicit rẽ non tñ valere quantũ valet, vt decipiat illũ, & lucretur. Et cõstat apud Philos. 4. Ethi. ꝙ ironia, & iactantia sunt diuersæ spẽs oppositæ veritati. Ad ꝓpositũ autẽ dico, ꝙ superabũdantia, & defectus qui dicunt recessum a rectitudine rõnis in magis vel minus non sunt intenta, sed consequuntur diuersa motiua specie distincta, igitur nõ sequitur intentũ argumenti. Bene volo, ꝙ si cũ eodem motiuo qs intẽderet plus, & minus ꝓcedere a rectitudine rõnis, ꝙ spẽs non variaretur, sed sic nõ est in proposito. Et hæc solutio minoris vadit ad falsitatẽ eius in magis, & minus in moralibus.

¶ Secundò dr respondendo directè ad minorẽ subsumptã sub maiore, negãdo eã in speculatiuis, quia qñ quis dicit plus, quàm est in re, & falsè, & alius dicit minus, quàm est in re etiã falsè, ibi sunt duæ opiniones mentales contrariæ, vt patet 2. Periherme, & prima par. q. 17. ar. 6. Sed contraria semper distinguuntur specie, quare minor est vniuersaliter falsa, qa etiã in speculatiuis dãtur contrariæ falsitates, & per cõsequẽs specie distinctæ. Nota, ꝙ circa verba D. S. in solutione posset esse dubiũ, qũo iactator recedat a veritate ꝓter intentionẽ, cũ tñ iactantia sit spẽs mendacij de cuius rõne est voluntarie ire contra mentẽ. ¶ Ad hoc potest breuiter dici nũc, qa ista ptinet ad secundã secundæ. q. 110. & q. 112. & q. 113. Et ad quartũ Ethi. ꝙ iactãtia fit multis modis. Vno modo ex habitu, qui facit iactatorẽ delectari in recessũ a veritate, & ipsum ꝓp se intendere, & tũc talis recessus est intentus, non solùm ex natura, & genere actus, sed etiã ex parte agentis. Sed alio modo aliquis se iactat, non qa de per se quærat excessum in magis a veritate, sed ꝓp aliquod motiuũ, & tũc quãuis iactantia vt mẽdaciũ est, habeat rationẽ fallẽdi, vel saltẽ intentionẽ asserẽdi falsum ex genere actus, non tñ intenditur ab ipso agente, sed ꝓpria gloria intenditur ab iactatore, & aliquid aliud ab irone. Et non oportet, ꝙ omne mẽdaciũ ex parte agẽtis fiat ꝓp fallere vel recedere a veritate, esto ex genere actus hoc habeat, vt patet de mendacio iocoso. Sic ergo ſtat, quod D. S. dicit, ꝙ iactator possit non intendere recessum a ueritate nec iron, sed aliqua alia motiua ad quæ sequitur recessus in magis vel minus a ueritate, & tales recessus differunt specie, sicut in proposito fit &c. Non autem dicit D. S. ꝙ iactantia, & ironia sint sine recessu in magis vel minus a veritate. An autem recessus in plus vel minus sit grauior moraliter loquendo. i. magis peccatum, de hoc secunda secundæ. Ex his igitur habetur, ꝙ recedere in plus vel minus a veritate vt sic, non habet diuersitatẽ specificam, præsertim in moralibus; sed recedere a veritate in plus vel in minus propter diuersa motiua, vt est in ironia, & iactantia sic distinguuntur. Patent hæc ex solutione D. S. quia si quis ex intentione ex vno motiuo diceret contra veritatem, & in plus, & in minus, tunc non variatur species, puta vt occultaret veritatem, si autem sunt diuersa motiua, secus vt patuit, &c. Quandoque tamen contingit, quòd aliquis exercendo ironiam etiam se iacter, sed tamen secundùm diuersa, &c.

Dubitatio.

Responsio

Iactantia* multis modis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd prodigus, & illiberalis potest esse aliquis secundum diuersa; vt scilicet sit aliquis illiberalis in accipiendo, quæ non debet, & prodigus in dando, quæ non debet; nihil autem prohibet cõtraria inesse eidem secundùm diuersa.—

¶ Maior vera, de cõstitutione formali, & accipiendo spẽm in esse specifico, sic ex duabus speciebus non constituitur una spẽs, quamuis vt Porphy. ibidẽ habet, ex duobus indiuiduis duarũ specierũ constituatur effectiuè, & per viã generationis indiuiduum tertię spẽi, sicut patet de equa, & asina, & mulo, &c. Loquitur cm Porphy. ponẽdo diuersitatẽ inter spẽm, & differentiã quarũ plures cõcurrũt ad cõstitutionẽ formalẽ, & logicã vnius spẽi. Minor vt iacet negatur. s. ꝙ superabũdantia, & defectus vniantur in vno peccato, nec hoc probatur. Sed concedo, ꝙ contraria vitia cõueniant vni hoĩ, & tñ ſm diuersa. s. ex parte vitiorum. Sunt enim quidam prodigi in excedendo in datione, & sunt illiberales. uel auari excedendo in recipiendo, & hæc duo non sunt vt sic opposita immo ad se consequuntur. Ex hoc enim, ꝙ aliquis indebitè, & excessiuè dat, quod est prodigalitatis, deficiunt sibi bona sua, & per

Idẽ potest esse prodigus, & auarus.

& per consequens cogitur indebitè recipere, quod est illiberalitatis. Sed impossibile est, ꝙ aliquis sit prodigus, & illiberalis ſm idem, sic ꝙ excedat in dando, & deficiat in dando, vel excedat in retinendo, & deficiat in retinendo; sed vt dictum est potest excedere dando, quod est prodigalitatis, & excedere in recipiendo, quod est auaritiæ. Oportet enim scire circa hoc, ꝙ prodigalitatis est excedere in dando, & deficere in retinendo, & acquirēdo. Auaritiæ autē è contrario est deficere in dando, super abūdare autem in accipiendo, & in retinendo. Qui ergo est prodigus in excessu dationis, non est auarus ſm defectum dationis, quia vt sic opponuntur; sed tñ potest esse auarus ſm aliud, quod est ēt auaritiæ. ſ. excedere in recipiendo. Et de his 2. 2. q. 119. ar. 1. Et ꝓ hæc habetur intellectus solutionis in littera. Auaritia enim, & prodigalitas opponuntur secundùm id, quod præcipuum est in eis. ſ. secundùm dationem. Non autē opponuntur ſm inordinatā & excessiuam dationem, & excessiuam receptionem; immo aliqui intendentes excessiuè recipere, & per hoc auari ex hoc mouentur ad excessiuam dationem, quod est prodigalitatis, &c. Videtur tñ auaritia ſpecie distincta, quæ est in defectu dationis ab ea, quæ est in excessu receptionis, vt patet in de Malo. Mate. 18. ar. 3. Et est ad hoc argumentum, quia aliqui deficiunt in dando, qui tñ non superexcedunt in recipiendo, vt patet 4. Ethicorum.

Vtrum vitia, & peccata diuersificentur ſpecie ſecundùm diuersas circunſtantias.

T 2. 2. q. 53. ar. 2. ad 3. & q. 92. ar. 2. co Et q. 148. ar. 4. ar. 2. & & 3. di. 36. ar. 5. E: Ma. q. 2. ar. 6 &. q. 14. art. 3.

A Dnonum sic proceditur. Videtur, quòd vitia, & peccata diuersificentur ſpecie ſecundum diuersas circunſtantias, quia ut dicit Diony. 4. capitulo de Diui. no. malum contingit ex singularibus defectibus; singulares autem defectus sunt corruptiones singularium circunſtantiarum; ergo ex singulis circunſtantijs corruptis singulę ſpecies peccatorum consequuntur.

¶ 2 Præterea. Peccata sunt quidam actus humani, ſed actus humani interdum accipiunt ſpeciem à circūſtantijs, vt ſupra habitū est.* ergo peccata differunt ſpecie ſecundùm ꝙ diuersæ circunſtantiæ corrumpuntur.

*q. 18. ar. 10

¶ 3 Præt. Diuersæ ſpēs gulæ assignantur ſm particulas, quæ in hoc versiculo cōtinentur. Præpropere, laute, nimis, ardenter, ſtudioſe, hæc autem pertinent ad diuersas circunſtantias, nam præpropere est antequàm oportet, nimis plus; quā oportet, & idem patet in alijs ergo ſpēs peccati diuersificātur ſecūdū diuersas circūſtātias.

* Ariſt. lib. 3. ca. 7. Et * Ariſt. lib. 4. c. 1. to. 5.

¶ Sed contra est, quod Philoſophus dicit in 3.* & 4. Ethicorum,* quòd ſingula vitia peccant agendo plus, quàm oportet, & quādo non oportet, & ſimiliter ſecundùm omnes alias circunſtantias; non ergo ſecundū hoc diuersificantur peccatorum ſpecies.

¶ Quærit hic de alio diſtinctiuo peccatorū. ſ. de circunſtantia. An videlicet diuersificentur ex circunſtantijs ſecundùm ſpeciem, vt furtum in quo corrumpuntur multæ circunſtantię, ſit alterius ſpeciei a furto, vbi non tot corrūpūtur, ſimiliter de auaritia, &c.

* Ar. pęrce. Dub. 991.

¶ Reſpondeo dicēdum, quòd ſicut dictum est.* vbi occurrit aliud motiuū [d] ad peccandū, ibi est alia peccati ſpecies, quia motiuū ad peccādū est finis, & obiectū.—

¶ In hoc art. D. S. reſpondet diſtinctè per talem concluſionem. Vitia, & peccata ſecundùm corruptiones aliquarum circunſtantiarum non diuersificantur, ſed tales corruptiones pertinent ad vnam, & eandem ſpeciem peccati; corruptiones verò aliquarum circunſtantiarum diuersarum inducunt diuersas ſpecies peccati. Illam concluſionem D. S. manifeſtat tali ratione. Vbicūq; occurrit aliud motiuum. ſ. obiectale, & finale propinquum, ad peccandum, ibi est alia ſpecies peccati. Sed aliquando in corruptionibus diuersarum circunſtantiarum est idem motiuum. Quandoq; verò contingit, ꝙ corruptiones diuersarum circunſtantiarum proueniunt a diuersis motiuis; igitur diuersitas primarū non diuerſificat ſpecies peccati, ſed ſecundarum. Circa iſtam rationem D. S. primò ponit & ꝓbat maiorē, ſecūdò minorē cū cōcluſione, ibi. Cōtingit aūt. Maiorē ꝓbat, q̄uis ſępius habita sit, Finis, & obiectū diuersificant ſpeciem peccati, & vbicūque est aliud obiectum, & finis, est & alia ſpecies peccati; igitur maior vera. Tenet cōſequētia, quia motiuum est finis, & obiectum (vbi patet) quod ar. ſexto dicebatur, quòd D. S. intelligendus est de motiuo finali, & obiectali ex natura actus ſcilicet, & non ex præſtitutione agentis, ꝙa videlicet actus peccati vel virtutis habet ſpeciem propriā ex motiuo, ex quo ex natura ſua procedit, &c. Deinde ibi.

¶ Contingit autem quandoque, quòd in corruptionibus diuersarum circunſtantiarum est idem motiuum ſicut illiberalis ab eodem mouetur, quòd accipiat quādo non oportet, & vbi non oportet, & plus, quàm oportet, & ſimiliter de alijs circunſtantijs; hoc enim facit ꝓpter inordinatum appetitum pecuniæ congregandæ, & in talibus diuersarum circunſtantiarum corruptiones non diuersificant ſpecies peccatorum, ſed pertinent ad vnam, & eandem peccati ſpeciem.

¶ D. S. probat exemplariter minorem, & primò quo ad primā partem, ſubdens concluſionis primam partem, ſecundò quo ad ſecundam partem ſimul annectens ſecundam partem cōcluſionis, ibi. Quandoq; verò. Declaratur ergo prima pars minoris de illiberali, & auaro, qui ex eodem motiuo prætermittit, & corripit multas circunſtantias, ſicut auarus ex amata pecunia & deſiderata, mouetur ad nō dandum vbi oportet, & quando & cui, vel quòd accipiet vbi nō oportet, &c. ¶ Nota autem circa hoc, quòd notanter dicit D. S. quando circunſtantiæ procedunt ex motiuo, tunc non diuersificant ſpeciem peccati, quia ſi accipiuntur ipſę ratione motiui, & obiecti ſaltem interioris actus, vel in ratione conditionis principalis obiecti, tunc poſſunt diuersificare ſpeciē peccati, ſicut tollere rem alienā de loco ſacro est ſpeciale peccatum diſtinctum a ſimplici furto, ſicut ſpecies a genere. Et tollere rem alienam tempore ſacro est ſpecies diſparata a furto, inquātum tempus ſacrum conſideratur ut obiectum actus interioris, qui est contemptus tēporis ſacri, & hoc ſecūdùm aliquos, de quo infra q. 73. ar. 7. Similiter ſi aliquis mœchetur vt furetur vel è cōtra, tunc finis, qui est circunſtantia reſpectu actus interioris ſecūdùm ſe, accipitur vt obiectum actus interioris, & ſic trahit in aliā ſpeciem. Quare notanter dictum est, quando procedunt ab eodem motiuo, & ſupple manent in ratione circunſtantiarum. Conſequenter cum dicit.

¶ Quandoque verò contingit, quòd corruptiones diuerſarum circunſtantiarum proueniunt a diuerſis motiuis, puta, quòd aliquis præpropere comedat, potest ꝓuenire ex hoc, quòd homo non potest ferre dilationem cibi propter facilem cōſumptionem humiditatis; quòd verò appetat immoderatum cibum, potest contingere propter virtutem naturæ potentem ad conuertendum multum cibum; quòd autem aliquis appetat cibos delitioſos, contingit propter appetitum delectationis, quę est in cibo; vnde in talibus; diuerſarū circūſtātiarū corruptiones inducunt diuerſas peccati ſpecies.

¶ Ponit, & probat ſecundā partem minoris annectens aliam partem concluſionis ſibi correſpondentē, & deducitur ergo illa pars exēplariter de ſpeciebus gulæ, quæ diſtinguuntur ſpecie ſm diuerſas circunſtātias, quæ vt D. S. habet 2. 2. q. 148. art. 4. Iſidorus comprehendit ſub quid, quantum, qūo, q̄n quæ iuxta ſupra dicta. q. 7. d. cunt diuerſas circunſtantias, quas circunſtantias etiā Gregorius ponit ſub alijs verbis, quæ innuuntur in hoc verſu. Præpropere laute, nimis, ardēter, ſtudioſe. ¶ Vbi nota pro intellectu, ꝙ gula, & ſpecies eius cōſiſtunt in inordinata cōcupiſcentia cibi non autem de per ſe in inordinata ſumptione, niſi inquantū ꝓcedit ex inordinata concupiſcentia. Potest igitur illa concupiſcētia eſſe inordinata, quia concupiſcit cibum præcioſiorem ex natura cibi, quàm eū, & ſtatum ſuū deceat, & per conſequens corrūpit circunſtantiam quid, qui non concupiſcit cibum quē deberet concupiſcere, ſicut ruſticus debet concupiſcere cibos ruſticanos, & non carnes ceruinas, & perdicum, &c. Sed prętermiſſio huius circunſtantię prouenit ex vno ſpeciali motiuo, quia cupit carnes præcioſas, & ex conditione naturali delicioſas, & delectabiles. Illa ergo ſubſtātia rei concupitæ est motiuum ratione cuius trāſgreditur. Sed alius est inordinatè concupiſcens, quia deſiderat cibum inordinatè ratione qualitatis, quia accuratè præparatum, & delectabiliorem, quàm oporteat ratione condimentorū. Eſto cibus in ſubſtantia nō ſit prętioſus, ibi igitur est corruptio alterius circunſtantiæ. ſ. qualis, & ſtudioſè, quam tñ Iſidorus comprehendit ſub quid, ſed prouenit ex alio motiuo. ſ. delicacitate, & delectatione concupita in condimento cibi, quæ est aliud motiuum. Similiter de alijs. ſ. quādo vel præpropere, vt aliquis habet inordinatam concupiſcentiā ratione temꝑoris, quia concupiſcit comedere cibum in tpe incongruo, & nimis mane, ibi prætermittitur alia circunſtantia, ſed & est aliud motiuum, quia ad ſatisfaciendum ſtomacho murmuranti, quia ꝓp caliditatem non equaciter fert dilationem cibi, ipſe mouetur ad tranſgreſſionē alterius circunſtantiæ. Similiter tranſgreditur quis circumſtantiam quantum, concupiſcendo inordinatum cibum in quantitate, ſed ad illius tranſgreſſionem mouetur ex alio motiuo. ſ. propter for titudinem naturæ quam putat requirere tm̄ cibum cum tñ nō tm̄ poſtulat. Patet igitur ex his, intellectus ſecundæ partis, & minoris, & eorum, quæ D. S. pro eius declaratione exemplificando poꝛis, & eorum, quæ D. S. pro eius declaratione exemplificando nit, quæ in ſententia inueniesſupra in ſecunda ſecundæ, & in de Malo. Ma. 14. arti. 3. Corrumpuntur igitur diuerſæ circunſtantiæ in gulæ ſpeciebus, ſed corruptiones hæ diuerſæ ſequūtur diuerſa motiua

Gulæ ſpēs quomodo diuerſifica-tur.

motiua finalia, & obiectalia, quare ſicut abundantia, & defectus, non vt ſic, ſed quia ſequuntur diuerſa motiua, diuerſificant ſpecies, vt patuit artic. 8. ita & in propoſito reſolutoriè dicendum est, ꝙ diuerſitas circunſtantiarum, vt ſic, non variat ſpeciem, ſed vt ſequitur diuerſitatem motiui, & propriè loquendo iuxta dicta in artic. 5. Diuerſitas circunſtantiarum, non variat, ſed per ſe variantia ſpeciem peccati. ſ. motiua cōſequitur. Sicut venialitas, & mortalitas quandoq; diuerſificant ſpeciem venialis, & mortalis. Et hoc D. S. videtur innuiſſe, cum dixit in fine. Vnde in talibus diuerſarum circunſtantiarum corruptiones inducunt diuerſas ſpecies peccati. (Notanter inducunt) non conſtituunt, vel cauſant, ſed arguitiuè, & concomitanter, vel magis conſequuntur, quia ſequuntur diuerſificantia ſpeciem; ideo inducunt, & indicant ſicut effectus diſtinguentium, præſertim, quia circunſtantiarum corruptio non est de intentione peccantis, ideo non dat ſpeciem, nec per conſequens per ſe diuerſificat; ſed quandoque ſequitur diuerſificans per ſe, ſcilicet motiuum.

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima parte concluſionis.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ malum inquantum huiuſmodi, priuatio est, & ideo diuerſificatur ſpecie ſecundùm ea, quæ priuantur, ſicut & cæteræ priuationes; ſed peccatum non ſortitur ſpeciem ex parte priuationis, vel auerſionis, vt ſup. dictum est;* ſed ex conuerſione ad obiectum actus.

* Art. 1. huius quæſt.

¶ Maior est vera, quòd malum contingit ex ſingularibus defectibus. Sed dico iuxta ſup. dicta artic. primo, ad ſecundum. quòd peccatum dicit actum humanum malum, qui non capit ſpeciem ex malo, & defectu, ſed ex obiecto, & motiuo. Concedo minorem etiam, quòd ſecundùm corruptiones ſingularium circunſtantiarum ſunt ſingulares, & plures defectus, quia priuatio multiplicatur ſecundùm multitudinem boni oppoſiti, & priuati. Vnde dico, quòd quādo deficiunt plures circunſtantiæ debitæ, quòd ſunt multa mala formaliter, ſed non dant ſpeciem. Et cum multis malitijs accidentalibus ſtat vna eſſentialis. Negatur conſequentia, quòd ergo multæ ſpecies, quia ſpecies est ex motiuo vno in ſpecie, cum cuius vnitate ſtat pluralitas defectuum accidentalium, qui ſunt ex corruptione circunſtantiarum. Vnde ſicut in naturalibus cum vnitate eſſentiali, ſtat varietas accidentium naturalium, & innaturalium, ita in moralibus cum vnitate ſpecifica malitiæ, vel bonitatis eſſentialiter, ſtat pluralitas accidentalium malitiarum. Illa poſſunt haberi ex ſupra dictis, quæſt. 18. In propoſito D. S. negat conſequentiam, quia eſto ſunt multa mala propter corruptionem multarum circunſtantiarum; non tamen ſequitur ꝙ ergo multæ ſpecies, quia vt ſępius dictum est, peccatum acceptum pro actu voluntario non habet ſpeciem ex defectu.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd circunſtantia nunquam transfert actum in aliam ſpeciem, niſi quando est aliud motiuum.

¶ Maior vera, quòd peccata ſunt quidam actus humani.

¶ Ad minorem, actus humani interdum accipiunt ſpeciem à circunſtantijs ad ſenſum ſupra dictum, quæſt. 18 articu. decimo. inquantum videlicet trahuntur in conditionem per ſe obiecti. Vel iterum vt habet Doctor Sanctus in de Malo, Mate. 2. artic. 6. inquantum accipiuntur vt obiectum actus circunſtantis actum exteriorem, cuius etiam ſunt per ſe obiectum, & ſic ergo non dant ſpeciem, niſi vt habent rationem obiecti, vel rationis, vel actus aliquo modo. Quare negatur conſequentia, quia non ſemper habent rationem obiecti, nec pertinent ad diuerſa motiua diuerſæ circunſtantiæ, ſed quandoque ad vnum, vt patuit. Sed benè probat ſecundam partem concluſionis, quòd aliquando inducunt, & conſequuntur diuerſam ſpeciem, magis quàm conſtituant.

¶ Nota igitur, ꝙ circunſtantia quando trahitur in motiuum, & conditionem obiecti, tunc per ſe diuerſificat. Sed in propoſito tunc corruptio plurium circunſtantiarum non diuerſificat, ſed ſequitur diuerſificantia. Vnde Doc. Sanc. breuiter ſe abſoluit dicendo, quòd non variat, vel conſtituit ſpeciem, ſcilicet actus, niſi propter aliud motiuum; ita ꝙ ipſa ſit aliquid motiui, vel ipſum conſequatur, &c.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in diuerſis ſpeciebus gulę diuerſa ſunt motiua, ſicut dictum est.*

* In corpo. artic.

¶ Concedo, quòd diuerſæ ſpecies gulæ aſſignantur ſecundùm particulas contentas in hoc verſiculo, prępropere, &c. Et dico, ꝙ hoc non est præcisè ratione circunſtantiarum diuerſarum; quæ tanguntur, ſed aliunde, videlicet ratione diuerſorum motiuorum, quæ illæ diuerſæ corruptiones conſequuntur. Negatur igitur conſequentia, quia non ſecundùm circunſtantias diuerſificantur; ſed diuerſæ circunſtantiæ inducuntur à poſteriori, & indicant diuerſas ſpecies propter diuerſa motiua, quæ conſequuntur, vt dictum est. Vide ſup. q. 18. art. 3. & 5.

¶ Iuxta ordinem ſtatutum in q. 71. hic poſt determinationem de diſtinctione, agit de comparatione peccatorum adinuicem, & principaliter duo facit. Primò comparantur quo ad connexionē, Secundò quo ad quantitatem, ſecundum in art. 2. vſq; finem.

Quæſtio Septuageſimatertia.

De comparatione peccatorum.

Deeinde conſiderandum est de comparatione peccatorum adinuicem, & circa hoc quæruntur decem. Primò, vtrum omnia peccata, & vitia ſint connexa. Secundò, vtrum omnia ſint paria. Tertiò, vtrum grauitas peccatorum attendatur ſecundùm obiecta. Quartò, vtrum ſecundùm dignitatem virtutū, quibus peccata opponuntur. Quintò, vtrum peccata carnalia ſint grauiora, quàm ſpiritualia. Sextò, vtrum ſecundùm cauſas peccatorum attendatur grauitas peccatorum. Septimò, vtrū ſecundùm circunſtantias. Octauò, vtrum ſecundùm quantitatem nocumenti. Nonò, vtrum ſecundùm conditionem perſonæ in qua peccatur. Decimò, vtrum propter magnitudinem perſonæ peccantis aggrauetur peccatum.

Vtrum omnia peccata, & vitia ſint connexa.

A 3. q. 86. ar. 3. Et 3. di. 36. art. 5. Et 4. diſt. 15. q. 1. artic. 3. q. 1. cor. & diſt. 16. q. 2. ar. 1. q. 2. cor. Et diſ. 18. q. 2. arti. 5. q. 5. ad 1.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd omnia peccata ſint connexa. Dicitur enim Iacob. 2. Quicunque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus; ſed idem est eſſe reum omnium mandatorum legis, quod habere omnia peccata, quia ſicut Ambroſius dicit,* Peccatum est tranſgreſſio legis Diuinæ, & cęleſtium inobedientia mādatorum; ergo quicunq; peccat vno peccato ſubijcitur omnibus peccatis.

Iacob. 2.

* Amb. lib. de Paradi. c. 8. to. 4.

¶ 2 Præt. Quodlibet peccatum excludit virtutem ſibi oppoſitam; ſed qui caret vna virtute caret omnibus, vt patet ex ſupra dictis;* ergo qui peccat vno peccato priuatur omnibus virtutibus, ſed qui caret virtute habet vitium ſibi oppoſitum; ergo qui habet vnum peccatum habet omnia peccata.

* q. 65. ar. 1.

¶ 3 Præt. Virtutes ſunt omnes connexæ, quæ conueniunt in vno principio, vt ſup. habitum est;* ſed ſicut virtutes cōueniunt in vno principio, ita & peccata, quia ſicut amor Dei, qui facit ciuitatem Dei, est principium; & radix omnium virtutum, ita amor ſui, qui facit ciuitatem Babylonis est radix omnium peccatorum, vt patet per Auguſt. 14. de ciuitate Dei.* ergo etiam omnia vitia, & peccata ſunt connexa, ita vt qui vnum habet, habeat omnia.

* q. 65. ar. 1. & 2.

* Aug. c 28. & vlt. to. 5.

¶ Sed contra, quædam vitia ſunt ſibiinuicem contraria, vt patet per Philoſo. in 2. Ethic.*. ſed impoſſibile est contraria ſimul ineſſe eidem; ergo impoſſibile est omnia peccata, & vitia ſibi eſſe inuicem connexa.

* Ariſt. c. 8. to. 5.

¶ Hic quærit de connexione peccatorum.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd aliter ſe habet intentio agentis ſm virtutē ad ſequendum rationem, & aliter intentio peccantis ad diuertendum à ratione; cuiuslibet enim agentis ſecundùm virtutem intentio est, vt ipſius rationis regulam ſequatur, & ideo omnium virtutū intentio in idem tendit, & propter hoc omnes virtutes habent connexionem adinuicem in ratione recta agibiliū, quæ est prudentia, ſicut ſupra dictum est.* ——— * q. 65. ar. 1

¶ In hoc art. D. S. breuiter ſe abſoluit vnica concluſione reſpon ſiua, tali. Secundū illud, qđ perficit ſpeciem peccatorū, nullā connexionē habent peccata adinuicē. Iſtā concluſionē primò probat rōne, ſecundò eā rōne magis explicat, ibi Non. n. peccatum. Circa primū arguitur ſic per oppoſitū ad rōnem cōnexionis virtutum. Oēs virtutes habēt cōnexionē adinuicē, ꝙa oīum virtutū intētio in idē tendit, ſed intentio vitiorū, & peccatis nō tendit in idē, ſed in diuerſa, nullā habētia cōnexionē à quibus peccata ſpeciē hāt; igitur cōclu. vera. Tenet cōſequētia, ꝙa oppoſitorū diuerſi, & oppoſiti ſūt effect⁹. Si igit aliqua cōnectunt, ꝙa accedūt ad vnū, benè ſequit, ꝙ ſi accedūt ad diuerſa, ꝙ nō cōnectunt, ꝙa ſicut oppoſitū

in proposito,&c. Et si illa diuersa dant speciem, sequitur ꝙ non connectuntur secundùm id quod perficit speciē. Quoad antecedens D.S.primò ponit, & probat primam eius partem, secundò secundam subiungens conclusionem,ibi. Sed intentio peccantis. Antecedens ergo quo ad primam eius partem probatur ex differentia intentionis agentis secundùm virtutem,& intentionē peccantis ad diuertendum à ratione.Cuiuslibet agentis secundū virtutem intentio est,vt ipsius rationis regulam sequatur;igitur prima pars antecedentis vera.s.ꝙ omnium virtutum intentio (ex natura etiam actus virtutis) in idem tendit.s.in rectam rationem agibilium,quæ est prudentia,& patuit sup.quæst.65.artic.primo. Consequenter cum dicit.

¶ Sed intentio peccantis non est ad hoc, quòd recedat ab eo, quod est secundùm rationem; sed potius, ꝙ tendat in aliquod bonum appetibile à quo speciem sortitur. Huiusmodi autem bona in quæ tendit intentio peccantis à ratione recedens,sunt diuersa, nullam connexionem[d] habentia adinuicem,immo etiam interdum sunt contraria. Cum igitur vitia, & peccata speciem habeant secundùm illud ad quod conuertuntur, manifestum est, ꝙ secundùm illud quod perficit speciem peccatorū,nullam connexionē habent peccata adinuicē.— Dub.1013.

¶ Ponit, & probat secundam partem antecedentis sic, intentio peccantis non est, quòd recedat à ratione (quod videlicet esset tendere in vnum) sed potius, quòd tendat in bonum appetibile à quo speciem sortitur ipsum peccatum,sed eiusmodi bona in quę intendit intentio peccantis à ratione recedentis, sunt diuersa nullam connexionem habentia adinuicem, immo etiam interdum sunt contraria;igitur secunda pars antecedentis vera. Deinde cum dicit.

¶ Non enim peccatum committitur in accedendo à multitudine ad vnitatem,sicut accidit in virtutibus,quę sunt connexæ; sed potius in recedendo ab vnitate ad multitudinem. —

¶Confirmat rationem istius conclusionis, vel magis explicat rationem ipsam, nec differt in substantia à priori probatione. Quandocunq; receditur ab vnitate ad multitudinem, ibi non est connexio, sed econtra, tunc est connexio quando à multitudine acceditur ad vnitatem, sed peccatum committitur in recedendo ab vnitate ad multitudinem,virtus è contra,igitur,&c.

¶Nota,ꝙ conclusio dicit notanter,ꝙ peccata non habent connexionem secundùm id à quo habent speciem.s.in obiectis, quia aliqualiter habent conuenientiam secundùm id, quod est præter intentionem, & quod non dat speciem.s.in recessu à ratione,& à lege æterna,quia quodlibet mortale (quod est perfectum peccatum) habet contrarietatem , & auersionem ab istis, quamuis illa auersio non sit vna specie,vel numero, sed quasi genere; quia est auersio ab eodem,ex fundamēto autem & subiecto est distinctio. Sed satis fuit D.S.ostendere,ꝙ non habent connexionem in eo, quod est per se moraliter,& intentum.Iudicium enim secundùm Doc.Sanc.sup.q.7.artic.quinto. dandum est de his, quæ sunt per se, non per accidens.

¶ Posset autem secundò formari, & breuius sic arguendo pro conclusione, Intentio peccantis non est, quòd recedat à ratione (quod scilicet esset tendere in vnum) sed potius,ꝙ tendat in bona appetibilia, quæ sunt diuersa, & nullam habent cōnexionem, immo aliquando contrarietatem, à quibus peccatum habet speciem; igitur conclusio vera. Tenet consequentia, quia diuersitas non est ratio connexionis, igitur si sunt diuersa , & quandoque contraria, à quibus peccata habent speciem ; igitur talium ratione non habent connexionem. Antecedens quamuis habitum sit in quæst.præcedenti. tamen probatur nunc etiam ex differentia intentionis agentis secundùm virtutem,& intentionis peccantis, & recedentis à virtute; quia cuiuslibet agentis secundùm virtutem intentio est,vt ipsius rationis regulam sequatur , & ideo omnium virtutum intentio in vnum tendit , & ergo habent connexionem in illa regula,scilicet prudentia (vt patuit sup.quæst.56. artic.primo)vel recta ratione. Sed intentio peccantis, non est,vt recedat ab eo,quod est secundùm rationem,quia nullus respiciēs ad malum operatur; sed talis recessus est quoddam malum;igitur peccans non intendit illum recessum ,& per consequens sequitur alia pars antecedentis, ꝙ tendit in bona, &c. Tertia pars.s.ꝙ sint illa bona in quæ tendit intentio peccantis diuersa , etiam quandoque contraria, patuit quæst.præced.artic.8. de obiectis intemperantiæ,& insensibilitatis,auaritiæ, & prodigalitatis, audaciæ,& timiditatis, &c.

¶Nota etiam quòd posset alicui videri, quòd virtutes morales non distinguerentur specie , quia omnium virtutum intentio in idem tendit,scilicet vt rationis regulam sequantur. Sed hoc solutum est sup,quæst.71.artic.primo. quia tendunt omnes virtutes in vnum non in se,sed tendunt in ordinem rationis participatum in diuersis materijs , ratione quarum ordo ille specificè diuersificatur, sicut & virtus agentium naturalium vniuersalium variatur in diuersis materijs,vt ibidem patuit; quare stante vnitate rationis in se,in quam omnes virtutes tendunt (sed quia non tendunt, nec respiciunt illum ordinem secundùm se,vt in ratione est, sed sola prudentia) ideo diuersæ sunt species virtutum. Et tamen nihilominus in prudentia connectuntur, sicut in fonte, & causa analogica ordinis rationis participati in diuersis materijs virtutum moralium,quia in nulla materia morali contingit se benè habere sine ratione, ideo omnis virtus dependet à prudentia,quæ esto vna sit, tamen aliter participatur à diuersis virtutibus; ideo stant simul connexio virtutum in prudentia, & distinctio earum secundùm proprias materias diuersimodè eandem prudentiam participantes . Cuiuslibet igitur agentis secundùm virtutem intentio est,vt ipsius rationis regulam sequatur, quæ regula alia est in alia virtute. Regula dico non regulans,quæ est prudentia;sed regula, vt ita dicam impressa, vel magis ordo rationis ab illa regula deriuatus varius est. Et per consequens omnium virtutum intentio in idem tendit participandum, sed secundùm diuersas participationes,vt potest etiam patere ex dictis suis,vbi statim. Non oportet itaque, quòd virtutes morales non distinguantur specie, quia conueniunt in vno principio , sed tamen analogico , quod de se specificè diuersa deriuat,&c.

ARGVMENTVM in contrarium est probatio conclusionis tacta etiam in corpore.

¶Nota circa hoc argumentum, quòd prima facie non videtur consonare dictis in articulo octauo,ad tertium, quæstionis præcedentis, vbi dictum fuit, quòd idem potest esse auarus,& prodigus ; igitur non est impossibile contraria moralia simul in esse eidem saltem vniuersaliter , cuius oppositum argumentum illud assumit . Propter hoc nota, quòd sicut supra,quæstio.35.articulo quarto,dictum fuit, quòd delectatio , & tristitia generaliter contrariantur, & opponuntur secundùm genus, non tamen secundùm speciem , secundùm quam seinuicem quandoque consequuntur,vt delectari de bono, tristari de malo . *Simile quæstio.* 70.articulo quarto,de fructibus,& operibus carnis,*ita & in vitijs*, & peccatis,aliquà contrariantur secundùm genus,non tamen secundùm speciem, sed vnum est causa alterius. Sic auaritia secundùm genus opponitur prodigalitati, tanquam extremum extremo; sed tamen secundùm speciem non contrariantur,nisi secundùm idem , sed secundum diuersa possunt ad seinuicem sequi. Sicut qui est auarus in non dando, non est, nec esse potest prodigus in dando . Sed auarus in recipiendo potest esse prodigus in dando, dationem finaliter referens in acceptationem inordinatam . Et ad seinuicem consequuntur exponere prodigaliter, & recipere auarè , vt patuit articulo octauo præcedentis quæstionis. Sed quando sunt contraria secundùm speciem,tunc se non compatiuntur in eodem, quia iam sunt circa idem ; sed simul oppositio modo se habere ad idem , secundùm idem est impossibile. Quando autem sunt contraria secundùm genus tantùm, & non secundùm speciem (quia non sunt circa idem) tunc possunt stare simul secundùm diuersa.s.vt expositum fuit . Quare sequitur quòd vtrumque dictum est verū, videlicet quòd contraria vitia,& peccata non possunt esse simul in eodem , loquendo de contrarijs secundùm speciem propinquam , quia scilicet habent se circa eandem materiam contrariè , & hoc vniuersaliter . Et verum est,quòd possunt esse simul contraria vitia , scilicet ratione generis, sed tamen secundùm diuersa. Argumentum igitur in contrarium procedit,& probat,quòd non omnia sunt connexa,quia non contraria secundùm speciem , & esto contraria secundùm genus quandoque simul inueniantur in eodem,secundùm diuersa, hoc non arguit necessariam , & per se vitiorum connexionem, quia & secundùm Philosophum inuenitur auarus, & non prodigus . Et quòd auaritiæ sint duæ species , patet, quia secundùm Philosophum potest quis esse auarus,quia deficit in dando, qui tamen non superabundat in accipiendo,&c. Contraria igitur peccata secundùm speciem non sunt, nec esse possunt simul, sicut intemperantia,& insensibilitas,nec auaritia , & prodigalitas, vt contrariantur secundùm speciem,vt accipiuntur.s.circa idem,vel videlicet circa dationes, vel acceptiones determinatè. Et hoc sufficit ad propositum ostendendum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Iacobus loquitur de peccato non ex parte conuersionis secundùm ꝙ peccata distinguuntur sicut dictum est , * sed loquitur de eis ex parte auersionis,inquantum scilicet homo peccando recedit à legis mandato ; omnia autem legis mandata sunt ab vno,& eodem, vt ipse ibidem dicit, & ideo idem Deus contemnitur in omni peccato,& ex hac parte dicit, quòd qui offendit in vno factus est omnium reus, quia scilicet vno peccato peccando incurrit pœnæ reatum ex hoc,ꝙ contemnit Deum, ex cuius contemptu prouenit omnium peccatorum reatus. — *q.71.art. & hic in corpore.

¶Pro

Primum Not. Duplex reatus.

¶Pro solutione,vt clarior fit,aliqua præmitto. Primò, quòd est duplex reatus , qui consurgit ex peccato. Vnus est obligatio ad pœnam damni. Alius ad pœnam sensus. Et pœna damni est infinita,quia amissio boni infiniti, & æqualis quo ad omnia peccata, quia in infinito non est magis & minus. Pœna autem sensus,vel reatus maior est in vno peccato, quàm in alio . Nam secundùm magis pronam,& delectabilem conuersionem,maior est acerbitas vnius pœnæ sensus , quàm alterius . Ista habet Doctor Sanctus in substantia in de Veritate Mate.28.artic.secundo. & in de Malo,Mate.2.artic.9.ad tertium. Vnde dicit in de Veritate. Reatus autem peccati non solùm est obligatio ad pœnam sensibilem,sed præcipuè ad pœnam damni , quæ est carentia gloriæ. Et in de Malo dicit. In supplicio damnatorum est aliquid commune omnibus , quod respondet contemptui Dei, puta carentia visionis Diuinæ,& perpetuitas pœnæ . Et quantum ad hoc dicuntur congregari congregatione vnius fascis. Et est aliquid in quo differunt,secundùm quòd quidam magis torquentur, quàm alij,&c. Hæc ille. Ex quibus patent,quæ dicta sunt, quia videlicet carentia visionis (quæ est pœna damni) communis est,& æqualis omnibus ; non autem pœna sensus. Et etiam habetur ex his, ꝙ duplex est reatus.

Secundum Notandū.

¶ Secundò præmitto, quòd peccata esto habeant quandoque contrarietatem ex parte conuersionis,non tamen habent contrarietatem ex parte auersionis;immo ex parte auersionis,& eorum, quæ auersionem sequuntur,vt sunt offensa,& reatus,habent conuenientiam,& contingit contrariorum peccatorum reatus simul in anima remanere; reatus dico pluraliter ad pœnam sensus. Nam omnium peccatorum reatus damni vnius videtur. Nam huiusmodi reatus sunt effectus per accidens, quos non oportet contrariari,si causæ contrarientur. Et hæc est sententia Doctoris Sancti in de Veritate,vbi supra ad secundum,& tertium. Et hæc tacta fuerunt in articulo præsenti, quia dictum est, quòd peccata habeant conuenientiam in auersione , & per consequens in his, quæ eam per se sequuntur. Sicut sunt offensa,& reatus. Dicitur autem notanter , ꝙ habeant conuenientiam in reatu , & in auersione , & non dicitur, quòd habeant connexionem . Nam si loquamur de reatu pœnæ sensus, constat, quòd sunt diuersi, & habent se secundùm magis, & minus, & à seinuicem separantur. Si verò loquamur de reatu pœnæ damni , tunc quidem in illo omnia peccata mortalia (de quibus loquimur) conueniunt, sed non propriè habent connexionem.

Tertium Notan.

¶Pro quo tertiò præmitto,& noto, quòd sicut est in merito,ita suo modo est in peccato,quo ad præmium meriti, & reatum,vel pœnam peccati ; ita quòd vnus existens in gratia , potest idem præmium (scilicet beatitudinem) sibi facere pluribus modis debitam , & cum hoc quandoque magis debitam . Et potest etiam contingere , quòd pluribus modis faciat sibi debitam beatitudinem,& non magis,radice videlicet meriti manente æquali,multiplicatis tamen actibus de genere bonorum. Sic videtur probabiliter,quòd vnam pœnam (scilicet damni) quis posset demereri , & se ad eam obligare ex multis peccatis inquantum conueniunt in auersione ab vltimo fine. Sicut infra habebitur . Et habet Doc. Sanc.pulchrè, tertio contra Gentiles, cap.144. qui beatitudinem contemnunt peccando mortaliter,& se ab ea auertūt, iustè æternaliter ab ea excluduntur,quæ exclusio est pœna damni. Et esto vnus magis demereatur in vno peccato,quàm in alio ; tamen illa pœna, & reatus eius non potest esse maior, propter infinitatem boni subtracti. Sed vel est maior remorsus conscientiæ in vno, quàm in alio propter illam pœnam , vel est (sicut est absque dubio) maior pœna sensus ; sed vt dictum est, nec alietas, nec maioritas in reatu damni esse potest . Ex quibus sequitur, quòd cum quis prætergrediendo,& peccando contra vnum mandatum incurrit reatum damni infiniti,quia contempsit Deum,& beatitudinem , quæ ipse est, ideo dicitur à beatitudine semper excludi, quantum ex natura peccati , & ille sic vno peccato peccans incurrit eundem reatum damni , quem incurrit in omnibus alijs peccatis; tamen secundùm alia peccata demeretur illum reatum damni pluribus modis , & ex pluribus causis, quare sequitur iam responsio.

¶ Ad maiorem, quæ est auctoritas Sancti Iacobi. Quicunque totam legem seruauerit , offendat autem in vno , factus est omnium reus ; quia videlicet incurrit reatum damni , quem omnia peccata inducunt , sed incurrit eum non ex contemptu omnium præceptorum secundùm se , sed ex contemptu vnius præcepti, quod vnum contemnendo contemnit Deum, ex quo omnia præcepta auctoritatem habent. Concedo ergo maiorem ad hunc sensum, & dico , quòd ille reatus consequitur peccatum ratione auersionis,in qua omnia peccata conueniunt, & est reatus damni ; non autem consequitur peccatum ratione conuersionis , secundùm quam habent speciem , & non conueniunt , immo distinguuntur . Nos autem diximus, quòd peccata non sunt connexa secundùm id à quo speciem sortiuntur,& ratione eius,quod se per se habet in peccato . Et dico , quòd iste reatus consequitur quodlibet mortale ratione auersionis,esto ista mortalia sint contraria , nec simul esse possint,licet plura mortalia sint plures causæ eiusdem reatus. Ad minorem dico , sed idem est esse reum omnium mandatorum legis , quod habere omnia peccata ; distinguo si intelligitur idem esse reum omnium mandatorum propter eundem reatum , & propter contemptum omnium præceptorum indirectè, scilicet ratione contemptus Dei , & habere omnia peccata , negatur , quia vt dictum fuit in tertio notabili, potest quis per vnum peccatum tantùm incurrere reatum omnium mandatorum ; tum quia vnus est reatus omnium , tum quia vno præcepto contempto contemnuntur omnia quodammodo videlicet in auctore præceptorum. Si autem intelligitur, quòd idem sit esse reum omnium mandatorum , sic quòd aliquis est reus propter actualem omnium contemptum,& transgressionem omnium mandatorum , & reus propter reatum causatum ex omnibus peccatis, conceditur, quòd hoc est habere omnia peccata .

¶Et conceditur probatio minoris , quòd peccatum est transgressio cœlestium mandatorum , & quando omnia sunt transgressa , tunc sunt simul secundùm effectum consequentem ex parte auersionis , qui effectus vnus potest esse non connexorum secundùm speciem , sed etiam contrariorum;quare negatur consequentia , quòd quicunque peccat vno peccato subijciatur omnibus secundùm speciem peccatis, sed sequitur quòd peccans vno peccato,incidit in vnum effectum per accidens (scilicet reatum) in quem incidit per omnia alia peccata si committantur, etiam si sint contraria .

¶Argumentum ergo illud solùm probat conuenientiam peccatorum in auersione,& effectibus consequentibus eam, sed non connexionem peccatorum simultaneæ coexistentiæ,sed communitatem in effectu . Nec probat connexionem eorum , nec conuenientiam in obiectis,& specificantibus. Quare Doctor Sanctus dixit notanter,quòd non connectuntur in eo,quod dat speciem; sed dicit alibi expresè , quòd conueniant in auersione , & reatu, licet illum reatum in diuersis temporibus , & materijs incurrant. Hæc iudicio meo sunt de mente Doctoris Sancti , tam hic, quàm de Malo Materia secunda , artic.9. ad primum, vbi illam auctoritatem Iacobi glossat,sicut hic. Quia aliquis efficitur reus omnium mandatorum dupliciter . Vno modo quodammodo, quia videlicet incurrit reatum propter contemptum Dei in vno peccato tantùm, peccando contra vnum mandatum , & sic non habet omnia peccata etiam quo ad effectum per accidens , scilicet reatum,quia ille reatus est nunc ex vno peccato tantùm directè, licet omnia mandata alia sint contempta in suo auctore, propter cuius contemptum ille reatus incurritur , & sic intelligitur auctoritas . Alio modo aliquis est reus omnium mandatorum, quia omnia in se transgressus est , & contempsit , & non solùm propter contemptum Dei , & sic esse reum , est habere omnia in effectu , sed sic non intelligit auctoritas Iacobi; & per consequens peccans vno peccato non habet omnia connexa actu secundùm reatum , sed possunt omnia alia secum conuenire in eodem reatu, scilicet pœnæ damni ; sed non oportet , quòd actu connectantur secundùm conuersionem , nec secundùm reatum pœnæ sensus . Nam vnum peccatum potest demereri maiorem pœnam sensus , quàm aliud . Vnde licet omnia peccata mortalia demereantur pœnam sensus æternam , non tamen æqualem ; sed pœnam damni demerentur æqualem rationem boni subtracti,& ideo finaliter non sunt connexa,nec secundùm auersionem , nec secundùm conuersionem , & reatum propriè, sed conueniunt in vno effectu per accidens. Sicut opera meritoria conueniunt in effectu largè loquendo per se,quia per ea mereretur quis beatitudinem ; non tamen propterea habent connexionem simultatis in homine , sed successiuè homo ipsa operatur. Vnde sicut non valet arguere , quicunque operatur vnum opus meritorium facit sibi debitam beatitudinem , & mercedem omnium bonorum actuum meritoriorum ; igitur omnes actus sunt connexi inter se,sed sequitur, quòd conueniant in communi radice meriti, scilicet charitate . Sic nec in proposito sequitur,per vnum peccatum quis est reus illo reatu quo efficitur reus per omnia alia peccata ; igitur peccata sunt connexa inter se , & quo ad id à quo habent speciem; sed sequitur quòd cōueniant in contemptu Dei , quem consequitur ille reatus. Auersionem enim & contemptum Dei sequitur ille reatus , qui contemptus est in omni mortali ; igitur omne mortale inducit illum reatum, & per consequens conueniunt omnia peccata in isto . Sed semper aduerte . quòd plus est in aliquo connecti , quàm conuenire; nam primum arguit simultatem, secundum autem non ; quia & sibi succedentia,immo ex natura contraria, possunt conuenire in eodem effectu per accidens,&c.

Qui deficit in vno factus est omnium reus.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, * non per quemlibet actum peccati tollitur virtus opposita ; nam peccatum veniale virtutem non tollit ; peccatum autem mortale tollit virtutem infusam, inquantum auertit à Deo; sed vnus actus peccati etiam mortalis non tollit habitum virtutis acqui- *q.71.ar.4.

sitæ, sed si multiplicentur actus intantum quòd generetur contrarius habitus, excluditur habitus virtutis acquisitæ, qua exclusa excluditur prudentia; quia cum homo agit contra quancunque virtutem, agit contra prudentiam, sine qua nulla virtus moralis esse potest, vt supra habitum est,* & ideo per consequens excluduntur omnes virtutes morales, quantum ad perfectum, & formale esse virtutis, quod habent, secundùm quòd participant prudentiam; remanent tamen inclinationes ad actus virtutum non habentes rationem virtutis; sed non sequitur quòd propter hoc homo incurrat omnia vitia, vel peccata. Primò quidem quia vni virtuti plura vitia opponuntur, ita quòd virtus potest priuari per vnum eorum, etiam si alterum eorum non adsit. Secundò, quia peccatum directè opponitur virtuti, quantum ad inclinationem virtutis ad actum, vt supra dictum est,* vnde remanentibus aliquibus inclinationibus virtuosis, non potest dici, quòd homo habeat vitia, vel peccata opposita.

*q.58.ar.4. q.65.ar.1.

*q.71.ar.1.

¶Ad maiorem dico, quòd falsa est, & falsitas eius patuit supra q.71.ar.4. quia mortale peccatum non tollit virtutem acquisitam, esto tollat infusam; veniale verò nullam excludit, nec infusam, nec acquisitam. Sed multi actus peccatorum mortalium excludunt virtutem acquisitam, qua exclusa excluditur prudentia, sine qua nulla moralis esse potest, vt patuit supra, q.58.art.4. & q.65. art.1. & prudentia exclusa excluduntur omnes morales, quo ad esse virtutis, & quo ad formale virtutis, de quo sup.q.61.artic.2. dicebatur, quòd est ordo rationis participatus in appetitu. Sed dico, quòd etiam virtute aliqua exclusa, & similiter prudentia, potest remanere inclinatio alterius virtutis in aliquod de genere bonorum, quę tamen inclinatio, siue prudentia non habet rationem virtutis. Dico vltra, quòd qui caret vna virtute, caret omnibus. Verum, secundùm esse formale virtutis, propter destructionem prudentiæ, sed tamen cum hoc manent inclinationes bonæ. Vltra, ergo qui peccat vno peccato priuatur omnibus virtutibus. Negatur ista consequentia, quia iam dictum est, quòd vnum peccatum non excludit aliquam virtutem, quare non priuatur omnibus. Sed si peccet multipliciter vsque ad destructionem prudentiæ, tunc priuatur omnibus virtutibus, quo ad esse formale virtutis moralis. Vltra, sed qui caret virtute habet vitium oppositum, ista negatur, quia potest carere virtute secundùm esse formale, & tamen adhuc retinere inclinationem bonam, & sic non habet virtutem, nec habet vitium oppositum. Et dato, sed non concesso, quòd ita esset, quòd non habens virtutem, haberet vitium oppositum. Negatur vltima consequentia, quòd ergo qui habet vnum peccatum habet omnia peccata, quia si quis non habet virtutem, sed peccatum oppositum, non oportet, quòd habeat (nec est possibile, quòd habeat) omnia opposita eidem virtuti, quia illa sunt contraria, nec possunt esse simul, & ergo habito vno quo ad actum, & conuersionem (de qua loquimur,) non potest habere aliud secundùm speciem contrarium priori peccato, esto ratione reatus, & auersionis, non repugnaret ea esse simul. Et hæc Doctor Sanctus intendit in ista solutione, primò negando maiorem, postea implicitè glossat primam minorem, scilicet qui caret vna virtute, caret omnibus. Tertiò ibi. Sed non sequitur. Negat vltimam consequentiam, videlicet illam, aliquis non habet virtutem, sed destructa est per peccatum etiam multiplicatum, igitur habet omnia vitia, vel peccata; tum primò, quia exclusa virtute per vnum vitium, non potest cum illo vitio simul adesse vitium sibi oppositum. Potest enim temperantia excludi per intemperantiam, nec oportet simul adesse insensibilitatem. Tum secundò, quia destructa virtute aliqua, puta iustitia, potest remanere bona inclinatio in materia temperantiæ, & per consequens non habetur intemperantia.

¶Ad tertium dicendum, quòd amor Dei est congregatiuus, inquantum affectum hominis à multis ducit in vnum; & ideo virtutes, quæ ex amore Dei causantur, connexionem habent; sed amor sui disgregat affectum hominis in diuersa, prout scilicet homo se amat appetendo sibi bona temporalia, quæ sunt varia, & diuersa; & ideo vitia, & peccata, quæ causantur ex amore sui non sunt connexa.

¶Dicendum ad maiorem, quòd hæc non est sufficiens causa, sed cum hoc, quia conueniunt in vno principio, & ex intentione agentis secundùm virtutem tendunt in vnum, & idem, quia videlicet proueniunt ex recto amore, & recta ratione, & tendunt in conformitatem rationis in suis materijs tanquam proprium finem. Vt enim habitum est supra, finis virtutis moralis est attingere medium rationis in propria materia. Et ergo sunt virtutes morales connexæ, & quia ab vno (scilicet ratione recta) mouente appetitum, & quia in vnum, scilicet in conformitatem rationis attingendam. Minor negatur, scilicet quòd sicut virtutes conueniunt, &c. Nam principium virtutum est congregatiuum, scilicet vel amor ordinatus, & ratio recta (loquendo de virtutibus humanis) vel charitas, & amor supernaturalis, loquendo de infusis. Sed principium motiuum ex parte peccantis est amor sui, qui facit intendere quæcunque bona apperibilia, & conuenientia peccanti, & sic intentio eius fertur per amorem sui in non connexa, sed diuersa, & quandoque contraria. Amor autem ordinatus, qui includitur in virtutibus moralibus, quæ inclinant in bonum rationis, facit intentionem hominis tendere in vnum, scilicet vel in bonum rationis naturalis, vel in bonum Diuinum, & sic omnes virtutes sunt connexæ, tam humanæ inter se, quàm Diuinæ inter se. Et per hoc patet, quòd virtutes sunt connexæ in eo, quod est de intentione virtutis, scilicet in ratione recta, vel charitate. Vitia autem & peccata non. Et per hoc patet responsio ad probationem minoris, quia amor Dei faciens ciuitatem Dei, est principium, & radix motiua in vnum; amor autem sui est radix, & motiuum (scilicet effectiuum ex parte agentis, vt patuit articulo tertio præcedentis quæstionis) in diuersa, quare negatur consequentia.

¶Nota, quòd Doctor Sanctus in solutione conformiter ad auctoritatem Beati Augustini loquitur de amore gratuito, qui facit ciuitatem Dei, & talis est principium connexionis, & id in quo connectuntur omnes virtutes infusæ. Sed & virtutes acquisitæ connectuntur in prudentia, sicut dictum est in corpore articuli, & ideo Doc. Sanc. supponit ex articu. in quo connectantur morales acquisitæ.

¶Nota, quòd amor sui, vel est motiuum effectiuum ex parte agentis, vel motiuum finale remotum, & ab illis peccatum non habet speciem. Et quia ille amor est ad diuersa bona amata, & sensibilia conuenientia sensualitati, ideo mouet etiam ad diuersa peccando circa ipsa, ideo ex amore sui quamuis sit vnus tantùm, quia mouet ad actus circa diuersa, sequitur quòd tales actus & peccata differant specie mediantibus diuersis motiuis finalibus propinquis, & ex natura actuum, & sic non habent connexionem in eo, quòd dat speciem. Et per hoc patet, quòd quamuis omnia peccata habeant vnum principium à quo procedunt effectiuè, & similiter vnum principium finale remotum, scilicet hominem ipsum se inordinatè, & tanquam finem amantem; quia tamen ex illis non habent speciem, sed ex obiectis proprijs, & motiuis finalibus propinquis, ideo non habent connexionem; virtutes autem infusæ habent connexionem in charitate, quia ab ipsa dependent sicut ex principio, & effectiuo à quo in esse, & conseruari dependent, & in ratione virtutum gratuitarum, quæ dependent à continuatione Diuini influxus, & per consequens à charitate. Quare est maior ratio connexionis infusarum inter se, & charitate, quàm peccatorum cum amore sui. Cum quo non necessariò omnia vitia connectuntur, sicut virtutes infusæ cum charitate.

Vtrum omnia peccata sint paria.

B

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd omnia peccata sint paria, hoc enim est peccare, facere, quod non licet; sed facere quod non licet vno, & eodem modo in omnibus reprehenditur; ergo peccare vno & eodem modo reprehenditur, non ergo vnum peccatum est alio graujus. 2.dist.22.q.2.art.5. & 2.art.5. & contra ca. 139. Et Ma. q.2.ar.5. & Matt.ca. 12.

¶2 Præt. Omne peccatum consistit in hoc, quòd homo transgreditur regulam rationis, quæ ita se habet ad actus humanos, sicut regula linearis in corporalibus rebus; ergo peccare simile est ei, quod lineas transilire; sed lineas transilire est æqualiter, & vno modo, etiam si aliquis longius recedat, vel propinquius ster, quia priuationes non recipiunt magis, vel minus; ergo omnia peccata sunt æqualia.

¶3 Præt. Peccata virtutibus opponuntur, sed omnes virtutes æquales sunt, vt Tullius dixit in Paradoxis.* Ergo omnia peccata sunt paria. *Tullius ad 3. cuius tit. est, Omnia æqualia esse vitia.

¶Sed contra est, quod Dominus dicit ad Pilatum, Ioan.16. Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet; & tamen constat, q. Pilatus aliquod peccatum habuit; ergo vnum peccatum est maius alio. Ioan.16.

¶Hic quærit de comparatione peccatorum in quantitate, an sint paria in quantitate, & grauitate malitiæ. Deinde in articulis sequentibus explicat hunc articulum, secundùm quid varietur quantitas, & proueniat inæqualitas peccatorum.

¶Respondeo

Stoici.

¶Respondeo dicendum, quòd opinio Stoicorum fuit quam Tullius prosequitur in paradoxis, quòd omnia peccata sunt paria, & ex hoc etiam deriuatus est quorundam hæreticorum error, qui ponentes omnia peccata esse paria, dicunt etiam omnes pœnas inferni esse pares.

¶Doctor Sanctus primò ponit opinionem, & magis errorem circa quæsitum. Secundò ostendit huius opinionis, & sui fundamenti defectum, ex qua ostensione vult habere stabilitam suam conclusionem responsiuam, quam ponit in fine. Secundum ibi. Sed si quis. Circa primum primò ponit hunc errorem. Secundò eius fundamentum, ibi. Et quantum, &c. Quo ad primum igitur, fuit opinio Stoicorum, quòd omnia peccata sunt paria. Et hanc opinionem sequutus est Tullius, & etiam quidam hæretici insectati sunt hunc errorem. Et ex hoc errore moti sunt ad asserendum alium errorem, scilicet omnes pœnas esse pares, quem errorem Doctor Sanctus hic supponit errorem, sed in tertio contra Gentiles, cap.142. ostendit scripturæ, & veritati contrarium; nam hic incidentaliter iste error commemoratur. Deinde ibi.

Tullius.

¶Et quantum ex verbis Tullij perspici potest, Stoici ducebantur ex hoc, quòd considerabant peccatum ex parte priuationis tantùm, prout scilicet est recessus à ratione; vnde simpliciter æstimantes, quòd nulla priuatio susciperet magis, & minus, posuerunt omnia peccata esse paria.

¶Adducit huius erroris fundamentum, quia Stoici æstimantes nullam priuationem suscipere magis, & minus, & peccatum considerabant ex parte priuationis tantùm, & non ex parte positiui, (cui possunt plures, vel maiores, & pauciores, & minores priuationes competere) dixerunt omnia peccata paria, & hoc Doctor Sanctus extensius exponit in de Malo, Materia secunda, artic.9. Considerabant enim Stoici, quòd aliquid ex hoc tantùm habet rationem peccati, quia est præter rectitudinem rationis (quod est priuatio.) Sicut patet, quòd adulterium est peccatum, non quia commisceri mulieri sit secundùm se malum, sed quia præter rectitudinem rationis fit, & idem patet in alijs. Idem autem est, ac si dicatur præter legem Diuinam, vt theologi loquuntur, quia vtrunque priuationem importat. Priuatio autem non videtur suscipere magis, & minus. Vnde si aliquid sit malum per priuationem alicuius, non videtur differre qualitercunque se habeat, dummodo priuetur. Sicut si iudex alicui certum limitem statuat, si illum præteriret, non refert vtrum multum, vel parum. Et similiter dicebant, quòd non refert, dummodo aliquis peccando rectitudinem rationis prætereat qualitercunque, vel ex quacunque causa hoc faciat; ac si peccare nihil esset aliud quàm quasdam positas lineas transilire. Vnde huic rationi videtur suffragari, quòd in humanis iudicijs agitur, vt refert Doctor Sanctus, tertio contra Gentiles, capitu. 139. Nam si alicui statuatur limes quem non transgrediatur, nihil refert apud iudicem, siue multũ, siue modicum sit transgressus. Sicut non refert, ex quo pugil eam pum exiuit, vtrum longius progrediatur, &c. Ex his habetur ergo motiuum illorum opinantium, & aliqualis declaratio opinionis, & motiui.

¶Sed si quis diligenter consideret, inueniet duplex priuationum genus. Est enim quędam simplex, & pura priuatio, quæ consistit quasi in corruptum esse, sicut mors est priuatio vitæ, & tenebra est priuatio luminis, & tales priuationes non recipiunt magis, & minus, quia nihil residuum est de habitu oppositi. Vnde non minus est mortus aliquis primo die mortis, & tertio, vel quarto, quàm post annum, quando iam cadauer fuerit resolutum; & similiter non est magis tenebrosa domus si lucerna sit operta pluribus velaminibus, quàm si sit operta vno solo velamine totum lumen intercludente. Est autem alia priuatio non simplex, sed aliquid retinens de habitu oppositi, quæ quidem priuatio magis consistit in corrumpi, quàm in corruptum esse, sicut ægritudo, quæ priuat debitam commensurationem humorum, ita tamen quòd aliquid eius remaneat, alioquin non remaneret animal viuum: Et simile est de turpitudine, & alijs huiusmodi.

Conclusio.

¶In ista parte Doctor Sanctus ostendit defectum huius opinionis, & eius motiui, quia falsum est, quòd nulla priuatio recipiat magis & minus. Vnde quia reprobatio illius falsitatis est probatio conclusionis, ideo simul deducit Doctor Sanctus reprobationem illius erroris, & probationem conclusionis responsiuæ, quæ talis est. Non omnia peccata sunt paria. Probatur conclusio, assumendo oppositum contradictorium eius in quo se fundabat ista opinio. Aliqua priuatio (scilicet non simplex, vel pura, sed aliquid retinens de habitu oppositi, quæ consistit in corrumpi, & non corruptum esse) suscipit magis & minus, & non omnes sunt æquales; sed peccatum scilicet oppositum virtuti, & de se malum (de quo loquimur,) est talis priuatio (quæ & contrarium dicitur) scilicet non simplex, sed aliquid retinens de habitu, vel de pertinentibus ad oppositum, & ergo igitur peccata non sunt æqualia, sed recipiunt magis & minus. Huius rationis Doctor Sanctus primò ponit, & probat maiorem. Secundò minorem apponens conclusionem, ibi. Et similiter dicendum est. Circa primum primò ponit vnam distinctionem, ex qua secundò arguit pro maiore, ibi. Huiusmodi autem priuationes. Distinctio est, quòd duplex est priuationũ genus. Quędam enim est priuatio simplex, & pura priuatio, quia videlicet in sui ratione non includit aliquod positiuum, licet in positiuo aliquo fundetur, tamen illud positiuum non est de sui ratione, & dicitur magis consistere in corrupto esse, quàm corrumpi, quia ex hoc ipso, quòd nihil relinquunt de habitu, oportet quòd totus habitus sit corruptus, vnde consistunt in ablato esse, & corrupto ipsius habitus; & tales priuationes non suscipiunt magis & minus, quia nihil relinquunt de habitu oppositi, ratione cuius magis, vel minus relicti, & remanentes, ipsę priuationes dicerentur maiores, vel minores, sicut mors, & tenebra sunt priuationes tales, quia non est minus mortuus aliquis prima die, quàm post annum, & si vno vulnere interijt, quàm si decem, vel viginti. Similiter domus non est minus tenebrosa si lumen totum, & totaliter intercludatur per vnum obstaculum, vel per decem, & prima hora sicut post diem. Sed alia est priuatio non simplex, &c. sicut ægritudo, vt in litera. Et habetur illa distinctio apud commentatorem nono metaphysi. commento 16. vbi dicit, quòd omnis priuatio aut est priuatio secundùm totum, aut est priuatio quia caret perfectione tantùm, vt est forma positiua cui iuncta est priuatio alterius formæ. Tunc ibi.

Duplex priuatio.

Auerro.

¶Huiusmodi autem priuationes recipiunt magis, & minus ex parte eius, quod remanet de habitu contrario; multum enim refert ad ægritudinem, vel turpitudinem, vtrum plus vel minus à debita commensuratione humorum, vel membrorum recedatur.

¶Distinctione notata ponit & probat maiorem sic, In talibus priuationibus potest magis & minus remanere de habitu oppositi; igitur possunt tales priuationes habere magis & minus. Tenet consequentia, quia si relinquatur multum de habitu, & sit minor recessus ab oppositi, priuatio talis est minor, si autem parum relinquitur, & sit magnus recessus ab oppositi habitu, tunc priuatio est maior. Secundò probatur consequentia, quasi exemplariter, quia multum refert ad ægritudinem, vel turpitudinem (scilicet quo ad esse magis, vel minus) vtrum plus, vel minus à debita commensuratione humorum, vel membrorum recedatur. Antecedens probatur directè, quòd in talibus priuationibus aliquid de habitu, vel oppositi remaneat exemplariter, de ægritudine, quæ priuat debitam commensurationem humorum, ita tamen quòd aliquid eius (scilicet commensurationis) remaneat, alioquin non remaneret animal viuum. Et simile est de turpitudine, & alijs. Si autem aliquid remanet de positiuo, potest plus & minus remanere, igitur antecedens verum.

¶Nota circa ista dicta in probatione maioris, pro antecedente, quòd in his, quæ imperfectionem important, est inuenire duplex magis, & minus. Vnum in proprio genere. aliud. in genere, & ratione entis; sed ista diuersimodè attenduntur, sicut infirmitas potest esse maior in genere, & ratione infirmitatis, & in ratione, & genere entis. Primo modo dicitur maior quandoque propter accessum ad summum illius generis, vel (& hoc vniuersaliter) per recessum ab oppositi suo. Sicut est maxima infirmitas, quæ est propinquior morti, & quæ plus recedit à commensuratione debita. Et ita intelligitur Doctor Sanctus, & quod dictum est, quòd maior est priuatio (scilicet impura) quæ magis priuat, & tollit de oppositi (maior scilicet in ratione propria.) Sed secundò aliquod pertinens ad imperfectionem est maius in genere entis, quia videlicet perfectius, vel saltem minus malum; sic attenditur maioritas oppositi modo ad prædictum, quia est maior, hoc est melior, vel minus mala, propter minorem accessum ad summum sui ordinis, & propter minorem ablationem oppositi; sicut melior (saltem comparatiuè) est infirmitas, quæ remotior est à morte, & quæ minus tollit de commensuratione. Peccatum igitur maius est & minus in genere peccati, propter maiorem, vel minorem ablationem boni oppositi (scilicet ordinis rationis) sed non est maius in genere entis, immo eo ipso quo maius peccatum, ideo minus ens. De his aliquid supra, quæstio. 22. articulo secundo, ad primum. Deinde cum dicit:

Duplex maioritas in his q̃ sunt imperfectionis.

¶ Et similiter dicendum est de vitijs, & peccatis; sic enim in eis priuatur debita commensuratio rationis, vt non totaliter ordo rationis tollatur, alioquin malum si sit integrum destruit seipsum, vt dicitur in quarto Ethicorum;* nō enim posset remanere substantia actus, vel affectio agentis, nisi aliquid remaneret de ordine rationis; & ideo multum interest ad grauitatem peccati, vtrum plus, vel minus recedatur à rectitudine rationis. Et secundùm hoc dicendum est, q̄ non omnia peccata sunt paria.

* Arist. c. 5. to. 5.

¶ Ponit, & probat minorem principalem sic, peccatum non potest auferre totum ordinem, vel cōmensurationem rationis; igitur non est priuatio pura, sed aliquid relinquens de opposito. Tenet consequentia, quia ordo rationis, vel commensuratio est oppositum peccati, quod per ipsum aufertur, (includendo sub ordine rationis etiam conformitatem ad legem æternam.) Antecedens probatur auctoritate, & ratione, vel magis auctoritate, & eius explicatione. Auctoritate Philosophi quarto Ethicorum, quia si malum esset integrum, destrueret seipsum; quod declaratur prima parte, quæst. 49. artic. 3. quia malum non est nisi in bono; & si ergo totum bonum auferret, per consequens seipsum destrueret. Et ratione sic ostenditur antecedens, vel explicatur auctoritas Philosophi. Si in peccato nihil manet de ordine rationis, tunc non maneret substantia actus, vel affectio agentis, ergo etiam non maneret peccatum, & sic destrueret seipsum. Tenet consequentia, quia priuatio, quæ importatur in peccato fundatur necessariò in substantia actus, & affectione agentis. Oportet enim, quòd ad omne minus ratio, & voluntas adsint, aliàs non fieret actus humanus, nec per consequens peccatum. Quare ad minus substantia actus producitur secundùm rationem, & voluntatem peccantis. De hoc Doc. Sanc. in secundo, distinctio. 37. quæst. prima, artic. primo, ad tertium, sic dicit, impossibile est aliquam rem esse, quæ omni ordine destituatur. Vnde & in ipso actu peccati, vt res quædam est, remanet aliquis ordo; & ad agentem, & ad finem intentum ab agente, qui est æstimatum bonum, quamuis priuetur ordo à debito fine. Hæc ille. Patet igitur, quòd multum interest quo ad grauitatem peccati, vtrum plus, vel minus recedatur à rectitudine rationis, quare minor vera, quòd peccatum non tollit totam commensurationem rationis, & potest de illa tollere plus, vel minus, & secundùm hoc erit grauius, vel minus graue peccatum. Et declarat hoc Doc. Sanc. magis extensè in de Malo, vbi supra; quia peccatum commissionis consistit in deformitate alicuius actus, quæ quidem deformitas non tollit totum ordinem rationis, sed aliquid eius; puta si quis commedat quando non debet, & remanet, quòd commedat vbi debet, vel propter quod debet; sic ergo sicut non omnis deformitas corporis est æqualis, sed vna maior alia, secundùm q̄ priuantur plura ad decorem pertinentia, vel aliquid principalius; ita non omnis deformitas peccati est æqualis, sed quædam alia maior. Et ad eandem sententiam loquitur D. S. contra Gentiles, tertio, vbi sup. vide si placet.

¶ Nota circa ista iam dicta, quòd si peccatum proueniat ex maiori causa, puta ex maiori voluntate, vel sit contra rem maiorem, vel contineat plures deformitates propter defectum plurium circunstantiarum est maius peccatum; omne enim quod consistit in priuatione debitæ commensurationis eò maius est, quò maiori commensurationi opponitur, & quò plura, vel plures gradus illius commensurationis tollit. Dictum est autem sup. quòd bonitas moralis non est vnum vnitate indiuisibilitatis, sed aggregationis ex multis partialibus ordinibus rationis, scilicet, & quo ad obiectum, & finem, & circunstantias; ideo peccatum quantò plures partiales ordines tollit maius est, quamuis etiam contemptus non solùm ex parte eius, qui contemnitur, sed etiam ex parte actus, qui potest esse intensior, & remissior, & magis, & minus inordinatus.

Sōtus.

¶ Nota, quòd Scotus in secundo, distin. 37. ponit alium modum quomodo malum si esset integrum destrueret seipsum, quia videlicet si esset integrum malum, & primum, illud careret summa perfectione sibi conueniente, sed nulli nata est cōuenire summa perfectio, nisi summo bono in natura; igitur summum malum esset summum bonum in natura. Et ad hanc hæresim sequuntur multa alia inconuenientia, non tantùm contra fidem, sed etiam contra philosophiam, quia destruit seipsam, & includit contradictionem; quia si ponatur summum malum primum ex æquo ad primum bonum, oportet quòd illud sit necesse esse, & omnino independens, & impartitum, & tamen ista non conueniunt enti, nisi perfectissimo. Hæc ille. Vbi patet, quòd destruit seipsum primum malum esse, sicut implicans contradictionem, cuius vna pars destruit aliam. Secundum Doc. Sanc. autem destruit seipsum, quia summum, & primum malum esset, & non esset, &c. vt patuit.

¶ Nota, quòd hæc dicta videntur quidem probare, quòd peccata transgressionis, vel commissionis non sint æqualia, sed nihil videtur probatum, vel ostensum de peccatis omissionis, quia ibi non est actus cum priuatione plurium ordinum rationis partialium, & nihil remanet de opposito, sicut in peccatis commissionis. Dicitur ad hoc primò, quòd peccata omissionis non sunt æqualia, tum propter diuersam auctoritatem præcipientis, tum propter diuersam dignitatem, aut necessitatem præceptorum, & virtutum, quibus huiusmodi omissiones opponuntur, sed de his postea magis. Secundò dicitur post dicta in q. 72. artic. 6. quòd omissionis peccata quo ad materialia, & per se sunt æqualia, tamen formaliter, & in esse moris, & reductiuè secundùm motiua, & præcepta sunt inæqualia; sicut & peccatum omissionis, & commissionis, sic omissio, & omissio procedentes ex diuersis motiuis, & oppositè diuersis præceptis, & virtutibus sunt inæquales. Circa ista posset quæri, an originalia, & venialia essent etiam inæqualia. Sed de originalibus infra ex intentione videbitur, quæstio. 82. articu. quarto. quòd non sunt inæqualia. De venialibus autem videbitur infra, quæstio. 89. artic. secundo. & similiter in quarto, distinct. 21. articu. 2. & 3. quòd sunt inæqualia. Nam constat affectum vnius venialis esse maiorem affectu alterius. Et etiam in obiecto potest esse diuersitas secundùm gradus multiplices citra auersionem à fine vltimo. Vnde sunt inæqualia tam ratione generis, quod est voluntarium, quàm ratione speciei, quæ est ex obiecto.

Peccata omissionis non sunt æqualia.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd peccata committere non licet propter aliquam deordinationem, quam habent; vnde illa, quæ maiorem deordinationem continent, sunt magis illicita, & per consequens grauiora peccata.

¶ Maior, hoc est peccare, facere quod non licet, vera est indefinitè, quia peccare est etiam non facere quod licet. Et dico, quòd ideo aliquid non licet, quia est inordinatum, & si est magis inordinatum, magis non licet.

¶ Ad minorem, sed facere quod non licet vno & eodem modo in omnibus reprehenditur. Negatur illa, quia aliqua sunt magis illicita alijs, & per consequens magis reprehensibilia, sicut blasphemare Deum est magis illicitum, quàm facere aliquid contra hominem, & per consequens magis reprehensibile. Hoc argumentum imaginatur quasi in peccatis sit esse illicitum vno modo tantùm, & peccatum dicat illud esse illicitum; sed ostensum est quia peccatum non significat illam priuationem, sed aliquod positiuum in quo plures inordinationes concurrere possunt, & sic peccata non sunt vno modo illicita.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ ratio illa procedit de peccato, ac si esset priuatio pura.

¶ Circa istud argumentum nota Doc. Sanc. contra Gentiles, qui sic dicit, negando illam propositionem hic assumptam, scilicet, ergo peccare simile est ei, quod est lineas transilire. Vnde dicit, non est autem simile virtutem transgredi, & terminos à iudice positos transilire; nam virtus est secundùm se bonum. Vnde virtutem transgredi est secundùm se malum, & ideo oportet, q̄ magis à virtute recedere, sit maius malum. Transgredi autem terminum à iudice positum non est secundùm se malum, sed per accidens, inquantum scilicet est prohibitum In his autem quæ sunt per accidens non est necessarium, quòd si simpliciter sequitur ad simpliciter, & magis sequatur ad magis, sed solùm in his, quę sunt per se, &c. Hæc ille. Vbi patet ad maiorem primam, quòd omne peccatum consistit in transgressione regulæ rationis, quę ita se habet sicut in corporalibus rebus, quòd est falsa, quia illa regula rationis præcipit per se bona, & peccatum, quod est contra eam est per se malum; sed regula præcipiens non transilire præcipit non de se bona, & id quod est contra eam non est per se malum, quare, & falsa est, quę sequitur; quòd peccare, scilicet contra virtutem simile est ei, quod est transilire lineas, quia primum est per se malum, secundum non, sed per accidens, quare non sequitur quod argumentum intendit. Et secundò potest dici ad mentem Doctoris Sancti, hic ad illam maiorem sub breuibus, quòd peccatum, quod est contra regulam rationis non est priuatio pura, sicut peccatum, quod est contra regulam humanam positiuam, quia quantò peccatum magis procedit, tantò semper magis priuat de ordine rationis, non sic de peccato contra statutum humanum, &c. Volui ista extendere, quia rarò soluitur hoc argumentum.

¶ Et nota etiam circa istud argumentum Doctoris Sancti in de Malo, qui hic dicit. In his, quæ sunt mala, tamen prohibita, qui præceptum non seruat totaliter priuat id ad quod tenetur. Sed in his, quæ sunt mala per se, & non solùm quia prohibita, non totaliter tollitur bonum, cui opponitur malum, & ideo tantò grauius peccant, quantò plus de eo tollitur. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd qui facit solùm malum, non seruat præceptum affirmatiuum. Sicut de eo me continere, & nō contineo, peccō omissionis

nis peccato, & in prima transgressione totum bonum tollitur, sed qui peccat in malo secundùm se, quantum magis procedit, semper magis tollit bonum rationis, & sic plus peccat. Et præterea etiam non est simile de bono virtutis secundùm se, & de bono quia præceptum; quia primum habet multas commensurationes, secundum solùm vnam. Vnde dicitur ad argumentum formaliter ex iam dictis. Ad maiorem, omne peccatum consistit in hoc, quòd homo transgreditur regulam, quæ ita se habet, &c. Dico ad primam partem assumpti, quòd omne peccatum cōsistit quidem in transgressione regulæ, sed addo quòd in his, quæ non sunt mala nisi quia prohibita, peccatum totum aufert ad quod tenebatur, & nihil refert vtrum multum, vel parum à termino statuto recedat, quia totum bonum per transgressionem quamlibet tollitur, & tale peccatum, quod est malum solùm quia prohibitum, assimilatur priuationi purę. Sed in his, quæ sunt secundùm se mala, peccatum non totum bonum priuat, & assimilatur priuationi impurę, quæ relinquit aliquid de opposito. Et ratio huius dicti est, q̄ id quod tollitur per peccatum primum, est bonū vno modo tantùm, quia scilicet præceptum est, & peccatum ipsum malum vno modo, quia prohibitum; ideo tollitur per peccatum transgressionis obedientia præcepti, & per consequens totum bonum, & sic plus, & plus recedendo non variatur malitia, quia in principio habuit totam malitiam quàm habere potuit. Sed in peccato, quod est contra bonum secundùm se, ibi plus, & plus recedendo maior est malitia, & plus tollitur de bono; immo continuatio talis peccati semper est peior. Vltra, ergo peccare est simile ei, quod est lineas transilire, negatur ista, quia vniuersaliter falsa est; nam lineas transilire est peccatum, quia non continet se infra terminū præstitutum, & est malum, quia prohibitum, & ergo assimilatur priuationi purę, & quasi peccato omissionis, & habet tantùm vnam malitiam, quæ aufert totum bonum, quia bonum præcepti erat se continere intra lineam; postquam ergo exit, quantumcunque exeat, non est nisi vnum malum, quia non continet se intra. Sed in peccatis malis secundùm se, ibi quantum magis procedit semper magis & plus aufert de recta ratione, quæ dictat statim cessandum à peccato. Vnde quantum magis continuat peccatum, semper magis recedit ab ordine rationis; quia in his, quæ per se sunt, sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita se habet magis ad magis, &c. ideo quantò magis progreditur in per se malis, tantò grauius peccat. Sed in his, quæ sunt per accidens non tenet ista regula, ideo postquam transilijt lineam sibi præstitutam, totum peccatum factum est, & amplius non peccat, quia non obligabatur, nisi ad continere se intra lineam, quod non continere æqualiter est in omnibus excessibus post primum excessum. Vltra, sed lineas transilire est vno modo, &c. verum est, quia prima transilitio aufert totum bonum præcepti., ratione cuius erat bonitas in non transilire, & ergo est ibi bonum solùm, quia præceptum, & non secundùm se, vbi secundùm dicta non refert si plus, vel minus recedatur. Vltra, quia priuationes non suscipiunt magis, & minus. Verum, priuationes, quæ totum auferūt de opposito, & purę. Sed tamen priuationes, quæ relinquunt aliquid de positiuo contrario, illę recipiunt magis, &c. sicut est peccatum, quod est contra bonum secundùm se, & bonum virtutis, in quibus semper relinquitur aliquid de ordine rationis, qui semper plus & plus priuari potest, & quantò magis proceditur in huiusmodi peccatis, tantò magis receditur ab ordine rationis; & ergo ibi est magis, & minus, quare negatur consequentia, quia non est simile de transilire lineas, & de alijs peccatis secundùm se malis, & hæc innuit Doc. Sanc. in solutione, vbi dicit, ratio illa procedit de peccato (supple de se malo, & oppositō virtuti) ac si esset priuatio pura, quod supple est est falsum, quamuis verum sit, quòd peccatum malum, quia prohibitum, quale est transilire lineas; & ergo non est simile de peccato vniuersaliter, & secundùm se malo, & de transilitione, quia illa est priuatio pura, & reducitur secundùm D. S. in de Malo, ad peccatum omissionis, & totum bonum tollit prima transilitio, & per consequens aliæ non plus tollunt, quia prima totum abstulit. s. bonum obedientiæ, quod erat ex præcepto continendi se intra lineam, &c.

Quomodo peccatū cōsistat in transgressione regulæ.

Quando peccare sit trāsilire lineam.

¶ Notā, quòd licet transilitio sit actus, tamen transiliens non peccat ratione actus, vt sic, sed ratione omissionis, quia omittit se continere; & ita dicitur peccatū omissionis formaliter. Omissio autem est pura priuatio, ideo non habet magis, & minus; si autem præciperetur alicui directè, quòd non ambularet absolutè, tunc quantò plus ambularet, tantò grauius peccaret, & puniretur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd virtutes sunt æquales proportionabiliter in vno, & eodem; tamen vna virtus præcedit aliam dignitate secundùm suam speciem, & vnus etiam homo est alio virtuosior in eadem specie virtutis, vt supra habitum est,* & tamen si virtutes essent pares, non sequeretur vitia esse paria, quia virtutes habent connexionem; non autem vitia, seu peccata.

*q. 66. ar. 1. & 2.

¶ Maior vera, quia peccata virtutibus opponuntur directè, quantum ad inclinationem ad actum, vt patuit sup. q. 71. artic. 1. Ad minorem, virtutes sunt æquales ad sensum sup. dictum, q. 66. art. 1. & 2. Aequales secundùm proportionem, non autem simpliciter, quia vna virtus est maior alia, secundùm speciem quo ad obiectum. Et secundò vna est maior alia in eadem specie secundùm radicationem in subiecto. Et dico tertiò, quòd æqualitas virtutum proportionalis, prouenit ex connexione virtutum in prudentia, quæ complet rationem virtutis, ideo oportet, q̄ ipsa crescente, omnes proportionabiliter crescant, vt dictum fuit sup. de augmento digitorum. Negatur autem consequentia, tum quia virtutes etiam non sunt simpliciter æquales, tum quia æqualitatem quam habent virtutes ex connexione in eodem habent, qđ non conuenit vitijs; ideo peccata non sunt paria, nec sunt connexa, licet in reatu præsertim damni, & etiam sensus, aliqualiter conueniant, vt patebit artic. 3. ad tertium. peccata quo ad grauitatem sunt comparabilia, licet non paria.

Vtrum grauitas peccatorum attendatur secundùm obiecta.

C

AD tertium sic proceditur. Videtur, q̄ peccatorum grauitas non attendatur secundùm obiecta. Grauitas enim peccati pertinet ad modum, vel qualitatem ipsius peccati; sed obiectum est materia ipsius peccati; ergo secundùm diuersa obiecta peccatorum, grauitas non variatur.

Inf. ar. 4. 5. & 9. cor. & q. 74. art. 9. cor. Et 2. 2. q. 74. art. 2. ad primū. Et Mal. q. 5. ar. 2. ad 6.

¶ 2 Præt. Grauitas peccati est intensio malitiæ ipsius; peccatum autem non habet rationem malitiæ ex parte conuersionis ad proprium obiectum, quod est quoddam bonum appetibile, sed magis ex parte auersionis; ergo grauitas peccatorum non variatur secundùm diuersa obiecta.

¶ 3 Præt. Peccata, quæ habent diuersa obiecta sunt diuersorum generum; sed ea, quæ sunt diuersorum genera non sunt comparabilia, vt probatur in 7. Physic.* ergo vnum peccatum non est grauius altero secundùm diuersitatem obiectorum.

* Aristot. tex. 30. 31. & 32. to. 2.

¶ Sed contra, peccata recipiunt speciem ex obiectis, vt ex supra dictis patet, * sed aliquorum peccatorum vnum est grauius altero secundùm suam speciem, sicut sicut homicidium furto; ergo grauitas peccatorum differt secundùm obiecta.

*q. præced. artic. 1.

¶ Habito, quia peccata sunt inæqualia, consequenter D. S. ostendit secundùm quæ attendatur inæqualitas peccatorum, quia secundùm quatuor. s. secundùm obiecta, secundùm contrarias virtutes, in art. 4. secundùm causas peccatorum, ar. 6. secundùm circunstantias, in ar. 7. vsq; in finem. In præsenti igitur artic. quærit, an grauitas peccatorum varietur secundùm obiecta, & hoc est quærere, an sint inęqualia propter alietatem obiecti, ita q̄ si quis peccet contra rem meliorem, grauius peccet, sicut homicida furem.

¶ Respondeo dicendum, q̄ sicut ex sup. dictis patet, * grauitas peccatorum differt eo modo, quo vna ægritudo est alia grauior; sicut enim bonum sanitatis consistit in quadam commensuratione humorum per conuenientiam ad naturam animalis, ita bonū virtutis consistit in quadam commensuratione humani actus secundùm conuenientiam ad regulam rationis.

*Art. præc.

¶ D. S. primò ponit vnam propositionem præambularem deseruientem ad probationem conclusionis. Secundò ipsam conclusionem responsiuam cum sua probatione subiungit, ibi. Ratio autem. Tertiò infert corollarium, ibi. Et quia, &c. Propositio præambularis est ista, Peccatum tantò est grauius, quantò contingit deordinatio circa aliquod principium, qđ est prius in ordine, &c. Probatur ista propositio, grauitas peccatorum differt eo modo, quo vna ægritudo est grauior alia; sed tantò grauior est ęgritudo, quantò tollitur debita humorum commensuratio per commensurationem prioris, & altioris principij in naturalibus; ergo sequitur propositio vera. Huius rationis D. S. ponit, & probat maiorem à principio. Secundò minorem annectens propositionem in fine, ibi. Manifestum est autem, &c. Maior ergo quamuis habita sit art. 2. tamen probatur tunc primò, quia sicut bonitas sanitatis naturalis consistit in quadam commensuratione humorum per conuenientiam ad naturam, ita bonum virtutis, & morale consistit in quadam commensuratione humani actus secundùm conuenientiam ad regulam rationis, ergo Maior vera, q̄ grauitas peccati differt, sicut grauitas ægritudinis. Deinde ibi.

¶Manifestum est autem, ꝙ tantò est grauior ægritudo quantò tollitur debita humorum commensuratio per commensurationem prioris principij; sicut ægritudo, quæ prouenit ex corpore humano ex corde, quod est principium vitæ; vel ex aliquo, quod appropinquat cordi, periculosior est; vnde oportet etiam, quòd peccatum sit tantò grauius, quantò deordinatio contingit circa aliquod principiū, qđ est prius in ordine rationis. —

¶Ponit, & ostendit minorem exemplariter, quia ægritudo, quę prouenit ex corpore humano ex corde, quod est principium vitę, vel ex aliquo, quod appropinquat principio vitæ, sicut ex aliquo membro vitali propinquo cordi, periculosior est, igitur, minor vera, & per consequens conclusio posita; ergo subiungit illam propositionem, Vnde oportet etiam, &c. Tunc ibi.

¶Ratio autem ordinat omnia in agibilibus ex fine, & ideo quantò peccatum contingit in actibus humanis ex altiori fine, tantò peccatum est grauius; obiecta autem actuum sunt fines eorū, vt ex sup.dictis patet,* & ideo secundùm diuersitatem obiectorum attenditur diuersitas grauitatis in peccatis. ——— *q.72.ar.3. ad 2.

¶Respondet ad quæsitum tali conclusione, secundùm diuersitatem obiectorum (.i.in maioritate, vel paruitate) attenditur diuersitas grauitatis in peccatis, & per hoc habetur formaliter responsio ad quæsitum, quòd sic, secundùm obiecta diuersa, variatur grauitas peccatorum. Hanc conclusionem probat primò ratione, secundò exemplo, ibi. Sicut patet, &c. Ratio est talis. Quantò peccatum contingit ex altiori fine in actibus, tantò peccatū est grauius; sed obiecta actuum humanorum sunt fines; igitur sequitur conclusio, ꝙ quantò obiectum est altius, & maius, tantò peccatum est grauius, & per consequens ex diuersitate obiecti attenditur varietas grauitatis. Minor ista patuit sæpius q.præced.art.3. ad secundum. Et sup.q.18.ar.2. Maior probatur. Peccatum tantò est grauius, quantò contingit deordinatio circa aliquod principium, quod est prius in ordine rationis; sed finis est principium in ordine rationis moralis; igitur maior principalis vera. Maior ista fuit propositio præambularis. Minor ista patet, quia ratio omnia ordinat in agibilibus ex fine, & patuit sup.sæpius, q.57.ar.4. Conclusio respondiua

¶Nota circa minorem, primam & principalem, quòd peccata habent grauitatis diuersitatem ex diuersitate finium, & obiectorum, non quidem essentialem, & propriam grauitatem ex parte finis agentis, sed actus voluntarij; sicut homicidium habet grauitatem ex iniusta ablatione vitæ humanę, & non ex fine quem homicida intendit, puta lucrum proprium, vel vt satisfaciat liuori, & huiusmodi. Nam plerunque est alius finis actionis, & voluntatis secundùm se, & alius agentis intentionis; sic furtum habet grauitatem ex re aliena ablata iniustè, esto fur intendat furando sustentationem suam, vel aliquid huiusmodi; sic odium Dei habet grauitatem, quia est renisus, & detestatio boni Diuini, intendat odiens quicquid voluerit. Quare & supra dictum fuit, quòd alia est bonitas, vel malitia voluntatis, vt fertur super actum exteriorem, & finem actus. alia bonitas, vel malitia intentionis, vt fertur in finem agentis; ergo obiectum actus exterioris, vt sic est finis, & obiectum voluntatis dat grauitatem propriam, cum quo stat, quòd aliquando agens intendat vlteriorem finem. Consequenter ibi.

¶Sicut patet, quòd res exteriores ordinantur ad hominem, sicut ad finem; homo autem ordinatur vlterius in Deum, sicut in finem; vnde peccatum, quod est circa substantiam hominis, sicut homicidium est grauius peccato, quod est circa res exteriores, sicut furtum, & adhuc est grauius peccatum, quod immediatè contra Deū committitur, sicut infidelitas, blasphęmia, & huiusmodi; & in ordine quorumlibet horum peccatorum vnum peccatum est grauius altero, secundùm ꝙ est circa aliquid principalius, vel minus principale. ———

¶Doc.Sanc. probat conclusionem exemplariter, & quasi à signo, quia peccata contra Deum grauissima sunt, deinde ea, quæ sunt contra substantiam hominis. tertiò ea, quæ sunt circa res exteriores hominis; sicut infidelitas, blasphęmia sunt contra Deum, & grauissima. Deinde homicidium est grauius furto, quia contra substantiam hominis; furtum autem circa res exteriores; sed hoc ideo est, quia Deus nobilior, & altior est homine; & hominis substantia, rebus exterioribus (cum ordinentur in hominem, vt finem,) ergo conclusio vera, quòd secundùm obiectorum diuersitatem in nobilitate, attendatur varietas in grauitate peccatorum.

¶Notat tamen Doc.Sanc. circa hoc, quòd in quolibet ordine horum peccatorum (scilicet tam eorum, quæ sunt contra Deum in se, quàm quæ sunt contra hominem in se, quàm quæ sunt contra eum in exterioribus) vnum est grauius alio, secundùm quòd est circa aliquod principalius, vel minus principale, vel saltem alio, & alio modo, sicut odium, quod est contra Deum in se, grauius est infidelitate, & desperatione, vt patet secunda secundæ, q.20.artic.3. & q.34.artic.2. Similiter homicidium, quod est contra vitam hominis in actu, grauius est, quàm adulterium, quod est contra vitam hominis in potentia, vt patet de Malo, q.2.art.10. Et furtum rei magis præciosę grauius est furto rei minus præciosę. Deinde ibi.

¶Et quia peccata habent speciem ex obiectis, & differentia grauitatis, quæ attenditur penes obiecta est prima, & principalis, quasi consequens speciem. —— Dub.9m.

¶Hic tertiò D.S.infert corollarium tale. Differtia grauitatis, quæ attenditur penes obiecta est prima, & principalissima. Probatur, ista differentia est prima, & principalis, quæ consequitur primum & principale rei, sed ista est huiusmodi, ergo. Maior nota, quia differentia est prima, & principalis, secundùm ꝙ est intimior, & prouenit ex magis intrinsecis rei. Minor probatur, quia ista attenditur penes obiecta, sed obiecta sunt prima & principalia distinctiua, igitur, &c. Minor ista probatur, quia obiecta dant speciē, & per consequens differentiam primā, & essentialē, quare ista differentia grauitatū consequitur primū, & principale rei. Corollarii

¶ Conclusio responsiua confirmatur per argumentum in oppositum.

¶Nota circa hanc confirmationem, ꝙ vnum peccatum dicitur grauius ex specie alio, non quòd grauitas maior vel minor constituat speciem; nam grauitas tenet se ex parte auersionis, quę est præter intentionem agentis, & per consequens se habet per accidens ad actum humanum, vt sic. Sed dicitur vnum grauius ex specie alio, eo modo qui dictus est q.72 ar.5. ad secundum; quia videlicet maior, vel minor grauitas sequitur speciem, & specificās, scilicet obiectum; nam vt statim dicetur ad secundum, ad aliam conuersionem sequitur alia auersio, & per consequens alia grauitas peccati; sicut cum quis peccat in regem in re quam magis diligit, grauius offendit, vel si quis ex natura, & obiecto turpiora de eo dixerit, etiam grauius se à rege auertit, & grauius offendit. Probat autem argumentum hoc satis conclusionem, quia differunt aliqua in grauitate secundùm speciem ad sensum dictum, sed species est ex obiecto; igitur primordialis grauitas, & specifica est ex obiecto, vt dixit corollarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ obiectum etsi sit materia circa quam terminatur actus, habet tamen rationem finis secundùm ꝙ intentio agentis fertur in ipsum, vt sup.dictum est,* forma autem actus moralis dependet ex fine, vt ex superioribus patet.* ——— *q.72.ar.3. ad 2. * q.1.art.3. in corpore sup.q.1.art.1. & q.18. artic.6.

¶Ad maiorem, grauitas peccati, &c. Verum, tamen sicut species peccati maximè pertinet ad peccatum, & tamen sumitur ab extrinseco, sic de grauitate. Ad minorem, quòd obiectum est materia, circa quam, & terminus actus exterioris secundùm esse naturæ; est tamen finis actus interioris, qui trahit actum exterioris in esse morale, quia obiectum etiam exterioris actus, vt est apprehensum, mouet voluntatem, & voluntas tendit in ipsum in via executionis mediante actu exteriori, & ita dat esse morale, & speciem moralem, quia vt dictum fuit bonum apprehensum per rationem, vel tanquam bonum est obiectum morale (esto obiectum exterioris actus, vt terminus eius specificet actum ipsum, vt via est absolutè) tamen vt moralis est, sic specificantur ab eo, vt est apprehensum, & obiectum actus interioris, & finis à quo & exterior actus trahitur in eandem speciem moris. Obiectum ergo est materia actus exterioris, est tamen finis actus interioris eo mediante. Quare negatur consequentia, quia secundùm diuersa obiecta, vt sunt fines, & dant esse mediante actu interiori, sic dant grauitatem moralem sicut & speciem. Et est res clara, quia homicidium non habet grauitatem moralem, nec moralitatem aliquam ab occisione, vt sic, quia si fieret sine voluntate nullam haberet grauitatem, nec moralitatem; si ergo debet dare grauitatem oportet quòd aliquis faciat homicidium ex deliberatione, & voluntariè, sic quòd apprehendat, & velit facere sub ratione boni; quare sic habet rationem finis, quo ad actum interiorem quem oportet adesse, siue referat illud obiectum in aliud, siue non, oportet ad minus quòd velit, & quia nihil est volitum, nisi sub ratione boni, siue sit bonum vtile, vel honestū, &c. Ideo dicit Doc.Sanc. quòd habet rationem finis, secundùm quòd intentio (vel voluntas) fertur in ipsum. Vide simile argumentum sup.q.72.ar.3.ad secundum.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ ex ipsa indebita conuersione ad aliquod bonum cōmutabile, sequitur auersio ab incommutabili bono in qua perficitur ratio mali; & ideo oportet, quòd secundùm diuersitatem eorum, quæ pertinent ad conuersionem, sequatur diuersa grauitas malitiæ in peccatis. ——— ¶Ad

¶ Ad maiorem, grauitas peccati est intensio malitiæ ipsius. Dicitur quòd non est propriè vniuersaliter vera; quia grauitas potest esse etiam extensio, id est multiplicatio maliciæ, & corruptio diuersorum ordinum partialium, ita quòd corumpantur multi debiti ordines, scilicet quo ad obiectum, finem, & circunstantias, ꝙuis possit, & quandoque in eodem aggrauante ordo rationis magis corrumpi; sicut contingit, quando est magis indebitum obiectum. Ad minorem, peccatum non habet rationem maliciæ ex cō uersione ad proprium obiectum. Dico quòd vera est, quòd ex conuersione, vt sic non habet peccatum maliciam suam, sed ex indebita conuersione consequitur maior, & minor malicia secundùm conditionem, & speciem conuersionis, quam ęito præter intētionem (non tamen voluntatem) consequitur maior, vel minor inordinatio. Constat enim in humanis, quòd si quis faciat (& per consequens conuertat se) & inordinatè se habeat ad rem alicui magis dilectam, quòd magis offendit, & se magis ab alio auertit. Vnde solet dici quomodo non es veritus offendere in hoc, & sciebas; quia mihi maximè displiceret; ita ad propositū. Ex hoc, quòd aliquis inordinatè se conuertit per voluntatem volendo, & faciendo quod est maximè inordinatum, & Deo maximè displicens, sequitur maior auersio a Deo, & maior malicia, & hoc est, quod Doct. Sanct. dicit quòd ad conuersionem ad bonum commutabile (scilicet qua conuertitur quis, vt ad finem inhærendo sibi contra voluntatem Dei, quæ vult vt inhæreatur sibi super omnia) sequitur (esto præter intentionem, non tamen voluntatem interpretatiuā) auersio, & contemptus boni incommutabilis. Quare si magis inordinatè se conuertat ad id quod ex natura sua plus separat, & magis displicet Deo, vel proniori voluntate, sequitur maior auersio; quia si ad conuersionem ad bonum commutabile inordinatū, quod est contra Deum sequitur auersio; ergo ad conuersionem magis voluntariam, & magis inordinatam, sequitur maior auersio; quia in his, quæ sunt per se, sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis &c. Conuersionem igitur magis inordinatam ad bonum commutabile magis inordinatum, sequitur maior auersio. Sicut & in humanis, si quis rem etiam modicam, quæ alicui displicet faciat cum multa libidine, & pronitate, magis cōtemnit, & offendit, & iterum si faciat rem alicui quantum in se est valde nociuam, & sibi plurimum contrariam &c. Ad conuersionem magis inordinatam ad vltimum finem, sequitur maior auersio

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnia obiecta humanorum actuum habent ordinem adinuicem, & ideo omnes actus humani quodammodo conueniunt in vno genere secundùm quòd ordinantur ad vltimum finem, & ideo nihil prohibet omnia peccata esse comparabilia. —

¶ Propter maiorem nota, quòd genus peccati potest accipi tripliciter. Vno modo ratione subiecti, & vt peccatum est, & sic constituitur in ratione, & genere peccati, inquātum est voluntarium. Vnde si quis committat actum circa obiectum quodcunque, sed sine voluntate, non habet rationem peccati; quia deest, quòd dat genus ipsi peccato, scilicet voluntas, & hoc modo loquitur Doct. Sanct. in de malo materia 2.arti.10. ad tertium, vbi dicit aliquem peccare scientem, vel ignorantem, licet accidat alicui peccato speciali, puta furto quantum ad speciem eius, tamen quantum ad rationem generis (id est inquantum est peccatum) non accidit, qa de ratione peccati est, vt sit voluntarium. Vnde ignorantia, quæ diminuit voluntarium diminuit etiam rationem peccati, hæc illæ. Vbi patet, quòd genus peccati sumitur vno modo ratione eius, quod facit aliquid esse peccatum completiuè, scilicet volūtarij. Ex obiecto enim est malicia solùm inchoatiuè, sed ex voluntate cō pletè, vt patuit supra. Secundo modo capitur genus peccati; sicut frequenter loquuntur pro specie peccati quam trahit ex obiecto specifico, vt dictum fuit supra quæst. 18.ar.2.in fine; sicut dicimus totum genus humanum, id est tota species humana, & huiusmodi genus sunt obiecta propria, & fines proprij ipsorum actuum. Tertio modo capitur etiam pro genere obiectali, & nō pro obiecto, scilicet pro eo in quod omnia obiecta propria reducuntur, & sub quo omnia continentur tanquàm sub eo, quod dat omnibus appetibilitatem, & est ratio omnibus appetendi, sic vltimus finis, & beatitudo sub communi ratione, est genus obiectale actuū humanorum, quia vt dictum fuit supra quæstione prima, articulo 6. Quæcunque homo appetit, propter vltimum finem appetit. His notatis dicitur ad argumentum. Ad maiorem, peccata, quæ habēt diuersa obiecta sunt diuersorum generum. Si intelligitur de genere peccati, vt sic. Falsa est, quia possunt peccata circa diuersa obiecta conuenire in esse voluntario etiam in eodem gradu. Si autem intelligitur, quòd sunt diuersorum generum obiectalium generalissimorum, negatur; quia omnia obiecta humanorum actuum conueniunt in vltimo fine secūdùm communem rationem; quia in omnibus quæritur satietas, vel vera, vel æstimata, & omnia in hunc finem ordinatur. Si autem intelligitur de genere accepto ꝑ specie. Maior est vera. Sed tunc dicitur ad minorem. Primò quæ sunt diuersorum generum, vt sic nō sunt comparabilia, tamē possunt comparari secundùm quòd conueniunt in vno prædicato cō muni. Secundò dicitur, quòd quæ sunt diuersorum generum obiectalium communium non essent comparabilia in moralibus. Sed negatur, quòd non sint comparabilia, quæ sunt diuersorum generum specialium; quia sicut omnes actus humani sunt comparabiles secundùm quòd continentur sub vltimo fine in communi ratione; ita omnia peccata, quia opponuntur vltimo fini in veritate, ideo sunt comparabilia secundùm quòd plus, & minus auertūt ex propria specie ab vltimo fine, & præsertim quia, vt dictū fuit ar.1.præsentis quæst. Omnia peccata quantumcunque diuersa, & contraria secundùm speciales rationes obiectorum, cōueniunt in auersione, & eam sequentibus. Grauitas autem est de pertinentibus ad auersionem, immo auersio ipsa, vel eius per se proprietas, ideo non obstante diuersitate generis, id est speciei, sunt comparabilia peccata, ita s.quòd omnia mortalia sunt comparabilia. Genus peccati tripliciter accipitur. Ad conuersionem maiorē sequitur maior auersio.

¶ Nota quòd Doct. Sanct. dicit quòd omnes actus humani conueniunt quodammodo in vno genere; quia nō conueniunt in genere obiectali vniuoco, vt res sunt; quia aliqui habent Deum pro obiecto, aliqui creaturam. Sed quia habent vnam communem rationem obiecti, vt sic, quia videlicet volūtas in omnia fertur sub ratione boni, & vltimi finis secundùm communem rationem.

¶ Nota quòd inordinatio, & grauitas venialis non est comparabilis grauitati mortalis; quia habent obiecta genericè distincta, quia mortale est circa creaturā, vt finem; sed veniale est circa eā, vt ad finem saltem habitu; sed omnium mortalium grauitates sunt comparabiles; quia omnes circa idem, scilicet Deum directè vel indirectè, quorum grauitates sumuntur secundùm diuersas cō uersiones quas diuersæ inordinationes sequuntur. Vnde grauitas odij Dei, & grauitas homicidij non distant in infinitum, qa vtraque sumitur ex hoc, quòd actus illi sunt contra Deum, huic odiū sit directè contra Deum, & immediatè, homicidium autem indirectè, & ex consequenti.

¶ Nota etiā, quòd peccata, nec sunt paria proportionabiliter, vt habet Doct. Sanct. de malo q.2.ar.9. ad octauum; quia videlicet non oportet, quòd vno crescente aliud crescat, & simul sint; cum quo stat, quòd sint comparabilia videlicet mortalia; quia plus requiritur ad paritatem etiam proportionalem, quàm ad comparabilitatem ad quam sufficit conuenientia in aliquo prædicato communi etiam analogico, possunt autē mortalia in huiusmodi prædicato conuenire.

Vtrum secundùm dignitatem virtutum quibus peccata opponuntur grauitas peccatorum attendatur, vt scilicet maiori virtuti grauius peccatum opponatur.

D

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd grauitas peccatorum non differat secundùm dignitatē virtutum quibus peccata opponuntur, vt scilicet maiori virtuti grauius peccatū opponatur; quia vt dicitur* Prouerb. 15. In abundanti iustitia virtus maxima est; sicut autem dicit dominus* Matth. 5. Abundans iustitia cohibet iram, quæ est minus peccatum, quàm homicidium, quod cohibet minor iustitia; ergo maximę virtuti opponitur minimum peccatum. 2.2.q.20.artic.3. Et q.116.ar.2.co. Et q.119.artic.3.co. Et Mal q.2.artic.10. * Prou.15. * Matth. 5.

¶ 2 Præterea. In 2.Ethicorum dicitur.* quòd virtus est circa difficile, & bonum; ex quo videtur, quòd maior virtus sit circa magis difficile; sed minus est peccatum si homo deficiat in magis difficili, quàm si deficiat in minus difficili; ergo maiori virtuti minus peccatū opponit. * Arist.c.3. tom.6.

¶ 3 Præt. Charitas est maior virtus, quàm fides, & spes, vt dicitur* primæ ad Corinth. 13. Odium autem quod opponitur charitati est minus peccatum, quàm infidelitas, vel desperatio, quę opponuntur fidei, & spei; ergo maiori virtuti opponitur minus peccatum. * Arist.c.10. tom.5.

¶ Sed contra est, quod Philosophus dicit in 8.Ethicorum,* quòd pessimum optimo contrarium est; optimum autem in moralibus est maxima virtus, pessimum autem grauissimum peccatum; ergo maximę virtuti opponitur grauissimum peccatum. * Arist.c.10.

¶ Hic quærit quomodo diuersa grauitas peccatorum sumatur secundùm diuersas virtutes, an videlicet peccatorum grauitas differat secundùm dignitatem virtutum quibus peccata opponuntur, ita quòd ex hoc, quòd est contra nobiliorem virtutem, sequatur quòd sit grauius peccatum.

¶ Respondeo dicendum, quòd virtuti opponitur aliquod peccatum, vno quidem modo principaliter, & directè,

rectè, quod scilicet est circa idem obiectum, nam cõtraria circa idem sunt.

¶Doct. Sanct. respondet ad hoc quæsitum distinctè, & ideo præmittit vnam distinctionem bimembrem, secundùm quam ponit duplicem conclusionem responsiuam. Vnam iuxta primum membrum, aliam quo ad secundum, ibi. Alio modo &c. Circa primum primò præmittit primum membrum distinctionis. Secundò subiungit conclusionem sibi correspondentem cum probatione, ibi, Et hoc modo &c. Distinctio est ista. Virtuti opponitur peccatum vno modo quidem principaliter, & directè; & quãdo, vel quomodo hoc fit, exponit, quia scilicet peccatum est circa idem obiectũ circa quod est virtus, quia contraria (scilicet in moralibus etiam & secundùm speciales rationes) sunt circa idem, licet oppositomodo. Si enim peccatum, & virtus sint circa diuersa, possunt quidem contrariari secundùm genus, & esse disparata, sed non sunt contraria secundùm speciem, nisi sint circa idem; & de hoc aliquid tactum fuit art. 1. circa argumentum in oppositum, & supra q. 70. art. 4. Deinde cum dicit.

¶ Et hoc modo oportet, quòd maiori virtuti opponatur grauius peccatum; sicut enim ex parte obiecti attenditur maior grauitas peccati, ita etiam maior dignitas virtutis, vtrũque enim ex obiecto speciem sortitur, vt ex supra dictis patet; * vnde oportet quòd maximè virtuti directè contrarietur maximum peccatum, quasi maximè ab eo distans in eodem genere.

*q. 60. ar. 1.

Conclusio prima.

¶Ponit primam conclusionem responsiuam talem. Maiori virtuti opponitur grauius peccatum, & maximè virtuti maximum peccatum, & peccatum sic oppositum (scilicet directè) contrariatur virtuti. Probatur prima pars, sic arguendo post Doct. Sanct. q maiori virtuti, & maximè directè opponitur maximũ peccatum, sic. Virtuti opponitur peccatum directè, quando sunt circa idem obiectum; ergo si virtus trahit dignitatem, & peccatum grauitatem, & si virtus maximè dignitatem, peccatum maximè grauitatem. Antecedens patet ex notabili. Tenet consequentia; quia ab eodem obiecto habent speciem, & per consequens grauitatem, & dignitatem, quę consequuntur speciem; & si virtus maximè dignitatem (quia bene se habet ad rem maximam) peccatum maximã grauitatem, quia malè circa rem maximã, & est ratio clara, & potest sic extendi, & explicari. Peccatum quod est circa maximam rem est grauissimum; sed peccatum directè oppositum maximè virtuti est circa maximam rem (licet contrario modo) igitur peccatum virtuti maximè oppositum est maximum peccatum.

Peccatum trahit grauitatem ex obiecto.

Maior patuit ar. 3. Minor probatur; quia peccatum directè oppositum est circa eandem rem. & idem obiectum cum virtute, cuius obiectum est maximum; igitur & obiectũ, & res peccati directè oppositi est maxima &c. Et hoc est fundamentum ex Doct. Sanct. quia peccatum trahit grauitatẽ ex obiecto, & maiorem ex maiori obiecto, & maximam ex maximo; quia ergo ex hoc, quòd opponitur maiori, vel maximę virtuti est contra maius, vel maximum obiectũ; ideo grauitas peccati variatur secundùm directam oppositionem ad virtutem; non quòd virtus sit prima radix grauitatis, vel oppositio ad virtutem, sed ipsum obiectum virtutis ad quod peccatum malè se habet; & hoc est, quod Doct. Sanct. in de malo deducit q. secunda, ar. 10. vbi dicit, quòd peccatum variatur in grauitate, qa opponitur maiori bono, quę oppositio ad maius bonum infertur ex oppositione directa ad maiorem virtutem, quia oppositio directa virtutis, & peccati sunt circa idem, & hoc Doct. Sanct. innuit, & assumit hic pro fundamento, quia vtrunque ex obiecto speciẽ trahit, & supplè quando directè opponuntur tunc ex eodem obiecto. Sed idem obiectum si valde dignificat virtutem propter eius excellentiam, oportet, quòd valde aggrauet peccatũ propter eandem; quia peccatum eò grauius, quo contra rem maiorem. Subintelligendo semper, quòd virtus se habet bene, & peccatum malè; qúare vnum trahit dignitatem magnam, aliud magnam grauitatem, vt sic argueretur. Ab obiecto virtus habet maximam dignitatem, ideo peccatum maximam grauitatem. Tenet consequẽtia, quia idem dignificat virtutem, & aggrauat peccatum directè oppositum, quia sicut benè habere ad maximum est dignitatis, ita ad maximum malè habere est grauitatis. Secunda pars conclusionis, scilicet quòd peccatum sic oppositum directè contrariet. Probatur, illa opponuntur contrariè, vel contrariantur, quæ fiunt circa idem, & maximè distant, sed peccatum directè oppositũ fit circa idem cum virtute, & maximè ab ea distat in eodem genere, igitur. Minor patet; quia genus peccati, & virtutis est obiectum, sed ad id se habent modo maximè distanti moraliter, igitur.

¶ Nota autem, quòd sicut in naturalibus contraria fiunt circa idem subiectum, & eandem potentiam proximam receptiuam, vt alibi declaratur; quia videlicet contraria requirunt propriam potentiam immediatè receptiuam contrariorum, quæ per se respicit acquisibilia per motũ, & sunt sub vno genere propinquo, loquendo de perfectè contrarijs, ita in moralibus directè contraria respiciunt idem obiectum, & ad illud se habent contrario modo, & sic circa idem maximè distant distantia morali, quæ est secũdùm bonum & malum &c. Sed circa istam conclusionem, & circa dicta ibidem, sunt aliqua dubia. Primò quia dicitur quòd peccatum directè oppositum virtuti variatur in grauitate secundùm maiorita tem virtutis &c. Supra autem q. 71. art. 1. dictum est, quòd peccatũ non directè contrarietur virtuti, sed ratione inclinationis ad actũ vel rationem actus &c. Dicitur quòd non est controuersia, quia aliter accipitur directè supra, aliter hic. Directè supra dicebatur id quod est de principali, & primario significato virtutis, & est dispositio conueniens habitualis, loquẽdo de virtute humana, & sic non opponitur peccatum directè virtuti, id est directè significato, & principaliter, & in recto nomine virtutis, vt patuit. Sed hic capitur oppositio directè pro oppositione circa idem obiectum, & sic peccatum quandoque contrariatur directè, quia vtrunque speciem trahit ex obiecto eodem, licet alio modo respecto &c. Secundò est dubium, quia iam frequenter commemoratum est, quòd sit aliquod maximũ peccatum. Ex quo videtur quòd sit aliquod maximum malum, cuius contrarium posset videri, quia secundùm Doct. Sanct. prima par. q. 49. ar. 3. nõ datur summum, & per essentiam malum. Videtur autem idem esse maximum malum, & summum. Sed dicitur, quòd non est idem maximum malum, vel pessimum malum moraliter, & malum summum per essentiam; quia malum per essentiam esset, quod non haberet aliquid de bono, & esset causa omnis mali, quod impossibile est esse; quia malum purum destruit seipsum, vt patuit artic. 2. circa finem, & hoc malum summum quasi per se existens sine omni bono negat Doct. Sanc. prima parte vbi iam; sed pessimum, vel maximum malum morale dicitur, non quia sit sine omni bono, & separatum ab omni bono, sed dicitur summum malum extrinsecè, & obiectiuè, quia videlicet est contra rem maximam, & opponitur maximè bono, iõ est pessimum, ratione videlicet materiæ, & obiecti a quo peccata habent grauitatem. Quare circa rem optimam est grauissimũ peccatum, scilicet moraliter, & ex specie non entitatiuè. Sic Scotus. Solemus dicere, quòd actus bonus habet quandam infinitatem bonitatis, ex hoc, quòd per charitatem ordinatur in Deũ, & concordat Scotus in fine quarti. Est igitur pessimum malum, quia oppositũ summo bono, sed an summo bono aliquod malum opponatur videbimus statim. Tertiò est dubium, quia Doct. Sanct. infra q. 84. art. 4. ad primum, clarè dicit, quòd non oportet, quòd principalia vitia opponantur principalibus virtutibus, cuius oppositum videtur iã dictum. Quare dictum est, quòd maximis virtutibus opponuntur maxima peccata &c. Sed ibi incidit deceptio propter ignorãtiam significationis terminorum. Non enim est idem dicere principale vitium, quod alio nomine dicitur capitale, & pessimum, vel maximum vitium, vel peccatum. Constat enim apud Doct. Sanct. secunda secundæ q. 34. art. 4. quòd odium Dei non est principale vitium, vel capitale, & tamen est pessimum, & grauissimum; & secũdò constat apud Doct. Sanct. secunda secundæ q. 132. art. 4. ad tertium, & alibi, & in de malo q. 9. ar. 2 ad quintum, Nõ est ęstimandum, quòd omnia peccata, quæ dicuntur capitalia, sunt ex genere suo mortalia &c. Sed quia vitium capitale dicitur ex quo alia peccata oriuntur &c. Et vbicunque de hoc loquitur Doct. Sanct. vult quòd ad capitale vitiũ non requiritur, quòd ex genere suo sit mortale; ergo aliunde est principale, aliunde pessimum, vel maximum peccatum. Est enim capitale per quandam derivationem sui obiecti in multa peccata; quia videlicet habet rationem originis finalis propinquè respectu multorum peccatorum, ita quòd ad finẽ, & obiectũ suum nata sunt fieri multa peccata, siue sit graue in materia, siue non. Sed est pessimum, quia habet maximam maliciam, quæ principaliter prouenit ex obiecto maximo. Quare non est contradictio aliqua, immo stãt valde benè simul, quòd principalia vitia, id est capitalia, & principalitate finali non opponuntur virtutibus principalibus, scilicet directè; cum quo stat, quòd pessima vitia, & peccata opponãtur principalibus, & maximis virtutibus directè; quia principalis virtus est circa maximã materiam, & pessimum peccatum circa eandem contrario modo. Quare contrariantur. Dictum est autem, quòd vitium habet maiorem grauitatẽ, & maliciam, quia opponitur maiori virtuti directè, nihil autem dictum est de principalitate &c. Vnde Doct. Sanct. de malo quæst. 8. ar. 1. ad vigesimumsecundum. Vitium principale non dicitur per oppositionem ad virtutem principalem, & ideo nõ oportet, quòd odium sit vitium principale quamuis charitas sit virtus principalis, hæc illę, & ibidem ad tertium. Vnde licet vitium opponaẽ virtuti, non tamen oportet, quòd principale vitium opponatur principali virtuti; quia non est eadem ratio originis virtutis, & vitij, hæc illę. Tunc ibi.

Dubiũ primum.

Responsio

Dubiũ secundum.

Responsio

Aliud dictum principale, vel capitale, a liud malum in malitia.

Dubium tertium.

Responsio

¶ Alio modo potest considerari oppositio virtutis ad peccatum secundùm quandam extensionem virtutis cohibentis peccatum, quantò enim fuerit virtus maior, tantò magis elongat hominem a peccato sibi contrario, ita quòd non solùm ipsum peccatum, sed etiam inducentia ad peccatum cohibet; & sic manifestum est, quòd quantò aliqua virtus fuerit maior, tantò etiam minora peccata cohibet; sicut etiam sanitas quantò fuerit maior, tantò

etiam

etiam minores discrepantias excludit, & per hunc modum maiori virtuti minus peccatum opponitur ex parte effectus.

D. 200. 1179.

¶ Ponit secundum membrũ distinctionis principale, quòd alio modo potest considerari oppositio virtutis ad peccatum non directè, sed secundùm quandam extensionem virtutis cohibentis peccatum, ita quòd virtus opponitur vitio, quia non permittit ipsum fieri, & cohibet, & tollit; & posset haberi simile de illa duplici oppositione peccati, & virtutis in aliquo prælato cui opponitur directè inobedientia subditorum; sed si est diligens non solùm aduersatur sibi inobedientia, sed etiam quicunque alij defectus etiam leues subditorum, vt non patitur fractionem silentij, & huiusmodi; sic virtuti opponitur aliquid directè stãdo sibi in faciem, id est contrario modo se habendo ad obiectum virtutis, sed si est magna & diligens non patitur quocunque defectus in subiecto sibi contrarios. Vnde est secundum conclusio responsiua huic mẽbro correspondens, per hunc modum (id est secundùm extensionem virtutis, & cohibitionem, & detestationẽ) maiori virtuti minus peccatũ opponitur ex parte effectus. Hoc est dicere, quòd maior virtus nõ patitur, nec suffert, sed excludit etiam pauciores defectus, & minora peccata, quæ exclusio est effectus virtutis. Probatur conclusio. Quantò virtus fuerit maior, tantò magis elongat hominẽ a peccato sibi contrario, ita quòd non solùm ipsum peccatum, sed etiam inducentia ad peccatum cohibet; igitur quantò maior fuerit virtus, tantò etiam minora peccata cohibet, & per consequens sequitur conclusio, quòd ex parte effectus, qui est cohibitio peccati minora peccata contrarientur (quia non potest ea pati) maiori virtuti. Consequentia clara est; quia si virtus magna cohibet etiam occasiones, & inducẽtia in peccata, multò magis ipsa peccata. Antecedens patet per simile; sicut sanitas quantò fuerit maior, tantò etiam excludit, & non patitur minores discrasias, & disproportiones in corpore humano, & ergo patet conclusio ista.

Conclusio secunda.

ARGVMENTVM in contrarium est confirmatiuum primæ conclusionis.

¶ Nota circa hoc argumentum ea quæ supra quæst. 39. artic. 4. ad primum dicta sunt; quia illa auctoritas, Pessimum optimo contrarium est, intelligitur ad sensum primæ conclusionis hic positæ, quia videlicet optimę virtuti contrariatur pessimum vitium directè, & verificatur præsertim in moralibus, quando optimum, & pessimum comparantur ad seinuicem circa idem obiectũ, tunc semper optimo contrariatur pessimum. Si autem comparatur optimum ad aliud minus bonum circa diuersa obiecta, non oportet, quòd oppositũ optimi sit peius oppositio minoris boni, nisi quando se non includunt. Sicut exempli gratia. Odium est pessimum quia contrariatur optimo, scilicet charitati, & hoc non fallit in quibuscunque; quia videlicet si opponitur optimo circa idẽ obiectum, tunc est pessimum. Si autem charitas comparetur ad aliam virtutem minus nobilem, vt fidem, tunc non oportet, quòd oppositum charitatis (scilicet odium) sic peius oppositio fidei, scilicet in fidelitate, si infidelitas accipiatur cum inclusione odij ratione cuius incluși habet rationem peccati. Similiter quia iustitia est maxima virtus inter morales appetitiuas, ideo iniustitia, quæ sibi directè opponitur circa idem obiectum, est grauius peccatum in moralibus; sed si iustitia comparetur temperatiæ, quæ est circa aliam materiam, & oppositum temperãtiæ includit oppositum iustitiæ, non oportet, quòd id quod opponitur iustitiæ, sint maius peccatum. Sicut exempli gratia, si arguatur. Iustitia est melior temperãtia, igitur furtum oppositum iustitiæ est peius adulterio, quod opponitur temperantiæ; quia vt patebit artic. 5. ad primum, adulteriũ includit etiam iniustitiam, sed in non se includentibus, valet consequentia, vt arguendo. Iustitia est melior liberalitate, ergo iniustitia est peior illiberalitate, vel auaritia, quæ potest esse sine iniustitia, quando quis non dat sua liberaliter, non tamen accipit in excessu, vt patet 4. Ethycorũ. Quare semper verum est, quòd optimo opponitur pessimum circa idem obiectum, & hoc vult auctoritas, sic etiam comparando optimum ad minus bonũ, si minus bonum includat magis bonum, tunc etiam non valet, sicut patet in exemplo supra quæst. 39. ar. 4. ad primum; quia dilectio meritoria melior est, quàm fides, vel spes, & tamen oppositum fidei, & spei peius est, quàm oppositum dilectionis meritorię, scilicet odio, proximi, quia desperatio, & infidelitas grauiora sunt; sed dilectio meritoria includit spem, & fidem; igitur nõ oportet, quòd oppositum eius sit peius oppositio fidei, quia bonitatem suam habet a fide. Vnde patet, quòd non semper oppositum melioris est peius, quando oppositum minoris ipsum includit, & aliquid addit &c Et patet, quòd ista propositio tenet principaliter in moralibus, & fundamẽtum est, quia ab eodem virtus habet maiorem dignitatem a quo peccatum maiorem grauitatem, ideo quando directè opponuntur tunc meliori opponitur peius, & quando peccatum ab eodem habet fugibilitatem totam, a quo virtus habet appetibilitatem.

Optimo cõtrariaẽ pessimum exponitur.

¶ Nota quòd posset esse quæstio, an etiam in naturalibus, & rebus ipsis, ita sit, quòd optimo (quod est Deus) opponitur pessimum, quod est malum, & pessimum, vel summum malum, quia Doct. Sanct. prima par. quæst. 49. ponit, quòd summo bono nullũ malum opponatur. Ad hoc dicitur (quia posset alicui videri contradictio in Doct. Sanct. vbi iam, qui dicit, quòd malum culpæ opponatur Deo secundum quòd in se est, & postea dicit, quòd summo bono nullum malum conuenit, sed non est contradictio.) Vnde dicitur, quòd malum est duplex. Vnum est malum formaliter in aliquo existens, remotis ab eo perfectionem sibi debitam, & possibilem, quæ abest, & tale malum impossibile est, quòd Deo conueniat. s. formaliter, eo modo quo priuatio alicui formaliter inest. Et hoc intendit Doct. Sanct. quòd summo bono nullum malum opponitur, quia est actus purus; priuatio autem (& malum acceptum pro priuatione perfectionis) non conuenit, nisi enti in potentia. Sed alio modo accipitur malum pro malo culpæ, & tale opponitur Deo, non quòd ipse peccet, sed quia peccatum hominis est circa Deum; sicut obiectum, quemadmodum charitas est circa Deum, ita peccatum, quod est odium Dei directè respicit, & contrariatur Deo in se, cui vellet perfectionem suam nõ inesse, & sic etiam summo, & optimo bono opponitur pessimum peccatũ, scilicet extrinsecè, & obiectiuè non formaliter, & intrinsecè, sed optimo bono. s. Deo non opponitur summum malum per exclusionem omnis boni, sed pessimum peccatum; iam autem dictum fuit, quòd aliud est summum malum, & pessimum peccatum, primum non datur, sed secundum, vt patuit.

Quomodo summo bono opponitur malũ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de oppositione, quæ attenditur secundùm cohibitionem peccati, sic enim abundans iustitia etiam minora peccata cohibet.

¶ Maior vera, quòd in abundanti iustitia virtus maxima est, vel accipiendo iustitiam generaliter, vt se extendit ad omnem virtutem, sicut Matthei 3. Decet nos adimplere omnem iustitiam, vbi secundum Doctores capitur generaliter, vt etiam includit humilitatem secunda secundæ q. 58. art. 5. ad sextum; vel accipiendo pro iustitia, vt est distincta virtus, vt supra q. 66. art. 4. Concedo consequenter, quòd abundans iustitia cohibet iram, quæ est minus peccatum, quàm homicidium, quod cohibet minor iustitia; ergo &c. Maximę virtuti opponitur minimum peccatum oppositione extensionis, & quo ad effectum, & probat hæc ratio secundam conclusionem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd maiori virtuti, quę est circa bonum magis difficile contrariatur directè peccatum, quod est circa malum magis difficile; vtrobique enim inuenitur quædam eminentia ex hoc, quòd ostenditur voluntas procliuior in bonum, vel in malum ex hoc, quòd difficultate non vincitur.

¶ Dicendum ad præsuppositum, quòd virtus est circa difficile, & bonum, tamen virtus habet maiorem dignitatem plus ratione boni, quàm difficilis, vt secunda secundæ q. 27. artic. 8. ad tertium, vbi dicit Doct. Sanct. plus facit ad rationem meriti, & virtutis bonum, quàm difficile. Vnde nõ oportet, quòd esse difficilius sit magis meritorium, sed quòd sic est difficilius, vt etiam sit melius, hęc ille, & vide Capreolum in 3. di 30. ad argumenta contra octauam conclusionem, vide & argumenta durandi, quia difficultas ex parte operantis nullam confert bonitatem, sed difficultas ex parte operis præbet bonitatem, & meritum accidẽtale; sed bonitas operis cõfert bonitatem essentialem virtuti magis, quàm difficultas, vide infra quæst. 114. ar. 4. ad secundum, vbi extensius de hac materia dicetur. Vltra ex quo videtur, quòd maior virtus sit circa magis difficile. Dico quòd negatur, quòd sit maior virtus ratione difficultatis tantùm, nisi assit, & maior bonitas; nam & in malis perpetrandis potest esse magna difficultas etiam ex parte operis. esto ratione maioris difficultatis possit esse maior secundùm qd, sed simpliciter maior est ratione bonitatis obiecti, & operis. Ad minorem dico, quòd malè subsumitur, si enim rectè subsumeretur, minor est falsa. s. peccatũ, quod directè opponitur virtuti non est circa difficile malum, quia dicit maior, quòd virtus est maior, quia circa magis difficile, ergo debet subsumi, sed peccatum directè sibi oppositum nõ est magis circa difficile malum, vel sic subsumatur, sed peccatum circa magis difficile malum est minus, illas minores Doct. Sanct. ostendit falsas, & vult, quòd sic debet subsumi, quòd tale directè contrariatur maiori virtuti, & ostendit quare est maius peccatum, quia vtrobique est aliqua eminentia propter procliuem voluntatem. s. in bono, & in malo, in bono in bonitate, in malo in malitia, & ergo sicut propter difficultatem boni ostenditur maior bonitas saltem ratione generis, & conatus, ita in malo, maior malitia propter peiorem voluntatem; quòd autem minor sit falsa declaratur; sicut enim charitas est circa difficile nobis, vt patet secunda secundæ quæst. 24. art. 2. ad secũdum (qa propter inclinationem voluntatis nostræ, & pronitatem ad proprium bonum, propter etiam tactum sensualitatis ad bona sensibilia difficile est diligere Deum, vt charitas diligit; sicut obiectũ beatificum super omnia) sic odium Dei est circa magnum difficile, & maximè abominabile. s. contra Deum in se, qa vult odium, vt Deus non habeat bona sua, quod est difficile volendum. Vnde

Capreolus.

& secunda

& ſecunda ſecundæ quæſt.34.art.5. oſtendit Doct.Sanct.ꝙ odium eſt vltimum peccatum, & maximè contra naturam rationis, ideo non eſt capitale. Verum eſt,quòd minor,vt iacet eſt vera, quòd minus eſt peccatum,ſi quis deficiat in magis difficili bono,quàm ſi deficiat,& prætermittat bonum minus difficile;quia ibi minus eſt de voluntario ; nam defectus , & omiſſio magni boni habet cauſam magis extrinſecam,ſcilicet difficultatem rei. Sed negatur,ꝙ peccare⌣, & deficere committendo circa magis malum,& magis difficile(ſicut deberet ſubſumi)quòd hoc ſit minus peccatum,immo magis peccatum tum ratione grauitatis ſpeciei , & obiecti, quia eſt circa maximè malum, tũ ratione grauitatis generis,quæ eſt ex voluntario ; quia ſicut homo agens bonum difficile oſtenditur habere promptam,& magnam voluntatem,quæ ex difficultate non vincitur,ſic in peccato commiſſionis,quod eſt circa malum magnum,& difficile,eſt magna grauitas ex ſpecie, quia magnum malum, & magna ex genere,id eſt voluntate, & contemptu,quia voluntas adeo procliuis eſt,vt difficultate mali non vincatur;& hæc vltima tangit Doct.Sanct.in ſolutione reſpondendo ad minorem, quæ deberet ſubſumi, ſcilicet ſed peccatum , quod eſt de difficili malo (quod videlicet directè contrariatur maiori bono, & virtuti) eſt minus peccatum, quia falſa eſt , quod Doct. Sanct.oſtendit a ſimili de virtute, quæ eſt circa maius bonum, & innuit Doct.Sanct.quòd minor litteræ nõ ſit ad propoſitum,quia peccatum de magis difficili bono (quod quidem eſt minus peccatum) hoc non contrariatur directè maiori bono, & maiori virtuti,ſed peccatum de magis difficili malo, hoc contrariatur. Vnde non arguit contra intentionem articuli,quia dictum eſt,quòd maiori virtuti opponitur maius peccatum , quando peccatum ſibi directè opponitur , & hoc eſt peccatum ; non ſicut minor ſubſumit deficere in magis difficile bono,ſed peccatum,quod eſt committere circa malum magis difficile.Quare D.S.innuit ſoluendo quod argumentum non arguat contra dictum,& ſi debeat arguere cõtra dicta, oportet minorem aliter formare, & erit falſa.Quare negatur conſequentia,quia nos diximus,quod peccatum directè oppoſitum virtuti maiori ſit maius,ſed defectus in magis difficili.ſ.bono, hoc non directè opponitur;ſed peccatum circa magis difficile malum,& hoc maius eſt.

¶ Nota quòd ex bonitate obiecti, & operis virtus habet maiorem bonitatem eſſentialem,& ſpecificã, quæ vt patuit eſt ex obiecto.Ex maiori autem difficultate habet maiorem bonitatem genericam;& ergo tam in bono magis difficili, quàm in malo magis difficili, arguitur maior bonitas , vel malitia ex parte voluntatis; & quia præſupponitur,quòd ſit etiam magis malũ,vel magis bonum,ideo eſt etiam maior grauitas ſpecifica &c.

¶ Nota propter verbum ſolutionis,quod in eius principio habetur,Scotum in fine tertij.Difficultas(inquientem) in opere virtuoſo non eſt per ſe ex parte operantis, ſed ex parte operis. Difficilius eſt enim auaro dare vnum quàm liberali decem , & tamen non virtuoſius , nec qualiſcunque difficultas ex parte operis arguit maiorem virtuoſitatem,ſed illa quæ per ſe includit excellentiam obiecti,quod per ſe attingitur per operationem; talis autem difficultas ſtat cum maiori leuitate⌣,ſcilicet ex parte agentis &c. idem habet Doct.Sanct.2. ſenten.diſt.29.artic.4.ad tertium, & in cor.vbi dicit, non enim arduum opus auget rationem meriti,niſi ratione bonitatis, & non ratione difficultatis , niſi per accidens, inquantum,ſcilicet in id quod difficile eſt, maiori attentione aliquis conſurgit,& cum maiori conatu voluntatis Hæc ille. Vide⌣ & reliqua, quæ valent pro intellectu multorum , & præcipuè quomodo dilectio inimici poſſit eſſe melior. Vnde.& ad tertium ibidem dicit,aliquid poteſt dici difficile dupliciter.Vel ex arduitate operis,& ſic virtus intelligitur circa difficile eſſe, quod ſcilicet in ſe difficile eſt,& arduum.Vel ex imperfectione operantis,& ſic virtus circa difficile non eſt,ſed talem difficultatem tollit.Quantò enim aliquis virtuoſior eſt,tantò facilius opera virtutis exercet. Nec tamen dicendum eſt , quòd quantò virtuoſior ſit, minus mereatur Hæc Doct.Sanct.

Quæ difficultas faciat ad bonitatem.

¶ Ad tertium dicendum , quòd charitas non eſt quicunque amor ; ſed amor Dei ; vnde non opponitur ei quodcunque odium directè , ſed odium Dei , quod eſt grauiſſimum peccatorum⌣.

¶ Dicitur quòd maior vera,& habet Doct.Sanct.ſupra q.66.arti.6.Ad minorem,odium autem quod opponitur &c. Si intelligitur de odio charitati directè,& principaliter oppoſito (.ſ.ratione principalis obiecti,Dei videlicet)omnino falſa eſt,& eius falſitatem oſtendit Doct.Sanct.ſecunda ſecundæ q.20.ar.3 ex q.34.ar.2. Sed concedo,quòd odium hominis eſt minus peccatum,quàm infidelitas,& deſperatio,quia illa contra Deum;negatur autem conſequentia; quia odium Dei eſt principale, & directum oppoſitum charitatis,& hoc peius eſt alijs; quia infidelitas non habet grauitatem,niſi ex odio veritatis,& Dei ex conſequenti.

¶ Nota autem circa hoc, quòd quamuis dilectio meritoria ſit melior fide,& ſpe⌣, non tamen ſequitur,quòd odium proximi ſit peius deſperatione ; quia dilectio meritoria non eſt ſine fide , & ſpe,& habet bonitatem ex illis. Quare non oportet,quòd oppoſitum ſuum ſit peius oppoſito aliorum,ſed econtra. Si enim dilectione proximi meritoria ſubtraheretur,quod eſt ex fide,& ſpe formatis,tũc fides,& ſpes eſſent meliores dilectione naturali proximi,ideo nec oportet, quòd eius oppoſitum ſit dignius, quia dictum eſt,quòd regula ſolùm tenet in ſe non includentibus &c.

Vtrum peccata carnalia , ſint grauiora quàm ſpiritualia.

AD quintum ſic proceditur. Videtur quòd peccata carnalia non ſint minoris culpæ , quàm peccata ſpiritualia. Adulterium enim grauius peccatum eſt, quàm furtum. Dicitur enim * Prouerb. 6. Non grandis eſt culpæ cum quis furatus fuerit, qui autem adulter eſt propter cordis inopiam perdet animam ſuam, ſed furtũ pertinet ad auaritiam, quæ eſt peccatum ſpirituale,adulterium autem ad luxuriam, quæ eſt peccatum carnale;ergo peccata carnalia ſunt maioris culpæ. E 2.2. qo.154. arti.3.Et.q. di.9.ar.2.q. 5.cor.Et d. 31. qu.unq. q.2.ad 3.Et Veri. q.25. ar.6.ad 1. Et Iſa.ca.58 ver.6 fin. * Prouer.6.

¶ 2 Præt. Auguſtinus dicit ſuper Leuit.quòd Diabolus maximè gaudet de peccato luxuriæ, & idolatriæ,ſed de maiori culpa magis gaudet;ergo cum luxuria ſit peccatum carnale , videtur quòd peccata carnalia ſint maximę culpæ. Auguſt.

¶ 3 Præt. Philoſophus probat in 5.Ethi. * quòd incontinens concupiſcentię eſt turpior , quàm incontinęs irę,ſed ira eſt peccatum ſpirituale ſecundùm Grego.31. Moralium, * concupiſcentia autem pertinet ad peccata carnalia;ergo peccatum carnale eſt grauius, quàm peccatum ſpirituale⌣. * Arith.c.6. * Grego.c. 31.

¶ Sed contra eſt,quod Gregorius dicit, * quòd peccata carnalia ſunt minoris culpæ , & maioris infamiæ, quàm ſpiritualia. *Li.31.Moral.c.31.Ii.23.ſecũ.

¶ Hic comparat peccata carnalia,& ſpiritualia in grauitate,& eſt quoddam dubium circa prædicta,& quia illa maior,vel minor grauitas(vt patebit)partim prouenit ex obiecto, & ex ſpecie,partim ex genere⌣, quia maior, vel minor contemptus, & voluntas, ideo ponitur inter præcedentes, & ſequentes, quia aliqualiter cõtingit vtrunque.

¶ Nota autem primò ex ſupra dictis.q.72.artic.2.quòd peccata carnalia ſunt duo,videlicet luxuria,& gula,quæ ideo dicũtur carnalia non ſolùm ratione obiecti , ſed ratione finis, & obiecti ſimul;quia videlicet perficiuntur in delectatione carnali.

¶ Nota ſecundò quòd Doct. Sanct. in iſto arti.non loquitur de carnali,& ſpirituali, niſi ratione carnalitatis; quia videlicet eſt in carnali delectatione,& quis peccat contra corpus ſuum, & motus ex paſſione,& concupiſcentia carnali, & oportet per intellectum præſcindere alias deformitates aliorum peccatorum,puta iniuſtitiã,& huiuſmodi. Oportet etiam ſupponere, quòd aliquis peccet carnaliter,non ex malitia,vel ex contemptu,ſed tractus a paſſione,& ita conſiderando carnale, vt habet deformitatem intemperantiæ tantùm,excluditur adulterium,ſacrilegium, & huiuſmodi quæ inuoluunt deformitates peccatorum ſpiritualium . Quæritur ergo an carnale ſolùm,vt carnale(.i.quia in carne,& contra corpus,& ex paſſione ſenſibili)vtrum ſit maioris culpæ,quàm ſpirituale,quod ſcilicet ꝓcitur in delectatione ſpirituali,& nõ a Deo prouenit ab exteriori impulſiuo , & habet magis de voluntaria auerſione,& eſt contra dignius,quàm contra corpus.

¶ Reſpondeo dicendum , quòd peccata ſpiritualia ſunt maioris culpæ, quàm peccata carnalia, quod non eſt ſic intelligendum quaſi quodlibet peccatum ſpirituale ſit maioris culpæ quolibet peccato carnali, ſed quia conſiderata hac ſola differentia ſpiritualitatis , & carnalitatis,grauiora ſunt q̃ cætera peccata cæteris paribus. —

¶ Doct.Sanct.ſe abſoluit vnica concluſione reſponſiua in principio tali . Peccata ſpiritualia ſunt maioris culpæ , quàm peccata carnalia.Illam concluſionem primò exponit,ſecundò expoſitam probat, ibi. Cuius ratio eſt. Exponit quia non intelligitur , quaſi quodlibet ſpirituale ſit maioris culpæ (ideſt imputetur ad maiorem pœnam,& habeat maiorem reatum, & auerſionem, & inordinationem) quolibet peccato carnali ; quia hoc non eſt verum, inuenitur enim aliquod ſpirituale , quod eſt ſolùm veniale, & inuenitur carnale,quod eſt mortale graue; & quandoque poteſt contingere ex deliberatione,& certa malitia , & ſpirituale ex ſurreptione.Sed intelligitur cæteris paribus,ita quòd ſit paritas in obiecto,& paritas voluntatis.Et ſi vtrunque ex ſurreptione, ſpirituale eſt carnali grauius,& attentis ſolùm carnalitate,& ſpiritualitate, quia videlicet hoc carnale eſt contra corpus directè, ſpirituale contra

contra animam; & carnale prouenit ex tractu volũtatis ab extra, & ſpirituale ab intrinſeco;tunc intelligitur concluſio,quòd ſpiritualia ſunt maioris culpæ,ideſt magis imputabilia; quia iuxta ſupra dicta q.21.ar.1.aliquid habet rationem culpæ inquantum malum voluntarium.Oſtendetur autẽ nunc,quòd ſpiritualia habent plus de voluntate,& contemptu,& auerſione voluntaria;& comparantur ad ſeinuicem in genere tantùm, & vt ſic formaliter.

¶ Cuius ratio triplex poteſt aſſignari. Prima quidem ex parte ſubiecti;nam peccata ſpiritualia pertinẽt ad ſpiritum,cuius eſt conuerti ad Deum,& ab eo auerti;peccata verò carnalia conſumantur in delectatione carnalis appetitus,ad quem principaliter pertinet ad bonum corporale conuerti; & ideo peccatum carnale inquantum⌣ huiuſmodi,plus habet de conuerſione⌣ , propter quod etiam eſt maioris adhæſionis; ſed peccatum ſpirituale habẽt plus de auerſione , ex qua procedit ratio culpæ ; & ideo peccatum ſpirituale inquantum huiuſmodi eſt maioris culpæ . —

¶ Hic conſequenter Doct.Sanct.probat concluſionem reſponſuam tripliciter . Primò ex parte ſubiecti , ſecundò ex parte eius in quem peccatur, ibi. Secunda ratio,tertiò ex parte motiui, ibi. Tertia ratio.Quo ad primum arguitur ſic , quodcũque peccatum habet plus de auerſione eſt maioris culpæ ; ſed peccatũ ſpirituale, vt ſic, habet plus de auerſione,licet carnale plus habeat de cõuerſione;igitur peccatum ſpirituale inquantum huiuſmodi eſt maioris culpæ.Maior probatur;quia ratio culpę prouenit ex auerſione (ſcilicet a Deo,& bono incommutabili)Et eam oſtendit longius Doct.Sanct.ſecunda ſecundæ q.10.ar.3. quia ſi poſſet eſſe conuerſio ad bonum commutabile ſine auerſione a Deo,etiam ſi cõuerſio eſſet inordinata,non eſſet graue,& mortale peccatũ,ꝙa auerſio,& eſſe contra legem æternam,complet rationem peccati mortalis,vt patuit ſupra.Minor probatur, peccata ſpiritualia ptinent ad ſpiritum,peccata verò carnalia conſumantur in delectatione⌣ appetitus carnaliter,ſed ipſius ſpiritus eſt cõuerti ad Deum, & ab eo auerti.Sed ad appetitum carnalem pertinet principaliter ad bonum corporale conuerti;ergo minor vera, illam ſecundam partem proximę minoris.ſ. quòd ad appetitum carnalẽ pertineat magis conuerſio Doct.Sanct probat ex effectu; quia propterea peccata carnalia ſunt maioris adhæſionis.

¶ Nota circa hæc,quòd quamuis in peccatis carnalibus præſertim mortalibus,neceſſariò concurrat etiam ſpiritus.i.actus volũtatis,& rationis conſentientium,tamen quia ſpiritus, vel ſpiritualis actus non eſt finale peccati carnalis, ſed actus carnalis appetitus, ideo carnalia attribuuntur carnali appetitui non ſpiritui . Et ſecundò eſto,quòd eſſe peccatum ſit completiuè ex voluntate,tamen ex hoc nõ habet,quòd ſit carnale,& ideo D.S. notãter infert ꝙ carnale inquantum huiuſmodi &c.quia ſi magis cõcurrat de⌣ ſpiritu,& voluntate tunc erit grauius cæteris paribus, ſed hoc nõ habet,vt carnale, & ideo ſemper intelligenda eſt locutio formaliter,ꝙ carnale vt ſic,habet minus de auerſione, ꝙa vt ſic non hẽt auerſionem,niſi concurrat ſpiritus cuius eſt auerti a Deo,vt patebit infra q.74.ar.4. Sed carnalis appetitus eſt conuerti, quia appetitus ſenſitiuus(qui hic dicitur carnalis)ex natura ſua fertur in bona ſenſibilia quibus tanquàm cõnaturalibus magis adhæret; eius autem ſecundùm ſe non eſt auerti.a Deo;ſicut nec conuerti,ſed rationis,& voluntatis. Vnde dicetur infra,quòd in ſenſualitate etiã hominis ſecundùm ſe non eſt mortale,ſed veniale. Deinde ibi.

¶ Secunda ratio poteſt ſumi ex parte eius in quẽ peccatur;nam peccatum carnale inquantum huiuſmodi,eſt in corpus proprium,quod eſt minus diligendum ſecundùm ordinẽ charitatis , quã Deus , & proximus,in quos peccatur per peccata ſpiritualia;& ideo peccata ſpiritualia inquantum huiuſmodi,ſunt maioris culpæ. —

¶ Probat ſecundò eandem concluſionem ſic. Illa peccata ſunt maioris culpæ,quæ ſunt cõtra ea, quæ ex ordine charitatis ſunt plus diligenda,ſed peccata ſpiritualia ſunt contra ea quæ ex ordine charitatis ſunt plus diligenda, carnalia autem contra minus diligenda;ergo peccata ſpiritualia,vt ſic ſunt maioris culpæ. Maior nota; quia ſicut charitas obligat, ita & ordo charitatis, & patuit ex artic.3.& 4. quia peccata habent grauitatem maiorem ex hoc quòd maiori bono opponuntur. Minor patet, peccatum carnale inquantum huiuſmodi eſt contra corpus proprium , ſed peccata ſpiritualia ſunt cõtra Deum, & proximum; ſed corpus proprium eſt minus diligendum ſecundùm ordinem charitatis, quàm Deus & proximus; igitur minor vera. Maior illa patuit ſupra quæſtio. 72.artic.2.quia luxuria,& gula perficiuntur in corpore,& reſoluunt, & nocent corpori . Minor proxima patet ſecunda ſecundæ q.26.ar.5.& hic ſupponitur;igitur &c.

¶ Nota quòd Doct.Sanct.dicit,quia peccatum carnale,vt ſic eſt tantùm contra corpus;nam quòd adulterium ſit contra proximũ hoc non habet, vt carnale, ſed vt habet deformitatem iniuſtitiæ, & ideo dicit notanter,vt carnale; quia ſic ſolùm peccat contra ſe ipſum,ſic de alijs ſpeciebus luxurię,quę poſſunt eſſe contra Deũ, ſed non vt carnalia;quare Doct.Sanct.ſemper replicat inquãtum huiuſmodi,ſicut patet de ſacrilegio &c.Tunc ibi.

¶ Tertia ratio poteſt ſumi ex parte motiui, quia quanto eſt grauius impulſiuum ad peccandum , tantò homo minus peccat, vt infra dicetur , * peccata autem carnalia habent vehementius impulſiuum,ideſt ipſam concupiſcentiam carnis nobis innatam,& ideo peccata ſpiritualia inquantum huiuſmodi ſunt maioris culpæ. — *Ar.ſequẽ.

¶ Probat tertiò idem (& requirit ratio iſta art.ſequentem) & arguitur ſic,quantò eſt grauius impulſiuum ad peccandum⌣, tantò homo minus peccat,ſed peccata carnalia habent grauius,& vehementius impulſiuum ; ergo inquantum huiuſmodi ſunt minora, Maior intelligitur de impulſiuo extrinſeco, & probatur artic. ſequenti,quia quantò maius eſt impulſiuum tale,tantò minus eſt de voluntario,quod eſt ab intrinſeco, ſed minus voluntarium tantò minus peccatum ſaltem ratione peccati , ergo . Minor probatur; quia impulſiuum ad carnalia vt ſic, eſt concupiſcentia carnis innata,quæ vehemens eſt,& extrinſeca voluntati;ergo minor vera.

¶ Nota quòd ex hoc habetur, quia verũ eſt præmiſſum in principio ar.quia carnale,vt ſic, habet motiuum extrinſecum, & ergo ſi quis peccat carnaliter abſque tali motiuo, ſed ex habitu , & ex electione, peccatum ſuum non habet paruitatem ex parte motiui vt carnalia habent,vt ſic. Patet ergo quòd conſiderando formale in peccato,ſcilicet auerſionem,& conſiderando obiectum,& materiam in quam peccatur , & conſiderando motiuum ad peccandum,tunc carnale habet minorem culpam,ſed ſpiritualia habent maiorem auerſionem, vt ſic, habent quoque maius obiectum, & minus motiuum extrinſecum,poſſunt enim ſpiritualia,vt ſic eſſe a ſola voluntate,& carnale,vt ſic non,quare patet ar.

¶ Nota pro maiori intellectu iſtius materiæ , quòd non eſt inconueniens,quòd aliquid non conueniat alicui ex ratione generis ſui communis , vel conditionis quaſi genericę , quod tamen aliunde ſibi conuenire poteſt; ſicut extenſio non conuenit albedini ratione generis communis, ſcilicet qualitatis,vt ſic,quia qualitati non conuenit poſitiuè habere extenſionem , non tamen ſibi repugnat,quòd alicui qualitati conueniat ratione quantitatis. Sic in propoſito,carnali peccato ratione generis(vel magis generalis conditionis) non conuenit grauitas, immo aliqua leuitas ; ſed tamen vt participat ſpirituale,vel ratione obiecti,quia eſt cum carnalitate,etiam contra alium, vel quia ęſto ſit ibi delectatio carnalis,& appetitus carnalis , tamen non prouenit ex motiuo extrinſeco,ſed ex malitia,vel habitu voluntatis,tunc participat grauitatem ſpiritualis peccati ſecundùm propriam ſpeciem;ſed ex genere non habet illam grauitatem poſitiuè , ſed ſolùm permiſſiuè ꝙ non repugnantiam participationis ſpiritualis peccati ſecundùm propriam ſpeciem;ſic peccatum ſpirituale ratione generis, vel generalis conditionis, ſcilicet ſpiritualitatis,non habet, quòd ſit ab extrinſeco,ſicut carnale, poteſt enim dari ſpirituale, vt ſic, quod oritur ab intrinſeco tantùm;tamen vt ſecundùm ſpeciem participat carnale aliqualiter (ſcilicet quantum ad motiuum extrinſecum)ſic poteſt alleuiari. Sicut cum quis furatur cõpulſus per paupertatem,peccatum ſuum eſt leuius, quia minus habet de contẽptu,& voluntate,& in hoc participat,& conuenit cum carnali ſecundùm propriam rationem ſpecificam;ſic ergo carnali ſecundũ propriam rationem conuenit eſſe contra corpus proprium, & habere minus de auerſione,& voluntario,cum quo ſtat,quòd poſſit quandoque aliunde,quàm ex ratione carnalitatis accipere, ꝙ ſit contra proximum,vel Deum,& habere multam auerſionem, ſcilicet ſecundùm quòd eſt tale peccatum participans aliquid quod per ſe conuenit ſpirituali peccato ; & econtra de ſpirituali (quod ex ratione propria habet multum de voluntario ratione generalis conditionis) habeat parum de voluntario aliunde, & ita carnale,vt ſic erit minus culpabile,& ſpirituale magis. Cum quo ſtat, vt aliquid quod conuenit vni ex propria ratione, conueniat alteri,per accidens, ſicut extenſio per ſe conuenit quantitati cõtinuę, & per accidens albedini &c.Non enim ſequitur, homo non conuenit alicui ex propria ratione generica ; ergo ſibi repugnat; ſed ſequitur , quòd non conueniat ſibi per ſe ſecundùm illam rationem ; ita carnali non conuenit culpa magna ex propria ratione generica carnalitatis,quæ poteſt colligi ex principio ar,conuenit tamen ſibi aliquando ratione ſpeciei ſecundùm quam participat peccatum ſpirituale;& e contra ſpirituale, vt ſic non habet, quòd ſit ex motiuo extrinſeco,quia tunc omne ſpirituale,vt ſic eſſet ab extrinſeco;tamen ſibi non repugnat,& poteſt ſibi ſecundùm ſpeciem(ſecundùm quam conuenit,& quodammodo participat motiuum carnalis,vt ſic)eſſe ab extrinſeco;ſic ſcientia ratione gñis,ſcilicet qualitatis non habet,ꝙ ſit ad aliqd, & tñ ratione ſpeciei ſubalternę(vt ſcientia eſt) hẽt ꝙ ſit ad aliquid,vt patet.5.Metaph.& in ꝓdicamentis; ſic carnale ratione illius conditionis quaſi gñicæ non habẽt tantam grauitatem, ſicut ſpirituale rõne ſpiritualitatis, ſed tñ rõne ſpeciei (ſecũdùm quam concurrit aliqualiter cũ ſpirituali) trahit

trahit eius grauitatē,& e contra de ſpirituali. Vī ergo dicendum, ꝙ carnali,vt ſic,poſitiuè cōueniat eſſe minoris culpæ,& ſpirituali,vt ſic,eſſe maioris culpæ, & non ſolū per non repugnantiā, cū quo ſtat,ꝙ maior culpa conueniat carnali ſecundū rationē ſpecificam,& ſpirituali minor ſecūdū rōnem ſpecificam ex parte motiui,& qñque obiecti &c.ſicut qualitas ℓm genus hēt,ꝙ ſit abſoluta tū ꝓdicamentum,ſed tñ ℓm rōnē ſpeciei hēt eſſe ad aliqd &c.Cōtraria.n.nō pñt fieri circa idem ℓm idem,tñ ſecundū diuerſa &c.

Circa argumentum in oppoſitum, & auctoritatem beati Gregorij, videlicet peccata carnalia ſunt minoris culpæ, & maioris infamiæ,quàm ſpiritualia.

Aliūde grauitas,q̄ infamia.

¶ Nota quòd aliunde eſt magnitudo culpæ, aliunde magnitudo infamiæ,quia magnitudo culpę reſpicit deordinationem a fine,quæ maior eſt in ſpiritualibus,vt ſic, quia ſunt contra meliora, & ſunt maioris contemptus. Infamia autem reſpicit turpitudinem, quæ maximè conſideratur ſecundùm indecentiam peccantis,cuius decor eſt ex ratione, & ideo peccata carnalia,in quibus caro dominatur ſunt magis exprobrabilia, & indecora, & maioris infamię,quia maximè repugnant excellentiæ hominis, tanq̄ communia nobis,& beſtijs,& quia in eis minus apparet de lumine rationis,& ergo reddunt hominem infamem.i.minus reputatum,& vilem in opinione hominum , quia iudicatur talis beſtialis.Econtra contingit,quòd aliquid ſit peius,& minus verecundū, vt de rapina patet ſecunda ſecundæ q.66.arti.9. ad ſecundum.Et videtur quòd infamia facti,& canonica, de quibus alibi &c. De his vide Doct.Sanct.ſecunda ſecundę.q.142.ar.4.& q.116.ar.2.ad ſecundum,quæ etiam tangit ad tertium hic.

Scotus:

¶ Nota quòd Scotus in 2.di.42.q.5.poſt fundamētum aliàs dictum(.ſ.quòd virtutes ſint principaliter in volūtate) ponit alium modum diſtinguendi peccata ſpiritualia a carnalibus,quia volūtas noſtra propter coniunctionem ſui cum appetitu ſenſitiuo,nata eſt tendere in delectabilia tali appetitui, & ſecundùm iſta delectabilia poſſunt aſſignari peccata capitalia carnalia . Spiritualia autem ſecundùm illud , quod eſt voluntati delectabile in ſe, non propter appetitum ſenſitiuum. Hæc illæ. Sed cōſtat,quia ſpiritualia non ſolùm ſunt in voluntate, immo & in appetitu ſenſitiuo, ſicut & virtutes oppoſitæ . Inuidia enim non eſt dubium quin in concupiſcibili ſit. Similiter & ſuperbia in iraſcibili,& voluntate, & auaritia ſimiliter , ſicut & liberalitas in concupiſcibili , quare iſta diſtinctio non habet fundamentum. Sed diſtinguenda ſunt, vt art.ille diſtinguit. Procedit autem ille modus,diſtinguendi Scoti, ex ſuppoſitione falſi.ſ.quòd virtutes,& vitia ſolùm,vel principaliter ſint in voluntate,cuius contrarium patuit ſupra q.56.art. vltimo. Conſummantur enim peccata huiuſmodi quandoque principaliter in appetitu ſenſitiuo,q̄ videlicet ſunt circa paſſiones &c.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd adulterium nō ſolùm pertinet ad peccatum luxuriæ, ſed etiam pertinet ad peccatum iniuſtitiæ, & quātum ad hoc poteſt ad auaritiam reduci,vt glo.* dicit ad Eph. 5.ſuper illud.Omnis fornicator , aut immundus, aut auarus ; & tunc grauius eſt adulterium,quàm furtum, quantò homini carior eſt vxor,quàm res poſſeſſa.

Eſt gl. Hie 20.in hunc locū to.5.

¶Ad maiorem adulterium grauius eſt,quàm furtum.Verum quidem,ſed non ratione carnalitatis, ſed ratione iniuſtitiæ quam includit , & ſecundùm quòd implicat peccatum ſpirituale , & ad ipſum reducitur.ſ.ad auaritiā; quia ſicut auaritia eſt iniuſtus vſus pecuniæ, ſic adulterium vxoris alienæ,vt patuit ſupra q.72. art.2. ad quartum,& ergo ratione illius iniuſtitiæ,grauius eſt furto,qa tollit meliorem rem,quàm commune furtum , quod tollit rem poſſeſſam ; & ſic adulterium ratione materiæ habet deformitatē iniuſtitiæ.Sed ratione finis eſt ſpecies luxuriæ, & intemperantiæ, vt habet D.S.in de malo.q.15.ar 3.ad vltimum,& non ſolū adulterium eſt grauius furto, immo etiam fornicatio ſimplex , vt hēt D.S.ibidem ar.2.ad ſextum,& q.2.ar. 10. Ad probationem maioris;pro quantò poſſet probare,quòd furtum non eſſet peccatum mortale.Reſpondet D.S. ſecunda ſecundæ q.66.ar.6. ad primum. Quia intelligitur furtum non eſſe grandis culpæ propter neceſſitatem inducentem ad furandum, quæ diminuit,vel totaliter tollit,quando eſt extrema neceſſitas, vt D.S.oſtendit ibidem, arti.7. Secundò intelligitur, & dicitur furtum non eſſe grandis culpæ p comparationē ad reatum adulterij,quod puniebatur morte. Vnde ſubditur.Prouerb.6.de fure, ꝙ deprehenſus reddet ſeptuplum, qui autem adulter eſt,perdet animam ſuam. Hæc Doct.Sanct.

Fornicatio grauior furto.

¶Nota ꝙ in his verbis D.S.tangit quoddam dubium. An iuſtè fures ſimplices,& diurni interficiantur,nam vt D.S.tangit in lege veteri, furtum non puniebatur morte , in legibus quoque ciuilibus non eſt ſtatuta pœna mortis , ſed quædam aliæ etiam citra mutilationem membrorum.

Scotus.

¶Ad hoc reſpondet Scotus in 4.diſt.15. in quarta q.& videtur ſibi,quòd nulla conſuetudo introducere poſſit , vt fures ſimplices iuſtè occidantur,quia nec Deus olim,nec aliquando fures excepit ab hoc præcepto,non occides. Sed hoc ſatis graue eſſet, nam & multos nunc leges ciuiles interficiunt, qui de iſto præcepto negatiuo non ſunt excepti , vt de ſe patet . Quare alijs viſum eſt,quòd neceſſitas pacis communis,& frequens incorrigibilitas huius malitiæ,faciat vt conſuetudo legitimè præſcribere poſſit.Sed de hoc alibi , nam & hæc circa iſtam probationem maioris ſe obtulerūt incidentaliter &c.

¶Ad minoris primam partem, ſcilicet (ſed furtum pertinet ad auaritiam,quæ eſt peccatum ſpirituale) Conceditur, quia eſt ſpirituale medio modo,ſcilicet non ratione obiecti , ſed quia perficitur in delectatione ſpirituali, & interiori,vt patuit ſupra q.72. arti.2.ad quartum. Ad ſecundam partem minoris , ſcilicet adulterium autem ad luxuriam, quæ eſt peccatum carnale . Dico quòd non tantum pertinent ad luxuriam, ſed etiam ad auaritiam reducitur,quia includit ablationē,vel vſum rei alienæ.Vltra ergo carnalia ſunt maioris culpæ ratione carnalitatis , & ratione conditionis generię,negatur,ſed quandoque ſpecies luxuriæ,& intemperantiæ,mixta cum ſpirituali,& continens grauitatem ſpiritualis, hoc eſt grauius aliquo ſpirituali.

¶Sed hoc eſt dubium , an ſit dabile aliquod peccatum carnale, quod ſolùm habeat grauitatem carnalis ſine deformitate ſpiritualis peccati.Fornicatio enim etiam ſimplex, illa non ſolùm habet grauitatem luxuriæ,ſed etiam iniuſtitię,quia eſt contra vitam hominis alterius in potentia . Quare & dictum eſt , quòd ſit grauius peccatum,quàm furtum,vt D.S.tangit vbi ſupra in de Malo.

¶Ad hoc dicitur,quòd immo datur aliqua luxuria,quę ſola habet grauitatem carnalis ſine ſpirituali,& hoc eſt leuiſſimum, & tñ veniale.Eſt enim ſecundùm D.S.in de Malo vbi ſtatim ar.2.& tertio duplex luxuria.Vna ſolū propter inordinatam concupiſcentiam,ſicut cum quis nimis concupiſcit etiam vxorem ſuam, & nō fertur extra limites matrimonij. Conſtat autem ibi eſſe peccatum carnale tantùm,& leue,quia venialia tātùm.Sed alia luxuria propter inordinationē actus,qui eſt cum non ſua,& extra matrimonium,eſt peccatum mortale,ſed hoc non habet(.ſ.mortalitatem) niſi ratione ſpiritualitatis,quia committit iniuſtitia,vt eſt in adulterio,vel fornicatione, vt patuit; & ergo carnale tantùm leue eſt, ſed carnale ratione finis , & ſpirituale ratione materiæ, pōt eſſe graue &c.D.S.reſpondet ad ſecundam partem minoris.

¶ Ad ſecundum dicendum , quòd diabolus dicitur maximè gaudere de peccato luxurię, qa eſt maximę adhærētiæ,& difficile ab eo homo poteſt eripi;inſatiabilis eſt.n.delectabilis appetitus,vt Philoſ.dicit in 3.Ethi.* * Ariſt.vii. tom.3.

¶ Ad maiorem Diabolus maximè gaudet de peccato luxuriæ, & idolatriæ. Dico quòd non eadem ratione , maximè gaudet de his duobus peccatis . Gaudet enim de idolatria maximè propter grauitatem peccati,& ex ſpecie.Eſt enim idolatria, etiam ſpecie grauiſſimum,vt oſtendit Doct Sanct.ſecunda ſecundæ q 94.ar.3. Secundò gaudet maximè de idolatria propter ſuperbiam ſuam, delectatus honore Deo debito . Sed gaudet maximè de luxuria, quia cum habeat,iuxta dicta articuli,multum de conuerſione, & ſit maximę adhærentiæ,& difficile relinquatur propter inſatiabilitatem concupiſcentiæ carnalis , & non quia ratione carnalitatis ſit grauiſſimum peccatum. Ad minorem de maiori culpa magis gaudet,non ſolùm maiori quaſi intenſiuè ; quia peior ſit , ſed etiam extenſiuè,quia plus durat,& adhæret, & difficilius relinqtur quia vt hēt D.S. ſecūnda ſecundæ;concupiſcentia quantò magis ſibi conſentitur, tantò magis ſemper creſcit,& prænalet.Concedo ſubſumptionē,ꝙ luxuria eſt carnale, ſed negat cōſequētia.

¶Ad tertium dicendum , ꝙ ſicut Philoſophus dicit* turpius eſt eſſe incontinentem cōcupiſcentiæ, quàm incontinentem irę , quia minus participiat de ratione , & ſecundùm hoc etiam dicit in 3. Ethico. * quòd peccata intemperantię ſunt maximè exprobrabilia,quia ſunt circa illas delectationes,quæ ſunt communes nobis,& brutis ; vnde quodammodo per iſta peccata homo brutalis redditur, & inde eſt , quòd Grego. dicit * quòd ſunt maioris infamiæ.

*Li.7.Eth. cap.6.

*Ariſt.ii. tom.3.

* Greg.10. co citato i arg.ſed cōtra.

¶ Maior(ſcilicet quòd incontinens cōcupiſcentiæ eſt turpior, quàm incontinens irę)eſt vera, & eam declarat Doct.Sanct.ſecūda ſecundæ q.156.ar.4. Sed hoc non eſt propter maiorem grauitatem,quam habeat ratione carnalitatis , ſed ratione dicta circa argumentum in oppoſitum ; quia eſt magis contra excellentiam hominis,& eſt magis beſtialis,tanquàm hominibus,& beſtijs cōmunis.Quare & magis exprobrabilis eſt., vt fuit allegatum circa argumentum in oppoſitum. Minor conceditur, quòd ita eſt peccatum ſpirituale,quia perficitur in delectatione ſpirituali , & eſt circa delectabile ſpirituale, quia in delectatione conſequente apprehenſionem vindictæ,q̄ eſt interior,& animalis &c.Sed negat conſequentia, quia non ſequit, eſt turpior,ergo peior culpa;qa Gregorius expreſsè dicit,ꝙ carnalia ſunt maioris infamiæ,& per conſequens maioris turpitudinis, & tamen dicit ea minoris culpæ;quare ſtant ſimul,ꝙ ſint turpiora,& tamen minoris culpæ;ſicut in rapina,& doloſa circumuentione, maior eſt culpa,minor verecundia,immo homines de iſtis gloriantur.

*Matth.7. Ex Auguſ. li.1. contra Iulian.c.8. tom.7.

¶ Hic quærit de alio ex quo variatur grauitas peccati,& attenditur inęqualitas peccatorum.

¶Nota autem ꝙ D.S.in ar.3.quæſiuit de obiecto, quod eſt obiectū peccati ex natura ſua , & cauſa quaſi intrinſeca ſpecificatiua. Hic aūt quærit de cā in cōi,videlicet effectiua,& finali.Nā qñq; præter obiectum,quod eſt materia circa quam actus exterioris,& finis immediatus actus voluntatis , eſt obiectum,& finis intētionis agentis.Sicut enim ſupra dictum fuit q.19.ar.7. Bonitas volūtatis dependet ex bonitate intentionis . Vnde ſi voluntas, & actus exterior ſint boni obiecti,intentio autem eſt mali finis,erit voluntas mala.Quare oportet aduertere,ꝙ non eſt idem dicere peccatum habet grauitatem ex obiecto , & cā finali loquendo de actu exteriori,& actu qui eſt voluntas , licet ipſius intentionis idem ſit obiectum,& finis, quia eſto obiectum actus exterioris ſit motiuū finale volūtatis,non tñ eſt cā finalis agētis,& intentionis ſp.Accidit enim quandoque,vt finis ſit ex fine, & voluntas ex volūtate, vt patuit ſupra q. 19.art.2. ad primum.Iſta autem dixi,ne quis putet hunc art.quo ad vnum membrum (dum ſcilicet loquitur de cauſa finali)incidere cum art.3.

¶ Reſpondeo dicendum , quòd in genere peccati ſicut & in quolibet alio genere poteſt accipi duplex cauſa. Vna quæ eſt per ſe , & propria cauſa peccati , quæ eſt ipſa voluntas peccandi;comparatur enim ad actum peccati, ſicut arbor ad fructum , vt dicitur in glo.* ſuper illud Matt.7.Nō pōt arbor bona fructus malos facere.

¶ In hoc ar.D.S.reſpōdet ad quæſitum diſtinctè, ideo ponit diſtinctionem trimembrem ſecundùm quam reſpondet tribus concluſionibus. Vnam iuxta primum membrum,ſecūdam iuxta ſecundum,ibi. Aliæ verò cauſæ &c.tertiam circa tertium membrū, ibi.Aliæ verò.Circa primum,primò ponit primū membrū diſtinctionis. Secundò ex hoc infert concluſionem primam cū probatione, ibi, Et huiuſmodi &c. Diſtinctio eſt iſta . In genere peccati ſicut & in quolibet alio genere,poteſt accipi duplex cā.Vna p ſe, & propria cauſa.ſ.effectiua,& per ſe motiua effectiuè ad peccatū, quæ eſt ipſa voluntas peccandi,quæ eſt principium completium malitiæ,& boni moralis,vt patuit ſupra q.20. Deinde ibi.

¶ Et huiuſmodi cauſa quantò fuerit maior tantò peccatum erit grauius ; quantò enim voluntas fuerit maior ad peccandum tantò homo grauius peccat.

¶ D.S.infert concluſionem primam huic membro correſpondentem,quantò huiuſmodi cā(.ſ.per ſe effectiua) fuerit maior,tātò peccatum erit grauius,quam ſic probat, quantò voluntas fuerit maior,tantò homo grauius peccat;igitur cōcluſio vera.Tenet cōſequentia;quia voluntas eſt talis cā.ſ.per ſe effectiua.Antecedens probatur extra literā partim.In his,quæ ſunt per ſe,ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis &c. Sed volūtas eſt per ſe cā peccati;igit ſi maior,& maius peccatū . Minor iſta probatur,quia voluntas cōparatur ad peccatū,ſicut arbor ad fructū, ſed iuxta ſupra dicta q.70.ar.1.Fructus comparatur ad arborem, vt per ſe cauſam productiuam ; igitur &c. Quare patet ex inductione illius ſimilis de arbore,& fructu, quòd D.S. vult,voluntatē eſſe cauſam effectiuam peccati &c.

¶Nota aūt,quod dicebatur ar.3. ꝙ grauitas ex obiecto erat prima,tanquàm conſequens ſpeciem; illa aūt grauitas eſt quaſi generica,conſequens per ſe cauſam effectiuam, ex qua ſumitur genus peccati,inquantum culpa,& peccati moralis,quia nullū peccatum eſt,niſi voluntarium.Quare per voluntatem habet eſſe peccatum,quod eſt quoddam genericum,& cōe omnibus peccatis.

Maior grauitas ex obiecto , q̄ ex uolunta te.

¶ Si aūt quæris,quæ illarum grauitatum eſt maior dicit, ꝙ ea q̄ eſt ex ſpecie,vt D.S. vbiq; habet. Conſtat enim quantacunque ſit voluntas dummodo habeat obiectum veniale(& non conſtituat mortale ponendo finem in eo)quòd peccatum leue eſt.Ecōtra autem ſi obiectum eſt mortale,quantumcunque ſit remiſſa volūtas, eſt in infinitum grauius;quia mortale,& veniale in infinitum diſtant obiectiuè, & extrinſecè.De hoc D.S. in de Malo,q.15.arti.2. ad ſextum;quantitati peccati,quæ attenditur ſecundùm circūſtantias,præponderat quantitas peccati, quæ attenditur ſecundū ſpeciem actus . Vnde patet ꝙ quantumcunque aliquis inducatur ad faciendum homicidium,grauius eſt peccatum , q̄ ſi diçat verbum ocioſum,etiam ſine impulſu.Hæc illę.

¶Nota autem,quòd eſſe voluntarium vocatur circunſtantia generis,quia videlicet non eſt conſtitutiua ſpeciei, & ergo ex iam dictis grauitas ex ſpecie (de qua loquebatur ar.tertius) præfertur grauitati ex voluntate. Tunc ibi.

¶ Aliæ verò cauſæ peccati accipiuntur quaſi extrinſecę, & remotę, ex quibus , ſcilicet voluntas inclinatur ad peccandum, & in his cauſis eſt diſtinguendum. Quædā enim harum inducunt voluntatem ad peccandum ſecūdùm ipſam naturam volūtatis; ſicut finis, quod eſt proprium obiectum voluntatis.

¶ Hic conſequenter D.S.adducit ſecundum membrum diſtinctionis,ſecundùm quod ponit aliam concluſionem, ibi,& ex tali cā. Secundum membrum eſt. Alię ſunt cauſæ,quaſi extrinſecæ,& remotæ ex quibus voluntas,quæ eſt immediata propinqua cauſa, inclinatur ad peccandum(quia prima eſt effectiua propinqua)Et illud ſecundū membrum iterum ſubdiuiditur. Quædam inducunt voluntatem ad peccandum ſecundùm ipſam naturam voluntatis.

¶Vbi nota ꝙ D.S. dicit primò, cauſæ aliæ ſunt quaſi extrinſecæ,quia cauſa finalis,licet non ſit de eſſentia intentionis agentis, nec actus humani moralis, tamen dat intentioni ſpeciem, & mediante ea etiam dat ſpeciem moralem communem actui exteriori,& interiori voluntatis.Sicut voluntas furandi,vel furtum volūtarium factum propter mechiam intentam,habet grauitatem , & participat ſpeciem moralem luxuriæ.Et ergo D. S. dicit quaſi extrinſecę. Deinde cum dicit.

¶ Et ex tali cauſa augetur peccatū, grauius enim peccat,cuius voluntas ex intentione peioris finis inclinatur ad peccandum.

¶ Adiungit ſecundam concluſionem reſpōſiuam quo ad illud membrum.Talis cauſa(ſcilicet quaſi extrinſeca,quę induxit volūtatem ſecundùm naturam ſuam)auget peccatum.Probatur cōcluſio,vel magis explicat.Finis intentionis agētis eſt huiuſmodi cauſa,ſed finis auget peccatum,igitur &c. Maior patet, quia finis eſt proprium obiectum voluntatis, ſed in proprium obiectum potentia ex ſe,& naturaliter inclinatur . Minor probatur, quia grauius peccat cuius voluntas ex intentione peioris finis inclinat ad peccandum.Iſtud aſſumptum pro minore patuit ſupra.

¶Nota circa hoc,quòd obiectum voluntatis potentię per ſe eſt finis,ſed ſecundùm actum qui eſt intentio, eſt finis vt ſic,non ordinatus in alium finem , ſed obiectum voluntatis ſecundū actum exteriorem,& interiorem,qui etiā dicitur voluntas eſt finis,quando ordinatus in alium finem, & quia poteſt eſſe finis non ordinatus in alium,ideo D.S.ſupra dixit,quòd per ſe bonitas volūtatis dependet ab obiecto.

¶ Nota circa illam concluſionem,quòd clarum eſt. Si quis faciat malum ex genere, & cum hoc referat in malum finem,quòd multò grauius peccat, quàm ſi faceret aliquid de genere malorū, non tamen referret in finem malum,vel nō adeo malum, & hoc vult iſta concluſio.

¶ Nota autem circa ſecundam concluſionem, ꝙ cā finalis auget peccatum, quia videlicet circunſtantia finis apponit vnā ſpecialem deformitatē ſuper eam,q̄ eſt ex obiecto,& ſuper eam,quæ eſt ex genere,vt peccatum eſt, & cum hoc non minuit illam grauitatem,quæ eſt ex parte voluntatis,vel generis. Habet ergo peccatum grauitatem ex obiecto,& hæc prima eſt,& principalis. Secundam ex parte voluntatis , quæ eſt cauſa per ſe effectiua peccati. Tertiam habet ex fine, qui eſt circūſtantia actus exterioris; ſed per ſe obiectum intentionis agentis , quæ malitiam quam habet immediatè ex fine,diffundit in actum voluntatis , & actum exteriorem,inquātum eſt ratio volendi actum exteriorem, & obiectū

Vtrum ſecundùm cauſas peccatorum , attendatur grauitas peccatorum.

F 2.2.q.6.148. art.3.co.Et 2.diſt 33.in expoſi. lit. Et Mal. q. 2.artic.1.& 10. cor.

AD ſextum ſic proceditur. Videtur quòd grauitas peccatorum non attendatur ſecundùm peccati cauſam. Quantò enim peccati cauſa fuerit maior , tantò vehementius mouet ad peccandum, & ita difficilius poteſt ei reſiſti ; ſed peccatum diminuitur ex hoc , quòd ei difficilius reſiſtitur, hoc enim pertinet ad infirmitatem peccantis,vt non facile reſiſtat peccato,peccatum autem quod eſt ex infirmitate leuius iudicatur;non ergo peccatum habet grauitatem ex parte ſuæ cauſæ.

¶ 2 Præt.Concupiſcētia eſt generalis quædam cauſa peccati;vnde dicit glo.* ſuper illud Ro. 7. Nam concupiſcentiam neſciebam &c.Bona eſt lex, quæ dum cōcupiſcentiam prohibet omne malum prohibet,ſed quātò homo fuerit victus maiori concupiſcentia, tantò eſt minus peccatum ; grauitas ergo peccati diminuitur ex magnitudine cauſæ.

* Rom. 7. Ex Auguſ.i in li. de ſpiritu & litera c.4.10.3.

¶ 3 Præt. Sicut rectitudo rationis eſt cauſa virtuoſi actus,ita defectus rationis videtur eſſe cauſa peccati,ſed defectus rationis quantò fuerit maior tantò eſt minus peccatum,intantum quòd qui caret vſu rationis, omnino excuſetur a peccato , & qui ex ignorantia peccat leuius peccat; ergo grauitas peccati non augetur ex magnitudine cauſæ.

¶ Sed contra,multiplicata cauſa multiplicatur effectus;ergo ſi cā peccati maior fuerit,peccatū erit grauius.

batur,quia voluntas cōparatur ad peccatū,ſicut arbor ad fructū, ſed iuxta ſupra dicta q.70.ar.1.Fructus comparatur ad arborem, vt per ſe cauſam productiuam ; igitur &c. Quare patet ex inductione illius ſimilis de arbore,& fructu, quòd D.S. vult,voluntatē eſſe cauſam effectiuam peccati &c.

¶Nota aūt,quod dicebatur ar.3. ꝙ grauitas ex obiecto erat prima,tanquàm conſequens ſpeciem; illa aūt grauitas eſt quaſi generica,conſequens per ſe cauſam effectiuam, ex qua ſumitur genus peccati,inquantum culpa,& peccati moralis,quia nullū peccatum eſt,niſi voluntarium.Quare per voluntatem habet eſſe peccatum,quod eſt quoddam genericum,& cōe omnibus peccatis.

¶ Si aūt quæris,quæ illarum grauitatum eſt maior dicit, ꝙ ea q̄ eſt ex ſpecie,vt D.S. vbiq; habet. Conſtat enim quantacunque ſit voluntas dummodo habeat obiectum veniale(& non conſtituat mortale ponendo finem in eo)quòd peccatum leue eſt.Ecōtra autem ſi obiectum eſt mortale,quantumcunque ſit remiſſa volūtas, eſt in infinitum grauius;quia mortale,& veniale in infinitum diſtant obiectiuè, & extrinſecè.De hoc D.S. in de Malo,q.15.arti.2. ad ſextum;quantitati peccati,quæ attenditur ſecundùm circūſtantias,præponderat quantitas peccati, quæ attenditur ſecundū ſpeciem actus . Vnde patet ꝙ quantumcunque aliquis inducatur ad faciendum homicidium,grauius eſt peccatum , q̄ ſi diçat verbum ocioſum,etiam ſine impulſu.Hæc illę.

¶Nota autem,quòd eſſe voluntarium vocatur circunſtantia generis,quia videlicet non eſt conſtitutiua ſpeciei, & ergo ex iam dictis grauitas ex ſpecie (de qua loquebatur ar.tertius) præfertur grauitati ex voluntate. Tunc ibi.

¶ Aliæ verò cauſæ peccati accipiuntur quaſi extrinſecę, & remotę, ex quibus , ſcilicet voluntas inclinatur ad peccandum, & in his cauſis eſt diſtinguendum. Quædā enim harum inducunt voluntatem ad peccandum ſecūdùm ipſam naturam volūtatis; ſicut finis, quod eſt proprium obiectum voluntatis.

¶ Hic conſequenter D.S.adducit ſecundum membrum diſtinctionis,ſecundùm quod ponit aliam concluſionem, ibi,& ex tali cā. Secundum membrum eſt. Alię ſunt cauſæ,quaſi extrinſecæ,& remotæ ex quibus voluntas,quæ eſt immediata propinqua cauſa, inclinatur ad peccandum(quia prima eſt effectiua propinqua)Et illud ſecundū membrum iterum ſubdiuiditur. Quædam inducunt voluntatem ad peccandum ſecundùm ipſam naturam voluntatis.

¶Vbi nota ꝙ D.S. dicit primò, cauſæ aliæ ſunt quaſi extrinſecæ,quia cauſa finalis,licet non ſit de eſſentia intentionis agentis, nec actus humani moralis, tamen dat intentioni ſpeciem, & mediante ea etiam dat ſpeciem moralem communem actui exteriori,& interiori voluntatis.Sicut voluntas furandi,vel furtum volūtarium factum propter mechiam intentam,habet grauitatem , & participat ſpeciem moralem luxuriæ.Et ergo D. S. dicit quaſi extrinſecę. Deinde cum dicit.

¶ Et ex tali cauſa augetur peccatū, grauius enim peccat,cuius voluntas ex intentione peioris finis inclinatur ad peccandum.

¶ Adiungit ſecundam concluſionem reſpōſiuam quo ad illud membrum.Talis cauſa(ſcilicet quaſi extrinſeca,quę induxit volūtatem ſecundùm naturam ſuam)auget peccatum.Probatur cōcluſio,vel magis explicat.Finis intentionis agētis eſt huiuſmodi cauſa,ſed finis auget peccatum,igitur &c. Maior patet, quia finis eſt proprium obiectum voluntatis, ſed in proprium obiectum potentia ex ſe,& naturaliter inclinatur . Minor probatur, quia grauius peccat cuius voluntas ex intentione peioris finis inclinat ad peccandum.Iſtud aſſumptum pro minore patuit ſupra.

¶Nota circa hoc,quòd obiectum voluntatis potentię per ſe eſt finis,ſed ſecundùm actum qui eſt intentio, eſt finis vt ſic,non ordinatus in alium finem , ſed obiectum voluntatis ſecundū actum exteriorem,& interiorem,qui etiā dicitur voluntas eſt finis,quando ordinatus in alium finem, & quia poteſt eſſe finis non ordinatus in alium,ideo D.S.ſupra dixit,quòd per ſe bonitas volūtatis dependet ab obiecto.

¶ Nota circa illam concluſionem,quòd clarum eſt. Si quis faciat malum ex genere, & cum hoc referat in malum finem,quòd multò grauius peccat, quàm ſi faceret aliquid de genere malorū, non tamen referret in finem malum,vel nō adeo malum, & hoc vult iſta concluſio.

¶ Nota autem circa ſecundam concluſionem, ꝙ cā finalis auget peccatum, quia videlicet circunſtantia finis apponit vnā ſpecialem deformitatē ſuper eam,q̄ eſt ex obiecto,& ſuper eam,quæ eſt ex genere,vt peccatum eſt, & cum hoc non minuit illam grauitatem,quæ eſt ex parte voluntatis,vel generis. Habet ergo peccatum grauitatem ex obiecto,& hæc prima eſt,& principalis. Secundam ex parte voluntatis , quæ eſt cauſa per ſe effectiua peccati. Tertiam habet ex fine, qui eſt circūſtantia actus exterioris; ſed per ſe obiectum intentionis agentis , quæ malitiam quam habet immediatè ex fine,diffundit in actum voluntatis , & actum exteriorem,inquātum eſt ratio volendi actum exteriorem, & obiectū

cius, & hoc intendit D.S. vbi dicit quòd grauius peccat cuius voluntas ex intentione peioris finis inclinatur ad peccatum. Quia vt tactũ est, bonitas voluntatis ad minus partialiter dependet ex bonitate, vel malitia intentionis, licet in indifferentibus habeat totam bonitatem ex fine, & hæc patent ex supra dictis &c.

¶ Aliæ verò causæ sunt quæ inclinant voluntatem ad peccandum præter naturam, & ordinem ipsius voluntatis, quæ nata est moueri liberè ex seipsa secundùm iudicium rationis.

¶Hic tertiò Doct. Sanct. ponit tertium membrum, & secundũ subdiuisionis, & postea infert secundùm ipsum, tertiam cõclusionem responsiuam, ibi. Vnde causæ &c. Dicit ergo. Aliæ sunt causæ motiuę extrinsecę inclinantes voluntatem ad peccandum, præter naturam suam, quæ natura est moueri liberè ex seipsa secũdũ iudicium rationis. Sicut quando mouetur a fine apprehenso per dictamen rationis, & non per aliud extrinsecum impulsiuum. Deinde cum dicit.

¶ Vnde causæ, quæ diminuunt iudicium rationis, sicut ignorantia, vel quæ diminuunt liberum motum voluntatis, sicut infirmitas, vel violentia, aut metus, aut aliquid huiusmodi, diminuunt peccatũ, sicut & diminuũt voluntarium intantum, quòd si actus sit omnino inuoluntarius non habet rationem peccati.

¶Infert tertiam conclusionem responsiuam huic membro correspondentem. Tales causæ sic inclinantes diminuunt peccatum, & secundùm eas non attenditur (scilicet grauitas, sed diminutio peccati) sicut est ignorantia, infirmitas, violẽtia, metus & aliquid huiusmodi. Probatur conclusio, quicquid diminuit voluntarium, diminuit peccatum (scilicet ratione generis, & circunstantiæ generis) sed tales causæ iam expressę sunt huiusmodi; igitur &c. Maior patet per oppositum ad primam conclusionem, quia si augẽs voluntarium auget peccatum, ergo diminuens voluntarium diminuit peccatum; quia sicut propositum in proposito &c. Et confirmatur, quia si omnino inuoluntarium, nullum est peccatũ omnino. Minor patet: quia voluntarium est, quando motus mouetur ab intrinseco, & a seipsa secundùm iudicium rationis, purum, & non obnubilatum; sed ista faciunt ne moueatur ex seipsa, & iudicium rationis obnubilatum reddunt, & impurum, igitur minor vera.

Circa argumentum in oppositum nota, quòd multiplicata causa totali, & per se, multiplicatur effectus, & ipsa aucta, augetur effectus; sed hoc non oportet de causa per accidens, vt patet, quòd si quis fortiter remouear impediens lapidem ne descendat, non tamen propterea velocius descendet; sed aucta grauitate, similiter non augetur effectus, aucta causa extrinseca diminuente p se causam, vt est de passione, & infirmitate, vt dixit tertia conclusio. De his in de Malo. q. 3. ar. 11. quia cum de ratione peccati sit esse voluntarium, ideo causa extrinseca, quę minuit volũtarium, minuit & peccatum, licet enim passio quandoque nata sit inducere volũtatem ad consensum, tamen semper tollit conditionem ad voluntarium requisitam. Sc esse ab intrinseco, & pro tanto dicitur passio diminuere causam voluntarij, vt sic, De hoc vide supra q. 6. ar. 7. in principio articuli notata &c.

¶ Ad primum ergo dicendũ, quòd obiectio illa procedit de causa mouente extrinseca, quæ diminuit voluntarium; cuius quidem causæ augmentum diminuit peccatum, vt dictum est. * In cor. ar.

¶ Ad maiorem, vera de causa motiua extrinseca; quia illa diminuit voluntarium, & per se causa peccati, vt sic. Sed non est vera, quòd si causa intrinseca pẽtũ plus moueat, tantò minus sit peccatum, & ad talem non est resistentia, quia nihil plus est in potestate hominis, quàm sua voluntas. Vnde maioritas voluntatis in neminem reduci potest in malis, nisi in ipsam voluntatem. Resistentia enim est ad extrinsecum trahens, vel impellens. Minor vera; sc. quòd peccatum diminuitur ex hoc, quòd ei difficilius resistitur, quia ibi est minus de voluntario; cum consensus, & inclinatio in tale peccatum non sit a solo principio intrinseco, nec a puro iudicio rationis, sed obnubilatio per exterius impellens. Probationem concedo, & patebit infra q. 77. ar. sexto, & septimo. Vltra, ergo non habet peccatum grauitatem ex parte suæ causæ, verum extrinsecę diminuentis voluntarium. Sed nõ probat quin ex causa intrinseca, quæ est ipsa voluntas, vel extrinseca non diminuen te voluntarium; vnde infra habetur q. 79. ar. quarto, quòd peccare ex habitu non minuit peccatum, nec voluntarium; quia habet rationem principij intrinseci &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd si sub concupiscentia includatur etiam ipse motus volũtatis, sic, vbi est maior concupiscentia est maius peccatum. Si verò concupiscentia dicatur passio quædam, quæ est motus vis concupiscibilis, sic maior concupiscentia præcedens iudicium rationis, & motum voluntatis, diminuit peccatum; quia qui maiori concupiscentia stimulatus peccat, cadit ex grauiori tentatione; vnde minus ei imputatur. Si verò concupiscentia sic sumpta sequatur iudicium rationis, & motum voluntatis, sic, vbi est maior concupiscentia est maius peccatum; insurgit enim interdum maior concupiscentiæ motus ex hoc, quòd voluntas ineffrenatè tendit in suum obiectum.

¶ Ad maiorem. Concupiscentia est generalis quædã causa peccati, de ista maiore videbitur q. 84. ar. primo. Nam variè accipitur concupiscentia. Vno modo, vt est commune genus omnis peccati pro concup. scentia cuiuslibet peccati, & appetitu cuiusliber temporalis, & sic non est radix, sed genus omnium, saltem eius, quod est principale in peccato; quia actus exterior non est peccatũ, nisi per interiorem motum in ipsum, qui dicitur cõcupiscentia, & sic non est causa generalis realiter, vel radix, vt habet D.S. in postilla primæ ad Timotheum 6. Secundo modo accipitur concupiscẽtia, vel cupiditas specialiter, pro appetitu diuitiarum temporaliũ, & pro auaritia. Sic est speciale in essendo, & tamen generalis radix ad sensum infra dicendum, & de illa loquitur Apostolus primæ ad Timotheum 6. & similiter expositio Augustini hic allegata, quæ vult concupiscentiam esse generale malum non genere, vel specie, sed communitate causalitatis, & vult Doct. S. quòd Apostolus in loco allegato ad Roma. assumit concupiscentiam specialiter, pro concupiscentia rei alienæ, quæ furto aufertur, & vxoris alienæ, quę per adulterium violatur &c. Dico autem ad propositum, quòd sub concupiscentia generali (scilicet pro concupiscentia cuiuslibet peccati) comprehenditur concupiscentia volũtatis propria, & intranea, qua ex seipsa mouetur in peccatum. Cõprehenditur etiam concupiscentia, quæ est passio, & motus appetitus concupiscibilis, & irascibilis, quia pro omni tendentia appetitus cuiuscunque in obiectum suum &c. Ad minorem. Quantò homo victus fuerit maiori concupiscentia, tantò minus est peccatum. Dico quòd vt iacet deberet intelligi de concupiscentia extrinseca voluntati, & antecedente, quia voluntas a propria concupiscentia, & actu propriè non vincitur. Sed dico post D.S. si intelligitur de concupiscentia volũtatis, & intelligitur, quòd vbi est maior motus & inclinatio voluntaris in peccatum, ibi minus fit peccatum. Negatur omnino, quia aucta causa per se, augetur & effectus in bono, & malo. Si autem intelligatur de concupiscẽtia sensitiua, & passionis. Maior distinguitur, quia si intelligitur de antecedente actum voluntatis, ita quod quis inducatur ad volẽdum ex maiori passione. Tunc minor est vera, quia tunc minus est de voluntario, & minus de libero iudicio, & maior tentatio, quæ diminuunt peccatum. Si autem intelligitur de concupiscentia maiori habente se consequenter, quia videlicet sequitur, vel per modũ electionis, vel per modum concomitantiæ, & redundantiæ. Negatur, quòd vbi est maior cõcupiscentia, vel passio, isto modo se habens, sit minus peccatum, quia vt patuit sup. q. 24. art. cu. 3. ad primum, talis passio indicat maiorem voluntatem, quando sequitur, scilicet per redundantiam; quia ex hoc, quòd voluntas effrenatè tendit in obiectum suum, sequitur etiam maior motus in sensualitate. Si autem passio sit imperata, tunc addit ad maliciam exterioriè, quia malicia non solùm est in actu elicito voluntatis, sed etiam in actu imperato.

Concupiscentia multiplicitur.

Quòd maior concupiscentia, minus peccatum. Exponitur.

¶Nota sicut tactum est, q. D.S. non ita respondet ad verba minoris, quæ vt iacent, solũ arguit de concupiscentia extrinseca, vel sensitiua antecedente, quia solũ talis vincit ad sensum infra dicẽdũ. q. 77. ar. 2. & 3. Non autem sequens; vel etiam propria concupiscentia; quia vincens hic dicitur esse extrinsecum, & antecedere actum ad quem trahit. Sed propter maiorem doctrinam D.S. soluendo distinguit generaliter de concupiscentia &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de causa, quæ causat inuoluntarium, & hæc diminuit peccatum, vt dictum est. * * In cor.

¶ Dictum est sępius, q. vbi in argumento D. S. ponit, videt, ibi propositio est falsa, vel iuspecta de Veritate. Maior igitur, scilicet sicut rectitudo rationis est causa virtuosi actus, ita defectus rationis videtur esse causa peccati. Negatur, quia rectitudo rationis est causa per se, & intenta ab agente virtuoso, vt patuit arti. 1. in corpore. Nec diminuit per se causam boni actus, vt sic, immo requirę pore. Nec diminuit per se causam boni actus, vt sic, immo requirę sicut principiũ, & sicut per se finis. Secus de defectu rationis, qa ille diminuit de ratione peccati, qa de voluntario tollit, qđ habet procedere ex iudicio rationis, & principio intrinseco. Ratio enim est propriũ motiuũ volũtatis, ex parte obiecti scilicet. Minor conceditur, & probatio eius scilicet q. defectus rationis diminuit peccatũ, & adeo, q. si nulla sit ratio, nulla est culpa, qa non est voluntarium, quod non est cognitum, vt patuit supra q. 6. ar. 8. Ergo gratuitas peccati non augetur ex magnitudine causæ, verum, extrinsecæ diminuentis voluntarium &c. Probant hæc tria argumenta retiam conclusionem.

Nota

¶Nota autem circa ista semper, quòd quando dicimus de rõne peccati

peccati est esse voluntarium, quòd loquimur de peccato moraliter, & Theologicè, quia ex vsu Theologorum peccatum accipit pro culpa; sed philosophicè peccatũ accipitur pro omni actione defectiua etiam in naturalibus; quia ergo de ratione culpę est esse voluntarium, ideo quæ diminuunt voluntarium, diminuunt peccatum, idest culpam vt sic, ratione generis, sed vitale peccatum in specie respicit obiectum. De istis supra q. 21. artic. 1. & 2.

Vtrum secundùm circumstantias attendatur grauitas peccatorum.

G 3. q. 30. ar. 3. cor. Et Mal. q. 2 arti. 10. cor. & q. 25. arti. 2. ad 6. Et 4. dist. 16. q. 3 art. 2. q. 1. Et 1. cor. 11. lec. 3.

AD septimum sic proceditur. Vĩ, q. circumstantia non aggrauat peccatum. Peccatum enim habet grauitatem ex sua specie, circumstantia autem non dat speciem peccato, cum sit quoddam accidens eius; ergo grauitas peccati non consideratur ex circumstantia.

¶ 2 Præt. Aut circumstantia est mala, aut non, si circumstantia mala est, ipsa per se causat quandam speciem mali, si verò non sit mala, non habet vnde augeat malum; ergo circumstantia nullo modo auget peccatum.

¶ 3 Præterea. Malitia peccati est ex parte auersionis, sed circumstantiæ conse/quũtur peccatum ex parte conuersionis; ergo non augent malitiam peccati.

¶Sed cõtra est, q. ignorãtia circũstantiæ diminuit peccatũ, qui enim peccat ex ignorãtia circũstantiæ meretur veniã, vt dr in 3. Eth. * hoc aũt nõ esset nisi circumstantia aggrauaret peccatũ; ergo circũstantia peccatũ aggrauat.

* Arist. c. 1. tomo 3.

¶Hic quærit de alio aggrauante, & faciente ad inæqualitatem peccatorum. s. de circumstantia. Sicut enim D.S. supra q. 18. quæsiuit de conferentibus, & augentibus bonitatem, videlicet obiecto, fine, circumstantijs, ita & hic quærit de peccato.

¶Respõdeo dicendũ, q. vnumquodq; ex eodem natũ est augeri, ex quo causatur, sicut Phil. dicit de habitu virtutis in 2. Eth. * Manifestum est autem, q. peccatum causatur ex defectu alicuius circumstantiæ; ex hoc enim receditur ab ordine rationis, q. aliquis in operando nõ obseruat debitas circumstantias; vnde manifestum est, q. peccatum natum est aggrauari per circumstantiam.

* Arist. c. 1. & 2. tom. 5.

¶D. S. satisfacit quæsito breuiter tali conclusione responsiua. Peccatum natum est aggrauari per circumstantiam; & hoc tribus modis. Circa istam conclusionem primò probat primam partẽ, & ponit ipsam. Secundò ponit, & probat secundam partem, ibi. Sed hoc contingit, &c.

¶Nota autem, quia dicitur in conclusione, natum est, &c. quia non quodlibet aggrauatur actu per circumstantiam triplici modo. Sed natum est peccatum (indefinitè, & disiunctiuè) aggrauari, &c. Quo attento probatur conclusio quo ad primam partem; vnumquodq; ex eodem natum est augeri, ex quo causatur; si peccatum causatur ex defectu alicuius circumstantiæ; igitur & augetur, & aggrauari potest. Maior probatur similitudine Philosophi in secundo Ethicorum, quia ex actibus generatur habitus, & augetur, vt patuit etiam supra quæst. 52. Et patet in naturalibus, quòd corpus humanum generatur a materia tertiæ digestionis, vel ex sanguine materno nutrimentali ad sensum alibi declarandum, quia corpus prolis constituitur ex materia ministrata a matre, quæ non est superfluum alimenti tertiæ digestionis, sed ex sanguine, cui multum assimilatur materia iam vertenda in substantiam nutriti (quę alimentum propinquum est.) Et ergo homo ex eodem generatur, & nutritur de propinquo, quia in fine digestionis primò auget, &c. Minor probatur, peccatum formaliter, idest malum causatur ex recessu (vel magis consistit in recessu) ab ordine rationis, & est priuatio ordinis rationis; sed in nõ obseruando debitas circumstantias receditur ab ordine rationis; igitur secundùm circumstantias sumitur malum.

¶ Nota pro ista minore, quæ dicta sunt, quæstio. 72. articu. 9. ad primum. Quia peccatum formaliter est malum, malum autem est priuatio boni; igitur vbi aliud bonum priuatur, ibi est (& quasi generatur) malum, eo modo quo malum potest generari; quia ergo circumstantiæ aliquæ sunt bonæ, & debitæ, igitur priuatio eorum est malum. Quare peccatum causatur ex defectu, vel magis est defectus circumstantiæ, licet non tantùm circumstantiæ, sed & obiecti, &c.

¶Sed hoc quidem contingit tripliciter; vno quidem modo, inquantum circumstantia transfert in aliud genus peccati, sicut peccatum fornicationis consistit in hoc, quòd homo accedit ad non suam; si autem addatur hæc circumstantia, vt illa ad quam accedit, sit alterius vxor, transfertur iam in aliud genus peccati, scilicet in iniustitiam, inquantum homo usurpat rem alterius; & secundùm hoc adulterium est grauius peccatum, quàm fornicatio.

¶Hic consequenter D.S. ponit, & probat secundam partem cõclusionis responsiuæ, q. tribus modis aggrauetur; & arguitur sic. Circumstantia potest transferre in aliud genus (idest aliam speciẽ peccati grauiorem, quàm fuerit peccatum cui aduenit) potest etiam addere malitiam sm se in eadem specie; & potest addere malitiam non sm se, sed solùm in ordine ad aliam circumstantiã præsuppositam. Sed hoc est aggrauare tribus modis; igitur secunda pars vera. Ista minor proxima patet, quia nihil aliud est aggrauare, quàm addere malitiam. Maior declaratur exemplariter quo ad omnes tres partes; secunda pars declaratur ibi. Aliquãdo, &c. tertia ibi. Tertio modo, &c. Prima igitur pars maioris declaratur exemplariter, sicut peccatum fornicationis consistit in hoc, q. accedit ad non suam, cui si addatur circũstantia illa. s. vxor alterius, iam reddet singularem iniustitiam, & cõstituit speciem adulterij; sed adulterium est grauius, quàm fornicatio simplex; quia illa vltima est quidẽ in damnum speciei, & prolis generandę; sed adulterium est cum hoc in iniuriam alterius, cuius est vxor, in quem committit specialem iniustitiam, &c. ¶Nota circa primũ modum quo aggrauat circumstantia peccatum, trahendo in aliam spẽm, quia hoc fit dupliciter; vno modo trahit in speciẽ aliam non disparatam; sed quod se habet ad peccatũ præintellectũ, vt species ad genus; & hoc fit, qñ circumstantia consideratur in ratione cõditionis obiecti, per quã obiectũ prẽintellectum, videlicet acceptũ cum circumstantia, dat nouã speciem, & fit dupliciter; vno modo, quia circũstantia facit aliud obiectum pp aliam materiã determinatiũ prioris; sicut adulterium constituitur per hoc, q. adulterium est cum nõ sua, quæ est materia fornicationis, & cũ hoc est cũ vxore alterius; alio modo per circumstãtiã constituit aliud peccatum, q. tñ ẽt se habet vt species ad peccatũ præintellectũ, nõ quia addit aliquid ex parte materię determinatiũ circa quã est, sicut ꝓcedẽs; sed quia circũstãtia accipit in ratione formalis cõditionis obiecti per comparationẽ ad rationẽ, tõne cuius specialiter rationi repugnat, sicut accipere rem alienã de loco sacro, hic considerat conditio obiecti ex circumstãtia loci, tanquã ex conditione obiecti; & facit aliã speciẽ a furto simplici, & fit sacrilegiũ; vnde qñcunq; circumstantia addit super obiectũ præintellectum aliquã specialẽ conditionẽ determinatiuã per se obiecti precedentis peccati, tunc habet se vt species ad genus; sed alio modo principali trahit circunstantia in aliã speciem, quæ nõ se habet ad pintellectã, vt spẽs per se determinatiua materialiter, vel formaliter obiecti præintellecti; sed est oĩno disparata a specie priori; & hoc fit, qñ circumstantia nõ se habet vt aliqua determinatio obiecti præcedẽtis peccati, sed sm q. illa circumstantia consideratur vt obiectũ alicuius alterius actus circumstãtis, quia ex illa circumstantia trahit vnam specialem malitiã, quæ superaddit peccato priori; sicut si aliquis męchetur, vt furetur, additur quædã alia species peccati pp actum intentionis tendentem in malum finem, qui est obiectum intentionis; ita q. intentio furãdi, vel furtum intẽtum, quod se habet vt circumstantia finis ad męchiã, dat luxuriæ, vel męchiæ malitiam specificè distinctã, & disparatè a malitia, quam habuit męchia ex specie, & obiecto suo malo; sic q. iuxta dicta in art. 5. carnali peccato addatur grauitas spiritualis, & ab eo disparati. In primo autem modo non additur malitia disparata, sed per se prioris determinatiua ex parte obiecti.

¶Nota aliud exemplum D.S. vbi circumstantia trahit in speciẽ disparatam; sicut si quis faciat aliquod indecens tpe sacro, tẽpus sacrum, quod consideratur circumstantia respectu actus decentis, qui in eo fit, potest considerari vt obiectũ respectu alterius actus circumstantis, qui est contemnere tempus sacrum; & sic trahit in speciem aliam. Hæc ille. Notanter autem dicit, q. circumstantia, vt est obiectum actus interioris, & vt contemnit, sic trahit in aliã speciem tãquam existens contra speciale præceptum de honoratione tpis sacri; sed cum quis peccat tpe sacro, non in contẽptum tpis sacri; & dolet, q. est in tpe sacro. Vtrum, tunc trahat in aliam speciẽ, volunt aliqui, q. sic. Sed ista non vĩ esse mens D.S. immo q. non trahit in aliam speciẽ, quamuis Nicolaus de Lyra, & Summa Rosella teneant primum, Nyder tamen, & Angelus loquunt dubitatiuè. Ne autem res ista in dubio apud Thomistam sit, placuit recensere illius præclari Petri Bergomensis epistolam, quam ad quendam amicum super ista re scripsit in hunc modum. Venerabilis Pater, præmissa recommen. de circumstantia temporis, noueris q. iam diù Venerabiles Patres, atq; Doctores sacri. s. magister Gabriel de Barchinona, magister Vercellinus de Vercellis, Magister Angelus de Nirdono, dominus Ludouicus de Neapoli, qui disputauit cõtra torum Generale Capitulum Fratrum Minorum; & postea factus est monachus, Frater Antonius de S. Germano de Vercellis, Frater Dominicus de Cathalonia, & Frater Ioannes de Calopia, in Conuentu Bononiensi me præsente definierunt, & concluserunt, pro parte negatiua, de mente Sancti Doctoris, & pro rei veritate, quorum rationes, & allegationes dimitto, quia nimis longum esset cuncta narrare. Nec obstat, quod

An tempus sacrum trahat peccatum in aliã speciem.

dicitur secunda secundæ, q.122.art.4.ad secundum. ꝙ peccatum mortale est opus seruile. Et ꝙ magis facit contra istud præceptum peccans mortaliter in festo, quàm exercens opus manuale; quia vt ibidem dr̃ ad primum, istud præceptum quo ad cessationẽ a peccatis, & quietem mentis in Deo est generale; generalia autem nihil addunt supra specialia, nec generale numeratur cum speciali; sicut homicidium non aggrauatur ex præcepto generali. s. decima a malo, vel noli peccare. Item illud præceptum tertium ſm sensum litteralem, intelligitur solùm de opere manuali, seu mecanico, sed quo ad peccata mortalia, intelligit solùm ſm sensum mysticum, vt dr̃ ibidem. Et in tertio sent. dist. 37. q.1. ar.1. Et super Matth. c.12. Col.4. Et benè scitis, ꝙ argumentum non trahitur a sensu mystico, sed tantùm a litterali, ſm Dionysium, & Augustinum, & sanctum Thomam. Nec obstat etiam, ꝙ circumstantia de festo potest considerari vt obiectum, respectu illius actus, qui est contemnere tempus sacrum, quia illud est præter intẽtionem peccantis vt plurimum; sed nulla circumstantia, quæ est præter intentionem peccantis dat speciem peccato, vt dr̃ prima secundæ, q.72.art.1.& 8.in corp. Hæc ille, Vbi habes quid isti celeberrimi viri senserint in hac materia esse de mente D.S. quia tenent partẽ negatiuam. Non enim videtur, ꝙ præceptum festi obliget, nec inquantum morale, quia vt sic non præcipitur istud tempus; nec videtur, ꝙ ex ecclesia habeat virtutem, quæ non plus præcipit, quàm in veteri lege ſm sensum litteralem præcipiebatur. Secundum hoc ergo oportet intelligere D.S.in secunda secundæ, quòd loquitur de hoc præcepto intellecto spiritualiter, vel vt indistinctè spiritualiter, & litteraliter intelligitur, vel intelligitur de præcepto quo ad finem, plus quàm de præcepto absolutè.

¶Nota autem, ꝙ est magna differentia inter istos duos modos trahẽdi in aliam speciem. s. per se determinatiuam, & speciem disparatam. Quia primo modo idem peccatum non est in diuersis speciebus peccati, nec est duo peccata, sed vnum; sicut Sortes nõ est duæ substantiæ propter hoc, ꝙ est homo, & animal, & esse sub homine, & sub animali, non est esse sub duabus speciebus, quia homo verè est animal. Sic adulterium, quamuis includat fornicationem, non tamen est aliud peccatum, sed maius, quia includit ipsum, & aliquid addit. Sic homo non ponit in numerum contra animal, quia est animal. Sed quando circumstantia constituit speciẽ disparatam, tunc idem actus est sub diuersis speciebus peccati, & est vnum peccatum propter vnam substantiam actus in esse naturæ; sed multiplex in esse moris propter diuersas & disparatas deformitates peccati, quę specificè distinguuntur pp diuersa obiecta disparata, quorum vnum est obiectum actus exterioris, & voluntatis; aliud est obiectum intentionis, cuius malitia in voluntatem, & actum exteriorem redundat. Non est autem (iuxta supra dicta, q.18.artic.7.ad primum.) inconueniẽs, vt vnus actus in esse naturæ sit sub diuersis speciebus moralibus, quia esse morale comparatur ad substantiam naturalem actus, vt quale ad substantiam, vel sicut deformitas qualis; potest autem idem subiectum habere diuersas qualitates disparatas, igitur & idẽ actus ſm substantiam esse naturæ. De istis vide D.S.in de Malo.q.2.artic.6.in corpore, & in solutionibus. Consequenter cum dicit.

¶Aliquando verò circumstantia non aggrauat peccatum quasi trahẽs in aliud genus peccati, sed solùm, quia multiplicat rationem peccati, sicut si prodigus det quãdo non debet, & cui non debet, multiplicius peccat eodem genere peccati, quàm si solùm det cui non debet; & ex hoc ipso peccatum fit grauius; sicut etiam egritudo est grauior, quæ plures partes corporis inficit.

¶Ponit, & probat secundam partem antecedentis duobus exẽplis, primo proprio, secundo Tullij, ibi. Vnde & Tullius. Quantum ad primum exemplum oportet repetere, vel tenere memoriter dicta in q.72.art.9. Quod quicunq; defectus circumstantiarum procedunt ab eodem motiuo, pertinent ad eandem speciem actus peccati, etiam si secundùm se sint malæ; sed defectus plurium circumstantiarum istarum sunt huiusmodi; igitur, &c. Minor illa patet; sicut si prodigus det, quando non debet, & cui non debet, multiplicius peccat eodem genere (quia ex eodẽ motiuo) quàm si solùm det cui non debet. Et ex hoc peccatum fit grauius, sicut patet de egritudine, quæ grauior est, quantò plures partes corporis inficit. ¶Nota autem cautè circa hoc, ꝙ D.S. hic dicẽdo, quòd talis circumstãtia multiplicat rationem peccati, accipit peccatum formaliter pro malitia, alias contradiceret dictis in q.72. artic.9. ad primum. Quia quilibet defectus debitæ circumstantiæ addit vnam malitiam, sed non addit aliud obiectum, & motiuum actui, ideo multiplicat peccatum, idest malitiam, sed non peccatum materialiter, idest actum, qui est de intentione agentis, & recipit speciem ab obiecto, quod in proposito est verum; vnde tales circumstantiarum defectus per se augent malitiam, quia s. secundùm se habent priuare partialem ordinem rationis; nec hoc faciunt, vt sunt obiecta actuum, vel conditiones obiecti actus vt sic; sed vt dictum est, quia secundùm se habent repugnantiam ad rationem consequentes vnum actũ circa idem motiuum, & obiectum; ideo salua vnitate specifica morali actus, & manẽtibus circumstantijs, in ratione circumstantiarum aggrauant speciem. De his supra ad longum, q.18.art.3.& 5. ¶Quare nota bene, ꝙ non est idem dicere, circumstãtia mala, vel etiam defectus debitæ circumstantiæ per se auget malitiam, & habet se in ratione obiecti, vel conditionis obiecti actus; quia per se augere malitiam est ex propria ratione tollere aliquem ordinem rationis, quod potest fieri sine hoc, ꝙ mutetur obiectũ actus, quod dat speciem actui, sicut in eadem specie infirmitatis, possunt tolli plures partiales commensurationes partium corporis; sic in eadem specie peccati possunt priuari, & tolli multæ commensurationes rationis debitæ circa idem obiectum; per se igitur aggrauat talis corruptio circumstantiæ, hoc est, non secundùm aliam præsuppositam, sed ex propria ratione habet repugnantiã ad rationem, non tamen in ratione obiecti actus, sed conditionis accidentalis per se obiecti, & motiui actus, & est per accidens quo ad intentionem peccantis, & non dat speciem actui, licet circumstantia indebita, vel defectus debitæ variet habitudinẽ actus eiusdem in specie ex parte obiecti ad rationem; & sic potest circumstãtia, vel defectus debitæ dare speciem, quæ est bonum, vel malum morale, vt patuit supra vbi iam; sic quòd stant simul, ꝙ circumstantia, vel defectus eius non mutant speciem peccati, quæ est ex obiecto, & ꝙ variat speciem boni, vel mali moralis; quare non oportet, ꝙ circumstãtia per se aggrauans habeat conditionem obiecti actus. Sed verum est, ꝙ circumstantia trahens in aliam speciem, habeat rationem obiecti respectu alterius actus, vt postea plus declarabitur. Ista volui notare, quia aliquibus visum fuit, ꝙ circumstantia per se non aggrauaret, nisi vt obiectum, vel conditio obiecti. Hoc autem falsum est, si intelligitur, ꝙ circumstãtia solùm aggrauet vt obiectum speciale actus, licet verum sit, ꝙ oporteat circumstãtiam aggrauantem accipi, vt conditionem obiecti, vel actus in comparatione ad rationem, ita ꝙ idem actus bonus ex specie, ex defectu solius circumstantiæ potest fieri malus; & sic erit in vna specie actus, sed in alia specie, quæ est ſm differentiam boni, & mali; sic ꝙ habita circumstantia esset bonum, nunc est malus in eadem specie actus. Vnde circumstantia manens in ratione circũstantiæ põt ꝙ se aggrauare malitiam, sed vt sic. s. in ratione circumstantiæ non potest speciem actus constituere, vel mutare. Sũt enim duplices circumstantiæ manentes in ratione circumstantiæ, quædam (de quibus loquimur) aggrauans ſm se in eadem specie actus peccati, vt actus est, quia cuiuslibet corruptio ponit singularem malitiam accidentalem repugnantem rationi. Aliæ, de quibus dicetur statim, non per se, & ex propria conditione aggrauãt, sed solùm aliqua alia præsuppositа. Deinde cum dicit.

¶Vnde & Tullius dicit in Paradoxis, * quòd in patris uita uiolanda multa peccantur; violatur enim is qui procreauit, qui aluit, qui erudiuit, qui in sede, ac domo, atque in rempublicam collocauit.

* Tull. in Paradoxius iii. ei equalia de se peccata

¶Declarat illam secundam partem maioris alio exẽplo, sicut qui occidit patrem, peccat vno peccato ſm speciem, & tamen ibi sunt multæ circumstantiæ aggrauãtes, quæ multiplicãt malitiam, quia peccatur in eum, qui procreauit, qui aluit, &c. Vnde is, qui interficit patrem suum, qui plura bona sibi fecit, & vbi sunt multæ rationes beneficiorum grauius peccat, quàm cum pater, non tot beneficia contulit, grauius dico in eadem specie. Tunc ibi.

¶Tertio modo circumstantia aggrauat peccatum ex eo, quòd auget deformitatem prouenientem ex alia circumstantia; sicut accipere alienum constituit peccatum furti, si autem addatur hæc circumstantia, vt multum accipiat de alieno, erit peccatum grauius, quamuis accipere multum, uel parum de se non dicat rationem boni, uel mali.

¶Declarat tertiam partem maioris. s. quòd aliqua circumstantia aggrauat, sed non secundùm se, sed solùm alia præsuppositа, sicut accipere alienum constituit furtum, si autem addatur circumstantia hæc. s. multum accipere de alieno, erit peccatum vtiq; grauius, quàm accipere parum de alieno; & tamen multum, & parum de se non habent rationem boni, vel mali moralis, quia non conueniunt, vel disconueniunt secundùm se rationi, sed solùm propter aliam; sed circumstantiæ secundæ, de quibus dictum est, habent secundùm se repugnantiam, sicut accipere vbi non oportet, & quando, ideo auget bonum, vel malum, immo quandoq; possunt facere bonum, & malum, licet non speciem actus.

¶Nota quoq; pp quædam verba Angeli in Sũma sua titulo circumstantia, quia ipse non vr̃ satis accepisse mentem D.S. sed refert solùm ea, quæ vr̃ trahi ex superficie litteræ habitæ supra q.18. art.11. Nam Angelus nihil loquitur de circumstantijs aggrauantibus ſm se, & tn̄ in eadem specie actus; sed loquitur de circumstãtijs indifferentibus, & de constituentibus nouam speciem actus, & de aggrauantibus, alijs præsuppositis. Et ipse vr̃ intellexisse, ꝙ idem sit circumstantiam per se habere ad rationem, vel per se aggrauare & dare speciem, vel grauitatem specificã actui, quod non est

est bene intelligere, quia (sicut dictum est) plus requiritur ad dare speciem, & grauitatem specificãactui, & aliud per se aggrauare. Et hr̃ hoc in solutione ad secundum hic manifestè; quia primum conuenit soli obiecto, vel motiuo, vel circumstantiæ, vt sumitur in ratione obiecti actus, saltem intentionis. Sed secundum conuenit cuilibet habenti specialem repugnantiam, vel ordinem ad rationem, etiam si sit accidentale actui, & non teneat se ex parte obiecti actus, quia obiectum quidem solùm dat grauitatem specificã, quæ est per se, idest substãtialis, & essentialis grauitas actus specifica obiectalis, tamen circumstantiæ per se repugnantes, etiam vt circumstantiæ dant per se, idest ex propria ratione grauitatem accidentalem pp specialem repugnantiam ad rationem. Vnde vr̃ incidere defectus, quia est aliud dicere, per se dat grauitatem, & dat grauitatem per se, idest principalem, & essentialem. Nam primum denotat modum dandi grauitatem, secundum denotat substantiam datam. Circũstantia enim per se (ideſt ex se) habet dare bonitatem, vel malitiam accidentalem; sed non dat malitiam per se. i. essentialem, & per se conuenientem peccato. Specifica enim malitia obiectalis conuenit per se, & est bonitas per se; sed tamen & circumstantiæ de se malæ conuenit per se, quod dat malitiam accidentalem, quæ etiam est species moris. s. bonitas, &c.

¶Nota circa arg. in contr. ꝙ aliqui solent arguere ex illa auctoritate Phil.3.Ethic. videlicet ignorantia circumstantiæ facit peccatum veniale, ꝙ veniale non distinguatur a mortali genere. Sed de hoc inf. q.88.art.2. quia est æquiuocatio venialis. Volo quidem, ꝙ veniale, de quo loquitur Phil. s. veniale ex causa, possit esse mortale ex gñe; sed veniale, quia inducit ex natura obiecti reatum venialẽ, & est citra auersionẽ abvltimo fine, tale est speciale peccatũ.

¶Nota etiam, ꝙ argumẽtum in oppositum hoc intendit, quia si ignorãtia circumstantiæ excusat, & minuit peccatum; ergo circumstantia scita, & volita grauat, & hoc est verum. Sed quare dicatur ignorantia circumstantiæ excusat, habebitur infra q.76. quia non quælibet facit inuoluntarium, nec excusat; sed solùm ignorantia facti, quam Philosophus vocat ignorantiam circumstantiæ. Vnde verba Philosophi sunt hæc, inuolũtarium autem vult dici, non si quis ignorat, quod confert (ideſt quod scire debet & potest) sed quæ in singularibus, in quibus, & circa quæ est operatio; in his enim misericordia, & venia; horũ enim aliquod ignorans, inuoluntariè operatur, &c. Hæc ille.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd aliqua circumstantia dat speciem actui morali, vt supra habitum est; * & tamen circumstantia, quæ non dat speciem, potest aggrauare peccatum; quia sicut bonitas rei non solum pensatur ex sua specie; sed etiam ex aliquo accidente, ita malitia actus non solùm pensatur ex specie actus, sed etiam ex circumstantia.

* q.18. ar. tic.10.

¶Ad maiorem dico, ꝙ peccatum habet grauitatem ex sua specie. Verum, grauitatem primam essentialem, & specificam obiectalem, sicut & bonitatem; tamẽ grauitatem accidentalem habet ex circumstantijs, sicut & bonitatem, vt patuit supra q.18.arti.3. quia sicut in naturalibus non tota bonitas est ex natura, & specie; sed aliqua prouenit ex accidentibus, ita & in moralibus; vnde supra vbi iam, artic.4. ponebatur quadruplex partialis bonitas, & per consequens quadruplex partialis malitia poni potest.

¶Ad minorem dico, ꝙ si intelligatur, ꝙ nulla circumstantia vt sic, dat speciem actus obiectalem. Verum, cñ aliqua, vt est cõditio per se obiecti, dat speciem moralem, quæ est bonum, vel malum. Et dato, ꝙ minor esset vr̃ vera. Negatur consequentia, quia ex circumstantia, quæ non dat speciẽ actui saltem, potest aggrauare, i. addere partialẽ malitiam accidentalẽ; & si nulla alia esset malitia nisi circumstantiæ actus, haberet speciem mali, quam non haberet, si circũstantia esset bona; immo haberet speciem moris oppositũ. s. boni; augetur etiam grauitas peccati non semper per intẽsionem, vel maioritatem vnius malitiæ, sed ét pp additionem alicuius malitiæ partialis ad malitiam essentialem. Dictũ est enim, ꝙ malitiæ vnius actus, vel peccati accepti pro actu distinguuntur specificè. Esto actus sit vnius speciei propter vnitatem obiecti.

¶Ad secundum dicendũ, ꝙ vtroq; modo circumstantia potest aggrauare peccatum; si enim sit mala; nõ tamẽ pp hoc, oportet, ꝙ constituat speciem peccati, põt enim addere rationem malitiæ in eadẽ specie, vt dictum est; * si autem non sit mala, potest aggrauare peccatum in ordine ad malitiam alterius circumstantiæ.

* In corp. artic.

¶Ad maiorem huius argumenti (quod etiam supra habitũ fuit q.18.art.11.& est secundùm ibidem.) Dico, ꝙ circumstantia aggrauans omnis est mala; vel per se, vel ratione alterius; per se vt sunt qñ non oportet, &c. per aliã, vt multum, parum. Vltra, si circumstantia mala est ipsa per se causat quandam speciem mali; Si intelligitur de specie obiectiua actus, negatur, quia potest per se esse mala absq; hoc, ꝙ sit obiectum, vel motiuum. Et ita addit malitiã accidentalem actui, & tamen peccatum ratione actus manebit in eadem specie, vt patuit in corp. sed non in eadẽ specie moris; quæ

est bonum, vel malum. Vltra. Si verò non sit mala, nõ habet vnde augeat malum. Verum, non habet per se augere, & solitariè accepta; tamen accepta cum alia, ex qua inficitur, tunc habet augere; sicut pomum ſm se non habet, vt inficiat hominem, tamẽ pomum infectum ex veneno vlterius inficit. Sic circumstantiæ tertij modi ſm se sunt indifferentes negatiue, tamen contractæ ad aliã circumstantiam priorem infectam inficiunt. ¶Nota verba D.S.in hac solutione, quia planè habent, quæ contra Angelũ dicta sunt, videlicet, ꝙ oportet ponere circumstantias ſm se malas, & tn̄ non constituentes speciẽ actus. Dicit enim, vtroq; modo (s. posito in argumento in maiori) circumstantia potest aggrauare peccatum. Planum est autem, ꝙ vnus modus est, ꝙ circũstantia sit mala ſm se; & alio modo non est mala ſm se. ¶Nota autẽ vlterius, si enim sit mala (intellige ex se) non tamen pp hoc oportet, ꝙ constituat speciem peccati (vt s. est actus.) Potest enim addere rationem malitiæ in eadem specie. Hæc ille. Vbi patet clarè, ꝙ auget aliqua circumstantia peccatum. i. malitiã, & per se, & non constituit speciẽ. s. actus, licet per se posset cõstituere speciẽ, q̃ est malũ esse, &c.

¶Ad tertium dicẽdum, ꝙ ratio debet ordinare actum non solùm quantum ad obiecta, sed ét quantum ad oẽs circumstantias; & ideo auersio quædã a regula rationis attenditur ſm corruptionẽ cuiuslibet circumstãtię; puta si aliquis operetur, qñ non debet, uel ubi non debet, & hmõi auersio sufficit ad rationem mali, hanc autẽ auersionem a regula rationis sequitur auersio a Deo, cui debet homo per rectam rationem coniungi.

¶Ad maiorẽ, malitia peccati est ex parte auersionis. Dico sicut supra art.3.ad 2. ꝙ vera est; & tn̄ ſm aliam conuersionem est alia auersio. Et ratio est, quia ratio recta conformans se Deo ordinat, & rectum obiectum, & debitas circunstantias; ergo recedendo ab illis, & cõuertendo se ad indebitas, est manifestè se auertere a ratione, & per consequẽs a Deo. Quare & si plures indebitæ circumstantiæ sint in cõuertendo se, ſm plura auertet se ab ordine rationis, & per consequens a Deo; sicut solet dici, ecce ille fecit hoc, & cum tantis inordinatis circumstantijs, & ita despectiuè, quare me plurimum offendit, quia factum, & modus mihi displicent; & debebat scire, ꝙ aliter debuisset, egisse. Ad minorem, vera, sed prætermittere debitas circumstantias, quas ratio debet ordinare, est se auertere, vel etiam se conuertendo ad indebitas, est auertere se a ratione. Et ergo si minor benè subumeretur esset falsa. s. sed ſm circumstantias non attenditur auersio, quia conuertere se ad indebitas, est auertere se a ratione recta, quæ ponit debitas. Negatur igit consequentia; quia sicut conuertere ad magis indebitum obiectum est grauius; ita conuertere ad plures inordinatas circũstantias ergo est etiam magis auertere, & per consequẽs grauius peccatum, quia prætermittuntur plura bona debita, &c.

¶Nota Scotum in secundo, dist.37. quomodo vnum peccatum est peius alio, quia vnus actus habet plures priuationes plurium rectitudinum actualium, & vnum opponitur rectitudini meliori. Est autem melior, quæ est fini propinquior, sicut & de conclusionibus patet; vbi error circa conclusionem est peior, quantò magis redundat in negationem principij, & quantò actus oppositus est perfectior. Hæc ille, & benè, & concorditer ad D.S.

Scotus.

Vtrum secundùm quantitatem nocumenti attendatur grauitas peccatorum.

H 2.2.q.34. articu.4.& q. 73.a1.3. co. & q.74. art. 2.cor. Et q. 154. ar.4. Et Mal.q.2. arti.10. corp. * q.20.ar.5.

AD octauum sic proceditur. Vr̃, ꝙ grauitas peccati non augeatur ſm maius nocumentum. Nocumentum enim est quidam euentus consequens actũ peccati; sed euentus sequens non addit ad bonitatem, uel malitiam actus, ut supra habitum est; * ergo peccatum non aggrauatur propter maius nocumentum.

¶2 Præt. Nocumentum maximè inuenitur in peccatis, quæ sunt contra proximum, quia sibiipsi nemo uult nocere, Deo autẽ nemo potest nocere, ſm illud Iob.25. Si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies cõtra illum? homini qui est similis tibi, nocebit impietas tua, si ergo peccatum aggrauaretur pp maius nocumentum, sequeret, ꝙ peccatum, quo quis peccat in proximũ, esset grauius peccato, quo quis peccat in Deũ, vel in seipsum.

Iob 25.

¶3 Præt. Maius nocumentum infert alicui, cum priuatur uita gratiæ, quàm cum priuatur uita naturæ, quia uita gratiæ est melior, quàm vita naturæ, intantum, quòd homo debet uitam naturæ contemnere, ne amittat uitã gratiæ; sed homo, qui inducit aliquam mulierem ad fornicandum, quantum est de se, priuat eam vita gratiæ inducens eam ad peccatum mortale; si ergo peccatũ esset

grauius propter maius nocumentum; sequeretur, quòd simplex fornicator grauius peccaret, quàm homicida, quod est manifestè falsum; non ergo peccatum est grauius propter maius nocumentum.

*Aug.c.14. ¶Sed contra est, quod Aug. dicit in 3. de liber. arbit. * Quia vitium naturæ aduersatur, tm̃ additur malitiæ uitiorũ, quantùm integritas naturarum minuitur; sed diminutio integritatis naturæ, est nocumentũ; ergo tantò grauius est peccatum, quantò maius est nocumentum.

¶Hic cõsequenter D.S. inquirit de quibusdã specialibus circũstãtijs, quo faciãt ad aggrauationẽ peccati, quarũ vna attendit ex parte effectus peccati, quæ est quid; alia ex parte obiecti, q̃ est circa quid; & tertia ex parte agentis, q̃ est quis; quę vñr esse principales circũstantiæ. Quærit igit primò, an grauitas peccati augeat, & variet ſm maius nocumentum, quod est quærere de circumstantia quid, quæ quærit de effectu per operationem relicto.

¶Rn. dicendum, ꝙ nocumentum tripliciter se habere põt ad peccatũ. Qnq; enim nocumẽtum, quod prouenit ex peccato, est præuisum, & intẽtum, sicut cũ aliquis aliquid operat animo nocendi alteri, ut homicida, uel fur; & tunc directè quãtitas nocumenti adauget grauitatem peccati, quia tũc nocumẽtũ est per se obiectũ peccati.—

¶D.S. in hoc ar. non tã fecundè, quàm distinctè respondet, euacuando totum intellectum quæsiti. Et quia virtualiter innuit duplex nocumentum peccati; vnũ s. ꝙ est damni, & reale, ꝙ peccãs infert alteri a se, vel sibi; aliud nocumentũ, quod est pœnale, quod ipse peccans incurrit, sicut est pœna. Ideo D.S. principaliter duo facit. Primò rndet distinctè de primo nocumẽto. Secundò de nocumento pœnali, ibi. Aliter tamen. Quia autẽ vtrumq; nocumẽtum multipliciter se habet ad peccatum; ideo ſm vtrumq; multipliciter respondet. Circa primũ nocumentum (s. damni) ponit, ꝙ se habet quadrupliciter ad peccatũ subdiuidendo, ideo ſm hoc ponit quattuor conclusiones respõsiuas eis correspondentes; secundam ibi. Quandoq; autem nocumentum est præuisum; tertiã ibi. Quandoq; autem nocumentum; quartam ibi. Si verò nocumentum. Distinctio ergo est, ꝙ nocumentum primum. s. damni, sibi, vel alteri illatum, tripliciter se habet ad peccatum, vel peccãtem. Quandoq; enim nocumẽtum, quod ex peccato prouenit, est præuisum, & intẽtum, sicut cum aliquis operatur animo nocendi alteri, vt homicida, & fur. Vbi nota terminos, ꝙ aliud est esse intẽ tum, aliud esse præuisum; quia intentum est, in quod fertur intẽtio agentis. Intentio autem est de fine, quare intentum est, pp quod aliquis agit, & gratia cuius aliquid facit; sed præuisum potest esse etiã, ꝙ non est intentum, immo ꝙ aliquis vellet non fieri, sed vult tm̃ indirectè, & interpretatiuè, quia videlicet scit, & cõsiderat actu quod sequit ad intentum suum; & antequam patiat se frustrari intento suo, ipse patit, & hoc scienter sequi Et ita patet, ꝙ non est idẽ intentum, & præuisum, quia intentũ est per se volitũ, præsum autẽ, & nõ intentum est volitum solùm ex consequenti. Patet ex his, ꝙ sup. q. 72. ar. 1. dictum fuit, ꝙ aliquid potest esse volũtariũ, & tm̃ non intentum. Cõclusio prima huic membro correspondens, qñ nocumentũ maius est præsum, & intentum, tunc directè quantitas nocumenti adauget quantitatẽ peccati. i. nocumentũ tale auget malitiã specificam tanquam obiectum, quod directè (hoc est per se) auget in malitia per se, hoc est essentiali, & specifica.

¶Nota primò intellectum termini directè, quia directè augere est augere tanquam id, quod per se, & ex natura actus, vel agentis, vt sic respicitur; & hoc est obiectum, quod auget in malitia essentiali. Sic directè esse volitum, & voluntatem directè in aliquod ferri, est esse per se, & immediatè, & gratia sui volitum; sed indirectè idem est, ꝙ per aliud, vel ex consequenti, & gratia alterius; & etiam quandoque sub se comprehendit volitum per accidens, vt patebit infra q. 76. artic. 3. & 4. Sic multum bibens de nocte, quod est per se volitum, vult indirectè, & per accidens de nocte non surgere, vel non studens vult esse ignorans; & ita est indirectè volitum, quod est volitum solùm per aliud, & quandoque prẽter intentionem, & præsisionem, vt patebit.

¶His notatis probatur conclusio. Obiectum maius per se directè, & in quantitate specifica essentiali adauget quantitatem peccati; sed nocumẽtum maius istõ modo (s. præuisum, & intentum) habet se vt obiectum per se ipsius peccati; igitur, &c. Maior patuit art. 3. quia obiectum directè (hoc est per se, & primò, & principaliter) dat grauitatẽ peccato; & ſm eius quantitatem augetur quantitas peccati essentialis, &c. Minor nota, quia per se motiuum alicuius peccati, & finis est obiectum per se ipsius; sed nocumentum præuisum, & intentũ est huiusmodi; igitur, &c. Illa minor patet, quia ppea idẽ est esse intentũ ex natura actus, & per se motiuum.

¶Nota, ꝙ ista prima conclusio intelligitur, quòd si nocumenta duo sint intenta, vel duo peccant, vel vnus duobus peccatis, quorum vtrumque habet nocumentũ pro obiecto intento, tunc ille qui peccat, inferendo maius nocumẽtum ſpecie distinctum, peccat grauius grauitate directa, & principali, quæ est ex obiecto. Si autem nocumenta sint eiusdẽ speciei, tunc est grauius grauitate accidẽtali in vna specie, sicut furtum viginti florenorum, grauius est furto decẽ florenorum in vna specie. Et homicidium grauius grauitate specifi cè distincta, & essentiali a grauitate furti. Et hoc est directè augere. s. sicut obiectum auget in quantitate specifica. Intelligitur etiam ista conclusio, qñ peccatum habet grauitatem ex nocumento; tunc enim maius est, quod infert maius nocumẽtum; vel intelligitur cæteris paribus, ita ꝙ nocumẽtum sit tã malum, sicut est obiectum alterius peccati. Et infereudo maius nocumentũ sit tanta inordinatio eiusdẽ rationis ex parte obiecti, sicut alibi. Et hæc vr innuere D.S. cum exẽplificat de duobus peccatis, quæ sunt circa nocumenta diuersa alterius hominis, vt homicidium, & furtum. Et de hoc ad secundum, quia intelligitur conclusio de inferentibus nocumentum, &c. Deinde cum dicit.

¶Qñq; autem nocumentum est præuisum, sed nõ intentum; sicut cum aliquis transiens per agrum, vt compendiosius vadat ad fornicandũ, infert nocumentũ his, q̃ sunt seminata in agro scienter, licet nõ animo nocẽdi; & sic etiã quantitas nocumenti aggrauat peccatum, sed indirectè, inquantum s. ex uoluntate multum inclinata ad peccandum, ꝓcedit, ꝙ aliquis nõ prætermittat facere damnum sibi, uel alij, quod simpliciter non uellet.—

¶Ponit, & ꝓbat secundam conclusionẽ respõsiuam, præmittit tm̃ secundũ membrum distinctionis. s. ꝙ alio modo nocumentum est præuisum, sed non intentũ, sicut cum aliquis transiẽs per agrũ vt compendiosius vadat ad fornicandũ, quod est intentum suũ; & videt, ꝙ ad illam ambulationẽ sequitur nocumentũ in his, quæ sunt seminata in agro, illud nocumentũ est præuisum, qa aduertit sequuturum damnum; sed non est intentũ, quia non facit animo nocendi, sed si posset fieri sine nocumento, nihilominus transiret, quare non vadit pp nocumentum, sed pp fornicandum, ad quod sequitur illud damnum, quare nocumentum tale est volitũ indirectè, & per accidens. Secunda conclusio huic membro respondens. Quantitas nocumenti præuisi, & non intenti aggrauat peccatum, sed indirectè (vult ista conclusio) ꝙ si quis infert maius nocumentum præuisum, & non intentum, tunc est maior malitia, quæ sumitur penes circumstantiam; & cum hoc quasi a posteriori arguitur maior malitia, quæ est ſm genus peccati. s. ſm magis voluntarium peccati, ad quod sequitur illud maius nocumentum; sed non sumitur ex tali nocumento grauitas directè. s. sicut ex obiecto per se, ita ꝙ talis circumstantia non auget directè, hoc est grauitatem ſpecificam, quæ est ex obiecto per se intento; sed indicat grauitatem generis, quæ est ex voluntate. Et hoc D.S. innuit in quinta conclusione, vbi dicit. Nec sequitur maiorẽ grauitatem (supplẽ, sicut erat in secunda conclusione.) Et cum hoc addit malitiam accidentalem maiorem, quia tale nocumentũ nõ se habet, vt obiectum intentum talis peccati, quod dat speciem, sed se habet vt circumstantia coniuncta per se obiecto; sicut talis trãsiens per agrum, peccat peccato luxuriæ, & fornicationis; & ab illa habet grauitatem ſpecificam, quæ est ꝙualis cum luxuriante in domo; sed ibi est alia grauitas ex parte generis arguitiuè. s. ex parte maioris voluntatis; & cum hoc est excessus, & grauitas alicuius circumstantiæ sumptæ ex damno, vel nocumento, quæ est quid, quia fornicando. i. eundo ad fornicationem (qui trãsitus formaliter est fornicatio) intulit damnum. ¶His notatis probatur conclusio, quicquid procedit ex maiore inclinatione voluntatis, hoc auget, vel aggrauat peccatum (sindirectè) sed nocumentum isto modo se habens (s. cum præuisione non tamen intentum) est huiusmodi; igitur aggrauat indirectè. Maior patet artic. 6.

¶Nota tamen, ꝙ maior ista intelligitur, qñ inclinatio est propria, & intranea voluntati, & a tali peccatum est grauius, saltem grauitate quam habet ex causa effectiua; si autem sit maior inclinatio ab extraneo prouenieus, tunc peccatum, vt sic, est minus. Minor probatur, quia ꝙ aliquis non prætermittat facere damnũ sibi, vel alteri, quod simpliciter (idest absolutè, & ſm se. s. si intẽto non coniungeretur) nõ vellet, procedit ex voluntate multum inclinata ad peccandũ. Sic in proposito exemplo ex voluntate multum affecta fornicationi prouenit, ꝙ non prætermittat, immo velit (pp aliud tm̃) facere damnum, quare voluntas magna est; sed magna volũtas dat magnam grauitatem peccato, vt culpa in gne. Quare nota, ꝙ est maior malitia voluntatis ad fornicandum intensiua, quæ arguitur ex damno non prætermisso; & de illa procedit ratio. Sed quamuis D.S. hic non faciat mentionem de hac, est tm̃ nihilominus maior malitia per additionem quasi extrinsecè, quia plures; quia malitia maior intensiua voluntatis fornicationis, cui additur malitia accidentalis ex circumstantia damni, vel nocumenti, quæ se tenet quasi circa obiectum, & volitam fornicationem; & ergo licet obiectum intentionis sit vnum. s. fornicatio, tm̃ obiectum voluntatis, saltem interpretatiuè, est fornicatio cum circumstantia aggrauante in eadem ſpecie fornicationis; nã damnum non potest dare ſpeciem actui, cum non sit motiuum, nec obiectum, sed conditio accidentaliter se habens ad peccantẽs fornicatio

fornicatio igitur intenta est motiuum, cui accidit damnum suũ, vel alterius, licet illud damnum addat ſpecialem deformitatem per compatationem ad rationem; quare fornicatio cum damno, & obiectum cum conditione accidentali actus maioratur; & fornicatio cum damno facta est grauior, quia est maior voluntas fornicationis, & cum hoc quædam malitia accidentalis, præter intẽtionem; vnde voluntas non habet ſpeciem a volito quocunq;, sed tm̃ a volito directo, & non indirecto; quare volens fornicari per se, & directè habet ſpeciem a fornicatione, sed a damno sequente se (voluntate indirecta, sed pp aliud) non habet ſpẽm actus. Sed quia dictum est, ꝙ non solùm a dante ſpeciem, sed ẽt a circumstãtia habet grauitatem per comparationem ad rationẽ, cui magis in eadem ſpecie actus repugnat pp malam circũstantiã; ideo tale dãnum addit partialem malitiam accidentalẽ. Consequẽter cũ dicit.

¶Quandoq; autem nocumentum, nec est præuisum, nec intentum; & tunc si per accidens se habeat ad peccatum, non aggrauat peccatum directè, sed propter negligentiam cõsiderandi nocumenta, quæ consequi possent, imputantur homini ad pœnã; mala quæ eueniunt præter eius intentionem, si dabat operam rei illicitæ.—

¶Infert tertiam conclusionem ex tertio membro distinctionis, quod est nocumentum, nec est præuisum, nec intentum. Et hoc membrum subdiuiditur, quia nocumẽtum tale qñq; se habet per accidens ad peccatum intentum. s. & præuisum, quia videlicet nõ sequitur ad naturã illius peccati, & ex propria cõditione, sed qñq; ex aliquo euentu casuali, & vt in paucioribus. Quandoq; autem nocumentum nõ præuisum, nec intentum, sequitur per se ad peccatum, quia ex natura actus sequitur talis effectus, quantum est de natura peccati. Exemplum primi, sicut clericus in venatione mittens iaculum occidit hominem, vbi est (casuale nocumentum) effectus sequens per accidens ad opus rei illicitæ; vel sicut incidens arborem, quæ cadit in partem contra communem ẽstimationem, occidit hominem, vbi est nocumẽtum casuale sequens ad operam rei licitæ. Exemplum secundi est in littera; sicut ad publicam fornicationem sequitur per se scandalum plurimorum, & ad prolixam expositionem per se sequitur penuria, & paupertas.

¶Nota autem pro intellectu sequentium, ꝙ ex his habetur, ꝙ non repugnat dicere, ꝙ effectus, vel nocumentum non sit intentum, nec præuisum actu; & tm̃ per se sequitur ad peccatum, quia potest aliquid non esse intentum per se, & actu, & sic per accidens quo ad agentem; nec voluntarium directè, & per se, tm̃ potest se habere ad actum intentum per se; quia ipsum ex propria ſpecie consequitur; & sic erit voluntarius per accidens; & ille qui facit peccatum aliquo modo, est causa voluntaria quandoq;, sicut non remouens prohibens. Conclusio igitur tertia correspondens huic primo membro. Nocumentum non intentum, nec præuisum, si per accidens se habeat ad peccatum, non aggrauat peccatum directè, sed pp negligentiam considerandi nocumenta, quæ consequi possunt (supplè etiam, qñ dat operam rei licitæ) imputantur homini ad pœnam, mala quæ eueniunt præter eius intentionem; & præsertim si dat operam rei illicitæ. D.S. non tangit hic aliud medium probationis, nisi pp negligentiam, nec conclusio aliter declaratur; sed declaratio hr ex secunda secundæ, q. 65. arti. 8. Et extra de homicidio voluntario, vel casuali. lib. 5. per multa capitula, singulariter. c. Sicut dignum, in §. clericos. vide apparatum. Vbi nota, ꝙ effectus, vel nocumentum (de quo loquitur conclusio) quod alibi vocatur casuale, potest sequi per accidens ad opus de se licitum, vt statim patuit in exemplis, quorum plura videbis in Antonino. 3. par. tit. 38. c. 2. §. 4. Et tunc si taliter dans operam rei licitæ, facit debitam diligentiam, & possibilem; & si tunc sequatur talis effectus, vel tale nocumentum, nõ habet aliquam culpam, nec incurrit aliquam pœnam, vel reatum; si autem dat operam rei licitæ, & non adhibet diligentiam, incurrit pœnæ reatum, solùm ratione negligentiæ, quia si fecisset diligentiã, tunc non fuisset sequutum nocumentum, si verò det operam rei illicitæ, etiam si faciat debitam diligẽtiam, nihilominus incurrit reatum illius peccati, vel illius nocumenti, quia talia opera debent ab eo omnino esse aliena, & ipsa faciens, hr tanquam causa effectus; quia facit quod nõ deberet facere, & quod posset remouere, & deberet; ideo quod ex eo sequitur, imputat sibi; sic ergo quamuis conclusio solùm sonet de date operã rei illicitæ, qa de illo pr̃tim verificat cõclusio, tm̃ ibi & de dante operã rei licitæ, sed negligenti facere, quod potest, & debet, verificatur conclusio. His præmissis probatur conclusio quo ad primã partem. s. ꝙ tale nocumentum, nec intentum, nec præuisum, non directè aggrauat. Quicquid directè aggrauat, hoc est actu intentum, & actu volitum, & directè, & tenet se ex parte obiecti; sed tale nocumentum non est actu intentum, nec actu volitum directè, vel indirectè, sed solùm per accidens, ideo non aggrauat directè. Maior probatur ex dictis circa primam conclusionem, quia in moralibus nõ aggrauat directè, & per se, nisi ꝙ se habet per se ad actum peccati, sed tale est obiectum vt sic; igit, &c. Pro secunda parte arguit sic. Quicquid est voluntarium aliquo modo etiam per accidens, imputatur homini ad pœnam, sed nocumentum, quod sequitur per accidens ad peccatum alicuius, potest esse volũtarium aliquo modo; igitur imputatur, & aggrauat, &c. Maior nota ex dictis supra, q. 6. ar. 3. Minor probatur, quia in potestate eius fuit considerare illa nocumenta, & neglexit; sed si cõsiderasset illa mala nõ accidissent; igitur tale nocumentum hr vt volitum; saltem per accidens, & remotũ; secundò potest probari. Minor principalis. Quicunq; non remouet ea, ex quibus sequitur nocumentum, si debeat remouere, erit nocumẽtum quo ad ipsum voluntarium; sed dans operam rei illicitæ, vel etiam dãs operam rei licitæ, non tm̃ considerans, & faciens faciẽda, non remouet ea, ex quibus sequitur nocumẽtum; igitur minor vera. Maior patet, quia remouens prohibens est causa aliquo modo, & sipr nõ remouens prohibens, cum debet, est causa in moralibus. Minor patet, quia ille nõ remouit operam illicitam, quam debebat remouere, siue faciat diligẽtiam, siue nõ; alio modo nõ remouit inconsiderationem suam, ad quam sequitur ille effectus; igitur, &c. Patet ergo, quòd tale nocumẽtum aggrauat, non quia se teneat in ratione obiecti, & intenti, & voliti per se, vt primum nocumẽtum; nec quia sit volitum indirectè, & procedat ex maiori voluntate; sed quia est volitum per accidens, quia potuit, & debuit impediri, & per negligentiam non est impedium; ideo ratione negligẽtiæ voluntarię, indirectè tm̃, quia fuit in potestate voluntatis eam cohibere, &c. Quare secundum nocumẽtum fuit actu consideratũ & volitum actu, sed indirectè, hoc autẽ nõ est consideratum, nec volitũ actu; sed quasi in potẽtia actiua, & potestate, & per accidẽs. Et istam conclusionem vide supra in iure fundatam, &c. Tũc ibi.

¶Si verò nocumentum per se sequatur ex actu peccati, licet non sit intentum, nec præuisum directè, peccatum aggrauat, quia quæcunque per se consequuntur ad peccatum, pertinẽt quodammodo ad ipsam peccati ſpeciem, puta si aliquis publicè fornicetur, sequitur scandalum plurimorum, quod quamuis ipse non intendit, nec fortè prꝙideat, directè per hoc aggrauatur peccatum.—

¶Circa quartum membrum. s. secundum subdiuisionis, ꝙ nocumentum non intẽtum, nec præuisum, tamen sequẽs per se ex peccato, &c. Ponit talem conclusionem quartam. Nocumẽtum non intentum, nec præuisum, tamen sequens per se ad peccatum directè aggrauat s. tanquam obiectum intentum, & volitum. Probat. Quicquid per se sequitur peccatum, directè aggrauat ipsum; sed tale nocumentum non intentum actu, nec præuisum, tm̃ sequẽs ad peccatum per se, sequit per se peccatum; igit, &c. Maior probat, quia quæcunq; per se sequunt peccatum, pertinẽt quodammodo ad ſpẽm eius (supplè & intẽto peccato, & ipsa virtualr intẽdunt; ẽt sine actuali cõsideratione.) Minor patet ex suppõne, qa supponit, ꝙ per se sequatur. Et est exemplum in littera de scandalo, &c.

¶Nota, ꝙ D.S. dicit, ꝙ quę per se. i. semper, vel vt in pluribus sequuntur quodammodo pertinẽt ad ſpeciẽ (pp hoc inquam nota) ꝙ D.S. habet in de Malo. q. 1. ar. 3. ad 15. ꝙ quando accidẽs alicuius effectus, vel actus, & peccati concomitatur peccatum principaliter intentum ſemper, vel vt in pluribus, tunc accidens non separatur ab intentione agentis. Hæc ille in substantia. Ex quo patet, ꝙ tale per accidens hr tanquam intentum, saltem in sua per se causa; sed omne intẽtum habet se vt per se obiectum, & habet directè aggrauare; igit tale nocumẽtum directè aggrauat, vt sic arguat, Omne intẽtum directè aggrauat; sed tale nocumentum est quodãmodo intentum (s. non actu in se, quia per hypothesim, nõ est consideratum, sed est intentum virtualiter in sua per se causa) igit directè aggrauat tanquã ad ſpeciem quodammodo pertinẽs.

¶Nota ex his solutionem dubij, quia nocumentũ non intentũ, tm̃ præuisum, non aggrauat directè; & tm̃ hoc nocumentum. s. non intentum, nec præuisum, aggrauat directè. Patuit iam ratio diuersitatis, quia nocumentũ non intentũ, sed præsum non pertinet ad ſpeciẽ, & obiectũ, vt patuit. Istud autem pertinet ad ſpeciẽ, & obiectum, qa est volitũ, & intentũ in obiecto, licet non in se; igit, &c.

¶Aliter tm̃ vr se habere circa nocumentum pœnale, ꝙ incurrit ipse qui peccat. Huiusmodi enim nocumentũ, si per accidens se habeat ad actum peccati, & non sit præuisum, nec intentum, nõ aggrauat peccatum, neq; sequitur maiorem grauitatem peccati; sicut si aliquis currens ad occidendum impingat, & lædat sibi pedem.——

¶Hæc est secunda pars principalis huius ar. in qua D.S. respondet ad quæsitum intellectum de nocumento pœnali, quod etiam est duplex, quare & duplici cõclusione respondet; secundã ponit ibi. Si verò tale nocumentũ. Vbi oportet breuiter notare, ꝙ dria est inter nocumentum damni, vel reale, & nocumentum pœnale, quia nocumentum damni (de quo habitus est sermo) potest esse voluntariũ ipsi, cuius est nocumentũ, saltem indirectè, & per accidens; sed nocumentum pœnale semper vt sic est contra voluntatem eius, cuius est pœna; quare oportet aliter dicere de isto nocumento pœnali, quàm de alio. Constat enim, ꝙ aliquis transiẽs ad fornicationem potest ita facere damnum sibi in agro suo, sicut in agro alterius; & tamen illud damnum, vel nocumẽtum est vo-

litum indirectè, vt patuit; secus de pœna, quæ non est volita, nec per consequens auget voluntatem, sicut damnũ augere põt; quare specialiter de nocumento pœnali Doctori respondendum erat.

¶Pro quo innuit vnã distinctionem, ꝙ tale nocumẽtum potest se habere ad peccatum dupliciter; vno modo per accidens, quia s. non sequitur ex natura peccati, nec semper, nec vt in pluribus. Est enim apud moralem per se, & vsle, quod vt in pluribus contingit.

¶Conclusio, huiusmodi nocumentum (s. per accidens se habẽs ad actum peccati, & non præuisum, nec intentum) non aggrauat peccatum, neq; sequitur maiorem grauitatẽ peccati. D.S. explicat illam conclusionem exemplariter; sicut si aliquis currens ad occidendum impingat, & lædat sibi pedem; & potest probari ratione ex dictis; quicquid non est aliquo modo volitum, sed omnino per accidens se hns, non aggrauat peccatum, nec sequitur maiorem grauitatem; sed tale nocumentum pœnale est hmõi; igitur, &c.

¶Nota autem, ꝙ nocumentum præuisum, ẽsto non intentum aggrauat, quia arguit, & sequitur maiorem voluntatem. Sed nocumentum in proposito, cum non fuerit cogitatum, nec puisum, nõ potest arguere maiorem volũtatem, quia non est volitum actu nisi cogitatum, nec potest esse volitum in sua causa; quia supponitur, ꝙ ad illam per accidens sequatur; igitur nullo modo aggrauat, nec causaliter, nec arguitiue. Deinde cum dicit.

¶Si verò tale nocumẽtum per se consequatur ad actũ peccati, licet fortè nec sit præuisum, nec intentum; tunc maius nocumentum non facit grauius peccatũ, sed econuerso graue peccatum inducit grauius nocumentum; sicut aliquis infidelis, qui nihil audiuit de pœnis inferni, grauiorem pœnam in inferno patietur pro peccato homicidij, quàm pro peccato furti; quia enim hoc nec intendit, nec præuidit, non aggrauatur ex hoc peccatum, sicut contingit circa fidelem, qui ex hoc ipso videtur peccare grauius, ꝙ maiores pœnas contemnit, vt impleat voluntatem peccati; sed grauitas huiusmodi nocumenti solùm causatur ex grauitate peccati.

¶Ponit secundam conclusionem, iuxta aliud membrum distinctionis, quod est, ꝙ nocumentum pœnale consequitur per se ad actũ peccati, licet non sit intentum, nec præuisum. Conclusio. Nocumentum per se consequens peccatũ, licet fortè nec sit puisum, nec intentũ, tunc maius nocumentum non facit grauius peccatũ, sed econuerso graue peccatũ inducit grauius nocumentum. D.S. ostendit, & explicat illam conclusionem exemplariter, notando quare dicat, non præuisum, quia infidelis, qui nihil audiuit de futurã pœna inferni pro grauiori peccato (vt homicidio) grauius punietur in inferno, quàm pro furto; & sic peccatum suum dat grauitatem, & maioritatem nocumento pœnali, & nõ econtra; & hoc vult conclusio; sed fidelis, qui præuidit pœnas inferni, peccat grauius pp maius voluntarium; quia arguitur voluntas sua magis inclinata ad peccandum, quia non cohibuit se etiam metu pœnarũ. Grauitas igitur nocumenti non præuisi, sequit grauitatem peccati, secus de grauitate nocumenti præuisi. Et potest sic argui, ꝓ ista conclusione, quicquid non est volitũ actu, nec sequit maiorem voluntatem, & est quoddã consequens peccatũ proportionabiliter, hoc non aggrauat peccatũ, sed eius grauitas sequitur ad grauitatẽ peccati; sed nocumentũ pœnale quo ad infidelem est hmõi, quia non est volitum, nec intentũ, nec præuisum; & correspondet ex iustitia Dei proportionabiliter peccato; sed nocumentũ fidelis peccatis est puisum, licet nõ volitũ, nec intentũ, tñ arguit maiorẽ voluntatem; igit nocumentũ infidelis, ꝙ non est præuisum, non aggrauat; sed nocumentũ fidelis, qđ est præuisum, hoc aggrauat, &c.

¶Nota, ꝙ licet ex iustitia Dei necessariò culpam, & peccatũ sequatur pœna, tñ vt supra, q. 72. art. 5. habitum fuit, hoc est omnino contra, & præter intentionem peccantis; ideo talis pœna non directè aggrauat peccatum fidelis, nec dat grauitatem specificam; sicut dictum fuit, ꝙ peccatum publicum haberet grauitatem scandali ipsum per se sequentis, quia hoc quodammodo est de specie, & intentione publicè peccantis; secus de pœna, de cuius ratione est esse ab extrinseco, & contra voluntatem, &c.

¶Nota circa arg. in contr. ꝙ tangit vnũ, de quo infra, q. 85. s. ꝙ peccatum diminuat bonum naturæ, quæ diminutio est nocumẽtũ damni, non pœnale, & potest esse præuisum; & siue sit præuisum, & intentũ, siue non, tamen per se sequitur ad actum peccati. Vnde aggrauat ad minus iuxta quartam conclusionem. s. directè tãquam pertinens quodammodo ad speciẽ; secus de pœna, quæ sequitur ex peccato, non ex parte peccantis, sed iustitia iudicis, &c.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd sicut etiam supra dictum est, * cum de bonitate, & malitia exteriorum actuum ageretur; euentus sequens, si sit præuisus, & intentus, addit ad bonitatem, vel malitiam actus. *q.20.ar.5.

¶Maior vera. s. nocumentum est quidã euentus cõsequens actũ peccati. Ad minorem, negat vlr, ꝙ euentus sequens quicũq; non addat ad bonitatem, vel malitiam actus, nec hoc dictũ est supra, q.20.ar.5. immo dictũ est, ꝙ euentus intentus, & præuisus addit ad bonitatem, vel malitiam, immo & vlterius dictũ est, ꝙ si etiam nõ sit præuisus, vel intentus, dummodo per se sequatur ad peccatum, tunc addit ad bonitatem, vel malitiam; sed verum est etiam, dictũ fuit vbi iam, ꝙ si euentus non sit præcogitatus, & per accidens, & vt in paucioribus sequatur, tunc non addit ad bonitatem, vel malitiam, & supplendũ est ex his dictis circa tertiam conclusionem, si non imputetur propter negligentiam; & ita per accidens, quia non præuisum, & per accidens sequens, & facta debita diligentia, & data opera rei licitæ, ita quòd sit taliter per accidens, vt nullo modo possit voluntarius iudicari. Quare negatur consequentia, loquendo de nocumento damnoso aliquo modo volito, &c.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis nocumentum aggrauet peccatum; non tamen sequitur, ꝙ ex solo nocumento peccatum aggrauetur, quinimmo peccatum per se est grauius propter inordinationem, vt supra dictum est; * vnde & ipsum nocumentum aggrauat peccatum, inquantum facit actum esse magis inordinatum; vnde non sequitur, ꝙ si nocumentum maximè habeat locum in peccatis, quæ sunt contra proximum, ꝙ illa peccata sunt grauissima, quia multò maior inordinatio inuenitur in peccatis, quę sunt contra Deum; & in quibusdam eorum, quæ sunt contra ipsum; & tamen potest dici, ꝙ etsi Deo nullus posset nocere quantũ ad eius substantiã, potest tñ nocumentum attentare in his, quæ Dei sunt, sicut extirpando fidẽ, violãdo sacra, quę sunt peccata grauissima; sibi etiam aliquis, qñq; scienter, & violenter infert nocumentum, sicut patet in his, qui se interimunt, licet finaliter hoc referant ad aliquod bonum apparens, puta ad hoc, quòd liberentur ab aliqua angustia. *Art.3.huius quæ.

¶Dico, ꝙ suppositum argumenti. s. ꝙ nocumentũ maximè inuenitur in peccatis, q̃ sunt contra proximũ, & nõ in his, q̃ sunt cõtra Deũ. Verum est, ꝙ nocumentum ẽm effectum inuenit in peccatis contra proximũ, cuius substantiæ aliqs etiã effectualiter nocere põt. Põt tñ aliqs nocere Deo ẽm affectum suũ, quantum est ex peccato ẽm se Deũ odiendo, sicut quilibet etiã mortaliter peccãs illi, vult Deum non esse summũ bonum. Et vult hoc voluntate indirecta, vel tanquã quoddã per se consequens ad peccatũ mortale, etiam si non sit indirectè volitum, quando est sine præuisione.

¶Secundò dico, ꝙ potest Deo nocere ex parte sua, & quantum in se est, contemnendo eũ in mandatis suis; & tertiò nocendo his, quæ Dei sunt, vel quia sub ꝓuidentia Dei, vel quia a Deo specialiter; vt contemnendo fidem, violando sacra, quę constituta sunt ꝓ Dei reuerentia. Probatio secundæ partis suppositi; probat, ꝙ nullus noceat Deo quantum ad effectum in substantia; & sic intelligitur auctoritas Iob, quia dicit. Quid facies cõtra illum. s. in se, & ẽm effectum, supplè, sicut facere potes contra substantiam, & vitã hominis; quare subdit homini, qui est similis tibi, nocebit impietas tua. s. etiam ẽm substantiam suam effectualiter. Vltra. Si ergo peccatum aggrauaretur pp maius nocumentum. Dico ad hoc tripliciter. Primò, ꝙ aggrauat quidem ex nocumento, non tñ vt nocumentum est; sed vt inordinatum est, & iniustum; quare iudex, interficiendo furem, nocet sibi, ita benè, sicut homicida; nõ tñ aliquo modo peccat, quia nocumentũ non est inordinatũ, nec iniustum; si ergo aggrauat ratione inordinationis per se, & formaliter; ideo vbi est maior inordinatio cum minore nocumẽto, ibi est maior grauitas. Dico secundò, peccatum aggrauatur pp nocumẽtum maius, ita ꝙ si comparetur ad peccatũ, quod etiam est peccatum, & inordinatum, pp iniustum nocumentum; tunc vbi est grauius nocumentum directè se habens ad peccatum, tunc est maior grauitas, vt patet de homicidio, & furto; sed nõ oportet, ꝙ peccatũ maioris nocumenti comparatũ ad id, ꝙ non est tanti nocumẽti, nec est peccatũ pp nocumentũ effectuale, sed pp maiorem inordinationem, quàm trahatur ex nocumento, sit maioris granitatis; & ista tacta fuerunt circa corpus, quia stando in peccatis eiusdem rationis, tunc vbi grauius nocumentum, ibi grauius peccatum. De hoc D. S. quolib. 1. art. 18. quòd periurium est grauius homicidio.

¶Dico tertiò, ꝙ peccatum aggrauatur propter nocumentum, vel substantiale, & effectuale, vel propter nocumentũ affectuale, & nocumentum, quod inducitur ex contemptu alicuius in se, vel in suis præceptis, vel in suis sacris, &c. Negatur autem sequela, ꝙ peccatum in proximum esset grauius peccato in Deum. Tum primò, quia peccatum non est solùm graue propter nocumentum, sed propter inordinationem; modo cõstat, ꝙ peccatum in Deum petius est ex specie, & inordinatius, quàm quodcunq; peccatũ nocens homini, ex intentione etiam, & cum puisione. Tum secundò, quia peccatum in Deum, & proximum non sunt eiusdem rationis; modo dictum est, ꝙ quando peccatum ex nocumẽto inordinato, comparatur ad aliud ex nocumento, tũc vbi est maius nocumentum, ibi grauius peccatum. Tum tertiò, quia peccatum, quod est contra Deum, habet nocumentum affectuale, & quantum in se est, qđ est peius, & grauius, & inordinatius, quàm nocumentum affectuale contra hominem, quare argumentũ nõ valet.

¶D.S. primò respondet ad sequelã, negando eam; secundò ad assumptum, vel suppositum, ibi. Et tamen potest dici, &c. De aliquibus huius solutionis habitum est supra, q.47.ar.1.ad primum.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ illa ratio nõ sequitur propter duo. Primò quidem, quia homicida intendit directè nocumentum proximi; fornicator autem, qui procurat mulierem, non intendit nocumentum, sed delectationem. Secundò, quia homicida est per se, & sufficiens causa corporalis mortis, spiritualis autem mortis nullus potest esse alteri causa per se, & sufficiens, quia nullus spiritualiter moritur, nisi propria uoluntate peccando.

¶Ad hoc argumentum, quod mouit quendam magnum, qui asseruit fornicationem grauius esse peccatum homicidio, motus ex ratione illa sophistica. Dicitur igitur ad maiorem. s. maius nocumẽtum infertur alicui, cum priuatur vita gratiæ, quàm vita naturæ, &c. Dico, ꝙ verum est, ꝙ maius nocumentum infertur. Et dico, ꝙ grauius peccaret, si aliquis posset, vt causa totalis, & ex intentione auferre vitam gratiæ, quàm auferens vitam naturæ ex intentione, & proposito. Et concedo probationem maioris.

¶Ad minorem dico, negando, ꝙ priuet quãtum in se est ex intentione. Secundò dico, ꝙ quantumcunq; intendat, nõ est causa sufficiens, & totalis priuationis gratiæ alterius, immo ipse solus, nec excellentiam aureolæ debitæ virginitati potest auferre, muliere reluctante, etiam si violenter opprimat, vt patet in D.S. in quarto, distin. 49. q. 5. artic. 3. quæstiun. 1. ad quartum. Vnde si vita gratiæ ei debeat auferri, non est ex fornicate, sed ex mulieris cõsensu, & voluntate. Dico vlterius, ꝙ nullus homo potest alium inducere in peccatum mortale, sicut causa sufficiens, nec diabolus hoc potest, vt patebit infra q. 75. artic. 3. & q. 80. multò minus homo. Vltra. Si ergo peccatum esset grauius propter maius nocumentum. Dico, quòd est grauius directè, & ex specie propter maius nocumentum intentum, cuius aliquis est sufficiens causa. Vltra. Sequeretur, ꝙ simplex fornicator grauius peccaret, quàm homicida. Negatur sequela. Tum quia fornicator non intendit mortem animæ, nec ab illa peccatum suum habet speciem, & essentialem gratitatem, sed obiecto, & materia, quia intendit talem delectationem cum muliere, licet non sua, & ab hoc habet gratitatem. Homicida autem intendit mortem naturalem, & priuationem naturalis vitæ. Constat autem, ꝙ intentum, & motiuum homicidij valde grauius est, quàm velle delectare cum non sua. Tum secundò, negatur sequela, quia fornicator non est sufficiens causa mortis animæ, sicut homicida est sufficiens causa mortis corporis. Quare concedo, quod vlterius dicitur, scilicet quod est manifestè falsum, immo falsissimum, ꝙ simplex fornicatio sit grauius peccatum homicidio. Quare negatur consequentia, ꝙ non aggrauetur peccatum propter maius nocumentum intentum. s. & cuius aliquis est causa sufficiens. Propterea homicidium, & fornicatio non comparantur bene adinuicem penes nocumentum, quia (vt patuit) vnum habet speciem ex nocumento, alterum non, sed ex delectatione inordinatè quæsita. Dictum est autem, ꝙ quando duo peccata conueniunt in hoc, quòd trahunt speciem a nocumento intento, tunc grauius est, quando nocumentum est grauius. Patet igitur, quòd hæc ratio multipliciter deficit, & intentum nullatenus ostendit. Nec obstat, quòd dictum est articulo precedenti, quòd si nocumentum sequatur per se, & etiam non intendatur, nec cogitetur, tunc peccatum directè aggrauatur, quia (vt patet hic) tale nocumentum (s. spiritualis mors animæ mulieris) non sequitur per se ad solicitationem, vel etiam opus fornicationis; quia non est causa eius, sed consensus mulieris, cuius esse non potest esse causa.

Simplex fornicatio nullo modo est grauius homicidio.

Vtrum secundùm conditionem personæ, in quam peccatur, attendatur grauitas peccati.

1 2.2.q.61.ar.2.ad 3.& ar uc.4.cor.& q.65.arti.4. Et 3.q. 80. ar.5.cor. Et ariskle.arti. 2.cor. Et opu.3.c.2.& 31.fi. Et psa. 32.co.1. Et Ro.2. le.2. co.1. Et 1. cor.10.lec. 7.co.2.fin. &c.

AD nonum sic proceditur. Videtur, ꝙ secundùm conditionem personæ, in quam peccatur, peccatũ non aggrauetur. Si enim hoc esset, maximè aggrauaretur ex hoc, ꝙ aliquis peccat in aliquem virum iustum, & sanctum, sed ex hoc non aggrauatur peccatum, minus enim læditur ex iniuria illata virtuoso, qui æquanimiter tolerat, quàm alij, qui etiam interius scandalizati læduntur; ergo conditio personæ, in quam peccatur, non aggrauat peccatum.

2 Præterea. Si conditio personæ aggrauaret peccatum, maximè aggrauaretur ex propinquitate; quia sicut Tulli dicit in Paradoxis. * In seruo necando semel peccatur, in patris vita violauda multa peccantur; sed propinquitas personæ, in quam peccatur, non videtur aggrauare peccatum, quia vnusquisq; sibiipsi maximè est propinquus, & tamen minus peccat, qui aliquod damnum sibi infert, quàm si inferret alteri, puta si occideret equum suum, quàm si occideret equum alterius, vt patet per Philosophum in quinto Ethicorum; * ergo propinquitas personæ non aggrauat peccatum. *Tull.in Parad. cuius tit. est equalia esse uitia. * Arist. ca. vlt. to. 5.

3 Præt. Conditio personæ peccantis præcipuè aggrauat peccatum ratione dignitatis, vel scientiæ, secundùm illud Sap. 6. Potentes potenter tormenta patientur. Et Luc. 12. Seruus sciens voluntatem Domini, & non faciẽs, plagis vapulabit multis; ergo pari ratione ex parte personæ, in quam peccatur, magis aggrauaret peccatum dignitas, aut scientia personæ, in quam peccatur; sed non videtur grauius peccare, qui facit iniuriam personæ ditiori, vel potentiori, quàm alicui pauperi; quia non est personarum acceptio apud Deum, secundùm cuius iudicium grauitas peccati pensatur; ergo conditio personæ, in quam peccatur, non aggrauat peccatum. Sap. 6. Luc. 12.

¶Sed contra est, ꝙ in sacra scriptura specialiter vituperatur peccatum, quod cõtra seruos Dei committitur, sicut dicitur 3. Reg. 19. Altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio. Vituperatur etiam maximè peccatum commissum in personas propinquas, secundùm illud Mich. 7. Filius contumeliam facit patri, filia cõsurget aduersus matrem suam. Vituperatur etiam specialiter peccatum, quod committitur in personas in dignitate constitutas, vt patet Iob 34. Qui dicit Regi Apostata, qui vocat duces impios; ergo conditio personæ, in quam peccatur, aggrauat peccatum. 3. Reg. 19. Mich. 7. Iob 34.

¶Hic quærit de quadam alia circumstãtia, quæ se tenet ex parte obiecti, an. s. per conditionem personæ, in quam peccatur, peccatum aggrauetur, an videlicet grauius peccet, qui peccat contra personam magis dignam, vel sibi magis coniunctam.

¶Respondeo dicẽdum, ꝙ persona, in quam peccatur, est quodammodo obiectum peccati. Dictum est autem supra, * quòd prima grauitas peccati attenditur ex parte obiecti. *Art. 3. huius quæst.

¶D.S. in hoc articulo; primò innuit vnam conclusionem responsiuam; secundò explicat de quibus conditionibus intelligatur, ibi. Ex quo quidem; Conclusio formalis responsiua, quam D.S. non ponit, sed ipsam probat, est ista. Per conditionem personæ, in quam peccatur, peccatum aggrauatur. Probatur. Prima grauitas attenditur ex parte obiecti; sed persona, vel cõditio personæ est quodammodo obiectum peccati, igitur aggrauat (s. tanq̃ circunstantia tenens se ex parte obiecti.) Maior patuit artic. 3.

¶Nota autem circa minorem, quòd D.S. nõ dicit, ꝙ persona sit obiectum absolutè, sed est quodammodo obiectum peccati. Nam licet circunstantia sit aliqualiter volita, & variet obiectum in cõparatione ad rationem, & quandoque addit specialem inordinationem, non tamen habet se vt obiectum motiuum, quando est circunstantia faciens malitiam, nec dat speciem actui, licet (vt dictum est) det speciem deformitatis; sicut patet, quòd homicidiũ non habet speciem homicidij a personatu, sed ab homine. Persona enim significat quandam conditionem hominis pertinentẽ ad dignitatem, ita ꝙ idem sit dicere. Vtrum, secundùm conditionem personæ aggrauetur peccatum, & an secundùm circunstantiam, quæ est personatus hominis, aggrauetur. Non est igitur persona formaliter (idest conditio hominis) obiectum actus, sed quodammodo, idest tenens se circa obiectum actus; & potest talis circunstantia, vt habet rationem obiecti (voluntatis saltem) dare nouam speciem moris; sicut interficiens sacerdotem cõmittit non solùm homicidium, sed & sacrilegium, quia obiectum huius interfectionis non solùm est homo, sed etiam sacerdos, quem occidendo quis facit irreuerentiam rei sacræ, ac per hoc talis circunstantia, vt tenet se circa obiectum. s. hominem, & vt facit specialem repugnantiam alterius speciei, & rationis, constituit sacrilegium; similiter interfectio patris habet pro obiecto hominem cum conditione specialiter repugnante, & sic est speciale, & grauius peccatum, quàm homicidium simplex; quare D.S. dicit, quòd persona est quodammodo obiectum, etiam capiendo personam formaliter. s. pro conditione hominis. Licet enim interficiens sacerdotem, vel patrem, vellet quòd non esset sacerdos, vel pater; tamen simpliciter vult interficere patrem, &c.

¶Ex quo quidem tantò attenditur maior grauitas in peccato, quantò obiectum eius est principalior finis; fines autem principales humanorum actuum sunt Deus ipse, homo, & proximus; quicquid enim facimus, propter aliquod horum facimus, quamuis etiam horum trium vnum sub altero ordinetur. Potest igitur ex parte horum trium considerari maior, vel minor grauitas in peccato secundùm conditionem personæ, in quam peccatur.

¶Hic cõsequenter D. S. explicat illam conclusionem respõsiuam per vnam aliam conclusionem, ſm quid attendantur illæ cõditiones aggrauantes, & quæ sint, vel quot sint tales conditiones in communi aggrauantes; vtrum quia factor, vel futor, vel pistor, ita ꝙ sit grauius peccatum interficere cocũ, quàm cellerariũ, &c. Et habebitur, ꝙ non quæcunq; cõditiones personæ, vel hominis aggrauant, sed certè aliquæ. Vnde D.S. primò ponit illam secundã conclusionem explicatiuã primæ, & probat eam in communi; secundò in speciali ſm quãlibet eius partem, ibi. Primò quidẽ, &c. Conclusio igitur secunda explicatiua primæ est talis. Ex parte trium, s. Dei, ipsius hominis peccantis, & ex parte proximi potest considerari maior, vel minor grauitas in peccato, ratione conditionis, & ſm conditionem personæ, in quam peccatur. Sic videlicet, ꝙ non ſm quamcunq; conditionem, sed ſm conditionem, quæ attenditur in habitudine ad ista tria, aggrauetur peccatum, ita ꝙ si peccatur in personam ratione coniunctionis maioris, vel minoris ad ista; tunc est maius, vel minus peccatũ grauitate sumpta ex istis conditionibus attentis in habitudine ad ista tria; ita ꝙ aliæ conditiones non attentæ in habitudine ad ista tria, vel quæ nõ mutant habitudinem ad ista tria sunt indifferẽtes, sicut pistor, vel molitor non variant habitudinem ad Deum, vel proximum, vel hominem ipsum vt sic formaliter, quia pistor. Probatur ergo conclusio ista primò communiter; supponendo, ꝙ grauitas attẽdatur ex parte obiecti, & per consequens ex maiori conditione obiecti, attenditur maior grauitas. Tunc sic arguitur. Ex obiecto tantò attenditur maior grauitas in peccato (supplè, & ex conditione obiecti, secundùm quã concernit principaliorem finem) quantò obiectum eius est principalior finis; sed principales fines humanorũ actuum sunt Deus, ipse homo, & proximus; igitur ex parte horũ trium, &c. vt dicit conclusio. Ita videlicet, ꝙ si est conditio personę, ratione cuius magis attinet Deo, tunc est grauius. si magis ipsi homini, iterum maius, quàm si non esset contra coniunctam istis, &c. Maior ista patet ex artic. 3. quia ex obiecto attenditur grauitas, inquantum finis, & motiuum, ergo si est maior finis, & maior grauitas. Et per consequens, si est conditio, ratione cuius peccatum altiori fini repugnat, tunc peccatum aggrauatur. Et si est conditio, quæ ex parte obiecti addit specialem deformitatem, tunc aggrauat super priorem speciem manentem, addendo specialem deformitatem alterius peccati, sicut dictum est de interfectione sacerdotis, quę manens homicidium, efficitur cum hoc sacrilegium, quia altiori fini repugnat. Deo. Nam malè tractando rem Deo consecratam redundat directè in iniuriam Dei. Et de his supra. Minor patet, quia quicquid homo facit, propter aliquod horum facit. Immediatè, quamuis & id, quod propter vnũ facit immediatè, posset esse propter aliud principaliter, & finaliter. Vnde notat D.S. circa hoc, ꝙ sunt quidem tres fines, sed non ex æquo se habentes, quasi vnus sit ita principalis, sicut alius; sed sunt subordinati. s. in veritate, & ex natura rei, etiam si homo se a Deo subtrahat, vel in proximo, vel in seipso vltimum finem, peccando constituat, tamen in veritate sunt subordinati. Patet igitur conclusio, ꝙ ſm conditiones personæ, ſm quas peccatum repugnat altiori fini, peccatum aggrauatur, quia huiusmodi conditiones accipiuntur in ratione obiecti, & per consequẽs possunt dare nouam speciem deformitatis, quæ tamen qnque se habet ad priorem, vt species ad genus; vt sacrilegium ad furtum, vel homicidium, vt supra q. 18. dictũ fuit. licet enim fur non intendat iniuriare loco sacro, tamen furto suo coniungitur iniuria loci sacri, quæ est volita per accidens saltem. Et ita habet se in ratione obiecti, & specialiter facit actum rationi repugnare. Sed & hæc conclusio opus habet explicatione, quia, (vt res iacet in littera) adhuc non habetur, quæ sint illæ conditiones personæ, secundùm quas attenditur maior repugnantia ad illos fines. Tunc ibi.

¶Primò quidem ex parte Dei, cui tantò magis aliquis homo coniungitur, quantò est uirtuosior, uel Deo sacratior; & ideo iniuria tali personæ illata magis redundat in Deum, secundùm illud Zach. 2. Qui vos tetigerit, tangit pupillam oculi mei. Vnde peccatum fit grauius ex hoc, ꝙ peccatur in personam magis Deo coniunctam, vel ratione virtutis, vel ratione officij.

¶Probat specialiter illam conclusionem ſm quãlibet eius partem. s. quare ſm aliam propinquitatem ad Deum attẽdatur maior grauitas, & quare ſm maiorem coniunctionem ad peccantem, & quare ſm maiorem habitudinem ad proximũ. Vnde primò, pbat primã partem; secundò secundam, ibi Ex parte etiam suipsius; tertiò tertiã, ibi. Ex parteverò proximi. Ex parte igitur Dei primò peccatum fit grauius ex hoc, ꝙ peccatur in personam Deo coniunctam, vel ratione virtutis, vel ratione officij. Ex quo hꝫ, ꝙ cõditio personæ, ratione cuius habet habitudinẽ propinquiorem ad Deũ aggrauat. Et probatur sic. Ratione illius peccatum fit grauius, ratione cuius iniuria magis redundat in Deum; sed ratione virtutis, vel officij iniuria magis redũdat in Deum; igitur, &c. Maior nota, quia iniuria Dei, & peccata in Deũ sunt grauissima; ergo illud, quod participat iniuriã Dei, est etiã eò grauius. Minor patet, quia homo quantò virtuosior, vel sacratior, tantò magis Deo coniungitur per maiorem assimilationem, & participationem suæ bonitatis, & excellẽtiæ; igitur iniuria illi facta propius accedit ad iniuriam Dei, quantò ille est Deo similior. Quasi arguatur, peccando cõtra quamcunq; facturã Dei, peccatur contra Deum, vt patuit supra; ergo quantò peccatur contra maiorem facturã, & Deo similiorem, eò magis peccatur. Et probatur illa minor etiam auctoritate Zachar. 2. Qui vos tetigerit, &c. Consequenter cum dicit.

¶Ex parte etiam suipsius manifestum est, quòd tantò aliquis grauius peccat, quantò aliquis magis in coniunctam personam, seu naturali necessitudine, seu beneficijs, seu quacunque coniunctione peccauerit, quia videtur in seipsum magis peccare, & pro tantò grauius peccat, secundùm illud Eccles. 14. Qui sibi nequam est, cui bonus erit? Eccles.

¶Explicat, & probat secundam partem secundæ conclusionis, s. quòd tantò aliquis grauius peccat, quantò peccauerit in personam magis coniunctam, seu naturali necessitudine, seu beneficijs, seu quacunque coniunctione. Et arguitur sic. Quantò aliquis magis in seipsum peccat (s. in his, quæ suo arbitrio non subsunt) tantò grauius peccat; sed peccando in magis coniunctos, magis in seipsum peccat; igitur, &c. Maior non probatur hic, nisi ex auctoritate Sapientis, vt in littera. Sed potest haberi probatio ex secunda secundæ, quæst. 26. artic. 4. & quæstio. 64. artic. 5. quia debet seipsum maximè diligere; ergo faciẽdo cõtra seipsum maximè peccat, quia maximè cõtra ordinem charitatis; inde est, quòd interficiens seipsum, maximè peccat.

¶ Circa istas duas explicationes est dubium; quia quidem satis constat, quòd stando in vno ordine, scilicet in habenibus coniunctionem ad Deum, quòd tunc peccatum sit grauius, quòd fit contra eũ, qui est magis coniunctus Deo. Sed comparando istos duos ordines, & duas coniunctiones, & conditiones adinuicem, sic quòd vnus peccet contra personam magis coniunctam Deo, alius verò cõtra personam magis coniunctam sibi, ita quòd vnus occidat sacerdotem, alius patrem suum carnalem, quis amplius, vel grauius peccat? Dubium.

¶ Ad hoc posset videri post Doctor. Sanct. secunda secundæ, quæstio. 26. artic. 4. & 7. & quæstio. 64. artic. 5. quòd plus peccat, peccans in eum, quem plus tenetur diligere ex charitate, vt iam tactum est; sed constat ex artic. 7. quæstio. 26. ibidem, quòd homo tenetur plus diligere sibi magis coniunctũ secundum carnalem originem, quam meliorẽ, & magis coniunctum Deo (præsertim pro hoc statu) quia charitas semper elicit actum secũdum rationem, & conditionẽ diligentis, qui fortius diligit magis coniunctos, vt ibidem ad longum habetur. Quare peccare in valde coniunctos secundùm naturalem originem videtur grauius; nisi forte ex altera parte esset magnus excessus, sicut si quis interficeret talem, in cuius interitu valde læderetur respublica. Est enim vtilitas reipublicæ præferenda, & sibiipsi, & parenti. Et hoc videtur notasse D.S. secunda secundæ, quæst. 31. artic. 3. ad primum, & tertium. vbi dicit, parentes in recompensandis beneficijs sunt omnibus alijs præferendi, nisi necessitas ex altera parte præponderaret, sic proportionabiliter in proposito. Vnde Richardus in tertio dicit, quòd licet pater spiritualis magna det, non tamen ita verè est causa beneficij, quòd intendit, cum nõ det filio illud beneficium nisi ministerialiter. Pater autem carnalis dedit filio esse naturæ, sicut causa efficiens, & beneficium nutritionis, & doctrinæ. Honor autem magis debetur patri spirituali propter statum, beneficium, & etiam subsidium. Hæc ille & benè. Prima responsio. Richardus

¶Nec obstat, vt videtur, quòd percutiens clericum efficitur irregularis, quia irregularitas non respondet grauitati culpæ, sed alicui conditioni agentis, vel patientis minus quandoque aggrauanti; vnde & irregularitas incurritur sine omni culpa, vt patuit supra quæst. 20. artic. 5. ad quartum. Secunda responsio.

¶Sed melius consideranti videtur distinguendum, ita quòd interfectio patris, & sacerdotis habent se sicut excedentia, & excessa. Nam vt iam probatum est, occisio parentis grauior est, quia contra magis coniunctam personam, & contra maiorem benefactorem, & contra speciale præceptum de honoratione parentum, & contra eũ quẽ plus diligere tenetur; sed ex altera parte occisio sacerdotis preponderat, inquantum incidit deformitas sacrilegij, quæ attenditur penes irreuerentiam rei sacræ. Et quia facit illam occisionem esse cõtra altiorem finẽ, scilicet Deum, vnde & paricidium, & interfectio sacerdotis includunt homicidium. Et superaddunt speciales conditiones, quæ constituunt aliam speciẽ deformitatis, licet propriè ex homicidio, & paricidio non sint duæ species, sed duæ deformitates generis, & speciei. Et hæ deformitates homicidio additæ habent se vt excedens, & excessum. Et vere rum quidem est, ꝙ irregularitas vt sic non arguit culpã, nec maiorem culpam, sed tamen sacrilegium, quod in proposito irregularitas consequitur. Vide secũda secũdæ. q. 199. art. 2. vbi dicitur, quòd sacrilegium est speciale peccatum, &c. Tunc ibi.

¶Ex parte verò proximi tãtò grauius peccatur, quantò peccatum plures tangit; & ideo peccatum, quòd fit in personam publicam puta regem vel principem, qui gerit personam totius multitudinis, est grauius, quã peccatum quod committitur contra vnam personam priuatam, vnde specialiter dicitur Exodi 22. Principi populi tui non maledices. Et similiter iniuria, quæ fit alicui famosæ personæ videtur esse grauior ex hoc, quòd in scandalum, & in tribulationẽ plurimorũ redũdat.

¶Confirmat tertiam partem secundæ conclusionis, s. ex parte proximi, peccatum, quod fit in personam publicam, & magis famosam, puta regem vel principem, qui gerit personam totius multitudinis est grauius, quàm peccatum, quod fit cõtra vnam personam priuatam. Arguitur sic, peccatũ tantò grauius est quãtò plures tangit; sed ista peccata sunt huiusmodi, igitur, &c. Maior nota, quia si est graue, quia contra vnum, multò grauius est si contra plures, &c. Minor probatur, quia persona publica gerit personam totius multitudinis, & contra eum peccando, peccatur contra multitudinem. Similiter peccatum contra personam famosam redundat in scandalum, & tribulationem plurimorũ, igitur, &c. Et probatur etiã auctoritate Exodi. 22. vt in littera.

ARGVMENTVM in contrariũ probat omnes tres explicationes secundę conclusionis, quasi argueret, Secũdũ illud sumitur maior grauitas, ratione cuius peccatum præsertim vituperatur, sed hoc fit secundùm conditiones personæ non quascũque, sed tres, secundùm quas est habitudo ad tres fines, scilicet Deum hominem ipsum, & proximum, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ille, qui infert iniuriam virtuoso, quantum est in se, turbat eum, & interius, & exterius; sed quòd istè interius non turbetur, contingit ex eius bonitate, quæ non diminuit peccatum iniuriantis.

¶ Ad maiorem dico, quòd immo maximè aggrauatur, quia quis peccat contra virum iustum, & sanctum capiendo maximè pro præsertim; quia sanctitas, & virtuositas aggrauant quidem, sed non magis omnibus, quia vt dictum est maius peccatum aliquo modo est, quod fit contra magis coniunctum. &c.

¶ Ad minorem, negatur, quòd nõ aggrauetur, quia peccatur contra iustum, & sanctum. Ad probationem dicitur, quòd si minus ledatur iustus ex iniuria sibi illata, hoc non est ex parte peccantis, qui eum turbat quantum in se est intus, & extra; sed hoc est ex bonitate, & bona dispositione sancti, & virtuosi, qui non vincitur a malo. Et est omnino præter intentionem, immo contra intentionem iniuriantis saltem a proposito, ꝙ ipse non læ dat interius; sicut & peccatum persequutorum martyrum nõ diminuitur, quia sancti martyres per martyrium consequuti sunt coronam. Nam hoc fit præter, & contra intentionem tyrannorum; ut habet D.S. prima parte. q. 19. art. 9. ad primum. Et in primo scripto, dist. 46. ar. secundo ad tertium.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nocumentũ, quod quis sibijpsi infert in his, quæ subsunt dominio propriæ voluntatis, sicut in rebus possessis, habet minus de peccato, quàm si alteri inferatur; quia propria voluntate hoc agit; sed in his, quæ non subduntur dominio voluntatis, sicut sunt naturalia, & spiritualia bona, est grauius peccatum nocumentum sibijpsi inferre, grauius enim peccat, qui occidit seipsum, quàm qui occidit alterum. Sed quia res propinquorum nostrorum nõ subduntur voluntatis nostræ dominio, non procedit ratio quantum ad nocumenta rebus illorum illata, quòd circa ea minus peccetur nisi fortè velint uel ratũ habeãt.

¶ Ad maiorem dico, quòd sic, quia maximè aggrauatur ex cõditione personæ, quæ est propinquitas, & coniunctio ad peccantem. Et de auctoritate Tullij, quæ vera est, patuit ar. 7. Minor negatur, scilicet quòd propinquitas non aggrauet. Ad probationẽ dico distinguendo illam, & tamen minus peccat, qui aliquod dãnum sibi infert, quàm si inferret alteri. Distinguitur illa. Est damnum in re, quæ subest libero arbitrio hominis, & est in eius potestate. Et de illa concedo, quòd minus peccat faciens sibi damnũ quàm alteri. Et ratio habetur in solutione, quia damnũ alterius est magis in iustum, quàm damnum proprium. Nam peccata opposita iustitiæ habent considerari ex inuoluntario. Nam si quis etiam alius homo patiatur a me damnum voluntariè, non patitur iniustum formaliter, quia vt habetur quinto Ethicorum, & secunda secundæ. q. 59. ar 3. nullus patitur iniustum volens, quia ergo inferens sibi damnum infert voluntariè, & patitur voluntariè, consequens est secundùm Philosophum in quinto Ethicorũ, quòd non patiatur formaliter iniustum. Et ergo minus peccat in his, quæ subsunt suæ voluntati, & potestati. Dicitur autem notanter, minus peccat, quia etiam si quis nõ facit sibi iniustitiam, exponendo bona sua, tamen potest peccare non propriè contra iustitiam, sed contra charitatem suipsius, & contra liberalitatem; vt de prodigo, qui peccat inordinatè exponendo, & de tali re, probat exemplum, scilicet de equo. Sed aliud est damnum in re, q non subditur dominio voluntatis, ut sunt bona naturæ, & bona gratiæ. Et de illis negatur, quòd inferens sibi nocumentum vel damnum, in talibus minus peccat; quia tenetur se maximè diligere sibi volẽdo talia bona, & ergo sibi faciens damnum in talibus, maximè peccat. Sicut patet de eo, qui se occidit, vt patet secunda secundæ. q. 64. ar. quinto. Nec minor probatur de illis rebus, quia equus est sub potestate, & ergo potest dare vbi vult, sed vita sua naturalis vel spiritualis non est in potestate sua, sed Dei. Dare enim equum alteri, vel pati damnum in equo, vt sic, nõ habet rationem peccati; sicut nec pati iniuriam; sed facere iniuriã; quia igitur sibi inferens damnum non facit iniuriam sicut inferens alteri. s. in re, quæ subest potestati, ideo vt sic non peccat, nisi damnum esset inordinatum, & magnum. Potest enim aliquis ex rationabili causa meritoriè pati damnum in re sua. Secus de his, quæ non subsunt potestati hominis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non est acceptio personarum si Deus grauius punit peccantem contra excellentiores personas, hoc enim fit propter hoc, quòd hoc redundat in plurium nocumentum.

¶ Maior vel assumptum verum, & patebit prima pars arti. sequenti, scilicet quòd conditio peccantis aggrauat, & dico, quòd etiam conditio eius, quæ est dignitas vel scientia eius in quem peccatur, aggrauat. Ad minorem subsumptam negatur, quòd nõ grauius peccet, qui facit iniuriam personæ ditiori vel potentiori ratione altioris loci quem obtinet in communitate, ratione cuius sunt magis honorandi ad sensum statim dicendum. Ad probationem conceditur, quòd non est personarum acceptor Deus, ad sensum quem habet Capreolus, quia peccantem contra excellentiorem personam grauius punit, & magis imputat hoc peccatum, quia inordinatius, & grauius est peccatum. Negatur igitur consequentia. Capreolus

¶ Nota, quòd hoc argumentum duo implicat. Primũ an Deus sit acceptor personarum; de hoc secunda secundæ. q. 63. art. 1. ad tertium. Et Capreolus habet de hoc in secnndo distin. 28. ad primum, contra secundam conclusionem. Verum est, ut Apostolus loquitur, quia non dat munera sua secundùm nationem vel statum, aut aliquam prærogatiuam personalem, &c. Si verò accipiatur acceptio personarum simpliciter, pro dilectione qua vnum alteri omnino simili præelegit, seu prædiligit, eique gratias, & dona largitur, quæ alteri denegat; non oportet hanc a Deo excludere, sed cum Apostolo conferri, quòd cuius vult misereatur, & quem vult indurat, &c. Vtrũ Deus sit acceptor personarum.

¶ Secundum dubium est. An peccans contra diuitem peccet grauius, quàm contra pauperẽ. Ad hoc potest dici ex D. S. quodlibeto. 10. ar. 12. quòd sic, cæteris paribus. Sed est duplex honor, & per consequens duplex peccatum ex inhonoratione alicuius. Vnus qui debetur alicui ratione suipsius propter ipsam virtutẽ, & ad hunc diuitiæ nihil faciunt. Et si talis honor alicui propter diuitias exhibeatur, erit attentio personarum, sicut commendatio inuitatio, & huiusmodi. Alius honor alicui debetur secũdùm statum quem habet in republica, & quia in terrena republica diuites statum obtinent altiorem, ideo ciues cœlestis Hierusalem, quasi in Babylonia peregrinantes debent eis inter quos conseruantur morem gerere. Et sic diuites honorare illis duntaxat honoribus, qui ad exteriorem conuictum pertinent licitum est. Idẽ innuit D.S. secunda secũdæ. q. 63. art. 3. Patet igitur, quòd iniuriãs diuiti, in his præsertim quę ad exteriorem conuictum pertinent grauius delinquit, quia in his tenetur eum magis honorare. An diues sit magis honorandus.

Vtrum propter magnitudinem personæ peccantis aggrauetur peccatum. K

AD decimum sic proceditur. Videtur, quòd magnitudo personæ peccantis non aggrauet peccatum. Homo enim maximè redditur magnus ex hoc, quòd Deo adhæret, secundùm illud Eccle. 25. quàm magnus est qui inuenit sapientiam, & scientiam, sed non est sup timentem

Infra q. 89. arti. 3. & 5. co. & q. 102 ar. 3. ad 11. Et 2. 2. q. 100, ar. 1. ad 7. Et Mal. q. 7. ar. 10. ad 5. Et psal. 24. co. 4.

timentem Deum, sed quantò aliquis magis Deo adhæret tantò minus imputatur ei aliquid ad peccatum. Dicitur enim 2.Paral. 30. Dominus bonus propitiabitur cunctis qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrum suorum, & non imputabitur eis, quòd minus sanctificati sunt; ergo peccatum non aggrauatur ex magnitudine personæ peccantis.

¶ 2 Præterea. Non est personarum acceptio apud Deum, vt dicitur Rom.2. ergo non magis punit ꝙ vno & eodem peccato vnum, quàm alium, non ergo aggrauatur peccatum ex magnitudine personæ peccantis.

¶ 3 Præterea. Nullus debet ex bono incommodū reportare, reportaret autem si id, quod agit magis ei imputaretur ad culpam; ergo propter magnitudinē personæ peccantis non aggrauatur peccatum.

Isidorus. ¶ Sed contra est, quod Isidorus dicit in 2.de summo bono.* Tantò maius cognoscitur peccatum, esse, quantò maior, qui peccat, habetur.

¶ Quærit de quadam alia circunstantia ex qua variatur grauitas peccati, & attenditur inæqualitas peccatorum, quæ est conditio peccantis. Et quærit. An magnitudo peccantis aggrauet peccatum.

¶ Respondeo dicendum, quòd duplex est peccatū. Quoddam enim ex surreptione proueniēs propter infirmitatem humanæ naturę, & tale peccatum minus imputatur ei, qui est maior in virtute, eo ꝙ minus negligit huiusmodi peccata reprimere, quę tamen omnino subterfugere, infirmitas humana non sinit.

¶ In isto articulo D. S. respondet ad quæsitum per distinctionem de duplici peccato, & secundùm hoc ponit duas conclusiones responsiuas, illi duplici peccato correspondentes, secundam ibi. Alia verò peccata, &c. Dicit ergo, ꝙ duplex est peccatū, quod dam est ex surreptione proueniens ex fomite, & infirmitate naturæ humanæ, quod ad plenum nō possumus vitare pro hoc statu. Conclusio prima, quo ad hoc membrum, Peccatum tale, minus imputatur ei, qui est in maiori virtute.

¶ Nota autem, quòd hanc conclusionem posset qui s malè intelligere, quasi si maior in virtute committat peccatum æquale cum commisso à minus virtuoso, quòd æquale peccatum ex surreptione minus imputetur magis virtuoso. Sed ille non est sensus conclusionis, sed iuxta dicta in quarto articu. quia virtus maior cohibet etiam minores inordinationes, & studet eas statim excludere, immo non moratur, nec complacet sibi in venialibus. Quare, & apud Apostolum, venialia perfectorum, vt infra patebit q.89.arti.2. comparantur stipulis. Et ergo vult D.S. quòd venialia maiorum in virtute sunt leuiora, & per consequēs minus imputantur. Nam oportet hic supponere ex dictis circa arti. secundum; quòd nec venialia sunt æqualia, sed aliqua maioris adhærentiæ, & fiunt cum maiori affectu, & magis immansuè in venialibus.

¶ His notatis probatur conclusio ex D. S. Illud peccatum alicui minus imputatur, quod cum vitari omnino non potest, tamē statim curat ipsum reprimere, & minus negligit ipsum excludere. Sed peccatum ex surreptione proueniēs est huiusmodi in his, qui sunt maioris virtutis, & perfectionis; igitur eis minus imputatur. Maior patet de se, quia sunt minus voluntaria, ex quo nō potest vitare omnino, & cum hoc statim excludit. Minor patet ex ar.quarto, quia maior virtus minus patitur etiam paruam malitiam, &c. Et per consequens illa venialia sunt minora, nimirū autem, quòd minus imputentur.

¶ Nota autem, quòd si quis delectetur in huiusmodi venialibus iam non proueniunt solùm ex surreptione, sed quandoq; ex imperio rōnis. Et talis in quo sic proueniunt nō est magnæ virtutis, quia magna virtus detestatur etiam minima, &c.

¶ Alia verò peccata sunt ex deliberatione procedētia, & ista peccata tantò magis alicui imputantur quantò maior est.

Hic consequenter ponit secundam conclusionem responsiuā, & deinde eam probat multipliciter, ibi. Et hoc potest esse, &c. Præmittit huic conclusioni secundum membrum distinctionis. Alia sunt peccata ex deliberatione procedentia. Conclusio quo ad hoc membrum. Talia peccata tantò magis alicui imputantur quantò maior est. Et intelligitur etiam de quacunque maioritate quam habet a Deo, vt patebit.

¶ Et hoc potest esse propter quattuor. Primò quidem quia facilius possunt resistere peccato maiores, puta qui excedunt in sciētia, & virtute, vnde Dns dicit Luc.12. quòd seruus sciens voluntatem Domini, & non faciēs, plagis uapulabit multis.

¶ Hic consequenter probat secūdam conclusionem per quattuor vias, quæ patebunt faciliter intuenti. Prima via est maioritas in scientia, & virtute. Sic, quicunque potest facilius peccato resistere si faciat peccatum grauius peccat, sed maiores in virtute & scientia, sunt huiusmodi respectu peccatorum, quæ ex deliberatione fiunt, igitur, &c. Probatur maior, quia ex hoc arguitur maius voluntarium, sed vbi est maior voluntas, ibi grauius peccatum, vt enim dictum fuit ar.quarto, quando quis deficit in magis difficili, & ad quod multum impellitur ab extrinseco, peccatum est leuius. Sed maiores virtute facilius possunt vitare, igitur si non vitent, habet peccatum eorum magis de peruersa voluntate. Minor patet, qa virtus, & recta cognitio resistere possunt sibi contrarijs, scilicet peccato, & errori qui est in omni peccato. Vnde ea ratione qua ignorantia excusat, scientia aggrauat in peccatis, quia ratione voluntarij. Deinde cum dicit:

¶ Secundò propter ingratitudinem, quia omne bonum quo aliquis magnificatur, est Dei beneficium, cui homo fit ingratus peccando, & quātū ad hoc quælibet maioritas etiam in temporalibus bonis peccatum aggrauat, secundùm illud Sapien.6. Potentes potenter tormenta patientur.

¶ Probat eandem conclusionem per viā maioritatis cuiuscunque sic, Quicunq; peccādo est magis ingratus Deo, grauius peccat, sed maiores etiam in temporalibus sunt magis ingrati Deo peccando, igitur ratione illius ingratitudinis magis peccant. Maior nota, quia sicut ingratitudo est peccatum, ita maior ingratitūdo est maius peccatum. Minor probatur, quia omne bonum quo quis magnificatur, est Dei beneficium, cui homo fit ingratus peccando; igitur si habet à Deo plura beneficia, & est maior etiā in bonis temporalibus, peccando efficitur magis ingratus.

¶ Nota autem ex secunda secūdæ, quòd gratitudo respicit beneficia ab alio collata, ratione quorum aliquis obligatur ad honorem alterius, & gratitudinem, & quantò sunt maiora bona tātò obligatur ad maiorem gratitudinem. Quare ille, qui accepit plura beneficia a Deo, peccando contra ipsum est magis ingratus, &c. Consequenter cum dicit.

¶ Tertiò propter specialem repugnātiam actus peccati ad magnitudinem personæ; sicut si princeps iustitiæ violet, qui ponitur iustitiæ custos, & si sacerdos fornicetur, qui castitatem vouit.

¶ Procedit ad idem cōcludendum via, quæ est magnitudo, ratione cuius aliquid alicui specialiter repugnat, ꝙ alteri vel sibi extra illam magnitudinem existenti non repugnaret.

¶ Nota autem, quòd ista aggrauatio est per circumstantiam, non vt circunstantia est, sed vt dat speciem peccato, & trahit in speciem, vt patuit ar.primo, puta. Si sacerdos faciat aliquid contra præceptum sibi datum vel votum, tunc illa circunstantia, scilicet quis accipitur vt de per se faciens actum illum repugnare rationi, quia illi circunstantiæ adiungitur esse contra præceptū. Et hæc tangit D.S. in de Malo. Mate. secūda art.8. ad quintum. Et Mate.7.ar.7. in corpore. Et sic etiam dictum fuit articulo prægedēti, quòd conditio personæ contra quam peccatur accipitur in ratione obiecti, & dat nouam speciem.

¶ His notatis arguitur sic. Quicquid facit specialem repugnātiam ad præceptum Dei, & rationem, hoc aggrauat peccatū, sed magnitudo peccantis, addit & facit in peccato specialem repugnantiam ad præceptum Dei, & rationem; igitur aggrauat etiā trahendo in aliam speciem. Maior nota, quia peccatum est contra legem Dei, & præceptum etiam ecclesiæ. Minor patet, quia esse sacerdotem, & clericum in sacris, est circunstātia addens ad fornicationem singularem deformitatem per contrarietatem ad castitatem, quam sacerdos vouit. Vnde committit non simplicem fornicationem, sed sacrilegium. Vnde accedere ad mulierem potest esse sine peccato, scilicet in matrimonio, & tamen in sacerdote non potest esse sine peccato mortali.

¶ Nota autem circa hæc, quòd circunstantia trahens in aliam speciem, potest quidem aggrauare in infinitum, sed non semper nisi quia facit actum esse contra præceptum; si autem non faciat, esse contra præceptum tunc nō aggrauat in infinitum. Sicut gulæ species mutatur ex corruptione circumstantiarum, & tamen semper manet ex genere veniale. Quare circunstantiā mutando speciem semper addit nouam deformitatem, sed non in infinitum distantem, nisi quando deformitas addita est contra præceptum legis speciale. Vide D.S. in quarto di.16.q.3.art.vlti.& q.4.

¶ Nota autem, quòd exemplum de principe violante iustitiā, videtur esse, quòd magnitndo principis trahat iniustitiam suam in aliam speciem, sicut magnitudo sacerdotis, &c. quia secundū D.S. in de Malo. Materia 7.arti.7. quando circunstantia facit infringere speciale præceptum, tunc trahit in aliam speciem; sicut est de clerico; sed nō infringere iustitiam est præceptum speciale tanquam custodi iustitiæ principi. Vnde videtur iniusta rapina principis alterius speciei grauioris, quàm sit rapina alicuius, cui prohibitio rapinæ non est commissa sicut principi.

¶ Nota autem notanter, quòd circunstantia dicitur esse contra præceptum speciale, quia generale præceptum, nec adit alium actum peccati, nec aliam deformitatem. Vnde rapere, & damnificare iniustè, nō sunt duo peccata. Vide D.S. in de Verita. Mate. 23.ar.7. ad secundum pulchrè. Sic illud præceptum generale, declina a malo, non trahit in aliam deformitatem; quia autē principi specialiter præcipitur iustitiæ conseruatio, vt patet, ideo iniustitia sua est alterius speciei.

¶ Nota circa aliud exemplū, quòd videlicet sacris ordinibus, & sacerdotio sit annexum votum castitatis tenet D. S. vbicunq; de ista materia, loquitur videlicet in quarto dist.37.q.1.ar.primo. Et in de Malo vbi iam, quod tamen sanè intelligendum est, videlicet ex statuto ecclesiæ occidentalis præcipientis, ne cōtrahatur, & nec contractum teneat personam per præceptum illegitimando in sacris constitutam. Vnde Scotus non discordat in sententia a sanct. Thoma, quia non intelligit Sanctus Thomas, ꝙ continentia, & castitas sit annexa ex præcepto ecclesiæ simplici, quod solùm prohibeat ne fiat, sed ex præcepto personam clericam in sacris illegitimante. Scotus de ista in quarto. dist. 37. Nā secundùm ecclesiam orientalem ordo sacer impedit solùm contrahendum, sed non dirimit contractum, vt ibidem habet D.S. videas. Sed hoc sanè intelligendum est, quòd susceptioni sacrorū ordinum sit annexum votum. Potest enim intelligi dupliciter secundùm Capreolum in quarto, distin.33. Vno modo, quòd actus interior voluntatis possit per purum hominem annecti exterioribus actionibus vel passionibus agentis vel patientis. Et sic non intelligitur dictum D.S. quòd votum continentiæ annectatur sacramento, ita quòd suscipiens tale sacramentum interius cōsentiat. Sed alio modo intelligitur, quòd debitum, & obligatio ad ea quę fuut voti, possunt & de facto annexa sint, exterioribus actionibus vel passionibus. Et sic Sanctus Thomas intendit, quòd ecclesia occidentalis, potest annectere, & de facto annexuit votum continentiæ sacris ordinibus.

¶ Nota, quòd votum aliquo modo annexum ordinibus sacris non facit, quòd fornicari sit peccatum sacerdoti, quia hoc est ex se peccatum, & prohibitum omnibus, sed facit vt id non liceat sacerdoti, quod laico licet, scilicet accedere ad mulierem quamcūque, ita quòd impediat ne aliqua possit esse vxor inhabilitando, & illegitimando, existentem in ordine sacro. Vnde plus est in sacris existens obligatus ad vitare non solùm fornicationem, sed etiam ad vitandum actum venereum cum quacunque muliere, &c. Tuncibi.

¶ Quartò propter exēplū siue scādalū, quia vt Greg. dicit in pastorali.* in exemplum culpa vehementer extenditur quando pro reuerentia gradus peccator honoratur. Ad plurium etiam notitiam proueniunt peccata magnorum, & magis homines ea indignè ferunt.

¶ Est quarta ratio, qua procedit via, quæ est scandalū, & exemplum. Et arguitur sic. Illud aggrauat peccatum, quod est magis scandalosum, & in exemplum pluribus, sed magnitudo peccantis est huiusmodi, igitur, &c. Minor patet ex auctoritate B. Grego. quia in exemplum, &c.

¶ Circa maiorem nota, quòd tunc secundùm D. S. in quarto. dist.38.q.2.ar.2.quæstiuncula secūda. Scandalum est speciale peccatum, quando est intētum. Et intellige iuxta dicta ar.8.vel quasi intentum, quando videlicet per se sequitur ad peccatum, dum scilicet est publicum; si autem non est intentum, nec volitum, & tamen accedit peccato, quod quis occultè fecerat vt putabat, tūc si est circunstantia aggrauans, est ideo, quia dedit operam rei illicitę; quia autem peccatum, nec scandalizat nisi cognitum vel manifestum, ideo quando peccatum est publicum non est dubiū qn scādalum sit volitum, & habeat rationem obiecti voluntarij. Sed quando peccatum est occultum, & per infidelitatem aliorū propalatur, tunc habet se vt effectus consequens non intentus, nec præuisus, ideo peccatum suum non aggrauatur ex hoc scandalo quod oritur ratione conditionis personæ, nisi forsan quia dedit operam rei illicitæ. Dico autem forsan, quia apud iudicium quidem humanum operam rei illicitæ sequitur imputatio, sed non constat, an & in iudicio Dei, cum euentus sequens possit esse penitus inuoluntarius. Vnde posset dici breuiter, quòd quando peccatum est publicum per se, tunc aggrauatur, vt si fiat coram hominibus multis, & in communi loco. Si autem fit publicum tantùm per accidens, tunc non videtur aggrauare, &c. D.S. autem loquitur de peccato magnæ personæ publico. Et constat, quòd hoc aggrauatur ratione conditionis, quæ nata est causare scandalum, &c. Quæ sit autem illa species in quam trahit scandalū intētum, tangit D.S. vbi supra, quia odium proximi. Sicut enim ædificatio proximi est, & potest esse cuiuslibet virtutis, formaliter autem charitatis; sic & scandalum materialiter potest esse cuiuslibet peccati, & vitij, sed formaliter est odium proximi.

¶ Et confirmatur cōclusio secunda argumēto in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendū, quòd auctoritas illa loquitur de his, quæ per surreptionem infirmitatis humanæ negligenter aguntur.

¶ Maior vera, quòd magnus est qui adhæret Deo. Ad minorē, quantò magis adhæret Deo tantò minus sibi imputatur peccatū. Verum, quia imputatio est voluntarij, & culpæ, sed in perfectis hominibus peccata de quibus intelligitur, quæ possunt, videlicet esse in magnis, & perfectis, sed peccata per surreptionem minus sunt voluntaria, & per hoc etiam minora, quare nimirum, si minus eis imputentur, tanquàm quæ minora sunt. Et concedo probationem, quòd minus imputatur eis, quòd minus sanctificati sunt propter defectum paruū, quo omnino carere non possunt. Probat igitur hæc ratio primam conclusionem, quia cum aliquis libenter faceret posse suum, & omnino non patitur defectum quantum est in volūtate, ideo defectus insurgens ex miseria humana, minus imputatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Deus non acccipit personas si maiores plus punit; quia ipsorum maioritas facit ad grauitatem peccati, vt dictum est.* * In cor.ar

¶ Vera est maior ad sensum dictum arti. prædcedenti ad tertiū. Vltra, ergo non &c. Dico, quòd hoc benè sequitur, quando peccatum est æquale, potest enim vnum, & idem peccatum in specie grauius esse in minus perfecto, quàm perfecto, & hoc loquendo de peccato ex surreptione. Secundò dico loquēdo de peccato ex deliberatione, quòd peccatū idem in specie grauius est in maiori, quàm in minore peccante, & quando per magnitudinem peccantis trahitur in aliā speciem, si ratione magnitudinis contrarietur speciali præcepto, vt dictum fuit de sacerdote, & principe. Negatur ergo consequentia, quia non est acceptor personarum qui grauius peccatum grauius imputat, & punit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd homo magnus non reportat incommodum ex bono, quod habet; sed ex malo vsu illius.

¶ Maior vera, quia nullus debet incommodum reportare ex bono, quod habet, quamuis verum sit, quòd ex priuatione boni aliquis reportet incommodum damni, licet non sensus, vt habet D.S. de Malo. q.5. ar.2. in corpore. Sicut non habens scientiam litteratū debet priuari, & non habere episcopalē dignitatē, &c.

¶ Ad minorem. Si autem, &c. negatur ista, sed ipse reportat incommodum ex abusu boni. Sicut per oppositum supra dictū fuit, ꝙ in potestate nō consistit beatitudo, sed in bono vsu eius, ita hic in magnitudine peccantis nō est malum, nec incommodum, sed in malo vsu eius.

Quæstio Septuagesimaquarta.

De subiecto peccatorum.

DEinde considerandum est de subiecto vitiorum siue peccatorum, & circa hoc quæruntur decem. Primò, vtrum voluntas possit esse subiectum peccati. Secundò, vtrum voluntas sola possit esse peccati subiectum. Tertiò, vtrum sensualitas possit esse subiectū peccati. Quartò, vtrum possit esse subiectum peccati mortalis. Quintò, vtrum ratio possit esse subiectum peccati. Sextò, vtrum delectatio morosa vel non morosa, sit in ratione inferiori, sicut in subiecto. Septimò, vtrum peccatum consensus in actum sit in superiori ratione, sicut in subiecto. Octauò, vtrum ratio inferior possit esse subiectum peccati mortalis. Nonò, vtrum ratio superior possit esse subiectum peccati venialis. Decimò, vtrum in ratione superiori possit esse peccatum veniale circa proprium obiectum.

¶ Iuxta ordinem supra statutum.q.71. hic consequenter D.S. agit de quarto principali circa peccatum. Considerando videlicet de subiecto peccati, & vitij. Et diuiditur in duas partes principales. Primò ostenditur in quo sit peccatum subiectiuè primò & principaliter. Secundò ostendit in quibus sit secundariò, in ar. secundo, vsque in finem.

Vtrum voluntas possit esse subiectum peccati.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd voluntas non possit esse subiectum peccati. Dicit enim Diony.4.c.de Diui. no.* quòd malum est præter volūtatem, & intentionem; sed peccatum habet rationē mali, ergo peccatum non potest esse in voluntate.

¶ 2 Præterea. Voluntas est boni veri vel apparentis boni,

4.dist.18.q.1.ar.2.q.1.ad 2. Et 3. cont.cap.109.fin. Et Mal.q.7.ar.1.ad 14. Et Ma.15.
* Diony. ca.4.par.4. aliquantum ante fi Et Aug.li.3.de li.arb. cap.17.

boni,ex hoc autem,quòd voluntas vult bonum nõ peccat;hoc autem, quòd vult apparens bonum , quod non est verè bonum,magis pertinere videtur ad defectũ virtutis apprehensiuæ , quàm ad defectum voluntatis;ergo peccatum nullo modo est in voluntate.

¶ 3 Præterea.Non potest esse idem subiectum peccati,& causa efficiens,quia causa efficiens,& materialis non incidunt in idem,ut dicitur in 2.Phy.*sed voluntas est causa efficiens peccati . Prima enim causa peccandi est voluntas,vt Aug.dicit in lib. de duabus animabus.* ergo non est subiectum peccati.

¶ Sed contra est,quòd Aug. dicit in lib. retractationum.*quòd voluntas est qua peccatur, & rectè viuitur.

* Aristot. tex. 70.

* Aug.ca. 10. & 11. to.6.

*Aug.li.1. ca.9.to.5.

¶ Hic D.S.primò quærit de subiecto principali peccati . An videlicet sit in voluntate.

¶ Respondeo dicẽdum , quòd pecccatum quidam actus est,sicut supra dictum est.* actuum autem quidã transeunt in exteriorem materiam,vt vrere,& secare,& huiusmodi actus habent pro materia,& subiecto id in quod transit actio , sicut Philosophus dicit in 3. Physicorum,* quòd motus est actus mobilis a mouẽte. Quidam verò actus sunt non transeuntes in exteriorem materiam , sed manentes in agente sicut appetere ,& cognoscere.

* q. 71. ar. 1.& 6.

* Arist.tex. 28. tom.2.

¶ D.S.breuiter in hoc ar.satisfacit quæsito vnica conclusione responsiua, quam ponit in fine. Peccatum est in voluntate sicut in subiecto,probatur per ar.& arguitur sic. Omnis actus immanens est subiectiuè in suo principio effectiuo scilicet,sed omnes actus morales siue actus virtutum siue peccatorum sunt actiones immanentes,& voluntas est principium actuum moralium, siue bonorum siue malorum,qui mali sunt peccata, igitur volũtas est subiectum peccati . Circa istam rationem primò probat maiorem,secundò minorem,ibi.Et tales actus sunt omnes. Maior probatur ex differentia actuum immanentium, & transeuntium,supponendo quòd peccatum est actus , quia actus transeũtes,sicut vrere,& secare, & huiusmodi habent pro subiecto non potentiam operatiuã,sed id in quod transit actio in quod agens agit,vt patet tertio physicorum de motu, qui est actio transiens, & subiectiuè in mobili.Sed actus immanentes manent in agente,vt cognoscere,& appetere.

¶ Notandum autem hic duo. Primò expressam sententiam D.S.de actione transeunte , qui est in patiente. Et eum latuit distinctio quorundam de actione transeunte logicè , & physicè , antecedẽter , & consequenter accepta . Latuit in quam , quia non entis non est cognitiõ.

¶ Nota secũdò,quòd ex ista maiore habetur illa maxima,quę apud omnem scholam conceditur , quòd actio immanens idem habet pro principio effectiuo, & subiecto. Secus de transeunte, quæ habet pro principio immediato videlicet, potentiam actiuam agentis,sed habet pro subiecto id, in quod agens agit. Deinde cum dicit.

¶ Et tales actus sunt omnes actus morales siue sint actus virtutum siue peccatorum ; vnde oportet, quòd proprium subiectum actus peccati sit potentia,quæ est principium actus .

¶ Ponit,& probat minorem,& primò ponit eius primam partem,secundò secũdam,ibi. Cum autem proprium,&c. Prima ergo pars minoris fuit,quòd actus morales, siue boni siue mali sint immanentes,quę patet ex supra dictis q.57.ar.quarto,quia actus morales sunt agibilia,sed agibilia sunt actiones manẽtes in agẽte,igitur,&c. Patet ista minor per differentiam actionis,& factionis ibidem assignatam ex Philosopho.9 Metaphysicæ. Nec obstat de actibus exteriorum membrorum, quòd illi videntur morales,& tamen non sunt immanentes. Nam actus membrorum non sunt morales vt membrorum sunt, nec in membris est peccatum vel meritum,sicut patebit ar.sequenti ad tertium. Et D.S. habet in de Malo.q.7.arti.sexto , quia principium moralis actus debet esse liberum aliqualiter,membra autem nõ sunt huiusmodi,vnde & actus membrorum non attribuuntur membris.Et secundò dictum D.S. potest intelligi de actibus moralibus propinquis,tales autem non sunt actus membrorum. Et de hoc statim plus . Deinde ibi.

¶ Cũ autẽ ppriũ sit actuũ moraliũ,q̃ sint voluntarij vt supra habitũ est.* sequitur,q̃ volũtas,quæ est principiũ actuũ volũtariorũ siue bonorũ siue malorũ , q̃ sunt peccata,sit principiũ peccatorũ,& ideo sequitur,q̃ peccatum sit in d voluntate sicut in subiecto.

¶ Ponit,& probat secundam partem minoris, quæ fuit, q̃ voluntas sit principium actuum motalium.Arguitur sic. Actus sunt morales,quia voluntarij , igitur voluntas est principium eorum, quasi argueretur,Id a quo omnes actus habẽt,quòd sint morales, est principium moralium actuum , sed voluntas est huiusmodi, ergo,&c. Probatur minor,quia actus sunt morales,quia voluntarij,vt patuit supra q.1.ar.primo.

¶ Nota circa hoc , quòd posset alicui videri ex ista probatione sequi , quòd voluntas esset subiectum omnium peccatorum, quia est principium omnium. Sed dicendum istam non esse mẽtem,vt patebit arti.sequenti , sed habetur ex dictis indefinitè, & in communi,quòd voluntas est subiectum peccati ex hoc medio quia est principium peccati.Qualitas autem principij,quæ sequitur ad esse subiectum,explicabitur ar.secundo,quia bene sequitur, est principium elicitiuum peccati,igitur subiectum.Dico secundò , quòd ex ista probatione habetur , quòd voluntas est subiectum omnis peccati,præsertim directè voluntarij, quo ad formale , & principale peccati ; nullus enim actus exterior vel imperatus est peccatum, nisi in ordine vel ad volũtatem vel ad actũ eius.Quare actus voluntatis est primum,& principale in quocũque peccato,igitur omne peccatum saltem partialiter est subiectiuè in voluntate.Oportet enim hic memorari, quòd ex actu elicito voluntatis,& imperato, constituitur vnum peccatum;oportet etiam notare , quòd voluntas quando est principium directũ, & imperatum peccati , tunc est subiectum peccati, quia est principium per actum suum,qui est aliquid talis peccati, & est principium secundùm completum dominium . Aliquando autem est principium indirectum peccati , quia videlicet in eius potestate fuit impedire actum alterius potentiæ ; & tunc nõ oportet,quòd tale peccatum sit in voluntate subiectiuè positiuè,sed tamen formale illius peccati est in voluntate sicut priuatio, &c.

¶ Corroboratur conclusio argumento in contrarium.

¶ Nota,quòd voluntate peccatur , & rectè viuitur,rectitudine scilicet morali;& intelligitur,quòd voluntate;peccatur quia non peccatur nisi actu voluntario,qui sit voluntatis, vel elicitiuè, vel imperatiuè,vel motiuè,directè, vel indirectè. Si ergo voluntate peccatur , quia actus eius necessariò ad omne peccatum concurrit,sequitur, quòd omne peccatum sit partialiter in ea. Et hæc videtur innuere D. S. in fine solutionis tertiæ, quia voluntas non mouet alias potentias imperando , nisi & ipsa actum eliciat cuius ipsa est subiectum;habetur ergo intentum ar. ex illo fundamento,quia principium moralis actus, vnde & art.quarto habetur,quòd peccatum mortale est rationis, & non sensualitatis,ga præter actum sensualitatis est alius actus, qui complet mortale peccatum.Sic ergo in voluntate est peccatum subiectiuè, quãdo videlicet ad peccatum actus voluntatis concurrit,quando videlicet peccatum est voluntarium expresse,& directè. Si autem peccatum sit voluntarium indirectè vel interpretatiuè, quia a volũtate nõ impeditur , tunc peccatũ est in volũtate nõ propriè subiectiuè,sed moraliter imputatiuè. Ratio autẽ D. S.in corpore procedit de principio moralis actus directo,& expresso,&c.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd malum dicitur esse præter voluntatem , quia voluntas non tendit in ipsum sub ratione mali . Sed quia aliquod malum est apparens bonum, ideo voluntas aliquando appetit aliquod malũ,& secũdùm hoc peccatũ est in volũtate.

¶ Ad maiorem,patuit supra q.71.ar.primo.Malum est præter voluntatem, & intentionem , præter voluntatem directam,quia non est propter se volitum,tamen potest esse volitum indirectè, scilicet vt sequitur ad bonum intentum, quod quis magis querit quàm fugiat malum annexum. Secundò dicitur , quòd malũ est præter intentionem, & voluntatem formaliter sub ratione mali,tamen potest esse volitum sub ratione boni apparentis. Tertiò dicitur,quòd voluntas non est mali obiectiuè , tanquam obiecti formaliter,potest tamẽ esse mali actus subiectiuè, & principiatiuè sub ratione boni apparentis. Actus enim peccati aliquid bonitatis habet,saltem secundùm quid , scilicet secundùm sensum vel secundùm erroneam rationem. De hoc D.S.in secundo,dist. 24.q.3.ar.3.ad quintũ. Malũ in eo,q̃ malum est,est præter volũtatem , sed operatio mala inquantum apparet bona,sub voluntate cadere potest,& ita potest eius esse electio, & libero arbitrio subiacere. Hæc ille. Ad minorem,distinguo iuxta supra habita, peccatum accipitur dupliciter. Vno modo pro ista malitia,& deordinatione,quæ complet rationem peccati , & sic peccatum nõ est ipsa malitia,& tamen etiam vt sic potest esse volitum ex consequenti,non tamen propriè intentum. Secundo modo accipitur peccatum pro actu humano voluntario circa aliquod bonũ secundùm quid,vel secundùm apparentiam , & sic peccatum est malum,id est actus voluntarius inordinatus , tamen habet rationem boni apparentis,siue sit exterior siue interior, sicut fornicatio,& velle fornicationem accipiuntur sub ratione boni apparẽtis. Et sic videtur intelligenda solutio D.S.cum dicit,quòd peccatum habet rationem boni apparẽtis,ita quòd loquatur de actu voluntario vt trahit quandam apparẽtem bonitatem ex obiecto, sic est

Dub.991.

sic est volibilis,& producibilis a volũtate in ordine ad tale obiectum. Simile supra q.27.arti.primo ad primum.Vide etiam infra.q.75.articulo primo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd si defectus apprehensiuæ virtutis nullo modo subiaceret voluntati, non esset peccatum , nec in voluntate , nec in apprehensiua virtute , sicut patet in his , qui habent ignorantiam inuincibilem , & ideo relinquitur , quòd etiam defectus apprehensiuæ virtutis subiacens voluntati , deputetur in peccatum.

¶ Concedo assumptum , quòd voluntas est veri boni vel apparentis.Vltra,ex hoc autem, quòd voluntas vult bonum non peccat.Dico,quòd si intelligitur,quòd ex hoc dicat causam cõplentem rationem peccati,vera est,sic scilicet,quòd bonum volitũ nõ est causa peccati vt sic.Si autem intelligitur,quòd actus quo quis vult bonum non sit peccatum. Negatur,quia etiam volendo bonum potest esse defectus ex absentia considerationis eorum,quæ quis considerare deberet.Sicut ostendit D.S.prima parte q.63.ar.1.ad quartum,de peccato Angeli . Potest enim actus infici vel ex obiecto vel ex modo tendendi in obiectum. Sicut si quis eligeret orare contra ordinem ab ecclesia institutum. Vltra hoc aũt, &c. Ista negatur vt patebit etiam art.5. quia quando defectus apprehensiuæ nullo modo est in potestate voluntatis,ita quòd defectus sit voluntarius,quia scilicet potuit,& debuit illum defectum , & errorem prohibere , tunc nullum est peccatum,nec rationis,nec voluntatis, sicut patet in ignorãtia inuincibili,vbi potest aliquid iudicari aliter, quã est sine omni peccato. Quare sequitur,quòd nec defectus rationis imputetur ad peccatum,nisi existente peccato saltem omissionis,in voluntate . Quare negatur consequẽtia, quia ad omne peccatum concurrit aliquis actus voluntatis saltẽ remotè,& sicut causa per accidẽs, propter hoc,quia defectus rationis est in potestate voluntatis,& indirectè volitus propter negligẽtiã,quia potuit illũ defectum euitare,& non fecit. Vnde nõ omnis error est peccatum,quia aliquis non est voluntarius,&c.

¶ Ad tertium dicendum,quòd ratio illa procedit in causis efficientibus, quarum actiones transeunt in materiam exteriorẽ,& quæ nõ mouent se, sed alia,cuius cõtrarium est in voluntate , vnde ratio non sequitur.

¶ Ad maiorem,non potest esse idem subiectum, & causa efficiens,verum causa efficiens agens operationem transeuntem illa non est subiectum . Si autem intelligitur vniuersaliter, & de causa agente actionem immanentem,negatur ista maior.Ad probationem dico,quòd causa efficiẽs, & materia ex qua,nunquam coincidunt,& hoc intenditur in secundo physicorum . Dico secundo,quòd causa efficiens trãsmutatiua alicuius exterioris materiæ,quæ videlicet agit per motum propriè dictum,non coincidit cum materia in qua , & quæ est tantum actiuè in aliud vt res purè naturales. Secus de his,quæ agendo immutant seipsa . Sed efficiens , & causa actiua illa similis est materia in qua, & causa productiua suæ operationis, & cũ hoc quãdoque termini actionis,vt patet de actu intelligẽdi,& verbo cordis, similiter de actu appetitus,& eius termino,scilicet habitu morali. Ad minorem dico,quòd voluntas est causa efficiens peccati,sed nõ efficit peccatum tm̃,transmutãdo alia a se, sed & mouẽdo alias potentias seipsam immutat,& peccat , quod peccatum est actus immanẽs in ipsa voluntate.Ad probationem dico , quòd verum est,quòd voluntas est prima causa peccandi,sed dupliciter, vno modo elicitiuè,secundo modo imperatiuè vel motiuè,ita quòd mouet alias potentias ad actus qui sunt peccata.Sed dico,quòd hoc nunquã facit,nisi peccato prius ordine naturæ saltem, & quandoq; prius tempore in se existente.Volens enim alias potentias peccare, ipsa iam peccauit.Quare negatur consequentia , immo sequitur, quòd ipsa sit primum , & principale subiectum peccati, quia est subiectum primi peccati,scilicet interioris , & proprij actus quẽ elicit; & secundò , quia est motiua causa omnis alterius peccati, directè vel indirectè , & hoc non nisi etiam mediante peccato , quod in ipsa subiectatur. Benè volo si ipsa esset principium solũ motiuum, & imperatiuum , sic quòd illud imperium , & motio non requirit proprium actum voluntatis elicitum,tunc nõ oporteret ipsam esse subiectum,esto esset principiũ quasi agens actionem transeũtem,quia moueret solùm alia, & ipsa non mutaretur,sicut faciunt agentia purè actiua naturalia;sed quia non imperat, nec mouet ad actus aliarum potentiarũ nisi mediante p̃rio elicito,ideo si est peccatum in alijs, & in ipsa oportet esse.

M Infra ar.3. corp. & q. 83.ar.1.co. Et 2.di.44. in expositio.li.ad 2. Et Mal. q. 2.ar.2.& 3. * Aug. ca. 10.to. 6.

Vtrum voluntas sola sit subiectum peccati.

AD secundum sic proceditur.Videtur,quòd sola voluntas sit subiectum peccati. Dicit enim Augustin. in libro de duabus animabus. *quòd non nisi voluntate peccatur,sed peccatum est sicut in subiecto in potentia qua peccat,ergo sola volũtas est subiectũ peccati.

¶ 2 Præterea. Pecccatum est quoddam malum cõtra rationem;sed bonum, & malum ad rationem pertinens est obiectum solius voluntatis; ergo sola voluntas est subiectum peccati.

¶ 3 Præterea. Omne peccatum est actus volũtarius quia vt dicit August.in lib. de libe.ar. * peccatum adeo est voluntarium , quòd si non sit voluntarium non est peccatum ; sed actus aliarum virium non sunt volũtarij nisi inquantum illę vires mouentur à voluntate,hoc autem non sufficit ad hoc, quòd sint subiectum peccati, quia secundùm hoc etiam membra exteriora,quæ mouentur à volũtate essent subiectum peccati, quod patet esse falsum,ergo sola voluntas est subiectum peccati.

* Aug. li.3. c. 17.& 18. to. 1. Et de ver. relig. c. 14.& 1.retract. ca.9.

¶ Sed contra,peccatum virtuti contrariatur, contraria autem sunt circa idem , sed aliæ etiam vires animæ præter voluntatem sunt subiecta virtutũ,ut supra dictũ est.* ergo non sola voluntas est subiectum peccati.

* q.61.

¶ Hic quærit consequenter in quibus sit peccatum secũdariò. Et primò in generali in hoc arti. secundò in speciali in articulis sequentibus . Quærit igitur,an sola voluntas sit subiectum , an etiam quædam aliæ potentiæ.

¶ Respondeo dicendum , quòd sicut ex prædictis patet , omne quod est principium voluntarij actus est subiectum peccati; actus autem voluntarij dicuntur nõ solùm illi,qui eliciuntur a voluntate,sed etiam illi,qui à voluntate imperantur,vt supra dictum est.* cum de voluntario ageretur .

* ar.præce.

* q.6. ar.4.

¶ D.S.breuiter respondet ad quæsitum vnica conclusione, tali. Non solùm voluntas potest esse subiectũ peccati, sed omnes illæ potentiæ,quæ possunt moueri ad suos actus, vel ab eis reprimi p̃ voluntatem . Et intelligitur de motione politica , qua mouetur potentia aliqualiter libera,propter membra exteriora,& virtutẽ motiuam executiuam,vnde eis non attribuitur peccatum. Illam conclusionem D.S.probat ptimò, secundò ipsam conclusionem subiungit,& eam confirmat,ibi.Vnde non solùm.Circa primum arguitur sic.Omne,quod est principium voluntarij actus est subiectum peccati,sed non solùm voluntas est principium voluntarij actus,sed etiam potentiæ mobiles a voluntate ad actus suos & ab eis reprimibiles per voluntatem,igitur sequitur conclusio. Maior patuit ar.primo , & intelligitur de principio elicitiuo, & non imperatiuo , nisi & simul eliciat vt dictum fuit arti.primo. Probatur autem ista maior, quia principium actionis immanentis est eius subiectum.Sed elicitiuũ peccati,& actus voluntarij est principium actionis immanentis,igitur,&c.

¶ Nota autẽ,quòd benè sequitur , si potest esse subiectũ actus volunrarij,quòd possit esse subiectum peccati, quia peccatum est actus voluntarius malus,nec malitia actus trahit actum volũtarium in aliud subiectum, &c. Minor probatur,actus voluntarij non solùm sunt illi,qui a voluntate eliciuntur, sed etiã q̃ a volũtate imperantur,sed aliæ potentiæ à volũtate mobiles ab ea,sunt principia actuum imperatorum elicitiua,igitur non solùm volũtas est principium actuum volũtariorum,scilicet elicitiuum , sed & aliæ potentiæ.Maior ista patuit supra.q.6.art.4. Minor etiam patuit ibidem. Deinde ibi.

¶ Vnde non solùm voluntas potest esse subiectum peccati, sed omnes illæ potentiæ , quæ possunt moueri ad suos actus , vel ab eis reprimi per voluntatem, & eædem etiam potentiæ sunt subiecta habituum moralium bonorum vel malorum , quia eiusdem est actus, & habitus.

¶ Ponit ipsam conclusionem responsiuam , quam confirmat sic.Aliæ potentiæ à voluntate sunt subiecta habituum moralũ bonorum vt malorum, igitur & peccatorum sunt subiecta. Antecedens patuit supra q.56.arti.4. de concupiscibili,& irascibili. Tenet consequentia,quia eiusdem subiecti est actus , & habitus, peccata autem sunt actus habituum malorum vel eorum causatum,igitur,&c. In littera ponitur ista confirmatio per modum conclusionis,tamen ex intento D.S.non est nisi confirmatio cõclusionis responsiuę.

¶ Et repetitur ista confirmatio in argumento in oppositum.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd non peccatur nisi voluntate sicut primo mouente, alijs autem potentijs peccatur sicut ab ea motis.

¶ Ad maiorem, quæ est auctoritas B.Aug. quòd non nisi voluntate peccatur,tactũ fuit aliquid supra.q.71.ar.6. ad secũdum, quia vera est,q̃ sola voluntate peccatur , sicut principio motiuo, & imperatiuo peccati directè, vel interpretatiuè. Sed negatur,

quòd

quòd solùm actus volũtatis elicitus sit peccatum, immo & actus elicitus ab alia potentia est pecca tum, non tamen nisi in habitudine ad voluntatem, ita q̃ sicut qs meret̃ p oẽs actus bonos, nõ tñ sine charitate, ita qs per omnes actus malos peccat, nõ tamen sine voluntate, qa nullus actus malus cuiuscunq; potẽtiæ est malus moraliter, sine principio moralitatis, quod est voluntas. Quare secundò, sola voluntate peccatur, idest actu voluntario elicito vel imperato, qui tamen cum simul concurrunt constituunt vnũ completum peccatum, sicut formale, & materiale. Tertiò dicitur sola voluntate peccatur, sicut primo mouente ad actum peccati, tamen & alijs peccatur sicut proximis elicientibus peccatum. Scotus in secundo dist. 42. respondet ad illam auctoritatem, & bene. Conclusio enim, inquit, quòd peccatum formaliter non est nisi in voluntate, sed materialiter potest esse in alijs actibus, non tamen nisi vt imperantur a voluntate. Vnde praua cogitatio vt patet non inducit peccatum, sed totiens habet homo prauas cogitationes, quotiens sibi occurrunt diuersa obiecta, & quotiens surgit a somno. Hæc ille. Quicquid sit de secundo, primum dictum valet. Ad minorem, dico, quòd peccatum est subiectiuè in potentia qua peccatur elicitiuè, & non est subiectiuè in potentia qua peccatur imperatiuè vel motiuè, vt sic. Quare negatur consequentia, quia nõ sola voluntas elicit, licet sit primum motiuum, & ideo non attribuuntur sibi omnia sicut subiecto, sed vt motiuo, cui omnia imputantur, quia ex ea habẽt rationẽ culpæ. Quare potest dici, quòd omne peccatum est voluntatis imputatiuè, sed non subiectiuè, &c. Quartò dicitur, quòd omne peccatum est in voluntate sicut in causa, sed non sicut in subiecto.

¶ Nota, q̃ omne peccatum est voluntatis, vt principij motiui, vel vt mouentis actu vel vt mouere vel impedire potentis, vt sunt venialia sensualitatis, quæ attribuuntur sensualitati vt principio mouenti actus: sed tamen non habent rationem peccati etiã venialis, nisi vt sunt in potestate voluntatis, quæ posset ipsa cohibere, saltem quo ad singula. Vide ar. 3. ad secundum circa dicta Scoti. Non tamen dicitur consentire directè vel interpretatiuè in venialia per accidens, quia sunt in eius potestate. Nã consensus etiã interpretatiuus causat mortale in id, qd ex genere est mortale.

¶ Ad secundum dicendum, quòd bonum, & malum pertinent ad voluntatem sicut per se obiecta ipsius; sed aliæ potentiæ habent aliquod determinatum bonũ, & malum, ratione cuius potest in eis esse, & virtus, & vitiũ & peccatum, sm q̃ participant voluntate, & ratione.

¶ Dicitur primò ad hoc argumentum, quòd non est formale. Et si bene subsumeretur, minor esset falsa sic arguendo, Peccatũ est quoddam malum contra rationem, verum, sicut actus malus habẽs deordinationem, & repugnantiam ad rationem. Minor, sed actus malus existens contra rationem, est solius voluntatis. Negatur minor, immo actus omnium mobilium a voluntate potest esse peccatum, &c. Sed secundò dico ad materiam post D.S. Ad maiorem, peccatum est quoddam, &c. verum est, quoddã malum, non purum, sed actus voluntarius inordinatus, & non malum obiectum, sed malum effectum, & productum, vt patet arti. præcedenti ad primum. Ad minorem, bonum & malum ad rationem pertinens, est obiectum solius voluntatis. Distinguo illa, bonũ & malum sm cõmunem rationem, & absolute sunt obiecta voluntatis; sed bonum, & malum contracta ad aliquam determinatam materiam, & determinatum bonum vel malum, sunt obiecta etiam aliarum virium mobilium a ratione, sicut temperantia non habet pro obiecto bonum absolutè, & quodcunque, sed tale bonum scilicet ordinem rationis participatum in ꝓpria materia. Similiter intemperantia est circa materiam vbi est tale malũ, & talis deordinatio ad rationem. Quare negatur consequẽtia, quia etiã aliæ potentiæ respiciant malum, tamẽ determinatũ.

¶ Nota, quòd idem videtur dictum, quòd aliæ potentiæ nõ respiciant malum, & bonum tãquam per se obiecta. s. absolutè acepta, quia voluntas est boni vniuersaliter; & vniuersalis, sed tales potentiæ sunt boni particularis, cum eo, quod supra dictũ fuit q. 18. arti. 5. ad secundum, quòd malum est quoddam particulare bonum, cui adiungitur priuatio ordinis rationis, & ita bonũ sensibile est bonum determinatum, & moraliter bonum, secundùm quòd appetitus sensitiuus fertur conformiter ad rationem est autem malum moraliter secundùm quòd fertur difformiter. Et per hoc patet, quòd appetitus etiam sensitiuus est mali, & boni moraliter. Quare, & actus eius potest esse bonus vel malus moraliter licet non feratur in bonum secundùm communem rationẽ. Et hoc argumentum vt iacet, videtur velle probare, q̃ nõ sit peccatum, nisi in voluntate, quia peccatum non est nisi respectu mali, sed voluntas sola videtur esse mali, quasi argueret, Eiusdẽ potentiæ est actus cuius est obiectum, sed solius voluntatis est obiectum peccati, scilicet malum, igitur & actus, scilicet peccatum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd membra corporis nõ sunt principia actuũ, sed solùm organa; vnde & comparantur ad animam mouentem, sicut seruus, qui agitur, & non agit; potentiæ autem appetitiuæ interioris comparãtur ad rationem quasi liberæ, quia agunt quodammodo, & aguntur, vt patet per id qd̃ dicitur in primo Poli. * Et præterea actus exteriorum membrorum sunt actiones in exteriorem materiam trãseuntes, sicut patet de percussione in peccato homicidij, & propter hoc non est similis ratio. * Arist. 3. to. 5.

¶ Concedo, quòd omne peccatum est voluntarium, sed addo, quòd actus aliarum virium non sunt voluntarij, nisi inquantum mouentur à voluntate motione regiminis politici, quia videlicet illę vires in aliquo possunt reniti, & mouentur ita, quòd etiam moueant. Et hoc facit vt illis virtous attribuatur peccatũ aliquod etiam secundùm se, & non tantùm vt mouentur actu, & imperãtur à voluntate, non tamẽ sine hoc, quòd sunt in potestate rationis. Dico secundò, quòd si aliquid mouetur a voluntate tantùm, ita quòd nunquam se moueat sine imperio voluntatis, tunc esto actus eius sit peccatum, non tamen sibi attribuitur, sed rationi, & voluntati imperantibus. De hoc D.S. de Malo. q. 7. ar. 6. Quod qa actio magis attribuitur principali, & primo agenti, quàm instrumento, quando interior apppetitus vel membrum exterius, operatur ex imperio rationis, attribuitur peccatum non sensualitati vel membro corporali, sed rationi. Nunquam autem contingit, quòd membrum exterius operetur, nisi motum vel a ratione vel saltẽ ab imaginatione vel natura, & appetitu sensitiuo; ideo peccatum nunquã dicitur esse in membris exterioribus, puta manu vel pede. Sed sensualitas quãdoque mouetur absque imperio rationis, & voluntatis, & tunc dicitur esse in sensualitate, & tamen hoc peccatum non potest esse mortale, sed veniale. Hæc ille. Eandem sententiam ponit in secundo dist. 24. q. 3. ar. 2. in cor. vbi dicit, deformitas cuiuslibet actus illi potentiæ attribuitur vt subiecto, quæ est actus principium, & ideo cũ sensualitas sit principium horum actuum, videlicet qui imperium rationis præcedunt, conuenienter in ea peccatum esse dicitur sicut in subiecto. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd actus aliarum virium aliquarũ, scilicet sensitiuarum interiorum appetitiuarum sunt aliqualiter voluntarij, absque hoc, quòd actu mouentur a voluntate ea ratione vt D. S. habet, vbi iam in secundo, quia esto non actu sint voluntatis imperãtis, sunt tamen voluntarij, quia impedibiles à voluntate, saltem singuli, & hoc sufficit ad rationem aliqualiter voluntarij. Secus de motibus membrorum, quæ sunt solũ organa, quę non operantur nisi mota. Quare actus eorum nõ sunt voluntarij nisi actu moueantur. Et per cõsequens motus eorum non eis, sed rationi, & voluntati attribuuntur semper, & vniuersaliter. Secus de motu appetitus, sensitiui. Vltra, hoc autem. s. moueri a voluntate non sufficit ad hoc, quòd sint subiectum peccati. Dico, q̃ solũ moueri a voluntate, & se tm̃ habere passiuè, hoc non sufficit vt peccatum alicui attribuatur vt subiecto. Sed nego quòd moueri, ita tamen, q̃ non solùm mouetur, sed etiã se mouere possit, non sufficiat. Nec probatio contra hoc procedit, qa membra exteriora illa habent se tm̃ passiuè, & ergo nullum peccatum eis attribuitur sicut principio, secus de sensualitate, quare negatur consequentia. Et est prima solutio D.S. in littera.

¶ Secunda solutio est ad ad illam, hoc autem non sufficit. Dico, quòd non sufficit moueri à voluntate ad esse subiectum, quãdo mouetur ad actum transeuntem in exteriorem materia, sed nego, quòd non sufficiat moueri a voluntate ad actum immanẽtem. Et ad probationem dico, quòd membra exteriora mouẽtur ad actus transeuntes, sicut manus ad percussionem in peccato homicidij, quæ percussio vtique est in percusso non manu percutiẽte. Sed aliæ vires interiores mouentur à voluntate ad actus immanentes, sicut est concupiscere irasci, & huiusmodi. Quare negatur consequentia, quia non est par ratio de viribus appetitiuis, & ratione, & membris, vt patuit.

¶ Nota aũt circa hãc solutionẽ primò, q̃ prima solutio directè pcedit, q̃ actus & motus exteriorum mẽbrorũ, quę iuxta supra dicta q. 18. ar. 2. ad nutum, & absque omni contradictione mouẽtur a uoluntate non debeant attribui membris tanquam principio, esto essent actiones immanentes, quia iuxta allegata ex de malo, motus vel actus attribuitur principali agenti non instrumento. Et ita etiam si actus membri exterioris esset subiectiuè in ipso, non sibi attribueretur sicut principio. Secus de actu sensualitatis, quæ est quasi principale agẽs respectu aliquorum motuum præuenientium imperium rationis, quare sibi attribuuntur. Et hæc vult prima solutio, volũtati enim, & rationi attribuũtur aliqui actus non vt subiecto, & tamen vt principio. Vnde aliud est attribui isto mõ, aliud alio modo. Sed secũda solutio pcedit directè, quòd si etiam membra exteriora essent principaliter mouentia, & haberent se actiuè, & quasi liberè, & per consequens actus eorum sibi attribuerentur vt principio, non tamẽ vt subiecto, quia sunt actiones transeuntes non immanentes, sicut sunt actus sensualitatis proprij. Habet enim, & sensualitas actum proprium, & elicitum, & alium quasi imperatiũ vel magis exequutiuum, vt patuit supra q. 17. ar. 2. ad 1. & 2. qui actus ad quem mouet sensualitas est ipsius, vt principij non vt subiecti. Ex his patet quomodo intelligendæ sunt solutiones.

¶ Nota

¶ Nota secundò, quòd non est mens. D.S. quòd actus exteriorũ membrorum non sint peccata, nam hoc est contra omnem sensum. Et D.S. clarè oppositum ostendit infra ar. 8. ad primum, & in de Malo. q. 2. ar. 2. ad 6. & q. 7. ar. 6. in cor. Sed vult D. S. q̃ esto sit peccatum, quia actus voluntarius inordinatus, non tamen attribuitur membro exteriori sicut principio vel subiecto, quia actus non attribuitur tanquam principio ipsi instrumẽto, quod se habet merè passiuè vt patuit, nec tanquam subiecto, quia est actio transiens, sed attribuitur voluntati, & rationi tantùm sicut principio. Secus de quibusdam actibus sensualitatis, scilicet præuenientibus imperium rationis, quamuis etiam sequentes imperiũ rationis, qui possunt esse mortalia peccata, non sensualitati, sed rationi, & voluntati attribuantur, qui tamen nõ sunt subiectiuè in ratione, & voluntate. Et hoc oportet aduertere in ista materia, & sequentibus, quia mortale peccatum, esto quo ad materiale sit subiectiuè in sensualitate, & sit actus exercitus per membrũ exterius, non tamen his attribuitur, scilicet vt principio principali, sed rationi, & voluntati, quorum est se conuertere ab incommutabili bono, & per cõsequens peccare mortaliter. Sensualitatis autẽ sm se est inordinatè affici, ad aliquod bonum cõmutabile, sed eius non est se auertere vel cõuertere ad Deum, quare veniale sibi attribui potest, non mortale. Et de his statim arti. 4.

¶ Nota ex solutione huius tertij, quòd dicta in corpore huius art. intelliguntur de motis a voluntate ad actus voluntarios immanentes, & quando motę non habent se merè passiuè, tũc eis attribuitur eis peccatum subiectiuè, & principatiuè. Et sic intelligitur maior principalis, quòd principium voluntarij actus immanentis elicitiuum semper est subiectum. Et quando cum hoc mouetur ex se attribuitur sibi vt principio. Sed quando mouetur ab alio ad actum peccati immanentem, esto sibi attribuatur vt subiecto materialis, tamen eius mouenti attribuitur vt principio & subiecto formalis.

Vtrum sensualitas possit esse subiectum peccati.

N 2. dist. 24. q. 3. art. 2. Et dist. 31. q. 2. ar. 1. ad 4. Et vere. q. 15. art. 5. Et Mal. q. 7. ar.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd in sensualitate nõ possit esse peccatum. Peccatum enim est proprium homini, qui ex suis actibus laudatur vel vituperatur, sed sensualitas est communis nobis, & brutis, ergo in sensualitate non potest esse peccatum.

¶ 2 Præterea. Nullus peccat in eo, quod vitare non potest sicut Aug. dicit in lib. de lib. arb. * sed homo non potest vitare, quin actus sensualitatis sit inordinatus, est enim sensualitas perpetuæ corruptionis, quandiu in hac mortali vita viuimus, vnde per serpentem significatur, vt August. dicit 12. de Trin. * ergo inordinatio motus sensualitatis non est peccatum.

* Aug. lib. 3. de lib. ar. to. 2.

* Aug. c. 12. & 13. to. 3.

¶ 3 Præterea. Illud quod homo ipse non facit, non imputatur ei ad peccatũ, sed hoc solùm videmur nosipsi facere, quod cum deliberatione rationis facimus, vt Philosophus dicit in 9. Ethicorum. * ergo motus sensualitatis, qui est sine deliberatione rationis non imputatur homini ad peccatum.

* Arist. c. 8. tomo 5.

¶ Sed contra est, quod dicitur Roma. 7. Non enim quod volo bonũ hoc ago, sed qd̃ odi malũ illud facio, quod exponit August. * de malo concupiscentiæ, quod constat esse motum quendam sensualitatis, ergo in sensualitate est aliquod peccatum.

* Aug. li. 3. contra Iulian. ca. 26. to. 7. Et de verbis Apostoli ser. 12.

¶ Hic consequenter D.S. in speciali inquirit in quibus sit peccatum. Et primò de sensualitate, secundò an in ratione ar. 5. Quo ad primum, primò, quærit indeterminatè, an possit esse peccatũ in sensualitate. Secundò quale peccatum possit esse in sensualitate, articulo sequenti.

¶ Respondeo dicendũ, q̃ sicut supra dictũ est, * peccatum potest inueniri in qualibet potentia cuius actus potest esse voluntarius, & inordinatus, in quo consistit ratio peccati. Manifestum est autem, q̃ actus sensualitatis potest esse voluntarius inquantum sensualitas. i. appetitus sensitiuus nata est à voluntate moueri, vnde relinquitur, quòd in sensualitate possit esse peccatum.

* Arist. & 2.

¶ In cor. arti. D.S. se absoluit vnica cunclusione in fine. In sensualitate potest esse peccatum. Probat, peccatum potest inueniri in qualibet potentia, cuius actus potest esse voluntarius, & inordinatus, sed actus sensualitatis potest esse voluntarius supplè, & inordinatus, igitur conclusio vera. Maior patet, qa in hoc cõsistit rõ peccati, vt patuit. q. 71. ar. 6. s. q̃ est actus volũtarius inordinatꝰ.

¶ Nota autem, quòd ista maior præsupponit dicta in articulis præcedentibus, præsertim ad tertium ar. 2. quia videlicet intelligitur de actu voluntario immanente, talis enim attribuitur potentiæ vt subiecto, qualis est actus proprius sensualitatis. Minor probatur, illius potentiæ actus est voluntarius, quæ nata est a voluntate moueri, sed actus sensualitatis est potentiæ natæ moueri a voluntate, igitur est voluntarius, præmissæ patent ex arti. 2. & ex supra dictis q. 56. & alibi.

¶ Nota autem circa istam minorem, q̃ actus sensualitatis est duplex; vnus præueniens iudicium rationis, procedens ex imaginatione impedibili, talis est voluntarius imperfectè, & indirectè, quia videlicet in potestate voluntatis fuit eum impedire. Aliusse quitur imperium, & iudiciũ rõnis, & talis est volũtarius pfectè. Et vterque dicitur voluntarius non intrinsecè, & elicitiuè, quas sit actus elicitus à voluntate. Sed dr̃ voluntarius extrinsecè, & imperatiuè, quia imperatur à volũtate, vel natus est impediri a voluntate. Trahitur ergo ex illis tribus ar. quòd in illa potentia est peccatum subiectiuè in qua est actus voluntarius immanens inordinatus; sensualitas autem est huiusmodi, ergo, &c. De isto articu. in de Veritate Mate. 25. arti. 5. pulchrè.

ARGVM. in contrarium confirmat conclusionem. Nota, q̃ hoc argumentum in oppositum fuit etiam supra expositum. q. 17. art. 7. ad primum, & D.S. supra ad Roman. 7. exponit illã auctoritatem Apostoli. s. Nõ enim, quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum hoc facio; potest enim vno modo intelligi de hoc constituto sub peccato, & sic hoc, quod dr̃ hoc ago, intelligendũ est de actione cõpleta, q̃ exterius exercetur p consensum rõnis. Quod aũt dr̃ volo, intelligitur nõ de volũtate cõpleta, quæ est operis præceptiua, sed de volũtate quadã incõpleta qua homines bonũ in vniuersali volunt, & deprauatur talis voluntas in particulari vt non agat homo, quod vellet. Alio modo intelligitur de homine reparato per gratiã, & tunc è conuerso oportet intelligere, videlicet per hoc, quod dicitur, volo voluntatẽ cõpletã perdurantem in electione particularis operationis; vt per hoc, quod dicit ago, intelligatur actio incompleta, quæ cõsistit tm̃ in appetitu sensitiuo non perueniens ad rationis consensum. Homo em̃ sub gratia constitutus vult quidem mentem suam à prauis concupiscentijs conseruare, sed hoc bonũ non agit propter motus inordinatos concupiscentiæ surgentes in appetitu sensitiuo. Et simile est, quod dicitur ad Galat. 5. vt non quæcunque vultis illa faciatis. Similiter id, quod dicitur, quod odi malum hoc facio, dupliciter intelligitur. Si de homine peccatore intelligitur, tunc p hoc, quod dicitur, odi, intelligitur quoddam odium imperfectum, secundùm q̃ omnis homo naturaliter odit malũ. Per hoc autẽ, quod dr̃, facio intelligitur actio pfecta per operis executionẽ sm rationis consensum. Nã illud odiũ in vniuersali tollitur in particulari eligibili per inclinationẽ habitus vel passionis. Si verò intelligitur de homine sub gratia constituto per hoc, quod dicitur, facio, intelligitur è conuerso actio imperfecta, quæ consistit in sola concupiscentia appetitus sensitiui. Per hoc, quod dicitur, odi intelligitur odium perfectum, quo quis perseuerat in detestatione mali, vsque ad finalem reprobationem ipsius, & in littera hic, & communiter vbi D. S. allegat illam auctoritatem exponit eam iuxta secundum intellectum, videlicet vt intelligitur de constituto in gratia, & facere pro concupiscere, & pro motu appetitus sensitiui ex surreptione, qui inuenitur in viris bonis & hunc motum dicit August. esse malum, & peccatum, ergo in appetitu sensitiuo potest esse peccatum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd aliquæ vires sensitiuæ partis, & si sint communes nobis, & brutis, tamen in nobis habent aliquam excellentiam ex hoc, q̃ rationi iunguntur; sicut nos præ alijs animalibus habemus in parte sensitiua cogitatiuam, & reminiscentiam, vt in primo dictum est. * & per hunc modum etiã appetitus sensitiuus in nobis præ alijs animalibus habet quãdam excellentiam, scilicet quòd natus est obedire rationi, & quantum ad hoc potest esse principium actus voluntarij, & per consequens subiectum peccati.

* prima parte q. 78. ar. 4. in cor. & ad quintũ.

¶ Ad maiorem, peccatum est proprium homini, conceditur. s. secundùm potentias quocunque modo humanas, vel scilicet rationales per essentiam, vel per participationẽ, & peccatum est in omni eo, quod debet se benè habere in homine, & ordinatè sm rationem. Ad minorem fuit responsum supra. q. 56. ar. 4. quia est quidem communis nobis, & bestijs, si consideretur ratione generis, & secundùm se; sed negatur, q̃ sit communis nobis, & bestijs sensualitas vt est in homine, immo est alterius speciei in homine sensualitas a sensualitate bestiæ, sicut etiam in bestia est æstimatiua, quæ distinguitur specie a cogitatiua hominis. Similiter memoria bestiæ distinguitur specie a reminiscentia hominis, vt patet prima parte. q. 78. ar. 4. in cor. Quia ergo sensualitas in homine habet aliquam excellentiam per coniunctionem ad rationem, quam participat, & cui obedit, ideo ratio tenetur eam

ordinatè

ordinatè habere, quare si qui defectus incidat in sensualitate imputatur homini, ideo est in ea peccatum, secus de sensualitate bestiæ, quam bestia non tenetur, nec potest aliter habere, quàm sensualitas patiat. Dē enim volūtarius actus q̄ est in potestate hois.

¶ Nota autē quod D.S. dicit, ꝙ aliquæ vires sensitivæ sunt nobis communes, & bestijs. s. ēm rationem generis, & per comparationem ad obiecta; nō tñ sunt nobis, & bestijs communes quo ad speciem, & quo ad excellentiam, licet enim non sit in nobis sensus interior, qui non sit in bestijs aliqualiter secundùm viam D.S. in prima parte, vbi iam in fine cor. tamen in nobis habent alium modum operandi cogitativa, cui respondet in bestijs æstimativa naturalis, & alium modum reminiscentia in homine, alium modū memoria in bestijs, vnde & alia sunt nomina, quare non oportet D.S. intelligere cum dicit. Aliquæ vires sensitivæ partis sunt nobis communes quasi aliquæ essent in homine, quę nullo modo essent in bestijs, sed vult, quòd sint cōmunes aliquæ quo ad modum operandi, vt sensus communis, aliæ autem non, vt patet de imaginativa, quę in homine etiam dicitur phantasia, & æstimativa, quæ in homine dicitur cogitativa, &c. sunt ergo communes saltem quo ad genus, sed non quo ad excellentiam, & modum operandi. ¶ Nota autem, quòd hæc dicta sunt non ad mentem Auicennæ. qui ponit quinque sensus interiores in homine, & quattuor in bestiis, sed dicta sunt post D.S. & Auerroim. vt patet prima parte vbi supra, negatur ergo consequentia. Probat autem hæc ratio, quòd in sensualitate vt sic non est peccatū, tamen non probat quin sit & esse possit in sensualitate humana, quia sensualitatis humanæ est, quòd suus motus non sit contra rectitudinem rationis, quare aliquis actus in homine est vituperabilis, qui in bestijs non est vituperabilis, vt habet D.S. secundo sententiarum dist. 24. q. vltima artic. 2. & sanctus Bonauentura ibidem q. vltima duobus arti.

¶ Ad secundum dicendū, ꝙ perpetua corruptio sensualitatis est intelligenda quantum ad fomitem, qui nū quam totaliter tollitur in hac vita; transit enim peccatū originale reatu, & remanet actu, sed talis corruptio fomitis non impedit quin homo rationali volūtate possit reprimere singulos motus inordinatos sensualitatis si præsentiat, puta diuertendo cogitationem ad alia; sed dum homo cogitationem ad alia diuertit, potest etiam circa illud aliquis inordinatus motus insurgere, sicut cū aliquis transfert cogitationem suam a delectationibus carnis, volens concupiscentiæ motus vitare ad speculationem scientiæ, insurgit quandoque aliquis motus inanis gloriæ impremeditatus, & ideo non potest homo vitare omnes huiusmodi motus propter corruptionem ptædictam, sed solùm sufficit ad rationem peccati voluntarij, quòd possit vitare singulos.

¶ Nota pro maiori intellectu eorum, quæ habentur in solutionibus, & in istis duobus argumentis. Innuit enim duo, primò ꝙ motus sensualitatis sunt peccata. Secundò, ꝙ motus sensualitatis rationem præuenientes sint venialia. Circa hoc ēm pśertim est difficultas, & in eo videtur aliqui discordare, vnde Nicolaus de Lyra cuius modū dicēdi vī cōmemorare magister Ioānes Nider, in suo p̄ceptorio prę̄cep. 9. c. 4. & tñ sine affirmatiua assertione, vt patet intuenti, q̄a simul cōmemorat modum dicendi San. Bonauenturæ; q̄ dicit veniale, quod Lyra negat veniale, dicit sic in postilla sup Matth. 5. c. Cōcupiscentia inquit hoc mō procedit quia primo ex aspectu mulieris causatur concupiscentia in appetitu sensitiuo, qui dicitur sensualitas, & præuenit actū rationis & sic non est peccatū, nec veniale, nec mortale. Cuius ratio est, quia talis motus sensualitatis non est in potestate hominis, & p̄ consequens non est peccatum; sed retentio huiusmodi concupiscentiæ postquā percepta est, benè est peccatum, vnde dicit Aug. non est in potestate nostra quibus visis tangamur, & est in potestate nostra ea respuere vel acceptare. Et sic patet, ꝙ p̄dictus motus sensualitatis non est peccatum, sed est materia exercendæ virtutis, si ei resistatur per rationem; si autem teneatur per delectationem morosam absque consensu tñ, tunc est peccatum, sed veniale; si autem consequitur consensus in animo, tunc est peccatum mortale, etiam antequàm exprimatur facto vel signo, & ideo de tali concupiscentia, quæ est consensus intelligit saluator, iā mechatus est in corde suo. Hæc ille. Sed tertium omnino verum est, scilicet cum accedit consensus est mortale. Verùm de secundo. s. ꝙ cum quis immoratur concupiscentiæ de se mortali, ante consensum, an sit tñ veniale, postea videbitur. Et de hoc etiā laborat Nider vbi supra post S. Bonauen. Sed pro nūc est difficultas quo ad primū, & stat in hoc, An motus ad illicitū, insurgēs in sensualitate ante actū rationis sit veniale. De hoc iam patuit quid sentiat Nico. de Lyra, quia ꝙ non. Sed apud S. Tho. vī respondendū cū bona limitatione, quam D.S. ponit in de Malo. q. 7. ar. 6. ad 8. & in secundo d. 21. q. 1. ar. 2. ad vltimum. In de Malo dicit sic, q̄a ergo peccatum est in sensualitate ēm ꝙ potest obedire rationi, primus motus sensualitatis, qui est ex dispositione corporali nō est peccatum, & hunc appellant aliqui primò primum. Secūdus autē motus qui excitatur ex aliqua apprehensione est peccatum. Primum enim ratio nullo modo vitare potest, secundum autem vitare potest quantum ad singulos, non autem quantum ad oēs; quia dum auertit cogitationem suam ab vno; incurrit in aliud ex quo insurgere potest motus illicitus. Hæc ille. In secundo autem vbi iam dicit, motus vis concupisc. bilis potest dupliciter insurgere, vel ex qualitate organi, sicut calefacto corpore insurgit motus libidinis sine aliqua imaginatione, & ille motus est purè naturalis, nec rationem peccati habens, & ad hoc potest virtus demonis ex potestate naturæ, quæ in transmutationem corporalium potest, nisi virtute Diuina cohibeatur. Alius motus concupiscibilis est, qui insurgit ex apprehensione delectabilis, & ex parte illa appetitus concupiscibilis, habet quandam libertatem ad minus in hoīe, ēm ꝙ pōt obedire imperio rōnis prohibentis; & sic in concupiscibili pōt esse peccatū, sed hunc motū diabolus extorquere non potest. Hæc ille. Et adhuc clarius infra in 2. d. 24. q. vltima. ar. 2. in cor. dicit. Omnes primi motus, qui sensualitati attribuuntur, vt verba Aug. asserunt, peccatum sunt; sed motus præcedentes quos supra naturales diximus, qui imaginationem non sequuntur, sed solùm naturalium qualitatum actionem, ratione peccati carent. Et secundum hoc potest verificari quorūda dictū, qui dicunt, ꝙ motus primò primi non sunt peccatum, sed motus secundò primi; vt per primo primos motus naturales, & per secundò primos motus sensualitatis intelligamus, in qua peccatū est sicut in subiecto. Quod sic patet, peccatū enim vt pertinet ad præsentem considerationē, nō est aliud, quàm inordinatus actus ad genus moris pertinens, nullus autem actus ponitur in genere moris, nisi habita comparatione ad voluntatem, quæ principiū est moralium, vt patet ex 6. metaph. & ideo in primo incipit genus moris, vbi primò dominium voluntatis inuenitur; habet autem voluntas in quibusdam dominium completum, in quibusdā verò incompletum. Completum dominiū habet in istis actibus qui ex imperio voluntatis procedunt, & *hi sunt actus deliberationem sequentes*, qui rationi attribuuntur. Sed dominiū incōpletum habet in illis actibus, qui imperiū rōnis præcedūt, tñ voluntas eos impedire poterat vt sic quodammodo voluntati subiaceant quātū ad hoc, quod est impediri vel nō impediri. Et ideo inordinatio, quæ in his actibus contingit, rationem peccati causat, tñ incompleti; & ideo in his actibus peccatum leuissimū, & veniale est, non autem mortale, quod est perfectū peccatum, &c. Hæc ille. Et ad quartum dicit, ꝙ motus isti sunt quodāmodo in potestate nostra, & quodammodo non sunt, si ēm quilibet eorū sigillatim cōsideretur, sic ī potestate nostra sunt, q̄a quilibet eorū p̄ueniēdo impedire possumus. Si autē oēs simul cōsiderentur sic in potestate nr̄a nō sunt, q̄a dum vni obuiare nitimur, ex alia parte pōt motus illicitus surripere, nō ēm pōt esse simul intētio renitentis voluntatis contra diuersa in actu. Hæc ibi; ꝗbus cōcordāt ea quæ supra q. 17. art. 7. D.S. ponit, quomodo actus sensualitatis possit esse imperatus, vbi ponit, ꝙ actus sensualitatis vt sequitur ad apprehensionem imaginationis non subitam, sed imperatam, & regulatam ratione, & tunc est sub imperio, vt autē qualitatem sequitur corporis sic non imperatur, nec subditur imperio; quandoq; autem concitatur ad apprehensionē imaginationis vel sensus, non omnino subito in occursu obiecti, & tūc ille motus est præter imperium rationis, quamuis potuisset impediri a ratione si præuidisset. Et vī velle, ꝙ talis actus etiā imputetur voluntati, q̄a potuit impedire talem motum, vt patuit ibidē. Ex quibus omnibus trahitur, ꝙ motus naturalis, qui sequitur ex qualitate corporis, & est primò primus, & cōcitatur merè naturaliter sine aliqua imaginatione, non est aliquo modo in potestate hominis, & est sine omni peccato etiā veniali, tanquā extra genus moris existens. Et si de tali intelligitur dictū Nico. de Lyra bonum est, & concordat. Patet, & sequitur secundò, ꝙ motus nō merè naturalis sensualitatis, sed aliqualiter liber. ratione. s. causæ suæ, q̄a sequitur ad imaginationē quā homo potuit præuenire, & impedire, & per consequens actū sensualitatis sequētē, tūc talis actus est veniale tanquam actus inordinatus volūtarius indirectè, vtpotè cadens sub dominio voluntatis incompletè, etiā si rōnis aduertētiā, & actū præueniat, quia ratio potuit ipsum motū illicitum præuenisse in speciali acceptum, licet non omnes. Dico autem circa hoc, ꝙ si esset actus talis sensualitatis, qui consurgeret ad imaginationem subitam, quam potius cōcomitaretur vel causaret, quàm sequeretur, nec fuisset ut nunc in potestate hois causaret, quàm sequeretur, nec fuisset ut nunc in potestate hois talem impediuisse, & dedisset operam rei licitæ, nec in aliquo esset negligens, puto, ꝙ talis actus sensualitatis non esset peccatū, nec veniale, vt patuit supra q. 17. ꝙ si de tali intelligit Lyra, benè dicit. Si autem intelligit de secundo motu. s. sequente imaginationem non subitò aduenientem ex occursu præsentis obiectionem non subitò aduenientem ex occursu præsentis obiectionem non subitò aduenientem ex occursu præsentis obiection

luntas completa constituit in esse mortali, ita tamẽ quòd ille motus primus concurrat, sed non compleat rationem peccati etiã venialis, & hæc possunt stare cum D.S. quia & D.S. vult quòd solũ illi motus sunt peccata venialia, qui potuerunt impediri, non tamen ita quòd voluntas consentiat expresè, vel interpretatiuè, quia aliàs esset peccatũ rationis, & non sensualitatis. Vnde D.S. in de Ver. ma. 25. art. 5. ad quintũ, Non dicitur esse peccatum in sensualitate, propter interpretatiuum consensum rationis. quando enim primus motus sensualitatis prœuenit iudicium rationis, non est consensus, nec interpretatiuus, nec expressus; sed ex hoc ipso, quòd sensualitas est subijcibilis rationi, actus eius quamuis rationem prœueniat, tamen habet rationem peccati. Hęc ille. Vbi patet, quòd motus sensualitatis est veniale, non quia consentiatur per rationẽ, immo sic esset mortale, si esset de re illicita mortaliter, & attribueretur rationi; sed est peccatum, quia in potestate fuit ipsum prohibere &c. Et patet secundò, quòd motus prœueniens rationem est peccatum &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud, quod homo facit sine deliberatione rationis, non perfectè ipse facit, quia nihil operatur ibi id, quod est principale in homine; vnde non est perfectè actus humanus, & per consequens non potest esse perfectè actus virtutis, vel peccati; sed aliquid aliud imperfectum in genere horum. Vnde talis motus sensualitatis rationem prœueniens est peccatum veniale, quod est quiddam imperfectum in genere peccati.

¶ Ad maiorem, quòd homo ipse non facit, nõ imputatur ei ad peccatum. Verum, si nullo modo faciat, nec secundùm id quod est principale, nec secundùm minus principale in eo, & secundò qđ non facit voluntariè directè, vel indirectè.

¶ Ad minorem, sed solũ hoc videmur facere, quod cum delibe ratione rationis facimus. Verum, hoc perfectè facimus nos; quia facimus secundùm id quod est principale in nobis, nihilominus tamẽ & nos facimus secundùm id quod est in nobis, licet imperfectum, quod facimus secũdùm sensualitatẽ; quia & ipsa est principium voluntariorum actuum aliqualiter, & quod ipsa facit voluntati, & rationi aliqualiter imputatur, in quorum potestate, & cura est in homine. Nam ipsa debet esse ordinata secundũ rationem in homine; negatur consequentia, ꝙ ad nullum peccatũ omnino imputetur; sed probat, quòd nõ ad perfectum, sed nõ probat quin motus sensualitatis rõnem prœuenientes sint voluntarij; qa singuli impedibiles; id autem, quod quis impedire potest, & non facit, si sit inordinatum, sibi imputatur, solũ autem habentur venialia motus impedibiles, vt patuit.

¶ Nota aũt verba D. S. vbi dicit; vnde talis motus sensualitatis rationem prœueniens est peccatum veniale, vbi diximus stare radicem disputationis tactæ. Quomodo autem veniale sit imperfectum in genere peccati, habetur infra q. 88. art. 1. ad primum.

Vtrum sensualitas possit esse subiectum peccati mortalis.

Supra q. præf. art. 3. ad 3. Et infraq. 89 ar. 5. co. Et 2. dist. 24. q. 3. arti. 2. ad 3. Et ver. q. 25. arti. 5. Et Mal. q. 7. arti. 6. Et quol. 4. art. 2. co.

O

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd in sensualitate possit esse peccatũ mortale. Actus enim ex obiecto cognoscitur, sed circa obiecta sensualitatis contingit peccare mortaliter; sicut circa delectabilia carnis; ergo actus sensualitatis potest esse peccatum mortale, & ita in sensualitate peccatum mortale inuenitur.

¶ 2 Præt. Peccatum mortale contrariatur virtuti; sed virtus potest esse in sensualitate, temperãtia enim & fortitudo sunt virtutes irrationabilium partium, vt Philosophus dicit in 3. Ethicorum; * ergo in sensualitate potest esse peccatum mortale, cum contraria sint nata fieri circa idem.

* Arist. c. 10.

¶ 3 Præt. Veniale peccatum est dispositio ad mortale; sed dispositio, & habitus sunt in eodem, cum igitur veniale peccatum sit in sensualitate, vt dictum est; * etiã mortale peccatum esse poterit in eadem.

* Arti 3. ad tertium.

¶ Sed contra est, quod August. dicit in libro retractationum; * & habetur in glo. Rom. 7. Inordinatus concupiscentiæ motus, qui est peccatum sensualitatis, potest etiam esse in his, qui sunt in gratia, in quibus tamen peccatum mortale non inuenitur; ergo inordinatus motus sensualitatis non est peccatum mortale.

* Aug. li. 1. ca. 13. & 15. tom. 1.

¶ Hic quærit quale peccatum possit esse in sensualitate, an mortale, quia quòd possit ibi esse veniale satis patuit ex solutionibus ar. præcedentis. Nam sensualitas ante aduertentiam rationis habet secundùm se actum inordinatum aliquo modo voluntarium, loquendo de sensu alietate humana, de qua sp loquimur.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut inordinatio corrumpens principium vitæ corporalis causat corporalem mortem, ita etiam inordinatio corrumpens principium vitæ spiritualis, quod est finis vltimus, causat mortẽ spiritualem peccati mortalis, vt supra dictum est. * ——— * q. 72. ar. 5.

¶ Doct. Sanct. in fine 2or, respondet vnica conclusione tali. Peccatum mortale non potest esse in sensualitate; sed solùm in ratione. Probatur conclusio sic. Inordinatio corrumpens principiũ vitæ spiritualis (quod est vltimus finis) causat mortem spiritualem peccati mortalis, sed sensualitatis non est talis inordinatio corrũpens vltimum finem; ergo non est illius (vt causæ, scilicet & principij completiui) peccatum mortale. Illius rationis Doct. Sanc. primò ponit maiorem. Secundò probat minorem adiungens cõclusionem, ibi, ordinare autem &c.

¶ Nota autem, quòd conclusio non dicit, quòd peccatum mortale non sit in sensualitate subiectiuè, sed in ratione, sed dicit absolutè, quod non est in sensualitate, sicut in principio a quo habet esse mortale, sed est in eo (supple) sicut principio cui attribuitur secundùm esse mortale a quo habet, vt sit cum auersione ab vltimo fine, hoc autem est, quia fit a voluntate deliberata, cuius est se auertere ab vltimo fine. Non est ergo peccatum mortale formaliter in sensualitate, vt sic, quasi a sensualitate habeat esse mortale, sed est formaliter in ratione ad sensum dictum. Quo notato probatur maior a simili, Sicut inordinatio corporis corrumpens principium vitæ corporalis causat corporalem mortem, & patuit ista maior cum sui longa explicatione supra q. 72. ar. 5.

¶ Nota autem ꝙ D.S. dicit, ꝙ inordinatio corrumpens principium vitæ causat mortem peccati mortalis, non dicit, ꝙ peccatũ mortale sit subiectiuè totaliter in eo, quod causat talem inordinationem, de hoc ad primum. Consequenter cum dicit.

¶ Ordinare autem aliquid in finem non est sensualitatis, sed solùm rationis, inordinatio autem a fine non est, nisi eius cuius est ordinare in vltimum finem; sed ordinare in vltimum finem non est sensualitatis, sed rationis; ergo minor vera. Maior probatur, quia inordinatio nõ imputatur nisi potenti ordinare; quia negatio, & priuatio non est voluntaria, nisi quia affirmatio est in potestate, sicut omissio imputatur alicui, quia potuit agendo omissionem impediuisse. Minor autẽ ista patet, quia sensualitatis est solùm tendere ad bona sensibilia non spiritualia. Vltimus autem finis est bonum spirituale, & summum; & intendit hæc ratio, quòd illius est peccatum mortale cuius est corrumpere ordinem ad vltimum finem, sed hoc non est sensualitatis, sed voluntatis deliberatæ; ergo. Maior patet; qa peccatum mortale est, quod ratione suæ inordinationis dicit auersionem ab vltimo fine, & consistit in deordinatione circa vltimũ finem &c. Circa hanc conclusionem, & eius probationem, & etiã solutiones argumentorum sunt aliqua notanda. Primò ꝙ aliud est peccatum alicui attribui, tanquam causæ & principio motiuo, & aliud tanquàm subiecto; patuit hoc art. 1. quia omne peccatum perfectum est voluntatis, & rationis præceptiuè, & completiuè, quod tamen saltem partialiter potest esse alterius potentię.

¶ Nota secundò, iuxta tacta supra q. 15. arti. 4. ex Doct. Sanct. in de Veritate ma. 15. q. 3. quòd actus appetitus intellectiui attribuitur suæ apprehensiuę, cuius iudicium, & directionem sequitur, esto ab ipsa non eliciatur, sed ab appetitiua; secus de actu appetitus sensitiui, ita quòd dicimus, quòd consensus in peccatum est actus rationis.

¶ Nota tertiò, quòd peccatum mortale, & perfectum quamuis quandoque prius inueniatur in actu exteriori, & obiecto eius secundùm esse apprehensum originaliter, & radicaliter, tamen ille actus exterior non constituit actu, vel complet in rõne peccati mortalis, nisi accedente consensu voluntatis, qui sp hr̃ tanq̃ a ratione procedens. Ista possunt constare ex dictis supra, & patebũt quo ad aliqua ex sequentibus. Secus de veniali, quod potest compleri in genere suo sine consensu voluntatis, & deliberatione, vt patuit, sed non absque potestate voluntatis. Ad propositum ergo conclusionis, dr̃ peccatum mortale non esse in sensualitate, sicut in cã, & principio totali, & sufficiente, quia quicunque motus, vt est illius, non habere põt rõnem mortalis, oportet ergo, ꝙ aliũde proueniat mortalitas, ẽt si actus eius sit mortalis, tamẽ non habet a sensualitate, sed a consensu voluntatis prœuia deliberatione rationis; & ita intelligitur conclusio, ꝙ peccatũ mortale non est sensualitatis solius, sicut principij, nec sicut totalis subiecti omnium, quæ requiruntur ad mortale, ita ꝙ nullo mõ est principium mortalis formaliter, sed partiale subiectũ. Nam peccatum mortale cũ committitur

committitur actu exteriori, vel sẽsualitatis requirit pter hos actus, & actum interiorem saltem interpretatiuè, qui se habet formaliter; quare dicit conclusio, quòd mortale non est sensualitatis, sed rationis, ita quòd rationis nomine etiam voluntas intelligat. Et dicitur esse, sic rationis, sicut principij, & sicut subiecti eius, quod est principale in peccato mortali, tamen & sensualitas est subiectum eius, quod est mortale, & minus principale in peccato mortali; & hæc patebunt, in solutione primi, & ar. 7. ad primum. Vnde D.S. habet hic ad primum, quòd actus sensualitatis concurrit ad peccatum mortale; quia tamen ex sensualitate, nõ habet esse mortale, sed a ratione. i. consensu deliberato, ideo non attribuitur sensualitati; oportet enim hic memorari eorum, quæ allegata sunt ar. 1. ex de Malo q. 7. ar. 6. ꝙ peccatum attribuitur principali agenti, non aũt minus principali, vel instrumẽto, & sic cum rõ sit. i. deliberatus consensus sit principale principium, iõ sibi attribuit mortale. ¶ Nota circa argumentum in oppositum, quod concludit ex auctoritate Aug. quæ vult quòd peccatum sensualitatis potest esse in his, quæ sunt in gratia; ergo peccatũ, quod est sensualitatis nõ est, vt sic mortale, sed vt sic, vt est sensualitatis humanæ, habet ꝙ sit veniale propter imperfectionem actus etiã si sit mortale ex genere, vt patebit ar. 8. ad secundum. Sunt tamen & venialia ex genere in sensualitate, sicut motus ad ea quæ de se venialia sunt; quare bene sequitur peccatum sensualitatis, vt est sensualitatis, potest stare cum gratia, ergo vt est sensualitatis non est mortale; qa mortale non stat cum gratia. Concludit ergo quòd mortale formaliter non est sensualitatis; sed tamen id quod est mortale põt esse sensualitatis subiectiuè; sed formalitas mortalis, q̃ est auersio ab vltimo fine, attribuitur voluntati deliberatę, ita quòd sicut exterior percussio est mortale; sed non attribuitur membro, sed voluntati; ita actus sensualitatis est mortale peccatum; sed stando in sensualitate hoc non habet, sed habet ex accedente consensu deliberato.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd actus sensualitatis potest concurrere ad peccatum mortale; sed tamẽ actus peccati mortalis non habet, quòd sit peccatum mortale, ex eo quòd est sensualitatis, sed ex eo quòd est rationis, cuius est ordinare in finem; & ideo peccatum mortale non attribuitur sensualitati; sed rationi.

¶ Ad maiorem, actus cognoscitur quidem ex obiecto quo ad speciem; sed dico, quòd actus moralis (qualis est peccatum) non habet maliciam completè, nisi secundùm quòd est voluntarius; quia esse voluntarium, esto sit præter rationem peccati secũdùm speciem, non tamen secundùm genus, vt habet D.S. de Malo. q. 2. ar. 10. ad tertium, quia in moralibus actus non tantũ dependet ex obiecto, sed etiam ex dispositione agentis, vt patebit q. 78. arti. 4. & q. 77. ar. 6. & q. 88. ar. 2. Dico tertiò, quòd ad actum peccati mortalis non sufficit quodcunque voluntarium, sed perfectum, & tale cui annexa sint inordinatio, & auersio circa vltimum finẽ. Dico quartò, quòd esto peccatum mortale sit inchoatum in actu alio quo, non tamen est actu peccatum mortale, nisi accedente consensu deliberato, ita quòd completiuum peccati mortalis est consensus deliberatus.

¶ Ad minorem, circa obiecta sensualitatis contingit peccare mortaliter, si intelligitur stando in sensualitate, negatur, immo vt patuit supra q. 72. ar. 5. & patebit infra q. 88. ar. 2. si actus est ex genere mortalis, & est tamen in sola sensualitate sine deliberatione, & consensu rationis; est tantũ veniale. Dico ergo secundò, quòd circa obiecta sensualitatis contingit peccare mortaliter, non vt est sensualitatis motus ille; sed vt est, vel imperatus a ratione, vel approbatus per consensum rationis; ita quòd esto ortum habeat ex imaginatione, & incesserit animum ante deliberationem, superueniente deliberatione fit mortale actu, sic quòd mortale complectatur actum sensualitatis tanquàm materiale, & actum rationis tanquàm formale; & concedo, quòd circa delectabilia carnis contingit peccare mortaliter, sed non per sensualitatem tantùm, sed per rationem completiuè. Vltra ergo actus sensualitatis potest esse peccatum mortale. Concedo ad hunc sensum, quòd actus sensualitatis concurrit, & est pars peccati mortalis, & est subiectiuè in sensualitate; sed non principiatiuè. Nec principale peccati mortalis est in sensualitate, scilicet consensus, sed in ratione. Vnde dicit D.S. de Malo. q. 7. ar. 6. ad quartum, quando actus rationis inuenitur in peccato, tunc directè potest attribui rationi, vel volũtati; sicut primo motiuo, & primo subiecto; sed quando ibi nõ est aliquis actus voluntatis, vel rationis; sed solus actus sensualitatis, qui dicitur peccatum (quia põt prohiberi per rõnem, & voluntatem) tunc peccatum attribuitur sensualitati. Hæc ille. Vbi patet, ꝙ cum ad peccatum mortale necessariò concurrat actus rationis, tale peccatum debet attribui rõni, sicut primo motiuo, & primo subiecto, scilicet rõne eius, quod est rõnis, quod est principale; tñ rõne actus sensualitatis, qui concurrit materialiter, est in sensualitate, licet non attribuatur sibi; quia non est principale agens, & cã mortalis, vt sic. Nota aũt, ꝙ D.S. non dicit, ꝙ peccatum mortale nullo modo sit subiectiuè in sensualitate, sed ꝙ non attribuit sensualitati, sed rationi; qa ipsa est principium illius actus elicitiui, sed non vt est mortale, sed principium imperatiuum eius est causa, quòd sit mortale; ideo &c. Est ergo peccatum mortale in sensualitate materialiter, non formaliter ad sensum, quem habet D.S. de Veritate ma. 25. ar. 5. ad 10. Et sic etiam dicit Scotus in simili de peccato sermonis. 2. sententiarum dist. 42. Vnde habet, quod valet etiam in proposito. Appetitus noster in quo conuenimus cũ brutis est liber, & rationalis per participationem, nõ autem per actũ suum, sed per actum alterius potentiæ, scilicet voluntatis, cui subest. Et ideo potest conuerti ad bonum, & auerti a bono; in brutis autem licet sit appetitus sensitiuus, nõ tamen est particeps rationis in eis, sicut in nobis. Hæc ille. Scotus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd actus virtutis non perficitur per id quòd est sensualitatis tantùm, sed magis per id quod est rationis, & voluntatis, cuius est eligere, nam actus virtutis moralis, non est sine electione; vnde semper cum actu virtutis moralis, quæ perficit vim appetitiuam, est etiam actus prudentiæ, quæ perficit vim rationalem, & idem est etiam de peccato mortali; sicut dictum est. * ——— *Ad primũ arg. præce.

¶ Maior vera ad sensum supra dictum. q. 71. arti. 1. quia contrariatur peccatum virtuti ratione actus. Ad minorem, sed virtus potest esse in sensualitate, sicut completi principij, ita quòd sit a sensualitate tãtùm, vel principaliter; negatur, immo est rationis principaliter; sicut causæ, & principij, quia vt patuit supra q. 57. arti. 4. & alibi, id quod est sensualitatis non habet rationem virtutis, nisi fiat cum electione, & discretione voluntatis, & rationis. Est enim virtus habitus electiuus, sed sibi non conuenit, nisi per prudentiam, vel sinderesim; quare sicut virtus non attribuitur sensualitati, sic nec peccatum &c Vide de hac solutione de Verita. ma. 25. ar. 5. ad 8. quia admittitur, quòd virtus est in irascibili, & concupiscibili, sed non in sensualitate, quia sensualitas nominat has vires quantum ad inclinationem naturalem sensuum, quæ est rationi contraria, non secũdùm quòd participat rationem; ideo magis propriè dicitur, quòd vitium sit in sensualitate, & virtus in irascibili, & concupiscibili &c.

¶ Nota autem hic circa ista dicta, quòd virtutis moralis esse eligere videtur dupliciter posse intelligi ex D.S. quia in tertiò scripto dist. 33. q. 2. ar. 3. intelligit, quòd est electiuus finis proprij ipsius virtutis in quem inclinat per modum naturæ, quæ quidem inclinatio dicitur electio, in quantum finis proximus ad vltimum finem ordinatur, ita quòd secundùm D.S. ibidem, electio est duplex, vna qua eligitur finis proximus virtutis illa est virtutis moralis, sed alia est eorum, quæ sunt ad finem secundũ ꝙ electio importat præceptum rõnis de hmõi medijs prosequẽdis, & talis est actus prudentiæ sibi proprius distinctus ab actibus aliarum virtutum. Nota tamen quòd electio attribuitur prudentiæ consequenter, & directiuè, quia ad imperium sequitur electio. Sed in prima secundæ, vt sępius habitum est, virtutis moralis est electio, vt est mediorum, mediante directione, & imperio prudentiæ, & cuius electio in quantum ad electionem requiritur acceptio, & affectio boni finis, non ꝙ ipse finis eligatur per morales, sed quia afficit ad bonum finem, & consequenter mediante prudentia discernẽte eligit, & operat media ad finẽ. Est igitur virtus habitus electiuus, idest ex electione. i. discretione prudentiæ operãs, & illa discretio est principale in virtute, & est rõnis, quare virtus principaliter est rõnis &c. Et est habitus electiuus. i. causatiuus affectionis etiã ad media, q̃ regulat rõne, & est operatiuus operũ exteriorum prœuia electione interiori. Vnde D.S. (2. ethi. in commento super isto verbo Philosophi. Virtutes enim vel sunt electiones, vel non sunt sine electione) dicit, potest enim virtus dici ipse actus virtutis, & si sic accipiamus principales actus virtutum qui sunt interiores, virtus est electio, si autem exteriores, virtus non est sine electione, quia exteriores actus virtutum ab interiori electione procedunt. Si autem accipiatur virtus pro habitu ipso virtutis, sic etiã virtus non est sine electione, sicut causa nõ est sine proprio effectu. Hæc ille. ¶ Sed posset esse dubium quomodo actus virtutis existentis in appetitu sensitiuo possit dici electio, cum electio sit appetitus intellectiui. Dicitur quòd non est in appetitu sensitiuo secundùm se, nec quo ad actus prœuenientes rõnem, sed appetitui sensitiuo humano conuenit electio (. i. actus tendens in aliquod) pro alio in ordine ad finem mediante imperio rationis, & voluntatis; & per hæc patent, quæ Doct. Sanct. dicit, quòd actus virtutis moralis non est sine electione; quia verum est etiam de actu exteriori. Actus autem interior est electio, idest actus ordinatè, & discretè tendens ex directione rationis imperantis, cuius non est imperare sine voluntate, vt patuit supra, & ita habetur conclusiuè, quòd sensualitatis non est virtus, nec actus virtutis, nisi ex ratione, & voluntate. Virtus est habitus electiuus.

¶ Nota fundamentum, quia actus sensualitatis prœuenientes actum rationis, esto sint in aliquod de genere bonorũ, non habẽt rõnem virtuosi actus, sed solũ imperati a rõne recta, qui dicuntur esse electiones, vel cum electione &c. Nota etiam ꝙ D.S. dicit ꝙ semp cũ actu virtutis moralis, quæ perficit vim appetitiuam, est

etiam actus prudentiæ, & idem est de peccato mortali, vt dictum est. Per hoc patet, quòd dictum est ad primum, quòd in peccato mortali est alius actus cum actu sensualitatis, qui est principalis, & ipsius rationis. Quare peccatum mortale principaliter attribuitur rationi, & tanquàm principio, & tanquàm subiecto, scilicet principalioris in peccato mortali.

Scotus.

¶ Nota quòd Scotus diceret in tertio dist. 33. quòd virtus moralis est habitus electiuus; quia est volũtatis, sicut subiecti, cuius est electio proprius actus. Sed fundamentum falsum est, & eo destructo, stat virtutem moralem esse habitum electiuum, quia & appetitus sensitiuus eligit, vt imperatur a ratione, vt hic patet. Vnde & Scotus in secundo di. 42. dicit quòd appetitus sensitiuus noster est liber, non quidem per proprium actum, sed per actum volũtatis, quia videlicet subest rationi in homine, potest moueri ad opposita, & per consequens potest etiam moueri, vt tendat in obiectum secundùm discretionem prudentiæ, quod tendere est electio &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dispositio tripliciter se habet ad id ad quod disponit. Quandoque enim est idem, & in eodem, sicut scientia inchoata dicitur esse dispositio ad scientiam perfectam. Quandoque autem est in eodem, sed non idem, sicut calor est dispositio ad formam ignis. Quandoque verò, nec idem, nec in eodem, sicut in his, quæ habent ordinem adinuicem, vt ex vno perueniatur in aliud, sicut bonitas imaginationis est dispositio ad scientiam, quæ est in intellectu, & hoc modo veniale peccatum, quod est in sensualitate, potest esse dispositio ad peccatum mortale, quod est in ratione.

¶ Ad maiorem dicetur infra q. 88. arti. 3. & præsertim est vera de veniali, & ex genere; sed non ita propriè intelligitur de veniali ex dispositione agentis, scilicet ex imperfectione deliberationis quale est peccatum in sensualitate, quod potest esse mortale ex genere, & veniale propter absentiam consensus, & deliberationis. Verum est tamen, quòd si quis motus sensualitatis non studeat diligenter reprimere, sed immorari, φ est dispositio ad mortale per negligentiam. Ad minorem dispositio, & habitus sunt in eodem. Negatur ista vniuersaliter; quia tripliciter se habet dispositio ad id ad quod disponit, quandoque est idem, & in eodem, sicut scientia inchoata dicitur dispositio ad scientiam perfectam, nõ φ sit dispositio, vt ponitur membrum condiuisum habitui, sed largè, & est dispositio quo ad malum, non secundùm se, & speciem suam, vt patuit supra q. 49. ar. 2. Alio modo sunt in eodem, sed nõ idem, sicut calor est dispositio ad formam ignis, & sunt in eodem saltem sunt eiusdem suppositi, quia propriè loquendo calor ignis est totius compositi, nam nullum accidens est in materia prima, forma aũt vnitur materiæ primæ. Tertio modo dispositio, nec est idem, nec in eodem cum eo ad quod disponit, sicut patet in subordinatis vbi requiritur dispositio in vno, vt perueniatur ad perfectionem alterius, sicut patuit supra q. 56. artic. 5. quòd in sensitiuis interioribus est materiale, & bona dispositio ad scientiam, quę est in intellectu; & sic est in proposito, quia veniale, quod est sensualitatis tantũ, si frequentetur, disponit ad consensum rationis, qui complet, & facit peccatum mortale, Vide sup. q. 88. ar. 6. Vltra cũ igitur veniale peccatum sit in sensualitate. Dico quòd est in sensualitate etiam sine actuali consensu rationis, & vt sic non potest esse mortale, quare cum consensus deliberatus nunquàm possit esse sensualitatis, sed solius rationis, sequitur quòd peccatũ mortale non est sensualitatis, vt principij, nec est subiectum completum mortalis; sed actus eius concurrit, & habet se materialiter, cuius ipsa est subiectum. De materia huius articuli, vide D.S. in 2. di stin. 24. q. 3. ar. 4. circa finem corporis.

Vtrum ratio possit esse subiectum peccati.

P Ifra ar. 6. cor. & di. 24. q. 3. Ver. qõ. 17. & 2. cor.

AD quintum sic proceditur. Videtur quòd peccatum non possit esse in ratione. Cuiuslibet enim potentiæ peccatum est aliquis defectus ipsius, sed defectus rationis non est peccatum; sed magis excusat peccatum, excusatur enim aliquis a peccato propter ignorantiam; ergo in ratione non potest esse peccatum.

¶ 2 Præt. Primum subiectum peccati est voluntas, vt dictum est; * sed ratio præcedit voluntatem cum sit directiua ipsius; ergo peccatum esse non potest in rõne.

* Ar. 1. & 2.

¶ 3 Præte. Non potest esse peccatum, nisi circa ea, quæ sunt in nobis; sed perfectio, & defectus rationis nõ est eorum, quæ sunt in nobis, quidam enim sunt naturaliter ratione deficientes, vel ratione solertes; ergo in ratione non est peccatum.

¶ Sed contra est, quod Augustinus dicit in lib. 12. de Trinita. * quòd peccatum est in ratione inferiori, & in ratione superiori.

* Aug. cap. 12. & 14.

¶ Hic quærit de alio subiecto speciali, scilicet ratione, & primò facit hoc, secundò mouentur quædam dubia circa peccatũ, quod est in ratione, in ar. sequenti vsque in finem.

¶ Respondeo dicendum, quòd peccatum cuiuslibet potentiæ consistit in actu ipsius, sicut ex dictis patet. * Habet autem ratio duplicem actum. Vnum quidem secundùm se in comparatione ad proprium obiectum, quod est cognoscere aliquod verum. Alius autem actus rationis est inquantum est directiua aliarum virium.

* Artic. 1. & 3.

Conclusio respondi.

¶ Conclusionem respõsiuam ponit Doct. San. in medio corporis, talem. Duobus modis (scilicet in genere, quatuor autẽ modis secundùm speciem) contingit esse peccatum in ratione. Quam probat tali ratione. Peccatum cuiuslibet potentiæ cõsistit in actu ipsius voluntario, & inordinato; sed actus rationis potest esse voluntarius, & inordinatus dupliciter, igitur conclusio vera. Maior patet ex articu. 1. 2. & 3. Et intelligitur iuxta prædicta de actu alicuius potentiæ etiam imperato, qui dicitur esse potentiæ alicuius sicut principij principalis motiui, quæ & subiectum esse potest ratione actus quem imperando habet &c. Pro minore D.S. ponit, quòd ratio habet duplicem actum, & arguitur ex hoc, sic pro ista minore. Ratio habet duplicem actum, vnum secundùm se in cõparatione ad proprium obiectum, quod est cognoscere verum aliquod, secundus est actus rationis inquantum est directiua aliarũ virium; sed vterque horum potest esse voluntarius, & inordinatus, igitur minor vera. Maior ista relinquitur nota, quia rationis est cognoscere verum, & cum sit altissima potentia in homine, habet alias dirigere. Sed consequenter Doct. Sanct. declarat istam minorem istam vltimam, præmittit tamen conclusionem respõsiuam cum dicit.

¶ Vtroque igitur modo contingit esse peccatum in ratione. Et primò quidem inquantum errat in cognitione veri, quod quidem tunc imputatur ei ad peccatũ, quando habet ignorantiam, vel errorem circa id quod potest, & debet scire. Secundò quando inordinatos actus inferiorum virium, vel imperat, vel etiam post deliberationem non coercet.

¶ Probatur minor vltima sic. Ille actus est culpabilis, & peccatum voluntarium inordinatum, quando quis ignorat, & errat in his, quę potest, & debet scire. Similiter ille actus est voluntarius & inordinatus (saltem omissiuè) quando ratio dimittit debitam directionem aliarum virium cum deberet, & posset post deliberationem coercere; sed contingit quandoque rationem ignorare, & errare & deficere in directione possibili inferiorũ virium, igitur minor vera, scilicet quòd vterque actus possit esse voluntarius, & inordinatus.

¶ Nota quòd materia istius ar. quia generalis est, postea magis explicabitur, & quidem quo ad primum peccatum rationis quo deficit in cognitione veri possibilis cognosci, & debiti cognosci, habetur infra q. 76. ar. 2. an s. ignorãtia sit peccatum. & dicit D.S. hic, φ ignorantia, & error est peccatum rõnis isto mõ sic, φ ignorantia dicatur peccatum omissionis rõne negligentiæ acquirẽdi debitam notitiam. Error aũt dicat actum indebitum, & approbationem falsi pro vero. Error enim vt habet D.S in de Malo q. 3. ar ti. 7. est, quando quis de his, quæ nescit, fert sententiam, ita vt primo modo sit duplex peccatum. s. omissionis, & commissionis. Secundo etiam modo circa deficere in dirigendo, põt esse duplex peccatum, vnum ẽt ponitur, & commissionis, quia videlicet ratio seducta per passionẽ, relicto vero iudicio vniuersali ad suggestionẽ passionis, vel habitus praui concludit sententiam qua iudicat prosequẽdum, φ passio affectat. aliud aũt peccatum est omissionis; qa non reprimit illicitum motum post deliberationẽ; & de primo peccato infra q. 77. ar. 2. de secundo aũt statim art. seq. &c. Et ita patet, φ si res ponderetur inuenietur quadruplex peccatum in ratione, quæ D.S. omnia sub paucis verbis tangit. Primum per ignorantiam, secundùm per errorem, tertium per imperare inordinatos actus inferiorũ virium, quartũ per nõ coercere post deliberationẽ. Quæ oĩa sunt in rõne, vel subiectiuè, vel imputatiuè privatio enim & omissio nõ est subiectiuè in aliquo, tñ moralis, privatio (s. volũtaria, & inordinata) est alicubi imputatiuè, & de duobus vltimis pẽtis. s. tertio & quarto hẽt D.S. ĩ 2. di. 24. q. 3. ar. 3. & 4.

Confirmatur conclusio argumento in contrarium. Auctoritas ista inducta in argumento in oppositum, declarabitur postea articu. septimo.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de defectu rationis, qui pertinet ad actum proprium respectu proprij obiecti, & hoc quandoque est defectus cognitionis eius, quod quis nõ potest scire, tunc enim talis defectus rõnis non est peccatũ, sed excusat a peccato sicut

sicut patet in his, quæ per furiosos committuntur. Si verò sit defectus rationis circa id quod homo potest, & debet scire, nõ omnino homo excusatur a peccato, sed ipse defectus imputatur ei ad peccatum; defectus autem qui est solùm in dirigendo alias vires, semper imputatur ei ad peccatum, quia huic defectui occurrere potest per proprium actum.

¶ Maior conceditur, quòd peccatum eu iuslibet potentię est defectus ipsius elicitiuè, & imperatiuè, ita quia elicuit, vel imperauit, vel voluit ita fieri, faciendo, vel non prohibendo.

¶ Ad minorem prima pars negatur, immo iam ostensum est, quòd quadruplex potest esse peccatum. Ad secundam partem dico, φ non semper excusat, aliquando autem excusat, quando est defectus rationis circa verum non debitum, vel non possibile cognosci; sicut furiosus habet defectum cognitionis qui excusat, & quæ ab eo committuntur non sunt sibi peccata, quia non põt cognoscere stante furia. Sed defectus cognitionis, vel priuatiuè, vel contrariè ignorantia, vel error in his, quæ quis potest, & debet scire, non excusat a toto, licet a tanto, vt postea patebit; & talis defectus etiam rationis (& nõ solùm, quod committitur ex tali defectu) imputatur ad peccatum propter negligentiam. Sed minor est falsa semper, quia defectus qui est in dirigendo alias vires semper imputatur ad peccatum, quia semper voluntarius cũ posset occurrere, & defectum illum per proprium actum tollere, & ita est ibi negligentia. Siue enim argumentatur argumento passionis, siue non reprimat illicitum motum semper peccat. Sed verùm, quòd non semper peccat deficiendo in cognitione veri, sicut patet de ignorantia, vel errore inuincibili &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut supra dictum est, * cum de actibus voluntatis, & rationis ageretur; voluntas quodammodo mouet, & præcedit rationem, & ratio quodammodo voluntatem; vnde & motus voluntatis dici potest rationalis, & actus rationis potest dici voluntarius; & secundùm hoc in ratione inuenitur peccatum, vel prout est defectus eius voluntarius, vel prout actus rationis est principium actus voluntatis.

* q. 17. ar. 1. & 9. ar. 1.

¶ Ad maiorem, primum subiectum peccati est voluntas. Verũ, esto non sola voluntas, sed etiam omne, quod est in potestate hominis possit esse subiectum, id est omnis potentia mobilis a voluntate. Ad minorem, quòd ratio præcedit voluntatem quo ad aliquem actum, tamen & econuerso voluntas præcedit rationem quo ad alium actum, cum iuxta supra dicta, istæ potentiæ super se reflectantur. Dico secundò, quòd ratio dirigit voluntatem quo ad aliquem actum, & tamẽ ad vsum directionis procedit ex motione voluntatis, quia primum mouens ad exercitium actus qui non est primus, & naturalis est ipsa voluntas, quare actus rationis est voluntarius, & defectus rationis potest esse voluntarius, & e conuerso actus voluntatis est rationalis. Quare negatur consequentia, quia defectus rationis est voluntarius, cum scilicet quis ignorat, quæ deberet scire, & actus rationis est principium directiuum ipsius voluntatis, quæ tñ directio cum etiam sit in potestate volũtatis, quia potest dirigere bene, & ergo si malè dirigat, vel omittat dirigere, habetur tanquàm peccatum voluntarium.

¶ Quare nota, quòd non est intelligendum, quòd ille defectus directionis præcedat omnem actum voluntatis, sed aliquem, quia directio ista non est actus primus rationis ad quem non mouetur a voluntate, sed a natura, vt patuit supra, & ideo dirigit intellectus actum voluntatis aliquem, & hunc præcedit, sed & alium sequitur; & est in potestate hominis bene dirigere, quare & defectus directionis est voluntarius; sed defectus rationis circa verum cognoscendum dicitur sequi voluntatem, quia talis defectus de plano non habet rationem peccati, nisi quia volũtarius, & aliquo modo volitus. Sed secundo modo est peccatum, quia deficit in dirigendo voluntatem, & appetitum; sed intellige quo ad aliquem actum, & tamen ipsa directio est voluntaria. Quare dictum Doct. Sanct. non intelligitur per præcisionem, quasi defectus in cognitione veri sit voluntarius, defectus autem directionis nõ sit voluntarius; sed ratione dicta propter euidentem dependentiam in ratione peccati a voluntate, quia primus defectus est solũ peccatum, quia volitus secundus autem, quia defectus in dirigendo voluntatem; & sic vnus sequitur actum voluntatis. alius defectus præcedit, ita quòd vnus est obiectum voluntatis, alius habet pro obiecto actum voluntatis, licet & ipse sit voluntarius &c.

* Art. arg.

¶ Ad tertium patet respõsio ex dictis. *

¶ Ad maiorem vera, & intelligitur in nobis, id est in nostra potestate, ita quòd possumus facere, vel dimittere. Ad minorem, defectus rationis non est eorum, quæ sunt in nobis. Negatur minor vniuersaliter, vt patuit ad primum, quia defectus rationis qui est in dirigendo alias vires semper est in nobis, sed & defectus rationis in cognitione veri, quia per studium superare posset, vt patet de ignorantia iuris, & ignorantia vincibili. Ad probationem dico, quòd probat, quòd aliqua ignorantia non sit in potestate, sicut cum quis propter defectum naturalem non potest scire, tunc enim ignorantia non est peccatum, & excusat. Secus de ignorantia voluntaria indirectè, quæ peccatum est, & peccatum sequens, non ex toto excusat.

Vtrum delectatio morosa, vel non morosa sit in ratione inferiori, sicut in subiecto.

Q Infra q. 88. arti. 5. ad 2. Et 2. di. 24. q. 3. ar. 4. Et veri. q. 15. ar ti. 4. cor. * q. 31. ar. 1.

AD sextum sic proceditur. Videtur, φ peccatum morosæ delectationis, non sit in ratione. Delectatio enim importat motum appetitiuæ virtutis, vt supra dictum est, * sed vis appetitiua distinguitur a ratione, quæ est vis apprehensiua; ergo delectatio morosa non est in ratione.

¶ 2 Præt. Ex obiectis cognosci potest ad quam potentiam actus pertineat, per quem potentia ordinatur ad obiectum; sed delectatio quandoque est morosa circa bona sensibilia, & non circa bona rationis; ergo peccatũ delectationis morosæ, non est in ratione.

¶ 3 Præt. Morosum dicitur aliquod propter diuturnitatem temporis, sed diuturnitas temporis non est ratio, quòd aliquis actus pertineat ad aliquam potentiam; ergo delectatio morosa, non pertinet ad rationem.

* Aug. c. 12. tom. 2.

¶ Sed contra est, quod Augustinus dicit 12. de Trini. * φ consensus illecebrę si sola cogitatione delectationis cõtentus est, sic habendum existimo velut cibum vetitum mulier sola comederit; per mulierem autem intelligitur ratio inferior, sicut ibidem ipse exponit; ergo peccatum morosæ delectationis est in ratione.

¶ Hic quærit de quodam dubio circa peccatum in ratione. An peccatũ morosę delectationis sit in ratione, Vt intelligatur quęsitum, & ar. oportet primò videre de titulo, quia intelligendo, qd sit peccatum morosæ delectationis, vt per consequens appareat quomodo sit rationis.

¶ Nota igitur primò iuxta supra dicta, quòd peccatum sensualitatis, vel delectatio consistens in appetitu sensitiuo, antequàm percipiatur per rationem, attribuitur soli sensualitati, & non dicitur peccatum morosæ delectationis quantocunque tempore talis delectatio manserit in appetitu sensitiuo, sed si debeat dici morosa, oportet quòd ratio ipsam delectationem aduertat, & in ipsam aliquo modo consentiat.

¶ Nota secundò, quòd est triplex consensus. Vnus est interpretatiuus quo quis consentit morosè in delectationem. Secundus est expressus in delectationem. Tertius est in opus ipsum si possit.

¶ Pro quo nota tertiò, quòd cum delectatio illicita percipitur, aut statim per rationem abijcitur, & repellitur, tunc ad hoc non habet locum morosa delectatio, & est tantùm veniale. Si verò post perceptionem rationis, retinetur, & non statim viriliter abijciatur, hoc est tripliciter, vel quia placet delectatio interior de opere cogitato nephario, & cum placet operis consummatio, ita quòd adest voluntas delectandi se in cogitatione operis, & voluntas explendi opus cum facultas affuerit, & tunc est plenus consensus, & peccatum mortale, nec habet rationem peccati morosæ delectationis de quo loquimur. Vel secundò placet delectatio procedens de opere cogitato, sed tamen displicet operis consummatio, quia timet infamiam, & huiusmodi; & tunc est consensus semiplenus, & est plus, quàm peccatum morosæ delectationis, & est peccatum mortale, quia consentit de plano in illam delectationem, vt patebit articu. septimo. Vel tertiò habet se, vt vtrunque displiceat, scilicet interior delectatio, & operis consummatio, tunc aut aduertit periculum, aũt non. Si non aduertit, nec tamen repellit, peccat graui veniali, sed non mortaliter, & grauius, quàm si statim repulisset. Si autem aduertit periculum, & delectationem non repellit, sed mentem in talibus cogitationibus reuoluit finit, tunc est peccatum morosæ delectationis, & ex illa mora aduertentiæ rationis dicitur peccatum morosæ delectationis, & ex tali mora arguitur consensus interpretatiuus; quia homo aduertens periculum delectationis retentæ, & est negligens reprimere, discrimini se exponit, & propriam salutem contemnit; quia cum huiusmodi delectatio serpenti assimiletur, sequitur quòd sicut salutem corporalem negligit, qui serpentem iuxta se collocaret, sic qui voluntariè aduertenter in tali delectatione versatur voluntariè discrimini se exponit, & salutem suam negligit negligendo periculum repellere, ex negligentia igitur repellendi, arguitur consensus interpretatiuus. ¶ Nota quartò

quòd (sicut ar.præcedenti dictum fuit) peccatum mortale non attribuitur sensualitati, esto actus eius concurrat, sed rationi in cuius potestate est consensus voluntatis, & sic in proposito cum per illam immorationem aduertentiæ rationis arguatur (propter negligentiam rationis) consensus eius, ideo tale peccatum nō attribuitur sensualitati, sed ei a quo perfectam rōnem peccati habet, scilicet rationi. Quare (sicut patebit) illud peccatum attribuit rationi, sicut omissio attribuitur ei, cui debet attribui actus. Sicut ergo ratio debet statim repellere, cum aduertit se ad illicita trahi, & in periculo stare, ideo si non repellat dicitur peccare peccato morosæ delectationis, quod est peccatum omissionis, quo ad rationē. Intellectus igitur ex omnibus istis sequitur quæsiti, an peccatum, quod aliquis incurrit ex hoc, quòd aliquis in delectatione de se praua, & mala immoratur postq̄ aduertit periculum suum, & ipsum non repellit, imputetur ipsi rōni, ita quòd tale periculum repellere pertineat ad rationem, quòd si non repellat, dicat̄ homo per rationem peccasse peccato omissionis, sic videlicet, quòd ex illa omissione repulsæ arguatur ratio consensisse, & delectationem inordinatam iam in rōne peccati perfecti, & mortalis cōstituisse.

¶Nota aūt, ꝙ nunc non quæritur quale sit illud peccatum, an scilicet mortale, sed de hoc ar. sequenti. Sed nūc solū est dubiū, an tale peccatum sit rationis, & pertineat ad rationem propter eius negligentiam, & sit peccatum eius omissionis, ex quā omissione sequitur eius interpretatiuus consensus. Et de omnibus istis vide Doct. Sanct. in de Veri. materia 15.arti.4.vbi in argumento decimo, & in eius solutione omnia prædicta sub breuibus tangit. Arguit enim Doct. Sanct. sic. Idem iudicium videtur esse de consensu interpretatiuo, & expresso, sed consensus interpretatiuus nō videtur esse peccatum mortale, quia peccatum non transfert̄ in aliquam potentiam, nisi per actum illius potētiæ; interpretatiuus autem consensus non videtur aliquis rationis actus qui dicitur consentire, sed sola negligentia illicitos motus reprimendi; ergo consensus interpretatiuus in delectationem non est peccatum mortale; ergo nec similiter consensus expressus. Ecce argumentū, sequitur responsio. Ad decimum dicitur ꝙ anteq̄ delectationem ratio perpendat vel nocumentum, non habet interpretatiuum consensum, ēt si rō non resistat. Sed qñ iam percipit rō de delectatione insurgente, & de nocumento consequente, vtpote cum ꝓcipit homo se totaliter per delectationem in peccatum inclinari, & in ꝓceps ruere, nisi expresse resistat, vī consentire, & tunc peccatum ad rationem transfertur per actum eius; quia agere, & non agere, cum quis agere debet, ad genus actus reducuntur secundū ꝙ peccatum omissionis ad peccatum actus reducitur, hæc ille, ibi in forma, quæ si quis ponderauerit, videbit prædicta ex ipsis haberi.

¶Nota autem, quòd ex negligentia rationis reducitur peccatū morosæ delectationis in ipsam tanquàm consentientem, quare cum peccatum sensualitatis attribuitur ei, quod in ipsum consentit; igitur peccatum morosæ delectationis sibi attribuitur. His notatis videndum est de articulo, qui ex dictis facile intelligitur.

* Art.5. huius quæst.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut iam dictum est,* peccatum contingit esse in ratione, quandoque quidem inquantum est directiua humanorum actuum. Manifestum est autem, quòd ratio non solùm est directiua exteriorum actuum, sed etiam interiorum passionum. ——

Conclusio

¶Doct. Sanct. ponit conclusionem responsuam in fine talem. Secundum hoc (idest ratione negligentiæ non repellendi ex qua morosa delectatio transfertur ad rationem tanquàm in interpretatiuè consentientem) peccatum delectationis morosæ dicitur esse in ratione. Quæ verba nota, quia non dicitur, quòd peccatum morosæ delectationis sit subiectiuè in ratione, sed dicitur secundùm hoc. i. eo peccato quo modo attribuitur, & imputatur agere debenti, attribuitur delectatio morosa quātum ad formale, quod facit ipsam morosam esse in ratione, scilicet quasi priuatiuè, eo modo quo negligentia, & priuatio est in aliquo; ipsa autem delectatio appetitus sensitiui, vel complacentia voluntatis super ista delectatione non est in ratione, sed illa morositas, & interpretatiuus consensus &c. Illam conclusionem probat sic. Quando deficit ratio in directione interiorum passionum, dicitur esse peccatū in ratione (siue scilicet deficiat positiuè malè dirigendo per deliberationem malam, siue priuatiuè, non cohibēdo ab illicitis) sed peccatum morosæ delectationis dr̄, & est, quia non deficit in directione interiorum passionum (.s. priuatiuè, nō cohibendo eas cū posset, & deberet) igitur peccatum morosæ &c. Illius rōnis D.S. ponit primò, & probat maiorem. Secundò minorem cum cōclusione, ibi. Deficit &c. Maiorem primò probat ratione, secundò ponit ipsam eam confirmando similitudine, ibi. Et ideo quādo &c. Probatur ergo maior ratione sit quæ trahitur ex ar.5. Peccatum contingit esse in ratione quandoque quidem (id est vno modo dicto in ar.5.) inquantum est directiua humanorum actuum, sed ratio non solùm est directiua exteriorum actuum, sed etiam interiorum passionum: igitur sequitur maior, quòd si deficiat &c. Præmissæ illę patent ex dictis. Deinde cum dicit.

¶Et ideo, quando deficit ratio in directione interiorum passionum, dicitur esse peccatum in ratione, sicut etiam quando deficit in directione exteriorū actuū. ——

¶Ponit & confirmat maiorem pro conclusione similitudine proportionali sic. Quando ratio deficit in directione exteriorum actuum dicitur peccatum esse in ratione, igitur & quando deficit in directione passionum. Tenet consequentia, quia ita debet dirigere passiones, sicut actus exteriores; tū magis videtur hoc esse secunda pars maioris, quæ simul cum alia probatur ex p̄missis, quia minor assumit de vtriusq; .s. passionibus, & exterioribus actibus.

¶Deficit autem in directione passionum interiorū dupliciter. Vno modo, quando imperat illicitas passiones, sicut quando homo ex deliberatione prouocat sibi motum irę, vel concupiscentiæ. Alio modo, quando nō reprimit illicitum passionis motum, sicut cum aliquis postquàm deliberauit, quòd motus passionis insurgens est inordinatus, nihilominus circa ipsum immoratur, & ipsum non expellit, & secundùm hoc dicitur peccatum delectationis morosæ esse in ratione. ——

¶Hic D.S declarat minorem principalem pro qua notat distinctionem, ꝙ ratio deficit in directione passionum dupliciter. Vno mō positiuè, & peccato commissionis, quia imperat illicitas passiones per argumētationem ex̄m suggestionē passionis assumptā, qñ homo ex deliberatione prouocat, & ex sua rōnis motum irę vel concupiscentiæ, & talis defectus non est peccatum de quo est sermo. Alio mō deficit (.s. omissiuè) qñ non reprimit illicitū passionis motum, sicut cum aliquis postq̄ deliberauit, ꝙ motus passionis insurgēs est inordinatus, nihilominus circa ipsum immoratur, & ipsum non expellit; quia aūt, ꝙ quid est non pōt probari propriè de eo cuius est, sufficit minorem declarasse, & patet; qa in hoc consistit rō peccati morosæ delectationis. .s. ꝙ rō (vel magis homo ex̄m rōnem) non dirigit reprimendo illicitas passiones, sed cū periculoso sui, quod aduertit, immorat; igitur cōclusio vera, ꝙ peccatū morosæ delectationis formaliter, vt morosum est, attribuitur rationi tanquàm proximo principio volūtario, & motiuo indirectè, quia posset & deberet repellere, & non facit.

¶Nota aūt, ꝙ D.S. in ar. nihil loquitur de delectatione, & tamē de ipsa quæritur est. Sed dico, ꝙ cum loquitur de passionibus loquitur, & nr̄idet ēt de delectatione, qa delectatio appetitus sensitiui ēt est passio. Innuitur aūt vnum de quo San. Bonauentura ex intentione quærit, quia videlicet peccatum morosum non solùm est, cum aliquis per rōnē immoratur mō dicto in delectatione sensuali, & carnali, sed ēt quia immorat in quacunq; delectatione cuiuscunque passionis, circa quā immorari per rōnē vergit in periculum peccati mortalis, & hoc patebit ar. sequentibus; qa tū delectatio carnis p̄sertim solet intendere, & ad se multum trahere, iō loquunt̄ doctores cōsequenter de mora rōnis super delectatione carnali respectu delectabilis sensualis. Attamen & mora rationis .i. non repulsa per rōnē super delectatione, vel passione homicidij, & irę est peccatum morosæ cogitationis, ita ꝙ D. S. sub peccato morosæ delectationis cōprehendat peccatū quodcūque morosæ cogitationis sup quacunq; passione illicita, sic ꝙ peccatū morosæ delectationis intelligit approbatio rōnis, & implicitus consensus eius per moram prædictam, videlicet moram aduertentiæ cū non repulsa. Vnde D.S in 2.di.24.dicit. Sicut si in fornicatione quis consentiat in delectationem, quæ appetitum concupiscibilis respectu fornicationis sequitur, erit peccatū mortale, ita ēt & multo amplius si consentiat in delectationem, quæ appetitū irascibilis respectu homicidij sequitur, erit peccatū mortale, hæc ille. Ex quo patet, ꝙ non solū delectatio concupiscibilis respectu delectabilis, & obiecti concupiscibilis est obiectū cōsensus interpretatiuę, & morosæ cogitationis, sed & delectatio, q̄ est de obiecto irascibilis; immo ois passio illicita quā qs aduertit se trahere in periculū animæ quā non abijcit; & hoc habetur, & de se sequit ex ar. illo, qa ratio debet repellere omnem inordinatā passionē.

¶Nota autem quanta mora esse debeat, quæ arguat interpretatiuum consensum, & peccatum mortale non potest in particulari determinari, sed hoc est bonæ conscientiæ, & vnctionis, vt habet San. Bonauentura, sed in generali habes in D.S. ex de Veritate vbi supra & secundùm Bonauen. securius est tenere huiusmodi peccata morosa, & confiteri tanquàm mortalia, quàm venialia. Vide ipsum in 2.di.24. circa finem.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsiuum.

¶Nota pro intellectu huius argumenti, ꝙ ex̄m modū loquēdi Beat. Aug. qñ est consensus plenus .s. in opus, & delectationē operis interiorem sequentē cogitationē operis, tunc est peccatū mortale perfectum, & dr̄ comedisse mulier, & vir. .s. rō inferior, & superior, cuius est consentire in actum, sicut consentire in delectationem cogitationis est rationis inferioris, vt patebit artic. sequenti. Quando aūt est consensus in delectatione cogitationis de re cogitata, tunc mulier comedit. i. ratio inferior consensit, siue consentiat expresse in delectationem, siue interpretatiuè, & esto sola mulier

la mulier comederit, nihilominus est peccatum mortale, & imputatur viro, scilicet rationi superiori, quia eam compescere tenetur, & tamen non compescuit, quare & sibi imputatur in peccatum. Vnde vult argumentum in oppositum, quòd cōsensus in delectationem cogitationis, scilicet de re cogitata est mulieris, hoc est ratione inferioris; igitur peccatum morosę delectationis, vel cogitationis est in ratione, quia in ratione inferiori. Per serpentē autem Beat. August. intelligit sensualitatem, & illa adaptatio est eius in 12. de Tri. sed in libro contra manicheum serpentem attribuit sensui, mulierem concupiscentiæ, vel sensualitati, virum rationi &c.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd delectatio quidem est in vi appetitiua, sicut in proximo principio; sed in ratione est, sicut in primo motiuo secundū hoc, quod

* Ar.1 huius quæst. supra dictum est,* quòd actiones, quæ non transeunt in exteriorē materiā, sunt sicut in subiecto ī suis principijs.

¶Ad maiorem concedo, quòd delectatio importat motum appetitiuę virtutis, vt patuit supra q.31.ar.1. Sed dico, quòd illa delectatio est materiale in peccato instanti de quo loquimur. Formale autem est ipsius rationis, scilicet immoratio rationis, & implicitus consensus, & secundò, delectatio est in vi appetitiua, sicut in proximo subiecto, tamen est in ratione, sicut in primo motiuo, ꝙ videlicet eam imperare potest, vel in eā consentire expresse, vel interpretatiuè ex quo consensu accedente efficitur morosa, & ergo dictum fuit ar.1. quòd actiones immanentes sunt in suis principijs, sicut in subiecto, & sic cum ratio sit principium (scilicet cōpletiuum) & principium formalis in peccato morosæ cogitationis, ideo est in ratione, intellige quo ad hoc secundùm quòd ratio est eius principium, scilicet formale non materiale. Ad minorem, vera, vis appetitiua distinguitur a ratione, tamen actus appetitiuę est a ratione, sicut a principio motiuo; & actus appetitiuę attribuitur rationi tanquàm ei, quod potest ipsum prohibere, vel in ipsum consentire expresse, vel interpretatiuè; & secundò dico, quòd actus appetitiuę præsertim sensualis non constituit, nec habet rationem peccati maximè morosæ cogitationis, nisi per actū rationis. Quare negatur consequentia, quòd formaliter non sit rationis, licet materialiter sit appetitiuę. Nam dictum fuit, ꝙ q̄diu illa delectatio manet in appetitu sine ratione, non est peccatum morosum, quare oportet, quòd accedat actus rationis, scilicet aduertentia; & secundò oportet, quòd sit omissio actus repellē di, quæ complet peccatum morosum, vt patuit. D.S. igitur diligēter aduertendus est in ista solutione conformiter ad dicta in 1.ar ti. quia peccatum est in principio motiuo formaliter, ideſt quo ad formale, non autem quo ad materiale semper, loquendo de in esse subiectiuè.

¶Ad secundum dicendum, quòd ratio actum proprium illicitum habet circa proprium obiectum, sed directionem habet circa omnia obiecta inferiorum virtū, quæ per rationem dirigi possunt; & secundùm hoc etiā delectatio circa sensibilia obiecta pertinet ad rōnem. ——

¶Ad maiorē dico, ꝙ vera est de obiecto ꝓprio, & formali; ex illo enim cognoscitur actus. Sed dico, quòd non est aliquod obiectum proprium alicuius virtutis obedibilis rationi tanquàm attingentis formaliter, quin sit & ipsius rationis tanquàm dirigentis, esto præter hoc, ratio habeat proprium actum elicitum circa proprium obiectum, .s. cognitionem veri. Ad minorem concedo, ꝙ delectatio est circa sensibilia, sicut proprium obiectum, & tū rationis est dirigere illam delectationem, ēt circa sensibilia, quam si non dirigat reprimēdo imputatur ei, & attribuitur sibi tanq̄ negligenti, & per negligentiam consentienti. Negatur igitur cōsequentia, quòd non sit in ea formaliter, & imputatiuè. Esto actus sensualitatis, qui concurrit ad peccatum morosum non sit in ratione subiectiuè, sed talis non est peccatum morosum solus, vt patuit. Nota autem minorem, quia notanter, & bene dicit, scilicet ꝙ delectatio morosa non solùm est circa bona sensibilia, sed ēt rationis, hoc enim dictum est in cor. quia delectatio morosa etiam locum habet in peccatis spiritualibus, vt etiam tāgit Scotus in 2. distin.42. in secundo principali vbi dicit. Quando igitur voluntas imperat cogitationem alicuius illiciti, quæ vult quòd obiectum sit sibi præsens ad continuandum delectationem, & complacentiam in illo, si illud cogitatum sit illicitum in complacentia plena modo prædicto est peccatum mortale, & hoc non solū de carnalibus, vt cogitare luxuriam, sed etiam in actibus intellectus respectu aliorum obiectorum, vt imaginari, & morari cum delectatione in cogitatione mortis inimicorum; & sic patet, quòd cogitatio de obiecto illicito procedens ex complacentia voluntatis in illo post deliberationem, est peccatum mortale, hæc ille, & bene quo ad propositum, scilicet quòd delectatio morosa, vel cogitatio morosa habet locum non solùm in carnalibus peccatis, sed etiam in spiritualibus. Verum quo ad hoc, quòd innuit cogitationem debere esse imperatam, si intelligit in peccato morosæ cogitationis, non videtur bene dicere, quia iuxta Doct. Sanct. in ar. est alia species peccati rationis cum passionem imperat, nec est delectatio morosa cum assit expressus consensus, sed tunc est morosa cum motus illicitus, qui non est imperatus a ratione non reprimitur ex qua non repressione, arguitur consensus solùm interpretatiuus.

Scotus.

¶Nota autem, quia dicit Scotus morosæ cogitationis peccatum esse mortale, & in hoc etiam concordat, vt patebit articu. octauo &c.

¶Nota autem circa iam dicta, quòd cum dicimus peccatū morosæ delectationis non oportet semper esse delectationem sensibilem, & passionem; quia iam dictum est, quòd illud peccatum habeat locum etiam in peccatis spiritualibus; & ideo dato, quòd vis concupiscibilis non delectaretur, nec de obiecto proprio, nec de obiecto irascibilis, sed esset sola complacentia voluntatis, & gaudium interius, de re tamen illicita cogitata spirituali, nihilominus esset peccatum de quo loquimur, cum ratio aduerteret complacentiam voluntatis, nec abigeret cogitationem illam simul cū complacentia, immo & videtur semper oportere concurrere cōplacentiam voluntatis cum delectatione appetitus sensitiui, ita quòd ex illa complacentia voluntatis, & immoratione rationis arguatur consensus. Peccatum enim de quo loquimur est mortale, quod non committit sine accessu voluntatis, & rationis implicite saltem consentientium. Vnde Doct. Sanct. in 2. distin. 24. q. vltima, ar. 4. dicit, delectatio inferioris rationis nihil aliud est, q̄ cōplacentia voluntatis in eo, quod apprehenditur conueniens per rationē inferiorem. Hæc autem delectatio, vt in litera dicitur si statim, vt mentem attigerit auctoritate viri repellatur, veniale est, hoc autem contingit, quando talis complacentia sequitur subitam rationis apprehensionem; si verò diu teneatur mortale peccatum est. Hęc autem diuturnitas non ex quantitate temporis iudicanda est, sed magis ex deliberatione rationis; si enim post deliberationem rationis inferioris adhuc illa delectatio placeat, morosa delectatio dicetur, & tunc erit in delectationem consensus, & tunc mortale peccatum est, vt magister dicit, & verba sonare videntur; hæc ille; & tamen nota, quòd licet possit illa complacentia sola concurrere, vt in peccato de re spirituali, & in materiali, tamen & delectatio sensibilis reprimēda est, vt patuit in cor. quare morosa delectatio extenditur, & ad complacentiam voluntatis quandoque solam, & ad complacentiam voluntatis simul cū delectatione sensibili.

¶Nota circa solutionem, quia dicit D.S. quòd ratio habet actū proprium circa obiectum suum proprium, & habet vnum actū, scilicet directionem aliarum virium.

¶Nota inq̄, quia cum rō deficit in dirigēdo alias vires, & actus rōnis, est peccatū, qa est regula proxima prauę electionis; vel negligens reprimere inordinatā passionē cū aduerterit, tunc actus intellectus, vel exercitus, & cōmissus, vel neglectus, & omissus, & actus appetitus hāt rōnē vnius culpæ, & nō duarū. Quare dixit in solutione primi, ꝙ in peccato morosо actus appetitus se hēret materialiter, & actus rōnis omissus formaliter cōpletiuè. Sed quādo actus rōnis est defectuosus ex̄m se, & circa propriū obiectū, qui videlicet non est directiuus alicuius affectionis, vel electionis, sed speculatiuus, sicut actus infidelitatis, & error circa veritates vniuersales quas qs tenet scire, & pōt; tunc talis actus est spāle peccatum ex̄m se (.i. solitariè acceptus) dato ꝙ nullus actus voluntatis cō comitet, vel sequatur. Esto enim intellectus ēt dirigat actus appetitus sub rōne veri, qa tū illud verum ordinat ad opus, iō intellectus dr̄ dirigere appetitum distinctè contra cognoscere verum, & vī ꝙ possit insurgere talis inordinatus actus speculatiuus sine imperio voluntatis, & aliqs immorando, & non reprimendo potest esse peccatū ēt mortale sine omni actu voluntatis exercito, tamē pp negligentiam repressionis, q̄ fuit in ptāte voluntatis. Vī enim ꝙ cū intellectus ad actū primū simplr̄, vel in aliquo gñe non moueat a voluntate, ꝙ talem actū continuando cū negligētia rēpḥēsionis, peccet, cū aduertere possit, vel magis mouere intellectum, vt aduertat actum illicitū; si aūt talis actus intellectus est imperatus, tunc actus voluntatis cum actu intellectus constituit vnū peccatum iuxta supra dicta q.17.art.4. Vide de istis Capreolum in 2. di.39. in princ. solutionum; & aliqua horum notantur implicitè in principio huius solutionis, vbi D.S. innuit duplicem actum rationis inordinatum, sicut & fecit expressius ar.5. præcedenti.

Capreolus.

¶Ad tertium dicendum, quòd delectatio dicitur morosa non ex mora temporis, sed ex eo, quòd ratio deliberans circa eam immoratur, nec tamē eam repellit tenēs, & voluens libenter, quæ statim, vt attigerunt animū respui debuerunt, vt August. dicit 12. de Trin.* ——

* August. de 12. tom. 3.

¶Ad maiorē, negat in ꝓposito, sed ex immoratione rōnis dr̄ delectatio morosa, quia videlicet rō immorat cōplacentiæ voluntatis, vel delectationi appetitus sensitiui attēto periculo aīę, & qa voluit, & tenet, qđ statim cū mētē attigisset (.i. cū ꝓcipisset, & aduertisset illiciteū) statim dubuisset repulisse. Vñ dictū fuit in prin. ar. ꝙ si ēt imaginatio, & sensualitas multo tpe añ aduertentiā rationis immoratę essent, nō esset morosa delectatio, vel cogitatio. Quare maior est falsa ī ꝓposito. Vñ dr̄ scdò, ꝙ aliqd ī tpalibus dr̄

morosum propter diuturnitatem temporis, sed non dicitur peccatum morosum propter diuturnitatem temporis, sed propter immorationem rationis, & eam ex qua sequitur consensus interpretatiuus; quæ aũt sit ista immoratio, & quam longa non põt in particulari exprimi, vt patuit. Tertiò potest dici ad maiorem, quòd ēt in rebus vniuersaliter intellecta est falsa, quia morosum dr a mora, quæ non necessariò est tempus. Vnde ponimus moram in Angelis vbi non habet locum tempus saltem propriè dictum. Dico quarto, ꝙ potest aliquid durare sine tempore successiuo, sicut patet de nunc stante, & nunc temporis discreti, & ita potest durare aduertentia rationis sine successione saltē intrancа, quæ sit in ratione, cuius actus secundùm se est supra tempus propriè dictum. Quod autem duratio sit in plus, q̃ tempus, & non necessariò hēat

Capreolus. distensionem, vide Capreolum in 1.di.9.ar.2.in solutionibus argumentorum, & de hoc videbitur Deo volente 1.par.q.10. Ad minorem, verũ est quod dicitur, sed dico, ꝙ diuturnitas (.i. immoratio rationis in aduertentia illiciti) facit actum pertinere, & transfert ad aliam potentiam, s. rationem per actũ ipsius rationis, quæ immorando, & non repellendo, illicitum habet actum. s. aduertētiã, & omittit actum debitum s. repellere, ratione cuius peccatũ trãsfertur in ipsam tanquàm in consentientem, & approbantem, vt patuit ex D.S. allegato ex de Veritate. Quare negatur consequentia, vide infra q.88.artic.5.ad primum, quomodo diuturnitas non trahat in aliam speciem.

Vtrum peccatum consensus in actum sit in superiori ratione, sicut in subiecto.

K Supra q.15. ar.4.& inf præsenti q. arti.8. ad 1. Et 2.di. 24. q.3.art.1.& 4. Et Verit. q.15 artic. 3.& 5. Et Mal.qõ.15. art.2.ad 9. *q.15 ar.1. * Aug. c.7. tom.3.

AD septimum sic proceditur. Videtur quòd peccatum consensus in actum non sit in ratione superiori. Consentire enim est actus appetitiuę virtutis, vt supra habitum est, *sed ratio est vis apprehensiua; ergo peccatum consensus in actum non est in ratione superiori.

¶ 2 Præt. Ratio superior intendit rationibus æternis inspiciendis, & consulendis, vt Augus. dicit in 12.de Tri. *sed quandoque consentitur in actum non cõsultis rationibus æternis, non enim semper homo cogitat de rebus diuinis, quando consentit in aliquem actum; ergo peccatum consensus in actum non semper est in ratione superiori.

¶ 3 Præte. Sicut per rationes æternas potest homo regulare actus exteriores, ita etiam interiores delectationes, vel alias passiones; sed consensus in delectationẽ absque hoc, quòd opere statuatur implendum, est rationis inferioris, vt dicit Augus. 12. de Trini. * ergo etiam

* Aug.cap. 12. tom 3. consensus in actum peccati debet interdum attribui rationi inferiori.

¶ 4 Præt. Sicut ratio superior excedit inferiorem, ita rõ excedit vim imaginatiuam, sed quandoq; procedit homo in actum per apprehensionem virtutis imaginatiuę absque omni deliberatione rationis; sicut cum aliquis ex impręmeditato mouet manum, aut pedem; ergo etiam quandoque potest ratio inferior consentire in actum peccati absque ratione superiori.

* Aug.cap. 12. tom.3. ¶ Sed contra est, quod Aug.dicit 12.de Tri.* Si in cõ sensione malè vtendi rebus, quæ per sensum corporis sentiuntur, ita decernitur quodcunque peccatum, vt si potestas sit etiam corpore compleatur, intelligenda est mulier cibum illicitum viro dedisse, per quem superior ratio significatur; ergo ad rationem superiorem pertinet consentire in actum peccati.

¶Hic D.S. mouet aliud dubiũ circa peccatũ in ratione, & orit propter modum dicendi beati Aug. qui peccatum, quod consistit in consensu in actũ attribuit rõni superiori, & viro, consensum aũt in delectationem rei cogitatę attribuit mulieri. i. rõni inferiori. Quærit igitur D.S. an peccatum consensus &c. Pro cuius quæsiti intellectu pariter, & sequentiũ, oportet aliqua prænotare, primò supponendo ex prima par.q.79.ar.9. quid nois rõnis superioris, & inferioris, ꝙa ẽm rẽ sunt idẽ, quod intellectus possibilis, sed distinguunt per officia, & actus; nã superior rõ intendit æternis, & Diuinis concupiscendis, & consulendis. rõ verò inferior tpalibus, vt ibidem patet. Q ñ igitur aliquis consentit in aliqd, ꝙa cõforme legi Diuinæ, & præceptis Diuinis, vel legi æternæ, tunc dr cõsentire ẽm rõnẽ superiorem, vel ēt, qñ non cohibet peccatũ, & aduertit, vel dēret aduertere, ꝙa est cõtra Deũ, cõtra salutẽ suã, tũc attribuit rõni superiori. Si verò consensus sequit deliberationẽ, q̃ concludit consentiendum pr rõnes inferiores, & tẽporales, quia videlicet est contra honorem mundanũ, vel quia nociuũ tẽporaliter, & hmõi, tunc est consensus rõnis inferioris, sicut econtra, qñ sequitur deliberationem, quæ procedit ex Diuino motiuo, & supernaturali, tunc est consensus rationis superioris.

¶Nota secundò ex D.S. in de Veri. ma. 15. artic. 3. vt tactum fuit supra ar.4. ꝙ actus appetitiuę rationalis attribuitur suo principio directiuo. s. rationi, non quidem essentialiter, & elicitiuè, sed consequenter, & directiuè, sic ergo consensus qui est essentialiter, & elicitiuè voluntatis dr esse illius rõnis, cuius directionem, & deliberationẽ exercitã, vel exerceri debitã cõsequitur; vt. s. rõ iudicat aliqd acceptandũ per voluntatẽ, vt iudiciũ & snĩam trahit ex motiuo Diuino, & supernaturali, tunc consensus dr rationis superioris. Si aũt iudicat consentiendũ, & esse faciendũ propter causam, vel motiuum temporale, dicitur consensus rationis inferioris.

¶Nota tertiò, ꝙ qñ quæritur, an peccatum consensus in actum sit in rõne superiori, non quæritur de peccato, quod consistit in actu rõnis in ordine ad proprium obiectũ, sed vt est directiua voluntatis, & inquantum motus appetitiuę virtutis (.s. voluntatis) rationi attribuitur. ita ꝙ sententia rationis expressa, vel interpretatiua, & consensus sequens, habent rõnem vnius peccati; & ta sententia, & iudicium, quàm consensus voluntatis, dicuntur esse peccata rõnis, non ẽm proprium actum respectu diuinorum in se cõsiderandorum, sed vt dictum est, vt est directiua voluntatis, & circa diuina consulenda. Quærere igitur, an peccatum consensus sit in rõne superiori, est quærere, an peccatum, quod est consensus in actum peccati attribuatur & conueniat voluntati elicitiuè secũdũ ꝙ dirigitur, vel dirigi debet a rõne superiori, & hoc est qtere, an voluntas nunq̃ consentiat in actum peccati, quin idem peccatum sit rõnis superioris tanq̃ malè dirigentis, quia videlicet nõ prohibet, & excludit illum consensum, vel actu deliberando, & sic contemnendo, expresse, imperat consensum, vel quia deberet deliberare, & impedire, quod non facit, & sic contemnit interpretatiuè, & stat summa in hoc, quia nũquàm debet homo agere, nisi prius deliberauerit, an actus ipse sit secundùm Deum, & supremam regulam, & ergo rationi superiori attribuitur actus, vel vt imperanti, vel vt negligenti.

¶Nota quartò, ꝙ sententia rationis, quæ & iudicium vocatur, & consensus voluntatis, & complacentia habentur tanquàm vna sententia completa; ita quòd consensus est vltimum sententiæ, & habet se propinquissimè ad opus faciendum, & ergo in isto arti. sub sententia finali comprehenditur vtrunq;, & vtriq; attribuitur rationi modo dicto, vnum vt elicitum, aliud vt directũ, & imperatum. His notatis videndum est de articulo.

¶Respondeo dicendum, quòd consensus importat iudicium quoddã de eo in quod consentitur; sicut enim ratio speculatiua iudicat, & sententiat de rebus intelligibilibus, ita ratio practica iudicat, & sententiat de agendis.

¶In hoc corpore D.S. primò ponit vnum præsuppositũ ex supra dictis, ex quo suppositio secundò rndet ad quæsitum vna conclusione tripartita, & eã probat, ibi. Est aũt cõsiderandum &c. Circa primum, supponitur ex q.15.art.3. ꝙ consensus importat iudicium quoddam (.i. consequitur iudiciũ intellectus tanq̃ terminus eius, & dr ēt iudicium extrinsecũ intellectus, vt patuit sup.q.15. ar.3.) de eo in quod consentitur, & declarat illud suppositũ a simili de rõne speculatiua, quia sicut rõ speculatiua sententiat, & iudicat de intelligibilibus, ita rõ practica de agendis; & ergo consensus est snĩa, & iudicium, quia est terminus extrinsecus pertinẽs ad completam sententiam; non enim est completa sententia in agibilibus, nisi & voluntas consentiat dictamini rationis practicæ.

¶ Est autem considerandum, quòd in omni iudicio vltima sententia pertinet ad supremum iudicatorium, sicut videmus in speculatiuis, quòd vltima sententia de aliqua propositione datur per resolutionem ad prima principia; quandiu enim remanet aliquod principium altius, adhuc per ipsum potest examinari id de quo quęritur; vnde adhuc est suspensum iudicium, quasi nondũ data finali sententia.

Conclusio ¶ Supposito stante, hic consequenter D.S. respondet ad quæstum tali conclusione tripartita. Ad rationem superiorem propriè pertinet consensus in actum. Ad rõnem verò inferiorem pertinet directè consensus in delectationem, quamuis & ad superiorẽ pertinere possit. Huius conclusionis primò probat primas duas partes simul. Secundò tertiam præmittens ipsam conclusionem, ibi. Et ió ad rõnem &c. Circa primũ arguitur sic, pro duabus primis partibus conclusionis. In omni iudicio vltima sententia pertinet ad supremũ iudicatorium, sed consensus in actum est vltima sententia, & ratio superior supremum iudicatorium. consensus autem in delectatione est præambula sententia, & ratio inferior iudex inferior; igitur sequuntur duæ primæ partes conclusionis. Illius rõnis primò ponit, & probat maiorẽ, secũdò minorẽ, ibi. Manifestũ est aũt &c. Maior ergo patet, ꝙa videmus in speculatiuis vltimã sententiam

sententiam non dari, vsque dum resoluatur in prima principia. Quandiu enim manet principiũ altius, adhuc per ipsum potest propositio examinari, & suspenditur iudicium finale, sic videmus clarè in propositionibus problematicis, ꝙ non est finalis sententia, sed manet fluctuatio in opinionibus, quia non habetur euidẽs resolutio in prima principia; sic quando non est determinatio ecclesiæ, vel scripturæ sacræ potest esse res opinabilis; similiter ergo est in agibilibus, ꝙ non datur finalis sententia, nisi perueniatur ad supremum iudicatorium, & per consequens maior vniuersaliter assumpta est vniuersaliter vera.

¶ Nota, ꝙ altissimum principium in moralibus, secundùm D.S. in de Veri. est vltimus finis, qui pertinet ad rationem superiorem, & tunc ergo ratio vltimã sententiam dabit, quando procedit ex vltimo fine, &c. Deinde cum dicit.

¶Manifestum est autem, quòd actus humani regulari possunt ex regula rationis humanæ, quæ sumitur in rebus creatis, quas naturaliter homo cognoscit; & vlterius ex regula legis Diuinæ, vt sup. dictum est. * Vnde *q.19.ar.4. cum regula legis Diuinæ sit superior, consequens est vt vltima sententia per quam iudicium finaliter terminatur, pertineat ad rationem superiorem, quæ intendit rationibus æternis; cum autem de pluribus occurrit iudicandum, finale iudicium est de eo, quod vltimò occurrit; in actibus autem humanis vltimò occurrit ipse actus; præambulum autem est ipsa delectatio, quæ inducit ad actum.

¶Minor probatur, primò quo ad secundam, & quartam partes (.s. ꝙ ratio superior sit supremum iudicatorium; ratio autem inferior iudicatorium inferius. Et arguitur sic, ratio superior intendit rationibus æternis, & regulat actus humanos secundùm regulam Diuinam; ratio autem inferior intendit regulæ rationis humanę, & secundùm eam regulat actus humanos; sed regula Diuina, & iudicatorium secundùm rationes æternas altius est, quàm iudicatorium secundùm regulas rationis humanæ, & per res creatas, quas homo naturaliter cognoscit; ergo minor vera, quo ad illas duas partes. Maior ista supponit actum humanum regulari per rationem humanam, & legem Diuinam, quod suppositum patuit sup.q.19.ar.4. Minor ista de se nota est, arguitur etiam pro prima, & tertia partibus minoris principalis, quòd consensus in actum sit finalis, & vltima sententia; consensus autem in delectationẽ sit præambula, sic. Quandocũq; de pluribus occurrit iudicandum, finale iudicium est de eo, quod vltimò occurrit, (supple, & finalis sententia est vltimi agendi, ad quod alia ordinantur, ita ꝙ sit vltimũ, & principale) sed in actibus humanis vltimò occurrit (.s. & tanquam principalius) ipse actus; præambula autem est ipsa delectatio; ergo minor vera quo ad istas partes. Maior illa patet extra literam, quia secundùm ordinem iudicandorum est ordo iudiciorum; illud ergo quod primum occurrit, & inferius, primò iudicatur, & ab inferiori, &c.

¶Circa minorem nota, & repete dicta superius q.15.artic.4. ad primum. quia intelligitur de delectatione, quæ sequitur cogitationem actus faciendi, & non intelligitur de delectatione operis. Et dictum est ibidem, ꝙ cogitatio cum delectatione se sequenti, ordinatur ex natura ad opus, & actum, tanquam imperfectum ad perfectum, & ratione eius habet illa cogitatio delectabilitatem. His notatis probatur minor, quia sequens cogitationem actus, & ordinatum ad actum est prius, & prius occurrit, quàm actus ipse, vt exercitus, & est quoddam inferius ipso; sed delectatio in quam consentit ratio inferior, sequitur cogitationem operis, vel actus, & est quoddam ordinatum in ipsum, ergo &c. Maior patet, quia prius est cogitatio operis, & sequens cogitationem, quàm opus, vel actus, cum in actibus humanis nihil fiat nisi præcogitatum. Et ergo statim vt ratio inferior aduertit delectationem, quę sequitur ex cogitatione secundùm rationes temporales, si ratio superior non resistat, consentit, & iudicat eam bonam, &c.

¶ Et ideo ad rationem superiorem propriè pertinet consensus in actum; ad rationem verò inferiorem, quæ habet inferius iudicium, pertinet iudicium præambulum, quod est de delectatione, quamuis etiam & de delectatione superior ratio iudicare possit, quia quicquid iudicio subditur inferioris, subditur etiam iudicio superioris, sed non conuertitur.

¶ Hic consequenter D.S. annectit conclusionem responsiuam superius positam, & probat ipsius tertiam partem. ſ.ꝙ iudicare, & consentire in delectationem etiam possit pertinere ad rationem superiorem, & arguitur sic pro ista parte, Quicquid subditur iudicio inferioris, subditur, & iudicio superioris, sed non conuertitur; sed consensus in delectationem (.s. cogitationis) subditur iudicio rationis inferioris, quæ est inferior iudex; ergo & ad superiorem pertinere potest.

¶ Nota autem, ꝙ ista pars magis explicabitur per solutiones argumentorum, quia si post deliberationem rationis inferioris superior non resistat, vel cum considerat rationes æternas, vel cũ non actu considerat, sed omittit, imputatur sibi; sed quia immediatè ratio inferior iudicat per rationes temporales, & ea, quæ sunt præambula ad actum (quæ prouenium ex sensualitate) sunt his rationibus proportionata; ideo sibi directè attribuitur iudicium de talibus, quæ tamen etiam de primò occurrentibus, & delectabilibus non dicitur ferre sententiam consentiendo deliberatè, nisi regulata per rationem superiorem; consentit ergo in delectationem etiam ratio inferior, sed non sine superiori.

¶Nota de his D.S. in 2.dist.24.q.3.vbi dicit ad quartum, ꝙ ratio superior non habet motum circa res temporales, nisi deducendo ad eas per modum consilij rationes æternas, & ideo non se habet, nisi vt deliberãs de eis. Et ideo sibi delectatio in his rebus nõ attribuitur, quæ nominat quandam complacentiam non deliberatam, sed tantùm consensus, qui delectationem consequitur. Hęc ille. & in cor. ponit duplicem apprehensionem rationis inferioris. Vnam simplicem & absolutam, quando sine discussione iudicat, & talem sequitur voluntas non deliberata. Alia est apprehensio inquisitiua, & talem sequitur voluntas deliberata. Et ratio inferior vtroque modo motum voluntatis elicere potest; vel quando subitò apprehendit hoc esse conueniens corpori, & tunc sequitur motus rationis inferioris, qui dicitur delectatio; vel quando inquirendo deliberat, & tunc sequitur consensus in delectationem. Vide & ad quintum, vbi patet, ꝙ delectatio attribuitur inferiori rationi dupliciter. Vno modo, quia sine deliberatione, & subitò, quandoque complacet sibi in huiusmodi delectationibus, ratio superior autem nunquam subitò apprehendit, ideo proximum iudicatorium, & immediatum est ratio inferior antequam superior iudicet. Sed hic D.S. non facit mentionem de illo modo iudicandi. s. subito, sed ideo attribuit sensualitati consensum in delectationem, etiam post deliberationem, quia ratio inferior iudicat de delectatione, quam offert sensualitas ex rationibus temporalibus, quia ratio inferior habet huiusmodi dispositionibus præambulis insistere, & eas reprimere, quia sunt contra rationem humanam, & huiusmodi, &c. & videtur D.S. hic magis solidè loqui, &c.

¶Nota D.S. in de Veri. sup. ar.3. delectatio in actum attribuitur rationi superiori, quæ vltimum finem respicit; sed delectatio, siue delectationis placentia, siue consensus attribuitur ab Augustino rationi inferiori; quando igitur aliquis peccat in actum malum consentiendo, est peccatum in ratione superiori, quãdo verò per solam delectationem cum aliqua deliberatione, dicitur esse peccatum in inferiori parte, propter hoc ꝙ huiusmodi ratio inferioribus dispositionibus immediatè insistit. Et puto, ꝙ D.S. per complacentiam sequentem subitam apprehẽsionem, intelligat idem quod Magister in 2.distin.24.post Augustinum intelligit per gustare mulieris, & non comedere. s. apprehendere delectationem, & tamen non consentire, nec expresse, nec interpretatiuè per immorationem, &c.

¶Et confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd consentire est actus appetitiuæ virtutis non absolutè, sed consequens ad actum rationis deliberantis, & iudicantis, vt sup. dictum est; * in hoc enim terminatur consensus, quia vo- *q.15.ar.3. luntas tendit in id, quod est iam ratione iudicatũ, vnde consensus potest attribui & voluntati, & rationi.

¶Ad maiorem dico, ꝙ consentire est actus appetitiuæ virtutis elicitiuè, & immediatè; consequitur tamen ad actum rationis, & est in potestate rationis. Et secundò est actus appetitiuæ, non secundùm se, sed in ordine ad actum rationis deliberantis, & iudicantis, ita ꝙ est terminus extrinsecus consilij rationis. Et dico tertiò, ꝙ actus appetitiuæ rationalis attribuitur ipsi rationi tãquam suo principio per se directiuo, vt patuit ex de Veritate. Vnde sicut electio dicitur esse rationis. s. consequenter, quia est terminus extrinsecus iudicij, & consilij rationis, & immediatè iudiciũ perfectum, & præceptum rationis consequitur; nam plerunque electio, & consensus idem sunt secundùm rem, vt patuit sup.q.15.artic.3. ad tertium. vnde dicit D.S. pri. par. vbi iam, iudicium est quasi conclusio, & determinatio consilij. Determinatur autem consilium, primò quidem per sententiam rationis, & secundò per acceptionem appetitus. Vnde dicit Philosoph. 3. Ethic. ꝙ ex consiliari iudicantes desideramus secundum consilium, & hoc modo ipsa electio dicitur quoddam iudicium, à quo nominatur liberum arbitrium, hæc ille. Vbi patet, ꝙ electio, & similiter consensus sunt terminus rationis practicæ.

¶Ad minorem conceditur, ꝙ ratio est vis apprehensiua; sed dico, ꝙ consensus est eius tanquam dirigentis, & ad cuius actum consequitur, & est in eius potestate; quare si consequens intelligitur, ꝙ consensus non sit in ratione superiori, sicut in immediato subiecto, conceditur. Si autem intelligitur, ꝙ non sit eius, sicut cuius actum, & deliberationem consequitur, & quæ semper præsupponit

supponit positiuè, vel priuatiuè, negatur; nàm non debet esse consensus in actum, nisi consultis rationibus superioribus.

¶Nota D. S. in solutione, quia consensus terminatur in acceptione voluntatis, cum acceptat id, quod iudicatum est per rationem, & ita consensus requirit iudicium rationis antecedenter; sed essentialiter consistit in tendentia affectionali, & acceptatione eius, quod iudicatum est. Et nota verbum, quod sup. quæst. 15. dictum fuit, quòd consensus est rationis, secundùm quòd ratio complectitur voluntatem, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex hoc ipso, quòd ratio superior non dirigit actus humanos secundùm legem Diuinam impediens actum peccati, dicitur ipsa consentire, siue cogitet de lege æterna, siue non; cum enim cogitat de lege Dei, actu eam contemnit; cum verò non cogitat, eam negligit per modum omissionis cuiusdam. Vnde omnibus modis consensus in actu peccati procedit ex superiori ratione, quia vt Aug. dicit 12. de trini.* non potest peccatum efficaciter perpetrandum mente decerni, nisi illa mentis intentio penes quã summa potestas est membra in opus mouendi, vel ab opere cohibendi malè actioni cedat, aut seruiat.

*Aug. loco citato in arg. cap. 12. to. 3.

¶Maior vera, & dico, q̃ potest quandoq; actualiter cogitare de rationibus æternis, & tamen permittere peccatum; quandoq; autem permittit peccatum, & non cogitat, sed tamen deberet cogitare, & imputatur sibi propter negligentiam peccatum, quod per rationes æternas considerandas non cohibet.

¶Ad minorem, quandoq; consentitur in actum non consultis rationibus æternis, verum est, tamen debuisset considerasse, & cõsiderando prohibuisse actum peccati, & impediuisse consensum. Quando autem aliquid debet alterum impedire, & non impedit, attribuitur sibi tanquam ab eo existens; & ergo eo ipso, quo ratio superior non considerat rationes æternas, quas deberent consulere, imputatur sibi consensus in actum, tanquam ab ea existens indirectè, sicut dictum fuit de ratione inferiori, art. 6. q̃ dum non repellit delectationem, sed immoratur, dicitur in eam consensisse; ita cum ratio superior non repellit, & non impedit consensum per rationes superiores, quem deberet impedire, attribuitur sibi consensus in actum, quem ipse debet dirigere secundùm legem Diuinam. Si enim cogitat, & aduertit, quia est contra legem Diuinam, & nihilominus consentit, expresè contemnit legem. Si verò non cogitat, tunc negligit dirigere secundùm legem, quod tamen deberet; vnde quia tacet, & non prohibet, tanquam consentiens habetur.

¶Nota autem verba auctoritatis B. August. Non potest peccatum efficaciter perpetrandum mente discerni (quod scilicet fit per consensum) nisi illa mentis intentio penes quam summa potestas est (i. ratio superior) membra in opus mouendi, vel ab opere cohibendi mali actioni cedat (i. dissimulando, & non cohibendo, & dum cohibere potest, & debet) aut seruiat actualiter, contempta Diuina lege actum illicitum imperando. Ex qua auctoritate habetur, quòd non fit executio actus, nisi superior ratio, aut imperet, aut negligat.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio superior per considerationem legis æternæ, sicut potest dirigere, vel cohibere actum exteriorem, ita etiam delectationem interiorem; sed tamen antequam ad iudicium superioris rationis deueniatur, statim vt sensualitas proponit delectationem, inferior ratio per rationes temporales deliberans, quandoq; huiusmodi delectationem acceptat, & tunc cõsensus in delectationem pertinet ad inferiorem rationem. Si verò etiam consideratis rationibus æternis, homo in eodem consensu perseueret, iam talis consensus ad superiorem rationem pertinebit.

¶Ad maiorem dico, q̃ non est omnino simile, cõcedo quidem, q̃ per rationes æternas potest regulare vtrũque; sed tamen in delectationes, & passiones ratio inferior quandoque statim ad oblationem imaginationis, & sensualitatis, secundùm rationes temporales deliberans consentire potest; rationis autem inferioris non est consentire in actum, quia ipsa tanquam inferior iudex accepta prim ò oblata, inter quæ est delectatio cogitationis. Ratio autem superior, quæ non iudicat, nisi per supremam regulam, iudicat de vltimo principali, & finali, quãuis & de delectatione cogitationis iudicare possit; quia si consideratis rationibus æternis, vel habito tempore considerandi hominem immorari patiatur, pertinebit ad eam consensus in delectationem cogitationis.

¶Ad minorem dico, q̃ verum est, sed non solius rationis inferioris, potest enim etiam esse superioris ratio primi (i. quare possit esse inferioris immediatè, & propinquè consensus in delectationem) quia cum delectatio sit aliquod infimum, & temporale, ideo temporalis iudex, qui iudicat per temporales regulas, statim habet complacentiam; nam secundùm illas regulas delectatio habetur bona, quia delectabilis corpori, & grata sensualitati; ideo ratio inferior, nisi cohibeatur, statim complacet, vel consentit, quæ tamen complacentia, vel qui consensus non est plenus, nec constituit mortale, nisi sit aliquo modo rationis superioris saltem interpretatiuè, & indirectè. Sed quia quod conuenit temporali, & inferiori iudici, & secundùm rationes, & motiua temporalia, q̃nq; non videtur bonum iudici spirituali, & secundũ legem Diuinam iudicanti, ideo ratio superior quandoq; inferius iudicium impedit, & repellit. Ratio secundi, quia ille, qui debet spiritualiter iudicare, seducitur, & contemnit legem spiritualem, vel negligit inferiorem temporalem impedire, ideo & sibi attribuitur consensus in talem rem temporalem. i. delectationem; & hoc tangitur in solutione sequentis. Vltra, ergo etiam, &c. negatur consequentia, quia consensus in delectationem est præambulum & inferius iudicium, & per regulas temporales, ideo inferiori, & temporali iudici competere potest; sed vltimum, & finale nullo modo. Iudicium autem de actu fiendo est vltimum, ideo supremo attribuitur, ita q̃ sibi soli competit; quamuis & iudicium de temporali sibi & rationi inferiori competere possit, & ideo consensus in actum semper attribuitur superiori rationi.

¶Ad quartum dicendum, quòd apprehensio virtutis imaginatiuæ est subita, & sine deliberatione, & ideo potest aliquem actum causare antequam superior, vel inferior ratio etiam habeat tempus deliberandi; sed iudicium rationis inferioris est cum deliberatione, quæ indiget tempore, in quo etiam ratio superior deliberare potest; vnde si non cohibeat ab actu peccati per suam deliberationem, ei imputatur.

¶ Negatur ista maior, quia ratio superior excedit inferiorem, sicut aliquid sui generis, & cuius iudicium est cum deliberatione, quæ indiget tempore. Apprehensio autem imaginationis est subita quandoque. ¶Minor est vera, sed negatur consequentia, q̃ ratio inferior possit consentire in actum absque superioris cõsentiente directè, vel interpretatiuè. Et ratio diuersitatis patuit, quia inferioris rationis non est consentire, nisi per deliberationem, quæ fit cum tempore, & in isto tempore etiam superior potest deliberare secundùm rationes æternas; si ergo considerat, & rationem inferiorem non cohibet, imputatur sibi directè; si autem non considerat, iterum imputatur sibi propter hoc q̃ consentit rationi inferiori eam non impediendo; secus de imaginatiua, ad quam sequitur quandoque motus, quem ratio non potuit impedire. Vnde talis non imputatur rationi, sed ratio inferior nunquam consentit, vel iudicat prævia deliberatione, nisi & superior deliberare possit, & inferiorem impedire ne consentiat, ideo non est par ratio.

¶ Nota verba D. S. vbi dicit, iudiciũ rationis inferioris est cum deliberatione, quæ indiget tempore, &c. Videntur enim non benè concordare cum his, quæ allegata sunt circa corpus art. ex secundo scripto, vbi ponit vnum iudicium rationis inferioris subitum, quod sequitur voluntas indeliberata, & vocat illud iudicium consensum in delectationem. Nam dicit, q̃ sine discussione apprehensum iudicat. Posset autem dici primò, q̃ hic D. S. loquitur de iudicio actus, alibi de iudicio delectationis, quæ scilicet consurgit in voluntate de delectabili apprehenso per rationem subitò. Sicut enim imaginatio apprehendit subitò aliquod sensibile delectabile, ita posset dici, q̃ & ratio idem, vel etiam aliquod spirituale delectabile subitò apprehendere possit. Vnde apprehensio potest esse subita, sed iudicium de agendo, vel non agendo, hoc est cum tempore, immo etiam deliberatio de acceptanda delectatione cogitationis cum tempore est, sicut D. S. hic dicit. Vnde & infra, art. 10. D. S. subitum motum ponit in ratione superiori, quare & in inferiori poni potest; & talis subitus motus non potest causare, nisi veniale, sed cum ratio inferior deliberat, & superior aduertit, & arguitur consensus interpretatiuus, & delectatio morosa, tunc est periculum mortalis; quare supra dictum fuit, q̃ cum ratio superior aduertit complacentiam, & delectationem, & statim abijcit, non est nisi veniale. Doc. Sanc. ergo hic loquitur de consensu in actum, & etiam de consensu expresso, vel interpretatiuo in delectationem; quia talis requirit deliberationem, & tempus. Sed in secundo loquitur de iudicio, quod non habet rationem consensus, sed cuiusdam apprehensionis, quam sequitur subita complacentia, quæ si statim abigitur, vt superior ratio aduertit, manet veniale. Vnde & D. S. ibidem in secundo, attribuit rationi inferiori duplex iudicium. Vnum per subitam apprehensionem, quod non habet rationem cõsensus, sed aliud quod est post deliberationem, & illud habet rationem consensus. Nam nullus peccat mortaliter, nec habetur tanquam consentiens, nisi habito tempore deliberandi. Stante ergo dicto Doc. Sanc. in secundo, facile est videre, quomodo consensus in delectationem attribuitur rationi inferiori, quia antequam ratio superior deliberare possit est iudicium subitum rationis inferioris, & complacentia voluntatis,

tatis, qua apprehẽditur delectatio bona corpori, & tale iudicium non est consensus perfectus; talis enim secundùm D. S. hic, & ibidem in secundo membro, attribuitur rationi inferiori deliberanti, cuius est propriè consensus, quia deliberando ex rationibus temporalibus, quæ statim occurrunt, statim illa res placet, nec hu iusmodi complacentia habet rationem mortalis, donec ratio superior secundùm rationes æternas etiam deliberare possit. Post quod si immorata fuerit est periculum peccati morosæ cogitationis, ita q̃ illud iudicium inferioris rationis non dicatur consensus in delectationem cogitationis, nisi & ratio superior secundùm suam regulam deliberando ipsam repellere possit. Non est ergo contradictio aliqua, quia hic D. S. loquitur de consensu in actum, vel in delectationem; & talis non est sine deliberatione, & mora, qua & superior ratio deliberare possit. In secundo autem loquitur de apprehẽsione subita rationis inferioris respectu proprij obiecti; talis enim potest sine deliberatione, sicut enim subitus motus infidelitatis potest competere rationi superiori respectu proprij obiecti, vt cum quis subito apprehendit resurrectionem, vt impossibilem naturæ; ita ratio inferior potest habere subitam apprehensionem, de delectatione appetitus sensitiui, qua apprehenditur secundùm rationem temporalem. Nec debet dici consensus in delectationem, nisi ratio immoretur post deliberationem, & considerationẽ rationis superioris. Vnde D. S. vbiq; dicit, q̃ deliberatus consensus faciat mortale, innuendo, q̃ subita complacentia sequens subitam apprehensionem, non faciat mortale. In de Veritate tamen vbi videtur pro eodem habere complacentiam, & consensum, accipit consensum largè.

Vtrum ratio inferior possit esse subiectum peccati mortalis, ita q̃ consensus eius in delectationem sit peccatum mortale.

S 2.2. q. 154. ar. 4. cor. Et q. 180. ar. 7. Et 2. dist. 24. q. 3. ar. 4. Et Ver. q. 15. articu. 4. Et Mal. q. 15. ar. 2. ad 16. & 17. Et quol. 12. articu. 43.

AD octauum sic proceditur. Videtur, quòd consensus in delectationem non sit peccatum mortale; consentire enim in delectationem pertinet ad rationem inferiorem, cuius non est intendere rationibus æternis, vel legi Diuinæ, & per consequens nec ab eis auerti; sed omne peccatum mortale est per auersionem à lege Diuina, vt patet per definitionem Aug.* de peccato mortali data, quæ sup. posita est;* ergo consensus in delectationem non est peccatum mortale.

*Auguſ. 22. contra Faustum, c. 27. to. 6. & li. 1. de lib. arb. cap. 16.

¶ 2 Præt. Consentire in aliquid non est malum, nisi quia illud est malum in quod consentitur; sed propter quod vnũ quodq; & illud magis, vel saltem non minus; non ergo illud in quod consentitur potest esse minus malum, quàm consensus; sed delectatio sine opere non est peccatum mortale, sed veniale tantùm; ergo nec consensus in delectationem est peccatum mortale.

*q. 71. ar. 6.

¶ 3 Præt. Delectationes differunt in bonitate, & malitia secundùm differentiam operationum, vt dicit Philosoph. in 10. Ethicor.* sed alia operatio est interior cogitatio, & alia actus exterior, puta fornicationis; ergo delectatio consequens actum interioris cogitationis tantùm differt à delectatione fornicationis in bonitate, vel malitia, quantum differt cogitatio interior ab actu exteriori, & per consequens etiam eodem modo differt consentire in vtrunq;; sed cogitatio interior non est peccatum mortale, nec etiam consensus in cogitationem; ergo per consequens nec cosensus in delectationem.

* Arist. c. 3. 4. X 5. to. 5.

¶ 4 Præt. Exterior actus fornicationis, vel adulterij non est peccatum mortale ratione delectationis, quæ etiam inuenitur in actu matrimoniali, sed ratione inordinationis ipsius actus; sed ille qui consentit in delectationem, non propter hoc consentit in deordinationem actus; ergo non videtur mortaliter peccare.

¶ 5 Præt. Peccatum homicidij est grauius quàm simplicis fornicationis; sed cõsentire in delectationem, quæ consequitur cogitationem de homicidio non est peccatum mortale; ergo multo minus consentire in delectationem, quæ consequitur cogitationem de fornicatione est peccatum mortale.

* Aug. Enchir. c. 71. to. 3.

¶ 6 Præt. Oratio dominica quotidie dicitur pro remissione venialium, vt Aug. dicit;* sed consensum in delectationem Auguſt. docet esse abolendum per orationem dominicam; dicit enim in 12. de trini.* q̃ hoc est longè minus peccatum, quàm si opere statuatur implendum, & ideo de talibus quoque cogitationibus venia petenda est, pectusq; percutiẽdum, atq; dicendum; Dimitte nobis debita nostra; ergo consensus in delectationem est peccatum veniale.

*Aug. c. 12. to. 3.

¶ Sed contra est, quod Aug. post pauca subdit;* Totus homo damnabitur, nisi hæc, quæ sine volũtate operandi, sed tamen cum voluntate animum talibus oblectandi, solius cogitationis sentiuntur esse peccata, per mediatoris gratiam remittantur; sed nullius damnatur, nisi pro peccato mortali; ergo consensus in delectationem est peccatum mortale.

*Aug. li. 18. c. 12. to. 3.

¶ Hic D. S. iterum inquirit de quodam dubio correspondente art. 6. & est dubium circa peccatum in ratione inferiori, cuius diximus esse consensum in delectationem; potest enim vt dirigibilis à ratione superiori habere consensum, vel interpretatiuum, sicut est cogitatio morosa, vel expressum, quando excrescit libido in tantùm, vt velit se delectare cogitando contempta salute expresse; quæritur ergo an consensus in delectationem, qui attribuitur inferiori rationi (ad sensum habendum) sit peccatum mortale. Vbi nota, q̃ oportet quæst. intelligere de delectatione interiori sequente cogitationem, quia non est dubium de delectatione exteriori, in quam consentitur consentiendo in actum, quem sequitur, hoc autem est rationis superioris. Hic autem quæritur de consensu, qui attribuitur etiam rationi inferiori, qui est consensus in delectationem cogitationis, vt est quoddam præambulum ordinatum in opus, ex hoc enim q̃ res vt cogitata placet, facilè homo trahitur in consensum operis explendi in actu exercito. Et hæc possunt haberi sup. q. 15. ar. 4. ad primum. & ergo Doctor Sanc. de Verita. Mate. 15. art. 4. in princ. cor. dicit, q̃ idem est quærere de delectatione morosa, an sit mortale, & quærere an consensus in delectationem sit mortale.

¶Nota etiam q̃ sicut ad exteriorem actum peccati, puta fornicationis, sequitur sua delectatio sensibilis exterior, ita ẽt ad actũ cogitationis sequitur sua delectatio, & duplex, vna eiusdẽ rationis cum delectatione consequente actum exteriorem, alia autem alterius rationis, vt patebit.

¶ Respondeo dicendum, quòd circa hoc aliqui diuersimodè opinati sunt. Quidam enim dixerunt, quòd consensus in delectationem non est peccatum mortale, sed veniale tantùm. Alij verò dixerunt, quòd est peccatum mortale.

¶D. S. in cor. huius art. duo facit, primò ponit quid alij de hoc quæsito senserint. Secundò ponit propriam sententiam, ibi. Et hæc opinio. Circa primum ponit diuersas opiniones circa quæsitum; quidam enim dixerunt, q̃ consensus in delectationem non est peccatum mortale, sed veniale. Alij dixerunt, q̃ est mortale.

¶ Et hæc opinio est communior, & verisimilior.

¶Hæc est secunda pars huius corpo. in qua D. S. incipit determinare q. ex proprijs, quid sibi videatur de illis opinionibus, & per consequens de quæstione. Vnde primò comparat illas opiniones adinuicem. Secundò tamen ambas verificat per duas conclusiones, quibus vult satisfactum esse quæsito, ibi. Est enim considerandum, &c. Circa primum D. S. breuiter comparat illas duas opiniones adinuicem, & vult q̃ secunda est communior, & verisimilior, & secundùm D. S. in de Verita. vbi statim, prima videtur vergere in periculum animarum, quia ex consensu in delectationem homo in peccatũ promptissimè ruit. Consequenter cũ dicit.

¶Est enim considerandum, q̃ cum omnis delectatio cõsequatur aliquam operationem, vt dicitur in decimo Ethicor.* & iterum cum omnis delectatio habeat aliquod obiectum, delectatio quælibet potest comparari ad duo. s. ad operationem quam consequitur, & ad obiectum in quo quis delectatur. Contingit autem q̃ aliqua operatio sit obiectum delectationis, sicut & aliqua alia res, quia ipsa operatio potest accipi vt bonum, & finis, in quo quis delectatus requiescit; & quandoque quidem ipsamet operatio, quam consequitur delectatio, est obiectum delectationis, inquantum. s. vis appetitiua, cuius est delectari reflectitur in ipsam operationem, sicut in quoddam bonum; puta, cum aliquis cogitat, & delectatur de hoc ipso q̃ cogitat, inquantum sua cogitatio placet. Quandoque verò delectatio consequens vnam operationem, puta cogitationem aliquam, habet pro obiecto aliam operationem quasi rem cogitatam, & tunc

*Arist. c. 4. to. 5.

talis

talis delectatio procedit ex inclinatione appetitus, non quidem in cogitationē, sed in operationem cogitatam. Sic igitur aliquis de fornicatione cogitans, de duobus potest delectari, vno modo de ipsa cogitatione, alio modo de ipsa fornicatione cogitata.

¶D.S. ambas opiniones verificat, eas exponendo, & primò premittit vnam conclusionem fundamentalem, ex qua secundò arguit ad duas conclusiones verificatiuas illarum opinionum, ibi. Delectatio autem, &c. Conclusio ergo fundamentalis distinctiua delectationis, & per consequens consensus, talis est, aliquis de fornicationē cogitans de duobus potest delectari, vno modo de ipsa cogitatione, alio modo de ipsa fornicatione cogitata.

¶Nota autem q̄ ex vno exemplo D.S. vult, & de similibus intelligi, quamuis secundùm D.S. in de Verita. Mate. 15. ar. 4. hæ duę delectationes in quibusdam actibus differant manifestius, quàm in cogitatione de peccatis carnis, (eo q̄ propter corruptionem concupiscibilis ad cogitationem talium, statim sequitur motus in concupiscibili ex ipsis concupiscibilibus causatus.) Si enim quis cogitat de re quam odit, & intendat loqui in detestationem talis rei, & videt se habere bonos conceptus, tunc apertum est, q̄ delectatur in cogitatione, & non in re cogitata, & tamen de cogitatione fornicationis, & idem reperitur præsertim in viris sanctis. Probatur autem sic conclusio. Delectatio quælibet potest comparari ad duo. s.ad operationem quam consequitur, & ad obiectum in quo quis delectatur, sed contingit q̄ aliqua operatio quā consequitur, (.s. cogitatio fornicationis) accipiatur vt obiectum delectationis ipsam sequentis, tamen interueniente actu reflexo. Contingit etiam q̄ delectatio sequens operationem (.s. cogitationem fornicationis) habeat pro obiecto aliam operationem, quasi rem cogitatam; ergo conclusio vera, q̄ aliquis de fornicatione cogitans potest delectari de ipsa cogitatione, (.s. vt obiecto mediante actu reflexo) & potest delectari in ipso actu exteriori fornicationis, vt cogitatus est. Maior patet per Philosoph. decimo Ethicor. quia omnis delectatio consequitur operationem, & etiam quia delectatio habet obiectum, quia actus, vel passio; & ergo maior vera, quod potest ad duo comparari, quia à duobus dependet essentialiter, vt patuit etiam sup. non tamen intelligitur, q̄ sit vna operatio, quam consequitur, & eadem numero sit obiectum; sed intelligitur, q̄ operatio quam nata est consequi delectatio de re cogitata, potest accipi vt obiectum delectationis mediante aliqua alia operatione. s. mediante cogitatione reflexa super primam cogitationem, quæ reflexa habet cogitationem fornicationis pro obiecto; ita q̄ fornicatio exterior cogitata est obiectum delectationis, & cogitatio eius est operatio quam sequitur, & illa cogitatio est obiectum delectationis, quæ sequitur cogitationem reflexam. Minor probatur quo ad primam partem, ipsa operatio est circa aliquam rem, & ipsamet operatio, vel cogitatio quam consequitur delectatio de re cogitata, potest accipi vt bonum, & finis; ergo potest accipi vt obiectum delectationis. Tenet consequētia, quia bonum, & finis sunt obiectum delectationis, & quietis appetitiuæ. Antecedens declarat D. S. præsertim quomodo accipiatur vt obiectum, & declaratur magis illa prima pars minoris, quia vis appetitiua (.s. in homine cuius est delectari) reflectitur in ipsam fornicationem, vel cogitationem (quæ quandoque est operatio) quam delectatio consequitur, vt in quoddam bonum; puta cum quis cogitat, & delectatur de hoc ipso, quod cogitat, inquantum. s. sua cogitatio placet, sicut solemus dicere, ego sum gaudens, quia habui optimum conceptum de hac re. Secunda pars minoris relinquitur nota. Sicut cum quis delectatur de fornicatione exteriori mediante cogitatione eius; talis delectatio enim habet pro obiecto non cogitationem, sed rem cogitatam, & procedit talis delectatio ex inclinatione appetitus, non quidem in cogitationem, sicut præcedens, sed in operationē, vel actū, vel rē cogitatā.

¶ Delectatio autem de cogitatione ipsa sequitur inclinationem affectus in cogitationem ipsam; cogitatio autem ipsa secundùm se non est peccatum mortale, immo quandoque est veniale tantùm, puta cum aliquis inutiliter cogitat de ea; quandoq; autem sine peccato omnino, puta cum aliquis vtiliter de ea cogitat, sicut cum vult de ea prædicare, vel disputare; & ideo per consequens affectio, & delectatio, quæ sic est de cogitatione fornicationis non est de genere peccati mortalis; sed quandoq; est peccatum veniale, quandoq; nullum. Vnde nec consensus in talem delectationem est peccatum mortale, & fm hoc prima opinio habet veritatem.——

¶ Hic consequenter supposita ista conclusione fundamentali D.S. procedit ad probandum duas conclusiones verificatiuas ambarum opinionum recitatarum, & responsiuas ad quæsitū. Secundam ponit ibi. Quod autem aliquis, &c. Conclusio ergo responsiua prima, consensus in delectationem secundùm quod est de cogitatione ipsa, vt obiecto, non est peccatum mortale secundùm se maximè, sed est quandoque veniale, quandoque nullum, immo vtile, & virtuosum quid. Probatur conclusio, affectus, & delectatio, quæ sic est de cogitatione fornicationis, aut alterius peccati, non est de genere peccati mortalis, sed quandoq; est peccatum veniale, quandoq; nullum; ergo & consensus in talem delectationem, quæ est cogitationis, vt obiecti. Tenet consequentia, q̄ consensus est eiusdem generis peccati cum obiecto in quod consentitur, quare sequitur benè consequentia. Antecedens probatur, delectatio de cogitatione sequitur inclinationem affectus in ipsam cogitationem (& supple est eiusdem conditionis in bono, vel malo cū re in qua quis delectatur) sed cogitatio ipsa secundùm se non est peccatum mortale, quandoq; autem veniale, quandoq; nullum, immo quandoq; virtuosum quid; ergo antecedens verū. Maior ista patet ex sup. dictis, q̄ a nullus delectatur nisi in re amata, ad quam affectus inclinatur, & inclinatio est eiusdem conditionis cum re in quam inclinatur, vel quam amat, &c. Minor patet primò, q̄ cogitatio non sit peccatum mortale secundùm se, q̄ a non est contra charitatem Dei, & proximi. Dicit autem D.S. notanter secundùm se, quia per accidens potest esse occasio mortalis, vt patuit sup. q. 19. ar. 2. ad secundum. quia aliquis volendo cogitare cum omissione præcepti, peccaret; q̄ autem veniale quandoque, patet quia inutile, & curiosum est veniale, sed talis cogitatio quandoq; est huiusmodi; q̄ autem quādoq; nullum omnino, immo virtuosum, quia cogitatio de qua quis cogitat, vt prædicet, & disputet, est vtilis & bona, & pōt procedere ex charitate, quare patet, q̄ si intelligitur prima opinio secundùm tenorem huius conclusionis, ipsa est vera.

¶ Nota autem circa quædam verba, q̄ delectatio procedit ex inclinatione in rem in qua quis delectatur. Per illam inclinationem iuxta sup. dicta, q. 26. ar. 1. & 2. intelligo coaptationē, & connaturalitatem appetitus, quæ sunt nihil aliud in cognoscentibus, nisi amor; & ergo si amor est bonus, & delectatio bona, quare delectatio sequitur non modo sequela effectus, sed etiam in conformitate conditionis moralis, quæ est esse bonum, *vel malum inclinationis in rem*. Sed cum Doctores *communiter loquantur* de consensu in delectationem illicitam non intelligunt isto modo, sed de delectatione, vt habet rem cogitatam, vel operationem cogitatam distinctam à cogitatione pro obiecto, vt intelligit etiam secunda opinio. Tunc ibi.

¶Quod autem aliquis cogitans de fornicatione delectetur de ipso actu cogitato, hoc contingit ex hoc quòd affectio eius inclinata est in hunc actum. Vnde quòd aliquis consentiat in talem delectationem, hoc nihil aliud est, quàm quòd ipse cōsentiat in hoc quòd affectus suus sit inclinatus in fornicationem; nullus enim delectatur, nisi in eo, quod est conforme appetitui eius; quòd autem aliquis ex deliberatione eligat, quòd affectus suus conformetur his, quæ secundùm se sunt peccata mortalia, est peccatum mortale; vnde talis consensus in delectationem peccati mortalis, est peccatum mortale, vt secunda opinio ponit.——

¶ Pro secunda opinione, ponit aliam conclusionem etiam ad quæsitum responsiuam, consensus in delectationem, quæ habet pro obiecto ipsum peccatum (.s. fornicationem cogitatam) est peccatum mortale. s. si res cogitata, vel peccatum sit mortale ex genere; si autem est veniale, tunc consensus in delectationē eius est peccatum veniale. D.S. probat primam partem in cor. pro qua arguitur sic, q̄ aliquis consentiat in talem delectationem (.s. de re cogitata, vt fornicationem, quæ est peccatum mortale) hoc nihil aliud est, quàm quòd ipse consentiat in hoc, q̄ affectus suus sit inclinatus in talem (.s. fornicationem) sed q̄ aliquis ex deliberatione eligat, q̄ affectus suus conformetur his, quæ secundùm se sunt mortalia, est peccatum mortale; ergo conclusio vera. Maior probatur, quia quòd aliquis cogitans de fornicatione delectetur in ipso actu cogitato, hoc contingit ex hoc, q̄ affectio eius est inclinata ad hunc actum; nam consentire in talem delectationem, est consentire, & habere complacentiam, q̄ affectus sit coformis malæ rei. Illud assumptum pro maiore patet, quia nullus delectatur, nisi in eo, quod est conforme appetitui eius, &c. Minorem D.S. relinquit notam, & patuit, quia sicut inclinatio sequitur conditionem eius in quod inclinatur, & delectatio sequitur inclinationem, sic delectationem sequitur consensus. Et patet, quia velle mortale, est mortale; ergo si velle, vel consentire in velle mortale, est mortale, quia sequens trahit conditionem prioris; & patet etiam ex hoc, quia actus habet malitiam ex obiecto; ergo si obiectum consensus est mortale, & ipse est mortale.

¶Nota autem q̄ in maiore D.S. assumit de consentire, & in minore de delectatione, quia vt patuit sup. q. 15. ar. 3. ad tertium. plerunq; consentire, & electio sunt idem secundùm rem, vel se statim sequuntur quando distinguuntur; & ergo non est æquiuocatio secundùm rem, & idem est saltem in ratione peccati; consentire in hoc q̄ affectus sit conformis peccato mortali, & eligere hoc, vt patet. Secunda pars conclusionis est ex eodem fundamento probanda, quia consensus sequitur conditionem obiecti, & delectationis circa ipsam; ergo si obiectum, & delectatio est venialis; ergo & consensus in talem delectationem, sicut consensus in verbum iocosum, & in delectationem eius est veniale.

¶ Nota circa istas conclusiones pro declaratione ipsarum D.S. de Verita. Mate. 15. ar. 4. q̄ delectatio, quæ cogitationem pro obiecto habet, & actum reflexum super eam pro causa, hoc est quæ cogitationem sequitur ex parte cogitationis omnino ad aliud genus reducitur, quàm delectatio actus exterioris. Vnde talis delectatio quantumcunq; malam cogitationem sequatur, penitus nō est peccatum, sed laudabilis delectatio; vt cum quis delectatur in cogitatione veri; vel si sit aliqua immoderantia, continebitur sub peccato curiositatis; sed delectatio, quæ consequitur ex parte rei cogitatæ, in idem genus coincidit cum delectatione exterioris actus; vt enim dicitur 11. Metaph. Delectatio in actu consistit per se, sed spes, & memoria propter actum delectabilia sunt, vnde constat, q̄ talis delectatio secundùm genus suum inordinata est, & eadem inordinatione qua est inordinata delectatio exterior; dato ergo q̄ delectatio exterior sit de genere peccati mortalis, tunc etiam interior delectatio in se, & absolutè considerata de genere peccati mortalis erit. Quandocunque autem ratio se subijcit peccato mortali per approbationem, tunc est peccatum mortale. Excluditur enim à ratione rectitudo iustitiæ, cum ipsa subijciatur iniquitati per approbationem; tunc autem se subijcit delectationi huic peruersæ, quando in eam cōsentit, & hæc est prima subiectio qua ei se subijcit, & ex hac subiectione sequitur quandoque vt ipsum actum inordinatum eligat propter hanc delectationem perfectius consequendam. Hæc ille. Et in solutione ad octauum dicit, nullus delectatur in aliquo, nisi afficiatur ad illud, & apprehendat illud vt conueniens. Vnde qui consentit in delectationem interiorem, approbat etiam exteriorem, & vult ei frui saltem cogitando de illa. Hæc ille. Ex quibus clarè patent, quæ dicta sunt, & patet q̄ consentire in delectationem rei cogitatæ est approbare affectionem malam, quę est peccatum mortale, supposito, q̄ res cogitata sit mortale; hoc autem est peccatum mortale velle malam affectionem, & ipsam eligere deliberatè, quòd est consentire. Concordat Scotus in 2. dist. 42. in secundo principali, & memi nit istius distinctionis, quam D.S. hic ponit. s. de delectatione cogitationis, & rei cogitatæ. Scotus.

¶ Et confirmatur ista conclusio secunda responsiua argumento in contrarium. De illa auctoritate Aug. vide Magistrum in secundo, dist. 24. circa finem, quia sensit iuxta secundam conclusionem, quamuis (vt Bonauentura inquit) aliqui sibi contradixerint exponentes August. sed vt ipse dicit, Magister benè sentit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd consensus in delectationem potest esse, non solùm rationis inferioris, sed etiam superioris, vt dictum est;* & tamen ipsa ratio inferior potest auerti à rationibus æternis, quia etsi non intendit eis, vt secundùm eas regulans, quod est proprium superioris rationis, intendit tamen eis, vt secundùm eas regulata, & hoc modo ab eis se auertens potest peccare mortaliter; nam & actus inferiorum virium, & etiam exteriorum membrorum possunt esse peccata mortalia, secundùm q̄ deficit ordinatio superioris rationis regulantis eos secundùm rationes æternas.—— *Ar. 7. hic. in corpo. & ad tertiū.

¶ Ad maiorem, ad primam partem, q̄ consentire in delectationem pertinet ad rationem inferiorem, sed non solùm, vt patuit artic. præced. in fi. cor. & ad tertium. immo, & ad rationem superiorem; quia quandocunque mulier comedit imputatur viro, siue sibi, secundùm rationes æternas actu consideratas consentiat, siue eas non considerando, non eam prohibeat; & quia sibi commissa est ratio inferior, & defectus eius sibi imputatur; consentit autem ratio inferior tantùm in delectationem cogitationis, quia vt Magister habet in secundo, vbi supra, ipsa habet insistere talibus dispositionibus, primò. s. occurrentibus ex sensualitate, quia sensualitas etiam secundùm rationes temporales, & secundū rationem humanam regulanda est, quia sensualitas ratione regulari debet. Ad secundam partem maioris, cuius. s. rationis inferioris non est intendere rationibus æternis, distinguo eam. Si intelligitur, quòd non sit eius intendere actiuè se habendo, & regulando alia secundùm eas, verum; si autem intelligitur, q̄ non sit eius attendere, vt reguletur secundùm eas, negatur; & per consequens negatur, & tertia pars, q̄ non sit eius auerti; quia sicut sensualitatis, & membrorum non est auerti secundùm proprium actum à lege Diuina; tamen secundùm actum rationis auertuntur, quia eas non regulat, & moderatur secundùm legem Diuinam, cum possit, & debeat, & sic sunt peccata mortalia; ita ipsius rationis inferioris etiā est regulari secundùm legem Diuinam, etiam quo ad consensum in delectationem; quare si insequatur sensualitatem, consentiēdo, & non prohibetur actus eius, erit peccatum mortale; quia debuit per rationem superiorem regulari, sicut actus virium inferiorum, vel membrorum. ¶ Ad minorem conceditur, q̄ omne peccatum mortale est per auersionem à lege Diuina, & patuit sup. q. 71. ar. 6. Sed dico, q̄ talis auersio conuenit etiam rationi inferiori, quia habet actum in quo transgreditur legem, cui debuit, q̄ potuit conformari ratio inferior, quæ est eius principium, quia stat sub directione viri, hoc est rationis superioris, per quam potuit legi æternæ conformari, sicut sensualitas rectę rationi; quare negatur consequentia, quia sicut actus homicidij, qui est manus, quæ potest facere actum, quo auertitur quis à Deo, vt est in potestate voluntatis; sic de ratione inferiori, quæ quo ad consensum in delectationem facit contra legem, & potuit per rationem superiorem prohiberi.

¶ Nota autem, q̄ consensus in delectationem, de quo loquitur secunda conclusio est contra præceptum, Non concupisces; secundùm enim D.S. sup. de Verita. ad nonum. Non sine causa de actu exteriori, & interiori concupiscentia, diuersa præcepta dantur in lege; nihilominus tamen si in illo præcepto speciali prohiberetur ex hoc ipso, q̄ fornicatio prohibetur, cum ea prohibētur omnia consequentia, quæ ad idem genus pertinent. Hæc ille. Potest ergo secundùm illud præceptum regulari, & non regulari, & per consequens esse peccatum.

¶ Nota hic, quòd videtur simile, quo ad esse mortale respectu actus rationis inferioris, & respectu actus sensualitatis, quia sicut actus sensualitatis non est peccatum mortale, nisi ratio cōsentiat, ita consensus rationis inferioris non est peccatum mortale, nisi & ratio superior consentiat secundùm rationes æternas, saltem interpretatiuè, quia eas non consulendo, & secundùm eas nō prohibendo, habetur ac si consenserit, vt patuit artic. præced. In hoc tamen est differentia, q̄ sensualitatis non est consentire, sicut rationis inferioris, quæ consentit saltem in cogitationem, & delectationem, & præambula ad opus. Sed tamen ille consensus non esset mortale, nisi quia in potestate rationis superioris, cui intendenti actiuè, & regulanti secundùm rationes æternas potest conformari. Et per hoc patet, quomodo teneat similitudo, quam D.S. in solutione ponit inter membra, & inferiores vires ex vna parte ad rationem, & peccatum mortale, & inter rationem inferiorem, & superiorem ex alia parte. Et propter hanc differentiam attribuitur rationi inferiori peccatum mortale, non sensualitati, quia secundùm D.S. vbi iam, art. 4. in de Verita. ad duodecimum. Conuersio qua quis post deliberationem conuertitur ad aliquid de genere malorum, sufficit ad rationem peccati mortalis, &c. quia ergo hoc conuenit rationi inferiori; ergo potest in ea esse peccatum mortale, ita q̄ actui eius, vt est eius, annectitur auersio ab vltimo fine, quod non est de actu sensualitatis. Nam ratio inferior potest conuerti ad Deum, ergo & auertitur tamen non conuertitur, nisi vt est in potestate superioris rationis; sed sensualitatis, nulla potestate est conuerti, cum sit supra naturam suam, &c. Vide supra statim de Veri. ar. 5. ad tertium. q̄ hoc, q̄ in sensualitate non potest esse peccatum mortale, contingit ex imperfectione eius. Ratio autem perfecta potentia est, & ideo in ea esse potest peccatum secundùm omnem peccati differentiam. Hæc ille.

¶ Ad secundum dicendum, quòd consensus in peccatum, quod est veniale ex genere, est veniale peccatum, & secundùm hoc potest concludi, quòd consensus in delectationem, quæ est de ipsa vana cogitatione fornicationis, est peccatum veniale; sed delectatio, quæ est in ipso actu fornicationis de genere suo est peccatum mortale; sed quòd ante consensum sit veniale peccatum tantùm, hoc est per accidens. s. propter imperfectionem actus, quæ quidem imperfectio tollitur per consensum deliberatum superuenientem; vnde ex hoc adducitur in suam naturam, vt sit peccatum mortale.——

¶ Maior conceditur, q̄ consentire in aliquid non est malum, nisi quia illud est malum (.s. inchoatiuè saltem.) Et conceditur probatio; nam ista maiore vsi sumus in corpore pro probatione conclusionum. ¶ Ad minorem dico primò, q̄ si intelligitur de delectatione cogitationis secundùm seipsam, conceditur, & vltra conceditur, q̄ & consensus in talem delectationem, & ita probaret primam conclusionem. Dico secundò, q̄ si intelligitur de delectatione sine opere, quæ est de re cogitata, q̄ non sit mortale ex genere, negatur vniuersaliter. s. quando res cogitata, vel actus cogitatus, est peccatum mortale. ¶ Dico tertiò, q̄ quandoq; delectatio aliqua etiam de actu cogitato, qui est mortale, est veniale, non quidem ex genere, sed propter imperfectionem actus, quia præcedit deliberationem, & deliberatum consensum. Abiecta ergo tali imperfectione per superuenientem consensum deliberatum adducitur in suam naturam, & ita talis delectatio. s. de peccato mortali, potest esse veniale per accidens; quare negatur consequentia, q̄ consensus in delectationem de peccato mortali, nō sit peccatum mortale; bene volo, q̄ consensus in veniale ex genere, vt est verbum otiosum, non est mortale, sed consensus in veniale per accidens tantum, mortale ex genere potest esse mortalis, q̄ a per

per talem consensum remouetur illud accidens, quod rationem peccati mortalis auferebat. s. deliberationem rationis non attingere, vt habet D.S. in 2. dist. 24. q. 1. ar. 4. ad 3. Non tamen est imaginãdum, ꝙ eadem numero delectatio, quæ prius erat veniale per accidens, postea fiat mortale; sed alia numero, & eadem specie. Vel si continuatur, & superuenit consensus rationis, tunc ille consensus est mortalis completiuè, & non sola delectatio, quæ prius erat sine consensu, & illa delectatio vna in esse naturæ, erit duę in esse moris. Sed de hoc infra, q. 88. art. 4. Vide D.S. 2. sen. dist. 24. q. 3. ar. 6. ad tertium.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ ratio illa procedit de delectatione, quæ habet cogitationem pro obiecto.

¶Maior conceditur, ꝙ delectationes differunt in bonitate, & malitia secundùm differentiam operationum, & concedo consequenter minorem, ꝙ alia operatio est cogitatio, & alia actus exterior, & dico, ꝙ cogitatio de se nunquam est mortalis, sed exterior actus bene potest esse mortalis. Concedo etiam consequens ꝙ delectatio consequens actum cogitationis, vt obiectum, stantùm differt à delectatione fornicationis in bonitate, vel malitia, quantum differt cogitatio interior ab actu exteriori. Et dico cum hoc, ꝙ delectatio consequens cogitationem ratione rei, vel actus cogitati, est eiusdem rationis cum delectatione exteriori, & mortale. Vltra, cogitatio interior non est peccatum mortale, conceditur, sed actus exterior cogitatus est mortale. Vltra, nec etiam consensus in cogitationem, conceditur; vltra, ergo per consequens nec consensus in delectationem, verum cogitationis, sed negatur de consensu, vt habet pro obiecto actum fornicationis cogitatũ; ꝙa illa delectatio differt solũ ꝛm magis, & minus, à delectatione actus exterioris, vnde & aliquẽ eundẽ effectum habere potest.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ delectatio, quæ habet actum exteriorem pro obiecto, non potest esse absque complacentia exterioris actus secũdùm se, etiam si non statuatur implendum propter prohibitionem alicuius superioris; vnde actus fit inordinatus, & per cõsequens delectatio erit inordinata.

¶Ad maiorem concedo eam, & verum est, ꝙ potest quis consentire in delectationem, quæ est in actu matrimoniali, sine peccato, dummodo sistat intra limites matrimonij, de quo in D.S. in 4. sen. dist. 31. q. 2. artic. 3. Sed dico cum hoc, ꝙ delectatio est inordinata vbicunq; inueniatur sequi ipsum opus, etiam vt cogitatum est, ita ꝙ inordinatio actus vbicunq; inueniatur, siue vt exercitus, siue vt cogitatus redundat necessariò in delectationem, quæ est in ipso actu fornicationis; & sicut realiter exercitus inficit delectationẽ, quæ est in ipso, sensibilem exteriorem, ita cogitatus inficit delectationem, quæ est de ipso, vt cogitatus est, quia ista delectatio est eiusdem generis cum ea, quæ est in reali exercitio, & secundò, ꝙa talis delectatio nõ potest esse sine complacentia exterioris actus; quare trahit suam inordinationem, & inficitur, & per consequẽs & ipse consensus. Ad minorem, negatur, ad hunc sensum, quòd ille, qui consentit in delectationem, quæ habet fornicationem, vel actum peccati mortalis pro obiecto, non consentiat in deordinationem actus, saltem vt cogitatus est; quia non est possibile, ꝙ placeat illa delectatio, & ꝙ delectetur in tali actu, nisi ipse actus secundùm se placeat, esto non statuatur implendus; dictum est. n. in cor. ꝙ nullus delectatur nisi in re placenti, & cui afficitur, & in quam inclinatur. Consentire igitur est approbare inclinationem in actum talem, & complacentiam in ipso, & per consequens consensus mediante delectatione inficitur, & trahit deformitatem, & deordinationem actus cogitati. Bene volo, ꝙ consentiens in delectationem non consentiat in deordinationem actus in esse exercito, tamen in esse cognito. Dictũ est autem, ꝙ inordinatio actus redundat in delectationem de ipso, vbicunq; reperiatur actus, siue vt exercitus, siue, vt cogitatus, quia delectatio, quæ est de ipso vbicunque inueniatur est eiusdem generis, quare si vt inuenitur in actu exercito est mortale, ergo & in actu cogitato. Negatur igitur consequentia.

¶Nota, ꝙ D.S. respondet ad minorem, & vult, ꝙ est falsa, quia consentiens in delectationem exterioris actus habet complacentiam in actu exteriori, si igitur ipse est inordinatus, & consensus; nullus enim consentit in delectationem rei non placentis, Vide de Veritate sup. ad tertium. quia est per accidens, quòd actus, qui placet non impleatur propter timorem aliquem, siue autem impleatur, siue cogitetur, & placeat, semper habet inordinationem suam; delectatio etiam semper est eiusdem generis cum appetitu, & inclinatione, vel affectione, ergo delectatio interior est eiusdẽ generis cum affectu, quẽ necessariò supponit, igitur & cõsensus.

¶Ad quintum dicendum, ꝙ etiam consensus in delectationem, quæ procedit ex complacentia actus homicidij cogitati, est peccatum mortale; non autem consensus in delectationem, quæ procedit ex complacentia cogitationis de homicidio.

¶Conceditur maior omnino, & oppositũ eius est reprobatum sup. q. 73. ar. 8. ad tertium. Ad minorem, si intelligitur de consentire in delectationem cogitationis, conceditur, & sic etiã dictum est de consensu in delectationem de cogitatione fornicationis: Si autem intelligitur de consensu in delectationem de homicidio cogitato, negatur minor ista penitus; non enim est minor inordinatio in homicidio, & eius delectatione vbicunque inueniatur, quàm in fornicatione, & eius delectatione. Per consequens & in consensu maior est gravitas, & inordinatio, nec probatur minor ad hunc sensum, nec probabilis est, quia penitus falsa. Delectatio enim sequens appetitum irascibilem non est minus mala ceteris partibus, quàm sequens appetitum concupiscibilem. Delectatus igitur in cogitatione homicidij propter rem cogitatã non est sine affectione complacentia homicidij. Secus si quis delectatur in cogitatione mali pp notitiam eorũ de quibus cogitat, & huiusmodi nõ est peccatũ mortale semper, sed reducitur ad aliud genus peccati, puta curiositatẽ, vt habet D.S. in de Ver. ad quartũ.

¶Ad sextum dicendum, ꝙ oratio dominica non solùm contra peccata venialia dicenda est, sed etiam contra mortalia.

¶Ad maiorem dico, ꝙ si quis videat Aug. in Enchir. videbit, ꝙa oratio dominica etiam dicitur pro remissione mortalium, vt patet manifestè cap. 7. & cap. 77. vbi ponit quædam grauia, & dicit esse orandum pro eis orationem dominicam, quamuis vt habet D.S. de Veri. sup. ad primum, pro remissione mortalium minus sufficit. Secundò dicitur, ꝙ Aug. cap. 7. dicit, ꝙ oratio dominica satis facit pro leuibus, & postea statim dicit, ꝙ delet etiã gravia, sed pro illis non ita sufficit, vide etiam D.S. 2. sen. dist. 24. in expositione literæ. Est ergo dicenda oratio dominica pro remissione venialium ad quæ sufficit; sed non solùm dicenda est pro illis, sed etiam pro remissione mortaliũ, & impetranda, & aliquali expiatione, & satisfactione, sed non sufficienti. Minor conceditur, ꝙ peccatũ consensus in delectationem minus sit, tamen eiusdem generis, non propriè eiusdem speciei, sed negatur consequentia, ꝙa vt patuit, etiam pro mortalibus dicenda est oratio dominica.

Oratio dominica pro mortalibus dicitur.

Vtrum ratio superior possit esse subiectum peccati venialis, secundùm ꝙ est directiua inferiorum virium. i. secundùm ꝙ consentit in actum peccati.

T

AD nonum sic proceditur. Videtur, quòd in superiori ratione non possit esse peccatum veniale secundùm ꝙ est directiua inferiorũ virium. i. secundùm ꝙ consentit in actum peccatum. Dicit enim Aug. in 12. de trini.* ꝙ ratio superior inhæret rationibus æternis; sed peccare mortaliter, est per auersionem à rationibus æternis; ergo videtur ꝙ in superiori ratione non possit esse peccatum, nisi peccatum mortale.

Inf. art. 10. & locis ibidem inductis.

*Aug. ca. 10. 3.

¶ 2 Præt. Superior ratio se habet in vita spirituali tanquam principium, sicut & cor in vita corporali; sed infirmitates cordis sunt mortales; ergo peccata superioris rationis sunt mortalia.

¶ 3 Præt. Peccatum veniale fit mortale si fiat ex cõtemptu, sed hoc non videtur esse sine contemptu, quòd aliquis ex deliberatione peccet etiam venialiter; cũ ergo consensus rationis superioris semper sit cũ deliberatione legis Diuinæ, videtur ꝙ non possit esse sine peccato mortali propter contemptum Diuinæ legis.

¶ Sed contra, consensus in actum peccati pertinet ad rationem superiorem, vt sup. dictum est;* sed consensus in actum peccati venialis, est peccatum veniale; ergo in superiori ratione potest esse peccatum veniale.

*Art. 7. huius quæst.

¶Hic D.S. inquirit de quodam alio dubio, quod correspondet ar. 7. dictum fuit enim, ꝙ consentire in actum pertineat ad rationem superiorem, sicut ad rationem inferiorem (esto non solũ) consentire in delectationem actus. Quæritur igitur, an sicut consentire in delectationem actus sit mortale aliquando, interdum etiam veniale, an etiam consentire in actum, possit esse veniale.

¶Nota primò, ꝙ ratio dubij videtur, quia cum ratio superior versetur circa rationes æternas; & ergo si deficit dirigendo ꝛm eas, videtur se ab eis auertere, quia eius est principaliter se cõuertere, & auertere à lege Diuina. Quare est dubium, an possit deficere dirigendo vires inferiores, & tamen non peccare mortaliter.

¶Nota secundò, ꝙ sicut dictum fuit art. 5. in ratione potest esse duplex peccatum (duplex inquam in genere) vnum ꝛm se, aliud ex defectu directionis virium inferiorum, ideo sicut quæritum est de peccato rationis inferioris ex defectu directionis consensus in delectationem, ita nunc quæritur de peccato, quod incidit ex defectu directionis rationis superioris. Et quærit D.S. de veniali, quia vt dictum est, de isto est singularis apparentia difficultatis, sicut & de hoc, an inueniatur in ratione superiori, secundùm ꝙ dirigit alias vires, & an conueniat sibi secundùm seipsam, de primo in præsenti artic. de secundo in sequenti.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut Augustinus dicit in 12. de Trinitate;* ratio superior inhæret rationibus æternis conspiciendis, aut consulendis. Conspiciendis quidem secundùm quòd eorum veritatem speculatur. Consulendis autem secundùm quòd per rationes æternas de alijs iudicat, & ordinat, ad quod pertinet, quòd deliberando per rationes æternas consentit in aliquem actum, vel dissentit ab eo.

*Aug. c. 7. 10. 3.

¶In cor. ar. D.S. duo facit, primò saluat quoddam suppositum, quod quæsitum supponit, ostendens in hoc pertinentiam, & rationabilitatem quæstionis; secundò respondet per vnam conclusionem, ibi. Contingit autem. Circa primum ergo ponit vnum notabile declarativum alicuius suppositi, & est implicita solutio dubij circa quæsitum, quod dubium etiam tangit primum argumentum; quia posset alicui videri, ꝙ rationis superioris non esset dirigere vires inferiores, quia eius est intendere rationibus superioribus, quæ videntur longè distare ab his, quæ sunt virium inferiorum. Hoc soluit D.S. notando, ꝙ ratio superior inhæret rationibus æternis dupliciter. s. conspiciendis, & consulendis, si autem tantùm inhæreret conspiciendis. i. tanquam proprio obiecto, & eis secundùm se tantùm cognoscendis, & speculatiuè, quæstio non haberet locum; sed quia inhæret eis etiam consulendis, hoc est tanquam medio, & regulæ quam practicè applicat ad actiones humanas, eas secundùm ipsam regulando, & iudicando, & secundùm rationes æternas isto modo cognitas, dirigit etiam consensum in actum peccati, & ideo potest esse quæstio, an consensus secundùm rationes æternas consultas (positiuè, vel omissiuè) possit esse veniale peccatum, ita ꝙ consensus ipse in aliquod peccatum sit solùm veniale.

¶Contingit autem ꝙ inordinatio actus in quem consentit non contrariatur rationibus æternis, quia non est cum auersione à fine vltimo, sicut contrariatur actus peccati mortalis, sed est præter eas, sicut actus peccati venialis.

Conclusio.

¶Hic consequenter D.S. ponit conclusionem respõsiuam, ꝙ sic. In ratione superiori potest esse veniale peccatum, secundùm ꝙ consentit in actum peccati, & est directiua aliarum virium, & non mortale semper. Probatur conclusio, quicunque peccat mortaliter auertitur à rationibus æternis; qui autẽ venialiter non auertitur ab eis, sed facit præter eas; sed ratio superior consentiens in actum peccati nõ semper auertitur à rationibus æternis, sed quandoq; facit præter eas; igitur conclusio vera. D.S. primò notificat maiorem præsertim quo ad secundam partem. Secundò minorem annectens conclusionem, ibi. Vnde quando ratio, &c. Arguitur ergo pro maiore sic, quicunq; consentit in actum, qui est cum auersione ab vltimo fine, peccat mortaliter, qui autem consentit in actum, qui non est cum tali auersione, licet sit circa ordinem ad vltimum finem, peccat venialiter; sed qui auertitur à rationibus æternis, auertitur ab vltimo fine, qui autem non auertitur à fine vltimo, non auertitur ab ipsis, sed facit præter tales rationes; ergo maior vera.

¶Nota, ꝙ veniale est præter rationes æternas, quia tardat in via ad vltimum finem, inquãtum tollit actum charitatis; quia autem non contrariatur habituali ordinationi ad principium vitæ spiritualis, nec destruit ordinem ad vltimum finem, ideo & veniale est remissibile per principium intrinsecum, & patent ista ex q. 72. art. 5. Deinde cum dicit.

¶Vnde quando ratio superior in actum peccati venialis consentit, non auertitur à rationibus æternis, vnde non peccat mortaliter, sed venialiter. Et per hoc patet responsio ad primum.

¶Notificat minorem principalem innuens in fine conclusionem. Minor ergo patet, quia consensus sequitur conditionem eius in quod consentitur; sed veniale non auertitur à rationibus æternis, & ratio superior potest quandoq; consentire contra actũ venialis peccati; ergo ratio superior consentiens in actum peccati non semper auertitur à rationibus æternis.

¶Hanc rationem pro conclusione responsiua tactam in cor. etiam resumit per viam compendij in argumento in oppositum, cuius maior patuit sup. ar. 7. Minor patet ex dictis art. præc. quia consensus sequitur conditionem eius in quod consentitur, probata etiam fuit in cor. Consensus enim in id tantùm est mortalis, cuius inordinatio est contra rationes æternas; sed veniale non est contra rationes æternas, sed præter eas, igitur, &c. Maior ista patet, quia talis est auersio ab vltimo fine, quæ tantùm contrariatur legi Diuinæ, & rationibus æternis; sed non id quod est citra auersionem, quale est veniale. Ilta patent ex dictis, quæst. 71. articu. 5. & infra, quæst 88. artic. 2.

¶Nota ex isto artic. ignorantiam aliquorum, qui putant, ꝙ si quis scienter, & ex deliberatione committat veniale, quòd peccet mortaliter, non aduertentes, quia consensus deliberatus sequitur conditionem eius in quod quis etiam delibetatè consentit. Habes autem ex D.S. falsitatem huius dicti, quia dicit, ꝙ consensus rationis superioris in veniale, est veniale tantùm, qui quidem consensus non est sine scientia, & deliberatione, & de hoc habetur ad tertiũ, & inf. q. 78. ar. 2. ad primum. Vnde in de Malo, q. 7. ar. 6. ad octauum dicit, non oportet, ꝙ quandocunque ex deliberatione peccet, ꝙ peccet ex certa malitia; sed solùm tunc quando acceptat aliquid contrarium virtuti, vt dicitur 2. ethi. cor. Veniale autem peccatum non contrariatur virtuti; cum ergo ex deliberatione consentit aliquis in veniale peccatum, non propter hoc peccat ex malitia. Et ad decimum dicit, deliberatus consensus nõ causat contemptum Dei, nisi illud in quod consentit, ꝙ acceptetur vt contrarium de eo, similia habet de Verita. Mate. 15. art. 5. ad secundum, vbi dicit, non quilibet contemptus facit peccatum mortale, sed contemptus Dei solus, per hunc enim solum homo auertitur à Deo. Post quantamcunque autem deliberationem homo in ipsum veniale consentiat, non contemnit Deum, nisi existimaret peccatum illud esse contrarium præcepto Diuino. Hæc ille. Vbi patet euidenter ignorantia prædicta periculosa, & quòd post quantamcunque deliberationem homo in veniale consentiat, non est nisi veniale.

Cassatur quorũdam periculosa phantasia.

Nota.

¶Ad primum dicitur, ꝙ arguit contra suppositum quæsiti, de quo in artic. dictum est. Ad maiorem, ratio superior inhæret rebus Diuinis. Verum, sed consipiciendis, & consulendis, hoc est nõ solùm secundùm se tanquam obiecto proprio, sed etiam tãquam medio, & regulæ, in quantum cognoscuntur practicè, vt cognitio rationum illarum moderatur, & dirigit omnes vires obedibiles. Et addo, ꝙ potest quandoq; malè dirigere citra auersionem ab illis rationibus, quia tunc tantùm auertitur quando ratio superior consentit in id, quod corrumpit ordinem rectum ad vltimum finem, quem lex intendit, & quando acceptatur aliquod quod est contrarium fini; ita ꝙ eo posito non possit ad finem vltimũ peruenirì; sed quando acceptatur aliquid, quod non excludit finem; sed tamen sine eo melius ad finem peruenirì posset (quia in aliquo retardat, vel disponit ad contrarium finis, & deficit à rectitudine, quæ ducit ad Deum) tunc non contrariatur talis consensus rationibus æternis, vel legi Diuinæ, sed est præter eas. Ad minorem conceditur, ꝙ peccare mortaliter est per auersionem à rationibus æternis, ita ꝙ agatur contra eas, & nõ præter eas. Sed dico, ꝙ per consensum in veniale ex genere, non auertit se à rationibus æternis, tanquam acceptando, quod est eis contrarium, sed ali quid quod est præter eas, vt patuit iam; quare negatur consequentia, & si argumentum esset formale, vna præmissarum esset falsa, sic arguendo. Ratio superior inhæret rationibus æternis, à quibus se auertere, est peccare mortaliter; sed consentiens in actũ peccati etiam venialis auertit se à rationibus æternis, igitur, &c. Minor est falsa, vt patuit in corpo. ex iam dictis.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ duplex est infirmitas cordis. Vna, quæ est in ipsa substantia cordis, & immutat naturalem complexionem ipsius, & talis infirmitas semper est mortalis. Alia est autem infirmitas cordis propter aliquam inordinationem, vel motus eius, vel alicuius eorum, quæ circunstant cor, & talis infirmitas non semper est mortalis. Et similiter in ratione superiori semper est peccatum mortale, quando tollitur totaliter ipsa ordinatio rationis superioris ad proprium obiectum, qđ est rationis æternæ; sed quando est inordinatio citra hoc, nõ est peccatum mortale, sed veniale.

Dub. 4or.

¶Ad maiorem conceditur, & potest haberi ex dictis sup. q. 72. ar. 5. quia vita spiritualis consistit in recto ordine ad vltimum finem, quem facit ratio superior mediante charitate sibi inhærente, sicut vita corporalis in salute cordis, qđ est principiũ vitę, &c.

¶Ad minorem distinguitur, si intelligitur de infirmitate cordis, quæ attingit ipsam substantiam cordis in se, & immutat eius naturalem complexionem, talis est semper mortalis, & vera est minor; sicut quãdo ipsa ratio superior infirmatur circa proprium obiectum, & in seipsam, tunc semper est mortale ex genere, esto quandoque sit veniale propter imperfectionem actus, vt patebit art. seq. Sed dico, ꝙ peccatum veniale inferiorum virium in quod consentitur non est talis infirmitas, quæ contingat in ratione superiori secundùm se circa proprium obiectum, vt patet ex cor. ar. 1. Si autem intelligitur, ꝙ infirmitas cordis propter aliquam inordinationem, quæ est in motu eius, vel alicuius alterius membri, ex cuius infirmitate & cor patitur, sic negatur minor; quia absque lęsione cordis in substãtia sua, & secundùm se potest contingere aliqua inordinatio, & infirmitas circa ipsum. Sicut cum quis

quis multum moueatur, vel laborat, consurgit aliqua irregularitas in motu cordis. Et ex infirmitate, & mala qualificatione aliorum vitalium debilitatur, & cor; immo & ex mala dispositione exteriorum membrorum, vt de se patet; & tamen infirmitas nō est mortalis; sic in proposito, quia veniale non attingit rationem superiorem secundùm se, & ad proprium obiectum, sed dicit inordinationem in motu. i. actu eius, & in actu alicuius alterius potentiæ, quam rationis superioris secundùm se, & ideo tollit quidem actum charitatis, & actum rationis superioris bonum, sed nō tollit vitam de ratione superiori. s. charitatem habitualem, qua Deus super omnia diligitur, & in qua consistit vita, & rectus ordo ad vltimum finem; quare negatur consequentia, ꝙ peccata omnia superioris rationis, secundùm quòd est directiua virium subiectarum, sint mortalia.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ deliberatus consensus in peccatum non semper pertinet ad cōtemptum legis Diuinæ; sed solùm quñ peccatum legi Diuinæ cōtrariatur.—

¶Ad maiorem dico, ꝙ si fiat ex contemptu Dei, & Diuinæ legis vera est. Dico autem ꝙ veniale ex genere quantacunq; dissolutione, & complacentia fiat absq; contemptu Dei, non est nisi veniale. Ad maiorem negatur, loquendo de contemptu Dei; quia quantumcunq; consentiat, dummodo veniale maneat infra limites venialis, nullo modo cōtrariatur Deo, nec legi eius, & per consequens non est contemptus in commissione talis peccati; quādo enim hoc modo consentitur in veniale, vt si esset contra legem Dei, nullo modo fieret; tunc manet infra limites venialis peccati, etiam si aduertatur esse veniale peccatum, & isto modo nos loquimur de consensu deliberato in veniale, vt manet infra limites venialis. Si aūt hoc modo consentiatur in peccatum veniale, vt ēt si esset prohibitum præcepto Diuino, nihilominus fieret talis consensus in veniale, tunc esset peccatum mortale ex genere. Sed sic non loquimur, quando enim veniale placet vt finis, tunc est obiectum mortalis ex genere, de quo inf. q. 88. & habet D.S. in 2. dist. 24. q. & ar. vltimis. Vltra, cum ergo consensus, conceditur ꝙ consensus semper est cū deliberatione, tamen respectu proprij obiecti potest habere motum subitum, &c. Sed negatur consequentia, quia non quilibet consensus deliberatus in peccatum virium inferiorum est contemptus Dei, vt argumentū supponit in minore.

¶Nota autem circa ista, ꝙ peccatum est veniale, non solū propter imperfectionem agentis (qđ est veniale per accidens quandoq;, vt patuit ar. 8. ad secundùm, & mortale ex genere) sed etiā veniale propter imperfectionem actus, quod est veniale ex genere; quare licet ratio superior sit perfectissima, & perfecto modo agat. s. ex deliberatione, quo ad directionem inferiorum virium, ideo nō inuenitur veniale propter imperfectionem, vt sic, tamen inuenitur propter imperfectionem actus. Secus de peccato, quod est in comparatione ad obiectum proprium, vbi etiam potest agere modo imperfecto. s. subito sine deliberatione; sensualitatis autem est veniale etiam propter imperfectionem agentis, &c.

Vtrum in ratione superiori possit esse peccatum veniale secundum seipsam. i. secundùm ꝙ inspicit rationes æternas.

V 2. distin. 24. q. 3. artic. 5. Et Veri. q. 15. art. 5. Et Mal. art. 1. ad 12. & 17. & ar. 3. ad 17. & ar. 5.

AD decimum sic proceditur. Videtur, quòd in superiori ratione non possit esse peccatum veniale secundùm seipsam, ideſt secundùm quòd inspicit rationes æternas. Actus enim potentiæ non inuenitur esse deficiens, nisi per hoc, quòd inordinatè se habet circa suum obiectum; sed obiectum superioris rationis sunt æternæ rationes, à quibus deordinari non est sine peccato mortali; ergo in superiori ratione non potest esse peccatum veniale secundùm seipsam.

¶ 2 Præt. Cum ratio sit vis deliberatiua, actus rationis semper est cum deliberatione; sed omnis inordinatus motus in his, quæ Dei sunt, si sit cum deliberatione, est peccatum mortale; ergo in ratione superiori secundùm seipsam nunquam est peccatum veniale.

¶ 3 Præt. Contingit quandoque quòd peccatum ex surreptione est peccatum veniale; peccatum autem ex deliberatione est peccatum mortale, per hoc quòd ratio deliberans recurrit ad aliquod maius bonum, contra quod homo agens grauius peccat; sicut cum de actu delectabili inordinato ratio deliberat, quod est contra legem Dei, grauius peccat consentiendo, quàm si solùm consideraret, quod est contra virtutem moralem; sed ratio superior nō potest recurrere ad aliquod altius, quàm sit suum obiectum; ergo si motus ex surreptione non sit peccatum mortale, neque etiam deliberatio superueniens faciet ipsum esse peccatum mortale, quod patet esse falsum; non ergo in ratione superiori secundùm seipsam potest esse peccatum veniale.

¶Sed contra, motus surreptitius infidelitatis est peccatum veniale, sed pertinet ad superiorem rationem secundùm seipsam; ergo in ratione superiori potest esse peccatum veniale secundùm seipsam.

¶Hic quærit de quodam alio dubio per oppositum ad ar. præc. qui ostendit, ꝙ veniale etiam ex genere potest conuenire rationi superiori, ſm ꝙ dirigit vires inferiores. Nunc quærit, an veniale possit esse in ea ſm seipsam. i. ſm ꝙ deficit circa ipsas rationes æternas malè se habendo ad ea, quæ sunt Diuina, & fidei; sicut dubitando de veritate alicuius articuli fidei, vel alicuius contenti in scriptura Diuina, quę omnia dicuntur rationes æternę. Quæritur ergo si quis per rationem superiorem (. i. intellectum, vt est circa Diuina) malè sentiat, & deuiet, semper peccet mortaliter.

¶Respondeo dicendum, ꝙ ratio superior aliter fertur in suum obiectum, atq; aliter in obiecta inferiorum virium, quæ per ipsam diriguntur. In obiecta enim inferiorum virium non fertur, nisi inquantum de eis consulit rationes æternas; vnde non fertur in ea, nisi per modum deliberationis.—

Conclio responsiua

¶D.S. in cor. artic. satisfacit quæsito conclusione trimembri in fine, tali. Circa proprium obiectum & si sit peccatum mortale ex genere, potest tamen ratio superior peccare venialiter, & mortaliter. In his autem quæ pertinēt ad inferiores vires semper peccat mortaliter in his quæ sunt mortalia ex suo genere, nō autem in his, quæ secundùm genus suum sunt venialia peccata.

¶Nota, ꝙ per hoc satis responsum est ad quæstum, quia idem est dicere circa proprium obiectum rationis superioris potest esse veniale, & ſm seipsam. Ipsa enim ratio superioris rationis consistit in se habere, & inhærere obiecto proprio; viribus autem inferioribus, & eis, quæ ad ipsas pertinent, non insistit nisi secundariò per quandam extensionem, & applicationem, & indirectè; sed directè fertur ratio superior in suum obiectum.

¶Nota, ꝙ ista conclusio habet tres partes, tertiam D.S. in hoc art. non probat, sed probata est art. præc. Primam, & secundā partes D.S. probat ex differenti tendentia rationis superioris in suū obiectum proprium, & in obiecta inferiorum virium, qui per ipsam diriguntur. Ex hoc enim supposito, & fundamento deducuntur ambæ partes. Et primò probat secundam partem conclusionis, secundò primam, ibi. Sed circa propriū, &c. Probatur ergo secunda pars conclusionis. s. ꝙ ratio superior semper peccet mortaliter, si actus inferiorū virium in quos consentit sint peccata mortalia, tali medio. Deliberatus cōsensus in his, quæ ex genere suo sunt mortalia, est mortale peccatum; sed in ea, quæ ad inferiores vires pertinent, ratio superior non fertur, nisi per modum deliberationis; ergo illa pars vera. Illius rationis primò probatur minor, secundò ponitur maior cum resumptione illius partis cōclusionis, ibi. Deliberatus, &c. Probatur minor, rō superior nō fertur in obiecta inferiorū viriū, nisi inquantū de eis consulit rōnes æternas, sed, ferri per modū cōsilij est ferri cū deliberatione (quia consilium est deliberatio, vt patuit sup. q. 13.) ergo minor vera.

¶Nota autem circa istam minorem, ꝙ semper fertur ratio superior in ea, quæ sunt inferiorū viriū deliberādo posituè, vel omissiuè, quia nō habetur consensisse in actus inferiorum virium, nisi cōsuluerit rationes æternas, vel consulere potuerit, & neglexerit; non enim fertur (vt dictum est) subito in tales actus inferiorum viriū, sed habet deliberare, an tales debeant fieri ſm legē Diuinā, vel prohiberi; & antequā deliberet, vel habeat tēpus in quo deliberare potuit, non habetur cōsensisse, quare si consultus rōnibus æternis nihilominus cōsentiat in actū peccati mortalis, clarū est, quia deliberatè cōsensit in peccato mortali; si aūt non consulit, potuit aūt cōsulere, habetur cōsensisse per negligentiā impediēdi & cōsulendi; & sic semper cōsentit in ea, q̄ sunt inferiorū viriū p viam deliberationis positæ, vel omissę, &c. Deinde cum dicit.

¶Deliberatus autem consensus in his, quæ ex genere suo sunt mortalia, est mortale peccatum; & ideo ratio superior semper mortaliter peccat, si actus inferiorum virium in quos consentit sint peccata mortalia.—

¶Ponit maiorem, quæ relinquitur nota ex prædictis artic. quia ex hoc peccatum mortale ex genere (quod sit ex deliberato consensu) consequitur naturam sui generis perfectè, & efficitur peccatum perfectum mortale. Vnde D.S. subiungit illam secundam partem conclusionis, & ideo ratio superior, &c.

¶ Sed circa proprium obiectum habet duos actus. s. simplicem intuitum, & deliberationem, secundùm ꝙ etiam de proprio obiecto consulit rationes æternas.—

¶Hic

¶Hic consequenter D.S. probat primam partem conclusionis sic. Circa proprium obiectum ratio superior habet duos actus. s. simplicem intuitum, & liberationem; & sic motum subitum, & deliberatum consensum; sed motus subitus circa Diuina, & inordinatus esto ex genere sit mortalis, est tamen venialis, quia subitus; motus autem deliberatus, est mortale; ergo circa proprium obiectum, & si sit peccatum mortale ex genere, potest ratio superior peccare venialiter, & mortaliter. Illius rationis D.S. primò ponit maiorem; secundò minorem, ibi. Secundum autem simplicē. Quo ergo ad primam partem maioris patet in solutione secūdi, s. ꝙ possit habere subitum motum respectu proprij obiecti, quia sicut est in speculatiuis, ita etiam in operatiuis; sed rationis speculatiuæ, cuius est syllogizare, est etiam apprehendere simpliciter; igitur & sic est in operatiuis, & in ratione agibilium, quòd ipsius est apprehendere rationes ęternas simpliciter, & in prima operatione intellectus, antequam ex ipsis syllogizet, & deliberet. Et vide D.S. in de Malo, q. 7. artic. 5. quia deliberatio nihil aliud est, quàm quædam discursio, & quodammodo mobilis consideratio; sed in omni motu inuenitur aliquod indiuisibile; ergo & in ratione superiori, quæ deliberat, inuenitur etiam simplex intuitus. Et declaratur illa pars exemplariter de subito motu infidelitatis, quem quis subitò patitur circa materiam fidei. Secunda pars maioris patet, quia etiam de proprio obiecto, ratio deliberat. s. an fit assentiendū, vel non; & an talis assensus sit ſm legem Diuinā debitus, quia potest aliquis deliberare, an credere Deum trinum sit reuelatum a Deo; & inquirere, quòd oppositum eius sit contra reuelationem Diuinam, & per consequens abijciendum. Tunc ibi.

Dub. 1011.

¶ Secūdum autem simplicem intuitum potest aliquē inordinatum motum habere circa Diuina, puta cū quis patitur subitum infidelitatis motum; & quamuis infidelitas ſm suum genus sit peccatum mortale, tñ subitus motus[d] infidelitatis est peccatum veniale; quia peccatū mortale non est nisi contra legem Dei. Potest autem aliquod horum, quæ pertinent ad fidem subitò rationi occurrere sub quadam alia ratione, antequam super hoc consulatur, vel consuli possit ratio ęterna, ideſt lex Dei; puta cum quis resurrectionem mortuorum subitò apprehendit, vt impossibile secundùm naturam, & simul apprehendendo renititur, antequam tempus habeat deliberandi, quòd hoc est nobis traditum, vt credendum secundùm legem Diuinam.—

¶Declarat minorem; & primò probat primam eius partem; secundò probat secundam annectens conclusionem ipsam quo ad omnes suas partes, ibi. Si verò. Probatur ergo prima pars minoris, videlicet, ꝙ motus surreptitius concomitans, vel sequens subitam apprehensionem ante deliberationem sit veniale per accidens, licet non ex genere. Et arguitur sic. Peccatum mortale (s. completum) non est nisi contra legem Dei, ita s. ꝙ non committitur, nisi aliquis aduertat, vel aduertere possit, quia quod agit est contra legem Dei; sed motus subitus circa Diuina, & inordinatus potest occurrere, & insurgere in homine, antequam aduertat, quòd sit contra legem Diuinam; ergo talis non est completè mortalis, sed venialis per accidens. Maior ista relinquitur nota ex dictis supra q. 71. art. 6. ex definitione peccati mortalis. Et notanter dixi, nisi aliquis aduertat, vel aduertere possit, quia quod agit est contra legem. Nam multi non meditantur, nec pensant actu, an opera sua sint contra legem Dei, & tamen peccant mortaliter completè, quia possunt, & deberent aduertere; & est incōsideratio, vel ignorantia voluntaria. Minorem istā D. S. explicat in littera exemplariter, quia potest aliquid pertinens ad fidem (sicut aliquis articulus fidei) subitò sub aliqua ratione humana occurrere rationi, antequam cōsulatur, vel consuli possit ratio ęterna, ideſt lex Dei, & ad illius apprehēsionem sequitur renisus, & quidem motus infidelitatis; sicut exempli gratia, potest quis apprehendere resurrectionem mortuorum, vt impossibilem ſm naturam, & simul apprehendendo renititur, antequam habeat tempus deliberandi, ꝙ hoc est nobis traditum, vt credendum ſm legem Diuinam; & ita talis motus sequens talem apprehensionem ſm rationem naturalem, præuenit aduertentiam legis Diuinæ. Et cum quis legem Diuinam aduertit, & pellit illum motum, submittendo, & captiuādo intellectum in obsequium Christi non est mortale. Tunc ibi.

¶Si verò post hanc deliberationem motus infidelitatis maneat, est peccatum mortale; & ideo circa proprium obiectum, etsi sit peccatū mortale ex genere, potest ratio superior peccare venialiter in subitis motibus, vel etiam mortaliter per deliberatum consensum. In his autē, quæ pertinēt ad inferiores vires, semper peccat mortaliter in his, quæ sunt peccata mortalia ex suo genere, nō autem in his, quæ secundùm suū genus sunt venialia peccata.—

¶Ponit secundam partem minoris, quam D.S. relinquit notam de se, quia s. motus inordinatus circa Diuina procedens ex deliberatione sit mortale, quia si motus infidelitatis est cum illa aduertentia, quòd lex Diuina iubet credere, & nihilominus persistit in dubitatione, tunc esset mortale. Vnde concludit D.S. & ideo circa proprium obiectum, &c. De materia istius probationis habet D.S. in secundo sentent. dist. 24. q. 3. art. 6. vbi dicit. Vnaqueq; potentia (quam possibile est aliquo modo eleuari in aliquid, quod est supra se) habet subitum motum in id, quod sibi ſm se conuenit, & alium motum habere potest in id, quod sibi conuenit ratione eius, quod est eleuata in aliquod superius, sicut in appetitu sensibili patet; nam ipse subitum motum habet in id, quod est sibi conueniens ſm sensum, inquantum autem est regulatus ratione, & perfectus habitu virtutum habet motum post deliberationem in id, quod est ſm rationem conueniens, sicut autem appetitus sensibilis eleuatur per regimen rationis in id, quod est supra se, ita etiam ratio superior eleuatur per lumen fidei in id, quod est supra suam naturalem cognitionem; & ideo subitus motus apprehensionis superioris rationis est ſm suam naturalem cognitionē; quæ si in aliquo fidei obuiet, erit motus infidelitatis ex subreptione, & ita pp defectum deliberationis erit veniale peccatū. Hæc ille. Quæ declarant hic posita, videlicet, quòd motus subitus est, qui sequitur cognitionem naturalem ante deliberationem, & aduertentiam legis Diuinæ; sed actus deliberatus est, qui elicitur a ratione ęterna cum aduertentia legis Diuinæ.

¶Nota circa ista, quòd apprehensio subita in proposito non dicitur subitus motus, quem dicimus venialē; sed renisus ipsius intellectus, & quasi discredentia ipsius in his, quæ sunt Diuina, talis dicitur motus infidelitatis subitus. Apprehensio autem ipsa nullum est peccatum, nullum est enim peccatum apprehendere resurrectionem impossibilem naturæ. Sed dubium, & hæsitatio sequens ante aduertentiam legis Diuinæ de resurrectione. Quam cum quis aduertit, & nihilominus de veritate Diuina dubitat, tunc ratio superior habet motum deliberatum, & inordinatum circa Diuina; sic etiam deliberatio non est peccatum; sed actus inordinatus rationis sequens, vel permanens post deliberationem. Quare sicut dictum fuit in præcedentibus articulis, quòd motus sensualitatis in delectationem mortalem cum simplici apprehensione rationis non est nisi venialē; sed quando est tempus deliberandi, & immoratur, non repellendo auctoritate viri, ideſt ratione superioris, tunc est mortale; ita in proposito ratio superior, licet non subsit altiori potentiæ, tamen habet duplicem cōsiderationem alicuius Diuini, quarum vna per aliam regulari debet, scilicet naturalis per supernaturalem; & ita si ad apprehensionem subitam naturalem sequitur motus inordinatus, qui repellitur post aduertentiam legis Diuinæ, tunc est solùm venialis; si autem diu immoretur dubitando, & non excutiat per considerationem altiorem, vel expresse approbet illud dubium, etiam attento quod est contra legem Dei, est mortale. Patet ex omnibus istis, quòd non est facilè iudicandum in huiusmodi motibus aliquem peccare mortaliter, præsertim hominem bonum, qui cum aduertit aliquid esse contra fidem, nullo modo vellet, vel immorari, vel approbare.

¶Nota autem, quòd sicut dictum fuit de peccato morosæ delectationis, ꝙ non arguit consensum interpretatiuum, nisi postquā aliquis apprehenderit periculum suum, & tamen immoratur; ita videtur, ꝙ motus infidelitatis non habeatur pro deliberato, & tāquam interpretatiuè, vel expresse approbatus, nisi post aduertentiam teneatur, qua aduertitur esse contra regulam Diuinam, &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem, quòd veniale est in superiori ratione secundùm seipsam.

¶Ad primum ergo dicendū, quòd peccatum est contra rationes ęternas, & si sit peccatum mortale ex genere, potest tamen esse peccatum veniale propter imperfectionem actus subiti, vt dictum est. * —— *In corp. artic.

¶Ad maiorem. Dico, quòd non est vnd equaque vera, vt patuit artic. 6. ad secundum, & artic. 5. Quia ratio non solùm deficit circa proprium obiectum, sed etiam in directione aliarum virium; sed tamen conceditur, ꝙ defectus potentiæ maximè attenditur circa proprium obiectum. Ad minorem, prima pars conceditur; secunda autem pars negatur, quia esto deordinari circa rationes ęternas sit mortale ex genere, tamē potest esse veniale per accidēs pp imperfectionem actus subiti; quia (vt tactum fuit) nō est peccatum mortale sine consensu deliberato. Vltra ad consequens; ergo, &c. Verum, veniale ex genere, tamen veniale per accidens. Potest enim ratio superior sibi relicta, & ſm virtutem naturalem habere motum imperfectum, & subitum circa Diuina.

¶Ad secundum dicendum, quòd in operatiuis ad rationem, ad quam pertinet deliberatio, pertinet etiam simplex intuitus eorum, ex quibus deliberatio procedit; sicut etiam in speculatiuis ad rationem pertinet, & syllogizare, & propositiones formare; & ideo etiam ratio potest habere subitum motum.—

¶Ad maiorem negatur, nec probatio implicata eam probat. Dico enim, ꝙ ratio eſt vis deliberatiua, ſed non tm̃ deliberat, ſed etiam aliqua ſimpliciter apprehẽdit, ſicut in ſpeculatiuis, ita & in practicis, & agibilibus. Vnde ſi intelligitur probatio maioris, ꝙ ſit tm̃ deliberatiua. Negatur ipſa. Quamuis enim ſit rationis deliberare, neceſſe eſt tm̃, ꝙ in omni deliberatione includatur abſoluta conſideratio eius, circa quod eſt deliberatio; & ergo ſicut ad rationem ſpeculatiuam pertinet ſyllogizare, quod æquipollet deliberationi, & cum hoc formare propoſitiones in ſecunda operatione, & apprehendere ſimplicia in prima; ita & de ratione operatiua dr̃. ꝙ qn̄q; apprehendit aliquid ſimpliciter, & aliquid Diuinum ſm rationem naturalem, & poſtea deliberat per rationem ſupernaturalem. Et ergo maior negatur, ꝙ ſemper ſit cum deliberatione in omni videlicet actu. Ad minorem conceditur, ꝙ omnis inordinatus motus in his, quæ Dei ſunt, ſi ſit cum deliberatione, eſt peccatum mortale; quia & in his, quæ ſunt contra proximum, ſunt mortalia, ſi ſint deliberata, & præſertim ſi ſint notabilis contrarietatis; & ratio eſt, quia talia ſunt directè contra charitatem, quæ eſt vita ſpiritualis. Negatur autem conſequẽtia, quia maior falſa; quare & concluſio. D. S. negat maiorem.

¶Ad tertium dicẽdum, ꝙ vna & eadem res poteſt diuerſas conſiderationes habere, quarum vna eſt altera altior; ſicut Deum eſſe, poteſt conſiderari, vel inquantum eſt cognoſcibile ratione humana, vel inquantũ traditur reuelatione Diuina, quæ eſt conſideratio altior; & ideo quamuis obiectum rationis ſuperioris ſit quiddam ſm naturam rei altiſſimum, tm̃ poteſt etiam reduci in quandam altiorem conſiderationem; & hac ratione, quod in motu ſubito non erat peccatum mortale, per deliberationem reducentem in altiorem conſiderationem, fit peccatum mortale, ſicut expoſitum eſt. *

*In corp. artic.

¶Ad maiorem dico, ꝙ vera eſt particulariter, ſicut & iacet; quia cõtingit, ꝙ recurritur ad maius bonum. Sed dico, ꝙ non ſolùm contingit iſto modo, videlicet quia ex deliberatione aduertit̃ eſſe contra maius bonũ; ſed ẽt contingit, ꝙ grauius peccetur, quia res ſub altiori conſideratione conſideratur, quia videlicet conſideratur ſubito, & primò ſm rationem naturalẽ, & deinde deliberatè conſideratur ſm rationem Diuinã. Ad minorem, vera, quo ad rem, tm̃ quo ad modum conſiderandi, quorum vnus non facit peccatum mortale, ſed alius completè facit; ſicut Deũ eſſe poteſt conſiderari vt eſt cognoſcibile ratione humana, vel vt eſt reuelatum a Deo. & ſecunda cõſideratio eſt altior; quare eſto, obiectũ rõnis ſuperioris ſit ſm rem altiſſimum, non tm̃ ſemper altiſſimo modo cõſideratur; & ita cum conſideratur ſubitò, & ſm rationem humanam, non erit peccatum mortale, ſi autem deliberatè, & deliberatione ſm rationes Diuinas, ſit peccatum mortale, vt ſatis dictum eſt circa corpus art. Poteſt enim Deũ eſſe trinum apprehendi ratione naturali non attendente fidem, & reuelationem Diuinã, & obligationem ad credendum ex præcepto Diuino, & qñ talẽ apprehenſionem ſequit̃ renixus per motũ infidelitatis, vel dubitationis ſine aduertentia, ꝙ eſt contra fidem, non eſt peccatum mortale, quia nõ auerſio a lege ẽterna. Cõſtat enim, ꝙ ſimplices Chriſtiani multa falſa poſſunt tenere abſq; periculo peccati mortalis in his, quæ non proponuntur communiter credenda. Et tm̃ quia habent fidem implicitam, & ſubmittunt ſe eccleſiæ, ſtant abſq; periculo, vt patebit ſecunda ſecundæ. Si autem apprehendat Deum eſſe trinum cum deliberatione ſm rationes ẽternas; & tunc renititur, eſt mortale. Ex his trahitur, ꝙ ante determinationem eccleſiæ, licet opinari in re non expreſſa per ſcripturam. Negatur autẽ conſequẽs de veniali per accidens ſemper. Quare non, ꝙ in ratione ſuperiori ſm ſe non eſt veniale ſm genus, tm̃ per accidẽs.

Quæſtio Septuageſimaquinta.

De cauſis peccatorum in generali.

DEinde conſiderandum eſt de cauſis peccatorum. Et primò in generali; ſecundò in ſpeciali. Circa primum quæruntur quattuor. Primò, vtrum peccatum habeat cauſam. Secundò, vtrum habeat cauſam interiorem. Tertiò, vtrum habeat cauſam exteriorem. Quartò, vtrum peccatum ſit cauſa peccati.

¶Iuxta ordinem ſupra ſtatutum, quæſt. 71. Hic agitur tãquam in ſexto conſiderando de cauſis peccatorum. Et diuiditur iſte tractatus, vel conſideratio in duas partes principales. Primò determinatur in generali de cauſis peccatorum. Secundò in ſpeciali, quæſt. ſequenti. Circa primum, primò oſtenditur, ꝙ peccatum habet cauſam; ſecundò, oſtenditur qualem cauſam, artic 2. Patet autem conuenientia ordinis, quia communiora ſunt priora; & cauſæ intrinſecæ immediatius ſe habent ad peccatum.

Vtrum peccatum habeat cauſam.

Infra art. 2. & 4. corp. & ad 1. Et q. 77. art. 4. co. Et 2. di. 35. art. 1. corp. *q. 71. art. 6. *Dion. c. 4. par. 4.

AD primum ſic proceditur. Vr̃; ꝙ peccatum nõ habeat cauſam. Peccatũ enim habet rationem mali, vt dictum eſt; * ſed malum non habet cauſam, vt Dionyſ. dicit 4. c. de Di. no. * ergo peccatum non habet cauſam.

¶2 Præterea. Cauſa eſt, ad quam de neceſſitate ſequitur aliud; ſed quòd eſt ex neceſſitate, non videtur eſſe peccatum, eo quòd omne peccatum eſt voluntariũ; ergo peccatum non habet cauſam.

¶3 Præterea. Si peccatum habet cauſam, aut habet pro cauſa bonum, aut malum; non autem bonum, quia bonum nõ facit niſi bonum; non enim poteſt arbor bona fructus malos facere, vt dicitur Matth. 7. Similiter autem nec malum poteſt eſſe cauſa peccati, quia malũ pœnæ ſequitur ad peccatum, malum autem culpæ eſt idem quod peccatum; peccatum igitur non habet cauſam. Matth. 7.

¶Sed contra, omne quod fit habet cauſam, quia vt dicitur Iob 5. Nihil in terra ſine cauſa fit; ſed peccatum fit, eſt enim dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei; ergo peccatum habet cauſam. Iob 5.

¶Hic quærit in generali, an peccatum habeat cauſam. Circa iſtud quæſitum, & pro intellectu artic. oportet aliqua prænotare extra litteram. Primò, ꝙ eſt differentia inter defectum negatiuũ & malum, quia defectus negatiuus eſt eius, quod non eſt natũ haberi, & eſt naturalis; ſicut nõ habere alas eſt naturale homini, nec eſt ſibi malum, ſicut etiam non habere viſum non eſt malum lapidi; & talis defectus eſt ſm naturam; ſed malum dicit defectum priuatiuum eius, videlicet, quod natum eſt ineſſe, & non ineſt, & eſt tale malum præter naturam eius cui ineſt, & non a natura; quia autem eius, ꝙ eſt ſecundùm naturam, non oportet quærere aliam cauſam, quàm naturam; ſed eius, quod eſt præter, vel contra naturam; ideo defectus negatiui non eſt quærenda cauſa, ſed mali, quia quòd res careat eo, quod nata eſt habere eſt propter aliquam cauſam, & per aliquod impedimentum. Differunt malum, & defectus negatiuus.

¶Nota ſecundò, ꝙ quodammodo ſimili modo loquendum eſt de malo in rebus, & de malo in actionibus voluntarijs, & quodãmodo non quo ad cauſam. Eſt enim ſimile in hoc, ꝙ cauſa mali in rebus eſt bonum, & hoc dupliciter. ſ. per accidens; & ſecundò inquantum bonum deficiens. Per accidens quidem, ſicut virtus actiua ignis, quæ intendit generare ignem per ſe, ex conſequẽti cauſat corruptionem, & non eſſe aquæ. Inquantum autem deficiens, ſicut monſtruoſitas partus cauſatur ex ſemine, vt deficit in virtute formatiua, vel organizatiua; ſic eſt & de malo in voluntarijs, quod videlicet habet cauſam per accidens, & deficientem, ita quòd tamen non ſit alia per accidens, alia deficiens, ſed vna ſecundùm diuerſa; voluntas enim, prout fertur in aliquod bonum ſecundùm quid, puta ſecundùm ſenſum, per ſe eſt cauſa motus in delectabile ſecundùm ſenſum, cui per accidens adiungitur (hoc eſt præter intentionem voluntatis) deordinatio tranſgreſſionis Diuinæ legis, & illa eadẽ voluntas cauſat illud malum in actu inquantum deficiens, inquantum ante peccatum præconſideratur aliquis defectus ſui. ſ. nõ vti regula rationis, vel legis Diuinæ, qui defectus præintelligit̃ prauę electioni; & ergo in hoc eſt ſimile de malo cauſato in actu volũtario. Sed in hoc eſt dria, quia res naturalis, vel corpus naturale recipit impreſſionẽ agentis (ad quã ſequitur malum ſuũ) ex neceſſitate, ſicut aqua neceſſariò calefit per ignem; & per cõſequens neceſſariò incurrit malũ ſuum violentata per agens fortius; ſic non eſt de voluntate, ꝙ ſ. etiam malũ actionis ſuę neceſſitata incurrat; quia quãuis delectabile ſm ſenſum moueat, & afficiat voluntarẽ ad delectandum ſe tali delectatione, tm̃ in poteſtate voluntatis eſt recipere, vel non recipere. Quare ſequitur, ꝙ mali moralis (quod accidit ex hoc, ꝙ volũtas recipit) nõ eſt cauſa ipſum delectabile mouẽs, ſed magis ipſa voluntas; & ideo cũ loquimur de cauſa mali moralis, & defectu ordinis debiti, attribuimus voluntati tanquã cauſæ, non aũt obiecto.

¶Notãdũ tertiò, ꝙ aliqua dr̃ cauſa per accidens dupliciter; vno mõ ex parte cauſæ; alio mõ ex parte effectus, ex parte cauſæ, quia videlicet eſt accidentaliter conueniẽs cauſæ, vt cauſa eſt, ſic eſſe adelicet eſt accidentaliter conueniẽs cauſæ, vt cauſa eſt, ſic eſſe aldelicet eſt accidentaliter conueniẽs cauſæ, vt cauſa eſt, ſic eſſe aldelicet eſt accidentaliter conueniẽs cauſæ, vt cauſa eſt, ſic eſſe album, vel muſicum per accidens ędificat. ex parte aũt effectus, qa videlicet coniungit̃ pter intentionẽ agentis ſuo per ſe effectui, ſicut infortunium coniungit̃ domui ędificatæ, vel inuentio theſauri foſſioni ſepulchri; & de hoc ſolet dici in 2. Phyſ. Cum ergo dicemus, ꝙ volũtas eſt cauſa per accidẽs inordinationis, & mali, ꝙ piæ cauſa per accidens ſecundo modo. ſ. rõne effectus, ita ꝙ malũ eſt effectus p accidens ſequẽs. ſ. ad effectũ per ſe intentũ; ſicut per accidẽs, qđ eſt ex parte cauſæ, reducit̃ ad cauſam per ſe agentẽ, ita per accidens ex parte effectus reducitur ad aliũ effectum per ſe. Nota, ¶Nota quartò, vt ſupra dictum fuit, q. 71. art. 1. & q. 73. artic. 8. Aliud eſt dicere præter intentionem, & præter voluntatẽ, vel inuoluntarium,

uoluntarium, quia malum formaliter eſt præter intentionẽ, quia non pp ſe quęſitum, quale eſt intentũ, ſed tm̃ eſt volitum, indirectè ſaltẽ, quia ex hoc ipſo, ꝙ aliquis intendit, & eligit bonũ ſm quid; cui ſemper coniungit̃ malũ, tũc vult malũ; eſto nõ ſm ſeipſum, & pp ſe, tm̃ magis vult incidere in hoc malũ, ꝙ̃ carere bono intẽto.

¶Nota quinto poſt D. S. prima par. q. 49. artic. 1. ꝙ malum non habet cauſam formalem, nec finalem, habet autẽ ſuo modo materialem, & efficientem. Hic autem quæritur principaliter ſolùm de cauſa agente, & effectiua, ſaltẽ per accidens. His notatis, quorum aliqua habes in de Malo. q. 1. ar. 3. videndum eſt de articulo.

Dub. 987.

¶Reſpondeo dicendum, quòd peccatum d eſt quidam actus inordinatus.

¶In hoc corp. D. S. primò determinat duplicem intellectum q̃ſiti; ſecundò reſpondet ſm vtrumq;, ibi. Ex parte igitur, &c. Circa primũ in principio ſub breuibus per viã notabilis reſumit ex dictis, q. 71. & 72. ꝙ peccatum duo dicit. ſ. actum, & inordinationẽ, quæ eſt formaliter malũ, & cõplet rationẽ peccati. Et per hoc innuit̃, ꝙ rñdẽdo copletè oporteat de vtroq; rñdere; vnde ſequitur.

¶Ex parte igitur actus poteſt habere per ſe cauſam, ſicut & quilibet alius actus.

Concluſio reſponſiua prima.

¶In hac ſecunda parte D. S. reſpondet ad quæſitum vtroq; modo intellectum; & primò quo ad primum intellectum, ſecundò quo ad ſecundum, ibi. Ex parte aũt inordinationis, &c. Concluſio igitur reſponſiua prima. Ex parte actus peccatum poteſt habere per ſe cauſam. Probat̃. Quilibet actus poteſt habere per ſe cauſam, igitur & actus peccati. Conſequentia clara. Antecedens patet, quia quilibet actus eſt aliquod bonum (ſaltem ſm quid) ſed omne bonum poteſt habere cauſam, præſertim bonum, quod ex propria ratione eſt effectus, ſicut eſt actus quilibet cauſatus; igitur, &c. Patet enim, ꝙ actus fornicationis habet cauſam per ſe, etiam perfeitate morali, quia fornicatio, cum ſit bonum delectabile, poteſt eſſe intenta, & fit ex intentione.

¶Ex parte autẽ inordinationis habet cauſam eo modo, quo negatio, vel priuatio poteſt habere cauſam; negationis autem alicuius poteſt duplex cauſa aſſignari. Primò quidẽ defectus cauſæ, ideſt ipſius cauſæ negatio, eſt cauſa negationis ſm ſeipſam; ad remotionem enim cauſę ſequit̃ remotio effectus, ſicut obſcuritatis cauſa eſt abſentia Solis; alio modo cauſa affirmationis, ad quã ſequitur negatio, eſt per accidens cauſa negationis conſequentis, ſicut ignis cauſando calorẽ ex principali intentione, conſequenter cauſat priuationẽ frigiditatis, quorum primũ poteſt ſufficere ad ſimplicẽ negationem.

¶Hic conſequenter D. S. reſpondet quęſito iuxta ſecundum intellectum; & circa hoc ponit tres concluſiones, quo ad hoc reſpõſiuas, ita ꝙ ſemper vna eſt explicatiua alterius, vt clarius pateat reſponſio; ſecundam ponit ibi. Omnis autem cauſa; tertiam ibi. Sic igitur voluntas. Prima ergo cõcluſio reſponſiua in generali (quã ponit partim in principio, partim in medio) eſt iſta. Ex parte inordinationis peccati, neceſſe eſt ponere cauſam, eo modo quo negatio, vel priuatio habet cauſam; & quia iſta eſt vna diſiũctiua, vel de diſiuncto extremo, ad cuius veritatem ſufficit alteram partem eſſe veram (immo verificatur qñq; diſiũctum ſine aliqua parte determinatè) ideo ponit aliam partem illius concluſionis cathegoricè reſpondentem, in medio corporis. ſ. peccatũ eo modo, quo priuatio, habet cauſam (ſ. agentem alicuius affirmationis, ad quam ſequitur priuatio) & non eo modo, quo negatio pura, & ſimplex habet cauſam. Probatur iſta concluſio. Cauſa negationis puræ poteſt eſſe negatio, ſed cauſa inordinationis peccati non poteſt eſſe negatio pura, ſed cauſa agens per accidens; igitur cõcluſio vera, ꝙ oportet ponere cauſam, eo modo quo priuatio, &c. Tenet conſequentia, quia priuatio habet talẽ cauſam agentem per accidens, vt patuit in primo notabili. Antecedens D. S. primò declarat per vnũ notabile diſtinctiuum quo ad primã eius partem; & ſecundò quo ad ſecũdam partem, ibi. Sed cũ, &c. Quòd negationis alicuius poteſt eſſe duplex cauſa. Primò quidẽ defectus cauſæ, ideſt negatio ipſius cauſæ ſm ſeipſam eſt cauſa negationis, quia ad remotionẽ cauſæ ſequitur remotio effectus, ſicut ad non præſentiam Solis, ſequitur non eſſe luminis, & negatio luminis in aere; ſed alio modo eſt cauſa negationis, cauſa ipſius affirmationis, ita ꝙ ſit vna cauſa, quæ cauſat affirmationẽ per ſe, & ex intentione, ſed negationem ſequentem illam affirmationem per accidens, ſicut ignis calefaciendo, & cauſando calorem ex principali intentione, conſequenter cauſat priuationẽ frigiditatis; & ſic patet antecedens, ꝙ negationis puræ ſufficit negatio cauſæ per accidens, ſicut ad defectũ negatiuum, qui eſt non eſſe riſibile, ſufficit nõ eſſe hominem, quod non eſſe hominem, eſt negatio cauſæ ipſius, quod eſt eſſe riſibile. Tunc ibi.

¶Sed cum inordinatio peccati, & quodlibet malum non ſit ſimplex negatio, ſed priuatio eius, quod quidem natum eſt, & debet habere; neceſſe eſt, quòd talis inordinatio habet cauſam agentem per accidens; quod enim natum eſt ineſſe, & debet, nunquam abeſſet niſi propter cauſam aliquam impedientem.

¶D. S. ponit, & probat ſecundã partem antecedentis; primò ratione; ſecundò communi dicto, ibi. Et ſm hoc, &c. Arguitur ergo primò ſic; quicquid natum eſt in eſſe, & debet, nunquã abeſſet niſi pp aliquam cauſam impedientem; ſed inordinatio peccati, & quodlibet malum (ſ. etiam in rebus) eſt non ſimplex negatio, ſed priuatio eius, quod aliquid natum eſt, & debet habere; igit̃ inordinatio peccati habet aliquã cauſam, ſicut priuatio. ſ. cauſam affirmationis. Maior nota, quia frigiditas debet ineſſe aquæ, & oportet eſſe cauſam, quare non inſit, quod nõ ineſſe eſt priuatio reſpectu aquæ, & habet cauſam impediẽtem ne inſit. ſ. virtutem ignis. Minor etiam relinquitur nota ex ſupra ſępius dictis, quia inordinatio peccati, eſt priuatio debiti ordinis rõnis, vel legis Diuinæ, q̃ poſſet, & deberet actui humano in eſſe; quare oportet dare cauſam, ꝙ non inſit, cauſam inquã per accidens. Conſequenter ibi.

¶Et ſecundùm hoc cõſueuit dici, quod malum, quod in quadam priuatione conſiſtit, habet cauſam deficientem, uel agentem per accidens.

¶Cõfirmat illã ſecundã partem antecedentis communi dicto, quia cõſueuit dici, ꝙ malum (quod dicit defectũ priuatiũ, & cõſiſtit in priuatione) habet cauſam deficientem, vel agentẽ de per accidens; & hoc patuit in primo notabili, & patebit plus in ſeq.

¶Nota autem, ꝙ idẽ eſt dicere, ꝙ negatio pura habet pro cauſa negationem cauſę; & dicere, ꝙ negatio habet pro cauſa naturã rei, nõ quidẽ quo ad poſitiuum quod eſt; ſed vt includit negationem rationę proprię differentię ſui oppoſiti; ſicut natura humana eſt cauſa eius, quod eſt non hr̃e alas, inquantũ dicit negationem dr̃iæ, quam conſequitur eſſe alatum. Quare D. S. in de Malo ſm tenorem primi notabilis, & hic, non contradictoria ponit, dicendo negationem abſolutam eſſe ſm naturam, & hic dicendo eam habere pro cauſa negationem, quia eſt ſm naturã, nõ ratione poſitiui, quod eſt, ſed ratione virtualis negationis incluſæ, quia quęlibet habentia oppoſitas dr̃ias, includunt negationem mutuam.

¶Omnis autem cauſa per accidens reducitur ad cauſam per ſe. Cum igitur peccatum ex parte inordinationis habeat cauſam agentem per accidens, ex parte autem actus habeat cauſam agentem per ſe; ſequitur, ꝙ inordinatio peccati conſequatur ex ipſa cauſa actus.

¶Quãuis iam habitum ſit ſatis quid dicẽdum ſit ad quæſitum, quia videlicet peccatum quo ad formale. ſ. deordinationẽ habeat cauſam ſuo modo effectiũ per accidens. Adhuc tm̃ nõ eſt habitum, quæ ſit illa cauſa per accidens; ideo conſequenter hic D. S. ꝙ complemento doctrinæ, & hoc oſtendit per alias duas cõcluſiones; quarũ vna oſtendit cauſam per accidens in gñali; & eſt iſta. Inordinatio peccati cõſequit̃ per ſe cauſam ipſius actus. Probat̃, omne per accidẽs reducitur ad cauſam per ſe (i. nõ cauſat̃ effectus per accidẽs, niſi mediante effectu per ſe) ſed ipſe actus cauſat̃ per ſe, & habet per ſe cauſam; ex parte autem inordinationis habet cauſam agentẽ per accidens, ita ꝙ illud per accidens eſt mediãte eo quod eſt per ſe; igit̃ cõcluſio vera. Maior nota, & minor patet pro prima parte ex prima parte primæ cõcluſionis. Secunda pars patet, quia malũ eſt pter intentionẽ, & p cõſequẽs nõ hẽt cauſam per ſe moraliter, vel naturaliter, quę p ſe reſpiciat intẽtũ. Tũc ibi.

¶Sic igitur volũtas carens directione regulæ rationis & legis Diuinę, intendens aliquod bonum cõmutabile, cauſat actũ peccati, quidẽ peccati p ſe; ſed inordinationẽ actus per accidens, & pter intẽtionẽ, ꝙ̃ penit enim defectus ordinis ī actu, ex defectu directionis in volũtate.

¶Infert ex omnibus ſupra dictis vltimã cõcluſionẽ per modũ corollarij explicatiuã in ſpeciali, quæ ſit cauſa per ſe, & per accidens peccati, talẽ. Voluntas carens directione regulæ rationis, & legis Diuinæ intendẽs aliquod bonum commutabile cauſat actũ peccati per ſe, ſed inordinationẽ actus per accidens, & pæter intentionẽ. Sequit̃ ex dictis, quia id quod cauſat actum per ſe, cauſat inordinationem (quæ ſequitur ad actum) per accidẽs, ſed voluntas carens directione regulæ rationis intẽdens aliquod bonũ cõmutabile, cauſat actũ per ſe moralem. ſ. de quo loquimur, qui eſt peccatũ; igit̃, &c. Maior patet ex cõcluſione præcedẽti. Minor quo ad hoc, ꝙ dicit carens directione regulę, &c. Patet, quia defectus ordinis in actu nõ cauſat̃ a volũtate, niſi ex defectu directionis paſſiuæ in voluntate, quia ſ. volũtas mediante ratione nõ vtit̃, nec attendit regulæ ſuæ. Quod autem volũtas ſit cauſa actus per ſe, patuit; quare patet, ꝙ peccatum formaliter, & inordinatio habet voluntatem pro cauſa, & per accidens, & prout eſt deficiens. Per accidens, quia mediante actu per ſe intento, vt eſt deficiens, quia inquantum non vtitur regula ſua, vel vt ei nõ conformatur, & vt non adhibet regulam debitam. De illo autem defectu, non adhibitionis regulæ, vel non ſubiectionis regulæ, an ſit peccatum, vel ſolùm defectus negatiuus, videbitur ad tertium.

¶Nota autem circa vltimã cõcluſionem, ꝙ cauſa intendens bonũ cõmutabile eſt per ſe cauſa actus; ſed quia carens directione regulæ debitæ eſt cauſa per accidens inordinationis; quia ex actu circa obiectum non habet inordinationẽ, ſed ex omiſſione regulę; ſicut fornicatio nõ habet inordinationẽ ex acceſſu ad mulierẽ; ſed ex hoc, ꝙ acceditur ad eã, quæ eſt lege prohibita. ſ. non ſuam.

¶Nota ſecundò circa eandem concluſionem, ꝙ D.S. attribuit peccatum voluntati, & non obiecto; ſed voluntati circa obiectũ. Et huius ratio patuit in ſecundo notabili, &c.

ARGVM. in contrarium confirmat primam concluſionem.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ peccatum nõ ſolùm ſignificat ipſam priuationẽ boni, q̃ eſt inordinatio; ſed ſignificat actum ſub tali priuatione, quæ habet rationem mali, qđ quidẽ qualiter habeat cauſam, dictum eſt.*

*In corp. artic.

¶Ad maiorem, peccatum habet rationem mali. Dico, ꝙ habet rationem mali actus, ita ꝙ peccatũ importat duo (vt patuit) vnũ formaliter, aliud materialiter, & materiale eſt principale, quia de intentione agentis. Ad minorem, malum formaliter non habet cauſam per ſe, tamen per accidẽs, & hoc vult Dion. ſed actus ipſe malus habet cauſam per ſe. ſ. voluntatem intendentẽ tale obiectum; ſed inordinatio ſequitur per accidens, inquantum non adhibet debitam regulam. Vltra, ergo peccatum non habet cauſam; verum, ratione malitiæ non habet cauſam per ſe, tñ per accidẽs, & rõne actus, qui eſt bonus (ſaltẽ ſm qd) hẽt cauſam p ſe.

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſi illa definitio cauſæ vniuerſaliter debeat verificari, oportet, vt intelligatur de cauſa ſufficienti, & nõ impedita; contingit enim aliquid eſſe cauſam ſufficientem alterius; & tamen non ex neceſſitate ſequitur effectus pp aliquod impedimẽtum ſuperueniens; alioquin ſequeretur, ꝙ omnia ex neceſſitate contingerent, vt patet in 6. Meraph.* Sic igitur etſi peccatum habeat cauſam, non tamen ſequitur, quòd ſit neceſſaria, quia effectus poteſt impediri.

*Ariſtot. tex. 5.

¶Ad maiorem dico, ꝙ illa maior eſt vſq; falſa, nec ponit in definitione cauſæ ex neceſſitate; ſed eſt ad quod ſequitur aliud. Dico enim, ꝙ etiam cauſa exiſtente ſufficiente, adhuc non ſequitur effectus de neceſſitate, quando cauſa impediri poteſt, etiam cauſa ſemper eodem modo ſe habẽte; ſicut patet de Sole, cuius effectus impediri poteſt pp indiſpoſitionẽ materiæ, & multa impedimẽta.

¶Dico ſecundo, ꝙ de cauſa voluntaria non habet apparẽtiam iſta maior, quia motus eius eſt in ipſius poteſtate; & poteſt agere, & non agere, vt dictum eſt, eius actus; & per cõſequens inordinatio nõ eſt niſi ab ipſa; obiectum enim peccati cuiuſcunq; nõ neceſſariò mouet volũtatem; & ergo ipſa poteſt impedire, ne actus committatur. Minor vera, quod ex neceſſitate fit, non eſt peccatũ præſertim ex neceſſitate abſoluta, & ſimpliciter. Sed negat conſequentia, quia nõ omnis cauſa neceſſariò agit, & maximè voluntaria, qualẽ dicimus eſſe cauſam peccati. Vide D.S. in 2.d.36.ar.1. ad 2. ſimilẽ ſolutionem. De materia huius ſolutionis prima par. q.115.art.6. vbi examinatur opinio Auicennę ex intentione; quia cauſa ſufficiẽs, ad quã ſequitur effectus, eſt, q̃ habet actũ primum complẽtum, & negationem impedientium actualem cauſalitatem. Vide D.S.6. Metaph. lec.3. quia Auicẽna ponit, ꝙ nullus effectus ſit poſſibilis in cõparatione ad cauſam ſuam; & dicit D.S. ibidem, ꝙ debet intelligi, ſuppoſito ꝙ nullum impedimentũ cauſæ aduenìat; neceſſe eſt enim cauſa poſita ſequi effectum, niſi ſit impedimentum, qđ tamen quandoq; contingit per accidens; & ideo Phil. dicit, ꝙ non eſt neceſſarium generationem ſequi, vel corruptionẽ, poſitis cauſis generationis, vel corruptionis, poſſunt enim impediri, ſicut propter indiſpoſitionem materiæ, vel propter occurſum contrarij agentis, vel propter aliquod huiuſmodi. De hac materia dicetur prima parte, quæſt.22.artic.4.ad primum.

*In corp. artic.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt; * voluntas ſine adhibitione regulæ rationis, vel legis Diuinæ, eſt cauſa peccati, hoc autem quod eſt non adhibere regulã rationis, uel legis Diuinæ ſm ſe non habet rationẽ mali, nec pœnæ, nec culpæ, antequã applicet ad actũ; vnde ſm hoc peccati primi non eſt cauſa malum aliquod; ſed bonum aliquod cum abſentia alicuius alterius boni.

¶Circa hoc argumentum nota, & pro intellectu ſolutionis, ꝙ hic tangitur vna difficultas de peccato inconſiderationis, ꝙ D.S. prima par. q.63. ponit fuiſſe primum in Angelo. Eſt enim dubiũ, quàm non attendere ad regulam ſit peccatum, & an aliud peccatum, quàm actus malę electionis ſequens. ¶De primo, clarus eſt D.S. in de Malo, vbi ſupra, & vbicunq; de iſta materia loquitur, quia non attendere actu ad regulam rationis, non eſt culpa, nec pœna, nec peccatum cõmiſſionis, nec omiſſionis; ſed ex hoc primo accipit rationem culpæ, ꝙ ſine actuali conſideratione regulæ procedit ad huiuſmodi electionẽ, ſic, ꝙ peccatum non eſt eſſe ſine regula, ſed conſiſtit in actu, qui fit contra regulam, ita ꝙ electio libera cõtra regulã rationis, eſt peccatum. Vnde vr̃ dicendum iuxta ſupra dicta, ꝙ ſicut defectus rationis, & actus malus voluntatis, habent rationem vnius peccati, ſiue ſit defectus rationis in dirigendo poſitus, vel obmiſſus; ſic ipſa inconſideratio, aut non attendere regulam, cum quis debet attendere, & praua electio ſequens ad illam inconſiderationem, habent rationẽ vnius peccati totalis, quia tale non attendere eſt voluntarium, & per conſequens peccatum; ſed quia defectus rationis, & voluntatis conſtituunt vnum peccatum commiſſionis, q̃n etiam eſt defectus priuatiuus in ratione (poſito tñ aliquo actu voluntatis) ideo faciunt vnum peccatum. Conſtat enim, ꝙ conſenſus in actum, & actus ipſe cui conſentitur, ſolùm per negligentiã conſiderationis in ratione ſuperiori, & ipſe actus conſtituunt vnum peccatum. Voluntas igitur cauſat peccatũ formaliter, i. deordinationem peccati ex hoc, ꝙ non attendit actu, cũ agit, & ſic cauſat, inquantum deficit, & defectu culpabili; quia talis defectus eſt voluntarius modaliter, non tamen obiectiuè, ita ſ. quia agit non vtens regula ſua, qua deberet vti, & poſſet, non ꝙ expreſsè nolit vti. Illud igitur non vti regula eſt modus peccati, non obiectum, & modus culpabilis, q̃n agit actu ſine regula, ſm quam deberet agere; & ſi ſm regulam ageret, non cauſaret inordinationem. Summariè igitur dr̃, ꝙ actu non attendere ſm ſe, & abſolutè ſolùm eſt defectus negatiuus, & nullum malum; ſed non attendere actu applicatum ad operantem, qui agendo debet attẽdere, & ſm regulam moderare opus ſuum, tunc eſt culpa, & defectus priuatiuus, quia non attẽdere, quod quis debet, & ſic operari eſt peccatum, & hr̃ tanquã noluerit ſe conformare regulæ ſuæ, & ſic tanquã voluntarium; indirectum; quare & actus ſequens hr̃ tãquam voluntariè non conformatus regulæ ſuæ, & per conſequẽs talis volũtaria nõ conformatio, eſt idem peccatum cum actu diſformi. Hoc notato videndum eſt ad argumẽtũ. Ad maiorẽ dico, ꝙ habet bonũ deficiens pro cauſa, & ille defectus antequam actu agat, eſt defectus negatiuus. Dico ſecundò, ꝙ cũ actu cauſat, tunc eſt deficiens concomitanter defectu priuatiuo, ita ꝙ hoc ipſo, ꝙ actu agit ſine regula ſua peccat; ſic ꝙ tale non conſiderare, & actus qui fit, ſunt vnum peccatum contra regulam debitam. Et ergo dico ad maiorem iterum, ꝙ peccatum habet cauſam bonã, antequam peccat, quæ efficitur mala actu peccando, non ꝙ prius fuerit mala. Sed nunc, quia agit contra regulam ſuam, qua potuit attendere regulam, & vti regula, & actum hunc ſibi conformare, quod quia non fecit, hr̃ vt voluntariè agens contra regulam, Vltra, non autem bonum. Negatur iſta vniuerſaliter. Ad probationem dico primò, ꝙ loquẽdo de bono in rebus; negatur, ꝙ bonum etiam, vt non eſt deficiens, immo perfectum non faciat malum huic in effectu alieno; & loquendo de bona voluntate Dei. Dico ꝙ etiam vt optima, eſt cauſa mali pœnæ in peccantibus, & hoc intentione bona, & iuſta. Sed verum eſt, ꝙ bonum vt bonũ nõ cauſat malum in effectu proprio, nec cauſat in alio quocunq; malum per ſe, ſed per accidens. Verum eſt etiam, ꝙ agens naturale non cauſat malum in effectu proprio, niſi vt deficiens.

¶Dico ſecundò, ꝙ bonum cum abſentia boni (hoc eſt, vt deficiens defectu, qui ſm ſe eſt negatiuus) poteſt cauſare malum, & cauſa talis non eſt mala, niſi dum actu cauſat; ita ꝙ defectus, qui præceſſit negatiuus, nunc cum agit, efficitur priuatiuus, quia ex ipſa applicatione ad opus fit debitum illud bonum, quo caret. ſ. attendere actu ad regulam rationis, & legis Diuinæ. Vltra; ad probationem, non poteſt arbor bona, &c. Intelligitur per arborem bonam voluntas bona moraliter, quæ vt ſic non facit mala, tamen vt deficiens. Secundò non facit bona voluntas mala, ſic, ꝙ antequam faciat, ſit mala, immo bona; ſed ſolùm eſt mala cõmitanter, dum facit; quia non facit, niſi cõcomitetur iam culpabilis, qui prius culpabilis non erat. Vltra, ad ſecundam partem principalem, &c. Conceditur, ꝙ malum non ſit cauſa peccati, intelligendo ſemper antecedenter, ita ꝙ non eſt mala, antequam cauſet, ſed cauſando efficitur actu mala. Quare cauſa mali moralis (de qua loquimur) eſt bonum, quia antequam cauſat peccatum, eſt bonum bonitate naturæ; ſed dum cauſat, efficitur malum moraliter, quia voluntas ipſa ſine adhibitione regulæ Diuinæ eſt quoddam bonum ens, & illud non adhibere nõ facit eam malum ens, ſed dum actu applicatur, ideſt dum aliquis operatur actu, & exit in actum, non vtens regula, tunc illud nõ adhibere, redditur malum, & peccatum, & facit voluntatem malam moraliter, & denominatiuè. De materia huius ſolutionis vide Capreolum in ſecundo, diſtinct.34. in ſolutione argumentorum contra ſecundam concluſionem. Capreolus.

¶Nota verbum D.S. in ſolutione, ꝙ primi peccati cauſa, non eſt malum aliquod. Notanter, primi, ita ꝙ antequam quis peccet peccato actuali, nullum peccatum actuale præintelligitur, ſed poſtquam peccauit, tunc ante ſecundum, intelligitur primum, ante quod nullum eſt, vnde non eſt proceſſus in infinitum. Et ſoluitur per hoc argumentum, quod D.S. deducit in de Malo ſupra ſexto loco. Vnde dicit D.S. ibidem ſoluendo. Sed in voluntariis cauſa mali, quod eſt peccatum, eſt voluntas deficiens; ſed illis cauſa mali, quod eſt peccatum, eſt voluntas deficiens; ſed illæ defectus non habet rationẽ, nec culpæ, nec pœnæ, ſm ꝙ præ intelligitur peccato; nec huiuſmodi defectus oportet aliã cauſam quærere, vnde non oportet procedere in infinitum. Hæc ille.

¶Nota

¶Nota etiam, quod D.S. dicit, ꝙ cauſa mali (ſ. moralis & peccati) eſt bonum aliquod. ſ. voluntas ipſa eum motiuo, & bono intento cum abſentia alicuius boni. ſ. conſiderationis regulæ; ita ꝙ talis abſentia abſolutè eſt negatio pura, & nullum malum, ſed tamen dum actu cauſat peccatum, tunc eſt malum; & ſic poſſet concedi, ꝙ cauſa mali eſt malum dum cauſat; ſed antequam cauſaret erat bonum, ſed dum cauſat, deficit tali defectu, qui abſolutè non eſt malum quoddam, ſed ſolùm dum cauſat.

Vtrum peccatum habeat cauſam interiorem.

B Infra ar. 3. corp.

AD ſecundũ ſic proceeditur. Vr̃, ꝙ peccatũ nõ habeat cauſam interiorem. Id enim, ꝙ eſt interius alicuius rei ſemper adeſt ei; ſi igit̃ peccatũ habeat cauſam interiorem, ſemper hõ peccaret, cũ poſita cauſa ponat̃ effectus.

¶2 Præt. Idẽ nõ eſt cauſa ſuijpſius; ſed interiores motus hominis ſunt peccatum; ergo non ſunt cauſa peccati.

¶3 Præt. Quicquid eſt intra hoiem, aut eſt naturale, aut uoluntarium; ſed id quod eſt naturale, nõ poteſt eſſe peccati cauſa, qa peccatũ eſt cõtra naturã, vt dicit Dam.* quod autẽ eſt voluntariũ, ſi ſit inordinatũ, iã eſt peccatũ; nõ ergo aliquid intrinſecũ põt eſſe cauſa primi peccati.

*Damaſc. lib. 2.ca.4. & 30.& lib. 4.ca.21.

¶Sed cõtra eſt, ꝙ Aug. dicit, * ꝙ volũtas eſt cã peccati.

*Aug. lib. de duabus animabus. c.10 & 2.c. 9.10 6. Et 1. retract. c.9. 10.1. Et libro 3. de libert. arbitr. c.17.

¶Hic quærit qualem cauſam habeat peccatum in genere; & primò an habeat cauſam interiorem; deinde an exteriorem, artic. ſequenti. Et intelligitur per cauſam interiorem peccati, aliquid faciens ad peccatum, quod eſt intra hominem peccantem, ſicut econuerſo per cauſam exteriorem intelligitur aliquid exiſtens extra rationem. Quærit ergo habito, quòd habeat cauſam, an illa ſit in homine. Et quamuis ex art.1. habeatur de vna cauſa intrinſeca. ſ. voluntate, tamen quia & aliæ cauſæ intrinſecæ ſunt; ideo vt res ad plenum apperietur; quærit diſtinctè, &c.

*Art. præceden.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ ſicut iam dictum eſt; * per ſe, cauſam peccati oportet accipere ex parte ipſius actus; actus autem humani poteſt accipi cauſa interior, & mediata, & immediata.

¶D.S. primò reſpondet per vnã concluſionem, & eã probat; ſecundò eandẽ explicat, & declarat, ibi. Sed quia ſupra dictum, &c. Circa primum eſt talis cõcluſio reſponſiua. Duplex eſt cauſa peccati interior; vna proxima ex parte rationis, & voluntatis; alia verò remota ex parte imaginationis, vel appetitus ſenſitiui.

¶Nota autem, ꝙ huiuſmodi cauſæ ſunt quidem per ſe cauſa actus; ſed tamen & inordinationis ſunt cauſa, vt patebit; ſed D.S. oſtendit primò principaliter, quòd huiuſmodi cauſæ ſint per ſe cauſæ actus peccati. Probatur concluſio ex littera. Actus humani poteſt accipi cauſa interior, & immediata, ſed peccatũ eſt actus humanus; igitur concluſio vera. Minor relinquitur nota ex dictis, q.71.artic.1. quia dictum, vel factum; & eam D.S. declarat ex vno præſuppoſito ex artic.1. quòd per ſe cauſam peccati oportet accipere ex parte ipſius actus, qui ſ. eſt humanus, & voluntarius, quia vt patuit, ex parte inordinationis, non habet per ſe cauſam; ſed tamen (vt etiam dictum eſt artic.1.) eadem eſt cauſa actus per ſe, & inordinationis per accidens. Et quia hic loquimur de cauſa peccati per ſe ex parte actus humani, ſequitur, quòd tot habeat cauſas interiores, quot actus humanus.

¶Nota circa maiorem cautè verba D.S. quia non dicit cuiuslibet actus humani, ſed dicit indefinitè, actus autem humani, quia videlicet, non omnis actus humanus habet duplicem cauſam interiorem propriè; nam actus voluntatis poteſt eſſe peccatum, & actus humanus, nõ dependens ab appetitu ſenſitiuo. Et eſto imaginationem, & cogitatiuam oporteat eſſe in actu, quando ratio proponens voluntati obiectum eſt in actu, tamen poteſt eſſe, ꝙ voluntas peccet ſine inclinatione appetitus ſenſitiui, quæ ſequatur imaginationem; ſicut poteſt etiam quis peccare circa id, quod eſt contrarium ſenſualitati, & ad id quod ipſa non inclinat. Sed tamen aliquando contingit, vt peccatum oriatur ab appetitu ſenſitiuo, & imaginatione, ſicut præſertim eſt in carnalibus, & peccatis circa bona ſenſibilia. Sed vt dictum eſt circa intelligibilia, & ſpiritualia non ita oportet. Quare notanter maior aſſumpta eſt indefinitè, & vera eſt permiſſiuè; vnde & D.S. dicit, poteſt accipi, &c. vnde maiorem D.S. conſequenter declarat, cum dicit.

¶Immediata quidem cauſa humani actus eſt ratio, & uoluntas, ſm quam homo eſt liber arbitrio; cauſa autem remota eſt apprehenſio ſenſitiuæ partis, & etiam appetitus ſenſitiuus; ſicut enim ex iudicio rationis voluntas mouetur ad aliquid ſm; rationem, ita etiam ex apprehenſione ſenſus, appetitus ſenſitiuus in aliquid inclinatur, quæ quidem inclinatio interdum trahit voluntatem, & rationem, ſicut in fra patebit.* Sic igitur duplex cauſa peccati interior poteſt aſſignari; vna proxima ex parte rationis, & voluntatis; alia verò remota ex parte imaginationis, vel appetitus ſenſitiui.

*q.77.ar.2.

¶Nota pro intellectu eorum, quæ dicta ſunt a D.S. in littera ad maiorem declarandam, vt tangetur infra, quæſt.77.artic.1. quòd proprium, & per ſe motiuum directiuum voluntatis, eſt ratio, & non quæcunque, ſed practica; & ea quæ eſt circa ſingularia, quomodocunque circa ea ſit directè, vel indirectè (poſſumus namque directè velle, quæ indirectè intelligimus.) Si ergo ſingulare quod apprehenditur per rationem, etiam apprehendatur per ſenſum interiorem, præſertim cogitatiuam, & idem dicteur ratio, & cogitatiua, ita ꝙ apprehenſio per intellectum, addatur & apprehenſio per ſenſum dictum, multò fortius mouebit voluntatem. Et ſi cum his addatur inclinatio appetitus ſenſitiui, tunc & cognitio firmabitur. & ſequetur iudicium conforme cogitatiuæ, & rationis, & voluntas fortiter mouebitur. Quare ſequitur, ꝙ ad peccatum, quod completur per voluntatem, & rationem, ſicut per cauſas immediatas, & intrinſecas; concurrant quandoque & appetitus ſenſitiuus, & apprehenſio interior ſenſitiua, quæ quidem nõ immediatè perficiunt peccatum; & ideo ſunt cauſæ remotæ, ſed tamen adiuuant, & trahunt perficiẽtes, ideo eſt duplex cauſa peccati humani actus interior, vna propinqua, & alia remota.

¶Nota autem vt dictum eſt, ꝙ ſemper dum ratio practica mouet voluntatem, oportet ſenſum eſſe in actu, quia neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari, non tamen videtur, ꝙ oporteat appetitum ſenſitiuum ſemper mouere ad id, ad quod voluntas mouet, ſed ſm eãdem rationem, vt patet ex ſupra dictis, q.10. artic.3. ad tertium. Vnde D.S. prima par. q.34. artic.2. ad tertium, intelligendus eſt, vt in plurimum, q̃n dicit, ꝙ ſuperior appetitus non moueat, niſi mediante inferiori. Sed de apprehenſuis vr̃ verum eſt, ꝙ ſuperior non mouet niſi mediante inferiori. i. vr̃ is mediante particulari. His notatis, patet maior ex declaratione, quia ad actum humanum poſſunt concurrere voluntas, ratio, apprehẽſio quoque ſenſitiua, & appetitus ſenſitiuus; igitur maior vera. ſ. ꝙ habet actus humanus duplicem interiorẽ, &c. Tenet conſequẽtia, quia voluntas, & ratio ſunt cauſa immediata interior, id quod eſt ex ſenſu, eſt cauſa remota. Antecedens patet pro prima parte, quia non eſt actus humanus, niſi quia a libero arbitrio; ſed homo eſt liberi arbitrij per rationem, & voluntatem; igitur antecedens verum pro prima parte, ꝙ cauſa interior eſt ratio, & voluntas, immo quantumcunq; alia cauſarent in ordine ſuo, & non accedat deliberatus conſenſus, non erit peccatum perfectum. Pro ſecunda parte patet quoq; añs, quia ſicut ex iudicio rationis volũtas mouetur ad aliquid ſm rationem. ſ. practicã, ita etiam ex apprehenſione ſenſus, appetitus ſenſitiuus in aliquid inclinatur; ſed illa inclinatio interdum trahit voluntatem, & rationem, vt patebit infra, q.77.art.1. Et iam dictum fuit, & patuit ſupra, q.9.art.3. quare & ſenſitiua apprehenſio, & appetitus ſenſitiuus ſunt cauſa. ſ. mediante voluntate, quam trahunt, & inclinant, vt dictum eſt.

¶Nota autem circa hoc, ꝙ dictum hoc verum eſt, ꝙ ſ. ſenſualitas præuia apprehenſione ſenſitiua inclinat voluntatem, non ſolùm quando ratio practica, & apprehenſio concurrunt, & concordant in eodem, ſed etiam plerumq; fit, ꝙ ſenſus, & inclinatio ſenſualis trahunt rationem, & voluntatem in id, quod primò nõ videbatur, ita vt ratio relicto iudicio ſuo (imperfecto tamen) & voluntas abiecta inclinatione quam habuit in contrarium, nunc trahatur in id, quod prius diſplicebat. Vnde fit, vt quamuis primò aliqualiter renitatur, & inclinetur aliqualiter in bonũ virtutis, tamẽ finaliter cedit a bono virtutis, & ſ ſequitur ſenſualitatem, non violentata, ſed voluntariè conſentiens; & hoc ſemper fit directè, vel interpretatiuè, ita quòd appetitus ſenſitiuus nõ moueat ad peccatum, niſi conſentiente voluntate.

¶Nota quoq; circa iſta, ꝙ apprehenſum ſm ſenſum, ſm ſe nõ poteſt mouere voluntatem, niſi & aſſit apprehenſio, & iudicium intellectiuum, ꝙ ſm ſe mouere poteſt intellectum, licet nõ adeo perfectè, ſicut cum iudicio ſenſus; quia autem iudicio intellectus plerumque ſequitur iudicium ſenſuale, & inclinationem appetitus ſenſitiui, quam ſequitur iudiciũ ſenſuale; ideo de vltimo ad primum, ex ſenſualitate ſequitur peccatum in voluntate.

¶Nota quoque, quod dicit D.S. interdum inclinatio ſenſualis trahit voluntatem, quia non ſemper, & in omnibus voluntas ſequitur inclinationem, tamen plerumque, & certè in pluribus, vnde fit, vt ſtultorum infinitus ſit numerus. Deinde cum dicit.

¶Sed quia ſupra dictum eſt, * quòd cauſa peccati eſt aliquod bonum apparens motiuum cum defectu debiti motiui, ſcilicet regulæ rationis, vel legis Diuinæ, ipſum motiuum, quod eſt apparens bonum, pertinet ad apprehenſionem ſenſus, & appetitum; ipſa autem abſentia debitæ regulæ pertinet ad rationem, quæ nata eſt huiuſmodi regulam conſiderare; ſed ipſa perfectio uoluntarij actus peccati pertinet ad uoluntatem, ita ꝙ ipſe uoluntatis actus præmiſſis ſuppoſitis iam eſt quoddam peccatum.

*Art.1. huius quæſt.

¶Explicat concluſionem reſponſuam, & ſuppletur talis cõcluſio declaratoria reſponſiuæ. Illæ cauſæ interiores (ſ. propinquæ, & remotæ) concurrunt ad ipſum ſm diuerſa, quæ ad peccatum requiruntur, ita ꝙ concurrunt tanquam plures cauſæ partialiter. Probatur. Cauſa peccati eſt aliquod bonum apparens motiuum, cum defectu debiti motiui. ſ. regulæ rationis, vel legis Diuinæ; ſed ipſum motiuũ (ſ. inclinans, & non perficiens) quod eſt apparens bonum, pertinet ad apprehẽſionem ſenſus, & appetitum; ipſa autem abſentia debitæ regulæ pertinet ad rationem, quæ nata eſt huiuſmodi regulã conſiderare; ſed ipſa perfectio voluntatiꝰ actus pertinet ad voluntatem; igitur concluſio vera quo ad primã partem, ꝙ illæ cauſæ concurrunt diuerſimodè, & ſm diuerſa. Secunda pars patet, quia iſtis ſuppoſitis ſit peccatum ſolùm ex acceſſu actus voluntatis conſentientis. Habetur autem ex illa concluſione, ꝙ illæ cauſæ interiores ſunt cauſa per ſe actus. ſ. ſenſus, imaginatio diſpoſitiua, ratio iudicatiua, voluntas completiua. Quarum vna. ſ. ratio, eſt etiam cauſa inordinationis, quæ non cõſiderat debitam regulam; ſicut enim in naturalibus vnus effectus ſm diuerſas rationes reducitur in diuerſas cauſas adæquatas, ita non eſt inconueniens, quod idem peccatum ſm diuerſa reducatur in plures cauſas, quia ſm ſubſtantiam actus, ſicut in cauſam completiuã in voluntatem, ſm rationem, & quo ad motiuum in ſenſualitate.

¶Nota circa illam partem, ꝙ imaginatio, & cogitatio non eſt peccatum, ſed poteſt diſponere ad peccatum ratione inclinationis ſequentis; ſimiliter & ipſa inclinatio ſenſualitatis non eſt peccatum perfectum, ſtando in ſenſualitate; ſimiliter non conſiderare ſm ſe non eſt peccatum, nec malum, vt patuit. Quare D.S. benè dicit, ꝙ peccatũ ſit ſolus actus voluntatis, quod intellige tm̃ principaliter, & completiuè; inconſideratio enim etiam eſt peccatum, ſed non aliud, quàm actus voluntatis; ſimiliter inclinatio, cui conſentitur, concurrit ad peccatum, ſed nõ eſt peccatum mortale principaliter, iuxta ſupra dicta, ſed ipſe actus voluntatis. Quare dicit D.S. ad ſecundum, ꝙ motus interiores. ſ. imaginatio, & inclinatio præcedunt peccatum, & inconſideratio concomitat, & nullum ſm ſe eſt peccatum, ſaltem perfectum. Quidã ẽt motus pñt ſequi, qui non ſunt peccatũ, ſaltem perfectum, vt aliq motus ſenſualitatis ſubiti. Ex q̃bus patet concluſio, ꝙ oẽs cauſæ interiores, propinquæ, & remotæ concurrunt ad peccatũ, vel diſpoſitiuè, & antecedenter, vel concomitanter, ſed ſola voluntas perficit.

¶Nota quoque, quod dictum eſt artic. primo, ꝙ motiuum obiectale non eſt cauſa ſufficiens peccati, ſed ſolùm motiuum effectiuum, quod eſt voluntas. Quare bene dicitur hic, ꝙ ſenſualitas nõ eſt cauſa perfectiua peccati, eſto exhibeat motiuum, vt patebit in ſequentibus. Defectus etiam rationis non eſt peccatum, niſi voluntas velit, vel exeat in opus ſine regula. Quare & defectus rationis non perficit peccatum, qui ſolùm eſt peccatum voluntariè applicatus ad opus, vt patuit articulo primo.

¶Nota quoque, quod D.S. dicit, ꝙ homo eſt liber arbitrio ſecundùm voluntatem, intelligendo tamen formaliter, ſed originaliter eſt liber ex ratione; ſed de hoc ſupra.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat concluſionis reſponſiuæ vnam partem. Et declaratum eſt, quomodo voluntas, & in vno ſenſu ſola eſt cauſa interior peccati. ſ. perfectiua.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ id quod eſt intrinſecum, ſicut potẽtia naturalis, ſemper ineſt; id autẽ quod eſt intrinſecum, ſicut actus interior appetitiuæ, vel apprehenſiuæ virtutis, non ſemper ineſt; ipſa autem potentia voluntatis eſt cauſa peccati in potentia, ſed reducitur in actum per motus præcedentes, & ſenſitiuæ partis primò, & rationis conſequenter; ex hoc enim, ꝙ aliquid proponitur vt appetibile ſm ſenſum, & appetitus ſenſitiuus inclinatur in illud, ratio interdum ceſſat a conſideratione regulæ debitæ; & ſic voluntas producit actum peccati; quia igitur motus præcedentes non ſemper ſunt in actu, neque peccatum ſemper eſt in actu. ——

¶Ad maiorẽ. Si intelligitur id, qđ eſt interius tanquã potentia naturalis, vel proprietas intrinſeca; ita ꝙ interius ſit aduerbium, & dicat modum in eſſendi, ita ꝙ intrinſecè, & naturaliter inſit, vera eſt propoſitio. Potentia enim, & proprietas, quæ intrinſecè cõueniunt ſemper inſunt; ſed ſi intelligitur interius alicuius rei nominaliter, quia videlicet eſt intra rem. Negatur maior. Pñt enim accidẽtia communia, & motus, & actiones, & paſſiones eſſe intra, & tm̃ nõ oportet, ꝙ ſemper aſſint. Ad ſequelã dico primò, negãdo eã, quia cauſa interior, nõ ſemper adeſt, quã nos ponimus cauſam peccati, quia voluntas (eſto ſit intra) eſt cauſa peccati in potẽtia, & cauſat actu, qñ reducitur in actum, quod fieri poteſt per motus appetitus ſenſitiuę partis, & per iudicium rationis, vt patuit; ſed iſti motus nõ ſemper aſſunt; igitur nec ſemper peccat. Dico ſecundò ad ſequelam, dato ꝙ cauſæ interiores ſemper ineſſent, quas ponimus actualẽ cauſam peccati (voluntas enim eſto ſemper inſit, & ſit ratio, & ſenſitiua pars, tm̃ non ſunt cauſa in actu, niſi mediantibus motibus, & actibus, qui non ſemper aſſunt) non tm̃ ſemper peccaret; quia ſolũ peccatur, qñ voluntas ab eis efficaciter mouet ad hunc ſenſum, ꝙ ab eis electa conſentiat, quod non ſemper ſit ẽt præſentibus hmõi motibus. Et ad probationem ſequelæ dico, ꝙ poſita cauſa ſufficiẽte, & nõ impedita, ponitur effectus; ſed nulla eſt cauſa ſufficiens, niſi volũtas, q̃ nõ ſemper cauſat, nec neceſſariò mouetur a quocunq; ad peccatũ; igitur nõ oportet, ꝙ ſemper peccet, q̃a volũtas quãlibet cauſam per libertatẽ ſuã impedire põt. D.S. rñdet primò ad aſſumptũ. Deinde ad ſequelã, ibi. Ipſa tm̃, &c.

¶Ad ſecundum dicendũ, ꝙ non oẽs motus interiores ſunt deſubſtãtia peccati, qđ cõſiſtit principaliter ĩ actu volũtatis, ſed q̃dã p̃cedũt, & q̃dã cõſequunt ipſum pctm̃.—

¶Ad maiorem, idẽ non eſt cauſa ſuiipſius. Conceditur ſm idẽ, & idẽ numero, poteſt enim idem cauſare ſaltem aliquid in ſeipſo, ſed ſm aliud cauſat, ſm aliud recipit, vt ſupra patuit. Ad minorẽ. Dico primò, ſi intelligitur de motu imaginationis, comprehẽdendo ſenſus interiores, ꝙ talis ſit peccatum ſm ſe, negatur, ſi intelligit de motu appetitus ſenſitiui præcedente conſenſum, ꝙ talis ſit peccatum, ſaltem perfectum, etiam negat. Secundò dico, ꝙ interiores motus poſſunt ſequi peccatum eſſentiale, & qui ſequuntur ex peccato etiam ſunt peccata, ſed non ꝓp ſe, ſed vt ſunt ex per ſe peccato. ſ. actu voluntatis; quare motus interiores aliqui poſſunt diſponere ad peccatum. ſ. conſenſum voluntatis, aliqui ſequuntur ipſum, & ſunt effectus peccati, & non peccata q̃nq;, niſi quia ex mala voluntate. Quare negatur conſequentia. ¶Secundò dico, ꝙ dato, ꝙ motus huiuſmodi eſſent peccata; negatur conſequẽtia, quia (vt patebit artic. 4.) vnum peccatum poteſt eſſe cauſa alterius; nec ꝓpea idem eſt cauſa ſuiipſius, idem videlicet in numero; tm̃ idem gñe, vel ſpecie poteſt cauſare idem ſibi gñe, vel ſpecie, vel analogia, & vnum peccatum aliud; ſed verum eſt, ꝙ motus præcedentes primum peccatũ perfectũ, non ſunt peccata ſaltẽ perfecta.

¶Ad tertiũ dicẽdum, ꝙ illud, ꝙ eſt cauſa peccati, ſicut potentia producens actũ, eſt naturale; motus ẽt ſenſitiuę partis, ex quo ſequitur peccatum, interdum eſt naturalis, ſicut cum ꝓp appetitum cibi aliquis peccat; ſed efficitur peccatum innaturale ex hoc ipſo, ꝙ deficit regula naturalis, quam homo ſm naturam ſuã debet attendere. —

¶Ad maiorẽ. Concediꝰ ad hunc ſenſum, vt naturale dicat modum ineſſendi homini, ita ꝙ quicquid eſt intra hominẽ, vel ineſt ei a natura, vel prouenit a voluntate, & conuenit ei, vel a principio intrinſeco, vel a voluntario. Ad minorem negatur, & dico, ꝙ id, quod eſt naturale homini, & naturaliter ſibi ineſt, eſt cauſa completiua effectiua peccati, quia voluntas naturaliter ineſt homini, & tamen eſt cauſa peccati. Dico ſecundò, ꝙ id, quod eſt naturale homini tanquam proueniens ab intrinſeco hominis, cum quo communicat cum alijs in gñe, poteſt eſſe cauſa inclinans, vel diſponens ad peccatum, ſicut motus ſenſualitatis. Præterea, quod eſt naturale obiectiuè, quia de re naturaliter appetibili, poteſt eſſe cauſa diſponens ad peccatum, ſicut patet de appetitu cibi.

¶Dico vltra ex D.S. in de Malo. q.8. ar.2. ꝙ omne peccatũ fundatur in aliquo appetitu naturali, vt ibidem declaratur; ſed tm̃ talis appetitus, eſto ſit naturalis homini, vt conuenit cũ alijs beſtijs gñe, non tm̃ eſt naturalis homini, vt homo eſt, niſi ſit ratione regulatus. Vnde dico vlterius iuxta ſupra dicta, q.71. arti.2. ꝙ aliquid poteſt eſſe ſm naturam hominis genericã, & tm̃ contra naturam propriã, vt rationalis eſt. Vltra; ad probationem minoris dico, ꝙ peccatũ eſt contra naturã hoĩs, vt rationalis eſt, poteſt tm̃ oriri ab aliquo, ꝙ eſt homini naturale, vel quia a natura ſenſitiua, vel quia circa id, quod requirit natura corporalis; ſicut ſupra q.30. ar.3 diximus aliquam concupiſcentiã naturalem, aliquam innaturalem, immo poteſt eſſe a potentia rationali, ſed tm̃ nõ vt eſt conformis rationi rectæ. Quare negat cõſequentia, quia aliquod intrinſecũ homini, vt eſt potentia ẽt rationalis, põt eſſe cauſa peccati, ſed nõ vt agit rationabiliter, quia peccatũ eſt contra rationem rectam, in qua peccatũ eſſe non põt, vt habet D.S. in de Ve. Ma. 15. ar.3. ad 4.

¶Circa iſtam minorem, & principiũ ſolutionis, vbi minor negatur, & dr̃, & id quod eſt cauſa peccati, ſicut potentia producens actum, eſt naturale. poſſet eſſe dubium non benè intelligẽti, quia eſſe naturale, vr̃ idem ꝙ eſſe determinatum ad vnum; ſed potentia determinata ad vnum non eſt principium peccati, vt patet. Nam peccatum eſt voluntarium, & a voluntate non vt natura eſt, ſed vt liberum arbitrium. Dico, ꝙ potentiam aliquã dici naturalem intelligitur dupliciter; vno modo vt naturale dicit modum agendi, & mouẽdi ipſius potentiæ, vel rei, quæ dr̃ naturalis ſm ſe; ſic ꝙ in ſe ſit potentia naturalis ſm propriam conditionem, & rationem, hoc eſt, ꝙ eſt potentia determinata ad vnũ, & nõ indifferẽs ad oppoſita. Et ſic dico, ꝙ potentia naturalis hoc modo non eſt principium peccati, neq; iſto modo intelligitur D.S. ꝙ potentia, quæ eſt cauſa peccati, ſit naturalis, ideſt determinata ad vnum, & nõ indifferens, & libera; ſed alio modo dr̃ potentia naturalis, vt naturalitas dicit modum inhæſionis ad id, cuius eſt potẽtia, & determinat inhæſionem potentiæ ad ſubiectum; & ſic omnia, quæ prouenĩũt a principio intrinſeco naturali, vel quę congenita ſunt alicui, dr̃ ſibi naturalia, ſm ꝙ naturale accipitur, vel quia a principio naturali,

rali, vel quia a principio natiuitatis, vt ſupra tactum fuit, q.63. ar ti.1. ad tertium. Et iſto modo potentia libera, immo liberum arbitrium, poteſt dici naturalis potentia hominis, quia videlicet, illud quod eſt ex natura liberum, oritur a principio ſpecifico hominis. ſ. anima rationali, & eſt homini congenitum; ſicut ratio ipſa eſt naturalis potentia hominis, eſto in ſe non ſit naturalis, vt naturale dicitur, quod eſt ad vnum determinatum. Et ſic loquitur D.S. ꝙ potentia, quæ eſt cauſa peccati, eſt naturale. ſ. homini; & ſic motus etiam, qui præcedunt peccatum, ſunt naturales; quia a principio intrinſeco, & de re naturali, quæ facit ad ſuſtentationem naturæ, & ſunt cauſa peccati, quod eſt contra naturam, quia contra rationem rectã. Vel poſſet dici, & redit in idem, quia naturale poteſt determinare rationem rei; & ſic naturalis potentia non eſt cauſa peccati; alio modo determinat in hæſionẽ potẽtiæ ad ſubiectum ſuũ; & ſic naturalis potentia, i. naturaliter hoĩ conueniẽs, eſt principiũ peccati, q̃ tm̃ in ſe, & ſm propriã rationẽ eſt libera, &c.

Vtrum peccatum habeat cauſam exteriorem.

C Infra q.80. ar.1. & 3. Et 1.q.115. ar. 4. co. Et 2.2. q.73. ar.3. cor. & ad 2. & q.105. art. 2. ad 1. & 2. Et Mal. q. 3. art. 3. per totum. & ar. 4. corp.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, ꝙ peccatum non habeat cauſam exteriorem. Peccatum enim eſt actus voluntarius, voluntaria autem ſunt eorum, quæ ſunt in nobis; & ita nõ habent exteriorem cauſam; ergo peccatum non habet exteriorem cauſam.

¶2 Præterea. Sicut natura eſt principium interius; ita etiam voluntas; ſed peccatum in rebus naturalibus nunquã accidit ſibi niſi ex aliqua interiori cauſa, vtpotè monſtruoſi partus proueniunt ex corruptione alicuius principij interioris; ergo neque in moralibus poteſt cõtingere peccatum niſi ex interiori cauſa; non ergo habet peccatum cauſam exteriorem.

¶3 Præt. Multiplicata cauſa multiplicatur effectus; ſed quantò plura ſunt, & maiora exterius inducentia ad peccãdum, tantò minus id, quod quis inordinatè agit, ei imputatur ad peccatũ; ergo nihil exterius eſt cauſa peccati.

Num.31. ¶Sed contra eſt, quod dicitur Nu.31. Nõne iſtę ſunt, quæ deceperunt filios Iſrael, & præuaricari vos fecerunt in Domino ſuper peccato Phogor? ergo aliquid exterius poteſt eſſe cauſa faciens peccare.

¶Hic quærit iterum de qualitate cauſæ peccati in communi, an detur etiã aliqua cauſa exterior peccati, intelligit autẽ per cauſam exteriorem per oppoſitũ ad cauſam interiorẽ aliquid extra hominem exiſtens, vt eſt Deus, dæmon, homo, & ſenſibilia ipſa bona.

*Art. præceden. ¶Reſpondeo dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt; * cauſa interior peccati eſt, & volũtas vt perficiens actum peccati, & rario quantum ad carentiam debitæ regulæ, & appetitus ſenſitiuus inclinans; ſic ergo aliquid extrinſecũ tripliciter poſſet eſſe cauſa peccati, vel quia moueret immediatè ipſam voluntatem, vel quia moueret rationem, vel quia moueret appetitum ſenſitiuum. ——

¶D.S. ſatisfacit quæſito tribus concluſionibus, quarũ ſecunda eſt determinatiua primæ, quã ponit, & probat, ibi. Voluntatem autem, &c. Tertia explicatiua ſecũdæ, quæ notatur ibi. Sed neq; perſuaſio, &c. Concluſio igitur prima gñalis, & quaſi conditionalis, quæ tm̃ poſſet ſtatim videri ſine conditione ponenda prima facie, lege non bene perſpecta. ſ. aliquid extrinſecum tripliciter poſſet, (ſupplè intelligi prima facie ex dictis art.2.) eſſe cauſa peccati, vel quia moueret immediatè ipſam voluntatem, vel quia moueret rationẽ, vel quia moueret appetitum ſenſitiuum. Probatur cõcluſio. Tot modis poſſet intelligi (ſ. prima facie) aliquod extrinſecũ eſſe cauſam peccati, quot modis contingit interiores cauſas peccati moueri ab extrinſeco, ſed cauſa interior peccati, eſt voluntas vt perficiens, & ratio quantum ad carẽtiam debitæ regulæ, & appetitus ſenſitiuus vt inclinans, igitur ſequitur cõcluſio, ꝙ tripliciter poſſet aliquis prima facie putare, exterius poſſe concurrere ad peccatum, vel quia mouet voluntatem, &c. Maior patet, quia exterius non cauſat, niſi mediante interiori, quia videlicet mouet, vel inclinat interius principium. Quare ſequitur maior, quòd tot modis, &c. Minor patuit artic. præcedenti. Deinde ibi.

*q.9.art.6. &q.10 ar.4. *q.79.ar.1. ¶Voluntatẽ autem, vt ſupra dictum eſt; * interius mouere non poteſt niſi Deus, qui non poteſt eſſe cauſa peccati, vt infra oſtendetur; * vnde relinquitur, ꝙ nihil exterius poteſt eſſe cauſa peccati, niſi vel inquãtum mouet rationem, ſicut homo, vel dæmon perſuadens peccatum, vel ſicut mouens appetitum ſenſitiuum, ſicut aliqua ſenſibilia exteriora mouent appetitum ſenſitiuum. ——

¶Ponit ſecundam concluſionem detetminatiuam prioris, per quam eliminat vnam partem prioris concluſionis conditionatæ; & eſt talis. Nihil exterius eſt cauſa peccati, quod mouet voluntatem immediatè (ſ. mouendo immediatè ad exercitium, & ad actũ ſecũdum, & inclinando eam immediatè ad actum) ſed ſolùm in quantum mouet rationem, vel appetitum ſenſitiuũ. Probatur prima pars, voluntatẽ interius mouere nõ poteſt niſi Deus, ſed Deus non poteſt eſſe cauſa peccati; igitur prima pars vera, ꝙ nullũ exterius poteſt eſſe cauſa peccati, ſm ꝙ mouet voluntatem. Minor patebit inf. q.79. art.1. Maior patet ex dictis ſup. q.9. art.6. & q.10. ar.4. & magis prima par. q.105. art.4. & q.106. ar.2. & q.111. art.2.

¶Nota autẽ, quod D.S. dicit in maiori, interius mouere (quod idem eſt, quod immediatè mouere) voluntatem, non poteſt niſi Deus, quia licet aliquid aliud a Deo poſſit mouere aliqualiter allectiuè ad ſpecificationẽ actus, & mouere, vt alij dicũt, obiectiuè, tm̃ mouere interius inclinando non eſt niſi eius, in cuius poteſtate eſt ipſa voluntas, & hoc ſoli Deo conuenit, vt patet 1.par.q.105. ar.4. vide ibidem. Quomodo autem Deus poſſit immutare, & tm̃ non cogere. Vide de Veri. Ma. 22. ar.8. & 9 & in 2. ſen. diſt. 25. q.1. ar.2. ad 1. Quare autem ſolus Deus poſſit inclinare efficaciter, immutando, habetur prima par. q.106. art.2. & ſupra q.9. art.6.

Differẽtia inter motum, & operationem alicuius.

¶Vbi nota breuiter, ꝙ differentia eſt inter operationẽ, vel motum alicuius abſolutè, & inter motũ, vel operationem, quæ eſt inclinatio. Motus enim, & operatio abſolutè poſſunt eſſe ab extrinſeco; graue enim poteſt aſcendere per extrinſecum impellens, ſed tale aſcendere eſt quidam motus, ſed non eſt inclinatio actualis ipſius grauis; ſed deſcendere eſt motus, qui eſt actualis inclinatio grauis; & ideo graue a nullo extrinſeco mouetur deorſum, niſi tm̃ a generante, quod contulit principium, & inclinationem habitualem; & ſi eſt aliquid, quod naturam grauis mutat, illud mutat eſſe, & variat inclinationem, puta quod mutaret graue in leue, & nihil aliud poteſt in illã inclinationem, niſi quod poteſt in naturã; quia ergo omnis motus voluntatis eſt inclinatio actualis in rem volitã; igitur voluntas nõ poteſt moueri in talem inclinationem actualem, niſi ab auctore, & factore voluntatis, qui eſt Deus; non poteſt enim actualis inclinatio attingi, niſi mediante potentiali, cum autem potentialis, & quaſi habitualis inclinatio voluntatis, nulli creaturæ ſubſit, per conſequens nec actualis; põt igitur agens extrinſecum, creatũ proponere obiectum, & ipſum perſuadere, & quantum in ſe eſt, voluntatem allicere; ꝙ autem faciat eam producere actum ſecundum, & velle, non eſt creaturæ, ſed Dei, quare benè, & optimè dicit maior, ꝙ volũtatem interius mouere non poteſt niſi Deus, &c. Et ſic etiam intelligitur concluſio, quòd nullum exterius poſſit eſſe cauſa peccati hoc modo.

¶Nota, ꝙ non eſt ſimile de operatione appetitus naturalis, & volũtatis, quia oĩs operatio voluntatis eſt ipſius ſubiectiuè, & principiatiuè; ſed appetitus naturalis eſt q̃nq; aliqualiter ſubiectũ, & non principiũ; ideo poteſt pati violentiã, non autẽ voluntas, &c.

¶Secunda pars cõcluſionis probat. Ratio, & appetitus poſſunt moueri ab extrinſeco; igitur aliqd exterius poteſt eſſe cauſa peccati, inquãtũ aliquod ipſorum mouet. Añs patet quo ad primã partẽ; quia homo, vel dæmon poteſt mouere rationẽ, perſuadendo peccatum, vt patebit inf. q.80. Secunda pars patet, quia appetitus ſenſitiuus mouetur a ſenſibilibus exterioribus; igitur antecedens verũ.

¶Nota circa hoc ex prima par. q.111. ar.2. ꝙ voluntas humana mouet ab exteriori rõne obiecti, quod obiectum poteſt offerri duplici modo, ſ. intelligibili; & ſic offertur ab intellectu proprio, vel ſuadente, vt eſt dæmon, vel alius homo; ſecundo modo offert modo ſenſibili; & ſic p̃ſentatur a paſſione intrinſeca, & a concitante paſſionem; & quia dæmon poteſt concitare paſſionem appetitus ſenſitiui, & immutare imaginationem hoĩs (vt patet ibidem ar.3.) ideo dæmõ poteſt mouere extrinſecè; primo quidẽ modo intelligibili ſuadendo; ſecundo ẽt modo ſenſibili, mediante apprehẽſione ſenſitiua, & inclinatione ſenſualitatis; quia autẽ perſuadere conuenit dæmoni immediatè, & ſm ſe; & eſt modus intelligibilis, ꝙ manifeſtè reducit in dæmonem; ideo D.S. dicit hic, ꝙ dæmõ mouet per modũ perſuadentis; ſed quia mouere appetitũ ſenſitiuum immediatius, & expreſſius cõuenit bonis ſenſibilibus; ideo D.S. dicit hic, ꝙ mouere appetitũ ſenſitiuũ cõueniat exterioribus ſenſibilibus; & ergo eſt attributio nõ pciſa, ſed ſm maiorem euidẽtiam, & immediatiorem habitudinẽ. Vide ar.2. vbi iam in prima par. & art.3. & 4. valent enim pro hic dictorum intelligentia. Tunc ibi.

¶Sed neq; perſuaſio exterior in rebus agendis ex neceſſitate mouet rationem, neq; etiam res exterius propoſitæ ex neceſſitate mouent appetitum ſenſitiuum, niſi fortè aliquo modo diſpoſitum; & tm̃ etiam appetitus ſenſitiuus non ex neceſſitate mouet rationẽ, & voluntatem; vnde aliquid exterius poteſt eſſe aliqua cauſa mouẽs ad peccatum, non tm̃ ſufficienter ad peccatum inducẽs; ſed cauſa ſufficienter cõplens peccatum eſt ſola voluntas. ——

¶Subiungit tertiam cõcluſionem explicatiuam prioris, & magis reſponſiuam oſtendentem, quomodo aliquid exterius poteſt eſſe cauſa peccati, an ſufficiens, vel quomodo; aliquid exterius põt eſſe cauſa mouens ad peccandũ, nõ tm̃ ſufficienter ad peccatũ inducens, ſed cauſa ſufficienter cõplens peccatum eſt ſola voluntas.

Probatur, exterius mouens est causa peccati, inquantum mouet rationem persuadendo,vel appetitum sensitiuum inclinando;sed neque persuasio exterior in rebus agendis, ex necessitate mouet rationem,neque res exterius propositę,ex necessitate mouent appetitum sensitiuum,s.hominis, nisi fortè aliquo modo dispositũ; & tamen etiam appetitus sensituus,non ex necessitate mouet rationem, & voluntatem; igitur sequitur conclusio. Maior ista patet ex conclusione præcedenti. Minor patet quo ad primam,immo quo ad omnes partes,ex supra dictis, q.10.art.2.& 3. quia nihil mouet voluntatem, & rationem, necessariò obiectiuè,& quo ad specificationem actus, nisi vniuersale bonum; sed res agendæ non sunt huiusmodi; igit, &c. Minor patet,quia actiones humanæ agendæ sunt propter finem, & per consequens non vniuersale bonum,quod est ipse vltimus finis,&c. Secunda pars patet,quia appetitus sensitiuus in homine,est in potestate rationis, & voluntatis; igitur non necessariò mouetur ab obiecto. Et intelligitur præsertim, quòd non necessariò mouetur quo ad actum imperatum, & sequentem iudicium rationis, esto quandoq; subitò moueatur ab obiecto ante aduertentiam rationis. Et dicit D. S. nisi fortè aliquo modo dispositum, quia quando appetitus sensitiuus subest vehementibus passionibus, & maximè tollentibus vsum rationis, tunc iuxta supra dicta, artic.3. idem est iudicium, sicut de animalibus brutis, quia scilicet necessariò sequitur impetum passionis; & ergo appetitus sensitiuus, qui est immunis a passionibus inordinatis, non necessariò mouetur. Tertia pars patet ibidem, quia appetitus sensitiuus mouet ex parte obiecti, sed ipse non potest exhibere obiectum, quod moueat necessariò.s.vniuersale bonum; igitur, &c. Et quia ista magis particulariter explicabuntur,& etiam supra satis dicta sunt; ideo D.S.non adducit speciales probationes. Patet igitur ex omnibus istis responsio ad quæsitum, quòd peccatum habeat causam exteriorem, patet & qualiter causa exterior causat peccatum,& secundùm quid,&c.

ET confirmatur argumento in contrarium. Auctoritas huius argumenti in oppositum, intelligitur de mulieribus Madianitis, de quibus dicit Moyses. Nonne istæ sunt, quæ deceperunt filios Israel.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd ex hoc ipso, ꝙ exteriora mouentia ad peccandum,non sufficienter, & ex necessitate inducunt; sequitur,quòd remaneat in nobis peccare, & non peccare.

¶Maior vera.s.peccatum est actus voluntarius. Ad minorem. Voluntaria autem sunt, quæ sunt in nobis, sic s.quòd immediatum principium eorum est voluntas,cui non repugnat,quòd principium originale, & remotum sit aliquod extrinsecum. Vltra; & ita non habent exteriorem causam; verum,tantùm. Et secundò, non habent causam exteriorem, propinquam, & immediatam. Et tertiò, non habent causam exteriorem sufficientem,cũ quibus stat, quòd habent exteriorem tanquam remotam,& allicientem interiorem perfectiuam peccati,vt enim patuit supra, q.9. artic.4. Ad actum voluntarium sufficit,ꝙ principium proximum sit intrinsecum,esto remotũ sit extrinsecum. Vltra,non ergo peccatum habet causam exteriorem; verum,perficientem peccatum, vel tanquam causam immediatam, tamen tanquam remotam, & allicientem.

¶Ad secundum dicendum, quòd per hoc, quòd ponitur interior causa peccati, non excluditur exterior;nõ enim id, quod est exterius, est causa peccati, nisi mediante causa interiori, ut dictum est. *

*In corp. artic.

¶Maior,sicut natura,&c.est vera,quo ad hoc,ꝙ est principium interius,licet aliæ multæ differentiæ sint. Ad minorem, vera,tamẽ corruptio,& defectus interioris causæ in naturalibus potest ꝓuenire ab extrinseca causa,sicut corruptio seminis,q̃ est causa monstruosi partus,prouenit ab aliquo alterante extrinseco,qđ inducit dispõnem cõtrariam ei,quæ requiritur ad debitam formationem partus. Vltra; ergo neque,&c. Si intelligit,ꝙ oportet semper cõcurrere interiorem, concedit. Sed negatur consequentia vlterior; ergo nõ habet causam exteriorẽ,qa per hoc,ꝙ ponitur interior in ordine suo,nõ excludit exterior, nec exterior excludit interiorẽ, qa non causat nisi mediante interiori, quã mouet. Et probat hæc ratio,ꝙ exterior sola non est causa peccati, quod cõceditur,&c.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ multiplicatis exterioribus causis inclinantibus ad peccandum, multiplicãtur actus peccati,qui plures ex illis causis, & pluries inclinãtur ad actus peccati;sed tñ minuitur ratio culpæ, quæ consistit in hoc,quòd aliquid sit uoluntarium,& in nobis.

¶Ad maiorem,multiplicatis causis,&c. Verum,de causis perfectis, & totalibus. Constat enim, ꝙ ad vnum effectum naturalem concurrunt quattuor causæ,sed omnes sunt simul totalis causa,& nulla sola,&c. Ad minorem dico,ꝙ malè subsumit;& sunt quattuor termini,& si debitè subsumeretur esset falsa.s. sed multiplicatis causis exterioribus nõ multiplicatur peccatum. Negatur; dico enim, ꝙ multiplicatis exterioribus causis, causantur plures inclinationes,ad quas sequuntur plura & pluries(licet nõ semper) peccata. Nam inclinatio sensualis,quam potest causare aliquod exterius,frequenter trahit in peccatum. Dico tertiò,ꝙ minor,vt iacet ĩ littera,vera est,ꝙ quãtò plura sunt & maiora exterius inducẽtia ad peccandum,tantò minus id,quod quis inordinatè agit,ei imputat ad peccatum,quo ad grauitatem culpæ,& patuit sup.q.73. ar.6.cũ quo stat,ꝙ quantò plura sunt,& maiora exterius inducentia ad peccatum,tantò frequẽtius,& sæpius,ac pluries peccet,multiplicando numerum actuum peccati. Quare negat cõsequentia, quia cũ multitudine numerali,& quasi extẽsiua peccati,stat modicitas peccati quo ad paruitatem malitiæ,& quasi paruitas quo ad extensionẽ. Loquimur enim de causa peccati ex parte actus, non ex parte culpæ,& inordinationis; & ideo causa exterior, qa facit vt actus fiat,dicimus eam causam peccati, non curando,an faciat maiorem,vel minorem culpam. Vnde committitur fallacia figuræ dictionis, arguendo a continuo ad discretum, &c.

Vtrum peccatum sit causa peccati.

AD quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ peccatum non sit causa peccati; sunt enim quattuor genera causarum, quorum nullum potest ad hoc congruere, ꝙ peccatum sit causa peccati; finis enim habet rationem boni, quod non competit peccato, quod de sua ratione est malum;& eadem ratione,nec peccatũ potest esse causa efficiens,quia malũ nõ est causa agens, sed infirmum, & impotens,vt Dionys.dicit 4.c.de Di.no.*causa autem materialis,& formalis vñr hñe locũ solùm in naturalibus corporibus,quæ sunt cõposita ex materia,& forma;ergo peccatũ non potest habere causam materialẽ,& formalẽ.

D Infra q.4. Et.2.di.35. ar.1.& dist. 42.q.1.ar. 2.& 3.& 5. cor.Et Mat. q.8. art.1. cor.E: Roma.1.lect. 7. col.5.&a.

*Dion.c.4. par.4.

¶2 Præterea. Agere sibi simile est rei perfectæ, ut dicitur in 4.Metheor.*sed peccatum de sui ratione est imperfectum ; ergo peccatum nõ potest esse causa peccati.

*Arist.lib.2. de Anima. text.34.100.

¶3 Præterea. Si huius peccati sit causa aliud peccatum,eadẽ ratione, & illius erit causa aliquod aliud peccatum ; & sic procedetur in infinitum, quod est inconueniens; non ergo peccatum est causa peccati.

¶Sed cõtra est,ꝙ Greg.dicit super Ezech.*Peccatum, quod per pœnitentiam citius non deletur,mox suo pondere ad aliud trahit; ergo peccatum est causa peccati.

*Greg.homil.11.ex li. 25. Moral. cap.13.

¶Hic quærit de quodam dubio, quod incidit circa dicta, An etiam peccatum possit esse causa peccati.

¶Respondeo dicendũ,ꝙ cum peccatũ habeat causam ex parte actus,hoc modo vnũ peccatũ põt esse causa alterius,sicut vnus actus humanus põt esse causa alterius.

¶D.S.primò innuit vnã conclusionem generalem;secundò explicat illã in speciali,ibi. Contingit igit,&c. Cõclusio igit gñalis responsiua est. Peccatum potest esse causa peccati. Dicit notãter, potest,quia nõ cuiuslibet peccati causa est peccatum. Primũ enim peccatum non causatur ex aliquo peccato,vt patuit ar.1.ad 3.Sed de alijs quibusdã post primũ verificari potest conclusio,ad minus ſm causalitatem per accidens,quia remouet prohibens.Probatur conclusio.Vnus actus humanus potest esse causa alterius;igitur & vnum peccatum est causa alterius. Tenet consequentia primò,qa peccatum est actus humanus; secundò,quia hic quærimus de causa peccati ex parte actus humani. an videlicet actus peccati causet peccatum. Et ex hoc patet intellectus conclusionis; quia intelligitur conclusio,ꝙ peccatum ex parte actus,est causa alterius,numero, vel specie distincti,ẽt ex parte actus;ita ꝙ actus peccati natus est causare actum peccati,non autem intelligitur conclusio ex parte inordinationis,sic ꝙ inordinatio causet,vt patebit ad primũ. Ans relinquitur notum,& virtualiter ex ponetur,& declarabit in sequenti conclusione de actu humano malo. Patet enim, ꝙ vnus actus virtuosus est causa alterius multis modis,sicut actus charitatis,& amoris, causat alios in genere causæ efficientis, finalis, & formalis. Charitas enim est finis præcepti de alijs actibus. Et iterum imperat, & iuuat alios ; & non est dubium, quin vnum opus sit propter aliud, & per aliud.

¶Contingit igitur unum peccatum esse causam alterius ſm quattuor genera causarum. Primò quidem ſm modum causæ efficientis, uel mouentis,& per se, & per accidens. Per accidens quidem, sicut remouens prohibens dicitur mouens per accidens;cum enim per vnum actum peccati homo amittit gratiam,uel charitatem,vel uerecundiam, uel quodcunque aliud retrahens a peccato,incidit ex hoc in aliud peccatum; & sic primum peccatum est causa secundi per accidens.

¶Hic

¶Hic D.S.consequenter declarat,& explicat primã conclusionem,& ponit alteram conclusionem declaratoriam,talem. Contingit vnum peccatum esse causam alterius secundùm quattuor genera causarum.

¶Et nota,quòd non vult D.S.ꝙ hoc sit semper,& vniuersaliter,ita quòd vnũ singulare causetur ab alio determinato in quattuor generibus, sed verificatur conclusio de peccato in suppositione simplici cum inclinatione ad suppositа, sicut hic & Romæ venditur piper,quia peccatum aliquod causatur ab aliquo in tali genere,aliud ab alio in alio genere, &c.vt patebit. Est igitur vnum peccatum in communi secundum inclinationem ad suppositа diuersa,causa alterius etiam communiter accipiendo alterius in quattuor generibus, sic quòd secundum diuersa genera causarum,accipiantur quandoque etiam diuersa peccata nisi fortè in causalitate effectiua per accidens, ibi enim quodlibet aliud præcedens est causa sequentis si abijciat gratiam. Illam conclusionem D.S.probat particulariter de omnibus generibus causarum,vt patebit.Probat ergo conclusionem primò de genere causæ efficientis,quæ cum sit duplex,scilicet efficiens vel mouens ꝑ se,& per accidens.Primò probat de causa efficiente per accidẽs, secundò de per se,ibi. Per se quidem,&c. Quo ad primam arguitur sic, remouens prohibens, dicitur mouens per accidens, sed vnum peccatum remouet prohibens aliud,igitur,&c.Maior nota ex.8.physicorum. Minor probatur vel declaratur, quia ꝑ vnũ actum peccati,scilicet mortalis,homo amittit gratiam, & charitatem,vel verecundiam, & alia huiusmodi, sed ista prohibebant peccatum,igitur minor vera. Istæ propositiones sunt per se notæ quia gratia,& charitas resistunt suo contrario, quod est peccatũ mortale.Similiter verecundia,quæ est timor turpis,facit ne quis peccet,vt sub verecundia cõprehendatur erubescẽtia,quæ timet turpitudinem actus committendi, vt patuit supra q.41.arti.4.

¶Nota autem,quòd hæc ratio probat, quòd primum peccatum sit causa sequentis,& hoc est per accidens,quòd primũ abijciat prohibens peccatum,& non secundum; & isto modo potest minus peccatum esse causa maioris,& indifferenter quodcunq; præcedens aliud,est causa alterius siue disparati siue eiusdẽ speciei.Et hoc tangit D.S.de Malo.q.secunda ar.10.ad primum,clarius.q.8.ar.primo vbi habet,quæ hic posita declarant, & secũdo senten.di.36.ar.primo. Deinde cum dicit.

¶Per se quidem sicut cum ex vno actu peccati homo disponitur ad hoc, quòd alium actum consimilem facilius committit, ex actibus enim causantur dispositiones, & habitus inclinantes ad similes actus.

¶Probat conclusionem quo ad causam efficientem per se,ita tamen quòd causa efficiens vel mouens extendatur etiam ad dispositiuam vel effectiuam remotam,& D.S.in de Malo vocat illam causalitatem esse per modum inclinationis, & arguitur sic. Ex vno actu peccati homo disponitur ad hoc, quòd alium committat,igitur vnum mouet dispositiuè ad aliud,consequentia nota,antecedens probatur,quia ex actibus causantur dispositiones, & habitus inclinantes ad similes actus. Et quia quicquid est causa causæ,est causa causati,sequitur ꝙ peccatũ, qđ causat dispositionẽ, vel habitum inclinantẽ ad actũ dicatur & sit etiã causa saltem remota ipsius actus ex habitu procedentis.

¶Nota autẽ, ꝙ isto modo peccatum est causa peccati similis in specie,vel aliqualiter sibi cohærentis;quia actus disponens vel causans habitum, & actus procedens ex habitu sunt similes in specie,licet nõ in modo,vt patuit sup. q.52.ar.3. Cõsequẽter ibi.

¶Secundum verò genus causæ materialis vnum peccatum est causa alterius inquantum præparat ei materiam,sicut anaritia præparat materiam litigio, quod plerumque est de diuitijs congregatis.

¶Adducit probationẽ de genere causæ materialis, non quidẽ ex qua,sed circa quã, vt patet ad primum,& arguitur sic, Vnum peccatum præparat alteri materiam, igitur vnum est causa alterius in genere causæ materialis. Tenet consequentia a simili in naturalibus.Mater enim,esto se habeat actiuè ad præparationem materiæ ex qua formatur corpus fetus,quia tamen materia se habet solùm passiuè,& materialiter in generatione fetus,ideo dicitur concurrere materialiter,& esse causa in genere causæ materialis ; sic & in proposito peccatum ministrans materiam circa quam peccato , dicitur esse causa materialis,esto ad materiam se habet actiuè.Antecedens patet de auaritia,quæ præparat materiã litigio.Videmus enim experimentaliter,quomodo etiam fratres & sorores, post mortẽ parentum litigent de diuitijs congregatis a parentibus auaris plerumque. Sic gula ministrat materiam luxuriæ Et quia vt tactum fuit, id quod est causa causæ, est causa causati,ideo, quia auaritia causauit diuitias, quæ causant litigium,ideo & litigij causa dicitur.Consistit autem litigium in cõtradictione verborum,quæ contradictio præsertim in diuidendis bonis habet locum,Vide 2.2.q.116.ar.1.quid sit litigium,&c.

¶Nota tamen,quòd id, quod ministrat materiam pecato, nõ est propriè causa peccati in actu,sed in potentia, & occasionaliter.Sic dicitur,ꝙ præsentans obiectũ voluntati est causa indirectè occasionalis,vide in fra.q.77.ar.1. Deinde ibi.

¶Secundum verò genus causæ finalis vnum peccatum est causa alterius inquantum propter finem vnius peccati aliquis committit aliud peccatum ; sicut cũ aliquis committit simoniam propter finem ambitionis, vel fornicationem propter furtum.

¶Confirmat particulariter conclusionem de genere causæ finalis, sic. Propter finem vnius peccati aliquis committit aliud peccatum,igitur secundùm genus causæ finalis,vnum peccatum est causa alterius.Tenet consequentia,quia esse propter,qđ aliud fit est esse finem. Antecedens probatur , quia aliquis committit simoniã, propter finem ambitionis, qui est honor indebitus quẽ quis intendit per simoniam. Similiter fornicationem propter furtum,& dicit antecedens propter finem vnius peccati commit titur aliud, quia talis finis est obiectum proprium ipsius actus,a quo actus habet appetibilitatem , sicut aliquis facit aliquid propter furtum,inquantum per furtum consequitur bonum desideratum , quare antecedens magis dicit propter finem peccati,quã propter peccatum.Et quia actus peccati trahit eandem appetibilitatem quam habet obiectum,ideo & actus dicitur esse causa finalis , & si non secundùm se,tamen ratione obiecti , & hoc innuit solutio primi. Et ista causalitas est omnium capitalium respectu suarum filiarum,vt patebit infra q. 84.& de Malo supra. q.8. Tunc ibi.

¶Et quia finis dat formam in moralibus, vt supra habitum est.* ex hoc etiam sequitur,quòd vnum peccatũ sit formalis causa alterius,in actu enim fornicationis, q̃ propter furtum committitur, est quidem fornicatio sicut materiale,furtum verò sicut formale.

* q.1.ar.4. q.18.art.4. & 6.

¶Arguitur vltimò , & de genere causæ finalis sic, vnum peccatum est causa alterius in genere causæ finalis,sed finis dat formam in moralibus,ergo sequitur quòd vnum peccatum sit causa formalis peccati alterius. Maior patet ex statim dictis.Minor patuit supra.q.1.ar.3.& q.18.ar.4.& 6.& declaratur hic exemplariter.Quando enim fornicatio propter furtum committitur, tunc fornicatio est sicut materiale, furtum verò sicut formale.Et patuit fundamẽtum supra sæpius,quia ex obiecto motiuo proprio mediante actu interiori voluntatis , habet actus exterior,& ipsum velle speciem propriam;sed ex fine , qui est obiectum intẽtionis agentis, trahit actus exterior,& voluntas speciem communem, quæ est principalis secundùm esse morale, sicut & intentio principalior est actu exteriori,& actu volũtatis respectu actus exterioris.Est ergo fornicatio materiale respectu furti, quia actus exterior se habet materialiter ad intentionem , & finem intentionis agentis.Patet igitur,quòd peccatum secundùm suppositionẽ simplicem nõ determinatam, & personalẽ est causa peccati in quattuor generibus causarum,quod fuit probandum , &c.

¶Nota circa auctoritatem B.Grego.adductam in argumento in oppositum. Nam posset malè intelligi, quasi existens in peccato,necessariò traheretur in aliud peccatum. Quare eam expõnit D.S.in de Veri.Mate.24.art.12. ad 5.dicens quamuis peccatũ per pœnitentiam non deletum trahat ad aliud inclinando,sed tamen non est necessarium,quòd liberum arbitrium semper huic inclinationi obediat , sed potest in aliquo vno actu contra eam niti.Hæc ille. Ex quo patet,quòd ex illa auctoritate habetur, ꝙ vnum peccatum est causa alterius similis,in genere causæ mouẽtis per se causando videlicet dispositionem , & habitum ad actũ consimilem,cui habitui difficile renititur, & ideo dicit B.Greg. si non mox deletur,sed supple si diu continuatur mediante genere rato habitu,trahit vehementer inclinando ad peccatum aliud simile . Est nihilominus causa per accidens alterius cuiuscunque remouendo prohibens. Sed videtur esse intellectus auctoritatis qui dictus est , &c.

¶Ad primum ergo dicendum , ꝙ peccatum inquãtum est inordinatum habet rationẽ mali , sed inquantum est actus quidam, habet aliquod bonum saltẽ apparens pro fine,& ita ex parte actus potest esse causa,& finalis , & effectiua alterius peccati; licet non ex parte inordinationis ; materiam autem habet peccatum non ex qua,sed circa quam;formam autem habet ex fine;& ideo secundùm quattuor genera causarum peccatum potest dici causa peccati, vt dictum est. *

*In cor ar.

¶Negatur assumptum, quòd nullum quattuor generum causarum possit ad hoc cõgruere , immo omnia congruunt. Ad probationem assumpti dico , quòd finis habet rationem boni veri, vel saltem apparentis,vt patet secundo physi,Et dico,quòd ratio boni competit peccato,tum ratione actus,qui est bonum secũdũ esse naturæ,& secundùm quid, tum ratione obiecti ipsius peccati,quod est bonum delectabile vel vtile, licet nunquam honestũ vt sic.

vt sic. Dico vlterius, quòd peccatum habet rationẽ mali quo ad inordinationem, & auersionem, quę est præter intentionem peccantis, habet tamen rationem boni modis dictis; & ergo peccatũ ratione obiecti habet rationem causæ finalis, & quandoque etiã ratione suijpsius, quia est secundum se actus delectabilis. Vnde videntur esse duplicia peccata, quædam sunt circa bona vtilia, & secundùm se non quæruntur, talia sunt causa finalis ratione obiectorum tantùm sicut furtum. Quædam autem sunt actus secundùm se delectabiles, & tales quæruntur vt fines secundùm se, & non tantùm ratione obiectorum, vt est fornicatio. Vltra, negatur, quòd peccatum nõ possit est causa efficiens ratione actus. Ad probationem dicitur, quòd malum formaliter, idest malitia est impotens, & vt sic non agit effectiuè, nisi per accidens ratione boni cui adiungitur, nec est nisi in bono, & de hoc supra q. 18. ar. 1. Vide de hoc in de Malo. Mat. prima ar. prima, quia malũ formaliter nõ agit effectiuè, sed malum denominatiuè, idest bonum deficiens, hoc agit. Malum autem hoc, scilicet deficiens bonum agit, sed defectiuè, sicut semen defectuosum causat generationem defectiuam, sed malum non in se, sed alteri, causat malũ non in actione vel effectu proprio, sed alieno, nec hoc malũ causat vt deficiens. Vltra, causa autem materialis, & formalis videntur solùm habere locum in naturalibus corporibus. Dico, quòd causa materialis ex qua, & causa formalis constitutiua sup positi, habent solùm locũ in corporibus, naturalibus. Sed causa materialis circa quam, & forma specificatiua vel obiectalis vel finalis, habent locum, & in actibus moralibus, vt potest patere ex supra sæpius dictis, quare negatur consequentia. D. S. respondet ad probationem assumpti, vel minorem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum est imperfectum imperfectione morali ex parte inordinationis, sed ex parte actus potest habere perfectionẽ naturæ, & secundùm hoc potest esse causa peccati.

¶ Ad maiorem, agere sibi simile est rei perfectæ ad hunc sensum, quòd nihil agit sibi simile, nisi sit perfectum aliquo modo, & sic conceditur; sed an agere sibi simile, præsertim in natura substantiali, generando sibi simile, conueniat cuilibet in natura perfecta existenti, vide prima par. q. 45. ar. 5. ad primum, quia nõ. Generare enim sibi simile, cum diuisione naturæ est perfectionis secundùm quid, & reperitur in istis inferioribus tantùm, nõ autem in Angelis. Generatio verò, quæ est cum communicatione eiusdem naturæ est perfectionis infinitæ, nec alicui creaturæ cõpetere potest, sed de his alibi, &c. Ad minorem dico, quòd peccatum est imperfectum moraliter ratione formalis, quod est inordinatio, sed tamen ratione materialis, idest actus, potest esse perfectum perfectione naturæ, & secundùm hoc potest causare similem actum. Vltra, ergo peccatum non est causa peccati, verum ratione formalis, nec hoc diximus, sed ratione actus, & hoc dictum fuit in principio, quòd peccatum est causa ex parte actus causantis, & causati; inordinatio autem ex parte actus causati, sequitur per accidens. D. S. respondet ad minorem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nõ omnis causa peccati est peccatum, vnde nõ oportet vt procedatur in infinitum, sed potest peruenire ad aliquod peccatum, cuius causa non est aliud peccatum.

¶ Ad assumptum dico, quòd huius peccati post primũ est causa aliud peccatum, saltem per accidens remouendo prohibẽs; sed huius, scilicet primi peccati causa nõ est nec esse potest aliud peccatum, vt patuit ar. 1. ad tertiũ. Vltra, eadem ratione, & illius erit causa aliud peccatum dico, quòd illius post primum potest esse causa aliud peccatum, sed non cuiuslibet alterius, quia non primi, quod causatur a bono deficiente, qui defectus ante peccatum erat negatiuus, & sic nec peccatum, nec malum. Vltra, & sic procederetur in infinitum, illa cõsequentia negatur, quia nõ quodlibet peccatum causatur ex peccato, sed est deuenire ad primum quod non præsupponit peccatum, nec malum. Negatur, & vltima consequentia, quia vt patuit non est mens cõclusionis, quòd qdlibet peccatum causetur ex peccato, sed aliquod ex aliquo, & peccatum potest causari ex aliquo peccato, & præsertim vbi non est ignorantia, nec infirmitas, ibi non oportet, quòd primum peccatum ex aliquo peccato proueniat, sed solùm ex inconsideratione, vt patet de Angelis, nec oportet in nobis, cp omne actuale proueniat ex aliquo actuali ipsius peccantis, licet proueniat originaliter ex originali, & actuali primi hominis, cuius primum peccatum non proueniebat ex alio. D. S. virtualiter tangit assumptum, & negat primam consequentiam.

Quæstio Septuagesimasexta.

De causis peccati in speciali, & primò de interioribus, videlicet de ignorantia.

DEinde considerandũ est de causis peccati in speciali. Et primò de causis interioribus peccati. Secundò de exterioribus. Tertiò de peccatis, quę sunt causa aliorum peccatorum. Prima autem consideratio secundùm præmissa erit triparti ta; nam primò agetur de ignorantia, quæ est causa peccati ex parte rationis. Secundò de infirmitate seu passione, quæ est causa peccati ex parte appetitus sensitiui. Tertiò de malitia, quæ est causa peccati ex parte voluntatis. Circa primum quæruntur quattuor. Primò, vtrum ignorantia sit causa peccati. Secundò, vtrum ignorantia sit peccatum. Tertiò vtrum totaliter a peccato excuset. Quartò, vtrum diminuat peccatum.

¶ Iuxta statutũ ordinẽ in quæst. præced. D. S. consequenter agit secundam partem tractatus. s. de causis peccatorum in speciali. Et quia vt dictũ est quæst. præce. triplex est causa peccati. s. interior, exterior, & secundùm quòd vnum peccatum est causa alterius. Et inter has causas interiores sunt immediatores, & principaliores, ideo D. S. primò agit de causis interioribus, secundò de exterioribus. q. 79. tertiò de peccatis, quæ sunt causa aliorum peccatorum. q 84. Quia autem causa interior est tripartita, vna. s. er parte rationis, quæ est ignorantia. Alia ex parte appetitus sensitiui, quæ dicitur passio. Tertia ex parte voluntatis, quæ dicitur malitia, ideo primò ostenditur quo ignorantia sit causa peccati, secũdo quomodo passio, in quæst sequẽ. tertiò, qũomalitia. q. 78.

¶ Quo igitur ad primum, quod est præsentis quæstionis, primò ostenditur quomodo ignorantia possit esse causa peccati, secundò quomodo possit esse peccatum, tertiò qũo faciat ad quãtitatem culpæ vel peccati formaliter arti. 3. & 4.

Vtrum ignorantia sit causa peccati.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd ignorantia non possit esse causa peccati, quia quod non est, nullius est causa, sed ignorantia non est ens, cum sit priuatio quædam scientiæ; ergo ignorantia non est causa peccati. A Infra art. 3. cor. Item d. 42. ar. 2. co. & ad 3. Et Ma. q 3. ar. 6. per tot. q. 7. co. fi. & ad 6.

¶ 2 Præterea. Causæ peccati sunt accipiendæ ex parte conuersionis, vt ex supra dictis patet, * sed ignorantia vẽ respicere auersionẽ; ergo non debet poni cã peccati. * q. 75. arti.

¶ 3 Præterea. Omne peccatum in voluntate consistit, vt supra dictum * est, sed voluntas non fertur nisi in aliquod cognitum, quia bonum apprehensum est obiectum voluntatis, ergo ignorantia non potest esse causa pecccati. * q. 74. arti. 1.

¶ Sed contra est, quòd Aug. dicit in li. de natura, & gratia, quòd quædam per ignorantiam peccantur. * Aug. ca. 63. to. 7. Et li. 3. de lib. arb. ca. 18. to. 1.

¶ Hic ergo primò D. S. determinat quomodo, & an ignorãtia possit esse causa peccati.

¶ Respondeo dicendum, quòd secundùm Philosophum in 8. Physico. * causa mouens est duplex, vna per se, & alia per accidens. Per se quidem est, quæ propria virtute mouet, sicut generans est causa mouens grauia, & leuia. Per accidens autem sicut remouens prohibẽs, vel sicut ipsa remotio prohibentis, & hoc modo ignorantia potest esse causa actus peccati, est enim priuatio scientiæ perficiẽtis rationem, quæ prohibet actum peccati inquantum dirigit actus humanos. * Arist. text. 27. tom. 1.

¶ In hoc corpore ar. D. S. respondet ad quæsitum plenè, & distinctè, tam ex parte prędicati, quàm subiecti quæsiti, & ideo tria facit. Primò respondet ex parte prædicati. Secundò eadem explicat ex parte subiecti, ibi. Considerandum est autem, &c. Tertiò infert corollarium limitans eandem cõclusionem ex parte vtriusque, ibi. Vnde patet, &c. Conclusio igitur prima responsiua ad quæsitum ex parte prædicati, est talis. Ignorantia potest esse causa actus peccati non quidem per se mouens, sed per accidens.

¶ Vbi nota primò, quòd notanter dicit, '& caute actus peccati, quia ignorantia aliqua, vt est ignorantia circunstantiæ, & inuincibilis, vt patebit ar. 3. potest esse causa peccati solùm materialiter, & nõ est causa peccati formaliter, quæ videlicet omnino excusat. Et ergo aliquando est causa actus peccati, & non culpæ, vel culpæ formaliter. Et hoc innuit D. S. quando dicit causa actus peccati. Aliqua verò ignorantia quæ non omniuo excusat illa dicitur esse causa peccati.

¶ Nota secundò, quòd per hoc, quòd dicit conclusio, non per se mouens, dat intelligere in quo genere causæ ignorantia sit causa peccati, quia videlicet in genere causæ mouentis vel effectiẽ indirectè, & per accidens. Probatur igitur conclusio, supponendo

nendo ex octauo physicorum, quia duplex est causa mouens. Et arguitur pro prima parte, causa mouens per se est quæ propria virtute mouet, sed ignorantia non mouet propria virtute ad peccatum, igitur, &c. Maior patet exemplariter, de generante grauia, & leuia, quod dat eis inclinationẽ ad propria loca, qua mediante mouet, & præsertim in primo instanti generationis si sint extra loca ꝓpria. Minor patet, quia non ens, & priuatio non est alicuius virtutis, igit nõ mouet ꝓpria virtute; consequentia clara.

¶ Secunda pars probatur, remouens prohibens, vel remotio prohibentis, mouet per accidens, sed ignorantia est remotio ꝓhibentis actum peccati, igitur. Maior nota, quę notanter dicit disiunctim remouens prohibens vel remotio prohibentis, qa vtrũque est causa per accidens, sicut remouens columnam, & remotio columnæ. Minor patet, quia ignorantia saltem aliqua, vt verificetur illa minor permissiuè, est priuatio scientiæ perficientis rationem, quæ prohibet actum peccati, inquantum dirigit actus humanos, igitur, &c.

Ignorãtia est remotio prohibentis.

¶ Nota autem circa minorem, & probationem primò, quòd minor subsumit, sed ignorantia est priuatio, &c. Vbi habes determinatè, & cathegoricè qualis causa mouens per accidens est ignorantia, quia sicut remotio prohibentis, nam, vt statim patebit, ipsa ignorantia non dicitur esse causa actus peccati, nisi sciẽtia, si adesset, prohiberet ipsum. Causa autem per accidens peccati, sicut remouens prohibens dicitur, & est voluntas carendi sciẽtia. Illa enim remouet directè vel indirectè, causam prohibentẽ, & tamen talis voluntas est causa per accidens peccati, magis quã actus peccati, quia ignorantia voluntaria non excusat, &c.

¶ Nota secundò, quòd scientia cuius remotio est ignorantia, non solùm est directiua actuum humanorum bonorum, qui debent fieri, sed eius etiam est reuocare a malis, vt potest patere ex supra dictis. q. 74. arti. 5. & 6. & eius est prohibere mala, & peccata. Quare patet, quòd ignorantia est remotio prohibentis, scilicet debitæ notitiæ vniuersalis vel particularis, vt patebit; quæ si adesset, peccatum nõ fieret. Et hęc innuit, & intendit ꝓbatio D. S.

¶ Considerandum est autem, quòd ratio secundùm duplicem scitẽiam est humanorum actuum directiua, scilicet secundùm scientiam vniuersalem, & particularem, conferens enim de agendis vtitur quodam syllogismo cuius conclusio iudicium est seu electio vel operatio, actiones autem in singularibus sunt, vnde conclusio syllogismi operatiui est singularis, singularis autem propositio non concluditur ex vniuersali nisi mediante aliqua propositione singulari; sicut homo prohibetur ab actu patricidij per hoc, quòd scit patrem non esse occidendum, & per hoc, quòd scit hunc esse patrẽ; vtriusque ergo ignorantia potest causare patricidij actũ scilicet vniuersalis principij, quod est quædam regula rationis, & singularis circunstantiæ.

¶ Hæc consequenter explicat priorem. conclusionem ex parte subiecti; & præsertim ea, quæ sunt pro minore, & intendit talem conclusionem secũdã. Ignorantia duplex potest esse causa actus peccati, videlicet remouens scientiam vniuersalem, scilicet vniuersalis principij, & etiam remouens particularem, scilicet cognitionem alicuius particularis circunstantiæ. Probatur, ignorãtia est causa peccati, vel actus peccati, inquantum remouet scientiam directiuam actuum humanorum, & prohibentem peccatũ si adesset, sed ratio secundùm duplicem scientiam est humanorũ actuum directiua, scilicet secundùm scientiam vniuersalem, & particularem impediẽdo peccatum materialiter vel formaliter; igitur duplex ignorantia, &c. Maior patet ex prima conclusione. Minor declaratur in littera, quia ratio vel homo secundùm rationem conferens de agendis, vtitur quodam syllogismo, cuius conclusio iudiciũ est, seu electio vel operatio; sed actiones in singularibus sunt, ergo cõclusio syllogismi operatiui est singularis, sed singularis propositio nõ concluditur ex vniuersali, nisi mediante propositione singulari; igitur minor vera, quòd scilicet ratio dirigat secundùm duplicem scientiam. Et explicat D. S. dicta pro minore exemplariter, sicut homo potest prohiberi ab actu patricidij per hoc, quòd scit patrem non esse occidendum, & per hoc, quòd scit hunc esse patrem; & ergo ignorãtia vtriusq; scilicet vniuersalis principij moralis, videlicet eius, quod est ignorare patrem, non esse occidendum, & ignorãtia eius, quod est hũc esse patrem, põt esse causa actus vel peccati patricidij. Sic si aliqs ignorãs fornicationem esse peccatum committit ipsam, cp si sciret ipsam esse peccatum, & non committeret; tunc ignorantia tollens vel remouens sciẽtiam vniuersalem, idest vniuersalis ꝓpositionis moralis, esset causa peccati. Ignorantia autem particularis circũstantiæ est causa actus peccati, vel peccati qnq; qñ sciẽtia circunstantiæ prohibuisset peccatum, vel simpliciter vel à tali genere peccati. Exemplum primi, sicut si sagittator sciret transeuntem esse hominem, nullo modo sagittaret, sed quia æstimat esse ceruum, ideo proijcit sagittam. Exemplum secundi. Sicut si aliquis sagittator vellet interficere hominem, sed non patrem, si sciret transeuntem esse patrem, nullo modo sagittaret, sed quia non scit esse patrem, ideo interficit patrem. Vnde talis ignorantia causat manifestè peccatum homicidij, sed non semper patricidij. Et scientia si affuisset prohibuisset patricidiũ, sed nõ homicidium; quare patet ex istis, quòd sm duplicem scientiam potest prohiberi peccatum. Nõ autem dico, cp semper prohibeatur, &c.

Triplex ignorantia.

¶ Circa iã dicta nota primò, quòd ignorantia vniuersalis principij, nunquam facit vt actus qui fit ex ea omnino non sit peccatum, sed tamen hoc potest facere ignorantia particularis circũstantiæ, quia prima semper habetur tanquam voluntaria ꝓpter negligentiam, non sic de secunda, & sub prima etiam comprehenditur ignorantia particularis eligibilis, quæ secundùm Philosophum tertio Ethicorum etiam non excusat, nec facit inuoluntarium, sed solùm ignorantia circunstantiæ; ita quòd est triplex ignorãtia, scilicet vniuersalis, & particularis eligibilis, quæ duæ non excusant a toto, sed tertia est ignorantia circunstantiæ quæ potest excusare. Quare D. S. oportet hic cautè intelligere, qa non dicit, quòd ab actu patricidij prohibeatur aliquis propter ignorantiam particularis eligibilis, sed circunstantiæ; ignorantia enim electionis est, per quam aliquis æstimat hoc malũ nunc faciendum, tractus ex aliqua passione, puta iudicans nunc esse fornicandum. Sed ignorantia vniuersalis est qua quis opinatur fornicationem absolutè esse bonam, & licitam. Ignorantia autem circunstantiæ, est ignorantia alicuius cõditionis singularis, puta, quòd ista mulier sit vxor, vel quòd iste vir sit pater, vel cp locus iste sit sacer. &c.

¶ Nota secundò, quòd conclusio syllogismi practici vel operatiui, dicitur iudicium, electio, & operatio, sed differenter vt patuit q. 75. ar. 7. ad primum; quia immediata conclusio, & intrinseca consilij, & syllogismi dicti est iudicium, & sententia intellectus, cõclusio autem extrinseca est electio vel consensus. Sed qñ hæc sunt efficacia habentia se per modum imperij, tunc sequitur, & vltima, & remota cõclusio, scilicet executio operis, & opus ipsum, non solùm in actu concepto, sed exercito, &c.

Actiones i singularibus ex patitur.

¶ Nota tertiò, quòd actiones in singularibus sunt, intelligitur principiatiuè, ita quod agens, & exercens actionem quamcumq; est singularis subsistens. Dico autem notanter singulare subsistẽs, quia datur aliqua actio, quæ primò simpliciter est singularis, & non suppositi, vt intelligere animæ rationalis, quod prius conuenit animæ, quàm sorti. Si autẽ intelligitur ista propositio obiectiuè, terminatiuè, sic non omnis actio est singularis, sed aliqua vniuersalis, vt patet de actionibus quibusdam intellectus, qui intelligit vniuersalia. Sed vera est propositio ad intentum D. S. de actione morali cuiusmodi est iudicium, & electio. Talis enim sem per exercetur, & fit circa aliquod singulare. Propositio autẽ primi Metaphysicæ, intelligitur de actionibus transeuntibus.

¶ Vnde patet, quòd non quælibet ignorantia peccãtis est causa peccati, sed illa tantum, quæ tollit scientiã prohibentem actum peccati; vnde si voluntas alicuius esset sic dispositа, quòd non prohiberetur ab actu patricidij, etiam si patrem agnosceret, ignorantia patris non est hic causa peccati, sed concomitanter se habet ad peccatum, & ideo talis non peccat propter ignorantiam, sed peccat ignorans secundùm Phil. in 3. Ethi. * * Arist. c. 1. tomo 5.

¶ Hic tertio loco D. S. infert corollarium limitans conclusionem primam, tale. Non quælibet ignorantia peccantis est causa peccati, &c. Patet ex dictis, quia ignorantia solùm dicitur causa, quia remouet prohibens peccatum, scilicet scientiam, qua existente peccatum non fieret; igitur corollarium verum. Et ex hoc patet, quòd siue sit ignorantia vniuersalis scientiæ, siue particularis, dummodo scientia cõsistente, nihilominus fieret peccatũ, tunc ignorantia nõ est causa. Et D. S. explicat illud corollarium deducendo particulariter, ibi. Vnde si voluntas alicuius esset sic dispositа, &c. Similiter si quis vellet furari stannum non sciens esse argentum, tolleret argentum ignorans, talis ignorantia nõ tollit scientiam, quæ prohiberet furtum argenti, quia si adesset, multò magis tolleret fur argentum, quàm stannum.

¶ Nota autem circa ista, quòd potest esse vt ignorantia tollat scientiam, quæ impediret peccatum si adesset, nihilominus tamẽ talis non dicitur peccare ex ignorantia, quæ tollat voluntarium, & excusat, quia videlicet ipsa ignorantia est voluntaria, sicut peccantes in Christum Gentiles, & Iudęi, si scirent vel crederent ipsum Deum non facerent; & tamen non excusantur, quia eorum ignorantia est voluntaria. Sed de his postea, hoc solũ nunc oportet notare, quòd ignorantia potest tollere scientiam, quæ prohiberet, & tamen illud, quòd fit ex tali ignorantia non excusat, nec tollit voluntarium, saltem indirectè eius, quod fit esto, propter ignorantiam faciat.

¶ Nota iuxta D. S. secunda secundæ. q. 27. ar. 3. illa præpositio, propter, potest dicere circunstantiam, & habitudinem cuiuslibet causæ. In proposito igitur dicitur aliquis facere propter ignorantiam

rantiam, non ſicut propter finem, ſed ſicut per cauſam efficientem per accidens, quia remouet ſcientiam, qua ſtante non faceret hoc, & poſtquam accedit ſcientia de facto triſtatur, hoc enim ſecundùm Philoſophum. 3. Ethicorum. eſt certum iudicium, qa ſit propter ignorantiam ſi ſubſequitur triſtitia,

ARGVMENTVM in cõtrariũ eſt, pro prima cõcluſione.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non ens nõ poteſt eſſe alicuius cauſa per ſe, poteſt tamẽ eſſe cauſa per accidens, ſicut remotio prohibentis.

¶ Dicendum ad maiorem, quod non eſt, nullius eſt cauſa per ſe. Si tamen non ſit, ſcilicet ſicut ens reale, eſt tamen ſicut ens rationis (quod eſt priuatio cuiuſdam, quo poſito illud non cauſaretur) poteſt eſſe cauſa per accidens non ſicut remouens prohibens, ſed ſicut remotio prohibentis. Ad minorẽ, ignorantia non eſt ens, verum, reale, ſed tamen rationis, quia & priuatio ſcientiæ eſt ens rationis. Nam ſecundum D.S. in de Verita. Mate. 21. ar. 1. & negatio, & relatio rationis ſunt entia rationis ad quorum eſſe ſufficit, quòd apprehendantur, & intellectus mediante ſpecie poſitiui, ſe rei conformet, quæ priuata eſt debito haberi, vt ſolet dici circa principium ſuper de Ente, & eſſentia; ergo ignorantia non eſt cauſa peccati, verum poſitiua, & per ſe cauſans, eſt tñ remotiua, & per accidens, & quaſi cauſa ſine qua non, quia ſi nõ eſſet priuatio ſcientiæ, tũc peccatum vel actus peccati non fieret.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut ſcientia quã tollit ignorantia reſpicit peccatum ex parte conuerſionis, ita etiam ignorantia ex parte conuerſionis eſt cauſa peccati, vt remouens prohibens.

¶ Dicendum, quòd maior vera, quòd cauſæ peccati accipiendæ ſunt ex parte conuerſionis. Et ideo patuit ſupra. q. 75. ar. 1. ꝙ conuerſio eſt per ſe apud moralem, quia intenta, non autẽ auerſio. Vnde, & peccata ſecundùm conuerſiones diſtinguuntur, vt patuit ſupra. q. 73. ar. 1. Minor autem negatur, quia ignorantia reſpicit peccatum ex parte qua eſt ſcientia, ſed illa prohibuiſſet cõuerſionem illam ideſt actum neſſieret in tali materia. Quare, & ignorantia, quæ non eſt cauſa, niſi quia remouet prohibens, eſt cauſa per accidens ex parte conuerſionis, quia cauſa, ꝙ fit actus, cauſa inquam ſuo modo, negatur igitur conſequentia.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in illud, quod eſt quantum ad omnia ignotum, non poteſt ferri voluntas, ſed ſi aliquid eſt ſecundùm aliquid notum, & ſecundùm aliquid ignotum, poteſt voluntas illud velle; & hoc modo ignorantia eſt cauſa peccati; ſicut cum aliquis ſcit hunc quem occidit eſſe hominem, ſed neſcit eum eſſe patrẽ, vel cum aliquis ſcit aliquem actum eſſe delectabilem, neſcit tamen eum eſſe peccatum.

¶ Dicendum ad maiorem, vera eſt ad ſenſum ſupra dictum. q. 74. ar. 2. ad primum, quia omne peccatum in voluntate conſiſtit, ideſt in defectu voluntario, &c. Ad minorem concedo, quòd voluntas non fertur niſi in cognitum, ſed dico, quòd non eſt inconueniens vt illud, quod eſt cognitum, & apprehenſum ſecundùm vnum, ſit ignoratum quo ad aliud, & ſecundùm quòd eſt actu cognitum, eſt volitum actu, & manifeſtè, quod ſufficit ad peccatũ. Sed tamen ſecundùm ignoratum non expreſsè volitum, & intẽtum, ſicut patet in exemplis articuli; quia aliquis ſcit eſſe hominem, & vult eum interficere, & tamen ignorat eſſe patrem, quæ ignorantia non eſt cauſa homicidij ſciti, ſed patricidij ignorati. Secundò dico, quòd dato, quòd ſit ignorantia circunſtantiæ, quæ excuſat, & reddit omnino inuoluntarium, benè probat argumẽtum, quòd ignorantia non eſt cauſa peccati, eſt tamẽ cauſa actus peccati materialiter, vnde D.S. in de Malo vbi ſupra ad primum, dupliciter contingit ignorantiam non ſic totaliter excludere voluntarium, quòd tollatur etiam ratio peccati. Vno quidem modo quando ignorantia eſt voluntaria, quia tunc per conſequens id, quod ex ignorantia ſequitur, voluntarium iudicatur. Alio modo, quando & ſi ignoratur aliquid, tamen ſcitur, quod ſufficit ad rationem peccati ſiicut dictum eſt de eo, qui ſagittando interficit eum quem ignorat patrem eſſe, ſed tamen ſcit eſſe hominẽ. Et ſic quamuis inuoluntariè committat patricidium, vuluntariè tamen committit homicidium. Hæc ille. Patet autẽ, quòd ſi nullum eſſet peccatum niſi ignoratum, & ignorãtia excuſante, ſicut eſt de interficiente hominem, putans eſſe ceruum, facta debita diligentia, &c. eſſet cauſa actus peccati non peccati, ſed voluntaria aliquo modo eſt cauſa peccati formaliter. Eſt ergo ignorantiam cauſa peccati, ſed coniuncta alicui cognitioni, & hoc probat argumentum.

B Infra q. 84. art. 4. ad 5. & q. 105. art. 2. ad 9. Et 2. 2. q. 53. ar. 2. ad 2. Et 2. di. 42. q. 2. art. 2. q. 1 ad 3. Et. Mal. q. 3. ar. 7. co. & ad 1. 7, & 11. & quol. 2. ar. 13. cor.

Vtrum ignorantia ſit peccatum.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, ꝙ ignorantia nõ ſit peccatum. Peccatum enim eſt dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei, vt ſupra habitum eſt. * ſed ignorantia non importat aliquẽ actum neque interiorem neque exteriorem, ergo ignorantia non eſt peccatum. *q. 71. ar. 6.

¶ 2 Præterea. Peccatum directius opponitur gratiæ quàm ſcientiæ; ſed priuatio gratiæ non eſt peccatum, ſed magis pœna quædam conſequens peccatum; ergo ignorantia, quæ eſt priuatio ſcientiæ non eſt peccatum.

¶ 3 Præterea. Si ignorantia eſt peccatum, hoc non eſt niſi inquantum eſt voluntaria; ſed ſi ignorantia ſit peccatum inquantum eſt voluntaria, videtur peccatum in ipſo actu voluntatis conſiſtere magis, quã in ignorãtia, ergo in ignorantia non erit peccatum, ſed magis aliquid conſequens ad peccatum.

¶ 4 Præterea. Omne peccatum per pœnitentiam tollitur, nec aliquod peccatum tranſiens reatu, remanet actu, niſi ſolùm originale; ignorantia autem non tollitur per pœnitentiam, ſed adhuc remanet actu omni reatu per pœnitentiam remoto; ergo ignorantia nõ eſt peccatum, niſi fortè ſit originale.

¶ 5 Præte. Si ipſa ignorantia ſit peccatum, quandiu remaneret ignorantia in homine, tandiu actu peccaret; ſed continuè manet ignorantia in ignorante; ergo ignorans cõtinuè peccaret, quod patet eſſe falſum; quia ſic ignorantia eſſet grauiſſimum, non ergo ignorantia eſt peccatum.

¶ Sed contra. Nihil meretur pœnam, niſi peccatum; ſed ignorantia meretur pœnam, ſecundùm illud 1. ad Corinth. 14. Si quis ignorat ignorabitur; ergo ignorantia eſt peccatum.

¶ Quia vt patuit ſupra. q. 75. non oportet, quòd cauſa peccati ſemper ſit peccatum, & ideo eſt dubium an ignorantia ſit peccatum, nec habetur determinatio huius quæſtionis ex dictis.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ignorãtia in hoc a neſcientia differt, quia neſcientia dicit ſimplicem ſcientiæ negationem; vnde cuicunque deeſt aliqua rerum ſcientia, poteſt dici neſcire illa, ſecundum quem modũ. Dionyſius in Angelis neſciẽtiã ponit. vi. c. Cęl. Hierarchiæ. * ignorantia verò importat ſcientiæ priuationem, dum, ſ. alicui deeſt ſcientia eorum, quæ aptus natus eſt ſcire. Dionyſius. * A medio &c. 6. cęleſtis Hierar. declinando ad fin.

Et quia titulus quæſtionis poteſt intelligi de triplici ignorantia, ideo D.S. primò diſtinguit de ignorantia, ſecundò ſecundum vnamquamque reſpondet, ibi. Manifeſtum eſt autem, &c. Quo ad primum D.S. ponit duo notabilia diſtinctiua ignorantiæ, primum eſt quo ad genus ignorantiæ, ſecundum quo ad ſpeciem eius, ibi. Horum autem quædam, &c. Notat ergo primò differẽtiam inter neſcientiam, & ignorantiam, & per hoc ſatis patet, quid ſit ignorantia oppoſita, ſcilicet inuincibilis, quia eſt eorũ, quæ quis non poteſt ſcire, vt poſtea patebit.

¶ Et hæc eſt differentia, quia neſcientia dicit ſimplicem negationem abſque ſcilicet aptitudine habendi id, quod neſcitur, ita quòd cuicumque deeſt aliquarum rerum ſcientia, poteſt dici neſcire illas, & hoc modo ponitur ſecundùm Dionyſium neſcientia in Angelis. Vnde & dicitur, quòd Angeli ſe purgent a neſcientia, nam Angeli nec cognoſcunt, nec cognoſcere poſſunt naturaliter omnia, quæ Deus nouit, & neſciunt multas rãtiones Diuinorum operum in eccleſia, de quibus à Deo primò, deinde a ſeiuuicem illuminantur, & quod vnus videt in Diuina eſſentia, alius non, vt patet prima parte. q. 106. ar. primo, &c. Sed ignorantia importat priuationẽ ſcientiæ, quia videlicet alicui deeſt ſcientia eorũ, quæ aptus natus eſt ſcire, priuatio enim dicit negationem in ſubiecto apto nato, & per aptitudinem diſtinguitur a negatione ſimplici, & pura. Differunt neſcientia ignorantia & error & bene.

¶ D.S. autem in de Malo, q. 3. ar. 7. addit, quòd eſt, & ignorãtia prauæ diſpoſitionis, quæ contrariatur ſcientiæ, vt cum quis habet habitum falſorum principiorum, & falſarum opinionum, ex quibus impeditur a ſcientia veritatis.

¶ Quomodo autem ſe habeat neſcientia, ignorãtia, error, hæreſis. Vide in de Malo. q. 8. arti. 1. ad 7. Addit & ibidem, quid ſuperaddit error, quia addit actum quendam ſuper ignorantiam, pura prolationem ſententiæ de ignoratis. Sed hic ſuffecit D.S. loqui de ignorantia negationis, de qua quæſtio intelligitur, an ſit peccatum. Deinde cum dicit.

¶ Horum autem quædam aliquis ſcire tenetur, illa ſcilicet ſine quorum ſcientia non poteſt debitum actũ rectè exercere, vnde omnes tenentur ſcire communiter ea, quæ Dubium

ea, quæ ſunt fidei, & vniuerſalis iuris præcepta; ſinguli autem ea, quæ ad eorum ſtatum vel officium ſpectant. Vnuſquiſque enim ſcire tenetur ea, quæ ad ſuum officium ſpectant. Quædam verò ſunt, quæ & ſi aliquis natus eſt ſcire, non tamen ea ſcire tenetur, ſicut theoremata geometriæ, & contingẽtia particularia niſi in caſu.

¶ Diſtinguit ſecundum membrum, ſcilicet ignorantiam, quæ eſt priuatio ſcientiæ, quia eorum q̃ homo natus eſt ſcire, quædam tenetur ſcire, illa ſcilicet ſine quorum ſcientia non poteſt debitũ actum exercere, vnde omnes homines tenẽtur ſcire ea, quæ ſunt fidei, & vniuerſalia præcepta iuris; ſinguli autem quæ ad eorum ſtatum vel officium ſpectant, quia vnuſquiſque tenetur ſcire, quę ad officium ſuum ſpectant, nam ſine ſcientia huiuſmodi non poſſet officium rectè exercere; quædam verò ſunt, quæ aptus natus eſt ſcire, ſed tamen non tenetur, ſicut theoremata. i. ſpeculationes geometriæ, & contingentia particularia, niſi in caſu.

¶ Et quis ſit ille caſus D.S. exponit in de Malo vbi ſupra art. 8. ſicut eum aliquis emittit ſagittam in aliquo loco, vbi homines ſolent tranſire, ad negligentiam ſibi imputatur ſi ſcire non ſtudeat, an tunc aliquis tranſeat; tranſire autem tunc hominem in tali loco eſt particulare contingens, & tamen aliquis in caſu dicto ſcire tenetur.

¶ Nota autẽ, ꝙ ideo iſta ponit D. S. qa ex ommiſſione eorũ, quæ eſto natus ſit ſcire, non arguitur negligentia, ex non habere autem, quæ debet ſcire. Arguitur, & eſt negligentia.

¶ Manifeſtum eſt autem, quòd quicunque negligit habere vel facere id, quod tenetur habere vel facere, peccat peccato omiſſionis; vnde propter negligentiam ignorãtia eorũ, quæ aliquis ſcire tenetur eſt peccatũ.

¶ Hic conſequenter D.S. reſpondet ad quæſitum quo ad ignorantiam ſic tripliciter intellectam per tres concluſiones, ſecundam ponit ibi. Non autem imputatur, &c. tertiam ibi. Ex quo patet, &c. Prima ergo concluſio quo ad ignorantiam ſecundo modo acceptam, eſt iſta. Ignorantia vincibilis eorũ, quæ aliquis ſcire tenetur, eſt peccatum. Probatur, quicunque negligit habere vel facere id, quod tenetur habere vel facere, peccat peccato omiſſionis; ſed ignorantia vincibilis eorum, quæ quis poteſt & debet ſcire vel quorum debet habere ſcientiam, eſt cum negligentia, igitur concluſio vera. Maior nota. Minor patet ex iam dictis, qa ignorantia vincibilis eſt eorum, quę natus eſt ſcire, ſi ergo addat, quòd tenetur, & non ſcit, ſequitur quòd negligat acquirere.

¶ Nota circa hoc verbum D.S. vbi dicit. Vnde propter negligentiam, &c. In hoc enim ſtat fundamentum materiæ. Notandũ eſt enim, quòd ignorantia ſecundùm ſe accepta vt dicit negationem ſcientiæ aptæ natæ haberi, non eſt peccatum vel culpa, ſed magis pœna quędam conſequens originale peccatum; quia culpa conſiſtit in defectu actionis, & non cuiuſcunque, ſed actionis voluntariæ. Ignorantia autem nõ eſt priuatio vel defectus actionis, ſed eſt priuatio perfectionis habentis ſe per modũ actus primi, & remotio perfectionis ab agente, quæ habet ſe vt pœna cum aduenerit ab extrinſeco, vt patet prima par. q. 48. art. 5. & 6. Et ergo ignorantia vt ſic non eſt culpa, quia non actio deficiens vel defectus actionis, ſed defectus in agente proueniens de facto ꝑpter ſubtractionem originalis iuſtitiæ, ſi ergo ignorantia debeat eſſe culpa, oportet eam comparare ad ſuam cauſam propinquã, quæ eſt non applicare animum ad ſciendum, quæ quis ſcire debet, & tenetur; quod non applicare eſt negligẽtia, de qua D. S. hic loquitur, quod etiam non applicare, & negligere eſt peccatum ommiſſionis. Quare priuatio ſcientiæ cum cauſa præcedente eſt peccatum. Ex quibus patet, quòd ignorantia eſt peccatum, non ita quòd ſola priuatio ſcientiæ dicatur peccatum, ſed ipſa cum negligentia voluntaria directè, vel indirectè, &c. Conſequenter cum dicit,

¶ Non autem imputatur homini ad negligentiam ſi neſciat ea, quæ ſcire non poteſt, vnde horum ignorantia inuincibilis dicitur, quia ſtudio ſuperari non poteſt; & propter hoc talis ignorantia cum non ſit voluntaria, eo quòd non eſt in poteſtate noſtra eam repellere, non eſt peccatum.

¶ Ponit ſecundam concluſionem reſponſuam de ignorantia intellecta primo modo, ſcilicet inuincibili. Talis ignorantia, ſcilicet inuincibilis non eſt peccatum, probatur, ignorantia eſt peccatum propter negligentiam habendi, & acquirendi ſcientiam; ſed non imputatur homini ad negligentiã ſi neſciat ea, quæ ſcire non poteſt, quod eſt ignorantiæ inuincibilis, igitur non eſt peccatum. Maior patuit. Minor patet quo ad ſecundam partem, qa ideo dicitur inuincibilis, quia ſtudio ſuperari non poteſt. Prima pars de ſe patet, quia non eſt negligens, qui non facit, qđ facere nõ poteſt, &c. Et ſecũdò arguitur pro iſta parte, ignorãtia inuincibilis non eſt voluntaria, igitur non eſt peccatum; conſequentia clara, quia ſolùm voluntarium eſt peccatũ, vt patuit. q. 71. art. 6.

Antecedens patet, quia non eſt in poteſtate noſtra ea m repellere, hoc aſſumptum patet ex quid nominis inuincibilis, &c.

¶ Nota autem, quòd non eſt contradictio in littera, cum ex vna parte dicitur, quòd ignorantia in communi eſt, quando deeſt ſcientia eorum, quæ quis natus eſt ſcire. Et tamen poſtea dicitur, quòd inuincibilis ignorantia eſt neſcire, quæ non poteſt. Si enim non poteſt non eſt aptus natus. Et ita ignorantia inuincibilis non erit ignorantia.

¶ Sed ad hoc dr̃ quòd ignorantia inuincibilis, dicitur eorũ, q̃ non poteſt ſcire pro nunc tamen aptus natus eſt ſcire abſolutè. Sicut quis non poteſt nunc ſcire, quòd iam tranſeat aliquis cum emittit ſagittam, natus eſt ſcire tamen abſolutè, quia poſtquam proiecit, & interfecit hominem, tunc ſciet. Et ergo ignorãtia inuincibilis dicitur, quia ſtudio ſuperari non poteſt pro nunc, quando agit ex ignorantia.

¶ Nota quoque, quòd ignorantia vincibilis (quæ eſt quæ ſtudio ſuperari poteſt. Nam dicitur vincibilis, quia ſuperari poteſt, & quia aliquis eam poteſt euitare ignorantiam ſciendo) eſt duplex, vt poteſt haberi ex articulo, vna eſt eorum quæ quis ſcire poteſt, & tenetur. Alia eſt eorum, quæ poteſt ſcire nunc, & abſolutè, ſed non tenetur; ſed non eſt ignorantia peccatum, nec habet locum negligentia, niſi cum omittitur debitum, & ignoratur, quod quis tenetur ſcire. Deinde ibi.

¶ Ex quo patet, quòd nulla ignorantia inuincibilis eſt peccatum, ignorantia autem vincibilis eſt peccatum ſi ſit eorum, quæ aliquis ſcire tenetur; non autem ſi ſit eorum, quę quis ſcire non tenetur.

¶ Subiungit tertiam concluſionem reſponſuam quæſito de ignorantia tertio modo intellecta, reſumit tamen cum illa etiã alias duas concluſiones priores, ita quòd erit vna totalis concluſio totius corporis; Nulla ignorantia inuincibilis peccatũ ignorantia autem vincibilis eſt peccatum, ſi ſit eorum, quæ aliquis ſcire tenetur non autem ſi ſit eorum, quæ quis ſcire nõ tenetur; illa vltima pars, quæ eſt tertia concluſio, poteſt probari ſicut ſecunda, quicũque negligit habere vel facere ad quod tenetur habere vel facere, peccat, ſi autem non tenetur nõ peccat. Sed ignorantia vincibilis eorum, quæ quis poteſt, & tamen non debet ſcire, non eſt cum tali negligentia, ergo non eſt peccatum, ratio ſatis patet ex ſupra dictis.

¶ Patet igitur quæ ignorantia ſit peccatum, & quale peccatum, quia ignorantia vincibilis eorum, quæ quis ſcire debet ꝑpter negligentiam ſtudij, quæ eſt cauſa eius, & eſt propter negligentiam peccatum, ita quòd negligentia ſimul includatur, & conſtituat ignorantiam in eſſe peccati. Sicut enim actus exterior non eſt peccatum ſine interiori, & tamen ſimul accepti ſunt vnũ peccatum. Sic in propoſito, quia ignorantia non poteſt habere rationẽ peccatiad quod requiritur actus vel ommiſſio actus niſi cointelligatur ignorantia ex negligentia prouenies. Et huius clarum indicium eſt, quia ignorantia pueri nõ eſt peccatum, qa non habet annexam negligentiam, ſed ignorantia adulti.

¶ Patet ſecundò quale peccatum ſit, quia omiſſionis. Patet tertiò, quòd ignorare credenda, & ignorare præcepta decalogi, quæ ſunt communia præcepta legis Diuinæ, eſt peccatum. Similiter ignorantia epiſcopi vel ſacerdotis, qua neſciunt quæ pertineant ad officia ſua, non eſt ſine peccato. Sequuntur autem omnia ex dictis. Epylogus.

ARGVMEN. in contrarium eſt pro prima concluſione.

¶ Circa hoc argumentum in contrarium, nota pro intellectu maioris, ſcilicet nihil meretur pœnam niſi peccatum. Nota inquam infra q. 87. arti. 3. Vbi habetur ex intentione, quòd omnis pœna eſt propter cuipã. Intelligitur enim de pœna vt ſic formaliter, & de culpa actuali, vel originali. Quare ſequitur, quòd ſi ignorantia meretur pœnã, ꝙ ſit culpa. Et iſtellige de ignorãtia, quæ eſt cum negligentia, quia talis ignorans ignorabitur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt. * in hoc, quòd dicit dictum, vel factum, vel cõcupitum, ſunt intelligendæ etiam negationes oppoſitæ, ſecundùm quòd omiſſio habet rationem peccati; & ita negligentia ſecundùm quam ignorantia eſt peccatũ continetur ſub prædicta diffinitione peccati, inquantũ prætermittitur aliquid, quòd debuit dici, vel fieri, vel cõcupiſci, ad ſcientiam debitam aquirendam. *q. 71. ar. 6. ad primũ.

¶ Maior vera. Et eſt definitio peccati, vt patuit ſupra. q. 71. ar. 6. Sed dico, quòd oportet recolere, quod ibidẽ dicebatur, quia ſub dicto comprehenditur, & omiſſio dicti. Et ſub facto, & concupito, omiſſio facti, & concupiſcentiæ debitæ, quia & omiſſio habet rationem peccati.

¶ Ad minorem, ſed ignorantia, &c. Negatur, de ignorantia, q̃ eſt peccatum, quod non importat omiſſionem actus, qui reducitur ad dictum, factum, &c. quia vt dictum eſt, talis ignorantia eſt peccatum, accepta cum negligentia, quæ negligentia dicit omiſſionem eorũ, per q̃ potuiſſet acquiſita fuiſſe ſcientia. Talia

autem

autem ſunt & concupiſcentia, quia ſine animo, & deſiderio ſtudendi nullus proficit. Et dicta, ſcilicet frequentes interrogationes, & facta, ſcilicet viſitationes ſcholarum, & vita temperata, & huiuſmodi, quæ requiruntur ad conſecutionem ſcientiæ. Quare negatur conſequentia, quia in peccato ignorantiæ eſt actus anterior, & exterior omiſſi. Et hæc notat ſolutio D.S.q̃ ſequit.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd priuatio gratiæ, & ſi ſecundum ſe non ſit peccatum, tamen ratione negligentiæ præparandi ſe ad gratiam poteſt habere rationem peccati; ſicut & ignorantia & tamen quantum ad hoc eſt diſſimile, quia homo poteſt aliquam ſcientiam
Dub. 680. acquirere per ſuos actus,[d] gratia verò non acquiritur ex noſtris actibus, ſed eſt de munere Dei.

¶ Ad maiorem, vera eſt, ſcilicet quòd peccatum directius opponitur gratiæ, quàm ſcientiæ, quia opponitur ſibi ratione conſeruantis gratiam, non autem ſcientiam præſertim acquiſitã, licet & infuſam non totaliter tollat; quamuis de Salomone dicat, quòd ſcientia ſua infuſa vtique fuit ſatis per peccatum obſcurata. Et aduerte circa maiorem iſtam, quòd peccatum opponitur gratiæ, non formaliter, quaſi dicat priuationem gratiæ, ſed dicit priuationem actualis rectitudinis debitæ actui. Sed opponitur gratiæ demeritoriè, & ratione cauſæ conſeruantis gratiam, ſcilicet Diuini influxus.

¶ Ad minorem dico, quòd priuatio gratiæ ſecundùm ſe non eſt peccatum, ſic & ignorantia ſecundùm ſe non eſt peccatum. Sed nego, quòd priuatio gratiæ cum negligentia præparandi ſe ad gratiam tempore debito, omnino non habeat rationem peccati omiſſionis. Sic, & negatur, quòd ignorantia cum negligentia, & non applicatione ad habendum ſcientiam.

¶ Et tertiò dico, quòd non eſt omnino ſimile de priuatione gratiæ, & ſcientiæ, immo magis eſt apparens, quòd ignorãtia ſit peccatum, quàm priuatio gratiæ, quia ſcientiã per proprios actus habere poteſt, non autem gratiã, ſed ex ſolo Dei munere. Et igit manifeſtius imputatur hoĩ non habere ſcientiam, quã nõ habere gratiam, & tamen in veritate, & priuatio gratiæ peccatum eſt.

¶ Sed circa hoc quæritur, quia vt inf. patebit ad quintum, & ſupra patuit. q. 71. art. 5. peccatum omiſſionis non ſemper committitur dum quis non facit, ſed pro aliquo determinato tempore, ideo eſt dubium pro quo tempore peccat quis non habendo gratiam. De hoc in de Verita. Mate. 23. ar. 7. ad quintum, & ſeptimũ. habet D.S. in ſimilibus. Vnde dicit ad quintum, non pro omni tẽpore quo voluntas noſtra in actum exit, obligat præceptum de conformitate voluntatis, ſed pro illo tempore, quo quis tenetur de ſtatu ſuæ ſalutis cogitare. Sicut tenetur quando confiteri debet, vel ſacramenta accipere vel aliquid huiuſmodi facere. Hæc ille. Et ad ſeptimum quilibet (inquit) tenetur quantum in ſe eſt ad charitatem habendam, & ſi nõ facit, quod in ſe eſt, peccat peccato omiſſionis, non tamen oportet, quòd in quolibet inſtanti in quo non facit, peccet, ſed tunc tantùm quando facere tenebatur, vtpote cum ei neceſſitas imminebat aliquid faciendi, quod ſine charitate non poteſt facere, vt accipere ſacramenta. Hæc ille. Et per omnia ſimiliter dicendum eſt, de non præparando ſe, & non diſponendo ad gratiam, quia ſolùm peccatur cum deberet facere, quod debet, dum habet facere, quod ſine gratia benè fieri non poteſt. Et huiuſmodi etiam eſt ſanctificatio ſabbati ſecundùm aliquos, vt infra tangetur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut in peccato trãſgreſſionis, peccatum non conſiſtit in ſolo a voluntatis, ſed etiam in actu uolito, qui eſt imperatus tam voluntate, ita in peccato omiſſionis non ſolùm actus vo-
Supra q. 71 ar. quinto. luntatis eſt peccatum, ſed etiam ipſa omiſſio inquantũ eſt aliqualiter voluntaria; & hoc modo ipſa negligentia ſciendi vel etiã ipſa inconſideratio, eſt peccatum.

¶ Concedo maiorem, quòd ignorantia non eſt peccatum niſi voluntaria aliqualiter, ſcilicet directè vel indirectè per ſe vel per accidens, vt patebit ar. ſequen. & eſt voluntaria eo modo, quo nõ agere eſt voluntarium, vt patuit ſupra. q. 6. art. 8. vt ſic, & ipſa negligentia ſit volũtaria, quæ conſiſtit in nõ agere. Ad minorẽ, ſed ſi ignorantia ſit peccatum inquantum eſt voluntaria, videt peccatum in ipſo actu voluntatis conſiſtere, magis quàm in ignorãtia. Dico, ꝙ non videtur inconueniens dicere, ꝙ magis cõſiſtit in
Ad peccatum ignorantiæ cõcurrit volũtas poſitiuè vel intẽperatiuè. actu voluntatis, quàm in ipſa omiſſione, ſaltem completiuè, licet, & primordialiter conſiſtat in ipſa negligentia vel omiſſione, quia voluntas non eſſet mala, niſi omiſſio mala eſſet; ſed verum eſt, quòd talis negligentia non eſt peccatum, nec negligentia, niſi aliqualiter volũtaria, quia & non ſtudere, immo nõ velle ſtudere eſt voluntarium, quia in poteſtate voluntatis. Sed nego, quòd ita conſiſtat in actu voluntatis, quòd non in ipſa ignorãtia, acceptã cum omiſſione, & negligentia, quia ſicut eſto actus voluntaris compleat peccatum actus exterioris, nihilominus tñ, & in actu exteriori conſiſtit, ſic in propoſito licet eſſe voluntarium aliqualiter, ideſt eſſe in poteſtate voluntatis ſaltem requiratur ad hoc, quòd ignorantia cum cauſa ſua ſit peccatum, tamen ſtatim in ſolo voluntatis actu expreſſo vel interpretatiuo, ſed etiam in ipſa ignorantia conſiſtit peccatum.

¶ Nota tamen, quòd voluntatis actus exercitus vel interpretatiuus quo quis vult ignorare, & negligere, & non repellere negligentiam, & per conſequens ignorantiã, & ipſa ignorantiã nõ ſunt duo peccata, ſed vnum ſicut actus interior, & exterior cum ſimul currunt; quare peccatum conſiſtit in ambobus, quorũ vnũ præcipuum, & primum in executione, aliud in eſſe apprehenſo, & quaſi via intẽtionis, vt patuit ſupra in ſimili de bonitate actus exterioris, & voluntatis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd licet tranſeunte reatu per pœnitentiam remaneat ignorantia, ſecundùm quòd eſt priuatio ſcientiæ; non tamen remanet negligẽtia ſecundùm quam ignorantia peccatum dicitur.

¶ Ad maiorem, conceditur, quòd omne peccatum per pœnitẽtiam tollitur, & quòd nullum peccatum tranſiens reatu remanet actu niſi ſolum originale. Et de hoc infra, quia videlicet reſtituta gratia, ex cuius priuatione inerat reatus originalis ad pœnam damni, remanet adhuc fomes, & concupiſcentia habitualis, quæ ſunt materiale ipſius originalis. Et ſic tranſeunte reatu per infuſionem gratiæ, manet originale actu quo ad materiale ſuũ, ſub ratione defectus, & pœnæ, non culpæ.

¶ Ad minorem, negatur, quòd ignorantia vt peccatum eſt nõ tollatur per pœnitentiam, nec remanet actu, reatu tranſeunte, quia manet quidem priuatio ſcientiæ poſt peccatum, ſed nõ remanet negligentia, quia pœnitens tenetur ſibi proponere facturum ſe diligentiam vt addiſcat, quæ debet. Vnde ſi priuatio ſola eſſet peccatum ignorantiæ, argumentum procederetur, ſed dicimus, ꝙ ipſa cũ cã ſua, q̃ eſt negligentia conſtituit peccatũ ignorãtiæ, quæ negligentia tollitur, ideo non manet in ratione peccati.

¶ Dico ſecundò, quòd eſt aliqua ignorantia, cum qua omnes naſcimur, quæ pertinet ad peccatum originale, ſicut materiale partiale. Vnde talis manet actu poſt dimiſſionem reatus, ſicut & fomes. Sed loquendo de ignotantia, quæ non eſt materiale originalis, vtpote ignorantia ſupernaturalium, quorum ſcientia non ſtatim competiſſet homini nato in ſtatu innocentiæ, talis nõ manet actu ſecundùm quòd peccatum fuit, manet tamen ſecundùm ſe vt eſt priuatio. Et de illa loquitur D.S. Stant igitur ſimul, ꝙ ſolùm originale maneat actu poſt pœnitentiam, etiã quo ad id, qđ pertinet ad peccatum materialiter, quòd etiam ignorantia ſecũdum ſe maneat; quia ſic nec eſt materiale, nec formale peccati actualis omiſſionis, quale eſt ignorantia cum cauſa ſua, &c.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ſicut in alijs peccatis omiſſionis ſolo illo tempore homo actu peccat, pro quo præceptum affirmatiuum obligat; ita eſt & de peccato ignorantiæ, non enim continuè ignorans actu peccat, ſed ſolùm quando eſt tempus acquirendi ſcientiam, quam habere tenetur.

¶ Ad aſſumptum, ſi ignorantia ſit peccatum, quandiu remaneret ignorantia in homine iam diu actu peccaret. Dico, quòd eſt peccatum accepto cum cauſa ſua, negligentia, videlicet addiſcendi. Sed nego ſequelam, quia iuxta ſupra dicta q. 71. arti. 5 in alijs peccatis omiſſionis, ſolo illo tempore actu peccat, pro quo affirmatiuum præceptum obligat, ita quòd ſi non faciat aliquid, peccat tantùm in tempore, quo facere tenetur, & non ſemper dum non facit, ſicut ad ſecundum dictum eſt, de non habere gratiam. Vltra, ſed continuè manet in ignorantia, dico, quòd poſſibile eſt, ſed iam patuit, ꝙ ignorãtia peccatum eſt contra præptũ affirmatiuum, qđ ligat ad certũ tẽpus; quare negatur conſequentia, ꝙ ergo continuè peccarer, & reliqua non ſequũtur ex dictis noſtris vt patet, &c. An autem ignorantia ſit grauiſſimum peccatũ, vel magis, quod ſit ex ignorantia, patebit ar. quarto ad tertium.

Vtrum ignorantia totaliter à peccato excuſet.

AD tertium ſic proceditur. Viderur, quòd ignorantia ex toto excuſet à peccato, quia vt Aug. dicit.* omne peccatum voluntarium eſt, ſed ignorantia cauſat inuoluntarium, vt ſupra habitum eſt. * ergo ignorantia totaliter excuſat peccatum.

¶ 2 Præterea. Id, quod aliquis facit præter intẽtionem, per accidens agit, ſed intentio nõ poteſt eſſe de eo, quod eſt ignotum, ergo id, quod per ignorantiã homo agit, per accidens ſe habet in actibus humanis, ſed quod eſt per accidens non dat ſpeciem, nihil ergo, quod eſt p ignorãtiam factum, debet iudicari peccatum vel virtuoſum in humanis actibus.

¶ 3 Præterea. Homo eſt ſubiectum virtutis, & peccati inquantum eſt particeps rationis, ſed ignorantiã excludit

C Supra q. 74. ar. 1. ad 2. & ar. 3. co. & ad 1. & 1. d. 11. q. 1. ar. 1. et 4. d. 22. q. 1. Et Ma. 3. ar. 1. Et quol. 3. ar. 15. con. Et Pſalm. 24. Et Rom. lec. 7. prin. * Aug. lib. 1. retrac. ca. 9. to. 1. * q. 6. ar. 8.

excludit ſciẽtiam per quam ratio perficitur, ergo ignorantia totaliter excuſat a peccato.

* Aug. lib. 3. de liber. arb. cap. 18. tomo 1. ¶ Sed contra eſt, quod Auguſt. dicit in li. de lib. arb.* quòd quædam per ignorantiam facta rectè improbantur, ſed ſolùm illa rectè improbantur, quæ ſunt peccata; ergo quædam per ignorantiam facta ſunt peccata, non ergo ignorantia omnino excuſat peccatum.

¶ Hic quærit conſequenter, quomodo ignorantia faciat ad quantitatem peccati, & primò quando excuſet vel non, ſecundò, quomodo augeat vel diminuat ar. ſequen. Primò igitur quæritur, an ignorantia ex toto excuſet a peccato.

¶ Vbi nota breuiter pro intellectu dicendorum, quòd neceſſariò omnis actus voluntatis præſupponit cognitionem. Nã bonum intellectum eſt obiectum voluntatis, non autem poteſt eſſe actus ſine obiecto, quare ſequitur, ꝙ ſublata cognitione alicuius per ignorantiam, aufertur & actus voluntatis, & tollitur volũtarium, quantum ad id, qđ ignoratum eſt. Et hoc modo ignorantia habet excuſare a peccato, quia ſecundùm ſe tollit voluntarium.

¶ Nota autem ſecundò, quòd quamuis omnis ignorãtia tollat voluntarium, non tamen omnis cauſat inuoluntarium. Nam plurimum differunt, non voluntarium, & inuoluntarium. Non voluntarium enim dicitur per negationẽ actus voluntatis, quia videlicet non eſt aliquis actus voluntarius circa ipſum. Sed inuolũtarium dicitur contrariè, non negatiuè, ita. ſ. quòd id, quod fit, ſit contra voluntatem, & vt dictũ fuit art. 1. ad inuoluntariũ ſequit triſtitia, quæ tñ non conſequitur ad non voluntariũ. Sicut contingit in ignorantia concomitante. Et patuit exemplum ſupra. q. 6. ar. 8. Sicut ſi quis interficiat ignorans hoſtem, credens ſe interficere ceruum, poſtquam cognouerit eſſe hoſtem, non triſtat ſe feciſſe, ſed gaudet. Secus de inuoluntario vbi cum quis videt factum ex ignorantia, dolet, & triſtatur, & hęc oportet prænotare, quia ex magna parte declarabunt dicenda.

* Art. primo & ſecũdo. ¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ ignorantia de ſe habet, quòd faciat actum quem cauſat inuoluntarium eſſe, iã autem dictum eſt,* ꝙ ignorantia dicitur cauſare actum quem ſcientia oppoſita prohibebat, & ita talis actus ſi ſcientia adeſſet, eſſet contrarius voluntati, quod importat nomen inuoluntarij.

¶ Hæc quæſtio, quia præſupponit vnũ aliud dubium, ex quo dependet, videlicet an ignorantia poſſit excuſare a peccato. Ideo D.S. primò reſpondet ad hoc dubium, ſecundò ad quæſitũ principaliter motum, ibi. Sed quòd aliquando &c. Circa primũ ponit talem concluſionem. Ignorantia, quæ non eſt cauſa actus nõ excuſat. Et eadem ratio eſt de quacunque ignorantia non excuſante, ſed conſequente vel concomitante actum peccati, ſupplet ur, & ſic talis ignorantia, nec a toto, nec a tanto excuſat, vt patebit ar. 4. Sed ignorãtia, quæ eſt cauſa actus peccati habet, quod excuſet. Circa iſtam concluſionem D.S. ſic procedit. Primò ponit probationem ſecundæ partis concluſionis, ſecundò ponit, & ꝓbat primam eius partem, ibi, Si verò ſcientia, &c. terriò infert ſecundam partem primò probatam, cum aliquali confirmatione eius probationis, ibi. Sed ignorantia, quæ eſt, &c. Arguitur ergo ſic pro ſecunda parte concluſionis, ignorantia de ſe habet, quòd facit actum quem excuſat inuoluntarium eſſe, igitur de ſe habet excuſare peccatum, conſequẽtia probabitur poſtea, ibi. Sed ignorantia, quæ eſt cauſa actus, &c. Antecedens probatur, illa ignorãtia dicitur cauſare actum, quem ſcientia oppoſita ſi affuiſſet prohibuiſſet, & talis actus ſi adeſſet ſcientia eſſet contrarius voluntati, igitur antecedens verum; tenet cõſequentia, quia actus contrarius voluntati eſt inuoluntarius, igitur ignorantia, quæ eſt cauſa actus, quòd fiat, qui præſente ſcientia non fuiſſet factus, immo eſſet contra voluntatem, cauſat inuoluntariũ, ideſt actum qui cognitus eſſet contra voluntatem. Illud antecedẽs patuit ar. 1. in corollario. Tenet conſequentia ex primo notabili, quia ignoratum vt ſic non eſt voluntarium, ſed cognitum; ſi ergo ignorantia cauſat actum, vt ſic non habet eſſe voluntarium, ſed ſolùm cognitum. Quare ignorantia, quæ eſt cauſa actus ſemper facit inuoluntarium, quia non dicitur cauſa niſi ſciẽtia, phibuiſſet, & quia non eſſet factus niſi ſtante ignorantia. Et ſi aduenientе eius cognitione, & ſciẽtia, eſt contra volũtatẽ, igitur de ſe cauſat actum, qui eſt contra voluntatẽ, & per conſequens inuolũtarius. Et ſtat fundamentũ in hoc, quia ignorantia eſt cauſa remouens prohibens vt patuit ar. 1. quare ſi actus ille eſſet prohibitus per ſcientiam, ideo eſt inuoluntarius. Deinde cum dicit.

* Ariſt. ca. 1. to. 5. * Arti. primo, & hic ſtatim. ¶ Si verò ſcientia, quæ per ignorantiam priuatur nõ prohiberet actum propter inclinationem voluntatis in ipſum, ignorantia huius ſcientiæ non facit hominẽ inuoluntariũ, ſed nõ volentẽ vt dr̃ in 3. Eth.* & talis ignorantia non eſt cauſa actus peccati, vt dictum eſt.* quia non cauſat inuoluntarium nõ excuſat a peccato. Et eadem ratio eſt de quacunq; ignorantia non cauſante, ſed conſequente vel concomitante actum peccati.

¶ Hic conſequenter D.S. ponit, & probat primam partẽ concluſionis ſupra dictæ, & arguit ſic. Ignorantia, quæ non eſt cauſa actus peccati non cauſat inuoluntarium, eſto cauſet nõ volitum; igitur non excuſat; conſequentia tenet per oppoſitum ad præcedentem, quia ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, &c. Sed prima excuſat, quia cauſat inuoluntarium, igitur illa, quia non cauſat inuoluntarium, non excuſat. Antecedens probatur, quia ſi ſciẽtia adeſſet, quæ per talẽ ignorãtiã priuatur, nihilominus fieret actus propter inclinationẽ voluntatis in ipſum; igitur ignorantia talis non facit hominẽ inuoluntarium, ſed non volentem vt dicitur 3. Ethi. vt dicit antecedens, ſicut patet in exemplo ſecundi notabilis, de interficiente hoſtem quem ignorat, talis ignorãtia nõ cauſat propriè hunc actum, quia oppoſitum eius etiam cauſaret, & plus ſi adeſſet. Conſequenter cum dicit.

¶ Sed ignorantia, quæ eſt cauſa actus, quia cauſat inuoluntarium, de ſe habet, quòd excuſet a peccato, eo ꝙ voluntarium eſt de ratione peccati.

¶ Adducit ſecundã partẽ concluſionis primò probatã, annectens aliqua, q̃ ſunt pro conſequentia prioris rõnis, q̃ fuit ꝓ eadem parte. Vnde tenet prima cõſequentia, ꝓ illa parte, qa volũtariũ eſt de ratione peccati, & ipſo diminuto minuitur & peccatũ, & ipſo totaliter ablato, totaliter aufertur peccatũ; ergo ſi ignorantia de ſe habet, quòd faciat actũ, quẽ cauſat inuoluntarium eſſe, ſequit, quòd de ſe habet excuſare peccatũ. Patet igit, quòd ignorantia, quæ eſt cauſa, habet ex ꝓpria ratione. i. inquantũ remouet ſcientiã, quæ prohibuiſſet actũ, cauſare inuoluntarium.

¶ Et nota hoc, quia eſt fundamentum huius materiæ.

¶ Sed quòd aliquando non totaliter excuſet a peccato poteſt contingere ex duobus, vno modo ex parte ipſius rei ignoratæ, intantum enim ignorantia excuſat a peccato, inquantum ignoratur aliquid eſſe peccatum; poteſt autem contingere, quòd aliquis ignoret quidem aliquam circunſtantiam peccati, quam ſi ſciret retraheretur a peccando, ſiue illa circunſtantia faciat ad rationem peccati ſiue non; & tamen adhuc remanet in eius ſcientia aliquid per quod cognoſcit illud eſſe actũ peccati, puta ſi aliquis percutiens aliquem, ſciat quidem ipſum eſſe hominem, quod ſufficit ad rationem peccati, non tamen ſcit eum eſſe patrem, quod eſt circunſtantia conſtituens nouam ſpeciem peccati; vel forte neſcit, ꝙ ille ſe defendẽs repercutiat eũ, qđ ſi ſciret nõ ꝓcuteret, qđ non pertinet ad rationẽ peccati; vnde licet talis propter ignorantiã peccet, nõ tñ totaliter excuſatur a peccato, quia adhuc remanet ei cognitio peccati.

¶ Oſtẽſo ſuppoſito, ꝙ aliqua ignorãtia excuſet, videlicet, q̃ eſt cauſa actus. Hic conſequenter procedit ad reſpondendum q̃ſito principaliter moto, an. ſ. illa ignorantia excuſet a toto. Et qa talis ignorantia diuerſimodè eſt cauſa actus peccati, ideo D.S. diſtinctè reſpondet per talem concluſionem quadripartitam. Ignorantia, quæ eſt cauſa actus, non totaliter excuſat dupliciter, vel ex parte rei ignoratæ, vel ex parte ignorantiæ. Si aũt eſt ignorantia inuincibilis vel vincibilis, tñ eius, quod nõ tenetur ſcire, oĩno excuſat a peccato. Huius concluſionis ponit primò primã eius partem, ſecundò ſecundã, ibi. Alio modo, tertiò tertiã, & quartã ſimul, ibi. Si verò ſit &c. Arguitur ergo pro prima parte cõcluſionis ſupponẽdo, ꝙ ignorantia excuſat a peccato ratione rei ignoratæ, inquãtũ ignoratur aliquid eſſe peccatũ, ita videlicet, ꝙ ſi nõ ſciretur ex parte rei aliquid, qđ faceret peccatũ; qa. ſ. nõ ſcirẽ, ꝙ eſſet homo, nec pater, ſed omnino putarẽ beſtiã, & interficerem, excuſaret talis ignorantia ſi nõ eſſet aliqua negligẽtia, hoc ſuppoſito arguitur ſic. Cũ tali ignorantia ex qua quis peccat, poteſt remanere cognitio peccati, ẽm ꝙ cognoſcit aliquid in re, qđ facit peccatũ; igitur talis ignorantia licet ſit cauſa peccati, tñ nõ totaliter excuſat; conſequentia eſt nota, quia ſi eſt cognitio peccati, & fit, ibi eſt peccatum. Antecedens probatur in littera, qa põt contingere, ꝙ aliquis ignoret quidem aliquã circunſtantiã peccati, quam ſi ſciret retraheretur a peccato, & ita ipſa ignorantia eſt cauſa, ꝙ actus peccati fiat, ſiue circunſtantia illa faciat ad peccatum. ſ. quia ratione ſui poſſet eſſe obiectum peccati, ſiue nõ, & tñ adhuc remanet in eius ſciẽtia aliquid, per qđ cognoſcit illud eſſe actũ peccati. Exempli gratia; ſi aliquis percutiẽs aliquẽ ſciat quidẽ ipſum eſſe hoĩem, qđ ſufficit ad rõnẽ peccati, qa percutere hoĩem quẽcũq; iniuſtè, eſt peccatum mortale ex genere; non tñ ſcit eum eſſe patrem, quod eſſe patrem eſt circũſtantia faciẽs ad peccatum, quia conſtituit ſuper homicidium vel percuſſionem hominis, nouam ſpeciem peccati, quod eſt parricidium; vel fortè neſcit, ꝙ ille defendẽs ſe, & repercutiat, ꝙ ſi ſciret, nõ percuteret. Et talis circumſtantia. ſ. repercutere nihil facit ad peccatum primi

percu-

percutientis, quare antecedens est verum, quòd cum ignorantia, quæ est causa vt peccatum fiat, stat peccati cognitio quandoque ex altera parte, quę cognitio sufficit vt factum ex ignorantia nõ omnino excusetur, esto possit excusari ab aliqua specie peccati vt dictum fuit art. primo. Deinde cum dicit.

¶ Alio modo potest hoc contingere ex parte ipsius ignorantiæ, quia scilicet ipsa ignorantia est voluntaria vel directè, sicut cum aliquis studiosè vult nescire aliqua vt liberius peccet; vel indirectè, sicut cum aliquis propter laborem vel propter alias occupationes negligit addiscere id per quod a peccato retraheretur, talis enim negligentia facit ignorantiam ipsam esse voluntariam, & peccatum, dummodo sit eorum, quæ quis scire tenetur, & potest; & ideo talis ignorantia non totaliter excusat à peccato.

¶ Ponit & probat D.S. secundam partem conclusionis. Et arguit sic. Potest contingere vt ignorantia, quæ est causa actus peccati sit voluntaria directè vel indirectè, igitur talis non totaliter excusat. Tenet consequentia, quia quod ex voluntario causatur, voluntarium in moralibus reputatur; igitur si illa ignorantia est voluntaria, & id, quod ex ea sequitur, & si est voluntarium aliquo modo, non est sine peccato, &c. Antecedens patet ex dictis supra q. 6. ar. 8. qui articulus in præsenti materia videri debet. Et explicatur hic primò, quòd possit esse voluntaria directè, & habens se consequenter ad actum voluntatis, qui cum deliberatione tendit in ignorantia, quæ est volibilis per accidens; sicut cum aliquis studiosè vult nescire aliqua vt liberius peccet, vt nolens audire de inferno ne patiatur remorsum peccando. Secundũ etiã explicatur, quòd possit esse volita indirectè, sicut id dicitur volũtarium, quod est in potestate hominis repellere, & hæc est ignorantia negligentiæ, sicut cum aliquis propter laborem vel ꝓpter alias occupationes negligit addiscere vel considerare id per qđ a peccato retraheretur, talis enim negligentia facit ignorantiam ipsam esse voluntariam, & peccatum dummodo sit eorum, quæ quis scire potest, & tenetur. Et dicitur notanter dummodo sit eorum, &c. quia si quis negligat scire, quæ non tenetur non est talis ignorantia peccatum, nec negligere talia scire, est peccatum, vt patuit.

¶ Et nota, quòd D. S. sub isto modo voluntarij, scilicet indirecto, comprehendit etiam voluntariam ignorantiam per accidens, quæ non dicitur voluntaria directè, nec indirectè solũ propter negligentiam, sed ex eo, quòd aliquis directè vel indirectè vult aliquid ad quod sequitur ipsum ignorare, dato, quòd non ꝑsciat vel aduertat actu. Directè quidẽ potest aliquis velle causam ignorantiæ; sicut qui vult inebriari, & vinum superfluè potare, vult priuari vsu rationis per accidens. Indirectè verò, sicut cũ qs negligit reprimere insurgentes motus passionũ, qui superexcrescentes ligant vsum rationis in particulari eligibili, secũdùm ꝙ dicitur omnis malus ignorans. Talis enim non vult expressè causam ignorantiæ, sed indirectè, quia in potestate eius fuit reprimere causam talis ignorantiæ, & per consequens si non reprimit habetur vt voluntaria indirectè, quia iuxta supra dicta indirectè volitum est, quod est in potestate voluntatis vel secundùm se vel secundùm causam suam. Patet igitur secũda pars, quòd ignorantia ex parte sui, quia videlicet aliquo horum modorum volũtaria, non omnino excusat, esto excuset aliqualiter, vt patebit ar. sequenti. Consequenter cum dicit.

¶ Si verò sit talis ignorantia, quæ omnino sit inuoluntaria, siue quia est inuincibilis, siue quia est eius, qđ quis scire non tenetur; talis ignorantia omnino excusat a peccato.

¶ Addueit tertiam, & quartam partem conclusionis simul, & probatur ex dictis, quia quòd ignorãtia, quæ est causa actus peccati non excusat, est, quia aliquo modo voluntaria, & peccatum; sed talis ignorantia, scilicet inuincibilis est omnino inuoluntaria, & ignorantia eius, quod quis non tenetur nõ imputatur alicui ad peccatum, igitur omnino excusant. Maior patuit, ꝙa ignorantia, quæ est causa actus peccati secũdùm se habet excusare, & ꝙ non excusat est, quia voluntaria vel cum inordinatione volũtatis, quare sequitur maior. Minor patuit art. 2. quia nullo studio superari potest, & per consequens nullo modo volita.

¶ Et nota, quòd ignorantia alicuius non debiti, etiam si ad eam sequatur effectus malus, non imputatur ignorãti tali ignorantia, quia ipsa ignorantia non est peccatum, nec eius est negligentia, quæ vt dictum est solùm habet locum in debitis. Vnde omnino excusat, sicut si quem contingat mori, quia nõ habet medicum, ego qui non sum medicus non iuuando ipsum nõ peco, quia ignorantia est eius, quod non teneor scire.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primam partem conclusionis.

¶ Ad primũ ergo dicẽdũ, ꝙ nõ omnis ignorãtia causat inuoluntarium sicut supra dictũ est.* vnde non omnis ignorantia totaliter excusat a peccato. *q. 6. ar. 8.

¶ Maior est vera, quia omne peccatum voluntarium est. Ad minorem dicitur, quòd ignorantia antecedens, & inuincibilis, & ignorantiæ circunstantiæ illa causat inuoluntarium, & hoc est supra dictum q. 6. ar. 8. Sed negatur, quòd ignorantia consequens voluntatis actum, & volita aliquo modo, & ignorantia, q̃ est peccatum, causet inuoluntarium, nec illud supra dictum est, immo oppositum omnino. Vltra, igitur ignorantia totaliter excusat. Verum ea, quæ facit totaliter inuoluntarium, & hoc nos diximus, sed non omnis totaliter excusat, quia non omnis facit totaliter inuoluntarium, quia quod voluntarium est, non potest omnino inuoluntarium causare vt patuit, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd inquantum remanet in ignorante de voluntario, intantum remanet de intentione peccati; & secundùm hoc non erit per accidens peccatum.

¶ Ad maiorẽ, id qđ aliqs facit præter intentionem, hoc per accidens agit. Dico, ꝙ est vera cõprehendendo sub intentione etiã voluntatem, ita quod quicquid facit præter intentionem, & voluntatem omni modo, hoc habetur tanquam per accidens moraliter. Sed dico, quòd non oportet, quòd id sit per accidens moraliter, qđ est volitũ aliquo modo, etiã si sit volitũ indirectè, & per accidens. Ad minorem. Sed intentio non potest esse de eo, quod est ignotum, negatur de quocunque ignoto quacunque ignorãtia, quia falsa est de ignoto ignorantia voluntaria aliquo modo dicto, volita enim tali ignorantia sit volitum, & id, quod ex ea sequitur. ¶ Secundò dico, quòd dato quandoq;, quòd sit ignorantia non sic volita per consequens, nec sequens ex ea sit volitũ quo ad ignotam circunstantiam, potest tamẽ esse secundũ aliud notum, ita quod ignorantia habeat coniunctam scientiam eius, quod sufficit ad rationem peccati. Vltra. Igitur, quod per ignorantiam agit homo, per accidens agit, verum, si agat per ignorãtiam inuolũtariam omnino. Sed negatur, quòd si agat per ignorantiam voluntariam, vel per ignorãtiam habentem coniunctã cognitionem eius, quod sufficit ad peccatum. Vltra, sed quod est per accidens non dat speciem, verum quidẽ. Sed dico, quòd apud moralem non habetur per accidens, & nullo modo peccatum, nisi nullo modo sit voluntarium. Et dico, quòd per accidens volitum, non habetur per accidens tale; quare negatur consequẽtia, ꝙa peccatũ vel virtuosum dr̃ omne, qđ est voluntariũ aliquo modo, quale est, & ignorantia, & ipsam sequens quandoque.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ si esset talis ignorantia, quæ totaliter vsum rationis excluderet, omnino a peccato excusaret, sicut patet in furiosis, & amentibus; non autem semper ignorantia causans peccatum est talis, & ideo non semper totaliter excusat a peccato.

¶ Ad maiorem, homo est subiectũ virtutis, & peccati inquãtum est particeps rationis, conceditur. Sed iuxta dicta supra non solùm est peccatum, quod ex ratione est imperatiuè, sed etiam, quod est in potestate rationis, & voluntatis, quod non prohibetur. Ad minorem malè subsumitur. dico quidem, quòd ignorãtia excludit scientiam per quam ratio perficitur, sed non tollit omnem cognitionem rationis, quandoque etiam actualem peccati, quandoque verò excludit possibilitatẽ cognoscendi peccatũ, & vsum rationis, benè eñ volo, ꝙ si ignorãtia totaliter excluderet vsum rationis; ꝙ talis ignorantia omnino excusaret, sicut est in furiosis, & amentibus; sed ignorantia, quæ habet coniunctã cognitionem peccati, manifestẽ non excludit rationem.

¶ Secundò etiam ignorantia, quæ est cum vsu rationis, & voluntaria, & in potestate hominis, esto tollat cognitionem actu, non tñ cognitionẽ possibilẽ, & debitam, ideo non oĩno excusat.

Vtrum ignorantia diminuat peccatum.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd ignorãtia non diminuat peccatum. Illud enim quod est commune omni peccato non diminuit peccatum, sed ignorantia est communis in omni peccato. Dicit enim Philosophus in 3. Ethicorum. * quòd omnis malus est ignorans, ergo ignorantia non diminuit peccatum. D Supra ar. 1. & locis ibidem ante tatis. * Arist. c. 2. à medio tom. 3.

¶ 2 Præterea. Peccatum additum peccato facit maius peccatum; sed ipsa ignorantia est peccatum, vt dictũ est.* ergo non diminuit peccatum. * Arist. c.

¶ 3 Præterea. Non est eiusdem aggrauare, & diminuere peccatum, sed ignorantia aggrauat peccatũ, quoniam super illud Apostoli. Ignoras quoniam benignitas Dei, &c. dicit Ambro. Grauissimè peccas si ignoras, ergo ignorantia non diminuit peccatum.

¶ 4 Præt. Si aliqua ignorantia diminuit peccatum hoc maximè videtur de illa, quæ totaliter tollit vsum rationis; sed huiusmodi ignorantia non minuit peccatum, sed magis auget. Dicit enim Philosoph. in 3. Ethicor.* ꝙ ebrius meretur duplices maledictiones; ergo ignorantia non minuit peccatum. * Arist. c. 5. ante med. to. 5.

¶ Sed contra, quicquid est ratio remissionis peccati alleuiat peccatum; sed ignorantia est huiusmodi, vt patet 1. ad Thimot. 1. Misericordia consecutus sum, quia ignorans feci; ergo ignorantia diminuit, vel alleuiat peccatum.

¶ Quia habito, ꝙ nõ omnis ignorantia excusat totaliter. Quæritur nunc an tamen minuat, & aliqualiter excuset.

¶ Respondeo dicendum, quòd quia omne peccatum est voluntarium, intantum ignorantia potest diminuere peccatum, inquantum diminuit voluntarium; si autem voluntarium non diminuat, nullo modo diminuet peccatum. Manifestum est autem quòd ignorantia, quæ totaliter à peccato excusat, quia totaliter voluntarium tollit peccatum, non minuit, sed omnino aufert.

¶ Quia autem iuxta prædicta variæ sunt ignorantiæ. s. omnino inuoluntaria, & voluntaria, non existens causa peccati, sed concomitans, & voluntaria aliquo modo, & consequenter se habens ad actum voluntatis, & tamen existens causa actus peccati, ideo distinctè D. S. respondet de vnaquaq; ignorantia, per quinq; conclusiones, quæ patebunt prosequendo. Conclusio igitur prima, ignorantia inuincibilis, & quæ totaliter excusat, non minuit peccatum, sed omnino tollit. Probatur cõclusio, intantũ ignorantia potest diminuere peccatum, inquantum diminuit voluntarium (remanente. s. aliquo voluntarij, & aliquo sublato) si autem voluntarium non diminuat (quia videlicet manet plenum voluntariũ, vel omnino nullum est) nullo modo diminuet peccatũ; sed ignorantia excusans non diminuit voluntarium, sed totaliter aufert; igitur non minuit peccatum, sed tollit, idest facit, ꝙ non sit peccatum quodcunque. Maior nota, quia omne peccatum est voluntarium; igitur sequitur maior, &c. Minor patet de se, quia si non est aliquod voluntarium, non potest diminui, quia diminutio presupponit esse, quare si nihil est de voluntario, ideo non minuitur. Deinde ibi.

¶ Ignorantia verò, quæ non est causa peccati, sed concomitanter se habet ad peccatum, nec minuit peccatum, nec auget.

¶ Est secunda conclusio talis. Ignorantia, quę non est causa peccati, sed concomitanter se habet ad peccatum, nec minuit, nec auget. Probatur, talis ignorantia nec minuit, nec auget voluntariũ, & omnino impertinenter se habet ad actum peccati; igitur conclusio vera, consequentia tenet ex dictis, quia ignorantia diminuit ratione diminutionis voluntarij. Antecedens patet ex dictis, artic. 3. Quia esto faciat non voluntarium, nullo tamen modo facit inuoluntarium. Et nota circa hoc, ꝙ non est idem dicere, ignorantia, quæ est causa peccati, & ignorantia antecedens, quia antecedens solùm dicitur illa, quæ est omnino inuoluntaria, & excusat omnino, vt patuit sup. q. 6. ar. 8. Sed ignorantia, quæ est causa peccati, est consequens voluntatem, & voluntaria aliquo modo dicto in artic. præced. Vnde omnis antecedens est causa actus peccati. Sed non conuertitur, quia non omnis, quæ est causa actus peccati est antecedens. Quare benè stat, ꝙ ignorantia est causa actus peccati, & tamen non omnino excusat, licet antecedens omnino excusat, quia illæ ignorantiæ non sunt eædem. Deinde ibi.

1. Thim. 1. Nõ eadem est ignorãtia antecedẽs, & quæ est causa peccati.

¶ Illa igitur sola ignorantia potest peccatum minuere, quæ est causa peccati, & tamen totaliter à peccato non excusat.

¶ Ponit tertiam conclusionem quasi corollariè ex dictis. Illa igitur sola ignorantia potest peccatum minuere, quæ est causa peccati, & tamen totaliter non excusat. Probatur ex dictis, quia ignorantia, quæ non est causa actus peccati, non minuit, nec auget, vt dicit secunda conclusio. Et ignorantia, quæ totaliter excusat totaliter tollit peccatum, vt dicit prima conclusio; igitur ista conclusio vera; antecedens patuit, tenet consequentia, quia ad diminutionem peccati, oportet esse peccatum, & cum hoc non perfectum, sed diminutum, &c. Deinde cum dicit.

¶ Contingit autem quandoq; ꝙ talis ignorantia directè, & per se est voluntaria, sicut cum aliquis sua sponte nescit aliquid, vt liberius peccet, & talis ignorantia videtur augere voluntarium, & peccatum; ex intentione enim voluntatis ad peccandum prouenit, quòd aliquis vult subire ignorantiæ damnum propter libertatem peccandi.

¶ Ponit quartam conclusionem explicatiuam tertiæ. Ignorantia, quæ est causa peccati, & non totaliter excusans, & per se, & directè voluntaria, nõ diminuit peccatum, sed auget, sicut cum quis sua sponte nescit aliquid, vt liberius peccet. Probatur conclusio, talis ignorantia videtur augere voluntarium; igitur conclusio vera, ꝙ non minuit, sed auget peccatum; consequentia patet ex dictis, quia ignorantia eo modo se habet ad peccatum, quo se habet ad voluntarium. Antecedens patet, quia ex intensione voluntatis ad peccandũ prouenit, ꝙ aliquis vult subire ignorantiæ damnum propter libertatem peccandi. Sicut in simili sup. dictum fuit q. 73. ar. 8. ꝙ damnum præscitum propter quod aliquis non prætermittit peccatum, aggrauat peccatum; multò igitur plus aggrauat peccatum, velle ignorare, vt liberè peccet.

¶ Nota autem verbum D. S. in antecedente, talis ignorantia videtur augere, &c. Quia propriè non auget à priori, sed magis à posteriori ostendit, sicut & sup. q. 24. artic 3. dictum fuit de passione consequente voluntatem; procedit enim ex voluntate multũ ad peccatum affecta ignorantia talis. Et ergo ostendit magis intensionem voluntatis plus quàm causet. Ideo Doc. Sanc. dicit, videtur augere, quia non propriè auget, sed ex aucta, & magna voluntate procedit, & eius magnitudinem ostendit. Tunc ibi.

¶ Quandoque verò ignorantia, quæ est causa peccati non est directè voluntaria, sed indirectè, vel per accidens; puta cum aliquis non vult laborare in studio, ex quo sequitur eum esse ignorantem; vel cum aliquis vult bibere vinum immmoderatè, ex quo sequitur eum inebriari, & discretione carere; & talis ignorantia diminuit voluntarium, & per consequens peccatum; cum enim aliquid non cognscitur esse peccatum, non potest dici, ꝙ voluntas directè, & per se feratur in peccatum, sed per accidens; vnde est ibi minor contemptus, & per consequens minus peccatum.

¶ Est conclusio quinta etiam explicatiua tertiæ. Ignorantia, quę est causa actus peccati, & nõ totaliter excusans, nõ directè tamen voluntaria, sed indirectè, vel per accidens minuit peccatum. Explicat D. S. conclusionem ponendo primò exemplum de ignorantia indirectè voluntaria, puta cum aliquis non vult laborare in studio. ex quo sequitur eam esse ignorantiam, quæ & in articulo præcedenti dicebatur ignorantia negligentiæ, quia negligit laborare in studio, fortè propter alias occupationes in quibus delectatur. Exemplum secundi, vt cum quis vult bibere vinum immoderatè, ex quo sequitur eum inebriari, & discretione carere. Et est ergo per accidens volita, quia in sua causa positiua; præcedens autem dicitur volita, non in causa positiua, sed quia fuit in potestate voluntatis, eam repellere repellendo negligentiam, quæ est causa quasi priuatiua, & proxima. in secunda autem proxima causa est aliquod positiuum.

¶ Nota autem circa hoc, quia verum est, quod dicebatur artic. præced. videlicet, ꝙ sub ignorantia indirectè voluntaria, comprehendebatur ignorantia voluntaria per accidens. Et hoc patet, tũ quia eodem modo habent se ad excusandum peccatum, quia in tanto non in toto; tum secundò, quia Doc. Sanc. hic expressè cum ignorantiam per accidens voluntariam connumerat volitæ, vel voluntariæ indirectè dicens. Quandoque verò ignorantia, quæ est causa peccati non est directè voluntaria, sed indirectè, vel per accidens (hæc ille.) Quare ex vno accipiendum est, & reliquum. Vide de hoc etiam Doc. Sanc. secundo sententiarum, dist. 22. q. 2. artic. 2. quia dicit vtranque esse voluntariam, quia est in potestate hominis, licet aliter; quia prima est in potestate voluntatis per se, sicut qui ignorat aliquod præceptum, quod statim posset scire. Secunda autem est in potestate voluntatis, quantum ad causam suam, non in se, vt patet in ignorantia ebrij, quia ebrietas, quę est causa ignorantiæ in potestate eius fuit, nõ autem ignorantia consequens cũ vsus rationis impediebatur; his notatis, probatur conclusio. Talis ignorantia minuit voluntarium, & facit minorem contemptum; igitur & per consequens minuit peccatum; consequentia tenet ex sæpe dicto fundamento, quia omne peccatũ voluntarium, &c. Antecedens probatur, talis ignorantia facit, vt voluntas non per se feratur in peccatum, sed solũ per accidens; igitur antecedens verũ. Tenet consequentia, quia voluntarium per accidens est minus, q̃ per se, & habet minorem contemptũ. Illud antecedens patet, quia talis ignorantia facit vt nõ cognoscatur aliquid esse peccatũ, igitur, &c. Quia nõ fertur per se, nisi in cognitũ. Vnde potest contingere, ꝙ fornicans nesciat ipsam fornicationem esse peccatũ, alias non faceret si non ignoraret; talis nõ fertur ita expressè, & cum tanto contemptu in peccatũ, sicut ille, qui scit illam esse peccatum, & tamen vult. Quare clarũ est, ꝙ ignorantia, quæ est causa peccati, de qua & sermo est facit minorẽ contemptum, & minus voluntarium, quia facit ferri in peccatũ, quasi materialiter, & non formaliter, patet igitur articulus.

¶Circa argumentum in contrarium. Nota circa auctoritatem Apost. 1. ad Thimoth. 1. Misericordiam consecutus sum, quia ignoraus feci.

¶ Nota inquam Doc. Sanc. super eodem verbo, quia iuxta dicta, ignorantem facere non excusat; nam omnis malus est ignorans, & tamen talis ignorantia non excusat. Minus ergo dicit Apostolus, & plus significat, quia aliud est ignoráter agere, aliud per ignorantiam, quia ignoranter facit aliquid, qui nescit, quod facit, tamen si sciret etiam faceret illud. Sicut credens se interficere feram, occidit inimicum suum, quem tamen occidisset etiam libentius, si nouisset eum. Sed per ignorantiam facit, qui facit aliquid, quod non faceret, si nosceret. Sicut occidens patrem, quem si sciret non occideret eum, quem tamen occidit, quia eũ credit inimicum. Sed Paulus fecit per ignorantiam, quia si sciuisset, quòd Christus esset filius Dei, hoc non fecisset; sed Iudæi per ignorantiam non occiderunt Christum, sed ignoranter, quia si sciuissent ipsum esse Christum, libentius occidissent eum (hæc ille.) Vbi patet, ꝙ verbum Apostoli intelligitur de ignorantia, quæ fuit causa peccati, non tamen fuit inuincibilis, sed vincibilis, & eius quod scire potuit, & tenebatur. Quare non meretur talis ignorantia dici antecedens, quia aliquo modo voluntaria, cum fuerit eius, quod scire potuit, & debuit; sed consequens, sicut ignorantia iuris Diuini, & Euangelici, & tamen excusat à tanto, non à toto. Et est hæc auctoritas pro vltima conclusione. Et de hac auctoritate vide secunda secundæ, quæst. 10. articu. tertio. ad secundum. Quia infidelitas ratione remissus ad ea, quæ sunt fidei, est grauissimum ex genere, propter tamen ignorantiam aliqualiter excusat, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ignorantia secundùm quàm omnis malus est ignorans non est causa peccati, sed aliquid consequens ad causam. s. ad passionem, vel habitum inclinantem in peccatum.

¶ Ad maiorem, conceditur, quia si est commune omni peccato, inuenitur etiam in maximo peccato, & grauissimo, & per consequens non minuit, quia si minueret non inueniretur in omni peccato, quia non in grauissimo.

¶Ad minorem, dico, ꝙ si intelligitur, quòd ignorantia, quæ est causa peccati, quam nos dicimus excusare peccatum, sit communis omni peccato, negatur ista, nec sic intelligit Philosophus. Sed si intelligitur de ignorantia concomitante causam peccati, quæ est ignorantia electionis, proueniens ex passione, vel habitu, secundùm quem dicitur peccare ex malitia, conceditur, quòd omnis malus est ignorans, quia in particulari eligibili errat accepiendo malum pro bono. Aliter tamen quando peccat ex passione, aliter quando ex habitu, vt patebit infra, q. 78. artic. 1. ad primum. & oportet reminisci dictorum in articu. 3. quòd talis ignorantia est voluntaria in causa peccati, quam sequitur; nec est causa vt peccatum fiat, sed causa eius, quæ vt patebit non excusat quandoque, immo auget sicut habitus. Quandoque autem causa talis ignorantiæ aliqualiter excusat, scilicet passio, sed ipsa ignorantia non iuxta secundam conclusionem. Quando enim quis valde concupiscit aliquam delectationem, ligatur ratio, & fit vt ipse eam prosequitur, & æstimat eam bonam pro nunc; vel esto sciat eam simpliciter malam, etiam pro nunc, sicut peccans ex malitia, tamen ignorat hoc malum esse prosequendum cum amissione boni Diuini, &c. Quare dicit Doc. Sanc. quòd talis ignorantia non est causa propter quam peccetur, sed consequens ad causam peccati. s. passionem, vel habitum inclinantem in peccatum. Vnde habet Doc. Sanc. tertio Ethic. super isto verbo Philosophi. Ebrius, vel iratus non operatur propter ignorantiam, sed propter ebrietatem, vel iram, & tamen neuter operatur sciens, sed ignorans, quia ex ira, & ebrietate causantur ignorantia simul cum tali operatione, & non sicut causa eius. Vnde Philosophus concludit ex hoc, ꝙ sicut iratus operatur ignorans, nõ autem propter ignorantiam, sed propter iram; ita omnis malus operatur, nõ quidem propter ignorantiam, sed ignorans in particulari, quę bona oportet facere, & à quibus malis oportet fugere, inquantum scilicet æstimat hoc malum sibi nunc esse faciendum, & ab hoc bono sibi nunc esse cessandum. Et propter hoc peccatum, quia. s. operantur, quæ non oportet, ignorantes omnes vniuersaliter, fiunt iniusti quo ad alios, & mali quo ad seipsos. Ex quo patet, quòd ex hoc, quòd aliquis operatur ignorans, & non propter ignorantiam, non causatur inuoluntarium, quia nullus propter id quòd inuoluntarius facit est iniustus, vel malus, (hæc ille.) Ex quibus patent, quę dicta sunt, & de qua ignorantia loquatur Philosoph. Et ergo consequenter dicitur ad consequens, quòd ignorantia talis scil. quæ est communis omni peccato, non diminuit, sed est ignorantia concomitans causam peccati, quam diximus in secunda conclusione non diminuere peccatum. Et probat igitur primam conclusionem, cum quo stat, ꝙ ignorantia, quæ est causa peccati, & tamen solùm indirectè voluntaria diminuat, vt dicit vltima conclusio, &c.

¶Nota de illa ignorantia, qua omnis malus est ignorans, D. S. in 1. distin. 23. q. 2. arti. 2. in corpore. Quædam ignorantia est, quæ quodammodo affectum peccati consequitur, vt quando ex concupiscentia peccati, quam voluntas non reprimit, absorbetur iudicium rationis in particulari operabili, secundùm quod dicitur 6. Ethicor. ꝙ delectatio corrumpit æstimationem prudentiæ. Et hæc est ignorantia electionis secundùm quam omnis malus dicitur ignorans. Aduerte tamen, ꝙ omnis malus est ignorans, vel errans, quando efficitur, & est malus peccando in hoc, quòd eligit tanquam bonum, quod verè malum est. Sic enim intelligit Philosophus, loquens de peccato, quod est ex passione, vel habitu, vbi peccatur ex hoc quòd eligitur verè malum. Loquitur enim de homine in statu corrupto, & naturali. Sed non oportet, quòd malus, & peccans, non propter rem malam electam, sed tantùm ex parte electionis; ibi enim non oportet peccantem esse ignorantem, sed inconsideratem, quæ tamen inconsideratio secundùm se mala non est, & talis inconsideratio reperitur in peccato primo hominis in statu integro, & in peccato angeli. Vide pri. par. q. 73. ar. 1. ad quartum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum peccato additum facit plura peccata; non tamen facit semper maius peccatum, quia fortè non coincidunt in idem peccatum, sed sunt plura, & potest contingere si primum diminuat secundum, quòd ambo simul non habeant tantam grauitatem, quantam vnum solùm haberet; sicut homicidium grauius peccatum est si sit à sobrio homine factum, quàm si fiat ab ebrio homine, quamuis hæc sint duo peccata, quia ebrietas plus diminuit de ratione sequentis peccati, quàm sit sua grauitas.

¶Ad maiorem, negatur vniuersaliter, quòd quando duo peccata simul concurrunt, quòd secundum efficiatur maius propter concursum alterius, quando vnum minuit id vnde aliud habet esse peccatum. s. voluntarium ipsum. Concederetur autem maior si staret, peccatum additum peccato facit plura, nisi fortè incideret in vnã speciem peccati formaliter; sicut cogitationi carnali additur locutio, & osculum carnale, & tamen non sunt plura peccata quando simul concurrunt, præsertim non plura specie, & tunc additum cum priore facit grauius peccatum, quia plures gradus eiusdem peccati, inter quos secundus grauior est. Sed si peccatum sit alterius rationis, fiunt plura peccata, non tamen oportet, quòd quodlibet sit grauius, quàm si solum esset. Potest tamen contingere, ꝙ primum diminuat secundum, ita ꝙ ambo simul non habeant tantam grauitatem, quantam vnum solum haberet, sicut homicidium absque ebrietate, & ignorantia sibi connexa, factum videlicet à sobrio homine, grauius peccatum est, quàm sit homicidium, & ebrietas ebrij, quamuis ebrietas, & homicidium sint duo peccata. Nam ebrietas plus diminuit de sequenti peccato, quàm sit sua grauitas, ita quòd amborum grauitates vix æquipolleãt grauitati vnius. s. homicidij facti sine ebrietate. Et notanter dicitur, si secundum diminuat primum, quia si non diminueret non oporteret, quòd secundum esset minus peccatum, sicut odium additum inuidiæ, non est eo minus, sed si primum ratione alicuius, quod minuit voluntarium, minuit per consequens secundum, inquantũ facit vt fiat cum minori voluntario.

¶Ad minorem, ipsa ignorantia est peccatum, dico, ꝙ ignorantia, quæ est causa peccati formaliter, semper est peccatum. Nam ignorantia, quæ non est peccatum, sed omnino inuincibilis, non causat peccatum, esto causat actum peccati. Sed dico, ꝙ talis ignorantia est peccatum nõ adeo graue, immo potest iuxta dicta plus excusare, & tollere de grauitate alterius ex se sequentis, quàm sit sua propria grauitas. Quare negatur consequentia, quòd non diminuat, sed benè sequitur, ꝙ quia peccatum ideo non totaliter excusat, quia si peccatum, ergo voluntaria, sed voluntariũ etiam indirectè, non omnino excusat.

¶Ad tertium dicendum, quòd verbum Ambrosij potest intelligi de ignorantia simpliciter affectata, vel potest intelligi in genere peccati ingratitudinis, in qua summus gradus est, quòd homo etiam beneficia non recognoscat; vel potest intelligi de ignorantia infidelitatis, quæ fundamentum spiritualis ædificij subuertit.

¶Ad maiorem, vera præsertim ꝺm idē. Dico tñ, ꝙ eiusdem est causare peccatũ, & ipsum diminuere, causare, quia tollit scientiam, quæ prohiberet, diminuere, qa minuit voluntariũ. In proposito aũt vt iacet maior, concedo, ꝙ idem non aggrauat, & diminuit.

¶Ad minorẽ, si intelligitur vniuersaliter, ꝙ quælibet ignorantia, negatur, dico. n. ꝙ ignorantia, q̃ est causa peccati, & solũ indirectè voluntaria non aggrauat. Ad probationem, & auctoritatem Ambrosij, quæ dicit, grauissimè peccas, si ignoras. Dicitur quadrupliciter, primò, quòd loquitur de per se, & directè voluntaria, & affectata simpliciter, & expresse, & talis, quia arguit infidelitatem, & multum de volũtario, ideo auget, & sic

Periculosissimè peccas si ignoras, exponitur.

& sic est pro quarta cõclusione. Secundò dicitur, ꝙ loquitur Ambrosius de speciebus, vel magis gradib⁹ ingratitudinis, inter quas grauissimè est ignorare. i. nõ recognoscere beneficia; habet enim ingratitudo diuersos gradus ꝺm ordinem eorum, quæ ad gratitudinem requiruntur, in quo primum est, vt homo beneficiũ recognoscat. Secundò, ꝙ laudet, & gratias agat. Tertium est, ꝙ retribuat pro loco, & tempore ꝺm suam facultatem. Sed quia quod est vltimum in generatione, est primum in destructione, & resolutione, cui assimilatur peccatum; ideo primus gradus ingratitudinis est, vt homo non retribuat. Secundus est, vt dissimulet, quasi non demonstrans se beneficium accepisse. Tertius, & grauissimus est, ꝙ non recognoscat, siue per obliuionem, siue quocunq; alio modo. Tertiò dicitur, ꝙ intelligitur de ignorantia infidelitatis, quæ est ꝺm se grauissimum peccatum, vt patet 2. 2. q. 10. quia opponitur Deo, & subuertit fundamentum totius spiritualis ædificij, qđ est fides formata, quæ tamẽ põt aliqualiter excusari propter ignorantiam, vt dictum fuit circa argumentum in oppositum.

¶Quartò dicitur post D. S. in de Malo, Mate. 3. art. 8. ꝙ verbum Ambrosij solet exponi, grauissimè peccas, si ignoras. i. periculosissimè, quia dum nescis te peccare remedium non quæris. Non oportet autem ꝙ periculosum magis, sit simpliciter grauius, & peius, quia vt patet secunda secundæ, q. 20. ar. 3. desperatio est periculosior odio, & infidelitate, non grauior, vide ibidem. Vltra, ergo ignorantia non, &c. verum, quæcunque, sed ea de qua dixit quinta conclusio. Et esto, ꝙ sit periculosa, non tamen obstat quin possit excusare.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ ebrius meretur quidem duplices maledictiones propter duo peccata, quæ committit. s. ebrietatem, & aliud peccatum, quod ex ebrietate sequitur; tamen ebrietas ratione ignorantiæ adiunctæ diminuit sequens peccatum, & fortè plus quàm sit grauitas ipsius ebrietatis, vt dictum est.* Vel potest dici, quòd illud verbum inducitur secundùm ordinationem cuiusdam Pythathij legislatoris, qui statuit ebrios si percusserint, amplius puniendos non ad veniam respiciens quam ebrij debent magis habere, sed ad vtilitatem, quia pluries iniuriantur ebrij, quàm sobrij, vt patet per Philosophum in secundo Politicorum.*

* Art. 2. huius quæst.

* Aristot. cita finem 11 lius. 10. 5.

¶Ad maiorem, dico, ꝙ ignorantia tollit vsum rationis totalem dupliciter. Vno modo sine peccato, sicut si quis efficitur amens sine culpa, talis omnino excusat, & non diminuit. Secundò modo ignorantia tollit vsum rationis, quæ non est absque culpa, sed aliquo modo voluntaria, & concedo, ꝙ talis diminuit id quod ex ea fit, esto ipsa sit peccatum.

¶Ad minorem, negatur, immo dico, ꝙ talis ignorantia, quę est causa peccati, minuit. Et per hoc excluditur ignorãtia electionis, quæ non est causa peccati. Ad probationem dicitur, ꝙ ebrius meretur duplicem maledictionem. Dico, quòd verum est, quòd sic dicit Philosophus, sed non dicit, quòd mereatur grauiorem maledictionem, sed duplicem, propter duo peccata, quæ committit. s. ebrietatem, & aliud quod ex ebrietate sequitur. Tamen dictũ est ad secundum, ꝙ ebrietas ratione ignorantiæ adiunctæ diminuit sequens peccatum, & fortè plus quàm sit grauitas ipsius ebrietatis. Secundò dicitur ad probationem, quòd loquitur secundùm dictum cuiusdam Pytathij legislatoris, qui non respiciebat ad veniam, quam meretur ebrietas ratione ignorantiæ, sed consuluit paci, & vtilitati communi. Nam pluries ebrij iniuriantur, & turbant pacem, quàm sobrij, & quia pœnæ medicinales sunt, & quandoque maiores pœnæ imponuntur pro minori peccato in iudicio humano, quia homines procliues sunt, & quia sunt contra pacem communitatis, quam legislator præsertim intendit. Ideo statuit ille legislator duplicem pœnam ebrio malè facienti, & iniurianti. Vnde habet Doc. Sanc. in de Malo, q. 2. artic. 10. ad quartum. quòd pœnæ, quæ à Deo inferuntur in vita futura respondent grauitati culpæ. Sed pœnæ, quæ in præsenti vita infliguntur, siue à Deo, siue ab homine, non semper respondent grauitati culpæ; interdum enim minor culpa grauiori pœna punitur temporaliter propter maius periculum vitandum; pœnæ enim præsentis vitæ, quasi medicinæ adhibentur. Peccatum schismatis est pernicioſissimum in rebus humanis, quia dissoluit totum regimen humanæ societatis. Hæc ille. Idem habetur in multis locis quodlib. primo, artic. 18. Et infra, quæst. 105. artic. 2. ad nonum. & secunda secundæ, quæst. 29. artic. 2. ad primum. Doctor Sanctus in secundo, distin. 22. quæst. 2. artic. 2. ad secundum dicit in hoc argumento, incidere fallaciam figuræ dictionis, quia mutatur discretum in continuum, intellige metaphoricè, quia à dualitate, & numero saltem transcendente, ad maioritatem, quod non valet. Vide ipsum ibidem, & de materia precedentium articulorum huius quæstionis. Vnde patet, quòd ista auctoritas non arguit ebrium coram Deo in alia vita demereri maiorem pœnam, sed hic grauius temporaliter puniri propter communitatem huius vitij, &c.

Ebrius meretur duplicem maledictionem.

¶Iuxta ordinem statutum quæst. præcedenti, postquam determinatum est de causa peccati intrinseca ex parte rationis, quæ est ignorantia, vel inconsideratio aliqua, hic determinatur de causa intrinseca peccati ex parte appetitus sensitiui, quæ dicitur passio. Et circa hoc principaliter duo fiunt. Primò ostenditur quomodo passio sit causa peccati. Secundò, quomodo faciat ad quantitatem peccati, artic. 6. primum in duas, quia primò ostenditur, quod dictum est in generali, secundò in speciali, de quibusdam passionibus, artic. 4. Circa primum primò fit, quod dictum est. Secundò ex dictis ostenditur conuenientia denominationis peccati, quod est ex passione, quia dicitur ex infirmitate, in ar. 5. quia autem passio causat peccatum mouendo voluntatem, & rationẽ, ideo ratione huius (quia videlicet non est causa, nisi ista mouendo) quæritur quomodo voluntas, & ratio moueantur à passione. Et primò inquiritur hic de voluntate, secundò de ratione, art. 2.

Vtrum passio appetitus sensitiui possit mouere, vel inclinare voluntatem.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd voluntas non moueatur à passione appetitus sensitiui; nulla enim potẽtia passiua mouetur, nisi à suo obiecto; voluntas autem est potentia passiua, & actiua simul, inquantum est mouens, & mota, sicut Philosophus dicit in 3. de anima;* vniuersaliter de vi appetitiua; cum ergo obiectum voluntatis non sit passio appetitus sensitiui, sed magis bonum rationis; videtur ꝙ passio appetitus sensitiui non moueat voluntatem. Sup. q. 9. ar. 2. & q. 10. ar. ti. 3. Et 2. 2. q. 156. ar. 1. cor. & 3. q. 46. artic. 7. ad 3. Et Veri. q. 5. arti. 10. cor. Et q. 23. arti. 9. ad 3. & 6. * Aristot. tex. 54.

¶ 2 Præt. Superior motor non mouetur ab inferiori, sicut anima nõ mouetur à corpore; sed voluntas, quæ est appetitus rationis comparatur ad appetitum sensitiuum, sicut motor superior ad inferiorem. Dicit enim Philosoph. in 3. de ani.* ꝙ appetitus rationis mouet apperitum sensitiuum, sicut in corporibus cęlestibus sphæra mouet sphæram; ergo voluntas non potest moueri à passione appetitus sensitiui. * Aristot. tex. 57. 10. 2.

¶ 3 Præt. Nullum immateriale potest moueri ab aliquo materiali; sed voluntas est potentia quædam immaterialis; non enim vtitur organo corporali cum sit in ratione, vt dicitur in 3. de ani.* appetitus autem sensitiuus est vis materialis, vtpotè fundata in organo corporali; ergo passio appetitus sensitiui non potest mouere appetitum intellectiuum. * Aristot. tex. 42 to. 2.

¶Sed contra est, quod dicitur Dan. 13. Concupiscentia subuertit cor tuum. Dan. 13.

¶Hic q̃rit, an voluntas moueatur à passione appetitus sensitiui.

¶Nota autem ꝙ quia quæstiones distinguuntur secundùm formalia, & formaliter distincta; ideo nõ est nugatoria hæc quæstio, & hic articulus, quamuis sup. q. 9. ar. 2. quæsitum sit, an appetitus sensitiuus moueat voluntatem, quia hic particularius materia hæc deseruit, & deducitur.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ passio appetitus sensitiui nõ potest directè trahere, aut mouere voluntatem.

¶D.S.absoluit quæsitum tali conclusione responsiua. Passio appetitus sensitiui non potest directè trahere, aut mouere voluntatem, sed indirectè potest, & per viam distractionis, & ex parte obiecti voluntatis. Antequam concluſio probetur, oportet notare rationes quorundam terminorũ in ipsa positorum, primò quid sit voluntatẽ directè mouere, quia est eam moueri in genere causæ efficientis ad actum suum, & aliquid in ipsam imprimere, & eam immutare. Et iuxta sup. dicta, q. 75. art. 3. in eam intus agere, & est mouere ad exercitium actus. Et de ista motione directa dicit D.S. in de Verita. Mate. 22. artic. 9. ꝙ nulla creatura potest directè agere in voluntatem, vt eam immutet necessariò, vel qualitercũq; inclinet, quod Deus potest. Et est ratio supra tacta, vbi iam, q. 73. quia solus auctor, & creator voluntatis, potest influere, & immediatè agere in voluntatem, aliquid sibi immittendo, & imprimendo. Et de hoc pri. par. q. 111.

¶Nota secundò, ꝙ voluntatem indirectè moueri posset malè intelligi (ad hunc videlicet sensum) sicut intelligitur cum dicitur, ꝙ corpora cœlestia agant in virtutes organicas indirectè, & per accidens, vt habet D.S. pri. par. q. 115. ar. 4. Quia videlicet mediante corpore, cuius sunt actus, corpora cœlestia aliquid imprimunt in ipsas potentias, quia oculus turbatus non benè videt, & huiusmodi) ille enim intellectus falsus est. Nam nulla creatura quocunq; modo in ipsam voluntatem aliquid imprimere potest, Sed alio modo (& benè) intelligitur aliquid mouere voluntatem indirectè, non quia aliquid in ea causet; sed occasionaliter per modum propositionis obiecti, & per modum occasionis, nõ alicuius immutationis, & de hoc sup. q. 9. art. 5. Vnde dicit D.S. in de Veri. vbi sup. Et mediante hoc obiecto potest aliqua creatura inclinare aliquatenus voluntatem, non tamen necessariò immutare. Sicut cum aliquis persuadet alicui aliquid faciendum, proponendo eius vtilitatem, & honestatem; tamen in potestate voluntatis est, vt illud acceptet, eo ꝙ non est naturaliter determinata ad illud. Sic igitur nulla creatura potest directè (ꝙ prius dixit per modum causæ efficientis) immutare voluntatem; potest autem extrinsecè aliquid proponendo voluntati, eam aliqualiter inclinare, non tamen immutare. Hæc ille.

¶Nota tertiò, quia distractus dicitur, qui non diligenter intendit vni, & rapitur ad diuersa, sicut voluntas in eo, qui est affectus passione, non manet in eo, quod ratio dictat. Sed partim ibi, partim ibi versatur, vel certè vni totaliter intendit, alio relicto. Et secundùm hoc sup. dictum fuit, q. 33. ar. 3. ꝙ delectationes corporales impediunt vsum rõnis per viam distractionis. Et non est curæ pro nũc, an id qđ est sensualitatis, sit peccatum, vel non, dũmodo ad se trahat voluntatem, & actum eius remittat, circa propositum per rationem. Et dummodo sint actus disparati, vel contrarii.

¶His igitur notatis videndum est de probatione conclusionis. Primò ergo D.S. ponit primã partem conclusionis. Secundò probat secundam, ibi. Sed indirectè, &c. Tertiò tertiam, ibi. Alio modo, &c. Primam ergo partem conclusionis D.S. ponit in principio, sed eam notam reliquit ex alijs dictis, quia solus Deus potest mouere hoc modo voluntatem, igitur. Antecedens patet, quia hoc modo mouere est intra voluntatem agere, & ipsam immutare; sed hoc est solius auctoris voluntatis, vt patuit q. 75. art. 3. Quare ista pars relinquitur nota. Et probatur etiam illa pars per argumenta secundum, & tertium. Deinde ibi.

¶Sed indirectè põt, & hoc dupliciter. Vno quidem modo secundùm quandam abstractionem; cum enim omnes potẽtiæ animæ in vna essẽtia animæ radicẽtur, necesse est, ꝙ qñ vna potentia intenditur in suo actu, altera in suo actu remittatur, vel ẽt totaliter in suo actu impedĩtur, tũ quia oĩs virtus ad plura dispersa fit minor, vnde è cõtrario qñ intenditur circa vnum minus potest ad alia dispergi; tum quia in operibus aĩæ aĩalibus requiritur quædam intentio, quæ dum vehementer applicatur ad vnũ, non põt alteri vehementer attendere, & ſm hunc modum per quandam distractionẽ, qñ motus appetitus sensitiui fortificatur ſm quãcunq; passionem, necesse est, ꝙ remittatur, vel totaliter impediatur motus proprius appetitus rationalis, qui est voluntas. ——

¶Probat secundã partem conclusionis respõsiuæ. ſ. ꝙ indirectè per viã distractionis, faciendo, vt affectio, non solũ inhæreat vni proprio motiuo, qđ est per rationem propositum, sed affectio fluctuet, versetur circa diuersa. Sic ꝙ diuersa proponantur voluntati, non aũt ꝙ passio causet, vel faciat, vt aliquid voluntati influatur, vt dictũ est in notab. secundo. sic ꝙ voluntas liberè vellet hoc, ꝙ rõ dictat sine passione, & tñ ibi nõ sistit, sed inclinatur, & ad aliud ꝙ passio suggerit. Et arguitur sic. Necesse est, ꝙ qñ vna potẽtia intenditur in actu suo, altera in suo actu remittatur, vel ẽt totaliter in suo actu impediatur; ergo qñ motus appetitus sensitiui fortificatur ſm quancũq; passionem, necesse est, ꝙ remittatur, vel totaliter impediatur motus proprius appetitus rõnalis, qui est volũtas; consequentia clara, quia appetitus illi sunt diuersæ potentiæ; & proprius motus rõnalis appetitus est, qui sequitur dictamen rationis circa bona per solam rationẽ proposita, motus appetitus sensitiui proprius, circa bona sensibilia, quæ proponit sensualitas, saltem originaliter. Antecedens primò probatur, quia oẽs potentiæ animæ in vna essentia animæ radicantur, sed vniũ agens non põt perfectè, & intensè agere circa diuersa per proprios motus diuersarum potentiarum, nec potest virtus vnius agẽtis ad diuersa perfectè extendi. Probatur ista minor, primò ratione minorationis virtutis, secundò ratione minorationis attentionis, quia oĩs virtus ad plura dispersa fit minor; igitur è contrario qñ intenditur circa vnum, minus potest ad alia dispergi. Et igitur minor vera, ꝙ non potest intensè agere circa diuersa. Vnde solet dici. Pluribus intentus minor est ad singula sensus. Secundò probatur minor ex alia radice. In omnibus operibus animæ animalibus requiritur quædam intentio, & attentio, sed dum attentio vehementer applicatur ad vnum, nõ potest alteri vehementer attendere; igitur minor vera. Maior notanter dicit in operibus animæ animalibus &c. qa in operibus naturalibus, sicut in digestione, nutritione, & operibus, quæ fiunt per vires naturales. ſ. vegetatiuas, non requiritur attentio, quamuis per attentionem, & magnum exercitium virium animalium, vegetatiua pars in operibus suis impediatur. Sed opera animalia, sicut cognoscere, speculari, illa requirunt attentionem. Quare dum vni vehementer intendit, non potest alteri vehementer intendere, & per consequens distrahitur, & ꝙ non perfectè sibi intendit, de hoc sup. q. 37. artic. 1.

¶Nota, ꝙ hæc conclusio, & eius probatio procedunt, ꝙ passio moueat distrahendo voluntatem, quando voluntas, & sensualitas primò ad minus, & in principio afficiuntur circa diuersa, qa cum primò voluntas secundùm dictamen rationis, quæ est proprium motiuum voluntatis afficitur vni, si accidat affectio sensualitatis, circa aliud, & reddatur per negligentiam rationis fortis, traheretur voluntas, vt vel remissè intendat, vel magis remissè afficiatur suo proprio obiecto præsentato sine passione, vel totaliter ab eo recedat, & cum ratione insequatur passionis iudicium, hoc est apprehensionem, & iudicium, quod prouenit ex passionis suggestione, & inclinatione. Tunc ibi.

¶Alio modo ex parte obiecti voluntatis, quod est bonum ratione apprehensum; impeditur enim iudicium, & apprehensio rationis propter vehementem, & inordinatam apprehensionem imaginationis, & iudicium virtutis æstimatiuę, vt patet in amentibus. Manifestum est autem, quòd passionem appetitus sensitiui sequitur imaginationis apprehensio, & iudicium æstimatiuę, sicut etiam dispositionem linguæ sequitur iudicium gustus; vnde videmus, ꝙ homines in aliqua passione existentes non facilè imaginationem auertunt ab his circa quæ afficiuntur; vnde per consequens iudicium rationis plerunq; sequitur passionem appetitus sensitiui, & per consequens motus voluntatis, qui natus est semper sequi iudicium rationis. ——

¶Est tertia pars conclusionis. ſ. ꝙ passio moueat indirectè (occasionaliter) ex parte obiecti, non ꝙ ipsa sit obiectum, vel ipsa proponat, sed quia ad ipsam immediatè consequitur apprehensio interior sensitiua, qua approbatur id cui per passionem appetitus afficitur, quæ apprehensio imaginationis, & æstimationis trahunt rationem, vt & ratio approbet idem, cui afficitur sensualitas, & sic ex consequenti voluntas acceptet. Et probatur prima pars. Iudicium rationis plerunq; sequitur passionem appetitus sensitiui, igitur & ꝙ cõsequens motus volũtatis sequitur passionẽ appetitus sensitiui; tenet cõsequentia, qa motus volũtatis ſp sequitur iudicium rationis, ita videlicet, ꝙ sensitiua apprehensio nõ mouet, nisi mediante ratione, vt patuit sup. q. 75. ar. 3. quia proprium motiuum est ratio, quæ potest mouere sine appetitu sensitiuo, & sine apprehensione particulari quam excitauerit passio. Et secundò, quia quando iudicium rationis est perfectum, & imperatiuũ, tunc sequitur motus voluntatis, ꝙ autem quandoque non sequitur, hoc est per accidens ratione imperfectionis iudicij.

¶Nota, ꝙ antecedens dicit plerunque, quia in ſapientibus iudicium rõnis non sequitur passionẽ, sed è contra. Sed quia ſapientes pauci sunt, & ſtultorũ infinitus est numerus, ideo dicit plerunque. Antecedens probatur, iudiciũ, & apprehensio rõnis impedique. Antecedens probatur, iudiciũ, & apprehensio rõnis impeditur pp vehementẽ apprehensionẽ imaginationis, & iudiciũ æstimatiuę; sed passiones appetitus sensitiui sequitur imaginationis apprehensio, & iudiciũ æstimatiuę, igitur. antecedens verũ, ꝙ iudiciũ rõnis sequitur plerunq;, &c. Maior patet in amẽtibus, in quibus apprehẽsio sensitiua dñatur, adeo vt tollat vsum rõnis. Et ergo si põt totaliter tollere vsum rõnis, & dñari in hoĩe, põt & iudiciũ rõnis trahere, qđ est intentũ. Minor declaratur à simili, sicut linguæ dispõnem, sequitur iudiciũ gustus, ita dispositionẽ appetitus sensitiui apprehensio imaginationis, & iudicium æstimatiuę. Et con-

Et confirmat Doc. Sanc. illam minorẽ quodam signo, & quadam experientia; videmus enim ꝙ homines in aliqua passione existentes, non facilè imaginationem auertunt ab his circa quæ afficiuntur; igitur minor vera ad experientiam.

¶Nota autem ꝙ hi duo modi mouendi voluntatem à passione distinguuntur, ex hoc ꝙ primus est secundùm ꝙ voluntas retrahitur ab affectione alicuius, q̃ præintelligitur passioni, sic ꝙ prius afficiebatur vni, & postea adueniente passione, illa affectio remittitur, vel totaliter tollitur. Et hoc tamen non fit nisi etiam murato iudicio rationis, vel remisso, vel ablato totaliter mediãte alio iudicio rationis, quod sequitur passionem. Sed secundus modus est, quando voluntas mouetur ab obiecto præsentato per rationem mediante passione, non præintellecta affectione circa aliud. Vnde quia iste secundus modus expresè, & tantùm attenditur pe nes propositionem obiecti, ideo dicitur moueri hoc modo voluntas per modum obiecti. Sed esto in primo modo etiam concurrat propositio obiecti; tamen quia non solùm hoc fit, sed & distractio, & minoratio affectionis circa aliud obiectum, quod ratio sine passione proposuerat, ideo isti modi distinguuntur. Et dicitur primus per modum distractionis, & remissionis actus voluntatis. Secundus per modum propositionis obiecti, non quidem quòd passio immediatè proponat, sed dicto modo, &c.

¶Nota autem circa hoc, ꝙ motio ab obiecto vocatur hic indirecta, tum quia non est motio affectiua, & sufficiens voluntatis, nec immutans voluntatem; tum secundò, quia & si aliquo modo, ſ. specificatiuè ipsum obiectum directè moueret, quia tamen passio non est obiectum, nec immediatè obiecti propositiua, ideo dicitur mouere indirectè ex parte obiecti, Vide inf. q. 80. artic. 1. D.S. vocat directam, quæ inducit ad actum sufficienter.

¶Notandum quoq; hic est, ꝙ aliter mouetur occasionaliter. i. per modum acceptionis obiecti intellectus ex vna parte à viribus apprehensiuis inferioribus, aliter voluntas ex inclinatione appetitus sensitiui; quia intellectus necessariò accipit, & naturaliter, & sequitur necessariò dispositionem sensuum quo ad actum, & rectitudinem actus, qui pertinet ad specificationem actus; non sic voluntas, quia esto passiones habeant quandam vim inclinandi voluntatem, tamen in potestate voluntatis est eas refutare, & potest in contrarium, eius quod à sensualitate proponitur, & de illis patuit supra.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat secundam partem conclusionis.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ per passionem appetitus sensitiui fit aliqua immutatio circa iudicium de obiecto voluntatis, sicut dictum est, * quamuis ipsa passio appetitus sensitiui non sit directè voluntatis obiectum. ——

*In corpo. artic.

¶Ad maiorem dico, ꝙ non est sufficiens, potest etiam moueri à mouente potentiam ad exercitium actus. Dico tamen ꝙ potentia passiua non mouetur quo ad specificationem, nisi ab obiecto, & à proponente, & à persuadente, & inclinante ad obiectum, mediante iudicio de obiecto. Vnde dictum fuit supra, ꝙ diabolus, & homo etiam possunt mouere, non sicut directum obiectum, sed sicut suadentes obiectum. Ad minorem, concedo, ꝙ voluntas est partim passiua, & partim actiua, quia mouẽs mota ab appetibili.

¶Notandum enim, ꝙ appetibile mouet ipsum appetitum, vt apprehensum est ad specificationem actus in genere causæ efficientis, non quidem sicut propriè efficiens, sed ratio efficiẽdi specificationem actus. Sed voluntas sic ab obiecto specificata, mouet alias potentias ad executionem, & realem habitionem obiecti. Vnde primum mouens immobile est appetibile. Sed mouens motum est ipse appetitus. Et ergo Arist. 12. Metaph. reduxit ordinem mouentium ad vnum mouens immobile. ſ. appetibile, quod mouet in eodem genere. ſ. sicut efficiendi ratio. Est ergo minor vera, & Arist. in 3. de anima, & 12. Metaph. Vltra. Cum ergo obiectum voluntatis non sit passio appetitus sensitiui, sed magis bonum rationis. Verum est. Sed tamen facit, vt per rationem aliquid proponatur tanquam obiectum voluntati, quia etiam iuxta supradicta, q. 9. art. 2. facit vt id circa qđ afficit passio iudicetur per rationem bonum, & per consequens obiectum voluntatis, quia per eam fit immutatio circa iudicium de obiecto voluntatis, vt videlicet videatur propter passionem bonum, quod sine ea non videretur bonum. Vltra, ergo non mouet, &c. Verum directè non mouet, nec tanquam causa efficiens immutans voluntatem, nec tanquã obiectum directè, sed indirectè tanquam faciens præsentari obiectum per rationem, & videri faciens aliquid sub ratione obiecti, & sic intelligitur conclusio.

¶Ad secundum dicendum, quòd superius non mouetur ab inferiori directè, sed indirectè quodammodo moueri potest, sicut dictum est.* Et similiter dicendum est ad tertium.

*In corpo. artic.

¶Ad maiorem. Superior motor non mouetur ab inferiori. Verum directè in genere causæ efficientis, immutantis efficaciter, & aliquid imprimentis. Sed isto modo, è contra superior agit in inferiorem, & mouet. Tamen inferior potest mouere superiorem persuasiuè, & inclinatiuè, & modis dictis ratione obiecti, mediatè saltem. Minor conceditur cum probatione, ꝙ voluntas est superior. Et ideo imprimit, & imperat sensualitati, vel appetitui sensitiuo. Vltra, ergo voluntas nõ potest moueri à passione appetitus sensitiui, directè modo exposito in primo notabili. Sed tamen indirectè modo exposito in secundo notabili, & in corpo. articuli.

¶Ad tertij maiorem, nullum immateriale potest moueri ab aliquo materiali. Illa maior posset ingerere difficultatem Thomistæ in materia sacramentorum, quæ D.S. ponit causas gratiæ, & per consequens agere in animam. Posset & pati difficultatem de anima, quæ patitur ab igne corporeo. Esto solùm per viam alligationis. Dico igitur, ꝙ nullum immateriale potest moueri ab aliquo materiali naturaliter loquendo, & directè. Secundò dico, ꝙ potest tamen materiale agere in immateriale, vt est instrumentum agentis supernaturalis, quod potest directè, & per se agere in immateriale, & de hoc vide D.S. in de Verita. Mate. 26. ar. 1. & Mat. 27. ar. 4. & Capreo. in 4 dist. 1. q. 1. in solutionibus argumentorum contra tertiam conclusionem. Ad minorem, conceditur, ꝙ voluntas est potentia immaterialis, & appetitus sensitiuus materialis; ergo appetitus non potest mouere, &c. Verum, directè, & in genere causæ efficientis, tamen indirectè, & remotæ quo ad occasionem obiecti. Probant igitur hæ duæ rationes primam partem conclusionis, vt dictum fuit, ꝙ videlicet appetitus sensitiuus non immutet voluntatem, nec moueat in genere causæ efficientis, quia in illo genere mouetur solùm à Deo, & à seipsa. Vnde cum dictum fuit, ꝙ voluntas à nulla creatura moueri potest, debet intelligi alia à seipsa.

Vtrum passio possit superare rationem contra eius scientiam.

F Mal. q. 1. art. 9.

AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ ratio non possit superari à passione contra suam scientiam. Fortius enim non vincitur à debiliori; sed scientia propter suam certitudinem est fortissimum eorum, quæ in nobis sunt; ergo non potest superari à passione, quæ est debilis, & cito transiens.

¶ 2 Præt. Voluntas non est nisi boni, vel apparentis boni; sed cum passio trahit voluntatem in id quod est verè bonum, non inclinat rationem contra scientiã; cum autem ttahit eam in id, quod est apparens bonũ, & non existens, trahit eam in id, quod rationi videtur; hoc autem est in scientia rationis, quod ei videtur; ergo passio nunquam inclinat rationem contra suam scientiam. Si dicatur, ꝙ trahit rationem scientem aliquid in vniuersali, vt contrarium iudicet in particulari. Contra, vniuersalis, & particularis propositio si opponantur, opponuntur secundùm contradictionem, sicut omnis homo, & non omnis homo; sed duæ opiniones, quæ sunt contradictoriarum sunt contrariæ, vt dicitur in 2. Periher.* Si igitur aliquis sciens aliquid in vniuersali iudicaret oppositum in singulari, sequeretur, ꝙ haberet simul contrarias opiniones, quod est impossibile. *Arist. c. vl.

¶ 3 Præt. Quicunq; scit vniuersale, scit etiam particulare, quod nouit sub vniuersali contineri, sicut qui scit omnem mulam esse sterilem, scit hoc animal esse sterile, dummodo ipsum sciat esse mulam, vt patet per id, qđ dicitur in pri. Poster.* sed ille, qui scit aliquid in vniuersali, puta nullam fornicationem esse faciendam, scit hoc particulare sub vniuersali contineri, puta hunc actũ esse fornicarium; ergo videtur ꝙ etiam in particulari sciat. *Arist. c. 1. non loggè à princip. to. 1.

¶ 4 Præt. Ea, quæ sunt in voce sunt signa intellectus animæ, ſm Philoſo.* sed homo in passione existens frequenter confitetur id quod eligit esse malum etiã in particulari; ergo etiam in particulari habet scientiã; sic igitur videtur, ꝙ passiones non possunt trahere rõnem contra scientiam vniuersalem, quia nõ potest esse, ꝙ habeat scientiã vniuersalem, & æstimet oppositũ in particulari. *Arist. li. 1. Perther. in princ. cap. to. 1.

¶ Sed cõtra est, quod dicit Apoſt. Ro. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę, & captiuantem me in lege peccati; lex autem quę est in membris est concupiſcentia, de qua sup. locutus fuerat; cum igitur concupiſcentia sit passio quædam, videtur, ꝙ passio trahat rationem etiam contra hoc quod scit. Rom. 7.

¶ Quærit hic quantum ad rationem. Quomodo passio possit mouere rationem. Quæ quidem quæstio videtur mota propter opinionem Socratis, cuius opinionem pertractat Philosoph. ad longum septimo Ethicor. Aristot.

¶Vbi nota, ꝙ quia ex ar.1. satis habetur quomodo passio possit mouere rationem immutando iudicium eius, ideo non quæritur de hoc. Sed an etiam possit mouere contra scientiam suã, quia hoc est alicuius difficultatis propter Socratis opinem. Quæritur igitur, an aliquis possit scire, ꝙ aliquid sit malum, & non faciendum. Et tamen si afficiatur passione aliqua, puta ira, vel concupiscentia, faciat id quod ratio dicit ex recta scientia, nõ esse faciendum, vt si ratio recta dictat non esse fornicandum, quia malum, an passio possit superare rationem, ita ꝙ stante illa scientia operetur ex passione contra hoc, quod scit. Et ex hoc satis habetur. s. si possit superare rationem contra scientiam suam, ꝙ possit mouere rationem, quamquam, & ex artic. præced. satis habeatur, quòd possit mouere rationem.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ opinio Socratis fuit, vt Philosoph. dicit in 5. Ethic.* ꝙ scientia nunquam posset superari à passione; vnde ponebat omnes virtutes esse scientias, & omnia peccata esse ignorantias. * Arist. c.2. in princip. to.5.

¶In corpore D.S. tria facit, primò ponit quandam opinionem circa quæsitum; secundò examinat eandem opinionem, ostẽdens in quo sit erronea, & in quo vera, ibi. In quo quidem, &c. tertiò ex illa examinatione procedit ad respondendum quæsito formaliter ſm veritatem, ibi. Quod autem homo, &c. Circa primũ ergo fuit opinio Socratis circa hoc quæsitum, qui respondebat negatiuè, vt habetur 7. Ethic. ꝙ scientia nunquam possit superari à passione. Vnde (vt etiam sup. tactum fuit q.58 ar.2.) ponebat omnes virtutes esse scientias, & omnia peccata ignorantias, ita quòd iustitia esset scientia, qua sciretur quid esset operandum ad alios. Et sicut stante virtute nullus peccat ex virtute, ita dato, ꝙ aliquis sciat, quid debeat, & quomodo debeat agere, non malè ager, sed solùm quando ignorat. Et hæc ergo est sententia Socratis, quę cõplectitur duo. Primò, ꝙ omne peccatum est ignorantia, secundò, ꝙ nullus facit contra scientiam. Secundò loco cum dicit.

¶In quo quidem aliqualiter rectè sapiebat, quia cum voluntas sit boni, vel apparentis boni, nunquam voluntas in malum moueretur, nisi quod non est bonum, aliqualiter rationi bonum appareat; & propter hoc voluntas nunquam in malum tenderet, nisi cum aliqua ignorantia, vel errore rationis; vnde dicitur Prouer. 14. Errant qui operantur malum. Prouer. 14.

¶Examinat hanc opinionem quid veritatis habeat, & ponit circa hoc talem conclusionem examinatoriam. Hæc opinio Socratis aliqualiter est vera, non tamen simpliciter est vera. i. omnino, quo ad hoc, ꝙ non posset aliquis agere contra scientiã, quam habet. Sed secundùm distinctionem scientiæ loquendum est. Illa conclusio examinatoria habet tres partes; ideo D.S. primò ponit & probat primam partem; secundò secundam, ibi. Sed quia experimento, &c. tertiò tertiam, ibi. Sed oportet distinguere, &c. Prima ergo pars dicit, ꝙ hæc opinio aliqualiter sit vera. Et dicit aliqualiter, quia nec ipsa est simpliciter vera; nam peccatum non est ignorantia, sed tantùm aliqualiter, quia cũ ignorantia. Et quo ad hoc D.S. verificat eam. Et arguitur sic pro ea quantum ad hoc. Voluntas nunquam tenderet in malum, nisi cum aliqua ignorantia, vel errore rationis. Igitur quo ad aliquid verum dixit. s. quo ad hoc, ꝙ non est peccatũ sine ignorantia. Antecedens probatur, quia cum voluntas sit boni veri, vel apparentis boni, nunquã voluntas in malũ moueretur, nisi quia id quod non est bonũ aliqua liter rõni appareat. Non. n. fertur nisi in apprehensum sub ratione boni, & ergo antecedens verũ. Vnde sup. dictũ fuit q.74. art.5. ꝙ defectus rationis, qui est in dirigendo alias vires est peccatum. Conclusio examinatoria opinionis.

¶Nota autem, ꝙ antecedens notanter dicit, voluntas non tendit in malum sine ignorantia, hoc enim verissimum est, quia tendere in malum est peccare ex parte rei volitæ, vel electæ, qđ nunquam fit sine ignorantia, vel errore, & hoc vult D.S. Potest tamen esse peccatum voluntatis sine ignorantia, vel errore. Sed nõ quia tendit in malum, & ex parte rei electæ; sed ex parte electionis, qa videlicet eligitur in se bonum, sed non cum ordine debitæ mensuræ; & huiusmodi peccatum non præexigit ignorantiam, sed tantùm defectum rationis. s. inconsiderationem eorum, quæ considerari deberent, Vide prima par. q.63. ar.1. ad quartum. D.S. autẽ no ster loquitur de peccato voluntatis ex parte rei volitæ, & notanter, &c. Vide D.S. in de Verita. q.24. ar.8. vbi & habet eandem sententiam pro illo antecedente. Nõ est peccatũ in voluntate sine defectu rationis.

¶Nota autem quia in isto anteeedente latet difficultas nõ parua. Habetur enim ꝙ nõn potest esse defectus in voluntate, nisi sit aliquis defectus in ratione. Habebitur quoq; ex sequentibus, ꝙ ratione existente perfecta in vniuersali, & particulari, & in apice, voluntas non possit esse obliqua, & in contrarium dictaminis rationis. Quibus videntur obuiare articuli certi Parisiensis. Quorum vnus dicit. Dicere ratione existente recta, voluntatem necessariò esse rectam, error. Secundus est post conclusionem factam de agendo, vel non agendo, dicere voluntatem non posse in oppositum, error. Qui duo articuli de plano condemnare videntur iam dictum, & quoddam statim dicendum. Articuli damnati.

¶ Sed quæ auctoritas sit horum articulorum, vide Capreolum in 2. dist. 2. q. 1. ad 8. contra primam cõclusionem. Fuerunt quoq; aliqui qui forsan innixi his articulis, & non benè videntes mentem Sanc. Doc. dicere visi sunt, ꝙ quantumcunq; ratio dictat, voluntas possit in oppositum. Sed ꝙ nullo modo sit mẽs Sanc. Doc. immo ꝙ si rõ est perfecta omnino in vniuersali, & particulari, & dictat vltimato dictamine, quod est præceptum, voluntas nullo modo possit in oppositum, vide Capreolum in 3. dist. 36. in solutionibus argumentorum contra primam conclusionem. Et in 2. dist. 39. circa secundam conclusionem, vbi ostendit, ꝙ nullus potest facere contra vltimatum dictamen rationis. Nec aliquis peccat, quia facit contra illud vnquam. Sed quia contra superiorem regulam. Vide Doc. Sanc. in de Verita. Mate. 24. ar. 2. & 8. Et in de Malo, q. 16. ar. 2. Vide & Capreolum in 2. dist. 24. vbi ostendit, ꝙ voluntas ab aliquo necessariò mouetur, quo ad specificationem actus, & hoc sup. habitum est. Non autem est intelligibile, quòd voluntas deficiat sine ratione deficiente, vt patuit iam, ex ratione D.S. qui insolubilis est, quia voluntas, vel deficit ex parte obiecti. Et tunc oportet ipsam rationem errare, quia non tendit nisi in dictatum, vel deficit in modo tendendi; quia esto videlicet tendat in bonum, non tamen debito modo, sicut dicitur de peccato angelorum primò. Et tunc ille defectus, si debet esse culpabilis vtique cognoscibilis fuit, & in potestate voluntatis ipsum vitare. Et hoc non est nisi mediante consideratione rationis, quæ si considerasset, non fuisset culpa, & peccatum in voluntate. Vnde quia longum esset de istis loqui, & Capreolus ad manũ habetur, vide ipsum. Et confirmatur illa prima pars conclusionis per auctoritatem Sapientis, Prouer. 14. Errant qui operantur iniquitatem; quare in hac benè dixit Socrates, ꝙ ad omne peccatum concurrat aliquis defectus rationis. Deinde cum dicit. Capreolus. Capreolus. Capreolus. Capreolus.

¶Sed quia experimento patet, ꝙ multi agunt contra ea quorum scientiam habent.

¶Adducit secundam partem conclusionis examinatoriæ, videlicet, ꝙ non sit simpliciter vera ista opinio, esto peccando semper concurrat defectus. Hanc partem probat primò communi experimento, secundò auctoritate sacræ scripturæ, ibi. Et hoc etiam auctoritate, &c. Dicit ergo, ꝙ hæc opinio sit contra experientiam. Nam experimento patet, ꝙ multi agunt contra eam, quam habent scientiã. Sciunt enim multi, quia fornicatio mala est, & non facienda, & tñ eam committunt victi à passionibus. Deinde ibi.

¶Et hoc etiam auctoritate Diuina cõfirmatur, secundùm illud Luc. 12. Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non facit plagis vapulabit multis. Et Iacob. 4. dicitur, Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi; non simpliciter verum dixit. Luc. 12. Iacob. 4.

¶Probat idem, quia illa pars est contra auctoritatem Diuinam, pri. Lucæ, quia Seruus, &c. Et Iacob. 4. Scienti, &c. Ex quibus auctoritatibus habetur clarè, ꝙ aliquis potest cognoscere, & scire, & tamen non facere, & peccare. Quare non est dictum Socraticum omino verum, præsertim quo ad secundam partem iam dictam. Consequenter cum dicit.

¶Sed oportet distinguere, vt Philosophus tradit in septimo Ethic.* Cum enim ad rectè agendum homo dirigatur duplici scientia. s. vniuersali, & particulari, vtriusque defectus sufficit ad hoc, ꝙ impediatur rectitudo voluntatis, & operis, vt supra dictum est.* Contingit ergo quòd aliquis habet scientiam in vniuersali, puta nullam fornicationem esse faciendam; sed tamen nõ cognoscat in particulari hunc actum, qui est fornicatio, non esse faciendum; & hoc sufficit ad hoc, ꝙ voluntas non sequatur vniuersalem scientiam rationis. * Arist. c.i. to.5. *q.76.a.2.i.

¶Declarat tertiam partem conclusionis examinatoriæ, ꝙ videlicet distinctè respondendum sit, quando quæritur. An aliquis possit agere contra scientiam, quia põt multipliciter ostẽdi cõtra secundã partem opinionis Socratis, ꝙ aliquis potest facere cõtra id qđ scit. Et hoc verificatur ex duabus distin. quas Philos. ponit 7. Ethic. ita ꝙ per quamlibet distinctionem ostenditur ꝙ põt quis agere aliquo modo contra scientiã. Secundã ponit ibi. Et iterum considerandũ. ¶ Nota añt ꝙ non intelligere quasi agat contra scientiã ponendo oppositum eius, qđ hẽt scientia vniuersalis, sed modo dicendo. Suppositа ergo prima diuisione, ꝙ est scia vñs, & particularis. Probatur tertia pars cõclusionis sup. dictæ. Sic cõtingit, ꝙ aliquis habeat scientiã in vñi. s. nullã fornicationẽ esse faciendã, sed tñ non cognoscit in particulari hunc actum, qui est fornicatio, non esse faciendum. Sed defectus vtriusq; sufficit ad hoc, quòd impediatur rectitudo voluntatis, & operis; igitur stante

stante scientia vniuersali, non autem particulari, potest quis peccare, & facere contra scientiam vniuersalem. Maior nota, & patebit postea magis, quia iudicium vniuersale, & cognitio vniuersalis, quandoq; non applicatur ad singulare; sed singulare consideratur ſm exigẽtiam passionis, & impeditur ratio per passionem, vt particularem subsumat sub propositione vniuersali, quã offert passio. Et ergo potest haberi iudicium rectum de vñi, saltem aliquo modo, antequam passio omnino vincat, & tamen non habere idem iudicium de particulari conclusione impediente passionem, &c. Minor patuit q.66. art.1.

¶Et nota, ꝙ defectus vniuersalis scientiæ causat peccatũ, quod est ex ignorantia. Sed defectus particularis scientiæ, quando adest vniuersalis actu, vel habitu concomitatur causam peccati, quando est passio, & tale peccatum vocatur peccatum ex passione. Habetur ergo, ꝙ aliquis potest agere contra id quod scit saltem in vniuersali. Et fundamentum est, quia vniuersalis apprehensio nõ est principium actionis, sed particularis. Et ergo stante vniuersali, & recto iudicio rationis, dummodo in particulari erret, sequitur pra ua electio, & malũ opus. Quomodo aũt sit possibile, ꝙ vniuersalis apprehensio, & scientia sit cum particulari apprehensione erronea, habebitur postea, quia particularis conclusio, contraria vniuersali propositioni, quæ sumitur, non syllogizatur ex vniuersali propositione rationis, quia videlicet sub ea actu non subsumitur, sed aliunde, vt fornicãs ex passione, benè scit in vniuersali, ꝙ fornicatio ẽ mala. Sed qñ passio est fortius, tũc facit vt illa propositio maneat sterilis, & in particulari nõ habeat efficaciã, &c. Tũc ibi.

¶ Et iterum cõsiderandum est, ꝙ nihil prohibet aliquid sciri in habitu, quod tamen actu nõ consideratur. Potest igitur contingere, ꝙ aliquis etiam rectã scientiam habeat in singulari, & non solũ in vniuersali; sed tamen in actu non consideret, & tunc non videtur difficile, ꝙ præter id, ꝙ actu non considerat homo agat.

¶ Manifestat illam tertiam partem conclusionis ex illa distinctione scientiæ, ꝙ aliquid potest sciri in habitu, & aliquid in actu. Et arguitur sic, ex illa distinctione, non videtur difficile (& Philosophus habet durum) ꝙ præter id, ꝙ actu non considerat homo agat, sed ponit contingere, ꝙ aliquis etiam rectam scientiam habeat in singulari, & nõ solùm in vniuersali. sed tamen in actu nõ considerat; igitur stante scientia recta, etiam in particulari, in habitu tamen, potest homo actu non considerando agere oppositũ. Quare habetur, ꝙ aliquis potest agere contra scientiam etiã particularem, sed tamen non stantem actu. Maior clara, sicut põt quis loqui etiam in particulari malam grammaticam, qñ est ebrius, vel cum actu non attendit. Esto etiam de illa particulari oratione habeat rectam cognitionem in habitu.

¶Et nota verbũ Philoso. quia dicit circa illam maioren, ꝙ durũ vr̃ dicere, ꝙ aliquid possit actu cõsiderare, & in particulari aliquod malũ, & illud facere. Vbi hr̃ ꝙ tangat articulũ Parisiensem, quia habetur ex Philoso. ꝙ aliquis non potest contra particulare dictamen imperatiuum rationis, cuius oppositum dicit articulus.

¶Circa minorem aduerte, ꝙ euidens signum est, ꝙ quandoque contingit habere peccantem rectam æstimationem, etiam in particulari in habitu tamen, quia transeunte passione ipse iudicat se malè egisse, & dolet. Hoc autem non fieret nisi habuisset in habitu rectam æstimationem de isto particulari facto. Dicit autem Doc. Sanc. Contingit, quia non semper in omni peccante ita est, quia quandoq; aliquis nec actu, nec habitu habet rectam æstimationem, sicut est ex ignorantia peccans. Sed veritatem habet in eo, qui peccat solùm ex passione.

¶ Quod autem homo non considerat in particulari id quod habitualiter scit, quandoque quidem contingit ex solo defectu intentionis, puta cum homo sciens Geometriam non intendit ad considerandum Geometriæ conclusiones, quas statim in promptu habet considerare; quandoq; autem homo non considerat id quod habet in habitu propter aliquod impedimentum superueniens, puta propter aliquam occupationem exteriorem, vel propter aliquam infirmitatem corporalem, & hoc modo ille, qui est in passione constitutus, non considerat in particulari id quod scit in vniuersali, inquantum passio impedit talem considerationem.

¶Ostenso quomodo possit aliquis agere contra scientiam, videlicet quam habet in vniuersali, vel etiam in particulari, in habitu tamen soiũ, & eam actu non considerat. Hic consequenter magis accedit ad propositum respondendo directè ad quæsitum. Et circa hoc primò applicat supradicta proposito. Secundò ex hoc infert conclusionem responsuam directè ad quæsitum, ibi. Impedit autem tripliciter, &c. Circa primũ, quia dictum est, ꝙ aliquis possit agere contra scientiã vniuersalem, & ẽt contra scientiam particularem, quã tamẽ solũ habet in habitu, ideo ostendit nunc quomodo vtrunque contingat, & quomodo aliquis impediatur ne consideret scientiam in vniuersali, vel scientiam in particulari quam habet in habitu, & agat secundùm scientiam particularem, & quam habet actu; & si hoc habetur, tunc videbitur in proposito, ꝙ vnum impedimentum erit passio. Distinguit ergo de duplici impeditiuo scientiam vniuersalem, & etiam particularem in habitu, ꝙ actu non consideratur, quia hoc contingit dupliciter. Vno modo ex defectu intentionis. Et vt Philoso. habet, in vigilia existens. i. in bona dispositione, absq; extrinseco impedimento, ꝙ potest considerare si velit, & habet habitum scientiæ non ligatũ, nec impeditũ, sed solutum, puta, cum homo sciens Geometriam non intendit ad considerandum Geometriæ cõclusiones, quas statim in promptu habet considerare. Secundò autem modo quandoq; homo non considerat actu ad quod se habet in habitu propter aliquod impedimentum superueniens, puta propter aliquam occupationem, vel propter aliquam infirmitatem corporalem, sicut etiam est dormiens, vel ebrius. Et istud secundùm membrum deseruit ad propositum quæsiti. Vnde D.S. applicat hoc ad propositum, ꝙ illud vltimum impeditiuum potest esse passio, quia in passione constitutus non cõsiderat in particulari, &c. vt in textu. Et hoc magis declarat. Cum dicit.

¶Impedit autem tripliciter. Primò quidem per quandam distractionem, sicut sup. expositum est.* Secundò per contrarietatem, quia plerunque passio inclinat ad contrarium huius, ꝙ scientia vniuersalis habet. Tertiò per quandam immutationem corporalem, ex qua ratio quodammodo ligatur ne liberè in actũ exeat, sicut etiam somnus, vel ebrietas quadam corporali transmutatione facta, ligant vsum rationis; & ꝙ hoc contingit in passionibus patet ex hoc, ꝙ aliquando cum passiones multum intenduntur, homo amittit totaliter vsum rationis; multi enim propter abundantiam amoris, & iræ, sunt in insaniam conuersi, & per hũc modum passio trahit rationem ad iudicandum in particulari contra scientiam quam habet in vniuersali. *Ar.1.prę.

¶Vbi ex dictis infert directè responsiuã conclusionẽ ad quæsitũ, passio põt trahere rõnẽ ad iudicandũ in particulari cõtra scientiã, quã hẽt in vñi, & ẽt cõtra scientiã, quã hẽt in habitu, ne consideret in actu. Probatur sic, id põt superare rationem vt faciat cõtra scientiam vniuersalem, à quo põt impediri ne consideret actu id qđ scit in vñi, & etiam in particulari in habitu; sed passio impedit vt ille, qui est in passione constitutus non consideret in particulari id, quod scit in vniuersali impediendo tripliciter; igitur passio superat per hunc modum. i. facit vt notitia vniuersalis nõ habeat effectum suum, & ipsam non sequatur operatio ſm particularem æstimationem quam causat passio, &c. Non autem hoc modo, vt ratio habeat falsam æstimationem vniuersalem; sed ꝙ vniuersalem scientiam non sequatur particularis subsumptio, & conclusio operatiua, &c. Maior patet, quia per superare rationẽ in proposito intelligimus facere vt ratio vñs non habeat progressum, & vt opus non sit sibi conforme. Sed hoc fit per hoc, ꝙ in particulari non consideratur id, quod consideratur in vñi. s. in particulari in iudicio proprio, esto ſm passionem. Minor declaratur ih litera, quia primò impedit passio præsertim fortis distrahendo à scientia vniuersali, quia ex hoc, ꝙ intendit passioni, minuitur à consideratione particulari eius, quod est ſm rationem. Et ita ratio informata vniuersali iudicio intenderet particulari conformando se vñi iudicio; sed passio facit vt in particulari sibi attendat, & non particulari rationi. Secundò impedit per contrarietatem, ꝙa esto prius in particulari habuerit aliquam æstimationem rectam, ſm conformitatem ad vniuersalem; tamen passio fortis impellit, & corrumpit per verba contrarietatis illud iudicium, & facit in particulari contrarium iudicium, ita ꝙ si prius ratio iudicauerit non fornicandum, iam iudicabitur fornicandum. Tertiò ꝙ quandam immutationem corporalem, &c.

¶Nota, ꝙ hi tres modi impediẽdi distinguuntur, quia primus saltem in principio admittit iudicium particulare rationis. Secundus corrumpit particulare iudicium. Tertius ligat ad minus ne ad particulare iudicium conforme rationi peruenire possit; sed s. rationis vsus manet, erit circa particulare, vt passio suader, scilicet secundùm affectionem appetitus sensitiui. Vnde articulo primo dictum est, ꝙ in passione existentes non possunt aliter iudicare, tunc arguitur sic. Ex corporali mutatione ratio ligatur ne liberè in actum exeat, & liberum iudicium de particularibus agendis non habeat; immo quandoq; totum vsum rationis excludit, sed passiones habent talem immutationem corporalem; igitur vt sic ligant, & iudicium rationis excludunt quandoq; in vniuersali, & particulari, & totaliter, qñq; autem manet actus rationis, sed conformis passioni, nec ratio potest applicare vniuersalem scientiam ad particularem conformem. Maior patet de somno, & ebrietate, quæ corporali transmutatione facta, ligant vsum rationis. Minor patet, quia ex hoc, quòd passiones multum intenduntur, homo amittit totaliter vsum rationis; multi enim propter abundantiam

dantiam amoris, & iræ sunt in insaniam conuersi; igitur minor principalis vera. Ex his patet, ꝙ passio ligat rationem quo ad particularem considerationem, ne actu eam, aut perfectè habeat, aut nullo modo, & sic dato, ꝙ aliquis in particulari rectâ æstimationem habeat habitu, non tamen actu. Vnde posset sic argui formaliter pro conclusione responsiua. Passio facit, vt ratio recta in vniuersali, esto habeat rectam æstimationem in particulari, habitu, non tamen actu habet præsertim perfectam; igitur potest rationem superare, vt agat contra scientiam. Tenet consequentia, qa actio sequitur apprehensionem particularem, non vniuersalem; si ergo passio facit, vt æstimatio particularis, nõ sit secundũ scientiam vniuersalem, sed ℈m inclinationem suam, sequitur ꝙ superat, quia hoc dicimus superare scientiam, ita ꝙ in particulari nõ sit apprehensio sibi cõformis, sed alteri. Antecedens patet, qa põt rõnem vſem impedire tripliciter, ne in particulari cõsideret, &c.

¶Et nota, ꝙ non intelligitur, ꝙ passio faciat ne ratio consideret in particulari quocunque modo, quia hoc est falsum; nõ enim voluntas eligeret, nisi præuio dictamine particulari rationis, vt patuit sup.q.25.ar.2.& 3. sed intelligitur ne consideret conformiter ad dictamen vniuersale, quod est rectum; sed relicto dictamine, quod inerat, vel ineſt aliquo modo, sed sterili recto tamen, dictant nunc secundùm inclinationem passionis, quia primò renitebatur ei ad quod iam passio trahit, nunc autem se ei conformat; & hoc est vincere rationem. f. facere, vt relicto recto iudicio in particulari, iudicet ꝙ passio suadet afficiendo, & indirectè modo dicto artic. primo. &c.

¶Nota quoque, ꝙ cum ratio incipit sequi passionem, dicitur manere scientia in vniuersali actu secundùm habitum, vt tangetur ad tertium. vel si manet, vt dicit D.S. in de Malo, ita ꝙ actu consideret in vniuersali, tunc est dictamen sterile, & feriale, quod exprimetur per verbum coniunctiui temporis, quia videlicet non deberet fieri fornicatio; sed tamen particulare iudicium passionis est imperatiuum, & vltimatum. Et præterea cum actu syllogizat incontinens in quo vincit passio, tunc quidem primò aliqualiter considerat vniuersalem rectam, sed ea relicta subsumit aliam vniuersalem, & sub ea concludit, vnde aliqualiter considerat nõ esse fornicandum; sed nondum actu concludit esse pro nunc fornicandum, quam conclusionem deduxit nõ est vniuersali rationis, quæ est non esse fornicandum, sed ex alia, vt patebit, quare intelligendus est Doc. Sanc. ꝙ in passione constitutus considerat in vniuersali aliqualiter, nec tamen dum actu infert eius oppositum contradictorium faciente passione.

¶Nota etiam circa hoc, ꝙ esto ratio secundũ vniuersale quandoq; formet particulare iudicium rectum, quia tamen ad iudiciũ non sequitur actio, nisi sit efficax; ideo quia passio distrahit rationem à iudicio tali particulari, ideo facit ne sit efficax, & per consequens superat rationem trahendo eam ab vniuersali iudicio recto pariter, & particulari, sed inefficaci, ita ꝙ electio sequatur iudicium passionis, quod est efficax, & non rationis.

Capreolus

Articuli Parisienses.

¶Nota autem pro maiori intellectu, ꝙ Capreolus in 2.& 3. vbi supra, trahit ex isto artic. quædam quæ aduersantur articulis prætactis Parisiensibus. Et primum est, ꝙ possibile est aliquem secundùm voluntatem malè eligere, & simul hoc cum habere rectam scientiam de agendis in vniuersali, intellige habitu, vel actu, ante tamen conclusionem syllogismi passionati. Secundum, possibile est aliquem habere rectam æstimationẽ, & cognitionem de agendis in vniuersali actu, & in particulari habitu, & simul cum hoc peccare malè eligendo, intellige iterum, ꝙ cognitio vniuersalis actu est cognita, non tamen ꝙ ex ea syllogizet. Tertium, ꝙ impossibile est aliquem rectè æstimare de agendis actu in vniuersali, & particulari, & simul cum hoc peruersè eligere. Et hæc quidem tria habentur ex hoc articulo. Aliqua addit, quæ alibi ex Doc. Sanc. habentur. Et est quartum, quòd impossibile est aliquem habere perfectum actum prudentiæ, & vltimatum, & simul cum hoc malè eligendo peccare. Perfectus autem actus prudentiæ est rectè consiliari, rectè dictare, rectè præcipere de particulari eligibili, secundùm ꝙ agendum est hic, & nunc, & secundùm omnes circunstantias. Quintum est, ꝙ nunquam voluntas peccat in hoc quòd discordat ab vltimato iudicio rationis, vel prudentiæ; sed quia discordat à superiori regula. Sextum, ꝙ nunquam aliquis appetitus animalis, vel rationalis, vel intellectualis tendit in oppositum illius, quod vltimatè proponitur, & præcipitur tanquam omnino agendum per vim apprehensiuam. Non est autem mens nostra, quòd semper, & necessariò ad omnem rectam æstimationem, vel considerationem intellectus de particulari eligibili sequatur recta electio; sed tunc tantùm intellectus mouet necessariò ad specificationem actus, quando est perfectum, & vltimatum iudicium, & præceptum rationis, ita ꝙ ad omne præceptum sequatur electio, non autem ad omne consilium, vel iudicium, & in hoc deficiunt multi. Et ad hunc sensum accipienda sunt dicta Doc. Sanc. vbi videtur dicere oppositum. f. ꝙ voluntas non contrariatur vltimo iudicio intellectus; accipit enim Doc. Sanc. iudicium pro præcepto; hæc autem adduxi, vt videatis, quæ sit mens Doc. Sanc. & quid sentiendum sit de articulis Parisiensibus supra commemoratis.

¶Nota etiam ex his habetur, ꝙ proximum mouens voluntatem ad eligendum, & agendum, est ratio particularis practica, & imperatiua, non tantùm iudicatiua; & habetur, ꝙ malam electionem non oportet, ꝙ præcedat falsum iudicium vniuersale, sed iudiciũ peruersum rationis particularis, quod in passionato deriuatur à passione appetitus sensitiui, vel ab habitu corrupto, sicut est in peccante ex malitia; talis enim etiam malè iudicat in particulari; aliter tamen quàm passionatus, vt patebit quæst. sequenti.

ARGVMENTVM in contrarium pro vltima conclusio ne responsiua est. In hoc argumento fundato in auctorit. Apost. Ro. 7. tangitur quoddam infra declarandum ex intentione, q. 91. artic. 6. qualis lex sit concupiscentia, & quæ concupiscentia, quia talis concupiscentia idem est quod fomes, qui nominat concupiscẽtiam habitualem, ex qua prouenit actualis, quam dicit Apost. se captiuare in lege peccati. Sed de his infra.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd scientia vniuersalis, quæ est certissima, non habet principalitatem in operatione; sed magis scientia particularis, eo ꝙ operationes sunt circa singularia; vnde non est mirum si in operabilibus passio agit contra scientiam vniuersalem absente consideratione in particulari.

¶Ad maiorem, fortius non vincitur à debiliori, verum quidem vt sic, tamen quandoq; inclinatur, & trahitur à debiliori præsertim in regno animæ; nam ipsa voluntas, quæ fortissima est, & à nullo creato superabilis, trahitur tamen & cedit sensualitati, non quidem coacta, sed dulciter tracta.

¶Ad minorem dico, quòd scientia vniuersalis est quidem certissima, sed non est principalior in operatione, quæ sequitur æstimationem particularem, vt patuit, negatur ergo consequentia, quia vincere scientiam vniuersalem, est eam non sequi in operando. Et hoc non est mirum, cum sub ea non assumitur particularis, sed post passionem, ꝙ tunc secundùm eam non fiat electio, & opus, quod in proposito dicimus vincere. Dico secundò ad illam rationem Socratis, qui volebat, quòd impossibile est aliquem habentem scientiam, & decipi secundùm scientiam propriã quam habet, quod concedimus; non enim dicimus, ꝙ incontinens, & spectator passionem decipiatur, vel erret circa vniuersalia, quorum scientiam habet, & quia non operatur circa vniuersalia; sed particularia circa quæ habet falsam æstimationem propter passionẽ, & non scientiam, ideo scientia non decipitur, nec aliquis circa id cuius habet scientiam. Nec ideo dicitur scientia superari, sed ad sensum dictum, quia ad scientiam vniuersalem non sequitur æstimatio recta particularis, vel si sequatur ipsa non habet efficaciã; sed particularis æstimatio, quam suggessit passio; ideo fortius saltem non corrumpitur, nec vincitur, vt fortius est, nec tollitur eius certitudo, sed aliunde dicitur superari.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc ipsum, quòd rationi videatur in particulari aliquid bonum, contingit ex aliqua passione; & tamẽ hoc particulare iudicium est contra vniuersalem scientiam rationis.

¶Concedo quod dicit vsque ibi. Cum autem trahit eam in id quòd est apparens bonum, & non existens, trahit eam in id quod rationi videtur. Dico, ꝙ verũ est, ꝙ hoc apparens bonũ videtur rationi in particulari, & tali iudicio particulari, non quod est conforme vniuersali scientiæ, sed quod est rationis tractæ per passionem, & conforme passioni. Vnde dictum fuit, ꝙ passio facit agere contra rationem, non quia contra quodcunque iudicium rationis, sed quia contra iudicium, quod est purè rationis, & contra scientiam rationis vniuersalem, sic, ꝙ ea dimissa, ratio in particulari habet iudicium illi vniuersali contrarium, & ex ipso eligit, & operatur. Vnde solutio admittitur, ꝙ passio trahit rationem scientem in vniuersali, vt contrarium iudicet in particulari.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ non posset contingere, ꝙ aliquis haberet simul in actu scientiam, aut opinionem veram de vniuersali affirmatiuo, & falsam opinionem in actu de particulari negatiuo, aut è conuerso; sed benè potest contingere, ꝙ aliquis habeat veram scientiam habitualiter de vniuersali affirmatiuo, & falsam opinionem in actu de particulari negatiuo; actus enim directè non contrariatur habitui, sed actui.

¶Dicitur, ꝙ replicat contra istam solutionem, & conceditur totum vsq; ibi. Si igitur aliquis sciens aliquid in vniuersali iudicaret oppositum in particulari, haberet simul contrarias opiniones. Dico primò, si sciret actu in vniuersali, & oppositum iudicaret in particulari, sequeretur illud consequens illatum, & inconueniens. Si autem habeat scientiam de vniuersali in habitu, sed non in actu, negatur sequela; dictum enim fuit sup.quæst.71. ꝙ habitus, & actus contrarius benè stant simul, sed nõ habitus, & habitus, nec actus contrarius benè stant simul, sed nõ habitus, & habitus, nec actus, & actus. Stant ergo simul rectum iudicium vniuersale in habitu, & falsum iudicium de eius contradictorio in actu.

Et huius

Et huius declaratio habetur ex sequenti solutione, patet enim ex primo posteriorum, quòd maior tempore prius cognoscitur conclusione, & etiam maior propria, multò magis maior sub qua minor non subsumitur, quare in syllogismo passionati dum conclusio deducitur, & concluditur, non actu cõsideratur maior vniuersalis, quæ est rationis; sed vel prius considerata fuit, vel habitu tantùm, nunc cognoscitur. Quando igitur errando concludit hãc conclusionem falsam, quæ contradictoriè opponitur vniuersali propositioni, scilicet hic actus, qui est fornicatio est faciendus, nõ considerat actu nullam fornicationem esse faciendam, sed prius actu considerauit, & iam habitu. Secundò dico extra literam, & videtur haberi ex vno verbo D.S. in de Malo, quòd vniuersale iudicium, quod est coniunctiuum, & particulare imperatiuum non contradicunt, quia non secundùm idem; quando ergo aliquis cõcludit particularem affirmatiuam considerat eam modo imperatiuo, & efficaci, cum quo stat, quòd etiam actu consideret vniuersalem modo coniunctiuo, ita vt dicat in corde, fornicatio nõ deberet fieri, tamen in particulari dicit, ille actus debet fieri. Verum, tamen est, quòd hunc particularem actum non considerat secundùm proportionem vniuersalis propositionis, quæ est rationis, & ideo non actu considerat contradictoria; nam hunc actum dicit fieri debere, non vt est fornicatio, sed vt delectabilis; quare actu non considerat contradictoria. Vnde & dictum fuit circa corpus articuli, quòd vniuersalis non consideratur actu, inter concludendum particularem contradictoriam.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ille qui habet scientiam in vniuersali, propter passionem impeditur ne possit sub illa vniuersali sumere, & ad conclusionem peruenire; sed assumit sub alia vniuersali quam suggerit inclinatio passionis, & sub ea concludit; vnde Philosophus dicit in 7. Ethi. * quòd syllogismus incontinentis habet quatuor propositiones, duas vniuersales, quarum vna est rationis, puta nullam fornicationem esse committendam. Alia est passionis, puta delectationem sectandam, passio igitur ligat rationem ne assumat, & concludat sub prima; vnde ea durante assumit, & concludit sub secunda.

* Arist. c. 3. tom. 5.

¶Ad maiorem vera est, & notanter dicitur. Quicũque scit vniuersale scit etiã particulare, quod nouit (scilicet actu) sub vniuersali contineri; quia secundùm Aristo. 1. poste. ca. 20. Qui scit vniuersalem propositionem scit tantùm in potentia ipsam particularem, in potentia tamẽ physica actiua, & propinqua, quæ est iuxta 9. Metaphy. quæ tantùm vno motore eget, vt in actum deducatur. Sic sciens propositionem vniuersalem vna tantùm mutatione potest particularem cognoscere, cognoscendo videlicet particularem sub vniuersali contineri; quare admitto maiorem, quòd qui scit particulare, quod nouit actu, & actu assumit sub vniuersali, & simul tempore nouit conclusionem cum maiore, & minore particulari subsumpta, cognita inquam virtualiter non actu nec potentia solum, vt habetur. 1. Poster.

¶Ad minorem, sed ille qui scit aliquid in vniuersali, puta nullã fornicationem esse faciendam, scit hoc particulare sub vniuersali contineri, puta hunc actum esse fornicariũ, negatur quòd actu sciat, scilicet incontinens, & passionatus; immo vt dictum est in corpore, potest habere rectam æstimationem vniuersalẽ in actu, & particularem solũ habitu, & ratio habetur in solutione Doct. Sanct. quia passione faciente, non considerat particularem sub vniuersali propositione rationis, nec sub ea subsumit, sed sub quadam alia propositione, quæ est passionis, & iuxta illas præmissas concludit, nam nihil concluditur, nisi ex præmissis, & actu applicatis. Quia ergo passionum sectator non applicat minorem ad maiorem, quæ est rationis, ideo ex ea nihil concludit; sed applicat ad maiorem passionis; quare cum ea infert conclusionem, quæ est operatio contra scientiam vniuersalem rationis, non tamen contra vniuersalem passionis Syllogismus enim incontinentis habet quatuor ꝓpositiones, duas vniuersales quarum vna est rationis, scilicet nullam fornicationem esse faciendam. Alia passionis, puta delectationem esse sectandam &c. vt in litera, & vide in de Malo. q. 3. ar. 7. ad septimum.

Nota circa hanc solutionem primò, quòd dicitur vna vniuersalis est passionis, hoc enim posset malè intelligi, quasi passio assumeret vnam vniuersalem, vel inclinaretur in vniuersalem, sicut malè intellexit Burleus in 7. Ethi. qui carpit hanc solutionem, cuius materiam, & Doct. Sanct. ponit ibidem. Vnde dicit, mihi tamen videtur, quòd concupiscentia cum sit passio existens in parte sensitiua non habeat aliquam vniuersalem in quam inclinet, sed solũ inclinatur in particularia. Hæc ille. Patet autem, ꝙ D.S. non dicit quòd pars sensitiua inclinetur in aliquam vniuersalem. Debet ergo intelligi, quòd ex inclinatione passionis ratio assumit aliquam vniuersalem conformẽ passioni, sub qua assumit aliquam particularem, & etiam passioni conformem, & per consequens infert vnam conclusionem, & iudicium particulare de particulari operatione, cuius esse potest, & est appetitus sensitiuus; & licet appetitus sensitiuus non sit alicuius vniuersalis, est tamen alicuius vniuersaliter, sicut supra habitum est de odio. Fertur enim appetitus sensitiuus in aliquod singulare tanquàm terminum, rõ tamen terminandi potest esse aliqua conditio communis vniuersaliter, secus de appetitu intellectiuo, qui fertur in particulare ratione conditionis vniuersalis, immo & in vniuersale ipsum; quare non est mens Doct. Sanct. vt potest patere ex dictis sup. q. 29. ar. 6. quòd sensitiuus appetitus feratur in vniuersale, vel inclinet, vt sibi Burleus (malè intelligendo) imponit. Sed quòd rõ primò non concurrente passione assumit vniuersalem rectam, sed adueniente, & implente passione (modo dicto in art. 1.) assumit aliquã vniuersalem, vel aliquam communem vniuersaliter, sub qua subsumit, & pro passione concludit. Constat autem apud logicam, ꝙ vna præmissarum existente particulari, vel singulari, quòd ẽt conclusio est singularis; quare Burleus meritò aduertisset, quòd cum appetitus feratur in conclusionem syllogismi operatiui, quòd nõ esset mens Doct. Sanct. dicere, quòd appetitus sensitiuus inclinaretur in vniuersale, potest enim ratio etiam singularem conclusionem concludere etiam assumpta vniuersali, loquendo præsertim de ratione practica &c.

¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut ebrius quandoque proferre potest verba significantia profundas sententias, quas tamen mente diiudicare non põt ebrietate prohibente; ita in passione existens, & si ore proferat hoc non esse faciendum, tamen interius hoc animo sentit, quòd sit faciendum, vt dicitur in 7. Ethic.*

* Arist. c. 3. a medio tomo 5.

¶ Ad maiorem, ea quæ sunt in voce sunt signa intellectus animæ conceditur, quòd signa ex natura sua, quia apta nata signare, tamen quandoque propter aliquod impedimentum potest quis proferre vocem, & non capere significationem eius, & ergo sunt signa quantum est ex parte vocum, & institutionis earũ, esto quandoque aliter fiat; sicut & de mentiente patet, secunda secũdæ q. 110. ar. 3. qui aliter habet in mente, quàm verba sonent. Sunt igitur, vt ibidem D. S. habet ex natura sua signa intellectuum.

¶Ad minorem dico, quòd homo in passione existens frequenter confitetur ore, sed non corde, id quod dicit esse malum, sicut Philosophus dicit 7. Ethicorum, quòd ebrij, & furiosi voce proferunt demonstrationes geometricas, & dicunt verba Empedoclis, quæ sunt difficilia ad intelligendum, quia metrice philosophiam scripsit, quare negatur consequentia, & id quod sibi connectitur, scilicet quòd non posset esse, quòd habeat quis scientiam vniuersalem, & æstimet oppositum in particulari.

Verba Empe.

¶Nota autem, quòd quia vt dictum est, iudicium particulare indicatiuum, vel coniunctiuum non efficaciter mouet, nec habet consequentem electionem, ideo videtur posse fieri, quòd aliquis habeat particulare iudicium conforme rationi, sed exprimit verbo coniunctiuo, quia non deberem facere &c. & huiusmodi, sed vltimatum dictamẽ, & iudicium imperatiuum, & stant simul, vel valde de propinquo se compatiuntur; ideo aliquis potest dicere, quòd est malum, & non deberet fieri, sed oppositum est in corde, quod est vltimatum; quare stant simul, quòd dicat non faciendũ, & tamen facit propter duo dictamina, & particularia, inter quæ, dictamen passionis vltimatè prævalet &c.

Vtrum peccatum, quod est ex passione, debeat dici ex infirmitate.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd peccatum, quod est ex passione non debeat dici ex infirmitate, passio enim est quidam vehemens motus appetitus sensitiui, vt dictum est, * vehementia autem motus magis attestatur fortitudini, quàm infirmitati; ergo peccatum, qđ est ex passione, nõ dẽt dici ex infirmitate.

G

Infra q. 85. arti. 3. ad 4. Et 2. dist. 22. q. 2. ar. 2. ad 5 & in exp. literæ si Et 4. di. 19. q. 1. ar. 3 q. 2. ad 2. Et Mal. q. 3. ar. 8. ad 5. & ar 9. & 10. 11. & 12. cor. & Ps. 9. * Ar. 1. huius quæst.

¶ 2 Præt. Infirmitas hominis maximè attenditur secundùm illud, quod est in eo fragilius, hoc autem est caro; vnde dicitur in Psal. Recordatus est, quia caro sunt; ergo magis debet dici peccatum ex infirmitate, quod est ex aliquo corporis defectu, quàm quod est ex animæ passione.

¶ 3 Præt. Ad ea non videtur homo esse infirmus, quæ eius voluntati subduntur; sed facere, vel non facere ea ad quæ passio inclinat, hominis voluntati subditur, secundùm illud * Gen. 4. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius; ergo peccatum, quod est ex passione non est ex infirmitate.

* Genes. 4.

¶ Sed contra est, quod Tullius in 4. li. de Tusculanis, quæstionibus * passiones animæ ægritudines vocat,

* Tullius libro 4. in 3. fol. a prin. li. & sequẽtibus.

ægritudines

ægritudines autem alio nomine infirmitates dicuntur; ergo peccatum, quod est ex passione debet dici ex infirmitate.

¶Quæritur hic de nomine peccati, quod committitur ex hoc, ꝙ ratio, & voluntas motæ per passionem (quæ afficit concupiscibilem, vel irascibilem extra ordinem rationis) consentiunt, & perficiunt peccatum, an conuenienter nominetur peccatum ex infirmitate, ita quòd passio ipsa infirmitati assimiletur, & peccatum, quod ex ea sequitur dicatur peccatum ex infirmitate, ita quòd nominetur a causa sua; sicut & id peccatum cuius causa est ignorantia, dicitur peccatum ignorantiæ, quemadmodum & peccatum, quod est ex habitu voluntatis vocatur peccatum ex malitia.

¶Respondeo dicendum, quòd causa peccati propria est ex parte aïę, in qua principaliter est peccatum.—

¶Doct. Sanct. in prin. art. præmittit vnam propositionem per quam exponit quæsitum. Secundò deducit conclusionem responsuam, ibi. Potest autem dici &c Circa primum exponit quæsitū, videlicet de qua infirmitate intelligatur, quia videlicet causa peccati propria est ex parte animæ, quia in ea principaliter est peccatum, & per consequens, quia hic quæritur de infirmitate, quæ est causa peccati, oportet intelligere quæsitum de infirmitate animæ.

¶Potest autem dici infirmitas in anima ad similitudinem infirmitatis corporis; dicitur autem corpus hominis esse infirmum, quando debilitatur, vel impeditur in executione proprię operationis propter aliquam inordinationem partium corporis, ita scilicet quòd humores, & membra hoïs non subdantur virtuti regitiuè, & motiuè corporis. Vnde & membrum dicitur esse infirmum, quando non potest perficere operationem membri sani, sicut oculus, quando non potest clarè videre, vt dicit Philosophus in 10. de historijs animalium; * vnde & infirmitas animæ dicitur, quando impeditur anima in propria operatione, propter inordinationē partiū ipsius.—

* Arist. c.1. non procul a prin. 10.4.

¶Hoc supposito, consequenter deducit talem conclusionem responsuam. Peccatum quod est ex passione, debet dici ex infirmitate. Probatur sic, infirmitas animæ dicitur, quando impeditur anima in propria operatione, propter inordinationem partium ipsius, & per consequens peccatum ex infirmitate dicitur, quod ex tali inordinatione procedit; sed passio impedit animā in propria operatione, & est inordinatio partiū animę, igitur est ex infirmitate. Illius rationis Doct. Sanct. primò ponit, & probat maiorem. Secundò minorem cum conclusione ipsa, ibi. Sicut autem partes &c. Pro maiore ergo nota, quòd dicit notanter, quādo impeditur &c. Quia infirmitas animæ, & peccatum ex infirmitate requirit, quòd anima, id est vsus rationis, non totaliter absorbeat, vel tollatur, sed aliquid remaneat cum impedimento. Secūdò dicitur, impeditur a propria operatione, quia si subitus motus sit, & statim abigatur, non erit peccatum ex infirmitate, sed peccatum in quod quis inducitur ex passione contra scientiam, vniuersalem saltem. Dicit etiam propter inordinationem partium ipsius, quia si consurgat inordinatio ab extrinseco, sicut a diabolo suadente vt sic non dicitur infirmitas, nec peccatum ex infirmitate. Oportet ergo quòd impedimentum præstetur animæ a partibus suis intraneis. Probatur igitur maior, infirmitas animæ dicitur ad similitudinem infirmitatis corporis, sed corpus hominis dicitur esse infirmum, quando debilitatur, vel impeditur in executione proprię operationis propter aliquam inordinationem partium corporis, ita scilicet etiam, vt in litera.

¶Notat autem Doct. Sanct. hic distinctionem partium corporis, dictam supra q. 54. ar. 1. quarum inordinatio diuersimodè, & diuersas impedit operationes, sicut inordinatio humorū, operationes intraneas naturales, puta nutritionem, & huiusmodi, immo & animales operationes; sed inordinatio partium organicarum impedit operationes exteriores, sicut ambulationem, & laborem exteriorem &c. Deinde cum dicit.

¶Sicut autem partes corporis dicuntur esse inordinatæ, quando non sequuntur ordinem naturæ; ita & partes animæ dicuntur esse inordinatę, quando nō subduntur ordini rationis, ratio enim est vis regitiua partiū animæ. Sic ergo quando extra ordinem rationis vis concupiscibilis, aut irascibilis aliqua passione afficitur, & p hoc impedimentum præstatur modo prædicto debitæ actioni hominis, dicitur peccatum esse ex infirmitate.—

¶Probat minorem quam in fine confirmat auctoritate, ibi. Vnde & Philosophus &c. Patet igitur minor primò, quia irascibilis, & concupiscibilis sunt partes animæ. Secūdò, quòd impediat, patuit ar. præcedenti, quia trahit rationem a scientia vniuersali in id quod est contra eam in particulari triplici modo &c. Tertio quòd sit inordinatio partium ipsius animæ. Patet a simili, qa partes corporis dicuntur inordinatę esse, quando non sequuntur naturæ ordinem, sic etiam partes animæ dicuntur esse inordinatę, quia non subduntur ordini rationis. Tenet consequentia; quia sicut natura est regitiua corporis, ita ratio est regitiua partiū animæ, quare sicut &c. Hic vltimò cum dicit.

¶Vnde & Philosophus in primò Eth. * comparat incontinentem paralytico, cuius partes mouentur in contrarium eius, quod ipse disponit.——

* Arist. c.1. circa prin. tom.5.

¶Confirmat minorem quo ad hanc partem, auctoritate Philosophi primo Ethi. qui comparat incontinentem, in quo scilicet vincit passio, paralitico, cuius partes mouentur in contrariū eius, quod ipse disponit, ita scilicet quòd paraliticus vult partes corporis mouere ad vnam partem, scilicet dextram; ex vehemētia morbi, quæ facit ne partes corporis subdantur virtuti motiuę, mouentur in contrariam partem, sic in incōtinente ratio mouet ad vnū, & passio in contrarium.

¶Nota autem, quòd ratio recta est regitiua, quia debet regere partes animæ, quia ergo passio inordinata de qua dicit minor, est contra rectam rationem, & vniuersalem, ideo talis passio est inordinatio, quia contra regulam, & institutum debiti ordinis. Patet autem ex his, quòd non omnis passio est infirmitas, sed inordinata, quæ est circa aliquod de genere malorum. Patet secundò, ꝙ passio cui non consentitur, sed est subitus motus, non habet rationem infirmitatis propriè, sed illa, quæ trahit in consensum illicitum, vel in opus prauum, quæ videlicet impedit rationem rectam, saltem in vniuersali, & impedit ne sequatur scientiam vniuersalem, talis propriè est infirmitas, & peccatum ex ea commissum, dicitur conuenienter ex infirmitate.

¶Nota circa argumentum in contrarium ne videatur contradicere supradictis; nam supra dicebatur q. 24. ar. 2. & q. 59. ar. 2. ꝙ nō omnes passiones sunt ægritudines animæ, sed solū immoderatæ, & in hoc non fuerunt Tullius, & stoyci reprehensi, sed solùm, ga omnes dicebant morbos, quare illa ratio concludit, quòd passio inordinata, & contra rationem, sit ægritudo, & infirmitas, & peccatum ex ea procedens est peccatum ex infirmitate; nam modo diximus, quia non omnis passio est infirmitas, sed quæ est contra rectam rationem, & de illa procedit argumentum hoc &c.

¶Ad primum ergo dicēdum, quòd sicut quantò fuerit motus fortior in corpore præter ordinem naturæ, tantò est maior infirmitas; ita quantò fuerit motus fortior passionis præter ordinem rationis, tantò est maior infirmitas animæ.——

¶Maior conceditur, quòd passio est vehemens motus appetitus sensitiui, loquendo de passione quā ponimus esse causam peccati, quia iuxta dicta in articu. præceden. fortis passio vincit rationem, & dico, quòd quantò vehementior est, tantò magis impedit rationem &c.

¶Ad minorem dico, quòd si intelligitur, quòd vehemens motus sensualitatis attestatur fortitudini sensualitatis conceditur, & per consequens, quod ex tali motu sequitur, non dicitur ex infirmitate sensualitatis, vel corporis; si autem intelligitur, quòd attestetur talis motus fortitudini animæ rationalis secundùm rationem, negatur; immo, quantò maior est talis motus, tantò anima magis impeditur a propria operatione, & est maior inordinatio in partibus animæ. Sicut & in simili est in corpore, quia quantò maior est motus, & fortior qui est præter, & contra ordinem naturæ, tantò maior est infirmitas corporalis. Vltra, ergo peccatum, quod est ex passione, non debet dici ex infirmitate. Verum, cuiuscunque, sed animæ, & non cuiuscunque animæ, sed rationalis, vt sic, quia per eam indisponuntur partes animæ, vt operatiua secundùm rationem rectam, & hoc fuit notatum in suppositione in principio articuli &c.

¶Ad secundum dicendum, quòd peccatum principaliter consistit in actu voluntatis, qui non impeditur per corporis infirmitatem, potest enim qui est corpore infirmus promptam habere voluntatem ad aliquid faciendum, impeditur autem per passionem, vt supra dictum est; * vnde cum dicitur peccatum esse ex infirmitate, magis est referendum ad infirmitatem animæ, quàm ad infirmitatem corporis; dicitur tamen etiam ipsa infirmitas animæ infirmitas carnis, inquantum ex conditione carnis passiones animæ insurgunt in nobis, eo qđ appetitus sensitiuus est virtus vtens organo corporali.——

* Arist. de iuuen. quæ

¶Ad maiorem, vera est de infirmitate naturali, & corporali, sed negatur de infirmitate morali. Vnde infirmitas moralis, quæ est causa peccati est ex parte animæ magis, quàm ex parte corporis, quia peccatum cum consistat in actu voluntatis, quæ nō adeo impeditur ex infirmitate corporis, sicut per infirmitatem, quæ est infirmitas animæ. Scriulus enim ille de quo per passiones, ꝙ est infirmitas animæ. Scriulus enim ille de quo scribit

scribit beatus Grego. in Homelia sexagesimæ. Esto infirmus est corpore, tamen mente optimè valuit. Secus est de laborante in passionibus, quare infirmitas moralis magis attenditur ex parte animæ secundùm passiones inordinatas. Dico secundò, quòd infirmitas etiam moralis, & animæ, attēditur ex parte corporis, vel carnis remotè, & originaliter inquantum ex conditione carnis passiones animæ insurgunt; sunt enim diuersi secūdùm diuersas complexiones proniores ad certas passiones, quia appetitus sensitiuus, qui est immediatum principium passionum, & subiectum, mouetur & operatur secundùm dispositionem naturalem corporis. Sed negatur consequentia, quòd magis debeat dici peccatum ex infirmitate, quod est ex defectu aliquo corporis, quàm ex passione; quia defectus corporalis non est causa peccati, vt patuit. Vel secundò posset dici cōcedendo, quòd peccatum ex infirmitate est ex defectu corporis, tum ratione concupiscentiæ habitualis, tū ratione complexionis aliquando; sed negatur illud vltimum, quàm ex passione, quia idem peccatum, quod est ex passione est etiā ex corpore, & corporis defectu. Vnde anima separata non afficitur passionibus, sed solùm coniuncta carni, a qua passiones originē habent, & has duas solutiones ponit Doct. Sanct. & primò negat maiorem, & consequentiam. Secundò negat vltimam partem cōsequentiæ, vel consequentis.

¶Ad tertium dicendum, quòd in potestate quidem voluntatis est assentire, vel non assentire his in quæ passio inclinat, & pro tantò dicitur noster appetitus sub nobis esse; sed tamen iste assensus, vel dissensus voluntatis, impeditur per passionem modo prædicto. *——

* In cor. & ar. 1. & 2.

¶Ad maiorem dico, quòd homo non videtur esse infirmus ad ea quæ eius voluntati subduntur, si voluntas non impeditur, nec retrahitur a proprio, quod est ratio, & etiam a proprio motu, qui est ferri in aliquod secundùm dictamen rationis proprium; sicut etiam infirmus corporaliter, quandoque mouetur vbi vult, sed impeditur in motu per infirmitatem, sic in proposito.

¶Ad minorem, conceditur quòd posset facere, vel non facere ad quæ passio inclinat, tamen non ita libere & prompte dimittit aliquis id ad quod per passionem trahitur; & si fuerit passio fortis, & non statim abiecta, plerunque trahet voluntatem contra id in quod ferretur sine passione, quia ipsa voluntas sequitur iudiciū rationis, quod immutatur ex passione, vt patuit; & ergo negatur consequentia, & stat fundamentum solutionis in hoc, quia esto consensus in actum sit voluntatis libere, quia tamen non consentit sine applicatione ad particulare in qua plurimū possunt passiones animæ, ideo per passiones quandoque consensus immutatur, & consensus aliquis impeditur; & hoc Doct. Sanct. vult in solutione, quia impeditur voluntas modo prædicto, scilicet quo impeditur ratio &c.

Vtrum hæc passio, quæ est amor sui, sit causa omnis peccati.

Infra ar. 5. co. Et q. 84. arti. 2. ad 3. Et 2. 2. q. 25. artu. 7. ad 1. Et q. 153. ar ti. 5. ad 3. Et 2. dist. 42. q. 1. arti. 1. co. Et Mal. q. 8 art. 1. ad 19.

HAD quartum sic proceditur. Videtur, quòd amor sui, non sit principium omnis peccati, id enim quod est secundùm se bonum, & debitum, non est propria causa peccati; sed amor sui est secundùm se bonum, & debitum, vnde præcipitur homini, vt diligat proximum, sicut seipsum Leuit. 19. ergo amor sui non potest esse propria causa peccati.

* Roma. 7.

¶ 2 Præt. Apostolus dicit Roma. 7. Occasione accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnē concupiscentiam, vbi glo. dicit, * quòd bona est lex, quæ dum cōcupiscentiam prohibet, omne malum prohibet, quod dicitur propter hoc, quia concupiscentia est causa omnis peccati; sed concupiscentia est alia passio ab amore, vt supra habitum est; * ergo amor sui non est causa omnis peccati.

* Est Augu. de spiritu, & lit. c. 1. in ca medicu. tom. 3.

* q. 23. ar. 4. & q. 30. ar. 2.

¶ 3 Præt. Auguſt. ſuper illud Pſ. * Incenſa igni, & ſuffoſſa, dicit, quòd omne peccatum eſt ex amore malè

* Auguſ. in Pſal. 79. habet in ſententia 10. 8.

inflammante, vel ex timore malè humiliante; non ergo solus amor sui est causa peccati.

¶ 4 Præt. Sicut homo peccat quandoque propter inordinatum sui amorem, ita etiam interdum peccat propter inordinatum amorem proximi; ergo amor sui non est causa omnis peccati.

* Aug. cap. 21. & vl. 15.

¶Sed contra est, quod Augustus. dicit 14. de ciuit. Dei, * quòd amor sui vsq; ad contemptū Dei facit ciuitatē babylonis, sed per quodlibet peccatū pertinet hō ad ciuitatem Babylonis; ergo amor sui est causa omnis peccati.

¶Inquirit de quibusdam passionibus in speciali, quomodo sint causa peccati, & primò de amore. secundò de concupiscentia, in arti. sequenti, de alijs autem passionibus non fit mentio, quia iuxta supra dicta quæst. 27. articu. 4. oriuntur ab istis, immo etiam cō cupiscentia ab amore oritur; ideo tamen specialiter quæritur de concupiscentia, quia habet specialem rationem in causando peccatum secundùm diuersa obiecta, seu motiua, vt patebit.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est, * propria, & per se causa peccati accipienda est ex parte cōuersionis ad commutabile bonum, ex qua quidem parte omnis actus peccati procedit ex aliquo inordinato appetitu alicuius temporalis boni.——

* q. 75. ar. 1.

¶Doct. Sanct. respondet breuiter vnica conclusione in fine corporis, inordinatus amor sui est causa omnis peccati. Probatur ex parte conuersionis ad commutabile bonum, actus peccati procedit ex aliquo inordinato appetitu alicuius temporalis boni; sed quòd aliquis appetat inordinatè aliquod temporale bonum procedit ex hoc, quòd inordinatè amat seipsum; ergo sequitur cōclusio. Circa istam rationem Doct. Sanct. primò exponit maiorem, secundò minorem cum conclusione ibi. Quod autem &c. Maiorem ergo exponit ex quodam supposito ex supra habitis q. 75. artic. 1. quòd propria, & per se causa peccati accipienda est ex parte conuersionis ad commutabile bonum; ergo inordinatio amoris sui est causa peccati ex parte conuersionis; vnde patet maior.

¶Nota autem quòd Doct. Sanct. ex hoc reliquit maiorē notam, quòd scilicet omne peccatum procedit ex inordinato appetitu ad hunc sensum, quòd non est peccatum sine inordinato appetitu, quia vt supra dictum est q. 71. ar. 6. concupiscentia est causa omnis peccati, & actus exterior, esto sit peccatum quandoque, non tamen sine interiori motu appetitus; non autem debet intelligi, quòd peccatum solū consistat in tali procedente ab inordinato appetitu, quia & ipse appetitus inordinatus, esto non progrediatur ab actu alio ipsius appetitus, est peccatum, procedit ergo omne peccatum ab appetitu inordinato, vel est appetitus inordinatus. Si enim loquamur de peccato quātum ad formale, & principale, tunc omne peccatum est appetitus capiēdo appetitum pro concupiscentia generaliter dicta, vt patuit supra q. 73. art. 6 ad 2. Si verò loquamur de pacto quo ad materiale. i. actum exteriorem qui est conuersio ad bonum commutabile, sicut ad finem, tunc semper procedit ab appetitu inordinato; accedere enim ad mulierem, non est peccatum, nec fornicatio, nec adulterium, nisi qa a voluntate inordinata; & simile est de omnibus alijs peccatis. Ex quibus habetur, quòd id, quod est causa omnis inordinati appetitus, est causa omnis peccati; nam vt dictum est, peccatum non fit sine inordinato appetitu; si tamen appetitus caperetur potentialiter, tunc vniuersaliter verum est, quod dicitur, qui tamen appetitus est inordinatus eo ipso, quòd inordinatum actum producit. Deinde cum dicit.

¶Quod autem aliquis appetat inordinatè aliquod tē porale bonum, procedit ex hoc, quòd inordinatè amat seipsum, hoc enim est amare aliquem velle ei bonum. Vnde manifestum est, quòd inordinatus amor sui est causa omnis peccati.——

¶Ponit minorem cum conclusione, quæ probatur; quia amare aliquem est velle ei bonum; ergo volendo, & appetendo quodcūque bonum sibi, vel alij, amat seipsum. Circa istam minorē posset esse difficultas quomodo amor sui sit causa appetitus boni temporalis, cum idem sit actus quo fertur appetens in bonum suum, & seipsum, & volendo illud bonum sibi, dicitur se amare, idem autē non est causa suipsius. Et præterea est difficultas in quo genere causæ appetitus boni tēporalis procedat ex amore suipsius. Quo ad primum dicitur primò iuxta supra dicta q. 26. ar. 4. Vbi dicebatur, quòd stante vnitate actus amoris amicitiæ, & concupiscentiæ, nihilominus esset diuisio per prius, & posterius, ratione obiectorū; quia videlicet amatum illo actu, vt est amor amicitiæ, est principalius amatum, quàm amatum eodem actu, vt est amor concupiscentiæ. Ita in proposito potest attendi causalitas quo ad obiecta; quia illud bonum temporale non concupiscitur, nisi propter cum cui concupiscitur, sicut non vult vinum, nisi quia bonū sibi, sic quòd ipse qui se amat referre videtur vinum ad se sic, quòd sit causalitas in obiectis, quorum vnum est propter aliud, stāte vnitate actus, qui est appetitus boni temporalis, & amor suipsius. Vnde Doct. Sanct. in secundo dist. 42. ar. 2. in cor. Cum in bonis cō mutabilibus ad quæ homo inordinatè conuertitur per peccatū, sit quidam ordo secundùm quòd vnum est finis alterius (semper enim ea quæ sunt ad finem sunt plura, quàm ipse finis) oportet vt quantò radix peccati sumitur propinquior fini vltimo, tantò inueniantur pauciores radices, finis autem vltimus in amore cōmutabilium bonorum est ipse homo, propter quem omnia alia quærit, & ideo si radix peccati sumatur ex parte ipsius peccantis, erit vna, si autem sumatur ex parte eorum, quæ propter seipsum peccans q̄rit, erūt plures. Vbi patet, ꝙ D. S. innuit amorē sui esse cām

peccati

peccati in genere causæ finalis ex parte appetẽtis;quia quærit alia bona propter se, & sic ex parte obiectorum est causalitas finalis; sed ex parte actuum est causalitas suo modo effectiua. Si tamen actus distinguuntur quo quis amat se, & quo quis peccat, quod præsertim contingit,quando peccatum est actus exterior.&c.

¶Secundò dicitur,quòd sicut patuit supra q.1.art.6.nihil habet appetibilitatem,& motiuitatem voluntatis, nisi secundùm virtualem ordinem ad vltimum finem in communi,ita quòd quicquid appetitur aliud ab vltimo fine,appetitur virtualiter ,pter ipsum. Sic potest dici,quòd nullus appetit aliquid inordinatè volẽdo ipsum, nisi inquantum virtualiter in eo vult proprium bonum, ita quòd ratio ipsum appetendi est proprium bonum.

¶Tertiò potest dici,quòd quia natura,& ea quæ se tenẽt ex parte naturæ sunt fundamentum,& ratio aliorum,ideo cũ amor suiipsius sit aliqualiter naturalis,ideo amor suiipsius, qui est amor amicitiæ,& perfectus,est causa alterius amoris, scilicet concupiscentiæ,quo quis concupiscit sibi alia,qui est imperfectus; & dato, quòd amor suiipsius esset distinctus actus ab amore cõcupiscẽtiæ aliorum,tunc ratione obiectorum esset causalitas finalis;quia hoc concupitum est propter hoc amatum,sed ratione actuũ esset aliqualis causalitas effectiua, sicut appetitus finis est causa appetitus eorum,quæ sunt ad finem,sicut ratio causandi,& efficiendi ipsum.Vnde D.S.in de Malo,materia 8.ar.1.ad 19.dicit,sicut Philosophus dicit in 2. rheto. Amare est velle bonum alicui, in hoc ergo quòd homo appetit sibi quæcunque bona, videtur amare seipsum, & ideo amor suiipsius, non ponitur seorsum, vel radix peccati,vel etiam vitium capitale, quia omnes radices vitiorũ includunt inordinatum sui amorem.Hæc ille.Quare videtur ibi esse vniuersaliter causalitas finalis,quæ est inter obiecta, sed non vniuersaliter causalitas effectiua inter actus. Patet ergo quòd amor suiipsius est causa appetendi alia, patet & in quo genere. Patet ẽt quomodo Doct.Sanct.pulchrè propositum ostẽdit,q̃ quia peccatum non habet causam, nisi ex parte conuersionis secundũ quam est appetibile; & quia appetitus boni concupiti reducitur in causam(saltem virtualiter inclusam) in amore suiipsius, igitur talis amor est causa omnis peccati,quia est causa appetendi, & volẽdi omne peccatum.Peccatum enim non est volitum propter Deum, nec referibile in ipsum, sicut in finẽ,igitur refertur, sicut in finẽ, in bonum peccantis. Vnde & peccator mortalis dicitur frui seipso,non enim quærit peccatum propter peccatum, sed quia vtile, vel delectabile sibi,vel ei,q̃ est alter ipse, quod est amare seipsum.

Cõcor. Scotus. De hoc Scotus conformiter loquitur in primo dist.1.vbi sic hẽt. Sed tunc est dubium quo obiecto peccans mortaliter fruitur, an scilicet actu suo,an obiecto sui actus. Respondeo quòd communiter fruitur seipso,quia obiectum actus sui amat amore concupiscentiæ, & per consequens aliquid aliud amore amicitiæ, quia omnem amorem concupiscentiæ,præcedit amor amicitiæ, illud autem aliud est ipsemet,cui vt amato amore amicitiæ appetit illud obiectum;vnde non fruitur obiecto sui actus, nec per consequens ipso actu super quem non oportet primò reflecti, hæc est sententia Augustini de ciuitate Dei lib.14.cap.28. & super genesim lib.2.cap.8.dicentis,duas ciuitates fecerunt duo amores,Ciuitatem Diaboli,amor sui,vsque ad contemptum Dei. Ciuitatem Dei, amor Dei, vsque ad contemptum sui; ergo prima radix ibi est,quòd peccans fruitur se.Hæc ille.Ex quibus habetur,quod dictum est, quia scilicet amor sui amicitiæ est causa finalis amoris concupiscentiæ aliorum.

¶Aliud dubium est quis sit ille amor qui est causa omnis peccati,an videlicet sit amor qui est passio,vel amor qui simplex motus voluntatis; nam amor passio non videtur esse causa oĩs peccati,quia non spiritualis circa rem spiritualem.Dico quòd amor sui ipsius in communi,quo quis diligit seipsum inordinatè tanquàm finem,& principalius,quàm Deum,talis est principium oĩs peccati, & non solùm amor sensitiuus; immo videtur quòd amor passio,id est quo aliquis diligit se,volendo bona sensibilia sibi, non sit causa peccati,nisi assit etiam amor qui dicit simplicem motum voluntatis, & huius argumentum est, quia amor suiipsius dicitur esse causa peccati quo constituitur finis in proprio bono, quod non est sensualitatis;sed voluntatis. Esto enim sensualis amor sit quandoque causa originalis peccati, non tamen completiua, sed sola voluntas,& actus eius.Vnde quando amor passio dicitur esse causa peccati ex infirmitate,intelligendum est causa inchoatiua, non completiua, ex hoc enim quòd quis sibi appetit delectationem sensibilem inordinatam,tunc sensualitas,& voluntas in idẽ tendunt,completur peccatum, aliàs non. De hoc videtur loqui Doct.Sanct.secunda secundæ q.54.artic.3.ad tertium, cum dicit. Amor sui quantum ad quæcunque bona, quæ sibi aliquis appetit est cõe principium peccatorum, sed quantum ad hoc specialiter, ꝙ aliquis appetit sibi delectabilia carnis,ponitur amor sui filia luxuriæ.Hæc ille. Patet autem, ꝙ appetere quæcunque bona nõ est amoris sensitiui,ideo talis nõ est cã adequata omnis peccati; sed amor sui in cõi.Cum quo stat, ꝙ amor sensibilis est principiũ peccati,quod est ex infirmitate. Aliud dubiũ est circa istam materiã, cuius inordinationis sit iste amor suiipsius, qui est causa omnis peccati, & inclusus virtualiter saltẽ in appetitu cuiusliber peccati.

Ad hoc respondet Doct. Sanct.secunda secundæ q.25.art.7.ad primum,quòd amor sui,qui est principium peccati est ille,qui est proprius malorum peruersus vsque ad contemptum Dei, vt dicitur 14.de ciui.Dei,quia mali etiam, sic cupiunt exteriora bona, quòd spiritualia contemnunt.Hæc ille. Ex quo patet,quòd amor sui, qui est causa peccatorum est ex genere peccatum mortale, qa est se diligere,sicut finem,quod non est sine contemptu Dei. Velle igitur sibi bonum,quod est contra legem Diuinam, sicut delectationem illicitam,vel velle quandoque sibi bonum,quod potest sibi velle modo indebito,& tali modo, qui inducat contemptum Dei,est amare se inordinatè, & principium peccati.De ista materia,scilicet de amore suiipsius,quando sit inordinatus,& quomodo possit stare cum charitate, & an conueniat bonis, videbimus secunda secundæ q.19.articu. 6.& q.25.artic.7. Quare nunc differenda sunt &c.

ARGVMENTVM in contrarium etiam aperit, quis sit amor sui qui est causa peccati,sicut iam dictum est,quia amor sui vsque ad contemptum Dei, facit ciuitatem Babylonis, & confusionis;sed per peccatum pertinet aliquis ad ciuitatem Babylonis; igitur hoc habet ex amore sui, & sic confirmat conclusionem responsiuam.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd amor sui ordinatus, est debitus & naturalis, ita scilicet quòd velit sibi bonum, quod congruit; sed amor sui inordinatus, qui perducit ad contemptum Dei,ponitur esse causa peccati secundùm Augustinum. * ——— * Lib.14.de ciui.Dei.c. vltimo.

¶Ad maiorem;verũ est,quòd bonum secũdùm se, & debitum, non est causa peccati, potest tamen esse occasio peccati,vt patuit supra q.19.artic.2.ad 2.

¶Ad minorem,negatur quòd amor sui sit secundùm se bonũ, & debitum secundùm se.i. ex propria ratione, & quasi generica, sic quòd quilibet amor sui sit bonus. Si enim quis sibi velit bonũ, quod non congruit sibi,vel vult sibi inordinato modo,quia scilicet plus vult temporale,& sensibile,quàm æternum,& spirituale, amat se indebitè,& malè. Ad probationem dico,quòd præcipitur homini,vt diligat seipsum ordinatè,volendo bona,quę cõgruũt, & modo congruenti; esto enim quis appetat bonum naturale, & quod potest sibi velle, si tamen modus, non est bonus,erit amor malus,vt patet in superbia &c.negatur igitur consequentia &c.

Nota autem verba D. S. quòd amor sui aliquis dicitur naturalis, non quia non sit actus elicitus, vel quia sit aliqua proprietas inhærens, vel actus semper exercitus; sed dicitur naturalis obiectiuè,& specificatiuè, quia videlicet est de bono, quod aliquis nõ potest non appetere.i.cuius contrarium, non potest appetere, & ita necessarius,& determinatus ad vnum;& hoc tangit Doc.San. cum dicit,ita scilicet,quòd velit sibi bonum,quòd congruit, & ex hoc videlicet est ordinatus, & debitus, idest regulatus, & naturalis,vel est naturalis.i.secundùm naturã hominis,vt homo est &c. Pro illa probatione minoris vide secunda secundę q.19.ar.6.quia aliquis præcipitur,aliquis prohibetur.

¶Ad secundum dicendum,quòd concupiscentia qua aliquis appetit sibi bonum,reducitur ad amorem sui, sicut ad causam,vt iam dictum est.* ——— * In corp.

¶Conceditur totum vsque ibi, quod dicitur propter hoc, quia concupiscentia est causa omnis peccati, de hoc patuit sup. q.73. ar.6.ad secundũ,quia concupiscentia, quæ est generalis in omni peccato non est propria causa peccati, sed genus peccati præsertim quo ad formale,& principale peccati, quod est actus interior, qui dicitur concupiscentia largè pro omni complacentia,& affectione peccati;sed de hoc postea ar.seq.ad primum. Dato igitur, quòd concupiscentia sit aliquo modo causa peccati.Dico quòd nõ est prima simpliciter, immo procedit ex amore sui tanquàm prima origine generali, & inclusa virtualiter in concupiscentia omnis peccati,vt patuit circa corpus. Dico vlterius, ꝙ concupiscẽtia est quidẽ alia passio, si accipiatur, vt significat passionem; sed cũ dicimus,quòd concupiscentia est principium omnis peccati,non accipitur pro passione tantùm, sed vt dictum est, generaliter pro omni inordinata affectione,& motu inordinato in proprium bonum, sic etiam amor accipitur generaliter, vt dictum fuit; negatur igitur consequentia.

¶Ad tertium dicendum, quòd aliquis dicitur amare,& illud bonum,quod optat sibi,& se cui bonum optat. Amor igitur secundùm quòd dicitur eius esse, quod optatur,puta quòd aliquis dicitur amare vinum,vel pecuniam,recipit pro causa timorem, qui pertinet ad fugã mali; omne enim peccatum prouenit, vel ex inordinato appetitu alicuius boni,vel ex inordinata fuga alicuius mali,sed vtrũque horum reducitur ad amorem sui, propter hoc enim homo, vel appetit bona, vel fugit mala, quia amat seipsum. ———

¶Concedo

¶Concedo auctoritatem B.Aug.& fuit ẽt supra habita q.72.arti.3.Et est sensus,quòd omne peccatum præsertim in actibus exterioribus prouenit ex inordinato amore concupiscentiæ alicuius boni amati amore concupiscentię,vel ex inordinata fuga mali,& contingit, ꝙ amor concupiscentiæ alicuius boni concupiti etiam proueniat ex timore malè humiliante.i. ex inordinata fuga mali;sicut ex hoc,ꝙ aliquis timet deficere,& incurrere miseriam, & paupertatem,inducitur in amorem pecuniarũ,& possessionũ, & bonorum temporaliũ ẽt inordinatũ, licet & iste timor oriatur ex appetitu alterius boni,& amore cõcupiscẽtię q̃q;. Vide ad quartum in sequenti ar.sed negatur consequentia, ꝙ nõ solus amor sui sit cã peccati primordialis, & originalis simpliciter; nã amor concupiscentię boni concupiti(qui dr malè inflammans.i.afficiẽs appetitum inordinatè;quia amor comparat̃ igni, & calori præsertim concupiscentię,& amor sensitiuus) reducitur saltem aliqñ in timorem malè humiliantem.i.prosternentem appetitum, quia timor assimilatur fugę,& resilitioni,sed vtrunq; horum reducitur, sicut in primam cãm in amorem sui, fugitur enim malum.s.miseria propter amorem suiipsius,& concupiscunt̃ bona propter amorem sui,vt patuit,quare amor sui amicitiæ,est cã amoris concupiscentiæ,& timoris, & fugę mali; & de istis supra sępius patuit in materia passionũ; quia accessus ad bonum est causæ fugę, & recessus a malo,D.S. in ista solutione primò exponit antecedens, & auctoritatem B.Aug.& postea negat consequentiam &c.

¶ Ad quartum dicendum, quòd amicus est quasi alter ipse,& ideo, quod peccatur propter amorem amici, videtur propter amorem sui peccari. ———

¶Dico ad assumptum, ꝙ peccat quis propter amorẽ amici; sed talis amor comprehenditur sub amore sui,quia non facit aliquid inordinatum propter amicum, nisi vt ipsum habet tanq̃ seipsum, quia amicus alter ipse est, sicut etiam sup. dictum est.q.47.art.1.ꝙ aliquis irascitur propter factum contra amicum in q̃tum eum hat tanq̃ seipsum, amor igitur sui, & quasi sui est causa peccati &c.

Vtrum conuenienter ponantur causæ peccatorum esse hæc tria, quæ ponuntur 1. Io. 3. videlicet concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.

I Infra quęst. 108. ar.3.ad 4. Et 2.dist. 42. q.2.art. 1. Et Mal. q.8.artic.1. ad 23.

AD quintum sic proceditur. Vr ꝙ incõueniẽter ponantur causę peccatorum esse cõcupiscẽtia carnis cõcupiscẽtia oculorũ,& superbia vitæ,qa secũdùm Apostolum 1.ad Timoth.vltimo. Radix omnium malorum est cupiditas; sed superbia vitæ sub cupiditate non continetur;ergo non debet poni inter causas peccatorum.

*Dan. 13. ¶ 2 Præt. concupiscentia carnis maximè ex visione oculorum excitatur, secundùm illud * Daniel 13. Species decepit te; ergo non debet diuidi concupiscentia oculorum contra concupiscentiam carnis.

q.30.ar.2. & q.23.art. primo. ¶ 3 Præt.Concupiscentia est delectabilis appetitus, vt supra habitum est, delectationes autem contingunt, non solùm secundùm visum, sed etiam secundùm alios sensus;ergo deberet etiam poni concupiscentia auditus, & aliorum sensuum.

* Arti.4.ad tertium. ¶ 4 Præt. Sicut homo inducitur ad peccandum ex inordinata concupiscentia boni, ita etiam ex inordinata fuga mali, vt dictum est, * sed nihil hic enumeratur pertinens ad fugam mali;ergo insufficienter causæ peccatorum tanguntur.

¶ Sed contra est,quod dicitur * 1. Io.2. Omne quod est in mundo,aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum,aut superbia vitæ. In mundo autem dicitur aliquid esse propter peccatum; vnde & ibidẽ dicit,ꝙ totus mundus in maligno positus est; ergo prædicta tria sunt causæ peccatorum.

¶Hic consequenter quæritr de alia cã, & passione in speciali,s. concupiscentia. Nota aũt,ꝙ sicut dictum est ar.præc. amor suiipsius dicitur esse cã oĩs peccati, & non tñ solũ amor sensitiuus, & passio, sed ẽt amor in communi; sicut ẽt sup.q.28. ar.6.dixit D.S. cum dicitur amans omnia agere ex amore,loquitur de amore cõmuniter accepto prout comprehendit naturalem,rationalem, & intellectualem;sic in proposito per concupiscentiã intelligit̃ non solũ de passione,sed de appetitu cuiuscunque boni,vt patebit, qa autem concupiscentia trifariam diuiditur, ideo vt & verificet auctoritas adducta in argumento in oppositum D.S.quærit de triplici concupiscentia,s.carnis,oculorum,& superbia vitæ.Ex quo patet,ꝙ non quærit de concupiscentia,quæ est passio tantũ,quia superbia vitæ non est solũ passio, sed etiam simplex motus voluntatis,similiter concupiscentia oculorum, vt patet,ad secundum.

* Art.4.huius quæst. ¶ Respondeo dicendum, quòd sicut iam dictũ est;* inordinatus amor sui est causa omnis peccati, in amore autem sui,includitur inordinatus appetitus boni, vnusquisque enim appetit bonum ei quem amat. Vnde manifestum est, quòd inordinatus appetitus boni est causa omnis peccati. ———

Conclusio responsi. ¶Conclusionem formaliter rñsiuam D.S. expresè nõ ponit in corpore, sed in argumento in contrariũ quam tñ clarè probat in corpore,& est talis conclusio rñsiua. Conueniẽter hæc tria ponũtur causæ peccatorũ.s.omnium. Probat,inordinatus appetitus boni(.s.vniuersaliter)est cã oĩs peccati, sed hæc tria dñt inordinatũ appetitum oĩum bonorũ temporaliũ, igitur sunt causæ oĩs peccati. Ad hunc sensum, ꝙ non fit aliquod peccatum in exterioribus actibus quin procedat ex aliqua illarũ concupiscentiarũ. Huius rõnis.D.S.ponit,& probat primò maiorem,secundò minorẽ,ibi. Bonum aũt dupliciter. Maior ergo probat̃ sic, inordinatus amor sui est cã oĩs peccati, sed in amore sui inordinato includit̃ inordinatus appetitus boni;ergo sequit̃ maior,principalis. Ista maior patuit ar.præce.Minor patet, vnusquisq; enim appetit bonum ei quẽ amat, igit̃ si inordinatè amat,inordinatè appetit; & vult ista probatio,ꝙ quia amor sui non excludit cupiditatẽ, immo omnis amor est cũ concupiscentia,ideo sicut amor est cã oĩum ita cupiditas; nã vt patuit amare se est sibi cõcupiscere bonũ, amori ergo sui sp annectit̃ cõcupiscẽtia, quare maior vera,ꝙ inordinatus appetitus(suppositione cõi) est cã oĩs peccati. Cã in q̃ secunda, sicut amor sui simp̃r prima,immo idẽ est actus amor sui, & cõcupiscẽtia boni,q tñ principalius est sui,q̃ boni cõcupiti,vt patuit. Et nota iuxta ar.4. ꝙ peccatũ est ex appetitu inordinato boni tpalis,ita tñ ꝙ sub tpali cõprehẽdat̃ ẽt spũale ĩordinatè appetibile. Tũc ibi,

¶Bonum autem dupliciter est obiectum sensibilis appetitus,in quo sunt animę passiones,quæ sunt causa peccati. Vno modo absolutè secundùm quòd est obiectum concupiscibilis. Alio modo sub ratione ardui prout est obiectum irascibilis,vt supra dictum est.* Est autem duplex concupiscentia,sicut supra habitum est.Vna quidẽ naturalis,quæ est eorum quibus natura corporis sustentatur,siue quantum ad conseruationem indiuidui, sicut cibus,& potus,& alia huiusmodi; siue quantum ad conseruationem speciei,sicut in venereis, & horum inordinatus appetitus dicitur concupiscentia carnis. ——— *q.23.ar.1. q.30.ar.3.

¶Procedit ad principalẽ minorem probãdã, ꝙ qua oportet notare prius,ꝙ iuxta D.S.2.2.q.162.ar.3.Irascibilis dupl̃r accipitur, vno mõ propriè prout est pars appetitus sensitiui. Alio mõ accipiẽ irascibilis largius,vt s.ẽt pertineat ad appetitũ intellectiuum, cui ẽt q̃q; attribuitur ira prout irã attribuimus Deo, & Angelis,nõ quidẽ ẽm passionem &c. Si ergo arduũ, quod est obiectũ supbiæ, esset solũ aliquod sensibile in quod posset tẽdere appetitus sensitiuus,oporteret ꝙ superbia esset in irascibili, q̃ est pars appetitus sensitiui;sed quia arduũ,qđ respicit supbia cõiter inuenitur, & in sensibilibus,& in spũalibus rebus, necesse est dicere,ꝙ subiectum supbię sit irascibilis nõ solũ propriè sumpta prout est pars appetitus sensitiui, sed ẽt cõius,prout inuenit̃ in appetitu intellectiuo. Hæc ille, & sicut ipse dicit,ꝙ irascibilis accipit̃ dupl̃r, ita possumus dicere,ꝙ concupiscibilis accipit̃ dupl̃r, propriè,& largè,put volũtas respũ boni absoluti dr concupiscibilis, quare vr, ꝙ sicut sub bono arduo,& appetitu ipsius nõ solũ dẽt intelligi motus appetitus sensitiui qui est passio, sed ẽt motus volũtatis in bonũ spũale, insensibile;vñ quamuis D.S.consequenter in articulo videatur solũ probare de cõcupiscẽtia carnis,& oculorũ,vt sunt passiones cõcupiscibilis,tñ sub istis,p̃sertim sub cõcupiscentia oculorũ, dẽt ẽt intelligi cõcupiscẽtia cuiuscunq; boni spũalis, sicut & supbia vitæ,iuxta iã allegata,ponitur in irascibili largè accepat, ita ꝙ hæc tria cõprehẽdãt, & oẽm passionẽ concupiscibilis, & irascibilis,vt patebit,& oẽm motũ voluntatis quo appetitur bonũ spũale absolutè,vel arduũ; iustè tñ D.S.hic loqtur solũ de passionibus exp̃sè, qa intẽtũ huius q̃onis est q̃rere q̃o passiones sint cãe peccati &c.His ergo notatis, ꝓbatur minor sic.Cõcupiscẽtia carnis dicit inordinatũ appetitũ bonorũ absolutè, q̃ sunt obiecta cõcupiscẽtiæ naturalis,& est concupiscẽtia naturalis, cõcupiscẽtia oculorũ dicit inordinatũ appetitũ delectabiliũ ẽm interiorẽ apphensionẽ, & est cõcupiscẽtia animalis, siue intelp̃r oculorum.i.visionis &c. Supbia aũt vitæ dicit inordinatũ appetitũ bonorũ ardui, sed nõ sunt alia bona tpalia hoĩs p̃ter ista; ergo minor principalis vera. Minor iã assumpta patet, sed maiorẽ D.S.primò ꝓbat, sequndò eliçit quoddã corollariũ,ibi.Et sic patet &c. Maiorẽ probat ex quadã distinctione,& primò primã partẽ,secũdò secũdam,ibi.

Alia

Alia aũt est cõcupiscentia, tertiò tertiã, ibi. Appetitus autem &c. Notat ergo D.S. distinctionẽ, ꝙ bonum dupliciter est obiectum sensibilis appetitus in quo sunt passiones, q̃ sunt cã pcti (sub qb. intellige motus volũtatis, nisi intelligeretur D.S. de pctõ ex infirmitate, qa tale solũ est ex passione appetitus sensitiui) vno mõ ab soluto ſm ꝙ est obiectũ concupiscibilis. alio mõ sub rõne ardui put est obiectũ irascibilis, vt patuit sup. q. 23. art. 1. Primũ aũt mẽbrũ subdiuiditur, qa est duplex cõcupiscẽtia, & duplex cõcupiscibile p̃ consequẽs, vt patuit sup. q. 30. ar. 3. vna est naturalis. s. obiectiuẽ, qa videlicet rei facientis ad sustentationẽ naturæ, & corporis, siue q̃tum ad cõseruationẽ indiuidui, sicut cibus, & potus &c. Ex illo mẽbro iã satis clarè patet prima ps maioris sup. dictę &c.

¶ Alia est concupiscentia animalis eorum. s. quæ per sensum carnis sustentationem, aut delectationem, non afferunt, sed sunt delectabilia secundùm apprehensionẽ imaginationis, aut alicuius huiusmodi acceptionis, sicut sunt pecunia, ornatus vestium, & alia huiusmodi; & hæc quidem animalis concupiscentia vocatur concupiscentia oculorum, siue intelligatur concupiscentia oculorũ, idest ipsius visionis, quæ fit per oculos, vt referatur ad cu-
* Aug. c. 35. parũ a prin ci. to. 1. riositatem, secundùm quòd Aug. exponit in 10. cõfes.* siue referatur ad concupiscentiam rerum, quæ exterius oculis proponuntur, vt referatur ad cupiditatem secundùm quòd ab alijs exponitur.

¶ Deducit secundã partẽ maioris, p̃ qua notat secũdũ mẽbrum subdiuisionis, ꝙ alia est cõcupiscẽtia animalis, hoc est eorum, q̃ nõ faciunt ad conseruationẽ naturæ corporis immediatè, nec ſm delectabilia ſm sensum corporalẽ exteriorẽ. s. tactum, & gustum, sed ſm apprehensionẽ imaginationis, aut alicuius hmõi interioris acceptionis ẽt rõnis particularis, vt patuit sup. sicut est ornatus vestiũ pecunia, honor, & hmõi, de quibus sup. q. 60. ar. 5. Et nota ꝙ D.S. dicit, ꝙ ornatus vestium sit bonũ imaginationis, & obiectũ delectationis, & concupiscẽtiæ animalis; nã vestis vẽ aliquaẽr ad sustentationẽ corporis facere, nõ aũt ornatus &c. Ex hac declaratione satis patet secunda pars maioris p̃cedẽtis. Sed notat D.S. ꝙ hæc pars. s. cõcupiscẽtia oculorũ dupliciter exponitur, vno mõ cõcupiscentia oculorũ. i. cõcupiscentia visionis extendendo ad apprehensiuã qualiber, vt referat ad curiositatẽ, q̃ cõsistit circa delectationẽ cognitionis oĩum sensuum immo oĩum apphensiuarũ, denoĩatur aũt magis cõcupiscẽtia oculorum, qa oculi sunt ad cognoscendum in sensibus principales. Alio mõ exponit cõcupiscẽtia oculorum. i. rerum, q̃ exterioribus oculis ꝓponunt, licet non oĩum, vt patet ad secundũ, quia nõ earum, q̃ cõcupiscunt ad delectationẽ tactus immediatè, & nõ faciunt ad sustentationẽ vitę immediatè; & q̃ocunq; intelligat, tunc cõcupiscentia oculorum dicit appetitum inordinatum, vel cognitionẽ sensibilis, vel rerũ cognitarũ p̃ sensus, nõ vt faciunt ad vitã. Curiositas enim, vt habet D.S. 2. 2. q. 167. ar. 2. ad 1. est circa cognitionis delectationẽ, vel cõcupiscentiã inordinatã; licet luxuria, & gula sint circa delectationes cognitionis, q̃ sunt ĩ vsum rerũ tãgibiliũ. Cõsequẽter cũ dicit.

¶ Appetitus autem inordinatus boni ardui pertinet ad superbiam vitæ; nam superbia est appetitus inordina-
* q. 84. art. 3. & secunda secundæ q. 162. ar. 1. tus excellentiæ, vt inferius dicetur.*

¶ Ponit tertiã partẽ maioris sępe dictæ, & eam declarat iuxta secundum mẽbrũ primæ distinctionis, qa superbia est appetitus inordinatus excellẽtiæ, q̃ est bonũ arduũ. D.S. tñ circa istã partẽ remittit; se ad secũdã. 2. q. 162. vbi deterĩat de supbia ex intẽtione, qa est circa bonũ arduũ nõ solũ sensibile, sed ẽt spũale; ac propterea nõ solùm in irascibili sensitiuo, vt patet ex dictis. Deinde ibi.

¶ Et sic patet, quòd ad ista tria reduci possunt omnes passiones, quæ sunt causa peccati; nam ad duo prima reducuntur omnes passiones concupiscibilis, ad tertium autem omnes passiones irascibilis.

¶ Infert ex istis oĩbus iã dictis corollarium quoddam circa, qđ secundò soluit dubium, ibi. Quod iõ non &c. Corollariũ igit est. Ad ista tria reduci pñt oẽs passiones, q̃ sunt cã peccati. Patet, qa ad duo prima. s. concupiscentiam carnis, & oculorũ, quæ sunt boni absolutè, reducunt oẽs passiones cõcupiscibilis, qa ẽt ipsę sunt boni absolutè. Ad tertium autem. s. superbiam vitæ reducũtur omnes passiones irascibilis, quia & ipsa est in irascibili largè dicto. s. sensitiua, & intellectiua &c. Tunc ibi.

¶ Quod ideo non diuiditur in duo; quia omnes passiones irascibilis conformantur concupiscentiæ aĩali.—

¶ Soluit quoddam dubium circa corollarium prædictũ, quare ẽt non sit duplex concupiscentia respectu boni ardui, sicut est duplex respectu boni absolutè videlicet naturalis, & aĩalis, qa cõcupiscẽtia circa bonũ absolutè diuersificatur, qa sequunt diuersas apprehensiones, vt patuit sup. q. 30. ar. 3. ad tertiũ, & qa sunt bonorũ apphensorum per sensum exteriorẽ, vel interiorẽ, iõ sunt distinctę concupiscentiæ, & passiones; sed oẽs passiones irascibilis conformant concupiscẽtiæ aĩali, quia sequuntur ẽt solũ apphensionem interiorem, & aĩalẽ, sicut patet de spe timore, & oĩbus, quia sunt solũ respectu apphensorum per imaginationẽ, & iõ motus in arduum non p̃ot subdiuidi in duo ſm duplicem apprehensionem.

¶ Nota ꝙ ex his hr implicitè in quo gñe capiditas, vel concupiscẽtia sit cã pcti, quia D.S. innuit, ꝙ causet peccatum, sicut passio. Constat aũt, ꝙ passio est cã actus exterioris, sicut rõ efficiendi ipsum, quare & concupiscentia cuiuscunq; rei est cã huiusmodi, nõ videlicet perfectè effectiua, sed rõ efficiendi; non enim prosequeret quis actum circa obiectum, nisi sit concupitũ. Nota quoq;, ꝙ cõcupiscentia, vt tactum est ar. præc. est cã oĩs peccati distributione accommoda, & peccati exterioris; nã nõ est cã suiipsius, & tñ ipsa est peccatũ, nec est cã amoris ex qua ipsa p̃cedit, est igitur cã oĩum pctõrũ exteriorũ capiẽdo cõcupiscẽtiã in suppõne cõi &c.

ARGVMENTVM in contrarium continet, & confirmat conclusionem iam probatam.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd secundùm ꝙ cupiditas importat vniuersaliter appetitum cuiusliber boni, sic etiam superbia vitæ continetur sub cupiditate; quomodo autem cupiditas, secundùm quod est speciale vitium, quod auaritia nominatur, sit radix omnium
* q. 84. art. 1. peccatorum infra dicetur.*

¶ Ad maiorem sunt opiniones q̃o ista auctoritas intelligatur, sed de hoc infra q. 84. art. 1. & patuit sup. q. 73. art. 2. ad secundum. Dico enim ꝙ cupiditas, vt est speciale peccatum, est radix, & causa omnium, sed cupiditas accepta cõiter pro appetitu inordinato cuiuscunque boni, est genus omnium peccatorum p̃sertim quantum ad principale peccati. Ad minorem negatur, ꝙ superbia non continetur sub cupiditate gñaliter dicta, & cupiditas, quæ est speciale peccatum. i. auaritia est cã, & radix omnium peccatorum in vno gñe; cum quo stat, ꝙ superbia, & quæda aliæ causæ sunt priacipia in alio gñe, vt patebit vbi iam ar. 2. Vnde negat cõsequẽtia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd concupiscẽtia oculorum non dicitur hic concupiscentia omnium rerum, quæ videri oculis possunt; sed solùm earum in quibus non quæritur delectatio carnis, quæ est secundùm tactum, sed solùm delectatio oculi, idest cuiuscunque apprehensiuę virtutis.

¶ Ad maiorem, vera, de oculorũ exteriorũ visione. Sed dico, ꝙ in proposito non loquimur de concupiscẽtia oculorũ. i. cõcupiscẽtia causata ex re visa tm̃, q̃ concupiscit ad delectationem carnis, quæ est ſm tactũ; sed intelligimus per cõcupiscentiã oculorũ, concupiscentiã cuiuscunq; rei, quæ delectat ſm apprehẽsionẽ interiorẽ quãcunq;, hoc est dicere, ꝙ capit pro cõcupiscentia rei, quæ est bonũ imaginationis, & delectat ſm ꝙ est apphensa interiori apprehensione, sicut dictum est sup. q. 60. art. 5. ꝙ quędam sunt bona hoĩs ſm corpus, & tactũ, quæda sunt bona ſm imaginationẽ, sicut est honor, & pecunia; & concupiscentia taliũ, quæ non pficiunt hoĩem ſm corpus immediatè, dñr concupisci concupiscentia oculorũ. i. qui sunt delectabilia ſm apprehensionẽ quasi spiritualẽ, & non ſm corporalem contactum. Vñ negat cõsequẽtia; quia argm̃ procedit ac si p̃ cõcupiscẽtiã oculorũ intelligeret tãtũ cõcupiscẽtia eorũ, quæ oculis exterioribus videri possunt, illa. n. excitãt cõcupiscẽtiã carnis; sed aliter intelligit, vt dictũ est. s. de cõcupiscẽtia, quæ est, vel apprehensionis sensũ, q̃ est curiositas, vel quæ est rerum, quæ delectant secundùm apprehensionem, & non secundùm contactum corporalem, & vsum earum &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sensus visus est excellentior inter omnes alios sensus, & ad plura se extendẽs,
* Cir. prin. tom. 3. vt dicitur in primo Metaphysicæ,* & ideo nomen eius transfertur ad omnes alios sensus, & etiam ad omnes interiores apprehensiones, vt Augustinus dicit in libro de verbis domini.*

* Augustin. serm. 33. 2 med. to. 10. ¶ Maior vera, quia cõcupiscẽtia, q̃ est passio est appetitus delectabilis ſm sensum, & naturalis quidẽ est delectabilis rei, q̃ delectat ſm tactũ, q̃ vocat hic cõcupiscentia carnis. Concupiscentia aũt aĩalis est delectabilis ſm apphensionem aĩalẽ. s. interiorem, & hẽt locũ solũ in hoĩe, & de hoc patuit sup. q. 30 ar. 2. & q. 23. ar. 1. & secundã dicimus cõcupiscentiã oculorũ. Ad minorem, cõcedit ꝙ delectationes cõtingunt ſm alios sensus ẽt, sed addo, ꝙ nomẽ sensus visus aptius est ad significandũ apphensionem interiorem quãcunq;, q̃ nomina aliorum sensuum, tũ pp eius cõtrariẽm, tũ ꝓpter eius perfectionem, vt patet ẽt 1. par. q. 67. ar. 1. Vñ conuenienter visus noĩe visus, & oculi denotat apphensio quæcunq;, quare negat cõsequentia, esto enim per auditũ possit ẽt cõsurgere, & prouenire cõcupiscentia aĩalis quã hic dicimus oculorũ, tñ quia nõ ꝓuenit, nisi mediãte interiori apprehensione ad quã significãdũ nomẽ oculi, vel visus congruentius assumit, iõ negat consequentia.

* Acti. 4. ad tertium, & q. 15. art. 1. ¶ Ad quartum dicendum, quòd fuga mali causatur ex appetitu boni, vt supra dictum est,* & ideo ponitur solùm

solùm passiones inclinantes ad bonum tanquàm causę earum, quæ faciunt inordinatè fugam mali.

¶ Maior quidẽ vera, ꝙ inducitur homo in peccatũ ex inordinata fuga mali, sed tñ fuga mali sp oritur ex appetitu boni plerunque amore. s. concupiscentiæ, qa fugiẽs malũ iñtum impedit, vel est cõtrariũ amato amore cõcupiscẽtię. i. cõcupito, & ad oẽ minus puenit oĩs fuga mali (sicut est ẽt timor malẽ humiliãs) ab amore boni, vt patuit ex dictis art. 3. ad tertiũ, & sup. q. 25. art. 2. & sępius. Ad minorem dico, ꝙ nihil enumeratur pertinens ad fugam mali expresse, tñ vt dictum est in cor. ĩ corollario, oẽs passiones sub istis intelliguntur, quare negat consequentia; quia magis debuerunt poni, quæ dñt prosecutionem boni, q̃ fugam mali, quia sunt causæ aliarum. ¶ Nota aũt ne videatur esse apparens cõtrouersia inter solutionem tertij in ar. præc. & inter principium huius solutionis. Dixit enim solutio præcedentis ar. ꝙ timor malẽ humiliãs fit cã appetitus boni amati amore concupiscentiæ, vt dicebatur, timor aũt dicit fugam mali, vt constat. Ista aũt solutio dicit, ꝙ fuga mali causatur ex appetitu boni &c. sed intellige illud dictum pñtis solutionis, vt in plurimum, & regulariter, quia cõiter fugiẽs malum propter bonum concupitum, vt constat, iõ enim odio, timeo ad abominor sunt cõtra bonum concupitũ. Secundò potest dici, ꝙ D.S. hic sub appetitu boni comprehendit ẽt amorem amicitiæ, & amorem sui, vt amor amicitiæ est, & sic nõ patitur dubiũ quin semper fuga mali ex appetitu boni oriatur &c. Vide sup. q. 1. ar. 2. in fine allegatos multos passus ex hoc libro, ex quibus habetur quomodo amor boni sit causa fugę mali, & quòd nec actũ olitionis habet appetitus respectu mali, nisi propter bonũ &c.

Vtrum peccatum alleuietur propter passionem.

K Supra q. 23. artis. 3. ad 3. Et q. 47. ar tic. 2. co. Et Ver. q. 26. ar ti. 7. Et Mal. q. 3. art. 11. *Ar. præc. AD sextum sic proceditur. Videtur quòd peccatũ non alleuietur propter passionem. Augmentum enim causæ auget effectum, si enim calidum dissoluit magis calidum magis dissoluit, sed passio est causa peccati, vt habitum est, * ergo quantò est intensior passio, tantò est maius peccatum; passio igitur, non minuit peccatum, sed auget.

¶ 2 Præt. Sicut se habet passio bona ad meritum, ita se habet mala passio ad peccatum; sed bona passio auget meritum, tantò enim aliquis magis videtur mereri quantò ex maiori misericordia pauperi subuenit; ergo etiam mala passio magis aggrauat peccatum, q̃ alleuiet.

¶ 3 Præt. quantò intensiori voluntate aliquis facit peccatum, tantò grauius videtur peccare, sed passio impellens voluntatem facit eam vehementius ferri in actũ peccati; ergo passio aggrauat peccatum.

¶ Sed contra. Passio ipsa concupiscentiæ vocatur tentatio carnis, sed quantò aliquis maiori tentatione prosternitur, tantò minus peccat, vt patet per Augus.* ergo passio diminuit peccatum.

* August. Innuit lib. 14. de ciuit. Dei. c. 12. in fin. to. 5. ¶ Hæc est secunda pars huius quæstionis, in qua Doct. Sanct. ostendit quomodo passio facit ad quantitatem peccati, & primò facit hoc, secundò mouet quoddam dubium articu. 8. Primum in duas; quia primò ostendit quomodo minuat, vel augeat. secundò quomodo excusęt, ar. sequenti &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd peccatum essentialiter consistit in actu liberi arbitrij, quod est facultas voluntatis, & rationis, passio autem est motus appetitus sensitiui.

¶ Doct. Sanct. in hoc corpore duo facit, primò præmittit quandam distinctionem, secundò secundùm eandem euacuat quæstiũ, ibi. Si igitur accipiatur &c. Circa primum primò præmittit rationem distinctionis per modum notabilis. Secundò ex hoc infert distinctionem, ibi. Appetitus autem &c. Ratio distinctionis, vel notabile fundamentale stat in hoc, quòd peccatum essentialiter stat in actu liberi arbitrij (intellige in actu elicito principaliter, & in actu imperato secundario) quorum tamen vterque est actus liberi arbitrij, quod est facultas voluntatis, & rationis ad sensum sup. dictum. q. 1. art. 1. Passio autem est motus appetitus sensitiui, & iõ si quis velit respondere ad quæsitum, quomodo. s. passio alleuiet, vel augeat peccatum videat quomodo passio se habeat ad liberũ arb. dicit autem Doct. Sanct. magis de libero arbit. quia voluntas, non est causa peccati, vt natura secundùm quòd potest accipi sub hoc nomine voluntas significata, sed vt est liberum arb. habens se ad opposita, & liberè in vnum declinans. Consequenter cũ dicit.

* Ar. 1. & 2. huius quæs. & q. 10. ar tic. 3. ¶ Appetitus autem sensitiuus potest se habere ad liberum arbitrium, & antecedenter, & consequenter. Antecedenter quidem secundùm quòd passio appetitus sensitiui trahit, vel inclinat rationem, vel voluntatem, vt supra dictum est. Consequenter autem secũdùm quòd motus superiorum virium si sint vehementes redundant in inferiores, non enim potest voluntas intensè moueri in aliquid q̃n excitet aliqua passio in appetitu sensitiuo.

¶ Infert distinctionem explicantem quæsitum, quæ & determinat, & explicat notabile prædictum. s. quòd appetitus sensitiuus se potest habere (. s. affectus aliqua passione) ad liberum arb. dupliciter. Vno modo antecedenter. Alio modo consequenter. Antecedẽter quidem secundùm quòd passio trahit, vel inclinat rationem, vel voluntatem, vt dictum est ar. 1. & 2. quia videlicet facit, vt ratio dimisso vniuersali iudicio iudicet in particulari conformiter passioni, & mediante tali iudicio rationis inclinat voluntatẽ &c. Consequenter secundùm quòd motus voluntatis, & rõnis si sint vehementes redundant in inferiores vires. Non enim potest volũtas intensè moueri in aliquod, quin excitetur aliqua passio in parte sensitiua. ¶ Nota autem quòd passio se habet consequenter dupliciter, vno mõ per modum redundantiæ. Alio modo per viam electionis, vt patuit sup. q. 24. ar. 3. ad primum D.S. autem hic solũ tangit vnum modum. s. redundantiæ, quia talis euidenter attestatur perfectioni voluntatis, & oportet, quòd ratio dictet primò sine passione dictamen vniuersale, & particulare, & ex hoc, quòd voluntas secũdum iudicium, quod rõ sola dictauit fortiter mouet in id quod dictatum est, consequitur passio in appetitu sensitiuo.

¶ Si igitur accipiatur passio secũdùm quòd præcedit actum peccati, sic necesse est, quòd diminuat peccatum, actus intantum est peccatum inquantum est volũtarius, & in nobis existens; esse autem aliquid in nobis dicitur per rationem, & voluntatem; vnde quantò ratio, & volũtas ex se aliquid agunt non ex impulsu passionis magis est voluntarium, & in nobis existens, & secundùm hoc passio minuit peccatũ, inquantũ minuit voluntarium.

Conclusio prima responsiua. ¶ Hic consequenter D.S. rñdet ad quæsitum ſm prædictam distinctionem duabus conclusionibus, secundam ponit ibi. Passio aũt &c. Conclusio ergo prima rñsiua. Passio secundũ, quòd præcedit actum peccati (. i. iudicium, & consensum in actũ peccati) habendo se ãcedenter ad liberum arbi. sic necesse est, quòd diminuat peccatum. Probatur conclusio, passio talis isto mõ se hñs minuit voluntarium, igitur ẽt peccatum. Tenet cõsequẽtia, qa actus in tñ est peccatum inq̃tum est voluntarius, & in nobis existens. i. in potestate nra, hoc est facultate voluntatis, & rõnis, sic videlicet, ꝙ procedat ab his tanq̃ principijs liberis. ¶ Nota aũt, ꝙ actus in tantũ est peccatum. i. culpa, & tantò maiorẽ habet grauitatẽ gñicã iñtum voluntarium, sed non grauitatem specificã, nec est tale peccatum ex voluntario, sed ex obiecto, vt patuit sup. q. 73.

¶ Nota ꝙ per hæc tria Philosophus idem intelligit. s. per esse ĩ nobis, & per esse voluntarij, & in nra potestate. Id enim est in potestate nra, quod possumus facere, & non facere. Antecedẽs patet, q̃tò rõ, & uoluntas ex se aliquid agit, tantò est magis volũtarium (& supple q̃tò minus ex se tantò minus voluntarium) sed impetus passionis, vel impulsus eius facit, vt minus ex se agãt, igit &c. Maior patet, quia uoluntariũ, sicut & naturale dr̃, cuius principiũ est intra; & principium voluntarij, oportet ꝙ sit nõ quodcunque intra hoĩem existens, sed uolũtas ipsa cũ suo per se motiuo. s. rõne, passio aũt est extra illa; ergo maior vera. Minor de se patet, immo passio facit, vt rõ, & voluntas relinquãt id in qđ ex se mouebant, & insequunt passionem. Patet igit, ꝙ peccãs ex iudicio rõnis, quod extorsit passio minus peccat, q̃ ille q̃ peccat ex iudicio particulari ad quod nulla passio concurrit &c. Deinde cum dicit.

¶ Passio autem consequens, non diminuit peccatum, sed magis auget, vel potius est signũ magnitudinis eius, inquantum scilicet demonstrat intensionem voluntatis ad actum peccati.

Conclusio secundare sponsiua. ¶ Subiungit secundam conclusionem iuxta secundũ membrũ prædictum ex qua secundò verificat, & infert, quoddã cõe dictũ, ibi. Er sic verum est &c. Conclusio ergo secunda est. Passio consequẽs nõ diminuit peccatum, sed magis auget, vel potius est signũ magnitudinis eius. Probat conclusio, talis passio demõstrat intensionem uoluntatis (. s. & non causat eã) ergo auget, vel potius est signũ magnitudinis eius. Antecedens patet ex dictis, quia ex perfecto iudicio, & uoluntate redundat talis passio, & non ex quacunque voluntate. Dr̃ autem notãter auget peccatum, vel potius &c. quia secundum est magis verum; nam talis passio non causat peccatum, nec maliciam eius, sed est effectus causæ peccati, & concomitatur peccatum potius, q̃ causet, & ideo ostendit magnitudinẽ per se causæ peccati, & ex consequenti ostendit, & magnitudinẽ.

¶ Et sic verum est quantò aliquis maiori libidine, vel concupiscentia peccat, tantò magis peccat.

¶ Verificat & infert quandam cõem propositionem ex pceden-
ti conclusione, ꝙ s. q̃tò aliquis maiori libidine, vel concupiscentia

tia peccat tantò magis peccat. s. concupiscentia consequente per viam redundantiæ; quia ostendit maiorem voluntatem ad peccatum, verificatur ēt de maiori libidine, quæ est inclinatio propria voluntati non proueniens ab extrinseco, & de hac propositione ēt supra q. 73. ar. 6. ad secundum. Et ponit D.S. illam propositionē propter argumentum in contrarium, quia illud dicit ex Aug. pro prima conclusione, ꝙ quantò aliquis maiori tentatione prosternitur, tantò minus peccat, & ideo ne hoc intelligeretur etiam de passione consequenter se habēte, posuit D.S. illā expositionē &c.

Vnde confirmatur conclusio prima argumento in cōtrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd passio est causa peccati ex parte conuersionis, grauitas autem peccati magis attenditur ex parte auersionis, quæ quidem ex cō uersione sequitur per accidens. i. præter intentionē peccantis, causæ autem per accidens augmentatæ non augmentant effectus, sed solùm causæ per se.

¶ Ad maiorem augmentata causa per se, augmentatur effectus, & hoc ostendit exemplum argumenti de calido, quia est per se cā dissolutionis: sed non oportet in cā per accidens, sicut & de ignorantia patet, quæ est cā per accidens; nō enim q̄tò maior est ignorantia, quæ est cā peccati, tantò maius est peccatum, immo minus scilicet in rōne culpæ, & formaliter; nec oportet ꝙ q̄tò maior est remotio prohibentis, tātò maior & velocior sit defensus grauis, sed quantò maior grauitas. Ad minorem dico, ꝙ passio est cā peccati per se quidē perficitate morali actus peccati, sed nō per se ipsius inordinationis, quod est dictum sub alijs verbis, ꝙ est cā peccati ex parte conuersionis non auersionis, ex cuius parte attendit maior grauitas peccati, non ex parte cōuersionis. Dictū est enim supra, ꝙ si quis se conuerteret absque auersione nullum sit peccatum saltē perfectum; quare negatur consequentia de passione antecedente intelligendo, quia passio per se. i. facit, vt passionatus ex intentione se conuertat, & intendat actū peccati, & ex hoc nō hēt grauitatem; sed non facit, vt p se id est ex intētione se auertat immo facit, vt minus auertat, qa minuit voluntatē cuius est se auertere, & impedit ne rō adeo cōtēnat, qa impedit eius considerationē.

¶ Ad secundum dicendum, quòd bona passio consequens iudicium rationis augmentat meritum, si autem præcedat, vt s. homo magis ex passione, q̄ ex iudicio rationis moueatur ad bene agēdum, talis passio diminuit bonitatem, & laudem actus.

¶ Maior vera, capiendo passionē bonam, & malā proportionabiliter. s. vt ambę rōnem præcedant, vel ambę sequant. Ad minorē dico, ꝙ si intell. de bona passione p̄cedente, q̄ est cā actus, negatur, & ad probationem dico negando eā, ꝙ tantò magis mereat, q̄tò ex maiori misericordia pauperi subueniē loquendo de misericordia, vt est passio antecedens volūtatem, secus si misericordia diceret simplicem motum voluntatis, quia quantò iste est maior informatus charitate tantò maius meritum, pōt enim iuxta tacta sup. q. 59. ar. 1. ad tertium, misericordia dupliciter, vel tripliciter accipi &c. Si aūt intelligitur minor de bona passione consequente præsertim per viam redundantiæ conceditur ipsa, & eius probatio. Passio enim imperata magis facit cum actu voluntatis plura bona, quàm ostendat actum ipsum ex voluntate procedētem meliorem, vel etiam voluntatem ipsam; vnde dicebatur supra ꝙ talis facit maiorem bonitatem extensiuè, sed passio sequens per viam redundantiæ illa arguit maiorem bonitatem, non directè extensiuam, sed intensiuam. Ad consequentiam, igitur passio aggrauat peccatum, verū cōsequens, est pro secunda cōclusione &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd & si motus voluntatis sit intensior ex passione incitatus, non tamen ita est voluntatis proprius, sicut si sola ratione moueretur ad peccandum.

¶ Ad maiorem, quantò intensiori voluntate quis facit peccatum &c. Verum, intensiori sibi proprio, ita quòd intensio proueniat ab intrinseco, tantò grauius peccat; si autem intensiori qui non est voluntati proprius, nec voluntas est sola causa præuio iudicio rationis puro talis intensionis, negatur, quia talis intensio non arguit maius voluntarium, sed maius impulsiuum extrinsecum. Ad minorem vera, sed illa vehementia, non est ex voluntate sola, & propria voluntati, sed communis sibi, & passioni; immo reducitur in passionem, sicut in primam causam; quare negatur consequentia intelligendo de passione antecedente &c. Vide D.S. in de Malo q. 3. ar. 11. &c. Lapis enim vehementer motus deorsum per extrinsecum impellens, non habet maiorem inclinationem ad descendendum ex se, nec est grauior, quia talis motus non est sui proprius, sic in proposito.

Vtrum passio totaliter excusęt a peccato.

Infra ar. 3. ad 3. E. Ma. q. 3. arti. 10. con.

L AD septimum sic poceditur. Videtur quòd passio totaliter excusęt a peccato. Quicquid enim causat inuoluntarium excusat totaliter a peccato, sed concupiscentia carnis, quæ est quædam passio causat inuoluntarium, secundùm illud* Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, vt non quæcunque vultis illa faciatis; ergo passio totaliter excusat a peccato. *Gal.

¶ 2 Præt. Passio causat ignorantiam quandam in particulari, vt dictum est, sed ignorantia particularis totaliter excusat a peccato, sicut supra habitum est; ergo passio totaliter excusat a peccato. *Arti. 3. ius qua. q. 76. ar.

¶ 3 Præt. Infirmitas animæ grauior est, quàm infirmitas corporis, sed infirmitas corporis totaliter excusat a peccato, vt patet in freneticis; ergo multo magis passio, quæ est infirmitas animæ.

¶ Sed contra est, quòd Apostolus* Ro. 7. vocat passiones peccatorum, non nisi quia peccata causant, quod non esset si a peccato totaliter excusarent; ergo passiones, non totaliter a peccato excusant. *Rom. 7.

¶ Quærit hic quomodo passio excusęt actum exteriorem, qui est de se malus, & peccatum; sicut an possit fieri, quòd homicidium non sit alicui peccatum cum facit ex furia.

¶ Respondeo dicendum, quòd secundùm hoc solū actus aliquis qui de genere suo est malus totaliter a peccato excusatur, quòd totaliter inuolūtarius redditur; vnde si sit talis passio, quæ totaliter inuolūtarium reddat, actum sequentem, totaliter a peccato excusat, alioquin non totaliter.

¶ Doct. Sanct. duo facit, primò respondet ad quæsitum in generali, secundò magis in speciali, ibi. Circa quod duo &c. Ponit ergo primò quandam conclusionem generalem, & fundamētalem quam postea explicat, & est ista. Si fit talis passio, quæ totaliter inuoluntarium reddit actum sequentem, totaliter a peccato excusat, alioquin non totaliter. Probatur conclusio, quia ex hoc solū actus aliquis qui de genere suo est malus totaliter excusatur, ꝙ totaliter inuoluntarius redditur; ergo sequit conclusio. Antecedens patet ex dictis ar. 1 & q. præc. quia voluntarium est de rōne peccati.

¶ Circa quod duo cōsideranda videntur. Primò quidem, quòd aliquid potest esse voluntarium, vel secundū se, sicut quando voluntas directè in ipsum fertur, vel secundùm suam causam, quando voluntas fertur in causam, & non in effectum; vt patet in eo qui voluntariè inebriatur, ex hoc enim quasi voluntarium ei imputatur, quod per ebrietatem committit.

¶ Hic consequenter D.S. explicat prædictam conclusionem magis specialiter indendo. Circa quod primò p̄mittit aliqua notabilia. Secundò subiungit aliquas conclusiones speciales, ibi. Secūdū hoc igitur &c. Ponit ergo duo notabilia de voluntario multiplici, secundum ibi. Secundò considerandum. Primū est, aliqd pōt esse voluntarium dupliciter, vel ſm se, vel ſm suam cām. Secūdū se, sicut qñ volūtas directè in ipsum fertur sine videlicet alio, sed fertur in illud rōne sui expresse, & cū præuisione; ſm suā cām est voluntarium, qñ voluntas fertur in cām, & non in effectū, quia fortassis dum fertur in cām nihil cogitat de effectu sequente, vt patet in eo qui voluntariè inebriatur. Ex hoc enim quasi voluntarium ei imputatur, quod per ebrietatem committit; vnde & q. præ. ar. 4. ad quartum, dicebatur post Philosophum 3. Ethic. quòd ebrius meretur duplices maledictiones. Consequenter cum dicit.

¶ Secundo considerandum est, quòd aliquid dicitur voluntarium directè, & indirectè; directè quidem id in quod voluntas fertur. Indirectè verò id quod voluntas potuit prohibere, sed non prohibet.

¶ Notat secundò, q. adhuc est duplex modus voluntarij, s. directè, & indirectè, directè quod est actu uolitum, & in quod voluntas fertur, quod videlicet uoluntas eligit per actum positiuè exercitum, & uidetur illud directè uolitum comprehendere sub se volitum ſm se, & in cā; sed indirectè voluntarium est id quod volūtas potuit prohibere, sed nō prohibet, & distinguit a uolito in cā; quia ibi erat aliquis actus positiuus hūs se ad talem uolitū salte per accidēs, hic aūt nō est actus aliquis aliquo mō ipsum voluntariū attingēs, sed est solū ptās, q̄ potuisset attigisse, & prohibēdo, vel faciēdo; vnde ista membra non coincidunt &c. Deinde cum dicit.

¶ Secundum hoc igitur distinguendum est, quia passio quandoque quidem est tanta, quòd totaliter auferat vsum rationis, sicut patet in his, quæ propter amorem, vel iram insaniunt; & tunc si talis passio a principio fuerit voluntaria, imputatur actus ad peccatum, quia est voluntarius in sua cā, sicut etiam de ebrietate dictū est.

¶ Subiungit

Conclusio prima responsiua.

¶ Subiungit tres conclusiones conticulares ſm quantam distinctionem, cuius membra declarat cum ipsis conclusionibus. Secundam conclusionem ponit ibi. Si verò causa, &c. Tertiam ibi. Quando verò, &c. Circa primam conclusionem præmittit, ꝙ duplex est passio; vna totaliter auferens vsum rationis, sicut patet in his, qui propter amorem, vel iram insaniunt, &c. Conclusio prima huic membro correspondens. Si talis passio totaliter auferens vsum rationis a principio fuerit voluntaria, imputat actus ad peccatum. Probatur conclusio. Talis actus est inordinatus, & aliquo modo voluntarius; igitur conclusio vera. Consequentia patet ex dictis, quæst. præcedenti, artic. 4. quia peccatum est actus inordinatus voluntarius. Antecedens patet, quia est voluntarius in sua causa. s. passione, sicut dictum est, ꝙ id, quod fit ex ebrietate voluntaria habet vt volūtarium; vnde qui ex voluntario amore sensuali, & carnali incidunt in insaniam, non excusantur; quia talis amor fuit in potestate voluntatis, saltem in principio.

¶ Si verò causa non fuerit uoluntaria, sed naturalis, puta cum aliquis ex ęgritudine, uel aliqua huiusmodi causa incidit in talem passionem, quæ totaliter aufert vsum rationis actus, omnino redditur inuoluntarius, & per consequens totaliter a peccato excusatus.

Conclusio secunda.

¶ Est secunda conclusio iterum iuxta primum membrum, talis. Si causa (s. passionis) non fuerit voluntaria, sed naturalis (passio videlicet, quæ aufert vsum rationis) actus omnino excusat a peccato. Explicat D.S. conclusionem exemplariter, puta cum aliquis ex ęgritudine, vel aliqua huiusmodi causa, quę s. est sine omni culpa, incidit in talem passionem, ita ꝙ talis passio auferat omnem modum voluntarij. Probatur conclusio. Talis passio facit actum omnino inuoluntarium, igitur omnino excusat. Consequentia est nota. Antecedens patet ex dictis, &c. Tunc ibi.

¶ Quandoq; uerò passio non est tanta, ꝙ totaliter intercipiat vsum rationis, & tunc ratio potest passionem excludere, diuertendo ad alias cogitationes, vel impedire, ne suum consequatur effectum, quia membra nō applicant operi, nisi per consensum rationis, vt supra dictū est;* vnde talis passio non totaliter excusat a peccato. *q. 15. ar. 4. & q. 16. ar 4. & q. 17. ar. 9.

Conclusio tertia.

¶ Subiungit tertiam cōclusionem quo ad secundum membrum prædictæ distinctionis. s. ꝙ aliqua est passio, non totaliter auferēs vsum rationis. Conclusio. Passio, quæ non est tanta, vt intercipiat vsum rationis, non totaliter excusat a peccato. Probatur conclusio. Talis est voluntaria, igitur actum ex se sequentem non omnino excusat. Tenet consequentia, quia voluntarium non causat omnino inuoluntarium, vt patuit. Antecedens patet, ratio potest passionem excludere, diuertendo ad alias cogitationes, vel impedire, ne suum consequatur effectum; igitur antecedens verum. Tenet consequentia, quia voluntarium est, quod est in potestate rationis; quia ergo ratio potest excludere, & eius effectum; ideo vtrumq; est voluntarium. Et probat D.S. secundā partem antecedentis. s. ꝙ possit ratio impedire effectum, etiam si non possit impedire omnem passionem saltem ne insurgat. de quo supra q. 74. arti. 3. ad secundum. quia membra non applicantur operi nisi propter consensum rationis, vt patuit supra, q. 17.

¶ Et confirmatur ista tertia conclusio argumento in cōtrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd hoc qđ dicitur. Vt non quæcunque vultis, illa faciatis; non est referendum ad ea, quæ fiunt per exteriorem actum, sed ad interiorem concupiscentiæ motū; vellet enim homo nunquam concupiscere malum, sicut etiam exponitur id, quod dicitur Roman. 7. Quod odi malum illud facio. Vel potest referri ad voluntatem præcedentem passionem, vt patet in incontinentibus, qui contra suum propositum agunt propter suam concupiscentiam. Rom. 7.

¶ Maior vera, quicquid causat totaliter inuoluntarium, totaliter excusat. Ad minorem negatur, & eius falsitas patuit supra, quæst. 6. artic. 7. immo concupiscentia auget voluntarium.

¶ Ad probationem dicitur dupliciter, sicut (vno modo) supra quæst. 74. artic. 3. in argumento in oppositum dictum fuit circa illam auctoritatem. Quod odi malum hoc facio, quia non intelligitur, ꝙ concupiscentia faciat actum exteriorem fieri contra voluntatem, sed intelligendum est de interiori motu concupiscentiæ etiam interiori motu, & subito; sed non potest omnem talem motū vitare propter corruptionem fomitis, vt patuit supra, q. 74. artic. 3. ad secundum. Vide pro maiore explicatione auctoritatis ad Galat. quæ habet D.S. ibidem in postilla, quia quattuor sunt genera hominum circa concupiscentias, quorum nullus facit quæcunque vult. s. intemperati incontinentes, continentes temperati, vide, &c. Alio modo intelligitur, sicut supra, q. 6. artic. 7. dictum est, quia incontinens concupiscentiæ agit contra id, quod prius proponebat, non tamen contra id, quod nunc vult. Dictum est enim artic. 1. huius quæst. & artic. 2. quòd passio vincit rationem; & facit, quòd voluntas, quæ prius renitebatur ei, ad quod passio inclinat, nunc voluntariè consentiat, & ita eligit nunc, & vult, quod prius nolebat; non autem facit concupiscentia, vt aliquis faciat id, quod nunc non vult, immo id quod agit ex concupiscentia, nunc feruentius vult, esto habeatur minus voluntarius, quia minus ab intrinseco, vt patuit artic. 6. ad tertium.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ignorantia particularis, quæ totaliter excusat, est ignorantia circumstantiæ, quam quidem scire non potest debita diligentia adhibita; sed passio causat ignorantiam iuris in particulari, dum impedit applicationem communis scientiæ ad particularem actum, quam quidem passionem ratio repellere potest, vt dictum est.* *In corp. artic.

¶ Ad maiorem, passio causat ignorantiam quandam in particulari, dico ad illam, secundùm prædicta in artic. 1. & 4. præc. q. quòd passio causat ignorantiam in particulari concomitantem causam peccati, & non quæ sit causa peccati. Secundò, causat ignorantiam, quæ est communis omni peccato, qua quis dicitur peccare ignorans, sed non ex ignorantia. Tertiò, passio causat ignorantiam particularis eligibilis, sed nō ignorantiam circumstantiæ, quæ excusat, dum est inuincibilis; prima autem non excusat. Quartò, causat ignorantiam iuris in particulari, sed non facti, quia quod ignoratur per passionem, scitur in vniuersali, & quandoque in particulari saltem habitu. Ad minorem, ignorantia particularis totaliter excusat a peccato. Si intelligitur, quòd ignorantia particularis eligibilis totaliter excuset; negatur, immo nihil excusat, vt patuit quæstio. 76. artic. 3. quia est concomitans peccatum. Illa autem, quæ etiam aliqualiter excusat, oportet, quòd sit causa peccati, nec hoc dictum fuit, vbi statim, immo totaliter oppositum. Si autem intelligitur de ignorantia in particulari, ideſt particularis circumstantiæ, quæ potest esse inuincibilis. Conceditur minor; & de illa dictum est. Sed dico, ꝙ multa, immo maxima est differentia inter illas ignorantias, vt patuit artic. 1. præced. quæst. Et dico secundò, quòd passio facit ignorantiam, vt dictum est, non circumstantiæ, sed eligibilis, & operis in particulari, & iuris. Quare negatur consequentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd infirmitas corporis est inuoluntaria, esset autem simile, si esset voluntaria, sicut de ebrietate dictum est,* quæ est quædam corporalis infirmitas. *In corp. artic.

¶ Ad maiorem. Conceditur quidem, quod est grauior infirmitas animæ, quàm corporis; sed hoc interest, quia infirmitas animæ est in eius peccato, saltem in principio, quia videlicet potest passionem comprimere, vnde est voluntaria, non sic de omni infirmitate corporali. Ad minorem dico, quòd infirmitas corporalis omnino inuoluntaria excusat totaliter. Sed negatur, quòd omnis infirmitas corporalis totaliter excuset, quia non ea, quæ est voluntaria, saltem in sua causa inordinata, sicut patet de ebrietate, quæ est quædam infirmitas corporalis; & tamen non excusat, immo ex genere ebrietas est mortale peccatum, vt patebit infra, quæst. 88. artic. 5. ad primum. & secunda secundæ, quæstio. 150. artic. 2. Quare negatur consequentia. Vnde dicit D.S. quòd simile esset, quando infirmitas est voluntaria, quia scilicet sicut ipsa non excusat, sic nec passio, &c.

Vtrum peccatum, quod est ex passione, possit esse mortale.

Mal. q. 3. ar tic. 10. & 3. Eth. lec. 17.

AD octauum sic proceditur. Videtur, quòd peccatum, quod est ex passione, non possit esse mortale. Veniale enim peccatum diuiditur contra mortale; sed peccatum, quod est ex infirmitate, est ueniale, cum habeat in se causam ueniæ; cum igitur peccatum, quod est ex passione, sit ex infirmitate; videtur, quòd non possit esse mortale.

¶ 2 Præt. Causa per se est potior effectu, sed passio nō potest esse peccatum mortale; non enim in sensualitate est peccatum mortale, vt supra habitum est;* ergo peccatum, quod est ex passione, non potest esse mortale. *q. 74. ar. 4.

¶ 3 Præt. Passio abducit a ratione, vt ex dictis patet;* sed rationis est conuerti, uel auerti ad Deum, vel auerti a Deo, in quo consistit ratio peccati mortalis; peccatum ergo, quod est ex passione, non potest esse mortale. *Art. 1. & 2. hui' quæst.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit Rom. 7. quòd passiones peccatorum operantur in membris nostris ad fructificandum morti, hoc autem est proprium mortalis peccati, quòd fructificet morti; ergo peccatum, quod est ex passione, potest esse mortale. Rom. 7.

¶Hic vltimò quærit de quodam dubio, quòd oritur circa dicta; quia dictum est, quòd passio non totaliter excusat de communi lege, quia vt in paucioribus ligat vsum rationis totaliter, & si aliquando ligat, non semper est ex causa inuoluntaria; quare communiter non totaliter excusat, & relinquit actum, qui fit ex passione; peccatū, ideo quæritur quale peccatū sit, an mortale.

¶Nota autem circa hoc, ꝙ sicut quæst. præced. dictum est, aliud est peccare ignoranter, aliud ex ignorantia; ita aliud est peccare ex passione, aliud passionatum; quia peccare ex passione est induci ad peccatum per passionem antecedentem, quæ si non esset, non peccaretur, nec esset voluntas peccandi. Peccare autem passione, & passionatum, est passionem concomitari voluntatem, & actum peccati; & non est difficultas, quin peccans cum passione, non excusetur, sicut ex passione peccans; ideo quæstio quærit, an ex passione peccans; quia passio habens se consequenter non excusat.

¶Nota secundò, quòd quamuis motus sensualitatis hominis vt sic, habeat, quòd sit veniale, & non mortale, tamen consensus rationis, & voluntatis approbans directè, vel indirectè talem motum, est mortale; & quia opus non fit ex passione, vt patebit, nisi passione per rationem, & voluntatem approbata; ideo passio potest esse mortale, & per consequens nimirum, vt & mortalis peccati causa esse posit.

¶Nota tertiò, ꝙ p hoc hr̄, ꝙ licet sensualitatis nō sit, se auertere, vel conuertere, vt patuit, q. 74. art. 4. tamen rationis, & voluntatis per motum sensualitatis est se auertere; ideo passio, cui consentiatur, potest esse cum auersione, & sic causare mortale.

¶Nota quoq; quartò, ex iam dicta qūæst. artic. 10. ꝙ ratio superior, cuius est consentire in actum, etiam qui fit ex passione, non fertur in ea, quæ sunt inferiorum virium, nisi cum deliberatione; & ideò non habet locum in talibus peccatum veniale, qñ ex genere sunt mortalia, sed tm̄ mortale, vt patuit ibidem; quare consensus in actum, mediante passione, semper est deliberatus, & per consequens mortale; & per hæc melius intelligitur articulus.

¶Respondeo dicendum, ꝙ peccatum mortale, vt supra dictum est; * cōsistit in auersione ab vltimo fine, qui est Deus, quæ quidē auersio pertinet ad rationem deliberantem, cuius etiam est ordinare in finem; hoc igitur solummodo potest contingere, quòd inclinatio animæ in aliquid, quod contrariatur vltimo fini, non sit peccatum mortale; quia ratio deliberans non potest occurrere, quod contingit in subitis motibus. *q.72.ar.5.

¶Conclusio responsiua formaliter habetur ex hoc corp. talis. Peccatum ex passione potest esse mortale. Supponitur intelligi, quando ex genere est circa id, quod contrariatur vltimo fini. Hāc conclusionem probat primò ratione; secundò ipsam conclusionē innuit, & probat quasi experimento, ibi. Vnde si non occurratur. Ratione sic. Hoc solūmodo potest contingere, ꝙ inclinatio animæ in aliquid, quòd contrariatur vltimo fini, non sit peccatum mortale; quia ratio deliberans non potest occurrere, sed cum ex passione aliquis procedit ad actum peccati, vel consensum deliberatum, ratio deliberans potest occurrere; ergo si non occurrat, erit peccatum mortale, & per consequens sequitur conclusio. Huius rationis D. S. ponit, & probat primò maiorem; secundò minorem, ibi. Cū autem ex passione, &c. verificatur ergo maior; primò ex fundamento sic; peccatum mortale consistit in auersione ab vltimo fine, qui est Deus; sed auersio illa pertinet ad rationem deliberantem, ergo sequitur maior, quòd motus in aliquod mortalium, quòd non sit mortalis, est, quia est sine deliberatione, & hoc quia sine auersione. Ista maior proxima patuit, q. 72. art. 5. Minor patuit, quæst. 74. artic. 4. & hic resumitur probatio, quia eiusdem est auertere se a fine, & se conuertere; sed hoc est solius rationis deliberantis, quæ ordinat in finem; ordinare enim non fit sine collatione, quæ est deliberatio. Verificatur etiam secundò hæc maior exemplo de subitis motibus, qui ex genere sunt mortalia, & tamen venialia propter absentiam deliberationis, quia videlicet talis motus præueniunt deliberationem, nec ratio deliberando eos prohibere potest. Tunc ibi.

¶Cum autem ex passione aliquis procedit ad actum peccati, vel ad consensum deliberatū, hoc nō fit subitò; vnde ratio deliberans potest hic occurrere, potest enim excludere, vel saltem impedire passionē, vt dictū est. * — *Art. 7. huius quæst.

¶Subiungit minorem principalem, quæ patet ex quarto notabili post titulum quæstionis posito, & ex ibidem allegatis; & etiam quia si passionem, postquam aduerterit, non repellit, & immoratur, dicitur in eam consentire, quæ tamen subitò oritur; multò magis cum actus exterior non fiat nisi cum tempore, & post deliberationem, si ipsum non prohibeat, habetur consensisse.

¶Nota autem ex istis, ꝙ D. S. non probat esse mortale actum, qui est ex passione pp hoc, quia ex passione, immo vt sic posset esse nullum peccatum, sicut in his, quorum ratio per passionem absorpta est sine culpa; sed ideo, quia tale opus non est sine consensu etiam expresso rationis, quia membra nō applicantur operi, nisi per consensum rationis, vt patuit art. præced. Et ergo, quia in tali peccato est voluntaria auersio a Deo, ideo supposito, quòd actus sit mortalis, sequitur intentum articuli, &c. Deinde ibi.

¶Vnde si non occurrat, est peccatum mortale; sicut videmus, quòd multa homicidia, & multa adulteria per passionem committuntur.

¶Innuit ipsam conclusionem, & probat eā; secundò per signū, & experimentum; quia videmus, ꝙ multa homicidia, & multa adulteria per passionem committuntur, quæ (supplè) nemo dubitat esse mortalia. Vnde dicit D. S. de Malo, Matt. 3. art. 10. quòd Petrus negauit Christum ex timore passionis, & multa flagitia ex passione committuntur. Vide D. S. ibidem per totum. nam & hanc materiam pertractat illic ex intentione, &c.

¶Confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd veniale dicitur tripliciter; vno modo ex causa, quia scilicet habet aliquā causam veniæ, quæ diminuit peccatum; & sic peccatum ex infirmitate, uel ignorantia dicitur ueniale; alio modo ex euentu, sicut omne peccatum per pœnitentiam fit ueniale, idest ueniam consequitur; tertio modo dicitur ueniale ex genere, sicut uerbum otiosum; & hoc solùm ueniale opponitur mortali, obiectio autem procedit de primo.

¶Ad maiorem, quia de ipsa tractabitur infra, q. 88. artic. 2. ex intentione; ideo nunc breuiter dicitur, si intelligitur maior de veniali ex causa, quia videlicet habet causam veniæ, & vt minus puniatur; negatur, quia stat, ꝙ minus puniatur, & tamen sit mortale. Si intelligitur de veniali ex euentu; sic iterum negatur, quia etiam grauissima mortalia possunt veniam consequi, & sic dici venialia, etiam peccatum in Spiritum sanctum, vt patet secunda secundæ q. 14. si autem intelligitur de veniali ex genere, verā est maior. Ad minorem, peccatum ex infirmitate est veniale ex causa, quæ diminuit culpam, & per consequens peccatum. Concedo, ꝙ peccatū ex passione est ex infirmitate; sed negatur consequentia, quia ex infirmitate est mortale, esto sit veniale ex causa.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ passio est causa peccati ex parte cōuersionis, quod autem sit mortale, est ex parte auersionis, quæ per accidens sequitur ad conuersionem, vt dictum est. * Vnde ratio non sequitur. — * Artic. 6. ad primū.

¶Dicitur primò post D. S. hic ad maiorem, causa per se, & principalis est potior effectu, sed nō oportet de causa per accidens, vel instrumentali, vt patuit sæpius. Et secundò, causa est potior in eo genere, in quo est causa, sicut ignis est potior homine in calore, licet nō simpliciter, &c. Ad minorem conceditur, ꝙ passio non potest esse mortale ſm se, & vt est sensualitatis, potest tn̄ esse aliquid mortalis, inquantum per rationem, & voluntatem approbatur. Et dico secundò, ꝙ passionem ponimus causam mortalis, nō ratione auersionis, ex qua habet mortalitatem, sed ratione cōuersionis, ad quā sequitur mortalitas per accidens, vt patuit art. 6. ad primū. & ergo bene probat, ꝙ peccatum, quod fit ex passione, nō est mortale, vt est passionis, cuius nō est se auertere, sed vt est voluntatis, & rationis, cuius est se auertere; possunt autem voluntas, & ratio per passionem trahi, vt se in peccatum conuertant, & sic potest talis actus fieri mortalis. Quare negatur consequentia, quia dr̄ peccatū ex passione esse mortale, non præcisè pp passionem, vt patuit circa corpus, sed pp rationem; & stant simul, ꝙ passio ipsa, saltē quo ad principium sit veniale per accidens pp eius imperfectionē, quia sine deliberatione incedit, opus autem mortale, quia hoc non fit sine deliberatione rationis; quare nō sequitur passio, nō est mortale. s. vt sensualitatis est; ergo nec opus, quia hoc non est solius sensualitatis, sed rationis. Secundò dicit D. S. de Malo vbi supra, nihil prohibet aliquid non esse peccatū mortale simpliciter, quod tamen in casu est peccatum mortale, sicut non dare eleemosinam pauperi fame morienti, est peccatum mortale, quod tamen aliàs non esset mortale. Et similiter in proposito non velle repellere passionem aliquam, & si simpliciter non sit peccatum mortale, tamen in hoc casu, quando inclinat vsque ad consensum peccati mortalis, est peccatum mortale. Hæc ille. Vbi patet, quòd negat minorem, quòd passio non sit mortale, quando s. inclinat vsque ad actum, qui est mortale. Tunc etiam est approbata, &c.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ ratio non semper in suo actu totaliter a passione impeditur; vnde remanet et liberum arbitrium, vt possit auerti, vel cōuerti ad Deum, si autem totaliter tolleretur vsus rationis, iam non esset peccatum, nec mortale, nec veniale.

¶Ad maiorem, passio abducit a ratione. Verum, recta ad sensum dictum, artic. 2. sed non semper aufert vsum rationis, quin remaneat liberum arbitrium, & facultas excludendi passionem, & libertas eam non sequendi; & ita passione stante potest ratio se con-

se conuertere, vel auertere a Deo. Minor conceditur, & vt iam dictum est; ratio potest se conuertere etiam passione præsente; & præsertim in principio. Secundò dico, quòd esto passio præualeat, & liget rationem, & tunc sequitur necessariò electio praua, nihilominus imputatur ad peccatum mortale; & de hoc D. S. de Malo supra. Necessitas (inquit) quæ est ex suppositione alicuius, quod subiacet voluntati, non tollit rationem peccati mortalis; sicut si gladius infigatur alicui in membris vitalibus, necesse est, quòd moriatur, sed infixio cultelli est voluntaria; vnde mors illius, qui cultello percutitur, imputatur percutienti ad culpam mortalem. Similiter dicendum in proposito. Posito enim, ꝙ ratio sit ligata per passionem, necesse est, quòd sequatur peruersa electio; sed in potestate voluntatis est hoc ligamen rationis repellere, &c. Hæc ille. Verumtamen si totaliter tolleretur vsus rationis, tunc argumentum procederet; sed quando non totaliter tollitur, tunc non excusat passio a mortali, quia non infert necessitatem, vt patuit supra, quæst. 10. artic. 3.

Quæstio Septuagesimaoctaua.

De causa peccati, quæ est ex parte voluntatis.

NDeinde considerandum est de causa peccati, quę est ex parte uoluntatis, quæ dicitur malitia. Et circa hoc quæruntur quattuor. Primò, vtrum aliquis possit ex certa malitia, seu industria peccare. Secundò, vtrum quicunq; peccat ex habitu, peccet ex certa malitia. Tertiò, vtrum quicunq; peccat ex certa malitia, peccet ex habitu. Quartò, vtrum ille, qui peccat ex certa malitia grauius peccet, quàm ille, qui peccat ex passione.

¶Iuxta ordinem statutum, q. 76. Hic D. S. determinat de alia causa peccati interiori, & in speciali, quæ est ex parte voluntatis, quæ dr̄ malitia; & primò D. S. determinat, quomodo cōtingat peccare ex malitia; secundò cōparat peccatum ex malitia ad alia peccata ex passione, art. 4. Circa primum, primò ostenditur possibilitas peccandi ex malitia; secundò, modus peccandi, art. 2. &c.

Vtrum aliquis possit ex certa malitia, seu industria peccare.

2.2. q. 162. ar. 2. cor. Et 3. q. 88. ar. 4. cor. Et 2. di. 7. q. 1. ar. 1. 2. cor. Et Mal. q. 2. art. 8. ad 4. & q. 3. ar. 2. per tot & ar. 14. cor. & ad 7. & 8. Et ad Rom. 2. lect. 1. * Arist. c. 9. * Dionys.

ADprimum sic proceditur. Videtur, quòd nullus peccet ex industria, siue ex certa malitia; ignorantia enim opponitur industriæ, seu certæ malitiæ; sed omnis malus est ignorans, secundùm Philosophum tertio Ethic. * & Prouerb. 14. dicitur. * Errant qui operantur malum; ergo nullus peccat ex certa malitia.

¶2 Præt. Dionys. dicit 4. cap. de Diui. no. * ꝙ nullus intendens ad malum operatur; sed hoc videtur peccare ex malitia intendere malum in peccando, quod enim est præter intentionem, est quasi per accidens, & non denominat actum; ergo nullus ex malitia peccat.

¶3 Præterea. Malitia ipsa peccatum est; si igitur malitia sit causa peccati, sequitur, quòd peccatum sit causa peccati in infinitum, quod est inconueniens; nullus igitur ex malitia peccat.

Iob 34. ¶Sed contra est, quod dicitur Iob 34. Quasi de industria recesserunt a Deo, & vias eius intelligere noluerūt, sed recedere a Deo est peccare; ergo aliqui peccant ex industria, seu ex certa malitia.

¶Hic ergo primò quærit D. S. de possibilitate peccandi ex industria, vel malitia. Circa quod nota, & pro intellectu quæsiti, & dicendorum breuiter, quia malitia hic dicitur inordinatio voluntatis, siue sit habitualis, siue actualis, qua voluntas eligit malum, scientia præsente etiam in particulari, & non tracta ex aliquo extrinseco, sed solùm ex intrinseco, & ex se vult malum, quod scitur malum, & pro nunc. Vnde Scotus in secundo, dist. 43. post alia. vbi disputat, an voluntas possit velle aliquid non ostensum sibi sub ratione veri boni, & simpliciter, vel boni apparentis, dicit in fine; Tamen si non ponatur voluntas creata posse velle malum sub ratione mali, adhuc potest assignari peccatum ex certa malitia, quando voluntas ex libertate sua absq; passione in appetitu sensitiuo, & errore in ratione, peccat; ibi enim est plenissima ratio peccati, quia nihil aliud est a voluntate alliciēs eam ad malum, sed ex mera libertate sine alia occasione extrinseca eligit sibi malum velle, non tamen ex malitia, ita quòd voluntas sic peccans tendat in malum, inquantum malum. Hæc ille. Et benè quo ad hoc, quòd peccare ex malitia est voluntatem eligere malum non tractam ex aliquo exteriori, sed solùm ex propria inordinatione, quæcunque sit illa. Sed ibi est dubium, an dicatur Scotus.

etiam malitia, quia tendit in malum, inquantum malum; cum Dionysius habeat, quòd nullus ad malum respiciens operatur. De hoc habet D. S. hic ad secundum. quia non est intentū secundùm se, tamen propter aliud. Sed clarius ad hoc loquitur in de Malo, q. 3. artic. 12. vbi dicit. Voluntarium dicitur aliquid, non solùm si voluntas feratur in illud primò, & per se, sicut in finem, sed etiam si feratur in aliud, vt ad finem; sicut infirmus nō solùm vult consequi sanitatem, sed etiam vult bibere medicinam amaram, quam aliàs nollet, ad hoc vt sanitatem consequatur. Et similiter mercator proijcit merces in mari voluntariè, ne depereat nauis; si ergo contingit, ꝙ aliquis intantum velit aliqua delectatione frui, puta adulterio, vel quocunq; huiusmodi appetibili, vt non refugiat incurrere peccati deformitatem, quā percipit esse coniunctam ei quod vult, non solùm dicetur velle illud bonum, quod principaliter vult, sed etiam ipsam deformitatem peccati quam eligit, ne bono cupito priuetur; vnde adulter, & delectationem vult quidem principaliter, & secundariò vult deformitatem, sicut ponit Aug. exemplū in libro de Sermone Domini in Monte, ꝙ aliquis propter amorem alicuius ancillæ voluntariè sustinet duram seruitutem Domini eius. Hæc ille. Ex quibus patet primò, quòd aliquis quidem non propriè intendit malum, quia hoc est velle propter se, vt patuit etiam supra, q. 72. artic. 1. Vnde & D. S. hic ad secundum intelligendus est, quòd malum est intentum, idest volitum propter aliud; vnde D. S. in de Malo vbi supra ad primum dicit. Nullus operans intendit malum quasi principaliter volitum; sed tamen ex consequenti fit alicui malum voluntarium, dum non refugit incurrere malum, ad hoc, ꝙ perfruatur bono concupito. Hæc ille. Patet secundò, quòd aliquis potest velle malum secundùm se, quod scit malum, non tamen propter se, sed propter aliud, inquantum videlicet est quasi medium, vel saltem id, sine quo aliud haberi non potest. Patet tertiò, ꝙ aliquis propriè loquendo vult pati, & incurrere malum magis, quàm velit malum ipsum. Ex quibus omnibus patet quid sit dicendum ad dubium Scoti, quia dicimus, quòd voluntas peccantis ex malitia tendit in malum, inquantum malum, volendo ipsum sustinere, vt potiatur bono concupito, quo potiri non posset, nisi incurrat illud malum. Quare corollariè sequitur, quòd peccare ex malitia est peccare eligendo malum, quod scitur malum, & sub ratione mali, non tamen propter ipsum, & oportet voluntatem huiusmodi malum velle nullo extrinseco impellēte. His notatis accedendum est ad corpus articuli.

¶Respondeo dicendum, ꝙ homo, sicut & quælibet alia res naturaliter habet appetitum boni; vnde ꝙ ad malum eius appetitus declinet, contingit ex aliqua corruptione, seu inordinatione in aliquo principiorum hominis; sic enim in actionibus rerum naturalium peccatum inuenitur; principia autem humanorum actuum sunt intellectus & appetitus, tam rationalis, qui dicitur voluntas, quàm sensitiuus. Peccatum igitur in humanis actibus contingit qñq;, sicut ex defectu intellectus, puta cum aliquis per ignorantiam peccat, & ex defectu appetitus sensitiui, sicut cum aliquis ex passione peccat, ita ēt ex defectu voluntatis, qui est inordinatio ipsius.

¶In hoc cor. D. S. duo facit. Primò deducit quādam conclusionē generalem præambularem; secundò conclusionem responsiuam. Est autem voluntas, &c. Conclusio ergo præambularis ostendens suppositum articuli verum (ꝙ s. contingit peccare ex defectu voluntatis) est talis. Peccatum in humanis actibus contingit, quandoque ex defectu intellectus, & quandoque ex defectu appetitus sensitiui, ita etiam ex defectu, & inordinatione voluntatis. Notanter autem dicitur, in humanis actibus, quia loquitur de peccato * mortali, quod est culpa; contingit enim, & peccatum naturæ propter vegetatiuas potentias inordinatas; sed hoc non est peccatum humanum, &c. Probatur autem conclusio, ꝙ appetitus hominis ad malum declinet; contingit ex corruptione, seu inordinatione in aliquo principiorum hominis (idest quibus homo est principium humani actus) sed principia humanorum actuum sunt intellectus & appetitus tam rationalis qui dicitur voluntas, quàm sensitiuus; ergo sequitur conclusio. Maior patet ratione, & similitudine. Ratione quidem, quia homo, sicut & quælibet res naturaliter habet appetitum boni, sed appetitus naturalis non frustratur, vel impeditur, nisi propter aliquam corruptionem, & defectum. Similitudine autem confirmatur hæc maior; quia sic etiam in naturalibus rebus, vbi non accidit defectus, & peccatum, nisi propter defectum alicuius principij intrinseci; sic generatio monstri est peccatum naturæ, & prouenit ex defectu virtutis formatiuæ, &c. Minor relinquitur nota ex supra dictis. *Aliàs moraliter.

¶Est autem voluntas inordinata, quando minus bonum magis amat; consequens autem est, ut aliquis eligat pari detrimentum in bono minus amato ad hoc, ꝙ potiatur bono magis amato; sicut cum homo vult pati ab-

ſciſionem membri etiam ſcienter, ut conſeruet vitam, quam magis amat. Ita per hunc modum, quando aliqua inordinata uolũtas aliquod bonum temporale plus amat, puta diuitias, vel voluptatem, quàm ordinem rationis, vel legis Diuinæ, vel charitatem Dei, vel aliquid huiuſmodi; ſequitur, quòd uelit diſpendium pati in aliquo ſpiritualium bonorum, ut potiatur aliquo temporali bono; nihil autem eſt aliud malum, quàm priuatio alicuius boni; & ſecundùm hoc aliquis ſcienter vult aliquod malum ſpirituale, quod eſt malum ſimpliciter, per quod bonum ſpirituale priuatur, vt bono temporali potiatur. Vnde dicitur ex certa malitia, vel ex induſtria peccare, quaſi ſcienter malum eligens.

¶ Hic conſequenter accedit magis ad concluſionem reſponſiuam, quæ habetur in fine corporis, talis. Contingit aliquem peccare ex induſtria, ſiue ex certa malitia, & inordinatione volũtatis. Probatur ſic. Contingit, ꝙ aliquis velit ſcienter pati diſpendium in aliquo ſpiritualium bonorum, vt potiatur aliquo bono temporali; ergo aliquis ſcienter vult aliquod malum ſimpliciter, per quod bonum ſpirituale priuatur vt bono ſm quid potiatur, quod eſt peccare ex certa malitia, vel ſcienter malum eligere; ergo cõcluſio vera. Tenet conſequentia, quia malum nihil aliud eſt, quàm priuatio alicuius boni. Quare bene ſequitur, ſcienter vult priuari bono, & pati diſpendium in bono; igitur vult malum. Et bene ſequitur, vult priuari bono ſpirituali, vt potiatur temporali; ergo vult priuari bono ſimpliciter, vt potiatur bono ſecundùm quid; quia ſpirituale eſt ſimpliciter bonum, temporale ſm quid; quia illud ſupremum, iſtud infimum. Antecedens probatur, ſupponendo poſt concluſionem præambularem, ꝙ eſt inordinata, & mala voluntas, quo minus bonum magis amat, & arguitur ſic; conſequens eſt, vt aliquis eligat pati detrimentum in bono minus amato, ad hoc, ꝙ potiatur bono magis amato; ergo ſequitur antecedens, ꝙ quãdo aliqua voluntas inordinata aliquod bonum temporale plus amat, (puta diuitias, vel voluptatẽ) quàm ordinem rationis, vel legis Diuinæ, vel charitatem Dei, vel aliquid huiuſmodi velit ſcienter pati, &c. illud proximum antecedens patet exemplariter, ſicut homo vult pati abſciſionẽ membri, etiam ſcienter, vt conſeruet vitam, quam magis amat.

Dub. 1200. ¶ Ad primum ergo dicendum, [d] ꝙ ignorantia, qñque quidem excludit ſcientiam, qua aliquis ſimpliciter ſcit hoc eſſe malum, quod agitur, & tunc dr̃ ex ignorantia peccare; qñq; autem excludit ſcientiam, qua homo ſcit hoc nunc eſſe malum, ſicut cum ex paſſione peccatur; quandoque autem excludit ſcientiam, qua aliquis ſcit hoc malum non ſuſtinendum eſſe propter conſecutionem illius boni, ſcit tamen ſimpliciter hoc eſſe malum; & ſic dicitur ignorare, qui ex certa malitia peccat.

¶ Ad maiorem dico, ꝙ ignorantia opponitur induſtriæ circa idem, & ſm idem, & ſibi correſpondenti; ſed dico, ꝙ non eſt inconueniens, vt idem ſciat aliquid, & ſm aliud ignoret. Vnde ſupra, q. 76. artic. 3. dictum fuit, ꝙ aliquis poteſt ignorare actum ſuum ſm ſingularem circumſtantiam; & tamen ſcire ſm id, quod ſufficit ad peccatum, vt ignorare patrem, & tamen ſcire hominẽ.

¶ Et nota circa hoc, vt habet D.S. in ſecundo, diſt. 43. ar. 3. Idem eſt ex induſtria, ex certa malitia, & ex electione; quia videlicet aliquis eligit actum peccati ex certa mali deliberatione, non impulſus aliqua paſſione; quare dicit iſta maior (& quo ad hoc benè) opponitur induſtriæ, ſeu certæ malitiæ quaſi ſcitæ malitiæ. Et quia electio eſt etiam præſciti, ideo & idem eſt de electione, &c. Sic igitur in propoſito peccans ſcit vnum, & ignorat aliud, & illa non opponuntur, &c. Ad minorem, omnis malus eſt ignorãs, &c. dictum eſt ſupra, q. 76. art. 4. ad primum. quia intelligitur de ignorantia electionis, & concomitante cauſam peccati, quæ eſt paſſio, vel habitus; ſed falſa eſt de ignorantia, quæ ſit cauſa peccati. Vnde ignorãtia eſt triplex; & tripliciter ſe habet ad peccatum. Vna eſt, quæ excludit ſcientiam, qua aliquis ſimpliciter ſcit hoc eſſe malum, quod agitur; & tunc dicitur ex ignorantia peccare, ita videlicet, quòd talis ignorantia ſit cauſa peccati; & ſi ſciretur quod agitur, non fieret; ſicut ſi aliquis ſimpliciter in vniuerſali, & particulari ignoraret fornicationem eſſe peccatum, de illa ignorantia falſa eſt minor, ꝙ omnis malus ſit ignorans, ideſt ex ignorãtia peccans. De hoc D.S. vbi ſupra, artic. 1. ad tertium. Error ille, ex quo omne peccatum procedit, eſt error electionis, ſecundùm quòd Philoſophus omnem malum ignorantem dicit; hæc autem ignorantia non cauſat inuoluntariũ, immo eſt ex voluntate cauſata, quia ex ipſa inclinatione corruptæ voluntatis in peccatum, quæ eſt, vel per habitum, vel paſſionem, cõſequitur, vt hoc quaſi bonum aliquis eligat, quod voluntati placet; vnde ex tali ignorantia non dicitur peccatum in filium. Peccatum enim in filium eſt, quando principalis cauſa peccati eſt ignorantia. Hæc ille. Et in corp. dicit (quod valet ad propoſitum declarãdum.) Peccatum tribus modis committitur, vel ex ignorantia, vel ex paſſione, vel ex electione. Ex ignorantia peccatum committitur, quia ignoratur aliquid eorum, quorũ ſcientia a peccato impediuiſſet. Vnde ignorantia ibi eſt cauſa peccati, & hoc dicitur peccatum in filium. Ex paſſione autem ſiue innata, ſiue illata peccatur, quando propter impetum paſſionis, rationis iudicium obnubilabitur; & hoc propriè eſt ex infirmitate peccare, quod eſt peccatũ in patrem. Ex electione autem peccatur, quando homo deliberans, peccato adhæret, non quaſi aliqua tentatione victus; ſed propter hoc, ꝙ habet corruptum appetitum, placet ſibi illud peccatum ſecundùm ſe; & hoc eſt peccare ex malitia, quod eſt etiam peccare in Spiritũ ſanctum. Hæc ille. Ex quibus patet qualis ſit ignorantia, de qua D.S. loquitur in principio ſolutionis, & ꝙ minor eſt falſa; & ꝙ talis ignorantia opponitur induſtriæ, vel ſcientiæ, qua ſcitur hoc ſimpliciter eſſe peccatum; & dum eſt inuincibilis, & inuoluntaria omnino excuſat; non enim omnis, qui eſt cauſa peccati, excuſat, vt patuit ſup. q. 76. Secunda eſt ignorantia concomitans cauſam peccati, & eſt duplex, qñq; enim excludit ſcientiam, qua homo ſcit hoc nunc eſſe malum, ſicut cum ex paſſione peccatur; & ſi minor intelligitur de iſta ignorantia, falſa eſt vniuerſaliter, quia datur, & alia concomitans, vt patebit.

¶ Nota autem ex iam allegatis ex D.S. in ſecundo, ꝙ oportet rationem per paſsionem in particulari obnubilari, ita ꝙ relicto vniuerſali recto iudicio, in particulari eligat victus per impetum paſſionis, ſic ꝙ pro nunc iſte actus peccati videatur bonus, aliàs non peccabit ex paſsione; vnde plerumq; contingit, vt aliquis ex prauo deſiderio peccet, quod oritur ex habitu, & praua cõſuetudine, aduertens actu opus eſſe malum, talis non peccat ex paſſione; ſed ille, qui commotus ex feruenti ira omnino iudicat nũc eſſe percutiendum; quare patet, ꝙ etiam in materia venerea non ſemper peccatur ex paſsione, &c. Tertia eſt autem ignorantia, quæ excludit ſcientiam, qua aliquis ſcit hoc malum (ſ. ſimpliciter & priuationem ſpiritualis boni) non eſſe ſuſtinendum pp conſecutionẽ illius boni. ſ. temporalis, & ſm quid. Eſto ſciat hoc, quod agit, eſſe ſimpliciter malum, etiam in particulari, & pro nunc; & ſi minor intelligit de tali ignorantia vſr falſa eſt, quia talis ignorantia eſt propria peccato ex malitia; ſed vera eſt minor de illis duabus ignorantijs diſiunctiuè; quia omnis peccans ignorat, aut illo, aut iſto modo, præſertim loquendo de peccato, quod eſt ex parte rei electæ; ſi autem eſt peccatum ſolùm ex parte electionis (vt fuit in Angelis) tunc eſt ignorantia etiam concomitans. Conſideratio comprehenſa ſub iſtis duabus ignorantijs. Quare negatur conſequentia, tum quia peccans ex malitia etiã eſt ignorans (vt dictum eſt) tum quia induſtriæ, qua ſcitur hoc eſſe peccatum, & malum, non opponitur ignorantia, qua ignoratur hoc malum non eſſe faciendum cum diſpendio maioris boni, vel hoc malum. ſ. priuationem ſpiritualis boni non ſuſtinendum, propter conſecutionem boni temporalis.

¶ Nota autem verbum D.S. quia dicit, ꝙ ignoratur malum hoc non eſſe ſuſtinendum; quia ex hoc patet, quod ſupra dicebatur, ꝙ malum aliquis non appetit propriè; ſed vult ipſum ſuſtinere, & quaſi pati, vt conſequatur bonum magis amatum, inordinatè tñ.

¶ Nota circa hanc primi ſolutionem, ꝙ habitus ita bene cauſat ignorantiam concomitantem aliquam ſicut paſsio, & facit vt nõ conſideretur hoc bonum dimittendum ad hoc malum vitãdum. Vnde D.S. de Malo, vbi ſupra, ad 12. ſicut paſsio in iraſcibili, & concupiſcibili exiſtens cauſat electionem, inquantum ligat rationem ad momentum, ita habitus in his potentijs exiſtens cauſat electionem, inquantum ligat rationem non iam per modum paſſionis pertranſeuntis, ſed per modũ formæ immanentis. Hæc ille.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ malum non poteſt eſſe ſm ſe intentum ab aliquo, poteſt tamen eſſe intentum ad vitandum aliud malum, vel ad conſequendum aliud bonum, vt dictũ eſt; * & in tali caſu aliquis eligeret conſequi bonum per ſe intentum abſq; hoc, quòd pateretur detrimentum alterius boni, ſicut aliquis laſciuus uellet frui delectatione abſque offenſa Dei; ſed duobus propoſitis magis uult peccando incurrere offenſam Dei, quàm delectatione priuetur.

¶ Nota, ꝙ duplex eſt malum in peccato, vel ſaltem peccatum concomitatur, ꝙ aliquis peccans ex malitia poteſt ſcire; vnum eſt malum pœnæ. ſ. priuatio boni ſpiritualis, quod ſequitur ad peccatum tanquam effectus eius per accidens præter intentionem peccantis; ſed aliud eſt malum, quod facit ipſum actum eſſe formaliter peccatũ. ſ. inordinatio actus, & auerſio, ſaltem virtualis a Deo; & de vtroq; poteſt intelligi, ꝙ ſit ſcitum a peccante ex malitia; & D.S. in ar. vbi locutus de malo primo. ſ. pœnæ, quia dixit de dispendio in bonis ſpiritualibus, hic autem in ſolutione, & in ſe. cũdo, vbi ſtatim, vſr loqui de malo actionis. ſ. inordinatione actus, & malitia; vnde dicit in ſecundo, ar. 1. ad primum. malum ſub ratione malitiæ nullus vnquam ſm ſe voluit; ſed ſm ꝙ ipſum peccatum

catum eſtimatur bonum peccanti, quaſi quietans appetitum corruptum, pp hoc ſm ſe deſideratur, hæc ille, vbi patet, ꝙ loquitur de malo peccati, & culpæ. His notatis dicitur ad argumentum. Ad maiorem dico, ꝙ notanter dicit Dionyſius, nullus intendens ad malum, quia nullus operatur, vel facit pp malum tanquam finem, quod eſt propriè intendere aliquid. ſ. velle conſequi tanquã finem pp ſe volitum, quod de malo dici non poteſt; ſed dico, ꝙ cũ hoc ſtat, ꝙ aliquid intendẽs bonum, & ſciens, ꝙ ſine malo haberi non poteſt, qñq; antequam velit fruſtrari bono, vult ſuſtinere malum. Vnde dico tertiò, ꝙ nullus intendens malum operatur, tñ ſciens, & ſcienter operatur malum, nõ quidem pp malum, ſed pp bonum, vt patuit circa principium artic. Ad minorem dico, ꝙ ꝓpriè loquendo neganda eſt illa minor; ſed peccare ex malitia eſt ſcire malum in peccando; & tñ ipſum velle ſuſtinere non pp ſe, ſed vt potiatur bono concupito; & ſi poſſet frui bono concupito ſine tali malo, ipſe bene optaret. Dico ſecundò poſt D.S. (qui loquitur extenſo vocabulo) ꝙ malum non poteſt eſſe intentum ſm ſe. i. pp ſe, vel ipſum ſolũm ſolitariè acceptum, ſine bono cui connectitur; poteſt tamen eſſe intentum (ideſt volitum) pp aliud. Et nota ex hoc, de quo diſputatur in 3. Ethic. ꝙ non oportet, ꝙ qui vult antecedens ſm ſe, velit & conſequens. Sed verum eſt, ꝙ qui vult antecedens, vult & cõſequens; ad hoc vt habeatur antecedẽs, & vt connectitur antecedenti, licet non abſolutè, & ſine cõditione, quod dicit eſſe intentum ſm ſe; vnde dicit D.S. & in tali caſu. ſ. qñ bonum nõ poteſt haberi, niſi malum ſuſtineatur, aliquis eligeret conſequi bonum per ſe intentum, abſq; hoc, ꝙ pateretur detrimentum alterius boni, ſicut laſciuus vellet frui delectatione abſq; offenſa Dei; ſed duobus propoſitis magis vult peccando incurrere offenſam Dei, quàm delectatione priuetur, &c. Vltra, qđ enim eſt præter intentionem, eſt quaſi per accidens, & non denominat actum. Ad illam dico multipliciter. Primò, quod eſt præter intentionem, & voluntatem, & præuiſionem, & præter voluntatẽ per ſe, & per accidens, hoc eſt per accidẽs moraliter; quia nec gratiat actum, nec denominat; ſic conceditur dictum. Secundò, quod eſt præter intentionem propriè dictam, & tamen præſcitum, hoc eſt per accidens moraliter; negatur, & falſitas eius patuit ſup. q. 73. art. 8 in prin. corp. de eo, qui intendit fornicari, & ſcit deſtructionem agri quam non intendit, cuius peccatum ex tali nocumẽto non intento aggrauatur. Tertiò dico, ſi intelligitur, quod non eſt intentum, tamen per ſe intento ſemper, vel vt in pluribus eſt connexum, eſt per accidens. Negatur, vt patuit vbi iam, de ſcandalo reſpectu peccati publici. Quartò dico, ꝙ ſufficit, quod aliquid ſit aliquo modo volitum ad hoc, ꝙ non per accidens ſe habeat ad peccatum; & ergo in propoſito, cum malum ſit præſcitum, & volitum, ſaltem per accidens, non habet ſe per accidens ad peccatũ, immo per ſe moraliter, & denominat peccatum; quia dr̃ ex malitia certa, & cognita. De hoc D.S. in de Malo, vbi ſupra, ad 4. dicit. Illud quod cõiungitur bono principaliter deſiderato, ſi ſit improuiſum, & ignotum, non eſt volitũ niſi per accidens; ſicut cum aliquis ex ignorantia peccans, vult aliquid, quod neſcit eſſe peccatũ, quod tñ in rei veritate eſt peccatum; talis enim non vult malum niſi per accidens; ſed ſi ſciat illud eſſe malum, iam ex conſequẽti illud malum vult, vt dictum eſt, & etiam non ſolùm per accidens, hæc ille. Ex quibus bene intellectis patent, quæ dicta ſunt, &c.

¶ Nota circa hoc, ꝙ dictis his volentibus malum non eſſe per ſe intentum, & pp ſe volitum, vſr contrauenire quoddam verbum B. Aug. in 2. lib. Confeſſ. qui dicit, ꝙ cum furaretur poma, non ipſa poma, ſed defectum ſuum amabat. ſ. ipſum furtum. Ex quo videtur habere, quòd ipſum malum per ſe voluerit, &c. ſed hoc nõ eſt ſic intelligendum quaſi defectus, vel deformitas culpæ poſſit eſſe primò, & per ſe volita; ſed primò, & per ſe volitum erat, vel gerere morem alijs, vel habere experientiam alicuius, vel facere aliquid improhibitè, aut aliquid huiuſmodi, &c.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ malitia, ex qua aliquis dr̃ peccare, [d] poteſt intelligi malitia habitualis, ſm ꝙ habitus malus a Philoſopho * nominatur malitia, ſicut habitus bonus nominatur virtus; & ſm hoc aliquis dr̃ ex malitia peccare, quia peccat ex inclinatione habitus. Poteſt etiam intelligi malitia actualis, ſiue ipſa mali electio malitia nominetur; & ſic dicitur aliquis ex malitia peccare, inquãtum ex mali electione peccat, ſiue etiam malitia dicatur aliqua præcedẽs culpa, ex qua oritur ſubſequens culpa, ſicut cum aliquis impugnat fraternam gratiam ex inuidia, & tunc idem non eſt cauſa ſuiipſius, ſed actus interior eſt cauſa actus exterioris, & vnum peccatum eſt cauſa alterius, non tamen in infinitum, quia eſt deuenire ad aliquod primum peccatum, quod non cauſat ex aliquo priori peccato, vt ex ſupra dictis patet. *

¶ Nota primò, ꝙ maior iſta, & ſolutio eius intelligitur, ꝙ peccatum ex malitia (vt dr̃ art. 3.) dr̃ dupliciter; vno modo per poſitionem alicuius in eligere, per quod inclinatur ad talem actum, ſicut in ſibi ſimile; & ſic qui peccat ex habitu, dr̃ peccare ex malitia; ſed alio modo dr̃ peccare qs ex malitia; quia voluntas reijcit illud, per quod a peccato retrahebatur; primo modo dr̃ quis peccare ex malitia, non ꝙ præcedat aliquis actus malus; ſed inclinatio, & malitia habitualis; ſed qñ quis peccat ex malitia ſecundo modo (quod eſt propriè peccatum in Spiritum ſanctum) ibi conſiderantur duo actus, quorum vterq; eſt peccatum, & primus cauſa ſecundi. Verbi gratia. Aliquis vno motu voluntatis ꝑmia ꝙterna contemnit eorum ſpem abijciens a ſe, & hoc eſt peccatum deſperationis; & quia deſperat ſequitur, ꝙ velit fornicari ſm certam electionem, & hic ſecundus actus oritur ex primo; & ſic loquendo de peccato ex malitia, tunc malitia eſt actus, & peccatum, & eſt cauſa alterius peccati. Poteſt tertiò intelligi aliquis peccare ex malitia, non quia abijciat bona Spiritus ſancti, deſperando, vel inuidendo fraternæ gratiæ; ſed quia ipſum malum eligit, & ex illa libera electione mali, quæ poteſt ex habitu prouenire; & tunc malitia, ex qua quis peccat, etiam eſt peccatum. His notatis dr̃ ad argumentum. Ad maiorem, malitia peccatum eſt. Dico, ꝙ ſi intelligitur de malitia habituali, ideſt habitu vitioſo, qui iuxta ſupra dicta, q. 71. artic. 1. poteſt dici malitia. negatur maior, quia peccatum, oportet, ꝙ ſit actus, malitia autem talis eſt habitus; vnde eſto ſit vitium, non tamen peccatum. Dico ſecũdò, ꝙ ſi intelligitur de malitia tertio modo, ideſt electione mali, & mala voluntate; quia eſt cum ſcientia mali, & ſine extrinſeco impulſiuo; conceditur, & eſt peccatũ; quia actus interior voluntatis, ex quo exterior procedit, ſicut ex cauſa. Dico tertiò, ꝙ ſi intelligitur de malitia ſecundo modo, quæ eſt actus volũtatis, quo abijcit dona Spiritus ſancti, quibus a malo prohibebatur; conceditur etiam maior, ſicut inuidentia fraternæ gratiæ eſt cauſa, ꝙ aliquis impugnat, ea quæ ſunt pro gratia Dei amplianda in eccleſia, vt patet 2. 2. q. 14. ar. 2. Et ita iuxta dicta in art. peccatum ex malitia eſt, quod procedit ex inordinatione voluntatis triplici iam dicta. Vltra; ſi igitur malitia, &c. Negatur ſequela, tum primò, quia peccatum ex malitia, quia ex habitu, non reducitur in habitum alium ab eo, ex quo eſt; tum ſecundò, quia eſto ille habitus reducatur in aliud peccatum actuale, tamẽ iuxta ſupra dicta, q. 75. art. 4. & ar. 1. deueniendum eſt ad aliquod peccatum, quod nõ cauſatur ex alio peccato, ſed voluntate deficiente defectu negatiuo ſm ſe; tum tertiò, quia peccatum ex malitia, quod eſt in Spiritum ſanctum, cauſatur ex malitia, quæ eſt abiectio retrahentis, quæ non neceſſariò cauſatur ex alio peccato, immo vt habetur 2. 2. q. 14. & 2. Sen. d. 43. primum peccatum hominis poteſt eſſe in Spiritum ſanctũ, quare non erit proceſſus in infinitum. Vnde negatur conſequentia.

Dub. 834. *Ariſt. li. 3. Ethic. c. 1. tomo 5. *In corp. artic. *q. 73. ar. 4.

Vtrum quicunque peccat ex habitu, peccet ex certa malitia.

AD ſecundum ſic proceditur. Vr̃, ꝙ non oĩs qui peccat ex habitu, peccet ex certa malitia; peccatũ enim quod eſt ex certa malitia, vr̃ eſſe grauiſſimum; ſed qñq; homo aliquod leue peccatum committit ex habitu, ſicut cum dicit verbum otioſum; non ergo omne peccatum, quod eſt ex habitu, eſt ex certa malitia. O Infra ar. 8. Et Rom. 1. lect. 8.

¶ 2 Præt. Actus ex habitu ꝓcedẽtes ſunt ſimiles actibus, ex quibus actibus gñant, vt dr̃ 2. Eth. * ſed actus ꝓcedentes habitũ uitioſum nõ ſunt ex certa malitia; ergo & peccata, quæ ſunt ex habitu, non ſunt ex certa malitia. * Ariſt. c. 1. & 2. tom. 3.

¶ 3 Præt. In his quæ aliquis ex certa malitia cõmittit, gaudet, poſtquam commiſit, ſm illud Prou. 2. Qui lætantur, cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis; & hoc ideo, quia vnicuiq; eſt delectabile, cum cõſequit id quod intẽdit, & qui operat, qđ eſt ei quodãmodo cõnaturale ſm habitũ; ſed illi q. peccant ex habitu, poſt peccatum cõmiſſum dolent; plenitudine enim replẽtur prauitatibus habentes habitum vitioſum, vt dr̃ in 9. Ethic. * ergo peccata, quæ ſunt ex habitu, non ſunt ex certa malitia. Prouerb. 2. * Ariſt. c. 4. declinãdo ad finem, tom. 5.

¶ Sed contra, peccatum ex certa malitia dicitur eſſe, quod eſt ex electione mali; ſed unicuique eſt eligibile id, ad quod inclinatur per proprium habitum, vt dicitur in 6. Ethic. * de habitu uirtuoſo; ergo peccatum, quod eſt ex habitu, eſt ex certa malitia. * Ariſt. c. 2. tomo 5.

¶ Hic conſequenter q̃rit D.S. de modo peccandi ex malitia, an ille qui peccat ex habitu, peccet ex malitia. Deinde an ẽt alio mõ cõtingat peccare ex malitia, eſto non peccetur ex habitu, art. ſeq.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ nõ eſt idẽ peccare habentem habitum, & peccare ex habitu, vti enim habitu non eſt neceſſarium, ſed ſubiacet voluntati habentis; vnde & habitus definitur eſſe, quo quis vtitur cum voluerit.

¶D.S. duo facit. Primò deducit concluſionem quandam fundamentalem per modum notabilis; ſecundò concluſionę reſponſuam, ibi. Sed quandocunque, &c. Circa primum, primò ponit concluſionem fundamentalem generalem; ſecundò ex eius ꝓbatione infert aliã magis ſpecialem, ibi. Et ideo, &c. Concluſio fundamentalis generalis eſt. Non eſt idem peccare habẽtem habitũ, & peccare ex habitu. Probatur ſic. Peccare ex habitu eſt vti habitu præſente, ſed vti habitu præſenti nõ eſt neceſſarium, ſed ſubiacet voluntati habentis; ergo concluſio vera. Maiorẽ D.S. non ponit, ſed minorẽ, quam probat ex definitione habitus, qui definit eſſe quo quis vtitur cum voluerit. Conſequenter cum dicit.

¶Et ideo ſicut poteſt contingere, ꝙ aliquis habens habitum vitioſum prorumpat in actum uirtutis, eo ꝙ ratio non totaliter corrumpitur per malum habitum, ſed aliquid eius integrũ manet, ex quo prouenit, ꝙ peccator aliqua operat̃ de gñe bonorum; ita etiam poteſt contingere, ꝙ aliquis habens habitum vitioſum, interdum non ex habitu operetur, ſed ex paſſione inſurgente, uel etiam ignorantia. ———

¶Ponit cõcluſionem fundamentalem magis ſpecialem; poteſt contingere, ꝙ aliquis habens habitum, interdum non ex habitu operetur, ſed ex paſſione tantùm, vt in fine huius litteræ probatur; poteſt contingere, ꝙ aliquis habens habitum vitioſum, prorumpat in actum virtutis; ergo ſequitur concluſio. Tenet conſequentia per locum a maiori affirmatiuè, quia plus eſt facere actũ virtuoſum, quàm non vti habitu, & operari ex paſſione, vel ignorantia, quæ & ipſa ſunt principium mali actus. Antecedẽs patet, tum ex cõcluſione prima, tum ex eo, ꝙ ratio non totaliter corrũpitur per habitum malum, ſed aliquid eius integrũ manet; ex quo prouenit, ꝙ peccator aliqua operatur de gñe bonorum. De hoc, ꝙ ratio non vl̃r tollatur, patebit infra, & in de Veri. Ma. 16. art. 3. quia ratio vl̃is, & ſynderesis nunquam extinguuntur totaliter. Ex quibus hr̃, ꝙ non peccat ex malitia ſemper, qui habet habitũ vitioſum, dum eo non vtitur, & cum agit actum virtutis; & etiam ſi peccet, non ſemper peccat ex malitia, quia etiam habens habitum poteſt affici paſſione, vel conformi habitui, vel paſſione diſparata ab habitu ſuo; & præterea poteſt peccare ex ignorantia, non quidem eius, cuius habitum habet, ſed alicuius alterius.

¶Sed quandocunq; vtitur habitu vitioſo, neceſſe eſt, ꝙ ex certa malitia peccet, quia vnicuiq; habẽti habitum eſt per ſe diligibile id, quod eſt ei conueniens ſm proprium habitum; quia ſic fit ei quodammodo connaturale, ſm ꝙ conſuetudo, & habitus vertitur in naturam; hoc autem quod eſt alicui cõueniens ſm habitum vitioſum eſt id, quod excludit bonum ſpirituale; ex quo ſequitur, ꝙ homo eligat malum ſpirituale, vt adipiſcatur bonum, quod eſt ei ſm habitum conueniens; & hoc eſt ex certa malitia peccare. Vnde manifeſtum eſt, quòd quicunque peccat ex habitu, peccet ex certa malitia. ———

¶Hic conſequenter D.S. reſpondet ad quæſitum directè, tali cõcluſione. Qñcunq; habens habitum vitioſum, vtitur ipſo, neceſſe eſt, ꝙ ex certa malitia peccet (& hæc formaliter ad quæſitum reſpondet.) Probatur concluſio. Peccare ex malitia eſt eligere malum ſpirituale pp adeptionem boni delectabilis; ſed vtens habitu malo vitioſo, eligit (ſcienter vult, vel ſuſtinet) malum ſpirituale, vt adipiſcatur bonum, quod eſt ei ſm habitum conueniens, contrarium bono ſpirituali; ergo concluſio vera. Maior patuit art. 1. ſiue intelligatur de malo ſpirituali, quod eſt priuatio boni a peccante, & pœnæ; ſiue de malitia, quæ eſt in actu peccati, vt patuit ad ſecundum, in arti. præced. Minor probatur. Vnicuiq; habenti habitum eſt per ſe diligibile, & eligibile, id quod eſt ei cõueniens ſecundùm proprium habitum; ſed ſecundùm habitum vitioſum eſt alicui conueniens id, quod excludit bonum ſpirituale; ergo minor vera. Maior illa patet, quia conueniens ſm proprium habitum fit ei quodammodo connaturale, ſecundùm ꝙ conſuetudo & habitus vertitur in naturã; ſed connaturale eſt per ſe diligibile.

¶Nota autem circa hoc, quod ſupra tactum eſt, q. 53. artic. 1. ad primum. quia nõ eſt omnino ſimile de habitu, & natura, quia natura neceſſitat, non habitus; ſed eſt ſimile in propoſito quo ad delectabile, & ex electione agere, & quia ſicut naturale per ſe appetitur a natura, ita conueniens ſm habitum vitioſum per ſe eſt eligibile, & plus alijs. De hoc D.S. de Malo, q. 3. art. 13. ad ſextũ. habitus virtutis, vel vitij eſt forma animæ rationalis; omnis autẽ forma eſt in aliquo ſm modum recipientis. De natura autem rationalis creaturæ eſt; ꝙ ſit arbitrio libera. Nam habitus virtutis, vel vitij non inclinat voluntatem ex neceſſitate, ſic ꝙ aliquis non poſſit contra rationem habitus operari; ſed difficile eſt operari contra id, ad quod habitus inclinat, hæc ille.

¶Circa minorẽ nota, ꝙ ipſa aſſumit, ꝙ id, quod eſt conueniens ſm habitum vitioſum excludit bonum ſpirituale; ergo debet inferri, ꝙ tale eſt per ſe eligibile; ſed tamen ex hoc habetur, ꝙ quis vult per ſe id, quod excludit bonum ſpirituale; ergo & vult excluſionem boni ſpiritualis, ſaltẽ ex conſequenti, & tñ ſcienter; & hoc dictum eſt in primo art. ſufficere ad peccatum ex malitia ſcienter, videlicet pati diſpendium in bono ſpirituali pp conſecutionem boni temporalis; quare ratio iſta bene probat, ꝙ habens, & vtens habitu vitioſo vult bonum temporale tanquam magis amatum. Quare conſequens eſt, vt patiatur diſpendium in minus amato etiam ſcienter, quod dicimus peccare ex malitia.

¶Circa iſtum artic. eſt difficultas, an habitus, ex quo quis peccat ex malitia, debeat eſſe in voluntate ſubiectiuè; & poſſet videri, ꝙ ſic, quia tunc nõ moueretur ad peccatum ab intrinſeco, ſed extrinſeco, nec tale peccatum eſſet voluntati magis proprium, quàm peccatum ex paſſione, cuius oppoſitum dicetur, artic. 4.

¶Ad hoc videtur dicendum, ꝙ non oportet habitum vitioſum, quo quis volens peccat ex malitia principaliter eſſe in voluntate; ſed ſufficit, ꝙ ſit in appetitu ſenſitiuo; & hoc videtur trahi poſſe ex D.S. vbicunque de iſta materia loquitur; vnde dicitur art. 4. ad ſecundum. ꝙ per habitum inclinatur voluntas quaſi ab interiori. Hæc ille. Vbi poteſt haberi, ꝙ non oportet habitum eſſe in voluntate ſubiectiuè; ſed ſufficit, ꝙ ſit in volente per modum permanentis. Præterea in ſecundo Sententiarum, vbi ſupra, art. 2. dicit; & hoc modo quicunque habet habitum intemperantiæ, eligit actum intemperantiæ; & ſic de alijs peccatis. Hæc ille. Conſtat autem, ꝙ intemperantia non eſt in voluntate, ſed in concupiſcibili in via D.S. Et tamen eſt differentia inter paſſionem, & talem habitum; quia paſsio de nouo ab extrinſeco conſurgit, & propter ſui vehementiam tollit rationem in particulari, ne hoc malum ſub ratione mali conſideretur; ſed habitus non tollit huiuſmodi iudicium etiam in particulari, ſed facit vt id, in quod inclinat, eligatur, etiam attento, & præuiſo malo, quod habet annexum, & cum hoc eſt quaſi intrinſecũ, & innatum, & ſi non volun tati tñ volenti. Poteſt ſecundò dici, ſicut habet Capreo, in tertio, Capreol. diſt. 33. & tactum eſt ſupra, q. 56. artic. 6. in fine artic. ꝙ valde veriſimile eſt, ꝙ antequam in iraſcibili, & cõcupiſcibili cauſentur habitus temperantiæ, vel fortitudinis, vel manſuetudinis, prius tpe; vel natura in voluntate cauſentur habitus continentiæ circa concupiſcentias, aut iras, vel alias paſsiones; & econtra, priuſquam in concupiſcibili cauſetur habitus intemperantiæ, in voluntate cauſetur habitus incontinentiæ, quia cõtinentia diſponit ad temperantiam, & incontinentia ad intemperantiam; quibus ſtãtibus facilè eſt videre, quomodo cum ex habitu peccatur, qui eſt in concupiſcibili etiam cõcurrat voluntas per aliquem habitum ſibi intraneum, quo infecta eligit effrenatè, & intensè bonũ, cui malũ coniungit, nec cohibet ab illius electione pp hoc malũ vitandũ; quare ſequit intẽtũ art. ꝙ peccãs ex habitu, peccat ex electione mali.

¶Nota ex hoc, quòd cum electio ſit præconſiliati, & præcogniti, & cum hoc ſit acceptio vnius præ alio; ideo peccare ex electione mali eſt præcognoſcere malum, & cum hoc ipſum potius velle ſuſtinere, quàm priuari bono concupito; non tamen dicitur eligi malum, quaſi præferat̃ bono; ſed ideo quia aliquis ipſum vult ſuſtinere propter bonum.

ARG. in contrarium concludit reſponſuam concluſionem.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ peccata venialia nõ excludunt bonum ſpirituale, quod eſt gratia Dei, uel charitas; vnde non dicuntur mala ſimpliciter, ſed ſecundùm quid; & propter hoc nec habitus ipſorum poſſunt dici ſimpliciter mali, ſed ſolùm ſecundùm quid. ———

¶Ad maiorem, eſt præſertim vera de peccato ex malitia, & cũ hoc in Spiritum ſanctum; hoc enim eſt grauiſsimum in ſpecie, & ſpeciale peccatum; ſed peccatum ex malitia, quia ex habitu non eſt grauiſsimum ex genere, ſed grauius, eo quod eſt ex paſsione, non quidem ex parte obiecti, ſed ex parte generis. ſinquantum culpa, & magis voluntarium. Vbi nota breuiter, ꝙ peccatum in Spiritum ſanctum, vt habet D.S. in ſecundo, non dr̃ ille actus ſe. in Spiritu ſanctum. cundus, qui ex primo, vt dictum eſt, cauſatur (niſi forte, ſm quòd virtus primi actus manet in eo) ſed ipſe primus actus eſt propriè peccatum in Spiritum ſanctum, & non eſt inconueniens, vt ex vno determinato peccato, omnia peccata poſſint orti. Hæc ille. Et vult (vt tactum eſt art. 1. ad tertium.) ꝙ peccatum in Spiritum ſanctum eſt ille actus interior, quo quis abijcit dona Spiritus ſancti, ſicut eſt deſperatio, & non propriè exterior fornicatio, quam quis ex deſperatione committit. Verum in de Malo, q. 3. artic. 14. ad quartum. dicit, ꝙ ſi alicui complaceat malitia propter cõtemptum Diuinæ ſpei, vel timoris, hoc pertinet ad rationem ſpiritualium peccatorum, ſ. deſperationis, & præſumptionis, quæ ſunt ſpecies peccati in Spiritum ſanctum; ſicut ſi virtus alicui complaceat propter ſe propter conſiderationem alicuius ſuperioris mouentis, ex hoc ſequeretur ratio ſpecialis virtutis, ſicut ſi aliquis delectaretur in caſtitate propter amorem Dei hoc pertineret ad virtutem charitatis. Hæc ille. Sed magis videtur, quod dicit in ſecundo Sententiarũ; quia motiuum effectiuum, & ex parte agẽtis non dat rationem ſpecialis virtutis, vel vitij, vt patuit ſupra, quæſt. 72. artic. 3. quicquid ſit de hoc.

¶Dico

¶Dico ad maiorem, ꝙ tale peccatum ex malitia eſt grauiſsimum; nam ſecundùm D.S. ſecunda ſecundæ, q. 34. ar. 2. ad primũ. Omnia peccata in Spiritum ſanctum includunt odium Dei, quod eſt grauiſsimum, ſi autem intelligitur de peccato ex malitia, qa ex habitu tunc poteſt dici grauiſsimum, non abſolutè, ſed comparatiuè, comparando ad peccatum ex ignorantia, vel ex paſsione, & hoc tamen cum grano ſalis, quia cum non dicat ſpeciale peccatum ab alijs diſtinctum ſpecificè, vt patet apud D.S. in ſecundo, vbi ſupra, & in de Malo, non poteſt eſſe grauius grauitate ſpecifica, quæ eſt ex obiecto, ſed ſolùm grauius ex circumſtantia generis peccati, vt culpa eſt; nam vt patuit ſupra, q. 73. artic. 6. ex maiori voluntate, & magis inordinata ſumitur grauitas generica, & quantò voluntas fuerit maior ad peccandum, tantò homo grauius peccat; eſt igitur talis malitia circumſtantiã aggrauans, non tamen trahens in aliam ſpeciem contenta ſub circumſtantia qualiter, vel quomodo, vt patet ad ſecundum. ¶De hoc D.S. de Malo, q. 3. art. 14. ad ſecundum. Secundum expoſitionem (inquit) antiquam, & etiam ſm expoſitionem magiſtralem, peccatum in Spiritum ſanctum, poteſt dici ſpeciale genus peccati, dum tamen peccatum in Spiritum ſanctum accipiatur propriè, ſm ꝙ aliquis peccat ex hoc, ꝙ abijcit beneficia Spiritus ſancti, quibus retrahitur a peccato. Sed ſi accipiatur peccatum ex malitia, ſm ꝙ eſt ex inclinatione habitus, ſic non eſt ſpeciale genus peccati, ſed quędã peccati circumſtantia, quæ poteſt in quolibet gñe peccati inueniri; & ſiſt dicendum eſt, ſi peccatum in Spiritum ſanctum ſit finalis impœnitentia ſm expoſitionem B. Aug. Hæc ille. Similia habet in ſecundo, vbi ſupra, art. 2. vbi inquit; ſumendo ergo primo modo (ideſt ſm ꝙ peccatum ex malitia dr̃, quia ex habitu) peccatum ex electione non nominat aliquod genus peccati determinatum, ſed eſt quædam peccati circumſtantia, vt ſ. actus ex habitu procedat, quod in omnibus generibus peccatorum contingit, &c. Hæc ille. Similia habet ſecunda ſecundæ, q. 14. art. 1. ad 3. Ex quibus oĩbus patet quid ſit ſentiendũ de iſta maiore, & vt applicetur maior ad intentum argumenti. Dico ſecundò, ꝙ peccatum ex certa malitia eſt ex habitu ſimpliciter malo. i. qui productiuus eſt actus, qui eſt contra ordinem ad vltimũ finem, & peccatum ex tali habitu ſimpliciter malo. i. perfectè malo (quia principiũ mortalis peccati) eſt peſſimum, vt dictum eſt comparatiuè, & quo ad circumſtantiã. Minor conceditur, ꝙ peccatum leue, & veniale committitur ex habitu; ſed non ex tali, qui habet rationem perfectæ malitiæ, quia non inclinat ad actum perfectè malum, qui auertit ab vltimo fine, & excludat charitatem, quia veniale, vt patuit q. 74. art. 9. non eſt contra vltimum finem. Vnde ſm D.S. de Malo, vbi ſupra, art. 12. ad 9. malitia opponitur virtuti, quæ eſt bona qualitas mentis, peccatum autem veniale non eſt contrarium virtuti; vnde ſi aliquis de induſtria peccatum veniale committat, non eſt ex malitia. Vltra; ergo non omne peccatum, quod eſt ex habitu, verum quocunque; ſed dictum eſt ex habitu vitioſo, qui opponitur virtuti, & charitati, habitus enim venialis non eſt huiuſmodi.

¶Nota ex his hr̃, qđ ſup. q. 74. ar. 9. dictũ fuit, quia errãt dicẽtes ſcienter loquentem verbum otioſum, vel peccantem de induſtria venialiter, quod peccet mortaliter, patet ex dictis clarè, &c.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd actus, qui procedit ex habitibus ſunt ſimiles [d] ſecundùm ſpeciem actibus, Dub. 59. ex quibus habitus generantur; differunt tamen ab eis, ſicut perfectum ab imperfecto; & talis eſt differentia peccati, quod cõmittitur ex certa malitia, ad peccatum, quod committitur ex aliqua paſſione. ———

¶Ad maiorem, verum, ſunt ſimiles in ſpecie, tñ in multis alijs differunt. Primò, quia præcedentes ſunt imperfecti, ſequentes autem habitũ ſunt perfecti; ſecundò, quia præcedentes poſſunt eſſe ex ignorantia, vel ex paſſione, non autem qui ſunt ex habitu, immo habitus facit vt voluntati ſm ſe placeat id, ad qđ eſt inclinata per habitum, & placet ſm ſe. i. ſine aliquo addito voluntati, quod ipſam trahat, & etiam quia hr̃ tanquam connaturale, vt patuit in art. Tertiò ſequitur, ꝙ differant eſt inordinatione, quæ eſt ex parte circumſtantiæ generis peccati, vt patuit. Minor non eſt vl̃r vera, ſm D.S. in 2. ſent. & 2. 2. q. 14. quia poſſibile eſt, vt aliqs primò peccet ex malitia, quæ eſt peccatum in Spiritũ ſanctum, & ex illo peccato reiterato gñetur habitus; & tñ illi actus habitum gñantes ſunt peccatum ex malitia; & poſſibile eſt, ꝙ interior actus (qui ꝓpriè dr̃ malitia) cauſet habitum in voluntate. Dicit enim D.S. in ſecundo, vbi ſup. ar. 5. ad 3. ꝙ peccatum in Spiritum ſanctum non eſt hoc modo ex electione, ſicut habẽs habitum ex electione, peccat, immo per actus peccati in Spiritum ſanctum præcedentes habitum, aliquis habitus acquiritur. Hæc ille. Dico ſecũdò ad minorem, ꝙ actus præcedentes habitum, qui non ſunt malitia, ꝓſertim in Spiritum ſanctum non ſunt ex certa malitia. Sed negat conſequentia, tum quia ſequentes fiunt cum complacentia voluntatis ſm ſe. i. vt non eſt tracta per extrinſecum impulſiuũ. tũ ſecundò, quia procedentes ex habitu ſunt magis inordinati; ideo magis dñr ex malitia. i. ex interiori motu voluntatis, quo ex ſe fert in malũ; actus enim interior immediatè ex habitu procedens dr̃ malitia, & peccatũ exterius vocat̃ ex malitia. De hoc D.S. de Malo, vbi ſup. art. 14. ad 8. Malitia contracta dr̃ quædam pronitas, quæ ex corruptione fomitis nobis ineſt ad mala agenda; & ſic non accipit̃ malitia, qñ dr̃ aliquis ex malitia peccare, ſed accipitur malitia pro malitia actuali, ſm ꝙ ipſa interior electio dr̃ malitia; & ſic intelligendum eſt, ꝙ ſemper cum aliquis peccat ex malitia, eſt interior actus peccati, qui dr̃ malitia, ex qua ꝓcedit exterior actus peccati, hæc ille; vbi patent, quæ dicta ſunt, &c. ¶Nota autem D.S. in hac ſolutione; qa dicit, ꝙ actus gñans habitũ, & actus ſequens ex habitu differunt, ſicut perfectũ, & imperfectũ; & tñ ſunt ſimiles ſm ſpẽm nõ mõ naturalẽ, ſed & moralẽ, quia ab eodẽ hñt vtraq; ſpeciẽ, eſto in cõparatione ad aliud; quare oportet dicere (vt in ꝓdicta ſolutione additum eſt) quia nõ diſtinguuntur gravitate ſpecifica, quę eſt ex obiecto ſpecificante, ſed ex circũſtantia generis, &c.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ ille qui peccat ex habitu, ſemper gaudet de hoc, quod ex habitu operatur, quamdiu habitu utitur; ſed quia poteſt habitu non vti, & per rationem, quæ non eſt totaliter corrupta, aliquid aliud meditari; poteſt contingere, quòd non utens habitu doleat de hoc, quod per habitum commiſit; plerumque tamen tales pœnitent de peccato, nõ quia eis peccatum ſecundùm ſe diſpliceat, ſed propter aliquod incommodum, quod ex peccato incurrunt. ———

¶Ad maiorem, negatur, ꝙ gaudeat ſemper de his, quæ ex habitu commiſit, etiam qñ habitu non vtitur. Sed verum eſt, ꝙ peccans ex habitu gaudet de procedente ex habitu, dum eo vtitur; & fundamentum patet ex concluſione præmbulari, quia poteſt habens habitum ipſo non vti, immo agere aliquo modo cõtrarium ipſius, & dolere, & triſtari de eo, quod fecit ex habitu, eo ꝙ habitus non corrumpunt totam rectitudinem rationis. Secundò dico, ꝙ habens habitum, triſtatur de eo, quod ex habitu fecit plerumque, non quia factum ſm ſe diſpliceat, ſed pp aliquod incommodum ſequẽs ex peccato, ſicut ex timore pœnæ, vel pp aliquid huiuſmodi; non enim facilè eſt, vt id ad quod habitu aliter quis affectus eſt ſm ſe diſpliceat. Vltra; ad probationẽ dr̃, ꝙ probat, ꝙ vtens habitu delectetur, & gaudeat de factis ex ipſo, non autem ſi rectam rationem ſequatur, ſicut poſſibile eſt.

¶Ad minorem dico, ꝙ dolent, quandoq; poſt factum, ſed non dolent, dum ex habitu operantur, immo tunc operantur cum delectatiune, & gaudio. Negatur igitur conſequentia, quia ad peccatum ex certa malitia ſufficit, quòd aliquis ex interiori inclinatione voluntatis operetur, & gaudeat, dum facit quod ſcit habere malum annexum, nõ autem requiritur, quòd ſemper gaudeat, & nunquam triſtetur, vt argumentum ſupponit, & male.

Vtrum quicunque peccat ex certa malitia, peccet ex habitu.

P

AD tertium ſic proceditur. Videtur, ꝙ quicunq; peccat ex certa malitia, peccet ex habitu. Dicit enim Philoſophus in quinto Ethicorum, * quòd non eſt cuiuslibet iniuſta facere, qualiter iniuſtus facit, ſcilicet ex electione, ſed ſolùm habentis habitũ; ſed peccare ex certa malitia eſt peccare ex electione mali, vt dictũ eſt; * ergo peccare ex certa malitia nõ eſt niſi habentis habitũ.

¶ 2 Præterea. Origenes dicit in primo Periarchon, * ꝙ non ad ſubitum quis euacuatur, aut deficit, ſed paulatim per partes defluere neceſſe eſt; ſed maximus defluxus eſſe videtur, vt aliquis ex certa malitia peccet; ergo non ſtatim a principio, ſed per multam conſuetudinem, ex qua habitus generari poteſt, aliquis ad hoc deuenit, vt ex certa malitia peccet.

¶ 3 Præt. Qñcũq; aliquis ex certa malitia peccat, oportet ꝙ ipſa voluntas de ſe inclinetur ad malum, qđ eligit, ſed ex natura potentiæ nõ inclinatur homo ad malũ, ſed magis ad bonũ; ergo oportet, ſi eligit malum, ꝙ hoc ſit ex aliquo ſuperuenienti, quod eſt paſsio, vel habitus; ſed qñ aliquis peccat ex paſsione, nõ peccat ex certa malitia, ſed ex infirmitate, vt dictum eſt; * ergo qñcunq; aliquis peccat ex certa malitia, oportet, quòd peccet ex habitu.

¶Sed contra, ſicut ſe habet habitus bonus ad electionem boni, ita habitus malus ad electionem mali; ſed quandoq; aliquis non habens habitum virtutis eligit id, quod eſt bonum ſm virtutem; ergo etiam quandoque aliquis non habens habitum uitioſum, poteſt eligere malum, quod eſt ex certa malitia peccare.

Supra ar. 2. Et Rom. 1. lec. 8. co. 3. * Ariſt. c. 9. à medio. * Art. 1. huius quæſt. * Orig. c. 3. circa finẽ. tomo 4. *q. 77. ar. 3.

¶ Quærit hic, an alio aliquo modo poſſit peccari ex malitia abſque hoc, quòd peccetur ex habitu, ita quòd non habens habitum, peccet ex malitia, & libera electione mali.

¶ Nota autem pro maiori intellectu dicendorum, quòd peccare ex malitia, vt ſæpe dictum eſt, eſt procedere ad malum ex interiori motu proprio voluntati, & libero ſine tractu paſſionis, vel ſine remotione prohibentis, ſcilicet ignorantia, immo moueri in malum præſcitum; ſicut igitur in rebus naturalibus aliquid dupliciter mouetur; vno modo propter inclinationem naturalem, ſicut graue deorſum; alio modo propter remotionem prohibentis, ſicut aqua effunditur fracto vaſe continente; ſic & voluntas dupliciter fertur ex ſe effrenatè, & malitiosè in peccatū; vno modo ex propria inclinatione habitus acquiſiti ad ſenſum dictum, artic. præceden. quandoque verò ex remotione eius, quod prohibebat a peccato, ſicut ſpes, timor, & amor Dei, & alia dona Spiritus ſancti, quibus homo retrahitur a peccato; & ſic peccatum, quod procedit ex electione peccati, quæ electio prouenit ex remotione donorum Spiritus ſancti, dicitur peccatum ex malitia; & huiuſmodi peccatum dicitur in Spiritum ſanctum. De quo D.S. de Malo, ſupra artic. 1. propriè ille peccat in Spiritum ſanctum, cuius voluntas ex hoc tendit in peccatum, quia abijcit huiuſmodi Spiritus ſancti retinacula. Ex his habetur intellectus articuli.

Peccatum in Spiritū ſanctum.

¶ Reſpõdeo dicendum, quòd uoluntas aliter ſe habet ad bonum, & aliter ad malum; ex natura enim ſuæ potentiæ inclinatur ad bonum rationis, ſicut ad proprium obiectum; vnde & omne peccatum dicitur eſſe contra naturam, ꝙ ergo in aliquod malum uoluntas eligendo inclinetur, oportet, ꝙ aliunde contingat. Et quandoq; quidem contingit ex defectu rationis, ſicut cum aliquis ex ignorantia peccat; quandoq; autem ex impulſu appetitus ſenſitiui, ſicut cum peccat ex paſſione.

¶ Iterum duo facit D.S. in hoc articulo. Primò ponit notabile fundamentale; ſecundò applicat ad propoſitum, & reſpondet ad quæſitum, ibi. Sed neutrum horum, &c. Notabile ſtat in hoc, quòd voluntas aliter ſe habet ad bonum, aliter ad malum, clarè in littera.

¶ Nota autem verba D. S. quia voluntas ex natura ſuæ potentiæ, &c. Voluntas enim eſt inclinatio potentialis ordinata in bonum rationis, vnde & actus eius naturalis non eſt niſi bonus; ſed quia libera potentia eſt, ideo actus eius liber ſequẽs dictamen rationis erroneæ poteſt eſſe malus. Vult ergo D.S. quòd hoc, ꝙ voluntas in malum declinet, non eſt ex natura potentiali, ſed aliunde, ſcilicet vel ex ratione erronea, vel ex tractu paſsionis, vel ex propria actuali inordinatione.

¶ Nota etiam, quòd voluntas ſit in actu primo, quandoque ſcilicet reſpectu boni naturaliter appetibilis in communi, ſcilicet beatitudinis ſine omni ſuperaddito, quandoque autem ſit in actu primo per aliquid ſuæ naturæ ſuperadditum, ſicut reſpectu boni excedentis, vel reſpectu particularis boni, ad quod afficitur per conſuetudinem, vel habitum, aut paſsionem. Dictum ergo D.S. ſtat ſolidum, quòd voluntas ex natura potentiæ inclinatur ad bonum rationis, & quando eſt proportionatum, & connaturale ſine addito, quandoq; verò cum addito, ſed ſemper habet ex propria natura tendere in bonum rationis tanquam appetitus rationalis.

¶ Sed neutrum horū eſt ex certa malitia peccare; ſed tunc ſolùm ex certa malitia aliquis peccat, quando ipſa voluntas ex ſeipſa mouetur ad malum.

Concluſio reſponſiua.

¶ Hic conſequenter D.S. deducit concluſionem reſponſiuam ex præcedenti notabili, talem. Non eſt neceſſarium, quòd quicunque peccat ex certa malitia, peccet ex habitu, ita ſcilicet, quòd poteſt peccare ex malitia, & non ex habitu, ſic quòd peccatum ex malitia poteſt duobus modis fieri, non vno tantùm. Probatur ſic. Peccare ex malitia non eſt peccare ex defectu rationis, ſed quia nec impulſu paſsionis ipſa voluntas ex ſeipſa mouetur ad malum; ſed hoc quamuis fiat ex aliqua voluntatis inordinatione, ſcilicet ex remotione prohibentis, non tamen neceſſariò ex habitu; igitur concluſio vera.

¶ Circa iſtam rationem D.S. ponit primò maiorem; ſecundò probat minorem ſubintellectam, ibi. Quod poteſt contingere, &c. Tertiò infert quoddam corollarium cum ipſa concluſione reſponſiua, ibi. Sic igitur, &c. Maior ergo patet ex notabili præcedenti, & ex ſæpe dictis in præcedentibus articulis.

¶ Et nota circa illam maiorem, quòd peccatum ex malitia nõ dicitur eſſe ex defectu rationis, videlicet tali, quo ignoretur id, quod agitur nunc eſſe malum, & nõ eſt cum defectu rationis, qui eſt cauſa peccati; tamen iuxta dicta in artic. 1. ad primum eſt cum ignorantia concomitante, qua neſcitur hoc malum eſſe ſuſtinendum propter conſecutionem illius boni, vt enim ibidem allegatum eſt ex D.S. in de Malo, non ſolùm peccatum ex paſsione, ſed etiam ex habitu habet ignorantiam concomitantem.

¶ Nota ſecundò, quòd peccatum ex malitia præſupponit inordinationem in homine, non ſecundùm quamcunq; potentiam, ſed voluntatem; quia videlicet eſto, (vt dictum eſt) defectus rationis concomitetur peccatum ex malitia, tamen malitia voluntatis eſt principalis cauſa, vel ex inclinatione habitus, vel ex abiectione prohibentis, quia videlicet parum eſt affecta ſpiritualibus, & multum temporalibus; ideo deſperat, & huiuſmodi. Quare Doct. Sanct. conſequenter dicit, quòd peccare ex defectu rationis, vel appetitus ſenſitiui non eſt peccare ex malitia, ſed ex inclinatione voluntatis. Deinde ibi.

¶ Quod poteſt contingere dupliciter. Vno quidem modo per hoc, quòd homo habet aliquam diſpoſitionem corruptam inclinantem ad malum, ita ꝙ ſecũdùm illam diſpoſitionem fit homini quaſi conueniens, & ſimile aliquod malũ; & in hoc ratione conuenientiæ tendit uoluntas quaſi in bonum, quia vnumquodque ſm ſe tendit in id, quod ſibi eſt conueniens; talis autem diſpoſitio corrupta, vel eſt aliquis habitus acquiſitus ex conſuetudine, quæ vertitur in naturam, vel eſt aliqua egritudinalis habitudo ex parte corporis; ſicut aliqui habent quaſdam naturales inclinationes ad aliqua peccata propter corruptionem naturæ in ipſis.

¶ Declarat minorem ſubintellectam ex quadam diſtinctione; cuius ſecundum membrum declarat, ibi. Alio modo, &c.

¶ Et nota, quòd minor dicit notanter, non tamen neceſſariæ ex habitu; quia poteſt eſſe habitus, quando accipitur peccatum ex malitia vno modo, ſed alio modo acceptum, vt eſt peccatum cum hoc in Spiritum ſanctum, tunc non eſt ex habitu.

¶ Notat ergo pro minore, ꝙ voluntas poteſt ſeipſa (ideſt non tracta per extrinſecum) tendere in malum dupliciter; vno modo, quia habet aliquam diſpoſitionem, &c. vt in littera clarè.

¶ Nota autem circa hoc membrũ verba D.S. quia habitus corruptus facit alicui conueniens, & connaturale eſſe malũ, non quidem vt malum eſt, ſed vt tendit in ipſum, quod eſt *malum in veritate* tanquam in ſibi bonum, vt enim ſupra, q. 34. art. 2. dictum fuit, bonum ſimpliciter dicendum eſt ſm comparationẽ ad Deum & ordinem Diuinum, non quo ad hunc. Deinde cum dicit.

¶ Alio modo cõtingit, quòd voluntas per ſe tendit in aliquod malum per remotionem alicuius prohibentis, puta ſi aliquis prohibeatur peccare, non quia peccatum ei ſecundùm ſe diſpliceat, ſed propter ſpem vitæ ęternæ, vel propter timorem gehennæ; remota ſpe per deſperationem, vel timore per præſumptionem, ſequitur, quòd ex certa malitia quaſi abſque freno peccet.

¶ Declarat ſecundum membrum prædictæ diſtinctionis, & patet clarè in littera. ſ. ꝙ hoc peccatum ex malitia eſt peccatum in Spiritum ſanctum, peccare. ſ. abſque freno ſolùm pp abiectionem donorũ Spiritus ſancti; ita tamen, ꝙ vel ſola abiectio huiuſmodi donorum ſit peccatum in Spiritum ſanctum, vt D.S. dicere videtur in ſecundo, vel etiam electio mali, & opus ex ipſa procedẽs, vt vt dicere in de Malo, vt patuit in artic. 2. ad primum; & peccatum ex malitia iſto modo non eſt propriè in Spiritum ſanctum, ſed prouenit ex peccato in Spiritum ſanctum, vt patuit ar. præced. ad 2m. Patet igitur, ꝙ poteſt voluntas ex propria inordinatione actuali tendere effrenatè in malũ pp deſperationem, & huiuſmodi, ſciendo videlicet quia eſt malum, & per conſequens peccare, vel volendo, vel operando malum ſcienter ex tali inordinatione; videtur autem, ꝙ propriè actus exterior dr ex malitia, quæ eſt actus interior prouenies ex peccato in Spiritum ſanctum; quia eoipſo, ꝙ quis deſperat, liberè, & effrenatè vult malum, & vlterius in opus progreditur; quare tale opus vocatur ex malitia, & ex electione, quæ prouenit ex peccato in Spiritum ſanctum. Tuncibi.

¶ Sic igitur patet, quòd peccatum, quod eſt ex certa malitia, ſemper præſupponit in homine aliquam inordinationem, quæ tamen non ſemper eſt habitus; vnde non eſt neceſſarium, quòd quicunque peccat ex certa malitia, peccet ex habitu.

¶ Infert quoddam corollarium cum ipſa concluſione reſponſiua, tale: Sic ergo patet, quòd peccatum, quod eſt ex certa malitia, ſemper præſupponit aliquam inordinationem in homine, quæ tamen non ſemper eſt habitus; patet ex iam dictis, quia peccatum ex malitia ſecundo modo non eſt ex habitu, ſed actuali inordinatione, quæ abijcit dona Spiritus ſancti, &c.

ARGVMENTVM in contrarium non eſt purum, ideo quarto loco ſoluetur.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ operari qualiter iniuſtus operatur, non ſolùm eſt operari iniuſta ex certa malitia; ſed etiam delectabiliter, & ſine graui reniſu rationis, quod non eſt niſi eius qui habet habitum.

¶ Ad

¶ Ad maiorem dico primò, quòd non inuenio iſtam propoſitionem in forma vt hic allegatur, ſed ſic habet D.S. in commento ibidem, & dicit (ſcilicet philoſophus) quòd multi æſtimant, ꝙ ſtatim in promptu habeant facere etiam iniuſtum, vnde reputat quòd facile ſit aliquem eſſe habitualiter iniuſtum; ſed hoc non eſt ita, facile enim & ſtatim eſt in poteſtate hominis, quòd aliqs faciat ea, quæ ſunt iniuſta, puta quòd commiſceatur cum vxore vicini ſui, & quòd percutiat proximum, & ꝙ tollat argentũ de manu alterius, vel quòd de manu ſua det aliquis argẽtum ad ꝓcurandum homicidium, vel aliquid huiuſmodi ſed quòd homines huiuſmodi faciant ſic ſe habentes, ſcilicet promptè, & delectabiliter, non eſt facile, neque ſtatim in poteſtate hominis; ſed ad hoc peruenitur per longam conſuetudinem, hæc D. S. ibidẽ, vbi patet, quòd illa auctoritas hic allegata habetur ſolùm in ſententia non in forma. Dico ſecundò, quòd non habetur, quòd facere aliquid malum ex electione requirit ſemper habitũ, ſed facere ſic ſe habentes, ideſt promptè, & delectabiliter, eſt habentis conſuetudinem, & habitum, quare peccare ex habitu eſt peccare ex electione, & cum hoc promptè, & delectabiliter, & vt hic D.S. habet ſine graui remorſu cõſcientiæ, & rationis; ſed ad peccare ex malitia vno modo ſufficit, quòd peccet ex electione, & certa ſcientia mali abſque exteriori impulſiuo, etiam ſi nõ prõptè, & delectabiliter, & ſine reniſu rationis peccet; vnde deſperans patitur magnum remorſum conſcientię in principio, & nõ peccat delectabiliter, & promptè, quamuis cũ in conſuetudinẽ venerit, peccet effrenatè, nam peccatum ex malitia, quod eſt in Spiritum ſanctum, non oportet, quòd procedat ex habitu, immo poteſt cauſare habitus. De hoc D.S. in 2. in diſt. 43 art. 5. ad tertium. vbi allegat eandem auctoritatem, ſed ſub alijs verbis. Arguit'ẽm ſic. Dicit Philoſophus. 5. Ethicorum, quòd nõ eſt in poteſtate hominis vt ſtatim iniuſta operetur ſicut iniuſtus facit, ſed iniuſtus operatur iniuſta delectabiliter, & ex electione, &c. Reſpondet autem ſic ad tertium, quòd peccatum in Spiritum ſanctum, vt ſupra dictum eſt, non eſt hoc modo ex electione ſicut habens habitum ex electione peccat, immo per actus peccati in Spiritum ſanctum præcedentes habitũ, aliquis habitus acquiritur, & ideo obiectio non procedit, quia iniuſtus ex electione peccat ſicut habens habitum. Hæc ille. Ex quibus patet, quæ dicta ſunt præſertim, quia aliquis peccando ex malitia poteſt cauſare habitum, & non eſt neceſſarium, quòd ex habitu peccet, & per conſequens, nec oportet, quòd qui peccat ex electione mali, ꝙ promptè, & delectabiliter; & vlterius ſequitur, quòd nec oporteat peccare ex habitu. Ad minorem conceditur, & dictum fuit arti. primo, ſed non oportet, quòd omnis electio mali procedat ex habitu, ſed ſufficit inordinatio actualis voluntatis, qua abijcit retinacula quibus quaſi ligabatur ne liberè ferretur in peccatum; quare negatur conſequentia. Vnde hoc argumentum fundatur in vna propoſitione inſufficienti, ſcilicet quòd quicunque peccat ex electione mali, ille peccat ex habitu; nam, vt patuit, poteſt peccari ex electione mali pp abiectionẽ, phibẽtis, & actuali inordinatione voluntatis; ſed verum eſt, ꝙ peccare ex electione mali, & cum hoc promptè, & delectabiliter, & ſine remorſu cõſcięti, quæ quo ad aliqua extingui poteſt, hoc eſt peccare ex habitu.

¶ Ad ſecundum dicẽdum, quòd non ſtatim ad hoc aliquis labitur, quòd ex certa malitia peccet, ſed præſupponitur aliquid, quod tamen non ſemper eſt habitus, vt dictum eſt. *

*In cor. ar.

¶ Ad maiorem dico primò, quòd dictum Origenis non fideliter, & integrè refertur, dicit enim ſic, vt habet D.S. ſecunda ſecũdæ. q. 14. arti. 4. in cor. & q. 24. ar. 12. ſi autem ſacietas capit aliquẽ ex his, qui in ſummo perfectoque conſtiterit gradu non arbitror, quòd ad ſubitum quis euacuetur aut decidat, ſed paulatim ac etiam p partes, eũ decidere neceſſe eſt ubi patet, quòd dictum Origenis extenſius allegatur, quàm debeat, ipſe enim ſolùm loquitur de perfectis, & vult ſecundùm vnum intellectum, quòd talis non ſtatim a principio peccant ex malitia, ſed ex hoc nõ ſequitur, quòd nullus, nec videlicet qui imperfectus eſt, & debiliter ad bona ſpiritualia affectus. Dico ſecundò, quòd Origenis dictum verum eſt vt in pluribus, tamen vt in paucioribus aliter cõtingit. De hoc D.S. 2. ſententiarum ſupra ad ſecundum in ſimili dicit ad auctoritatem Beati Greg. quòd aſſignans origines vitiorum, conſiderat id, quod ſæpius accidit, non quin aliter poſſit accidere, hoc enim ad moralem pertinet, & etiam ad naturalem, quia cauſa naturalis, & multò plus moralis deficiunt in minori parte, quia nõ ſunt neceſſariæ. Hæc ille. Ita dico in ꝓpoſito, &c. Dico tertio, quòd contingere poteſt, quòd aliquis in primo actu peccati in Spiritum ſanctum peccet per contemptum, tamen ꝓpter libertatem arbitrij, tum etiam propter multas diſpoſitiones præcedentes, vel etiam propter aliquod vehemens motiuum ad malum, & debilem affectum hominis ad bonum, & præſertim poteſt homo peccare primò in Spiritum ſanctum impugnando veritatem agnitorum, & inuidendo gratiæ qua reconciliati ſumus, & etiam contingit in alijs ſpeciebus peccati in Spiritũ ſanctum; poteſt enim ſtatim aliquis inſpectis diuerſorum hominũ ſtatibus, abijcere ſpem futuræ gloriæ propter difficultatem perueniendi ad ipſam, & propter delectationes eorum, qui de ea nõ curant, & ideo firmare animum ſuum, in hoc vt ſuam voluntatem in omnibus ſequatur, quod eſt obſtinationis; quare patet, ꝙ aliquis a principio poteſt peccare ex malitia, & in Spiritum ſanctum, & ſic dictum Origenis intellectum de peccato in Spiritum ſanctum non eſt vniuerſaliter verum. Dico quarto poſt D. S. hic quòd non ſtatim ad hoc aliquis labitur, quòd ex certa malitia peccet, ſed præſupponitur aliquid quod tamen non ſemper eſt habitus, ſed actualis inordinatio voluntatis.

Primum peccatum poteſt eſſe in ſpiritũ ſanctum.

¶ Nota autem, quòd hæc ſolutio procedit de peccato ex malitia in actu exteriori, quia tale prouenit ex inordinatione interiori voluntatis, quæ non neceſſariò eſt habitus, ſed aliæ ſolutiones videntur magis exponere mentem auctoritatis. Vide & dẽ illa auctoritate D.S. de charitate q. 6. ad primum, quia aliqs nõ perfectus non ſtatim peccat mortaliter, ſed per multas negligẽtias, & venialia ad hoc diſponitur.

¶ Nota autem, quòd hoc argumentum implicat aliud dubiũ, an videlicet primo peccato poſſit peccare in Spiritum ſanctum de quo iam tactum eſt, & habet D. S. ſecunda ſecundæ. q. 14. vbi ſtatim, & in 2. ſententiarum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud, propter quod voluntas inquinatur ad malum, non ſemper habitus eſt vel paſſio, ſed quiddam aliud, vt dictum eſt. *

*In cor. ar.

¶ Ad maiorem, vera, vt dictum eſt, oportet, quòd voluntas de ſe id eſt non tracta per aliquod extrinſecum. Ad minorem conceditur, quòd ex natura ſua non inclinatur ad malum ex natura videlicet potentiali, ſed tamen poteſt per actum, qui eſt eius, inclinari in malum ſimpliciter bonum tamen ſecundum quid; qa hõ non ita cognoſcit ſpiritualia ſicut temporalia, & videt plures delectari in temporalibus, ideo & ipſe poſt habitis bonis ſimpliciter, & Spiritualibus, firmat ſe in temporalibus per obſtinationem, & deſperationem; ſtant enim ſimul iuxta ſupra dicta q. 19. arti. 6. quòd voluntas ex natura ſua inclinatur ad bonum in vniuerſali, & tamen ex ſua libertate determinat ſe ad hoc bonũ, quod eſt bonum ſecundùm quid auertendo ſe ab hoc bono ſimpliciter, dummodo eſt iniuſum, ſcilicet Spirituali, & Diuino. Vltra, ergo oportet ſi eligit malum, quòd hoc ſit ex aliquo ſuperuenienti, quod eſt paſſio vel habitus. Conceditur prima pars cõſequentis, ſed negatur conſequentia quo ad ſecundam partem conſequentis, quia datur tertius, ſcilicet propria actualis inordinatio voluntatis, qua abijcit prohibens ab effrenata electione mali, & non eſt paſſio vel habitus vnde conceſſa ſubſumpta ꝓpoſitione, negatur vltima conſequentia, poteſt enim eſſe, quòd nec ex natura fertur in malum, nec ex habitu, ſed ex propria inclinatione, & affectione maiori ad bonum temporale, patitur ſcienter, & incurrit immo vult malum Spirituale, quia temporale eſt magis amatũ quo ad hũc ex natura enim fertur in bonũ in cõi, & talis actus naturalis ſemper eſt bonus, ſed per actum liberum, & ipſa vt eſt liberum arbitrium, poteſt ferri in bonũ cui ſcit eſſe annexum malum, ſicut enim malus Angelus naturaliter habet bonam voluntatem, ita & homo; & tamen vterque per voluntatem vt libera eſt, poteſt peccare, & præſertim homo cui Spiritualia bona magis ſcognita ſunt, & magis nota corporalia.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non eſt ſimilis ratio de electione boni, & de electione mali; quia malũ nunquam eſt ſine bono naturæ, ſed bonum poteſt eſſe ſine malo culpæ perfecto.

¶ Nota, quòd concluſio quidem vera eſt, & eadem cum concluſione articuli, quia tamen maior gen eraliter intellecta non continet puram veritatẽ, ideo D.S. ad ipſam reſpondet, quia non eſt ſimile de electione boni, & electione mali, quia malum nunquam eſt ſine bono, ſcilicet naturæ, ſed bonum è contra, poteſt eſſe ſine malo culpæ perfectæ; quamuis ergo ſit proportio inter habitum bonum, & malum, non tamen eſt ſimile de electione boni, & mali, & hoc voluit D.S. ꝓ maiori iformatione oſtẽdere.

Vtrum ille qui peccat ex certa malitia, peccet grauius, quàm ille qui peccat ex paſſione.

Q

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd ille qui peccat ex certa malitia, non peccet grauius, quàm illæ, qui peccat ex paſſione. Ignorantia enim excuſat peccatum vel in toto vel in parte, ſed maior eſt ignorãtia in eo, qui peccat ex certa malitia, quàm in eo, qui peccat ex paſſione; nam ille, qui peccat ex certa malitia patitur ignorantiam principij, quæ eſt maxima, vt Philoſophus dicit in 7. Ethicorum. * habet enim malã exiſtimationem de fine, qui eſt principium in operatiuis; ergo magis excuſatur a peccato, qui peccat ex certa malitia, quàm ille qui peccat ex paſſione.

Supra q. 47. ar. 2. co. Et 2. 2. q. 63 ar. 3. co. Et 2. d. 7. q. 1. art. 2. co. fin. Et M2. q. 3. art. 13. Et quol. 2. ar. 15. col. * Ariſt. ca. 8. à medio tom. 5.

¶ 2 Præ-

¶ 2 Præterea. Quantò aliquis habet maius impellẽs ad peccandum, tantò minus peccat, sicut patet de eo, qui maiori impetu passionis deijcitur in peccatum; sed ille, qui peccat ex certa malitia impellitur ab habitu, cuius est fortior impulsio, quàm passionis, ergo ille, qui peccat ex habitu minus peccat, quàm ille, qui peccat ex passione.

¶ 3 Præterea. Peccare ex certa malitia est peccare ex electione maliſed ille, qui peccat ex passione etiam eligit malum, ergo non minus peccat, quàm ille, qui peccat ex certa malitia.

¶ Sed contra est, quòd peccatum, quod ex industria committitur ex hoc ipso grauiorem pœnam meretur, secundùm illud Iob. 34. Quasi impios percussit eos in loco videntium, qui quasi de industria recesserunt ab eo; sed pœna non augetur nisi propter grauitatem culpæ, ergo peccatum ex hoc aggrauatur, quòd est ex industria seu certa malitia.

¶Hic quærit comparando peccatum ex malitia ad peccatũ ex passione, in grauitate; an quis peccet grauius ex malitia, quàm ex passione. ¶Nota, quòd ista quæstio intelligitur de peccato ex malitia, non vt est peccatum in Spiritũ sanctum, quia constat, ꝙ grauius est & cum hoc alterius generis, quàm peccatum ex passione; intelligitur igitur de peccato ex malitia prout peccatũ ex habitu est peccatum ex malitia, & quia illud vt patuit arti. 2. ad primum, non est alterius generis obiecti a peccato ex infirmitate, ideo sunt comparabilia, & hoc tangit D. S. in de Malo Mate. 3. ar. 13. vbi dicit respondendo ad hanc quæstionem, sed quando peccat ex habitu, quod est ex malitia peccare, &c. hæc ille, vbi innuit, quòd loquitur de peccato ex malitia prout idẽ est, quod peccatum ex habitu, &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd peccatum, quod est ex certa malitia est grauius peccato, quod est ex passione triplici ratione.

¶ Conclusio responsiua est in principio quam deducit tribus rationibus, quæ patebunt prosequendo, & est ista conclusio. Peccatum, quod est ex certa malitia est grauius peccato, quod est ex passione.

¶ Nota, quòd hæc conclusio, & alia, quæ pro illius probatione scilicet intelligenda sunt, vt habet D. S. vbi iam in de Malo, cæteris paribus, & hic in prima ratione, puta si peccetur vna specie peccati, & vnus quidem ex passione alius autem ex habitu, quia tunc qui peccat ex habitu grauius peccat; si autem esset magna inæqualitas in specie peccati posset contingere vt peccans ex passione grauius peccaret, sicut homicida ex ira grauius peccat, quàm committens modicum furtum ex habitu.

¶ Primo quidem, quia cum peccatum principaliter in voluntate consistat, quantò motus peccati est magis proprius voluntati, tantò peccatum est grauius cæteris paribus; cum autem ex certa malitia peccatur, motus peccati est magis proprius voluntati, quæ ex seipsa in malum mouetur, quàm quando ex passione peccatur, quasi ex quodam extrinseco impulsa ad peccandum; vnde peccatum ex hoc ipso, quòd est ex malitia aggrauatur, & tantò magis quantò fuerit vehementior malitia; ex eo verò, quòd est ex passione diminuitur tãtò magis quantò passio fuerit magis vehemens.

¶ Hic consequenter D.S. probat conclusionem tribus mediis, quorum primum procedit ex parte maioris voluntarij, a quo vt patuit supra q. 73. art. 6. sumitur maior grauitas generica peccati, vt videlicet culpa est, & magis volũtarium est quando motus est magis voluntati proprius, vt patuit q. 77. ar. 6. ad tertium. Arguitur ergo sic primò, quanto motus peccati est magis proprius voluntati, tantò peccatum est grauius cæteris paribus; sed quando peccatur ex malitia tunc motus peccati est magis proprius volũtati, quàm quando ex passione peccatur; ergo peccatum ex hoc ipso, quòd est ex malitia aggrauatur, &c. Maior probatur, peccatum principaliter consistit in voluntate, ergo sequitur maior, dicitur autem cæteris paribus propter dicta circa conclusionem, quia cum grauitas specifica ex parte obiecti sit prima, vt patuit supra, ideo si ipsa esset maior grauitate specifica alterius, tunc nõ oporteret peccatum ex malitia esse simpliciter maius.

¶ Nota, quòd peccatum principaliter consistit in volũtate sub ratione peccati vt culpa est, & completiuè, tamen principalius est ex obiecto inchoatiuè, & secundum grauitatem specificam, &c. Minor patet, quia quando peccat ex malitia tunc ex seipsa mouetur in malum, quando autem ex passione peccatur, tunc voluntas quasi ex quodam extrinseco impellitur ad peccandum, igit minor vera. Istud assumptum pro minore patet partim ex dictis in ista quæstione, partim ex dictis q. præcedentis.

¶ Nota aurem, quòd ista ratio procedere posset de peccato ex malitia quocunque siue scilicet ex habitu siue ex abiectione ꝓhibentium, vt est in Spiritum sanctum quo ad hoc, quia vtrobique voluntas ex seipsa mouetur in malum; quia tamen in peccato in Spiritum sanctum, & in peccato ex passione cætera non possunt esse paria, nam nunquam sunt eiusdem generis, & obiecti vel speciei, ideo D.S. in de Malo vbi supra, istam rationem manifestè intelligit de peccato ex malitia, prout est ex habitu, vt patet intuenti; ideo videtur iuxta dicta in primo notabili de peccato ex malitia, quod est ex habitu, &c. Secunda ratio est.

¶ Secundò quia passio, quæ inclinat voluntatem ad peccandum cito transit, & sic homo cito redit ad bonum propositum pœnitens de peccato; sed habitus quo homo ex malitia peccat est qualitas permanẽs, & ideo qui ex malitia peccat diuturnius peccat, vnde Philosophus in 7. Ethicorum. * comparat intemperatum, qui peccat ex malitia infirmo, qui continuè laborat; incõtinentem autem, qui peccat ex passione ei, qui laborat interpolatè. * Arist. 7. ethic. c. 5.

¶ Ista ratio fundatur in maiori duratione, & periculositate, & continuatione, & arguitur sic. Malum quantò diuturnius tantò peius, cæteris paribus; sed qui peccat ex malitia diuturnius peccat, quàm qui peccat ex passione; igitur grauius, cæteris paribus. Maior ista fuit declarata, supra q. 71. art. 1. ad primũ. quia si sunt eiusdem speciei magis & minus diuturnum, tũc magis diuturnũ est peius, in malis saltem accidentaliter, vt patuit ibidem. Minor probatur passio, quæ inclinat voluntatem ad peccandũ cito trãsit, & sic homo cito redit ad bonum propositum pœnitens de peccato, sed habitus quo homo ex malitia peccat, est qualitas ꝑmanens, igitur minor vera.

¶ Et nota, quòd ista ratio probat, quòd ex malitia peccãs peccat diuturnius saltem reiterando propositum, & actum peccati interioris; quia cum habitus semper insit frequenter inclinat ad propositum sui actus, sed passio raro adest, ideo non totiens reiteratur peccatum, nec quo ad actum interiorem nec exteriorem. Secundò confirmatur ista minor auctoritate Philosophi. 7. Ethi. qui comparat intẽperatum, qui peccat ex malitia, & habitu infirmo, qui continuè laborat, videlicet tisico vel hidropico. Incõtinentem autem, qui peccat ex passione, ei, qui laborat interpolatè videlicet epilentico, igitur minor vera.

¶ Nota autem, quòd hæc ratio manifestè procedit de peccato ex malitia, ꝓout est ex habitu, quia D.S. probat, ꝙ sit permanẽtius, quia ex habitu, vt patet intuenti. Tertia ratio.

¶ Tertiò, quia ille, qui peccat ex certa malitia est malè dispositus quantum ad ipsum finem, qui est principium in operabilibus, & sic eius defectus est periculosior, quàm eius, qui ex passione peccat, cuius propositum tendit in bonum finem, licet hoc propositum interrumpatur ad horam propter passionem. Semper autem defectus principij est pessimus, vnde manifestum est, quòd grauius est peccatum, quod ex malitia, quàm quod est ex passione.

¶ Hæc ratio procedit ex parte eius, circa quod vterque deficit habendo falsam æstimationem, & ignorantiam, & ex parte maioris periculi, & insanabilitatis.

¶ Vbi nota breuiter ixta dicta ſuqra q. 78. ar. 5. & secunda secundæ. q. 49. ar. 3. quòd principia in agibilibus sunt fines virtutũ non solum vniuersales, sed & proprij virtutibus, sicut temperantiæ finis est benè se habere secundùm rationem videlicet in delectabilibus, q̃ ergo peccat ex passione videlicet forti, & magna, qualis requiritur ad peccatum ex passione habet errorem, & falsam æstimationem circa aliquod particulare eligibile, prout esti mat hoc nunc esse eligendum, & tamen oppositum eius nouit habitu, & peccans ex passione est benè dispositus habitu saltẽ circa finem virtutis, sed peccãs ex habitu vt intemperatus, habet ignorantiam, & errorem circa finem ipsum, quia iudicat bonum esse vt effrenatè sequatur passiones. Patet autem ex supra dictis q. 72. ar. 5. quòd defectus principij periculosus est, quia insanabilis, defectus autem post principium ipso saluo sanari potest. His notatis arguitur sic. Semper defectus principij est pessimus, sed ille, qui peccat ex malitia deficit circa principium in moralibus, non autem, qui peccat ex passione, ergo peccans ex malitia deficit periculosius, & grauius, &c. maior nota. Minor patet, quia qui peccat ex malitia deficit circa finem, scilicet particularem virtutis, peccans autem ex passione proposito habituali saltem tenditin bonum finem, licet hoc propositum interrumpatur ad horam propter passionem, sed finis est principium in moralibus, igitur minor vera.

¶ Nota

¶ Nota autem, quòd hæc ratio quãuis intelligi possit de peccato ex malitia vtroque modo, tamẽ conuenientius intelligitur de peccato ex habitu; qui enim desperando fertur in peccatũ malè se habet ad finẽ virtutis dum liberè vult frui bonis mundi, &c. & ita vtitur hac ratione D.S. secunda secundæ. q. 156. ar. 3. vbi vide in cor. & solutionibus has rationes nunc positas referri.

¶ Et confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Nota circa hoc argumentum, quòd maior pœna non debetur solùm propter maiorem grauitatem specificam, sed & ꝓpter genericam, & accidentalem, & ergo stat, quòd peccatum ex malitia, & habitu sit eiusdem speciei, vt patuit cum peccato ex passione, & tamen grauius puniatur, quare non sunt incompossibilia, quod Doct. San. loquitur de malitia ex habitu tantùm, & tamen sibi debetur maior pœna, esto sit eiusdem speciei cum eo, quod est ex passione.

¶ Nota etiam circa minorem eiusdem argumenti in contrarium, quòd pœna non augetur nisi propter grauitatem culpę via executionis, & inflictionis a iusto iudice; tamen etiam è contra in via quasi intentionis vel volitionis indirectè, & commissionis, culpa ipsa augetur, vt patuit supra q. 73. ar. 8. circa finem, qa fidelis, qui contemnit maiores pœnas de quibus credit, eo ipso grauius peccat, & ita culpa quandoque habet grauitatem ex pœna iuxta sensum ibidem dictum, & hoc in via commissionis culpæ, & præuisionis pœnæ; sed tamen in via inflictionis, pœna ipsa taxatur iuxta culpæ grauitatem quam habet vel habuit ex ipsa pœna vt præuisa fuit, ita quòd pœna non augetur nisi propter grauitatem culpæ qnam potuit habere ex pœna vt præuisa fuit & tñ contẽpta, nã ex hoc arguitur maior voluntas ad malũ, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ignorantia electionis, de qua obiectio procedit, neque excusat neque diminuit peccatum vt supra dictum est. * vnde neque maior ignorantia talis facit esse minus peccatum. *q. 76. ar. 4.

¶ Ad maiorem sæpe patuit in q. 76. præsertim ar. 4. ad primũ, quia vera est de ignorantia, quæ est causa peccati, sed falsa est de ignorantia electionis, quæ est concomitans vel magis sequens causam peccati, siue sit passio siue habitus; vt enim patuit etiam habitus habet ignorantiam concomitantem, vt patuit ar. primo ad primum. ex D.S. in de Malo, illa igitur ignorantia non excusat in toto, nec in parte, immo vt dictum fuit quandoque auget, quia procedit ex voluntate multum affecta peccato. Minor vera est, & eam verificat D.S. secunda secundæ, vbi supra ad primum. quia est maior vno modo quantum ad durationem, quia in incõtinente durat illa ignorantia solùm passione durante, sicut accessio febris tertianæ durat durante commotione humoris, ignorantia autem intemperati durat assiduè propter permanentiam habitus. Alio modo est maior ignorantia intemperati quantum ad id, quod ignoratur, &c. vt deductum fuit in tertia ratione art. & ad hoc redit probatio minoris in litteram, sed negatur consequentia, quia vt supra dictum fuit q. 73. ar. 2. ad secundum. illa regula sicut simpliciter ad simpliciter, & magis ad magis, habet sa lũ veritatẽ in his, q̃ sunt per se; mõ ignorãtia, quæ est in peccato ex malitia, & ẽt in peccato ex passione nõ per se excusat, immo nihil excusat; ergo non oportet, ꝙ maior ignorãtia magis excuſet, & faciat minus peccatum, immo quantò ignorantia talis est maior tantò peccatum est grauius. de hoc Doct. San. vbi iam 2. 2. Ignorantia intellectus quandoque quidem precedit inclinationem appetitus, & causat eam, & sic quantò est maior ignorantia tantò magis peccatum diminuit vel totaliter excusat inquãtum causat inuoluntarium. Alio modo ẽconuerso, ignorantia rationis sequitur inclinationem appetitus, & talis ignorantia quãtò est maior tantò peccatum est grauius, quia ostenditur inclinatio appetitus esse maior; ignorantiam autem tam incontinentis, quàm intemperati prouenit ex eo, ꝙ appetitus est in aliquid inclinatus siue per passionem sicut in incontinente, siue per habitũ in intemperato. Hæc ille, & valent hæc ad propositum.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd impulsio, quæ est ex passione est quasi ex exteriori defectu respectu voluntatis, sed per habitum inclinatur voluntas quasi ab interiori, vnde non est similis ratio.

¶ Ad maiorem dicitur post dicta supra. q. 73. ar. 6. & q. 77. ar. 6. ad tertium. quantò aliquis habet maius impellens extrinsecum, quod obnubilat proprium motiuum voluntatis, scilicet rationẽ tantò minus peccat, si autem intelligitur de impellente intrinseco aut de eo, quod mouet secundùm naturam voluntatis, & ordinẽ, sicut est finis, & habitus intrancus voluntati vel volenti ad sensum dictum in ar. 2. negatur maior, quando videlicet impellens non tollit quin motus sit proprius voluntati; si autem facit ne sit voluntati ꝓprius, vera est maior. Ad minorem, ille qui peccat ex certa malitia impellitur ab habitu, conceditur. Sed dico, quòd ille impulsus est interior, & non abundat perturbando vehementer iudicium rationis, & relinquit motum voluntati proprium; quia scilicet non est ab extrinseco, quare negatur consequentia.

¶ Nota autem, quòd in hoc argumento D.S. arguit in minori de peccato ex malitia, quod est ex habitu, quare & benè dictũ videtur cum dicebatur, articulus intelligendus de peccato ex malitia, quod est ex habitu.

¶ Nota secundò, ꝙ D.S. dicit in solutione, sed per habitũ voluntatis inclinatur quasi ab interiori, quia videlicet iuxta dicta in ar. 2. esto non sit subiectiuè in voluntate, est tñ in voluntate, & per modum formæ quasi generalis, quod de passione dici nõ potest cum subito insurgat, & statim transeat, & cum hoc plerũq; ab extrinseco insurgat, vt patuit supra. q. 2. 2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliud est peccare eligentem, & aliud peccare ex electione; ille enim, ꝙ peccat ex passione, peccat quidem eligens, non tamen ex electione; quia electio non est in eo primum peccati principium, sed inducitur ex passione ad eligendum id quod extra passionem existens non eligeret; sed ille qui peccat ex certa malitia secundùm se eligit malum eo modo quo dictum est, * & ideo electus quo est in ipso est principium peccati, & propter hoc dicitur ex electione peccare. * Art. 1. & 2. huius q.

¶ Maior vera, ad sensum dictum art. 1. quia est eligere malum id est potius incurrere velle malum, quàm carere bono concupito, non quòd malum propter se eligatur vel ratione mali. Ad minorem dico, quòd non benè subsumitur, sunt enim quattuor termini; si autem benè subsumitur, negatur minor, scilicet ꝙ peccans ex passione, peccet ex electione; ipse quidem peccat eligens malum, sed non ex electione; ex electione enim peccare est ex propria libertate voluntatis ferri in malum quando non est tracta per aliquod extrinsecum impellens, quod non est in peccante ex passione, quia ibi voluntas eligit propter passionem, qua non existente non eligeret; sed peccans ex habitu eligit malum ad sensum dictum ex sola complacentia, & libertate voluntatis non tractæ per aliquod extrinsecum, præpositio enim, ex, denotat habitudinem principij in peccante autem ex passione non est primum principium ipsa voluntas, sed passio, secus in peccãte ex malitia, quia ibi actus exterior procedit ex interiori habitu voluntatis, & electione voluntatis tanquàm prima causa, vt patuit arti. primo ad tertium.

Quæstio Septuagesimanona.

De causis peccati exterioribus.

DEinde considerandum est de causis exterioribus peccati. Et primò ex parte Dei. Secundò ex parte diaboli. Tertiò ex parte hominis. Circa primum quærũtur quattuor. Primò, vtrum Deus sit causa peccati. Secũdò, vtrum actus peccati sit a Deo. Tertiò, vtrum Deus sit causa excecationis, & obdurationis. Quartò, vtrum hæc ordinentur ad salutem eorum, qui excecantur vel obdurantur. R

¶ Expedito tractatu de causis peccatorum interioribus, nunc D.S. iuxta ordinem statutum q. 76. agit de causis exterioribus peccati, & primò ex parte Dei q. 78. secundò ex parte diaboli q. 80. sequenti, tertiò ex parte hominis q. 81. Circa primum aduerte, ꝙ in peccato tria possunt considerari, scilicet ipsa deordinatio, ipse actus, & effectus horũ, scilicet priuatio gratiæ, primò ergo ostenditur in q. præsenti, an Deus sit causa peccati ex parte deordinationis, secundò an ex parte actus, arti. 2. tertiò an ex parte effectus in articulo 3, & quartò determinat dubium incidens ex art. 3. in quarto articulo.

Vtrum Deus sit causa peccati.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd Deus sit causa peccati. Dicit enim Apostolus Rom. primo, de quibusdam. Tradidit eos Deus in reprobum sensum vt faciant ea, quæ non conueniunt. Et Glosa ibidem dicit, * quòd Deus operatur in cordibus hominum inclinando voluntates eorum in quodcunque voluerit siue in bonum siue in malum; sed facere, quæ non conueniunt, & inclinari secundùm voluntatem ad malum, est peccatum, ergo Deus hominibus est causa peccati. Infra q. 80. ar. 1. cor. Et Malo. q. 3. arti. 1. * Est glos. Aug. in li. de natu. & gratia. ca. 21. tom. 7.

¶ 2 Præterea, Sapien. 14. dicitur. Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominum; sed tentatio solet dici prouocatio ad peccandum, cum ergo creaturæ non sint factæ nisi à Deo, vt in primo habitum est. * videtur, quòd Deus sit causa peccati prouocans hominem ad peccandum. Sapien. * Prima parte. q. 44. arti. 1.

¶ 3 Præterea.

¶ 3 Præterea. Quicquid est causa causæ est causa effectus, sed Deus est causa liberi arbitrij, quod est causa peccati, ergo Deus est causa peccati.

¶ 4 Præterea. Omne malum opponitur bono, sed non repugnat Diuinæ bonitati, quòd ipse sit causa mali pœnæ, de isto enim malo dicitur Esaiæ. 45. quòd Deus est creans malum. Et Amos 3. Si est malum in ciuitate, quod Deus non fecerit, ergo etiã Diuinæ bonitati non repugnat, quòd Deus sit causa culpæ. Esaiæ.45.

¶ Sed contra Sapien. 11. dicitur. Nihil odisti eorum, quę fecisti, odit autem Deus peccatum, secundùm illud. Sapien. 14. Odio est Deo impius, & impietas eius, ergo Deus non est causa peccati. Sapien.

¶ Nota primò, vt iam tactum fuit, ista quæstio huius articuli intelligitur de causa peccati formaliter, videlicet, an sit causa inordinationis, quæ est in peccato.

¶ Nota autem secundò, quòd nomen peccati non significat ipsum actum tanquam formale significatum, quia aliàs sequeretur, quòd peccatum, & rectum haberent idem formale significatum, quia possibile fuit vt ille idem actus numero esset concors regulæ superiori, & tunc esset rectus, quare formale significatum est ipsa inordinatio, quę accidit actui, ex quo est a tali agente voluntario, quod se non conformat suæ regulæ.

¶ Nota tertiò, quòd talis inordinatio, quæ est formale significatum peccati, nihil aliud est, quàm carentia actualis rectitudinis debitæ, hoc est rectitudinis, & ordinationis, quæ deberet in esse, & non inest, & hæc carentia actus voluntarij deficientis, est formale in peccato actuali. Quæritur igitur. An Deus sit causa, ꝙ talis rectitudo, & ordinatio debita inesse non inexistat actui ita quòd faciat volũtatem deficere, ita quòd Deus primo deficiat. & primò non agat id, quod facit actum esse rectum puta cõformem legi Diuinæ, & fini vltimo.

¶ Respondeo dicendum, quòd homo dupliciter est causa peccati vel sui vel alterius. Vno modo directè inclinando, scilicet voluntatem suam vel alterius ad peccandum. Alio modo indirectè, dum scilicet non retrahit aliquos a peccato, vnde Ezech. 3. speculatori dicitur. Si non dixeris impio morte morieris, sanguinem eius de manu tua requiram.

¶ D.S. in articuli corpore duo facit, primò præmittit quandam distinctionem pro intellectu quæsiti, secundò secundùm hoc respondet, ibi. Deus autem, &c.

¶ Nota ergo primò, quòd quæsitum potest habere duplicem intellectum, secundùm quòd duplex est causa peccati, sicut homo dupliciter est causa peccati vel sui vel alterius, & sic etiam posset videri, quòd Deus dupliciter esset causa peccati. Vno modo directe, inclinando scilicet voluntatem suam, vel alterius ad peccãdum, ideſt ad actionem, vt deformitati subſtat, quia videlicet inducit ad hoc vt velit inordinatè, inquantum potest, sicut diabolus, & homo persuadendo, & alliciendo. Alio mudo indirectè, quia videlicet non agit ad hoc, quòd alius peccet, sed quia non retrahit, & impedit à peccato, sicut Ezechielis tertio, si non dixeris impio, &c.

¶ Deus autem non potest esse directè causa peccati vel sui vel alterius, quia omne peccatum est per recessum ab ordine, qui est in Deum sicut in finem, Deus autem omnia inclinat, & conuertit in seipsum sicut in vltimum finem sicut Diony. dicit 2. c. de Diui. No.* vnde impossibile est, quòd sit sibi vel alijs causa discedendi ab ordine qui est in ipsum, vnde non potest directè esse causa peccati. * Aug. c. 1. declinando ad fin.

¶ Hic consequenter D.S. respondet ad quæsitum secũdùm illum duplicem intellectũ, tali conclusione totali, Deus nullo modo est causa peccati. Probatur Deus non est causa peccati directè vel indirectè, igitur nullo modo, tenet consequentia a sufficienti diuisione, quia non datur alius modus ab istis, scilicet quòd vel ipse faciat vel alium inducat, vel non impediat quando debet. Circa antecedens D.S. primò probat primam eius partem, secũdò secundam, ibi. Similiter etiam, &c. tertiò subiungit ipsam conclusionem, ibi. Et sic patet, &c.

¶ Pro prima parte antecedentis nota, quòd D.S. in de Malo Mate. 3. ar. 1. probat hanc partem, scilicet quòd nec Deus possit peccare, nec alium facere peccare. Primò de peccato secundùm communem rationem, vt etiam inuenitur in naturalibus, & artificialibus, vt patuit supra. q. 21. ar. primo. inquantum peccatũ dicit defectum actionis a regula debita, & fine, quia tale peccatum prouenit ex defectu principij actiui, quod in Deo esse non potest cuius potentia est infinita, hic autem D. S. probat de peccato secundùm quòd propriè in moralibus inuenitur, prout habet rationem culpæ, quod consistit in hoc, quòd voluntas deficit a debito fine, per hoc, quòd in finem indebitum tendit contra regulam suam; volũtas enim Diuina naturaliter inhæret summo bono, nec potest ab eo deficere, & est ipsa summa bonitas. Arguitur igitur sic pro prima parte. Omne peccatum, scilicet vt culpa, & in moralibus est per recessum, saltem scilicet virtualem ab ordine qui est in Deum, sed impossibile est, quòd Deus sit sibi vel alijs causa discedendi ab ordine, qui est in ipsum; igitur non potest esse directè causa peccati sibi vel alijs. Maior ista patet ex definitione peccati, habita supra q. 71. art. 6. quia formale peccati vt dictum est, est auersio, & inordinatio, & corruptio debiti ordinis ad Deum, tanquam regulam primam, & vltimum finem. Dixi autem, quòd omne peccatum est per recessum, & auersionem, saltem virtualem, quia vt habet Scotus, & benè in secundo. dist. 37. est duplex auersio, vel recessus ab vltimo fine, formaliter & virtualiter. Formaliter contrariè vel negatiuè, sic quòd voluntas nolit illum finem, & tale nolle est odire; vel non velit cum deberet velle, & tale nõ velle, est omittere illud præceptum, Diliges Dominum Deum tuum, & tales auersiones, scilicet formalis contraria, & formalis negatiua, non sunt communes omni peccato, sed odio, & omissioni priuatiuè oppositæ actui charitatis; virtualis autem auertitur sic. Quando aliquid est necessarium ad consequendum vltimum finem, voluntas auersa ab hoc necessariõ ad vltimum finem, virtualiter a fine auertitur, sicut intellectus negans conclusionem virtualiter auertitur à principio. Prima auersio non includitur in quolibet peccato. Est enim odium Dei speciale peccatum, similiter omissio illius præcepti, diliges, est speciale peccatum. Secundo autem modo auersio est communis omni peccato mortali, quia in omni tali peccato mortali voluntas inordinatè se habet respectu alicuius necessarij ad finem, quod ex præcepto videlicet Diuino, deberet benè ordinari vnde talis auersio nihil aliud est, quàm inordinatio voluntatis circa aliqd ordinatum ad finem ex præcepto Diuino, circa quod deberet ordinari. Est ergo omne peccatum, scilicet perfectum, & mortale ꝙ recessum, vel virtualem, vt dicit Scotus, vel interpretatiuum contemptum Diuinæ legis, vt dicit maior. Scotus. Auersio ab vltimo fine formaliter virtualiter.

¶ Minor ꝙ auctoritate Beati Dionysij, quia Deus omnia inclinat, & conuertit in seipsum sicut in vltimum finem, & hanc minorem D. S. declarat extensius supra in de Malo, quia quod communiter inuenitur in omnibus agentibus creatis, oportet ꝙ hoc habeant ex imitatione primi agentis, quod dat omnibus suam similitudinem, secundùm quòd capere possunt prout Dionysius dicit nono ca. de Diuino no. Sed vnumquodque agens creatum inuenitur per suam actionem alia quodammodo ad se ipsum attrahere, assimilando ea sibi, vel per similitudinem formæ, sicut cum calidum calefacit, vel conuertendo ad finem suũ, sicut homo per præceptum alios mouet ad finem quem intẽdit, ergo & hoc Deo conuenit, quòd omnia ad seipsum conuertat, & per consequens nihil auertit a seipso, ipse autem est summum bonum, vnde non potest esse causa auersionis voluntatis a summo bono, in quo culpæ ratio consistit prout nunc loquimur de culpa, &c. Ex quibus patet probatio formalis minoris dictæ. Consequenter cum dicit. Scotus.

¶ Similiter etiam neque indirectè, contingit enim, quòd Deus aliquibus non præbet auxilium ad euitandum peccata, quod si præberet non peccarent; sed hoc totum facit secundùm ordinem suæ sapientiæ, & iustitiæ, cum ipse sit sapientia, & iustitia, vnde non imputatur ei, quòd alius peccet sicut causæ peccati; sicut gubernator non dicitur causa submersionis nauis ex hoc, ꝙ non gubernat nauem, nisi quando subtrahit gubernationem potens, & debens gubernare.

¶ Probat secundam partem antecedentis, scilicet quòd nõ indirectè. Dicitur autem indirectè causa, sicut dicitur indirectè voluntarium, quod videlicet quis potest prohibere vel impedire, & non impedit, vt patuit supra. Et arguitur sic, ille est causa indirectè peccati, qui potest impedire, & debet; si autem possit impedire, non autem debeat, nec tenetur, non est causa etiam indirectè; & præsertim si ipse non sit prima ratio deficiendi, vel non subtrahat auxilium suum, nisi ex demerito peccati præcedentis; sed Deus non debet, esto possit, nec subtrahit nisi propter demeritũ peccati præcedentis. Maior patet exempliariter de gubernatore, qui non dicitur causa submersionis nauis etiam indirectè scilicet ex hoc, quòd non gubernat nauem, nisi quando subtrahit gubernationem potens, & debens gubernare. Minor patet, & quòd possit clarum est; sed non debeat, patet quia ordo suæ sapientiæ nõ requirit, quòd præbeat auxilium, & impediatur peccata vt arbitrium liberum creatum, quod ex natura sua deficere potest suaviter disponatur. Et quod subtrahat auxilium suum propter demeritum peccati præcedentis saltem originalis, patet ad primũ, & prima parte. q. 23. ar. 7. ad tertium. Quæ autem sit ratio, quòd Diuina sapientia, & iustitia voluerit aliquos dimittere peccare, & non

& non impedire, habes rationem vbi iam in prima parte art. 5. ad tertium. rationem videlicet in generali, licet non præcisam vt ibidem patebit, vt manifestetur Diuina bonitas per misericordiã, & iustitiam, & suauis dispositio rationalium creaturarum.

¶ Nota ex dictis ante articulum, ex quibus habetur, ꝙ Deus non est causa deficiendi prima. Et ergo non imputatur sibi peccatum alterius; si enim non fuisset peccatum, præsertim originale, Deus nullum hominem deseruisset. Scotus.

¶ Nota etiam, quòd Scotus vtitur eodem fundamento quo D. S. hic ad probandum, quòd Deus in se non possit peccare, quia videlicet non potest a se auerti. Nec formaliter, quia non potest se non diligere summè, & ordinatè cum omnibus circunstãtijs requisitis. Alioquin vel non posset se ordinatè diligere, vel posset mutari, quorum vtrumque est impossibile, nec etiam virtualiter potest a se auerti, quia nihil aliud a se est necessarium sibi ad volendum se; quodcunque enim aliud a se, est quia ab eo volitũ, & hoc modo volitum, & pro nunc, & ex hoc est sic ordinatè volendum. Quare autem non possit esse ratio prima deficiendi, & peccandi aliàs patuit, &c.

¶ Nota circa secundam partem antecedẽtis, & eius probationem, quòd Deus non est debitor alicui creaturæ, nec tenetur hominem conseruare ne peccet, maximè postquàm peccando se fecerit indignum; debet aũt velle, ꝙ impleat in rebus id, quod sua sapientia, & voluntas habet, quia ergo ordo suæ sapientiæ non habet, quod hominibus auxilium ferat omnibus, ne peccẽt, ideo D. S. dicit hic, quòd hoc totum, scilicet non præbere auxiliũ ne peccet, facit secundùm ordinem suæ sapientiæ quem debet implere, Deus enim non est debitor creaturæ, sed sibijpsi, quare nõ debet, nec tenetur hominem a peccato conseruare, & præsertim cum conditio naturalis creaturæ exigat ne a peccato cohibeatur. Et per consequens non imputatur sibi. Vide de hoc prima parte. q. 21. arti. 1. ad tertium. Quomodo Deus nihil debeat creaturis, sed sibi, &c.

¶ Nota tamen in ista materia pro intellectu maiori. Quod cum dicitur. quòd Deus licet non agat vel sit causa deformitatis, sed subſtantiæ. Et per prius, & plusquam voluntas peccans.

¶ Nota inquam propter Scotum, quòd non debet intelligi, quasi prima causa in aliquo instanti attingat effectum, & operationem causæ secundæ in seipsa, quasi habeat vnam motionem præuiam actioni creaturæ voluntatis peccantis, & illa motio præuia prius producat pro aliquo instanti, quàm voluntas. Ille enim sensus falsus est, non enim cum aliquis vult, oportet antequam velit præcedere motionem Dei, loquendo de naturali volitione vel mala. Et in hoc sensu videtur se fundasse Scotus in alio proposito, vbi vult, quòd ad hoc, quòd res sint cõtingentes, oporteat voluntatem Diuinam esse contingentẽ, ideſt liberam, ita quòd si ex necessitate vellet, nihil esset contingens. Et in hoc scienter contradicit Philosophis etiam Aristoteli, quãuis immerito; sed de hoc alibi; sensus autem verus est, quòd secũda causa non producit nisi in virtute primæ, quæ secundam coniungit suo effectui, & intimius attingit effectum, quàm secunda. Sed cooperando intrinsecè secundùm modum naturæ causæ secundæ, vnde attingit operationem voluntatis modificatam iuxta conditionem voluntatis. Et ergo talis effectus non habet necessariam habitudinem ad causam primam, sed contingentem, quia fit ab ea secundùm conditionem voluntatis, & causæ secũdæ, quæ est contingens. Vnde habet motionem cooperatiuã propriæ actioni creaturæ, & secundùm modum eius. Vnde si Deus ageret ex necessitate naturæ, vt Philosophi posuerunt, staret nihilominus contingentia rerum, propter defectibilitatem, & libertatem causarum secundarum. Quare in proposito, intelligas iuxta D. S. mentem. Deum primò concurrere ad actum peccati, quia videlicet voluntas non agit nisi in virtute Dei, quæ tamen solùm habet motionem cooperatiuam, & prius attingit cooperando, quia intimius attingit; & non imagineris modo Scotico, quasi sit aliqua duratio naturæ in cuius primo instanti Deus attingat actum peccati, & in secundo creatura, sed simul duratione, tamen Deus prius perfectione. Tunc ibi.

Dub. 103. ¶ Et sic patet, quòd [d] Deus nullo modo potest esse causa peccati.

¶ Subiungit vltimò ipsam conclusionem iam satis probatam. Sed pro maiori intellectu nota primò, quòd voluntas increata, & Deus ipse non potest esse prima causa, & ratio deficiendi culpabiliter; quia si Deus primò subtraheret rectitudinem actionis, tunc non esset in potestate voluntatis humanæ rectè agere. Et per consequens actus non rectus sibi non imputaretur, nec esset culpa. Solũ igitur tunc peccat culpabiliter, quia in potestate eius est rectè agere, & in illa præintelligitur subtractio causæ prioris, propter cuius defectum voluntas non possit rectè agere, immo quantum esset ex parte Dei, illa rectitudo ineſſet actui, quod autem non insit est ex voluntate creata; quando enim duæ causæ concurrunt ad vnum effectum communem ambabus, potest esse defectus in productione effectus ex defectu vnius tantùm; sic ad velle voluntatis creatæ, concurrunt duæ voluntates, scilicet Diuina, & humana. Et voluntas humana potest & tenetur rectitudinem dare actui, & tamen non dat, Diuina autem licet non teneatur dare eam, tamẽ quantũ ex se esset daret si voluntas creata cooparetur; quicquid enim Deus dat antecedenter, dat etiam consequenter quantum est ex parte sui, nisi affit impedimentũ. Causando autem voluntatem creatam dedit antecedenter in sui principio opera bona, & recta, quæ sunt in hominis potestate, quare & quantum ex parte sui est, dat rectitudinem omni actui voluntatis, & voluntati ex consequenti daret. Est igitur defectus in effectu illarum duarum causarum, non propter defectum, cuius prima ratio sit Deus, sed cuius ratio, & causa est volũtas creata. Non quia Deus causat rectitudinem, & voluntas obliquitatẽ, sed quia Deus quantum de se est causaret, si voluntas suam causalitatem causaret. Et ergo, quòd non affit rectitudo, est quia voluntas non causat quantum ad se pertinet. Ante autem primum peccatum non est, quare Deus subtraheret rectitudinem actualem ipsius actus. Quare ex parte sui, non oportet, quòd illa rectitudo non insit.

¶ Nota secundò, quòd aliquis non peccat, quia producit actũ, sed quia facit ipsum malè, & contra rectam rationem. Actum autem quem homo facit contra rectam rationẽ, & sic peccat, Deus facit secundùm rectam, & optimã rationem, & ex charitate suiipsius, & ordinis suæ sapientiæ, ideo ipse non peccat; videmus enim sæpe, quia duo possunt cõcurrere ad vnum actum, & vt est vnius, est bonus, vt est alterius, est malus; vt patuit supra q. 20. art. 6. & de passione Christi, vt fuit ipsius Christi, & vt Iudæorum. Similiter de actione, quæ exercetur per seruum, & est Domini imperatiuè; sic in proposito nec agit Deus contra rectam rationẽ, quia non subtrahit id sine quo homo non potest facere actũ malum, scilicet coefficientiam suam, quæ necessaria est ad quodcũque peccatum producendũ, quia aliàs malè egisset creando creaturam peccabilem, puta hoſem, qui non potest facere actũ malũ, nisi sit; similiter certum est, quia non peccat, actum malum partialiter continuando, & conseruando, ergo nec producendo, &c.

¶ Confirmatur conclusio responsiua argumento in cõtrariũ.

¶ Circa hoc argumentum nota, quòd Deus nihil odit eorum, quæ facit, odit autem peccatum, intelligẽ quo ad deordinationẽ, non autem quo ad subſtantiam actus, quam ipse facit, & prius, quàm peccans ipse. Et ergo concludit hæc ratio, quòd peccatum quantum ad id, quod non est factum, immo nihil, non est à Deo, & hoc est formale peccati, & priuatio actualis iustitiæ, vt dictum fuit in principio articuli.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quantum ad verba Apostoli, ex ipso textu patet solutio; si enim Deus tradit aliquos in reprobum sensum, iam ergo reprobũ sensum habent ad faciendum ea, quæ non conueniunt; dicitur ergo tradere eos in reprobum sensum, inquantum non prohibet eos quin suum sensum reprobum sequantur; sic dicimur exponere illos, quos non tuemur; quod autem Augustinus dicit in li. de Gra. & lib. arb.* vnde sumpta est Glo. quòd Deus inclinat voluntates hominum in bonum, & malum, sic intelligendum est, ꝙ in bonum quidem directè inclinat voluntatem, in malum autem inquantum nõ prohibet, sicut dictum est, * & tamen hoc etiam contingit ex merito præcedentis peccati. *Aug. c. 21. procul à fi. to. 7. *In cor. ar.

¶ Ad maiorem, tradidit eos Deus in reprobum sensum, oportet primò intelligere auctoritatem, quia dicitur hic sensus hominis non exterior quo sensibilia cognoscuntur, sed interior secũdum quem iudicat de agẽdis; dicitur autem sensus reprobus quo aliquis reprobandum iudicium habet de agendis, & ideo subditur vt faciant ea, quæ non conueniunt, ideſt ea, quę à recta ratione discordant. Dicitur igitur ad auctoritatem Apostoli, quòd tradit Deus aliquos in reprobum sensum, non quòd faciat eos peccare, & siniſtrè iudicare; sed quia cũ in reprobum sensum ex culpa sua inciderint, ipse non prohibet eos ne prauum sensum, & iudicium sequantur, hoc autem non tenetur, & iusto iudicio eos non iuuat, nec fuit causa vt in reprobum sensum venirent prima, sed eorum culpa, & Apostolus ibidem ex intentione vult, ꝙ ille reprobus sensus sit pœna peccatorum, vt patet intuenti, & est Deus causa huius reprobi sensus vt pœna est, & iusta propter eorum peccata non quidem influendo aliquid, sed subtrahẽdo suũ influxum vt statim tangam. Ad secundam auctoritatem inducta in maiori, quæ est Beati Aug. dr, quòd Doctores sancti qñq; extensius loquuti sunt quàm proprietas rei patiatur, vnde sanè intelligendum est verbum hoc, quia inclinat in bonum directè agẽdo, & nõ solũ coefficiẽdo, immo volũtatẽ pueniendo, & excitando ad bonũ gratuitũ. Sed ad malum dicitur inclinare impropriè loquẽdo de peccato, & malo formaliter, qa videlicet ipsam inordinationẽ nõ prohibet; sed hoc nõ tenetur, nec est prima ratio deficiendi, sed illud prouenit. s. non prohibere propter demeritum peccati præcedentis saltem originalis vt dictum fuit.

¶ Quare

¶ Quare nota verbum D.S. scilicet in fine solutionis, scilicet & tamen hoc etiam contingit, scilicet quod Deus non prohibeat inordinationem peccati ex demerito peccati præcedētis; ex quo patet id, quod dictum fuit sæpe, q̄ Deus non est prima ratio deficiendi, & carentiæ iustitiæ actualis in actu peccati, scilicet etiā non impediendo ipsam; quia quantum in se esset, concurreret, & faceret rectitudinem, sed voluntas ipsa impedit per propriā libertatem peccando.

¶ Nota autem, quòd Deus non solùm non impedit, sed principalius facit substantiam actus peccati, quàm voluntas ipsa; sed intelligendum est, quòd Deus non impedit ipsam deformitatem quam posset impedire; constat enim, quòd actum non impedit, nec tenetur, vt patebit ar. 2. De illa auctoritate habet etiam D.S. de Verita. Mate. 22. ar. 8. in fine, vnde dicit. Sciendum tamen cum dicitur in Glo. inducta, quòd Deus operatur in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates in malum, non est intelligendum vt Glo. ibidem dicit, scilicet ad Ro. 1. quòd Deus malitiā impartiatur; sed quia sicut apponit gratiam vnde inclinatur hominum voluntas ad bonum, ita subtrahit quibusdam, qua subtracta inclinatur eorum voluntas ad malum. Hæc ille. Pro horū maiori intellectu præsertim quomodo Deus est causa defectus, & inordinationis sub ratione pœnæ, & tamen non prima ratio deficiendi, benè declarat. Scotus vbi supra circa finem distinctionis, & valebunt ista ad post habenda in arti. 3. dicit autem sic, Pœna aliqua est solùm carentia boni conuenientis naturæ intellectuali, sicut est carentia visionis, & fruitionis Dei. Alio modo potest dici pœna aliquod positiuum, & tamen disconueniens tali naturæ, sicut calor excellens est aliquod positiuum disconueniens cani, omnes pœnæ secundo modo dictæ possunt poni à Deo, quia sunt aliqua positiua, & de istis debet intelligi illud primi retractationū ca. 25. ait enim in bonis operibus Dei bona opera sunt ista punitiua, licet sint mala istis punitis, quia disconueniunt eis; sed pœnæ primo modo non sunt à Deo efficiente, quia non sunt effectibilia, nec deficiente primo, sed tantùm propter demeritū voluntatis, in actu peccati non coagendo voluntati nūc ad illud bonum habendum, ad quod operatus fuisset quantum est ex se talis ergo pœna est a Deo non infligente vel efficiente, nec deficiente primo, sed deserente; ideſt naturam, quæ deficit relinquēte in suo defectu, & in omnibus defectibus cōsequentibus ad illum defectum, vbi includuntur multæ carentiæ perfectionū cōuenientium tali naturæ; sic ergo pœna, quæ est peccatum nō est a Deo efficiente vel deficiente primo, sed tantùm est a Deo deserente voluntatem ratione primi demeriti, quare deserta a Deo cadit in secundum demeritum, hæc ille & benè, præterquam in vltimo vbi dicit, quòd peccatum sit pœna, si enim intelligitur identicè, & præsertim formaliter, reprobabitur infra. q. 87. arti. 2. vbi vide, & auctoritatē Apostoli hic allegatam exponi, quia tradidit Deus in reprobum sensum inquantum reprobus sensus est pœna, & effectus per accidens subtractionis gratiæ, quæ fit propter peccatum præcedens, vt sic peccatum sit pœna peccati, p̄ accidens, patet ex his quomodo pœna aliqua, scilicet damni est a Deo deserente, non agente, sed pœna sensus est a Deo agente, & infligente. Subtractio autem gratiæ ad quam sequitur reprobus sensus, sicut ad remotienē ,phibētis, & cām p̄ accidēs est pœna dāni, vnde est a Deo deserente, & subtrahente influxū, & cōseruationem gratiæ. Vide de his dictis D.S. secundo sententiarum, di 37. q. 3. arti. 1. clarè loquentem quomodo pœna sit a Deo. Vide & D.S. tertio contra Genti. ca. 162. quia intelligenda sunt dicta huius solutionis, quòd Deus aliquibus non conferat auxilium ad vitandum peccatum, quod alijs quibusdam confert, hoc autem auxilium non solùm est infusio gratiæ, sed etiam exterior custodia, per quam occasiones peccādi homini ex Diuina prouidētia tolluntur, & ,puocantia ad peccatum comprimuntur. Hæc ille.

Scotus. Quomodo pœna multiplex à Deo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd cum dicitur. Creaturæ Dei factæ sunt in odium, & in tentationem animæ hominum, hæc præpositio, In, non ponitur causaliter, sed consecutiuè; non enim Deus fecit creaturas ad malum hominum, sed hoc consecutum est propter insipientiam hominum, vnde subditur. Et in muscipulā pedibus insipientium, qui scilicet per suam insipientiā vtuntur creaturis ad aliud, quàm ad quod factæ sunt. —

¶ Ad maiorem dico primò extra litterā, quòd secundùm aliquos expositores intelligitur ista auctoritas de creaturis nō quibuscunque, sed habitantibus in idolis, scilicet de demonibus; illę enim factæ sunt in odium, & tentationem nō a Deo auctore, sed per proprię voluntatis malitiam. Dęmones enim tentant homines, & sunt in muscipulam insipientium, sed sapientibus sunt ad coronam, sic expouit illam auctoritatem Sapientiæ. 14. Nicol. de Lyra, & similiter Glo. ordinaria. Sed tunc nihil habetur contra veritatem, quia ipsi dęmones tentant non Deus.

¶ Secundò dico post D.S. hic & prima parte q. 65. art. 1. ad tertium. Quod loquendo de creaturis corporalibus, quæ maxime videntur esse tentationis causa, quòd illud, In, non teneatur causaliter, sed consecutiuè occasionaliter, ex parte creaturarum; ita q̄ ipsę creaturæ a Deo factæ bonæ sunt; & factæ sunt vt inducāt in Deum, non vt abducant; sed insipientes accipiunt occasionē peccati ab ipsis creaturis bonis abutendo eis. Dico autem, quòd non peccat ille qui facit de se bonum, quod tamen est occasio peccati, peccaret autem qui faceret vel daret causam peccati, vt enim patebit infra q. 98. ar. 1. ad 2. Etiam lex dicitur subintrasse, vt abū daret delictum, inquantum homines sumpserunt occasionē peccandi abundantius lege data, quæ bona fuit; similiter accipit q̄ superbus occasionem peccati ex bonis operibus, & virtutibus, vt de D.S. habet de Malo. q. 7. ar. 3. ad 3. q̄ bona opera nō disponūt quidem ad peccādum, sicut peccata venialia, sed possunt esse occasio quædam per accidens, hæc ille; sicut dico, quòd creaturæ Dei bonæ, factæ sunt in tentationem, & muscipulam pedibus, non quorumcunque, sed insipientium, qui abutuntur, & occasionantur ex bonis ad malum, non occasione data, sed accepta. Occasio autem accepta, est fine peccato eius, qui facit vnde sumitur occasio, de hoc D.S. de Malo. q. 3. ar. 1. ad 13. Duplex est occasio, scilicet data, & accepta præceptum autem est occasio peccati non quidem data a præcipiente, sed accepta ab eo cui præceptū datur; vnde & Apostolus signanter dicit ad Roma. 7. Occasione accepta, peccatum per mandatum, &c. Dicitur enim occasio dari peccandi, quando fit aliquid minus rectum, ex quo per exemplū alij prouocantur ad peccandum; si autem aliquis faciat opus rectum, & alius inde prouocetur ad peccandum, non erit occasio data, sed accepta; sicut quando Phariſei scandalizabantur de Doctrina Christi; mandatum autem est sanctum, & iustum, vt dicitur ad Ro. 7. vnde Deus præcipiendo, non dedit occasionem peccandi, sed homo accepit, hæc ille. Et sicut D.S. dicit de mandato, ita dico in proposito de creaturis, quòd ipsę factæ sunt in tentationem, &c. Non a Deo, sed ipse abutens sumit occasionem tentationis, Vide simile secunda secundæ. q. 88. art. 4. ad 2. de Voto, quod potest per accidens esse periculosum, & tamen de se bonū.

¶ Minor vt iacet est vera, quia loquitur permissiuè, sed vniuersaliter, & positiuè intellecta falsa est, quia non omne tentare est prouocatio ad peccandum, immo & Deus tentat, & bonus homo, non volentes inducere ad peccandum, Quot modis autem dicatur tentare, & quid propriè significet, vide de primo D.S. in prima parte. q. 114. ar. 2. de secundo Sanctum Bonauenturam, in secundo d. 21. q. 2. ar. 1. vbi pulchrè declarat quid nominis tentare, quia idem significat, quod probare. Probat autem aliquis vt approbet vt Deus, diabolus verò probat quodam tactu tentatiuo, sicut cęcus tangens cum baculo vbi pergat, vt reprobet. Negatur cōsequentia, quia supponit, q̄ Deus dederit creando creaturas, occasionem, vel causam tentandi, quod non est, vt patuit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd effectus causæ mediæ procedens ab ea secundùm quòd subditur ordini causæ primæ, reducitur etiam in causam primam, sed si procedit a causa media secundùm quòd exit ordinem causæ primæ, non reducitur in causam primam; sicut si minister faciat aliquid contra mandatum Domini, hoc non reducitur in Dominum, sicut in causam. Et similiter peccatum, quod liberum arbitrium committit contra præceptum Dei, non reducitur in Deū sicut in causam. —

¶ Ad maiorem, dico primò, vera, vt causa secunda subditur ordini causæ primæ. Sed negatur, inquantum exit ordinem causæ primæ, sicut patet de ministro, qui si faciet contra mandatum Domini, non reducitur in Dominum; sic in proposito voluntas humana peccando subtrahit se ab ordine causæ primæ, quia facit contra eius præceptum, & voluntatem, quare &c. Secundò dico, quicquid est causa causæ vt causat, & vt causa, reducit in causam primam, sic quòd effectus causati vt causatum est, ideſt effectus causæ secundæ vt est a causa prima, reducitur in causam primam, conceditur; sed effectus largè causæ secundæ, non vt est causata a prima, non reducitur in primam, sicut motus tibiæ causatur à virtute motiua animalis, sed obliquitas ambulationis nō prouenit a tibia ex virtute motiua, sed secundùm quòd deficit a suscipiendo influxum motiuę virtutis per suum defectū, & ideo claudicatio non causatur a virtute motiua, peccatum autem causatur a libero arbitrio, secundùm quòd deficit a Deo, vnde Deus non est causa peccati, licet sit causa liberi arbitrij, peccat enim secundum quòd est ex nihilo, sed producit actum inquātū ens à Deo. Et ergo causa actus est Deus, sed nō causa peccati formaliter, sed voluntas ipsa vt deficiens, quod deficere habet vt est ex nihilo. Vide de his D.S. primo sen. dist. 37. art. 1. ad secundum.

¶ Tertiò dicitur, quicquid est causa causæ vt causat, est causa effectus sui, sed non quicquid est causa causæ, vt deficit a causan do, est causa defectus causati; quia causa prima non potest esse prima ratio deficiendi, sed solùm secunda; quare defectus causæ causatæ secundæ, reducitur solùm in ipsam, non in primā, ga ta lē defectū non facit prima, immo impediret quantū est ex se; sed modificatur eius actio secundùm cōditionē causæ secūdæ, quare reducitur defectus in ipsam secundam, sic in proposito, &c. Et vide de illa solutione prima parte. q. 49. ar. 2. ad secundum.

¶ Ad quartum dicendū, quòd pœna oppponitur bono eius, qui punitur, qui priuatur quocunque bono; sed culpa opponitur bono ordinis, qui est in Deum, vnde directè opponitur bonitati Diuinæ; & propter hoc non est similis ratio de culpa, & de pœna.

¶ Ad maiorem dico, quòd verum est, sed tamen aliud malum alteri bono, quia malum pœnæ opponitur bono creato, sed malum culpæ opponitur impletioni Diuinæ voluntatis, & Diuino amori, & ordini, qui est in Deum, vt habet D. S. prima parte. q. 48. ar. 6. Minorem concedo, & eius probationem, quòd pœna est a Deo, & habetur prima parte. q. 49. ar. 2. ad primum. Sed negat consequentia, quia Deus potest benè facere id, quod est cōtra bonum particulare creaturæ, & ipsum per melius recompensare, sed non potest facere contra seipsum; pœna autem opponitur bono particulari. Auferre autem particulare bonum quando particulare bonum aufertur per appositionem alterius boni, quod est melius, sic pœna damnatorum aufert bonum damnatis, sed confert melius bonū, ordinē videlicet Diuinæ iusticiæ. Secus de malo culpæ, quod dicit auersionem a Deo a quo ipse se auertere non potest; & ergo non potest esse causa culpæ formaliter.

¶ Nota, quòd Scotus diceret ad hoc argumen. quòd pœna, q̄ est inflicta a Deo, scilicet sicut pœna sensus, est minus malum, quàm culpa, & peccatum, & potest esse a Deo agente etiam; sed pœna quæ est peccatum, illa est maximè mala, & non est a Deo primo agente, sed est a voluntate creata, & a Deo deserente, ita quòd secundum peccatum est pœna inflicta a voluntate peccante, & a Deo tantùm vt deserēte. Sed D.S. fundat se in alio fundamento, nō solùm, quia culpa peior, sed quia contra Deum vt sic, ideo Deus non potest esse causa ipsius. De his clarè D.S. in secūdo dist. 37. q. 3. ar. 1. vnicuique rei assignatur causa agens, secundū quòd ab agente res illa progreditur, culpa autem rationem mali, & defectus habet secundùm quòd ab agente suo progreditur, q̄d actionem suam in debitum finem nō ordinauit, & ideo culpæ causa assignari non potest, nisi talis in quem defectus cadere potest, pœna autem non habet rationem mali vel defectus secundū quòd ab agente procedit, quia per ordinatam actionem agentis infligitur; sed habet rationem mali, & defectus in ipso recipiēte actionem tantùm, quod per iustam actionem aliquo bono priuatur, & ideo pœnæ Deus est actor diuersimodè diuersarum, quędā enim est pœna damni, vt subtractio gratiæ, & huiusmodi, & harum pœnarum Deus causa est non quidem agendo aliquid, sed potius non agendo, ex eo enim, quòd Deus gratiam nō influit, consequitur in isto priuatio gratiæ. Quædam verò pœna sensus est, quæ per aliquam actionem infligitur, & huius etiam agendo Deus actor est, hæc ille.

Vtrum actus peccati sit à Deo.

S Infra q. 80. ar. 1. cor. Et 1. d 40. q. 4. ar. 2. Et di. 42. q. 2. art. 1. Et 2. d 37. q. 2. & d. 44. q. 1. ar. 1. Et 3. contr. ca. 162. Et Ma. q. 3. ar. 2. Et Ro. 11. lec. 5. col 4. Dionysius. * Non longè a prī li. est intelspō. ratiocinationis. 4. tom. 7. * Ar. 1. huius q. * q. 18 ar. 2. & 8. * cap 4. in par. 4. illius non longè à prī. à parte præsen. * Ar 1. huius q. * Aug. li. 3. c 4. & ca. 9. in fin. to. 3.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd actus peccati non sit a Deo. Dicit enim Augustinus in lib. de perfectione iustitiæ. * quòd actus peccati non est res aliqua, omne autem quod est à Deo est res aliqua, ergo actus peccati non est a Deo.

¶ 2 Præterea. Homo non dicitur esse causa peccati nisi quia homo est causa actus peccati, nullus enim intendens ad malum operatur vt Dionysius dicit 4. ca. de Diui. No. * sed Deus non est causa peccati, ivt dictum est; * ergo Deus non est causa actus peccati.

¶ 3 Præterea. Aliqui actus secundùm suam speciē, sunt mali, & peccata vt ex supra dictis patet, * sed quicquid est causa alicuius est causa eius, quod conuenit ei secundùm suam speciem; si ergo Deus esset causa actus peccati, sequeretur quòd esset causa peccati; sed hoc nō est verum vt ostensum est. * ergo Deus non est causa actus peccati.

¶ Sed contra actus peccati est quidam motus liberi arbitrij, sed voluntas Dei est causa omnium motionū, vt Augustinus dicit 3. de Trinitate. * ergo voluntas Dei est causa actus peccati.

¶ Habito, quòd ipsa deformitas non sit a Deo, quærit an actus ipse sit a Deo.

¶ Respondeo dicendum, quòd actus peccati, & est ens, & est actus, & ex vtroque habet, quòd sit à Deo. —

¶ Conclusio responsiua est in fine corporis, ibi. Et secundùm hoc, &c. Deus est causa actus peccati non tamen est causa peccati. Vbi nota, quæ dicta sunt arti. 1. quia peccatum non significat formaliter actum, sed ipsam deformitatem, quia dicit conclusio, quòd non est causa peccati, sed tamen actus, quare benè sequitur, quòd peccatum non significet formaliter actum. Huius conclusionis D.S. probat primò primam partem; secundò secundā, ibi. Sed peccatum nominat, &c. Probatur ergo prima pars conclusionis ex duplici via, scilicet communi & speciali. Et arguitur sic, omnis actus peccati est ens, & actus, sed ex vtroque habet quòd sit a Deo, igitur conclusionis prima pars vera. Maior relinquitur nota, quia est ens, & tale ens, scilicet actio vel actus secūdus. Circa minorem D. S. primò probat eam quantum ad primam partē, secundò quantū ad secundam, ibi. Omne autem ens, &c. Probat ergo minorem inquantum ens, sic omne ens quocūq; modo sit, oportet quòd deriuetur a primo ente, sed actus peccati est aliquo modo, & Deus est primū ens, igitur minor vera. Maior illa patet ex auctoritate Dionysij, & probatur prima parte. q. 44. ar. 1.

¶ Nota autem, quòd D. S. vtitur analogo pro significato famosiori, quia ens quocunque modo sit scilicet reale, & extra animam, & sit simpliciter, & sine addito; & per hoc excluditur deformitas peccati, quæ nō est simpliciter, nec in actu exercito, nec signato, sed est ens rationis tantum, & habet solùm esse apprehē sum. Actus autē est ens extra aīam, & reale, & simpliciter, ad aliquē sensum, licet nō p̄ se subsistens, & hoc tangit D.S. in secūdo, dist. 37. q. 2. art. 2. Actio inquiens peccati, cum sit quoddam ens, non solùm secundùm quòd negationes, & priuationes dicuntur entia, sed etiam secundùm q̄ res in genere existentes entia sunt, eo q̄ & ipsę actiones in genere ordinantur. Hæc ille. Vide de ista mate. D.S. ibidem. q. 1. arti. 2. vbi ostendit, ens quocunque modo dicatur. s. reale, esse a Deo. Vnde & esse apprehensum entis rationis, quod reale est a Deo est, sed ipsa priuatio, & defectus non est a Deo. Consequenter cum dicit.

¶ Omne autem ens quocunque modo sit oportet, q̄ deriuetur a primo ente vt patet per Dionys. 5. c. de Di. No. omnis autem actio causatur ab aliquo existēte in actu, quia nihil agit nisi fm quòd est actu, omne autem ens actu reducitur in primum actum, scilicet Deū sicut in causam qui est per suam essentiam actus; vnde relinquitur, quòd Deus sit causa omnis actionis inquātum est actio. —

¶ Probat minorem principalem quo ad secundam partem, scilicet, quòd peccatum vt actus est, sit à Deo. Et arguitur sic, omnis actio causatur ab aliquo existente in actu, sed omne ens actu reducitur in primum actum, scilicet Deum, igitur Deus est causa actionis, vt actio est. Maior patet, quia nihil agit nisi secundùm q̄ est in actu. Minor patet, quia omne per participationem reducitur in tale per essentiam, sed Deus est actus per essentiā, igitur. Et vult illa ratio virtualiter, quicquid est causa causæ, vt sic, & vt agit, est causa effectus eius, sed Deus est causa producentis actum peccati, vt sic, quia causa secunda producit actum peccati, vt est actu. Sed quòd sit actu habet à primo actu, qui est Deus, quare, &c. Deinde cum dicit.

¶ Sed peccatum nominat ens, & actionem cū quodā defectu; defectus autem ille est ex causa creata, scilicet, li. arbi. inquantum deficit ab ordine primi agentis, scilicet Dei, vnde defectus iste non reducitur in Deum sicut in causam, sed in liberum arbitrium; sicut defectus claudicationis reducitur in tibiam curuam, sicut in causam, non autem in virtutem motiuam, à qua tñ causatur quicquid est motionis in claudicatione. —

¶ Deducit secundam partem conclusionis responsiuæ, scilicet quòd non sit causa peccati. Et probatur, peccatum nominat ens, & actionem, cum quodam defectu supple, & formaliter ipsum defectū nominat, & significat. Sed defectus ille est ex causa creata, scilicet libero arbitrio inquantū deficit ab ordine primi agētis, scilicet Dei, ergo iste defectus, qui est peccatum formaliter nō reducitur in Deum, sicut in causam, sed in liberum arbitrium. Maior, & minor patent ex dictis in ar. 1. & D.S. declarat a simili quomodo defectus, qui est peccatum non reducitur in Deum, & tamen in liberum arbitrium; sicut defectus claudicationis reducitur in tibiam curuam sicut in causam, non autem in virtutem motiuam, a qua tamen causatur quicquid motionis est in claudicatione; sic q̄cquid entitatis, & actionis est in peccato reducitur in Deū, sicut in causam primā, nō aūt q̄d est obliquitatis. Tūcibi.

¶ Et secundùm hoc Deus est causa actus peccati, nō tamen est causa peccati; quia non est causa huius, quòd actus sit cum defectu. —

¶ Subiungit ipsam conclusionem responsiuam cum explicatione, & patet. Vide & de hoc arti. pulchrè loquentem D.S. in 2. distin. 36. q. 2. arti. 2. per totum.

¶ Nota, quòd sicut tactum fuit ar. 1. potest vnus, & idem actus procedere a duabus voluntatibus, & secundùm quòd est ab vna est bo-

est bonus, secundùm quòd ab alia malus; ita quamuis voluntas humana volendo actum illum velit malè, & peccet, quia non vult secundùm debitam regulam, & finem, Deus tamē vult actū illum ex charitate sui, & ex optima regula; ideo concurrendo ad cūdē actū producendū, qui est a volūtate elicitus, & a Deo causatus, quasi actꝰ volūtatis suę exterior, nō peccat, sed optimè facit.

¶ Cōcludit secundò cōclusio respōsiua, argumēto in cōtrariū.

¶ Circa hoc argumentum memento supradictorum. q. 74 ar. 1. & 2. quia actus peccati est quidam motus liberi arbitrij, vel elicitus vel imperatus, & vtriusque causa est Deus, quo ad omne positiuum, & reale, quod est in eo, inquātum influit agenti posse, & agere, & quicquid perfectionis est in ipso.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd August. nominat ibi rem, id quod est res simpliciter, scilicet substantiam, sic enim actus peccati non est res.

¶ Ad maiorem, actio peccati non est res aliqua subsistens per se, & simpliciter per negationem dependentiæ ab alio in genere causæ materialis in qua, non tamen vult Aug. quòd nō sit ens simpliciter vt distinguitur contra non ens, & cōtra ens rationis. Minor vera est. Omne, quod est a Deo, est res aliqua vel subsistēs vel inhærens, quare negatur cōsequentia. Licet enim solius Dei actio sit substantia identicè, tamen & actio creaturæ, qualis est peccatū, est quid reale, & p consequens causabile, & effectibile.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in hominem sicut in causam reducitur non solùm actus, sed etiā ipse defectus; quia scilicet non subditur ei, cui debet subdi, licet hoc ipse non intendat principaliter, & ideo homo est causa peccati; sed Deus sic est causa actus, quòd nullo modo est causa defectus concomitantis actū, & ideo non est causa peccati.

¶ Negatur maior, quia falsa est. Nam non peccat homo, quia est causa actus, immo malitiæ, & deformitatis ipsius, Deus autem est causa primi, nullo autem modo secundi, homo enim nō subdēs se, cui se debet subdere, est prima rō defectus iustitiæ actualis, quæ competit actui, vt patet ex ar. primo, non Deus. Ad probationem patuit supra. q. 72. ar. primo, quia licet nullus intendat malum, tamen aliquis per accidens, & in sua causa vult malū, vt patuit etiam q. præcedenti. ar. 1. quia aliquis vt fruatur bono cōcupito, magis vult incurrere deformitatem quam scit annexam, quàm ab actu delectabili cessare, & ita saltem vult per accidens, & ex consequenti illam deformitatem; Deus autem nullo modo. Secundò dico, quòd non solùm ideo est causa deformitatis, quia per accidens eam vult, & causat, sed etiam qa tenetur rectè agere, & nō rectè agit; non sic tenet Deus, q etiā non potest non causando primò deficere respectu rectitudinis debitæ in actu, qa solum est debita, vt fit ex defectu voluntatis creatæ; si enim Deus primò deficeret, tunc illa carentia rectitudinis non esset debita, quo ad voluntatē creatam, nec ipsa peccaret, vt patuit art. 1. quare maior est falsa, quia homo non ideo dicitur causa peccati, qa causa actus, sed quia malè causat actum, & est ratio prima defectus eius, saltem non agendo, cum posset, & deberet, Deus autem eundem actum, quo ad substantiam benè, & optimè causat.

¶ Ad minorem conceditur, quòd Deus non est causa peccati, tum quia benè producit actum, & secundùm suam rectissimam rationem, tum quia intendit bonum finem, tum quia nō est principium deficiendi, sed voluntas creata subtrahens se regulæ Diuinæ tum quia suum est permittere, vt creaturæ liberè potentes deficere agant secundùm modum suum, quare negatur consequentia. Vide de ista solutione Capreolum in secundo, dist. 37. ad quartum contra secundam conclusionem, vbi allegat tres solutiones D.S. quæ tactæ sunt, vide & solutionem decimi. Nam nimis longum esset omnia recensere.

* q. 72. ar. 1. ¶ Ad tertium dicendum, q sicut dictum est supra.* actus & habitus non recipiunt speciem ex ipsa priuatione in qua consistit ratio mali, sed ex aliquo obiecto cui coniungitur talis priuatio; & sic ipse defectus, qui dicitur non esse a Deo, pertinet ad speciem actus consequenter, & non quasi differentia specifica.

Capreolus ¶ Dicitur ad hoc argumentum, in quo ad lōgum laborat Capreolus, vbi iam contra Aureolum. Ad maiorem dico primò. Si intelligitur, quòd ipsa malitia det spēm, & sit genus vel differētia, vel pertineat ad essentiam actus, negatur, & eius falsitas patuit supra q. 7. 2 ar. primo, & quinto, sed ideo dicuntur aliqui mali secundùm speciem, quia malitia consequitur constitutiuum specici, & hoc cum grano salis inquantum ille actus fit ab agēte liberè subtrahente se a regula debita. Dico enim, quòd actus nō est malus etiā ex subiecto, nisi prout est a libero arbitrio discordante a regula sua, & inquantum est a tali agente, cui conuenit tendere per actum suum in tale obiectum. Deus autem non tēdit per illum actum in obiectum, sicut & est causa visionis asini, & tñ ipse per eam non videt. Dico itaque primò, quòd actus non est malus in specie, ita quòd malitia det speciem, nec quia sequitur malitia actum ex specie circa obiectum absolutè, sed cū hoc in relatione ad proximum agens non substans regulæ suę, & isto modo fuit supra dictum, & aliqui sunt mali ex specie, vt patuit in locis allegatis. Ad minorem, quicquid est causa alicuius, &c. verū, si conueniat tanquam genus vel differentia, vel sequatur necessariò, & absolutè in comparatione ad quodcunque agens; nunc autem dictum est, quòd deformitas nec est genus, nec differētia specifica, nec inest actui circa obiectum absolutè, sed in comparatione ad agens, quod causando actum deficit a regula sua, hoc autem non est Deus, sed liberum arbitrium.

¶ Secundò dico ad argumētum, ad maiorē. Aliqui actus sunt mali secundum speciem naturæ. Negatur, immo quicquid pertinet ad naturā actus, bonū est. Et dico, quòd talis actus sicut odiū Dei est separabilis a deformitate ipsa, puta si essentia eius a solo Deo crearetur, & poneretur in lapide, quia tunc fieret a Deo sine rectam rationem, & non inesset aliquis defectus. Verum tamē est quòd non esset odium Dei formaliter, sed esset idē actus in substantia. Sicut enim si Deus actum meritorium per se produceret, esset idem actus in specie naturæ, sed non meritum, sic de actu peccati. Et dico, quòd aliqui actus dicuntur mali secundùm spēm moris quam habent non ex specie naturæ, sed ex agente proximo libero deficiente, & tamen & hoc modo dicūtur mali ex specie, scilicet moris concomitanter, non essentialiter vt dictum est in prima solutione; quia nec in esse moris specifico constituitur per deformitatem, quæ est præter intentionem, sed consequitur vel concomitatur constitutiuum speciei ad sensum dictum.

¶ Ad minorem dico primò, quicquid est causa alicuius est causa eius, quod conuenit sibi secundùm speciem naturæ, sed non oportet, quòd secundùm speciem moris; quando videlicet sunt duo agentia quorum vnum, scilicet primum, concurrit ad naturam, & non ad moralitatem, saltem malam, sed agens proximum, sicut est in proposito.

¶ Dico secundò, quòd minor est falsa ad hunc sensum, quòd quicquid est causa alicuius secundùm speciem naturæ sit causa omnium, quæ speciei naturę coniunguntur, & ipsum sequuntur; de hoc D.S. in primo sententiarum supra dicit, si in aliquo effectu plura inseparabiliter coniuncta sint, non oportet vt quicquid est causa eius quantum ad vnum sit causa eius quantum ad alterum, sicut natura est causa oculi quantum ad substantiam, & non quantum ad defectum cecitatis, qui ex defectu naturę incidit, hęc ille. Hanc autem solutionem secundam, quæ ex D.S. in de Malo. Capreolus super omnes commendat, vbi dicit D.S. Deformitas peccati non consequitur speciem actus secundùm quòd est in genere naturæ, quæ a Deo causatur; sed cōsequitur speciē actus secundùm quòd est moralis prout causatur a libero arbitrio, hęc ille, potes videre Capreolum. Capreolus

Vtrum Deus sit causa excecationis, & indurationis.

T Inf. q. 21. art. 3. ar. 3. Et 2. 2. q. 10. 5. ar. 1. Et 1. dist. 40. q. 4. ar. 2. Et 3. contra ge. 16. 1. ver. q. 24. ar. 12. cor. Etia. 12. Lect. 6. col. 2. Et Rom. 11. lect. 7. col. 4. & 2. Cor. 3. lect. 3. col. 7. & 1. cor. 4. * q. 3. in med. 104. Eccle. 3. Sapien. Corinth. 4.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd Deus nō sit causa excecationis, & indurationis. Dicit enim Aug. in lib. 83. q.* quòd Deus non est causa eius, quòd homo sit deterior; sed per excecationē, & obdurationem fit homo deterior, ergo Deus nō est causa excecationis, & obdurationis.

¶ 2 Præt. Fulgentius dicit, q Deus non est vltor illius rei cuius est actor; sed Deus est vltor cordis obdurati, secuudùm illud Eccle. 3. Cor durū malè habebit in nouissimo; ergo Deus non est causa obdurationis.

¶ 3 Præt. Idem effectus non attribuitur causis cōtrarijs, sed causa excecationis dicitur esse malitia hominis, secundùm illud Sapien. 2. Excecauit enim eos malitia eorum. Et etiam diabolus secundum illud 2. ad Corin. 4. Deus huius sæculi excecauit mentes infidelium, quæ quidem causæ videntur esse contrariæ Deo, ergo Deus non est causa excecationis, & obdurationis.

¶ Sed contra est, quod dicitur Esaiæ. 6. Exceca cor populi huius, & aures eius aggraua. Et Ro. 9. dicitur. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Esaiæ 6. Rom. 9.

¶ Hic consequenter quærit, an Deus sit causa peccati ex parte effectus eius qui est priuatio gratiæ, ex qua sequitur obduratio, & excecatio mentis.

¶ Nota autem primò, vt allegatum fuit ar. 1. ad primū. Ex tertio cōtra Gentiles per subtractionem gratiæ quam sequitur excecatio, & induratio. intelligitur subtractio omnis auxilij, quo Deus hominem a peccato liberat, & præseruat.

¶ Nota etiā ex allegatis ar. 1. ad quartū ex secūdo sententiarū, & in de Verita. Mate. 5. ar. 3. ad 4. quomodo Deus est causa subtractionis gratiæ nō quidē agēdo, sed potius nō agēdo, sicut sol est causa

causa obscuritatis, & tenebrarum, non agendo, vel influendo; sed influxum subtrahendo.

¶ Nota tertiò post Scotum vbi sup. dist. 37. q. si Deus immediatè subtrahendo manutenentiam suam annihilaret gratiam sine defectu voluntatis, tunc carentia gratiæ non esset peccatum aliquo modo, quia non esset carentia iustitiæ debitæ, voluntas enim non est debitrix illius iustitiæ, nisi inquantum in potestate eius est, cōseruare eam ne. s. demeritoriè corrumpat eam. Priuatio igitur gratiæ, non est peccatum, nisi inquantum iustitiæ debitæ, qua volūtas demeritoriè se priuauit, licet a Deo non causante sit ista annihilatio gratiæ; sed si ista annihilatio gratiæ esset, non propter obliquitatem in volūtatem priorem, ista nō esset peccatū, vbi patet, q subtractio ista propter demeritum præcedens est a Deo nō agēre, & pœna, & si absolutè subtraheret Deus gratiam non esset pęna propriè, quia omnis pœna est propter culpā; sed ipsum demeritum quo quis demeretur priuari gratia est culpa, & peccatum, sic q excęcatio vno modo accipitur neutraliter, vt est nomen verbale, sic dicit actum peruersum hominis quem homo excæcatè agit. Alio modo accipitur quasi actiuè pro excęcare quo Deus excęcat, & sic dicit non actum ex parte creatæ voluntatis, sed priationem effectus in ipsa causatam ex subtractione influxus Diuini & hæc valebunt pro intellectu dicendorum.

¶ Respondeo dicendum, quòd excæcatio, & obduratio duo important. Quorum vnum est motus animi humani inhærentis malo, & auersi a Diuino lumine.

¶ Doct. Sanct. duo principaliter facit. Primò rīdet ad quæsitum Secundò declarat quædam contenta in argumento in contrariū, ibi. Et per hunc modum. Quo ad primū respondet distinctē duabus cōclusionibus secundū duo membra cuiusdam distinctionis, quorum secundum ponit, ibi. Aliud autem &c. Circa primum, primò præmittit vnum membrum distinctionis, secundò subiungit conclusionem primam correspondentem, ibi. Et quantū ad hoc. Dicit ergo q excæcatio, & obduratio duo important, quorū vnū est motus animi humani inhærentis malo, & auersi a Diuino lumine. Primò enim homo peccat, & sic demeretur subtractionem gratiæ Diuinæ cum virtutibus annexis, & alijs auxilijs Diuinis, quibus subtractis sequitur, quod dictum est. s. motus animæ inhærentis malo obstinatē, quæ inhæsio vocatur obstinatio, ita quòd primò peccatur, non ita adhęsiuè, sed postquàm mens deserta est, sequitur inhæsio, & ad obstinationem duo pertinent. s. illa inhæsio, & ipsa gratię subtractio. Consequenter cum dicit.

¶ Et quantum ad hoc Deus non est causa excæcationis, & obdurationis, sicut non est causa peccati.

¶ Subiungit primam conclusionem responsiuam, quantum ad hoc (scilicet motum, & adhæsionem mali, & auersionem, scilicet actualem a Diuino lumine) non est Deus causa excæcationis, & obdurationis (ita quòd excęcatio dicat falsum iudicium rationis, & obduratio affectum adhęsiuum peccato) probatur, Deus nō est causa peccati; sed excæcatio, & induratio isto modo dicunt peccatum, igitur conclusio vera. Maior patuit ar. primo. Minor patet Ecclesiastici. 3. Cor durum malè habebit in nouissimo, vt allegat Doct. Sanct. in postilla ad Roma. 9. sed solùm peccatum malè habebit. Iudicare enim peruersè, & inhærere pertinaciter malo, vtrumque peccatum est.

¶ Et nota, quòd quamuis Doct. Sanct. primo loco ponat iam dicta, tamen videntur sequi subtractionem gratiæ. Ex ipsa enim sequitur pertinax inhæsio mali, & falsum iudicium de agendis. Deinde cum dicit.

¶ Aliud autem est subtractio gratiæ, ex qua sequitur, quòd mens diuinitus non illuminetur ad rectè videndum, & cor hominis non emolliatur ad rectè viuendum.

¶ Procedit ad secundam conclusionem responsiuam quam ponit, ibi. Et quantum ad hoc &c. præmittit tamen secundum membrum distinctionis, quòd scilicet aliud est in excæcatione, scilicet subtractio gratiæ, ex qua sequitur, quòd mens diuinitus, nō illuminetur ad rectè videndum, & cor hominis non emolliatur ad rectè viuendum.

¶ Nota autem, quia dicit quòd ad subtractionem gratiæ sequitur, quòd mens non illuminetur, ita quòd excæcatio, non dicit formaliter gratiæ subtractionem, nec gratiæ subtractio est immediata causa priuatiua excæcationis, sed est causa prima, & originalis, inquantum cum gratia subtracta subtrahuntur dona illuminantia intellectum, & mollificantia affectum, vt sic Deus dicatur esse causa excæcationis, non quantum ad actum malum intellectus, sed quia cum gratiam remouet, remouet & sapientiam, & scientiam, ad quorum remotionem sequitur priuatio illuminationis intellectus, ratione cuius dicitur Deus esse causa excæcationis, & ergo cum dicimus, D. um esse causam excęcationis, nō intelligimus eum causare aliquod positiuum; sed per abstractionem gratiæ cum donis sibi annexis, vel per non datione ipsorum, esse causam alicuius priuationis eo modo quo priuationis est causa, scilicet non agens, quæ dicit formaliter non esse illuminatum per dona perficientia intellectum, & non esse affectū perfectum per dona perficientia affectum, quę priuatio illatum perfectionum, sequitur ad priuationem, & subtractionem gratiæ, sicut & positio donorum positionem gratiæ, hoc ergo est, quod dicit Doct. Sanct. Aliud est subtractio gratiæ, & non solùm ipsius, sed & donorum sibi connexorum, quæ perficiunt intellectum, & affectum. Deinde ibi.

¶ Et quantum ad hoc Deus est causa excæcationis, & obdurationis. Est autem considerādum, quòd Deus est causa vniuersalis illuminationis animarum, secundùm illud Ioā. primo. Erat lux vera, quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; sicut sol est vniuersalis causa illuminationis corporum, aliter tamen, & aliter. Nam sol agit illuminando per necessitatem naturæ, Deus autem agit voluntariè per ordinem suę sapientię; sol autem licet quantum est de se omnia corpora illuminet, si quod tamen impedimentum inueniat in aliquo corpore, relinquit illud tenebrosum, sicut patet de domo cuius fenestræ sunt clausæ; sed tamen illius obscurationis nullo modo causa est sol, non enim suo iudicio agit, vt lumen interius non immittat, sed causa eius est solùm ille, qui claudit fenestram, Deus autem proprio iudicio lumen gratiæ, non immittit illis in quibus obstaculum inuenit; vnde causa subtractionis gratiæ est, non solùm ille, qui ponit obstaculum gratiæ; sed etiam Deus qui suo iudicio gratiam non apponit.

¶ Ponit ipsam secundam conclusionem talem, quantum ad hoc (scilicet subtractionem gratiæ, & donorum ex qua quis non illuminatur, & emollitur) Deus est causa excæcationis, & obdurationis. ¶ Et nota q non vult. D. S. nec conclusio, q Deus sit causa excæcationis primo modo dictæ. s. positiuè, vt dicit actum peruersum, sed est cā priuationis dictæ, & non illuminationis, ad quam postea sequitur excæcatio primo modo, tamen sine culpa Dei (qa hic Deus facit ad demeritum hominis) probatur ergo vel magis declaratur conclusio, supponendo q Deus est cā vniuersalis illuminationis animarum naturalis, & gratuitæ; sicut sol est cā illuminationis corporum, aliter tamen & aliter, quia sol agit ex necessitate naturæ, Deus aūt voluntariè per ordinem suæ sapientiæ. Ex hac dra arguitur sic, probando videlicet quo ad hoc, q Deus debeat dici cā, & posse dici cā subtractionis gratiæ, & per consequens excæcationis, & aggrauationis aurium &c. Quòd sol corporalis inueniēs impedimentum, & relinquens aliquod corpus tenebrosum, non attribuitur sibi tanquàm causæ obscuratio talis corporis, sed ponenti obicem, solū est ideo quia non suo iudicio sol agit, vt lumen interius non emittat; sed Deus proprio iudicio lumen gratiæ non immittit illis in quibus obstaculum inuenit; ergo cā subtractionis gratiæ est, non solū ille, qui ponit obstaculū gratiæ, sed ēt Deus, qui gratiam non apponit. Maior ista patet exēplariter. Nam obscurationem domus non attribuimus soli, sed ei qui claudit fenestram, & patet ratione, quia quantum de se esset, causaret lumen, quia agit necessitate naturæ, quòd autem nō causet, est solum aliunde; secus de Deo, qui nō solùm propter rei obstaculum, sed & voluntariè non influit gratiam. Esto prima ratio non influendi sit culpa. Minor patet ex opposita differentia illuminationis solis, & Dei.

¶ Et per hunc modum Deus est causa excæcationis, & aggrauationis aurium, & obdurationis cordis, quæ quidem distinguuntur secundùm effectus gratiæ, quæ & perficit intellectum dono Sapientiæ, & affectum emollit igne charitatis.

¶ Hic consequenter Doct. Sanct. declarat quædam tangenda argumento in contrarium. s. differentias quasdam ibidem positarum. s. primò excæcationis, & obdurationis, secundò excæcationis visus, & aggrauationis aurium, ibi. Et quia &c. quia differentia duorum primorum est realis. i. sunt effectus in duobus realiter distinctis, & distinguuntur realiter eo pacto, quo priuationes possunt realiter distingui, videlicet secundū diuersos effectus gratiæ, quorum vnus est in intellectu, alius in effectu, quia gratia perficit concomitanter, non formaliter secundùm se, scilicet intellectum dono sapientiæ, & affectum mollit igne charitatis; vnde nō immissio sapientiæ est formaliter excæcatio, & non immissio charitatis est formaliter obduratio; vnde sunt duæ negationes realiter distinctæ. i. duorum realiter distinctorum, dicit enim quandoque negatio realis, ideſt negatio rei realis, vt patet apud Metaphysicam. Tunc ibi.

¶ Et quia ad cognitionem intellectus maximè deseruiunt duo sensus. s. visus, & auditus, quorum vnus deseruit inuentioni, scilicet visus, alius disciplinæ, scilicet

auditus, ideo quantũ ad visum ponitur excæcatio, quantum ad auditum aurium aggrauatio, quantum ad affectum obduratio.

¶Ponit differentiam duorum aliorum; quia duo alia, scilicet excæcatio, & aggrauatio aurium distinguuntur nominaliter tãtùm, secundùm distinctionem eorum sensuum, qui principaliter ad cognitionem intellectus deseruiunt, scilicet visus, & auditus, quorũ vnus deseruit inuentioni, scilicet visus, alius disciplinæ, scilicet auditus, vt patet primò Metaphysicæ; & ideo quantum ad visum ponitur excæcatio, quantum ad auditum aurium aggrauatio, quę duo important secundùm rem eandem priuationem, scilicet subtractionem cognitionis regulatæ. Obduratio autem importat priuationem mollientis affectum.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat secundam conclusionem responsiuam.

¶Ex his dictis elicitur corollariè extra literam, quòd excæcatio, & aggrauatio aurium, non capiuntur hic pro defectu oculi, vèl auris corporalis, sed spiritualis; patet, tum primò, quia D.S. dicit, quia ad cognitionem intellectus, dicunt igitur ista duo defectum cognitionis intellectualis. Tum secundò, quia effectus gratiæ, qui est Sapientia, & recta cognitio non est oculorum, & aurium corporalium, sed spiritualium; excæcatio autem, & aggrauatio dicunt defectum Sapientiæ, & intellectus. Patet secũdò ex his, quòd multi bene videntes oculis corporalibus, & bene audientes auribus, sunt cæci, & aggrauati auribus, qui nolunt intelligere, vt bene faciant, nec audire, quæ saluis sunt &c.

¶Nota quòd hanc distinctionem excæcationis, & aggrauationis aurium, & obdurationis cordis Doct. Sanct. videtur posuisse propter argumentum in oppositum vbi ista tria commemorantur, vt patet intuenti. Patet tertiò ex verbis Doct. Sanct. ꝙ Deus non est prima causa excæcationis, & subtractionis gratiæ cum effectibus suis; quia dicit, quòd Deus non immittit lumen gratiæ proprio iudicio his in quibus obstaculum inuenit; ergo sequitur, ꝙ prima ratio subtrahẽdi gratiam sit obstaculum peccati positũ p voluntatem creatam, & obstaculũ saltẽ originalis peccati; de hoc de Malo mate. 2. Patet quartò ex hoc ar. ꝙ non conuenienter loquuntur dicentes, ꝙ obduratio sit peccatum in Spiritum sanctũ si intelligunt de obdurationẽ, vel obstinationẽ, vt Deus est eorũ cã; sic enim dicunt formaliter priuationes, peccatum autẽ in Spiritum sanctum dicit actum secundũ deformẽ cuius formalr accepti, Deus non est cã, sed obduratio primo mõ põt esse peccatũ in Spiritum sanctũ, si accipiar pro obstinatione de qua 2.2.q.14.ar.2.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cum excæcatio, & induratio ex parte subtractionis gratiæ sint quædam pœnæ, ex hac parte eis homo non fit deterior; sed deterior factus per culpam hæc incurrit, sicut & cæteras pœnas.

¶Ad maiorem concedit, ꝙ Deus non est cã, ꝙ homo fit deterior; quia non est prima rõ deficiendi, & si Deus esset prima ratio subtrahendo primò auxilium suum sine demerito culpæ, homo non fieret malus; vnde dictum fuit in principio art. notabili 3. ꝙ si Deus annihilaret gratiam dimittendo liberè suam manutenẽtiam, ꝙ tunc non imputaretur homini ad malum, esto enim esset defectus quidam non habere tunc gratiam, non tamen esset malum, vt potest patere ex dictis supra q.75.ar.1. Fit ergo homo malus per peccarum. Dico secundò, ꝙ subtractio gratiæ, & effectuũ suorum nõ est peccatum, sed demeritum quo homo abijcit, & impedit conseruationem gratiæ suæ, est peccatum; in potestate enim eius est facere se indignum gratia; & dictum est, quòd illud demeritum tollens gratiæ conseruationem, non sit a Deo, sed ipsa subtractio ad sensum sępe dictum. Ad minorem si intelligitur, ꝙ homo fiat deterior ipsa subtractione gratiæ formaliter, negat, quia iam dictum est, quòd si homini subtraheretur gratia sine demerito suo, tunc non esset sibi malum culpæ, esto esset defectus, immo secundùm aliquos non impediret eum a consecutione beatitudinis; secundùm enim Alphonsum primo sententiarum. dist. 18. conclusione 2. Possibile est de potentia Dei absoluta non habere charitatem infusam, & esse acceptum Deo ad vitam æternã; vnde arguit inter cætera ad hoc probandum argumento, quod deseruit proposito tali videlicet; quia si Deus annihilaret charitatem infusam paruuli iam baptizati, & moriatur in isto statu, vel saluatur, vel damnatur; quia non est necesse, quòd nec saluet, nec damnetur; si damnabitur sequitur, ꝙ simpliciter damnabitur sine culpa, quod non credo bene dictum; si saluatur, sequitur ꝙ secundũ prędestinationem sine charitate fuit, & est Deo charus, & acceptus ad vitam æternam, quod est propositum. Hæc ille. Vide alias rõnes ad propositũ, ex quo patet, ꝙ ex tali subtractione, q̃ fieret sine oĩ culpa, homo nõ fit deterior, immo maneret adhuc acceptus ad beatitudinẽ, & non est curę, ꝙ loquatur de charitate, & non gratia; quia vel sunt idem, vel saltẽ sp connexa &c. Si aũt intelligit minor, ꝙ ex cã subtractionis gr̃æ homo fiat deterior, concedit; sed dicimus, ꝙ Deus hmõi causæ nõ est cã, vt patuit ar. primo; quia talis cã est culpa, & peccatum, quæ non sunt a Deo.

Secundò dico, ꝙ per excæcationem homo fit deterior quantum ad auersionem a lumine, & quantum ad inhæsionem peccati, & huius Deus non est causa, sed praua voluntas; Deus autẽ non præstat auxilium vt homo illuminetur, & resiliat ab inhæsione peccati, sine quo non potest illuminari, & emolliri, nec tamen propterea est causa peccati positiuè, vel priuatiuè, quia non est causa deficiendi prima, quia nec subtrahit gratiam, nisi propter culpã præcedentem, sed est causa priuatiua subtractionis auxilij; quare negatur consequentia, in vno sensu. s. ꝙ non sit causa quantum ad priuationem gratiæ, & effectuum eius; & conceditur in alio sensu consequentia, ꝙ non est causa quantum ad culpam præcedentem subtractionem gratiæ, quæ culpa, tamen nõ est propriè excęcatio, & obduratio, nec quo ad culpam, quæ sequitur ex subtractione; quia voluntas creata ex propria inordinatione incidit in causam priuationis gratiæ, & per consequens in effectum per accidens ex illa priuatione sequentem. Iustè enim Deus subtrahit gratiam ad cuius subtractionem per accidens sequitur peccatum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd obiectio illa procedit de obduratione secundùm quòd est culpa.

¶Cõceditur maior, ꝙ Deus non est vltor eius, cuius est auctor. Ad minorem, Deus est vltor cordis obdurati, non quia vlciscatur subtractionem gratiæ; sed quia punit culpam ex qua procedit, vel quæ ex ipsa sequitur. Vltra, ergo Deus &c. verum quo ad id quod est culpę in excæcatione, tamen quantum ad id quod est pœnæ. Vnde ad propositum valet, & ad dicta ad primum, quod supra quæst. 76. articu. 2. dictum est, quòd potest abesse scientia, & tamen non est peccatum, nisi absit per negligẽtiam culpabilem, sic quòd ignorantia cum sua causa habeat rationem peccati; sic in proposito subtractio gratiæ, quæ importatur nomine excæcationis, secundùm se non est culpa, sed cum sua causa; & quia Deus non subtrahit gratiam ante primum peccatum, sed peccatum præintelligitur gratiæ subtractioni, ideo magis dicitur excæcare quo ad peccata sequentia &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd malitia est causa excæcationis* meritoria, sicut culpa est causa pœnę; & hoc etiam modo diabolus excæcare dicitur inquantum inducit ad culpam. * Alias de merc. tenta.

¶Ad maiorem, idem effectus non attribuitur causis contrarijs eodem modo, & vt contrariæ sunt. Ad minorem. Causa excæcationis dicitur esse malitia hominis, verum, demeritoria non effectiua, peccatum enim corrumpit gratiam, & tollit eam non formaliter (quia formaliter priuat rectitudinem actualem ipsius actus) Demeritoriè autem tollit ipsam gratiam cum sibi connexis; quia demeretur, vt Deus subtrahat gratiam. Dico vltra, quòd diabolus est causa excæcationis etiam demeritoria remota, quia videlicet inducit ad culpam, quæ demeretur gratiæ subtractionem, sicut culpa meretur pœnam; & dico vltra, quòd hæ causæ sunt cõtrariæ Deo secundùm se, quia peccatum est contra Deum, similiter diabolus formaliter dicit naturam deformatam culpa, quæ est contra Deum; tamen non est inconuenientes, quòd concurrant ad vnum effectum pœnalem demeritoriè, & modo culpabili, qui tamen est a Deo iustè, & bene.

¶Vltra ergo Deus non est causa &c. verum, sicut culpa, & diabolus, quia ista demeritoriè, & malè, Deus autem effectiuè, & quasi perfectiuè eo modo quo priuatio habet causam effectiuam. s. indirectam; & secundò, quia culpa, & diabolus non possunt subtrahere gr̃am, Deus autem potest, ideo aliter cõcurrit ad excæcationem, quia iustè subtrahendo gratiam, peccatum aũt malè demerẽdo illam subtractionem &c. sicut suspẽdium causat fur, & iudex, fur quidem culpabiliter, iudex autem benè, & iustè &c.

Vtrum excæcatio, & obduratio semper ordinentur ad salutem eius, qui excæcatur, vel obduratur. V.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd excæcatio, & obduratio semper ordinentur ad salutem eius qui excæcatur, & obduratur. Dicit enim Augustin. in Ench. * quòd Deus, cum sit summè bonus, nullo modo permitteret fieri aliquod malum, nisi posset ex quolibet malo elicere bonum; multò igitur magis ordinat ad bonum illud malum cuius ipse est causa, sed excæcationis, & obdurationis Deus est causa, vt dictum est; ergo hæc ordinantur ad salutem eius, qui excæcatur, vel obdurat. * Aug. cir. pa. tom. 1. * Ar. pri.

¶ 2 Præterea. Sap. primo dicitur, quòd Deus non delectatur in perditione impiorum, videretur autem in perditione eorum delectari, si eorum excæcationem in bonum eorum non conuerteret, sicut medicus videretur delectari in afflictione infirmi, si medicinam amaram, quam infirmo propinat, ad eius sanitatem nõ ordinaret; ergo Deus excęcationem conuertit in bonum excæcatorum.

¶ 3 Præt. Deus non est personarum acceptor, vt dicitur Act. 10. Sed quorundam excæcationem ordinat ad eorum salutem, sicut quorundam Iudæorum qui excæcati sunt, vt Christo non crederent, & non credentes occiderent, & postmodum compuncti, conuerterentur; sicut de quibusdam legitur Act. 2. vt patet per Aug. in li. de quæstionibus euangelij; * ergo Deus omnium excęcationem conuertit in eorum salutem. * Aug. li. 3. ex Matth. c. 14. in me. tom. 4.

¶ Sed contra. Non sunt facienda mala, vt veniant bona, vt dicit Rom. 3. sed excæcatio est malum; ergo Deus non excæcat aliquos propter eorum bonum.

¶Hic vltimò quærit de quodam dubio, quod incidit circa tertium ar. an excæcatio, & obduratio semper ordinẽtur ad salutem eius, qui excæcatur, & obduratur, ita quòd Deus subtrahat gratiã, & patiatur illum excæcari, vt ex hoc procuret salutem hominis, sic quòd tandem ad se reuersus cognoscat se, & magis humilietur, & feruentius agat; potest enim ex peccato suo aliquis sumere occasionem boni, vt habet D. S. de Malo q.3. arti. 13. ad 2. quia dicitur Ecclesiastici 42. melior est iniquitas viri, quàm benefaciẽs mulier; dicitur enim vir secundùm glo. aliquis discretus, & strenuus; qui & si aliquando peccet, tamen ex ipso peccato sumit occasionem boni, puta humilitatis, & maioris cautelæ; mulier autẽ dicitur aliquis indiscretus, qui ex bono, quod facit, sumit occasionem periculi sui, dum ex eo per superbiam deijcitur, sic & excæcatus cognoscens excæcationem, grauius dolet, & magis cauet peccatum.

¶ Respondeo dicendum, quòd excæcatio est quoddam præambulum ad peccatum, peccatum autẽ ad duo ordinatur, ad vnum quidem per se, scilicet ad dánationem, ad aliud autem ex Diuina misericordia, vel prouidentia, s. ad sanationem, inquantum Deus permittit aliquos cadere in peccatum, vt peccatum suum agnoscentes humilientur, & conuertantur; sicut Aug. dicit in lib. de natura, & gratia; * vnde & excæcatio ex sui natura ordinatur ad damnationem eius, qui excæcatur, propter quod ponitur etiam reprobationis effectus, sed ex Diuina misericordia excæcatio ad tempus, ordinatur medicinaliter ad salutem eorum, qui excæcantur. * Aug. ex c. 21. 23. & 28. tom. 7.

Doct. Sanct. ponit duas conclusiones responsiuas, primam minus distinctè responsiuam, secundam magis specialem, & declaratoriam prioris, ibi. Sed hæc misericordia &c. Prima ergo cõclusio responsiua, secundùm vnam distinctionem quam D.S. hic innuit est, excæcatio ex sui natura ordinatur ad damnationẽ eius, qui excæcatur, sed ex Diuina misericordia excæcatio ad tempus, ordinatur medicinaliter ad salutem eorum, qui excæcãtur (& no tanter dicit secunda pars excæcatio ad tempus, quia excæcatio finalis in qua quis moritur non potest esse ad salutem, cũ post hãc vitam non sit mutatio status) probatur conclusio quo ad ambas partes. Excæcatio est quoddam præambulum ad peccatum, sed peccatum per se ordinatur ad damnationem; ad sanationem autem, & salutem, ex Diuina misericordia, vel prouidentia, igitur sequitur conclusio. Maior patet ex ar. præce. ¶Et nota, quod ex ea confirmatur, quod dictum est ar. præc. quòd excæcatio, vt est a Deo, præcedit peccatum excæcationis quod est ab homine, tamen etiã sequitur ad peccatum &c. Minoris primam partem. D. S. non probat, quia patet ex dictis sup. q.72. ar.5. quia illa damnatio non sequitur peccatum per se ex parte peccantis, præter cuius intẽtionem est, tamen sequitur per se in ordine ad iustitiam Diuinã; ita ꝙ inordinatio peccati exigit ex natura sua reordinationẽ a iusto iudice, quæ fit per pœnã, vt patebit ẽt infra q.87. ar.1. & 3. Secunda pars patet; quia Deus permittit aliquos cadere in peccatum, vt peccatum suum agnoscẽtes humiliẽt, & cõuertanẽ, vt Aug. hẽt.

¶Sed hæc misericordia non omnibus impẽditur excæcatis; sed prædestinatis solũ, quibus omnia cooperantur in bonum; sicut dicitur Ro. 8. vnde quantũ ad quosdam excæcatio ordinatur ad sanationem, quantum autẽ ad alios ad damnationem, vt Augustin. dicit in 3. de quæstionibus euangelij. * * Aug. ex e. sou quæst. 14. tom. 7.

¶Hic procedit ad secundam conclusionem explicatiuã prioris, & magis responsiuã, quia dictũ est, ꝙ excæcatio ex natura sua ordinatur ad damnationẽ, sed ex Diuina misericordia ad salutẽ, & sanationẽ, sed adhuc nõ est satis rñsum distinctè, an sp ordinetur, & in omnibus ad salutem. Ponit igitur Doct. Sanct. secundam cõclusionem, ralem. Quantum ad quosdam excæcatio ordinatur ad

sanationem, quantum ad alios ad damnationem, & ex hoc habetur responsio satis formalis ad quæsitum negatiua, quòd nõ semper, & in omnibus; probatur, excæcatio non ordinatur ad salutẽ, nisi ex Diuina misericordia, sed hæc misericordia non impẽdit omnibus excæcatis, sed prædestinatis tantũ; ergo &c. Maior nota, & est prima conclusio; quia ex natura sua ordinatur ad damnationem; quòd ergo ordinetur in salutem est ex Diuina misericordia, & ab extrinseco. Minor illa supponit ex prima par. q.23. ꝙ Deus aliquos reprobet, & aliquos prædestinet, vide ibidem; quòd autem prædestinatis ordinetur excæcatio in bonum, probatur auctoritate Apostoli ad Ro. 8. quia dicit Apostolus. Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his qui secundùm propositum vocati sunt Sancti.

¶Nota autem circa hãc auctoritatem pulchra in postilla Doc. Sanct. super eundem locum; nam est dubium, an sub hoc, quod dicit omnia, ẽt comprehendantur peccata. Quod si non, auctoritas non erit ad propositum, vt patet de se, quia D.S. vult, quòd excæcatio, quæ est peccati præambulum, & ex peccato sequitur, cædat in salutem, quæ vtiq; est optimũ bonum. Dicunt quidã, ꝙ peccata non continent sub hoc, ꝙ dicit oĩa, quia secundũ Aug. peccatum nihil est, & nihil fiunt hoies cũ peccant. Sed contra hoc est, quod in glo. sequitur, vsq; adeo talibus Deus cooperatur in bonum, vt si qui horum deuiant, & exorbitant, ẽt hoc ipsum eis faciat profi cere in bonũ; vnde & in psal. dr̃, cũ exciderit iustus non collidet, quia dñs supponit manũ suam. ¶Sed ẽm hoc vr̃, ꝙ sp tales in maiori charitate resurgant, ga bonum hoĩs in charitate cõsistit, quã si nõ habeat Apostolus se nihil esse recognoscit. 1. Cor. 13. ¶Sed dicendum, ꝙ bonum hoĩs non solũ consistit in quantitate charitatis, sed præcipuè in ipsius perseuerantia vsq; ad mortem, secundùm illud Matth. 24. qui perseuerauerit vsque in finem hic salus erit. Ex hoc autem, ꝙ iustus cadit, resurgit cautior, & humilior; vn de in glo. subditur postq̃ dixerat, ꝙ hoc ipsum faciat eis proficere in bonũ, quia sibi humiliores redeunt atque doctiores, discunt enim cum tremore exultare debere, non quasi arrogando sibi tãquàm de sua virtute fiduciam permanendi. Hæc D.S. ibidem. Ex quibus patet, quòd excæcatio etiam comprehenditur sub hoc, ꝙ dicitur omnia, & sic minor vera, quo ad secundam partem, & cõfirmatur illa conclusio auctoritate Beat. Auguſt. &c.

ARGVMENTVM in oppositum non est purum, & soluetur quarto loco.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd omnia mala, quę Deus facit, vel permittit fieri, ordinantur in aliquod bonum, nõ tamen semper in bonum eius in quo est malum; sed quandoque ad bonum alterius, vel etiam totius vniuersi; sicut culpam tyrannorum ordinat in bonum martyrum, & pœnam damnatorum ordinat ad gloriam iustitiæ suæ.

¶Dico primò, ꝙ hoc argumentum, deficit penes paralogismũ cõsequentis, cum arguit, ordinatur in bonum, igit in salutẽ excęcati. Est enim a superiori ad inferius affirmatiuè, & a plurib. causis veritatis ad vnam. ¶Dico secũdò ad maiorem, ꝙ vera est auctoritas Beati Aug. quia ex quolibet malo elicit bonũ, non aũt credit malum, in bonũ eius in quo est, & cuius est, nec in naturalibus, nec in moralibus; sicut corruptio vnius animalis cedit quidẽ in bonum vniuersi, inquantũ per corruptionẽ vnius aliud gñat, vel sustentatur, nõ tñ in bonum eius, quod corrumpit, quia bonũ vniuersi est a Deo volitum secundũ se, & ad ipsum ordinant oẽs partes vniuersi; similiter partes aliæ ordinantur ad bonum nobilissimarum, sed quicquid fit circa nobilissimas partes, non ordinatur, nisi in bonũ ipsarum. Nobilissimæ aũt partes sunt Sancti, & electi, & ideo quicquid circa eos accidit boni, vel mali ordinatur in bonũ ipsarum, ea aũt quæ circa malas fiunt, ordinantur in bonũ sanctorum, & vltimatè in gloriam Dei, & in relucentiam Diuinæ iustitiæ; sicut persecutio tyrannorum ordinata est in bonum Sanctorum martyrum, & malum pœnæ damnatorum, & permissio casus in ipsam, ordinatur ad iustitiæ Diuinæ relucẽtiã. Ad minorem, vera est ad sensum art. 3. quo ad subtractionem gratię cũ sibi annexis, sed negatur consequentia, & ratio iam patuit &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Deus non delectatur in perditione hominum quantum ad ipsam perditionem; sed ratione suæ iustitiæ, vel propter bonum, quod inde prouenit.

¶Ad maiorem, Deus non delectatur in perditione peccatorũ, verum secundùm se, vt perditio est, tamen delectatur in ea, vt iusta est, & huius signum est, quia non infligit pœnam, nisi propter culpam. Quod autem aliquos patiatur cadere in culpã, & eos reprobet, est propter peccatum originale, vel non debitum gr̃æ, & vitæ æternæ, ut habet D.S. de Verita. ma. 6. artic. 2. ad 9. Et est propter suauem dispositionem liberi arbitrij, & dico, ꝙ excæcatus a Deo iustè patitur, quia voluntariè peccat, & voluntariè perit, nec Deus est ratio perditionis suæ. Minor negatur, quòd videret delectari in perditione, sed in iustitia qui reordinatur malum excęcatorum,

torum,& delectatur in suaui dispositione omnium.Ad probationem dicitur,ꝙ non est simile; quia medicus tenetur medicinam ordinare ad salutem, nec habet causam, vt medicus, quòd ordinet ad malum infirmi, secus de Deo; quia excęcationem causat propter culpam excęcati, & permittit culpam propter conditionem creaturæ, & permittit,& punit propter reluctentiam iustitiæ suæ.Dico secundò,ꝙ si infirmus demeruisset,posset sibi propinari medicina amara,nõ a medico,sed a iudice,& quæ non ordinaretur in bonum infirmi, immo ad mortem temporalem propter forefacta infirmi; sic in proposito homo excæcatus demeretur, vt permaneat excęcatus in malum suum;quare negatur consequentia,& consequens vniuersaliter.Dico tertiò,ꝙ non est simile quo ad hoc,quia medicus agit positiuè propinando medicinam amaram,Deus autem excęcando,non positiuè,sed priuatiuè concurrit non agendo, & hoc propter culpam hominis, & quia non tenet agere;sed propter bonas causas permittere deficere.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc, quòd Deus aliquorum excęcationem ordinet in eorum salutem, misericordiæ est; quòd autem excęcatio aliorum ordinetur ad eorum damnationem,iustitiæ est; quòd autem misericordiam quibusdam impedit,& non omnibus,non facit personarum accęptionem in Deo, sicut in primo dictum est. * 1.p q.23. a.5. ad 3.

¶Maior vera,& de ea dictum fuit supra q.73 arti 9.ad tertium, quia non est acceptor personarum Deus,sed dico,ꝙ acceptio personarum solũ habet locum in distributione debitorum, sed non in datione,& distributione liberali, quia quilibet potest dare de suo quantum vult,& cui vult, & potest æqualibus dare inæqualia, vt habet.D.S.secunda secundæ.q.63.art-primo, vbi vide quid sit acceptio personarum &c.

¶Ad minorem conceditur,ꝙ excęcationem quorundam ordinat ad eorum salutem, sed dico,ꝙ salus est de non debitis alicui hominum;sed ex Diuina vitute,& liberalitate datur,& in ipsam homo non ex debito, sed misericorditer ordinatur; & ergo hẽt locum,quod dicitur in euangelio. An non licet mihi facere, qđ volo?quare negatur consequentia; quia esto non accipiat personam,vt sonat in vitium,sic quòd alicui ratione generis, & conditionis particularis tribuat,& alteri non;tamen liberè absque debito vni misereturꝫ alium indurat,Vide prima par.q.23.ar.5.ad 3. in fine,& 4.sententiarum di.46.q.2.ar.2.quæstiuncula 2.ad 5.

¶ Ad quartum dicendum, quòd mala culpæ non sunt facienda, vt eueniant bona; sed mala pœnæ sunt inferenda propter bonum.

¶Ad maiorem.Non sunt facienda mala, scilicet culpæ, vt eueniant bona, verum, quia sicut verum non est syllogizandum ex falsis,sic nec bonum ex malo culpæ, quod est simpliciter malum. Sed dico,quòd sunt facienda positiuè, vel priuatiuè mala pœnæ, vt eueniant bona,non quidem illi cui infertur pœna, sed vniuerso,vel saltem iustitiæ Diuinæ,vt patuit ad primum.Ad minorem dico,quòd excęcatio,vt est a Deo est malum pœnæ illatum iustè propter culpam;sed negatur consequentia, quòd non excęcet aliquos propter eorum bonum, licet non omnes, vt patuit &c.

Quæstio octuagesima.

De causa peccati, ex parte diaboli.

DEinde considerandum est de causa peccati ex parte diaboli, & circa hoc quæruntur quatuor. Primò,Vtrum diabolus sit directè causa peccati. Secundò, Vtrum diabolus inducat ad peccandum interius persuadendo. Tertiò, Vtrum possit necessitatem peccandi inducere. Quartò,Vtrum omnia peccata ex diaboli suggestione proueniant.

¶Hic consequenter iuxta ordinem statutum quæstione præcedenti D.S.determinat hic de alia causa extrinseca peccati, scilicet diabolo, & circa hoc primò ostendit quomodo diabolus possit esse causa peccati.Secundò determinantur quædam corollariè sequentia ex dictis in ar.3.& 4.Circa primũ ostendit primò,quomodo diabolus possit esse causa peccati ex parte voluntatis Secũdò quomodo ex parte potentiæ apprehensiuę tam sensitiuę,qꝫ intellectiuę,& etiam ex parte appetitus sensitiui.ar.2.

Vtrum diabolus sit homini directè causa peccandi.

X Supra q. 75 arti.3. Et 3. q.8.ar.7. Et Mal.q.3.arti.3. & 4.Et quol.3.ar.8 cor.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd diabolus sit homini directè causa peccandi. Peccatum enim directè in affectu consistit;sed Aug.dicit 4.de Trini. * quòd diabolus suæ societati malignos affectus inspirat.Et Beda super Act. dicit, * quòd diabolus animã in affectum malitiæ trahit.Et Isido.dicit in lib. de summo bono, quòd diabolus corda hominum occultis cupiditatibus replet; ergo diabolus directè est cã peccati. * Aug.c.12. * Ibid.Li. c.5. & lib. ca.18. * Hieron. li.2.contra Iouinianũ ca.prin.

¶ 2 Præt.Hierony.dicit,* quòd sicut Deus est perfector boni, ita diabolus est perfector mali;sed Deus est directè causa bonorum nostrorum; ergo diabolus est directè causa peccatorum nostrorum.

¶ 3 Præt.Philosophus dicit in quodam.c.ethicę endimicę, * quòd oportet esse quoddam principium extrinsecum humani consilij;consilium autem humanum non solùm est de bonis, sed etiam de malis; ergo sicut Deus mouet ad cõsilium bonum, & per hoc directè est causa boni, ita diabolus mouet hominem ad consilium malum, & per hoc sequitur, quòd diabolus directè sit causa peccati. * Aristi.3. eth.

¶ Sed contra est, quòd Augustꝫ.probat in primò,* & tertio,de lib.arb.quòd nulla alia re fit mens hominis seruua libidinis,nisi propria voluntate;sed homo non fit seruus libidinis nisi per peccatum;ergo causa peccati non potest esse diabolus;sed sola propria voluntas. * Aug.c.11. * Cap.11.

¶Hic ergo primò inquirit qũo diabolus sit cã peccati ex parte voluntatis.¶Nota aũt pro intellectu huius articuli, & repete sup. dicta q.75.ar.3. ubi declaratũ fuit,ꝙ solus Deus põt effectiuè, & directè agere in voluntatem,& voluntas ipsa,nõ aũt ꝙcunq; creatura.Illa enim in hoc articulo supponunt. Sit & ad specificationem solũ mouet sufficiẽter obiectũ omniquaq; perfectũ directè, proponẽs aũt imperfectũ obiectũ mouet indirectè, & insufficiẽter.

¶ Respondeo dicendum, quòd peccatum actus quidam est;vnde hoc modo potest esse aliquid directè causa peccati, per quem modum aliquis directè est causa alicuius actus, quod quidem non cõtingit,nisi per hoc,ꝙ proprium principium illius actus mouet ad agendũ; proprium autem principium actus peccati est voluntas; quia omne peccatum est [d] voluntarium; vnde nihil potest directè esse causa peccati, nisi ꝙ potest mouere voluntatem ad agendum. D.1006.

¶In hoc corpore D.S.principaliter(vt sufficiẽter rñdeat)tria facit,primò pmittit quandã cõclusionẽ fundamentalẽ & gñalẽ, secũdò deducit cõclusiones aliquas partialiter rñsiuas,ibi.Voluntas aũt,tertiò ex illis infert conclusionẽ totaliter, & expẽssius rñsiuã, ibi.Vñ sequit.Conclusio fundamentalis gñalis, nihil põt directè esse cã peccati,nisi quod põt mouere voluntatẽ ad agendũ.Probatur conclusio,hoc mõ põt esse aliquid directè cã peccati, ꝙ quem modũ aliquid directè est cã alicuius actus(.s.deformis)sed aliquid est cã actus peccati,solũ quia mouet uoluntatem ad agendũ.sic ordinatè,igit conclusio vera.Maior patet ex q.75.ar.1.quia peccatũ actus quidã est,& nõ assignat sibi cã per se,nisi rõne actus, qui põt intendi, vt patuit ubi iã.Minor probat, aliquid est principiũ alicuius actus, non nisi quia mouet propriũ principium ipsius ad agendũ; sed propriũ principium actus peccati est voluntas, igit minor vera;maior nota, sicut principium percussionis est,qđ mouet manum ad percutiendum.Minor proxima patet, quia oẽ peccatum est volũtarium, & per cõsequẽs eius principiũ est volũtas.

¶Nota ꝙ siue sit actus voluntarius elicitus a voluntate, vel imperatus,tunc id quod mouet voluntatem est principium actus, qa etiam actum imperatum voluntas non imperat,nisi mediãte actu elicito;& ergo quicquid est principium actus voluntatis, oportet quòd prius ordine naturæ moueat voluntatem.

¶ Voluntas autem;sicut supra dictum est, * a duobus moueri potest. Vno modo ab obiecto,sicut dicitur appetibile apprehensum mouet appetitum. Alio modo ab eo, quod interius inclinat voluntatem ad volendum. * q.9. arti. & 4.ad 3.

¶Hic consequenter D. S. rñdet qsito ẽm aliquas distinctiones; vñ ponit duas cõclones partiaꝫ rñsiuas, secunda ibi.Ex parte autẽ &c. Circa primũ primò pmittit quandã distinctionẽ, secundò subiũgit primã cõclusionẽ, ibi.Hoc aũt &c. Distinctio ergo expiicat pcedẽtẽ cõclonẽ,qa dictũ est,ꝙ nihil est cã peccati,nisi qđ põt mouere voluntatẽ lõ notãdũ cõsequẽter iuxta dicta sup.q.9.ar.1. & q.75.Quòd volũtas a duobus moueri põt.Vno mõ ab obiecto sicut dr,ꝙ appetibile mouet appetitũ. Alio mõ ab eo,quod interius inclinat voluntatem ad volendum. Consequenter cum dicit.

¶Hoc autem non est, nisi vel ipsa voluntas,vel Deus, vt supra ostensum est,* Deus autem non potest esse causa peccati,vt dictum est. *Relinquitur ergo ꝙ ex hac parte sola voluntas hominis sit directè cã peccati eius. * 3.p.ar.1. 4.5.& 6. * q.79.ar.2.

¶Subiungit

Conclusio prima.

¶Subiungit primam conclusionem partialiter respõsiuã iuxta secũdum membrum prædictum,talem.Ex hac parte(.s.qua interius inclinans voluntatem causat actum eius,& qua volũtas mouetur ab interiori)sola voluntas hominis est directè cuusa peccati eius,probatur, ex hac parte voluntatem non potest mouere, nisi vel voluntas,vel ipse Deus; sed Deus non potest esse causa peccati,igitur sola voluntas &c.maior patuit sępius.q.9. & q.10.Minor patuit.q.79.ar.1.

¶Nota aũt semper,ꝙ Deus non inclinat ad actum peccati formaliter,vt subest deformitati, licet inclinet ad omne positiuum actus. Ex ista conclusione sequitur euidenter conclusio rñsiua formaliter,iuxta hoc membrum.s.diabolus non est,nec põt esse directa cã peccati,patet,quia hoc mõ solũ est cã peccati, quod volũta tẽ interius mouet ad actũ peccati,sed diabolus non est hmõi,igitur &c.Maior & minor patent ex dictis. Deinde cum dicit.

¶ Ex parte autẽ obiecti potest intelligi, quòd aliquid moueat voluntatem tripliciter. Vno modo ipsum obiectum propositum,sicut dicimus,quòd cibus excitat desiderium hominis ad comedendum.Alio modo ille qui proponit,vel offert huiusmodi obiectum. Tertio modo ille qui persuadet obiectum propositum habere tõnem boni,quia & hic aliqualiter proponit proprium obiectũ voluntati, quod est rationis bonum verum, vel apparẽs. Primò igitur modo res sensibiles exterius apparentes mouent voluntatem hominis ad peccandum. Secundò autem,& tertio modo diabolus, vel etiam homo potest incitare ad peccandum, vel offerendo aliquid appetibile sensui, vel persuadendo rationi.

¶Procedit ad secundam conclusionem partialiter respõsiuam, cui primò præmittit subdiuisionem primi membri prædicti, deinde secundùm illam ponit conclusionem,ibi.Sed nullo istorũ &c. Subdiuidit ergo primum membrum prædictæ distinctionis,quia aliquid mouet,sicut obiectum propositum, alio modo sicut ille qui proponit obiectum huiusmodi.Tertio modo ille qui persuadet &c.Primo modo, res exterius apparentes mouẽt voluntatem hominis ad peccandum,secundo,& tertio modo,vel diabolus,vel homo potest incitare ad peccandum, vel offerendo aliquod appetibile sensui,vel persuadendo rationi,vt patebit artículo sequenti,quia potest offerre appetibile mediante imaginatione,vel passione.Quomodo autem moueat rationem patebit articu.2. Consequenter ibi.

¶ Sed nullo istorum trium modorum potest aliquid esse directè causa peccati; quia voluntas non ex necessitate mouentur ab aliquo obiecto,nisi ab vltimo fine, vt supra dictum est; * vnde non est sufficiens causa peccati neq; res exterius oblata,neque ille qui causam proponit,neque ille qui persuadet. * q.10.ar.2. & 1. par.q. 106.ar.2. & q.105.ar.4.

¶ Infert aliam conclusionem correspondentem huic subdiuisioni.Ex parte obiecti non est sufficiens causa peccati neq; res exterius oblata,neque ille qui eam proponit, neque ille qui persuadet,ita quòd nullo istorum trium modorum aliquid potest esse directè causa peccati.Probatur conclusio, voluntas non mouet ex necessitate ab aliquo obiecto(.s.obiectiuè)nisi ab vltimo fine,igitur conclusio vera.Antecedens patuit sup.q.10.ar.2. & prima partę.q 106.ar.2.& q.105.ar.4.tenet consequentia, quia nullum horum trium est, vel proponere potest vltimum finem, sed solus Deus,igitur consequentia bona.

¶Nota autem,quòd vltimus finis quamuis necessariò moueat & quo ad specificationem actus, & quo ad exercitium clarè visus,& præsens;quia tamen non potest mouere ad peccatũ, immo facit voluntatem impeccabilem, ideo nullum obiectum põt mouere sufficienter,& directè,vel quo ad specificationem,vel exercitium peccati;ideo Doct.Sanct. dicit, quòd nullum obiectũ,scilicet exterius, & proponibile per aliquam creaturam est sufficiens causa peccati,quia voluntas non peccat, nisi committendo actũ inordinatum ad quem nullum tale inducere potest.

¶Nota etiam aliàs tacta q.77.ar.1. ad primum,quòd obiectum mouet ad spec ficationem actus, & tamen etiam est causa partialis effectiua actus voluntatis,& ergo si sit tale obiectum,ꝙ apprehendatur necessariò volendum,immo eius volitio, & fruitio videatur esse summum bonum,necessariò mouebit ad exercitium actus,secus de actu voluntatis circa quodcunque aliud peccatum; quare Doct.Sanct hic intelligi potest, quòd nullum obiectũ necessariò mouet,vel quo ad specificationem,vel quo ad exercitiũ, & per consequens non directè, & sufficienter Supra enim q.10. artic.2.quem locum hic allegat, voluit quòd nullum obiectum necessariò mouet ad specificationem actus in via, nisi beatitudo, & per consequens multò minus necessariò ad exercitium, & per consequens non directè, nec sufficienter inducit ad peccatũ, nec ipsum proponens, nec quo ad exercitium, nec quo ad specificationẽ;illud enim dicitur hic directè mouere,vel quia mouet sufficienter ad exercitium,siue ad specificationem.

¶Vnde sequitur, quòd diabolus non sit causa peccati directè, vel sufficienter;sed solùm per modum persuadentis;vel proponentis appetibile.

¶Hic vltimò Doct.Sanct.ex omnibus prædictis infert corollariè conclusionem totalem respõsiuam, diabolus non est causa peccati directè,vel sufficienter,sed solùm per modum persuadentis,vel proponentis appetibile. Prima pars patet ex prima conclusione respõsiua,quia directa causa est,quæ interius agit in volũtatem,& actus eius producit,vel obiectum sufficienter motiuum proponit;sed diabolus non est huiusmodi,igitur &c,Secũda pars scilicet quòd non sufficienter etiam ex parte obiecti,quia ex parte obiecti sufficienter mouet,qui proponit obiectum,quod de necessitate mouet ; sed nullum obiectum proponibile a diabolo necessariò mouet ad peccatum,igitur &c.& patet ex propria conclusione.Tertia pars patet,quia homo potest persuadere;ergo & diabolus,& explicabitur ista pars magis ar.sequenti.

¶Et quod dictum est confirmatur argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd omnes illę auctoritates, & si quæ similes inueniantur,sunt referendæ ad hoc,quòd diabolus suggerendo, vel aliqua appetibilia proponendo,inducit ad effectum peccati,

¶ Maior vera ad sensum supradictum quæst.71. articu.6. ad secundum,quia peccatum directè in affectu consistit causaliter, & principaliter,quia exterior actus, esto sit peccatum,non tamen sine interiori affectu &c.

¶Ad minorem,, ad omnes auctoritates dicitur vna solutione, quia non intelliguntur,nec volunt, quòd diabolus immittat affectum peccati,sed alliciat proponendo,& persuadẽdo, vel mediante immutatione imaginationis, vel mediante concitatione passionis;sed quod directè affectionem voluntatis producat, est impossibile,vt patuit sępius supra.

¶ Ad secundum dicendum, quòd similitudo illa est attendenda quantum ad hoc, quòd diabolus quodammodo est causa peccatorum nostrorum, sicut Deus est aliquo modo causa bonorum nostrorum; non tamen attenditur quantum ad modum causandi; nam Deus causat bona interius mouendo voluntatem, quod diabolo conuenire non potest.

¶Ad maiorem,illud,sicut,habitum in dicto Beati Hieronymi, non dicit æqualitatem, sed aliquam similitudinem, quia sicut Deus concurrit ad bona opera, ita diabolus quodammodo ad mala,vel proximè, vel remotè,ut patebit articu.4.sed in modo concurrendi est magna diuersitas, quia Deus est perfecta causa mouens interius, & immutans voluntatem directè, & causans totum, quòd est boni in operibus bonis; diabolus autem ad malas concurrit solicitando, & persuadendo exterius, scilicet in sensualitate, non interius in voluntatem agendo, & igitur negatur consequentia. Vide de materia huius solutionis Doct.Sanct. in quodlibeto.3. articu. octauo, vbi quærit, an diabolus semper substantialiter inhabitet hominẽ quandocunque peccat mortaliter.

¶Ad tertium dicendum, quòd Deus est vniuersale principium omnis interioris motus humani, sed quòd determinetur ad malum consilium voluntas humana, hoc directè quidem est ex voluntate humana, & a diabolo per modum persuadentis, vel appetibilia proponentis.

¶Ad maiorem,concedo eam,& fuit supra habita quæstio.9.articu.quarto,& est illud principium extrinsecum, principium humani consilij,præsertim quo ad primum actum,qui tendit in bonum in communi,& est principium consilij,sicut & Doct.Sanct. habet prima parte quæstio. 82. articu. quarto,ad nonum. Quod principium consiliandi, & intelligendi est aliquod altius principium intellectu nostro, reducitur autem motus voluntatis mediante motu intellectus in Deum, non vt in cœli motorem, sed vt in uniuersale, & proprium principium intellectualium; nec ad hoc requiritur, nisi generalis influentia; Sicut enim omnes motus corporales reducuntur in aliquam per se causam sui ordinis, scilicet in primum motum, sic & intellectuales motus reducuntur in aliquam per se causam sui ordinis; sunt autem actus secundi, & in ordine actuum secundorum, quia consilium, & intellectus in actu; quare reduci debent in aliquod eminẽtius cõsilio,& intellectu,in actu,tale autem non est intellectus in anima nostra; ergo reducuntur in aliquod altius extra, quod mouet ad huiusmodi consilia, & intellectus, & hoc voluisse videtur Philosophus in illa auctoritate quam inducit maior ista. Sed dico, quòd huiusmodi principium, idest intellectus, & voluntas virtute huiusmodi principij naturaliter, & primò tendunt in bonũ, & verum commune,sed ad particulare bonũ voluntas seipsam ꝙ

consilium rationis determinat, ita quòd illud exterius principiũ est causa vniuersalis omnis interioris motus, non tamen adimit libertatem voluntatis determinandi se ad hoc, vel illud bonum, quod scilicet est verum, vel apparens. Minor cõceditur, sed quòd sit de malis, non est a Deo, sed voluntate, vel diabolo. Vnde dicit consequenter, quòd Deus mouet ad consilium bonum gratuita bonitate, non ex generali causalitate, quam habet, vt principium rationis, & voluntatis; sed ex singulari gratia mouet aliquos ad bonum determinatum, vt patuit sup. q. 9. ar. 6. ad tertium. Negatur autem quòd ita diabolus ad malum, vt illud, ita, dic ut æqualitatẽ, quia Deus mouet ad bonum consilium efficaciter, & intrinsecè, secus de diabolo qui non potest immittere consilium, vel cogitationem, vt habet Doct. Sanct. 1. par. quæst. 111. art. 2. ad secundum, sed potest incitare ad cogitandum, vel consiliandum modo dicẽdo, ar. sequenti. Negatur consequentia, &c.

Vtrum diabolus inducat ad peccandum interius persuadendo.

Mal. q. 3. ar tic. 4. & q. 16. ar. 11. Et quol. 3. ar tic. 8.

Y AD secundum sic proceditur. Videtur quòd diabolus non possit inducere ad peccandum interius instigando. Interiores enim motus animæ sunt quędam opera vitæ, sed nullum opus vitæ potest esse, nisi a principio intrinseco, nec etiã opus animæ vegetabilis, quod est infimum inter opera vitæ; ergo diabolus secundùm interiores motus, non potest hominẽ instigare ad malũ.

¶ 2 Præt. Omnes interiores motus secundùm ordinem naturæ a sensibilibus exterioribus oriuntur; sed præter ordinem naturæ aliquid operari est solius Dei, vt in

1. p. q. 110. artic. 4. primo dictum est; ergo diabolus non potest in interioribus motibus hominis aliquid operari, nisi secundũ ea quæ in exterioribus sensibilibus apparent.

¶ 3 Præt. Interiores actus animæ sunt intelligere, & imaginari; sed quantum ad neutrum horum potest diabolus aliquid operari; quia vt in primo habitum est, diabolus non imprimit in intellectum humanum, in phantasiam etiam videtur, quòd imprimere non possit; quia formę imaginatæ tãquàm magis spirituales sunt dignio res, quàm formæ, quæ sunt in materia sensibili, quas tamen diabolus imprimere non potest, vt patet ex his, quę

*1. parte. q. 110. ar. 2. in primo habita * sunt; ergo diabolus non potest secundùm interiores motus inducere hominẽ ad peccatum.

¶ Sed contra est, quia secundùm hoc nunquàm tentaret hominem, nisi visibiliter apparendo, quod patet esse falsum.

¶Hic quærit Doct. Sanct. quomodo diabolus possit esse causa peccati, ex parte potentiæ apprehensiuę, & appetitus sensitiui.

¶Nota autem pro intellectu quæsiti, quòd quia dictum est, ꝙ diabolus, non est causa peccati, nisi persuadendo. Persuadere autẽ contingit dupliciter, visibiliter & inuisibiliter, sicut visibiliter in Paradiso tentauit primum hominem in specie serpentis, & Christum visibiliter in deserto tentauit. Quærit ergo an non solùm sic visibiliter inducat ad peccandum, quia tunc nullum peccatum fieret ex diaboli instinctu, nisi quæ ipse visibiliter apparens suaderet, quod non est putandum: quare Doct. Sanct. quærit, an etiam inducat ad peccatum eo modo quo potest, persuadendo & instigando interius inuisibiliter, ita quòd sicut Angelus bonus interius illuminat hominem, & inducit ad bonum persuadendo, & tamen homo nescit a quo illuminetur, sicut habet D. . prima par. q. 111. ar. 1. ad tertium; sic homo instigetur latenter, & inuisibiliter ad malum, & nesciat, vnde proueniat huiusmodi instigatio.

¶Nota pro intellectu eorum, quæ habentur in principio articuli, quòd ad illuminationem hominis duo concurrunt, vt habetur ex Doct. Sanct. 1. par. q. 111. ar. 1. & in de Malo mate. 16. ar. vl. scilicet confortatio luminis intellectualis, dispositio vel ordinatio specierum sensibilium, sic quòd species imaginariæ disponuntur, secundùm quòd competit ad aliquod intelligibile apprehendendum, vel secundùm quòd aliqua signa exteriora adhibentur; quamuis autem diabolus vtrunque facere posset, sicut & bonus Angelus, nam eandem naturam communẽ habent, & homo est ordine naturæ, infra dæmonem; tamen diabolus ex malicia volũtatis non intendit hominem confortare ad intelligendam veritatem, nec iuuat cum quocunque modo ad veritatis cognitionem, immo magis nititur eum inducere in errorem, & falsitatem, & in peccata; ideo interior persuasio diaboli, & quæcunque eius reuelatio non habet rationem illuminationis, sed fit per impressionem quandam in vires sensitiuas interiores, aut exteriores. Nam intellectus quanto magis illuminatur, tanto magis potest cognoscere a deceptione, quam diabolus intendit, non ergo illuminat.

¶ Respondeo dicendum, quòd interior pars animæ est intellectiua, & sensitiua, intellectiua autem continet intellectum, & voluntatem; & de volũtate quidem tam* dictum est quomodo ad eam diabolus se habet; intellectus autem per se quidem mouetur ab aliquo illuminãte ipsum ad cognitionem veritatis, quod diabolus circa hominem non intendit, sed magis obtenebrat rationem eius ad consentiendum peccato; quæ quidem obtenebratio prouenit ex phantasia, & appetitu sensitiuo; vnde tota interior operatio diaboli esse videtur circa phantasiam, & appetitum sensitiuum. * Arist.

¶D. S. duo facit, primò deducit quandã conclusionẽ fundamentalem, secundò conclusionẽ rñsiuã, ibi. Quorum vtrunq; &c. Conclusio præambularis est. Tota interior operatio diaboli (qua scilicet interius instigat ad peccatũ) vr esse circa phantasiam, & appetitum sensitiuum; probat ista conclusio, interior pars animæ (.l. ẽm quã posset videri instigare) est intellectiua, & sensitiua. sed ſm intellectiuã partẽ diabolus non instigat ad peccatum, igitur tota &c. ut dicit conclusio. Maior relinquit nota; ex secundò, & tertiò de aĩa; quia etsi ſm D. S. 1. par. q. 111. ar. 4. ad secundum, possit dæmõ operari in partẽ nutritiuã, & vegetatiuam, non tñ per eã inducit ad peccatum, nisi mediantibus alijs. ſ. sensitiua, iõ D. S. nõ facit mentionem, ꝙ instigat mediante vegetatiua, quia remotè se habet ad peccatum. Vide D. S. de Malo, mate. 3. ar. 4. ad 7. Eodem mõ diabolus per aliquam aggregationẽ spirituũ, & humorum facere posset, ꝙ aliquid citius vel tardius digereretur, sed hoc non est ita, pinquum suo proposito, hæc ille. Minor probatur, intellectiua pars continet intellectum, & voluntatem, sed nec in voluntatem agere põt, nec in intellectum immediatè, & ſm se, cum inducit ad peccatum, igitur minor vera. Maior nota, & quia memoria identificatur cum intellectu, vt patet 1. par. q. 79. ar. 7. ideo non fit expsa mentio de memoria, quia non ponit in numerum rerum contra istas. Minor proxima quo ad primam partẽ patuit arti. 1. quo ad secundam partem probatur; intellectus per se mouet ab aliquo illuminante ipsum ad cognitionẽ veritatis, sed diabolus hoc circa hoẽm nõ intendit, sed magis obtenebrat rõnẽ eius ad consentiendũ peccato, (sub sumitur) sed talis obtenebratio prouenit ex phantasia, & appetitu sensitiuo; igitur prima pars vera; & notã ter dicit intellectũ ſm se, quia hoc est cõfortare ipsum, & spẽs ordinare ad veritatẽ cognoscẽdã. Maior vera, & minor patet ex secũdo notabili præmisso in principio. Minor subsumpta patere põt ex dictis sup. q. 77. art. 1. ad secundũ, sed magis patet, 1. par. q. 84. ar 8. quia per ligamentum sensus impeditur intellectus, vide ibidem; relinquit igitur conclusio vera, ꝙ diabolus non instigat, nisi mediante phantasia, & appetitu sensitiuo. ¶Nota aũt, ꝙ quia ſm sniam sancti Doct. 1. par. q. 78. ar. 4. in fi. corporis, phantasia & imaginatiua identificant ſm rem in hoſe, in quo actus phantasticus solùm apparet, iõ D. S. hic in conclusione loquitur de phantasia, & statim post probat, & loquitur de imaginatiua; patet aũt, ꝙ D. S. non est varius in recognitis terminis, quamuis imaginatio, & phantasia communiter possint accipi pro interiori sensu.

¶ Quorum vtrunque commouendo, potest inducere ad peccatum; potest enim operari ad hoc, quòd imaginationi aliquæ formę imaginatiuę præsententur; potest etiam facere, quòd appetitus sensitiuus concitetur ad aliquam passionem. Dictum est enim in primo lib. * quòd *1 parte ꝙ 110. art. natura corporalis spirituali naturaliter obedit ad motũ localem; vnde & diabolus omnia illa causare potest, quę ex motu locali corporum inferiorũ prouenire possunt, nisi virtute Diuina reprimatur.

¶Hic consequenter D. S. deducit cõclusionem responsiuã, tale, diabolus põt inducere ad peccatum interius instigando, scilicet persuadendo, & disponendo, vel afficiendo, non aũt perficiendo; probatur conclusio, Diabolus põt commouere phantasiam, & appetitum sensitiuũ respectu peccati, igitur põt inducere &c. Huius consequentię. D. S. probat primò antecedẽs, secundò consequẽtiã, ibi. Ex hoc, tertiò subiungit ipsam conclusionẽ, ibi. Et per hũc modũ &c. Antecedens ergo probatur quo ad ambas partes sic, diabolus põt operari ad hoc, ꝙ imaginationi aliq formæ imaginatiuę põtentur; põt ẽt facere, ꝙ appetitus sensitiuus cõcitetur ad aliquã passionẽ; igr. antecedẽs verũ; cõsequentia clara, qa põtatio formę imaginatiuę i. speciei sensibilis, & passio sunt qdam cõmotiones. Assumptũ illud probat, diabolus oĩa illa causare põt, quæ ex motu locali corporũ inferiorũ prouenire põt, nisi virtute Diuina retu. locali corporũ inferiorũ prouenire põt, nisi virtute Diuina retu. primat. ſ. ꝙ aliquæ formæ represententur imaginationi, conseqũ qnq; motũ localẽ, similiter cõcitatio appetitus sensitiui p passionẽ; igitur assumptũ verũ. Huius rõnis. D. S. ponit primò maiorem nẽ,

motum localem, nec tamen propriè ille effectus eſt præter ordinẽ ſenſuum interiorum, niſi quo ad modum, non quo ad ſubſtantiã effectus; vnde D.S. de Malo, Diabolus non facit præter ordinẽ naturæ, ſed mouendo localiter principia intrinſeca. Ex quibus nata ſunt huiuſmodi prouenire, hæc ille; vnde negatur conſequentia.

An Dæmõ imprimat. ¶Circa iſta incidit dubium, an dæmon ſic commouens phantaſiam modo dicto, cognoſcat quid homo p interiores ſenſus imaginetur, aut cogitet; vide Doct. Sanct. prima parte q. 75. arti. 4. ad tertium, & q. 111. artic. 2. ad ſecundum, quòd ſi neceſſariò apprehenſio phantaſtica ſequeretur impreſſionem corporalem, ſicut in beſtijs, tunc cognoſceret; ſed quia appetitus ſenſitiuus, & apprehẽ ſiua interior mouetur a voluntate liberè, ideo non ſemper cognoſcit. Vnde dictum eſt ad primum, quòd ipſe non cauſat cogitationem, vel imaginationem, ſed offert obiectum; ſed quia vſus ſubeſt voluntati, ideo non neceſſariò ſequitur.

¶Ad tertij maiorem, non ſolùm intelligere, & imaginari, ſed etiam concupiſcere, & appetere ſunt interiores actus animæ. Minor vt iacet eſt falſa quo ad vtranque partem, quia poteſt operari in intellectum, & in imaginationem. Ad probationem dico primò, quòd non procedit, quia minor dicit de poſſe operari in intellectum, & probatio dicit de imprimere. Concedo enim ꝙ diabolus non imprimit aliquam formam intellectui immediatè; & Secundò dico, quòd non operatur circa intellectum illuminãdo, poſſet tamen illuminare intellectum, & eum confortare, ſed hoc non facit, nec iſta contrariantur, quod ſcilicet illuminet alium, & confortet, & tamen non imprimat aliquam formam, vt patet prima parte q. 106. ar. 1. & in de Verita. mate. 8. ſed fit illuminatio in Angelis præſertim, per propoſitionem, & particulariſationẽ veritatis illuminatæ, vt ibidem videri poteſt, & in homine, quãdo ſpecies præhabitæ diriguntur. Dico tertiò, quòd diabolus non imprimit directè in intellectum, poteſt tamen immediatè mouere imaginationem, & appetitum ſenſitiuum, & ſic mediantibus illis, intellectum obtenebrare, ſicut & poſſet hominem iſto modo illuminare ſi vellet, aliter enim fit illuminatio Angeli, quo Angelus illuminatur, & quo homo, vt patet prima par. q. 111. ar. 1. quia homo mediante ordinatione ſpecierum imaginabilium ad veritatẽ intelligibilem percipiendam, & ergo licet non imprimat diabolus in intellectum, tamen prius impreſſa in ſenſus interiores poteſt ordinare, vel inordinare, vt deſeruiãt ad intellectus illuminationem, vel obtenebrationem. Vltra dico, quòd non imprimit in phantaſiam, quaſi aliquid cauſet in ea, videlicet ſpeciem alicuius rei prius non exiſtentem. Concedo hoc. Non enim poſſet diabolus facere, quod cęcus imaginetur colores; & ergo non imprimit formam imaginariam, ſed tamen formam prius acceptam p ſenſum ipſe mouere poteſt, vt appareat, & fiat præſens, & concedo probationem illius partis, quæ ſumpta eſt ex prima par. q. 111. articu. 3. quia diabolus, vel quicunque Angelus, nõ poteſt naturam corporalem tranſmutare formaliter, ſed ſolùm localiter, & ea facere, quæ mediante motu locali fieri poſſunt; ſed negatur conſequentia, quia eſto dæmon nihil imprimat de nouo totaliter, tamen præexiſtens poteſt facere apparere, & mouere ad obtenebrationem intellectus, & ſic inducere in peccatum, Vide de hac materia ſecundo ſententiarum. di. 7. q. 2. ar. 2.

Vtrum diabolus poſſit neceſſitatem inferre ad peccandum.

Z Mal. q. 3. arti. 3. ad 9. & ar. 4. c. & q. 16. ar. 11. ad 10 Et artic. 12. ad 10. * Iob 41.

AD tertium ſic proceditur. Videtur quòd diabolus poſſit neceſſitatem inferre ad peccandum. Poteſtas enim maior poteſt neceſſitatem inferre minori; ſed de diabolo dicitur Iob 41. Non eſt poteſtas ſuper terrã, quæ ei valeat comparari; ergo poteſt homini terreno neceſſitatem inferre ad peccandum.

¶ 2 Præt. Ratio hominis, non poteſt moueri, niſi ſecundùm ea quæ exterius ſenſibus proponuntur, & imaginationi repreſentantur, quia omnis noſtra cognitio ortum habet a ſenſu, & non eſt intelligere ſine phantaſmate, vt dicitur in li. de anima; ſed diabolus poteſt mouere imaginationem hominis, vt dictum eſt, * & etiam exteriores ſenſus. Dicit enim Aug. in lib. 83. q. * quòd ſerpit hoc malum. ſ. quod eſt a diabolo per omnes aditus ſenſibiles, dat ſe figuris, accommodat ſe coloribus, adhæret ſonis, infundit ſe ſaporibus; ergo poteſt rationem hominis ex neceſſitate inclinare ad peccandum.

* Ariſtot. lib. 2. * Ar. 2. præ. * Aug. q. 12. circa princ. to. 4.

¶ 3 Præt. Secundùm Aug. * nonnullum peccatum eſt cum caro concupiſcit aduerſus ſpiritum; ſed concupiſcentiam carnis diabolus poteſt cauſare, ſicut & cæteras paſſiones eo modo, quo ſupra dictum eſt; * ergo ex neceſſitate poteſt inducere ad peccandum.

* Aug. lib. 19. de ciuit. Dei. c. 4. ante med. illius to. 5. * Ar. præce.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur primæ Pe. vlt. Aduerſarius veſter diabolus, tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide; fruſtra autem talis ammonitio daretur ſi homo ei ex neceſſitate ſuccumberet; non ergo poteſt homini neceſſitatem inducere ad peccandum.

¶Hic conſequenter determinat quædam corollariè ſequentia ex dictis, & primò de quodam dubio, quod oritur circa dicta, qa poteſt diabolus eſſe cauſa peccati inſtigando interius, & immutãdo phantaſiam, & concitando ſenſualitatem; videtur ergo quòd poſſit phantaſmata perturbando totaliter intelligibilem cognitionem impedire, & ſic homo neceſſariò ſequetur inſtigationẽ diaboli, ſicut priori articulo ad ſecundum dictum eſt, quòd brutũ ſequitur diſpoſitionem corporalem, & ſic videtur poſſe inferre neceſſitatem peccandi.

¶Nota autem pro intellectu huius articuli, ea quæ ſupra q. 10. ar. 3. & q. 77. ar. 7. dicta ſunt, quia videlicet peccatum, non eſt ſine voluntate, nec voluntas ſine vſu rationis, nec vſus rationis ſine debita diſpoſitione ſenſuum interiorum; quare de vltimò ad primum cum quis redditur amens, non habet vſum rationis, nec per conſequens voluntatem, nec per conſequens peccabit, præſertim ſi in amentiam ſine culpa ſua inciderit. Ex quo ſtatim apparet, ꝙ ſi dæmon faceret hominem amentem ſine hominis peccato, quicquid homo poſtea faceret, non imputaretur ſibi ad peccatum.

¶Nota ſecundò, quòd eſto imaginatio turbet, tamen citra ablationem vſus rationis; & eſto ſimiliter ſenſualitas concitetur ſtante vſu rationis, homo non cogitur ad peccatum; quia ſemper poteſt non aſſentire quantumcunque ſolicitetur ad peccatum.

¶Reſpondeo dicendum, quòd diabolus propria virtute, niſi refrenetur a Deo, poteſt aliquem inducere ex neceſſitate ad faciendum aliquem actum, qui de ſuo genere peccatum eſt, non autem poteſt inducere neceſſitatem peccandi, quod patet ex hoc, quòd homo motiuo ad peccandum nõ reſiſtit, niſi per rationem, cuius vſum totaliter impedire poteſt mouendo imaginationem, & appetitum ſenſitiuum, ſicut in arreptitijs patet.

¶D.S. rñdet ad quæſitum tali concluſione, diabolus ꝓpria virtute (niſi refrenetur a Deo) põt aliquẽ inducere ex neceſſitate ad faciendum aliquem actũ, qui de ſuo gñe peccatũ eſt, nõ aũt poteſt inducere neceſſitatẽ peccandi. Probat prima pars, hõ non reſiſtit motiuo ad peccandũ, niſi per rõnẽ, ſed dæmon põt totaliter impedire vſum rõnis, igit̃ põt &c. ſicut dicit prima pars. Maior nota, quia ſi iõ nõ eſſet, ſtatim homo ſequeret delectabilia ſenſus, ſicut aliæ beſtiæ, nec differrent, quo ad hoc a beſtijs. Minor patet, quia põt mouere imaginationẽ, & appetitũ ſenſitiuũ, & intũ, vt hõ inſaniat, ſicut aliqui propter amorem, vel iram incidunt in inſaniã, & patet ẽt illa minor de arreptitijs. ¶Nota aũt, ꝙ ſi homo ablato vſu rõnis induceret ſine ſua culpa in aliquod de gñe malorũ, puta in homicidiũ, fornicationẽ, & hmõi, tunc eſſet ſolũ peccatũ materialiter, non formaliter, & actu; iõ dicit prima pars cõcluſionis, ꝙ põt inducere in aliquod de gñe malorum, quod tñ nunc nõ eſſet peccatum, & malum morale, quia moralia dependent, nõ ſolùm ex obiecto, ſed etiam ex diſpoſitione agentis, a cuius voluntate, & ratione, habet eſſe morale completiuẽ. Deinde ibi.

¶Sed tunc ratione ſic ligata, quicquid homo agat, nõ imputatur ei ad peccatum; ſed ſi ratio non ſit totaliter ligata, ex ea parte qua eſt libera, poteſt reſiſtere peccato, ſicut ſupra dictum eſt. * Vnde manifeſtum eſt, ꝙ diabolus nullo modo poteſt neceſſitatem homini inducere ad peccandum. * q. 77. ar. in corpore.

¶Probat ſecundam partẽ concluſionis ſic, ſi dæmon ex neceſſitate inducet ad peccandum, hoc eſſet, vel rõne ligata, vel ex ea parte qua eſt libera, ſed nullo mõ põt ex neceſſitate inducere ad peccandũ formaliter, igitur. Maior nota, & innititur viæ contradictionis. Minor probatur in ſra, qa rõne ligata, quicquid hõ agat non imputatur ei ad peccatum (ſ. formaliter ſub rõne cũlpæ de cuius rõne eſt eſſe voluntarium, quod non eſt ſine vſu rõnis, vt patuit) ꝙ aũt non ex ea parte, q̃ ratio non eſt totaliter ligata, ſed libera, patet, quia ſic põt peccato reſiſtere, vt patuit ſupra q. 10. ar. 3. & q. 77. ar. 7. vt patuit in notabili primo.

ARGVMENTVM in contrarium procedit pro ſecũda parte concluſionis, & ſtante vſu rationis, & rõne non ligata, quia ſic homo põt reſiſtere, & vitare peccatũ materialiter, & formaliter.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non quælibet poteſtas maior homine, poteſt mouere voluntatem hominis, ſed d ſolus Deus, vt ſupra habitum eſt. * Dist. 9. ar. 2. * q. 80. ar. 1.

¶Maior vera, de neceſſitate, non tamen violentia, quia quamuis poteſtas ſit maior voluntate humana, non tamen poteſt inferre violentiam,

re violentiam, vt patuit ſupra q. 6. articu. 4. ad primum. Et ergo ſi intelligitur de neceſſitate. i. violentia, vniuerſaliter eſt falſa, quia naturæ minori repugnat violentia, ſicut eſt de voluntate; poteſt tamen Deus neceſſariò mouere voluntatẽ abſq; violentia, vt patuit ibidem. Dico ſecundò, ꝙ ſola illa poteſtas poteſt mouere voluntatem humanam, quæ ipſam creauit, vt patuit ibidem.

¶Ad minorem, conceditur, ꝙ non eſt poteſtas ſuper terram. ſ. corporalis, quæ ei. ſ. diabolo comparari poſſit. Dico autem ꝙ voluntas non eſt res corporalis, & dico conſequenter, ꝙ poteſtas diaboli non eſt maior libertate voluntatis, vnde eam neceſſitare non poteſt; & præterea dico, ꝙ licet poteſtas diaboli ſit maior ſecundùm eſſe naturæ, & dignior, non tamen eſt maior in ratione libertatis. De hoc D.S. ſecũdo ſententiarum, diſt. 21. q. 1. ar. 2. ad primum. quamuis poteſtas dæmonis ſit ſimpliciter maior, quã poteſtas hominis; tamen quantum ad aliquid non eſt maior. ſ. quantum ad actus liberi arbitrij, qui cogi non poſſunt, quia horum actuum ipſe homo dominus eſt, non dæmon; & ideo poteſt homo eius tentationi reſiſtere, hæc ille, & benè ad propoſitum.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd illud, quod eſt apprehenſum per ſenſum, vel imaginationem non ex neneſſitate mouet volũtatem ſi homo habeat vſum rationis, nec ſemper huiuſmodi apprehenſio ligat rõnem.

¶ Maior vera, ſed dico, ꝙ imaginatum, & apprehenſum per ſenſum, non minus mouet voluntatem, ſi manet vſus rationis, quia ratio non minus iudicat tale eſſe proſequendum.

¶Minorem concedo, & ꝙ poſſit immutare, & ludificare ſenſus exteriores, patet de Malo, q. vlt. art. 11. ad longum. & pri. par. q. 111. ar. 4. & dat ſe dæmon figuris, non ꝙ ipſe videatur in aliqua figura, qui incorporalis eſt, ſed faciunt aliquam immutationem circa figuram, vel verè, vel apparenter, ſicut poteſt facere, ꝙ homo appareat beſtia, vel formando aliquam figuram circa hominem, vel præſtigiando oculos videntis. Sed negatur conſequentia, quia quantumcunque imaginatio ſit de re aliqua illicita, non oportet voluntatem aſſentire, & per conſequens non oportet eam peccare.

Dub. 445. ¶Ad tertium dicendum, quòd concupiſcentia carnis contra ſpiritum, quando ratio ei actualiter reſiſtit non eſt peccatum, ſed materia exercendæ virtutis; ꝙ autem ratio ei non reſiſtit non eſt in poteſtate diaboli, & ideo non poteſt inducere neceſſitatem peccati.

¶Ad maiorem dico, ꝙ ſi caro concupiſcat ex qualitate organi, & motu, qui inſurgit abſque aliqua imaginatione cohibibili, tũc talis concupiſcentia eſt motus, primò primus, & non habet rationem alicuius peccati, nec venialis, nec mortalis, quia eſt purè naturalis, & extra genus moris, vt patuit ſup. q. 74. ar. 3. & dico, ꝙ talem motum poteſt diabolus procurare, vt patuit in artic. præced. per tranſmutationem ſpirituum, &c. Si autem ſit concupiſcentia, quæ inſurgit ex apprehenſione delectabilis, tunc dico, quòd talis motus, & concupiſcentia nonnullum eſt peccatum, ſed veniale ſi ei reſiſtatur per rationem, ſi autem approbaretur, poſſet eſſe mortale. Et dico, ꝙ humanam concupiſcentiam diabolus extorquere non poteſt, quia & concupiſcibilis, & imaginatio in homine obediunt rationi, præſertim quando motus non ſubitò ſequitur imaginationem, ſicut eſt in abſentia delectabilis.

¶Ad minorem. Si intelligitur de concupiſcentia carnis ſecundo modo, negatur, quia patuit art. 2. diabolus non facit vel imaginationem, vel appetitum, vt ſequitur apprehenſionem. Nam in poteſtate hominis eſt imaginationem impedire ſtante vſu rationis, & põt cogitationẽ ad alia diuertere, quare negat conſequẽtia.

¶Dico ſecundò iuxta D.S. hic (quia prior ſolutio eſt eiuſdem in ſecundo, vbi ſtatim.) Ad maiorem, non nullum peccatum eſt, quando caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, vera, primò ad hunc ſenſum, quando concupiſcit ea concupiſcentia, quam diabolus procurare poteſt, & ei non reſiſtitur, tunc eſt peccatum etiam mortale, ſi non reſiſtatur conſentiendo, & probando; quia etiam motus carnis naturaliter prouenientes acceptus, eſt peccatum mortale, ſuppoſito, ꝙ ſit de re materiali, quã diabolus procurat. ſtatim abigatur, non eſt peccatum, ſed materia exercendæ virtutis, & ſic credo D.S. hic loqui de concupiſcentia carnis, iuxta propoſitum argumenti, de ea concupiſcentia quam diabolus cauſat, quæ iuxta Doc. Sanc. in ſecundo, vbi ſtatim, non habet rationem peccati, vt oritur ex dæmone.

¶Dico ſecundò, ꝙ nonnullum peccatũ eſt concupiſcentia, & c. quando eſt concupiſcentia ab intrinſeco, & mediante imaginatione impedibili, tunc eſt peccatum, & tamen materia exercendæ virtutis, & licet ad eam diabolus ſolicitare poſſit commouendo imaginationem, nõ tamen illam concupiſcentiam extorquere poteſt, vt habet D.S. in ſecundo, ſup. Nec ſunt contraria, quòd talis concupiſcentia ſit peccatum, & tamen materia exercendæ virtutis, quia hoc clarè habet D.S. in 2. diſt. 40. ar. 4. ad tertium. dicens, primus motus non habet rationem culpæ, niſi ſecundùm ꝙ eſt aliquo modo in poteſtate voluntatis, vnde quandiu voluntas non repugnat habet rationem peccati. Sed quando voluntas iam repugnare incipit, tunc homo meretur, non quia ille primus motus ſenſualitatis ſit meritorius cui reſiſtitur, quia tamen poſtquam ſibi reſiſtitur rationem peccati amittit, ſed in ipſo actu voluntatis reſiſtentis eſt meritum, qui non eſt idem cum primo motu ſenſualitatis, hæc ille. Et fuit allegatum hoc idem ſup. q. 74. art. 3. vbi patet, ꝙ oportet D.S. hic in ſolutione intelligere de concupiſcentia naturaliter proueniente abſq; moralitate. i. abſque hoc, ꝙ potuit impediri per rationem, talis enim non eſt peccatum. Sed concupiſcentia ſecundo modo dicta eſt peccatum, & tamen cum hoc materia exercendæ virtutis, & peccatum non graue, ſed leue, & veniale. Ad minorem dicitur, ꝙ concupiſcentiam poteſt cauſare diabolus, præſertim primo modo dictam. Sed in poteſtate hominis eſt ei reſiſtere, & ſic negatur conſequentia, quia non eſt peccatum, niſi cum ei non reſiſtitur, quod diabolus facere non poteſt manente ratione.

¶Nota, ꝙ poſſet videri, ꝙ hæc ſolutio literæ contraueniret dictis ſup. q. 74. ar. 3. vbi dicebatur, ꝙ motus etiam primi ſenſualitatis ſint peccata venialia. Hic autem D.S. dicit, ꝙ concupiſcentia carnis non ſit peccatum, ſed materia exercendę virtutis. Poſſit dici primò ad hominem, ꝙ verum eſt, quod hic dicit, quia non eſt peccatum graue, & mortale, non tamen negat quin ſit veniale.

¶Secundò dico, ꝙ aliud eſt loqui, & aliud eſt de facto concupiſcentia carnis in vna acceptione, & aliud motus ſenſualitatis; qa motus carnis poteſt prouenire, vt dictum eſt, ex qualitate naturali, & non ſequi apprehenſionem, ſed motus ſenſualitatis eſt, qui ſequitur apprehenſionem. Nam appetitus ſenſitiuus ſemper ſequitur apprehenſionem, quare D.S. hic dicit, ꝙ concupiſcentia carnis nũ eſt peccatum. ſ. nec veniale, ſi ei reſiſtitur, ſed ſup. dixit, ꝙ motus ſenſualitatis ſint peccata venialia, vnde nulla eſt controuerſia, ſed Doc. Sanc. intelligendus eſt, quia hic loquitur in caſu argumenti de concupiſcentia carnis à dæmone procurata, iuxta dicta artic. ſecundi, mediante commotione humorum, & ſpirituum, quæ iuxta D.S. in ſecundo, ſup. vocatur naturalis, & nullum peccatum. Motus autem ſenſualitatis, & concupiſcentia appetitus concupiſcibilis à diabolo eſſe non poteſt, quia ſubiacet volũtati, & eſt peccatum ſaltem veniale, quia motus inordinatus impedibilis, & per conſequens indirectè voluntarius; indirectũ autem voluntarium ſufficit ad veniale, vt patuit ſupra.

Aliud motus carnis, aliud ſenſualitatis.

Vtrum omnia peccata ex diaboli ſuggeſtione proueniant.

1. q. 63. art. 2. cor. & q. 114. ar. 3. & 3. q. 8. art. 7. ad ſecũdũ. Et Mal. q. 3. art. 5. Dionyſius. Ioan. 8.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, ꝙ omnia peccata hominum ſint ex ſuggeſtione diaboli. Dicit enim Diony. 4. cap. de Diui. no. ꝙ multitudo dæmonum cauſa eſt omnium malorum, & ſibi, & alijs.

¶ 2 Præt. Quicunque peccat mortaliter efficitur ſeruus diaboli, ſecundùm illud Io. 8. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati; ſed ei aliquis in ſeruitutem adducitur à quo eſt ſuperatus, vt dicitur 2. Pet. 2. ergo quicunque facit peccatum ſuperatus eſt à diabolo.

2. Pet. 2.

¶ 3 Præt. Greg. dicit, * ꝙ peccatum diaboli eſt irreparabile, quia cecidit nullo ſuggerente; ſi igitur aliqui homines peccarent per liberum arbitrium nullo ſuggerente, eorum peccatum eſſet irremediabile, quod patet eſſe falſum; ergo omnia peccata humana à diabolo ſuggeruntur.

* Hoc habet formaliter Anſel. lib. 2. cur Deus homo. c. 21. circa med. Greg. etiã lib 9. Mor. c. 36. habetur & li. 4. cap. 9. * Cap. 82.

¶Sed contra eſt, quod dicitur in libro de eccleſiaſticis dogmatibus. * Non omnes cogitationes noſtræ malæ à diabolo excitantur, ſed aliquotiens ex noſtri arbitrij motu emergunt.

TZ

¶Quærit iterum de alio dubio, circa prædicta. An omnia, &c. quia enim dictum eſt, q. ſit cauſa peccati, reſtat dubium, an ſit cauſa omnis peccati.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ occaſionaliter quidem, & indirectè diabolus eſt cauſa omnium peccatorum noſtrorum, inquantum induxit primum hominem ad peccandum, ex cuius peccato intantùm vitiata eſt humana natura, vt omnes ad peccandum procliues ſimus; ſicut diceretur eſſe cauſa combuſtionis lignorum, qui ligna ſiccaret, ex quo ſequeretur, ꝙ facilè incẽderentur.

¶Doc. Sanc. reſpondet diſtinctè duabus concluſionibus ſecundùm vnam diſtinctionem, quam implicitè innuit, ſecundam ponit ibi. Directè autem, &c.

¶Notat ergo D.S. implicitè diſtinctionem, quam expreſsè poſuit pri. par. q. 114 ar 3. quia aliquid poteſt dici cauſa alicuius dupliciter, vno modo directè, alio modo indirectè, ſiue occaſionaliter.

ter. Directè dicitur causa alicuius, quod operatur directè, & immediatè ad illud; indirectè autem cum aliquod agens causat aliquam dispositionem ad aliquem effectum, dicitur esse occasionaliter, & indirectè causa illius effectus, etiam si effectum in se non producat; sicut qui secat, vel exsiccat ligna dicitur isto modo causa combustionis eorum. Prima ergo conclusio iuxta secundum membrum est, occasionaliter, & indirectè diabolus est causa omnium peccatorum nostrorum. Et arguitur sic. Ille est causa omniū peccatorum indirectè, & occasionaliter, qui causauit dispositionem ad omnia peccata; sed diabolus est huiusmodi respectu peccati hominis, igitur, &c. Maior patet ex distinctione, & declaratur exemplariter, sicut diceretur causa combustionis lignorum, qui ligna exsiccaret, ex quo sequeretur, ꝙ facilè incenderentur. Minor probatur in litera, diabolus induxit primum hominem ad peccandum, sed ex illius peccato intantum vitiata est humana natura, vt omnes ad peccandum proclives simus, igitur minor vera. Illa proxima minor magis apparebit ex sequentibus, vbi declarabitur, ꝙ in peccato originali, quod pertransit in omnes, includitur concupiscentia habitualis, quæ est pronitas ad peccandum.

¶Nota, ꝙ nō est in proposito idem dicere causa directa, & sufficiens, vel perficiens; sola enim voluntas est causa perficiens peccatum, tamen diabolus quandoque ad hoc concurrit actualiter ad ipsum instigando, & mouendo quantum potest, & hoc dicitur directè facere ad peccatum, licet non sufficiēter; disponens enim, vel suadens non sufficit ad peccatum, tamen agit ad hoc aliquo modo, &c. Deinde ibi.

¶ Directè autem non est causa omnium peccatorum humanorum, ita ꝙ singula peccata persuadeat; quod Origenes probat ex hoc, quia etiam si diabolus non esset, homines haberent appetitum ciborum, & venereorum, & similium, qui posset esse inordinatus, nisi ratione ordinaretur, quod subiacet libero arbitrio.

¶Subiungit secundam conclusionem iuxta primum membrū, talem. Diabolus non est directè causa omnium peccatorum humanorum, ita ꝙ singula peccata persuadeat.

¶Nota autem, ꝙ D.S. tangit, quod dictum est, quia posset aliquis existimare, & malè intelligere, quando dicitur diabolus esse directè causa peccatorum humanorum aliquorum saltem, quasi esset causa perfectiua, sic enim sup. ar. 1. dicebatur, ꝙ sola voluntas sit directè causa, & ideo D.S. statim addit, ita ꝙ singula peccata persuadeat, quasi diceret, non volo intelligere, ꝙ diabolus sit causa directa, quasi perficiens; sed quia actu concurrit, & facit ad peccatum hoc, eo modo quo potest. s. persuadendo, & non habet se solùm occasionaliter ratione seductionis primi parentis, qua mediante destruxit naturam. Probatur conclusio ex auctoritate Origenis. Et arguitur sic, si diabolus non esset, homines haberent appetitum ciborum, & venereorum, & similium; igitur non suadente diabolo homines peccarent. Antecedens notū, & pro probatione consequentiæ suppono, ꝙ loquor de hominibus iam per peccatum corruptis, & amisso retinaculo originalis iustitiæ. Tūc probatur consequentia, talis appetitus posset esse inordinatus, nisi ratione ordinaretur; sed ratio non necessariò ordinaret talem appetitum, & per consequens posset esse inordinatus, & per consequens peccatum. Illa minor patet, quia talis ordinatio subiacet libero arbitrio; sed illud non necessariò determinatur ad ordinationem appetitus; poterit enim in eius oppositum, & ita ex propriis habet homo, vt peccet. s. ex appetitu sensitiuo, & naturę corruptione; patet igitur, ꝙ diabolus non operatur semper ad peccatum hominis proximè, ita ꝙ aliquo modo ad hoc solicitet de propinquo, sed solùm est causa eius remota, & occasionalis. Eandem sententiam habet D.S. de Malo, Mate. 3. ar. 5.

¶Nota tamen circa ista, ꝙ quamuis non sit causa omnium collectiuè acceptorum, non tamen est aliquod cuius causa esse non posset, ita ꝙ licet non sit causa singulorum sub genere, est tamen causa generum singulorum.

¶Et confirmatur secunda conclusio argum. in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ multitudo dæmonum est causa omnium malorum nostrorum secundùm primam originem, vt dictum est.

*In corpo. ¶ Ad auctoritatem Dionysij, dæmonum multitudo est causa omnium peccatorum, causa originalis, & remota, & indirecta, vt dictum est, non autem propinqua, nec directa, vt patuit.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ non solùm fit seruus alicuius, qui ab eo superatur, sed etiam qui ei voluntariè se subijcit; & hoc modo fit seruus diaboli, qui motu proprio peccat.

¶Conceditur maior. Ad maiorem dico, ꝙ aliquis addicitur alicui in seruitutem; quia ab eo superatus, sed nō solum ideo, sed etiam quia se ei voluntariè subijcit motu proprio peccando, per quod peccatum quis efficitur seruus diaboli; quare negatur consequentia, quia arguit à pluribus causis veritatis ad vnam. Potest enim quis effici seruus diaboli pluribus modis, & non vno tantùm; videlicet quia superatur; sed etiam per se peccans, & imitās diabolum, sic etiam aliquis dicit filius eius; quia cum imitatur, esto diabolus eum non instiget.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ peccatum diaboli fuit irremediabile; quia nec aliquo suggerente peccauit, nec habuit aliquam pronitatem ad peccandum ex præcedenti suggestione causatam, quod de nullo hominis peccato dici potest.

¶Ad maiorem dico primò, quòd non est tota causa, nec maxima, quòd peccatum diaboli est irremediabile, quia peccauit nullo suggerēte; quia per se, vel per aliū cadere, sunt circunstantiæ, quæ non possunt in infinitum aggrauare, vtà peccato reparabilitas auferatur, vt habet D.S. in 2. sent. dist. 7. q. 1. artic. 2. Quæ autem sit vera causa irremediabilitatis peccati angelici. vide D.S. de verita. mate. 24. ar. 10. circa finem corporis; quia principalis, & prima causa est Diuina iustitia. secunda est indiuisibilitas appetitiuę virtutis. tertia est intellectiua cognitio. Vide in de malo. mate. 16. ar. 5. & in 3. sent. dist. 1. q. 1. artic. 2. vbi D.S. refert plures causas irremediabilitatis; quia post primam electionem immobiliter ex conditione naturæ adhæret, & quod in eis est casus in hominibus est mors; & ergo sicut peccatum in quo homo moritur, est ir remissibile, sicut peccatum diaboli.

¶Dico secundò, quòd maior continet aliquam congruitatem, & circunstantiam; quæ commendat diuinam iustitiam, quæ non liberat dæmonem à peccato. Et dico, quòd non solum, ideo est irremediabile peccatum dæmonis; quia nullo suggerente peccauit, sed quia nec habuit pronitatem inclinantem in peccatum causatam ex suggestione priori; sed hoc est in homine, qui esto nunc non peccet instigatus ex dæmone, tamen ex instigatione dæmonis qua seduxit primum parentem causata est in eo motiuum & pronitas ad peccandum; & ideo congruum est, vt homo liberetur à peccato, non diabolus, quamuis secundum D.S. prima parte. q. 65. artic. 2. ad quārtum, non sit tota causa quare peccatum hominis sit remissibile, quia alio suggerēte peccauit; sed quia etiam mutabilem electionem habet, & quia compositus ex duabus naturis, quarum vna prona est in malum; Vide tertio scripto. vbi statim, sed negatur consequentia.

Quæstio octuagesimaprima.

De causa peccati ex parte hominis.

DEinde considerandum est, de causa peccati ex parte hominis; cum autem homo sit causa peccati alteri homini exterius suggerendo, sicut & diabolus; habet quendam specialem modum causandi peccatum in alterum per originem, vnde de peccato originali dicendum est. Circa quod tria consideranda occurrunt. Primò, de eius traductione. Secundò, de eius essentia. Tertiò, de eius subiecto. Circa primum quæruntur quinque. Primò, vtrum primum peccatum hominis deriuetur per originem in posteres. Secundò, vtrum omnia alia peccata primi parentis, vel etiam aliorum parentum, per originem in posteros deriuentur. Tertiò, vtrum peccatum originale deriuetur ad omnes, qui ex Adam per viam seminis generantur. Quartò, vtrum deriuaretur ad illos, quæ miraculosè ex aliqua parte humani corporis formarentur. Quintò, vtrū si fœmina peccasset viro nō peccante, traduceretur originale peccatū.

¶Iuxta ordinem supra statutum. q. 76. & magis q. 79. D.S. consequenter determinat de causa exteriori peccati, quæ est homo. Habet autem homo duplicem modum causandi peccatū. Vnum communem cum diabolo; scilicet per modum suggestionis, & persuasionis, licet solùm exterius suadeat, diabolus autē interius instiget modo dicto in q. præcedenti. Et ideo D.S. relinquit satis esse dictum de hoc modo causandi peccatum, videlicet actuale, qui homini & diabolo communis est aliquo modo. Sed habet homo alium modum causandi peccatum, & specialē, & sibi proprium & speciale peccatum, scilicet per originem & naturalem generationē, quod peccatum dicitur & est originale. Quare D.S. specialiter de peccato originali, & eius traductione & causa determinat. Vnde circa hoc tria principaliter facit; primò, determinat de eius traductione; secundò, de eius essentia. q. seq. tertiò, de eius subiecto. q. 83. Circa primum, primò ostendit quomodo, & an peccatum possit traduci ab homine; secundò determinat quædam dubia ex dictis in artic. 4. & 5. Circa primum, primò ostēdit quòd aliquod peccatum potest traduci ab homine; secundò ostendit quale peccatum possit traduci, in artic. 2. & tertiò ostendit in quos possit traduci, art. 3. Et patet ordo, quia homo minor est dia bolo & peccatum originale minus actuali, & minus notum.

Virtus

Vtrum primum peccatum primi hominis, deriuetur per originem in posteros.

3. q. 19. ar. 4. ad 1. & 2. distin. 33 q. 1. artic. 1. Et 4. contr. c. 50. & 52. Et Mal. q 4. artic. 1. Et opus. 3. cap. 201. 202. 203 & 204. Et Ro. 5. lec. 3. co. 3.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd primum peccatum, primi parentis non traducatur ad alios per originem. Dicitur enim. Eze. 18. Filius non portabit iniquitatem patris; portaret autem si ab eo iniquitatem traheret; ergo nullus trahit ab aliquo parentum per originem aliquod peccatum.

¶ 2 Præt. accidens non traducitur per originē nisi traducto subiecto, eo ꝙ accidens nō transit de subiecto in subiectum; sed anima rationalis, quæ est subiectum culpę non traducitur per originem, vt in primo ostensum est, * ergo neque aliqua culpa per originem traduci potest.

*q. 118. ar. 2

¶ 3 Præt. omne illud, quod traducitur per originē humanā, causatur ex semine; sed semen non potest causare peccatū, eo ꝙ caret rationali parte animæ, quę sola potest esse causa peccati; ergo nullum peccatum potest trahi per originem.

¶ 4 Præt. quod est perfectius in natura, virtuosius est ad agendum, sed caro perfecta non potest inficere animam sibi vnitam, alioquin anima non posset emundari a culpa originali, dum est carni vnita; ergo multò minus semen potest inficere animam.

*Arist. c. 5.

¶ 5 Præt. Philosophus dicit in 3. Ethi. * ꝙ propter naturam turpes nullus increpat; sed eos qui propter desidiam, & negligentiam; dicuntur autem natura turpes qui habent turpitudinem ex sua origine; ergo nihil, ꝙ est per originem, est increpabile, neque peccatum.

Rom. 5.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit. Rom. 5. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, quod non potest intelligi per modum imitationis, propter hoc, quod dicitur Sap. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum restat ergo; quòd per originē a primo homine peccatum in mundum intrauit.

Sap. 2.

¶Hic quærit quæstionem an est, an videlicet primi parentis peccatum traducatur ad alios per originem; ita scilicet, quòd originati ab eo per generationem, trahat aliquam inordinationem culpabilem. Quæstio enim intelligitur de peccato, quod est culpa.

¶ Respondeo dicendum, quòd secundum fidem catholicam est tenendum, quòd primum peccatum primi hominis originaliter transit in posteros, propter quod etiam pueri mox nati deferuntur ad baptismū tanquam ab aliqua infectione culpę abluendi.

¶In hoc articulo D.S. plus facit, quàm quæstio expetat, ita vt satisfaciat quæstioni, & quærenti. Facit autem principaliter duo. Primò respondet quæsito; secundò determinat modum traductionis, ibi. Ad inuestigandum &c. Quo ad primum duo facit. Primò ponit conclusionem respon. Secundò duplicem eius probationē. Secunda ibi. Contrarium &c. Conclusio responsiua est ista. Secundum fidem catholicam &c. vsque ibi, propter quod &c. Dicit notanter (primum peccatum,) quia alia peccata nō transeunt, vt patebit. art. 2. nisi esset primum auferens originalem iustitiam. ita ꝙ si quis filiorum Addę peccasset primò, ille trāsfudisset originale in proles ab eo descendentes, vt patebit. Et ergo peccatum primi parentis, & cum hoc primò peccantis. Dicit autem (transit) non formaliter, quia accidens non migrat, sed causaliter demeritoriè, quia causauit in nobis omnibus defectum culpabilem.

¶Dicit autem in posteros indefinitè, quia an in omnes traducatur determinabitur. art. 3.

¶Probatur autem conclusio, primò via quasi a signo. Et arguitur sic. Fides catholica iubet, vt pueri mox nati &c. vt in littera, sed non nisi a culpa quæ originaliter a primo parente transit in posteros; igitur conclusio vera. Maior patet ex consuetudine manifesta ab Apostolis deriuata, vt habet Diony. de ecclesiastica Hierachia. Minor etiam nota, quia non possunt habere actuale aliquod, cum hoc peccatum non habeat nisi vtens ratione. Et ita habetur ex illa ratione, quòd nisi pueri traherent aliquam infectionem culpabilem a primò parente, excluderetur necessitas Baptisandi. Et secundum D.S. in de Malo. q. 4. ar. 1. ex negatiua parte excluderetur necessitas redemptionis factæ per Christum, quæ maximè videtur necessaria fuisse ad abolendam infectionē peccati, quod a primo parente in totam eius posteritatem deriuatū est.

¶ Sed circa istam rationem latet difficultas quomodo baptismus abluat infectionem culpę originalis, cū oppositum eius, scilicet iustitiam originalem non restituat, non videtur autem cōtrarium aliquod auferri, nisi per suum oppositum. Quod autem iustitia originalis in baptismo non restituatur, constat, quia iustitia non cōpatiebatur miserias, quibus etiam baptizati subduntur.

Difficultas quomodo baptismus tollat originale.

¶Ad hoc facile dicitur, post principia D.S. prima par. q. 95. artic. 1. quòd licèt iustitia originalis non diceret gratiam gratum facientem, tamen ipsam præsupponebat tanquàm sui radicem, quia subdebat supremum hominis Deo, sicut iustitia originalis corpus & vires inferiores, animæ, & rationi; ita quòd iustitia originalis erat quædam gratia gratis data, fundata super gratia gratum faciente. Et gratia gratum faciens erat principalior in iustitia originali. Quia igitur baptismus confert gratiam gratum facientem, esto vigorem continendi partes inferiores, & corpus sub ratione & anima non restituat; nihilominus restituit principale originalis iustitiæ, vel radicem eius.

¶Et secundò, quia auersio habitualis mentis humanæ a Deo, quæ est per carentiam originalis iustitiæ, & principale in originali, tollitur per baptismum, qui mentem Deo reconciliat per infusionem gratiæ, & virtutum connexarum, ideo baptismus originale delet. Vnde dicunt quidam, quòd sicut in Christo fuit res aureole, & dotis, puta lumen gloriæ, nec tamen in Christo meretur nomen dotis, vt habetur in quarto sent. dist. 49. q. 4. artic. 1. ad tertium; sic in baptizato est illud, quod includebatur in iustitia originali, aut saltem fuit eius radix, scilicet gratia gratum faciens. Sed tamen nunc non meretur nomen iustitiæ originalis, tum quia nō habet totum, quod erat iustitiæ originalis, tum quia non prouenit in nos sicut iustitia originalis, scilicet per naturalem originē; non quia naturalis origo iustitiam originalem causaret, sed quia eius collatio eam comitabatur, sicut nunc infusio animæ rationalis corporis organizationem.

¶Nota autem, quòd Scotus ex alio principio saluat hoc dictū, scilicet quòd baptismus delet originale. Ipse enim nobiscum tenet, quòd ad subiectionē virium inferiorū requirebatur aliquod donum supernaturale, distinctum a gratia gratum faciente, contra Henricum de Banda. qui posuit solam rectitudinem naturalem cum gratia gratum faciente. Sed discordat a D. S. in hoc, ꝙ illud donum supernaturale non esset gratia, vel charitas, nec includebat, vel præsupponebat ista, vt patet in secundò, dist. 29. q. 1. Dicit igitur Sco. quòd in baptismo soluitur debitum habendi illud donum, scilicet originalis iustitiæ, & cōmutatur in debitum habendi donum equiualens, scilicet gratiam. Et istud debitum secundum semper ex tunc manet, nec primum redit; & qui caret, secundo dono debito, scilicet gratia, grauius peccat, quàm qui caret primo. Nec tamen est peccator peccato originali, quia non redit debitum habēdi illam iustitiam. Et in eodem secundo. dist. 32. in 4. artic. dicit, illud quod est formale in peccato deleri habet in se per oppositum formaliter, vel virtualiter in remissione peccati. Formale autem in peccato non est debitum iustitiæ, sed est carentia iustitiæ. Ista ergo debet deleri per positiuum proprium oppositum, vel per aliud virtualiter continens illud oppositum. Gratia autem licet non ità perfectè coniungat fini vltimo, quantum ad aliquam conditionem accidentalem, sicut iustitia originalis; perfectius tamen coniungit, sicut dictum est dist. 29. Et hoc quantum ad illud, secundùm quod disiungit a fine vltimo peccatum originale. Simpliciter enim, perfectius & eminentius coniungit gratia fini, sub ratione finis, quàm iustitia originalis. Et ideo in baptismo cum redditur gratia simpliciter, dimittitur illud peccatum eminentius, quàm remitteretur per proprium positiuum. Et licet remaneat carentia illius positiui, non tamen est culpa, quia illud positiuum non est debitum. Soluitur enim debitum habendi istud donum, & commutatur in debitum habendi aliud donū. Hæc ille in forma. Et post, non repugnant carentia iustitiæ originalis absolutè loquendo, & gratia pro statu isto; repugnāt tamen inquantum illa carentia est auertens a fine vltimo, quia conuersio opposita illi pro statu isto nata est inesse filio, adde per gratiam fine isto dono. Patet igitur quid sit dicendum, quia vel restituitur illud, quod erat radix iustitiæ originalis, vt vult D.S. vel reditur equiualens, immo eminentius secundum Sco. & sic tollitur in baptismo peccatum originale. Et siue originalis iustitia exigeret, vel præsupponeret gratiam, vt vult D.S. siue non, nihilominus, quia erat donum supernaturale secundùm vtroque, & debitum omnibus naturalibus filijs Addę, ideo eius priuatio voluntaria qua Deo ordinatur natura, habet rationem culpæ originalis. Carentia enim voluntaria debiti habere est culpa, sicut clerico culpabile est incedere sine corona, & habitu decenti, & debito. Stat ergo prima ratio. Deinde cum dicit.

Soluitur difficultas ex principio Scoti.

¶ Contrarium est autem hæresis Pelagianę, vt patet per Auguſt. * in plurimis suis libris.

*Aug. lib. 1. retrac. ca. 9. ad fi. & li. 2. cōtr. Iul. c. 1. Et lib. de bono perse ueran. c. 11. & 12.

¶Probat secundo eandem conclusionem via contradictionis, & arguitur sic. Contrarium vel magis contradictorium huius cōclusionis est hæresis Pelagianę, & damnatum per ecclesiam; igitur secundùm fidem catholicam &c. Antecedens est Aug. tenet consequentia,

ſequentia, quia eccleſia condẽnando vnũ cõtradictoriorũ approbat aliud, quia ſi vnum eſt falſum, aliud oportet eſſe verum &c.

¶Ad inueſtigandum autem qualiter peccatum primi parentis originaliter poſſit tranſire in poſteros, diuerſi diuerſis vijs proceſſerunt. Quidam enim conſiderantes, ꝙ peccati ſubiectum eſt anima rationalis, poſuerũt, quòd cum ſemine rationalis anima traducatur, vt ſic ex infecta anima infectę animæ deriuari videantur.

¶ Hæc eſt ſecunda pars principalis huius articuli, in qua D.S. inueſtigat quomodo peccatum originale traducatur, & diuiditur in duas; primò ponit modos inueſtigandi inſufficientes; ſecũdò ponit veram viam, ibi. Sed omnes &c. Circa primum ponit duos modos inueſtigandi inſufficientes; ſecundus ibi. Alij verò &c. Primus igitur modus erat, quòd cum anima rationalis ſit ſubiectum peccati, poſuerunt, ꝙ anima rationalis traducatur. i. educatur de potẽtia materiæ virtute ſeminis, & anima ſic infecta. ſ. primò generata ab Adam, cuius ſemen infectum infecit ſecundã, & ſic conſequenter, ita ꝙ ſicut infectum ſemen generat corpus prolis infectum; ſic anima Addæ infecta per peccatũ propriũ actuale, infecit animas filiorum ſuorum, & ſic deinceps. Deinde cum dicit.

¶Alij verò hoc repudiantes tanquàm erroneum, conati ſunt oſtendere, qũo culpa animæ parentis traducitur in prolem etiam ſi anima non traducatur, per hoc ꝙ corporis defectus traducuntur a parente in prolẽ; ſicut leproſus generat leproſum, & podagricus podagricum, propter aliquam corruptionem ſeminis, licet talis corruptio non dicatur lepra, vel podagra. Cum autem corpus ſit proportionatum animæ, & defectus animæ redundent in corpus, & econuerſo; ſimili modo dicunt, quòd culpabilis defectus animæ per traductionem ſeminis in prolem deriuatur, quamuis ſemen actualiter non ſit culpæ ſubiectum.

¶Ponit alium modum ſaluandi traductionem peccati originalis aliorum, qui primum modum repudiauerunt tanquàm erroneum. Et in hoc bene dixerunt, vt patet pri.par.q.118.art.2. quia eſt poſitio hæretica, quia ex ea ſequitur animam corrumpi cum corpore, & eſſe mortalem, vt D.S.ibidem habet. Voluerunt igitur illi alij, quòd quàmuis anima non traducatur ex ſemine; nihilo minus ipſa per generationem virtute ſeminis facta inficitur, quia corruptio ſeminis corrumpit corpus, & defectus corporis redundat in animam, & ab anima in prolem, vt D.S. habet in littera; vide, quia voluerunt iſti, quòd corruptio ſeminis, & corporis non haberet rationem culpæ, tamen defectus cauſatus in anima, & prole generata, haberet rationem culpæ. Sicut corruptio in ſemine leproſi non eſt lepra; ſed tamen cauſat lepram in corpore prolis &c.

¶ Sed omnes huiuſmodi vię inſufficientes ſunt, quia dato, ꝙ aliqui defectus corporales a parente tranſeant in prolem per originem, & etiam aliqui defectus animæ ex conſequenti propter corporis indiſpoſitionem, ſicut interdum ex fatuis fatui generantur; tamen hoc ipſum, ꝙ eſt ex origine aliquem defectum habere, videtur excludere rationem culpæ, de cuius ratione eſt, ꝙ ſit voluntaria; vnde etiã poſito, ꝙ anima rõnalis ad aliã traduceretur ex hoc ipſo, ꝙ infectio animę prolis non eſſet in eius voluntate, amitteret rationem culpæ obligantis ad
* Ariſt.c.5. pęnam; quia vt Philo. dicit in 3. Ethi.* nullus improperabit cęco nato; ſed magis miſerebitur.

¶D.S. in hac parte ponit veram viam inueſtigandi, & circa hoc duo facit. Primò reprobat ambas vias ſimul, non quia ſecunda ſit falſa; ſed quia inſufficiens ad propoſitum oſtendendum. Secundò incipit determinare veritatem, ibi. Et ideo alia via &c. Circa primum dicit, quia eſto, quòd ambę verę eſſent, ſecũdùm nullam poſſet tamẽ ſaluari, ꝙ ille defectus eſſet peccatum, vel culpa; quia ſecundùm nullum modum dicendi infectio animæ eſſet voluntaria, nec per conſequens obligaret ad pœnam, cuius oppoſitum habet fides, nullus enim improperat cęco nato, &c. vt in littera. Iſte autem defectus ſecundùm hos modos proueniret ab extrinſeco ſine anima generante, vel prolis voluntate. Nec oſtenditur quomodo ſit voluntarius.

¶Et ideo alia via procedendum eſt dicẽdo, ꝙ omnes homines quæ naſcuntur ex Adam poſſunt conſiderari vt vnus homo, inquantum conueniunt in natura, quam a primo parente accipiunt, ſm ꝙ in ciuilibus oẽs homi-
* In prędic. de ſpecie. nes, quæ ſunt vnius cõitatis reputantur quaſi vnum corpus, & tota cõitas quaſi vnus homo. Porphy. * etiã dicit, ꝙ participatione ſpeciei plures homines ſunt vnus homo; ſic igitur multi homines ex Adã deriuati ſunt tanq̃ multa membra vnius corporis, actus autẽ vnius mẽbri corporalis puta manus non eſt voluntarius voluntate ipſius manus, ſed volũtate animæ quæ primò mouet membrum; vnde homicidium, quod manus committit non imputaretur manui ad peccatum ſi conſideraretur manus ſecundùm ſe, vt diuiſa a corpore; ſed imputaretur ei inquãtum eſt aliquid hominis, quod mouetur a primo principio motiuo hominis; ſic igitur inordinatio quæ eſt in iſto homine ex Adam generato non eſt voluntaria voluntate ipſius, ſed voluntate primi parentis qui mouet motione gñationis oẽs, qui ex eius origine deriuantur, ſicut voluntas animæ mouet oĩa mẽbra ad actũ.

¶Hic ponit veram viam inueſtigandi, quomodo defectus traductionis in prolem habeat rationem culpæ. Et primò facit, quod dictum eſt. Secundò ex dictis elicit corollaria, ibi. Vnde peccatum &c. Circa primum ponit talem concluſionem, quo ad hoc reſponſiuã. Inordinatio quæ eſt in iſto homine ex Adam generato, non eſt voluntaria voluntate ipſius, ſed voluntate ipſius primi parentis, qui mouet motione generationis omnes qui ex eius origine deriuantur.

¶Et nota, quòd quia de ratione culpæ eſt, quòd ſit defectus voluntarius, ideo ſatis erat D.S. oſtendiſſe, ꝙ defectus ille veniens ex origine (defectus inquam priuatiuus, & debiti habere) ſit culpa, & habeat rationem culpæ, ſi oſtenderit, quia aliquo modo voluntarius. Probatur ergo concluſio ſic. Multi homines ex Adam deriuati, ſunt tanquàm multa mẽbra vnius corporis, ſed actus vnius membri corporalis puta manus non eſt voluntarius voluntate ipſius manus, ſed voluntate animæ, quæ primo mouet membrum, ſic igitur &c. Maior iſta declaratur, quia omnes homines conueniunt in natura ab Adam deriuata, & poſſunt cõſiderari, vt vnus homo; ſecundum quòd etiam in ciuilibus omnes homines q̃ ſunt vnius communitatis, reputantur quaſi vnum corpus, & tota communitas quaſi vnus homo, ſecundum, ꝙ etiam dicit Porphyrius. Sunt igitur omnes homines quaſi membra vnius corporis, cuius anima, & voluntas eſt primus homo, qui eſt principiũ hominũ, ita ꝙ defectus in alijs poteſt eſſe ſuus principaliter. Minor declaratur exemplariter, ſicut homicidium, qđ manus cõmittit nõ imputaretur manui ad pcm̃, ſi conſideraretur ſm ſe, vt non mota ab hominis voluntate, ſed imputatur ei inquantum eſt aliquid hominis, qđ mouetur a primo motiuo hominis. ſ. volũtate, quæ mouet membra ad actus ſuos; ſic & ille defectus originalis peccati nõ eſt volitus volũtate iſtius ꝑlis, ſed ipſius Addæ, & imputatur illi ꝑli non niſi, vt membrum, & filius Addę. Circa iſtam ſecundam concluſionem, quæ a ſimili declaratur, ꝙ originalis defectus ſit voluntarius, & huic debitus, nota Sco. vbi infra, qui & hoc ipſum declarat, & probat alia via, ꝙ videlicet hic homo ab Adam genitus debeat habere iuſtitiam originalẽ, & per cõſequens, quia nõ habet, ideo eſt ſibi pcm̃, quia iuſtitiã accepit Adã formaliter, & hic homo in eo, & hoc probatur ſic; omne donum eſt debitũ, quia datur ab ipſo Deo dante voluntate antecedente, id eſt inquantũ eſt ex parte Dei ſine ſpeciali gratia, & merito, licet non voluntate conſequente. Sed Adam accipiente iuſtitiã, filio eius data eſt iuſtitia voluntate Dei antecedente. i. quantũ erat ex parte Dei, quia ſine ſpeciali dono conferreretur filio, niſi adeſſet impedimentũ; ergo ex iſta collatione facta patri, filius eſt debitor iuſtitiæ ſic datæ. Poſtea dicit, qñ facta eſt datio Addæ, facta eſt tali modo, ꝙ quaſi eadem datione quantum erat ex ſe, dabatur omni voluntati cuiuſcunq; filij, ſi non poneretur obex; ergo etiam tali datione ſit voluntas cuiuſcunq; filij debitrix, quia datio eiuſdẽ rõnis ſufficit ad hoc, ꝙ voluntas ſit debitrix, qualis ſufficit ad hoc, ꝙ donũ ſit debitum. Sed ad hoc, ꝙ donum ſit debitum, ſufficit datio voluntate antecedente ſiue virtualiter dare, licet non in ſe formaliter; ergo ad hoc, ꝙ voluntas ſit debitrix ſufficit ſimul datio facta illi voluntati. Hæc Sco. Vide, ex quibus vult Sco. ꝙ voluntas filij Addæ ſit debitrix illius iuſtitiæ, & per cõſequens carentia eius imputatur ſibi, vnde habet ordinem ad voluntatem. Sed tñ per hæc non habetur, ꝙ iſta carentia ſit volita aliquo actu filij, ſed ſolum, qa imputatur filij voluntati, quia debuit eam habere. Eſt. n. debita iuſtitia originalis, qa in alio accepta, & actione alterius amiſſa. Sed iuſtitia actualis eſt debita, quia in ipſo agente accepta, & ꝑ actionem eius amiſſa. Vnde ſm Sco. pcm̃ originale magis cõparatur peccato quaſi quieſcenti in anima poſt actum tranſeuntẽ, quàm cõparatur pcto actuali, qđ elicitur ab ipſa voluntate peccãte &c.

¶Nota ſm Scotum, ꝙ volũtarium põt accipi, vel pro eo, quod eſt in voluntate, vel prout cõiter ſumitur, & magis propriè ꝓ eo, quod eſt in poteſtate voluntatis. Primò iſtud pcm̃ poſſet dici voluntarium, quia ipſum ſicut quodlibet pcm̃ eſt in voluntate. vbi ſolùm nata eſt eſſe iniuſtitia, ſecundùm iuſtitiam ſibi oppoſitam. Secundo modo dico, ꝙ peccatum non oportet eſſe voluntarium ipſi

Scotus probat idem alia via.

ipſi habentis; ſed ei, vel alij ſcilicet a quo contrahitur illud peccatum. Et vtrunque ſufficit Aug. contra Manicheos, hæc ille, & bene quo ad ſecundum membrum; de primo enim dicetur oppoſitum de originali, quia eſt principaliter in eſſentia animæ. ſed actuale eſt ſolùm in voluntate ad ſenſum ſupra dictum. Pendet autem illa diſcordia ex quodam alio problemate de quo aliàs; an gratia ſit in eſſentia animæ &c.

¶ Vnde peccatum, quod ſic a primo parente in poſteros deriuatur, dicitur originale; ſicut peccatum, quod ab anima deriuatur ad membra corporis, dicitur actuale.

¶Hic conſequenter D.S. elicit tria corollaria ex dictis quæ patent proſequendo. Primum eſt, peccatum, quod ſic a primo &c. vt in littera. Patet ex dictis, quia deriuatur per originem ad omnes alios. i. per naturalem generationem. Et patet ex ſimili de peccato, quod actualiter deriuatur ad membra corporis, quod dicitur actuale, quia per actum animæ mouentis; ita homines alij conſequuntur hoc peccatum per modum originis. Deinde ibi.

¶Et ſicut peccatum actuale, quod per membrũ aliqđ cõmittitur non eſt peccatũ membri; niſi inquantũ illud mẽbrũ eſt aliquid ipſius hominis, ꝓpter qđ vocat pcm̃ humanũ; ita pcm̃ originale non eſt pcm̃ huius pſonæ, niſi inquãtũ hæc perſona recipit naturã a primo parẽte.

¶ Ponit ſecundum corollarium. ſ. peccatum originale non eſt peccatum huius perſonæ &c. vt in fine litteræ, patet iterum ex ſimili, in quo fundatur declaratio concluſionis; quia ſic ſe hẽt originale peccatum ad hunc hominem generatum ab Adam, ſicut pcm̃ actuale ad membrum motum ab anima, & voluntate; ſed peccatum actuale, quod per membrum aliquod committitur non eſt peccatum illius membri, niſi inquantum illud membrum eſt aliquid ipſius hominis, propter quod vocatur peccatum humanum; ergo & illud non eſt peccatum, niſi vt hæc perſona recipit naturam a primò homine, qui ſcilicet debuit oppoſitum huius peccati transfundere; & quòd ille defectus transfundatur eſt ex demerito, & voluntate ſua indirecta tamen.

Vnde & vocatur peccatum naturæ, ſecundum illud. Eph. 2. Eramus natura filij iræ.

¶Corollarium tertium eſt, peccatum originale vocatur peccatum naturæ, patet, quia eſt ſolùm peccatum, vt illa perſona recipit naturam ab Adam; patet ſecundò a ſimili, quia peccatũ membri dicitur humanum, quia eſt membri, vt aliquid hominis; igitur & illud naturæ, quia eſt huius, vt accipit naturã a primo parente.

¶Nota circa illud corollarium, ꝙ poſſet malè intelligi illa auctoritas Apoſtoli, quaſi eſſe filium iræ conſequeretur naturam ſecundum ſe, vel tanquàm proprietas naturalis, quod eſſet malè intelligere; quia habere reatum pœnæ eternæ, & pœnæ damni, quod eſt eſſe filium iræ, non conueniret homini ſi eſſet in puris naturalibus conditus, & non haberet debitum iuſtitiæ originalis, & per conſequens nec eſt proprietas naturalis; ſed ideo dicitur eramus natura, id eſt per originem naturæ, nõ quidem abſolutè, & vt natura eſt, & a natiuitate; ſed per originem naturæ acceptæ per originem naturali modo, quo producitur natura cum defectu doni debiti voluntario aliqualiter. Et hoc eſt, quod dicit D.S. in poſtilla ad Eph. 2. Eramus natura, i. per originem naturæ; non quidem natura, vt natura eſt, quia ſic bona eſt, & a Deo; ſed naturæ, vt vitiata eſt, filij Iræ. i. vindictæ pœnę, & gehennæ, hæc ille. Sed nota, ꝙ gehenna accipitur largè, vt poſtea patebit pro pœna damni non ſenſus, quia originali ſoli debetur tantùm pœna damni.

Capreolus. ¶ Nota, quòd Capreolus ex hoc articulo elicit aliqua per viam correlariorum. Primò, quòd hoc peccatum minimum habet de ratione culpæ, quia minimum habet de ratione volũtarij, patet, quia non eſt voluntarium voluntate propria, ſed tantùm aliena, ſcilicet primi parentis, primò peccantis, & hoc non directè, ſed ſolum indirectè, & interpretatiuè; quia videlicet elegit illud cui annexa fuit priuatio originalis iuſtitiæ, quam ex ordinatione diuina debuiſſet transfudiſſe in totam poſteritatem ſuam; peccando autem fecit ne transfundere poſſet, & fecit ne Deus ſibi gñanti concurreret cõcando iuſtitiam originalẽ, & ideo patũ habet de rõne voluntarij, quia ſolùm volũtariũ alterius & indirectũ.

¶Secũdò ſequitur, quòd peccatum originale non eſt peccatum vniuocè cum actuali, ſed multum ęquiuocè. Prima differentia eſt ex dictis in articulo, quia actualia conſiſtunt in deordinatione actus, vel omiſſionis actus, hoc autem conſiſtit in deordinatione ipſius naturæ ab Adam progenitæ, quia non habet decorem debitum ex culpa primi parentis.

¶Secunda differentia, quia alia ſunt voluntaria voluntate proprij ſuppoſiti in quo ſunt, vel voluntate perſonæ; hoc autem tantummodo eſt voluntarium voluntate naturæ, vel principij naturæ, & alieni non proprij ſuppoſiti, & hoc vt dictum eſt indirectè. Non enim intendit Adam nos ſpoliare iuſtitia debita, ſed comedere pomum, ad quod ſecuta eſt carentia iuſtitiæ debitæ.

¶Tertia differentia eſt, quia iſtud peccatum eſt quodãmodo neceſſarium, alia non; hoc eſt naturale, alia perſonalia, ad ſanũ ſen ſum; quia ſequitur cõcationem naturæ modo naturali factam.

ARGVM. in contrarium. Quod eſt pro prima concluſione.

¶ Nota circa hoc argum. D.S. in poſtilla ad Ro. 5. quia hæretici Pelagiani peccatum originale negantes; hæc verba Apoſtoli dicebant intelligenda de peccato actuali, quod quidem ſm eos in hunc mundum intrauit per Adam, inquantum omnes peccantes peccatum Adæ imitãtur, ſm illud Oſeæ. 6. Ipſi autem ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactum &c. Sed ſicut Aug. dicit contra eos, ſi de introitu peccati actualis qui eſt per imitationem, hic Apoſtolus loqueretur, non diceret peccatum per hominem in hunc mundũ intraſſe, ſed magis per diabolum, quem peccantes imitantur ſm illud Sap. 2. Inuidia diaboli &c. Eſt ergo intelligẽdum, ꝙ ꝑ Adam peccatum in hunc mundum intrauit non ſolum imitatione, ſed etiam propagatione. i. per carnis originem vitiatã, ſecundũ illud Ephe. 2. Eramus natura filij iræ. Et in Pſal. Ecce in iniquitatib. conceptus ſum. Hęc D.S. Ex quibus patet intellectus argũmẽti huius, quia vult hoc ꝙ per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum. & quòd hæc auctoritas non intelligitur per imitationem, quia ſic prius ingreſſum fuit per diabolum, qui primò peccauit peccato actuali, quem & Adam imitatus eſt. Oportet ergo quòd intelligitur peccatum ingreſſum per Adam alio modo, ſcilicet per originem. Et ita intelligitur auctoritas Apoſtoli de peccato originali. Et cõcludit intentũ primæ concluſionis & ſecũdæ.

¶Et præterea ex alia ratione etiam oportet intelligere de originali, quia hoc peccatum intrauit in mundum cum acceptione naturæ; puta cũ concipitur, & animatur proles anima rõnali adhuc in vtero materno, quia Eramus natura filij Iræ, & concipimur in iniquitatibus, ſed tunc ſcilicet cum concipimur, & naſcimur natiuitate in vtero, non poſſumus imitari Adam peccando actualiter, cum deſit vſus rationis. Quare intelligitur de peccato originali, quàtis verum ſit, quòd etiam imitantur peccatum Adæ, ſed adulti & non omnes; ſed originale, vt Apoſtolus ibidem habet, pertranſit in omnes, & cauſat mortem; ergo &c.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd filius dicitur non portare peccatum patris, quia non punitur pro peccato patris niſi ſit particeps culpæ, & ſic eſt in propoſito; deriuatur enim per originem culpa a patre in filium ſicut & peccatum actuale per imitationem.

¶Pro ſolutione. Ad maiorem videbitur infra, q. 87. ar. 8. Primò, quòd filius non portabit. i. non punietur pro peccato patris pœnæ ſpirituali, niſi ſit particeps culpæ; vel per imitationem, ſicut efficitur particeps peccati actualis; vel per originem ſicut participat culpam originalem, & propter participium illius peccati; patitur pœnam ſpiritualem, & temporalem. Ad minorem, conceditur ꝙ portabit iniquitatem. i. punietur, nec hoc eſt inconueniens qñ eſt particeps culpæ, quare negatur conſequentia, quia non vult auctoritas, ꝙ nunquàm portet filius iniquitatem patris, niſi qñ eſt expers culpæ paternæ. Et hoc ſemper caute loquendo de ſpirituali pœna, quia de temporali, & medicinali pœna, vt ſic loquẽdo, filius portabit iniquitatem patris abſque participio culpæ, inquantum eſt aliquid patris; anima autem non eſt patris, ſed Dei, ideo in ea nullus punietur abſque culpa. In propoſito autem filius ſubeſt culpæ, quia caret debito, & voluntariè, ſaltem voluntate extrinſeca. Et hoc eſt quod D.S. vult cum dicit.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ & ſi anima non traducatur, quia virtus ſeminis non poteſt cauſare aĩam rõnalem, mouet tñ ad ipſam diſpoſitiuè; vnde per virtutẽ ſeminis traducitur humana natura a parẽte in prolem, & ſimul cum natura, naturæ infectio; ex hoc enim fit iſte qui naſcitur conſors culpæ primi parentis, ꝙ naturam ab eo ſortitur per quandam generatiuam motionem.

¶Aduerte bene huius argumenti tenorem, & eius ſolutionem. Nam multa myſteria hic continentur, & intellectus magnæ partis huius materiæ. Vnde nota primò, quòd in D.S. ſępè inuenitur, ꝙ caro inficiat animam. Quod quidem D.S. aliqñ viſus eſt intellexiſſe de carne cui anima vnitur; ita ꝙ infectio ſit in tali materia, & peccatum originale, non in ꝓnentia actiua, ſed paſſiua coexigente actum defectuoſum; ita ꝙ ſit originale peccatũ in tali carne, ſicut in cauſa inſtrumentali non formaliter. Aliqñ autem ſicut hic in ſolutione iſtius, & inf. ar. 4. ad ſecundũ, viſus eſt dicere, ꝙ pcm̃ originale cauſatur ex carne. i. carnali ſemine, qđ organizat materiam; quia dicit, ꝙ caro inficit animam inquantũ eſt principium actiuum gñationis. Conſtat autem, ꝙ materia fetus non eſt principium actiuum, ſed ſemen paternum. Et putat Capreol. in 2. diſt. 32. circa finẽ, ꝙ quicquid dixerit in ſcripto, tamen illa fuerit vltima mens D.S. quia ſemen inficit, & eſt cauſa inſtrumentalis peccati originalis; ita ꝙ caro paterna. i. ſemen inficiat.

¶Nota ſecundò, ꝙ circa hoc malè intellexit Sco. D.S. cũ dicit ſemẽ inficere animam. Credit. n. ꝙ D.S. ponit in ſemine aliquam infectionẽ poſitiuam quæ vocetur qualitas morbida, quæ habeat eſſe fixum in ſemine, a qua effectiuè cauſetur peccatũ originale, quæ quidem imaginatio longè abſit a D.S. Sed hæc imaginatio eſt Greg. de Arimino. Putat autem Capre. ꝙ ſemen ideo dicatur infectum,

infectum, quia in eo est virtus productiua naturæ humanæ cum defectu originalis iustitiæ, non quòd in eo sit aliqua qualitas positiua causata ab anima seminantis, quæ quidem sit causa alicuius alterius qualitatis positiuę superadditæ naturalibus in carne prolis, sed infectio seminis vocatur virtus producendi carnem cum defectu debitę perfectionis inesse carni, & vltra virtutẽ intentionalem traductiuam peccati originalis in animam, tamen illa virtus non est qualitas habens esse ratum fixum, & reale, hæc ille. Et quidem quantum ad primum dictum suum bonum est ad sensum postea dicendum; sed salua reuerentia tanti viri non videtur oportere, vel debere poni in semine virtus quæcunque productiua peccati originalis directè. Nam priuationis non est ponere virtutem productiuam, sed defectiuam; sicut & supradictum fuit. q.79.art.3.ꝙ pœnę damni non ponitur causa agens, sed actionem subtrahens. Cum igitur peccatum originale formaliter dicat carentiam, & priuationem: nõ oportet solicitari de aliqua eius causa productiua, sed de causa non productiua. Verum est tamen, ꝙ D.S. in de malo. q.4.art.1. in solu.9. ponit peccatum originale in semine secundum intentionem, sed postea statim ad 12. dicit, ꝙ est ibi sicut natura humana; vnde non oportet ponere virtutem peccati originalis productiuam, distinctam a virtute productiua naturæ humanæ; non igitur videtur oportere ponere in semine, nisi virtutem formatiuam prolis, & filij naturalis Adæ debitoris iustitiæ, & carentis ea, & eo ipso, quòd producitur debitor, & non habens, incurrit peccatum originale; virtus autem illa formatiua habet esse intentionale in semine, quia non virtutem perfectam generatiuam, sed non intentionalem, quia statim transeat; immo virtus generatiua hominis deriuatur in semen paternum per modum permanentis, sicut & instrumentalis virtus artis manet permanenter in horologijs, & huiusmodi. Quare videtur, quòd semi-
Quid intelligitur per seminis infectionẽ. nis infectio intelligatur priuatio iustitiæ originalis, qua pater peccatus generando per semen produxisset filium naturalẽ Adæ, habentem iustitiam originalem debitam, nunc autem carens ista perfectione generat sibi similem carentem iustitia debita; sic ꝙ semen dicatur causare instrumentaliter peccatum originale, quia instrumentalirer causat filium Adæ, & non tantum præcisè, quia causat filium instrumentaliter, quia & hoc feciſſet in statu innocentiæ; quare ratione illius virtutis non præcisè causat originale, sed quia infectum; quam infectionẽ non intelligo nisi, quia destitutum originali iustitia. Esto ei originalis iustitia principaliter perficeret mentem, tamẽ etiam vsque ad corpus, & generatiuam se extendebat. Quare semen nunc caret ea perfectione, & agit in virtute carentis patris, qui agit in virtute Adę, qui deberet trasfundere in omnes filios, non autem facit; ideo semen transmittit originale peccatum instrumentaliter, quia generat filium, & humanam naturam debitricem doni, & tamen carentem.

¶Nota autem tertiò, quòd quàmuis semen patris non extẽdat se etiam instrumentaliter ad esse animæ rationalis, quia sic creatur a Deo ex nihilo, & non est educibilis de potentia materiæ; tñ semen facit, & causat dispositiuè instrumentaliter vnionem animæ, & corporis. Ex illa autem vnione constituitur natura humana, & filius Adæ debitor originalis iustitiæ, & carens. Et ergo semen eo pacto concurrit ad originale, quia causat vnionem animæ, & corporis, & per consequens causat naturam humanam, & filium Adæ non habentem, & tamen debitorem. Et sic intelligetur solutio ista D.S. Vnde videndum est de argumento, quod omnia ista iam dicta requirit. Dicitur ad maiorem; accidens non traducitur nisi tra. &c. Dico primò, quòd originale peccatum nõ est accidens positiuum, quo ad formale. & licet quo ad materiale videatur positiuum, non tamen reale, non enim omne positiuum est reale, vt patet de relationibus rationis, ſm D.S. in de veri. mate. 21.art.1. quæ sunt entia positiua, non tamen realia.

¶ Dico secundò, quòd habet quasi modum accidentis, & cuiusdam conditionis superuenientis.

¶ Dico tertiò, ꝙ accidens non traducitur nisi subiectum traducatur. i. producatur aliquo modo, sic ꝙ aliquid non producit accidens consequens subiectũ, nisi ad productionẽ subiecti cõcurrat.

¶Ad minorem dico, ꝙ anima rationalis non traducitur. i. non educitur de potentia materiæ, concedo, nec traducitur. i. causatur virtute seminis, vel agentis naturalis in esse, conceditur. Sed tamẽ traducitur non ſm esse absolutè, sed virtute seminis vnitur materiæ dispositę; nam semen paternum disponit materiam animæ rationalis dispositione vltima, quæ est necessitas, qua producta animam oportet vniri materiæ; ideo causat animã, non quo ad esse, sed quò ad inesse. Ex quo vniri, & esse consequitur, vel saltem in eo consistit natura humana, ideo semen facit ad animam suo modo, & ad naturam humanam. Et conceditur, quod dictum sit in prima par.q.118.ar.2. quia non traducitur in esse ex natura, verũ, sed tñ virtute seminis causatur natura quæ inficitur principaliter, quia ipsa, vel suppositum eius productum per Adam seminaliter debet hãre originalem iustitiam, & non habet; quare negatur consequentia, ꝙ nulla culpa traducatur, quia subiectum eius propriè est natura humana quæ est subiectum originalis, secũdum partes capaces culpæ culpabiliter, & sub ratione culpæ, sed ſm partes non capaces culpæ sub ratione defectus, & pœnæ. De hoc infra. q.83.art.1. quia originale est defectus naturæ humanæ, cuius pars est anima, & igitur anima inficitur non nisi vt pars principalis naturæ humanæ. capax originalis sub ratione culpæ.

¶Nota autem circa hoc, quòd non vr mihi, ꝙ Sco. in ista re bene intellecta discordet a mente S.Tho. in sententia, immo dicta D.S. declarat. Impugnat. n. infectionem positiuam, & qualitatem morbidam in semine, quam non ponimus nos. Vnde pro intellectu iam dictorum ponit sup.dist.32.& dicit inter cætera. Ad istud peccatum concurrunt duo. Carentia iustitiæ, scilicet vt formale, & debitum habendi eam, vt materiale; sicut in alijs priuationibus concurrunt priuatio, & aptitudo ad habendum debitum, istud. s. debitum est a Deo statuẽte legem istam. Do. iustitiam tibi Adæ, & omnibus filijs tuis naturalibus Do. eadem datione quãtum est ex parte mea. Et ideo ex hac datione tenentur omnes eam hãre, & ex patre propagante, per cuius actionem, iste est filius naturalis Adæ; ergo hoc debitum per nullas rimas ignotas intrat, sed per istas duas causas positiuas. Illa autem carentia non habet causam nisi negatiuè, scilicet non, dantem iustitiam originalem. Cuius si quæratur vlterius causa, non est nisi demeritoria, quia. s. Adam demeruit ne iustitia originalis daretur. Negatiua non dans Deus est, demeritoria quare non datur Adam peccans, hæc ille. Et postea, pctm̃ hoc non est, a carne in animam agente; tamen est a carne illa relatio in producto, quia est filius naturalis Adæ, & hunc consequitur debitum ex lege diuina. Et carentia est ibi ex negatione causæ. Et postea. Si tamen ponatur aliqua infectio in carne, quod non est necessarium, ſm istam viam; ipsa potest esse instrumentalis causa culpæ. Aut si nulla sit ibi infectio, adhuc caro potest esse causa instrumentalis, inquantum in ipso semine est vis actiua producendi filium Adæ, quia per hoc est debitor. Et postea declarat, quia filius contrahit originale, quia generatur cum libidine, sic ꝙ libido accipiatur pro carentia iustitiæ originalis in propagantibus, quæ est causa libidinis in actu propagandi, hæc ille. Et puto, quòd in sententia idem dicat, quod D.S. in ista solutione, quia semen inficit, & causat originale, quia naturam, quæ naturaliter virtute seminis producta debet habere iustitiam originalem. Et quia peccatum illud consequitur acceptionem naturæ ab Adam, ad quam acceptionem, & generationem facit semen paternum. Et hoc patet inspicienti bene solutionem.

Scotus si discordat sententiæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd & si culpa nõ sit actu in semine, est tamen ibi virtute humana natura, quam concomitatur talis culpa.

¶Conceditur maior, causatur ex semine instrumẽtaliter, quia semen est instrumentum generantis. Minor negatur de peccato naturæ, & instrumẽtaliter. Ad probationem dicitur, quòd semen caret rationali parte animæ, & per hoc bene probatur, quòd non est subiectum peccati originalis; quia tamen est causa humanę naturæ in qua includitur pars rationalis, quæ est capax illius defectus sub ratione culpæ; ideo potest esse causa instrumentalis culpæ, quia videlicet producit subiectum capax, quod debet habere, & non habet, quod debitum prouenit ex semine, quia genitus seminaliter ab Adam debet habere donum originale.

¶Dico vltra, quòd solùm pars rationalis potest esse causa productiua peccati actualis, & personalis; tamen & productiuum naturæ humanæ cũ defectu priuatiuo culpabili potest esse causa peccati naturalis, quare negatur consequentia. Et dico secundò, quòd sola pars rationalis producit peccatum quo quis peccat, quia elicit ipsum voluntariè, tamen & semen potest esse causa peccati nõ quo quis dicitur peccare eliciendo, sed dicitur habere peccatum. Peccare enim potest esse, vel quia elicit peccati actum, & sic conuenit soli rõnali parti, vel potest hãre peccatum; primo modo conuenit soli rõnali parti, vel potest hãre peccatum; primo modo pauuli contrahentes originale non peccant, quia non eliciunt actũ peccati, sed secundò modo peccant. Et est peccatum tale voluntarium, & vitabile non ab eo in quo fit, sed ab eo per quem contrahit. Et ergo peccatum quo aliquis dicitur peccare est a parte rationali per essentiam, vel participationẽ; sed pctm̃ quo aliquis dicitur habere peccatum tm̃, & non propriè peccare, potest esse a generante principaliter, vel instrumentaliter, si generet cum defectu culpabili. Et hoc vult D.S. in solutione.

Differẽs est inter peccare, & habere peccatum.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ semen est principium generationis quæ est prius actus naturæ, eius propagationi deseruiens; & ideo magis inficitur ab ipso semen q̃ per carnẽ iã perfectã, quæ iã determinata est ad personã.

¶ Dicendum ad maiorem, ꝙ est perfectius in natura virtuosus &c. Dico primò, ꝙ verum ad agendum positiuè, & causandũ positiuum; sed tñ debilius magis natum est deficere. Dico secundò, & magis ad propositum, ꝙ vera est cæteris paribus, agentibus & actionibus existentibus eiusdem rationis; homo enim est simpliciter virtuosior Aquila, & non potest volare, potest tñ intelligere, quod est maius; in proposito autem nec agentia, nec actiones sunt eiusdem rationis. Dico ergo ꝙ causare peccatum originale est actio eius, quod causat acceptionem naturæ, & propagationem modo naturali. Et dico, ꝙ hoc est seminis, quod est principium generationis; non autem materiæ, quę est altera pars cõpositi, & se

& se habet passiuè, & concurrit ad gñationem, quia subiectũ formæ. Ad minorem conceditur; quia vt tactum fuit ad secundũ notabili primo, proles inficitur ratione naturæ acceptæ ab Adam, & acceptæ cum priuatione debiti. Est autem semen causa naturæ in filio naturali, & causæ debiti istius doni. Quare concessa probatione minoris, negatur consequentia. Et patuit ratio, & eam D.S. ponit in solutione. Et nota, quòd dicit magis inficitur anima per semen, quàm per carnem iam perfectã; quia videlicet caro iam facta est personalis; hoc autem peccatum non sequitur personã, sed naturam modo naturali propagatam, quia talis est debitrix doni, semen autem patris deseruit propagationi, vnde dicit D.S.

¶Ad quintum dicendum, ꝙ illud quod est per originem non est increpabile si cõsideretur iste, qui nascitur ſm se; sed si cõsideret, put refert ad aliquod principiũ, sic põt esse ei increpabile, sic aliquis q̃ nascit, patit̃ ignominiã generis ex culpa alicuius progenitorũ causatam.

¶Dicendum ad maiorem istius, ꝙ propter naturam turpes nemo increpat, quia est defectus omnino naturalis; si autem sit defectus contractus cum natura culpabilis, tunc ille generatus non increpatur propter illum defectum ſm se; tñ si consideretur defectus in ordine ad principium, a quo defectus volitus est; ille increpatur propter hunc defectum alicuius, quòd deberet hãre, & non habet; sicut & in ciuilibus licet filius nomen trahit ex peccato actuali patris peccatum, tamen patitur ignominiam, & vilipensionem, & quasi pœnam damni propter culpã progenitorum suorũ. Verũ est tñ, ꝙ nullus alius defectus contractus ab origine est increpabilis, vel culpabilis nisi iste; alij autem sunt defectus non culpabiles. Et ratio potest patere ex dictis, quia iste est defectus debiti habere ex lege diuina, & statuto, non sic de alijs.

Nullus defectus per originẽ est culpabilis nisi defectus originalis iustitiæ.

¶Nota autem, ꝙ increpatio capitur hic pro imputatione, & culpatione, quæ iuxta sup.dicta.q.21.art.2. debentur solùm voluntario, & his quæ sunt in potestate nostra; increpatur ergo & punitur habens peccatum originale non pœna sensus, sed damni, quia non est perfectè volũtarium; cum autem peccatum originale non sit voluntarium, quo ad hunc; ideo non imputatur proprie. Vnde Herueus in 2.dist.30.q.2. Peccatum originale non imputatur paruulo, sicut illi a quo habet imputabilitatem, vel sicut illi qui debebat reprehendi, quia non euitauit. Sic enim soli Adæ est imputandũ, sed largè accipiendo imputari, dicitur ei imputari inquantum efficitur quodammodo detestabilis, ex hoc, ꝙ est subiectum mali imputabilis, sicut si redditur gladius detestabilis; ex hoc ꝙ fuit instrumentum mali actus, hæc ille.

Herueus.

Vtrum omnia alia peccata primi parentis, vel etiam aliorum parentum, per originem in posteros deriuentur.

B 2. dist. 20. q.2. artic.3 ad 1. & dist. 32.q.1. artic 1. Et 4. cõtra c.5 2. ad 13. Et Ma.q.4.artic.8.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd etiã alia peccata, vel ipsius primi parentis, vel proximorum parentum traducantur in posteros; pœna enim nunquàm debetur nisi culpæ, sed aliqui puniuntur iudicio diuino pro peccato proximorum parentum, ſm illud Exo.20. Ego sum Deus Zelotes visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem; iudicio etiã humano in crimine lesę maiestatis filij exhæredantur pro peccato parentum; ergo etiam culpa proximorum parentum transit ad posteros.

¶ 2 Præt. magis potest transferre in alterũ, id quod habet aliquis a seipso, quàm id, quod habet ex alio, sicut ignis magis potest calefacere, quàm aqua calefacta; sed homo transfert in prolem per originẽ pctm̃, quod hẽt ab Adã; ergo multò magis peccatũ, quod ipse cõmisit.

¶ 3 Præt. ideo contrahimus a primo parente peccatum originale, quia in eo fuimus sicut in principio naturæ quam ipse corrupit; sed similiter fuimus in proximis parentibus sicut in quibusdam naturæ principijs, quæ & si sit corrupta, potest adhuc magis corrumpi per peccatum, ſm illud Apoc.vlt. Qui in sordibus est sordescat adhuc; ergo filij contrahunt peccata proximorum parentum per originem sicut & primi parentis.

¶ Sed contra, bonum est magis diffusiuum sui, quàm malum; sed merita proximorũ parentum non traducuntur ad posteros; ergo multò minus peccata.

¶Hic quærit quale pctm̃ sit per originem traducibile in posteros. An etiam alia peccata primi parentis præter primũ, vel etiam aliorum proximorum parẽtum traducantur per originẽ in filios, ita quòd articulus quærit primò, an per solùm primum pctm̃ primi parentis causetur originale, vel etiam per alia peccata. Et secundò, & si peccata proximorum parentum non causent originale; an tamen causent aliquem alium defectum culpabilem.

¶Nota autem pro intellectu quæsiti, sicut dictum fuit art.1. in principio, peccatum primi parentis acceptum pro actuali peccato ipsius, non potest intelligi traduci formaliter in nos, quasi ipsum relinquat Adam, & migret in alios posteros, accidens enim non migrat; sed vt dictum fuit, trãsit quasi causaliter non positiuè, sed demeritoriè, quia videlicet. Adam per primum pctm̃ induxit in nos omnes defectum doni debiti, qui habet rationem culpæ. Sic ergo trãsit in nos, quia scilicet causauit suo modo quem contrahimus accipiendo naturam ab eo seminaliter. Quæritur igitur, an etiam alia peccata Adæ post primũ, causent in nobis aliquem defectum culpabilem, quem nascendo contrahamus. Et etiam an peccata actualia aliorum parentum proximorum demereantur, vt filij eorum incidant in aliquem defectum spiritualẽ culpabilẽ. Et hoc est pctm̃ traduci per originẽ, quia ab eo causatur defectus in genito culpabilis; ita ꝙ pctm̃ suum quo peccauit, corrũpat formaliter quidem personam, sed demeritoriè posteros. Transit igitur actuale Adæ, & primũ virtualiter in posteros, inquantũ aufert iustitiam originalẽ. Sed pctm̃ originale Adæ, (si tñ sic debeat dici. s. corruptio naturæ inducta per actuale ipsius, vt patebit infra. q.83.art.1.ad secundum,) quod est causa originalis aliorum, aliquo modo transit in posteros non idem numero, sed specie; quia videlicet generat sibi simile, & assimilat sibi filium in tali defectu. Et ita transit quasi forma agentis in effectum.

Quare solum primũ peccatum traducat.

¶Nota secundò, ꝙ solùm primum peccatum, primi hominis de facto discõtinuauit, & destruxit adhęsionem hominis ad Deũ. Quæ quidem adhęsio, & subiectio mentis ad Deũ erat causa obedientiæ partium inferiorum ad rationem, & corporis ad animã. Ad peccatum ergo primum, quod fregit subiectionem ad Deum, secuta est destructio obedientiæ partium inferiorum, & ita ruptum vinculum originalis iustitiæ. Et quia Adam illud donum acceperat pro se, & omnibus posteris, & nunc ipso destructo per peccatum suum, communicare ipsum non potest, immo omnes ipso, caterent, ideo primũ peccatum, (hoc est) causa, vt traducatur in nos cum natura defectus ille culpabilis. Ex alijs autem peccatis Adæ, vel aliorum parentum proximorum non destruitur aliquod in nos deriuandũ ex institutione diuina, sicut p primũ pctm̃ Adæ, ideo solùm primũ traducitur in nos per originem. i. per originẽ naturalẽ incurrimus defectum quẽ Adam solo primo peccato demeruit, quia videlicet non datur iustitia debita, & caremus debita iustitia solùm ex primo peccato, non ex alijs quorumcunque.

¶Nota tamen tertiò, circa hoc dictum iam, ꝙ articulus iste, & iam dictum, ꝙ scilicet solo primo peccato Adæ traducitur in nos defectus culpabilis non aliorum parentum, debet intelligi de facto, de possibili. n. absolutè secus fuit; quia videlicet Adam nõ peccante, peccante autem aliquo filiorum suorum, tunc peccatum illius filij primò peccantis etiam fuisset in suos posteros traductũ; nunc autem de facto solùm primum traducitur, quia non traducitur nisi destruens iustitiam originalẽ, & quod impedit eius trãsfusionem in posteros, quia fecit eos carere iustitia, quæ fuisset congenita. De hoc vide S.Thom.de Malo.q.5.art.4. ad 8. Secundum quosdam si Adam non peccasset tentatus, statim cõfirmatus fuisset in iustitia, & omnes posteri eius confirmati in iustitia nascerentur. Et ſm hoc obiectio locum non habet. Sed hoc credo falsum, quia corporis conditio in primo statu correspondebat conditioni animæ, vnde quamdiu corpus erat animale, & anima erat mutabilis nondum perfectè spiritualis effecta, generare autẽ pertinet ad vitam animalem; vnde sequitur, ꝙ filij Adam, non nascerentur in iustitia confirmati. Si ergo aliquis ex posteris Adam peccasset, eo non peccante; moreretur quidem per suum peccatum actuale, sicut Adam mortuus fuit, sed posteri eius morerentur, propter peccatũ originale. Hæc ille. Idem habet D.S. pri.par. q.100.art.2. Ad idé est Scotus, vbi sup.s.in 2.dist.32.art.1. Quamq̃ inquiens accepisset iustitiam originalem in se formaliter, vel voluntate consequente, fuisset debitor pro se, & pro sua tota posteritate, pro qua accepisset virtualiter. Et ita si Adam non peccasset, sed Chayn, tñ filij Chayn cõtraxissent originale, non ab Adam, sed a Chayn; nunc autem nullus accepit formaliter nisi Adam, & ideo omnes alij habuerunt eandem rationem debiti habendi iustitiam, & eandem rationem carentiæ ipsius, quia per actum alterius. Et ideo modo a nullo parente proximo cõtrahitur, ita vt per ipsum posset intendi; sicut nec per ipsum posset causare. Hæc ille. Ex quibus dictis tam D.S. q̃ Sco. patet, ꝙ de facto nõ cõtrahitur nec traducitur pctm̃ ad posteros nisi ex Adam. Et hoc ideo, qa ipse primo pctõ destruxit naturã, & illam destructionẽ diffudit. Secus de possibili fuisset. s. si aliquis filiorum peccasset ipso non peccante. Et hoc est, quod D.S. habet Rom.5. vbi dicit, ꝙ licèt primum pctm̃ primi parentis per originẽ in posteros traducat, alia tñ eius peccata, vel etiam aliorum hominum in filios non traducũtur, quia per solum primum pctm̃ sublatũ est bonum naturæ, quod erat per originem naturæ traducendum, per alia verò peccata subtrahitur bonũ gratiæ personalis, qđ non transit ad alios posteros

Cõcordat Scotus.

posteros &c. Hæc ille. Vbi patet fundus materiæ, quia. ſ. primum peccatum, & ipſum ſolum deſtruxit donum quaſi ſpecificum, & naturale, non autem alia. Et in hoc fundamento fundatur articulus iſte. Quo intellecto procedendum eſt ad textum.

¶Reſpondeo dicẽdum, quòd Auguſt. hanc rationem mouet in Ench. * & inſolutam relinquit; ſed ſi quis diligenter attendat impoſſibile eſt, quòd aliqua peccata proximorum parentum, vel etiam primi parentis præter primum per originem traducantur.

*Aug. cap. 46. & 47.

¶In hoc articulo primò tr̃ndet ad quæſitum per vnam cõcluſionem negatiuam ſimpliciter, ſecũdò ipſam probat vnica ratione, ibi. Cuius rõ eſt &c. R̃ndendo ergo ad quæſtionẽ præmittit, ſicut & in de malo. q. 10. art. 8. quid fecerit circa hanc qõnem. Auguſt. quia videlicet nihil definiuit, & eam inſolutam reliquit. Sed D. S. conſequenter ponit quid ſibi videatur circa hoc, & ponit talem concluſionem tr̃ſiuam. Aliqua peccata proximorum parentum, vel etiam primi parentis præter primum, impoſſibile eſt traduci per originẽ. Et intellige impoſſibile ex ſuppoſitione, poſito videlicet ꝙ ſolus primus, primò peccauerit, ꝓ qua cõcluſione. cũ dicit.

¶Cuius ratio eſt, quia homo generat ſibi idem in ſpecie, non autem ſm indiuiduum; & ideo ea quæ directè pertinent ad indiuiduum; ſicut perſonales actus, & quę ad eos pertinent non traducuntur a parentibus in filios; non enim grammaticus traducit in filium ſcientiã grammaticę quam proprio ſtudio acquiſiuit.

¶Ponit conſequenter rõnem. Et vtitur tali ratione. Omnia ea quæ directè pertinent ad indiuiduum non traducuntur a parentibus in filios maximè ſi ſint accidentia ſpiritualia; ſed ea quæ pertinent ad naturam ſpeciei traducuntur a parentibus in filios, niſi ſit defectus naturę. Sed primum pcẽm ſolùm primi hominis pertinet ad ſpeciem, cauſaliter, & virtualiter corrumpendo, & cauſando defectum totius ſpeciei, non autem alia peccata ipſius, vel etiam alia peccata proximorum parentum, ſed pertinent tantùm ad indiuiduum; ergo concluſio vera. Circa iſtam rationem D. S. ſic procedit; primò ponit maiorem illius rationis; ſecundò minorem, ibi. Sicut autem ad perſonam &c. Prima pars diuiditur in duas, ſm duas partes maioris; quia primò ponit primam partem maioris cum ſua probatione, ſecundò ſecundam partem eiuſdem, ſimiliter declarando eam, ibi. Sed ea quæ pertinent &c. Probat ergo primam partem maioris, quæ fuit. (Omnia ea quæ directè pertinẽt &c.) exemplariter, præmittit tm̃ vnam propoſitionẽ per quã probat ambas partes maioris ſimul, videlicet, quia homo generat ſibi ſimile ſm ſpeciẽ, non ſm indiuiduũ; ſed pro prima parte exemplificat D. S. Non. n. grammaticus traducit in filium ſcientiam grammaticę quam proprio ſtudio acquiſiuit.

¶Dicit autẽ maior notanter maximè ſi ſint ſpiritualia ptinẽtia tm̃ ad animã, quia ſi natura ſit fortis, tunc etiã aliqua accidentia indiuidualia propagãtur in filios pertinentia ad diſpõnẽ naturæ, vel materiæ, vel ad corpus; ſicut velocitas corporis, bonitas ingenij, & alia huiuſmodi; nullo autem modo ea quæ ſunt purè perſonalia ſpiritualia, vt poſtea dicit. Deinde cum dicit.

¶ Sed ea quæ pertinent ad naturam ſpeciei traducuntur a parentibus in filios, niſi ſit defectus naturæ, ſicut oculatus generat oculatum; niſi natura deficiat; & ſi natura ſit fortis, etiam aliqua accidentia indiuidualia propagantur in filios pertinentia ad diſpõnem naturæ, ſicut velocitas corporis, bonitas ingenij, & alia hmõi; nullo autem modo ea quæ ſunt purè perſonalia, vt dictum eſt. *

* In corpore ar.

¶Ponit ſecundam partem maioris. ſ. Sed ea quæ pertinent &c. quam relinquit probatam, ſimul cum prima; ſed eam declarando exponit, quare dicat niſi ſit defectus naturæ, quia oculatus qñq; non generat oculatum propter defectum materiæ, quia videlicet natura in aliquo deficit. Et ita patet maior, ꝙ accidentia indiuidualia ſpiritualia pertinentia tantùm ad animam intellectiuam non traducuntur, tamen indiuidualia pertinentia ad naturam, & diſpoſitionem corporis poſſunt traduci, ſed quæ pertinent ad ſpeciem, ſicut proprietates naturales traducuntur. Deinde cũ dicit.

¶Sicut autem ad perſonam pertinet aliquid ſm ſeipſam, & aliquid ex dono gratiæ; ita etiam ad naturam poteſt aliquid ptinere ſm ſeipſam. ſ. quod cauſatur ex principijs eius, & aliquid ex dono gratiæ; & hoc modo iuſtitia originalis, ſicut in primo dictũ eſt, * erat quoddã donũ gratiæ toti humanæ naturæ. diuinitus collatum in primo parẽte, qđ qdẽ primus homo amiſit p primũ pcẽm; vñ ſicut illa originalis iuſtitia traducta fuiſſet in poſteros ſimul cum natura; ita etiam inordinatio oppoſita.

* 1. parte q. 100. art. 1.

¶ Iunxit minorem illius rationis, primò probans partem primam, ſecundò ſecundam, ibi. Sed alia peccata &c. Circa primam arguitur ſic. Per primũ peccatũ homo amiſit iuſtitiam originalẽ, ſed iuſtitia originalis erat quoddã donum gratiæ toti naturæ humanæ diuinitus collatum in primo parente; igitur ſicut illa iuſtitia originalis traducta fuiſſet in poſteros ſimul cum natura, ita etiam inordinatio oppoſita, ſ. peccatum originale. Subſumit, ſed hoc eſt peccatũ traduci in poſteros. ſ. cauſare defectũ culpabilem in eis; igitur primum traducitur, virtualiter, & in effectu; maior illa nota, & ſupponitur ex fide, minor declaratur a ſimili, qa ſicut ad perſonam pertinet, aliquid dupliciter, vnum ſm ſeipſam. i. ex proprijs principijs complexionalibus, aliud ex dono gratiæ, ſic aliquid pertinet ad ſpeciem, & naturam dupliciter, vno modo ſm ſeipſam, quia cauſatur ex principijs, alio modo, quia ex gratia toti ſpeciei confertur. Et patuit illa minor 1. par. q. 100. art. 1.

¶Et nota, quia D. S. dicit, quòd pertinebat iuſtitia originalis ad naturam non ſm ſeipſam, quia non erat cauſabilis virtute naturæ, ſed cauſata fuiſſet a Deo in ꝓple ſeminaliter genita ab Adam in principio ſuę conceptionis, ſicut nunc anima rationalis a Deo funditur materia diſpoſita. Tunc ibi.

¶Sed alia pcta actualis, vel primi parẽtis, vel aliorum non corrũpunt naturã quãtum ad id, quod naturæ eſt, ſed ſolùm quantum ad id, quod perſonæ eſt, ideſt ſm pronitatem ad actum, vnde alia peccata nõ traducũtur.

¶Declarat ſecundã partem minoris quæ fuit, non autẽ alia peccata &c. Et patet breuiter ſic, pcta actualia, vel primi parentis, vel aliorum non corrumpunt naturam quantum ad id, quod naturæ eſt, ſed ſolùm quantum ad id, quod perſonæ eſt. i. ſm &c. igit alia non traducũtur &c. tenet cõſequentia, quia hoc eſt pcm traduci in propoſito. ſ. cauſare defectũ in alio, & corrumpere alios. Antecedens declaratur inf. q. 85. art. 1. quia ille qui peccat efficitur prior ad malum, & ita peccatum corrumpit inclinatione huius ad bonum actum, quæ infra dicitur bonũ naturæ. Corrũpit autem illud bonum naturæ, non vt eſt naturæ, ſed perſonæ; quia inclinari ad bonum agendum, eſt perſonæ, & ſuppoſiti.

¶Nota autẽ, ꝙ D. S. probat pcm actuale aliud a primo primi parentis non traduci per originem, quia nõ corrumpit naturam quantum ad id, quod naturæ eſt, & ſcilicet cum natura accipiatur per originem. Ex quo patet per oppoſitũ de originali, ſcilicet originante, & actuali primo, quòd ipſum intelligendum eſt traduci per originem in alios, quia corrumpit, quod pertinet ad naturam communiter in alijs inuentam, & non quia formaliter tranſeat, ſed vt dictum fuit in principio articuli virtualiter, vel cauſaliter. Vide 4. contra gentiles. cap. 52. Et videbis eſſe intellectum, quia tranſit cauſaliter demeritorię; Vide ibidem per aliqua capitula materiam præſentem, originale autem Adæ tranſit ſecundum ſimile in ſpecie &c. & ſic patet breuiter ille ar.

ARGVMENTVM in contrarium eſt confirmatiuũ cõcluſionis reſponſiuę præſertim quo ad primam eius particulam.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ pœna ſpirituali, ſicut Aug. dicit in Epiſt. ad Auitũ, * nunquàm puniuntur filij pro parentibus niſi cõicent in culpa, vel per originẽ, vel per imitationẽ; quia omnes animæ immediatæ ſunt Dei, vt dicitur Ezech. 18. ſed pœna corporali interdum iudicio diuino, vel humano puniuntur filij pro parentibus, inquantum filius eſt aliquid patris ſm corpus.

*Auguſt. Epiſt.

¶Dicendum ad hoc, maior exponetur inf. q. 87. art. 7. & 8. quia pœna ſenſus in alia vita non debetur niſi culpæ propriæ actuali, de quo vide D. S. in 2. diſt. 33. q. 2. artic. 1. ad tertium. Et in de malo. q. 5. art. 5. ad 5. quia poſt mortem non debetur pueris pœna ſenſus, ſed hic tanquàm pœna concomitans, quia alibi res agetur ſm ordinem diuinæ iuſtitiæ; hic autem eſt ſtatus merendi, Vide & Capreolum in 2. diſt. 33. circa primam concluſionem in argumẽtorum ſolutionibus. Sed pœna ſenſus in iſta vita corporalis ſub ratione pœnæ debet originali, & actuali. Sed pœna corporalis ſenſus, vel damni temporalis ſub ratione pœnę ſatisfactorię infligitur pro peccato alieno. Et iterum pœna, vt medicinalis eſt, infligitur ſine culpa propria. Et iterũ pœna damni etiam ſm iudicii humanum punitur aliquis ſine culpa, ſed non ſine cauſa; vide 2. 2. q. 108. art. 4. ad ſecundum. Et in de malo. q. 5. art. 2. & inf. q. 87. art. 8. poſt corpus. Ad minorem, patuit art. 1. ad primum. Dico. n. ꝙ ſi intelligitur, ꝙ iudicio diuino aliqui puniantur pro peccato proximorum parentum, qñ cõicant in culpa, vel per imitationẽ, vel originem; conceditur, & de pœna ſpirituali, & tpali. Si autem intelligatur, ꝙ ſi nõ cõicant in culpa puniantur corporaliter, vt aliquid patris, conceditur. Si autem intelligitur, ꝙ ſi nõ cõicant in culpa puniatur ſpirituali pœna, negatur. Ad auctoritatẽ patebit, vbi ſtatim, quia intelligitur de pœnis corporalibus, vel de ſpiritualibus, qñ imitantur pcta paterna. Sed negatur conſequentia, ꝙ peccata proximorum parentũ tranſeant per originẽ; quia non puniũtur filij pro eis niſi corporali pœna quæ infertur a diuino iudicio, & humano ſine culpa propria. Vñ & iura dicunt, ꝙ nullus puniatur ſine cauſa eſto ſine culpa, intelligendo de pœna damni, ſi autẽ puniantur pœna ſpirituali, hoc eſt, quia imitantur pcta parentum proximorum, non quia per originem aliquam culpam ab eis contrahant. Quare nullum defectum culpabilem a proximis parentibus contrahunt, eſto propter eos temporaliter quandoq; puniantur, proximi enim non cauſant originale, ſed Adam, cuius virtute ipſi naturam communicant, &c.

¶Ad ſecundũ dicendum, ꝙ illud, quod habet aliquis ex ſe magis poteſt traducere, dummodo ſit traducibile; ſed peccata actualia proximorũ parentum non ſunt traducibilia, quia ſunt purè perſonalia, vt dictum eſt. *

*In corp. artic.

¶Pro ſolutione dicitur ad maiorem, vera eſt cæteris paribus, & quando illud, quod habetur ex ſe, & quod habetur ex alio, ſunt eiuſdem rationis, & vtrumque eſt tranſfuſibile, aliàs non oportet. Conſtat enim, q ꝺ aliquis poteſt habere aliquid a ſeipſo tanquam formam inhærentem, & non poteſt eam alteri dare, vt habet D. S. in de Veritate, Materia 27. artic. 3. ad duodecimum. Non enim poteſt quis alteri dare colorem, vel quãtitatem ſuam, & tamen poſſeſſionem quam poteſt habere ab alio, poteſt alteri dare. Et probat probatio maioris, quando vtrumque eſt tranſfuſibile; quia calor ignis, & aquæ poſſunt ſe tranſfundere. Minorem concedo, quia hoc eſt traducibile, quia pertinet ad ſpeciem modo dicto. Sed negatur conſequentia, quia actuale non eſt traducibile, nec corrumpit niſi perſonam, Adæ autem peccatum corrumpit omnes, & ita non ſequitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd primum peccatum corrumpit naturam humanam corruptione an naturam pertinente, alia verò peccata corrumpunt eam corruptione pertinente ad ſolam perſonam.

¶Dicendum ad maiorem, ideo contrahimus a primo parente, quia in eo fuimus, ſicut in principio naturæ, qnæ venit in nos per Adam ſecundùm rationem ſeminalem, vt patebit artic. 4. ad tertium. & quam naturam ipſe corrupit corruptione pertinente ad naturam, ideſt quia abſtulit donum originalis iuſtitiæ, cum quo generari deberemus, & tamen eo caremus, quod donum erat datum toti naturæ, ſaltem virtualiter, & non ſolùm vni perſonæ. Ad minorem dico, quòd fuimus in parentibus proximis, ſicut in principijs naturæ. Verum, ſed non in principijs defectus naturæ; ſed tale principium fuit ſolus Adam. Vltra; dico, negatur, quòd poſſit natura in parentibus magis corrũpi quo ad defectum naturalem, ſed ſolùm corruptione pertinente ad perſonam. Nullus enim poteſt a natura propaganda auferre aliquam perfectionem debitam, ſicut fecit Adam primo peccato. Eſto corrumpat naturam propriam tantùm, vt eſt perſonæ, vt dictum eſt in fine articuli. Quare negatur conſequentia.

Vtrum peccatum originale deriuetur ad omnes, qui ex Adam per viam ſeminis generantur.

C 1. q. 100. ar. 1. cor. Et 3. q. 31. arti. 8. & q. 52. art. 7 ad 2. & q. 81. ar 9. cor. Ita. diſt 31. q. 1. ar. 2. Et 3. di. 3. q. 4. arti. 2. Et 4. contr. c. 50. & 52. Et Ma lo, q. 4. ar. 6. Et quoli. 6. ar. 7. & Ro. 5 lec. 3. fin. 1. Theſſal. 4.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd peccatum primi parentis non tranſeat per originem in omnes homines, mors enim eſt pœna conſequens originale peccatum, ſed non omnes, qui procedunt ſeminaliter ex Adam morientur; illi enim, qui viui reperiẽtur in Aduentu Domini nunquam morientur, vt videtur per hoc, quod dicitur 1. Theſſal. 4. Nos qui viuimus non præueniemus in Aduentu Domini eos qui dormierunt; ergo illi non contrahunt originale peccatum.

¶ 2 Præterea. Nullus dat alteri, quod ipſe non habet, ſed homo baptizatus non habet peccatum originale; ergo non traducit ipſum in prolem.

¶ 3 Præterea. Donum Chriſti eſt maius, quàm peccatum Adæ, vt Apoſtolus dicit Roman. 5. Sed donum Chriſti non tranſit in omnes homines; ergo nec peccatum Adæ.

Capreolus

Rom. 5.

Rom. 5.

¶Sed cõtra eſt, quod Apoſtolus dicit Rom. 5. Mors in omnes pertranſijt, in quo omnes peccauerunt.

¶Quærit, in quos peccatum originale traducatur, an tranſeat in omnes homines, an ſolùm in aliquos, quia autem totum fundamentum huius articuli ſtat in redemptione vniuerſali vel Chriſti, quæ eſt maxima ratio in iſta materia.

¶Notandum ideo, ꝙ ſm communem doctrinam ſanctorum, ideo Chriſtus dicitur vniuerſalis hominum redemptor, quia per paſſionem, & mortem ſatisfecit pro peccatis omnium, & omnes liberauit a peccato, & damnatione, ſeu pœna peccati, & ab omni obligatione peccatum conſequente. Sunt enim innumerabiles auctoritates ſaciæ ſcripturæ, quæ expreſsè dicunt, ꝙ Chriſtus ideo eſt redemptor, quia per paſſionem ſuam liberauit homines quantum eſt in ſe a peccati culpa, & reatu, vt patet 1. Pet. 1. Redẽpti eſtis de vana converſatione veſtra paternæ traditionis. Et ad Galat. 3. Chriſtus redemit nos, & lauit nos de maledicto legis. Item Apoc. Redemit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Item 1. ad Timoth. 2. vt redimeret nos ab iniquitate, & mundaret ſibi populum, &c. Ex quo patet, ꝙ nouitas illa, quæ introduxit redemptionem præſeruatiuam, quæ eſt impedire, ne quis obligetur, & incurrat culpam, & reatum pœnæ, vtique eſt contra intentionem ſcripturæ, immo cum ab vſu vocabuli; quando enim S Doctores, & Scriptura loquuntur de redemptione facta per Chriſtum, & dicunt Chriſtum redemptorem omnium, intelligunt, ꝙ liberauit a peccatis. ſ. ex reatu eius hos qui aliquando eis ſubiacuerunt ad minus originali. Liberare enim a malo, & abſolui a debito non poteſt, niſi qui debitum incurrit, vel in malum deiectus fuit; quare dimiſſio debitorum, & liberatio a malo, quæ Chriſto vniuerſaliter attribuitur per ſcripturam, non poteſt intelligi, quòd aliquis ſine debito, vel immunis a malo naſcatur, ſed quia cum debito natus, poſtea per gratiam Chriſti liberatur, vt habet D. S. in quarto, diſt. 43. quæſt. 1. art. 4. quæſtiun. 1. ad tertium. Vnde dicere, quod redimitur, quia præſeruatur, eſt non loqui poſt mentem ſcripturæ, & omnino impropriè. Hoc ſuppoſito videndum eſt de articulo.

Nullus negat Chriſtũ uniuerſalẽ redemptorem.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ ſm fidem Catholicam firmiter eſt tenendum, ꝙ omnes homines præter ſolum Chriſtum ex Adam deriuati, peccatum originale ex Adã contrahunt, alioquin non omnes indigerent redẽptione, quæ eſt per Chriſtum, quod eſt erroneum.

¶D. S. ſic procedit, concluſionem reſponſiuã ponit in principio quæ talis eſt. Secundum fidem Catholicã firmiter tenendum, &c. vt in littera. Conſequenter eã ſtabilit duplici ratione, vna q̃ ducit ad incõueniens, alia quæ eſt oſtenſiua, ibi. Ratio autem, &c. Prima ratione arguitur ſic, ſi non oẽs deriuati ex Adã contraherẽt originale, tunc non oẽs indigerent redemptione, q̃ eſt per Chriſtum, ſed hoc eſt erroneum; igitur & illud ex quo ſequit. Conſequentia tenet, quia hoẽs egent redẽptione Chriſti, præſertim pp originale, pp quod & principaliter incarnatus fuit. Quod autem hoc ſit erroneum, patet per Apoſt. Rom. 5. & multis locis, quia per Chriſtum omnes viuificabuntur. Et nullus negat hoc. ſ. ꝙ Chriſtus eſt redemptor omnium. Eſt igitur fundamentum huius rationis, quia redemptio præſupponit in redempto peccatum, & obligationẽ ad pœnã, ſaltem damni; & ergo oportet, ꝙ omnes redempti aliquando fuerint captiuati ad minus pp deformitatẽ naturæ, quæ dr originale, &c. Poſſet & ſic argui, ſm fidem Catholicã oẽs egent redemptione, quæ eſt per Chriſtum, igit ſm fidem Catholicã omnes ab Adã deriuati originale contrahunt. Aſſus patet, tenet conſequentia, quia aliàs non egerent redemptione eius, niſi pp peccatum, & non modo pp peccatum commiſſum actuale, ſed etiam pp peccatũ, in quo homines naſcuntur. Non enim aliquis peccat ſm iſtũ ſtatum actualiter, niſi precedente originali. Iſta autem recenſeo, non vt ego aliquid in iſta re temerariè velim aſſerere, ſed cõmemorare qd ſenſerit ſuo tpe. D. S. poſt alios ſanctos loquens, qui nunc exponendus venit, &c. Deinde cum dicit.

¶Ratio autem ſumi poteſt ex hoc, quod ſupra dictum eſt, * ſ. ꝙ ſic ex peccato primi parentis traducitur culpa originalis in poſteros, ſicut a volũtate animæ p motionẽ membrorum, traducitur peccatum actuale ad membra corporis; manifeſtũ eſt autẽ, ꝙ peccatum actuale traduci poteſt ad oĩa membra, quæ nata ſunt moueri a voluntate; vnde & culpa originalis traducitur ad omnes illos, qui mouentur ab Adam motione generationis.

* Art. 1. huius quæſt.

¶Probat ſecũdò concluſionem ratione oſtenſiua, quæ fundatur in ſimilitudiue deducta in art. 1. Et arguitur ſic, ex peccato primi parentis traducitur culpa originalis in poſteros, ſicut a voluntate animæ per motionem membrorum traducitur peccatum actuale ad membra corporis; ſed peccatum actuale traduci poteſt ad omnia membra corporis, quæ nata ſunt moueri a voluntate, & ſcilicet actualiter traducitur, quando membra actu mouentur ad actũ peccati actualis; ergo & culpa originalis traducitur ad omnes illos, qui mouentur ab Adam motione generationis, illæ præmiſſæ, & tota ratio patet ex dictis, artic 1.

¶Nota circa minorem, vt eſt in littera, quòd ex ea habetur, quòd ſicut ad membra traduci poteſt actuale, quia nata ſunt moueri a voluntate, ita originale traduci poteſt in omnes, qui nati ſunt generari ab Adam. Si ergo actualiter mouentur membra ad peccatum actuale, tunc actualiter participant, ita qui actu generantur ab Adam, actu mouentur ad originale.

¶Nota etiã, ꝙ Sco. in 2. di. 32. dicit, ꝙ tenendo ſm auctoritates ſanctorũ, hoc peccatũ fit in oĩbus cõiter propagatis, hoc declarat ex iſta rõne peccati originalis, habet enim quilibet ſic ꝓpagatus carentiã iuſtitię originalis, patet ex defectibus illius iuſtitiæ prius dictis, di. 29. iſtius ſecundi lib. Et eſt debitor iſtius iuſtitiæ, qa accepit eã in primo parente, per cuius peccatis actũ amiſit cãjergo ſm dictã deſcriptionem quilibet ſic ꝓpagatus habet peccatum originale, hæc ille. Eandẽ ſententiã habet D. S. in 1. ſen. di. 31. q. 1. art. 2.

Scotus.

ET hoc confirmatur per argumentum in contrarium.

¶Nota de ista auctoritate Heruei̇ in tertio sententiarum, distinct.3. quia aliqui volunt, quòd quis incurrat pœnam mortis absque peccato propter cautelam futuri, sed quia post mortem non sequitur aliquod peccatum, cui cautela debeat adhiberi, ideo non videtur hoc dictum conueniens.

¶Nota etiam circa argumentum in oppositum, quòd D.S. videtur se præsertim fundasse in illa, & similibus auctoritatibus Apostoli, quando posuit illam conclusionem nunc recitatam.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd probabilius, & communius tenent, quòd omnes illi, qui in Aduentu Domini reperientur, morientur, & post modicum resurgent, vt in tertio plenius dicetur. * Si tamen hoc uerum sit, quod alij dicunt, quòd illi nunquam morientur, sicut Hieron. narrat diuersorum opiniones in quadam Epistola ad Minerium de Resurrectione carnis; * dicendum est ad argumentum, quòd illi, & si non moriantur, est tamen in eis reatus mortis, sed pœna auferetur a Deo, qui etiam peccatorum actualium pœnas condonare potest.

* 3. par. q. 53. art. 3. ad 2. & in quar to scrip. di. 13. q. 1. ar. 4. q. 1. & ar. 3. quæstiun. 1. ad 2.

*Incipit epi sto. in ipso profectio nis, &c.

¶Dicēdū primò ad maiorem, ꝙ magis debitū mortis, & necessitas moriendi est pœna peccatum originale consequens, necessitas dico, quantum est ex parte naturæ. Et addo ex secunda secundæ, q.67. artic. 4. quòd supremus iudex .s. Deus potest remittere pœnam debitam, cum peccato debeatur pœna, maximè quia est contra ipsum, potest enim, & princeps secularis, qui habet plenariam potestatē in republica absoluere reum, si ille, qui passus est, velit eam remittere, si videatur reipublicæ non esse nocumentum. Ad minorem; primò nego eam, & ad probationem dico, quòd Apostolus loquitur in persona tunc existentium circa tempus iudicij; & vult, quòd aliqui inuenientur viui in tempore illo, quo Christus veniet ad iudicium; sed in illo momento temporis morientur, & statim resurgent, & ideo propter modicā interpolationem reputantur viuentes. Secundò dico, dato quòd ita sit, quòd non omnes morerentur, vt habet minor; negatur consequentia, quia (vt patuit circa maiorem) ipsi habuerunt necessitatem, & debitum moriendi, & hæc est directa pœna originalis; quod autem non moriantur de facto, est ex supportatione, & benignitate Diuina, &c. Vide de ista materia in quarto sentent. dist. 43. q. 1. artic. 4. quęstiun. 1. D.S. hic refert se ad tertiam partem, sed non compleuit morte præuentus. Sed vide in complemento eiusdem tertiæ partis, quæst. 78. art. 1.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ peccatum originale per baptismum aufertur reatu, inquantum anima recuperat gratiam quātum ad mentem, remanet tamen peccarum originale actu quantum ad fomitem, qui est inordinatio partium inferiorum animæ ipsius corporis, secundùm quòd homo generat, & non secundùm mentem; & ideo baptizati traducunt peccatum originale; nō enim parentes generant, inquantum sunt renouati per baptismum, sed inquantum retinent adhuc aliquid de vetustate primi peccati.

Nullus dat quod non habet, expo nitur.

¶Maior conceditur primò, nullus dat alteri, quod nullo modo habet, nec formaliter, nec virtualiter, nec supereminenter. Et in proposito, illud quod aliquis non habet, nec quo ad formale, nec quo ad materiale, & nec quo ad id, quod est personæ, vel naturæ, nec inquantum habet rationem pœnæ, vel culpæ. Dico autem, quòd aliquis bene dat id quod non habet actu formaliter, sicut granum excussum a palea proiectum in terra affert granum cum palea, vt patet ad sensum; & est exemplum Alber. Et vt August. habet. circumcisus generat præputiatum. Ad minorem dico, quòd baptizatus non habet originale, inquātum culpa, quantum ad superiorem partem animæ, quæ per gratiam vnitur Deo, quæ quo ad hoc recompensat iustitiam originalem; sed tamen habet originale quantum ad materiale, & sub ratione pœnæ, quia baptizatus mortalis est, & habet concupiscentiam habitualem. Et secundò baptizatus purgatur quantum ad id quod est personæ, sed non quantum ad naturā, cuius actus est generare; & ideo per actum naturæ producit simile naturæ suæ, quæ est destituta perfectione originalis iustitiæ; non tamen habet rationem culpæ, quando per gratiam culpa dimissa est. Quare negatur consequentia, quia pater generans non generat secundùm partem superiorem, quæ renouatur per baptismum, & secundùm id quod est personæ; sed generat ſm partes inferiores, in quibus adhuc remanet vetustas peccati originalis vsque in diem resurrectionis. Et hoc vult D.S. in solutione.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut peccatum Adæ traducitur in omnes, qui ab Adam corporaliter generantur, ita gratia Christi traducitur in omnes, qui ab eo spiritualiter generantur per fidem, & baptismum, & nō solùm ad remouēdum culpam primi parentis, sed etiam ad remouendum peccata actualia, & ad introducendum in gloriam.

¶Dicendum, quòd maior conceditur, tum quia donum Christi restituit hominem in altiorem statum, quàm Adam ante peccatum habuit, scilicet statum gloriæ, qui est absque periculo peccandi, & etiam immortalitatem, sed suo tempore habendam. Et secundò, quia donum Christi procedit etiam ad actualia remittenda non solùm originale; peccatum autem Adæ ad solùm originale, potioris enim causæ potior est effectus.

¶Ad minorem primò, negando quo ad sufficientiam, licet verum sit quo ad efficientiam, sic enim non transit in omnes.

¶Dico secundò, quòd donum Christi transit in omnes, qui spiritualiter regenerātur in Christo, quia omnes tales consequuntur iustificationem vitæ, & multa alia dona. Quare negatur consequentia de his, qui ab Adam seminaliter procedunt. Bene volo, quòd sicut non regenerati in Christo non consequuntur eius dona, sic si quis non procederet ab Adam naturali modo, talis non incurreret originale, vt patebit artic. seq. sed secus si ab ipso naturaliter generetur. De hoc articulo vide D.S. in de Malo, q.4. artic.6. Et secundo sent. dist. 31. quæst. 1. artic. 2.

Vtrum peccatum originale deriuaretur ad illos, qui miraculosè ex aliqua parte humani corporis formarentur.

D 2.d.31.q.1. ar.2. ad 5. dist.32. ar. 1. 2. 3. dist. 3. q.1. ad 5. Mar. q.11. ar. 3.

AD quartum sic proceditur. Videtur, ꝙ si aliquis formaretur ex carne humana miraculosè, ꝙ contraheret originale peccatum. Dicit enim quædam glo. Genes. 3. quòd in lumbis Adæ fuit tota posteritas corrupta, quia non est separata prius in loco uitę, sed postea in loco exilij; sed si aliquis homo sic formaretur, sicut dictum est; * caro eius separaretur in loco exilij; ergo contraheret originale peccatum.

*Art. 1. & 3. huius q.

Dub. 170.

¶ 2 Præt. Peccatū originale causatur in nobis, inquātum anima inficitur ex carne; sed caro tota hominis est infecta; ergo ex quacūq; parte carnis homo formaretur, anima eius inficeretur infectione originalis peccati.

¶ 3 Præt. Peccatum originale a primo parente peruenit in omnes, inquantum omnes in eo peccante fuerunt; sed illi, qui ex carne humana formarentur, in Adam fuissent; ergo peccatum originale contraherent.

¶Sed contra est, quia non fuissent in Adam ſm seminalem rationem, quod solùm causat traductionē peccati originalis, vt Aug. dicit 10. super Gen. ad litteram.*

*Aug. cap. &c.

¶Hic quærit Doct. Sanct. consequenter de quibusdam dubijs circa prædicta. Et primò, an si quis formaretur ex carne humana miraculosè, scilicet per Diuinam virtutem, vt Christus fuit formatus ex purissimis sanguinibus beatæ Virginis, an talis contraheret peccatum originale. Et habet quæstio ista locum, non solùm de eo, qui formaretur miraculosè ex carne humana, puta materia ministrata a fœmina, sed etiam si formaretur ex digito, aut ex terra, & huiusmodi modis miraculosis, vt potest patere ex de Malo, Materia 4. articu. 7. in corpore. Verum tamen quòd est maior apparentia dubitationis de formato miraculosè ex carne humana ministrata a fœmina, quia talis aliqualiter fuit in Adam, non autem formatus de terra. Quare D.S. quærit singulariter; & est in virtute quærere sub alijs terminis, an esse in Adam ſm corpulentam substantiam tantùm, inducat originale.

¶Pro intellectu terminorum, quos habet articulus iste.

¶Nota primò, quòd secundum Doct. Sanct. prima parte, quæstio. 115. artic. 2. rationem seminalem vocat, quandoque B. Aug. omnes virtutes actiuas, & passiuas, quæ sunt principia generationum, & motuum naturalium, & hoc extensè, accipiendo vocabulum. Sed aliquando B. August. vocat rationem seminalem solùm virtutem actiuam, & sic in proposito accipitur, vt patet in argumento in oppositum, & in corpore articuli.

Quęstio. in Adā secundum rationem seminalem, & corpulentam substantiam.

¶Nota secundò, ꝙ fuisse in Adam ſm rationem seminalē, non intelligit, ꝙ in Adam fuerit actu, aut seminalis ratio huius hominis propinqua, nec intelligit fuisse ſm corpulētam substantiā, quasi illa corpulenta substātia fuerit in eo; sed sic intelligit, quia vtrūq; in eo fuit ſm originem; nam materia corporalis, quæ ministrata est a matre, quæ vocatur corpulenta substantia, deriuat originaliter ab Adam; & sic virtus actiua existens in semine patris, quę est huius hominis, propinqua ratio seminalis. Vnde Christus dicitur fuisse in Adam ſm corpulentam substantiam, sed non ſm rationem seminalem, quia materia corporis eius, quæ ministrata est a matre Virgine,

Virgine, deriuata est ab Adam; sed virtus actiua, & formatiua talis materiæ non est deriuata ab Adā, nam corpus eius non est formatum per virtutem virilis seminis, sed virtute Spiritus sancti. Ex qbus hī, ꝙ formatus miraculosè de carne humana (vt Christus) nō fuisset in Adā ſm rationem seminalem. i. virtus formatiua corporis eius nō prouenire ex Adā, sed formaret virtute Diuina. Vnde breuiter ille dī descendere ab Adā ſm rationem seminalem, qui producitur a virtute seminis descendentis ab Adā mediatè, vel immediatè, cuius seminis virtute anima vnitur materiæ dispositæ, vt dictum fuit ar. 1. ad 2. Ille verò dī descendere ab Adā ſm corpulentam substantiā, qui habet materiā a virtute digestiua mulieris præparatā, ꝙ ad organizationem illius materię, & ad vnionē animæ nihil agit effectiuè aliquod semen descendens ab Adā, & sic Christus descendit ab Adā; quia virtus digestiua B. Virginis, quæ descendit ab Adā, illū sanguinē purissimū digessit, & pparauit; de quo corpus Christi formatū fuit virtute Spiritus sancti, & nō virtute alicuius seminis. Mulier enim nō format corpus prolis, sed pater, naturaliter loquendo. Vnde B. Virgo nō habuit rationem seminalem actiuam, & formatiuam corporis Christi.

¶Nota tertiò, ꝙ debitum iustitiæ originalis cōpetit solùm his, qui ab Adam descendunt ſm rationem seminalem, datum enim fuit donum ipsum originalis iustitiæ Adæ pro se, & suis posteris ab eis naturaliter, & seminaliter progenitis, & non, ꝙ alijs; & ideo si quis formaret ex lapide, vel quocunq; modo miraculoso, haberet quidem defectū originalis iustitiæ, & defectus, qui eius subtractionem in alijs consequuntur, nō tñ haberet iste defectus rationem culpæ, nec pœnæ, sed cōsequeretur principia naturæ sibi derelictæ, nisi Deus ex singulari gratia adesset. Vnde peccatū originale nō pertinet ad naturā humanā absolutè, sed ſm ꝙ deriuatur ab Adā ſm rationem seminalem. His notatis videndū est de art.

¶Respondeo dicēdum, ꝙ sicut iam dictum est; * peccatum originale a primo parente traducitur in posteros, inquantum mouētur ab ipso per generationem, sicut membra mouentur ab anima ad peccatum actuale; non autem est motio ad generationem, nisi per virtutē actiuā in generatione; vnde illi solùm peccatum originale cōtrahunt, qui ab Adam descēdunt per virtutem actiuam in generatione originaliter ab Adam deriuatā, quod est ſm seminalem rationem ab eo descēdere; nā ratio seminalis nihil aliud est, quàm vis actiua in generatione.

Quid fuisse in lumbis Adæ, vel Abrahæ.

¶In hoc art. D.S. respondet ad quæstum negatiuè, ꝙ nō, quod probat tali ratione. Illi soli peccatum originale contrahunt, qui ab Adam descendūt per virtutem actiuā in gnatione originaliter ab Adā deriuatam, quod est ſm seminalem rationē ab eis descendere; sed si aliquis formaretur virtute Diuina ex carne humana, virtus actiua non deriuaretur ab Adā; ergo talis non contraheret peccatum originale. Circa istā rationem D.S. sic procedit; primò ponit maiorem cum eius probatione, secundò minorem innuens cum hoc conclusionem, ibi. Si autem, &c. Circa primum probat maior quantum ad primam partem. Illi soli, &c. Ex dictis art. 1. & 3. sic. Peccatum originale a primo parente traducitur in posteros, inquantum mouentur ab ipso per generationem, sicut membra ab anima ad peccatum actuale; sed non est motio ad generationem, nisi per virtutem actiuam in generatione; quare sequitur prima pars maioris, ꝙ illi soli, &c. ¶Quo ad secundam partem, ꝙ s. descendere ſm virtutem actiuā sit descendere ſm rationem seminalem. Probatur, quia ratio seminalis (s. pro perfectiore significato accepta) nihil aliud est, q̄ vis actiua in semine. Et intellige, ꝙ ratio seminalis præsertim, vt de ea loquitur Aug. in proposito, quando dicit in argumento in oppositum, ꝙ fuisse in Adam ſm seminalem rationem, est, causa traductionis originalis peccati. Tamen q̄nq; Aug. loquitur extēsius de significatione rationis seminalis, vt fuit allegatum ex prima parte, &c. Deinde cum dicit.

¶Si autem aliquis formaretur uirtute Diuina ex carne humana; manifestum est, quòd uis actiua non deriuaretur ab Adam, vnde non contraheret peccatum originale; sicut nec actus manus pertineret ad peccatum humanum, si manus non moueretur a uoluntate hominis, sed ab aliquo extrinseco monente.

¶Ponit minorem istius rationis, quam relinquit de se notam, subiungens conclusionem dicens, vnde scilicet talis formatus ex carne humana virtute Diuina miraculosè non contraheret peccatum originale. Quam conclusionem etiam confirmat per simile de manu, cuius actus non pertinet ad peccatum humanum, nec quo ad materiale, si non moucatur a voluntate hominis, &c. sic nec originale pertinet ad illum, qui non mouetur ad naturam accipiendam ab Adam per virtutem, & rationem seminalem, qualis est formatus miraculosè virtute diuina.

¶Et confirmatur secundò eadē conclusio per arg. in contrariū.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ Adam non fuit in loco exilij, nisi post peccatum; vnde non propter locum exilij, sed propter peccatum traducitur originalis culpa ad omnes, ad quos actiua eius generatio peruenit.

¶Solutio. Ad maiorem in lumbis Adæ fuit tota posteritas corrupta, quia non est peius, &c. ideſt quia non genita in paradiso, sed extra ipsum. Dico primò iuxta D.S. hic, ꝙ verum est, ꝙ ideo posteritas est corrupta, qa separata in loco exilij, sed in loco exilij non fuit, nisi quando corrupta est natura in posteros ab Adam ſm seminalem rationē propaganda, ita ꝙ ratio traductionis peccati, est peccatum, quo demeruit omnes a se seminaliter descendentes spoliari iustitia originali; & locus exilij sequutus est illam per se causam originalis. Ad minorem, verum, separaretur caſo taliter formati in loco exilij, sed non per virtutē motiuam ad generationem, qua mediante traducitur originale; quia solùm a generatiua traducta ex Adam, deriuatur originale, inquantum per talem constituitur debitor iustitiæ originalis. Quare negatur cōsequentia, quia non ratione loci exilij traducitur peccatum originale, sed pp generationem factam ab Adam, ita ꝙ si post peccatū Adam in Paradiso manssisset, nihilominus generasset posteritatē corruptam. Et si manendo in iustitia originali, generasset extra Paradisum, non traduxisset peccatum originale, locus tñ exilij non fuisset locus ille extra Paradisum, dum non fuisset peccatū; sed post peccatum dī, & est locus exilij. Vnde dicit D.S. in de Malo, ꝙ glosa illa non est intelligenda, ꝙ locus exilij sit causa contrahendi originale peccatum; quia si homo post peccatum in Paradiso terrestri mansisset, trāsmississet peccatum originale in posteros, sed causa traductionis originalis peccati est corruptio humanæ naturæ in primo parente, locus autem exilij est concomitans corruptionem; vnde in glosa illa, locus ponitur quasi concomitans causam, & non quasi causa. Hæc ille. Adde autem, ꝙ corruptio naturæ per peccatum Adæ solùm traducitur ad naturam, quæ ab ipso descendit ſm virtutem actiuam, ideo cum in proposito natura non esset huiusmodi, igit non contraheret originale. De illa maiore, inquantum continet defuisse in lumbis Adæ, posset dubitari, quid esset esse in lumbis Adę. Sed vide D.S. tertia parte, q.81. art.8. vbi determinat, ꝙ Christus nō fuit decima tus in lumbis Abrahæ, quia fuisse in lumbis vtriusque idem est, quod fuisse in eis secundùm rationem seminalem, &c.

¶Ad secundum dicendum, quòd caro nō inficit animam, nisi inquantum est principium actiuum in generatione, ut dictum est. *

* Hic ī cor. & artic. 1. in cor. & ad 4.

¶Dicendum ad hoc, ad maiorem, peccatum originale causatur in nobis, inquantum anima inficitur ex carne, ideſt carnali semine habente virtutem mouendi ad gñationem deriuatam ex Adā, non autem intelligitur de carne, cui anima vnitur tanquam alteri parti compositi. Ad minorem dico, ꝙ tota caro hominis est infecta; si intelligitur de carne, quæ est pars hominis, dico, ꝙ est infecta quo ad materiale peccati originalis; sed tamen talis caro non est traductiua peccati originalis; sed solùm carnale semen, quod generat naturalem filium Adæ debitorem iustitiæ originalis. Quare negatur consequentia, quia nō contrahitur originale ex carne quacunque, sed ex semine deriuato ex Adam, quod non habet locum in casu articuli. Dico secundò post D.S. in de Malo, ꝙ si aliquis homo formaretur ex digito, vel carne alterius hominis, hoc non posset esse nisi carne illa corrupta, & recedente a sua dispositione, quia generatio vnius est corruptio alterius; vnde infectio, quæ præcessit in carne, nō remaneret ad inficiendū animā. Hæc ille. Ex quo patet ad minorē, ꝙ talis caro non est infecta, dū sibi anima vnit; sed caro formata virtute seminis ſm hunc modū dicendi. Nota autem D.S. in hac solutione, vbi dicit. Caro nō inficit animā, nisi inquantum est principium actiuum in gñatione. Hæc ille. Vbi patet, ꝙ oportet intelligere de carnali semine, quia materia, ex qua formatur corpus prolis se habet tantùm passiuè, vt patet. Vnde D.S. hic reformat in melius, quod habet in 2. sent.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ ille, qui formaretur ex carne humana, fuisset in Adam secundùm corpulētam substantiam, sed non secundùm seminalem rationem, vt dictum est; * & ideo non contraheret originale peccatū.

* In corp. artic.

¶Ad hoc respondendo dico ad maiorem. Peccatum originale a primo parente peruenit. Verum, ſm rationem seminalem, & non solùm, quia fuerunt in eo ſm corpulentam substantiā, quia solùm sunt debitores iustitiæ originalis, qui naturaliter generantur ab Adam virtute actiua ab eo deriuata. Ad minorem dico, ꝙ illi, qui ex caarne humana formarentur per Diuinā virtutem fuissent in Adam solùm ſm corpulentam substantiam, quod fuisse in Adam, non inducit originalem culpā. Quare negat cōsequētia.

¶Nota autem, ꝙ si quis virtute Diuina formaretur de terra, aut de ligno, talis nō fuisset in Adam, nec ſm seminalem rationem, nec ſm corpulentam substantiam; sed ille, qui formaretur ex carne quam ministrasset virtus digestiua, & nutritiua ab Adam deriuata, talis fuisset in Adam secundùm corpulentam substantiam; vnde & de tali est singularis apparentia dubij. Quare D.S. hanc quæstionem mouit, non de quocunque formato virtute Diuina, sed formato ex carne humana, &c.

Vtrum si fœmina peccasset, viro non peccante, traduceretur originale peccatum.

E 2.dist.31.q.1.ar.2.ad 4. Et 4.dist.1. q.2.ar.2.q. 2.ad 1. Et Malo, q.4. ar.7.ad 4.& 5. Et Ro.5. lec.3. col.4. Et 2. co.15. lec.3.col.2. à medio.

AD quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ si Adam non peccasset, Eua peccante, filij originale peccatum contraherent; peccatum enim originale a parentibus contrahimus, inquantum in eis fuimus, secundùm illud Apostoli Rom.5. In quo omnes peccauerunt; sed sicut homo præexistit in patre suo, ita in matre; ergo ex peccato matris homo peccatum originale contraheret, sicut ex peccato patris.

¶ 2 Præt. Si Eua peccasset Adam non peccante, filij passibiles, & mortales nascerẽtur; mater enim dat materiam in generatione, vt dicit Philosophus in secundo de Generatio.animalium, * mors autem, & omnis passibilitas prouenit ex necessitate materiæ; sed passibilitas, & necessitas moriendi sunt pœna peccati originalis; ergo si Eua peccasset, Adam non peccante, filij contraherent peccatum originale.

* Arist.c.1.

¶ 3 Præt. Damasc. dicit in lib.3. * ꝙ Spiritus sanctus præuenit in Virgine, de qua Christus erat absq; peccato originali nasciturus, purgans eam; sed illa purgatio non fuisset necessaria, si infectio originalis peccati non contraheretur ex matre; ergo infectio originalis peccati ex matre trahitur; & sic Eua peccante, eius filij peccatum originale contraherent, etiam si Adam non peccasset.

* Damasc. c.2.& 12.

¶Sed contra est, quod Apostolus dicit Roma.5. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit; magis autem fuisset dicendum, quòd per duos intrasset, cum ambo peccauerint, uel potius per mulierem, quæ primò peccauit, si fœmina peccatum originale in prolem transmitteret; non ergo peccatum originale deriuatur in filios a matre, sed a patre.

¶Hic quærit de quodam alio dubio incidente in hac materia, an si Adam non peccasset, Eua peccante, filij contraherent originale peccatum. Nota, ꝙ iste art. supponit vnum. s. quòd in formatione prolis mater se non habeat actiuè, sed passiuè tantùm. Verum, ad præparationem materiæ aptæ generationi, & ad conseruationem fœtus formati, se habet actiuè; vnde generare filium Adæ debitorem originalis iustitiæ est patris, & non matris. Sed de hoc vide in Capreolo in tertio, dist.4. conclusione prima.

Capreolus.

¶Respondeo dicendum, ꝙ huius dubitationis solutio ex præmissis patet; * dictum est enim supra, * ꝙ peccatũ originale a primo parente traducitur, inquantũ ipse mouet ad generationem natorum, vt dictum est, * ꝙ si materialiter tm̃ aliquis ex carne humana generaretur originale peccatum non contraheret, manifestum est autem fm̃ doctrinam Philosophorum, * ꝙ principium actiuũ in gn̄atione est a patre, materiã autem mater ministrat; vnde peccatum originale non contrahitur a matre, sed a patre; & fm̃ hoc, si Adã non peccante Eua peccasset, filij originale peccatum non contraherent, econuerso autem esset, si Adam peccasset, & Eua non peccasset.

*Artic.1.3.& 4.
* Art.1.huius quæst.
* Art.4.huius quæst.
*Arist.2.de generatio. animaliũ, cap. 1.

¶D.S.in hoc art. ponit conclusionem responsuam in fine. Adã non peccante, si Eua peccasset, filij originale peccatum non contrahent, &c. vsq; in finem, quã probat. Peccatum originale non contrahitur a matre, sed a patre; igitur cõclusio vera, quo ad ambas partes. Tenet consequentia de se, quia si originale est a patre tm̃; igitur ipso peccante contrahitur, & si nõ peccat, non contrahitur. Ans probatur. Peccatum originale a primo parente traducitur, inquantum ipse mouet ad gn̄ationem natorum, sed fm̃ doctrinam Philosophorum principium actiuum, & motiuum in generatione est a patre, materiã verò mater ministrat; igit ans verũ. Maior ista patuit supra, & præsertim ar.4. quia si aliquis materialiter tm̃ ex carne humana gn̄aretur, originale peccatum non cõtraheret; quare sequit maior, ꝙ originale sit a patre se hñte actiuè in gn̄atione filij Adæ. Et patuit ratio, quia talis solus est debitor iustitiæ originalis. Minor relinquitur nota ex auctor. Philosoph.

¶Et confirmatur conclusio per arg. in cõtr. Circa auctoritatem Apostoli posita in hoc arg. ꝙ peccatum intrauit per vnũ hoiem. s. Adã, & non per peccatum mulieris. Est magnum argu. quia cum mulier peccasset, adhuc non sensit rebellionem carnis vsq; dum, & vir peccasset, quia iustitia originalis fm̃ ordinem Diuinæ prouidentiæ auferenda erat per peccatum Adæ, cui tanquam naturę principio donum ipsum collatum fuit, radix enim iustitiæ originalis fuit gratia gratum faciens, remota autem radice rami aliquamdiu remanere possunt; sic in ea ablata gratia per peccatum, siue mentis, siue operis, aliquamdiu stetit iustitia originalis. Vide Burgensem in additione super Gen.3.cap. additione prima. sed hic tacta videtur ratio vera sub breuibus.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ in patre præexistit filius, sicut in principio actiuo; sed in matre, sicut in principio materiali, & passiuo; vnde non est similis ratio.

¶Ad maiorem dicendum. Contrahimus originale peccatum a parentibus, non quibuscunque, sed in quibus fumus, sicut in principio actiuo, quia debent diffundere in filios, qui seminaliter in eis sunt, non aliter. Et hoc vult Apostolus, quia omnes peccauerunt in Adam, inquantum in eo fuerunt, sicut in principio actiuo. Vnde ad minorem negatur illud (ita) quia homo est in patre, sicut in principio actiuo, non autem sic de matre, vt patuit. Quare negatur consequentia; & hoc vult solutio D.S.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ quibusdam videtur, ꝙ Eua peccante, si Adam non peccasset, filij essent immunes a culpa, paterentur tamen necessitatem moriendi, & alias passibilitates prouenientes ex necessitate materiæ, quam mater ministrat; non sub ratione pœnæ, sed sicut quosdam naturales defectus.

¶Soluẽdo hoc arg. D.S. primò ponit, quod quibusdã visum fuit & sibi post eos quandoque; sed secundò ponit solutionem veram, ibi. Sed hoc, &c. Primò ergo D.S. concedit maiorẽ, sicut & concessit eam.2.sent.dist.31.q.1.art.2.ad quartum. vbi idem visum est sibi, sed locutus fuit post alios; concessa ergo maiore negat consequentiam, quia esto fuissent mortales, non tamen habuissent originale, sed passibiles fuisset propter necessitatem materiæ. Et secundò negat illam, quòd passibilitas, &c. sint pœna peccati originalis, quia possunt esse naturales defectus.

¶Sed hoc non videtur cõueniens, immortalitas enim & impassibilitas primi status nõ erat ex conditione materiæ, vt in primo dictum est; * sed ex originali iustitia, per quam corpus subdebatur animæ, quamdiu anima esset subiecta Deo; defectus autem originalis iustitiæ est peccatum originale. Si igitur Adam non peccante peccatum originale non trãsfunderetur in posteros propter peecatum Euæ, manifestum est, quòd in filijs non esset defectus originalis iustitiæ, unde non esset in eis passibilitas, uel necessitas moriendi.

* Prima pars.q.97. art.1.&2.

¶D.S. consequenter ponit solutionem, quę vltimò visa est sibi, sicut & in de Malo, vbi supra, ad 5.& super 1.Corin.15.lect.3. Et negat maiorem, non enim possent esse mortales, qui haberent iustitiam originalem, quæ esto esset in anima formaliter, tamen ea mediante effectiuè cõtinebat corpus ab omni corruptione, vt patet 1.par.q.97.art.1. Ad probationem dico, ꝙ mater dat materiã; sed in isto statu res, non agebatur fm̃ conditionem materiæ, sed fm̃ donum originalis iustitiæ præsens, vel absens. Ad minorem dico, ꝙ vera est, fm̃ ordinem naturalem, mors, & passibilitas prouenit ex necessitate materiæ, sed in statu naturæ integro impassibilitas, & passibilitas erant ex iustitia originali, præsente quidem impassibilitas, absente autem passibilitas. Ad subsumptionem, passibilitas, & necessitas moriendi sunt pœna peccati originalis; negatur absolutè, immo possunt esse naturales defectus, conuenientes homini in puris naturalibus, & esto ita esset, negatur tamen consequentia, quia maior est falsa, nam non fuissent filij passibiles, sed impassibiles, & immortales.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ illa purgatio præueniens in B.Virgine non requirebatur ad auferendum transfusionem originalis peccati; sed quia oportebat vt mater Dei maxima puritate niteret; nõ enim est aliquid dignè receptaculum Dei, nisi sit mundum, fm̃ illud Psalmi. Domum tuam Domine decet sanctitudo.

¶Dicendum ad maiorem, vera est ad sensum, quem D.S. ponit, tertia par.q.27.art.3. ad tertium. quia fecit duplicem purgationem; vnam quasi præparatoriam ad Christi conceptionẽ, quæ non fuit ab aliqua impuritate culpæ, vel fomitis, sed mentem eius magis in vnum colligẽs, & a multitudine sustollens; nam & Angeli purgari dicuntur, in quibus nulla impuritas inuenitur, vt Dionysius dicit 6.cap. Eccles iast. Hierarch. Aliam verò purgationem operatus est in ea Spiritus sanctus, mediante conceptione Christi, quæ est Spiritus sancti opus. Et fm̃ hoc potest dici, quòd purgauit eam totaliter a fomite, hæc ille. Ad hunc sensum conceditur maior; sed non ad sensum, quem argumentum prætendit, quasi illa purgatio requirebatur, ne transfunderet originale peccatum; vnde minor negatur, quia procedit fm̃ nõ causam, vt patuit. Quare negat cõsequentia, & hoc patet in solutione ista.

Quæstio

Quæstio Octuagesimasecunda.

De peccato originali quantum ad essentiam.

F DEinde cõsiderandum est de peccato originali quãtum ad suam essentiam; & circa hoc quæruntur quattuor. Primò, vtrum originale peccatum sit habitus. Secundò, vtrum sit vnum tm̃ in homine. Tertiò, vtrum sit cõcupiscentia. Quartò, vtrũ equaliter sit in omnibus.

¶ Postquam determinatum est de traductione peccati originalis, & quæstio an est determinata. Hic cõsequenter terminat quęstionem quid est; & primò hoc fit; secundò determinatur quoddã dubium ex dictis, in 4.art. Circa primum, primò ostenditur quid sit peccatum originale quantum ad suum totale; secundò quantũ ad suum materiale, ar.3. Circa primum, primò facit quod dictum est; secundò mouet dubium, an sit vnum, vel plura.

Vtrum originale peccatum sit habitus.

7.dist.5.q.1. art.corp.& dist.7.q.1.ar. 1.ad 2. Et 2. dist.30.q.1. art.3. ad 2. Et Verit.q. 20.art.1. ad 2. Et Malo, q.4.art.2.

AD primum sic proceditur. Videtur, ꝙ originale peccatum non sit habitus; originale enim peccatum est carentia originalis iustitiæ, vt Anselmus dicit in libro de Cõceptu Virginali; * & sic originale peccatum est quædam priuatio, sed priuatio opponitur habitui; ergo originale peccatum non est habitus.

* Anselm. cap.2. & 3. & 24.

¶ 2 Præterea. Actuale peccatum habet plus de ratione culpæ, quàm originale, inquantum habet plus de ratione uoluntarij; sed habitus actualis peccati non habet rationem culpæ; alioquin sequeretur, quòd homo dormiens, culpabiliter peccaret; ergo nullus habitus originalis habet rationem culpæ.

¶ 3 Præt. In malis actus semper præcedit habitum, nullus enim habitus malus est infusus, sed acquisitus, sed originale peccatum non præcedit aliquis actus; ergo originale peccatum non est habitus.

¶Sed contra est, quod August. dicit in lib. de Baptismo puerorum. * Secundùm peccatum originale paruuli sunt concupiscibiles; & si non sint actu concupiscentes; sed habilitas dicitur secundùm aliquem habitum; ergo peccatum originale est habitus.

*August.ex sem.45.de tempore. Et ex lib.6. contra Iulianũ, ca.7. tom.7.

¶Nota, vt aliqui voluerunt intelligere hanc quæstionẽ de formali peccati originalis; alij autẽ de materiali peccati originalis. Sed puto, ꝙ iste articulus intelligitur de originali absolutè, ita ꝙ ista quæstio quærat. An in originali importetur, quod habeat modum habitus. Vr̃ enim, ꝙ etiam ipsa priuatio faciat habilitatem quasi habitualem; vnde talis habilitas habitus est ratione formalis consecutiuè, sic ꝙ priuatio causet habitum illum; sed rõne materialis verificatur habitus de originali formaliter, quod patet ex art.3. vbi D.S. dicit, ꝙ inordinatio virium animæ communi nomine dr̃ concupiscentia. In isto autem ar.1. dicit sic. Habitus, inquantum importat inordinationem, vel inordinatam dispõnem partium animæ. Concupiscentia autem ẽt dr̃ habitus, & est materiale originalis, vt patebit art.3. quare verificatur esse habitum de originali ratione materialis formaliter; sed ratione formalis cauſaliter, inquãtum ad subtractionem iustitiæ originalis, ꝙ formale sequitur habilitas, quæ hic vocatur habitus. ¶Nota autem circa hoc secundò, ꝙ concupiscentia dr̃ esse habitus, & habitualis. Nõ quia sit aliqua forma positiua inclinans ad concupiscendum; sed quia ex subtractione iustitiæ originalis cohibentis inordinationẽ vitium, & inferiorum, relicta est in homine ipsa sensualitas, & totum corpus sibiipsi, sublato freno originalis iustitiæ; sicut & freno rupto, quo equus retinebatur, equus præcipitanter incedit. Non igit est habitus positiuus absolutus de genere qualitatis, sed magis aliquid significatum per modum habitus, videlicet inordinata dispositio partium animæ, quæ stat in hoc, ꝙ inordinatè sunt conuertibiles ad bonum commutabile; & si res bene videatur, ille habitus fm̃ rem nihil aliud est, quàm ipsæ potentiæ animæ retinaculo originalis iustitiæ destitutæ, & dimissæ dispositioni propriæ, & naturali, in qua natæ sunt concupiscere contra rationem; vt enim patebit ex allegandis circa argumentum in oppositum, etiam priuatio relinquit aliquam habilitatem. Vnde Capreolus in secundo, dist.3. conclusio.4. dicit, potest etiam concupiscentia generaliter importare rebellionem virium inferiorum prædictarum ad rationem, & voluntatem, & quocunque modo sumatur, non dicit nisi quædam respectum, vel habitudinem, vel fortè negationem, aut priuationem, & non aliquod positiuum absolutum. Hæc ille, quòd intellige, quia non aliquod positiuum superadditum potentijs, immo potentias ipsas sic, vt distinctiuum est destitutas. His notatis videndum est de articulo.

Quid ponat habitus originalis peccati.

Capreolus.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut supra dictũ est,* duplex est habitus; vno quidem, quo inclinatur potentia ad agendum, sicut scientiæ, & virtutes dicuntur habitus; & hoc modo peccatum originale non est habitus.

*q.49.ar.2. 3.& 4.& q. 50.art.1.

¶D.S. in huius arti. corpore ponit membrum vnius distinctionis supra habitæ, q.50.art.1. cum conclusione sibi correspondente, quam relinquit notam; secundo ibi. Alio modo, &c. Ponit secundum membrũ distinctionis cum conclusione sibi correspondente, & eius probatione. Quo igitur ad primum dicit, ꝙ duplex est habitus. Vnus, qui supra dicebatur importare ordinem ad actum, quia videlicet per ipsum inclinatur potentia ad agendum, & hoc directè, sicut scientia, & virtutes dicuntur habitus, vt patuit vbi iam. Et adiungit D.S. conclusionem iuxta hoc membrum responsiuã. Cõclusio, hoc modo peccatum originale non est habitus. s. operatiuus, ita ꝙ nihil originalis peccati est habitus isto modo. D.S. relinquit illã conclusionem notã, & probatã argumento. Tertiò, probat tm̃ extra litterã, quia nõ est aliqua qualitas positiua realis; ergo non est aliqs habitus inclinans ad agendum. Consequentia clara. Ans relinquitur notum. Deinde ibi, cum dicit.

¶Alio modo dicitur habitus dispositio alicuius naturæ ex multis compositæ, secundùm quam bene se habet, uel male ad aliquid, & præcipuè, cum talis dispositio fuerit quasi in naturam uersa, ut patet de egritudine, & sanitate; & hoc modo peccatũ originale est habitus.

¶Ponit secundum membrum distinctionis cum conclusione sibi correspõdente, quia alio modo dicitur habitus dispositio alicuius naturæ, &c. vt in littera, qui supra dicebatur habitus habendi importans ordinem ad naturam, dispositio videlicet conueniens, vel disconueniens naturæ rei.

¶Et nota, ꝙ D.S. hic tangit supra notata, q.49.art.4. quia ad habitum requiritur esse compositum ex multis partibus, quæ compositio referenda ad subiectum habitus, non ad habitum ipsum. Est enim habitus dispositio habentis partes, vel secundùm potentiam, vel secundùm locum, &c. & adiungit huic membro distinctionis talem conclusionem hoc modo; peccatum originale est habitus (largè accipiendo habitum.) Et nota, quòd dicitur habitus isto modo originale, saltem partialiter, idest aliquid eius potest dici habitus formaliter, & aliquid cauſaliter, vt patebit ad primum. Deinde cum dicit.

¶Est enim quędam inordinata dispositio proueniens ex dissolutione illius armoniæ, in qua consistebat ratio originalis iustitiæ; sicut etiã ęgritudo corporalis est quædam inordinata dispositio corporis, secundùm quã soluitur ęqualitas, in qua consistit ratio sanitatis.

¶Probat conclusionem iam positam. Et arguitur sic. Peccatum originale est inordinata dispositio partium animæ proueniens ex dissolutione illius harmoniæ, in qua consistebat ratio originalis iustitiæ; igitur est habitus. Antecedens supponitur notum. Et dicit notanter, quòd peccatum originale dicit dispositionem, quæ proueniebat, &c. quia (vt est habitus) tunc non est ablatio formaliter, ideſt priuatio iustitiæ originalis, & illius harmoniæ, sed sicut illa harmonia fecit dispositionem partium ordinatam, ita ipsa remota sequuta est dispositio, inordinata, qua quælibet potentia tendit effrenatè in suum obiectum, &c. Tenet consequentia a simili de ęgritudine corporali, quæ est inordinata de obiecto corporis, secundum quam soluitur ęqualitas, in qua consistit ratio sanitatis.

¶Nota autem, ꝙ non est omnino simile de ęgritudine, & originali peccato (vt habitus est) quia ęgritudo dicit qualitatem positiuam realem absolutam, quæ habet aliquid de priuatione, inquantum dicit dispositionem talem, qua prima est perfecta ęqualitas humorum. Originale vt habitus est, dicit solùm inordinatã dispositionem nõ propter positionem alicuius, sed propter remotionem alicuius debiti inquantum naturæ est; vt a Deo in primo instituta est; sicut clericus dicitur inordinatè dispositus, quia non habet debita vestimenta, &c.

¶Nota etiam, quòd Doct. Sanct. notanter dicit præcipuè, si talis dispositio fuerit quasi versa in naturam; oportet enim, quòd habitus simpliciter insit permanenter, & quasi habitualis dispositio insit modo permanenti, vt patuit supra quæst.50. artic.1. & sic est de originali quantum ad illam deordinationem virium, quia semper manet, esto recuperata gratia non habeat rationem culpæ, &c. Deinde cum dicit.

¶Vnde peccatum originale lãguor naturæ dicitur.

¶Confirmat antecedens ex communi dicto, quia peccatũ originale languor naturæ dicitur, & ergo est signum, ꝙ dicit aliquã inordinatam dispositionem naturæ, & partium eius. De illa confirmatione, & magis communi dicto. Vide D.S. in secundo, dist.3. in expositione litteræ; quia peccatum originale dicitur languor naturæ ratione carentiæ iustitiæ debitæ, quia videlicet ex eius subtractione illa inordinatio naturæ sequuta est. Ex parte verò materialis,

terialis, scilicet inordinatione inferioris virium dicitur tyrannus, inquantum per inordinationem virium inferiorum iniustè, & quodammodo tyrannicè ratio in seruitute peccati quodammodo trahitur. Ex parte autem sensitiua, quæ est potentia organis affixa, dicitur lex carnis, ex eo quod per traductionem carnis traducitur; & dicitur lex membrorum, inquantum in membris completis dominatur.

ARGVM. in contrarium est pro secunda conclusione.

¶Nota circa hoc argumentum in oppositum D.S. in de Malo, q.4.art.2.ad quartum, quia paruuli sunt concupiscibiles concupiscentia habituali, non positiua, sed priuatiua; ita ꝙ ad sanum sensum dici posset, quòd est habitus priuatiuus, quia videlicet ex priuatione cohibentis sequitur illa habilitas ad concupiscendum effrenatè, quia videlicet iustitia originalis detinebat vires sub imperio rationis, qua ablata sequuntur suam conditionem naturalem, qua plerumq; feruntur in id, ꝙ est contra rationem; præsente autem iustitia originali non essent natæ sic effrenatè ferri in contrarium rationis; quare peccatum originale, vt est habitus, est habitus priuatiuus, idest habilitas consequens amotionẽ prohibentis tales inordinationes. Et vt dictum est, illa aptitudo addit solùm relationem rationis super potentias sibi relictas, & intelligitur ad modum inclinationis habitualis. Vnde D.S. in secundo, dist.3.q.1.art.3.ad secundum dicit. Differt dicere potentem, & habilem; quod enim aliquis sit potens concupiscere est ex potentia concupiscibili; sed ꝙ sit habilis ad concupiscendum est ex aliquo habitu, vel ex eo, ꝙ per modum habitus se habet. Contingit enim, vt etiam priuatio aliqua quandam habilitatem relinquat, inquantum priuatum aliquod, ꝙ impedimentum præstare posset. Et ita dicitur concupiscentia habitualis esse peccatum originale, &c. Hæc ille. Dicit hoc etiam Scotus in secundo, dist. 32. ꝙ per carentiam iustitiæ originalis, quæ erat sicut frenum cohibens ipsam voluntatem ab immoderata delectatione, ipsa non positiuè, sed per priuationem fit prona ad concupiscendum immoderatè delectabilia, sicut exemplificat Anselmus de naui, fracto gubernaculo. Et de equo fracto freno, qui dimittitur sibi, & ex hoc sequitur motum inordinatum, quem cohiberet illud frenum. Sic ad propositum. Hæc ille.

Habit' originalis potest dici priuatiuus.

Scotus concordat.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd sicut ęgritudo corporalis habet aliquid de priuatione, inquantum tollitur ęqualitas sanitatis; & aliquid habet positiuè. s. ipsos humores inordinatè dispositos; ita etiam peccatũ originale habet priuationem originalis iustitiæ, & cum hoc inordinatam dispositionem partium animæ; vnde non est priuatio pura, sed est quidam habitus corruptus.——

¶Dicendum ad maiorem, ꝙ verum est, quia omne peccatũ formaliter est iniustitia, quæ iniustitia nõ est nisi carentia iustitiæ debitæ, vera igit' maior, sed nõ est præcisè illa carentia peccatũ originale; sed etiam includit inordinationem sequentẽ illam carentiã; sicut ęgritudo aliquã inæqualitatem includit, & priuationem debitæ commensurationis humorum, sed præter hoc aliquid positiuum etiam. s. humores malè dispositos; sic originale dicit priuationem formaliter, & nihilominus quandam inordinationem partium animæ, licet illa inordinatio nõ dicat positiuum reale superadditum partibus animæ, sicut humores superaddunt realiter corpori. Est ergo priuatio, sed non pura, vt patebit artic.3.

¶Ad minorem, priuatio opponitur habitui opposito, sed tamẽ etiã fundatur in aliquo alio habitu, idest aliquo positiuo reali, vel imaginato, vt patet in de Malo. Ma. 2.ar.1.ad 9. Et in proposito est priuatio originalis iustitiæ cui opponitur, & tñ ad illã priuationẽ sequitur aliquid per modũ habitus. s. corruptio viriũ animę, idest sequit, ꝙ ipsæ vires sunt sibi relictæ, in quo statu sunt natæ cõcupiscere aduersus spiritum. Ad consequens; igitur non est habitus; verum, cui opponitur. s. originalis iustitia, includit tamen saltem in significato materiali aliquid per modum habitus.

¶Nota autem ex solutione ista D.S. quòd secunda conclusio posita in articulo non est intelligenda, ꝙ peccatum originale sic habitus quo ad omnia, quæ in eius significatione includuntur, immo principale significatum non est habitus; sed est intelligenda, ꝙ aliquid importatũ in originalis significatione est habitus, quia importat, & habet in se priuationem originalis iustitiæ, quæ non est habitus, & horum aliqua tangit D.S. in solutione, &c.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ actuale peccatum est inordiuatio quædam actus; originale verò, cum sit peccatum naturæ, est quædam inordinata dispositio ipsius naturæ, quæ habet rationem culpæ, inquantum deriuatur ex primo parente, vt dictum est; * huiusmodi autem dispositio naturæ inordinata habet rationem habitus, sed inordinata dispositio actus non habet rationem habitus, & propter hoc peccatum originale potest esse habitus, non autem peccatum actuale.——

*q.81.art.1.

¶Dicendum, ꝙ maior non habet difficultatem de actuali mortali, quin hoc sit maius originali peccato, sed an veniale actuale sit maius, non ita constat, habent enim se, sicut excedentia, & excessa; quia originale in hoc maius est, quia plus repugnat gratiæ, quàm veniale. Sed potest dici minus tripliciter. Primò, vt tangit argumentum in littera, quia minus habet de volũtario, quàm veniale, vt potest patere ex art.1.q.81. Veniale enim est voluntarium voluntate proprij suppositi, & dicit inordinationem personalem non sic originale, &c. Secundò est in hoc minus veniali, quia post hanc vitam non debetur sibi pœna sensibilis, sicut debet veniali. Tertiò, quia originale præsupponit veniali, & sic veniale arguit præcessisse originale, & quodammodo ipsum includit, sed non econtra, nullus enim peccaret sm ordinem nunc instituturum venialiter, nisi contraxisset originale; sed omnino verum, ꝙ veniale est maior culpa improportionabiliter, quàm originale, rõne improportionabilis voluntarij, quia voluntarium voluntate proprij suppositi, & voluntarium voluntate principij naturæ, improportionabilia sunt. Culpa autem vt sic, dicit quid voluntarium. Vide de ista materia in de Malo, q.5.art.1.ad 9. Ad minorem, vera est; & ratio est, quia actuale dicit formaliter inordinationem, & priuationem actualis rectitudinis, quæ deberet inesse actui, ꝙ actualis rectitudo nõ est habitus, nec eius priuatio, quæ est formaliter peccatum, quia cum actu transit; sed originale peccatum dicit inordinationem naturæ, quæ permanẽter inest; quare talis inordinata dispositio habet rationem habitus, non autem inordinatio actus, quæ cum actu transit, inordinatio autem naturæ manet, & quasi versa est in naturã, quia semper cum natura accipitur, & hĩ; ideo negat' consequentia, quia sicut actuale, & originale peccata, non sunt peccata vnius rationis, ita nec inordinationes eorum. Nimirum ergo, si inordinatio vnius non potest concipi sub ratione habitus, quæ s. transit, & est ipsius actus, sicut inordinatio alterius, ꝙ est naturæ, cum qua permanet. Vide D.S. de Malo, q.4.ar.2.ad 4. prope finem; nec tamen sequitur, &c. ¶Nota circa hoc, ꝙ D.S. in solutione, cũ dicit, sed inordinata dispositio actus, &c. capit enim dispositionem largè pro omni conditione priuatiua, vel positiua

An originale sit grauius veniali.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ obiectio illa procedit de habitu, quo potentia inclinatur in actum; talis autem habitus non est peccatum originale; quamuis etiã ex peccato originali sequatur aliqua inclinatio in actum inordinatum non directè, sed indirectè. s. per remotionẽ prohibentis. i. originalis iustitiæ, quæ prohibeat inordinatos motus; sicut etiam ex ęgritudine corporali indirectè sequitur inclinatio ad motus corporales inordinatos; nec debet dici, ꝙ peccatum originale sit habitus infusus, aut acquisitus per actum, nisi primi parentis, non autem huius personæ, sed per vitiatam originem innatus.——

¶Dicendum circa maiorem notãdo, ꝙ vt habet D.S. in de Malo, q.4.art.2.arg.6. & in solutione. Secundum Theologos est dĩa inter habitus, & actus bonos, & malos; quia habitus bonus præcedit actum bonum, actus autem malus præcedit habitum malũ; & ratio est, quia actus bonus (Theologicè loquendo) qui est meritorius, nõ est nisi ab habitu infuso, quare actus præsupponit habitum. In malis autem oportet esse contrario modo, quia habitus malus nõ potest esse ex infusione, sed solùm ex acquisitione, quæ est per actus, & ideo actus mali præcedunt habitus malos (Theologicè loquendo) secus est de habitibus bonis moraliter loquendo, quia & hi sunt posteriores actibus, vtpotè ex actibus acquisiti; sed de malis habitibus vĩ esse apparentia, ꝙ sint posteriores actibus saltem (Theologicè loquendo) quare assumit maior, in malis actus semper præcedit habitum. Dico igitur ad maiorem, ꝙ in malis actus præcedit habitum operatiuũ, per sonalem, & positiui; (& hoc loquendo Theologicè, & Philosophicè.) Sed nego de habitu, vel quasi habitu essendi, & naturali, & priuatiuo. Constat enim, ꝙ aliqui sunt quasi habitualiter infirmi, statim in ipsa generatione palliua, antequam inordinatè viuant, infirmitas enim est habitus essendi malus, vt patuit supra. Sic in proposito, corruptio, & inordinatio naturæ statim trahitur in accipiẽdo naturam.

¶Ad probationem dico, ꝙ nullus habitus malus est infusus a Deo, illa simpliciter conceditur; sed ad illam, ꝙ omnis sit acquisitus, dico sub distinctione; quia si intelligitur, ꝙ omnis habitus sit acquisitus actu proprio, & personali habentis habitum; negatur, non solùm in proposito, quod tenetur fide, sed etiam in naturalibus, quia iuxta supradicta, q.50.ar.1.& q.63.art.1. Aliqui habitus, vel saltem habituales dispositiones, sunt nobis innatæ, dat igitur medium inter infusum, & acquisitum actu proprio, quia innatum, & acquisitum actu alterius, & pśertim qñ habitus sequitur priuationem alicuius, quàm alius potest demereri; habitus enim, de quo sermo est, nõ causat ex actione, sed ex subtractione actionis, cuius subtractionis causa demeritorie fuit peccatum Adæ; & ideo talis habitus est causatus, & innatus eo mõ, quo põt innasci ex actu alterius ad sensum dictum, art.1. quia causa carẽtiæ originalis iustitiæ, & per consequens inordinationis partiũ animæ, est a Deo nõ agente, cuius non actionis causa fuit peccatum Adæ.

Habit' originalis potest dici infusus, & innatus.

¶Ad

¶Ad minorem, peccatum originale nõ præcedit aliquis actus. Verum, non aliquis actus huius prolis contrahentis originale, præcedit tamen actus primi parentis demeritorius subtractionis iustitiæ originalis, ad quam sequitur ille habitus. Vltra; ergo non est habitus. Verum, positiuus, & inclinans ad operationem, & hoc intellige directè, sed tamen indirectè, inquantum ille habitus habet annexam remotionem originalis iustitiæ, quæ prohibebat, ne vires animæ in actus, & motus inordinatos prorumperent, vt habetur in littera. Et secundò probat, & bene infert consequens, quòd non est habitus acquisitus actu proprio subiecti, quia proles ante contractionem originalis nil agere potuit, quod sit generatiuum habitus moraliter mali, & vitiosi; sed non probat, quin sit habitus innatus, & acquisitus ex actu alterius, nõ quidem agẽte habitum directè; sed quia demeritoriè, tollit actionem, ad cuius ablationem sequitur ille habitus. D.S. in de Malo supra dicit ad hoc argumentum sub breuibus, quòd obiectio illa procedit de habitu personali positiuè dicto, talis autem habitus non est peccatum originale. Et ante hoc dicitur, sicut habitus vitiosus, qui est proprius huius personæ, est acquisitus ex actibus huius personæ, ita & habitualis concupiscentia, quæ pertinet ad peccatum naturæ est acquisita ex voluntario actu primi parẽtis, non est autem naturalis propriè loquendo, neq; infusa, hæc ille. vbi patet, quæ dicta sunt, & ꝙ habitus originalis peccati non est naturalis propriè. Cum quo tamen stat, ꝙ D.S. hic dicit, quia innatus, non enim est naturalis quasi ex principijs naturæ causatus, sed innatus, qa cũ natura acceptus, sicut & iustitia originalis dicebatur hoc modo bonũ naturale, vt patuit art.1. quæst. præcedentis.

Vtrum in vno homine sint multa originalia.

G 2.dd.33.q.1. ar.1 Et Mal. q.4.ar.1.co. fi. & arti.2. princ. & ar. tic. 8. ad 1. Et Plal. 31. co.2. Et Ro ma.4.lec.1. co.4. & c.5. lec.3. co.3. fin.

AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ in vno homine sint multa originalia peccata; dicit enim in Psalm. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea; sed peccatum, in quo homo concipitur, est originale; ergo plura peccata originalia sunt in vno homine.

¶2 Præt. Vnus & idem habitus non inclinat ad contraria; habitus enim inclinat per modum naturæ, quæ tendit in vnum; sed peccatum originale etiam in vno homine inclinat ad diuersa peccata, & contraria; ergo peccatum originale non est vnus habitus, sed plures.

¶3 Præt. Peccatum originale inficit omnes animæ partes; sed diuersæ partes animæ sunt diuersa subiecta peccati, vt ex præmissis patet; * cum igitur vnum peccatum non possit esse in diuersis subiectis; videtur, quòd peccatum originale non sit vnum, sed multa.

* q.74.

Ioan.1.

¶Sed contra est, quod dicitur Ioan. 1. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; quod singulariter dicitur, quia peccatum mundi, quod est peccatum originale, est vnum, vt Glo. * ibidem exponit.

* Glo.ord. ibidem.

¶Hic quærit, an in vno homine sint plura originalia peccata, quia enim dictum est artic.1. quòd originale dicat habitum corruptum virium animæ; & quia multæ sunt vires destitutæ, & inordinatæ; ideo rationabiliter quæritur, an sint plura originalia.

¶Respondeo dicendum, ꝙ in vno homine est vnum peccatũ originale; cuius ratio duplex accipi potest; vno modo ex parte causæ peccati originalis; dictum est enim supra, * quòd solùm primum peccatum primi parentis in posteros traducitur; vnde peccatum originale in vno homine est vnum numero, & in omnibus hominibus est vnum proportione, in respectu. s. ad primũ principiũ. —

*q.81.art.2.

¶D.S. satisfacit quæsito vna conclusione affirmatiua, quòd sic. in principio corporis, quam tamen postea in probationibus resumit cum maiori explicatione. Conclusio ergo talis est, in vno homine est vnum peccatum originale, vnum scilicèt etiam in numero, & in diuersis, immo omnibus hominibus est vnum specie, & proportione, diuersum numero. Hanc conclusionem probat duplici ratione; secunda ibi. Alio modo, &c. Prima ergo ratio sumitur ex parte causæ peccati originalis.

Qualẽ causam habet originale.

¶Pro quo nota, quòd peccatum originale dicitur habere causam, non quidem productiuam, & effectiuam; quia entia rationis non habent causam effectiuam agentem positiuè, sed habent causam demeritoriam, quæ subtraxit habitum originalis iustitiæ, qua sublata sequitur talis priuatio, quæ tamen extra animam nihil reale ponit, sed dicit non esse iustitiæ originalis, quæ debet adesse. Esto enim priuatio nihil reale ponat, & habeat tantùm esse apprehensum, tamen sine omni opere intellectus rei conuenit, sicut Sortes nullo intellectu considerante est cæcus, & cæcitas nihil in eo ponit. Esse enim cæcum, non est esse aliquid, sed carere aliquo. s. visu, quo aliquis caret omnibus dormientibus. Entia etiam rationis, vt sunt priuationes, & relationes rationis, ad hoc, quod de aliquo actu dicantur, requirunt causam, & fundamentum proximum. Et igitur, quia peccatum originale dicit priuationem formaliter, & relationẽ rationis materialiter, ideo est eius aliqua causa. s. demeritoria subtractionis originalis iustitiæ; sicut & causa ęcitatis est, qui aufert visum, quamuis entia rationis non habeãt causam productiuã dantem eis esse extra animam, tamen requirunt causam, vt circa subiectũ concipi possunt.

¶Hoc notato arguitur pro conclusione primò, solùm primum peccatum primi parẽtis in posteros traducitur; igit' cõclusio vera. Antecedens patuit q.81.ar.2. tenet cõsequentia, quia ab vna causa numero vnius rationis, & defectiua, causat in vno receptiuo vnus defectus in numero; & ꝙ sit vnum proportione patet, quia omnibus inest in respectu, & habitudine ad vnum principium.

¶Nota autẽ, ꝙ quia actualia alia a primo peccato nullum defectum causant in nobis, sed solùm vnum peccatum. s. primum, causat in nobis defectum originalem; ideo oportet, ꝙ causet in omnibus similem defectum, & proportionabilem. Nec obstat, ꝙ Sol, & cęlum vnum existens causet diuersos effectus specie in inferioribus; tum primò, quia ibi sunt diuersa recipientia, & diuersæ dispositiones materiæ, in proposito autem receptiua sunt eiusdem rationis, quia omnes recipiunt illum defectum, inquantum naturales filij Adæ progeniti ab eo sm seminalem rationem; tũ secundò, quia Sol est causa perfectiua, supereminenter continẽs plures effectus specie. peccatum autem primũ Adæ non est causa perfectiua, sed destructiua, & defectiua; quare nõ causat in suo gñe causandi nisi vnum defectum, quia non demeruit illud peccatum nobis subtrahi nisi iustitiam originalem. Secunda ratio.

¶Alio modo potest accipi ratio eius ex ipsa essentia originalis peccati; in omni enim inordinata dispositione vnitas speciei consideratur ex parte causæ, vnitas autem secundùm numerum ex parte subiecti, sicut patet in ęgritudine corporali; sunt enim diuersæ ęgritudines specie, quæ ex diuersis causis procedunt, puta ex superabundantia calidi, vel frigidi, vel ex læsione pulmonis, vel epatis; & per consequens ex vna causa est vnitas specifica. Si quis enim dolet caput, quia nimis bibit, & alius similiter, habent infirmitates vnius rationis distinctas solùm numero propter distinctionem subiectorum; sed vnitatem specificam habent ex vnitate causæ. Secunda pars patet. Sit' de ęgritudine corporali, quia ęgritudo vna sm speciem in vno homine non est nisi vna numero, quia accidẽtia, & habentia modum accidentium, habent vnitatẽ numeralem ex vnitate subiecti. Et dicit notanter vna sm speciem, non est nisi vna numero in vno subiecto; quia non est inconueniens, vt plures sm speciem, sint etiam plures numero, quia pluralitas specifica fert secum pluralitatẽ numeralem, non ꝙ quælibet habeat plures numero distinctas; sed quia ipse specificè distinctæ sunt etiam numeraliter distinctę, sicut potest quis laborare in stomacho, & epate duabus infirmitatibus specificè distinctis, & quælibet in suo subiecto est vna tñ numero. Patet igitur, ꝙ qñ inordinationes ẽt diuersarum partium prouenium ex vna causa, tunc sunt vna infirmitas specie, & numero in eodem; & in diuersis distinctę numero, & tñ eædem in specie; sed inordinatio peccati originalis oĩum partiũ omniũ hoĩum ꝓuenit ex vna causa; igit', &c.

¶Nota autem D.S. in secundo sententiarum, dist. 33. q. 1. artic. 3. quòd dupliciter contingit esse inordinationem in partibus alicuius totius; vno modo, quia soluitur illa æqualitas, ex qua omniũ partium bona habitudo erat; secundò, quia soluitur aliquod eorum, quod determinatam partem seruabat; sicut contingit fieri debilitatem in partibus corporis, ex eo quòd soluitur æqualitas complexionis, ex qua erat vigor in omnibus partibus corporis, sicut in febre accidit; & ideo vna febris est, qua partes corporis debilitantur, & non singulæ febres in singulis partibus corporis. Contingit autem partes corporis debilitari per hoc, ꝙ defectus est alicuius, in quo virtus membri consistebat, & tunc oportet, ꝙ diuersis partibus diuersæ corruptiones respondeant, sicut ꝙ oculus sit lippus, & pes est claudus, &c. Corruptioni autem communi assimilatur peccatum originale, quod corrumpit oẽs vires, ex dissolutione communis harmoniæ, qua anima omnes, & partes corporis continebat. Peccatum verò actuale corrumpit potentiam, & partem animæ, quãtum ad id, quod est sibi proprium, & plurium potentiarum sunt plures corruptiones, &c. Deinde cum dicit.

¶Causa autem huius corruptæ dispositionis, quæ dicitur originale peccatum, est vna tantùm. s. priuatio originalis iustitiæ, per quam sublata est subiectio humanæ mentis ad Deum; & ideo peccatum originale est vnum specie, & in uno homine non potest esse nisi unum numero, in diuersis autem hominibus est unum specie, & pro portione diuersum numero.

¶Ponit minorem pro secunda ratione, quæ talis est. Priuatio originalis iustitiæ est causa illius inordinationis, per qu am originalem iustitiam, sublata est subiectio humanę mentis ad Deũ, qua cessante, cessauit & subiectio virium ad mentem, & ita sequuta est inordinatio, & rebellio ad mẽtem, &c. sed illa subtractio est vtiq; vna causa, in vno vna numero, in pluribus vna specie, &c.

Soluitur obiectio.

¶Nota circa hæc, ꝙ prima ratio dicit, ꝙ causa originalis peccati est primum peccatum Adæ. Secunda verò ratio dicit, ꝙ priuatio originalis iustitiæ est causa inordinatæ dispositionis, quæ dicitur originale peccatum. Sed illa non contrariantur, quia primum peccatum Adæ est causa prima demeritoria peccati originalis, & quo ad materiale, & quo ad formale; sed priuatio originalis iustitiæ est ſm modum intelligendi causa materialis in originali, sicut remotio prohibentis illud materiale, quia priuatio formaliter remouet iustitiã originalem, qua stante nõ esset illa inordinatio viriũ. Est ergo peccatum Adæ causa demeritoria effectiua originalis; sed priuatio originalis iustitiæ est causa immediata ꝑ actidens, sicut remotio prohibentis materiale in originali, &c.

¶Et confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicẽdum, quòd pluraliter dicitur in peccatis secundùm illum morem Diuinæ scripturæ,

Dub. 1007. Matth. 2. quo frequenter [d] ponitur pluralis numerus pro singulari, sicut Matth. 2. Defuncti sunt, qui quærebant animam pueri; uel quia in peccato originali uirtualiter præexistunt omnia peccata actualia, sicut in quodam principio, vnde est multiplex uirtute; uel quia in peccato primi parentis, quod per originem traducitur, fuerunt plures deformitates, scilicet superbiæ, inobedientiæ, gulæ, & alia huiusmodi; uel quia multæ partes animæ inficiuntur per peccatum originale.

¶Dicendum ad maiorem quadrupliciter. Primò, quia secundum modum scripturæ vtitur plurali pro singulari, sicut dicitur defuncti sunt, qui quærebant; & tamen vnus solus. s. Herodes, quærebat animam pueri. Secundò dicit, quòd dicitur pluraliter, non quia actu plura sint, immo actu & in se vnum, multa tamen virtute, &c. Tertiò, quia in originali aliquis participat peccatum originale originans, quod esto esset vnum secundùm subſtãtiam actus, erat tamen multiplex in deformitate, &c. Quartò dicitur in plurali propter effectum eius, qui est inficere multas partes animæ. Non autem intelligitur, quòd sit multiplex in vno secundum se; quare concessa minore, negatur consequentia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vnus habitus non potest inclinare per se, & directè, ideſt per propriam formam ad contraria, sed indirectè, & per accidens. s. per remotionem prohibentis; sicut soluta armonia corporis mixti, elementa tendunt in loca contraria; & similiter soluta armonia originalis iustitię, diuersæ animæ potentiæ in diuersa feruntur.

¶ Dicendum ad maiorem, vnus & idem habitus non inclinat ad contraria directè. Verum, quia ex natura sua mouet, & disponit ad vnum actum sibi conuenientem, & ita per se, & directè mouet ad vnum. Sed dico, ꝙ idem habitus potest inclinare, & mouere per accidens ad contraria, inquantum remouet prohibẽs contrarios motus, sicut abeunte virtute, quæ miscibilia in mixto continebat, sequuntur motus diuersi diuersorum per illam virtutem contentorum. Ad minorem, si intelligitur directè, negatur, sed conceditur, quòd per accidens, quia remouet iustitiam originalem, quæ omnia peccata cohibuisset. Sed negatur consequentia, quia non est inconueniens, vt idem remouens prohibens, sit causa per accidens diuersorum motuum; sicut si quis remoueat columnam (super qua diuersa, & diuersarum conditionum contineantur) talis vnus, & per vnam remotionem erit causa diuersorum motuum, sed non directè, & per se; sed natura in eis existens est per se causa mouens, &c.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ peccatum originale inficit diuersas partes animæ, secundùm quòd sunt partes unius totius, sicut & iustitia originalis continebat omnes animæ partes in vnum; & ideo est vnum tantùm peccatum originale, sicut etiam est vna febris in vno homine, quamuis diuersæ partes corporis grauentur.

¶Dico ad maiorem, peccatum originale inficit omnes animæ partes, non quamliber ſm se, & ratione dissolutionis alicuius, qđ pertineat ad partem aliquam determinatam tantùm, sed inficit omnes partes ratione dissolutionis communis harmoniæ, quæ se extendebat ad omnes partes, sicut in primo notabili dictum fuit de febre, quæ vna existens inficit omnes partes corporis ratione dissolutionis communis æqualitatis humorum. Ad minorem, diuersæ partes animæ sunt diuersa subiecta peccati. Dico, ꝙ diuersæ partes animæ sunt diuersa subiecta peccati actualis. Et hoc patet ex præmissis. s. in q. 74. sed nõ sunt diuersa subiecta originalis, immo oẽs simul sunt vnum subiectum originalis, quia, vt patuit notabili primo) tale originale est inordinatio, quæ tollit æqualitatem, & harmoniam extendentem se ad omnes partes. Actuale verò tollit, quod respicit potentiam determinatè. Vltra. Cum igitur vnum peccatum non possit esse in diuersis subiectis. Dico, ꝙ vera est de actuali præsertim, quia hoc saltem non est ſm idem in diuersis subiectis, & non est in diuersis disparatis. Dico etiam, ꝙ originale vnum non est in diuersis subiectis, sed est in vno subiecto habente plures partes. Quare negatur consequentia, quia cum peccatum originale sit peccatum naturæ humanæ, sicut natura humana ex multis partibus componitur, & tamen vna est, ita multa concurrunt ad originale peccatum. s. defectus diuersarum partium humanæ naturæ. Vnde posset dici, ꝙ peccatũ originale vnum in vno homine nõ est vnum vnitate simplicitatis, quasi dicat vnum defectum tantùm, sed est vnum vnitate quasi aggregationis, & ordinis; quare esto inficiat multas partes; quia tamen ex vna causa prouenit illa infectio, & quia inficit partes, vt sunt vnius totius, ideo in vno homine est vnum originale.

Item peccatum, ut positi esse in diuersis subiectis.

¶Nota circa hoc, ꝙ harmonia iustitiæ originalis extendebat se ad omnes partes corporis, & per eius subtractionem causata est dissolutio omnium partium, non quia illa iustitia inesset omnibus membris formaliter, illa enim non est mens D.S. vt patet prima par. q. 97. art. 1. quia corpus non erat indissolubile per aliquem immortalitatis vigorem in eo existentem, sed inerat animę vis quædam supernaturaliter diuinitus data, per quã poterat corpus ab omni corruptione præseruare, quãdiu Deo subiecta mansisset; ita ꝙ illa virtus extẽdebat se effectiuè ad omnes partes, formaliter autem soli animæ inerat. Quãquam Sco. nulla ratione ductus, in 2. dist. 19. q. 1. non videat quomodo qualitas in anima posita, possit præseruare corpus passibile, ne patiatur a contrario. Sed non satis aduertit, nec tribuit Scotus auctoritati B. Augustini, qui vult hominem sibi fuisse auctorem vitę, nec in re dubia maior ratio auctoritate Diuina, quæ per sanctos eius innotescit.

An originalis iustitia fuerit formaliter in corpore.

Scotus.

Vtrum peccatum originale sit concupiscentia. H

AD tertium sic proceditur. Vĩ, ꝙ peccatũ originale non sit concupiscentia, omne enim peccatum est contra naturam, vt dicit Damasc. in 2. lib. * sed concupiscentia est secundùm naturam, est enim proprius actus virtutis concupiscibilis, quæ est potentia naturalis; ergo concupiscentia non est peccatum originale.

3. q. 13. art. 3. co. Et. d. 30. q. 1. art. 3. co. Ad. 2. & in expos. lit. Et dicit. q. 1. art. 1. ad 3. Et dicit. q. 1. art. 2. ad 1. 3. & 4. Et Mal. q. 1. art. 7. co. & ad 8. q. 1. art. 2. & per tot. 2. artĩ. q. 1. 2. & artic. 4. & ad 16.

¶ 2 Præt. Per peccatum originale sunt in nobis passiones peccatorum, vt patet per Apostolum Roman. 7. Sed multæ aliæ sunt passiones præter concupiscentiam, vt supra habitum est; * ergo peccatum originale nõ magis est concupiscentia, quàm aliqua alia passio.

* Damasc. lib. 2. c. 4. Rom. 7. * q. 13. de * Articul. primum. * Aug. lib. 1. cap. 1.

¶ 3 Præterea. Per peccatum originale deordinantur omnes animæ partes, vt dictum est; * sed intellectus est supremus inter animæ partes, vt patet per Philosophum in decimo Ethicorum; * ergo peccatum originale magis est ignorantia, quàm concupiscentia.

¶Sed contra est, quod Aug. dicit in lib. Retractatio. * Concupiscentia est reatus originalis peccati.

¶Hic

¶Hic quærit iterum de quidditate originalis; an sit concupiscentia, nam sancti aliquando dixerunt, quòd sit concupiscẽtia.

¶Nota, quòd per concupiscentiam non intelligitur actualis motus concupiscibilis, sed intelligitur pronitas inferiorum viriũ a voluntate mobilium ad inordinatè appetendum, ita tamen, quòd sub ista concupiscentia comprehendatur, & ignorantia, & breuiter defectus omnium aliarum potentiarum a voluntate, cuius voluntatis defectus proueniens ex originali dicitur malitia, quæ est destitutio voluntatis ab originali iustitia, secundum quã incurrit pronitatem ad mala eligendum, quæ malitia voluntatis est formale originalis.

¶Respondeo dicendum, quòd vnumquodque habet speciẽ a sua forma, dictum est autem supra. * quòd

* Art. præc.

species peccati originalis sumitur ex sua causa, vnde oportet, quod id, quod est formale in originali peccato, accipiatur ex parte causæ peccati originalis.

¶ D. S. in corpore præmittit primò vnam conclusionem fundamentalem, ex qua secundò procedit ad probandã conclusionem responsiuam circa finem, ibi oppositorum, &c. Conclusio fundamentalis est ista. Oportet, quòd id, quòd est formale in originali peccato accipiatur ex parte causæ peccati originalis, ideſt id, quòd se tenet ex parte causæ peccati originalis, scilicet quo ad materiale, & concupiscentiam, hoc sit formale; ita quòd defectus ille, qui est in causa alterius defectus, dicendus est formale, & defectus causatus materiale. Constat autem iuxta dicta, quòd ideo homo incurrit pronitatem, & concupiscentiam, quia volũtas auertit se a Deo. Et ideo auersio voluntatis habitualis, quę est carentia originalis, erit formale. Ad hoc tendit ista conclusio, probatur cõclusio; Ab eo accipitur formale, a quo accipitur species, sed species peccati originalis sumitur ex causa, igitur conclusio vera. Maior patet, quia vnumquodque habet speciem a sua forma, & per consequens ab eodem sumitur formale, & species. Minor patet ex arti. 2. quia originale est dispositio inordinata, quæ habet speciem ex causa, & ergo vult conclusio, quod illud erit formale, qđ est ex parte causæ. s. voluntatis se a Deo auertentis.

¶Oppositorum autem oppositæ sunt causæ, est igitur attendenda causa originalis peccati ex causa originalis iustitiæ, quæ ei opponitur; tota autem ordinatio originalis iustitiæ ex hoc est, quòd voluntas hominis erat Deo subiecta, quæ quidẽ subiectio primò, & principaliter erat per voluntatem, cuius est mouere omnes alias partes in finem, vt supra dictũ est. * vnde ex auer-

* q. 9. art. 1. & 3.

sione voluntatis a Deo consecuta est inordinatio in omnibus alijs animæ viribus. Sic ergo priuatio originalis iustitiæ per quam voluntas subdebatur Deo, est formale in peccato originali.

¶ Hic consequenter D. S. satisfacit quęsito tali conclusione bimembri cum restrictione. Peccatum originale materialiter quidem est concupiscentia, formaliter est defectus originalis iustitiæ. Circa istam conclusionem D. S. primò probat eius secũdam partem, secundò primam; ibi. Omnis autem alia, &c. Probatur ergo secunda pars conclusionis sic. Quicquid se tenet ex parte causæ inordinationis virium inferiorum, hoc se habet formaliter in originali, sed defectus originalis iustitiæ est huiusmodi, igitur conclusio vera. Maior nota ex supra dictis circa conclusionem fundamentalem. Minor probatur, id est formale in peccato, quod accipitur ex parte causæ peccati originalis, sed priuatio originalis iustitiæ accipitur, & tenet se ex parte causæ peccati originalis, igitur minor vera. Maior nota. Minor probatur, priuatio originalis iustitiæ accipitur ex parte voluntatis auersæ a Deo, igitur ex parte causæ originatur peccati. Antecedens patet, quia priuatio originalis iustitiæ sicut, & iustitia ipsa principaliter est voluntatis. Tenet consequentia, quia oppositorum oppositæ sunt causæ, sed tota ordinatio originalis iustitiæ ex hoc est, quòd voluntas hominis erat subiecta Deo, quæ habet mouere omnes alias partes in finem, igitur ex auersione volũtatis a Deo consequuta est inordinatio in omnibus alijs animæ viribus, quę inordinatio est materiale originalis, igitur patet consequentia, quòd voluntas est causa originalis peccati; & per cõsequens id, quod tenet se, ideſt respicit voluntatẽ & est eius defectus, est causa defectus in alijs potentijs; & sic per consequens auersio habitualis, qui est defectus originalis iustitiæ in voluntate, præintelligitur quasi principium defectus, & deordinationis in alijs viribus, ita quòd ordine naturæ voluntas præintelligitur priuata originali iustitia, antequam aliæ vires intelligantur deordinatæ; sic ꝙ sicut in actuali peccato Adæ prius erat actualis auersio voluntatis, quàm corruptio naturæ, & inordinatio viriũ, ita in originali oportet ꝓintelligere auersionẽ, & defectũ quasi habituale in volũtate, anteq̃ itelligat habitualis cõcupiscẽtia. Et hoc patet, ꝙa priuatio originalis iustitiæ tenet se ex parte causæ. s. volũtatis auersæ, immo est eius auersio, & ꝓ cõsequẽs ex parte causę, &c.

¶ Circa iam dicta nota primò, quòd sicut est in actuali peccato actualis auersio, & actualis conuersio; sic & proportionabiliter est in originali. Auersio autem, quæ est in actuali attribuitur voluntati, cuius est principaliter ad Deum conuerti, vt patet ex dictis supra. conuersio autem est omnium potentiarum mobilium a voluntate; sic in originali peccato est auersio, & conuersio, non quidem in ipso actu, sicut est in actuali, sed in anima, & natura ipsa secundùm diuersas potentias, per iustitiam enim originalem principaliter conuertebatur voluntas in Deum habitualiter, & aliæ vires mobiles ea mediante, & inferiores vires subdebantur voluntati, nec ferebantur proprio impetu in sua obiecta, sed conuertebantur iuxta imperium voluntatis inhærentis Deo; quare in originali peccato, quod directè opponitur iustitiæ originali, voluntas ipsa destituta est iustitia originali, & per consequens auersa a Deo, quę carentia dicitur auersio habitualis quasi quia videlicet non est per habitum iustitiæ originalis vnita Deo. Et ex illa auersione a Deo vires aliæ cõuertuntur, & habiles sunt conuerti ad inferiora secundùm proprium impetum, & talis habilitas quasi habitualis vocatur concupiscentia, & est materiale in originali.

In originali est auersio, & conuersio.

¶Nota secundò, quòd carentia, & defectus iustitiæ originalis vocatur formale in originali, & concupiscentia materiale, iuxta D.S. in de Malo. q. 4. ar. 4. quia vt iam tactum est, iustitia originalis debebatur principaliter voluntati, tanquam motrici aliarum virium, & per consequens eius defectus est principaliter in volũtate, id autẽ, ꝙ est ex parte agentis, & mouentis est sicut formale; quod autem est ex parte mobilis, & patientis, habet se sicut materiale, & ideo cum carentia originalis iustitiæ se habeat ex parte voluntatis, ex parte autem aliarum virium sit pronitas ad inordinatè appetendum, ideo defectus voluntatis habet se vt formale; quia muis enim omnes vires careant iustitia originali, quia tamen ipsa erat ꝓtincipaliter volũtatis, ideo carentia eius sibi principaliter attribuitur. Secundum autem D.S. 2. di. 30. q. 1. ar. 3. ideo carentia iustitiæ originalis est formale, ꝙa sicut in peccato actuali ipsa subſtãtia actus est materiale, sed deordinatio a fine est formale, ita in peccato naturæ, quod est originale, ipsa deordinatio naturæ, & virium eius est sicut materiale, & deordinatio a fine est sicut formale; voluntatis autem natura est fini coniungi, & ordinem ad finem omnibus imponere. Et ideo destitutio volũtatis ab illa rectitudine ad finem quã habuit in institutione naturę in ipso peccato originali est formale, & hoc est defectus vel priuatio iustitiæ originalis, per hanc enim rectè se habuit ad finem. Aliæ autem vires natæ sunt recipere a voluntate ordinem ad finem. Et ideo subtractio vinculi, qno sub potestate voluntatis continebantur est materiale. Et ex hac subtractione sequitur cõcupiscentia habitualis, quæ dicitur materiale, &c. Ille est modus dicendi D.S. in secundo. Sed hic in isto ar. D.S. vtitur alio medio declarandi, quare illa carentia originalis iustitiæ originalis sit formale, quia videlicet est, vel tenet se ex parte causæ ipsius concupiscentiæ, id autem quod est ex parte causæ, habet se formaliter, semper etiam, quod est in effectu ex superiori causa, se habet vt formale respectu conditionis conuenientis effectui ex causa inferiori; & sic in proposito concupiscentia prouenit, & est ex priuatione originalis iustitiæ, quæ primò secundum effectũ erat in voluntate, &c. Potest & alius modus esse, quia illud materiale non haberet rationem peccati, nisi propter illud formale. Si qs enim miraculosè formatus haberet concupiscentiã, & non a destitutione originalis iustitiæ, non esset peccatum. Sed quia a carẽtia iustitiæ debitæ, ideo est peccatum. Deinde cum dicit.

¶ Omnis autem alia inordinatio virium animæ se habet in peccato originali sicut quiddam materiale, inordinatio autem aliarum virium animæ præcipuè in hoc attenditur, quòd inordinatè conuertuntur ad bonum commutabile, quæ quidem inordinatio communi nomine potest dici concupiscentia; & ita peccatum originale materialiter quidem est concupiscentia, formaliter verò est defectus originalis iustitiæ.

¶ Probat primam partem cõclusionis responsiuæ. Et arguitur sic, inordinatio aliarum virium se habet vt materiale in peccato originali. Sed talis inordinatio præcipuè in hoc attenditur, qđ inordinatè conuertuntur ad bonum commutabile, substumitur. Sed talis inordinatio communi nomine potest dici cõcupiscẽtia igitur prima pars cõclusionis vera, qđ materiale est cõcupiscẽtia.

¶ Nota autem, quod materiale peccati originalis vt tactũ est, inuenitur in omnibus potentijs, immo in corporis partibus, quæ secundum inclinationem contrariam tendunt in corruptionem, sed differenter; quia talis concupiscentia, & materiale originalis in his, quæ non obtemperant voluntati, sicut & pars vegetatiua inuenitur sub ratione pœnæ non culpæ. Sed in his, quæ natæ sunt obedire voluntati inuenitur sub ratione culpę non quidem actualis, sed originalis; ita quòd ignorantia, quæ est carẽtia illius scientiæ naturalis, quam homo in primo statu habuisset, sit peccatum originale, similiter pronitas sensualitatis. Sola tamẽ quasi habitualis

habitualis malitia voluntatis, q̃ eſt deſtitutio voluntatis a recto ordine ad Deũ ſit principale, & formale in ordine ad inordinationes aliarũviriũ. Idem enim intelſt per malitiam volũtatis,& deſtitutionem originalis,vel ſaltem illa malitia hanc deſtitutionem ſequitur immediatè,&c.De hoc q.ſeq.ar.2.& 3. Patet ex his omnibus, quòd peccatum originale complectitur duos defectus partiales,primum,& principalẽ, qui & eſt cauſa, vel ſe tenet ex parte cauſę alterius,ſcilicet defectum iuſtitiæ originalis,qua præſente ſecundus defectus non haberet locum,ſcilicet inordinatio virium;alium autem,ſcilicet inordinationem inferiorum viriũ, qui cauſatur ex primo,&c.Patet etiam,q̃ cõcupiſcentia nõ dicit totum,quod eſt principalius in peccato originali, ſcilicet formale,ſed quod minus principale eſt,ſcilicet materiale, &c. Et p hoc patet ſatis reſponſio ad quæſitum articuli,quia peccatũ originale eſt partialiter concupiſcentia, &c.

¶Et confirmatur concluſio argumento in contrarium.

¶ Circa illud argumentum in oppoſitum, quod fundatur in auctoritate Beati Aug.cũ dicit concupiſcentia eſt reatus peccati.

¶ Nota, quòd ſub concupiſcentia vt dictum eſt, intelligitur omnis inordinatio facta in viribus,& partibus animæ, & corporis per carentiam originalis iuſtitiæ. Illa igitur concupiſcentia eſt reatus peccati originalis, ſcilicet cum relatione ad peccatum primi parentis ; defectus enim ille non habet rationem culpæ, niſi vt voluntarius voluntate primi parentis, a quo per vitiatam originem traducitur ; & ſecundò,talis defectus cum illa relatione inuentus in natura prolis,habet rationem peccati originalis, dummodo ſit in ſubiecto ſuſceptio culpæ. Nam ſecundùm Auguſtinum,primo retractationum. Concupiſcentia dicitur peccatum,quia eſt a peccato facta. Quare concupiſcentia in ſubiecto ſuſceptiuo culpæ eſt reatus, & culpa originalis materialiter,cum relatione ad peccatum Adę,ſecundùm ſe autem,eſt pœna vel defectus;vnde non eſt tã reatus illa cõcupiſcẽtia,quã culpa originalis vt eſt a peccato primi parentis,& in ſubiecto capaci culpæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd in homine cõcupiſcibilis naturaliter regitur ratione , intantum concupiſcere eſt homini naturale inquãtum eſt ſecundùm rationis ordinem;concupiſcentia autem,quæ tranſcendit limites rationis ineſt homini contra naturam, & talis eſt concupiſcentia originalis peccati.

¶ Maior vera,vt patuit ſupra q.71.ar.2.quia peccatum ſicut,& vitium,eſt contra naturam hominis,vt homo eſt, inquantum eſt contra rectam rationem. Ad minorem dico, quòd concupiſcentia abſolutè accepta,& concupiſcentia ſecundùm ſenſum eſt naturalis homini in quantum animal. Sed concupiſcentia ordinata ſecundùm ordinem rationis eſt naturalis homini vt ſic.Concupiſcentiæ autem , quæ eſt præter ordinem rationis , eſt contra naturã hominis vt rationalis,& homo, & vt inſtitutus eſt in prima inſtitutione. Et dico,quòd talis concupiſcentia accepta pro deordinatione cuiuſlibet virtutis tendentis vel malè diſpoſitę cõtra ordinem rationis,eſt materiale peccati originalis.

¶Ad probationem dico primò, quòd non accipitur hic cõcupiſcentia vt eſt proprius actus concupiſcibilis, ſed modo qui dictus eſt.Secundò dico,quòd concupiſcentia in propoſito eſt inordinatio potentiæ quidem naturalis ſecundùm rationem generis & abſolutè accepta. Sed talis potentia non eſt naturalis homini vt ſic,& ſecundùm naturam inſtitutam, niſi ſecundùm quòd ſubditur rationi naturali,& ſequitur appetitum ſuperiorem,ſcilicet voluntatem ordinatam.Secundum enim Philoſophum tertio de anima naturale eſt homini vt ſic, quòd inferior ſphæra moueat a ſuperiori,vnde negatur conſequentia,quòd cõcupiſcẽtia inordinata habitualis non ſit peccatum originale , quia dicitur talis concupiſcentia habilitas ad cõcupiſcendum contra rationẽ, quæ habilitas eſt inordinatio naturæ, quæ nõ debet ineſſe,immo oppoſitum eius, ſcilicet ordinata diſpoſitio ad benè concupiſcendum,& ordinata diſpoſitio naturæ.Benè autem probatur, quòd concupiſcentia actualis vel etiam habitualis poſitiua , & perſonalis non ſit originale,nec hoc dictum eſt. De illa ſolutione primi benè loquitur ad propoſitum D.S.in ſecundo diſt. 30.q.1.ar. 1.ad quartum,vbi dicit,ſecundùm hoc ergo dico, quòd vis concupiſcibilis naturale hoc habet vt in delectabile ſecundùm ſenſum tendat,ſed ſecundùm quòd eſt concupiſcibilis humana, habet vlterius vt tendat in ſuum obiectum ſecundùm regimen rationis. Et ideo,quòd in ſuum obiectum tendat irrefrenatè , hoc non eſt naturale ſibi inquantum humana , ſed magis contra naturam eius inquantum huiuſmodi , & ſecundùm hoc rationem pœnæ habere poteſt,maximè conſiderata humana natura, ſecũdum quòd tota eſt ſub regimine rationis vt in prima ſui conditione fuit.Hæc ille.

¶ Ad ſecundum dicendum,quòd ſicut ſupra dictum
q.25.ar 1. eſt. paſſiones irascibilis ad paſſiones concupiſcibilis reducuntur ſicut ad principaliores inter quas concupiſcentia vehementius mouet,& magis ſentitur , vt ſupra habitum eſt.* & ideo concupiſcentiæ attribuitur tanquam principaliori , & in qua quodammodo omnes * q.23.ar. 2.ad primũ aliæ paſſiones includuntur.

¶ Concedantur omnia,vſque ibi, ergo &c.verum eſt enim,q̃ non ſolùm inordinatio concupiſcibilis continetur ſub materiali peccati originalis, immo & deordinatio iraſcibilis continetur, & ſub ratione culpæ, ita quòd etiam corruptio iraſcibilis materialiter ſe habet in peccato originali. Sed negatur conſequẽtia, quòd non ſit illa inordinatio virium dicenda concupiſcentia,duplici ratione. quarum vnam habet D.S.in ſolutione,quia videlicet paſſiones iraſcibilis ad concupiſcibilis paſſiones reducuntur vt patuit ſupra.q.25.ar.1.Et inter has paſſiones concupiſcentia vehementius mouet , & magis ſentitur vt patuit ſupra.q.25. articulo 2. ad primum.Et ideo nomen concupiſcentiæ aſſumitur ad ſignificandam in ordinationem quarumcumque potentiarũ mobilium à voluntate.

¶ Secunda ratio,quia peccatum originale traducitur per actũ generationis in quo maximè eſt delectatio , circa quam apparet inordinatio concupiſcibilis; vnde concupiſcibilis dicitur non ſolùm corrupta,ſed etiam infecta,vt patebit quæſti. ſequenti. arti. vlti.inquantum per huiuſmodi actum traducitur peccatum originale. Quare inordinatio cauſata in prole denominatur a ſuæ cauſæ principio , videlicet a concupiſcentia , quæ viget in actu generationis naturæ.

¶ Ad tertium dicendum , quòd ſicut in bonis intellectus, & ratio principalitatem habent,ita èconuerſo in malis inferior pars animæ principalior inuenitur , quæ obnubilat, & trahit rationem, vt ſupra dictum eſt.* & propter hoc peccatum originale magis dicitur eſſe cõcupiſcentia,quàm ignorantia,licet etiam ignorantia inter defectus materiales peccati originalis cõtineatur. * q.10.ar. 2. in corp.

¶ Maiorem concedo,& minorem,& dico,quòd etiam inordinatio intellectus , & virtutis cogitatiuæ ſe habet materialiter in peccato originali,defectus, ſcilicet ſcientiæ naturalis,quam homo in primo ſtatu habuiſſet. ſimiliter defectus diſpoſitionis quã homo habuiſſet in ſenſibus interioribus mox natus.Sed negatur conſequentia, quia magis ſolemus defectum intellectus attribuere parti inferiori ſenſuali,quæ obnubilat intellectum , vt patuit ſupra q.80.ar.2.in cor.ideo & defectum intellectus magis nominamus nomine inferioris partis, quàm è contra.nominemus defectum inferioris potentiæ nomine ſuperioris partis , quia intellectus,& ratio principalitatem habent in bonis.

¶ Nota autem circa dicta , quòd concupiſcentia quidem habitualis habet rationem culpæ originalis , in potentijs quę poſſunt eſſe ſubiectum peccati. Hoc tamen non eſt niſi quando eſt cum carentia originalis iuſtitiæ.Et ideo in baptiſmo recuperata iuſtitia originali in ſuo æquiualenti vt patet art. 1.q.81.talis cõcupiſcentia eſto maneat , non tamen habet rationem peccati, etiam poſtea iterum amiſſa gratia , quia non redit debitum habendi iuſtitiam originalem, & cauſa originalis peccati , cũ quo debito, concupiſcentia habet rationem culpæ,aliàs non. Vnde dicitur,quòd peccatũ originale in baptizato manet actu,& tranſit reatu,qui reatus erat per ſeparationẽ ſuperioris partis a Deo, quæ in baptiſmo reunitur,&c. Vide D. S.in ſecundo ſententiarũ diſt.32.q.1.ar.1.ad 6.&c.quia etiam in peccatis actualibus contingit diſpoſitionem peccati remanere,gratia adueniente.Et tũc ſi ex diſpoſitione illa aliquis actus ſequatur,rationem peccati habebit,quamuis diſpoſitio illa, quæ actum cauſat, culpa non eſſet ita etiam quamuis concupiſcere , quod eſt actus ſomitis poſt baptiſmum ſit culpa,non tamen oportet quòd fomes poſt baptiſmum ſub ratione culpæ remaneat,hæc ille.Vide ibidem ſolutionem ſecundi.Non redit macula alicuius peccati , quãtumcumq; gratia ſubtrahatur,niſi per reiterationem cauſæ, cauſa autẽ per quã macula originalis peccati relinquebatur in anima erat ipſa propagatio humanæ naturæ, quam impoſſibile eſt reiterari circa eundem hominem Et ideo macula originalis redire non poteſt.Sed defectus ille gratiæ,qui per mortale incidit,erit macula vel luxuriæ vel homicidij,& ſic de alijs.

Vtrum peccatum originale ſit æqualiter in omnibus.

AD quartum ſic proceditur . Videtur,quòd peccatum originale non ſit æqualiter in omnibus, eſt enim peccatum originale concupiſcentia inordinata, vt dictum eſt.* ſed non omnes æqualiter ſunt proni ad concupiſcendũ,ergo peccatum originale non eſt æqualiter in omnibus. 1 2.d.32.q.1. ar.1. * Arg.pro

¶ 2. Præterea. Peccatum originale eſt quædam inordinata diſpoſitio animæ, ſicut ægritudo eſt quædam inordinata

inordinata diſpoſitio corporis , ſed ægritudo recipit magis , & minus ; ergo peccatum originale recipit magis , & minus.

¶ 3 Præterea. Auguſt.dicit in libro de nuptijs, & concupiſcentia.* quòd libido tranſmittit originale pec
* Auꝓ. ca. 23.& 24. catum in prolem , ſed contingit eſſe maiorem libidinẽ vnius in actu generationis,quàm alterius; ergo peccatũ originale poteſt eſſe maius in vno , quàm in alio.

¶ Sed contra eſt, quia peccatum originale eſt peccatum naturæ , vt dictum eſt. * ſed natura æqualiter eſt in
* q.præcc. ar.2. omnibus, ergo & peccatum originale.

¶ Hic quærit de quodam dubio,quod oritur circa dicta, an videlicet peccatum originale ſit æqualiter in omnibus , quia enim originale eſt peccatum naturæ,ideo videtur æquale ; quia autem concupiſcentia videtur inęqualis, non enim oẽs videntur æqualiter concupiſcibiles vel concupiſcitiui.

¶ Nota autem,quòd D. S. in hoc arti.videtur ſolùm probare, quòd formale originalis ſit æquale , ſcilicet defectus originalis iuſtitiæ,& habitudo hominis ad primum parentem.Sed tamẽ ex ſolutione primi argumenti etiam haberi poteſt, quòd naturale ipſum ſecundum quòd reſpicit naturam, & conſequitur formale ipſius originalis,ſcilicet ſubtractionem rectitudinis,quæ omnes vires animæ in vnum continebat, ſit æquale in omnibus , & quia etiam materiale proportionatur formali.Ideo habita æqualitate formalis,habetur & æqualitas materialis, &c.

¶ Reſpondeo dicendum , quòd in originali peccato ſunt duo,quorum vnum eſt defectus originalis iuſtitię, aliud autem eſt relatio huius defectus ad peccatum primi parentis , a quo per vitiatam originem deducitur; quantum autem ad primum peccatum originale non recipit magis,& minus , quia totum donum originalis iuſtitiæ eſt ſublatũ ; priuationes autem totaliter aliquid priuantes vt mors, & tenebræ non recipiunt magis , & minus, ſicut ſupra dictum eſt.*
*q.73.ar.2.

¶ Quia D.S.diſtinctè reſpondet ad quæſitum, ideo primò præmittit diſtinctionem bimembrem mouentem ipſum ad talem diſtinctam reſponſionem.Secundò ponit duas concluſiones reſpõſiuas correſpondentes.Primam ponit ibi. Quando autem.Secũdam ibi,Similiter. Circa primum dicit,quòd in originali ſupple etiam pro formali accepto ſunt duo. Vnum eſt defectus originalis iuſtitiæ.Aliud autem relatio huius defectus ad peccatum primi parentis,a quo per vitiatam originem deducitur , non enim ſufficit primum ad rationem culpæ;ſi quis enim iuxta dicta in q. 81.ar.4.formaretur ex lapide,poſſet habere defectum originalis iuſtitiæ ſine ratione culpæ,quia eſſet defectus negatiuus ; ſed habitudo ad primum peccatum primi parentis cõſtituit talem defectum in ratione priuationis,& voluntarij; natus enim ex Adã debitor iuſtitiæ originalis , & defectus ipſius eſt voluntarius quo ad peccatum Adæ , quare ex illa habitudine trahit rationẽ culpæ, vt etiam tactum fuit art.præced. circa argum.in oppoſitũ. Hac diſtinctione nota conſequenter cum dicit,quantum ad primum ponit primam concluſionẽ reſponſiuam quę talis eſt.Quãtum ad primum , ſcilicet defectum originalis iuſtitiæ peccatum originale non recipit magis,& minus,& ſic eſt æquale. Probatur concluſio , priuationes aliquid totaliter priuantes non recipiunt magis,& minus,ſed defectus ille eſt huiuſmodi,ergo. Maior patuit ſupra q.73.ar.2. Et patet exemplariter de morte,& tenebra,quæ dicuntur priuationes , quia conſiſtunt in priuato eſſe,&c. Minor patet , quia originale nihil relinquit de originali iuſtitia,immo totum donum originalis iuſtitiæ eſt ſublatum. Nõ enim in aliquo remanet aliquid ipſius Deinde ibi.

¶Similiter etiam nec quantum ad ſecundum,æqualiter enim omnes relationem habent ad primum principium vitiatæ originis, ex quo peccatum originale recipit rationem culpæ; relationes enim non recipiunt magis,& minus, vnde manifeſtum eſt, quòd peccatum originale non poteſt eſſe magis in vno,quã in alio.

¶ Inducit ſecundam concluſionem talem.Similiter nec quantum ad ſecundum,ſcilicet relationem huius defectus ad primum parentem, originale recipit magis nec minus.Probatur concluſio , omnes homines æqualiter habent relationem ad primum principium vitiatæ originis, ſcilicet Adam peccantẽ primo peccato,ex qua relatione originale peccatum recipit rationem culpæ,ergo concluſio vera, conſequentia patet.Antecedens probat, quia relationes non ſuſcipiunt magis,& minus,præſertim ſecũdum ſe, & ratione terminorum; non enim eſt minus filius, qui generatur vigeſimo loco,quam qui primo loco generatur.

¶ Nota autem,quòd relationes eſto quando que recipiant magis,& minus rtaione fundamenti, non quidem quia fundamentum ſuſcipiat magis,& minus,ſed ratione alteritatis, quæ cõtingit in fundamento , ſiue dicatur magis, & minus, ſiue maius, & minus,non tamen hoc poteſt contingere in propoſito,quia fundamentum huius relationis ad Adam eſt generatio naturalis vt ſic ſecundùm rationem ſeminalem factam, quod æqualiter eſt in omnibus. Et licet vnus poſt alium ſit genitus,hoc tamen non variat habitudinem;quare ex illa parte nulla eſt inęqualitas,quę concurrat ad diuerſificandum originale, quod ideo contrahitur quia generatur modo naturali ab Adam, prius autem vel poſterius in tempore non facit magis vel minus generari.

¶ Nota etiam,quòd D.S.dicit in antecedente,ex qua relatione peccatum originale rationem culpæ recipit , quia vt tactum eſt in principio,defectus ille eſſet negatiuus,& non voluntarius cõparatus ad hanc perſonam tantùm , ſed vt comparatur ad principium naturæ eſt voluntarius, indirectè ſaltem, & non deberet ineſſe , & per conſequens accipit rationem culpæ; quia defectus voluntarius , qui ineſt , & non debet ineſſe eſt culpa vel in actu vel in natura , &c.

¶ Ex iſtis D. S. infert concluſionem reſponſiuam formaliter ad quæſitum. Peccatum originale non poteſt eſſe maius in vno, quàm in alio, & ſic æqualiter in oĩbus . Patet iſta concluſio ex dictis,quia ſi eſſet maius vel ratione defectus vel ratione relationis ad principium ipſius,ſed nullum horum eſt dicendum,ergo. Maior patet,quia nihil aliud eſt in formali ipſius originalis. Minor deducta eſt per duas concluſiones, quare &c.

¶ Nota circa hæc, quòd iſtæ rationes præſertim ſecunda , quæ eſt pro ſecunda concluſione, directè probat,quòd originale non ſit maius in vno, quàm in alio ſub ratione culpæ, quia æquè volũtarium, & eodem modo cauſatum. Sed an ſub ratione pœnæ ſit maius,& inordinationis virium,tangitur in argumenti primi ſolutione, quòd non, quia peccatum originale eſt peccatum naturæ,quæ eſt æqualis in omnibus,ergo & originale . Et hæc eſt ratio D.S.in primo ſcripto diſt.32.q.1.ar.3.quòd fomes eſt æqualis in omnibus , &c

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ſoluto vinculo originalis iuſtitiæ , ſub quo quodam ordine omnes vires animæ continebantur,vnaqueque vis animæ tendit in ſuum proprium motum,& tantò vehementius quãtò fuerit fortior ; contingit autem vires aliquas animæ eſſe fortiores in vno,quàm in alio propter diuerſas corporis complexiones;quòd ergo vnus homo ſit pronior ad concupiſcendum,quàm alter,non eſt ex ratione peccati originalis,cum in omnibus æqualiter ſoluatur vinculum originalis iuſtitiæ,& æqualiter in omnibus partes inferiores animæ ſibi relinquantur , ſed accidit hoc ex diuerſa diſpoſitione potentiarũ,ſicut dictũ eſt.* * In iſta met. ſolutione.

¶ Ad maiorem,vera eſt concupiſcentia inordinata habitualis tenens ſe ex parte naturæ,ſequens ſubtractionem originalis iuſtitiæ.Et ex hac parte non poteſt intelligi diuerſitas, quia æqualem cauſam habet in omnibus, & ſic quantũ eſt ex originali peccato eſt omnino illa cõcupiſcentia æqualis,& poſtea æquali diſpoſitione indiuiduali erit omnino æqualitas etiam in concupiſcentia actuali. Ad minorem ſi intelligitur, quòd nõ omnes ſunt æqualiter proni ad concupiſcendum ex parte originalis directè, negatur,quia in omnibus æqualiter ſoluitur vinculum originalis iuſtitiæ,ex qua ſolutione ſequitur concupiſcentia habitualis; ſed ſi intelligitur, quòd non omnes ſint æqualiter proni ad concupiſcendum ex parte corporis, & diſpoſitionis indiuidualis, conceditur,ſed non eſt directè ex originali,ſed tantùm indirectè & quaſi per accidens,inquantum ſoluto vinculo originalis iuſtitiæ vnaqueque vis tendit in proprium motum , & tantò fortius quantò fuerit fortior;contingit autem, quòd vires animę in vno ſunt fortiores,quàm in alio propter alietatem complexionis.Negatur autem conſequentia, quia non eſt maior cõcupiſcentia vt ſequitur originale,eſto poſſet eſſe maior concupiſcentia,vel propter naturalem complexionem, vel propter conſuetudinem,ex quibus concupiſcibilis vel iraſcibilis in vno eſt effrenatior in actum ſuum, quàm in alio. Sed hęc complexio, & conſuetudo tenent ſe ex parte perſonę , & indiuidui, ſed nõ ex parte naturę; quare illa concupiſcentia vt eſt materiale originalis tenens ſe ex parte naturæ, eſt æqualis. Patet ex dictis quid ſit dicendum, cum quæritur,an originale etiam quo ad materiale ſit æquale in omnibus,dicitur enim quòd ſic, inquantum pertinet ad originale, vt patet ad tertium infra, ſecus vt concupiſcentia habitualis cõſideratur vt eſt a complexione vel conſuetudine.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ægritudo corporalis non habet in omnibus æqualem cauſam etiam ſi ſit eiuſdem ſpeciei,puta ſi ſit febris ex cholera putrefacta poteſt eſſe maior vel minor putrefactio,& propin-

quior vel remotior a principio vitæ, sed causa originalis peccati in oĩbus est æqualis, vnde non est simile.

¶ Ad maiorem dico, quòd illud sicut tenet quo ad hoc, quòd vtrumque dicit dispositionem inordinatam, & ita ea vsus fuit D.S.in ar.1.sed tamen sunt aliæ mulctæ differentiæ, & vt sufficit in proposito, est differẽtia illa, quia ægritudo corporalis etiã si sit eiusdẽ spẽi in diuersis subiectis, nõ habet semper æqualẽ causam æquè radicatã & æquè periculosam; sicut duæ febres ex cholera causatæ, & sic eiusdẽ speciei, nõ tamen oportet, quòd hæ cholere sint æquè putrefactæ, nec oportet, quòd æquè attingant cor. ex qua sumitur maioritas ægritudinis; in peccato autem originali dispositio inordinata, & materiale, habent vnam causam remotam, & demeritoriam, scilicet peccatum Adæ vnum, & similiter vnam causam propinquam, & immediatam, scilicet defectũ originalis iustitiæ; qui iuxta dicta ar.3. tenet se ex parte causæ, & est prior in ordinatione virium inferiorum, quare concessa minore negatur consequentia, quia maior claudicat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd libido, quę transmittit peccatum originale in prolem non est libido actualis, quia dato, quòd virtute Diuina concederetur, quòd nullam inordinatam libidinem in actu generationis sentiret, adhuc transmitteret in prolem originale peccatum; sed libido illa est intelligenda habitualiter, secundùm quòd appetitus sensitiuus non continetur sub ratione soluto vinculo originalis iustitiæ, & talis libido in omnibus est æqualis.

¶ Ad maiorem libido non actualis, sed habitualis secundùm quòd appetitus non continetur sub vinculo originalis iustitiæ, & libido, quæ dicit deordinationem virium inferiorum. Dico enim quòd si Diuina virtute nulla esset deordinatio in actu illo, nihilominus traduceretur originale. Vnde non libido, quę est in actu generandi, sed concupiscentia, quæ est in generante est causa originalis, quia generans sibi simile generat quo ad naturam; quia autem in patre est destituta natura, ideo similem generat, & in patre etiam iustificato manet originalis materiale, licet non sub ratione culpæ, quæ iam remissa est; gratiam autem suã, quia personalis est, traducere non potest, ideo generatur filius in concupiscẽtia, & sine gratia, & per cõsequens in originali, quare ad maiorem libido vt dicit destitutionem naturæ causat originale, & continet ipsum virtute. Minor negatur de concupiscentia de qua dictum est, quæ est causa originalis, benè volo, quòd concupiscentia actualis, & personalis maior sit, sed illa vt dictũ est non est causa, quia ipsa vel absente vel non existente inordinata, nihilominus causatur orrginale, quare negatur consequentia.

Quæstio Octuagesimatertia.

De subiecto peccati originalis.

DEinde considerandum est de subiecto originalis peccati. Et circa hoc quæruntur quattuor. Primò vtrum subiectum originalis peccati per prius sit caro vel anima. Secundò si anima, vtrum per essentiam aut per potentias suas. Tertiò, vtrum voluntas per prius sit subiectum peccati originalis, quàm aliæ potentiæ animæ. Quartò, vtrum aliquæ potentiæ animæ sint specialiter infectæ, scilicet generatiua, vis concupiscibilis, & sensus tactus.

¶ Postquam determinatum est de quidditate originalis peccati. Hic ostenditur in quo sit subiectiuè. Et primò inquirit in genere, ostendendo ꝙ sit in anima. Secundò inquiritur in speciali an sit in essentia vel potentijs animæ. Et hoc dupliciter. Primò cõparando essentiam ad potentias ar.2. Secundò comparando potentias adinuicem ar.3.& 4.

Vtrum peccatum originale sit magis in carne, quàm in anima.

2.d.18.q.2. art.1. ad 3. Et d.30. q.1.arti.2 .ad 4. Et di. 31. q.2.ar.1.ad 2. & 4.& q. 2. art.1.per totum. Et Veri. q.25. ar.6.cor.& q.27.art.6. ad 2. Et Ma.q.4.ar. 3. & 4. Et Ro. 5.lect. 3.col.2.& 3.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd peccatũ originale magis sit in carne, quàm in anima; repugnantia enim carnis ad mentem ex corruptione originalis peccati procedit, sed radix huius repugnantiæ in carne consistit, dicit enim Apostolus ad Rom.7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, ergo originale peccatum in carne principaliter consistit.

¶ 2 Præterea. Vnumquodque potius est in causa, quàm in effectu, sicut calor magis est in igne calefaciẽte, quàm in aqua calefacta; sed anima inficitur infectione originalis peccati per semen carnale, ergo peccatum originale magis est in carne, quàm in anima.

¶ 3 Præterea. Peccatum originale ex primo parẽte contrahimus prout in eo fuimus secundùm rationẽ seminalem, sic autem non fuit ibi anima, sed sola caro; ergo originale peccatum non est in anima, sed in carne.

¶ 4 Præterea. Anima rationalis creata a Deo corpori infunditur, si igitur anima per peccatũ originale inficeretur, consequens esset, quòd ex sua creatione vel infusione inquinaretur, & sic Deus esset causa peccati, qui est actor creationis, & infusionis.

¶ 5 Præterea. Nullus sapiens liquorem prætiosum vasi infecto infunderet, ex quo sciret ipsum liquorem, infici, sed anima rationalis est præciosior omni liquore, si ergo anima ex corporis vnione infici posset infectione originalis culpæ, Deus qui ipsa sapientia est, nũquam animam tali corpori infunderet, infundit autẽ, non ergo inquinatur ex carne; sic igitur peccatum originale non est in anima, sed in carne.

¶ Sed contra est, quòd idem est subiectũ virtutis, & vitij siue peccati, quod contrariatur virtuti; sed caro nõ potest esse subiectum virtutis, dicit enim Apostolus ad Rom.7. Scio enim, quòd non habitat in me, hoc est in carne mea bonum, ergo caro non potest esse subiectũ originalis peccati, sed solùm anima.

¶ Hic quærit an originale peccatũ magis sit in carne, ꝙ in ala. Pro quo nota, quòd esse subiectiuè alicubi est cõditio, & proprietas accidentis realis, nam inhærere non est nisi entis realis, sicut & inesse, vnde cecitas non inest oculo quasi aliqua forma; sed esse subiectiuè largè pro apprehendi circa aliquid determinatè, & pro alicui attribui, & imputari conuenit etiam enti rationis. Cęcitas enim esto non sit in oculo, sed oculus dicatur cæcus, quia non habet visum; tamen non cęcitatem apprehendimus nõ circa aures, sed circa oculos, quia subiecto habitus attribuitur, & priuatio, quia habitus, & priuatio habent fieri circa idem; peccatum autem originale est priuatio, vt patuit, ideo non quæritur subiectum cui inhæreat realiter, cui attribuatur, & circa quod intelligitur. Sic enim iuxta supra dicta q.71.arti.5. obmissio actus quã constat nihil ponere, attribuitur determinatę potentiæ tãquã ei, quæ agere debuisset, non quòd obmissio sibi inhæreat.

¶ Respondeo dicendum, quòd aliquid potest esse in aliquo dupliciter, vno modo sicut in causa vel principali vel instrumentali, alio modo sicut in subiecto.

¶ D.S.in hoc cor.ar.duo principaliter facit. Primò notat quãdam distinctionem. Secundò iuxta eius membra ponit aliquas conclusiones responsiuas; ibi. Peccatum igitur. Notabile ergo distinctiuum, quòd virtualiter complectitur distinctionem, & subdistinctionẽ, quas expresse ponit in præsenti materia in de Malo.q.4 arti.3. quòd aliquid potest esse in aliquo dupliciter. Vno modo sicut in causa. Alio modo sicut in subiecto, sicut calor aquæ est in aqua vt in subiecto, sed in igne vt in causa effectiua, & intelligitur de causa actiua vel effectiua, qa & esse in subiecto est esse sicut in causa materiali in qua, plerumque enim causa effectiua accidentis, & sustentatiua distinguuntur, licet eadem sit causa sustentatiua, & propria potentia accidentis. Primum membrum subdiuiditur, quia dupliciter aliquid est in causa. Vno mõ principali. Secundo mõ instrumentali, sicut forma domus est in aĩa artificis, sicut in causa principali, sed in serra, & securi, sicut in instrumentali, in lapidibus autem, & lignis sicut in subiecto.

¶ Peccatum ergo originale omnium hominum fuit quidem in ipso Adam sicut in prima causa principali, secundùm illud Apostoli Roma. 5. In quo omnes peccauerunt.

¶ Nota distinctionem, hic consequenter D.S. ponit tres conclusiones responsiuas correspondenter tribus membris. Secundã ibi. In semine autem. Tertiam ibi. Sed sicut in subiecto. Prima conclusio est, peccatum originale omniũ hominũ fuit qdẽ in ip so Adã sicut in prima causa principali. Ista cõclusio patet ex dictis q.81. & D.S.eã hic probat solũ auctoritate Apostoli ad Ro. 5. in quo oẽs peccauerũt. Nota autẽ, ꝙ originale omniũ fuit in Adã sicut causa non ꝓprièe effectiua, & effectiuè positiuè inducẽte peccatũ originale. Nã dictũ fuit vbi iam, ꝙ talẽ causam nõ habeat, sed sicut in causa demeritoria, quia demeruit omnibus abeo descendentibus seminaliter subtractionem iustitiæ debitæ, sed causa debiti est ordinatio Diuina principaliter, & prima, & pater generans, & semen causa secunda. Deinde cum dicit.

¶ In

¶ In semine autem corporali est peccatum originale sicut in causa instrumentali, eo quòd per virtutẽ actiuam seminis traducitur peccatum originale in prolem, simul cum natura humana.

¶ Subiungit secundam conclusionem responsiuam talem. In semine corporali est natura humana sicut in causa instrumẽtali. Probatur conclusio, in semine corporali est natura humana sicut in causa instrumentali, ergo & peccatum originale. Antecedens relinquitur notum. Tenet consequentia, quia per virtutẽ actiuam seminis traducitur peccatum originale in prolẽ simul cum natura humana, vnde supra q.81.ar.1. ad 2. dictum fuit, ꝙ semen, quia est causa naturæ humanæ debitricis originalis iustitiæ, & pro tanto est causa originalis peccati; vnde est causa originalis magis ratione debiti, quàm ratione carentiæ.

¶ Nota circa hoc, ꝙ D.S. se fundat de causalitate originalis a semine super causalitate naturæ humanæ, quare vt ibi iam dictum fuit, non videtur debere poni aliqua intentionalis virtus productiua originalis, distincta contra virtutem productiuam naturæ humanæ.

Nota. ¶ Nota quoque quia Doct.San. hic clarè habet, quòd peccatum originale sit in semine corporali, non autem, quòd in carne prolis, quare tanquam finalis sententia tenenda est, quòd causa instrumentalis originalis peccati est semen patris, non materia matris, &c. Deinde ibi

¶ Sed sicut in subiecto peccatũ originale nullo modo potest esse in carne, sed solùm in anima. Cuius ratio est, quia sicut supra dictum est. * hoc modo ex voluntate primi parentis peccatum originale traducitur in posteros per quandam generatiuam motionem, sicut a volũtate alicuius hominis deriuatur peccatum actuale ad alias partes eius.

*q.81.ar.1. & q.17.ar. 2.

¶ Est tertia conclusio responsiua, & principalis. Sicut in subiecto peccatum originale nullo modo potest esse in carne, sed solùm in anima. Probatur conclusio ex fundamento posita supra. q.81.ar.1. hoc modo ex voluntate primi parentis peccatum originale traducitur in posteros per quandam generatiuam motionem, sicut a voluntate alicuius hominis deriuatur peccatũ actuale ad alias partes eius, sed in tali deriuatione quicquid peccati prouenit ex motione voluntatis ad quamcumque partem hominis quæ quocunque modo potest esse particeps peccati, vel p modum subiecti, vel per modum instrumenti, habet rationẽ culpæ; quod verò prouenit ad partes non capaces peccati non habet rationem culpæ, caro autem de se non habet rationem culpæ. Subsumitur, sed anima potest esse subiectum, caro autem de se non habet, quòd sit subiectum culpæ, ergo quicquid peruenit de corruptione primi peccati ad animam habet rationẽ culpæ, quod autem peruenit ad carnem habet rationem pœnæ, & sic sequitur conclusio illa, quòd sola anima est subiectum originalis sub ratione peccati, & culpæ. Huius rationis primò ponit maiorem. Secundò minorem, ibi. In qua quidem, tertiò subsumptã cum resumptione conclusionis. Sic igitur cum anima, &c. Maior ergo illa patet, & deducta est supius. Deinde ibi.

¶ In qua quidem deriuatione potest attendi, quòd quicquid prouenit ex motione voluntatis peccati ad quamcumque partem hominis, quæ quocunque modo potest esse particeps peccati vel per modum subiecti vel per modum instrumenti, habet rationem culpæ, sicut ex voluntate gulæ peruenit concupiscentia cibi ad concupiscibilem, & sumptio cibi ad manus, & os, quæ inquantum mouentur a voluntate ad peccandum sunt instrumenta peccati. Quod verò vlterius deriuatur ad vim nutritiuam, & ad interiora membra, quæ non sunt nata moueri a volũtate, nõ habet rationẽ culpæ.

¶ Subiungir minorem quam declarat exemplariter, sicut ex voluntate, & cupiditate gulæ peruenit concupiscentia cibi ad cõ cupiscibilem, & sumptio cibi ad manus, & os, quæ inquantum mouentur a voluntate ad peccandum, sunt instrumenta peccati. Et scilicet actus, & motus eorum vt sic mouentur, sunt peccata, non tamen vt eorum sunt, sed vt voluntatis vt principij, vt patuit alias. q.74.ar.2.ad tertium. Quod verò vlterius deriuatur ad vim nutritiuam, & ad interiora membra, quæ non sunt nata moueri a voluntate non habet rationẽ culpæ. Sic ergo, & hic oportet intelligere, quòd peccatum primi parentis sit quasi voluntas, quæ mouet naturam mediante generatione naturali, & peccatum traductum peruenit ad naturam secundùm partes capaces culpæ sub ratione culpæ, ad partes autem non capaces, sub ratione defectus, & pœnæ.

¶ Et nota, quòd fundamentum declarationis minoris stat in hoc, quia peccatum formaliter non est nisi in potentia, quæ obedit voluntati, & ergo in potentijs mobilibus ab ea est, & prouenit inordinatio volũtatis sub rõne peccati, non in alijs tũc ibi.

¶ Sic igitur cum anima possit esse subiectum culpæ, caro autem de se non habet, quòd sit subiectum culpę, quicquid puenit de corruptione primi peccati ad animam habet rationem culpę, quod autẽ peruenit ad carnem, non habet rõnem culpę, sed pęnę, sic igitur anima est subiectum peccati originalis non autem caro.

¶ Adiungit subsumptam propositionem præcedẽtis rationis, scilicet si anima potest esse subiectum culpæ, &c.

¶ Pro qua nota, quòd peccatum originale nõ peruenit ad carnem, & vires non obtemperantes voluntati sub ratione culpæ, intellige formaliter, quia videlicet etiam destitutio generatiuæ in generato non habet rationem culpæ, tamen in ea est culpa alia, scilicet ptolis generande virtualiter prout huiusmodi pœna & defectus generatiuę est productiua peccati, secũdum quòd vis productiua per decisionem corporalis seminis operatur ad traductionem peccati originalis simul cum natura humana, vt habet D.S.de Malo.q.4.ar.2.in cor. De istis dictis patet, quòd conclusio tertia responsiua quam D.S.etiam hic vltimò resumit, intelligẽda est de peccato originali accepto formaliter sub ratione peccati, & culpę, quia sic est solùm in potẽtijs mobilibus a volũtate, sicut & actuale, tñ sub rõne pœnæ est ẽt malijs partibus, &c.

¶ Et confirmatur ista tertia conclusio argumento in cõtrariũ.

¶ Nota circa hoc argumentum supra q.56.ar.4.ad secundum quia caro secundùm se non est subiectum virtutis, nec vitij, sed solùm vt mouetur a voluntate. Sic in proposito caro secundùm partes non obedientes voluntati, & nõ mobiles ab ea non est subiectum culpæ originalis sub ratione culpæ, potest tamen in his partibus esse secundùm rationem pœnæ, vt patebit ad primum. Quare notanter dixit in corpore, quòd in carne secundùm se nõ est peccatum. Vide de illa auctoritate D.S.in postilla ad Rom.7. quia vt ipse ibidem exponit non esset pro intento arti. concludendo, quia ibidem dicit in me etiã per gratiam reparato peccatum operatur, sed intelligendũ est in me. s. secũdùm carnẽ simul cum appetitu sensitiuo. Scio enim per rationem, & experimentũ quòd bonum, scilicet gratiæ quo reformatus sum non habitat in me, &c. Esto enim gratia non sit in carnali appetitu, tamẽ virtus potest in eo esse, & per consequens culpa, & sic non concluderet; sed intelligendum est, quòd nec virtus est ibi secundùm se, sed vt est sub voluntate, & ratione. Sic & culpa originalis est in carne secundùm appetitum sensitiuum vt est mobilis a ratione, sed non secundùm se nec in partibus corporis non mobilibus a ratione; & de illis intelligitur, quòd ĩ eis põ est originale sub ratione culpæ. Nota autem, quòd quamuis in omnes partes hominis, scilicet tam rationales per essentiam vel participationẽ, vel non rationales prouenìat originale solùm ex voluntate aliena, nihilominus oportet, quòd pars cui debet attribui sub ratione culpæ, sit aliquo modo rationalis, quia a peccato non potest denominari nisi subiectum capax. Vnde si species phantasiæ meæ poneret Deus in cane, ipse tamen nõ posset dici doctrinari vel speculari, sicut ego vel alius homo, &c.

* Aug.li.1. cap.26.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Aug. dicit in libro retractationum. * Apostolus loquitur ibi de homine iã redempto qui liberatus est a culpa, sed subiacet pœnæ, ratione cuius peccatum dicitur habitare in carne; vnde ex hoc non sequitur, quòd caro sit subiectum culpæ, sed solùm pœnæ.

¶ Maior conceditur, & dico, quòd talis repugnantia potest remanere in homine dimisso originali quo ad culpam, & talis repugnantiæ causa tunc habebit solùm rationem pœnæ, & defectus, esto repugnantia actualis posset esse peccatum.

¶ Ad minorem conceditur, quòd radix repugnantiæ consistit in carne sicut in causa proxima, quia fomes, & destitutio sensualitatis est ratio propinqua huius repugnantiæ actualis, l. cet causa remota sit peccatum primi parentis. Ad auctoritatem Apostoli concedo, sed fuit etiam supra allegata. q.74 ar.3. circa argumẽtum in oppositum, quòd Apostolus loquitur de homine reparato per gratiam, cui iam originale quo ad culpam dimissum est, & per consequens illa lex de qua loquitur Apostolus nõ est culpa, sed pœna; quare consequentia non valet, quòd originale sit in carne secundùm rationem culpæ, sed pœnæ.

¶ Nota autem circa hæc, quæ allegata fuerunt q.82.ar.3.ad 4. ex D.S in secũdo, quòd fieri potest vt dispositio vel habitus aut quasi habitus, potest non esse culpa, & tamen id, quod ex ea vel ex eo procedit est culpa, vt patuit. Sic in proposito lex fomitis in baptizato, esto non sit culpa, tamen repugnantia, quæ ex ea procedit potest esse culpa, saltem venialis, cum fuerit non merè naturalis, sed fuerit motus sensualitatis mediante imaginatione impedibili, vt patet aliàs.

Culpa originali dimissa manet pœna.

¶ Nota etiam, quòd aliqui solent dicere, quòd id, quod remanet post culpam originalem in baptismo dimissam, nõ habeat

rationem

rationem pœnę, sed tantùm defectus naturalis forsan moti, quia non est (vt eis videtur) propter culpam, quæ iam dimissa est. Sed contrarium habet D.S. vbicunque de ista materia loquitur. Vide in 2. sententiarum dist. 30. q. 1. ar. 1. per totum, vbi concludit in fine. Isti defectus comparati ad naturam prout instituta est, & sic proculdubio pœna sunt sibi, quia etiam ex priuatione eius, qđ gratis alicui datur, postquam cõcessum est puniri dicitur aliquis. Hæc ille. Vide secunda secundæ. q. 164. art. 1. & hic in solutione, quia habet omnes conditiones requisitas ad pœnam, quia est aliquod malum voluntati contrarium, & propter culpam inflictum; non enim oportet, quòd pœna medicinalis transeat cessante culpa, vt patet etiam apud homines, quare sufficit ad pœnam, quòd prouenerit ex culpa. Et esto culpa Adæ, quæ est causa principalis huius defectus, non sit actu in se, est tamen in notitia Diuina, sicut & cessante actu meriti adhuc apud iustitiam Diuinam expectat agens præmium, & præsertim etiam dimisso originali illius hominis, manet in eo fomes sub ratione pœnæ medicinalis, vt patet apud D.S. 3. par. q. 69. articu. 3. Et præterea talis pœna non est propter peccatum illius, vt sic, quare non oportet, ꝙ transeunte peccato illius transeat pœna, sed est propter peccatũ naturæ idest propter primum peccatum primi parentis, cuius pę nam Deus constituit non auferre, vsque ad totalem reparationẽ naturæ, quod erit in nouissimo die.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum originale causatur ex semine sicut ex causa instrumentali, non autem oportet, quòd aliquid sit principalius in causa instrumentali, quàm in effectu; sed solùm in causa principali, & hoc modo peccatum originale potiori modo fuit in Adam, in quo fuit secundùm rationem actualis peccati.

¶ Ad maiorem, vnumquodque potius est in causa, quã in effectu, verum in causa principali, non autem instrumentali; in cliste ri enim non est maior sanitas, & tamen est causa instrumentalis sanitatis, vt habet D.S. in 4. Et secundò, principalius est in causa agente per prædominationem, & influentiam, vt habet etiam Bonauentura in secundo. sed non oportet de causa defectiua; calor autem est ab igne sicut a causa principali, & agente, & influẽte. Tenebra autem non est magis in sole quàm in aere, quia non causat eam positiuè, & influendo; sed priuatiuè, & subtrahendo influxum. Minor conceditur, quòd inficiatur per semẽ sicut per causam instrumentalem, causa autem principalis est Adam peccans primo peccato, semen autem non causat originale nisi deri uetur ab Adam, & ergo est instrumentum Adæ. Sed negatur cõsequentia, quia deberet inferri, quòd in Adam fuit magis, quàm in anima istius geniti ab eo. Et hoc conceditur, quia in Adã fuit sub ratione actualis mortalis, quod vtique grauius est originali.

An in Adã originale originatũ.

¶ Circa istam materiam est vna difficultas, nam aliqui dicũt quòd sit de mente D.S. quia in Adam sit originale originans tãtum, & hoc originale originans fuit actuale tantùm, sed nõ fuit in eo originale originatũ, & fundant se in D.S. hic, & in de Malo. q. 5. art. 2. ad quartum, vbi habet, ꝙ peccatum secundum quod omnes peccauerunt in Adam fuit actuale, & debebatur sibi pœna sensus. Alijs autem videtur, quòd fuerit in Adam etiam originale originatum, & nõ tantùm actuale, & hi fundant se in D.S. in 2. sententiarum dist. 31. q. 1. arti. 1. vbi habet, quòd infectio ex inordinata voluntate primi parentis procedens, in ipso quidẽ parente fuit dupliciter, scilicet per modum peccati actualis, inquãtum eam per propriam voluntatem contraxit, & etiam vlterius per modum peccati naturalis, inquãtum natura in eo infecta est, in sequentibus autem nõ est nisi vt peccatum naturale. Hæc ille. Similia dicit 3. parte q. 8. ar. 5. ad primum. Sed est quæstio de nomine, planum est enim, quòd in Adam fuit id, quod in nobis est, & dicitur originale, nam priuationem iustitiæ originalis vtique habuit, similiter & concupiscentiam habitualem, quia post sumptionem de ligno, parentes confusi fuerunt de corporum suorũ nuditate, quare res originalis in eo fuit. Sed quæstio est an hæc res vt in Adam venit per actum ipsius, & non per vitiatam origi nem, sicut in nos meratur nomen originalis peccati. Esto enim D.S. in secundo vbi iam dicat, ꝙ fuerit sub ratione naturalis pec cati in eo, non tamen dicit originalis peccati. Constat namque secundùm D.S. in quarto. distin. 49. q. 4. ar. 3. quòd in Christo fuit res illa, quæ in alijs meretur nomen dotis, in Christo tamẽ non dicitur dos, vt ibidem rationem ponit. Sic in proposito esto Adã habuerit rem originalis peccati nostri, quia non tamen non eodem modo peruenit in eum sicut in nos, ideo est quæstio de nomine. Vnde vsus habet, quòd originale dicatur solùm, quod peruenit in homine vitiatam originem, cum acceptione naturæ, qđ fuit in Adam. Vnde communiter dicitur, quòd fuerit in eo sub ratione actualis, non originalis. Quod intellige, quòd non fuit sub ratione originalis, sicut communiter loquimur, & sicut in nobis, fuit tamen res originalis nostri in eo, & ideo non est contro uersia nisi nominalis. Et dicimus vltra, quòd in Adam fuit actuale, & res originalis, fuit itaque actuale in eo, sed non tantùm. Sed verum est, quòd originale nostrum fuit in eo principaliter ratione actualis, quia peccauimus in eo ratione actualis, vt habet D.S. de Malo. vbi iam. Principalius enim deriuatur peccatum originale nostrum ab eo ratione actualis, quàm naturalis, quia actuale fuit prima causa. Nam in ipso persona per actuale peccatum corrumpit naturam, & in se, & in alijs & ergo per hoc, ꝙ D.S. hic dicit, quòd originale animę nostræ fuit principaliter in Adã ratione actualis, non negat per hoc quin & in Adam fuerit naturale, sed vult, quòd causa nostri originalis sit principaliter ipsum actuale, & hoc verissimum est. Vnde benè conferenti D.S. in diuersis locis, nulla apparet discordia. Scotus de hac materia Scotus. in secundo dist. 32. in solutione argumentorum secundæ cõclusionis dicit. De Adam patet, quod habuit carentiam huius iustitiæ actu proprio, & iustitiæ debitæ, quia in se acceptæ talis carentia non est peccatum originale, sed illa, quæ habetur actu aliquo & iustitiæ debitæ ex acceptione alterius. Hęc ille. Vbi patet, quòd admittit rem, sed non nomen, admittit enim carentiã, & oportet quòd & concupiscentiam admittat, sed quia talia non proueniunt ex generatiua motione, ideo negat nomen. D.S. autem notanter admittit nomen peccati naturalis. & in hoc nullam pati poteſt culamniam etiam quo ad quid nominis, quia vtique natura vitiosè corrupta fuit; non enim minus imputatur episcopo si careat habitu clericali debito, quàm carentia eius imputetur simplici clerico, sic Adam non minus debuit originalem iustitiã habere, & non habere concupiscentiam, sicut & nos, quare peccatum naturæ in eo fuit, licet quid nominis originalis secundùm communem vsum, non ita congruat. Et per hoc patet quid dicẽdum sit ad hanc quæstionem, &c.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd anima huius hominis non fuit secundùm seminalem rationem in Adam peccante sicut in principio effectiuo, sed sicut in principio dispositiuo, eo quòd semen corporale, quod ex Adam traducitur sua virtute non efficit animam rationalem, sed ad eam disponit.

¶ Maior vera. Et dicit notanter prout in eo fuimus nos, scilicet & natura nostra, & hoc poteſt fieri absque hoc, quòd anima rationalis sit educibilis de potentia materiæ per rationem seminalem, sufficit enim quòd virtute seminis fieri posset dispositio, quæ est necessitas pro anima rationali, ita quòd virtute seminis fiat, ꝙ aĩa corpori disposito vniatur vt patuit sup. q. 81. ar. 1. ad 2.

¶ Ad minorem dico, quòd anima nõ fuit ibi secundùm rationem seminalem, verum, quo ad esse fuit tamen ibi, sicut in principio dispositiuo pro anima, & fuit ibi natura humana, qua mediante peruenit peccatum illud in animam. Non enim subiacet anima peccato originali nisi vt pars humanæ naturæ, quare negatur consequẽtia, quia per rationem seminalem, esto anima in esse non producitur, sed sic creatur; tamen per rationem seminalem materiæ vnitur dispositiuè, qua vnione mediante natura constituitur, quæ est ratio trahendi originale. Vide de materia huius solutionis ad longum in de potentia. q. 3. articulo 9. in solutionibus, &c.

¶ Ad quartum dicendum, quòd infectio originalis peccati nullo modo causatur a Deo, sed ex solo peccato primi parentis per carnalem generationem, & ideo cum creatio importet respectũ animæ ad solùm Deũ, non poteſt dici, quòd anima ex sua creatione inquinetur, sed infusio importat respectum, & ad Deum infundentem, & ad carnem cui infunditur anima; & ideo habito respectu ad Deum infundentem non poteſt dici, quòd anima per infusionem maculetur, sed solùm habito respectu ad corpus cui infunditur.

Alia solutione inducatis exponitur.

¶ Ad illam si igitur anima per peccatum originale inficeretur consequens esset, quòd ex sua creatione vel infusione inquinaretur. Dico primò de creatione, negando simpliciter, ꝙ ex creatione inquinaretur, creatio enim dicit solùm habitudinem ad principium a quo anima egreditur in esse. Et ex hac parte, vt est videlicet a Deo, nullo modo inquinatur inquinatione culpabili de qua loquimur. De infusione distinguo, quia importat duplicẽ respectum. Vnum ad infundentem. Alium ad id cui infunditur. Si intelligitur ergo, quòd per infusionem in habitudine ad infundentem inquinetur, negatur omnino. Si autem per habitudinem ad id cui infunditur vt formatum est per Adam, conceditur, sed negatur vlterior consequentia, quia nec per habitudinem ad creantem, nec infundentem inquinatur anima, & per consequens illa inquinatio non est ex Deo, sed aliunde, quare negatur consequentia. Similem solutionem habet D.S. in 2. distinct. 32. q. 2. ar. 1. ad primum, quia licet creatio, & infusio simul sint re spectu animę, tamen differunt, quia creatio importat solũ vnum respectum, infusio duos. Potest autem cum dicitur anima creatione maculatur, ille ablatiuus denotare habitudinẽ causæ, & sic est falsa, quia nihil ex creatione habet per quod maculetur. Vel potest denotare concomitantiam, & sic est vera, nec tamen sequitur, quòd Deus est causa maculæ. Similiter de infusione, quia infusione maculatur per concomitantiam. Si autem intelligitur denotare habitudinem causæ, distinguendum est, quia ex parte habitudinis ad principium infusionis, falsa est, sed ex parte termini verum est, &c.

¶ Ad quintum dicendum, quòd bonum commune præfertur bono singulari, vnde Deus secundùm suam sapientiam non prætermittit vniuersalem ordinem rerum, qui est vt tali corpori talis anima infundatur vt videtur singularis infectio huius animæ, præsertim cum natura animæ hoc habeat vt esse non incipiat nisi in corpore, vt in primo habitum est. * melius est autem ei sic esse secundùm naturam, quàm nullo modo esse, præsertim cum possit per gratiam damnationẽ euadere.

* q. 118. ar. 3

¶ Ad maiorem dupliciter. Primò vera est de particulari sapiẽte, secus de vniuersali, qui ita habet curare de bono vnius vt nõ præiudicetur bono communi totius vniuersi. Et dico, quòd si anima non infunderetur corpori in quo maculatur præiudicaretur vniuerso, qa cessaret principalissima species totius vniuersi inter corporeas species. Et tolleretur principalissimum opus hominis, scilicet generare sibi simile.

¶ Dico secundò, nullus sapiens liquorem suum præciosum vasi infecto infundit, verum si aliter fieri posset. Sed dico, quòd esset valde insipiens qui thesaurum non aliter, conseruabilem etiam in immundo vase non collocaret, præsertim si emundandi thesauri possibilitas maneret.

¶ Ad minorẽ dicitur, quòd anima est præciosior omni liquore, sed tamen eius natura habet vt pro nunc fiat in tali corpore, & nisi sic fieret præiudicaretur perfectioni vniuersi, & ordini naturæ, & cum hoc defectus quem incurrit emendabilis est, sed negatur consequentia. Si ergo, &c. quia Deus est ipsa sapiẽtia, quæ principaliter intendit ad bonum vniuersi, & propter peccatum non mutat ordinem naturæ, quia natura prior est peccato, prius autem non mutatur propter posterius; quare vlterius conceditur quòd infundit Deus animam, & anima in carne maculatur, sed negatur consequentia vltima, &c.

¶ Nota, quòd D.S. habet in fine solutionis, scilicet quòd natura animæ hoc habeat vt esse non incipiat nisi in corpore, vt in prima parte. q. 118. articulo 3.

¶ Nota inquam, quia hoc intelligitur de natura animæ, tamẽ de potentia Dei absoluta secus fieri posset, quia non est impossibile vt anima creetur extra corpus, immo & nunc de facto ordine naturæ prius habet esse, quàm vniri materiæ, sed de hoc alibi.

Vtrum peccatum originale sit per prius in essentia animæ, quàm in eius potentijs.

Infra ar. 3. co. Et 2. di. 21. q. 1. ar. 1. Et Veri. q. 25. ar. 6. co. & q. 27 ar. 6. ad 2. Et Mal. q. 4. arti. 4.

LAD secundum sic proceditur. Videtur, quòd peccatum originale non sit per prius in essentia animæ, quàm in potentijs; anima enim nata est esse subiectum peccati quantum ad id, quod poteſt a volũtate moueri, sed anima non mouetur à voluntate secundùm suam essentiam, sed solùm secundùm potentias; ergo peccatum originale non est in anima secundùm suam essentiam, sed solùm secundùm potentias.

¶ 2 Præt. Peccatum originale opponitur originali iustitiæ, sed originalis iustitia erat in aliqua potentia animæ, quæ est subiectum virtutis; ergo & peccatum originale est magis in potentia animæ, quã in eius essentia.

¶ 3 Prætere. Sicut a carne peccatum originale deriuatur ad animam, ita ab essentia animæ deriuatur ad potentias; sed peccatum originale magis est in anima, quàm in carne; ergo etiã magis est in potentijs animæ, quàm in eius essentia.

¶ 4 Præterea. Peccatum originale dicitur esse concupiscentia, vt dictum est. * sed cõcupiscentia est in potentijs animæ, ergo & peccatum originale.

*q 82 ar. 3

¶ Sed contra est, quòd peccatum originale dicitur esse peccatum naturale, vt supra dictum est; * anima autem est forma, & natura corporis secundùm essentiam suam, & non secundùm potentias, vt in primò habitum est; * ergo anima est subiectum originalis peccati principaliter secundum suam essentiam.

* q. 81. ar. 1.

*p. p. q. 76. ar. 1. in cor. & ad 1. & quartum.

¶ Habito in generali, quia anima est subiectum peccati originalis inquantum habet rationem culpæ. Nunc quærit in speciali comparando essentias ad potentias, quia enim anima videtur cõprehendere essentiã, & potentias ipsius, ideo est dubiũ an prius, & principalius in essentia vel in potentij, &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd illud animæ est principaliter subiectum alicuius peccati, ad quod primò pertinet causa motiua illius peccati, sicut si causa motiua ad peccandum sit delectatio sensus, quæ pertinet ad ad vim concupiscibilem sicut obiectum proprium eius, sequitur quòd vis concupiscibilis sit proprium subiectum illius peccati; manifestum est autem, quòd peccatum originale causatur per originem. Vnde illud animæ, quod primò attingitur ab origine hominis, est primum subiectum originalis peccati.

¶ Conclusio responsiua in fine corporis ponitur talis, Anima secundum essentiam est primum subiectum peccati originalis, & intelligitur de anima humana. Huius conclusionis assignat D.S. tres rationes. Primam deducit in corpore articuli. Secundam in argumento in contrarium. Tertia habetur ex solutione ad secũdum argumentum. Arguitur ergo primò sic, illud animæ, quod primò attingitur ab origine hominis, est primum subiectum originalis peccati; sed origo hominis primò attingit essentiam, igitur conclusio vera. Maior probatur, illud animæ est subiectum alicuius peccati ad quod prius pertinet causa motiua illius peccati, sed peccatum originale causatur per originem id est generationem naturalem, igitur maior principalis vera. Maior ista patet exemplariter, sicut si causa motiua ad peccandum sit delectatio sensus, quæ pertinet ad vim concupiscibilem sicut obiectũ proprium eius, sequitur quòd vis concupiscibilis sit proprium subiectum illius peccati. Similiter si causa motiua pertineat ad irascibilem, quia eiusdem potentiæ est obiectũ, & actus. Minor proxima patuit supra q. 81. ar. 1. Consequenter cum dicit.

¶ Attingit autem origo animam vt terminum generationis secundùm quòd est forma corporis, quod quidem conuenit ei secundùm essentiam propriam, vt in primò habitum est. *

*p. p. q. 76. arti. 1.

¶ Subiungit minorẽ principalis rationis. Pro qua nota, quòd quamuis potentia intellectiua nullius corporis sit actus, tamen anima intellectiua secundùm omnem gradum suum informat materiam, & quãdo dicitur anima rationalis superexcedere materiam, non intelligitur quasi non informet secundùm aliquem gradum materiam, sed intelligitur sepatatio virtutis intellectiuę & intellectionis a corpore, & quia anima secundùm quòd intellectiua habet esse independens a corpore, & habet posse, & operari sine corpore, quamuis per essentiam suam informaret corpus. Tunc probatur minor, quæ etiam patet prima parte q. 76. ar. 1 in corpore, & ad primũ, & quartum, & arguitur sic. Origo idest generatio hominis attingit animam vt terminum generationis, secundum quòd est forma corporis; sed esse formam corporis conuenit ei secũdùm essentiam suam propriam, ergo minor principalis vera. Maior nota est. Circa quam tamen solet esse quæstio, an anima hominis vt intellectiua est sit actus corporis. Ad quod dicitur, quòd si intelligitur, quòd anima vt intellectiua sit actus corporis, sic quòd, vt, reduplicet rationem formalem, tunc non admittitur, vt enim est intellectiua sic nullo organo vtitur. Sed si, vt, dicit conditionem ipsius animæ, quæ est forma corporis, sic conceditur, quia ipsa anima, quæ est intellectiua vnitur corpori, vt tactum fuit, ita quòd si per impossibile anima esset intellectus, tunc anima ipsa esset corporis forma, & intellectus etiam identicè, sed non formaliter, immo vt intellectus haberet esse independens a corpore, &c. de his alibi. Consequenter ibi.

¶ Vnde anima secundùm essentiam est primum subiectum originalis peccati.

¶ Subinfert conclusionem responsiuam, & patet. Dicit autem notanter primum subiectum, quia esto sit in potentijs animæ, hoc est secundariò inquantum inordinatio potentiarum est ex defectu naturæ, quæ primò, & principaliter respicit essentiã animæ, ita quòd originale primò & quo ad formale est in anima, ex quo prouenit id, quod est in potentijs, &c.

¶ Et nota, quòd per hanc cõclusionem non negatur quin originale sit in potentijs, quia deordinatio, & concupiscentia habitualis, quæ etiam pertinent ad originale, sunt in potentijs; sed illa nõ sunt principale originalis peccati, sed priuatio iustitiæ originalis, quæ ab essentia omnino subtracta est sicut a subiecto; & primo redundabat in voluntatem, quare dictũ est primò in anima deinde videlicet in potenijs, &c. Vide de ista materia D.S. in de Malo. q. 4. ar. 4. & in 2. dist. 31. q. 2. arti. 1. & Capreolum in 2. d. 31. conclusione secunda.

¶ Et probat cõclusio secũda rõne ex argumẽto in cõtrarium.

¶ Pro ista ratione nota, quod anima rationalis nõ habet peccatum originale, nec ad eam pertinet nisi inquantum est pars humanæ

humanæ naturæ ratione potentiarum, sed ratione essentiæ suæ, ideo si originale resp̃iceret tantùm potentias, & non essentiam, tunc aīa ex vnione ad corpus nō cōtraheret originale, sed oportere ret ipsum aliunde ꝓuenire si ipsum haberet in potentijs tm̃.&c.

¶ Hoc notato arguitur sic ex isto argumento. Peccatum originale dicitur peccatum naturale, sed anima est forma, & natura corporis per essentiam suam, & non per potentias, ergo conclusio vera. Maior ista patuit. q. 81. ar. 1. Et est peccatum naturæ, quia principaliter dicit defectum eius, quod erat datum non personæ sed naturæ ipsi, & erat acquisibile per generationem naturalem. Minor patet prima parte. vbi iam. q. 76. ar. 1. quia ergo anima solũ est capax originalis, inquantũ est pars naturæ humanæ, & nō est pars nisi vt forma, & est forma per essentiã, ideo de primo ad vltimũ sequitur, ꝙ per essentiam sit subiectum huius defectus.

¶ Probatur tertiò conclusio respõsiua ratione, quæ sumitur ex solutione tertij. Pro qua nota, quòd secundùm principia D.S. iustitia originalis partialiter includebat gratiam gratum facientem saltem tanquam sui radicem. vt patuit supra. q. 81. arti. 1. Includebat quoq; vigorem continendi potẽtias sub Deo, & ex consequẽti corpus sub anima, qui quidem vigor ex principia D.S. etiam formaliter fuit in ipsa essentia animæ, licet quo ad effectũ primò operaretur, & inclinaret voluntatem ad subessendũ Deo, & mediante voluntate subijceret alias potentias, & contineret, sic ergo peccatũ originale, quod directè opponitur, & tollit illã iustitiam, erit quo ad formale, scilicet priuationẽ iustitiæ, primò in ipsa anima, sed quo ad effectum, & inclinationem ad actum, primò est in voluntate, & deinde in alijs potentijs, quia ablato effectu iustitiæ originalis a voluntate, aliæ potentiæ inordinatæ factæ sunt, sic ergo inordinatio in potẽtijs, quæ est materiale originalis, prouenit ex subtractione iustitię originalis ab anima primò, & formaliter, deinde a voluntate primò virtualiter, ita quòd iste articulus, qui dicit peccatum originale principaliter esse in essentia animæ, intelligitur quo ad formale originalis peccati, quod est priuatio iustitiæ originalis. Quod autem prius dictum est, quòd primò fuit in voluntate, intelligitur non quia oppositũ ꝓ̃ũ fuerit formaliter subiectiuè in volũtate, sed quia primũ effectum, & inclinationem ad actum habuit in voluntate, vnde rõne illius dicitur, quòd formale originalis teneat se ex parte voluntatis, quia effectus potentiarum primò est in voluntate, mediãte qua aliæ continebantur. His notatis arguitur sic tertiò pro conclusione. Illud est primum subiectũ peccati originalis, quod erat in primo statu subiectum primum iustitiæ originalis, sed subiectum iustitiæ originalis fuit essentia animæ, ergo &c. Maior patet, quia opposita præsertim priuatiua habent fieri circa idẽ, qualia sunt iustitia originalis, & peccatum originale. Minor patet, quia iustitia originalis erat quoddam donum datum diuinitus naturæ, quam naturam prius respicit essentia animæ, quàm potentiæ. Potentiæ enim magis videntur pertinere ad personam, & ad actus personales. Patet igitur conclusio ex triplici via, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut motio voluntatis alicuius propriè peruenit ad potentias animæ, non autem ad animæ essentiam; ita motio volũtatis primi generantis per viam generationis peruenit primò ad animæ essentiam vt dictum est. * *In cor. ar.

¶ Ad maiorem distinguo, quia est subiectum peccati actualis primum, quantum ad id, quòd potest moueri à voluntate ꝓpria, quod mobile primum est potentia, & ergo actuale peccatum est in potentia animæ, & hoc conceditur, & cõcluditur. Sed dico, ꝙ anima est subiectũ peccati originalis, quantum ad id, quod potest moueri a voluntate primi parentis mediante motione, quæ est origo naturalis, ita quòd id quod primò attingitur tanquam terminus formalis generationis naturalis hominis hoc est subiectum peccati originalis. Ad minorem, anima non mouetur a voluntate secundùm suam essentiam, verum, essentia non mouetur a voluntate propria tamen essentia mouetur motu generationis a voluntate primi parentis, & per talem motionem primò attingitur, per quam & originale traducitur, quare negatur cõsequẽtia; immo oppositum sequitur ex præmissis benè intellectis, & intentum primæ rationis quæ habetur ex corpore.

¶ Nota autem, quòd anima mouetur, idest attingitur quo ad vniri cum corpore a voluntate primi parentis, nõ adhũc sensum quòd voluntas immediatè faciat ad vniri animæ, sed quia ex voluntate primi parentis origo illa mediante semine ab eo deriuato habet, quòd causet originale, quia peccatum voluntatis primi parentis fecit, & demeruit ne Diuina liberalitas infundat cũ origine iustitiam originalẽ, & ergo anima mouetur ad generationem vitiosam vt sic, a voluntate demeritoria cum virtute tamen Adæ in semen paternum deriuata, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etiam originalis iustitia pertinebat primordinaliter ad essentiam animę, erat enim donum diuinitus datum humanæ naturæ, quam per prius respicit essentia animæ, quàm potentiæ; potentiæ enim magis videntur pertinere ad pẽsonam inquantum sunt principia personalium actuum, vnde sunt propria subiecta peccatorum actualium, quę sunt peccata personalia.

¶ Maior placet, & conceditur tanquam omnino vera, minor autem negatur, & ad probationem annexam dico, quòd potentia animæ est subiectum virtutis humanæ personalis operatiuæ, quæ ordinatur immediatè ad actum secundum. Dico autẽ, quòd iustitia originalis non erat talis virtus personalis operatiua, sed erat magis vis quædam data animæ in sua essentia, qua mediante contineret omnia in debito ordine, vnde quidam voluerũt, quòd fuerit quasi quædam potentia, quia D.S. prima parte vocat eam vim quandam, sed quicquid sit de hoc, quia vis non solùm nominat potentiam, sed & habitum, & actum, vt patet in de Virtu. q. 1. ar. 1. dicitur, quòd fuit in essentia formaliter tale donum originale, & solùm virtualiter in potentijs, nec debet mirum videri Scoto, si fuit tantùm formaliter in essentia, & tamen potuit perficere potentias, cũ supra dictum fuit post Aug. quòd perfecerit etiam corpus, & tamen in eo formaliter non fuit. In re ista enim, quia fidei est, oportet reuereri sanctos Diuina illustratione prædictos. Negatur igitur minor, immo fuit in essentia, quia donum naturale. De istis prima parte q. 97. art. primo. Negatur, & consequentia, immo in oppositio minoris fundata est tertia ratio pro conclusione, &c. Scotus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd corpus comparatur ad animam sicut materia ad formam, quæ etsi sit posterior ordine generationis, est tamen prior ordine perfectionis, & naturæ; essentia autem animæ comparatur ad potentias, sicut substantia ad accidẽtia propria; quæ sunt posteriora substantia, & ordine generationis, & etiam perfectionis, vnde non est similis ratio. Dub. 1.

¶ Similitudo maioris claudicat, & cã claudicare ostendit D.S. in de Malo supra in corpore arti. quia caro est in aliquo genere prius anima, nimirum ergo si aliquo modo in via generationis peccatum originale sibi prius cõueniat, quia vt patuit ar. 1. semẽ carnale prius habet peccatum originale, prius dico ordine generationis, & hoc tamen virtualiter, & causaliter, sed anima omnibus modis prior est potentijs suis, via videlicet generationis, & perfectionis. Substantia enim prior est accidente. 7. metaph. quare ab anima deriuatur ad potentias, & nullo modo ècontra.

¶ Nota circa istam solutionem vnum misterium metaphisicũ, quia nõ semper priora via generationis sunt imperfectiora simpliciter, immo quandoque perfectiora simpliciter, imperfectiora tamẽ secundùm quid, quãdo scilicet prius via generationis est etiam prius prioritate finali vel effectiua, tunc tale prius est simpliciter perfectius; sed priora via generationis tantum, illa sunt imperfectiora simpliciter, sic substantia materialis est prior accidentibus, & eis simpliciter pfectior; sic notitia præmissarũ prior notitia conclusionis, & ea perfectior; sed animal est prius via generationis tantùm homine, & non perfectius simpliciter; illa habentur ex ista solutione, quia dicit animã esse priorẽ via generationis potentijs, & constat eam esse simpliciter perfectiorem. Misterium metaphys. cum.

¶ Nota, quòd hoc argumentum vult probare, quòd saltẽ ordine perfectionis originale sit prius in potentijs, esto ordine generationis sit prius in essentia, sicut & originale, licet via perfectionis sit prius in anima, est tamen via generationis prius in carne. Solutio autem vult, quòd non est par ratio, immo quòd originale sit omnibus modis prius in essentia, quàm in potentijs, quia essentia prior est potentijs, & generatione, & perfectione, & capacitate originalis. Secus de carne, & anima vbi caro vel corpus est prior anima via generationis, & non capax originalis formaliter; sed anima est prior via perfectionis, & sola capax originalis sub ratione culpæ, ideo formaliter est in ea originale principaliter, licet in carne sit prius causaliter; sed anima comparata ad potentias est omnibus modis prior, & capax originalis, & prius, quàm potentiæ, & ideo omnibus modis est in ea prius originale, vnde potest dici ad maiorem, quòd quidem in hoc est similitudo, quòd sicut deriuatur a carne, idest carnali semine ad animile, quòd sicut deriuatur a carne, idest carnali semine ad animam, ita ab essentia animæ deriuatur ad potentias; sed in hoc est diuersitas, quia caro non est capax originalis formaliter, sed anima tantùm, ideo plus est in anima, & prius formaliter, quàm in carne, quia anima est rationalis, & per hoc subiectum culpæ, quę requirit aliquod subiectum rationale, sed essentia comparata ad potentias est prius capax originalis formaliter, & sub ratione culpæ, quàm potentia; ideo concessa minore propter rationem dictam, quia caro non potest esse subiectum culpæ quomodocumque accipiatur, siue pro semine carnali, siue pro altera parte compositi, negatur consequentia, &c.

¶ Ad quartum dicendũ, quòd concupiscentia se habet materialiter, & ex consequenti in peccato originali, vt supra dictum est. * *q. 82. ar. 3.

¶ Ad

¶ Ad maiorem vera, ad sensum dictum. q. 82. art. 3. quia est concupiscentia partialiter, & minus principaliter, sed principale in originali est defectus iustitiæ originalis tenens se principaliter ex parte voluntatis, ex cuius defectu illa concupiscentia, & habitualis deordinatio virium subsequuta est; vnde talis concupiscentia se habet in originali materialiter, & ex consequenti. Minor conceditur; ergo & originale &c. Verum quantum ad secundarium, & minus principale originalis, & subiectum secundarium, cum quo stat, quòd anima sit primum subiectum originalis, & quo ad principale, & formale ipsius; vnde & dictum est, quòd non remouemus originale omnino a potentijs, sed quo ad principale, & quo ad esse primum subiectum.

Vtrum peccatum originale per prius inficiat voluntatem, quàm alias potentias.

Inf. ar 4. ad 1. Et 2. dist. 30. q. 1. ar. 3. co. & ad 4. Et veri. q. 25. ar 6. co. & q. 27. art. 6. ad 2. Et Mal. q. 4. ar ticu. 5. M

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd peccatum originale non per prius inficiat volũtatem, quàm alias potentias; omne enim peccatum principaliter pertinet ad potentias, per cuius actum causatur, sed peccatum originale causatur per actum generatiuæ potentiæ; ergo inter cæteras potentias animæ videtur magis pertinere ad generatiuam potentiam.

¶ 2 Præt. peccatum originale per semen carnale traducitur, sed alię vires animæ propinquiores sunt carni quàm voluntas, sicut patet de omnibus sensitiuis quæ vtuntur organo corporali; ergo in eis magis est peccatum originale, quàm in voluntate.

¶ 3 Præt. intellectus est prior voluntate, non enim est voluntas nisi de bono intellecto; si ergo peccatũ originale inficit omnes potentias animæ, videtur quòd per prius inficiat intellectum tanquàm priorem.

¶ Sed contra est, quòd iustitia originalis per prius respicit voluntatem, est enim rectitudo voluntatis, vt Anselmus dicit in lib. de conceptu virginali; * ergo & pcm̃ originale, qd ei opponitur, per prius respicit volũtatem. *Anſ. c. 3.

¶ Hic inquirit vbi principaliter ponatur originale comparando potentias adinuicem, an per prius inficiat voluntatem, quàm alias potentias. ¶ Nota, vt habetur art. seq. Infectio propriè dicitur quæ nata est in aliud transferri, sicut dicimus de morbis contagiosis, & quia corruptio, & inordinatio voluntatis præintelligitur inordinationi aliarum virium, & potentiarum, & est causa eius, vt patuit quæst. 82. artic. 3. ideo D.S. quærit an voluntas sit prius infecta. Si autem loquimur de infectione quæ est corruptiua alterius suppositi distincti, tunc voluntas non est infecta, sed magis generatiua, & tunc in proposito accipitur infectio pro corruptione. Et quæritur an per subtractionem originalis iustitiæ primò destituatur voluntas, cuius destitutionem supra diximus esse formale in originali, quia videlicet esto iustitia originalis nõ esset in ea, iuxta prædicta & dicẽda per inherentiam, erat tamen in ea primò secundum efficientiam, & ea mediante alias regebat, & mouebat; quare defectus originalis iustitiæ videlicet secundùm effectũ eius, est primò in voluntate, non quòd defectus iustitiæ originalis formaliter esset in voluntate, quia sic est in essentia animæ, sed defectus primi effectus iustitiæ originalis est in volũtate, & illo defectu mediãte inducta est inordinatio in alias; & ergo quia voluntas se habuit vt primum instrumentum motiuum aliorum, ideo defectus iustitiæ originalis in ea, eodem modo quo in ea fuit, est formale. Hæc volui notare ne dicenda viderentur contrauenire dictis præsertim quæst. 82. artic. 3. vbi dicebatur, quòd defectus iustitiæ originalis esset in voluntate principaliter, ex quo posset videri, quòd iustitia originalis fuisset in voluntate per inherentiam. cum tamen hic dicatur, quòd fuit in ea primò secundum efficientiam, & vt Doct San. hic habet secundum inclinationem ad actum, quia primò eam fecit subiectam Deo, qua subiectione stante alia omnia erant bene ordinata; & ergo subtractio iustitiæ originalis a voluntate tenet se ex parte causæ inordinationis aliarum virium, & per hæc melius intelligentur sequentia.

¶ Respondeo dicendum, quòd in infectione peccati originalis duo est considerare; primò quidem inhærentiam eius ad subiectum.

¶ D. S. respondet distinctè secundum distinctionem bimembrem, ita quòd ad vnumquodque membrum ponit vnam conclusionem responsiuam; secundum membrum ibi. Deinde oportet &c. Quo ad primum, primò ponit primum membrum distinctionis. Deinde subiungit secundò primam conclusionem, ibi. Et secundum hæc &c. Dicit ergo, quòd in infectione peccati originalis est considerare duo. Et accipit infectionem peccati originalis intransitiuè. i. in ipsa originali, & extendit originale ad materiale, & formale, quod patet ex hoc, quia inhærentia ad subiectum principale non est nisi secundum formale, quia est in essentia animæ. Dictum est enim art. præced ad quartum, quòd formale inhæreat suo modo essentiæ animæ, defectus autem inclinationis ad actum est materiale; primò quidem est considerare inhærentiam eius ad subiectum, eo videlicet modo quo priuatio inhæret, & inhærere potest, sicut & dictum fuit art. 1. huius quæstionis de esse subiectiuo. Consequenter cum dicit. *Art. præc.

¶ Et secundum hoc primò respicit essentiam animæ, * vt dictum est.

¶ Subiungit primam cõclusionem correspondentem membro dicto, scilicet secundum hoc. (i. quo ad inhærentiam) primò respicit essentiam animæ. Patet ista conclusio ex dictis art. præced. quia eidem inhæret originale cui inhæsit iustitia originalis, sed hoc fuit essentia animæ &c. Et dicit conclusio notanter, & secundum hoc primò &c. quia videlicet formale originalis est in essentia, quod est primum. In potentijs animæ est materiale, & hoc mediante eo, quod est in potentia animæ, quia corruptio potentiarum sequuta est destitutionem naturę. Consequenter cũ dicit.

¶ Deinde oportet considerare inclinationem eius ad actum, & hoc modo respicit potentias animæ.

¶ Hic consequenter procedit ad secundam conclusionem responsiuam, cui primò præmittit secundum membrum prædictæ distinctionis. Deinde secundò deducit ipsam conclusionem, oportet ergo &c. Dicit ergo primò. Oportet scilicet secundò considerare in infectione originalis peccati inclinationem ad actum, ad sensum supra dictum q. 82. artic. 2. ad secundum, quia videlicet originale inclinat ad actum indirectè, sicut remouens prohibens; originalis enim iustitia primò continuisset, & continuit voluntatem sub Deo, & prohibuit ab inordinata inclinatione ad actũ, & ea mediante continuit & alias; quare ipsa dissoluta sequitur, quòd voluntas inclinetur ad actum inordinatum, & alias inordinatè moueat, & nõ contineat. Et vult D.S. quòd isto modo originale respiciat potentias, quia inclinatio habitualis, vel potentialis ad actum est potentiarum, vt patere potest ex dictis in præcedenti quæstione. Anima enim per essentiam non agit, nec per consequens per essentiam inclinatur ad actus, sed medijs potentijs, inter quas voluntas est motiua, & inclinatiua omnium.

¶ Oportet ergo, quòd illam per prius respiciat quæ primam inclinationem habet ad peccãdum, hæc autem est voluntas, vt ex supra dictis * patet. Vnde peccatum originale per prius respicit voluntatem. *q. 74. ar. 1. & 2.

¶ Deducit secundam conclusionem responsiuam quo ad hoc membrum quæ talis est. Peccatum originale hoc modo per prius respicit voluntatem. Probatur supponendo, quòd hoc modo respiciat potentias. Tunc arguitur sic, oportet, quòd hoc modo per prius respiciat illam potentiam quæ primam inclinationem habet ad peccandum, sed hæc est voluntas; ergo. Maior de se patet, quia si respicit hoc modo potentiam secundum inclinationem ad actum; ergo prima respicit eam quæ primò, & principaliter inclinat ad actum. Minor patet ex supra dictis. quæstio. 74. artic. primo, & secundo, quia voluntas est completiua peccati, & nullum est peccatum in quacunque potentia nisi moueatur directè, vel indirectè a voluntate, quare sequitur conclusio, quòd originale inquantum dicit pronitatem ad actum inordinatum, primò est in voluntate, vnde & supra dictum fuit. q. 82. art. 1. ex D.S. de malo, quòd defectus iustitiæ originalis a voluntate qui est pronitas, & inclinatio in malum, vocatur malitia, defectus autem in alijs potentijs vocatur concupiscentia, quia scilicet defectus eius est principalis, tanquam eius quo alij causantur &c.

¶ Et confirmatur secunda conclusio argumento in contrarium &cæt.

¶ Nota circa argumentum in oppositum, quòd iuxta prædicta oportet dicere, quòd iustitia originalis primò fuerit in voluntate non secundum inhærentiam, quia sic fuit in essentia animę, sed secundum efficientiam, & inclinationem in bonum actum, quia videlicet ipsam primò subiecit Deo, & ordinatè habere fecit; & per consequens originale primò corrupit voluntatem, & deinde alias potentias; deinde dico, non vt notet ordinem temporis, sed naturæ, & intelligentiæ.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd peccatum originale non causatur in homine per potentiam generatiuam prolis, sed per actum potentiæ generatiuæ parentis; vnde non oportet, quòd sua potentia generatiua sit primum subiectum originalis peccati.

¶ Ad maiorem, peccatum principaliter pertinet ad potentiam per cuius actum causatur. Dico primò, vera est si pcm̃ sit immanens quid, tunc pertinet sicut ad subiectũ ad potentiam, per cuius actum causatur; si autem non sit quid immanẽs sed trãsiens, non oportet; non. n. oportet, ꝙ peccatum, qđ per manum causat, sit in manu formaliter p inhærẽtiã. Dico secundò, ꝙ pcm̃, qđ per actũ

potentiæ causatur pertinet ad potentiam per cuius actum causatur quando ipsa est capax subiectum peccati. Si autem sit causa instrumentalis non oportet, quòd in ea sit peccatum formaliter, sed virtualiter aliquo modo. Ad minorem dico, quòd causatur per actum generatiuæ potentiæ, sed mediante actu transeunte. & secundò, ipsa non est capax originalis peccati sub ratione culpæ, & tertiò dico, quòd generatiua patris causat originale, sed non generatiua prolis quæ contrahit originale. Quærimus autem in quo sit originale contractum, vnde ratio nihil probat, quia originale est in prole cuius generatiua nunc non est causa. & quartò, dato quòd in generatiua patris sit originale causaliter, & per hoc dicatur generatiua magis infecta (causaliter tamen) non est plus infecta, & corrupta secundum inclinationem ad actum, & secundum processum ab anima ad potentias, quare negatur consequentia D.S. respondet ad minorem.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ peccatum originale habet duplicem processum, vnum quidem a carne ad animã, alium verò ab essentia animæ ad potentias; primus quidem processus est ſm ordinem gñationis, secundus autem ſm ordinem perfectionis, & ideo q̃uis alię potentiæ, ſ. sensitiuæ propinquiores sint carni, quia tamen voluntas est ꝓpinquior essentiæ aĩæ tanq̃ superior potẽtia, primò peruenit ad ipsam infectio originalis peccati. —

¶ Ad maiorem, peccatum originale per semen carnale traducitur, verum via generationis, & causalitatis, ita scilicet quòd est in semine, & in generatione causaliter, & prius in via generationis; sed formaliter primò est in anima, & sub ratione culpæ, & deinde prius in maximè propinquis animæ, & hoc etiam sub ratione culpæ, & ſm inclinationem ad actum. Minor conceditur, sed negatur consequentia, quia ibi est aliquid magis, vbi est formaliter q̃ vbi est tm causaliter; & plus est ibi, vbi est ſm viam perfectionis, quàm ſm viam generationis, & causaliter, præsertim q̃ vbi sit sicut in causa instrumentali; sic ergo prius est in carne, quàm in anima, prius virtualiter, & causaliter; sed tamen prius est in anima formaliter, & in his quæ sibi magis sunt propinqua, inter quæ primum est voluntas, quare ratio nihil concludit &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd intellectus quodammodo præcedit voluntatem inquantũ proponit ei suum obiectum, alio verò modo voluntas præcedit intellectum secundum ordinem motionis ad actum, quæ quidem motio pertinet ad peccatum. —

¶ Ad maiorem fuit sup. q.9. sæpè dictum, intellectus est prior voluntate specificatiuè, & obiectiuè, quia videlicet præsentat sibi obiectum, quod præcedit actum voluntatis, sed in alio ordine, voluntas præcedit, mouet enim omnes alias ad actum, vel exercitium actus. Immo & intellectum, dempto primo actu intellectus, vel primò simpliciter, vel primò secundum quid de quo alibi supra. Sed negatur consequentia, quia originale dicitur inficere, & corrumpere indirectè inclinando in peccatum, sed nulla alia inclinatur in peccatum sufficienter nisi ex voluntate, quare infectio originalis primò conuenit voluntati mediante cuius infectione, & corruptione, aliæ inclinantur in peccatum, & ipsum perficiunt, vide in de malo q.4.artic.5.&c.

Vtrum prædictæ potentiæ sint magis infectæ quàm aliæ.

N 2.dist.24.q.2.arti.5.ad 5.& dist.31. q.1.art.2.Et 4.di.31.q.1. art. 1. ad 1. Et Ver. q. 25. ar.6.co. Et Mal. q. 4.arti.2. ad 12 & art.5. ad 1.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd prædictę potentiæ non sint magis infectæ, quàm aliæ; infectio enim originalis peccati magis videtur pertinere ad illam animæ partem quæ prius potest esse subiectũ peccati; hæc autem est rationalis pars, & præcipuè volũtas; ergo ipsa est magis infecta per peccatum originale.

¶ 2 Præt. nulla vis animæ inficitur per culpam nisi inquantum potest obedire rationi, generatiua autẽ non potest obedire, vt dicitur in 1. Ethic. * ergo generatiua non est maximè infecta per originale peccatum.

*Ari.c.vlt.

¶ 3 Præt. visus inter alios sensus est spiritualior, & propinquior rationi inquantum plures differentias rerum ostendit, vt dicitur in primo Metaph. * sed infectio culpæ ptimò est in ratione; ergo visus magis est infectus, quàm tactus.

*Arist. circa princ.

¶ Sed contra est, quod Aug. dicit in 14. de ciui. Dei, * ꝙ infectio originalis culpæ maximè apparet in motu genitalium membrorum qui rõni non subditur, sed illa membra deseruiunt generatiuę virtuti in commixtione sexuum, in qua est delectatio ſm tactum quæ maximè concupiscentiam mouet; ergo infectio originalis peccati maximè pertinet ad ista tria, ſ. potentiam generatiuam, vim concupiscibilem, & sensum tactus.

*Aug.c.18. 19.& 20.

¶ Hic vltimò quærit specialiter de quibusdam potentijs quæ singulariter dicuntur infectæ, videlicet prædictæ in art.3. ad secundum, quæ sunt carni propinquiores, videlicet generatiua, concupiscibilis, & sensus tactus. Nota quæ sup.q.81.art.3. dicta fuerunt, quòd originale non est in generatiua, nec in sensu tactus ipsius generati sub ratione culpæ, sed tantum pœnæ, & in potentia generatiua, & tactu generantis est originale prolis solùm sicut in causa instrumentali, in concupiscibili autem generati potest esse sub ratione culpæ, & etiam in concupiscibili generantis antequàm sit emundatus ab originali, sed post emundationem tunc est solùm ibi sub ratione pœnę; quæritur igitur de generatiua, & aljs quæ sunt in generante, vt sic, quare non potest intelligi de infectione formaliter inexistente, & culpabiliter, sed solùm de infectione causaliter.

¶ Respondeo dicendum, quòd illa corruptio præcipuè infectio nominari solet, quæ nata est in aliud transferri; vnde & morbi contagiosi, sicut lepra, & scabies, & huiusmodi, infectiones dicuntur. Corruptio autem originalis peccati traducitur per actum generationis, sicut supra dictum est, * vnde potentiæ quæ ad hmõi actum concurrunt, maximè dicuntur esse infectę. — *q.81.art.3. &c.

¶ Conclusio respondet talis. Cum omnes partes animæ dicantur esse corruptæ per peccatum originale, specialiter tres prædictę dicuntur esse corruptæ, & infectæ. Prima pars conclusionis relinquitur nota ex dictis in præcedẽti quæstione, quia peccatum originale est peccatum naturæ, quia corrupit naturam; & secundò; patet sic argu. Iustitia originalis saluabat totam naturam, igitur originale totam corrumpit. Antecedens notum ex prima parte.q.97.art.1. Nota autem, quòd corrumpit totam naturam, tamen aliquas partes culpabiliter, aliquas solùm pœnaliter, quia in partibus aliqualiter rationabilibus est sub ratione pœnæ, & culpæ, in alijs solùm sub ratione pœnę. Secunda pars probatur in littera. Potentiæ quæ ad actum generationis concurrunt maximè dicuntur esse infectę, sed prædictę tres sunt huiusmodi; ergo &c. huius rationis D.S. primò ponit, & probat maiorem; secundò minorem, ibi. Huiusmodi actus &c. tertiò ipsam conclusionẽ, ibi. Et ideo cum omnes &c. Maior ergo probatur a principio; illa corruptio præcipuè infectio nominari solet quæ nata est in aliud transferri, sed corruptio originalis peccati traducitur per actum generationis; igitur sequitur maior, ꝙ potẽtiæ quæ ad actum &c. sunt infectę. i. infectiuę. Maior illa patet exemplariter in corruptionibus corporalibus, quia lepra, & scabies, & pestis, & pustulę, & huiusmodi contagiosæ infirmitates, & morbi, infectiones dicuntur, quia in aliud transferuntur. Minor proxima patuit. quæst. 81. artic. 1. &c. Consequenter cum dicit.

¶ Huiusmodi autẽ actus deseruit generatiuę inquantum ad generationem ordinatur; habet autem in se delectationem tactus, quæ est maximum obiectum concupiscibilis. —

¶ Subiungit minorem principalem quæ patet, quia generatiua ordinatur ad actum generationis, qui sibi deseruit ad consequendum intentum naturæ, & habet ille actus in se delectationem tactus quæ delectatio est obiectum maximum cõcupiscibilis, & ita hæ tres potentiæ præcipuè concurrunt ad actum generationis, licet differenter, vt iam tactum est, & clarius habet D.S. in 2.dist.31. q.2.art.2. quia actus generationis duo habet. ſ. subiectum actus, & delectationem; delectatio autem ad sensum tactus pertinet, substantia verò actus generatiuę attribuitur, sicut exequenti, sed virtuti concupiscibili sicut imperanti, quia eius est tẽdere in id, quòd est conueniens, & delectabile secundum sensum, & ideo diuersis rationibus his tribus viribus, talis infectio præcipuè attribuitur; nutritiuę verò non attribuitur infectio originalis, nec scilicet causaliter, quia ipsa non est principium actus quo natura traducitur nisi multum remotè, inquantum generatiuæ deseruit; augmentatiuæ verò nulla infectio attribuitur, quia nec ad actum naturalis propagationis ordinatur, nec iterum habet actus exteriores qui per motum sensitiuæ partis explentur. Tunc ibi.

¶ Et ideo cum omnes partes animæ dicantur esse corruptę per peccatum originale, specialiter tres prædictæ dicuntur esse corruptę, & infectę. —

¶ Sub infert conclusionem ipsam, & ideo cum omnes &c. vt prius. Ex ista ergo conclusione, & iam dictis patet corollarium, quòd istę tres potentiæ dicuntur præsertim infectæ non formaliter, sed magis infectiuæ alicuius, & hoc loquendo de generatiua generantis, vt sic. & ſm processum qui est via generationis a carne ad animam, non autem ſm processum perfectionis, & actuale ab anima prolis ad potentias. De hoc habet Doct. San. in de malo.

malo.q.4.art.5.ad primum, quæ explicant, quod iam dictum est, & aliqua prædicta vbi infectio peccati dicitur esse in aliquo vel actu sicut in proprio subiecto, vel virtute sicut in causa. Causa autem originalis peccati est actus generationis quæ quidem ad virtutem generatiuam pertinet sicut ad exequentem, ad concupiscibilem autem sicut ad appetentem, & imperantem, ad sensum tabilem autem sicut ad sentientem delectationem nunciantem, vnde infectus sicut ad sentientem delectationem nunciantem, vnde infectio originalis peccati dicitur esse per prius in istis potentijs virtute sicut in causa, non autem sicut in proprio subiecto, hæc ille. Ex quibus patet, ꝙ dictum est, quia dicũtur infectę. i. infectiuę, & memorsis supra dictorum q. 17. quomodo concupiscibili attribuitur imperium, vt accipiatur pro motione efficaci ad actum.

ARGVM. in contrarium confirmat conclusionem &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd peccatum originale ex ea parte qua inclinat in peccata actualia, præcipuè pertinet ad volũtatem, vt dictum est, * sed ex ea parte qua traducitur in prolem, pertinet propinquè ad potentias prædictas, ad voluntatem autem remotè. —

*q.81.ar.3. ad 2.art.3.

¶ Ad maiorẽ vera, quòd in tali parte animæ est originale prius secundum inclinationem ad actum, & secundum processum qui est ab anima ad potentias; sic enim dictum est art.3. quòd voluntas sit primò corrupta, & aliquo modo infecta; sed ex ea parte, & secundum processum quo causatur originale a carnali semine in prole, sic pertinet propinquè ad tres dictas potentias, quia sunt immediatum principium generationis naturæ, voluntas autem remotum, vnde talis infectio attribuitur voluntati remotè. Et patet ista solutio ex dictis art.3.&c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd infectio actualis culpæ nõ pertinet nisi ad potentias quæ mouentur a voluntate peccantis; sed infectio originalis culpę non deriuatur a voluntate eius quę ipsum contrahit, sed per originem naturæ cui deseruit potentia generatiua, & ideo in ea est infectio originalis peccati. —

¶ Maior est vera, de culpa actuali, quia talis non peruenit nisi ad potentias quæ mouentur a voluntate. Secundò dico, quòd originale peccatum etiam non peruenit nisi ad tales potentias formaliter sub ratione culpę, potest tamen virtus, vel potentia quę non mouetur a voluntate, esse causatiua originalis in prole quando deseruit generationi naturali, ita ꝙ tales sunt infectiuę prolis, & in eis sit originalis infectio causaliter. Minor conceditur, sed tantùm est causatiua, & productiua immediatè ipsius gñationis naturalis factę virtute seminis deriuati ab Adam, quare negatur consequentia, quòd non sit maximè infecta causaliter, & cũ hoc pœnaliter, quia destitutio generatiuę & corruptio est pœna, & tamen causatiua culpæ in alio, scilicet prole generata, sicut & supra dictum fuit, quòd dispositio inducta ex actuali non est peccatum, & tamen causatiua peccati, & habet S. Bonauent. exemplum de scissura carnis quæ non est dolorosa ante animam, & tamen adueniente anima ipsa per eam dolet &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd visus non pertinet ad actum generationis nisi secundum dispositionem remotam, prout scilicet per visum apparet species concupiscibilis, sed delectatio perficitur in tactu, & ideo talis infectio magis attribuitur tactui, quàm visui. —

¶ Maior conceditur, sed tamen visus non ita propinquè pertinet ad actum generationis, sicut tactus, & prædictæ potentiæ. Et dico, quòd quàmuis pertineat propinquius ad rationem, tamẽ ex ea parte non traducitur peccatum originale in alterum, sicut per generatiuam. Ad minorem infectio culpæ, primò est in ratione, verum, secũdum inclinationem ad actualia peccata mediante voluntate, tñ non est primò in ratione infectio alterius, quare negatur consequentia, quia infectiuum dr̃ corruptiuum alterius, qđ non est ipsius visus propinquè nec rõnis, esto. n. per visum præsentetur species delectabilis, ex qua quis occasionatur ad actũ gñationis, hoc tñ est remotè, sicut & * deputatiua dictũ est ī corpore.

*aliàs nutritiua.

Quæstio Octuagesimaquarta.

De peccato, quod est causa alterius peccati.

DEinde considerandum est de causa peccati, secundum quòd vnum peccatum est causa alterius, & circa hoc quæruntur quattuor. Primò, vtrum cupiditas sit radix omnium peccatorum. Secundò, vtrum superbia sit initium omnis peccati. Tertiò, vtrum præter superbiam, & auaritiam debeant dici capitalia vitia aliqua specialia pcta. Quartò quot & quæ sint capitalia vitia.

¶ Postquàm determinauit D.S. de causis interioribus, & exterioribus peccati tam actualis, quàm originalis, hic consequenter secundum ordinem tactum supra q.75. determinat correspõdenter ad articulum quartum ipsius quæstionis, de causa peccati secundum quòd vnum peccatum est causa alterius. Et diuiditur in duas partes; primò inquiritur de peccatis quæ sunt causa omniũ peccatorum; secundò de his quæ sunt causa aliquorum peccatorum, sed non oĩum, in art.3. Circa primum. Primò inquiritur de peccato, quod est causa omniũ pctorũ in genere causæ materialis. Secundò de eo, qđ est causa omnium in genere causæ finalis. art.2. Et de ista causalitate horum peccatorum, hr̃ in scriptura canonica, de causalitate autem aliorum hr̃ ex auctoritate B.Greg.&c.

Vtrum cupiditas sit radix omnium peccatorum.

Inf.artic.2. cor.fi.& artic.3. ad 1. &, art.4. ad 4. Et 2.2.q. 119.ar.2.ad 1. Et Mal. q.8.art.1.ad 1. & q.13. art.1. ad 5. Et Rom.7. Lec.2.co.2. Et 1.Corin 11.Lec.4.colum.1. fin. 1.Eth.Lec. 6.col.6.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd cupiditas non sit radix omnium peccatorum, cupiditas enim quæ est immoderatus appetitus diuitiarum opponitur virtuti liberalitatis, sed liberalitas non est radix omnium virtutum; ergo cupiditas non est radix omnium peccatorum.

¶ 2 Præt. Appetitus eorum quæ sunt ad finem procedit ex appetitu finis; sed diuitiæ quarum appetitus est cupiditas non appetuntur nisi, vt vtiles ad aliquem finem, sicut dicitur in primo Ethi. ergo cupiditas non est radix omnis peccati, sed procedit ex alia priori radice.

¶ 3 Præt. frequenter inuenitur, quòd auaritia quæ cupiditas nominatur, oritur ex alijs peccatis, puta cum quis appetit pecuniam propter ambitionem, vel vt satisfaciat gulę; non ergo est radix omnium peccatorum.

¶ Sed contra est, quod dicit Apost. 1. ad Timot. vlt. Radix omnium malorum est cupiditas.

¶ In primo D.S. inquirit an cupiditas sit causa omnium peccatorum. ſ. in genere causæ materialis. Nota primò, ꝙ quia de hoc est plana auctoritas, videlicet ꝙ cupiditas sit radix omniũ peccatorum, ideo D.S. non scrutatur veritatem qõnis, sed quia multiplex est cupiditas, ideo videndum est de qua cupiditate intelligitur, & quomodo de illa verificet, & determinat ꝙ cupiditas quæ est speciale, & capitale vitium, sit illa radix. ¶ Nota secundò, quòd quia omnia peccata consistunt in appetitu, ideo origo peccatorũ est ſm originem appetibilis, finis autẽ, & appetibile alicuius peccati, vel obiectum eius est desiderabilis, propter duo. ſ. pp seipsum & hoc est excellẽtia, quia in omnibus bonis, hoc quærit homo. ſ. vt excellat, & hoc est superbia, & ergo superbia est initiũ omniũ peccatorum, vt patebit art.2. Sed secũdò est desiderabilis propter aliud, & hoc est, quia ad omnia valet, & hmõi sunt diuitiæ p quas homo credit omnia se hr̃e; & ergo licet pecuniæ sint de gñe boni vtilis, tñ propter talem eartm vtilitatem maximè appetuntur, & per illã vniuersalẽ vtilitatẽ faciunt ad fomentũ omniũ aliorũ vitiorũ, & per hoc cupiditas, & appetitus diuitiarũ vocatur radix, nã esse radicem attribuitur sibi rõne obiecti concupiti. ¶ Nota tertiò, ꝙ in xta aliàs dicta, in naturalibus, & moralibus id ꝙ vt in plurimum est, & fit, hr̃ pro vniuersali, esto in paucioribus, vel raro deficiat, & ideo cupiditas dr̃ radix omnium, quia vt plurimum peccata alia possunt, & recipiunt originem ex cupiditate, vel auaritia quæ prębet facultatem adimplendi omnia.

¶ Respondeo dicendum, quòd secundum quosdam cupiditas tripliciter dicitur, vno modo prout est inordinatus appetitus diuitiarum, & sic est speciale peccatum. Alio modo secundum quòd significat inordinatum appetitum cuiuscunque boni temporalis, & sic est genus omnis peccati, nam in omni peccato est inordinata cõuersio ad commutabile bonum, vt dictum est. * Tertio modo sumitur prout significat quandam inclinationem naturæ corruptę ad bona corruptibilia inordinatè appetenda, & sic dicunt cupiditatem esse radicem omnium peccatorum ad similitudinem radicis arboris quæ ex terra trahit alimentum, sic enim ex amore rerum temporalium omne peccatum procedit. —

*3.71.ar.6. q.72.ar.1.

Dub.56.

¶ In hoc corpore D.S. tria facit; primò declarat, & deducit quandã opinionẽ; secundò eandem examinat, ibi. Et hæc qđ &c. tertiò rndet ad quæsitum, ibi. Et ſm &c. Notando ergo opinionẽ quorundam præmittit triplicem acceptionem cupiditatis, vt tales opinantes distinguunt, qa vno modo accipitur cupiditas, put est inordinatus appetitus diuitiarum, & sic est speciale peccatũ, & in hoc bene dicitur, qa licet postea D.S. sentiat, ꝙ cupiditas isto modo sit radix pcrũm, & per consequens cõe cõitate causalitatis, cum quo stat, ꝙ est speciale, quia non cõe cõitate generis vel speciei, vt habet D.S. super ad Roman. 7. Secundo modo accipitur ſm quòd significat inordinatum appetitum cuiuscũq; boni

temporalis,& sic est genus omnis peccati, nam in omni peccato est inordinata conuersio ad commutabile bonum, vt patuit sup. q.71.ar 6.& q.72.art.1. Nota autem, quòd si vellemus appetitum accipere pro actu interiori,tunc talis appetitus est genus omnis peccati quo ad principale, quia ad omne peccatum cõcurrit actus interior.Si autem per appetitum intelligimus (sicut D.S.vł intelligere) conuersionem ad bonum temporale siue per actum interiorem siue exteriorem,tunc cupiditas est genus peccati, & quo ad interiorem actum, & quo ad exteriorem, & de cupiditate sic accepta intellexerunt aliqui Apostolum ad Rom.7.& Aug.super eundem locum,vbi dicit,quòd lex dum concupiscentiam prohibet omnia peccata prohibet.Sed D.S. intelligit de concupiscẽtia primo modo hic posito accepta,vt patet sup.q.73.art.6.ad secundum. Tertio modo sumitur, vt significat quãdam inclinationem naturæ corruptæ ad bona corruptibilia inordinatè appetenda, & sic secundum D.S.super Apostolum 1.ad Thim.vlt.est habituale tantùm peccatum,& non actu, sed est radix quædam peccatorũ, & secundum rem nihil aliud est quàm materiale peccati originalis, videlicet concupiscentia habitualis de qua in quæstionibus præcedentibus, & sic accipiendo cupiditatem dicunt illi opinãtes ipsam esse radicem omnium peccatorum,ad similitudinem radicis arboris, quæ ex terra trahit alimentum, & sic fouet arborem; sic ex amore, & concupiscentia illa habituali,& destitutione naturæ,omne peccatum procedit, & illud patet ex sup. dictis, quia concupiscentia habitualis,& inordinatio virium animæ per destitutionem originalis,est causa peccatorum actualium.

Dub.6:9. ¶ Et hæc quidem quàmuis vera sint, non tñ videtur esse ſm intentionem Apostoli qui dixit cupiditatẽ esse radicẽ omnium peccatorũ, manifestè.n.ibi loquitur cõtra eos qui cum velint diuites fieri incidunt in tentationes, & in laqueũ diaboli, eo ꝙ radix omnium malorum est cupiditas; vnde manifestum est, ꝙ loquitur de cupiditate ſm quòd est appetitus inordinatus diuitiarum.—

¶Hic consequenter examinat iam dicta,& dictam opinionem, & vult, ꝙ sunt in se vera, quia etiam cupiditas isto tertio modo accepta, est radix,vt dictũ est,sed in hoc deficit iste modus dicendi,quia non loquitur post mentem Apostoli,quia ille (dicens cupiditatem esse radicem omnium peccatorum) nõ intelligit de cupiditate isto modo,sed primo modo accepta, qđ patet ex hoc qa loquitur contra eos qui cũ velint diuites fieri incidunt in tentationẽ,& in laqueũ diaboli,eo ꝙ cupiditas est radix omniũ peccatorum,vnde constat,ꝙ loquitur de cupiditate quæ est inordinatus appetitus diuitiarum, & de cupiditate quæ est auaritia &c.

¶Et ſm hoc dicendũ est,ꝙ cupiditas ſm ꝙ est speciale peccatum,dr̃ radix omnium peccatorũ ad similitudinẽ radicis arboris quæ alimentum præstat toti arbori.Videmus enim,ꝙ per diuitias homo acquirit facultatẽ perpetrandi quodcunq; pctm̃, & adipiscendi desiderium cuiuscunque peccati, eo ꝙ ad habenda quæcunq; tẽporalia bona potest homo per pecuniam iuuari, ſm ꝙ dr̃

Dub.1144. Eccl.10.Pecunię obediunt omnia. Et secundum hoc patet, ꝙ cupiditas diuitiarum est radix omnium pctõrum.

¶Hic vltimò D.S.respondet ex propria opinione ad quęstum conclusione rñdente magis de qualitate cupiditatis,quàm ad dubitationem quæstionis, quia supponitur veritas ex auctoritate, vt

Conclusio. dicunt est in principio arti.Conclusio igitur talis est. Cupiditas secundum, ꝙ est speciale peccatum,dr̃ radix omnium peccatorum. Probatur, per diuitias homo acquirit facultatẽ perpetrãdi quodcunq; pctm̃,& adimplendi desiderium cuiuscunq; peccati: igitur cupiditas pecuniarum, quæ est speciale peccatum,est radix omnium &c. Tenet consequẽtia per similitudinem radicis naturalis ipsius arboris,quæ præstat alimentum toti arbori,& per cõsequẽs si diuitiæ dant facultatem,& nutrimentum, vel fomentum, tunc & ipsę,& earum appetitus sunt dicenda radix,& ita patet consequentia ex ratione radicis. Antecedens patet, quia ad habenda quæcunq; temporalia bona homo põt per pecuniã iuuari, vt patet Eccl.10. Pecuniæ obediunt omnia, quare antecedens verum. Nota circa hæc, ꝙ ex his hr̃,ꝙ cupiditas pecunię, & abundantia temporalium in causa vitiorum non quasi omnia vitia ordinentur ad diuitias sicut ad finem, sed quia diuitiæ quæruntur vt vtiles ad omnem temporalem finem,& sic ratione communis vtilitatis adimplendi desideria aliorum peccatorum vocatur radix. Nota tamen, quòd D.S. in 2.dist.42. q.1.art.2.& q.2.art.3.ad primum, videtur sequutus modum dicendi aliorum, vnde habet, quòd radices peccatorum nõ sunt propriè peccata, sed & in de malo loquitur fluctuando,sed super Apostolum,vt in argumento in contrarium, & hic ponit mentem quæ tenenda est.

ARG. in contrarium confirmat conclusionem. Circa hoc argumẽtum vide textum Apostoli,& videbitur clarè,quia loquitur de cupiditate prout est appetitus diuitiarum,habet ẽnim sic.Nam qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli,& desideria multa inutilia,& nociua quæ mergunt homines in interitum, & perditionem; radix.n.omnium malorum est cupiditas,quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis, tu autẽ ò homo Dei hæc fuge,vide D.S. ibidem &c. Nota tñ, ꝙ accipiendo cupiditatem tertio modo, vt est materiale originalis,tunc alia ratione est radix q̃ accipiendo primo modo,quia tertio modo est radix ratione subiecti,quia videlicet est inordinata dispositio subiecti,ex qua peccata ꝓcedunt, saltem sicut ex causa sine quam non;sed cupiditas primo modo est radix ratione obiecti, quia videlicet diuitiæ quæ sunt obiecti cupiditatis valent ad implendum alia peccata.Cupiditas autem secundo modo non potest esse radix, quia radix, & id quod est ex radice dicunt distingui, cupiditas autem isto modo nõ distinguitur &c. Patet ex his nullitas instantiæ Durãdi, quia esto cupiditas ad dicta dum, appeteret diuitias ad recipiendum,& sic cupiditas quo ad vsiũ non ministraret materiam alijs, cum hoc stat tamen,ꝙ obiectum eius præstet facultatem ad alia vitia, falsum est tamen, ꝙ cupiditas solùm consistat in appetitu habendi,immo in omni inordinato appetitu experiendi,vide 2.2.q.119.art.1.in solutione secundi, vide Capreolum in 2.dist.43.conclusione tertia &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ non ab eodẽ oritur virtus,& pctm̃, oritur.n.peccatum ex appetitu cõmutabilis boni;& ideo appetitus illius boni,qđ iuuat ad cõsequenda oĩa temporalia bona radix pctõrum dicitur; virtus autẽ oritur ex appetitu incõmutabilis boni, & ideo charitas quæ est amor Dei ponitur radix virtutum,secundum illud Eph.3. In charitate radicati, & fundati.—

¶Maior conceditur,sed dico, quòd non oportet principali, & capitali vitio opponi principalem virtutem, nec econtra, vt patuit sup.quæst.73.art.4.licet secundum dignitatem virtutis sit gravitas vitij directè oppositi,sed non principalitas;& ratione huius habet D.S.in solutione hic, & in secunda secundæ, quòd principalitas vitij sumitur per habitudinem ad bonum commutabile, quod multum mouet appetitum, vel quia videlicet ad multa alia consequenda, vel quia in se est multum appetibile; virtus autem oritur ex appetitu incommutabilis boni, præsertim virtus simpliciter perfecta; sicut patet de charitate, quare stant simul quòd vitium sit principale, quia circa bonum commutabile, & tamẽ virtus directè opposita, eo ipso, quòd directè opponitur vitio,quod est circa bonum commutabile,non est principalis virtus, quia vt iam tactum est circa commutabile bonum non potest esse principalis virtus; hoc tamen verum est,quòd maximæ virtuti opponitur maximum vitium directè,sed non principale sicut charitati diuinæ odium diuinum, sed principalitas vitij attenditur non per recessum a maxima virtute, sed per accessum ad principale bonum commutabile, quare concessa minore, quòd liberalitas non est radix omnium virtutum, quia non est circa summum bonum incommutabile, negatur consequentia, quia cupiditas est circa bonum commutabile,quod habet aliquam principalitatem, vnde D.S. 2.2.q.118.art.7. ad primum, dicit virtus perficit secundum rationem, vitium autem inclinationem appetitus sensitiui, non autem ad idem genus principaliter respicit ratio, & appetitus sensitiuus,& ideo non oportet,quòd principale vitium opponatur principali virtuti; vnde licet liberalitas non sit principalis virtus,quia non respicit ad principale bonum rationis,auaritia tamen est principale vitium,quia respicit pecuniam quæ hẽt quandam principalitatẽ inter bona sensibilia ratione dicta, (scilicet in corpore ibidem) prodigalitas autẽ non ordinatur ad aliquę finẽ principaliter appetibile,sed magis vł procedere ex defectu rationis, vnde Phil. in 4. Ethic. dicit, quòd prodigus magis dicitur vanus quàm malus. Hæc ille, vbi patet quòd minor est vera, sed habetur ratio negandi cõsequentiã, sicut & hic in solutione &c.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ appetitus pecuniarum dr̃ esse radix peccatorum,non quidem,quia diuitię propter se quærant tanq̃ vltimus finis, sed quia mplti quærũtur vt vtiles ad oẽm temporalẽ finẽ,& quia vniuersale bonũ est appetibilius q̃ aliquod particulare bonũ; ideo magis mouet appetitũ q̃ quædam bona singularia, quæ simul cum multis alijs per pecuniam haberi possunt.—

¶Ad maiorem,verum ꝙ appetitus eorum quæ sunt ad finẽ procedit ex appetitu finis;sed dico, quòd aliquid ad finem ordinabile potest habere aliquam principalem appetibilitatem, eo ꝙ omnia sensibilia virtute continet quales sunt diuitiæ. Ad minorem, conceditur,quòd diuitiæ appetuntur propter finem, quia propter naturæ sustentationem debent q̃ri quàmuis a malis quęrant propter explenda desideria quorũcunq; pctõrũ.Negatur cõsequẽtia, ꝙ nõ est radix in genere causę materialis, sed bene ꝓbat,ꝙ nõ est radix finalis. Et dico cõmuniter, ꝙ procedit ex alta radice finali,quia ad minus ex amore sui quæ est radix finalis ex parte appeti, quia ad minus ex amore sui quæ est radix finalis ex parte appetentis,vt tangit D.S.in 2.sententiarum.dist.42.q.2.artic.1.quia finis vltimus in amore commutabilium bonorum est ipse homo propter

propter quòd omnia alia quærit cum quo stat, quòd cupiditas sit radix ex parte eorum, quæ homo propter se quærit, licet non finalis, tamen effectiua, & materialis; radix enim etiam effectiuè se habet non tantùm materialiter, vt patuit sup.Et ita posset dici, quòd cupiditas sit radix effectiua; ratio autem probat, quòd non finalizat, nec ideo dicimus eam radicem &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut in rebus naturalibus non quæritur quid semper fiat, sed quid in pluribus accidit, eo quòd natura corruptibilium rerum impediri potest,vt non semper eodem modo operetur; ita etiã in moralibus consideratur, qđ vt in plurib. est, non autẽ qđ semper est,eo ꝙ voluntas nõ ex necessitate operatur; nõ igitur dr̃ auaritia radix oĩum malorũ,quin interdũ aliquod aliud malũ sit radix eius,sed quia ex ipsa, vt frequentius, alia mala oriuntur ratione prædicta. *—

*In cor. ¶Assumptum conceditur, ꝙ frequenter inuenitur, ꝙ auaritia oritur ex alijs peccatis, & hoc in genere causæ finalis, tamen & econtra cupiditas, vel auaritia etiam præstat instrumenta consequendi, & adimplendi alia peccata. Et dico secundò, vt tangetur art.4.ꝙ non est contra rationem principalis vitij, vt ex alio oriatur, sed hoc est contra eius rationem, vt nullum ex ipso oriatur. Et dico tertiò, quòd in moralibus, vt dictum est, quòd vt in pluribus fit, habetur tanquàm vniuersale, eo quòd in naturalibus,& moralibus non est necessitas omnimoda,quare concessa probatione assumpti, negatur consequentia, & ratio iam patuit.

Vtrum initium omnis peccati sit superbia &c.

P 22 q.162.artic.2.& ar.5 ad 1.& ar.7 ad 1. Et 2. dist.42.q.2 art.1.ad 7. Et 4.dist.17. q.1.artic.1. q.1. cor. Et Rom.1.lec. 2.col. 4. fi. & c.7.Lec. 2.col. 2. Et 2. Cor. 11. Lec.4. co.1. fin.

AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ superbia non sit initiũ omnis peccati,radix enim est quoddam principium arboris, & ita videtur idem esse radix, & initium peccati;sed cupiditas est radix omnis peccati, vt dictum est; * ergo ipsa etiam est initium omnis peccati, non autem superbia.

¶ 2 Præt. Eccl.10.dicitur, Initium superbiæ hominis est apostatare a Deo; sed apostasia a Deo est quoddam peccatum; ergo aliquod peccatum est initium superbiæ; ergo & ipsa non est initium omnis peccati.

¶ 3 Præt. illud videtur esse initium omnis peccati, quod facit omnia peccata;sed hoc est inordinatus amor sui qui facit ciuitatem Babylonis, vt Aug.dicit in 14.de ciuit. Dei; * ergo amor sui est initium omnis peccati, non autem superbia.

*Augustin. ca3.& vlt. ¶Sed contra est, quod dicitur Eccl. 10. Initium omnis peccati superbia.

¶Hic quærit de alio peccato, quod est causa communis peccatorum in genere causæ finalis, s.superbia, quæ autem sit differentia inter initium, & radicem peccati habebitur in fine artic. Nota autem pro intellectu dicendorum, ꝙ in superbia sunt duo, vel superbia accipitur dupliciter. Vno modo pro contemptu regulæ superioris. Alio modo pro inordinato appetitu excellentiæ;vt autem videatur quando superbia vtroq; modo capta sit speciale peccatum ab alijs distinctum. Ideo nota secundò, ꝙ superbiam prout est contemptus regulæ superioris esse cõem,& inueniri in omni peccato.s.mortali, potest intelligi dupliciter. Vno modo,quòd sit in omni mortali peccato ſm affectum,sic non est verum,quia nõ semper aliquis peccat ex actuali contemptu Dei, immo qñq; ex ignorantia,qñq; ex passione. Secundo modo põt intelligi, ꝙ inueniatur in omni peccato mortali ſm effectum,& sic habet veritatem,quia quicũq; peccat mortaliter,ille non subditur regulę superioris; stant.n.simul, ꝙ sic pctm̃ ſm effectum, & non affectum,sicut & dr̃ de quibusdam, ꝙ Millesij quidam stulti non sunt,operantur autem ęqualia stultis. Notæ tertiò, ꝙ superbia prout est inordinatus appetitus excellentiæ habet obiectum formale ab obiectis aliorum peccatorum distinctum, licet tõ sui obiecti in omnibus alijs inueniatur. Sic & supra dictum fuit de magnanimitate, ꝙ habet obiectum in omnibus virtutibus inuentum. Sic superbia ista quærit tanquàm proprium obiectum excellentiam tanquàm finem omnium peccatorum; sicut.n.in amore Dei,Deus est vltimus finis ad quem omnia ordinantur.ita in amore sui est excellentia quæ quæritur tanquàm vltimus finis. Nã qui quærit abundare in diuitijs, in scientia,vel honoribus,per omnia quandam excellentiam quærit,vnde est cõis per imperium, quia imperat alijs in finem suum, non quia semper actu imperet aliis in finem suum, sed quia apta nata est imperare oĩa vitia. Et quia obiectum suũ virtualiter in omnib.peccatis quæri põt.Patet ergo ꝙ superbia quo ad appetitũ excellentiæ est cõis.Similiter quo ad contemptũ est cõis,saltẽ ſm effectũ.Nota,ꝙ superbia quæ est appetitus excellentiæ,dupliciter accipitur. Vno modo,vt iste appetitus est circa excellentiã cui exhibetur honor, puta circa diuitias, & vestes,& hmõi,& sic est speciale pctm̃.Alio modo, vt est circa excellentiam in quacunq; re,& sic est quoddã gñale repertum in omni pctõ, & est actualis elcuatio contra præceptum superiorũ, hoc.n.est inordinatè appetere excellẽtiam,velle hr̃e aliquid contra legem superiorũ,cui debet subesse, & talis inuenitur in omni peccato ſm effectum. Sed superbia quæ est nolle subesse ſm affectum, est speciale peccatum, ita ꝙ ponitur vna superbia specialis,alia generalis quæ est contemptus diuinæ legis. s.secundũ effectum, volui autem istam distinctionem expresse præmittere,quia in articulo tangitur quidem, sed non nisi implicitè.

¶ Rñdeo dicendũ,ꝙ quidam dicunt superbiã dici tripliciter. Vno modo, ſm ꝙ superbia significat inordinatum appetitum proprię excellẽtiæ, & sic est speciale peccatum. Alio modo ſm ꝙ importat quendam actualem cõtemptum Dei quãtum ad hunc effectum, qui est non subdi eius præcepto, & sic dicunt, ꝙ est gñale peccatũ.

¶D.S.in hoc art.sicut in præced. tria principaliter facit. Primò declarat quandam opinionem circa intellectũ quęsiti.Secũdò examinat ibi,& hæc quidẽ,Tertiò rñdet ad quæstũ ex proprijs,ibi, Et ideo dicẽdum. Circa primum primò præmittit quandã distinctionem fundamentalem illius opinionis.Secundò subiungit ipsam opinionẽ,ibi,& sic dicunt &c Distinctio ergo est,ꝙ superbia primò accipit prout significat inordinatũ appetitũ proprię excellentiæ appetitũ videlicet formaliter tendentem in excellentiam inordinatè,contra statum cuiuslibet. Alio modo accipitur superbia ſm ꝙ importat quandam actualem contemptum Dei quantum ad hunc effectũ,qui est non subdi eius præcepto,& sic dicũt, ꝙ est gñale pctm̃. (Et nota, & sic dicunt,) quia si intelligitur, ꝙ cõtemptus ſm affectũ esset gñalis in omni pctõ,falsum esset;sed si intelligitur ſm effectũ, bene dictum est, quia superbia isto modo nihil aliud est, quàm auersio ab incõmutabili bono, vt habet D.S.de malo. ma.8.art.2.Tertio modo accipitur secundum ꝙ importat quandam inclinationem ad huiusmodi actualẽ cõtẽptum Dei ex corruptione naturæ, & sic nihil aliud est, quàm materiale originalis peccati, sicut & de cupiditate dictum est. Tunc ibi.

¶ Tertio modo secundum quòd importat quandam inclinationem ad huiusmodi contemptum ex corruptione naturæ,& sic dicunt, ꝙ est initium oĩs peccati,& differt a cupiditate,quia cupiditas respicit pctm̃,ex parte conuersionis ad bonũ cõmutabile,ex quo pctm̃ quodãmodo nutritur, & fouetur,& pp hoc cupiditas dr̃ radix;sed superbia respicit peccatum ex parte auersionis a Deo, cuius præcepto homo subdi recusat; & ideo vocatur initium, quia ex parte auersionis incipit ratio mali.

¶Subiungit D.S. illorum opinionem quo ad acceptionem superbiæ in titulo quæstionis,quia volunt, ꝙ superbia tertio modo est initium omnis peccati, sicut & dixerunt de cupiditate, & ponunt isti differentiam inter cupiditatem,& superbiam isto modo acceptam, quia cupiditas dicit habilitatem respectu conuersionis ad bonum oommutabile,quia peccatum quodammodo fouetur, & nutritur ex cõmutabili bono, & propter hoc dicitur radix, qa videlicet etiam in naturalibus radix fouet,& nutrit;superbia verò respicit peccatum ex parte auersionis ex qua incipit ratio mali, & peccati,ita quòd ex illa inclinatione inordinata præsertim voluntas habeat, vt se a Deo auertat. Deinde cum dicit.

¶Et hæc quidem quàmuis vera sint, tñ non sunt ſm intentionem sapientis,qui dicit.Initiũ oĩs peccati est superbia; manifestè.n.loquitur de superbia ſm ꝙ est inordinatus appetitus propriæ excellentiæ, vt patet per hoc, quod subdit.Sedes ducum superborum destruxit Deus, & de hac materia loquitur ibi ferè in toto capitulo.—

¶D.S.examinat prædictam opinionem,& dicit,quòd dicta illa in se sunt vera,sed non ad mentem sapientis, qui dicendo omnis peccati initium esse superbiã, loquitur de ea prout est appetitus inordinatus excellentiæ, & hoc patet intuenti capitulũ 10. vbi & subdit. Sedes ducum superborum destruxit Deus, sicut patet de Saule,qui fuit superbus superbia actuali;quare cum superbia tertio modo non sit actus nec actuale peccatum, ideo de ea nõ intelligitur sapiens, & præterea talis aptitudo in eo cui originale dimissum est, non habet rationem culpæ,nec per cõsequens demeretur illas pęnas quas sapiens ibidem ascribit superbiæ.

Du.733. q.1.artic.1. ad 1.& ar.3. ad 2. & q. 20. art.1.ad 2. sed magis ad propositum.q. 57. art.4. & q. 65. art.1. in cor. & ad 4.

¶Et ideo dicendum est, quòd superbia etiam ſm ꝙ est speciale peccatum d est initium omnis peccati.Constĕrandum est enim,ꝙ in actibus voluntarijs,cuiusmodi sunt pctã duplex ordo inuenitur,s.intentionis,& executionis. In primo quidem ordine habet rõem principij finis, vt supra multotiens dictum est. * Finis autem

in omnibus bonis temporalib. acquirendis est, vt homo per illa quandam perfectionem singularem, & excellentiam habeat, & ideo ex hac parte superbia quæ est appetitus excellentiæ, ponitur initium omnis peccati.

¶Eradicato siniſtro intellectu tituli quæſtionis, vel auctoritatis ſapientis. Hic conſequenter D.S. ponit verum intellectum, & ſecundum eum reſpondet tali concluſione. Superbia ſecundum ꝙ eſt ſpeciale peccatū, & quæ eſt appetitus excellentiæ, ponitur initium omnis peccati ex parte intentionis, ſed ex parte executionis auaritia ponitur eſſe radix omnium malorum. Dicit autē concluſio notanter ſuperbia, quæ eſt appetitus excellentiæ, quia ſm D.S. 2.2.q.111.art.2.in cor. ex ſuperbia poſſunt oriri omnia peccata duplici ratione. Vno modo per ſe, inquātum ſcilicet omnia peccata ordinantur ad finem ſuperbiæ, quæ eſt propria excellentia, ad quam poteſt ordinari omne id quod quis inordinatè appetit. Alio modo indirectè, & quaſi per accidens, ſcilicet remouendo prohibens, inquantum ſcilicet homo per ſuperbiam contemnit diuinam legem, per quam prohibetur a peccando, vbi innuit, quòd ex ſuperbia omnia peccata oriuntur per ſe, vt videlicet eſt appetitus excellentiæ, de qua hic loquitur; ſed ex ſuperbia, vt eſt nolle ſubijci Deo, oriuntur per accidens, & de tali non loquitur hic, quia de ipſa non habet locum probatio concluſionis, quam D.S. hic ponit &c. Dicit autē ex parte intentionis, pro quo D.S. breuiter notat, ꝙ in actibus volūtatis, cuiuſmodi ſunt peccata, duplex ordo inuenitur. ſ. intentionis, & executionis. Probat ergo D.S. concluſionem, & primò primam partem. ſecundò ſecundā, ibi. Sed ex parte executionis; Arguitur ſic pro prima parte concluſionis, in ordine intentionis habet rationem principij, vel initij ipſe finis, ſed ex parte executionis eſt primū id, quod præbet opportunitatem adimplendi omnia deſideria peccati, quod & habet rationem radicis. Sed finis in omnibus bonis temporalibus acquirendis eſt, vt homo per illa quandam perfectionem ſingularem & excellētiam habeat; & diuitiæ quæ ſunt materia auaritiæ, præbent opportunitatem adimplendi omnia deſideria peccati; ergo prima pars concluſionis vera. Maior patuit multotiens ſupra q.1. art.1.ad 1.& art.3.ad 2.& q.20.art.1.ad 2.& magis.q.57.artic.4.in cor.& q.65. art.1.in cor.in fine, & ad quartum. Minor relinquitur nota pro ambabus partibus. Nota autem, vt haberi poteſt ex D.S. in de malo ma.8. q.2. ſuperbia iſta eſt generale principium omnium vitiorum ex parte finis ſui; ſicut charitas omnium virtutum, quia videlicet ordinare poteſt omnia vitia in finem ſuum; quare ſicut ad virtutem, cuius actus meritorius eſt nō oportet, ꝙ ſemper actu ordinetur in Deum, ſed ſufficit ordo virtualis; ita ad ſuperbiæ finem ordinantur omnia peccata non ſemper actu, & expreſsè, ſed virtualiter, quia quærens quodcunq; bonum temporale inordinatè, quærit aliquam ſufficientiam, & perfectius, & ſic virtualiter finem, & obiectum ſuperbiæ; & ergo notanter dictum eſt, quòd ex tali ſuperbia initientur finaliter omnia peccata, ſaltē virtualiter, ſicut & vltimus finis ſecundum cōem rationem in omnibus appetitur; ſic excellentia inordinata in omnibus peccatis, non autem initiantur finaliter omnia peccata ex ſuperbia, vt dicit contemptum Dei, quia nō omne peccatum eſt ex contemptu, vt oſtdit D.S. ſecunda ſecundæ, vbi ſtatim. Nota, ꝙ D.S. 2.2. vbi iam.art.7.probat, ꝙ ſuperbia ſit principium omnium peccatorū, & hoc ex alio fundamento, & de ſuperbia ſm formale, videlicet ex parte auerſionis, quia quod eſt per ſe, eſt primum in quolibet genere, ſuperbia autem per ſe reſpicit auerſionem, vt ibidem declaratur.artic.6. Vnde patet, quòd loquitur ibidem de eſſe principium in ratione peccati, & de ſuperbia, vt eſt nolle ſubijci expreſsè; hic autem loquitur de eſſe principium in ratione finis, & ratione conuerſionis, & de ea, vt eſt appetitus excellentiæ, ita ſcilicet, quòd omnia quæ appetuntur in alijs peccatis, virtualiter appetuntur ob finem ſuperbiæ. Eſt autem ſuperbia, vt dicit formalem auerſionem, prīc piū aliorum, & initium, eo modo quo primum in vnoquoq; genere eſt principium eorum quę ſunt poſt, quia videlicet oīa alia aliqualiter ipſum participant, & includunt; ſic oīa peccata habēt quaſi participatiue, qđ conueniat ſuperbiæ ſic dictę per eſſentiā, & formaliter. ſ. auerſionē a Deo; talis tñ ſuperbia, ſicut D.S. ibidem habet, eſt principium omnium, non quia omnia oriantur, ſed ꝙ nullū eſt, qđ nō poſſit ex ea oriri. Deinde cū dicit.

¶ Sed ex parte executionis eſt primum id, quod præbet opportunitatem adimplendi omnia deſideria peccati, quod habet rationem radicis, ſecundum diuitiæ, & ideo ex hac parte auaritia ponitur eſſe radix omniū malorum, vt dictum eſt. * Et per hoc patet rñſio ad primū.

*arti.præc.

¶Ponit & probat ſecundam partem concluſionis ſic, ex parte executionis eſt primum id, quod præbet opportunitatem adimplendi deſideria omnia peccati, quod & habet rationem radicis, ſed diuitiæ quæ ſunt materia auaritiæ præbent opportunitatem adimplendi omnia deſideria peccati; ergo ſecunda pars cōcluſionis vera, quòd auaritia eſt radix omnium peccatorum. Maior patet de ſe, & tacta eſt art. præced. Similiter minor.

ARGVM. in contrarium eſt pro prima parte concluſionis.

¶Ad primi maiorem, radix eſt quoddam principium arborum effectiuum, & quaſi materiale, vt enim ſup.q.62.art.4.ad primum allegatum fuit, radix non ſolùm habet rationem materiæ, ſed etiam cauſæ actiuæ inquantum adminiſtrat nutrimentum. Ad ſecundam partem maioris, negatur, quòd ſit idem radix, & initium, quia radix habet ſe in via executionis, & præſtat aliis vitijs materiam, ſed initium eſt, quod reſpicit principalem finem in quem omnia alia ordinantur. Minor conceditur, ſed negatur conſequentia, quia fundatur in falſo intellectu, quaſi idem ſit radix, & initium, quod falſum eſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd apoſtatare a Deo dicitur eſſe initium ſuperbiæ ex parte auerſionis; ex hoc enim, quòd homo non vult ſubdi Deo, ſequitur quòd inordinatè velit propriam excellentiam in rebus tēporalibus, & ſic apoſtaſia a Deo nō ſumitur ibi, quaſi ſpeciale peccatum, ſed magis, vt quædam conditio gñalis oīs peccati, quæ eſt auerſio ab incommutabili bono. Vel poteſt dici, ꝙ apoſtatare a Deo dicitur eſſe initium ſuperbiæ, quia eſt prima ſuperbiæ ſpecies, ad ſuperbiam enim pertinet cuiq; ſuperiori nolle ſubijci, & præcipuè nolle ſubdi Deo, ex quo contingit, quòd homo ſupra ſeipſum indebitè extollatur quantum ad alias ſuperbiæ ſpecies.

¶Ad maiorem dicitur dupliciter, primò, quòd non intelligitur quaſi apoſtatare a Deo ſit aliud a ſuperbia hominis, ſed accipitur pro vna conditione quæ inuenitur in omni peccato, ſcilicet pro auerſione a Deo, ex qua auerſione incipit radix peccati, & ſic ſuperbia, ſcilicet ſm effectum inuenitur in omni peccato, & eſt formale omnis peccati, & etiam ſuperbiæ, quia primum intelligitur nolle ſubeſſe Deo, quàm inordinatè ferri in excellentiam, & ita ſuperbia, etiam vt eſt appetitus excellentiæ, includit apoſtaſiam a Deo tanquam formale principium, & initium, vt peccatum eſt, quia & in tali ſuperbia eſt conuerſio, & auerſio; & ſecūdum D.S. in de malo, vbi ſupra; & in 2.diſt.42. in fi. ſuperbia ſic accepta, & cupiditas non dicuntur duo peccata, ſed vnum peccatum tantùm ſecundum habitudinem ad diuerſos terminos, ex quibus conſtituitur vnum peccatum, ſicut ex materiali, & formali, eo ꝙ omne peccatum eſt auerſio ab incommutabili bono, & conuerſio ad commutabile. Et intellige D.S. in prima reſponſione, quòd ex hoc non vult ſubdi ſecundum effectum, quòd non ſubdi intelligitur ordine naturæ conuerſioni inordinatæ, non autem intelligitur de non ſubdi ſecundum affectum, quia tunc non eſſet talis apoſtaſia communis omni peccato &c. Vnde habet D.S. ſecunda ſecundæ q.12. art.1. quòd apoſtaſia quæ importat voluntarem a mandatis Dei reſilientem, inuenitur in omni peccato mortali, quod etiam debet intelligi de voluntate ſecundum effectum. Secundò dicitur, ſicut & D.S. dicit 2.2.q.162. art.7. ad 2. quòd apoſtatare a Deo eſt initium ſuperbiæ humanæ, non quaſi aliud peccatum a ſuperbia exiſtens, ſed quia eſt prima pars & ſpecies ſuperbiæ. Superbia.n. ſecundum affectum principaliter recuſat ſubiectionem diuinam, quæ eſt potiſſima ſuperbia, & ex illa conſequuntur aliæ ſpecies ſuperbiæ, puta nolle conſtringi præcepto hominis; & etiam ex ea conſequitur, quòd inordinatè extollatur ſupra ſe, ita quòd talis apoſtaſia eſt initium ſuperbiæ, & tamen eſt ſuperbia ſicut ſol eſt principium corporum, & tamen eſt corpus. Ad minorem concedo, quòd apoſtaſia eſt peccatum, vel quia formale in omni peccato, vel quia prima ſpecies ſuperbiæ, vt dictum eſt. Negatur autem conſequentia ſi intelligatur, quòd aliquod aliud peccatum a ſuperbia ſit initium ſuperbiæ, ſed probat, quòd in ſuperbia eſt vnum principale, & aliud minus principale, & vna ſpecies prior alijs, & per conſequens negatur & vltima conſequentia.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd in hoc homo ſe amat, ꝙ ſui excellentiam vult, idem enim eſt ſe amare, quod ſibi velle bonum; vnde ad idem pertinet, quòd ponatur initium omnis peccati ſuperbia, vel amor proprius.

¶Conceditur totum vſque ibi. Nō autem ſuperbia, quia ſuperbia non excludit amorē ſui, immo includit, velle.n. excellentiam ſibi, quod eſt ſuperbiæ, eſt ſeipſum amare, quare ad idem pertinet ponere initium omnis peccati ſuperbiam, & amorem ſui. Nota tñ, vt ſupra tactum fuit ex D.S. in 2.vbi ſtatim. Amor ſui eſt radix omnis peccati ex parte peccantis, quia videlicet peccans ipſe eſt vltimus finis omnis peccati; ſed ſi accipitur radix, vel initium ex parte eorū quæ propter ſe quærit, ſic ſuperbia prout eſt appetitus excellētiæ includitur in omni peccato modo dicto, & eſt initium finale, quia autē idem actus eſt, quo quis quærit excellentia ſicut ſummum, & finale appetibile, & quo amat ſeipſum, ideo D.S. hic dicit, ꝙ ad idē pertinet ponere initium amorem ſui, & ſuperbiā, licet vt diſtinguūtur ſm terminos diſtinguātur, quia amor ſui eſt initium ex parte peccantis, ſuperbia autem ex parte concupiti. Nota quòd Durandus mordet hunc ar. volens probare quòd inordinata excellentia non in omnibus peccatis quæratur, quia nō in peccatis intemperantiæ, vbi quærūtur turpes delectationes, per quas

Durandus

quas ſcitur non ſequi excellentia. Sed negatur, quod dicit; nam multi gloriantur in talibus, & eſtimant ſe excellere alios, qui nō poſſunt talibus turpibus perfrui ſicut ipſi, & reputant talia eſſe re præſentatiua, & manifeſtatiua propriè excellentiæ. Similiter, ꝙ objicitur de fuga pœnarum, & triſtitiarum propter timiditatē in rebus bellicis, non valet, nam tales fugientes intendunt conſeruare, & protelare vitam ſuam, & incolumitatem præ cæteris; ſic autem conſeruare proprium bonum præ cæteris apprehendunt vt quoddam ſignum ſagacitatis, & propriæ excellentiæ; & præterea, vt dictum fuit in appetendo quodcunque appetunt aliquam ſufficientiam, & perfectionem deſiderāt, & hoc eſt ſuperbire ſecundum effectum, & includitur virtualiter appetitus excellētiæ. Vide in Capreolo.in 2.diſt.43. circa tertiam concluſionem.

Vtrum præter ſuperbiam, & auaritiam, ſint quædam alia peccata ſpecialia, quæ dicuntur capitalia.

Q

*infra art.4. & locis ibi citatis.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd præter Superbiam, & Auaritiam non ſunt quædam peccata ſpecialia, quæ dicuntur capitalia; ita enim videtur ſe habere caput ad animalia ſicut radix ad plantas, vt dicitur in 2.de anima, * nam radices ſunt oti ſimiles; ſi igitur cupiditas dr̄ radix omnium malorum, vr̄ ꝙ ipſa ſola debeat dici vitium capitale, & nullum aliud peccatum.

*Ariſ.text. 31.

¶ 2 Præt. caput habet quēdam ordinē ad alia membra, inquantū a capite in oīa membra diffunditur quodammodo ſenſus, & motus; ſed peccatū dicitur per priuationem ordinis; ergo peccatum non habet rōnem capitis, & ita non debent poni aliqua capitalia peccata.

¶ 3 Præt. capitalia crimina dicuntur quæ capite plectuntur; ſed tali pœna puniuntur quædam peccata in ſingulis generibus; ergo vitia capitalia non ſunt aliqua determinata ſecundum ſpeciem.

*Greg.ca. pit.31.

¶ Sed contra eſt, qđ Greg.31. Mor. * enumerat quædam ſpecialia vitia, quæ dicit eſſe capitalia.

¶Quærit nunc de peccatis, quæ ſunt cauſa quorūdam peccatorum, licet non omnium quæ dicuntur capitalia. Et primò quæritur ratio denominationis. Secundò ratio enumerationis. Quærit ergo an præter Superbiam, & Auaritiam, quæ ſcilicet ſunt radix omniū peccatorū, ſint quędā alia peccata ſpecialia, quæ dicuntur capitalia, & ſint etiā per hoc cauſa quorundam aliorū pctōrum.

¶Reſpondeo dicendum, quòd capitale dicitur a capite; caput autem propriè quidem eſt quoddam membrum animalis, quod eſt principium, & directiuum totius animalis; vnde metaphoricè omne principium caput vocatur, & etiam homines qui alios dirigunt, & gubernant, capita aliorum eſſe dicuntur.

¶D.S. in hoc art. duo facit. Primò declarat titulum quæſtionis. Secundò iuxta verum intellectum reſpondet, ibi. Et ſic dicitur. Circa primum declarat quæſitū, quòd poſſet dupliciter intelligi, ſecundum vnam diſtinctionem; cuius rationem primò ponit, ſecundò membra diſtinctionis proſequitur remouendo primum membrum, & primum intellectum quæſiti, ibi. Dicitur ergo &c. Ratio ergo diſtinctionis, & duplicis intellectus quæſiti eſt, quia capitale dicitur dupliciter. Vno modo a capite propriè dicto, qa videlicet capite punitur, & de talibus capitalibus, hic non intendimus. Nec hoc modo loquitur B.Greg. cum dicit quædam eſſe capitalia. Sic enim ſecundum B.Aug. Omelia de purgatorio, plura ſunt capitalia. ſ. ſacrilegia, homicidia, adulteria, fornicatio, falſum teſtimonium, rapina, furtum, Superbia, Auaritia, Inuidia, talia enim ſunt mortalia; ſed capitalia de quibus intendimus non omnia ſunt mortalia ex genere. Secundo modo dr̄ vitiū capitale, vel peccatum prout metaphoricè ſignat principium, vel directiuum aliorum peccatorum. Ratio diſtinctionis ponitur in principio arti. quia capitale dicitur a capite, ſed caput dicitur dupliciter, ſcilicet propriè, & metaphoricè; ergo & capitale. Illa minor declaratur in littera, quia caput propriè dicitur membrum principale animalis; principale quo ad ſenſum, & cognitionem, & virtutem directiuam omnium membrorū, licet quo ad motionem naturalem, & vitalem cor præmineat, vt ſolet dici, tertia par. q.8. artic.1. Sed quia tale membrum, quod propriè caput dicitur, eſt principium, (ſcilicet incipiendo a ſuperiori,) & directiuum totius animalis, ideo metaphoricè omne principium caput dicitur, & etiam homines qui alios gubernant, capita aliorum dicuntur, quare ſequitur diſtinctio prædicta. Deinde ibi.

¶ Dicitur ergo vitium capitale vno modo a capite propriè dicto, & ſecundum hoc peccatum capitale dicitur peccatum, quod capitis pœna punitur; ſed ſic nunc non intendimus de capitalibus peccatis, ſed ſm quòd alio modo dicitur peccatum capitale, prout metaphoricè ſignat principium, vel directiuum aliorum.

¶Proſequitur membra prædictę diſtinctionis remouendo primum membrū ab intellectu quæſiti, & ſecundum applicādo, quia videlicet vitiū dr̄ capitale vno modo a capite propriè dicto &c.

¶Et ſic dicitur vitium capitale ex quo alia vitia oriuntur, & præcipuè ſecundum originem cauſæ finalis, quæ eſt formalis origo, vt ſupra dictum eſt. * *q.18.art.6 q.72. art.6. q.75. art.1. in fine cor.

¶Hic conſequenter D.S. rñdet ad quæſitum iuxta intellectum declaratum. Et primò probat concluſionem rñſiuam, quā in corpore non ponit, ſed in ſolutione primi argumēti. Secundò infert ex illa probatione quoddam corollarium, ibi. Et ideo vitium, &c. Concluſio ergo rñſiua talis eſt, præter Superbiam, & Auaritiam, ſunt alia peccata quædam ſpecialia, quæ dicuntur capitalia. ſ. ſecundo modo metaphoricè. Probatur concluſio, vitiū capitale dr̄ metaphoricè ex quo alia peccata oriūtur, præcipuè ſm originem cauſæ finalis. ſ. propinquę, quæ eſt origo formalis, ſed præter Superbiam, & Auaritiam ſunt quædam alia peccata ſpecialia, ex quibus alia oriuntur ſecundū originem cauſæ finalis propinquę; ergo concluſio vera. Maior patet ex dictis, quia capitale dicitur metaphoricè caput prout ſignificat principium, vel directiuum aliorum &c. Maior patebit ſecunda ſecundæ in ſpeciali, & in generali art. ſeq. Et de Inuidia patet. 2.2. q.36. de Ira, 2.2.q.154. de Luxuria. 2.2.q.132. de inani gloria. q.132. de Gula.q.188. Et patet exemplariter, de Inuidia, qua nititur obſcurare excellentiam alterius; ex qua ſequitur detractio, ſuſurratio &c. Et dicit maior, quòd origo qua oritur vnum vitium ex alio, ſicut ex fine ſit formalis, hoc patuit ſupra, q. 18.artic.6.& q.72.art.6.& q.75.art.4. in fi.cor. quia in moralibus ſumitur forma ex fine; quando ergo vnum mouet ad finem ſuum habet ſe finaliter, & formaliter. Deinde ibi,

¶ Et ideo vitium capitale non ſolùm eſt principium aliorum, ſed etiam eſt directiuum, & quodamodo ductiuum aliorum; ſemper enim ars, vel habitus ad quem pertinet finis, principatur, & imperat circa ea quæ ſunt ad finem. Vnde Greg.31. Moral. * huiuſmodi vitia capitalia ducibus exercituum comparat. * Greg. capit.31.

Infert ex dictis quoddam corollarium, ſ. quòd vitium capitale non ſolùm eſt principium aliorum, ſed etiam eſt directiuum, & quodammodo ductiuum aliorum. Probatur corollarium ex dictis, ſemper ars, vel habitus, vt in littera, ſed ad vitia capitalia pertinet finis; ergo &c. Maior patuit ſupra, & minor iam dicta eſt. Et confirmatur illud corollarium auctoritate B.Gregor. qui comparat hmōi vitia ducibus exercituum; ſic Inuidia ducit, & mouet multa vitia in finem ſuum. Nota circa iſta D.S. in de malo. ma.8.art.1. quia vnum vitium ordinari in finem alterius, cōtingit dupliciter. Vno modo ex parte peccantis cuius voluntas prōtior eſt ad finem vnius peccati, quām alterius, & hoc accidit peccatis. Nec ſecūdum hoc debet intelligi, quod hic dictum eſt, videlicet, quòd dicatur capitale, in cuius finē aliud ordinatur. Sed alio modo contingit ex habitudine finium; quorum vnus habet quādam conuenientiam cum alio, ita quòd vt in pluribus ad ipſum ordinetur, ſicut deceptio quæ eſt finis fraudis ordinatur ad pecunias congregandas, quod eſt finis Auaritiæ, & ſecundum hoc intelligitur, quod dictum eſt, ſcilicet aliqua vitia ordinari in finem capitalis. Nota ſecundò, quòd concluſio notanter dicit de origine finali propinqua, quia videlicet vitia capitalia accipiuntur ſecundum fines propinquos, non quidem omniū peccatorum ſpecialium, ſed quorundam, ex quibus, vt in pluribus nata ſunt alia peccata oriri. Et ideo licet ſuperbia ſola cōtineat finem primum omnium peccatorum, ex qua ſecundum originem finalē remotā omnia oriūtur, tū & alia dicunt capitalia, qa origine finali propinqua, alia ex ipſis oriuntur, & hoc ſufficit ad rationem capitalis.

ARGVM. in contrarium eſt pro concluſione reſponſiua.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd capitale dicitur denominatiuè a capite, quod quidem eſt per quandam deriuationem, vel participationem capitis, ſicut habens aliquam proprietatē capitis, & non ſicut ſimpliciter caput; & ideo capitalia vitia dicuntur non ſolùm illa quæ habent rōnem primæ originis; ſicut Auaritia quæ dr̄ radix, & ſuperbia, quæ dr̄ initium; ſed etiam illa quæ hñt rōnem originis propinquę reſpectu plurium pctōrum.

¶Ad maiorem, vel aſſumptum dico, quòd eſto verum ſit de capite, non tamen de capitali metaphoricè dicta.; quia capitale dicitur per quandam deriuationem, vel Analogiam capitis, quia videlicet hēt aliquam proportionabilitatem cū capite propriè dicto. ſ. eſſe principiū, vel eſſe directiuū. Radix autē dr̄ ſolū primum

principium plantę vltra. Si igitur, dico quòd cupiditas dicitur esse radix omnium malorum, quia est primum principium in via executionis, vt patuit art. 3. Sed negatur consequentia; quia non est par ratio, de radice, & capitali, vt dictum est. Ad radicem enim requiritur, quòd sit primum principium; sed ad capitale sufficit habere conditionem capitis, quæ competit alijs a cupiditate, & superbia; quare esto illa dicantur radix, & initium; alia tamen habentia originem propinquam respectu aliquorũ, possunt dici capitalia. Nota circa hoc, quòd cupiditas alia ratione dicitur esse radix; alia ratione capitale, quia secũdum iam dicta plus requiritur ad radicem, quàm ad capitale. Et secundò dantur peccata capitalia, quæ non sunt radices. Vnde alia ratione dicitur hoc, alia ratione illud. Dicitur ergo radix ratione materiæ, inquantum materia præbet opportunitatem adimplendi alia peccata, vt patuit, & inquantum materia sua est primum in executione, sed dicitur capitale, sicut & cætera, inquantum ad diuitias sub ratione finis plura ordinantur, & multa vitia ex appetitu diuitiarum in genere causæ finalis oriuntur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum caret ordine ex parte auersionis, ex hac enim parte habet rationem mali; malum autem secundum Auguſt. in lib. de natura boni, * est priuatio modi, speciei, & ordinis; sed ex parte conuersionis respicit quoddam bonum, & ideo ex hac parte dicitur habere ordinem. *Aug.c.4.

¶Maior conceditur, & eam declarat D.S. 3.par. q.8. artic. 1. in cor. Ad minorem, patuit supra q. 75. præsertim art. 4. ad primum, & secundum, quia peccatum dicitur per priuationem ordinis, sed non importat solam illam priuationem, sed & actum sub priuatione; & secundò dicitur per priuationem partialiter, sed non totaliter; & tertiò dicitur per priuationem, & caret ordine ex parte auersionis, & sic habet rationem mali, sed ex parte conuersionis, vel ex parte actus, vel ex parte obiecti, est vel respicit quoddam bonum appetibile, & vnum peccatum respicit appetibile finalius, quàm aliud peccatum; & ex hac parte contingit, quòd sit ordo inter peccata, & vnum ex alio in genere causæ finalis oriatur; Ergo &c. Verum, nõ habet rationem capitis ratione auersionis, quæ in nullo est appetibilis, nec per consequens magis in vno quàm in alio, sed non probat quin ratione conuersionis, vel obiecti, vnum habeat conditionem capitis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa ratio procedit de capitali peccato secundum quòd dicitur a reatu pœnę; sic autem hic non loquimur.

¶Ad maiorem dico, quòd capitalia dicuntur vno modo, quia capite puniuntur, secundum ꝙ capitale dicitur a capite propriè dicto, sed tamen & alio modo dicũtur capitalia a capite metaphoricè, & proportionabiliter dicto, ſm quòd omne principium caput dicitur, Minor vera, quòd in singulis generationibus quæ puniuntur pœna mortis, & capitis; & consequenter conceditur consequens, quòd capitalia itto modo non sunt specialia, & determinata, cum quo stat, quòd capitalia, secundo modo sunt aliqua determinata, sic autem loquimur hic in proposito &c.

Vtrum sit dicendum septem esse vitia capitalia.

R 2.dist.42.q.2.arti.3. Et Mal. q.8.artic.1. AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd non sit dicendum septem esse vitia capitalia, quæ sunt inanis gloria, Inuidia, Ira, Auaritia, Tristitia, Gula, Luxuria, peccata enim virtutibus opponuntur; virtutes autem principales sunt quattuor, vt dictũ supra est; * ergo & vitia principalia, siue capitalia non sunt, nisi quattuor. * q.61.ar.2.

¶ 2 Præt. Passiones animæ sunt quædam causę peccati, vt supra dictum est, * sed passiones animæ principales sunt quattuor; de quarum duabus nulla fit mentio inter prædicta peccata, scilicet de spe, & timore; numerantur autem aliqua vitia ad quę pertinet delectatio, & tristitia; nam delectatio pertinet ad Gulam, & Luxuriam, tristitia verò ad Accidiam, & Inuidiam; ergo inconuenienter enumerantur principalia peccata. * quæſt.77.

¶ 3 Præt. Ira non est principalis passio. non ergo debuit poni inter principalia vitia.

¶ 4 Præt. sicut cupiditas siue auaritia est radix peccati, ita Superbia est peccati initium, vt supra dictũ est, * sed Auaritia ponitur vnum de septem vitijs capitalibus; ergo Superbia inter vitia capitalia enumeranda esset. * art.1.& 2. huius q.

¶ 5 Præt. quædam peccata cõmittuntur, quæ ex nullo horum causari possunt; sicut cũ aliquis errat ex ignorantia, vel cum aliquis ex aliqua bona intentione committit aliqđ pctũ, puta cũ aliquis furatur, vt det elemosynam; ergo insufficienter capitalia vitia enumerantur.

¶ Sed incontrarium est auctoritas Gregorij sic enumerantis. 31. moralium. * * Greg.ibi

¶ Hic vltimò quęrit incidẽtaliter de numero capitalium vitiorum, habito enim quia sint aliqua specialia, quę dicuntur capitalia; restat videre quot sint, & quæ.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, * vitia capitalia dicuntur ex quibus alia oriuntur, præcipuè ſm rationem causæ finalis; huiusmodi autem origo potest attendi dupliciter. Vno quidem modo secundum conditionem peccantis, qui sic dispositus est, vt maximè afficiatur ad vnum finem, ex quo vt plurimũ in alia peccara procedat, sed iste modus originis sub arte cadere non potest, eo quòd infinitæ sunt particulares hominum dispositiones. Alio modo secundum naturalem habitudinem ipsorum finium adinuicem; & secundum hoc, vt in pluribus vnũ vitium ex alio oritur, vnde iste modus originis sub arte cadere potest. * art.pre.

¶ Doct. S. duo facit. Primò deducit quandam conclusionem præambularẽ secũdum vnam distinctionem. Secundò conclusionem respõsiuam; quam intendit ibi, Secundum hoc &c. Intendit ergo D.S. primò talem conclusionem præambularem, si loquamur de capitalibus ex parte peccantis; tunc nõ potest dari certus numerus, si autem loquamur de capitalibus ex parte peccati tunc potest dari ex arte certus numerus. Pro intellectu huius quæstionis, & conclusionis D.S. resumit ex art. 3. ꝙ capitalia vitia dicuntur ex quibus alia oriuntur, præcipuè secundũ rationem causæ finalis. Sed huiusmodi origo dupliciter potest attẽdi. Vno modo ſm conditionem peccantis, qui sic dispositus est, vt maximè afficiatur ad vnum finem, ex quo vt in plurimum alia procedũt. Alio modo ſm naturalem habitudinem ipsorum finium adinuicem, ergo & capitalia possunt dici dupliciter; illa est distinctio, & arguitur pro conclusione præambulari sic. Infinitum ab arte relinquendum est; nec de eo potest ex arte dari certus numerus, sed origo capitalium primo modo est infinita, non autem secundo modo; ergo. Patet minor ista quo ad primam partem, quia infinitę sunt particulares hominum dispositiones, ſm quas vnus afficitur ad hoc tanꝙ ad finem talem ex quo in alia procedit, alius ad aliud. Secunda pars minoris patet, quia ſm illum modum originis, vt in pluribus vnum vitium oritur ex alio, sed quod est vt in pluribus in moralibus, habetur vt certum; igitur &c.

¶ Secundum hoc ergo illa vitia capitalia dicunt quorum fines habent quasdã primarias rõnes mouẽdi appetitum, & ſm harum rationũ distinctionẽ distinguntur capitalia vitia; mouet autem aliquid appetitũ dupliciter. Vno modo directè, & per se, & hoc modo bonum mouet appetitum ad prosequendum; malum autem secundum eandem rationem ad fugiendum. Alio modo indirectè, & quasi per aliud, sicut aliquis aliquod malũ prosequitur propter aliquod bonum adiunctũ, vel aliquod bonum fugit, propter aliquod malum adiunctum.

¶ Hic consequenter D.S. deducit talem conclusionem rñsiuã ad quæsitum implicitè. Septẽ sunt vitia capitalia in titulo qõis enumerata. Probatur conclusio, vitia capitalia distinguuntur, ſm distinctionem rationum mouendi appetitum; sed illę rationes mouendi sunt septem; ergo maior patet, quia iuxta dicta, illa vitia dicũtur capitalia quorum fines, & obiecta habent quasdam primarias rationes mouendi appetitum; ergo secundum harum distinctionem &c. Illud assumptum patet ex art. 3. & ex iam dictis circa conclusionem præambularem; ac si argueretur; Ab illo habet aliquod distinctionem a quo habet suã rõnem, sed ex rõne mouendi appetitum habẽt capitalia rõnem; ergo & distinctionem. Minor deducitur vsque ad finem, & arguitur sic. Ratio mouendi appetitũ est duplex. f. per se, & directè, scilicet ſm ꝙ aliquid ſm propriam rationem attrahit appetitum, vel repellit, alio modo indirectè, & quasi per aliud, scilicet ſm ꝙ appetitus refugit bonũ propter malum adiunctũ, vel prosequitur malum propter bonũ, sed ex rõne mouendi directè attrahendo appetitũ sumuntur quatuor capitalia; vel sic, sed rationes mouendi directè attrahendo sunt quattuor, secundum rationes verò mouendi indirectè sumuntur tria; ergo minor principalis vera, scilicet ꝙ ſm rationes mouendi sumũtur septem capitalia. Huius vltimę rationis maiorem primò ponit. Secundò probat minorem quo ad ambas partes, primam ibi. Bonum autem hominis. secundam ibi, Quòd autem aliquis &c. Maior ergo proxima relinquitur nota, quia oportet illas rationes distingui, f. secundũ, quòd vnum bonum per se mouet appetitum, & ſm quòd a bono recedit. Deinde cum dicit.

¶Bonum

¶ Bonum autem hominis est triplex, est enim primò quoddam bonum animæ, quod scilicet ex sola apprehensione appetibilitatis habet, sicut excellentia laudis, vel honoris, & hoc bõnum inordinatè prosequitur inanis gloria. Aliud est bonum corporis, & hoc, vel pertinet ad conseruationem indiuidui, sicut cibus, & potus, & hoc bonũ inordinatè prosequit gula; aut ad conseruationem speciei, sicut coitus, & ad hoc ordinatur luxuria. Tertium bonum est exterius, scilicet diuitiæ, & ad hoc ordinatur auaritia. Et eadem quatuor vitia inordinatè fugiunt quatuor mala contraria.

¶Probat primam partem minoris præcedentis, & hoc dupliciter. Secundò ibi. Vel aliter, Arguitur primò sic, bonum hominis, quod f. directè mouet, est triplex. f. animæ, corporis, & exterius bonum; sed secundùm bonum animæ (.f. quod habet appetibilitatẽ ex sola apprehensione) sumitur vnum. f. inanis gloria. Ex bono corporis, quod est duplex. f. pertinens ad conseruationem indiuidui, sicut cibus & potus, & secundùm hoc sumitur gula. Aliud pertinet ad bonum speciei, & ad hoc ordinatur luxuria. Tertium bonum directè mouens est bonum exterius, scilicet diuitiæ, & ad hoc ordinatur auaritia.

¶Notat Doct. Sanct. circa ista, quòd eadem quatuor vitia iam dicta inordinatè fugiunt mala contraria, sicut gula, quæ inordinatè prosequitur delectabile bonum indiuidui, scilicet in cibis, fugit tristitiam, quæ est ex absentia ciborum, & sic de alijs. Consequenter cum dicit.

¶ Vel aliter, bonum præcipuè mouet appetitum ex hoc, quòd participat aliquid de proprietate fœlicitatis, quam naturaliter omnes appetunt. De cuius ratione est primò quædam perfectio, nam fœlicitas est perfectum bonum ad quod pertinet excellentia, vel claritas, quam appetit superbia, vel inanis gloria. Secundò de ratione eius est sufficientia, quam appetit auaritia in diuitijs eã promittentibus. Tertiò est de conditione eius delectatio, sine qua fœlicitas esse nõ potest, vt dicitur in primo & 10. Ethic. * & hanc appetunt gula, & luxuria. *Lib.1.c.7. & seq.li.10. c.6.7.& 8.

¶ Deducit aliter primam partem minoris prædictè sic, quia bonum mouet appetitum secundùm quòd aliquid participat de proprietate fœlicitatis quam naturaliter omnes appetunt; sed de eius ratione sunt quatuor; ergo & quatuor vitia, minor deducitur in litera, ibi. De cuius ratione &c. Consequenter cum dicit.

¶Quod autem aliquis bonum fugiat propter aliquod malum coniunctum, hoc contingit dupliciter, quia aut hoc est respectu boni proprij, & sic est accidia, quæ tristatur de bono spirituali propter laborem corporalem adiunctum. Aut est de bono alieno, & hoc si sit sine insurrectione, pertinet ad inuidiam, quæ tristatur de bono alieno inquantum est impeditiuum proprię excellentiæ. Aut est cum quadam insurrectione ad vindictam, & sic est ira, & ad eadem etiam vitia pertinet prosecutio mali oppositi.

¶Procedit ad secundam partem minoris sępedictæ, f. quòd secundùm indirectam motionem boni sumantur tria vitia capitalia, scilicet secundùm quòd bonum mouet ad fugam, & arguitur sic, quòd aliquis fugiat bonum propter malum cõiunctum est dupliciter, & secundùm primum modum sumitur vnum vitium, iuxta secundùm modum sumuntur duo; ergo illa pars minoris vera. Illa minor deducitur in litera, quia aut hoc est respectu boni proprij (scilicet quòd fugiat bonum proprium, quod ad se attinet inquantum habet malum adiunctum) & sic est accidia, quæ tristatur de bono spirituali propter laborem corporalem adiunctum, qui habetur ab accidioso tanquàm quoddam malum. Aut aliquis fugit bonum alienum propter malum coniunctum (inquantum scilicet bonum alterius habet malum illius coniunctum, & hoc est dupliciter, quia si sit sine insurrectione (hoc est sine insuasione & impugnatione exteriori) & sic est inuidia, quæ tristatur de bono alieno inquantum est impedimentum proprię excellẽtiæ, aut est cum quadam insurrectione ad vindictam, & sic est ira. Notat etiam Doct. Sanct. circa ista tria, quòd ad ea pertinet prosecutio mali oppositi; quia eiusdem rationis est prosequi bonum, & fugere malum oppositum; sicut inuidia, quæ fugit bonum alterius, vt impedit excellentiam, prosequitur, & delectatur in malo alterius, vt cedit in propriam excellẽtiam, & sic de alijs; quia accidia delectatur de obmissione spiritualis boni, vt cedit in propriam quietem &c. Patet ergo numerus capitalium secundùm rationes mouendi appetitum diuersimodè, vel scilicet ad prosecutionem, vel fugam, & iuxta horum membrorum subdiuisionem. Vide de materia istius ar. Doct. Sanct. in de malo. q.8. artic. 1. Vide & secundo sententiarum dist. 42. q. 2. artic. 3. Et aduerte ibidem; quia loquitur de superbia, & cupiditate secundùm modũ aliorum, quem hic nõ commendat quo ad intẽtionem Apostoli, & sapienti, vt patuit.

¶ Nota quòd Scotus sequens fundamẽtum supra improbatum, quòd scilicet virtutes, & vitia principaliter sint in voluntate, ponit aliam rationem distinctionis capitalium, in secundo dist. 42. in fine, secundùm quòd voluntas nata est tendere in delectabilia appetitus sensitiui, & se ei condelectare. Dicit enim quòd secũdũ formalem rationem peccatorum ista diuisio septimembris, non est sufficiens, immo esset per se accipiẽda distinctio peccatorum, vel ex carentia, vel ex obliquitate præceptorum, ita quòd sicut sunt 10. præcepta, ita sunt 10. peccata capitalia, & ex oppositione ad virtutes. Hæc ille. Sed ibi dicit multa dubia primò, quòd peccata distinguantur ex obliquitate peccatorum. Si enim intelligitur, quòd obliquitas det speciem, & sit prima ratio distinguendi peccata, patuit falsitas supra q. 72. art. 5. Præterea non aduertit Scotus, quia sanctus Grego. non diuisit peccatum in communi in septem membra, sed capitale vitium, quod est origo propinqua, & tunc ista diuisio est formalis, & sufficiens; quia sumitur iuxta formalem rationem capitalis, quæ est esse motiuum principaliter appetitus. Capitalis autem non attenditur penes habitudinem, vel oppositionem ad præceptum. Vnde non videtur satis aduertisse ad rationem capitalis, & probat solùm, quòd illa diuisio nõ est peccati in communi, nec peccati grauissimi, sed capitalis, qđ penes illos diuersos modos mouendi appetitum formaliter distinguitur. Capitale enim non est, nisi in appetitu respiciens bonum prosecutiuè, vel fugiendo per accidens, quare Scotus auctoritati Beati Gregorij nimis parũ detulit, & præterea Scotus videtur velle, quòd capitale dicat quasi principale in grauitate, quod non est. Vnde non sumuntur, vt ipse putat, capitalia per oppositionem ad virtutes, vel præcepta. Scotus p2 rũ tribuit huic distinctioni sancti Gregorij.

Et pro conclusione responsiua est auctoritas Gregorij quam inducit argumentum in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd non est eadẽ ratio originis in virtutibus, d & vitijs; nam virtutes causantur per ordinem appetitus ad rationem, vel etiam ad bonum incommutabile, quod est Deus; vitia autem oriuntur ex appetitu boni commutabilis; vnde non oportet, quòd principalia d vitia opponantur principalibus virtutibus. D.1003. D. 1179.

¶Patet solutio ex dictis ar. 1. ad primum. Ad maiorem, conceditur, sed dico, quòd non est eadem ratio principalitatis vitij, & virtutis; immo vt dictum fuit, non potest esse, vt capitali vitio opponatur principalis virtus, quia capitale vitium est circa bonum sensibile, & commutabile, virtus autem principalis circa tale esse non potest; & secundò, quòd quamuis vera sit maior, tamen alia est ratio originis in virtutibus, & in vitijs. Nam virtutes acquisitę causantur per ordinem appetitus ad rationem, infusę autem in ordine ad incommutabile bonum. Vnde quæ principalius se habent ad rationem, & ad Deum sunt maiores, vt potest patere ex supra dictis. Vitia autem oriuntur secundùm habitudinem ad cõmutabile bonum, & inter ea, quòd respicit bonum commutabile magis motiuum appetitus inordinati, hoc est principalius; secus de virtutibus, quare concessa minore, quæ supra q.61 ar.2. habita est, negatur consequentia, & ratio patuit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd timor, & spes sunt passiones irascibilis, omnes autem passiones irascibilis oriuntur ex passionibus concupiscibilis, quæ etiam omnes ordinantur quodammodo ad delectationem, & tristitiam; & ideo delectatio, & tristitia principaliter connumerantur in peccatis capitalibus, tanquàm principalissimæ passiones, vt supra habitum est. * * q.25.ar.1. & 4.

¶Conceditur maior, quæ habita fuit supra q.77. & dico iuxta supra dicta q. 25. ar. 1. quòd omnes passiones irascibilis oriuntur a passionibus concupiscibilis, & terminantur ad eas, & inter passiones concupiscibilis delectatio, & tristitia sunt finales ad quas omnes ordinantur.

¶Ad primam partem minoris cõceditur, quòd passiones principales sunt quatuor, vt patuit supra q. 25. art. 4. f. gaudium, & tristitia, spes & timor, quia sunt finales, vel simpliciter, vel secundũ quid. Conceditur etiam secunda pars minoris, quòd non sit mentio de spe, & timore; & ratio est, quia non sunt simpliciter principales, sed adhuc terminantur in gaudium, vel tristitiam tanquàm in principalissimas. Cõceditur totum, quod sequitur; sed negatur consequentia; quia de ratione capitalis est, vt sit principale, & finale, quare magis nominantur vitia nominibus passionum simpliciter finalium, & principalium, quales sunt delectatio, & tristitia. Nota tamen quòd inuidia, & accidia dicunt tristitiam, quæ significat passionem, non tamen solùm sunt passiones, sed etiã possunt accipi pro motu voluntatis simplici. Quare esto aptius significentur

gnificentur nominibus huiusmodi passionum, non tamen solũ accipiuntur pro passionibus; sed vt dictum est extensè, & pro motu sensualitatis, & voluntatis; sicut & supra q.82.ar.3. dictum fuit, quòd nomen concupiscentiæ in originali peccato intelligitur ẽt inordinatio virium animæ. Sic in proposito inuidia significat & passionem concupiscibilis, & motum voluntatis &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ira licet non sit principalis passio; quia tamen habet specialem rationem appetitiui motus, prout aliquis impugnat bonum alterius sub ratione honesti. i. iusti vindicatiui, ideo distinguitur ab alijs capitalibus vitijs.

¶Illud argumentum est quasi replica ad solutionem præcedentis. Dictum est enim quòd ponantur inter capitalia, quæ pertinent & important delectationem, & tristitiam, quia tales sunt principales. Tunc sequeretur, quòd ira non deberet poni, quia non est principalis passio; dicitur concedendo antecedens, sed negat consequentia, quia non solùm ponuntur nomina passionum, propter principalitatem inter passiones, quamuis & hæc sit vna ratio, sed etiam propter specialem modum appetitiui motus; sunt enim capitalia, quæ dicunt speciales modos tendendi in bonum, sic autẽ est ira præ alijs motibus, quia videlicet est circa bonum alterius, scilicet impugnandum sub ratione iusti, sic uidelicet, quia appetit impugnationem, vt iustam non quòd bonum alterius, vt iustũ impugnet; & quia etiam ex ira multa oriuntur, ideo alijs connumeratur.

¶Nota circa hoc, quòd vitium oppositum mansuetudini, non habet nomen impositum, ideo nomen passionis, quod de se est indifferens, & commune ad motum bonum, & malum moraliter, sumitur pro nomine vitij capitalis; quare non quæcunque ira pertinet ad vitium capitale, sed ira immoderata, quæ est vitium, & secundùm Doct. Sanct. in de Malo ma. 12. ar. 2 ad primum, quando dicitur, ira esse peccatum, non intelligitur solũ prout est passio, id est motus appetitus sensitiui, sed etiam prout nominat actũ intellectiui appetitus, qui est voluntas; & hoc confirmat, quod dictum est de inuidia, & accidia, in solutione præcedenti.

¶Ad quartum dicendum, quòd superbia dicitur esse initium omnis peccati secundùm rationem finis, vt dictum est, & secundùm eandem rationem accipitur principalitas vitiorum capitaliũ, & ideo superbia quasi vniuersale vitium non connumeratur alijs; sed magis ponitur velut regina quædam omnium vitiorum; sicut Gregorius dicit, * Auaritia autem dicitur radix secundùm aliam rationem; sicut supra dictum est. *

¶Circa hoc argumentum nota, quòd Doct. Sanct. in de Malo materia 8. art. 1. ad 16. videt aliter loqui de materia istius argumẽti, quàm hic, & secunda secundæ q. 162. artic. 8. quia in de Malo vult quòd Grego. non posuerit superbiam inter capitalia, quę importat rebellionẽ ad legem Dei, quia sic est radix vniuersalis omnium peccatorum; sed superbia, quæ est appetitus excellentię ponitur vitium capitale alijs condiuisum, & loco huius superbię specialis beatus Gregorius ponit inanem gloriam, hæc ille in sententia; sed hic, & in secunda secundæ melius ponderauit materiam, & vult, quòd illam superbiam, quæ est initium omnis peccati secundùm rationem finis, Beatus Greg. non posuit inter vitia capitalia; sed constat ex dictis ex ar. 2. quòd talis superbia, quæ est finis omnium, est superbia, quæ est appetitus excellentiæ, quæ iuxta Doct. Sanct. secunda secundæ, vbi iam art. 2. est vniuersalis, qa ex ea per se oriũtur alia vitia; vnde habet Doct. Sanct. secunda secundæ. Superbia dupliciter considerari potest, vno modo scilicet vt est quoddam speciale peccatum, alio modo secundùm q̃ habet quandam influentiam in omnia peccata. Capitalia autem vitia ponuntur quædam specialia peccata ex quibus multa genera peccatorum oriuntur, & ideo quidam considerantes superbiam secundùm quòd est quoddam speciale peccatum, connumerauerunt eam alijs capitalibus vitijs (sicut Isidorus & Cassianus); Grego. verò considerantes vniuersalem eius influentiam quam habet in omnia vitia, vt dictum est (. s. art. 2.) non connumerauit eã alijs capitalibus vitijs, sed posuit eam reginam omnium vitiorum, & matrem, hæc ille. Habetur autem hoc in solutione, de qua influẽtia debet intelligi, quia finali, & per consequens loquitur de superbia prout est appetitus excellentiæ. Ex quibus habetur quid sit dicendum ad argumentũ, ad quod dr̃. Ad maiorem vera, sed tamen est differentia inter radicem, & initium, quia initium dr̃ secũdùm rõnem finis, vt patet ar. 2. & ideo superbia, quæ habet finem communem omnibus vitijs est uniuersalis respectu omnium, & quia capitalitas ẽt attenditur iuxta finalitatem, ideo superbia propriè dr̃ regina vitiorum, quia communem finem omnibus habet, & rõ secundùm Greg. & conuenienter non connumeratur alijs capitalibus, quia finis communis omnibus. Secus de radice, vel cupiditate, vel auaritia, quia talis dr̃ ex hoc, q̃ dat fomentum oĩbus; sed quia ex hoc non attendit rõ capitalis, sed ex rõne finis, rõ superbia habetur tanq̃ communis capitalibus, vt sic, non autẽ auaritia, quia non est communis secundùm rõnem capitalis, vt sic; quare, & dictum fuit ar. 3. ad primum, q̃ aliunde auaritia habet, q̃ sit radix, & aliunde, q̃ sit capitale; quare illa maior non continet omnimodam similitudinem; vnde concessa minore, negatur consequentia, & rõ patuit, quia superbia est communis oĩbus capitalibus, ea rõne qua capitalia dicuntur, & ideo ponitur supra oĩa, & non connumeratur eis. Cupiditas autem est radix secundũ aliam rationem, ex qua non dicuntur capitalia, & ideo non supraponitur alijs, sed connumeratur, non tamen vt radix, sed aliunde, ut patuit ar. 3. ad primum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ista vitia dicuntur capitalia, quia ex eis, vt frequentius alia oriuntur; vnde nihil prohibet aliqua peccata interdum ex alijs causis oriri. Potest tamen dici, q̃ omnia peccata, quæ ex ignorantia proueniunt, possunt reduci ad accidiam ad quam pertinet negligentia, qua aliquis recusat bona spiritualia acquirere propter laborem; ignorantia enim quæ potest esse causa peccati ex negligentia prouenit, vt supra dictum est, * quòd autem aliquis committat aliquod peccatum ex bona intentione, videtur ad ignorantiam pertinere, inquantum scilicet ignorat, quòd non sunt facienda mala, vt veniant bona. * q.76.a.2

¶Dicitur dupliciter, primò dato antecedente, negatur cõsequẽtia, qa non dr̃ capitalia quasi oĩa, & semper ex eis oriantur; sed qa vt plurimũ ex eis oriuntur, & ideo potest contingere, q̃ malũ non oriatur ex alio vitio, sed ex bono; sicut ex bona intentione. s. dandi eleemosynam, oritur furtum. Secundò dr̃ negando antecedens, & dico ad probationem, q̃ ignorãtia reducitur ad accidiã, quia solũ ignorantia, quæ est ex negligentia, est causa peccati, vt patuit q. 76. art. 2. negligere autem est accidiæ; quare radicaliter etiam illa vitia, quæ consistunt in hoc, quòd aliquis facit malum ex bona intentione reducuntur ad aliquod capitalium, habent en im illam ignorantiam ex negligentia prouenientem, quia nõ sciunt, q̃ non sunt facienda mala, vt eueniant bona.

Quæstio octuagesimaquinta.

De effectu peccatorum, qui est corruptio naturæ.

§

DEinde considerandum est de effectibus peccati. Et primò quidem de corruptione boni naturæ. Secundò de macula animæ. Tertiò de reatu pœnę. Circa primum quæruntur sex. Primò, vtrum bonum naturæ diminuatur per peccatum. Secundò, vtrum totaliter tolli possit. Tertiò, de quatuor vulneribus, quæ Beda ponit, quibus natura humana vulnerata est propter peccatũ. Quartò, vtrum priuatio modi, speciei, & ordinis sit effectus peccati. Quintò, vtrum mors, & alij defectus corporales sint effectus peccati. Sextò, vtrum sint aliquo modo homini naturales.

¶ Iste est sextus, & vltimus tractatus partialis de peccatis, in quo postquàm D. S. determinauit de peccatis secundùm se, & de eorum distinctione ac comparatione, atque subiecto, atq; causa. Hic consequenter determinat de effectibus peccati. Sunt autem tres effectus principales peccati. s. corruptio boni naturæ, & de isto effectu determinatur in quæst. præsen. Secundus effectus est macula animæ, & de illo determinatur. q. seq. Tertius effectus est reatus pœnæ, & de illo determinatur. q. 87. Circa primum, primò ostendit quomodo peccatum corrumpit bonum naturæ spiritualis. s. animæ. Secundò quomodo corrumpit bonum naturæ corporalis ar. 5. Circa primum, primò fit, quod dictum est. Secundò elicitur quoddam corollarium ex dictis quarto art. Circa primũ primò fit, quod dictum est in genere. Secundò ostenditur propositũ in speciali ostendendo quot sint genera vulnerum ex peccato cõtracta ar. 3. Circa primum, primò ostenditur quomodo peccatum diminuit bonum naturæ, spirituale scilicet, secundò inquiritur, an possit corrumpere totum bonum naturæ ar. 2. Patet autem ratio ordinis huius quæstionis ad præcedentes clarè, quia effectus est posterior est re ipsa &c. Patet & ordo harum quæstionum inter se, quia natura prior est, ideo quæritur primò de effectibus respicientibus naturam, deinde animam, quæ prior est, & intimior, quàm effectus in ordine ad pœnam. 1.q.48.a.1.q. & 2.di.3.q. 4.ar.1.ad 5. Et di.30.q. 1.ar.1.ad 2. Et 3.di.20. q.1.ar.1.ad 2. Et 3.contra. cap.12. Et Mal.q.2 art.11.

Vtrum peccatum diminuat bonum naturæ.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd peccatũ non diminuat bonum naturæ, peccatum enim hominis non est grauius, quàm peccatum dæmonis; sed bona

bona naturalia in dæmonibus manent integra post peccatum, vt Dionysius dicit 3. ca. de diui. no. ergo peccatũ etiam bonum naturæ humanæ, non diminuit. Dionysius.

¶ 2 Præt. Transmuratio posteriori non transmutatur prius, manet enim substantia eadem transmutatis accidentibus; sed natura præexistit actioni voluntariæ; ergo facta deordinatione circa actionem voluntariam per peccatum, non transmutatur propter hoc natura, ita q̃ bonum naturæ diminuatur.

¶ 3 Præt. Peccatum est actus quidam, diminutio autem est passio, nullum autem agẽs ex hoc ipso, quòd agit patitur; potest autem contingere, quòd in vnum agat, & ab alio patiatur; ergo ille, qui peccat per peccatum, non diminuit bonum suæ naturæ.

¶ 4 Præt. Nullum accidens agit in suum subiectũ; quia quod patitur est potentia ens, quod autem subijcitur accidenti iam est actu ens secundùm accidens illud; sed peccatum est in bono naturæ sicut accidens in subiecto; ergo peccatum non diminuit bonum naturæ, diminuere enim quoddam agere est.

¶ Sed contra est, quòd sicut dicitur luce 10. Homo descendens a Hierusalem in hiericho, ideſt in defectum peccati, expoliatur gratuitis, & vulneratur in naturalibus, vt Beda exponit; * ergo peccatum diminuit bonum naturæ. * Habetur in glo. ordinaria super illum locũ.

¶Hic ergo primò quæritur de bono naturæ spiritualis, an peccatum diminuat illud. Circa istam materiam oportet aliqua breuiter prænotare, quæ faciunt ad intellectum materiæ, & primò q̃ quamuis priuatio non stet cum habitu oppositio, tamen contingit subiectum alicuius habitus stare cum obstaculo, & impedimento habitus, hoc est formæ positiuę; sic tenebra non stat cum luce, aer autem, & eius aptitudo ad lumen stat cum his, quæ præcludunt, & obstant lumini; sic priuatio gratiæ, quæ concomitat peccatum, non stat cum gratia, tamen aptitudo animæ ad gratiam, & habitus sibi connexus stat cum peccato, quod non est quidem priuatio gratiæ, nec eam tollit formaliter, tamen est obstaculũ quod dam, quod animam auertit ab eo a qua gratiam recipere habet.

¶Nota secundò, quòd anima ex natura sua nõ solùm est capax & habilis ad perfectiones naturales, sed etiam gratuitas; & non solùm est capax gratuitorum, quæ sunt actus secundi, sed etiam actus primi, licet ibi sit capacitas naturalis, hic autem solũ obedientialis; & quia peccatum opponitur rationi naturali rectę, & inclinationi virtutis, & cum hoc gratiæ, & habilitati ad gratiam per modum obstaculi, ideo talis habilitas dicitur diminui per peccatum ad sensum dicendum ar. 2. per viam. s. obstaculi; obstaculũ enim facit vt res sit minus apta ad susceptionem eius cui obstat, & talem habilitatem singulariter ad bonum gratiæ dicemus in hoc articulo bonum naturæ, quod diminuitur, & impeditur per peccatum.

¶Nota tertiò, quòd talis habilitas de qua loquimur non est habilitas ad actum secundum virtutis, quæ est dispositio absoluta, & habitus de genere qualitatis, nec est habilitas talem habitum consequens, quæ habilitas proxima potest totaliter tolli per actus cõtrarios, & augetur, & minuitur per intensionem, & remissionem alicuius absoluti. s. ipsius habitus, & dispositionis; sed est habilitas animæ quo ad eius essentiam, & eius potentias ad recipiendum bonum gratiæ in essentia, & virtutes infusas in potentijs, & talis habilitas est in anima ante omnem habitum, & actum, licet dicatur in ordine ad habitum, sicut ad terminum, non tamen fundatur in habitu; immo essentia animæ est habilitas ad gratiam, sicut eius proprium susceptiuum ante omnem potẽtiam, & talem habilitatem ponimus minui per peccatum. s. habilitatem animæ ad habitus infusos, siue sit habitus essendi, vt est gratia, quæ est in essentia animæ, siue habitus operandi, qui sunt in potentijs animę, vt virtutes infusę; quare Durandus in ista materia nihil facit contra D. S. qui putat D. S. loqui de habilitate ad actum virtutis quã arguit totaliter tolli, quod & D. S. concedit; sed loquitur D. S. de habilitate ad habitus, quæ habilitas nunquàm tolli potest anima manente, quia ex natura est habilis, quæ natura est anima met; sicut & habilitas ad lumen non potest tolli ab aere manente eius diaphoneitate, in hoc tamen inter est inter habilitatem propinquam etiam animæ ad gratiam, quòd habilitas talis non distinguitur ab ea realiter, sed ratione tantùm, habilitas verò aeris proxima ad lumen distinguitur realiter ab aere; quia diaphaneitas aeris ab aere realiter distinguitur; sed in hoc est simile, quòd sicut habilitas aeris ad lumen non superaddit aliquid reale supra diaphaneitatem, ita nec habilitas animæ ad gratiam super essentiã animæ aliquid reale addit; vñ talis habilitas non notat relationẽ ad terminum correlatiuum, sed dicit aptitudinẽ pfectibilis ad pfectionem, quæ aptitudo est met essentia animæ relatiuè conceptas vnde talis habilitas dicitur absolutum relatiuè cõceptum; sicut & alibi proportionabiliter dicitur de aptitudine animę ad corpus, & commensuratione eius substantiali, quod est absolutum a termino, sed non a susceptiuo; ita hoc non est absolutum a perfectiuo formaliter, vide D. S. in de Veri. ma. 27. ar. 6. ad 5ecundum, & q̃is ab anima nihil essentialium auferatur, impeditur tamen ordo ipsius essentię ad gratiam per modum cuiusdam elongationis; sicut contrariæ dispositiones elongant potentiam materiæ ab actu formæ, hæc ille &c. quid habilitas ad gratiam.

¶Nota quarto, vt tollatur locus argumentorum Scoti in ista materia, quæ habetur in 2. dist. 37. circa principium distinctionis, quòd non intelligimus bonum naturæ animæ minui, vel corrumpi per peccatum quasi essentia animæ, vel pars essentiæ, vel potentiæ tollatur; quia sicut ipse bene probat, & essentia, & potentiæ sunt incorruptibiles; sed quia prædicta habilitas diminuitur modo dicendo, nõ videlicet per viam subtractionis, sed per viam remissionis. Est autẽ duplex modus remissionis, vnus per remissionem ipsius qualitatis, & hoc modo non minuitur tale bonũ; sed est alius modus minuẽdi aliquam habilitatem per appositionem obstaculi, & dispositionis contrariæ, & hoc modo minuitur talis habilitas; & hoc modo quamuis habilitas ista sit finita, vt Scotus arguit, tamen potest aliquid ab ea etiam æqualiter subtrahi in infinitum, & tamen non consumitur; quia talis diminutio est per accidens, hoc est per aliud. s. per appositionem impedimenti, & nõ quia habilitas minuatur in se quantum ad suam entitatem, & ergo si finitum minueretur per se, & per subtractionem, tunc tolleretur tandem totaliter; sed quia minuitur per aliud, quod potest in infinitum multiplicari, ideo in infinitum minuitur per accidens, & per aliud; sicut si inter solem, & aerem ponerentur infinita obstacula, non tamen tolleretur habilitas aeris ad lumen, & si in aqua in infinitum poneretur intendi calor, semper minueretur habilitas ad receptionem frigoris, nunquàm tamen totaliter tolleretur &c. Scotus.

¶Respondeo dicendum, quòd bonum naturæ humanæ potest tripliciter dici. Primò ipsa principia naturæ ex quibus ipsa natura constituitur, & proprietates ex his causatæ; sicut potentiæ animæ, & alia huiusmodi. Secundò quia homo a natura habet inclinationem ad virtutem, vt supra habitum est, * ipsa inclinatio ad virtutem est quoddam bonum naturæ. Tertiò potest dici bonum naturæ donum originalis iustitiæ, quod fuit in primo homine collatum toti humanæ naturę. * q.63.ar.1.

¶ Doct. Sanct. duo facit, primò præmittit quandam distinctionem, secundò subiungit conclusionem responsiuam, ibi, primò igitur &c. Distinctio est talis, quòd bonum naturæ humanæ potest tripliciter dici, primò ipsa principia naturæ, ex quibus ipsa natura constituitur, & proprietates causatæ ex his principijs; sicut ex anima & corpore fluunt potentiæ, quæ sunt, vel animæ solius, vel totius coniuncti, Secundò potest dici bonum naturæ, ipsa inclinatio ad virtutem quam homo habet a natura, vt supra dictũ fuit q. 51. ar. 1. & q. 63. ar. 1.

¶ Nota quòd Doct. Sãct. remittit se ad loca dicta vbi locus fuit de inclinatione naturali ad virtutem naturalem acquisibilem virtute naturæ, & tamen etiam habet homo inclinationem, ideſt aptitudinem, & capacitatem obedientialem ad virtutem infusam, & gratiam secundùm quòd Aug. dicit, quòd natura hominum sit posse habere fidem, & charitatem, & ergo sub bono naturæ, quæ est inclinatio ad virtutem, intelligitur etiam habilitas ad gratiã, & virtutes infusas, & sic loquitur de bono naturæ. s. habilitate ad susceptionem gratię. Doct. San. expresse in de Malo ma. 2. art. 11. & 12. hic autem Doct. Sanct. loquitur expresse solùm de inclinatione ad virtutem; quia si peccatum minuit inclinationem ad virtutem acquisibilem virtute humana, multò magis ad habilitatem per infusionem, & est talis inclinatio ad virtutem de qua D. S. hic loquitur expresse, nihil aliud est, quàm intellectus mediante synderesi, & ipsa uoluntas rationalis, in quibus supra dicebantur virtutes inchoatæ, ita quòd inclinatio non sumatur actualiter, vel habitualiter; sed magis pro ipsis potentijs aptis ferri in bonum virtutis. Tertio modo potest dici bonum naturę donum alicuius iustitiæ, quod fuit in primo homine collatum toti humanæ naturæ, & cum ipsa naturæ propagatione in omnes posteros Adæ propagandum, vt patuit sup. q. 81. ar. 2. Durandus

¶ Primum igitur bonum naturæ, nec tollitur, nec diminuitur per peccatum. Tertium verò bonum naturæ totaliter est ablatum per peccatum primi parentis. Sed medium bonum naturæ, scilicet ipsa naturalis inclinatio ad virtutem, diminuitur per peccatum.

¶Præmissa distinctione trimembri, hic consequenter D. S. subiungit conclusionem correspondentem trimembrem, primũ bonum naturæ, nec tollitur, nec diminuitur per peccatum; tertium verò bonum naturę, totaliter est ablatum per peccatum primi parentis,

*Li. 31. Moral. c. 31.
* Art. 1. huius quæst.
* Arti. 2. in corp. huius quæst.

rentis; sed medium bonum naturæ.s. ipsa inclinatio ad virtutem diminuitur per peccatum, Doct.San. relinquit notas duas primas partes conclusionis, & probat solam tertiam, potest tamen argui pro prima parte sic. Nullum subst antiale, vel proprietas naturalis est diminuibilis, vel auferibilis ab eo cuius est per quodcunque; sed bonum naturæ isto modo ipsius hominis vel est substantia saltem partialis, aut proprietas naturalis; ergo. Maior patet; quia substantia non recipit magis, & minus, nec proprietas, & potentia naturalis. Minor patet ex dictis in distinctione, & probat ista pars etiam per argumentum primum. Secunda pars patet ex dictis q.82.ar.4. quia in naturam per peccatum primi parentis inducitur peccatum originale; sed peccatum originale est priuatio consistens in priuato esse, & totaliter tollit habitum oppositum, scilicet iustitiam originalem; ergo minor illa patuit vbi iã, & maior patuit q.81.ar.1.

¶ Per actus enim humanos fit quædam inclinatio ad
*q.51.ar.2. & 3. & q.66 arti.1. in fi. cor. similes actus, vt supra habitum est; * oportet autem, ꝙ ex hoc, quòd aliquid inclinatur ad vnum cõtrariorum, diminuatur inclinatio eius ad aliud; vnde cum peccatum sit contrarium virtuti, ex hoc ipso, quòd homo peccat, diminuitur bonum naturæ, quod est inclinatio ad virtutem.

¶Probat specialiter tertiam partem prædictæ conclusionis supponendo ex supra dictis q.51.ar.2. & 3. & q.65.ar.1. in principio cor, quòd per actus humanos fit quædam inclinatio ad similes actus, tunc arguitur sic. Ex hoc, quòd aliquid inclinatur ad vnum contrariorum, diminuitur inclinatio eius. habilitas ad aliud; sed peccatum est cõtrarium virtuti; ergo ex hoc ipso, quòd homo peccat, diminuitur bonum naturæ, quod est inclinatio, vel habilitas ad virtutem; illę præmissę relinquuntur de se notæ, & patet maior exemplariter; quia ex hoc, quòd aqua calefit diminuitur (scilicet per oppositionem impedimenti) eius habilitas ad infrigidãdum, vel frigus recipiendum; sic & in proposito ex hoc, quòd homo peccat inducitur in eum dispositio inclinans ad simile peccatum, & per consequens talis dispositio minuit per viam obstaculi, & impedimenti, ne homo inclinetur ad virtutem, immo quòd sit minus capax, & habilis ad virtutem etiam acquisibilem, quia illam non est natus acquirere, nisi per actus. per hoc autem, quòd agit actus peccati contrarios actibus virtutum impedit ne operetur virtuose, & per cõsequens semper magis, & magis efficitur minus habilis propter appositionem impedientis; quia dispositio ad peccatum quantò fuerit maior, tantò minor erit aptitudo ad virtutem; vnde Doct. Sanct. in de Malo mate. 2. ar. 11. ad duodecimum. Habilitas ad gratiam se tenet ex parte naturæ, etiam secũdùm quòd ordinatur ad bonum moris.

¶Nota autem, quòd hæc probatio etiam probat, quòd peccatũ minuat habilitatem ad gratiam, & virtutes infusas; quia eo ipso, quòd quis peccat inducitur dispositio ad simile peccatum, quę facit vt sit pronus ad se conuertendum in peccatum, quæ prompta dispositio obstat ne se conuertere possit ad Deum a quo gratiam recipiat, & ergo peccatum excludit gratiam ratione oppositionis ad causam gratiæ, & cum hoc inducit dispositionem, quæ minuit per viam obstaculi habilitatem ad gratiam; de hoc Doct. Sanct. in de Malo supra materia. 2. articu. 11. sic dicit, peccatum est quoddam obstaculum interpositum inter animam & Deum, secundum illud Esaiæ 59. peccata vestra diuiserunt inter vos, & Deum vestrum; cuius ratio est; quia sicut interior aer domus non illuminatur a sole, nisi directè aspiciat solem, & hoc dicitur obstaculum illuminationis, quod huiusmodi respectus rectitudinem impedit, ita anima non potest illuminari a Deo per gratiæ susceptionem, nisi directè conuertatur in ipsum, hanc autem conuersionem impedit peccatum, quod cõuertit animam in oppositum, quod s.est contra legem Dei; vnde manifestum est, quòd peccatũ est obstaculum quoddam impediens gratiæ susceptionem, omne autem obstaculum alicuius perfectionis, aut formæ simul cũ hoc, quòd excludit formam, & perfectionem quamcunque, facit susceptiuum minus aptum, vel habile ad formæ receptionem; & vlterius per consequens impedit effectus formæ, vel perfectionis in subiecto, & maximè si obstaculum illud fuerit aliquid inhęrẽs habitu, vel actu. Manifestum est enim quòd illud, quòd mouet vno motu non simul mouetur contrario. & est etiam minus aptũ, vel habile, vt motu contrario moueatur; similiter etiam quod est calidum est minus aptum, vt sit frigidum, difficilius enim frigidi impressionem recipit; sic ergo peccatum, quod est obstaculũ gratię, non solùm excludit gratiam, sed etiam facit animam minus aptam, vel habilem ad gratiæ susceptionem, & sic diminuit aptitudinem, vel habilitatem a bono ad gratiam; vnde cũ huiusmodi habilitas sit quoddam bonum naturæ, peccatum diminuit bonum naturæ; vbi patet, ꝙ in substantia habet idem fundamentũ, quod hoc, quia per peccatum videlicet inducitur obstaculum etiã inhęrens quo anima impeditur ne se ad Deum conuertat, & quantò plura addunt̃ tãtò fit minus habilis, & ꝑ consequẽs talis habilitas minuitur. Vide de ista materia D.S.in 2.sen.di.34.ar.5.

ARGVMENTVM in contrarium procedit de vulneratione per diminutionem inclinationis in bonum, & ista auctoritas magis explanabit ar.3. quia sicut in vulneratione violat̃ integritas naturæ corporalis, sic in spirituali vulneratione tollit̃ integritas naturæ spiritualis, quæ consistit in diminutione habilitatis ad bonum, vel morale, vel theologicum &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Dion. loquitur de bono primo naturæ, quod est esse viuere, & intelligere, vt patet eius verba intuenti.

¶Maior vera præsertim non est grauius peccatum hoĩs peccato demonis ex parte conditionis peccantis, quicquid sit de genere peccati; quia secundùm D.S.2.2.q.164.ar.3. superbia qua qs Deũ negat, vel blasphemat maius est peccatum ex specie, quàm superbia qua quis inordinatè Diuinam similitudinem appetit, quod fecit diabolus, & ergo primum peccatum diaboli non fuit grauius ex genere omni peccato hominis, licet fuerit grauius primo peccato primi hominis &c. Ad minorem distinguo, si intelligit̃ de bonis naturalibus essentialibus substantialibus, & similiter si intelligitur de proprietatibus naturalibus vera est, & sic illa propositione utitur D.S.in prima par.q.64.ar.1. probans, quòd cognitio naturalis in Angelis per peccatum non sit diminuta, & sic intelligit eam Diony. quia loquitur de esse, viuere, & intelligere, videlicet naturalibus; quia intelligere gratuitum speculatiuum diminuitum est in dæmonibus, & cognitio gratuita affectiua ablata est omnino, sicut & charitas, vt patet in 1.par.vbi iam; si autem intelligitur minor de bono naturali, quod est inclinatio ad bonũ præsertim gratuitum, negatur ipsa; quia per peccatum apposuerunt maximum immo perpetuum obstaculum gratiæ, & virtutibus sibi connexis; nam vt patet 1. par. vbi iam ar.2. per peccatum eorũ sunt omnino obstinati in malo, quæ obstinatio vtiq; eos facit in habiles ad gratiam, & obstat, & impedit ne sint habiles ad gratiã; cõcludit aũt hæc rõ ꝓ prima par. cõclusionis, nõ aũt cõtra tertiã.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ natura etsi sit prior, quàm voluntaria actio, tamen habet inclinationem ad quandam voluntariam actionem; vnde ipsa natura secũdùm se non variatur propter variationem voluntariæ actionis; sed ipsa inclinatio variatur ex illa parte qua ordinatur ad terminum.

¶ Ad maiorem transmutato posteriori, nõ transmutat̃ prius. Dico primò, ꝙ non est bñ ad propositũ; quia nõ admittimus trãsmutationẽ boni naturæ propriè; quia diminutio de qua loqmur non est per aliquam transmutationẽ boni naturalis, sed ꝑ appositionẽ impedimenti, & obstaculi, & ita peccatũ diminuit sine eius scilicet naturæ transmutatione. Dico secundò extẽdendo nomen transmutationis ad oẽm impeditionẽ, & diminutionẽ, ꝙ trãsmutato posteriori non trãsmutat̃ prius, verũ in substantia sua, & ꝑ se, põt tñ ex posteriori diminuit habilitas ad aliqd aliud, sicut dictũ est, ꝙ habilitas aquæ ad frigus minuit̃ ex calore, secundũ ꝙ ipse fuerit maior, vel minor. Ad probationẽ dico, ꝙ vera est, ꝙ manet substantia quo ad naturam transmutatis accidentibus, attñ secundũ diuersa accidentia aliter se habet ad aliquid faciendũ, vel ẽt recipiendum, vt pater de se. Ad minorem, conceditur qdem, ꝙ natura præexistit actioni voluntariæ, tñ habet quandam habilitatẽ naturalẽ, & potentialẽ ad bonam actionẽ ex parte rõnis, & voluntatis, quæ quidem habilitas ex actione uoluntaria mala impedit, & minuitur, vt minus capax sit boni virtuti ipsius, & quo ad actũ primum uirtutis, & quo ad actum secundũ; quare concludit ꝙ facta deordinatione circa actionem uoluntariam, ꝙ natura in se non mutatur secundũ substantiam suam, sic enim subest accidentibus diuersis; cum quo stat, ꝙ inclinatio eius diminuatur per malam actionem quam inclinationem, vel habilitatem etiam dicimus bonum naturæ, inclinationem videlicet etiam remotam & potentialem ad bonum moris, vel gratiæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd actio voluntaria procedit ex diuersis potentijs, quarum vna est actiua, & alia passiua, & ex hoc contingit, quòd per actiones voluntarias causatur aliquid, vel aufertur ab homine sic agente,
*q.51.ar.vlt. vt supra dictum est, * cum de generatione habituum ageretur.

¶Solutio huius argumenti regrit memoriã habitorum supra q.51.ar.2. vbi dictum est, ꝙ vnum, & idem agens põt in seipsũ aliquid causare agendo, ita ꝙ recipiat, & causet, tñ ꝑm diuersa; quia nihil prohibet idem a seipso moueri ꝑm diuersa; sic in appetitu aliqd causatur, vt mouetur a rõne, sic in rõne, vt est mota ab intellectu principiorũ causat̃ habitus conclusionũ; dr̃ igit̃ ad argumentum concedendo maiorẽ, & diminutio est passio extẽdendo passionem; qa non sp philosophica, sed qnq; est aliqd per modum passionis signatũ, sic in proposito dũ bonũ naturæ diminuit̃, passionis signatũ, sic in proposito dũ bonũ naturæ diminuit̃, pomnit̃ obstaculũ ne in actũ egrediat̃. Ad minorẽ dico dupl̃r, primò vera si sit agẽs tm̃ actiuũ, & nullo mõ passiuũ, si aũt sit actiuũ, & passiuũ, negat̃ minor; secũdò dico, ꝙ agẽs ex hoc ipso, ꝙ agit nõ patitur

patitur ꝑm eam potentiam, q̃ est principiũ actionis; tñ si sit agens hñs in se diuersa, tunc põt agere ꝑm vnam potentiã, vel partẽ, & põt ꝑm aliã pati, ita ꝙ agat, & patiatur ꝑm diuersa; immo vna potentia ꝑm diuersa põt agere, & pati, vt patuit sup. vbi statim; & ergo dico consequenter, ꝙ non solũ cõtingit, ꝙ agat in vnũ, & patiatur ab alio, immo põt idem agens agere, & pati a seipso ꝑm diuersa, vt patuit sup. q.9.ar.3. quare negatur cõsequentia; qa homo peccans se habet actiuè ꝑm concupiscibilẽ, vel irascibilẽ ꝑm quas peccando agit in voluntatem, & intellectũ, immo suo mõ in essentiã animæ, ponendo obstaculũ ne consequat̃ gr̃am, & virtutẽ; sic & voluntas peccando ꝑm apprehensionẽ boni commutabilis facit seipsam minus habilem ad bonum virtutis, & sic agit peccãdo cooperando sensualitati, vel apprehensioni obiecti, & patitur suo mõ ipsa ꝑm se considerata; non est inconueniens, ꝙ idem moueat seipsum ꝑm diuersas partes, vel ꝑm diuersa, vt patet. 8. physi.

¶Nota aũt, ꝙ hæc solutio tãgit unã difficultatẽ philosophicã, an mouens, & motũ oporteat sp realiter distingui, vel sufficiat distinctio realis tõnum agendi, & patiendi, sicut Capreolus visus est dicere; sed de hoc sup. q.9.ar.3. quia vr̃ alijs probabilius esse, & vig D.S. conformius, ꝙ ẽt mouens, & motum oporteat realiter distingui, immo principio metaphysico. s. ꝙ opposita non põt esse in eodẽ; sed de hoc alibi; sufficiat proposito, ꝙ anima ꝑm vnã potentiã agit, & ꝑm essentiã, & alias potẽtias patit̃, vel si agit ꝑm vnam potentiã, & ꝑm eandẽ patit̃, hoc est; qa est principi, piũ actiuũ cũ aliquo a se real̃ distincto, patit aũt ꝑm se solã, peccata enim plerũque sunt opationes immanẽtes, & nõ ꝓpriè actiões, & motus &c.

¶ Ad quartum dicendum, quòd accidens non agit effectiuè in subiectum, agit tamen formaliter in ipsum eo modo loquendi quo dicitur, quòd albedo facit albũ, & sic nihil prohibet, quòd peccatum diminuat bonum naturæ, eo tamen modo quo est ipsa diminutio boni naturæ inquantum pertinet ad inordinationem actus; sed quantum ad inordinationem agentis, oportet dicere, ꝙ talis inordinatio causatur per hoc, quòd in actibus animæ aliquid est actiuum, & aliquid est passiuũ; sicut sensibile mouet appetitum sensitiuũ, & appetitus sensitiuus
*q.77.ar.1. & 10.ar.1. inclinat rationem, & voluntatem, vt supra dictum est, * & ex hoc causatur inordinatio, non quidem ita quòd accidens agat in proprium subiectum; sed secundùm ꝙ obiectum agit in potentiam, & vna potentia agit in aliã, & deordinat ipsam.

Peccatũ dupliciter accipitur, & corrũpit dupliciter. ¶Pro solutionis huius intellectu, oportet notare, ꝙ peccatũ capit̃ dupliciter, vno mõ formaliter pro ipsa inordinatione actus, & sic iuxta supra dicta corrũpit actũ ipsum formaliter, & tale corrũpere nõ est actio, nisi grãmaticaliter; qa est ipsamet corruptio, & priuatio ordinis debiti inesse, & de hoc D.S. de Malo mate. 1. q.ar.ad octauum malum inqt abstractè accipiendo. i. hoc ipsum, quod est malum dr̃ corrumpere non quidẽ actiuè, sed formaliter, inquantum. s. est ipsa corruptio boni; sicut & cęcitas dr̃ corrumpere visum, inquantum est ipsa visus corruptio, seu priuatio, hæc ille; & talis corruptio ꝑm rẽ est non esse debiti inesse, & hoc modo vult D.S. in solutione, ꝙ peccatũ corrũpat formaliter bonũ naturæ non agentis, sed actus; differunt enim in hoc culpa, vel peccatũ, & pœna; qa vnum tollit perfectionẽ actus, aliud agẽtis, & hoc est, quod D.S. dicit, & sic nihil prohibet &c. vt in lra. ¶Nota quoque circa hoc membrũ, ꝙ forma, vel significatũ per modũ formę (quale põt dici priuare ipsum) dr̃ agere formaliter in subiectum, non propriè, & ideo D.S. statim subiungit eo mõ loquendi quo dr̃ ꝙ albedo facit albũ, tale enim facere albũ, non est, nisi dãre esse albũ, quod dare esse non est per aliquã actionem, sed ꝓ naturalẽ sequelã, & concomitantiã ipsius esse ad formã in susceptibili; differt enim causalitas formæ a causalitate efficientis multipliciter
Differunt causalitas formæ, & efficientis. primò, quia effectus causæ efficientis propriè procedit ab ea per actionẽ intermediam, non aũt effectus formalis, sed ꝓ quandam naturalẽ resultationẽ, & sequela; secundò quia effectus formalis, non hẽt existere a forma; sed est ipsum esse, & existere formæ. secus de effectu causæ efficiẽtis, q̃ dat existere aliud suo effectui, q̃ ipsa habeat, Vide alias dissimilitudines in Capreolo in 4.dis. 12. q.1. ad secundum aureoli contra primam cõclusionẽ, Vide & distin.18. in solutionibus aureoli contra conclusionẽ Ex quibus hr̃ ꝙ agere formaliter nihil aliud est, q̃ cõicare esset realiter, vel ꝑm apprehensionẽ, & est illud esse in hoc, vel denoĩare hoc formal̃r, & sic in proposito peccatũ formaliter deordinat actũ. i. dat esse deordinatũ, quod est esse ipsa actus deordinatio. Secũdò capitur peccatũ pro actu inordinato, & tũc corrũpit effectiuè nõ quidem actũ, sed agentẽ ad sensum dictũ in præcedẽti solutione, inq̃tum agens ꝑm vnã potentiã agit in seipsum ꝑm aliã, & dr̃ tñ corrũpere isto mõ effectiuè dupliciter. Vno mõ rõne inordinationis per quã demeritoriè corrumpit gr̃am non rõne actus, secundò rõne actus qui est quo agens agit, & sic actus ipse inq̃tum est ab vna potẽtia circa aliquod particulare bonũ est corruptiuus alterius boni alterius potentiæ, sic enim dictum est in art. aliq̃s conuertendo se ad bonũ commutabile sine mõ, & ordine, causat in seipso inclinationẽ ad hmõi dona commutabilia ꝑ quã diminuit̃ per viã obstaculi inclinatio voluntatis, & potẽtiarũ ad bonũ uirtutis, & gr̃æ, & hoc intendit D.S. in solutione cũ dicit: Ex hoc. s. ꝙ aliqd aliꝙ est actiuum, aliud passiuum causat̃ inordinatio, quæ ꝑm articulũ est inclinatio in similes actus peccati, nõ quidẽ ita, ꝙ accidẽs agat in propriũ subiectũ, quia peccatũ non agit in potentiã, in qua est effectiuè; sed quia obiectũ agit in potentiam, quæ. s. est circa obiectũ, & illa potentia sic ab obiecto immutata agit in aliã, & deordinat ipsam, inducẽdo uidelicet dispositionẽ inordinatã qua impedit ne in bonũ feratur, quod est in ꝓpsito diminuere bonum naturæ. His notatis facile est dicere ad argumentũ ad maiorẽ, nullũ accidẽs agit in suũ subiectũ, verũ effectiuè, tñ formaliter agere põt. i. habere causalitatẽ aliquã in gñe causæ formalis in suo subiecto, quod est ipsum formaliter informare; sed dico cũ hoc, ꝙ subiectũ cõstitutũ ex multis partibus, & potẽtijs põt ꝙ id qđ est in vna potẽtia formaliter, agere in aliã potentiã effectiuè, & ipsam deordinare ꝑm ꝙ talis potentia immutata ab obiecto vlterius mouet aliã, & causat dispositionẽ inordinatã qua ponit̃ obstaculum inclinationi in bonũ; & ꝓbat ꝓbatio, ꝙ subiectũ nõ patiat̃ ab accidẽte in se existẽte effectiuè; qa oportet patiens esse denudatũ ab actu, & esse in potẽtia, & hoc dictũ est in solutione 2ędę; nec admittimus illã distinctionẽ de actu formali, & virtuali; qa sequeret, ꝙ idẽ esset in potẽtia actiua, & in potẽtia passiua respu eiusdẽ eodẽ mõ, si enim aliqd agit in seipsum cõstat ꝙ est ī potẽtia actiua formali, est. n. formaliter agẽs, est ẽt in potẽtia passiua formali, quia est formaliter recipiẽs, & non tñ virtualiter, quare sequit, ꝙ dictũ est, dicit tñ Scotus, ꝙ relata ita realia nõ sunt ita opposita, ꝙ unũ denoĩatiuè sumptũ neget aliud, ut. s. sequat̃, hoc est actiuũ, ergo hoc non est passiuũ; sicut inferunt se cõtraria. s. ꝙ si hoc est albũ, nõ est nigrũ; sed in abstracto bñ inferũt̃ se ꝑm eũ, ut est motio actiua, ió nõ est passiua; sed hæc est fuga, & nolũtariũ dictũ. Volo enim ego sic̃ dicere de priuatiuè oppositis, & dicã, ꝙ cęcus est videns, licet cæcitas nõ sit uisus, & dicã, ꝙ licet albedo non sit nigredo, tñ albũ est nigrũ, nec dicit Scotus aliquã rõnẽ, quare hoc sibi liceat, & nõ mihi illud &c. Ad minorẽ dico, ꝙ si ꝑ bonum naturæ intelligamus actũ ipsum, q̃ saltẽ ꝑm substantiã suã est bonus effectus naturæ, & loquamur de pctõ formaliter; hoc est in actu bono formaliter, & ipsum formaliter corrũpit ad sensum dictũ; si aũt ꝑ bonũ naturæ intelligamus potentiã animæ, & loquamur de pctõ quo ad actũ, tunc dico, ꝙ in tali bono est peccatũ, sicut accidẽs, & actus in eo cuius est actus, & tñ mediante actu suo unã potentia põt agere effectiuè in aliã; sicut ignis mediãte calore suo põt agere effectiuè in aquã. Vltra ergo peccatũ nõ diminuit bonũ naturæ, verũ peccatũ formaliter acceptũ nõ diminuit actum ipsum tñ quo est effectiuè, & sic̃ peccatũ quo ad actũ non diminuit effectiuè potẽtiã cuius est actus, vt sic; põt tñ esse id mediãte quo potẽtia in qua est peccatũ corrũpit alias potẽtias, immo seipsam, qa potẽtia informata actu pcti põt ī se absolutè acceptã ĩducere ĩordinatã dispositionẽ, q̃ impedit eius hĩlitas ad bonũ, ut tactũ est. Ad ꝓbationẽ annexã iã patuit; quia diminuere formal̃r nõ est agere, sed diminuere effectiuè, & quo hoc conueniat actui dictum est &c.

Differẽter corrumpit malum rerum, & malum actionum. ¶Nota aũt, ꝙ loquẽdo de malo rerũ, vt D.S. loquitur. 1. par. q. 48. ar. 4 tũc corrũpit solũ formaliter, sed loquẽdo de malo actionũ. i. culpa, & peccato, tũc corrũpit, ut dictũ est dupliciter. i. formaliter actũ, & effectiuè agentẽ, & bonũ agentis, tanq̃ inducẽs obstaculũ &c Et hoc oportet notare ne uideat̃ aliqua discrepãtia; malũ enim naturæ, & rerũ dicit solũ priuationẽ, q̃ solũ formal̃r corrũpit; malũ aũt moris, & peccatũ dicit actũ sub priuatiõe, & rõne vnius corrũpit effectiuè, rõne alterius formaliter. s. corrũpit actũ ipsum, licet actus cũ deordinatione corrũpat demeritoriè bonũ gratuitũ peccãtis demerẽdo subtractionẽ cõseruatiõis gratuitorũ.

Vtrum bonum naturæ totaliter tolli possit per peccatum.

T Infra q.93. ar.6. ad 2. Et 1. q.48. ar.4. Et 2. dist 6.ar 4. ad 3 & di. 34. art.5. Et Mal. q.2 art.12 Et 3. contra cap. 118.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd totum bonum naturæ possit per peccatum auferri; bonum enim naturæ humanæ finitum est, cum & ipsa natura humana sit finita; sed quodlibet finitum totaliter consumitur facta continua ablatione; cum ergo bonum naturæ continue per peccatum diminui possit, videtur quòd possit quandoque totaliter consumi.

¶ 2 Præt. Eorum quæ sunt vnius naturæ similis est rõ de toto, & de partibus; sicut patet in aere, & in aqua, & carne, & in omnibus corporibus similium partium; sed bonum naturæ est totaliter vniforme, cum igit̃ pars eius possit auferri per peccatum, totum etiam per peccatum auferri posse videtur.

¶ 3 Præt. Bonum naturæ, quod per peccatum minuitur est habilitas ad virtutem; sed in quibusdam pro-

pter

pter peccatum habilitas prædicta totaliter tollitur, vt patet in damnatis, qui reparari ad virtutem non possunt; sicut nec cęcus ad visum; ergo peccatum potest totaliter tollere bonum naturæ.

Aug.c.13. & 14. & 19. ¶Sed contra est, quod Aug. dicit in ench. quòd malum non est, nisi in bono; sed malum culpæ non potest esse in bono virtutis, vel gratiæ, quia est ei contrarium; ergo oportet, quòd sit in bono naturæ, non ergo totaliter tollit ipsum.

¶Hábito ꝙ peccatum bonum naturæ diminuat, quæritur an possit bonum naturæ totaliter auferre. In isto art. oportet memorari dictorum ar. præceden. notabili. 4. quia uidelicet diminutio habilitatis, & bonæ naturæ non est per subtractionem, sed per contrarij appositionem, primo modo diminuitur habilitas corporis ad calefaciendum diminuto calore, secundo modo diminuitur habilitas aquæ ad infrigidationem per appositionem caloris.

¶Nota autem, quòd ex ar. 1. satis habetur, quòd bonum naturæ tertio modo. s. iustitia originalis totaliter corrumpitur per peccatum; similiter loquendo de bono naturæ primo modo dicto, qđ est essentia rei, & proprietas naturalis, manifestum est, quòd manet; & nullo modo auferetur; esto enim bonum naturæ, vel habilitas illa secundùm rem dicat potentiam animæ, non tamen dicit eam per modum proprietatis naturalis; sed in habitudine ad terminum. s. virtutem, vel gratiam secundùm quam corrumpi, vel diminui potest, vt patebit; quare istud quæsitum, & totum articulum oportet accipere de bono naturæ medio modo dicto ar. 1. s. habilitate, vel inclinatione ad uirtutẽ, sicut & D.S. notat in principio cor. arti.

*Ar. præc. ¶Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est; *bonum naturę, quod per peccatum diminuitur, est naturalis inclinatio ad virtutem, quæ quidem conuenit homini ex hoc ipso, quòd rationalis est, ex hoc enim habet, ꝙ secundùm rationem operetur, quod est agere secundùm virtutem; per peccatum autem non potest totaliter ab homine tolli, quòd sit rationalis; quia iam non esset capax peccati; vnde non est possibile, quòd prædictum naturæ bonum totaliter tollatur.

Conclusio respons. ¶Hoc corpus ar. habet duas partes principales, in prima D. S. rñdet ad quæsitum, in secunda mouet dubium circa rñsionem, & dicta ar. 1. ibi. Cum aũt &c. Conclusio ergo rñsiua est. Nõ est possibile, ꝙ prædictum naturæ bonum (. s. inclinatio ad virtutẽ) totaliter tollatur; probatur conclusio supponendo, vt tactum est, ꝙ bonum naturæ, quod per peccatum diminuitur, est naturalis inclinatio ad uirtutem. Illud suppositum patet ex art. 1. Tunc arguit sic. Inclinatio ad uirtutem (quæ est bonum naturæ) conuenit homini ex hoc ipso, quod rõnalis est; (& supple tam diu manet, q̃ diu manet, & rõnale) sed per peccatum non põt totaliter ab hoĩe tolli, ꝙ sit rõnalis, igitur conclusio vera. Maior patet; quia ex hoc. s. ꝙ homo est rõnalis habet, ꝙ ſm rõnẽ operet, quod est agere ſm virtutem, & per cõsequens inclinatio ad virtutẽ est ex rõnali. Minor patet; quia si peccatum totaliter auferret rationale, homo nõ esset capax peccati, & per consequens oportet, ꝙ cum peccato sp maneat rõnale, & per consequens vera minor. Deinde ibi.

¶Cum autem inueniatur huiusmodi bonum cõtinuè diminui per peccatum.

¶In ista parte D.S. mouet difficultatem incidentem, & contradictionem apparentem, & circa hoc primò facit, quod dictũ est, Secundò ponit modum saluandi vtranque partem, ibi. Quicquid autem huius, &c. Tertiò illum modum reprehẽdit, & hoc inpposito, Quartò ondit verum modum saluandi, ibi. Et ideo aliter. Est ergo difficultas incidens, quia vĩ incompossibile illi conclusioni, quod tamen admittimus, videlicet quia ponimus, quod illud bonum continuè diminuatur, & sit finitum, & tamen non totaliter auferat. Est ergo quæstio, & difficultas quomodo ista veritas stet cum conclusione. Omne enim uerum cuilibet vero consonũ est.

¶Quidam ad huius manifestationem vsi sunt quodã exemplo in quo inuenitur aliquod finitum in infinitũ diminui, tamen nunquàm totaliter consumi, dicit enim *Aristex. 77. Philosophus in 3. Phyſi.* quòd si ab aliqua magnitudine finita continuè auferatur aliquid secundùm eandem quantitatem, totaliter tandem cõsumetur, puta si a quacunque quantitate finita semper subtraxero mensuram palmi. Si verò fiat subtractio secũdùm eandem proportionem, & non secundùm eandem quantitatem, poterit in infinitum subtrahi, puta si quantitas diuidatur in duas partes, & a dimidio subtrahatur dimidium, ita poterit in infinitum procedi, ita tamen quòd semper quod posterius subtrahitur, erit minus eo, quod prius subtrahebatur.

¶Ponit modum saluandi compossibilitatẽ illarum partiũ, qđ s. ambo stent simul. s. continua diminutio, & tñ nõ totalis ablatio, & hoc aliqui manifestare uolentes per exemplũ philosophicum, quod habetur. 3. phy sicorum, ubi dr, ꝙ continui diuisio in partes eiusdem proportionis uadit in infinitũ. Secus si subtraherent̃ partes eiusdem quantitatis; si enim a linea finita subtrahatur tertia pars eius, & iterum tertia pars residui, & sic consequenter nunq̃ stabit diuisio, sed poterit in infinitum procedi; vel si subtrahatur dimidium, & iterum dimidium, & sic consequenter fit rãdem, ꝙ posterius subtractum erit minus. Tunc ibi.

¶Sed hoc in proposito non habet locum, non enim sequens peccatum minus diminuit bonum naturæ, q̃ præcedens; sed fortè magis si sit grauius.

¶D.S. illum modum saluandi refutat; quia exemplum quidem in se bonum est, sed non ualet ad propositum; quia non est simile; quia secundùm iam dicta in diuisione continui id quod posterius subtrahitur semper minus est, hic autem contingit, quòd posterius peccatum plus subtrahit de bono naturæ secundùm ꝙ peccatum grauius est, & inducit maiorem promptitudinem ad peccandum, ex qua maiori promptitudine præstatur maius obstaculum inclinationi virtutis. Eandem improbationem habet Doct. Sanct. in 1. par. q. 48. ar. 4. ad tertium, & in de malo. Consequenter ibi.

¶Et ideo aliter dicendum, quòd prædicta inclinatio intelligitur, vt media inter duo; fundatur enim sicut in radice in natura rationali, & tendit in bonum virtutis, sicut in terminum, & finem. Dupliciter igitur potest intelligi eius diminutio, vno modo ex parte radicis, alio modo ex parte termini.

¶Ponit ueram manifestationẽ, & primò præmittit quoddã notabile distinctiuum, secundò ex hoc probat compossibilitatẽ conclusionis supra dictæ, & alterius ueritatis rõne, ibi. Primò quidem non &c. Tertiò probat idem similitudine, ibi. Sicut prius &c. Ponit ergo primò distinctionem, & rationem distinctionis, ꝙ prædicta inclinatio intelligitur media inter duo; quia fundatur sicut in radice in natura rationali, & tendit in bonum virtutis, sicut in terminũ, & finẽ; ideo potest intelligi eius diminutio dupliciter &c. vt in litera. Deinde ihi.

¶Primò quidem modo non diminuitur per peccatũ, eo quòd peccatum non diminuit ipsam naturam, vt supra dictum est;* sed diminuitur secundo modo, inquãtum scilicet ponitur impedimentum pertingendi ad terminum. Si autem primo modo diminueretur, oporteret, quòd quandoque totaliter consumeretur natura rationali totaliter consumpta; sed quia diminuitur ex parte impedimenti, quod apponitur ne pertingat ad terminum, manifestum est, quòd diminui quidem potest in infinitum; quia in infinitum possunt impedimenta apponi secundùm quòd homo potest in infinitum addere peccatum peccato, non tamen potest totaliter consumi; quia semper manet radix talis inclinationis. *Ar. præc.

¶Probat ista distinctione præmissa intentum sic. Illud potest in infinitum diminui, & tamẽ non totaliter auferri cui pñt apponi infinita obstacula, & impedimenta, ne pertingat ad terminum, & finem, cuius tñ radix non potest diminui, nec tolli; sed prædictæ inclinationi possunt apponi infinita obstacula ne ptingat ad virtutem, & tamen eius radix non potest tolli, vel diminui, igitur simul stare possunt in proposito. Maior relinquitur nota; quia per obstacula diminuunt, si igitur infinita apponuntur in infinitum diminuerentur; sed tamen manẽte radice manet semper. Minor quo ad primam partem patet; quia homo potest in infinitum addere peccatum peccato. Secunda pars patet ex ar. 1. quia natura rationalis est eius radix; sed natura rationalis non diminuitur per peccatum, nec tollitur, igitur &c. Tunc ibi.

¶Sicut patet de diaphono corpore, quod quidẽ habet inclinationem ad susceptionem lucis ex hoc ipso, ꝙ est diaphonum; diminuitur autem inclinatio, vel habilitas ex parte nebularum superuenientium, cum tamen semper maneat in radice naturæ.

¶Declarat illum modum soluendi, & rationem iam posita per simile de diaphano, quod habet inclinationem ad susceptionem lucis ex hoc ipso, quod est diaphanum; diminuitur autem inclinatio, vel habilitas ex parte nebularum superuenientium, cum tamẽ semper maneat in radice.

¶Nota autem verba D.S. quia dicitur inclinatio, vel habilitas, vbi patet, quod dictum fuit, quia videlicet D.S. pro eodem habeat inclinationem, & habilitatẽ; vnde in de malo semper vtitur nomine habilitatis, hic autem communiter inclinationis, patet ex hoc, quòd inclinatio non est actualiter intelligenda, nec est capiẽda pro aliqua dispositione habituali, prout in qua ad actum; sed ꝑ aptitudinẽ, & capacitate potentiali; quia homo natus est habere actum primum virtutis, & per consequens actum remotum &c.

Quid nomine inclinationis.

¶Nota argumentum in contrarium circa minorem, ꝙ malum culpæ (constructione intransitiua. i. malum, quod est culpa) nõ potest esse in bono virtutis, vel gratiæ; quia est ei contrarium, intelligitur de virtute condependente ex gratia; sicut est charitas, & fides, & spes, vt formatæ sunt, & etiam de virtutibus moralibus infusis; quia nec in illis, nec cum illis est peccatum mortale, tñ cum virtute acquisita potest esse culpa mortalis, licet non in illa ꝑpriè; & ergo vult argumentum, quia oportet culpam, quæ est malum esse in bono aliquo, sed non esse in bono gratiæ, & ex eo dependente, igitur est in bono naturæ.

¶Nota autem, ꝙ potest satis haberi ex hoc argumento, quòd Doct. Sanct. per bonum naturæ intelligat etiam habilitatẽ ad gratiam; quia arguit de bono virtutis, vel gratiæ, quasi dicat peccatũ opponitur habilitati ad virtutem, & gratiam.

¶Ad primum ergo dicẽdum, quòd obiectio illa procedit, quando fit diminutio per subtractionem, hic autẽ fit diminutio per appositionem impedimenti, quod neque tollit neque diminuit radicem inclinationis, vt dictum est.* *In cor. ar.

¶Ad maiorem vera est, ꝙ bonum naturæ humanæ est finitum etiam ex parte radicis. Ad minorem, vera vt iacet; quia infinitum totaliter consumitur facta ablatione; sed nos nõ admittimus, nec dicimus in proposito, quòd diminutio fiat per ablationẽ, vel subtractionem, sed per appositionem impedimenti, qui est singularis modus diminuẽdi; quia diminuitur habilitas ad terminũ absq; diminutione radicis, & ergo semper manet; vnde D.S. prima parte, vbi supra dicit, quòd licet ista habilitas sit quoddam finitũ, diminuitur tamen in infinitum non per se, sed per accidens secundùm quòd contrariæ dispositiones, etiam in infinitũ augent̃, hæc ille, vbi patet ad minorem, secundò quòd finitum consumitur facta subtractione per se in finito; sed tamen facta subtractione ꝑ accidens non oportet, quamuis non propriè debeat admitti, quòd fiat subtractio; sed magis diminutio per appositionem, quare negatur consequentia.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ inclinatio naturalis est quidem tota vniformis; sed tamen habet respectum ad principium, & ad terminum secundùm quam diuersitatem quodam modo diminuitur.

¶Istud argumentum præsupponit iterum falsum, ꝙ ista diminutio fiat per sublationem, quod negamus, dictum est enim ar. 1. ex D.S. in 1. parte ubi supra, ꝙ illa diminutio est per remissionẽ, non quidem qualitatis alicuius, sicut remittitur calor in aqua per contrarias dispositiones subiecti ad actum. D.S. tamen ex bonitate respondet ad minorem; vnde dr concedẽdo maiorem, quòd est eadem rõ in toto homogeneo, vel eiusdem naturæ quo ad substãtiam, & naturam, sed non quo ad quantitatem; sed de substantia procedit maior, & est vera; quia eadem prædicata quidditatiua dicuntur de vtrisque. Ad minorem dico, quòd bonum naturæ est vniforme per comparationem ad radicem, & est vniforme in se; sed tamen per respectum ad terminum habet diuersitatem, & ex illa parte diminuitur; & dico circa hoc, quòd potest plus ꝑ vnum peccatum diminui, quàm per aliud secundùm quòd peccatũ dicit maiorem pronitatem in malum, & per consequens maius impedimentum habilitatis. Vltra ad sub. sumptam, cum igitur pars eius possit auferri per peccatum. Dico ꝙ nõ propriè aufertur pars; quia non admittimus ablationem; sed dico, ꝙ ipsa aliqualiter ꝑ vnum peccatum impeditur, & habet obstaculum ad aliud, & per secũdũ similiter, & quandoque maius, quàm per primum; sed per nullum aliquid aufertur, quare negatur consequentia; quia neque pars neque totum aufertur.

¶Nota autem verba D.S. cum dicit, ꝙ per habitudinem ad terminum quodammodo diminuitur; quia videlicet non propriè diminuitur; quia non per subtractionem; sed per contrariam dispositionem impeditur, & quodãmodo ligatur ne procedat in actũ.

¶Ad tertium dicendum, quòd etiam in damnatis manet naturalis inclinatio ad virtutem, alioquin non esset in eis remorsus conscientiæ; sed quòd non reducatur in actum contingit; quia deest gratia secundùm Diuinã iustitiam; sicut etiam in cæco remanet aptitudo ad videndũ in ipsa radice naturæ, inquantum est animal naturaliter habens visum; sed non reducitur in actũ; quia deest causa quæ reducere possit formando organum, quod requiritur ad videndum.

¶Maior concedit; sed minor negatur. Ad probationem dr, negando, ꝙ in damnatis tota fit tollatur; q̃a tunc non esset in eis remorsus conscientiæ, quod patet esse falsum, vt patet. 4. sen. dis. 50. q. 2. in D.S. sed talis remorsus prouenit ex detestatione mali, & arguit bonitatẽ rõnis aliquam, & per consequens illã habilitatem, & dico, ꝙ reparari non pñt non propter ablationem illius habilitatis; sed ꝑ subtractionem gratiæ ex Diuina iustitia, & ex obstinatione voluntatis diabolicæ, vt hĩ alibi in de Veri. ma. 24. ar. 10. & 11. & in de Malo mate. vlt. sicut & in cęco, licet sit aptitudo ad visum in ipsa radice naturæ, tamen non deducitur in actũ; q̃a non est qui formet organum ex cuius indispositione prouenit cęcitas. Sic in proposito stat aptitudo absque hoc, ꝙ in actum deducatur &c. ¶Nota circa hæc, ꝙ non est simile de cęcitate, & visu, & peccato, & habilitate; q̃a cæcitas est priuatio, quæ tollit potentiã, & per consequens totã habilitatem, nisi forte, vt D.S. hic hẽt, ſm ꝙ remanet habilitas, vel aptitudo in radice ipsius potentię. s. in essentia animæ, vel animalis. Sed peccatum non tollit potentiã, sed actum tantũ. s. secũdum & primum, habituale ſ̃ gram videlicet, sicut & tenebra tollit lumen, non diaphaneitatem. Quare nõ oportet, ꝙ sicut cæcitas tollit potentiam, quæ est habilitas potentialis ad videndum, ꝙ sic peccatum tollat habilitatem fundatam in potentia animæ ad bonum, ſm ꝙ dr rõ deprecari ad optima. Nota ẽt ꝙ ex ista solutione penetrata põt solui vnum dubium, qđ moꝑ habitus, ꝑ priuatio sunt quæ circa idem ordine. i. ordinatę; q̃a videlicet est unum genus priuationum, vbi priuatio nõ habet fieri, nisi præcedente habitu, ut patet de morte de cæcitate &c. Nec obstat, ꝙ aliquis quandoq; nascitur cęcus ex natiuitate in utero, & natiuitate ex utero, & per consequens non habet visum; quia sufficit, ꝙ generatio huius hominis prius ordine naturæ terminaretur ad visum, q̃ cæcitatem, nisi impedita fuisset, oportet enim prius gñationem visus esse impeditam anteq̃ iste sit cæcus, & sic visus ſaltẽ prior est in sua gñatione, & hoc trahit ex ista solutione; quia in cæco est aptitudo ex natura ad uidendum, q̃ aptitudo naturalis prius produceret visum, nisi obstaret impedimẽtum, & sic in sui radice, & gñatione visus prior est &c. De materia horũ articulorum uide Capreolum in 2. di. 34. q. 2. conclusione. 3.

An habitus ꝑcedat priuationem.

Vtrum conuenienter ponantur vulnera naturæ esse ex peccato consequentia, scilicet infirmitas, ignorantia, malitia, & concupiscentia.

V

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter ponantur vulnera naturæ esse ex peccato consequentia, scilicet infirmitas, ignorantia, malitia, & cõcupiscentia, non enim idem est effectus, & cã eiusdẽ; sed ista ponuntur causæ peccatorum, vt ex supra dictis patet;* ergo non debent poni inter effectus peccati. Infra ar. 5. Et Mal. q 2 ar. 11. co. fi. Et Gala. 3. lec. 7. * qõ 76. de ignorantia q. 77. art. 3. de infirmitate, & concupiscẽtia, quæstio. 78. de mali. ia, & de concupiscẽtia, q. 82. art. 3.

¶2 Præt. Malitia nominat quoddam peccatum; ergo non debet poni inter effectus peccati.

¶3 Præt. Concupiscentia est quoddam naturale, cũ sit actus virtutis concupiscibilis; sed illud quod est naturale non debet poni vulnus naturæ; ergo concupiscẽtia non debet poni vulnus naturæ.

¶4 Præt. dictum est;* quòd idem est peccare ex infirmitate, & ex passione; sed cõcupiscẽtia passio quædam est; ergo non debet contra infirmitatem diuidi. *q 77. ar. 3.

¶5 Præt. Augustin. in lib. de natura, & gratia* ponit duo pœnalia animę peccanti, scilicet ignorantiam, & difficultarem, ex quibus oritur error, & cruciatus; quæ quidem quatuor non concordant istis quatuor; ergo videtur quòd alterum eorum insufficienter ponatur. * Augustin. cap. 67.

¶In contrarium autem est auctoritas Bedę.* * Loco cit. art. huius quæst. arg. sed contra

¶Hic consequenter quærit D. S. in speciali de defectu peccati spiritualis, an ẽducat aliqualiter determinata vulnera spiritualia, & accipitur vulnus metaphoricè in similitudinem vulneris corporalis, quod consistit in destructione cohærentiæ, & continuitatis partium corporis. Quia aũt est duplex peccatũ. s. originale originans, quod iuxta prædicta in ar. 1. & 2. destruxit totum bonum naturæ, videlicet iustitiam originalem cum natura propagãdam. Secũdò est peccatum huius hominis personale actuale, ideo posset quæstio de utroque intelligi, an vulneraret naturam.

¶Respondeo dicendum, quòd per iustitiam originalem perfectè ratio continebat inferiores animę vires, & ipsa ratio a Deo perficiebatur ei subiecta; hęc autem originalis iustitia subtracta est per peccatum primi parentis, sicut iam dictum est,* & ideo omnes vires animę remanent quodammodo destitutę proprio ordine quo naturaliter * q. 81. ar. 1.

naturaliter ordinãtur ad virtutem, & ipsa destitutio vulneratio dicitur naturæ.

¶ Doct.Sanct.in hoc corp.ar. duo facit secundùm quòd titulus quæsiti dupliciter potest intelligi,vt statim dictum est. Primò respondet secundum primum intellectum. Secundò iuxta secundũ ibi.Sed quia inclinatio &c. Circa primum primò inducit quandã conclusionem præambularem,ex qua secundò probat, & ponit conclusionem primam responsiuam,ibi. Sunt autẽ quatuor &c.& requirit iste articulus memoriam dictorum.q.82.ar.1.3.& 4.quia ista vulnera, vt sunt effectus originalis peccati . accipiuntur habitualiter priuatiuè. Dicũt enim habilitatem factam ex remotione prohibentis inordinationem illarũ potentiarum,& sunt ista vulnera,sic accepta æqualiter in omnibus,sed accipiendo ista vulnera,vt sunt personalia,& effectus actualis peccati,accipiuntur positiuè inquantum ex frequentia peccatorum generatur aliqua dispositio positiua in potentijs animæ.Vnde si Adam fuisset conditus in puris naturalibus, non habuisset prima vulnera sub ratione vulnerum,sed sub ratione defectus naturalis,& negatiui,tamẽ vulnera positiua personalia potuisset incurrisse peccando, quia iuxta ar. 1. per actus humanos fit quædam inclinatio ad similes actus.Hoc notato est conclusio præambularis talis. Per peccatum primi parentis omnes vires animæ remanent quodammodo destitutę proprio ordine quo naturaliter ordinantur ad virtutem, & ipsa destitutio vulneratio dicitur naturæ.Illa conclusio quo ad secundam partem relinquitur nota ; quia talis destitutio dissoluit partes animæ a ratione, & a seinuicem, quare metaphoricè dicitur vulneratio.Prima pars probatur in principio art.per iustitiam originalem perfectè ratio &c.sed hæc originalis iustitia subtracta est per peccatum primi parentis; igitur prima pars vera . Ista patent ex dictis,præsertim minor quæst.81.articu.secundo. Consequenter cum dicit.

¶ Sunt autem quatuor potentiæ animæ,quę possunt esse subiecta uirtutum,vt supra dictum est ; * scilicet ratio in qua est prudentia, uoluntas in qua est iustitia, irascibilis in qua est fortitudo,concupiscibilis in qua est tẽperantia. Inquantum ergo ratio destituitur suo ordine ad uerum est vulnus ignorantiæ.Inquantum verò volũtas destituitur ordine ad bonum,est vulnus malitię. Inquantum verò irascibilis destituitur suo ordine ad arduum,est vulnus infirmitatis.Inquantum verò concupiscentia destituitur ordine ad delectabile moderatum ratione,est vulnus concupiscentiæ.Sic igitur quatuor ista sunt vulnera inflicta toti humanę naturę ex peccato primi parentis.

* q.61.ar.2 q.56.

¶ Deducit primam conclusionem responsiuam secundùm primum intellectum quæriti , scilicet quomodo peccatum primi parentis vulnerat naturam vulneribus quasi naturalibus,& communibus omnibus, & est conclusio ista,Quatuor, scilicet infirmitas, ignorantia,malitia,concupiscentia,sunt vulnera inflicta toti humanæ naturæ ex peccato primi parentis,& per hoc habeę responsio formalis ad quæsitum. Probatur sic,maior est conclusio præãbularis,scilicet per peccatum primi parentis &c.sed sunt quatuor vires,vel potentiæ animæ,quæ possunt esse subiecta virtutum,scilicet ratio &c. vt in litera ; ergo inquantum destituitur ratio suo ordine ad verum,est vulnus ignorantiæ,&c.ut in litera,& per consequens sequitur conclusio. Minor patuit supra q.61. articu.2.& q.56. & quomodo ista accipiantur,tangetur in argumentis; quia ignorantia est priuatio illius scientiæ quam homo mox natus habuisset in statu innocentiæ , & est habilitas priuatiua ad malè iudicandum.Malitia enim est habilitas volũtatis ad bonum commutabile inordinatè appetendum.

¶ Sed quia inclinatio ad bonum virtutis in unoquoque diminuitur per peccatum actuale , vt ex dictis patet. * Etiam ista sunt quatuor vulnera ex alijs peccatis consequentia,inquantum scilicet per peccatum,& ratio hebetatur præcipuè in agendis , & voluntas induratur ad bonum,& maior difficultas bene agendi accrescit,& concupiscentia magis exardescit.

* Artic.1. & 2.

¶ Hic deducit secundam conclusionem responsuam iuxta secundum intellectum , scilicet quomodo vulneratur quis vulnere personali ex peccato actuali. Vnde est conclusio ista,quatuor etiã sunt vulnera ex alijs peccatis(scilicet actualibus proprijs aliorum hominum) consequentia probatur , per peccatum actuale diminuitur in vnoquoq; inclinatio in bonum virtutis(scilicet in qualibet potentia prædicta) ergo conclusio uera,consequentia clara. Antecedens explicatur ; quia ratio hebetat præcipuè in agendis, & uoluntas induratur ad bonum,& difficultas accrescit,& concupiscentia magis exardescit.Dicitur autem notanter, ratio hebetat in agẽdis; quia per peccata corrumpitur recta æstimatio prudentiæ in particulari eligibili, non autem recta æstimatio vniuersalis,& speculatiua, & adeo hebetatur , vt quandoque aliquis ex malitia peccet,vt patuit supra q.78.

¶ Nota autem,quòd hebetudo inducitur per peccatum duplex, & ea videlicet,quæ opponitur prudentiæ,& ea quæ opponitur dono Spiritussancti, scilicet intellectiuę, de qua habet Doct. Sanct. secunda secundæ quæst.15.artic.3.ad primum, quòd quamuis ali qui vitijs carnalibus subditi possint quandoque subtiliter speculari circa aliqua intelligibilia propter bonitatem ingenij naturalis,uel habitus superadditi, tamen necesse est, vt hac subtilitate contemplationis eorum intentio plerunque retrahatur propter delectationes corporales.

¶ Nota tamen sanè conclusionem , quando dicitur etiam ista quatuor ; quia sunt ista nominaliter; sed non ista formaliter , & eiusdem rationis . Nam vt patuit in principio ar.vt sunt effectus originalis dicuntur priuatiuè; sed vt effectus actualis peccati dicũtur positiuè , ita quòd primo modo natura dicatur vulnerata ratione potentiæ;quia in ea non est ordo virtutis , qui inesset presente iustitia originali ; sed secundo modo dicitur potentia vulnerata , quia inducta est dispositio , vel habitus positiuus, qui faciat ad simile peccatum , & obtenebret intellectum in particulari eligibili.

¶ Nota etiam , quòd vulnera primo modo sunt peccatum,scilicet originale,quando originale non est dimissum,sed secundo modo sunt effectus peccati actualis, ita quòd nõ peccatum;dispositio enim vel habitus non est peccatum actuale,potest tamen aliquis habitus esse originale,vt patet ex dictis.q.82.

¶ Et hoc , quod dictum,est confirmatur auctoritate in cõrariũ.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd nihil prohibet id quod est effectus vnius peccati esse alterius peccati causam ; ex hoc enim quòd anima deordinatur per peccatum precedens facilius inclinatur ad peccandum.

¶ Pro intellectu huius argumenti nota , quòd ignorantia est duplex,& una est,quæ pertinet ad materiale originalis, & est priuatio scientiæ,quæ affuisset in statu innocentiæ , simul cum iustitia originali , & destitutio rationis ab ordine ad uerum , & talis est causa peccati remota , & prima proueniens ex actuali ipsius Adæ primo. Secunda est ignorantia, quæ est priuatio scięti æ debitæ proueniens ex negligentia propria ipsius ignorantis , & talis est causa peccati ex ea proueniẽtis propinqua , & est & ipsa peccatum cum negligentia accepta, peccatum uidelicet omissionis,ut patuit supra quæst.76.articu.secundo.Sic igitur ignorantia quam ubi iam diximus causam peccati , est ignorantia secundo modo causa,uidelicet per accidens propinqua,non autem loquuti fuimus de ignorantia , quæ est materiale originalis , quia talis non est peccatum actuale commissionis, vel omissionis , sicut dictum fuit de ignorantia , quæ est causa peccati,licet & ista sit causa remota, & uniuersalis peccati cuiuscunque. Similiter dicendũ est de infirmitate ; quia secundùm quòd ponebatur causa peccati,accipiebatur pro passione quacunque appetitus sensitiui, ut patuit quæst.77.articu.tertio, & articu.5. Similiter de concupiscentia,ut autem est vulnus , & effectus peccati Adæ accipitur pro habituali destitutione irascilis , vel concupiscibilis. Malitia etiam secundùm quòd ponebatur causa peccati accipiebatur, vel pro habitu , vel pro abiectione doni Spiritussancti præseruantis a peccato , ut patuit quæstione 88. hic autem , ut est vulnus, est vel destitutio voluntatis , vel aliqua dispositio inducta per peccatum.

¶ Dicitur igitur ad argumentum . Ad maiorem,nõ enim idem est effectus,& causa eiusdem , verum in numero, tamen eiusdem in specie, vel genere , ita quòd id quod est effectus vnius peccati potest esse causa alterius.

¶ Ad minorem dico , ut iam tactum est , ista ponuntur causa peccatorum actualium proxima , ut dicũt aliquod positiuum;sed vt dicunt destitutionem virium animæ, tunc sunt materiale originalis,& remota causa omnium peccatorum.

¶ Vltra; ergo non debent poni inter effectus verum illius peccati , cuius sunt causa, vt sic . Dico autem , quòd ista accepta, vt sunt defectus originalis peccati , causant aliquo modo sicut causa sine qua non actualia nostra, & tamen causantur a primo peccato Adæ , & sic idem non causa , & effectus eiusdem; sed effectus peccati Adæ est causa saltem sine qua non peccati nostri. Si autem ista accipiantur, ut sunt effectus actualium nostrorum , sic causantur ex aliquibus , & tamen sunt causa aliquorum aliorum , sic ex frequenti peccato inducitur pronitas , & malitia positiua in uoluntatem , quæ iterum est causa inclinans ad similia peccata his ex quibus causata fuit , Vide Doct. Sanct.de Malo materia 3 articu.14.ad octauum,quia malitia contracta est effectus primi peccati Adæ , sed malitia actualis , vel habitualis acquisita, est effectus peccati actualis alicuius, & tamen causa alterius.

¶ Ad secundum dicendum , quòd malitia non sumitur hic pro peccato ; sed pro quadam pronitate voluntatis

luntatis ad malum , secundùm quòd dicitur Genes. 6. Proni sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua .

¶ Maior illi , supra quæst.78.art.1. ad tertium. examinata fuit; quia vniuersaliter est falsa , malitia enim habitualis non est peccatum, sed effectus peccati, loquendo de malitia acquisita ; si autem intelligitur de malitia contracta , illa est materiale originalis ; verum est tamen , quòd aliqua malitia est peccatum actuale, quæ tamen potest esse effectus alterius peccati, saltem indirectè, sicut patuit supra,quæst.75.artic.4. sed in proposito non loquitur de malitia, quæ est actus voluntatis scienter tendentis in malum; sed de malitia, vel contracta , vel acquisita habituali, vel dispositiua . Quare negatur consequentia .

¶ Nota autem , quòd Doct. Sanct. in solutione solùm loquitur de malitia, quæ est effectus primi peccati Adæ ; talis enim est, de qua intelligitur auctoritas Genesis ; sed malitia , quæ est effectus peccati actualis est pronitas positiua per actum proprium personalem inducta , & etiam non est peccatum , sed peccati alicuius effectus, & alicuius causa.

q.72. ar.3. ad primũ.

¶ Ad tertium dicendum,quòd sicut supra dictũ est; * concupiscentia intantum est naturalis homini , inquantum subditur rationi ; quòd autem excedat limites rationis , hoc est homini contra naturam .

¶ Ad maiorem dictum est supra, quæst.82.artic.3.ad primum, ad longum. Concupiscentia,quæ est secundùm rectam rationem inclinatiua, vel actualis inclinatio,est quoddam naturale homini vt homo est , & secundùm naturam institutam ; sed negatur de concupiscentia , vt est pronitas in aliquid contra ordinem rationis , vt in proposito loquimur .

¶ Ad probationem nego, quòd sit actus, vt in proposito, vt patuit . Et secundò , esto quòd esset actus, non tamen omnis actus potentiæ , quæ est naturalis , est naturalis homini , vt homo est; quia sic naturale est secundùm rationem esse .

¶ Ad minorem, illud quod est naturale homini, vt sic non ponitur vulnus ; sed (vt dictum est) concupiscentia non est huiusmodi, de qua loquimur . Quare negatur consequentia, &c.

¶ Ad quartum dicendum , ꝙ infirmitas communiter potest dici omnis passio, inquãtum debilitat robur animæ , & impedit rationem; sed Beda * accepit infirmitatem strictè , secundùm quòd opponitur fortitudini , quę pertinet ad irascibilem.

*Beda loco citato in argu. sed contra.

¶ Ad maiorem dico , quòd dictum est quæst.77. artic.3. quòd idem est peccare ex infirmitate, & passione , capiendo infirmitatem communiter pro omni passione impediente rationem in modo suo ; & talis infirmitas , ex qua peccatur , est positiua, & præcedit peccatum; infirmitas autem, quæ est vulnus, sequitur peccatum, vel primi parentis , vel actuale proprium personale.

¶ Dico autem secundò , quòd accipiendo infirmitatem strictè , vt est illius , cuius est firmitas , & fortitudo ; tunc negatur maior quo ad hoc , quòd idem sit infirmitas , & passio , tum quia infirmitas est strictioris significationis, tum quia alterius significati , vt patuit.

¶ Ad minorem dico , quòd concupiscentia (vt hic loquimur) non est passio , sed habilitas ad concupiscendum , vel priuatiua , vel positiua , & esto ita esset ; negatur consequentia , quia non accipitur infirmitas , vt est commune ad passionem , sed vt condiuisum , tanquam dicens defectum alterius potentiæ , quàm concupiscentia , &c

¶ Ad quintum dicendum, ꝙ difficultas , quæ ponitur ab Augustin. includit ista tria , quæ pertinent ad appetitiuas potentias.s.malitiam,infirmitatem,& concupiscentiam . Ex his enim tribus contingit , quòd aliquis non facilè tendit in bonum ; error autem. & dolor sunt vulnera consequentia ; ex hoc enim aliquis dolet, quòd infirmatur circa ea,quæ concupiscit.

¶ Ad maiorem conceditur , quòd bene posuit Augustinus duo pœnalia animæ, scilicet ignorantiam, & difficultatem . Et dico, quòd sub difficultate comprehenduntur tria hic posita,quæ pertinent ad appetitum , quia ex omnibus tribus contingit difficultas ad bonum, scilicet ex infirmitate , & concupiscentia, & malitia . Vltra, ex quibus oritur error , & cruciatus ; conceditur, quia ex ignorantia sequitur error,vt enim supra patuit,quæst.76. artic. 2. Error est probatio sententiæ de ignoratis ; similiter ex difficultate oritur cruciatus, siue dolor ; dolet enim aliquis , quia infirmatur , & patitur difficultatem in his , quæ concupiscit. Vltra ; negatur, quòd ista non concordant istis quattuor , immo ipta continent , & aliqua addunt , quæ ex ipsis consequuntur , sicut vulnera mediata ; vnde non est contradictio , vel discordia , sed consonantia . Quare negatur consequentia , &c.

Quartus. 673

Vtrum priuatio modi , ſpeciei , & ordinis in sit effectus peccati .

X Veri.q.1. ar ti.8. ad 12. * Aug. c.3.

AD quartum sic proceditur . Videtur , quòd priuatio modi , speciei , & ordinis non sit effectus peccati; dicit enim Augu.in libro de natu.boni. * quòd vbi hæc tria magna sunt , magnum bonum est, vbi parua parum,ubi nulla nullum; sed peccatum non annullat bonum naturæ ; ergo non priuat modum , speciem , & ordinem .

¶ 2 Præterea. Nihil est causa suiipsius; sed peccatum est priuatio modi, speciei, & ordinis, vt August.dicit in libro de natura boni . * ergo priuatio modi , speciei , & ordinis non est effectus peccati.

* Aug. c.4. & ex ca.36. & 37.

¶ 3 Præt. Diuersa peccata diuersos habent effectus ; sed modus, species, & ordo, cum sint quædam diuersa, diuersas priuationes habere videntur ; ergo per diuersa peccata priuantur; non ergo est effectus cuiuslibet peccati priuatio modi , speciei , & ordinis.

¶ Sed contra est , quòd peccatum est in anima, sicut infirmitas in corpore , secundùm illud Psalm. Miserere mei Domine,quoniam infirmus sum; sed infirmitas priuat modum, speciem, & ordinem ipsius corporis; ergo peccatum priuat modum, speciem, & ordinem animæ.

Psalmus.

¶ Hic quærit de alio effectu spirituali sequente corollariè ex dictis, qui est priuatio modi, speciei, & ordinis.

¶ Respondeo dicẽdum,ꝙ sicut in primo dictum est, * modus , species , & ordo consequuntur vnumquodque bonum creatum, inquantum huiusmodi,& etiã vnumquodque ens; omne enim esse , & bonum consideratur per aliquam formam,secundùm quam sumitur species, forma autem vniuscuiusque rei qualiscunque sit , siue substantialis,siue accidentalis est secundùm aliquã mensuram ; vnde & in 8.Metaph. dicitur, * quòd formæ rerum sunt, sicut numeri; & ex hoc habet modum quendam, quæ mensuram respicit, ex forma verò sua vnumquodque ordinatur ad aliud . Sic igitur secundùm diuersos gradus bonorum,sunt diuersi gradus modi , speciei , & ordinis.

*Prima par te,q.5.ar.1.

* Aristot. tex.2.

¶ D.S. absoluit quæsitum tali conclusione responsua , quæ innuitur in calce corporis , ibi . Et sic patet , &c. & est. Peccatum non priuat,nec diminuit modum,speciem,& ordinem boni substantialis ; sed modum , & ordinem naturalis inclinationis diminuit,non totaliter tollit, sed modum, &c. gratiæ,& virtutis totaliter tollit ; sed peccatum est essentialiter priuatio modi , speciei, & ordinis ipsius actus . Ista conclusio habet quattuor partes, quæ probantur simul ex vno fundamento , & arguitur sic, secundùm diuersos gradus bonorum sunt diuersi gradus modi , speciei , & ordinis, (ita scilicet , quòd secundùm diuersitatem bonorum ista multiplicantur, & eadem tolluntur , sicut ipsa bona) sed bonum pertinens ad substantiam naturæ , nec priuatur , nec diminuitur per peccatum; bonum autem naturalis inclinationis diminuitur per peccatum , sed non totaliter tollitur; sed bonum virtutis (scilicet gratuitæ, & gratiæ) totaliter tollitur per mortale ; sed bonũ ipsius actus formaliter priuatur per peccatum formaliter acceptũ; ergo conclusio vera. Huius rationis D.S probat, & ponit primò maiorem ; secundò minorem , ibi . Est ergo , &c. Maior ergo probatur a principio sic, modus, species , & ordo consequuntur vnumquodque bonum creatum, inquantum huiusmodi,& etiam vnumquodque ens ; ergo maior vera . Tenet consequentia clarè, quia si necessariò consequuntur vnumquodque bonum , igitur secundùm diuersos gradus bonorum , &c. vt dicit maior. Antecedens notanter dicit creatum ; quia increatum bonum , & ens, ista non sequuntur . Et dicit notanter ens, & bonum, quia (vt dictum est) ista conueniunt ei quod est; formæ enim accidentales , & partes rei non propriè habent ista , &c. Declaratur autem antecedens ; omne enim esse , & bonum consideratur tanquam profluẽs ab aliqua forma, secundùm quam sumitur species rei, & forma quælibet habet determinatũ gradum entis,& mensuram, & per consequens modum; & ex forma etiã vnumquodque habet ordinem ad aliud, quia per formam vnumquodque agit, & inclinatur in finem , & sibi conueniens.

¶ Et nota, quia D.S.dicit , quòd modus attenditur secundùm formam, vt est determinatæ mensuræ, &c.

¶ Nota autem, quòd ratio boni dicitur consistere in his tribus, non sicut in partibus essentialibus rationis boni , potest enim

intelligi bonum ratione formali boni, sine his tribus; quia definitur sine illis; sed ratio boni entitatiua, & subiectiua, idest ipsa res, quæ est bona, constituitur ex tribus illis, sicut ex partibus integrantibus eius naturam; sicut si diceretur, quòd ratio hominis consistit in carnibus, & ossibus, & neruis; quia sunt partes materiæ hominis, scilicet corporis; ita illa tria sunt partes materiæ, & rei, quæ est bona; quia omnis talis habet necessariò illa tria, intellige de bono creato; quia bonum infinitum non habet modum, & mensuram; & intellige de bono quod, non quo, quia videlicet res subsistens quælibet, vt sit talis gradus, & bonitatis, requirit determinata principia antecedenter, determinatam formam essentialiter, & habet consequenter ex perfectionibus suis essentialibus, & accidentalibus habitudinem ad determinatam operationem, & finem, sicut Angelus habet determinatum principium effectiuum, quia Diuinam essentiam intellectam sub tali respectu ideali; licet enim actio Dei absolutè, & ipse Deus agens sint infinita, tamen vt agit secundùm hanc ideã, sic est principium isti rei commensuratum. De rebus autem naturalibus clarè constat, quia requirunt determinata principia effectiua, & materialia, &c. Consequenter cum dicit.

¶Est ergo quoddam bonum pertinens ad ipsam substantiam naturæ, quod habet suum modum, speciem, & ordinem, & illud nec priuatur, nec diminuitur per peccatum. Est etiam quoddam bonum naturalis inclinationis, & hoc etiam habet suum modum, speciem, & ordinem, & hoc diminuitur per peccatum, vt dictum est; * sed non totaliter tollitur. Et est etiam quoddam bonum virtutis, & gratiæ, quod etiam habet suum modum, speciem, & ordinem, & hoc totaliter tollitur per peccatum mortale. Est etiam quoddam bonum, quod est ipse actus ordinatus, quod etiam habet suum modum, speciem, & ordinem; & huius priuatio est essentialiter ipsum peccatum.

* Art. 2. huius quæst.

¶Subiungit minorem quam declarat secundùm omnes particulas. Et patuit minor quo ad primam partem, articulo primo. Quo ad secundam, articulo secundo. Quo ad tertiam, articulo primo. Quo ad quartam patuit supra, quæst. 71. artic. 6. ex definitione peccati, quia formaliter acceptum nihil aliud est, quàm formalis priuatio iustitiæ actualis, quæ deberet inesse actui, quæ iustitia includit modum, speciem, &c.

¶Vnde notanter dicit quarta pars, quòd peccatum est essentialiter priuatio illius modi, &c. quia alios modos, species, &c. priuat suo modo effectiuè, vt est actus quo agens agit in seipsum secundùm diuersas partes, vel demeritoriè; sed modum, & speciem actus formaliter priuat, quia est eius priuatio, & bonum habilitatis; bonum gratiæ demeritoriè ratione inordinationis; bonum actus etiam ratione deformitatis, sed formaliter.

¶Nota autem, quòd Doct. Sanct. inuenitur tripliciter locutus de modo, specie, & ordine; & præsertim videtur varietas circa modum, qui ponitur pars rationis boni; quia prima parte, quæstio. 5. artic. 3. per modum intelligit commensurationem principiorum efficientium, siue materialium; per speciem verò formam; sed per ordinem, inclinationem in aliquid, vt patuit intuenti. Hic autem in articulo per speciem intelligit ipsam formam absolutè vt sic, per modum autem mensuram ipsius formæ. In de Veritate autem, Materia 2. artic 6. intelligit per speciem formam, per modum commensurationem ipsius esse, ad essentiam cuius est, &c. Sed quamuis hæ assignationes videantur discrepare (vt dictum est) quo ad acceptionem modi, tamen secundùm rem incidunt, vel ad se consequuntur omnes tres acceptiones modi, nam commensuratio principiorum mensura formæ, ac commensuratio esse ad essentiam se inferunt, quia ex commensuratione principiorum habet forma vt sit tantæ perfectionis, & ex forma sic mensurata, idest talis perfectionis, sequitur tantum esse, & hic est ordo generationis, vbi agens prius est, sed secundùm ordinem finis, & intentionis naturæ, econtra est, tunc enim esse in tali gradu, & producendum, requirit formam, & essentiam sibi proportionatam secundùm certam mensuram; & talis forma requirit talem principiorum dispositionem; quare in isto loco Doct. Sanct. non discrepat ab alijs locis, &c. Tunc ibi.

¶Et sic patet qualiter peccatum, & est priuatio modi, & speciei, & ordinis; & priuat, vel diminuit modum, speciem, & ordinem. Vnde patet responsio ad duo prima.

¶Innuit ipsam conclusionem satis probatam.

ET confirmatur argumento in contrarium. Circa hoc argumentum nota, quòd iuxta supra dicta, quæst. 73. artic. 2. infirmitas corporalis tollit quidem aliquid de commensuratione humorum animalis, non tamen totaliter tollit; quia non maneret animal, nec per consequens infirmitas; quare infirmitas priuat modum, & speciem, & ordinem ipsius corporis, non substantialem, sed accidentalem, & illam non totaliter; sed peccatum tollit bonum animæ totaliter, loquendo de bono gratiæ, & virtutis, & iustitiæ originalis; & ita de tali bono intelligendo argumentum, tunc est aliqualiter simile, non omnino; sed intelligendo de habilitate ad virtutem; tunc illa etiam diminuitur per peccatum, sed non totaliter aufertur.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd maior conceditur; & est fundamentum maioris assumptæ in articulo pro conclusione. Ad minorem, peccatum non annullat bonum naturæ substantiale, nec ipsum diminuit, tamen bonum naturæ captum pro habilitate ad virtutem diminuit, esto non annullet, sed bonum gratiæ, & virtutis, & iustitiæ originalis, quæ fuit aliquod bonum naturæ annullat. Ad consequens, ergo non priuat modum & speciem, & ordinem, verum cuiuslibet boni, tamen alicuius, quare continet hæc ratio fallaciam consequentis, arguendo a pluribus causis veritatis ad vnam, scilicet non priuat bonum naturæ vno modo acceptum, & eius speciem, modum, &c. ergo nullius boni modum, speciem, quia priuat bonum gratiæ, & est priuatio speciei, & modus ipsius actus.

¶Ad secundum, conceditur maior. Ad minorem, peccatum est priuatio modi, speciei, & ordinis. Verum, iuxta quartam partem conclusionis est essentialiter priuatio speciei ipsius actus, sed non agentis, a quo aliquid priuat quasi effectiuè, vt tactum est in præcedentibus articulis; Ergo &c. Verum, priuatio quælibet, & cuiuslibet non est effectus peccati, immo aliqua est met peccatum formaliter acceptum, tamen aliqua priuatio est effectus peccati. Doct. Sanct. notat solutionem primi, & secundi, ibi. Et sic patet qualiter, &c.

¶Ad tertium dicendum, quòd modus, species, & ordo se consequuntur, sicut ex dictis patet; * vnde simul priuantur, & diminuuntur. * In corp. artic.

¶Ad tertium dicendum. Ad maiorem. Diuersa peccata habent diuersos effectus totales; & tamen non est inconueniens, vt vnum habeat plures effectus partiales sibi connexos, & se necessariò consequentes.

¶Ad minorem, modus, species, & ordo sunt diuersa partialia se necessariò consequentia, circa vnumquodque bonum, vt dictum est in corpore. Quare negatur consequentia ad hunc sensum, quòd non quodlibet peccatum, ista tria alicuius boni tollat, vel diminuat, sicut argumentum imaginatur; quia vult, quòd vnum peccatum tollat speciem, aliud modum, aliud ordinem. Sed verum est, quòd per diuersa peccata tolluntur, non diuisim, vt vult argumentum, sed coniunctim, quia se consequuntur.

Vtrum mors, & alij defectus corporales sint effectus peccati.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd mors, & alij corporales defectus non sint effectus peccati; si enim causa fuerit æqualis, & effectus erit æqualis; sed huiusmodi defectus non sunt æquales in omnibus; sed in quibusdam huiusmodi defectus magis abundat, cum tamen peccatum originale sit in omnibus æquale, sicut dictum est; * cuius videntur huiusmodi defectus maximè esse effectus; ergo mors, & huiusmodi defectus non sunt effectus peccati. Ɣ 2.2 q. 164. Et 2. d. 30. q. 1. ar. 1. Et 3. di. 16. q. 1. ar. 1. Et prol. prim. & di. 4. q. 2. ar. 1. q. 3. Et 4. cõ. 1. 2. Et Mal. q. 5. ar. 4. Et opu. 3. c. 197. 198. 199. 201. Et Roma. 5. lec. 1. col. 5. & Hebre. 9. fin. * q. 81. ar. 4.

¶2 Præterea. Remota causa remouetur effectus, sed remoto omni peccato per baptismum, uel pœnitentiam non remouentur huiusmodi defectus; ergo non sunt effectus peccati.

¶3 Præterea. Peccatum actuale habet plus de ratione culpæ, quàm originale; sed peccatum actuale non transmutat naturam corporis ad aliquem defectum; ergo multò minus peccatum originale; non ergo mors, & alij defectus corporales sunt effectus peccati.

¶Sed contra est, quod Apostolus dicit Roman. 5. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors. Rom. 5.

¶Hic consequenter quærit de secundo effectu peccati, scilicet de defectu corporali. Et primò facit hoc. Secundò determinatur quoddam dubium incidens, an videlicet stent simul, mortem, & corporales defectus esse effectus peccati, & tamen etiam naturales.

¶Nota autem, quòd quia (iuxta supra dicta, quæst. 81. artic. 2. peccata actualia quorumcunque hominum peccantium post Adam primò peccantem, opponuntur solùm gratiæ personali, quia autem gratia ordinatur solùm ad cohibendum defectus personales,

sonales, & spirituales, & ad rectificandum actus animæ; ideo peccatum actuale, quod eam tollit, nullum defectum corporalem inducit, quia nullus talis sequitur ad subtractionem gratiæ, secus de peccato actuali primo primi parentis, quod abstulit iustitiam originalem, quæ cohibebat etiam defectus corporales; ideo hanc quæstionem huius articuli intelligi, & verificari oportet de peccato originali originante, videlicet actuali primo Adæ.

¶Respondeo dicendum, quòd aliquid est causa alterius dupliciter. Vno modo quidem per se; alio modo per accidens, per se quidem causa alterius, scilicet quòd secundùm virtutem suæ naturæ, vel formæ producit effectum; vnde sequitur, quòd effectus sit per se intentus a causa.

¶D. S. distinctè respondet. Primò ponit distinctionem; secundò secundùm ipsam conclusionem responsiuam bimembrem, ibi. Vnde cum mors, &c. Tertiò infert quoddam corollarium, ibi. Subtractio autem, &c. Notat ergo D. S. distinctionem, quòd aliquid est causa alterius dupliciter. Vno modo quidem per se; alio modo per accidens, & exponuntur membra, quia per se causa alterius est, quòd secundùm virtutem suæ naturæ, vel formæ producit effectum; & ex hoc sequitur, quòd talis effectus sit per se intentus a causa; quia videlicet ex propria virtute, & forma, siue naturali, siue apprehensa inclinatur in effectum; natura enim etiam intendit finem, esto non apprehendat, vt patet supra, quæst. 1. sed intentio moralis est præuia apprehensioni. Per accidens autem aliquid est causa alterius, sicut remouens prohibens; quia videlicet non dat principium agendi, nec ex sua virtute producit effectum; sed solùm remouet, quod prohibebat virtutem motiuam.

¶Vnde cum mors, & huiusmodi defectus sint præter intentionem peccantis, manifestum est, peccatum non est per se causa illorum defectuum.

¶Hic consequenter Doct. Sanct. respondet ad quæsitum, tali conclusione. Peccatum primi parentis non est per se causa mortis, & huiusmodi defectuum corporalium, sed est causa eorum per accidens. Doct. Sanct. ponit, & probat primò primam partem. Secundò secundam, ibi. Per accidens autem. Arguitur sic pro prima parte ex declaratione quid nominis causæ per se, Effectus est intentus a causa per se; sed mors, & huiusmodi defectus fuerunt præter intentionem Adæ peccantis; ergo non sunt effectus per se. Maior patet, quia causa per se, & in natura, & in moribus secundùm virtutem naturæ suæ (& hoc in naturalibus) vel formæ (& hoc etiam in moralibus, saltem secundùm formam, vt apprehensa est) producit effectum; sed virtus naturæ intendit sibi simile facere, & similiter agens secundùm formam apprehensam intendit effectum, &c. Minor relinquitur nota ex dictis supra, quæstio. 72. artic. 1. quia malum, & pœna est præter intentionẽ peccantis, sed huiusmodi defectus habent rationem mali, & pœnæ; ergo minor vera. Tunc ibi.

¶Per accidens autem aliquid est causa alterius, si sit causa remouens prohibens, sicut dicitur in octauo Physicorum, * quòd diuellens columnam, per accidens mouet lapidem columnæ superpositum; & hoc modo peccatum primi parentis est causa mortis, & omnium huiusmodi defectuum in natura humana, inquantum per peccatum primi parentis sublata est originalis iustitia, per quam non solùm inferiores animæ vires continebãtur sub ratione absque omni deordinatione, sed totum corpus continebatur sub anima absque omni defectu, vt in primo habitum est; * & ideo subtracta hac originali iustitia per peccatum primi parentis, sicut vulnerata est humana natura, quantum ad animam per deordinationem potentiarum, vt supra dictum est, * ita etiam est corruptibilis effecta per deordinationem ipsius corporis; subtractio autem originalis iustitiæ habet rationem pœnæ, sicut etiam subtractio gratiæ. * Aristot. text. 32. * Prima part. q. 97. artic. 3. * Art. 3. hic, & q. 83. artic. 3.

¶Ponit, & probat secundam partem conclusionis ex secundo membro prædictæ distinctionis sic. Per peccatum primi parentis sublata est iustitia originalis, igitur peccatum primi parentis est causa istorum corporalium defectuum, sicut remouens prohibens omnes huiusmodi defectus. Antecedens relinquitur notum ex dictis supra, quæst. 81. & 82. sæpius. Consequentia tenet, & probatur; per iustitiam originalem non solùm inferiores vires animæ continebantur sub ratione absque omni deordinatione, sed totum corpus continebatur sub anima absque omni defectu; ergo subtracta hac originali iustitia per peccatum primi parentis, sicut vulnerata est natura quantùm, &c. vt in littera. Et per consequens tenet consequentia, quòd videlicet primum peccatum abstulit originalem iustitiam; igitur, &c. Illud assumptum pro consequentia patet prima parte, quæstio. 97. artic. 1. Et de vulneratione potentiarum animæ patuit artic. 3. huius quæstionis, & supra quæst. 83. artic. 3.

¶Vnde etiam mors, & omnes defectus corporales consequentes sunt quædam pœnæ originalis peccati.

¶Hic consequenter ex dictis infert quoddam corollarium, circa quod secundò soluit dubium, ibi. Et quamuis huiusmodi, &c. Corollarium est, mors & omnes defectus corporales consequentes (scilicet subtractionem originalis iustitiæ) sunt pœnæ quædam originalis peccati (& intelligitur corollarium de originali peccato principali, scilicet originante; & secundariò de originali contracto) probatur autem ex dictis, assumendo maiorem; mors, & huiusmodi sequuntur subtractionem originalis iustitiæ, sed subtractio originalis iustitiæ habet rationem pœnæ; igitur corollarium verum, & sequitur ex dictis. Maior patuit. Minor probatur a simili, quia subtractio gratiæ gratum facientis personalis habet rationem pœnæ, igitur & subtractio doni naturalis, &c. ac si sic arguat Doct. Sanct. quicquid sequitur ad aliquam pœnam etiam habet rationem pœnæ, sed tales defectus sunt huiusmodi; ergo, &c.

¶Nota circa hoc Doct. Sanct. secunda secundæ, quæst. 164. artic. 1. & in de Malo, quæst. 5. artic. 4. quod duplex est pœna alicuius peccati. Vna taxata pro peccato. Alia concomitans, sicut iudex pro aliquo crimine facit aliquem hominem excæcari, sed ad cæcitatem eius consequuntur multa incommoda, puta quòd mendicat, & huiusmodi. Et contingit, quòd si plures propter illud peccatum exercentur, in vno consequuntur plura incommoda, quàm in alio; sic in proposito pœna taxata peccato Adæ, quod fuit originale originans, fuit subtractio Diuini beneficij, quo rectitudo, & integritas humanæ naturæ conseruabatur, defectus autem consequentes subtractionem huiusmodi beneficij, sunt mors, & aliæ pœnalitates præsentis vitæ; quare vterque defectus habet rationem pœnæ, sed diuersimodè; & vna sequitur ad aliam. Vnde intelligitur ratio pro corollario; quia cum secundarius defectus proueniat etiam ob peccatum, licet magis remotè; & sit cum hoc contra voluntatem, habebit vtique rationem pœnæ. Deinde ibi. Duplex pœna.

¶Et quamuis huiusmodi defectus non sunt intenti a peccante, sunt ordinati secundùm iustitiam Dei punientis.

¶Soluitur dubium, quod contra corollarium moueri posset ex dictis; quia dictum est circa principium corporis, quòd huiusmodi defectus sint contra intentionem peccantis, pœna autem ex intentione ordinatur ad peccatum reordinandum; & ita videtur, quòd huiusmodi defectus non habeant rationem pœnæ. Soluit hoc Doct. Sanct. quia quamuis non sint intenti a peccante, sunt tamen ordinati secundùm iustitiam Dei punientis; & patuit hoc supra, quæst. 72. artic. 5. & patebit infra, quæst. 87. quia pœna dicitur esse contra voluntatem eius, cui infertur, & per consequens non est intenta ab eo, sed tamen a iusto iudice intenditur ad reordinandum peccatum.

ARGVMENTVM in contrarium pro conclusione responsiua. Intrauit autem mors per peccatum primi parentis, primũ demeritoriè, quia demeruit subtractionem prohibentis mortem, & ira est causa mortis non aliquid in hominem immittẽdo, sed demerendo subtractionem alicuius, quod morte prohiberet.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd æqualitas causæ per se, causat æqualem effectum; augmentata enim, uel diminuta causa per se, augetur, uel diminuitur effectus; sed æqualitas causæ remouentis prohibens non ostendit æqualitatem effectuum; si quis enim æquali impulsu diuellat duas columnas; non sequitur, quòd lapides suppositi æqualiter moueantur, sed ille uelocius mouebitur, qui grauior erit secundùm proprietatem suæ naturæ, cui relinquitur remoto prohibente; sic igitur remota originali iustitia natura corporis humani relicta est sibi, & secundùm hoc secundùm diuersitatem naturalis complexionis quorundam corpora pluribus defectibus subiacent, quorundam uerò paucioribus, quamuis existente originali peccato æquali.

¶Dupliciter dicitur ad maiorem. Vno modo ex parte subiecti post solutionem D. S. hic, si causa verum per se, fuerit æqualis, tunc effectus erit æqualis, sicut ostendit exemplum D. S. in solutione, sed negatur de causa per accidens.

¶Ad minorem concedo, quòd effectus huiusmodi magis abundant, & peccatum originale est æquale; sed dico, quòd originale, & subtractio iustitiæ est causa huiusmodi motuum per accidens, per se autem causa est dispositio naturæ sibi relictæ, & complexio

personalis, secundùm cuius diuersitatem, sequitur diuersitas in huiusmodi motibus; quia aliqui statim a natiuitate sunt ęgrotatiui, & malè dispositi, & læsi, & citius moriuntur. Probat autem argumentum, ꝙ peccatum non sit causa per se, quæ est prima pars conclusionis. Et valent pro ista solutione, quæ dicta sunt supra, q. 82. art. 4. ad primum. quia etiam salua ęqualitate originalis quo ad materiale, & formale est diuersitas in motibus in diuersis hominibus propter diuersitatem personalem, &c.

¶Nota autem circa hoc, quòd subtractio originalis iustitiæ est formaliter peccatum originale in isto homine, & tamen dicitur esse pœna peccati Adæ, quæ supra, q. 82. artic. 3. circa argumentum in oppositum dictum fuit, quòd peccatum originale est pœna, & culpa; culpa quidem, inquantum est defectus voluntarius voluntate principij naturæ. Pœna autem, quia subtractio beneficij, & doni gratuiti facta a Deo contra voluntatem huius hominis, & contra voluntatem etiam directam, & expressam Adæ, licet peccando primo peccato illum defectum voluerit per accidẽs. Vnde & D.S. in fine art. ostendit, ꝙ vt habet rationem pœnæ, ordinatur secundùm iustitiam Diuinam, non voluntatem peccantis.

¶Secundò dicitur ad maiorem post Doct. Sã. secunda secundæ, quæst. 164. artic. 1. ad quartum. & in de Malo supra; si causa fuerit ęqualis, scilicet demeritoria, tunc effectus erit ęqualis. Verum, effectus pœnalis taxatus a iudice, sed non oportet de effectu pœnali concomitante, vt patuit in exemplo circa corollarium de excæcatis propter eandem culpam.

¶Ad minorem concedo, quòd huiusmodi defectus non sunt æquales, quia sunt pœna concomitans; sed tamen subtractio doni Diuini ęqualis est in omnibus; & illa est pœna taxata. Quare probat hoc argumẽtum iuxta primam solutionem, quòd peccatum non est causa per se huiusmodi defectuum, sed diuersitas complexionum est causa per se diuersitatis huiusmodi defectuum; iuxta autem secundam solutionem probat, quòd huiusmodi defectus non sunt pœna taxata, & effectus a iudice taxatus, sed concomitans, vt patuit.

¶Ad secundum dicẽdũ, ꝙ culpa originalis, & actualis remouentur ab eodem, a quo etiam remouentur, & huiusmodi defectus, ſm illud Apostoli Rom. 8. Viuificabit mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritũ eius in vobis; sed vtrumque fit secundùm ordinem Diuinæ sapientiæ congruo tempore; oportet enim, ꝙ ad immortalitatẽ, & impassibilitatem gloriæ, quæ in Christo inchoata est, & per Christum nobis acquisita, perueniamus, conformati prius passionibus eius; vnde oportet, quòd ad tempus, eius passibilitas in nostris corporibus remaneat ad impassibilitatem gloriæ promerendam conformiter Christo.

¶Ad maiorem, remota causa remouetur effectus; conceditur, sed dico, ꝙ in naturalibus, & in agentibus per necessitatẽ naturæ, etiam simul tpe, cum remouetur causa, remouet effectus, sed vbi interuenit dispositio Diuinæ prouidentiæ, potest fieri, vt prius tpe remoueatur causa, quàm effectus, pp aliquid melius eliciendum.

¶Ad minorem, si intelligitur, quòd remoto omni peccato per baptismum, non remoueatur huiusmodi defectus in sua causa; negatur, immo secundùm Doct. Sanct. tertia parte, q. 69. artic. 3. baptismus habet virtutem auferendi pœnalitates præsentis vitæ. Si autem intelligitur, quòd nõ simul tempore remouentur, cum homo baptizatur; conceditur, quia eius virtute auferentur huiusmodi pœnalitates a iustis in resurrectione, quando hoc mortale induet immortalitatem, & hoc propter ordinem Diuinæ sapientiæ, propter spirituale exercitium, & conformitatem ad Christum, vt D.S habet in solutione. Quare negatur consequentia, quia sunt effectus peccati ad minus in fieri. Vnde posset secundò dici ad maiorem, remota causa in esse, & fieri, remouetur effectus. Verum, sed non oportet, quòd remota causa in fieri tantùm; & sic dicimus in proposito secundùm ordinem Diuinæ sapientiæ; dicimus tamen, quòd remouens peccatum, remouet etiam defectus, sed non eodem tempore, vt patuit.

Dub. 987. ¶Ad tertium dicendum, quòd in peccato actuali duo possumus considerare, scilicet ipsam substantiam actus, & rationem culpæ; ex parte quidem substantiæ actus potest peccatum actuale aliquem defectum corporalem causare, sicut ex superfluo cibo aliqui infirmantur, & moriuntur; sed ex parte culpæ priuat gratiam, quæ datur homini ad rectificandum animæ actus, non autem ad cohibendum defectus corporales, sicut originalis iustitia cohibebat; & ideo peccatum actuale non causat huiusmodi defectus, sicut originale.

¶Ad maiorem, verum est, quod dicitur de originali contracto nostro, sed non de originali originante Adæ, quia habet plus de voluntario, vt patuit supra, q. 81. artic. 1. sed addo, quòd actuale aliorum ab Adam solùm est corruptiuum boni personalis demeritoriè spiritualis, nullo modo se extendentis ad cohibendos defectus corporales, sicut est peccatum originale originans principaliter primi parentis, quod destruxit demeritoriè donum, quod præseruabat etiam corpus a dictis defectibus.

¶Ad minorem dico, quòd peccatum actuale non transmutat naturam corporis ad aliquem defectum, scilicet corporalem, vera, ratione inordinationis demeritoriè, quia sic demeretur solũ subtractionem boni spiritualis; sed dico, quòd ratione actus peccatum potest inducere defectum corporalem, sed personalem tantùm; sed peccatum originale Adæ etiam ratione inordinationis induxit demeritoriè priuationem iustitiæ originalis, quæ se extendebat vsque ad corpus; quare negatur consequentia. Vndevult D.S. in ista solutione, quia differunt actuale nostrum, & originale, præsertim Adæ, quia illud demeritoriè solùm destruit, pertinens ad animam, aliud autem etiam pertinens ad corpus. De isto articulo in D.S. secundo sententiarum, dist. 30. q. 1. art. 1, & in Capreolo, eadem distinct. conclusione prima. Capreol.

Vtrum mors, & huiusmodi defectus sint homini naturales.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd mors, & huiusmodi defectus sint homini naturales; corruptibile enim, & incorruptibile differunt genere, vt dicitur in decimo Metaphys. * sed homo est eiusdem generis cum alijs animalibus, quæ sunt naturaliter corruptibilia; ergo homo est naturaliter corruptibilis. Z 2. dist. 30. q. 1. art. 1. cor. 2. & ad 1. Et 3. dist. 16. q. 1. artic. 2. ad 3. Et Biel. ibi. q. 1. & 5. Et Rom. 5. lect. 3. col. 6. Et Hebr. 9. lect. 2. * Aristot. text. 16.

¶2 Præterea. Omne quod est compositum ex contrarijs, est naturaliter corruptibile, quasi habens in se causam corruptionis suæ, sed corpus humanum est huiusmodi; ergo est naturaliter corruptibile.

¶3 Præt. Calidum naturaliter consumit humidum; vita autem hominis conseruatur per calidum, & humidum; cum igitur operationes vitæ expleantur per actum caloris naturalis, vt dicitur in 2. de Ani. * videtur, quòd mors, & huiusmodi defectus sint homini naturales. * Aristot. text. 50.

¶Sed contra, quicquid est homini naturale Deus in homine fecit, sed Deus mortem non fecit, vt dicitur Sapien. 1. Ergo mors non est homini naturalis. Sapient.

¶2 Præterea. Id quod est secundùm naturam, non potest dici pœna, nec malum; quia vnicuiq; rei est conueniens id, quod est ei naturale; sed mors, & huiusmodi defectus sunt pœna peccati originalis, vt supra dictum est; * ergo non sunt homini naturales. * Art. præcedens.

¶3 Præterea. Materia proportionatur formæ, & quælibet res suo fini; finis autem hominis est beatitudo perpetua, vt supra dictum est; * forma etiam humani corporis est anima rationalis, quæ est incorruptibilis, vt in primo habitum est; * ergo corpus humanum est naturaliter incorruptibile. * In prosa & q. 3. art. 3. * Prima pars, q. 97. artic. 1.

¶Hic vltimò quærit de quodam dubio incidente ex dictis, an videlicet cum eo, quod dictum est; quia huiusmodi defectus sunt pœnales, stet, quòd sint naturales, & econtra. Vnde prima facie esse naturale, non videtur compossibile pœnalitati.

¶Nota primò pro fundamento dicendorum, quòd quia immortalitas, impassibilitas, & huiusmodi prouenissent homini solùm ex dono Diuino gratuito, in naturalibus autem consideratus non est nisi mortalis, & passibilis simpliciter ratione totius; ideo Philosophi (quos latuit illa collatio Diuini doni, & prima institutio humanæ naturæ quam nos ex fide nouimus) nullo modo admisissent huiusmodi defectus, nisi sub ratione defectus naturalis; sed quia id, quod sequitur subtractionem alicuius gratuiti doni factã propter peccatum, etiam habet rationem pœnæ, ideo Theologus dicit huiusmodi defectus prouenientes in natura sic instituta a Deo propter subtractionem originalis iustitiæ propter peccatum factum habere rationem pœnæ; vnde si homo esset cõditus in puris naturalibus essent solùm defectus naturales, sed iã de facto, quia fuit institutus integer, & immortalis, ideo habet rationem pœnæ. Doct. autem Sanct. in hoc articulo solùm ostendit de homine in naturalibus accepto, an sit mortalis, vel immortalis, ita quòd huiusmodi defectus sint naturales homini sibi relicto in naturalibus, vel an ex natura conueniat sibi aliqua incorruptibilitas, & immortalitas; relinquit enim Doct. Sanct. notum ex articulo præcedenti, quòd defectus illi sint pœnales solùm secundùm institutionem naturæ a Deo factam. Iam verò quærit, an sint naturales homini sibi relicto. ¶Nota

¶Nota secundò, ꝙ anima rationalis, quæ est forma hominis, aliquid habet cõmune cum omnibus formis, & in aliquo differt; habet enim commune cum omnibus formis, quod est principium ipsius esse tanquã ratio essendi. Est enim ratio essendi, & existendi ipsi homini, & ſm hoc conuenit sibi esse tanquam quo aliquid est; sed differt ab omnibus formis materialibus, quod ipsum esse conuenit sibi tanquam ei quod est, esse enim quo homo est, prius conuenit animę rationali nõ solùm vt quo, sed vt quod est, quàm homini composito; alijs autem formis conuenit solùm primò vt quo, sed ipsis compositis prius vt quod. Et ratio est, quia esse aliarum non potest per formam sustentari, sed per composita; quia formæ sunt dependentes a compositis; secus de anima rationali, quæ non dependet a composito, & in hoc conuenit anima rationalis cum angelis, differunt tamen in hoc, ꝙ est ratio subsistendi composito, quod non conuenit Angelis. Adde autem istis, quòd anima rationalis est per naturam immortalis, & ꝙ trahat secum idem esse, quod prius communicauit toti composito; & tunc clarè sequitur, ꝙ homo ex parte formæ suæ. Sanimæ rationalis, habet aliquam immortalitatem ſm aptitudinem, quã tamen anima sufficienter præstare non potest toti, sine auxilio Diuino; & sic patet, quare naturaliter homo ratione formæ habet immortalitatem.

¶Nota tertiò post D.S. in de Malo, q. 5. artic. 5. vbi determinat hanc eandem quæstionem, ꝙ iuxta secundùm Philosophum naturale dicitur dupliciter; vno modo id, quod habet naturam, sicut naturalia corpora; alio modo dicitur naturale, quod consequitur naturam, tanquam ſm naturam existens, sicut dicitur, quòd ferri sursum est naturale igni; & sic intelligitur titulus quæstionis, an huiusmodi defectus sint homini naturales, ideſt sequantur naturam hominis; & cum natura, vt ibidem habetur, diuidatur in formam, & materiam, potest intelligi, an conueniant, & sequantur formam, vel materiam hominis, natura tamen etiam dicitur virtutis particularis, & vniuersalis.

¶Respondeo dicendum, quòd de vnaquaque re corruptibili dupliciter loqui possumus; vno modo secundùm naturam vniuersalem; alio modo secundùm naturam particularem. Natura quidem particularis est propria virtus actiua, & conseruatiua vniuscuiusq; rei, & secundùm hanc omnis corruptio, & defectus est contra naturã, vt dicitur in 2. de Cęlo. * quia huiusmodi virtus intendit esse, & conseruationem eius cuius est. * Aristot.

¶D.S. in hoc corpore sic procedit; primò præmittit quandam conclusionem præambularem generalem. Secundò subiungit responsuam, ibi. Sed quia & ipsa, &c. Tertiò satis facit ex his obiectis tam in oppositum, quàm in contrarium, ibi. Tres autem primæ, &c. Circa primum, primò formatur quandam conclusionem præambularem bimembrem ſm vnam distinctionem quam præmittit. Secundò eandem declarat duabus alijs conclusionibus, quarum primam prosequitur, ibi. Non quidem secundùm, &c. secundam ibi. Et quamuis, &c. Distinctio ergo est, de re corruptibili dupliciter loqui possumus; vno modo ſm naturam vniuersalem; alio modo ſm naturam particularem, & D.S. primò prosequitur secundum membrum, natura particularis est propria virtus actiua, & conseruatiua vniuscuiusq; rei; natura verò vniuersalis est virtus actiua in aliquo principio vniuersali naturæ, puta in aliquo cœlestium corporum, vel alicuius superioris substantiæ, ſm quòd Deus etiam a quibusdam dicitur natura naturans. Conclusio. Conclusio generalis præambularis. Secundum naturam particularem, omnis corruptio, & defectus est contra naturam, sed ſm naturam vniuersalem corruptiones, & defectus rerum sunt naturales. Huius conclusionis primò ponit, & probat primam partem; secundò secundam, ibi. Natura verò vniuersalis, &c. Prima ergo pars probatur auctoritate, & ratione, auctoritate secundi de cœlo, ratione tali. Natura particularis secundùm dicta est propria virtus actiua, & conseruatiua vniuscuiusque rei; sed huiusmodi virtus intendit esse, & conseruationem eius cuius est; ergo corruptio, & defectus est contra eam. Et patet ista conclusio ad sensum, quia quælibet res quãtumcunq; minima resistit corumpentibus, & nititur quoad põse conseruare. Consequenter cũ dicit.

¶Natura verò vniuersalis est virtus actiua in aliquo vniuersali principio naturæ, puta in aliquo cœlestium corporum, vel alicuius superioris substantiæ; secundùm quòd etiam Deus a quibusdam dicitur natura naturans, quæ quidem virtus intendit bonum, & conseruationem vniuersi, ad quod exigitur alternatio generationis, & corruptionis in rebus; & secundùm hoc corruptiones, & defectus rerum sunt naturales.

¶Ponit, & probat secundam partem conclusionis præmittens primum membrum prædictæ distinctionis, & arguitur sic. Natura vniuersalis intendit bonum, & conseruationem vniuersi, sed ad hoc bonum exigitur alternatio generationis, & corruptionis in rebus; ergo prima pars vera.

¶Nota post D.S. prima parte, q. 47. art. 1. & 2. quia bonum vniuersi, præsertim est in gradualitate rerum diuersimodè Diuinam bonitatem representantium, ideo ad eius bonum exigitur, vt aliquæ creaturæ participẽt Diuinam bonitatem amissibiliter, & aliæ inamissibiliter, & patet hæc ratio. Vide de hoc etiam prima par. qpæst. 22. artic. 4. Consequenter ibi.

¶Non quidem ſm inclinationẽ formæ, quæ est principiũ essendi, & perfectionis; sed ſm inclinationem materiæ, quæ proportionabiliter attribuitur tali formæ secundùm distributionem vniuersalis agentis.

¶Declarat prædictam conclusionem quo ad secũdam partem; & est talis conclusio primæ explicatiua. Corruptiones, & defectus sunt naturales secundùm naturam vniuersalem, nõ quidem secundùm inclinationem formæ, sed secundùm inclinationem materiæ, ideſt natura vniuersalis agit, & mouet ad corruptionem rei particularis, non mediante forma, sed mediante materia, qua alterata, & indisposita pro forma abijcit forma ipsa, & res corrumpitur. Probatur conclusio quo ad primam partem. Secundum inclinationem res habet esse, & perfectionem, igitur natura vniuersalis non est principium corruptionis, & defectus mediante forma. Consequentia clara. Antecedens notum, quia forma dat esse, & omni formæ conuenit esse existendi principium; vnde & nihil corrumpitur nisi per hoc, quòd forma separatur a materia; signum est ergo, quòd esse est a forma. Secunda pars probatur, materia proportionabiliter attribuitur formæ secundùm distributionem vniuersalis agentis, sed tale agens alicui formæ (s. rei corruptibilis) attribuit materiam compositam ex cõtrarijs; igitur ex tali materia oritur corruptio. Vnde vult D.S ꝙ alicui formæ s. cęlesti Deus attribuit materiam abiq; contrarietate, & priuatione, & talis res est incorruptibilis; sed quibusdam formis tribuit materiam subiectam priuationi, & contrarietati, & tunc ex tali materia consurgit corruptio. Deinde cum dicit.

¶Et quamuis omnis forma intendat perpetuum esse quantum potest, nulla tamen forma rei corruptibilis potest assequi perpetuitatem sui præter animam rationalem; eo quòd ipsa non est subiecta omnino materię corporali, sicut aliæ formæ; quinimmo habet propriam operationem immaterialem, vt in primo habitum est; * vnde ex parte suæ formæ naturalior est homini incorruptio, quàm alijs rebus corruptibilibus. * q. 76. ar. 1. ad quartũ.

¶Deducit secundam conclusionem declaratoriam comparatiuam, & explicatiuam prædictæ cõclusionis præambularis (in qua habetur, quòd res non habet corruptionem, immo incorruptionem ex parte formæ.) Ex parte formæ suæ naturalior est homini incorruptio, quàm alijs rebus corruptibilibus. Probatur conclusio. Quamuis omnis forma intendat perpetuum esse quantum potest, nulla tamen forma rei corruptibilis potest assequi perpetuitatem sui præter animam rationalem; ergo conclusio vera. Consequentia clara, quia si forma hominis est perpetua, aliæ non, bene sequitur conclusio. Antecedens patet, quia ipsa sola, s. inter omnes formarum rerum corruptibilium non est subiecta omnino materiæ corporali, sicut aliæ formæ; igitur antecedens verum. Tenet consequentia, quia si aliæ sunt subiectæ, tunc dependẽt a materia corporali, & per consequens non possunt ab ea separari, sed materia indisposita corrumpuntur. Illud proximũ assumptum patet; quia anima rationalis, & sola habet propriam operationem immaterialem, vt patet. Prima parte, quæst. 76. artic. 1. ad quartum. igitur sola non est subiecta in operando, & per consequens in essendo materiæ corporali. Conclusio.

¶Sed quia & ipsa habet materiam ex contrarijs compositam, ex inclinatione materiæ sequitur corruptibilitas in toto, & secundùm hoc homo est naturaliter corruptibilis secundùm naturam materiæ sibi relictæ, sed non secundùm naturam formæ.

¶Hic consequenter Doct. Sanct. formaliter respondet ad quæsitum, tali conclusione responsiua. Homo est naturaliter corruptibilis secundùm naturam materiæ sibi relictæ, sed non secundùm naturam formæ. Secunda pars patuit ex præcedenti conclusione, quia forma tua est anima rationalis, sed illa quantumcunq; esset ex se daret esse perpetuum, & ipsa est perpetua; igitur, &c. Prima pas probatur; quicquid habet materiam compositam ex contrarijs, hoc est naturaliter corruptibile (per naturam vniuersale) secundùm materiam sibi relictam; sed homo est huiusmodi; igitur secundùm inclinationem materiæ sequitur corruptibilitas in toto, & notanter in toto, quia in homine anima non destruitur; destruitur enim vnio eius ad materiam, & totus homo. Maior est vna maxima apud Philosophiam, dicitur autem notanter materiam sibi relictam, quia potest fieri, vt res naturaliter corruptibilis Diuina virtute reddatur per gratiam incorruptibilis, vt possit non mori, sicut de facto fuit in primis parentibus. Minor de se nota. Conclusio responsiua

¶Tres autem primæ rationes procedunt ex parte materiæ, aliæ verò tres ex parte formæ. Vnde ad earum solutionem considerandum est, ꝙ forma hominis, quæ est anima rationalis ſm ſuam incorruptibilitatem proportionata est ſuo fini, qui est beatitudo perpetua; ſed corpus humanum, quod est corruptibile ſm ſuam naturam consideratum quodammodo proportionatum est ſuæ formæ, & quodámodo non. Duplex enim conditio potest attendi in aliqua materia; vna ſ. quã agens eligit; alia quæ non est ab agente electa, ſed est ſm conditionẽ naturalem materiæ; ſicut faber ad faciẽdum cultellũ eligit materiam duram, & ductilem, quę ſubtiliari possit, vt sit apta incisioni; & ſm hanc conditionem ferrum est materia proportionata cultello; ſed hoc, ꝙ ferrum sit frangibile, & rubiginẽ cõtrahens, consequitur ex naturali diſpositione ferri, nec hoc eligit artifex in ferro, ſed magis repudiaret ſi posset, vnde hæc diſpositio materiæ nõ est proportionata intentioni artificis, nec intentioni artis. Similiter corpus humanum est materia electa a natura quãtum ad hoc, ꝙ est temperatæ complexionis, vt possit esse cõuenientiſſimum organum tactus, & aliarum virtutum ſenſitiuarum, & motiuarum; ſed ꝙ sit corruptibile, hoc est ex conditione materiæ, nec est electum a natura, quin potius natura eligeret materiam incorruptibilem, ſi posset; ſed Deus, cui ſubiacet omnis natura, in ipſa inſtitutione hominis ſuppleuit defectum naturæ, & dono iuſtitiæ originalis dedit corpori incorruptibilitatem quandam, vt in primo dictum est; * & ſm hoc dicitur, ꝙ Deus mortem non fecit, & quòd mors est pœna peccati. Vnde patet reſponſio ad obiecta. *q.97.ar.1.

¶In hac vltima parte huius corporis D.S. ſatisfacit ſub breuibus obiectis argumentis etiam in contrarium; & prima tria in oppoſitum ſoluta relinquit ex dictis; alia tria in contrarium magis declarat per ſequentia; ſed vt magis pateant, dicamus ex Doctore Sancto ad ſingula; & primò ad argumenta in oppoſitum; deinde ad alia in contrarium.

¶Ad primi maiorem. Corruptibile, & incorruptibile differunt genere. Dico, ꝙ corruptibile, & incorruptibile per naturam, vt patet prima par.q.97.ar.1.ad primum. quia videlicet vnum habet naturaliter naturam, cui annexa est priuatio, & quæ est ſub contrarietate, alterum verò non; differunt genere phyſico, ſed non oportet, ꝙ genere logico diſtinguantur, vt ſolet dici 10.metaph. ſumitur enim genus philoſophicum ſm esſe, logicum autẽ ſm intentionem aliquam vniuocam, &c. Ad minorem, homo est eiuſdem generis cum alijs animalibus, quæ ſunt naturaliter corruptibilia. Conceditur, quod est etiam eiuſdem generis logici propinqui, & eiuſdem generis phyſici; ergo est naturaliter corruptibilis. Verum, ex parte materiæ ſibi relictæ.

¶Nota circa minorem, ꝙ vnitas generis logici non infert vnitatem generis phyſici, niſi intelligatur de genere logico propinquo, & immediato; nam conſtat corpora cœleſtia, & hominem eſſe vnius generis logici, & tamen vnum est corruptibile, aliud incorruptibile; ſed in materialibus, quãdo ſunt vnius generis logici propinqui, tunc ſequitur & vnitas generis phyſici; quia in talibus genus ſumitur a materia; ſi ergo vnius generis propinqui, quod requirit materiam, ideo & vnitas phyſici generis ſequitur.

¶Ad ſecundum, maior vera, præſertim ſi compoſitum ex contrarijs, naturæ ſuæ relinquatur, tunc est corruptibile quaſi habẽs in ſe cauſam corruptionis ſuæ; quia virtus actiua cœli, quandoq; aliquid contrariorum faciet alijs prædominari; & ſic ſequitur actualis corruptio. Minor conceditur, & conſequens, iuxta primam partem concluſionis reſponſiuæ, quia corpus humanum est naturaliter corruptibile, & est hoc ſecundum in ſubſtantia D.S. argumentum in corpore pro quarta concluſione.

¶Ad tertium. Maior conceditur, quando fit exceſſus in illis qualitatibus; conceditur & minor, & per conſequens, quòd ſint naturales ratione corporis mixti, & compoſiti ex contrarijs.

Capreolus. ¶Nota circa hoc difficultatem, quam tãgit Capreolus in præſenti materia in ſecundo, diſ.30.concluſ.1.vbi laborat in ſolutionibus ad ſaluandam actionem contrariorum in ſe, ſtante poſitione, quæ dicit elementa ſolum manere virtualiter in mixto; quia Capreolus ſequens principium ſuum. ſ. ꝙ formæ cõtrariæ in esſe remiſſo possunt esſe ſimul in eadem parte materię, ponit qualitates contrarias manere ſimul in qualitate media in esſe confracto, & ſic quandoq; vnam per agens extrinſecum fortificari, & aliam deſtrui; potest etiam vna qualitas conſumere aliam ſibi non contrariam, vt calidum humidum, vt ibidem oſtendit, & quidem de ſecundo non est quæſtio apud Thomiſtas, ſed de primo. Vnde alij dicerent non admittentes compoſſibilitatem formarum contrariarum etiam in esſe remiſſo, ꝙ in qualitate media non ſeruatur actu aliqua qualitas elementorum; & est talis qualitas extenſa per totum corpus, & qua contingit corpora mixta (præſertim viuẽtia) habere diuerſas operationes, ideo oportet in eorum membris esſe diuerſas diſpoſitiones deſeruientes illis diuerſis operationibus; ſicut patet, quòd cor est calidum, & cerebrum frigidũ, & carnes humidæ, & oſſa ſicca, & ſic de alijs; potest igitur membrum calidum calefacere membra, quæ debent esſe frigida, cum & ab extrinſeco poſſint calefieri; & ſic ſequitur indiſpoſitio corporis, & ſoluetur debita armonia, & corrumpitur animal, dato ꝙ in eadem parte mixti non ſint naturaliter cõtrariæ qualitates. In mixtis autem non habentibus partes organicas, & ſic diuerſas, potest qualitas mixtionalis debita tali corpori alterari, & variari ab extrinſeco, & ſic res tandem corrumpetur. Vnde etiam ſm Commentatorem, ſi elementa concedantur manere in mixto ſecundùm esſe remiſſum, non ſequitur formas cõtrarias esſe in eodem adæquato ſubiecto, quia in mixto proprium ſubiectum caloris est ignis, & proprium ſubiectum frigoris est aqua.

AD argumentum in contrarium primum ad maiorem, quicquid est naturale homini Deus in eo fecit; conceditur, ſaltem ſm principia naturalia. Dico tamen, ꝙ Deus potest ſuperaddere naturæ aliquod gratuitum, per quod naturale cohibeatur, ita quòd quantum esſet ex principijs naturæ haberet illud, ſed ex dono Dei naturalis effectus defectiuus prohibetur, ſtant enim ſimul mortale per naturam, & immortale per gratiam, licet non ſtent ſimul mortale per naturam, & immortale per naturam.

¶Ad minorem, Deus mortem non fecit ad hunc ſenſum, quia creauit hominem potentem non mori, ꝙ donum originalis iuſtitiæ conſeruatum, fecit tamen hominem mortalem per principia naturæ ſibi relicta. Secundò, Deus mortem non fecit naturã humanam inſtituendo, tamen per accidens mortem fecit, peccatum hominis puniendo, vel Deus mortem non fecit in inſtitutione naturæ ſuſpendendo, & quaſi per donum gratuitum, cohibẽdo principia naturæ, ne deficerent, & caderent in mortem; tamẽ poſt peccatum illud donum in pœnam peccati ſubtraxit, & ſic mortem inflixit per accidens, remouendo iuſtè prohibens mortem, vnde mortem non fecit naturam inſtituendo, & mortem inflixit indirectè ſub ratione pœnæ iuſtæ, peccatum puniendo. Negatur autem conſequentia, ꝙ mors non ſit homini naturalis ſecundùm naturam ſibi relictam; ſed probatur, quòd non conuenit homini ſecundùm donum gratuitum, in qua conditus fuit.

¶Ad ſecundi maiorem, id quod est ſm naturam, nõ potest dici pœna, nec malum. Verum, ſm ꝙ natura in ſuis naturalibus tm̃ conſideratur, potest tm̃ ſm naturam conuenire ſub ratione defectus. Si autem id, quod conuenit naturæ ſibi relictæ naturaliter comparetur ad eam, vt a Deo inſtitutam taliter, vt naturale posſet non conuenire, quod ex culpa ſua amittit, negat maior. Minor conceditur, ꝙ ſunt pœna peccati originalis, vt patuit artic.5. ſed ſunt pœna, non naturæ ſm diſpoſitionem materiæ ſibi relictæ, ſed pœna homini in iuſtitia originali inſtituto. Quare negatur conſequentia, quia illi defectus abſolutè loquendo eſſent naturales; ſed iam de facto, quia ſic inſtituta natura, vt mortem non haberet, ſunt pœnales; ita vt poſſimus dicere, ꝙ eſſent omnino naturales, & non mali, vel culpabiliter, vel pœna, niſi eſſet ſic inſtituta, vt illi naturales defectus non haberent locum; vnde Scotus in ſecundo, diſt.29. in vna ſolutione de paſſionibus, & defectibus huiuſmodi dicit, ꝙ licet homini in puris naturalibus eſſent inuoluntariæ, voluntate naturali, non tamen pœnæ, nam contra inclinationem bonus est mori, & tamen illa non est ſibi pœna; ſi autem dicas inuoluntarium, quia contra actum voluntatis, dico, ꝙ non fuiſſet pœna inuoluntaria voluntati exiſtenti in puris naturalibus; ſi enim ipſa voluiſſet naturam ſuam habuiſſe conditionem ſupernaturalem, peccaſſet. Hæc ille. Vbi patet, quòd defectus huiuſmodi eſſent tantùm naturales, nunc ſunt pœnales cum hoc. Et ſolutiones horum duorum argumentorũ tangit D.S in littera, ibi. Sed Deus, cui ſubiacet omnis natura, &c. vſque in finem. Scotus.

¶Ad tertij maiorem. Dico, ꝙ materia proportionatur formæ ſm conditionem, per quam reſpicit formam, & quam agens in materia eligit; ſed non oportet, ꝙ proportionetur ſibi ſm conditionem naturalem materiæ, quæ per ſe intentam conditionem & diſpoſitionem materiæ concomitatur præter intentionem naturæ particularis, & formæ, vt declarat D.S. per exemplum in artibus de materia cultelli clarè in littera. Et dico, quòd conditio corporis humana per ſe reſpiciẽs animã ex intentione naturę est vt corpus ſit temperatæ complexionis maximè reductum ad medium mixtionis qualitatum, vt ſit conueniens organum tactus, & eo mediante aliorum ſenſuum, quibus anima rationalis iuuetur ad cognitionem intellectiuam a ſenſibilibus mendicandam, vt habet D.S. prima parte, q.76.artic.3. ſed corruptibilitas corporis est conditio conſequens intentam diſpoſitionem; quia neceſſe est conditio conſequens intentam diſpoſitionem; quia neceſſaris est conditio conſequens intentam diſpoſitionem; quia neceſſariò omne mixtum est corruptibile, & ſi fieri poſſet corpus con

¶ Habet autem anima hominis duplicem nitorem; vnum quidem ex refulgentia luminis, vel naturalis rationis, per quam dirigitur in suis actibus; alium verò ex refulgentia Diuini luminis, scilicet sapientiæ, & gratiæ, per quam etiam homo perficitur ad bene, & decenter agendum; est autem quasi quidam animæ tactus, quando inhæret aliquibus per amorem, cum autem peccat, adhæret rebus aliquibus contra lumen rationis, & Di-
*q.71.ar.6. uinæ legis, vt ex supra dictis patet. *

¶ Probat maiorem, quæ notanter dicit, quòd qui peccat mortaliter; quia vt patebit infra, quæstio. 89. artic. 1. veniale non propriè inducit maculam in peccante. Probatur autem maior primò, quòd peccans mortaliter inhæreat rebus, scilicet commutabilibus, quia peccatum est quidam tactus spiritualis animæ, quãdo inhæret aliquibus per amorem; sed peccatum mortale includit amorem inordinatum tamen rerum, circa quas peccat; igitur prima pars vera. Secunda pars, quòd tangat contra lumen rationis, & legis Diuinæ, patuit supra, quæst. 71. artic. 6. quia peccatum mortale est contra vtramque rationem, &c. Pro intellectu tertiæ partis, scilicet quòd peccatum mortale inducit detrimentum nitoris naturalis luminis, & Diuinæ sapientiæ. D.S. notat, quòd anima hominis habet duplicem nitorem; vnum quidem ex refulgentia luminis, vel naturalis rationis, per quam dirigitur in suis actibus; alium verò ex refulgentia Diuini luminis, scilicet sapientiæ, & gratiæ, per quam etiam homo perficitur ad bene, & decenter agendum; ꝙ autem incurrat ex peccato mortali detrimentum vtriusq; nitoris, patuit de primo q. præced. 85. art. 3. quia ex peccato actuali incurrit quis hebetationẽ rationis in agendis; nitor verò luminis Diuinæ sapientię totaliter tollitur, sicut & gratia, vt patuit eadem quæst. artic. 1. & 4. Deinde ibi.

¶ Vnde ipsum detrimentum nitoris ex tali contactu prouenieus macula animæ metaphoricè vocatur.

¶ Subiungit ipsam minorem superius probatam, & patet.

¶ Nota autem, quòd ex hac ratione habetur, quòd macula nõ est solùm ponenda in essentia animæ subiectiuè, eo modo quo subiectari conuenit priuationi; quia ex iam dictis patet, quòd priuatio nitoris, vel naturalis rationis, vel Diuinæ sapientiæ pertinent ad maculam peccati; constat autem, quòd lumen rationis pertinet ad intellectum; sed tamen macula principaliter pertinet ad essentiam animæ, quia ab ipsa subtrahitur nitor gratiæ, quæ est causa luminis sapientiæ Diuinæ in intellectu. Vnde Doct. San. in quarto, distinct. 38. quæst. 1. artic. 2. quæst. 1. ad secundum. Gratia (inquit) est in essentia animæ, ex qua vires cognitiuæ, & affectiuæ procedunt; & ideo gratiæ lumen & intellectum dirigit, & affectum mouet; sed peccatum in vtroque defectum inducit, in intellectu quidem, quia omne peccatum ex errore est secundùm Ambrosium, & secundùm Philosophum omnis malus ignorans; & principaliter in affectu, quia omne peccatum in voluntate est; & ideo macula, & quantum ad ipsam priuationem, & quantum ad causam & intellectum & affectum respicit, sed principalius affectum. Vnde non est inconueniens, si macula, & cecitas, & tenebra dicatur, hæc ille. Vbi patet, quod dictum est; per hæc tamen dicta non negatur macula ab essentia animæ, &c.

¶ Nota etiam, quòd macula spiritualis assimilatur corporali maculæ non quo ad hoc, quòd macula spiritualis sit positiuum, sicut communes accipiunt maculam corporalem; sed quantum ad hoc, quòd corporalis macula tollit pulchritudinem rei maculatæ, & debitum nitorem, ita quòd macula, inquantum huiusmodi (vt habet Doct. Sanct. vbi iam in quarto) non habet quòd aliquid ponat in se, licet causa maculæ (hoc est id, quod pulchritudinis detrimentum causat) aliquid quandoque ponere dicatur, sicut aliquid in facie inductum, quod candorem faciei tegit, aut priuat, & plerumque in communi vsu est loqui de macula corporali magis quo ad causam, quàm quo ad defectum nitoris. D.S. autem hoc, & Theologi loquuntur de macula quo ad id, quod est, & non causam, quando dicunt eam priuationem nitoris, vel decoris. Vnde macula in se non dicit de essentia sua, nisi priuationẽ gratiæ, sed ponit vt causam obstaculũ peccati, quod obstat ad gratię susceptionem, & propter hoc macula tenebrę assimilat.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua.

¶ Circa hoc argumentum nota, quòd Glosa ordinaria, & Nicolaus de Lyra exponunt auctoritatem Ecclesiast. 47. de macula infamiæ, quod quidem verum est, quòd amisit bonum nomen, & gloriam apud homines, sed nihilominus, & dedit maculam spiritualem in gloriam suam; quia perdidit nitorem gratiæ, & pro magna parte sapientiam a Deo infusam, præsertim affectiuam, & gratuitam; quare stat, quòd D.S. dicit, & vtrobique, scilicet in ambabus auctoritatibus loquitur de macula peccati; quia ex peccato prius sequuta est macula interior, de qua D.S. intelligitur, quàm macula exterioris infamiæ, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ anima non inquinatur ex rebus inferioribus virtute earum, quasi agentibus eis in animam; sed magis ecõuersio anima sua actione se inquinat inordinatè eis inhærendo contra lumen rationis, & Diuinæ legis.

¶ Ad maiorem, natura superior non potest inquinari ex tactu naturæ inferioris. Verum, ad hunc sensum præsertim, quòd inferior natura agat in superiorem, quando non sunt eiusdem rationis. Verum, quia corpus non potest directè agere in spiritum, nec corruptibile in incorruptibile, nec corpus in animam; tamẽ potest superius spirituale inquinari inquinatione metaphorica, ex hoc quòd agit circa inferiora, & ea tangit tactu peccati, ex quo amittit nitorem suum; & conceditur probatio de radijs solaribus; quia non immiscentur materiæ fetidæ, ideo non inficiuntur, nec inquinantur; tamen anima, quæ vnitur corpori inquinatur; quia est actus proprius quasi materiæ immixtus. Minor conceditur, & consequens ad hunc sensum, quòd non trahit maculam ex eis quasi ipsa bona agant, & immittant aliquid animæ, quia hoc iuxta supra dicta fieri non potest, tamen anima potest agere, & tangere ipsa bona commutabilia, & tangendo perdere nitorem, tum in essentia, tum in potentijs.

¶ Ad secundum dicendum, quòd actio intellectus perficitur, secundùm quòd res intelligibiles sunt in intellectu per modum ipsius intellectus; & ideo intellectus ex eis non inficitur, sed magis perficitur; sed actus voluntatis consistit in motu ad ipsas res; ita ꝙ amor conglutinat animam rei amatæ; & ex hoc anima maculatur, quãdo inordinatè inhæret, secũdùm illud Oseæ 9. Facti sunt abhominabiles, sicut ea quæ dilexerunt. Oseæ 9.

¶ Maior conceditur, & habita fuit supra, quæst. 74. art. 1. & 2. Et conceditur, quòd voluntas est in ratione, non capiendo rationem pro intellectu, sed pro portione, & parte animę inorganica, idest potẽtia immaterialis, vt etiam supra expositum fuit ex D.S. Minor conceditur, quòd non maculatur intellectus ex consideratione, vt sic; & ratio est, quia actio intellectus non est secundùm contactum ad res, sed econtra, secundùm quòd res etiam in se immundæ, & impuræ veniunt ad intellectum modo puro, & spirituali; voluntatis autem actus (præsertim qui est peccatum) includit contactum ad res immundas, quate in tali actu incurritur detrimentum pulchritudinis spiritualis. Negatur igitur consequentia.

¶ Nota autem circa hanc solutionem; quia posset alicui videri apparens repugnantia inter solutionem istam, & dicta in corpore, & allegata ex quarto D.S. quia in corpore dixit D.S. quòd per peccatum homo incurrat detrimentum luminis naturalis rationis, & Diuinæ sapientiæ, sed ista vtriq; pertinent ad intellectum; ergo & intellectus maculatur iuxta mentem Doct. San. Præterea in quarto, vt allegatum est dicit; & ideo macula, & quantum ad ipsam priuationem, & quantum ad causam, & intellectum, & affectum respicit; hic autem in solutione dicit, quòd intellectus ex rebus non inficitur. Sed benè consideranti nulla est discrepantia; quia D.S. in solutione manifestè loquitur de intellectu secundùm actum suum, vt est consideratio viri, & modum actus sui, vt sic, qui est intelligere res, comparando ad obiectum naturale, scilicet ad verum intelligendum, & considerandum, & de cognitione naturali vt sic; & tunc non maculatur, nec inficitur ex rebus; quia intellectus saltem quo ad modum habet suum obiectum intra, voluntas autem quo ad modum semper tendit in rẽ, vt est extra in se. Vnde verificatur de consideratione absolutè, quod est, secundùm quòd res venit ad intellectum, & est in intelligente, & sic non maculatur, sed loquendo de actu intellectus tali, puta imperatiuo, & directiuo inferiorum virium, vt intellectus dependet a voluntate, tunc actus intellectus potest esse peccatum, & sic causa maculæ, & potest etiam inducere detrimentum nitoris in intellectum ipsum; & sic loquitur D.S. in quarto, & in corpore. Sed hic loquitur secundùm modum actus intelligendi in communi, & de consideratione intellectus, de qua assumit argumentum, si non loquitur de actu intellectus practici, & directiuè inferiorum virium, nec de actu erroneo voluntario, saltem indirectè, quia tales inducunt maculam in animam.

¶ Nota etiam, ꝙ Scotus in quarto, dist. 49. q. 4. nititur infirmare id, quod D.S. in princ. huius solutionis ponit, & in multis locis, ꝙ & peripateticum dictum est, vt patet 6. Metaphys. videlicet actio intellectus perficitur, ẽm ꝙ res sunt in intellectu, sed actus voluntatis consistit in motu ad res, sed de hoc aliàs, quia verum est de actu intellectus in communi, & quantum ad modum intelligendi semper, & de actu intellectus, quem experimur in nobis. Cognitionẽ autem intuitiuam, de qua ipse arguit, non est nobis experta, intuitiua, s. intellectualis; quia omnis cognitio intellectualis perficit, ẽm ꝙ res hẽ in intelligente, idest vt vnitur intelligenti, & saluatur etiam in notitia intuitiua, licet per illam vlterius tendat in rem vt in se est, tamen oportet primò eam esse intellectui vnitam, sed modus amandi appetitus est econtra, vt amans vnitur amato vbicunque sit, vnde semper quo ad modum, & principium intellectionis intellectum est inintelligente quo ad vnionem; vnde esto intuitiua non fiat per speciem mediam, quæ sit in intelligente, tamen oportet saltem obiectum intuitiuè cognoscibile, primò esse intellectui vnitum, esto non per informationem, tamen per aliquam præsentiam, voluntas autem fertur semp vt res in se est, esto enim abstractiuè cognoscamus balneũ, tñ volumus vt est extra, quare Scotus nihil facit contra D.S. fundatam in 6. Metaphysic. soliditatem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd macula non est aliquid positiuè in anima, nec significat priuationem solam, sed significat priuationem quãdam nitoris animæ in ordine ad suam causam, quæ est peccatum; & ideo diuersa peccata diuersas maculas inducunt, & est simile de vmbra, quæ est priuatio luminis ex obiecto alicuius corpotis, & secundùm diuersitatem corporum obiectorum diuersificantur vmbræ.

¶ Hoc argumẽtum quærit de quidditate maculæ, & patet eius solutio sat s ex præmissis ante art. Dico igitur ad assumptum, ꝙ non est aliquid positiuum, sed priuatio non pura, ad hũc sensum quia est priuatio requirens determinatam causam, & cõceditur ratio probans, quòd non dicat aliquod positiuum, & est eadem ratio in substantia quam Scotus arguit contra hoc, quòd non sit quid positiuũ, licet pluribus verbis, quia si esset quid positiuũ, tunc tandem posset desinere per actus oppositos, & ita cum per hoc dicatur peccator aliquis sine pœnitentia posset delere peccatum, &c. Vltra dico, quòd est priuatio, sed non sola, sed priuatio cum determinata causa, scilicet peccato per quod inducitur, sicut patet de vmbra. Et dico, quòd omnia peccata conueniũt ex parte auersionis, & priuationis gratiæ, sed nõ in causa priuationis gratiæ, quia diuersa peccata licet conueniant in auersione in communi, tamen quodlibet habet auersionem distinctam concomitãtem distinctam, & specialem auersionem; quare negatur sequela, quòd omnium peccatorum esset vna macula, quia causæ maculæ sunt diuersæ, & ergo diuersas maculas inducunt, inquãtum quodlibet peccatum est speciale obstaculum Diuini nitoris, & ponit D.S. simile de vmbra, quæ secũdùm distinctionem, & diuersitatem corporum obiectorum diuersificatur, & tamen etiam quo ad essentiam dicit priuationem luminis saltem impurã. Vnde D.S. in 4. vbi supra ad primum dicit, quamuis ad ipsam priuationem gratiæ non differant maculæ peccatorũ, differunt tamen quantum ad causam ex qua macula consequitur, & secundùm hoc etiam quodlibet peccatum vnam maculam addit inquantũ nouum obstaculum gratiæ ponit. Hæc ille.

Scotus.

Vtrum macula maneat in anima post actum peccati.

Infra q. 87. art. 6. cor. & ad 1.

G AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd macula non maneat in anima post actum peccati, nihil enim manet in anima post actum nisi habitus vel dispositio; sed macula non est habitus vel dispositio, vt supra habitum est. * ergo macula non manet in anima post actum peccati.

*Arti. præc.

¶ 2 Præterea. Hoc modo se habet macula ad peccatũ sicut vmbra ad corpus vt supra dictum est. * sed transeunte corpore non manet vmbra, ergo & transeunte actu peccati non manet macula.

*Art. 1. ad tertium.

¶ 3 Præterea. Omnis actus dependet ex sua causa, causa autem maculę est actus peccati, ergo remoto actu peccati non remanet macula in anima.

¶ Sed contra est, quod dicitur Iosue 22. An parum est vobis, quia peccastis in Beelphegor, & vsque in præsentem diem macula huius sceleris in vobis permanet.

Responsio.

¶ Hic quærit de quodam dubio incidente circa articulo; primum ex quo macula per actum causatur, vtrum transeunte actu etiam transeat macula, ita quòd peccatum sit causa maculæ in esse, & fieri.

Respondeo dicendum, quòd macula peccati remanet in anima etiam transeunte actu peccati, cuius ratio est, quia macula sicut dictum est. * importat quendam defectum nitoris propter recessum a lumine rationis vel Diuinæ legis, & ideo quandiu homo manet extra huiusmodi lumen, manet in eo macula peccati.

*Arti. præc.

Conclusio responli.

¶ Conclusio responsiua in principio, macula peccati remanet in anima etiam transeunte actu peccati. Probatur cõclusio, quãdiu homo manet extra lumen rationis, & legis Diuinæ, tam diu manet in eo macula peccati, sed transeunte actu peccati, potest homo manere extra lumen rationis, & legis Diuinæ, igitur, &c. Huius rationis D.S. primò probat maiorem, secundò minorem; ibi. Sed postquam, &c. Maior ergo probatur ex ar. 1. quia macula importat quendam defectum nitoris propter recessum a lumine rationis vel legis Diuinæ, ideo sequitur maior, quòd quamdiu manet auersus a lumine rationis, & legis, & c. quia manente causa manet & effectus, &c.

¶ Nota, ꝙ ille nitor cuius defectum peccatum inducit est nitor gratiæ in essentia animæ, & donorũ in potentijs, & splẽdor rationis, & iudicij recti, & naturalis, &c. Deinde ibi.

¶ Sed postquam redit ad lumen rationis, & ad lumẽ Diuinum, quod fit per gratiam, tunc macula cessat, licet autem cesset actus peccati quo homo discessit a lumine rationis vel legis Diuinæ, non tñ statim hõ ad illud redit in quo fuerat, sed requiritur aliquis motus voluntatis contrarius primo motui; sicut si aliquis sit distans alicui per aliquem motũ, non statim cessante motu fit ei propinquus, sed oportet, quòd appropinquet rediens per motum contrarium.

¶ Probat maiorem, quia licet cesset actus peccati quo homo discessit a lumine rationis vel legis Diuinæ, non tamen homo statim ad illud redit in quo fuerat, sed requiritur aliquis motus voluntatis contrarius primo motui, igitur minor vera, sicut illud assumptum declaratur per experientiam, si aliquis sit distans alicui per aliquem motum non statim cessante motu fit ei propinquus, sed oportet, ꝙ appropinquet rediens per motum cõtrariũ; ita qui dereliquit legem Dei, & Deum ipsum, iam distat, & incurrit detrimentum nitoris, & maculam, quia distans factus per peccatum, peccato cessante non statim est propinquus Deo, vt recipiat influxum nitoris perditi, sed per pœnitentiam mediante cõtritione redit, & recuperat nitorem amissum.

¶ Nota autem, quòd quia infra ex intentione tractabitur de ista materia, videlicet q. 112. & q. 113. quid requiratur ex parte hominis ad recuperationem gratiæ, ideo Doct. Sanct. nunc in genere rali solùm meminit, quia contrarius motus peccato, qualis autem esse debeat, de hoc vbi iam.

¶ Nota tamen, quòd cum homo per pœnitentiã redit ad Deũ cuius auctori obstaculum peccando posuit non recuperat eundem nitorem numero, sed similem in specie; sicut nec aer amoto obstaculo recuperat idem lumen numero, quod prius habuit sed idem specie, & aliud numero.

¶ Argumenti in contrarium auctoritatem, quæ est Iosue 22. Nicolaus de Lyra exponit de macula vituperij, quia filij ob peccata parentum patiuntur sæpe improperia, & confusionem temporalem, sed D.S. exponit de macula peccati, quæ mansit diu post commissum peccatum in animabus peccantium, & sic est pro cõclusione articuli.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd post actum peccati nihil positiuè remanet in anima nisi dispositio vel habitus, remanet tamen aliquid priuatiuè, scilicet priuatio coniunctionis ad Diuinum lumen.

¶ Ad maiorem nisi habitus vel dispositio, conceditur, potest tamen & remanere post actum aliqua priuatio, scilicet carentia Diuini nitoris, & priuatio coniunctionis ad Diuinum lumen, & participatum, & per essentiam dictum, quia per peccatum homo amittit lumẽ in se participatum, & disiũgitur lumini Diuino increato ne ipsum participet. Minor conceditur, & patuit art. 7. ad tertium Sed negatur consequentia, quia non sequitur, non manet aliquod reale positiuum, igitur nec priuatio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd transeunte obstaculo corporis, remanet corpus diaphanum in æquali propinquitate, & habitudine ad corpus illuminans; & ideo statim vmbra transit; sed remoto actu peccati non remanet anima in eadem habitudine ad Deum, vnde non est similis ratio.

¶ Maior est similis in hoc, quòd macula, & vmbra dicunt priuationem causatam ex aliquo obstaculo, quia in nocte absente sole omnino, non est vmbra, vt patet; sed est differentia, quia trã seunte causa vmbræ corporalis, corpus, quod habuit vmbrã, manet in eadem distantia, & habitudine ad corpus illuminans, non sic in obstaculo causante maculam, quia obstaculo transeunte, scilicet peccato, manet anima adhuc elongata a Deo, & si nitorem amissum recuperare debeat, oportet quòd per contrarium motum redeat ad aspectum solis iustitiæ.

¶ Minor conceditur, & ratio dicta est, quia manet corpus in eadem propinquitate ad solem, secus in proposito, quare negatur consequentia.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd actus peccati facit distantiam à Deo, quam quidem distantiam sequitur defectus

fectus nitoris hoc modo sicut motus localis facit localem distantiã, vnde sicut cessante motu locali non tollitur distantia localis, ita nec cessante actu peccati tollitur macula.

¶ Maior est vera, saltem in fieri dependet omnis effectus a sua causa, sed non semper in conseruari, vt patet.

¶ Minor est vera, quòd causa maculæ est peccatum, sed nihilominus transeunte actu peccati, adhuc manet anima elongata a Deo, ne recipiat statim perditum nitorem; vnde est causa maculæ in fieri actus peccati, sicut & de motu locali patuit in corpore. Quare negatur consequentia, &c.

Quæstio Octuagesimaseptima.

De reatu pœnæ.

DEinde considerandum est de reatu pœnæ. Et primò de ipso reatu. Secundò de mortali, & veniali peccato, quæ distinguuntur secundùm reatum. Circa primum quæruntur octo. Primò, vtrum reatus pœnæ sit effectus peccati. Secundò, vtrum peccatum possit esse pœna alterius peccati. Tertiò, vtrum aliquod peccatum faciat reum æterna pœna. Quartò, vtrum faciat reũ pœna infinita secundùm quantitatem. Quintò, vtrum omne peccatum faciat reum æterna, & infinita pœna. Sextò, vtrum reatus pœnæ possit remanere post peccatum. Septimò, vtrum omnis pœna inferatur pro aliquo peccato. Octauò, vtrum vnus sit reus pœnæ pro peccato alterius.

¶ Hic D.S determinat de alio effectu peccati, qui est reatus pœnæ. Et circa hoc prim òdeterminat de ipso reatu, secundò determinat de mortali, & veniali, quæ distinguuntur secundùm reatum, loquendo de veniali, & mortali formaliter, vt patuit q. 72. ar. 5. & patebit q. sequenti. Circa primum primò ostenditur quomodo reatus pœnæ sit effectus peccati, secundò ostenditur quomodo contingat pœnam esse siue peccato, in art. 7. Circa primũ primò fit, quod dictum est, secundò inquiritur de quantitate pœnæ consequentis peccatum ar. 3. Quantum ad primum, primò fit quod dictum est, secundò determinatur dubium incidẽs in ar. 2.

Vtrum reatus pœnæ sit effectus peccati.

A 2.d.30.q.1. ar.2. cor.& d.32.q.1.ar. 1.cor.& di. 42.q.1. art. 2.cor. & in expos. lit. Iect. 1. ad 3.&4.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd reatus pœnæ non sit effectus peccati, quod enim per accidens se habet ad aliquid, non videtur proprius effectus eius; sed reatus pœnæ per accidẽs se habet ad peccatum, cum sit præter intentionem peccantis; ergo reatus pœnæ non est effectus peccati.

¶ 2 Præterea. Malum non est causa boni; sed pœna bona est cum sit iusta, & a Deo; ergo non est effectus peccati, quod est malum.

* Aug. cap. 12.

¶ 3 Præt. Aug. dicit in primo confes.* quòd omnis inordinatus animus sibijpsi est pœna, sed pœna nõ causat reatum alterius pœnæ, quia sic iretur in infinitũ; ergo peccatum non causat reatum pœnæ.

¶ Sed contra est, quod dicitur Ro. 2. Tribulatio, & angustia in animam omnem operantis malum, sed operari malum est peccare, ergo peccatum inducit in pœnã, quæ nomine tribulationis, & angustiæ designatur.

¶ Hic quærit an reatus pœnæ sit effectus peccati. Circa hunc articulum oportet rememorari eorum, quæ dicta sunt q. præceden. ar. 1. quòd reatus, qui est effectus peccati, non est quid reale absolutum, per modum habitus aut dispositionis, nec est relatio realis, cum eius proximum fundamentum, & causa in conseruari sit priuatio seu defectus ex peccato derelictus, & non habitus vel actus aut dispositio; defectus autem, vel priuatio non potest fundare respectum realem; & secundò ideo non realis, quia terminus non est realis. Est ergo respectus rationis, puta obligatio ad pœnam futuram propter defectum voluntarium, puta transgressionem ordinis Diuinæ legis, aut humanæ, aut rectæ rationis, vt patebit in hoc arti. Et in hoc concordamus cum Scoto. In hoc autem discordamus inquantum dicit hunc reatum causari a solo Deo. Nos autem dicimus, quòd talis habet quidẽ esse actu cognitum a Deo inquantum Deus cognoscit, & meminit illam animam ordinari ad pœnam. Tamen fundamentum illius respectus est etiam a creatura mediante actu suo inordinato, ita quòd ille respectus est potentialiter, & exigitiuè, & inchoatiuè ex parte peccantis, sed completiuè est per intellectum, qui intelligit peccantẽ in ordine ad pœnam, eo modo quo natura rei exigit, supposita lege Diuina vel humana, vel etiã recta ratione. A Deo enim est, quòd omnis legem transgrediens obligetur ad pœnã. Quod autem iste transgrediatur legem non est a Deo, sed voluntate propria. Et ita istum obligari ad pœnam est a Deo, sicut a causa prima, & vniuersali, sed a propria voluntate sicut a causa proxima, & propria, & tamen est a Deo sicut in quo habet esse actu apprehensum, licet & ab intellectu creato apprehendi possit. Vnde sicut meritum transit in se, manet tamen in scientia, & acceptatione Diuina; ita cum demeritum transit actu, manet tamen reatus eius tum in notitia Diuina, qua Deus intelligit hominem ad pœnam obligari, tum in fundamẽto propinquo, scilicet macula peccati, loquendo de reatu pœnæ æternæ. Reatus autem pœnæ temporalis fundatur in aliqua negatione, scilicet non satisfactione peccati, vel inæqualitate ad Diuinam iustitiam.

¶ Nota autem, quòd quamuis reatus non sit relatio realis, nihilominus peccator est realiter reus, & obligatus ad pœnam, quia in eo est, vel præcessit realis causa talis respectus rationis, sicut & Sortes realiter est sibi idem identitate numerali, & tamen talis identitas est relatio rationis.

Differunt macula, reatus, & offensa.

¶ Sciendum quoque ex his differentiam inter maculam, reatum, & offensam, quia non sunt idem respectus rationis, vt Scotus dicit, sed macula est priuatio luminis gratuiti vel naturalis causata ex peccato. Reatus verò est obligatio ad pœnam, & est effectus maculæ. Offensa autem est ex parte offendentis peccatoris quædam inæqualitas opposita iustitiæ Diuinæ, ex parte verò Dei est indignatio, quæ opponitur amori speciali quo Deus diligit sanctos ad bonũ infinitũ. De his vide D.S. in secũdo sen. d. 42. q. 1. ar. 2. in cor. & in solutionibus argumentorum, vbi pluta hic dicta videbis fundari. His ergo notatis videndum est de corpore articuli.

¶ Respondeo dicendum, quòd ex rebus naturalibus ad res humanas deriuatur, vt id, quod contra aliquid insurgit ab eo detrimentum patiatur; videmus enim in rebus naturalibus, quòd vnum contrariorum vehemẽtius agit altero contrario superueniente, propter quod aquæ calefactæ magis congelantur vt dicitur in 2. Metheororum; vnde & in hominibus hoc ex naturali inclinatione inuenitur vt vnusquisque deprimat eum, qui contra ipsum insurgit; manifestum est autẽ, quòd quæcũque cõtinentur sub aliquo ordine, sunt quodammodo vnum in ordine ad principium ordinis, vnde quicquid contra ordinem aliquem insurgit, consequens est vt ab ipso ordine a principe ordinis deprimatur.

¶ D. S. in corpore huius articuli primò respondet conclusione generali, secundò speciali, & explicatiua prioris, ibi. Vnde secundùm tres, &c. Cõclusio ergo respon. generalis est. Quicumque peccat incurrit aliquam pœnam, vel magis directè reatum pœnæ. Quare autem dicatur vel magis, &c. patebit in solutione secundi. Probatur ergo conclusio, quicquid contra ordinem aliquem insurgit, consequens est vt ab ipso ordine a principe ordinis deprimatur, sed quicunque peccat, contra aliquem ordinem agit, & insurgit; igitur ab ipso ordine consequens est, quòd deprimatur; subsumitur, sed talis repressio est quædam pœna; igitur conclusio vera. Maiorem probat, & ponit primò, secundò minorem cum conclusione, ibi. Cum autem peccatum, &c. Maior ergo probatur, ex rebus naturalibus ad res humanas deriuatur vt id, &c. vt in principio cor. sed quæcumque continentur sub aliquo ordine, &c. vt in littera, igitur sequitur conclusio. Minor relinquitur nota, & patuit supra q 81. ar. 1. vbi dictũ fuit, quòd omnes homines in ordine ad principium hominũ sunt quasi vnus homo. Maior declaratur in littera experimentaliter, primò de naturalibus, deinde de rebus humanis, &c. Deinde ibi.

¶ Cum autem peccatum sit actus inordinatus, manifestum est, quòd quicumque peccat, contra aliquem ordinem agit; & ideo ab ipso ordine cõsequens est, quòd deprimatur, quæ quidem repressio pœna est.

¶ Ponit, & probat minorem principalis rationis, quia peccatum est actus inordinatus, sed inordinatũ opponitur alicui ordini, ergo, &c. vbi innuit conclusionem ipsam.

¶ Vnde secundùm tres ordines quibus subditur humana voluntas, triplici pœna potest homo puniri; primò quidem enim subditur humana natura ordini propriæ rationis. Secundò ordini exterioris hominis gubernantis vel spiritualiter vel temporaliter politicè seu iconomicè. Tertiò subditur vniuersali ordini Diuini regiminis; quilibet autem horum ordinum per peccatum peruertitur, dum ille, qui peccat, agit & contra rationem,

Scotus partim cõcordat.

nem, & contra legem humanam, & contra legem Diuinam, vnde triplicem pœnam incurrit, vnam quidem a seipso, quæ est conscientiæ remorsus, aliam verò ab homine, tertiam verò a Deo.

¶ Hic consequenter D.S. ponit aliam conclusionem specialẽ, & explicatiuam prioris, & distinctè magis responsuam. Homo peccando triplicem pœnam vel magis reatum triplicis pœnæ incurrit, vnam quidem a seipso, quæ est cõscientiæ remorsus. Aliã ab homine. Tertiam verò a Deo. Probatur ista conclusio, assumẽdo præcedentem maiorem pro maiore. Quicquid contra ordinem aliquem, &c. sed homo vel voluntas humana peccando insurgit, & agit contra triplicem ordinem, qui per peccatum peruertitur, scilicet cõtra ordinem propriæ rationis, & ordinẽ exterioris hominis, & ordinem Diuini regiminis, igitur conclusio vera. Maior patuit. Minorem D.S. declarat, notando quòd voluntas humana triplici ordini subditur clarè in littera, & probatur sic minor, ille qui peccat agit, & contra rationem, & contra legem humanam, & contra legem Diuinam, igitur minor vera. Assumptum hoc sæpius patuit supra q. 71. & alibi. Ex istis omnibus potest trahi conclusio responsiua ad quæsitum affirmatiua, quòd sic. Et patet ex dictis, & confirmatur per argumentum in contrarium tale.

ARGVMENTVM in contrarium est pro ambabus cõclusionibus respon. cuius expositionem vide in postilla D.S. ad Roma. 2. quia dicitur in animam id est contra animam hoĩs, &c. quia sicut gloria sanctorum ab anima ad corpus deuenit, ita reproborum pœna primò, & principaliter est in anima, & secundò in corpore, quod propter defectum vel culpam animæ resurgit passibile. Et tribulatio dicitur a tribulo qui pungit. Vnde ad tribulationem pertinere potest omne, quod dolorem infert. Angustia autem dicitur, ex hoc, quòd anima hominis angustiatur non valens inuenire remedium cõtra mala, quæ timet, vel iã patitur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd pœna consequitur peccatum inquantum malum est ratione suæ inordinationis, vnde sicut malum est per accidens in actu peccantis præter intentionem ipsius, ita & reatus pœnę.

¶ Circa solutionem huius argumenti oportet repetere ex supradictis. q. 72. ar. 5. & q. 73. ar. 8. Quod pœna est quidẽ præter intẽtionem peccantis, tamen ex iustitia Diuina ordinatur ad reformationem peccati. Et oportet notare, quòd aliquid potest non esse intentum, nec præuisum, & sic per accidens quo ad agentẽ moraliter, quod tamen necessariò sequitur ad actum, vt patuit de scandalo, quod per se sequitur ad publicum peccatum, esto non sit intentum nec præuisum. Sic in proposito, esto pœna vel magis reatus pœnæ non sit intentus a peccante, tamen necessariò sequitur, & per se ad peccatum in ordine ad iustitiam Diuinam, vel rationem rectam, vnde dicitur ad argumentum.

¶ Ad maiorem, quod per accidens se habet non est proprius effectus, &c. verum, & per se moraliter. Ad minorem negatur, q̃ per accidens se habeat ad peccatum, nec hoc probatur, sed verum est, quòd per accidens se habet ad peccantem, quia præter eius intentionem. Sicut enim inordinatio actus non est intenta, & per accidens ad peccantem, vt patuit etiam supra q. 71. & tamen non per accidens ad peccatum, immo est constitutiuum peccati formaliter. Sic reatus inordinationem consequens, per accidens se habet ad peccantem, sed non ad peccatum, quare negatur consequentia, quòd non sit effectus peccati.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pœna quidem iusta esse potest, & a Deo, & ab homine inflicta, vnde ipsa pœna non est effectus peccati directè, sed solùm dispositiuè; sed peccatum facit hominem esse reum pœnæ quod est malum. Dicit enim Dionysius 4. cap. de Diui. Nomi. quòd puniri nõ est malum, sed fieri pœna dignũ, vnde reatus pœnæ rectè ponitur effectus peccati.

Pœna, an bona.

¶ Dicendum ad maiorem primò, malum culpæ non est causa boni, quod scilicet sit bonum ipsi peccanti, secundò dico, malũ culpæ non est causa sufficiens, & causatiua boni etiam absolutè, potest tamen esse causa dispositiua, & demeritoria boni simpliciter, mali autem huic, scilicet peccanti. Ad minorem dico primò post D.S. de Malo Mate. prima ar. 1. ad primum. quòd pœna bona est simpliciter, & secundùm ordinem Diuinum secundùm quem attenditur bonitas simpliciter, cum quo stat, quòd sit mala huic, sicut ignis esto sit bonus simpliciter, est tamen malus aquæ quam destruit, malus scilicet causaliter.

¶ Secundò dico, pœna bona est, quandoque in ordine ad agẽtem, & punientem iustè, sed non in ordine ad subiectum, quod eam patitur; Ergo non est effectus peccati, verum directè, & perfectiuè, vt bona est, sed est effectus peccati indirectè, vt est mala huic. Et secundò dico ad minorem, licet pœna sit bona ad sensum dictum, tamen fieri reum pœnæ, non est bonum, immo malum. Modo non diximus, quòd pœna sit effectus, scilicet directè, & immediatè sequẽs peccatum, immo est a Deo productiuè, a peccato autem exigitiuè, & demeritoriè, sed diximus, quòd reatus pœnæ sit effectus peccati.

¶ Nota, quòd ex hoc habetur ratio dicti in conclusionibus, quòd magis reatus sit effectus peccati, quàm pœna, quia videlicet pœna ab extrinseco infligitur, reatus autem immediatè consequitur peccatum, sicut causam sufficientem præsupposita lege, & iustitia Diuina, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pœna illa inordinati animi debetur peccato ex hoc, quòd ordinem rationis peruertit, fit autẽ reus alterius pœnæ per hoc, quòd peruertit ordinem legis Diuinæ vel humanæ.

B 2. 2. q. 36. art. 2. ad 4. Et 1. di. 46. ar. 2. ad 4. Et 2. di. 36. art. 3. Et Mal. q. 1. ar. 4. ad 1. Et Rom. 2. Lect. 7. co. 5. fin.

¶ Argumentum hoc requirit vnum statim arti. sequenti tangendum. An videlicet idem secundùm idem sit pœna, & culpa. Quod videtur apparenter velle ista auctoritas Beati Aug. Dico igitur, quòd inordinatus animus est sibi pœna causaliter, quia ad peccatum sequitur etiam remorsus propriæ conscientiæ, & alia detrimẽta causantur. Ad minorem, dico, quòd subsumit quasi peccatum esset pœna formaliter, quod non admittimus, sed causaliter tantum. Et dico, quòd verum, peccatum potest causare multiplicem pœnam, vel magis reatum, vt patuit. Et ergo pœna formaliter non est causa pœnæ, sed peccatum causat pœnæ reatum multiplicem, quare negatur consequentia, quia esto pœna non causat pœnam, tamen peccatum, quod est pœna causaliter, causat pœnam formaliter vt patebit.

* Aristot. cap. vlt. 4 q. 82.

Vtrum peccatum possit esse pœna alterius peccati.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd peccatum non possit esse pœna peccati, pœnæ enim sunt inductæ vt per eas homines reducantur ad bonum virtutis, vt patet per Philosophum in 10. Ethi.* sed per peccatum non reducitur homo in bonum virtutis, sed in oppositum, ergo peccatum non est pœna peccati.

* Greg. homi. 11. a medio.

¶ 2 Præterea. Pœnæ iustæ sunt, & a Deo, vt patet per Aug. in li. 83. q.* peccatum autem non est a Deo, & est iniustum, non ergo peccatum potest esse pœna peccati.

¶ 3 Præterea. De ratione pœnæ est, quòd sit contra voluntatem, sed peccatum est a voluntate vt ex supra dictis patet.* ergo peccatum nõ potest esse pœna peccati.

* q. 74. ar. 1. & 2.

¶ Sed contra est, quod Grego. dicit supra Ezech.* q̃ quædam peccata sunt pœna peccati.

¶ Hic quærit de quodam dubio incidente iuxta dicta in arti. primo. An peccatum possit esse pœna peccati, quia hoc videtur dicere auctoritas adducta articulo præcedenti. Et quia dictum est de pœna, quòd sit effectus peccati, ideo incidenter dubitatur, &c. quia autem magna pars huius articuli dependet ex intellectu differentiæ pœnæ, & culpæ.

Idẽ formaliter nõ est culpa, & pœna.

¶ Notãdum ideo, quòd quia vt supra etiam tactum fuit q. 42. ar. 3. de ratione culpæ est, quòd sit voluntaria, de ratione autem pœnæ, quòd sit contra voluntatem, ideo impossibile est, q̃ idem secundùm idem sit pœna, & culpa, quia idem secundùm idem nõ potest esse voluntarium, & contra voluntatem; sed tamen secundum diuersa nihil prohibet, scilicet quòd sit voluntarium, & cõtra voluntatem. Ei enim, quòd volumus potest esse aliquod coniunctum, quod naturaliter voluntati repugnat, & sectando id, quod volumus incurrimus id, quod nollemus. Sic cum peccator inordinatè afficitur circa aliquod bonum incurrit separationẽ a Deo, & huiusmodi, quæ non vellet, quare idem secundùm idẽ non potest esse pœna, & culpa.

¶ Nota secundò, quòd in hoc stat breuiter differentia culpæ, & pœnæ, quia talis priuatio conueniens actui, vt exit ab agente, habet rationem culpę, ita quòd culpa dicit formaliter defectum voluntarium in ipsa actione non agente, vt sic. Sed omnis inordinatio conueniens agenti vt recipit actionem habet rationem pœnæ. Pœna enim dicit aliquem defectum, quem agens propter peccatum incurrit contra voluntatem suam. Modo cõstat aliud esse exire ab agente, & aliud est agens recipere actionem, quia primum est actio, secundum passio, & sic non secundùm idẽ cõuenit actui ratio culpæ, & pœnæ. Et hæc valent pro intellectu dicendorum præsertim primę conclusionis sequentis. vnde videndum est de articulo.

¶ Respondeo dicendum, quòd de peccato dupliciter loqui possumus, per se scilicet, & per accidens.

¶ D. S. in corpore satisfacit quæsito duabus conclusionibus secundùm duo membra vnius distinctionis, quam primò ponit in principio, secundò subiungit easdem conclusiones, ibi. Per se quidem, &c. Distinctio ergo talis est, de peccato possumus loqui per se, & per accidens.

¶ Vbi

¶ Vbi nota, quòd aliqui voluerunt intelligere hic D. S. in illa distinctione, quasi D. S. vellet peccatum non esse causam pœnæ per se, sit tamen causa per accidens, sicut remouens prohibens; ita quòd per se, & per accidens determinent modum causandi peccati super pœna.

¶ Sed iste intellectus deficit, tum quia D.S. non meminit causæ per se & per accidens, sed dicit quòd de peccato loqui possumus dupliciter, per se scilicet, & per accidens; tum secundò, quia loquendo de peccato per accidens D.S. ponit saltem duos modos vbi peccatum dicitur pœna sicut per se causa pœnæ: nam ad inuidiam & iram, sequitur tanquam effectus causæ per se afflictio & molestia, &c. Et ideo intelligitur ista distinctio sic. Quod possumus dupliciter loqui de peccato. Vno modo per se, idest formaliter vt peccatum voluntarium est, & culpa, vt sic secundùm rationem culpæ. Alio modo possumus loqui de peccato non sub ratione culpæ, sed sub ratione alicuius effectus vel causæ. Sub ratione quidem effectus, & per accidens in primo membro secundæ conclusionis. Et sub ratione causæ duobus vltimis modis. Et quòd ille sit intellectus patet intuenti intentum, & passum D.S. Et patet etiam ex D.S. in secundo dist. 36. q. vnica. arti. 3. Vbi habet, quòd contingit culpam esse pœnam, sed non sub ratione culpę. Et assumit eandem probationem quam hic, vbi probat, quòd culpa per se accepta non est pœna peccati. Quare per se idem est, quod formaliter, & sub propria ratione culpæ; sed per accidens idem, quod non sub ratione culpæ, sed aliunde, puta, quia causa pœnæ, vel quia effectus pœnæ, non tamen sub ratione peccati, quod est culpa, & peccatum materialiter, &c.

¶ Per se quidem nullo modo peccatum potest esse pœna peccati, peccatum enim per se consideratę secundum quòd egreditur a voluntate, sic enim habet rationem culpæ, de ratione autem pœnæ est, quòd sit contra voluntatem vt in primo habitum est. * Vnde manifestum est, quòd peccatum per se loquendo nullo modo potest esse pœna peccati.

* p.p. q.48. arti.5.

¶ Hic consequenter D. S. iuxta dictam distinctionem ponit duas conclusiones respon. secundam ibi. Per accidens, &c. Prima ergo conclusio iuxta primum membrum est. Peccatum per se loquendo nullo modo potest esse pœna peccati, idest peccatum formaliter sub ratione culpæ acceptum, non potest habere rationem pœnæ, nec esse pœna alicuius peccati. Probatur conclusio, peccatum per se consideratur, secundùm quòd egreditur a voluntate, idest vt est quoddam voluntarium, sed de ratione pœnæ est, quòd sit contra voluntatem, igitur conclusio vera, ita quòd peccatum, & pœna formaliter, & per se accepta habent contrarias rationes, &c. Sed idem sub eadem consideratione non potest subesse, & habere contrarias rationes, &c. Maior patet, qa sic habet rationē culpæ, quia culpa dicitur inquantū voluntaria.

¶ Vbi notandum primò, quòd loquitur de peccato humano, quod est culpa. Et vt sic non potest habere rationem pœnæ.

¶ Notandum secundò, quia D.S. dicit, peccatum enim per se consideratur, &c. vbi patet, quòd loquitur de per se considerationis, & formalitatis peccati, & culpæ, & non de per se causalitate, &c. Minorem D.S. relinquit notam ex prima parte. q.48. arti. 5. Et patuit ex præmissis notabilibus, quia per hoc differunt pœna, & culpa, &c.

¶ Per accidens autem peccatum potest esse pœna peccati tripliciter. Primò quidem ex parte causæ, quæ est remotio prohibentis, sunt enim causæ inclinantes ad peccatum, passiones, tentatio diaboli, & alia huiusmodi, quæ quidem causæ impediuntur per auxilium Diuinæ gratiæ, quæ subtrahitur per peccatum; vnde cum ipsa subtractio gratiæ sit quædam pœna, & a Deo, vt supra dictum est. * sequitur, quòd per accidens etiam peccatum quod ex hoc sequitur, pœna dicatur, & hoc modo loquitur Apostolus Rom. primo dicens. Propter qđ tradidit eos Deus in desideria cordis eorum, quæ sunt animæ passiones, quia scilicet deserti homines ab auxilio Diuinæ gratiæ vincuntur a passionibus, & hoc modo semper peccatum dicitur esse pœna præcedentis peccati.

* q.79.ar.3. q.83. arti. quinto.

¶ Hic consequenter ponit secundam conclusionem iuxta secundum membrum distinctionis, videlicet. Per accidens peccatum potest esse pœna peccati tripliciter id est peccatum acceptū materialiter pro eo, quod est culpa, sed non formaliter, primò ex parte causæ, quæ est remotio prohibentis, secundò ex parte substantiæ actus, tertiò ex parte effectus consequentis, ita videlicet, quòd primò dicitur pœna peccati, quia sequitur aliquod peccatū prius, & eius immediatam pœnam. Sed duobus alijs modis, quia causat aliquem effectum pœnalem, vel ratione conuersionis, hoc est substantiæ actus, vel ratione auersionis, ita quod primo modo dicitur pœna, quia effectus pœnæ. Hanc conclusionem trimembrem probat singillatim secundùm vnamquamque partē, vt patebit. Quo igitur ad primam partem arguitur sic. Peccatum primum, scilicet cuius aliud peccatum dicitur pœna, subtrahitur auxilium Diuinæ gratiæ, per quod impediebantur causæ peccati, scilicet sequentis, quod dicitur pœna, scilicet passiones tentationes, & huiusmodi, ita quòd talis subtractio gratiæ facta propter peccatū præcedens habet rationem pœnæ, igitur & peccatum sequens talem subtractionem gratiæ pœnalem, habet rationem pœnæ in ordine ad peccatum, quod remouet prohibens causam peccati sequentis. Tenet consequentia ex dictis. q.85. ar. 5. quia id, quod sequitur ad aliquam pœnam, etiam est pœna, igitur si peccatum sequens sequitur ad pœnam, scilicet subtractionem gratiæ inflictam propter peccatum præcedens, habet & ipsum rationem pœnæ. Antecedens pro prima parte, scilicet quòd gratia impediebat causas peccatorum, patet ex auctoritate Apostoli Ro. 1. in littera. Secunda pars patuit vbi iam, & q.79. arti. 3. vbi dictum fuit, quòd obduratio inquantum dicit gratiæ subtractionem, est a Deo sub ratione pœnæ iustæ.

¶ D.S. consequenter huic conclusionis parti adiungit vnū notabile explicatiuum, quia est dubium, quod peccatum isto modo dicatur pœna, & cuius peccati, an se præcedentis vel sequentis.

¶ Pro quo nota, quòd peccatum habet pœnam concomitantem, dupliciter. Vno modo sicut a qua quodammodo dependet, sicut cum aliquis propter præcedentem culpam a gratia deseritur, ex hoc sequitur ipsum peccare, vnde ipsum peccatū dicitur pœna ratione defertionis gratiæ, a qua quodammodo dependet. Et sic primum peccatum non potest dici pœna, sed peccata consequentia. Alio modo peccatum habet pœnam concomitantem, quæ consequitur ex ipso, sicut est separatio a Deo, vel priuatio gratiæ, vel inordinatio agentis, vel anxietas passionis seu laboris. Et a pœna sic concomitante, non ita propriè dicitur pœna, quāuis etiam, & sic posset dici pœna causaliter, sicut Augustinus dicit, q inordinatus animus sibijpsi pœna est. Sed primo modo magis propriè dicitur pœna, quia aliquid magis denominatur ab eo a quo dependet, quā ab eo, quod dependet ab ipso. Et sic patet quomodo peccatum, scilicet sequens aliud peccatum, quod subtrahit gratiam, & causat demeritorię defertionem a Deo dicitur pœna eius. Secundo autem modo quodlibet peccatum etiam primū potest dici pœna, scilicet causaliter. De istis vide D.S. in de Malo Mate. 1. ar. 4. Et in Capreolo in secundo dist. 36. in solu. ad Aureolum. Hoc notato videndum est de dubio moto. Et vult D.S. quòd hoc modo, scilicet essendi pœnam peccati, semper peccatum dicitur esse pœna præcedentis peccati. Patet hoc ex notabili iam dicto, quia illud peccatum dicitur hoc modo pœna istius peccati, quod causat subtractionem gratiæ pœnalem, ad quam consequitur peccatum, etiam sicut pœna; sed illam subtractionem pœnalem causat præcedens illud peccatum, quod dicitur pœna, igitur, &c. Et de ila parte conclusionis dicit D. S. in secundo sen. vbi supra, quòd alio modo peccatum dicitur esse pœna peccati, inquantum effectus cuiusdam pœnæ est. Ex hoc enim, quòd aliqs mortaliter peccat gratia priuatur. Et quia per gratiam continebatur ne in peccatum rueret, fit ei ipsa subtractio gratiæ, quædā causa sequentis peccati, in quod cadit auxilio gratiæ destituus. Et simili modo potest dici de omni alio auxilio, quod dominus hominibus impendit, ne in peccatum cadant, sicut sunt impedimenta peccandi etiam exteriora. Sicut dicitur Oseæ secundo. Sepiam vias tuas spinis. Et hæc quidem auxilia, quæ sunt impedimenta peccandi, quandoque subtrahuntur merito præcedentis peccati, vt sic homo liberius in peccatum ruat hæc ille. Deinde cum dicit.

¶ Alio modo ex patte substātiæ actus, quæ afflictionem inducit, siue sit actus interior vt patet in ipsa ira, & inuidia, siue actus exterior, vt patet cum aliqui graui labore opprimuntur, & damno vt expleant actum peccati, secundùm illud Sapien. 5. Lassati sumus in via iniquitatis.

¶ Ponit secundam partem cōclusionis prædictæ, scilicet quòd aliquod peccatum dicitur pœna causaliter, quia causat pœnam ratione substantiæ actus vel vt habet D.S. in secundo ratione cōuersionis, pro eodem enim ista habet. Probatur cōclusio, substātia aliquorum peccatorum afflictionem inducit in peccantem, & hoc tam actus interioris, quàm exterioris, igitur conclusio vera; tenet consequentia, quia isto modo dicitur pœna, quia causat. Antecedens patet quo ad actum interiorem, sicut ira, & inuidia. De actu exteriori patet, vt cum aliqui peccantes graui labore opprimuntur, & damno, vt expleant actum peccati, secundū illud Sapientiæ. 5. Lassati sumus in via iniquitatis.

¶ Et illam partem D. S. magis explicat in secundo vbi supra, vnde dicit alio modo (scilicet ratione effectus dicitur peccatum pœna) causat culpa pœnam ex parte conuersionis. Et hoc dupliciter. Vno modo secundùm quòd quædam peccata passionem quandam

quandam habent annexam, vt ira, inuidia, & aliquid huiusmodi; quia ex inordinato vindictæ desiderio, corpus imaginationi obediens, & affectui, quadam passione concitatur, quæ ira dicitur materialiter loquendo, & hoc afflictionem habet. Alio modo ex eo, quòd actus peccati sine labore non exercetur, propter quod Sapientiæ. 5. ab impijs dicitur. Ambulauimus vias difficiles. Hæc ille. Et sis memor supradictorum in materia de passionibus, quia quædam passiones præsertim tristitia plurimum nocent corpori. Et ergo habent nocumentum annexum, & pœnam per consequens. Deinde ibi.

¶ Tertio modo ex parte effectus consequentis, sed his duobus vltimis modis vnum peccatum non solùm est pœna præcedentis peccati, sed etiam sui.

¶ Inducit tertiam partem conclusionis secundæ. s. quòd ex parte effectus consequentis ratione inordinationis dicatur peccatū pœna, quam partem D. S. relinquit notam. Sed arguitur sic pro ea, peccatum scilicet ex parte inordinationis, & auersionis sequitur tanquam effectus priuatio gratiæ si adest & amissio Dei, & diminutio boni naturæ, & vulneratio naturæ, & priuatio modi, speciei, & ordinis; igitur ex parte effectus consequentis est pœna. Antecedens patuit. q.85. Et Doct. Sanct. relinquit hanc partem declaratam ibidem.

¶ D.S. circa illos duos modos quibus peccatum dicitur pœna, adiungit etiam vnum notabile expositiuum, & vult, quòd istis duobus modis vltimis vnum peccatum non solùm est pœna pcedentis, supple sicut prius modo, sed etiam suijpsius. Patet ex dictis, quia peccatum ipsum causat afflictionem, & inducit effectus peccati in peccantem; & ergo, quia dicitur pœna, quia causat pœnam, & ipsummet causat, igitur est pœna suijpsius, &c.

Scotus examinatur.

¶ Sciendum autem, quòd Scotus in secundo dist. 37. dicit, q omne peccatum est pœna, & vnum peccatum potest esse pœna alterius primum probo, quia pœna formaliter est carentia boni cōuenientis voluntati, & volenti, ita quòd si distinguamus in volūtate affectionem boni iusti, & boni commodi, patet quòd ablatio boni commodi pœna est. Hæc ille. Quod si intelligat, quòd ablatio boni iusti vt est formaliter culpa sit pœna, falsum dicit, qa sic est in ipso actu, & est volita saltem in sua causa. Pœna autem est ablatio ab ipso volente vel voluntate, vnde non est ablatio iustitiæ, culpa & pœna præsertim sub eadem ratione. Sed est culpa vt fit ab agente, & est in actione, & est pœna vt recipitur in agente, & est sibi vt rationalis est disconuenientis, & in hoc admittitur dictum Scoti, quòd priuatio iustitiæ, idest iustitię actualis, quæ est in actu, est pœna; & hoc est dicere, quòd est pœna causaliter, non formaliter, vt habet D.S. secundo sen. dist. 36.

ARGVMENTVM in cōtrariū est p secūda cōclusione.

¶ Ad primum ergo dicēdum, quòd hoc etiam, quòd aliqui puniuntur a Deo dum permittit eos in aliqua peccata profluere, ad bonum virtutis ordinatur; quandoque quidem etiam ipsorum qui peccant, cum scilicet post peccatum humiliores, & cautiores resurgunt; semper autem est ad emendationem aliorum, qui videntes aliquos ruere de peccato in peccatū, magis reformidant peccare. In alijs autem duobus modis manifestū est, quòd pœna ordinatur ad emendationem, quia hoc ipsum, q homo laborem, & detrimentū patitur in peccando, natum est retrahere homines a peccato.

Dubitoo.

¶ Dicendum ad maiorem, loquendo de pœnis huius vitæ, de quibus & argumentum loquitur, distinguenda est maior. Est cm in genere duplex pœna consequens peccatum, vna est subtractio gratiæ qua permittuntur aliqui profluere de peccato in peccatū. Alia pœna est effectus peccati, scilicet detrimentum corporale, & labor, & alij effectus de quibus dictum est. Tunc dico, quòd pœna, scilicet subtractio gratiæ, & ruitio de peccato in peccatū, quæ est consequens subtractionem gratiæ, est indūcta ad bonum virtutis nō semper ei, qui permittitur ruere de peccato in peccatum, licet aliqñ hoc fiat, sicut in simili patuit supra, q. 79. ar. 4. de excecatione, & obduratione; sed hoc fit semper ad bonum virtutis aliorum, scilicet electorum vt ipsi magis horreant peccatum, videntes alios turpiter ruere in peccatum.

¶ Si autem intelligitur maior de pœna peccati duobus vltimis modis accepta, prout peccatum dicitur pœna ratione effectus; tunc conceditur, quòd hoc etiam est ad bonum virtutis peccanti qui aduertens nocumentum peccati merito resiliret, & se emendaret. Ad minorem, patet ex dictis, quia negatur præsertim per peccatum ratione effectuum malorum. Et secundò etiam negat, quandoque de peccato frequentato, quia & hoc cedit quandoq; in bonum virtutis, vt aliquis cognoscens se frequenter peccasse per desertionem gratiæ, humilior, & cautior resurgat, quare negatur consequentia, quia & peccatum potest cedere in bonum virtutis, & præsertim ratione effectus, vide D. S. tertio contra Gentes. cap. 149. quia etiam secundùm leges humanas non omnes pœnæ ordinantur ad emendationem vitiorum puniti, sed aliorum, vnde non omnes sunt purgatoriæ, sed aliquæ exterminatoriæ, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de peccato secundùm se, Et similiter dicendum est ad tertium.

¶ Dicendum, maior conceditur vt pœnæ sunt inflictæ a Deo. Minor conceditur, quòd peccatum vt sic formaliter, vt progredi tur a voluntate humana, est iniustum, & non a Deo, tamen subtractio gratiæ ad quam peccatum sequitur, illa est iusta, & fit a Deo; quare concluditur, quòd peccatum vt sic non est pœna. Cui quo stat, quòd vt est effectus iustæ subtractionis gratiæ, habeat rationem pœnæ, quare peccatum non est a Deo formaliter, sed pœna est a Deo, & peccatum est a Deo, nō quia Deus causet, sed quia permittit non impediendo, sed est causa subtractionis gratiæ non agendo. Et ita est causa istius pœnæ, quæ est peccatum, mediante subtractione gratiæ permittendo, vide D.S. in secundo distin. 36. articulo tertio.

¶ Ad tertium dicendum, maior conceditur, & similiter minor, & conclusio, ad sensum primæ conclusionis; quia peccatum per se consideratum, idest sub ea ratione qua peccatum, vt sic nō est pœna, sed concomitanter vel causaliter, hoc est, quia consequitur pœnam, vel quia causat pœnam, &c.

Vtrum aliquod peccatum faciat reum æterna pœna.

C Infra art. 5. Et 3. q. 86. art. 4. Et 2. dist. 42. q. 1. ar. 5. Et 3. d. 19. in art. 3. Et 4. di 46. q. 1. ar. 3. Et 3. contra c. 144. & 147. Et li. 1 cap. 93. Et opuſ. 3. c. 185. & 188. Et Ro. 2. Lec. 2 c. 1. * Arist. c. 3. * Arist. c. 6.

A D tertium sic proceditur. Videtur, quòd nullum peccatum inducat reatum æternæ pœnæ. Pœna enim iusta adæquatur culpæ, iustitia enim æqualitas est; vnde dicitur Esaiæ. 25. In mensura contra mensuram cū abiecta fuerit iudicabit eam; sed peccatum est temporale, ergo non inducit reatum pœnæ ęternæ.

¶ 2 Præterea. Pœnæ medicinæ quædam sunt vt dicitur in 2. Ethico. * sed nulla medicina debet esse infinita, quia ordinatur ad finem, quod autem ordinatur ad finem non est infinitum, vt Philosophus dicit in primo Politicorum. * ergo nulla pœna debet esse infinita.

¶ 3 Præterea. Nullus sapiens facit, nisi propter se in ipso delectetur; sed Deus non delectatur in perditione hominum, vt dicitur Sapientię primo; ergo non puniet homines pœna sempiterna.

¶ 4 Præterea. Nihil quod est per accidens, est infinitum; sed pœna est per accidens, non enim secundùm naturam eius, qui punitur; ergo non potest in infinitum durare.

¶ Sed contra est, quod dicitur Matth. 25. Ibunt hi in supplicium ęternum. Et Marci 3. dicitur. Qui autē blasphemauerit in Spiritum sanctum, non habebit remissionem in æternum, sed erit reus æterni delicti.

¶ Hic quærit de quantitate pœnæ consequentis peccatum. Et primò hoc facit, secundò determinātur quædam dubia ex dictis arti. 5. quantum ad primum primò determinantur de quātitate extensionis siue durationis, secundò de quantitate intensionis in sequenti articulo. Quæritur ergo, an aliquod peccatum inducat reatum æternæ pœnæ.

Duplex pœna damni, & sensus.

¶ Nota autem D. S. quarto contra Gentil. cap. 90. quòd duplex est pœna, vna damni, alia sensus. Pœna damni est exclusio a beatitudine. Sensus autem est per experientiam alicuius nociui affligentis; pœna sensus respondet culpæ quantum ad conuersionem inordinatam ad commutabile bonum, pœna verò damni respondet culpæ quantum ad auersionem ab incommutabili bono, peccans igitur mortaliter efficitur reus vtriusque pœnæ, quia culpa mortalis quantum est ex se est irreparabilis, & ipsa manēte semper debet puniri. Quare istud quæsitum, & iste articulus de vtraque pœna potest intelligi, ita vt quæratur, an inducat aliquod peccatum reatū pœnæ æternæ damni, & pœnæ sensus æternæ; quia autem vt dictum est, pœna damni respondet auersioni irrecuperabili, quæ est in peccato mortali, ideo D. S. directè in corpore articuli probat de pœna damni, quia probat ex parte auersionis ordinis Diuinæ irrecuperabilis. In argumento autem in oppositum per auctoritates probat, & de reatu pœnæ sensus æternæ, quia vtraque pœna post hanc vitam se comitatur vt ostēdit D. S. 3. contra Genti. ca. 145. quia pœna debet proportionabiliter culpæ respondere. In culpa autem non solùm auertitur mēs ab vltimo fine, sed etiam indebitè conuertitur in alia quasi in fines. Non solùm ergo puniendus est qui sic peccat per hoc, quòd excludatur a fine, sed etiam per hoc, quòd ex alijs rebus sentiat nocumentum.

nocumentum. Et ideo probata æternitate reatus damni, probatur & æternitas alterius. ſ. pœnæ ſenſus, licet vt dictũ eſt expreſſius articulus probet æternitatem reatus damni, quia probat, ꝙ aliquod peccatum inducat reatum ſemper manentem, & per cõ ſequens facit hoiem ſemper dignũ pœna, & ſic æternũ reatũ, &c. His notatis procedendum eſt ad corpus articuli.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt.* peccatum ex hoc inducit reatum pœnæ, quòd peruertit aliquem ordinem; manente autem cauſa manet effectus, vnde quandiu peruerſitas ordinis remanet, neceſſe eſt, quòd remaneat reatus pœnæ.

* Ar. 1. huius q.

¶ D.S. breuiter expedit quæſitũ vnica concluſione in fine corporis, ſcilicet. Quæcumque peccata auertunt a Deo, charitatem auferentia, quantum eſt de ſe, inducunt reatum æternæ pœnæ. Dicit notanter quantum eſt de ſe, quia & ſi virtute Diuina reatus ille abſtergi poſſit, non tamen virtute habentis reatum, & ideo reatus quantũ eſt ex parte habentis eſt æternus. Probatur cõcluſio, quamdiu peruerſitas ordinis remanet, neceſſe eſt, quòd remaneat reatus pœnæ, ſed peccata auferentia charitatem peruertunt ordinem irreparabiliter, ordinem videlicet ex cuius peruerſione incurritur reatus pœnæ, ideo concluſio vera, quòd talia inducunt reatum irreparabilem, & per conſequens pœnæ æternæ. Maiorem iſtam D.S. primò ponit, ſecundò declarat minorem, ibi Peruertit autem, &c. Arguitur ergo pro maiore, peccatum ex hoc inducit reatum, quòd peruertit aliquem ordinem, ideo maior vera. Tenet conſequentia, quia manẽte cauſa manet effectus, quare benè ſequitur, peruerſitas ordinis remanet, igitur reatus pœnæ, & quamdiu peruerſitas ordinis, tam diu reatus. Conſequẽnter cum dicit.

¶ Peruertit autem aliquis ordinem quandoque quidem reparabiliter quandoque autem irreparabiliter; ſemper enim defectus quo ſubtrahitur principium irreparabilis eſt; ſi autem ſaluetur principium, eius virtute alij defectus reparari poſſunt; ſicut ſi corrumpatur principium viſiuum, non poteſt fieri viſionis reparatio, niſi ſola virtute Diuina; ſi verò ſaluo principio viſiuo aliqua impedimenta adueniant viſioni, reparari poſſunt per naturam vel per artem.

¶ Declarat minorem, & arguitur ſic, peccatum quod corrumpit principium ordinis, quo voluntas hominis ſubditur Deo, facit inordinationem moralem ſcilicet quantum de ſe eſt irreparabilem, & peruertit ordinem irreparabiliter; ſed auferens charitatem eſt huiuſmodi, igitur &c. Maiorem D. S. declarat primò quo ad primam partem, ſecundò quo ad ſecundam cum declaratione minoris, ibi. Cuiuſlibet autem, &c. Maior ergo proxima dicit notanter de ſe, ſicut & circa concluſionem dictum fuit, & probatur eius prima pars, quæ eſt vna particularis de ordine morali ex vna vniuerſali, pro qua ſupponitur, quòd peruertit aliquis ordinem quandoque reparabiliter quandoque irreparabiliter, tũc arguitur ſic, ſemper defectus quo ſubſtrahitur principium irreparabilis eſt; ſi autem ſaluetur principium, &c. igitur illa pars maioris vera. Tenet conſequentia ab vniuerſali ad particularem, qa ſi ex defectu cuiuſlibet principij inducitur inordinatio irreparabilis, igitur & ex corruptione principij moralis, &c. Aſſumptum pro maiore patet exemplariter de principio viſiuo in littera, ſicut ſi corrumpatur, &c. & patuit in alio exemplo, ſupra q. 72. arti. 5. de ægritudine, &c. Conſequenter ibi.

¶ Cuiuslibet autem ordinis eſt aliquod principium per quod aliquis fit particeps illius ordinis, & ideo ſi per peccatum corrumpatur principium ordinis quo voluntas hominis ſubditur Deo, erit inordinatio quantum de ſe irreparabilis, & ſi reparari poſſit virtute Diuina; principium autem huius ordinis eſt vltimus finis cui homo inhæret per charitatem, & ideo quæcumq; peccata auertunt a Deo charitatem auferentia, quantum eſt de ſe, inducunt reatum æternæ pœnæ.

¶ Eſt pro ſecunda parte maioris pro minore, ſcilicet quòd corrumpens principium peruertat ordinem irreparabiliter, & patet quia cuiuſlibet ordinis eſt aliquod principium per quod aliquis fit particeps illius ordinis; igitur deſtructo principio non eſt aliquis in ordine illo nec ordo manet, &c. Conſequenter D.S. manifeſtat minorem, pro minore principali, quia principium ordinis eſt vltimus finis, vt ſibi homo inhæret per charitatem, igitur auferens charitatem, aufert & principium, vt dicit illa minor. Et per conſequens patet concluſio reſpon. Eſt autem reſponſiua, qa ſupponitur, quòd aliqua ſint peccata auferentia charitatem, & ergo ſi talia inducunt reatum æternum, & æternæ pœnæ; ſequitur reſponſio ad quæſitum formalis, &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmationis cõcluſionis eſt. Auctoritates iſtæ præſertim prima videntur loqui de pœna ſenſus, quia nomine ſupplicij ſolet intelligi priuatio; quæ eſt per ignem infernalem. De ſecunda auctoritate quomodo blaſphemia, & peccatum in Spiritum ſanctum non habeat remiſſionem, vide ſecunda ſecundæ. q. 14. ar. 3.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd pœna peccato proportionatur ſecundùm acerbitatem tam in iudicio Diuino, quàm in humano; ſed ſicut Auguſt. dicit. 12. de Ciu. Dei.* in nullo iudicio requiritur vt pœna adæquetur culpæ ſecundùm durationem; non enim, quia adulterium vel homicidium in momento committitur, propter hoc momentanea pœna punitur, ſed quandoque quidem perpetuo carcere vel exilio, quandoque etiam morte, in qua non conſideratur occiſionis mora, ſed potius, quòd in perpetuum auferatur a ſocietate viuentiũ, & ſic repreſentat ſuo modo æternitatem pœnæ infligẽtis Diuinitus. Iuſtum tamen eſt ſecundùm Greg.* quòd qui in ſuo æterno peccauit, contra Deum, in æterno Dei puniatur. Dicitur autem aliquis in ſuo æterno peccaſſe non ſolùm ſecundùm continuationem actus in tota homĩs vita durantis, ſed quia ex hoc ipſo, quòd finem in peccato conſtituit, voluntatem habet in æternũ peccandi. Vnde dicit Greg. 34. Moral. quòd iniqui voluiſſent ſine fine viuere vt ſine fine potuiſſent in iniquitatibus permanere.

* Aug. 21.

* Aug. lib. 4. dialog. c. 2. habetur in ſententia.

¶ Dicendum ad maiorem, pœna iuſta adæquatur culpæ. Si intelligitur, ꝙ pœna iuſta ſit æqualis pœnæ ſecundùm durationem actus peccati, & culpæ, negatur, & oppoſitum videmus in omni iuſto iudicio, ſcilicet humano; quia peccatum homicidij, quod in momento committitur, punitur pœna mortis, in qua non ſolùm ipſa occiſio, quæ ſubito fit, infertur pro pœna, ſed perpetua ablatio a ſocietate hominum.

¶ Secundò dicitur, quòd ſi intelligitur, quòd pœna iuſta in iudicio Diuino æquatur culpæ ſecundùm durationem ex parte maculæ, &c. cõceditur, vt patebit ar. ſequen. ad tertium. Et dico, quòd illa macula etiam eſt æterna ex parte peccatoris.

¶ Tertiò dico, quòd pœna æquatur culpæ quo ad voluntatem & affectum peccantis in iudicio Diuino, nam Deus voluntatem pro facto reputat, ſed qui peccat mortaliter habet voluntatem peccandi perpetuò. Vnde D.S. tertio contra Gent. cap. 144. Apud Diuinum iudicium voluntas pro facto reputatur, quia ſicut homines vident ea, quæ exterius aguntur, ita Deus inſpicit hominũ corda. Qui autem propter aliquod temporale bonum auerſus eſt ab vltimo fine, qui in æternum poſſidetur, præpoſuit fruitionẽ temporalem illius boni temporalis æternæ fruitioni vltimi finis. Vnde patet, quòd multò magis voluiſſet in æternum illo bono temporali frui, ergo ſecundùm Diuinum iudicium ita puniri debet, ac ſi æternaliter peccaſſet; nulli autem dubium eſt, quin ꝑ æterno peccato æterna pœna debeatur. Debetur ergo ei qui ab vltimo fine auertitur pœna æterna. Hæc ille. Dico quartò ad maiorẽ, quòd iuſta pœna eſt æqualis in acerbitate ipſi grauitati culpæ, tam in iudicio Diuino, quàm humano, quia qui grauius peccauit, punitur acerbiori, & grauiori pœna, præſertim acerbiori pœna ſenſus, & tamen ad ſanum ſenſum, vnus punitur etiam in iudicio Diuino grauius pœna damni ſecundùm grauitatem peccati; nõ quòd ſubtrahatur altius bonum, ſed quia de illa ſubtractione magis triſtatur, qui turpius peccando ipſum amittere demeruit, vt oſtendit Sco. in quarto diſt. vltima circa finem in ſolutionibus argumentorum. Dicit autem ibidem, quod valet ad illam maiorẽ argumenti. Nego inquit, quòd exceſſus in pœna debeat attendi ſecundùm quantitarem extenſionis, quia per ſe culpæ reſpondet pœna ſecundum intenſionem, ſecundùm iuſtitiam diſtributiuã. Vnde ſicut dixi ſupra, Deus poſſet infligere pœnam aliquam, quæ ſi tantùm per momentũ duraret, tamen ſufficienter puniret peccatum, nec fortè duratio pœnæ cadit ſub demerito, ſicut nec duratio beatitudinis ſub merito, ſed ratione liberalitatis. Hæc ille. & benè ad propoſitum, quòd culpæ reſpondet pœna ſecundùm intenſionem, & hoc habet D.S. in principio ſolutionis. Et clarius ſub eiſdem verbis in quarto. d. 46. q. 1. art. 3. quæſti. 1. vide ibidem per totum de materia præſentis articuli; quicquid ſit de alio dicto Scoti, quia beati merentur beatitudinem veram, de cuius ratione eſt perpetua duratio. Similiter peccator incurrit reatum de ſe æternum, vt patuit. Et ergo benè dixit fortè dubitando non aſſerendo, verum eſt, quòd duratio pœnæ reſpicit diſpoſitionem peccantis, ſed tamen peccatum mortale per ſe inducit diſpoſitionem ad pœnam perpetuam, quia maculam indelebilem, vide ar. ſequenti ad quartum. Ad minorem dico, quòd peccatum eſt tẽporale quo ad actũ, ſed negatur, quòd ſit temporale quo ad reatum, & maculam. Dico autem, quòd duratio pœnæ, vt dictum eſt, reſpondet durationi maculæ, non actus.

Scotus cõcordat.

¶ Secundò,

¶ Secundò, peccatum quo ad actum interiorem, & affectum peccantis mortaliter, in iudicio Diuino habetur tanquam æternũ, quia in ſuo æterno peccauit, & voluit ſe in æternum a Deo ſeparare, vt patuit ex cõtra Genti. & habet Gregorius in ſolutione, qua re negatur conſequentia, quia & iudicio humano peccatum momentaneum demeretur æternam pœnam vt patuit. Vide de iſta Mate. D.S. in ſecundo, diſt. 42. art. vltimo.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd pœna, quæ etiam ſecundùm leges humanas infligitur, non ſemper eſt medicinalis ei, qui punitur, ſed ſolùm alijs; ſicut cum latro ſuſpenditur non vt ipſe emendetur, ſed propter alios vt ſaltem metu pœna peccare deſiſtant, ſecundùm illud Prouer. 19. Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit. Sic igitur & æternæ pœnæ reproborum a Deo infligẽtę, ſunt medicinales his, qui conſideratione pœnarũ abſtinent a peccatis, ſecundùm illud Pſal. Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant a facie arcus, vt liberentur dilecti tui.

¶ Dicendum ad maiorem, primò exponendo eam, quia ſicut potiones amarę adhibitæ, & delectationes ſubtractæ ſunt medicinæ corporis, ſic pœnæ per triſtitias illatas, & per delectationes ſubtractas, ſunt medicinæ animæ ad recuperandum virtutem. Sunt igitur pœnæ medicinæ, quia fiunt per contraria eorum in quibus aliquis peccauit.

¶ Dico autem ſoluendo, quòd ſecundum Philoſophum. 10. Ethicorum circa finem, quòd non omnes ſunt medicinales punitis, quia ſecundùm eum inſanabiles ſunt exterminandi, eſto iuxta dicta in ar. 2. ad primum ſint medicinales alijs. Vnde D.S. contra Genti. vbi ſupra ſtatim. Quidam etiam ſecundum leges humanas a ciuitate perpetuo exilio excluduntur, vt eis ſubtractis ciuitas purior reddatur. Et aliqui morte puniuntur, non quidem ad emendationem ſui, ſed aliorum, &c. Patet igitur ad maiorem, quòd non omnis pœna eſt medicinalis, & emendatoria, immo aliqua exterminatoria. Ad minorem, nulla medicina eſt infinita, præſertim medicina huius perſonæ, tamen medicina moralis ipſius communitatis poteſt eſſe infinita, ita quòd ex infinita pœna huius, ſumitur medicina aliorum, vt ipſi peccata mortu conſimilis pœnæ horreant, ne & ipſi exterminentur; quare negatur conſequentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Deus non delectatur in pœnis propter ipſas, ſed delectatur in ordine ſuæ iuſtitiæ, quæ hoc requirit.

¶ Dicendum negando maiorem, immo videmus oppoſitum apud ſapientiam humanam, quæ multa facit vt proueniant maiora bona, & multa ſuſtinet ne veniant peiora mala; ita Deus facit corruptiones rerum propter aliud, & non quaſi in corruptione rerum per ſe delectetur, ſed in ordine vniuerſi. Ad minorẽ, dico, quòd Deus non delectatur in perditione hominum vt perditio eſt, tamen delectatur in relucentia ſuæ iuſtitiæ, & reformatione ordinis ſui per peccata deſtituti in peccantibus. Quare negatur conſequentia, vnde D.S. vbi iam contra Genti. Eſt autem concedendũ, quòd pœnæ inferuntur a Deo, non propter ſe quaſi Deus in pœnis propter ſe delectetur, ſed propter aliud, ſcilicet ordinem imponendum creaturis in quo bonum vniuerſi conſiſtit, &c. Quare autem Deus non fecerit creaturas ne poſſent peccare aliàs videbitur, quia Diuinæ ſapientiæ eſt res dulciter diſponere, cum plurima commoda etiam inde elicere poſſit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd pœna, & ſi per accidens ordinetur ad naturam, per ſe tamen ordinatur ad priuationem ordinis, & ad Dei iuſtitiam, & ideo dum rante inordinatione ſemper durat pœna.

¶ Dicendum maior conceditur, quod eſt omnino per accidẽs, non durat vel eſt in infinitum. Ad minorem, negatur, quòd pœna ſit per accidens omnino, & per comparationẽ ad omnia Eſto enim ſit per accidens, quia præter intentionem peccantis, vt patuit ſupra. q. 72. ar. 5. non tamen eſt per accidens in comparatione ad iuſtitiam, & ſapientiam Diuinam, quæ pœnas intendit, licet non propter ſe, tamen propter ordinem vniuerſi, & cum hoc in pœnis ordinem inſtituit proportionabiliter ad peccata; quare ſicut culpæ in infinitum durabunt, ita & pœnæ, & ideo non ſequitur conſequentia, &c. D.S. in quarto ſupra dicit ad hoc argumẽtum, quamuis pœna per accidens reſpondeat animæ, tamen per ſe reſpondet animæ infectæ culpa, & quia culpa imperpetuũ manebit, ideo etiam pœna erit perpetua, &c.

Vtrum aliquod peccatum faciat reum pœna infinita ſecundùm quantitatem.

D AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd peccato debeatur pœna infinita ſecundùm quantitatem.

Dicitur enim Hiere. 10. Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne fortè ad nihilũ redigas me; ira autem Dei vel furor metaphoricè ſignificat vindictam Diuinæ iuſtitiæ, redigi autem in nihilũ eſt pœna infinita, ſicut ex nihilo aliquid facere eſt virtutis infinitæ; ergo ſecundùm vindictam Diuinam peccatum punitur pœna infinita ſecundùm quantitatem.

¶ 2 Præterea. Quantitati culpæ reſpondet quantitas pœnæ, ſecundùm illud Deute. 25. Pro menſura peccati erit & plagarum modus; ſed peccatum, quòd contra Deum committitur, eſt infinitum; tantò enim grauius eſt peccatum, quantò maior eſt perſona contra quã peccatur, ſicut grauius peccatum eſt percutere principem, quàm percutere hominem priuatum; Dei autem magnitudo eſt infinita, ergo pœna infinita debetur pro peccato, quod contra Deum committitur.

¶ 3 Præterea. Dupliciter eſt aliquid infinitum, duratione, ſcilicet & quantitate, ſed duratione eſt pœna infinita, ergo & quantitate.

¶ Sed contra eſt, quia ſecundùm hoc omnium peccatorum mortalium pœnæ eſſent æquales, non enim eſt infinitum infinito maius.

¶ Hic quærit de quantitate intenſiua pœnæ, an debeatur peccato pœna infinita, &c. ſicut prius quæſitum fuit de infinita extenſione duratiua.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd pœna proportionatur peccato, in peccato autem duo ſunt. Quorum vnum eſt auerſio ab incommutabili bono quod eſt infinitũ, vnde ex hac parte peccatum eſt infinitum.

¶ Concluſionem reſponſiuam per diſtinctionem ponit D.S. in fine cor. talem. Ex parte auerſionis reſpondet, & debetur peccato pœna damni, quæ eſt infinita; ſed etiam ex parte conuerſionis inordinatæ reſpondet, & debetur ei pœna ſenſus finita; probatur concluſio, pœna proportionatur peccato, ſed peccatũ ex parte auerſionis eſt infinitum, ex parte autem cõuerſionis ad bonum commutabile eſt finitum, igitur ſequitur concluſio. Maiorem D.S. ponit in principio, quæ relinquitur nota ad ſenſum habitum art. tertio, ad primum. Et deinde probat minorem quo ad primam eius partem, ſecundò quo ad ſecundam, ibi. Aliud quod eſt, &c. tertiò infert ipſam concluſionem, ibi. Ex parte igitur, &c. Prima ergo pars minoris probatur. Notando breuiter, quòd in peccato ſunt duo, &c. tunc ſic, quia peccatum ex parte auerſionis dicit inordinationem a bono incommutabili, ſed tale bonum eſt infinitum, igitur & peccatum ex parte auerſionis.

¶ Sciendum autem, quòd hæc auerſio dicitur eſſe infinita nõ entitatiuè, vel quia formaliter priuat ordinem infinitum entitatiuè, ſed dicitur infinita extrinſecè, & quaſi obiectiuè; ſicut intellectio, & viſio beati dicitur infinita, quia infiniti, ſic auerſio illa dicitur infinita. tum quia contra maieſtatem Dei infinitam, tum quia aufert infinitum bonum, & ſeparat hominem ab infinito bono, tum quia infinitam pœnam meretur, ſaltem duratiuè loquendo de pœna ſenſus, & infinitum damnũ affert. De hoc Sco. in fine quarti, peccatum non dicitur infinitum, niſi quia ſeparat ab infinito, non quòd formaliter malitia ſit infinita, quia talis, & tanta eſt, quanta eſt bonitas, quæ nata fuiſſet ineſſe illi actui, ſi ſecundum debitas circunſtantias fuiſſet elicitus; ſed hæc non fuiſſet infinita, nec poſſibile fuiſſet eſſe infinitam, niſi pro tanto, qa coniungit infinito. Hæc ille. Sed in quantum illo dicto vtitur in alio propoſito ad oſtendendum, quòd purus homo potuiſſet ſatisfeciſſe pro peccatis ſuis condignè ſine merito Chriſti, vide eũ caſtigatum in Capreolo diſt. 15. quarti ſen. in ſolutionibus argumentorum contra primam concluſionem. Tunc ibi.

Quomodo auerſio peccati mortalis eſt infinita.

Scotus cõcordat.

Capreolus

¶ Aliud quod eſt in peccato eſt inordinata conuerſio ad commutabile bonum; & ex hac parte peccatum eſt finitum, tum quia ipſum bonum commutabile eſt finitum, tum etiam quia ipſa conuerſio eſt finita, non enim poſſunt eſſe actus creaturæ infiniti.

¶ Probat ſecundam partem minoris quaſi duplici medio, & arguitur ſic, obiectum conuerſionis eſt bonum commutabile finitum, & ipſa eſt actus finitus, igitur ex parte conuerſionis peccatum eſt finitum, conſequentia tenet, quia conuerſio nominat actum, qui habet finitatem vel infinitatem ex parte obiecti, & ſubiecti. Antecedens patet quo ad primam partem, qua commutabile bonum non eſt niſi finitum, ſecunda pars patet, quia non poſſunt actus creaturæ eſſe infiniti. Conuerſio autem peccati eſt creaturæ, quia creator non poteſt peccare, &c. Deinde ibi.

¶ Ex

¶ Ex parte igitur auersionis respondet peccato pœna damni, quæ etiam est infinita, est enim amissio infiniti boni, scilicet Dei. Ex parte autem inordinatæ conuersionis respõdet ei pœna sensus, quæ etiã est finita.—

¶ Infert conclusionem responsiuam, & patet. Sed sciendũ primõ D.S. tertia parte. q. 86. ar. 4. quòd peccato cuicumque ratione conuersionis vt sic debetur tantùm pœna temporalis, quia conuersio ad commutabile bonum est finita, quare ex hac parte debetur sibi sola pœna finita, vnde si sit inordinata conuersio sine auersione a Deo, non debetur sibi pœna æterna, vt patet in venialibus. Quare etiam pœna sensus æterna non debetur conuersioni, nisi ratione auersionis, ita quòd conuersioni debetur ratione sui vt est inordinata pœna sensus, sed quia inordinata taliter, scilicet cum auersione a Deo, debetur sibi æterna, &c.

CIRCA argumentum in contrarium notandum, quòd ꝓbat, quòd pœnæ sensus non sint infinitæ, quia inæquales intensiuè, licet sint æquales extensiuè, & durationc. Et confirmat secũdam partem conclusionis. Vnde dicit D.S. in quarto, dist. 46. q. 1. ar. 3. ad secundum, quòd quantitati peccati respondet quantitas pœnæ secundum intensionem, & ideo peccatorum mortalium inæqualium, eiunt pœnæ inæquales intensione, æquales autem durationc, hæc ille. Et loquitur ibidem per totum de pœna sensus. Sed circa hanc rationem videtur esse difficultas, quia sequeretur ex ea, quòd quia pœna damni est infinita, quòd esset & sit æqualis in omnibus. Cuius oppositum videtur dictum ar. præce. ad primum. Ad hoc dicitur iuxta etiam supra tacta. q. 73 art. primo. ad primum, quòd si loquamur de pœna damni præcisè, vt dicit subtractionem boni incommutabilis, & beatitudinis, tunc non potest esse nisi æqualis, quia idem bonum omnibus subtrahitur. Et hoc habetur ex illa ratione, quia infinitum non est maius infinito, & vnum infinitum non est maius seipso. Et hæc vera de infinitis eiusdem rationis, & infinito simpliciter, & entitatiuè. Si autem loquamur de pœna damni vt Scotus loquitur vbi supra circa finem quarti, ita quòd pœna damni non dicat solam carẽtiam, sed carentiam boni apti nati inesse nolitam, quam quis incurrit ex peccato suo a maiori, vel minori sic est inæqualitas, quia in vno potest esse magis nolita, & cõtristans, quàm in alio; & est maior, & minor remorsus secundùm proportionem culpæ, sicut & maior pœna sensus, vnde dicit Scotus, potest dupliciter intelligi inæqualis, scilicet carentia, & pœna damni, sed qualiter erit illa inæqualitas in illis. Dico, quòd erit secundùm inæqualitatem culpæ, quia qui habet grauiorem habebit carentiam maioris boni, ad quod fuit ordinatus. Probo, quantò accidens elicitur cum maiori conatu, tantò debet habere maiorem rectitudinem, & per consequens tantò magis debet ordinare ad maius præmium, quo ergo grauius peccat, priuat se maiori bono. Et sic patet secundùm primum modum quomodo potest pœna dãni esse inæqualis. Ex alia parte, quantò aliquis grauius peccat, tãtò magis dimittitur affectioni commodi, & priuatur affectione iustitiæ, & per consequens erit magis nolens peccatum suum inquantum est causa pœnæ, ergo magis habebit de nolitione, quã alius, quantò magis habetur de affectione commodi, hæc ille. Et videtur concordare D.S. de Malo. q. 2. ar. 2. ad 8. vbi dicit. Si considereturquantitas demeriti, per comparationem ad pœnam essentialem, quæ consistit in separatione a Deo, & dolore exinde prouenientc, non minus demeretur, qui sola voluntate, quã qui voluntate, & actu peccat, &c. hæc ille. Vbi patet, quòd in pœna essentiali dicit includi separationem a Deo, & dolorem inde ꝓuenientem. Et quòd talis dolor possit esse maior in vno, quàm in alio, potest haberi ex D. S. de Malo. Mate. 5. arti. 1. ad tertium, quia subtractio visionis, quæ est pœna damni potest esse in aliquo sine omni dolore, vt patet de pueris discedentibus in solo originali. Vnde & August. dicit, quòd patiantur mitissimam pœnam, quia grauitas pœnę etiam attenditur per comparationem ad eum qui punitur, sicut dicimus hominem magis puniri, si auferatur suum patrimonium, quàm si impediretur ne peruenirct ad regnum, quod ei non debetur, ergo potest esse, quòd maiorẽ, & minorem dolorem generet, si potest in aliquo nullum generare. Ex quibus omnibus patet, quòd pœnæ sensus sunt inæquales, & per hoc finitæ, pœna autem damni quo ad aliquid æqualis & sic infinita, quo ad aliud pœna damni est etiam inæqualis, & quo ad hoc etiam finita; ita ꝙ pœna damni quandoque accipiat pro separatione Dei, aliquando autem etiã pro dolore inde ꝓueniente, & sic patet nulla discordia re bene examinata, &c.

An pœna damni sit inæqualis.

¶ Nota, & D.S. de Malo. q. 2. ar. 9. ad tertium. quia in supplicio damnatorum est aliquid commune omnibus, quod respondet cõtemptui Dei, puta carentia visionis Diuinæ, & perpetuitas pœnæ. Et quantum ad hoc dicuntur congregari congregatione vnius fasis. Et est aliquid in quo differunt, secundum ꝙ quidã magis torquentur, quã alteri, & quantum ad hoc dicũtur colligari, sicut cucumerorum fasciculi ad comburendum. Hæc ille.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd omnino rediri in nihilum eum, qui peccat non conuenit Diuinę iustitiæ, quia repugnat perpetuitati pœnæ, quæ est secundùm Diuinam iustitiam vt dictum est.* sed in nihilum redigi dicitur, qui spiritualibus bonis priuatur, secundùm illud primæ Corinth. 13. Si non habuero charitatem nihil sum. *Arist. 4. ethic.

¶ Dicendum ad maiorem, quòd intelligitur de nihilo oppositio enti spirituali, & constituto in gratuitis, ideò ne fortè subtrahas mihi bona spiritualia gratuita, quibus subtractis sim nihil in esse gratuito, secundum quod Apostolus dicit, vt in littera. Et vt August. habet peccantes nihil fiunt; non autem intelligitur de nihilo oppositio enti simpliciter, quod nihilum videlicet dicit negationem omnis entitatis, & existentiæ. Et rationem ponit D.S. in solutione, quia tale vel repugnat perpetuitati pœnæ, quæ est secundùm iustitiam Diuinam, nam non ens non punitur proprie; requirit autem iustitia vindicatiua Dei, quòd ordo eius semper reluceat in entibus.

¶ Et secundò aliam rationem ponit D. S. in quarto, vbi supra in solutione vltimi, quare non sit conueniens pœna annihilatio secundum iustitiam Diuinam infligendo, quia pœna, scilicet sensus, vel quasi sensus respondet culpæ proprię, loquendo secundùm inordinationem, quæ in peccato inuenitur in ipsa, & non secundùm dignitatẽ eius in quem peccatur, quia sic cuilibet peccato redderetur pœna infinita intensione, quamuis ergo ex hoc, ꝙ aliquis contra Deum peccat, qui est autor essendi, mereatur ipsum esse amittere; considerata tamen ipsius actus inordinatione nõ debet ei amissio esse ꝙ esse ꝓsupponitur ad meritũ, & demeritum; nec tamen per inordinationem peccati esse tollitur vel corrumpitur, & ideo non potest esse debita pœna alicuius culpæ priuatio esse. Hæc ille. Vbi patet, quòd auctoritas non debet intelligi de nihilo simpliciter, quia non est conueniens pœna, &c.

Esse, & nõ esse dicit in infini.

¶ Ad minoris primam partem, ira vel furor, &c. verum est. Et de hoc supra. q. 22. ar. 3. ad tertium. Ad secundam partem minoris, redigi in nihilum est pœna infinita, ratione termini, qui est nihil, inter esse enim creatum, & non esse simpliciter, est distantia ex vna parte finita, ex alia parte infinita, quia esse creatum finitum est, non esse autem simpliciter infinitum, inquantum omnem defectum, qui cogitari potest excedit, vt habet D.S. in de Verita. Mate. 27. ar. 3. ad nonum. Vtrum autem redigere in nihilum sit potentiæ infinitæ. Dicitur, ꝙ sic, & soli Deo conuenit, vt patet tertia parte q. 13. ar. 2. in fine cor. An autem Deus aliquid annihilet, dicitur quòd non vt patet prima parte. q. 104. ar. 4 quare negatur consequentia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de peccato ex parte auersionis, sic enim homo contra Deum peccat.

¶ Dicendum, quòd ad maiorem patuit art. 3. ad primum, quia quantitati culpæ respondet quantitas, ratione acerbitatis, & intensionis, & hoc tam in pœna sensus, quàm damni, quo ad dolorem de subtractione boni Diuini; quia qui grauius peccauit grauius punietur pœna sensus, & patietur intensiorem, & acerbiorẽ tristitiam de amissione boni Diuini per peccatum, &c. Ad minorem, peccatum quod contra Deum committitur est infinitum denominatione extrinseca, ratione auersionis, quia contra bonũ infinitũ, vt patuit in corpore; sed non est infinitum ratione conuersionis, nam nullius creaturæ conuersio, vel in bonum vel in malum, est infinita, nisi fortè etiam denominatione extrinseca, quando conuertitur in bonum infinitum, tamen semper modo finito, nulla enim creatura Deũ diligere vel videre potest, quantum est diligibilis vel visibilis. Concedo autem probationem minoris, quæ procedit de peccato ratione offensæ, & auersionis, & per illam habetur, ꝙ homo ex se põt cõmittere offensam infinitã; sed liberũ arbitriũ sibi relictũ nõ põt satisfacere, vt in quarto, d. 15. in Capreolo. Ad consequens, ergo pœna infinita, &c. verũ damni, & ex parte auersionis debetur pro peccato, & hoc concessum est. Vnde probat primam partem conclusionis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd duratio pœnæ respõdet durationi culpæ non quidem ex parte actus, sed ex parte maculæ, qua durante manet reatus pœnæ; sed acerbitas pœnæ respondet grauitati culpæ, culpa autem, quę est irreparabilis de se habet, quòd ꝓpetuò duret, & ideo debetur ei pœna æterna; non autem ex parte conuersionis habet infinitatẽ, & ideo non debetur ei ex hac parte pœna infinita secundum quantitatem.

¶ Dicendum, maior conceditur dummodo hoc, quod dicitur aliquid habet suppositionem indeterminatam, quia aliquid est infinitum duratione, aliquid quantitate, sed non semper vnum, & idem, quod est infinitum duratione est etiam infinitum quantitate. Minor conceditur etiam de pœna sensus, quod est infinita titate. Minor conceditur etiam de pœna sensus, quod est infinita duratione. Et ratio est, quia duratio pœnæ respondet maculæ, quæ semper durat, non autem durationc actus. Sed negatur cõsequentia de pœna sensus, quia illius quantitas, & acerbitas respondet

spõdet grauitati culpæ, & conatui in cõuersione, quæ cõuersio finita est. Quare negatur cõsequẽtia, quia culpa irreparabilis. s. quo ad maculam de se habet, ꝙ perpetuò duret, & ideo debet ei pœna æterna. Ex parte autem conuersionis habet finitatem, & ideo nõ debetur infinita secundùm intensionem, & acerbitatem, vel quantitatẽ, & pœna damni quo ad dolorem ẽt est finita; quia non fuit natus habere bonum infinitum, nisi modo finito, ideo & illa tristitia est finita secundùm quantitatem &c. ¶ Nota autẽ verba D.S. quando dicit in solutione, culpa aũt, quæ est irreparabilis de se habet, ꝙ perpetuò duret, & ideo debetur ei pœna æterna, quia in hoc tangitur Scotus, vt allegatum fuit ar. 3. ad primum, qui dicit ꝙ duratio pœnæ non cadit sub merito &c. Cuius oppositum ex illis verbis patet; nam peccatũ, & demeritum mortale de se habet, vt inducat maculam ꝙ manentem, quam de per se sequitẽ reatus æternæ pœnæ, & sic duratio pœnæ cadit sub demerito &c.

Cõtra Scotum.

Vtrum omne peccatum faciat reum æterna, & infinita pœna.

E Supra ar. 3. & locis ibi dem notatis.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd omne peccatum inducat reatum pœnæ æternæ. Pœna enim vt dictum est,* proportionatur culpæ; sed pœna æterna differt a temporali in infinitum, nullum autem peccatum differre uidetur ab altero in infinitum cum omne peccatum sit humanus actus, qui infinitus esse nõ potest, cum ergo alicui peccato debeatur pœna æterna, sicut dictum est, * uidetur quòd nulli peccato debeatur pœna temporalis tantùm.

*Ar. præ.

¶ 2 Præt. Peccatum originale est minimum peccatorum; vnde & Aug. dicit in Ench.* quòd mitissima pœna est eorum qui pro solo peccato originali puniuntur; sed peccato originali debetur pœna perpetua, nũquàm enim uidebũt regnum Dei pueri, qui sine baptismo decesserũt cum originali peccato, ut patet per id quod dominus dicit Io. 3. Nisi quis renatus fuerit denuo non potest uidere regnum Dei; ergo multò magis omniũ aliorum peccatorum pœna erit æterna.

*Aug. c. 93

¶ 3 Præt. Peccato non debetur maior pœna ex hoc, quòd alteri peccato adiungitur, cum utrunque peccatũ suam habeat pœnam taxatam secundùm Diuinam iustitiam; sed peccato ueniali debetur pœna æterna si cum mortali peccato inueniatur in aliquo damnato; quia in inferno nulla potest esse remissio; ergo peccato ueniali simpliciter debetur pœna æterna; nulli ergo peccato debetur pœna temporalis.

¶ Sed contra est, quod Grego. dicit in 4. dialogorũ,* quòd quædam leuiores culpæ post hanc vitam remittũtur, non ergo omnia peccata æterna pœna puniuntur. *Greg. c. 39

¶ Hic quærit de duobus dubijs circa prædicta, primò, an omne peccatũ &c. Deinde an reatus pœnæ possit remanere &c. vt ar. sequenti. Oportet aũt hic memorari supradictorum. q. 74 ar. 9. & similiter. q. 72. ar. 5 quia qui peccat citra auersionẽ ab vltimo fine q est principiũ ĩ moralib. peccat reparabiliter; sicut ẽ peccãs venialiter.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictũ est, peccatum causat reatum pœnę æternæ, inquantum irreparabiliter repugnat ordini Diuinæ iustitiæ, per hoc scilicet quòd contrariatur ipsi principio ordinis, quod est vltimus finis. *Ar. 1. & 2. huius quæs.

¶ Absoluit q̃stiũ breuiter tali conclusione; hmõi peccatis (q̃. s. non sunt contra vltimũ finẽ) non debet pœna æterna, sed tpalis; probat conclusio, peccatũ causat reatũ pœnæ æternæ inq̃tũ irrepabiliter repugnat ordini Diuinæ iustitiæ, per hoc. s. ꝙ cõtrariatur ipsi principio ordinis qđ est ultimus finis; sed in q̃busdã pctis, est quidẽ inordinatio, nõ tn per cõtrarietatẽ ad ultimũ finẽ, sed solũ circa ea, q̃ sunt ad finẽ; igit sequtur cõclusio. D.S. primò ponit hãc maiorẽ, secundò minorem, ibi. Manifestum est &c. tertiò conclusionem, ibi. Vnde huiusmodi &c. Maior ergo deducta est arti. 1. & tertio præsentis quæst. Deinde ibi.

¶ Manifestum est aũt, ꝙ in quibusdam peccatis est q̃dem aliqua inordinatio, non tn per contrarietatẽ ad vltimum finem, sed solũ circa ea, quæ sunt ad finem, inq̃tũ plus, vel minus debitè eis intenditur, saluato tn ordine ad ultimum finem; puta cũ homo, & si nimis ad aliquã rẽ tẽporalẽ afficiatur, non tn pro ea uellet Deum offendere aliquid contra præceptum eius faciendo.

¶ Subiungit minorẽ positam, q̃ patuit ẽt sup. q. 72. art. 5. Et q. 74. ar. 9. & patebit infra q. 88. &c. Hic autem etiam probat; quia põt in huiusmodi peccatis esse inordinatio circa ea, quæ sunt ad finẽ, inq̃tum plus uel minus debitè eis intenditur (. s. per affectum, & intellectum) saluato tamen ordine ad vltimum finem, igitur minor uera; illud assumptum declaratur exemplariter, puta cum homo, & si nimis ad aliquam rem temporalem afficiatur, non tamẽ pro ea uellet Deum offendere, aliquid contra præceptum eius faciendo; & ita patet minor &c. Tunc ibi.

¶ Vnde huiusmodi peccatis non debetur æterna pœna; sed temporalis.

¶ Infert conclusionẽ, ꝙ pœna æterna non debetur &c. ut supra & intellige de per se, q̃n uidelicet tale peccatũ inuenitur sine mortali, per accidens aũt (. s. pp coniunctionem cũ mortali) tũc punitur in inferno pœna æterna, ut patebit ad tertiũ, & hẽt de hoc D.S. in de Malo mate. 7. ar. 10. ex intentione, & ergo hmõi pctis debet pœna tpalis, ex propria rõne peccati uenialis; sed tn rõne status, & indelebilitatis, ꝓ accidẽs puniunt æternaliter &c. Patet ex hac cõclusione, & hoc articulo, ꝙ non est mens. D.S. ꝙ ueniali ꝓ se debeatur pœna æterna, ut patet intuenti, quia dicit conclusio, ꝙ huiusmodi peccatis. s. uenialibus debet pœna tpalis. Quare rõnes Scoti in quarto di. 21. q. 1. contra hoc arguentes, non arguunt contra mentem. D.S. immo eã probant; sed argumẽtum eius quo arguit, quòd nec per accidens ueniali competat æterna. Hoc D. S. soluit in de Malo, vt patebit ad tertium.

An culpa dimittatur post hãc vitam.

¶ Circa argumentum in contrarium, quod est, ꝓ cõclusione tn. ¶ Nota ꝙ tangit quoddam antiquũ dubium, quod fuit añ tẽpora sancti Tho. motum. Voluerunt enim aliq, ꝙ nulla culpa, etiã uenialis remittat in purgatorio post hãc uitam, sed solum in via, ita ꝙ non est possibile, ꝙ aliqs discedat cũ ueniali sine mortali. Et isti glossauerunt illam auctoritatẽ beati Greg. in hoc argumẽto adductã; quia quædam leuiores culpæ post hanc uitam remittuntur quo ad pœnam; sed non quo ad culpã. Nam ẽt fm D.S. in de Malo, mate. 7. ar. 12 ad quartum, nõ oportet, ꝙ dimissis venialibus quo ad culpã, dimittant quo ad reatum, & ar. 10. ad sextum. Peccatum postquàm transit actu põt manere reatu, quem non tollit quælibet mutatio uoluntatis, sed solũ illa quam charitas operatur. Hæc ille. Sed hanc opinionem D.S. ostendit friuolam in se, & sua causa, in quarto di. 21. q. 1. ar. 3. quæstiun. 1. in cor. & magister in textu eiusdem dist quia dictis sanctorum, & Euangelij aduersatur, q̃ non pñt exponi de remissione uenialiũ, q̃cũ ad pœnã, ut magister ibidẽ oñdit, qa sic tã leuia, q̃ grauia in futuro dimittũtur. Similiter fundamentum falsum est, ꝙ aliquis non possit discedere cum ueniali, & ꝙ in purgatorio non possit expiari quo ad culpam. De quibus uide ad longum in Capreolo in 4. dist. 21. circa primam conclusionem. ¶ Sed de modo abolendi culpam uenialis in purgatorio fluctuat Scotus in eadem dist. quarti. Vnde post alia dicit. Si neuter istorum modorum placet, nec primus (. s. ꝙ idẽ est ueniale remitti, & pœnam solui debitam illi) nec secundus (scilicet ꝙ per merita in uita habita, & reseruata in Diuina acceptatione deleantur in instanti mortis) quæratur alius, quem est difficile inuenire. Nam motum aliquem bonum per quem tanquàm p dispositionem, uel meritum de congruo, uel condigno deleatur ve male ponere in anima post mortem, non uidetur doctrinæ theologiæ consonum, quę ponit statum illum ab istis immunem. Hęc ille. Fecit enim Scotus hic, ut multi faciũt, qui nouerunt alios carpere; sed quæstionem non possunt soluere.

¶ Sed hanc difficultatem quam Scotus in tertio modo dicendi inducit, soluit D.S. in de Malo mate. 7. ar. 11. in cor. & ad secundũ; quia uenialia remittuntur post hanc uitam, etiam quãtum ad culpam eo modo, quo remittuntur in hac uita, scilicet per actũ charitatis in Deum repugnantem uenialibus in hac uita commissis, quia tamen post hanc uitam non est status merendi, ille quidem dilectionis motus tollit in eis impedimentum uenialis culpæ, non tamen meretur absolutionem, vel diminutionem pœnæ; sicut in hac vita.

Scotus non uidit fideliter. D. S.

¶ Et ad secundum, in futurã uita, non est aliqua essentialis immutatio uoluntatis, scilicet quantum ad finem, vel quantum ad charitatem, uel gratiam, potest tamen esse aliqua accidentalis immutatio per remotionem impedimẽtorum. Hæc ille, uide ibidem argumẽtum sextum, & eius solutionem, & habebis; quia nõ sunt eiusdem rationis, nec idem est mereri, præmium essentiale, & accidentale, & consequi remissionẽ peccatorum uenialium; qa meritum gloriæ essentialis, vel accidentalis pertinet per se ad profectum spiritualem, nõ autem remissio peccati uenialis, etiam quo ad culpam. Ex quibus patet, ꝙ ad delectionem uenialis in purgatorio, sufficit actus charitatis in Deum, detestatiuus peccatorum venialium in hac uita commissorum, & tamen talis actus non est satisfactorius; sed solùm quietatorius a culpa, nec est uniuocè cõtritio, cum actu contritionis huius uitæ; nec est meritorius præmij essentialis, uel accidentalis. Quare ille tertius modus quem Scotus refert non dicit motum talem in purgatorio esse meritum condigni, uel congrui. Quare Scotus non uidit fideliter quid Doctor Sanctus circa hoc uoluerit, nec aliquid dixit

theologiæ diſſonũ, cũ ut dictũ eſt, nõ ponat in alia uita motum aliquo modo meritorium. Vnde ſi D.S. inuenit quandoq; in ſcriptis ſententiarum (quæ potiſſimè uidit Scotus, diſputata verò nõ uidetur ita vidiſſe) dixiſſe, ꝙ in purgatorio poſſit eſſe actus meritorius præmij accidentalis, accepit meritum æquiuocè, & impropriè, pro quacunque diſpoſitione remouente impedimentum gloriæ; in de malo autem vbi iam accepit meritum propriè. ſ. ꝙ profectu, vel augmento, vel diſpoſitione cauſante augmentũ gratiæ, vel gloriæ. Vnde non eſt in alia vita meritum, ſicut cõmuniter loquuntur theologi, nec hoc ſequitur ex poſitione. D.S. &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd peccata nõ differunt in infinitum ex parte conuerſionis ad bonum cõmutabile, in qua conſiſtit ſubſtantia actus, differunt autẽ in infinitum ex parte auerſionis; nam quædam peccata committuntur per auerſionem ab ultimo fine, quædam verò per inordinationem circa ea quæ ſunt ad finem; finis autem vltimus ab his, quæ ſunt ad finem, in infinitum differt.

An pœna mortalis, & uenialis ſit comparabiles.

¶Circa hoc argumentum nota vnum, quod deſeruit pro ſolutione eius, & ẽt tertij, & intellectum cuiuſdam argumẽti, qđ Scotus arguit, quòd ueniali non debeatur pœna æterna.

¶Nota inquam, ꝙ pœna damni, quæ debetur mortali ratione auerſionis, eſt improportionabilis pœnæ uenialis, cuius damnum videtur aliqua retardatio a beatitudine, & diminutio actualis feruoris charitatis, retardatio autem, & perpetua excluſio non uidentur comparabiles. Loquendo autem de pœna ſenſus, hoc eſt dupliciter, vel de pœna ſenſus per ſe debita utriq; quo ad acerbitatem; & ſic pœnæ iſtę non ſunt incomparabiles, vt bene probat argumẽtũ Scoti ubi ſupra; quia utraque eſt finita, & eiuſdem rationis, & per idem afflictum, & per conſequens comparabiles; quia omne finitum cuilibet finito eiuſdem ordinis æquari, & proportionari poteſt. Si autem loquamur de pœna ſenſus ſecũdùm durationem, tunc per ſe loquendo non ſunt comparabiles, quia illa æterna, illa temporalis. Sed per accidens tunc ſunt cõparabiles; quia una per ſe perpetua, altera perpetua per accidens. Vnde eſt differentia ſola iſto modo in modo habẽdi perpetuitatem; quia una per ſe alia per accidẽs. Sed ut dictum eſt, ſi loquamur de pœna ſenſus debita mortali per ſe, & ueniali per ſe ſecundũ acerbitatem, tunc quidem mortali debetur multò maior pœna, quàm veniali; ſed non improportionabiliter, immo poſſunt multiplicari tot venialia, vt puniantur æquali pœna ſenſus cum uno mortali, & hæc fundata ſunt in D.S. infra q.88. art.4. Et in de malo. q.7.

Capreolus. ar.10. De hoc etiam Capreolus in 2. diſt.5. ad 7. vbi dicit inter cætera. Ex quo patet, quòd ſecũdùm eum (ſcilicet Doct. Sanct.) probabile eſt, quòd pœna ignis debita pro peccato veniali ſit proportionabilis pœnæ debitæ mortali. Igitur vna finitè, & in certa proportione excedit aliam, poſſent ergo committi tot venialia, quòd pœna ignis eis debita intẽſior eſſet pœna debita ꝙ aliquo leui mortali, licet non æquaretur ei in duratione, immo in infinitum excederetur ab ea, ſicut temporale ab æterno, vel perpetuo. Hęc ille, & intellige illud ultimum de non æquatione in duratione, de duratione per ſe debita, ſecus de duratione per accidens conuenienti veniali; quia & iſta poteſt eſſe perpetua.

¶ Circa hoc tamẽ eſt dubium quomodo fiat, quòd per idem afflictiuum vnus grauius, alius leuius puniatur pœna ſenſus; de hoc

Scotus. Scotus in fine quarti, ubi dicit. Sed erit ne iſta inæqualis immutatio, uel quia ignis eſt inæqualis, vel quia corpora inæqualiter immutantur ab eis. Dico quòd ſi illa corpora damnata erũt ſine motu locali, ita quòd non mouebuntur de loco ad locum, tunc afflictiua erunt inæqualia, & hoc eſt rationabilius, quàm ſint equalia, quia ſic ſunt pauciora miracula in damnatione eorum. Si enim eſt afflictiuum æquale, & tamen unus minus, & alius magis punietur, erit ibi perpetuum miraculum. Si aũt ſunt mobiles, & trãſferantur de loco ad locum, tunc poſſunt transferri de uno afflictiuo in uno gradu ad aliud afflictiuum in alio gradu, ſecundùm illud Iob. Tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimium.

¶ Vel ſi erit æquale poteſt dici, quòd eſt eis intrinſecum afflictiuum eorum, vel perpetuò contiguatium; ſicut concederet modo de dæmonibus, & ad hoc videtur eſſe Auguſt. 21. de ciuit. Dei. Non eſt negandum &c. Licet ignis æqualiter ardeat, non tamen æquali moleſtia cruciat. Hæc ille. Sed non memini ne uidiſſe in Doct. Sanct. quid determinatè ſuper hoc ſentiat, niſi ꝙ in 1. parte q.10. arti.3. ad ſecundum, ponit in pœnis damnatorum in inferno tranſmutationem, ſed de hoc alias, iam dicitur ad argumentum. Maior videtur vera iuxta ſenſum ſæpe dictum.

¶Ad minorem, conceditur quòd pœna ſenſus æterna differt a temporali in infinitum ſecundùm durationem, eſto non ſecundũ acerbitatem, vel intenſionem. Vltra ad ſubſumptam, nullum peccatum differt ab alio in infinitum ex parte conuerſionis. Verum, cui conuerſioni debetur pœna ſenſus, & proportionatur ſibi ſecũdùm acerbitatem. Dico autem, quòd vnum peccatũ differt ab alio in infinitum ex parte inordinationis, & auerſionis; quia id quod eſt ad finem, & finis ultimus in infinitum diſtant. Ad probationẽ dico, quòd probat, quòd peccatum ſit finitum ex parte actus, qui eſt conuerſio ad bonum commutabile, vt patuit arti.4. Ad conſequens, negatur; quia datur aliquod peccatũ, quod non inducit reatum ęternum, ex parte auerſionis; ſed habet inordinationem reparabilem per quam demeretur ſolùm temporalem pœnam. Aliud autem habet auerſionem irreparabilem, quare non eſt par ratio. differunt igitur ex parte durationis pœnæ; ſed cum hoc ſtat, quòd ſint proportionabilia in pœna ſecundũ acerbitatẽ, ut patuit &c.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd peccato originali, non debetur pœna æterna ratione ſuæ grauitatis; ſed ratione conditionis ſubiecti, ſcilicet hominis, qui ſine gratia inuenitur, per quam ſola fit remiſſio pœnæ. Et ſimiliter dicendum eſt ad tertium, de veniali peccato; æternitas enim pœnæ non reſpondet quantitati culpæ, ſed irremiſſibilitati ipſius, vt dictum eſt. * *Art.4. in quæſt.

¶Dicendum ad primam partem maioris, quòd originale eſt quidem minimum, in quantum habet minimum de uolitario, vt patuit. q.82. ar.1. Tamen dico, quòd originale peccatum non compatitur gratiam, & tamen per ſolam gratiam dimittitur. Ad ſecundã partem, cõcedo quòd pœna originalis ſolius eſt mitiſſima, ad ſenſum quem Doct. Sanct. habet de malo. q. 5. arti. 1. ad tertium, quia eſt mitiſſima per comparationem ad eum qui punitur, in quãtum viſio Diuinæ eſſentiæ eſt quoddam bonum omnino ſupernaturale, & nullo modo debitum talibus pueris. Ad minorem concedit, quòd originali debetur perpetua pœna damni, non quidem ratione grauitatis; ſed ratione indebilitatis poſt hãc uitam, quia ad deletionem eius requiritur gratia baptiſmalis, quam poſt hanc vitam non poſſunt tales conſequi; vnde perpetuò excluduntur a viſione Dei. Negatur autem conſequentia; quia dantur alia omnino remiſſibilia, & in hac uita, & poſt hanc uitam, & cum hoc nõ auertentia ab vltimo fine, quæ & cum gratia ſtare poſſunt, & igitur talibus non debetur pœna æterna.

¶Ad tertium, nota quòd hoc argumentum eſt virtualiter Scoti in ſecundo diſtin. 21. Dicendum ergo ad maiorem, peccato nõ debetur maior pœna ex hoc, quòd alteri peccato adiũgitur. Dico ꝙ non debetur maior ratione grauitatis peccati, & maior pœna ſecũdùm intenſionem; poteſt tamen ſibi maior debẽri extenſiuè ſecundùm durationem, ex hoc, quòd alteri adiungitur, & ratio eſt, quia ex alio peccato, ſcilicet mortali conſequitur aliquam indelebilitatem. Peccatum autem quandiu non deletur quo ad culpam, tamdiu durat eius pœna in alia uita. Dico ad probationem maioris, quòd vtrũque habet taxatam pœnam quo ad durationem per ſe, ita ſi veniale inuenitur per ſe, debetur ſibi temporalis, mortali verò æterna; ſed tamen per accidens poteſt, & veniali cõpetere æterna. Ad minorem, concedo ipſam, ꝙ veniali debetur pœna æterna, ſi cum mortali inuenitur in aliquo damnato, non de per ſe, nec ratione proprię grauitatis, nec grauitatis ab alio tractę, ſed ratione indelebilitatis. Veniale enim nõ poteſt deleri, nec quo ad culpam nec quo ad reatũ (vt patet in D.S. in 4. diſt. 21. q. 1. ar. 2. queſtiũ. 3.) expiari, niſi uel per motum voluntatis charitate informatum, vel perpeſſionem pœnæ in ſtatu gratiæ, extra quem ſunt damnati.

¶Vnde dico extenſius ad illam minorem, quòd veniale cũ non ſit contra veritatem non meretur pœnam æternam ex ſpecie peccati, nec ex parte inhęrentiæ ad ſubiectum per ſe loquendo; quia non priuat gratiam; ſed per accidẽs fit irremiſſibile peccato mortali coniunctũ, inquantum eſt in ſubiecto priuato gratia, & ſic ꝙ accidens punitur pœna æterna, & hæc ſunt verba Doct. Sanct. in de malo, ſupra in fine cor. Vltra ergo peccato veniali ſimpliciter debetur pœna æterna. Negatur iſta conſequentia; quia non ſequitur, debetur ſibi per accidens modo dicto, igitur ſimpliciter, & ſecundũ ſe Quare & vlterior conſequentia negatur.

Scotus ad-uertatur di ctis.

¶Nota, ꝙ circa conceſſam minorem Scotus. D.S. hic, & vbique de iſta materia loquenti aduerſat, & dicit ſe non intelligere quomodo veniali debeatur pœna æterna per accidens, quia coniungit mortali; quia Deus ſemper punit citra condignum, & ẽto, ꝙ ſimpliciter ſm rigorem puniret ad condignum, omnino iniuſtũ eſſet, pœnam æternam infligere pro illo, cui ſecundùm ſe debet pœna temporalis. Quantumcumque enim coniungitur alteri hoc nõ facit iſtud in infinitũ exire iſtud genus culpæ; ergo nec iuſtè corrñdet ſibi pœna in infinitũ excedẽs. Hęc ille; & poſtea nititur dictũ ſuum colorare, ꝙ in inferno puniatur tpaliter, & aſſumit, qđ pœnitus negamus, videlicet, verè pœnitens primò partem pœnitentiæ im poſitæ explens, & añ totam expletam recidiuans in mortale, & in illo mortali decedens, pro parte pœnitent æ reſidua expleda ſoluet pœnã in inferno, & nõ niſi tpalem. Hoc inquam negamus, & dicimus, ꝙ redit reatus pœnæ æternæ, quæ nõ niſi ſub conditione dimiſſa fuit, ſcilicet ſi ſatisfaceret in gratia, vt ad longum videre potes in Capreolo in quarto diſtin. 15. q.3. in ſolutionibus cõtra ſecundam & tertiam concluſiones &c. Argumentũ aũt Scoti ꝙ ce dit ſecundùm non cauſam, vt cãm, quando arguit veniale in inferno non puniri æternaliter, quia vt patuit hoc non eſt ratione grauitatis, de qua arguit, ſed ratione indelebilitatis quã ſidelibilitatẽ ex culpa ſua mortalis peccator ſcurrit. Nimirũ ergo ſi ſine detrimento

Ni reatus pœnę temporalis, qui niſi facta ſatisfactione dimiſſus nõ fuit, redit propter recidiuum factũ in reatum pœnæ æternæ.

trimento iuſtitiæ poſſit ſemper puniri, vt habet D. S. in quarto.

¶Ad aliud quod arguit, quia Deus ſemper punit citra condignum. Ad hoc reſpondet D. Sanc. de Malo. Materia 7. ar. 10. ad 7. & ad ſecundum, vbi arguit ſatis formaliter argumentum Scoti, & dicit, quòd pœna peccati venialis, etiam cum in inferno punitur mitigatur quantum ad acerbitatem, quamuis grauius puniatur quàm ab homine puniretur; quia habet maiorem grauitatem, ſecũdum quòd comparatur ad Deum, prout punitur a Deo, quàm ſecundum, quòd comparatur ad hominem, prout punitur ab homine Hæc ille Et antea ad ſecundum quod eſt tale. Sicut dicitur Deuteronomij 25. pro menſura delicti erit plagarum modus, ſed peccatum veniale non fit maius ex eo quòd coniungitur mortali: ergo non punitur maiori pœna. Sed quando eſt ſine mortali in habente charitatem, non punitur pœna æterna: ergo nec mortali adiunctum, pœna æterna punietur Ecce argumentum.

¶Sequitur reſponſio. Dicendum inquit quòd acerbitas pœnæ directè reſpondet quantitati peccati, ſed æternitas pœnæ reſpondet indelibilitati illius, quæ quidem aliquando conuenit veniali peccato per accidens. Et ad quintum non propter maioritatem culpę ipſius venialis, peccatum veniale coniunctum mortali diutius punitur, ſed propter indelibilitatem quæ prouenit ex adiuncto. Hæc ille. Ex quibus patent ſolutiones argumentorum Scoti, & ea quæ dicta ſunt, &c.

Vtrũ reatus pœnæ poſſit remanere poſt peccatum.

F 2.di.42.q.1. arti.2. Et 4. diſt.14.q.2. ar.3.q.2.ad 1. Et Ve.q. 21. artic.2. ad 2.

AD ſextum ſic proceditur. Videtur quòd reatus pœnæ non remaneat poſt peccatum. Remota enim cã remouetur effectus; ſed peccatum eſt cauſa reatus pœnæ; ergo remoto peccato ceſſat reatus pœnæ.

¶ 2 Præt. Peccatum remouetur per hoc, quòd homo ad virtutem redit; ſed virtuoſo non debetur pœna; ſed magis præmium; ergo remoto peccato non remanet reatus pœnæ.

Ariſt.c.3. ¶ 3 Præt. Pœnæ ſunt medicinæ, vt dicit in 2. Ethi. ſed poſtquàm aliquis iam eſt ab infirmitate curatus nõ adhibetur ſibi medicina; ergo remoto peccato, non remanet debitum pœnæ.

¶Sed contra eſt, quod dicitur 2. Regum 12. quod Dauid dixit ad Natham Peccaui domino, dixitque Nathan ad Dauid. Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum, non morieris, veruntamen quia blaſphemare feciſti inimicos nomen domini, filius qui natus eſt tibi morte morietur; punitur ergo aliquis a Deo etiã poſtquam ei peccatum dimittitur, & ſic reatus pœnæ æternæ remanet peccato remoto.

Quis reatus remaneat poſt dimiſſam maculam.

¶Ad quem non redit, niſi per quandam recompenſationem pœnæ, quæ ad æqualitatem iuſtitiæ reducit; vt ſcilicet qui plus voluntati ſuæ indulſit, quàm debuit contra mandatum Dei agens ſecundum ordinem Diuinæ iuſtitiæ, aliquid contra illud quod vellet ſimpliciter, ſpontaneus vel inuitus patiatur; quod etiã in iniurijs hominibus factis obſeruatur, vt per recompẽſationẽ pœnæ reintegret æqualitas iuſtitiæ; vnde patet ꝙ ceſſante actu peccati vel iniuriæ illatæ, adhuc remanet debitũ pœnæ.

¶Hic determinat quoddam dubium circa dicta, an reatus maneat trãſeunte culpa, ita quòd culpa ſit quidem cauſa reatus in fieri ſed non in facto eſſe, ſicut, & de macula quæſitum fuit. q. præce. ar. 2. vel an tranſeunte peccato tranſeat & reatus. Quærit autem hoc de reatu in communi, & inquantum reatus eſt effectus conſequens peccatum. In tertia vero parte. q. 86. ar. 4. quærit de reatu vt eſt quoddam abolendum per pœnitentiam, & ibidem tractat de reatu magis in ſpeciali, quàm in hoc arti. quare nulla eſt nugatio, eſt enim aliud intentum, & alius tractandi modus, &c.

¶Circa hunc articulum, & dicenda, nota primò, quòd aliquem offendens facit contra amicitiam eius, & quandoque etiam contra æqualitatem iuſtitiæ; poteſt tamen fieri quòd hæc duo abinuicem diuidantur, ita quòd offendat, & non faciat contra iuſtitiam, quare ſicut hæc duo diuiduntur aliquando in offenſa, ita etiam in recompenſatione ſeparantur; ſicut quando alicui per violentiã offendenti pœna infertur, tunc fit quidem recompenſatio quantum ad iuſtitiam quia punitur pro damno illato, ſed non reſtituitur amicitia, ſicut communiter ſit nunc apud homines contendentes apud iudicem. Similiter quando offendens placat quandoque offenſum, & recuperat amicitiam eius nondum reſtituta re ablata, vel non recompenſato damno. Sic peccator mortalis peccando violauit Dei amicitiam per malum affectum, & cum hoc per inobedientiam Deo ſubtraxit debitum honorem & propriæ voluntati cõtra diuinum præceptum indulſit, ideo per primum incurrit offenſam, & per ſecundum reatum pœnæ. Quare in via recompenſationis poterit per pœnitentiam recuperare amicitiam Dei, deteſtando peccata prętérita, & proponendo emendationem de futuro. Et tamen hac amicitia recuperata poteſt adhuc non recompenſaſſe damnum, quod Deo intulit, & non eſſe paſſus propter hoc, ꝙ ſe inordinatè delectauit, ideo peccato dimiſſo quo ad culpam, & offenſam ac maculam, poteſt remanere adhuc aliquis reatus alicuius pœnæ.

¶Nota ſecundò, ad videndum quis reatus maneat poſt dimiſſam maculã atq; Dei offenſam (Nota inquam) iuxta ſupra dicta, ꝙ peccatum ex parte auerſionis conſequitur peccatum mortale,

¶Probat minorem suppositam sic, non fit reditus ad ordinem Diuinæ iustitiæ, nisi per quandam recompensationem pœnæ, quę ad æqualitatem iustitiæ reducitur; vt s. qui plus voluntati suæ indulsit, quàm debuit contra mandatum Dei agens; secundũ ordinem Diuinæ iustitiæ aliquid contra id qđ simpliciter vellet spontaneus, vel inuitus patiatur; (suppletur) sed cessante actu, nõdum facta est ista recompensatio de qua loquimur in maiori nunc assumpta; igitur cessante actu peccati &c. Maior proxima patet ẽt apud homines; quia idem obseruatur in iniurijs hominibus factis, vt per recompensationem pœnæ, reintegretur æqualitas iustitiæ; igitur maior vera. Minor proxima de se nota est.

¶Nota autem, quòd ex illa probatione videtur solũ haberi, ꝙ transeunte actu peccati, remaneat ordo iustitiæ Diuinæ peruersus, quia non recompensatus per pœnam, qui recompensetur lata pœna etiam inuito patiente. Sed ex hoc nõ habetur, ꝙ si inuitus pœnam patiatur, quòd recuperet amicitiam Dei. Sed quia D.S. vult ostendere solũ ꝙ cessante actu peccati remaneat reatus, sufficit sibi ostendere de reatu qui competit peccato rõne cõuersionis. Illi enim debetur pœna, vt recompensetur æqualitas dicta. Verũ tñ est, ꝙ illa pœna in iudicio Dei nõ cessat, nisi prius dimisso alio reatu, qui debetur rõne auersionis; vnde D.S. in hac probatione solũ uidetur loqui de reatu, qui competit peccato ratione conuersionis, & hoc sufficit sibi ad propositum ostẽdendum &c. Sed tertia par. q.86. art.4. loquitur de utroque reatu expresse, vt tactũ fuit in secundo notabili; prius oportet remitti reatum, qui est ex offensa Dei, & sequitur auersionẽ, q̃ dimittat reatus pœnæ, qui ꝓuenit ex hoc, ꝙ voluntas sibi indulsit contra mandatũ Dei &c.

¶ Sed si loquamur de ablatione peccati quantum ad maculam, sic manifestum est, quòd macula peccati ab anima auferri non potest, nisi per hoc, quòd anima Deo coniungitur, per cuius distantiam detrimentum proprij nitoris incurrebat, quod est macula, vt supra dictũ est.* Coniungitur autem Deo homo per voluntatem; vnde macula peccati ab homine tolli non potest, nisi voluntas hominis ordinem Diuinæ iustitiæ acceptet, vt scilicet vel ipse sibi pœnam spontaneus assumat in recompensationem culpæ præteritę, uel etiam a Deo illatam patiẽter sustineat, vtroque enim modo pœna rationem satisfactionis habet.

*q.86.ar.1.

¶Hic consequenter procedit ad secundam conclusionẽ responsiuam, & primò præmittit quandam conclusionem præambulatẽ pro probatione secundæ conclusionis respon. secundò ipsam conclusionem respon. secundam cum sua probatione subiungit, ibi. Pœna autem &c. Conclusio ergo præambularis est, macula peccati ab homine tolli non potest, nisi uoluntas hominis ordinẽ Diuinæ iustitiæ acceptet, vt s. uel ipse sibi pœnam spontaneus assumat in recompensationem culpæ præteritę, uel etiam a Deo illatam patiẽter sustineat, ita quòd pœna utroque modo rationem satisfactionis habeat.

¶Nota aũt, ꝙ prius dictum fuit, quòd aliqs possit redire in ordinem iustitiæ Diuinæ, etiam si pœnã inuitus patiatur, & hoc est verum de ordine iustitiæ uindicatiuę; sicut patet de damnatis, qui sunt in tali ordine absque expiatione reatus, vel culpæ. Sed nũc Doct. Sanct. dicit ꝙ macula tollitur, quia spontaneus assumit, vel patitur. Et per hoc redit ad ordinem Diuinæ misericordiæ, quæ est laxatiua peccati, quo etiam ad maculam, & remittit reatũ pœnæ æternæ. Et ita habetur, quòd uoluntas redit ad Deum mediante recuperatione gratiæ; quia se uoluntarie Deo subdit, & p hoc tollitur macula, & tamen adhuc vult sustinere pœnam temporalẽ. Probatur igitur conclusio, macula peccati ab anima auferri non potest, nisi per hoc, quòd anima Deo coniungitur, per cuius distãtiam detrimentum proprij nitoris incurrebat, quod est macula; sed anima coniungitur Deo per voluntatem; igitur sequitur conclusio. Minor relinquitur nota, quia non est hominis coniunctio ad Deum localis, sed affectionalis &c. Maior patuit. q.86. Quod autem talis pœna uoluntariè assumpta sit satisfactoria de se notum est; quia satisfactio est assumptio pœnæ voluntaria pro expiatione peccati. Deinde ibi.

¶ Pœna autem satisfactoria diminuit aliquid de ratione pœnæ. Est enim de ratione pœnæ, quòd sit contra voluntatem, pœna autem satisfactoria, & si secundùm absolutam considerationem sit contra voluntatem, non tamen vt nunc, & per hoc est voluntaria; vnde simpliciter est voluntaria, secundùm quid autem inuoluntaria; sicut patet ex his, quæ supra* de voluntario, & inuoluntario dicta sunt. Dicendum est ergo quòd remota macula culpę potest[d] quidẽ remanere reatus non pœnæ simpliciter; sed satisfactorię.

*q.6.ar.6.

D.831.

¶Ponit & probat conclusionem respon. secundã. Cessante pctõ quo ad maculam, & remota macula culpæ, põt remanere quidem reatus non pœnæ simpliciter, sed satisfactoriæ. (Et nota, quòd innuit, quod dictum est circa primam conclusionem respon. qa cessante actu culpæ tm̃, manet reatus simpliciter, & pœnæ æternę) probatur conclusio, assumendo fundamentalem pro maiori breuiando ipsam; macula peccati nõ tollitur, nisi uoluntas sumat pœnam satisfactoriam; sed pœna satisfactoria diminuit aliquid de ratione pœnæ, ita quòd non est pœna simpliciter, sed secundũ qd; igitur conclusio vera, ꝙ cessante macula, adhuc remanet &c. Maior patuit, minor probatur, de ratione pœnæ (.l. simpliciter) est, ꝙ sit contra voluntatem; sed pœna satisfactoria, & si secũdùm absolutam consideationem sit contra uoluntatem, nõ tñ vt nũc, & per hoc est uoluntaria simpliciter; quare est simpliciter uoluntaria, secundũ quid aũt inuoluntaria; igitur minor vera. Maior prima relinquitur nota ex rõne pœnæ. Minor simpliciter pro prima parte relinquitur nota; quia qui patitur pro peccatis nõ uellet patí absolutę, sed tñ ut satisfaciat vult pati. Secũda pars minoris, ꝙ per hoc sit uoluntaria simpliciter, & inuoluntaria secundũ quid, patet ex supra dictis: q.6. ar.6. de voluntario, & inuoluntario; quia istud quod est volitum pro hic, & nunc secundùm quod agit, est voluntarium simpliciter dicendum, & tñ quia non esset uolitum absolutè, & s̃m considerationẽ rõnis, dr̃ inuolũtariũ s̃m qd, sicut patet de ꝓiectione merciũ in mare &c. Et per hoc patet articulus.

ARGVMENTVM in contrarium. Pro secunda conclusione respon. est. Circa hoc argumentum nota, quòd post recuperationem gratiæ, & dimissa offensa, adhuc debetur pœna temporalis propter tria. Primò quidem, vt tactum fuit propter ordinem iustitiæ Diuinę. Secundò propter sanationem virium animæ, q̃tũ ad reliquias peccatorum præcedentium. Tertiò propter remouendum scandalum aliorum, ut ędificentur in pœna, qui scandalizati fuerunt in culpa. Et de tali pœna prę̃sertim loquitur argumẽtum in contrarium; quia Dauid fuerat homicida, cui dimissa culpa, & pœna æterna, Deus iniunxit pœnam temporalem, & eum puniuit in puero; quia fecerat blasphemari nomen domini. Nam alij dicebant, quòd Deus iniustè egisset eligendo Dauid, & reprobando Saul, quia Dauid esset homicida &c. ideo etiam, vt alij ædificarentur, uidentes quia Deus interficeret prolem ex adultcrio natam.

¶Ad primum ergo dicẽdum, quòd sicut cessante actu peccati remanet macula, vt supra dictum est;* ita etiam potest remanere reatus; cessante verò macula non remanet reatus secundùm eandem rationem, vt dictũ est.* —

*q.86.ar.1.

*In corp.

¶Dicendum ad maiorem, remota causa in esse, & conseruari remouetur effectus. Secundò remota causa remota, & immediata, remouetur effectus. Ad minorem peccatum est causa reatus pœnæ, dico quòd peccatum quo ad actum, est causa in fieri, & remota, & non in conseruari; sed peccatũ quo ad maculã est cã ineſſe & conseruari, & ꝓpinqua ipsius reatus; ergo remoto peccato quo ad actum, negatur, sed remoto peccato quo ad actum, & maculã, non manet reatus eiusdem rationis, sicut fuit cum macula; qa est macula est reatus pœnæ simpliciter, & æternæ; sed post abstersam maculam, est reatus s̃m quid satisfactoriæ, & temporalis, sicut & sup. dictum fuit q.86. art.2: ꝙ transeunte peccato manet macula, qa peccatum est cã eius in fieri, & non in esse, & talis macula est immediatum fundamentum reatus æterni. Vide D.S. in 2. dist.42. q.1. ar.2. vnde ad primum. Cã proxima reatus est ipse defectus per actum peccati inductus. Actus verò est cã remota &c. Itẽ D.S. in 3. par. ubi habet materiam istius articuli. q.86. ar.4. & idem argumẽtum, & soluit ex alio fundamento; quia vult, ꝙ transeunte culpa quo ad auersionem, & conuersionem cesset reatus. Auersio autem cessat per hoc, quòd mens Deo cõiungitur per gratiam, & sic cessat reatus pœnæ ęternæ. Conuersio autem ad bonum creatum cessat, quando homo pęnitet, & satisfacit pro inordinata conuersione, & tunc cessat etiam reatus pœnæ temporalis &c.

Remota macula ꝙ reatus maneat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd virtuoso non debetur pœna simpliciter, potest tamen sibi debere pœna vt satisfactoria, quia hoc ipsum ad virtutem pertinet, vt satisfaciat pro his in quibus offendit, vel Deum, vel hominem.

¶Dicendum ad maiorem, peccatum remittitur per hoc, ꝙ homo ad uirtutem reducitur, conceditur. Sed dico, ꝙ nõ semper est perfecta uirtus, & secundò habita uirtute possunt stare reliquiæ præcedentium peccatorum, contra quas oportet adhiberi remedium, ne homo relabatur in peccata, & tertiò, habita uirtute adhuc non est restituta æqualitas, ꝓp inordinatam conuersionẽ ad bonum commutabile, quam æqualitatem requirit Diuina iustitia.

¶ Ad minorem, uirtuoso perfectè, qui nullum defectum patiẽ, concederetur. Sed dico, ꝙ uirtuoso, qui non satisfecit pro inęqualitate commissa, debetur pœna non exterminatoria, & simpliciter, tamen pœna secundùm quid satisfactoria; immo hoc requirit uirtus, ut homo velit recompensare damnum illatum, vel hominí, uel Deo. Vltra ergo remoto peccato quo ad actum, & maculã, non remanet reatus pœnæ simpliciter, & æternæ exterminatorię, remanet tamen reatus temporalis pœnæ satisfactoriæ &c.

¶Ad tertium.

¶ Ad tertium dicendum, quòd remota macula sanatum est vulnus peccati quantum ad voluntatem. Requiritur autem adhuc pœna ad sanationem aliarum virium animæ, quæ per peccatum præcedens deordinatę fuerunt, vt scilicet per contraria curẽtur. Requiritur etiã ad restituendum æqualitatem iustitiæ, & ad amouendũ scandalum aliorum, vt ędificentur in pœna, qui sunt scandalizati in culpa, vt patet ex exemplo de Dauid inducto.

In argum. sed contr.

¶Dicendum, maior patuit arti. tertio, ad secundum. Et concedo simpliciter, ꝙ pœna satisfactoria est medicinalis. Ad minorem, conceditur, quòd postquàm aliquis est totaliter ab infirmitate curatus, non indiget medicina præsertim curatiua. Dico autem circa hoc, quòd ille cui dimissum est peccatum quo ad maculã, esto sit curatus quo ad uoluntatem, non tamẽ est totaliter curatus quo ad alias vires, quæ adhuc debiles sunt, per reliquias priorum peccatorum. Sublato enim eo, quod est ex parte auersionis, remanet id quod se tenet ex parte cõuersionis. Ex cõuersione aũt cãtur aliqua dispositio, vel etiam habitus inordinatus in uiribus aĩæ, quæ manent in via corruptionis, etiã gratia recuperata. Quare & opera satisfactoria oportet implere contraria his dispositionibus, vt tollantur, ut habet Doct. Sanct. tertia par. ubi supra artic. 3. & in 4. sen. di. 14. q.2. ar.1. Et præterea, adhuc manet aliqua inæqualitas post ablationem maculæ. Et tertiò illa pœnitentia est præseruatiua, ne iterum in peccata recidiuet. Vnde quandoque minus peccãti iniungitur grauior satisfactio, nõ ut est ad soluendum debitũ, sed ut in remedium, & quasi in medicinam præseruatiuam, ut habet Doct. Sanct. in 4. distin. 20. quæst. 1. articu. 1. quæstiun. 1. Quare negatur consequentia, quòd non maneat debitum cuiuscunque pœnæ, sed non manet pœna correspondens vulneri, quod est per auersionem. ¶Nota autem, quòd ablata macula sanatum est vulnus peccati quantum ad uoluntatem, inquantum uoluntas adhæret vltimo fini bono; sed tamen non uidetur, quòd vulnera p peccata actualia in ipsam inducta, iuxta tertium ar.q.85. quæ sunt ꝓnitas ad malum, omnino statim sanentur, immo solùm per exercitium; sicut & vulnera, & reliquiæ in alijs potentijs; nam sicut in iustificatione perficitur uoluntas per charitatem ita aliæ potẽtiæ per morales infusas iuxta principia Doct. Sanct. Et tamen hoc nõ obstante, manent reliquiæ peccatorum in alijs potentijs animæ, ut habet Doct. Sanct. in de Virtutibus in communi. q.10. ad 14. Pari ratione, & in uoluntate, esto sanetur vulnus peccati mortalis, quo ad maculam, videtur tamen manere aliqua dispositio relicta ex peccatis, quæ non statim, sed cum tempore per exercitium totaliter abigitur. Vnde D.S. in quarto dist. 14. q.2. art.1. quæstiũ. 3. ad secundum dicit, quòd peccatum per actum potentiarum commissum est, & ideo in ipsis potentiis præter priuationem virtutũ, alij etiam defectus ex peccato causantur, sed non in essentia aĩæ præter defectum gratiæ; & ideo non oportet, quòd si per aduentũ gratiæ ad essentiam animæ, macula quæ nihil aliud erat, q̃ gratię priuatio tollitur, quòd etiam a potentijs omnes alij defectus tollantur. Hæc ille. Vbi patet, quòd in sola essentia ponit per peccata causari solam priuationem gratiæ. In potentijs autem præter hoc reliquias, & vulnera peccatorum, nec ab alijs potentijs excipit uoluntatem, quare & in ipsa causantur, & pari ratione nõ immediatè recuperata gratia, tolluntur. Intelligendus est igitur. D.S. quòd sanatur vulnus uoluntatis, quod erat per auersionẽ ab vltimo fine, sed non quod erat per conuersiones inordinatas inductum; uel fortè accipit voluntatem pro anima ipsa cuius vulnus, & macula deletur &c. Est magnum in hac re argumentum, qa iuxta supra dicta, cum in concupiscibili generatur intemperantia generatur in uoluntate incontinentia, quæ cum habitus sit, non statim recuperata gratia tollitur, ipsa autem dicitur, & est reliquiæ peccatorum ergo &c.

Vtrum omnis pœna inferatur pro aliquo peccato.

G. 3.q.14 ar.1. ad 3. Et 2.d. 30.q.1.ar.2 & di.36.ar. 4 Et 4.dist. 15.q.1.ar.4. qo.2. ad 3. Et 3 co ca. 141. Et Mal. q.4 articu.1. co.

AD septimum sic proceditur. Videtur quòd nõ omnis pœna sit propter aliquã culpam. Dicitur enim Io.9. de cæco nato. Neque hic peccauit neque parentes eius, vt nasceretur cæcus. Et similiter videmus, ꝙ multi pueri etiam baptizati graues pœnas patiuntur, vt putà febres, dæmonum oppressiones, & multa huiusmodi, cũ tamen in eis non sit peccatum postquàm sunt baptizati; & antequàm sint baptismati, nõ est in eis plus de peccato, quàm in alijs pueris, qui hæc non patiuntur; non ergo omnis pœna pro peccato est.

¶ 2 Præt. Eiusdem rationis esse videtur, quòd peccatores prosperentur, & quòd aliqui innocentes punian tur; vtrunque autem in rebus humanis frequenter inuenimus. Dicitur enim de iniquis in psal. In labore hominum non sunt, & cum hominibus, non flagellabuntur. Et Iob. 21. Impij viuunt, subleuati sunt confortatique diuitiis. Et Abacuch primo dicitur. Quare respicis contẽptores, & taces conculcante impio iustiorem se? non ergo omnis pœna infligitur pro culpa.

¶ 3 Præt. De Christo dicitur primæ pe. 2. quòd peccatum non fecit, nec inuentus est dõlus in ore eius, & tamen ibidem dicitur, quod passus est pro nobis; ergo non semper pœna a Deo dispensatur pro culpa.

¶ Sed contra est, quod dicitur Iob. 4. Quis vnquàm innocens perijt, aut quando recti deleti sunt? quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem flante Deo perijsse. Et Aug. dicit in primo retractationum, * quòd omnis pœna iusta est. & pro peccato aliquo impenditur.

*Aug. c.9.

¶Ista est secunda pars huius q̃stionis in qua D.S. ostendit quomodo contingat pœnam esse sine culpa, & circc hoc duo facit. Primò quærit de hoc generaliter, secundò specialiter inquiritur quomodo contingat aliquem puniri pro alio ar.8. &c.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut iam dictũ est,* pœna potest dupliciter considerari, simpliciter, & inquãtum satisfactoria.

*Ar. præc.

¶Doct. Sanct. respondet secundũ unam distinctionem trimembrem, cuius duo membra ponit in principio, aliud in sequẽtibus innuit. Vnde secundò ponit tres conclusiones responsiuas huic distinctioni correspondentes, primam ibi. Pœna quidẽ &c. secundam ibi. Si uerò loquamur &c. tertiã ibi. Sciendum tñ &c. Q. ãtũ ad distinctionem, quæ ẽt habita est art.6. Notandum, ꝙ pœna põt tripliciter accipi, põt enim primò accipi sub rõne pœnæ, & simpliciter, ut s. est mala & nociua, & contra uoluntatem, & ut nõ ordinatur ad bonum patientis; põt secundò accipi pœna, ut satisfactoria; põt tertiò accipi pœna, quæ vr̃ pœna, & tñ in ueritate non habet simpliciter rõnem pœnæ, sed medicinę, quia non infligitur vt noceat, & sit mala, immo ꝙ cedat in bonum patienti, & est solum detrimẽtum hominis, non in bonis principalibus, ut homo est (.i. in bonis spiritualibus, sed temporalibus) ordinatũ in ꝓfectũ spiritualiũ; sicut secundũ D.S. in 2. di. 36. ar. 4. per hoc, ꝙ iusti in aduersitatibus sunt, ad uirtutem, & eorum bonũ cedit, quia per hoc proficiunt; vñ non est eis simpliciter pœna ꝓpiuè inf̃tum hoſes, sunt, sed quasi pro ꝑmio redditur. Homo enim põt cõsiderari s̃m speciem, uel s̃m genus, & considerando s̃m speciem. .l. ut rõnalis est, bona sua principalia sunt uirtutes, & earum actus, sed secũdaria bona sua, sunt quæ ad opus uirtutis organicæ deseruiunt, ut sanitas corporis, & res exteriores, quæ non simpliciter sunt bona rationis; sed secundùm certam mensuram, prout. s. opus virtutis adiuuant; si autem consideretur secundùm rõnẽ gñis inf̃tũ animal viuũ, sic oĩa bona corporis ẽt exteriora sunt sibi bona, & q̃libet priuatio horum potest dici pœna, vel qñque magis pœnale.

¶Pœna quidem satisfactoria est quodammodo volũtaria; & quia contingit eos, qui differunt in reatu pœnę, esse unum secundùm voluntatem vnione amoris, inde est, quòd interdum aliquis, qui non peccauit, pœnam voluntarius pro alio portat.

¶Hic consequenter. D.S. ponit primam conclusionem responsiuam secundo membro prioris distinctionis correspondentem, videlicet de pœna, ut satisfactoria, vt est simpliciter uoluntaria, in uoluntaria autem secundũ quid, & est talis conclusio. Interdum aliquis qui non peccauit, pœnam uoluntarius pro alio portat. (Et hr̃ ex hoc conclusio formaliter responsiua negatiuè, ꝙ pœna satisfactoria non est sp̃ pp culpam propriam ipsius qui fert pœnã, esto non sit, nisi propter culpam alterius.) Probat eam primò ratione, secundò confirmat per simile, ibi. Sicut etiam &c. Ratione sic. Pœna satisfactoria est quodammodo uolũtaria, sed contingit eos qui differunt in reatu pœnæ esse unum secundũ uoluntatem unione amoris, igitur &c. Maior patuit art.6. & dicit quodammodo, non quia non magis sit uoluntaria, quàm inuoluntaria, sed qa non omnino uoluntaria; nam secundùm se, & considerationem rationis non est uoluntaria &c. Minor de se nota; quia contingit innocentem in aliquo peccato diligere eum, qui peccatum commisit, & sic propter amorem pro alio patitur, & satisfacit, ut patet de Christo. Deinde cum dicit.

¶Sicut etiam in rebus humanis videmus, quòd aliqs in se transfert alterius debitum.

¶Confirmat eandẽ conclusionem per similẽ; qa sic ẽt uidemus in rebus humanis, ꝙ aliquis in se transfert alterius debitũ, sic & in foro Dei põt aliquis pro alio satisfacere, & pœnã ꝓ alio uoluntariè pati. Vtrũ aũt expediat, ut unus ꝓ alterius peccatis satisfaciat, & an liceat. Vide Doct. Sanct. in 4. distin. 20. q. 1. articu. 2. q. 3. Nã quia satisfactio ordinatur non solùm ad solutionem debiti, sed ẽt est medicina pro peccato uitãdo inf̃tũ est remediũ peccati sequentis, per opera aũt pœnalia, q̃ aliusfert, alteri nullum remedium

dium contra peccatum præstatur, ideo non est permittendum, vt aliquis pro alio pœnitentiam faciat, nisi defectus aliquis appareat in pœnitente, vel corporalis per quem sit impotens ad sustinendum, vel spiritualis per quem non sit promptus ad portandum pœnam &c.

¶ Si verò loquamur de pœna simpliciter secundùm quòd habet rationem pœnæ, sic semper habet ordinem ad culpam propriam; sed quandoque quidem ad culpã actualem puta, quando aliquis, vel a Deo, vel ab homine pro peccato commisso punitur. quandoque verò ad culpam originalem, & hoc quidem, vel principaliter, vel cõsequenter. Principaliter quidem pœna originalis peccati est, quòd natura humana sibi relinquitur destituta auxilio originalis iustitiæ; sed ad hoc consequuntur omnes pœnalitates, quæ ex defectu naturæ in hominibus contingunt.

¶Hic adducit secundam conclusionem iuxta primũ membrũ. Si loquamur de pœna simpliciter, secundũ ꝙ pœnæ rationem hẽt, sic ſp habet ordinem ad culpam propriam, qñq; quidem actualẽ, qñque verò originalẽ, & hoc, vel principaliter, vel cõsequenter. i. vel est pœna originalis principalis, vel secundaria. Ittã conclusionem. D. S. relinquit notã ex propria rõne pœnæ, qa pœna, vt sic ſp habet esse pp culpã propriã; quia pœna nõ debet, nisi peccato; igitur si dẽt esse mala illi, debeꝫ peccato istius, vide 2.2.q 108.ar.4. in prin. corporis, igitur conclusio uera. D.S. aũt solũ explicat partes conclusionis; quia ad actualẽ culpã hẽt ordinẽ, qñ aliquis, vel a Deo, vel ab hoĩe punit pro pctõ cõmisso. Ad originalẽ aũt sequitur duplex pœna, vna quæ supra dicebat pœna taxata. s. destitutio naturæ, ab auxilio originalis iustitiæ (hoc est subtractio originalis iustitiæ) Alia est pœna concomitans. s. pœnalitates, quæ ex defectu naturæ in hominibus contingunt, vt infirmitates, anxietates mors &c. de quibus supra q. 85. ar. 5.

¶ Sciendum tamen est, quòd quandoque aliquid videtur esse pœnale, quod tamen non habet simpliciter rationem pœnæ. Pœna enim est species mali, vt in primo dictum est, * malum autem est priuatio boni; cum autẽ sint plura hominis bona, scilicet animæ, corporis, & exteriorum rerum, contingit interdum, quòd homo patiatur detrimentum in minori bono, vt augeatur in maiori; sicut cum patitur detrimentum pecuniæ propter sanitatem corporis, vel in vtroque horum propter salutẽ animæ, & propter gloriam Dei; & tunc tale detrimentũ non est simpliciter malum hominis, sed secũdùm quid; vnde non habet simpliciter rationem pœnæ, sed medicinæ. Nam & medici austeras potiones propinant infirmis, vt conferant sanitatem.

*1 p. q. 48. artic. 5.

¶Hic procedit ad tertiam conclusionem responsiuam talẽ, iuxta tertium membrum. Pœnæ quæ non habent simplicem rationẽ pœnæ, sed medicinæ, non reducuntur ad culpam; sicut ad cãm, nisi indirectè, & remotè reducuntur in originale, sicut in cãm. Ista cõclusio unum supponit, & duo dicit, ideo primò probat præsuppositum, secundò primum dictum cõclusionis, ibi. Et quia huiusmodi &c. tertiò secundum, nisi pro tanto &c. Suppositum ergo quod conclusio præsupponit est, ꝙ aliquæ pœnæ, & aliqua pœnalia. s. tem, oralia, & corporalia, non sunt simpliciter pœnæ, sed medicinæ; probatur sic, pœna simpliciter habet rõnem mali, & est spẽs mali; sed contingit interdũ, ꝙ homo patiatur detrimentũ in minori bono, vt augeatur in maiori, & tunc tale detrimentum non est simpliciter malum hoĩs, sed secundũ quid; igitꝫ suppositum verũ, ꝙ non habet simpliciter rõnem pœnæ. Maior nota ex 1. parte q. 48. ar. 5. Minor declaratur; quia malum est priuatio boni (. s. cuiuscunq;) sed sunt plura hominis bona. s. animæ, & corporis, quare sequitur minor, ꝙ possit pati malum unũ minus principale, vt potiatur maiori bono; & explicatur ista minor quasi exemplariter, sicut cum patitur detrimentum pecuniæ, propter sanitatẽ corporis, vel in utroq; horum pp salutem animæ, & pp gloriam Dei. Et confirmatur ista minor a simili. Nam & medici austeras potiones propinant infirmis, ut conferant sanitatem. Sic in proposito pœnalia inflicta sunt medicinalia, esto in se sint mala.

¶ Et quia huiusmodi non propriè habent rationem pœnæ, non reducuntur ad culpam, sicut ad causam.

¶Probat primum dictum conclusionis tertiæ. s. ꝙ non reducuntur ad culpam, præsertim. s. actualem (D. S. tãgit probationem sub breuibus) id quod non propriè habet rõnem pœnæ, nõ oportet, ꝙ directè reducatur in culpã (præcipuè propriã, & actualẽ) sed talia pœnalia non propriè hñt rõnẽ pœnæ, igitꝫ &c. patuisse patet ex dictis. ¶Et posset secundò argui extra literam; id quod ordinatur directè in bonum hominis hoc non est propter aliquam culpam eius; sed talia pœnalia sunt huiusmodi, igitur &c. Minor nota ex dictis. Maior patet; quia culpa non affert bonum hominis, nec propter culpam remouetur ad bonum, tunc ibi.

¶Nisi pro tanto, quia hoc ipsum, quòd oportet humanæ naturæ medicinas pœnales exhibere, est ex corruptione naturæ, quæ est pœna originalis peccati. In statu enim innocentiæ non oportuisset aliquem ad perfectũ virtutis inducere per pœnalia exercitia; vnde hoc ipsum, quod est pœnale in talibus reducitur ad originalem culpam; sicut ad causam.

¶Corroborat secundum dictum conclusionis sic, hoc ipsum, ꝙ oportet humanæ naturæ medicinas pœnales exhibere, est ex corruptione naturæ, quæ est pœna originalis peccati, igitur hoc ipsum, quod est pœnale in talibus, reducitur ad originalem culpam sicut ad causam (. s. indirectam, & remotam) consequentia tenet; quia si sine originali non esset ista pœnalitas, & sine illa promoueretur in bonum, sequitur ꝙ originale sit causa eius, quod est pœnale, non autem eius, quod est promotionis in bonum; quia hoc est ex Diuina liberalitate, & misericordia. Antecedens patet; qa in statu innocentiæ non oportuisset aliquem ad profectum virtutis inducere per pœnalia exercitia, & igitur peccatum est in causa &c. De ista tertia parte conclusionis. Vide D.S. in de Malo materia quinta, ar 3. in fine.

ARGVMENTVM in contrarium est pro secunda conclusione, & procedit de pœna simpliciter &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd huiusmodi defectus eorum, qui nascuntur, vel etiam puerorum, sunt effectus, & pœnæ originalis peccati, vt dictum est, * & manẽt etiam post baptismum propter causam superius dictam; * & quòd non sint æqualiter in omnibus, cõtingit propter naturæ diuersitatem, quæ sibi relinquitur, vt supra dictum est; * ordinantur tamen huiusmodi defectus secundùm Diuinam prouidentiam ad salutem hominum, vel eorum, qui patiuntur, vel aliorum, qui pœnis admonentur, & etiam ad gloriam Dei.

*In cor.

*q 85. ar. 4.

*q. 82. ar. 4. ad primũ.

¶Dicendum ad primam partem assumpti, primò quòd nõ peccauit peccato actuali, tamen contraxerat originale, quod huiusmodi defectus sequuntur. Similiter dico de pueris baptizatis, ꝙ patiuntur ista incommoda corporalia propter peccatum originale. Nec ualet probatio, quòd non maneat peccatum postquam baptizati sunt; quia huiusmodi corporales defectus manent etiã ablato originali quo ad culpam, vt patuit supra q. 85. ar. 5. ad secũdum ¶Dico ulterius, quòd in uno in quo non est plus de peccato originali, quàm in alio possunt defectus esse inæquales, non rõne illa quam posuit Origenes, sed alijs rationibus. Posuit enim Origenes maiora, & minora incommoda secundùm diuersitatẽ meritorum, vel magis demeritorum, quæ animæ habuissent, anteq; vnirentur corporibus, de qua opinione prima par. q. 47. art. 2. Et in de Malo ubi statim; sed quandoque unus puer patitur maiora incommoda, quàm alius, esto æquali culpæ subiacuerunt propter dispositionem diuersam complexionis, & eis tamen infliguntur propter peccata parentum; quia cum filius sit aliquid patris secundùm corpus, quandoque pater punitur in filio secundùm corpus, vt patuit art. 6. argumento in contrarium de filio Dauid nato ex adulterio, & patebit ar. sequenti. Quandoque ordinantur huiusmodi defectus in remedium contra peccatum sequens. Quandoque in profectum uirtutis, aut eius qui huiusmodi defectibus subiacet, aut saltẽ alterius; sic factum fuit de cæco nato, de quo meminit argumentum, quia dicit Christus Ioãnis 9. post uerba allegata; sed ut manifestentur opera Dei in illo per miraculum, quod Christus circa ipsum fecit. Quod expediens erat ad humanam salutem, quia per hoc fides confirmata fuit. Vltra ergo non omnis pœna est pro peccato, verum, pœna corporalis, non est pro peccato actuali proprio, tamen est pro peccato ad minus originali, & est pœna saltem concomitans, & consequenter se habens ad culpam originalem. ¶Vnde D. S. in hac solutione primò respõdet ad antecedens, volens ꝙ cæcus ille non peccauit peccato actuali, tamen contraxerat originale. Secundò vult, quòd esto pueri sint baptizati, nihilominus tamen manent in eis defectus corporales. Et tertiò quare in diuersis, qui sunt eiusdem culpæ huiusmodi pœnæ sint inæquales, quia propter diuersitatem naturæ sibi derelictæ, ut patuit. q 82. art. 4. ad primum, & tamen ordinantur ad bonum multipliciter, vt in solutione, & iam tactum est.

Originalis culpa equaliter existẽte defectus sunt inæquales.

¶ Ad secundum dicendum, quòd bona temporalia, & corporalia, sunt quidem aliqua bona hominis, sed parua; bona verò spiritualia sunt magna hominis bona. Pertinet igitur ad Diuinam iustitiam, vt virtuosis det spiritualia bona; & de temporalibus bonis, vel malis tantum det eis, quantum sufficit ad virtutem,

Dionysius tem, vt Dionysius * dicit 8. cap. de di. no. Diuinæ iustitiæ est non emolire optimorum fortitudinẽ materialium donationibus, Alijs vero hoc ipsum, quòd temporalia dantur in malũ spiritualium cedit; vnde in psal. cõ
psal. 72. cluditur. Ideo tenuit eos superbia.

¶Dicendum, maior negatur; quia non est eiusdem rationis, ꝙ peccatores prosperentur in temporalibus, & quòd innocentes patiantur; quia prosperitas malorum est eis in malum simpliciter, & in pœnam Innocentibus autem non est pœna simpliciter, immo medicina, & bonum; quia ordinatur in bonum virtutis; quia bona temporalia cedunt malis in detrimentum uirtutis, & bonorũ spiritualium; sed mala temporalia cedunt, & ordinantur bonis in profectum virtutis. Ad minorem conceditur, quòd vtrunque contingit, & hoc probant auctoritates; sed non probant, ꝙ contingant eadem ratione, vt iam dictum est; quia adiungit psalmista, ideo tenuit eos (. s. malos) superbia quæ est malum simpliciter spirituale; sed innocentibus sunt mala temporalia, quasi præmia virtutis, vt fuit allegatũ in notabili ex Doct. Sanct. in secundo. Quare negatur consequentia, quòd pœna simpliciter non infligatur, ꝙ culpa; sed probat, ꝙ pœnale, quod & pœna medicinalis, non infligitur propter culpam actualem; qa innocentes talem patiuntur.

¶Vnde Doct. Sanct. relinqtit notum, ꝙ hoc argumentum probat tertiam conclusionem, & declarat præmissas, similiter minorem. Quomodo differenter contingat, quòd malis dantur bona corporalia etiam, & bonis mala temporalia, & bona, quia vt deseruiunt, ad virtutem; malis cedunt in malum spiritualium; quia mali, quòd prosperitatem habent frequenter in eorum malũ est, vnde eo ipso puniuntur; sed boni, vt dictum est præmiantur &c. Probatur igitur, quòd pœna medicinalis non est propter culpam propriam, licet remotè sit propter originalem; quia quòd homo talis conditionis est, vt ei subueniatur, vel ad vitãdum peccatum, vel ad profectum uirtutis per huiusmodi incommoda etiam corporalia ad infirmitatem humanæ naturæ pertinet, quæ etiam ex peccato parentis deriuatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus pœnam sustinuit satisfactoriam, non pro suis; sed pro nostris peccatis.

¶Dicendum ad primam partem assumpti, concedo quòd Christus peccatum non fecit, & concedo, quòd passus est; sed additur pro nobis, & passus est pœnam satisfactoriam, & voluntariam; quia traditus est, quia ipse voluit; ergo non semper pœna &c. verum, satisfactoria dispensatur pro culpa patientis. Esto dispensentur pro culpa alterius; & ita Christus patiendo pœnam satisfactoriam, & corporalẽ satisfecit pro peccatis nostris, non tamen passus fuit aliquam pœnam simpliciter, & spiritualem, quæ est pro peccatis proprijs.

¶ Quare autem defectus corporales naturales, & indetractabiles (ad modum dicẽdi Damasceni) assumpserit, patet tertia par. q. 13. ar. 1. quia congruebant fini incarnationis, Vide ibidẽ ad tertium ubi Doct. Sanct. dicit, quæ ad propositum ualent. Pœna (inquiens) sequitur culpam actualem, vel originalem, quandoque quidem eius qui punitur, quandoque autem alterius pro quo ille, qui patitur satisfecit, & ita accidit in Christo, secundùm illud, ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Hæc ille &c.

Vtrum vnus sit reus pœnæ, vel puniatur pro peccato alterius.

H 2. q. 108. ar. 4. cor. & ad 1. Et 2. dis. 33. q. 1. Et 4. di. 46. q. 1. ar. 2. q. 3. cor. & q. 2. arti. 2. q. 2. ad 3. Et Mal. q. 4. ar. 2. ad 19. & ar. 3. ad 6. 7. 9. 12. & 15. & q. 5. ar. 4. cor. Et quol. 12. ar. 24. ad 1. Et psal. 18. fin. Esa. 14. co. 8 fin. Et Io. 9. col. 1. fin.

AD octauum sic proceditur. Videtur quòd aliquis puniatur pro peccato alterius. Dicitur enim Exod. 20. Ego sum Deus zelotes visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem his, qui oderũt me; & Matth. 23. dicitur vt ueniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram.

¶ 2 Præt. Iustitia humana deriuatur a iustitia Diuina; sed secundum iustitiam humanam aliquãdo filij puniuntur pro parentibus, sicut patet in crimine lęsæ maiestatis; ergo etiam secundùm Diuinam iustitiam vnus punitur pro peccato alterius.

¶ 3 Præte. Si dicatur filius non puniri pro peccato patris; sed pro peccato proprio, inquantum imitatur malitiam paternam; non magis hoc diceretur de filijs, quàm de extraneis, qui simili pœna puniuntur his quorũ peccata imitantur; non ergo videtur quòd filij pro peccatis proprijs puniantur; sed pro peccatis parentum.

*Ezec. 18.

¶Sed contra est, quod dicitur *Ezech. 18. Filius non portabit iniquitatem patris.

¶Hic quærit specialiter quomodo contingat puniri pro peccato alterius, ita quòd pœna etiam sit sine culpa proprij subiecti.

¶ Respondeo dicẽdum, quòd si loquamur de pœna satisfactoria, quæ voluntariè assumitur, contingit quòd vnus portet pœnam alterius inquantum sunt quodammodo vnum; sicut iam dictum est. * Arti. 7. in prin. cor.

¶Præsupposita distinctione de triplici pœna ex articulo præcedenti Doct. Sanct. in hoc corpore respondet per tres conclusiones correspondentes, secundam ponit, ibi. Si autem loquamur &c. tertiam ibi. Si autem &c. Prima ergo conclusio de pœna satisfactoria, contingit, quòd unus portet pœnam alterius; probatur, sicut probata est prima conclusio articuli præcedentis. Pœna satisfactoria est voluntaria, & voluntariè assumitur; sed qui sunt vnum in amore, unus voluntariè assumit pœnam pro alterius peccato; igitur contingit &c. Et dicit Doct. Sanct. notanter, contingit, quòd unus portet pœnam alterius; quia in casu conclusionis unus non propriè punitur pro peccato alterius; nam puniri propriè est inferri pœnam ab extrinseco, non cõferente vim passo, in proposito autem patiens met assumit; & ergo portat magis pœnam, quàm patiatur.

¶ Si autem loquamur de pœna pro peccato inflicta, inquãtum rationem habet pœnæ, sic solùm d vnusquisque pro peccato suo punitur; quia actus peccati aliquid personale est. D. 615.

¶Hic subiungit secundam conclusionem responsiuam de pœna simpliciter sub ratione pœnæ. Pœna pro peccato inflicta inquantum habet rationem pœnæ, sic solùm vnusquisque pro peccato suo punitur. (Et dicit notanter, pœna inflicta, quia prima pœna, scilicet satisfactoria, non est inflicta, sed assumpta; sed pœna sub ratione pœnæ est inflicta; quia solùm ab extrinseco contra voluntatem patientis.) Probatur conclusio, culpæ & peccato personali debetur pœna personalis, quæ est propria peccanti; sed actus peccati est aliquid personale; ergo debetur sibi personalis pœna, quæ est propria peccanti. Huius rationis Doct. Sanct. ponit tantùm minorem, & relinquit conclusionem notam; quia pœna sub ratione pœnæ debetur peccato commisso ex voluntate, vel voluntario, si igitur peccatum est proprium illi, & personale, pœna debet esse sibi propria, & ita pœna sub ratione pœnæ, non infertur, nisi peccanti; quia pœna, vt sic correspondet culpæ, etiam quo ad subiectum; vnde libri qui hic habent. (Quia actus peccati aliquid pœnale est) non ualent; quia ex hoc nihil probaretur; sed quia personalis est, & culpa sibi respondet, etiam quo ad subiectum, ideo punitur qui peccauit.

¶Habetur autem ex ista conclusione responsio formalis negatiua, quia nullus punitur pro peccato alterius pœna, vt pœna est, &c. patet ratio ex iam dictis &c.

¶Si autem loquamur de pœna, quæ habet rationem medicinæ, contingit, quòd vnus punitur pro peccato alterius. Dictum est enim * quòd detrimenta corporalium rerum, vel etiam ipsius corporis, sunt quædam pœnales medicinæ ordinatæ ad salutem animæ. * Ar. 7. huius quæst.

¶Hic consequenter procedit ad tertiam conclusionem responsiuam de pœna medicinali, scilicet quæ est. Si loquamur de pœna, quæ habet rationem medicinæ, cõtingit quòd unus puniatur pro peccato alterius (pœna videlicet corporali, non autem spirituali.) Ista conclusio unum supponit, & duo dicit; sicut tertia conclusio præcedentis quæstionis, vel articuli. Suppositum est, pœna corporalis potest esse medicinalis; sed primò dicit, quòd tali pœna puniatur (scilicet iustè) aliquis pro peccato alterius. Secundò dicit, quòd non puniatur pro peccato alterius pœna spirituali, primò Doct. Sanct. probat suppositum, secundò primum dictum, ibi. Vnde nihil prohibet &c. tertiò secundum, ibi. Pœnæ verò &c. Arguit ergo sic pro supposito, detrimenta corporalium rerum, uel etiam ipsius corporis, ordinantur (quandoque saltem) ad salutem animarum eorum qui patiuntur eas, igitur tunc sunt quædam pœnales medicinæ. Tenet consequentia; quia medicina est, quæ ordinatur ad melius bonum &c. Antecedens patet; quia si patienter sustineat, tunc cedunt sibi pœnæ tales ad bonum animæ, & præsertim si patiens est filius prædestinationis. Deinde cum dicit.

¶ Vnde nihil prohibet talibus pœnis aliquem puniri pro peccato alterius, vel a Deo, vel ab homine, vt pote filios pro patribus, & subditos pro dominis inquantum sunt quædam res eorum.

¶Probat primum dictum cõclusionis, s. quòd pœna temporali, & corporali medicinali puniat aliquis ꝙ peccato alterius a Deo, & ab hoĩe, vtpote filij ꝙ patribus, & subditi pro dñis. Hanc partẽ primò probat, secundò ipsam exponit, & limitat, ibi. Ita tamen ꝙ si &c. Arguit ergo sic, aliquis iustè põt puniri in re sua; sed filij sunt aliqd patrũ, & subditi dñorum; igitꝫ pres puniunt in filijs; & ita filij propter peccata patrum &c. Maior patet ex Doct. Sanctin

secundo di.33.q.1.ar.2.quia peccato hominis q̃q; occidunt̃ aãalia,& effodiuntur domus in quibus nulla est culpa, inquantum vi delicet sunt res peccantium, ita quòd ipsi puniãtur in destructione talium;& res ipsę,quæ destruuntur, non puniãtur cum nõ sint capaces pœnæ &c.sic rex,& dominus punitur in populo.

¶Nota circa hanc partem,quòd oportet semper, quòd ille qui punitur isto modo pro peccato alterius, habeat ad ipsum aliquã habitudinem coniunctionis; quia vel est res eius, absque tamen imitatione culpæ, & sic pœna habet quo ad patientem rationem medicinæ tantùm. Si autem propter imitationem, vel consensum, vel propter demeritum puniatur, tunc habet rationem pœnæ. Si etiam puniatur vnus pro alio, quia peccantem non redarguit, similiter habebit rationem pœnæ; sed si puniatur, vt res eius tantùm, solùm habet rationem pœnæ quo ad patientem, & hoc con sequenter notat.

¶ Ita tamen quòd si filius, vel subditus est particeps culpæ, huiusmodi pœnalis defectus habet rationem pœnæ quantum ad vtrunque, scilicet eum, qui punitur, & eum pro quo punitur. Si verò non sit particeps culpæ, habet rationem pœnæ quantum ad eum pro quo punitur, quantum verò ad eum qui punitur rationem medicinæ tantùm, nisi per accidens inquantum peccato alterius consentit; ordinatur enim ei ad bonum animæ si patienter sustineat.

¶ Limitat & exponit præcedentem partem; quia videlicet dictum est, quòd filius, vt est res alterius, punitur pœna medicinali; quia intelligitur, si filius, vel seruus non est particeps culpæ; nam tunc habet rationem medicinæ, secus si imitetur, vel sit particeps; quia tunc habebit rationem pœnæ, etiam quo ad patientem, & non solùm rõne quo ad eum pro quo punit̃ &c. Consequẽter ibi.

* Alias nõ habetur licet tantũ.

¶ Pœnæ verò spirituales non sunt medicinales * tantùm; quia bonum animæ nõ ordinatur ad aliud melius bonum; vnde in bonis animæ nullus patitur detrimentum sine culpa propria.

¶ Procedit ad secundum dictum præcedentis conclusionis, cui tamen præmittit vnum præsuppositum, deinde ipsum dictum secundum probat, ibi. Et propter hoc etiam &c. Suppositum est, pœna spiritualis non habet rationem medicinæ. Probatur, pœnę medicinales ordinantur ad aliquod melius ipsi patienti, pœnæ spiri tuales non ordinantur ad aliquod melius; igitur &c. Maior nota. Minorem. D.S. probat; quia bonum animæ (cuius supple, detrimẽ tum dicitur pœna spiritualis, non ordinatur ad aliud melius bonum; igitur est solummodo mala patiẽti, & nullo modo bona. Ex isto D.S. infert vnum corollarium tale. In bonis animæ nullus pa titur detrimentum sine culpa propria, probatur ex dictis; q̃a nul lus incurrit pœnam simpliciter, & malum, nisi propter culpam propriam; sed detrimentum spiritualium bonorũ animæ est sim pliciter pœna, & malum simpliciter, nullo modo medicinale; igi tur &c. Maior patet ex conclusione secunda. Minor patet ex iam dictis. Tunc ibi.

¶ Et propter hoc etiam talibus pœnis, vt dicit Hiero ny. in epistola Ad auitum, vnus nõ punitur pro alio; q̃a quantum ad animam filius non est res patris; vnde & hu iusmodi causam dominus assignãs dicit Ezech. 18. Omnes animæ meæ sunt.

¶Infert ex hoc secundum dictum tertiæ conclusionis, q̃ pœna spirituali non punitur aliquis pro peccato alterius, & probat̃ per oppositum ad primum dictum præcedens. Aliquis non debet pu niri pro peccato alterius, in eo secundùm quòd nihil est eius; sed quo ad animam filius, vel seruus nihil est patris, vel domini; igi tur in anima non debet puniri pro peccato alterius; sed detrimen tum spirituale est punitio secundùm animam; igitur non fit q̃ peccato alterius; & quòd hæc ratio sit vera, patet auctoritate Ezechielis, vt in litera, & probatur illud dictum etiam auctoritate Hieronymi &c.

ARGVMENTVM in contrarium, Est pro secunda conclusione, & confirmat etiam secundum dictum tertiæ conclusionis. Quia filius non portabit iniquitatem patris in pœna spiritua li, & non portabit. i. non punietur pœna, vt pœna est pro peccato patris, quando non est particeps culpæ. Cum quibus stat, q̃ punitur absque participio, pœna corporali, & temporali pro peccato patris medicinali, quando non est particeps, vel pœnali, vt sic, si est particeps, vt patet ex dictis. Vnde auctoritas illa Ezechielis exponenda est, ut habetur in fine corporis; quia assignans rationem quare filius non portabit iniquitatem patris dicit; quia omnes ani mæ meæ sunt, vbi patet, quòd loquitur de pœna spirituali ipsius animæ.

¶ Circa ista notandum primò, quòd differentia est inter iudicium Diuinum, & humanum, & etiam in aliquo cõueniunt. Differunt enim; quia in iudicio Diuino infligitur aliquibus pœna sensus in hac vita, pro solo originalis absque actuali. (Esto in alia vita non infligatur pœna sensus soli originali, vide Capreo. in 2. distin. 33.) Et tamen insuper in medicinã infligit Deus iustis, & innocentibus multa flagella, & varias tribulationes pœnales. Sed in iudicio humano nulli debet inferri aliqua pœna sensibilis, ita quòd flagellat, occidatur, vel mutiletur, vel uerberetur absque p mittit propter rationes Deo notas afflictiones sensibiles) non po teſt humanum iudicium imitari, quod Diuinum facit, q̃ quandoque innocentes occidantur flagellentur; quia ex originali sunt culpabiles apud Deum, & debitores mortis &c. Conueniunt autẽ in pœna damni; quia illam, & iudicium humanum infert sine cul pa, licet non sine causa tripliciter. Primo modo ex hoc, quòd aliquis ineptus redditur sine culpa sua ad aliquod bonũ consequendum, vel habendum. Sicut propter vitium lepræ aliquis remouet ab administratione ecclesiæ, & propter bigamiam, vel iudicium sanguinis impeditur a sacris ordinibus. Secundò; quia damnũ in quo damnificatur, non est proprium bonum, sed commune; sicut quòd aliqua ecclesia habeat episcopatum, pertinet ad bonum totius ciuitatis, non autem ad bonum clericorum tantũ. Sic potest tolli episcopatus, vel damnificari sine culpa clerici propter culpã ciuitatis. Tertiò; q̃a bonum vnius dependet ex bono alterius; sicut in crimine lęsæ maiestatis filius amittit hæreditatem pro peccato parentis, & hoc exponit. Doc. Sanct. in secundo, vbi supra ad quartum; quia iustitia (inquit) humana non punit filium pro peccato patris, in eo q̃ ex patre iam accepit; sed in eo, quod ex parte acceptarus esset, vel quantum ad corpus, vel etiam quãtũ ad possessiones; non enim quia pater peccat, filius tam natus truncat, neque filius emancipatus ex hæreditatur; sed per accidens pœna patris redundat in filium, quando patri aufertur id quod ex patre transire debebat, ut hæreditas, uel etiam membrum; quia ex truncatis truncati nascuntur. Hæc ille. Vnde quando pater, vel ille cuius alter hæreditatem acciperet, committit crimen, propter quod ipso facto pœna inflicta est a lege, sicut in hæresi, & crimine lęsæ maiestatis; tunc hæres punitur in illo delicto; quia auferuntur bona, quæ in commissum cecidерunt, & ita punitur sine culpa propria, ut bonum eius dependet ex bono alterius &c.

Nota pœna damni infertur sine culpa, sed nõ inuẽi.

¶Nota secundò secundùm D.S. in secundo vbi iam, quòd peccatum consequitur duplex pœna. Vna per se, quæ ad animam pti net, vt in præsenti amissio gratiæ, turbatio conscientiæ, & huiusmodi; & in futuro, vt pœna inferni, & huiusmodi pœna nũquàm filius pro peccato patris punitur; quia ista pœna non attingit ipsum secundùm quòd est res patris, ut patuit in fine articuli. Sed alia est pœna, quæ consequitur peccatum quasi per accidens; sicut infirmitates corporales, & aliæ pœnæ temporales, quæ non semp peccatoribus infliguntur; sed secundùm moderationem Diuinæ prouidentiæ ẽt in hac uita bonis, & tali pœna quandoque punit̃ filius pro peccato pris. Quare cum dictum est circa tertiam cõclusionẽ, q̃ filius punit̃ pœna sensus pro peccato pris, intelligit̃ pro hac uita; quia in alia vita pœna medicinalis esse non põt. Vnde & tunc, cum rigor Diuinæ iustitiæ obseruet̃, & nõ sit opus remediis peccatorum, nõ infligit̃ pœna sensus, nisi pro peccatis actualibus, vel in purgatorio, vel in inferno; originali aũt, pœna damni debetur, hic autem etiã pœna sensus in tm̃ proficit, ut medicina.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd vtrunque dictũ videtur esse referendum ad pœnas temporales, vel corporales, inquantum filij sunt quædam res parentum, & successores prædecessorum, vel si referãtur ad pœnas spirituales, hoc dicitur propter imitationem culpæ; vnde in Exo. additur. His qui oderunt me. Et in Matth. dicitur. Et vos impletæ mensuram patrum vestrorum. Dicit autem puniri peccata patrum in filijs; quia filij in pecca tis parentum nutriti proniores sunt ad peccandum, tum propter consuetudinem, tum etiam propter exemplum patrum quasi auctoritatem sequentes; sunt etiam maiori pœna digni si pœnas patrum videntes correcti non sunt. Ideo autem addidit. In tertiam, & quartam generationem; quia tantum consueuerunt homines viuere, vt in tertiam, & quartam generationem viderent, & sic mutuo videre possunt, & filij peccata parentum ad imitandum, & patres pœnas filiorum ad dolendum.

¶Ad auctoritates primò dicendum, quòd loquuntur de pœna corporali præsentis vitę, inquantum filij sunt aliquid parentum, & sic sunt pro tertia conclusione. Secundo dico, quòd si loquamur de pœna spirituali, tunc intelliguntur, quando filij sunt particeps per imitationem actualẽ paterni delicti, & sic probant etiam tertiam conclusionem expositam; quia tunc propriè, non puniuntur pro peccato alterius; sed proprio actuali, cui debetur pœna, vt sic. Spirituale enim detrimentum non potest esse nisi pœna determinata proprio peccato, & ita uisitatur iniquitas patrum, nõ vt est solũ in patribus, sed vt & in filijs. Sed primo mõ scilicet pœna temporali corporali visitatur, vt est solùm in patribus

tribus inquantum puniuntur patres in filijs, & hoc tangit solutio sequens vsq; ibi (dicit autem puniri,) vbi D.S. secundò ostendit, quare iniquitas magis dicatur puniri in filijs quàm in patribus, & non dicatur Deus punire in patribus (pœna scilicet spirituali temporali,) quia peccatum filiorum quo imitantur scelera paterna grauius est, quia filij peccant cum maiori libidine, & pronitate. Primò propter longam consuetudinem, quia statim a principio peccant post scelera paterna. Secundò propter exemplum patrum, quasi auctoritatem sequentes, vnde peccant quasi liceret, quod parentes faciunt, vnde digni sunt maiori pœna. Quare notanter Deus dicitur punire in filijs, licet & in patribus puniat &c. Deinde D.S. in solutione, ibi. Ideo autem &c. Ostendit quare dicatur Deus punire peccata parentum in tertiam, & quartam generationem, quia filij vsque in quartam generationem solent imitari, & videre peccata parentum, & sic proteruius peccare. Et secundò, vt parentes, qui tam diu viuere consueuerũt puniantur in punitione corporali filiorum quos in quartam generationem viderunt, vt sic filij puniantur spiritualiter grauius, quia grauius peccant imitando parentes. Et secundò, vt parentes in filijs corporaliter punitis etiam puniantur. Vnde prima pars huius sequentis solutionis soluit argumentum. Alię duæ declarant auctoritates.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pœnæ ille sunt corporales, & temporales quas iustitia humana vni pro peccato alterius infligit, & sunt remedia quædam, vel medicinę contra culpas sequẽtes, vt vel ipsi qui puniuntur, vel alij cohibeantur a similibus culpis.

¶ Ad maiorem, patet quid sit dicendum ex primo notabili, quia iustitia humana deriuatur a diuina, tamen ab ea longè deficit, & eam non potest plenè imitari, quia etiam de occultis iudicat, & perfectissimè de omnibus etiam de peccato originali, secus de iustitia humana.

¶ Ad minorem, dico quòd secundum iustitiam humanam aliquando puniuntur filij pro parentibus pœna temporali corporali, & pœna damni tantùm, sed non pœna sensus, vt patuit in notabili. Et conceditur probatio de crimine lęsę maiestatis, quia propter illud exhæredantur filij, vt habetur. 6. q. 1. c. si quis. Et non solùm propter crimen lęsę maiestatis, sed etiam propter hęresim, quia bona hæreticorum ipso iure sunt confiscanda. Extra de hæreticis c. cum secundum leges. lib. 6. Sed & propter aliud crimen, puta, si erat patronus, vel habebat aliquod ius seu feudum in ecclesia, quod deberet transire ad filios, & ipse interfecit, seu mutilauit rectorem, vel clericum ecclesiæ, perdet omne ius, & omnem dignitatem quam in ea habebat, & nihil peruenit ad filios, extra de pœnitentia. cum quibusdam. Patet igitur, quòd minor est vera, & probatio de pœna temporali, & medicinali, vel patienti pœnam, vel saltem alijs, vt ipsi a simili peccato abstineant &c. ergo verum, de pœna temporali in hac vita, & non modò pœna damni, sed & pœna sensus punitur secundum iustitiam diuinã pro alio, sed non pœna spirituali, vel in alia vita. Et probat hæc ratio tertiam conclusionem quo ad primum dictum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd magis dicuntur puniri pro peccatis aliorũ propinqui quàm extranei, tum quia pœna propinquorum quodammodo redundat in illos qui peccauerunr, vt dictum est, * inquantum filius est quædam res patris, tum etiã, quia & domestica exempla, & domesticę pœnę magis mouent; vnde quando aliquis nutritus est in peccatis parentum, vehementius ea sequitur, & si ex eorum pœnis non est deterritus, obstinatior videtur, vnde & est maiori pœna dignus.

¶Ad assumptum, Quod etiam innititur auctoritati allegatę in argumento primo, si dicatur filius non puniri pro peccato patris, sed proprio inquantum imitatur malitiam paterniam. Dico quòd hoc non dicimus, vt patet ex articulo, immo dicitur aliquando puniri absque imitatione, inquantum est res patris, & punitur pœna temporali, inquantum redundat peccatum patris in filiũ. Et secundò dato, quòd intelligeretur de peccato proprio inquantum imitantur. Negatur consequentia, quia nutritus in peccatis parentum vehementius ea imitatur, quia domestica & auctoritatiua exempla parentum plus mouent, vt patuit ad primũ; tum secundò, quia filij videntes parentes puniri, & tamen a peccatis eorum non resiliunt, sunt obstinatiores, & ideo congruè dicitur, quòd filij puniuntur pro malitia paterna magis quàm filij. Quare negatur consequentia, tum de pœna, vt medicinalis, tum de pœna, vt pœna est &c.

Quæstio Octuagesimaoctaua.

De veniali, & mortali.

DEinde quia peccatum veniale, & mortale distinguuntur secundum reatum, considerandum est de eis. Et primò considerandum est de veniali per comparationem ad mortale. Secundò de veniali secundum se. Circa primum quæruntur sex. Primò, vtrum veniale peccatum conuenienter diuidatur contra mortale. Secundò, vtrum distinguantur genere. Tertiò, vtrum veniale peccatum sit dispositio ad mortale. Quartò, vtrum veniale peccatum possit fieri mortale. Quintò, vtrum circumstantia aggrauans possit de veniali peccato facere mortale. Sextò, vtrum peccatum mortale possit fieri veniale.

¶ Postquàm determinatum est de reatu pœnę, hic determinatur de mortali, & veniali, quæ distinguuntur secundum reatum ad sensum statim dicendum. Et primò determinatur de veniali per comparationem ad mortale. Secundò determinatur de veniali secundum se in quæst. seq. Circa primum primò ostenditur, quomodo veniale se habet ad mortale quantum ad differentiã, & conuenientiam; secundò quantum ad hoc, quòd vnum disponit ad aliud. artic. tertio. Circa primum primò ostenditur, quòd veniale distinguitur contra mortale. Secundò inquiretur quomodo distinguitur. artic. 2. Reliqua huius quæstionis patebunt artic. quarto, &c.

Vtrum veniale peccatum conuenienter diuidatur contra mortale.

I 2. dist. 42. q. 1. art. 3. Et 3. contra c. 139. fin. & 145. 1. Et Mal. q. 7. ar tic 1. * Aug. c. 27

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd veniale peccatum non conuenienter diuidat ur contra mortale. Dicit enim Aug. 22. lib. contra Faustum.* Peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem ęternam, sed esse contra legem ęternam dat peccato, quòd sit mortale, ergo omne peccatum est mortale; non ergo peccatũ veniale diuiditur contra mortale.

¶ 2 Præt. Apost. dicit, primæ ad Corint. 10. Siue manducaueritis, siue biberitis, siue aliquid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite, sed contra hoc præceptum facit quicunque peccat; non enim peccatum fit propter gloriam Dei; cum ergo facere contra præceptum sit pec catum mortale, videtur quòd quicunque peccat, mortaliter peccet.

¶ 3 Præt. quicunque amore alicui rei inhęret, inhę ret ei, vel sicut fruens, vel sicut vtens, vt patet per Aug. in primo de doct. Christiana, * sed nullus peccans inhęret bono commutabili quasi vtens. Non enim refert ipsum ad bonum, quod nos beatos facit, quod propriè est vti. vt Aug. dicit ibidem; ergo quicunque peccat fruitur bono commutabili, sed frui rebus vtendis est humana peruersitas, vt August. dicit in lib. 83. q. * cum ergo peruersitas peccatum mortale nominet, videtur quòd quicunque peccat, mortaliter peccet. *Aug. ex. c. 3. & 4. habe tur. *Aug. q. 30.

¶ 4 Præt. quicunque accedit ad vnum terminum ex hoc ipso recedit ab alio, sed quicunque peccat accedit ad bonum cõmutabile; ergo recedit a bono incommutabili; ergo peccat mortaliter; non ergo conuenienter peccatum veniale contra mortale diuiditur.

¶ Sed contra est, quod August. dicit in Homel. 7. super Ioan. * quòd crimen est, quod damnarionem meretur, veniale autem est, quod non meretur damnationẽ. Sed crimen nominat peccatum mortale; ergo veniale peccatum conuenienter diuiditur contra mortale. * Aug. Homel. 41. in 30. Et Enchirid. c. 64

¶Quærit hic primò de distinctione mortalis, & venialis. Circa hunc articulum oportet sub breuibus meminisse supra dictorum. quæst. 72. art. 5. quòd veniale, & mortale dupliciter accipiuntur. Vno modo formaliter, scilicet de veniali, vt veniale est, & de mortali, vt mortale est, vt subsiant istis respectibus venialitatis, & mortalitatis; quia videlicet vnum dicit obligationem ad pœnam temporalem, aliud ad pœnam ęternam, vel vt dicunt inordinationem circa ea quæ sunt ad finem, vel circa vltimum finem. Venialitas enim, & mortalitas possunt istis duobus modis accipi, scilicet pro inordinationibus istis, vel pro reatibus illas inordinationes de per se sequentibus. Secundo modo accipiuntur materialiter, hoc est quantum ad actus humanos voluntarios, qui dicuntur peccata venialia, vel mortalia, vt supra de eis D.S. locutus est q. vbi iam statim. Primo modo loquendo de eis, tunc distinguitur Veniale, & mortale ac cipiunt̃ du pliciter.

ſtinguitur plurimum, & quaſi plus quàm genere ex parte termini, quia vnum dicit deordinationem ab vltimo fine, vel reatum ad pœnam æternam. Aliud (ſcilicet veniale) deordinationem circa ea quæ ſunt ad finem, & reatum ad pœnam temporalem. Et ſic intelligitur quod D.S. hic dixit in principio quæſt. quia videlicet ſic accipiendo veniale, & mortale diſtinguuntur ſecundum reatum. Sed ſecundo modo loquendo de eis, tunc talis diuiſio eſt accidentalis, & non oportet, quòd veniale, & mortale diſtinguantur ſpecie, vt patuit vbi ſupra, immo vnus actus ſpecificè (puta circa idem obiectum a quo actus humanus voluntarius habet ſpeciem) poteſt eſſe venialis ex obiecto, & tamen mortalis ex conditione agentis, & ex fine, vt patebit art. 2. Ex iſtis patet quomodo non eſt vel erit diſcordia inter hunc articulum, & dictum in ſuperioribus, nec erit diſcordia inter articulum hunc primum, & ſequentem, in quo habetur, quòd veniale, & mortale poſſunt eſſe vnus actus ſpecie, licet non veniale, & mortale ex genere. His notatis videndum eſt de corpore.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd aliqua ſecundũ quòd propriè accipiuntur non videntur eſſe oppoſita, quæ ſi metaphoricè accipiantur opponi inueniuntur, ſicut ridere, non opponitur ei, quod eſt areſcere; ſed ſecũdum, quòd ridere metaphoricè de prato dicitur propter eius floritionem, & virorem, opponitur ei quod eſt areſcere.

¶ In hoc corpore articuli D. S. deducit vnam concluſionem quaſi præambularem, ex qua infert in fine concluſionem reſponſiuam ad quæſitum. Concluſio præambularis eſt. Si mortale propriè accipiatur, non videtur oppoſitionem habere cum veniali; ſed ſi accipiatur mortale metaphoricè, ſecundum quòd dicitur in peccatis, opponitur ei, quod eſt veniale. Hanc concluſionem primò declarat vno generali aſſumpto quo ad ambas partes in communi, ſecundò probat ſpecialiter partes ſeorſum, & primam ibi. Similiter ſi mortale &c. ſecundam ibi. Sed ſi mortale &c. Quo ad primum aſſumitur, quòd aliqua ſecundum quòd propriè accipiuntur non videntur oppoſita, quę ſi metaphoricè accipiantur opponi inueniuntur, ſic eſt de mortali & veniali; igitur &c. Aſſumptum declaratur exemplariter, ſicut ridere (ſcilicet propriè acceptum) non opponitur ei, quod eſt areſcere &c. vt in littera. Deinde cũm dicit.

¶ Similiter ſi mortale propriè accipiatur prout refertur ad mortem corporalem, non videtur oppoſitionem habere cum veniali, nec ad idem genus pertinere. ——

¶Probat ſpecialiter primam partem concluſionis præambularis. Et arguitur ſic, quæcunque opponuntur pertinent ad idem genus, ſed mortale propriè acceptum, non pertinet ad idem genus cum veniali; igitur &c. Maior nota, quia res diuerſorum generum ſunt diſparatæ, & non oppoſitę. Minor patet, quia mortale propriè acceptum, vt refertur ad mortem corporalem, eſt de genere naturalium; ſed veniale eſt de genere morali quæ non opponuntur, nam natura, & peccatum non opponuntur.

¶ Sed ſi mortale accipiatur metaphoricè ſecundum quòd dicitur in peccatis, mortale opponitur ei, quòd eſt veniale. Cum enim peccatum ſit quædam infirmitas animæ, vt ſupra habitum eſt * peccatum aliquod mortale dicitur ad ſimilitudinem morbi qui dicitur mortalis ex eo, quòd inducit defectum irreparabilem per deſtitutionem alicuius principij, vt dictum eſt. * Principium autem ſpiritualis vitę quæ eſt ſecundum virtutem, eſt ordo ad vltimum finem, vt ſupra dictum eſt, * qui quidem ſi deſtitutus fuerit reparari non poteſt per aliquod principium intrinſecum, ſed ſolùm per virtutem diuinam, vt ſupra dictum eſt, * quia inordinationes eorum quæ ſunt ad finem reparantur ex fine, ſicut error qui accidit circa concluſiones per veritatem principiorum. Defectus ergo ordinis vltimi finis non poteſt per aliquid aliud reparari, quod ſit principalius, ſicut nec error qui eſt circa principia; & ideo huiuſmodi peccata dicuntur mortalia quaſi irreparabilia. ——————

*q.71.ar.1. ad 3. q. 72. art.5. q.74. ar.9. ad ſecundum.
*q.72.ar.5.
*q.72.ar.5. q.87.art.3.
*q.87.ar.3.

¶ Subiungit ſecundam partem concluſionis præambularis, ex qua trahitur expreſſe concluſio reſponſiua talis, quæ habetur in fine corporis. Veniale conuenienter diuiditur contra mortale, ſcilicet metaphoricè acceptum, & in moralibus. Et quia eſt eadem in ſubſtantia cum ſecunda parte concluſionis præcedentis, ideo ſimul cum ipſa probatur, & arguitur ſic; veniale & mortale ſic accepta opponuntur ſicut reparabile, & irreparabile; igitur concluſio vera; tenet conſequentia, quia oppoſita eiuſdem generis habent contra ſe inuicem diuidi. Antecedens D.S. primò probat, ſecundò exponit, & illud ponit, ibi. Secundum hoc ergo &c. Circa primum, primò probat primam partem antecedentis, ſecundò ſecundam, ibi. Peccata autem &c. Arguitur ergo ſic pro prima parte antecedentis. Defectus ordinis vltimi finis, nõ poteſt reparari per aliquod aliud, quod ſit principalius; ſed peccata mortalia dicũt defectum ordinis vltimi finis; igitur &c. Maiorẽ D.S. probat ſimilitudine de errore circa principia, & concluſiones in ſpeculatiuis; quia error principiorum eſt irreparabilis, error autem circa concluſiones reparabilis eſt per veritatem principiorũ; ſic defectus principij moralis, quod eſt vltimus finis eſt irreparabilis; ergo &c. Minor probatur proxima. Peccatum aliquod dicitur mortale ad ſimilitudinem morbi, qui dicitur mortalis; ſed dicitur mortalis ex eo, quòd inducit defectum irreparabilem per deſtructionem alicuius principij, vt patuit. q.72. art.5. ſed principium ſpirituałis vitę quæ eſt ſecundum virtutem, eſt ordo ad vltimum finem, qui quidem ſi deſtitutus fuerit reparari non poteſt per aliquod principium intrinſecum, ſed ſolùm per virtutem diuinam; ſed inordinationes eorum quæ ſunt ad finem, reparantur ex fine; igitur ſequitur minor. Deinde ibi.

¶ Peccata autem quæ habent inordinationem circa ea quæ ſunt ad finem, conſeruato ordine ad vltimum finem reparabilia ſunt, & hæc dicuntur venialia. Tunc enim peccatum veniam habet quando reatus pœnę tollitur qui ceſſat ceſſante peccato, vt dictum eſt. * —— *q.87.ar.6.

¶Probat ſpecialiter antecedens, quo ad ſecundam partem, ſcilicet quod veniale habeat ſe ad mortale, vt reparabile &c. Peccata quæ habent inordinationem circa ea quæ ſunt ad finem, reparabilia ſunt; ſed veniale dicit defectum circa ea quæ ſunt ad finem; igitur &c. Maior patuit ſupra in probatione præcedentis partis. Minor probatur ex quid nominis, quia dicitur veniale, quando reatus tollitur; ſed iſte non tollitur, niſi ablata inordinatione, quæ non poteſt auferri niſi ſit circa ea quæ ſunt ad finem; ergo &c. Nota circa iſta, quæ innuunt, quòd veniale dicat deordinationem circa ea quæ ſunt ad finem. Scotus autem in ſecundo diſt.21. ſic dicit. Sciendum, quòd peccatum mortale non diſtinguitur a veniali in hoc, quòd vnum eſt reſpectu finis, vt mortale, & aliud reſpectu eorum quæ ſunt ad finem, vt veniales; ſed vtrunque poteſt eſſe, & circa ea quæ ſunt ad finem, & circa finẽ. Et poſtea innuit probationem de veniali de motu leui, (ideſt ſurreptitio circa hoc, quòd Deus eſt trinus, & vnus,) quia videlicet in ſuperiori ratione poteſt eſſe veniale, quę tamen reſpicit Deum qui eſt vltimus finis.

Scotus non aduenit diſtinctioni venialis p ſe & per accidens.

¶Sed Scotus non aduertit diſtinctionem venialis per ſe ex parte actus, & venialis per accidens ex parte agentis. Sicut pulchrè diſtinguit D.S. de malo. mate. 7. art. 1. & habitum fuit ſupra. q. 74. art. 9. in fine, quia veniale per accidens propter imperfectionem actus quæ prouenit ab agente, poteſt circa finem eſſe veniale, vt Scotus probat, & D.S. concedit, vt patet ſupra, vbi iam art. 10. Sed quòd veniale per ſe ex genere poſſit eſſe circa finem vltimum, falſum eſt, quia omnis inordinatio circa vltimum finem in ſe eſt mortale ex genere, multomagis, quàm ſubiti motus ſenſualitatis in materia venerea. Quare dictum D.S. firmum eſt, quòd veniale ſcilicet ex genere, & per ſe (de quo ſermo doctrinalis intelligi debet) eſt reſpectu eorum quæ ſunt ad finem, nec habet auerſionem a fine adiunctam, quantum eſt ex genere peccati; ſed mortale dicitur eſſe contra ordinem ad vltimum finem; non quia directè reſpiciat vltimum finem a quo per ſe vniuerſaliter auertat, ſed ſufficit, quòd ſit auerſio ab vltimo fine virtualis, quia videlicet quis conuertitur ad creaturam contra præceptum Dei, & per hoc incurrit deordinationem ab vltimo fine. Vnde non dicitur, quòd omne mortale ſit circa finem vltimum, qui eſt Deus, ſed eſt contra vltimum finem, & cum hoc quicunque peccat mortaliter, oportet quòd ſe conuertat ad aliquam creaturam ſicut ad finem, & aliquam plus diligat quàm Deum, licet non oporteat, q̃ omnem plus diligat. De hoc D.S. in de malo. mate. 7. art. 1. ad ſecundum. Bene contingit in aliquo qui eſt extra charitatem, q̃ aliquam creaturam diligat plus quàm Deum, & aliquam equaliter Deo, & aliquam etiam minus Deo; ſed tamen non contingit, quòd aliquis diligat aliquam creaturam ęqualiter Deo, ita quòd nullam plus diligat, quàm Deum quia neceſſe eſt, quòd homo in aliquo vno conſtituat vltimum finem ſuę voluntatis. Hæc ille. Ex quo ſequitur, quòd peccans mortaliter ſemper conſtituat finem, vel in eo circa quod peccat, vel in eo ratione cuius peccat, & per conſequens ſemper eſt peccatum mortale circa finem, ſcilicet ſalſum conuertendo, & contra verum auertendo. Quare Scotus non ſatis attendit ſoliditatem D.S. De materia huius articuli vide Capreolum in ſecundò. diſt. 43. concluſione prima. Tunc ibi.

¶Secundum hoc ergo mortale, & veniale opponuntur, ſicut reparabile, & irreparabile; & hoc dico p̃ principium interius, non autem per comparationem ad virtutem diuinam, quæ omnem morbum, & corporalem, & ſpiritualem poteſt reparare; & propter hoc veniale peccatum conuenienter diuiditur contra mortale. ——

¶Subnectit antecedens prius probatum, & exponit illud quo ad

ad irreparabile, quia intelligitur mortale irreparabile, per principium interius, non autem per comparationem ad virtutem diuinam, quæ omnem morbum, & corporalem, & ſpiritualem poteſt reparare. Et patuit illa declaratio antecedentis, quæſt. præce. 87. art. 7. Vnde concludit D.S. quòd veniale peccatum conuenienter diuiditur contra mortale.

ET confirmatur illa concluſio argumento in contrarium. Circa hoc argumentum nota, quòd D.S. vbi iam in de malo in corpore ex intentione probat, quòd veniale, & mortale non diſtinguuntur per ſe, & a priori ex diuerſo reatu, vel effectu, quia iſta differentia conſequitur rationem peccati, non autem conſtituit. Non enim ex hoc tale eſt peccatum, quia talis pœna debetur ei, ſed potius econtrario, quia peccatum eſt tale, ideo talis pœna ei debetur. Vnde per mereri damnationem, & non mereri, arguitur a poſteriori diſtinctio mortalis, & venialis, non a priori. Vnde poteſt fieri, quòd idem in ſpecie ſit mortale, & veniale. Quare ſequitur, quòd mortale, & veniale formaliter diſtinguuntur, ideſt venialitas, & mortalitas, & ita opponuntur, & diſtinguuntur. Et hoc iſte articulus quærit, vt dictum eſt in principio. Conuenienter ergo diuidunt reatum, & inordinationem, quod eſt intentum, vndecunque iſte reatus, & inordinationes actui proueniant, ſiue ex ſpecie, ſiue aliunde, ſiue mortalitas, & venialitas conſtituant ſpecies diuerſas, vel conſequantur ſpecies diuerſas, vel ſint accidentia eiuſdem ſpeciei; tamen diſtinguuntur conuenienter tanquàm reparabile, & irreparabile, quia etiam idem actus ſpecie, vt eſt venialis eſt reparabilis, vt mortalis irreparabilis. Et ergo diſtinguuntur pœnes illa ſaltem ſicut ſecundum accidentia actuum &c.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd diuiſio peccati in veniale, & mortale non eſt diuiſio generis in ſpecies quæ ęqualiter participant rationem generis, ſed analogi in ea de quibus prædicatur ſecundum prius, & poſterius, & ideo perfecta ratio peccati quam Aug. ponit conuenit peccato mortali. Peccatum autem veniale dicitur peccatum ſecundum rationem imperfectam, & in ordine ad peccatum mortale; ſicut accidens dicitur ens in ordine ad ſubſtantiam ſecundum imperfectam rationem entis; non enim eſt contra legem, quia venialiter peccans nõ facit, quòd lex prohibet, nec prætermittit id ad quod lex per præceptum obligat, ſed facit præter legem, quia non obſeruat modum rationis quem lex intendit.

¶Ad maiorem dico, quòd eſt definitio peccati perfecti, & conuenit perfectè ſoli mortali, ſed per aliquam attributionem conuenit veniali, ita quòd peccatum dicitur analogicè de mortali, & veniali, & prædicatur per prius ſecundum completam rationem de mortali, de veniali verò per attributionem ad ipſum. Sunt enim duplicia analogata, etiam in analogia attributionis (materialiter ſaltem loquendo.) Quandoque analogum conuenit analogatis (materialiter) vtriſque formaliter, ſicut ens Deo, & creaturis; quandoque autem conuenit ſolùm vni formaliter, & intrinſecè, & alijs extrinſecè tantùm. Et ſic dicitur ſanum de animali ſano, & vrina, non quòd prædicetur de vtroque formaliter, ſed quia de vno formaliter, & de alio extrinſecè per habitudinem ad primũ. Sic in propoſito ratio quam ponit B. Auguſt. dicit formaliter de mortali actuali, ſed quaſi extrinſecè per habitudinem ad mortale dicitur de veniali, quia videlicet non eſt contra legem Dei, ſed quia præter legem, & diſponit ad id, quod eſt contra legem Dei. Vel ſi prædicatur aliquo modo intrinſecè, hoc eſt valdè imperfectè, ſicut ens de ente in potentia, & hic modus eſt D.S in ſecundo diſt. 42 q.1. art.3. &c. Minor conceditur. Vltra; ergo omne (perfectum ſcilicet) peccatum cui competit formaliter, & perfectè definitio eſt mortale; ſed non oportet de eo cui conuenit defectiuè per participationem imperfectam, vel per attributionem.

¶ Nota circa hanc ſolutionem, quòd aliqui volunt hanc ſolutionem infringere, quia non ſit analogica, cum veniale poſſit eſſe ſine mortali; igitur peccatum veniale non dicitur peccatum ex attributione ad mortale.

¶ Deficiunt enim iſti, quia talis attributio non eſt per cauſalitatem vnius ad aliud, nec per dependentiã in eſſe extrinſecè vnius ab alio, nec per coexigentiam vnius ad aliud, ſed per attributionem rationis formalis, quæ conueniunt vni per ſe, & formaliter completè, aliter verò, vel extrinſecè in habitudine ad aliud, vel imperfectè; vnde ſicut deſtructo omni animali viuo, adhuc poteſt eſſe animal pictum, ſic in propoſito, quia non oportet vnum dependere ab alio quo ad eſſe; ſed quo ad intelligi, & rationem formalem, de hoc prima par. q. 13. art. 5. & 6.

¶ Nota ſecundò, quòd ex iſta ſolutione videtur magis haberi, quòd peccatum dicitur etiam formaliter intrinſecè de veniali quàm extrinſecè tantum per habitudinem extrinſecam attributionis. Quia exemplum D.S. eſt de ente communi analogicè ſubſtantiæ, & accidenti, quod dicitur de accidente in ordine ad ſubſtantiam, & tamen intrinſecè formaliter.

¶ Nota quoque hic, quod etiam ſupra notatum fuit. q. 29. ar. 2. quia videlicet accidens in eo quod ens, includit ſubſtantiam, & non tantùm in eo, quod accidens. In ſecundò enim omnes conueniunt, ſed in primo eſt differentia in D. S. & Sco. D. S. autem fundatus eſt in Philoſopho, & Commentatore. 7. Metaphyſicę, textu, & commen. 2. & 3. Sed habet locum ſuum &c.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd illud præceptum Apoſtoli eſt affirmatiuum, vnde nõ obligat ad ſemper, & ſic non facit contra hoc præceptum, quicunque non actu refert in gloriam Dei omne, quòd facit. Sufficit ergo quòd aliquis habitualiter referat ſe, & omnia ſua in Deum ad hoc, quòd non ſemper mortaliter peccet, cum aliquem actum non refert in gloriam Dei actualiter. Veniale autem peccatum non excludit habitualem ordinationem actus humani in gloriam Dei, ſed ſolùm actualem, quia non excludit charitatem quæ habitualiter ordinat in Deum; vnde non ſequitur, quòd ille qui peccet venialiter, peccat mortaliter. ——————

¶Hoc argumentum tangit vnam difficultatem de qua videbitur infra. q. 100. art. 10. de relatione omnium bonorum operum in Deum. Et ideo nunc breuiter præmitto hanc ſolutionem poſt Capreolum in ſecundo diſt. 40. ad argumenta contra ſecundam concluſionem, quòd actus non dicitur virtualiter referri, quia ex appetitu finis immediatè peruentum eſt ad hunc actum, nec ideo, quia ex tali appetitu immediatè cauſatus ſit iſte actus; ſed iſto modo, quia habens charitatem, prius quandoque ſe retulit, & omnia ſua actualiter in finem charitatis, nec poſtea habuit oppoſitam relationem in contrarium finem. Et poſtea omnia quæ virtuoſe facit propter ſe, vel ſua, ſic in Deum relata, dicuntur virtualiter in Deum relata. Capreolus. Quid virtualiter in Deum referri.

¶ Præmitto ſecundò, quòd ſiue exiſtens in gratia ſiue extra gratiam, fidelis vel infidelis non tenetur omnia actu referre in Deũ, ſed ſolùm eo tempore quo tenetur Deum diligere ſuper omnia.

¶ Tertiò præmitto, quòd non peccat mortaliter ſemper ille qui opus de genere bonorum facit, & tamen nec actu nec virtute, nec habitu ordinat, vel ordinatus eſt in Deum, dummodo referat in aliquem finem particularem bonum, quando videlicet non obligat præceptum charitatis.

¶Quartò præmitto, quòd talis non referens actu, vel virtute, vel habitu in Deum, non quidem peccat ſemper mortaliter, ipſe tamen eſt in peccato mortali, quia ſine habitu charitatis eſt, quæ per ſolùm mortale excluditur in adultis. Et ita intelligendus videtur D. S. in de malo materia. 9. artic. 2. in corpore, quia ſcilicet actus procedens ab homine cuius mens non ordinatur actu, vel habitu in vltimum finem, & cum hoc virtualiter in malũ finem, alium a Deo, tunc eſt mortale. Si autem non refertur in malum finem, ſed in bonum finem particularem; tunc eſt quidem cum peccato mortali; ſed non eſt peccatum mortale. Durum enim videtur, quòd etiam infidelis audiens ſermonem de Chriſto, & non actu, vel habitu referat in Deum, peccaret mortaliter. Et hæc videtur eſſe, & eſt mens D.S. in ſecundo. diſt. 41. vt patet ibidem in Capreolo. Hoc autem videtur verum, quòd carens charitate, vel exiſtens in mortali, ſi faciat aliquod de genere malorum etiam veniale, quod non poteſt referri in aliquem bonum finem, ſed oportet, quòd virtualiter ordinetur in finem peccati mortalis, q̃ peccet mortaliter, vt habet D. S. vbi iam in de malo. Capreolus

¶Quintò præmitto, ea quæ habet de iſta mate. D.S. in de virtutibus de charitate. art. 11. ad ſecundum, & tertium, quòd omnis actu referre in Deum, non eſt poſſibile in hac vita; ſicut non eſt poſſibile, quòd ſemper de Deo cogitetur, hoc enim pertinet ad perfectionem patriæ; ſed quòd omnia virtute referantur in Deũ, hoc pertinet ad perfectionem charitatis ad quam omnes tenẽtur. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd ſicut in cauſis efficientibus, virtus primæ cauſæ manet in omnibus ſequentibus cauſis, ita etiam intentio principalis finis, virtute manet in omnibus finibus ſecundarijs. Vnde quicunque actu intendit aliquem finem ſecundarium, virtute intendit finem principalem; ſicut medicus dum colligit herbas, actu intendit conficere potionem; nihil forſitis de ſanitate cogitans, virtualiter tamen intendit ſanitatem, propter quam potionem dat. Sic ergo cum aliquis ſeipſum ordinat in Deum ſicut in finem, in omnibus quæ propter ſeipſum facit, manet virtute intentio vltimis finis, qui eſt Deus. Vnde in omnibus mereri poteſt, ſi charitatem habeat. Hoc ergo modo Apoſtolus præcepit, quòd omnia in Dei gloriam referantur. Hæc ille. Et intellige D.S quòd omnia tenetur quis virtualiter in Deum referre pro tempore, quo tenetur Deum diligere, ita quòd niſi hoc faciat tempore quo obligat præceptum charitatis affirmatiuum, peccat mortaliter, & poſt illud tempus omnia quæ facit cum peccato facit. Sed non ſic tenetur omnia ſua in Deum referre, quòd niſi hoc faciat quilibet actus ſuus in tali ſtatu elicitus ſit peccatũ, & culpa; talis enim relatio in finem vltimum, ſcilicet extra tempus obligationis præcepti charitatis, eſt neceſſaria ad hoc, quòd

actus

actus sit meritorius, sed non ad hoc, quòd sit moraliter bonus, & est necessaria talis relatio ad hoc, quòd actus sit perfectè elongatus a culpa, scilicet, quòd nec sit culpa nec concomitans culpam mortalem, non autem ad hoc, quòd in se sit inculpabilis. Sic ergo quilibet fidelis tenetur omnem actum suum deliberatum, & moraliter bonum in Deum referre virtualiter, licet non actualiter. Non quidem tunc quando producit actum, sed quando tenetur Deum diligere super omnia.

Aliud virtualiter aliud habitualiter referre.

¶ Sextò præmitto, pro intellectu huius materiæ, quòd aliud est habitualiter referre in Deum, & aliud virtualiter. Habitualiter enim refertur in Deum, etiam qui nihil agit, nec aliquid intendit vt dormiens, sed virtualiter aliquid referre in Deum, est agentis propter finem in Deum ordinatum. Vnde habitualiter referre in Deum non cadit sub præcepto, sed virtualiter referre omnia in Deum cadit sub præcepto affirmatiuo, vt patebit.

¶ Et nota circa hæc, quòd licèt habitualis ordinatio non sufficiat ad meritum nec satisfaciat præcepto charitatis pro tempore quo obligat, tamen stante habituali ordinatione hominis in Deũ ipse est extra mortale, & ideo quàmuis peccet actu venialiter, quia tamen veniale non tollit charitatis habitum, ideo venialiter peccans potest esse in charitate.

¶ Vnde dicitur ad argumentum ex his facile. Ad maiorem, conceditur quod dicitur, sed dico, quòd illud præceptum est affirmatiuum, & obligat sicut præceptum charitatis, non pro semper, & præcipit relationem virtualem in Deum pro certo tempore. Et dico tamen, quòd nec virtualiter nec actualiter ordinatum, (quia non ordinabile in honorem Dei) potest stare cum habituali ordinatione hominis in Deum, & huiusmodi est veniale. Ad minorem, negatur immo peccare venialiter non est contra hoc præceptum, quia non tenetur aliquis omnia facta sua actu referre in Deum, cui relationi opponitur veniale, sed quòd non sit in mortale sufficit habitualis ordinatio per gratiam, & charitatẽ, quia sufficit, quòd habeat Deum pro vltimo fine habitualiter; nec videtur, quòd veniale excludat virtualem ordinationem aliorum actuum post se a virtuali ordinatione in Deum, quia per veniale non sunt in contrarium finem relati. Et ad probationem minoris dico, quòd peccatum etiam veniale non fit propter gloriam Dei, tamen non tollit saltem habitualem ordinationem in Deũ, nec virtualem aliorum actuum post se. Concedo vltra, quòd facere contra præceptum sit mortale; sed dico, quòd non quilibet peccans facit contra præceptum, maximè peccans venialiter. Quare negatur consequentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille qui peccat venialiter inhæret bono temporali, non vt fruens, quia non constituit in eo finem; sed vt vtens referens in Deũ non actu, sed habitu.

¶ Maiorem D. S. admittit. Sed S. Bonauentura in secundo. dist 41. quæst. secunda, artic. secundo, in fine diceret eam insufficientem, quia potest amore aliquis inhærere abutendo, qui non fruitur nec vtitur, sicut cũ quis aliquid inordinatè refert in aliud, ille isto relato non fruitur, vt constat; nec vtitur, quia non refert in id, quod per ipsum possit obtineri. Vnde abutitur, & ita dicit ipse in proposito, quòd venialiter peccans abutitur creatura. Et quòd Augustinus capiat Vti largè, vt sub se comprehendat etiam abuti. Dicitur tamen post Doct. Sanctum ad minorem, negando eam de peccante venialiter. Ad probationem dicitur, q̃ non refert actu, tamen habitu, quia non ponit ibi finem, sed inordinatè se habet actu citra auersionem ab vltimo fine vero. Et probat, quòd non vtitur propriè, sed tamen abutitur citra fruitionem. Vltra; ergo &c. Negatur, quòd quicunque peccat, (scilicet etiam venialiter) fruatur, immo vtitur habitu, vel abutitur. Vltra, conceditur quòd frui vtendis est peruersitas, & q̃ peruersitas nominat mortale; sed negatur consequentia, & ratio patuit.

¶ Nota Doct. Sanct. in secundò, quia peccans venialiter assimilatur ei qui nimis moratur in via; sed mortaliter peccans recedit de via, & inhæret alteri habitualiter a Deo, sed non venialiter peccans.

¶ Ad quartum dicendum, quòd bonum commutabile non accipitur vt terminus contrapositus incõmutabili bono, nisi quando constituitur in eo finis; quod eñ est ad finem non habet rationem termini.

¶ Maior conceditur notanter, quod accedit ad terminum, tamen potest tardari quandoque in via affectionali; nec tamen recedere a termino, nec accedere ad aliud; sicut ad terminum affectus. Ad minorem, si intelligitur, quòd quicunque peccet accedat ad bonum commutabiles; sicut ad terminum in quo finem constituat; negatur & est falsa, quia non accipitur bonum commutabile, vt terminus contrapositus bono incommutabili, nisi habeatur vt finis, quod non facit omnis peccans, vt patuit, quare negantur omnes tres consequentiæ, quia fundantur in minore falsa.

Vtrum peccatum veniale, & mortale differant genere.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd peccatum veniale, & mortale non differant genere, ita scilicet, quòd aliquod sit peccatum mortale ex genere, & aliquod veniale ex genere. Bonum enim, & malum ex genere in actibus humanis accipitur per comparationem ad materiam siue ad obiectum, vt supra dictũ est, * sed secundum quodlibet obiectum, vel materiam contingit peccare mortaliter, & venialiter, quodlibet enim bonum commutabile potest homo diligere, vt infra Deum, quod est peccare venialiter, vel sup. Deum, quod est peccare mortaliter; ergo peccatum veniale, & mortale non differunt genere. * K

Sup. q. 72. art. 5. Et 2. dist. 24. q. 1. art. 6. ad 6. Et dist. 41. q. 1. ar. 4. co. Et 4. dist. 16. q. 3 art. 2. q. 4. ad 5. & Mal. q. 2. ar. 1. c. & q. 7. ar. 1. Et opusc. 3. capit. 17. * q. 18. art. 1. &c.

¶ 2 Præt. sicut dictum est supra * peccatum mortale dicitur, quod est irreparabile, peccatum autem veniale quod est reparabile; sed esse irreparabile conuenit peccato, quod fit ex malitia, quod secundum quosdã irremissibile dicitur; esse autem reparabile conuenit peccato, quod fit per infirmitatem, vel ignorantiam, quod dicitur remissibile; ergo peccatum mortale, & veniale differunt sicut peccatum, quod est ex malitia commissum, vel ex infirmitate, & ignorantia; sed secundum hoc non differunt peccata genere, sed causa, vt supra dictum est; * ergo peccatum veniale, & mortale nõ differunt genere.

* ar. 1. præc.

* q. 76. q. 77 q. 78.

¶ 3 Præt. supra dictum est, * quòd subiti motus tam sensualitatis, quàm rationis sunt peccata venialia; sed subiti motus inueniuntur in quolibet peccati genere; ergo non sunt aliqua peccata venialia ex genere.

* q. 74. ar. 11. ad tertium. & ar. 12.

¶ Sed contra est, quòd Augustinus in sermone de purgatorio * enumerat quædam genera peccatorum venialiũ, & quædam genera peccatorum mortalium.

* Augustin serm. 4. de animabus defunctorum, & est serm. 41 in ordine.

¶ Quia dictum est articulo primo, q̃ mortale, & veniale conuenienter contra se diuidantur, ideo nunc explicat per dictum articulum, quomodo contra se diuidantur, an scilicet genere, ita quòd detur veniale ex genere, & mortale ex genere.

¶ Nota ex supradictis. q. 18. & alibi, quòd genus in moralibus plerũq; accipitur pro specie, & species sumitur ex obiecto, quod actus de per se respicit; ideo quærere an distinguantur genere est quærere an habeant distincta obiecta, quæ obiecta consequantur venialitas, & mortalitas, vt enim supra. q. 74. art. 5. dictum fuit, non dicuntur veniale, & mortale ex specie, vel genere, quasi venialitas, & mortalitas constituãt speciem peccati in ratione actus voluntarij. Sed quia venialitas, & mortalitas certa obiecta sicut proprietates consequuntur. Ex hoc enim, quòd aliquis inordinatè se habet circa aliquod, quod non est contra Deum, consequitur venialitas. Ex hoc verò, quòd se male habet, & inordinatè inordinatione quæ est contra Deum sequitur mortalitas. His notatis videndum est de articulo.

¶ Respondeo dicendum, quòd peccatum veniale a venia dicitur. Potest igitur aliquod peccatum dici veniale, vno modo, quia est veniam consecutum, & sic dicit Ambro. * quòd omne peccatum per pœnitentiam fit veniale, & hoc dicitur veniale ex euentu. Alio modo dicitur veniale, quia non habet in se vnde veniam non consequatur, vel totaliter, vel in parte, in parte; quidem sicut cum habet in se aliquid diminuẽs culpam, vt cum fit ex infirmitate, vel ignorantia, & hoc dicitur veniale, ex causa; in toto autem ex eo, quòd non tollit ordinem ad vltimum finem, vnde non meretur pœnam ęternam, sed temporalem.

* Lib. de pœnitentia.

¶ Respondet secundum vnam distinctionem quam ponit primò in principio, secundò subiungit aliquas conclusiones respon siuas, ibi. Et de hoc veniali &c. Ponit ergo D. S. primò distinctionem peccati venialis etiam supra habitam. q. 77. art. 8. ad primũ, bimembrem, & secundum membrum subdiuidit, & præmittit rationem distinctionis, quæ talis est, quia peccatum veniale dicitur a venia; igitur potest vno modo dici veniale, quia veniam consecutum, & sic loquitur Ambrosius &c. vt in littera. Alio modo dicitur veniale, quia non habet in se vnde veniã non consequatur, & hoc dupliciter, vel totaliter, vel in parte; in parte quidem, sicut cum habet aliquid diminuens culpã, & per consequens pœnam, vt cum fit ex infirmitate, vel ignorantia. Et hoc fuit supra dictum

veniale

veniale ex causa, non quia videlicet habeat causam, vt totaliter remittatur pœna, & quòd non puniatur nisi temporaliter, sed esto, q̃ ęternaliter puniatur, tñ remissius. Tertiò est veniale, quod est tertiũ in ordine, qđ habet in se, vt totaliter veniã cõsequatur. i. vt solùm tpaliter puniatur, quia videlicet iuxta sup. dicta. q. 87. art. 3. non tollit ordinem ad vltimum finem, cuius peruersitati debetur pœna ęterna, vt patuit; vnde veniale hunc ordinem non peruertens, non meretur pœnam ęternam, sed temporalem.

¶ Et de hoc veniali ad præsens intendimus; de primis enim duobus constat, quòd non habent genus aliquod determinatum.

¶ Hic consequenter D. S. respondet ad quæsitum iuxta dictam distinctionem. Et primò respondet de duobus venialibus primis; secundò de tertio de quo principaliter est ad propositum, ibi. Sed veniale tertio modo &c. Circa primum ponit talem conclusionem negatiuam. De primis duobus venialibus constat, quòd non habent genus aliquod determinatum, scilicet distinctum contra mortale. Et supple, sic veniale, & mortale non differunt genere. Probatur, quia veniale isto modo dicitur, vel quia consequtum veniam, vel quia habet causam, vnde aliqualem veniã, (idest mitigationem accerbitatis pœnæ ęternæ) consequatur; sed nõ est aliquod vnum genus peccati mortalis, vel vnum peccatum mortale in specie, quod solùm consequatur veniam, vel quod solùm habeat causam in parte diminuentem pœnam; igitur conclusio vera; præmisse patent, & singulariter minor ex auctoritate B. Ambro. & ex supra dictis. q. 76. & 77 quia ex ignorantia, & passione possunt fieri plurima peccata genere diuersa, & tamen dicuntur venialia secundo modo. Deinde cum dicit.

¶ Sed veniale tertio modo dictum potest habere genus determinatum, ita quod aliquod peccatum dicatur veniale ex genere, & aliquod mortale ex genere, secundum quòd genus, vel species actus determinantur ex obiecto. Cum enim voluntas fertur in aliquod, quod secundum se repugnat charitati per quam homo ordinatur in vltimum finem, illud peccatum ex suo obiecto habet, quòd sit mortale; vnde est mortale ex genere, siue sit cõtra dilectionem Dei, sicut blasphemia, periurium, & huiusmodi; siue contra dilectionem proximi, sicut homicidium, adulterium & similia; vnde huiusmodi sunt peccata mortalia ex suo genere. Quandoq; verò voluntas peccantis fertur in id, quod in se continet quandam inordinationẽ, non tñ contrariatur dilectioni Dei, & proximi; sicut verbum ociosum, risus superfluus, & alia hmõi, & talia sunt peccata venialia ex suo genere.

Dub. 1008.

¶ Respondet iuxta tertium membrum prædictę distinctionis, & ponit primò vnam conclusionem responsiuam affirmatiuam, secundò ex superabundanti illam conclusionẽ declarat per alias duas conclusiones determinatiuas. Primam ponit ibi. Sed quia actus &c. secundam ibi. Similiter etiam &c. Conclusio igitur directè responsiua iuxta tertium membrum, hæc est. Veniale tertio modo dictum potest habere genus determinatum, (id est distinctum contra mortale,) ita quòd aliquod peccatum dicitur veniale ex genere, & aliquod mortale ex genere. Probatur conclusio, Veniale tertio modo habet determinatum obiectum, scilicet distinctum ab obiecto mortalis; igitur potest habere determinatum genus, & distingui specificè a mortali ex genere. Tenet consequentia, quia genus, vel species actus determinantur ex obiecto. Et nota, quia D. S. dicit genus, vel species, vbi habetur, q̃ pro eodem accipiuntur in moralibus communiter loquendo, licet vt sup. q. 73. ar. 6. quandoque accipiatur genus peccati, pro esse voluntario, in quo conueniunt omnia peccata. Antecedens probatur in littera pro ambabus partibus, scilicet quòd mortale habet determinatum obiectum, & etiam veniale; quia cum voluntas fertur in aliquod, quod secundum se repugnat charitati per quam homo ordinatur in vltimum finem (a qua ordinatione habet vitam spiritualem) illud peccatum ex suo obiecto habet, q̃ sit mortale, siue sit contra dilectionem Dei, siue proximi. Quando verò voluntas peccantis fertur in id quod in se continet quandam inordinationem, non tamen contrariatur dilectioni Dei, & proximi, ita quòd talia sunt obiecta mortalis, & venialis, scilicet existens contra charitatem, & non existens contra charitatem, sed talia sunt diuersa obiecta; igitur antecedens verum. Et ponit D. S. exempla pro vtraque parte assumpti pro antecedente; sicut blasphemia, periurium, & huiusmodi sunt contra dilectionem Dei. Sed homicidium, adulterium, & similia sunt contra dilectionem proximi; & vtraque volita determinant, & constituunt mortale. Exemplum autem de obiecto venialis est; sicut verbum ociosum, risus superfluus, & alia huiusmodi, & talia sunt peccata venialia &c. Deinde ibi.

¶ Sed quia actus morales recipiunt rationem boni, & mali, non solùm ex obiecto, sed etiam ex aliqua dispositione agentis, vt supra habitum est, * contingit qñq; q̃ id quod est pctm̃ veniale ex genere ratione sui obiecti, fit mortale ex parte agentis, vel quia in eo constituit finem vltimum, vel quia ordinat ipsum ad aliquid quod est peccatum mortale ex genere, puta cum aliquis ordinat verbum ociosum ad adulterium committendum.

* q. 72. ar. 4. q. 77. art. 6.

Dub. 1009.

¶ Determinat præcedentem conclusionem, & ponit talem conclusionem declaratoriam primam. Contingit quandoque, quòd id quod est peccatũ veniale ex genere ratione sui obiecti, fit mortale ex parte agentis dupliciter. Ex qua conclusione habetur determinatio prioris, quia videlicet, licet veniale ex genere distinguatur specificè, & genericè a mortali ex genere, non tamen oportet, quòd distinguatur genere a mortali ex parte agentis; ita scilicet quòd est idem actus circa idem obiectum, qui est veniale ex genere, & tamen est mortale ex parte agentis, vt patuit sup. q. 72. art. 5. Idem actus dico in specie, probatur conclusio primò ratione fundamentali. Actus morales recipiunt rationem boni, & mali, non solùm ex obiecto, sed etiam ex aliqua dispositione agentis; sed contingit, quòd agens in actu quod est ex genere veniale, vel cõstituat vltimum finem, vel ipsum ordinet ad aliquod quod est mortale ex genere; igitur contingit &c. vt dicit conclusio. Maior potest haberi ex dictis sup. q. 77. art. 6. & q. 78. ar. 4. & alibi vbi dictũ est, q̃ gratuitas peccati sumitur ex cõditione personæ agentis. Et notanter dicit maior, recipiunt rationem boni, & mali, scilicet alicuius, non. n. ex parte agentis habent bonum, vel malum specificum & essentiale, sed genericum, quod sumitur ex voluntario, vel accidentale bonum aut malum, quod sumitur ex intentione aut circunstãtia, Vide de materia huius probationis D. S. in de malo. mate. 7. art. 3. vbi pulchrè loquitur. Et nota ex dispositione, & intentione agentis, fieri potest vt actus de se bonus, vel minus malus, fiat vel malus, vel magis malus; sed non contingit, vt malus fiat bonus, quia malum nunquàm potest bene fieri, sed bonum malè, & ita veniale potest fieri mortale, duplici modo dicto. Minor quo ad primam partem relinquitur nota, & eo ipso peccat mortaliter, & fuit supra expositum, quando quis dicatur ponere finem in veniali ex genere, puta quando tantùm crescit libido, & complacentia ad ipsum, vt etiam si esset contra Deũ non dimitteret &c. Secundam partem minoris D. S. exponit exemplo, puta cum aliquis ordinat verbum ociosum ad adulterium cõmittendum. Et patet fundamentum supra, quia ex intentione finis, inficitur id, quod ad finem ordinatur, etiam si sit in se bonum, vel indifferens; multòmagis si sit secundum se malum.

¶ Posset secundò formari ex dictis ratio pro ista conclusione, arguendo per assumptum; actus morales recipiunt rationẽ boni, & mali, non solùm ex obiecto, sed etiam ex aliqua dispositione, (idest cõditione, & intentione, & ordinatione) agentis; igitur &c. Antecedens relinquitur notum. Tenet consequentia, quia in veniali potest constituere finẽ, vel ordinare in mortale &c. Tunc ibi,

¶ Similiter etiam ex parte agentis contingit, quòd aliquod peccatum, quod ex suo genere est mortale, fit veniale propter hoc. s. q̃ actus est imperfectus. i. non deliberatus ratione, quæ est principiũ proprium mali actus; sicut supra dictum est de subitis motibus infidelitatis. * q. 74. ar. 10

¶ Subiungit secundam conclusionem declaratoriam primæ; similiter ex parte agentis cõtingit, quòd aliquod peccatum, quod ex suo genere est mortale, fit veniale. Et habetur ex ista conclusione alia responsio determinatiua primæ conclusionis, quòd mortale ex genere non distinguitur necessariò specie a veniali per accidens, propter imperfectionem modi agendi; probatur conclusio ex eodẽ fundamento sicut prior. Actus morales recipiunt &c. igitur sequitur conclusio: tenet consequentia, quia potest mortale ex genere esse actus imperfectus, i. in genere moris. i. non deliberatus ratione, quæ est principium proprium mali actus, & sic scilicet non habet rõnem perfecti peccati, quod est mortale, non habet inquam ex parte agentis, esto ex natura, & inchoatiuè haberet. Et relinquit D. S. conclusionem probatam ex supra dictis. q. 74. art. 10. vbi dictum fuit de subitis motibus infidelitatis, q̃ sunt mortalia ex genere, venialia tamen propter imperfectionẽ actus, quia antequam aduertantur esse contra legem Dei &c. Nota autem supra dicta, quia esto ex obiecto habeat peccatum speciem, & malitiam inchoatiuè; tamen ex ratione, & voluntate habet genus, & malitiam completiuè; quare esto sint mortale ex obiecto, tñ illa malitia non completur nisi accedente pleno consensu, qui non est ante deliberationem, vel saltem in moratione rõnis &c.

¶ Hoc quod dictum est, præsertim in conclusione iuxta tertium membrum, confirmatur argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, q̃ ex hoc ipso, q̃ aliquis eligit id, quod repugnat Diuinę charitati, conuinci tur præferre illud charitati Diuinæ, & per cõsequẽs plus amare ipsum q̃ Deum, & ideo aliqua peccata ex genere

quæ

quæ de se repugnant charitati habent, quòd aliquid dili gatur supra Deum, & sic sunt ex genere suo mortalia.

¶Maior conceditur, ad minorem sed secundū quodlibet obiectum, vel materiam contingit peccare mortaliter, & venialiter. Dico ꝙ aliqua obiecta sunt ſm quæ ex parte eorū peccatur semp mortaliter, quæ videlicet repugnant diuinæ charitati; & ergo si diliguntur, statim conuincitur diligens ipsa præferre Dei charita ti, & sic semper voluntas quæ fertur, peccat mortaliter quantum est ex parte illorum obiectorum; & ergo minor est falsa ex parte obiecti. Dico secundò ad minorem, ꝙ vera est ex parte peccantis quo ad hoc, ꝙ circa obiectum veniale potest peccare mortaliter, non tamen circa obiectum mortalis venialiter, quantum est in natura obiecti, si autem peccatur venialiter est per accidens propter imperfectum modum agendi. Ad probationem minoris, quodlibet bonum commutabile potest homo diligere infra Deū, negatur ista ex natura obiecti, & rationem ostendit D. S. in solutione, quia sunt aliqua quæ repugnant diuinæ charitati, quæ si quis eligat conuincitur præferre diuinæ charitati, & ita mortalia ex genere quæ per se repugnant charitati, habent ꝙ aliquid plus diligatur quàm Deus, & per consequens sunt mortalia ex genere. Et ergo negetur, quòd circa talia peccetur venialiter quantum est ex genere peccati, esto ex dispositione peccantis, possit venialiter peccari. Vltra dico, quòd aliqua possunt diligi supra Deum, & talia sunt oīa obiecta mortalium, vt dictum est; quare negatur consequentia, ꝙa minor est falsa, & eius ꝓbatio claudicat. Et D.S. rñdet ad ꝓbōnē minoris; negādo eā, & simul minorē virtualiter.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de peccato veniali ex causa.

¶Ad maiorem dico, ꝙ mortale est irreparabile ex genere suo ad hunc sensum, quia debetur sibi pœna ꝗterna damni, & sensus; sed veniale ex genere est reparabile, quia debetur sibi per se sola pœna temporalis. Ad minorem dico, quòd esse irreparabile ad hunc sensum, quia de se habet meritū, vt non remittatur, & nullam causam remissionis culpæ, vel mitigationis pœnę, hoc conue nit peccato ex malitia, quod qualiter sit irremiscibile, vide 2.2.q. 14.art.3. Vltra, esse autem reparabile conuenit peccato, quod fit per ignorantiam, & infirmitatem &c. Verum reparabile ex causa, quia talia habent, vt pœna minuatur, esto etiam inducant reatum ꝗternū, sed tamen minorem quàm peccatum ex malitia, quo modocunq; accipiatur. Vltra, ergo peccatum mortale, & veniale differunt, sicut peccatum ex malitia commissum, vel ex infirmitate, vel ignorantia, verum in vna acceptione; sed sic nos non loquimur de veniali. ſ. ex causa, quod aliqualiter pœnam minuit; sed de veniali ex genere, quod habet, vt omnimodam veniam consequatur. Vltra, sed secundum hoc non differunt peccata genere, sed causa; conceditur, quia dictum fuit q.78. quòd ex malitia, & ex passione non distinguūtur specie, sed tamen mortale ex genere sub quo comprehenditur ex malitia, & ex passione distinguitur contra veniale ex genere specie; Ergo &c. Verum veniale ex causa, quod aliqualiter minuit pœnam etiam ꝗternam, non differt genere a mortali, tamen veniale ex genere, quòd pœnę relaxationem omnimodè tollit, differt a mortali. Et nota, ꝙ mortale oppositum veniali ex causa dicitur, quia non meretur aliquam remissionem; nec scilicet quo ad cessationem pœnę nec quo ad mitigationem pœnæ; & si accipiatur pro peccato ex malitia, vt est in spiritumsanctum, sic etiam tollit ea per quæ fit remissio culpæ, & ideo est omnino mortale, & quo ad pœnam, & culpam; veniale autem sibi oppositum, scilicet ex causa est, quod habet, vt mitius puniatur, & quamuis inducat inordinationem irreparabilem, (quia contra principium vitæ spiritualis) tamen non est contra dona spiritussancti, per quę fit remissio peccatorum, vnde potest dici veniale ex causa &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de peccato, quod est veniale propter imperfectionē actus.

¶ Ad maiorem, subiti motus tam sensualitatis, quàm rationis sunt peccata venialia non ex genere semper, sed per accidens ratione imperfectionis mortalis quæ non stat cum perfecto peccato, quia oportet perfectum peccatum esse voluntarium, & perfectum voluntarium oportet esse perfectum deliberatum, & sic de vltimo ad primum isti motus sunt imperfecta peccata, scilicet venialia propter inperfectam deliberationem, sed dico, ꝙ ex genere sunt mortalia. Minor conceditur; ergo non sunt aliqua venialia ex genere; negatur consequentia, quia supponit falsum, ex maiore quasi illi subiti motus sint venialia ex genere, quod negatum est. Et probat ista ratio tertiam conclusionem præcedentem, & vltimam, quòd mortale ex genere, & veniale ex parte agentis propter imperfectionem actus, non distinguantur genere, & ita probat iam dictam conclusionem. De materia horum duorum articulorum præceden. vide Capreo. in 2. dist. 43. q. 1. & 2.

Vtrū peccatū veniale sit dispositio ad mortale.

L 2.2,q.24. ar tic,10.co,fi. AD tertium sic proceditur. Videtur, ꝙ peccatū venia le nō sit dispositio ad mortale, vnum.n, oppositum non disponit ad aliud, sed peccatum veniale, & mortale ex opposito diuiduntur, vt dictum est; * ergo peccatum veniale non est dispositio ad mortale. Et 9. ethi. in. 9. con. fi. 1. dist. 17. q. 2. art 1. co. fi. Et 1. dist. 42. q. 1. art. 3. Et vet. qst art 6. ad 6. Et Mal. q. 7. artic. 1. ad 7. & art 2. con. ad 1. & 2. & art. 4. ad 3. & q. 4. ar tic. 2. co.

¶ 2 Præt. actus disponit ad aliquid simile in specie sibi, vnde in 2. Ethic. dicitur, * quòd ex similib. actibus generantur similes dispositiones, & habitus, sed pctm mortale, & veniale differūt genere seu specie, vt dictum est; * ergo peccatum veniale non disponit ad mortale. * Art. hius quæſt. * Ca. 2. & 3. * Art. 2. hius quæſt. * Aug. 6. 1.

¶ 3 Præt. si peccatum dicatur veniale, quod disponit ad mortale, oportebit, quòd quæcunque disponunt ad peccatum mortale sint peccata venialia; sed omnia bona opera disponunt ad peccatum mortale, dicit enim August. in regula, * quòd superbia bonis operibus insidiatur, vt pereant; ergo etiam bona opera erunt peccata venialia, quod est inconueniens.

¶ Sed contra est, quod dicitur Eccl. 19. Qui spernit minima paulatim defluit, sed ille qui peccat venialiter videtur minima spernere; ergo paulatim disponitur ad hoc, quòd totaliter defluat per peccatum mortale.

¶Quærit nunc quomodo veniale disponat ad mortale, cum tamen contra ipsum diuidatur iuxta prædicta. Et primò fit, quod dictum est. Secundò ostenditur quomodo veniale possit fieri mortale. artic. seq.

¶ Respondeo dicendum, quòd disponens est quodammodo causa, vnde secundum duplicem modū causæ est duplex dispositionis modus. Est enim causa quędam mouens directè ad effectum, sicut calidum calefacit; est etiam causa indirectè mouens remouēdo prohibens, sicut remouens columnam dicitur remouere lapidem superpositam; & secundum hoc actus peccati dupliciter ad aliquid disponit.

¶D.S. in principio cor. notat duplicem intellectum quæsiti per vnam distinctionem. Secundò respondet, quo ad vtrunque intellectum, quo ad primum ibi. Vno quidem modo &c. quo ad secundum ibi. Alio modo &c. Ponens ergo distinctionem præmittit rationem distinctionis, & sic ponitur distinctio per modum conclusionis præambularis, talis actus peccati dupliciter ad aliquid disponit, ſ. directè, & indirectè. Probatur a principio corporis, disponens est quodāmodo causa, sed est duplex modus causæ. ſ. directè, & indirectè; ergo est duplex dispositionis modus. Et ergo cum quæritur an peccatum veniale sit dispositio, potest intelligi vtroque modo. Maior relinquitur nota, & dicit ꝙ disponens sit quodammodo causa, vt denotet eam non esse causam ſm perfectissimum gradum causæ, quia ille est esse perfectiuū effectus &c. Minorem D.S. declarat, est enim causa quædam mouens directè ad effectum, quæ sup. q.85.art.5. & q.76.art.1. dicebatur causa per se, & mouens ſm propriam virtutem; sicut calidum calefacit imprimendo; prohibens, sicut remouens columnam dicitur mouere lapidem suprapositum quare minor vera. Deinde cum dicit.

¶Vno quidem modo directè, & sic disponit ad actum similem secundum speciem, & hoc modo primò & per se peccatum veniale ex genere non disponit ad mortale ex genere, cum differant specie.

¶ D.S. respondet quo ad primum membrum, & primum intellectum quæsiti, & est talis cōclusio bimembris respōsiua prima. Primo modo, (scilicet directè) primò, & per se, peccatum veniale ex genere non disponit ad mortale; sed per hunc modum pctm veniale potest disponere per quandam consequentiam ad peccatum, quod est mortale ex parte agentis. Huius conclusionis D.S. primò ponit primam partem, secundò secundam, & eam probat, ibi. Sed per hunc modum &c. Arguitur ergo pro prima parte, cuius fundamentum habitum fuit sup. q.75. art. 4. quia videlicet actus per se causat dispositionem sibi proportionatā, quæ iterum inclinat ad similem actum. Quare peccatum isto modo (directè, scilicet mediatè tamen) causat similem actum &c. Vnde arguitur sic, peccatum directè disponit ad actum similem ſm speciem, sed peccatum mortale ex genere non est simile veniali ex genere secundum speciem, immo specie differunt; ergo conclusio vera. Maior relinquitur nota, & minor patuit. art. 2. Consequenter ibi.

¶Sed per hunc modum peccatum veniale potest disponere per quandam consequentiam ad peccatū, quod est mortale ex parte agentis, augmentata enim dispositione, vel habitu per actus peccatorum venialium intantum potest libido peccandi crescere, quòd ille qui peccat finem suum constituit in peccato veniali. Nam vnicuique

cuique habenti habitum inquantum huiusmodi finis est operatio secundum habitum, & sic multotiens peccando venialiter disponetur ad peccatum mortale.

¶Subiungit, & probat secundam partem præcedentis conclusionis. Pro qua nota, quòd mortale ex parte agentis est idem secundum speciem cum veniali ex genere, cum. ſ. agens, vel ponit in eo finem, vel ordinat in mortale; & ergo quia veniale causans dispositionem frequēter iteratum causabit maiorem pronitatem ad simile veniale, & tandem potest causare tantam, vt agens in eo constituat finem; & ergo dicit prima pars per quādam consequentiam. ſ. mediante consuetudine, & dispositione causata, potest disponere ad mortale ex parte agentis, id est ad seipsum in specie, vt in eo agens tandem constituat finem, & non ad aliud specie distinctum, sed ad simile sibi in specie, quod tamen erit mortale ex parte agentis. Probatur igitur illa pars sic expōsita, augmentata dispositione, vel habitu per actus peccatorum venialium, (scilicet ex genere) intantum potest libido peccandi crescere, ꝙ ille qui peccat finem suum constituat in peccato veniali; ergo multotiēs peccando disponitur ad mortale ex parte agentis. Tenet consequentia, quia constituere finem in veniali est peccare mortaliter, cum hoc sit habere creaturam pro fine, quod est contra dilectionem Dei. Antecedens probatur, nam vnicuique habenti habitum inquantum hmōi, finis est operatio ſm habitum; quare sequitur, ꝙ veniale inducendo habitum disponat ad simile veniale, vt per se placeat tanquàm scilicet finis. Nota autem circa hoc, quòd veniale ex genere se solo non fit mortale, nisi accedat consensus in ipsum quo acceptatur, & placet tanquàm finis. Vnde magis consensus in veniale tanquàm finem fit mortale, quia tamen consensus, & id in quod consentitur habentur tanquàm vnus actus completus, ideo & veniale dicitur fieri mortale, non ꝙ idem numero sit veniale, & mortale, sed in specie. Nam disponens & præcedens consensum in veniale tanquàm finem mansit in ratione venialis, sed veniale sequens habitum, vt finis est mortale, quod tamen si non esset, illa complacentia voluntatis finalizans esset veniale, sed pronunc est mortale. Vnde non est repugnantia ad dicenda art. seq. Nota secundò, ꝙ ad cognoscendum quando in veniale consentiatur vt finem, & quando complaceat, vt finis, ponit D.S. signum in secundo. dist. 24. q. 3. art. 6. dicens. Huius autem complacentiæ expressissimum signum est, quando aliquis alicui rei etiam non prohibitę tantùm adhæret, vt sentiat etiam si esset prohibitum, illud se non relicturum, vt præcipuè patet in quibusdam ebriosis, qui totam vitam suam in vino posuerunt, & in histrionibus qui verba iocosa sectantur, hæc ille. Nota tertiò secundum D.S. ibidem, quòd quantumcunque fiat pronitas ex multis venialibus, & habitus, cuius est causare delectationem in opere, non tamen de necessitate complacet veniale, vt finis, per quamcunque reiterationem, quia semper manet libertas in voluntate ne in mortale labatur; & ergo disponunt multa venialia ad mortale per accidens, sed non sufficienter causant, sicut & supra dictū fuit. q. 78. de passionibus. Vnde & D.S. de malo. ma. 7. art. 3. in fine. tamen ista dispositio non præexigitur de necessitate ad peccatum mortale, quia etiam venialibus non præcedentibus potest homo peccare mortaliter, & prædicta dispositione venialium præcedente per charitatem potest homo mortali peccato resistere. Hæc ille. Consequenter cum dicit.

¶Alio modo actus humanus disponit ad aliquid remouendo prohibens, & hoc modo peccatum veniale ex genere potest disponere ad mortale peccatum ex genere; qui enim peccat venialiter ex genere prætermittit aliquem ordinem, & ex hoc, quòd consuescit voluntatem suam in minoribus debito ordini non subijcere, disponitur ad hoc, quòd etiam voluntatem suam non subijciat ordini vltimi finis, eligendo id, quod est peccatum mortale ex genere.

¶Respondet iuxta secundum membrum, & secundum intellectum quæsiti, & est secundum membrum, quia alio modo actus humanus disponit ad aliquid remouendo prohibens, prius enim disponebat causando aliquam dispositionem, mediante qua disponebat ad consensum in veniale sicut finem, nunc autem non causat, sed remouet aliquid quod prohibebat aliud &c. Conclusio huic membro respondens, & secunda in ordine hoc modo, (idest indirectè, & per accidens) peccatum veniale ex genere potest disponere ad mortale peccatum ex genere. Probatur tali ratione, qui peccat venialiter ex genere aliquem ordinem prætermittit, & se ei non subijcit, sed ex hoc, quòd consensit voluntatem suam in minoribus debito ordini non subijcere, disponitur ad hoc, quòd etiam voluntatem suam non subijciat ordini vltimi finis, eligendo id, quod est peccatum mortale ex genere; igitur veniale per accidens remouendo subiectionem ordinis minoris frequenter disponit ad non subiectionem ordinis vltimi finis, in qua non subiectione consistit mortale ex genere. Maior nota. Minor patet auctoritate argumenti in contrarium adducta.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd peccatum veniale, & mortale non diuiduntur ex opposito, sicut duę species vnius generis, vt dictum est, * sed sicut accidens contra substantiam diuiditur, vnde sicut accidens potest esse dispositio ad formam substantialem, ita & veniale peccatum ad mortale. * Ar. 1. ad 1.

¶Ad maiorem, vnum oppositum non disponit ad aliud quando est oppositum ex æquo se habens ad commune diuisum, & qñ est opposita species, & perfecta, sicut album non disponit ad nigrum, nec calidum ad frigidum. Negatur aurē de opposito, quod se habet sicut imperfectum ad perfectum, & condiuiditur alteri diuisione analogica, vt patet de substantia, & accidente, quæ diuidunt ens per modos intrinsecos, & tamen accidens disponit ad substantiam. Ad minorem, negatur quòd ex opposito diuidantur diuisione vniuoca, & quòd vtrunque sit æquè principale sub diuiso, & patuit eius falsitas art. 1. ad 1. Secundò non se hēt vtrunq; sicut perfectum, immo veniale sicut imperfectum, & minus principale peccatum; quare negatur consequentia, quia in talibus diuidentibus vnum ordinatur ad aliud, & dependet a reliquo, ideo potest ad ipsum disponere.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum veniale non est simile mortali in specie, est tamen simile ei in genere inquantum vtrunque importat defectum debiti ordinis, licet aliter & aliter, vt dictum est. * *Arti. & 2. huius ꝙ.

¶Ad maiorem, actus disponit ad aliquid sibi simile in specie, verum directè & per se, tamen indirectè potest etiam disponere ad distinctum specie, quod tamen aliqualiter conuenit saltem secundum communem rationem, vel in aliqua conditione. Probatio maioris procedit de directa dispositione. Ad minorem dico, quòd peccatum mortale, & veniale ex genere differunt genere accipiendo genus pro specie ex parte actus, secundum quem peccatum recipit per se speciem; cum quo stat, quòd etiam conueniāt genere, accipiendo genus pro aliqua conditione generali, vel pro genere peccati, vt peccatum est, non vt actus est, quia conueniunt in defectu ordinis, & non subiectione voluntaria respectu ordinis, licet alia inordinatio sit ibi, alia ibi, vt patuit. art. 1. Vltra; ergo peccatum veniale non disponit, verum directè, & per se ad mortale ex genere, & hoc volunt prima pars primæ conclusionis, cum quo stat, quòd disponat ad mortale ex genere indirectè remouendo prohibens, puta subiectionem ordinis, & eius reuerentiam, & per consequens causat facilitatem obmittendi ordinem; potest enim aliqua facilitas sequi etiam priuationem, vt patuit supra de originali. Vnde nota solutionem, quia primò dicit, quòd veniale non est simile mortali in specie, & tamen sit sibi simile in genere, sed D.S. statim adiungit per quæ intelligitur, quòd hic non capit genus pro obiecto determinante; sed pro generali conditione, vel etiam pro eo, quod dat genus peccato, vt sic, scilicet pro defectu ordinis, & subiectionis in quibus mortale, & veniale conueniunt, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd opus bonum non est per se dispositio ad mortale peccatū, potest tñ esse materia, vel occasio peccati mortalis per accidens; sed pctm veniale per se disponit ad mortale, vt dictum est. * *In corpo. artic.

¶Ad maiorem dico, quòd veniale dicitur, quod disponit ad mortale per se, idest ex propria ratione, & hoc vel ad mortale ex parte agentis, & hoc directè, vel ad mortale ex genere, & hoc indirectè. Ad secundam partem maioris, scilicet oportebat, quòd quæcunque &c. Dico, quòd quæcunque disponunt ad mortale sicut causa quantum est ex parte sui, ꝙ talia sunt venialia ad minus. Dico autem ad minus, quia vnum mortale disponit ad aliud, vt patuit supra q.75.art.4. sed solùm peccatum disponit ad peccatum, quantum est ex parte sui. Ad minorem, negatur quòd omnia bona opera disponant ad peccatum mortale, immo disponūt per se ad contrarium peccati mortalis. Ad probationem dico, ꝙ superbia sumit occasionem; ex bonis operibus; sed ipsa non disponunt ad superbiam, sed ad virtutē; quare negatur consequentia, quia non est idem disponere ad aliquid directè, vel indirectè, & est esse alteri occasionem; nam primum est habere aliquem effectum directum, vel indirectum, secundum autem est sine omni causalitate super alterum. Nota autem, quòd D.S. quando dicit in solutione, quòd veniale disponit ad mortale, non intelligit per se, vt idem est per se causare, & habere causalitatem competētem causæ per se; nam vt dictum est circa corpus, aliquando disponit absque causalitate per se, quæ est producere aliquid ex propria virtute, ad quod aliud sequitur, quia in dispositione quæ est per remotionem prohibentis hæc causalitas non habet locum. Accipit ergo per se, idest ex propria ratione, habet vt sit dispositio, vel directè, vel per remotionem prohibentis; ita quòd posset dici, quòd quandoque est per se, idest ex propria ratione dispositio indirecta, sicut causa per accidens, ita vt per se non determinet dispositionē, ita ꝙ intelligatur sequi hoc verbum (disponit) vt sit

vt sit sensus, veniale disponit per se, hic enim sensus falsus esset vniuersaliter, sed debet intelligi præcedere hoc verbum disponit, & determinare hoc quod dicitur veniale, vt sit sensus, veniale per se, idest ex propria ratione, & conditione disponit ad mortale quocunque modo disponat siue per se, siue per accidens.

Vtrum peccatum veniale possit fieri mortale.

M Supra ar.2. col. Et 2.distin.24.q.3. articu.7. Et Mal. q.7.articu. 3. Et Psal.19.col. 10.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd peccatum veniale possit fieri mortale, dicit enim Aug.* exponens illud Io. Qui incredulus est filio nõ videbit vitã, peccata minima, i. venialia, si negligantur occidunt; sed ex hoc dicitur peccatum mortale, quia spiritualiter occidit animã; ergo peccatum veniale põt fieri mortale.

*Aug. trac. 32. in Io. nõ procul a fi.

¶ 2 Præt. motus sensualitatis ante consensum rationis est peccatum veniale, post cõsensum verò est peccatum mortale, vt supra dictum est; * ergo peccatum veniale potest fieri mortale.

*q.74.ar.3. ad tertium. & art. 4. & art.5. a 1 secundum.

¶ 3 Præt. peccatum veniale, & mortale differunt sicut morbus curabilis, & incurabilis, vt dictum est; * sed morbus curabilis potest fieri incurabilis; ergo peccatum veniale potest fieri mortale.

*Art. 1. huius q.

¶ 4 Præt. dispositio potest fieri habitus; sed peccatum veniale est dispositio ad mortale, vt dictum est; ergo veniale peccatum potest fieri mortale.

*Art.præc.

¶ Sed contra, ea quæ differũt in infinitum non transmutantur in inuicem; sed peccatum mortale, & veniale differunt in infinitum, vt ex prædictis patet; * ergo veniale non potest fieri mortale.

*q.72.ar.1. ad primũ.

¶ Quærit nunc primò quomodo veniale possit fieri mortale, secundò quomodo econtra mortale fit veniale. articu. sexto. Circa primum, primò fit, quod dictum est. secundò determinatur dubium incidens. art.5.

¶ Respondeo dicendum, quòd peccatum veniale fieri mortale potest tripliciter intelligi. Vno modo sic, quòd idem actus numero primò sit peccatum veniale, & postea mortale.

¶D.S. ponendo quadruplicem intellectum quæsiti, subiungit circa vnumquemq; sensum vnã conclusionem respondentem. Sunt autem quatuor intellectus quæsiti, quia tertium intellectum subdiuidit in duo membra. Secundum ponit ibi. Alio modo. Tertium ibi. Tertio modo, quem subdiuidit, vt patebit. Quo ad primum primò præmittit intellectum primum quæsiti; secundò subiungit primam conclusionem, ibi. Et hoc esse &c. Dicit ergo quòd quæstio potest tripliciter intelligi, quòd peccatum veniale fiat mortale. Vno modo sic, quòd idem actus numero primò sit peccatum veniale, & postea mortale, & intelligitur de vnitate numerali in esse moris. Vbi nota iuxta supra dicta. q.20.artic.6. quòd est actus moralis, quia voluntarius. Vnde cum ab eo eodem res habeat entitatem, & vnitatem, sequitur quòd vnitas actus in esse moris accipienda sit secundum voluntatem, non solùm secundum quòd voluntas accipitur pro actu interiori, quo volitus est actus exterior, sed etiam pro intentione voluntatis. Vnde fieri potest, vt sit vnus actus in genere naturæ, qui tamen est duo in genere moris propter diuersitatem intentionis voluntatis; vt puta si quis vadens continuè ad ecclesiam, in prima parte motus intendat vanam gloriam, in secunda autem Dei honorem. Tunc ibi.

¶ Et hoc esse non potest, quia peccatum principaliter consistit in actu voluntatis, sicut & quilibet actus moralis; vnde non dicitur vnus actus moraliter si voluntas mutetur; quàmuis etiam actio secundum naturam sit continua. Si autem voluntas non mutetur non potest esse, quòd de veniali, fiat mortale.

¶ Subiungit primam conclusionem huic intellectui respondentem. Non potest esse, quòd idem numero actus primò sit veniale, postea mortale, (& intelligitur idem numero in esse moris.) Probatur conclusio; non dicitur vnus actus numero moraliter, si voluntas mutetur, etiam si actio secundum naturam sit continua; sed non potest fieri de veniali mortale, si voluntas non mutetur, (hoc est oportet, quòd semper voluntas mutetur) si de veniale fiat mortale; ergo semper est alius actus numero in esse moris. Maior probatur, quia peccatum principaliter consistit in actu voluntatis, sicut & quilibet actus moralis; igitur sequitur maior, quia scilicet formale est actus interior voluntatis, quare ipso multiplicato (esto actus materialiter se habens maneat vnus) dicetur peccatum multiplicari. Minor patet ex artic. 2. quia si de veniali debeat fieri mortale, oportet quòd non maneat in genere venialis; sed vel quòd constituatur in eo finis, vel referatur in finem mortalis; sed hoc non fit absque mutatione voluntatis. Igitur minor vera.

¶D.S. in secundo sententiarum tangit aliam probationẽ huius conclusionis, quam & hic tangit in solutione tertij, quia videlicet vnus actus non potest esse nisi semel, ex quo enim transiit iterum resumi non potest idem numero, & ita si semel fuerit veniale, nũquàm erit mortale; & intelligitur de actu, vt stat sub vnitate morali, & sub vna voluntate, sic enim transit, & resumi non potest; vel intelligitur de actu interiori, exterior autem esto maneat sub diuersis voluntatibus, & intentionibus, tamen non potest resumi sub eadem vnitate morali, si mutetur voluntas. Vt autem probatio hic in corpore posita validior, & communior.

¶ Alio modo potest intelligi, vt id quod est veniale ex genere, fiat mortale.

¶ Hic consequenter procedit ad secundam conclusionem cui primò præmittit alium intellectum quæsiti; secũdò infert ex hoc conclusionem ipsam, ibi. Et hoc quidem &c. Secundus ergo intellectus quæsiti, est vt intelligatur an veniale ex genere possit fieri mortale, scilicet ex parte agentis, non quòd prius exiterit, & fuerit veniale, & postea idem numero fiat mortale; sed quia non fuit prius, sed iam fit tali modo, vt sit mortale, & tamen de se ex propria specie haberet esse veniale. Vnde D.S. in de malo. q.7.ad septimum, cum dicitur, quòd circunstantia mutat speciem peccati, aut transfert in aliud genus, non intelligitur, quòd actus prius existens in vna specie, iterum resumatur, vt fiat alterius speciei, sed quia actus qui absque circunstantia consideratur non esset in tali specie peccati, sed circũstantia superueniente illã speciẽ peccati habet. Hæc ille. Ita per omnia in proposito. Deinde ibi.

¶ Et hoc quidem possibile est inquantum constituitur in eo finis, vel inquantum refertur ad mortale peccatum, sicut ad finem, vt dictum est.* *Art.2.huius q.

¶Infert secundam conclusionem talem, possibile est, quòd ex veniali ex genere fiat mortale. Probatur breuiter ex art.2. Potest in veniali ex genere constitui finis, vel potest tale veniale referri ad peccatum mortale sicut ad finem; igitur conclusio vera. Consequentia, & antecedens patent ex dictis art.2. Nota de hac conclusione pulchrè loquentem D.S. in de malo. ma.7.art.3. vbi dicit. Considerandum est, quòd cum actus exterior pertineat ad genus moris secundum quòd est volũtarius in actu morali possunt considerari duo obiecta, scilicet obiectum exterioris actus, & obiectum interioris, quæ quidem quandoq; sunt vnum, puta cum aliquis volens ire ad aliquem locum, vadit illuc, quandoque verò sunt diuersa, & contingit, quòd alterum est bonum, & alterũ malum, sicut cum aliquis dat elemosynam volens placere hominibus, obiectum exterioris actus est bonum, obiectum autem interioris actus est malum. Et quia actus exterior constituitur in genere moris inquantum est voluntarius, oportet, quòd formaliter consideretur species moralis actus, secundũ obiectum interioris actus, nam species actus consideratur secũdum obiecta. Vnde dicit Philosophus in 5. Ethi. quòd ille qui mechatur, vt furetur, magis est auarus quàm mechus; sic ergo aliquis actus exterior qui secudum speciem quã habet ab obiecto exteriori est peccatũ veniale, secundum obiectum interioris actus transit in speciem mortalis peccati, sicut cum aliquis dicit verbum ociosum intendens prouocare ad libidinem. Hæc ille. Ex quibus patet declaratio vnius partis, scilicet secũdæ ipsius antecedentis, quomodo ex relatione in mortale, veniale ex genere fiat mortale. Primam autem partem antecedentis declarat D.S in secundo dist.24.ar.vlt. distinctionis, quia si placeat vt finis; tunc ex veniali ex genere, fit mortale. Cum enim impossibile sit duos esse fines vltimos, quandocunque ponitur aliquod bonum commutabile finis vltimus vitæ, oportet, quòd Deus non pro fine habeatur, & cum finis sit maximè dilectus, oportet, quòd illud in quo finis constituitur super Deum diligatur, quod constat mortale esse, hæc ille.

¶ Tertio modo potest intelligi, ita quòd multa venialia peccata constituant vnum peccatum mortale; & si sic intelligatur, quòd ex multis peccatis venialibus integraliter cõstituatur vnum peccatũ mortale, falsum est.

¶ Hic consequenter Doct. Sanct. procedit ad tertium intellectum quæsiti, quia potest intelligi an multa venialia constituant vnum peccatum mortale. Et hunc sensum subdiuidit in duos, & secundum vnumquemque ponit etiam vnam conclusionem. Secundam ponit ibi, si verò &c. Recitando ergo primum intellectum simul ponit conclusionem. Secundò eam probat ibi. Non enim omnia &c. Potest ergo dupliciter intelligi, quòd multa venialia constituant vnum peccatum mortale; primò sic, quòd ex multis venialibus integretur vnum mortale, sic quòd diuersi reatus, & plures multorum venialium, equipollẽt vni reatui vnius mortalis, & an diuersę inordinationes plurium venialium equipolleant vni inordinationi, & auersioni vnius peccati mortalis, sic quòd quasi efficienter multa venialia constituant, & integrent vnum

vnum mortale; conclusio huic membro respondens, falsum est, quòd ex multis venialibus integretur vnum mortale. Consequenter cum dicit.

¶ Non enim omnia peccata uenialia de mundo possunt habere tantum de reatu, quantum unum peccatum mortale; quod patet ex parte durationis; quia peccatum mortale habet reatum pœnæ ęternæ, peccatum autem ueniale reatum pœnæ temporalis, ut dictum est.*

*Art.2.huius quæst.

¶Probat conclusionem tali assumpto, omnia peccata venialia de mundo non possunt habere tantum de reatu, quantum vnum peccatum mortale; ergo conclusio vera. Tenet consequentia de se; quia nihil aliud est ex multis venialibus integrari mortale, quàm habere tantum de reatu. Antecedens probat triplici medio, vt patebit. Primò ergo probat antecedens ex parte durationis pœnæ, cuius reatum inducit mortale sic; peccatum habet reatum pœnæ ęternæ, scilicet mortale; peccatum autem veniale reatum pœnæ temporalis; ergo antecedens verum. Tenet consequentia, quia temporale ad ęternum non est comparabile. Antecedens pro prima parte patuit, quæst.37.artic.3. Secunda pars patuit articulo secundo huius quęstionis circa principium. Et nota, quòd D.S. loquitur hic de reatu in communi, postea de pœna damni, & sensus specialiter. Deinde ibi.

¶Patet etiam ex parte pœnæ damni, quia peccatum mortale meretur carentiam uisionis Diuinæ, cui nulla alia pœna comparari potest, vt Chrysost. dicit.*

*Chrysost. Homil. 47. ad populũ Antioch. & Homil. 24. in Matth.

¶Alio medio probat antecedens, scilicet ex parte pœnæ damni, videlicet, ęp non habeant proportionabilem reatum ad pœnam damni; quia peccatum mortale meretur carentiam visionis Diuinæ, cui nulla alia pœna comparari potest, vt Chrysostomus dicit. Veniale autem (supplè) non mæretur illam pœnam; ergo antecedens verum. Illud nunc assumptum patuit, q.87.quia qui peccat contra principium ordinis, debet ab eo perpetuò excludi, sic autem facit peccans mortaliter, non autem peccans venialiter; quia damnum eius est impedire, vel tollere feruorem charitatis, vel retardare in via.

An priuatio visionis Diuinæ sit maxima pęnarum.

¶Nota autem sanum intellectum Chrisostomi, ęp nulla pœna possit comparari priuationi visionis Diuinæ essentiæ. De hoc D.S. in de Malo, Mate. 5. art. 1. tertio loco sic arguit. Aug. dicit in Enchyr. q ꝺ mitissima est pœna eorum, qui pro solo originali vniuntur; sed Chrisostomus dicit super Matth. ęp carentia visionis Diuinæ est maxima pœnarum, & intolerabilior, quàm gehenna; ergo carentia visionis Diuinæ non est conueniens pœna originalis peccati. Ecce argumentum, sequitur responsio. Ad tertium inquit dicendum, ęp grauitas alicuius pœnæ potest attendi dupliciter; vno modo ex parte ipsius boni, quod priuatur per malum pœnæ; & sic carentia visionis Diuinæ, & fruitionis Dei est grauissima pœnarum; alio modo per comparationem ad eum, qui punitur; & sic tantò grauior est pœna, quantò id, quod subtrahitur, est magis proprium, & connaturale ei, cui subtrahitur; sicut magis diceremus puniri hominem, si auferretur ei patrimonium suum, quàm si impediretur, ne perueniret ad regnum, quod ei non debetur. Et per hunc modum dicitur esse mitissima omnium pœnarum sola carentia Diuinæ visionis, inquãtum visio Diuinæ essentiæ est quoddam bonum omnino supernaturale. Hæc ille. Ex quibus patet intellectus dicti beati Chrysostomi, & quomodo aliud dictum beati Augustini sibi non aduersatur. Tunc ibi.

¶Patet etiam ex parte pœnæ sensus, quantum ad vermem conscientiæ; licet fortè quantum ad pœnam ignis non sint improportionabiles pœnæ.

¶Tertiò probat antecedens de reatu pœnæ sensus, quia quo ad remorsum conscientiæ multò maior, & improportionabilis pœna est in mortali, quàm in omnibus venialibus. D.S. tamen notat circa hoc, quòd quo ad pœnam ignis non sunt improportionabiles pœnæ; & hoc fuit declaratum, q.87.art.5 ad primum. quia afflictiones illæ causantur ab actiuo eiusdem rationis, & similiter in patiente eiusdem rationis. Vnde dictum fuit, ęp possent multiplicari tot venialia, ęp punirentur ęquali pœna sensus quo ad acerbitatem doloris caulari ab igne cum vno mortali.

¶ Nota circa hoc ex Doct. Sanct. quòd pœna sensus implicat duas pœnas partiales, scilicet remorsum conscientiæ de culpa, & peccato, non quidem, vt est Dei offensa, sed per accidens, vt nociua, vt habetur in Doct. Sanct. in quarto, distin. 50. q. 2. artic. 1. quæstiun. 2. & cum hoc est afflictio ignis, sic supra probabiliter dictum fuit de pœna damni, quòd dicat subtractionem boni ęterni, & tristitiam inde prouenientem.

¶Nota quoque, quòd Doct San. hic expresè solùm arguit de incomparabilitate reatuum venialis, & mortalis; sed quia (vt patuit supra, quæst. 72. art. 5.) diuersitas illorum reatuum consequitur per se diuersitatem inordinationum; ideo probato, quòd reatus sint inæquales, probatur a posteriori, quòd & inordinationes sunt incomparabiles. Vnde D.S. in de Malo expresè probat de incomparabilitate inordinationum; quia quantitas peccati mortalis est per auersionem a fine vltimo, quantitas autem peccati venialis est secundùm aliquam inordinationem circa ea, quæ sunt ad finem. In secundo sententiarum etiam dicit, ęp reatus, & macula peccati mortalis in infinitum distat ab ea, quæ est in veniali, cum peccatum mortale priuet infinitum bonum, quod est increatum bonum; per peccatum autem veniale tollitur aliquod creatum, vt feruor charitatis; distantia autem priuationum mensuratur ex his, quæ priuantur. Hæc ille. Et nota illud vltimum verbum, quia concordat cum dictis supra, quæst.87.artic.4. quòd auersio est infinita ex parte eius, a quo quis auertitur.

¶ Si uerò intelligatur, quòd multa peccata uenialia faciunt unum mortale dispositiuè, sic uerum est, sicut supra ostensum est, * secundùm duos modos dispositionis, quo peccatum ueniale disponit ad mortale.* *Art.3.huius quæst.

¶Hic vltimò respondet iuxta secundùm membrum tertij intellectus quæsiti, & est quartus intellectus in ordine, an multa peccata venialia fiunt mortale (idest disponant ad mortale.) Conclusio iuxta hunc intellectum, quòd sic; & probatur ex dictis, articulo tertio. quia multa venialia disponunt primò directè (per tamen consequentiam mediante habitu generato) ad mortale ex parte agentis; & secundò ad mortale ex genere indirectè, remouendo prohibens, scilicet reuerentiam ordinis; ergo conclusio vera, consequentia nota, & antecedens patuit, artic.3.

ARGVMENTVM in contrarium indiget expositione; quia quæ differunt in infinitum, non transmutantur adinuicem. Primò dicitur, quòd habet veritatem in naturalibus. Secundò dicitur, quòd in moralibus verum, dummodo maneant in infinita distantia, vel differentia; & ita venialia manentia venialia nunquam possint fieri mortale, vel equipollere mortali; & hoc voluit tertia conclusio.

¶Dico autem circa hoc, quòd esto in infinitum distantia non transmutentur in seinuicem, vt sic; tamen in peccatis contingit vt id, quod ex genere distat ab alio in infinitum, consequatur infinitatem ex parte agentis, & sic veniale ex genere potest fieri mortale ex parte agentis.

¶Ad minorem. Peccatum veniale, & mortale differunt in infinitum. Verum, ex parte inordinationis, & auersionis; & ergo veniale, vt habet inordiuationem, & reatum venialis, vt sic, nunquam fit mortale, hoc est dicere, quòd venialitas nunquam fit mortalitas; tamen contingit, vt actus, qui esset de veniali, fiat mortale; & sic potest veniale ex genere esse mortale, nec sic distant in infinitum, cum veniale etiam habeat infinitatem. Vnde probat directè tertiam conclusionem, & etiam primam, quòd idem numero morali non possit esse mortale, & veniale; cum quo stat secunda conclusio, quòd id, quod ex genere esset veniale, fiat mortale ad sensum dictum circa conclusionem secundam.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd Augustt. loquitur de illo sensu, quòd multa peccata uenialia dispositiuè causant mortale.

¶Ad maiorem, & auctoritatem beati Augustini. Peccata venialia, si negligantur, occidunt, &c. si intelligitur per se, ita quòd ipsa inducãt demeritoriè amissionem vitæ spiritualis, quæ est per gratiam, & charitatem, negatur. Si autem intelligatur indirectè, & hoc non efficienter, sed dispositiuè, inclinatiuè ad mortale; conceditur. Et ita intelligit beatus Augustinus; quia disponunt ad mortale, quod occidit; Ergo, &c. Si intelligitur integraliter, vel formaliter, negatur. Si autem causaliter dispositiuè, conceditur. Et est hæc ratio pro quarta conclusione. Vide articulo tertio, quia talis dispositio non necessitat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ille idem motus sensualitatis, qui præcessit consensum rationis, nunquam fiet peccatum mortale, sed ipse actus rationis consentientis.

¶Ad primam partem assumpti dico, quòd motus sensualitatis ante consensum rationis est veniale peccatum; verum per accidens, quando est de re illicita, quæ est contra charitatem, veniale dico per accidens propter imperfectionem agentis, cuius non est peccare mortaliter.

¶Ad secundam partem assumpti, post consensum verò est peccatum mortale; si intelligitur, quòd motus ipse sensualitatis solus fiat mortale, negatur; vel si intelligitur secundò, quòd talis motus sit principale in peccato mortali, negatur iterum. Si autem intelligitur tertiò, quòd aliqualiter pertineat ad mortale, sicut materiale, & minus principale; principalius autem illius mortalis sit consensus rationis superueniens, conceditur; sed motus sensualitatis solitariè acceptus, & acceptus cum consensu rationis, non sunt vnus motus numero, immo motus sensualitatis sine deliberatione, & consensu; & cum deliberatione, & consensu differt a se genere in esse moris. Quare negatur consequentia, quòd idem motus numero, præsertim in esse morali.

¶Nota autem circa solutionem hanc Doct. Sanct. quia cum Doct. Sanct. dicit, quòd motus sensualitatis, qui præcessit consensum rationis, nunquam fiat mortale, dato scilicet, quòd idem motus in numero in esse naturæ duret ante, & post consensum, sicut fieri potest, intelligendus est, quia non est principale in mortali; sed consensus, vel actus rationis consentientis. Veruntamen non debet intelligi, quòd nullo modo ad mortale tale pertineat, vt patet ex Doct. Sanct. supra, q. 73. artic. 8. ad secundum. vbi habet, sed quòd ante consensum sit veniale peccatum, hoc per accidens est, scilicet propter imperfectionem actus, quæ quidem imperfectio tollitur per consensum deliberatum superuenientem. Vnde ex hoc adducitur in suam naturam, vt sit peccatum mortale. Hæc ille. Et supra, quæst. 76. artic. 2. ad tertium. in peccato transgressionis peccatum non consistit in solo actu voluntatis, sed etiam in actu volito, qui est imperatus a voluntate. Et nota vltima verba, quare si non debeat esse, sicut non est contradictio, oportet sic intelligere. Vide vbi iam, artic. 4.

¶Ad tertium dicendum, quòd morbus corporalis non est actus, sed dispositio quædam permanens; vnde eadem manens potest mutari, sed peccatum veniale est actus transiens, qui redimi non potest; & quantum ad hoc non est simile. ——

¶Ad maiorem, est simile de veniali, & mortali ex vna parte, & morbo curabili, & incurabili ex alia parte, vt habet Doct. San. in de Malo, in hoc, quòd sicut languor, & morbus incurabilis est deordinatio naturæ, ita peccatum est deordinatio actus. Et secundò in hoc, quòd mortale est incurabile ad sensum dictum, articulo primo. & veniale curabile. Sed differunt in hoc, quia ęgritudo, vel morbus est dispositio quædam permanens, peccatum autem veniale est actus transiens. Vel si maneat, & mutetur super ipsum voluntas statim perdit priorem vnitatem. vnde non potest idem numero transferri de venialitate in mortalitatem; quare concessa minore, negatur consequentia.

¶Nota autem, quod etiam si actus peccati venialis continuaretur in esse naturæ, tamen non potest fieri, vt ipse solus qui erat venialis, idem numero in esse moris fiat mortale; quia oportet, ꝙ voluntas circa ipsum mutetur, potest tamen fieri, vt actus venialis ex specie sit mortale ex fine, sed idem nõ est ibi actus, qui prius fuit venialis, & iam fit mortalis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd dispositio, quæ fit habitus, est sicut imperfectum in eadem specie, sicut imperfecta scientia, dum perficitur, fit habitus; sed veniale peccatum est dispositio alterius generis, sicut accidẽs ad formam substantialẽ, inquãtum nunquã mutatur.—

¶Ad maiorem patuit supra, quæst. 74. artic. 4. ad tertium. quia vniuersaliter est falsa; nam nec habitus, & dispositio semper sunt in eodem (vt patuit vbi iam) multò ergo minus sunt idem, vel vnum fit aliud, habet tamen maior veritatem, quando habitus, & dispositio differunt sicut perfectum & imperfectum in eadem specie, sicut dispositio fit habitus, sicut scientia imperfecta fit perfecta.

¶Ad minorem dico, quòd veniale est dispositio alterius generis, capiendo veniale formaliter, quàm sit mortale. Vnde oportet, quòd per alium actum superuenientem in aliud genus transferat, & per consequens fiat aliud numero, & specie, si de veniali debeat fieri mortale; sicut & accidens est dispositio ad substantiam, & tamen nunquam fit substantia, ita veniale idem numero nunquam fit mortale; sed oportet, quòd mutetur, saltem per accessum alterius actus voluntatis, &c.

¶Nota circa hanc solutionem quædam supra dicta, quæst. 49. artic. 2. ad tertium. quòd scientia ex natura sua est habitus, & non dispositio, sed tamen accidens ratione modi inessendi subiecto dicitur dispositio, idest habens modum dispositionis, & talis dispositio secundùm modum fit habitus, immo est habitus; sed tamen dum imperfectè adest dicitur dispositio; & cum perfectè affuerit, dicitur habitus.

Vtrum circumstantia aggrauans possit de veniali peccato facere mortale.

N 2. 2. q. 110. arti. 4. ad 5. Et 4. dist. 16. q. 3. art. 2. q. 4. Et Mal. q. 2. ar. 8. & q. 7. ar. 4. & artic. 7. corp. prin.

AD quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ circumstantia possit de veniali peccato facere mortale. Dicit enim Augustinus in Sermone de Purgatorio, * quòd si diu teneatur iracundia, & ebrietas, si assidua sit, transeunt in numerum peccatorum mortalium; sed ira, & ebrietas non sunt ex suo genere peccata mortalia, sed uenialia, alioquin semper essent mortalia; ergo circumstantia facit peccatum veniale esse mortale.

*Augustin. in Serm. 4. de Animabus Defunc. vel de Sanctis, paulo a pri. est ser. 41.

¶ 2 Præt. Magister dicit 24. dist. 2. lib. sent. ꝙ delectatio, si sit morosa, est peccatũ mortale, si aũt non sit morosa, est peccatũ veniale; sed morositas est quædã circũstãtia; ergo circumstantia facit de peccato ueniali mortale.

¶ 3 Præt. Plus differunt malum, & bonum, q̃ veniale peccatum, & mortale, quorum utrumq; est in gñe mali; sed circumstantia facit de actu bono malum, sicut patet, cum quis dat eleemosinam propter inanem gloriam; ergo multò magis potest facere de peccato veniali mortale.

¶Sed contra est, ꝙ cum circũstantia sit accidens, quãtitas eius nõ potest excedere quantitatẽ ipsius actus, quã habet ex suo genere, semper enim subiectũ præeminet accidenti; si igitur actus ex suo genere sit peccatũ ueniale, non poterit per circumstantiã fieri peccatum mortale, cum peccatum mortale in infinitum quodammodo excedat quantitatem uenialis, vt ex dictis patet. *

* Art. præceden. in argum. sed contra:

¶Hic determinat quoddam dubium incidens; quia quæritum est de mutatione venialis in mortale; ideo est quæstio, an & circumstantia possit hoc. s. de veniali facere mortale.

¶Nota autem primò breuiter supra habita, q. 73. art. 7. quomodo circumstantia potest trahere in aliam speciem duobus modis, in speciem, quæ se habet ad peccatũ præintellectum, vt species ad genus. Tertio modo se habet, vt species disparata, vt patuit ibidẽ.

¶Nota secundò, ꝙ D. S. in de Malo ponit vnum modum, quo circumstantia constituit, & facit de veniali (s. per accidẽs) mortale completum. & dicitur a D. S. alibi circumstantia generis; quia s. dat peccato perfectum esse peccati. s. mortalis, & facit ipsum cõpletè voluntarium, de qua dicitur in de Malo, Mate. 7. art. 4. sed contingit quandoq;, vt aliquid est veniale peccatum, non ex suo genere. s. ex parte obiecti, sed magis propter imperfectionẽ actus; quia non pertingit vsq; ad deliberatum consensum rationis, qui complet rationem moralis actus; & tunc talis circumstantia, quæ est completiua moralis actus facit de veniali peccato mortale peccatum, puta deliberatus consensus superueniens, hæc ille. Ex quo patet, ꝙ datur circumstantia, quæ trahit in aliam speciem deformitatis, immo in aliam genericè distinctã ab ea, quam prius habuit in ordinatione; & tamen non facit participare aliud obiectũ alicuius alterius actus. Vnde sub circũstantia trahente in aliam speciem intelligitur circumstantia trahens in aliam speciem & cum hoc deformitatem alterius peccati, & circumstantia trahens in aliam deformitatem, vel magis faciẽs actum habere inordinationem sibi competentem ex propria specie, quam tamen nõ habet propter imperfectionem actus, propter quam imperfectionẽ habet inordinationẽ venialis per accidens, vt s. est potentiæ, cuius non est peccare mortaliter. Exemplum primi, sicut verbum iocosum relatum in luxuriam participat ex illa relatione, & circumstantia, & speciem luxuriæ, & deformitatem, vt patet ex supra dictis. Exemplum secundi, vt subitus motus luxuriæ per consensum superuenientem accipit deformitatem mortalem, & non ordinatur in aliud peccatum; & ita ille consensus deliberatus dat aliam deformitatem quam prius habuit, & non aliam speciem actui; quia ante, & nunc habet idẽ obiectũ, sed nõ eandẽ inordinationẽ.

¶Nota tertiò, ꝙ (vt supra dictum fuit, q. 73. art. 10.) aliqua circumstantia potest trahere in aliam speciem, & tamen nõ aggrauare in infinitum, sicut de diuersis speciebus gulæ; quia autem veniale, & mortale est infinita distantia reatuum, & inordinationũ, (vt patuit art. 4.) ideo sequitur, ꝙ circumstantia, quæ facit de veniali mortale, faciat vt illud, quod non erat contra Deum, & vltimum finem, & præceptum speciale, vel ex genere, vel propter imperfectionem actus, fiat contra vltimum finem; quare patet, ꝙ talis circumstantia dicitur aggrauare in infinitum, quæ facit de veniali mortale, & non solùm trahere in aliam speciem. Vnde & circa D. S. in corp. hoc suppleri debet, ꝙ circumstantia, quę trahit in aliam speciem, aggrauãdo in infinitum, faciat de veniali mortale; & hæc vī notatie D. S. de Malo, Mate. 2. art. 8. in corp. vbi ponit talem conclusionem, ꝙ circũstantia, quæ sic aggrauat, vt nouam speciem constituat, potest constituere speciem peccati mortalis, & ita aggrauat in infinitum; pura si aliquis loquatur verbũ iocosum, vt prouocet ad libidinem, vel ad odium; si autem aggrauet, ꝙ non constituat nouam speciem peccati, non potest aggrauare in infinitum, faciendo de veniali mortale, hæc ille; vbi patet, ꝙ semper cum constitutione nouæ speciei meminit aggrauationis in infinitum; quare absolutum verum est, ꝙ circumstantia nulla constituit de veniali mortale, nisi trahat in aliam speciem; sed non est absolutè verum, ꝙ trahens in aliam speciem, faciat de veniali mortale, nisi addatur aggrauatio in infinitum, nã posset quis vnum veniale ordinare in aliud veniale genere distinctũ, & specie, nec tamen fieret mortale; quare oportet, quòd trahatur in speciem, quæ sit contra charitatem, & ipsum in se non fuerit contra charitatem, vt patet de speciebus gulæ, vbi est diuersa species ꝑm circumstantias, nec tamen vna distat ab alia in infinitum, quia ǫmnes ex genere sunt venialia; quare patet, quòd oportet nouam speciem per circumstantiam constitutam ſpecialiter esse

contra

contra ꝓceptum Dei, & speciale, sicut adulterium est contra speciale præceptum. Vnde addit ad fornicationem simplicem aggrauationem in infinitum; nisi quis vellet D. S. intelligere de alia specie deformitatis, & non de alia specie actus; quia tunc trahens in aliam speciem, scilicet deformitatis, aggrauaret in infinitum, vel magis in aliud genus deformitatis; quia venialis deformitas, & mortalis distinguuntur genericè. Et quod supra dictum est, quæst. 72. artic. 9. ad tertium. quòd circumstantia nunquam trahat actum in aliam speciem, nisi quando est aliud motiuum, intelligitur de alia specie actus, vt patet intuenti; sed tamen absq; alicetate motiui potest aduenire alia species inordinationis, quando prius fuit veniale solùm per accidens propter imperfectionem actus, &c. Et præterea posset dici iuxta tangenda artic. sequenti. circa finem corporis, quòd deliberatus consensus esto non trahat in aliam speciem naturæ, tamen in aliam speciem moris; quia obiectum absolutè dat speciem naturæ, sed vt deliberatum, dat perfectam speciem moris.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut supra dictum est; * cum de circumstantijs ageretur; circumstantia, inquantum huiusmodi est accidens moralis actus. ——

* q. 17. ar. 1. & q. 18. artic. 10.

¶D. S. absoluit quæsitum vnica conclusione in fine, quam probat per corpus articuli, & est talis. Circumstantia non potest de veniali peccato facere mortale manens circumstantia, sed solùm tunc, quando trãsfert in aliam speciem, & fit quodammodo differentia moralis actus specifica. Probatur conclusio sic. Impossibile est, quòd circumstantia de peccato veniali faciat mortale, nisi afferat deformitatem alterius generis; sed circumstantia manens circumstantia non affert deformitatem alterius generis, sed solùm, vt transfert in aliam speciem; igitur conclusio vera. Huius rationis Doct. Sanct. primò probat minorem; sed formaliter non ponit. Secundò ponit maiorem, ibi. Impossibile est, &c. Tertiò infert ipsam conclusionem, ibi. Vnde manifestum est, &c. Circa minorem, primò assumit ex supra dictis pro prima eius parte. Secundò probat secundam eius partem, ibi. Contingit tamen, &c. Prima ergo pars minoris relinquitur nota ex dictis supra, quæst. 18. artic. 10. & quæst. 73. Et eam sub breuibus probat, quia circumstantia vt sic est accidens; sed accidens nõ variat speciem, sed præexistentem speciem determinat. Et patet illa pars etiam per argumentum in contrarium. Deinde ibi.

¶ Contingit tamen circumstantiam accipi, vt differentiam specificam actus moralis; & tunc amittit rationem circumstantiæ, & constituit speciem moralis actus; hoc autem contingit in peccatis, quando circumstantia addit deformitatem alterius generis, sicut cum aliquis accedit ad non suam, est actus deformis deformitate opposita castitati; sed si accedat ad non suam, quæ est alterius uxor, additur deformitas opposita iustitiæ, contra quam est, quòd aliquis vsurpet rem alienam; & secundùm hoc huiusmodi circumstantia constituit nouam speciem peccati, quæ dicitur adulterium. ——

¶Probat secundam partem minoris supra dictæ, & declaratur suppositum illius partis; quia supponit, quòd possit transferre in aliam peciem, & tamen solùm particulariter refert supra habita, scilicet quando circumstantia constituit speciem peccati, habentem se ad præcedens peccatum, sicut species ad genus, sicut est de adulterio, respectu luxuriæ, & fornicationis. Et patet littera ex supra dictis; tamen, & alijs modis circumstantia potest transferre in aliam speciem, scilicet disparatam; & præterea faciendo veniale per accidens mortale completè; & hæc Doct. San. relinquit nota ex dictis.

¶Impossibile est autem, quòd circumstantia de peccato ueniali faciat mortale, nisi afferat deformitatem alterius generis. Dictum est enim, * ꝙ peccatum ueniale habet deformitatem per hoc, quòd importat deordinationem circa ea, quæ sunt ad finem; peccatum autem mortale habet deformitatem per hoc, quòd importat deordinationem respectu ultimi finis. ——

* Art. 1. huius quæst.

¶Inducit maiorem principalis rationis sic; quia peccatum veniale habet deformitatem per hoc, quòd importat deordinationem circa ea, quæ sunt ad finem; peccatum autem mortale habet deformitatem per hoc, quòd importat deordinationem respectu vltimi finis; ergo sequitur maior. Tenet consequentia, quia deformitates illæ sunt alterius generis, ideo si quid de vna deordinatione debet trahere in aliam, & de veniali in mortale, oportet, quòd afferat deformitatẽ alterius generis, ita quòd vel sit obiectum mortale, vel sit voluntas constituens finem in veniali, vel sit deliberatus consensus complens mortale; veniale enim placens vt finis, est aliud obiectum, quàm si non placeat vt finis. Tunc ibi.

¶ Vnde manifestum est, ꝙ circumstantia non potest de ueniali peccato facere mortale manens circumstãtia; sed solùm tunc, quando transfert in aliam speciem, & fit quodammodo differentia specifica moralis actus. ——

¶ Infert conclusionem ipsam, quòd circumstantia, &c. Et intellige, & fit quodammodo differentia specifica, vel ex parte obiecti, vel quia dat speciem completam, vt est circumstantia generis, scilicet deliberatus consensus; & dicit quodammodo differentia, quia nec obiectum, nec circumstantia est differentia, sed ab ea sumitur differentia; quia specificat, & ponitur in definitione saltem additamentali, vt alias patuit, &c.

¶Nota autem, quòd hæc ratio corporis procedit, præsertim de veniali ex genere; quia tale dicit deordinationẽ circa id, quod est ad finem, & trahitur per circumstantiam (præsertim finis) in mortale; vel eo ipso, quòd ipsi veniali aduenit circumstantia, ita quòd met habeatur vt finis.

CIRCA argumentum in contrarium, quod est pro prima parte conclusionis, & procedit de veniali ex genere.

¶Nota, quia cum circumstantia, vt sic, sit accidens, non potest mutare speciem; si ergo ex specie est veniale, circumstantia non faciet maiorem inordinationem; mortale autem, aut distinguitur specie actus a veniali, aut habet inordinationem in infinitum excedentem inordinationem venialis; ergo oportet, quòd illa inordinatio aliunde proueniat, quàm ex circumstantia vt sic, & per consequens ex obiecto alio, vel ex circumstantia, vt induit conditionem obiecti, vel finis. Et stat fundamentum huius articuli in hoc, quòd circumstantia venialis, vt sic, non trahit ipsum extra genus venialis, & per consequens non facit veniale mortale, sed iuxta supra dicta, potest addere specialem deformitatem in eodem genere; vnde & vnum veniale alio grauius esse potest, plures habens corruptiones circumstantiarum etiam in eadem specie actus, & in eodem genere venialis, vt sic; sicut de peccatis mortalibus supra dictum est; sed tñ non trahitur per venialitatẽ extra genus venialis; vnde oportet, quòd accedat aliquid, quod trahat in genus mortale, quod non est circumstantia, licet & ipsa specialem repugnantiam addere possit, non tamen extra genus venialis; vnde oportet ponderare vim huius dicti extra gẽnus venialis, &c.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ diuturnitas non est circumstantia trahẽs in aliam speciem, similiter nec frequentia, vel assiduitas, nisi fortè per accidens ex aliquo superuenienti. Non enim aliquid acquirit nouam speciem ex hoc, quòd multiplicatur, vel procelatur, nisi fortè in actu protelato, vel multiplicato superueniat aliquid, quod uariet speciem, puta inobedientia, uel contemptus, uel aliquid huiusmodi. Dicendum est ergo, quòd cum ira sit motus animi ad nocendum proximo, si sit tale nocumentum, in quod tendit motus iræ, quod ex genere suo sit peccatum mortale, sicut homicidium, vel furtum; talis ira ex genere suo est peccatum mortale; sed quod sit peccatum veniale habet ex imperfectione actus, inquantum est motus subitus sensualitatis; si verò sit diuturna, redit ad naturam sui generis per consensum rationis. Si uerò nocumentum, in quod tendit motus iræ, esset ueniale ex genere suo, puta cum aliquis in hoc irascitur contra aliquem, quod uult ei dicere aliquod uerbum leue, & iocosum, quod modicum ipsum contristet, non erit ira peccatum mortale, quantumcunque sit diuturna, nisi fortè per accidens, puta si ex hoc graue scandalum oriatur, uel propter aliquod huiusmodi. De ebrietate verò dicendum est, ꝙ secundùm suam rationem habet, quòd sit peccatum mortale; quòd enim homo absque necessitate reddat se impotentem ad utendum ratione, per quam homo in Deum ordinatur, & multa peccata occurrentia uitet, ex sola uoluptate uini, expresè contrariatur uirtuti; sed quòd sit peccatum ueniale, contingit propter ignorantiam quandam, uel infirmitatem; puta cum homo nescit uirtutem uini, aut propriam debilitatem, unde non putat se inebriari, tunc enim non imputatur ei ebrietas ad peccatum, sed solùm superabundantia potus; sed quando frequenter inebriatur, non potest per hanc ignorantiam excusari, quin uideatur uoluntas eius eligere magis pati ebrietatem, quàm abstinere a uino superfluo, vnde redit peccatum ad suam naturam.

¶Ad maiorem. Dico primò in generali, quòd si intelligitur, quòd ipsa mora temporis, & diuturnitas de per se faciat iram mortalem, vel quodcunque peccatum veniale mortale; negatur, quia nec frequentia de per se, nec assiduitas est circumstantia trahens in aliam speciem, & per consequens non facit de veniali mortale, nisi fortè per accidens, inquantum per temporis diuturnitatem superueniret aliquid trahens in aliam speciem, puta contemptus, vel inobedientia, quæ facerent, vt in veniali constitueretur finis. Secundò dico de iracundia in speciali; & primò, ꝙ si intelligitur de ira, quæ est nocumenti venialis ex genere, ideſt vt accipitur pro motu, quo quis vult aliquem modicè lædere, vel contristare, sicut per verbum leue; nego, quòd talis ira per diuturnitatem fiat mortale; quantumcunque enim duret, non erit nisi venialis, etiam si consensus deliberatus, vel interpretatiuus accedat; quia iuxta supra dicta quæst. 57. artic. 9. consensus etiam deliberatus in veniale non est nisi veniale. Dico, quòd dictum Aug. intelligitur, sicut intelligitur de motu iræ, qui ex genere est mortalis, venialis tamen per accidens, ideſt quia est de nocumento graui, sicut homicidio, & tamen est subitus motus sensualitatis sine deliberatione rationis; tunc diuturnitas facit de veniali per accidens mortale completum, non ratione durationis temporis, de qua arguit argumentum, sed ratione morosæ delectationis, vel cogitationis; quia quando ratio aduertit talem motum, & nō repellit, tunc interpretatiuè consentit, vnde talis motus completur, & redit ad naturam sui generis, quia accedit sibi inordinatio proprij generis, & sic fit mortale; quare per circumstantiam generis superuenientem, qui complet speciem inordinationis, constituitur in esse mortali completè, & nō ratione moræ temporis circumstantia autem generis, quæ est completus consensus, trahit talem motum quodammodo in aliam speciem, vel saltem complet genus peccati mortalis. Vnde ex illa auctoritate habetur, ꝙ circumstantia, non temporis, sed quæ est consensus (interpretatiuus saltem) faciat de veniali per accidens mortale; & hoc conceditur, sed talis est circumstantia complens speciem. Secundò dico, prin

De ebrietate, quando est mortale.

cipaliter ad maiorem de ebrietate, notando breuiter ex D.S. in secunda secundæ, quæst. 150. artic. 2. quòd duplex est ebrietas, & dupliciter contingit hominem inebriari; vna est ebrietas per se (loquendo moraliter) qnando scilicet aliquis bene aduertit potū esse immoderatum, & inebriantem, & tamen magis vult ebrietatem incurrere, quàm a potu abstinere; & talis propriè dicitur ebrius, quia moralia capiunt speciem non ab his, quæ per accidens eueniunt, sed ab eo, quod est per se intentum; sed alia est ebrietas per accidens, quia homo nescit potum esse immoderatum, & inebriare potentem; tunc ad hoc, cum dicitur ebrietas, si sit assidua, transit in naturam peccatorum mortalium. Dico, ꝙ assiduitas facit ebrietatem esse peccatum mortale, non propter reiterationem, quæ est circumstantia accidentalis, sed ideo, quia non potest esse, quòd homo assiduè inebrietur, quin sciens, & volens ebrietatem incurrat, quia multotiens inebriando experitur fortitudinem vini, & suam habilitatem ad ebrietatem; & ergo, quia assiduitas tollit ignorātiam excusantem, & facit ebrietatem esse per se, & quodammodo redire ad naturam sui generis (sicut dictum est de ira diuturna) ideo facit ebrietatem mortalem, quæ si fieret ex ignorantia fortitudinis vini, & propriæ infirmitatis non esset peccatum.

¶Ad minorem dico quo ad primam partem de ira, quòd ira in communi non habet positiuè, quòd sit veniale, vel mortale, sed abstrahit ab vtroque; potest enim ira esse inordinata ex parte obiecti, vel ex parte irascentis; primo modo potest esse mortale, & veniale; & secundo modo etiam non est mortalis ex genere. Vide de his secunda secundæ, quæst. 158. artic. 3.

¶Ad secundam partem de ebrietate dico, quòd D. in de Malo, Materia 2. artic. 8. ad tertium. & Materia 7. artic. 4. ad primum. videtur sensisse, quòd ebrietas non est mortale ex genere, sed solùm per accidens, puta si aliquis ex consuetudine in tantam complacentiam ebrietatis perduceretur, quòd etiam Diuino præcepto cōtempto inebriari proponeret, quia licet quantum est de se rationem a Deo auertat in actu, sed quia homo non tenetur rationem suam semper in Deum conuertere actu, propter hoc ebrietas non semper est peccatum mortale; sed quando homo assiduè inebriatur, videtur quòd non curet, quòd ratio sua conuertatur ad Deū, & in tali statu ebrietas est peccatum mortale, hoc voluit D.S. vbi supra. Ex quibus patet, ꝙ ebrietas solùm per accidens est mortale ratione contemptus, vel constitutionis finis in ebrietate, sed in secunda secundæ, vbi supra, artic. 2. ponit, quòd ebrietas per se est peccatum mortale, ebrietas videlicet per se, de qua dictum est, quando aliquis non excusatur per ignorantiam, quæ reddit inuoluntarium, & facit actum imperfectum ratione generis moralis; & ratio sua ibidem est, quia quòd homo volens, & sciens priuat se vsu rationis, quæ secundùm virtutem operatur, & peccata declinat, peccat mortaliter periculo peccati se committens; & ergo negat minor, quòd ebrietas per se sit veniale ex genere, sed quandoque est veniale, immo nullum peccatum per accidens, quia nō habet esse generis peccati, scilicet voluntarium. Ad probationē negatur; quòd semper essent mortalia. Dico enim, ꝙ mortale ex genere, ideſt specie, potest esse veniale per accidens propter imperfectionem actus, & propter ignorantiam. Et secundò dico, ꝙ non est mortalis ex genere, vt patuit; ergo non oportet, quòd semper sit mortale, vel semper veniale, quia abstrahit ab vtroque. Et tertiò dico, quòd mortale ex genere semper est mortale ex genere, potest tamen esse veniale per accidens, vt patuit; quare negatur consequētia, quia ex dictis habetur circa maiorem, quòd circumstantia, vt sic, non facit veniale esse mortale, sed vt complet genus peccati, &c.

¶Nota autem verbum in solutione, quādo scilicet aliquis inebriatur ex ignorantia, tunc ebrietas sibi non imputatur, sed solùm superabundantia potus, quæ videlicet abundantia pertinet ad vitiū gulæ, quia plus sumit de potu, quàm necesse est, quod est gulæ, quæ non est ex gñe mortale; sed plus sumere in potu scienter vsq; ad ebrietatem, hoc est peccatum mortale, vnde Aug. in 10. Confess. Ebrietas longè est a me, misereberis, ne appropinquet mihi, crapula autem nonnunquam surrepsit seruo tuo. Hæc ille.

¶Ad secundum dicendum, quòd delectatio morosa non dicitur esse peccatū mortale, nisi in his, quæ ex suo genere sunt peccata mortalia; in quibus, si delectatio non morosa sit, peccatum ueniale est ex imperfectione actus, sicut & de ira dictum est; * dicitur enim ira diuturna, & delectatio morosa propter approbationem rationis deliberantis. * Art. 1. huius quæst.

¶Ad maiorem dico ad primam partem, quòd dictum magistri intelligitur, ꝙ si sit delectatio morosa in eo, quod est mortale ex genere, est peccatum mortale, & sic fuit supra dictum, q. 74. art. 8. ꝙ consensus in delectationem de re cognita, quæ est secundùm se mortale, sit mortale peccatum, non autem intelligitur de morosa delectatione, de re quæ est ex genere veniale.

¶Ad secundam partem maioris dico, quòd si non sit morosa; quia videlicet ratio non interpretatiuè consentit, sed statim abijcit delectationem, quæ etiam ex genere est mortalis, tunc est veniale per accidens propter defectum consensus, qui deest; dictum fuit enim supra, quòd ideo morositas, scilicet rationis super actu de se mortali facit mortale completiuè, quia habet annexum interpretatiuum consensum, vt patet iam, artic. 6.

¶Ad minorem dico, ꝙ morositas (de qua loquitur Magister) quòd faciat de veniali per accidens mortale, non est circumstantia accidentalis, sed trahens in deformitatem alterius speciei, quia (vt patet vbi iam, ad tertium.) delectatio dicitur morosa, non ex mora temporis, quæ est circumstantia non mutans speciem, sed ex immoratione rationis, ex qua arguitur consensus, & approbatio rationis, quæ approbatio facit accedere deformitatem mortalis. Vltra; ergo, &c. Si intelligitur de circumstantia, vt sic; negatur, sed conceditur de circumstantia, quæ trahit in aliud genus deformitatis. Doct. Sanct. primò glossat maiorem, deinde ad minorem, ibi. Dicitur enim, &c.

¶Ad tertium dicendum, quòd circumstantia non facit de bono actu malum, nisi constituens speciem peccati, ut supra etiam habitum est. * quæstio. & ti.

¶Maior vera, quia gñe quasi naturæ plus differunt malum, & bonum, quàm veniale, & mortale; quia vnum in gñe boni; aliud in gñe mali. Ad minorem dico, ꝙ si intelligitur, ꝙ circumstantia manens, circumstantia faciat de actu bono malum; negatur, quamuis verum sit, iuxta dicta q. 73. art. 7. ꝙ circumstantia, vt sic, faciat malum magis malum in eadem specie actus; sed (vt dictū est) nunquam de bono malum, nisi trahatur in conditionē obiecti, saltem rationis; & cum hoc nunquam dat deformitatē mortalis, nisi trahat in aliud genus deformitatis, quod non facit circumstantia vt sic; & hoc patuit supra, quæst. 17. artic. 11.

¶Ad probationem minoris dico, ꝙ inanis gloria accipitur, vt obiectum intentionis, cuius malitia trahit actum in suum finem ordinatum in suam speciem, & deformitatem; & ita inanis gloria est circumstantia, sed trahēs in aliam speciem, & aliud genus deformitatis, & habet rationem obiecti respectu eleemosinæ datæ mediante actu intentionis, vt patet ex supra dictis. Quare negatur consequentia de circumstantia, vt sic.

Vtrum peccatum mortale possit fieri veniale.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd peccatum mortale possit fieri ueniale. Aequaliter enim distat peccatum ueniale a mortali, & econuerso; sed peccatum ueniale fit mortale, ut dictum est; * ergo etiam peccatum mortale potest fieri ueniale. Mal. q. 7. ar. 2. & 11. & 12. ad 11. * Arg. 1. & 2.

¶2 Præterea. Peccatum ueniale, & mortale ponuntur differre secundùm hoc, quòd peccans mortaliter, diligit creaturam plus, quàm Deum, peccans autem venialiter diligit creaturam infra Deum; contingit autem, ꝙ aliquis cōmittens id, quod est ex gñe suo peccatū mortale, diligat

diligat creaturam infra Deum, puta si aliquis nesciens fornicationem simplicem esse peccatum mortale, & cōtrariam Diuino amori fornicetur; ita tamen, quòd propter Diuinum amorē paratus esset fornicationem prætermittere, si sciret fornicando se contra Diuinum amorem agere; ergo peccabit venialiter, & sic peccatum mortale potest veniale fieri.

* Artic. 3. in tertio arg. ¶3 Præt. Sicut dictum est; * plus differt bonū a malo, quā veniale a mortali; sed actus, qui est de se malus, potest fieri bonus; sicut homicidium potest fieri actus iustitiæ, vt patet in iudice, qui occidit latronem; ergo multò magis peccatum mortale potest fieri veniale.

¶Sed contra est, quòd ęternum nunquam potest fieri temporale; sed peccatum mortale meretur pœnam ęternam, peccatum autem veniale temporalem pœnam; ergo peccatum mortale nunquam potest fieri veniale.

¶Hic vltimò quærit conuersim ad artic. 4. vt patet in titulo.

¶Respondeo dicendum, ꝙ veniale, & mortale differunt, sicut perfectum, & imperfectum in genere peccati, vt dictum est. * Imperfectum autem per aliquā additionem potest ad perfectionem venire; vnde & veniale per hoc, quòd additur ei deformitas pertinens ad genus peccati mortalis, efficitur mortale, sicut cum aliquis dicit verbum otiosum, vt fornicetur. * Art. 1. ad primum.

¶Quia autem ista quæstio potest dupliciter intelligi, videlicet an per additionem possit fieri de mortali veniale, sicut dictū fuit de veniali, ꝙ fiat mortale per additionem deformitatis alterius generis, vel an per subtractionem possit de mortali fieri veniale; ideo D.S. respondet quo ad vtrumque intellectum duabus cōclusionibus; secundam ponit ibi. Potest tamen, &c. Conclusio prima responsiua hæc est iuxta primum intellectum, per hoc, quòd additur ei deformitas pertinens ad genus peccati mortalis efficitur mortale; sed peccatum mortale non fit veniale per hoc, quòd additur ei deformitas pertinens ad genus peccati venialis. D.S. primò ponit, & probat primam partem conclusionis; secundò secundam, ibi. Sed id quod est, &c. Arguitur sic pro prima parte. Veniale, & mortale differunt, sicut perfectum, & imperfectum in genere peccati, sed imperfectum per aliquam additionem potest ad perfectionem peruenire; ergo sequitur prima pars conclusionis. Maior patuit artic. 1. ad primum. & dicit in genere peccati, &c. non ꝙ peccatum sit genus venialis, & mortalis; quia (vt ibidem fuit dictum) dicitur analogicè de veniali, & mortali, genus autem dicitur vniuocè, sed capitur genus peccati pro ratione peccati in se non relatiuè ad veniale, & mortale quasi sit eorum genus, &c. sumitur enim genus multis modis, aliquando strictè pro genere prædicamentali vniuoco, sumitur etiam aliquādo pro aliqua coordinatione multorum, sicut solemus dicere in genere entium, vel in genere intelligibilium, quamuis coordinata valde differant; & sic potest etiam accipi in proposito. Minor declaratur exemplariter simul cum prima parte conclusionis, sicut cum dicit aliquis verbum otiosum vt fornicetur, ibi venialis ex genere & peccato imperfecto additur species, & deformitas mortalis, & per hoc fit mortale. Deinde cum dicit.

¶Sed id quod est perfectum, non potest fieri imperfectum per additionem; & ideo peccatum mortale non fit ueniale per hoc, ꝙ additur ei aliqua deformitas pertinens ad genus peccati venialis, nō enim diminuitur pecatū eius, qui fornicatur, vt dicat verbum otiosum, sed magis aggrauatur propter deformitatem adiunctam. —

¶Ponit, & probat secundam partem conclusionis, & assiumitur maior, sicut pro prima parte. s. veniale, & mortale, &c. sed id, quod est perfectum, non potest fieri imperfectum ex additione; ergo peccatum mortale non fit veniale per additionem deformitatis. Minor illa patet exemplariter, non enim diminuitur, vel fit imperfectum peccatum eius, qui fornicatur, vt dicat verbū otiosum, sed magis aggrauatur propter deformitatem adiunctam; & habetur aliud exemplum pro minore ista, & pro minore præcedentis partis in solutione primi de puero, & viro.

¶Nota circa exemplum proximæ minoris. s. de illo, qui peccat mortaliter propter veniale. Est enim dubium, an veniale, vt propter ipsum fit mortale, sit veniale. Ad hoc dico post D.S. in de Malo, Mate. 9. artic. 2. ad primum. quòd non est veniale, nisi fortè remotè ex genere; quia (vt propter ipsum fit mortale) constituitur in eo finis, vt patet ex art. 2. quia velle offendere Deum propter veniale est ipsum veniale præferre dilectioni Dei, & per consequens habetur vt magis dilectum Deo, & sicut finis, quare per accidens est mortale, licet ex genere sit veniale. De hoc D.S. vbi iam, sic dicit; sed quia vitium capitale dicitur, ex quo alia peccata oriuntur, siue sint venialia, siue mortalia, dici potest, ꝙ omne peccatum, quod est capitale, respectu aliquorum peccatorū mortalium, est mortale peccatum (si tñ capitale peccatum accipiatur, ſm ꝙ vnum peccatū oritur ex alio quasi ordinatum in finē illius) manifestum est enim, ꝙ quicunq; intantum afficitur aliquo peccato, vt ad finem illius consequendum peccare velit mortaliter, ꝙ etiam in primo peccato mortaliter peccat, sicut si aliquis intantum afficitur ad delectationem gustus, quòd propter hoc velit mortaliter peccare, ipsa etiam gula erit peccatum mortale; & sic etiam inanis gloria peccatū mortale est, quando aliquis propter inanem gloriam aliquod mortale peccatum committit, hæc ille. Ex quibus patet, quod dictum est; & cum his stat, quod D.S. dicit hic, quia mortale aggrauatur ex veniali propter quod fit, & multò magis si fit mortale, quàm veniale; satis autem erat sibi in proposito ostendere, ꝙ mortale non minuitur ex veniali, in quod ordinatur; sed quomodo augeatur, & an veniale maneat veniale, non erat necessarium dicere ad propositum ostendendum.

¶Potest tñ id, quod est ex genere mortale, esse veniale propter imperfectionem actus, quia nō perfectè pertingit ad rationem actus moralis, cum non sit deliberatus, sed subitus, vt ex dictis patet; * & hoc fit per subtractionem quandam, scilicet deliberatæ rationis. * Art. 2. huius quæst.

¶Hic cōsequenter procedit ad secundam conclusionem responsiuam, iuxta ſm intellectum quæsiti, talē. Per subtractionē potest de mortali fieri veniale, ita quòd soluatur species mortalis, &c. Conclusio secunda.

¶Nota iuxta dicta, art. præced. ꝙ cum de mortali ex genere fit veniale per accidēs. s. pp absentiam deliberationis rationis, & imperfectionem moralem, quæ prouenit ex defectu deliberationis, tunc soluitur species mortalis non ad hunc sensum, ꝙ actus prius fuerit mortalis, & iam fiat venialis, sed ad sensum dictum, art. 4. concluſ. 2. quia illud, quod esset mortale per se ex genere, iam fit veniale per accidens, non quia prius præcessit; sed dum fit, fit veniale, & tamen quantum est ex specie, esset mortale; & etiam nō intelligitur, ꝙ propriè soluatur species naturalis ipsius actus per absentia deliberationis, quia est eiusdem speciei, & generis actus ante, & post deliberationem; sed soluitur species deordinationis, & reatus ad sensum dictum, quia videlicet si factum fuisset ex deliberatione haberet mortalitatem, sic autem habet venialitatem, nisi intelligatur, quia soluitur species actus moralis, quia non omnino plenè habuit eam in esse moris; nam non habet plenè speciem moraliter, nisi habeat & genus, quod est esse voluntarium, quod non est sine deliberatione, quia obiectum non dat speciem moris perfectam, nisi mediante deliberatione.

¶Nota etiam, quod subtractio in conclusione capitur negatiuè pro non positione alicuius, nam si subtractio capitur propriè ſm communem vsum, tunc requirit vtrūq; esse in actu, & ipsa disiungi; in proposito autem deliberatus consensus non ponit in actu; & ita intelligitur subtrahi, ideſt non poni, & non accedere super actum. Probatur conclusio; & primò quo ad primam partem; secundò quo ad secundam, ibi. Et quia a ratione, &c. Arguitur sic pro prima parte. Potest id, quod est ex genere mortale, esse veniale propter imperfectionem actus, quia non perfectè pertingit ad rationem actus moralis, cum non sit deliberatus, sed subitus, sed hoc fit per subtractionem quandam, scilicet deliberatæ rationis; igitur sequitur prima pars. Maior illa patuit artic. 2. & ex ibidem allegatis. Minor de se nota. Tunc ibi.

¶Et quia a rōne deliberata habet speciē moralis actus; inde est, ꝙ per talem subtractionem soluitur species. —

¶Probat, & ponit secundam partem secundæ conclusionis, ꝙ illud, quod est ex genere mortale fiat veniale est propter imperfectionem actus, quia est subitus propter subtractionem deliberatæ rationis, sed a ratione deliberata habet speciem moralis actus, ergo per talem subtractionē soluitur species moralis actus. Maior patuit clarè ex præcedenti parte. Minor etiam est nota.

¶Sed aduerte, quòd per subtractionem deliberationis soluitur species, præsertim deordinationis, & reatus, & species actus inesse moris magis, quàm inesse naturæ; nam obiectum non nisi apprehensum deliberatè dat speciem moralem, præsertim completam, apprehensum autem imperfectè (impediibiliter tamen) dat speciem imperfectam. Vnde subitus motus homicidij non habetur pro homicidio (moraliter loquendo) tamen in esse naturę sunt eiusdem speciei motus illi ante, & post deliberationem. D.S. autem (vt patet intuenti) loquitur de esse morali.

¶Nota circa argumentum in contrarium, quia posset apparēter videri repugnare secundæ conclusioni, ideo limitandum est. Et dicitur ad maiorem, ęternum in naturalibus nunquam potest fieri temporale; & secundò in moralibus ęternum (ideſt demeritorium ęternæ pęnę) non potest fieri temporale per additionem, potest tamen tale ęternū fieri temporale (ideſt habere temporalē reatum, & inordinationē remissibilē per principium intrinsecū) per subtractionem eius, quod complebat ęternitatem. i. inordinationem contra vltimum finem, & hoc est deliberatus consensus.

¶Ad minorem dico, quòd mortale peccatum completum in ſpecie moris, & habens inordinationem proprij generis, meretur pœnam ęternam; ſed dictum eſt, quòd per ſubtractionem fieri poteſt, ne habeat illud meritum ęternæ pœnæ; quare concludit, quòd mortale, quando conſecutum eſt mortalitatem, non fiat veniale per additionem, & hoc voluit prima concluſio; cum quo ſtat, quòd mortale ex genere, & inchoatiuè poſſet impediri, ne ſit mortale completum, & non habeat reatum ęternum, & tunc erit veniale per accidens, propter ſubtractionem, &c. & hoc voluit ſecunda concluſio.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd ueniale differt a mortali, ſicut imperfectum a perfecto, vt puer a viro, ſit autem ex puero vir, ſed non conuertitur; vnde ratio non cogit.

¶Ad maiorem, ęqualiter diſtat peccatum veniale a mortali, & econtra. Verum eſt, quòd diſtantia eſt æqualis, cum illud fuerit veniale, & illud mortale. Sed dico, quòd conditio diſtantium eſt inæqualis in genere, & in ratione peccati; quia veniale eſt imperfectum, mortale perfectum. Et dico, quòd imperfectum per additionem augetur, & perfectum per additionem nõ minuitur, ſicut per additionem temporis, & augmenti, puer qui eſt imperfectus ętate, & quantitate, fit vir & augetur, & vir per additionem non fit puer, ſed magis creſcit. Minor conceditur, ꝙ veniale fiat mortale per acceſſum alicuius, & additionem; ſed negatur conſequentia, ꝙ mortale fiat veniale per additionem, & ratio iam patuit, quia fieri veniale de mortali eſt diminui, quod non fit per additionem; & ergo ratio non cogit. Vnde dicit D.S.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ſi ſit talis ignorantia, quæ peccatum omnino excuſet, ſicut eſt furioſi, uel amentis, tunc ex tali ignorãtia fornicationem committens, nec ueniaIiter, nec mortaliter peccat. Si verò ſit ignorantia non inuincibilis, tũc ignorantia ipſa eſt peccatum, & continet in ſe defectũ Diuini amoris, inquantum negligit homo addiſcere ea, per quæ poteſt ſe in Diuino amore conſeruare.

¶Maior conceditur. Ad minorem dico, ſub diſtinctione primò, ſi intelligitur, ꝙ committens ex genere mortale ex ignorãtia omnino excuſante diligat Deum ſuper omnia; conceditur, & dico, quòd nõ peccat talis, nec venialiter, quia quod excuſat maius, excuſat & minus, vt infra habetur quæſt. ſequẽ. art. 6. in corp.

¶Dico ſecundò, quòd ignorantia iuris, vel particularis eligibilis non eſt talis ignorantia, vt patuit ſupra, quæſt. 76. vnde exemplum pro minore nihil probat; quia ignorantia, qua quis neſcit fornicationem ſimplicem eſſe mortale, non excuſat a mortali; quia ignorantia iuris; ſed ignorantia quæ excuſat, eſt inuincibilis, & ſine culpa, & aufert ab actu eſſe voluntarium; ſi autem intelligitur minor, quòd commiſſum mortale ex genere ex ignorantia vincibili. quæ non cauſat omnino inuoluntarium, & non aufert ſpeciem moralis actus; negatur ipſa, & dico, quòd talis eſt ignorantia neſcientis fornicationem eſſe mortalem; & dico, quòd talis continet in ſe defectum Diuini amoris; quare negatur, quòd talis ignorans habeat Diuinum amorem, quia qui negligit ſcire, per quę poſſet vitare, quæ ſunt contra Deum, deprehenditur Deũ nõ ſuper omnia diligere, qualis eſt iſte ignorans. Vltra; ergo, &c. negatur, quòd talis in caſu minoris peccet venialiter, immo mortaliter, quia talis ignorantia nõ aufert ſpeciem mortalis peccati. Vltra; & ſic peccatum mortale poteſt veniale fieri, &c. Verum, per ſubtractionem, & ſolutionem ſpeciei peccati mortalis, quando eſſet talis ignorantia, quæ tolleret deliberatum conſenſum, qualis non eſt allegata in argumento; ſed nõ probat, quòd mortale poſſit fieri veniale per additionem, ſed ſolùm per ſubtractionem eius, quod dat eſſe mortale, quale eſt ignorantia inuincibilis; vnde D.S. reliquit, quòd argumentum hoc probet ſecundam concluſionem; ſed reſpondit ad minorem, quòd non quælibet ignorantia eſt, quæ ſubtrahat perficiens mortale, & quòd ignorantia, de qua aſſumit minor, non eſt talis, &c.

¶Ad tertium dicendum, quòd ſicut Auguſt. dicit in libro contra mendacium. * Ea quæ ſunt ſecundùm ſe mala nullo fine bene fieri poſſunt; homicidium autem eſt occiſio innocentis, & hoc nullo modo bene fieri poteſt; ſed iudex, qui occidit latronem, uel miles, qui occidit hoſtem reipublicæ, non appellantur homicidæ, vt * Aug. li. 1. c. 4. & 5. Aug. dicit in lib. de lib. arbit. *

¶Ad maiorem, vera eſt, ſaltem ſecundùm rationes communes, & in eſſe moris, licet ſecundùm rationes particulares non ſit vndequaque vera; quia Doct. Sanct. in de Malo, Materia 2. artic. 11. ad decimum. Bonum, & malum poſſunt dupliciter conſiderari; vno modo ſecundùm communem rationem boni, & mali, & ſic quodlibet malum opponitur cuilibet bono; alio modo poſſunt conſiderari ſecundùm ſpecialẽ rationem, vel illius boni, & mali; & ſic nõ quodlibet malũ opponitur cuilibet bono, ſed hoc huic, vt cæcitas viſui, & intemperantia temperantiæ, & hoc modo malum nunquam eſt in bono ſibi oppoſito, &c. Maior ergo non eſt omnino vera; quia veniale, & mortale ſemper opponuntur, ſaltem formaliter; ſed bonum hoc. & illud malum non ſemper opponuntur ſecundùm proprias rationes.

¶Ad minorem, negatur, quòd actus, qui de ſe eſt malus, poſſit fieri bonus, immo oppoſita illius minoris eſt vna maxima, ſcilicet malum de ſe nunquam poteſt fieri bonum, ſunt enim aliqua mala de ſe, quæ ex propria ratione ſunt connoluta cum malitia; quædam ſunt mala ſolùm, quia prohibita; & iſta aliquando in caſu poſſunt bene fieri.

¶Ad probationem minoris negatur, quòd homicidium poſſit fieri actus iuſtitiæ, quia homicidium nominat occiſionem innocentis, quæ nunquam iuſtè fit ab homine, & occiſionem ſecundùm quòd habet rationem indebiti, & illa non poteſt iuſtè fieri. De hoc infra quæſt. 100. artic. 8. ad tertium. Ad exemplum illius probationis minoris. Dico, quòd occidens latronem non facit homicidium, ſed interficit hominem nequam, quod licet, &c. vt patet ſecunda ſecundæ, quæſt. 64. artic. 6. quia homo nequam deterior eſt beſtia. Quare negatur conſequentia, quòd mortale poſſit fieri veniale per additionem.

Quæſtio Octuageſimanona.

De peccato veniali ſecundùm ſe.

DEinde conſiderandum eſt de peccato veniali ſecũdùm ſe. Et circa hoc quæruntur ſex. Primò, vtrum peccatum veniale cauſet maculam in anima. Secundò, de diſtinctione peccati venialis, prout figuratur per lignum, fœnum, & ſtipulam. 1. Cor. 3. Tertiò, vtrum homo in ſtatu innocentiæ potuerit peccare venialiter. 1. Cor. 3. Quartò, vtrum angelus bonus, uel malus poſſit peccare uenialiter. Quintò, utrum primi motus infidelium ſint peccata uenialia. Sextò, utrum ueniale poſſit eſſe in aliquo ſimul cum ſolo peccato originali.

¶Poſtquam determinatum eſt de veniali per comparationem ad mortale, per quod habet cognoſci tanquam in ſui ratione mortali dependens, vt patuit q. 1. art. 1. ad primum. hic determinat de veniali ſm ſe, non quidem quo ad quidditatem, quæ relinquitur nota ex priori quæſt. ſed quo ad aliquas conditiones, & proprietates; & circa hoc primò inquiritur de effectu eius; ſecundò de aliqua diſtinctione, art. 2. tertiò de ſubiecto eius, art. 3.

Vtrum peccatum veniale cauſet maculam in anima.

AD primum ſic proceditur. Vĩ, ꝙ peccatum veniale cauſet maculã in anima. Dicit enim Aug. in lib. de pœnit. * ꝙ peccata venialia ſi multiplicentur, decorem noſtrũ ita exterminant, vt a cœleſtis ſponſi amplexibus non ſeparent, ſed nihil aliud eſt macula, quàm detrimentum decoris; ergo peccata uenialia cauſant maculã in anima. p 3. q. 87. art. 2. ad 3. Et di. 16. q. 1. art. 3. q. 2. ad 3. & q. 2. ad 1. & 2. a. 1. ad 1. Et Mal. q. 7. a. 11. cor. Et Pſalm. 34. col. 1. * Aug. li. de medicina poenit. c. 2.

¶2 Præt. Peccatũ mortale cauſat maculam in anima pp inordinationem actus, & affectus ipſius peccãtis; ſed in peccato ueniali eſt quædam deordinatio actus, & affectus; ergo peccatum veniale cauſat maculã in anima. * q. 86. art. 1.

¶3 Præt. Macula animæ cauſatur ex contactu rei temporalis per amorem, ut ſupra dictum eſt; * ſed in peccato ueniali anima inordinato amore contingit rem temporalem; ergo peccatum ueniale inducit maculã in aia. Epheſ. 5.

¶Sed cõtra eſt, quod dĩ Eph. 5. Vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam non habentẽ maculam, aut rugam, Glo. * ideſt aliquod peccatũ criminale; ergo propriũ peccati mortalis eſſe videtur, ꝙ maculam in anima cauſet. * Gl. inter. lin. ibi.

¶Hic primò inquirit de effectu peccati venialis, an videlicet habeat effectum priuatiuum communem cum mortali, qui effectus dicitur macula.

¶Reſpondeo dicendum, quòd ſicut ex dictis patet; * macula importat detrimentum nitoris ex aliquo contactu, ſicut in corporalibus paret, ex quibus per ſimilitudinem nomen maculæ ad animam transfertur. * q. 86. art. 1.

¶D.S. reſpondet ad quæſitum diſtinctè; vnde primò implicitè notat vnam concluſionem præambularem diſtinctiuã, ſecundùm quam ſecundò reſpondet alia concluſione reſponſiua, ibi. Peccatum

tum autem, &c. Concluſio præambularis generalis eſt. Duplex eſt macula animæ ſpiritualis. Probatur cõcluſio. Macula importat detrimentũ nitoris ex aliquo contactu prouenientis; ſed in anima eſt duplex nitor, vnus habitualis quaſi intrinſecus; alius actualis quaſi exterior fulgor (ideſt primus aſſimilatur interiori fulgori corporali, alius exteriori) ergo cõcluſio vera, ꝙ eſt duplex macula. D.S. ponit primò maiorem, ſecundò minorem, ibi. Sicut autem in corpore, &c. Maior patuit, q. 86. ar. 1. & D.S. probationem eius illic habitam hic breuiter reſumit; quia nomen maculæ ad animam transfertur per ſimilitudinem, & proportionẽ in corporalibus; ſed in corporalibus dicit detrimentum nitoris corporalis, igitur in anima detrimentum ſpiritualis nitoris. Conſequenter cum dicit.

¶Sicut autem in corpore eſt duplex nitor; vnus quidem ex intrinſeca diſpoſitione membrorum, & coloris; alius autem ex exteriori claritate ſuperueniente; ita etiã in anima eſt duplex nitor; vnus quidem habitualis quaſi intrinſecus; alius autem actualis quaſi exterior fulgor.

¶Subiungit minorem, quæ declaratur a ſimili, etiam in corporalibus; quia eſt duplex nitor in corpore; vnus ex intrinſeca diſpoſitione membrorum, & coloris; alius autem ex exteriori claritate ſuperueniente, ita etiam eſt in anima, &c. quæ erat minor.

¶Peccatum autem veniale impedit quidem nitorem actualem, non tamen habitualem, quia non excludit, neq; diminuit habitum charitatis, & aliarum virtutum, vt infra patebit; * ſed ſolùm impedit eorum actum. * 2. 2. q. 24. art. 10. Concluſio reſponſiua.

¶Hic conſequenter D.S. ponit concluſionem reſponſiuam, quã declarat ex præcedenti concluſione, & eſt. Propriè loquendo peccatum veniale non cauſat maculam in anima, ſed ſolùm ſecundùm quid. D.S. ponit, & probat primò primam partem concluſionis, ſecundò ſecundam, ibi. Et ſi alicubi, &c. Quo ad primam partem arguitur ſic. Macula magis (& propriè) videtur pertinere ad detrimentum habitualis nitoris, quàm actualis; ſed peccatum veniale impedit quidem nitorem actualem, non tamen habitualem; ergo ſequitur concluſio quo ad primam partem. Huius rationis D. S. primò probat, & ponit maiorem; ſecundò minorem, ibi. Macula autem, &c. Probatur ergo maior, quia & habitualis nitor manet non actualis; ſic & nitor circa aliquam picturam pulchram prouenions ex irradiatione Solis ſtatim tranſit; ſed nitor, qui ex proportione colorum, & intrinſecus manet; vnde tabula depicta non propriè dicitur maculari tranſeũte ſplẽdore Solis; ſed ſi nitor colorum detrimentum patiatur.

¶Macula autem importat aliquid manens in re macula; vnde magis videtur pertinere ad detrimentum habitualis nitoris, quàm actualis; vnde propriè loquendo peccatum veniale non cauſat maculam in anima.

¶Subnectit minorem cum prima parte concluſionis, & probatur ſic minor, quia veniale non excludit, neq; diminuit habitum charitatis, & aliarum virtutum, vt patebit ſecunda ſecundæ, quæſtio. 24. artic. 10. & habetur in de Malo, Materia 7. artic. 2. ſed charitas, & aliæ virtutes ſunt habitualis nitor animæ, ſed ſolùm impedit earum actum, qui eſt nitor quaſi exterior, & actualis; igitur minor vera. Tunc ibi.

¶Et ſi alicubi dicatur maculam inducere, hoc eſt ſecundùm quid, inquantum impedit nitorem, qui eſt ex actibus uirtutum.

¶Subiungit vltimò ſecundam partem concluſionis reſponſiuæ quam declarat ſic, quia intantum dicitur veniale cauſare maculã, inquantum impedit nitorem, qui eſt ex actibus virtutum; quia videlicet peccans venialiter, non exercet ſe in virtutibus, quia veniale non eſt virtutis, ſed præter virtutem; & ſic patet quomodo veniale cauſet maculam ſecundùm quid.

¶Et nota, ꝙ etiam ſolet dici, ꝙ veniale impediat feruorem charitatis, quod pulchrè exponit D.S. vbi iam, ad 17. ꝙ feruor charitatis accipitur dupliciter; vno modo, ſm quod importat intẽſionem inclinationis amantis in amatum; & talis feruor eſt eſſentialis charitati, & non diminuitur per veniale peccatum; alio modo dicitur feruor charitatis, ſm ꝙ redundat in motus dilectionis, etiã in inferiores vires, vt quodammodo non ſolùm corpus, ſed etiam caro exultet in Deum; & talis feruor diminuitur per veniale peccatum abſque diminutione charitatis, hæc ille. Vide tamen de his Capreolum in quarto, diſt. 16. ad quintum. Capreolus.

¶Nota quoque, ꝙ poſſit eſſe dubium, an veniale inducat offenſam Dei. De hoc D.S. in quarto, diſt. 16. q. 2. art. 1. q. 2. ad tertium dicit. peccatum mortale ita diſplicet, ꝙ facit etiam ipſum peccantem Deo diſplicentem, inquantum pulchritudinem gratiæ, quam Deus in ipſo amat, aufert; ſed peccatum veniale, quamuis Deo diſpliceat; quia inordinatum, non tamen facit peccantem Deo diſplicentem, quia non priuatur charitas gratiæ, ſed quodammodo obnubilatur, inquantum eius proceſſus ad exteriora impeditur; & ideo Greg. dicit, ꝙ peccatum veniale obſcurat, ſed mortale obtenebrat, hæc ille. Ex quibus patet, ꝙ veniale non facit peccãtem venialiter tantùm eſſe in offenſa Dei, ſed Deus eſt offenſus peccato veniali non peccanti; habetur etiam ex his, quomodo veniale tollit actualem nitorem extrinſecum, quia obſcurat, ſed non interiorem; quia non obtenebrat. De iſta materia extensè vide Capreolum vbi ſupra immediatè.

ARGVMENTVM in contrarium probat primam partem concluſionis, quia proprium eſt peccato mortali cauſare maculam propriè. ſ. detrimentum habitualis nitoris.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd Aug. loquitur in eo caſu, in quo multa peccata venialia diſpoſitiuè inducunt ad mortale, aliter autem non ſepararent ab amplexu cœleſtis ſponſi.

¶Ad maiorem, patet ſolutio ex art. 3. & 4. præced. q. quia venialia exterminant decorem animæ, non ſecundùm ſe, nec per ſe, ſed per accidens, inquantum diſponunt ad mortale, quod exterminat, & ſeparat ab amplexu ſponſi, qui eſt per charitatem, quam mortale tollit, non veniale. Minor conceditur; ſed dico, ꝙ macula propriè eſt detrimentum nitoris habitualis quodammodo intrinſeci, & permanentis, quod detrimentum veniale non cauſat. Quare negatur conſequentia de macula propriè.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd inordinatio actus in peccato mortali corrumpit habitum virtutis, non autem in peccato veniali.

¶Ad maiorem dico, ꝙ mortale cauſat maculã propriè propter inordinationem actus, qui adhæret, & tangit rem temporalem vt finem, & propter inordinationem, quæ demeretur ceſſationem conſeruationis virtutum infuſarum, & non propter inordinationẽ quamcunque, quæ videlicet non eſt contra Deum, nec demeretur ceſſationem cõſeruationis charitatis, & ſibi connexarum virtutũ.

¶Ad minorem dico, quòd in veniali eſt inordinatio, ſed non quæ meretur extinctionem virtutum, vt D.S. declarat ſecunda ſecundæ, quæſt. 24. artic. 1. quia qui peccat in minori, non debet puniri in maiori. Quare negatur conſequentia.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ in peccato mortali anima per amorem contingit rem temporalem quaſi finem; & per hoc totaliter impeditur fluxus ſplendoris gratiæ, qui prouenit in eos, qui Deo adhærent vt vltimo fini per charitatem; ſed in peccato veniali non adhæret homo creaturæ tanquam fini vltimo, vnde non eſt ſimile.

¶Ad maiorem, macula animæ cauſatur ex contactu rei temporalis. Verum, quo tangitur tanquam finis per amorem fruitiuum; quia per talem contactum homo auertit a Deo, & impeditur influxus conſeruatiuus Diuini nitoris, ex cuius ſubtractione incurritur macula. Ad minorem negatur, quòd in veniali ſit talis amor inordinatus. ſ. fruitiuus rei temporalis, nam peccans venialiter tantùm vtitur ſaltem habitualiter ipſa creatura, & non ponit finem in ea. Quare negatur conſequentia.

Vtrum conuenienter peccata venialia, per lignum, fœnum, & ſtipulam deſignentur.

AD ſecundum ſic proceditur. Vĩ, ꝙ incõuenienter peccata venialia per lignum, fœnum, & ſtipulã deſignentur. Lignum enim, fœnum, & ſtipula dñr ſuperædificari ſpirituali fundamẽto; ſed peccata venialia ſunt præter ſpirituale ędificium, ſicut etiam quælibet falſæ opiniones ſunt præter ſcientiam; ergo peccata venialia non conuenienter deſignantur per lignum, fœnũ, & ſtipulam. Q 4. di. 21. q. 1. artic. 2. q. 2. cor. Et q. 2. cor. Et di ſtin. 46. q. 2. artic. 3. q. 3. ad 4.

¶2 Præt. Ille qui ędificat lignum, fœnum, & ſtipulam, ſic ſaluus erit, quaſi per ignem; ſed quandoque ille, qui committit peccata venialia, non erit ſaluus etiã per ignẽ, puta cum peccata uenialia inueniuntur in eo, qui decedit cum peccato mortali; ergo incõuenienter per lignũ, fœnum, & ſtipulam peccata uenialia deſignantur.

¶3 Præt. Secundùm Apoſtolũ alij ſunt, qui ędificant aurum, argentum, lapides precioſos, ideſt amorem Dei, & proximi, & bona opera, & alij qui ędificant lignum, fœnum, & ſtipulam; ſed peccata uenialia committunt etiã illi, qui diligunt Deum, & proximum, & bona opera faciunt. Dicitur enim 1. Io. 2. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus; ergo non conuenienter deſignantur peccata venialia per iſta tria. 1. Ioan. 2.

¶3 Præterea. Multò plures differentiæ, & gradus ſunt peccatorum venialium, quàm tres; ergo inconueniẽter ſub his tribus comprehenduntur.

1.Cor.3. ¶Sed contra est, quod Apostolus 1.Corinth.3. dicit de eo, qui superædificat lignum, fenum, & stipulam, quòd saluus erit quasi per ignem, & sic patietur pœnam, sed non æternam; reatus autem pœnæ temporalis propriè pertinet ad peccatũ veniale, vt dictum est; * ergo per illa tria significantur peccata venialia.

*q.87.art.5. & q.88.ar.2.

¶Hic consequenter quærit de quadam distinctione Apostoli, circa quam oritur dubium. An conuenienter peccata venialia, &c. Et per hæc tria innuitur aliqua distinctio, & aliqua gradualitas venialium, nam sicut lignum longius durat in igne, quàm fœnum; & fœnum, quàm stipula; sic vnum veniale grauius est, & diutiùs punietur in purgatorio, quàm aliud; grauius autem est vnum, quàm aliud, tum ex parte obiecti, tum ex parte agentis; quia & in deordinationibus citra auersionem vna est maior ex specie, & vnus homo ad idem veniale in specie magis afficitur, & vnus actus habet plures inordinationes veniales.

¶Respondeo dicendum, ꝙ quidam intellexerunt fundamentum esse fidẽ informem, super quam aliqui ædificant bona opera, quæ figurantur per aurum, argentum, & lapides pretiosos; quidam verò peccata etiam mortalia, quæ figurantur secundùm eos per lignum, fœnum, & stipulam.

¶D.S. sic procedit. Primò ponit aliquas expositiones circa hoc quæsitum, & eas reprobat. Secundò ponit veritatem, & veram & propriam expositionem, ibi. Et ideo dicendum, &c. Ponit ergo primò duas expositiones inconuenientes, secundam ibi. Dicunt quidam, &c. Quo ad primam, primò eam recitat; secundò eam improbat, ibi. Sed hanc expositionem, &c. Quidam ergo intellexerunt per fundamentum, super quod Apostolus dicit diuersos diuersa ædificare, fidem informem, super quam aliqui ædificant bona opera (saltem de genere bonorum, esto non possint cum fide informi esse opera simpliciter bona) & dicunt isti expositores, quòd illa bona opera figurantur per aurum; quidam verò superædificant peccata etiam mortalia, & isti dicunt designari per lignum, fœnum, &c. Et iuxta hanc expositionem habetur responsio negatiuè, quia nihil dicit de venialibus, sed per lignum, &c. intelligit mortalia. Consequenter cum dicit.

¶Sed hanc expositionem improbat Augustinus in libro

*Aug.c.15. de fide, & operibus; * quia, vt Apostolus dicit ad Galat. 5. Qui opera carnis facit, regnum Dei non consequitur, quod est saluum fieri. Apostolus autem dicit; quòd ille qui ædificat lignum, fœnum, & stipulam, saluus erit quasi per ignem; vnde non potest intelligi, quòd per lignum, fœnum, & stipulam peccata mortalia designentur.

¶Improbat hanc expositionem post beatum Augustinum; & stat improbatio in hoc, quia Apostolus dicit in alio loco, scilicet Galat. 5. quòd qui facit opera carnis, per quæ omnia mortalia intelliguntur, non consequitur regnum Dei, quod consequi regnũ est saluum fieri, quia vera salus est regnum Dei; sed in proposito dicit Apostolus, quòd qui superædificat lignum, saluus fiet, (supplè etiam, si cum illis discedat, & moriatur) quia per ignem, s. purgatorij in alia vita, quare non potest esse de mente Apostoli, vt per lignum, fœnum, &c. mortalia intelligantur, quia cum illis discedens nunquam saluus fiet, cum mortalia non expientur, vel quo ad culpam, vel pœnam post hanc vitam; & ita ex illorum expositione haberetur, quòd ille, qui moritur in peccato mortali, dummodo fidem retineat finaliter salutem consequeretur, licet primò aliquas pœnas sustineat.

¶Nota circa hoc, quòd D.S. super Apostolum. 1.ad Corinth. 3. adhuc ponit alias reprobationes huius expositionis, quia peccata mortalia magis comparantur ferro, vel plumbo, vel lapidi, tum propter grauitatem, tum quia etiam non renouantur per ignem, sed semper in eo manẽt, in quo sunt; peccata verò venialia comparantur ligno, fœno, & stipulæ, tum propter læuitatem, tum etiam quia ab eis aliquis de facili expurgatur per ignem. Secundò reprobatur per hoc, quia peccata mortalia sunt opera mortua, sed in hoc ædificio nihil ædificatur nisi viuum. Vnde ille, qui cum fide habet mortalia, non superædificat, sed magis destruit.

¶Dicunt ergo quidam, quòd per lignum, fœnum, & stipulam significantur opera bona, quę superædificantur quidem spirituali ædificio; sed tamen commiscent se eis peccata venialia, sicut cum aliquis habet curam rei familiaris, quod bonum est, commiscet se superfluus amor, uel uxoris, uel filiorum, uel possessionum, sub Deo tamen, ita scilicet quòd pro his homo nihil uellet facere contra Deum.

¶Recitat secundam Glosam, & expositionem auctoritatis Apostoli, & deinde etiam eam improbat, ibi. Sed hoc iterũ, &c. Vult ergo ista secunda expositio, quod per lignum, &c. significentur opera bona, quæ scilicet superædificantur spirituali ædificio, & fundamento, scilicet etiam fidei formatæ, sed tamen vt commiscent se eis venialia, sicut exponit D. S. in littera de cura rei familiaris, quæ bona est, cui tamen commiscet se superfluus amor, vel vxoris, &c. Vnde vt habet D.S. super Apostolum, vbi supra, per aurum intelliguntur opera, quibus homo innititur rebus, & Diuinis, quæ sunt solida, clara, & preciosa, ita tamen, quòd per aurum designentur ea, quibus homo tendit in ipsum Deum per contemplationem, & amorem. Per argentum significatur actus, quibus homo adhæret spiritualibus credendis, & amandis, & contemplandis, sed per lapides preciosos designantur opera diuersarum virtutum, quibus anima humana ornatur; superædificare verò lignum, fœnum, & stipulam est superaddere fidei fundamento, ea quæ pertinent ad dispositionem humanarũ rerum, & ad onera carnis, & ad exteriorem gloriam; ita tamen, ꝙ ad hæc magis afficiatur, quàm debeat, ita quòd per hæc retardetur ab his, quæ Dei sunt, quod est peccare venialiter; & hoc est superædificare ligna, fœnum, stipulam, non quia ipsa superædificentur propriè loquendo, sed quia opera ad temporalem curam pertinentia habent venialia adiuncta propter vehementiorem affectum ad ipsa, quæ quidem affectio, secundùm quòd magis, & minus inhæret ligno, fœno, & stipulæ comparatur, hæc D.S. quæ volui recensere, vt videatur; quia Doct. Sanct. & hanc expositionem quandoque post alios posuit.

¶Sed hoc iterum non videtur conuenienter dici. Manifestum est enim, quòd omnia opera bona referuntur ad charitatem Dei, & proximi; vnde pertinent ad aurum, & argentum, & lapides preciosos; non ergo ad lignum, fœnum, & stipulam.

¶Censet hic, & in quarto sententiarum, dist. 21. art. 2. quæst. 1. hanc expositionem non quidem erroneam, sed minus conuenientem, quòd s. per lignum, &c. opera bona, & meritoria (etiam vt habent adiuncta venialia) significentur, quia omnia bona etiam circa temporalia facta referuntur ad charitatem Dei, & proximi, & per consequens magis pertinent ad aurũ, &c. Vnde dicit D.S. in quarto, vel ſm quosdam per lignum, &c. non intelliguntur ipsa venialia, sed opera bona, quibus aliquis motus venialis peccati se immiscet, & hæc superædificantur quantum ad id, quod est boni in eis, & non quantum ad id, quod habent de veniali; sed hoc non videtur ſm intentionem Apostoli, & Aug. quia tunc nõ esset distinctio inter lignum, fœnum, & stipulam, & aurum, argentum, & lapidem preciosum, hæc ille. Quomodo autem veniale dicatur ædificari super fundamentum, patebit ad primum.

¶Nota autem, ꝙ ſm hanc expositionem, quam D.S. hic habet, tunc superædificantes lignum, &c. etiam superædificant aurum, & argentum, sed non econtra; secundum patebit ad tertium, quia perfecti superædificant aurum, &c. & non lignum; primum autẽ patet ex iam dictis, quia occupantes se circa temporalia, faciendo bona opera ex charitate, superædificãt aurũ, & cũ hoc liguũ, &c. Vnde sequitur, ꝙ distincti sunt, qui superædificant lignũ, & non superædificantes; sed idem esse possunt, qui superædificant aurum, &c. & lignum iuxta hunc modum dicendi; per liguũ enim, & stipulam, &c. non intelliguntur quæcunq; venialia, sed grossa, & immansiua, quæ non sunt in perfectis; vnde superædificant aurum, & non lignum, &c. imperfecti autem vtrumque, quare, si per lignum, fœnum, quæcunque venialia intelligerentur, tunc idẽ essent, qui vtrumq; superædificarẽt, etiã de perfectis loquẽdo.

¶Nota etiam, ꝙ si per aurum, &c. intelligerentur solùm opera perfectorũ, & occupantium se circa Diuina, tunc alij essent ædificantes aurum, alij stipulam, &c. sed quia D.S. hic per aurum intelligit opera charitatis, vt fiunt ab imperfectis, &c. ideo sequitur, ꝙ iuxta mentem eius hic superædificantes lignum superædificant aurum; sed non conuertitur, vt omnis superædificans aurum superædificet lignum, quia strictiùs accipitur lignum, quàm aurum; quia aurũ pro omni opere, quod fit ex charitate, lignum autem, & fœnum, &c. solùm pro venialibus immãsiuis, & grossis.

¶Et ideo dicendum est, ꝙ ipsa peccata venialia, quæ admiscent se procurantibus terrena, significantur per lignum, fœnũ, & stipulam; sicut enim huiusmodi, congregantur in domo, & non pertinent ad substantiam ædificij, & possunt comburi ædificio remanente; ita etiam peccata venialia, multiplicantur in homine manente spirituali ædificio; & pro istis patitur ignem, vel temporalis tribulationis in hac vita, vel purgatorij post hanc vitam, & tamen salutem consequitur æternam.

¶Hic consequenter D. S. ponit veritatem tali conclusione responsiua affirmatiua ad quæsitum. Ipsa peccata venialia, quæ admiscent se procurantibus terrena, significantur (supplè conuenienter)

pienter) per lignum fœnum, & stipulam. Et dicit conclusio nostanter venialia, quæ se admiscent procurantibus terrena, quia vt dictum, & dicetur ad tertium, venialia perfectorum intendentiũ Diuinis, & munditiæ vitæ non significantur per lignum, nec dicuntur superædificari, &c. Probat autem D. S. conclusionem a similiquia sicut huiusmodi, scilicet lignum, &c. propriè dicta cõgregantur in domo, & non pertinent ad substantiam ædificij, & possunt comburi ædificio remanente; ita etiam venialia multiplicantur, & quasi congregantur in homine, manente spirituali ædificio, hoc est operibus bonis cũ charitate formata, & pro istis venialibus patitur ignem, vel temporalis tribulationis in hac vita, vel purgatorij post hanc vitam, & tamen salutem consequitur æternam, ergo conclusio vera, quòd conuenienter, &c. propter iam dictam similitudinem. Patet autem similitudo vel proportionalitas ex supra dictis, quia venialia non tollunt charitatem, neque mortificant opera meritoria, & sunt remissibilia in hac, & in alia vita, &c.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua, & innititur illi verbo, quia saluus erit quasi per ignẽ, ergo designatur per lignum, &c. Patietur pœnam, & sic non est opus factum ex charitate, & temporalem, quia saluus erit, & per consequens non est peccatum mortale cum quo nullus saluatur. Relinquitur ergo, quòd intelligat venialia, quia illa inducũt reatum pœnæ temporalis tantùm, vt patuit q.87.ar.5. & q.88.art.2. & si quandoque aliquis patiatur pœnam æternam hoc est per accidens, non videlicet quia veniale reatum æternum inducat, sed mortale cui veniale coniungitur, &c.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd peccata venialia non dicuntur superædificari spirituali fundamento quasi directè supra ipsum posita; sed quia ponũtur iuxta ipsa, sicut accipitur ibi. Super flumina Babilonis, ideſt iuxta, quia peccata venialia non destruũt spirituale ædificium vt dictum est.*

*In cor.ar.

¶Ad maiorem dico, quòd aliquid dicitur poni vel ædificari super fundamentum tripliciter. Vno modo directo situ, quod supra fundamentum fundatur vel firmatur, & habet stabilitatẽ ex fundamento, & sic solùm bona opera fidei formatæ, quæ fundamẽtum dicitur superædificantur. Alio modo dicitur esse super, quod est post, sicut Ezech. vltimo. super terminum Aser, ideſt post vt Glo. dicit, & sic etiam mortalia possunt superædificari, quæ fundamentum destruunt. Tertio modo dicitur esse super quod est iuxta, sicut dicitur in Psal. Super flumina Babi. Tũc dico ad maiorem, quòd lignum, &c. dicuntur superædificari, ideſt iuxta, qa fundamentum non destruunt, sed cum ipso stant, sed non dicũtur superædificari, sicut D. S. videtur intellexisse super Apostolũ primo modo, quasi spirituale ædificium integrent, & sint partes ædificij talis fundata in charitate formata sic, quòd ex ea fiant, quia venialia sunt præter charitatem, nec integrant perfectionẽ vitæ spiritualis, stant tamen iuxta vitam bonam, & charitatem.

¶Ad minorem conceditur cum probatione, sed negatur consequentia, quia non dicuntur lignum superædificari quasi in fundamento fundata, sed quia iuxta posita. Et credo, quòd hæc ratio mouerit D.S. in postilla, quòd per lignum voluit intelligere bona opera, quia hæc superædificantur fundamento, non venialia, sed iam patuit quomodo accipiatur super, vt etiam de venialibus dici possit.

¶Ad secundum dicendum, quòd non dicitur de quocunque ædificante lignum, fœnum, & stipulam, ꝙ saluus fit quasi per ignem; sed solùm de eo, qui ædificat supra fundamentum, quod quidem nõ est fides informis, vt quidam æstimabant, sed fides formata charitate secundùm illud Eph. 3. In chaaitate radicati, & fundati. Ille ergo qui decedit cum peccato mortali, & venialibus, habet quidem lignum, fœnum, & stipulã, sed non sunt superædificata supra fundamentum spirituale, & ideo non erit saluus sic quasi per ignem.

¶Hoc argumentum requirit illam quæstionem quam D.S. mouet in quarto vbi supra, an venialia adiuncta mortali sint lignum vt non puniantur etiam æternaliter in damnatis, sed temporaliter, & requirit supra dicta q.87.ar.5. ad tertium, vbi dictũ fuit, quòd veniale coniunctum mortali in alia vita est irremissibile, & punitur pœna æterna. Dicitur ergo ad maiorem, ille qui ædificat lignum, fœnum, stipulam, sed super fundamentum spirituale, quod est charitas formata, quæ dicitur fundamentum ratione prioritatis non ratione informitatis talis saluus erit, sed quasi per ignem; si autem quis ædificet, sed non iuxta hoc fundamentum, talis non erit saluus sicut est qui existens in mortali cõmittit venialia. Ad minorem negatur, quòd qui committit venialia superædificata fundamento spirituali quod non est fides informis, sed formata, quia talis non fit saluus. Sed vera est minor, ædificans venialia cum mortalibus sine isto fundamento, non erit saluus, quia vt patuit supra vbi iam venialia cum mortali puniuntur pœna æterna, & sunt irremissibilia. Ad consequens, ergo inconuenienter, &c. Negatur, quia conuenienter signantur per lignum venialia coniuncta charitati, quia cum illis discedẽs saluus erit. Sed non loquitur Apostolus de quocunque ædificante venialia, quòd saluus fiat, sed de ædificante super, ideſt iuxta fundamentum. Patet per hæc solutio quæstionis motæ in quarto, qa venialia adiuncta mortali non sunt lignum, vt non puniantur æternaliter, quia licet talibus conueniat ex natura, & specie esse lignum, &c. tamen secunda pars non conuenit, scilicet vt quis habens ea saluus fiat per ignem, &c.

¶Ad tertiũ dicendum, ꝙ illi qui sunt abstracti a cura temporalium rerum, & si aliquando venialiter peccẽt, tamen leuia peccata venialia committunt, & frequentissimè per feruorem charitatis purgantur; vnde tales non superædificant venialia, quia in eis modicum manent; sed peccata venialia ipsorum qui circa terrena occupantur diutius manent, quia non ita frequenter recurrere possunt ad huiusmodi peccata venialia delenda per charitatis feruorem.

¶Ad maiorẽ, conceditur ipsa ad hunc sensum, qnòd alij sunt qui ædificant aurum, & alij lignum, quia aliqui ædificantes aurũ non superædificant lignum, licet non ẽcontra, quia ædificantes lignum, &c. etiam ædificant aurum, iuxta modum quem innuit D.S. in cor. sed secundùm D.S. in 4. & in postilla diceretur, ꝙ alij sunt absolutè, quia nõ dicuntur ædificare aurum nisi qui faciunt opera magnæ excellentiæ segregata a venialibus immansuis vt perfecti, opera autem bona ex charitate adiũcta venialibus, quæ fiunt ab occupatis circa terrena non dicuntur aurum, &c. sed lignum, &c. sed vt dictum est per aurum intelliguntur hic omnia opera bona, sed non quælibet venialia dicuntur lignũ, stipula.

¶Ad minorem dico, quòd illi qui diligunt Deum, & proximum, & sunt abstracti a cura temporalium, sed solùm insistunt Diuinis, & puritati conscientiæ committunt quidem venialia, sed leuia, quæ frequentissimè per feruotem charitatis purgãtur, & non diu manent, quare dicitur, quòd committunt, sed non superædificant; quia superædificari dicitur, quod manet, & cohæret fundamento, secus de venialibus occupatorum circa terrena; quia illa diu manent, & raro expurgantur cum tales non adeo intendant puritati, quare negatur consequentia, quia alij sunt ædificantes aurum, qui non ædificant lignum, & sic patet aliqua distinctio inter istos, &c. quia non identitas conuertibilis.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in primo de cœlo. * Omnia tribus includuntur, scilicet principio, medio, & fine, & secundùm hoc omnes gradus venialium peccatorum ad tria reducuntur, scilicet ad lignum, quod diutius manet in igne, ad stipulam, quæ citissimè expeditur, ad fœnum, quod medio modo se habet, secundùm enim, quòd peccata venialia sunt maioris vel minoris aduertentiæ, vel grauitatis, citius vel tardius per ignem purgantur.

*Aristot. tex.2.

¶Ad assumptum dico, quòd multò plures differentiæ, & gradus speciei sunt peccatorum venialium, quàm tres, sed omnes ad tria reducuntur, quæ signantur per hæc tria lignum, &c. quæ differunt secundùm hoc, quòd facilius vel tardius consumuntur ab igne; quia quædã sunt venialia grauissima, & difficulter purgabilia, & hæc signantur per lignum, quædam minima, & hæc per stipulam, quædam media, & hæc per fœnum; quare negatur consequentia, quia omnia conuenienter ad tria reducuntur, scilicet principium, medium, & finem, &c.

Vtrum homo in statu innocentiæ potuerit peccare venialiter.

P 2.ii.21.q.2. ar.3. Et 3.. 34. art.4.ad 4. Et M.. q. 2.21.8. ad .. & q.7. ar.. * est Glos. Aug. 14.de ciuita. Dei. cap.11. * Aug.lib. 11.cap.5. * Aug.circa fine lib.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd homo in statu innocentiæ potuerit peccare venialiter, quia super illud 1.ad Thimo. 2. Adam non est seductus, dicit Glo. * Inexpertus Diuinæ seueritatis in eo falli potuit vt crederet veniale esse commissum, sed hoc non credidisset nisi venialiter peccare potuisset; ergo venialiter peccare potuit, non peccando mortaliter.

¶2 Præterea. Aug. dicit 11. super Gen. ad litteram. * Non est arbitrandum, quòd esset hominem deiecturus tentator, nisi præcessisset in anima hominis quædam ælatio comprimenda, ælatio autem deiectionem prædens, quæ facta est per peccatum mortale, non potuit esse nisi peccatum veniale. Similiter etiam in eodem

Augusti.

Aug. dicit quòd virum sollicitauit aliqua experiendi cupiditas cum mulierem vidisset sumpto vetito pomo non esse mortuam; videtur etiam fuisse in Eua aliquis infidelitatis motus in hoc, quòd de verbis domini dubitauit, vt patet per hoc, quod dixit. Ne forte moriamur vt habetur Gen. 3. hæc autem videntur venialia peccata; ergo homo potuit venialiter peccare antequã mortaliter peccaret.

¶ 3 Prætera. Peccatum mortale magis opponitur integritati primi status, quàm peccatum veniale; sed homo potuit peccare mortaliter non obstante integritate primi status, ergo etiam potuit peccare venialiter.

¶ Sed contra est, quòd cuilibet peccato debetur aliqua pœna, sed nihil pœnale esse potuit in statu innocentiæ vt Aug. dicit. 24. de Ciui. Dei.* ergo non potuit peccare aliquo peccato, quo non eijceretur ab illo integritatis statu; sed peccatum veniale non mutat statum hominis, ergo non potuit peccare venialiter.

Aug. c. 10.

¶ Hic consequenter D.S. quærit de subiecto venialium, & præsertim quærit de quattuor subiectis peccati venialis, in his quattuor artic. sequentibus. Et primò de homine in statu innocentiæ, & naturæ integræ, quando videlicet habuit vel habuisset iustitiã originalem an in tali statu potuerit peccare venialiter.

¶ Respondeo dicendum, quòd communiter ponitur, quòd homo in statu innocentiæ non potuit venialiter peccare, hoc autem non est sic intelligẽdum quasi id, quod nobis est veniale, si ipse committeret, esset sibi mortale propter altitudinem sui status. ——

¶ In hoc articuli corpore D. S. respondet conclusione vnica in principio, sed circa eam recitat primò falsum intellectum. Secundò resumit conclusionem iterum cum vero intellectu eam probans ibi. Sic ergo intelligendum est, &c. Quo ad primum primò recitat falsum intellectum conclusionis. Secundò eum ratione reprobat, ibi. Dignitas enim, &c. Conclusio ergo responsiua communiter tenta ab omnibus, quam & ipse sequitur communiter ponitur, quòd homo in statu innocentiæ non potuit peccare venialiter, & annectit statim falsum intellectum, pro quo reprobando ponitur talis conclusio explicatiua. Si intelligitur, quòd homo in statu innocentiæ non potuit peccare venialiter quasi id, quod nobis est veniale, si ipse committeret, esset sibi mortale propter altitudinem status, falsus est intellectus, &c. Consequenter cum dicit.

¶ Dignitas enim personæ est quædam circunstantia aggrauans peccatum, non tamen transfert in aliam speciem, nisi forte superueniente deformitate inobedientiæ, vel voti, vel alicuius huiusmodi; quod in proposito dici non potest, vnde id, quod est de se veniale non potuit transferri in mortale propter dignitatem primi status. ——

¶ Assignat rationem reprobatiuę conclusionis prædictæ, pro quo notanda sunt aliqua. Primò ergo oportet memorari dictorum supra q. 73. art. 1. quæ etiam habet D.S. in de Malo. Ma. 7. ar. 7. quòd veniale non trahitur in mortale nisi propter circunstantiam aggrauantem, ita quòd trahat in aliam speciem peccati, & aggrauetur in infinitum, hoc etiam patuit. q. præce. articulo 5.

¶ Secundò notandum, quòd conditio personæ, quæ est circunstantia, non transfert in aliam speciem peccati nisi faciat aliquod opus esse contra speciale præceptum tali personæ datum, quod præceptum non est datum alijs; sicut ducere vxorem est cõtra speciale præceptum sacerdotis, & non est contra præceptum datum laico, vnde sacerdoti est peccatum mortale, laico nullum.

¶ Tertiò oportet notare, quòd si actus superioris personæ, q̃ habet conditionem altioris status, & dignitatis, non repugnet p̃cepto specialiter sibi facto, non est mortalis, si sit venialis ex genere, sicut etiam Scotus tangit in præsenti materia in secundo, dist. 21. & hoc sibi gratis admittimus. Ex quibus statim sequitur, quòd cum actus peccatorum ex genere venialium non fuerit aliter contra præceptum hominis in statu innocentiæ, quàm nobis, quòd non fuissent sibi mortalia. His notatis probatur sic cõclusio, dignitas personæ est quædã circunstantia aggrauans peccatum, non tñ transfert in aliam speciẽ, nisi forte superueniente deformitate inobedientiæ, vel voti, vel alicuius huiusmodi, qđ in proposito dici non potest; ergo id, quod de se est veniale non potuit transferri in mortale propter dignitatem primi status, & per consequens sequitur conclusio, quòd id, quod nobis est veniale non fuisset sibi mortale, &c. Tenet consequentia ex. q. 88. arti. 4. quia nisi circunstantia transferat in aliam speciem, quæ aggrauet in infinitum, nõ potest facere de veniali mortale. Antecedens patuit supra. q. 73. ar. 10. Et dicitur nisi forte, quia si veniali ex genere superuenerit contemptus, tunc esset mortale per accidens, quia in eo poneretur finis. Et dicitur quòd in proposito dici non potest, quia videlicet homo non habuit speciale præceptum de vitandis huiusmodi venialibus, nec erant contra votum aliquod.

¶ Sic ergo intelligendum est, quòd non potuit peccare venialiter, quia non potuit esse vt committeret aliquid, quod esset de se peccatum veniale antequàm integritatem primi status amitteret peccando mortaliter.

¶ Hic consequenter D.S. resumit conclusionem, & primò ponit verum eius intellectum. Secundò ex hoc eam probat, ibi, cuius ratio est, &c. Tertiò ex hoc infert quoddam corollarium, ibi. Et ideo oportebat, &c. Dicit ergo, non potuit, scilicet homo in statu innocentiæ peccare venialiter, sic intelligendo, quia non potuit esse vt committeret aliquid, quod esset de se veniale, antequàm integritatem primi status amitteret peccando mortaliter. Deinde cum dicit.

¶ Cuius ratio est, quia peccatum veniale in nobis cõtingit vel propter imperfectionem actus, sicut subiti motus in genere peccatorum mortalium; vel propter inordinationem existentem circa ea, quæ sunt ad finẽ seruato debito ordine ad finem. ——

¶ Probat conclusionem benè intellectam tali medio, peccatum veniale in nobis contingit vel propter imperfectionẽ actus, scilicet sensualitatis vel rationis, vel propter inordinationem existentem circa ea, quæ sunt ad finem, seruato ordine determinato habitualiter ad finem; sed nullum istorum potuit contingere stante statu innocentię, ergo conclusio vera. D.S. primò ponit maiorem, secundò probat minorem subintellectam, ibi. Vtrũq; autem horum, &c. Maior autem relinquitur nota, & explicatur prima eius pars exemplariter, sicut subiti motus in genere peccatorum mortalium, sunt venialia per accidens. Secunda pars maioris patet exemplariter ex supra dictis, sicut verbum inutile, & ociosum est veniale ex genere, ita q̃ hæc maior vult, q̃ non cõtingit peccare venialiter nisi duobus modis, scilicet veniali p accidens, & veniali ex genere, & patet ex præce. q. Deinde ibi.

¶ Vtrumque autem horum contingit propter quẽdam defectum ordinis ex eo, quòd inferius non continetur firmiter sub superiori; quòd enim in nobis insurgat subitus motus sensualitatis contingit ex hoc, q̃ sensualitas non est omnino subdita rationi; quòd verò insurgat subitus motus in ratione ipsa, prouenit in nobis ex hoc, quòd ipsa executio actus rationis non subditur deliberationi, quæ est ex altiori bono, vt supra dictum est.* ——

*q. 74. ar. 10

¶ Probat minorem, quam tamen non ponit formaliter, & arguitur sic pro vtraque eius parte. Vtrumque horum venialium contingit propter quendam defectum ordinis, ex eo, quòd inferius non continetur firmiter sub superiori, sed in statu innocentiæ erat infallibilis ordinis firmitas, vt semper inferius contineretur sub superiori, quandiu summum hominis contineretur sub Deo; ergo minor vera. Huius rationis pro minore primò ponit maiorem. Secundò minorem, ibi. In statu autem, &c. Maiorem autem proximam D. S. declarat primò quo ad vnam partem, scilicet quo ad veniale per accidens. Secundò, quo ad veniale ex genere, ibi. Quod verò humanus, &c. Declaratur ergo maior proxima quo ad veniale per accidens, quod est subitus motus sensualitatis vel rationis, quia quòd in nobis insurgat subitus motus sensualitatis contingit ex hoc, quòd sensualitas non est omnino subiecta rationi, quod supple non subdi est defectus ordinis, qui erat per iustitiam originalem. Vide prima par. q. 95. arti. 2. quia non erat motus sensualitatis nisi ex iudicio rationis. Secundò declaratur de subito motu rationis, qui dicebat supra q. 74. ar. 10. motus surreptitius, & a Scoto motus leuis, quia quòd insurgat subitus motus in ratione ipsa, prouenit in nobis ex hoc, quòd ipsa executio actus rationis non subditur deliberationi, q̃ est ex altiori bono, idest ex summa lege, scilicet Diuina, quia videlicet antequam aduertatur Diuina lex, ratio iudicat secũdum rationem naturalem, & temporalem, vt patuit supra vbi iam ex intentione; in statu autem innocentiæ ratio superior firmissimè adhęsisset illi altiori bono, idest supremę regulæ, necundicasset vel habuisset quemcumque motum, nisi directum secundum illam regulam; quare sequitur, quòd nec subitus motus ibi fuisset, quia & ille est præter ordinem ad istam regulam, omnia autem fuissent ordinata. Ex quibus nota defectum Scoti in secũdo dist. 21. qui hæc non videns dicit ad tertium. Esto verum sit, quòd in inferioribus viribus non potuerit fuisse deordinatio nisi præfuisset in superioribus, tamen dico, quòd non omnis deordinatio in

natio nisi præfuisset in superioribus tamen dico, quòd non omnis deordinatio in virtute superiori est peccatum mortale, nam reuis motus per surreptionem de opinione aliqua circa articulos fidei est deordinatio in portione vel in virtute superiori, nã potest esse circa tale obiectum quod non potest considerari nisi per virtutes superiores, vt Deum esse trinum, & vnum, & tamen non omnis motus leuis est peccatum mortale, licet in superiori virtute, sit grauius peccatum, quàm in inferiori, hæc ille in forma. Sed quamuis hæc in se vera sint, supponunt tamen aliquod iam immediatè reprobatum, quod Scotus non probat, videlicet, quòd in statu innocentiæ potuisset fuisse motus subitus circa res æternas, quod nunc manifestè improbatum est; quare cum Scotus non omnino reluctetur, quòd non potuerit esse veniale propter inordinationem virium inferiorum, sed solùm propter motum virtutum superiorum, hoc autem etiam ostensum sit esse falsum, & ipse nullo modo probet, sequitur, quòd veniale nullo modo potuit esse in hoc statu. Puto autem, quòd Scotus ideo hoc supposuerit, scilicet quòd veniale possit esse in ratione superiori secundum se in statu innocentiæ, sicut & nunc est in nobis, quia D.S. in secundo dist. 21. q. vnica ar. vlti. non facit mentionem expressam nisi de veniali, quod contingit propter inordinationem & non subiectionem inferiorum virium ad superiores, vbi Scotus eum videtur vidisse, sed non videtur vidisse D.S. hic, & in de Malo. Mate. 7. ar. 7. vbi ex intentione reprobat, quod Sco. supponit. Et putat D.S. non aduertisse, sed hic aduertat, quòd non latuerit D.S. quòd Scotus solus videbatur vidisse, &c. Patet quoque, q̃ Sco. deficit ibidem ad primum, quia cũ summa rectitudine, quæ fuit rationis superioris ad legem Dei pro tali statu, non stabat obliquitas venialis; & quod inducit simile, quia cum certitudine intellectus de aliqua conclusione potest stare opinio de alia, non valet, quia veniale non habet se ad rectitudinem, quæ erat ad finem, sicut existimatio recta de vna conclusione ad opinionem de alia, sed haberet se sicut defectus circa conclusionem ad rectã æstimationem de principio ad conclusionem recto applicato, & benè connexo, quod est impossibile, vt patet apud D. S. in de Malo vbi iam circa finem cor. arti. Consequenter ibi.

Scotus.

¶ Quod verò humanus animus inordinetur circa ea quæ sunt ad finem seruato debito ordine ad finem, p̃uenit ex hoc, quòd ea, quæ sunt ad finem non ordinantur infallibiliter sub fine, qui tenet summum locũ quasi principium in appetibilibus, vt supra dictum est.* ——

*q. 72. ar. 5.

¶ Declarat præcedentem maiorem proximam de veniali ex genere, quia quòd humanus animus inordinetur circa ea quæ sunt ad finem, prouenit ex hoc, quòd ea, quæ sunt ad finẽ non ordinantur infallibiliter sub fine qui tenet summum locum, quasi principium in appetibilibus, vt patuit supra. q. 72. artic. 5. ergo & tale veniale prouenit ex defectu ordinis.

¶ Nota circa hoc, q̃ quasi simile fuit de homine in statu innocentiæ, sicut de beatis, quia beati nihil appetere possunt nisi in ordine ad Diuinam voluntatem visam, ita homo in illo statu nihil velle potuit eorum quæ sunt ad finem, nisi cum actuali vel virtuali relatione in illum finem, & per consequens non potuit peccare venialiter; tamen in hoc est differentia, quia in statu innocentiæ potuit se male habere ad finem, sed non in beatitudine, sed vt dictũ est similitudo est in hoc, quòd vtrobique semper media referrentur in finem, &c. Deinde ibi.

¶ In statu autem innocentiæ, vt in primo habitum est.* erat infallibilis ordinis firmitas, vt semper inferius cõtineretur sub superiori quamdiu summum bonum hominis contineretur sub Deo, vt etiam Aug. dicit 14. de Ciuit. Dei. ——

*p. p. q. 95. arti. 1.

¶ Ponit minorem præcedentis rationis pro minore principali quę fuit (sed in statu innocentiæ,) &c. Et relinquitur nota ex prima parte. q. 115. artic. 1. & ex auctoritate Aug. in 9. de Ciuitate Dei. Tunc ibi.

¶ Et ideo oportebat, quòd inordinatio in homine non esset nisi inciperet ab hoc, quòd summum hominis non subderetur Deo quod fit per peccatũ mortale. Ex quo patet, q̃ homo in statu innocentiæ non potuit peccare venialiter antequam peccaret mortaliter. ——

¶ Infert vltimò quoddam corollarium, ad quod sequitur cõclusio responsiua immediatè, & est. Oportebat, quòd inordinatio in homine non esset, nisi inciperet ab hoc, quòd summũ hominis non subderetur Deo, quod fit per peccatum mortale patet ex dictis, quia homo in statu innocentiæ potuit peccare, & de facto peccauit, non autem potuit primò peccare ex parte inferiorum virium vel etiam superiorum, donec essent vnite cum Deo; ergo sequitur corollarium, & per consequens conclusio responsiua, quòd homo in statu innocentiæ non potuit peccare venialiter antequam peccaret mortaliter.

CIRCA argumentum in contrarium, quod est efficax pro conclusione, nota, quòd Scotus nititur ipsum effugere, & admittit vbi supra sicut & in secundo dist. 29. q. 1. quòd aliquid ingeres tristitiam, & passionem posset esse in statu innocentiæ, non satis magnipẽdens auctoritatem B. Aug. Vnde dicit sic dico, quòd alia pœna, quàm mors potest respondere veniali, puta displicentia aliqua vel aliquid huiusmodi. Vel potest dici, quòd pœna sibi p̃pria non respondet, sed committens veniale est debitor feruentioris actus voluntatis, quàm prius, qui feruor consumeret peccatum veniale hæc ille. Sed illę solutio est contra Augustinum. 14. de Ciui. Dei, quia omnes ille passiones immo motus voluntatis, quæ respiciunt malum in Adam non erant, vt allegat etiam D.S. prima parte q. 115. arti. 2. in cor. Displicentia autem vel aliquid huiusmodi vtique est passio vel motus voluntatis respectu mali. Secunda autem solutio assumit vnum voluntarium dictum, & valde suspectum, quòd veniale non respondeat pœna etiam sensibilis, saltem aliqua tristitia pœnalis, & afflictiua, quæ vt est ex charitate delet culpam, vt autem pœnalis satisfacit pro reatu pœnæ. Et præterea assumit vnum supra improbatum, si intelligit, q̃ feruor quilibet consumat veniale quo ad culpam, & reatum; immo vt patuit. q. 87. arti. 5. ad tertium, veniali dimisso quo ad culpam, potest remanere quo ad reatum, quamuis etiam vi contritionis tota pœna tolli possit vt habet D.S in 4. dist. 38. q. 1. arti. 3. q. 2. ad 4. vide Capreo. in 4. dist. 16. ad 4. Præterea, quia D.S. vbi iã in 4. q. 2. ar. 4. q. 3. ad primum. quia homo potius deberet sustinere mortem antequam peccaret mortaliter vel venialiter, eo modo debiti quo debet veniale vitare; ideo non est mirum, si illi statui non est possibile, cui mors omnino repugnat, quare argumẽtum in contrarium stat solide, nec Scotus ipsum soluit, sed circa ipsum dubitauit, & hoc frequentissimum est apud Scotum, q̃ cũ D.S. arguerit ipse nihil certum determinare potuit.

Cum Sco. D. S. se opponit raro determinare potuit.

¶ Nota quoque argumenta Scoti in ista materia peccant secundùm non causam, vt causam, quia quòd cum gratia etiam magna viatoris stet veniale, nõ autem cum dono originalis iustitiæ, hoc non est ideo, quia donum illud perfectius coniungeret habitualiter vltimo fini, quàm gratia Ioanne Baptiste, vel Hieremiæ, vel Apostolus in eorum vltima sanctificatione collata; sed hoc ideo, quia donum illud subdebat non solùm mẽtem Deo, verum; & corpus animæ, & omnes potẽtias inferiores rationi, immo generaliter omnia inferiora, quæ sunt in homine suis superioribus, intantum, quòd ordines inferiores violari nõ potentant, nisi prius tempore vel natura sublato superiori; vnde secundùm Capreo. in 2. d. 21. imperfectè concepit Scotus virtutẽ originalis iustitiæ vel donum primi status, &c.

Capreolus

¶ Præterea. Adam non potuit committere ea, quæ sunt venialia ex genere, quia ista non contingunt nisi inferiora non sint subdita suis superioribus, nec potuit committere, venialia p accidens, quia illa committuntur ex hoc, quòd ratio non subditur supremo suo idest deliberationi, quæ est ex suprema regula rationis. Vide de istis si placet sanctum Bonauen. in tertio dist. 21. ar. 3. q. 1. quia in senten. tenet cum D.S. & dicit Doctores Theologiæ ita communiter sensisse. Verum in quadam solutione videtur repugnare dictis in principio ar. quia dicit, quòd veniale ex genere si comisisset Adam, fuisset sibi mortale propter statũ, hoc autem reprobatum fuit, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd veniale non sumitur ibi secundùm quod nunc de veniali loquimur, sed dicitur veniale, quod est facile remissibile. ——

¶ Ad maiorem, pro qua intelligenda, nota, quod duplex est seductio, scilicet in vniuersali, & particulari eligibili, quæ est ignorantia electionis quicunq; ergo peccat seductur ignorantia electionis in particulari eligibili; mulier autem fuit seducta ignorantia in vniuersali, quando scilicet credidit q̃d serpens dixit, sed vir non credidit hoc, sed deceptus fuit in particulari, scilicet quòd gerendus esse mos vxori, & cum ea comedere deberet; & inexpertus diuinæ seruetitatis, credidit, q̃ facile ei remitteretur. Vnde dicitur ad maiorẽ, quòd credidit veniale, idest facile remissibile sine. s. pœna mortis sequente, & ita credidit veniale non ex genere, nec propter subitum motum, sed ex causa, quod non distinguitur contra mortale, vt patuit supra. q. 88. ar. 2. Ad minorem, nisi potuisset peccare venialiter, verum, secundùm opinionem suam erroneam venialiter, idest facile remissibiliter; sed in illum errorem & falsam opinionẽ qua credidit veniale (scilicet ab euentu, idest remissibile citra punitionem per pœnam mortis, quod tñ fuit mortale. 1. inductiuũ mortis) in Adam præcessit mentis elatio, sicut iam statim de muliere dicetur, & hæc habet D.S. in de Ve. Ma. 18. ar. 6. ad 11. quare negatur, quòd potuerit peccare venialiter stante statu, Vide etiã D.S. in. 2. vbi supra ad quintum, vbi, & alias solutiones habet.

¶ Ad secundũ dicendũ, q̃ illa elatio, quæ p̃cessit in animo hoïs, fuit primũ hoïs peccatũ mortale dicitur autem præcessisse deiectionem eius in exteriorem actum peccati; huiusmodi autem elationem sub sequta est, & experiendi cupiditas in viro, & dubitatio in muliere

quæ

quæ ex hoc solo in quandam aliam elationem prorupit quòd præcepti mentionē a serpente audiuit, quasi nollet sub præcepto contineri.

¶ Ad maiorem vel assumptum nō est arbitrandum, quòd esset hominem deiecturus, scilicet in exteriorem actum peccati, nisi præcessisset quædam elatio, quæ fuit primum peccatū, quo scilicet quasi noluit sub Diuino præcepto contineri, statim enim in mente mulieris surrexit elatio per quam fastidiuit præceptis Dei cohiberi, & ex hoc secuta est dubitatio. Vltra, elatio autem deiectionem præcedens quæ facta est per peccatum mortale, non potuit esse nisi veniale. Dico, quòd est duplex deiectio. Vna interior, ideſt per actum interiorem, & illa fuit mortale, & fuit ipsamet elatio, sed alia est deiectio per actum exteriorem, & illam præcessit elatio. Minor autem illa imaginatur, & malè, quasi elatio præcessisset omnem deiectionem, quod non est de mēte Beati Aug. sed præcessit solam deiectionem in opus exterius, scilicet commissionem, & amissionem status, & tamen ipsa elatio fuit interior deiectio prima, & mortalis; quare negatur alia pars, q̄ illa elatio non potuit esse nisi veniale peccatum, immo fuit mortale, & per eam primò peccauit homo. Vltra similiter, &c. dico, q̄ illa experiendi cupiditas processit ex elatione mentis, quæ & in viro hanc cupiditatem præcessit, quam elationem vir ex verbis mulieris concepit, vt habet D.S. de Malo vbi iam ad 12. Similiter dico, quòd ille motus infidelitatis mulieris processit ex elatione mortali, si tamen motus ille subitus dici debeat, qui etiam in verba prorupit. Vlterius, negatur, quòd hæc videantur venialia peccata, quia velle experiri prohibitum præcepto Diuino est mortale. Et secundò dato, quòd fuissent venialia, negatur consequentia, quia illa venialia vt patuit processerunt ex elatione mortali, quare non sequitur, quòd peccauerint venialiter stante statu innocentiæ, sed iam destructo per mortale.

¶ De materia istius solutionis, & præcedentis D.S. loquitur in de Verita. Mat. 18. art. 6. ad 5. Mulier sperauit se posse aliquo modo consequi, quod serpens promisit, & credidit hoc aliquo modo possibile, & in hoc seducta est secundùm Apostolum primæ ad Thi. 2. sed istam seductionem præcessit quædam mentis elatio qua suam excellentiam inordinatè appetijt, quam concepit ad verba serpentis; sicut homines frequenter ad verba adulantiū supra seipsos efferuntur. Et hæc quidem elatio præcedēs fuit excellentiæ propriæ iu generali, quæ est primum peccatū, quod cōsecuta est seductio qua credidit esse verum, quod serpēs dicebat, & sic consecuta est elatio, qua determinatè hanc excellentiam appetijt quam serpens promittebat. Hæc ille.

¶ Nota autem, quòd hic dicit illam elationem fuisse appetitum propriæ excellentiæ. De Malo autem dicit fuisse fastidium super cohibitione Diuini præcepti. Et vtrunque est superbiæ, sed alterius speciei.

¶ Ad tertium dicendum, quòd peccatum mortale intantum opponitur integritati primi status, quòd corrumpit ipsum; quod peccatum veniale facere non potest, & quia non potest simul esse quæcunque inordinatio cum integritate primi status, cōsequens est, quòd primus homo non potuerit peccare [d] venialiter antequam peccaret mortaliter. Dub. 75.

¶ Ad maiorem dico, quòd vtrumque ei opponitur mortale. s. & veniale, quia nullum stare potest cum integritate primi status, sed in hoc magis mortale, quia ipsam destruit, & corrumpit, nō autem veniale, licet & hoc sit sibi incompossibile. Ad minorem, potuit peccare mortaliter, verum, sed corrumpendo integritatē, quia secundum D.S. de Verita. supra ad 8. In eodem instāti, quo peccauit fuit statu innocentiæ destitutus, sed stante illo statu, nō potuit esse inordinatio venialis, quare negatur consequentia, quia mortale corrumpit integritatem veniale autem non corrūpit, & ipsa integritas ipsum non compatitur, sequitur quòd stāte integritate non potuit venialiter peccare, sed tamen potuit integritatem corrumpere per mortale, &c.

Vtrum Angelus bonus vel malus possit peccare venialiter.

S Ma. quæst. 7. art 9. * In Hom. 2. paulo post prin. et Ho. 29. in Euang.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd Angelus bonus vel malus possit peccare venialiter, homo enim cum Angelis conuenit in superiori animæ parte, quæ mens vocatur, secundùm illud Greg. in Homel. * homo intelligit cum Angelis; sed homo secundùm superiorem partem animæ potest peccare venialiter, ergo & Angelus.

¶ 2 Præterea. Quicumque potest, quod est plus, potest etiam, quod minus; sed Angelus potuit diligere bonum creatum plus, quàm Deum, quod fecit peccando mortaliter, ergo etiam potuit bonum creatum diligere infra Deum inordinatè venialiter peccando.

¶ 3 Præterea. Angeli mali videntur aliqua facere, quæ sunt ex genere suo venialia peccata prouocando homines ad risum, & ad alias huiusmodi leuitates; sed circunstantia personæ non facit de veniali mortale, vt dictum est. *nisi speciali prohibitione superueniente, quod non est in proposito, ergo Angelus potest peccare venialiter. *q.11.a.4

¶ Sed contra est, quòd maior est perfectio Angeli, quàm perfectio hominis in primo statu, sed homo in primo statu non potuit peccare venialiter, ergo multò minus Angelus.

¶ Quærit secundò de alio subiecto venialis, scilicet Angelo bono vel malo.

¶ Respondeo dicendum, quòd intellectus Angeli sicut in primo dictum est. * non est discursiuus, vt scilicet procedat a principijs in cōclusiones seorsum vtrūque intelligens, sicut in nobis contingit; vnde oportet, quòd quandocumque considerat conclusiones consideret eas prout sunt in principijs. *q.11.a.4. Dub.40.

¶ In cor. art. tria principaliter facit; Primò deducit vnam conclusionem præambularem fundamentalem; Secundò ex ipsa infert quoddam corollarium, ex quo potest trahi conclusio responsiua generalis tamen ibi. Propter hoc, &c. Tertiò subiungit conclusionem responsiuam magis particulariter, ibi, sed Angeli boni. Quo ad primum est ista conclusio præambularis, mēs Angeli non fertur in ea, quæ sunt ad finē nisi secūdùm quòd stāt sub ordine finis. Probatur ista conclusio, quandocumque intellectus Angeli considerat conclusiones, considerat eas prout sunt in principijs; sed in appetibilibus fines sunt sicut principia, ea verò, quæ sunt ad finem sunt sicut conclusiones, ergo sequitur conclusio. Maiorem huius rationis primò ponit, & probat. Secundò minorem adiungens conclusionem, ibi. In appeti. &c. Maior ergo probatur, quia intellectus Angeli non est discursiuus supplè, nec actu nec potentia vt scilicet procedat a principijs in conclusiones seorsum vtrumque intelligens, sicut in nobis cōtingit; ergo maior vera, quia seorsum considerare esset discurrere, vnum videlicet cognoscere post aliud cuius cognitio ex cognitione alterius depēdet; licet enim Angelus cognoscat per tēpus, ea quorum habet diuersas species, & disparata, tamen quæ a seinuicem dependent in cognitione simul cognoscit.

¶ Nota hic primò, quòd fundamentum huius arti. & maioris huius est, quia Angelus non est discursiuus. Nota inquam hic breuiter, quòd ad rationem discursus non sufficit, quòd veritas vnius causetur a veritate alterius, immo nec requrit ad discursum, quòd veritas vnius causetur a veritate alterius, potest enim esse discursus ab effectu ad causam, & tamen veritas causæ non causatur a veritate effectus, sed hoc vniuersaliter, & per se requiritur, quòd cognitio vnius causetur ex cognitione alterius in intellectu tali, in quo dicit esse discursus; sed talis causalitas vnius cognitionis ab alia, non habet locum quando aliqua duo eadem cognitione cognoscuntur, quia eadem cognitio non est causa suiipsius, & talis discursus se tenet ex parte intellectus magis, quàm rei intellectæ, quoniam de re simplicissima intellectus noster discurrit, & ècontra intellectus Diuinus de re composita habet simplicissimam apprehensionem. Et per hæc patet nullitas quorundam, quæ Scotus arguit in prologo primi, & in. 2. dist. 7. q. 1. remittens se ad eundem locum, volens, quòd res in se veritatem continens suarum passionum discursiuam causet cognitionem in quocumque intellectu passiuo, &c. quia vt iam patuit, discursus est effectus tenēs se ex parte intellectus magis, qua obiecti. Et secundò, quia non sufficit veritatem vnius causari ex veritate alterius, & tertiò supponit intellectum Angelicum esse passiuum a re visa in alio, quod falsum est, sed de his aliàs. contra Scotum.

¶ Nota secundò vt res ista magis fundetur, & vt non sit locus cuidam obiectioni Scoticæ in secundo dist. 8. q. 1. quòd est similis proportio voluntatis perfectæ extra statum viæ, sicut de voluntate nostra viatica ad beatitudinem in communi secundùm communem rationem, constat autem, quòd homo quæcumque vult virtualiter vult propter beatitudinem, quia in omni actu voluntatis nostræ saluatur virtualiter appetitus beatitudinis, quia quid volumus ideo volumus vt participemus beatitudinem, vnde & voluntas extra viam vel obstinata in malo, vel confirmata in bono semper virtualiter omnia, quæ vult appetit propter finem voluntatis siue bonum vel peruersum, vnde talis finis affectio voluntatis determinat ad vnum, & finis eius se habet vt principium primum omnium actuum voluntariorum sequentium. Ex hoc sequitur, quòd non datur aliquis actus medius voluntarius in voluntate extra statum viæ, &c.

¶ Nota

¶ Nota tertiò circa probationem maioris, quia ibi continetur quid requiratur ad discursum, quia seorsum intelligere circa vtrumque. Consequenter cum dicit.

¶ In appetibilibus autem sicut multotiens dictum est, fines sunt sicut principia; ea verò, quæ sunt ad finē sunt sicut conclusiones; vnde mens Angeli non fertur in ea, quæ sunt ad finem nisi secundùm quòd stant sub ordine finis.

¶ Ponit minorem cum conclusione præambulari, & relinquitur minor nota, & est multotiens supra habita, & est auctoritas Philosophi. Nota autem quo ad conclusionem, quòd differunt intellectus Angeli, & mens Angeli, quia sicut pars, & totum vt potest patere ex D.S. in de Verita. Mate. 10. ar. 1. quia intellectus dicit vnam potentiam tantum, sed mens omnes potentias spirituales, & inorganicas animæ vel Angeli, vnde quando D.S. loquitur de considerare, loquitur de intellectu, sed quando loquitur de appetitu, & latione affectiua in finem, & ea, quæ sunt ad finem, loquitur de mente, quæ etiam comprehendit voluntatem, cuius est ferri in finem, & media, vt sic formaliter.

¶ Nota etiam, quòd quia intellectus, & volūtas sibi correspōdent, & in eodem proportionantur, quo ad modum agēdi, ideo ex hoc, quòd intellectus simul fertur in media, & fines tanquam in conclusiones, & principia, sequitur, quòd etiam voluntas simul circa ea afficiatur, & ita habetur intentum D.S. Tunc ibi.

¶ Propter hoc ex natura sua habent, quòd non possit in eis esse deordinatio circa ea, quæ sunt ad finem, nisi simul sit deordinatio circa finem ipsum, quod est per peccatum mortale.

¶ Elicit quoddam corollarium tale, Angeli ex natura sua habent, quòd nō possit in eis esse deordinatio circa ea, quæ sunt ad finem, nisi simul sit deordinatio circa finem ipsum, quod est per peccatum mortale. Patet hoc ex iam dicta conclusione, quia benè sequitur mens Angeli nō fertur in ea, quæ sunt ad finem, nisi secundùm quòd stant sub ordine finis, ergo si est inordinatio circa ea, quæ sunt ad finem, est etiam inordinatio finis, quæ arguit mortale, vt dicit corollarium, quia inordinata media non appetuntur propter bonum finem, sed solùm propter malum. Et quia simul appetuntur, & semper propter finem malum, ergo semper peccant mortaliter. Ex isto corollario posset inferri conclusio generalis concernens Angelum peccantē vt sic, Angeli non possunt peccare venialiter, sed semper mortaliter. Paobatur sumēdo corollarium pro maiore; quia ex natura habent, quòd non possit in eis esse deordinatio, circa ea, quæ sunt ad finem, nisi sit deordinatio circa finem; sed deordinatio circa finem est semper mortale, ergo semper peccant mortaliter.

¶ Pro quo nota, vt supra sæpius habitum est, quòd si quis de se veniale, immo de se bonum velit propter finem peccati mortalis eo ipso peccat mortaliter; quare sequitur, quòd omnis operatio mali Angeli ordinabilis in finem sit actu volita propter finem. Secundò sequitur, quòd cum voluntas diabolica sit obstinata in malo fine, qui est peccatum mortale, quòd semper peccet mortaliter, quia omnes actiones voluntariæ inficiuntur ex mala affectione finis. Nec potest stare in aliqua actione vt est conformis naturæ suæ bonæ, sed oportet, quòd velit propter finem voluntatis suæ; secus in nobis, vt pulchrè deducit D.S. in de Malo. Ma. 7. art. 9. quia in nobis contingit esse deordinationem circa ea, q̄ sunt ad finem per peccatum veniale, mente hominis habitualiter existente fixa in fine; habet enim homo intellectum discursiuum ad quem pertinet vt principia seorsum consideret, & conclusiones seorsum, & sic contingit, quòd ab vno in alterū discurrat, &c. Vnde in nobis contingit quandoque, quod cogitamus vel afficimur circa ea, quæ sunt ad finem, & quandoque solùm circa finem, quod in Angelis esse non potest, sed semper motus mentis Angelicæ simul fertur in finem, & in ea, quæ sunt ad finem. Hæc D.S. in substantia.

¶ Et nota verbum D.S. habet enim homo intellectum discursiuum ad quem pertinet vt principia seorsum interdum consideret, &c. Nota interdum, quia non iudicatur intellectus non discursiuus, quia aliqua quandoque apprehendat sine discursu, sed ex hoc, quòd non habet nec habere potest aliquem discursiuum actum. Vnde negatio discursus actu, & potētia arguit intellectū non discursiuum, & non solùm negatio alicuius particularis discursus. Et per oppositum sufficit, quòd aliquando discurratur ad intellectum discursiuum, vt D. S. habet, & ex negatione omnis discursus arguitur in proposito, quòd intellectus Angelicus semper simul feratur in principia, & conclusiones, in finem, & ea, q̄ sunt ad finem. Arguitur, & alibi in prima par. q. 64. art. 4. immobilitas voluntatis Angelicæ in eo cui semel plenè, & ex iudicio adhæserit. nulla autem cognitio particularis, & practica est in homine immobilis, loquendo naturaliter, quoniā iudicium in particulari potest semper variari, vel mediante passione, vel ex aliquo medio, quod probabilius apparet, vel propter obliuionem prioris medij, aut propter inconsiderationem alicuius, quæ omnia ad discursum pertinent, & in Angelo non habent locū. Vnde discurrere, & non discurrere mobilitatem vel immobilitatem voluntatum inducit, &c. Ex isto patet fundamentum præcedentis conclusionis generalis, quia veniale relatum in mortale est mortale, quare probat ratio, quòd Angeli peccantes semper peccant mortaliter. Tunc ibi.

¶ Sed Angeli boni non mouentur in ea, quæ sunt ad finē nisi in ordine ad finem debitum, qui est Deus; & propter hoc omnes eorum actus sunt charitatis, & sic in eis non potest esse peccatum veniale. Angeli verò mali in nihil mouentur nisi in ordine ad finem peccati superbiæ ipsorum, & ideo in omnibus peccant mortaliter, quæcumque propria voluntate agunt; secus autem est de appetitu naturalis boni, qui est in eis, vt in primo dictum est.* Dub. 149. * p.p.q.63. ar. 1. ad 3. & arti. 4. q. 64. ar. 2. ad 5.

¶ Subiungit aliam conclusionem responsiuam magis distinctam, & specialem ad quęsitum, In Angeiis bonis non potest esse peccatum veniale, & Angeli mali in omnibus peccant mortaliter, quæ cum propria voluntate agunt. Probatur conclusio assumendo conclusionem præmbularē, p maiore, mēs Angeli, &c. sed Angeli boni non mouentur in ea, quæ sunt ad finem nisi in ordine ad finem debitum, & propter hoc omnes actus eorū sunt charitatis, Angeli verò mali in nihil mouentur nisi in ordine ad finem peccati superbiæ ipsorū, ergo conclusio vera quo ad ambas partes. Dicit autē notanter secūda pars conclusionis, quæcūque mali Angeli voluntate agunt, quia secus est de appetitu naturalis boni in eis, vt patet prima parte. q. 64. arti. 2. ad quintum. quia talis non est malus, &c. Præmissæ relinquuntur notæ, & patent ex notabilibus præmissis, quia Angeli habent se nunc cum sint extra statum viæ, sicut voluntas nostra ad communem rationem beatitudinis, &c.

¶ Nota autem D.S. circa minorem, quia dicit notanter in prima eius parte, quòd actus bonorum Angelorum sunt actus charitatis, & tamen non dicit, quòd sint meritorij, quia sunt quidē boni, & charitatis, sed quia extra statū meriti ideo dicit eos charitatis. Similiter actus malorum Angelorum semper sunt peccata, & mali, sed non demeritorij, quia extra statum. Hæc autem dicitur sequens id, quod posuit prima parte. q. 62. ar. 9. ad tertiū, vbi omne meritum ab Angelis bonis remouit etiam meritum accidentalis præmij, quamuis illud ex virtute beatitudinis acquirant. Et pari ratione videtur demeritum accidentalis pœnæ a dæmonibus se mouendum, sed accedit accidentalis pœna ex demerito, & damnatione. D. autem S. in quarto dist. 50. q. 2. arti. 1. q. 6. referendo aliorum opinionem dicit secundùm eos, demeritum accidentale remanere vsque in diem iudicij, sed prima parte p priam sententiam expressit.

¶ Nota etiam circa illam exceptionem, & expositionem secūdæ partis conclusionis, quòd actus naturales Angelorum malorum sunt præsertim naturales obiectiuè, ideſt quia volūt sibi aliqua bona naturaliter appetibilia, nec tamen sunt naturales quo ad exercitium, omnes saltem, sed liberi, & voluntarij; ideo quātumcumque sint boni inchoatiuè ex parte obiecti, tamen omnes vt eliciuntur a voluntate mali Angeli inficiuntur, quia omnes tales determinantur in malum finem voluutatis Angelicæ, & per consequens omnes actus secundi sunt mali, vnde D. S. intelligendus est, quòd actus naturales non sint mali de se ex parte obiecti, sed tamen ex fine omnes inficiuntur; dicit autem D.S. de ista re prima parte vbi iam sic. Actus dæmonis est duplex, qdā scilicet ex voluntate deliberata procedens, & is proprie potest dici actus eius, & talis actus dæmonis semper est malus, quia & si aliquando aliquod bonum faciat, non tamen benè facit, sicut dum veritatem dicit vt decipiat, & dum non voluntariè credit, & confitetur, sed re, non euidentia coactus. Alius autem actus dæmonis est naturalis qui bonus esse potest, & attestatur bonitati naturæ, & tamen tali bono actu abutitur ad malum, hæc ille; quæ intellige sicut dictum est, quia actus naturales sunt boni ex obiecto propinquo, & obiecto actus, tamen inficiuntur ex intentione agentis, &c.

¶ Confirmatur autem conclusio præsertim generalis responsiua ratione argumenti in contrarium tali. Circa hoc argumentum nota, quòd quidem verum est, quòd propter perfectionem primi status hō nō potuit peccare venialiter, sed nō propter perfectionem naturalem, sed gratuitam, vt patuit supra; sed Angelus non potest peccare venialiter propter perfectionem naturalem, quia non solùm boni Angeli non possunt peccare venialiter, sed nec mali. Secundò est differentia, quia quòd homo in statu innocentiæ non potuit peccare venialiter, non fuit, quia non esset discursiuus, & collatiuus vt patet in de Verita. Mate. 18. ad primum, sed fuit propter firmitatem ordinis, quia nec sensualitas nec ratio habere potuit motum subitum, nec potuit aliquid etiam deliberando, & discurrendo eligere, quod nō esset necessarium ad finem, sic quòd non potuit velle vel facere veniale ex genere; sed in Angelis nō potest esse veniale, non quia inferiora teneantur

teneantur ſub ſuperioribus,cum ibi non habeant locũ,nec ideo, quia non poſſunt velle vel cõmittere ex genere venialia,loquendo de malis, immo poſſunt committere ex genere venialia ; ſed quia etiam venialia de ſe, quæ non ſunt finis referunt in malũ finem mortalis peccati.Vnde patet,quòd argumentum hoc fundatur in aliqua proportionabilitate magis,quàm ſimilitudine.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd homo conuenit quidem cum Angelis in mente ſiue in intellectu,ſed differt in modo intelligendi,vt dictum eſt.*

* In cor.& prima parte q. 59.ar. 2.ad primũ.

¶ Ad maiorem dico, quòd homo conuenit cum Angelis in mente quo ad ſubſtantiam intellectus ſaltem in vno genere, qa conſtat,quòd intellectus Angelicus, & humanus vt proprietates naturales,diſtinguuntur ſpecie, quicquid ſit vt potentiæ per cõparationem ad obiecta,de quo aliàs ſupra.Sed dico, quòd differunt in modo intelligendi,quia intellectus humanus dicitur, & eſt ratio,non ſic intellectus Angelicus; intellectus enim cognoſcit ſimplici intuitu, & intellectus non ratio , ſolùm ſimplici intuitu , intellectus autem cum hoc ratio , cognoſcit etiam per diſcurſum,& collationem,vt ſupra prima par.q.59.artic. 1.ad primum.Ad minorem,vera eſt loquendo de homine nunc extra ſtatum integrum,quia poteſt habere motum ſubitum,qui eſt venialе per accidens,& ſecundò poteſt ex deliberatione conſentire in veniale ex genere,vt eſt directiua inferiorũ virium, vt patuit ſupra q.74 ar.9.& poteſt ferri in media abſque hoc , quòd feratur in finem bonum vel malum actualitet vel virtualiter ; ſecus de Angelo qui nunquam fertur in ordinabile in finem aliquẽ quin & in finem ipſum feratur,quare negatur conſequentia,& ſtat rõ in diuerſo mõ apprehendẽdi, & appetendi p cõſequẽs,vt patuit.

¶ Ad ſecundum dicendum , quòd Angelus non potuit minus diligere creaturam,quàm Deum, niſi ſimul referens eam in Deum, ſicut in vltimum finem, vel aliquem finem inordinatum in ratione iam dicta.

* In eo.ar.

¶Ad maiorem reſpondet D.S.in 2.ſenten.diſt.21.ar.vltimo ad tertium,quòd differt in potentijs actiuis, & paſſiuis;quia in potentiis actiuis,quod poteſt in plus,poteſt etiam in minus , vt qđ poteſt ferre centum, poteſt etiam ferre decem;in potentiis autem paſſiuis eſt ècõtrario, qui enim poteſt pati a paruo, poteſt etiam pati a maiori,vt ſi quis poteſt vinci ab vno, poteſt etiã a duobus, ſed non conuertitur , & talis potentia poteſt eſſe potentia peccãdi;qui enim peccat,a peccati ſui concupiſcentia vincitur,hæc ille.Dicitur igitur ad maiorem , qui poteſt in plus poteſt in minus in potentiis actiuis,ſed non in potentijs paſſiuis qualis eſt potẽtia peccantis,qui ſi poteſt pati a paruo peccato, poteſt etiam pati a magno,ſed nõ ècontra. Dico autem in propoſito, quòd mortale eſt magnum,veniale paruum,& igitur ſequitur, quòd peccans venialiter poſſit peccare mortaliter , ſed non ècontra. Secundò dico poſt S. Bonauen.negando maiorem abſolutè, etiam de potentia actiua,quæ poteſt eſſe ordinata ad maius, & nõ ad minus diuerſorum ſcilicet ordinũ , quia homo poteſt ſeipſum facilius interficere,quàm facere febricitare, & tamẽ interfectio maior eſt febre, &c. Tertiò dicitur iuxta communem Gloſam,quòd vera eſt maior in his,quæ ſunt vnius rationis,ſed non tenet in his vbi maius,& minus non ſunt vnius rationis;ſicut patet, quòd homo poteſt intelligere,& tamen non poteſt volare. Ad minorem,cõceditur,conceditur etiam prima pars conſequentis, ſcilicet quòd potuit bonum creatum diligere infra Deum, ſed vel ordinatè referendo in Deum,vel referendo in alium finem inordinatũ,quia quicquid diligit infra Deum diligit propter Deum ſicut vltimũ finem;vel diligit in ordine ad finem ſuum,qui eſt peccatum mortale;quare negatur, quòd poſſit diligere infra Deum inordinatè venialiter,quia vel diligit infra Deum,& ordinatè,& abſque veniali,vel diligit infra Deum tamen inordinatè ad finẽ ſuũ mortalẽ,quare vel non peccabit vel peccabit mortaliter , vnde arguit S.Bonauen.in 2.di.21.in ſimili , Contingit aliquid diligere inordinatè ſupra Deum , contingit etiam aliquid diligere ordinatè, & ſub Deo,ſed inter hæc duo cadit medium , videlicet aliquid diligere ſub Deo,ſed inordinatè,&c. quod eſt peccare venialiter. Dicit aũt ad hoc , q̃ mediũ eſt inter diligere ordinatè ſub Deo, & inordinatè ſupra Deum;dicitur quòd & ſi ſit medium comparando ſtatum ad ſtatum ſimpliciter , comparando tamen ad hominem illum,non cadebat medium;ratio autem huius erat propter magnam approximationem ad Deum,&c.& ſicut ipſe dicit de homine in ſtatu innocentiæ, quia non potuit tenere medium propter approximationẽ ad Deum ; ita dico de Angelo propter conditionem naturæ ſuæ , quia videlicet non poteſt ferri in medium quin,& ad finem;& ideo oportet, quòd vel benè faciat ex charitate,vel quòd peccet mortaliter.

¶ Ad tertium dicendum,quòd omnia illa,quæ videtur eſſe venialia dæmones procurant vt homines ad ſui familiaritatem attrahant , & ſic deducant eos in peccatum mortale,vnde in omnibus mortaliter peccant propter intentionem finis.

¶ Maior conceditur,quòd Angeli mali faciant,quæ ex genere ſunt venialia , ſed ſemper propter finẽ malum , ſcilicet vt cõtrahant in peccatũ mortale , & cõſequenter ad condemnationẽ vt ſatisfiat ſuperbiæ ſuæ ne homo eis præferatur. Ad minorem, conceditur,quòd circunſtantia,quæ eſt conditio perſonæ nõ trahit in aliam ſpeciem niſi propter ſpecialem prohibitionem vel votum,&c.vt patuit ar.3.& q.88.ar.5.Sed dico,quòd circunſtantia finis transfert in aliam ſpeciem,vt patuit ſæpius.Et dico,vt iã, quòd diabolus etiam venialia ex genere ſemper ordinat in finẽ peccati mortalis,vnde negatur conſequentia,quia licet committat aliquod de genere venialium,tamen ſemper cum praua intẽtione, quæ facit mortale.

¶ Nota verbum Doct. Sanct. quia in omnibus peccant mortaliter propter intentionem finis , quia ex genere actus peccati non ſemper mortaliter peccant,vt probat argumentum, ſed ſolùm,quia ſemper referunt in malum finem, &c.

Vtrum primi motus ſenſualitatis in infidelibus ſint peccata mortalia.

AD quintum ſic proceditur. Videtur , quòd primi motus ſenſualitatis in ĩfidelibus ſint peccata mortalia. Dicit enim Apoſtolus ad Rom. 8. quòd nihil eſt damnationis his , qui ſunt in Chriſto Ieſu , qui non ſecundum carnem ambulant,& loquitur ibi de concupiſcentia ſenſualitatis , vt ex præmiſſis apparet ; hæc ergo cauſa eſt quare concupiſcere non ſit damnabile his,qui non ſecundum carnem ambulant,conſentiendo ſcilicet concupiſcentiæ,quia ſunt in Chriſto Ieſu; ſed infideles non ſunt in Chriſto Ieſu, ergo in infidelibus eſt damnabile ; primi igit motus infidelũ ſunt peccata mortalia.

T 2.2.q.131. art.1.ad 3. Et 1.2.q.74.ar.4. Et q.89.art.1. co.Et 3.d. 23.q.1.art. 3. quæſt. 2. ad 3. Et 4. di. 33 q.1. ar.3.q.2 ad 3. Et Ver. q.16.arti.6. ad 16. Et Ma.q.7 ar. 8. Et quo. 4. ar.11.Et Rom.8. principio.

¶ 2 Præterea. Anſelmus dicit in li.de gratia & lib. arbi. * Qui non ſunt in Chriſto ſentientes carnem, ſequuntur damnationem, etiam ſi non ſecundùm carnẽ ambulant;ſed damnatio non debetur niſi peccato mortali, ergo cum homo ſentiat carnem ſecũdùm primum motum concupiſcentiæ , videtur , quòd primus motus concupiſcentiæ in infidelibus ſit peccatum mortale.

* In lib. de concordia grat.& lib. arb. 2 medio.

¶ 3 Præterea.Anſelmus dicit in eodem libro . Sic eſt factus homo vt concupiſcentiam ſentire non deberet; hoc autem debitum videtur homini remiſſum per gratiam baptiſmalem quam infideles non habent; ergo quandocumq; infidelis concupiſcit etiam ſi non cõſentiat, peccat mortaliter contra debitum faciens.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur Actuum decimo. Nõ eſt perſonarum acceptor Deus, quod ergo vni non imputat ad damnationem,nec alteri , ſed primos motus fidelibus non imputat ad damnationem, ergo etiam nec infidelibus.

¶Hic quærit de dubio, quod incidit circa ſubiectum venialis' an videlicet motus primi infidelium ſint etiam venialia vel peccata mortalia.

¶ Nota autem, quòd mouetur illa quæſtio propter quorundã errorem,qui poſuerunt in infidelibus etiam primos motus eſſe mortalia , vt habet D.S.in de Malo Mate.7.ar.8. & horũ motiuũ tangit præſertim primum argumentum , quia ſumpſerunt occaſionem illius falſæ æſtimationis ex malo intellectu Apoſtoli ad Ro.8.quia dicit Apoſtolus, nihil ergo nunc damnationis eſt his qui ſunt in Chriſto Ieſu,qui non ſecundum carnem ambulant. Et his verbis acceperunt a contrario ſenſu , quòd in infidelibus, qui non ſunt in Chriſto Ieſu ſcilicet per fidem , & dilectionem, & fidei ſacramentum, etiam primi motus ſint peccata mortalia, quamuis eis non conſentiant, quod conſentire vocat Apoſtolus ſecundum carnem ambulare;ſi enim illi qui non ſecundum carnem ambulant , ideſt non conſentiunt huiuſmodi motibus ex hoc non eis damnabile eſt, quòd carne ſeruiunt legi peccati ſecundum primos concupiſcentiæ motus, quia ſunt in Chriſto Ieſu,ſequitur a contrario ſenſu,quòd illis , qui non ſunt in Chriſto Ieſu hoc ſit damnabile, ſed vt patebit ad primum hoc ex litera haberi non pt.¶ Nota ẽt,q̃ queſtio intelligit de motibus nõ primò primis,& merè naturalibus q̃ ſunt extra genus moris, ſed de ſecũdò primis,q̃ ẽ in renatis fidelibus ſunt venialia,vt patuit ſupra q.74 ar.3.De his cũ quæritur,an videlicet motus, q̃ in fidelibus ſunt venialia in infidelibus ſint mortalia, &c.

¶ Reſpondeo dicendum,quòd irrationabiliter dicitur, quod primi motus infideliũ ſint peccata mortalia, ſi eis non conſentiatur, & hoc patet dupliciter.

¶ D.S.primo

Concluſio reſponſi.

¶D.S.primò reſpondet vnica concluſione, ſecundò eam probat duplici ratione,prima eſt ibi, primo quidem,&c. ſecũda ibi. Alio mõ,&c Concluſio reſponſiua talis eſt.Irrationabiliter dicitur, q̃ primi motus infidelium ſint peccata mortalia, ſi eis non conſentiatur.Et nota ſi eis non conſentiatur , quia intelligit vt dictum eſt an eo modo quo in renatis ſunt venialia, ſcilicet ante conſenſum ſint in infidelibus mortalia. Conſequenter cũ dicit.

¶ Primo quidem quia ipſa ſenſualitas non poteſt eſſe ſubiectum peccati mortalis,vt ſupra eſt habitũ. * eſt autem eadem natura ſenſualitatis in infidelibus,&fidelibus;vnde non poteſt eſſe,quòd ſolus motus ſenſualitatis in infidelibus ſit peccatum mortale.

*q.74.ar.4

¶ Probat concluſionem primò ratione,quæ deſtruit fundamẽtũ alterius opinionis, ſupponit enim , quòd in ſenſualitate poſſit eſſe mortale,quod eſt falſum,&c.vnde arguitur ſic.Eadem eſt natura ſenſualitatis in infidelibus,& fidelibus, ſed ſenſualitas ipſa, ſcilicet ſecundum ſe non poteſt eſſe ſubiectum peccati mortalis,ergo non poteſt eſſe,quòd ſolus motus ſenſualitatis,ſcilicet ſine conſenſu rationis ſit peccatum mortale. Maior nota,quia ſicut habent eandem naturam,ita & proprietatem, ſcilicet ſenſualitatem.Minor patuit ſupra q.74.ar.4.vnde patet, quòd ſtando in ſenſualitate vtrobique,ſcilicet infideli , & in infideli nõ eſt eſt quare ibi eſſet mortale , & non alibi , immo nullibi vt ſic eſt mortale,quia ex ſenſualitate non habet aliquod peccatum mortalitatem,vnde dicit D.S.ſuper Apoſtolum ſupra tangendo eandem rationem in ſubſtantia;primus motus non habet , quòd ſit peccatũ mortale ex eo , q̃ rationem nõ attingit in qua cõpletur ratio peccati,iſta autẽ cauſa etiã ĩ infidelibus manet, vnde in infidelibus primi motus non ſunt peccata mortalia . Tunc ibi.

¶ Alio modo ex ſtatu ipſius peccantis,nunquam eñ dignitas perſonæ diminuit peccatum, ſed magis auget, vt ex ſupra dictis patet. *vnde nec peccatum eſt minus in fideli,quàm in infideli,ſed multò maius.

* q.73.art. 10.

¶ Inducit aliam rationem pro concluſione , quæ ſumitur ex ſtatu peccantis,& tendit ad inconueniens,& arguitur. Peccatum aliquod non eſt minus in fideli,ſed multò magis,ergo ſi in infideli eſt mortale multò magis in fideli, cõſequens eſt falſum,ergo & id ex quo ſequitur , ſequela vel conſequentia eſt eudens. Falſitas conſequentis etiam admittitur ab aduerſario qui dicit, quòd motus huiuſmodi in fidelibus ſint venialia;antecedens p̃batur primò ratione,ſecundò ſigno,ibi;nam & infi.&c. Ratione ſic,nunquam dignitas perſonæ diminuit peccatum,ſed magis auget,ſed eſſe fidelem ex aliqua dignitas;igitur antecedens verum. Maior iſta patuit ſupra q.73,ar.10.Minor nota,&c.

¶ Nam & infidelium peccata magis merentur venia propter ignorantiam , ſecundum illud primæ ad Thimo. primo . Miſericordiam Dei conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate mea ; & peccata fidelium aggrauantur propter gratiæ ſacramenta , ſecundùm illud Heb. 10. Quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia,qui ſanguinem teſtamenti in quo ſanctificatus eſt,pollutum duxerit?

¶ Probat antecedens ſigno,quia peccata infidelium,&c.quàm ſcilicet peccata fidelium,quæ non fuerunt ex tali ignorantia,ergo ſignum eſt, quòd peccata infidelium ſunt minora cæteris paribus,aſſumptum illud patet per ſecundam auctoritatem Apoſtoli in littera clarè. Eandem rationem habet D.S.ſupra Apoſtolũ. vbi ſic dicit. Præterea in eadem ſpecie peccati grauius peccat fidelis , quàm infidelis , ſecundum illud Heor. 10. Quantò magis putatis,&c.ſi ergo primi motus in infidelib.eſſent peccata mortalia,multò magis in fidelibus,hæc ille.Ex quo patet nullitas opinionis contrariæ,nec etiam probant tales opinantes aliquid per hoc,quòd.motus infidelium ſunt cum originali , quia quamuis peccata infidelium ſint cum originali , & non motus fidelium, per hoc tamen non habent damnabilitatem, ſed ſolùm ex conſenſu rationis;exiſtente enim habitu adulterij in aliquo,motus ſubitus adulterij ex eo procedens nõ eſt propterea mortale,quãuis talis habitus iuxta ſupra dicta q.81.ar.1.non ſit peccatũ ſicut originale,vide de Malo,Ma.7.ar.3.ad ſeptimum pulchra.

¶ Et confirmatur concluſio argumento in contrarium. Circa hoc argumentum nota,q̃ benè procedit,quia ſupra q.73. ar. 10. ad ſecundum.dicebatur,quòd non eſt perſonarũ acceptor Deus, quia maiores plus punit,quia & eorum culpa grauior eſt,& per conſequens cum infideles in huiuſmodi motibus non habeant aliquod aggrauans;ideo Deus ſi plus imputaret infidelibus ęquales motus,quàm fidelibus videretur acceptor perſonarũ, ſed nõ ſi ècontra faciat, quia ex parte fidelium eſt aliquod aggrauans, quod autem ſupra dictum vbi iam fuit , quòd peccata per ſurreptionẽ ſint minora in perfectis,& maioribus,intelligitur de maioribus in virtute non in ſtatu,& dignitate , & hoc non eſt propter conditionem perſonæ vt ſic,ſed quia magis ſollitici ſunt ad delenda venialia,nec tam afficiuntur ſicut imperfecti in virtutibus;eum quo ſtat, quòd maioritas,quæ eſt ſecundum fidem , augeat venialia cæteris paribus, eſto maioritas in virtute diminuat ratione dicta,vnde ſtant ſimul, quæ D.S.hic dicit,& ſupra , quia videlicet,fidelem eſſe aggrauat venialia etiam fidelium ſupra venialia infidelium , & quòd eſſe virtuoſum diminuit peccata venialia ex ſurreptione, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd Apoſtolus loquitur de damnatione debita peccato originali,quæ aufertur per gratiam Ieſu Chriſti,quamuis maneat concupiſcentiæ fomes;vnde hoc,q̃ fideles concupiſcũt non eſt in eis ſignum damnationis originalis peccati , ſicut eſt in infidelibus , & hoc etiam modo intelligendũ eſt dictum Anſelmi.* Vnde patet ſolutio ad ſecundum.

* Poſitum in arg.2.

¶ Hoc oportet prænotare ex ſupra dictis , quòd originale per gratiam tollitur quo ad reatum , & quo ad formale,manet tamẽ quo ad fomitem ; qui tamen cum culpa per gratiam dimiſſa eſt non habet rationem peccati vel damnabilis; in infidelibus verò manent,q̃ ſunt ambo ſimul,ſcilicet quo ad formale,& materiale,& ſub ratione culpæ damnabilis,vnde & motus fidelium , qui conſurgunt ex fomite remanente, non ſunt cum aliquo damnabili,ſed motus infidelium ſunt cum aliquo damnabili. Dicitur igitur ad argumentum . Ad maiorem, quòd nihil damnationis eſt his qui ſunt in Chriſto Ieſu , qui non ſecundùm carnem ambulant,ideſt non conſentiunt motibus ſenſualitatis, verũ eſt,non quia aliquando ipſis motibus ſecundum ſe debeatur damnatio, ſed quia aliquando ſunt cum radice ſua damnabili. Vltra,& loquitur de concupiſcentia inordinata,ad hoc dicit D.S. ſup Apoſtolum,quòd non dicit Apoſtolus , quòd hoc ſolùm non ſit dãnabile his,qui ſunt in Chriſto Ieſu , quòd carne non ſeruiunt legi peccati ſecundũ concupiſcentiæ motus, ſed quòd omnino nihil damnationis eſt eis; illis aũt qui non ſunt in Chriſto Ieſu eſt hoc ipſum damnabile.Vltra.dico quòd loquatur de concupiſcẽtia.Dico, quòd eſſem Chriſto eſt cauſa quare concupiſcere non ſit damnabile,ideſt non cum dãnabili radice, quia videlicet his, qui non ſunt in Chriſto Ieſu ſunt damnabiles huiuſmodi motus ſecundum damnationem originalis peccati , quæ damnatio adhuc in eis manet, a qua ſunt liberati hi qui ſunt in Chriſto Ieſu,non autem ſic, quòd per huiuſmodi motus noua eis addatur damnatio. Ad minorem conceditur, quòd infideles non ſunt in Chriſto, &c.ergo eſt in eis dãnabile, ſi intelligitur,q̃ motus ẽm ſe ſint dãnabiles , negatur , ſed ſunt cũ culpa originali manente adhuc ſub ratione culpæ damnabilis, quare negatur cõſequẽtia.

¶ Ad ſecundi maiorem,ſequuntur damnationẽ ideſt ſentiunt effectum,& ſignum alicuius , quod eſt damnabile in eis,quia vt dictum eſt,illi motus ebulliũt ex fomite qui in infidelibus habet rationem culpæ, nõ quidem actualis,ſed originalis vt poteſt patere ex ſupra dictis q.82.& 83.Ad minorem , damnatio non debetur niſi peccato mortali actuali vel originali , ſed non ſolùm actuali mortali;quare negatur conſequentia,quòd ipſe motus ſit mortale actuale,ſed eſt ex & cum mortali origi.Vide D.S.de Malo, ſupra in fine corp.

¶ Ad tertium dicendum , quòd illud debitum non concupiſcendi erat per originalem iuſtitiam , vnde id, quod opponitur tali debito non pertinet ad peccatum actuale, ſed ad peccatum originale.

¶ Maior vera , factus eſt homo , ſ.a Deo in prima inſtitutione vt concupiſcentiam ſentire non deberet propter ſcilicet originalem iuſtitiam in qua conditus fuit , & ergo concupiſcentia pertinet ad defectũ iſtius iuſtitiæ originalis qui defectus eſt peccatum originale. Minor cõceditur,& patuit de ea ſup.q.81.ar.1. ſtatim poſt principiũ corporis quomodo per baptiſmum dimittitur originale.Negatur autem cõſequentia,ſed ſequitur , quòd ſint in peccato originali,quod opponitur prædicto debito,quia deberet habere , & habent eius priuationem, & oppoſitũ,quod eſt originale peccatum.Vnde dicit D.S.de Malo, illud debitũ nõ ſentiendi carnem eſt debitum habendi originalem iuſtitiam, ex quo ſequitur,q̃ non habens eã vel aliquid loco eius ſicut gratiã baptiſmalẽ, habeat peccatũ originale,nõ autẽ,q̃ habeat in quoli bet ſuo motu peccatũ mortale , hæc ille. Et p hæc patet ſolutio. Et nota verbũ , q.a per aliquid loco iuſtitiæ originalis dimittitur peccatum valet,pro ſupra dictis, vbi immediatè, &c.

V 3.q. 90.art. 4. ad 3. Et 2.di. 28.ar. 3 ad 5.& d. 42. q.1.art. 5. ad 7. Et 4 d. 45.q.1. arti.3.ad 6. Et veri. q. 24.ar. 12 ad 2. & q. 28. arti.3. ad 4. Et Ma.q.5. arti.2.ad 9. Et q.7. ar. 10.ad 8. *q.28.ar.3.

Vtrum peccatum veniale poſſit eſſe in aliquo cum ſolo originali.

AD ſextũ ſic proceditur.Videtur,q̃ peccatũ veniale poſſit eſſe in aliquo cum ſolo originali. Diſpoſitio enim præcedit habitũ,ſed veniale eſt diſpoſitio ad mortale, vt ſupra dictum eſt. * ergo veniale in infideli cui non remittitur originale inuenitur ante mortale,& ſic quandoque infideles habent peccata venialia cum originali ſine mortalibus.

¶ 2 Præterea.

¶ 2 Præterea. Minus habet de connexione, & conuenientia veniale cum mortali, quàm mortale peccatũ cũ mortali; sed infidelis subiectus originali peccato potest committere vnum peccatum mortale, & nõ aliud; ergo potest committere peccatũ veniale, & nõ mortale.

¶ 3 Præterea. Determinari potest tempus in quo puer primò potest esse actor peccati actualis, ad quod tempus cum peruenerit, potest ad minus per aliquod breue spacium stare, quòd non peccet mortaliter, quia hoc etiam in maximis sceleratis contingit. In illo autem spacio, quantumcumque breui potest peccare venialiter; ergo peccatum veniale potest esse in aliquo cũ originali peccato absque mortali.

¶ Sed contra est, quia pro peccato originali puniuntur homines in limbo puerorum, vbi non est pœna sensus vt infra dicetur.* In inferno autem detruduntur homines propter solum peccatum mortale, ergo non erit locus in quo possit puniri ille, qui habet peccatum veniale cum ortginali solo.

* In 3. parte, sed non compleuit.

¶ Hic vltimò quærit de alio subiecto venialis peccati, de quo aliud dubium incidit, an videlicet veniale possit esse in aliquo cũ solo originali, absque scilicet actuali mortali, ita quòd aliquis non baptizatus cum ad annos discretionis venerit possit peccare venialiter antequam peccet mortaliter.

¶ Respondeo dicẽdum, quòd impossibile est, quòd peccatum veniale sit in aliquo cum originali peccato absque mortali. Cuius ratio est, quia antequam ad annos discretionis perueniat, defectus ætatis prohibens vsum rationis, excusat eum a peccato mortali, vnde multò magis excusat eum a peccato veniali si committat aliquid quod sit ex genere suo tale; cum verò vsum rationis habere inceperit, non omnino excusatur a culpa venialis, & mortalis peccati.

Conclusio responsi.

¶ Conclusio responsiua est in principio corporis quam etiam in multis alijs locis D.S. habet. Impossibile est, quòd peccatũ veniale sit in aliquo cum originali peccato absque mortali. s. actuali; probatur conclusio, defectus ætatis prohibens discretionem, & vsum rationis excusat aliquem a peccato veniali si cõmittat etiã aliquid quod ex genere suo sit tale, scilicet veniale; cũ verò vsum rationis habere inceperit non omnino excusatur a culpa venialis, & mortalis peccati. Minor suppletur formaliter, sed cum ad vsum rationis venerit vel consequitur remissionẽ originalis peccati antequam peccet venialiter, vel si non consequitur remissionem originalis, peccabit primò mortaliter antequam venialiter ergo conclusio vera, quia oportet, quòd vel ante veniale dimittatur originale, vel ante veniale cum originali assit mortale. Huius rationis D.S. primò ponit maiorem, secundò probat minorem, ibi. Sed primũ, &c. Maior ergo patet in principio pro prima parte, quia antequam ad annos discretionis perueniat, defectus ætatis prohibens vsum rationis excusat eum a mortali, igitur prima pars vera, quòd multò magis a veniali. Secunda pars maioris relinquitur nota, &, stat fundamentum vtriusque partis in hoc, qa oportet peccatum esse voluntarium, sed non est voluntariũ sine vsu rationis, igitur, &c. Deinde ibi.

¶ Sed primum, quod tunc homini cogitandum occurrit, est deliberare de seipso. & siquidem seipsum ordinauerit ad debitum finẽ, per gratiam consequetur remissionem originalis peccati.

¶ Declarat minorem principalem, & primò primam partem, secundò secundam, ibi. Si verò non &c. Arguitur sic pro prima, quia primum quod homini venienti ad vsum rationis cogitandum occurrit, est deliberare de seipso, sed si seipsum ordinauerit ad debitum finem, per gratiam consequetur remissionem originalis peccati, scilicet ante veniale; & sic prima pars minoris vera, quia primò quando est in ea conditione vt possit peccare venialiter tenetur se conuertere ad Deum, quod si facit dimittitur originale, &c Deinde ibi.

¶ Si verò non ordinet seipsum ad debitum finẽ secũdũ q̃ ĩ illa ætate est capax discretionis, peccabit mortaliter non faciens, quod in se est, & tunc nõ erit in eo peccatum veniale sine mortali, nisi postquam totũ fuerit sibi per gratiam remissum.

¶ Declaratur secunda pars minoris sic, quia si homo tunc nõ ordinet seipsum ad debitum finem, ſm quod in illa ætate est capax discretionis, peccabit mortaliter peccato, scilicet omissiõis, non faciẽs, quod in se est; & ergo sequitur illa pars, quod tũc nõ erit in eo veniale cum originali sine mortali, nisi totum scilicet originale, & mortale omissionis fuerit sibi p gratiã remissũ; tũc s. poterit in eo esse veniale sine mortali, &. s. ẽt originali; sed quã diu originale nõ est remissum non põt esse veniale sine mortali actuali saltẽ omissionis, &c. Vide de hoc ar. D.S. in 2. d. 42. q. 1. ar. 5. ad 7. vbi dicit inter cæteras, q̃ valẽt ꝓ maiori intellectu; Imperfectio ætatis excusat mortale, vt puer nõdũ hñs vsum lib. arb. mortalis reus nõ hr̃, ẽt si actũ faciat, q̃ ex genere suo peccatũ mortale est, vnde multo amplius excusat infantia ne peccatũ veniale imputetur, & ideo nõ põt esse, ꝙ hõ venialiter peccet ante illud tẽpus quo vsum rõnis habet vt iã mortaliter peccare possit statim aũt vt ad tẽpus illud puenit vel gratiã habet, vel in peccato mortali est; qa si facit, qđ in se est, Deus ei gr̃am infundit, si autẽ non facit, mortaliter peccat, qa tũc est tẽpus vt de salute sua cogitet, & det operã, & ideo positio est impossibilis. Si tñ ponat̃ impossibile tũc talis puniet̃ pœna sensibili ꝓ veniali in inferno, & pœna illa erit æterna, sed hoc accidit veniali inquãtũ est sine gr̃a, hæc ille. vide Capreo. in 4. d. 16. ad 2. ¶ Nota circa istũ ar. ꝙ. s. si se ordinauerit ad debitũ finẽ, p gratiã cõsequit̃ remissionẽ originalis peccat, inota inquã, qa D.S. loquit̃ de ordinatione absolutè, & in cõi, qa nõ loquitur ꝓ aliquo determinato statu, ꝓ statu cñ legis naturæ cõsequebat̃ homo remissionẽ originalis aliter, q̃ in statu veteris legis, & aliter nunc, loquitur etiã de adultis, & ergo non oportuit D.S. dicere, ꝙ peccatũ originale remittatur p ordinationẽ in Deũ cũ voto baptismi, quia hoc est pro statu illo; sed aliquando adulti consequebantur gratiam absque baptismo, vt patebit infra q. 103. art. 1. & ideo dictum D.S. stat solidum, quia ex ordinatione in Deum secundùm congruentiam status, & temporis, consequitur quis adultus remissionem originalis.

¶ Circa argumentum in contrarium nota, ꝙ arguit pro conclusione, quia nõ esset inuenire locũ vbi puniretur talis, q̃ haberet veniale cũ solo originali; quia nõ in limbo, ibi enim non est pœna sensus, quę tñ debetur etiã veniali, quę est culpa actualis de quo D.S. se remittit ad tertiam partẽ quam cõplere ꝓposuit, sed Deus aliter disposuit, nec puniretur in inferno, quia ibi puniuntur solũ mortalia actualia, & ergo nõ est casus possibilis; nec puniretur in purgatorio vt constat, quia originale est mortale, licet non actuale, & non compatitur gratiam; solùm autem in gratia existentes in purgatorio purgantur, originale autem post hanc vitã non est purgabile vel remissibile, procedit autem hæc ratio secundùm ordinem nunc institutum quamuis dato casu illo secus fieret, vt patet ex iam allegatis ex secundo.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd veniale nõ est dispositio ex necessitate præcedens mortale, sed contingenter; sicut quando labor disponit ad febrem, non autem sicut calor disponit ad formam ignis.

¶ Maiorem distinguo, quia duplex est dispositio vna necessaria ad id, ad quod disponit, & hæc semper præcedit habitum vel id ad quod disponit, alia est dispositio non necessaria, sed quæ ordinatur vt aliud facilius habeatur, qđ tñ sine ea esse potest licet nõ ita de facili, sicut patet, ꝙ ligna pr̃eundũtur oleo vel butiro vt citius inflammẽtur; vel sub alijs verbis, vna est dispositio ſm ordinẽ necessariũ, & naturalẽ, sicut calor disponit ad formã ignis, alia cõtingẽter, & quasi p accidens se habet, sicut ira disponit ad febrẽ, nõ tñ oportet, ꝙ semper ira febrẽ præcedat. Tũc dr̃ ad maiorẽ, dispositio primo modo semper præcedit habitũ, sed nõ secundo mõ. Ad minorẽ, veniale est dispositio ad mortale secundo mõ. s. contingenter, & nõ necessariò, sicut labor disponit ad febrẽ. Negatur igitur prima cõsequentia, qa infidelẽ oportet omittere mortaliter antequã peccet venialiter qa dato, ꝙ peccato cõmissionis peccet primò venialiter, tñ pr̃ ordine naturæ saltẽ oportet peccare omissiuè mortaliter, quare negat̃ cõsequẽtia.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd non impeditur peccatum veniale esse simul cum solo originali propter distantiam eius vel conuenientiam, sed propter defectũ vsus rationis, vt dictum est.* In corp.

¶ Maior conceditur, similiter, & minor, sed negatur consequentia, qa ꝓcedit ſm nõ causam; non enim ide nõ põt in originali existẽs, primò peccare solũ venialiter pp conuenientiã vel connexionem cum originali quasi sit magis ꝓpinquũ originali, quàm mortale actuale, sed ratione dicta scilicet propter defectũ vsus rationis, & propter necessariam ordinationem sui in Deũ pro principio vsus rationis, quæ non patiuntur venitale ante mortale cum solo originali, vt patuit, &c.

¶ Ad tertium dicadũ, ꝙ ab alijs peccatis mortalibus põt puer incipiẽs habere vsum rationis per aliquod tẽpus abstinere, sed a peccato omissionis prædictæ non liberatur nisi quàm cito potest se conuertat ad Deum. Primum enim; quod occurrit homini discretionẽ habenti, est quod de seipso cogitet ad quẽ alia ordinet sibenti, est quod de seipso cogitet ad quẽ alia ordinet sibenti, est quod de seipso cogitet ad quẽ alia ordinet sib

¶Annectit minorem,quę patet ex dictis q.66.art.1.& tangitur hic probatio breuis;quia rationis est ordinare ad finem, sed finis est principium in agendis ſm Philosophum,quare minor vera,ꝙ ratio est principium humanorum actuum;& patet etiam ista minor ex q.1.art.1.quia actus humanus dicitur, quia a volũtate deliberata propter finem, sed ad hoc necessario primò concurrit ratio;igitur &c. Nota autem,ꝙ D.S. dicit, quòd lex est regula,& ꝙ. ratio sit regula,sed diuersimode accipitur regula;lex.n.est regula essentialiter, sed ratio est regula, idest regulatiua aliorum, & directiua ad opus humanum loquendo de ratione practica, & per hoc habet D.S.intẽtum,ꝙ quia ratio est regula.i.regulatiua,ideo ad eã pertinet lex quæ est regula &c. Vel secundò lex est regula sicut quo,ratio sicut quod,& vtrunq; simul est regula completa, qa ratio præsidentis informata recto dictamine ordinat subditos.

Dub.811. ¶In vnoquoque autem genere,id quod est principiũ est mensura,& regula illius generis; sicut vnitas in genere numeri, & motus primus in genere motuum.

¶Subiungit maiorem, quæ patet exemplariter de vnitate numeri, quia est principium numeri, ideo etiam est mensura omnis numeri, quia omnis numerus ex replicatione vnitatis cognoscitur;simiſr patet de primo motu,qui est principium omnis motus, & per hoc mensura omnium motuum, vt patet 4.Physic. Vult ergo breuiter articuli corpus, quòd regula pertinet ad eam potentiam cuius est alias regulare; sed hoc est rationis, ergo &c.Est autem lex regula, & rationis est regulare, & dirigere, & præcipere, & prohibere operationes, ergo &c.

Intentũ conponitur.

¶Vnde relinquitur, quòd lex sit aliquid pertinens ad rationem.

¶Infert conclusionem ipsam iam satis probatam.Nota autem, quòd etiam ex hoc corpore habetur expresse,ꝙ lex est aliquid rationis secundum esse obiectum cognitum,quia regulator dicitur attendere,& considerare regulam, & ipsam cognoscere;sed si addamus postea habenda,quòd non quælibet ratio est aliorum regitiua, sed ratio præsidentis, & Principis q̃ dirigit communitatem perfectam in bonum commune, sequitur quòd lex est aliquid rationis,sicut dictamẽ eius ab ipsa,& in ipsa existẽs subiectiuè tanq̃ terminus actus intelligẽdi practici, quod dictamen actu ineſt qñ actu considerat,habitu autem quando definit actu considerare;habetur ergo quòd lex est aliquid rationis tanq̃ eius effectus in ipsa existens,loquẽdo de ratione Principis; in ratione autem subditi, vt habeat actu vim legis,oportet,ꝙ habeat esse cognitum,& licet apprehendendo legem etiam producat verbum,tñ illa apprehensio præsupponit legem per intellectum Principis productam, & constitutam; quare nec etiam conceptus subditi,vt sic est regulatiuus aliorum;quare in intellectu subditi lex habet esse apprehensum,sed non constituitur per ipsum,apprehendit autẽ legem per scripturam,vel promulgationem vocalẽ,vel interiorẽ, vt patebit.

Explicatur responsio.

¶Et confirmatur conclusio ratione argumenti in contrarium. Circa hoc argumentum, vide infra q.92.art.2. ad primum, quia si præceptum capiatur extensè,vt comprehendit etiam prohibitionem,& omnem ordinationem, vel dictamẽ rationis Principis;sic lex essentialiter est præceptum, ſ.commune;si autem capiatur præceptũ pro actu quo aliquis particularis inducitur ad ea quæ sunt legis implenda,sic est actus rationis, vt patuit supra q.17.artic.1. quare sequitur,quòd sicut actus ille est rationis sic & lex ipsa, sit aliquid rationis.ſ.Principis, & præsidentis communitati Politicæ quæ ratio est factiua legis, & aliorum regitiua;vnde oportet memorari aliàs dictorum,quòd actionis immanentis idem est causa effectiua, & subiectiua ; quia ergo ratio Principis per actionem immanentem causat legem tanquàm terminum intrinsecum,sequitur, quòd lex est effectus rationis, & in ipsa subiectiuè.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cum lex sit regula quædam, & mensura,dr̃ dupliciter esse in aliquo. Vno modo sicut in mẽsurante,& regulante, & quia hoc est proprium rationis, ideo per hunc modum lex est in ratione sola. Alio modo sicut in regulato, & mensurato,& sic lex est in omnibus quæ inclinãtur in aliquid ex aliqua lege;ita ꝙ quælibet inclinatio proueniẽs ex aliqua lege potest dici lex, non essentialiter,sed quasi participatiuè, & hoc modo inclinatio ipsa membrorum ad concupiſcendum, lex membrorum vocatur.

¶Maior requirit infra dicenda q. 91. artic.6. Dico enim, quòd in membris dicitur esse lex fomitis non quidem lex essentialiter dicta,sed lex participatiuè,& cum hoc indirectè; dr̃ enim, ꝙ lex accipitur dupliciter,vno modo essentialiter,& sic est aliquid pertinens ad rationem principis præsertim tãquàm dictamen eius, & sic fomes qui est in mẽbris non est lex;secundo mõ accipitur lex participatiuè.i.pro eo,quod est ex lege.i.pro inclinatione proueniente ex aliqua lege;& hoc est dupliciter, vno modo directè inquantum legislator subditos suos inclinat, & inducit ad aliquid, & diuersos ad diuersa ſm exigentiam conditionis suæ, & sic fomes non habet rationem legis etiam participatiuè captæ, quia Deus nõ induxit fomitẽ ſm conditionem naturę humanæ,immo oppositum induxit condendo hominem, quia ſm cõditionẽ naturæ debet operari ſm rationem, & non habere motus sensualitatis repugnantes rõni ; sed alio modo legislator indirectè, & ex consequenti induxit ſm iustam legem hmõi fomitem inquãtum pœnalis,quia iustum erat,vt qui nollet esse,& manere in dignitate humana,assimilaretur bestijs in pœnã suam,& ita patet ad maiorem, ꝙ Apostolus vidit legem participatiuè dictã, & indirectam in membris Ad minorẽ,nihil qđ est rõnis est in membris, verum vt regulãs,tñ in membris põt aliquid esse a recta ratione, & iusta lege proueniens, sic fomes ex lege Diuina prouenit in mẽbra, qa Deus iustè subtrahendo iustitiam originalem inflixit fomitẽ indirectè tanquàm legem indirectã, & ita dr̃ ad minorem negãdo,ꝙ nihil rõnis possit esse in membris participatiuè,quæ quidẽ participatio rõnis etiam dr̃ lex. Ad probationem minoris conceditur, ꝙ rõ non vtitur organo,& hoc probatur; sed non probatur quin a ratione præsertim diuina (in proposito) deriuetur aliquid in organum corporale indirectè in pœnam peccati, quod deriuatum, vel magis consequens subtractionẽ iustitiæ originalis dr̃ lex participatiuè;quare dr̃ ad consequentiam negando de lege essentialiter dicta (de qua intelligitur conclusio art.) ꝙ illa non sit aliqd rõnis aliquid subiectiuè,& effectiuè, licet probet, ꝙ lex (.i.id ad qđ quis ex vera lege inducitur) nõ sit rõnis formaliter, sed solùm causaliter,vnde lex essentialiter est formaliter rõnis,lex autẽ participatiuè est rationis causãliter, sicut dr̃. Ista est lex rusticorum, arare agros,i. est id ad quod inducũtur ex lege essentialiter dicta, quæ dictat eos debere arare; sicut dicitur, quòd sic operari est lex religiosorum, capitur enim plerumque lex participatiuè &c.

¶ Ad secundum dicendum,quòd sicut in actib.exterioribus est cõsiderare operationem, & operatum, puta ędificationem,& ędificatum; ita in operibus rationis est considerare ipsum actũ rationis,qui est intelligere,& ratiocinari,& aliquid per hmõi actum constitutum,quod quidem in speculatiua ratione primò quidem est definitio,secũdò enunciatio, tertiò verò syllogiſmus,vel argumẽtatio;& quia ratio etiam practica vtitur quodam ſsyllogiſmo in operabilibus,vt supra habitũ est,* ſm ꝙ Philosophus docet in 7.Ethi.*ideo est inuenire aliquid in ratione practica , quod ita se habeat ad operationes sicut se habet propositio in ratione speculatiua ad conclusiones,& huiusmodi propositiones vniuersales rationis practicę ordinatę ad actiones,habent rationem legis , quæ quidem propositiones aliquando actualiter considerantur , aliquando verò habitualiter a ratione tenentur.

* q.13.ar.3. q.77. art.2. ad quartũ. *Arist.c.3.

¶Argumentum hic multa requirit,videnda prima par.q.27.artic.1.vbi D.S.habet quòd quicunque intelligit,eo ipso,ꝙ intelligit procedit intra ipsum verbum cordis, quod significatur verbo vocis, vbi sicut & hic expressit clarè in quo quique grauiter in via D.S.defecerunt qui verbum cordis, vel cum actu intelligendi,vel cum re intellecta idemptificant. Dr̃ ergo ad argumentũ,ad maiorem post D.S.in 2.2.q.171.art.2.ad primum,& infra 3tertia q.94. art.1.ad primum, ꝙ illa maior est insufficiens absolutè loquẽdo, nec Philosophus intendit in 2.Ethic de omnibus loqui quæ sunt in ratione,vel in anima; sed inuestigans genus virtutis,loquitur istam propositionẽ de his quæ sunt principia humani actus moralis;illa eũ sunt tria.ſ.potentia, habitus,& passio,sed præter hæc sunt quædam alia in anima, & etiã in ratione, quia & actus sunt in anima, & per consequens termini intrinseci illiorum actuũ , & iterum est in ratione res ipsa cognita,quia cognitũ est in cognoscente.Ad minorem,sed lex non est potentia rationis,cõceditur, quia potẽtia rationis est indifferẽter in omnibus;non sic lex quę est in legislatore subiectiuè ; & potentia est naturalis, & semper adest,non sic lex.Vltra dico,concedo,ꝙ lex non est habitus tõnis formaliter, & intrinsecè quãuis qñque habitu teneri, & inesse possit,vt patebit q.94.art.1.de lege naturali,& inf.q.106.art.1.&c. Vltra dico,quòd non est actus rationis,est tamẽ quoddam productum per actum rationis practicę , & eius terminus . Dico enim , quòd in operibus, & actibus aĩæ speculatiuis, & practicis,est operatio, & operatum sicut D.S. deducit in solutione, & dico,ꝙ lex in rõne practica Principis se habet ad operationes per subditos exercendas,sicut propositio speculativa ad conclusionem quę ex ea deducitur, vnde br̃ pertinet ad actum rationis practicè tãquàm eius dictamen , & verbum practicum quo intelliguntur propositiones vniuersales,quæ habent rõnem legis.Ad improbationẽ minoris dico, ꝙ cessante actu tõnis cessat lex actu (ponimus.n.verbum practicum,vel speculatiuum solùm dũrare cum durat actus, & ab ipso actu dependere in esse, & fieri) dico tamen, quòd dum lex essentialiter , & proprijſſimè capta cessat actu, manet habitu in memoria , vel in habitu retenta , vel in scriptura (secundum quòd est lex non scripta,vel scripta,vt habetur in institutionibus lib.1.

Thomista aduerte.

lib.1.tit.1.) & hoc nullum est inconueniens ; sicut & lex naturæ manet,apud quemcunq; dormiẽtem in habitu qui est synderesis, & lumine naturali intellectus,& rationis etiam dum actu præcepta legis naturæ non considerat, sic lex statuta ab homine manet in ipso in memoria,& habitu. Vnde nota, quòd dictum solutionis, (scilicet, quòd lex sit quoddam constitutum a ratione) intellige a ratione eius cuius est cõdere legem, qualis est Princeps, vel multitudo habẽs Principis auctoritatem . Patet ex his quid sit lex essentialiter dicta,quia dictamen practicũ, & propositio practica consitit.ita per rationem habentis auctoritatem obligandi subditos ad conformandum se tali dictamini. Nota autem,quòd solutio ista a Scoto in primo dist.27.q.1.impugnatur quo ad hoc, ꝙ dicit per actiones immanentes aliquid constitui . Videtur esse hoc dictum esse cõtra Philosophum 9 Metaphy. & 1.Ethic. vbi ponit differentiam inter actionem immanentem, & transeuntem,quia in transeunte est operatum,non autem in immanente.Dicitur ad hoc,quòd ista differentia intelligitur,quòd operatio transiens habet operatum necessariò, nõ autem necessariò immanens, & hęc est mens Philosophi;non tamẽ negatur per hoc quin aliquę immanentes possint habere aliquod operatũ;ſm eũ Philosophum ipsum ex actibus etiam immanentibus generantur habitus.Vnde non repugnat actioni immanenti habere opus. Et secundò dico, ꝙ actio trãsiens habet opus , quòd manet post actionem,in quod tanquàm in finem actio ipsa transiens ordinatur . Secus de actione immanente cuius opus ordinatur in actionem sicut in finem, vnde cõceptus ordinatur ad actum intelligendi sicut ad finẽ non econtra,& opus ipsum nobilius est actione quãdo est finis actionis,sin autem,non oportet, Vide Capreo.in 1.dist.27.&c. vide & modum dicendi Heruei quodlibeto.2.q.8.&c.Nota quoq;,quòd Scotus contrariatur hic dictis,vbi supra quo ad hoc, ꝙ dictũ est, verbum distingui ab actu intelligẽdi, ipse enim vult verbum esse actualem intellectionem;sed expresse negat,D.S.prima par.q.34. art.1.ad secundum,vbi tenet conceptum esse aliud ab actu intelligendi,vt terminum ab eo cuius est terminus ; oportet.n.in parte intellectiua præter potentias actus, & habitus,ponere terminum actionis, vt obiectum actus secundi habeatur præsens ipsi actui obiectiuè; quàmuis enim per speciem intelligibilem obiectum sit præsens,vt comprincipium actus intelligendi,non tamen est per ipsam præsens,vt obiectum,sed per verbũ, vt alibi dicetur. Nota quoque tertiò,quòd ex hac solutione etiam habetur,quod repugnat Scoto in 1.dist.2.q.vlt.& in 27.dist.1.qui alterum actum ponit intellectionem,alterum dicere,ita ꝙ alterum est operatio,alterũ productio;sed D.S.tenet vbicunque de ista materia loquitur, ꝙ dicere est intelligere exprimendo,& ipsa intellectio est productio verbi,vel conceptus in producente verbum, dicit.n.hic quòd actio intellectus est operatio , & habet aliquod operatum , Vide quoque D.S.in de Veri.Ma.4.ar.2.vbi clarè habes distinctionem inter primum intellectum,quod est verbum,& inter rem intellectam, quæ distinctio ; & ex hic habitis clarè hr̃ , quia verbum est quoddam productum inherens intellectui, & hoc apud nos, non sic res habens solùm esse obiectiuum apud intellectum &c.

Cãet.Scot. à pluribus tenenda pro certa. Dicitur ad hoc.

¶Ad tertium dicendum , quòd ratio habet vim mouendi a voluntate , vt supra dictum est. * Ex hoc enim , quòd aliquid vult finem, ratio imperat de his quæ sunt ad finem ; sed voluntas de his quæ imperantur ad hoc, quòd legis rationem habeat,oportet quòd sit aliqua ratione regulata, & hoc modo intelligitur, quòd voluntas Principis habet vigorem legis , alioquin voluntas Principis magis esset iniquitas quàm lex .

hac

¶Ad maiorem,lex mouet eos qui subijciuntur legi, verum motione imperatiua,& coactiua,vt patebit artic. 3. ad secundum,& dico, quòd mouere imperatiuè,est rationis, vt patuit supra q.17. Ad minorem negatur , quòd mouere per modum Imperij sit voluntatis , sed rationis est in virtute voluntatis aliqualiter , quantum scilicet ad id , quod motionis est ; sed quantum ad id , quòd ordinationis est, & intimationis , est per se rationis .

¶Ad confirmationem ex auctoritate iurisperiti , & habetur in Institutis De iure naturali gẽtium,& ciuili . Et intelligitur,quod placuit Principi causa faciendi communem legem; nam non omnis vox iudicis est sententia, nec omnis vox Principis est lex. Dicitur autem ad illam auctoritatem, quòd solùm placitum Principis,vt sic,non habet rationem legis, vt infra patebit. Oportet eũ voluntatem Principis esse recta ratione regulatam. Et ergo quod placet Principi secundum voluntatem rationalem cum alijs conditionibus ſtatim dicendis , habet rationem legis . Vnde rationis essentialiter est lex tanquàm instituentis , & subiecti,quàmuis,vt habeat virtutem motiuam, oporteat quòd illa lex placeat Principi . Vnde non quia volitum , ideo lex , sed quia dictatum per rectam rationem, voluntas eũ sine ratione magis iniquitatis quàm legis rationem;habet . Et tamen etiam Principis nomine intelligitur persona habens auctoritatem , & per sapientes directa, Vide prima parte quæſt.21 artic.1.ad secundum,quia nec in Deo aliquid est iustum , quia volitum vt sic.

B Infra q.91. ar.5. cor.& art.6. ad 3. & q.96.art. 1.2.3.4.& 6. cor. Et 2.2. q.58. art.5. cor. Et 3.q. 70.art.2.ad 2. Et 3.contra cap.103. co.1. fin. *Isid.c.21.

Vtrum lex ordinetur ſemper ad bonum commune ſicut ad finem.

AD ſecundum ſic proceditur . Videtur , ꝙ lex non ordinetur ſemper ad bonum commune ſicut ad finem. Ad legẽ.n.pertinet præcipere,& prohibere;ſed præcepta ordinantur ad quædam ſingularia bona;non ergo ſemper finis legis eſt bonum commune.

¶ 2 Præt. lex dirigit hominem ad agendum ; ſed actus humani ſunt in particularibus ; ergo & lex ad aliquod particulare bonum ordinatur .

¶ 3 Præt. Iſid.dicit in lib.Ethymologiarum.* Si ratione lex conſtat, lex erit omne , quod ratione conſtiterit; ſed ratione conſiſtit non ſolùm , quod ordinatur ad bonum commune , ſed etiam quod ordinatur ad priuatum bonum vnius;ergo lex non ordinatur ſolùm ad bonum commune,ſed etiam ad bonum priuatum vnius .

¶Sed contra eſt , quod Iſidorus dicit in 3.Ethimologiarum , quòd lex eſt nullo priuato commodo , ſed pro vtilitate ciuium conſcripta.

¶Conſequẽter D.S.inquirit de differentijs legis. Est autẽ quaſi triplex differentia legis.ſ.finis,efficiens & forma;finis eſt bonum cõe,de quo in iſto art.quærit;efficiens eſt auctoritas condentis,de quo quærit in ſeq.art. tertia differentia eſt forma, quæ eſt in promulgatione.art.4. Eſſe.n.dictamen rõnis eſt genus legis, ſed eſſe dictamen ordinatiuum ad bonum cõe, & dictamẽ Principis promulgatum,cõplent tanq̃ differentiæ ſpecificę rõnem legis. Quærit ergo hic de fine , an ordinetur in bonũ commune , ita ꝙ præceptum alicui datum , vel ordinatio de aliquo facto ſolum in ordine ad proprium commodum , non habeat rationem legis .

¶Reſpondeo dicendum, quòd ſicut dictum eſt,* lex pertinet ad id , quod eſt principium humanorum actuũ ex eo,ꝙ eſt regula,& menſura. Sicut autẽ ratio eſt principiũ humanorũ actuũ , ita etiã in ipſa ratione eſt aliqd, quod eſt principium reſpectu omnium aliorũ , vnde ad hoc oportet,ꝙ principaliter,& maximè pertineat lex.

*arti.præc.

¶In hoc corpore D. S. duo facit ; primò deducit aliquas concluſiones præambulares;ſecundò ex illis infert concluſionem reſponſiuam in fine,ibi.Et ideo omnis lex &c. Circa primum deducit tres concluſiones præambulares ſecundam ibi. Rurſus cũ &c, tertiam ibi.In quolibet autem &c. Concluſio ergo prima præambularis eſt iſta. Oportet,ꝙ lex maximè reſpiciat ordinẽ, qui eſt in Beatitudinem. Probatur concluſio,oportet,ꝙ lex reſpiciat id maximè, quod in ratione practica eſt Principium omnium aliorũ.ſ. agibilium;ſed primum principium in operatiuis (quorum eſt ratio practica) eſt finis vltimus;igitur lex hunc finem maximè reſpicit;ſubſumitur,ſed vltimus finis humanę vitæ,eſt felicitas,vel Beatitudo;igitur ſequitur concluſio D.S. primò ponit, & probat maiorem,ſecundò ponit ambas minores cum concluſione , ibi. Primum autem principium &c. Maior ergo declaratur a principio, quia vt patuit art.1.Lex pertinet ad id,quod eſt principiũ humanorum actuum.ſ.rationẽ practicam , ex eo, quia ratio eſt regula, & menſura;ſed ſicut ratio eſt principium omniũ aliorum (.i.dirigit & mouet alias vires, & ratio Principis ſubditos) ita & in ipſa ratione eſt aliquid quod eſt principium reſpectu aliorum , quare ſequitur , ꝙ tale principaliter a ratione reſpiciatur . Acſi diceret D.S.quia lex reſpicit rationem,vt eſt principiũ, & cũ ratio practica informata lege etiam reſpiciat aliquod principiũ ex quo procedit, ideo primò,& principaliter reſpicit primũ principiũ,qđ in agibilibus eſt vltimus finis;quare ſequitur,ꝙ lex principaliter reſpicit vltimum finem, & Beatitudinem. Conſequenter cũ dicit.

¶Primum autem principium in operatiuis quorũ eſt ratio practica eſt finis vltimus. Eſt autem vltimus finis humanæ vitæ fęlicitas, vel Beatitudo , vt ſupra habitum eſt , * vnde oportet, quòd lex maximè reſpiciat ordinem qui eſt in Beatitudinem .

*In proœmio,& q.2, arti.5. & 7. & q.3.arti.1. &c.q.1.art. 6.& 7.

¶Ponit minorẽ quæ relinquitur nota de ſe , quia finis vltimus ſe habet,vt principium in ſpeculabilibus.Similiter ſubſumpta minor,quæ patuit ſupra in proœmio,& q.2. artic.5. & 7. Vnde D.S. ſubinfert concluſionem, ꝙ lex maximè reſpicit ordinẽ &c. Nota autem,ꝙ reſpicit ordinem,ſactiuè i.ordinat in Beatitudinem, & capitur hic Beatitudo ſicut & lex in cõmuni,prout pacificus conuictus ciuium dr̃ Beatitudo,& bonus ſtatus virtuoſus cõitatis.Sic enim lex ciuilis etiam ordinat ad Beatitudinem. Lex autem diuina præſertim noua reſpicit ordinem in Beatitudinem ſupernaturalem . Sed quia hic loquitur D. S. de lege in communi , ideo nec Beatitudo limitanda eſt ad illam , vel illam. Deinde ibi .

¶ Rursus cum omnis pars ordinetur ad totum, sicut imperfectum ad perfectum ; vnus autem homo est pars communitatis perfectę, necesse est, quòd lex propriè respiciat ordinem ad felicitatem communem. ——

¶ Procedit ad secundam conclusionem præambularem explicatiuam primæ ; quia est adhuc dubium quam beatitudinem respiciat lex, an vnius hominis, vel totius communitatis perfectę, quæ vocatur a Philosopho communitas, vel communicatio Politica; ideo D.S. subiungit talem conclusionem. Necesse est, quòd lex propriè respiciat ordinem ad felicitatem communem. Hanc conclusionem primò probat ratione; secundò eam simul cũ præcedenti conclusione confirmat auctoritate, ibi. Vnde & Philosophus &c. Arguitur ergo sic ratione, resumendo maiorem ex prima conclusione, Lex respicit finem vltimum, tanquàm in quod ordinat, sed bonum vnius hominis non est vltimus finis ; igitur conclusio vera. Maior patuit. Minor probatur, quia omnis pars ordinatur ad totum, sicut imperfectum ad perfectum ; sed vnus particularis homo est pars cõmunitatis perfectę ; igitur nec ipse, & multò minus bonum suum, & vltimus finis, sed ordinatur in vlteriorem finem ; quæ autem sit communitas perfecta, habetur in primo Politicæ, quia ciuitas &c. Deinde ibi.

¶ Vnde & Philosophus in præmissa diffinitione legalium, mentionem facit & de felicitate, & communione Politica. Dicit enim in 5. Ethico. * ϕ legalia iusta dicimus factiua, & conseruatiua felicitatis, & particularum ipsius Politica communicatione. Perfecta enim communitas ciuitas est, vt dicitur in primo Politicæ. * ——

*Arist. c.1.

*Arist.c.1.

¶ Confirmat præcedentes duas conclusiones auctoritate Philosophi in 5. Ethi. qui dicit legalia iusta dicimus, factiua, & conseruatiua felicitatis, & particularum ipsius Politica communicatione; & vult, quòd legalia iusta ordinant ad fœlicitatem, vel ad ea quæ conferunt ad fœlicitatem principaliter, vel minus principaliter, & hoc in comparatione ad communitatem Politicam, & perfectam. Vnde ibidem D.S. lectione secunda in principio, & ita habetur, quòd iustum legis positiuè ordinat ad Beatitudinem, & fœlicitatem communem, quod intendebant duę conclusiones. Consequenter ibi.

¶ In quolibet autem genere id, quod maximè dicitur, est principium aliorum, & alia dicuntur secundum ordinem ad ipsum, sicut ignis qui est maximè calidus est causa caliditatis in corporibus mixtis, quæ intantum dicuntur calida inquantum participant de igne; vnde oportet, quòd, cum lex maximè dicatur secundum ordinem ad bonum commune, quodcũque aliud præceptum de particulari opere non habet rationem legis, nisi secundum ordinem ad bonum commune. ——

¶ Subiungit tertiam conclusionem præambularem magis propinquè accedentem ad conclusionem responsiuam, & est talis. Quodcunq; aliud præceptum de particulari opere, non habet rationem legis, nisi secundum ordinem ad bonum commune. Probatur conclusio, in quolibet genere id quod maximè dr̃, est principium aliorum, & alia dicuntur fm ordinem ad ipsum ; sed lex maximè dicitur secundum ordinem ad bonum commune; igitur sequitur conclusio. Maiorem D.S. primò probat exemplariter, & innititur secundo metaphysicè. Sicut ignis &c. Nota circa illã maiorem, & eius exemplum Capreolum in primo dist. 3. q. 1. ad primam instantiam, quòd illa maxima, scilicet, Omne quod est tale per participationem &c. debet intelligi, omne quod est tale per participationem, est tale per actionem illius, quod est tale per essentiam, vel per actionẽ alicuius, quod eminenter continet hoc, quod est tale per essentiam. S. Thom. autem vtitur illo exemplo de igne, sicut & Arist. & Commentator, sed exemplorum non verificatio requiritur. Vnde dico, quòd omne calidum est calidum per actionem ignis, vel alicuius, quòd totam ignis actualitatem continet in virtute, & eminenter, sicut est Sol, aut aliud corpus cęleste. Et inter illam maximam cui ratio D.S. iam posita innititur, nota quòd ad rem per essentiam talem tria requiruntur, primò ϕ sit ipsa natura, quæ dr̃ sibi cõuenire per essentiam, puta Bonitas, Sapientia &c. secundò ϕ non est contracta quouis modo, quare anima rationalis, vel albedo, vt quattuor, quæ separaretur, non est talis per essentiam, etiam si albedo esset sine quantitate ; tertiò ϕ forma talis sit in se naturaliter subsistens. Et ideo albedo accepta abstractiuè significata nomine albedinis, nõ est albedo per essentiam; sed solùm secundum modum significandi. Res autem per participationem consistit in contractione latitudinis alicuius rationis formalis quocunque modo contingat, siue gradualiter, siue subiectiuè, vel alio modo. Deinde subiungit minorem, quæ patet clarè ex prioribus conclusionibus, vnde concludit tertiam conclusionem prædictam, & patet in littera.

Capæolus.

Quid res p essentiã talis.

¶ Et ideo omnis lex ad bonum cõmune ordinatur.

¶ Hic vltimò ex oĩb. dictis conclusionib. infert rãsiuam formaliter talem. Omnis lex ad bonũ animæ ordinatur sicut ad finem; patet ex dictis, quia omnis lex ordinatur ad Beatitudinem cõitatis, igitur &c. Et secundò, nullũ præceptũ habet rõnẽ legis, nisi in ordine ad bonũ cõe; igitur &c. Antecedẽs patuit, cõsequẽtia clara.

ET confirmatur ista conclusio responsiua auctoritate adducta in argumento in contrarium, quia vtilitas ciuium est bonum commune communitatis perfectę, & est particula fœlicitatis ad modum dicendi Philosophi 5. Ethic.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd præceptum importat applicationem legis ad ea quæ ex lege regulãtur ; ordo autem ad bonum commune, qui pertinet ad legẽ, est applicabilis ad singulares fines ; & fm hoc etiam de particularibus quibusdam præcepta dantur. ——

¶ Ad maiorem, dico ϕ ad legem pertinet præcipere, & cohibere, sed semper, & per se ad bonum cõitatis. Vnde regimen, & lex efficiũtur iniusta, quia spreto bono cõi multitudinis, quæritur bonum priuatum regentis, multò ergo magis si quæratur bonũ alicuius alterius particularis. Vnde quantò magis receditur a bono cõi, tantò est regimen magis iniustũ; vnde regimẽ tyranni est iniustissimũ; & iterũ plus receditur a bono cõi in Oligarchia, in qua quæritur bonum paucorũ, quàm in Democratia, in qua quæritur bonum multorũ, de quo regimine dicit Philosophus in 5. Ethic. ϕ habet legalia aliqualiter iusta. Et ita patet ad maiorem, quòd ad legem pertinet præcipere, sed semper ad bonum cõmune. Ad minorem dico, ϕ præcepta legis, vt sic, ordinantur ad particularia bona, in ordine tamen ad bonum commune; quia ordo ad bonum commune applicabilis est ad singulares fines, ita quòd particulares fines vlterius referibiles sunt in bonũ commune, & hoc modo lex præcipit particulare bonum. Vnde & iustitia legalis quæ est boni communis, mouet particulare bonum in bonum commune, vt patet secunda secundæ quæst. 58. art. 5.

¶ Ad secundum dicendum, quòd operationes quidem sunt in particularibus; sed illa particularia referri possunt ad bonum commune non quidem communitate generis, vel speciei; sed communitate causæ finalis secundum quòd bonum commune dr̃ finis communis.

¶ Ad maiorem, dirigit hominem ad agendum propter bonum cõe, quod est cõe non vt genus, vel species, sed cõitate deriuationis, & participationis sui in multos, & cõitate finali; quia. s. est finis particularium bonorum; omnes. n. boni ciues debent facta sua ordinare, vt communitas bene habeat. Minor conceditur, quòd actus humani sunt in particularibus obiectis, & materijs, tamen possunt esse, & vt sunt legis, tunc sunt cõis finis, quia particularis homo, & bonum suum ordinantur in bonum cõe sicut in finem. Vnde & pro salute reipublicę debet homo optimum bonũ proprium exponere. s. vitam, vt patet apud Capreolum ad longum in quarto dist. 17. q. 1. conclusione tertia; quare negatur consequẽs, si intelligitur, quòd ordinetur ad particulare bonũ sicut ad finem, sed conceditur, quòd ordinatur ad particulare sicut obiectum, & medium perueniendi in bonum cõe. Nota circa hãc solutionem vbi D.S. dicit cõe bonum esse cõitate finis. D.S. in de Veri. mat. 7. art. 6. ad 7. quia dupliciter dicitur aliquid cõmune. Vno modo per consecutionem, vel prædicationem, qñ. s. aliquod vnum inuenitur in multis secundum vnam rationem, & sic id, quod est cõmunius non est nobilius, sed imperfectius, sicut animal homine. Et hoc modo vita naturæ est cõior quàm gloriæ. Alio modo per modum causæ, sicut causa quæ vna numero manens ad plures effectus extendit se; & sic illud, quod est cõius est nobilius, vt conseruatio ciuitatis, q̃ conseruatio familiæ est nobilius. Hoc autem modo vita naturę non est cõior, quàm vita gloriæ. Hæc ille. Vbi patet de qua cõitate D.S. intelligendus est in solutione, quia bonũ multitudinis est vnum, & tñ finis particularium bonorum hominum &c.

Capreolus

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut nihil constat firmiter fm rationem speculatiuam nisi per resolutionem ad prima principia indemonstrabilia ; ita firmiter nihil constat per rationem practicam, nisi per ordinationem ad vltimum finem, qui est bonum commune; quod autem hoc modo ratione constat, legis rationem habet.

¶ Ad maiorem, conceditur, sed dico, ϕ intelligitur de ratione practica. Et dico, quòd nihil constat ratione practica firmiter, nisi per ordinationem in vltimũ finem, quia ibi est status, sicut in speculatiuis in primis principijs speculatiuis. Ad minorem, si intelligitur, ϕ ratione consistat. i. firmiter stat, & legitimè ordinatum sit, quod ordinatur ad bonũ vnius, sine relatione in finem cõem; negatur ipsa, quia vt iam patuit, non est firma consistentia, vel status in ratione practica, nisi ordinetur aliquid ad id, qđ ratio practica primò respicit, qđ est finis cõis. Si autem intelligitur minor, ϕ rõne consistat, quod ordinatum ad bonum particulare, in ordine ad bonum cõmune, cõceditur ipsa. Sed negatur consequentia, quia plus aliquid respicit finem, q̃ id quod in finẽ ordinatur &c.

Vtrum

Articulus

Vtrum cuiuslibet ratio sit factiua legis.

Isa q. 92. ar. 2. ad 2. & q. 95. art. 4. co. & c. 96. art. 1. & quæst. 22. q. 50. art. 1. ad 3. & q. 57. art. 2. co. 60. art. 6. ad 3. & q. 67. art. 1. co.

C AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd cuiuslibet ratio sit factiua legis. Dicit enim Apostolus ad Roman. 2. quòd cum gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex; hoc autem communiter de omnibus dicit ; ergo quilibet potest facere sibi legem.

¶ 2 Præt. sicut Philosophus dicit in 2. Ethi.* intentio legislatoris est, vt inducat hominem ad virtutem; sed quilibet homo potest alium inducere ad virtutem; ergo cuiuslibet hominis ratio est factiua legis.

¶ 3 Præt. sicut Princeps ciuitatis est ciuitatis gubernator, ita quilibet paterfamilias est gubernator domus ; sed Princeps ciuitatis potest in ciuitate legẽ facere ; ergo quilibet paterfamilias potest in sua domo facere legem.

¶ Sed contra est, quod Isidorus dicit in lib. Ethimologiarum,* & habetur in decretis dist. 2. * Lex est constitutio populi secũdum quam maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt ; non est ergo cuiuslibet facere legem.

Isidorus. ca. 1. dist. 2. ca. Lex.

¶ Quærit hic de alia differentia legis ex parte causæ efficientis. An videlicet cuiuslibet ratio &c. quia dictum est art. 1. quòd lex est aliquid rationis, quærit cuius rationis. Vnde articulus iste determinat primum, & quærit de differentiali determinatiuo.

¶ Respondeo dicendũ, ϕ lex propriè primò, & principaliter respicit ordinem ad bonũ cõe, ordinare autem aliquid in bonum cõmune, est vel totius multitudinis, vel alicuius gerentis vicem totius multitudinis.

¶ Conclusio responsiua est talis. Condere legem, vel pertinet ad totam multitudinem, vel pertinet ad personam publicã quę totius multitudinis curam habet. Et per hanc conclusionem habetur responsio formalis ad quæsitũ negatiua, quòd non cuiuslibet ratio est factiua legis. Probatur sic ex arti. lex propriè primò, & principaliter respicit ordinem ad bonum commune; sed ordinare aliquid in bonum commune est, vel totius multitudinis, vel alicuius gerentis vicem totius multitudinis; igitur sequitur cõclusio, Doc. 5 primò ponit huius rationis maiorem cum minore; secundò conclusionem cum probatione minoris. Et ideo &c. Maior ergo patet art. 2. præcedenti. Et dicit notanter lex propriè, & ratio huius patebit ad tertium, quia & si aliqua ordinatio quæ non ordinatur ad bonum cõmunitatis perfectè, posset dici præceptũ, vel statutum, non tamen lex &c. Dicit etiam primò, & principaliter, quia & si ad bonum particulare ordinari possit, tamen hoc est finaliter in commune bonum, vt patuit art. 2. Deinde ibi.

¶ Et ideo condere legem, vel pertinet ad totam multitudinem, vel pertinet ad personam publicam quæ totius multitudinis curam habet, quia & in omnibus alijs ordinare in finem est eius cuius est proprius ille finis. —

¶ Iafert conclusionem ipsam quæ iam satis patuit. Sed probat minorem principalem, quia & in omnibus alijs ordinare in finem, est eius cuius est proprius ille finis ; sed communitatis, vel gerentis eius vicem, proprius est finis legis, scilicet bonum commune; igitur talium est condere legem &c.

ET confirmatur conclusio ratione argumenti in contrarium. Circa hoc argumentum, nota & etiam circa minorem corporis, quòd leges habent diuersos institutores fm diuersitatem regiminum. Aliquando enim regimen vocatur, & est regnum. Tunc lex constituitur per vnum, quæ vocatur Constitutiones Principum. Aliquando autem regunt aliqui pauci, sed optimi, & optimates de communitate. Aliquando diuites, & potentes. Aliud est regimen populi, quod vocatur democratia, & secundum hoc sumuntur Plebescita. Sed est aliquod regimen ex his commixtum, quod est optimum. Et de lege per tales regentes instituta, loquitur Isid. in auctoritate inducta, scilicet de lege, quam maiores natu simul cum plebibus sanxerunt. Et de his infra q. 95. art. 4. & ergo non est discordia inter secundam partem conclusionis, & hoc argumentum in contrarium, quia ille qui regit totam multitudinem potest condere legem. Et similiter populus cum maioribus natu. Sed Isidorus loquitur de lege condita in optimo, & ab optimo regimine, & constitutum ab huiusmodi, retinet præsertim nomen legis. Alia autem statuta habent nomina specialia, & vacantur plebescita, vel Senatusconsulta, vt patet in decretis dist 2. & habetur etiam in institutionibus de iure naturali, ciuili, gentiũ &c. vbi habetur lex est, quod Populus Romanus Senatorio magistratu interrogante veluti consule constituebat, quia videlicet facta conuocatione Populi Rom. Magistratus. s. Senatus nõ totus, sed qui maior erat omnibus populum scilicet consulebat, an sic placeret, & sic ad libitum populi fiebat, & videtur redire in idem, quod dicit Isido.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut supra dictum est, * lex est in aliquo non solùm sicut in regulante, sed etiam participatiuè sicut in regulato, & hoc modo vnusquisque sibi est lex inquantum participat ordinem alicuius regulantis, vnde & ibidem subditur. Qui ostendunt opus legis scriptum* in cordibus suis. ——

* Arti. 1. ad primum.

¶ Ad maiorem, intelligitur sic, cum gentes quæ legem non habent. s. diuinam veterem, quam non acceperunt (non enim gentibus data est lex, sed iudæis) naturaliter faciunt quæ sunt legis. i. quæ lex mandat. s. quantum ad præcepta moralia, quæ sunt de dictamine rationis naturalis, & ita naturaliter faciunt. i. per legem naturalem ostendentem eis quid sit agendum, ipsi sibi sunt lex, inquantum. s. funguntur officio legis ad seipsos, instruendo se, & inducendo ad bonum. Vide D.S. ibidem in postilla. Dicitur ergo ad maiorem, quòd non intelligitur, quòd ipsi sibi sunt lex, condendo, & statuendo legem, sed participatam legem a Deo adimplendo; dictum est enim art. 1. ad primum, quòd lex est in aliquo primo sicut in regulante, & condente legem. Et lex naturalis est in Deo saltem causaliter, & illam legem impressit, & scripsit non atramẽto, sed in visceribus hominis. Alio modo est in aliquo participatiuè, & sic lex est in homine quolibet, qui dr̃ esse sibi lex, qa sequitur participationem quam habet a Deo impressam. Et ergo concessa minore, ϕ de omnibus particulariter loquitur, quia oẽs participant legem ęternam in lege naturali. Negatur cõsequẽtia, quia nõ dr̃ hoc, quasi gentes cõdiderint legẽ, sed quia impressam a Deo in lumine naturalis rõnis, & sy nderesi adimpleuerunt. Et ita impleuerunt legẽ diuinã veterẽ, quo ad ea quæ sunt legis naturæ, non quo ad alia ad quæ nec obligantur, vt patebit infra.

¶ Ad secundum dicendum, ϕ persona priuata nõ potest inducere efficaciter ad virtutem, potest. n. solũ mouere; sed si sua motio non recipiatur, non habet vim coactiuam quam debet habere lex ad hoc, quòd efficaciter inducat ad virtutem, vt Phil. dicit in 10. Ethicorũ, * hanc autem virtutem coactiuam habet multitudo, vel persona publica ad quam pertinet pœnas infligere, vt infra dicetur, & ideo solius est eius leges facere. ——

*Arist. cap. vlt.

*q. 92. ar. 2. ad tertũ. clarius 2 2. q. 64. art. 3.

¶ Ad maiorem, efficaciter inducere in virtutem, vel simpliciter, vel secundum quid, est legislatoris per virtutem coactiuam, & punitiuam. Minor negatur ad hunc sensum, quòd quilibet possit inducere ad virtutem punitiuam, quia vt patet secunda secundæ quæst. 64. artic. 3. non cuiuslibet est punire, sed qui libet potest persuasiuè inducere ad virtutem, quare negatur consequentia. Quomodo autem homines per coactionem possint inducere ad virtutem, patebit infra q. 96.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd sicut homo est pars domus, ita domus est pars ciuitatis, ciuitas autem est communitas perfecta, vt dicitur in primo Politi. * & ideo sicut bonum vnius hominis non est vltimus finis, sed ad commune bonum ordinatur, ita etiam, & bonũ vnius domus ordinatur ad bonum vnius ciuitatis, quæ est cõmunitas perfecta; vnde ille qui gubernat aliquam familiam, potest quidem facere aliqua præcepta, vel statuta, non tamen quæ propriè habeant rationem legis. ——

* Arist. c. 1. & 2.

¶ Ad maiorem, est proportionabiliter vera, sed dico, quòd tota domus, vel familia non est perfecta communitas sicut ciuitas. Et secundò dico, quòd bonum domus, vel familiæ ordinatur in bonum perfectè communitatis, sicut in finem. Et ita sequitur alia differentia, quia paterfamilias non respicit bonum commune, & vltimum in aliquo genere, sicut Princeps ; nam sicut bonum vnius hominis ordinatur ad bonum commune, ita & bonum domus ad bonum ciuitatis. Minor conceditur ; sed negatur consequentia, quia vt patuit art. 2. Lex respicit bonum cõmune, & vltimum in suo genere. Hoc autem non facit paterfamilias, & Princeps. Vnde paterfamilias potest quidem facere præcepta, & statuta, sed non legem. Et stat ratio in hoc, quia lex respicit vltimum bonum, & genere suo &c.

Vtrum promulgatio sit de ratione legis.

D AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd promulgatio non sit de ratione legis. Lex enim naturalis maximè habet rationem legis ; sed lex naturalis non indiget promulgatione; ergo nõ est de ratione legis, quòd promulgetur.

2. dist. 24. q. 3. art. 3. co. & ad 1. Et 4. dist. 3. art. 5. q. 3. co.

¶ 2 Præt. ad legem pertinet propriè obligare ad aliquid faciendum, vel non faciendum; sed non solùm obligantur ad implendum legem illi coram quibus promulgatur lex, sed etiam alij; ergo promulgatio non est de ratione legis.

¶ 3 Præt. obligatio legis extenditur etiam in futurum, quia leges futuris negotijs necessitatem imponũt, vt iura dicunt, * sed promulgatio fit ad præsentes; ergo promulgatio non est de necessitate legis.

* In codi. lib. 1.ti.17. de legibus. leg 7.
* Capit. in istis tempo ralib. circa prine.

¶Sed contra est, quod dicitur in decretis quarta dis.* quòd leges instituuntur cum promulgantur.

¶ Vltimò quærit de vna alia proprietate, & quasi differentia completiua legis, scilicet de promulgatione, an sit de ratione legis, ita quòd constitutio principis, vel regentis multitudinem perfectam facta propter vtilitatem communem, non mereatur dici lex, nisi sit promulgata, & notificata subditis.

*Art. 1. huius q.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, lex imponitur alijs per modum regulæ, & mensuræ. Regula autem, & mensura imponitur per hoc, ꝙ applicatur his quæ regulantur, & mensurantur; vnde ad hoc, ꝙ lex virtutem obligandi obtineat, qđ est proprium legis, oportet ꝙ applicet hominib. qui śm eã regulari debent.

¶Duo principaliter facit in præsenti corpore, primò respondet ad quæsitum; secundò per modum corollarij infert completam definitionem legis, ibi. Et sic quattuor &c. Circa primum ponit talem conclusionem respon. Promulgatio ipsa necessaria est ad hoc, quòd lex habeat suam virtutem. Probatur conclusio. Ad hoc, quòd lex virtutem obligandi obtineat, quod est proprium legis, (& scilicet de ratione eius) oportet, quòd applicetur hominibus qui secundum eam regulari debent; sed talis applicatio fit per hoc, quòd in notitiam eorum deducitur ex ipsa promulgatione; igitur conclusio vera. Huius rationis D.S. ponit, & probat primò maiorem; secundò minorem, subiungens conclusionem, ibi. Talis autem applicatio &c. Maior ergo probatur, a principio lex imponitur alijs per modum regulæ, & mensuræ, sed regula, & mensura imponitur per hoc, quòd applicatur his quæ regulantur, & mensurantur; igitur. Maior vera, maior proxima patuit artic. 1. quia lex est regula alijs imposita ligans ad agendum. Consequenter cum dicit.

¶ Talis autem applicatio fit per hoc, quòd in notitiam eorum deducitur ex ipsa promulgatione; vnde promulgatio ipsa necessaria est ad hoc, quòd lex habeat suam virtutem.

¶ Ponit minorem quæ relinquitur nota, & ex ea habetur, quòd promulgatio nihil aliud est quàm legem deducere in notitiam subditorum legi &c. Vnde D. S. subiungit conclusionem ipsam, vnde promulgatio &c.

¶Et nota, quòd per hanc conclusionem habetur responsio formalis, quòd sic, quia sine virtute propria alicui rei nõ est ratio rei, sicut nõ habet rationem hominis qui non habet virtutem hominis propriam, quia virtus rei non est sine ratione ipsius, & ecõtra. Et quòd promulgatio sit dicenda de ratione legis, patet ex corollario sequenti, in quo D.S. dicit, quòd promulgatio sit vnum ex his quæ sunt de definitione legis. Idem autem est definitio, & ratio, licet non convertibiliter. Oportet enim notare, quia contingit, quòd res aliqua est, sed non potest concipi tali conceptu, vel habere talem rationem. Vnde dictum fuit supra, quòd si fides esset in Beato virtute diuina, esset quidem illa res quæ est fides, sed actu non haberet rationem fidei, quia non crederetur per ipsam. similiter si visio poneretur in lapide; ita in proposito, dato quòd Princeps condat aliquod statutum, & aliquod dictamen pro vtilitate communitatis perfectè, erit tunc quidem res quæ est lex, sed non habet rationem legis nisi accedat promulgatio, & ita intelligitur conclusio, quòd promulgatio ipsa est necessaria, quo ad hoc, quòd habeat virtutem suam, & per consequens vt habeat rationem legis formaliter, quia lex dicitur a ligando modo intelligibili, non autem intelligitur nisi denuncietur &c. Nota tamen circa hæc Capreolum in quarto. dist. 1. q. 3. ad primum contra primam cõclusionem, quòd quia plus requiritur ad constructionem quàm ad destructionem, ideo ad hoc, quòd præceptum superioris liget, requiritur institutio, & promulgatio. Ad hoc autem, ꝙ non obliget, sufficit reuocatio quæ tollit præcepto vim obligandi. Subditus enim cui præceptum datum fuit potest obligari ex conscientia, sed non ex vi præcepti. Et hoc valet contra Scotum infra de cessatione legalium.

Capreolus.

Scotus.

¶Et sic ex quattuor prædictis potest colligi diffinitio legis, quæ nihil est aliud, quàm quædam rationis ordinatio ad bonum commune ab eo qui curam communitatis habet promulgata.

¶Hic vltimo ex dictis huius articuli, & trium præcedentium D.S. infert per modum corollarij completam rationem, & definitionẽ legis, talem, Lex nihil aliud est &c. vt in littera. Prima pars (quæ habet rationem generis) patet ex art. 1. & intelligitur, quòd est ordinatio, non vt ordinatio dicit actum animæ ordinantis, sed est terminus actus. s. dictamen cõstitutum per actum rationis, vel actus cum termino, quo ordinantur subditi, vt patet art. 1. ad primum. Et per hoc patet, quod ibidem dictum est, quia lex est aliqđ rationis in habitudine effectus causæ efficiẽtis, & quia causa eius effecit per actionem immanentem, ideo ex consequenti dicit habitudinem effectus causæ materialis in qua. Et capitur etiam ordinatio non passiuè, quasi lex, vt sic ordinetur, sed magis actiuè, quia ordinat subditos &c. Secunda pars patet ex art. 2. quia si aliquod dictamen ordinet in bonum priuatũ, non meretur dici lex. Tertia pars patet ex artic. 3. & dicit, qui curam communitatis habet siue sit vnus homo, vt in regno, siue plures homines, vt in alijs regiminibus, vt patuit ibidem circa argumentum in oppositum. Quarta pars habetur ex præsenti articulo.

ET confirmatur conclusio auctoritate argumenti in contrarium, quia leges instituuntur (formaliter, scilicet sub ratione legis) cum scilicet promulgantur. Et sicut ibidem habetur ante institutionem licet quandoque contradicere.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ promulgatio legis naturæ est ex hoc ipso, quòd Deus eam mentibus hominum inseruit naturaliter cognoscendam.

¶ Maior cõceditur, sed negatur minor, quia lex naturalis promulgatur per hoc, quòd ab homine est naturaliter cognoscibilis; & ergo cum venerit ad vsum rationis, tenetur ad ea quæ sunt legis naturæ; quare. q. 89. art. 6. ad tertium dictum fuit, ꝙ quia conuersio ad finem suum, sit de lege naturæ, ideo homo cum venerit ad vsum rationis, ad eam tenetur, quare promulgatio legis naturæ, nõ fit quidẽ per scripturam, sed per insertionẽ, & impressionẽ eius, & naturalem cognoscibilitatem; quare negatur cõsequẽtia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illi coram quibus lex non promulgatur, obligantur ad legem obseruandam, inquantum in eorum notitiam deuenit per alios, vel deuenire potest, promulgatione facta.

¶Maior vera, negatur minor, quòd alij quibus nullo modo est facta promulgatio mediatè, vel immediatè obligentur ad implendum legẽ. Vnde habet D.S. quolibeto primo, art. 19. ꝙ si quis per ignorantiam facit contra constitutionẽ Papæ, alijs quidẽ promulgatã, non autẽ sibi, excusatur; quare cui non est lex promulgata vllo modo, non obligatur, potest autẽ lex deuenire in eius notitiã per alios, & sic obligatur. Qñ autẽ præsumatur scientia legis Pontificis, vel Imperatoris, vide apud iuristas, quia tenet, ꝙ post duos menses a publicatione facta in prouincia. Sed in legibus inferiorum, tempus est arbitrarium secundum loci qualitatem, & personarum conditionem, vide si placet. de postula. præla. lib. 1. cap. 1. §. quod nec. & in locis contra ibidem in apparatu allegantur.

¶Ad tertium dicendum, quòd promulgatio præsens in futurum extenditur per firmitatem scripturæ, quæ quodammodo semper eam promulgat; vnde Isidorus dicit in primo Ethimologiarum, * quòd lex a legendo vocata est, quia scripta est.

*Isid. c. 10.

¶ Maior vera, sed hoc non nisi etiam per promulgationem extendentem se in futurum. Ad minorem, negatur, quòd solùm ad præsentes, immo etiam ad futuros per infirmitatem scripturę, vnde leges contentę in scriptis solent omni anno promulgari, & ita per firmitatem scripturæ denunciantur futuris.

Quæstio Nonagesimaprima.

De diuersitate legum.

DEinde considerandum est de diuersitate legum. Et circa hoc quæruntur sex. Primò, vtrum sit aliqua lex ętrna. Secundò, vtrum sit aliqua lex naturalis. Tertiò, vtrum sit aliqua lex humana. Quartò, vtrum sit aliqua lex diuina. Quintò, vtrum sit vna tantùm, vel plures. Sextò, vtrum sit aliqua lex peccati.

E

¶Postquàm determinatum est de essentia, & quidditate legis, consequẽter inquiritur de diuisione, & partibus subiectiuis ipsius legis. Et quinq; sunt legis partes, ideo principaliter quinq; quæruntur. Articulus autem quartus subdiuiditur, ideo ex toto sunt sex articuli in ista quęstione, & patet ordo secundum prioritatem legum. Est enim lex æterna prima, deinde naturalis, deinde humana, & secundum hoc ordinantur articuli. Lex enim fomicis quamuis prior sit lege diuina, tamen quia valde equiuocè lex dicitur, ideo postremo de ea determinatur, statim. n. cũ homo peccasset in Paradyso in pœnam, isti legi tyrannicè subditus fuit.

Vtrum

Vtrum sit aliqua lex æterna.

Infra q. 93. art. 1. per totum. & art. 3. & 6. ad 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & 6. ad 2. Pla. dil. 33. q. art. 1. Et 3 contra c. ti. Ri Romanus. 3. Ægi.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd non sit aliqua lex ętrna. Omnis enim lex aliquibus imponitur; sed non fuit ab ætrno cui aliqua lex posset imponi, solus enim Deus fuit ab ętrno; ergo nulla lex est ętrna.

¶ 2 Præt. promulgatio est de ratione legis, sed promulgatio nõ potuit esse ab ętrno, quia non erat ab ętrno cui promulgaretur; ergo nulla lex potest esse ętrna.

¶ 3 Præt. lex importat ordinem ad finem; sed nihil est ętrnum, quod ordinetur ad finem, solus. n. vltimus finis est ętrnus; ergo nulla lex est ętrna.

¶Sed contra est, quod Aug. dicit in primo de libero arbi.* Lex quæ summa ratio nominatur non põt cuipiã intelligenti non incommutabilis, ętrnaq́ue videri.

Aug. ubi.

¶ D. S. hic primò quærit de prima lege, quæ est fons omnium aliarum legum, scilicet de lege ętrna, an aliqua sit talis.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictũ est,* nihil est aliud lex quàm dictamen practicę rationis in Principe qui gubernat aliquam communitatem perfectam, manifestum est autem, suppositò ꝙ mundus Diuina prouidentia regatur, vt in primo habitum est,* quòd tota communitas vniuersi gubernatur ratione Diuina, & ideo ipsa ratio gubernationis rerum in Deo sicut in principe vniuersitatis existens, legis habet rationem.

Aquinas. ubi. & 4.

Vide par. q. 22. artic. 1.

¶ D.S. satisfacit quæsito tali conclusione responsiua. Huiusmodi legem oportet dicere ętrnam, & per hoc habetur formalis responsio, quia aliqua est lex ętrna. Probatur conclusio. Ipsa ratio gubernationis rerum in Deo sicut in Principe vniuersitatis existens, legis habet rationem; sed diuina ratio nihil concipit ex tempore, sed habet conceptum ętrnum; igitur conclusio vera, quòd talis conceptus Dei qui est lex, est ętrnus, & per consequẽs & lex est ętrna. Huius rationis D.S. primò ponit maiorem; secundò minorem cum conclusione, ibi. Et quia diuina. Maior ergo probatur a principio. Lex nihil aliud est quàm dictamen practicę rationis in principe, qui gubernat aliquam communitatem perfectam; sed suppositò ex prima par. q. 22. art. 1. & 2. quòd mundus diuina prouidentia regatur, manifestum est, quòd tota communitas vniuersi gubernatur ratione diuina. Et igitur sequitur maior, ista maior proxima patet ex quæst. præcc. per totum. Minor proxima supponitur vera ex dictis prima par. vbi iam.

¶Circa maiorem principalem huius rationis est dubium, quia dicit, quòd ratio gubernationis rerum in Deo habet rationem legis; in prima parte autem vbi iam dicit D.S. quòd ratio gubernationis rerum est prouidentia; & sic videntur idem formaliter lex & prouidentia, de identitate enim reali nulli est dubium. Oppositum autem videtur, quia lex videtur esse principium prouidentiæ &c. Istam quæstionem determinat D.S. in de verita. mate. 5. q. 1. ad 5 extum. Vbi dicit prouidentia in Deo propriè non nominat legem æternam; sed aliquid ad legem ętrnam consequens. Lex enim ętrna est consideranda in Deo, sicut accipiuntur in nobis principia operabilium naturaliter nota, ex quibus procedimus in consiliando, & eligendo, quod est prudentiæ siue prouidentiæ. Vnde hoc modo se habet lex intellectus nostri ad prudentiam, sicut principium indemonstrabile ad demonstrationẽ. Et similiter etiam in Deo lex æterna non est ipsa prouidentia, sed prouidentiæ principium. Vnde conuenienter legi æternæ attribuitur actus prouidentiæ, sicut & omnis effectus demonstrationis, principijs indemonstrabilibus attribuitur. Hæc ille. Vide & ibidem ad 7. Ex quibus patet, quòd non sunt idem loquendo de non identitate formali, non modo Scotico, sed Thomistico, quia videlicet distinguuntur secundum rationem, & śm modum intelligendi, quem habemus de Deo ex mente nostra, vbi lex, & prouidentia realiter distinguuntur, & per consequens in Deo śm rationem nostram, quam distinctionem rationis dicimus formalem conceptibilem &c. Quod autem D.S. hic dicit in maiore, ꝙ ratio gubernationis habet rationem legis æternæ, intelligitur originaliter, quia id, quod est prouidentiæ prouenit ex ipsa lege æterna, & ipsa lex est ratio gubernationis, sed prima, & originalis tanquàm radix prouidentiæ. Sed prouidentia est ratio propinqua executiua legis æternæ, ita quòd lex æterna est ratio qua constitutum est, ꝙ res debeant fic, & sic gubernari; sed prouidentia est ratio de modo, & mediis per quæ res sic gubernentur, sicut per legem æternam constitutum est; Prouidentiæ enim est consulere, & eligere media, quibus in finem perueniatur.

Lex. Scotus.

¶Et quia diuina ratio nihil concipit ex tempore, sed habet ętrnum conceptum, vt dicitur Prouer. 8. inde est quòd huiusmodi legem oportet dicere ętrnam.

¶Ponit minorem, & eam probat auctoritate sapientis, vt in littera, subinferens conclusionem, vt patet.

¶Nota autem, quòd verbum in diuinis dicitur solùm notionaliter, sed intellectum, & conceptum dicitur etiam essentialiter. Et ergo lex æterna dicitur esse æternus conceptus, non autẽ ętrnum verbum, quia vt patebit. q. 93. art. 1. ad secundum. Lex ętrna dicitur essentialiter, & dicit diuinam essentiam intellectam, vt est principium secundũ quod diriguntur, & mouentur omnes creaturæ in bonum commune vniuersi intrinsecum, & extrinsecum. Et de his prima par. q. 34. art. 1. ad 2. quia nihil eorũ quæ ad intellectum pertinẽt personaliter dicitur in diuinis, nisi solũ verbum.

¶Et confirmatur conclusio argumento in contrarium. Circa hoc argumentum nota, quòd lex ętrna dicitur summa ratio, quia omnes alias excellit tanquàm radix omnium, summum em̃ dicitur relatiuè, vt patet prima par. q. 6. art. 2. ad primum Si etiam summum diceretur negatiuè tunc iterum est summa, quia nulla super ipsam. Verumtamen summum hic magis dicitur relatiuè, sicut etiam cum dicitur Deus summum bonũ, vt patet prima par. q. 6. ar. 2. ad primum. Summum enim positiuè, & relatiuè acceptũ, dicit excessum super omnia alia, & hoc competit legi ętrnæ respectu omnium legum. Negatiuè autem dr̃ summum, quod non exceditur ab alio, & sic iterum sola ętrna lex est summa, quia oẽs aliæ leges exceduntur ab ea, & ipsa a nulla; potes videre Scotum in alio proposito, scilicet de summa gratia in tertio dist. 13. in responsione ad primam quæstionem, quia capiendo summum positiuè, tũc est vna tantùm, sed negatiuè possunt esse plures, sicut dicitur de prædicamentis, quodlibet est summum negatiuè &c.

Scotus.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd ea quæ in seipsis non sunt; apud Deum existunt inquantum sunt ab ipso cognita, & præordinata, secundum illud Rom. 4. qui vocat ea quæ non sunt tanquàm ea quæ sunt; sic igitur ętrnus diuinæ legis cõceptus habet rationem legis ętrnæ secũdum quòd a Deo ordinatur ad gubernationem rerum ab ipso præcognitarum.

¶Ad maiorem, omnis lex aliquibus imponitur, vel existentibus in se, vel in esse cognito, sicut quandoq; aliquis homo etiam antequam habeat subditos, cogitat quomodo vellet eos regere, & dictat in se legem &c.

¶Ad minorem distinguitur, ab ętrno non fuit aliquis in se cui posset imponi, verum. Si autem intelligitur, quòd ab ętrno non fuerit aliquis in cognitione Dei, negatur; vnde diuinus conceptus secundum quod ordinatur ad gubernationem rerũ precognitarum habet rationem legis ętrnę. Nota hic primò, quòd tenendo, vt dictum est, ex de veritate distinctionem rationis inter legem æternam, & prouidentiam, tunc lex est ratio gubernationis prima, & in esse proposito; sed prouidentia propinqua. Nota secundò, quòd lex æterna est diuinus conceptus, non vt conceptus dicit quid expressum, & notionale, sed vt conceptus dicitur essentialiter, & quid intellectum. Lex enim in diuinis, vt patebit. q. 93. art. 3. ad secundũ, dr̃ essentialiter, non notionaliter. Sicut in simili D.S. habet in de Veritate mate. 7. ar. 2. de libro vitæ. Verbum enim in diuinis importat originem ex alio, non sic liber, secundum ꝙ ad diuina transfertur. Nota quoque, quòd hic posset induci difficultas quomodo res ab ætrno fuerint Deo præsentes, an videlicet tantùm secundum esse cognitum, vel etiam secundum proprias existentias, & naturas, vt videtur dicere D.S. prima parte q. 13. art. 13. Sed de hoc ibidem, quia vtroque modo fuerunt præsentes in æternitate ad sanum intellectum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd promulgatio fit, & verbo, & scripto, & vtroq; modo lex ętrna habet promulgationẽ ex parte Dei promulgantis, quia & verbum diuinũ est ętrnum, & scriptura libri vitæ est ętrna; sed ex parte creaturæ audientis aut inspicientis, non potest esse promulgatio ętrna.

¶ Ad maiorem, vera aliqua promulgatio est de ratione legis; sed non semp exterior, & vocalis, sed intelligibilis, & etiã scripta, vt patuit art. 4. præc. quæst. Ad minorem, negatur, ꝙ nullo modo simpliciter ex parte Dei, immo, quia & verbo, & scripto promulgatur ab ætrno ex parte Dei promulgantis, qui in verbo suo expressit legem suam ab ætrno, & secundò in scripto, quia scriptura libri vitæ æterna est. Sed verum est, quòd nulla creatura audiuit hoc verbum, nec legit, vel inspexit hunc librum &c.

¶Nota hic breuiter, quòd lex cum dicatur essentialiter, vt dictum est, non est ipsum verbum expressum, & dictum ab ætrno; sed est in ipso verbo expressa, & dicta ab ætrno. Multum enim differt dicere verbum expressum, & verbo expressum, primum enim est notionale, & persona diuina genita. Sed secundũ competit toti trinitati, & omnibus creaturis. Sed de his prima parte quæst. 34. artic. primo, ad tertium. Nota quoque, quòd D.S. prima parte q. 24. art. 2. & in de Verita. mate. 7. art. 6. ponit, quòd liber vitæ solũ est vitæ gloriæ, & supernaturalis, ad quã aliqui specialiter eligũtur, vt patet ibidẽ. Hic autẽ dicit, ꝙ lex æterna est ab

æterno promulgata in libro vitæ. Ex quo posset accipi, quòd liber vitæ esset eorum omnium respectu quorum est lex æterna, sed illa est respectu omnium creaturarum, & sic non tantùm prædestinatorum, & electorum ad vitam gloriæ. Potest dici, primò ꝙ D.S. hic accipit librum vitæ communiter, & non ita propriè sicut prima parte, & in de Veri. vbi accepit librum ad modum humanum, vbi scribuntur ad aliquid quod ex electione datur. Sed hic pro notitia quorumcunque gubernandorum in finem a Deo intentum, siue sit naturalis, siue sit supernaturalis, & tertio sen. dist. 31. q. 1. art. 2. q. 2. vbi etiam loquitur de libro vitæ communiter, vbi dicit, vnde respectu cuiuslibet dictarum vitarum posset dici Dei notitia liber vitæ, tamen perfecta ratio vitæ non inuenitur nisi in vita gloriæ. Et ideo liber vitæ secundum propriam sui acceptionem est notitia de vita gloriæ &c. Secundò potest dici, ꝙ vt habetur artic. 2. ad tertium. Lex æterna solùm ab homine participatur, modo intelligibili, & participatio talis in ipso dicitur lex, & cum hoc electi, & prædestinati speciali modo reguntur; ideo propter eorum regimen quo reguntur in vitam æternam dicitur scriptum in libro vitæ, ita ꝙ liber vitæ habeat locum rationis prædestinatorum, propter quos alia ꝺia sunt, & gubernantur.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd lex importat ordinem ad finem actiuè, inquantum scilicet per eam ordinantur aliqua in fine non autem passiuè, ideſt, quòd ipsa lex ordinetur ad finem; nisi per accidens in gubernante, cuius finis est extra ipsum, ad quem etiam necesse est, vt lex eius ordinetur; sed finis Diuinæ gubernationis est ipse Deus, nec eius lex est aliud ab ipso, vnde lex æterna non ordinatur in alium finem.

¶ Ad maiorem dicitur, quòd lex importat ordinem ad finem ad hunc sensum, quia per eam subditi ordinantur in finem intentum a legislatore, nõ quòd ipsa de per se ordinetur ad finem. Sed tamen per accidens lex potest ordinari in finem, quando legislator non est vltimus finis, sed ipse, & lex sua ordinantur in finem, sicut bonus Princeps ordinat legem, & se condendo legem in beatitudinem, quia vult ponere iustam legem, vt mereatur apud Deum. Secus de Deo qui est finis gubernationis. Minor conceditur, & eius probatio; sed negatur consequentia, quia non oportet legem ordinari in finem, sed habet præcipere aliqua ordinata in fine. Nota, ex hac solutione haberi potest, quòd identificantur in Deo legislator, & lex æterna, & finis legislationis, vel magis finis gubernationis institutæ per legem, loquendo de fine vltimo gubernationis. Sed de hoc prima par. q. 103. artic. 2. est enim duplex finis, vnus immediatus, & finis sub fine, & ille est bonum intrinsecum vniuersi, s. ordo vniuersi, sed talis ordo non est vltimus. Alius est finis vltimus correspondens agenti, & ille est diuina bonitas, & finis extrinsecus. Et de illo hic loquimur quando dictum est, quòd Deus est finis gubernationis.

Vtrum in nobis sit aliqua lex naturalis.

F Infra q. 96. art. 2. ad 3 & q. 97. art. 1. ad 1. Et 4. dist. 33. q. 1. art 1 co. Et Ro. 8. co. 3. fin. * Aug. c. 6.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd non sit in nobis aliqua lex naturalis. Sufficienter enim homo gubernatur per legem æternam; dicit enim Augustinus in primo de lib. ar. * quòd lex æterna est qua iustum est vt omnia sint ordinatissima; sed natura non abundat in superfluis, sicut nec deficit in necessarijs; ergo non est homini aliqua lex naturalis.

*q. 90. ar. 2.

¶ 2 Præt. per legem ordinatur homo in suis actibus ad finem, vt supra habitum est; * sed ordinatio humanorum actuum ad finem non est per naturam, sicut accidit in creaturis irrationabilibus, quæ solo appetitu naturali agunt propter finem; sed agit homo propter finem per rationem, & voluntatem; ergo non est aliqua lex homini naturalis.

¶ 3 Præt. quantò aliquis est liberior, tantò minus est sub lege; sed homo est liberior omnibus alijs animalibus propter liberum arbitrium, quod præ alijs animalibus habet; cum igitur alia animalia non subdantur legi naturali, nec homo alicui legi naturali subdetur.

¶ Sed contra est, quod dicitur Rom. 2. super illud. Cum gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quę

*Glo. Ordi. ibidem.

legis sunt faciunt, dicit Glos. * quòd si non habent legem scriptam, habent tamẽ legem naturalem, qua quilibet intelligit, & sibi conscius est, quid sit bonum, & quid malum.

¶ Hic quærit de alia specie, vel parte legis. s. de lege naturali.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est, * lex cum sit regula, & mensura, dupliciter potest esse in aliquo, vno modo sicut in regulante, & mensurante, alio modo sicut in regulato, & mensurato; quia inquantum participat aliquid de regula, vel mensura, sic regulatur, vel mensuratur; vnde cum omnia quæ Diuine prouidentiæ subduntur, a lege æterna regulentur, & mensurentur, vt ex dictis patet, * manifestum est, ꝙ omnia participant aliqualiter legem æternam, inquantum scilicet ex impressione eius habent inclinationes in proprios actus, & fines.

* q. 90. ar. 1. ad primũ.

* arti. præc.

¶ In hoc corpore D.S. duo facit, primò deducit vnam conclusionem præambularem generalem; secũdò probat conclusionem respon. implicitè subintellectam, ibi. Inter cætera &c. Conclusio ergo præambularis est ista. Omnia participant aliqualiter legem æternam. Nota autem, quòd ratio ponendi hanc conclusionem est, quia D.S. vult ostendere, quòd quamuis lex æterna participetur ab omnibus creaturis, etiam non cognoscentibus, tamen illa participatio in eis non habet rationem legis, sed in sola creatura rationali. Vnde notanter quæritur in nobis, ideo est dubium, an etiam in alijs. Vnde D.S. hoc primò absoluit. Talis autem participatio in homine specialiter vocatur lex naturalis. Probat ergo conclusionem istam duplici ratione. Prima ratio est talis. Omnia ex impressione legis æternæ habent inclinationes in proprios actus, & fines; igitur conclusio vera. Antecedens probatur, quia quæcunque Diuinæ prouidentiæ subduntur, a lege æterna regulantur, & mensurantur (tanquàm scilicet habentia impressiones & inclinationes suas ab ea,) sed constat omnia per diuinam prouidentiam gubernari; igitur antecedens verum. Maior ista patet ex art. 1. quia prouidentia Diuina, est quoddam deductum ex lege æterna sicut principio; sed quæcunque continentur sub conclusione, continentur & sub principio &c. Consequentia tenet, & declaratur in principio corporis, quia sicut dictum est q. 90. art. 1. ad primum. Lex est dupliciter in aliquo. Vno modo sicut in regulante, alio modo sicut in regulato. Et in tali nihil aliud est quàm participatio regulæ, & mensuræ. Et ex his probatur consequentia, quia legem participare est lege mensurari; ergo sequitur, quòd si omnia participent, ꝙ omnia legi æternæ subsint. Subiungit ipsam conclusionem præambularem cum secunda ratione, quæ sumitur per effectum rationis iam positæ, & explicationem, quia ex impressione legis æternæ omnes habent inclinationes in proprios actus & fines; igitur omnes participãt aliqualiter; tenet consequentia, quia ille impressiones sunt participatio legis æternæ. Dicit autẽ conclusio aliqualiter, quia aliquæ rõnabiliter, aliquę naturaliter abs q; intellectu &c. vt patebit ad tertiũ.

¶ Inter cætera autem etiam rationalis creatura excellentiori quodam modo Diuinæ prouidentiæ subiacet, inquantum, & ipsa fit prouidentiæ particeps sibiipsi, & alijs prouidens; vnde & in ipsa participatur ratio æterna, per quam habet naturalem inclinationem ad debitum actum, & finem.

¶ Hic consequenter procedit ad conclusionem responsiuam probandam subintellectam implicitè, sed ponitur sic explicitè. In nobis est aliqua lex naturalis, ideſt a natiuitate, & a natura indita & connata in habitu naturali, & ex naturali virtute congenita; probatur sic, in creatura rationali participatur ratio æterna, per quam habet naturalem inclinationem ad debitum finem, & actum; sed talis participatio legis æternæ in creatura rationali, lex naturalis dicitur, & lex naturalis nihil est aliud quàm participatio legis æternæ in rationali creatura; igitur in nobis. i. creatura rationali est lex naturalis. Huius rationis D.S. primò ponit, & probat maiorem, secundò minorem, ibi. Et talis participatio &c. Maior ergo probatur, quia omnia quæ Diuinæ prouidentiæ subduntur, participant rationem æternam; sed inter cætera etiam rationalis creatura &c. vt in littera; igitur sequitur maior; proxima maior patet ex prima conclusione. Minor patet de se, & declaratur prima par. q. 22. art. 2. ad quartum, & quintum. Nota autem circa hanc maiorẽ, ꝙ participatio legis æternæ in homine, nihil aliud est q̃ lumen naturale intellectus, & habitus principiorum intelligibilium in illo lumine radicaliter inchoatus, vt supra dictum fuit. q. 51. art. 1. Et talis participatio inclinat per modum imperantis, & dictantis rectam operationem. s. fm rationem, & ad bonum finem. Vnde supra q. 89. artic. 6. ad tertium dictum fuit, ꝙ homo cum venerit ad vsum rationis, tenetur quærere, & se cõducere ad finẽ suum, & hoc ex lege naturæ &c. Deinde cum dicit,

¶ Et talis participatio legis æternæ in rationali creatura, lex naturalis dr, vnde cum Psal. dixisset. Sacrificate sacrificiũ iustitiæ, quasi quibusdam quærẽtibus quæ sunt iustitiæ opera, subiungit. Multi dicunt quis ostendit nobis bona. Cui quæstioni respondens dicit. Signatum est super nos lumen vultus tui domine, quasi lumen rationis naturalis quo discernimus quid sit bonum, & quid malum, quod pertinet ad naturalem legem, nihil aliud sit quàm impressio Diuini luminis in nobis; vnde patet, quòd lex naturalis nihil aliud est, quàm participatio legis æternæ in rationali creatura.

¶ Ponit minorem principalem, quæ probatur auctoritate psal. vt in litera clarè; quia habetur ex illa auctoritate, quòd lumen rationis naturalis, quo discernimus quid bonum, & quid malum, sit quædam signatio, & impressio luminis Diuini in nobis, & tale discernere inter bonum, & malum, est legis naturalis, & ergo minor principalis vera &c.

¶ Nota propter argumentum in contrarium, quæ dicta sunt. q. præceden. ar. 1. ad primum. Vbi illa auctoritas Apostoli declarata fuit, & habetur ex ea intentum conclusionis respon. quia gentes naturaliter faciunt ea quæ sunt legis, scilicet quo ad præcepta moralia, & ad illa facienda instigat lex naturalis, & fundatur hęc ratio in auctoritate glossæ &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procederet si lex naturalis esset aliquid diuersum a lege æterna, non autem est, nisi quædam participatio eius, vt dictum est. *

*Maior ar.

¶ Maior conceditur, quòd sufficiẽter homo gubernatur per legem æternam, sicut per primam regulam, & legem, illa tamen regula mensurat, & rrgulat imprimendo sui participationẽ in creatura, sicut regulans proximam. Minor conceditur, & dico, ꝙ nulla est superfluitas, quando a ratione Diuina aliquid participatur in creatura, immo hoc est necessarium; quia rationis Diuinæ est res suauiter disponere mediãte inclinatione propria, negatur autem consequentia; quia lex æterna, & lex naturalis, non sunt duæ leges disparatę, sed habent se, sicut lex, & participatio, & effectus eius; nam sicut dictum est lex æterna ex hoc ipso regit, quòd imprimit talem participationem.

¶ Nota hæc verba Doct. Sanct. sanè in solutione; quia non est mens eius, quòd lex æterna, & lex naturalis, non sint diuersa entia; quia hoc constat non esse, immo sunt plurimum diuersa; sicut creator, & creatura; sed Doct. Sanct. per hæc uerba intelligit, ꝙ non sunt diuersæ leges; sed lex, & participatio eius, ita quòd lex eoipso, quòd talem participationem imprimit, regit, & mensurat creaturam &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd omnis operatio rationis, & uoluntatis deriuatur in nobis ab eo, quod est

*ratio. 1.

secundùm naturam, vt supra habitum est; * nam omnis ratiocinatio deriuatur a principijs naturaliter notis, & omnis appetitus eorum, quæ sunt ad finem deriuatur a naturali appetitu ultimi finis, & sic etiam oportet, quòd prima directio actuum nostrorum ad finem, fiat per legem naturalem.

¶ Pro solutione huius argumenti oportet memorari supradictorum. q. 9. & 10. quia semper prius saluatur in posteriori, & sic, quod est naturę (scilicet esse determinatam ad vnum) etiam saluatur in uoluntate, & ratione; nam & ipsę naturæ quædã sunt; quare ratio etiam practica naturaliter, & necessario aliqua approbat scilicet prima principia agibilium, & ex illis dirigit in alijs liberè, sic & voluntas necessariò, & naturaliter vult vltimum finem. alia autem liberè; lex autẽ naturalis dicitur, quæ est respectu naturaliter cognoscibilium, & dictat quibus ab omnibus necessariò assentitur, & ergo etiam determinata est; vnde dicitur ad argumẽtum. Maior conceditur, & dico, quòd ordinatio hominis per rationem, & uoluntatem, vt libera est, præsupponit voluntatem, vt natura est; & ratio non dirigit de his, quæ sunt ad finẽ, nisi ex apprehensione naturaliter cognoscibilis, sic voluntas nõ est eorum quæ sunt ad finem, nisi ex appetitu vltimi finis.

¶ Ad minorem dico, quòd ordinatio humanorum actuum non fit per naturam. s. præcisè. s. determinatam ad vnũ omnino, & nullo modo se habentem ad opposita; fit tamen per aliquid quod includit etiam naturam. s. per rationem, & voluntatem, quæ non ordinant, nisi ex cognitione, & appetitu naturaliter cognoscibilis, & volibilis. Dico consequenter, quòd irrationales creaturæ ex solo appetitu naturali agunt propter finem; quia non ex cognitione coniuncta, tamen diriguntur ex cognitione extrinseca creantis, & per legem æternam, ut patuit supra q. 26 ar. 1. Vltra, conceditur, quòd homo agit per rationem, & voluntatem, sed semper, vt sic agit liberè, & ea quæ sunt ad finem præsupponũt cognitionem naturaliter cognoscibilis, & appetibilis, vt dictum est, & respectu naturaliter cognoscibilis, & cui naturaliter assentitur est lex naturalis; sicut illi propositioni, & principio in agibilibus naturaliter assentitur, bonum est faciendum, malum dimittẽdum, & sic de alijs. Quare negatur consequentia; quia lex dicitur naturalis respectu naturaliter cognoscibilis, & ut dictum est, oportet huiusmodi naturaliter cognoscibilia esse primò cognita, ante ordinationem in finem &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam animalia irrationalia participant rationem æternam suo modo, sicut & rationalis creatura; sed quia rationalis creatura participat eã intellectualiter, & rationaliter, ideo participatio legis æternæ in creatura rationali, propriè lex vocatur: nam lex est aliquid rationis, vt supra dictum est, * in creatura autem irrationali non participatur rationabiliter; vnde non potest dici lex, nisi per similitudinem.

* q. 90. ar. 1.

¶ Maior vera, præsertim de lege humana, & positiua; quia quantò quis liberior est, tantò minus est sub lege; sed non est creatura tam libera, quin subsit legi æternæ, & naturali; nam istas leges nulla creatura subterfugere potest. Minor conceditur; quia ideo dicitur homo liber, quia minus determinatus ad vnum; sed relictus in manu consilij sui ad sensum quem habet Doct. Sanct. 1 part. q. 22. ar. 2. ad quartum. Vltra. Cum igitur alia animalia, non subduntur legi naturali. Dico quòd verum, quòd non subduntur legi naturali; & hoc ideo est, quia quamuis subdantur legi æternæ, & cã participent, tamen modo naturali, & nõ rationali. Cum ergo lex, propriè, & essentialiter dicta, sit aliquid rationis, ideo participatio legis æternæ, non habet in eis rationem legis propriè. Negatur autem consequentia; quia homo participat legem æternã modo intelligibili, & rationali. Quare participatio legis æternæ habet rationẽ legis propriè in creatura rationali, uide Doct. San. 3. contra genti. c. 113.

¶ Nota hic quòd Doct. Sanct. non negat quin id quod deriuatur a lege æterna in creaturas irrationales sit lex aliquo modo. s. similitudinariè, & impropriè. Hoc enim negare esset cõtra dicta q. 90. ar. 1. ad 2. ubi dictum est, quòd quælibet inclinatio ꝓueniens ex aliqua lege potest dici lex, sed quasi participatiuè. Sed D.S. negat, ꝙ talis participatio sit lex essentialiter, nisi sit modo intelligibili, & rationali, sicut est in homine; & ita habetur, quòd lex naturalis est participatio legis æternæ, & cum hoc lex essentialiter dicta. Sed participatio legis æternæ in irrationabilibus est participatio, & non lex essentialiter, & propriè; & ergo ista propositio est concedenda, quæ subsumitur in argumẽto, quòd alia animalia non subduntur legi naturali, scilicet propriè, & sub ratione legis. Subduntur tamen legi æternæ mediante eius participatione quæ dicitur lex per similitudinem, & solùm participatiuè, ita ꝙ non essentialiter &c.

Vtrum sit aliqua lex humana.

G Infra q. 95. ar. 1. Et 2. d. 9. articu. 2. cor. & ad 5. & 3. di. 40. ar. 2. & art. 3. co. & fin. Et 3. dis. 37. art. 2. q. 2. c. Et 2. Met. lec. 5. co. 1. fin. * Arti. præ. * Aug. c. 6. * q. 90. ar. 1. * Tex. 5. * Tex. 3.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd non sit aliqua lex humana. Lex enim naturalis est participatio legis æternæ, vt dictum est; sed per legem æternam omnia sunt ordinatissima, vt Aug. dicit in primo de lib. arb. * ergo lex naturalis sufficit ad omnia humana ordinanda, non est ergo necessarium, quòd sit aliqua lex humana.

¶ 2 Præt. Lex habet rationem mensuræ, vt dictum est; * sed ratio humana non est mensura rerum; sed potius econuerso, ut in 10. Metaphy. * dicitur; ergo ex ratione humana nulla lex procedere potest.

¶ 3 Præt. Mensura debet esse certissima, vt dicitur in 10. Metaphy. * sed dictamen humanæ rationis de rebus gerendis est incertum, secundùm illud Sap. 9. cogitationes mortalium timidæ, & incertę prouidentiæ nostræ; ergo ex ratione humana nulla lex procedere põt.

¶ Sed contra est, quod Aug. in primo de libe. arb. * ponit duas leges; vnam æternam, & aliam temporalem, quam dicit esse humanam.

* Aug. c. 6.

¶ Quęrit hic de alia parte subiectiua legis; nam istę partes legis non possunt dici species legis in communi, quæ non potest dici uniuocè de lege æterna; & alijs; & præterea, lex fomitis, quæ etiã enumeratur inter partes legis non est uniuocè lex cum alijs, vt patebit. Quęritur ergo an sit aliqua lex humana. i. ab hominibus instituta, & inuenta, & dictata; nam ut patuit lex est dictamen &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est, * lex est quoddam dictamen practicę rationis. Similis autem processus esse inuenitur rationis practicæ, & speculatiuę. Vtraque enim ex quibusdam principijs ad quasdam conclusiones procedit, vt superius habitum est, * secundùm hoc ergo dicendum est, quòd sicut in ratione speculatiua ex principiis indemonstrabilibus naturaliter cognitis producuntur cõclusiones diuersarum scientiarum, quarum cognitio non est nobis naturaliter indita, sed per industriam rationis inuenta. Ita etiam ex

* q. 90. ar. 1. ad 2.

* q. 90. ar. 1. ad 2.

præceptis

præceptis legis naturalis quasi ex quibusdam principijs communibus,& indemonstrabilibus, necesse est, quòd ratio humana procedat ad aliqua magis particulariter disponenda.

¶Doct.Sanct.in hoc corpore conclusionem respon. non ponit formaliter explicitè,sed implicitè innuit talem. Aliquæ sunt leges humanæ,hanc conclusionem primò probat ratione,secundò confirmat eandem auctoritate,ibi.Vnde Tullius &c. Primò ergo arguitur sic; sicut in ratione speculatiua præter principia naturaliter cognita producuntur conclusiones, quarum cognitio nō est naturaliter indita &c.sic ex præceptis legis naturalis necesse est, quòd humana ratio procedat aliqua particulariter magis disponenda;sed istę particulares dispositiones adinuentæ secūdùm rationem humanam dicuntur leges humanæ, obseruatis conditionibus,quæ pertinent ad rationem legis;igitur sequitur cōclusio;quia supponitur,quòd tales dispositiones sint, & patet ad sensum illud suppositum.Huius rationis.D. S. primò deducit maiorem,secundò minorem, ibi.Et iste &c. Maior ergo declaratur a principio clarè in litera.

¶Nota autem,ꝙ lex naturalis dicit,bonum est faciendum, malum vitandum,sed illud dictamen est uniuersale. Et similiter dictat quædam ex huiusmodi communibus principijs,tanq̄ cōclusiones,quæ etiam sunt de lege naturæ, sed per humanam legem determinantur principia,& conclusiones legis naturæ. Cuius ordinationes non deducūtur ex principijs legis naturæ; sed per inquisitionem sapientum superadduntur.De hoc infra q.95.ar.2.Et ꝙ D.S.hic dicit, ꝙ ex præceptis legis naturalis producuntur particulares dispositiones intelligitur non quòd necessariò inferantur;sed quia eis conformiter statuuntur,& fiunt a principijs communibus,excitatiuè loquendo præsertim de lege ciuili. Nam ius gentium continet ea quæ sunt legis naturæ, sicut cōclusiones;sed infra de hoc ubi iam &c. Consequenter cum dicit.

¶Et istę particulares dispositiones adinuentæ secundum rationem humanam,dicuntur leges humanę obseruatis aliis conditionibus, quæ pertinent ad rationem legis, vt supra dictum est.*

¶Ponit minorem principalem,quæ relinquitur nota, & notanter dicit, obseruatis alijs conditionibus &c. quia nō omne dictamen hominum habet rationem legis, sed factum ab his qui habent auctoaitatem, & ordinatio facta communitati perfectę, & propter vtilitatem communem &c.

¶Vnde Tullius dicit in sua rhetorica,* quòd initium iuris est a natura profectum,deinde quædam in consuetudinem ex utilitate rationis venerūt,postea res,& a natura perfectas,& a consuetudine probatas,legum metus & religio sanxit.

¶Confirmat conclusionem,& rationem præcedentem, præsertim quo ad minorem auctoritate Tullij,qui innuit,quod lex humana sit quoddam determinatiuum legis naturalis, dependens ex ea sicut ex principio.Vnde initium iuris humani, & primum ius,& lex naturalis est a natura perfectum.i.iudicium, & naturale,deinde quædam particularia uenerunt in consuetudinem,quę ratio iudicat utilia, postea illa, quæ sunt conformia legi naturæ, & approbata per consuetudinem religio, & metus, & auctoritas maiorum statuit,eas leges.

¶Nota circa hanc auctoritatem Tullij, quòd innuit unum, qđ habetur in institutis,titulo de iure naturali,gentium, & ciuili;qa est duplex lex humana,una scripta, alia non scripta. Lex scripta diuiditur in sex partes,ut ibidem deducitur;quia ius scriptum est, Ius.Plebiscita, Senatusc̄ōsulta, Principiū placitum, Magistratuū edicta, Responsa prudētum.Sed de lege non scripta ita habetur, Ex non scripto, ius uenit quod usus approbauit;nā diuturni mores,consensu utentium approbati,legem imitantur.i. tantùm valēt,ubi lex scripta non est,quantum ubi lex scripta est. Vnde auctoritas Tullij de utraque lege humana intelligi posset,quia vtra que deriuatur a lege naturali; quia loquitur de consuetudine approbata,quæ potest approbari verbo,& scripto &c.

¶Et confirmatur conclusio alia auctoritate ex argumento in contrarium.Circa hoc argumentum nota, quòd etiam lex naturalis est temporalis; sed magis de propinquo se habens ad legem æternam;ideo per legem temporalem magis voluit Augustinus intelligere legem humanam,quæ temporalis est, & ratione sui, & ratione principij;lex autem naturalis non est temporalis ratione principij &c.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd ratio humana non potest participare ad plenum dictamen rationis Diuinæ,sed suo modo, & imperfectè; & ideo sicut ex parte rationis speculatiuę per naturalem participationem Diuinæ sapientiæ inest nobis cognitio quorundam cōmunium principiorum, non autem cuiuslibet veritatis propria cognitio, sicut in Diuina sapientia continetur. Ita etiā ex parte rationis practicę naturaliter homo participat legem æternam secundùm quædam communia principia, non autem secundùm particulares directiones singulorum, quæ tamen in æterna lege continētur, & ideo necesse est vlterius, quòd ratio humana procedat ad particulares quasdam legum sanctiones.

¶Ad maiorem,est participatio;sed defectiua,& est participatio lægis æternæ, qua homo bene se habet ad communia præcepta agibilia;sed adhuc opus est directione in particularibus, quæ directio particularis etiam continetur in lege æterna. Ad minorem conceditur;sed dico,quòd per legem æternam omnia sunt ordinatissima,non solùm mediante lege naturali,sed mediantibus omnibus legibus iustis.Sed negatur consequentia duplex, & rō ostenditur in solutione a simili de cognitione principiorum communium,& conclusionum.

¶Ad secundum dicendum, quòd ratio humana secundùm se non est regula rerum; sed principia ei naturaliter indita sunt regulæ quædam generales,& mensuræ omnium eorum,quæ sunt per hominem agēda,quorum ratio naturalis est regula,& mensura, licet non sit mensura eorum, quæ sunt a natura.

¶Maior conceditur,& habita est.q.90.ar.1.Est enim mensura, sed non rerum; sed magis operationum propter finem communę agendarum;vnde infra q.93.ar.1. ostenditur, differentia inter legem æternam,& ideam Diuinam;quia idea est mensura rerū fiendarum;sed lex æterna motuum,& operationum est regula. Quare lex in communi(propriè tamen dicta)est mensura operationū. Dico autem lex proprię,propter legem fomitis,quę non est mensura.Ad minorem,verum, ratio humana non est mensura rerum naturalium in natura subsistentium,sed tales res,vt dictū est,mensurantur a Diuinis iudicis.Est tamen ratio humana mensura operationum humanarum secundùm principia sibi materialiter indita.Talia enim principia sunt regula cōmunis; sed ex illis principijs communibus per rationem,& inquisitionem humanam potest inueniri regula specialis,& determinata,quę uocat lex humana.Vltra,potius econtra,verum intellectus nostri præsertim speculatiuus,ille mensuratur a rebus,ut patuit sup.q.57.ar.3.Tamen intellectus practicus huius est regula,& causa agendorum,& dico,ꝙ in 10.Metaphy.loquitur Philosophus de intellectu speculatiuo,cuius cognitio dependet quādoque in esse ueritatis, & fieri a rebus. Vnde dicimus, ꝙ habeat relationem realem ad res, vt effectus,& ut mensuratum;sed de hoc alibi.Negatur autem consequentia; quia ut dictum est, lex humana est mensura operationū humanarum,quæ dependent a ratione nostra, & debent legi conformiter institui.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio practica est circa operabilia, & quæ sunt singularia, & contingentia, non autem circa necessaria, sicut ratio speculatiua; & ideo leges humanæ non possunt illam infallibilitatem habere,quam habent conclusiones demonstratiuę scientiarum; nec oportet, quòd omnis mensura sit omnimodo infallibilis,& certa; sed secundùm quòd est possibile in genere suo.

¶Ad maiorem dico primò ex parte subiecti, deinde ex parte prędicati.Mensura necessariorū debet esse certissima;sicut principia speculatiua,quæ mensurant cōclusiones demonstrabiles, sunt certissima,loquendo de mensura certissimorum complexorū. Similiter Deus,qui est mensura certissimorum,& incomplexorum, est certissimus in esse.i.maximè immaterialis, & mensura omnis esse,& durationis; sed mensura contingentium humanorum, nō oportet esse certissimam,sed ut in pluribus;vnde & supra dictum fuit vbi iam,quòd ad prudentiam (quia est circa humana contingentia) sufficit dictare uerum, ut in plurimum. Dico secundò ad maiorem, mensura debet esse certissima secundùm quòd possibile est in genere suo, non enim in omnibus est expetenda actibologia mathematica secūdò metaphysicæ Textu com.16. in D.S. lectione 5.ita ꝙ si est mensura certissimorum, oportet quòd ipsa sit magis certa,quia si non esset certa,& infallibilis nō esset principium certę cognitionis. Minor uera est; sed illę res gerendæ, sunt contingentes,quarum non potest esse certa cognitio humana,licet etiam Deus contingentia certa cognoscat, non tamen homo.Quare negatur consequentia &c.

Vtrum necessarium fuerit esse legem Diuinam. H

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd non fuerit necessarium esse aliquam legem Diuinā. Quia vt dictum est,* lex naturalis est quædam participatio legis æternę in nobis; sed lex ęterna est lex Diuina, vt dictum est; * ergo non oportet, quòd præter legem naturalem, & leges humanas ab ea derivatas,sit aliqua alia lex Diuina.

¶ 2 Præt. Eccl. 15. dicitur quòd Deus dimisit hominem in manu consilij sui, consilium autem est actus rationis,vt supra habitum est;* ergo homo dimissus est gubernationi suæ rationis; sed dictamen rationis humanæ est lex humana,vt dictum est;* ergo non oportet, quòd homo alia lege Diuina gubernetur.

¶ 3 Præt. Natura humana est sufficientior irrationabilibus creaturis;sed irrationales creaturæ,non habent aliquam legem Diuinam præter inclinationem naturalem eis inditam; ergo multò minus creatura rationalis, debet habere aliquam legem Diuinam præter naturalem legem.

¶Sed contra est,quod Dauid expetit legem a Deo sibi poni dicens. Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum.

¶ Inquirit hic de alia parte legis.Et primò fit hoc,secundò talis lex,scilicet Diuina subdiuiditur,ar.sequenti.

¶Nota pro intellectu quæsti;ꝙ sicut in artibus dicitur, ꝙ philosophia est rerum diuinarū humanarumq̄; cognitio, & capitur ibi diuinarum non formaliter,sed effectiuè;quia videlicet aliquæ partes philosophiæ realis,sunt de rebus a Deo factis,& non quia de Diuinis formaliter,ita lex in proposito dicitur Diuina,nō formaliter,sicut lex æterna posset dici Diuina; sed causaliter,& effectiuè;quia videlicet lex Diuina est a Deo data,vel mediatè, vel immediatè. Lex enim vetus est Diuina, & a Deo mediante Angelo, vt patebit. Lex autem noua partim a Deo infusa,partim a Christo tradita,vt etiam patebit.Quare patet,quòd Diuina lex non est eadem cum ęterna;sed est lex quędam creata,& causata.Vnde lex vetus principaliter scripta est, lex noua principaliter infusa &c. His visis uidendum est de corpore articuli.

¶ Respondeo dicendum, quòd præter legem naturalem,& legem humanam,necessarium fuit ad directionem humanæ vitæ habere legem Diuinam.

¶Doct.Sanct primò ponit conclusionem responsiuam,secūdò eam multipliciter probat,ibi.Et hoc propter &c. Conclusio ergo responsiua est.Præter legem naturalem, & legem humanam, necessarium fuit ad directionem humanæ vitæ habere legē Diuinā.

¶Nota quòd non quæritur,nec respondetur de lege æterna;qa ista non est creata, & eiusdem ordinis cum istis legibus, sed lex prima increata; sed respondetur de legibus participatis ab hoīe.

¶Et hoc propter quatuor rationes.Primò quidem;qa per legem dirigitur homo ad actus proprios in ordine ad vltimum finem,& siquidem homo ordinaretur tantū ad finem, qui non excederet proportionem naturalis facultatis hominis, non oporteret, quòd homo haberet aliquid directiuum ex parte rationis supra legem naturalem,& legem humanitus positam, quæ ab ea deriuat; sed quia homo ordinatur ad finem beatitudinis æternæ quę excedit proportionem naturalis facultatis humanę, vt supra habitum est;* ideo necessarium fuit, vt supra legem naturalem,& humanam,dirigeretur etiam ad suum finem lege diuinitus data.

¶Hic consequenter probat multipliciter conclusionem, & primò quatuor rationibus,quæ patebunt prosequendo, secundò auctoritate eaſdem confirmando,ibi.Et iste quatuor &c.Ille ergo rationes quamuis clarę sint, potest tamen breuiter ex eis argui, & primò sic,homo ordinatur ad alium, & altiorem vtimum finem, quàm sit finis legis naturalis & humanę, ideo necessarium fuit habere aliam legem; tenet consequentia, quia per legem dirigitur homo ad actus proprios in ordine ad vltimum finem; ergo si est alius ultimus finis,erit & alia lex necessaria.Antecedēs declaratur in litera ibi,Et siquidem &c quia homo ordinatur (scilicet ex gratia Dei)ad finem beatitudinis æternæ,quæ excedit proportionem naturalis facultatis humanæ,vt patuit sup.q.5.ar.5.Sed p legem humanam,& naturalem ordinatur ad finem connaturalē non excedentem,& si non ordinaretur ad altiorem finem,tūc nō opus esset alia lege &c.

¶Et nota uerbum. D S. lege diuinitus data.Vbi patet,quod dictum est;quia dicitur hic lex Diuina effectiuè, & causaliter;quia a Deo data,modo infra exprimendo.q.98.ar.3.& q.107.&c.

¶Secundò,quia propter incertitudinem humani iudicij præcipuè de rebus contingentibus, & particularibus contingit de actibus humanis diuersorum esse diuersa iudicia,ex quibus etiam diuersæ,& contrariæ leges procedunt; vt ergo homo absque omni dubitatione scire possit quid ei sit agendum, & quid vitandum, necessariū fuit, vt in actibus proprijs dirigeretur per legem diuinitus datam, de qua constat, ꝙ non potest errare.

¶Arguit secunda ratione pro conclusione sic,homo per legem naturalem, & humanam, nō potest absque dubio scire quid ei sit agendum,& virandum; sed potest per legem diuinitus datam;igitur necessarium fuit,vt in litera; tenet cōsequentia clare;quia lex dicitur a ligando,scilicet ad operandum,vt patuit.q.90.ar.1.& ꝓhibet vitanda. Antecedens declaratur in litera;quia propter incertitudinem humani iudicij &c. Lex autem naturalis, & humana innituntur super iudicia humana, & ergo non omnia certa; & hoc patet ex cōtrarietate legum humanarū &c. Deinde cū dicit.

¶Tertiò,quia de his potest homo legē facere de quibus potest iudicare; iudicium autem hominis esse non potest de interioribus motibus,qui latent; sed solùm de exterioribus actibus,qui apparent,& tamē ad perfectionem virtutis requiritur, quòd in vtrisque actibus homo rectus existat; & ideo lex humana non potuit cohibere, & ordinare sufficienter interiores actus;sed necessarium fuit,quòd ad hoc superueniret lex Diuina.

¶Subiungit tertiam rationem talem. Lex humana non potuit sufficienter cohibere,& ordinare interiores actus; ergo necessarium fuit,ꝙ ad hoc superueniret lex Diuina;tenet consequentia, quia ad perfectionem virtutis requiritur, quòd homo in vtrisque actibus bene se habeat,scilicet exterioribus,& interioribus.Inducere autem ad virtutem,est determinatione legis,vt patebit,quare si humana,& naturalis non sufficienter hoc possunt,opus est alia lege.Antecedens declaratur in litera;quia de his pōt &c. Tūc ibi.

¶Quartò,quia sicut Aug.dicit in primo de li.ar.* Lex humana non potest omnia, quæ malè fiunt punire, vel prohibere; quia dum auferre vellet omnia mala, sequeretur quòd etiam multa bona tollerentur, & impediretur vtilitas boni communis, quod est necessarium ad cōuersationem humanam;vt ergo nullum malum improhibitum, & impunitum remaneat, necessarium fuit superuenire legem Diuinam, per quam omnia peccata prohibentur.

¶Est quarta ratio talis.Lex humana nō potest omnia, quæ mala fiunt punire, vel prohibere;ergo necessarium fuit superuenire legem Diuinam per quam omnia peccata cohiberentur; tenet cō sequentia,quia nullum malum dicitur esse improhibitum, & impunitum,hoc enim exigit iustitia Diuina &c.Antecedens probatur in litera,ibi.Quia dum auferre vellet &c.

¶Nota quòd lex humana,& naturalis habent quærere vtilitatē humanam,& ciuilem, & pacificum conuictum ciuium; ideo illa, quæ huiusmodi non perturbant,permittunt,etiam esto in se mala sint, & contra Deum, & ergo non potest omnia mala cohibere,scilicet puniendo;quia sic turbaretur communitas,& pacificus conuictus,vt patebit infra q.96.ar 2. quare necessarium est esse legem Diuinam,quæ ordinat homines ad subiectionem Dei, & illa cohibet,nec ex hoc sequitur turbatio communitatis; quia talis lex punit in foro animę, & volentem.In alia autem vita Deus puniet impœnitentes. Capitur autem prohibere pro cohibere; vnde Doct.Sanct.dicit puniendo &c. Deinde ibi.

¶ Et istę quatuor causæ tanguntur in ps. vbi dicitur. Lex domini immaculata,ideſt nullam peccati turpitudinem permittens conuertens animas; quia nō solùm exteriores actus;sed etiam interiores dirigit. Testimonium domini fidele,propter certitudinem veritatis,& rectitudinis.Sapientiam præstans paruulis,inquantum ordinat hominem ad supernaturalem finem, & Diuinum.

¶Confirmat illas rationes quatuor auctoritate psal.in qua fundantur,cum dicitur, lex domini immaculata,vbi tangitur quarta ratio,tertia ibi.Conuertens animas,secunda ibi.Testimonium domini fidele &c. prima ibi. Sapientiam præstans paruulis; quia videlicet Sapientia vera supponit affectionem ultimi finis, vt patet secunda secundæ q.45.ar.2.&c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem;quia Dauid non petit,nisi necessarium.Ibi posset notari distinctio de necessario, quia est necessarium absolutè, & logicum, cuius oppositum implicat contradictionem. Est & necessarium physicum, quod est, quod fit quantum est ex natura rerum non prohibitarum; sicut forma dat esse necessariò physicè, nisi Deus præueniat,vt est in Christo. Tertium est necessarium sub conditione, & hoc dupliciter. Vno modo sine quo nullo modo potest peruenire ad finem. Alio modo;quia non tam bene, & vocat necessarium

Necessariū multiplex.

* 1.2. de inuen. fol. 4. ante finē.

1 q. 90. per totam.

1 q. 1. art. 2. Et 3. qō 60. arti. 5. ad 3. Et 3. dist. 23. ar. 1. Et Ro. 8. cap. in fi.

* Ar. 2.

cessarium congruè, hic autem capitur necessarium sub conditione finis, ita quòd sine lege Diuina nullo modo posset homo sufficienter peruenire ad beatitudinem supernaturalem &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd per naturalem legem participatur lex æterna secundùm proportionem capacitatis humanæ naturæ; sed oportet, vt altiori modo dirigatur homo in vltimum finem supernaturalem, & ideo superaddatur lex diuinitus data, per quã lex æterna participatur altiori modo.

¶Ad maiorem, conceditur, scilicet vt dictũ est, art. 3. ad primũ, quia est participatio defectiua, & imperfecta, & participatur secũdùm proportionem capacitatis humanæ naturalis, in ordine ad finem naturalem. Ad minorem dico, quòd lex æterna est Diuina formaliter, & identicè; sed non effectiuè. i. causaliter passiuè; & dicó, q̃ lex Diuina de qua hic loquimur, est participatio legis æternæ Diuinæ, per essentiam maior, & altior, quàm lex naturalis, vel humana. Negatur autem consequentia; quia lex naturalis, & humana non sufficiunt; & ergo oportet habere aliam participatam.

¶Nota autem verbum. D. S. in solutione, & ideo superadditur lex diuinitus data per quam lex æterna participatur altiori modo, patet ex hoc, quòd dictum est; quia lex Diuina de qua hic loquimur est creata, & participatio legis æternæ, quæ est Diuina per essentiam, & formaliter &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd consilium est inquisitio quædam; vnde oportet, quòd procedat ex aliquibus principijs; nec sufficit, quòd procedat ex principijs naturaliter inditis, quæ sunt præcepta legis naturæ propter prædicta; sed oportet, quòd superaddantur quędam alia principia, scilicet præcepta legis Diuinæ.

¶Maior conceditur ad sensum, quem habet D. S. 1. parte. q. 22. ar. 2. ad quartum. Sed dico, q̃ consilium necessariò procedit ex aliquibus principijs, & consilium de beatitudine supernaturali, procedit ex principijs a Deo datis. s. præceptis diuinis. Conceditur minor, & patuit sup. q. 14. ar. 1. conceditur, & consequens, non tamẽ quòd per hoc excludatur a Diuina prouidentia; sed quia non restringitur ad vnum. Vltra ad subsumptam, dico quòd non quodlibet dictamen rõnis humanæ est lex, immo aliquod dictamẽ potest esse ex lege ad obediendum legi ẽt diuinitus datæ. Quare negatur consequentia; quia consultatio pertinet ad dictamen conforme legi Diuinæ, & non solũ humanæ, & consilium hominis præsupponit etiam legem Diuinam, ex qua sicut principio procedit. Dicit enim homo, Deus p̃cepit taliter, si debeã saluari. Quo ergo faciã? & sic ex tali præcepto diuinitus dato consiliatur &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd creaturæ irrationales non ordinantur ad altiorem finem, quàm sit finis, qui est proportionatus naturali virtuti ipsarum, & ideo non est similis ratio.

¶ Maior vera. Sed oportet circa ipsam memorari dictorũ sup. q. 5. ar. 5. ad secundum, q̃ sufficientior est qui per plura auxilia peruenit ad maiorem finem, q̃ ille qui per vnum medium peruenit ad bonum paruum. Minor conceditur; quia ordinantur solùm ad finem naturalem, mediante participatione legis æternæ, vt patuit ar. 2. Secus de homine qui ordinatur ad altiorem finem ad quem per participationem legis æternæ naturalem perringere non potest. Negatur ergo consequentia, immo sequitur, quòd multò magis debeat habere præter naturalem, vt patuit.

Vtrum sit vna lex Diuina tantùm.

X infra q. 107 artic. 1. Et Gal. 3. lec. 2 col. fin.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd lex Diuina sit una tantùm. Vnius enim regis in vno regno est vna lex; sed totum humanum genus comparatur ad Deum, sicut ad vnum regem, secundùm illud ps. Rex omnis terræ Deus est; ergo est vna tantùm lex Diuina.

¶ 2 Præt. Lex omnis ordinatur ad finem quem legislator intendit in eis quibus legem fert, sed vnum & idem est, quod Deus intendit in omnibus, secundùm illud primæ ad Timoth. 2. Vult omnes homines saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire; ergo vna tantùm est lex Diuina.

¶ 3 Præt. Lex Diuina propinquior esse videtur legi æternæ, quæ est vna, quàm lex naturalis quantò altior est reuelatio gratiæ, quàm cognitio naturæ; sed lex naturalis est vna omnium hominum; ergo multo magis lex Diuina.

¶ Sed cõtra est, quod Apostolus dicit ad Hebræos 5. Translato sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat, sed sacerdotium est duplex, vt ibidem dicitur, scilicet sacerdotium leuiticum, & sacerdotium Christi; ergo etiã duplex est lex Diuina, scilicet lex vetus, & lex noua.

¶Hic inquirit de diuisione legis Diuinæ, an sit vna, vel diuidat in plures species cum diuiditur in legem veterem, & nouam; dictum est enim, quòd lex dicatur Diuina; quia a Deo data, vtraque autem est data.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut in primo dictũ est,* distinctio est causa numeri. Dupliciter autem inueniuntur aliqua distingui. Vno modo, sicut ea, quæ sunt omnino specie diuersa, vt equus, & bos. Alio modo, sicut perfectum, & imperfectum in eadem specie; sicut puer, & vir. * 1. p. q. 30. art. 3.

¶Doct. Sanct. primò ponit vnum notabile distinctiuum, secundò iuxta eius secundum membrum respõdet, ibi. Et hoc mõ &c. Quo igitur ad primum. D. S. notat ex 1. par. q. 30. ar. 3. quòd distinctio, & oppositio est causa numeri, & vult per hoc, quòd cũ ostenderit quomodo lex noua, & vetus distinguuntur, quòd satisfactũ sit quæsito quærenti de pluralitate, vel unitate legis Diuinæ. Prosequitur ergo intentum, & vult, quòd aliqua inueniuntur distingui (pro quantò sufficit ad propositum) Vno modo specificè, tanq̃ ea quæ sunt omnino specie diuersa &c. Alio modo, sicut perfectũ, & imperfectum in eadem specie; sicut vir, & puer.

¶Nota autem propter hoc exemplum, q̃ puer dicitur imperfectum quid, non quo ad substantiam, quæ non magis est in vito, q̃ in puero; sed quo ad quantitatem, & alias dispositiones humanas, non autem secundùm esse substantiale.

¶Et hoc modo lex Diuina distinguitur in legem veterem, & legem nouam; vnde Apostolus ad Gal. 3. comparat statum veteris legis statui puerili existenti sub pedagogo, statum autem nouæ legis comparat statui viri perfecti, qui iam non est sub pedagogo.

¶Hic rñdet quæsito iuxta secundũ membrũ, tali conclusione. Lex Diuina distinguitur in vetẽ. & cc. sicut in perfectũ, & in imperfectum, in eadem specie; & per hoc hẽ rñsio formalis, q̃ lex Diuina non sit vna tm̃, licet nõ distinguaẽ in species distinctas; sed tũ distinguiẽ in duas leges modaliter, & gradualiter distinctas in eadẽ specie; sicut si homo distingueret in virũ, & puerũ. ¶Nota aũt, q̃ non est oĩno simile de puero, & uiro, & lege ueteri, & noua; quia ut dictũ est puer, & vir nõ differũt in esse hois ẽm magis, & minus; sed istę leges differũt in rõne legis ẽm plus, & minus, & hic oportet memorari supradictorũ. q. 52 q̃ aliq̃ formę recipiunt magis, & minus ẽm seipsas pp maiorẽ, & minorẽ accessum ad terminum specificatẽ; sicut patet de motu. Sicut & patet de pũis cordis, oris, & operis, q̃ sunt tria gradualiter distincta, & tñ unius speciei pp idẽ motiuũ propinquũ; sic in proposito, istæ duæ leges plus, & minus accedunt ad finẽ legis. s. subiectionem ad Deũ, & salutẽ hominũ, puer aũt, & vir distinguunt ẽm aliquod annexũ ipsi esse hois. Et ergo est aliquo mõ simile, ut sufficit pro exẽplo, qđ dẽt esse sibe non æquale. ¶Hoc notato probat cõclusio primò auctoritate, secundo rõne, ibi. Attẽdit &c. Auctoritas est clara in lra. Circa quã nota ex D. S. super Apostolum ibidem, q̃ q̃diu hæres non potest consequi bñficium hæreditatis, vel propter defectũ hrditatis, seu alicuius debitæ perfectionis, conseruat & custodit ab aliquo instructore, qui quidẽ instructor pedagogus dr a pedos, qđ est puer, & gogę, quod est ductio. Iudæis aũt promissa erat bñdictio futuri seminis de hæreditate consequenda, sed nondum aduenerat tempus ipsius hæreditatis consequendæ, & ideo necessarium erat, q̃ conseruarentur vsque ad tempus futuri seminis, & cohiberentur ab illicitis, quod factum est per legem, & hoc vult Apostolus in auctoritate adducta. Consequenter cum dicit.

¶Attenditur autem perfectio, & imperfectio legis secundùm tria, quæ ad legem pertinent, vt supra dictum est.* Primò enim ad legem pertinet, vt ordinetur ad bonum coumune, sicut ad finem, vt supra dictum est,* qđ quidem potest esse duplex. s. bonum sensibile, & terrenum, & ad tale bonum ordinabat directè lex vetus; vnde statim Exo. 3. in principio legis inuitatur populus ad regnum terrenum cananeorum; & iterum bonum intelligibile, & cœleste, & ad hoc ordinat lex noua; vnde statim Christus ad regnum cœlorum in suæ prædicationis principio inuitauit dicens. Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum. Matthei 4. & ideo Aug. dicit in 4. contra Faustum,* quòd temporalium rerum promissiones testamento veteri continentur, & ideo vetus appellatur, sed ęternæ vitę promissio ad nouum pertinet testamentum. *q. 90. ar. 2. 3. & 4. * q. 90. ar. 2. * Aug. c. 2.

¶Probat

¶Probat conclusionem ratione sic. Illa lex est perfectior alia, quæ ordinatur ad maius bonum commune, & quæ perfectius dirigit secundùm ordinem iustitiæ, & perfectiori modo inducit ad obseruantiam mandatorum legis; sed noua respectu veteris est huiusmodi; igitur est perfecta, vetus imperfecta. Huius rationis. D. S. probat primam partem maioris, cum prima minoris, secũdò secundam earundem, ibi. Secundò ad legem &c. tertiò tertiam similiter, ibi. Tertiò ad legem &c. Arguit ergo sic pro prima parte maioris; quia ad legem pertinet, vt ordinetur ad bonum cõmune sicut ad finem; ergo prima pars maioris vera, consequentia nota, antecedẽs patet. q. 90. art. 2. iuxta hoc probatur similiter prima pars minoris; quia lex vetus ordinabat ad sensibile, noua autem ad bonum intelligibile, & cęleste; igitur prima pars minoris vera. Antecedens declaratur in litera per auctoritatem Exodi, & Matthei quarto, & iterum per auctoritatem Aug.

¶Circa hanc autem partem oportet notare, quòd Doct. Sanct. nõ dicit, quòd lex noua habeat alium finem, quàm vetus. Ex hoc enim argueretur distinctio specifica legis, quæ maximè ex fine attenditur; esset etiam contra ea, quæ habentur infra q. 107. art. 1. in cor. vbi habetur, quòd vtriusque legis est vnus finis, scilicet vt homines subdantur Deo, & ideo, vt patebit infra q. 99. ar. 6. illa tẽporalia promissa non promittebantur Iudæis, nec tanquàm finis legis, nec tanquàm finis vltimus Iudæorum; sed vt habet. D. S. in tertio di. vltima, tãquàm inductiuum imperfectorum in amorem Dei, & tanquàm incitamenta imperfectorum ad virtutem. Quare bona sensibilia erant quidem bonum commune, & aliqualis finis Iudæorum; sed non finis legis, quare patet, quòd cum vtriusque legis sit vnus finis, ideo sunt vnius speciei; quia tamen propinquius & remotius ad finem illum accedunt, ideo gradualiter distinguuntur infra eandem speciem; & esto habeant diuersa bona ad quæ ordinant, quia tamen illa non sunt per se principalis finis legis, sed magis per illa bona leges inducunt in principalem finẽ, qui est subiectio ad Deum; ideo non est aliqua controuersia. Deinde cum dicit.

¶ Secũdò ad legem pertinet dirigere humanos actus secundùm ordinem iustitiæ, in quo etiam superabundat lex noua legi veteri interiores actus animi ordinãdo, secundùm illud Matthęi 5. Nisi abũdauerit iustitia vestra plus quàm scribarum, & Pharisęorum, non intrabitis in regnum Cœlorum; & ideo dicitur, quòd lex vetus cohibet manum, lex noua animum.

¶Probat secundam partem maioris sic. Ad legem pertinet dirigere humanos actus secundùm ordinem iustitiæ; ergo secunda pars maioris vera, scilicet quòd quæ perfectius dirigit, perfectior est. Antecedens patet. q. 90. artic. 1. ad tertium, & patebit magis in sequentibus; consequentia tenet, quia sicut simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis in his, quæ sunt per se; quare sequitur, q̃ si est lex perfecta, quia dirigit secundùm iustitiam, ergo quia magis dirigit secundùm iustitiam, ideo magis perfecta; tunc probatur minor secundùm hoc quo ad secundam partem sic. Noua lex ordinat iustè interiores motus animi, non autem vetus; igitur illa pars vera, consequentia nota. Antecedens probatur in litera auctoritate Matth. 5. & confirmatur ex eo, quod dicitur, quòd lex vetus cohibet manus, lex noua animum.

Vtrum noua lex ordinet, & cohibeat.

¶Circa ista oportet notare quamuis, & infra q. 107. artic. 1. tangentur, quòd non est idem dicere prohibere, & cohibere. Non enim est dubium quin actus interiores essent prohibiti Iudæis, quamuis ipsi falsè exponentes legem intelligebant sola exteriora opera esse prohibita, ubi concupiscentia, vel voluntas non expresè prohibebatur. Sed in hoc reprehendũtur a Christo Mat. 5. Nisi iustitia vestra &c. vt patebit infra q. 107. articu. 2. in corp. Sed cum hoc stat, quod hic dicitur, quòd lex vetus non cohiberet animum; quia sicut lex vetus terrena promittebat, ita etiam pro peccatis temporalem pœnam infligebat, oculum pro oculo, dentem pro dente. Pœnæ autem temporales pro peccatis animi infligi nõ possunt, nisi quatenus in actum exteriorem prorũpũt, aliàs enim ab homine de eis iudicare non posset, Et ideo manum, & non animum cohibere dicitur. Lex autem noua promittit æterna in præmium, & comminatur pœnam æternam, pœna autem ista ab illo iudice infligitur, qui est scrutator cordis, & ideo non solùm manum, sed & animum cohibet, quod patet in hoc præcepto, nõ occides. Pro cuius transgressione lex vetus hominem occidebat; sed pro ira interiori lex noua pœnam æternam comminat Matth. 5. de his, vt dixi etiam infra. De istis Doct. Sanct. tertio scrip. distin. vltima ar. 2. ad primum. Lex præceptis affirmatiuis, & negatiuis animum ordinabat ad virtutem, & a vitio retrahebat, non tamen contra transgressores huiusmodi præceptorum pœnam aliquam ordinare poterat secundùm quam cohibere, vel cogere dicitur, & ideo non sequitur, quòd animum cohiberet; & post ad tertiũ, omnem concupiscentiam quantum ad genus suum lex prohibebat, non tamen ab omni cohibebat per pœnas; sed solùm ab ea quæ prorumpebat in actum, hæc ille. Ex quibus patent, quæ dicta sunt; quia uetus lex quidem prohibebat; sed non cohibebat. Cuius rationem habet Doct. Sanct infra q. 107. articu. 1. ad secundum, quia qui aliquid dimittit solùm metu pœnæ exterioris, esto abstineat ab actu exteriori, non tamen interiori, sicut ille qui abstinet ex charitate &c.

¶ Tertiò ad legem pertinet inducere homines ad obseruantias mandatorum, & hoc quidem lex vetus faciebat timore pœnarum, lex autem noua facit hoc per amorem, qui cordibus nostris infunditur per gratiam Christi, quæ in lege noua confertur, sed in lege veteri figurabatur; & ideo dicit Aug. contra Adamantium Manichei discipulum, quòd breuis differentia est legis & euangelij; timor, & amor.

¶Deducit tertiam partẽ maioris sępe dictæ, sic. Ad legem pertinet inducere homines ad obseruantias mandatorum; ergo tertia pars maioris vera, consequentia patet, vt prius. Antecedens notũ ex q. 90. ar. 1. Similiter tertia pars minoris eiusdem probatur, lex vetus inducebat metum pœnarum, lex autem noua hoc facit per amorem; igitur tertia minoris pars vera &c. consequentia nota, quia per amorem perfectius quis inducitur; antecedens probatur auctoritate bea. Auguſt. & patet eius intellectus ex dictis circa partem precedentem.

¶Nota autem, quòd in ista ratione tanguntur aliqua inferius. q. 106. ar. 1. ex intentione deducenda, videlicet quòd gratia in noua lege infunditur, immo vt patebit ipsa gratia gratum faciẽs cũ sibi connexis virtutibus est principaliter noua lex, habet autem annexam charitatem, & ideo inducit ad opera nouæ legis ex charitate &c.

Confirmatur conclusio argumento in contrarium. Circa hoc argumentum nota Doct. Sanct. supra Apostolum ibidem, translato sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat, erat enim lex sub administratione sacerdotij; ergo mutato sacerdotio (scilicet Leuitico, & succedente sacerdotio figurato per Melchisedech. s. Christi) necesse est, quòd lex mutetur; cuius ratio est, quia mutato fine necesse est, quòd mutentur ea, quæ sunt ad finem; sicut qui mutat propositum eundi per aquam, mutat propositum quærendi naues; omnis autem lex ordinatur ad conuersationem humanam secundùm aliquod regimen. Vnde secundùm Philosophum in Politicis. Mutata conuersatione, necesse est mutare legem; sicut autem lex humana ordinatur ad regimẽ humanum, ita spiritualis, & Diuina ad regimẽ Diuinum, hoc autem regimen designatur per sacerdotium, translato ergo sacerdotio, necesse est legem transferri. Signanter autem loquitur; quia non dicit, sacerdote translato, lex enim non respicit personam sacerdotis; vnde mortuo sacerdote, non mutatur lex, nisi forte sit illa introducta per personam eius; sed mutato sacerdotio, mutatur totus modus, & ordo regiminis &c. Si ergo lex mutata est, & alia successit, consequens est, quòd vetus, & noua lex sint duæ numero distinctę, & gradualiter, sub tamen eadem specie propter vnitatem finis, & legislatoris, vt patuit &c.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd sicut paterfamilias in domo alia mandata proponit pueris, & adultis, ita etiam vnus rex Deus in vno suo regno aliam legem dedit hominibus adhuc imperfectis existentibus, & aliã perfectiorem iam manuductis per priorem legẽ ad maiorem capacitatem Diuinorum.

¶Ad maiorem, vnius regis in vno regno est una lex, sic q̃ non sunt diuersæ totaliter, & specificè distinctę, tamẽ possunt esse plures gradualiter distinctè propter diuersam dispositionem subiectorum regi; sicut & in vna domo est vna lex propter vnitatem familiæ, & finis patrisfamilias, tamen alia est lex puerorũ, alia adultorum, & tamen in vnum finem tendunt istę leges.

¶Minor conceditur; sed negatur consequentia, quòd sit omnino vna, sed est vna specie, gradualiter distincta secundùm diuersam capacitatem subditorum Deo.

¶. Ad secundum dicendum, quòd salus hominũ non poterat esse, nisi per Christum, secundùm illud Actuũ 4. Non est aliud nomen datum hominibus in quo oportebat nos saluos fieri, & ideo lex perfectè omnes ad salutem inducens dari non potuit, nisi post Christi aduentũ; antea verò dari oportuit populo ex quo Christus erat nasciturus legem præparatoriam ad Christi susceptionem, in qua q̃dam rudimenta salutaris iustitiæ cõtinerent.

¶Maior conceditur, & ab illo fine habet speciem lex ipsa, præsertim a fine proximo legis, est species, & distinctio legis, & vnitas. Minor etiam conceditur, quòd est unus finis, qui est subiectio ad Deum, talis enim uidetur finis immediatus, & propinquus, salus autem, finis quasi remotus, & tamen uterque unus est.

¶Ad consequens; ergo tantùm vna est lex, verum specie, propter vnitatem finis, qui est salus; sed est alia lex gradualiter, propter alium modum habendi se ad salutem, scilicet magis propinquè,

què, vel magis remotè, & ita remoti habuerunt rudimenta salutis, alij autem habent perfectam doctrinam salutis, immo pignus salutis, scilicet gratiam Christi &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd lex naturalis dirigit hominem secundùm quædam præcepta communia in quibus conueniunt tam perfecti, quàm imperfecti; & ideo est vna omnium; sed lex Diuina dirigit hominem etiam in particularibus quibusdam ad quę non similiter se habent perfecti, & imperfecti, ideo oportuit legem Diuinam esse duplicem; sicut iam dictum est.* ——

*In cor. & ad primũ.

¶Maior conceditur; sed illa non est ratio vnitatis, vel pluralitatis. Minor conceditur etiam; sed negatur consequentia, & ratio in solutione clarè; nam procedit secundũ non causam; esto enim lex Diuina sit propinquior secundùm perfectionem legi æternæ, tamen dirigit in particularibus, & in modo se habendi ad salutẽ, qui varius est pro diuersis temporibus secundùm diuersam capacitatem hominum. Lex autem naturæ est de quibusdam communibus naturalibus, quæ non mutantur, ideo non est par ratio.

Vtrum sit aliqua lex fomitis.

K Infra q. 93. art. 3 ad 1. Et Rom. 7. lec. 4. circa fi. Et ca. 8. co. 3. fin. * Isidorus lib. 5. c. 3.

AD sextum sic proceditur. Videtur quòd non sit aliqua lex fomitis. Dicit enim Isidorus in 2. Etimologiarum,* quòd lex ratione consistit, fomes autem non consistit in ratione, sed magis a ratione deuiat; ergo fomes non habet rationem legis.

¶ 2 Præt. Omnis lex obligatoria est, ita quòd qui eam non seruant, transgressores dicuntur; sed fomes non constituit aliquem transgressorem ex hoc, quòd ipsum non sequitur, sed magis transgressor redditur si quis ipsum sequatur; ergo fomes non habet rationem legis.

¶ 3 Præt. Lex ordinatur ad bonum commune, vt supra habitum est;* sed fomes non inclinat ad bonum commune; sed magis ad bonum priuatum; ergo fomes non habet rationem legis.

*q. 90. ar. 2.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit Rom. 5. Video legem aliam in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.

¶Hic vltimò inquirit Doct. Sanct. de vltima legis parte, scilicet lege fomitis, quæ cum sit lex satis analogicè, immo equiuocè cũ alijs legibus; ideo vltimò de lege fomitis quærit.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est;* lex essentialiter inuenitur in regulante, & mensurante, participatiuè autem in eo quod mensuratur, & regulatur, ita quòd omnis inclinatio, vel ordinatio, quæ inuenitur in his, quæ subiecta sunt legi, participatiuè dicitur lex, vt ex supra dictis patet.* ——

* q. 90. ar. 1. ad primũ.

* q. 90. & hic ar. 2.

¶Duo principaliter facit, primò deducit vnam conclusionẽ generalem præambularem, secundò ex illa procedit ad conclusionẽ respõsiuam, ibi. Est ergo &c. Circa primum primò præmittit duo notabilia ad propositum deseruientia, secũdum ibi. Potest autem in his, secundò ex ipsis infert conclusionem ipsam præambularem, ibi. Sic igitur &c. Notat ergo primò ex dictis supra q. 90. arti. 1. ad primum, quòd lex inuenitur essentialiter in regulante, & mensurante, scilicet in ratione rectoris, & legislatoris; & (supple) sic fomes nullo modo est lex, quia nõ est aliquid rationis, immo est sensualitatis, & membrorum corporis humani, vt dicetur circa argumentum in contrarium. Ex quo patet, quòd fomes nõ est lex uniuocè cum alijs legibus præmissis; quia omnes istę sunt leges essentialiter, & propriè, tanquàm dictamina rationum rectarum, non sic fomes. Secundum membrum huius primæ distinctionis est, quòd alio modo dicitur lex participatiuè, ideſt vt participatio legis essentialiter dictæ etiam vocatur lex, ita quòd omnis &c. vt in litera. Consequenter cum dicit.

¶ Potest autem in his, quæ subduntur legi, aliqua inclinatio inueniri dupliciter a legislatore. Vno modo inquantum directè suos inclinat subditos ad aliquid, & diuersos interdum ad diuersos actus, secundùm quem modum potest dici, quòd alia est lex militum, & alia est lex mercatorum. Alio modo indirectè, inquantum scilicet per hoc, quòd legislator destituit aliquem sibi subditum aliqua dignitate, sequitur quòd transeat in alium ordinem, & quasi in aliam legem; puta si miles ex militia destituatur transibit in legem rusticorum, vel mercatorum. ——

¶Notat vlterius diuidendo secundum membrum prædictũ, quia participatio legis, & inclinatio prouenies a legislatore, est duplex, & dupliciter inuenitur in his, quæ subduntur legi. Vno mõ inquantum directè suos inclinat subditos ad aliqd, & diuersos ad diuersos actus, i. participatio quam habent subditi legislatori secundùm propriam conditionem inditam in sui cõditione iuxta suã naturam, & proportionẽ, & ponit. D. S exemplum quo ad secũdũ huius membri. i. diuersos ad diuersos actus; sicut alia est lex militum, alia mercatorum. Alio mõ inuenitur inclinatio, & participatio legislatoris, in aliquo indirectè, id est non sm suam naturalẽ, & primam institutionẽ; sed quia destituitur a prima naturali lege, & subditur alicui alteri legi propter demeritum suum. Exẽplum est in litera, & vult. D. S. per illam secundam subdistinctionem, q fomes ipse nõ est lex etiam participatiuè directè, sed participatiuè indirectè, vt patebit. Deinde cum dicit.

¶Sic igitur sub Deo legislatore diuersæ creaturæ diuersas habent naturales inclinationes, ita vt quod vni est quodam modo lex, alteri sit contra legem, vt si dicam, quod furibundum esse est quodammodo lex canis, est autem contra legem ouis, vel alterius mansueti animalis. ——

¶Infert ex dictis notabilibus conclusionem præambularem, talem. Sub Deo legislatore, quod vni est quodãmodo lex, alteri est contra legem. Dicit notanter quodammodo; quia loquitur de lege participatiuè dicta, quæ est quodãmodo, & nõ ppriè lex. Probatur conclusio rõne, & ẽt exemplo Rõae sic diuersæ creaturę diuersas hñt inclinationes naturales; sed illę inclinationes sunt quodammõ leges; igitur conclusio vera. Maior nota, & patet ex primo membro secundæ distinctionis; quia secundũ directã inclinationem inclinat legislator diuersos subditos ad diuersos actus. Minor patet ex secundo membro primæ distinctionis; quia talis inclinatio est lex participatiuè directè. ¶Nota autem, q ex illa conclusione habetur, q q̃us hominis, & aliarum bestiarũ sint diuersæ inclinationes directè, tñ indirectè homo pñt habere similẽ inclinationem, sed non directè &c. Exemplo declaratur ista conclusio, vt si dicam &c. vt in litera, & dicit iterum quodammõ lex carnis; quia in rebus non rationabilibus non est lex propriè &c.

¶Est ergo hominis lex quam sortitur ex ordinatione Diuina secundùm propriam conditionem, vt secundùm rationem propriam operetur; quæ quidem lex fuit tam valida in primò statu, vt nihil, vel præter rationem, vel contra rationem posset subripere homini. ——

¶Hic cõsequenter D. S. rñdet ad quæsitam, tali cõclusione. Ipsa sensualitatis inclinatio, quæ fomes dr (. f. in homine) in alijs qdẽ animalibus simpliciter habet rõnẽ legis (illo tñ mõ &c.). i. habet rationem legis participatiuè dictæ, & directè. In hominibus autem sm hoc (. i. sm directã inclinationẽ, & participationẽ) non habet rõnem legis, sed magis est deuiatio a lege rõnis; sed inquãtũ p Diuinã iustitiã &c. ut in litera. Ista conclusio hẽt tres partes principales, & cõpossibilitas duarũ partium primarum, patet ex cõclusione præambulari. scilicet inclinatio sensualitatis in alijs habet rõnẽ participationis directè, in hoie nõ, quia põt esse, vt qd uni est lex, alteri sit contra legem. f. participatam; & directã, ut patuit &c. Primam ergo partẽ conclusionis. D. S. relinquit notã de se ex dictis notabilibus, quia animal ex sua naturali conditione hẽt inclinationẽ sensualitatis; igitr est in eo lex directè participatiuè, ut dicit prima pars. Sed D. S. probat duas alias partes, & primò secundã, deinde tertiam, ibi. Sed dum homo &c. tertiò subinfert ipsam cõclusionẽ quo ad oẽs eius partes. Sic igitur &c. Probat ergo secunda pars conclusionis sic, hoīs lex quã sortitr ex ordinatione Diuina sm propriam cõditionẽ est, vt sm propriã rõnẽ operet, & ista lex fuit tã ualida &c. ut in lra vsq; ibi. Sed dũ &c. igitr secũda pars cõclusionis vera, tenet cõsequentia clarè, quia si directa lex hoīs est operari sm rõnẽ, sequitur q fomitis inclinatio, q̃ est contra rationẽ, sit deuiatio a directa lege hoīs &c. Antecedens relinquitur notũ pro ambabus partibus ex dictis. 1. par. & sup. de peccato originali, ubi habitum fuit, qũ homo creatus in originali iustitia, non potuit habere inordinatũ motum sensualitatis, contra rõnẽ, qui hic dr fomes &c. ¶Nota aũt circa hãs duas partes; q inclinatio quidem sensualitatis est in aliis animalibus; sed talis non dicitur fomes, nisi in homine; quia ut patebit ad tertium, solùm inclinatio sensualitatis existens cõtra rationem, dicitur fomes, quare est inclinatio sensualitatis secũdùm genus in alijs animalibus, sed non sub ratione fomitis. Consequenter ibi.

¶Sed dum homo a Deo recessit, incurrit in hoc, quòd feratur secundùm impetum sensualitatis; vt unicuique etiam particulariter hoc contingit quantò magis a ratione recesserit, vt sic quodammodo bestijs assimiletur, quę sensualitatis impetu feruntur, secundùm illud Psal. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. ——

¶Probat

¶Probat tertiam partem conclusionis, quæ vult, q fomes habet in homine rationem legis participatiuè dictę, sed indirectè, & secundariò; arguitur ergo sic, illud vocatur lex participatiuè, sed indirectè, quod non inest. f. ex propria conditione, sed quod inest ex hoc, q aliquis propria dignitate destituitur a legislatore in pęnam; sed fomes in homine est huiusmodi; igitur tertia pars vera. Maior patet ex secundo membro secundi notabilis. Minor deducitur in litera clarè; quia cum homo recessit a Deo per peccatum, auferens iustitiam originalem, incurrit ex iustitia Diuina, q feratur in sensibilia secundùm impetum sensualitatis contra rationẽ, & per hoc trãsit in legem bestiarum. i. habet indirectè legem, quæ est directè lex in bestijs &c. Tunc ibi.

¶Sic igitur ipsa sensualitatis inclinatio, quæ fomes dicitur, in alijs quidem animalibus simpliciter habet rationem legis, illo tamẽ modo quo in talibus lex dici potest secundùm directam inclinationẽ. In hominibus autem secundùm hoc non habet rationem legis, sed magis est deuiatio a lege rationis; sed inquantum per Diuinam iustitiam homo destituitur originali iustitia, & vigore rationis, ipse impetus sensualitatis, qui eum ducit habet rationem legis inquantum est pœnalis, & ex lege Diuina, consequens hominem destitutum propria dignitate. ——

¶Subinfert ipsam conclusionem iam probatã quo ad oẽs partes, & patet clarè. Nota aũt verba D. S. in tertia par. conclusionis; quia ex ipsis hr, q fomes non est lex, nisi inquantum pœnalis, & infligitur indirectè a Deo in pœnam peccati; & quantum põ haberi ex solutione primi, nõ diceretur lex, si homo esset cõditus in puris naturalibus, quia tunc non esset pœna peccati, sed naturalis defectus; fuisset tñ contra rõnem, & sic aliquo mõ indirectè lex.

Et confirmatur illa tertia pars conclusionis argumento in contrarium. Circa hoc argumentum vide D. S. super Apostolũ vbi dicit, q ista lex de qua loquitur Apostolus, est fomes peccati, q põt dici lex duplici rõne. Vno mõ propter similes effectus, qa sicut lex inducit ad bonum faciendũ, ita fomes ducit ad peccandum. Alio mõ per comparationem ad causam. Cum aũt fomes sit quædam pœna peccati, duplicem cãm habet. Vnam quidem ipsum peccatũ, quod in peccante dominium accepit, & ei legem imposuit, q̃ est fomes; sicut dominus seruo victo legem imponit. Alia cã fomitis est Deus, qui hanc pœnam homini peccanti indidit, vt rationi eius inferiores vires non obedirent, & secundùm hoc ipsa inobedientia inferiorum virium, quæ dicitur fomes, lex dicitur inquantũ est per legem Diuinæ iustitiæ introducta, sicut iusti iudicis sententia, quæ legem habet &c. Hæc autem lex originaliter quidem consistit in appetitu sensitiuo; sed diffusiuè inuenitur in omnibus membris, quæ deseruiunt concupiscentiæ ad peccandum, & ideo dicit in membris vestris. Hæc ille. Ex quibus potest haberi, q dicitur lex participatiuè, quia participatio legis non quidem primæ legis. f. instituentis hominem, sed participatio legis iustè vindicatis se de homine, vt participatio legis condentis dicitur lex directè; sed participatio vindicantis dicatur lex indirecta prouenies propter culpam, & his concordant, quæ habentur ad primum.

¶Ad primum ergo dicendum, q ratio illa procedit de fomite secundùm se cõsiderato prout inclinat ad malum, sic enim non habet rationem legis, vt dictum est;* sed secũdùm quòd sequitur ex Diuinæ legis iustitia; tanquam si diceretur lex esse, quòd aliquis nobilis propter suam culpam, ad seruilia opera induci permitteretur. —

*Maior vera est de lege essentialiter dicta

¶Maior vera, vt sic, ẽt loquendo de lege participata, illa est sm rationem legislatoris, vel instituentis, & iudicantis secundũ conditionem rerum, vel vindicãtis culpam, hic enim est sm iustã, & rectam rõnem, vt homo qui noluit esse conformis Angelis, subdatur legi bestiarum; ita q lex directa, & prima bestiarum, fiat lex hominis indirecta propter culpam suam. Ad minorem, fomes nõ consistit in rõne hominis, verum, sed est reluctatio aduersus rõnẽ hominis. Sed tamen est secundùm rationem Diuinam puniẽtem hominem iustè; ergo non habet rõnem legis. Verum directè respectu institutionis hominis, & per comparationem ad hominẽ, inquantum est remissus contra eius rationem, habet tñ rõnem legis participatiuè dictę, indirectè in ordine ad rationem Diuinam punientem, & hoc est quod D. S. dicit super Apostolum, ut deductum est in argumento in contrarium, vide inf. q. 93. ar. 3. ad 1.

¶ Ad secundum dicendum, q obiectio illa procedit de eo, quod est lex quasi regula, & mẽsura; sic enim deuiantes a lege transgressores constituuntur; sic autem fomes non est lex; sed per quandam participationem, vt supra dictum est.* ——

*Maior vera est de lege essentialiter dicta

¶Maior vera est de lege essentialiter dicta, talis enim est obligare; sed non est vera de lege participatiuè dicta, & maximè indirectè. Ad minorem, conceditur; ergo nõ habet rõnem legis, verũ regulantis, & essentialiter dictę, nec rationem legis participatiuè dictę directè, sed modo qui dictus est.

¶Nota propter minorem, q aliquis non debet sequi inclinationem fomitis, quę est in contrarium rationis, immo debet ei resistere, & sic lex fomitis non est lex obligatoria, nec per cõsequẽs essentialiter dicta. Vnde & aliquis sibi renitendo meretur, iuxta supradicta; quia primi motus sensualitatis prouenientes ex fomite, sunt materia exercendæ virtutis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio procedit de fomite quantum ad inclinationem propriam, non autem quantum ad suam originem; & tamen si consideretur inclinatio sensualitatis prout est in alijs animalibus, sic ordinatur ad bonum commune. i. ad conseruationem naturæ in specie, vel indiuiduo, & hoc est etiam in homine prout sensualitas subditur rationi; sed fomes dicitur secundùm quòd exit rationis ordinem. ——

¶Maior vera ad sensum habitum, ar. 1. ad tertium i alia ordinantur per legem, ut sic ad bonum cõe, intelligendo de lege propriè, & essentialiter dicta, & ẽt de lege participatiuè dicta directè. Ad minorem, verum, fomes sm se, & ex propria rõne, ut dicit inclinationẽ hoīs ad malũ rõnis, non inclinat ad bonũ cõe, sed ad bonum sensibile particulare cõtra bonum cõe, quod est Deus; tñ ex iustitia Dei ordinatur in relucentiã Diuinæ iustitiæ; quia iustitia Diuina in pœnam iustam, & reordinatiuam culpæ, fomitẽ infixit. Dico tñ circa hoc, q loquẽdo de fomite materialiter in homine. f. pro inclinatione sensualitatis, vt fuit in institutione, tunc ẽt ex se ordinatur ad bonum cõe. f. multiplicationem, & conseruationem speciei humanę. Similiter in bestijs in bonum cõe ordinatur, quare concludit argumentũ, q fomes, vt sic. i. inquantum est contra rõnem non ordinatur ex natura sua in bonũ cõe, & p consequens, vt sic, non est lex; sed tñ vt procedit ex Diuina iustitia, a qua & in bonum ordinatur. f. bonum ordinis iustitiæ, sic habet rationem legis indirectè, & participatiuè.

¶Nota verbum D. S. in solutione, quantum ad suã originẽ, sc. iustitiam Diuinam; quia ex ista processit fomes saltem indirectè. f. per remotionem prohibentis &c. Nota ẽt aliud verbum qñ dicit, & tñ si consideretur inclinatio sensualitatis prout est in alijs animalibus non dr fomes. Ex quo patet, q nõ habet locũ fomitis nomen, nisi in inclinatione sensualitatis hominis, & nõ quacunq;, sed ea quæ est cõtra ordinem rectę rõnis, quod ẽt. D. notat in fine solutionis. Et p hoc patet uerũ esse, quod dictũ est in corpore &c.

Quæst. Nonagesimasecunda.

De effectibus legis.

DEinde considerandum est de effectibus legis, & circa hoc quærũtur duo. Primò, Vtrum effectus legis sit homines facere bonos. Secundò, Vtrum effectus legis sint imperare, vetare, permittere, & punire; sicut legisperitus dicit.

¶Postquam determinatum est de diuersitate legum, hic consequenter determinatur de effectibus legis, & circa hoc primò inquirit de effectu principali, & finali, secundò de effectibus secundarijs, per quos. f. peruenitur ad principalem in ar. 2. patet autem ordo ad præcedentes quæsti. quia quidditas, & distinctio propinquius se habent, quàm effectus; igitur &c.

Vtrum effectus legis sit facere homines bonos.

L Infra ait. c. ad 4. & 3. contra cap. 116. §. 2. 3. & 4. Ro. 10. fin. * Cap. 6. in prin. * q. 55. ar. 4.

AD primum sic proceditur. Videtur, q legis nõ sit facere homines bonos. Homines enim sunt boni per virtutem, virtus enim est, quæ bonum facit habẽtẽ, vt dicitur in 2. Ethic.* sed virtus est homini a solo Deo, ipse enim eam facit in nobis sine nobis, vt supra dictũ est,* in diffinitione virtutis; ergo legis non est homines facere bonos.

¶ 2 Præt. Lex nõ prodest homini, nisi legi obediat; sed hoc ipsum, q homo obedit legi est ex bonitate; ergo bonitas præexigitur in homine ad legem, non igitur lex facit bonos homines.

¶ 3 Præt. Lex ordinatur ad bonum commune, vt supra dictum est;* sed quidam bene se habent in his, quæ ad commune pertinent, qui tamen in proprijs non bene se habent; non ergo ad legem pertinet, q faciat homines bonos.

* q. 90. ar. 2.

¶ 4 Præt. Quædam leges sunt tyrannice, vt Philosophus dicit in sua politica;* sed tyrannus nõ intendit ad bonitatem

* Li. 1. c. 9. & ca. 13. Et lib. 2 c. 8.

bonitatem subditorum, sed solùm ad propriam vtilitatem; non ergo legis est facere homines bonos.

Ari.c. 14. ¶Sed contra est, quod Philosophus dicit in 2. Ethi. quòd voluntas cuiuslibet legislatoris hæc est, vt faciat homines bonos.

¶Hic primò prosequitur, quod dictum est de legis effectu.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est,* lex nihil est aliud, quàm dictamen rationis in præsidente quo subditi gubernantur; cuiuslibet autem subditi virtus est, vt bene subdatur ei a quo gubernatur; sicut virtus irascibilis, & concupiscibilis in hoc cõsistit, quòd sint bene obedientes rationi; & per hunc modum virtus cuiuslibet subiecti est, vt habens virtutem bene subiiciatur principanti, vt Philosophus dicit in primo politicorum.* Ad hoc ordinatur vnaqueque lex, vt obediatur ei a subditis; vnde manifestum est, quòd hoc sit proprium legis inducere subiectos ad propriam ipsorum virtutẽ. —

*q.90. ar.1. & 4.

*Aristo. ex cap. vlt.

¶Doc. Sanct. duo facit, primò deducit vnam conclusionem præambulatem fundamentalem quæsiti, secundò ex illa probat conclusionem responsiuam, & eam ponit, ibi. Cum igitur virtus &c. Conclusio præambularis est, hoc est propriũ legis, inducere subditos ad propriam ipsorum virtutem, probatur hic. Virtus cuiuslibet subiecti est, vt bene subijciatur principanti; sed lex ordinatur ad hoc, vt obediatur ei a subditis; ergo sequitur conclusio. Maior est philosophi in primo politic. Et declaratur per simile de virtute irascibilis, & cõcupiscibilis, de qua dictum est sup. q. 56. art. 4. in fine cor. quod nihil aliud est, quàm habitualis conformitas illarum uirium ad rationem regentem, & principiantem. Minor probat in principio ex dictis q. 90. quia lex nihil aliud est &c. vt in litera, & dicit dictamẽ rationis in præsidente. Ex quo patet, qđ dictum fuit ubi iam, quòd lex est aliquid rationis, non cuiuscunque, sed præsidentis, & aliquid eius subiectiuè. Minor ẽt declaratur exemplariter de irascibili, & concupiscibili &c. Et nota ꝙ virtus subditi, vt sic est bene subdi principanti. Vtrum aũt ad hoc necessaria sit virtus propriè dicta, & perfecta in ciuibus poltea tangetur. Videmus enim ꝙ dicitur, iste est optimus seruus, esto in se sit malus, dummodo domino suo bene obediat.

¶ Cum igitur virtus sit quæ facit bonum habentem, sequitur quòd proprius effectus legis sit bonos facere eos quibus datur, vel simpliciter, vel secũdùm quid. —

¶Hic consequenter procedit ad conclusionem responsiuam, & primò ipsam ponit, & probat ex præcedenti conclusione, secũdò eandem declarat magis, ibi. Si enim &c. Conclusio ergo respõsiua est. Proprius effectus legis est bonos facere eos quibus datur, vel simpliciter, vel secundùm quid. Probatur assumendo conclusionem præambularem pro maiore. Proprium legis est inducere ad propriam ipsorum virtutem (supple simpliciter, vel secundùm quid) scilicet uirtus est quę bonos facit habentes, & si est simpliciter virtus, simpliciter bonos facit, si secundùm quid, secundùm quid bonos; igitur sequitur cõclusio. Maior patuit, minor est Philosophi auctoritas, & definitio virtutis.

¶Si enim intentio ferentis legem tendat in verum bonum, quod est bonum commune secundùm iustitiã Diuinam regulatum, sequitur, quòd per legem homines fiant boni simpliciter. Si verò intentio legislatoris feratur ad id quod non est bonum simpliciter, sed vtile, vel delectabile sibi, vel repugnans iustitiæ Diuinæ, tunc lex non bonos facit homines simpliciter; sed secũdùm quid scilicet in ordine ad tale regimen. Sic autem bonum inuenitur etiam in per se malis; sicut aliquis dicitur bonus latro; quia operatur accommodè ad finem. ———

¶Declarat conclusionem responsiuam clarius, quare dicat simpliciter bonos, vel secundùm quid &c. & patet clarè in litera; qa si legislator ordinet subditos in verè bonum, conforme legi æternæ, & Diuinæ, & per consequens rationi naturali, & faciat homines operari conformiter intentioni suæ, vtique faciet bonos p veram uirtutem, saltem humanam; quia illa nihil aliud est, q̃ cõformitas ad rectam rationem etiam naturalem, & inducitur iuxta supra dicta ex assuetudine operum. Si verò non feratur intentio legislatoris in bonum verum, sed suum delectabile, & sit tyrannus, & habeat finem, qui est contra Deum; tunc non poterit facere verè virtuosos, & tamen, quia etiam bonum metaphoricè dicitur in malis poterit etiam dici in bonis secundùm quid. s. bonũ illi, & sic quia obediunt illi legislatori erunt sibi boni ciues, quæ bonitas nihil aliud est, quàm quædam obedientia, forte metu pœnarum inducta, & quædam astutia humana ad operandum astutè ad finem legislatoris, & ita patet quare conclusio dixerit, vel bonos simpliciter, vel secundùm quid.

¶Nota circa hæc, ꝙ plerunque alius est finis operis, alius operantis, ita quandoque legislator potest habere alium finem, aliũ lex. Sic ergo finis legis est homines subijcere legi, & per hoc efficiuntur boni, quandoque simpliciter, quandoque secundũ quid. Sed finis legislatoris potest esse vtilitas, vel honor, vel aliquid huiusmodi; vnde etiam finis legis Diuinæ, est subiectio hominis ad Deum; sed finis legislatoris Dei, est honor Dei &c.

¶Et confirmatur conclusio responsiua argumento in contrarium. Circa hoc argumentum patet ex iam dictis, quomodo intelligendum sit, quia uoluntas legislatoris cuiuslibet est, vt faciat bonos. s. subiectos, & obedientes legi suæ, & si sit bona, & vera lex, erunt simpliciter boni, & virtuosi. Si autem est lex secundùm quid bona, faciet subiectos secundùm quid bonos &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd duplex est virtus, vt ex supra dictis patet* scilicet acquisita, & infusa, ad vtranque autem aliquid operatur operum assuetudo, sed diuersimodè. Nã virtutẽ quidem acquisitã causat ad virtutem autem infusam disponit, & eam iam habitam conseruat, & promouet; & quia lex ad hoc datur, vt dirigat actus humanos, inquantum actus humani operãtur ad virtutem, intantum lex facit homines bonos; vnde & Philosophus dicit in 2. politicæ,* quòd legislatores assuefacientes faciunt bonos. ———

*q.63. & 64.

*Arist. añ fi.

¶Ad maiorem, patet glossa ex dictis, quia uera est, & per veram uirtutem homo efficitur absolutè bonus sine addito, per virtutem autem secundùm quid efficitur bonus cum addito, scilicet bonus subditus &c.

Ad minorem dicitur, quòd virtus infusa est a solo Deo effectiuè, & tamen illa est ex assuetudine operum dispositiuè; quia ex hoc, quòd homo operatur cõformiter rationi naturali, & exercet se in virtutibus acquisitis, disponitur ad hoc, quòd conuertat se ad Deum, & est habilior ad operandum modo superhumano. Dico secundò negando minorem de uirtute acquisita, quæ vt supra patuit. q 63 potest causari ex assuetudine operum. Ad probationem minoris dico, vt patuit supra q. 55. ar. 4. illa particula definitionis uirtutis est de sola infusa. Sed negatur consequentia; quia lex uera præcipit, & dirigit actus humanos bonos, ex quorum frequentatione causatur virtus acquisita, & dispositio ad infusam saltem remota, qua habita, tunc opera eã cõseruant, & augent si fuerint perfecta, & excedentia proportionem intensionis virtutis, & ista patent supra ex dictis.

¶Nota verba D.S. in hac solutione cum dicit, ad virtutem autẽ infusam disponit, & eam iam habitam conseruat, & promouet. Si illud promouere est idem, quod augere, tunc dicitur eam promouere dispositiuè meritorie, sed non perfectiuè; nam charitas, vt solet dici primo sen. di. 17. a solo Deo augetur, sicut & infunditur; sed disponit se, & meretur augmentum charitatis, & hæc est differentia inter acquisitam, & infusam, vide ibidem.

¶Nota etiam; quia non dicit, quòd illa opera causent aliquem alium habitum; vnde & supra dixit, quòd infusa uirtute opera ex ea procedentia non causant alium habitum; sed præexistentem virtutem augent, & conseruant, & idem habet D.S. in de virtutibus. q. 1. ar. 10. ad 19. &c.

¶Nota tamen quòd Doct. Sanct. in de Verita. materia 17. ar. 1. ad quartum in contrarium dicit. Ex his actibus (scilicet procedentibus ex habitu) non generatur habitus alteriusmodi ab illo habitu quò actus eliciuntur, sed uel aliquis habitus eiusdem rationis; sicut ex actibus infusè charitatis, generatur aliquis habitus dilectionis acquisitus, uel etiam habitus præexistens augmẽtatur &c. Hæc ille. Sed patet; quia loquitur disiunctiuè; supra autem quæst. 51. articu quarto ad tertium, dixit, quòd ex actibus infusarum nulla uirtus generetur, videtur tamen posse dici, quòd ex exercitio infusarum in potentijs subordinatis generetur aliqua habilitas, & qualitas hab. tualis, vel consuetudinalis, quæ tamen non pertingit ad rationem uirtutis, & sic stat, quod Doctor Sanctus dicit in de Veritate, & quod supra dictum fuit. Capreolus autem in secundo distin. 28. ad sextum contra secundam conclusionem tenet post Doct. Sanct. in de virtutibus, quòd mediante exercitio charitatis in uoluntate nullus habitus acquiratur. De hoc etiam Scotus in 3. distin. 27. ad quartum, non potest inquit acquiri ex actibus aliquis habitus eiusdem speciei cum charitate, licet possit acquiri aliqua amicitia tendens in Deum sub eadem ratione obiecti, & etiam per actum similem, quia super omnia diligendo. Quæcunque enim natura non potest esse ab aliquo efficiente eiusdem speciei, cum efficiente alterius, non est eiusdem speciei cum illa alia; sicut est in proposito. Hæc ille.

Capreolus.

Scotus.

¶Ad secundum dicendum, quòd non semper aliquis obedit legi ex bonitate perfecta virtutis; sed quandoque quidem ex timore pœnæ, quandoque autem ex solo dictamine rationis, quod est quoddam principium virtutis, vt supra habitum est. ———

*q.63 ar.1. & 2.

¶Maior

¶Maior conceditur. Ad minorem negatur vniuersaliter, immo potest aliquis obedire legi etiam bonæ, & veræ non voluntarius, sed metu pœnæ, & ex solo dictamine rationis naturalis ante generationem habitus; & ita nondum adest bonitas perfecta. Quare negantur consequentiæ ambæ, quia etiam si sit lex non verè bona, metu tamen pœnæ facit obedientem, saltem in facto, & opere, esto non voluntariè; & ita erit aliqualiter bonus, quia obediens esto inuoluntariè, &c. sicut fit nunc frequenter in seruitijs principum, vbi subditi obediunt, sed cum magna murmuratione putantes se nimis grauari.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ bonitas cuiuslibet partis consideratur in proportione ad suum totum; vnde & Aug. dicit in primo Confess.* ꝙ turpis est omnis pars, quæ suo toti non congruit. Cum igitur quilibet homo sit pars ciuitatis, impossibile est, ꝙ aliquis homo sit bonus, nisi sit bene proportionatus bono communi, nec totum potest bene existere nisi ex partibus sibi proportionatis. Vnde impossibile est, quòd bonum commune ciuitatis bene se habeat, nisi ciues sint virtuosi, ad minus illi, quibus conuenit principari; sufficit autem quantum ad bonum communitatis, quòd alij intantùm sint uirtuosi, ꝙ principum mandatis obediant; & ideo Philosophus dicit in tertio Polit.* quòd eadem est virtus Principis, & boni viri, non autem eadem est uirtus cuiuscunque ciuis, & boni viri. ———

*Aug. c.1.

*Arist. c.3.

¶Maior conceditur. Ad minorem negatur, quòd quidam scilicet illi, qui principantur, bene se habeant in his, quæ ad commune pertinent, & in proprijs non se bene habeant; quia impossibile est, quòd bonum communitatis bene se habeat, nisi ciues sint virtuosi, quia totum non potest bene existere, si partes non bene existant. Et ergo eadem est virtus principis, & boni viri. Sed verum est, quòd aliqui, scilicet communes homines possunt se bene habere ad commune bonum, & esse boni ciues, & tamen non boni viri. Quare negatur consequentia, quia bona lex requirit præsidentes verè bonos, & facit communem populum saltem bonum secundùm quid.

¶Nota autem fundamentum huius rei, quia non est eadem virtus boni principis, & boni viri per identitatem, sed per simultatem, vt patet secunda secundæ, quæst. 47. artic. 11. ad secundum; nam constat, quòd prudentia particularis, quæ facit cum sibi connexis moralibus bonum vnum, distinguuntur specie a politica, quæ facit bonum principem. Sed politica requirit particularem prudentiam, & morales. Et ratio est, quia nisi quis sibi dominetur, non est habilis ad principandum; quia requiritur, quòd homo sit a passionibus quietus, quod fit per virtutes morales; & ergo principantes oportet esse bonos viros, sed subiectos sufficit esse bonos ciues, quæ bonitas consistit in hoc, quòd refert actus suos in salutem politiæ, siue principaliter, siue non principaliter, nec oportet, quòd habeat prudentiam monasticam, sed sufficit quædam subtilitas, & astutia humana.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ lex tyrannica, cum non sit secundùm rationem, non est simpliciter lex, sed magis est quædã peruersitas legis, & tamen inquantum habet aliquid de ratione legis, intendit ad hoc, quòd ciues sint boni; non enim habet de ratione legis, nisi secundùm hoc, quòd est dictamen alicuius præsidentis in subditis; & ad hoc rendit, vt subditi legis sint bene obedientes, quod est eos esse bonos, non simpliciter, sed in ordine ad tale regimen. ———

¶Nota, quòd tria præcedentia argumenta videntur præcessisse de lege bona, & iusta, hoc autem arguit de lege iniqua, quæ est tyrannica. Et nota, ꝙ quinq; faciunt tyrannũ, & a principe distinguunt; primum est, tyrannus iniustis legibus populum opprimit, quæ videlicet tendunt, sicut in finem in proprium bonum tyranni; & per hoc lex tyrannica a legis fine deuiat, qui est bonum commune, vt patuit supra. Secundum est, quia tyrannus iniustis tallijs, & exactionibus populum opprimit, colligẽdo propter bonum proprium, non propter necessitatem, & vtilitatem cõmunem. Tertium, quia tyrannus spoliat subditos proprijs bonis, ea ad propriam vtilitatem applicãdo. Quartum, quia tyrannus subditos nõ defendit, sed dimittit opprimi, vt possit magis tyrannicè regere. Quintum, quia præponit officiales malos, vt populum magis valeat opprimere. De his 5. Politic. dicitur igitur ad argumentum. Maiorem concedendo, & tales leges sunt secundùm quid leges, non simpliciter, sed magis peruersitas veræ legis; & ratio secundi iam patuit, quia non habet finem veræ legis. Ratio primi est, quia ordinantur ad bonum aliquod. s. proprium tyranni, & sunt dictamen præsidentis respectu subditorum, &c.

Cajetan.

¶Ad minorem, vera est, non intendit ad bonitatem simpliciter, nec ad bonum commune subditorum. Tendit tamen ad hoc, vt sint sibi bene obedientes ad vtilitatem propriam. Vltra; non ergo, &c. Legis iniustæ nõ est facere bonos simpliciter, tamẽ bonos secundùm quid, sicut videmus quandoque principes malos, qui habent subditos similes sibi, quos tamen commendant, quia sunt boni ciues, & subditi, &c.

Vtrum legis effectus sint conuenienter assignati, quòd legis actus est imperare, vitare, permittere, & punire.

M

AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ legis actus non sint conuenienter assignati in hoc, ꝙ dicitur, ꝙ legis actus est imperare, vitare, permittere, & punire. Lex enim omnis præceptum commune est, vt Legiscõsultus dicit; * sed idem est imperare, quod præcipere; ergo alia quattuor superfluunt.

*In Digest. vet. li. 1. tit. 3. in prin.

¶ 2 Præterea. Effectus legis est, vt inducat subditos ad bonum, sicut supra dictum est;* sed consilium est de meliori bono, quàm præceptum; ergo magis pertinet ad legem consulere, quàm præcipere.

* Art. præceden.

¶ 3 Præt. Sicut homo aliquis incitatur ad bonum per pœnas, ita etiam & per præmia; ergo sicut punire ponitur effectus legis, ita etiam & præmiare.

¶ 4 Præt. Intentio legislatoris est, ut homines faciat bonos, sicut supra dictum est; * sed ille, qui solo metu pœnarum obedit legi, non est bonus, nam obedit timore seruili, qui est timor pœnarum; & sic si bonum aliquis faciat, non tamen aliquid bene fit, vt Aug. dicit;* non ergo videtur esse proprium legis, quòd puniat.

* Art. præceden.

*Aug. in Enchir. c. 121.

¶Sed contra est, quod Isidorus dicit in secundo Ethimologiarum.* Omnis lex, aut permittit aliquid, vt vir fortis præmium petat; aut uetat, ut sacrarum virginum nuptias nulli liceat petere; aut punit, vt qui eædem fecerit, capite plectatur.

* Isid. c. 19.

¶Hic secundò inquirit de fine, & effectu secundario legis. Nã subiectio subditorum, quæ est effectus finalis principalis legis, in qua consistit bonitas subditorum, vt sic, procuratur mediantibus his effectibus in titulo quæsiti recitatis; vnde præcipere, & huiusmodi ordinantur in subiectionem legis, &c.

¶Nota autem, ꝙ huiusmodi dicuntur actus legis, non ꝙ ipsa eliciat, vel propriè efficiat istos actus, cum agere sit subsistentium 10. Metaph. Sed sunt ipsius legis in esse signato, & ipsius legislatoris effectiuè, quia s. legislator dictans legem, & faciens statutũ pro vtilitate reipublicæ, & obligans homines subditos in ipsa lege aliqua præcipit, aliqua prohibet, &c. ita ꝙ huiusmodi contineantur in lege quasi partes eius. s. prohibitio, punitio, & tamen dicantur actus legis; ideſt aliqua in lege posita, sunt præceptiua, aliqua prohibitiua, &c. Princeps enim statuendo legem, quæ est dictamen rationis suæ obligans subditos ad aliquid agendum simul adiungit punitiones, ideſt comminationes pœnę, & prohibet aliqua, quæ sunt contra vtilitatem reipublicæ; & ita intelligo, ꝙ legis est imperare, prohibere, permittere, punire, non ꝙ ista lex realiter, & executiuè puniat; sed designat aliquem puniendum, qui præcepta legis transgressus fuerit, & continet imperium legislatoris; & præterea sunt effectus, quia subditos cognita lege debet ista facere, vel ista dimittere, vel sic puniri; & ita lex ligat, vt ista fiant, non quòd ipsa faciat; sed alij moti, & inducti per legem debent huiusmodi effectus facere, sunt ergo ipsius legis directiuè, & obligatoriè.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut enunciatio est rationis dictamen per modum enunciandi, ita etiam lex per modum præcipiendi. Rationis autem proprium est, vt ex aliquo ad aliquid inducat; vnde sicut in demonstratiuis scientijs ratio inducit, vt assentiatur conclusioni per quædam principia, ita etiam inducit, vt assentiatur legis præcepto per aliquid. ———

¶Conclusionem responsiuam in hoc corpore D.S. expresè nõ ponit, sed implicitè ipsam intendit talẽ, ꝙ sic. s. ꝙ actus legis sunt conuenienter assignati, in hoc ꝙ dicitur legis actus, &c. Probatur ex corpore articuli. Ratio practica cuius est lex inducit, vt assentiatur legis præcepto per aliquid, & præcepta legis sunt de actibus humanis, in quibus lex dirigit, igitur actus isti sunt conuenienter assignati, & attributi ipsi legi. Huius consequentiæ D.S. ponit primò antecedens, secundò probat cõsequentiam, ibi. Sunt autem tres, &c. Antecedentis probat primò primã partem; secundò ponit secundã, ibi. Præcepta autem, &c. Quo ad primã

partem antecedentis probatur sic, quia sicut est enunciatio dictamen rationis per modũ enunciandi, ita lex est dictamen rationis per modũ præcipiendi; sed rationis proprium est, vt ex aliquo ad aliquid indueat; ergo sicut in demõstratiuis, & speculatiuis, &c. ita in practicis; & vult hæc ratio, ꝙ cum lex sit aliquid rationis, ideo vt homines subditi ipsum acceptẽt, & quasi assentiant, & sibi obediãt, oportet, ꝙ simul cum lege ponat aliquid, per quod legi obediãt, & vt patebit, est pœna cõminata, vel cõminatio pœnæ. Tũc ibi.

¶ Præcepta autem legis sunt de actibus humanis, in quibus lex dirigit, ut supra dictum est. * —— *q.90.ar.1. & q.91.ar.4.

¶ Ponit secundam partem antecedentis prædicti, quæ patuit supra, quæst.91.artic.4. & 5. & quæst.90.artic.1. quia lex est regula, & mensura humanorum actuum. —

¶ Sunt autem tres differentiæ humanorum actuum. Nam sicut supra dictum est; * quidam actus sunt boni ex genere, qui sunt actus uirtutum; & respectu horum ponitur legis actus ꝓcipere, vel imperare. Præcipit enim lex omnes actus uirtutum, ut dr̃ in 5. Ethic. * Quidam uerò sunt actus mali ex genere, sicut actus uitiosi, & respectu horum lex habet prohibere. Quidam uerò ex genere suo sunt actus indifferẽtes, & respectu horum lex habet permittere, & possunt etiam indifferentes dici oẽs illi actus, qui sunt, uel parum boni, uel parum mali. —— *q.18.ar.5. & 8. * Aristot.c.1.

¶ Consequentiam probat; & primò quo ad tres primos effectus legis; secundò quo ad quartum, ibi. Id autẽ per quod, &c. Tenet ergo consequentia; primò ex vna distinctione habita supra, q.18. art.8. quia bene sequitur ad secundã partem aũtis. s. præcepta legis sunt de actibus humanis, & actus humanos dirigunt; sed triplices sunt actus, quorũ aliqui præcipiuntur, aliqui prohibentur, aliqui permittunt; ergo cõsequẽtia vera; ista minor clarè deducit in Ira.

¶ Nota autem, ꝙ D.S. in secunda parte antecedentis notãter dicit, præcepta legis sunt de actibus humanis, in quibus lex dirigit, quia si omnes actus humani essent præcepti, tunc non esset ibi aliqua prohibitio, vel permissio; sed quia videlicet lex continet aliqua præcepta respectu aliquorum actuum, & dirigit in alijs nõ præcipiendo, sed permittendo, vel prohibendo; ideo non solùm præcipere, sed & prohibere est actus legis. Tunc ibi.

¶ Id autem, per quod inducit lex ad hoc, quòd sibi obediatur, est timor pœnæ; & quantum ad hoc ponitur legis effectus punire. ——

¶ Probat consequentiam eandem quo ad vltimum effectum; quia id, per quod inducit lex ad hoc, quòd sibi obediatur, est timor pœnæ; ergo, sequitur ex parte prima antecedentis, quòd conuenienter ponatur ille effectus legis, qui est punire, & intellige, quòd punire est effectus legis, idest in lege comminatus; & quia dicitur alicui tu bene nouisti, quia pœna illa per legem comminata fuit, & ergo oportet te eam pati, &c.

ET confirmatur conclusio auctoritate Isidori in argumento in contrarium. De illa auctoritate vide in decretis, dist.3. vbi ponitur multiplex acceptio permissionis; quia vno modo permittitur, ꝙ nullo iure prohibetur, vt secundas nuptias contrahere, &c. Secundò, quòd contra constitutiones humanas indulgetur, vt cõtrahendo in quinto gradu. Tertiò dicitur illicitum permitti, vt magis illicitum vitetur, vt commessationes die Dominico, & permittitur adulterium, ne fiat homicidium, & est magis tollerantia, quàm permissio; & de hac permissione dicit canon, ꝙ ea, quæ permittimus, non approbamus; & decretum dicit, quòd multa toleramus, quæ si in iudicium deduceremus, cassarentur, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ sicut cessare a malo habet quandam rationem boni, ita etiam prohibitio habet quandam rationem præcepti, & sm hoc largè, accipiendo præceptum, uniuersaliter lex præceptum dr̃. ——

¶ Ad maiorem dico, quòd præceptum dicitur dupliciter; vno modo propriè pro dictamine, quo aliqua necessariò astringunt ad aliquid faciendum, & sic nõ intelligitur dictum Iurisconsulti, quòd omnis lex, & omnia contenta in lege sint præceptum commune. Secundò capitur præceptum communiter, & largè pro omni ordinatione, & dictamine legislatoris inducente, vel retrahente, vel permittente actum. Et sic intelligitur auctoritas Iurisconsulti, quia omnis lex continet solùm tales ordinationes, quibus homines, vel prohibentur, vel permittuntur aliqua operari. Ad minorem dico, quòd idem est imperare, quod præcipere propriè, sed nõ quod præcipere extensè, & communiter acceptum; quare negatur consequentia, quia in articulo, quando dictum est, quòd imperare sit effectus distinctus, accipitur propriè, & alia non includit, sicut includuntur in dicto Iurisconsulti; ita quòd oportet hic aduertere, quòd lex pro aliqua parte imperat aliquos actus, pro alia parte aliquos permittit, &c. Vnde sunt distincti effectus diuersarum partium legis, quæ tamen partes communi nomine dicuntur præcepta. Vnde talia præcepta vniuersaliter accepta cõstituunt totam legem; sicut & infra dicetur, quòd præcepta legis naturæ sunt ipsa lex naturæ.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ consulere non est proprius actus legis, sed potest pertinere etiam ad personã priuatam, cuius non est condere legem; vnde etiam Apostolus. 1. ad Corinth. 5. cum consilium quoddam daret, dixit. Ego dico, non Dominus, & ideo non ponitur inter effectus legis. —— 1.Cor.5.

¶ Ad maiorem patet ex supra dictis, quæst.90.artic.3. ad secundum. quia legis est inducere coactiuè, & ex auctoritate, & per cõsequens ad ea, quæ sunt necessitatis, & non supererogationis. Consilium autem est supererogationis, vt patebit inf. q.108.art 4. Ad minorem, conceditur quidem, sed tamen non est proprius actus legis, sed potest etiam pertinere ad personam priuatam, vt patet ex auctoritate Apostoli; igitur negatur consequentia, quia ponuntur hic effectus proprij legis, qui videlicet ita conueniunt legi, quòd non personæ priuatę.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam præmiare potest ad quemlibet pertinere, sed punire non pertinet nisi ad ministrum legis, cuius auctoritate pœna infertur; & ideo præmiare non ponitur actus legis, sed solùm punire. —

¶ Ad hoc argumentum dicitur, sicut ad secundum. Conceditur quidem antecedens; sed in hoc est dissimile, quia præmiare non est proprium legis; sed præsidentis, vel etiam conuenit personæ priuatæ, sed punire non est nisi personæ publicæ, & legis, vt patet secunda secundæ, q.64. Sed negatur consequentia, &c.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ per hoc, ꝙ aliquis incipit assuefacere ad uitandum mala, & ad implendum bona propter metum pœnæ, perducitur quandoq; ad hoc, quòd delectabiliter, & ex propria uoluntate hoc faciat; & secundùm hoc lex etiam puniendo perducit ad hoc, quòd homines sint boni. ——

¶ Dicitur ad maiorem, quòd vera est; sed hoc fit successiuè, & possibile est, quòd primò abstineant a malis, vel inducantur ad bona ex timore, & postea faciant voluntariè. Sic etiam dicitur in quarto sententiarum, dist.14. quòd pœnitentia timore seruili, & pœnæ concutiatur, idest pœnæ timor est causa generationis pœnitentiæ, vt ibidem declaratur. Ad minorem, vera, tamen inducitur paulatim in bonitatem, vt D. S. habet in solutione. Quare negatur consequentia.

Quæstio Nonagesimatertia.

De singulis legibus. Et primò de lege æterna.

N

DEinde considerandum est de singulis legibus: Et primò de lege ętерna. Secundò de lege naturali. Tertiò de lege humana. Quartò, de lege veteri. Quintò, de lege noua, quæ est lex Euangelij. De festa autem lege, quæ est lex fomitis, sufficiat quod dictum est, cum de peccato originali ageretur. Circa primum quærũtur sex. Primò, quid sit lex ętерna. Secundò, utrum sit omnibus nota. Tertiò, utrum omnis lex ab ea deriuetur. Quartò, utrũ necessaria subijciantur legi ętернæ. Quintò, utrum contingentia naturalia subijciantur legi ętернæ. Sextò, utrum oẽs res humanæ ei subijciantur.

¶ Postquam determinatum est de lege in communi, hic cõsequenter determinatur de singulis partibus legis in speciali, quia autem satis constare potest ex dictis supra, quæst.81. quid sit fomes (quia est materiale originalis peccati, & concupiscentia habitualis) ideo D. S. illam legem dimittit, & prosequitur de alijs prænumeratis partibus legis, & quia inter omnes lex ętерna dignior, & prior est; ideo primò de ea determinat. Et circa hoc ostenditur primò quid sit. Secundò, agitur de eius influentia, artic.3. Tertiò, de eius vniuersalitate, & continentia, in artic.4. Circa primum, primò fit, quod dictum est. Secundò determinatur quoddam dubium, artic.2.

Vtrum lex æterna sit summa ratio in Deo existens.

AD primum sic proceditur. Videtur, ꝙ lex ętерna non sit summa ratio in Deo existens. Lex enim ętерna est una tantùm, sed rationes rerum in mente Diuina sunt plures. Dicit enim Aug. in lib.83. Quæst. * ꝙ Deus singula fecit proprijs rationibus; ergo lex ętерna non videtur esse idẽ, quod ratio in mẽte Diuina existens. Supra q.91. ar.1. Et inf. præce.q.ar. tic.3. & ar. 4.cor.& ar. 5.ad 3. Et 4. dist.33.q 1. ar.1. Et 3.cõtra c. 115. *q.49.

¶ 2 Præterea.

¶ 2 Præterea. De ratione legis est, quòd verbo promulgetur, vt supra dictum est; * sed verbum in Diuinis dicitur personaliter, vt in primo habitum est; * ratio autem dicitur essentialiter, non igitur idem est lex ętерna, quod ratio Diuina. *q.90.ar.4. *Prima par. q.34.ar.1.

¶ 3 Præterea. Augu. dicit in libro de vera Religio. * Apparet supra mentem nostram legem esse, quæ veritas dicitur; lex autem supra mentem nostram existens est lex ętерna; ergo veritas est lex ętерna, sed non est eadem ratio veritatis, & rationis; ergo lex ętерna non est idem quod ratio summa. *q.90.c.4. & 5.

¶ Sed cõtra est, quod Aug. dicit in 1. de lib.arb. * ꝙ lex ętерna est summa ratio, cui semper obtemperandum est. * Aug.c.6.

¶ Quærit hic primò quid sit lex ętерna, &c.

Respondeo dicendũ, ꝙ sicut in quolibet artifice præexistit ratio eorum, quæ constituuntur per artem, ita etiã in quolibet gubernante, oportet, ꝙ pexistat ratio ordinis eorum, quæ agenda sunt per eos, qui gubernationi subduntur; & sicut ratio rerum fiendarum per artẽ vocatur ars, vel exemplar rerum artificiatarũ; ita etiã ratio gubernantis actus subditorum, rationem legis obtinet seruatis alijs, quæ supra * esse diximus de legis ratione. —— *q.90.per totum.

¶ Conclusionem responsiuam D.S. formaliter non ponit, sed eam clarè manifestat in corpore. Suppletur ergo conclusio responsiua, talis. Lex ętерna est summa ratio in Deo existens. Probatur sic, lex ętерna nihil aliud est, quàm ratio Diuinæ sapientiæ, secundùm quòd est directiua omnium actuum, & motionũ; igitur conclusio vera. Tenet consequentia clarè, quia ratio Diuinæ sapientię est ętерna in Deo existens. Antecedens probatur a simili, sicut ratio Diuinæ sapientiæ, inquantũ per eam cuncta sunt creata habet rationem artis, vel exemplaris, vel ideæ, ita ratio Diuinæ sapientiæ mouentis omnia ad debitum finem, obtinet rationem legis, igitur antecedens primum verum. Tenet consequentia de se, quia si ratio Diuinæ sapientiæ, vt mouet, obtinet rationem legis, benè sequitur, quòd lex ętерna nihil aliud est, &c. Huius consequentiæ D.S. probat primò primum antecedens, maiorem pro eo ponit in principio, sed minorem, ibi. Deus autem per suam, &c. Secundò ponit ambo antecedentia iam dicta, ibi. Vnde sicut ratio, &c. Maior ergo patet clarè in littera.

¶ Deus autem per suam sapientiam conditor est vniuersarum rerum, ad quas comparatur, sicut artifex ad artificiata, vt in primo habitum est. * Est etiam gubernator omnium actuum, & motionum, quę inueniuntur in singulis creaturis, vt etiam in primo habitum est. * —— *q.90.ar.1. *q.91.ar.1.

¶ Subiungit minorem pro antecedente secundo supradicto, & habet duas partes, quæ satis patent clarè. Tunc ibi.

¶ Vnde sicut ratio Diuinæ sapientiæ, inquantum per eam cuncta sunt creata rationem habet artis, vel exẽplaris, vel ideæ; ita ratio Diuinæ sapientiæ mouentis omnia ad debitum finem obtinet rationem legis, & sm hoc lex ętерna nihil aliud est, quàm ratio Diuinæ sapientiæ, sm quòd est directiua omnium actuum, & motionum. ——

¶ Subiungit ambo antecedentia vnum probatum per aliud, & secundum per rationem in principio corp. ideo satis patent.

¶ Nota autem hic, ꝙ ratio in Diuinis communior est verbo, & dicitur etiam essentialiter, & non notionaliter, & importat principium faciendi, vel cognoscendi aliud; quod est commune toti Trinitati, & fit ratione absoluti in Diuinis non notionalis; non quidem, ꝙ sit principium factionis ex parte facientis, sed est principium ex parte rei factæ, eo modo quo formæ cognoscibilium habentes se obiectiuè, & terminatiuè ad cognitionem sunt principium cognoscendi rem, vel dirigendi, non tamen ad modum Scoticum, quem habet in primo, dist.35. scilicet quòd habeat tantùm esse cognitum, & obiectiuũ, immo habet & esse subiectiuum in intellectu; vnde in Diuinis est ipsa essentia Diuina apprehensa, talis ratio essentialiter dicta, vt principium dirigendi, & mouendi rem in finem a Deo determinatum.

¶ Nota quoque, quòd quia hic ex intentione non est locus determinãdi de distinctione artis, & exemplaris, vel ideæ, ideo D.S. hic non distinguit inter ea; sed prima par. q.15. quia ad creationẽ rerum ars, & idea concurrunt, sed differenter; quia ars, vt principium, quo excogitatur idea rerum, sed ipsa idea, vt terminus talis cognitionis, & ipsum, quod intelligitur, secundarium tamẽ; vnde nõ est mens D.S. hic dicere, ꝙ idem sit ars, & idea, hoc enim esset contra dicta, prima parte, vbi iam, loquendo de identitate rationis; sed vult, ꝙ ratio Diuinæ sapientiæ potest concipi, vt ars, & idea, tamen aliter, & aliter. Ars enim, in nobis dicitur habitualiter præcedẽs, & dirigens in cognitionem artis, sed idea est terminus consequens artẽ, & est solùm, cũ actualis cogitatio adest, &c. vnde idea non est forma, qua agens agit, sed forma quam ageus concipit, & ad cuius similitudinem operatur, vt patebit alibi.

ET confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ Aug. loquitur ibi de rationibus idealibus, quæ respiciũt proprias naturas singularum rerum, & ideo in eis inuenitur quædam distinctio, & pluralitas secundùm diuersos respectus ad res, vt in primo habitum est; * sed lex dicitur directiua actuũ in ordine ad bonum commune, vt supra dictum est. * Ea autem, quæ sunt in seipsis diuersa considerantur vt vnum, secundùm ꝙ ordinantur ad aliquod commune, & ideo lex ętерna est vna, quæ est ratio huius ordinis. —— *Prima parte, q.15. artic.2. & 3. *q.90.art.2.

¶ Maior cõceditur; & ratio est, quia habet vnum formale obiectum, scilicet ordinem rerum in finem suum, qui vnus est, nec respicit res, nisi vt stant sub illo ordine.

¶ Ad minorem dico, ꝙ rationes rerum, quibus producunt in esse, & rationes rerum secundùm se consideratarum, & proprias naturas tales, sunt plures; sed vniuersaliter falsa est minor, ꝙ omnis ratio rerum plurificetur. Auctoritas autem B. Aug. loquitur de rationibus idealibus, quæ sunt rerum, ẽm ꝙ distinctæ sunt; & ẽm seipsas, secus de lege ętерna. Quare negatur consequentia.

¶ Nota autem, ꝙ ista solutio perit, qũo ideæ multiplicẽtur; sed quia hoc est primæ partis ex intentione, ideo vide vbi sup. statim.

¶ Nota tamen solùm hoc, ꝙ sicut ibidem dici solet; quia sicut totius vniuersi, & omnium partium, vt sunt partes concurrentes ad ordinem vniuersi, est vna idea tantùm, sed partium secundùm se sunt diuersæ ideæ; ita in proposito; quia lex ętерna est omnium partium, vt sunt partes vniuersi deducibiles in vnum finem, ideo omnes reguntur vna lege, sicut etiam vna prouidentia.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ circa verbũ quodcũq;, duo possunt considerari. s. ipsum verbũ, & ea quæ verbo exprimuntur; verbum enim vocale est quiddam ab ore hois prolatum, sed hoc verbo exprimuntur, quæ verbis humanis significãtur; & eadẽ ratio est de verbo hominis mentali, quod nihil est aliud, quàm quiddam mente cõceptum, quo homo exprimit mẽtaliter ea, de quibus cogitat. Sic igitur in Diuinis ipsum verbum, quod est conceptio paterni intellectus dr̃, sed omnia quæcũq; sunt in scientia, siue essentialia, siue personalia, siue etiam Dei opera exprimũtur hoc verbo, vt patet per Aug. in 15. de Trin. * & inter cætera, q̃ hoc verbo exprimuntur, ẽt ipsa lex ętерna verbo ipso exprimitur, nec tñ pp hoc sequit, ꝙ lex ętерna personaliter in Diuinis dicatur, appropriatur tñ filio pp conuenientiã, quam habet ratio ad verbũ. — Dub. 216. *Aug.c.14.

¶ Argumentũ hoc requirit primã partem, q.34. Vnde dr̃ maiorẽ cõcedendo. Ad minorẽ dico, ꝙ verũ est, ꝙ verbũ dr̃ personaliter, sed nõ oẽ qđ verbo promulgatur, vel exprimit, vt D.S. declarat in solutione. Et dico, ꝙ lex nõ est verbũ, sed verbo expressum. Vnde cõcedit vlterius, ꝙ ratio dr̃ essentialiter, qñ dicimus rõ ętерna; & tñ quia ptinet ad intellectũ, appropriat filio; sed negat cõsequẽtia.

¶ Circa hanc solutionem nota duo. Primò, de verbo hominis mentali, quia est quoddam mente conceptum; vbi patet nullitas quorundam, qui temerariè D.S. attribuunt, ꝙ verbum in nobis sit res habẽs tantùm esse obiectiuum. Dicit autem D.S. ꝙ sit quoddã conceptum. s. & formatum, per qđ res exprimitur mentaliter, &c.

¶ Nota secundò, ꝙ in ista solutione tangit D.S. vnum, cui aduersatur Scotus in secundo, dist.1.q.1.art.2. Et in quodlib.q.14.artic.2. Qui vult, ꝙ verbum Diuinum ex vi suæ productionis non procedat ex notitia creaturarum, sed tantùm Dtuinæ essentiæ. Sed D.S. hic, & in prima parte, q.34. tenet, ꝙ verbum Dei procedat ex notitia omnium, quæ sunt in scientia patris; vnde dicit prima parte, ꝙ Pater intelligendo se, & Filium, & Spiritumsanctum & oẽm creaturã, cõcipit verbũ. Et hic dicit, ꝙ oĩa quæcunq; sunt in scientia patris, siue essentialia, siue personalia, siue Dei opera. s. causalia, exprimunt hoc verbo. Et supple ex prima par. ẽt ex horũ oĩum notitia verbũ procedit. Sed de istis prima par. Deo duce, &c. Scotus.

¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ ratio intellectus Diuini aliter se habet ad res, quàm ratio humani intellectus. Intellectus enim humanus est mensuratus a rebus, vt s. conceptus hois non sit verus pp seipsum, sed dr̃ verus ex hoc, ꝙ cõsonat rebus. Ex hoc enim, ꝙ res est, vel nõ est opinio vera, vel falsa est; intellectus verò Diuinus est mẽsura rerũ, quia vnaqueq; res intm habet de veritate, inquãtũ imitatur intellectũ Diuinũ, vt in primo dictũ est; * & iõ intellectus Diuinus ẽ verus sm se, vñ rõ eius est ipsa veritas. —— Dub. 873. *Prima parte, q.16. artic.1.

¶Conceditur argumentum vsq; ibi, Ergo veritas est lex æterna, conceditur de veritate Diuini intellectus. Vltra; sed non est eadem ratio veritatis. s. Diuinæ & rationis; negatur ista, & eius falsitatem ostendit D.S. ex differentia rationis humanæ, & Diuinæ, quia conceptus, & ratio humana, præsertim speculatiua, non est veritas, & per se vera, sed mẽsuratur a re, immo etiam practica cognitio nostra dependet aliqualiter a re; secus de ratione Diuina, quæ est mensura, & causa rei, & res dicitur vera, quia talem rationem imitatur, vt patet 1.par.q.26.ar.1. Quare negat cõsequẽtia.

¶Nota, ꝙ D.S. in hac solutione loquitur in communi de rõne humana, ꝙ ipsa nõ est veritas; quia aliqua mensuratur a re. Cum hoc tñ stat, ꝙ aliqua ratio humana sit lex. s. ratio practica præsidẽtis, quæ habet dirigere, & obligare subditos; sed tamen, & illa ratio dependet in esse veritatis ab alio, quia a conformitate ad legẽ æternam, & Diuinã, ideo ratio humana nõ est per se veritas, licet aliqua possit esse lex, sed non prima ab alia non dependens, &c.

¶Nota autem, quòd ratio in proposito non capitur pro intellectu discursiuo, sed pro forma aliqua excogitata, & apprehensa, quæ est principium faciendi, vel mouendi aliud, &c.

¶Nota etiam, ꝙ cum dicit ab eo, ꝙ res est, vel non est, &c. non intelligitur de esse, vel non esse rei incomplexè importato per subiectum, vel prædicatum; sed de esse, & non esse significato per ipsum complexum, & totam orationem; ita ꝙ est sensus, ab eo ꝙ res significata per orationem, & compositionem totius orationis est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa; & sic cum ita sit semper, sicut significatur per propositiones in materia quidditatiua, & essentiali, sequitur propositiones huiusmodi esse perpetuæ veritatis, significant enim tales propositiones identitatem extremorum, qua semper est, eũ extrema intelliguntur, & de seinuicem prædicantur, &c. Et in hoc differũt reales a nosalibus, &c.

Vtrum lex æterna sit omnibus nota.

Supr. q.19. art.4. ad 3. & ar.5. & 6.

AD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ lex ęterna nõ sit omnibus nota. Quia vt dicit Apost. 1.ad Corinth.2. Quæ sunt Dei nemo nouit nisi spiritus Dei, sed lex ęterna est quædam ratio in mente Diuina existens; ergo omnibus est ignota nisi soli Deo.

*Aug.lib.1. cap.6.

¶2 Præt. Sicut Aug.dicit in lib.de lib.arb.* lex ęterna est, qua iustũ est, vt omnia sint ordinatissima; sed non omnes cognoscunt qualiter omnia sunt ordinatissima; ergo non omnes cognoscunt legem æternam.

*Aug.c.31.

¶3 Præt. Aug. dicit in lib.de vera Religione, * ꝙ lex æterna est, de qua homines iudicare non possunt, sed sicut in primo Ethic.dicitur. * Vnusquisq; bene iudicat; quæ cognoscit; ergo lex æterna non est nobis nota.

* Arist.c.3.

*Aug.lib.1. cap.6.

¶Sed contra est, quod Aug.dicit in lib.de lib.arbit.* quòd æternæ legis notio nobis impressa est.

¶Hic secundò D.S. mouet quoddam dubium circa articulum præcedẽtem. Ex quo anim dictum est, ꝙ lex æterna sit summa ratio in Deo existens, & cum de ratione legis sit esse cognitum, si debet ligare; ideo meritò quęritur, an sit omnibus nota, omnibus s. creaturis rationabilibus; vt enim patuit supra, q.91.art.2. creaturæ rationales participant legem æternam intelligibiliter, non autem aliæ non intellectiuæ. Et intelligitur quæstio, & responsio de lege æterna, vt sic, vt est directiua, & regula actuum humanorũ, quia cognoscendo dictamen legis naturæ, cognoscitur & lex æterna. Vnde habet Doct. Sanct. de Veritate, quòd conscientia plus obligat, quàm præceptum Prælati, quia in virtute legis æternæ, & Dei. Et ergo si quis cognoscit, quid debeat facere ex ratione naturali, cognoscet quid eum velit facere lex æterna.

¶Respondeo dicendum, quòd dupliciter aliquid cognosci potest; vno modo in seipso; alio modo in suo effectu, in quo aliqua similitudo eius inuenitur, sicut aliquis non videns Solem in sua substantia, cognoscit ipsum in sua irradiatione.

Dub.482.

¶D.S. duo facit in cor. Primò præmittit quandam distinctionẽ; secundò respondet ad quæsitum ꝑm illam distinctionem, ibi. Sic igitur, &c. Distinctio est, ꝙ dupliciter aliquid cognosci potest; vno modo in seipso. s. per propriam speciem, & est obiectum motiuũ, & terminatiuũ cognitionis; alio modo in suo effectu, in quo aliqua similitudo eius inuenitur. Et ponit D.S. exemplum clarè.

¶Sic igitur dicẽdum est, ꝙ legem æternam nullus potest cognoscere, secũdùm ꝙ in seipsa est, nisi solus Deus, & beati, qui Deum per essentiam vidẽt; sed omnis creatura rationalis ipsam cognoscit secundùm aliquam eius irradiationem, uel maiorem, uel minorem.

¶Respondet iuxta prædictã distinctionem; & primò ponit conclusionem responsiuam bimembrẽ cum probatione primi membri; secundò probat secundam partem cõclusionis, ibi. Oĩs enim, &c. Conclusio ergo est. Legem æternam nullus cognoscere potest, ꝑm ꝙ in seipsa est, nisi solus Deus, & beati qui Deum per essentiã vident; sed omnis creatura rationalis, &c. vt in littera. Primam partem D.S. probat vnò verbo, cum dicit, qui Deum per essentiã vident. Et arguitur sic, videre Deum in seipso, est eum videre per essentiam propriam, supplentem vicem speciei intelligibilis, sed hoc est Dei, & beatorum; igitur, &c. Præmissæ relinquuntur notæ ex prima parte, quæst.12. Consequenter cum dicit.

¶Omnis enim cognitio veritatis est quædam irradiatio, & participatio legis ęternæ, quæ est veritas incommutabilis, vt Aug, dicit in lib.de vera Raligione. * Veritatem autem omnes aliqualiter cognoscunt, ad minus quãtum ad principia communia legis naturalis; in alijs verò quidam plus, & quidam minus participant de cognitione ueritatis; & secundùm hoc etiam plus, uel minus cognoscunt legem ęternam.

*Aug.c.18. & c.31.

¶Probat secundam partem cõclusionis, & patet clarè in littera. Maior ibi. Omnis enim, &c. Minor ibi. Veritatem autem, &c. Et vide pro horum intellectu. 1.par.q.88.ar 3. quia quamuis per Deũ oĩa intelligamus, sicut per infundentem lumen intellectiuũ, nõ tñ per eũ intelligimus, sicut per obiectũ cognitum, nec per speciem Dei; sed ecõtra Deũ intelligimus p creaturas naturales, & sensibiles; primitas enim cognitionis est primitas obiectiua; & ergo legẽ æternã intelligimus mediãte participatione eius. s. cognitione veritatis practica, quam habemus de principijs legis naturæ.

¶Et nota ꝓ minore, ꝙ principia legis naturalis cognoscimus per synderesim, & in hoc conueniunt oĩs; sed in cognitione particulariũ veritatum practicarũ, hoĩes diuersificant, & de illis vnus plus alio cognoscit; & ergo lex æterna non æquæliter cognoscitur ab omnibus. s. hominibus, & rationabilibus creaturis; nam omnis cognitio vera practica, est participatio legis ętęrnæ.

¶Nota etiam, ꝙ quamuis Deum aliqualiter in omni creatura cognoscere possimus, per viam causalitatis, eminentiæ, & remotionis; tamen D.S. dicit, quòd lex ęterna cognoscitur per cognitionem veritatis principiorum legis naturæ, quia s. talis cognitio de propinquo magis ducit in cognitionẽ legis æternæ, vt sic, quia in cognitione legis naturalis, homo legi æternæ maximè assimilatur formaliter sub ratione legis, cum vtrumq; sit intellectuale, & lex, & recta ratio practica. Cognoscimus autem & ex ordinatis motibus creaturarum legem æternam, quia sunt effectus ipsius; sicut Regina Saba cognouit sapientiam Salomonis ex ordinata dispositione regiminis sui; sed quia tales motus non propriè habent rationem legis, vt patuit supra; ideo D.S. dicit, quòd lex æterna innotescit, vt sic, ex cognitione veritatis. s. practica. s. principiorum agibilium naturaliter ab omnibus cognitorum, sed quo ad determinationem non naturaliter, nec ęqualiter ab omnibus, si quis enim velit scire, quid eum velit facere lex æterna, cognoscet, cum viderit suam rationem naturalem, & conscientiam.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione confirmanda.

¶Nota, ꝙ lex æterna dr esse naturaliter nota ad sensum dictũ, non quantũ ad quid est, sed sub ratione legis, & regulæ, ita ꝙ homo naturaliter potest cognoscere, ad quid eum obliget lex æterna, & quid eum velit facere; de hoc supra, q.19.artic.3.ad tertium. quia id, ad quod ligat rationalis, id vult eũ facere lex æterna, &c. Et hæc D.S. innuit probando, ꝙ naturaliter cognoscimus veritatem, scilicet practicam, quæ obligat ex virtute legis æternæ.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd ea, quæ sunt Dei, in seipsis quidem cognosci a nobis non possunt, sed tamen in effectibus suis nobis manifestantur, secundùm illud Roman. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur,

Rom.1.

¶Ad maiorem, quæ sunt Dei, nemo nouit in seipsis naturaliter, & comprehensiuè, nisi spiritus Dei; possunt tamẽ ea, quæ sunt Dei, idest perfectiones Diuinæ cognosci a spiritu creato rationali per effectus naturaliter loquendo, & etiam per seipsam, & in seipsis per auxilium gratuitum absq; comprehẽsione; & sicut ea, quæ sunt in corde vnius hominis alteri manifestantur per sensibilia signa, ita ea, quæ sunt Dei, possunt esse nota hominibus per sensibiles effectus, vt habet D.S. ibidem super Apostolum. Conceditur minor, & per consequens ad sensum primæ partis conclusionis, cum quo stat secunda pars conclusionis.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ legem ęternam, & si vnusquisq; cognoscat pro sua capacitate secundùm modum prædictum, nullus tamen eam cõprehendere potest. Non enim totaliter manifestari potest per suos effectus; & ideo non oportet, quòd quicunque cognoscit legem ęternam secundùm modũ prædictum, cognoscat totum ordinẽ rerum, quo omnia sunt ordinatissima.

¶Maior

¶Maior conceditur, & etiam minor, & consequens ad hunc sensum, quòd non omnes cognoscunt legem ęternam comprehensiuè. Et rationem D.S. ponit in solutione, quia lex ęterna non potest manifestari totaliter per effectus creatos, cum in infinitum distent a perfectione legis ęternæ. Et ergo ordo rerum, videlicet conceptus in Diuina mente, qui est lex æterna, non cognoscitur totaliter per effectus, &c.

¶Nota, quòd hæc solutio tangit implicitè aliquas difficultates, de quibus prima parte, q.12. an videlicet si omnes effectus Deo possibiles cognoscerentur, vel viderentur in Diuina essentia, ipsa comprehenderetur; quia partem affirmatiuam tenet D.S. vbi iã, artic.8. quamuis Scotus aduersetur in tertio, dist.14.q.2. Sed hoc quod D.S. hic intendit, non habet difficultatem, quia omnes effectus creati de facto non adæquant virtutem primæ causæ, & per consequens cognitis etiam omnibus effectibus nunc existentibus legis ęternæ, non per hoc ipsa comprehenderetur, quæ est ordo causalis, & virtualis, quo omnia sunt ordinatissima.

¶Nota etiam propter auctoritatem B. August. in hoc secundo argumento inducta. D.S. prima par.q.21 art.1.ad tertium. & magis secundo contra Gentil.c.28. & 29. Quale iustum inueniatur, & sit in rerum productione, & quale in rerum gubernatione, quã respicit lex ęterna, quia est Deus debitor suæ dispositioni implendæ, vtroque modo magis, quàm creaturæ. Vide ibidem.

Iob 12.

¶Ad tertium dicendum, quòd iudicare de aliquo potest intelligi dupliciter; vno modo, sicut vis cognitiua diiudicat de proprio obiecto, secundùm illud Iob 12. Nonne auris verba diiudicat, & fauces comedentis saporem? & secundùm istum modum iudicij Philosophus dicit, * quòd vnusquisque bene dijudicat, quæ cognoscit iudicando, scilicet an sit verum, quod proponitur; alio modo, secundùm quòd superior iudicat de inferiori quodã practico iudicio, an scilicet ita debeat esse, vel non ita; & sic nullus potest iudicare de lege ęterna.

*3.Ethic.c.4. Iudic.c.3.

¶Ad maiorem, verum, de iudicio auctoritatis, & de iudicio, quo iudex superior iudicat subditum, an bene, vel male fecerit, & an debeat fic, vel sic facere.

¶Ad minorem, vnusquisque iudicat, quæ cognoscit. Verum, sicut de obiecto cognito, quod iudicat verum esse, vel sic, vel sic esse; sed negatur consequentia.

¶Nota, quòd etiam aliquis iudicat primo modo solutionis Doct. Sanct. de lege ęterna tanquam obiecto, non quidem motiuo, sed terminatiuo; nam dicimus ipsam legem esse ordinatissimam, & omnia congruè disponentem. Notare enim oportet, quòd idem actus est apprehensio, consensus, & iudicium. Apprehensio enim est, cum intelligitur sic esse; est assensus, quia intellectus enunciabili complexo assentit; & iudicium est, quia intellectus iudicat prædicatum conuenire subiecto. Et ergo tali iudicio enunciatiuo, & compositiuo intellectus nostet iudicat de lege æterna, cum sibi aliquod prædicatum conueniens attribuit, vel ab eo disconueniens remouet.

Vtrum omnis lex a lege æterna deriuetur.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, ꝙ non omnis lex a lege ęterna derluetur. Est enim quædam lex fomitis, vt supra dictum est; * ipsa autem non deriuatur a lege Diuina, quæ est lex ęterna, ad ipsam enim pertinet prudentia carnis, de qua Apostolus dicit ad Rom.8. quòd legi Dei non potest esse subiecta; ergo non omnis lex procedit a lege ęterna.

*1.ad Rom.8.

¶2 Præt. A lege ęterna nihil iniquum procedere potest, quia sicut dictum est; * lex ęterna est secundùm quã iustum est, vt omnia sint ordinatissima; sed quædã leges sunt iniquæ, ꝑm illud Isa.10. Væ qui condunt leges iniquas; ergo non omnis lex procedit a lege ęterna.

*Aug.c.5.

¶3 Præt. Aug.dicit in primo de lib.arbi. * ꝙ lex, quæ populo regẽdo scribitur, rectè multa permittit, quæ per Diuinam prouidentiam vindicantur; sed ratio Diuinæ prouidentiæ est lex ęterna, vt dictum est; * ergo nec etiam omnis lex recta procedit a lege ęterna.

*Aug.lib.1. de quæst. Dei.q.1.

¶Sed contra est, quod Prou.8. Diuina Sapientia dicit. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Ratio autem Diuinæ sapientiæ est lex ęterna, vt supra dictum est; * ergo oĩs leges a lege ęterna procedunt.

*Aug.lib.1. de quæst. Dei.q.1. & 3.

¶Hic D.S. inquirit de influentia legis ęternæ in oĩs alias leges.

¶Respondeo dicendũ, quòd sicut supra dictum est; * lex importat rationem quandam directiuam actuum ad finem. In omnibus autem mouentibus ordinatis oportet, quòd uirtus secundi mouentis deriuetur a uirtute mouentis primi, quia mouens secundum non mouet, nisi inquantum mouetur a primo; vnde in omnibus gubernantibus idem videmus, quòd ratio gubernationis a primo gubernante ad secundos deriuatur, sicut ratio eorum, quæ sunt agenda in ciuitate, deriuatur a Rege per præceptum in inferiores administratores; & in artificialibus etiã ratio artificialium actuum deriuatur ab architectore ad inferiores artifices, qui manu operantur.

*1.q.90.ar.1.

¶D.S. facit duo in hoc corpore. Primò deducit vnam conclusionem fundamentalem. Secundò ex ipsa probat aliam conclusionem responsiuam. Conclusio fundamentalis est ista. Necesse est, quòd omnes rationes gubernationis, quæ sunt in inferioribus gubernantibus a lege ęterna deriuentur. Probatur sic. In omnibus gubernãtibus videmus, quòd ratio gubernationis a primo gubernante ad secundos deriuatur; sed lex æterna est ratio gubernationis in supremo gubernante; igitur sequitur conclusio præambularis. Huius rationis Doct. Sanct. probat, & ponit primò maiorem; secundò minorem cum conclusione, ibi. Cum ergo lex, &c. Maior proxima probatur a principio corporis ratione, & explicatur exemplariter in ciuilibus, & in artificialibus. In naturalibus autem non potuit explicari, quia sunt sine ratione, sine qua lex non habet locum.

¶Nota, quòd totum pondus huius articuli stat in ista propositione, quam Doct. Sanct. habet in principio; quia in omnibus mouentibus ordinatis; oportet, quòd virtus secundi mouentis, deriuetur a virtute primi mouentis. Sed lex ęterna est primum mouens intelligibiliter, ideo omnes aliæ leges, quæ mouent intelligibiliter deriuantur a lege æterna, &c.

¶Nota autem, quòd D.S. intelligitur de mouentibus ordinatis essentialiter, & hoc innuit, cum dicit; quia mouens secundum nõ mouet, nisi inquantũ mouetur, hoc enim est essentialiter esse subordinatum; aliud autem est esse per se ab alio dependens in esse, quia videlicet ita est ab illo, quod ab alio esse non potest; sed esse essentialiter subordinatum, est non posse agere, nisi in virtute primi. Et de hoc 5.Metaphysicæ. Consequenter cum dicit.

¶Cum ergo lex ęterna sit ratio gubernationis in supremo gubernante, necesse est, quòd omnes rationes, quæ sunt in inferioribus gubernantibus, a lege ęterna deriuentur.

¶Subiungit minorem pro conclusione præambulari, quam relinquit notam ex dictis, art.1. huius quæst. & ex artic.1. quæst.91. vnde concludit, quòd necesse est, &c. vt prius.

¶Nota autem, quòd id, quod est tale per essentiam est causa aliorum, scilicet effectiua; & quia lex æterna est per essentiam talis, & omnes aliæ per participationem, ideo omnes aliæ ab ea deriuantur, scilicet effectiuè, hoc autem constat de lege naturali, & lumine intellectus a Deo participato, & sic omnes deriuantur a lege ęterna in genere causæ efficiẽtis immediatè, vel mediatè, &c. Si enim perfectum participatiuè facit sibi simile, multò magis, quod est perfectum per essentiam, &c. Et hoc declarat D.S. magis in conclusione sequenti responsiua.

¶Huiusmodi autem rationes inferiorũ gubernãtium sunt quæcunq; aliæ leges præter legem ęternã; vnde oĩs leges, inquantũ participant de ratione recta, intantũ deriuantur a lege ęterna; & pp hoc Aug.dicit in primo de lib.arbit.* ꝙ in tpali lege nihil est iustum, ac legitimum, quod non ex lege ęterna homines sibi deriuauerunt.

*Aug.c.5. & 6.

¶Hic cõsequenter D.S. subiungit conclusionem responsiuam, talem. Omnes leges, inquantum participant de ratione recta, (idest inquantum habent rationem legis) intantum deriuantur a lege ęterna. Probatur conclusio primò ratione. Maior est conclusio præambularis. Necesse est, ꝙ omnes, &c. sed quæcunq; aliæ leges præter ęternam legem, sunt rationes inferiorum gubernãtium; ergo sequitur conclusio. Minorem D.S. relinquit notam, quia omnes legislatores sunt inferiores Deo, igitur leges ipsorũ sunt inferiorum gubernatium respectu legis ęternæ, quæ est Diuina essentialiter. Probatur etiam auctoritate beati Augustini in primo de libero arbit. &c. vt in litteta, & probat quantum ad substantiam, conclusionem ipsam. Sed quare dicatur in conclusione (inquantũ habent, &c.) declaratur in solutionibus argumentorũ.

¶Confirmatur etiam conclusio argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd fomes habet rationem legis in homine, inquantũ est pœna consequens Diuinam iustitiam; & secundùm hoc manifestum est, ꝙ deriuatur a lege ęterna; inquantum uerò inclinat ad peccatum, sic contrariatur legi Dei, & non habet rationem legis, vt ex supra dictis patet. *

*q.91.art.6

¶Ad maiorem dicitur, quòd est lex fomitis, sed solùm habet rationem legis, inquantum est pœna iustè inflicta, vt etiam supra dictum est, quæst. 91. artic. 6. Et secundùm hoc euidenter deriuatur a lege æterna, a qua est omne quod iustum est.

¶Ad minorem, negatur, quòd non deriuetur a lege æterna, vt iusta pœna, sed non deriuatur a lege æterna, vt inclinat ad peccatum, quod est contra legem æternam.

¶Ad probationem dico, quòd prudentia carnis pertinet, & sequitur ad fomitem, vt est contra rationem, quia ꝙ aliquis quærat delectationes carnis, vt finem, prouenit ex corruptione naturæ, quod est prudentiæ carnis, vt de ea loquitur Apostolus, vt habet D.S. secunda secundæ, quæst. 55. art. 2. ad primum. Et verum est, quòd prudentia carnis non potest esse legi subiecta, licet ille, qui habet prudentiam carnis possit esse legi subiectus; vnde patet, ꝙ Manichæi ad confirmationem sui erroris non rectè verba Apostoli circa illam auctoritatem assumunt, volentes ostendere ex hoc, quòd dicit Apostolus. Sapientia carnis inimica est Deo, legi enim Dei non est subiecta, naturam carnis non esse a Deo, cum sit inimica Deo, nec possit Deo subijci. Non enim loquitur Apostolus de carne, quæ est creatura Dei; sed de prudentia carnis, quæ est vitium hominis; quia ipsius est auersio a Deo, vel a lege Dei, sicut nigredo non potest fieri alba, tamen niger potest fieri albus. Quare negatur consequentia, quòd non omnis lex vt habet rationem legis, & hoc innuit conclusio.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ lex humana intantum habet rationem legis, inquantum est secundùm rationē rectam; & secundùm hoc manifestum est, quòd a lege ęterna deriuatur; inquantum verò a ratione recedit, sic dicitur lex iniqua, & sic non habet rationem legis, sed magis uiolentiæ cuiusdam; & tamen in ipsa lege iniqua, inquantum seruatur aliquid de similitudine legis propter ordinem potestatis eius, qui legem fecit, secundùm hoc etiam deriuatur a lege æterna. Omnis enim potestans a Domino Deo est, vt dicitur Roma. 13. — Rom. 13.

¶Ad maiorem, conceditur, & probatio eius. Ad minorem dico, quòd iniqua humana constitutio non est lex, sed violentia; & sic etiam non est a Deo, sed inquantum habet aliquid de ratione legis, idest propter aliquam similitudinem ad veram legem, scilicet inquantum faciens legem, habet potestatem super alios, hoc enim est a Deo, a quo est omnis potestas. Et hoc declarat D.S. super Apostolum ad Roman. 13. quia quicquid communiter dicitur de Deo, & creatura, deriuatur a Deo ad creaturam, sicut patet de sapientia, &c. Potest enim potestas regnantis considerari tripliciter; vno modo quantum ad ipsam potestatem, & sic est a Deo; alio modo quantum ad modum adipiscendi potestatem, & sic aliquando est a Deo, aliquando non, sed ex appetitu peruerso, &c. tertio modo quantum ad vsum, & sic aliquando est a Deo, aliquando non. Negatur autem consequentia ad hunc sensum, quòd leges, vt leges sunt, non sint a Deo. Sed verum est, quòd nop, vt iniquæ sunt, &c.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ lex humana dicitur aliqua permittere, non quasi ea approbans, sed quasi ea dirigere non potens; multa autem diriguntur lege Diuina, quę dirigi non possunt lege humana, plura enim subduntur causæ superiori, quàm inferiori; vnde hoc ipsum, quòd lex humana non se intromittit de his, quæ dirigere non potest, ex ordine legis ęternæ prouenit; secus autem esset, si approbaret ea, quæ lex ęterna reprobat; vnde ex hoc non habetur, ꝙ lex humana non deriuetur a lege ęterna, sed quòd non eam perfectè assequi possit. —

¶Ad maiorem, quòd lex, quæ populo scribitur, idest humana rectè multa permittit, sed non adprobat. Et dico, quòd hoc ipsum, quod permittit, est secundùm legem æternam, quòd scilicet non intromittat se de his, quæ dirigere non potest. Si autem approbaret talia, tunc esset contra legem æternam.

¶Ad minorem patuit supra, quæst. 91. circa secundum articulum, an lex æterna sit ratio Diuinæ prouidentiæ formaliter, negatur autem consequentia; quia & hoc est secundùm rationem rectam, quòd lex humana non cohibeat omnia peccata, sicut Diuina, & æterna, quia æterna superior est, & ad plura se extendit, &c. Probat autem hæc ratio, quòd lex humana recta non sit ita perfecta, sicut æterna; sed non probat, quin ab ea deriuetur, saltem mediatè, vt dictum fuit. &c.

Vtrum necessaria, & æterna subijciantur legi æternæ.

Q 1. q. 22. ar. 2. ad 3. Scar. 4. ad 3. & q. 103. a. 1. ad 3. Et 1. 2. q. 98. art. 6. co.

AD quartum sic proceditur. Vi. ꝙ necessaria, & ęterna subijciantur legi ęternæ. Omne enim quod rationabile est, rationi subditur; sed uolũtas Diuina est rationabilis, cũ sit iusta; ergo rationi subditur, sed lex ęterna est ratio Diuina; ergo uolũtas Dei subditur legi ęternæ, voluntas autem Dei est aliquid ęternum; ergo etiam ęterna, & necessaria legi ęternæ subduntur.

¶ 2 Præterea. Quicquid subijcitur Regi, subijcitur legi Regis. Filius autem vt dicitur. 1. ad Cor. 15. Subiectus erit Deo & Patri, cum tradiderit ei regnum; ergo filius, qui est ęternus, subijcitur legi ęternæ.

¶ 3 Præterea. Lex ęterna est ratio Diuinæ prouidentiæ, sed multa necessaria subduntur Diuinæ prouidentiæ, sicut permanentia substantiarum incorporalium, & corporum cœlestium; ergo legi ęternæ subduntur etiam necessaria.

¶ Sed contra, ea quæ sunt necessaria, impossibile est aliter se habere, vnde cohibitione non indigent; sed imponitur homini lex, ut cohibeatur a malis, ut ex supra dictis patet; * ergo ea, quæ sunt necessaria, legi non subduntur. — 1. Cor. 15. * q. 90. ar. 2. & 3. ad 2. & q. 92. art. 2.

¶Hic consequenter agitur de continentia legis ęternæ. Et primò ostenditur, quæ cadant sub lege ęterna, vtrum etiã necessaria. Secundò ostenditur, quæ cadant sub ea sicut contingentia, ar. seq.

¶Nota autem, ꝙ hęc quæstio vnum supponit, cui Scotus & sui, saltem verbaliter contrariantur. s. ꝙ sint plura necessaria incomplexa, & in essendo, nam quærit distinctè de necessarijs, & ęternis, supponendo, ꝙ sint necessaria incomplexa, non æterna. s. aliqua creata; nam plura esse necessaria simpliciter complexa non est dubium, quæ ideo dicuntur absolutè necessaria, quia eorum opposita implicant contradictionem. Sed quæstio est de necessarijs incomplexis, & in essendo. Vult igitur D.S. ꝙ angeli, & corpora cœlestia rectè dicantur necessaria simpliciter; quia denominatio debet fieri secundùm intrinseca, & propria rei, & non secundùm extranea, & extrinsecam potentiam. Cum ergo angeli, & corpora cœlestia non habeant potentiam in se ad nõ esse, sed magis potentiam, vt semper sint; ergo dicendi sunt nõ potentia nõ esse, & per cõsequens simpliciter necessaria dicenda. Hoc autem verum est, ꝙ ſm potentiam logicam, & extrinsecam possunt non esse. Loquitur enim S. Tho. modo peripatetico, & ſm naturas rerum. Scotus autem vult, ꝙ quia possunt nõ esse per potentiam extrinsecam, ideo non sint dicenda huiusmodi simpliciter necessaria. Sed vt dictũ est, magis denominanda est res ſm intrinseca, quàm extrinseca; & ergo (vt dictum est) disputatio est de nomine. Concedit enim, & D.S. quia possunt non esse per potentiã extrinsecam. Quærit ergo D.S. de necessarijs, & ęternis, vt innuat distinctionẽ, ꝙ aliqua sunt necessaria creata, quę nõ sunt ęterna, quãuis ęterna sint necessaria absolutè, & per hoc magis necessaria, quàm necessaria creata, ꝙa ęterna, nec p potentiã extrinsecã pñt nõ esse.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut supra dictum est; * lex ęterna est ratio Diuinæ gubernationis. Quæcunque ergo Diuinæ gubernationi subduntur, subijciuntur etiã legi ęternæ, quæ verò gubernationi ęternæ non subduntur, neque legi ęternæ subduntur. — * Art. 1. huius quæst.

¶Et quia D.S. vult in isto artic. ostendere, quæ subijciantur, & quæ non subijciantur legi æternæ, ideo ponit conclusionem bimembrem in hoc corpore, talem. Sic igitur legi æternæ subduntur omnia, vt habetur in fine corporis, ibi. Sic igitur, &c. Probatur conclusio, quæcunq; Diuinæ gubernationi subduntur, etiam subduntur lęgi æternæ, quæ autem non, non subduntur; sed omnia, quæ sunt in rebus a Deo creatis, siue contingentia, siue necessaria Diuinæ prouidentiæ subduntur, non autem quæ pertinẽt ad naturam, vel essentiam Diuinam; igitur conclusio vera. Huius rationis probat primò maiorem, & eam ponit; secundò minorem, quam formaliter non ponit, ibi. Horũ autem, &c. Maior ergo probatur a principio ex dictis, art 1. quia lex ęterna est ratio Diuinæ gubernationis, ideo maior vera; consequentia de se patet. Est autem ratio gubernationis, saltem originalis, & prima, &c.

¶ Circa secundam maioris, nota, quia libri communiter habent, gubernationi æternæ, melius esset Diuinæ; quia gubernatio formaliter non est æterna, sicut nec creatio, & si debeat stare sic, oportet intelligere, quòd gubernatio est æterna quantum ad actum Diuinum immanentem, qui fuit ab æterno, sed ab æterno non fuit gubernatio. Et secundò potest intelligi quantum ad rationem gubernationis, sed non quo ad eius executionem. De hoc prima parte, quæst. 22. artic. 3.

¶Horum autem distinctio attendi potest ex his, quæ circa nos sunt; humanæ enim gubernationi subduntur ea, quæ per homines fieri possunt, quæ verò ad naturam hominis pertinent, nõ subdũtur gubernationi humanæ, s. ꝙ homo habeat animam, uel manum, aut pedes. —

¶Probat

¶Probat minorem per simile ex his, quæ circa nos sunt, & patet clarè in littera. ¶Nota, ꝙ licet membra, & anima sint cõmissa hominis gubernationi, quo ad motus, & operationes, (quia dicit. Custodi te, & animam tuam solicitè) tamen habere animam, & habere membra nõ est sub gubernatione hominis, sed proueniũt a Diuina dispositione, ex qua sibi debentur, vt patet prima parte, q. 21. art. 1. ad tertiũ. ita quia omnia Diuina ęterna sunt ipse Deus, & ipsa lex ęterna, idẽo legi ęternæ non subduntur, quia idem nõ subditur sibi ipsi. Et ergo notanter dicit D.S. circa declarationem minoris, sicut habere animam, quia vt sic pertinet ad naturam humanam, & habere membra. Sicut enim omnia quæ sunt Dei, & in Deo formaliter pertinent ad naturam Diuinam, & per consequens legi ęternæ nõ subsunt, solùm enim subduntur alicuius gubernationi, & legi, quæ ab eo fiunt. Et in hoc stat fundamentum articuli, quia solùm reguntur quæ fiunt, ęterna autem non fiunt a Deo, sed sibi naturaliter insunt, siue essentialia, siue notionalia, vt hic supponitur, & tangetur prima par. q. 27. ar. 2. ad tertium. Et vide prima par. q. 103. art. 5. & q. 22. art. 2. vbi videbis, quia D.S. se fundat in eo quod dictum est. s. in Diuina causalitate, quia sista se ad omnia extendit, & ideo prouidentia, & gubernatio. Tunc ibi.

¶Sic igitur legi ęternæ subduntur omnia, quæ sunt in rebus a Deo creatis, siue sint contingentia, siue sint necessaria; ea verò quæ pertinent ad naturam, uel essentiam Diuinam, legi ęternæ non subduntur, sed sunt realiter ipsa lex ęterna. —

¶Est ista conclusio responsiua iam satis probata, & patet.

ARGVMENTVM in contrarium non est purum, ideo soluetur quarto loco.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ de voluntate Dei dupliciter possumus loqui; vno modo quantum ad ipsam uoluntatem, & sic cum uolũtas Dei sit ipsa essentia eius, non subditur gubernationi Diuinę, neq; legi ęternæ, sed idem est, quod lex ęterna; alio modo possumus loqui de uoluntate Diuina quãtum ad ipsa, quæ Deus uult circa creaturas, quæ quidẽ subiecta sunt legi ęternæ, inquantum horum ratio est in Diuina sapientia, & ratione horũ uoluntas Dei dicitur rationabilis; aliquin ratione suiipsius magis est dicenda ipsa ratio. —

¶Maior vera. Ad minorem distinguitur, si intelligitur, ꝙ Diuina voluntas in se, & ſm se, quãtum ad entitatem suam, vt tenet se ex parte Dei, & essentiæ Diuinæ, sit rationabilis; negatur, quia naturaliter, & necessariò ineſt Diuinæ essentię, & est ipsa ratio Diuina, extendendo rationem, si igitur est ipsa gubernatio, & ipse Deus, ideo gubernationi suæ non subditur; alio modo potest intelligi, ꝙ ipsa voluntas, vt est respectu uoliti creati sit rationabilis & iusta; sic conceditur, ꝙ est rationabilis ad sensum, qui habetur prima par. q. 19. art. 5. quia ex parte voliti est ratio, & causa, quia vnum volitum attingitur a voluntate Diuina pp aliud volitum, ita ꝙ in attingentia passiua voluntatis Diuinæ est causa, & ratio, licet non ex parte attingentiæ actiuæ. Et secundò potest dici breuiter, ꝙ voluntas Diuina, vt ens, non est rationalis, sed vt voluntas ex parte volitorũ, &c. ergo rationi subditur, &c. Verũ ad sensum dictum ex parte volitorum, & ex parte attingentiæ passiuæ in volitis. Vltra, conceditur subsumpta. Et vltra; ergo voluntas Dei ex parte volitorum, quia est ratio in Diuina sapientia, quare illud sit volitum, & sic volitum; conceditur etiam, ꝙ voluntas est ęterna in se, & ęternum ens. Sed dico, ꝙ volita nõ sunt ęterna, nec Deus identicè; ergo, &c. negatur consequentia de ęternis Diuinis, &c.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ filius Dei nõ est a Deo factus, sed naturaliter ab ipso genitus; & ideo non subditur Diuinæ prouidentiæ, aut legi ęternæ, sed magis ipse est lex ęterna per quandam approbationem, vt patet per August. in libro de vera Religione. * Dicitur autem esse subiectus patri ratione humanæ naturæ, secundùm quam etiam pater dicitur esse maior eo. — August.

¶Maior vera. Ad minorem dico post D.S. 3. par. q. 20. art. 1. ꝙ semper debet intelligi filius subiectus patri ſm humanam naturam, etiam si hæc determinatio non addatur, sicut cum dicitur creatura. Conuenientius tñ est apponere determinationem istam propter errorem Arrij, qui ponit filium minorem patri. Et intelligitur auctoritas, quia erit patri subiectus, quando tradet regnum Deo, & patri, quando iustos, in quibus nũc regnat per fidem, perducturus est ad speciem, vt s videant ipsam essentiã communem, Patri, & Filio; & tunc totaliter erit patri subiectus, non solùm in se, sed etiam in membris suis per plenã participationem Diuinæ bonitatis; tunc etiam omnia erunt ei plenè subiecta per finalem impletionem suæ voluntatis de eis, licet & modo ei omnia sint subiecta quantũ ad potestatẽ, & per hoc intelligitur auctoritas Apostoli. Vltra, negatur consequentia, intelligendo consequens cum illa determinatione, qui est æternus; quia sic intelligitur, ꝙ filius ſm Diuinitatem, & personã sit sub lege, quod falsum est, quia sic non est factus; sed naturalis, & necessariò genitus; sed deberet inferri, ergo filius ſm humanitatem est sub lege ęterna, quod concedit, sed sic non est æternus, sed factus ex muliere ex tpe, vt habet Apostolus. De hoc autem, qũo ipse filius sit lex ęterna per approximationẽ, dictum est sup. ar. 1. ad 2. quia inquantũ filius est verbũ intellectuale, cõuenit sibi lex æterna per approbationem, non tñ per ꝓprietatẽ, quia lex æterna nõ est quid realiter procedens, &c.

¶ Tertium concedimus, quia procedit de necessarijs creatis. —

¶Maior conceditur ad sensum supra dictum, q. 91. Ad minorẽ, concedo, ꝙ multa necessaria creata subduntur Diuinæ prouidentiæ, & gubernationi; quia & ipsa creata sunt, & gubernant a Deo; sicut enim humana prouidentia se extẽdit ad ea, quæ ab homine fiunt, ita Diuina prouidentia ad oĩa, quæ a Deo fiũt, qualia sunt & Angeli, & permanẽtia ipsorum necessaria, vt patet pri. par. q. 22. ar. 2. ad 3. ergo &c. cõceditur, ꝙ necessaria creata, & est pro prima parte conclusionis, vt patuit; vnde dicit D.S. concedimus tertium.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ sicut Philosophus dicit in 5. Metaph. * Quædam necessaria habent causam suæ necessitatis, & sic hoc ipsum, quòd impossibile est ea aliter se habere, habent ab alio, & hoc ipsum est cohibitio quædam efficacissima. Nam quæcunque cohibentur in communi, intantùm cohiberi dicuntur, inquantùm non possunt aliter facere, quàm de eis disponatur. — * Aristot. tex. 16.

¶Ad maiorem dico, ꝙ necessaria creata incomplexa impossibile est aliter se habere quo ad esse substantiale, quia non est ad hoc potentia intrinseca, quia semper in eo, in quo est potentia ad non esse, oportet esse potentiam ad aliud esse, nõ enim est aliqua potentia per se respiciens non esse, quãuis talia necessaria possint quo ad esse aliter se habere per potentiam extrinsecam. Vltra ad secundã partem maioris, negatur, ꝙ non indigeant cohibitione, s. vt non cadant in non esse. Et ratio est, quia necessitatem suam habent ab alio in fieri, &c & sic habẽt causam necessitatis, & per consequens hoc, quod est impossibile per potentiam intrinsecam aliter se habere, est ab alio, & quædam cohibitio efficacissima; nãquæcunq; dñr cohiberi, ideo dñr cohiberi, quia nõ possunt aliter facere, quàm Deus disposuit, & sic etiam cõtingentia cohibentur, sed necessaria efficacissimè cohibentur, quia semper ira cohibentur, vt nõ possint aliter esse. Et fundat hæc solutio in Phil. 5. Metaph. & eandem sententiam habet D.S. prima par. q. 44. ar. 1. ad 2.

¶Nota autem, ꝙ Phil. 5. Metaph. tex. 6. vbi allegatur in solutione, non solùm loquitur de necessarijs complexis, ꝙ habeant causam suæ necessitatis, sed etiam de necessarijs incomplexis. Vnde dicit Phil. in textu. quare primum, & propriè necessarium ipsum simplex est, &c. Vbi dicit D.S. in comm. lect. 5. Secunda cõclusio est, quia cum oporteat esse vnum primum necessarium, a quo alia necessitatem habent (quia in causis non est procedere in infinitũ, vt in secundo ostensum est) oportet, ꝙ hoc primum necessarium, quod etiam maximè propriè est necessariũ, ꝙ ipsum sit simplex. Ea enim, quæ sunt composita, sunt mutabilia, &c. Vbi patet, quòd Phil. loquitur etiã de necessarijs simplicibus. Vnde & dicit ibidẽ in tex. ergo si quæ sunt sempiterna, & immobilia, nihil illis est vi, nec præter naturã. Vnde patet, quia cauillatio est dicere, ꝙ auctoritas Philosophi non sit D.S. ad propositum ostendendum, de necessarijs simplicibus, &c. Vide & D.S. 8. Physlect. 3. tex. 15.

Vtrum naturalia contingentia subijciantur legi æternæ.

R 1. q. 22. ar. 2. Et 1 dil. 39. q. 2. ar. 2. co. Et 3. contra c. 71. fin. 72. & 73. Et Veri. q. 5. ar. 3. & 4. Et opuscu 3. c. 132. usq; ad 136. Et opus. 15. c. 12. usque ad 16. Et Iob 11. * q. 90. ar. 4. * Aristot. cap. vlt. * Art 2. huius quæst.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd naturalia contingentia non subsint legi æternæ. Promulgatio enim est de ratione legis, vt supra dictum est; * sed promulgatio non potest fieri nisi ad creaturas rationales, quibus potest aliquid denunciari; ergo solæ creaturæ rationales subsunt legi æternæ; non ergo naturalia contingentia.

¶ 2 Præterea. Ea quæ obediunt rationi, participant aliqualiter ratione, vt dicitur in primo Ethicorum. * Lex autem ęterna est ratio summa, ut supra dictum est; * cum igitur naturalia contingentia non participent aliqualiter ratione, sed pẽnitus sint irrationabilia, videtur, quòd non subsint legi ęternæ.

¶ 3 Præterea. Lex æterna est efficacissima, sed in naturalibus contingentibus accidit defectus; non ergo subsunt legi ęternæ.

¶ Sed contra est, quod dicitur Prouerb. 8. Quando circũdabat mari terminum suum, & legem dabat aquis, ne transirent fines suos. Prouer. 8.

¶Hic consequenter D. S. inquirit de continentia legis ęternæ respectu contingentium, an & ipsa subsint sibi; & primò de contingentibus naturalibus, secundò de contingentibus humanis, artic. 2. Quo ad primum nota, ꝙ contingentia naturalia dicuntur actus, & motus irrationalium, tam animatorum, quàm inanimatorum, ita ꝙ sub contingentibus naturalibus comprehenduntur & bestiæ; nam & ipsæ aguntur potius, quàm agant. Doct. S. igitur in hoc articulo ex excessu, & differentia legis ęternæ super humanam, & ex his, quæ subsunt legi hominis, ostendit, quæ subsunt legi ęternæ, vt videbitur in hoc corpore articuli.

¶Respondeo dicendum, ꝙ aliter est de lege hominis dicendum, & aliter de lege ęterna, quæ est lex Dei. Lex enim hominis non se extendit, nisi ad creaturas rationales, quæ homini subijcinntur. Cuius ratio est, quia lex est directiua actuum, qui conueniunt subiectis gubernationi alicuius; vnde nullus propriè loquendo, suis actibus legem imponit. Quæcunque autem aguntur circa vsum rerum irrationabilium homini subditarum, aguntur per actum ipsius hominis mouentis huiusmodi res; nam huiusmodi irrationales creaturę non agunt seipsas, sed ab alijs aguntur, vt supra habitum est; * & ideo rebus irrationabilibus homo legem imponere non potest, quantumcunque ei subijciantur.

* q.1.art.2.

¶In hoc corp. primò deducit quandam conclusionem fundamentalem; secundò respondet ad quæsitum, ibi. Sicut autem, &c. Tertiò infert ex dictis corollarium, ibi. Vnde alio modo, &c. Conclusio igitur fundamentalis, quam in principio generaliter ponit, & postea magis explicat, est. Aliter est de lege hominis dicendū, & aliter de lege ęterna, quæ est lex Dei. (quo ad subiectionem contingentium naturalium. Et quia illa conclusio non explicat alietatem, de qua dicit, ideo statim explicat ipsam alia conclusione. Rebus irrationabilibus homo legem imponere non potest, quantumcunque ei subijciantur. Rebus autem rationabilibus sibi subiectis potest imponere legem. Huius conclusionis D. S. ponit, & probat primò primam eius partem; secundò secundam, ibi. Rebus autem, &c. Arguitur ergo sic pro prima parte conclusionis. Nullus propriè loquendo, suis actibus legē imponit, sed quæcunque aguntur circa vsum rerum irrationabilium hominum subditarum, aguntur per actum ipsius hominis huiusmodi res mouentis; igitur, &c. Maior probatur, quia lex est directiua actuum, qui conueniunt subiectis gubernationi alicuius; sed homo propriè nō est subiectus sibijpsi, igitur, &c. Dicit autem maior, & iam posita minor, propriè, quia hominis ad seipsum est subiectio, & lex metaphorica, sicut & iustitia metaphorica, vt patet 5. Ethic. Et habet D. S. secunda secundæ, quæst. 58. artic. 2. quia iustitia est propriè ad alium suppositō distinctum; sed metaphorica est eiusdem secundùm diuersas potentias, ita quòd aliquo modo impropriè posset aliquis sibi imponere legem. Minor principalis probatur, quia huiusmodi irrationales creaturæ non agunt seipsas, sed ab aliis aguntur; igitur sequitur minor, quòd cum homo aliquid vult agi circa ista, quòd ipse assit, & moueat actu, & per consequens non potest eis imponere legem.

¶Nota circa hanc minorem, & probationem; quia clarè videmus, si homo velit aliquid fieri circa rem inanimatam; oportet, ꝙ ipse eam actu moueat. De bestijs similiter videmus, quòd non faciunt nisi in sua præsentia, & directione; nec est instantia de cane, quem aliàs vidimus, qui ad longam distantiam currebat ad iussum, & nutum magistri sui; tum quia canis est animal disciplinabile, & secundò, quia nisi Dominus assisteret actu, canis nō faciebat, sed se cum alijs mordebat; & ergo oportet semper hominem mouere, si aliquid vult fieri; qua re sicut actibus suis non imponit legem, sic nec istarum bestiarum.

¶Rebus autem rationabilibus sibi subiectis potest imponere legem, inquantum suo præcepto, vel denunciatione quacunq; imprimit menti earum quandam regulam, quæ est principium agendi.

¶Ponit, & probat secundam partem conclusionis fundamentalis sic. Homo subiectis sibi rationabilibus potest præcepto suo, vel denunciatione quacunq; imprimere in mentem quandam regulam, quæ est principium agendi; igitur secunda pars vera. Tenet consequentia, quia imprimere regulam, est ponere legē. Antecedens relinquitur notum ex supra dictis, q. 80. art. 2. quia diabolus potest interius instigare, & in hoc conuenit cum eo homo, vt patuit, q. 81. in princ. Et patet magis prima par. q. 115. art. 1. vbi habetur, quomodo vnus homo alium docere potest, reducendo de potentia in actum, & ordinando conceptum alterius, & præstādo auxilia particularizando, & similitudines adducendo, &c.

¶Sicut autem homo imprimit, denunciando quoddā interius principium actuum homini sibi subiecto, ita etiam Deus imprimit toti naturæ principia propriorum actuum; & ideo per hunc modum Deus dicitur præcipere toti naturæ, ſm illud Psalm. Præceptum posuit, & non præteribit; & per hanc etiam rationem omnes motus, & actiones totius naturæ legi ęternæ subduntur.

¶Hic consequenter subiungit conclusionem responsiuam, implicitè tamen, ex hoc, ꝙ dicit. Et per hanc rationem etiā omnes motus, & actiones totius naturæ legi ęternæ subduntur. Ex hoc hī conclusio responsiua formaliter, ꝙ naturalia contingētia subsunt legi ęternæ; quia motus, & actiones naturæ sunt contingentia naturalia. Probatur conclusio, assumendo secundam partem præcedentis conclusionis cum eius probatione pro maiore, homo imponit legem rationabilibus sibi subiectis, inquantum suo præcepto, & denunciatione imprimit quoddam principium agendi, sed sicut homo imprimit, denunciando quoddam interius principium actuū sibi subiecto, ita Deus imprimit toti naturæ principia propriorum actuum; ergo & per hanc rationem (ſ propter impressionem principij agendi) omnes motus, & actiones totius naturæ legi ęternæ subduntur. Maior ista patuit. Minor quo ad primam partem patet ex dictis, sed quo ad secundā partem patet, qa ex hoc dī præcipere toti naturæ, ſm Psal. &c. quia videlicet imprimit toti naturæ principia actuum. Et dī propriorum actuum, quia potest moueri violenter ad motum, cuius Deus nō impressit principium, sed motuum naturalium propriorū impressit principium.

¶Nota, ꝙ ex hoc aliquis dī subesse legi alicuius, qa ex ipso mouetur ad finē a se intentum, Deus autem ex ęterna ratione mouet omnes creaturas naturales ad actus suos per impressionem principij actiui, ideo motus illi subsunt legi ęternæ, &c. Tunc ibi.

¶ Vnde alio modo creaturæ irrationales subduntur legi ęternæ, inquantum mouentur a Diuina prouidentia, non autem per intellectum Diuini præcepti, sicut creaturæ rationales.

¶Infert corollarium, quod exponit auctoritatem Psalm. & est tale. Alio modo creaturæ irrationales subduntur legi æternæ, aliter rationales; patet; quia irrationales mouentur a Diuina prouidentia, non per intellectum Diuini præcepti, sed rationales mouentur per intellectum; ergo corollarium verum.

¶Nota, ꝙ naturalia mouentur a Deo per impressionem principij actiui purè naturalis, sicut mouet graue per grauitatem; sed mouet hominem per præcepta, vel legis naturæ, vel Diuinæ, quæ ab homine intelliguntur. Et de hoc supra, q. 91. art. 2. ad tertium.

ET confirmatur conclusio responsiua argumento in contrarium, quia aquam transire, & non extra fines suos est contingens naturale, & subest legi æternæ; ergo, &c.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ hoc mō se habet impressio actiui principij intrinseci quātū ad res naturales, sicut se habet promulgatio legis quātū ad homines; quia per legis promulgationē imprimitur hoibus quoddā directiuū principiū humanorum actuū, ut dictum est.* * In corp. artic.

¶Ad maiorem, vera est, ꝙ promulgatio est de ratione legis, ſm quod datur creaturæ rationali, sed quo ad alias creaturas est aliqd simile promulgationi. (ipsa impressio actiui principij quę se habet vt promulgatio. Et secundò promulgatio est de ratione legis essentialiter dictæ, sed nō participatiuè, vt potest haberi ex dictis.

¶Ad minorem, promulgatio denunciatiua, & intelligibilis nō fit nisi ad rationales, tñ perceptio, & participatio legis æternæ, per quā mouentur naturalia ad actus suos proprios, potest fieri ad ea, q̄ non hñt rōnem; quare negat consequentia, sed sequif, ꝙ rationales participant legē æternā intelligibiliter, non naturalia, &c.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ creaturæ irrationales non participāt rōne humana, nec ei obediunt, participāt tñ per modū obedientię ratione Diuina. Ad plura enim se extendit uirtus rationis Diuinæ, quàm uirtus rationis humanæ, & sicut membra corporis humani mouentur ad imperium rationis, non tamen participant ratione, quia non habent aliquam apprehensionem ordinatam ad rationem, ità etiam creaturæ irrationales mouentur a Deo, nec tamen propter hoc sunt rationales.

¶Ad maiorem, si intelligitur, quòd obedientia rationi participant rationem modo intelligibili, negatur. Et oppositum ostēditur clarè de membris nostris, quæ obediunt, & regūtur regimine dispotico, & non sunt rationabilia. Si autem intelligitur, ꝙ participāt ratione per modum obedientiæ, ita ꝙ nata sunt percipere impressionem rationis, & ſm illam moueri, concediturr; sic enim dicimus, ꝙ concupiscibilis, & irascibilis participant ratione, non quia intelligant, sed quia aptæ sunt moueri ad actus suos ex imperio rationis. Minor conceditur, ad subsumptam dico, ꝙ naturalia contingentia non participant aliqualiter ratione humana, tamen aliqualiter Diuina, non quidem intelligibiliter, sed naturaliter, & obedientialiter. Et ratio est in solutione, quia virtus Diuina superior est. Quare negatur consequentia, &c.

¶Nota

¶Nota verbum D. S. in hac solutione, & sicut membra corporis non participant ratione humana, intelligę participatione intelligibili, & denunciatiua. Et hoc D. S. statim innuit, cū subiungit, quia non habent aliquam apprehensionem ordinatam ad rationem, cum quo stat, quòd participant per motionem, & impressionem cui obediunt, sicut baculus obedit manui ad motum absque cognitione.

¶Nota etiam, quia per hoc habetur declaratio dictorum circa conclusionem responsiuam. Nam non est omnino simile de lege qua homo mouet hominem, & lege qua Deus mouet creaturam naturalem, quia primum fit per denunciationem, & præceptum intelligibile, secundum autem fit per impressionem naturalem, quæ æquiualet præcepto, & fit absque intellectu, & denunciatione.

¶ Ad tertium dicendum, quòd defectus, qui accidūt in rebus naturalibus quamuis sint præter ordinem causarum particularium, non tamen sunt præter ordinem causarum vniuersalium, & præcipuè causæ primæ, quæ Deus est, cuius prouidentiam nihil subterfugere potest, vt in primo dictum est.* Et quia lex æterna est ratio Diuinæ prouidentiæ, vt dictum est.* ideo defectus rerum naturalium legi æternæ subduntur.

* p. q. 22. art. 2. * art. huius q.

¶ Maior conceditur, & dico, quòd ad illam efficaciam pertinet, vt res eueniant sicut per legem, & prouidentiam Diuinam dispositum est. Et dico, quòd illa disposuit, quòd aliqua eueniāt necessariò, aliqua contingenter, & defectiuè. Minor conceditur, sed negatur consequentia, immo quòd deficiant est ex lege æterna, licet sit contra naturam particularem, sed non vniuersalium causarum ordinem, quem ratio æterna constituit. Requirit autem solutio ista, quæ habentur prima parte. q. 22. ar. 2. & q. 19. ar. 10. Causa enim prima, & ipsa sola respicit ens inquantum ens, & modum eius, qui est necesse vel contingens, & ergo non prę-iudicatur efficaciæ Diuinæ legis, si aliqua sunt cōtingentia, immo ex hoc summa eius efficacia arguitur, quòd nihil eius ordinem exire potest, &c.

¶ Nota autem, quòd hoc argumentum, & iam dicta, tangunt quandam difficultatem satis magnam, quæ videlicet sit radix cō tingentiæ rerum. Conueniunt autem Scotus, & D. S. in hoc, ꝙ est conditio Diuinæ voluntatis, & illam D. S. vt iam tactum est dicit esse efficaciam Diuinæ voluntatis summam. Scotus autem in primo dist. 2. q. 2. & dist. 8. q. 2. & dist. 39. in responsione principali, quòd sit contingentia Diuinæ voluntatis, per quam intelligit libertatem eius. Putat quoque Scotus Aristo. & alios naturaliter loquentes concessisse contradictoria, cum ex vna parte dixerunt Deum agere ex necessitate naturæ, & tamē ex alia parte aliqua in rebus contingenter euenire, sed de hoc alibi. Solùm ideo pro nunc hæc recensui, vt videretur circa solutionem, quia legē æternam, & Diuinam voluntatem non subterfugiat contingētia rerum, & ex qua radice secundùm diuersos, &c. Vide supra q. 79. articulo primo. vbi tangitur fundamentum Scoti, etiam in hac materia, &c.

Qui radix contingentiæ

Vtrum omnes res humanæ subijciantur legi æternæ.

§ 1 p. q. 22. art. 2. & ad 1. dist. 39. 1. art. 3. & ad 5. 1. cōr. q. 64. 90. 1. hum. Et 1. 2. 5. ar. 6. propos. 1. 6. 9.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd non omnes res humanæ subijciantur legi ęternæ, dicit em Apostolus ad Gal. 5. Si spiritu Dei ducimini non estis sub lege, sed viri iusti qui sunt filij Dei per adoptionem spiritu Dei aguntur secundùm illud Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur hi, filij Dei sunt; ergo non omnes homines sunt sub lege æterna.

¶ 2 Præterea. Apostolus dicit ad Rom. 8. Prudentia carnis inimica est Deo; legi enim Dei subiecta non est; sed multi homines sunt in quibus prudentia carnis dominatur, ergo legi æternæ, quæ est lex Dei, non subijciuntur omnes homines.

1 Aug. 6. 6.

¶ 3 Præt. Aug. dicit in primo de libe. arbi.* quòd lex æterna est qua mali miseriam, boni vitam beatam mereantur, sed homines iam beati vel iam damnati nō sunt in statu merendi, ergo non subsunt legi æternæ.

1 Aug. 1. 22.

¶ Sed contra est, quod Aug. dicit. 9. de Ciuita. Dei.* Nullo modo aliquid legibus summi Creatoris ordinationiq; subtrahitur, a quo pax vniuersitatis administratur.

¶ Inquirit vltimò specialiter de creatura rationali, quomodo legi æternæ subdatur secundùm actus suos, & istos vocat D. S. singulariter res humanas, nam lex non respicit subditum secū-

dùm esse suum absolutè, nec secundum fieri, sed secundùm gubernationem, cuius effectus sunt conseruatio, & motio.

¶ Respondeo dicendum, quòd duplex est modus quo aliquid subditur legi æternæ, vt ex supra dictis patet.* Vno modo inquantum participatur lex æterna per modum cognitionis. Alio modo per modū actionis, & passionis, inquantum participatur per modum interioris principij motiui. * Arti. 5. In fi. cor.

¶ D. S. sic procedit in hoc corpore, primò ponit quoddam notabile ex ar. 5. præce. quod est fundamentale distinctiuum. Secundò respondet ad quæsitum quibusdam conclusionibus, ibi. Et hoc secundo modo.

¶ Nota ergo primò, quòd duplex est modus, quo aliquid subditur legi æternæ, vt patet ar. 5. Vno modo inquantum participatur lex æterna modo intelligibili, ita scilicet quòd Diuinū præceptum intelligitur a subdito, mediante scilicet lege naturali, quæ est participatio legis æternæ, & eius effectus, vt dictum est articulo 2. Alio modo aliquid subest legi æternæ per modum actionis, & passionis, quia participatur lex æterna in principio motiuo, actiuo, vel passiuo.

¶ Et hoc secundo modo subduntur legi æternæ irrationales creaturæ, vt dictum est. * sed quia rationalis natura cum eo, quod est commune omnibus creaturis habet aliquid sibi proprium inquantum est rationalis, ideo secundùm vtrumque modum legi æternæ subditur, quia & notionem legis æternæ aliquo modo habet vt supra dictum est;* & iterum vnicuiq; rationali creaturæ inest naturalis inclinatio ad id, quod est consonū legi æternæ. Sumus enim innati ad habendum virtutes vt dicitur in secundo Ethicorum.* * Art. præ. * Ar. q. huius.

¶ Hic consequenter D. S. respondet secundùm prædictam distinctionem qui busdam conclusionibus. Et primò deducit quandam conclusionem responsiuam generalem, quo ad secundam eius partem. Secundò aliam conclusionem explicatiuam primæ, ibi. Vterque tamen, &c. Tertiò infert corollariè conclusionē adhuc magis specialem, ex qua habetur conclusio responsiua formaliter, ibi. Sic ergo boni, &c. Conclusio igitur prima generalis responsiua est. Secundo modo subijciuntur legi æternæ irrationales creaturæ; sed rationalis creatura secundùm vtrumque modum legi æternæ subditur, & intelligitur, quòd subditur omnis creatura rationalis bona, & mala quo ad illam participationem legis ęternæ quo ad habitum, & quo ad principia bonarum operationum. Secus de vsu, & actu secundo, quia ibi est inæqualitas, vt patebit; & vult ista conclusio, ꝙ quo ad participationem duplicem omnis creatura rationalis subditur, scilicet cognitionem, & inclinationem, capiendo ista habitualiter, & potentialiter; huius conclusionis prima pars relinquitur nota ex art. 5. vbi clare habita est. Secunda pars probatur, creatura rationalis notionem legis æternæ habet aliquo modo, & iterum vnicuiq; rationali creaturæ ineſt naturalis inclinatio ad id, quod est consonū legi æternæ, igitur secunda pars vera; cōsequentia nota. Antecedens prima parte patuit ar. 2. & dicit aliquo modo, quia non habet notionem legis æternæ in se, sed in eius participatione, & effectu, & hoc loquendo sub ratione legis, vt patuit. Secunda pars antecedentis probatur auctoritate Philosophi. 2. Ethicorum. Sumus enim innati, &c. Sed operatio virtutis est consona legi æternæ, igitur, &c. Et patuit illa secunda pars supra q. 63. ar. 1. quia a natura insunt nobis seminatia virtutum vt supra patuit q. 51. art. 1. quæ dicunt inclinationem ad virtutem, & ibidem expositū est. Consequenter cum dicit.

Conclusio prima.

¶ Vterque tamen modus imperfectus quidem est, & quodammodo corruptus in malis, in quibus & inclinatio naturalis ad virtutem deprauatur per habitum vitiosum, & iterum ipsa naturalis cognitio boni in eis obtenebratur per passiones, & habitus peccatorum.

¶ Subiungit secundam cōclusionem explicatiuam primæ quo ad secundam partem, quia dictum est, quòd creatura rationalis duobus modis subsit legi æternæ, ideo restat determinandum, an æqualiter boni, & mali, & an perfectè quælibet rationalis creatura etiam mala, &c. ideo est secunda conclusio. Vterque modus imperfectus quidem est, & quodammodo corruptus in malis, in bonis autem vterque modus inuenitur perfectior huius conclusionis D. S. posit, & probat primò primam partem, secundò secundam, ibi. In bonis autem, &c. probatur sic prima pars. Inclinatio naturalis ad virtutem deprauatur per habitum vitiosum in malis quo ad secundum, & iterum ipsa naturalis cognitio boni in eis obtenebratur per passiones, & habitus peccatorum, igitur prima pars vera. Consequentia clara. Antecedens de se notū, & patet ex supra dictis. q 85. vbi dictum est quomodo bonum naturæ, quod est inclinatio ad virtutem per peccatum diminuatur,

Conclusio secunda.

& iterum

& iterum supra q.77.arti.2.vbi dictum est quomodo ratio obtenebratur per passionem,singulariter ratio practica de qua hic loquimur obtenebratur,& etiam in particulari tollitur per passiones;lex enim æterna participatur sub ratione legis secundū rationem practicam,& dicit prima pars quodammodo corruptus, quia nō potest totaliter corrūpi,vt patet ad secūdū. Deinde ibi.

¶ In bonis autem vterque modus inuenitur perfectior,quia & supra cognitionem naturalem boni,superadditur eis cognitio fidei,& sapientiæ;& supra naturalem inclinationem ad bonum,superadditur eis interius motiuum gratiæ, & virtutis.

¶ Ponit, & probat secundam partem conclusionis prædictæ sic,bonis supra naturalem cognitionem boni,superaddit cognitio fidei,& sapientiæ quo ad primum, & supra naturalem inclinationem ad bonum superadditur eis interius motiuum gratiæ,& virtutis;ergo secunda pars vera,& omnia patent, & dicit supra cognitionem naturalem boni,vbi patet, quòd loquitur de cognitione practica,& affectiua ;quia ista maior est in bonis,& dicit superadditur cognitio fidei,& sapientiæ,quia esto mali habeant fidem non tamen sapientiam Diuinam, vt patet secunda secundæ.q.45.art. 4. & dicit vterque modus inuenitur perfectior, & non dicit perfectius, quia hoc non est præsentis status, sed futuri,vt homo semper actu cognoscat & diligat Deū,vt patet secūda secundæ.q.44.ar.4.cum quo stat, quòd perfectius se habeant, quàm mali ad cognoscendum Deum, & operandum propter Deum, &c. Deinde ibi.

¶ Sic igitur boni perfectè subsunt legi æternæ tanquam semper secundùm eam agentes, mali autem subsunt quidem legi æternæ,imperfectè quidem quantum ad actiones ipsorum,prout imperfectè cognoscunt, & imperfectè inclinantur ad bonum, sed quantum deficit ex parte actionis,suppletur ex parte passionis,prout scilicet intantum patiuntur, quod lex æterna dictat de eis inquantū deficiunt facere,qđ legi æternæ conuenit.

Conclusio tertia. ¶ Infert ex dictis in præcedenti conclusione tertiam conclusionem,ex qua habetur responsio formalis ad quæsitum, & est trimembris. Boni perfectè subsunt legi æternæ, mali autem subsunt quidem legi æternæ, imperfectè tamen quantum ad actiones ipsorum;sed quantum deficit ex parte actionis,suppletur ex parte passionis;probatur conclusio ratione, & deinde auctoritate,ibi.Vnde Aug. &c. Ratione probatur quo ad singulas partes, quo ad primam sic, quia boni semper agunt secundum legē æternam,igitur prima pars vera. Antecedens notum, quia alias non essent boni,sed peccatores si non agerent secundum legem æternam,quia peccatum est contra legem æternam.

¶ Nota autem, quòd boni huius vitæ de communi lege semper agunt secundum legem æternam,ita quòd non contra, esto enim venialiter peccent,hoc tamen vt patuit supra q.74.ar.9.nō est contra legem æternam,& ita intelligit D. S.Secunda pars cōclusionis probatur,quia mali imperfectè cognoscunt,scilicet in particulari,& practicè,& imperfectè inclinantur ad bonum.f.secundùm affectum,& effectum,igitur secunda pars vera,&c. Antecedens patuit in secunda conclusione,consequentia nota,quia subesse legi est istis duobus modis. Tertia pars declaratur, quia inquantum deficiunt facere, quod legi æternæ conuenit,in tantū patiuntur quod lex æterna dictat de eis, & hoc præcipuè in futura vita,ita quòd qui hic egreditur ordinem iustitiæ faciendo, illic cum incidit patiendo. Tunc ibi.

Arist.c.6. ¶ Vnde August. dicit in primo de libe.arbi. Iustos

Arist.c.18. sub æterna lege agere existimo,& in libro de cathetizādis rudibus. dicit quòd Deus ex iusta miseria animarum se deferentium conuenientissimis legibus inferiores partes creaturæ suæ nouit ordinare.

¶ Probat conclusionem præcedentem quo ad primam, & tertiam partes,auctoritate Beati Aug.clarè in littera,& vult in secūda auctoritate,quòd deordinationes peccatorum istius temporis reordinat in inferno vel purgatorio, quæ sunt inferiores partes creaturæ suæ. Ex ista conclusione habet responsio formalis, qa omnes res humanæ subijciuntur legi æternæ,patet quia omnes res bonorum subijciuntur secundum cognitionem, & operationem,nam rectè cognoscunt, & benè operantur conformiter ad legem æternam;mali autem licet nō sint conformes legi æternæ secundum operationes suas faciendo, tamen secundum eas subsunt patiendo præsertim in alia vita, non sunt autem nisi boni, & mali,& bona,& mala humana, ergo patet responsio ex dictis.

ARGVMENTVM in contrariū est,pro conclusione responsiua, quia omnes res humanæ subijciuntur, sed quomodo differenter declaratum est in articulo,&c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illud verbum Apostoli potest intelligi dupliciter. Vno modo vt esse sub lege intelligatur ille, qui nolens obligationem legis,subditur quasi cuidam ponderi, vnde Glosa.* ibidē dicit,quòd sub lege est qui timore supplicij, quod lex minatur,non amore iustitiæ a malo opere abstinet; & hoc modo spirituales viri non sunt sub lege, quia per charitatem quam Spiritus sanctus cordibus eorum infundit,voluntariè id,quod legis est implent.Alio modo potest etiam intelligi inquantum hominis opera, quæ Spiritu sancto aguntur magis dicuntur esse opera Spiritus sancti, quàm ipsius hominis; vnde cum Spiritus sanctus non sit sub lege sicut nec filius,vt supra dictum est.* sequitur quòd huiusmodi opera inquantum sunt Spiritus sancti non sint sub lege; & huic attestatur,qđ Apostolus dicit secūdæ ad Corinth.3.Vbi Spititus Domini ibi libertas.

* Glos. ordin. ibi, & summitur ex August.

* Ar.4. ad secundum.

¶ Pro isto argumento oportet notare,quòd occasione horum verborum Apostoli,quæ habentur in maiori,& eorum,quæ habentur in fine solutionis,& etiam illorum,scilicet Iusto non est lex posita.Aliqui erroneè dixerunt,quòd viri Spirituales nō obligantur præceptis Diuinæ legis;sed hoc est falsum,nam præcepta Dei sunt regula voluntatis humanæ. Nullus autem homo est, nec Angelus cuius voluntatem non oporteat regulari, & dirigi lege Diuina,& inde est,quòd nulla creatura est peccabilis per naturam, quia necessariò subditur regulæ, & legi superiori excedēti,&c. quare impossibile est aliquem hominem præceptis Dei non subdi;hoc ergo,quod dicitur,Iusto non est lex posita,exponitur, idest propter iusto (qui interiori habitu mouentur ad ea, quæ lex Dei præcipit)lex non est posita, sed propter in iustos,non quin iusti etiam ad eam teneantur; & similiter vbi Spiritus Domini ibi libertas intelligitur, quia liber est, qui est cā sui,seruus autem est causa Domini; quicumque ergo ex seipso agit,liberè agit,qui vero ex alio motus,nō agit liberè,ille ergo qui vitat mala,non quia mala,sed propter mandatum Domini non est liber, sed iuvitat mala; quia mala, est liber hoc autem facit Spiritus sanctus qui mentem interius perficit per bonum habitum vt sic ex amore caueat,ac si præciperet lex Diuina,& ideo dicitur liber non quin subdatur legi Diuinæ, sed quia ex bono habitu inclinatur ad hoc faciendū,quod lex Diuina ordinat; vnde quod hic dicitur in maiori D.S. sic exponit ibidem.Si referatur ad ceremonialia,oportet notare,quia aliud est seruare legem aliud esse sub lege.Seruare legem est facere opera legis non habendo spem in eis,sed esse sub lege est ponere spem in operibus legis. In primitiua autem ecclesia erant aliqui iusti seruantes legem, sed nō sub lege,inquantum seruabant opera legis,non quasi spem in eis ponentes,sic etiam Christus sub lege fuit,&c. Si autem referatur ad moralia,sic esse sub lege potest dupliciter intelligi, vel quantum ad obligationem, & sic omnes fideles sunt sub lege,quia omnibus data est;vel quantum ad coactionem,& sic iusti non sunt sub lege,quia motus,& instinctus Spiritus sancti qui est in eis,est ꝑprius eorum instinctus;nam charitas inclinat ad illud idē, quod lex præcipit,quia ergo iusti habent legem interiorem sponte faciunt, quod lex mandat ab ipsa non coacti; qui verò voluntatē malefaciendi habent, comprimuntur tamen pudore vel timore legis isti coguntur,& sic iusti sunt sub lege obligante tantùm nō cogente,sub qua sunt solùm iniusti. 2. ad Corinth.3. vbi spiritus Domini ibi libertas.1.ad Thimo. 1. Iusto non est lex posita,scilicet cogens,&c.Ex his facile patet solutio argumenti. Vnde dicitur ad maiorem ex iam dictis,si spiritu ducimini non estis sub lege cogente,tamen obligante;secundò intelligitur,quòd opera quæ fiunt a Spirito sancto vt sic,non sunt sub lege,tamen homo ipse est sub lege,&c.Minor conceditur, sed negatur tamen consequentia,quòd non omnes sunt sub lege obligante,&c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd prudentia carnis non potest subijci legi Dei ex parte actionis, quia inclinatur ad actiones contrarias legi Diuinæ; subijcitur tamen legi Dei ex parte passionis, quia meretur pati pęnam secundùm legem Diuinæ iustitiæ;nihilominus tamen in nullo homine ita prudentia carnis dominatur, quòd totum bonum naturæ corrumpatur, & ideo remanet in homine inclinatio ad agendum ea,quæ sunt * q.85.ar.5 legis æternæ.Habitum est enim supra.* quòd peccatum non tollit totum bonum naturæ.

¶ Ad maiorem patuit arti. 3. ad primum,quia vera est, quòd prudentia carnis non est subiecta Deo agendo, tamen patiendo est subiecta per sui reordinationem per pœnam, sed tamen homo in quo regnat prudētia carnis subest legi æternæ,saltem quo ad participationem habitualem legis æternæ, & quo ad cognitionem,& inclinationem,& ratio huius patuit q.85. artic.2.quia quantumcumque multiplicentur peccata, tamen inclinatio ad virtutem,

virtutem,quæ est a lege æterna non potest tolli,nec ratio quo ad principia communia vt habet D.S.pulchre in de Veri.Matc.16. ar.3. & cum hoc malus subest, quia obligatur se ei confirmare. Vnde dī ad minorē, ꝙ prudentia quidem carnis dominatur,sed tamen non tollit quin homo habeat id, quod deriuatur a lege æterna, de quo dicebat prima conclusio; & secūdò esto dominetur pro nunc quo ad actiones, tamen lex æterna dominabitur quandoque quo ad passiones; & tertiò licet non subsit quo ad voluntariam conformationem,tamen subest quo ad obligationem. Vltra,ergo &c. Verum, mali non subijciuntur pro nunc quo ad actiones,tamen subijciuntur etiam cum sint mali quo ad participationem legis æternæ habitualem, scilicet principium cognoscendi verum etiam practicum saltem in generali,& quo ad inclinationem habitualē in bonum virtutis, & tertiò quo ad passionem in futuro.

¶ Nota tamen,quòd non solùm mali subduntur legi æternæ quo ad passionem futuram,sed etiam nunc ad hunc sensum,qa iam incurrunt demeritum,& reatum passionis, propter hoc, ꝙ obligati sunt seruare legē quam participant modis dictis,& hoc D. S. innuit in ista solutione cum dicit, quia meretur pati pœnam,&c.& ita intellige dicta in corpore.

¶ Ad tertium dicendum,quòd idem est per quod aliquid conseruatur in fine, & per quod mouetur ad finem, sicut corpus graue grauitate quiescit in loco inferiori, per quam etiam ad locum ipsum mouetur. Et sic dicendum est,quòd sicut secundùm legem æternam aliqui merentur beatitudinem vel miseriam, ita per eandem legem in beatitudine vel miseria conseruantur, & secūdū hoc,& beati,& dānati subsunt legi æternæ.

¶ Maior placet,sed per hoc non excluditur quin,& per legem æternā in miseria vel vita beata conseruentur, & ratio est in principio solutionis. Minor conceditur,esto enim damnati peccent semper non tamen demerentur vt habet D.S.in 4.distin.50.q.2. arti.1.q.5.& quidem in hoc omnes conueniunt,quòd post diem iudicii non est demeritum vel meritum, quæ ordinantur ad aliqua mala vel bona consequenda; tunc enim erit consummatio malorum,& bonorum, &c.sed negatur consequentia.

¶ Nota hoc,quia ex iustitia legis æternæ est,vt mali demereātur,sicut scilicet causa remota non sicut causa proxima, sicut & supra q.87.ar.1.dictum fuit de reatu pœnæ Deus enim præordinauit in lege æterna, vt quicumq; peccet mortaliter sit reus æternæ pœnæ,sed causa proxima illius reatus est voluntas creata cōmittens actum peccati mortalis voluntariè,simile est de merito; ordinauit enim Deus vt qui faeit aliquid de genere bonorum ex charitate, quòd talis mereatur beatitudinem, & ita intelligitur maior,& est vera,&c.

Quæstio Nonagesimaquarta.

De lege naturali.

DEinde considerandum est de lege naturali,& circa hoc quæruntur sex. Primò,quid sit lex naturalis.Secundò,quę sint præcepta legis naturalis.Tertiò, vtrum omnes actus virtutum sint de lege naturæ.Quartò,vtrum lex naturalis sit vna apud omnes. Quintò, vtrum sit mutabilis. Sextò, vtrum possit a mente hominis deleri.

¶ Hic consequenter determinatur de alia parte subiectiua legis,scilicet de lege naturali.Et circa hoc primò inquiritur de essentia eius. Secundò de continentia eius, articulo 2. Tertiò de proprietatibus eius,articulo 4 Et patet ordo, quia immediatè,& primò lex naturalis deriuata est ab æterno in paradiso,& in cōditione hominis.

Vtrum lex naturalis sit habitus.

AD primum sic proceditur. Videtur,quòd lex naturalis sit habitus, quia vt Philosophus dicit in 2. Ethico.* tria sunt in anima potentia,habitus,& passio, sed naturalis lex non est aliqua potentiarum animæ, nec aliqua passionum vt patet enumerando per singula,ergo lex naturalis est habitus.

*Ethic.c.5.

¶ 2 Præterea. Basilius dicit, quòd conscientia siue synderesis est lex intellectus nostri, quod non potest intelligi nisi de lege naturali; sed synderesis est habitus quidam,vt in primo habitum est.* ergo lex est naturalis habitus.

*1.2.q.71. ar.6.

¶ 3 Præterea.Lex naturalis semper in homine manet,vt infra patebit.* sed non semper ratio hominis, ad quam lex pertinet cogitat de naturali lege, ergo lex naturalis non est actus,sed habitus.

* art. 5. huius q.

¶ Sed contra est,quod August.dicit in libro de bono coniugali. * quòd habitus est quo aliquid agitur cum opus est,sed naturalis lex non est huiusmodi, est enim in paruulis, & damnatis qui per eam agere nō possunt; ergo lex naturalis non est habitus.

* cap.21.

¶ Hic primò inquirit de quidditate legis, quæ primum est de conuenientibus rei.

¶ Respondeo dicendum, quòd aliquid potest dici esse habitus dupliciter. Vno modo propriè, & essentialiter.

¶ D.S distinctè respondet secundùm duplicem intellectū quę quæsitum potest habere, quem declarat per quandam distinctionem,cuius secundum membrum ponit. Alio modo,&c. Potest ergo præsens quæsitum habere duplicem intellectum,potest em intelligi essentialiter vel obiectiuè.Ideo D.S. distinguit,quòd aliquid potest dici habitus dupliciter. Et primò declarat primum modum.Secundò subiungit vnam conclusionem responsiuam, ibi. Et sic lex,&c. Vno ergo modo dicitur aliquid esse habitus essentialiter,& identicè,sicut supra.q 55.arti.1. ad primum dicebatur, quòd fides accipitur quandoque pro habitu fidei, &c. Consequenter cum dicit.

¶ Et sic lex naturalis nō est habitus; dictū est * enim supra, quòd lex naturalis est aliquid per rationem constitutum, sicut etiam propositio est quoddam opus rationis; non est autem idem quod quis agit, & quo quis agit,aliquis enim per habitum grammaticè agit orationem congruam. Cum igitur habitus sit quo quis agit, non potest esse, quòd lex aliqua sit habitus propriè, & essentialiter.

* q.90.art. 1.ad secundum.

¶ Subiungit iuxta prædictum membrum primā conclusionē responsiuā Lex naturalii non est habitus essentialiter (ita,quòd non est ipsa synderesis, vel quicunque alius habitus.) Probatur conclusio. Non est idem quod quis agit,& quo quis agit; sed lex naturalis est quod quis agit, habitus autem quo quis agit, igitur habitus nō est lex, & per conuersionem simplicem, lex non est habitus essentialiter,idest idēticè.Maiorem D.S. relinquit notā, & patet de se, quia id quo quis agit est principium actionis, & effectus,& ratio agendi,quod autem quis agit est effectus,sed nō potest idem esse principium vel causa, & effectus, igitur maior vera. Minor pro prima parte patet ex.q.90.arti 1.ad 2.quia lex naturalis sicut, & quælibet lex præsertim creata essentialiter dicta est aliquod cōstitutum per rationem sicut,& propositio, &c. Dico autem extra litteram, præsertim creata essentialiter dicta, quia lex æterna non est quoddam constitutum realiter,sed solū intellectum,& conceptum,vt patet ar.1.huius quæstionis.Conceptum enim in Diuinis potest dici essentialiter, & non realiter procedens.Et dico essentialiter dicta,quia participatio legis æternæ in creaturis irrationabilibus non est aliquid per rationem cōstitutū, saltem per rationem coniunctam, nec est aliquid rationis formaliter. Secunda pars minoris patet exemplariter, aliquis enim per habitum grammaticæ agit, & constituit orationem congruam,igitur,&c.

¶ Nota hic clarè quæ ar.1.huius quæstionis dicta sunt, quia ars,& idea non sunt idem formaliter, & secundùm rationem in Deo,quia ars intelligitur per modum principij agendi,& dictādi ipsam formam exemplarem rei fiendę, quæ est idea, & idea vt terminus conceptus, & in nobis idea quandoque est aliquid constitutum per rationem practicam præuia arte. Idea enim in nobis inhærens est verbum practicum realiter productum mediante arte, quamuis ad ideam absolutè non requiratur vel esse productum vel in hærens, & de hoc prima parte, quæstio. 15. Deinde cum dicit.

¶ Alio modo potest dici habitus id quod habitu tenetur, sicut dicitur fides id quod fide tenetur.

¶ Ponit secundum membrum distinctionis, quòd alio modo potest id dici habitus,quod habitu tenetur, sicut supra habitum est.q.55.ar.1.ad primū.quòd art.fidei dicuntur fides. Deinde ibi.

¶ Et hoc modo quia præcepta legis naturalis qñque considerantur in actu à ratione, qñdoque autem sunt in ea habitualiter tantùm; secundùm hunc modum potest dici, ꝙ lex naturalis sit habitus, sicut etiā principia demonstrabilia in speculatiuis non sunt ipsi habitus principiorū, sed sunt principia quorum est habitus.

¶ Subinfert conclusionem secundam responsiuam iuxta præcedētem intellectū. Lex naturalis potest dici habitus isto modo, probatur

probatur, habitus isto modo potest dici, quod habitu tenet; sed lex naturalis habitu tenetur potest, ergo, &c. Maior patuit. Minor probatur, quia præcepta legis naturæ, quæ scilicet sunt ipsa lex naturalis quandoque considerantur actu a ratione, quandoque autem sunt in ea habitualiter tantum, scilicet in habitu synderesi. Et confirmatur conclusio a simili, de principijs indemonstrabilibus, quæ etiã nõ sunt habitus principiorũ, sed habitu tenentẽ.

¶ Nota hic, ꝙ res vt intellecta actu vel concepta nihil aliud est, q̃ verbum per intellectum conceptum, vt est similitudo, & imago; lex igitur naturæ actu cognita, est ipse conceptus intellectus, & dictamen intellectum, & in tali dictamine formato actu intelligitur. Et ergo donec manet iste conceptus, tamdiu manet lex actu, & sicut cessante actuali consideratione manet ipsa in sua radice, scilicet in habitu, & ita & lex ipsa. Quare sequitur, ꝙ cum lex naturalis nihil sit nisi præceptum actu apprehẽsum, q̃d præceptum actu apprehensum sit verbum practicum vt similitudo, quòd lex naturæ post actualem considerationem, maneat in habitu naturali, qui est synderesis; sicut in simili patet, quòd acti culi fidei actu apprehensi sunt conceptus mentales de ipsis forma ti, qui post considerationem actualem manent in habitu fidei, & continẽtur sicut in sua radice, ex qua cũ homo voluerit, prodire possunt, habitus enim est quo quis vtitur cum voluerit. Quare in ista re post principia D.S. oportet semper se fundare, quòd conceptus vt signum est ipsum primum intellectum, & res eo ipso intelligitur, quòd conceptus mentalis de ea formatur. Res enim est, quæ intelligitur, sed conceptus est conditio, sine qua non intelligitur; oportet enim rẽ spiritualizari, & actu terminare actũ intellectus, quod non fit nisi per verbum, & hoc est fundamentum in ista materia, quia D.S. dicit semper, quòd lex est aliquod constitutum, quia videlicet dictamẽ productum est ipsa lex actu in esse intellecto, quod dictamen est conceptus formatus, & est ipsa lex vt apprehensa est, & actu intellecta, non vt res, sed vt imago, quia idem motus est in imaginẽ, & rem cuius est imago, vt patet apud Philosophum in memoria, & reminiscentia, &c.

ARGVMENTVM in contrarium non est purum, ideo quarto loco soluendum erit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Philosophus intendit ibi inuestigare genus virtutis; & cum manifestum sit, quòd virtus sit quoddam principium actus, illa tantùm ponit, quę sunt principia humanorũ actuũ, scilicet potentias, habitus, & passiones; præter hæc autẽ tria, sunt quædam alia in anima, sicut quidam actus; vt velle est in volente, & etiam cognita sunt in cognoscente, & proprietates naturales animæ insunt ei, vt immortalitas, & alia huiusmodi.

¶ De ista maiori supra dictum est, q. 90. ar. 1. ad secundum, ꝙa non est absolutè vera, sed vera est ad intentum Philosophi cum restrictione. Tria enim sunt in anima, quæ sunt principia moralis actus, qui imperfectus potest progredi a sola potentia, perfectu autem ex habitu, malus autem a passione mala. Sed præter ista tria oportet necessariò, & actum moralem esse in anima, ꝙa moralis actus principaliter est immanens, & per consequens in anima, & tamẽ, quia talis actus moralis progrediens ab istis principijs, non progreditur nisi cognitus, & cognito obiecto; ideo oportet & cognitionem, & cognitum esse in anima, quod quidẽ cognitum actu est verbum vt imago, vt dictum est. Minor conceditur; sed negatur cõsequentia; quia diuisio non est præcisa, quasi nihil aliud sit in anima, quàm ista tria. Dico autem, quòd lex naturalis est in anima vt cognitum, & apprehensum, & vt terminus actus intelligendi, vt dictum fuit supra.

¶ Nota autem, quòd ista tria, & & alia dicuntur in anima, non quia sint in essentia animæ, sed quia in potentia animæ, & conueniunt homini per animam.

¶ Nota in fine istius solutionis quoddam notabile verbum, cũ D.S. dicit, quòd in anima sint aliqua tanquam proprietates naturales, & exemplificat de immortalitate. Ex quo patet, quòd immortalitas est proprietas naturalis, constat autem apud principia D.S. quòd res se non obedientialiter solùm habet ad proprietatem naturalem, sed actiuè, & passiuè naturaliter, eo modo quo anima est principium actiuum suarum potentiarũ; quare sequitur, quòd anima est immortalis, quia in se habet principium intrinsecum vt semper sit, & ita per naturam est immortalis stante videlicet generali Dei influxu. Non autem est immortalis per miraculum, quare sequitur, si est proprietas naturalis, quòd & de ipsa demonstrari possit, &c. Si quis autem diceret, quòd esse immortalem per gratiam est proprietas naturalis, ille se derisibilem ostenderet, quia nihil per gratiam collatum, est proprietas naturalis, sed donum gratuitum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd synderesis dicitur lex intellectus nostri inquantum est habitus continens præcepta legis naturalis, quæ sunt prima principia operum humanorum.

¶ Ad maiorem dicitur, quòd est prædicatio virtualis, non formalis, & identica; ac si diceretur, semen aliquod est herba, quia ex eo naturaliter producibilis; sic in synderesi continentur præcepta legis naturæ, immo quæ sunt lex naturæ virtualiter, nam cum quis remotis impedimentis vti voluerit synderesi, statim apprehendet præcepta legis naturæ, quæ sic apprehensa sunt lex actu. Minor conceditur, & habetur prima parte. q. 79. ar. 12. similiter in de Ve. Ma. 16. ar. 1. Vltra, ergo, verum ad sensum secũdæ conclusionis, quia videlicet habitu quandoque tenetur.

¶ Nota, quòd dico, quãdoque, quia & D.S. dicit in conclusione secunda, sic potest dici, quòd sit habitus, quia videlicet nõ semper tenetur solo habitu, sed etiam actu, & tunc sic actu considerata non dicitur actu habitus.

¶ Nota autem, quòd in maiori tangitur quoddam dubium, quomodo conscientia distinguatur a lege naturali. D.S. enim in solutione nihil de hoc tangit, sed de hoc haberi potest resolutio in de Verita. Ma. 17. art. 1. ad primum, in contrarium, vnde dicit, Cõsciẽtia dicitur lex intellectus nostri, quia est iudicium rationis ex lege naturali deductum. Et ad secundum, aliquis sibijpsi dicitur cõstitutus per legem naturalem, eo modo loquendi quo ꝙs dicitur considerare secundùm principia; sed per conscientiam eo modo loquendi quo aliquis dicitur considerare ipso actu considerationis. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd conscientia est quod dam dictamen particulare deriuatum ex lege, & non ipsa lex naturalis. Vide alia ibidem, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa concludit, ꝙ lex naturalis habitualiter tenetur, & hoc cõcedimus.

¶ Ad maiorem, si intelligitur, quod semper actu maneat, negatur, si autem intelligitur, quòd habitu, & habitualiter maneat, minor conceditur, & dicit notanter, & beaè, quòd lex naturalis pertineat ad rationem, lex videlicet naturalis hominis, quia illa est lex essentialiter dicta, quæ a toto genere pertinet ad rationem. Et de hoc supra. quæstio. 91. articulo 2. ad tertium. Ad consequens, conceditur ad hunc sensum, quòd est habitus, idest aliquando habitu tenetur, sed non conceditur formaliter vel etiam identicè. Nota autem circa consequens, quòd etiam non est, ꝓpriè, & formaliter admittendum, quod lex sit actus, sed terminus actus, nam ista duo realiter distinguuntur in via D.S. hoc tamen verum est, quòd quia actus, & terminus inseparabiliter se consequuntur, ideo quasi habentur pro vno quo ad efficaciam agendi, & quod vni attribuitur, attribuitur & reliquo; sic dicimus quòd actus appetitus dependeat ab actu intelligendi, vel re vt concepta est, &c.

¶ Ad id verò, quod in contrarium obijcitur dicendum, quòd de eo, quod habitualiter ineſt, quandoque aliquis vti non potest propter aliquod impedimentũ; sicut homo non potest vti habitu scientiæ propter somnum, & similiter puer nou potest vti habitu intellectus principiorũ vel etiam lege naturali, quæ ei habitu inest propter defectum ætatis.

¶ Ad maiorem supra sæpius habita est Gloſa, si scilicet non adsit impedimentum, potest enim contingere vt habens habitũ grammaticę non loquatur bonum latinum impediente ebrietate, similiter in alijs, & hoc loquendo de habitu secundo modo, quia & habitu essentialiter dicto, & eo, quod habitu tenetur, potest quis non posse vti propter impedimentum.

¶ Ad minorem, negatur ipsa ablatis impedimentis, cũ enim puer venerit ad ætatem, remotis ligamentis sensuum, tunc poterit vti habitu in quo continetur lex naturalis; immo iuxta supra dicta. q. 89 ar. 6. hoc facere tenetur, quare negatur consequentia loquendo de habitu secundo modo. Vnde quia hoc argumentũ posset præiudicare secundæ cõclusioni corporis, ideo D.S. soluit.

¶ Circa hanc solutionem nota, quòd respondet quidem de pueris, sed de damnatis, de quibus assumitur etiam in minori, nihil dicitur, sed negatur minor quo ad damnatos, quòd non possint vti habitu in quo lex naturalis continetur. Et eius falsitatem ostendit D.S. in quarto dist. vltima. q. 2. art. 1. & 3. & in de Verita. Mate. 16. ar. 3. Vnde dicit vbi iam immediatè, Synderesim extingui potest intelligi dupliciter. Vno modo, quantum ad ipsum lumen habituale, & sic est impossibile, &c. Alio modo quãtum ad actum, & hoc dupliciter. Vno modo inquantum actus synderesis intercipitur, & sic contingit non in habentibus vsum liberi arbitrij neque aliquem vsum rationis, & hoc propter impedimẽtum proueniens ex lęsione organorum corporalium a quibus ratio nostra indiget accipere. Alio modo propter hoc, quòd synderesis ad contrarium deflectitur. & sic impossibile est in vniuersali iudicium synderesis extingui; in particulare verò extinguitur quandocumque peccatur in eligendo; vis enim concupiscentiæ vel alterius passionis ita absorbet, vt in eligendo synderesis vniuersale iudicium ad particularem actum non applicet, sed hoc non est extingui synderesim simpliciter, sed secundùm quid. Vnde simpliciter loquendo concedimus, quòd synderesis nunquam extinguitur. Et ad quintum dicit ad propositum argumenti de

damnatis

damnatis malum est præter naturam, & ideo nihil prohibet inclinationem ad malum a beatis remoueri, sed bonum, & inclinatio ad bonum consequitur ipsam naturam, vnde natura manente non potest inclinatio ad bonum tolli in damnatis, hæc ille. Ex quibus patet, quòd cum iuxta D.S. hic in solutione secũdi, habitus quo continetur lex naturæ sit synderesis, & ille nunquã potest extingui quo ad actum etiam, ideo lex naturæ semper manet habitu in synderesi, & etiam in damnatis, quia & in actum quandoque egreditur in ipsis, cum patiantur vermen, & remorsum conscientiæ vt habetur in quarto vbi iam. Et per hæc patet quid sit dicendum.

Vtrum lex naturalis contineat plura præcepta vel vnum tantùm.

V 1.2.q.90.ar. 2.adprimũ.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd lex naturalis non contineat plura præcepta, sed vnum tantùm, lex enim continetur in genere præcepti, vt supra habitum est. * si igitur essent multa præcepta legis naturalis, sequeretur quòd etiam essent multæ leges naturales.

¶ 2 Præterea. Lex naturalis consequitur hominis naturam, sed humana natura est vna secundùm totum, licet sit multiplex secundùm partes, aut ergo est vnum præceptum tantùm legis naturæ propter vnitatem totius, aut sunt multa secundùm multitudinem partium naturæ humanæ; & sic oportebit, quòd etiam ea, quæ sunt de inclinatione concupiscibilis, pertineant ad legem naturalem.

¶ 3 Præterea. Lex est aliquid ad rationem pertinẽs vt supra dictum est. * sed ratio in homine est vna tantũ, ergo solùm vnum præceptum est legis naturalis. 1.2.q.91.ar.1.

¶ Sed contra est, quia sic se habent præcepta legis naturalis in homine quantum ad operabilia, sicut se habent prima principia in demonstratiuis; sed prima principia indemonstrabilia sunt plura, ergo & præcepta legis naturæ sunt plura.

¶ Hic consequenter D.S. agit de continentia, & quasi partibus legis naturæ, an scilicet constituatur ex multis præceptis partialibus, quæ integrẽt vnam totam legem. vel an lex naturæ stet in vno solo præcepto, sicut si quæreretur; an vna scientia contineat solam vnam notitiam vel plures partiales, quæ simul collectæ, & ordinatæ faciant vnam totalem scientiam, & ergo quærit articulus iste de continentia quasi totius integralis. Et primò hoc facit. Secundò determinat quoddam dubium ex dictis arti 3.

¶ Respondeo quòd sicut supra dictum est. * præcepta legis naturæ hoc modo se habent ad rationem practicam, sicut principia prima demonstrationum se habent ad rationem speculatiuam, vtraq; enim sunt quædam principia per se nota. Dicitur autem aliquid per se notum dupliciter, vno modo secundùm se, alio modo quo ad nos; secundùm se quidem quælibet propositio dicitur per se nota cuius prædicatum est de ratione subiecti, contingit tamen, quòd ignoranti definitionem subjecti talis propositio non erit per se nota, sicut ista propositio homo est rationale, est per se nota secũdùm sui naturam, quia qui dicit hominem dicit rationale, & tamen ignoranti quid sit homo, hæc propositio non est per se nota, & inde est, quòd dicit Boetius in lib. de ebdomadibus. * quædam sunt dignitates vel propositiones per se notę communiter omnibus, & huiusmodi sunt illę propositiones quarum termini sunt omnibus noti, vt omne totum est maius sua parte, & quæ vni, & eidem sunt æqualia, sibiinuicem sunt æqualia; quædam verò propositiones sunt per se notæ solis sapientibus, qui terminos propositionum intelligunt quid significent, sicut intelligenti, quòd Angelus non est corpus, per se notum est, quòd non est circumscriptiuè in loco, quod nõ est manifestũ rudibus qui hoc nõ capiũt.

1.2.q.94.ar.2. secundũ hoc.

1.2.q.94.ar.4.

¶ D.S. in hoc corpore conclusionem formaliter responsuã nõ ponit expresè, sed eam habet in solutione secundi argumenti, & eam deducit in corpore. Et circa hoc duo principaliter facit, primò præmittit aliqua notabilia. Secundò ex ipsis aliquas conclusiones fundamentales præambulates, ex quibus relinquit conclusionem responsiuam satis declaratam, quæ habebitur postea; & hoc secundum facit ibi. Sicut autem ens, &c. Circa primum primò ponit vnum notabile quasi fundamentum totius materiæ istius. Secundò quoddam aliud notabile declaratiuum, & limitatiuum prioris ibi. In his autem, &c. Circa primum ergo est notandum, quòd ex illis duobus notabilibus vult ostẽdere, quòd est præceptum legis naturæ, quod omnia continet. Et in primo notabili ostendit vnam conditionem eius, quia debet esse primò per se notum secundùm se, & nobis. In secundò autem subdistinguit primum, quia inter per se nota secundùm se, & nobis est ordo, quia vnum est principiũ omnia continens, super quo omnia fundantur, quare habent ordinem ad primum, & sunt multa. Primum ergo ostendit in primo notabili, vnde dicit, sicut supra dictum est, &c. Et ponit virtualiter talem rationem, præcepta legis naturæ hoc modo se habent ad rationem practicam, &c. vt in principio litteræ; sed primum principium speculatiuum est ꝓ se notũ ſm se, & quo ad nos, ergo primũ principiũ in agibilibus naturalis est ſm se notũ, & quo ad nos; & cõuersim id, quod est per se notum, est primum in moralibus. Pro minore distinguit, ꝙ aliquid dupliciter est per se notum, &c. clarè in littera.

¶ Circa hoc primum notabile oportet notare primò, ꝙ idem est dicere propositio per se nota, quod non nota per medium. Est autem duplex medium; vnum simpliciter, & ex natura rei, quando videlicet est causa quare prædicatum iuſit subiecto, & non habet necessariam habitudinem ex proprijs rationibus, & talis vocatur mediata secundùm se, & non per se nota secundùm se; sed aliud est medium solùm quo ad nos, quia res secundùm se caret medio; quia tamen nos non apprehendimus sub adæquato, & distincto conceptu, sed rem vnam sub diuersis conceptibus, & vt stat sub vno infert seipsam sub alio, & talis est mediata quo ad nos, & non per se nota quo ad nos. Per oppositum est de immediata, quia aliqua est immediata secundum se, & non quo ad nos, quædã quo ad nos, & non secundũ se, quædã vtroq; modo.

¶ Nota secundò, quòd quando D.S. dicit, quòd propositio est per se nota, & immediata quando prædicatum est de ratione subiecti, non debet intelligi, quòd ista sit definitio propositionis ꝑ se notæ, ita quòd nulla sit per se nota nisi prædicatum sit de ratione subiecti; quia hoc esset contra eum in primò posteriorum vbi habet, quòd cum prima passio prædicatur de subiecto proprio, quòd sit immediata, & per se nota, similiter cum vnum prædicamentum negatur de alio, similiter cum dicitur, nix est alba, est per se nota saltem quo ad nos, sed vult, quòd ista sit principaliter per se nota, sed non sola.

¶ Nota quoque, quòd dicit D.S. (cõtingit tamen) vbi clarè habetur, quòd propositio per se nota secundum se, non est nota, & immediata quo ad nos, & per consequens demonstrabilis. Et per hoc tolluntur multæ instantiæ aliquorum volentium, quòd principia immediata sint demonstrabilia, quia verum est quo ad nos, sed non secundùm se, quia hominem esse rationale est secundùm se notum, non quo ad aliquem ignorantẽ rationẽ rei, &c. Consequenter cum dicit.

¶ In his autem, quæ in apprehensione hominum cadunt quidam ordo inuenitur. Nam illud, quod primò cadit in apprehensione est ens, [d] cuius intellectus includitur in omnibus, quæcunque quis apprehẽdit; & ideo primum principium indemonstrabile est, quòd non est simul affirmare, & negare, quod fundatur supra rationẽ entis, & non entis, & super hoc principio omnia alia fundantur, vt dicitur in quarto Metaphysicæ. * Dub. 548. 564. 565.

*. Aristot. tex. 9. p multo tex.

¶ Notat secundò determinando, & declarando præcedentia, nam ex prius dictis habetur, quòd primum oporteat esse per se notum; iam vult ostendere, quòd inter per se nota nobis est ordo, quia vnum est quod primò apprehenditur, & est fundamentum aliorum super quo alia fundantur; & ostendit, quod sit illud, quia constitutum ex primo apprehenso, scilicet ente, vide litteram.

¶ Nota autem circa hoc notabile, quòd ex eo clarè habetur de quo aliquando aliqui de via D.S. dubitauerunt, scilicet quòd eus habet conceptum distinctum a conceptu aliorum quorumcumque, quia est primum apprehensibile, & eius intellectus includitur in omnibus alijs. Posset autem dubitari, an ergo esset prædicatum quidditatiuum, sed hoc alibi.

¶ Nota quoque hic sententiam D.S. de primo principio indemonstrabili, quia est, Nõ est simul affirmare, & negare, cuius oppositum quidam tenuerunt volentes, quòd sit primum respectu aliquorum, sed non simpliciter; sed hoc est contra Philosophũ, & commentatorem. 10. Metaphysicæ tex. commenti. 9. &c.

¶ Sicut autem ens est primum, quod cadit in apprehensione simpliciter, ita bonum est primum, quod cadit in apprehensione practicæ rationis, quæ ordinatur ad opus. Omne enim agens agit propter finem, qui habet rationem boni, & ideo primum principium in ratione

tione practica est, quod fundatur supra rationem boni; quæ est, bonum est quod omnia appetunt, hoc est ergo primum præceptum legis, quòd bonum est faciendum & prosequendum, & malum vitandum, & super hoc fundantur omnia alia præcepta legis naturæ; vt scilicet omnia illa facienda vel vitanda pertineant ad præcepta legis naturæ, quæ ratio practica naturaliter apprehendit esse bona humana.

¶ Hic consequenter D. S. secundùm prædicta notabilia ponit duas conclusiones fundamentales præambulares ad conclusionem responsiuam. Secundam deducit, ibi. Quia verò bonũ, &c. Prima ergo conclusio est, primum principium in ratione practica est, quod fundatur super rationem boni, quæ est, bonum est quod omnia appetunt. Probatur, assumendo maiorem ex secundo notabili, in speculatiuis primum principium simpliciter est quod fundatur supra rationem entis, & super hoc principio omnia alia fundãtur ea ratione, quia ens primò simpliciter cadit in apprehensione rationis; sed sicut ens est primum quod cadit in apprehensione simpliciter, ita bonum est primum, quod cadit in apprehensione rationis practicæ, ideo primum, &c. vt conclusio habet; ita quòd hoc est primum præceptum legis, quòd bonum est faciendum, & malum vitandum, & super, &c. Et exponit D. S. statim quid sit alia supra ipsum fundari, vt scilicet omnia illa facienda, &c. vt in littera. Maior patet ex notabili secundo, & est Philosophi 4. Metaphy. vbi supra & in D. S. lect. 6. pulchrè, quia oportet principium primum esse notissimum, & per consequẽs ideo primum, quia constituitur ex notissimo, quod scilicet primò cadit in apprehensione, & quia est necessarium ad omnium aliorum cognitionem, & omnium aliorum cognitio dependet ex eo, vt solet declarari vbi iam, & primo posteriorum, quomodo primum principium ingrediatur omnem demonstrationẽ, &c. Minor probatur quo ad secundam partem, quia prima patet ex iam dictis. Ratio practica est, quæ ordinatur ad opus, sed primũ, quod cadit in rationem agentis est finis, & bonum, ergo &c. Maior nota. Minor patet, quia omne agẽs agit pp finem, & finis est primum mouens, & per consequens primum apprehensum a ratione practica vt dicebat minor. Deinde cum dicit.

¶ Quia verò bonum habet rationem finis, malum autem rationem contrarii, inde est, quòd omnia illa ad quæ homo habet naturalem inclinationem ratio naturaliter apprehendit vt bona, & per consequens vt operè prosequenda, & contraria eorum vt mala, & vitanda; secundum igitur ordinem inclinationum naturalium, est ordo præceptorum legis naturæ.

¶ Deducit secundam conclusionem præambularem, innuens ordinem præceptorum legis naturæ, & multitudinem sicut prima conclusio vnitatem. Et primò facit, quod dictum est. Secũdò illam conclusionem explicat magis per reliquum corporis arti. ibi. Inest enim primò, &c. Conclusio ergo secunda correspõdẽs etiam secundo notabili supra dicto est, secundùm ordinem inclinationũ naturaliũ est ordo præceptorum legis naturæ. Pro intellectu huius conclusionis oportet notare, quòd ratio naturalis dictat, quæ naturaliter conueniunt homini, & naturaliter hõ vult vel refugit; si ergo est dictamen secundùm inclinationem naturalem communem homini cum omnibus alijs, tunc est secundũ præceptum post primum simpliciter, sicut cum dictat fugiendam mortem, & fugere non esse vel appetendum esse, illud dictamen prouenit ex inclinatione communissima, quia videlicet in ea homo communicat cum omnibus alijs. Si autem ratio naturalis dictat secundum inclinationem naturalem, secũdùm quòd homo communicat cum animalibus, hoc est præceptum tertium in ordine; si autem dictet secundam inclinationem propriam, hoc est vltimũ præceptũ legis naturæ, & fundamẽtũ horũ est ex secũdo notabili, qa cõiora sunt priora; quare pceptũ rõnis naturalis ſm inclinationẽ cõem oĩbus est pceptũ cõmunissimũ, qa in illo præcepto oĩa cõueniũt, licet nõ oĩa modo intelligibili, lapis cm appetit esse, & fugit non esse sicut, & quæliber substantia. Et ergo vult conclusio, p ſm ordinẽ inclinationũ naturaliũ est ordo pceptorum. i. illud præceptum, quod procedit ex inclinatione, quæ est cõis homini, & omnibus alijs, est communius, & sic consequẽter, vt dictum est. Hoc notato probatur conclusio assumendo explicationem prioris conclusionis pro maiore, & arguitur sic, oĩa illa facienda vel vitanda pertinent ad præcepta legis naturę, quę ratio practica naturaliter apprehẽdit vt bona humana; sed ratio naturaliter apprehendit vt bona, & per consequens vt opere, prosequenda, & contraria eorum vt mala, & vitanda ad quæ habet naturalem inclinationem, ergo sequitur conclusio, p ſm ordinẽ inclinationum naturalium, &c. Maior patet ex dictis, quia hoc est fundari supra primum præceptum legis naturæ dictum, quod dicit bonum faciendum, malum fugiẽdum ergo omnia illa, &c. vt dicit maior. Minor quo ad primã partẽ. ſ. p rõ naturaliter apprehendit bona, p sequenda, quia hoc euidẽter fundatur supra primo principio legis naturæ. Sed secunda pars probatur. ſ. & cõtraria eorum vt mala, & vitanda, quia bonum habet rationẽ finis, malum autem rationem contrarij, ergo sequitur, p sicut bonũ est, p sequẽdũ, ita malũ oppositũ fugiendũ eadẽ ratione; si em malũ habet rõnẽ cõtrarij ipsi bono, & fini, sequitur beuè, p sicut finis est appetibilis, quòd malum sit fugibile. Consequenter ibi.

¶ Inest enim primò inclinatio hominis ad bonum secundùm naturam in qua communicat cum omnibus substantijs, prout scilicet quælibet substantia appetit cõseruationem sui esse secundùm suam naturam, & secũdum hanc inclinationem pertinẽt ad legem naturalem ea, per quæ vita hominis conseruatur, & contrarium impeditur.

¶ Explicat præcedentem secundam conclusionem, & ex his, q pro ea ponit potest haberi talis conclusio explicatiua secundæ. Triplex est ordo præceptorum legis naturæ, idest triplicia sunt præcepta legis naturalis in homine post primum, quædam communissima, quædam minus communia, quædam specialia homini, probatur conclusio assumendo præcedentem conclusionem pro fundamento, & maiore; secundum ordinem inclinationum naturalium. ſ. in homine est ordo. ſ. communitatis maioris, & minoris communitatis, & ordo apprehensionis præceptorum legis naturæ; minor suppletur. Sed est triplex ordo inclinationis naturalis in homine. ſ. communissimę, minus communis, & specialis & propriæ, ergo sequitur conclusio, p est triplex ordo præceptorum. Maior patuit. Minor deducitur secundum tres partes quo ad secundam ibi. Secundò inest, &c. quo ad tertiam, Tertio modo, &c. Quo ad primam partem de communissima inclinatione sic, quia inest primò inclinatio hominis ad bonum secundùm naturam in qua communicat cum omnibus substantiis, prout quælibet substantia, &c. ergo prima pars minoris vera.

¶ Nota, p antecedens dicit cum omnibus substantiis, quia accidentia propriè non habent esse, sed sunt entis dispositio, & ergo dicit cum substantiis. Circa istam minorem D. S. notat vnũ notabile vel corollarium, declarans quæ sint illa præcepta communissima fundata super hac inclinatione communissima, & quæ sint de lege naturæ isto modo, ibi. Et secundùm hanc, &c. clarè in littera, quia omnia per quæ vita conseruatur, & mors impeditur, &c. Deinde ibi.

¶ Secundò inest homini inclinatio ad aliqua magis specialia secundùm naturam in qua communicat cum cæteris animalibus; & secundùm hoc dicuntur ea esse de lege naturali, quæ natura omnia animalia docuit, vt est commixtio maris & fœminæ, & æducatio liberorũ, & similia.

¶ Declarat secũdam partẽ minoris supra dictæ, quia inest homini inclinatio ad aliqua magis specialia secũdũ naturã in qua communicat cum cæteris animalibus, ergo. Secunda pars minoris vera, &c. Adiungit iterum notabile ibi. Et secundum hoc, qđ ostendit, quæ sint præcepta huiusmodi magis specialia, & de hoc in institutis titu. de Iure natu. in principio. Et in decretis distin. 1. ius naturale, &c. Tunc ibi.

¶ Tertiò inest homini inclinatio ad bonum secundùm naturam rationis, quæ est sibi propria, sicut homo habet naturalem inclinationem ad hoc, quòd veritatẽ cognoscat de Deo, & ad hoc, quòd in societate viuat, & secũdùm hoc ad legem naturalem pertinent ea, quæ ad huiusmodi inclinationem spectant; vtpote quòd homo ignorantiam vitet, quòd alios non offendat, cum quibus debet conuersari, & cætera huiusmodi, quæ ad hoc spectant.

¶ Ostendit tertiam partem sepedictæ minoris, quia inest homini inclinatio naturalis secundùm naturã rationis, quæ est sibi propria ergo, &c. Notabile item adiungit, quæ sint de lege naturæ isto modo, ibi. Et ad hoc. Ex omnibus istis habetur conclusio responsiua, quæ ponitur ad secundum talis. Multa sunt præcepta legis naturæ inseipsis, & explicitè, quæ tñ conueniunt in vna radice. Prima pars patet ex præcedenti conclusione, qa sunt triplicia, ergo plura, & triplicia in genere, & cõtinẽt sub se multa specialia. Secunda pars patet ex prima cõclusione, qa oĩa cõicant in hoc, qa bonũ est faciẽdum, malum vitãdũ, ergo conclusio vera.

¶ Nota simile huius conclusionis ex secunda secundæ, qa vnũ est credibile, quòd omnia credibilia in se continet implicitè, & tamen sunt multa credibilia explicita, sicut in hoc, quod habet Apostolus ad Hebre. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quia se inquirentibus remunerator est, cõtinet enim articulos de creatione, & gubernatione, & omnia mysteria implicitè, sed alii arti. explicãt illud cõe credibile; sic in illo præcepto bonũ est faciendum, &c. omnia implicitè cõtinentur, sed alia explicantur

explicantur ſm maiorẽ, & minorem communitatem, vt patuit.

ARGVMENTVM in contrariũ est ex prima parte conclusionis responsi. qa etiã principia indemonstrabilia communicant in vna radice, scilicet in primo simpliciter, sic in ppósito.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd omnia ista præcepta legis naturæ inquantum referuntur ad vnum primum præceptum habent, rationem vnius legis.

¶ Maior vera, sed dico, quòd non quæcumque diuersitas præceptorum causat diuersitatem legum, sed illorum præceptorũ, quæ non communicant in vna radice, sed sunt omnino disparata, & non pendent ex vno. Vltra si igitur, &c. dico, quòd si essent multa non prodeuntia ex vna radice sequeretur, &c. sed negatur sequela, quia antecedens interemptum est, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd omnes huiusmodi inclinationes quarumcumque partiũ naturæ humanæ, puta concupiscibilis, & irascibilis, secundùm p regulantur ratione, pertinẽt ad legem naturalem, & reducuntur ad vnum primum præceptum, vt dictum est; & secundùm hoc sunt multa præcepta legis naturæ in seipsis, quæ tamen communicant in vna radice.

* Incõcat.

¶ Maior conceditur, & etiam minor, sed dico, p est multiplex secundùm partes. Vltra, aut ergo, &c. dico, p est vnũ primũ principale simpliciter propter vnitatem totius, quod regitur vna ratione, quæ habet vnum dictamen communissimum in quo omnia radicantur; & sunt plura, & multa secundaria, propter diuersas inclinationes diuersarum partium, quas habet idem homo vt patuit. Vltra, & sic oportebit, &c. conceditur, p ea, quæ sunt de inclinatione concupiscibilis secundum p moderantur rationẽ pertinent ad legem naturæ, & reducuntur ad primũ præceptũ, & hoc nullũ inconueniens. Sed verũ, quòd fomes nõ est de lege naturali, vt patuit supra, sed inclinatio sensualitatis vt regulatur ratione, & procedit ex inclinatione communi cum animalibus, sed est de lege naturæ in homine vt moderatur.

¶ Nota autem, quòd homo dicitur habere multas partes virtuales, quia in natura humana continẽt virtualiter, quod est naturæ in cõi, & naturæ animalis, & humanæ, & naturã humanam sequitur inclinatio, quæ est cõcupiscibilis, & ista vt regulatur secundùm rationem est de lege naturæ; non autem sunt multæ partes naturæ humanæ quasi essent multæ naturæ actu in homine, sed vna continens plures virtualiter; sicut solet dici, quòd anima rationalis continet vegetatiuam sensitiuam, &c. & quamlibet sequitur sua inclinatio secundùm quam est præceptũ legis, & omnia ista radicantur in vno præcepto, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio etsi in se vna sit, tamen est ordinatiua omnium, quæ ad homines spectãt & secundùm hoc sub lege rationis continentur omnia ea, quæ ratione regulari possunt.

¶ Maior conceditur. Minor est vera, sed tamen ratio vna existens est omnium ordinatiua, quæ sunt in homine, in quibus cũ alijs communicat, & in proprijs, & ergo habet multa dictamina, & præcepta secundum varias inclinationes, quare negatur consequentia, & ratio tangitur in solutione.

Vtrum omnes actus virtutum sint de lege naturæ.

X 65. q. 1. ca. qui ad ꝓpositũ.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd non omnes actus virtutum sint de lege naturæ; quia vt supra dictum est.* de ratione legis est vt ordinetur ad bonum commune, sed quidam virtutum actus ordinãtur ad bonum priuatum alicuius, vt patet præcipuè in actibus temperantiæ; non ergo omnes actus virtutum legi subduntur naturali.

¶ 2 Præt. Omnia peccata aliquibus virtuosis actibus opponuntur, si igitur omnes actus virtutum sint de lege naturæ, videtur ex cõsequenti, p oĩa peccata sint cõtra naturã, qđ tñ specialiter de quibusdã peccatis dicit.

¶ 3 Præt. In his, quæ sunt secundũ naturã omnes cõueniunt, sed in actibus virtutum non oẽs cõueniũt; aliquid em est virtuosum vni, qđ est alteri vitiosum, ergo non omnes actus virtutum sunt de lege naturæ.

* Damasce. lib. ca. 14.

¶ Sed contra est, quod Damascenus dicit in 3. lib.* quòd virtutes sunt naturales, ergo & actus virtuosi subiacent legi naturæ.

¶ Hic determinat quoddam dubium ex dictis, dictũ est enim arti. 2. quòd de lege naturali sunt omnia ad quæ homo habet naturalem inclinationem, ita quòd dictamen tali inclinationi conforme est præceptum legis naturæ. Ex hoc autem statim sequitur responsio ad præsens quæsitum, scilicet quòd actus virtutũ sunt de lege naturæ, ideo post dicta quærit de hoc, &c

¶ Respondeo dicendum, quòd de actibus virtuosis dupliciter loqui possumus. Vno modo inquantum sunt virtuosi. Alio modo inquantum sunt tales actus in p prijs speciebus cõsiderati.

¶ D. S. distinctè respondet ad quæsitum, vnde primò præmittit distinctionem bimembrem. Secundò subiungit duas conclusiones responsiuas, primã ibi. Si igitur, &c. secundã ibi. Sed si &c. Quo ad primũ, notabile distinctiuũ est, de actibus virtuosis possumus loqui dupliciter. Vno modo formaliter secũdùm rationem communem virtuositatis, inquantum ſ. sunt virtuosi. Alio modo inquantum sunt tales actus in proprijs speciebus considerati, sicut & supra dictum fuit, quòd possumus loqui de bono secundùm rationem communem, & secundùm specialem rationẽ, & non quicquid conuenit bono secundùm rationẽ cõem, cõuenit bono speciali, quia primo modo opponitur omni malo non secundo modo. Similiter dictum fuit de operibus carnis.

¶ Si igitur loquamur de actibus virtutum inquantũ sunt virtuosi, Sic omnes actus virtuosi pertinent ad legem naturæ. Dictum est enim quòd ad legem naturæ pertinet omne illud ad quod homo inclinatur secundũ suam naturam. Inclinatur autem vnumquodque naturaliter ad operationem sibi conuenientem secundùm suam propriam formam, sicut ignis ad calefaciendum vnde cum anima rationalis sit propria forma hominis, naturalis inclinatio inest cuilibet homini ad hoc, quod agat secundùm raionem, & hoc est agere secundùm virtutem. Ar. præce.

¶ Hic consequenter secundùm prædictam distinctionẽ D. S. respondet ad quæsitũ, & est prima cõclusio; si loquamur de actibus virtutum inquantum sunt virtuosi, &c. Hanc conclusionem primò probat. Secundò eam resumit cum ipsa probatione per viam compendii, ibi; Vnde secundũ hoc. Probatur ergo conclusio; Ad legem naturæ. ſ. in homine pertinet omne illud, ad quod homo inclinatur secundum naturam, sed cuilibet homini inest naturalis inclinatio ad hoc, quòd agat ſm rationem, qđ est agere ſm virtutem, ergo conclusio vera. Maior patet ex ar secundo.

¶ Nota autem, quòd lex naturalis propriè loquendo sub rõne legis essentialiter, & propriè captæ, solùm habet locum in natura rationali, vt patuit supra, ideo cum D. S. loquitur de lege naturali absolutè, semper intelligendum est in homine; loquimur enim nunc principaliter de lege naturali hominis non Angeli, in quo etiam est lex naturalis, sed non sicut in homine; quia in Angelo non sunt tam multæ inclinationes naturales sicut in homine, in Angelo enim est sola inclinatio intellectualis, in homine autem, qui est omnis creatura, sunt plures inclinationes, & p consequens multa præcepta legis naturæ. Minor probatur, vnũ quodque inclinatur naturaliter ad operationem sibi conueniẽtẽ secundùm propriam formã, sed anima rationalis est forma hominis quam consequitur inclinatio ad agendum secundũ rationem, igitur sequitur minor. Maior ista declaratur exẽplo de igne qui naturaliter inclinatur ad calefaciendum, quia principiũ calefactionis cõsequitur formam suam, &c. Minor nota extra litterã, quia animã sequitur seminarium virtutũ, & synderesis, & lumen naturale, quæ deprecantur ad optima; & patuit illa minor supra q. 71. ar. 2. vbi declaratum fuit, quòd vitium est contra naturam homini vt sic, & per consequens virtus est secundùm naturam, & naturaliter appetita, saltem appetitu, qui est inclinatio naturalis perfectibilis ad perfectionem; sic enim vnumquodque inclinatur naturaliter ad comparationem per perfectionem cõuenientem, esto non semper actu elicito.

¶ Vnde secundùm hoc omnes actus virtutum sunt de lege naturali, dictat enim hoc naturaliter vnicuique propria ratio vt virtuosè agat.

¶ Resumit præcedentem conclusionem cum ipsa probatione iam tacta per viam compendii, & posset secundò sic argui; omne illud est de lege naturæ, quod vnicuique naturalis ratio dictat, sed illa dictat vnicuique quòd virtuosè agat, igitur virtuosè agere, quod est actus virtutum, est de lege, & dictamine naturalis legis. Consequenter cum dicit.

¶ Sed si loquimur de actibus virtuosis secũdum seipsos prout scilicet in proprijs speciebus considerãtur, sic non omnes actus virtuosi sunt de lege naturæ; multa enim secundùm virtutem fiunt, ad quæ natura non primò inclinat, sed per rationis inquisitionem ea homines adinuenerunt quasi vtilia ad bene viuendũ.

¶ Subiungit secundam conclusionem responsiuam quo ad secundum

cundũ membrũ prædictæ distinctionis talẽ. Si loquamur de actibus virtuosis,&c. vt in principio litteræ. Nota pro intellectu huius cõclusionis, q̃a posset esse prauus intellectus, quasi aliqs actus virtutis de p se,& ex ꝓpria rõne nõ esset de lege naturæ, vtputa, ꝙ ꝑeparatè viuere iustè viuere, nõ esset de lege naturæ, q̃a etiam sunt actus in specie cõsiderati. Sed illa nõ est mens D. S. Quare oportet aduertere, ꝙ aliqui actus ẽm spẽm cõsiderati nõ hñt esse virtuosum,& tñ virtuosè fiũ,& sunt virtuosi ẽm ꝙ fiũt,& de hoc patebit infra q 95. ar. 2.& alibi; q̃a q̃dã actus ex hñt vigorẽ ex lege naturali,& in principio nihil refert, an sic vel aliter fiãt; sed sunt q̃dã determinationes legis naturæ,& hñt vigorẽ solũ ex lege humana, & postq̃ lege humana determinata sunt, sic virtuosè fiũt,& laudabiliter, sed lex naturę eos nõ statuit nec dictauit, vt patet; q̃a lex naturæ dictat, ꝙ malefactor puniẽdus est, sed ꝙ tali vel tali pœna puniat, lex naturalis nõ dictat, sed hoc determinat lex humana,& tñ cõstat, ꝙ talis punitio determinata a lege humana virtuosus actus est. Quare D. S. notanter dicit. Sic non oẽs sunt de lege naturæ, q̃a aliqui etiã in specie cõsiderati sunt de lege naturæ,& sequũtur ex ea tanquã conclusiones, vt ꝑeparatè viuere, iuste viuere, & breuiter actus omniũ virtutũ. Sed D. S. vult, ꝙ non oẽs actus virtuosi, quæ hñt virtuositatem ex determinatione humana, ita ꝙ iustè facere est de dictamine legis naturæ, sed occidere malefactorẽ hoc mõ, q̃d etiã põt esse iustũ, talis occisio etiã in specie cõsiderata, nõ est de dictamine legis naturæ, quare illa cõclusio principaliter intelligit de actibus virtuosis, q̃ determinant lege humana, & hoc patet intuẽti rõnẽ statim ponendã.

¶ Nota secũdò; ꝙ posset esse alius intellectus istius cõclusionis, q̃a vt patuit supra. Virtus moralis aliqua cõsistit in medio rationis quo ad nos. Cõstat autẽ, ꝙ aliq̃d est cõmẽsuratũ illi, & nõ alteri ꝓp diuersam vtriusq; cõditionẽ, & q̃d illi est tpatũ, illi non esset tpatũ; quare loquẽdo de virtutis actu in particulari, puta de tpantiæ actu cõparato ad illũ vel illũ, nõ est de lege naturæ, immo nõ est ẽm rõnẽ rectã etiã humanã. Quia q̃d est materia virtutis in ordine ad vnũ, esset materia vitij in ordine ad aliũ. Sed primus intellectus vr̃ esse cõformior D. S. in probatione, & quo ad verba conclusionis, q̃a dicit de specie actus. Secũdus actus intellectus esset magis de actu ĩdiuidualiter accepto. Aliquis eñ actus in cõi, & in specie est virtuosus in aliqua regione, & non in alia. His notatis ꝓ intellectu cõclusionis. Probatur cõclusio post D. S. tali assumpto. Multa ẽm virtutẽ iũt ad q̃ natura nõ primò inclinat, sed ꝓ rõnis inquisitionẽ ea hoẽs inuenerũt, quasi vtilia ad bene viuẽdũ quæ s. virtuosè fiũt, adinuẽta, ergo cõclusio secũda vera. Tenet consequentia clarè, q̃a illa dicuntur de lege naturæ, ad q̃ natura inclinat primò. s. natura cõmunissima, vel generica vel specifica hoĩs, q̃ est rõ; quare benè sequitur natura nõ primò inclinat tanquã ad ea, q̃ hñt vigorẽ ex inclinatione naturali, ideo nõ sunt de lege naturę, & ergo postea sũt inuẽta ꝓ rõnis inq̃sitionẽ. Ad ea eñ, quæ natura primò inclinat nõ est opus inquisitione, & cũ talia fiant virtuosè, sequitur cõclusio. Antecedens patet, q̃a in ciuitatibus mulæ sunt determinationes sapiẽtũ, q̃ virtuosè fiũt, q̃ sunt inuẽta ꝓ rõnẽ; vbi in principio parum referebat, an sic vel aliter fierent, & de hoc postea, patet igitur conclusio.

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima conclusione, quia actus virtuosi vt sic sunt de inclinatione prima naturæ hominis, vt homo est; sed cũ hoc stat, ꝙ aliqui sunt virtuosi solũ ꝓ inquisitionẽ, & determinationẽ rõnis inquisitiuæ, quæ ratio accipit postquam determinatum est, quia sunt virtuosa, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ temperantia est circa concupiscentias naturales cibi, & potus, & venereorũ, quæ quidẽ ordinantur ad bonũ cõe naturæ sicut & alia legalia ordinãtur ad bonũ cõmune morale.

¶ Maior conceditur, sed est multiplex bonũ commune, naturale, & morale, sicut & est inclinatio consequens naturam, vt sic cõem, & naturã specialẽ vt sic, & quælibet inclinatio est in bonũ; inclinatio eñ communissima est in bonum naturale, sed inclinatio hoĩs vt sic, est in bonũ cõe morale. Ad minorẽ, negatur, quòd actus virtutũ vt sic ordinentur in bonũ priuatũ tm̃. Ad ꝓbationẽ dr̃, ꝙ actus tẽperantiæ ordinantur ad sustentationẽ, & cõseruationẽ naturæ, quæ conseruatio naturæ fit etiã mediante cõseruatione huiusmodi naturæ; conseruatio autem naturæ est bonũ commune vt patet, aliàs periret totum vniuersum, & ordo eius; sicut bona legalia, quæ sunt. s. iusta, quia determinata a sapientibus, & ordinantur ad bonum commune morale, vt homines virtuosè, & benè conuiuant. Quare negatur consequentia, & dicuntur legaria, quæ sunt statuta per legem positiuam humanam, talia enim ordinantur ad bonum commune morale.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd natura hominis potest dici vel illa, quæ est propria homini, & secundũ hoc omnia peccata inquantum sunt contra rationem, sunt etiam contra naturam, vt patet per Damas. in 2. lib. * vel illa, quæ est cõmunis homini, & alijs animalibus, & secundùm hoc quædam specialia peccata dicũtur esse cõtra naturã, sicut contra commixtionẽ maris, & fęminę, quæ est naturalis omnibus animalibus, est concubitus masculorũ, q̃d specialiter dicitur vitiũ contra naturã.

* Damasce. c. 30. & c. 31.

¶ Maior conceditur, sed tamen sunt aliqua peccata, quæ etiã opponuntur inclinationi naturali, quam homo habet communem cum alijs animalibus. Vltra. Si igitur. Dico, ꝙ omnes actus virtutum sunt de lege naturæ, quæ sequitur inclinationem hominis vt homo est. Vltra videtur, &c. Conceditur, ꝙ omnia peccata sunt contra naturam hominis propriam. Vltra. Quod tamẽ, &c. Dico, quòd dicitur specialiter de quibusdã, quòd sunt contra naturam hominis communem cum animalibus alijs, vt patet in solutione; De materia istius solutionis vide D. S. de Malo Materia. 15. ar. 1. ad 2.& secũda secundæ. q. 154. quia omnis luxuria, & fornicatio est contra naturam hominis vt sic. Sed quædam peccata sunt contra naturam communem cum bestijs, quæ abhominantur huiusmodi luxuriam. Vide D. S. in postilla ad Roma. 1.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de actibus secundùm seipsos cõsideratis, sic enim propter diuersas hominis conditiones contingit, quòd aliqui actus sunt aliquibus virtuosi tanquam eis proportionati, & conuenientes, qui tamen sunt alijs vitiosi tanquã eis non proportionati.

¶ Ad maiorem in his, quæ sunt secundum naturã, omnes cõueniunt. conceditur, quia talia sunt secundum inclinationẽ omnibus coẽm, & præsertim quo ad principia, & etiã conclusiones vt in pluribus, vt patet ar. sequenti. Ad minorem, vera est loquẽdo de actibus virtutum ẽm speciales rationes, & qui sunt virtuosi ex determinatione humana, sicut videmus aliqua iustè fieri, & benè in aliqua regione, quæ in alia essent abhominabilia; similiter aliquid est temperatum illi, vel iustum, quod alteri non est, quare probat secundam conclusionem, &c.

Vtrum lex naturalis sit vna apud omnes.

Y

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd lex naturæ non sit vna apud omnes. Dicitur enim in decretis di. prima. * quòd ius naturale est, quod in lege, & in Euangelio continetur, sed hoc non est commune omnibus, quia vt dicitur Ro. 10. Non omnes obediũt Euãgelio, ergo lex naturalis non est vna apud omnes.

3. 3. 37. ar. 3. co. Et 4. co. 33. q. 1. artic. con. & ar. 2. ad 1.

* In princ.

¶ 2 Præterea. Ea quæ sunt secundùm legem, iusta esse dicuntur, vt dicitur in 5. Ethicorum. * sed in eodẽ libro dicitur, quòd nihil est ita iustum apud omnes qn apud aliquos diuersificetur, ergo etiam lex naturalis nõ est apud omnes eadem.

* Arist. c. 1. & c. 2. & 7.

¶ 3 Præt. Ad legem naturæ pertinet id, ad quod homo secundùm naturam suam inclinatur, vt supra dictũ est. * sed diuersi homines naturaliter ad diuersa inclinãtur, alij quidem ad concupiscentiam voluptatum, alij ad desideria honorum, alij ad alia; ergo non est vna lex naturalis apud omnes,

* Art. 2. huius q.

¶ Sed cõtra est, quod Isidorus dicit in libro Ethimologiarum. * Ius naturale est commune omni rationi.

Isidorus. lib. 5. cap. 4.

¶ Hic consequenter D. S. inquirit de ꝓprietatibus legis naturę & de tribus. s. de vniformitate, & immutabilitate, & de tertia ex his duabus consequente, scilicet perseuerantia eius in cordibus hominum. Circa primum igitur quærit vt dictum est.

¶ Respõdeo dicendum, quòd sicut supra dictũ est. * ad legem naturæ pertinent ea ad quæ homo naturaliter inclinatur, inter quæ homini proprium est vt inclinetur ad agendum secundùm rationem; ad rationem autem pertinet ex communibus ad propria procedere, vt patet ex primo Physicorum. *

* Art. 2. huius q.

* Arist. text 2. 3. & 4.

¶ D. S. in corpore ita procedit primò ponit quoddam notabile ex quo dependet totum corpus articuli, secundò subiungit quasdam conclusiones præambulares, ibi. Sic igitur in speculatiuis, &c. tertiò infert ex dictis conclusionem responsiuam, ibi. Sic igitur dicendum, &c. Quo ad primum primò notat conuenientiam inter rationem speculatiuam, & practicam, secundò differentiam, ibi. Aliter lumen, &c. Ostendit ergo conuenientiã, quia videlicet ad legem naturæ pertinent ea, ad quæ homo naturaliter inclinatur, vt patet ex arti. 2. Sed proprium est homini vt ad ea inclinetur secundum rationem, sed ad rationem pertinet procedere a communibus ad propria vt patet primo Physicorum, & hoc est commune rationi speculatiuæ, & practicæ. Tunc ibi.

¶ Aliter

¶ Aliter tamen circa hoc se habet ratio speculatiua, & aliter practica; quia enim ratio speculatiua præcipuè negociatur circa necessaria, quæ impossibile est aliter se habere, absque aliquo defectu inuenitur ueritas in conclusionibus proprijs, sicut, & in principijs cõmunibus; sed ratio practica negociatur circa contingentia, in quibus sunt operationes humanæ, & ideo, & si in communibus

* Alias ueritas.

sit aliqua necessitas, * quantò magis ad propria descenditur, tantòmagis inuenitur defectus.

¶ Notat dr̃iam inter rõnem speculatiuam, & practicam præsertim quo ad propria, & particularia, & rationẽ diuersitatis primò ponit; quia speculatiua negociatur circa necessaria. s. tam cõia, q̃ propria, q̃ impossibile est aliter habere. Rõ autẽ practica negociat circa contingentia, quia operationes humanæ sunt circa cõtingẽtia; & ergo sequitur dr̃ia, ꝙ in speculatiuis inuenitur veritas in cõclusionibus, & in principijs, sed in his, q̃ sunt practicę rõnis, q̃is inuenitur aliqua necessitas, & sp veritas; sed q̃to magis ad particularia descẽdit, in q̃bus sunt operationes circa q̃ tãto magis suenit defectus, q̃a ibi occurrit uaria mutabilitas, & multæ circũstantiæ.

¶ Nota, ꝙ sicut in naturalibus incertitudo, & mutabilitas, & cõtingentia est ex materia, necessitas autẽ est de per se ex forma, ita in moralibus necessitas, & certitudo ex vniuersalitate est, contingentia autẽ, & mutabilitas est ex particularitate; nam circa opus in particulari agendũ varia occurrũt, quæ ingerunt incertitudinẽ, & variabilitatẽ; certum est enim, quia nulli est facienda iniuria, sed vt hic factum fiat sine iniuria vbi multæ circunstantiæ, & diuersitates concurrunt, ibi est difficultas, vt videbitur magis postea; habetur ergo ex isto notabili, ꝙ quia lex naturæ est rationis, q̃ꝙ, ꝙcedit, & primò cognoscit vniuersalia deinde particularia; ideo & in lege naturæ sunt aliqua communia præcepta aliqua particularia, & ad illa se habet aliter ratio practica aliter speculatiua.

¶ Sic igitur in speculatiuis est eadem ueritas apud omnes tam in principijs, quàm in conclusionibus, licet veritas non apud omnes cognoscatur in conclusionibus, sed solùm in principijs, quæ dicuntur communes conceptiones. In operatiuis autem non est eadem ueritas, vel rectitudo practica apud omnes quantum ad propria, sed solùm quantum ad communia, & apud illos apud quos est eadem rectitudo in proprijs, non est æqualiter omnibus nota.

¶ Hic consequenter. D. S. subiungit duas conclusiones præambulares, secundam ibi. Sic igitur patet &c. prima ergo est. Eadem est ueritas apud omnes &c. vt in litera vsque in finem.

¶ Nota autẽ, ꝙ esse eandem notitiam est eadem sentire de principijs, ita ꝙ omnes æstiment ea vera, & per oppositum non esse eandem notitiam est aliquem tenere verum, aliquem tenere falsum; Ista conclusio habet sex partes, & patẽt oẽs ex notabili ꝑcedenti, prima pars patet. s. ꝙ in speculatiuis sit eadẽ ueritas in principijs, & conclusionibus; tã in principijs, q̃ in conclusionibus inuenitur ueritas absque defectu, & necessitas; ergo prima pars vera, consequentia nota, antecedẽs patuit. Secunda pars. s. ꝙ veritas, non cognoscat apud oẽs in cõclusionibus patet; quia propria & particularis veritas non cognoscit apud oẽs; igit tenet cõsequentia; q̃a conclusiones sunt particulares. Antecedes patet, q̃a solùm cõia sunt nota apud oẽs &c. Tertia pars. s. ꝙ solũ in principijs, patet, quia dñr cões conceptiones, q̃a videlicet in conceptu, & intellectu oĩum cadũt; igit &c. Quarta, & Quinta partes patẽt simul ex notabili. s. ꝙ in operatiuis non est eadẽ veritas, vel rectitudo practica apud oẽs q̃tum ad propria, sed solũ q̃tum ad cõia; q̃a in ꝓprijs non habent necessitatẽ, sed solũ in cõibus; igitur partes istæ verę. Sexta pars. s. ꝙ apud illos apud quos est eadem veritas, & rectitudo in proprijs non sit æqualiter nota, patet; quia aliquis sapiens, & prudens plus cognoscit de proprijs, & particularibus, q̃ alius simplex; & patet per simile in speculatiuis, & patebit infra de latrocinio &c. Deinde cum dicit.

¶ Sic igitur patet, quòd quantum ad communia principia rationis, siue speculatiuę, siue practicę est eadem veritas, seu rectitudo apud omnes æqualiter, & nota.

¶ Infert ex præcedenti conclusione, & etiam notabili secundã conclusionem præambularem, ex pressius comparantem rationẽ speculatiuam, & practicam penes conuenientiam, & differẽtiam in certitudine, uel ueritate, & notitia communium, & propriorũ; & est ista conclusio, Quãtũ ad communia principia rationis, siue speculatiuę, siue practicę, est eadẽ ueritas, siue rectitudo apud omnes, & æqualiter nota; quantum verò ad proprias conclusiones rationis speculatiuę est eadem ueritas apud omnes, non tñ æqualiter nota, sed quantum ad proprias cõclusiones rõnis practicę, nec est eadem ueritas, seu rectitudo apud omnes, nec ẽt apud quos est eadem, est æqualiter nota. Istã conclusionem probat specialiter, & ponit quo ad singulas tres partes. Secũdam, ibi. Quantum verò ad proprias &c. tertiam ibi. Sed quantum ad proprias &c. prima ergo pars patet ex notabili, & præcedenti conclusione; quia cõmunia principia vtriusque rationis sunt necessaria. i. semper vera, & quia communia; ideo æqualiter nota, patet ex dictis clarè.

¶ Quantum verò ad proprias conclusiones rationis speculatiuę, est eadem ueritas apud omnes, non tamen æqualiter omnibus nota. Apud omnes enim uerum est, quòd triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, quamuis hoc non sit omnibus notum.

¶ Ponit & probat secundam partẽ ꝓcedentis conclusionis exẽplariter, & tali assumpto, apud omnes uerum est, ꝙ triangulus habet tres &c. q̃is hoc non sit omnibus notum; ergo secũda pars vera, antecedens pro prima parte patet, q̃a est vniuersale posterioristicũ triangulũ habere tres, quod nõ est in quodã q̃dẽ sic, in quodã q̃dẽ nõ sic, sed de oĩ, & sp. Secũda pars antecẽdẽtis patet, q̃a aliq̃ æstimant esse uerũ aliq̃ nõ; põt enim de conclusionibus esse contrariæ opiniones, & hoc est non esse omnibus notũ. Deinde ibi.

¶ Sed quantum ad proprias conclusiones rationis practicę, nec est eadem ueritas, seu rectitudo apud omnes, nec etiam apud quos est eadem, est æqualiter nota. Apud omnes enim hoc rectum est, & uerum, vt secundùm rationem agatur. Ex hoc autem principio sequitur quasi conclusio propria, quòd deposita sint reddenda, & hoc quidẽ, ut in pluribus verum est; sed potest in aliquo casu contingere, quòd sit damnosum, & per consequẽs irrationabile, si deposita reddantur; puta si aliquis petat ad impugnandum patriam, & hoc tantò magis inuenitur deficere, quantò magis ad particularia descenditur, puta si dicatur, quod deposita sint reddenda cum tali cautione, vel tali modo. Quantò enim plures conditiones particulares apponuntur, tantò pluribus modis potest deficere, vt non sit rectum, vel in reddendo, vel in non reddendo.

¶ Subiungit tertiã partem, quæ probatur ex illo cõi principio, quod est apud oẽs rectum, & uerum, vt s ẽm rõnem agatur, sequitur quasi conclusio, propria deposita sunt reddenda; sed hoc licet, vt in pluribus verũ sit, & rectũ, tñ põt in aliquo casu contingere, ꝙ sit damnosum, & per cõsequens irrõnabile, & nõ rectũ si deposita reddant; ergo tertia pars uera, ꝙ s. in ꝓpriis nõ est eadẽ veritas. i. non sp hñt tales conclusiones ueritatẽ, & rectitudinẽ moralem. Maior nota. Minorem D. S declarat clarè, pura si aliquis &c. Alia pars partialis. s. ꝙ non æqualiter nota, relinquitur de se clara, q̃a & sic est in speculatiuis, & patebit circa respõsiuam in fine, quia aliqui habent æstimationem de tali proprio, ꝙ sit falsum &c.

¶ Sic igitur dicendum est, quòd lex naturæ quantum ad prima principia communia est eadem apud omnes, & secundùm rectitudinem, & secundùm notitiam; sed quantum ad quædam propria, quæ sunt quasi conclusiones principiorum communium, est eadem apud omnes etiam, vt in pluribus, & secundùm rectitudinem, & secundùm notitiam, sed vt in paucioribus potest deficere, & quantum ad rectitudinem propter aliqua particularia impedimenta; sicut etiam naturæ generabiles, & corruptibiles deficiunt, vt in paucioribus propter impedimenta; & etiam quantum ad notitiam, & hoc propter hoc, quòd aliqui habent deprauatam rationem ex passione, seu ex mala consuetudine, seu ex mala habitudine naturæ; sicut apud germanos olim latrociniũ non reputabatur iniquum, cum tamen sit expressè contra legẽ naturæ, vt refert Iulius Cesar ĩ li. de bello gallico. *

* Lib. 6. parum a medio. Conclusio responsi.

¶ D. S. hic ultimò ex dictis infert conclusionẽ formaliter, & sufficienter rñsiuam, lex naturæ q̃tum ad prima &c. ut in Ira usque ibi. Sicut ẽt &c. Ista cõclusio hẽt principaliter quatuor partes, prima, ꝙ lex naturæ sit eadẽ apud oẽs quo ad principia ẽm rectitudinem, & ẽm notitiã, patet ex prima parte secũdæ cõclusionis ꝑambularis; Secunda pars. s. sed q̃tũ ad q̃dã propria &c. patet ex tertia & vltima parte cõclusionis eiusdẽ, q̃a depositũ reddendũ &c. Tertia pars. s. ꝙ ut in paucioribus possit deficere q̃tum ad rectitudinẽ ꝓp impedimenta, patet similiter ex tertia parte præcedentis conclusionis, quia non sp est rectũ dare depositum, & D. S. illã partem confirmat p simile in naturalibus, quia ẽt naturæ gñabiles, & corruptibiles &c. Vnde solet dici, ꝙ necessitas philosophica non est absoluta, sed remotis impedimẽtis, & ꝙ ut in pluribus sufficit ad necessariũ philosophicũ, Quarta pars. s. ꝙ possit deficere ẽt q̃tũ ad notitiam. i. ꝙ aliqui habeãt æstimationẽ cõtrariã, hoc enim est deficere q̃tum ad notitiam in proposito, ꝓbatur ex fundamento

ſupra q.77.art.2.primò ratione ſic,quia aliqui habent rationẽ depraua tam ex paſſione,vel ex mala conſuetudine,ſeu ex mala habitudine naturæ;igitur &c.quia illa poſſunt peruertere rationem, & facere malam æſtimationem,vt patet ſup.vbi iam,& confirmatur iſta pars per experientiam;ſicut latrocinium &c. & tamen homines depredari eſt contra legem naturæ, & tñ iſti putabãt,ꝙ nõ eſſet iniuſtum,& per conſequens propria legis naturæ pñt defice re quo ad notitiã ; & videmus, ꝙ aliqui ex mala habitudine ſunt aliorum vexatiui,& putant hoc eſſe licitum propter malam habitudinem naturæ,quod tñ vt patuit ar.2.eſt cõtra legem naturæ,& contra inclinationẽ naturalem propriam homini, vt homo eſt.

¶Nota,ꝙ illa concluſio reſponſiua reſpondet ad quæſitum ſub diſtinctione,patuit enim art.2.ꝙ lex naturæ habet multa p̃cepta cõiſſima , cõia,& homini propria,quare vult concluſio, q: q̃um ad communiſſima lex naturæ eſt vna apud oẽs,ita ꝙ ad illa præcepta oẽs æqualiter ſe habent, & p̃cepta ipſa ſe æqualiter ad oẽs, & in omni caſu;quia ſp recta,& ſp obſeruãda,'& qa oẽs æſtimãt, & ſentiũt ea vera,& recta,ſecus de particularib.p̃ceptis,vt patuit.

ARGVMENTVM in contrarium procedit pro prima parte concluſionis reſponſiuę;quia ius naturale ſecundũ p̃cepta communia eſt idem,& quo ad veritatem,& notitiam,vt patuit.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd verbum illud non eſt ſic intelligendum,quaſi omnia , quæ in lege , & in Euangelio continentur,ſint de lege naturæ,cum multa tradantur ibi ſupra naturam; ſed quia ea quæ ſunt de lege naturæ plenariè ibi traduntur ; vnde cum dixiſſet Gratianus, * quòd ius naturale eſt, quod in lege , & in Euangelio continetur , ſtatim exemplificando ſubiũxit, quòd quiſque iubetur alij facere,quod ſibi vult fieri. —

* Loco in arg. citato.

¶Nota circa hoc argumentum, ꝙ hæc ſunt verba Gratiani ubi allegat in maiori,ius naturale eſt,quod in lege,& Euangelio continetur,quo quiſque iubetur alij facere, quòd ſibi vult fieri,& p̃hibetur alij inferre,quod ſibi nolit fieri.Vnde Chriſtus in Euãgelio. Omnia quæcunque vultis,vt faciant vobis homines,& vos eadem facite illis,hoc eſt enim lex,& prophetæ.Hæc ille, & ex his formata eſt maior, ad quam dicitur,ꝙ non eſt intentio Gratiani, ꝙ omnia,quæ ſunt in Euangelio ſint de lege naturæ, immo plura ſupernaturalia ad quæ attingenda, vel per intellectum,vel p affectum requiritur ſingulare auxilium Diuinum;vnde vt Apoſtolus Ro.10.habet,non omnes audientes crediderunt, quia non affuit eis interior ſupernaturalis illuſtratio , ſed vult Gratianus, ꝙ legi naturæ in Euangelio ſit additio,& completio,quia in ipſo plenè traduntur. Ad minorem,non eſt cõe omnibus,quod continet in Euangelio,& lege.ſ.veteri. Verum oĩa contenta in Euangelio &c. non ſunt cõia omnibus,ſed tñ aliqua.ſ.p̃cepta legis naturę,q̃ ẽt ibi continentur explicata; ſicut patet ꝙ honorare parẽtes eſt de lege naturæ,& in Euangelio, & lege cõtineꝫ,ſimiliter colere Deũ, & de his multis,quæ ſunt legis naturæ,& ſunt in Euangelio,& lege contenta cum explicatione;ſed uerum eſt,ꝙ ſupernaturalia,vt credere trinitatem, & reſurrectionem &c.talia nõ ſunt de lege naturæ,licet etiam non ſint contra eam,tñ ſupra eam,ut habet.D.S. pri.contra gentiles.c.7.& fuit ſup.allegatum.q.71.art.6.¶Nota ꝙ argumentum malè arguit;nam bene uerum eſt, quæ ſunt legis naturæ ſunt in Euangelio contenta , & hic debet eſſe ſenſus Grani, ſed non conuertitur,ergo quæ ſunt in Euangelio ſunt de lege naturæ;quia Euangelium,& lex continet legem naturæ,& cũ hoc plus,& in hoc ſenſu arguit argumentum, & malè,eſt enim virtualiter fallentia cõſequentis, quia Euangelium, & lex plus cõtinẽt, q̃ lex naturæ.Nota de hoc Sco.in 4.di.17.dicẽtẽ,& per hoc patet, ꝙ non ſtrictè loquitur Gratianus de iure legis naturæ, volens illa, quæ in ſacra ſcriptura veteris,& nouæ teſtamenti hñt de lege naturæ eſſe,qa nec iſta oĩa ſunt principia practica nota ex terminis nec concluſiones practicę demonſtratę,nec uera euidenter conſona talibus principijs,& cõcluſionibus, exponẽdus ergo eſt,ꝙ excẽdit ius naturale ad ius poſitiuum ab auctore naturæ,ut diſtinguit contra ius poſitiuum ab aliquo qui non eſt auctor naturæ, hæc ille.Ex quibus patet ex poſitio Scoti, ſed patet quia habet alium ſenſum de dicto Gratiani, q̃ D.S.Vult enim D.S.ꝙ Euãgelium, & lex contineant ea q̃ ſunt legis naturæ tanquàm concluſiones,& principia,ſed nõ tantùm ea;ſed Scotus vult,ꝙ oĩa, quæ ſunt ueteris, & noui teſtamenti pnſſunt ad ſenſum aliquem dici lex naturæ.i. lex poſita ab auctore naturę. D. S. tamen magis tribuit Gratiano,& dictum ſuum proprium magis ſaluat &c.

Scotus.

¶ Ad ſecundum dicendum , ꝙ verbum Philoſophi eſt intelligendum de his,quæ ſunt naturaliter iuſta,non ſicut principia communia,ſed ſicut quædam concluſiones ex his deriuatæ , quæ vt in pluribus habent rectitudinem ,& in paucioribus deficiunt,—

¶Maior concedit, q̃ ſunt ſm legem ſunt iuſta ſaltem ſm quid, vt patet primo politicorum de ſeruitute legali,& tangẽt in ſequẽti ar.Ad minorẽ vera eſt de ꝓpriis,& particularibus cõcluſionib.qa tales nõ ſunt eędẽ apud oẽs, non aũt eſt uera minor de cõibus, vt patet,& probat hæc rõ tertiã, & quartã partes cõcluſionis rñſiuę.

¶Nota quòd verba Philoſophi quinto Ethi.ſunt hæc. De quibuſdam autem non eſt poſſibile rectè dicere uniuerſaliter, & vult ibidem,ꝙ lex cum ſit aliquod p̃ceptum vniuerſale;quia particularia ſunt infinita, ſed non eſt poſſibile,quòd in materia contingenti de qua eſt lex,ſemper vniformiter res ſe habeat , & ideo legislator ſtatuit, quod eſt vt in pluribus, & ex hoc ꝓbat,quòd neceſſarium ſit aliquod directiuum legis poſitiuę.ſ.epycheia,quę eſt moderatiua, & directiua in caſu iuſti legalis, & habetur ibidẽ exẽplum. In quadam ciuitate ſtatutum fuit ſub pœna capitis,ꝙ nullus peregrinus aſcenderet muros ciuitatis,ne ſcilicet poſſet dominium ciuitatis vſurpare.Hoſtibus vero inuadentibus ciuitatẽ quidam peregrini aſcendentes muros ciuitatis, defenderunt ciuitatẽ ab hoſtibus,quos tamen non eſt dignum capite puniri; quia eſſet contra ius naturale, ut benefactoribus pœna rependeretur ; ideo iſtud iuſtum legale oportet dirigere ſecundùm iuſtum naturale.ſ. ſecundùm epicheiam, & in tali propoſito loquitur Philoſophus, Vide infra q.100.ar.8.ad primum.

¶Ad tertium dicendum , quòd ſicut ratio in homine dominatur, & imperat alijs potentijs, ita oportet, quòd omnes inclinationes naturales ad alias potentias pertinentes ordinentur ſecundùm rationem ; vnde hoc eſt apud omnes communiter rectum,vt ſecundùm rationẽ dirigantur omnes hominum inclinationes.———

¶Ad maiorem uera, ad quod homo ex natura inclinatur,vt regulatur,& ordinatur ratione;vnde dictum fuit ar.2.ad ſecundum, quòd concupiſcentia eſt de lege naturæ, vt ordinat ratione , quia ratio in homine dominatur,& debet omnia imperare,& ordinare, & hoc eſt de lege naturæ, & præceptum commune apud omnes, vt omnes inclinationes ſecundùm rationem dirigantur . Ad minorem,conceditur quidem,quòd homines diuerſi ad diuerſa inclinantur,ſed illę inclinationes, vt ſic non ſunt de lege naturæ, qnare negatur conſequentia, quia in eo,quod eſt legis naturæ in communi conueniunt.ſ.in hoc,ꝙ inclinationes ſunt ordinandę, & hoc eſt præceptum cõe,ſed verum eſt,ꝙ non oẽs conueniũt in inclinationibus ſaltem quo ad modum;ſed illę nõ ſunt lex naturæ,ſed dictamen rõnis, quod eſt concupiſcentias eſſe ordinãdas, & in hoc omnes cõueniunt,& hoc vult.Doct.Sanct.in ſolutione.

Vtrum lex naturæ mutari poſſit.

Z

AD quintum ſic proceditur. Videtur quòd lex naturæ mutari poſſit.Quia ſuper illud Eccl.17.Addidit eis diſciplinam,& legẽ vitæ,dicit gloſſ.* legem litteræ quantum ad correctionem legis naturalis ſcribi voluit; ſed illud quod corrigitur mutatur; ergo lex naturalis poteſt mutari.

Supra ar.4. co. & ad 2. Et infra q. 97. artic. 1. ad 1. Et 3. di.37.art.3. cor. Et 4.di. 33.q.1.arti. 1.cor.& ar. 2.ad 1.

¶ 2 Præt.Contra legem naturalem eſt occiſio innocentis,& etiam adulterium,& furtum;ſed iſta *inueniũtur eſſe mutata a Deo , puta cum Deus præcepit Abrahæ,'quòd occideret filium innocentem , vt habetur Gene.22.Et cum præcepit Iudæis, vt mutuata ægyptiorum vaſa ſubriperent, vt habetur Exod. 12. Et cum præcepit oſeæ, vt uxorem fornicariam acciperet, vt habetur Oſeæ pri.ergo lex naturalis poteſt mutari.

* Glo. ord. ibidem. * Alias ſuidentur.

¶ 3 Præt. Iſidorus dicit in libro ethimologiarum, * quòd communis omnium poſſeſſio , & vna libertas eſt de iure naturali ; ſed hæc uidemus eſſe mutata per leges humanas; ergo videtur ꝙ lex naturalis ſit immutabilis,

* Iſid. li.5. cap.4.

¶ Sed contra eſt , quod dicitur in Decretis diſtin.5.* Naturale ius ab exordio rationalis creaturæ , nec uariatur tempore;ſed immutabile permanet.

* Cic.prin.

¶Hic Doct.Sanct. quærit de alia proprietate legis naturæ,ſcilicet de eius immutabilitate.

¶ Reſpondeo dicẽdum, quòd lex naturalis poteſt intelligi mutari dupliciter. Vno modo per hoc, quòd aliquid ei addatur.———

¶ D.S.dupliciter reſpondet ad quæſitum ſecundùm ꝙ declarat duplicem intellectum quæſiti;ſecundum facit ibi.Alio modo &c. Circa primum,primò præmittit unum intellectum quem quęſitũ habere põt,ſecundò ſubiungit quo ad hoc cõcluſionẽ rñſi. primã ibi.Et ſic nihil &c.Dicit ergo ꝙ lex naturalis poſſit mutari,poteſt intelligi dupliciteſ uno modo per additionẽ,& illud non eſt propriè mutari, ſed magis pfici cũ additum eſt pfectionis. Tunc ibi.

¶Et ſic nihil prohibet legem naturalem mutari,multa enim ſupra legem naturalem ſuperaddita ſunt ad humanam uitam utilia tam per legem Diuinam,quàm etiã per leges humanas.———

¶Subiungit

Concluſio prima.

¶Subiungit primã cõcluſionẽ rñſiuã, nihil prohibet legem naturalẽ mutari hoc modo.ſ.per additionem;probat tali aſſumpto, multa ſupra legem naturalem &c. vſque ibi. Alio modo &c.vt in litera;ergo concluſio vera. Conſequentia nota. Antecedens patet ex ſolutione primi, art.præce.quia in euangelio ea quæ ſunt legis naturæ continentur, & plenariè traduntur per additionem,& declarationem.¶Nota autem,ꝙ hæc probatio plus probat,quàm cõcluſio dicat;quia concluſio dicit de poſſibili.ſ.nihil prohibet; ſed probatio eſt de facto &c. Deinde ibi.

¶ Alio modo poteſt intelligi mutatio legis naturalis per modum ſubtractionis , vt ſcilicet aliquid deſinat eſſe de lege naturali, quod prius fuit de lege naturali. —

¶ Procedit ad ſecundum intellectum quæſiti quem primò declarat,ſecundò ſubiungit concluſionem,ibi.Et ſic &c. Poteſt ergo ſecũdo modo intelligi mutatio legis naturę per ſubtractionem, ita ꝙ id quod prius erat de lege naturæ,iam non ſit &c. Tũc ibi.

¶Et ſic quantum ad prima principia legis naturæ,lex naturæ eſt omnino immutabilis; quantum autem ad ſecunda præcepta , quæ diximus eſſe quaſi quaſdam propias concluſiones propinquas primis principijs, ſic lex naturalis non immutatur,quin vt in pluribus ſit rectum ſemper quod lex naturalis habet ; poteſt tamen mutari in aliquo particulari , & in paucioribus propter aliquas ſpeciales cauſas impedientes obſeruantiam talium præceptorum,vt ſupra dictum eſt.* ———

* Artic.4. Concluſio ſecunda.

¶Infert ſecundam concluſionem reſponſiuam correſpondentem,q̃tum ad principia prima legis &c. vt in litera. Iſta cõcluſio habet tres partes,prima pars, ꝙ q̃tum ad cõia, & prima p̃cepta ſit immutabilis;probat ex ar.præc. prima præcepta habent veritatem apud omnes, & ſunt nota apud omnes, igitur prima pars vera. Antecedens patuit,conſequentia tenet; quia hoc in propoſito eſt eſſe legẽ immutabilem,quæ ſemper eſt uera,& recta apud omnes,& in omni caſu,& cuius contrarium non poteſt cadere in ratione hominis &c. Secunda pars patuit; quia reddere depoſitum eſt rectum,& verum,& notum, vt in pluribus;ſed hoc eſt concluſio propinqua primis principijs ; igitur &c. Tertia pars ſimiliter patuit;quia aliquando in caſu nõ eſt rectum dare depoſitum;igitur &c.¶Nota autem verbum.D.S.cum dicit cõcluſiones propinquas primis principijs eſſe veras;vt in plurimum ; quia duplices ſunt cõcluſiones,vt poſtea tangetur,quædam remotæ, vt ſunt determinationes legis poſitiuę, quæ inueniuntur per inquiſitionem prudentum, & tales non vocantur concluſiones primorum principiorum naturalis legis; ſed determinationes, & habent vigorẽ ex iure poſitiuo. Sed alia ſunt præcepta,quę deriuãtur ex lege naturæ tanquam concluſiones,quę habent vigorem ex lege naturę, & ad ipſa ratio naturalis de propinquo inclinat , & de his loquitur ſecunda & tertia pars concluſionis;quia huiuſmodi ſunt vt in plurimum vera,& deficiunt,vt in paucioribus,ſic & ar.præce.allegatum eſt ex.5. Ethi.quamuis ipſe loquatur de determinationibus legis naturæ,& non de concluſionibus . Differunt enim concluſio legis naturæ, & eius determinatio , vt patebit infra quæſtio.95.articu.ſecundo.

Confirmatur ſecunda concluſio præſertim quo ad primam, & ſecundam partes argumento in contrarium.

¶Circa hoc argumentum nota , quòd verba Decreti ſunt hæc. Naturale ius autem omnino primatum obtinet tempore, & dignitate, cæpit enim ab exordio rationalis creaturæ; nam nec variatur tempore,ſed immutabile ſemper permanet;& quantum ad præſentem articulum attinet debent intelligi verba de mutabilitate quo ad principia communia maximè , & quo ad concluſiones eſt immutabilis lex naturæ;quia ut in paucioribus mutatur,& eſt immutabilitas , & perfeitas moralis , quæ requirit,vt in plurimum;ſicut & de philoſophica neceſſitate dicitur.

¶Nota autem,quòd textus ille intelligendus eſt,quòd ius naturale obtinet primatum inter leges creatas,& humanas, ſed nõ cõparatur ad legem æternam,quia illa maxima eſt, vt patuit.q.præcedenti,nec ad legem Diuinam;quia eſto ſit prior,quàm iſta tempore,non tamen dignitate.

Gratianus

¶Nota etiam dicta articu.præceden. ad primum, & ſolues facile difficultatem quam Gratianus vbi iam inducit arguendo legem naturalem mutabilem;quia lex naturæ continetur in Euangelio,& lege Diuina, quæ ſtatuit mulierem. 40. diebus abſtinere ab ingreſſu templi,& hoc modo non obſeruatur ſaltem ex uigore alicuius præcepti &c. Sed patuit ſolutio,quia non omnia veteris legis erant de lege naturæ,ſed multa ceremonialia, multa iudicialia,quę non fuerunt de lege naturæ , quæ ceſſauerunt in noua lege,ex ceremonialibus fuit unum de purificatione mulieris poſt partum,vt patebit infra.

¶ Nota etiam uerbum , quod eſt pro confirmatione ſupra dictorum quæſt.91.articu. ſecundo, quia dicit,quòd cępit ab exordio rationalis creaturæ,notanter rationalis , quia licet participatio legis æternę incæperit,cum creatura etiam irrationali,non tamen habet propriè talis participatio rationem legis naturalis,vt patuit ibidem;& ergo ad innuendum , quòd lex naturalis ſit ſolùm in creatura rationali, ideo dicit . Cæpit enim ab exordio rationalis creaturæ , ſcilicet Angeli , & hominis , quia in vtroque inuenitur lex naturæ.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd lex ſcripta data dicitur eſſe ad correctionem legis naturalis, vel quia per legem ſcriptam ſuppletum eſt,quod legi naturæ deerat;vel quia lex naturæ in aliquorum cordibus quãtum ad aliqua,corrupta erat intantùm , vt extimarent eſſe bona quæ naturaliter ſunt mala , & talis corruptio correctione indigebat.———

¶Ad maiorem,auctoritas intelligitur de lege veteri, quæ eſt diſciplina,ideſt lex diuinitus data, & lex uitę,ideſt ducẽs ad uitam, quamuis introductio tarderetur uſque dum Chriſtus amoueret impedimentum, quod fuit peccatum humani generis ; & concedo,quod dicit gloſſa,quòd illa lex ſcripta eſt quantum ad correctionem legis naturalis ad ſanum ſenſum, non quòd lex naturalis fuerit iniqua,& caſſata per legem ſcriptam , ſed modis quos habet Doct.Sanct.in ſolutione,tum quia per ſcripta impleta fuit, tum quia per conſuetudinem malam,quo ad aliqua particularia deleta fuit.

¶ Ad minorem,quod corrigitur tanquàm falſum,hoc mutatur ſecundo modo ; ſed quod corrigitur,ideſt exponitur, & renouatur,& declaratur,hoc non mutatur,niſi largè; & primo modo,& ſecundo,cuius contrarium corrigitur,nõ oportet, quòd mutetur. Sic in propoſito corrigitur contrarium legis naturæ ſecundùm particularia præcepta, non lex ipſa.Conſequentia negatur, ſi intelligitur de mutatione ſecundo modo ; ſed primo modo cõceditur,quia principia communia explicata fuerunt.Et ſecundo modo;quia particulares concluſiones legis naturæ reductæ fuerunt in notitiam veram &c.de maiore, quare Deus uoluerit legem veterem ſcribi,uide Doct.Sanct.in tertio diſt.37.q.1.art.1.quia quatuor ſunt rationes &c.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd naturali morte moriuntur omnes communiter tam nocentes, quàm innocentes , quæ quidem naturalis mors Diuina poteſtate inducitur propter peccatum originale , ſecundùm illud primi Reg. 2. Dominus mortificat, & viuificat; & ideo abſque aliqua iniuſtitia ſecundùm mandatum Dei poteſt infligi mors cuicunque homini,vel nocẽti,vel innocenti . Similiter etiam adulterium eſt concubitus cum vxore aliena, quæ quidem eſt ei deputata ſecundùm legem diuinitus traditam; vnde ad quamcunque mulierẽ aliquis accedat ex mandato Diuino,non eſt adulterium nec fornicatio . Et eadem ratio eſt de furto,quod eſt acceptio rei alienæ,quicquid enim accipit aliquis ex mandato Dei,qui eſt dominus uniuerſorum , nõ accipit abſque voluntate domini , quod eſt furari . Nec ſolùm in rebus humanis quicquid a Deo mandatur hoc ipſo eſt debitum ; ſed etiam in rebus naturalibus quicquid a Deo fit eſt naturale quodammodo , vt in primò dictum eſt.* ———

D.4.

* 1.parte q. 105.ar.6.ad primum.

¶Ad maiorem dicitur quo ad primam partem,quòd contra legem naturalem eſt occiſio innocentis,ſecundùm quod habet rationem indebiti,& iniuſti.Dico autem, quòd ſi auctoritate alicuius fieri poſſet,quòd occiſio boni, & innocentis ſit licita, & iuſta, tunc talis occiſio non eſt contra legem naturæ,nec contra præceptum decalogi, quod prohibet non quamcunque occiſionẽ, quia malefactores etiam auctoritate hominum occidi poſſunt; ſed ſecundùm quòd habet rationem indebiti , quare ſi auctoritate alicuius poſſit fieri debita , non erit contra legem naturalem , vel decalogi .

¶ Ad ſecundam partem maioris , de adulterio dico ſimiliter, quòd contra legem naturæ eſt ire ad non ſuam , ſed ſi auctoritate alicuius fiat ſua , non erit adulterium, ſimiliter dico de furto .

¶ Ad minorem, negatur quòd iſta inueniantur mutata, vt ſunt legis naturæ, dico enim quòd Deus non fecit quia furtum ſit iniuſtum,& non faciendum,& ſemper malum.Similiter occiſio iniuſta, ſed hoc fecit, ut id quod erat materia homicidij, & iniuſtæ occiſionis, vel furti , vel adulterij, auctoritate ſua non ſit materia homicidij,furti, vel adulterij;ſicut in ſimili habet Doct. Sanct.ſecunda ſecundæ quæſt.89.artic.9.ad primum,de diſpenſatione iuramenti promiſſorij,& uoti,& quæſt.88.artic.10. ita quòd fiat,ut quod eſt lex non ſit lex in hoc caſu , & id quod eſſet cõtra legem iam non ſit contra legem,& hoc oſtendit.D.S.in ſolutione clarè, quomodo auctoritate Dei fieri poſſit , ut innocentis occiſio nõ ſit iniuſta;quia ẽt innocens eſt reus mortis propter originale,& põt

occidi quandocunque Deo placuerit,vel a quocunque; nã vt dñt iuristę,ꝙ non habet taxatum tempus soluendi, homo semper tenetur soluere;quia ergo ex originali homo incurrit debitũ mortis,non pro certo tempore;semper reus est pro omni tempore, & est debitor Deo,qui debitũ exigere potest ꝓ se, vel per aliũ. Similiter declaratur de eo,quod inducitur de adulterio,vel fornicatione,de quo uide de Malo, ma.3.ar.1.ad 17.Et in de potentia, Dei ma.1.ar.6.ad 4. vbi pulchrè loquitur de materia huius argumẽti, quare negatur cõsequentia;quia in casibus allegatis non est mutata lex naturæ;de his magis infra q.100.ar.8. ad tertium, vide & Sco.in 3.dist.37.qui vult,& bene ad sanum sensum, quòd Deus in casibus argumenti non dispensauerit in præceptis decalogi,& hoc est verum loquendo propriè de dispensatione, quæ est relaxatio præcepti in particulari casu; quia nunquàm Deus facit, ꝙ aliquis iniustè occidatur, quod prohibetur per præceptum negatiuum,non occides,& hoc est propriè dispensare, vt habet.D.S. secunda secundæ q.89.ar.9.& patebit infra.Si tamen extendaẽ dispensatio ad mutationem,& ablationem materię ipsius præcepti; sic posset dici dispensatio ; sed de hoc infra . Circa solutionem istam.D.S.nota diligenter,ꝙ põt fieri a Deo, vt innocens occidatur,vt patet intuenti;sed non est occisio iniusta, & indebita innocentis, si fiat auctoritate Dei; quia etiam innocens est debitor, & reus mortis, vt patet etiam clarè in de potentia Dei ubi supra, & secunda secundæ q.64.arti.6.ad primum.Ex quo patet, q̃ indocta sit quorundam cauillatio,qui per reatum originalis dicunt auferri innocentiam,patet enim quia reatus mortis qui est effectus originalis manet,& stat cum innocentia;innocens ergo est qui non fecit peccatum personale præsertim mortale, sed reus est mortis oĩs in peccato originali conceptus, & illa clarè ex hac solutione habentur,quare & caueas imitari dictum quorundam dicẽtiũ, ꝙ in decalogo,& præcepto naturæ.s.non occides,prohibeatur occisio ĩnocentis,hoc enim non bene dr̃,quia vt patet occisio innocentis,non est contra illud præceptum, quod est de principijs legis naturæ statim omnibus naturaliter notis, vt patet infra q.100. ar.1. Licet non omnia præcepta decalogi sint hmõi, vt ẽt tangit Sco ubi sup.Sed dicendum est,ꝙ prohibetur iniusta occisio, & illa nunq̃ admittitur a Deo, vt dictum est. Nota ẽt verbum D.S. in fine solutionis,vbi dicit,quicquid a Deo fit est naturale quodammodo;qa huius expositionem habes.1.par.q.105.art.6.ad primũ; quia est naturale saltem,vt inferiora obediunt superioribus,ita ꝙ quòdo aliquid sit supra naturam inditam ab eo qui dedit naturã, non est omnino contra naturam,licet sit præter naturã,& de hoc etiam supra aliquid dictum fuit.q.10.ar.4.ad secundum.

Scotus.

Nota

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliquid dicitur esse de iure naturali dupliciter. Vno modo; quia ad hoc natura inclinat; sicut non esse iniuriam alteri faciendam. Alio mõ;quia natura non inducit contrariũ;sicut possemus dicere, quòd hominem esse nudum est de iure naturali,quia natura non dedit ei vestitum,sed ars adinuenit; & hoc modo communis omnium possessio, & omnium vna libertas dicitur esse de iure naturali; quia scilicet distinctio possessionum, & seruitus nõ sunt inductæ a natura ; sed per hominum rationem ad vtilitatem humanæ vitæ,& sic etiam in hoc lex naturæ,non est mutata , nisi per additionem.

¶Ad maiorem,pro 1.par. & 2.simul dr̃, primò ꝙ illa dicuntur esse de lege naturæ;quia oppositum natura non induxit;sed non est a natura, quia natura ad hoc posituè inclinat, quasi possessi o propriorum sit contra inclinationem naturalem. Secũdò dicitur post.D.S.in 4.di.36.q.1.arti.1.ad 2. & 3.præsertim de seruitute, ꝙ ipsa non est a natura,quia non de prima intentione naturæ;non tñ est contra secundariam intentionem ; quia conforme est rõni, vt vigens rõne dominetur, & deficiens seruiat, & similiter vincẽs dominetur, & victus seruiat ; & hoc determinat a rõne humana in iure gentiũ,& ita proficiscitur ius gẽtiũ a naturali,sicut determinatum ab indeterminato;& ita patet qũo libertas,& cõis possessio est a natura quasi priuatiuè ; quia oppositum non completè induxit, quod tñ sine præiudicio legis naturæ induci potuit , immo conformiter ad eam;quia videlicet,& opposita sunt de secũdaria intentione naturalis legis;sed ab ipsa non determinata; potuerunt autem oppositæ libertatis , & communis possessionis determinari propter rationales causas , & magnam vtilitatem hominum. Vnde dicitur ad minorem,conceditur,quòd libertas , & communis possessio sunt mutata,& bene,non quia ratio dictauerit positiuè libertatem,& communem possessionem,tum quia solùm sunt naturalia,quia opposita non sunt inducta cõpletè a natura,& non sunt de prima intentione naturæ,tũ quia ex introductione seruitutis, & proprietatis accedit utilitas reipublicę;de seruitute patet.1.politicorum;qa utile est,& decens, vt boni,& victores habeant emolimentũ,& dominẽtur, mali aũt,& victi seruiãt; quia victi p hoc in vita cõseruant,ꝙ is vt ibidem dr̃, nõ sit simpliciter iustum;quia non ex prima inclinatione naturæ,q̃ appetit oẽs esse iustos,& vigentes rõne; sed quia hoc esse non põt,iõ sibi nõ contrariatur seruitus . Quæ aũt commoditas accedat ex proprietate possessionũ uide D.S.secunda secundæ.q.66 art.2.per totum.(vbi vide solutionẽ primi, quia confirmat solutionẽ hic)ubi habet, ꝙ proprietas possessionũ non est contra ius naturale , sed iuri naturali superadditur per imitationẽ rõnis humanę.s.per ius positiuũ, & secundũ humanum condictum.Vide & Scotum in 3. di.37.ubi ponit post.D.S.conformiter commoditatẽ sequentẽ ex rerũ proprietate.s.quo ad dñium , licet quo ad usum debeant esse cões ad sensum.D.S.vbi iam de seruitute,Vide ẽt D.S.secunda secundę.q.57.ar.4.ad secundum,vbi dicit hunc hominẽ esse seruum absolutè considerando magis,q̃ aliũ,non habet rõnem naturalẽ, sed solũ ſm aliquam utilitatẽ consequentẽ, inquantũ utile est huic,ꝙ a sapiẽtiori regat̃,& illi, ꝙ ad hoc iuuetur,ut dr̃ in primo politicorũ,& ideo seruitus pertinẽs ad ius gentiũ est naturalis secũdo mõ scilicet qa aliquid ex eo sequit̃,non primo mõ.ſm absolutã cõsiderationẽ,velut.D.S.habet in 4.ſm primam intentionẽ &c. Concludit ergo hoc argumentum , ꝙ lex naturalis est mutata primo mõ.ſ.per additionẽ;sed non per subtractionẽ, & contrarietatẽ ad id quod rõ naturalis dictat;quia non dictat positiuè oẽs esse liberos,qa hoc non esset vtile,sed non determinat seruitutẽ; vel ſm modũ dicendi D.S. secunda secundæ ſm absolutã considerationẽ nõ dictat seruitutẽ,& attenta cõi cõditione hominũ; sed relictis iudicio hominũ determinare, qs debeat esse seruus,& quis dñs naturalis,& legalis attẽtis conditionibus,& casibus particularib. Est enim duplex seruitus, vna naturalis, quia deficiens rõne naturaliter subest sapienti, & est seruitus legalis qua victus est seruus vincentis in bello;& legalis seruitus est a iure gentium, & nõ a naturali rõne.ſ.positiuè,& ſm absolutã cõsiderationẽ.Per hęc patet intellectus illius, quod hr̃ in institutis ti.de iure naturali &c. Vbi hr̃, ius aũt gentium omni humano gñi cõe est,nam usu exigente,& humanis necessitatibus,gentes humanæ iura sibi q̃dã cõstituerũt,bella enim orta sunt & captiuitates secutæ,quæ sunt naturali iuri cõtrarię,iure enim naturali hoĩes ab initio liberi nascebantur;& ex hoc iure gentiũ oẽs pœnæ contractus introducti sunt,ut emptio, & venditio,locatio, conductio,societas,depositũ, & mutuum, & aliæ innumerabiles, hæc ibi.Intelligẽdum est enim ꝙ seruitus est contraria legi naturali negatiuè.i.non determinata,& non de prima eius intentione,& quia natura seruitutẽ nõ introduxit;sed nõ est contraria positiuè,quasi oppositũ determinet, & ad ipsum pfectè inclinet &c.Vide S.Antoninũ 1.par.ti.17.c.unico.§.10.ubi hẽt seruitus dr̃ de iure gentium non ꝙ primò inuenerit eã, cum Noe, maledictionẽ seruitutis intulerit Chanaan filio Chã. propter irrisionem in eum factã ab ipso Chã. cum ex ebrietate uidit eũ nudatum iacere;sed quia ius gentium eam approbauit,& dicitur ius gentium ,quia eo ferè omnes gentes vtuntur.De ista materia vide Scotum in 4.dist.36.an scilicet seruitus sit naturalis, & quæ iustè fieri possit &c.

Vtrum lex naturæ possit a mente hominis deleri.

A

AD sextum sic proceditur.Videtur,quòd lex naturæ possit a corde hominis aboleri; quia Ro.2. super illud cum gentes,quæ legem non habent,&c.dicit glo. * quòd in interiori homine per gratiam innouato lex iustitiæ inscribitur,quam deleuerat culpa; sed lex iustitiæ est lex naturæ; ergo lex naturæ potest deleri.

Infra q.99. ar.2. ad 2.

* Glo.ordi. ibidem.

¶ 2 Præt. Lex gratiæ est efficacior , quàm lex naturæ; sed lex gratiæ deletur per culpam; ergo multò magis lex naturæ potest deleri.

¶ 3 Præt. Illud quod lege statuitur inducitur quasi iustum ; sed multa sunt ab hominibus statuta contra legem naturæ ; ergo lex naturæ potest a cordibus hominum aboleri.

¶ Sed contra est,quod Augu. dicit in 2.confes.* Lex tua scripta est in cordibus hominum , quam nec vlla quidem delet iniquitas ; sed lex scripta in cordibus hominum est lex naturalis ; ergo lex naturalis deleri non potest.

* Aug.4.

¶Hic D.S. inquirit de quadam alia proprietate legis naturalis, scilicet de eius perseuerantia in cordibus hominum.

¶ Respondeo dicendum , quòd sicut supra dictum est, *ad legem naturalem pertinent primò quidem quędam præcepta communissima,quæ sunt omnibus nota, quædam autem secundaria præcepta magis propria,quę sunt quasi conclusiones propinquę principijs.

* Ar.4.& 5.

¶D.S.primò præmittit quoddã notabile distinctiuũ fundamentale.Secũdò ſm ipsum absolui quæsitum,ibi, quantum ergo &c.

Quo

Quo ad primum est notabile fundamentale, quòd pertinentia ad legem naturæ sunt duplicia, primò quædam præcepta cõmunissima,quæ sunt omnibus nota, quibus nullus potest in corde cõtradicere;quædam secundaria magis propria quasi conclusiones deductæ ex principijs communissimis . Patet autem ista distinctio per modum notabilis ex articulis.4.& 5.

¶ Quantum ergo ad illa principia communia lex naturalis nullo modo potest a cordibus hominum deleri in vniuersali;deletur tamen in particulari operabili secũdùm quòd ratio impeditur applicare commune principium ad particulare operabile propter cõcupiscentiam vel aliquam aliam passionem,vt supra dictum est.* ——

3.p.q.65.ar.3.

¶Hic consequenter D.S. exp æce.notabili respondet ad quæsitum tale conclusione,quantum ad principia communia,lex naturalis nullo modo potest a cordibus hominum deleri in vniuersali,deletur tñ in particulari operabili. Quantum verò ad alia præcepta secundaria, potest lex naturaliter deleri de cordibus hominum.Huius conclusionis.D.S. ponit, & probat primas duas partes,secundò tertiam,ibi, Quãtũ verò &c. Primã ergo partẽ relinquit notam ex duobus art.præc. Secundam partem probat sic, rõ (scilicet recta)ſm principia cõia impeditur applicare cõe principium;ad particulare operabile;ergo secunda pars vera consequẽtia nota;quia si nõ applicat ad particulare operabile, poterit agere oppositum principio vniuersali;quia particulare iudiciũ est im mediatum directiuum particularis operabilis, & ita deleꝫ in particulari ęstimatio vniuersalis principij . Antecedẽs patet ex supra dictis.q.77.ar.2. quia propter cõcupiscentiam,vel aliquam aliam passionem tollitur iudicium rõnis , quod est conforme rectę rõni vũ,& impeditur rõ ne vſm notitiã ad particularẽ applicet. Nota ꝙ dr̃ deleri in particulari operabili,i.ęstimatio particularis cõformis cõi ꝓncipio,deletur deletione negatiua.i.nõ ponit̃ in actu, impediente passione , & hoc est, quod Doct.sanct.dicit impediri applicationem cõium principiorũ ad operabile. Deinde cũ dicit.

¶ Quantum verò ad alia præcepta secundaria potest lex naturalis deleri de cordibus hominum , vel propter malas persuasiones , eo modo quo etiam in speculatiuis errores contingunt circa conclusiones necessarias , vel etiam propter prauas consuetudines, & habitus corruptos; sicut etiam apud quosdam non reputabantur latrocinia peccata, vel etiam vitia contra naturam , vt etiam Apostolus dicit ad Ro.primo.——

¶Subiungit tertiam partẽ conclusionis prædictæ,quæ probat a simili,primò quia & in speculatiuis circa conclusiones põt deleri,& tolli recta æstimatio p sillogismum falsigraphum;ergo & in practicis. Secundò probatur;quia pp malas consuetudines, & corruptos habitus põt homo induci in contrariam æstimationẽ conclusionum legis naturæ,& per consequẽs recta notitia corrũpi, & deleri põt.Antecedens patuit ex art.4.de hoc,ꝙ aliqui non æstimauerunt latrocinium esse peccatũ,& fortè hodie multi sunt.Patet secundò ex Apostolo ad Ro.1.quia aliquid non reputauerunt vitiũ contra naturã esse peccatũ,qd tñ est cõtra legẽ naturalẽ,pcedẽtẽ ex ĩclinatione cõi homini,& aĩalib.ut patuit ar.3.ad secũdũ.

Confirmatur conclusio quo ad primã partem argumẽto in cõtrarium.Nota circa hoc argumentum D.S.in 3.di.37.artic 1.quia cerimonialia,& iudicialia non ſp erant permansura;sed secundũ statum hominũ, & conditiones mutanda . Moralia autem , quæ sunt de lege naturæ,semper erant mansura;ideo Deus iusta iussit scribi in tabulis lapideis;quia & cordi hominum erant inscripta aliqualiter, & ita patet,ꝙ præcepta legis naturæ erant scripta primò quidem in cordibus hominum secundùm legem naturalem. Secundò in tabulis lapideis per legem veterem &c.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd culpa delet legem naturæ in particulari, non autem in vniuersali,nisi fortè quantum ad secunda præcepta legis naturę eo modo quo dictum est,——

¶Ad vltimam partem maioris (scilicet quam deleuerat culpa) respondetur dupliciter . Vno modo,ꝙ culpa delet legem naturalem in particulari eligibili,vel operatione,deletione, ut tactũ est, quasi priuatiua,si p passiones,& prauos habitus fit , ne cõia principia applicent ad particulare operabile, uel eligibile,& ne ratio subsumat sub propositione vniuersali naturalis legis , sed sub ea quã passio suggerit mõ prædicto.q.77.ar.2. Secundo modo dr̃,ꝙ culpa delet legem naturæ etiam positiuè.i. notitiam quandoq; habitam corrũpit,& hoc quo ad particulares conclusiones , & particularia præcepta legis naturæ , ita quòd quis contrarium eorum ęstimat verum;Ergo &c. Verum secundo modo;sed non primo modo qui habitus est circa conclusionem articuli.

¶Ad secundum dicendum,quòd gratia etsi sit efficacior,quàm natura;tamen natura essentialior est homini, & ideo magis permanens.——

¶Ad maiorem,lex gratiæ est quidem efficacior;quia habet nobiliores effectus,quàm lex naturæ;quia facit hominem dignum vita æterna,& iuuat ad altiora opera, scilicet meritoria; sed tamẽ lex naturalis est naturalior,& magis essentialis homini , cãquàm consequens principia naturæ essentialia,& semper in naturali habitu conseruata,vt patuit supra ar.1.Minor conceditur,quæ infra q.106.magis intelligetur ; nam cum unumquodque sit id quod est potissimum in eo, & gratia Spiritussancti sit potissimum in lege noua (licet & quædam alia sint in ea;sed minus principalia) ideo lex gratiæ dicitur intransitiuè gratia ipsa , quæ vtique per culpã mortalem deletur , & ergo minor vera;sed negatur cõsequentia; quia culpa non tollit naturalia,sed gratuita,quæ dependent in cõ seruari a continuatione Diuini influxus,quem mortale interrumpit,vt supra habitum fuit q.71.ar.4. quare non est par ratio; vnde & virtus acquisita non tollitur per vnum peccatum quia connaturalis,& conseruatur virtute subiecti;charitas autem, quæ longè dignior,& efficacior est per vnum tollitur,vt habet.D.S.in de virtu.de chari.ar.13.&c.

¶ Ad tertium dicendum , quòd ratio illa procedit de secundis præceptis legis naturę,contra quæ aliqui legislatores statuta aliqua fecerunt quæ sunt iniqua.——

¶Ad maiorem , illud quod statuitur lege humana indicit tanquàm iustum;sed non oportet,quòd sit simpliciter iustum,nec bonum; nam potest esse lex humana iniqua,nec propriè est lex; sed statutum aliquod iniquum, quod inducit contrarium legis naturæ &c. Ad minorem,si intelligitur, ꝙ contraria quo ad principia communia,negatur; si intelligitur,quòd cõtraria conclusionibus particularibus, conceditur , & ad hunc sensum admittitur consequens , quòd lex naturæ potest deleri quo ad conclusiones particu.hæc ratio est pro tertia parte conclusionis responsiuę.

Quæst. Nonagesimaquinta.

De lege humana secundum se.

B

DEinde considerandum est de lege humana, & primò quidem de ipsa lege secundùm se.Secundò,de potestate eius,Tertiò, de eius mutabilitate.Circa primũ quæruntur quatuor.Primò,de vtilitate ipsius. Secundò, de origine eius.Tertiò de qualitate ipsius,Quartò de diuisione eiusdem.

¶Hic agitur de alia lege.ſ.humana,& primò agitur de ipsa secundum se.Secundò de potestate, & auctoritate eius.q.sequenti, Tertiò de eius mutabilitate.q.97. Circa primum primò agitur de vtilitate eius . Secundò de origine eius in sequenti arti. Tertiò de qualitate eius,in tertio art.Et Quartò de diuisione eius ar.4.

Vtrum vtile fuerit aliquas leges poni ab hominibus.

AD primum sic proceditur. Videtur, ꝙ non fuerit vtile aliquas leges poni ab hominibus ; intentio enim cuiuslibet legis est, vt per eam homines fiant boni;sicut supra dictum est;* sed homines magis inducuntur ad bonum voluntarij per monitiones , quàm coacti per leges;ergo non fuit necessarium leges ponere.

Supra q 95. ar.1.Et 2.d. 9.arti.3. co. ad 2. & ad 5. Et 2.d.40. ar.2. * q 92.ar.1.

¶ 2 Præt. Sicut dicit Philosophus in 5.Ethico.* Ad iudicem confugiunt homines , sicut ad iustum animatum; sed iustitia animata est melior, quàm inanimata, quæ legibus continetur; ergo melius fuisset, vt executio iustitiæ committeretur arbitrio iudicis, quàm quòd sup hoc lex aliqua æderetur.

* Ariſt. c.4.

¶ 3 Præt. Lex omnis directiua est actuum humanorum, vt ex supradictis patet; * sed cum humani actus cõsistant in singularibus,quæ sunt infinita,non possunt ea quæ ad directionem humanorum actuum pertinent sufficienter considerari,nisi ab aliquo sapiente qui inspiciat singula; ergo melius fuisset arbitrio sapientum dirigi actus humanos , quàm aliqua lege posita ; ergo non fuit necessarium leges humanas ponere.

* q.90.ar.1. & 2.q.91.ar tic.4.

¶ Sed contra est,quod Isido.dicit in lib.Etimo.* Factæ sunt leges , vt earum metu humana coerceretur audacia,tutaque sit inter improbos innocentia , & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas; sed hæc sunt necessaria maximè humano generi; ergo necessarium fuit ponere leges humanas.

* Isi. lib.5. cap.20.

¶Hic primò Doct. Sanct. determinat qualiter fuerit necessarium,& vtile leges humanas condere,

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut ex supradictis patet,* homini naturaliter ineſt quædã aptitudo ad virtutem; ſed ipſa uirtutis perfectio neceſſe eſt, quòd homini adueniat per aliquam diſciplinam; ſicut etiam videmus, quòd per aliquam induſtriam ſubuenitur homini in ſuis neceſſitatibus, puta in cibo, & veſtitu, quorũ initia quædam habet a natura, ſcilicet rationem, & manũ, non autem ipſum complementum; ſicut cætera animalia quibus natura dedit ſufficiens tegumentum, & cibũ. Ad hanc autem diſciplinam non de facili inuenitur homo ſibi ſufficiens; quia perfectio virtutis præcipuè conſiſtit in retrahendo hominem ab indebitis delectationibus, ad quas præcipuè homines ſunt proni, & maximè iuuenes, circa quos eſt efficacior diſciplina; & ideo oportet, quòd huiuſmodi diſciplinam per quam ad virtutem perueniatur, homines ab alio ſortiantur. ——

* q.63.ar.1.

¶In hoc cor. Doct. Sanct. primò deducit concluſionem quandam fundamentalem. Secundò vnam cõcluſionem reſponſiuam, ibi. Et quidem quantũ &c. Concluſio fundamẽtalis eſt iſta. Oportet quòd diſciplinam per quam ad virtutem peruenitur, homines ab alio ſortiantur. Probatur ſic, homini naturaliter ineſt quędam aptitudo ad virtutem; ſed ipſa virtutis perfectio neceſſe eſt, quòd homini adueniat per aliquam diſciplinam; ſed ad hanc diſciplinam non de facili inuenitur homo ſibi ſufficiens, & maximè iuuenes, circa quos eſt efficacior diſciplina; ergo cõcluſio vera. Maior illa patuit ſupra quæſt. 63. articu. 1. Et declaratur hic per ſimile de neceſſarijs vitæ clarè &c. Minor probatur etiam quia perfectio virtutis &c. vt in litera, & dicit, circa quos, ſcilicet iuuenes, efficacior eſt diſciplina; quia inueterati canes non facilè domantur; nam habituati vitijs, & prauis paſſionibus non acquieſcunt, ſed indurantur; iuuenes autem non ſunt ita habituati, nec tam duri; ſicut ſenes.

¶Nota quòd per diſciplinam intelligitur hic aliqua coertio, & retractio a malo, & inductio ad bonum, ſiue fiat ab homine ipſo, vel ab alio, & non capitur ita ſtrictè in minore, ſicut primò poſteriorum pro informatione ab alio tradita. Quod patet quia Doct. Sanct. vult probare, quòd per diſciplinam, quæ fit ab alio, ſit homo inducendus, & ergo in minore loquitur generaliter de diſciplina, vt etiam homo ſeipſum cohibet a concupiſcentijs ſuis, & ſibi facit quaſi quandam vim; ſicut aliquis dicitur magiſter ſuiipſius, ita quòd diſciplina, qua acquiritur virtus ſit quædam cohibitio, & retractio a malis deſiderijs delectationum vitioſarum. Vide infra quæſt. 99. articu. 2. in argu. in contrarium; quia diſciplina eſt eruditio morum per difficillima, & Doct. Sanct. in minore dicit, non de facili inuenitur homo ſufficiens ſibi ad diſciplinam; in quo innuit, quòd aliquis ſeipſum diſciplinare poteſt, & per conſequens diſciplina morum ſolùm eſt ab alio, vt hic loquimur &c.

¶Et quidem quantum ad illos iuuenes, qui ſunt proni ad actus virtutum ex bona diſpoſitione naturę, vel cõ ſuetudine, vel magis Diuino munere, ſufficit diſciplina paterna, quæ eſt per monitiones; ſed quia inueniuntur quidã proterui, & ad vitia proni, qui verbis de facili moueri non poſſunt, neceſſarium fuit, vt per vim, vel metũ cohiberentur a malo, vt ſaltem, ſic maleficere deſiſtentes, & alijs quietam vitam redderent, & ipſi tandem per huiuſmodi aſſuetudinem ad hoc perducerẽtur, quòd voluntariè facerent, quæ prius metu implebant, & ſic fierent virtuoſi. ——

¶Hic conſequenter Doct. Sanct. deducit concluſionem reſponſiuam talem, neceſſarium fuit ad pacem hominum, & virtutem, quòd leges ponerentur; probatur concluſio, neceſſarium fuit, vt per vim, vel metum cohiberentur (ſcilicet homines, & maximè iuuenes) a malo &c. vt in litera; ſed huiuſmodi diſciplina cogens metu pœnæ (ſcilicet irrecuperabilis, & exterminatoriæ) eſt diſciplina legum; ergo concluſio vera. Huius rationis Doct. Sanct. primò ponit maiorem. Secundò minorem, cum ipſa concluſione, ibi Huiuſmodi autem &c. Tertiò confirmat quoddam tactum in concluſione reſpon. ibi; Quia ſicut Philoſophus &c. Maior ergo probatur, oportet quòd diſciplinam per quam &c. vt dicebat concluſio præambularis; ſed diſciplina monitoria parentum, non ſufficit in proteruis, & ad vitia proais; ergo maior illa vera. Maior huius patuit, & fuit concluſio præambularis. Pro minore Doct. San. virtualiter notat vnã diſtinctionem, quòd dupliçes ſunt iuuenes, quidam proni ad actus virtutum, alij proterui, & ad primos quidem ſufficit monitio paterna non autem ad ſecundos, vt dicit minor. Nota autem propter iſtam minorẽ Doct. Sanct. ſecunda ſecũdæ quæſt 63. art. 2. quòd quamuis pater poſſit filium verberare, nõ tamen poteſt inferre pœnam exterminatoriam, & irrecuperabilem, ideo pater filium proterum non poteſt ſufficienter cohibere metu pœnæ, vt a vitijs deſiſtat, & alios nõ turbet; & ergo neceſſe eſt, vt per vim, & metum pœnarum irrecuperabilium ad hoc teneantur mali filij &c. Conſequenter ibi.

¶ Huiuſmodi autem diſciplina cogens metu pœnæ eſt diſciplina legum; vnde neceſſarium fuit ad pacẽ hominum, & uirtutem, quòd leges ponerentur. ——

¶Subſumit minorem principalem pro concluſione reſponſuperius poſita, quæ patuit ſupra q. 92. art 2. quia legis eſt inducere per coactionem, & pœnam, ſcilicet irrecuperabilem &c. vnde cõcludit, quòd neceſſarium fuit ad pacem &c. vt dicebat concluſio reſponſiua &c. Tunc ibi.

¶Quia ſicut Philoſophus dicit in primo Politicę;* ſicut homo ſi ſit perfectus virtute, eſt optimum animaliũ, ſic ſi ſit ſeparatus a lege, & iuſtitia, eſt peſſimum omniũ; quia homo habet arma rationis ad explendas concupiſcentias, & ſeuitias, quæ non habent alia animalia. —— * Ariſt.c.2.

¶Confirmat concluſionem quo ad hoc maximè, quòd neceſſarium ſit ad pacem ponere legem; quia ſi homo eſſet ſeparatus a iuſtitia eſt peſſimum animalium, & maximè poteſt nocere, & ideo vt habeatur pax, oportet ipſum efficaciter, & vi coercere per diſciplinam. i. cohibitionem ad ceſſationem vitiorum inducere vi per pœnas &c & ſic patet corpus artι.

ARGVMENTVM in contrarium exprimit vtilitates legis humanæ, quas tetigit corpus articuli.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd homines bene diſpoſiti melius inducuntur ad virtutem monitionibus voluntarijs, quàm coactione; ſed quidam malè diſpoſiti non ducuntur ad virtutem, niſi cogantur. ——

¶Maior vera, & ſupra expoſita. q. 92. ar. 1. Minor non eſt vera vniuerſaliter; quia praui, & malè complexionati non inducuntur ad ceſſationem a malis, niſi per pœnas efficaces, & magnas, quæ ſunt legis, quæ tradit diſciplinam, & informationem adiũctis pœnis, quare negatur conſequentia.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut Philoſophus dicit in primo Rhetoricorum.* Melius eſt omnia ordinari lege, quàm dimittere iudicum arbitrio, & hoc propter tria. Primò quidem, quia facilius eſt inuenire paucos ſapientes qui ſufficiant ad rectas leges ponendas, q̃ multos qui requirerentur ad rectè iudicandum de ſingulis. Secundò, quia illi qui leges ponunt ex multo tempore conſiderant quid lege ferendum ſit, ſed iudicia de ſingularibus factis fiunt ex caſibus ſubito exortis. Facilius autem ex multis conſideratis poteſt homo videre quid rectum ſit, quàm ſolùm ex aliquo vno facto. Tertiò, qa legislatores iudicant in vniuerſali, & de futuris; ſed homines iudicijs præſidentes iudicant de præſentibus, ad quæ afficiuntur amore, vel odio, aut aliqua cupiditate, & ſic eorum deprauatur iudicium; quia ergo iuſtitia animata iudicis non inuenitur in multis, & quia flexibilis eſt, ideo neceſſarium fuit, vt in quibuſcunque eſt poſſibile, legem determinare quid iudicandum ſit, vt pauciſſima arbitrio hominum committerentur. —— * Ariſt.c.3.

¶Maior conceditur; quia homines confugiunt ad iudicem, vt iuſtitiam animatam ad ſenſum Philoſophi, & iſta ſunt verba Philoſophi. Iudex enim vult eſſe velut iuſtum animatũ; & hoc ideo, quia homines, quando dubitant circa damnum, & lucrum confugiunt ad iudicem tanquàm ad id quod iuſtum eſt; quia iudex eſt iuſtum animatum, ideſt mens eius debet totaliter eſſe poſſeſſa a iuſtitia; quare in dubijs, & quæ lege communi determinari non poſſunt, hoc relinquitur iudicio iuſti animati; ſed non oportet confugere ad iuſtum animatum vbi per iuſtitiam inanimatam iudicari poteſt.

¶ Ad minorem diſtinguo ſi intelligitur de melioritate entitatiua, conceditur; quia uiuens perfectius eſt ſimpliciter omni non uiuenti, iuſtitia autem animata eſt iudex homo informatus, & poſſeſſus a iuſtitia, quæ melior eſt iuſtitia ſcripta in legibus. Si autem intelligitur, quòd iuſtitia animata ſit melior, ideſt vtilior, negatur. Et rationem negationis ponit Doct. Sanct. triplicem in ſolutione poſt Philoſophum. Tum primò; quia pauci ſufficiunt, & poſſunt haberi ad ponendas rectas leges, quæ valeant per totum mundum, vel per totum regnum; ſed valde multi requiruntur, qui nec haberi poſſunt ad rectè iudicandum de ſingulis, qui eſſent iuſtitia animata &c. Vide alia in litera; quia clara ſunt, & ergo propter paucitatem, & propter flexibilitatem, & pp difficultatẽ, nõ eſt melior iuſtitia animata, q̃ inanimata, quare negatur

gatur conſequentia, immo melius eſt ſecundùm legem iudicare, vt tamen legis nomine etiam conſuetudo intelligatur, quæ facit legem non ſcriptam, vt ſupra tactum fuit; ſed non eſt iudicãdum ſecundùm videre vnuſcuiuſque &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quædam ſingularia quæ non poſſunt lege comprehendi neceſſe eſt commitere iudicibus, vt ibidem Philoſophus dicit * puta de eo quod eſt factũ, eſſe, vel non eſſe, & de alijs huiuſmodi.— * Ariſt. li. 1. poſt. c. 1.

¶Maior cõceditur, minor ẽt, ſed tñ põt determinari per legem in cõi, quod vt in pluribus habet veritatem in particularibus. Ad cõſequens; ergo melius, ſi intelligit, ꝙ oẽs deberẽt dirigi arbitrio prudentum, ẽt in his, quę poſſunt per legẽ cõem determinari; negatur, & tõ patuit in ſolutione præcedenti. Sed conceditur, ꝙ ſingulares, & particulares circunſtantiæ relinquuntur determinãdæ per arbitrium prudentum iudicum. Notare enim oportet, ꝙ lex oĩs præceptum uniuerſale eſt, & datur in vniuerſali de actibus humanis, vtpote quicunque furatur dẽt ſuſpendi, hoc eſt præceptũ modo uniuerſali de actu humano; ſed an iſte furatus ſit vel aliqd particulariter fecerit prohibitum a lege, hoc non põt lege cõi determinari, & hoc relinquit examini, & iudicio iuſti aſtantiſed q̃cũque põt in uniuerſali determinari, debẽt determinari per legẽ, & nõ per iudicẽ, & patuit tõ, & hoc vult. D.S. in ſolutione, ꝙ qdam ſingularia. ſ. mõ ſingulari accepta, vt ꝙ iſte fecerit hoc &c. ſed de actibus humanis in ſpecie, & communi conſideratis, debet fieri lex inanimata, vt iudicio hominum pauciſſima committantur.

Vtrum omnis lex humanitus poſita, a lege naturali deriuetur.

C. contra c. 11. col. a. * Ariſt. c. 7.

AD ſecundũ ſic proceditur. Videtur, quòd nõ omnis lex humanitus poſita a lege naturali deriuet, dicit enim Philoſophus in 5. Ethi. * quòd iuſtum legale eſt, quod ex principio quidem nihil differt, vtrum, ſic vel aliter fiat; ſed in his, quæ oriũtur ex lege naturali differt, vtrum ſic, vel aliter fiat; ergo ea quæ ſunt legibus humanis ſtatuta non omnia deriuantur lege naturæ.

* Iſid. lib. 5. ca. 4. * Cap. 7.

¶ 2 Præt. Ius poſitiuum diuiditur contra ius naturale, vt patet per Iſidorum in lib. Ethymolo. * & per Philoſophum in 5. Ethic. * ſed ea quæ deriuantur a principiis communibus legis naturæ, ſicut concluſiones pertinent ad legem naturæ, ut ſupra dictum eſt;* ergo ea quę ſunt de lege humana non deriuantur a lege naturæ.

* 1. pte. ar. 5. 4.

¶ 3 Præt. Lex naturæ eſt eadem apud omnes, dicit enim Philoſophus in 5. Ethicorum, * quòd naturale ius eſt, quod ubique habet eandem potentiam; ſi igitur leges humanæ a naturali lege deriuarentur, ſequeretur eriam quòd ipſę eſſent eędem apud omnes, quod patet eſſe falſum.

* 5. ethic. 7.

¶ 4 Præt. Eorum quæ a lege naturali deriuantur poteſt aliqua ratio aſſignari; ſed non omnium, quæ a maioribus lege ſtatuta ſunt, ratio reddi poteſt, vt iuriſperitus dicit; ergo non omnes leges humanæ deriuantur a lege naturali.

* lib. 1. de inuẽ. in fol. * ante fin. lib.

¶ Sed contra eſt, quod Tullius dicit in ſua rhet.* Res a natura profectas, & a conſuetudine probatas, legum metus, & religio ſanxit.

¶Hic inquirit. D.S. de origine legis humanæ, an oporteat eam ſemper deriuari a lege æterna, ad hoc, vt rationem legis habeat.

¶ Reſpondeo dicendũ, ꝙ ſicut Auguſt. dicit in primo de lib. arb.* non uidetur eſſe lex, quę iuſta non fuerit; vnde inquantum habet de iuſtitia, intantum habet de virtute legis. —— * Aug. c. 5.

¶D.S. hic duo facit. Primò rñdet ad quæſitũ vnica concluſione. Secundò pro explicatione eius, & pp argumẽta in oppoſitũ addu cẽda, adiungit quoddã notabile, ibi. Sed ſciendũ eſt &c. Cõcluſio rñſi. eſt, oĩs lex humanitus poſita intrñ hẽt de rõne legis, inq̃tũ a lege naturali deriuat, ſi verò in aliquo a lege naturali diſcordet, iã nõ erit lex, ſed legis corruptio, & intellr, vt patebit, ꝙ dẽt concordare, & deriuari, & inferri nõ ſolũ ex cõiſſimis pceptis, ſed ẽt ex cõcluſionibus legis naturæ loquẽdo de lege humana, q̃ ſe hẽt p modũ determinationis ad legẽ naturæ; probat ergo concluſio, inq̃tum hẽt lex aliqua de iuſtitia, intrñ habet de uirtute legis; ſed lex humana non hẽt aliqd de iuſtitia, niſi ut deriuat, uel eſt cõformis legi naturali; ergo ſequit concluſio ꝟm ambas partes. Huius rõnis. D.S. primò deducit maiorẽ, ſecundò minorẽ cũ cõcluſione, ibi. In rebus autem &c. Maior ergo patet ex auctoritate beati Auguſti. quia non videtur lex, quæ iuſta non fuerit. Deinde cũ dicit.

¶In rebus autem humanis dicitur eſſe aliquid iuſtum ex eo, quòd eſt rectum ſecundùm regulam rationis. Rationis autem prima regula eſt lex naturæ, ut ex ſupradictis patet; * vnde omnis lex humanitus poſita intantum habet de ratione legis, inquantum a lege naturæ deriuatur; ſi verò in aliquo a lege naturali diſcordet, iam non erit lex, ſed legis corruptio. —— * q. ptæce. ar. 2.

¶Subiungit minorẽ prædeterẽ, & probatur ſic. In rebus humanis dr aliquid eſſe iuſtũ, ex eo, ꝙ eſt ſecundũ regulã rõnis; ſed illa regula rõnis eſt lex naturæ; ergo minor uera. Maior iſta patuit ſupra q. 19. ar. 3. Minor etiam. q. 94. ar. 2. & intelligitur, quòd lex naturalis eſt regula prima. i. proxima; quia ipſa ligat in uirtute legis æternæ, quæ eſt prima ſimpliciter origine, & dignitate. Sed im mediata, & proxima regula humanorum actuum eſt ratio naturalis, & lex eius, vel eſt prima inter regulas humanas. Nota ꝙ legem humanam deriuati ex naturali, eſt in rõne legis ab ea depẽdere; qa uidelicet nullum ſtatutum humanũ mereẽ nomẽ legis, niſi pcedat, & poſſit inferri ex dictamine legis naturalis, uel ſaltẽ ſit ſtatutum, quod rõni naturali non repugnet, & ergo quo ad aliqua dependet effectiuè ex lege naturali; ſicut ergo depẽdet effectiuè ex notitia principiorũ quo ad aliqua. ſ. determinationes legis naturæ dependet magis exẽplariter; quia debent tales determinari, ut ſint conformes legi naturæ.

¶Sed ſciendum eſt, ꝙ a lege naturali dupliciter poteſt aliquid deriuari. Vno modo, ſicut concluſiones ex principiis. Alio modo; ſicut determinationes quædã aliquorum communium; primus quidem modus ſimilis eſt ei, quòd in ſcientiis ex principijs concluſiones demonſtratiuę producuntur. Secundo verò modo ſimile eſt, quod in artibus formæ communes determinantur ad aliquid ſpeciale; ſicut artifex formam communem domus neceſſe eſt, quòd determinet ad hanc, vel ad illam domus figuram. Deriuantur ergo quædam a principiis communibus legis naturæ per modum concluſionum; ſicut hoc, quod eſt non eſſe occidendum, ut cõcluſio quædam deriuari poteſt ab eo, quod eſt nulli eſſe faciendum malum. Quædam verò per modum determinationis; ſicut lex naturæ habet, quòd ille qui peccat puniatur; ſed quòd tali pœna, vel tali puniat, hæc eſt quædam determinatio legis naturæ. ——

¶Hic conſequenter pro maiori explicatione iſtius materiæ, & propter argumenta in oppoſitum, adiungit quoddã notabile, & notat primò quomodo aliquid dupliciter põt deriuari a lege naturali. ſ. ad humanam. ſ. Secundò ponit differentiam inter iſtos duos modos, ibi, Vtraq; igitur &c. Primum declarat ſufficiẽter, & clarè in litera per exempla. Deinde ibi.

¶Vtraque igitur inueniuntur in lege humana poſita; ſed ea quæ ſunt primi modi continentur in lege humana, non tanquàm ſint ſolùm lege poſita; ſed habent etiã aliquid uigoris ex lege naturali; ſed ea quæ ſunt ſecundi modi ex ſola lege humana vigorem habent. ——

¶ Ponit differentiam inter poſita in lege humana, & deriuata a lege naturali; quia quæ ponuntur tanquàm concluſiones deriuatæ ex lege naturæ, continentur adhuc ſub lege naturæ, & habent uigorem non ex conſtitutione humana, ſed ex ratione naturali, & per legem æternam, & talia deriuata uocantur a iuriſperitis, ius gẽtium. Deriuata verò per modum exemplaritatis, & determinationis, habent tantũ uigorem ex conſtitutione humana ſine qua non erãt iuſta, & uocantur talia iuſta legalia, uel ius poſitiuum &c. Pro maiori intellectu iſtorum terminorum, quorum intelligentia frequenter opus eſt in hac materia, oportet notare primò, quòd aliter, & aliter loquitur Philoſophus de iure naturali, aliter iuriſta. Philoſophus enim (quem Doct. Sanct. in hac materia communiter in modo loquendi ſequitur) loquitur de iure naturali cõiter prout ſequitur inclinationem naturæ animalis, & naturæ hominis, ut ſic, prout habitum eſt ar. 2. Sed iuriſta dicit naturale ſignificare tantũ, quod ſequitur inclinationem cõem hominum, & aliis animalibus, cuiuſmodi eſt coniunctio maris, & fęminę, educatio natorum, & alia hmõi, de quibus in inſtitutis. ti. 1. & in decre. diſt. 1. ſed ius quod ſequitur inclinationẽ propriã hominis inq̃tum animal rõnale; uocat iuriſta ius gẽtium, in quo recedit a naturali cõi animalibus alijs, quod uocatur ius gentiũ, qa eo oẽs gentes vtuntur; ſicut ꝙ pacta ſint ſeruanda, & q̃ od legati etiam apud hoſtes ſint tuti, & cõſimilia. Et huiuſmodi ius gentiũ. Doct. Sanct. iam dixit concluſiones legis naturæ ratione communiſſimorum principiorum, & tamen dicuntur etiam lex naturæ apud Philoſophum; ſed iuriſta dicit ea ius gentium. Nota ſecũ

dò, quòd etiam aliter loquuntur de iure ciuili Philoſophus, aliter iuriſta. Ciuile enim habet duplicem ſignificationem. Vno modo dr̃ ciuile ab vſu, quia uidelicet ciues eo vtuntur. Alio mõ dr̃ ciuile cauſaliter, quia uidelicet ex inſtitutione ciuitatis, & partialis p̃ria inſtituit. Philoſophus ergo accipit ciuile primo mõ, & vocat ipſum politicũ; & diuidit in naturale, & legale, vocans naturale p̃cepta cõia, & concluſiones, quæ ſunt de lege naturali, legale autẽ, quod conſtituitur per hoies, quod & poſitiuũ dr̃. Iuriſta aũt accipit ciuile ſecundo mõ, & pro eodẽ cũ legali iuſto, vel poſitiuo apud Philoſophum. Determinationes ergo legis naturæ, de quib. D.S. loquitur in ar. vocantur apud Philoſophum iuſtũ legale, vel poſitiuum; apud iuriſtã verò ius ciuile, & per hæc patet quid nominis aliquorum terminorum. Vide inſtituta, ti. de iure naturali in principio, vbi habebis intellectum ex iam dictis.

ARGVMENTVM in contrarium eſt pro prima parte conclusionis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Philoſophus loquitur de illis, quæ ſunt lege poſita per determinationẽ, vel ſpecificationem quandã præceptorũ legis naturæ.—

¶ Ad maiorem, cõcedit q̃ Philoſophus hoc dicat, & verba ſua ſunt hæc, Legale aũt ex principio quidẽ nihil refert, ſic vel aliter; qñ aũt ponitur differt, puta uiua redimi, vel caprã ſacrificare; ſed non duas oues, & loquitur de legali poſitiuo, quod ſe habet p̃mo dum determinationis, uel ſm aliquos per modũ excitationis, nõ neceſſitatis; quia iudex excitat̃ a lege naturali, q̃ iſta ſtatuat, vel faciat; ſicut lex naturalis dictat furem puniẽdũ, ex quo iudex excitatur ad ſic, vel ſic puniendum. Ad minorem diſtinguo, dico. n. q̃ in his, q̃ oriuntur ex lege naturali, ex neceſſitate tanq̃ concluſiones, ibi differt &c. quia debent vno mõ fieri, & ex neceſſitate ſequuntr̃ ex lege naturali. Dico ſecundò, q̃ in his, q̃ oriuntur per modũ determinationis ſpecificationis, vel excitationis, ibi nihil differt vtrum, ſic vel ſic fiant anteq̃ ſtatuantur; ſed qñ ſtatura ſunt differunt, immo ſi aliter fieret, q̃ ſtatutũ eſt, eſſet iniuſtum, & hoc vult Philoſophus in maiori; ergo &c. Verũ non oĩa deriuant̃ de neceſſitate tanq̃ concluſiones, tñ deriuant̃, vel ut cõcluſiones, vel tanq̃ determinationes legis naturæ, poſitę ex rõne humana, q̃ tñ habent originem ex lege naturæ; quia iuſtum malefactorẽ, ſic puniri, habet originem ex hoc, q̃ malefactor dẽt puniri; & poſſet etiam dici, q̃ eſſet origo in gñe cauſæ efficientis, eo modo quo alteri præſuppoſitum, & quaſi ratio efficiendi, poteſt dici efficiens.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ratio illa procedit de his, quæ deriuãtur a lege naturæ tanq̃ cõcluſiones.—

¶ Ad maiorẽ patet ex notabili cor. dico enim q̃ ius poſitiuum, quod eſt legale apud Philoſophũ, & ciuile apud iuriſtã diuiditur contra ius naturale; ſed ius poſitiuũ, quod aſſumit̃. ſ. in lege humana, ex lege naturali, tanq̃ cõcluſio legis naturæ, hoc apud Philoſophũ non diſtinguit̃ a lege naturæ, & tñ põt deriuari ex cõibus principijs legis naturæ, & apud iuriſtã dr̃ ius gẽtiũ. Ad minorẽ dico, q̃ q̃ deriuant̃ a principijs legis naturæ, vt cõcluſiones, ſunt de lege naturæ, & talia tñ aſſumunt̃ in lege humana, cõi oĩ genti, q̃ vocat̃ ius gẽtiũ. Vltra ergo &c. q̃ ſunt de lege humana ſecũdo mõ vt determinationes non deriuant̃ a lege naturæ, negat; ſed ꝓbat, q̃ quæ ſunt de lege humana tanq̃ concluſiones legis naturæ, q̃ il le non deriuentur ad hunc ſenſum quaſi non ſint de lege naturæ; deriuantur tñ quaſi particulares concſones ex cõibus principijs.

¶ Ad tertium dicendum, quòd principia communia legis naturę, non eodem modo applicari poſſunt omnibus propter multam varietatem rerum humanarum, & ex hoc prouenit diuerſitas legis poſitę apud diuerſos.—

¶ Aſſumptum concedit̃, & loquit̃ de lege naturæ, ẽt ꝓpria homini, ut diſtinguit̃ contra alia aĩalia, quã legẽ iuriſta dicit ius gẽtium, quod nõ diſtinguit̃ a naturali lege hoĩs, ut homo eſt, & verba Philoſophi ſunt, naturale quidẽ qđ ubiq; habet eandẽ potentiã, & non uideri, vel nõ. i. non orit̃ ex opinione humana; ſed ex natura &c. Ad ſubſumptũ dico, q̃ leges humanæ deriuant̃ a lege naturali q̃tum ad determinationes non neceſſariò, ſecus quo ad ea, quæ ſunt in lege humana aſſumpta ex naturali lege; ſed ſunt determinationes liberè addite, & ab hominibus poſitę. Negatur aũt ſequela, loquẽdo de deriuatis per modum determinationũ, & rõ in ſolutione; quia cõia principia determinant̃ ſm diuerſitatem rerũ humanarũ, vt patebit ar. ſeq. ſm conditionem patriæ, & loci q̃uaria eſt, & iõ aliæ determinationes. Sed concedit̃, q̃ leges humanæ q̃tum ad concluſiones deriuatas ex lege naturæ, ſint eędẽ, q̃ldr̃ ius gentium; vnde Gaius iuriſcõſultus, qđ naturaliter ratio inter hoĩes conſtituit i. ad oẽs gentes ꝓtinet, vocat̃ ius gentiũ, ius enim gentiũ cõprehendit̃ ſub iure poſitiuo, licet diſtinguat̃ a ciuili, & dr̃ ius gentium poſitiuũ, nõ quia habeat vigorem ex poſitione hominum tantùm; ſed quia eſt poſitum in lege humana &c.

¶ Ad quartum dicendum, quòd verbum illud iuriſperiti intelligendum eſt in his, quæ introducta ſunt a maioribus circa particulares determinationes legis naturalis, ad quas quidem determinationes ſe habet experiorum, & prudentum iudicium, ſicut ad quædam principia, inquantum ſcilicet ſtatim vident quid congruẽtius ſit particulariter determinandum; vnde Philoſophus dicit in 6. Ethi.* quòd in talibus oportet attendere experiorum, & ſeniorum, vel prudentium indemonſtrabilibus enunciationibus, & opinionibus, non minus, quàm demonſtrationibus. *Ariſt. c. 11.

¶ Maior vſr̃ eſt falſa, niſi intelligat̃ de concluſionibus, illarũ. n. põt rõ reddi, vel aſſignari; ſed nõ oportet de deriuatis tanq̃ determinationes. Ad minorẽ intelligit̃ de his, q̃ ſtatuun̄ a maioribus. vt determinationes legis naturæ, & q̃ hñt uigorẽ ex ſtatuto humano tm̃. De illis. n. non põt rõ aſſignari; ſed ſufficit auctoritas, & rõ ſenũ, & prudentũ, q̃ ſe hñt ad hmõi determinationes, ſicut ad q̃dã principia; qa ſicut principiũ per ſe notũ ſtatim vr̃, ita prudentes, & experti videt̃ ſtatim hmõi particulares determinationes, & ergo ſicut nõ reddit̃ rõ de principijs in demõſtrationibus ſpeculatiuis, ita nec de hmõi enũciationibus particularibus, nõ demõſtrabilibus; ergo &c. verũ nõ oẽs deriuant̃ tanq̃ cõcluſiones deducte, tamen tanquàm determinationes ex iudicio expertorum poſitæ.

Vtrum Iſi. conuenienter qualitatem legis poſitiuæ deſcribat.

AD tertium ſic proceditur. Videtur quòd Iſidorus inconuenienter qualitatem legis poſitiuę deſcribat dicens. Erit lex honeſta, iuſta, poſſibilis ſecundũ naturam, ſecundùm conſuetudinem patriæ, loco, temporiq; conueniens, neceſſaria, vtilis, manifeſta quoque, ne aliquid per obſcuritatem in captione contineat, nullo priuato commodo; ſed pro communi vtilitate ciuium ſcripta. Supra enim in tribus conditionibus qualitatum legis explicauerat dicens, lex erit omne, quod ratione conſtiterit duntaxat, quod religioni congruat, quod diſciplinæ conueniat, quod ſaluti proficiat; ergo ſuperfluè poſtmodum conditiones legis multiplicat. D Iſidorus. *Li. 5. Ethi. c. 3. & 21.

¶ 2 Præt. Iuſtitia eſt pars honeſtatis, vt Tullius, dicit in primo de offi.* ergo poſtquàm dixerat honeſta, ſuperfluè additur iuſta. *In ca. cuius titu. eſt de 4. uir.

¶ 3 Præt. Lex ſcripta ſecundùm Iſido.* contra conſuetudinem diuiditur, non ergo debuit in definitione legis poni, quòd eſſet ſecundùm conſuetudinẽ patriæ. * Iſi. li. 2. c. 10. & lib. 5. cap. 3.

¶ 4 Præt. Neceſſarium dupliciter dicitur. ſ. id quod eſt neceſſarium ſimpliciter, quod impoſſibile eſt aliter ſe habere, & huiuſmodi neceſſarium nõ ſubiacet humano iudicio; vnde talis neceſſitas ad legem humanam nõ pertinet. Eſt etiam aliquid neceſſarium propter finem, & talis neceſſitas idem eſt, quod vtilitas; ergo ſuperfluè vtraque ponitur neceſſaria, & vtilis.

¶ Sed contra eſt auctoritas ipſius Iſid.* * Loco in arg. citato.

¶ Hic D.S. tertiò q̃rit de qualitate, & conditionib. legis humanę poſitiuę, & dicit notãter poſitiuę: qa ius gentiũ hẽt ex natura iſtas cõditiões, & nõ ab hoĩb. & q̃rit de lege humana, nõ cõſuetudine, nã lex humana dr̃ ius poſitiuũ ſcriptũ, ſi aũt nõ eſt ſcriptũ dr̃ cõſuetudo, ita q̃ cõſuetudo dicit legẽ non ſcriptã, lex humana legẽ ſcriptã, q̃ ſe hẽt per modũ determinationis ad legẽ naturæ; cõſtat enim q̃ ea q̃ ponunt̃ in lege humana tanq̃ cõcluſiones legis naturalis, q̃ illa ſunt naturaliter iuſta, poſſibilia &c. Nota aũt, q̃ Iſid. ponit duplicẽ deſcriptionẽ legis humanę poſitiuę in una ponit multas cõditiones, & ꝓprietates ipſius, in alia ſolũ tres. Vult ergo D.S. oñdere ĩ hoc ar. q̃ utraq; deſcriptio bona eſt, & q̃ ſeda q̃ iducit in primo argumẽto ſequẽti cõtineat illã q̃ ponit̃ ĩ titulo q̃ſti; vñ una eſt breuior, cõtinẽs omnia quæ alia explicitè ponit &c.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd vniuſcuiuſq; rei, quæ eſt propter finem, neceſſe eſt, quòd forma determinetur ſecundùm proportionem ad fiuem; ſicut forma ſerręta lis eſt, qualis conuenit ſectioni, vt patet in 2. Phyſi.* quęlibet etiam res recta, & menſurata oportet, quòd habeat formam proportionatam ſuæ regulæ, & menſuræ; lex autem humana utrunque habet; quia & eſt aliquid ordinatum ad finem, & eſt quædam regula, vel menſura regulata, vel menſurata quadam ſuperiori menſura, quæ quidem eſt duplex, ſ. Diuina lex, & lex naturæ, vt ex ſupradictis patet. * Finis autẽ humanæ legis eſt vtilitas hominum; ſicut etiam iuriſperitus dicit. * Ariſto. Tex. 88. * Ar. præc. & q 91. ar. 3 & 4. q 93. arti. 3. In digeſt. ver. li. 3. ti. 3. lege 2. & 24

¶ D.S.

¶ D.S. hic primò ponit concluſionem oſtendentem deſcriptionem legis poſitiuę Iſidori, poſitam in primo argumento, eſſe bonam, quæ continet tantum tres proprietates, & cõditiones legis; ſecundò ex illa oſtenſione reſpondet quæſito, quòd ex hoc ſequatur deſcriptionem legis poſitam in tit. quæſtionis eſſe bonam, ibi, & ad hæc tria, &c. Quo ad primum eſt talis concluſio, Iſidorus conuenienter poſuit tres conditiones legis poſitiuæ humanæ, ſcilicet, quòd religioni congruat, quòd diſciplinæ conueniat, quòd ſaluti proficiat. Probatur ſic, vniuſcuiuſque rei quæ eſt propter finem & c. vt in littera, ſed lex humana vtrunque habet; ergo neceſſe eſt quòd ponantur in bona definitione legis humanæ (ſubſumitur) ſed in iſtis conditionibus poſitis in definitione legis poſita in primo argumento, continentur illa; ergo concluſio vera. Huius rationis D.S. primò ponit primum diſcurſum cũ probatione; ſecundò deducit ſubſumptam ſimul cum concluſione ipſa, & ideo Iſido. &c. primus ergo diſcurſus patet clarè in littera. Nota autem principium maioris. ſ. vniuſcuiuſque rei quæ eſt propter finem, neceſſe eſt, quòd forma determinetur ſecundum proportionem ad finem, quia ex hoc habes ſuperius ſepius repetita, quia diſtinctio potentiarum ex actibus, & habitibus, non eſt a poſteriori, vel circumlocutiua, immo a priori, & prima cauſarum, ſcilicet ex fine; vnumquodque enim ordinatum naturaliter in finẽ, ex natura ſua illi commenſuratur, & per conſequens ipſum diſtinguitur, quare habitudo (quæ eſt tranſcendens) potentiæ ad actum, & obiectum eſt de ratione potentiæ, & ſibi conuenit in primo modo per ſe; ad quem non oportet, quod id quod ponitur ſit idem cum definito, ſed ſufficit, quòd eius differentia per ſe ab ipſo ſumatur. Conſequenter ibi.

¶ Et ideo Iſido. in conditione legis; primò quidem tria poſuit, ſcilicet religioni congruat, inquantum ſcilicet eſt proportionata legi Diuinæ; quòd diſciplinæ conueniat inquantum eſt proportionata legi naturæ, quòd ſaluti proficiat, inquantum eſt proportionata vtilitati humanæ.

¶ Ponens concluſionem dictam interſerit ſubſumptam minorẽ, quæ fuit, ſed in iſtis conditionibus poſitis in iſta definitione. Iſidori continentur prædicta, probatur illa, quia in hoc, quòd dicitur religioni congruat, tangitur proportio ad legem Diuinam; in hoc quòd dicit, diſciplinæ conueniat, proportio ad legem naturæ; in hoc autem, quòd dicit ſaluti proſi. tangitur habitudo ad finem.

¶ Et ad hæc tria omnes aliæ conditiones, quas poſtea ponit, reducuntur; nam, quòd dicitur honeſta refertur ad hoc, quòd religioni congruat.

¶ Hic conſequenter D. S. reſpondet quæſito, oſtendens quomodo definitio poſita in principio quæſtionis ſit bona, quia concordat cũ præcedenti, quæ fuit oſtenſa bona; ergo & illa, & ſic etiam patebit concordia illarum definitionum. Vnde ponit talem concluſionem reſponſiuam. Ad has tres cõditiones tactas in præcedenti definitione, aliæ conditiones quas poſtea ponit, reducũtur, quæ videlicet referuntur in titu. quæſt. huius art. probatur, illa cõditio honeſta, continetur & reducitur ad primam. ſ. quòd religioni congruat, illę verò iuſta poſſibilis ſecundum naturam, ſecũdum conſuetudinem patriæ, loco temporiq; conueniens, continentur ſub ſecunda, quæ eſt, quòd diſciplinæ conueniat; illę verò neceſſaria vtilis &c. vſque in finem, ſub tertia, ſcilicet quòd ſaluti expediat; ergo concluſio vera, conſequentia nota. Antecedens probatur in littera clarè; & primò quo ad primam partem; ſecundò quo ad ſecundam, ibi, q̃ autem ſubditur &c. tertiò quo ad tertiã, ibi, quòd verò ſubditur &c. Et patet prima pars in littera.

¶ Quod autem ſubditur iuſta, poſſibilis ſecundum naturam, ſecundum conſuetudinem patriæ, loco temporiq; conueniens; additur ad hoc, quòd conueniat diſciplinæ. Attenditur enim humana diſciplina primũ quidem quantum ad ordinem rationis qui importatur in hoc, quòd dicitur iuſta; ſecundò quantum ad facultatem agentium; debet enim eſſe diſciplina conueniens vnicuique ſecundum ſuam poſſibilitatem, obſeruata etiam poſſibilitate naturæ; non enim eadem ſunt imponenda pueris quæ imponuntur viris perfectis; etiam ſecundum humanam conſuetudinem; non enim poteſt homo ſolus in ſocietate viuere aliorum morem non gerens; tertiò quantum ad debitas circunſtantias dicit, loco temporique conueniens.

¶ Declarat ſecundam partem antecedentis prædicti, & patet clarè in littera vnde pertranſeo.

¶ Quod verò ſubditur, neceſſaria, vtilis, &c. refertur ad hoc, quòd expediat ſaluti, vt neceſſitas referatur ad remotionem malorum, vtilitas ad conſecutionem bonorum, manifeſtatio verò ad cauendum nocumentum, quod ex ipſa lege poſſet prouenire; & quia ſicut ſupra dictum eſt, * lex ordinatur ad bonum commune, hoc ipſum in vltima parte determinationis oſtenditur. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta. *q. 90. ar. 2.

¶ Manifeſtat tertiam partem antecedentis ſępedicti, & patet. Nota autẽ ſolùm intellectum huius, qđ dicit D.S. Manifeſta quoque, ne aliquid per obſcuritatem in captione contineat, quod D.S. exponit, vt patet in fine corporis, quæ verba gloſa ſuper ca. Erit autem &c. diſt. 4. vbi allegantur hæ conditiones, exponit, manifeſta ne in captione, ne ſcilicet aliquis vitioſè eam poſſit interpretari, vel ne alicui paretur laqueus per eam, cum ſcilicet non clarè loquitur, hæc ille &c. Ex determinatione iſta D.S. relinquit in fine corporis argumenta ſatis eſſe ſoluta.

¶ Confirmatur concluſio reſponſiua argumento in contrarium.

¶ Ad primi antecedens dico, quòd ſupra expreſſit conditiones legis omnes, ſed non ita explicitè; ſed negatur cõſequentia, quia non eſt ſuperfluitas, vel nugatio cum aliquid implicitè, vel explicitè ponitur, ſicut in hoc, quòd dicit Apoſtolus. Accedentem ad Deum oportet credere quia eſt &c. continentur omnia credibilia implicitè; non tamen ſuperfluè articuli poſtea poſiti ſunt explicitè, ſicut apud logicum non eſt ſuperfluitas dicere, animal homo.

¶ Ad ſecundi maiorem dico diſtinguendo, quia honeſtas capitur vno modo prout idem eſt, quod dignum honore, vel ſtatus honoris. Tunc dico, quòd honeſtas ſecundum Tullium diuiditur in quattuor virtutes principales, in quas diuiditur etiam virtus, ſcilicet in quattuor cardinales, ſic conceditur, quòd iuſtitia eſt pars honeſtatis ſubiectiua; ſed ſic non capitur hic. Sed alio modo accipitur honeſtum prout eſt congruens, & proportionatum legi Diuinę, ſic capitur hic, & eſt diſtinctum quid a iuſtitia hic accepta, quæ eſt conformitas ad legem naturalem, quare negatur conſequentia, quia aliquando aliquid non eſt contra legem naturalem, eſt tamen contra legem Diuinam, vt patet in omnibus ſupernaturalibus, & patuit ſupra circa definitionẽ peccati, & etiam in his quæ ſunt de lege Diuina poſitiua, poteſt aliquid ipſi contrariari, & non legi naturali. Vide de iſtis. 2. 2. q. 145. art. 1.

¶ Ad tertij antecedens dico, diſtinguendo de conſuetudine, quia vno modo accipitur pro actibus multis temporibus factis, non contrarijs legi naturæ nec Diuinæ; ſic dico, quòd diuiditur contra legem ſcriptam tanquàm lex non ſcripta; ſed alio modo accipitur conſuetudo, vt idem eſt, quod mos, in ea acceptione, vt mos ſignificat inclinationem, ſicut ſupra q. 58. art. 1. dictum fuit; circa auctoritatem Pſal. qui habitare facit vnius moris in domo; & ſic capitur hic conſuetudo, & non opponitur legi, ſed eſt conditio eius, ſcilicet eſſe proportionatum inclinationibus, & conditionibus hominum quibus lex datur. Vide de conſuetudine, & varijs modis moris D. Antoninum prima par. tit. 16. c. vnico. §. 1. & ſequentibus, vbi multa habentur ad propoſitum. Vide & titulum. 17. §. 3. vbi habetur materia præſentis articuli.

¶ Ad quartum, concedo argumentum vſque ibi. Eſt etiam aliquid neceſſarium &c. ad quod dico, quòd vtilitas comprehendit ſub ſe duos partiales effectus, ſcilicet remotionem malorum, & conſecutionem bonorum. Et dico, quòd neceſſitas refertur ad remotionem malorum, quia vt patuit artic. 1. lex humana vtilis eſt ad hoc, quòd mali compeſcantur, & mala turbatiua communitatis auferantur; vtilitas autem ponitur propter alium effectum, ſcilicet promotionem, & conſecutionem bonorum; quare nulla eſt ſuperfluitas.

Vtrum conuenienter Iſidorus diuiſionem legum humanarum ponat ſiue iuris humani.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter Iſidorus * diuiſionem legum humanarum ponat ſiue iuris humani; ſub hoc enim iure comprehendit ius gẽtium, quod ideo ſic nominatur, vt ipſe dicit, quia eo omnes ferè gentes vtuntur; ſed ſicut ipſe dicit, * ius naturale eſt, quod eſt commune omnium nationum; ergo ius gentium non continetur ſub iure poſitiuo humano; ſed magis ſub iure naturali. E *Iſid. lib. 5. c. 4. *Lib. 5. c. 6.

¶ 2 Præt. ea quæ habent eandem vim non videntur formaliter differre; ſed ſolùm materialiter, ſed leges, plebiſcita, ſenatuſconſulta, & alij huiuſmodi, quæ ponit, * omnia habent eandem vim; ergo videtur, quòd non differant niſi materialiter; ſed talis diſtinctio in arte non eſt curanda, cum poſſit eſſe in infinitum; ergo inconuenienter huiuſmodi diuiſio humanarum legum introducitur. *Lib. 5. c. 4.

¶ 3 Præt.

¶ 3 Præt. sicut in ciuitate sunt Principes, & sacerdotes, & milites; ita etiam sunt, & alia hominum officia; ergo videtur, quòd sicut ponitur quoddam ius militare, & ius publicum, quod consistit in sacerdotibus, & magistratibus; sita etiam debeant poni alia iura ad alia officia ciuitatis pertinentia.

¶ 4 Præt. ea quæ sunt per accidens sunt prætermittenda, sed accidit legi, vt ab hoc, vel ab illo homine feratur; ergo inconuenienter ponitur diuisio legum humanarum ex nominibus legislatorum, vt scilicet quædam dicatur Cornelia, quædam Falcidia. *

In digest. nouo. Lib. 10. tit. 2. & seq. & lib. 9. ti. 9. Et in co. lib. 6. ti. 49.

¶ In contrarium auctoritas Isidori sufficiat. *

Isidorus. * Loco in art. 1. citato.

¶ Hic vltimò D. S. agit de diuisione legis humanæ.

¶ Respondeo dicendum, quòd vnumquodq; potest per se diuidi secundum id, quod in eius ratione continetur, sicut in ratione animalis continetur anima, quæ est rationalis, vel irrationalis, & ideo animal propriè, & per se diuiditur secundum rationale, & irrationale, non autem secundum album, & nigrum, quæ sunt omnino præter rationem eius; sunt autem multa de ratione legis humanæ secũdum quorum quodlibet lex humana propriè, & per se diuidi potest.

¶ In hoc articuli cor. D. S. primò respondet ad quæsitum conclusione generali; secundò ex illa conclusione infert multas conclusiones partiales explicitiuas primæ, ibi. Est eñ primò &c. Conclusio generalis est, lex humana multipliciter, & secundum multa diuidi potest per se, & in diuersas species probatur conclusio. Vnumquodq; potest per se diuidi &c. vt in principio litteræ, sed multa sunt, & continentur in ratione legis humanæ; ergo in multa diuidi potest per se. Maior declaratur in littera. Nota autem, quòd totum pondus articuli stat in illa maiori, & eius declaratione, quia si aliquid continetur per se tanquàm de essentia, vel constituens essentiam, vel speciem; ergo secundum eius diuersitatem species diuersificantur, ita quòd sicut vnum se habet ad vnitatem, & diuersum ad diuersitatem &c.

¶ Est enim primò de ratione legis humanæ, quòd sit

*Art. 2. huius q. deriuata a lege naturæ, vt ex dictis patet, * & secundum hoc diuiditur ius positiuum in ius gentium, & ius ciuile secundum duos modos quibus aliquid deriuatur a lege

*Art. 2. huius quæst. naturæ, vt supra dictum est. * Nam ad ius gentium pertinent ea quæ deriuantur ex lege naturæ, sicut conclusiones ex principijs, vt iustę emptiones, venditiones, & alia huiusmodi, sine quibus homines adinuicem conuenire non possunt, quod est de lege naturæ, quia homo est naturaliter animal sociale, vt probatur in primo Po-

*Arist. c. 2. liticæ; * quæ verò deriuantur a lege naturæ per modum particularis determinationis, pertinent ad ius ciuile secundum, quòd quælibet ciuitas aliquid sibi accommodè determinat.

¶ Hic consequenter D. S. explicat præcedentem conclusionem, & eius minorem, quattuor conclusionibus particularibus, quę patebunt prosequendo, quarum prima est ista. Ius positiuum diuiditur in ius gentium, & ius ciuile conuenienter sicut scilicet in duas species primas, probatur, ista diuisio est secundum duos modos deriuationis a lege naturali; ergo conueniens. Tenet consequentia ex dictis, quia de ratione legis humanæ est, quòd deriuetur a lege naturali, vt patet art. 2. sed vnumquodq; diuiditur secundum ea quæ sunt de eius ratione; ergo consequentia bona. Antecedẽs declaratur in littera, ibi. Nam ius gentium &c. Et nota, quòd de iure gentium sunt quæ sequuntur inclinationem propriam hominis, vt sic, & per hoc, vt patebit ad primum distinguitur a iure naturali apud iuristam, D. S. enim in hoc art. loquitur de diuisione legis humanæ ad modum iuristarum. Deinde ibi.

¶ Secundò est de ratione legis humanæ, quòd ordinetur ad bonum commune ciuitatis, & secundum hoc lex humana diuidi potest secũdum diuersitatem eorum qui specialiter dant operam ad bonum commune, sicut sacerdotes pro populo Deum orantes, principes populum gubernantes, & milites pro salute populi pugnantes, & ideo istis hominibus specialia quædam iura aptantur.

¶ Subiungit secundam conclusionem specialem, quæ est, lex humana diuiditur secundum diuersitatem eorum qui specialiter dant operam ad bonum commune, scilicet in ius publicum, & ius militare. Probatur conclusio, de ratione legis humanæ est, ꝙ ordinetur ad bonum commune ciuitatis; ergo conclusio vera. Tenet consequentia sicut præcedẽs, quia diuiditur vnumquodq; &c. Antecedens patuit supra, & exponit D. S. conclusionem; sicut sacerdotes &c. vt in littera. Nota, quòd prima diuisio quæ est in ius gentium, & ciuile, est communissima. Deinde aliæ sequentes sunt subdiuisiones secundi membri, scilicet iuris ciuilis, quod diuiditur in quattuor libros quo ad allegationes, scilicet Codicem, Digestum, Institura, Authentica; & istę leges quæ in hoc articulo commemorantur continentur in istis libris, & sunt species distinctę legis ciuilis secundum distinctionem finis, efficientis, materiæ circa quam, vt patebit. Nota etiam, quòd ius militare describitur in decretis dist. 1. similiter ius publicum. Vide ibidem, quia est in sacris sacerdotibus, & magistratibus, ideſt consistit in sacris rebus Deo dicatis, venerandis sacerdotibus, honorandis magistratibus, timendis, & obediendis, sicut sunt præfectus, proconsul, prætor, & huiusmodi. Ius militare describitur, quod est belli inferendi solennitas, describitur autem per effectus, & exempla non essentialiter, quia est solennis ordinatio seu dispositio exercitus, qui scilicet debeant esse primo loco, qui in secundo, qui in tertio &c. Deinde cum dicit.

¶ Tertiò est de ratione legis humanæ, vt instituatur a gubernante communitatem ciuitatis, sicut supra dictum est, * & secundum hoc distinguuntur leges humanæ se- *q. 90. ar. 3.
cundum diuersa regimina ciuitatum; quorum vnum secundum Philosophum in 3. Politicæ, *est regnum, quan- *Arist. c. 10.
do scilicet ciuitas gubernatur ab vno, & secundum hoc accipiuntur constitutiones principum. Aliud verò regimen est Aristocratia, ideſt principatus optimorum, vel optimatum, & secundum hoc sumuntur responsa prudentum, & etiam senatusconsulta. Aliud regimen est Oligarchia, ideſt principatus paucorum diuitum, & potentum, & secundum hoc sumitur ius prætoriũ, quod etiam honorarium dicitur. Aliud autem regimen est populi, quod nominatur democratia, & secũdum hoc sumuntur plebiscita. Aliud autem est tyrannicum, quod est omnino corruptum, vnde ex hoc nõ sumitur aliqua lex. Est etiam aliquod regimen ex istis commixtum, quod est optimum, & secundum hoc sumitur lex quam maiores natu simul cum plebibus sanxerunt, vt Isido- *Isid. lib. 2. c. 10.
rus dicit. *

¶ Deducit tertiam conclusionem specialem, scilicet ius humanum diuiditur secundum diuersa regimina ciuitatum, scilicet in constitutiones principum, ius prętorium, vel honorarium, ius plebiscitum, ius mixtum, quod & lex dicitur anthonomaticè; probatur illa conclusio; de ratione legis humanæ est, vt instituatur a gubernante communitatem ciuitatis; sed ista regimina sunt secundum distinctionem gubernantium; ergo. Maior patuit sup. q. 90. art. 3. Minor declaratur in littera, ibi, Quorum vnum &c. Nota hic, quòd lex humana accipitur dupliciter. Vno modo generaliter quasi genus, & sic diuiditur in omnes leges prædictas, & dicendas, & est commune ad omne ius scriptum. Sed alio modo accipitur strictè, & tunc est species legis hic tacta, scilicet quæ sumitur ex gubernatione mixta, scilicet quam populi cum maioribus natu sanxerunt, vt habetur dist. 2. lex &c. Et dicuntur maiores natu nobilitate, dignitate, antiquitate &c. quare dicuntur plebiscita & iurisconsulta, Vide in institu. titu. de iure &c. Prætorium ius dicitur, quod prætor ius ciuile corrigens, vel supplens, vel confirmans in ambone posita siue scripta publicè proponebat. Et nota, quòd D. S. ponit simul nomina iuristarum partium legis ciuilis, & adaptat nomina Philosophi, quia idem sit regimen Aristocraticum, & regimen constituens iurisconsulta, vel responsa prudentum, quia arbitri equitatis &c. Vbi nota breuiter, quòd sex sunt politiarum species simpliciter, & inter illas sex, tres sunt bonæ, tres verò malę; tres bonę sunt, Regnum, Aristocratia, & Politia, in istis oportet principantes esse bonos, in oppositis autem scilicet Tyrannide Olygarchico, & Democratico, nõ sunt virtuosi; quando ergo vnus bonus regit est Regnum; cum autem pauci boni, & virtuosi dominãtur dicitur Aristocratia, sicut olim in Roma desciente Senatu, tempore intermedio antequàm alius Senatus eligebatur, totus populus Romanus regebatur prudentia quorundam bonorum virorum paucorum; eligebãtur enim 12. viri approbati, & boni testimonij quos vocabant bonos homines, & horum industria tota ciuitas regebatur. Similiter etiam quando totus populus tenet principatum, & intendit non tantùm bonũ diuitum; sed egenorum, & mediocrium secundum proportionem, dicitur Politia, sicut in Italiæ ciuitatibus dominatur totus populus; ibi enim requiritur consensus totius populi in statutis condendis, & potestatibus eligendis; licet enim semper aduocetur potestas, vel dominus aliquis qui regit ciuitatem; magis tamẽ dominatur populus

pulus quàm ipse, eo quòd totius populi est ipsum eligere, & corrigere si malè agat, & eius totius est statuta condere, quæ non licet dominum transgredi; talis autem principatus non habet nomen proprium, sed Philosophus vocat eam nomine communi politiam. Et nota, quòd lex tyrannica non dicitur poni species legis humanæ, quia est omnino corruptum, & pessimum, vtpote deficiens a fine legis. De istis vide 8. Ethic. ex intentione. Tũc ibi.

¶ Quartò verò de ratione legis humanæ est, quòd sit directiua humanorum actuum, & secundum hoc secundum diuersa de quibus leges feruntur distinguuntur leges quę interdum ab actoribus nominantur; sicut distinguitur lex Iulia, de Adulterijs, lex Cornelia, de Sicarijs, & sic de alijs; non propter auctores, sed propter res de quibus sunt.

¶ Inducit vltimò quartam conclusionem partialem, quę est, lex distinguitur secundum ea de quibus leges feruntur, quæ interdum ab auctoribus nominatur, quandoque a rebus de quibus sunt; probatur conclusio, quia de ratione humanæ legis est, quòd sit directiua actuum, ergo potest diuidi secundum actus circa diuersas materias; consequentia nota. Et declarat D. S. quomodo aliquando ab auctoribus nominentur, vt patet de lege Iulia, & de lege Cornelia, de lege Falcidia, & multis alijs, vt patet in digesto nouo, in codice &c. Nota quòd ibi, Et secundum hoc, vult D. S. quòd leges distinguuntur secundum diuersos actus circa diuersas materias, sicut quòd non deferantur Sicarij quibus vtũtur latrones, scilicet occultatis in baculis, & vult quòd aliquando nominentur ab auctore; sicut lex Cornelia, vel Iulia; sed aliquando non nominatur ab auctoribus, vnde D. Antoninus pri. par. tit. 18. §. 1. sic habet. Aliæ denominantur non propter auctores earum, sed propter res de quibus sunt, vt lex de officio consul, lex de furtis, & huiusmodi, & tunc plana est sententia. Vnde littera D. S. sic exponenda est, quæ interdum &c. sicut distinguitur, lex Iulia de adulterijs &c. non propter auctores, scilicet distinguuntur, sed propter res de quibus sunt distinguuntur; quia auctores non habent distinguere, sed rectores quorum commissione leges fiunt tanquàm a causa efficiente principali. Ex omnibus istis patet responsio ad quęstum, quia Isido. ponens istas diuisiones legis, conuenienter ponit, duas quidem species, secundum originem a lege naturali, scilicet ius gentium, & ciuile. Postea subdiuidit conuenienter in militare, & publicum ex parte finis legis humanæ. Deinde conuenienter diuidit legem in cõstitutiones principũ, iurisconsulta, legem, secundum diuersitatem causæ efficientis. Deinde in legem Iuliam de officio consul &c. secundum diuersitatem causæ materialis circa quam, & si quis bene aduerterit habet ex hoc art. rõnem distinguendi omnes titulos legis ciuilis, vt patet intuenti.

¶ Corroborat dicta in corpore auctoritate Isid. in contrarium arguens.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ius gentium est quidem aliquo modo naturale hominis secundum quòd est rationalis, inquantum deriuatur a lege naturali per modum conclusionis, quæ nõ est multum remota a principijs; vnde de facili etiam huiusmodi homines consenserunt; distinguitur tamen a lege naturali, maximè ab eo, quod est omnibus animalibus commune.

¶ Ad alia patet responsio ex his quæ dicta sunt.

¶ Ad maiorem dico, quòd comprehendit ius gentium, quia est proprium homini licet commune omni nationi hominum. Minor conceditur, quòd ius naturale est commune; ad consequens; negatur, quòd non aliquo modo contineatur sub iure positiuo, quasi conclusio legis naturalis assumpta ex lege naturæ. Et distinguitur aliquo modo a naturali, saltem ab eo, quod est commune omnibus animalibus; & ergo ius gentium est naturale, quia de propinquo dictatur a ratione naturali, & tamen quia proprium homini, ideo distinguitur a naturali, saltem communi omni animali. Et de hoc patuit art. secundo, in notabilibus.

¶ Ad secundum, maior negatur, si distinguantur pœnès rationem formalem alicuius communis, sicut est in proposito; quia multa sunt de ratione legis, & non solùm distinguitur lex secundum virtutem, vel vim, sed multis alijs modis, scilicet secundum efficientem, secundũ originem, finem, & materiam circa quam; negatur ergo consequentia, quia ista quę ponuntur in minore, distinguuntur secundum diuersas causas efficientes, scilicet gubernatores, vt patuit. Nota quòd in minori ponuntur leges tanquàm membrum diuidens, & est constitutio ex regimine mixto procedens, quæ specialiter dicitur lex, vt patet circa corpus.

¶ Ad tertium, dico ꝙ maior non continet similitudinem perfectam, quia isti. s. sacerdotes, principes, milites, specialiter dant operam pro republica, & communitate perfecta, ideo negatur consequentia.

¶ Ad quartum, maior conceditur, & minor etiam, & dico, quòd consequens procedit ex falso intellectu, quia non diximus, quòd distinguantur ex actoribus, sed nominantur; distinguuntur autem leges de quibus arguitur propter diuersam materiam, vt patuit.

Quæstio Nonagesimasexta.

De potestate legis humanæ.

DEinde considerandum est de potestate legis humanæ, & circa hoc quæruntur sex. Primò, vtrum humana lex debeat poni in communi. Secundò, vtrum lex humana debeat omnia vitia cohibere. Tertiò, vtrum omniũ virtutum actus habeat ordinare. Quartò, vtrum imponat homini necessitatem quantum ad forum conscientiæ. Quintò, vtrum omnes homines legi humanę subdantur. Sextò, vtrum his qui sunt sub lege, liceat agere præter verba legis. F

¶ Postquàm actum est de lege humana secundum se, hic consequenter agitur de eius potestate, & virtute. Et primò præmittitur quoddam præambulum valens ad propositum. Secundò determinatur principale intentum art. 2.

Vtrum humana lex debeat poni in communi.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd lex humana non debeat poni in communi, sed magis in particulari; dicit enim Philosophus in 5. Ethic. * quòd legalia sunt quæcunque in singularibus legem ponunt, & etiam sententialia, quæ sunt etiam singularia, quia de singularibus actibus sententiæ feruntur; ergo lex non solùm ponitur in communi, sed etiam in singulari. Infra q. 98. art. 6. ad 2. Et 2. 2. q. 147 arti. 3. & 4. cor. * Arist. c. 7.

¶ 2 Præt. lex est directiua humanorum actuum, vt supra dictum est, * sed humani actus in singularibus consistunt; ergo leges humanæ non debent in vniuersali ferri, sed magis in singulari. *q. 90. ar. 1.

¶ 3 Præt. lex est regula, & mensura humanorum actuum, vt supra dictum est; * sed mensura debet esse certissima, vt dicitur in 10. Metaphy. * cum ergo in actibus humanis non possit esse aliquod vniuersale certum quin in particularibus deficiat, videtur quòd necesse sit leges non in vniuersali, sed in singularib. poni. *q. 90. ar. 1. * Arist. text 8.

¶ Sed contra est, quod iurisperitus dicit, * quòd iura constitui oportet in his quæ sępius accidunt, ex his autem quæ fortè vno casu accidere possunt; iura non constituuntur. * In dig. vet. lib. 1. ti tu. 3. lege 3. 4. & 5.

¶ Hic primò determinat D. S. quoddam præambulum ad sequentes art. quia ex hoc, quod ponitur in communi, habetur ꝙ obligat omnes, & pro omnibus temporibus, quare hic articulus quasi fundamentum, & præambulum continet sequentẽ articulũ.

¶ Respondeo dicẽdum, quòd vnumquodque, quod est propter finem, necesse est, quòd sit fini proportionatum; finis autem legis est bonum commune, quia vt Isido. dicit in lib. Ethimologiarum, * nullo priuato com- *Isid. lib. 5. c. 21.
modo, sed pro communi vtilitate ciuium lex debet esse conscripta; vnde oportet leges humanas esse proportionatas ad bonum commune.

¶ Conclusio responsiua in hoc corpore est ista. Oportet, quòd lex ad multa respiciat, & secundum personas, & secundum negocia, & secundum tempora, & hoc est respondere ad quæsitũ expositum; nam poni legem humanam in communi, nihil aliud est quàm poni vt respicit multas personas, & multa negocia, & multa tempora, & hoc præsertim loquendo de perfectiori specie iusti legalis, vel legis humanæ, vt patet ad primum. Probatur conclusio, oportet leges humanas esse proportionatas ad bonum commune, sed bonum commune constat ex multis, scilicet personis, & requirit multas exactiones, & perseuerat pro omni tempore; ergo sequitur conclusio. Huius rationis D. S. primò ponit & probat maiorem; secundò subsumit minorem cum conclusione, ibi, Bonum &c. tertiò explicat, & declarat ipsam minorem, ibi. Constituitur enim &c. Maior ergo probatur a principio clarè per maiorem, & minorem. Et nota in minori, quia Isidorus loquitur de lege scripta, & per consequens & D. S. in hoc artic. & quæsito intelligitur de lege humana scripta; illa enim scribitur modo quo dictus est, scilicet in communi, non quòd ponatur sub intentione aliqua communitatis logica, puta genere, vel specie, sed scribitur

bitur vniuerſaliter, ideſt vt ſe extendit ad multa, vt dictum eſt, ſic quòd omnes obliget ad ſtatuta, & pro omnibus temporibus, & ordinet multa negocia. Deinde cum dicit.

¶Bonum autem commune conſtat ex multis, & ideo oportet, quòd lex ad multa reſpiciat, & ſecundum perſonas, & ſecundum negocia, & ſecundum tempora.—

¶ Subſumit minorem principalem dictam cum concluſione, vt patet.

¶ Conſtituitur enim communitas ciuitatis ex multis perſonis, & eius bonum per multiplices actiones procuratur; nec ad hoc inſtituitur, ꝙ aliquo tempore modico duret, ſed ꝙ omni tempore perſeueret per ciuium
Aug.c.21. ſucceſſionem, vt Auguſt. dicit in 2.de ciuit. Dei.——

¶ Declarat minorem principalem, quia communitas ciuitatis conſtituitur ex multis perſonis; nam eſt communitas perfecta, vt patuit ſupra q.90.art.2. & iterum eius bonum per multas actiones procuratur, & iterum perpetuò durat propter ciuium ſucceſſionem; & ergo debet poni perpetuis temporibus duratura &c.

¶ Et confirmatur concluſio argumento in contrarium, quia quod ſæpius accidit eſt vniuerſale, vt in propoſito loquitur, quia contingit multas perſonas, & multa tempora; ergo &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Philoſophus in
Ariſt. c.7. 5.Ethic. ponit tres ſpecies iuris legalis, quod eſt ius poſitiuum; ſunt enim quædam quæ ſimpliciter in communi ponuntur, & hæc ſunt leges communes, & quantum ad huiuſmodi dicit, quòd legale eſt, quod ex principio quidem nihil differt ſic, vel aliter; quando autem ponitur differt, puta, quòd captiui in ſtatuto pretio redimantur. Quædam verò ſunt quidem quæ ſunt communia quantum ad aliquid, & ſingularia quantum ad aliquid, & huiuſmodi dicuntur priuilegia quaſi leges priuatæ, quia reſpiciunt ſingulares perſonas; & tamen poteſtas eorum extenditur ad multa negotia, & quantum ad hoc ſubdit. Adhuc quæcunq; in ſingularibus legem ponunt. Dicuntur etiam quædam legalia; non quia ſint leges, ſed propter applicationem legum communiũ ad aliqua particularia facta, ſicut ſunt ſententiæ quæ pro iure habentur, & quantum ad hoc ſubdit. Et ſententialia.—

¶Ad antecedens dico, quòd Philoſophus quidem hoc dicit, ſed non tantùm, ſed immediatè præmittit. Legale autem, quod ex principio quidem nihil differt ſic vel aliter, quando autem ponitur differt, puta viua redimi, vel capram ſacrificare, ſed non duas oues. Et ſtatim ſubdit, quod hic allegatur, & dicit. Adhuc quæ in ſingularibus lege ponunt; puta ſacrificare. Braſide, & ſententialia, vbi Philoſophus legale diuidit in tres ſpecies. Et prima, & perfectiſſima ponitur in communi. Secunda autem differentia iuſti legalis eſt, quòd aliquid lege conſtituatur in aliquo certo ſingulari, vt cum ciuitas, vel Princeps concedit alicui perſonæ ſingulari priuilegium, quod dicitur lex priuata; ſicut in quadam ciuitate ſtatutum eſt, quòd ſacrificantur cuidam mulieri, nomine Braſide, quæ magnam vtilitatem contulerat ciuitati. Tertia differentia eſt iuſti legalis, quòd ſententiæ a iudicibus datæ dicũtur quædam iuſta legalia, & propter hoc dicit Philoſophus, & ſententialia, ſcilicet ſunt iuſta legalia, ſunt autem ſententialia applicationes iuſtorum legalium ad particularia facta; & prima legalia habent perfectè rationem legis, quia cõmunia; ſecunda etiam aliquo modo, quia quàmuis cõcernant ſingularia, & ſingularem perſonam, inquantum tamen datur auctoritas multa agendi, & multis temporibus, poſſunt habere rationem legis. Sententialia verò non ſunt leges, ſed applicatio legis communis ad particulare factum, & habentur tales ſententiæ pro iure; præſertim, vt ius dicitur, quod redditur ab eo ad cuius officium pertinet iuſtitiam facere; ſed tales ſententiæ non dicuntur ius, vt capitur ius pro lege humana, quia illa ex propria ratione legis in communi requirit aliquam communitatem, Vide 2.2.q.57.art.1.ad 1.& 2.

¶ Ad conſequens, ſi intelligitur, quòd lex ponatur in ſingulari tantùm ſub ratione legis, & nullo modo in communi; negatur, quia ſententialia non ſunt lex, ſed iuſtum legale, & habentur pro iure; ſed leges priuatæ, eſto aliquo modo ſint ſingularium, tamen habent etiam aliquam communitatem &c.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ illud, quod eſt directiuum oportet eſſe plurium directiuũ, vnde in 10.Me-
Ari.tex.4. taphy. Philoſophus dicit, ꝙ omnia quę ſunt vnius generis menſurantur aliquo vno, quod eſt primum in genere illo; ſi enim eſſent tot regulę, vel menſuræ quot ſunt mẽſurata, vel regulata, ceſſaret vtique vtilitas regulę, vel menſuræ, quæ eſt, vt ex vno multa poſſint cognoſci, & ita nulla eſſet vtilitas legis ſi non ſe extenderet niſi ad vnum ſingularem actum. Ad ſingulares enim actus dirigendos dantur ſingularia præcepta præſidentium, ſed lex eſt præceptum commune, vt ſupra dictum eſt.* —— *q.90.ar.2. & 3.ad tertium.

¶Ad maiorem, lex eſt directiua humanorum actuum, tãquàm regula communis, non ſcilicet ſe extendens ad vnum actum tantùm, ſed multos, & multorum, & pluribus temporibus; quia ſi ſe tantùm ad vnum actum extenderet, non eſſet alicuius vtilitatis, & oporteret omni die ſtatuere multas leges; ſicut declarat ſolutio. Ad minorem, concedo ipſam; ſed dico, quòd humani actus ſingulares poſſunt dirigi communi regula, quæ dicitur communis, non quia non ſe extendat ad ſingularia, ſed quia non ad vnum tantùm, poſſunt enim regulari duplici præcepto, ſcilicet communi, quod eſt lex, & ſingulari præcepto adęquato præſidentium communitati; ſicut præcipitur illi pro nunc ille actus; ſed lex præcipit multos actus, & multis hominibus pro diuerſis temporibus; quare negatur conſequentia, quia imaginatur argumentũ quaſi ſingulares actus non poſſint per regulam communem ad ſenſum dictum regulari, quod eſt falſum. Nota ex iſta ſolutione intellectum ſupra habitorum q.90.art.2.& 3.ad tertium, quomodo lex eſt præceptum commune. i. extendens ſe ad multas particulares actiones, & tempora; ſed præceptum particulare eſt quo præcipitur aliquid a præſidente illi particulari in hoc tempore.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non eſt eadem certitudo quærenda in omnibus, vt in primo Ethic. dicitur;* *Ariſt. c.3. & 7. vnde in rebus contingentibus, ſicut ſunt naturalia, & rer humanæ, ſufficit talis certitudo, vt aliquid ſit verum, vt in pluribus, licet interdum deficiat in paucioribus.—

¶ Maior vera, ad minorem dico, quòd menſura debet eſſe certiſſima in ſuo genere, prout natura rei patitur, quia non in omnibus eſt expetenda Acribologia Mathematica, vt habetur in ſi. ſecundi Metaphy. Cõceditur etiam, quòd non poſſit eſſe ſemper certum; nec hoc requirit lex humana, ſed vt in pluribus; quare negatur conſequentia. lex enim in ſingulari poſita non eſſet vtilis, vt patuit; nec mereretur nomen legis; poſita autem in communi vtilis eſſe poteſt, vt in pluribus; in naturalibus autem, & moralibus, quod in pluribus eſt habetur tanquàm vniuerſale &c.

Vtrũ lex humana debeat omnia vitia cohibere.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, quòd ad legem humanam pertineat omnia vitia cohibere; dicit enim Iſidorus in lib.Ethimo.* quòd leges ſunt factę, vt earum metu coherceatur audacia; non autem ſufficiẽter coherceretur niſi quælibet mala cohiberẽtur per legem; ergo lex humana debet quęlibet mala cohibere. G

Supra q.91. ar.4.co.fin. & q.93.ar. 3. ad 3. Et inf. q.99.ar tic.1.c.o. Et 2.2.q.69 ar ti.1.ad 1.& q.77.ar.1. ad 1.& q. 78.art.1.ad 4. Et Mal. q.3.ar.4.ad 6. Et quo.2. art.10.ad 1. & 2. Et Iob. 11.lec.1.fi. *Iſid.lib.2. cap.20.

¶ 2 Præt. intentio legislatoris eſt ciues facere virtuoſos, ſed non poteſt aliquis eſſe virtuoſus niſi ab omnibus vitijs compeſcatur; ergo ad legem humanam pertinet omnia vitia compeſcere.

¶ 3 Præt. lex humana a lege naturali deriuatur, vt ſupra dictum eſt, * ſed omnia vitia repugnant legi naturę; ergo lex humana omnia vitia debet cohibere.

¶Sed contra eſt, quod dicitur in primo de libe.arbi.* Videtur mihi legem iſtam quę populo regendo ſcribitur, rectè iſta permittere, & Diuinam prouidentiam vindicare; ſed Diuina prouidentia non vindicat niſi vitia; ergo rectè lex humana permittit aliqua vitia, non cohibendo ipſa. * q.91.ar.1. & 3.& q.93 art.3. *Lib.1.c.5.

¶Hic inquiritur poteſtas legis humanæ ſicut dictum eſt in cõmuni poſitæ. Et primò inquiritur hoc quantum ad ea de quibus fertur lex humana. Secundò quantum ad ſubditos legi humanę. art.4.quantum ad primum, primò inquiritur propoſitum quantum ad actum prohibitionis; ſecundò quantum ad actum præcepti in ſequenti articulo. *Art.præc.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut iam dictum eſt, lex ponitur, vt quędam regula, vel menſura humanorum actuũ; menſura autem debet eſſe homogenea menſurato, vt dicitur in 10.Metaphy. *diuerſa enim diuerſis menſurantur, vnde oportet, ꝙ etiam leges imponantur hominibus ſecundum eorum conditionem, quia vt Iſido.dicit *lex debet eſſe poſſibilis, & ſecundum naturam, & ſecundum conſuetudinem patrię.—— * Ariſt.tex. 3.& 4. *Iſid.lib.2. c.21.

¶ D.S. reſpondet ad quæſitum negatiuè in ſi. cor. lege humana non prohibentur omnia vitia &c. probatur præſertim quo ad primam partem. Aliæ duæ partes declarantur exemplariter, & arguitur

guitur ſic, oportet, quòd leges imponantur hominibus ſecũdum eorum conditionem, ita quòd ſint poſſibiles, & ſecundum proportionem eorũ quibus imponuntur; ſed vitare omnia vitia ſicut virtuoſi, non eſt ſecundum conditionem poſſibile multitudini hominum cui lex humana ponitur; ergo concluſio vera. Huius ratio nis D.S. primò probat, & ponit maiorem, ſecundò probat minorem ibi. Poteſtas autem &c. tertiò ipſam concluſionem, ibi. Et ideo lege &c. Maior ergo ꝓbatur a principio, & intelligitur mẽſura homogenea in eſſe menſurę nõ in eſſe naturæ, id eſt dicitur eſſe proportionata, & apta ad menſurandum, ita quòd ſit magis proportionabilitas, ſic ꝙ illud ſe habet ad menſurare, ita illud ad menſurari; ſicut patet, quòd vnum quod eſt fluidum menſuratur menſura ſtabili, & licet non conueniant in eſſe naturæ, tamen in eſſe menſurabili. Et confirmatur maior auctoritate Iſidori.

¶ Poteſtas autem ſiue facultas operandi ex interiori habitu ſeu diſpoſitione procedit; non.n.idem eſt poſſibile ei qui non habet habitum virtutis, & virtuoſo; ſicut etiam non eſt idem poſſibile puero, & viro perfecto; & propter hoc non ponitur eadem lex pueris quæ ponitur adultis, multa enim pueris permittuntur quæ in adultis lege puniuntur, vel etiam uituperantur, & ſimiliter multa ſunt permittenda hominibus non perfectis virtute quæ non eſſent toleranda in hominibus virtuoſis; lex autem humana ponitur multitudini hominum in qua maior pars eſt hominum non perfectorum virtute.——

¶Declarat minorem, quia poteſtas operandi, ſcilicet opera humana, eſt ſm diſpoſitionẽ interiorẽ, ſed maior pars eſt in diſpoſita ad operandum virtuosè; ergo minor vera. Illa maior deducitur per ſignum, quia non eſt idem poſſibile ei qui non habet habitum virtutis, & virtuoſo. Et etiam exemplariter de puero, & viro. Minor proxima patet, quia maior pars hominum nec eſt perfecta virtute, nec per conſequens diſpoſita ad operandum virtuosè, quia virtus eſt diſpoſitio ad virtuosè agendum; patet ergo prima pars concluſionis reſponſiuæ. Deinde ibi.

¶ Et ideo lege humana non prohibentur omnia vitia a quibus virtuoſi abſtinent; ſed ſolùm grauiora a quibus poſſibile eſt maiorem partem multitudinis abſtinere, & præcipuè quæ ſunt in nocumentum aliorum; ſine quorum prohibitione ſocietas humana conſeruari non poſſet; ſicut prohibentur lege humana homicidia, & furta, & huiuſmodi.——

¶Subiungit ipſam concluſionem quo ad omnes eius partes, & quo ad primam partem probatam, ſed alias duas probat exemplariter, & communi experientia de homicidijs, & furto. Et nota, ꝙ quæritur in titulo qõnis an cohibeat, & reſpondetur de prohibere, quia vtrunque verum eſt, ſ. quòd nec cohibet, ſ. per pœnas, nec prohibet; quia quæ prohibet habet etiam cohibere tranſgreſſores puniendo, aliàs prohibitiones venirent in contemptum.

ET confirmatur concluſio, præſertim quo ad primã partem argumento in contrarium, quod vult, quòd lex ſcripta humana rectè permittit quæ Diuina prouidentia vindicabit, ſed non vindicat niſi vitia; ergo rectè permittit vitia, & per conſequens non omnino cohibet.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd audacia pertinere vĩ ad inuaſionem aliorum, vnde præcipuè pertinet ad illa peccata, quibus iniuria proximis irrogatur, quæ
Iustitiam. lege humana prohibentur, vt dictum eſt.* ——

¶Maior conceditur, ſed dico, ꝙ per audaciam intelliguntur vitia, quæ ſunt contra pacificum conuictũ ciuium, & in iniuriam aliorum; nam vt ex ſupradictis patet, audacia eſt aliorum inuaſiua. Minor negatur, quia poſſunt prohiberi vitia, quæ ſunt in iniuriam aliorum, & turbatiua communitatis, alijs non prohibitis; ſicut ſupra patet de experientia, quòd multę carnalitates, & fornicationes, & ebrietates, & plura alia vitia non puniuntur per legem ciuilem &c. quare negatur conſequentia.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd lex humana intendit homines inducere ad virtutem, non ſubitò, ſed gradatim, & ideo non ſtatim multitudini imperfectorum imponit ea quæ ſunt iam virtuoſorum, vt. ſ. ab omnibus malis abſtineant, alioquin imperfecti huiuſmodi præcepta ferrè non valentes in deteriora mala prorumperẽt; ſicut dicitur Prouer. 30. Qui nimis emungit elicit ſanguinem, & Matth.9. quòd ſi vinum nouum, ideſt præcepta perfectę vitæ mittatur in vtres veteres, ideſt in homines imperfectos, vtres rumpuntur, & vinum effunditur, ideſt præcepta contemnuntur, & homines ex contemptu, ad peiora mala prorumpunt.——

¶Ad maiorem, intentio legislatoris eſt facere ciues bonos, ſed paulatim, & gradatim; primò ſcilicet deterrendo, & cohibendo grauia quæ ſunt intolerabilia in humano conuictu; non autem quia ſtatim omnia percipiat virtuoſa, & ratio in ſolutione. Minor vera, ſed tamen poteſt quis aliqua obmittere quæ virtuoſus omittit, & aliqua virtuoſa naturaliter facere, qui nõ ab omnibus compeſcitur, quare negatur conſequentia; quia ad finẽ vltimò peruenitur. Et ideo ꝓp multitudinem imperfectorum prohibẽtur grauia, vt ſic paulatim inducantur in finem legislatoris &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd lex naturalis eſt quædam participatio legis ęternæ in nobis, lex autem huma na deficit a lege ęterna, dicit enim Aug. in primo de lib. arbi.* lex iſta quæ regendis ciuitatibus fertur multa con *Aug.c.5. cedit atque impunita relinquit, quæ per Diuinam prouidentiam vindicantur; neque enim quia nõ omnia facit, ideo quę facit improbanda ſunt, vnde etiam lex humana nõ omnia poteſt prohibere quæ prohibet lex naturę.

¶ Maior vera, ſed tamen longè deficit lex humana a naturali, quia eſt impreſſio legis ęternæ, cui omne malũ, & vitium aduerſatur; rationi autem humanæ ciuili, quæ intendit diſpoſitionem hominum, & quærit pacificum conuictum ciuilem, non omnia vitia execratur, quia non omnia obſtant fini ſuo. Minor conceditur, & ideo iam dicta eſt, quia eſt deriuatio a lege ęterna; cui omne inordinatum repugnat, ſed negatur conſequentia, quia non oportet, ꝙ ſi repugnet ſuperiori, ꝙ repugnet inferiori, vt ſic; nec tamen eſt mala, quę præmittit mala, quia quàmuis nõ omnia faciat, & non omnia prohibeat, quæ tamen facit bona ſunt &c.

Vtrum lex humana omnium virtutum actus habeat præcipere.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd lex humana non præcipiat actus omnium virtutum, actibus enim virtutum opponuntur actus vitioſi, ſed lex humana non prohibet omnia vitia, vt dictum eſt; * ergo etiam non præcipit actus omnium virtutum. H

Infra q.93. art.3. ad 3. Et infra q. 100.artic.2. cor. *Art.1. prę.

¶ 2 Præt. actus virtutis a virtute procedit, ſed virtus eſt finis legis, & ita quod eſt ex virtute ſub præcepto legis cadere non poteſt; ergo lex humana non præcipit actus omnium virtutum.

¶ 3 Præt. lex humana ordinatur ad bonum commune, vt dictum eſt, * ſed quidam actus virtutum non *q.90. ar.2. ordinantur ad bonum commune; ſed ad bonum priuatum; ergo lex non præcipit actus omnium virtutum.

¶ Sed contra eſt, quod Philoſophus dicit in 5.Ethi.* *Ariſt. c.1. quòd præcipit lex fortis opera facere, & quæ temperati, & quæ manſueti; ſimiliter autem ſm alias virtutes, & malitias, hæc quidem iubens, hæc autem prohibens.

¶ Hic determinat de auctoritate, & poteſtate legis humanæ quantũ ad actum præcepti, an videlicet præcipiat actus omnium virtutũ. Nota pro intellectu, quòd differentia eſt dicere, lex præcipit actus omnium virtutum, & dicere præcipit omnes actus virtutum; primum enim approbabitur in hoc art. ſecundum reprobabitur; vnde omnes actus virtutum attenduntur pœnès obiecta conuenientia rationi, vt patet ex ſupradictis; ſed lex ipſa non reſpicit omnia obiecta quocunque modo, & in quemcunq; finem relata, ſed ſolùm in finem communem. i. communem vtilitatem communitatis perfectę; quare poteſt aliquis virtutis actum facere circa obiectum conueniens; & propter finem priuatum talis committit actum virtutis, ſed illum lex humana non præcipit, & ita non omnes actus virtutum præcipit lex; ſed non eſt aliqua virtus, quin poſſit facere actum referibilem mediatè, vel immediatè in bonum communitatis, ideo poteſt præcipere actus omnium virtutum, eſto non omnes actus virtutum; Hoc notato facile erit intelligere articulum.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſpecies virtutum diſtinguuntur ſm obiecta, vt ex ſupradictis patet, * omnia *q.54.ar.1. ad pri. par. 2.& q.55.ar tic.1. autem obiecta virtutum referri poſſunt, vel ad bonum priuatum alicuius perſonæ, vel ad bonum cõmune multitudinis; ſicut ea quæ ſunt fortitudinis poteſt aliquis exequi, vel propter conſeruationem ciuitatis, vel ad conſeruandum ius amici ſui, & ſimile eſt in alijs.——

¶Ex quo quæritur de omnibus virtutibus Doc.S. primò notat vnde ſumatur diſtinctio virtutum; nam omnes virtutes implicant diſtinctionem; ſecundò ſubiungit concluſionem reſponſiuã, ibi. Lex autem &c. Quo ad primum, hoc eſt notabile ex ſupradictis. q.54.art.1.quòd ſpecies virtutum diſtinguuntur ſecundũ obiecta, & ita

& ita si quis operetur circa bonam materiam quamcunque, in quemcunque finem bonum referat, erit actus virtutis. Sed quia lex non respicit quemcunque finem, ideo habetur statim ex hoc, quòd non præcipit quemcunque, vel omnem actum virtutis. Et vult D.S. per hoc notabile innuere, quòd actus virtutis est in pluſquàm lex, & est pro minore supplenda pro conclusione.

*q.90.ar.2. ¶ Lex autem, vt dictum est * ordinatur ad bonũ commune, & ideo nulla virtus est, de cuius actibus lex præcipere non possit; non tamen de omnibus actibus omnium virtutum lex humana præcipit.

¶ Hic consequenter D. S. respondet ad quæsitum tali conclusione. Nulla virtus est de cuius actibus lex præcipere non possit; non tñ de omnibus actibus omnium virtutum lex præcipit, sed solùm de illis qui ordinabiles sunt ad bonum commune, mediatè, vel immediatè. Huius conclusionis, primò probat primas duas partes; secundò tertiã declarat exemplariter ibi. Sed solùm de &c. Quo ad primum arguitur sic. Lex ordinatur ad bonum commune; sed non est aliqua virtus cuius actus, (scilicet aliquis) in bonum commune ordinari non possit mediatè, vel immediatè; non tamen omnes actus omnium virtutum in bonum commune ordinantur; igitur sequitur cõclusio. Maior patuit supra q. 90. art. 2. Minor patet ex notabili, quia species virtutum distinguuntur secundum obiecta, sed omnia obiecta possunt referri in bonũ commune, non tamen semper ordinantur; igitur &c. Minor declaratur, quia potest referri etiam ad bonum priuatum, & non propinquè ad bonum cõe; igitur minor vera, illa minor proxima declaratur exemplariter; sicut ea quæ sunt fortitudinis &c. in littera.

¶ Sed solùm de illis qui ordinabiles sunt ad bonum commune, vel immediatè, sicut cum aliqua directè propter bonum commune fiunt; vel mediatè, sicut cum aliqua ordinantur a legislatore pertinentia ad bonam disciplinam, per quam ciues informantur, vt cõmune bonum iustitiæ, & pacis conseruent.

¶ Subiungit tertiam partem conclusionis supradictæ, quã probat exemplariter, quia patet manifestè in multis ciuitatibus, vbi prohibentur ne præsidentes accipiant munera, & hoc ordinatur in bonum commune, ne scilicet ipsi iudices, & præsidentes corrumpantur, & per hoc communitas patiatur, cum fuerint partiales. Similiter præcipit lex, vt ciues tueantur ciuitatem contra hostes, & huiusmodi quæ immediatè sunt pro bono communi. Similiter multa ordinantur, mediantibus quibus procuratur pax, & illa immediatè ordinantur in bonum commune &c. Patet igitur, quòd de omnibus virtutibus aliqui actus possunt referri in bonũ commune, & sic cadere sub præcepto legis. Non tamen omnes, vel a lege, vel a præsidente præcipi possunt, quia homines etiam licitè quærere possunt, quæ sunt personalia, & iconomica, & non solùm Politica, quæ tamen sunt virtuosa.

¶ Et nota, quòd dicuntur mediatè ordinari in bonum commune, qui de propinquo faciunt, & intenduntur ad bonũ cõmune.

ARGVMENTVM in contrarium probat primam partem conclusionis, quòd lex præcipit omnium virtutum aliquos actus, vt sunt referibiles ad bonum commune. Sed non habetur, ꝙ omnes actus virtuosos præcipiat. Vnde verba Philosophi hæc sunt ibidem, non derelinquere aciem, neq; abijcere arma. Et quæ temperati, puta non mechari, neque conuiciari; & quæ mansueti, puta non percutere, neque contendere, vbi patet, quòd actus virtutum præcipit, vt ordinabiles sunt ad bonum commune, non autem, vt ad bonum proprium; & tamen, vt sic etiã sunt virtuosi.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd lex humana non prohibet omnes actus vitiosos secundum obligationem præcepti, sicut nec præcipit omnes actus virtuosos; prohibet tamen aliquos actus singulorum vitiorum; sicut etiam præcipit quosdam actus singularum virtutum.

¶ Maior conceditur, quia opponuntur omnes ſm rationẽ communem virtutis, & vitij, & cum hoc aliqñ opponuntur etiam ſm speciales rationes, circa scilicet idem obiectum, vt patuit supra q. 70. art. 4. Minor conceditur, prohibet tamen aliquos actus singulorum vitiorum; ergo &c. verum, non præcipit omnes actus virtutum, tamen præcipit quosdam actus singularum virtutum, quãdo actus deseruire potest ad bonum commune. Nota verbum D.S. cum dicit. Lex non prohibet omnes actus vitiosos secũdum obligationem præcepti, quia & committentes non punit. Tamen aliquos præcipit, sed alios suadet, & consulit.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ aliquis actus dicitur esse virtutis dupliciter. Vno modo ex eo, quòd homo operatur virtuosa; sicut actus virtutis iustitiæ est facere recta, & actus fortitudinis facere fortia, & sic lex præcipit Du.1045. Dub.1047. actus aliquos virtutum. Alio modo dicitur actus virtutis, quia aliquis operatur virtuosa eo modo quo virtuosus operatur, & talis actus semper procedit a virtute nec cadit sub præcepto legis, sed est finis ad quem legislator ducere intendit.

¶ Ad maiorem, verum, actus virtutis formaliter procedit a virtute, sed non actus virtutis materialiter, sed quandoque a recta ratione, quandoq; ex metu pœnę, & ex inductione alterius cogentis per metum pœnarum. Ad minorem, virtus formaliter est finis legis, & ad illum quærit legislator inducere; sed virtutis actus materialiter non est finis legis, quia non perfectus. Et dico, quòd talis potest cadere sub legis præcepto, sed perfectus, non est; sed finis legis. Ad consequens; ergo &c. verum, non præcipit actus virtutum formaliter, sed tamen materialiter, & ita intelligitur conclusio, & Philosophus inductus in argumento in contrarium.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ nõ est aliqua virtus cuius actus non sint ordinabiles ad bonum commune, vt dictum est, vel mediatè, vel immediatè. *In cor.ar.

¶ Maior conceditur, & minor, tamen licet ille actus non ordinetur, aliquis tamen alius actus eiusdem virtutis ordinari potest, mediatè, vel immediatè in bonum commune; quare negatur consequentia, vnde probat, quòd non præcipit omnes actus virtutum, quia aliqui non respiciunt finem suum de propinquo; tamen non probat quin omnium præcipiat aliquos actus.

Vtrum lex humana imponat homini necessitatem in foro conscientiæ.

I 22.q.60.artic.5 ad primum.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd lex humana non imponat homini necessitatem in foro conscientiæ. Inferior enim potestas non potest imponere legem in iudicio superioris potestatis; sed potestas humana quæ fert legẽm humanam, est infra potestatem Diuinã; ergo lex humana non potest imponere legẽ quantum ad iudicium diuinum, quod est iudiciũ cõscientiæ.

¶ 2 Præt. iudicium conscientiæ maximè dependet ex diuinis mandatis; sed quandoque Diuina mandata euacuantur per leges humanas, secũdum illud Mat. 15. Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditiones vestras; ergo lex humana non imponit homini necessitatem quantum ad conscientiam.

¶ 3 Præterea leges humanæ frequenter ingerũt calumniam, & iniuriam hominibus, secũdũ illud Esa. 10. Vę qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitias scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerẽt causę humilium populi mei; sed licitum est vnicuique oppressionem, & violentiam euitare; ergo leges humanæ non imponunt necessitatem homini quantum ad conscientiam.

¶ Sed contra est, quod dicitur primę Pet. 2. Hęc est gratia si propter conscientiam sustineat, quis tristitias, patiens iniustè.

¶ Hic consequenter agitur de potestate legis humanæ per respectum ad eos qui legi subduntur. Et primò fit hoc; secundò determinatur quoddam dubium incidens in sexto artic. Circa primum, primò fit, quod dictum est, quantum ad efficaciam legis; secundò quantũ ad vniuersalitatẽ in seq. art. Quærit igitur an imponat necessitatem in foro conscientiæ, ita. ſ. ꝙ si lex humana ex rationabili causa propter rem publicam conseruandam, ponat aliquod statutum, vel imponat aliquas collectas, an recusans, & nolens obedire peccet, & offendat Deum, & in iudicio diuino habeatur culpabilis, & habeat sibi de inobedientia facere conscientiam tanquàm de peccato, & inde habeat expectare pœnã a Deo, tanquàm agens contra virtutem. An solùm expectet pœnã temporalem a principe, vel rectore infligendam. Nota primò, quòd forum ſm iuristam, est exercẽdarum litium locus, a fando dictus forum. de verbo. signif. &c. Et ideo quærere, an liget in foro conscientiæ, est quærere; an homo teneatur confiteri, & se accusare apud iudicem spiritualem, vbi agitur forum conscientiæ. Nota pro fundamento huius articuli. Ex D.S. super Apostolum Ro. 13. quòd cum potestas principum, & regentium etiam ciuiliter sit a Deo, sequitur ꝙ & ordo, quo inferiores superioribus subduntur sit a Deo, nihil. n. est a Deo sine ordine. Quare sequitur, ꝙ qui ordini, & ordinationi Principis resistit, ꝙ & Deo resistit, & legi æternæ, a qua talis potestas, & ordo deriuatur. Resistere autem Dei ordinationi, de se est malum, & contra virtutem, & per consequens peccatum, & sic manet tales inobedientes non modo pœna per rectores temporales infligẽda; sed etiam damnatio æterna. In cuius exemplum Dathan, & Abyron, qui Moysi, & Aaron resistebant, sunt a terra absorpti, vt habetur nume. 16. Nota secundò, ꝙ D.S. intelligendus est de lege humana, quæ aliquod iustè, & legitimè præcipit

præcipit absolutè, non distinguendo inter forum contentiosum, & conscientiæ, quia si lex distinguit inter forum contentiosum, & conscientiæ, sic non seruatur in foro pœnitentiali, auctoritate ipsius legis. Sic statuta nostra quæ habent vim legis quo ad professorem ordinis, distinguunt manifestè inter pœnam, & culpã, & obligant solùm ad pœnam, in his quæ habent obligationem solùm, quia statuta. Similiter quando ius se fundat super præsumptionem, & non super veritate. Et sic in foro conscientiæ non est habendus reus peccati, quia aliter dicit quàm ius præsumat. Sic si lex distinguit inter forũ contentiosum, & cõscientiæ, tunc non hȳ propter authoritatẽ legis, reus aliquo peccato. Similiter etiã non obligat in foro animæ, & conscientiæ, quando lex in particulari casu cessat; sicut quando epycheia habet locum. Vult ergo quæsitum; an cum lex alicui aliquid imponat legitimè obligans ex vi potestatis suæ, a Deo concessę; an obligatus sit in conscientia obedire, ita quòd non obliget per pœnam pecuniariam, sed per auctoritatem suam, & obedientiam qua legi, & principatui astringitur; an tunc renitendo peccet, & faciat contra conscientiam, & de hoc habeat confiteri, & se accusare in foro conscientiæ. Et intelligitur non modo de ciuili lege humana; sed etiam canonica, & quacunque alia præceptiua iusta.

¶ Respondeo dicendum, quòd leges positę humanitus, vel sunt iustę, vel iniustæ; si quidem iustę sint habent vim obligandi in foro conscientiæ a lege ęterna, a qua deriuantur, secundum illud Prouer. 8. Per me reges Pro.8.17. regnant, & legum conditores iusta decernunt.

¶ D. S. satisfacit quæsito secundum distinctionem quandam, cuius primum membrum prosequitur primò, & secundum ipsum respondet. Deinde secundum, similiter circa ipsum respondens, ibi. Iniustè autem &c. Quo ad primum, primò facit, quod dictum est; secundò exponit primum membrum, ibi. Dicuntur autem &c. Distinctio ergo est ista. Duplices sunt leges ab hominibus positæ, quædam iustæ, & quædam iniustæ. Et ergo oportet distinctè respondere ad quæsitum, aliter de iustis legibus, aliter de iniustis. Vnde respõdet primò tali conclusione iuxta primum membrum. Iustę leges habent vim obligandi in foro conscietiæ, probatur, leges humanę iustę deriuantur a lege ęterna; igitur cõclusio vera, tenet cõsequentia, quia lex ęterna obligat in cõscientia, & per consequens omne id, quod est ab ea, vt sic in eius virtute obligat. Et tenet consequentia, in illius propositionis virtute. Quicquid est causa causæ, est causa causati, sed lex ęterna est causis humanæ iustæ; igitur est causa effectus eius, obligationis scilicet, sed obligatio legis ęternæ ligat in foro cõsciẽtiæ; igitur &c. Antecedens patet per auctoritatem Sapientis, per me, &c. Et fuit illa auctoritas virtualiter supra expositra. q. 93. art. 3. ad secundum, in illa auctoritate Apostoli, omnis potestas a Deo est. Et tangitur probatio illius conclusionis in solutione primi, ex qua posset sic argui, ille qui resistit potestati in his quæ pertinent ad ordinem potestatis, Dei ordinationi resistit, sed ordinatio Dei imponit necessitatem in foro conscientiæ, ita quòd quis incurrit peccatum resistendo; igitur & qui resistit legi, & potestati humanæ ordinatæ. Nota autem circa hoc, quòd conclusio ista fundatur in hoc quod est deriuari a lege ęterna, & non in deriuari a lege naturali, quia vt patuit. q. 95. art. 2. in fine. Determinationes principiorum legis naturæ, non habent vigorem ex lege naturali, nec ex ea deducuntur, quæ determinationes constituunt per legem humanam præsertim ciuilem, & positiuam. Sed tamen vt lex ęterna est causa, & principium omnium legum, a qua omnes deriuantur, quæ & instituit gubernatores hominum, & dedit auctoritatẽ condere leges, & per eas obligandi. Ideo lex humana per virtutem quam habet, vt deriuatur a lege ęterna, habet vim obligandi in conscientia. Vnde quando D.S. dixit supra q. 95. artic. 3. quòd ea quæ determinant principia legis naturæ, (& scilicet sunt lex humana positiua) habent vigorem ex humana lege, excludit per hoc legem naturæ, quia loquitur per oppositum ad conclusiones deriuatas, quæ habent vigorem ex lege naturæ; sed non potest excludi lex ęterna per quodcunque signum exclusiuum.

¶ Dicuntur autem leges iustę, & ex fine, quando scilicet ordinantur ad bonum cõmune; & ex actore, quando scilicet lex lata non excedit potestatem ferentis; & ex forma, quando scilicet secundum qualitatem proportionis imponuntur subditis onera in ordine ad bonum commune; cum enim vnus homo sit pars multitudinis quilibet homo hoc ipsum, quod est, & quod habet est multitudinis, sicut & quælibet pars id quod est totius, vnde & natura aliquod detrimentum infert parti, vt saluet totum, & secundum hoc leges huiusmodi onera proportionabiliter inferentes iustę sunt, & obligant in foro conscientiæ, & sunt leges legales.

¶ Exponit primum membrum prædictę distinctionis, quæ scilicet dicantur leges humanæ iustæ. Et vult, quòd requiruntur tres conditiones, quia debent ordinari in bonum commune, ne grauet propter proprium commodum, vel pompam. Secundò non debent excedere potestatem ferentis, quia facit subditis suis, super quos habet potestatem. Tertiò debet esse bona forma id est æqualitas proportionis in grauaminibus impositis, & oneribus ferendis pro republica. Et D. S. illam tertiam partem specialiter exponit volens, quòd iustè possit præsidens, vel lex imponere onera subditis secundum proportionem, quia quilibet homo hoc, quod est, pars multitudinis est, sed naturaliter pars patitur aliquid pro salute totius, sicut videmus in natura, & ideo & hoc particularis debet pati, & tenetur subire aliquod incommodum personale pro salute reipublicę, & sic in conscientia tenetur subire. Nota autem quòd D.S. infert, & sunt leges legales, quia vult, ꝙ habentes illas tres conditiones ligant in conscientia, & sunt legales, dicitur enim legale præsertim a fine legis, quia ordinantur in bonum cõmune. Vnde & legalis homo dicitur, qui bene Politicæ conuersatur ad multitudinem, sic lex legalis quæ est ad finem multitudinis; per oppositum leges tyrannicę non erunt legales. Et hoc tangit D.S. in seq. textu, Vide si placet longiorem explicationem harum conditionum in D. Antonino prima par. Tim. 18. c. vuico. §. 2. &c.

¶ Iniustæ autem sunt leges dupliciter. Vno modo per contrarietatem ad bonum humanum e contrario prædictis, vel ex fine; sicut cum aliquis præsidens leges imponit onerosas subditis non pertinentes ad vtilitatẽ communem; sed magis ad propriam cupiditatem, vel gloriam; vel etiam ex actore sicut cum aliquis legem fert vltra sibi commissam potestatem; vel etiam ex forma, puta cum inęqualiter onera multitudini dispensantur etiam si ordinentur ad bonum commune.

¶ Hic consequẽter prosequitur secundum membrum prædictæ distinctionis, circa quod respondet duabus conclusionibus secundum ꝙ hoc membrum dupliciter potest intelligi, secundam ponit ibi. Alio modo &c. Circa primum, primò exponit primum modum iniustę legis; secundò de nomine eius notat, ibi. Et huiusmodi &c. tertiò subiungit conclusionem primam iuxta hoc secundum membrum, ibi. Vnde tales &c. Dicit ergo primò, ꝙ leges dicuntur iniustę dupliciter; primò per contrarietatem ad bonum commune, per oppositum ad conditiones iustę legis, scilicet ex fine in debito, ex auctoritate, & forma. Et patet clarè in littera declaratio.

¶ Et huiusmodi magis sunt violentiæ quàm leges, quia sicut Augustinus dicit in libro de libero arbitrio. * Lex esse non videtur quæ iusta non fuerit. *Aug.lib.1. c.5.

¶ Notat de nomine huiusmodi legum iniustarum per oppositum ad leges iustas, quòd tales non debent propriè dici leges, sed violentiæ, & per consequens non dicuntur legales. Et hoc haberi potest ex intento D.S. quia iustę dicuntur legales, quia habẽt tres conditiones bonas; ergo per oppositum cum istæ non habeant, sed oppositas; non sunt dicendæ legales. Et patet ex hoc, ꝙ non bene habetur in summa confessorum, quòd etiam iniustę dicantur legales, vbi D.S. hic allegatur. Et confirmatur illud notabile auctoritate B. Augustini. Deinde ibi.

¶ Vnde tales leges non obligant in foro conscientiæ nisi fortè propter vitandum scandalum, vel turbationem, propter quod etiam homo iuri suo debet cedere, secundum illud Matth. 5. Qui angariauerit te mille passus, vade cum eo alia duo, & qui abstulerit tibi tunicam da ei pallium.

¶ Subiungit conclusionem iuxta hoc membrum. Tales leges non obligant in foro conscientiæ, nisi fortè propter scandalum, vel turbationem. Primam partem conclusionis D.S. relinquit notam & probatur per argumentum tertium. Et potest sic argui ex fundamento primæ conclusionis. Lex humana ideo obligat in foro conscientiæ, quia deriuatur a lege ęterna, sed iniustæ leges non deriuantur a lege æterna; igitur &c. Maior nota. Minor patet, quia nullum inordinatum, vel iniustum est a lege ęterna, quæ omnia sunt ordinatissima. Secunda pars conclusionis probatur sic, homo propter scandalum, vel turbationem debet, & tenetur cedere iuri suo in foro conscientiæ, igitur etiam tenetur in conscientia obedire legi iniustæ isto modo, propter ista vitanda. Tenet consequentia per locum a maiori &c. Aniecedens patet ex auctoritate Christi Matth. 5. in littera, vnde vt habet D.S. ibidem scilicet Matth. 5. Ista præcepta. Si quis te percusserit &c. Intelliguntur in casu, scilicet si peiora euenirent resistendo &c. Nota quòd D. Antoninus, vbi supra dicit circa hoc, quòd si lex esset iniusta non ex natura, nec ex forma, nec ex auctore, sed solùm ex fine, quòd fortè ligaret, notanter (fortè) quia nimis graue videretur satisfacere istis temporibus pompis principantium. Deinde cum dicit.

¶ Alio modo leges possunt esse iniustę per contrarietatem

tatem ad bonum Diuinum, ſicut leges tyrannorum inducentes ad idolatriam, vel ad quodcunque aliud, quod ſit contra legem Diuinam.

¶Proſequitur alium modum iniuſtæ legis, ſcilicet ex parte materiæ, & primò declarat ipſum; ſecundò adnectit ſecundam concluſionem reſpon. quo ad ſecundum membrum principale, ibi. Et tales leges &c. Dicit ergo, quòd alio modo leges poſſunt eſſe iniuſtæ, ſcilicet ex parte materiæ, quia ſtatuunt aliqua quæ ſunt illicita, & contra honorem Diuinum. Sicut Nabuchodonoſor ſtatuit adorari ſtatuam, & huiuſmodi &c. Tunc ibi.

¶ Et tales leges nullo modo licet obſeruare, quia ſicut dicitur Actu. 4. Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.

¶ Eſt ſecunda concluſio principalis membri. Tales leges &c. & probat eam D.S. auctoritate, quia oportet Deo magis obedire quàm hominibus, ſed ſeruando illas leges obediretur hominibus contra Deum; igitur concluſio vera. Et nota, quòd vult cõcluſio, quòd nec propter ſcandalum vitãdum, nec propter turbationem vitandam debet quis obedire, quia nullus debet peccare mortaliter, vt ſcandalum præueniat; nec debet animam ſuam damnare per mortale propter quamcunque turbationẽ tollendam. Et ergo in his quæ ſunt contra ſalutem animæ, tanquàm de ſe mala, nullo modo debent obedire, quia potius mori. Vide 2.2.q.43.art.7.

Dubitatio. Nota circa iſtam cõcluſionem, quòd quia vt in principio tactum eſt, hæc quæſtio, & per conſequens reſponſio intelliguntur, non modo de lege ciuili, ſed etiam canonica, vel de quocunque ſtatuto, & decreto regentis ciuiliter, vel canonicè; ideo videtur hæc concluſio pati inſtantiam. per auctoritatem quæ dicit. Sententia prælati, vel iudicis etiam iniuſta timenda eſt, & per conſequens videtur, quòd etiam lex, vel ſtatutum iniquum abſolutè habeat vim obligandi, quia aliàs non videretur eſſe timendum.

Reſponſio. Gerſon. ¶ Sed hoc ſoluit Gerſon in tractatu ſuo de excommunicationibus, & irregularitatibus, vbi inter cætera ſic habet, ex quibus patet intellectus illius auctoritatis. Contemptus (inquit) clauium debet inueſtigari ex poteſtate legittima, & vſu legittimo poteſtatis illius, qui præcipiendo excommunicat, vel irregularitatem comminatur; alioquin prælati poſſent inducere, qualemcunque vellent ſuper alios ſeruitutem, ſi ſuis ſententijs iniquis, & erroneis, ſemper eſſet obediendum; & ita patet, quòd hoc commune dictum. Sententia prælati, vel iudicis etiam iniuſta timenda eſt, indiget gloſa, alioquin non eſt generaliter verum, ſi timenda dicatur, quia eſt ſuſtinẽda, nec repellenda; immo in caſu pati illam eſſet aſinina patientia, & timor leporinus, & fatuus. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd iniqua ſententia nullo modo timenda eſt, tanquàm habẽs auctoritatem obligandi, & vigorem, vt ei obediatur, ſed vt aliquis redimat vexationem ſuam, quia per huiuſmodi ſententiam etiam iniuſtam turbatur, & grauatur, quam turbationem timere poteſt, & debet, ſed non aliquam efficaciam iniuſti præcepti, vel alicuius huiuſmodi.

¶ Circa argumentum in contrarium, quòd textus ita habet. Hæc eſt enim gratia ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſtè, quod ſic exponit Nico. de Lyra. Hæc eſt enim gratia, ideſt res gratioſa coram Deo (quia eſt ſuper erogationis) ſi propter conſcientiam Dei i. propter conſcientiam timoroſam, quam aliquis habet de Deo, (quia non ſolùm vult implere mandata, ſed etiam conſilia.) Suſtinet quis triſtitias. i. illatas a dominis pœnas, patiens iniuſtè. i. patienter ſuſtinens, quod infertur iniuſtè. Hæc ille. Ex hac autem expoſitione non haberetur confirmatio niſi ſecundæ cõcluſionis pro prima parte, videlicet, quòd leges iniuſtæ non obligarent. Sed quia D.S. per hoc argumentum vult in oppoſitum aſſumpti in quæſito, quòd imponat neceſſitatem in foro conſcientiæ. Ideo nota, quòd aliqua quæ abſolutè ſunt ſuper erogationis, & cõſilij, in caſu ſunt in præcepto, ſicut & Lyra bene declarat. Matth. 5. De iſtis, ſi te quis percuſſerit &c. Ita pati iniuriam, & iniuſtam legem, abſolutę eſt conſilij, & ſic loquitur Lyra, ſed in caſu ſcilicet propter vitandum maius damnum, aliquis tenetur obedire in materia de ſe non iniuſta, ſed ſolùm quia non ſeruantur conditiones bonę legis. Et ex hac igitur auctoritate habetur, quòd lex etiam iniuſta imponit neceſſitatem in conſcientia, ſ. in caſu iuxta ſecundam partem ſecundæ concluſionis; igitur multò magis iuſta lex imponit. Patet ex his, quia peccant, & maiè faciunt; qui capiendo feras exponunt ſe periculis; eſto Principes non haberent auctoritatem eos puniendi. Cum venatio ferarum ſecundum leges ſit de iure gentium, vt patet in inſtitutis lib. 2. de rerum diuiſione.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut Apoſtolus dicit ad Rom. 13. Omnis poteſtas humana a Deo eſt, & ideo qui poteſtati reſiſtit in his quæ ad poteſtatis ordinem pertinent, Dei ordinationi reſiſtit, & ſecundùm hoc efficitur reus quantum ad conſcientiam.

¶ Maior negatur, ſi inferior poteſtas a ſuperiori deriuatur, ſi autem non deriuetur, vel ſtatuat contrarium ſuperiori poteſtati, conceditur maior. Ad minorem, vera, ſed tamen poteſtas humana a Diuina deriuatur, & cum certo ordine, & limitatione; quem ordinem ſi ſeruat eſt conformis ſuperiori, & habet auctoritatem obligandi, ex ſuperiore Diuina æterna lege. Quare negatur conſequentia; quando eſt iuſta, & habet tres conditiones poſitas.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ratio illa procedit de legibus humanis quę ordinantur contra Dei mandatum, & ad hoc ordo poteſtatis non ſe extendit; vnde in talibus legi humanæ non eſt parendum.

¶ Maior conceditur. Ad minorem, quòd tales leges ſunt iniuſtæ ex materia, & nullo modo obligant, & probat hæc ratio, ꝙ lex humana iniuſta ſecundo modo, non obliget, quia non præcipit ſecũdum ordinem quo deriuatur a Deo, immo contra Deũ, quales fuerunt traditiones Iudæorum, vnde probat tertiam concluſionem, quod tales iniquitates ſeruare non licet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de lege quæ infert grauamen iniuſtum ſubditis, ad quod etiam ordo poteſtatis diuinitus conceſſus non ſe extendit, vnde nec in talibus homo obligatur, vt obediat legi ſi ſine ſcandalo, vel maiori detrimento reſiſtere poſſit.

¶ Ad maiorem dico, quòd propriè non ſunt leges, ſed violentiæ. Ad minorem, licitum eſt euitare oppreſſionem &c. abſolutè, ſed in caſu non eſt licitum, vt patuit; ſi ſcilicet volendo euitare debet, & poteſt aduertere maius damnum ſequuturum; tunc enim debet ſuſtinere minus damnum, vt maius euadat; ergo &c. verum, leges iniuſtæ nõ imponunt ſimpliciter, & abſolutè neceſſitatem, ſed ſolùm in caſu, vt patuit in ſecunda cõclusione, & hoc ſemper loquendo de iniuſta ex conditionibus non ex materia.

Vtrùm omnes homines legi ſubijciantur.

AD quintum ſic proceditur. Videtur, quòd non omnes legi ſubijciantur. Illi enim ſoli ſubijciuntur legi quibus lex ponitur, ſed Apoſtolus dicit, primæ ad Thimot. 1. quòd iuſto non eſt lex poſita; ergo iuſti non ſubijciuntur legi humanæ.

¶ 2 Præt. Vrbanus Papa dicit, & habetur in decre. 19.q.2. Qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, vt publica conſtringatur; lege autem priuata Spiritus Sancti ducuntur omnes viri ſpirituales qui ſunt fil. j Dei, ſecundum illud. Rom. 8. Qui Spiritu Dei aguntur, hi filii Dei ſunt; ergo non omnes homines legi humanæ ſubijciuntur.

¶ 3 Præt. iuriſperitus dicit, * quòd Princeps legibus ſolutus eſt, qui autem eſt ſolutus a lege, nõ ſubditur legi; ergo non omnes ſubiecti ſunt legi. * In digeſt. veter. lib. 1. tit. 3. leg. 30

¶ Sed contra eſt, quod Apoſtolus dicit Roman. 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, ſed non videtur eſſe ſubditus poteſtati qui non ſubijcitur legi quam fert poteſtas; ergo omnes homines debent eſſe legi ſubiecti.

¶ Hic quærit de poteſtate legis, quantum ad vniuerſalitatem eius, per reſpectum ad ſubiectos, & intelligitur de lege humana; & de omnibus hominibus.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut ex ſupra dictis patet, * lex de ſua ratione duo habet; primò quidem, ꝙ eſt regula humanorum actuum; ſecundò ꝙ habet vim coactiuam. Dupliciter ergo aliquis homo poteſt eſſe legi ſubiectus. Vno modo ſicut regulatum regulæ. * q. 90. ar. 1. & 3. ad ſecundum.

¶ D.S. concluſionem reſponſiuam in corpore nõ ponit formaliter, ſed in argumento in contrarium hꝫ, ſed eam limitat in corpore diſtinctè exprimendo. Circa quod primò præmittit quendam diſtinctionem; ſecundò ſubiungit aliquas concluſiones limitatiuas concluſionis reſponſiuæ, ibi. Et hoc modo &c. Concluſio igitur reſpon. formaliter eſt. Omnes homines debent eſſe legi ſubiecti, probatur arguendo ex auctoritate Apoſtoli. Quicunque eſt poteſtati ſubiectus, eſt & legi poteſtatis ſubiectus; ſed omnis anima eſt poteſtatibus ſublimioribus ſubiecta; igitur cõcluſio vera. Maior patet, quia poteſtas fert legem; quare ſi poteſtati ſubiectus eſt, & legi, nec eſſet ſubiectus poteſtati, ſi legi nõ eſſet ſubiectus, quia lex procedit a poteſtate; ſicut non exiſtens obediẽs præcepto ſuperioris, nec poteſtati eius; nam poteſtas non ſe extendit niſi ponendo legẽ &c. Minor eſt Apoſtoli in argumento in contrariũ. Et dicit omnis anima per ſynecdochen. i. omnis homo, & vtitur iſto modo loquendi. ſ. omnis anima, plusꝫ homo, quia homo debet eſſe ſuperioribus ſubiectus ex anima. i. pura voluntate. Dicit autem, poteſtatibus ſublimioribus indefinitè. i. hominibus in poteſtate cõſtitutis, vt ratione ſublimitatis eis ſubijciamur, etiã ſi ſint mali. Quare notat rationem ſubiectionis per ſublimitatẽ, ne ſolùm videretur, quia bonis deberet quis ſubeſſe.

¶ Nota autem, quia poteſtas humana eſt poteſtas motiua per directionem intelligibilem; ideo bene ſequitur, ſubditur poteſtati, ergo legi; quia poteſtas non ſubijcit ſibi ſubditum, niſi per legem. Et etiam, quia lex ex poteſtate procedit, nam nullus habet cõdere legem, niſi ſubiecto poteſtati. Et iterum poteſtas ſubijcit per legẽ, ideo bene probat D.S. eſſe ſub lege per eſſe ſub poteſtate, quia cõuertuntur, & ad ſe conſequuntur; ſicut cauſa, & effectus conuertibilis. Cum ergo omnis homo debeat eſſe alicui ſubiectus, ideo eſt & ſub lege alicuius; ſed quia adhuc non eſt expreſſum, quomodo & quot modis aliquis ſit ſub lege, & ſub cuius lege; ideo hæc explicat per corpus diſtinctè præmittens rationẽ diſtinctionis. Diſtinctio ergo eſt, dupliciter aliquis homo poteſt eſſe legi ſubiectus. Ratio eſt, quia lex de ſua rõne duo hẽt. ſ. ꝙ eſt regulatiua, & coactiua, igitur aliquis homo poteſt eſſe ſub lege dupliciter. Vt tamen hoc, ꝙ dicitur aliquis homo, habeat ſuppoſitionem indeterminatam, & verificetur propoſitio ratione diuerſorum, quia aliquis vnus ſubijcitur iſto modo, aliquis alius ſubijcitur alio modo. Individuum enim vagum eſt commune quodammodo, ſicut ſpecies, & poteſt ſtare pro diuerſis ſuppoſitis numero, &c.

¶ Et hoc modo omnes illi, qui ſubduntur poteſtati, ſubduntur legi quam fert poteſtas.

¶ Hic cõſequenter D.S. ponit aliquas concluſiones iuxta p̃dictã diſtinctionẽ; & primò quo ad primũ membrũ; ſecũdò iuxta ſecũdũ, ibi. Alio verò mõ, &c. Quo ad primũ ponit duas cõcluſiones; vnã oſtendentẽ, qui ſubdant legi primo modo; aliã, qui non ſubdant, ibi. Qđ autẽ, &c. Prima ergo cõcluſio modificatiua primæ eſt. Primo modo (ſ. ſicut regulatũ) regulæ oẽs, qui ſubdunt poteſtati alicuius, ſubdunt legi; & per hoc hꝫ limitatio rñſiuæ, qa videlicet oẽs ſubiecti legi, ſubijciunt iſto mõ; ſed vt patebit, nõ ſecũdo mõ. Quare (vt dictũ eſt) hæ cõditiones oſtendunt modum eſſendi ſub lege. Illã concluſionem D.S. relinquit no ã ex arg. in oppoſitum; & põt ſic probari, quicunq; ſubijcit poteſtati humanæ, habet per poteſtatẽ humanã dirigi, & regulari, & ideo ſubijcitur, vt regulet; igit cõcluſio vera, ꝙ quicunq; ſubeſt poteſtati, & legi ſubeſt, vt rłę. Secundò ſic, poteſtas ipſa fert legẽ, non niſi vt regula, qua ſubiectos regulet, igitur qui ſubeſt poteſtati, ſubeſt & legi vt regulæ.

¶ Quod autem aliqui poteſtati non ſubdantur, poteſt cõtingere dupliciter; vno modo, qa ſunt ſimpliciter abſoluti ab eius ſubiectione; vnde illi, qui ſunt de vna ciuitate, vel regno, nõ ſubduntur legibus principis alterius ciuitatis, vel regni, ſicut nec eius dñio; alio modo, ſm ꝙ regitur ſuperiori lege, puta ſi aliquis ſubiectus ſit proconſuli, regulari debet eius mandato, non tñ in his, quæ diſpenſantur ei ab Imperatore; quantum enim ad illa non aſtringitur mandato inferioris cũ ſuperiori mandato dirigat; & ſm hoc cõtingit, ꝙ aliquis ſimpliciter ſubiect⁹ legi, ſm aliqua legi nõ aſtringit, ſm q̃ regit ſupiori lege.

¶ Oſtendit per oppoſitum ex dictis, qui non ſubſunt alicui legi vt regulæ, tali cõcluſione ſecunda quam intendit; aliquis dupliciter non ſubeſt legi alicui vt regulæ. Probatur, & declaratur ſic; aliquis ſubeſt legi vt regulæ, inquantum ſubeſt poteſtati, quæ fert legem, ſed aliquis dupliciter non ſubeſt poteſtati, quæ fert legem. ſ. ſimpliciter, & ſm quid; igitur & dupliciter, &c. vt dicit cõcluſio. Maior illa patuit. Minor declaratur in littera clarè. Et patet iſta cõcluſio, quia ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis. ſ. eſſe ſub poteſtate, eſt cauſa eſſe ſub lege tanquam directiuo; igitur non eſſe ſub poteſtate, eſt cauſa non eſſendi ſub regula.

¶ Nota, ꝙ aliquis dr̃ eſſe ſimpliciter ſubiectus legi, & tamen ſm aliqua legi non aſtringit. Non capitur enim hic ſimpliciter, ideſt totaliter, quia tunc eſſet repugnantia in adiecto, ſed ꝙ ſm ſe, & ex propria conditione; ſicut ruſticus eſt ſubiectus ſcultero ſuo ſimpliciter, ideſt abſolutè loquendo, & ſm ſe, tamen princeps poteſt ipſum priuilegiare, & diſpenſare in aliquo, ne habeat ſequi communem legem, & regulam ruſticorum aliorũ, & ſic eſſet ſimpliciter ſubiectus; quia ruſticus, & ex propria conditione (abſolutè loquendo) non tñ ſm omnia facienda, &c. Hꝫ igitur ex his duabus concluſionibus, ꝙ omnes, qui ſunt ſub lege humana, habent per eam dirigi; poteſt tamen eſſe, ꝙ aliquis alicui legi particulari humanæ non ſubſit, vel nullo modo, vel in aliquo non ſubſit; & per conſequens per eam non habet dirigi, &c. Deinde cum dicit.

¶ Alio verò modo dicitur aliquis ſubiectus legi, ſicut coactum cogenti; & hoc modo homines uirtuoſi, & iuſti non ſubduntur legi, ſed ſoli mali; quod enim eſt coactum, & violentum, eſt contrarium voluntati, voluntas autem bonorum conſonat legi, a qua malorum uoluntas diſcordat; & ideo ſecundùm hoc boni non ſunt ſub lege, ſed ſolùm mali.

¶ Proſequitur ſecundum membrum principalis diſtinctionis. ſ. ꝙ aliquis aliquando ſubeſt legi coactu, & inuitus faciens, quę lex mandat, ſolùm ductus metu pœnarum, & aliàs non faceret, & ſm hoc membrum ponit vnicam concluſionem, talem. Hoc modo virtuoſi, & iuſti homines non ſubduntur legi, ſed ſoli mali. Probatur concluſio, quod eſt coactum, & violentum, eſt contra volũtatem; ſed voluntas bonorum conſonat legi, & libenter facit, quæ lex iuſta iubet, ſed malorum diſcordat; igitur concluſio vera; ꝙ boni non ſubſunt coactè, ſed voluntariè, ſed mali ſubſunt coactè, propoſitiones iſtæ per ſe notæ ſunt.

¶ Nota, ꝙ mali dicuntur eſſe coacti, & violentati per legem, non ꝙ inferatur omnimoda violentia, quia & ipſi faciunt per voluntatem, quæ princeps præcipit; ſed quia eſt ſolùm volũtarium mixtum, & voluntas extorta per extrinſecum, ideo dicuntur aliqualiter cogi. Et ergo D.S. dicit notanter, ꝙ voluntas malorum diſcordat, non dicit, ꝙ cogatur; quia ſ. ſimpliciter cogi nõ poteſt, vt patuit ſupra; tamen aliquid cũ reniſu, & diſcordia facit, habens ſ. contrarium ſentire, & affectum; vt tamen euadat pœnam legis, facit ſolùm voluntario mixto. Boni autem habent perfectum voluntarium, ideo ipſi non ſubſunt aliquo modo diſcordantes a lege, ſicut mali, qui & ſi non cogantur ſimpliciter quo ad volũtatẽ, tñ habent voluntatẽ diſcordantem. Et hæc D.S. inſinuat diligenti lectori. Patet igitur, ꝙ omnes ſubijciuntur legi humanæ, & qũo oẽs, quia vt regulæ, ſed non omnes vt cogenti aliquo modo, &c.

ARGVMENTVM in contrarium declaratum eſt ſatis in corpore per concluſionem reſponſuam quam continet, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de ſubiectione, quæ eſt per modum coactionis; ſic enim iuſto nõ eſt lex poſita, quia ipſi ſibi ſunt lex, dum oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, ſicut Apoſtolus ad Rom. 2. dicit. Vnde in eos non habet lex vim coactiuam, ſicut habet in iniuſtos.

¶ Ad minorem, patuit ſup. q. 93. art. 6. ad 1. Quidã enim fideles in primitiua eccleſia, dicebant ſe terrenis poteſtatib. ſubdi nõ debere pp libertatem quã conſecuti erant a Chriſto, ſm illud Ioã. 8. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Sed non bene intellexerunt mentem Chriſti, quia loquitur de libertate peccati pro hoc ſtatu; ſed nec carni, nec carnali hominum, ſubdetur poſt reſurrectionem, cum tradiderit filius patri regnum. Vnde & Apoſt. cõtra illum errorem dixit verba allegata in arg. in contr. Quare & iſta minor bene intelligenda eſt, ne contrarietur Apoſtolo ipſi, quia iuſto non eſt lex poſita, q̃ cogat, & ſubijciat per coactionem, nam iuſtus voluntariè ſe legi ſubdit. Eſt tamen ſibi lex poſita, ſicut regula directiua, ſed non coactiua, ſicut malis, &c.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ lex Spiritus ſancti eſt ſuperior omni lege humanitus poſita; & ideo viri ſpirituales ſm hoc, ꝙ lege Spiritus ſancti ducũtur, non ſubduntur legi quantũ ad ea, quæ repugnant ductioni Spiritus ſancti; ſed tantùm hoc ipſum eſt de ductu Spiritus ſancti, quòd homines ſpirituales legibus humanis ſubdantur, ſecundùm illud. 1. Petr. 2. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum.

¶ Maior vera, quantum ad ea, quæ legi priuatę. i. Spiritui ſanct. repugnãt; ſed dico, ꝙ ex ductu Spiritus ſancti non eſt, vt quis legi humanæ in licitis, & debitis nõ ſubdatur, immo Spiritus ſanct. dicit, vt ſequantur legem humanã, ex cuius mẽte Apoſtolus iuſſit omnem hominem eſſe ſubiectum legi humanæ, quia (vt patuit artic. 4. ad primum.) legi inferioris aliquis aſtringitur ex poteſtate ſuperioris, inquantum inferior lex a ſuperiori deriuatur. Minor conceditur, & probatio eius. Et ad conſequens dicitur negando, ſi abſolutè intelligitur; ſed non ſubduntur legi iniuſtæ, quæ eſt contra ductum Spiritus ſancti, & hoc patuit art. præced. concl. 3. Articulus enim hic loquitur de lege iuſta, quæ habet virtutem obligandi, & eſt ſecũdùm ordinem Diuinum, & Spiritus ſancti.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ princeps dicitur eſſe ſolutus a lege quantum ad vim coactiuam legis, nullus enim propriè cogitur a ſeipſo, lex autem non habet vim coactiuam, niſi ex principis poteſtate; ſic igitur princeps dicitur eſſe ſolutus a lege, quia nullus in ipſum poteſt iudicium condemnationis ferre, ſi contra legem agat; vnde ſuper illud Pſal. Tibi ſoli peccaui, &c. Dicit Glo. ꝙ Rex non habet hominem, qui ſua diiudicat, ſed quantũ ad uim directiuam legis princeps ſubditur legi propria uoluntate, ſecundùm quòd dicitur extra de Conſtitutio. cap. cum omnes. * Quod quiſquis iure in altero ſtatuit, ipſe eodem iure vti debet, & ſapientis dicit auctoritas. Patere legem quam ipſe tuleris. Improperatur etiam his a Domino, qui dicunt, & non faciunt, & qui aliis * In Decretali. l. 1. ti. 2.

onera grauia imponunt & ipsi nec digito volunt ea mouere, vt dicitur Matth.23. Vnde quantum ad Dei iudicium princeps non est solutus a lege quantum ad uim directiuam eius, sed debet uoluntarius non coactus legem implere. Est etiam princeps supra legem, inquantum expediens fuerit potest legem mutare, & in ea dispensare pro loco, & tempore.

¶ Ad maiorem, vera, quo ad vim coactiuam, quia cum nemo cogat seipsum, & apud principem sit virtus coactiua legis, ideo nullus eum cogere potest, & hoc ad lõgum deducitur in solutione. Secundò, princeps est solutus, quia potest eam mutare, & pro loco, & tempore dispensare, vt patebit quæst. sequenti. Si autem intelligitur maior, quòd princeps sit solutus quo ad vim directiuam, ita quòd coram Deo non sit obligatus facere, vt lex præcipit, negatur maior. Et hoc ad longum declaratur in solutione. Minor vera; Ergo, &c. Verum, non omnes subsunt coactæ, ita quòd oporteat eos cogere, etiam si possit fieri, vt patet de bonis; nec omnes possunt cogi, vt est princeps ipse, tamen omnes subsunt, vt regulæ obligatoriæ, quam sequi, & tenere obligati sunt, & potestati subiecti, & potestatem habentes, &c.

Vtrum his, qui subsunt legi, liceat agere præter verba legis.

Infra q.97. art.3. ad 1. Et 2.q.60. ar.1.ad 2. Et q.120 art. 1. & q. 147. ar.4.cor. Et 3. i.33.q.1. art.4. q.5. cor.x ad 5. Et dist.37. ar.4.cor. fi. Et 4. di.15. q 3.ar.2. q. 1. & 4. cor.

LAD sextum sic proceditur. Videtur, ꝙ non liceat ei, qui subditur legi, præter verba legis agere. Dicit enim Aug. in lib.de vera Religio. * In temporalibus legibus, quamuis homines iudicent de his, cum eas instituunt, tamen quando sunt institutæ, & firmatæ, non licebit de ipsis iudicare, sed secundùm ipsas; sed si aliquis prætermittat verba legis dicens se intentionem legislatoris seruare, videtur iudicare de lege; ergo non licet ei, qui subditur legi, vt prætermittat verba legis, vt intentionem legislatoris seruet.

*Aug.c.31.

¶ 2 Præterea. Ad eum solùm pertinet leges interpretari, cuius est condere leges, sed omnium subditorum legi non est leges condere; ergo eorum non est interpretari legislatoris intentionem, sed semper secundùm verba legis agere debent.

¶ 3 Præterea. Omnis sapiens intentionem suam verbis nouit explicare; sed illi, qui leges condiderunt, reputari debent sapientes. Dicit enim sapientia Prouer.8. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt; ergo de intentione legislatoris non est iudicandum nisi per verba legis.

* Hylar. circa medium illius.

¶ Sed contra est, quod Hylarius dicit in 4.de Trin. * Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei debet esse sermo subiectus; ergo magis est attendendum ad causam, quæ mouit legislatorem, quàm ad ipsa verba legis.

¶Hic determinat quoddam dubium; dictum est enim, quia habeat vim obligandi etiam in foro conscientiæ, & quòd omnes ei subijciantur. Restat ergo dubium, an ita liget, quòd nec contra intentionem legislatoris, nec contra verba legis liceat subdito agere.

¶Nota pro fundamento dicendorum, ꝙ in lege qualibet sunt duo. s. substantia, & verba legis, & id ad quod legislator respicit, quod est intentio legis, & finis. Finis autem est rectitudinem constituere, & conseruare; vnde sicut actus subditorum sunt distorti, si a lege positiua discordent, ita & lex ipsa rectitudinem non habet, si ab intentione legislatoris deficiat, vnde & solet dici, in legem committit, qui verba sequens cõtta intentionem legis agit. Quare sequitur, ꝙ si potest quis agere præter verba legis, non tamen contra intentionem legislatoris, tunc in tali casu lex nõ habet vim obligandi, sed tunc solùm, quando est intentioni legislatoris conformis, ita ꝙ in particulari casu non est lex; & hoc licet in lege humana, secus in Diuina, vt patebit postea, vbi nullo casu licet occidere iniustè, Et in hoc stabit fundamentum articuli, quia sermo, & verba legis debent subijci intentioni; & ergo quando ab ea discordant, non ligant, &c.

*q.93.ar.2.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut supra dictum est; * omnis lex ordinatur ad communem hominũ salutem, & intantum obtinet vim, & rationem legis; ſm verò, ꝙ ab hoc deficit, virtutem obligandi non habet; vnde Iu-

*In Digest. coæter. li. 1. t.3. leg.24.

risperitus dicit, * ꝙ nulla ratio iuris, aut æquitatis beni-

gnitas patitur, vt quæ salubriter pro salute hominum introducuntur, ea nos duriori interpretatione contra ipsorum commodum perducamus ad seueritatem. Contingit autem multotiens, quòd aliquid obseruari communi saluti est vtile, vt in pluribus, quod tamen in aliquibus casibus est maximè nociuum.

¶In hoc corpore D.S. duo principaliter facit. Primò deducit conclusionem responsiuam; secundò subiungit quoddam notabile limitatiuum conclusionis, ibi. Sed tamen hoc, &c. Quo ad primum ista est conclusio responsiua. Si emergat casus, in quo obseruatio talis (s. verborum legis) sit damnosa communi saluti, nõ est obseruanda. Ex hoc potest conclusio responsiua clarius formari, ꝙ licet præter verba legis agere in aliquo casu, in quo obseruatio esset contra intentionem legislatoris, & contra finem legis. Hanc conclusionem probat primò ratione; secundò exẽplo, ibi. Sicut si, &c. Ratione sic. Omnis lex ordinatur, &c. vt in prin. cor. sed contingit multotiens, ꝙ aliquid obseruari communi saluti est vtile, vt in pluribus, quod tamen in aliquibus casibus est maximè nociuum; subsumitur, sed legislator proponit ſm ea, quæ in pluribus accidũt, ferens intentionem suam ad communem vtilitatẽ; igitur conclusio vera, ꝙ si in particulari casu verba legis deficiãt ab vtilitate communi, ꝙ non habent vim obligandi, & per consequens subditus legi, potest præter verba legis agere. Huius rationis primò ponit maiorem cum minore; secundò subsumptam cum conclusione, ibi. Quia igitur, &c. Maior ergo probatur auctoritate Iurisperiti. Minor de se nota relinquitur.

¶Quia igitur legislator non potest omnes singulares casus intueri, proponit legem ſm ea, quę in pluribus accidunt, ferens intẽtionem suam ad communem vtilitatem; vnde si emergat casus, in quo obseruatio talis sit damnosa communi saluti, non est obseruanda.

¶Ponit subsumptam quam probat paucis, quia legislator non potest omnes singulares casus intueri; quare oportet, ꝙ ponat legem vniuersalem, quæ est, vt in pluribus, quæ aliquãdo deficit ab intentione, & tunc non oportet seruare tenorem verborũ, sed intentionẽ legis, & legislatoris; & ideo cõcludit, vnde si emergat, &c.

¶Nota autem, quòd ista conclusio dicit, quòd liceat agere præter verba legis, quia obseruando intentionem legislatoris, non agitur contra legem, quia in illo particulari casu non est lex, igitur non agitur contra eam, cum non haberet vim legis; agitur tamen præter legem, & præter verba eius, idest non secundum significationem, & tenorem verborum. Deinde ibi.

¶Sicut si in ciuitate obsessa statuatur lex, quòd portæ ciuitatis maneant clausæ, hoc est vtile communi saluti, vt in pluribus. Si tamen contingat casus, quòd hostes insequantur aliquos ciues, per quos ciuitas conseruatur, damnosissimum esset ciuitati, nisi eis portæ aperirentur; & ideo in tali casu essent portæ aperiendæ contra verba legis, vt seruaretur vtilitas communis, quam legislator intendit.

¶Declarat conclusionem exemplariter quodam casu, in quo debet agi, non secundùm verba, sed secundùm intentionem; verba enim sonant, quia non sint aperiendæ, & tamen licet aperire, immo debent aperiri, &c. clarè in littera.

¶Sed tamen hoc est cõsiderandum, quòd si obseruatio legis secundùm verba non habeat subitum periculũ, cui oporteat statim occurri, non pertinet ad quemlibet, vt interpretetur quid sit vtile ciuitati, & quid inutile ciuitati; sed hoc solùm pertinet ad principes, qui propter huiusmodi casus habent auctoritatem in legibus dispẽsandi. Si verò sit subitum periculum non patiens tantam moram, vt ad superiorem recurri possit ipsa necessitas dispensationem habet annexam, quia necessitas non subditur legi.

¶Hic consequenter D.S. annectit notabile declarativum, an liceat vnicuique particulari subiecto agere præter verba in casu, quod est dispensare in lege. Et vult, ꝙ quando non est subitum periculum, tunc non licet deferere verba legis, sed oportet recurrere ad superiorem. Si autem subitum sit periculum, tunc necessitas ipsa dispensat, vt verba legis prætermittantur, quia ipsa necessitas legem non habet. Et huic concordat, ꝙ habet Gratianus 1.quæst.1.Remissionem.§.Sed notandum. Necessitas non habet legem, sed ipsa sibi facit legem. Et ergo quando agere secundùm verba legis habet subitum periculum, tunc quilibet habet auctoritatem ex ipsa necessitate, vt agat præter verba. Et intelligitur, quòd necessitas non subditur legi quantum ad verba, tamen quantum ad finem, & intentionem legis, cui etiam in necessitate oportet concordare.

Gratianus.

ARGV-

ARGVMENTVM in contrarium probat conclusionem responsiuam. Et vult, ꝙ verba debent esse subiecta rei, idest intentioni, & fini legislatoris, & non intentio, & finis verbis. Quare in casu, cum quis nõ potest simul obedire verbis, & intentioni, debet dimittere verba, & facere iuxta intentionem legis, &c.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ ille, qui in casu necessitatis agit præter verba legis, non iudicat de ipsa lege, sed iudicat de casu singulari, in quo videt verba legis obseruanda non esse.

¶Conceditur maior, & ſm ipsas iudicabũt, vt in pluribus, si tñ deficiant in casu, nõ oportet ſm eas iudicare, licet particularis homo non habeat iudicare legem. Ad minorem, negatur ipsa, sed iudicat de casu singulari, quòd non sit materia legis, nec lex se ad eum extendat, & quòd in tali casu verba legis non ligent, sed cum hoc fatetur legem bonam esse, &c

¶Ad secundum dicendum, ꝙ ille, qui sequitur intentionem legislatoris, nõ interpretatur legẽ simpliciter; sed in casu, in quo manifestum est per euidentiã nocumenti legislatorem aliud intendisse; si enim dubium sit, debet, vel ſm uerba legis agere, uel superiorem consulere.

¶Maior vera est, de interpretatione simpliciter, & ordinaria, ita quòd possit eam mutare, & interpretari extra subitum periculum. Minor conceditur, & etiam ꝙ subditorũ non est interpretari intentionem simpliciter, sed solùm in casu, vbi ex euidentia nocumenti constat, quòd legislator aliter intenderit. Vnde si non est euidens nocumentum, debet subditus, vel secundùm verba agere, vel superiorem consulere, qui simpliciter habet interpretari legem extra periculum euidens, vt patebit q. sequen. artic. 4. quia habet ordinariam potestatem in lege dispensandi.

¶Nota hic verba D.S in fine solutionis, quia concordant cum quadam Glosa, quæ dicit super isto verbo, intelligẽtia dictorum est ex causis assumenda dicendi; quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus. Verum, cum constat de intellectu legis, idest de intentione legis, quòd scilicet intentio eius est in hoc casu nõ seruare verba, alias in dubijs non est a verbis recedendi. Et hoc vult D.S in solutione.

¶Ad tertium dicendũ, quòd nullius hominis sapientia tanta est, vt possit omnes singulares casus excogitare, & ideo non potest sufficienter per uerba sua exprimere ea, quæ conueniunt ad finem intentum; & si posset legislator omnes casus considerare, non oporteret, vt omnes exprimeret propter confusionem uitandam, sed legẽ ferre deberet ſm ea, quæ in pluribus accidunt.

¶Maior conceditur; sed dico, quòd nullus est adeo sapiens, vt omnes casus possit excogitare, in quibus contra vtilitatem communem esset verba legis obseruare. Et ideo dato, quòd posset, non tamen omnes ponerẽtur in lege propter confusionem vitandam, vnde lex fertur communiter de his, quę fiunt vt in pluribus. Minor conceditur, sed sapientes homines, quorum non est possibile scire futura contingentia. Quare negatur cõsequentia, &c.

Quæstio Nonagesimaseptima.

De mutatione legum.

Deinde considerandum est de mutatione legum. Et circa hoc quæruntur quattuor. Primò, vtrum lex humana sit mutabilis. Secundò, vtrum semper debeat mutari, quando aliquid melius occurrerit. Tertiò, vtrum per consuetudinem aboleatur, & vtrum consuetudo obtineat vim legis. Quartò, vtrum vsus legis humanæ per dispensationem rectorum immutari debeat.

¶Postquam determinatum est de potestate legis humanæ, hic determinat de eius mutabilitate; quia potestatis proprietas dignior est mutabilitate, quæ prouenit ex defectu. Et primò circa hoc ostenditur, quomodo sit simpliciter mutabilis, & in toto. Secundò, quomodo sit mutabilis per dispensationem in aliquo casu, artic.4. Circa primum, primò ostenditur quomodo lex humana fuit mutabilis. Secundò, determinatur quoddam dubium ex dictis, artic.3. Circa primum, primò ostenditur necessitas mutationis legis humanæ; secundò ostenditur, quando habeat locum talis mutatio, articulo secundo.

Mouet. q.96. ar.1.ad 3. Et 2.q.6.per tot. & infra q.104.ar.3. ad 2.

Vtrum lex humana sit mutabilis.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd lex humana nullo modo debeat mutari. Lex enim humana deriuatur a lege naturali, vt supra dictum est; * sed lex naturalis immobilis permanet; ergo, & lex humana debet immobilis permanere.

*q.95.ar.2.

¶ 2 Præterea. Sicut Philosophus dicit in 5. Ethic. * Mensura maximè debet esse permanens, sed lex humana est mensura humanorum actuum, ut supra dictum est; * ergo debet immobiliter permanere.

*Arist.c.5.

*q.90.ar.1. & q.95. arti.4.in fine corp.

¶ 3 Præterea. De ratione legis est, quòd sit iusta, & recta, ut supra dictum est; * sed illud, quod semel est rectum, semper est rectum; ergo illud, quod est semel lex, semper debet esse lex.

*q.95.ar.2.

¶Sed contra est, quod Augustinus dicit in primo de libero arbit. * Lex temporalis, quamuis iusta sit, commutari tamen per tempora iustè potest.

*Aug.c.6.

¶Hic primò quærit de necessitate mutationis, nam, debet, importat quandam necessitatem, & obligationem.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est; * lex humana est quoddam dictamen rationis, quo diriguntur humani actus, & secundùm hoc duplex causa potest esse, quòd lex humana iustè mutetur; vna quidem ex parte rationis; alia verò ex parte hominum, quorum actus lege regulantur.

*q.90.ar.1. ad 2. & q. 91.art.3.

¶D. S. in principio huius corporis præmittit quoddam suppositum ex supra dictis, ex quo statim infert conclusionem responsiuam, quam deducit duabus rationibus, quarum primam ponit ibi. Ex parte quidem, &c. Secundam ibi. Ex parte verò, &c. Supposito ergo est, quòd lex humana est dictamen rationis, quo diriguntur actus humani, & patet ex dictis. Ex quo adiungit talem conclusionem responsiuam. Lex humana iustè mutari potest ex duplici causa. s. ex parte rationis, & ex parte hominum, quorum actus lege regulantur. Et potest ista conclusio probari in generali ex præsupposito. Lex humana est dictamen rationis, quo diriguntur actus humani; igitur conclusio vera. Tenet consequentia, quia dictamen rationis sequitur rationem, & regula actuum humanorum debet esse proportionata actibus ipsis; quare ipsis mutatis, & lex debet mutari.

¶Ex parte quidem rationis, quia humanæ rationi naturale esse uidetur, ut gradatim ab imperfecto ad perfectum perueniat; vnde videmus in scientiis speculatiuis, quòd qui primò philosophati sunt, quædam imperfecta tradiderunt, quæ postmodum per posteriores sunt tradita magis perfectè, ita etiam & in operabilibus. Nam primi, qui intenderunt inuenire aliquid utile communitati hominum, non ualentes omnia ex seipsis considerare instituerunt quædam imperfecta in multis defiãcientia, quæ posteriores mutauerunt instituentes aliqua, quæ in paucioribus deficere possunt a communi vtilitate.

¶Prosequitur primam rationem, probando specialiter vnam partem conclusionis, scilicet ex parte rationis debeat mutari lex. Humanæ rationi naturale est, vt gradatim ab imperfecto ad perfectum perueniat; igitur sicut in speculatiuis primò Philosophi imperfecta, &c. ita in operabilibus primò inuenerunt quædam imperfecta, sed posteriores ista mutauerunt instituentes, quæ in paucioribus deficere potuerunt; igitur ex parte conditionis rationis humanæ debuit lex mutari, ita quòd post imperfectam instituatur perfecta.

¶ Ex parte verò hominum, quorum actus lege regulantur, lex rectè mutari potest propter mutationẽ conditionum hominum, quibus secundùm diuersas eorum conditiones diuersa expediunt, sicut Augu. ponit exemplum in primo de liber. arbit. * quòd si populus sit bene moderatus, & grauis, communisq; vtilitatis diligentissimus custos, rectè lex fertur, qua tali populo liceat creare sibi magistratus, per quos respublica administretur; porrò si paulatim idem populus deprauatus habeat uenale suffragium, & regimen flagitiosis sceleratisq; committant, rectè adimitur a populo talis potestas dãdi honores, & ad paucorum bonorum redit arbitrium.

*Aug.c.6. paulo a prin.to.6.

¶Probat secundò ratione aliam partem conclusionis sic, mensura debet esse proportionata mensurato, & regulato, sed actus hominum sunt multipliciter mutabiles propter naturalem conditionem hominum, ergo etiam lex; & exponit D.S. istam rationem per exemplum Augustini clarè.

¶Nota, ꝙ quia lex debet deseruire ad vtilitatem cõmunitatis, ideo potest fieri, ꝙ lex aliqua ſm istos mores hominum deseruiat

ad bonum commune, sed mutatis moribus non deseruiet; ergo debet lex prior cassari, & statui alia lex, qua mediante procuretur bonum commune; & ergo lex debet esse commensurata actibus hominum in ordine ad bonum commune, ita ꝙ statuatur talis lex, quæ suppositis actibus talibus deseruiat ad bonũ commune. Sic in exemplo est Aug. Honestis, & zelosis ponitur lex eligendi magistratus; sed mutatis moribus, cum homines efficiuntur amatores boni priuati, mutatur, & tollitur prima lex, & statuit lex, quæ obstante malitia tollit auctoritatem a communitate eligendi magistratus. Intelligitur ergo lex proportionari actibus, non quòd statuat malum, si actus sunt mali, sed attentis actibus statuit quid exigit utilitas communis, sicut ex hoc, quòd communitas non est zelosa, statuitur, ne eligat magistratum, &c.

¶Confirmatur etiam conclusio argumento in cõtrarium, quia & iusta lex mutari potest pp mutationem hominum, & motum.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ naturalis lex est participatio quædam legis ęternæ, vt supra dictum est; * & ideo immobilis perseuerat, quod habet ex immobilitate, & perfectione Diuinæ rationis instituentis naturam; sed ratio humana mutabilis est, & imperfecta; & ideo ei lex mutabilis est. Et præterea lex naturalis cõtinet quædam uniuersalia præcepta, quæ semper manẽt; lex uerò posita ab homine continet præcepta quædam particularia secundùm diuersos casus, qui emergunt.

*q. 91. ar. 2.

¶Maior vera; sed dictum fuit supra sæpe, quòd est multiplex differentia, quia naturalis est quædam participatio legis ęternæ immediatè instituentis naturam humanam, cui connaturalis est lex naturæ. Et secundò, lex naturæ est communium principiorum, quæ semper sunt recta, & nota, vt patuit supra; secus de lege humana, quæ est ex ratione humana, quæ mobilis est, & gradatim proficit, & in principio imperfecta, deinde perfectior; ideo & lex, cum sit aliquid rationis. Secundò, quia lex humana habet etiam dirigere particularia, in quibus sunt casus, in quibus lex non habet locum. Et sic (vt patebit artic. sequen.) possunt tot casus contingere, in quibus lex non habet vim, vt tandem per contrariam consuetudinem abrogetur.

¶Ad minorem dico, quòd est vera, & ratio iam patuit propter duplicem causam, quæ non habet locum circa legem humanam. Quare negatur consequentia.

¶Ad secundum dicẽdum, ꝙ mensura debet esse permanẽs quantũ est possibile; sed in rebus mutabilibus nõ potest esse aliquid oĩno immutabiliter permanẽs; & ideo lex humana non potest esse omnino immutabilis.

¶Maior fuit supra exposita sæpius, quia mensura debet esse permanens quantum possibile est secundùm diuersa genera mensurarum, quia mensura necessariorum est permanens simpliciter, sed mensura contingentium, & mutabilium, etiam est mutabilis.

¶Ad minorem dico, quòd vera est; sed actus humani sunt mutabiles, & homines nunc exercitant se in talibus, postea in alijs, quæ sunt aduersus finem communem, stante tali lege; & ergo oportet ponere aliam legem, quæ sit ad bonum commune. Quare negatur consequentia.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ rectum in rebus corporalibus dr̃ absolutè; & ideo quantũ est de se, semper manet rectum; sed rectitudo legis dr̃ in ordine ad vtilitatẽ communẽ, cui nõ semper proportionatur vna eademq; res, sicut dictũ est; * & ideo talis rectitudo mutatur.

* In corp. artic.

¶Maior conceditur, & etiam minor de recto in corporalibus quantitatiuis, id enim quod est rectum, semper est rectum; sed negatur in moralibus, & in legibus humanis. Et ratio diuersitatis est, quia in quantitatiuis, & corporalibus rectum dicitur absolutè, videlicet cuius medium non exit extrema, & hoc est mediante quantitate rei; sed in moralibus, & in lege dicitur respectiuè; quia non est recta lex, nisi sit ad bonum commune; quia autem potest fieri, quòd lex ista non sit ad bonum commune propter mutationem hominum; ideo lex, quæ semel est recta, non semper est recta, quia in respectiuis fit variatio propter mutationem, quæ est in alio; & ergo stante eadem lege, ipsa redditur obliqua, & amittit rectitudinem propter variationem hominum. Vnde negatur consequentia.

Vtrum lex humana semper sit mutanda, quando aliquid melius occurrerit, vel nullo modo debeat mutari.

NAD secundum sic proceditur. Videtur, ꝙ semper lex humana, quando aliquid melius occurrit, sit mutãda. Leges enim humanæ sunt adinuentæ per rationem humanam, sicut etiam aliæ artes; sed in alijs artibus mutatur id quod prius tenebat, si aliquid melius occurrat; ergo idem est etiam faciendum in legibus humanis.

¶2 Præt. Ex his, quæ præterita sunt, prouidere possumus de futuris; sed nisi leges humanæ mutatæ fuissent superuenientibus melioribus adinuẽtionibus, multa inconuenientia sequerẽtur, eo ꝙ leges antiquæ inueniũtur multas ruditates continere; ergo vr̃, ꝙ leges sint mutandæ quotiescunq; aliquid melius occurrit statuendum.

¶3 Præt. Leges humanæ circa actus singulares hominum statuuntur; in singularibus autem perfectam cognitionem adipisci non possumus, nisi per experientiam, quæ tempore indiget, vt dicitur in 2. Ethicor. * ergo videtur, quòd per successionem temporis possit aliquid melius occurrere statuendum.

* Aristot. in princ. lib. tomo 5.

¶Sed contra est, quod dr̃ in Decr. dist. 12. * Ridiculũ est, & satis abhominabile dedecus, vt traditiones, quas antiquitus a patribus suscepimus, infringi patiamur.

* Cap. ridiculum est.

¶Ostenso, quia lex debeat mutari. Hic ostenditur, quando habet locum prædicta mutatio, an semper pro leui causa sit mutanda lex, vel ex qua causa.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut dictum est; * lex humana intantùm rectè mutatur, inquantùm per eius mutationem communi vtilitati prouidetur. Habet autẽ ipsa legis mutatio quantum in se est detrimentum quoddam communis saluti, quia ad obseruantiam legum plurimũ valet consuetudo, intantùm ꝙ ea, quæ contra communem consuetudinem fiũt, etiam si sint leuiora, de se grauiora uidentur; vnde quando mutatur lex, diminuitur uis constrictiua legis, inquantùm tollitur consuetudo; & ideo nunquam debet mutari lex humana, nisi ex aliqua parte tantum recompensetur communi saluti, quãtum ex ista parte derogatur.

* Art. præceden.

¶D. S. respondet tali conclusione, nunquam debet mutari lex humana, nisi ex aliqua parte tantum recompensetur communi saluti, quantum ex ista parte derogatur; hæc conclusio in secunda eius parte innuit, & supponit, ꝙ per mutationem legis communi vtilitati derogetur. Et dicit conclusio, ꝙ si ex altera parte, s. per hoc, ꝙ mutatur tantùm recompensetur, tunc liceat mutare legem. Probatur igitur conclusio; primò ratione cum ipso suppositio; secundò, eadem explicatur, ibi. Quod quidem, &c. Quo ad primũ arguitur sic. Lex humana intantum rectè mutatur, inquantum per eius mutationem communi vtilitati prouidetur; sed ipsa mutatio secundùm se est detrimentum quoddam communis saluti, & s. secundùm se non est pro vtilitate communi; igitur sequitur conclusio, quòd non rectè mutatur, nisi recõpensetur tantum pro communi, &c. Maior patuit art. 1. Et fuit fundamentũ art. 1. ꝙ liceret mutare legem. Minor declaratur ip littera, quia ad obseruantiam legis plurimum valet consuetudo in tantum, &c. Et ergo quando mutatur lex, mutatur & tollitur consuetudo, quæ habet maximam vim, quæ consuetudo non est in lege noua succedente, quia nondum practicata; & sic habetur conclusio formaliter respon. ꝙ non facilè est mutanda lex, & propter quodcunq; melius, & vtile occurrens; sed propter magnam vtilitatem, & necessitatem, per quæ recompensatur id, quod deest nouæ legi. Tunc ibi.

¶Quod quidẽ contingit, vel ex hoc, ꝙ aliqua maxima & euidentissima utilitas ex nouo statuto prouenit; vel ex eo, ꝙ est maximè necessitas, ex eo ꝙ lex consueta, aut manifestam iniquitatem continet, aut eius obseruatio est plurimum nociua; vnde dicitur a iurisperito, ꝙ in rebus nouis constituendis euidens debet esse vtilitas, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum uisum est.

¶Explicat conclusionem, præsertim quæ sint illa, quæ recompensant detrimentum per ablationem consuetudinis clarè in littera; quia euidentissima vtilitas, & maxima necessitas, quæ recompensant consuetudinem mutandæ legis. Et posset ex istis poni conclusio responsiua totalis, sic. Quando maxima vtilitas prouenit ex noua lege, vel maxima necessitas exigit, quòd lex consueta mutetur, tunc lex consueta est mutanda. Probatur conclusio hæc, assumendo priorem conclusionem pro maiore, lex nunquam debet mutari, &c. Sed illa recompensatio, scilicet consuetudinis prioris legis recompensatur per euidentem vtilitatem nouæ legis, & per necessitatem mutandi veterem, ex eo ꝙ manifestam iniquitatem continet, aut eius obseruatio esset plurimum nociua; igitur conclusio vera.

ET

ET confirmatur cõclusio auctoritate adducta in arg. in contr. quod continet dictum Nicolai Papæ, & intelligendũ est, cum detrimentum, quod mutatio legis affert, per aliam non recompensatur. Et vult, ꝙ non ex quacunque leui causa, lex mutanda est.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ ea, quæ sunt artis, habent efficaciam ex sola ratione; & ideo vbicunq; melior ratio occurrit, est mutandum, quod prius tenebatur; sed leges habent maximam uirtutem ex consuetudine, vt Philosophus dicit in 2. Politic. * & ideo non sunt de facili mutandæ.

* Arist. c. 6. circa antefin. 10. 5.

¶Ad maiorem, vera est, quo ad inuẽtum esse per rationem; sed est diuersitas alia, quia artes solùm habent efficaciam ex ratione. Lex autem plurimum efficaciæ habet ex consuetudine; quare cõcessa minore, negatur consequentia, quia ars habet solùm bonitatem ex ratione, ideo quando melior ratio occurrit, tunc mutanda est, non sic de lege, sed solùm quando id, quod perit per ablationem consuetudinis recompensatur per dicta bona.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ ratio illa concludit, ꝙ leges sunt mutandæ, non tamen pro quacunq; melioratione, sed pro magna utilitate, uel necessitate, vt dictum est. * Et similiter dicendum est ad tertium.

* In corp. artic.

¶Conceditur argumentum vsq; ibi. Ergo vr̃, &c. Dico, ꝙ si intelligitur, ꝙ quotiescunq; aliquid melius occurreret, quàm consuebat consueta lex, negatur; sed oportet, ꝙ ita melius occurrat, quod recompensetur detrimentum, quod facit mutatio consuetudinis; vnde possumus dicere, ꝙ non propter melius est lex mutanda, quia s. si lex mutaretur, aliquod melius aliqualiter, quàm prius fieret pro republica, sed cum hoc recompensans damnum, quod incurrit ex mutatione, quia non esset prudentiæ in aliquo meliorare, & in alio incurrere maius damnum, &c.

¶Ad tertij consequens dicitur sicut ad secundum, ꝙ quãdo potest aliqnod melius statui, ita ꝙ recompensetur detrimentũ, quod est ex mutatione, sic quòd mutanda fuerit notabiliter imperfecta, & iniqua, tunc potest alia statui, &c.

Vtrum consuetudo possit obtinere vim legis, & legem amoueat.

0 2. 2. q. 79. artic. 2. & quos arguit corp. quod. 9. respon. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41.

¶Et ſecundùm hoc conſuetudo, & habet vim legis, & legem abolet, & eſt legum interpretatrix.

¶Infert iã probatam concluſionem per modum corollarij reſumendo, vt in littera. Quo autem ad ſecundã concluſionem, vt res clarior ſit, ponatur hic ex ſolutione ad primũ. Nulla conſuetudo vim legis obtinere poteſt contra Diuinã legem, vel legem naturalem, ſed ſolùm mutari poteſt per auctoritatem Diuinã. Probat, ſumendo maiorem ex corpore. Conſuetudo habet vim mutandi legem, inquantũ manifeſtat voluntatem, & rationẽ legislatoris, a quo lex proficiſcit; ſed cõſuetudo hominũ reſpectu legis Diuinæ & naturalis, nõ eſt huiuſmodi; igitur, &c. Maior nota. Minor declaratur in ſolutione; quia lex naturę, & Diuina procedit a volũtate Diuina; ſed conſuetudo, vel actus hominũ non manifeſtant voluntatem Dei, ſed hominis, quia nullam auctoritatem habẽt in legem Dei. Et ex hoc fundamento huius concluſionis ponit D. Antoninus prima par. titu. 16. c. vnico. §. 2. ℔ requiritur in lege Papæ expreſſus conſenſus, qui & eſt neceſſarius ad hoc, quòd cõſuetudo tollat legem, quia non ex tranſlatione populi, ſed Diuina iuſſione, & conſiliorum auctoritate, ſuam habet iuriſdictionem, & per conſequens populus per conſuetudinem, non per ſuã legem abolere; ſecus de principe ſeculari, vt tangitur ad tertium.

ET confirmatur concluſio prima arg. in contr. Vide tñ de hoc D. S. 4. contra Gent. c. 76. vbi oſtendit poteſtatem Papæ immediatè eſſe a Chriſto, & per conſequens non ab aliquo conſilio.

¶Circa hoc arg. nota D. Antoninũ, tit. 16 §. j. de varia acceptione moris. Et de hoc etiam ſup. q. 58. art. 1. quia accipit pro actibus aſſiduis, & frequentatis, quę autem conſuetudines eccleſiaſticæ ligent, vide D. Antoninũ vbi iam, §. 4. quia vbis cõſuetudo vbi ligat, ſed particularis alicuius eccleſiæ ligat morantes in illo loco.

¶Ad primum ergo dicendum, ℔ lex naturalis, & Diuina procedit a uoluntate Diuina, ut dictum eſt; * vnde non poteſt mutari per conſuetudinem procedentem a uoluntate hominis, ſed ſolùm per auctoritatem Diuinã mutari poſſet; & inde eſt, ℔ nulla conſuetudo vim legis obtinere poteſt contra legem Diuinam, vel legem naturalem. Dicit enim Iſidorus in ſynonimis. Vſus auctoritati cedat, prauum uſum lex & ratio uincat.

* In corp. artic.

Iſidorus.

¶Maior quidem vera, quia deriuatur a lege naturali, & Diuina; ſed in hoc eſt differentia, quia lex humana habet auctoritatem & vim ſuam a ratione, & voluntate humana, cuius eſt etiam mutare legem; ſed Diuina, & naturalis habent vim ſuam a Deo. Et ſecundò, conſuetudo hominum procedit a voluntate hominum, & ratione, non autem a voluntate Dei, vnde plerumq; homines frequenter tranſgrediuntur Diuina præcepta contra volũtatem Dei. Minor conceditur, & ratio dicta eſt, quia conſuetudo hominum procedit ex homine, qui non habet poteſtatem ſuper res Diuinas. Quare negatur conſequentia.

¶Nota circa hanc ſolutionem D. S. 2. 2. q. 57. arti. 2. ad tertium. ℔ ius Diuinum, quod diuinitus promulgatur, diuiditur in ius naturale, & poſitiuum ad ſanum ſenſum, quia ſ. continet naturaliter, & de ſe iuſta, & etiam iuſta ſolùm, quia ſtatuta, & ex ſe indifferentia. Sunt enim quædam præcepta, quia bona, & aliqua prohibita, quia mala; alia verò bona, quia præcepta; alia mala, quia prohibita. Quando ergo D. S. dicit, ℔ per auctoritatem Diuinam lex Diuina mutari poſſet, intelligitur reſpectu horum, quæ ſunt iuris Diuini poſitiui, non autem naturalis; nam de ſe iuſta, & bona mutari non poſſunt, lex autem naturæ pro tanto videtur a Deo mutari poſſe, quia poſſet Deus condere alias creaturas, & aliud vniuerſum, vbi poſſet ponere aliam legem, veruntamen ſtantibus iſtis creaturis, non videtur, quia poſſet mutari lex naturæ, niſi fortè ſecundùm aliqua accidentalia.

¶Nota etiam, quòd in auctoritate Iſidori intelligitur per legẽ Diuina lex, & per rationem lex naturalis; vnde vſus, ideſt conſuetudo cedit auctoritati legis Diuinæ, & prauum vſum, ideſt cõſuetudinem malam (quæ coipſo mala eſt, quia contra legem Diuinam, vel contra naturalem) vincat lex, &c.

¶Ad ſecundum dicendum, ℔ ſicut ſupra dictũ eſt; * leges humanæ in aliquibus caſibus deficiunt; vnde poſſibile eſt, quandoq; præter legem agere, in caſu, ſ. in quo deficit lex, & tamen actus non erit malus; & cum tales caſus multiplicantur propter aliquam mutationem hominum, tunc manifeſtatur per conſuetudinem, ℔ lex vlterius non eſt vtilis; ſicut etiam manifeſtaretur, ſi lex cõtraria verbo promulgaretur; ſi autẽ adhuc maneat ratio eadem, pp quam prima lex vtilis erat, nõ conſuetudo legem, ſed lex cõſuetudinẽ uincit, niſi fortè pp hoc ſolùm inutilis lex uideatur, quia nõ eſt poſſibile ſm cõſuetudinẽ patriæ, quæ erat vna de conditionibus legis. Difficile enim eſt conſuetudinem multitudinis remouere.

*q. 96, ar. 6.

¶Ad maiorem, vera, tamen in propoſito poſſet fieri, vt mala multa faciant vt bonum non ſit bonum, ideſt multi actus contra legem de ſe bonam poſſunt facere, ne habeat rationẽ bonæ legis, per hoc, quòd lex non erit poſſibilis ſecundùm conſuetudinem patriæ, vt patuit, q. 95. artic. 3. & vt amittat vim quam habebat ex conſuetudine. Ad minorem, negatur vniuerſaliter, quia in caſu præter legem agens, poteſt bene facere. Et cum frequenter lex defecerit, poteſt frequenter cõtra legem agi licitè, & benè, & per tales actus monſtrabatur aperte, quia lex non ſit vtilis, & iuſtè abrogatur; ſed verum eſt, quòd poteſt malè agi cõtra legem, ſi maneat ratio vtilitatis legis. Et tamen ex hoc ipſo, quòd frequenter malè agitur contra legem, poteſt abrogari lex, quia amittit vnam conditionem bonæ legis. ſ. poſſibilitatem, iuxta conſuetudinem patriæ. Vltra; ergo, &c. Dico, quòd quando lex deficit, & eſt inutilis, tunc efficitur aliquod bonum, & ipſi actus, qui ſunt præter legem, ſunt boni; ſi autem ſunt mali, non efficiunt bonum de per ſe; vnde & lex tunc conſuetudinem vincit, niſi fortè per accidens, &c. vt in fine ſolutionis.

¶Ad tertium dicendum, ℔ multitudo, in qua cõſuetudo introducitur, duplicis conditionis eſſe poteſt. Si enim ſit libera multitudo, quæ poſſit ſibi legem facere, plus eſt conſenſus totius multitudinis ad aliquid obſeruandum, quam conſuetudo manifeſtat, quàm auctoritas principis, qui non habet poteſtatem condendi legẽ, niſi inquantum gerit perſonam multitudinis; unde licet ſingulæ perſonæ non poſſint condere legem, tamen totus populus condere legem poteſt. Si uerò multitudo non habeat liberam poteſtatem cõdendi ſibi legem, vel legem a ſuperiori poteſtate poſitam remouendi, tamen ipſa conſuetudo in tali multitudine prævalens obtinet uim legis, inquantum per eos toleratur, ad quos pertinet multitudini legem imponere; ex hoc enim ipſo videntur approbare, quod conſuetudo induxit.

¶ Ad maiorem negatur, ℔ ſolùm publicæ perſonæ, immo & multitudo libera poteſt condere legem, nec publica perſona poteſt condere legem, niſi vt gerit perſonam multitudinis. Sed verum eſt, ℔ multitudo, quæ non eſt libera, non habet condere legem, niſi per diſſimulationem, & implicitam approbationem principis. Ad probationem dico, ℔ perſonæ priuatæ nõ poſſunt facere legem, tamen totus populus, ſi ſit liber. Ad minorem negatur, ℔ ſemper conſuetudo inualeſcat per actus priuatarum perſonarum paucarum, immo per actus totius populi, & liberi. Quare negatur cõſequentia, tum quia populus liber dat poteſtatem publicis perſonis, & ipſum conſtituit, vt ſupra tactum fuit, & eius voluntate, & auctoritate lex ſtatuitur, & per conſequens abrogatur. Tum ſecundò, quòd ſi multitudo, in qua prævaleat conſuetudo, non ſit libera, nec habeat conſtituere principem, & rectorem, tamen rationalis, & præſcripta conſuetudo abrogat legem, & vt videtur D. Antonino ſine ſcientia Principis. Difficile enim eſſet ſcire omnes conſuetudines, quæ ſeruantur. Vide D. Antoninũ ſupra §. 2. quia alij volunt, quòd requiratur ſcientia, & tolerantia, ex quibus arguitur implicitus conſenſus, qui idem operatur, quod expreſſus, & quandoque plus, &c.

Vtrum Rectores multitudinis poſſint in legibus humanis diſpenſare.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, ℔ rectores multitudinis non poſſint in legibus humanis diſpenſare. Lex enim ſtatuta eſt pro communi utilitate, ut Iſido. dicit; * ſed commune bonum non debet intermitti pro priuato commodo alicuius perſonæ, quia vt dicit Phil. in 1. Ethic. * Bonũ gentis diuinius eſt, quàm bonum unius hominis; ergo videtur, quòd non debeat diſpenſari cum aliquo, ut contra legem communem agat.

P

Supra q. 96. ar. 6. cor. Et infrà q. 100. ar. 8. cor. Et 2. 2. q. 88. a 8 ti. 10. cor. & ad 2. Et q. 89. art. 9. & q. 147. ar 4. cor. & ad 1. Et 3. di. 37. arti. 4. Et 4. diſt. 15. q. 3. ar. 2. q. 1. & diſt. 27. q. 3. arti. 3. ad 4. Et 3. contra c. 125. fin.

¶ 2 Præt. Illis, qui ſuper alios conſtituuntur, præcipitur. Deuter. 1. Ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt; ſed concedere alicui, quod communiter denegatur omnibus, videtur eſſe acceptio perſonarum; ergo huiuſmodi diſpenſationes facere rectores multitudinis non poſſunt, cum hoc ſit contra præceptum legis Diuinæ.

*Iſid. lib. 5. Ethimol. cap. 21.

* Ariſt. li. 1. Ethic. c. 2. in fi. to. 5.

Deut. 1.

¶ 3 Præt. Lex humana, cũ ſi ſit recta, oportet, ℔ conſonet legi naturali, & legi Diuinę, aliter enim nõ congrueret religioni, nec conueniret diſciplinæ, quod requiritur ad legem, vt Iſid. dicit; * ſed in lege naturali, & Diuina nullus hõ poteſt diſpenſare, ergo nec ẽt in lege humana,

*Iſid. lib. 5. c. 8. in fi.

¶Sed

¶Sed contra eſt, quod Apoſtolus dicit. 1. ad Corin. 9. Diſpenſatio mihi credita eſt.

¶Hic inquirit, quomodo humana lex poſſit mutari partialiter, ſcilicet per diſdenſationem.

¶Reſpondeo dicendũ, ℔ diſpenſatio propriè importat commenſurationem alicuius communis ad ſingula; unde etiam gubernator familiæ dicitur diſpenſator, inquantum unicuique de familia cum pondere, & menſura diſtribuit, & operationes, & neceſſaria uitæ. Sic igitur, & in quacunque multitudine ex eo dicitur aliquis diſpẽſare, quia ordinat qualiter aliquod commune præceptum ſit a ſingulis adimplendum.

¶D. S. in hoc corp. primò declarat quid nominis diſpenſationis; ſecundò ſubiungit reſponſionem, ibi. Contingit autem, &c. Vult ergo primò, ℔ diſpenſare dicit aliquis in lege, quia ordinat qualiter commune præceptum ſit a ſingulis adimplendum, & hoc oſtendit ex quid nominis diſpenſationis in communi, & per exẽplum in iconomicis; quia gubernator familię dicitur diſpenſare, inquãtum vnicuiq; tribuit impondere, & menſura, ita vt dicatur diſpenſare quaſi diuerſis penſare, & ponderare, quantum conueniat laboribus, & neceſſarijs vitæ. Patet igitur, quòd diſpenſare in propoſito. ſ. in lege eſt, vt dictum eſt per ſimilitudinem ad diſpenſationem gubernatoris familiæ, &c.

¶Nota de hoc S. Tho. 2. 2. q. 88. arti. 10. quia diſpenſare in lege eſt determinare in particulari caſu, legem non eſſe ſeruandam, ita ℔ diſpenſatio dicat commẽſurationem, diſtributionem, vel applicationem communis alicuius ad ea, quæ ſub ipſo continentur. Et ſm Sco. in tertio, diſt. 37. duplex eſt diſpenſatio. ſ. iuris reuocatio, & iuris declaratio. Diſpenſat autem legiſlator in iure, quando reuocat præceptum iuris poſitiui facti ab eo, non quidem faciens, ℔ actu prohibito, vel præcepto manente ſm ſe, auferatur ratio illiciti, & fiat licitum; diſpenſare igitur non eſt facere, ℔ ſtante præcepto liceat facere contra præceptum, ſed eſt reuocare præceptũ, vel declarare quomodo debeat intelligi. Hæc ille in ſententia.

Scotus.

¶Contingit autem quandoque, ℔ aliquod præceptũ, quod eſt ad commodum multitudinis vt in pluribus, non eſt conueniens huic perſonæ, uel in hoc caſu, quia uel per hoc impediretur aliquid melius, uel etiam induceretur aliquod malum, ſicut ex ſupra dictis patet. * Periculoſum autem eſſet, ut hoc iudicio cuiuslibet committeretur, niſi fortè propter euidens, & ſubitum periculum, vt ſupra dictum eſt. *

*q. 96. ar. 6.

*q. 96. ar. 6.

¶Hic conſequenter D. S. reſpondet quæſito, & hoc dupliciter. Primò reſpondet, ℔ competat rectori multitudinis ordinariè diſpenſare; ſecundò, quando eidem non liceat diſpenſare, ibi. Si autem, &c. Quo ad primum ponit talem concluſionem. Ille qui habet regere multitudinem, habet poteſtatem diſpẽſandi in lege humana. Circa hanc concluſionẽ primò ponit rationem in cõi; ſecundò probat etiam, ℔ eidem competat diſpenſare ordinariè cũ ipſa cõcluſione, quã ponit, ibi. Et ideo ille, &c. Arguitur ergo ſic primò, qñq; aliquod præceptum, quod eſt ad commodũ multitudinis vt in pluribus, non eſt conueniens huic perſonæ, vel in hoc caſu; ſed periculoſum eſſet, vt hoc iudicio cuiuſlibet cõmitteretur (niſi fortè pp euidens, & ſubitum periculum) ergo cõcluſio vera. Maior declaratur, quia ſi præceptũ ſemper ſeruaretur in oĩ caſu, & ad quãlibet perſonã, ꝓ hoc impediret aliquod melius, vt patuit q. 96. art. 6. quare maior vera, ℔ cõtingit, ℔ præceptũ non ſit ſemper ſeruandum, & ſ. ſit in hoc diſpẽſandum. Minorem D. S. relinquit notã, donens tñ limitationem, quia ordinariè diſpenſare nõ pertinet ad iudicium cuiuſlibet extra caſum neceſſitatis, quia non quilibet eſt tantæ diſcretionis, vt poſſit cognoſcere quid expediat pro vtilitate communi, vt patuit art. 6 præced. quæſt. tantùm propter euidens periculum, licet particulari perſonæ non obſeruare legem, ex diſpenſatione neceſſitatis ſubitæ, & euidentis.

¶Et ideo ille, qui habet regere multitudinem, habet poteſtatem diſpenſandi in lege humana, quæ ſuæ auctoritati innititur, vt ſcilicet in perſonis, uel caſibus, in quibus lex deficit, licentiam tribuat, vt præceptum legis non ſeruetur.

¶Subiungit ipſam concluſionem iam probatam in communi; circa quam ponit ſpecialiter rationem, quare diſpenſari conueniat rectori ordinariè, & poſſet ſic argui; illi ordinariè competit auctoritas diſpenſandi, vt ſcilicet in perſonis, vel caſibus, in quibus lex deficit, licentiam tribuat, vt præceptum legis non ſeruetur, cuius auctoritate lex humana innititur; ſed is, qui habet regere communitatem, eſt huiuſmodi; igitur, &c. Et nota verba, vt ſ. in perſonis, quia in ipſis D. S. notat quid ſit diſpenſare, & qñ liceat, ſ. cum lex ſm tenorem verborum ſeruata non eſſet vtilis, tunc enim poteſt præſidens, & rector diſpenſare, quare D. S. cõſequenter ibi.

¶Si autem abſque hac ratione pro ſola voluntate licentiã tribuat, non erit fidelis in diſpenſatione, aut erit imprudens. Infidelis quidem, ſi non habet intentionem ad bonum commune. Imprudens autem, ſi rationem diſpenſandi ignoret, propter qđ Dominus dicit Luc. 12. Quis putas, eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quem cõſtituit Dominus ſuper familiam ſuam.

Luc. 12.

¶Reſpõdet per oppoſitum ad legitimã cauſam diſpenſandi, qñ non liceat diſpenſare. ſ. abſq; hac ratione. i. quando lex non deficit, & non impediretur aliquod melius, & nihil mali ex legis obſeruatione proueniret, ſed pro ſola voluntate licentiam tribuat rector, tunc enim eſſet infidelis, & imprudẽs, &c. vt D. S. declarat. Patet igit ex his dictis ſummariè, ℔ conuenit (iuxta dicta, q. præced. art. 6.) præter verba legis agere, & eã in caſu, & perſonis non obſeruare, & per conſequens dare licentiã non obſeruandi, quod eſt diſpenſare. Et quia perſonis priuatis non competit, ideo perſonæ publicæ, & habenti auctoritatem ſuper legem, & per conſequens rector multitudinis poteſt diſpenſare in talibus caſibus.

ET confirmatur prima concluſio auctoritate Apoſtoli in argumento in contrarium adducta. Circa auctoritatem vide D. S. ibidem in poſtilla; quia vult, quòd ſi inuitus, ideſt ſolo præcepto coactus, Euangelij diſpenſatio mihi credita eſt, ſicut ſeruo, vt ſcilicet diſpenſet ad aliorum vtilitatem, nõ meam; quaſi dicat, alijs proficio, non mihi, &c. Et ſufficit ad propoſitum, ℔ Apoſtolus tanquam rector, & gubernator Euangelicus habuit creditam, & commiſſam auctoritatem diſpenſandi, in his, quæ non proficerent ſaluti; pari ratione, & alij præſidentes vnuſquiſq; ſecundùm exigentiam auctoritatis ſuę poſſunt diſpenſare.

¶Ad primum ergo dicendum, ℔ quando cum aliquo diſpenſatur, ut legem communem non ſeruet, non debet fieri in præiudicium boni communis; ſed ea intentione, ut ad bonum commune proficiat.

¶Maior conceditur, & patuit ſupra, quæſt. 90. artic. 2. Conceditur & minor; ſed negatur cõſequentia, quia (vt patuit ex corp.) nõ debet diſpenſari niſi propter communem vtilitatem, quæ per obſeruantiã verborum legis impediretur, vel induceretur aliquod malum. Et probat hoc argumentum, ℔ non licet agere contra intentionem legis, quę eſt ad bonum Diuinum, licet autem agere præter verba legis. Et ad hoc tendit diſpenſatio.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd non eſt acceptio perſonarum, ſi non ſeruentur ęqualia in perſonis inæqualibus; vnde quando conditio alicuius perſonæ requirit, ut rationabiliter in ea aliquid ſpecialiter obſeruetur, non eſt perſonarum acceptio, ſi ſibi aliqua ſpecialis gratia fiat.

¶Maior conceditur, & vide de ea ſecunda ſecundæ, q. 63. art. 4. Minor negatur, ſi in aliqua perſona inueniatur conditio, ratione cuius rationabiliter aliquid ſpeciale obſeruatur. Sicut habet D. S. vbi iam, ſecunda ſecundæ, artic. 2. exemplum; quia enim diuitibus, & potentibus facilius diſpenſatur in matrimonio contrahendo in gradibus prohibitis, quia diſpenſatio cum talibus deſeruit fœderi pacis communis; vnde ſicut ibidem declaratur, non eſt talis diſpenſatio acceptio perſonarum; quare negatur conſequentia, quia rectores per hoc non accipiunt perſonas.

¶Ad tertium dicendum, ℔ lex naturalis, inquantum continet præcepta communia, quæ nunqam fallunt, diſpenſationem recipere nõ poteſt; in alijs verò præceptis, quæ ſunt quaſi concluſiones præceptorum communiũ, quandoq; per hominem diſpenſatur, puta ℔ mutuũ non reddatur proditori patriæ, uel aliquid huiuſmodi. Ad legem autem Diuinam ita ſe habet quilibet homo, ſicut perſona priuata ad legem publicam, cui ſubijcitur; vnde ſicut in lege humana publica non poteſt diſpenſare, niſi ille, a quo lex auctoritatem habet, uel is, cui ipſe commiſerit; ita in præceptis iuris Diuini, quæ ſunt a Deo, nullus poteſt diſpenſare niſi Deus, uel is, cui ipſe ſpecialiter commiſit.

¶Ad maiorem dico, ℔ lex humana dicitur cõſonari legi Diuinæ, & naturali, ideſt non debet eſſe contraria; ſed non oportet, ℔ ſibi conſonet per perfectam adæquationem, & conformitatem; nam hoc eſt impoſſibile, vt patuit artic. 1. ad primum.

¶Ad minorem dr primò, ℔ in lege naturali quo ad communia præcepta non recipit diſpenſationem, nec ab homine, nec a Deo, quia cum contineant infallibilem ęquitatem, & rectitudinẽ, Deus contra ipſa non facit; ſed quo ad præcepta, quæ ſunt cõcluſiones, recipit lex naturalis diſpenſationem ab homine, ordinariè quidẽ a præſidente, ſed in euidenti periculo etiam a perſona priuata. Et de hoc ſupra, quæſt. 94. artic. 4. & quæſt. 96. artic. 6.

¶Secundò dicitur ad minorem, quòd in lege Diuina non potest dispensare homo auctoritate propria, sed solùm habens specialem commissionem, eo tamen modo, quo lex Diuina admittit dispensationem, vt infra, quæst. 100. artic. 8. dicetur. Sed negatur consequentia; quia & minor non est omnino vera; nam & naturalis lex quo ad aliquas cõclusiones recipit dispensationem, multò magis lex humana.

¶Nota, ℔ cum D.S. dicit in ista solutione, quòd Deus dispensare possit in lege Diuina, vel is, cui specialiter commiserit, sicut fuerunt Apostoli, & hodie Papa, intelligendus est de his, quæ sunt iuris Diuini positiui, non autem, quæ sunt iuris Diuini naturalis, de qua distinctione patuit artic. 3. ad primum. Patet enim, ℔ ceremonialia veteris legis, quæ est lex Diuina omnino cassata, & dispensata sunt quo ad omnimodam reuocationem, vt patet etiam apud Scotũ vbi supra. An autem ea, quæ sunt iuris Diuini naturalis Deus dispensare possit, videbitur infra q. 100. art. 8.

Quæstio Nonagesimaoctaua.

De lege veteri.

Consequenter considerandum est de lege veteri; & primò, de ipsa lege. Secundò, de præceptis eius. Circa primum quæruntur sex. Primò, utrum lex uetus sit bona. Secundò, utrum sit a Deo. Tertiò, utrum sit ab eo mediantibus Angelis. Quartò, utrum data sit omnibus. Quintò, utrum omnes obliget. Sextò, utrum congruo tempore fuerit data.

¶Iuxta ordinem, quem D.S. supra, quæst. 91. tenuit. Hic consequenter correspondenter ad articulum quintum, determinatur de Diuina lege, quæ diuiditur in veterem, & nouam, vt patuit supra, quæst. 91. artic. 5. Et quia vetus disponit ad nouam, sicut imperfectum ad perfectum in eodem genere, vt patebit infra, quæstio. 106. & quæst. 107. Ideo primò agit de lege veteri; secundò de lege noua, quæ & lex Euangelica dicitur, in quæst. 106. vt enim supra patuit D.S. determinando de legibus, obseruat ordinem generationis, vel durationis. Circa primum, primò agitur de lege veteri secundùm se, secundò de præceptis eius, in quæst sequenti. Circa primum quattuor inquiruntur. Primum, de qualitate eius. Secundum de auctore eius, art. 2. Tertium, de subditis eius, ar. 4. Quartum, de tempore traditionis eius, artic. 6.

Vtrum lex vetus sit bona.

Infra ar. 1. ad 1. & 2. E R. m. 9. lect. 2 & 3. Et Galat. 3. lec. 7 & 8. Ezech. 20. *Isid. lib. 5. c. 21. in fi.

AD primum sic proceditur. Videtur, ℔ lex vetus non fuerit bona. Dicitur enim Ezech. 20. Dedi eis præcepta non bona, & iudicia, in quibus nõ viuent; sed lex non dicitur bona, nisi propter bonitatem præceptorum quæ continet; ergo lex vetus non fuit bona.

¶2 Præt. Ad bonitatem legis pertinet, vt communi saluti proficiat, sicut Isidorus dicit; * sed lex vetus non fuit salutifera, sed magis mortifera, & nociua. Dicit enim Apostolus Rom. 5. Sine lege peccatum mortuum erat, ego autem viuebam sine lege aliquando, sed cum uenisset mandatum, peccatum reuixit, ego autem mortuus sum. Et Rom. 5. Lex subintrauit, ut abundaret delictum; ergo lex vetus non fuit bona.

Rom. 5.

Rom. 5.

¶3 Præterea. Ad bonitatem legis pertinet, quòd sit possibilis ad obseruandum, & secundùm naturam, & secundùm humanam consuetudinem, sed hoc non habuit lex vetus. Dicit enim Petrus Actuum 15. Quid tentatis imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque nos, neque Patres nostri portare potuimus; ergo uidetur, quòd lex vetus non fuerit bona.

Act. 15.

Rõm. 5.

¶Sed contra est, quod Apost. dicit Ro. 5. Itaq; lex quidem sancta est, & mandatum sanctũ, & iustũ, & bonum.

¶Hic ergo primò inquirit de qualitate veteris legis, quæ fit bonitas; & mouetur, præsertim propter errorem, & hæresim Manichæorum, qui dicebant veterem legem, non a bono principio esse, sed a malo, vt habet D.S. secundo sententiarum dist. 1. q. 1. art. 1. & per consequens non esset bona bonitate Theologica. Sed antequam accedamus ad textum, nota pro intellectu quid nominis veteris legis. Lex enim vetus multis modis accipitur; vno modo lex dicitur tota scriptura veteris testamenti, sicut dicitur Ioan. 15. vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est odio habuerunt, &c. Cõstat autem, ℔ hoc scribitur in libro Psalmorum. Secundo autem lex dicitur scriptura quinq; librorum Moysi, vt habetur Deut. 33. Legẽ præcepit nobis Moyses. Tertio modo decalogus præceptorum dicitur lex, iuxta illud Exo. 24. Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legem, ac mandata, quæ scripsi, vt doceas. Quartò dicitur lex tota continentia ceremonialiũ, secundùm illud Hebr. 10. Vmbra habens lex futurorum bonorum. Quintò dicitur lex aliquod speciale præceptum ceremoniale, secundùm illud Leuit. 7. Hæc est lex hostiæ pacificorum. In proposito igitur quæsito huius articuli, & consequenter in isto tractatu de veteri lege, accipitur vetus lex secundo modo. pro tota doctrina legis Moysi, scilicet quantum ad moralia, & ceremonialia, & iudicialia præcepta. Sic enim & Apostolus loquitur de veteri lege ad Roman. 5. in auctoritate exponenda in solutione secundi in oppositum. Et hoc patet ex processu Doct. Sanct. qui in hoc tractatu de moralibus, ceremonialibus, & iudicialibus librorum Moysi ex intentione determinat. Hoc notato videndum est de corpore.

Quot modis lex vetus.

¶Respondeo dicendum, ℔ absq; omni dubio lex vetus bona fuit; sicut enim doctrina ostenditur esse uera ex hoc, ℔ consonat rationi rectæ, ita etiam lex aliqua ostenditur esse bona ex hoc, quòd consonat rationi.

¶D.S. hic duo facit. Primò respondet quæsito; secundò eãdem responsionem limitat, & explicat, ibi. Sed notandum, &c. Quo ad primum deducit talem conclusionem re ponsuam. Absq; enim dubio lex vetus bona fuit. Dicit notanter fuit bona; quia (vt dictum est) sub lege veteri comprehenduntur triplicia præcepta, ex quibus duo amiserunt iam rationem legis, immo ceremonialia nõ sunt bona nunc, sed mortifera, licet moralia adhuc, & semper bona sint, sed quia non omnia præcepta bona sunt, sed quandoq; fuerunt, ideo dicit, fuit. Probat ergo conclusionem ratione, deinde ostendit probationem ipsam fundatam esse in Apostolo, ibi. Et hoc est, &c. Quo ad primum arguitur sic. Lex aliqua ostenditur esse bona ex hoc, ℔ consonat rationi; sed lex vetus rationi cõsonabat. Sante promulgationem Euangelij, igitur pro tunc bona fuit. Maiorem hanc ponit primò cum conclusione; secundò minorem, ibi. Lex autem, &c. Maior ergo quamuis ex supradictis patuerit, tamen D.S. eam hic probat a proportione de doctrina, quæ est vera ex hoc, ℔ consonat rationi rectæ; vt enim habet D.S. secunda secundæ, q. 1 10. artic. 3. ad tertium. Veritas doctrinæ consistit in quadam manifestatione verborum, de quibus est scientia, & per consequens (vt hic dicit) ipsa est vera, etiam ex hoc, ℔ rationi rectæ cõsonat. Vnde ex eadem doctrina habet veritatem, & lex bonitatem. s. ex conformitate ad rectam rationem.

¶Nota autem, quòd lex habet bonitatem, quia conformis rationi, etiam naturali, vt statim patebit.

¶Lex autem vetus rationi consonabat; quia concupiscentiam reprimebat, quæ rationi aduersatur, ut patet in illo mandato. Nõ concupisces rem proximi tui, quod ponitur Exo. 20. Ipsa etiam omnia peccata prohibebat, quę sunt cõtra rationẽ; vnde manifestum est, ℔ bona erat.

Exo. 20.

¶Subiungit minorem prædictam quam probat; quia lex vetus prohibebat concupiscentiam, ipsa etiam prohibebat omnia peccata, quæ sunt contra rationem; igitur minor vera. Antecedens pro prima parte Exo 2. & secunda pars patebit infra magis; consequentia clara, quia prohibere id, quod est contra rationem, & quod ratio recta prohibet, est consonare rationi.

¶Nota autem, ℔ in hac probatione minoris D.S. vnũ tangit, de quo extensius loquitur super Apost. ad Rom. 7. quia videlicet concupiscentia, quã lex prohibuit in loco dicto, nõ est peccatum commune communitate prædicationis ad omnia pecca ta; quia D.S. dicit, ℔ prohibebat concupiscentiã, & oĩa peccata, inuitens per hoc, ℔ cõcupiscentia nõ cõprehendat oĩa peccata. Capit igit cõcupiscentia specialiter pro appetitu rei alienæ, & vxoris alienę, quæ per adulterium violatur; quia ista peccata etiã in ipsa concupiscentia habent quandã delectationem, quod non contingit in alijs peccatis; & per prohibitionẽ cõcupiscẽtiæ Apostolus probat bonitatẽ legis veteris, quia vult ostendere, ℔ sine lege peccatũ nõ cognoscebatur, inquantũ s. pertinet ad offensam Dei, & hoc maximè patet in hoc, ℔ lex Dei prohibet concupiscentiã, quæ ab homine nõ prohibetur, nam solus Deus hominem reum reputat pp cõcupiscentiã cordis. De ista materia, quomodo videlicet cõcupiscentia sit specialis, q̃ in lege prohibetur. Vide sup. q. 87. ar. 4. ad 2.

¶Et hæc est ratio Apostoli Rom. 7. Condelector, inquit, legi Dei secundùm interiorem hominem. Et iterũ. Consentio legi, quoniam bona est.

¶Ostendit hanc rationem esse fundatã in Apostolo, immo esse rationem Apostoli, quæ probat ad Rom. 7. legem veterem fuisse bonam; vult enim Apostolus, ℔ quia lex prohibet malum, quod ipse ſm rectã rationem non vult, & odit naturaliter, ratio ei consentit, & in ea delectat tanquã in eo, quod est consentiẽs rationi.

¶Vnde nota, ℔ inclinatio hominis ſm rationem ad volendum bonum, & fugiendum malũ, est ſm naturam, vel gratiam, & vtraque est bona. Et ergo quia lex huic inclinationi consentit, præcipiendo bonum, & prohibendo malum, eadem ratione est bona. Et ergo Apostolus ex conformitate ad rationem, vel naturalem, vel informatã fide probat legem esse bonã. Et hoc D.S. hic intendit.

¶Sed

¶Sed notandum est, quòd bonum diuersos gradus habet, vt Dionysius dicit 4. c. de Diui. Nomi.* Est enim aliquod bonum perfectum, & aliquod bonum imperfectum. Perfecta quidem bonitas est in his, quæ ad finẽ ordinantur, quando aliquid est tale, quod per se est sufficiens inducere ad finem. Imperfectum autem bonum est, quod operatur aliquid ad hoc, quòd perueniatur ad finem, non tamen sufficit ad hoc, quòd ad finem perducat; sicut medicina perfectè bona est, quæ hominem sanat, imperfecta autem est, quæ hominem adiuuat, sed tamen sanare non potest.

* Dionys. parte 4. 2 mellio.

¶Hic consequenter D.S. explicat, & limitat præcedentem cõclusionem duobus notabilibus, ex quibus in fine talem venatur conclusionem limitatiuam. Lex quidem vetus bona est, sed imperfecta. Hanc conclusionem probat primò ratione ex notabilibus, secundò auctoritate quam ponit cum ipsa conclusione, ibi. Et inde est, &c. Ratione sic, pfecta bonitas est in his, quæ ad finẽ ordinantur, quando aliquid est tale, &c. vt in littera; sed lex vetus non potuit inducere ad finem suum, licet ad ipsum adiuuaret, igitur conclusio vera. Huius rationis D.S. primò ponit maiorem, & probat per primum notabile, secundò probat minorem ex secundò, ibi. Est autem sciendum, &c. Pro maiore supponit, & notat, ℔ est duplex bonum, scilicet perfectum & imperfectum, vt patet ex Dionysio, & probat eam exemplariter de medicina in littera.

¶Nota, quòd maior notanter dicit perfecta bonitas in his, quæ ad finem ordinantur, quia gradus bonitatis in medijs attenditur pœnes inducere ad finem; sed in bonis absolutè, & finalibus attenditur gradus bonitatis pœnes accessum, & maiorem participationem primi boni. Quare dicit Doct. Sanct. in his, &c. Deinde cum dicit.

¶Est autem sciendum, quòd est alius finis legis humanæ, & alius legis Diuinæ. Legis enim humanæ finis est temporalis tranquillitas ciuitatis, ad quem finem peruenit lex cohibendo exteriores actus quantum ad illa mala, quæ possunt perturbare pacificum statum ciuitatis. Finis autem legis Diuinæ est perducere hominem ad finem fœlicitatis æternæ, qui quidem finis impeditur per quodcumque peccatum, & non solùm per actus exteriores, sed etiam interiores; & ideo illud quod sufficit ad perfectionem legis humanæ vt scilicet peccata prohibeat, & pœnam apponat, non sufficit ad perfectionem legis Diuinæ, sed oportet, quòd hominem totaliter faciat idoneũ ad participationẽ fœlicitatis æternæ.

¶Deducit minorem prædictam suppletam notando differentiam inter finem legis humanæ, & Diuinæ. Ex qua differentia clarè notata assumit sic pro minore. Ad perfectionem legis Diuinæ, quæ est scilicet perducere ad finem, qui est fœlicitas ęterna, requiritur, ℔ hominem totaliter faciat idoneum ad participationem fœlicitatis æternæ, sed vetus lex hoc facere non potuit, igit minor vera. Maior ista patet ex differentia notata inter legẽ humanã, & Diuinã, quo ad differentiam finis. Et patet ętiam de se, quia nullus consequitur beatitudinem nisi totus idoneus.

¶Nota autem verbum D.S. cũ dicit, finis legis Diuinæ est beatitudo, &c. quia loquitur de lege Diuina vt extendit se ad nouam & veterem. Ex quo patet, quod supra dictum fuit, quod idem est finis nouæ, & vete. legis. q. 91 articulo 5. quare licet immediatè ordinarentur istæ leges ad aliud bonum expresè vtrobique posicitum ex parte subditorum, tñ ex parte legislatoris idẽ est finis.

¶Quod quidem fieri non potest nisi per gratiam Spiritus sancti, per quam diffunditur charitas in cordibus nostris, quæ legem adimpler. Gratia enim Dei vita æterna, vt dicitur Ro. 6. hanc autem gratiam lex vetus conferre non potuit, reseruabatur enim hoc Christo, quia vt dicitur Ioan. primo. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

¶Probat minorem proximam quam suppleui sic, homo redditur idoneus totaliter ad participationem veræ beatitudinis p gratiam Spiritus sancti, sed hanc gratiam lex vetus dare non potuit, igitur minor vera. Maior ista sumatur in Apostolo. Minor ista patet, quia dare gratiam reseruabatur Christo. Tunc ibi.

Heb. 10.

¶Et inde est, quòd lex vetus bona quidem est. d sed imperfecta, secundùm illud Heb. 5. Nihil ad perfectum adduxit lex.

¶Infert conclusionem ipsam limitatiuam, & probat eam secũdo quo ad secundam partem auctoritate Apostoli ad Hebreos. Et intelligitur, quòd nihil ad perfectum, ideſt ad perfectionẽ nec iustitiæ nec patriæ adduxit.

ARGVMENTVM in contrariũ est pro conclusione responsiua. Circa hoc argumentũ nota, quòd Apostolus in illis verbis concludit intentum suum ibidem, scilicet quòd lex non solũ modo non sit peccatum, sed bona tanquam faciens cognoscere peccatum, & prohibẽs ipsum, & quod dicit lex quidem sancta est intelligitur de tota lege, quia in Deum ordinat. Secundò idẽ cõcludit quo ad mandatum particulare legis, scilicet ceremonialia præcepta, quæ ordinant ad Deum, vnde dicit, & mandatum sanctum est. Sed quod dicit Iustum pertinet ad præcepta iudicialia, quibus homo debito modo ordinatur ad proximũ. Quod autem dr, Bonum intelligitur. i. honestum quantum ad moralia, quę qa sunt de dictamine rationis naturalis vt infra patebit, ideo honesta. Est enim honestum idem, quod rationi conforme.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd Dominus loquitur ibi de præceptis cerimonialibus, q̃ quidẽ dicuntur non bona, quia gratiam non conferrebant, per quã homines a peccato mundarentur, cum tamen per huiusmodi se peccatores ostenderent; vnde signanter dicitur.* Et iudicia in quibus non viuent, ideſt per quæ vitam gratiæ obtinere non possunt, & postea subditur. Et pollut eos in muneribus suis, ideſt pollutos ostendi cũ offerrent omne id, quod aperit vuluam propter delicta sua.

Ezech. 20.

¶Ad maiorem, intelligitur auctoritas illa dedi præcepta cerimonialia non bona, scilicet bonitate perfecta, quæ est inductiuũ esse, & causatiuum gratiæ. Similiter de iudicijs, præcipiebat enim vetus lex oblationes, & sacrificia, & primogenita animalium p quæ ostendebant se peccatores, & tamen non contulit gratiam emundantem. Cum quo stat, quòd habuit aliquam bonitatẽ imperfectam, quia innotescebat peccatum, & ipsum prohibebat, & disponebat ad Christum venturum. Et vide Nico. de Lyra, super ista auctoritate, qui D.S. in hac solutione allegat. Et cum hoc ponit aliam expositionem Rabi Salo. qui dicit, quòd quamuis præcepta veteris legis essent bona in se, eo quòd erant contentiua iustitiæ, tamen nõ erant bona transgressoribus, qui puniendi erãt grauius post agnitam Domini voluntatẽ, & iudicia in quibus nõ viuent, ideſt morietur. Præcepta enim iudicialia in pluribus easibus dicebant mortem inferendam transgressoribus. Et secundùm hanc expositionem etiam patet, quòd præcepta sunt in se bona. Ad minorem, conceditur ergo, &c. verum non fuit bona bonitate medij perfecti, quæ consistit in habere virtutem inductiuã finis ratione dispositionis, quæ est necessitas, quod facit noua lex, quæ habet rationem, quæ est dispositio immediata ad beatitudinem.

¶Ad secundum dicendum, quòd lex dicitur occidisse non quidem effectiuè, sed occasionaliter ex sua imperfectione, inquantum scilicet gratiam non conferebat per quam homines implere possent, quod mandabat, vel uitare, quod uetabat; & sic occasio ista nõ erat data. sed sumpta ab hominibus, unde & Apostolus ibidem dicit. Occasione accepta peccatum per mandatum seduxit me, & per illud occidit. Ex hac enim ratione dicitur, quòd lex subintrauit vt abundaret delictum, vt li ut, teneatur consecutiuè non causaliter, inquantum scilicet homines accipientes occasionem a lege, abundantius peccauerunt; tum quia grauius fuit peccatum post legis prohibitionem, tum etiã, quia concupiscentia creuit, magis enim concupiscimus, qđ nobis prohibeť.

¶Maior conceditur, & patuit supra. Sed minor negatur, & ad primam auctoritatẽ, quę probat, quod fuerit mortifera, dico, quòd sine lege peccatum mortuum fuerit non quia ante legem nõ esset peccatum, cum per vnum hominem prius intrauerit, sed quia peccatum mortuum erat, vel quantum ad cognitionem hominis, qui nesciebat esse peccata, puta concupiscẽtiam; vel quia erat mortuum, quia non habebat peccatum tantã efficaciam inducẽdi hominem ad mortem, sicut postea occasione accepta sub lege. Vltra ad aliam partem auctoritatis, scilicet ego autem viuebam, intelligitur dupliciter. Vno modo quantum ad id, quod homini videbatur de seipso dum ignorabat peccatum esse id per qđ mortuus erat, Apoc. tertio. Nomẽ habes, quòd viuas, sed mortuus es. Secundò intelligitur per comparationem ad mortem, quæ consecuta est occasione legis. Dicuntur enim minus peccantes viuere in comparatione ad eos qui magis peccant. Vltra dico, quòd peccatum reuixisse per legem, intelligitur vno modo quantũm ad cognitionem. Secundò quantum ad virtutem, quia data lege occasionaliter augmentata est virtus peccati, quia peccatum accepit occasionem ex lege, quia aucta est ratio præuaricationis, & creuit desiderium peccandi. Vnde reuixit peccatum, non quia lex sit causa, nec quia dedit occasionem peccandi, sed quia vel ipsum accepit vel homo occasionem ex lege. Dare enim occasionẽ peccandi est

candi est, scandalizare, & per consequens est peccare, quod fit qñ quis facit opus minus rectum vnde proximus scandalizatur. Sed si quis rectum opus faciat non dat occasionem peccati; quia igitur lex rectum aliquid fecit, quia peccatum prohibuit, ideo non dedit occasionem peccandi, sed homo occasionem ex lege accepit, vnde reuixit peccatum occasionaliter, occasione accepta non data; quare ex illa auctoritate non habetur, quòd fuerit mala, sed imperfecta, ratione cuius imperfectionis, scilicet quia non conferebat gratiam, homines acceperunt occasionē peccandi, quare non fuit de se mortifera. Ad secundam auctoritatem dico, ꝙ lex subintrauit, ideſt quasi media intrauit inter peccatum hominis, & donum gratiæ Christi vt abundaret delictum, dic�reo, quòd exponitur tripliciter. Vno modo, quòd hoc, quod dicitur, vt, tenetur consecutiuè non causaliter, quia lex non fuit data vt homines peccarent, immo peccatum prohibuit quantum in se fuit, sed data lege, consecuta est abundantia delictorum in pluribus, non in omnibus, dupliciter. Vno modo quantum ad peccatorum multitudinem, lex enim peccatum demonstrat, sed concupiscentiam peccati non auferebat. Cum autem alicui prohibetur, quod concupiscit vehementius in concupiscentia illius exardescit, sicut & fluuius appositoobice fortius fluit, & obicem frangit. Secundo modo consecuta est abundantia peccatorum, quantum ad peccatorum grauitatem. Grauius enim fuit peccatum vbi accessit præuaricatio non tantùm legis naturæ, sed etiam legis scriptæ, & ita patet, quòd lex non fuit nociua, sed magis proficua, & vtilis quãtum est de se, iuxta hanc expositionem, quæ est D. S. hic in solutione. Sed secundò exponitur ita, quòd ipsum vt teneatur causaliter, ita quòd loquatur Apostolus de abundantia delicti secundùm quòd est in nostra cognitione, vt sit sensus lex subintrauit vt abũdaret delictum, ideſt vt abundantius delictũ cognosceretur, quia quandoque dicitur aliquid fieri cum innotescit. Tertiò exponitur secundùm quòd ipsum, vt, iterum tenetur causaliter, ita tamẽ quòd abundantia delicti non intelligatur finis legis subintrantis, sed id, quod ex abundantia delicti sequitur. s. humiliatio hominis, quia ex abundantia delicti sequitur, scilicet humiliatio hominis, quia ex abundantia delicti, quæ occasionem sumpsit ex lege, consecutum est, quòd homo infirmitatem suam cognoscens humilietur, vnde intentio Dei dantis legem non terminatur ad multitudinem peccatorum, sed ad humilitatem hominis propter quam permisit abundare delicta, quare negatur consequentia, quia minor falsa est.

Lex subintrauit, ut abundaret delictum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd iugum legis seruari non poterat sine gratia adiuuante quam lex non dabat, dicitur enim Rom. 9. Non est volentis neque currentis scilicet velle, & currere in præceptis Dei, sed miserentis Dei; vnde in Psalm. dicitur. Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum, scilicet per donũ gratiæ, & charitatis.

¶ Maior conceditur dico autem primò, quòd oportet quidem quod sit possibilis, ita quòd non est simpliciter supra vires, & supra posse hominis, potest tamen quandoque id, quod est obseruãdum ex lege esse difficile. Secundò dico, quòd lex est possibilis, vel per virtutem hominis, vel per virtutem Diuinam, quæ communicatur obseruanti legem, vel virtute legis vel aliunde. Et tertiò dico, quòd ista maior præsertim vera est de lege humana. Et quartò, quòd nullus tenetur ad hoc, quod est supra vires suas, nisi per hunc modum quo fit sibi possibile, vt habet D. S. quodlibeto secundo. arti. 6. Ad minorem, negatur, quòd vetus lex non fuerit possibilis per Diuinum auxilium, & Diuinam gratiam, quæ non defuerunt omnino volenti obseruare legem, quia ipsa præfigurabat Christum per cuius fidem huiusmodi auxilia conferebantur. Ad probationem minoris, quæ est per auctoritatem dico, quòd non potuerunt portare onus legis, quia non facilè, secundò non potuerunt seruare iugum legis sine gratia, quæ habebatur per fidem Christi. Vnde dicit B. Petrus post prædictam auctoriatem. Sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari quemadmodum, & illi. Sed quia quod per amicos possumus, non reputatur impossibile, ideo lex non est impossibilis, quare negatur consequentia, &c. ¶ Et nota, quòd illa auctoritas ex actibus Apostolorum allegata, intelligitur de onere ceremonialium, & iudicialium præceptorũ, vt haberi potest etiam ex Sco. in d. vlti. tertij nõ autem de moralibus, quia ipsa sunt de dictamine legis naturæ.

Vtrum lex vetus sit a Deo.

R Infra q. 106. arti. 2. ad 3. & ar. 4. ad 3. & q. 107. arti. 1. cor. fi. Et 3. q. 42. art. 4. ad 2. * Arti. 1. & supra. q. 91. ar. 5.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd lex vetus non fuerit a Deo dicitur enim Deutero. 32. Dei perfecta sunt opera, sed lex fuit imperfecta, vt supra dictum est.* ergo lex vetus non fuit a Deo.

¶ 2 Præterea. Eccle. 3. dicitur. Didici, quòd omnia opera, quæ fecit Deus perseuerent in æternum, sed lex vetus non perseuerat in æternum, dicit enim Apostolus ad Hebre. 7. Reprobatio fit quidem præcedentis mãdati propter infirmitatem eius, & inutilitatem, ergo lex vetus non fuit a Deo.

¶ 3 Præterea. Ad sapientem legislatorem pertinet non solùm mala auferre, sed etiam occasiones malorũ; sed vetus lex fuit occasio peccati, vt supra dictum est.* ergo ad Deum cui nullus est similis in legislatoribus, vt dicitur Iob. 36. Non pertinebat legem talem dare. * ar. 1. ad 2.

¶ 4 Præterea. 1. ad Thimo. 2. dicitur, quòd Deus vult omnes homines saluos fieri, sed lex vetus non sufficiebat ad salutem hominum vt supra dictum est.* ergo ad Deum non pertinebat talem legem dare, lex ergo vetus non est a Deo. * Ar. præ.

¶ Sed contra est quod Dominus dicit Matth. 15. Loquens Iudæis quibus erat lex vetus data. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras, & paulò ante præmittitur. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod manifestè in lege veteri continetur, ergo lex vetus est a Deo.

¶ Hic agitur de auctore veteris legis.

¶ Respondeo dicẽdum, quòd lex vetus a bono Deo data est, qui est pater Domini nostri Iesu Christi.

¶ Ista est conclusio responsiua quam D. S. consequenter probat, ibi. Lex enim, &c. & in fine eam sententialiter resumit, ibi: Et ideo ab eodem, &c.

¶ Nota autem pro intellectu huius conclusionis, quòd Pytagoras diuisit omnia entia in duos ordines, & vnum ordinem reduxit in bonum, sicut in principium, & alterũ in malum. Ex illo ergo errore pullulauit hæresis Manicheorũ, qui ponunt duos deos, vnum creatorem inuisibilium, & incorporalium, & noui testamenti, alium Deum ponunt creatorem visibilium malorum corporalium, & veteris testamenti; vnde dicebant, quòd vetus lex esset quidem ab aliquo Deo, sed non ab eo, qui est pater Christi secundùm diuinitatem. Et ad hanc hæresim excludendã dicit conclusio; quòd lex vetus est a bono Deo, qui est pater.

¶ Nota etiam, ꝙ lex vetus est a Deo, qui est pater Christi, &c. Non ad hunc sensum, quòd non sit a filio, & Spiritu sancto, quia opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa, sed est ab eo sicut ab auctore totius Trinitatis, tamen per filium. Et potest intelligi ista conclusio, quòd est a Deo vt Deus supponat pro omnibus ꝑsonis indistinctè, sed relatiuum, qui, refert distinctèvnum suppositum, ita quòd Deus supponat pro singularitate deitatis, qui, autem referat suppositum deitatis, in Diuinis enim distinguuntur singulare, & & suppositum, vt alibi declarabitur. Est ergo vetus lex a Deo bono qui est pater, & filius, & Spiritus sanctus, q̃ Deus, ideſt in quo singulari Deo est vnũ suppositum, quod est pater Christi. Vel potest intelligi, quia videlicet lex vetus est a bono Deo. qui est pater Christi, scilicet secundùm humanitatẽ eo modo quo dicit Christus, Ioannis. 20. Ascendo ad Deum meum, & Deum vestrum. Et tunc nulla est difficultas. Vide D. S. 3. par. q. 20. art. 2. quia sic Christus secundùm Diuinitatem est pater ſujpſius secundùm humanitatem, & tunc hoc, quod dicitur bonus Deus supponit pro suppositis Diuinæ naturæ omnibus. Deus enim vnus existens in tribus personis, est pater Christi secundùm humanitatem sicut, & omnium rerum aliarum. Consequenter eum dicit. Deus qui est Pater, &c.

¶ Lex enim vetus homines ordinabat ad Christum dupliciter. Vno quidem modo testimonium Christo perhibendo, vnde ipse dicit Luc. vl. Oportet impleri oĩa quæ scripta sunt in lege, & in Psalm. & in prophetis de me, & Ioan. 5. Si crederetis Moysi, crederetis forsitã, & mihi, de me enim ille scripsit. Alio modo per modum cuiusdam dispositionis dum retrahens homines a cultu idolatriæ concludebat eos sub cultu vnius Dei, a quo saluandum erat humanum genus per Christum, vnde Apostolus dicit ad Gal. 3. Priusquam veniret fides, sub lege custodiebamur concluſi in eam fidem, quæ reuelanda erat.

¶ Probat conclusionem prædictam tali ratione. Lex vetus ordinabat, & disponebat ad Christum dupliciter, scilicet testimonium perhibendo, & retrahendo ab idolatria, sed eiusdem est disponere ad finem, & ad finem perducere, ergo sequitur cõclusio, quòd ille qui fecit salutem hominum per gratiam Christi, qui solus est finis, etiam dedit dispositionem ad Christum, scilicet legẽ veterem, vt dicit D. S. in fine corporis, sed ille est bonus Deus, qui est pater Christi. Huius rationis D. S. ponit primò maiorem, secundò minorem, ibi. Manifestum est autem, &c. Maior ergo pro prima

prima parte, scilicet quòd lex vetus perhibere testimonium de Christo, patet Lucæ vltimo, & Ioannis. 5. vt in littera.

Christo nõ faciente miracula, debet tenebantur ei credere.

¶ Et nota circa auctoritatem B. Ioannis ea, quæ habet D. S. qđ libe. 2. arti. 6. quia vetus testa. a Deo testimonium perhibuit Christo vt Christus potuerit se ostendere auctorem legis, & Messiam, per auctoritatem scripturæ, & ve. test Et inde venit vt D. S. ibidem deducit, quòd si Christus non fecisset visibilia miracula, nihilominus homines ei acquiescere tenebantur, tum propter Doctrinam in lege fundatam, tum propter interiorem instinctum, nec obstat, quod habetur Ioan. 15. Si opera non fecissem in eis, q̃ &c: quia inter illa opera debent etiam annumerari vocatio interior, & eius Doctrina, vnde, & Christus dicit. Si nõ venissem, & locutus eis non fuissem peccatum non haberent. Patet igitur maior, quòd lex vetus testimonium perhibuit Christo. Secunda pars maioris, scilicet quòd disponebat retrahendo ab idolatria, declaratur in littera clarè.

¶ Mauifestum est autem, quòd eiusdem est disponere ad finem, & ad finem perducere, & dico eiusdem per se, vel per suos subditos. Non enim Diabolus legem tulisset per quam homines adducerentur ad Christum p quem erat eijciendus, secundùm illud Mat. 12. Si sathanas sathanam eijcit, diuisum est regnum eius.

¶ Subiungit minorem principalem, & eam exponit, & intelligitur, quòd eiusdem agentis est disponere ad finem, & in ipsum perducere, sed nõ eiusdem dispositionis; sicut patet in generatione hominis, vbi sunt diuersæ dispositiones subordinatæ donec perueniatur ad formam humanam, sed agens est idem. Secundò exponitur a D. S. quòd eiusdem agentis est disponere, & perducere per se, vel per suos subditos. Si enim aliquis non sit alicui subditus, scilicet per obedientiam, & concordiam affectus, tunc non disponit ad eundem finem intentum ab alio a quo discordat, & ergo sequitur, ꝙ diabolus non tulisset legẽ per quam hoſes, &c. vt in littera, quia nõ est subditus Christo, & Deo. ſp volũtatis cõ cordiam, licet potestati Christi omnia subiecta sint, Tunc ibi.

¶ Et ideo ab eodem Deo, a quo facta est salus hominum per gratiam Christi, lex vetus data est.

¶ Resumit, & infert conclusionem responsiuam, iuxta exigentiam probationis, quòd ab eodẽ Deo a quo salus hominum facta est, quæ est finis, data est lex vetus, quæ est medium, & dispositio. Ille autem est bonus Deus, & pater Christi, qui saluat homines, igitur, &c. Et est intentũ rõnis sub breuibus. Quicumq; deducit in finem, ille ẽt dat dispositionem ad ipsum, vel per se vel per alium sibi subiectum; sed Deus pater Christi deducit in finem veteris legis, igitur etiam veterem legem, quę est dispositio dedit per se vel per alium sibi subiectum, vt patebit ar. sequenti.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione respon. quia mandatum Dei, scilicet honore patrem, dicit Christus irritum factum a Iudæis, sed hoc continetur expresè in lege vete. igitur Deus dedit legem veterem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd nihil prohibet aliquid non esse perfectum simpliciter, quod tamen est perfectum secundum tempus, sicut dicitur aliquis puer perfectus non simpliciter, sed secundùm temporis conditionem; ita etiam præcepta, quæ pueris dantur sunt quidem perfecta secundùm conditionem eorum quibus dantur, & si non sint perfecta simpliciter, & talia fuerunt præcepta legis, vnde Apostolus dicit ad Gal. 3. Lex pedagogus noster fuit in Christo.

¶ Ad maiorem, Dei opera perfecta sunt, non semper simpliciter, ideſt totaliter, & omnino tanquam nullum habentia defectũ negatiuum, sed in specie, & natura. Et secundò perfecta sunt Dei opera, & effectus ordinati in finem secundùm conditionem hominum, & temporis; sicut Doctrina puerorum perfecta est attenta conditione pueili, licet non sit simpliciter, & omnino pfecta.

¶ Ad minorem conceditur, quòd fuerit imperfecta comparatiuè ad nouam legem, & fuit non simpliciter perfecta, fuit tamen perfecta pro suo tempore, & secundùm conditionem populi tũc imperfecti, quia populus erat adhuc sub pedagogo, ideſt directore, & conseruatore, qui dirigebat in viam Christi; quare negatur consequentia. Vide de illa maiore secunda secundæ. q. 7. art. 2. ad primum. Vbi D. S. innuit vnam glosam iam tactam, quia Dei opera sunt perfecta, perfectione essentiali, & specifica, sed non perfectione accidentali, & possibili haberi, sicut patet de fide informi. Similiter producit, & dat Doctrinas perfectas secundum capacitatem recipientium, sicut est in proposito simile secunda secundæ q. 1. articulo 7. ad secundum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd opera Dei perseuerant in æternum, quæ sic Deus fecit, vt in æternũ perseuerent, & hæc sunt ea, quæ sunt perfecta; lex autẽ vetus reprobatur tempore perfectionis gratiæ, non tanquã mala, sed tanquam infirma, & inutilis pro isto tempore, quia vt subdit. Nihil ad perfectum adduxit lex, vnde & ad Gal. 3. dicit Apostolus. Vbi venit fides iam non sumus sub pedagogo.

¶ Maior intelligitur de his operibus, quæ sunt per se de perfectione vniuersi, & de operibus naturalibus, sed non intelligitur de his, quæ fiunt solùm propter aliud; nam talia commensurantur hominibns in finem deducendis; nec intelligitur de quibuscũque gratuitis. Minor conceditur, sed dico, quòd lex vetus est de genere eorum, quæ fiunt propter alia, & habet commensurari capacitati, & dispositioni hominum tanquam Doctrina, & dispositio ad vlteriorem perfectionem. Data enim fuit vt disponeret ad legem nouam tanquam perfectiorem; quare ea veniente, cessauit; sicut & patet in generatione naturali vbi dispositio imperfectior cessat aduenìente perfectiori, quare negatur, consequentia.

¶ Nota etiam propter maiorem, quòd præsertim in operibus gratuitis, & miraculosis, non oportet, quòd opus Dei semper & in æternum maneat, quando non est de necessitate salutis, immo potest tale opus sine omni culpa cessare, sicut patet apud D. S. in quarto d. 6. in expositione litteræ de vsu rationis in Ioanne Bap. & de raptu Pauli. Quare auctoritas illa intelligitur de operibus, & effectibus naturalibus, per se facientibus ad perfectionem vniuersi. Vnde, & Nicolaus de Lyra illam auctoritatẽ exponit post iam dictam glosam de partibus mundi essentialibus, quæ manẽt in toto vel secundùm partes.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut supra dictũ est.* Deus aliquando permittit aliquos cadere in peccatum vt exinde humilientur, ita etiam voluit talem legẽ dare, quam suis viribus homines implere non possent, & sic dum homines de se præsumentes peccatores se inuenirent, humiliat, recurrerent ad auxilium gratiæ. * q. 97. art. 4.

¶ Maior distinguitur. Si enim intelligitur, quòd sapiens legislator vniuersalis debeat auferre occasiones malorum datas, conceditur, & tunc minor est falsa, vt patet ar. 1. ad secundum. Si autem maior intelligitur, quòd habeat auferre occasiones acceptas, negatur, quia alias sequeretur quòd Deus nulla bona corporalia creasset, ex quibus homines plerumque sumunt occasionem peccandi, secundùm quòd dicuntur creaturæ Dei factæ in muscipulam pedibus insipientum, & præsertim, quia nouit aliquod bonũ & melius inde elicere. Et tunc dico ad minorem, quòd lex vetus fuit occasio accepta, vt patuit. Sed homines peccantes, & præsumentes humilitati fuerunt, & recurrerunt ad auxilium Dei; quare negatur consequentia, quia dicebat ille superbus populus. Nõ deest qui impleat, solùm non desit qui iubeat. Postquam autem expertus fuit suam infirmitatem, humiliatus quæsiuit auxilium Diuinum. Et de materia huius solutionis vide supra, q. 79. artic. 4. vbi dictum fuit, quòd Deus permittit aliquos cadere vt humiliẽtur sic, & dat, & facit vnde homines sumant occasionem peccandi propter melius, scilicet propter maiorem humilitatem, nam vt habet D. S. secunda secundæ q. 162. arti. 6. ad tertium. Sapiens medicus in remedium maioris morbi, patitur infirmum in leuiorem morbum incidere, ita in proposito, vt superbia illius populi sanaretur, quæ graue peccatum est, dedit legem sibi ex propria virtute impossibilem, & difficilem ex qua, & occasionem peccandi accepit vt humiliaretur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis lex vetus non sufficeret ad saluandũ homines, tamen aderat aliud auxilium a Deo hominibus simul cum lege, per quod saluari poterant, scilicet fides mediatoris, per quam iustificati sunt antiqui patres, sicut etiam nos iustificamur; & sic Deus non deficiebat hominibus quin daret eis salutis auxilia.

¶ Ad maiorẽ concedit ad sensum, quẽ D. S. habet prima parte. q. 19. ar. 6. ad 1. Sed dico, ꝙ ꝓterea nõ oportet, ꝙ omnia, q̃ Deus facit sint sufficientia ad salutẽ, sed quantũ est ex parte Dei ad salutẽ ordinantur, & ex parte hominis ad salutem requiruntur. Ad minorem conceditur, ꝙ nõ sufficiebat, tñ cũ ea aderat auxilium sufficiens, s. fides mediatoris, ad quam vetus lex disponebat dupliciter, vt dictum est in corpore. ¶ Vnde posset secundò dici ad minorem, ꝙ verum quidem, ꝙ non sufficiebat ad salutem, tñ ad eam disponebat, tum directè disponendo ad Christum vt dictum est, tum prohibendo peccata, quorum euitatio necessaria est ad salutẽ, tum indirectè humiliando populum superbum, qui per hanc legem humiliatus accurrit ad auxilium Diuinum; quare negatur consequentia, quia non sequitur, nõ est sufficiens ad salutẽ, igitẽ nõ est a Deo, qui vult oẽs saluos fieri. Sed benè sequitur, ꝙa Deus vult oẽs hoĩes saluos fieri, ideo lex eius quælibet nõ est cõtra salutẽ hominũ, & hoc verũ est. Et secundò sequitur, ꝙ oportet, ꝙ aliquo modo disponat vel cooperetur ad salutẽ, & hoc etiam fuit, sed nõ oportet, ꝙ sufficiat. Et ratio huius habetur infra. ar. 6. quia Deus paulatim volebat hominem ducere ad perfectum, &c.

Vtrum

Vtrum lex vetus fuerit data mediantibus Angelis.

5 AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd lex vetus nõ fuerit data per Angelos, sed immediatè a Deo. Angelus enim nuncius dicitur, & sic nomen Angeli ministerium importat non Dominiũ, secũdum illud Psal. Benedicite Domino omnes Angeli eius ministri eius; sed vetus lex a Domino tradita esse perhibetur. Dicitur enim Exo.20. Locutusque est Dominus sermones hos, & postea subditur. Ego enim sum Dominus Deus tuus, & idem modus loquendi frequenter reperitur in Exo. & in libris consequentibus legem, ergo lex est immediatè data a Deo.

Infra ar.5. argum. pro uerit. Et Isa.6. co.4. Et Galat.3. Lec.7.co.2. Et co.2.lec. 4.col.2.fin. Et Heb. 1. & 2. & 5.

¶ 2 Præterea. Sicut dicitur Ioan.primo. Lex p Moysen data est, sed Moyses immediatè accepit a Deo. Dicitur enim Exo.33. Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet amicus ad amicum suum; ergo lex vetus immediatè data est a Deo.

¶ 3 Præterea. Ad solum principem pertinet legem ferre, vt supra dictum est. * sed solus Deus est princeps salutis animarum, Angeli verò sunt administratorij spiritus, vt dicitur ad Heb.primo; ergo lex vetus per Angelos dari non debuit, cum ordinaretur ad aïarũ salutẽ.

* q.90.ar 3.

¶ Sed contra est, quod dicit Apostolus ad Gal.3. Lex data est p Angelos in manu mediatoris; & Actuũ.7. dicit Stephanus. Accepistis legem in dispositione Angelorũ.

¶ Hic consequenter agit de auctore vete. le. minus principali, habetur enim ex articulo. præce. quòd est a Deo instituta, & quasi composita lex vetus, ideo est quæstio. an etiam per Deum sit immediatè populo Iudaico promulgata. Plerumque enim alius instituit alius promulgat.

¶ Respondeo dicendum, quòd lex data est a Deo per Angelos. Et præter rationem generalem quam Dionysius assignat in 4.cap.ce. Hierarchiæ. * quòd Diuina debent deferri ad homines mediantibus Angelis, specialis ratio est quare legẽ veterẽ per Angelos dari oportuit.—

* Dionys. cap 4. ante medium.

¶ D.S. in hoc corpore primò præmittit conclusionem responsiuam cum probatione generali, secundò resumit conclusionem explicando eam cum ratione speciali, ibi. Dictum est enim, &c. tertiò ostendit illã secũdã rationẽ esse fundatam in Apostolo ibi. Et per hunc, &c. Quo ad primum ista est conclusio respon. Lex data est a Deo per Angelos, & intelligitur data .i. promulgata, ita q̃ Moyses immediatè accepit eam ab Angelo qui sibi loquebatur; probatur ratione generali, & communi legi, & alijs Diuinis illuminationibus, & reuelationibus sic. Diuina debent deferri ad homines mediantibus Angelis, igitur & lex. Antecedens est Dionysij. Tenet consequentia, quia & lex vetus, quædam Diuina reuelatio fuit. ¶ Nota, quòd ordo Diuinæ prouidentiæ habet vt inferiora per superiora regantur, & perficiantur. Angelus autem ordine naturæ secundùm lumen intellectuale, excedit hominem, & secundum naturam, omnem creaturam corporalem; ideo & homines ab Angelis illuminantur, & Diuinas reuelationes suscipiũt, & tota natura corporalis ab eis administratur, vt habet D.S. prima parte.q.110.ar.1.& q.111.ar.1. Et hoc est etiã medium quo D.S. tertia parte.q.3.ar.2. probat annunciationem Diuinam conuenienter esse per Angelum factum, &c.

¶ Nota etiam, quòd lex vetus fuit quædam illuminatio, & reuelatio Diuina, & in hoc conuenit cum alijs Diuinis reuelationibus. Fuit etiam reuelatio, & doctrina talis, scilicet dispositiua ad salutem perfectam, & doctrinam exhibendam per Christum. Et in hoc differt ab alijs reuelationibus D.S. igitur in illa iam dicta ratione probat de lege veteri, quòd fuit data mediante Angelo, inquantum est reuelatio Diuina, & vt conuenit cum alijs reuelationibus. Et propterea dicit, quòd sit ratio generalis, ideſt procedit de veteri lege secundùm rationem, quam habet communem cum alijs reuelationibus Diuinis. Sequens autem ratio dicitur specialis, hoc est procedit de veteri lege, quantum ad id, quod habet proprium, & speciale. Vnde. Consequenter cum dicit.

* Ar. huius q.1.

¶ Dictum est * enim, quòd lex vetus imperfecta erat, sed disponebat ad salutem perfectam generis humani, quæ futura erat per Christum; sic autem videtur in omnibus potestatibus, & artibus ordinatis, quòd ille, qui est superior principalem, & perfectum actum operatur per seipsum; ea verò, quæ disponunt ad perfectionem vltimam operatur per suos ministros; sicut nauifactor compaginat nauem per seipsum, sed præparat materiam per artifices subministrantes; & ideo conueniens fuit vt lex perfecta noui testamenti daretur immediatè per ipsum Deum hominem factum, lex autem vetus per ministros Dei, scilicet per Angelos daretur hominibus. ——

¶ Subiungit secundam rationem ipsam, quæ stat in hoc. Lex vetus imperfecta erat, sed disponebat ad salutem perfectam, &c. vt in littera, sed sic videtur in omnibus potestatibus, &c. vt in littera, igitur conclusio vera, quam hic resumit in fine cum explicatione, q̃ lex noua, quæ continet salutẽ perfectam debuit dari per superiorem .s. Deum incarnatum, sed vetus per Angelum, qui est inferior. Maior patuit ar. primo & secundo. Minor declaratur exemplariter de nauifactore, &c. Deinde cum dicit.

¶ Et per hũc modum Apostolus ad Heb. probat eminentiam nouę legis ad veterem, quia in nouo testamento locutus est nobis Deus in filio suo, in veteri autem testamento est sermo factus per Angelos.——

¶ Ostendit præcedentem rationem esse fundatam in Apostolo, quia Apostolus probat eminentiam nouæ legis super veterẽ, quia nouam dedit Deus per seipsum, veterem per Angelum, & p hoc habetur, q̃ per imperfectionem legis vete. benè probatur, q̃ est ab Angelo tãquam inferiori, noua autem propter perfectionẽ a Deo, & in hoc stat medium rationis factæ, vt patet intuenti.

¶ Nota tamen, quòd Apostolus probat eminentiam vnius super aliam, quia vna a Deo alia ab Angelo, ratio autem ècõtrario probat, quia scilicet vna eminentior ideo a Deo, imperfectior autem ab Angelo, & tamen radix vna est, &c.

¶ Et confirmatur conclusio argumento in contrarium. Circa auctoritatem adductam in hoc argumento nota, quòd D. S. eam ibidem sic exponit in manu mediatoris, ideſt in potestate Christi. Nicolaus autem de Lyra exponit, ideſt in potestate Christi ad mutandum eam pro voluntate sua tanquam Dominus eius. Vnde Matth. 12. Dominus est filius hominis etiam sabbathi. Et videtur D S. intelligere, quòd Angelus dedit in potestate, & auctoritate Christi, quia Christus ministrabat Angelo loquendi efficaciam, & faciebat per potestatem Dei. Lyra autem intelligit, quòd lex data fuberat potestati Christi, quia potuit eam mutare sicut, & fecit, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Greg. dicit in principio moralium. * Angelus qui Moysi apparuisse describitur, modo Angelus, modo Dominus memoratur; Angelus videlicet propter hoc, quòd exterius loquendo seruiebat, Dominus autem dicitur, quia interius præsidẽs loquẽdi efficaciam ministrabat; & inde est etiã quòd quasi ex persona Domini Angelus loquebatur.—

* Iu ꝑfat. in Iob. ca. 2. ante medium.

¶ Maior conceditur, quòd nomen Angeli saltem quantum ad id a quo nomen imponitur, ministerium importet, licet quantũ ad id cui imponitur, sit nomen naturæ. Et dico etiam, quòd tamẽ Augelus potest gerere personam Domini, & potest dici Dominus in persona Angeli apparere, quando Angelus non intendit ducere in cognitionem sui, sed Dei. Ad minorem dico, quòd vetus lex perhibetur esse tradita a Domino, quia ab Angelo in p̃sona domini, & apparente domino in Angelo, qui Angelo ministrabat virtutem, & efficaciam loquendi. Ad probationem dico; quòd huiusmodi auctoritates intelliguntur, quia Angelus in p̃sona domini loquebatur. Vnde & alibi habetur sepius, quòd Angelis apparuit; & vtrumque verificatur diuersimodè, tamen quia quantum ad substantiam fuit Angelus, sed quantum ad intentionem, & apparitionem dicitur dominus.

¶ Pro maiori intellectu huius solutionis vide D. S. in quarto. dist.49.q.2.ar.7.ad primum, vbi dicit, quòd secundum Diony. 4. ca. cel. Hierar. per hoc, quod in scriptura dicitur, quòd aliquis sanctus videt Deum, vt Esaias vel quilibet alius, non est intelligendũ quòd essentiam Dei, quæ est omnibus viatoribus occulta, viderit, sed quòd ostensæ sunt eis aliquę formę, vel corporales vel imaginariæ, per quas manu ducebantur in Dei cognitionẽ. Et hoc fiebat ministerio Angelorum, quorum illuminatione confortabatur intellectus prophetæ ad perueniendum in aliqualem diuinorum cognitionem ex apparentibus formis. Et quia Angelus non intendebat ducere in sui cognitionem principaliter, sed in cognitionem Dei, ideo in huiusmodi visis non dicebatur Angelus apparere, sed Deus ex cuius persona apparebat Angelus, & ex cuius virtute efficaciam habebat ad illuminandum mentem, & hæc vocatur Theophania, ideſt Dei apparitio in scriptura. Quandoque tamen, & Angelus dicebatur ille, qui apparebat propter ministerium, quod exhibebat; vnde Greg. dicit. Angelus qui Moysi apparuisse describitur, modo Angelus modo dominus memoratur. Angelus, quia exterius loquendo deseruit, dñs quia interius præsidens loquẽdi efficaciam tribuit. Et hæc est etiam sententia Aug. secundo de Trini. hæc ille. Ex quibus patet intellectus huius solutionis

lutionis hic in littera positæ. Et intelligitur interius præsidens, scilicet Deus in Angelo, quia Angelus ex Deo habuit virtutem illuminandi eos quibus loquebatur.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd sicut Aug. dicit. 12. super Gen. ad litteram, * in Exo. dicitur. Locutus est dominus Moysi facie ad faciem, & paulo post subditur. Ostende mihi gloriam tuam, sentiebat ergo quid videbat, & quod non videbat desiderabat, non ergo videbat ipsam Dei essentiam, & ita non immediatè ab eo instruebatur; quod ergo dicitur, quòd loquebatur ei facie ad faciem, secundùm opinionem populi loquitur scriptura, qui putabat. Moysen ore ad os loqui cum Deo cũ per subiectam creaturam, ideſt per Angelum, & nubẽ ei loqueretur, & appareret. Vel per visionem faciei intelligitur quædam eminens contemplatio, & familiaris infra essentiæ Diuinæ visionem.——

* Gen. cap. 33. paulo post prin. nom. 3. Dubio.

¶ Ad minorem, negatur quòd immediatè a Deo in propria persona, sed ab Angelo in persona Dei, qui dicitur Deus ratione dicta ad primum. Et secundò dicitur accepisse a Deo secundũ opinionem populi, qui opinabatur Deum loqui Moysi, cum Angelus loqueretur. Hæc autem locutio qua Angelus sibi locutus fuit potuit esse imaginaria, aut corporalis, aut etiam intellectualis, citra tamen visionem Diuinæ essentiæ in se. Et talis locutio dicitur facie ad faciem, quare negatur consequentia.

¶ Circa hanc solutionem nota, vbi dicitur infra visionem Diuinæ essentiæ, quia ibi tangitur dubium in quo laborat Nicolaus de Lyra Numeri. 12. & Exo. 33. & 20. An videlicet Moyses quandoque viderit Diuinam essentiam, de hoc vide Doct. S. in quarto, vbi statim ad quartum, quia determinat post Augustinum, q̃ in legislatione de qua Exo. 20. & 33. non viderit Diuinam essentiam, quia dicitur sibi. Faciem meam videre non poteris; vnde qđ ibidem dicitur. Loquebatur facie ad faciem, exponitur vt hic in solutione, & quòd intelligitur de priuilegiata reuelatione. Sed secundùm Augustinum in Exo. promissa fuit sibi visio Diuinæ essentiæ, quam vidit ante mortem suam de qua dicitur. Numeri. 12. Ore ad os loquar ei, & palam, & non per enigmata, & figuras Deum videbit. Verumtamen illud tempus in quo viderat, per scripturam non determinatur. Quare D.S. hic in solutione intelligẽdus est, q̃d non vidit Diuinam essentiam tunc, cum scilicet acciperet legem, quia tunc sensit Deum in Angelo loquentem, quẽ videre desiderabat per essentiam, & illud desiderium secundum Augustinum fuit impletum, sed non legitur quo tempore, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd solius principis est sua auctoritate legem instituere, sed quandoque legem instituram per alios promulgat, & ita Deus sua auctoritate instituit legem, sed per Angelos promulgauit.——

¶ Maior vera est, quòd ad principem pertinet legem ferre, si accipiatur ferre pro instituere sua auctoritate, si autem capitur ferre pro promulgare tunc legem institutam, sic negatur maior.

¶ Ad minorem, ipsa conceditur, ergo lex, &c. verum non debuit institui per Angelos, sed tamen dari, ideſt instituta promulgari, & ita factum est; nam Deus dedit, & ordinauit legem veterem, & eam Angelo inspirauit, qui vlterius eam Moysi, & ipse populo Iudaico pronunciauit.

¶ Circa hanc solutionem posset esse dubium, an institutio qua Deus veterem legem instituit, fuerit æterna vel temporalis. Videtur autem dicendum, quòd si institutio vete. legis capiatur pro apprehensione, & præordinatione vele. in mente Diuina, & pro lege ve. vt concepta est aut pro conceptione ve legis sic, talis institutio æterna est, sicut & aliarum rerum ideæ, & exemplaria. Si autem capiatur institutio le. ve. pro ipsa vt procedit a Deo in creaturam, sic est ꝛeporalis, & nihil aliud, quàm ipsa lex reuelata mẽti Angelicæ, & sic Deus eam instituit immediatè, & Angelus sic intellectam, & acceptam legem, vlterius hominibus denunciauit. Oportet enim hic aduertere, quòd in Deo non est actio temporalis loquendo quo ad absolutum, sed ipse effectus vt procedit a Deo potest dici actio transiens, vel ipsa essentia vel Diuina voluntas vt ab ea emanat sine actione media, ipse effectus dicitur Dei actio. Et ita in proposito, institutio legis veteris, est ipsa lex procedens in intellectu Angelico quam constat esse temporalem, vel ipsa Diuina voluntas vt ab ea progreditur, lex vetus dicitur institutio, & talis est temporalis quo ad respectum, non quo ad absolutum. Sed de his in prima parte, & supra aliquid etiam tactum fuit q.1 articulo 3. Videtur autem institutio magis propriè accipi pro actione tranſeunte, saltem causaliter; vel pro lege procedente, quàm pro actione immanente, quæ est intellectio, & quasi compositio legis, qua Deus ab æterno apprehendit, & ordinauit legem vete. De hac materia vide Capreolum in secundo, distinctio prima q.2. in solutionibus argumentorum contra primam conclusionem.

Capreolus

Vtrum lex vetus debuit soli populo Iudæorum dari, vel omnibus.

T Infra art.5. cor. Et 3.d. 25.q.2.arti. 2. q.2.ad 3. * ar.1.ꝛ.3.

ADquartum sic proceditur. Videtur, quòd lex vetus non debuit dari solo populo Iudæorum. Lex enim vetus disponebat ad salutem, quæ futura erat per Christum vt dictum est. * sed salus illa non erat futura solùm in Iudæis, sed in omnibus gentibus secundùm illud Esaiæ. 49. Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & feces Israel conuertendas, dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ; ergo lex vetus dari debuit omnibus gentibus, & non vni populo tantùm.

¶ 2 Præt. Sicut dicitur Actuum. 10. Non est personarum acceptor Deus, sed non in omni gente, qui timet Deum, & facit iustitiam acceptus est illi, non ergo magis vni populo, quàm alijs via salutis debuit aperiri.

¶ 3 Præterea. Lex data est per Angelos sicut iam dictum est. * sed ministeria Angelorum Deus non solùm Iudæis, sed omnibus gentibus semper exibuit. Dicitur enim Eccle. 17. In vnam quamque gentem præposuit rectorem; omnibus etiam gentibus temporalia bona largitur, quę minus sunt curæ Deo, quàm spiritualia bona; ergo etiam legem omnibus populis debuit dare.

* Acti.3.huius q.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Roma.3. Quid ergo amplius Iudæo: multum quidem per omnem modum. primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei. & in Psal. dicitur. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

¶ Hic Doct. Sanct. ostendit quibus lex vetus debuit dari, & primò hoc facit in hoc articulo, secundò determinat quoddam dubium in sequenti articulo.

¶ Nota autem, quòd vt habet D.S. prima parte.q.21.ar.1.ad tertium, & etiam secundo contra Genti. ca.28.& 29. debitum dicitur de Deo. dupliciter. Vno modo prout debitum est cõdecentia suæ bonitatis, sicut Aug. dicit. Cum parcis malis iustum est, quia bonitati tuæ condecens est. Alio modo dicitur debitum, & iustum qñ retribuit aliquid pro meritis creaturæ vel demeritis, secundùm quòd August. dicit. Cum punis malos iustum est. Posset ergo quęsitum intelligi an vetus lex debuit dari solo populo Iudaico propter aliqua mẽrita illius populi, quibus meruisset illam legem. Potest & intelligi, an debbuit sibi dari propter debitum quo Deus debuit adimplere, quod gratuitò præordinauerat dare isti populo.

¶ Nota etiam, quòd per populum Iudaicum intelligitur non tantùm illa tribus descendens per Iudam filium Iacob, sed omnes decem tribus descendentes ab Abraam, quæ imitabantur fidẽ eius, & circumcisionem.

¶ Respondeo dicendum, quòd posset vna ratio assignari quare potius populo Iudæorum data sit lex, quàm alijs populis; quia alijs populis ad idolatriam declinãtibus, solus populus Iudæorum in cultu vnius Dei remã sit; & ideo alij populi indigni erant legem recipere, ne sanctum canibus daretur. ——

¶ In hoc articuli corpore D.S. determinat tantũ causam, quare isti populo debuerit dari lex vetus, qua habita satis habetur responsio ad quæsitum, quòd solis Iudæis debuit dari. Sic procedit ergo circa hoc, quia primò ponit rationem huius inconuenientiæ quæ posset assignari, secundò eam reprobat ibi. Sed ista ratio, &c. tertiò ponit veram rationem, ibi. Sed ratio, &c. Vt autem habeatur responsio ad quæsitum formaliter, & clarius, ex istis partibus elicio talem conclusionem. Lex vetus debuit dari soli populo Iudæorum, non debito quod fundatur super eorum merita, & immunitate ab idolatria; sed debito, quod fundatur super diuina promissione, patribus istius populi facta de Christo illo populo nascituro. Istius conclusionis prima pars patebit ex primis duobus textibus, secunda ex tertio. Ponit ergo primò rationem inconuenientiæ, quæ possit assignari, quia scilicet populus Iudaicus propter deuitationem idolatriæ dignus fuerat, &c. vt in littera. Consequenter cum dicit.

¶ Sed ista ratio conueniens non videtur, quia populus ille etiam post legem latam ad idolatriam declinauit, quod grauius fuit vt patet Exo. 33.& Amos. 5. Nũquid hostias & sacrificium obtulistis mihi in deserto 40. annis domus Israel, & portastis tabernacula Moloch

Deo

Deo vestro,& imaginē idolorum vestrorum sydus Dei vestri Rempha figuras quas feciſtis vobis adorare eas? Expreſsè etiam dicitur Deuter. 9. Scito, ꝙ non propter iuſtitias tuas dominus Deus tuus dedit tibi terram hãc in poſſeſſionē cũ duriſſimæ ceruicis ſis populus.

¶ D.S. præcedentem rationem iudicat non eſſe ſufficientem, quia ratio non dationis reſpectu aliorum populorum habuit locum etiam in Iudæis, quia & ipſi ad idolatriam declinauerunt, etiam poſt legem datam. Et oſtendit hoc duabus auctoritatibus clarè in littera. Et per hoc patet prima pars præcedentis cõcluſionis. Conſequenter ibi.

¶ Sed ratio ibi premittitur. Vt compleret verbum ſuũ dominus, quod ſub iuramento pollicitus eſt patribus tuis Abraam. Iſaac & Iacob.

¶ Oſtendit veram rationem probans ſecundam partem concluſionis. Et circa hoc duo facit, primò ponit veram rationem, ſecundò circa eam ſoluit dubitationem, ibi. Si autem rurſus, &c. Circa primum primò aſſignat rationem in communi, ſecundò in ſpeciali; ibi. Quæ autem, &c. tertiò remouet circa ipſam falſam æſtimationem, ibi. Nec etiam, &c. Quo igitur ad primum vera ratio eſt vt Deus compleret verbum ſuum, quod ſub iuramẽto pollicitus eſt patribus illius populi, vt patet clarè Deutero. 9. Deinde cum dicit.

¶ Quæ autem promiſſio eis ſit facta oſtendit Apoſtolus ad Gal. 3. dicens. Abraæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius, non dicit ſeminibus quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo qui eſt Chriſtus. Deus igitur, & legem, & alia beneficia ſpiritualia illi populo exhibuit propter promiſſionem eorum patribus factam, vt ex eis Chriſtus naſceretur; decebat enim vt ille populus ex quo Chriſtus naſciturus erat quadam ſpeciali ſanctificatione polleret, ſecundùm illud quod dicitur, Leuit. 19. Sancti eritis, quia ego ſanctus ſum.

Act. 1.

¶ Oſtendit in ſpeciali, quæ fuerit iſta promiſſio propter quam & legẽ dedit, quia eſt propter promiſſionem patribus factam, vt ex eis Chriſtus naſceretur, & per hoc patet ſecunda pars concluſionis. Pro qua poſſet ſic arguit ex dictis. Illi populo ſoli debuit lex dari, cuius patribus promiſſio facta fuit de Chriſto ex eo naſcituro, ſed iſte populus fuit huiuſmodi, ergo; &c. Maior patet, quia decebat vt ille populus ex quo Chriſtus naſciturus erat quadam ſpeciali ſanctificatione polleret, ſed talis procurata fuit ꝑ legem, ergo. ¶ Nota autem verbum D.S. cum dicit. Decebat enim vt populus ille ex quo &c. quia de potentia Dei abſoluta nõfuiſſet aliquod inconueniens, Chriſtum ex quacunque gente naſci, ſicut & de peccatrice concipi, & naſci potuit, vt clarè hꝫ apud Doctores, ſed de potẽtia ordinata voluit ex ſanctis naſci. Decens autem eſt, vt fiat quod Deus vult, ideo dicit decebat, &c.

¶ Nec etiam fuit propter meritum ipſius Abraæ vt talis promiſſio ei fieret, vt ſcilicet Chriſtus ex eius ſemine naſceretur, ſed ex gratuita Dei electione, & vocatione, vnde dicitur Eſaiæ. 51. Qui ſuſcitauit ab oriente iuſtum vocauit eum vt ſequeretur ſe. Sic ergo patet, quòd ex ſola gratuita electione patres promiſſionem acceperunt, & populus ex eis progenitus legem accepit, ſecundùm illud. Deutero. 4. Audiſtis verba illius de medio ignis, quia dilexit patres veſtros, & elegit ſemen eorum poſt illos.

¶ Remouet falſam æſtimationem circa prædictam partem. Poſſet enim aliquis arbitrari, quod promiſſio Chriſti facta eſſet Abraæ, & patribus, propter eorum merita. Sed hoc D.S. remouet oſtendẽdo, quòd facta fuit ex gratuita Dei electione, & vocatione, qua ſcilicet elegit Abraã, & vocauit in ſpecialem Dei cognitionem, ex gratuita Dei voluntate non ex merito. Et hoc oſtendit per auctoritates clarè in littera. Tunc ibi.

¶ Si autẽ rurſus quęratur quare hũc populũ elegit vt ex eo Chriſtus naſceretur, & nõ aliũ, cõueniet reſpõſio Aug.* quam dicit ſuper Io. Quare hunc trahat, & illum nõ trahat noli velle dijudicare ſi non vis errare.

* Auguſtin ſta 26. ſin Ioan. paulo poſt prin. tom. 9.

¶ Soluit dubium quoddam, quo quis quęreret, quare igit̃ Deus elegit, & vocauit Abraam, vt ex eo Chriſtus naſceretur, & per cõſequens vt populo ab eo deſcendente legem daret. Soluit per reſponſionem B. Aug. quòd iſta quæſtio nec debet moueri, nec poteſt ſolui. Et ergo noli interrogare ſi non vis errare, de ſimili reſponſione, vide prima parte. q. 23. ar. 5. ad tertium.

¶ Et nota, quòd debitum dicitur alicui, quod ad ipſum ordinatum eſt vt ipſum habeat vel recipiat, patet autem ex dictis, quòd **lex vetus ordinata eſt ad populum Iudaicum originaliter ex ſola Dei gratia, ergo debuit ſibi dari, & ſoli ex gratia Dei, ex qua ꝓceſſit Chriſti promiſſio, & conſequenter legis datio.**

ARGVMENTVM in contrarium probauit, ꝙ quidem ſoli Iudæorũ populo data eſt lex, ſed ratio huius iam habita eſt.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis ſalus futura per Chriſtum eſſet omnibus gentibus præparata, tamen oportebat ex vno populo Chriſtum naſci, qui propter hoc præ alijs prærogatiuas habuit, ſecundũ illud Roma. 9. Quorum ſcilicet Iudæorum eſt adoptio filiorum Dei, & teſtamentum, & legislatio quorum patres, ex quibus Chriſtus eſt ſecundùm carnem.

¶ Maior conceditur, & dico, quòd Chriſtus futurus erat ꝓ vnã gentẽ quam Deus ad hoc gratuitò elegerat, quam decebat pollere ſpeciali ſanctitate, vt dictum eſt in corpore, ad quam ſpecialem ſanctitatem ſpecialis lex requirebatur. Minor conceditur, ſed negatur conſequentia, quia eſto ſalus Chriſti ſit vniuerſalis, & extendat ſe ad omnes gentes, tamen eius natiuitas fuit de vna gente tantùm, & illi debuit dari ſpecialis lex ſuper legem naturæ, quæ eſt omnibus communis.

¶ Nota, quòd auctoritas pro minore intelligitur, & eſt verbũ patris ad Chriſtum in humanitate aſſumpta, vnde dicitur, & dixit, ſcilicet Deus pater, parum eſt vt ſis mihi ſeruus in humanitate aſſumpta ad ſuſcitandas tribus Iacob de morte infidelitatis. Et feces Iſrael, ideſt vitia conuertendas in virtutes, dedi te in lucem gentium per ſuſceptionem luminis fidei, &c. Et vult, quòd non ſolum Iudæi, ſed gentiles debent ſaluari per Chriſtum, &c.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd acceptio perſonarum locum habet in his, quę ex debito dantur. In his verò, quæ ex gratuita voluntate conferuntur acceptio perſonarum locum nõ habet, non enim eſt perſonarum acceptor, qui ex liberalitate de ſuo dat vni, & non alteri; ſed ſi eſſet diſpenſator bonorum communium, & non diſtribueret æqualiter ſecundùm merita perſonarum, eſſet perſonarum acceptor, ſalutaria autem beneficia Deus humano generi confert ex ſua gratia, vnde non eſt perſonarum acceptor ſi quibuſdam prælijs conferat, vnde Auguſt. dicit in lib. de prædeſt. ſanct.* Omnes quos Deus docet, miſericordia docet, quos autẽ nõ docet, iudicio non docet; hoc enim venit ex damnatione humani generis pro peccato primi parentis.

* Aug. c. 8. non multũ ante medium to. 7.

¶ Ad antecedẽs ſupra dictum fuit. q. 73. art. 9. ad tertiũ, quia vera eſt vt Apoſtolus loquitur de perſonarum acceptione ad Ephe. 6. Dico autem quòd acceptio perſonarum vt ſonat in peccatum, ſolùm habet locum in debitis, non autem in his, quæ conferuntur ex gratia, vt etiam Doct. Sanct. habet prima parte q. 23. articulo. 5. ad tertium. Negatur autem conſequentia, quia via ſalutis, & ſalutis remedia ex ſola Dei graria conferuntur, quare ſi quibuſdam ſalutis beneficia conferat non alijs, non eſt acceptio perſonarum. Tale autẽ beneficium fuit datio legis, vnde ſi Deus nulli homini ſalutis beneficia contuliſſet poſt peccatum, nulli feciſſet iniuriam, quia Deus fecit, quod in ſe fuit inſtituendo naturam integram; homoautem demeruit derelinqui propter peccatum originale; quare quicquid facit de gratuitis ex gratia facit. De iſta materia etiam ſupra. quæſtio. 79. articulo quarto ad tertium.

¶ Ad tertiũ dicendum, ꝙ beneficia gratiæ ſubtrahũtur, homini propter culpam, ſed beneficia naturalia nõ ſubtrahuntur, inter quæ ſunt miniſteria Angelorum, quæ ipſe naturarum ordo requirit vt ſcilicet per media gubernentur infima; & etiam corporalia ſubſidia, quæ non ſolùm hominibus, ſed etiam iumentis Deus adminiſtrat, ſecundùm illud Pſalm. Homines, & iumenta ſaluabis domine.

¶ Conceditur maior, ſed dico, quòd non ſolùm naturalia, ſed etiam gratuita beneficia dantur medijs Angelis. Dico ſecundò, quòd naturalia beneficia non ſubtrahuntur propter peccatum, ſed gratuita, quæ iuxta Doct. Sanct. prima parte. q. 23. articulo 7. ad tertium, paucioribus impartiuntur, tum quia excedunt facultatem naturæ, tum etiam quia obſtat peccatum. Minor conceditur, quia iſta ſunt naturalia beneficia, cuſtodia enim Angelorum vt habet etiam Doct. Sanct. prima parte q. 113. articulo. 4. ad tertium eſt vnum de naturalibus beneficijs, ſicut & ſubſidia temporalia. Dare autem legẽ ſpecialẽ eſt beneficium gratuitum; quod ſubtrahitur propter peccatum, & ex ſola gratia communicatur his quos Deus elegerit. Dico præterea, quòd naturalia ſunt quidem minora, tamen ſunt debita aliquo modo rebus creatis, gratuita autem nullo modo, vt patebit infra. q. 111. arti. 1. ad ſecundum, ergo negatur conſequentia.

Vtrum

Vtrum omnes homines obligabantur ad obſeruandum veterem legem.

V. 2. q. 85. artic. 4. ad 1. Et. dist. 25. q. ar. 2. q. 2. ad 3. Et Roma. 2. lectio.

AD quintum ſic proceditur. Videtur, quòd omnes homines obligabantur ad obſeruandum veterem legem. Quicumque enim ſubditur regi oportet, quòd ſubdatur legi ipſius, ſed vetus lex eſt data a Deo, qui eſt rex omnis terræ, vt in Pſal. dicitur; ergo omnes habitãtes terram tenebantur ad obſeruantiam legis.

¶ 2 Præt. Iudæi ſaluari non poterant niſi legem veterem obſeruarent. Dicitur enim Deutero. 25. Maledictus, qui non permanet in ſermonibus legis huius, nec eos opere perficit; ſi igitur alij homines ſine obſeruantia legis veteris potuiſſent ſaluari peior fuiſſet conditio Iudæorum quàm aliorum hominum.

¶ 3 Præterea. Gentiles ad ritum Iudaicum, & ad obſeruantias legis admittebãtur. Dicitur enim Exo. 12. Si quis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire coloniam, & facere phaſæ domini, circuncidetur prius omne maſculinum genus, & tunc ritè celebrabit, eritque ſimul ſicut indigena terræ. Fruſtra autem ad obſeruantias legales fuiſſent extranei admiſſi ex ordinatione Dei nina, ſi abſque legalibus obſeruãtijs ſaluari potuiſſent, ergo nullus ſaluari poterat niſi legem obſeruaret.

¶ Sed cõtra eſt, qđ Dionyſ. dicit. 9. c. ce. Hierarchiæ.* ꝙ multi gentilium per Angelo; ſunt reducti in Deum; ſed conſtat, quòd gentiles legem non obſeruabant: ergo abſque obſeruantia legis potuerunt aliqui ſaluari.

* Dionyſ. cap. 9. poſt medium il lius.

¶ Hic D.S. circa præcedentem ar. determinat dubium. Ex quo enim dictum eſt, quòd vetus lex data fuit ſoli Iudæorum populo dubium rationabile eſt, an ſolus ipſe idem populus obligabatur ad vete. le. Ex altera autem parte videtur, quòd & alij homines, nam vetus lex multa continebat de lege naturæ, quæ vniuerſaliter omnes obligabat.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd lex vetus manifeſtabat præcepta legis naturæ, & ſuperaddebat quædam propria præcepta.

¶ D. S. primò præmittit quoddam fundamentum iſtius quæſtionis, & materiæ, ſecundò ſubiungit concluſionem reſpon. ibi. Quantum igitur, &c. Notat ergo primò pro fundamento diſtinctuo, quòd vetus lex cõtinebat duplicia præcepta, quia manifeſtabat præcepta legis naturæ, & moralia, ſicut patet de honoratione parẽtum, & de cultu vnius Dei, & de concupiſcentia vitãda, & huiuſmodi, quæ ſunt de dictamine rationis naturalis; ſupaddebat autem quædam præcepta propria iſti legi, ſicut patet in ceremonialibus, & iudicialibus.

¶ Quantum igitur ad illa, quæ vetus lex continebat de lege naturæ omnes tenebantur ad obſeruantiam veteris legis, non quia erant legis ſcriptæ, ſed quia erant de lege naturæ, ſed quantum ad illa quæ lex vetus ſuperaddebat, non tenebantur aliqui ad obſeruantiam veteris legis, niſi ſolus populus Iudæorum.

¶ Hæc eſt concluſio reſpõdua bimembris. Cuius primam partem probat primò interferendo ſcilicet limitationem, ſecundò deducit ſecundam partem, ibi. Cuius ratio eſt, &c. Quo ad primum arguitur ſic, ad ea quæ ſunt legis naturæ omnes obligantur, igitur quantum ad illa, quæ vetus lex, &c. vt dicit prima pars concluſionis, conſequentia clara. Antecedens patuit ſupra. Deinde cum dicit.

Act. prz.

¶ Cuius ratio eſt, quia lex vetus, ſicut dictũ eſt, * data eſt populo Iudæorum vt quandam prærogatiuam ſanctitatis obtineret propter reuerentiam Chriſti, qui ex illo populo naſciturus erat; quæcumque autem ſtatuũtur ad ſpecialem aliquorum ſanctificationem, non obligant niſi illos; ſicut ad quædam obligantur clerici, qui mancipantur diuino miniſterio, ad quæ laici non obligantur; ſimiliter & religioſi ad quædã pfectionis opera obligant ex ſua pfeſſione, ad q̃ ſeculares nõ obligant.

¶ Probat ſecũda partẽ cõcluſionis p dictæ, & primò facit hoc, ſecũdò reſumit ſecũdã partẽ cõcluſionis cũ declarttione eiuſdẽ p auctoritates ſcripturæ ſacrę, ibi. Et ſimiliter, &c. Quo ad primum arguit ſic, q̃cũq; ſtatuunt ad ſpẽm aliquorũ ſanctificationẽ, non obligãt niſi illos; ſed vetus lex data eſt populo Iudæorũ, vt quãdã prærogatiuã ſanctitatis obtineret pp reuerentiã Chriſti naſcituri ex illo populo; igit̃ ſimiliter ad quædã ſpecialia nõ; obligabat populus ille. Maior declaratur exemplariter de clericis, quibus ſtatuuntur ſpecialia propter eorum ſpecialem ſanctificationem, ad quæ laici non obligantur. Similiter, & religioſi, &c. vt in littera; igitur maior vera, minor patuit ar. 4. quia propter promiſſionem Chriſti data eſt ſibi lex, &c. Deinde ibi.

¶ Et ſimilirer ad q̃dã ſpecialia obligabat populus ille ad q̃ alij populi nõ obligabant, vñ dr̃ Deu. 18. Perfectus eris, & abſq; macula corã dño Deo tuo, & pp hoc etiã quadã ꝓfeſſione vtebantur, vt patet Deutero. 26. Profiteor hodie corã domino tuo, &c.

¶ Reſumit ſecũdã partẽ cõcluſionis rñſuæ ſm p̃dictã ꝓbationẽ, & oſtẽdit per duas auctoritates qũo dicta circa maiorẽ de clericis, & religioſis, etiã aliqualiter verificentur de Iudaico populo ꝙ. ſ. fuerunt obligati ad quædã pfectionis opera ſicut clerici, per id quod habetur Deutero. 18. deinde etiam, ꝙ quaſi profitebatur quædam opera perfectionis, ſicut religioſi, per id quod habetur Deute. 26. vnde patet quòd lex vetus ſuperaddebat legi naturæ, erant quædam ſpecialia, & huic populo propria ſm q̃ excedebant alias gentes, ideo alij ad hæc non obligabantur.

¶ Et confirmatur iſta ſecunda pars argumẽto in contrarium. Hoc argumentum intendit, ꝙ aliquis non obligatur ad hoc, ſine cuius obſeruatione poteſt ſaluari; ſed ſine obſeruatione vete. le. aliqui ſcilicet gentiles potuerunt ſaluari; igitur gentiles nõ obligabantur ad obſeruantiam vete. le. Minor patet ex auctoritate. Dionyſ. de qua vide ſecunda ſecundæ q. 2. art. 7. ad tertium, quomodo multi gentiles habuerunt reuelationem de Chriſto, vt patet de Iob, & Sibylla, &c.

¶ Ad primũ ergo dicẽdũ, ꝙ quicũq; ſubduntur regi, obligant ad legẽ eius obſeruãdã, quã oĩbus cõiter ꝓponit; ſed ſi inſtituat aliqua obſeruanda a ſuis familiaribus miniſtris ad hæc cæteri non obligantur.

¶ Maior vera, oportet, q. ſubdat̃ alicui legi, ſed nõ oĩpõt eĩ princeps, & rex diuerſas leges diuerſis dare. Et ſecũdò oportet, ꝙ ſubdatur legi quã cõiter omnibus dat, ſed nõ quã dat ſpecialiter aliquibus. Et dico, ꝙ Deus habet vnã legẽ generalẽ. ſ. legẽ naturæ quæ eſt vna apud omnes, vt patuit ſupra. q. 94. Aliam autem haber ſpecialẽ pro domeſticis ſpecialibus. Ad minorem dico, ꝙ lex vetus quidem data eſt a Deo, qui eſt rex omnis terræ, ſed non eſt lex cõis, ſed ſpecialis, & ſpecialiter aliquibus data. Lex autẽ naturæ eſt cõis lex, quare negatur conſequentia, ſed benè ſequitur, ꝙ legi cõi oẽs inhabitãtes terrã ſubeſſe renẽtur, quæ eſt naturalis.

¶ Ad ſecundũ dicendũ, ꝙ homo quantò Deo magis cõiungitur, tãtò efficitur melioris conditionis; & ideo quantò populus Iudæorũ erat aſtrictus magis ad diuinũ cultũ, dignior aliis populis erat; vnde dicitur Deu. 4. Quæ eſt alia gens ſic inclita, ut habeat ceremonias iuſtaque iudicia, & vniuerſam legem; & ſimiliter etiam quantum ad hoc ſunt melioris conditionis clerici, quã laici, & religioſi, quàm ſeculares.

¶ Antecedẽs cõcedit̃, ſed dico, ꝙ lex vetus erat mediũ ſalutis, q̃a retrahebat a malo, & oſtẽdebat bonũ. Et dico ſecundò, ꝙ quãtò plura media ſalutis quis habet, tantò melioris cõditionis eſt, vnde clericus melioris conditionis eſt laico, & his religioſus, q̃a felix eſt neceſſitas, quæ ad meliora tranſmittit, quare negat conſequentia, immo eoipſo quo fuerunt obligati ad veterem legem melioris conditionis fuerunt, ſicut & voto aſtriugens ſe ad ea, quæ ſunt perfectionis ſicut habet D. S. ſecunda ſecundæ. q. 189. ar. 2. & q. 88. articulo 4 & 6.

¶ Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ gentiles perfectius, & ſecurius ſalutẽ cõſequebãtur ſub obſeruãtijs legis, quàm ſub ſola lege naturali; & ideo ad eas admittebantur; ſicut etiam nũc laici tranſeunt ad clericatũ, & ſeculares ad religionem quamuis abſque hoc poſſint ſaluari.

¶ Maior conceditur, & eius ꝓbatio, & intelligitur ſi quis peregrinorũ. i. illorum qui non ſunt de lege, & ritu veſtro, voluerit tranſire in veſtrã coloniã. i. fidẽ, & ritũ. Sed d. co, ꝙ hoc fiebat, q̃a gentiles ſub lege veteri ſecurius ſalutem conſequebantur, quàm ſub ſola lege naturæ, ratione iam dicta. Sicut enim laicus tranſit ad clericatum propter maiorem perfectionem, & tamen ſine clericatu poteſt ſaluari, ita & de lege veteri fuit quo ad gentiles, quare negatur, conſequentia.

Vtrum lex vetus conuenienter fuerit data tempore Moyſi.

X 3. q. 70. art. 2. ad 2. Et 4. d. 1. q. 1. ar. 2. q. 4. cor. Et Gala. 3. lec. 7. co. 2.

AD ſextum ſic proceditur. Videtur, quòd lex vetus non conuenienter fuerit data tempore Moyſi. Lex enim vetus diſponebat ad ſalutem, quæ erat futura per Chriſtum

a Ar. 1. huius q. Christum, sicut dictũ est.* sed statim homo post peccatum indiguit huiusmodi salutis remedio, ergo statim post peccatum lex vetus debuit dari.

¶ 2 Præt. Lex vetus data est pp sanctificationẽ eorum ex quibus Christus nasciturus erat, sed Abrahæ incepit fieri promissio de semine quod est Christus vt hĩ Gen. 12. ergo statim tempore Abrahæ debuit lex dari.

¶ 3 Præterea. Sicut Christus non fuit natus ex alijs descendentibus ex Noe nisi ex Abraam cui facta est promissio, ita etiam nõ est natus ex alijs filijs Abrahæ nisi ex Dauid, cui est promissio renouata, secundùm illud, 2. Reg. 23. Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Iacob, ergo lex vetus debuit dari post Dauid sicut data est post Abraham.

¶ Sed cõtra est, quod Apostolus dicit ad Gal. 3. q lex pp trãsgressionẽ posita est donec veniret semen cui promiserat ordinata p Angelos in manu mediatoris. b Glos. ord. ibi. idest ordinabiliter data, vt Glo. dicit.* ergo congruum fuit vt lex vetus illo temporis ordine traderetur.

¶ Hic vltimò inquirit de tempore traditionis veteris legis, an conuenienti tempore fuerit data.

¶ Respondeo dicendũ, q cõuenientissimè lex vetus data fuit tempore Moysi. Cuius ratio potest accipi ex duobus secundũ q quælibet lex duobus generibus hominũ imponit. Imponit em̃ grauda duris, & superbis q p legẽ cõpescunt, & domant; imponitur etiã bonis q p legẽ instructi adiuuãtur ad implendũ, quod intendũt.—

¶ Conclusionem responsiuam ponit in principio talem. Cõuenientissimè lex vetus data fuit tempore Moysi, hanc conclusionem probat ratione innitenti medio bifurcato, sic. Quælibet lex duobus generibus hominum imponitur, scilicet duris, & superbis qui per legem compescuntur & domantur, imponitur etiam bonis qui per legem instructi adiuuantur ad implendum, quod intendunt; sed legem dari tali tempore, scilicet Moysi, cõueniens fuit ad superbiam conuincendam, & ad auxilium ferendum bonis, Igitur tunc conuenienter fuit data. Huius rationis, D.S. ponit maiorem, secundò probat primam partem minoris, ibi. Conueniens igitur fuit, &c. tertiò secundam, ibi. Ex parte verò, &c. Maior relinquitur nota, quia quælibet lex datur perfectę multitudini, in qua sunt duri, & boni.

¶ Cõueniẽs igitur fuit tali tẽpore legẽ veterẽ dari ad superbiã hominũ conuincẽdã. De duobus enim homo superbiebat. s. de scientia, & de potentia, de scientia q-dẽ quasi tõ naturalis ei posit sufficere ad salutẽ; & ideo vt de hoc eius superbia conuinceret, p̃missus est homo regimini suæ rõnis absq; adminiculo legis scriptæ, & experimento homo discere potuit, q patiebatur rationis defectum per hoc, quòd homines vsque ad idolatriã, & turpissima vitia circa tempora Abrahæ sunt p̃lapsi; & ideo post hæc tempora fuit necessarium legem scriptam dari in remedium humanæ ignorantiæ, quia per legem est cognitio peccati, vt dicitur Roma. 5.——

¶ Deducit primam partem minoris sic, de duobus homo superbiebat, scilicet de scientia, & potentia, sed per hoc, quòd lex dilata est, vsque ad tempus Moysi, de vtroque eius superbia cõuicta est scilicet de scientia præsertim, & potentia; igitur minor vera. Ista maior relinquitur nota. Sed minorem D.S. probat primò de scientia, secundò de potentia, ibi. Sed postquam, &c. quo ad sciẽtiam, quia homo putabat, q ratio naturalis posset sufficere ad salutem, ideo vt conuinceretur de hoc, &c. vt in littera.

¶ Nota autem, q quamuis circa tempora Abrahæ, homines in turpissima vitia vtpote idolatriam, & vitium contra naturam p̃lapsi essent, tamen tunc lex dari non debuit, sed differri vsque ad tempora Moysi, licet domestica præcepta darentur propter maximam ignorantiam in populo Dei electo cauendam. Ratio habetur in solutione secundi, vbi vide, quia ergo per legem est cognitio peccati. ideo postquàm homo aduertens defectum rationis suæ, quia sua scientia nulla esset, ideo tũc data fuit sibi lex per quam peccatum cognosceret.

¶ Sed postquam homo est instructus per legem, cõuicta est eius superbia de infirmitate, dum implere non poterat quod cognoscebat, & ideo sicut Apostolus cõcludit ad Rom. 8. quòd impossibile erat legi in qua infirmabatur p carnem, misit Deus filiũ suum vt iustificatio legis impleretur in nobis. ——————

¶ Declarat minorẽ præcedentẽ de potẽtia, q. s. per legẽ sit cõuicta superbia hoĩs de potẽtia, q̃a postq̃ cognouit, adhuc nõ potuit implere, q̃d cognoscebat, &c. vt i littera. ¶ Nota aũt, q lex ex hoc, q vsq; ad Moysi tẽpus dilata fuit maximè cõuincit superbia hoĩs de sciẽtia, q̃a ante putabat se scire, sed ex hoc, q sibi dimissus est tãtò tpe, incidit in maximos errores, & manifestos, ita q facile cognouit ignorãtiã suã. Sed de potẽtia cõuictus fuit ex lege data, quã ferre nõ potuit, ideo p legẽ veterẽ quasi absolutè humiliatus fuit de potẽtia, q̃a aduertit infirmitatẽ suã, vt peteret auxiliũ, q̃d p Christũ collatũ fuit, q̃a ipsa lex vetus esto iustitiã p̃mitteret, nõ tñ dabat. Vnde D. S. notanter dicit. Conueniens fuit tali tpe legẽ veterẽ dari ad superbiã cõuincẽdã. Et hoc ostendit primò de sciẽtia, & postea dicit, Postquã instructus est per legẽ conuicta est supbia de ĩfirmitate. vnde tps ante Moysen magis humiliat de sciẽtia, q̃ de potentia, q̃a videlicet ex dilatione tpi aduertit ignorãtiã suã, sed ex lege data impotẽtiã. Quare D.S. nõ loquit de tpe Moysi, q humiliet de potẽtia sed de lege. Lex igitur de potentia humiliat, sed tempus Moysi magis de scientia, q̃a illo tpe patiebatur maximã ignorantiã, licet & impotẽtiã implendi legẽ pateretur, tñ & antea passus fuisset, Vide de ista materia ẽt D.S. tertia parte. q 1. ar. 5. Et fundamẽtum stat in hoc, quia sine gratia non potuit implere, quæ non potuit dari per veterẽ legem quocũq; tempore daretur; sed verum est, q post multa peccata, & potentia sicut, & scientia debilior fuit, vt sic humiliaretur & per legis dilationem, & per legis dationem. Tunc ibi.

¶ Ex parte vero bonorũ lex data est in auxiliũ, quod quidem tunc maximè populo necessarium fuit q̃n lex naturalis obscurari incipiebat propter exuberantiã peccatorum. Oportebat enim huiusmodi auxilium quodã ordine dari; vt per imperfecta ad perfectionem manuduceretur, & ideo inter legem naturæ, & legem gratiæ oportuit legem veterem dari.——————

¶ Deducit secundam partem minoris principalis. s. q hoc tẽpus fuit conueniens pp auxilium bonorum. Et tangit duplicẽ rationem. Prima est, quia tunc maximè erat auxilium necessariũ, q̃n lex naturalis obscurari incipiebat; sed hoc fuit isto tempore pp. s. exuberantiam peccatorum, igitur, &c. Secunda ratio est tẽpus Moysi fuit medium inter tempus quo data fuit lex naturę, & tẽpus quo datũ fuit auxiliũ perfectũ. s. lex noua, igitur in isto tpe dari debuit lex vetus tanquam auxilium imperfectũ. Antecedẽs est notũ, tenet consequentia, quia oportebat auxilium huiusmodi, scilicet super legem naturæ, dari ordine quodam, &c.

¶ Et confirmatur conclusio argumento in contrarium. Hoc argumentum in contrarium vult, quòd ex quo dicit Apostolus, quòd lex est ordinabiliter data, igitur, & congruo tempore, data autem est tempore Moysi, ergo tale tempus est conueniens.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd statim post peccatum primi hominis non competebat legem veterem dari, tum quia nondum homo recognoscebat se ea indigere de sua ratione confisus, tum quia adhuc dictamen legis naturæ nondum erat obtenebratum per consuetudinem peccati. ——————

¶ Maior conceditur, & habita est ar. 2. Minor vera, sed tñ non erat capax nec dispositus ad salutis remedium, quia ipsum contemp̃sisset, præsumens de sua virtute, & infirmitatẽ suam non cognoscens, vnde non expediebat; sicut si medicus in principio ægritudinis statim medicinam daret infirmo, minus proficeret vel magis lederet, quàm iuuaret esto sanitate indigeret, præsertim in infirmitate spirituali infirmus habet cognoscere defectũ suum. Et secundò ad minorem, indiguit quidem statim, sed magis isto tempore, scilicet Moysi, quia principio lex naturæ non fuit adeo obtenebrata, quare, &c.

¶ Ad secundũ dicendum, q lex nõ debet dari nisi populo, est em̃ præceptum cõe, vt dictum est.* & ideo in tpe Abrahæ data sunt q̃dã familiaria præcepta, & quasi domestica Dei ad hoĩes, sed post modum multiplicatis eius posteris in tantum, q populus esset, & liberatis eis a seruitute, lex conuenienter potuit dari, nam serui non sunt pars populi ciuitatis cui legem dari competit, vt Philosophus dicit in 3. Politicæ.* ——————

* q. 90. ar. 2 & 3. q. 96. ar. 1. ad 2

* Arist. ca. 3. a mediũ tom. 5.

¶ Maior concerditur, & habita est art. 4. Conceditur, & minor. Sed dico circa ipsa, quòd tempore Abrahæ nõ erat populus, & communitas perfecta cui dabatur lex, & ergo tunc non potuit dari lex, quæ est præceptum commune. Sed cum esset populus, & liber. q̃d fuit tpe Moysi, vnde Abraæ potuerunt dari familiaria præcepta, sed non habuerunt rationem legis vt patet ex supra dictis, q. 90. ar. 2 & 3. Quare negatur consequentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quia legem oportebat alicui populo dari; non solũ illi ex quibus est Christus natus legem acceperunt, sed totus populus consignatus signaculo circumcisionis quæ fuit signum promissionis Abraham factæ, & ab eo creditę, vt dicit Apostolus ad Rom. 4. & ideo etiam ante Dauid oportuit legem dari populo iam collecto. ——————

¶ Maior conceditur, sed dico, quòd lex debuit dari non tãtùm illi populo, & tribui partiali, ex qua Christus natus est; sed toti populo collecto, & signato per circumcisionem quæ fuit signum promissionis Abraę factæ de Christo; & ergo quando talis populus fuit in communitate perfecta, & libertate, tunc & debuit dari lex; sed hoc fuit tempore Moysi, cum essent liberati a seruitute ęgyptiaca. Quare concessa minore; negatur consequentia.

Quæstio Nonagesimanona.

De præceptis vet. leg. quantum ad distinctionem eorum.

A DEinde considerandum est de præceptis veteris legis, & primò de distinctione ipsorum; secundò de singulis generibus distinctis. Circa primum quęruntur sex. Primò, vtrum legis veteris sint plura præcepta, vel vnum tantùm. Secundò, vtrum lex vetus contineat aliqua præcepta moralia. Tertiò, vtrum præter moralia contineat ceremonialia. Quartò, vtrum contineat præter hæc iudicialia. Quintò, vtrum ista tria contineat aliqua alia. Sextò, de modo quo lex inducebat ad obseruantiam prædictorum.

¶ Postquàm determinatum est de lege veteri, secundum se, hic consequenter agit de præceptis eius. Et ratio est, quia totũ ius cognoscibile est prius suis partibus saltem notitia cõfusa, vt habetur primo Physic. Diuiditur autem tractatus iste in duas partes, quia primò agitur de diuersitate præceptorum; secundò agitur de singulis generibus ipsorum. quæst. seq. Circa primum, primò inquiritur diuersitas præceptorum vete. le. secundò inquiritur quid inducebat ad obseruantiam ipsorum, in 6. art. Circa primum, primò ostenditur ratio diuersitatis præceptorum. vet. le. in generali; secundò inquiruntur singulæ differentiæ in speciali. art. 2.

Vtrum legis veteris sint plura præcepta, vel vnum tantùm.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd in lege veteri non contineatur nisi vnum præceptum. Lex enim nihil est aliud quàm præceptum, vt supra habitum est,* sed lex vetus est vna; ergo non continet nisi vnum præceptum.

* 1. 90. ar. 2. ad 1.

¶ 2 Præt. Apost. dicit Ro. 13. Si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur. Diliges proximũ tuum sicut teipsum; sed istud mandatum est vnum; ergo lex vetus non continet nisi vnum mandatum.

¶ 3 Præt. Matth. 7. dicitur. Omnia quæcunq; vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis; hæc est enim lex, & Prophetę, sed tota lex vetus continetur in lege, & Prophetis; ergo tota lex vetus, non habet nisi vnum præceptum.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit ad Eph. 2. Legem mandatorum decretis euacuans, & loquitur de lege veteri, vt patet per Glo.* ibidem; ergo lex vetus continet in se multa mandata.

* Et Glos. Anselm. in hunc locũ, tom. 5.

¶ Inquirit ergo hic primò diuersitatem præceptorum in generali. Est enim ratio quæstionis ex hoc, quia diuersitas præceptorum videtur legis vnitati repugnare. Cum igitur vetus lex vna sit, est dubium an contineat plura præcepta. Et secundò, quia vt supra dictum est, lex omnis præceptum commune est, ideo si lex est vna, videtur & præceptum vnum.

¶ Respondeo dicendum, quòd præceptum legis cum sit obligatorium est de aliquo quod fieri debet, quòd autem aliquid debeat fieri hoc prouenit ex necessitate alicuius finis, vnde manifestum est, quòd de ratione præcepti est, q̃ importet ordinem ad finem, inquantum. s. illud præcipitur, q̃d est necessariũ, vel expediens ad finẽ.

¶ D. S hic duo facit; primò deducit duas conclusiones præambulares, quarum secundam ponit ibi. Contingit autem &c. secundò ex ijs infert conclusionem respon. ibi. Vnde dicendum est &c. Cõclusio igitur prima præambularis est. De ratione præcepti est, quòd importet ordinem ad finem. s. ratione eius, quod præcipitur. (Et hoc notat D. S. cum subdit) inquantum. s. illud &c. vt in littera. Et vult tantùm ista conclusio, quòd præceptum est de medio in finem; probatur, præceptũ est de eo, quod fieri debet, sed q aliquid fieri debeat, hoc prouenit ex necessitate alicuius finis; ergo præceptum &c. i. est de ordinatione in finem, & de medio. Maior patet, quia præceptum est obligatorium, sed ad quod quis obligatur, hoc debet facere, & per consequens ipsum debet fieri; igitur maior vera, minor est nota, quia non obligatur quis ad aliquid faciendum, nec oportet aliquid fieri, nisi quia valet ad finẽ aliquem.

¶ Contingit autem ad vnum finem multa esse necessaria, vel expedientia, & secundum hoc possunt de diuersis rebus dari diuersa præcepta inquantum ordinantur ad vnum finem.

¶ Subsumit, & infert secundam conclusionem præambularem, talem, Possunt de diuersis rebus dari diuersa præcepta, inquãtum ordinantur ad vnum finem. Et vult conclusio, q cum diuersitate præceptorũ de diuersis medijs stat vnitas legis propter vnitatem finis; probatur ista conclusio, assumendo primam pro maiori. s. de ratione præcepti est, q importet ordinem ad finem, sed contingit ad vnum finem (a quo supple lex habet vnitatem) multa esse necessaria, & expedientia (de quibus sunt diuersa præcepta scilicet,) igitur diuersa præcepta stant cum vnitate legis. Nota, q fundamentum huius materiæ stat in hoc, quod supra dictum est, quia lex habet vnitatem a fine, nec diuersificatur ex diuersis medijs ordinatis in vnum finem, quare sequitur, quòd cum diuersitate præceptorum stat vnitas legis, cuius præcepta diuersa sortiuntur vnitatem legis ex vno fine; nam ad rem loquendo, lex nihil aliud est quàm præcepta ad vnum ordinata.

¶ Vnde dicendum est, q omnia præcepta legis veteris sunt vnum f̃m ordinem ad vnum finem, sunt tñ multa f̃m diuersitatem eorum, quæ ordinantur ad illũ finem.

¶ Infert conclusionem rñsiuã ex dictis, talem, oĩa præcepta &c. vt in littera. Et vult ista cõclusio, q in veteri lege continetur vnũ præceptum finaliter, & extrinsecè, sed non vnum materialiter, & intrinsecè; quia. s. vbi plura propter vnũ, ibi vnum tantùm, s. vnitate ordinis, vel finis; sed quia præcipiuntur diuersa tanq̃ materia circa quam immediata præceptorum, ideo ipsa præcepta sunt materialiter plura. D. S. autem relinquit istam conclusionem sequi ex dictis, quia iuxta primam conclusionem præceptum imperat ordinem ad finem; & iuxta secũdam, diuersa p̃nt esse præcepta in vna lege, inquantum ordinantur ad vnũ finem, ex quo hñt vnitatem legis; igitur sequitur ista conclusio rñsiua, q oia præcepta veteris legis, quæ est vna, respiciant ad vnũ finem, & per consequẽs sunt vnum præceptum finaliter, sed plura materialiter. Et ista conclusio plus clarescet ex sequẽtibus, q̃n explicabitur diuersitas præceptorum in particulari f̃m diuersas materias. 1. actus, & operationes. Nota autem, q finis omnium præceptorum vet. le. patuit sup. q. præce. art. 1. quia finis vltimus est Beatitudo, sed propinquus est subiectio, & amicitia hominis ad Deum, vt patebit artic. seq. Ad hunc enim finem omnia præcepta ordinata fuerunt.

¶ Et probatur secunda pars conclusionis secundę argumento in contrarium. Circa hoc argumentum nota, quòd lex mandatorum est vetus lex, quæ dicitur mandatorum; primò propter magnum numerum mandatorum legalium. Vel dicitur secundò mandatorum, i. factorum, quia videlicet præcipiebat quid facere deberent, sed non conferebat gratiam ad legem implendam. Euacuatur autem ista lex, sicut imperfectum per perfectum, decretis, idest præceptis noui testamenti per quę excluditur lex. Et hæc est expositio Doct. Sanct. super Apostolum ibidem. Ex qua habetur, quòd vetus lex habuit multa mandata, ponit autem mandata pro præceptis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd lex vetus dicitur esse vna secundum ordinem ad finem vnum, & tamen cõtinet diuersa præcepta secundum distinctionem eorum quæ ordinant ad finem; sicut etiam ars ędificatiua est vna secundum vnitatem finis, quia tendit ad ędificationem domus, tamen continet diuersa præcepta secundum diuersos actus ad hoc ordinatos.——————

¶ Maior conceditur, & fuit habita sup. q. 90. art. 2. & 3. & q. 96. art. 1. ad secundum, quia lex est præceptum commune extendens se, scilicet ad multas personas, & negocia, & tempora; ita tamen quòd præceptum in singulari numero dicantur quæcunque ordinata in vnum finem, esto materiæ plures sint, & diuersę, ita quòd præceptum supponat pro multis materialiter distinctis, ordinatis tamen ad vnum finem, quæ tñ dicuntur præceptum vniuersaliter.

¶ Ad minorem conceditur, quòd est vna propter vnitatem finis, sed nõ propter vnitatem materialem præceptorum, quæ sunt diuersa propter diuersitatẽ mediorum ordinatorum in finẽ, sicut Doc. S. declarat a simili de arte edificatoria; Ergo &c. verum, est vnum præceptum finaliter, sed non materialiter, vñ posset poni

simile de sciencia quæ est vna propter formalem rationem scibilis, & tamen continet sub se multas partiales notitias distinctas secundum distinctionem conclusionum; ita quòd ad vnitatem legis non requiritur vnitas simpliciter, sed finis, sic quòd vnum præceptum finaliter, quod est vna lex, continet sub se multa materialiter distincta. Nota tamen, vt habet D.S. 2.2.q.187.art.9. ad secundum, non omnia quæ continentur in lege traduntur per modum præcepti, sed quædam proponuntur per modum ordinationis cuiusdam, vel statuti obligantis ad certam pœnam, sicut & in lege ciuili &c. Et ergo quando hic dicitur, quòd contineat præcepta, intelligitur non quòd nihil esset nisi præcepta, sed inter præcepta aliqua erant moralia, ceremonialia &c. vel si tota lex dicitur præceptum, tunc præceptum extenditur ad ordinationes quascunque &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Apost. dicit. 1.ad Thimot. 1. Finis præcepti charitas est. Ad hoc enim omnis lex tendit, vt amicitiam constituat, vel hominum adinuicem, vel hominis ad Deum, & ideo tota lex impletur in hoc vno mandato, Diliges proximum tuum sicut teipsum, sicut in quodam fine mandatorum omniũ. In dilectione enim proximi includitur etiã Dei dilectio, quando proximus diligitur propter Deum; vnde Apostolus hoc vnum præceptum posuit pro duobus, quæ sunt de dilectione Dei, & proximi; de quibus dicit dominus Matth. 22. In his duobus mandatis pendet omnis lex, & Prophetæ.

¶ Ad maiorem, conceditur quòd omnia mandata instaurantur in hoc verbo sicut in fine omnium, ita tamen, quòd in dilectione proximi etiam dilectio Dei includatur, sicut causa in effectu. Illa enim dilectio proximi legem implet. In scriptura enim sacra quandoque fit mentio solùm de dilectione Dei, quasi sufficiat ad salutem; quandoque solùm de dilectione proximi, vt hic in auctoritate Apostoli. Et dico secundò, quòd Apostolus hoc vnum præceptum posuit pro duobus ratione iam dicta, quia vna dilectio aliam includit. De hoc 2.2.q.44. artic.2. Ad minorem dico, quòd est vnum verbaliter tamen includit virtualiter duo, vt patet in secunda secundæ, vbi iam; Ergo &c. verum, continet vnũ sicut finem omnium, vnum dico includendo dilectionem Dei.

¶ Vnde nota, quòd sicut in speculatiuis principium continet conclusionem, sicut causa effectum, & iterum conclusio principium sicut effectus causam; ita in operabilibus, dilectio finis continet dilectionem eius, quod est ad finem, & econtra. In speculatiuis autem ille qui apprehendit principium, non semper apprehendit conclusionem, nisi penetret virtutem principij; ita etiam propter minus capaces, qui non considerant vnum horum præceptorum in alio contineri, dantur duo præcepta de dilectione Dei, & proximi; licet & vnum detur quandoque propter continentiam vnius in alio. Nota etiam, quòd dantur duo præcepta non propter dualitatem charitatis habitualis; sed propter duos actus, quorum vnus ad alium ordinatur &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dicitur in nono Ethic. * Amicabilia quæ sunt ad alterum venerunt ex amicabilibus quæ sunt homini ad seipsum; dum scilicet homo ita se habet ad alterum, sicut ad se; & ideo in hoc quod dicitur. Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis, explicatur quædam regula dilectionis proximi quæ etiam implicitè continetur in hoc, quòd dicitur. Diliges proximum tuum sicut teipsum, vnde est quædam explicatio istius mandati. —

* Arist. c.8. non remotè a princ. tom 5.

¶ Maior conceditur, dico autem, quòd ista auctoritas est explicatio, & regula illius mandati, quod est finis legis, scilicet diliges proximum quæ explicatio implicitè etiam habetur in isto præcepto; Diliges proximum sicut teipsum, quia in hoc, quod dicitur (sicut teipsum) notatur, quòd homo debet se habere ad proximum sicut ad seipsum, quia amicabilia quæ sunt ad alterum &c. Minor conceditur; Ergo &c. verum habet vnum præceptum sicut finem, cuius hoc dictum positum in maiori est regula. Vnde hęc ratio idem probat, quod secundum argumentum. Nota circa auctoritatem noni Ethicorum, quòd amicabilia, idest opera amicitiæ quæ quis habet ad amicum, videntur processisse ex his quæ sunt hominis ad seipsum; quia tunc videtur, quòd homo alteri amicus, si eadem agit ad amicum quæ ageret ad seipsum. Et sic opera amicitiæ quæ sunt ad alterum mensurantur, & habent originem ex amicabilibus hominis ad seipsum, & intelligitur de amicabilibus hominis virtuosi ad seipsum. Tunc enim videtur amicus quando agit eadem illi quæ homo virtuosus agit ad seipsum; non enim oportet, quòd si quis interficit seipsum, & aliquis debeat interficere amicum, quia interfectio non est amicabile vir tuosi. Vnde & glosator decreti in principio exponit auctoritatem hic ex Matthęo allegatam, & præceptum legis naturæ quo quis iubetur alij facere, quod sibi vult fieri, (vult) id est debet velle; nec oportet, quòd si iudex velit inferre mortem reo, quòd sibi velit inferri, quia hoc non facit, vt amicus, sed vt iudex, vel lex ipsa vult inferri. Et intelligitur ista auctoritas ex Matthęo de operibus misericordiæ, non rigoris, & iustitiæ &c. Et præterea secundum D.S. in 4.dist.33.q.1.art.1. ad 7. Hoc præceptum naturæ intelligitur eadem proportione seruata. Non enim si prælatus non velit sibi resisti a subdito, ipse subdito resistere non debet &c. Vide etiam de illa auctoritate Scotum in 3.dist.27.ad secundũ, quia intelligitur quantum ad innotescentiam; innotescit quippe amicitia ad alterum quando appeto alteri similia his quæ mihi. Et intelligitur de amicitia quæ est inter æquales &c.

Quòd tibi vis fieri, exponitur.

Vtrum lex vetus contineat aliqua præcepta moralia.

B

Supra q.98. art.5.co. Et infra præs. q.art.3. ad 2. & art.4. cor. Et Psal. 18. col.7.8. & 9. *q.91.art.4. & 5. q.98. art.5.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd lex vetus non contineat præcepta moralia. Lex enim vetus distinguitur a lege naturæ, vt supra habitum est, * præcepta moralia pertinent ad legem naturæ; ergo non pertinent ad legem veterem.

¶ 2 Præt. ibi subuenire debuit lex Diuina, vbi deficit ratio humana; sicut patet in his quæ ad finem pertinent quæ sunt supra rationem; sed ad præcepta moralia ratio hominis sufficere videtur; ergo præcepta moralia non sunt de lege veteri quæ est lex Diuina.

¶ 3 Præt. lex vetus dicitur littera occidens, vt patet 2.ad Corint.3. sed præcepta moralia non occidunt; sed viuificant, secundũ illud Psal. In æternum nõ obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me; ergo præcepta moralia non pertinent ad veterem legem.

¶ Sed contra est, quod dr Eccl. 15. Addidit illis disciplinam, & lege vitę hæreditauit eos; disciplina autem pertinet ad mores. Dicit enim Glo.* ad Hebr. 12. super illud. Omnis disciplina &c. disciplina est eruditio morum per difficilia; ergo lex a Deo data præcepta moralia continebat.

*Glo. Ord. ibidem.

¶ Hic consequenter inquiruntur singulares differentiæ præceptorum veteris legis. Et primò ostenduntur quædam ipsius fuisse præcepta moralia, quia illa sunt priora, & de lege naturali, ad sensum postea habendum. Nota vt supra q.1.artic.3. in fine corporis habitum est, mores sunt propriè actus humani procedentes ex deliberata voluntate. Et anthonomaticè mores dicuntur actus humani conformes rectę rationi, & per consequens mores dicuntur actus humani virtuosi, & conformes rectę rationi etiam naturali. Ideo quærere, an vetus lex contineat præcepta moralia, est quærere, an præciperet actus humanos virtuosos & bonos, qui & hominem bonum facerent &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd lex vetus continebat præcepta quædam moralia, vt patet Exod. 20. Non occides, non furtum facies. —

¶ Conclusio responsiua ad quęstionem contenta in principio, est talis. Lex vetus continebat quædam præcepta moralia, hanc conclusionem probat; primò exemplariter, secundò ratione ibi. Et hoc rationabiliter. Exemplariter, quia in Exodo ponitur, non occides, non furtum facies; sed ista sunt moralia, quia de actibus humanis malis non fiendis, mores enim sunt actus humani. Consequenter cum dicit.

¶ Et hoc rationabiliter, nam sicut intentio principalis legis humanæ est, vt faciat amicitiam hominũ adinuicem ita intentio Diuinæ legis est, vt constituat principaliter amicitiam hominis ad Deum. Cum autem similitudo sit ratio amoris secundum illud. Ecclesiast. 13. Omne animal diligit simile sibi, impossibile est esse amicitiam hominis ad Deum qui est optimus, nisi homines efficiantur boni, vnde dicitur. Leuit. 19. Sancti eritis quoniam ego Sanctus sum. —

¶ Ratione probat conclusionem. Circa quam primò præmittit quoddam fundamentum rationis; secundò ex hoc arguit ad propositum, ibi. Bonitas autem &c. Fundamentum est tale. In veteri lege debuerunt præcipi ea per quæ homo efficitur bonus, vel consequitur bonitatẽ; probatur. sicut intentio principalis &c. vt in littera, sed impossibile est esse &c. vt dicit littera; ergo de intentione legis est præcipere per quæ homo fit bonus, quod D.S. hic intendit. Maior relinquitur nota. Minor probatur, quia similitudo est causa amoris, sed Deus est optimus; igitur impossibile est &c. Et cõfirmatur ista minor, per id qđ dr. Leui. 19. Deinde ibi.

Bonitas

¶ Bonitas autem hominis est virtus quæ facit bonum habentem, & ideo opportuit præcepta legis veteris etiã de actibus virtutũ dari, & hęc sunt moralia legis pcepta.

¶ Subsumit sub illo fundamento (formando rationẽ pro conclusione) sic. Oportuit præcepta legis veteris esse de actibus virtutum, sed hæc sunt moralia præcepta; ergo conclusio vera, quòd erant ponenda moralia &c. Maior probatur assumendo fundamentum prædictum pro maiori. Vetus lex continet præcepta quædam, per quæ homo fit bonus, sed bonitas hominis est virtus quæ facit bonum habentem; ergo maior vera. Minor ista patet ex supradictis. Minor principalis quoque ex dictis in principio huius articuli patet.

ET confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd lex vetus distinguitur a lege naturę non tanquàm ab eo omnino aliena; sed tanquàm ei aliquid superaddens. Sicut enim gratia presupponit naturam, ita oportet, quòd lex Diuina presupponat legem naturalem. —

¶ Maior conceditur. Sed dico, quòd est multiplex modus distinctionis, vnus est disperatorum, & positiuè distinctorum, sicut duę species ex æquo genus diuidentes, & se non includẽtes. Alius est modus distinguendi fm habere, & non habere; puta quando vnum aliud includit, & aliquid superaddit. Et de illis modis distinguendi dictum fuit supra q. 72. art.4. Dico ergo, quòd lex vetus distinguitur a lege naturæ; non sicut aliquod alienum, & disparatum, & primo modo; sed secundo modo, quia videlicet vetus lex includebat legem naturalem, & aliquid superaddebat, sicut homo distinguitur ab animali. Ad minorem conceditur, quòd moralia pertinebant ad legem naturæ tanquàm sibi propria, & sola moralia pertinebant ad legem naturæ; tamen etiam pertinẽt ad legem veterem, sicut ex lege naturæ accepta, & cum eis etiam alia ad legem veterem pertinebant; sicut & supra dictum fuit, qp in lege humana assumuntur aliqua ex lege naturæ, a qua habent vigorem. Sic in proposito; Ergo &c. verum, non sola pertinent ad legem veterem. Et secundò non pertinent ad legem veterem quasi per eam vigorem habentia, sed a ratione naturali, tamen accommodantur ex lege naturæ, & explicantur in lege veteri.

¶ Ad secundum dicendum, quòd legi Diuinę conueniens erat, vt non solùm prouideret homini in his ad quę ratio non potest, sed etiam in his circa quę contingit rationem hominis impediri; ratio autem hominis circa præcepta moralia quantum ad ipsa communissima præcepta legis naturę non poterat errare in vniuersali, sed tamen propter consuetudinem peccandi obscurabatur in particularibus agendis. Circa alia verò præcepta moralia quę sunt quasi conclusiones deductę ex communibus principijs legis naturę, multorum ratio oberrabat, ita vt quædam quę sunt secundum se mala, ratio multorum licita iudicaret; vnde oportuit cõtra vtrunq; defectum homini subueniri per auctoritatem legis Diuinę; sic etiam inter credenda nobis proponuntur non solùm ea ad quæ ratio attingere non potest, vt Deũ esse trinum, sed etiam ad quę ratio recta pertingere potest, vt Deum esse vnum, ad excludendum rationis humanę errorem, qui accidebat in multis. —

¶ Ad maiorem, si intelligitur, quòd ibi debuit subuenire lex Diuina vbi humana ratio deficit, vel impediri potest, & deficere, siue sint naturaliter cognoscibilia, vel supernaturaliter, conceditur maior. Si verò intelligitur maior vbi deficit ratio humana, i. in qua ratio naturalis non potest; scilicet circa supernaturalia; negatur, si intelligitur, quòd solum in his; & eam negat Doc. S. prima parte quæst. 1.art.1. & 2.2.q.2.art.4. & primo contra genti. c.4 vbi & eam falsam ostendit multis rationibus, quas relinquo diligenti studenti, non enim solùm supernaturalia, sed & naturalia per Diuinam reuelationem suscipienda erant. Ad minorem dico, quòd & si sufficere possit, potest tamen etiam deficere, & impediri; primò quidem potest deficere, & impediri non in vniuersalissimis principijs, sed in eorum applicatione ad particulares electiones, vt patuit supra q.94. art.6. Dico secundò, quòd ratio naturalis potest deficere in conclusionibus quæ sunt legis naturæ, ita quòd contrarium eorum approbet, sic quòd lex naturæ non est nota apud homines, vt patuit supra de latrocinio, & alijs; quare negatur consequentia, quia & per reuelationem Diuinam, & auctoritatem oportebat homini in naturaliter cognoscibilibus subuenire, ne videlicet in applicatione ad particularia eligibilia deficeret homo, nec etiã in cõclusionibus legis naturę.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Aug. probat in libro de spiritu, & littera, * etiam littera legis quantum ad præcepta moralia occidere dicitur occasionaliter, in quantum scilicet præcipit quod bonum est, non præbens auxilium gratiæ adimplendum, —

*Aug. c.24. num.3.

¶ Huius argumenti materia tangetur infra.q.100.art.12. ex intentione. Ideo nunc breuiter dico ad maiorem, quòd dicitur occidens ad sensum supra habitum. q.98. artic.1. ad secundum, quia occidit occasionaliter, quia concupiscentia augetur, & præuaricatio aggrauatur. Minor negatur occasionaliter loquendo, quia & moralia præcepta non exhibebant gratiam adiutricem; sed bonum ostendebant, & malum prohibebant. Ad probationem minoris dico, quòd intelligitur, in ipsis viuificasti me, scilicet mediante fide venturi. Secundò viuificasti me, quia seruans ea non incurrebat mortem, & pœnam transgressoribus debitam. Tertiò viuificasti vita virtuosa, virtute acquisita, idest executione vitæ. Sed non intelligitur, quòd per ea quis acciperet vitam gratiæ. Vnde Nicolaus de Lyra sic exponit, per eorum meditationem præseruando me a peccati morte.

Vtrum lex vetus contineat præcepta ceremonialia præter moralia.

E

Infra ar.4. & 5. cor. & q.101.art.1. co. & q.103. art.1.co. & ad 3. q.104. artic. 4. Et 2.2. q 122. art.1. ad 2. Et quol. 2. art.1.co. & quol.4.art. 13.co. *q.1.art.3. * Tullius lib.2. de in uen.in fol. 4. ante fin. lib.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd lex vetus non contineat præcepta ceremonialia præter moralia. Omnis enim lex quæ hominibus datur est directiua humanorum actuum; actus autem humani morales dicuntur, vt supra dictum est; * ergo videtur, quòd in lege veteri hominibus data, non debeant contineri nisi præcepta moralia.

¶ 2 Præt. præcepta quæ dicuntur ceremonialia videntur ad Diuinum cultum pertinere; sed Diuinus cultus est actus virtutis, scilicet religionis, quæ vt Tullius dicit in sua rhetorica, * Diuinæ naturæ cultum ceremoniamque affert; cum igitur præcepta moralia sint de actibus virtutum, vt dictum est, * videtur, quòd præcepta ceremonialia non sint distinguenda a moralibus.

¶ 3 Præt. præcepta ceremonialia esse videntur quæ figuratiuè aliquid significant; sed sicut Aug. dicit in 2.de doctrina Christiana. * Verba inter homines obtinuerũt principatum significandi; ergo nulla necessitas fuit, ut in lege continerentur præcepta ceremonialia de aliquibus actibus figuratiuis.

*arti. præc. *Aug. li.2. c.3. & 14. de trinit. c.5. a med. tom.3

¶ Sed contra est, quod dicitur. Deut. 14. Decem verba scripsit in duabus tabulis lapideis, mihique iniunxit in illo tempore, vt docerem vos ceremonias, & iudicia quæ facere debeatis; sed decem præcepta legis sunt moralia; ergo præter præcepta moralia, sunt etiam alia præcepta ceremonialia.

¶ Hic D.S. inquirit aliam differentiam præceptorum veteris legis, quæ pertinet ad præcepta ceremonialia.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, * lex Diuina principaliter instituitur ad ordinandum homines ad Deum; lex autem humana principaliter ad ordinandum homines adinuicem, & ideo leges humanæ non curauerunt aliquid instituere de cultu Diuino, nisi in ordine ad bonum commune hominum; & propter hoc etiam multa confinxerunt circa res Diuinas secundum quòd videbatur eis expediens ad informandos mores hominum; sicut patet in ritu Gentilium; sed lex Diuina econuerso homines adinuicem ordinauit secundum quòd conueniebat ordini qui est in Deum quem principaliter intendebat. —

*Art.præc.

¶ D. S. respondet ad quæsitum tali conclusione. Illa præcepta quæ in lege ad cultum pertinent, specialiter ceremonialia dicuntur. Ex qua conclusione habetur formaliter responsio ad quęsitum affirmatiuè, quòd lex vetus continuit, & debuit continere ceremonialia præter moralia; probatur, lex Diuina econtrario ad legem humanam homines ad inuicem ordinauit, secundum quòd conueniebat ordini qui est in Deum quem principaliter intendebat; sed homo ordinatur in Deum, non solùm per interiores actus mentis qui sunt credere, sperare &c. sed etiam per quędam exteriora opera, quibus homo Diuinam seruitutẽ profitetur, quæ dicuntur ad Diuinum cultũ pertinere (Supplet) igitur de talibus exterioribus operibus quibus homo protestatur Diui-

nam seruitutem, debuerunt dari præcepta in lege veteri, quæ est Diuina, sed talia præcepta dicuntur ceremonialia; igitur cõclusio & responsio vera. Huius rationis D.S. primò deducit maiorem; secundò minorem, ibi. Ordinatur autem &c. tertiò subsumptam cum ipsa conclusione in fine, ibi. Qui quidem cultus &c. Maior ergo declaratur a principio per differentiam legis Diuinæ, & humanæ, quia humana principaliter ordinat homines ad inuicem, Vnde & si aliquid de Deo ordinet, hoc fit propter bonum cõe hominũ. E contra autem est de lege Diuina, cuius pars est lex vetus.

¶ Ordinatur autem homo in Deum non solùm per interiores actus mentis quæ sunt credere, sperare, & amare; sed etiam per quædam exteriora opera, quibus homo Diuinam seruitutem profitetur; & ista opera dicuntur ad cultum Dei pertinere. ——

¶ Ponit minorem primam, quam D.S. hic nõ probat; sed eam declarat 2.2.q.85.art.1 quia ex naturali ratione ꝓcedit, ꝙ homo quibusdam sensibilibus rebus vtatur, offerens ea in signum debitę subiectionis, & honoris &c. Vide ibidem. Deinde ibi.

¶ Qui quidem cultus ceremonia vocatur, quasi munera. i. dona cereris quæ dicebatur Dea frugũ, vt quidã dicũt, eo ꝙ primò ex frugibus oblationes Deo offerebãtur, siue vt maximus. Valerius refert, * nomen ceremoniæ introductum est ad significãdum cultum Diuinum apud Latinos a quodam oppido iuxta Romã quod Cęre vocabatur, eo quòd Roma capta a Gallis illuc sacra Romanorum oblata sunt, & reuerendissimè habita. Sic igitur illa præcepta quæ in lege pertinent ad cultum Dei, specialiter Cerimonialia dicuntur. ——

*Lib. 1. c. 1. parũ à medio. in fin. de L. Furio Baculo.

¶ Subiungit minorem secundam subsumptam, quæ probatur, ibi. Et assumitur maior ex dictis. Talia præcepta dantur de exterioribus operibus quæ pertinent ad Diuinum cultum. i. sunt Diuinus cultus, sed Diuinus cultus dicitur ceremonia; igitur & huiusmodi præcepta dicuntur, & denominãtur a materia circa quam, cerimonialia, quia videlicet sunt circa cerimoniam, ideſt cultum. Maior patet ex dictis. Minor declaratur in textu a principio, quia cultus consistit præsertim in muneribus, & sacrificijs, vt patet secunda secundæ, vbi iam dicitur autem ceremonia quasi munera Deę cęreris &c. Secundò, quia hoc nomen introductum est ꝑm alios a Cęre oppido, vbi cultus habitus fuit Romanorum &c. nota, quòd sicut moralia præcepta denominantur ex materia circa quam sunt, videlicet a moribus, ita & ceremonialia denominantur ex materia circa quam, videlicet a ceremonia, ideſt oblatione munerum, & cultu Diuino, qui maximè consistebat in oblationibus, & sacrificijs, loquendo de cultu exteriori; & ergo dicuntur ceremonialia a cultu Diuino.

ARGVM. in contrarium fundatur in auctoritate Deut. 4. quæ refertur sententialiter. Et vult, quòd super decem verba, ideſt decem præcepta decalogi quæ Deus, (. s. in persona Angeli repręsentantis Deum immediatè dedit) mandauit, & ceremonias per Moysen &c. sed præcepta decalogi sunt moralia; igitur super moralia continebat ceremonialia, & sic firmat conclusionem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd humani actus se extendunt etiam ad cultum Diuinum; & ideo etiam de his continet præcepta lex vetus hominibus data. —

¶ Maior conceditur, sed dico circa ipsam, quòd actus humani sunt multiplices, quidam interiores, quidam exteriores, quidam de dictamine rationis naturalis, quidam solùm de iure Diuino positiuo. Ad minorem dico, quòd actus humani dicuntur morales, sed non solùm, immo & aliqui. s. exteriores, qui sunt solùm de iure Diuino positiuo dicũtur ceremoniales; ita quòd actus humani siue interiores, siue exteriores qui sunt de dictamine rationis naturalis dicuntur morales. Sed exteriores quibus homo protestatur suam subiectionem ex determinatione Diuina, dicuntur ceremoniæ; ita quòd ceremoniæ distinguuntur a moralibus ex parte principij, & ex parte materiæ. Et nota, quòd quamuis cultus Diuinus in communi sit de lege naturæ, tamen talis cultus determinatus, est ex institutione Diuina, & distinguitur a moralibus; quare negatur consequentia, quia esto omnia moralia sint actus humani, non tamen conuertitur, scilicet omnes humani actus sunt morales, vt hic loquimur de moribus. Nota tamen, quòd videtur posse dici, quòd si morales accipiantur communiter, pro omni actu humano voluntario etiam imperato, & exteriori, sic cerimonię essent morales. Si autem morales actus capiantur appropriatè pro his actibus tantùm, qui sunt de dictamine rationis naturalis, & circa materiam de se rationalem ex natura actus, tunc ceremoniæ non sunt actus morales. In præsenti autem materia loquimur de moralibus actibus appropriatè. Et potest hoc fundari infra q. 102. art. 1. ad tertium.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut supra dictum est, * præcepta legis naturæ cõia sunt, & indigent determinatione. Determinantur autem, & per legem humanam, & per legem Diuinam; & sicut ipsę determinationes quæ fiunt per legem humanam, non dicũtur esse de lege naturæ, sed de iure positiuo, ita ipse determinationes præceptorũ legis naturæ, quæ fiunt per legẽ Diuinã, distinguuntur a præceptis moralibus quæ pertinent ad legẽ naturæ, colere ergo Deũ cum sit actus virtutis, pertinet ad præceptum morale, sed determinatio huius præcepti, s. colatur talibus hostijs, & talibus muneribus, hoc pertinet ad præcepta cerimonialia, & ideo præcepta cerimonialia distinguuntur a præceptis moralibus. ——

*q. 94. ar. 4.

¶ Ad maiorem dico, quòd præcepta ceremonialia pertinent ad cultum Diuinum determinatum ex institutione Diuina, & non præcipiunt cultum Diuinum in communi, sed talibus hostijs, & tali tempore &c. Ad minorem distinguo, dico enim, quòd cultus Diuinus indeterminatè est actus virtutis, & legis naturæ, per consequens. Sed si intelligitur de cultu Diuino determinato; negatur minor. Dico enim, quòd sicut præcepta communia legis naturæ determinãtur per legem humanam, & illæ determinationes non sunt de lege naturæ. Sic determinatio legis naturæ quæ fit per ius Diuinum positiuum, non est de lege naturæ, & talis determinatio est præceptum ceremoniale. Ad Tullium dico, quòd loquitur, religio affert ceremoniam, & cultum, sed indeterminatè, & relinquit rationi hominis, & voluntati, vt habet D.S. 2.2.q.81. art.2. ad tertium, vbi & refert hanc auctoritatem Tullij. Sicut eñ malefactores punire est de lege naturali, & significare cõceptum suum; sed isto modo punire, vel significare est de lege humana, & ex voluntate, vel placito; ita offerre Deo, & colere Deum est legis naturæ; sed isto modo colere est legis Diuinæ positiuæ, & sic sunt præcepta ceremonialia de cultu Dei. Vltra. Cum igitur &c. dico, quòd præcepta moralia sunt de actibus virtutum, vt sic, absque determinatione secundum dictamen rationis naturalis: Sed ceremonialia præcepta sunt de actibus virtutum determinatis ex ordinatione Diuina, ita quòd oportet tali modo fieri, & non aliter; quare negatur consequentia.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ sicut Diony. dicit, primo ca. ce. Hierarchię. * Diuina hominibus manifestari non pñt nisi sub aliquibus similitudinibus sensibilibus, ipsę autem similitudines magis mouent animũ qñ non solùm verbo exprimuntur, sed etiam sensui offeruntur; & ideo Diuina tradũtur scripturis non solùm per similitudines verbo expressas, sicut patet in metaphoricis locutionibus; sed etiam per similitudines rerum quæ vsui proponuntur, quod pertinet ad præcepta cerimonialia.

*Dion. c. 1. post med. illius.

¶ Maior conceditur, & infra cum de ceremonialibus agetur, ostendetur quid vnumquodq; ceremonialium figuratiuè significauerit. Ad minorem dico, quòd quidem verum est, quòd verba obtinent principatum quantum ad vniuersalitatem significandi. Nam vt Augustinus ibidem habet, quia possunt significare quæcunq; animo concipiuntur, sed tamen non omni modo significant, nec significatio verborum ita mouet sicut significatio rerum, & factorum sensibilium quæ offeruntur visui; quare negatur consequentia, quia Diuina debuerant offerri, & repræsentari hominibus per similitudines verbales, & reales. Et ideo scriptura Diuina tradit similitudines verbales in Metaphoricis locutionibus, & reales in præceptis ceremonialibus, de quorũ significatione inf. q. 102. sicut immolatio Agni Paschalis quæ erat quoddã Sacramentum, & cerimoniale, repręsentabat immolationẽ Christi in Passione &c.

Vtrum in lege veteri præter præcepta moralia, & ceremonialia, sint aliqua præcepta iudicialia.

D

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd præter præcepta moralia, & cerimonialia, non sint aliqua præcepta iudicialia in veteri lege. Dicit enim Aug. contra Faustum, * quòd in lege veteri sunt præcepta vitę agendę, & præcepta vitæ significandæ; sed præcepta vitę agendę sunt moralia; præcepta autem vitę significandę sunt cerimonialia; ergo præter hęc duo gña præceptorũ non sunt ponenda in lege, alia præcepta iudicialia.

Infra ar. 5. co. & q. 101. art. 1. co. & q. 103. ar. 1. co. & q. 104. ar. 1. Et 2. 2. q. 87. art. 1. co. & q. 122. art. 1. ad 2. Et 3. contra cap. 128. Et quol. 2. art. 8. co. & quol. 4. ar. 1. co. * Aug. li. 6. c. 2. & li. 19. c. 13. & lib. 10. c. 2. 10. 6. * est Glos. Cassiod. in hunc locũ.

¶ 2 Præt. super illud Psal. A iudicijs tuis non declinaui, dicit Glo. * i. ab his quę constituisti regulam viuendi; sed regula viuendi pertinet ad præcepta moralia; ergo præcepta iudicialia non sunt distinguenda a moralibus.

¶ 3 Præt. iudicium videtur esse actus iustitię, secundum illud Psal. Quoad vsque iustitia conuertatur in iudicium; sed actus iustitię, sicut & actus cęterarũ virtutũ pertinet ad præcepta moralia; ergo præcepta moralia includũt in se iudicialia, & sic non debent ab eis distingui.

¶ Sed contra est, quod dr Deut. 6. Hæc sunt præcepta, & ceremonia atq; iudicia; præcepta autem anthonomasticè dicuntur moralia; ergo præter præcepta moralia, & cerimonialia, sunt etiam Iudicialia.

¶ Hic Doc. San. inquirit de tertia differentia præceptorum, quę dicuntur iudicialia.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, * ad legem Diuinam pertinet, vt ordinet homines adinuicem, & ad Deum; vtrunque autem horum in communi quidem pertinet ad dictamen legis naturę ad quod referuntur moralia præcepta; sed oportet, quòd determinetur vtrunq; per legem Diuinam, vel humanam; quia principia naturaliter nota sunt communia tam in specu latiuis, quàm in actiuis. * Sicut igitur determinatio communis præcepti de cultu Diuino fit per præcepta ceremonialia, sic & determinatio communis præcepti de iustitia obseruanda inter homines, determinatur per præcepta iudicialia. ——

*q. 94. ar. 2.

*Ad 2.

¶ D.S. in hoc corpore, primò deducit quandam conclusionem fundamentalem. Ex qua immediatè infert conclusionem respon. ibi. Et secundum hoc &c. quam tertiò probat auctoritate, ibi. Vnde cum Apostolus &c. Conclusio fundamentalis est, sicut determinatio communis præcepti de cultu Diuino, (quod. s. est legis naturę) fit per præcepta ceremonialia, sic & determinatio communis &c. vt in fine huius litterę, probatur a principio, quia ad legem Diuinam pertinet, vt ordinet homines ad inuicem, s. ꝑm iustitiam, & ad Deum. s. secundum cultum diuinum, sed vtrunque in cõmuni est de lege naturę, & pertinet ad præcepta moralia, sed oportet, quòd vtrunque determinetur. s. præceptum de cultu Diuino, & de iustitia inter homines obseruanda; igitur sequitur conclusio. Ista minor quo ad secundam partem patet, quia præcepta communia sunt naturaliter quidem nota, sed in particulari non, vt patuit art. 2. ad secundum, ideo indigent determinatione in particulari, ne homines errent. Et ergo secunda pars minoris vera, ꝙ oportet ponere determinationes, & per consequens sicut ceremonialia, ita & iudicialia. Nota, quòd sicut ceremonialia dicuntur a ceremonia. i. cultu Diuino, ita iudicialia dicuntur a iudicio siue exequtione iustitiæ. Quare bene sequitur, ꝙ si determinatio cultus, ideſt præcepta determinantia cultum, denominantur a cultu Diuino, quòd etiam determinantia iustitiam, denominentur a iustitia. Et ergo dicit D.S. in hac conclusione. Sic igitur &c. Et innuit ista conclusio quidditatem, & necessitatem iudicialiũ præceptorum, quia sunt præcepta iustitię in particulari obseruandæ ad sensum infra dicendum q. 104. art. 1. ad primum, & sunt necessaria, quia determinatio iustitię in particulari non est naturaliter nota sicut iustitia in communi &c.

¶ Et secundum hoc oportet tria præcepta legis veteris ponere, scilicet moralia quę sunt de dictamine legis naturę, ceremonialia quę sunt determinationes cultus Diuini, & iudicialia quę sunt determinationes iustitię inter homines obseruandę. ——

¶ Infert ex præcedenti conclusione præambulari conclusionem responsiuam talem. Oportet tria, (scilicet in genere) præcepta veteris legis ponere &c. vt est littera. Et interserit D.S. explicationem quid nominis horũ præceptorum ꝑm ꝙ tactum fuit in principio corporis, probatur ex præcedenti. Sicut determinatio &c. igitur cõclusio vera. Antecedẽs fuit cõclusio præambularis. Tenet consequẽtia de se, quia si sunt cõia de lege naturę, & duplicia determinãtia ipsa, s. ceremonialia, & iudicialia, bene sequitur, quòd tria sunt præcepta veteris legis &c. Deinde cum dicit.

¶ Vnde cum Apostolus Rom. 7. dixisset, quòd lex est sancta, subiungit, quòd mãdatum est iustum, & bonum, & sanctum; iustum quidem quantum ad iudicialia; sanctum quantum ad cerimonialia; nam sanctum dicitur, quod est Deo dedicatum; bonum ideſt honestum quantum ad moralia. ——

¶ Probat conclusionem respon. auctoritate Apostoli, de qua auctoritate etiam supra habitum est. q. 98. art. 1. argumento in contrarium. Et habetur ex illa auctoritate, quòd tria sunt præcepta legis sanctæ; igitur concluso vera &c. Ex quibus omnibus hr conclusio resp. ꝓnsiua formaliter, quòd sunt aliqua præcepta iudicialia præter moralia, & ceremonialia, patet ex dictis; quia lex vetus ordinat ad Deum, & ad homines in communi quidem ꝑm moralia, sed præter ista oportet ponere determinationes, & quo ad Deum, & quo ad homines, scilicet sicut cerimonialia sunt determinationes ad Deum, ita & iudicialia ad homines, sed ceremonialia ponuntur, vt patuit; igitur & iudicialia &c.

ARGVMENTVM in contrarium directè probat conclusionem respons. quòd scilicet tria sunt præcepta, & inter ea ponuntur ceremonialia; igitur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd tam præcepta moralia, quàm etiam iudicialia pertinent ad directionem vitæ humanę; & ideo vtraque continentur sub vno membro illorum quę ponit August. scilicet sub præceptis vitę agendę. ——

¶ Ad maiorem, quòd est auctoritas Aug. Dico, quòd sub præceptis vitę agendę continet duo. s. moralia, & iudicialia, quia & ipsa pertinẽt ad directionem vitę in ordine ad alium, proximũ. s. vt patebit infra q. 104. & cum hoc non sunt principaliter figuratiua sicut ceremonialia, vt patebit etiam ibidem. Ad minorem dico, ꝙ sunt moralia, sed non tantùm, sed etiam iudicialia sunt de vita. s. secunda. i. operationibus humanis agendis in particulari, & in ordine ad proximum, & tñ moralia sunt de agendis ex obligatione rationis naturalis. Iudicialia autem ex sola institutione Diuina; negatur autem cõsequentia, inquantum consequẽs innuit iudicialia ab illis duobus generibus quæ Aug. ponit, esse exclusa.

¶ Ad secundum dicendum, quòd iudicium significat executionem iustitię quę quidem est secundum applicationẽ rationis ad aliqua particularia determinatè, vnde præcepta iudicialia communicant in aliquo cum moralibus, inquantum. s. a ratione deriuantur, & in aliquo cũ cerimonialibus, inquantum. s. sunt quædam detetminationes communium præceptorum, & ideo qñq; sub iudicijs comprehenduntur præcepta iudicialia, & moralia; sicut dicitur Deut. 5. Audi Israel cerimonias atque iudicia. Quandoque verò iudicialia, & ceremonialia; sicut dicitur Leuit. 18. Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, vbi præcepta ad moralia referuntur, iudicia verò ad iudicialia, & ceremonialia. ——

¶ Ad maiorem dico, quòd iudicia ibi important etiam moralia, quia iudicialia habent aliquam conuenientiam cum moralibus, quia & a ratione deriuatur; esto non ex sola ratione vim obligandi habeant, sed ex institutione; & in secundo cõueniunt cum ceremonialibus. Ad minorem dico, quòd principaliter pertinet regula viuendi, & maximè in seipso ad moralia, tamen iudicia non solùm dicunt moralia, sed propter conuenientiam cum iudicijs. Negatur ergo cõsequentia; sed sequitur, ꝙ propter aliquã cõuenientiam, qñq; sub vno nomine comprehenduntur iudicialia, & moralia; sicut etiam nomine iudicij comprehenduntur quandoque ceremonialia, & iudicialia, vt patet in solutione.

¶ Ad tertium dicendum, quòd actus iustitiæ in generali pertinet ad præcepta moralia; sed determinatio eius in speciali pertinet ad præcepta iudicialia. ——

¶ Maior conceditur, & intelligitur Psal. hæreditatem suã Deus non derelinquet, quoad vsque iustitia. s. Diuina, conuertatur. i. potest in iudicium. i. executionem, & actum iustitiæ in extremo iudicio. Ad minorem dicitur, sicut ad secundum præcedentis artículi, quòd actus iustitiæ in communi, vel generali absque determinatione speciali, & actus iustitiæ secundum obligationem naturalis rationis, pertinet ad præcepta moralia, sed actus iustitiæ determinatus est de iure positiuo humano, vel Diuino; sicut dictum est de punitione malefactorum. Sed negatur consequentia, quòd includant, sed sunt determinationes superadditę; non habentes vim ex moralibus præceptis, sed solùm ex lege positiua. Sed iuxta supradicta excitãtur ex principijs legis naturæ, & ea præsupponunt, & vt dictum est ad secundum, aliquo modo a rõne deriuantur, sed valdè remotè; nec ex ea habent vim obligandi.

Vtrum lex vetus contineat aliqua alia præcepta præter moralia, iudicialia, & cerimonialia.

E

AD quintum sic proceditur. Vĩ, ꝙ aliqua alia præcepta contineantur in lege veteri præter moralia, iudicialia, & cerimonialia. Iudicialia enim præcepta pertinent ad actum iustitiæ quæ est hominis ad hominem, cerimonialia verò pertinent ad actum religionis qua Deus colitur; sed præter has sunt multę alię virtutes, scilicet temperantia, fortitudo, liberalitas, & aliæ plures, vt supra dictum est; * ergo præter prædicta oportet plura alia in lege veteri contineri.

Supra ar. 4. co. Et quol. 2 art. 8. cor. Et Gal. 5. Lec. 3. co. 2. Et Hebr. 7. Lec. 2. co. 2.

*q. 60. ar. 5.

¶ 2 Præt. Deut. 11. dicitur. Ama dñm Deũ tuum, & obserua eius præcepta, & cerimonias, & iudicia atque

mandata, sed præcepta pertinent ad moralia, vt dictum est, * ergo præter moralia, iudicialia, & cerimonialia, adhuc alia continentur in lege quæ dicuntur mandata.

*art. 4. in argu. oppo. & ad secũdum.

¶ 3 Præt. Deut. 6. dr. Custodi præcepta dñi Dei tui, & testimonia, & cerimonias quas tibi præcepi; ergo præter omnia præcepta adhuc in lege testimonia cõtinẽtur.

¶ 4 Præt. in Psal. dicitur. In ęternum non obliuiscar iustificationes tuas. Glo. i. * legem; ergo præcepta legis veteris non solùm sunt moralia, cerimonialia, & iudicialia; sed etiam iustificationes.

* Glos. interlin. ibi.

¶ Sed contra est, quod dicitur. Deut. 6. Hæc sunt præcepta, & cerimonię, atque iudicia quæ mandauit dominus Deus vobis, & hæc ponuntur in principio legis; ergo omnia præcepta legis sub his comprehenduntur.

¶ Hic D. S inquirit de quibusdam annexis, ad dicta tria præcepta, & quærit an sint quædã alia præter ista, nam hic tractatus est de diuersitate, & distinctione præceptorum. Et quærit virtualiter, an diuisio per prædicta tria præcepta sit sufficiens. Et secundò virtualiter quærit, an vetus lex nihil aliud contineat nisi præcepta. Vnde D. S. ista omnia determinat in hoc articulo.

¶ Respondeo dicendum, quòd in lege ponuntur aliqua tanquam præcepta, aliqua verò tanquàm ad præceptorum impletionem ordinata. Præcepta quidem sunt de his quæ sunt agenda.

¶ D. S. in hoc corpore duo facit principaliter; primò deducit aliquas conclusiones partiales præambulares; secundò ex ipsis infert conclusionem responsiuam per modũ corollarij, ibi. Ex quibus omnibus &c. Circa primum, primò præmittit aliqua præsupposita; secundò ex eis deducit duas cõclusiones præambulares, ibi. Ad quorũ impletionẽ &c. Supponit ergo primò, ꝙ in lege aliqua ponuntur tanq̃ præcepta, aliqua verò tanq̃ ad præceptorũ impletionẽ ordinata; secundò supponit, ꝙ præcepta sunt de his quę per nos sunt agenda. Et relinquuntur ista suppositа nota, & patent ex supradictis. q. 92. art. 2. Consequenter cum dicit.

¶ Ad quorum impletionem ex duobus homo inducitur. s. ex auctoritate præcipientis, & ex vtilitate impletionis, quæ quidem est cõsecutio alicuius boni vtilis, delectabilis, vel honesti aut fuga alicuius mali contrarij. Oportuit igitur in veteri lege proponi quædam quę auctoritatẽ Dei pręcipientis indicarent; sicut illud Deut. 5. Audi Israel dominus Deus tuus vnus est, & illud. Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum, & terram, & huiusmodi dicuntur testimonia.

¶ Deducit secundum prædictorum suppositа duas conclusiones præambulares. Circa quod tria facit; primò deducit primam conclusionem præambularem; ex secunda parte primi suppositi ſm differentiam eorum quæ ordinantur ad præceptorum impletionem; secundò secundam cõclusionem, ex secundo suppositо ſm differentiam eorum quæ sunt præcepta, ibi. Ipsa autem &c. tertiò assignat ex superabundanti aliam differentiam eorum quæ dicta sunt, ibi. Quamuis etiam &c. Quo ad primũ intendit talem conclusionem primam. In lege ponuntur testimonia, & iustificationes præter præcepta. Huius conclusionis D. S. probat, primò primam partem; secundò secundam, ibi. Opportuit etiam &c. Quo ad primã partem arguitur sic, oportuit in veteri lege proponi &c. vt in littera, sed inducentia auctoritatem Dei præcipientis dicuntur testimonia; igitur in lege ponuntur testimonia præter præcepta. Maior probatur, ad impletionem præceptorum homo ex duobus inducit; igitur opportuit in veteri lege &c. antecedẽs & consequentia patent. Minor principalis patet, quia testificatur de Dei auctoritate, & ponit D. S. duas auctoritates de testimonio. Consequenter ibi.

¶ Opportuit etiam, quòd in lege proponerentur quędam præmia obseruantium legem, & pœnę transgredientium, vt patet Deut. 28. Si audieris vocem domini tui faciet te excellentiorem cunctis gentibus &c. huiusmodi dicuntur iustificationes, secundum quòd Deus aliquos iustè punit, vel præmiat.

¶ Probat secundam partem conclusionis primæ sic, opportuit in lege proponi quædam præmia obseruantium legem, & pœnas transgredientium, sed proponentia præmia, & pœnas dicuntur iustificationes; ergo in lege ponuntur iustificationes præter præcepta. Maior probatur ex antecedente priori. Ad impletionem præceptorum &c. ergo maior vera, consequentia clara; minor etiam patet, quia præcepta iustam pœnam, vel iustum præmium promittunt, vel comminantur &c. Nota autem, quòd ex hac conclusione clarè sequitur secunda pars conclusionis responsiuę positę in fine, quòd videlicet in lege ponantur quædam alia quàm præcepta prædicta in titulo quæstionis. Deinde cum dicit.

¶ Ipsa autem agenda sub præcepto non cadunt, nisi inquantum habent aliquam debiti rationem.

¶ Prosequitur aliud suppositum. s. ꝙ præcepta sunt de his quæ sunt agenda. Secundum qđ, inter. dit talem conclusionẽ præambularem secundã. Et parte agendorũ ponuntur in lege præcepta moralia, mandata, ceremonialia, & iudicialia præcepta, probatur conclusio; ipsa agenda sub præcepto non cadunt nisi inquantum habent debiti rationem, sed ratio debiti variatur quadrupliciter, & ſm vnum modum debiti, (scilicet rationis naturalis, & moralis fine quo non potest esse ordo virtutis,) accipiuntur præcepta moralia. Secundum autem alium modum debiti moralis quo aliqua non sunt pręcisè debita, sed propter melius, accipiuntur mandata. Secundum autem alium modum debiti, scilicet legalis, & ex determinatione legis in rebus humanis, accipiuntur iudicialia, sed in Diuinis ceremonialia; igitur conclusio ista vera; huius rationis D. S. primò ponit maiorem, secundò deducit minorem, ibi. Est autem &c. maior ergo relinquitur nota ex art. 1. præced. quæst.

¶ Est autem duplex debitum, vnum quidem ſm regulam rõnis, aliud autem ſm regulam legis determinãtis, sicut Philosophus in 8. Ethic.* distinguit duplex iustum scilicet morale, & legale. Debitum autem morale est duplex, dictat enim ratio aliquid faciendum, vel tanquam necessarium sine quo non potest esse ordo virtutis, vel tanq̃ vtile ad hoc, ꝙ ordo virtutis melius conseruetur.

* Arist. c. 7. tom. 1.

¶ Deducit minorem præmissam. Circa quam primò præmittit, quoddam notabile distinctiuum; secundò ex hoc manifestat minorem, ibi. Et ſm hæc &c. Distinguit ergo, quòd duplex est debitum, quia vnum est ſm regulam rationis, aliud ſm regulam legis determinantis. Et est eadem distinctioni Philosophi, vbi ponit debitum morale, & legale. Et secundum D. S. 2. 2. q. 80. art. vnico. Legale debitum est, ad quod reddendum aliquis lege astringitur. Morale autem est, quod quis debet ex honestate virtutis, nec competit isti debito ciuilis obligatio per quam quædam necessitas inducitur. Et intellige de necessitate coactionis exterioris. Et tamen est in aliquo necessitas honestatis. Subdiuidit autem debitum morale in duo debita, vt in littera. Tunc ibi.

¶ Et ſm hæc quædam moralium præcisè pręcipiũtur, vel prohibentur in lege; sicut non occides; non furtum facies, & hæc propriè dicuntur præcepta. Quædam verò præcipiuntur, vel prohibentur, non quasi pręcisè debita, sed propter melius, & ista possunt dici mandata, quia quandam inductionem habent, & persuasionem sicut illud. Exo. 20. Si pignus acceperis vestimentum a proximo tuo, ante solis occasum reddas ei, & aliqua similia, vnde Hierony. * dicit, quòd in præceptis est iustitia; in mandatis verò charitas; debitum autem ex determinatione legis. In rebus quidem humanis pertinet ad iudicialia, in rebus autem Diuinis ad cerimonialia.

* Hierony. In phem. super Marcum à medio reperies in Glo. Ordin.

¶ Manifestat minorem prædictam secundum omnes partes ex præcedenti distinctione, quia secundum vnũ modum prædictum accipiuntur præcepta moralia, vt in littera. Quo ad secundum debiti moralis (scilicet, quòd quædam præcipiũtur, vel prohibentur non quasi debita, sed propter melius) sumuntur mandata. Et declarat distinctionem mandatorum a præceptis. Et puto ex hac distinctione inoleuisse consuetudinem, qua communiter in ordine nostro in confirmationibus priorum obseruatur, vt cum cõfirmator velit aliquem ligare sub peccato mortali, & per obedientiam, & summa auctoritate, scribat, vel dicat, præcipio tibi. Cum verò non ita artare velit, sed inducere, vt ex fraterno affectu, & amore onus subeat, scribit sibi per modum mandati, quamuis vt D. Antoninus habet. 2. par. tit. 4. c. 2. §. 3. In scriptura sacra plerũq; vnum pro alio ponatur, vide ibidem. Consequenter D. S. declarat alias duas partes minoris, præmittens secundum membrum diuisionis, scilicet debitum ex determinatione legis. Et hoc quoq; subdistinguit, quia vnũ est in rebus humanis, i. actionibus, & cõmutationib. & passionibus hominũ ad inuicẽ, & hoc determinat in præceptis iudicialibus. Aliud autẽ est in rebus Diuinis. i. cultũ Diuinũ cõcernentibus, & tale debitũ est præceptorum ceremonialiũ.

¶ Quamuis etiam ea, quæ pertinent ad pœnam, vel præmia dici possint testimonia, inquantum sunt protestationes quædã Diuinæ iustitiæ; omnia verò præcepta legis possunt dici iustificationes, inquantum sunt quædam executiones legalis iustitiæ.

¶ Assignat aliam rationem distinguendi, & differentiam prædictorum ex superabundanti; & primò testimoniorum, & iustificationum; secundò mandatorum, & præceptorum, ibi. Possunt etiam &c. Quo ad primum illa est differentia, quòd testimonia sunt

sunt quæ pertinent ad pœnam, vel præmia quæ protestantur Diuinam iustitiam, sed omnia alia præcepta dicuntur iustificationes.

¶ Possunt etiam aliter mandata a præceptis distingui, vt præcepta dicantur quæ Deus per seipsum iussit, mandata autem quæ per alios mandauit, vt ipsum nomen sonare videtur.

¶ Ponit alium modum distinguendi mandata a præceptis ex significatione huius nominis mandatum, vt patet clarè in littera.

¶ Ex quibus omnibus apparet, quòd omnia legis præcepta continentur sub moralibus, ceremonialibus, & iudicialibus. Alia verò non habent rationem præceptorum, sed ordinantur ad præceptorum obseruationem, vt dictum est. *

* In hoc corpore.

¶ Hic D. S. in calce corporis ex prædictis omnibus infert conclusionem responsiuam per modum corollarij, sic. Omnia legis præcepta continentur sub moralibus, ceremonialibus, & iudicialibus. Alia verò (scilicet contenta in lege) non habent rationem præceptorum, sed ordinantur ad præceptorum obseruationem. Et per hoc habetur responsio formalis negatiua ad quæsitum, quòd non habentur alia præcepta, sed quædam alia; prima pars patet ex secunda conclusione præambulari, quia præcepta sunt de agendis sub ratione debiti, scilicet simpliciter; sed illa ratio debiti inuenitur tantùm in moralibus iudicialibus, & ceremonialibus, vt patuit; igitur &c. Secunda pars patet ex prima conclusione præambulari, quia vel alia sunt testimonia, vel iustificationes, vel etiam mandata, sed ista ordinantur ad præceptorum obseruationem, præsertim testimonia, & iustificationes; igitur secunda pars vera.

ARGVM. in contrarium est pro prima parte conclusionis respon. scilicet ꝙ non ponantur alia præcepta præter tria dicta, cum quo stat, quòd ponantur quædam alia quæ inducunt ad præceptorum obseruationem, vt dicit secunda pars conclusionis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sola iustitia inter alias virtutes importat rationem debiti, & ideo moralia intantum sunt lege determinabilia, inquantũ pertinent ad iustitiam; cuius etiam quædam pars est religio, vt Tullius dicit, * vnde iustum legale non potest esse aliquod præter ceremonialia, & iudicialia præcepta. Ad alia patet responsio per ea quæ dicta sunt.

* Tull. li. 2. de inuent. Iust. ante fiem. lib.

¶ Ad maiorem dico, quòd & actus religionis præcipiuntur sub ratione iustitiæ, ita quòd quicquid lege præcipitur, præcipitur sub ratione iusti, licet lex naturalis præcipiat actus virtutum etiã sub propria ratione. Sed lex positiua, quæcũque præcipit, præcipit sub ratione iusti, humana quidem sub ratione iusti propriè dicti in ordine ad alium, siue particularem, siue bonum commune. Lex autem Diuina præcipitur sub ratione iusti etiam metaphorici, qđ est hominis ad seipsum, & ad Deum, & hæc patebunt in q. seq. Et dico secundò particularius ad secundam partem maioris, ꝙ ceremonialia pertinent, & præcipiunt actum religionis; non nisi sub ratione iustitiæ, quia & ipsa religio est pars iustitiæ, s. potentialis, vt declaratur 2. 2. q. 80. quia eius est reddere debitũ aliquale Deo; & ergo actus religionis cadũt sub ceremonialibus, vt debiti sunt, & iusti, & non sub ratione virtutis, vt sic. Minor conceditur, sed dico, quòd nulla virtus cadit sub præcepto legis positiuæ, nisi sub ratione iustitiæ, quare negatur consequentia; quia omnes alię virtutes, vel virtutum actus cadunt sub præceptis, vt iusti aliquo modo; vel ergo in ordine ad hominem, & sic cadũt sub iudicialibus, vel in ordine ad Deũ, & sic sub ceremonialibus. Quare nõ oportet esse alia præcepta legis positiua, & lege propria; moralia em̃ præsertim communissima non ponuntur in lege positiua; sed habentur ex lege naturæ. Nota autem, quòd iustum legale, est quod præcipitur ex lege positiua, & in proposito, quod determinatur per legem positiuam Diuinam; illa autem non determinat nisi vt iustum; & ergo secundum diuersitatem iusti, est diuersitas præceptorum legis diuinæ. Et quia hoc est duplex. s. ad Deum, & ad hominem; igitur est duplex præceptum, ita tamen, ꝙ sub homine, vt ordinatur per legem Diuinam, intelligitur non solùm homo suppositо distinctus, sed etiam homo ſm seipsum ordinatur per Diuinam legem sub ratione tĩ iusti, etiam per virtutes circa propriας passiones existentes inquantum iustum est, vt inferiora hominis. s. sensualitas superioribus. s. rõni subdantur, vel inquantum iustum est, vt homo obediat Deo per quascunque virtutes. Et hæc D. S. innuit in solutione, quia iustum legale non est aliud quàm iudiciale, & ceremoniale, quod iudiciale ordinat hominẽ ad homines ex institutione Diuina. Vnde præcepta temperantiæ fortitudinis &c. non sunt alia a præceptis iudicialibus, quia temperantia præcipitur, vt iustum, & debitum hominis ad seipsum, vel ad Deum, & per consequens cadit sub præcepto iudiciali, vel ceremoniali. Et nota verbum D. S. (& ideo moralia intantũ sunt lege determinabilia &c) quia moralia in cõi, & ſm se sunt legis naturæ, & per consequens virtutes, & eorum actus; sed determinatio eorũ cadit sub lege in ordine quidẽ ad Deũ in præceptis ceremonialibus, in ordine autẽ ad hominẽ in iudicialib. vt patet ar. 3. & 4.

¶ Maior placet, quòd ita dicatur. Dico autem, quòd mandata accipiuntur dupliciter. Vno modo secundum primum modum dicendi positum in art. tunc dico, ꝙ mandata realiter distinguũtur a præceptis tanq̃ de non necessarijs ad seruandum ordinem virtutis, præcepta autem sunt de necessarijs, & per consequens habent distincta præcepta, & distinguuntur. Secundo modo capiuntur præcepta iuxta secundũ modum dicendi, & tunc non realiter distinguuntur mandata a præceptis in cõi, licet a præceptis a Deo immediatè datis distinguantur. Minor conceditur in proposito maioris; ergo &c. verum secundum primum modum loquẽdi de mandatis, ꝙ ponantur quædam alia, sed non alia præcepta.

¶ Secundò dico iuxta secundum modum, ꝙ continentur mandata, sed non distinguuntur realiter a præceptis in cõi, quia sunt etiã præcepta, sed per alios, & non immediatè a Deo; vnde iuxta illum modum dicendi oportet dicere, quòd præceptum in communi est cõe ad præceptum a Deo immediatè datum, & ad præceptum datum per alios quod vocatur mandatum, & sic præcepta decalogo superaddita, quæ dedit Deus per Moysen, & Aaron, sunt mandata, de quibus infra q. seq. art. 11. Et dicit D. S. patere solutionem huius, & sequentium per ea quæ sunt dicta in corpore, de duplici modo accipiendi mandata.

¶ Ad tertium, consequens conceditur, iuxta duos modos loquendi de testimonijs, quia vel sunt quæ importãt auctoritatem prącipientis, vel quæ protestantur Diuinã iustitiam in pœnis comminatis, vel promissionis prærnijs Et probat hæc rõ secundã partem conclusionis, ꝙ continentur alia, sed non alia præcepta; oĩa em̃ præcepta cõtinentur sub triplici debito, & ita sunt tria in gñe.

¶ Ad quartum, antecedens conceditur, sed negatur consequentia; primò ſm primum modum dicẽdi de iustificationibus, quòd præcepta legis non contineantur sub tribus; sed si consequẽs diceret, ergo non omnia quæ sunt in lege continentur sub tribus præceptis, conceditur, sed quia dicit, ergo præcepta &c. ideo negatur; secundò dicitur iuxta secundum modum dicendi eriã negando consequentiam, quia argumentum supponit, quòd iustificationis sint alia præcepta ab istis tribus, quod negatur, quia sunt ipsa præcepta, vt patuit &c. Et solutiones horum trium argumentorum habentur ex corpore articuli intellecto, ideo dicit D. S. ad alia, scilicet tria vltima argumenta, patet responsio per ea quæ dicta sunt, scilicet in corpore articuli.

Vtrum lex vetus debuit inducere ad obseruantiam præceptorum, per temporales promissiones, & comminationes.

F

Supra q. 91. ar. 5. cor. Et inf. q. 107. arti. 1. ad 2. Et 3. dist. 4. art. 2. co. & articu. 4. Et Roman. 8. Lec. 3. co. 2. & c. 10. col. 2. Et 2. Cor. 11. Lec. 6.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd lex vetus non debuit inducere ad obseruãtiam præceptorum per temporales promissiones, & comminationes. Intentio enim legis Diuinæ est, vt homines Deo subdantur per timorem, & amorem, vnde dicitur Deut. 10. Et nunc Israel quid dominus tuus petit a te, nisi vt timeas dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum; sed cupiditas rerum temporalium abducit a Deo. Dicit enim Aug. in lib. 83. quæstionum, * ꝙ venenum charitatis est cupiditas; ergo promissiones, & comminationes temporales videntur contrariari intentioni legislatoris, quod facile facit legem reprobabilem, vt patet per Philosophum in 2. Polit. *

* Aug. q. 36. à principio tom. 4.

* Arist. c. 2. à medio tom. 5.

¶ 2 Præt. lex Diuina est excellentior quàm lex humana, videmus autem in scientijs, quòd quantò aliqua est altior tantò per altiora media procedit; ergo cum lex humana præcedat ad inducendum homines per tẽporales comminationes, & promissiones, lex Diuina non debuit ex his procedere, sed per aliqua maiora.

¶ 3 Præt. id non potest esse præmium iustitiæ, vel pœnę culpę quod equaliter euenit, & bonis, & malis; sed sicut dicitur Eccl. 9. Vniuersa temporalia equè eueniunt iusto, & impio, bono, & malo, mundo, & immundo, immolanti victimas, & sacrificia contemnenti; ergo temporalia bona, vel mala non conuenienter ponuntur, vt pœnę, vel præmia mandatorum legis Diuinæ.

¶ Sed cõtra est, qđ dr Esa. 1. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis, ꝙ si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis; gladius deuorabit vos.

¶ Ista est secunda pars quæstionis huius, in qua D. S. postquàm quæsiuit de diuersitate præceptorum, hic quærit de inducentibus ad horum præceptorum obseruantiam, quia & art. præcedenti,

dictum est, quòd præter præcepta contineantur aliqua inducentia in legis obseruationem. Est igitur quæstio, quæ fuerint illa inducentia, an spiritualia, vel temporalia terrena.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut in scientijs speculatiuis inducuntur homines ad assentiendum cõclusionibus per media syllogistica; ita etiam in quibuslibet legibus homines inducuntur ab obseruãtias præceptorum per pœnas, & præmia; videmus autem in scientijs speculatiuis, quòd media proponuntur auditori ſm eius conditionem; vnde sicut oportet ordinatè in scientijs procedere, vt ex notioribus disciplina incipiat, ita etiam oportet eum qui vult inducere hominem ad obseruantiam præceptorum, vt ex illis eum mouere incipiat quę sunt in eius effectu; sicut pueri prouocantur ad aliquid faciendum aliquibus puerilibus munusculis.

¶ Conclusio responsiua quæsito, talis ponitur a D.S. Legi veteri conueniebat, vt per temporalia manuduceret homines ad Deũ. Et habetur per hoc responsio ad quæsitum affirmatiua, quòd sic probatur conclusio, oportet eum qui vult inducere hominem ad obseruantiam præceptorum, vt ex illis &c. vt in littera, sed bona temporalia erant in affectu illius populi cui lex dabatur, scilicet vt consequenda, & mala comminata, vt fugienda; igitur per illa conueniebat veterem legem inducere &c. Huius rationis D.S. posuit, & probat maiorem; secundò probat minorem, ibi. Dictum est &c. tertiò subiungit conclusionem interferendo minorem ipsam, ibi. Vnde legi &c. Maior ergo probatur ratione fundata in simili de scientijs speculatiuis, clarè in littera. Confirmatur etiam exemplariter de pueris. Consequenter cum dicit.

*q.98.ar.1. & 2.ad 1. & art.3.

¶ Dictum est autem supra, * quòd lex vetus disponebat ad Christum sicut imperfectum ad perfectum; vnde dabatur populo adhuc imperfecto in comparatione ad perfectionẽ quæ erat futura p Christũ; & iõ populus ille cõparatur puero sub pedagogo existenti, vt patet Gal. 3.

¶ Deducit minorem dictam sic. Lex vetus data fuit populo imperfecto, in comparatione ad perfectionem, quæ erat futura per Christum; sed perfectorum est, quòd temporalia bona contẽnãt, & spiritualibus inhæreant, imperfectorum verò, quòd bona temporalia desiderent, in ordine tamen ad Deum, quales fuerunt quibus lex data fuit; peruersorum autem est, quòd in bonis temporalibus finem constituant; igitur minor vera, quòd in affectu istius populi temporalia erant. Huius rationis D.S. ostendit primò maiorem; secundò minorem, ibi. Perfectio autem &c. Maiorẽ D.S. ostendit ex supra dictis, quia lex vetus disponebat ad Christum sicut imperfectum; igitur sequitur maior; quia lex imperfecta datur populo imperfecto, & intelligit, vt in plurib. quia esto aliqui essent perfecti, non tamen plures; secundò probat illã maiorẽ ex Apostolo, qui populũ illũ comparat puero &c. Cõsequenter ibi.

¶ Perfectio autem hominis est, vt cõtemptis tpalibus spiritualibus inhæreat, vt patet per illud quod Apostolus dicit Phil. 3. Quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea quæ priora sunt me extendo, quicunque ergo perfecti sumus hæc sentiamus; imperfectorum autem est, q̃ temporalia bona desiderent, in ordine tamen ad Deũ; peruersorum autem est, q̃ in tpalibus bonis finẽ constituãt.

¶ Subiungit minorem prædictã pro minore principali. Cuius primam partem probat per Apostolum, alias duas partes reliquit notas. Nota autem pro secunda parte D.S. 2.2.q.27.art.3. vbi determinat, quòd Deus potest propter aliud diligi, (si propter) dicat dispositionẽ in genere causæ materialis; quia scilicet aliquid disponit nos ad dilectionem Dei puta beneficia accepta; quãmuis postquàm iam amare incepimus, non propter illa beneficia amamus, sed propter virtutem, & bonitatem Dei; & sic ergo beneficia susceptа, & præmia sperata, & pœnæ vitandæ inducunt imperfectos ad amorem Dei in genere causæ materialis; non q̃ propter temporalia tanquàm propter finem Deũ diligant, quia hoc esset peruersitatis, & frui vtendis, & vti fruendis; sed per temporalia disponuntur, & alliciuntur, vt Deum diligant, & mandata eius obseruent propter Deum tanquàm finem. sed peruersi obseruant propter temporalia tanquàm propter finem. Et hoc vult D.S. in istis duabus partibus minoris. Sic videmus, & apud nos, q̃ quis per beneficia allicitur, vt alterum diligat propter seipsum, vnde & supra dictum fuit. q.9.art.7. quòd species est causa amoris; patet igitur, quòd bona temporalia a Deo promissa habuerunt se in genere causæ materialis non finalis; sed spiritualia in temporalibus implicitè promissa, habuerunt se in genere causæ finalis, vt enim habet D.S. 2.2.q.32. art.3. ad secundum. Bonum spirituale intentum non minuit meritum, sicut bonum temporale. Et ſm Scot. in 3.dist.26. nõ omnis comparatio obiecti voluntatis ad bonum, est comparatio vsus, sed solùm quando cõparatur tanquàm minus bonum ad maius bonum obtinendum. Si autem comparẽtur, vt ipsum aliud bonum habeatur tanquam a maiori minus; non est nisi comparatio liberalitatis, & sic potest quis bonum infinitum comparare ad bonum suum, ita quòd velit, quòd sit sibi bonum absque inordinatione voluntatis. Vnde fuerunt istę promissiones temporalium bonorum, sicut præsentiæ sacerdotum, propter quas vadens non committit symoniam. Vide quodlibet. octauo artic. 11.

¶ Vnde legi veteri conueniebat, vt per temporalia quæ erant in affectu hominum imperfectorum, manuduceret homines in Deum.

¶ Infert conclusionem iam probatam cum minore principali. Et nota verbum conclusionis cum dicit, manuduceret, quia cum obseruantiam præceptorum præsertim in gratia facta non possit sufficienter præmiari per bona temporalia, ideo non erant præmium, sed solùm manuductio, & incitamenta multitudinis ad obseruantiam legis, ita quòd per huiusmodi promissiones reddebantur beneuoli, & ideo dicit D.S. manuduceret; videmus enim, & nunc quia aliqui amantes sensibilia per promissionem modici commodi efficiuntur prompti. Vide etiam de mate. præsentis articulo D.S. in 3.dist.vlt.art.vlt. vbi ponit rationes; quare spirituales promissiones non potuerũt fieri isti populo; tamẽ quia bona ęterna non poterant eis statim exhiberi, tum vt ex his quæ cognoscebant assuefierent maiora sperare; tum vt & affectus a temporalibus ad ęterna manuduceretur.

ET confirmatur conclusio argumento in contrarium. Circa illam auctoritatem allegatam in hoc argu. dicit Nico. de Lyra, q̃ per hoc etiam intelliguntur alia bona spiritualia, quæ in talibus promissis sunt principaliter intellecta, quia præmium non debet esse minus bonum quàm meritum, sed maius; bona autem temporalia sunt minora bona q̃ opera virtutum, verumtamen vt dictum est, & D.S. habet in tertio, promissiones temporales non ponuntur in lege quasi præmia virtutum, sed tanquàm incitamenta quædam ad virtutem. Et præterea qui facit propter retributionem temporalem non est perfectè virtuosus, sicut & qui vitat malum timore pœnę principaliter, & ideo licet præmium perfectę virtutis non sit bonum temporale, tamen incitamentum ad virtutem imperfectam, est temporale bonum, licet non finis &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cupiditas qua homo constituit finem in temporalibus bonis est charitatis venenum, sed consecutio temporalium bonorum quæ homo desiderat in ordine ad Deum, est quædam via inducens imperfectos ad Dei amorem, secundum illud Psal. Confitebitur tibi cum benefeceris illi.

¶ Maior conceditur, minor distinguitur. Dico. n. q̃ cupiditas temporalium, vt in eis cõstituitur finis, abducit a Deo, sed sic non fuerunt promissa temporalia. Cupiditas autem temporalium in ordine ad Deum non abducit, sed adducit. Et ita Deus promisit, vt per hęc traherentur ad Deum, quia voluit, vt obseruarent mandata sua, & obedirent sibi, & per consequens inducerentur in eius amorem. Sicut videmus, q̃ homines dicunt, quare non obediremus Deo cum tãta bona nobis facit? Ad August. dicitur, q̃ primo modo cupiditas est venenũ charitatis, non secundo modo, immo est dispositio ad charitatẽ, vt dictũ fuit; quare negatur cõsequẽtia.

¶ Ad secundum ergo dicendum, quòd lex humana inducit homines ex temporalibus præmijs, vel pœnis per homines inducendis; lex verò Diuina ex præmijs, vel pœnis exhibendis per Deum, & in hoc procedit per media altiora.

¶ Ad illam; ergo cum lex &c. Dico q̃ lex humana procedit ex temporalibus &c. sed per homines inferendis. Et conceditur, q̃ lex Diuina non debet procedere ex his eodem modo, sed altiori, quia vt sunt per Deum inferenda, & vt implicitè continent spiritualia bona, & ęterna; maius autem est præmiari, vel puniri a Deo quàm ab homine; & ergo procedit ex altioribus medijs.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ sic patet historias veteris testamenti reuoluenti, communis status populi semper sub lege in prosperitate fuit quàm diu legem obseruabant, & statim declinantes a præceptis legis Diuinę in multas aduersitates incidebant; sed aliquæ personę particulares etiam iustitiam legis obseruantes in aliquas aduersitates incidebant, vel quia iam erant spirituales effecti, vt per hoc magis ab affectu temporalium abstraherentur, & eorum virtus probata redderetur; aut quia opera legis exterius implentes cor totum habebant in temporalibus defixum, & a Deo elongatum, secundum quòd dicitur. Esa. 29. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est a me.

¶ Maior

¶ Maior vera, vt sic, dico tamen iuxta supra habita q.87.arti.7. ad 2. quòd bonis interdum accidunt aduersitates temporales sed alio fine, quàm malis, similiter bona diuersimodè accidunt, vt ibidem patuit. Ad minorem dico, quòd aliquando alicui bono accidunt mala sed alio fine quàm malo. Dico secundò ad propositũ negando, quòd isti populo vt in pluribus acciderit malum dum obseruauit legem; sed solùm cum ab obseruãtia legis discessit; & si alicui particulari bono acciderit malum, hoc fuit quia iam nõ erat de imperfectis; sed perfectis, vt abstraheretur ab affectu temporalium; quia non est Dei optimorum corda emollire donationibus temporalibus, vt Diony. habet. Et secundò, si aliquis incidit in mala obseruans legem, hoc fuit, quia tantùm exterius impleuit; sed non corde. Diximus autem, quòd temporales promissiones promissæ erant, vt inducerent in Deum, & ergo qui defixi fuerunt in temporalibus, & peruersi, his promissiones istæ non debebãtur, quare negatur consequentia; quia obseruãtibus legem communiter dabantur bona temporalia, dummodo corde obseruarent, & non essent defixi in temporalibus, & peruersi &c.

Quæst. Centesima.

De præceptis moralibus veteris legis.

G DEinde considerandum est de singulis generibus præceptorum veteris legis. Et primò de præceptis moralibus. Secundò de ceremonialibus. Tertiò de iudicialibus. Circa primum quæruntur. 12. Primò, Vtrum omnia præcepta moralia veteris legis sint de lege naturæ. Secundò, Vtrum præcepta moralia veteris legis sint de actibus omnium virtutum. Tertiò, Vtrum omnia præcepta moralia veteris legis reducantur ad decem præcepta decalogi. Quartò, de distinctione præceptorum decalogi. Quintò, de numero eorum. Sextò, de ordine. Septimò, de modo tradendi ipsa. Octauò, Vtrum sint dispensabilia. Nonò, Vtrum modus obseruandi virtutem cadat sub præcepto. Decimò, Vtrum modus charitatis cadat sub præcepto. Vndecimò, de distinctione aliorum præceptorum moralium. Duodecimò, Vtrum præcepta moralia veteris legis iustificent.

¶ Postquàm inuestigata est distinctio præceptorum veteris legis in generali. hic agitur de singulis differentijs horum præceptorum in speciali; patet autem ordo, quia communis consideratio prior est. Et diuiditur ista consideratio in tres partes principales; quia primò agitur de moralibus, secundò de ceremonialibus in q. sequenti, tertiò de iudicialibus in quæst. 104. patet etiam ordo; quia moralia priora sunt, & aliæ determinationes moralium; ideo &c. Circà primum, primò agitur de natura, & distinctione præceptorum moralium, secundò de effectu ipsorum, arti. vlt. Circa primũ, primò fit, quod dictum est; secundò determinantur quædam dubia incidentia in ar 9. Circa primum, primò inquiritur natura, & conditio præceptorum moralium, secundò inquiritur distinctio eorum artic 3. Circa primum, primò fit, quod dictum est, secundò determinatur quoddam corollarium, ex dictis in ar. 2.

Vtrum omnia præcepta moralia ve.le. sint de lege naturæ.

Sup. q.49. ar.3. ad secundum & 4.q.cor. & inf q. 104. a.1.cor. Et Math.13.ca.xiii.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd non omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ. Dicit enim * Eccle. 15. Addidit illis disciplinam, & lege vitæ hæreditauit illos; sed disciplina diuiditur contra legem naturæ, eo quòd lex naturalis non addiscitur, sed ex naturali instinctu habetur; ergo non omnia præcepta moralia sunt de lege naturæ.

* Eccle.15.

¶ 2 Præt. Lex Diuina perfectior est, quàm lex humana; sed lex humana supaddidit aliqua ad bonos mores pertinentia his, quæ sunt de lege naturæ, quod patet ex hoc, quòd lex naturę est eadem apud omnes, huiusmodi autem morum instituta sunt diuersa apud diuersos; ergo multò fortius Diuina lex aliqua ad bonos mores pertinentia debuit addere supra legem naturæ.

* Gal.5.

¶ 3 Præt. Sicut ratio naturalis inducit ad aliquos bonos mores, ita & fides; vnde etiam dicitur * ad Gal. 5. q̃ fides per dilectionem operatur; sed fides non continetur sub lege naturæ; quia ea, quæ sunt fidei sunt supra rationem naturalem; ergo non omnia præcepta moralia legis Diuinæ pertinent ad legem naturæ.

* Rom.2.

¶ Sed contra est, quod dicit Apostolus * Rom. 2. quòd gentes, quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, quod oportet intelligi de his, quæ pertinẽt ad bonos mores; ergo omnia moralia præcepta legis sunt de lege naturæ.

¶ Hic primò Doct. Sanct. inquirit de natura, & conditione moralium, an uidelicet sint de lege naturæ.

¶ Nota autem, quòd esse de lege naturæ est esse rationi naturali cognitum, quod uidelicet ratio naturalis dicat esse faciẽdum, vel dimittendum consentiendo sibi, & ipsum approbãdo, vel dissentiendo reprobando. Quærit ergo an moralia sint de lege naturæ, est quærere, an ratio naturalis per synderesim ea approbet tanquàm recta, & vera, huiusmodi præceptis ex naturali inclinatione assentiendo; & non quærit Doct. Sanct. tantũ de præceptis decalogi, sed uniuersaliter quærit de præceptis moralibus de quibus infra ar. 11. ex intentione, quia quædam sunt præcepta legis naturæ communiora, & magis manifesta, præceptis decalogi; quædã verò superadduntur eis, & non sunt adeo manifesta, & sunt moralia; quia ex ipso dictamine rationis naturalis efficaciam habẽt etiam si nulla lege statuerentur.

¶ Respondeo dicendum, quòd præcepta moralia a ceremonialibus, & iudicialibus sunt distincta. Moralia enim sunt de illis, quæ secundùm se ad bonos mores pertinent.

¶ In corpore Doct. Sanct. duo facit, primò deducit quasdam cõclusiones fundamentales, secundò easdem resumit per eas probãdo conclusionem responsiuam, ibi Sic igitur &c. Circa primum præmittit tres conclusiones, secundam ibi. Cum autem &c. tertiã ibi. Sicut autem &c. Prima est, moralia sunt de his, quæ pertinent ad bonos mores, probatur; quia per hoc moralia ab alijs præceptis distinguuntur, quia uidelicet sunt de illis, quæ pertinent ad bonos mores, ideſt actus humanos. i. conformes rectę rationi, quę recta ratio iudicat esse faciendos, etiam si nulla alia lege præciperentur. Secus de ceremonialibus, & iudicialibus &c. Consequenter cum dicit.

¶ Cum autem humani mores dicantur in ordine ad rationem, quòd est proprium principium humanorum actuum; illi mores dicuntur boni, qui rationi congruũt, mali autem, qui a ratione discordant.

¶ Subiungit secundam conclusionem præambularem istam. Illi mores dicuntur boni, qui cõueniunt rationi, probatur; quia humani mores dicuntur in ordine ad rationem, quæ est &c. ut in littera; igitur &c. Antecedens patuit supra sæpius, tenet consequentia, vnumquodque dicitur bonum, si conuenit suo per se bono principio &c.

¶ Et nota, quòd ratio est per se principium humanorum actuũ, & recta ratio humanorum bonorum, cui si congruant actus, dicũtur boni mores. Vnde de tali ratione debet Doct. Sanct. intelligi. Mali enim dicuntur; quia discordant a ratione recta, quæ iuxta Doct. Sanct. in de Malo. q. 2. est qua est conformis legi æternæ, & talis anthonomaticè dicitur ratio &c.

¶ Sicut autem omne iudicium rationis speculatiuę procedit a naturali cognitione primorum principiorũ, ita etiam omne iudicium rationis practicę procedit ex quibusdam principijs naturaliter cognitis, vt supra dictum est. * Ex quibus diuersimodè procedi potest ad iudicandum de diuersis. Quædam enim sunt in humanis actibus adeo explicita, quòd statim cum modica consideratione possunt approbari, vel reprobari per illa communia, & prima principia. Quædam verò sunt ad quorum iudicium requiritur multa cõsideratio diuersarum circunstantiarum, quas considerare diligenter non est cuiuslibet, sed sapientum; sicut considerare particulares conclusiones scientiarum nõ pertinet ad omnes, sed ad solos philosophos. Quædam verò sunt ad quæ diiudicãda indiget homo adiuuari per institutionem Diuinam; sicut est circa credenda.

* q.64.ar 1. & 2.4. & 6.

¶ Deducit tertiam conclusionem talem. Omne iudicium rationis humanæ aliqualiter a naturali ratione deriuatur; probatur, sicut est de ratione speculatiua ita de ratione practica; sed omne iudicium rationis speculatiuę procedit a naturali cognitione primorum principiorum; ergo omne iudiciũ rationis practicę procedit ex quibusdam naturaliter cognitis, ex quibus diuersimodè procedi potest ad iudicandum de diuersis; igitur conclusio vera. Maior nota, similiter minor; qa omnis cognitio certa naturalis fundatur in primis principijs speculatiuis, & patuit sup. q.93.ar.2. illa illata conclusio patuit etiam supra q.94.ar.1.& 2.4.& 6. quia omnia iudicia practica fundantur super isto principio, bonum est faciendum,

ciendum, malùm dimittendum; & intelligitur istud illatum distributione accommoda; quia omne iudicium rationis practicę fundatur in primis principijs naturaliter notis, præter iudiciũ quod habetur secundùm seipsa, per ipsa autem iudicatur de alijs. Vnde Doct. Sanct. consequenter exponit quare dixit, ex quibus procedit ad iudicandũ de diuersis diuersimodè, & habetur per hoc quare dixit in conclusione ista (aliqualiter) & vult, quòd aliqua iudicat rõ ex primis principijs naturaliter cognitis in humanis actibus agendis, & moralibus, quæ sunt adeo explicita, quòd homo, non indiget exteriori inductione, vel instructione; sed ex principijs naturaliter cognitis practicis statim iudicat ea esse facienda, & bona. Sicut secundùm Scotum in 3. dist. 37. sunt præsertim præcepta decalogi primæ tabulæ, vt Deum esse colendum, Deum nõ esse contemnendum, & secundùm Doct. San. statim etiam aliqua de præceptis secundæ tabulæ, vt patebit. Quædam verò sunt, quæ ideo ex principijs naturaliter cognitis iudicat esse facienda, & bona, etiam si non essent ex aliqua lege positiua præcepta, & p hoc de lege naturæ; sed ratio naturalis, non ita facilè, & immediatè videt bonitatem, & veritatem illorum actuum ex principijs, sed indiget consideratione, & inquisitione discursiua, ad considerandũ multas circunstantias. Et ergo sapientes ista considerant, & simplices, non nisi ex disciplina sapientum. Sicut habetur satis exemplum apud Sco. supra de diuisione possessionum, quæ per inquisitionem rationis inuenitur valde ualere pro pace ciuium, licet nõ euidenter sequatur ex primis principijs, sed remotè radicatur in ipsis; sicut & ipse dicit de omnibus præceptis secundæ tabulæ, quæ tamen non dicit esse de lege naturæ primo modo, quasi statim habentia euidẽtiam ex principijs naturaliter. Quædam verò sunt iudicanda ex primis principijs, sed valde remotè, quia uidelicet rõ iudicat ea esse bona, & conformia principijs naturalibus, sed nõ nisi mediante instructione supernaturali, & Diuina. Sicut quòd credatur Deo, deriuatur ex hoc, quòd ratio iudicat esse bonũ credere Deo, & per consequens credẽdum, quia omne bonum est faciendum; credere autem Deo qui est prima veritas est bonum; igitur &c. Sed tamen non credit, nisi aditus per habitum fidei infusum, & propositionem credibilium, quæ ambo fiunt per Deum, qui solus fidem infundit, & credibilia proponit saltem primò. Ex his patẽt quare dictũ est, quòd ratio ex principijs naturaliter notis (quæ sunt lex naturæ) & respectu quorum ratio dicitur naturalis; quia mediante synderesi eis naturaliter assentit cognitis terminis, ne diuersis diuersimodè iudicat; & quomodo aliqualiter. s. vel immediatè, & sufficienter ex naturalibus principijs iudicat, vel quomodo mediante inquisitione, & discursu prudentium, vel instructione Diuina de diuersis moralibus iudicat. Credere enim Deo, est quoddam morale, & de dictamine rationis naturalis; sed quòd credantur super excedentia lumen naturale, non est nisi per auxilium Diuinum.

¶ Sic igitur patet, quòd cum moralia præcepta sint de his, quæ pertinent ad bonos mores, hæc autem sunt quæ rationi conueniunt; omne autem rationis humanę iudicium aliqualiter a naturali ratione deriuatur, necesse est, quòd omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ; sed diuersimodè.

¶Hic consequenter Doct. Sanct. resumit prædictas tres conclusiones arguendo, & inferendo ex eis conclusionem responsiuam, talem. Necesse est, quòd omnia præcepta moralia pertineant ad legem naturæ, sed diuersimodè. i. diuersa præcepta moralia diuersimodè sunt de lege naturæ. Hanc conclusionem Doct. Sanct. primò infert ex dictis conclusionibus præambularibus ordine quo positæ sunt, secundò specialiter probat, & declarat quare dixerit in conclusione responsiua, sed diuersimodè. Quo ad primum arguitur sic, omnia moralia præcepta sunt de his, quæ pertinent ad bonos mores, sed hæc, scilicet pertinentia ad bonos mores, sunt quæ conueniunt rationi. i. quæ ratio iudicat esse facienda; igitur omnia moralia sunt de his, quæ conseniunt rationi, ideſt quæ ratio iudicat esse bona. Subsumitur; sed omne iudicium rationis humanæ aliqualiter a naturali ratione deriuat; ergo necesse est &c. propositiones præmissę patent.

¶Quædam enim sunt quæ statim per se ratio naturalis cuiuslibet hominis diiudicat esse facienda, vel non facienda; sicut honora patrem tuum, & matrem, & non occides, non furtum facies, & huiusmodi sunt absolutè de lege naturæ. Quædam verò sunt quæ subtiliori consideratione rationis a sapientibus iudicantur esse obseruãda, & ista sic sunt de lege naturæ, vt tamen indigeant disciplina, qua minores a sapientioribus instruantur; sicut illud. Coram cano capite consurge, & honora personam senis, & alia huiusmodi. Quædam verò sunt ad quæ iudicanda ratio humana indiget instructione Diuina per quam erudimur de Diuinis; sicut est illud. Non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem, nõ assumes nomen Dei tui in vanum. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Scotus.

¶Declarat quare dixit in conclusione, sed diuersimodè, proportionabiliter ad dicta circa subsumptam, & tertiam conclusionem præambularem, & potest sic argui pro ista parte, Ad quædam moralia dijudicanda id est approbãda, sufficit ratio naturalis cuiuslibet hominis, quædam verò a consideratione rationis subtiliori iudicantur obseruanda, quædam autem sunt ad quæ iudicanda ratio humana indiget instructione Diuina, igitur moralia diuersa sunt de lege naturæ, ideſt iudicantur ex principijs naturaliter notis diuersimodè. Antecedens declaratur exemplariter in litera, & patet etiam ex dictis; & infra articu. 11. magis habentur exempla, pro isto arti.

Scotus.

¶Nota quòd Scotus ubi supra quærit tantùm de præceptis decalogi, an sint de lege naturæ, & vult quòd esse de lege naturæ est duplex. Vno modo (quem Doct. Sanct. hic ponit) quia sunt adeo explicita, quòd ratio ex naturalibus principijs statim assentit eis, & sic præsertim præcepta primæ tabulæ sunt de lege naturæ. Veruntamen de sanctificatione sabbathi facit difficultatem &c. Sed secundo modo sunt aliqua de lege naturæ, quia per inquisitionẽ inueniuntur conformia rationi naturali, & primis principijs, & sic præcepta secundæ tabulæ sunt de lege naturæ. Veruntamẽ ibidem dicit aliqua dubia, cũ dicit in præceptis secundæ tabulæ, non præcipi bonitatem necessariam ad bonitatem vltimi finis, conuertens ad vltimum finem. Nec in his, quæ prohibentur, esse malitiam, quæ necessariò auertat ab ultimo fine; ita quòd si istud bonum nõ esset præceptum, posset ultimus finis amari, & attingi; & si illud malum non esset prohibitum, staret cum eo acquisitio vltimi finis &c. vt enim Doct. Sanct. hic dicit. Honorare patrem, & non occidere, & non furari sunt absolutè de lege naturæ, & p cõsequens contraria, contra ipsam. Constat autem ex supradictis. quæst. 71. arti. 2. & ar. quarto, quòd qui auertitur, & facit contra rationem artificiati, etiam facit contra rationem artis, & auertitur ab arte; & ergo qui facit contra dictamẽ rationis naturalis, quod euidenter sequitur ex principijs naturalibus, etiam facit contra legem æternam, & per consequens contra Deum, & ultimum finem. Quare uidetur, quòd obseruare quæ sunt de dictamine rationis naturalis, & præcepta secundæ tabulæ, sit necessariũ ad cõsecutionem vltimi finis, & quòd malitia eis opposita auertat ab vltimo fine; vnde Doct. Sanct. infra articu. 11. habet, quòd præcepta moralia habent efficaciam obligandi, etiam si non essent aliqua lege statuta, & eorum obseruantia requiritur, nisi Scotus intelligat, quòd in præceptis primæ tabulæ sit bonitas, & rectitudo indispensabilis, non autem in præceptis secundæ tabulæ, de quo infra articu. octauo.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua, quòd moralia sunt de lege naturæ, sed quam diuersimodè, expositũ est in corpore articuli, & de ista auctoritate Apostoli dictum fuit sup. q. 90. ar. 3. ad 1.

¶Ad primi maiorem, addidit disciplinam super cõmunia principia legis naturæ, quæ disciplina. i. eruditio ab alijs facta in moribus est de lege naturæ, & procedit ex principijs naturaliter cognitis. Ad minorem dico, quòd disciplina diuiditur contra legem naturæ absolutè, & quo ad ea quæ sunt explicita, uel ex terminis manifesta; sed non diuiditur disciplina contra legem naturæ aliqualiter. i. quo ad ea quæ ex principijs naturaliter notis procedere possunt, saltem per inquisitionem prudentum. Ad probationẽ dico, quòd lex naturæ non addiscitur quo ad præcepta communia, uel explicita; addiscitur tamen quantum ad ea quæ requirũt consideranem prudentum; & dico, quòd lex naturæ secũdùm communia, & explicita præcepta, habetur ex instinctu naturę, nõ autem quo ad præcepta particularia; sicut & in speculatiuis patet, quia principia sunt naturaliter per se nota, conclusiones autem naturaliter non sunt notæ, sed per inquisitionem, & doctrinã &c. Ergo &c. verum, non omnia moralia sunt de lege naturæ, eodem modo, & quasi per se nota, uel per rationem cuiuslibet facilè cognoscibilia, tñ sunt ex principijs naturaliter notis cognoscibilia saltem discursiuè, & per inquisitionem. Doct. Sanct. relinquit hoc argumentum, & sequentia soluta ex determinatione corporis.

¶Ad secundum, maior conceditur. Ad minorem dico, quòd humana lex superaddit, quæ non sunt de lege naturæ absolutè, & propinquè, ita quòd non statim ex primis principijs euidenter sequuntur, nec per cuiuslibet rationem statim, & faciliter approbantur, tamen sunt de lege naturali, quia ratio prudentis per inquisitionem ea approbat, & ex principijs legis naturæ deducit. Ad p̃bationem dico, quòd lex naturæ quo ad communia principia, & quo ad expressè ex eis deducta est eadem, sed non quo ad particulares determinationes, quæ per inquisitionem sapientium inueniuntur, quæ & uariantur secundùm diuersas hominum cõditiones. Vltra ergo &c. verum, Diuina superaddit super legem naturæ, quo ad communia præcepta, quæ tamen superaddita etiam sunt conformia rationis iudicio, fundato in principijs naturaliter cognitis.

¶Nota

Dubitatio.

¶Nota autem circa istam solutionem posse esse dubium; nam supra q. 95. ar. 2. dictum fuit, quòd determinationes legis naturæ, nõ habent uigorem ex lege naturæ. Hic autem dicitur, quòd sint de lege naturæ, quæ uidentur esse contraria. Sed hanc difficultatẽ soluit Doct. Sanct. in tertio dist. 37. ar. 3. quia non est idem habere vim obligandi ex lege naturæ, & reduci, uel aliqualiter esse de lege naturæ; quia habent talia vim obligandi ex uoluntate instituẽtis, qui si rectè instituat naturali ratione vtitur, & huiusmodi, sic institura secundùm se considerata, differentiam nõ habent vtrum sic vel sic fieri debeant; sed differentiam sortiuntur ex diuersis circunstantijs concurrentibus, ita quòd absolutè non reducuntur in legem naturæ, & sic fuit supra dictum de particularibus determinationibus legis naturæ, licet conclusiones particulares non sint indifferentes ad sic vel sic fieri; sed vt in plurimum rectè. Aliud est enim loqui de particularibus determinationibus, aliud de particularibus conclusionibus legis naturæ; quia conclusiones secũdũ se habent rectitudinem, vt in plurimum. Sed particulares determinationes consideratis omnibus circunstantijs, quæ faciunt ad decentiam sui obseruationis habent causam quare sic fiant, & aliqualiter sunt de lege naturæ. Vnde sicut raro accidẽtia naturę reducuntur in causas naturales, obseruato concursu omnium quibus aliquis rarus euẽtus accidebat, ita legalia, & positiua iura reducuntur in legem naturæ consideratis circunstantijs particularibus, ita quòd ipsis consideratis, ratio naturalis dictat ita faciendũ.

Responsio.

¶Ad tertium, maior non cõtinet omnimodam similitudinem; quia ratio naturalis inducit ad bonos mores, quos ratio ex se potest dijudicare, non sic fides cuius actus elicitus est credere, quod excedit facultatem rationis. Vnde dico secundò, quòd fides quidẽ formata est principium boni operis moralis aliqualiter; quia videlicet ratio ipsum approbat, sed non potest in opus ipsum, nisi p fidem a Deo infusam. Vnde & Apostolus ibidem innuit; quia fides sit a Deo, quæ per charitatem operatur (ad sensum quem habet Doct. Sanct. secunda secundæ quæst. 23. art. 6. ad secundum) qa operatur per charitatem, sicut formam non intrinsecam, sed effectiuam. Ad minorem dico, quòd fides, scilicet theologica non cõtinetur sub lege naturæ, ita quòd natura, vel ratio naturalis possit in ipsum actum eius, sine adiutorio Diuino; continetur tamen aliqualiter, in quantum ratio iudicat adiuta, vel instructa a Deo actũ fidei esse bonum, & ipsum perficit, vt infra habetur q. 104 art. 1. ad tertium; Ergo &c. verum non omnia moralia continentur sub lege naturæ, ita quòd ratio naturalis ad ea sufficiat elicienda, tamen quia de ipsis iudicat ex principijs naturæ, & ea efficit adiuta per gratiam.

Vtrum præcepta moralia ve.le. sint de actibus omnium virtutum.

Hsup. q. 49. ar. 4. ad 2. & 2. 2. q. 104. ar. 1. ad 2. & 2. 2. q. 104. ar. 2. con. Et Matth. 23. ignit.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd præcepta moralia legis non sint de omnibus actibus virtutum. Obseruatio enim præceptorum veteris legis iustificatio nominatur, secundùm illud Psal. Iustificationes tuas custodiam; sed iustificatio est executio iustitiæ; ergo præcepta moralia non sunt nisi de actibus iustitię.

¶ 2 Præt. Id quod cadit sub præcepto habet rationem debiti; sed ratio debiti non pertinet ad alias virtutes, nisi ad solam iustitiam, cuius proprius actus est reddere unicuique debitum; ergo præcepta legis moralia non sunt de actibus aliarum uirtutum, sed solùm de actibus iustitiæ.

¶ 3 Præt. Omnis lex ponitur propter bonum commune, vt dicit Isido. * sed inter virtutes sola iustitia respicit bonum commune, ut Philosophus dicit in 5. Ethico. * ergo præcepta moralia sunt solũ de actibus iustitię.

¶ Sed contra est, quod Ambrosius dicit * quòd peccatum est transgressio legis Diuinæ, & cœlestium inobedientia mandatorum; sed peccata contrariantur omnibus actibus uirtutum; ergo lex Diuina habet ordinare de actibus omnium uirtutum.

*Isid. lib. 5. Ethicarum. 21.

*Arist. c. 1. & 2. 1. 10. 5.

*Ambr. in lib. de parad. cap. 8. ante med. to. 4.

¶Hic secundò determinat de quodam corollario sequente ex dictis, dictum est enim quòd moralia sint de lege naturę; ideo statim sequitur, quòd moralia præcepta sint de actibus uirtutum, quia moralia de lege naturæ sunt actus humani conformes rectę rationi, tales autem sunt virtuosi; igitur &c.

¶Respondeo dicendum, quòd cum præcepta legis ordinentur ab bonum commune; sicut supra habitum est, * necesse est, quòd præcepta legis diuersificentur secundùm diuersos modos communitatum; vnde Philosophus in sua Politica * docet quòd alias leges oportet statuere in ciuitate, quæ regitur rege, & alias in ea, quæ regitur per populum, uel per aliquos potentes de ciuitate. Est autem alius modus communitatis ad quam ordinatur lex Diuina. Lex enim humana ordinatur ad communitatem ciuilem, quæ est hominum adinuicem. Homines autem ordinãtur adinuicem per exteriores actus quibus homines sibi inuicem communicant; huiusmodi autem communicatio pertinet ad rationem iustitiæ, quæ est propriè directiua communicationis humanæ, & ideo lex humana non proponit præcepta, nisi de actibus iustitiæ; & si præcipiat actus aliarum uirtutum, hoc non est, nisi inquantum assumunt rationem iustitię, ut patet per Philosophum in 5. Ethi.* sed communitas ad quam ordinat lex Diuina est hominum ad Deum, vel in præsenti, vel in futura uita, & ideo lex Diuina præcepta proponit de omnibus illis per quę homines bene ordinentur ad communitatem cum Deo.

*Arist. c. 1. circa med. & deinceps tom. 5.

¶In corpore duo facit, primò deducit duas conclusiones præambulares, quarum secundam ponit ibi Homo autem &c. secundò ex eis infert conclusionem responsiuam, ibi. Hoc autem &c. Conclusio prima præambularis. Lex humana non proponit præcepta, nisi de actibus iustitiæ, & si præcipiat actus aliarum virtutũ, hoc non est, nisi inquantum assumit rationem iustitię. Sed lex Diuina præcepta &c. ut habet finis literæ. Ista conclusio habet principaliter duas partes, quarum prima pars etiam continet duas, q̃ probantur omnes simul; necesse est, quòd præcepta legis diuersifi centur secundùm diuersos modos communitatum, sed est alius modus communitatis ad quam ordinatur lex humana, qua homines ordinantur ad inuicem, & alius ad quam ordinatur lex Diuina. s. communitatis hominum ad Deum, vel in præsenti vita, vel in futura (subsumitur.) Sed communicatio huiusmodi hominum ad inuicem pertinet ad rationem iustitiæ, communicatio verò hominum ad Deum per omnia potest fieri; igitur sequitur conclusio quo ad omnes partes. Maior patet in principio literę rõne, & auctoritate Philosophi. Minor explicatur pro prima parte, sicut tactum est; quia communitas ciuilis est, in qua homines communicant in actionibus ad inuicem secundùm exteriores actus. Secunda pars minoris relinquitur nota, quia per hoc distinguitur lex Diuina ab humana, quòd Diuina ordinat ad Deum. Subsumpta patuit supra quia iustitia est de operationibus ad alium, tanquam scilicet earum moderatiua. Vnde & ad rationẽ iustitiæ pertinet, vt moderetur actiones hominum ad inuicẽ. Limitatio primæ partis huius cõclusionis scilicet. Et si præcipiat &c. patet ex 5. Eth. & supra q. 96. art. 3. circa argumentum in cõtrarium, quia lex præcipit omnia in ordine ad bonum commune, & ista sub ratione iusti legalis; sicut præcipit actum fortitudinis, puta stare in bello propter bonum commune, & fortitudo sic præcepta, est iustitiæ legalis secundùm quòd iustitia legalis, est omnis virtus relata in bonum commune, & de hoc supra dictum est. Vnde limitatio intelligitur de iustitia particulari, & legali. Consequenter ibi.

¶Homo autem Deo coniungitur ratione, siue mente, in qua est Dei imago, & ideo lex Diuina præcepta proponit de omnibus illis, per quæ ratio hominis bene ordinata est.

¶Subsumit sub secunda parte prędictę conclusionis, & infertur secundam præambularem, talem. Lex Diuina proponit præcepta de omnibus illis, per quæ ratio hominis bene ordinata est; probatur, lex Diuina proponit præcepta &c. ut dixit secunda pars præcedẽs conclusionis, sed homo coniungitur, & communicat cũ Deo ratione, siue mente in qua est Dei imago; igitur conclusio ista vera. Maior patuit. Minor etiam est nota, & patet secunda secundæ q. 23. ar. 1. ad primum, quia cum potentijs sensitiuis non est nobis communicatio cum Deo, & Angelis, sed cum bestijs; sed secundũ mentem, & rationem, quę spiritualis est, cum spiritibus communicamus; quę communicatio stat in hoc, quòd eos cognoscimus, & amamus, & uiuimus ordinatè secũdùm rectam rationem in ordine ad beatitudinem supernaturalẽ; igitur sequitur quòd lex Diuina debet præcipuè omnia ista in quibus communicamus cum Deo, & Angelis, & quibus ratio bene ordinata est.

¶Hoc autem contingit per actus omnium uirtutum; nam uirtutes intellectuales ordinant bene actus rationis in seipsis, uirtutes autem morales ordinant bene actus rationis circa interiores passiones, & exteriores operationes; & ideo manifestum est, quòd lex Diuina conuenienter proponit præcepta de actibus omnium uirtutum, ita tamen quòd quædam sine quibus ordo uirtutis, qui est ordo rationis obseruari non potest, cadunt sub obligatione præcepti, quędam verò

*q. 90. ar. 2. *Arist. li. 3. ca. 5. & 9. um. 5.

quæ

quæ pertinent ad bene esse virtutis perfectæ cadunt sub ammonitione consilij.

¶Infert(subsumendo sub priori secunda conclusione) conclusionem responsiuam cum limitatione,talem.Lex Diuina conuenienter proponit præcepta de actibus omnium virtutum, ita tamen &c.vt in fine literæ; probatur conclusio. Lex Diuina præcepit &c.vt dicebat præcedens conclusio, sed hoc contingit per actus omnium virtutum;ergo &c. Maior patuit. Minor declaratur clarè in litera ibi. Nam virtutes &c.

¶Et nota,quòd virtutes morales ordinant actum rationis circa passiones,& operationes ad sanum sensum,non quidem directè, & immediatè,sed præsuppositiuè,& dispositiuè;qa uidelicet prudentia,quæ est præceptiua,& ordinatiua actuum rationis, dependet,& præsupponit virtutes morales in appetitu, secundùm q̃ supra q.58 ar.5.dictum fuit.Doct. Sanct.tamen limitat illam cõclusionem,& vult,quòd illi actus virtutum sine quibus ordo virtutis nullo modo seruari possunt, quòd illi præcipiuntur propriè per præceptum,vt sic;sed illi qui sunt de bene esse virtutis non præcipiuntur,sed mandantur, & cadunt sub ammonitione consilij ,& de hoc dictum fuit q.præced.art.5.Id enim cadit sub præcepto,vt sic,de quo transgressor punitur per legem qui non facit quod est ammonitionis,vel consilij, aut etiam mandati, secundùm quòd mandatum accipitur,vt distinguitur contra præceptum &c.ita ergo Diuina lex obligat ad omnes actus distributiuè nõ collectiuè; ita quòd obligat hominem ad quemlibet qui est de necessitate uirtutis,licet non ad eum qui est de bene esse;& obligat non solũ ad actum necessarium vnius virtutis,sed cuiuslibet.

¶Et confirmat conclusio respon.argumento in contrariũ. Hoc argumentum vult,quòd quia lex Diuina habet ordinare,& præcipere,ne fiat transgressio Diuinorum mandatorum, & prohibere omnia peccata,per consequens sequitur,quòd præcipiat oppositа peccatorum omnium.Omnes actus virtutum, non quidem omnes actus virtutum possibiles,sed debitos;ita quòd contra nullam virtutem aliquid fiat, & quòd homo virtuose viuat secũdùm quamlibet virtutem.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd adimpletio mãdatorum legis etiam quæ sunt de actibus aliarum uirtutum habent rationem iustificationis,inquantum iustum est,vt homo obediat Deo, vel etiam inquantum iustum est,quòd omnia, quæ sunt hominis rationi subdant.

¶Maior conceditur, præsertim in secunda acceptione iustificationis,quæ habita est,q.præce ar.5.secundùm quòd omnia præcepta dicuntur iustificationes.Dico tamen quòd præceptum de qualibet uirtute potest dici iustificatio , quia debitum, & iustũ est vt homo per quamlibet virtutem subdat se Deo, & ordinatè se habeat;hoc enim iustum est secundùm legem Diuinam,licet lex humana ad hoc se nõ extendat,ratione dicta in corpore.Minor cõceditur,est executio iustitiæ,vel habentium rationem iustitię. Sed negatur consequentia ; quia omnis executio omnium actuũ debitorum omnium virtutum,habet rationem iustificationis in ordine ad Deum,vel in ordine ad hominem ; quia videlicet homo debet esse ordinatus in omnibus secundùm legem Diuinam,quæ ordinatio requirit omnes actus uirtutum;ideo lex Diuina præcipit ordinem istum qui fit per virtutes, & debitum est, vt ita se habeat, & per consequens virtutes habent ordinem iustitię.

¶ Ad secundum dicendum , quòd iustitia propriè dicta attendit debitum unius hominis ad alium , sed in omnibus alijs virtutibus attenditur debitum inferiorũ uirium ad rationem,& secundùm rationem huius debiti Philosophus assignat in 5.Ethi.* quandam iustitiam metaphoricam ,

*Arist.5.vl.

¶Maior conceditur.Minor distinguitur.Dico enim quòd ratio debiti ad alium hominem suppositо distinctum,vel etiam ad bonum commune ciuile,pertinet ad iustitiam propriè dictam;sed rationem debiti hominis ad seipsum attendit iustitia metaphorica, quæ est hominis ad seipsum secundùm diuersas partes,secundùm quòd debitum est,q̃ inferiora superioribus subdantur,de quibus secunda secundæ q.58.art.2.Dico vltra, quòd iustitiæ propriè dictæ est reddere debitum alteri;sed metaphoricę iustitiæ, est reddere debitum sibijpsi secundùm diuersas partes;quare negatur consequentia ; quia præcepta moralia Diuinæ legis extendunt se ad totum ordinem,qui est in homine debitus.

¶ Ad tertium dicendum , quòd patet responsio per ea quæ dicta sunt de diuersitate communitatis.

¶Maior placet;sed est commune ciuile, & Diuinum, non autẽ omnis lex est propter bonum ciuile,sed solùm humana.

¶Ad minorem,sola iustitia propriè dicta respicit bonum commune ciuile,quæ est secundùm communicationem ad alterũ; sed negatur minor , q̃ sola iustitia respicit bonum commune secũdũ communicationem hominis ad Deum,quia iustitia propriè dicta respicit actus exteriores tantùm,quibus homines communicant, sed lex Diuina respicit communicationem hominis ad Deum, q̃ est secundùm omnes uirtutes ; & ergo præcipit non tantùm iustitiam;sed omnes alias.Vnde omnes virtutes respiciunt.i.ordinãt, & perficiunt communicationem hominis ad Deum, quæ cõmunicatio est ordinata vita,& operatio secũdùm rationem.Sic enim Deus ordinatè viuit , & vult hominem secundùm mentem sibi cõmunicare, & secũdò est cõmunicatio ad Deum,ſm q̃ ad nos bene operatur , & nos aliqualiter ad ipsum in ordine ad beatitudinem supernaturalem,propter quam hic operamur ordinatè &c.

Vtrum omnia præcepta moralia veteris legis reducantur ad decem præcepta decalogi.

I

AD tertium sic proceditur. Videtur,quòd non omnia præcepta moralia veteris legis reducantur ad decem præcepta decalogi . Prima enim & principalia legis præcepta sunt. Diliges dominum Deum tuum,& diliges proximum tuum , vt habetur Matthe.22. sed ista duo non continentur in præceptis decalogi ; ergo non omnia p̃cepta moralia continent in præceptis decalogi.

Infra ar.ir. Et 2.2. qõ. 122 ar.9.ad 2.Et 3.dist. 37.ar.2.qu. cor. & 5. p totum , & Mal. q. 14. art.2.ad 14. Et quol.7. ar.17. ad 8.

¶ 2 Præt. Præcepta moralia non reducuntur ad præcepta cerimonialia,sed potius e conuerso; sed inter præcepta decalogi est unum cerimoniale,scilicet Memento, vt diem sabbathi sanctifices;ergo præcepta moralia non reducuntur ad omnia præcepta decalogi.

¶ 3 Præt. Præcepta moralia sunt de omnibus actibus uirtutum , sed inter præcepta decalogi ponuntur solа præcepta pertinentia ad actus iustitiæ,vt patet discurrenti per singula ; ergo præcepta decalogi non continẽt omnia præcepta moralia.

¶ Sed contra est,quod Matthe. 5. dicitur super illud. Beati estis cum maledixerint &c.dicit glo.* quòd Moyses 10.præcepta proponens , postea per partes explicat; ergo omnia præcepta legis sunt quædam partes præceptorum decalogi.

* Matthe. Glo.ordin. i hoc loco.

¶Hic consequenter.D.S.inquirit distinctionem moralium præceptorum, & primò inquiritur huiusmodi distinctio in generali, secundò in speciali quantum ad singulas differentias huiusmodi generũ ar.4.Primò igitur quæritur, an possint omnia præcepta moralia sub aliquo certo numero comprehendi, saltem reductiuè,sic q̃ reducãtur ad decem,quæ sunt præcepta decalogi,de quibus postea ex intentione particularius determinabitur; & ista q̃stio unũ supponit. s. q̃ sint aliqua præcepta moralia , quæ sunt de decalogo,& quędam non,quia reduci ad præcepta decalogi, est non inter ea expresè poni; & de hoc suppositо ẽt tractatur in corpore.

¶ Respondeo dicendum , quòd præcepta decalogi, ab alijs præceptis legis differunt in hoc, quòd præcepta decalogi per seipsum Deus dicitur primò proposuisse, alia verò præcepta proposuit populo per Moysen;illa ergo præcepta ad decalogum pertinent,quorum notitiam homo habet per seipsum a Deo;huiusmodi sunt illa quę statim ex principijs communibus primis cognosci possunt modica consideratione;& iterum illa quæ statim ex fide diuinitus infusa innotescunt. Inter præcepta ergo decalogi non computãtur duo genera præceptorum, illa scilicet quæ sunt prima,& communia, quorum non oportet aliquam editionem esse, nisi quòd sunt scripta in ratione naturali quasi per se nota ; sicut quòd homo nulli debet malefacere, & alia huiusmodi; & iterum illa quæ per diligentem inquisitionem sapientum inueniuntur rationi conuenire ; hæc enim proueniunt a Deo ad populum mediante disciplina sapientum.

¶Hoc corpus articuli habet duas partes, in prima determinat præsuppositum,quod titulus quęsiti præsupponit,ut dictum est;in secunda determinatur quęsitum per conclusionem responsiuam, ibi.Vtraque tamen horum &c.Quo ad primam,ostenditur suppositum.s. q̃ sint aliqua præcepta moralia pertinentia ad decalogũ, & quędam reducibilia, quę non expresè ponuntur in eodem;& hoc ostendit tali conclusione quadrimẽbri, & fundamentali quo ad quæsitum . Præcepta quę statim ex primis principijs cognosci possunt,& quę ex fide diuinitus infusa statim innotescunt,pertinent ad decalogum. Sed duo genera non computantur inter præcepta decalogi.s.prima & communia, & iterum illa quæ per diligentem inquisitionem sapientum inueniuntur rationi conuenire.Probatur ista conclusio . Illa præcepta ad decalogum pertinẽt, quorum notitiam homo habet per seipsum a Deo ; igitur conclusio

clusio vera quo ad omnes partes . Antecedẽs patet;quia præcepta decalogi differunt ab alijs præceptis in hoc,q̃ præcepta decalogi per seipsum Deus dicitur primò proposuisse.Alia verò proposuit populo per Moysen,ita videlicet, q̃ præcepta decalogi sunt quę egent editione, & tamen proposita statim cognoscuntur mediante lumine naturali,vel infuso, quorum vtrunque est a Deo;sic q̃ fundamentum stet in hoc,quòd quia Deus per seipsum immediatè dedit præcepta decalogi,ideo signũ est,quòd ista præcepta ptinent ad decalogum,quæ homo statim dijudicare potest per lõnẽ naturalem,vel fidem a Deo datam;ita quòd oportet, quòd hominі proponantur,non tamen opus est longa inquisitione; sed per seipsum mediante eo , quod habet a Deo,vel naturali , vel infuso gratuito,potest ea iudicare esse recta,& bona. Tenet consequentia quo ad primam partem,& etiam secundã; quia huiusmodi notitiam homo per seipsum habet a Deo.i.per id quod vel est naturale,vel a Deo infusum. Tenet consequentia quo ad tertiam partem,quia primorum,& communium,non oportet editionem esse,nisi &c.vt in litera;sed præceptorum decalogi oportet esse editionem,vt patuit;quia sunt proposita a Deo.Quo ad quartam partem similiter valet consequentia ; quia hæc proueniunt a Deo ad populum mediante inquisitione sapiẽtum. Quare bene sequitur, quòd si præceptorũ decalogi homo per seipsum a Deo habet notitiam,quòd huiusmodi non sunt de præceptis decalogi.Patet igitur conclusio,quòd duplicia pertinent,& duplicia non pertinent; quia quæ homo mediante eo, quod habet a Deo statim dijudicare potest,pertinent;nam Deus ipsa proposuit . Quæ autem indigent inquisitione, pertinent ad ea quæ Moyses proposuit &c.

¶Vtraque tamen horum præceptorum continentur in præceptis decalogi, sed diuersimodę ; nã illa quę sunt prima, & communia continentur in eis , sicut principia in conclusionibus proximis; illa verò quæ per sapientes cognoscuntur continentur in eis e conuerso, sicut conclusiones in principijs.

¶Hic D.S.declarato suppositо,satisfacit ex hoc quęsito tali cõclusione responsiua,quam virtualiter intendit,& probat. Omnia moralia reducuntur ad decem præcepta decalogi,probatur, assumendo maiorem ex dictis . Inter præcepta decalogi non computantur duo genera moralia, scilicet communia,& quæ egent inquisitione;sed vtraque continentur in præceptis decalogi,licet diuersimodè; igitur sequitur conclusio, quòd omnia moralia &c. Maior patuit.Minor etiam patet;quia communia continentur in præceptis decalogi;sicut principia;& quę egent inquisitione,sicut cõclusiones;igitur minor vera, quòd continẽtur, sed diuersimodè; quia sicut principium, & conclusiones. Patet itaque,quòd omnia moralia (etiam non verbaliter,scilicet posita in decalogo) reduc̃untur ad decalogum tanquam in eo cõtenta,eo modo quo principium continetur in conclusione, vel sicut conclusio continetur in principio,qui enim cognoscit principium,virtualiter,& secundùm quid cognoscit conclusionem , vt habet declarari pri.posteriorum. Qui autem cognouit conclusionem, cognouit & principium. ¶Et nota,quòd non est inconueniens, quòd vnum sit conclusio,& principium respectu diuersorum;sicut patet quòd cõclusio demonstrata per scientiam subalternantem , est principiũ demonstrandi aliam conclusionem in scientia subalternata , vt patet primò posteriorum. Sic in proposito non incõuenit, vt præcepta decalogi sint conclusiones respectu primorum principiorum quæ cognoscuntur cognitis terminis,& non egent editione,& tamen sunt principia demonstrandi alia particularia moralia; sicut ex hoc.Non assumes nomen Dei in vanum,deducitur,quòd non sit committendum periurium.

Et confirmatur conclusio responsiua argumento in contrariũ.

¶Nota circa hoc argumentum, quòd subpartibus præceptorũ decalogi cõtinentur etiam communia, scilicet de dilectione Dei, & proximi,quia & ipsa ponũtur post decalogum, videlicet Deute.6.& Leui.19.vt tangetur statim.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd illa duo præcepta sunt prima, & communia præcepta legis naturę,quę sunt per se nota rationi humanę, uel per naturam, vel p fidem ; & ideo omnia præcepta decalogi ad illa duo referuntur, sicut conclusiones ad principia communia.

¶Maior conceditur,quòd sunt prima,& communia per se nota rationi humanæ, vel per naturam,vel per fidem. Et ergo non oportuit ea ponere vocaliter iuxta dicta in corpore . Ad minorẽ, negatur , quòd non contineantur sicut principia in conclusionibus;sed non ponuntur ibi in se, quare negatur consequentia,loquendo de continentia intelligibili , licet non contineantur verbaliter. Principium enim actu continetur in conclusione intelligibiliter,quia conclusio non cognoscitur, nisi cognito principio, licet conclusio contineatur in principio solùm virtualiter &c.

¶Nota hic,quòd Doct.Sanct.secunda secundæ quæst.44.arti.1. ad tertium, in substantia habet eandem solutionem, quas ambas solutiones refert Dominus Paulus Burgensis in additione prima super Exo.20.vbi mouet hanc quæstionem. Quare præcepta charitate cũ sint prima,& maxima mandata,non ponuntur inter præcepta decalogi;& respondendo primò refert responsionem iam positam, quia videlicet in omnibus includuntur, & omnia ad ea ordinantur,quare non erant inter alia connumeranda. Dicit autem ipse,quòd hæc solutio non videtur ex toto satisfacere;quia eadem ratione non deberent poni inter alia præcepta legis, cum & ipsa ad ista ordinentur,& includant. Et præterea,vt Doct.Sanct. dixit ar.1.Et hoc præceptum,honora patrem,est statim per se notum &c. Ponuntur autem præcepta charitatis inter præcepta alia legis,vt patet Deut.6. & Leui.19.&c.Ad quod dicit quòd præceptum decalogi debet esse notum,& facile,quia autem præceptum dilectionis difficile est, non habenti charitatem (nam pauci sunt qui animas , & bona pro fratribus ponant, & Deum super omnia diligant,quia his obseruatis tota lex adimpleta est, vt Apostolus habet) ideo quia lex dabatur rudi populo, & imperfecto; ideo in primis præceptis non oportebat,quòd explicaretur præceptum charitatis,sed hoc fuit reseruatum ad tempus vltimum totius doctrinæ Mosaicæ , scilicet in anno 40. post exitum de Aegypto, Vide ibidem.

Dubitatio.

Responsio

¶Posset autem dici,vt videtur,quòd hoc ipsum.Doct.Sanct.tãgat,quia eoipso,quòd sunt prima,& cõmunia sunt difficilia,quia enim cõmunia,& in omnibus inclusa, & quia omnia ad ipsa ordinata,ideo non implentur, nisi omnibus impletis,vt patet de se. Et ergo Burgensis,nõ nisi explicat,quod Doct.Sanct.implicitè dicit,nec est sibi aliquid tanquàm insufficienti addẽdum, sed dictũ suum est explicandum,& penetrandum. Constat enim quòd ens, quia commune omnibus,& in omnibus inclusum,non est perfectè notum, & perfectè cognitum cognitione distincta virtuali.i. secundùm omnia in eo virtualiter,& confusè inclusa, & tamẽ est primum apprehensum a nobis,vt concretum quidditati sensibili; ita quamuis dilectio Dei,& proximi statim approbetur p rationẽ præsertim informatam fide , non tamen est primum implendum perfectè, vt est finis legis, vt Burgensis bene declarat;nam ad eius implet̃ionem requiritur impletio omnium aliorum , ideo eo ipso omnia in præceptum charitatis ordinantur, & quia in omnibus includitur , & omnia ad sui impletionem requirit impleta , ideo est difficillimum. Et ergo non in præceptis decalogi positum.

Explicatio

¶Posset etiam dici,quòd non est par ratio de præceptis charitatis quo ad præcepta decalogi,& alia particularia,quia includũtur in præceptis decalogi euidenter, & ergo non debebant poni cum ipsis; sed non adeo manifestè includuntur in alijs præceptis moralibus , immo solùm per inquisitionem sapiẽtum ex eis possunt deduci,& ergo quia per se nota, & euidenter inclusa in præceptis decalogi,ideo non ponuntur inter ea,secus de alijs moralibus;& hoc D.S.videtur innuere cum dicit in corpore,quòd præcepta cõmunia(sub quibus comprehendit præcepta charitatis)includuntur in præceptis decalogi,sicut in conclusionibus propinquis, nõ autem includuntur in alijs moralibus. Statim enim sequitur,Debes diligere proximum, igitur non occidere,non furari; sed non ita euidenter sequitur,igitur coram cano capite cõsurge,uel exhibe aliquam reuerentiam . Quare si solutio conferatur ad dicta in corpore, videlicet quia præcepta charitatis sunt communia,scilicet contenta in præceptis decalogi,sicut in cõclusionibus propinquis. videtur & est.D.S.dictum sufficiens,nec argumenta Burgẽsis aliquid arguunt , vt patet ex diuersa habitudine præceptorum charitatis ad præcepta decalogi,& alia particularia, quæ iudicantur per inquisitionem sapientum; & potest illa diuersitas constare ex dictis in art.1.quia quædam procedunt ex primis principijs de propinquo,& euidẽter;alia verò remotè,& per viã inq̃sitionis.

Alia respõsio.

¶Ad secundum dicendum , quòd præceptum de obseruatione sabbathi est secundùm aliquid morale,quantum scilicet per hoc præcipitur, quòd homo aliquo tempore vacet rebus diuinis,secundùm illud Ps. Vacate & videte quoniam ego sum Deus;& secũdùm hoc inter præcepta decalogi computatur ; non autem quantum ad taxationem tẽporis, quia secũdũ hoc est cerimoniale.

¶Maior conceditur, & patuit , supra q.præce.quia cerimonialia sunt determinationes moralium , & per consequens dependẽt a moralibus.Minor negatur, quòd sit purum cerimoniale,immo est morale quo ad aliquid , scilicet quòd homo vacet aliquo modo Deo; & secundùm hoc inter decalogi præcepta continetur, & cerimonialia de cultu Dei ad ipsum reducuntur,& non e contra, quare negatur consequentia . Circa istam solutionem, nota quòd quidem morale est aliquando vacare Deo, sed an in isto præcepto posset Deus dispensare, sicut & in præceptis secundæ tabulæ , ita quòd nunquàm homo teneretur exire in actum vacationis Diuinæ . fluctuat super hoc Scotus in tertio distin. 37. Sed de hoc infra,Vide de hac solutione secunda secundæ quæstio.122. articu. quarto ad primum.

¶Ad tertium dicendum , quòd ratio debiti in alijs virtutibus est magis latens,quàm in iustitia,& ideo præcepta

cepta de actibus aliarum uirtutum, non sunt ita nota populo, sicut præcepta de actibus iustitiæ; & propter hoc actus iustitiæ specialiter cadunt sub præceptis decalogi, quæ sunt prima legis elementa.

¶Maior conceditur, sed dico, quòd inter omnes virtutes manifestius est ratio debiti in iustitia, quæ est ad alterum. Minor conceditur, & iam tacta est ratio; sed negatur consequentia; quia omnia moralia continentur in præceptis iustitiæ modis dictis. Præcepta enim decalogi debẽt sub ratione debiti esse primò etiam rudi populo nota, tanquàm prima legis elemẽta; in his enim quæ sunt ad seipsum, videtur quòd homo sit dominus, in iustitia autem clarè est ratio debiti; ideo omnia præcepta continent iustitiam ad Deũ, vel ad proximum, vt patet intuenti. Religio enim est pars iustitiæ, quæ præcipitur in præceptis primæ tabulæ. Pietas etiam, quæ est in honoratione parentum, est similiter pars iustitiæ. Similiter nõ furari pertinet ad iustitiam, & sic de alijs. Vide de hac solutione secunda secundæ q. 122. ar. 1.

Vtrum præcepta decalogi conuenienter distinguantur.

K Infra ar. 5 Et 3. di. 17. in exp. lit. prin.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter præcepta decalogi distinguantur. Latria enim est alia uirtus a fide; sed præcepta dãtur de actibus virtutum; sed hoc, quod dicitur in principio decalogi. Non habebis deos alienos coram me, pertinet ad fidem; quod autem subditur. Non facies sculptile &c. pertinet ad latriam; ergo sunt duo præcepta, & non unum sicut Augustinus dicit.*

*Aug. q. 71. in Exo. t. 4.

¶ 2 Præt. Præcepta affirmatiua in lege distinguuntur a negatiuis, sic honora patrem & matrem, & non occides; sed hoc, quod dicitur. Ego sum Dominus Deus tuus, est affirmatiuum; quod autem subditur. Non habebis deos alienos coram me, est negatiuũ; ergo sunt duo præcepta, & non continentur sub uno, vt Aug. ponit. *

* Aug. q. 71 in Exo. t. 4.

¶ 3 Præt. Apostolus ad Rom. 5. dicit. Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces, & sic videtur quòd hoc præceptum. Non concupisces, sit unũ præceptum, non ergo debuit distingui in duo.

*Aug. q. 71. in Exo.

¶Sed contra est, auctoritas Aug. in glo. super Exod.* ubi ponit tria præcepta pertinentia ad Deum, & septem ad proximum.

¶Hic consequenter D. S. inquirit de distinctione præceptorum moralium in speciali, & primò quãtum ad præcepta decalogi, secundò quantum ad præcepta superaddita in arti. 10. Circa primũ primò fit, quod dictum est, secundò inquiritur de obligatione præceptorum decalogi ar. 8. Circa primum fit, quod dictum est, secundò inquiritur de quibusdam consequentibus ad distinctionẽ huiusmodi præceptorum. ar. seq. ut patebit.

¶Respondeo dicendum, quòd præcepta decalogi diuersimodè a diuersis distinguuntur. Esitius * enim Leuit. 26. super illud, Decem mulieres in vno clibano coquunt panes, dicit præceptum de obseruatione sabbati, non esse de decem præceptis; quia non est obseruãdum secundùm literam secundùm omne tempus. Distinguit tamen quatuor præcepta pertinentia ad Deum, vt Primum sit. Ego sum dominus Deus tuus, Secundum sit. Non habebis deos alienos coram me, & sic etiam distinguit hæc duo Hieronymus Oseæ. 10. super illud. Propter duas iniquitates tuas; Tertium verò præceptũ esse dicit. Non facies tibi sculptile, Quartum verò. Nõ assumes nomen Dei tui in uanum. Pertinentia verò ad proximũ dicit esse sex, ut Primum sit. Honora patrem & matrem tuam. Secundum, Non occides. Tertium, Non mechaberis. Quartum, Non furtum facies. Quintum, Non falsum testimonium dices. Sextum. Non concupisces.

* In fol. 167 In fi. & 168.

* Hier. hoc loco Osee 10, 19, 6.

¶D. S. in hoc corpore ponit uarios modos distinguendi præcepta decalogi, unum secũdùm Esitium, alium secundùm Origenẽ ibi. Vnde Origenes &c. tertium secundùm Be. Augu. cuius modũ distinguendi præcæteris approbat, & ponit pro respõsione ad ũ̃ stum, ibi. Conuenientius &c. Quo ad primum modum distinguendi, primò ipsum modum Esitij refert, secundò eum improbat, ibi. Sed primò &c. Dicit ergo primò, Præcepta decalogi diuersimodè a diuersis distinguuntur. Esitius enim ponit, ꝙ obseruatio sabbathi non sit præceptum decalogi, & motiuũ suum fuit, quia præcepta decalogi sp sunt obseruanda, illud aũt præceptum sabbathi non est huiusmodi, quia sabbathum non amplius est celebrandum, ut fuit institutum Iudæis, sed mutatum est in Dominicam, ut patebit infra q. 103. ar. 3. ad quartum. Ponebat autem idẽ Esitius aliud (in quo improbabiẽ) circa quod D. S. notat, ꝙ ipse ponebat quatuor præcepta primæ tabulæ, quę sunt ad Deum. Esto sanctificationem sabbathi non poneret præceptum, ut dictum est, & recitãtur clarè in litera. Deinde D. S. refert quot ipse Esitius ponebat p̃cepta secundæ tabulæ. s. ad proximum; quia solũ sex comprehendendo sub prohibitione concupiscentię, præceptum de prohibitione rei alienæ, & uxoris alienæ, ut patet in litera.

¶Sed primò hoc uidetur inconueniens, quòd præceptum de obseruatione sabbathi præceptis decalogi interponatur, si nullo modo ad decalogum pertineat.

¶Improbat hunc modum distinguendi quo ad tria, quo ad secundum ibi. Secundò quia cum &c. quo ad tertium in quo Origenes cum ipso conueniebat, reprobabitur in sequẽtibus simul cum Origene. Quo ad primum, quia præceptũ obseruantiæ sabbathi ponit non esse præceptum decalogi, quod est falsum; quia tunc inconuenienter interponeretur alijs præceptis decalogi. Nec obstat ꝙ sabbathum est mutatum, quia ut patuit ar. præcedenti ad secũdum, præceptũ de obseruatione sabbathi, partim est ceremoniale, & quo ad hoc mutatum est; sed non ut morale secundùm ꝙ est de præceptis decalogi.

¶ Secundò, quia cum scriptum sit.* Matth. 7. Nemo potest duobus dominis seruire, eiusdem rationis esse videtur, & sub eodẽ præcepto cadere. Ego sum dominus Deus tuus, & non habebis deos alienos.

* Matth. 7.

¶Improbat quo ad secundum, eundem Esitium inquantum distinguit quatuor præcepta, quę sunt ad Deum, primò quo ad hoc quòd distinguit tanquàm duo præcepta. Ego sum dominus Deus tuus, & non habebis deos alienos, quia eiusdem rationis est Deũ habere dominum, & non habere alienos deos; & ergo unum sequitur ex alio, & per consequens non sunt diuersa præcepta.

¶Vnde Origenes* distinguens etiam quatuor præcepta ordinantia ad Deum, ponit ista duo pro uno præcepto, secundo verò ponit. Non facies sculptile, tertium verò. Non assumes nomen Dei tui in uanum, quartum Memento ut diem sabbathi sanctifices. Alia verò sex ponit sicut Esitius.*

* Homil. 8. in Exod.

* Loco dicto ī prin. corp.

¶Hic prosequitur modum distinguendi Origenis, & primò eũ recitat, secundo eũdem reprehendit, ibi. Sed quia facere &c. Vult ergo primò D. S. quòd Origenes conueniat cum Esitio & Be. Hieronymo in hoc, quòd ponit etiam quatuor præcepta in ordine ad Deũ. Sed differt in hoc, quia ponit, Ego sum dominus Deus tuus & non habebis Deum alienum, pro uno præcepto, & in hoc bene; sed secundò ponit alium modum quo habentur quatuor in ordine ad Deum, quia ponit duo prædicta pro uno, & distinguit ab eis tanquàm secundum non facies sculptile &c. Sed in præceptis in ordine ad proximum conuenit Origenes cum prædictis.

¶Sed quia facere sculptile, vel similitudinem non est prohibitum, nisi secundùm hoc, ut non colantur pro dijs; nam in tabernaculo Deus præcepit fieri imaginem Seraphin, vt dicitur Exod. 25.

¶Reprehendit Origenem, primò quo ad hoc, quod ponit, Nõ facies sculptile distinctum præceptum ab illis. Ego sum dominus, non habebis deos alienos, & vult, quòd non facies sculptile, non sit distinctum ab illo, nõ habebis deos alienos; quia sculptile, vel similitudo non fuit ꝓhibita, nisi ne haberentur dij alieni. Quod patet, quia non omnes similitudines fuerunt prohibitæ, vel omnia sculptilia; nam in tabernaculo admittebantur, sed solùm ne haberentur pro dijs, ut patebit infra q. 104 ar 4. ad 6. Et ergo unũ sequitur ex alio. s. nõ facere sculptile, ex nõ habere deos alienos, & per consequens sunt unum præceptum.

¶Conuenientius Aug. ponit sub vno præcepto. Non habebis deos alienos, & non facies sculptile.

¶Hic consequenter subinfert modum distinguendi Beat. Aug. primò quo ad præcepta in ordine ad Deum, secundò in ordine ad proximum, ibi. Similiter &c. Vult ergo Aug. & conuenientius, ꝙ ista sunt unum præceptum, Non habebis deos alienos, & non facies sculptile, & patet ratio ex reprobatione alterius modi distinguendi. Deinde ibi.

¶Similiter etiam concupiscentia uxoris alienæ ad cõmixtionem, pertinet ad concupiscentiam carnis; Concupiscentia autem aliarum rerum, quæ desiderantur ad possidendum, pertinet ad concupiscentiam oculorũ.

¶ Ponit modum Beat. Augusti. distinguendi præcepta quo ad proximum, & primò reprobat modum aliorum prędictorum distinguendi talia. Secundò approbat modum Beati Augusti. ibi.

Vnde

Vnde etiam &c. improbat ergo alios in tertio, quod ponebant, sicut licet concupiscentiam vxoris alienæ, & rei alienæ sub vno præcepto prohibita; quia vna pertinet ad concupiscentiam carnis, alia ad concupiscentiam oculorum, istę autem concupiscentiæ sunt alterius rationis; igitur pertinẽt ad distincta præcepta. Maior nota, minor patet in solutione tertij. Tunc ibi.

¶ Vnde etiam Augustinus ponit duo præcepta de non cõcupiscendo rem alienam, & vxorem alienam; & sic ponit tria præcepta in ordine ad Deum; & septem in ordine ad proximum, & hoc melius est.

¶ Infert modum Beati Augusti. qui istas duas concupiscentias vult esse prohibitas distinctis præceptis. Ex omnibus istis infertur conclusio responsiua, quòd præcepta decalogi cõuenienter distinguũtur, tria ad Deum, & septem ad proximũ, & reprobatio aliorum, est probatio conclusionis, quæ confirmatur auctoritate Beati Aug. quem in hoc D. S. alijs præfert cum dicit in fine, & hoc melius est; vnde communiter in ecclesia præcepta distinguuntur post Beatum Aug. Vt vult D. S. in argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd latria, non est, nisi quędam protestatio fidei; vnde non sunt alia præcepta danda de latria, & alia de fide; potius tamen sunt præcepta danda de latria, quàm de fide; quia præceptum fidei præsupponitur ad præcepta decalogi, sicut præceptum dilectionis; sicut enim prima præcepta communia legis naturæ sunt per se nota habenti rationem naturalem, & promulgatione non indigent; ita etiam, & hoc, quod est credere in Deum est primum, & per se notum ei qui habet fidem; Accedentem enim ad Deũ oportet credere; quia est, vt dicitur * ad Hebrę. 11. & ideo non indiget alia promulgatione, nisi infusione fidei.

* Hebr. 11.

¶Maior conceditur; ꝙ latria est idẽ religioni, vel actus eius, vt patet. 2. 2. q. 81. ar. 1. ad tertiũ. Latria n. est seruitus in opere, ꝙ debetur Deo tanq̃ summo dño, rõne creationis oĩum; & ergo habet aliud obiectũ, ꝙ fides, & per cõsequẽs alia virtus; Dico tñ ꝙ latria est q̃dã protestatio fidei, & non sunt danda diuersa p̃cepta de his q̃ ad se ordinantur; quare ẽt si minor esset uera, negat cõsequẽtia. Et hæc est prima solutio quã D. S. hẽt; secundò dicit negãdo minorẽ, dico. n. ꝙ primũ præceptũ. s. Nõ habebis &c. p̃cipit actũ latrię. s. ut debitũ seruitiũ Deo exhibeat, Et aliud non facies. s. &c. ꝓhibet seruitũ Deo debitũ, exhiberi dijs alienis. Quare aũt nõ sit de fide ostendit. D. S. in solutione; quia in præceptis decalogi non potuit poni præceptum de fide; sed legislationi præsupponit, vt ostẽdit ẽt D. S. 2. 2. q. 76. ar. 1. Et quia credere in Deũ est per se notum, & non eget ꝓmulgatione, respectu eius qui dẽt subesse Deo p̃cepta sua, & sufficit sola infusio fidei; quare negat cõsequentia; q̃a ut patuit in corpore, non facies sculptile solũ prohibet, ut nõ colant sculptilia pro dijs; & sicut Burgensis habet præceptum. s. Non habebis deos alienos, partim est affirmatiuum, partim negatiuum, & sonat, tantũ me habebis, & coles pro Deo, & nullũ aliũ. Vnde & consuetudo simpliciũ habet, vt primum præceptũ ponatur affirmatiuè s. Vnũ cole Deum, & per consequens, ista duo ex seinuicẽ cõsequunt. Colere Deũ vnũ, & nõ facies sculptile, q̃d colas, & cui seruias, vt Deo. Quare non sunt duo; sed vnũ præceptũ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd præcepta affirmatiua distinguuntur a negatiuis, quando unum non comprehenditur in alio; sicut in honoratione parentum, nõ includitur, quòd nullus homo occidatur, nec e conuerso, & propter hoc dantur diuersa præcepta super hoc; sed quando affirmatiuum comprehẽditur sub negatiuo, vel e conuerso, non dantur super hoc diuersa præcepta, sicut non datur aliud præceptum de hoc, quod est. Nõ furtum facies, & de hoc, quod est cõseruare rem alienã, vel restituere eam & eadem; ratione non sunt diuersa præcepta de credendo in Deum, & de hoc, quòd non credatur in alienos deos.

¶Maior non est vniuersaliter vera; sed eget distinctione quam D. S. clarè ponit; q̃a vera est, q̃n affirmatiuũ, & negatiuũ nõ ad seinuicẽ consequunt, & q̃n vnũ non cõprehendit intelligibiliter sub alio. Sed falsa est maior, q̃n vnũ sub alio cõprehendit; sicut nõ furari, quod est negatiuũ, cõprehẽdit restituere aliena, vel cõseruare ea, & nõ vti eis, vel absumere. Ad minorẽ cõceditur, q̃d primũ est affirmatiuum, & aliud negatiuum saltem partialiter; sed secundũ sequitur, & continetur sub primo, vt declaratum fuit, etiam in solutione primi, quare negatur consequentia.

¶Nota hic, ꝙ D. S. in fine solutionis vl̃ velle, ꝙ in primo p̃cepto p̃cipiat fides; q̃a est p̃ceptũ de credendo in Deũ, & tñ in solutione p̃cedentis dictũ fuit, ꝙ sit præceptũ latriæ. Sed intelligẽdus est D. S. in hac solutione, ꝙ sit p̃ceptũ de credendo in Deũ quo ad exteriorẽ protestationẽ fidei. s. seruitiũ, & cultũ, & quo ad actum interiorẽ qui legislationi præsupponit tanq̃ faciens primã subiectionẽ hoĩs ad Deum, quæ subiectio p̃cepto legis præsupponitur.

¶Nota etiam, ꝙ D. S. admittit in solutione, ꝙ illud. s. Non habebis deos alienos coram me, sit negatiuum. Sed dicendum est; sicut Burgensis dicit in additione prima super Exodi 20. in fine, quòd est simpliciter negatiuum, tamen quodammodo affirmatiuũ, quę affirmatio tangit in hoc, quod dicitur coram me, quod est dicere secundùm glossam, præter me, & ergo nulla est repugnantia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnis concupiscentia conuenit in vna communi ratione, & ideo Apostolus singulariter de mandato concupiscendi loquitur; q̃a tamen in speciali diuersæ sunt rationes concupiscendi; ideo Augustinus * distinguit diuersa præcepta de non concupiscendo; differunt enim specie concupiscentiæ secũdùm diuersitatem actionum, vel concupiscibiliũ, vt Philosophus dicit in 10. Ethicorum. *

* Aug. q. 71. in Exo. t. 4.

* Aciſt. 6. 3. & 5.

¶Ad Apostolum dico, ꝙ loquit de concupiscentia in singulari pp vnitatẽ rõnis cõis quasi gñicè cõcupiscentiæ; sed tñ sunt diuersæ rationes specificè distinctę non subordinatę; quia inueniuntur luxuriosi non auari, & e contra. Quod aũt istæ concupiscentiæ distinguantur specie, patuit sup. q. 60. arti. 5. Vltra & sic videtur &c. Negatur, ꝙ sit vnũ præceptum, vt ponitur Exodi 20. Sed verum est, ꝙ Apostolus loquitur de ambabus cõcupiscentijs, duobus præceptis prohibitis in singulari ratione dicta. Sed in Exodo dicitur, non concupisces vxorem, nec domum &c. Vbi prohibetur cõlensus in carnalem actũ extra legem matrimonij, & appetitus habẽdi rem alienam, quæ concupiscentiæ sunt diuersæ, iuxta diuersitatem concupiscibilium, quare negatur consequentia vlterior.

Vtrum conuenienter præcepta decalogi enumerentur.

L 3. di. 37. ar. 2. q. 2. Et 3. contra ca. 120. fin. & 124.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter præcepta decalogi enumerentur. Peccatum enim vt Ambro. dicit, * est transgressio legis Diuinæ, & cœlestium inobedientia mandatorum; sed peccata distinguũtur per hoc, quòd homo peccat, vel in Deũ, vel in proximum, vel in seipsum; cum igitur in præceptis decalogi non ponantur aliqua præcepta ordinantia hominem ad seipsum; sed solùm ordinantia ipsum ad Deum, & proximum, videtur quòd insufficiens sit enumeratio præceptorum decalogi.

* Ambr. in li. de para. cap. 8. ante med. to. 4.

¶ 2 Præt. Sicut ad cultum Dei pertinebat obseruatio sabbathi, ita etiam obseruatio aliarum solemnitatũ, & immolatio sacrificiorum; sed inter præcepta decalogi est unum pertinens ad obseruantiam sabbathi; ergo etiã debẽt esse aliqua pertinentia ad alias solemnitates, & ad ritum sacrificiorum.

¶ 3 Præt. Sicut contra Deum peccare contingit periurando, ita etiam blasphemando, vel alias contra doctrinam Diuinam mentiendo; sed ponitur vnum præceptũ prohibens periurium cum dicitur. Non assumes nomẽ Dei tui in vanum; ergo peccatum blasphemiæ, & falsæ doctrinæ debent aliquo præcepto decalogi prohiberi.

¶ 4 Præt. Sicut homo naturalem dilectionem habet ad parentes, ita etiam ad filios, mandatum etiam charitatis ad omnes proximos extenditur; sed præcepta decalogi ordinantur ad charitatem, secundùm illud 1. ad Thimo. 1. Finis præcepti charitas est; ergo sicut ponit quoddam præceptum pertinens ad parentes, ita etiam debuerunt poni aliqua præcepta pertinentia ad filios, & ad alios proximos.

* Thimo. 1.

¶ 5 Præt. In quolibet genere peccati contingit peccare corde, & opere; sed in quibusdam generibus peccatorum. s. in furto, & adulterio seorsum prohibetur peccatum operis cum dicitur. Non mechaberis. Non furtum facies, & seorsum peccatum cordis cum dicitur. Non cõcupisces rẽ proximi tui, & Non concupisces vxorẽ proximi tui; ergo etiam idem debuit poni in peccato homicidij, & falsi testimonij.

¶ 6 Præt. Sicut cõtingit peccatum prouenire ex inordinatione concupiscibilis, ita etiam ex inordinatione irascibilis; sed quibusdam præceptis prohibetur inordinata

nata concupiscentia cum dicitur. Non concupisces; ergo etiam aliqua precepta in decalogo debuerunt poni per que prohiberetur inordinatio irascibilis; non ergo videtur, quòd conuenienter decem præcepta decalogi enumerentur.

§ Deut.4. ¶Sed contra est, quod dicitur * Deut.4. Ostendit vobis pactum suum, quod præcepit vt faceretis, & decem verba, quæ scripsit in duabus tabulis lapideis.

¶Hic consequenter. D.S. inquirit de consequentibus ad distinctionem præceptorum decalogi, & tria inquiruntur, primum est de numero eorum, secundum de ordine, ar. seq. tertium est de traditione eorũ, ar. 7. Constat aũt, q numerus immediatè sequitur diuisionem, & distinctionem; quare habito ex ar. præc. q sint distincta secundùm q aliqua ordinant ad Deũ, aliqua ad proximum; nunc queritur, an distinctio illa sit sufficiens. s. in decẽ precepta.

Arti.2.huius quæst. ¶Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est; sicut precepta legis humanę ordinant hominem ad quandam communitatem humanam, ita precepta legis Diuinę ordinant hominem ad quandam communitatẽ, seu rempublicam hominum sub Deo. Ad hoc autem, q aliquis in aliqua communitate bene commoretur, duo requiruntur, quorum primum est, vt bene se habeat ad eum qui præest communitati. Aliud autem est, vt homo bene se habeat ad alios communitatis consocios, & conparticipes. Oportet igitur, quòd in lege diuina primò ferantur quędam precepta ordinantia hominem ad Deũ, & deinde alia quædam præcepta ordinantia hominem ad alios proximos simul conuenientes sub Deo.

¶D.S. in hoc corpore primò præmittit quandam cõclusionem præambularem fundamentalem, & secundò ex ea probat conclusionem responsuã subintellectam secundùm sufficientiam præceptorum decalogi, ibi. Principia aũt &c. Cõclusio præambularis est. Oportet q in lege Diuina primò ferantur quædam &c. vt in litera, vsq; in finem, probatur. Sicut precepta legis &c. vt in principio Iræ; sed ad hoc, q aliqs &c. vt sequitur in litera; ergo conclusio illa vera. Maior patuit ar. 2. Minor est de se nota.

¶Principi autem communitatis tria debet homo. Primò, fidelitatem. Secundò, reuerentiam. Tertiò, famulatũ. Fidelitas quidem ad dominum in hoc consistit, vt honorem principatus ad alium non deferat, & quantum ad hoc, accipitur primum præceptum cum dicitur. Non habebis deos alienos. Reuerentia autem ad dominum requiritur, vt nihil iniuriosum in eũ committatur, & q̃tũ ad hoc, accipitur secundum præceptum, quod est. Non assumes nomen domini Dei tui in vanũ. Famulatus autem debetur domino in recompensationem beneficiorum, quæ ab ipso percipiunt subditi, & ad hoc pertinet tertium præceptum de sanctificatione sabbathi in memoriam creationis rerum.

¶Præmissa conclusione fundamentali, hic consequenter subsumit, & probat conclusionem responsuam subintellectam, talem. Conuenienter præcepta decalogi enumerantur numero denario, probatur ex precedenti cõclusione. In numero isto denario, enumerantur præcepta, quæ sufficienter ordinant hominem ad Deũ, & alia, quę ipsum sufficienter ordinant ad proximos simul conuenientes sub Deo; igitur conclusio vera. Tenet consequentia ex dictis; quia ad legem Diuinam requiruntur, & sufficiunt huiusmodi præcepta D.S. primò manifestat primam partem antecedentis, secundò secundam, ibi. Ad proximos &c. Quo ad primam; quia principi communitatis (qui in lege Diuina est Deus) tria debet homo (quibus scilicet ordinatur sufficienter ad ipsum) primò fidelitatem &c. vt in principio literæ; sed ista tria ponuntur in tribus præceptis ordinantibus ad Deũ; ergo &c. Maior nota. Minor declaratˀ inductiuè. Fidelitas quidẽ &c. clara in litera. Deinde ibi.

¶Ad proximos autem aliquis se habet, & specialiter, & generaliter. Specialiter quidem quãtum ad illos quorum est debitor, ut eis debitum reddat, & quãtũ ad hoc accipitur præceptum de honoratione parentum. Generaliter aũt quantum ad omnes, vt nulli nocumentũ inferatur, neq; opere, neq; ore, neq; corde. Opere quidem infertur nocumentum proximo, quandoq; quidem in propriam personam q̃tum ad consistentiam. s. personæ, & prohibetur per hoc, q dicitur. Non occides. Quandoque aũt in personam coniunctam q̃tum ad propagationem prolis, & hoc prohibetur cum dr̃. Nõ mechaberis. Quandoq; aũt in rem possessam, q̃ ordinatˀ ad vtrunque, & quantum ad hoc dr̃. Non furtum facies. Nocumentum autem oris prohibetur cum dr̃, Non loqueris contra proximũ tuum falsum testimoniũ, Nocumẽtum aũt cordis prohibetur cum dicitur, Non concupisces.

¶Manifestat secundam partem antecedentis prędicti, & primò facit quod dictum est, secundò subiũgit duos alios modos distinguendi præcepta in ordine ad Deum, primum ibi. Et secundùm hanc &c. secundum ibi. Vel secundũ Augu. &c. probatur ergo q lex ẽt contineat præcepta, q̃ sufficienter ordinãt ad proximos, sic, ad proximos aliquis se habet specialiter, & generaliter; sed ista p̃cepta sufficienter ordinant specialiter, id est ad aliquos speciales, & generaliter. i. ad omnes; igitur sunt sufficientia ad proximum. Maior nota. Minor deducitur; quia specialiter quãtũ ad alios &c. vt in litera clarè. Consequenter ibi.

¶Et secundùm hãc etiam differentiam possent distinguitˀ tria præcepta ordinantia in Deum, quorũ primum pertinet ad opus; vnde ibi dicitur, Non facies sculptile. Secundum ad os; vnde dicitur, Non assumes nomẽ Dei tui in vanum, Tertium pertinet ad cor; quia in sanctificatione sabbathi secundùm quòd est morale præceptum, præcipitur quies cordis in Deum.

¶Ponit alium modum secundum distinguendi præcepta in ordine ad Deum proportionabiliter ad distinctionẽ præceptorum in ordine ad proximum, prædictam. s. secũdùm opus, os, & cor. Et hunc modum distinguendi obseruauit in tertio di. 37. q. 1. artic. 2. q. 2. vt patet intuenti. Tunc ibi.

¶Vel secundùm Aug.* per primum præceptum reueremur unitatem primi principij, per secundum veritatẽ Diuinam, per tertium eius bonitatem qua sanctificamur, & in qua quiescimus sicut in fine. * In Ps. 32. cõcione. 1. parum ante me. to. 2. & in Exo. q. 71. to. 4.

¶Adiungit tertium modum distinguendi prædicta tria præcepta ad Deum ordinantia, & patet in litera.

Et confirmatur conclusio responsiua argumento in contrariũ, q numerus denarius sit sufficiẽs, & ratio patuit; qa per ista decem verba, homo ordinatˀ ad Deum, & ad proximum sufficienter &c.

¶Ad primũ ergo põt rñderi dupliciter. Primò quidẽ quia præcepta decalogi referuntˀ ad p̃cepta dilectionis. Fuit aũt dandũ præceptũ homini de dilectione Dei, & proximi; quia q̃tum ad hoc lex naturalis obscurata erat pp peccatum, non aũt q̃tum ad dilectionẽ suiipsius, quia q̃tum ad hoc lex naturalis uigebat, vel quia ẽt dilectio suiipsius ĩcluditurˀ ĩ dilectione Dei, & ꝓximi. In hoc. n. hõ vere se diligit, q se ordinat in Deũ, & iõ ĩ p̃ceptis decalogi ponunturˀ solũ p̃cepta ptinẽtia ad ꝓximũ, & ad Deũ.

¶Circa hoc argm̃ D.S. ponit duas solutiones, secũdam ibi. Aliter põt &c. primò soluitur sic. Maior conceditur. Ad minorẽ dico, q peccata quidẽ distinguunturˀ isto triplici mõ, & patuit sup. q. 72. ar. 4. Sed dico, q precepta decalogi non debent isto triplici modo distingui; quia nullum debet poni ordinãs hoĩem ad seipsum, tñ quia precepta decalogi referunturˀ sicut in finẽ ad precepta dilectionis; ubi ergo dilectio nõ deficit, non oportebat dare p̃cepta ad implendum dilectionem. Dilectio aũt sui nõ defecerat, ut ẽt hr̃. 2. 2. q. 44. ar. 3. ad primũ, & secundò ẽt non oportebat dari p̃ceptum de dilectione suijpsius; qa includitur in dilectione Dei sicut in cã, & dilectione proximi sicut in cõsimili. Vltra. Cũ igitur &c. Cõcedit, & rõ iã patuit; sed negatˀ consequẽtia; qa nõ est par rõ de pctis, & p̃ceptis decalogi, peccata n. distinguunturˀ ſm q̃cunq; obiecta ad q̃ inordinatè se hõ hẽt; sed precepta decalogi solũ ubi rõ naturalis quo ad dilectionẽ obscurata fuit, qđ non erat respectu suiipsius.

¶Aliter potest dici, q precepta decalogi sunt illa quę immediatè populus recepit a Deo; vnde dicit* Deut. 10. Scripsit in tabulis iuxta id quod prius scripserat verba decem, quæ locutus est ad nos dominus; vnde oportet precepta decalogi talia esse, quæ statim in mente populi cadere possunt; præceptum autem habet rõnem debiti; q aũt homo ex necessitate debeat aliquid Deo, uel proximo, hoc de facili cadit in conceptione hominis, & preciuè fidelis; sed q aliquid ex necessitate sit debitum homini de his, quæ pertinent ad seipsum, & non ad alium, hoc non ita in promptu apparet; videtur enim primò aspectu, quòd quilibet sit liber in his, quæ ad ipsum pertinent, & ideo precepta quibus prohibentur inordinationes hominis ad seipsum perueniunt ad populum * Deut.10.

mediante instructione sapientię, unde non pertinent ad decalogum.

¶Dicitur secundò post D.S. Maiorem concedendo vt prius, similiter minorem; sed dico, quòd ordo hominis ad seipsum non ita manifestè continet rationem debiti, præcepta autem decalogi debent esse de statim notis, postquam proponuntur, vt patuit artic. 3. Vnde negatur consequentia, quia non est par ratio de peccatis, & præceptis decalogi; quia præcepta decalogi distinguuntur solùm secundùm ea, in quibus est manifesta ratio debiti, non autem peccata, vt patuit. Et secundùm D.S. in tertio, vbi supra. Legislator intendit bonum commune, & ergo ordinat actus in ordine ad alium, in quo tamen includitur ordo ad seipsum.

¶Ad secundum dicendum, quòd omnes solẽnitates legis veteris sunt institutę in cõmemorationem alicuius Diuini beneficij, uel præteriti commemorati, uel futuri præfigurati; & similiter propter hoc omnia sacrificia offerebantur; inter omnia autem beneficia Dei cõmemoranda, primum & præcipuũ erat beneficium creationis, quod commemoratur in sanctificatione sabbati; vnde Exo. 20. pro ratione huius præcepti ponitur. Sex enim diebus fecit Deus cœlum, & terram, &c. Inter omnia autem futura beneficia, quæ erant præfugeranda, præcipuum & finale erat quies mentis in Deo, vel in præsenti per gratiam, uel in futuro per gloriam, quæ etiam figurabatur per obseruantiam sabbati; vnde dicitur Esa. 58. Si auerteris a sabbato pedem tuum, vocaberis sabbatum Domini delicatum, & sanctum Domini gloriosum. Hæc enim beneficia primò, & principaliter sunt in mente hominum maximè fidelium; Aliæ uerò solennitates celebrantur propter aliqua particularia beneficia temporaliter transeuntia, sicut celebratio phasæ propter beneficium præteritæ liberationis in Aegypto, & propter futuram passionem Christi, quę temporaliter transiuit, inducens nos in quietem sabbati spiritualis; & ideo prætermissis omnibus alijs solennitatibus, & sacrificijs, de solo sabbato fiebat mentio inter precepta decalogi.

¶Illud, sicut, quod tangitur in maiori, non graditur quattuor pedibus, pertinent quidem omnes solennitates ad cultum Dei, sed nulla est commemoratiua, vel præfiguratiua tantorum beneficiorum, sicut obseruatio sabbati. Solemnitates autem institutæ sunt, & per cõsequens habent principalitatem ex beneficijs cõmemoratis præteritis videlicet, vel figuratis, futuris scilicet. Et hæc ostẽdit D.S. in solutione, quia obseruatio sabbati rememoratiua est maximi beneficij, & permanẽtis. s. creationis, similiter figuratiua permanentis. s. requiei mentis in Deo hic per gratiam, & in alia vita per gloriã, quæ gratia, & gloria in electis semper manebunt, non sic de alijs solennitatibus, quæ quo ad beneficia particularia, & transeuntia ordinantur, quæ etiam ordinantur in quietem hominum in Deo, sicut in finem, vt patet de passione Christi figurata per solennitatem phasæ, &c. Minor conceditur; sed negatur consequentia, & ratio diuersitatis iam patuit. Circa hanc solu-
Dubitatio. tionem vr̃ dubium de hoc, q D.S. innuit, q sabbatum nõ habeat beneficia trãseuntia temporaliter sicut alia; de beneficio quidem
Responsio. figurato non est dubium, sed de beneficio commemorato. s. creationis, illa enim transisse vr̃. Sed dicendum, q ſm rem loquendo vsq; hodie, & semper est, & erit beneficium creationis, nã eadem actio ſm rẽ est creatio, & cõseruatio, vt potes videre in Capreolo in secundo, dist. 1. q. 2. circa tertiam conclusionem. Constat autem ex prima parte, q. 104. q omnes res creatæ egent sempec conseruatione Diuina. Et ergo beneficium creationis semper monet, sub ratione tamen conseruationis rerũ creatarum. Actio enim creandi, vt transiens est, solùm pro primo instanti habet rationem creationis, in sequenti verò tpe habet rationem conseruationis, posita inceptione rei, vt alibi ad longum videbitur. s. pro prima parte.

¶Aduerte verbum D.S. in hac solutione, quòd dicit præceptum sanctificationis sabbati sit figurale quo ad quietem mentis in Deum in via, vel in patria, vbi patet, quod supra dicebatur, quæstio. 73. artic. 7. quòd per hoc præceptum ad litteram non prohibetur cessatio a peccato, nec per consequens tempus sacrum trahit in aliam speciem, vtpotè non contra præceptum.

¶Ad tertium dicẽdum, q sicut Apost. dicit ad Heb. 5. Homines per maiorem sui iurant, & omnis cõtrouersiæ eorum finis ad cõfirmationem est iuramentum; & ideo quia iuramentum est omnibus commune, propter hoc prohibitio inordinationis circa iuramentum specialiter præcepto decalogi prohibetur; Peccatum verò falsæ doctrinæ non pertinet nisi ad paucos; vnde non oportebat vt de hoc fieret mentio inter præcepta decalogi, quamuis etiam quãtum ad aliquem intellectum in hoc, quòd dicitur. Non assumes nomen Dei tui in uanum, prohiberetur falsitas doctrinæ; vna enim glosa exponit. Non dices Christum esse creaturam.

¶Ad maiorem dico, q in hoc est simile, quia vtroq; modo peccatur, sed non ita communiter blasphemando, & falsam doctrinã docendo; præcepta autẽ decalogi debent dari contra ea vitia, quæ communius accidunt. Quare concessa minore, negatˀ consequentia. D.S. hic in solutione respõdet de doctrina, & eandem solutionem in substantia habet 2. 2. q. 122. artic. 3. ad 4. de blasphemia.

¶Circa auctoritatem Apostoli nota, q D.S. vult ostendere, q iuramentum sit frequens, & commune, quia per ipsum omnis cõtrouersia hominũ componitur, & terminatur; sicut enim in scientijs est status, cũ peruenitur ad prima principia, ita in Diuina lege cũ peruenitur ad veritatẽ Diuinã. Controuersiæ aũt hominũ frequentes, & multæ sunt. Et vide de illa auctoritate D.S. quolib. 1. arti. 18. vbi per ipsam ostendit periurium esse grauius homicidio. Et nota, q expositio, qua exponitur hic p̃ceptũ de prohibitione falsæ doctrinę est mystica, vt habet D.S. secunda secundæ, vbi iam.

¶Ad quartum dicendum, q statim ratio naturalis homini dictat, q nulli iniuriam faciat; & ideo præceptá decalogi prohibentia nocumentum, extendunt se ad oẽs; sed ratio naturalis nõ statim dictat, q aliquid sit pro alio faciendum, nisi cui homo aliquid debet; debitum autem filij ad patrem adeo est manifestũ, q nulla tergiuersatione potest negari, eo q pater est principium generationis, & esse, & insuper educationis, & doctrinæ; & ideo non ponitur sub præcepto decalogi, vt aliquod beneficium vel obsequium alicui impendatur, nisi parentibus, parẽtes autem non uidentur esse debitores filijs propter aliqua beneficia susceptа, sed potius econuerso. Filius autem est aliquid patris, & patres amant filios, ut aliquid ipsorum, sicut dicit Philosophus in 8. Ethi. * vnde eisdẽ rationibus nõ ponuntur aliqua præcepta decalogi pertinentia ad amorem filiorum, sicut neque etiam aliqua ordinantia hominem ad seipsum. *Arist. c. 12. nõn longè à prin. to. 5.

Quare non præcipitur patri, q diligat filiũ.

¶Maior vera quidem est, sed tamen secundùm aliam rationem filius diligit parentes, & parentes filios; quia filius propter debitum beneficij maximi, sicut maximum benefactorem, a quo suscepit esse, &c. sed diligit naturaliter filium, sicut aliquid sui, & non propter debitum beneficij a filio accepti. Vnde dilectio filiorum ad parentes fundatur in beneficio naturali suscepto, non sic dilectio parentum ad filios.

¶Ad minorem dico, vt patuit ad primum. Præcepta decalogi ordinantur ad charitatem, & dantur de his, vbi ratio naturalis obscurata fuit per peccatum, quod non est respectu suijpsius, & respectu eorum qui habentur, & sunt aliquid sui.

¶Ad consequens dico, quòd si intelligitur de præceptis prohibituis nocumenti; conceditur, quia talia ponuntur respectu omnium, quia ibi est manifesta ratio debiti. Si autem intelligitur de præceptis præceptiuis beneficij negatur primò de filijs, quia sicut non præcipitur beneficium hominis ad seipsum, ita nec ad filium, quia filius habetur vt aliquid patris sui. Negatur secundò de proximis, quia ibi non est manifesta ratio debiti, sicut ad parentes. Quare debuit præcipi filijs, vt benefacerent parentibus, non autem econtra; & debuit præcipi, vt vitaretur damnum alienorum, sed non beneficium eorum. Et omnia ista habentur ex solutione intellecta.

¶Ad quintum dicendũ, q delectatio adulterij, & utilitas diuitiarum sunt pp seipsa appetibilia, inquãtum hñt rationẽ boni delectabilis, vel utilis, & pp hoc oportuit in eis prohiberi non solùm opus, sed ẽt concupiscentiã; sed homicidiũ, & falsitas sunt ſm seipsa horribilia, quia proximus, & veritas naturaliter amantˀ, & nõ desiderantˀ nisi pp aliud, & iõ nõ oportuit circa peccatũ homicidij, & falsi testimonij prohibere peccatũ cordis, sed solũ operis.

¶Maior quidem vera, sed tamen quædam peccata habent delectationem per se appetibilem, alia non. Vnde in primis oportuit prohibere concupiscentiam; quia etiam cogitata, & concupita habent annexam delectationem; alia verò, quæ non habent per se appetibilitatem, non sunt ſm se concupiscibilia, & per cõsequens non ita oportebat prohibere concupiscentiam, cum eam non ita excitent. Et secundò (vt supra dictum fuit) peccatum luxuriæ, vt cogitatum est, sequitur delectatio eiusdem rationis, sicut luxuriam in opere exercitam. Quare ratione suijpsius est cõcupiscibilis, concupiscentia quæ est peccatum. Similiter est de furto; quia res vtilis etiam secundùm se habet concupiscibilitatẽ.

Quare concessa minore, negatur consequentia, quia in alijs ab adulterio, & furto, ipsa concupiscentia non ita est infesta homini, sicut in istis, quia ista magis sunt nata excitare concupiscentiam, ideo concupiscentia eorum debuit prohiberi.

*q.23.ar.1. ¶Ad sextum dicendum, ꝙ sicut supra dictum est; * omnes passiones irascibilis deriuantur a passionibus cõcupiscibilis; & ideo in præceptis decalogi, quę sunt quasi prima elemẽta legis, nõ erat mẽtio facienda de passionibus irascibilis, sed solũ de passionibus cõcupiscibilis. —

¶Maior vera, sed tamen passiones concupiscibilis sunt radix, & fundamentum passionum irascibilis, vt patuit supra, quæst. 25. Et quia præcepta decalogi sunt prima legis elementa, ideo debuerunt dari de primis passionibus. Quare concessa minore, negatur consequentia.

Vtrum decem præcepta decalogi conuenienter ordinentur.

M 3.distin.37. arti.3.q.3. AD sextum sic proceditur. Videtur, ꝙ inconuenienter ordinẽtur decem præcepta decalogi. Dilectio enim proximi videtur esse prꝛuia ad dilectionem Dei, quia proximus est nobis magis notus, quàm Deus, srcundùm illud. 1. Ioan. 3. Qui fratrem suum quem uidet, non diligit, Deum quem non uidet quomodo potest diligere? sed tria prima præcepta pertinent ad dilectionem Dei, septem verò alia ad dilectionem proximi; ergo inconuenienter prꝛcepta decalogi ordinantur.

¶ 2 Præterea. Per prꝛcepta affirmatiua imperantur actus virtutum, per prꝛcepta verò negatiua prohibentur actus uitiorum; sed secundùm Boetium in commento Prædicamentorum. Prius sunt extirpanda uitia, quàm inserantur uirtutes; ergo inter prꝛcepta pertinentia ad proximum primò ponenda fuerunt prꝛcepta negatiua, quàm affirmatiua.

¶ 3 Prꝛt. Prꝛcepta legis dantur de actibus hominum; sed prior est actus cordis, quàm oris, uel exterioris operis; ergo inconuenienter ordinẽ præcepta de non concupiscendo, quę pertinent ad cor, vltimò ponuntur.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit Roman. 13. Quę a Deo sunt, ordinata sunt; sed prꝛcepta decalogi * Art.3.huius quæst. sunt immediatè data a Deo, vt dictum est; * ergo conuenientem ordinem habent.

¶Hic Doct. Sanct. determinat conuenientiam ordinis decem præceptorum, quòd conuenienter ponantur primò, quæ sunt ad Deum, deinde ad proximum.

*Artic.3.& artic. 5. ad primum. ¶Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est; * prꝛcepta decalogi ordinantur de his, quę statim in prꝛptu mens hominis suscipit. Manifestum est autem, ꝙ tantò aliquid magis a ratione suscipitur, quantò contrarium est grauius, & magis repugnans rationi. Manifestũ est autem, ꝙ cũ rationis ordo a fine incipiat, maximè est cõtra rationẽ, vt homo inordinatè habeat se circa finem. Finis autem humanæ vitę, & societatis est Deus. ——

¶Et quia præcepta decalogi primò diuiduntur, quòd quædam sunt ad Deum, & quædam ad proximum; ideo vt D.S. euacuet quæsitum, primò ostendit conuenientiam ordinis præceptorum, quæ sunt ad Deum, ad ea, quæ sunt ad proximum. Secundò, eorum quæ sunt ad Deum inter se, ibi. Inter ipsa autem, &c. Tertiò, eorum quæ sunt ad proximum, ibi. In præceptis, &c. Quo ad primum, ponit talem conclusionem partialiter responsiuam. Primò oportuit per præcepta decalogi hominem ordinare ad Deum, ideſt præcepta ordinantia ad Deum debuerunt præordinari, & præponi præceptis ad proximum. Et si decalogi præcepta, ita ordinata sunt, bonus est ordo. Probatur ista conclusio; primò ratione; secundò exemplo, cum quo simul ponitur conclusio ista, ibi. Et ideo primo, &c. Quo ad primum arguitur sic. Præcepta ordinantur de his, quæ statim in prꝛmptu mens hominis suscipit, sed tantò aliquid magis a ratione suscipitur, quantò contrarium est grauius, & magis repugnans rationi (suppletur extra litteram) igitur ista præcepta debent prima esse in ordine, quorum contraria magis sunt contra rationem; (subsumitur) sed maximè est contra rationem, vt homo inordinatè habeat se circa finem (suppletur) igitur prima debent esse circa finem (subsumitur iterum) sed finis humanæ vitæ, & societatis est Deus; igitur sequitur conclusio. Maior patet ex art. tertio, & quinto, ad primum. Minor prima relinquitur nota, quia cõtraria iuxta se posita magis eluceſcunt. Et ergo si contrarium est maximè notum in malitia, aliud contrarium erit notum in rectitudine, & bonitate. Subsumpta prima patet, quia ordo rationis a fine incipit; & ergo maximè sunt contra rationem, quæ sunt contra principium ordinis, scilicet finem. Secunda subsumpta patet ex supra dictis, Consequenter ibi.

¶Et ideo primò oportuit per prꝛcepta decalogi hominem ordinare ad Deum, cum eius cõtrarium sit grauissimum; sicut etiam in exercitu, qui ordinatur ad ducem, sicut ad finem; primum est, quòd miles subdatur duci, & huius contrarium est grauissimum; secundum uerò est, ut alijs ordinetur. ——

¶Infert ipsam conclusionem primam ex præmissa ratione cum resumptione fundamenti ipsius sub breuibus, quia contrarium ordinationis in Deum est grauissimum; igitur ordo in Deũ debet primò cadere sub præcepto; patet consequentia ex iã dictis. Et confirmatur conclusio exemplariter, vt in littera clarè. Ex ista conclusione habetur, ꝙ recto ordine præcepta ad Deum, præponuntur præceptis ad proximum, &c. Deinde cum dicit.

¶Inter ipsa autem, per quę ordinamur in Deum; primum occurrit, ꝙ homo fideliter ei subdatur, nullam participationem cum inimicis habens. Secundum autẽ est, ꝙ ei reuerẽtiam exhibeat. Tertium autem est, quòd etiam famulatum impẽdat, maiusq; peccatum est etiam in exercitu, si miles infideliter agens cum hoste pactum habeat, quàm si aliquam irreuerentiam faciat duci, & hoc est etiam grauius, quàm si in aliquo obsequio ducis deficiens inueniatur. ——

¶ Ostendit secundò ordinem conuenientem præceptorum ad Deum, & intendit talem conclusionem quo ad hoc responsiuam. Præcepta tria ad Deum in decalogo benè ordinantur, ita quòd primum est, Non habebis deos alienos, &c. Probat, prima præcepta ordinant in Deum; & id est prius, cuius contrarium est grauius peccatum, & euidentius iniustum, sed inter ipsa primum occurrit, quòd homo fideliter, &c. vt in principio litteræ, & contrarium primi est grauius contrario secundi, & cõtrarium secundi grauius contrario tertij; igitur primum inter ea est, quòd homo fideliter Deo subdatur, &c. Sed ita ponuntur in decalogo, igitur recto ordine, vt vult conclusio. Maior patet ex dictis circa prædictam conclusionem. Minor declaratur exemplariter, prosequendo præcedens exemplum. Deinde ibi.

¶In prꝛceptis autem ordinantibus ad proximum manifestum est, ꝙ magis repugnat rationi; & grauius peccatum est, si homo nõ seruet ordinem debitum ad personas, quibus est magis debitor; & ideo inter prꝛcepta ordinãtia ad proximum primò ponitur prꝛceptum pertinens ad parentes. Inter alia uerò prꝛcepta etiam apparet ordo secundùm ordinem grauitatis peccatorum: Grauius est enim, & magis rationi repugnans peccare opere, quàm ore; & ore, quàm corde; & inter peccata operis grauius est homicidiũ, per quod tollitur vita hominis iam existẽtis, quàm adulterium, per quod impeditur certitudo prolis nasciturę; & adulterium grauius est, quàm furtum, quod pertinet ad bona exteriora. ——

¶ Manifestat conuenientiam ordinis præceptorum ad proximum inter se. Et intendit talem conclusionem quo ad hoc etiam responsiuam tertiam. Præcepta ad proximum inter se bene ordinantur. Probatur, assumendo maiorem ex dictis circa primam conclusionem. Tantò præceptum est prius, quantò suum contrarium magis repugnat rationi; sed manifestum est, quòd magis repugnat rationi, &c vt in littera; igitur primò debuit poni præceptum de honoratione parentum; secundò prohibens homicidium; deinde adulterium, &c. sed ita ponuntur; igitur conclusio vera.

¶Et nota hic iterum defectum supra reprobatum, quæstio. 73. artic. 8. ad tertium. quo quidam dixerunt fornicationem, & adulterium grauiora homicidio; & ratio huius defectus ibidem soluta fuit. Qui quidem defectus est contra ordinem a Deo, in præceptis decalogi institutum. Vnde D.S. hic iterum dicit, homicidium grauius adulterio, vt patuit.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua formaliter ad quæsitum.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis secundùm uiã sensus proximus sit magis notus, quàm Deus, tamen dilectio Dei est ratio dilectionis proximi, ut infra patebit; & ideo prꝛcepta ordinantia ad Deum fuerunt prꝛordinanda. ——

¶Ad

¶Ad maiorem nego, ꝙ dilectio proximi sit prꝛia dilectioni Dei in rꝛne diligendi, vel in euidentia debiti, ita ꝙ Deus propter proximũ diligatur, vel ꝙ notius sit, ꝙ debeat proximus diligi, quàm Deus; sed verum est, ꝙ proximus prius occurrit diligendus.

¶ Ad probationem maioris respondet D.S. secunda secundæ, q.26.art.1.ad primum. quia Apostolus argumẽtatur, ꝙ quia proximus est magis notus, ideo prius occurrit diligendus, sed tñ non est magis diligendus, nec est euidentior ratio debiti diligendi ꝓximum, super qua euidentia maiori fundatur ordo præceptorum.

¶Et secundò, iuxta D.S. de Virtutibus de Charitate, art.9. ad 6. Apostolus argumentatur sm eos, qui visibilibus præcipuè inhærent, a quibus visibilia inuisibilibus magis diliguntur. Dico vltra, ꝙ proximus est magis notus sm sensum, sed non est magis notũ, ꝙ debeat diligi a nobis, præsertim dilectione gratuita; multò enim notius est, ꝙ creator, & conseruator, & summum principium beatitudinis supernaturalis, & omnis boni, debeat diligi, quàm proximus homo. Quæ autem sit ratio diligendi, habet D.S. secunda secundæ, vbi iam, in multis articulis; quia charitas fundatur super cõmunicatione beatitudinis supernaturalis, quæ beatitudo est in Deo, sicut in fonte, & principio; vnde primò diligitur sicut radix boni, super quo charitatis amicitia fundatur. Vide & de hoc si placet modum dicendi Scoti in tertio, dist. 28. & 29. Concedit minor, & negatur consequentia, & ratio patuit.

¶Ad secundum dicẽdum, ꝙ sicut Deus est vniuersale principium essendi omnibus, ita & pater est principium quoddam essendi filio; & ideo conuenienter post prꝛcepta pertinentia ad Deũ ponitur prꝛceptum pertinens ad parentes. Ratio autem procedit, quando affirmatiua, & negatiua pertinent ad idem genus operis; quamuis etiam & in hoc nõ habeat omnimodam efficaciam, & si enim in executione operis prius extirpanda sunt vitia, quàm inferendæ virtutes, sm illud Psal. Declina a malo, & fac bonum. Et Esa. 1. Quiescite agere peruersè; discite benè facere; tamen in cognitione prior est virtus, quàm peccatum, quia per rectum cognoscitur obliquum, vt dicitur in primo de Anima. *Per legem autem cognitio peccati habetur, vt Roma. 5. dicitur. & secundùm hoc præceptum affirmatiuum debuisset primo poni. Sed non est ista ratio ordinis, sed quæ supra posita est; * quia in præceptis pertinẽtibus ad Deum, quæ sunt primę tabulę, vltimò ponitur prꝛceptum affirmatiuum; quia eius transgressio minorem reatum inducit. ——

*Aristo. c.1.

*In corp. huius.

¶Maior conceditur quidem; sed dico, ꝙ prꝛcepta ordinantur, sm quod contraria eorum magis repugnant rationi, & per consequens sm euidentiorem rationem debiti. Ad minorem primò, vera est, quãdo pertinent ad idem genus operis, tunc enim negatiuum præcedit, & hoc verum in via executionis, sed non in via cognitionis, sic enim virtus præcedit vitium, quamuis præcepta non ordinentur, sm ꝙ vnum cognoscitur per aliud, sed sm rationem dictam. s. sm ꝙ contrarium magis repugnat rationi, & sm euidentius debitum. Quare negatur cõsequentia. Tum quia illud affirmatiuum non pertinet ad idem genus operis cum negatiuis. Tum quia inter prꝛcepta ad proximum, debuit primò poni illud, quod magis conuenit cum præceptis ad Deum, & hoc est præceptum de honoratione parentum; affirmatiuum huius autem ponit D.S. rationem in principio solutionis. s. quare statim post ordinãtia ad Deum, debuit poni prꝛceptum de honoratione parentum, deinde respondet ad minorem argumenti, concedendo eam in vno sensu, in alio negando; & vltimò ostendit, ꝙ non oportet inniti illi fundamento. s. de cognitione vnius per aliud, qa ꝓcepta primæ tabulæ non sic ordinantur, cum negatiua præponant affirmatiuis, vt patet intuenti, sed fundamento dicto in corpore, videlicet, quòd hoc sit prius, cuius oppositum est grauius peccatum.

¶Ad tertium dicendum, quòd peccatum cordis, & si sit prius in executione, tamen eius prohibitio posterius cadit in ratione. ——

¶Maior conceditur, ꝙ dentur præcepta de actibus hominum, sed non ordinantur sm ordinem actuum in existentia, sed sm euidentiam debiti, sm ꝙ contrarium est grauius. Ad minorem, verum est, prius in executione est peccatum cordis, quàm oris, vel operis, sed contrarium eius non est grauius, nec in præcepto prohibitiuo peccati cordis est tam euidens ratio debiti, sicut in prohibitiuo operis. Vnde & multi non habuerunt concupiscentiam pro peccato, esto opus pro peccato haberent, vt habetur circa Euangelium Matth. 5. Quare negatur consequentia.

Vtrũ præcepta decalogi conuenienter tradantur.

N ddit in.27. artica.q.1. AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd præcepta decalogi inconuenienter tradantur. Prꝛcepta enim affirmatiua ordinant ad actus virtutum, præcepta autem negatiua abstrahunt ab actibus vitiorum, sed circa quamlibet materiam opponuntur sibi virtutes, & vitia; ergo in qualibet materia, de qua ordinat prꝛceptum decalogi, debuit poni prꝛceptum affirmatiuum & negatiuum, incõuenienter igitur ponuntur quædam affirmatiua, & quædam negatiua.

¶ 2 Præterea. Isidorus dicit, quòd omnis lex ratione constat, sed omnia præcepta decalogi pertinent ad legem Diuinam; ergo in omnibus debuit ratio assignari, & non solùm in primo, & in tertio prꝛcepto. Isidorus.

¶ 3 Præterea. Per obseruantiam prꝛceptorum meretur aliquis prꝛmia a Deo; sed Diuinę promissiones sunt de prꝛmiis prꝛceptorum; ergo promissio debuit poni in omnibus prꝛceptis, & non solùm in primo, & quarto.

¶ 4 Præt. Lex vetus dicitur lex timoris, inquantũ per comminationes pœnarum inducebat ad obseruationes prꝛceptorum; sed omnia prꝛcepta decalogi pertinent ad legem veterem; ergo in omnibus debuit poni comminatio pœnæ, & non solùm in primo, & secundo.

¶ 5 Præterea. Omnia præcepta Dei sunt in memoria retinenda, dicitur enim Prouerb. 3. Describe ea in tabulis cordis tui; inconuenienter ergo in solo tertio prꝛcepto fit mentio de memoria; & ita videntur præcepta decalogi inconuenienter tradita esse.

¶Sed contra est, quod dr Sap. 11. ꝙ Deus omnia fecit in numero, pondere, & mensura; multò magis ergo in ꝓceptis suæ legis congruum modum tradendi seruauit.

¶Hic inquirit de conuenientia traditionis, an videlicet conuenienter ponant affirmatiua, & negatiua, & an cõuenienter ꝓceptis quibusdã addant prꝛmia, quibusdã nõ, vt patebit in solutionibus.

¶Respondeo dicendum, quòd in prꝛceptis Diuinæ legis maxima sapientia continetur; vnde dicitur Deuteron. 4. Hæc est vestra sapientia, & intellectus coram populis. Sapientis autem est omnia debito modo, & ordine disponere; & ideo manifestum esse debet, quòd prꝛcepta legis conuenienti modo sunt tradita. —

¶D.S. breuiter respondet quæsito in fine, quòd sic, quod probatur formaliter in littera. In prꝛceptis Diuinis continetur, &c. sed sapientis est omnia, &c. igitur prꝛcepta legis conuenienti, &c. Maior patet Deuteron. 10. Minor est nota primo Metaphysicæ. Et si sapientia humana, & modica omnia benè ordinat, & debito modo facit, multò magis sapientia infinita, quæ ista prꝛcepta tradidit, sicut primus institutor, & auctor.

ET confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd semper ad affirmationem sequitur negatio oppositi, non autem semper ad negationem unius oppositi sequitur affirmatio alterius; sequitur enim, si est album, non est nigrũ, non tamen sequitur si non est nigrum, ergo est album; quia ad plura se extendit negatio, quàm affirmatio; & inde est etiam, quòd non esse faciendum iniuriam, quod pertinet ad prꝛcepta negatiua, ad plures personas se extendit secundùm primum dictamen rationis, quàm esse debitum vt alteri obsequium, uel beneficium impẽdatur. Inest autem primò dictamen rationis, quòd homo debitor est beneficij, vel obsequij exhibẽdis illis, a quibus beneficia accepit, si nondum recompensauit. Duo sunt autem, quorum beneficijs sufficienter nullus recompensare potest. s. Deus, & Pater, vt dicitur in 8. Ethic.* & ideo sola duo prꝛcepta affirmatiua ponuntur, vnum de honoratione parentum, aliud de celebratione sabbati in commemorationem Diuini beneficij. ——

*Arist. c.vlti. à medio tomo 5.

¶Ad maiorem dico, ꝙ prꝛcepta affirmatiua decalogi ordinãt ad actus virtutum, vbi est euidẽs ratio debiti, & iustitiæ ꝓp magnũ beneficium exhibitum; vnde (vt dictum fuit art. 3.) omnia ꝓcepta decalogi sunt prꝛcepta iustitiæ. Et dico, quòd negatiua decalogi prohibent iniuriam manifestam. Dico secundò, ꝙ solùm duo sunt, qui contulerunt tantùm beneficium, vt euidẽs sit ratio obsequij exhibendi; sed plures sunt, quibus ex dictamine rationis naturalis, & euidenti non est facienda iniuria; & multa sunt, quibus potest inferri iniuria, quia negatio communior est affirmatione.

Minorem concedo; sed dico, quòd non quælibet virtus præcipitur in præceptis decalogi affirmatiuis, nec quodlibet vitium prohibetur, nisi vbi est manifesta iniuria alterius. Quare negatur consequentia, quia non ponitur affirmatiuum, nisi vbi est debitum obsequium ad alterum, & hoc est ad Deum, & parentes; & non ponitur negatiuum, nisi quod prohibet iniuriam alterius; & ergo ad obsequia debita sufficiunt affirmatiua duo, per quæ prohibentur vitia contraria, quia (vt patuit art. 4. ad 2.) in affirmatione prohibetur etiam negatio inclusa, & ecôtra. Et ergo in quibusdã ponuntur tantùm affirmatiua, in quibusdam tantùm negatiua.

¶Et quærit hoc argumentum, quare aliqua ponuntur affirmatiua, & aliqua negatiua; & quare non tot affirmatiua, quot negatiua. Patuit autem ratio, quia affirmatiua præcipiunt obsequium euidenter debitum alteri, sed negatiua prohibent iniuriam. Et primum solũ extendit se ad duos, sed secundum ad multos; ideo plura sunt negatiua. Nec oportuit ponere affirmatiuum de virtute, & negatiuum de vitio oppositio, & econtra; quia in affirmatiuo virtutis iustitiæ ad alium includitur negatio oppositi vitij, & econtra; sicut in hoc, Non habebis deos alienos, idest non colas, includitur, quòd Deus verus colatur, & in præcepto de honoratione parentum, includitur, ne dehonorentur. Et ergo sufficit ponere affirmatiua de debitis obsequijs respectu duorum; & negatiua de iniurijs aliorum vitandorum, quæ plures sunt, ideo oportuit ponere multa negatiua. Argumentum autem imaginatur, quòd vbi ponitur affirmatiuum virtutis, debuit poni negatiuum vitij, & econtra; & ita ponerentur tot affirmatiua, quot negatiua. Sed imaginatio falsa est, quia affirmatiua ponuntur solum, vbi est obsequium debitum, & negatiua includuntur ad se sequentia; sed negatiua disparata, quæ sunt de iniuria vitanda, expresè ponuntur, & plura.

¶Ad secundum dicendum, quòd illa præcepta, quæ sunt purè moralia habent manifestam rationem; vnde non oportuit, quòd in eis aliqua ratio adderetur; sed quibusdam præceptis additur ceremoniale, uel determinatiuum præcepti moralis communis, sicut in primo præcepto. Non facies sculptile, & in tertio præcepto determinatur dies sabbati; & ideo vtrobique oportuit rationem assignari.

¶Maior conceditur ad hunc sensum, ꝙ oportet, ꝙ ponantur in lege, quæ sunt conformia rectæ rationi; sed non oportet, ꝙ æqua ratione constent, quia (vt patuit supra) aliqua etiam in lege humana habent vigorem ex ratione naturali, aliqua non, absolutè loquendo; sed ex institutione humana, & lege positiua.

¶Ad minorem conceditur; sed dico, quòd non omnia præcepta æqualiter ratione constant, quia aliqua sunt purè moralia, & illa habent euidentem rationem debiti, & iustitiæ. Aliqua verò sunt partim ceremonialia, vel habent determinationem moralis adiunctam, quæ determinatio, vel morale nõ est ita euidens, quare oportuit addere rationem eius. Vnde negatur consequentia, quia sanctificatio sabbati est ceremoniale quo ad curationem septimi diei, & non de dictamine rationis naturalis. Ideo debuit poni ratio, quare ista dies esset instituta, & non alia; similiter non facere sculptile est determinatio illius, Non habebis deos alienos. Et ideo additur. Ego enim sum Deus zelotes, visitans iniquitatem, &c.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ homines ut plurimum actus suos ad aliquam vtilitatem ordinat; & ideo in illis præceptis necesse fuit promissionem præmij apponere, ex quibus videbat nulla utilitas sequi, uel aliqua utilitas impediri; quia verò parentes sunt iã in recedendo, ab eis non expectatur vtilitas; & ideo præcepto de honore parentum additur promissio. Similiter etiam in præcepto de prohibitione idolatriæ, quia per hoc uidebatur impediri apparens utilitas, quam homines credunt se posse consequi per pactum cum dæmonibus initum.

¶Maior vera, si bene obseruetur; sed dico, ꝙ in obseruantia quorumdam apparet etiam vtilitas aliqua temporalis, & manifesta, in aliorum verò obseruatione non ita apparet vtilitas, sed quasi magis damnũ, sicut in obsequio parentum, & in non adoratione idolorum. Quare concessa minore, quòd omnia præcepta habent promissiones generales, sed tamen aliqua debuerunt habere speciales ratione dicta. Vnde dicitur circa præceptum prohibitiuũ idolatriæ, faciens misericordiam in tertiam, & quartam, &c. Quare negatur consequentia, &c.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ pœnæ præcipuè necessariæ sunt cõtra illos, qui sunt proni ad malum, vt dicitur in 10. Ethico. * & ideo illis solis præceptis legis additur comminatio pœnarum, in quibus erat pronitas ad malũ; erãt autem homines proni ad idolatriam propter generalem consuetudinem gentium; & similiter sunt etiã homines proni ad periurium pp frequentiã iuramenti; & ideo primis duobus præceptis adiungitur cõminatio.

*Arist. c. vl. tomo 5.

¶Maior vera, sed comminatur pœnas generaliter pro omnibus non obseruatis, tamen debuit ponere speciales pœnas, vbi est maior pronitas ad nõ obseruandũ, vt est in periurio, & idolatria, vbi homines proni sunt, & Idœi specialiter ad idolatriam proni erant. Minorem concedo; sed homines non fuerunt æquè proni ad non obseruãtiam omnium, sed quorundam specialiter. Vnde negatur consequentia, &c.

¶Ad quintum dicendum, quòd præceptum de sabbato ponitur vt commemoratiuum beneficij præteriti; & ideo specialiter in eo fit mentio de memoria, vel quia præceptum de sabbato habet determinationem adiunctam, quæ non est de lege naturæ; & ideo hoc præceptum speciali admonitione indiguit.

¶Maior vera, tamẽ vnum fuit singulariter commemoratiuum maximi beneficij, vt patuit articu. 5. ad secundum. s. sanctificatio sabbati, & præterea illud fuit aliqualiter ceremoniale, & non de dictamine rationis naturalis. Quare negatur consequentia.

Vtrum præcepta decalogi sint dispensabilia.

O Supr. q. 99. art. 5. corp. Et 2. 2. q. 104. arti. 4. ad 2. Et 1. di. 47. ar. 4. co. Et 3. di. 37. art. 4. Et 4 d. 17. q. 3. ar. 1. q. 5. Et M. l. q. 3. ar. 1. ad 17. & q. 15. ar 1. ad 8.

AD octauum sic proceditur. Videtur, ꝙ præcepta decalogi sint dispensabilia. Præcepta enim decalogi sunt de iure naturali, sed ius naturale in aliquibus deficit, & mutabile est, sicut & natura humana, vt Philosophus dicit in quinto Ethicorum; * defectus autem legis in aliquibus particularibus casibus est ratio dispensandi, ut supra dictum est; * ergo in præceptis decalogi potest fieri dispensatio.

¶2 Præterea. Sicut se habet homo ad legem humanam, ita se habet Deus ad legem datam diuinitus; sed homo potest dispensare in præceptis legis, quę homo statuit; ergo cum præcepta decalogi sint instituta a Deo, videtur, ꝙ Deus in eis possit dispensare; sed prælati vice Dei funguntur in terris. Dicit enim Apostolus. 2. ad Corinth. 2. Nam & ego si quid donaui propter vos, donaui in persona Christi; ergo etiam & prælati possunt in præceptis decalogi dispensare.

¶3 Præterea. Inter præcepta decalogi continetur prohibitio homicidij; sed in isto præcepto videtur dispensari per homines, puta cum secundùm præceptum legis humanę homines licitè occidãtur, puta malefactores vel hostes; ergo præcepta decalogi sunt dispensabilia.

¶4 Præterea. Obseruatio sabbati continetur inter præcepta decalogi; sed in hoc præcepto decalogi fuit dispensatum, dicitur enim primo Machab. secundo. Et cogitauerunt in die illa dicentes. Omnis homo quicunque venerit ad nos in bello die sabbatorum pugnemus aduersus eum; ergo præcepta decalogi sunt dispensabilia.

¶Sed contra est, quod Esa. 24. Quidam reprehenduntur de hoc, quòd mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum; quod maximè videtur intelligendum de præceptis decalogi; ergo præcepta decalogi mutari per dispensationem non possunt.

¶Hic quærit de obligatione præceptorum decalogi. An videlicet obligent indispensabiliter, sic quòd obligatio illa relaxari non possit, etiam a Deo.

¶Nota autem, quòd pro huius articuli intellectu faciunt, quæ supra dicta fuerunt, quæst. 96. artic 6. & quæst. 97. artic. 9. quia dispensare est relaxare præceptum iuris, vel legis cum cognitione causæ, ita quòd præceptum legis nõ habeat vim in tali casu obligandi, vel talem hominem propter rationalem causam, salua virtute, & sine peccato, sic quòd agat quis absque peccato contra verba legis, & præcepti, sicut supra exemplificatum fuit, & statim exemplificabitur in corpore. Quærere ergo an præcepta decalogi sint dispensabilia, est quærere, an Deus posset facere, quòd homo non sit obligatus ad obseruantiam præceptorum, & sine peccato, & salua virtute, possit non implere præcepta; vel possit iustè, & licitè contrarium facere, sic quòd homo possit non esse obligatus ad honorandum parentes, & posset licitè occidere occisione indebita, & quòd in aliquo casu huiusmodi præcepta non habeant rationem legis.

¶Et

¶Et nota, quòd Doct. Sanct. in responsione in corpore sequitur propriè de dispensatione, vt dictum est; sed in solutione ad tertium ponit, ex quo saluari potest, quod a quibusdam dicitur, ꝙ præcepta secundæ tabulæ sint dispensabilia, vt patebit.

q. 97. ar. 4. & q. 96. ar. 6.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut supra dictum est; * tunc in præceptis debet fieri dispensatio, quando occurrit aliquis particularis casus, in quo si verbum legis obseruaretur, contrariaretur intentioni legislatoris. Intentio autem legislatoris cuiuslibet ordinatur primò quidem, & principaliter ad bonum commune; secundò autem ad ordinem iustitiæ, & virtutis, ꝑm quem bonum commune conseruatur, & ad ipsum peruenitur.

¶D. S. hic duo facit; primò ꝑmittit vnam conclusionem fundamentalem; secundò infert conclusionem responsiuam, ibi. Præcepta autem, &c. Circa primum, primò præmittit rationem conclusionis fundamentalis; secundò subiungit ipsam conclusionẽ cum explicatione, ibi. Si qua ergo, &c. Conclusio ergo bimẽbris fundamentalis est. Si qua præcepta dentur, quæ contineant, &c. Vt in sequenti littera; secunda pars, ibi. Sed si aliqua ꝑcepta traderẽtur, &c. Probatur quo ad ambas partes. Tunc in præceptis debet fieri, &c. Sed intentio legislatoris cuiusliqet ordinat primò, &c. vt in littera; ergo conclusio vera, quo ad ambas partes. Maior patuit supra. Et notat implicitè quid sit dispensatio, quia est relaxatio præcepti legis, & suæ obligationis in casu, in quo obseruatio præcepti esset contra intentionem legislatoris. Minor illa patet ex supra dictis sæpius. Tunc ibi.

¶Si qua ergo præcepta dentur, quę contineant ipsam conseruationem boni communis, vel ipsum ordinem iustitiæ, & uirtutis, huiusmodi præcepta, continent intentionem legislatoris, & ideo indispensabilia sunt; puta si poneretur hoc præceptum in aliqua communitate, quòd nullus destrueret rempublicam, neq; proderet ciuitatem hostibus, siue ꝙ nullus faceret aliquid iniustè, uel malè, huiusmodi præcepta essent indispensabilia. Sed si aliqua alia præcepta traderentur ordinata ad ista præcepta, quibus determinantur aliqui speciales modi; in talibus præceptis dispensatio posset fieri, inquantum per omissionem huiusmodi præceptorũ in aliquibus casibus, non fieret præiudicium primis præceptis, quę continent intentionem legislatoris, puta si ad cõseruationem reipublicæ staueretur in aliqua ciuitate, ꝙ de singulis uicis aliqui vigilarẽt ad custodiã ciuitatis obsessę, posset cũ aliquibus dispensari propter aliquã maiorem utilitatem.

Pub. 109.

¶Infert ipsam cõclusionem fundamentalem, & clarè eã explicat exẽplariter, & resumit vltimò rationem tactam in præcedenti littera, quia videlicet si in talibus præceptis fieret dispensatio, & si omitterentur, nõ iudicaretur intentioni legislatoris, quia intẽdit bonum commune, & ponit clarum exemplum. Deinde cũ dicit.

¶Præcepta autem decalogi continent ipsam intentionem legislatoris. s. Dei; nam præcepta primę tabulę, quę ordinant ad Deum, continent ipsum ordinem ad bonum commune, & finale, quod Deus est.

¶Subsumit sub præcedenti conclusione, & infert conclusionem responsiuã in fine, talem. Præcepta decalogi sunt omnino indispensabilia. Probatur assumendo primam partem conclusionis fundamentalis pro maiore. Præcepta, quæ cõtinent intentionem legislatoris (i. ipsam conseruationem boni communis, vel ipsum ordinem iustitiæ) sunt omnino indispensabilia. Sed præcepta decalogi cõtinent ipsam intentionem legislatoris. s. Dei, quo ad ꝑcepta primæ tabulæ, & quo ad præcepta secundæ tabulæ, continent ordinem iustitiæ inter homines obseruãdæ; igitur conclusio vera. Maior patuit. Minor declaratur primò quo ad primam partem; secundò quo ad secundam, ibi. Præcepta autem secũdæ, &c. Quo ad primam, quia ꝑcepta primæ tabulæ cõtinent ordinem ad Deũ; sed ipse est bonum commune, & finale; igitur prima pars vera.

Deut. 5.

¶Præcepta autem secundę tabulę cõtinent ipsum ordinem iustitię inter homines obseruandę, vt s. nulli fiat indebitum, & cuilibet reddatur; ꝑm hãc enim rationem sunt intelligenda præcepta decalogi, & ideo præcepta decalogi sunt omnino indispensabilia.

¶Declaratur secunda pars minoris prædictæ, quia præcepta secundæ tabulæ continent, vt nulli fiat indebitum, & cuilibet reddatur debitum. Et notat D. S. sub breuibus, ꝙ isto modo intelligenda sunt præcepta decalogi. s. ꝑm ꝙ præcipiunt ordinem iustitiæ. s. debitum reddendum, vel indebitum vitandum; & sic intellecta sunt indispensabilia. Et hoc magis tangetur in solutione ad tertium, quia videlicet Deus non dispensat in furto, quod prohibet rem alienam inuito domino; potest tamen mutare cõditiones rerum, ita ꝙ id, quod erat alienum, iam nõ sit alienum, & sic accipiatur; sed tunc non erit indebitum; sed vt prohibetur per ꝑceptum prohibitiuum furti, tunc Deus non potest dispensare. Vnde D. S. in fine infert conclusionem responsiuam. Et ideo ꝑcepta, &c. Eandem sententiam habet D. S. in tertio scripto, dist. 37. art. 4.

¶Nota, ꝙ circa illam conclusionem vr̃ Scotus pro parte discordare de præceptis secundæ tabulæ, & vr̃ velle, quia non sit impossibilis dispensatio in huiusmodi præceptis, ita ꝙ posset manere debitus ordo ad vltimum finem sine huiusmodi præceptorũ obseruatione, ita ꝙ Deus non necessariò velit aliquem esse ad huiusmodi præcepta obligatum, nec necessariò velit illum ordinẽ in istis præceptis contentum, ita ꝙ si Deus non præcepisset illa, quæ nunc præcepta sunt, sicut potuit, tunc potuit velle homines non esse obligatos ad præcepta secundæ tabulę, & tunc homines sine obseruatione huiusmodi præceptorum essent saluati. Dixit enim, aliqua possunt dici de lege naturæ dupliciter; vno modo tanquam prima principia nota ex terminis, vel conclusiones necessariò sequentes ex eis, & hæc dicuntur strictissimè de lege naturæ; & rationes contra primam opinionem probãt, ꝙ in talibus non potest esse dispensatio, quas concedo; sed talia nõ sunt quæcunque præcepta secundæ tabulæ; quia rationes eorum, quæ ibi præcipiuntur, vel prohibentur, non sunt principia practica simpliciter necessaria, nec conclusiones simpliciter necessariæ. Non enim in his quæ præcipiuntur, est bonitas necessaria ad bonitatem vltimi finis, conuertens ad vltimum finem; nec in his, quæ prohibentur, est malitia necessariò auertens a fine vltimo, quin si bonũ istud non esset præceptum posset vltimus finis amari, & attingi, & si illud malum non esset prohibitum, staret cum eo acquisitio finis vltimi. Hæc ille in forma. Et ante hoc arguit pro istis, quia esset ponere, quòd voluntas Dei esset necessariò determinata circa aliqua volibilia a se, cuius oppositum dictum est in primo. Ex quibus patet, quòd ipse vult, quòd in præceptis secundę tabulæ non est necessaria obligatio, ita quòd sine istis obseruatis, posset homo bene se habere ad Deum.

Capreolus.

¶Sed eius dicta D. S. hic soluit ad secundum; quia impossibile est, vt Deus non velit ordinẽ iustitiæ suæ; aliàs negaret seipsum. Ista autem præcepta etiam secundæ tabulæ, vt D. S. dixit, intelligenda sunt, ꝑm ꝙ continent ordinem Diuinæ iustitiæ, & virtutis, nec aliquid probat; quia quamuis Deus nullum creatum necessariò velit, quo ad exercitium actus, tamen aliqua, in quibus continetur ordo Diuinæ iustitię necessariò vult quo ad specificationem actus ex suppositione. Benè enim volo, ꝙ Deus non necessariò creauit patrem, vel filium hominem, nec per consequens necessariò dedit filio ꝑceptum de honoratione patris, sed tñ si voluit esse patrem, vel filium, necessariò voluit esse filium obligatum ad honorationem parentis, & sic de aliis præceptis negatiuis; non enim necessariò voluit hoiem esse, nec per consequens ꝑceptũ de prohibitione furti; sed posito, ꝙ velit esse homines, necessariò vult inter eos ordinẽ iustitiæ obseruari. Similiter vide in Capreo. in primo, dist. 17. q. 1. ad argumẽta Aureoli secundo loco inducta contra tertiam cõclusionem. Vnde dico, ꝙ nisi homines inter se seruent iustitiam, necessariò auertuntur, & se auertunt a Deo, qui est ipsa iustitia, nec poterunt per cõsequens consequi salutem. Quod autem Scotus ibidem dicit, dictũ esse. s. in primo, Deum omnia alia velle contingenter alibi reprobabitur. Non enim admittimus contingentiam in Diuina voluntate, nec etiam necessitatem absolutam quo ad specificationem actus respectu bonorum creabilium subsistentium; tñ quo ad ordinem Diuinũ, oportet admittere necessitatẽ specificationis quasi conditionatã, & ex suppositione, ita ꝙ si velit, sit determinatus ad ordinem iustitię, & non ad eius oppositũ; sicut dicimus in proposito de præceptis decalogi, & eorum obseruantia, & obligatione. Admittimus quoq; libertatem quo ad specificationem actus respectu aliquorum volibilium, sed non respectu eorum, quę continent manifestè ordinem Diuinum.

Scotus.

¶Nota etiam, quòd quamuis nullam creatam rem subsistẽtem Deus necessariò velit quo ad specificationem actus, tamen necessariò vult seipsum, & contrarium sibi velle non potest; & per cõsequens volendo res creatas, necessariò quo ad specificationem actus vult ordinem suæ iustitiæ, & iustitiam ipsam in rebus; ita quòd ille ordo, qui est in præceptis, non est necessariò volitus, nisi inquantum est quoddam Diuinum, & quodammodo necessarium ex suppositione quo ad specificationem, sic quòd dato, quòd Deus velit res esse, vult necessariò ordinem iustitiæ, & nullo modo oppositum.

Scotus.

¶Nota etiam, ꝙ oppositum eius, ꝙ Scotus dicit. s. ꝙ nulla ꝑcepta secundæ tabulę sint de lege naturę tanquam principia, vel cõclusiones necessariæ, patuit sup. q. 100. art. 1. quia honorare patrẽ, non occidere iniustè, non furari, sunt absolutè de lege naturæ, tanquam s. per se necessariò sequentia ex primis principijs legis naturæ; ratio naturalis per se statim dijudicat esse facienda, vel vitanda, vt patuit ibidem. Patet ergo ex omnibus istis, ꝙ præcepta decalogi, etiam secundæ tabulę sunt simpliciter indispensabilia, quia continent debitum ordinem hominum ad inuicẽ, Deus autẽ nõ potest facere, vel velle, ꝙ hoĩes non se habeant debito modo.

Patet quoque, ꝙ D.S. intelligendus est, quòd sunt indispensabilia propriè loquendo, ita ꝙ non potest fieri, vt homo non obligetur ad obseruantiam præcepti, vt intelligitur ſm ꝙ est datum a Deo, ita ꝙ actus præceptus vt sic, non potest esse non præceptus, nec actus prohibitus, vt prohibitus (manentibus ſ. circumstantijs rerum, ſm ꝙ stant sub prohibitione) potest esse non prohibitus; sicut non potest facere, ꝙ aliquis auferat rem alienam vt sic, vel interficiat iniustè, vel indebitè. Et hos duos modos accipiendi dispensationē videtur tangere D.S. secunda secundæ, q. 88. art. 10. ad secundum. vbi ponit, ꝙ cum dispensatur in lege humana fit vt hoc, qđ erat lex, non sit lex in casu, sed cum in iuramento dispẽsatur, determinatur, vt hoc non sit materia voti, sub quo comprehenditur mutatio conditionis rerum, prout dicit declarationē præcepti, vel applicationem ad hunc actum; quasi non sit conueniens huic actui, vel personæ, ita ꝙ malum est seruare legem, vel præceptum in hoc casu; nam nullus casus accidere potest, vbi non sit bonum seruare præcepta etiam secundæ tabulæ, prout intelligẽda sunt, sed pro mutatione, &c. qđ tñ cõtingit in lege humana.

¶ Confirmatur autem conclusio respõsiua arg. in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Philosophus nõ loquitur de iusto naturali, quod continet ipsum ordinẽ iustitiæ; hoc enim nunquam deficit. ſ. iustitiam esse seruandam; sed loquitur quantum ad determinatos modos obseruationis iustitiæ, qui in aliquibus fallunt.

¶ Ad maiorem dico, ꝙ sunt de lege naturæ continentia intentionem legislatoris, & ordinem iustitiæ inuariabilem.

¶ Ad minorem, negatur ꝙ ius naturale continens ordinem iustitiæ sit mutabile. ſ. iustitiam esse seruandam, & medium esse tenendum, & rectitudinem seruandam. Huiusmodi enim ius naturale in communi est immutabile, vt supra dictum fuit. Et dico, ꝙ Philosophus loquitur de iure naturali, quod proficiscitur a communi iure tanquam conclusio particularis, & applicatio quædam vniuersalis iuris ad materiam differmem, & variabilem. Et talis est mutabilis secundùm casus, & personas, vt supra dictum fuit de hoc, quod est reddere depositum. Et de huiusmodi loquitur Philosophus, vnde & expositores ibidem exemplificant de redditione depositi. Vltra. Dico, quòd defectus est ratio dispensandi. Verum, dictum est autem, quòd communia præcepta iuris naturalis, & continentia ordinem iustitiæ deficere non possunt, qualia sunt præcepta decalogi, quia (vt dictum est) illa continẽt, vel ordinem ad bonum commune, vt præcepta primæ tabulæ, vel ordinem iustitię immutabilem. Quare negatur consequentia.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ sicut Apostolus dicit. 2. ad Timoth. 2. Deus fidelis permanet, negare seipsum non potest. Negaret autem seipsum, si ordinem suæ [d] iustitiæ auferret, cum ipse sit ipsa iustitia; & ideo in hoc Deus dispensare non potest, vt homini liceat non ordinatè se habere ad Deum, uel non subdi ordini iustitiæ eius, etiam in his secundùm quæ homines adinuicem ordinantur.

Dub. 1049. Dub. 802.

¶ Maior vera proportionabiliter; sed in hoc est differentia, ꝙ lex Diuina quo ad præcepta decalogi continet ordinẽ ad Deum, vel ordinem Diuinæ iustitiæ. Lex autem humana cõtinet p̃cepta particularia non continentia ordinem ad bonum commune, vel ordinẽ iustitiæ inuariabilem. Ad minorem. Si intelligitur, ꝙ homo possit dispensare licitè in p̃ceptis cõtinentibus intentionem legislatoris, falsa est, vt patuit. Sed vera est in his, quæ ordinantur ad intentionem legislatoris obseruandam; p̃cepta autem decalogi continẽt intentionem legislatoris, vel ordinẽ iustitię. Dico secundò ad maiorem, ꝙ est differentia inter hominem legislatorem, & Deũ, quia homo deficere potest, & relinquere iustitiæ ordinem, Deus aũt seipsum negare nõ potest, nec iustitiæ ordinem, cum sit ipsa iustitia, sicut nec veritatem, cũ ipse sit veritas. Dicimus enim, ꝙ nec fallere, nec mentiri potest, quia hoc esset se auertere a seipso, quod est impossibile, & esse, & dicere Deum non esse Deum, vt Aug. habet cõtra epistolam fundamenti; vbi arguit, Manichæus & dixit multa falsa; ergo non est Spiritus sanctus. Quare cõcessa minore, ꝙ possunt dispensare in aliquibus, negatur cõsequentia. Vltra ad subsumptam, cõceditur, ꝙ fungantur vice Dei in certis, sed non habent auctoritatem mutandi ius naturale nullo modo, nec ius Diuinum; sed positiuum, canonicum, vel ciuile, & quantum est in ædificationem, & non in destructionem. Dico autem, ꝙ præcepta decalogi sunt iuris naturalis, in quibus nec Deus potest dispensare, quia non potest deficere, & peccare. Et præterea Prælati possunt dispensare vice Dei in dispensabilibus, qualia nõ sunt præcepta decalogi. Vide secunda secundæ, q. 88. art. 12. de dispensatione prælatorum. Quare negatur consequentia.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ occisio hominis prohibetur in decalogo secundùm ꝙ habet rationem indebiti, sic enim præceptum continet ipsam rationem iustitiæ. Lex autem humana hoc concedere non potest, quòd licitè homo bonus indebitè occidatur, sed malefactores occidi, vel hostes reipublicæ, hoc non est indebitum; vnde hoc non contrariatur præcepto decalogi.

¶ D.S. soluendo hoc argm̃ tria facit; primò ponit vnã solutionē specialiter quo ad hoc argm̃. Secundò aliã solutionem communē & quibusdam alijs arg. quæ possent fieri, ex aliquibus exemplis sacræ scripturæ, ibi. Nec talis occisio, &c. Tertiò, ex illa secunda solutione per modum epilogi, ponit fundamẽtum huius articuli, & materiæ, ibi. Sic igitur, &c. Quo ad primam solutionē. Maior concedit; sed dico, ꝙ homicidium non est quæcunq; occisio, sed indebita. Ad minorem, negatur omnino ipsa. Nullo modo enim homo potest facere, vt licitè fiat homicidium in quocunq; casu, i. occisio indebita; occisio enim malefactorum, vel hostiũ non est iniusta, nec homicidium, immo lege Diuina præcepta; quare negatur primò consequentia. Dicitur secundò ad maiorem, concedendo ipsam, sed fieri potest tamen, vt occisio hominis, si fieret ſla volũtate hominis, esset indebita, sed ſm ꝙ fit auctoritate Diuina est debita, & ordinata. Dico enim, ꝙ Deus potest facere, vt inordinatio actus hominis circa alium hominem tollatur, ita ꝙ quidam actus hominis contra hominem est inordinatus, vt fit ab homine, & habet rationem indebiti, & iniusti, & est contra Deum, & vltimum finem. Sed vt fit auctoritate, & præcepto Diuino est ordinatus, & conformis vltimo fini, ita ꝙ potest accidere aliqua cõditio, & aliquis ordo ex Deo, qui facit actum ordinatum, qui aliàs esset inordinatus, vt ad longum declarat D.S. in primo, dist. 47. art. 4. in corp. Ad minorem, negatur; sed verum est, ꝙ Deus potest facere, vt occisio alicuius fiat iusta, & debita, quæ sine auctoritate Dei esset iniusta, & homicidium; ita ꝙ Deus tollat conditiones rerum, & superaddat aliquem ordinem, quo non accedente, esset homicidiũ; quare negat consequentia. Possent autem multa argumẽta fieri de quibusdã factis habitis in scriptura. ſ. de spoliatione Aegyptiorũ, de occisione Isaac, & de Oseæ, &c. Ideo D.S. vt pluralitatem vitet, omnia in hac solutione soluit, ſm quod hoc argumentum solutum est iam secundo, clarè in littera, cum dicit.

¶ Nec talis occisio est homicidiũ, quod præcepto decalogi prohibetur, vt Aug. dicit in primo de lib. arb. * Et similiter si alicui auferatur, quod suum erat, si debitũ est, ꝙ ipsum amittat, hoc non est furtum, uel rapina, quæ præcepto decalogi prohibent. Et ideo quando filij Israel præcepto Dei tulerunt Aegyptiorum spolia, nõ fuit furtum, quia hæc eis debebantur ex sententia Dei; similiter & Abraham, cum consensit occidere filium, non consensit in homicidium, quia debitũ erat eum occidi per mandatũ Dei, qui est Dns vitæ, & mortis. Ipse enim est, qui pœnam mortis infligit omnibus hominibus iustis, & iniustis pro peccato primi parentis; cuius sententię, si homo sit executor auctoritate Diuina, nõ erit homicida, sicut nec Deus; & similiter ẽt Osee accedens ad vxorẽ fornicariam, uel mulierem adulteram, nõ est mœchatus, nec fornicatus; quia accessit ad eam, quæ sua erat ſm mãdatum Diuinum, qui est actor institutionis matrimonij.

* Aug. c. 4. tomo 1.

Expositio conclusionis.

¶ Cõsequenter D.S. ex solutione harum obiectionum per modum epilogi ponit fundamentum huius materiæ, & limitationis conclusionis responsiuæ habitæ in corp. quia videlicet p̃cepta ẽt secundæ tabulæ indispensabilia sunt quo ad rationẽ iustitiæ, quia videlicet Deus nunquã facit, vt aliquis indebitè occidatur, nec ꝙ alicui liceat rem alienam auferre in quocunq; casu, quod esset dispensare propriè in p̃ceptis decalogi, videlicet stante conditione rerum, vt cadunt sub p̃ceptis facere, vt liceret cõtrarium facere; ita ꝙ in casu liceret accipere rem alienam, vel iniustè occidere; & sic intelleximus conclusionē corporis, quod non potest fieri dispensatio in casu, quo ſ. lex nõ est vtilis, vel non haberet rationẽ legis; sed potest fieri qñq; sola auctoritate Diuina, vt mutetur conditio rei, & accedat aliqua conditio q̃ faciat vt actus hoĩs ad hoĩem, qui sine illa mutatione esset contra decalogum, & ordinem iustitiæ, iam non sit contra ordinem iustitiæ; sicut patet de accessu Oseæ ad mulierem fornicariam, qui sine iussu Dei esset fornicarius, vel adulterinus, iam non sit adulterinus, quia Diuina auctoritas fecit mulierem non suam prius, nunc esse suam; similiter de spoliatione Aegyptiorum; & si ista mutatio conditionis rerum. ſ. facere, ꝙ de re non sua, sit sua, & ꝙ res aliena, nõ sit aliena, dicatur dispensatio in præceptis secundæ tabulæ. Tunc potest admitti, & sic admittitur a D.S. in multis locis (supra q. 94. artic. 5. ad secundum. allegatis) quòd Deus dispensauerit in præceptis secundæ tabulæ. Vide & D.S. in tertio, dist. 37. artic. 4. ad tertium. Quandoque autem etiam potest talis mutatio conditionis rerum, & additio alicuius conditionis, & ordinis debiti fieri auctoritate humana; sicut si quis rem alterius accipiat auctoritate iudicis in recompensam iniuriæ, vel huiusmodi; tunc talis non committit furtum, sed iustè accipit. Et hoc vult D.S. cum dicit.

¶ Sic

¶ Sic igitur præcepta ipsa decalogi quantum ad rationem iustitię quã continent, immutabilia sunt; sed quantum ad aliquam determinationē per applicationem ad singulares actus, vt ſ. hoc, vel illud sit homicidium, furtum, uel adulterium, aut non; hoc quidem est mutabile, quandoque sola auctoritate Diuina, in his ſ. quæ a solo Deo sunt instituta, sicut in matrimonio, & in alijs huiusmodi; qñq; ẽt auctoritate humana, sicut in his, quæ sunt commissa hominum iurisdictioni, quãtum enim ad hoc homines gerunt vicem Dei, non aũt quantum ad oĩa.

¶ Ex illis iam dictis patet breuiter, ꝙ in præceptis decalogi etiã secundæ tabulæ non fit dispensatio, loquendo de dispensatione prout communiter loquimur de dispensatione, prout fit in lege humana, quæ declaratur in casu esse inutilis, & nociua; sed fit, vt ordo rei ad rem mutetur, saluo ordine ad vltimum finem, sic quòd res illi accipienti non sit aliena, & quòd posset eam accipere absque deordinatione circa Deum, cum accipiat ex auctoritate iusta ipsius Dei, vel quandoque hominis; vbi homo potest immutare ordinem rerum.

Quare Deꝰ in præceptis primæ tabulæ nul lomodo dispensare potest.

¶ Nota ex his fundamentum, & rationem, quare in præceptis primæ tabulæ etiam Deus non potest dispensare, capiendo etiam dispẽsationem pro mutatione conditionis rei, sic ꝙ aliquis aliter se habeat ad Deum, quàm præceptũ sit per præcepta primæ tabulæ per additionē alicuius ordinis; quia contraria huiusmodi præceptorum sunt de se contra Deum, & inordinata; sed non potest fieri, vt contra Deum existens sit ordinatum, quia implicat contradictionem, vt contra Deum non sit inordinatum, & illicitum. Sed potest fieri, vt quod est contra hominem, non sit inordinatum, si fiat auctoritate Diuina. Occisio enim est contra hominem, quia aufert sibi vitã, & tñ quia homo ipse est debitor mortis Deo, ideo si occidat auctoritate Dei, talis occisio est quidẽ cõtra hominem, saluo ordine ad Deum, & per consequens nõ est peccatum. Et in hoc ergo est fundamẽtũ, quia contra Deũ existẽs non potest esse non peccatum, & licitum, quia est contra supremũ ordinem; sed contra hominem existens, & contra ordinem ad hominem, potest esse ſm ordinẽ Dei, qui a primo ordine non dependet, sed econtra; ideo in præceptis primæ tabulæ non potest esse dispensatio, sed secundæ; quia Deus seipsum negare nõ potest, nec põt facere, vt homines non bene se habeant ad se, & aliter, quàm præceptum est; sed potest facere, ꝙ homini liceat facere circa hominem auctoritate Dei, quod sibi auctoritate propria facienti illicitum, & inordinatum, & est peccatum, quod cum fit auctoritate Dei, benè, & ordinatè fit. Malitia enim huiusmodi actuum tollitur per hoc, ꝙ fit ſm ordinem Diuinum; sed malitia eorũ, quæ sunt contra præcepta primæ tabulæ, non potest tolli per hoc, quod fiat ſm aliquem licitum ordinẽ, quia non est licitus ordo, qui est cõtra ordinẽ in Deũ, licet sit licitus, qui est cõtra hoĩem auctoritate Dei.

¶ Nota quoq; cautè verba D.S. non enim dicit, ꝙ præcepta ẽt secundę tabulę sint dispensabilia; sed dicit, ꝙ mutabile sit, ꝙ hoc vel illud sit homicidium, vel furtum, vel adulteriũ, quasi diceret, ipsa præcepta nõ sunt mutabilia, sed conditiones rerum mutabiles sunt; ita ꝙ potest aduenire aliqua conditio, & aliqua tolli, vt actus non sit contra præceptum decalogi. ſ. ordo ad Deum ex auctoritate Diuina, qui actus esset contra præcepta, & peccatum, si non adesset auctoritas Diuina, per quam tolleretur aliqua conditio. ſ. esse alienum, vel non suum; in hoc ergo finaliter standum est, ꝙ præcepta decalogi etiam secundæ tabulæ nõ dispensantur, sed ꝙ Deus in aliquibus factis conditiones contrarias decalogo auferre possit, qui & naturam mutare potest. Et si hoc dicatur dispensatio, præcepta secundæ tabulæ dispensabilia sunt.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ illa cogitatio magis fuit interpretatio præcepti, q̃ dispensatio. Non enim intelligitur violare sabbatum, qui facit opus, qđ est necessarium ad salutem humanam, sicut Dns probat Matth. 12.

¶ Maior conceditur, & patuit supra, & ponitur, vt morale est. Minor negatur, nec valet probatio, quia illa cogitatio fuit ex cõsilio Mathathiæ, qui interpretabatur non esse contra sabbatum pugnare in die festo pro salute reipublicæ, & pro testamento patrum; nõ enim id, quod est pro salute corporali, etiam personę piuatæ violat sabbatum, multominus quod est pro salute totius populi, vt patet 2. 2 q. 122. art. 4. ad 2. & q. 40. art. 4. Quare ibi nulla fuit dispensatio, sed prudens interpretatio, & sana expositio mandati; quia viderunt non esse de intentione præcepti, vt homines etiam in periculo mortis non se defenderet, sicut fecerant alij Iudæi simplicitatis grossæ, vt in eodem cap. 1. Machab. 2.

Scotus.

¶ Nota tamen, ꝙ Scotus in tertio, vbi supra, difficultat de isto præcepto. ſ. sanctificatione sabbati. An sit dispensabile, ita quòd homo pro nullo tempore teneatur elicere bonum motum circa Deum. Sed iuxta D.S. oportet dicere, quòd non; quia naturalis ęquitas hoc requirit, quòd creatura rationalis aliquando Deum copiat in signum maximi beneficij, quã quidem ęquitatem Diuina iustitia prætermittere non potest; & ad minus non potest fieri, vt videtur quacunque potentia, vt ad hoc non sit obligata.

Vtrum modus obseruandi virtutem cadat sub præcepto.

P

AD nonum sic proceditur. Videtur, quòd modus uirtutis cadat sub præcepto legis. Est enim modus uirtutis, ut aliquis iustè operetur iusta, & fortiter fortia, & similiter de alijs virtutibus; sed Deuteron. 16. præcipitur. Iustè quod iustum est exequeris; ergo modus uirtutis cadit sub præcepto.

Supra q. 96. artii. 3. ad 2. Et 2. 2 q. 44. art. 4. ad 1. Et ar. 8. eo. Et 2. di. 27. ar. 3. cor. Et 4. di. 15. q. 3. ar. 4. q. 1. ad 3. Et Mal. q. 2. ar. 1. 5. ad 7.

¶ 2 Præt. Illud maximè cadit sub præcepto, quod est de intentione legislatoris, sed intentio legislatoris ad hoc fertur principaliter, vt homines faciat uirtuosos, sicut dicitur in 2. Ethic. * virtuosi autem est virtuosè agere; ergo modus uirtutis cadit sub præcepto.

* Arist. c. 1. & lib. 1. c. 9. & 13.

¶ 3 Præt. Modus uirtutis propriè esse vĩ, ut aliquis uoluntariè, & delectabiliter operetur; sed hoc cadit sub præcepto legis Diuinæ, dr̃ enim in Psal. Seruite Dño in lætitia. Et 2. ad Cor. 9. Nõ ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus, vbi Glo. dicit. * Quicquid boni facis, cum hilaritate fac, & tunc bene facis; si autem cum tristitia facis, sic directè non tu facis; ergo modus uirtutis cadit sub præcepto legis.

* Glo. ordi. ibi. & dicit esse Aug.

¶ Sed cõtra, nullus potest operari eo modo, quo operatur virtuosus, nisi habeat habitum uirtutis, vt patet per Philos. in 2. & 5. Ethic. * Quicunq; transgreditur præceptum legis meretur pœnam; sequeretur ergo, ꝙ ille, qui nõ habet habitũ uirtutis, quicquid faceret, mereretur pœnã; hoc autem est contra intentionẽ legis, quæ intendit hoĩem assuefaciendo ad bona opera indueere ad uirtutem; non ergo modus uirtutis cadit sub præcepto.

* Arist. c. 4.

¶ Hic consequenter determinantur quædam dubia incidentia circa prædicta, quia enim præcepta moralia præcipiunt actus morales, & conformes rationi, similiter lex humana, ideo est dubiũ. An præcipiant modũ virtutis, ideſt an præcipiant, vt aliquis agat ex virtute, scilicet. scienter, & voluntariè, promptè, & delectabiliter, hoc est ex habitu; ita quòd cum præcipitur honoratio parentum, præcipiatur honoratio procedẽs ex habitu pietatis, vel præcipiatur solùm substantia actus, & non modus, sic quòd ille, qui honorat parentes, non tamen ex virtute pietatis, an satisfaciat illi præcepto. Honora parentes, &c.

¶ Respondeo dicendũ, ꝙ sicut supra dictum est; * præceptũ legis habet uim coactiuã, illud ergo directè cadit sub præcepto legis, ad qđ lex cogit; coactio autẽ legis est per metum pœnæ, vt dr̃ in 10. Ethi. * Nã illud propriè cadit sub præcepto legis, pro quo pœna legis infligitur.

* q. 90 ar. 3. ad secundum.

* Aristot. c. vlt. to. 5.

¶ D.S. hic duo facit. Primò præmittit quædam præambula ad conclusionẽ responsiuã, quã secundò subiungit statim, ibi. Secundum hoc igit̃, &c. Quo ad primum præmittit duas conclusiones præambulares pro elucidatione maiori conclusionis responsiuæ; secundam ponit ibi. Ad instituendũ, &c. Prima est ista, illud cadit sub præcepto legis alicuius, pro quo lex infert pœnam (ſtrãſgredientibus eam.) Probatur, illud directè cadit sub præcepto legis, ad quod lex cogit, sed coactio legis est per metum pœnæ; igitur sequitur conclusio. Maior patet, quia præceptum habet vim coactiuam, vt patuit supra. Minor patet auctoritate Phil. 10. Ethicor. Patet igit̃, ꝙ illud propriè cadit sub præcepto legis, pro quo pœna legis infligitur. Et hæc nota pro regula. Et patet ex hoc, ꝙ supra dictum est. ſ. ꝙ præceptum de sanctificatione sabbati non præcipiebat cultum interiorem, nec per cõsequens esse in gratia pro die festo; quia de hoc lex nullam pœnam statuit, vnde cum ecclesia non videatur plus præcipere, quàm tunc per legem Diuinam præcipiebat; ideo sequitur, quod supra dicebatur. ſ. ꝙ tempus sacrũ peccati non trahat in aliam speciem. Consequenter cũ dicit.

¶ Ad instituendam autem pœnam aliter se habet lex Diuina, & aliter lex humana. Non enim pœna infligitur nisi pro illis, de quibus legislator habet iudicare, quia ex iudicio lex punit; homo autem, qui est legislator humanæ legis non habet iudicare nisi de exterioribus actibus; quia homines uident ea quæ patent, vt dicitur 1. Re. 16. Sed solius Dei, qui est lator legis Diuinæ, est iudicare de interioribus motibus voluntatum, secundùm illud Psal. Scrutans corda, & renes Deus.

¶Subiungit vnam aliam conclusionem præambularem explicatiuam præcedentis, & fundamentalem pro responsiua, talem. Ad instituendam pœnam aliter se habet lex Diuina, & aliter lex humana, idest pro alio punit lex Diuina, quàm humana, ita quòd pro pluribus punit, quia s. humana punit tãtùm pro exterioribus, Diuina autem etiam pro interioribus. Probatur illa conclusio. Pœna non infligitur nisi pro illis, de quibus legislator habet dijudicare, sed legislator humanæ legis nõ habet iudicare nisi de exterioribus, solus autẽ Deus de interioribus; igitur conclusio vera. Maior patet, quia ex iudicio lex punit, & per consequens maior vera. Minor pro prima parte patet, quia homines vident ea quæ patent; secunda pars minoris patet ex Psal. Scrutans corda. Ex his conclusionibus habetur fundamentum conclusionis responsiuæ, quia videlicet in virtute aliquid est exterius, aliquid interius; & per consequens sequitur, ꝙ lex humana potest iudicare de exterioribus, nõ interiori, Diuina autem de vtroq;, quod nõ est finis legis.

Pub. 1497. ¶Secundum hoc igitur dicendum est, quòd [d] modus virtutis quantum ad aliquid respicitur a lege humana, & Diuina; quantum ad aliquid autem a lege Diuina, sed non a lege humana; quantum ad aliquid verò nec a lege humana, nec a lege Diuina. ———

¶Posito fundamento, hic subinfert cõclusionem responsiuam; & primò ponit eã simul quo ad omnes suas partes, quæ sunt tres; secundò resumit singulas partes explicando, & probando eas; Primam ibi. Modus enim, &c. Secundam ibi. Secundum autem, &c. Tertiam ibi. Tertium autem, &c. Conclusio ergo responsiua trimembris est ista. Modus virtutis quantum ad aliquid, &c. Vt habet tota illa littera; quia autem quæsitum est in generali, quærendo de lege in communi, & non tantùm Diuina. Ideo D.S. in hac conclusione generaliter respondet de humana, & Diuina lege. Deinde cum dicit.

¶Modus enim virtutis in tribus consistit, secundùm Philosophum in 2. Ethi.* quorum primum est, si aliquis operetur sciẽs; hoc autem dijudicatur, & a lege Diuina, & a lege humana; quod enim aliquis facit ignorans, per accidens facit; vnde secũdùm ignorantiam aliqua diiudicantur ad pœnam, uel ueniam, tàm secundùm legem humanam, quàm secundùm legem Diuinam. ———

* Arist. c. 4. tomo 5.

¶Resumit, & probat primã partem conclusionis responsiuę sic. Modus virtutis in tribus consistit; quorum primum est, vt aliquis sciẽs operetur, sed hoc dijudicatur a lege Diuina, & humana; igitur prima pars conclusionis vera. Maior habetur secundo Ethicorũ. Minor patet, quia qđ aliquis facit per ignorantiam, per accidens facit; & secũdùm hoc aliqua, & apud homines, & apud Deum iudicantur digna venia, vel pœna. Et patet hoc manifestè tertio Ethicorum, vbi Philosophus manifestè determinat, ꝙ ignorantia facti inuincibilis meretur veniam, & quod fit per talem ignorantiam est veniale, quia non debetur pœna nisi voluntario, ignorantia autem talis causat inuoluntarium, vt patet ibidem.

¶Et nota, ꝙ quamuis lex humana (vt dictum est) non iudicet de interiori actu voluntatis, tamen iudicat de exteriori, vt est dignus pœna, quod non est, nisi procedat ex scientia, quã quidem scientiam etiam deprehendere potest ex exterioribus; puta si quis proijciendo sagittam clamauerit, vel circũspexerit. Ex hoc enim aduertitur, quia ex ignorantia percusserit transeuntem. Vnde quamuis lex humana non iudicet de interiori solo, & s̃m se, vt voluit conclusio præambularis secũda, tamen de exteriori iudicat per se, & interiori vt exteriori coniungitur, vel exteriori, vt ab interiori procedit, & hoc per indicia sensibilia, vt dictum est; sicut & in alio proposito ecclesia aliquem ad interiorem cogit, quando ex ratione contractus exterioris interior debet adesse, sicut in matrimonio, vt hr̃ apud Capreolum in quarto, dist. 17. q. 2. &c. Sic in proposito ratione actus exterioris iudicat de interiori scientia, & voluntate, & secundùm ꝙ deprehendit lex humana exteriorem ab interiori procedere, vel nõ, secundùm hoc punit, vel indulget factum exterius, &c. Et præterea ecclesia, vel superior potest præcipere inferiori actum humanum exteriorem, sed talis nõ solùm procedit ex imaginatione, sed oportet adesse actum interiorẽ rationis; quare eoipso, ꝙ præcipit actum humanũ exteriorẽ, ꝑcipit & interiorẽ, sine quo nõ est humanus; sed nec ecclesia, nec quicũq; homo habet præcipere actũ interiorem secundùm se. Deinde ibi.

Capreolus.

¶Secundum autem est, ut aliquis operetur uolẽs, uel eligens, & propter hoc eligens; in quo importatur duplex motus interior, scilicet uoluntatis, & intentionis, de quibus supra dictum est; * & ista duo non diiudicat lex humana, sed solùm lex Diuina. Lex enim humana non punit eum qui uult occidere, & non occidit, punit autem eum lex Diuina, secundùm illud Matth. 5. Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. ———

* q. 80. artic. 12.

¶Manifestat secundã partem conclusionis responsiuę sic. Aliquid modi virtutis; & secundum est, quòd aliquis operetur volens, & eligens, in quo importatur duplex motus, &c. vt in littera; sed ista duo non dijudicat lex humana, sed solùm Diuina; igitur secunda pars vera. Maior habetur secundo Ethicorum. Minor patet, quia lex humana non punit eum qui vult occidere & non occidit, sed Diuina, vt patet Matth. 5.

¶Nota autem, ꝙ clarè D.S. innuit, quia lex humana nõ iudicat de interiori solo, sed tamen de interiori coniuncto exteriori, vt p̃dictum est; quia iudicat, an exterior sit voluntarius, sed non de actu voluntatis tantùm, sed hoc facit Diuina lex, &c.

¶Tertium autem, vt firmiter, & immobiliter habeat, & operetur; & ista firmitas propriè pertinet ad habitum, vt scilicet aliquis ex habitu radicato operetur, & quantum ad hoc modus virtutis non cadit sub præcepto, neque legis Diuinæ, neque legis humanæ; neque enim ab homine, neque a Deo punitur tanquam præcepti transgressor, qui debitum parentibus honorem impẽdit, quamuis non habeat habitum pietatis. ———

¶Declarat tertiam partem prædictæ conclusionis, sic. Aliquid modi virtutis; & tertium est, vt firmiter, & immobiliter operetur, i. vt operetur ex habitu radicato, sed quantum ad hoc modus virtutis non cadit sub præcepto legis humanę, vel Diuinæ; igitur tertia pars vera. Maior est secundi Ethic. Minor probatur, quia neq; ab homine, neq; a Deo, &c. vt in littera. Patet igitur ex istis omnibus, ꝙ præcepta legis ẽt Diuinæ præcipiunt substantiã actus virtutis, nõ autem modũ, qui requirit habitũ virtutis, sed ipsum voluntariũ, & voluntariè factum; quem si quis efficit, nõ incurrit pœnam aliquam quasi trãsgressor præcepti de actu virtutis materialiter præcepti. Patet quoq;, ꝙ honorans patrem nõ habens virtutem, & habitum pietatis satisfacit præcepto illi. Honora parentes. Sed an teneatur saltem ad charitatem, si esset possibile eam habere sine habitu pietatis, de hoc, articulo sequenti, quia sufficit pro intento huius articuli, quòd cum præcipitur actus virtuosus, non præcipitur per præceptum huiusmodi, nisi substantia actus voluntarij, & non modus virtutis, s. vt sit ex habitu, & delectabiliter, & promptè fiat eo modo quo fit a virtute.

ARGVMENTVM in contrarium est pro tertia parte conclusionis responsiuæ, quia modus virtutis tertius, qui est esse ex habitu, non cadit sub præcepto; aliàs faciès actum præceptum peccaret, quia non satisfaceret præcepto, &c.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ modus faciendi actũ iustitiæ, qui cadit sub præcepto est, vt fiat aliquid s̃m ordinem iuris, non autem ꝙ fiat ex habitu iustitiæ. ———

¶Ad maiorem dico, ꝙ modus virtutis est iustè operari iusta, idest prompte, & delectabiliter, eo modo quo operatur habens habitum iustitiæ. Ille enim est vltimus, & perfectiua pars totius modi constituti ex tribus partialibus modis virtutis; sed si iustè capiatur pro modo procedendi secundùm ordinem iuris, sic potest obseruari a non habente virtutem; potest enim s̃m Philos. iniustus, idest carens habitu iustitię, facere iustum, & isto modo iustè, idest secundùm ordinem iuris. Dico autem, ꝙ in quæstionem veritur de modo virtutis, & iustè operari primo modo.

¶Ad minorem dico, quòd intelligitur de iustè secundo modo, idest vt illud dicitur iustè fieri, quod fit secundùm ordinem iuris, vbi s. obseruatur in iudicando debitus processus, & ordo iuris, nõ autẽ intelligitur de iustè, prout est modus virtutis, immo isto modo potest iniustus iustè iudicare, quia carens habitu iustitiæ, potest seruare processum iuris. Quare negatur consequentia; sed probatur, quòd necessarium est iudici, de quo ibidem loquitur scriptura, quòd obseruet ordinem iuris, & hoc verum est, &c.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ intentio legislatoris est de duobus; de vno quidem, ad quod intendit per præcepta legis inducere, & hoc est virtus; aliud autem est, de quo intendit præceptum ferre, & hoc est, quod ducit, vel disponit ad virtutem. s. actus uirtutis. Nõ enim idem est finis præcepti, & id de quo præceptum datur; sicut neq; in aliis rebus idem est finis, & quod est ad finem. —

¶Maior distinguitur ex parte prædicati, si intelligitur, ꝙ hoc cadat sub præcepto, quod legislator intendit tanquam finem, ad quod videlicet intendit per præceptum inducere, negatur maior. Finis enim præcepti nõ cadit sub præcepto, sed medium ad finem cadit. Si autem intelligitur maior, ꝙ id, quod cadit sub præcepto, quod legislator intendit tãquam id, de quo fertur præceptũ, tunc conceditur maior. Ad minorem, conceditur, ꝙ legislator fertur ad hoc, ꝙ homines faciat virtuosos, sicut ad finem; sed negatur, ꝙ feratur eius intentio ad hoc, tanquam ad id, ad quod velit homines per præceptum obligare; sed isto modo fertur eius intentio ad actum virtutis materialiter, non formaliter, vt etiam supra dictum est, quæst. 96. artic. 3. ad secundum. Quare negatur consequentia; sed bene sequitur, quòd modus virtutis. s. vltimus, & virtuti proprius est finis præcepti, sed non quidem præcipitur.

¶Aduerte

¶Aduerte diligenter hanc solutionem per quam tolluntur multæ scrupulositates, vtpote de interiori cultu in die festo, qui finis præcepti est. Et eadem ratione nec ecclesia præcipit clericis in cultu quottidiano per horas canonicas cultũ interiorem, nec per consequens oportet, quòd dicantur sine peccato mortali etiã si ecclesia restringeret exolutionem horarum ad certam horam diei, sicut nunc diem totum festum ad cultum Dei communiter. Et habentur hæc ex D.S. quia nec Deus præcepit cultum virtuosum quo ad modum, sed est finis præcepti.

¶Ad tertium dicendum, quòd operari sine tristitia opus virtutis cadit sub præcepto legis Diuinæ, quia quicunque cum tristitia operatur non volens operatur; sed delectabiliter operari siue cũ lętitia vel hilaritate quodammodo cadit sub præcepto, scilicet secundùm quòd sequitur delectatio ex dilectione Dei, & proximi, quæ cadit sub præcepto, cum amor sit causa delectationis, & quodammodo non, se cuudùm quòd delectatio consequitur habitum. Delectatio enim operis est signum habitus generati, vt dicitur in 2. Ethico.* potest enim aliquis actus esse delectabilis vel propter finem, vel ꝑpter conuenientiam habitus. ———

* Arist. c. 3. in prin. t. 5.

¶Maior vera est, vt aliquis promptus, & delectabiliter operetur propter connaturalitatem ad opus, quæ prouenit ex habitu, ille enim est proprius modus virtutis. Minor negatur, quòd talis delectatio, vel totaliter delectabiliter operari cadat sub præcepto actus virtutis, scilicet naturaliter. Ad probationẽ dico, quòd in istis auctoritatibus præcipitur delectatio, scilicet appetitus intellectiui, quæ est ex voluntario respectu finis, & talis delectatio cadit sub præcepto dilectionis, & amoris; ita quòd cum quis tenetur ad præceptum charitatis, tenetur facere delectabiliter ex charitate, sed non ex alia virtute cuius actus præcipitur; sed de hoc magis ar. se. quia delectatio cadit sub præcepto legis Diuinæ vt sequitur charitatem, & ergo quando quis tenetur ad char. tũc tenetur agere delectabiliter; tenetur autem ad chari. non ex præcepto aliquo decalogi, sed ex præcepto charitatis speciali. Et ꝙa ex vi illius præcepti est vt omnia debita quis faciat pro tempore quo debet ex dilectione Dei, ideo si tunc non faciat, cum scilicet tenetur delectabiliter, tunc peccat peccato omissionis; sed de hoc postea; negatur autem consequentia, quia delectatio habitus, nec præcipitur præcepto proprio actus virtutis, nec præcepto charitatis vt sic, &c.

¶Patet ex hoc arti. & ex hac solutione, quòd modus virtutis nõ cadit sub præcepto dato de actu virtutis materialiter, sed modus charitatis cadit sub præcepto charitatis, non autem sub alijs præceptis. Nec oppositum habetur ex supradictis q. 96. arti. 3. ad secundum, sicut inducitur in concordantiis nouæ tabulæ, quia D.S. supra loquebatur de actu virtutis præcepto per legem humanam, & dixit, quòd talis præcipit substantiam actus virtutis alicuius, & non modum. Sed non dixit, quòd esset aliquod præceptum legis humanæ de substantia actus charitatis, quia legis humanæ non est præcipere charitatis actum vel modum, sed ꝑcipit actus virtutum ciuilium. Vnde dubium, quod inducitur ibidem nullum fundamentum habet ex dictis D.S. vt patet intuenti. Nec est aliqua discrepantia inter hic dicta, & supra, nec de dictis in sententiis (vt Capreolus habet) solicitari oportet; quia in hac materia, & articuli sequentis in sententiis secutus est modũ dicendi magistrorum tunc currentem. Sed hic propriam sententiam expressit, &c.

Vtrum modus charitatis cadat sub præcepto Diuinæ legis.

2. 2. q. 44. arti. ad 1. Et 3. d. 27. q. 3. ar. 4. & dist 37. ar. 6. Et ver. q. 25. ar. 7. ad 8. & q. 24. ar. 12. ad 16. Et Mal. q. 2. arti. 5. ad 7. Et opus. 17. cap. 6.

Q AD decimum sic proceditur. Videtur, quòd modus charitatis cadat sub præcepto Diuinæ legis. Dicitur enim Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, ex quo videtur, quòd obseruatio mãdatorum sufficiat ad introducendum ad vitam, sed opera bona non sufficiũt ad introducẽdũ in vitam nisi ex charitate fiãt. Dicitur enim primæ ad Corinth. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest; ergo modus charitatis est in præcepto.

¶3 Præterea. Ad modum charitatis propriè pertinet vt omnia fiant propter Deum, sed istud cadit sub præcepto, Dicit enim Apostolus primæ ad Corinth. 10. Omnia in gloriam Dei facite; ergo modus charitatis cadit sub præcepto.

¶3 Præterea, Si modus charitatis non cadat sub præcepto, ergo aliquis potest implere præcepta legis non habens charitatem; sed quod potest fieri sine charitate, potest fieri sine gratia, quæ semper adiuncta est charitati, ergo aliquis potest implere præcepta legis sine gratia; hoc autẽ est pelagiani erroris, vt patet per Aug. in li. de hereſibus. * ergo modus charitatis est in præcepto.

* Ad quod nult Deum c. 88. to. 6.

¶Sed contra est, quia quicunque non seruat præceptum, peccat mortaliter; si igitur modus charitatis cadat sub præcepto, sequitur, quòd quicunque operatur aliquid, & non ex charitate, peccet mortaliter; sed quicũque non habet charitatem operatur non ex charitate, ergo sequitur, quòd quicunque non habet charitatem peccet mortaliter in omni opere, quod facit, quantumcunque sit de genere bonorũ, quod est inconueniens.

¶Hic iterum quærit de alio dubio in hac materia de præceptis incidẽte rationabiliter. An modus charitatis cadat sub præcepto legis Diuinæ, vel sicut dictum est ar. præcedenti, non cadat, sicut nec modus virtutis.

¶Pro intellectu huius quæsiti nota breuiter post supra dicta q. 18. arti. 6. & alibi sepius, quòd intentio voluntatis se habet formaliter ad actum exteriorem, vt moralis est, vel etiam ad actum voluntatis interiorem; ita quòd ab intentione finis alij actus morales quandam speciem, & formalitatem sortiuntur. Similiter quoque dictum est, quòd charitas est forma virtutum mediante intentione vltimi finis, per quam imprimit quendam ordinem aliis actibus relatis in obiectum, & finem ipsius. Ex quo ordine constituuntur, & trahuntur in quandam formalitatem, & modalitatem, quæ est esse meritorium vitæ æternæ. In proposito igit quæsito, quæritur an modus charitatis, &c. idest an virtute præcepti Diuinæ legis aliquis obligetur ad ordinem ad vltimum finẽ sic, quòd ex charitate opera præcepta faciat, ita quòd non sufficit opus a Deo & Diuina lege præceptum, ordinare in finẽ quẽcumque, sed in finem in quẽ sola charitas ordinare potest. Oportet enim nunc supponere, quòd sine charitate nullus possit opus suum ordinare in vltimum finem, qui Deus est; nam sine charitate existens, oportet quòd petuerso fini adhæreat, & per consequens non potest opus suum in Deum sicut in vltimum finem ordinare, cum ipsum non habeat pro vltimò fine. Sic ergo charitas habens Deum pro vltimò fine summè dilecto, dat modum vel ordinem alijs actibus, de quo quæritur an talis ordo vel modus cadat sub præcepto.

¶Et quia in lege Diuina duplex est præceptum, vnum præcipiens actum virtutis vel ex genere bonum, sicut præcepta decalogi præcipientia actum religionis, vel pietatis, vel iustitiæ. Est & præceptum vel sunt præcepta finalia totius legis, scilicet de dilectione Dei, & proximi, vt patuit ar. tertio ad primũ; ideo ꝑ quẽsitum intelligi. An modus charitatis cadat sub præcepto Diuinæ legis præcipiente actum virtutis, scilicet sub præcepto decalogi, vel alio morali, vt patebit ar. sequenti. Et potest intelligi, an cadat sub præcepto charitatis, ita quòd ex vi huius præcepti, Honora parentes, &c. non præcipiatur relatiovel ille modus, & quasi qualitas moralis, scilicet relatio in vltimum finem, vel vt alij dicunt actus formatus. Sed ex vi illius diliges Deum, scilicet super omnia, & ex toto corde, & hoc in isto corpore determinatur.

¶Respondeo dicendum, quòd circa hoc fuerunt cõtrariæ opiniones, quidam enim dixerunt absolutè modum charitatis esse sub præcepto. ———

¶D.S. sic procedit in hoc corpore primò refert duas opiniones circa quæsitum secundùm duplicem eius intellectum, secundam ibi. Alij verò, &c. secũdò ambas quo ad aliquid verificat respondendo ad quæsitum, primam ibi. Vtrique autem, &c. secundam ibi. Alio modo potest, &c. Quo igitur ad primam opinionẽ, primò ipsam refert, secundò subiungit duas solutiones illorum opinantium contra duas obiectiones, quæ possent fieri contra ipsas; primã ponit ibi. Nec est impossibile, &c. secundã ibi. Nec quandocumque, &c. Prima ergo opinio fuit dicentium absolutè scilicet non solùm sub conditione, & quia non obseruans punitur, modũ charitatis esse sub præcepto, ita quòd sicut actus aliarum virtutũ ꝑcipiuntur, ita & charitatis actus, & modus, ꝙ importat per hoc, quod dicitur ex toto corde; vt enim patebit ad secundum diligere ex toto corde, continet in se ordinem omniũ in Deo, qui ordo vt dictum fuit est modus charitatis.

¶Nec est impossibile obseruare hoc præceptũ charitatem non habenti, quia potest se disponere ad hoc, quòd charitas ei infundatur a Deo. ———

D.S. Subiungit primam solutionem illorum opinantium cõtra obiectionem primã, quæ posset fieri contra ipsos videlicet, quòd

quòd nullus obligetur ad impossibile ; sed quandoque impossibile est, vt aliquis obseruet modum charitatis, puta si careat ipsa charitate, sine qua non potest seruare modum ipsius, vt etiam dictum in notabili præcedenti. Hanc obiectionem soluunt, quia esto non habenti charitatem sit impossibile seruare modum, tamen nō habens potest se disponere vt habeat, & sic per consequens non erit impossibile.

¶ Nota hic, quòd est duplex potentia, propinqua, & remota, vnde licet non habens charitatem non possit implere illud præceptum de obseruatione modi charitatis potentia propinqua, potest tamen potentia remota, quia potest se disponere, & acquirere charitatem. Sic & sacerdos indeuotus, & dissolutus tenetur celebrare, & potest ad hoc teneri, & cogi p prælatū suum; quia licet non sit in potestate sua dignè celebrare potentia propinqua, tamen remota, quia potest conteri, & confiteri, & sic dignè celebrare. Quod si dicat non se posse digne disponere, faciat quod in se est. Non enim quicumque habet certitudinem de digna dispositione.

¶ Nec quandocumque aliquis non habens charitatem facit aliquod de genere bonorum peccat mortaliter, quia hoc est præceptum affirmatiuum vt ex charitate operetur, & non obligat ad semper, sed pro tempore illo quo aliquis habet charitatem.

¶ Adducit aliam solutionem primorum opinantium contra talem obiectionem, quæ iterum posset fieri; quia videlicet videtur sequi ex ista opinione, quòd si aliquis non obseruet modum charitatis, quòd quodcumque faciat de genere bonorum peccet mortaliter, Soluunt quia ille modus charitatis cadit sub præcepto affirmatiuo, quod non semper obligat, ita quòd aliquis non semper obligatur ad charitatem, nec tenetur semper alios actus aliorum præceptorum ex charitate facere, nec actualiter nec virtualiter, sed pro tempore quo aliquis habet, idest habere debet charitatem, quia tunc tenetur actualiter referre in Deum. Et qñ tenetur ex lege Diuina ad obseruationem aliorum præceptorū, tunc tenetur ad modum charitatis, & relationē virtualem, vt postea dicetur ad secundum.

¶ Et nota, quod in his obiectionibus videtur D S. etiam se fundasse in locis allegandis infra. Sed hic admittit earum solutiones tanquam sufficientes, & eas approbat in statim dicendis in corpore. & in solutione ad secundum.

¶ Nota etiam verbum illorum cum dicunt, quòd præceptum affirmatiuum charitatis obligat pro illo tempore quo aliquis habet charitatem, quia intelligitur quando habet charitatem idest quādo debet diligere Deum super omnia, & habere charitatem, quia tunc tenetur omnia sua etiam futuros actus actualiter referre. Et cum isti postea agunt ex præcepto debent esse virtualiter in Deum relati virtute primæ actualis relationis. Secundò posset intelligi hoc verbum, quòd carens charitate non obligatur pro tempore quo caret omnia referre virtualiter in Deum obligatione proxima, sed tamen remota, inquantum tenetur se disponere ad charitatem, qua habita tenetur omnia virtualiter referre. Sed primus intellectus videtur Capreolo securior, & verior, ita quòd aliquis pro tempore quo debet habere charitatem, omnia tenetur referre relatione speciali vel generali, mediata vel immediata in Deum, quod est charitate omnes actus in Deum virtualiter ordinasse. Et hic primus modus conformior est supradictis. q.76. ar. secundo ad secundum, & quartum, &c. Non solùm enim peccat, qui non vtitur scientia habita, sed etiam peccat, qui ignorat tempore quo deberet scire; ita in proposito videtur, quòd nō solùm peccet non referens dum habet charitatem, sed etiam dū non habet, sed tenetur, sicut cum tenetur cogitare de salute sua, vel cum debet suscipere sacrameta, & facere ea, quæ sine charitate non benè fieri possunt; vt enim supra tactum est articu. præcedenti, non videtur pro die festo homo teneri ad charitarem; sed vt habet Doct. Sanct. secundùm quòd supra allegatum fuit. q.76. arti. secundo ad secundum.

¶ Alij verò dixerunt, quòd omnino modus charitatis non cadit sub præcepto.

¶ Subiungit secundam opinionem primæ contrariam, saltem verbaliter, quæ quidem secunda opinio voluit, quòd modus charitatis omnino non cadat sub præcepto, ita scilicet quòd nō obseruans obligetur ad pœnam, & non satisfaciat præcepto, sed solùm sub conditione, scilicet si velit quis mereri, tunc oportet seruare modum charitatis. Et hanc opinionem videtur D. S. secutus in scriptis sententiarū, præsertim tertio di. 36. q. 1. ar. 6. Et in disputatis de Malo. Mate. secunda art. 5. ad septimum & de Veri. Ma. 23a 1. 7. ad 8. Attēdēs solū præcepta decalogi, & moralia, quæ ex eis deducuntur; vnde habuit alium modum dicēdi, quàm in hoc articulo, sequēs (vt Capreolus habet) modum dicendi magistralem, qui tunc communis erat, videlicet, quòd sub obligatione huiusmodi præceptorum, non cadit modus charitatis nisi sub conditione, quia videlicet ipso non obseruato aliquis satisfacit præceptis, & euadit reatum pœnæ, quæ præcipiunt substātiam actus. Sed non consequitur finem legislatoris videlicet beatitudinem, nec fructum principalem legis.

¶ Sed quia non solùm in Diuina lege sunt huiusmodi præcepta decalogi, & moralia de quibus arti. sequenti, sed etiam continentur præcepta charitatis, quæ ex natura sua habent obligare vt omnia fiant propter Deum, & per consequens vt omnia in Deum referantur ad sensum dictum, & supra dictum q. 88. arti. primo ad secundum, ideo D. S. hic in isto articulo alibi dictis ali qua addit, volēdo, q̄ & modus charitatis cadat sub præcepto Diuinæ legis vno tantum, scilicet diliges Deum ex toto corde, ita q̄ non sub aliis præceptis cadit ordo charitatis vel modus, sed tantum sub isto vt patebit. Quare D. S. hic alibi dicta exponit, quia verum est, quòd aliquis non obligatur ad modum charitatis virtute cuiuscumque præcepti Diuinæ legis præcipientis aliū actū virtutis a charitate. Cum quo stat, quòd præceptum charitatis præcipiat modum charitatis, &c.

¶ Vtrique autem quantum ad aliquid verum dixerunt. Actus enim charitatis dupliciter considerari potest. Vno modo secundùm quòd est quidam actus per se, & hoc modo cadit sub præcepto legis, quod de hoc specialiter datur, scilicet. Diliges dominum Deum tuū, & diliges proximum tuum.

¶ Hic consequenter D. S. procedit ad verificandum, & exponendum vtramque opinionē prædictam, iuxta vnam distinctionem. Cuius primò primum membrum declarat inferens, & probans vnam conclusionem responsiuam primam iuxta illud mēbrum, secundò verificat primam opinionem ex illa conclusione ibi. Et quantum, &c. Distinctio ergo est talis bimēbris. Actus charitatis dupliciter considerari potest. Vno modo secundùm quòd est quidam actus per se, idest secundùm quòd aliquis diligit Deū vel proximum, & respectu actus proprij eliciti respectu proprij obiecti, quod est Deus, & proximus, & non scilicet prout imperat actus aliarum virtutum in ordine ad finem suum. Et iuxta hoc membrum D. S. ponit talem cōclusionem responsiuā. Actus charitatis hoc modo cadit sub præcepto Diuinæ legis speciali. Probatur, quia de actu charitatis datur speciale præceptum, scilicet Diliges, &c. ergo conclusio vera.

¶ Nota autē, quòd ex ista conclusione habetur quidem, quòd actus charitatis præcipitur, & etiam modus charitatis, qui est ipsius actus respectu proprij obiecti, qui dicitur diliges Deum ex toto corde, &c. Quod diligere ex toto corde dicit modum actus in ordine ad Deum, qui est principale obiectum charitatis. Et de hoc secunda secūdæ. q. 44. ar. 4. ad primum. Et ita habetur ex ista conclusione, quòd charitatis actus, & modus actus cadit sub præcepto speciali, sed non sub præcepto decalogi, vel sub præcepto quocumque præcipiente aliquem alium actum virtutis. Sed quia iste modus charitatis, scilicet diligere ex toto corde, includit vt omnia alia debita Diuinæ legis fiant in honorem Dei, ideo virtute illius præcepti præcipitur etiam modus charitatis respectu aliorum actuum debitorum ex Diuino præcepto, vt patebit.

¶ Et quantum ad hoc primi verum dixerunt. Non enim est impossibile hoc præceptum obseruare, quod est de actu charitatis; quia homo potest se disponere ad charitatem habendam; & quando habuerit eam, potest ea vti.

¶ Verificat primam opinionem secundùm prædictam cōclusionem, quia verum est, quòd modus charitatis absolutè, & simpliciter, & non solùm sub conditione cadit sub præcepto, speciali scilicet. Et consequenter D. S. approbat, quod ipsi dixerunt videlicet, quòd hoc præceptum non arctat ad impossibile, quia homo potest se disponere vt habeat charitatem, & sic illud præceptum impleat.

¶ Nota autem, quòd ex hoc non habetur, quòd non habens charitatem, & non se disponens sit ab hoc præcepto excusatus; quia non habere per negligentiam vel ex proprio defectu non excusat id, quod sine charitate, & gratia fieri nō potest; nō em̄ in potentia quælibet excusat, quia non illa quam quis ex propria culpa incurrit, & quæ est ex non concursu superioris agentis, qā quantum in se esset semper concurreret, dummodo inferius agēs non se subtraheret, & non illa in potentia, quę est pœna peccati, Vide in Capreolo in secuudo distin. 28. ad 15. contra secundā conclusionē, & Doct. Sanct. tertio contra Gentil. c. 149. & 139. &c. Ad multa enim obligamur, quæ non possumus sine gratia, & charitate, quæ si non facimus, non excusamur a peccato, &c. Deinde cum dicit. Capreolus.

¶ Alio modo potest considerari actus charitatis secundùm, quòd est modus actuum aliarum virtutum, hoc est secundùm quòd actus aliarum virtutum ordinantur ad charitatem, quæ est finis præcepti, vt dicitur primę ad Thi. 1. Dictū est em̄ supra. * q̄ intētio finis est quidā modus formalis actus ordinati in finem. *q.12.ar.4.

¶ Pro-

¶ Prosequitur secundum membrum distinctionis prædictæ, primò declarans ipsum, ex quo habetur secunda conclusio responsiua, secundò eandem cōclusionem declarat, & verificat secundam opinionem dictam, ibi. Et hoc modo verum, &c. Dicit ergo, quòd actus charitatis potest alio modo considerari, non secundùm se, & absolutè, sed vt imprimit ordinem alijs actibus in ordine ad vltimum finem, sicut cum quis honorat parentes propter Deum, secundùm quòd scilicet actus aliarum virtutum ordinantur ad charitatē ratione obiecti sui, secundùm quod charitas est finis aliorum præceptorum, ratione scilicet obiecti; quia charitas est circa id, quod est finis omnium obiectorum aliarum virtutum. Et illam expositionem D. S. confirmat ex supradictis. q.12. ar.4. & q.18. ar.6. & alibi; quia intentio finis est quidā modus formalis actus ordinati in finem, sed intentionem in vltimū finem, & ordinem causat ipsa charitas mediante actu suo, & ergo potest charitas considerari, & actus eius vt est finis aliarū virtutum ratione obiecti sui, & per consequens vt forma, & modus Iuxta hoc membrum declaratum D. S. intendit talem conclusionem responsiuam secundam. Modus charitatis isto modo non cadit sub præcepto; scilicet alio a præcepto diliges, ita quòd ex virtute aliorum præceptorum non tenetur homo actum præceptum in alijs præceptis referre in Deum, sed sufficit vt faciat substantiam actus.

¶ Et hoc modo verum est, quod secundi dixerunt, quòd modus charitatis non cadit sub præcepto, hoc est dictu, quòd in hoc præcepto. Honora patrem, non includitur, quòd honoretur pater ex charitate, sed solùm, quòd honoretur pater; vnde qui honorat patrem, licet non habeat charitatem, non efficitur transgressor huius præcepti; & si sit transgressor præcepti, quod est de actu charitatis, propter quam transgressionem meretur pœnam.

¶ Declarat præcedentem conclusionem simul verificans secūdam opinionem Et potest haberi probatio ex ar. præcedenti, quia præcepta alia a præcepto charitatis præcipiunt solùm substantiā actus, igitur non modum charitatis. Antecedens patuit ar. præce. & consequentia clara, quia modus virtutis nō est substātia actus.

¶ Nota autem hoc verbum D. S. Et si sit transgressor præcepti quod est de actu charitatis propter quam, &c. Vult enim, quòd qui honorat patrem tempore quo obligat præceptum affirmatiuum de honoratione parentum, & illud præceptum non refert virtualiter saltem in Deum, quòd talis satisfacit præcepto de honoratione parentum, quia hoc præcipiebat substantiam honorationis quam implet. Sed ista honoratio habet annexum peccatum omissionis, quia non satisfacit illi præcepto, diliges Deum ex toto corde; quia illud requirit vt omnia, quæ præcipit lex Diuina fiant in honorem Dei. Talis autem non facit propter honorem Dei nec actu nec virtualiter, ideo peccat peccato omissionis. Et ista expositio patet ex solutione secundi.

Capreolus limitatio.

¶ Vnde ex omnibus istis patet intentio D. S. in hoc articu. quæ iuxta Capreolum stat in certis punctis. Primum est, quòd præcepta legis cōtenta in decalogo, & in prima legis latione facta immediatè a Deo toti populo Iudaico, non obligant ad modū charitatis simpliciter, sed sub conditione, idest si velit consequi fructum, & beatitudinem; & hoc punctum habetur ex secunda cōclusione huius ar. Et hoc etiā dicit D. S. in scriptis, & quo ad hoc nulla est discrepantia hic, & alibi Secundum punctum est, quòd per alia præcepta legis, scilicet per præcepta dilectionis præcipitur actus charitatis, & quòd ex charitate infusa, & Theologica virtute procedat, & non solùm ex dilectione naturali vel ciuili, vel humana. Et istud pūctū patet ex prima conclusione, & discrepat ab eo, quod D. S. habet in tertio supra vbidicit, sufficere, quòd fiat ex dilectione naturali vel alia non gratuita. Tertium punctū est, quòd facere bonum opus, quod in decalogo præcipitur tempore quo ad illud non tenetur, si illud non ex charitate fiat, non ideo peccat, scilicet peccato omissionis, quia omissio non habet locum, nisi quando prætermittitur debitum. Si ergo ex lege Diuina nō teneor hæc facere, nec p consequens ex charitate. Et potest hoc punctum haberi ex solutione ad secundum. Quartum punctum est, quòd faciens bonum opus, quod in decalogo præcipitur tēpore quo ad illud obligatur, si non facit ex charitate, peccat non quidem ex hoc, quòd implet opus, quòd sibi præcipitur, sed quia omittit actum charitatis, vel ordinem charitatis saltem virtualem sibi præceptum, per hoc præceptum diliges Deum ex toto corde, &c. Et istud habet ex fine corporis, ibi. Et si sit, &c. & ex solutione secundi.

¶ Nota tamen circa hoc vltimum punctum sanè, quòd faciēs actum præceptum tempore quo obligat præceptum, peccat omittendo ordinem vel actum charitatis, non quia cū quis facit actū præceptum, teneatur tunc actualiter referre vel diligere Deum, quia hoc esset contra solutionem secundi; sed quia tenetur actū quem nunc ex obligatione præcepti facit, retulisse in Deum, qñ obligabat eum præceptum charitatis, sic videlicet, quòd cum teneretur Deum diligere, tunc actu retulit se, & omnia sua in Deū mediatè vel immediatè. Ex qua quidem relatione tunc actuali illud iam faciendum opus, etiam relatum est virtualiter si non interuenerit contraria relatio in contrarium finem; ita quòd relatio actualis potest procedere vel concomitari actum, qui dicitur, & est relatus in Deum; quare sequitur, quòd ille qui tempore debito actu se, & sua in Deum retulit, & nunc facit actum aliquo legis Diuinæ præcepto, quòd ille actus relatus sit in Deū virtualiter per actum dilectionis tempore præcedentem. Et hoc sufficit ad præceptum charitatis implendum, & modum charitatis. Si autem quis est in mortali, & cum tenebatur se referre in Deum, & non fecit, quia non habuit charitatem, sequitur, quòd actus quē postea facit nō sit relatus in Deum etiam virtualiter. Oportet em̄ hic memorare eorum, quæ supradicta sunt. q.88. ar. primo ad secundum, quid sit referri virtualiter, quia est ordinari in finē aliquem, quem quandoque charitas actualiter in Deum ordinauit in generali vel in speciali, mediatè vel immediatè, non interueniente relatione, & ordinatione contraria, & ista sunt conformia dicendis ad secundum.

¶ Nota, quòd fundamentum D. S. & totum pondus istius materię stat in hoc, quòd in isto præcepto Diliges Deū ex toto corde, &c. præcipitur id, quod exprimit Apostolus primæ Corin. 10. Omnia in gloriam Dei facite, hoc est, quòd omnia, quæ homo facit ex præcepto Diuino, & tempore quo obligat, referat actu vel virtute in Deum, & per consequens ex vi huius præcepti Diliges, &c. obligatur homo ad illum ordinem, non quòd actu tūc ordinet, sed quia tunc debet facere actū ordinatū in Deum, ordinatū dico tunc quia debebat diligere Deum, ita quòd sit intentū D. S. quòd ad hoc, vt homo non peccet faciendo opus præceptū a Deo tempore obligante, requiritur, quòd faciat actum in Deo ordinatum, sed non tenetur tunc ordinare, sed quando tenebatur Deum diligere ex toto corde, quæ dilectio impressit ordinem isti actui in Deum qui ordo dicitur, & est relatio naturalis in Deum, vt supra dictum est. Et quamuis hæc sententia D. S. in hoc loco videatur durior, tamen vt Capreolus habet est rationabilior, & securior, quia omittens modum charitatis, idest relationē etiā virtualem in honorem Dei, oportet, quòd faciat propter finem non relatum in Deum, nec actu nec habitu, & quòd fruatur aliqua creatura, quæ est summa peruersitas. Vult autem Deus, & debet haberi pro vltimo fine, & illud debitum exprimitur p hoc quod dicitur, Diliges ex toto corde, & per consequens homo est ad hoc obligatus. Vult enim Deus vt ambulemus perfecto corde coram ipso, quod non est sine obseruatione modi charitatis; vnde hæc via D. S. hic, est etiam dictis sanctorum concordior, & cōformior supradictis de relatione actuum in Deum, & etiam ab errore Pelagiano remotior, & per consequens tenenda; quia tenemur omnia facere in honorem Dei relata. Patet autem considerāti, quòd D. S. in scriptis non ita ponderauit vim istius præcepti, Diliges Deum ex toto corde, &c. Quare dixit, quòd modus charitatis non sit in præcepto, quod dictū D. S. hic glosat, & exponit de præceptis aliis a præcepto charitatis, sed tamen per p̄ceptum charitatis præcipitur. Summa igitur opinionis finalis D. S. est hominem obligari virtute præcepti charitatis ad actum formatum, & modificatū charitate tempore quo tenetur ad actū alicuius præcepti Diuini; sed sufficit ad hoc, quòd sit formatus, quòd homo Deum dilexit, & se, & omnia in Deum retulit pro tempore quo obligabat præceptum charitatis; nec est hic modus dicendi irrationabilis, sed valde pius, quia tribuit cultum debitū summo parenti.

CIRCA argumentum in contrarium oportet notare, quòd D. S. ipsum non soluit, quia benè intellectū est pro secunda cōclusione, videlicet quòd modus charitatis non præcipitur per præcepta decalogi vel Diuinæ legis alia a præcepto charitatis; vt tamen clarius exponatur, dico ad propositiones per ordinem. Ad assumptum dico, quòd quicumque non seruat præcepta eo tempore quo obligant, peccat mortaliter. Vltra. Si igitur, &c. Dico, quòd modus charitatis cadit sub præcepto charitatis vt dictū est quod obligat pro aliquo tempore, diligere scilicet Deum ex toto corde, & omnia referre in honorem Dei actu, & consequenter omnia operata facere relata in Deum, quæ quis tenetur ex p̄cepto Diuinæ legis. Vltra. Sequetur, &c. Dico, quòd quicumque operatur aliquid, si illud teneatur pro tunc & non facit ex charitate, scilicet relatum, peccat mortaliter, non ex vi præcepti præcipientis hoc opus, sed ex vi præcepti charitatis, nec quia facit opus præceptum, sed quia omittit modum debitum, peccat pecca to omissionis. Dico autem secundò, quòd si faciat opus p̄ceptū aut aliud bonum opus tempore quo ad illud opus nō tenetur nō peccat, quia virtute præcepti charitatis obligatur tantùm ad relationem bonorum debitorum tempore debito ad relationem etiam virtualem, idest ad faciendum opus relatum. Vltra. Sed q̄cumque, &c. verum est, qui non habet charitatem non operatur ex charitate, sed nec tenetur operari semper ex charitate, sed solùm cum est tempus quo obligat p̄ceptum affirmatiuum de opere bono, aliàs si non est tempus illud, & operatur bona ex genere, non tenetur ad modum charitatis. Vltra, ergo &c. dico negādo se-

do sequelam absque limitatione, & vniuersaliter intellectam. Dico enim primò, quòd non habens charitatẽ non peccat mortaliter peccato omissionis modi charitatis, quando facit opus bonum ex genere cum non tenetur ad ipsum, quia vt dictũ est, modus charitatis debet adesse debitis tempore obligante; & concedo, quòd hoc esset inconueniens, quòd aliquis peccet faciendo bonum sine modo charitatis etiam tempore non obligante, nec hoc dicimus. Dico autem secundò, quòd non habens charitatẽ peccet mortaliter peccato omissionis in omni opere, ad qđ obligatur ex lege Diuina, & tempore quo obligatur; non quia facit opus præceptum; sed quia omittit debitum modum, & hoc ex vi præcepti charitatis, nec hoc est inconueniens, immo valde conueniens vt aliquis præcepta debita a domino suo facit in honorem domini sui, & non in honorem inimici domini sui. Constat enim, quòd seruus obligatus ad seruitium domini sui, si non faceret pro commodo domini sui, sed in fauorẽ inimici eius, inculparetur, multò magis, qui tenetur facere seruitium Deo, tenetur id facere pro honore Dei, & non pro fauore finis contrarij Deo. Quare ista ratio exposita probat, qđ D.S. dicit, declarando secundam conclusionem, quia talis peccat tempore debito, non quia transgreditur præceptum de substantia actus, sed efficitur transgressor præcepti de modo charitatis.

¶ Et nota, quòd hanc rationem D. S. concessisset absolutè in scriptis, sed post viam quam hic posuit in corpore, habet limitari modo dicto.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Dominus non dixit. Si vis ad vitam ingredi serua vnum mandatum, sed serua omnia mandata; inter quæ etiam continetur mandatum de dilectione Dei, & proximi.

¶ Ad suppositum argumenti, scilicet ad auctoritatem Christi dico, quòd obseruatio omnium mandatorum est sufficiẽs, & requirit ur ad ingressum vitæ, idest beatitudinis. Sed sub mandatis omnibus continentur etiam præcepta charitatis. Tunc ad maiorem. s. ex quo videtur, &c. Dico, qꝺ obseruatio mandatorum omnium sufficit ad introducendum ad vitam. Ad minorem, concedi tur, ergo &c. verum, modus charitatis est in præceptó verum, speciali. s. diliges affirmatiuo. Sed non est sub præcepto alio, quod est de substantia actus aliarum virtutum vt patuit.

¶ Nota autem, quòd D.S. in scriptis dixisset, quòd obseruatio præcepti de modo charitatis est necessaria sub conditione, scilicet si vis ad vitam ingredi. Sed vult hoc argumentum ex auctoritate Christi, quòd obseruatio mandatorum, ad quæ scilicet quis obligatur, sufficit. Si ergo homo obligatur tm̃ ad substãtiã actus, igitur eam faciendo veniet ad vitam. Sed hoc est contra Apostolum, igitur præter substantiam actus præceptum in alijs præceptis, præcipitur & modus per præceptum speciale, ita quòd argua tur affirmatiuè non negatiuè, scilicet si facis præcepta intrabis vitam, sed non intrabis sine modo charitatis, igitur talis est in p̃cepto. Et hoc concedit D. S. & non arguitur negatiuè in maiori, sic non intrabis nisi obserues præcepta; diceret enim D.S. in scriptis, quia præceptũ charitatis est necessarium negatiuè, quia sine eo non intratur, sed hic dicit, quia positiuè est præceptum, & eo facto cum alijs, aliquis ingreditur vitam, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sub præcepto charitatis continetur vt diligatur Deus ex toto corde, ad quod pertinet vt omnia referantur in Deum, & ideo præceptum charitatis implere homo non potest, nisi etiam omnia referantur in Deum. Sic ergo qui honorat parentes tenetur ex charitate honorare uon ex vi huius præcepti, quod est; Honora parẽtes, sed ex vi huius præcepti. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Et cum ista sint duo præcepta affirmatiua, & non obligantia ad semper possunt pro diuersis temporibus obligare, & ita potest contingere, quòd aliquis implens præceptum de honoratione parẽtũ, nõ tũc transgrediat̃ præceptum de omissione modi charitatis.

¶ Maior conceditur, & vt dictum fuit, illud est fundamentum in hac materia. Dico autem post supradicta. q. 88. arti. 1. ad secũdum, quòd omnia quando sunt præcepta, & tempore quo sunt præcepta, debẽt fieri propter Deum, non quòd tunc semper actu habeant referri in Deum, sed debent esse relata in Deum p actũ charitatis quandoque tempore præcedentem. Ex quo actu tunc exercito opus nunc factum relatum est in Deum, non interuenie te contraria relatione, &c. Ad minorem, conceditur, quòd istud, scilicet omnia referre in Deum cadit sub præcepto speciali, scilicet charitatis affirmatiuo, ita videlicet, quòd actualiter referre in Deum est sub præcepto affirmatiuo, quod obligat ad illã actualem relationem tempore quo quis tenetur Deum diligere super omnia. Et dico, quòd potest fieri vt præceptum de substãtia actus & præceptum de actuali relatione alio tempore obligent, quia tenens dicitur quandoque actualiter me, & omnia facienda per me, & propter me, & propter quemcumque finem honestum referre in Deum. Et tunc non teneor honorare parentes, quia absunt, vel non est necessitas, & tempus eos honorãdi. Teneor etiã quandoque ad subuentionem, & honorationem parentum, & pro tunc non teneor ad actualem relationem in Deum, quia nõ ad præceptum charitatis. Non enim obligatur ad actualem relationem, nisi cum teneor actu Deum ex toto corde diligere. Et hoc vult D.S. in solutione. Sed tamen id adijciendum est, quòd quandoque facio actum præceptum a Deo, tempore quo obligat præceptum Dei, & Diuinæ legis, tunc actus ille debet esse relatus, non quòd tunc teneat referre actualiter, sed debet esse relatus per actualem relationem charitatis præcedentem, cuius actualis relationis virtus, manet in omnibus actibus sequentibus, qui dicuntur referri virtualiter. Et isto ergo modo omnia debeo referre in Deum, non quòd semper faciendo actum teneat tunc actu referre, sed cum teneor diligere Deum, &c. Ergo, &c. Verum, cadit sub præcepto speciali affirmatiuo, intellige modus charitatis, qui est relatio actualis, cadit sub præcepto affirmatiuo obligante tempore, quo oportet diligere Deum, sed modus charitatis qui est relatio virtualis, cadit etiam sub præcepto eodem pro tempore quo quis obligatur ad actum aliorum præceptorum, ita quòd ex vi præcepti charitatis debeo actualiter referre tempore quo obliget præceptum charitatis, & debeo operari actus debitos formatos per relationem virtualem tempore quo teneor ad alia præcepta.

¶ Nota diligenter verba D.S. circa finem huius solutionis, scilicet, & ita potest contingere, &c. quia possent videri apparenter contrariari dictis, quasi aliquis posset implere præceptum de honoratione parentum tempore quo obligat, absque hoc, quòd ista honoratio fieret cum modo charitatis, idest relatione in Deum, cuius oppositum dictum est, quia actus debitus tempore debito, debet esse relatus in honorem Dei. Vnde D.S. intelligit, quòd quis potest implere præceptum de honoratione parentum, absq; hoc, quòd tunc actu referat, & absque hoc, quòd tunc actu tenea tur ad præceptum charitatis, & hoc verum est. Sed tamen illa honotatio debet esse in Deum relata virtualiter, per actualem relationem, quæ præcessit tpe, quo fuit quis obligatus ad præceptum charitatis. Et illa glosa non est voluntaria, sed naturaliter sequitur ex dictis D. S. in corpore. Et ergo possunt præcepta de actu honorationis actualiter, & præceptum de relatione actuali, diuersis temporibus obligare. Et hoc vult D.S. & benè; vnde ista expositio habetur etiam ex principio solutionis huius, quia ad p̃ceptũ; Diliges ex toto corde, pertinet vt oĩa referãtur in Deũ, nõ enim hoc intelr actualiter semp, nec intelr, qꝺ nõ debita debeãt referri. Igitur intelligitur de debitis, & relatione virtuali. Nec potest intelligi, quòd debeant tantùm referri, cum præceptum charitatis, & aliud simul obligant, quia tunc non omnia haberent referri in Deum, puta illa debita, quæ non concurrerent ad præceptum charitatis Et præterea ille concursus obligationis duorũ præceptorum est per accidens non per se, sed aliquis ex Diuino præcepto non obligatur ad per accidens, sed ad per se, ergo non est probabile, quòd aliquis obligetur solùm ad modum charitatis, & ad opera formata, cum duo præcepta simul concurrnnt, sed quandocumque obligat præceptũ affirmatiuum de actu p̃cepto.

¶ Ad tertium dicendum, quòd obseruare omnia p̃cepta legis homo non potest nisi impleat præceptum charitatis, quod non fit sine gratia, & ideo impossibile est, quòd Pelagius dixit, hominem implere legem sine gratia.

¶ Nota pro intellectu maiori huius argumenti, quòd est dam natæ hæresis Pelagianę, dicere posse impleri legem sine gratia, & charitate. Quam quidem hæresim D.S. alios sequens in scriptis per hoc voluit euitare, quia scilicet nullus potest implere legem, quo ad præcepta, & intentionem legislatoris sine gratia, & charitate; potest tamen implere legem sine gratia, & charitate, quo ad substantiam præceptorum, quia nihil præcipiunt nisi substãtiam actus. Modus autem charitatis nõ est in præcepto, sed correspondet intentioni legislatoris, ita quòd sine eo obseruato aliquis satisfacit præceptis legis, non tamen consequitur fructũ legis nisi faciat cum modo charitatis. Sed in hoc loco D.S. magis recedit ab hac hæresi tenendo, quòd aliquis non potest implere legem etiam quo ad præcepta, & substantiam omnium præceptorum Diuinæ legis sine gratia, & charitate Dei gratuita, quia lex obligat non tantùm ad præcepta decalogi, & alia moralia ex eis sequentia, sed etiã ad præcepta charitatis, quæ quis nullo modo sine gratia, & charitate implere potest. Quare dixi circa corpus, quòd ista via quam D.S. hic sequitur remotior est ab hæresi Pelagiana, quia videlicet nec substantiam omnium præceptorũ quis sine gratia, & charitate implere potest. Hoc præmisso dicitur ad argumentum ad maiorem vel assumptum. Dico, quòd nõ cadit sub præcepto decalogi, vel præcipienre alium actum virtutis, sed cadit sub præcepto speciali dilectionis. Vltra; ergo &c. Dico, quòd potest implere aliqua, & aliquandiu non habens charitatem, sed non omnia. s. præcepta dilectionis, quæ etiam sunt dominicæ

dominicæ legis prima, & maxima. Subsumpta conceditur, quia gratia, & charitas vel sunt idem. vel necessariò se concomitãtur, vt patebit infra q. 110. ar. 3. Vltra; ergo &c. Negatur, quòd omnia præcepta possit implere sine gratia. Et conceditur, quòd hoc est erroris Pelagiani. Sed nos longè sumus ab isto errore, vt patuit. Vltra, ergo, &c. verum est in præcepto speciali charitatis, sed non in præcepto alio quocumque sic, quòd virtute huius præcepti tenetur quis ad modum charitatis, & non virtute cuiuscumque alterius, vt patuit.

¶ De materia huius argumenti, scilicet an gratia sit necessaria ad obseruandum præcepta, magis infra videbitur ex intentione. q. 109. articulo quarto.

¶ De materia huius articuli tractat S. Bonauentura in tertio dist. 37. q. 2. Et si benè aduertatur non longè est a via D.S. quã hic tenet volendo, quòd omnia mandata simul etiam includendo p̃cepta charitatis obligent ad opera formata, sed non quodlibet seorsum, quod in sententia est idem cum eo, quod dictum est hic in corpore, &c. Vide, & Capreolum in secundo di. 28. in solutionibus contra quartam conclusionem, & ad tertiũ quartũ, & quintũ contra secundã cõclusionẽ, & in d. 41. in solutionibus p totũ, &c.

Capreolus.

Vtrum alia moralia præcepta legis præter decalogum conuenienter distinguantur.

R Supra ar. 3. & locis ibidem notatis.

AD vndecimum sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter distinguantur alia moralia præcepta legis præter decalogum. Quia vt Dominus dicit Matth. 22. In duobus præceptis charitatis pendet omnis lex, & prophetæ; sed hæc duo præcepta explicantur per decem præcepta decalogi, ergo non oportet alia præcepta moralia tradere.

¶ 2 Præterea. Præcepta moralia a iudicialibus, & ceremonialibus distinguuntur vt dictum est. * sed determinationes communium præceptorum moralium pertinent ad iudicialia, & ceremonialia præcepta, communia autem præcepta moralia sub decalogo continẽtur, vel etiam decalogo præsupponũtur vt dictum est. * ergo inconuenienter traduntur alia præcepta moralia præter decalogum.

* q. 99. art. 3. & 4.

* Ar. 3 huius q.

¶ 3 Præterea. Præcepta moralia sunt de actibus omnium virtutum, vt supra dictum est. * sicut igitur in lege ponuntur præcepta moralia præter decalogum pertinentia ad latriam, liberalitatem, & misericordiam, & castitatem, ita etiam deberent poni aliqua præcepta pertinentia ad alias virtutes puta ad fortitudinem, sobrietatem, & alia huiusmodi, quod tamen non inuenitur; nõ ergo conuenienter distinguuntur in lege alia præcepta moralia præter decalogum.

* Ar. 2 huius q.

¶ Sed contra est, quod in Psalm. dicitur. Lex Domini immaculata conuertens animas, sed per alia etiam moralia, quæ decalogo superadduntur homo conseruatur absque macula peccati, & anima eius ad Deum conuertitur; ergo ad legem pertinebat etiam alia præcepta moralia tradere.

¶ Hic inquirit de distinctione præceptorum moralium, præsertim super additorum decalogo, tamen vt quæstionis titulus sonat, quærit An moralia præcepta sufficiẽter distinguantur per decem præcepta decalogi. Aut sint aliqua moralia præcepta legis plura, quàm decem decalogi.

* q. 99. arti. 1. & 4.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut ex dictis patet. * præcepta iudicialia, & ceremonialia ex sola institutione vim habent. quia antequam instituerentur non videbatur differre vtrum sic vel aliter fierent, sed præcepta moralia ex ipso dictamine naturalis rationis efficaciã habent etiam si nunquam in lege statuantur.

¶ D.S. duo hic facit, primò respondet ad quæsitum in generali, secundò declarat eandem responsionem quo ad aliquam particulam eius, ibi. Sed quia ea, &c. Quo ad primum ponit talem conclusionem responsiuam. Conuenienter distinguuntur alia moralia præcepta præter præcepta decalogi, ita quòd est triplex genus moralium, scilicet communissimorum, quæ sunt quasi fines præceptorum decalogi, & illa non ponũtur in lege. Et quædam magis determinata, quæ sunt ipsa decalogi, & quędam moralia superaddita decalogo tradita a Deo populo per Moysen, & Aaron, quæ ponuntur in lege. Et habetur ex hoc responsio ad quæsitum; quia distinguuntur præcepta moralia etiam legis, præter præcepta decalogi. Probatur conclusio, præcepta moralia ex ipso dictamine rationis naturalis efficaciam habẽt, etiã si nunquam lege statuantur; sed quædam alia a præceptis decalogi habent efficaciam ex dictamine rationis naturalis etiam si nõ lege statuantur, scilicet communissima, quæ sunt fines præceptorum decalogi, & quædam quorũ ratio non est adeo cuilibet manifesta, sicut ratio præceptorum decalogi, sed sũm sapientibus; igitur conclusio vera; huius rationis primò ponitur maior, secũdò minor, & interseritur ipsa conclusio, ibi. Horum autem, &c. Maior ergo declaratur a principio ex differentia iudicialium, & ceremonialium ex vna parte, & moralium ex alia parte. Et patet ista maior ex dictis. q. 99. ar. 3. & 4. Consequenter cum dicit.

¶ Horum autem triplex est gradus, nam quædã sunt communissima, & adeo manifesta, quòd æditioñe non indigent, sicut mandata de dilectione Dei, & proximi, & alia huiusmodi, vt supra dictum est. * quæ sunt quasi fines præceptorum; vnde in eis nullus potest errare secundùm iudicium rationis.

* Ar. 1. & 3. & supra. q. 91. art. 4.

¶ Ponendo minorem interferendo partibus eius, partes ipsius conclusionis primò partem primam minoris, & conclusionis, secundò secundam, ibi. Quædam verò sunt quorum, &c. Quo ad primam partem dicit, quòd quædam sunt communissima, circa quę nullus errat secundùm naturalem rationem, vel informatam fide; habens enim fidem statim concedit, quia Deus est diligendus, similiter proximus. Alia autẽ communissima, scilicet Nulli est faciẽda iniuria. Bonum est faciendum, Malum dimittendum approbantur per rationem naturalem, & ista sunt fines præceptorum decalogi, quia omnia decalogi immo omnia alia specialia moralia superaddita, ordinantur ad hoc, vt impleantur præcepta charitatis, & vt bonum fiat, malum euitetur. Et quia huiusmodi sunt per se nota, ideo non indigent editione, nec per consequens ponuntur in lege saltem prima legislatione; præceptũ autem charitatis ponitur post alia, propter sui difficultatem, vt patuit ar. tertio ad primum, &c.

¶ Quædam verò sunt magis determinata quorũ rationem statim quilibet popularis potest de facili etiam videre, & tamen quia in paucioribus circa huiusmodi contingit iudicium humanum peruerti, huiusmodi editione indigent, & hæc sunt præcepta decalogi.

¶ Prosequitur pro minore secundum gradum. & secundam particulam conclusionis responsiuæ, scilicet moralium, quæ sunt decalogi præcepta, quæ indigent editione, idest instructione, & propositione; quia videlicet homo in ipsis potest habere prauũ iudicium, secus in primis, & ergo ista proposita sunt, non alia.

¶ Et nota, quòd non est idem dicere, iudicium hominis potest peruerti circa præcepta decalogi, & ipsa possunt peruerti, & deficere, quia vt patuit supra q 94. ar. 4 Non omnia, quæ sunt semper recta, sunt apud omnes homines æqualiter nota, præcepta ergo decalogi continent inuariabilem rectitudinem, vt patuit ar. 8. sed non continent inuariabilem notitiam, multis enim bonum visum fuit colere deos alienos, quod tamen est peruersissimum. Et ergo præcepta decalogi sunt de lege naturæ, vt dictum fuit ar. primo absolutè, quia sequuntur ex principijs communissimis de facili, & habent inuariabilem rectitudinem, sed tamen non sunt euidentissima in notitia.

¶ Quædam vero sunt quorum ratio nõ est adeo cuilibet manifesta, sed solùm sapientibus, & sunt percepta moralia superaddita decalogo tradita a Deo populo p Moysen, & Aaron.

¶ Ponit tertium gradum moralium, & tertiam partem conclusionis, quædam habent rectitudinem, & rationem debiti, non adeo manifestam, & facilè cognoscibilẽ, & per consequens egerunt maximè editione, & ideo ponuntur in lege.

¶ Sed quia ea, quæ sunt manifesta sunt principia cognoscendi eorum, quę non sunt manifesta, alia præcepta moralia superaddita decalogo reducuntur ad præcepta decalogi per modũ cuiusdã additionis ad ipsa.

¶ Hic consequenter D. S. declarat prædictam conclusionem, quo ad vltimam partem, & quo ad tertium membrum prędictę distinctionis ad ostendendum, quę sint superaddita in lege. Et ponit talem conclusionem declaratoriam. Præcepta moralia quarti gradus reducuntur ad præcepta decalogi per modum cuiusdam additionis ad ipsa. Et vult ista conclusio, quòd sicut principia cõmunissima sunt fines præceptorum decalogi, quę non egẽt editione, & per consequens non ponuntur in prima legislatione, & sicut præcepta decalogi reducuntur ad ipsa tanquam fines vt patuit, ita ista superaddita reducuntur ad præcepta decalogi tãquam minus principalia, & tanquam habentia non ita euidentẽ rationem debiti. Et per modum additionis, quia scilicet præcepta

decalogi

decalogi aliqua, non prohibet omnia quæ sunt contra Deũ vel proximum expresè, sed ista superaddita plura prohibẽt, &c. ita quòd mens D.S. est in hoc articulo ostendere triplicem gradum, & pluralitatem moralium vt patuit, & quòd aliqua non ponuntur in lege, alia ponuntur, & cum hoc ordinem eorum adinuicẽ. Et ille ordo partim notatus est in conclusione præcedenti, cũ dictum fuit, quòd communissima sunt fines præceptorum decalogi, partim ostenditur in ista cõclusione, quæ dicit quem ordinem habeant alij duo gradus adinuicem, &c. Illa ergo conclusio habet duas partes virtualiter; prima est, quòd præcepta tertij membri reducantur ad præcepta decalogi, quæ probatur primo; secũda est, quòd per modum cuiusdam additionis, quæ probatur secundò, ibi. Nam in primo, &c. Quo ad primum arguitur sic. Ea quæ sunt manifesta sunt principia cognoscendi ea, quæ nõ sunt manifesta, scilicet in ratione debiti, & iusti, non autem illa superaddita, igitur ista habent cognosci per alia. Et scilicet illud cognosci per alia, est ipsa ad alia reduci in esse cognito. Honorare enim parentes notum est, sed an cuilibet alteri sit benefaciendum non est adeò notum, & ideo primum est principalius, secundũ minus principale, & per consequens reducitur ad ipsum.

¶ Nam in primo præcepto decalogi prohibetur cultus alienorum deorum, cui superadduntur alia præcepta prohibitiua eorum, quæ ordinantur in cultum idolorum, sicut habetur Deute. 18. Non inueniatur in te q̃ lustret filium suum, aut filiam suam ducens per ignẽ; nec sit malefactus atque incantator, nec phitones cõsulat, neq; Diuinos, & quærat a mortuis veritatem.

¶ Declarat exemplariter secundam partem cõclusionis, quomodo scilicet illa moralia tertij gradus habent se per modũ additionis, quasi extendentia præcepta decalogi. Et cum hoc enumerat, quæ sunt addita singulis præceptis specialiter decalogi, vt patebit prosequendo. Et primò hoc declarat de superadditis super primum præceptum, quia primum prohibet cultum idolorum. Alia superaddita prohibent ea, quæ fiebant in cultum, & honorem idolorum clarè in littera. Deinde ibi.

¶ Secundum autem præceptum prohibet periurium, superadditur autem ei prohibitio blasphemię. Leui. 24. & prohibitio falsę doctrinæ. Deuter. 13.

¶ Ostendit, quæ superaddantur, scilicet per Moysen super secundum præceptum decalogi, quod prohibet periurium. Et patet littera vsque ibi, cum dicit.

¶ Tertio verò præcepto superadduntur omnia ceremonialia.

¶ Manifestat, quæ superaddantur tertio præcepto, quod partim est ceremoniale, vt patuit supra, quia ceremonialia, quę sunt de cultu Diuino, & quia de istis ceremonialibus erit specialis tractatus in sequentibus, ideo D.S. non refert aliquod ceremoniale reseruans loco suo. Superaddita quarto præcepto.

¶ Quarto autem præcepto de honore parentum superadditur præceptum de honoratione senum, secundùm illud Leuit. 19. Corã cano capite consurge, & honora personam senis; & uniuersaliter omnia præcepta inducentia ad reuerentiam exhibendam maioribus, vel ad beneficia exhibẽda, vel æqualibus vel minoribus.

¶ Illa dicuntur superaddi, quia ad plura obligatur homo per ista superaddita. Deinde de superadditis quintò cum dicit.

¶ Quinto autem præcepto quod est de prohibitione homicidij, additur prohibitio odij, & cuiuslibet violationis contra proximum, sicut illud Leui. 19. Non stabis contra sanguinem proximi tui; & etiam prohibitio odij fratris secundùm illud. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo.

¶ Consequenter de alijs superadditis, scilicet sexto.

¶ Præcepto autem sexto, quod est de prohibitione adulterij, superadditur præceptũ de prohibitione meretricij, secũdùm illud Deute. 24. Non erit meretrix de filiabus Israel, neque fornicator de filijs Israel; & iterũ prohibitio vitij contra naturam, secundùm illud Leui. 18. Cum masculo non commisceberis, cum omni pecore non coibis.

¶ Similiter de superadditis septimo, cum dicit.

¶ Septimo autem præcepto de prohibitione furti, adiungitur præceptum de prohibitione vsurę secundum illud Deutero. 18. Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram, & prohibitio fraudis secundùm illud Deutero. 25. Non habebis in sæculo diuersa põdera, & vniuersaliter omnia, quæ ad prohibitionem calumniæ, & rapinę pertinent.

¶ Nota circa illa superaddita contra vsurarios qui dicũt vsurã non prohibitam in præcepto decalogi. Est tamen prohibita præcepto morali, quod obligat omnes, & ergo non sunt excusabiles, &c. De additis octauo cum dicit.

¶ Octauo verò præcepto, quod est de prohibitione falsi testimonij, additur prohibitio falsi iudicij, secundũ illud Exo. 23. Nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ vt a veritate deuies; & prohibitio mendacij, sicut ibi subditur. Mendacium fugies, & prohibitio detractionis, secundum illud Leui. 19. Non eris criminator, & susurro in populis.

Deinde cum dicit.

¶ Alijs autem duobus præceptis nulla alia adiungũtur, quia per ea vniuersaliter omnis mala concupiscentia prohibetur.

¶ Ostendit vltimò, quòd duobus vltimis præceptis, scilicet nõ concupisces vxorem, neque rem alienam ad possidendum, quæ sunt duo præcepta iuxta B. Aug. vt patuit ar. quarto, non superadduntur aliqua moralia, quia nõ potuerunt superaddi, eo quòd omnis inordinatus motus cordis, & omnis inordinata concupiscentia venereorum, & alienarum rerum intelligitur ibi prohibita; vniuersali autem non potest aliquid addi. Alia autem præcepta non sic ad omnia se extendebant, ideo potuit eis aliquid addi, sicut honorationi parentum, potuit addi honoratio senũ, &c. Ex quibus omnibus patet secunda pars cõclusionis secũdæ, quomodo præceptis decalogi alia moralia minus principalia in ratione debiti superadduntur plura præcipientia vel ordinata in obseruationem præceptorum decalogi, vel extendentia etiam ad plures personas.

ARGVMENTVM in contrariũ probat præsertim tertiam partem conclusionis responsiuæ, quòd præter præcepta decalogi erant alia superaddenda in lege, quæ facerent hominem immaculatè viuere in omnibus. Decalogi enim præcepta non ita ad omnia, & omnibus modis se extendunt, & ergo sunt aliqua in lege apposita a Deo per Moysen, de quibus dictum est, esto sint & alia moralia præceptis decalogi magis præsupposita, quàm addita, vt patuit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ad dilectionẽ Dei, & proximi ordinantur quædam præcepta decalogi secundùm manifestam rationem debiti; alia verò secũdùm rationem magis occultam.

¶ Maior conceditur, sed dico, quòd valde multa requiruntur ad impletionem horum mandatorum charitatis, scilicet continentia euidenter rationem debiti non ita manifestè. Ad minorẽ dico, quòd explicantur, sed non plenè, sed solùm secundùm ea, quæ sunt manifestè debita; sed præter ea sunt quæ etiam requirũtur ad obseruationem præceptorum charitatis, quæ habẽt rationem debiti magis occultam, & ista etiam oportuit ponere mediantibus sapientibus. Et ista sunt moralia apposita, & superaddita decalogo. Quare negatur consequentia.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ præcepta ceremonialia, & iudicialia sunt determinatiua præceptorum decalogi ex vi institutionis, non autem ex vi naturalis instinctus, sicut moralia superaddita.

¶ Maior cõceditur, quia iudicialia, & ceremonialia, & ex substantia facti non habent rationem naturalem suæ obseruantiæ sicut moralia, licet & ceremonialia aliqualiter in rationem naturalem reducantur propter circunstantes causas, sed non propter substantiam facti, vt habet D.S. tertio sen. dist. 37. art. 4. ad tertiũ. Ad minorem, distinguo, quia est duplex determinatio communium præceptorum decalogi, vna ex institutione Diuina, quæ videlicet solùm obligant, quia statuta a Deo, & non ex vi rationis naturalis, vel ex substantia facti; tunc conceditur, quòd tales determinationes sunt iudicialia vel ceremonialia, tales enim determinationes habent vim obligandi, non propter rationabilitatem facti in se, sed quia statutæ propter aliquas causas circunstantes, sicut D.S. habet exemplum in tertio vbi iam, de immolatione agni in vet. leg. quæ de se nihil bonitatis vel rationabilitatis habet, sed tamen bonum erat ipsum immolari propter representationem passionis Christi futuræ, &c. Secundò autẽ sunt quædam determinationes communium præceptorum decalogi, vel eorum, quæ decalogo præsupponuntur, scilicet communissimorum, quæ habent vim obligandi ex ratione naturali, & ex rationabilitate substantiæ facti, sicut benefacere homini, & nõ mutuare ad vsuram, & huiusmodi. Tunc negatur minor, quòd istæ determinationes pertineant ad iudicialia vel ceremonialia, immo sunt legis naturæ, & moralia, quare negatur consequentia.

¶ Nota

¶ Nota, quòd argumentum imaginatur, quòd superaddita præceptis decalogi vel moralibus communissimis, non sint moralia. Sed hæc imaginatio vniuersaliter est falsa vt patuit, &c.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ præcepta legis ordinantur ad bonum commune vt supra dictum est.* & quia virtutes ordinantes ad alium directè pertinent ad bonum commune, & similiter virtus castitatis inquantum actus generationis, deseruit bono cõmuni speciei, ideo de istis virtutibus directè dantur præcepta decalogi, & superaddita. De actu autem fortitudinis datur præceptum proponendum per duces exhortantes in bello quod pro bono cõmuni suscipitur, vt patet Deute. 20. vbi mandatur sacerdoti. Nolite metuere, nolite cedere. Similiter etiam actus gulę prohibendus committitur monitioni paternę, quia contrariatur bono domestico, vnde dicitur. Deute. 21. ex persona parentum. Monita nostra audire contemnit, commessationibus vacat, & luxurię atque conuiuijs.

* 9.99.ar.2.

¶ Assumptũ conceditur, & patuit ar. 2. ad illã. Sicut igitur, &c. Dico, quòd non est simile omnino, nec simili modo debuerunt poni præcepta de virtutibus, quæ sunt ad alterum, & cuæ ad seipsum; quia actus virtutum, quę sunt ad alterum immediatius deseruiunt ad bonum commune, non sic, qui sunt ad seipsum. Et quia lex, & legis præcepta respiciunt bonum commune, ideo directius, & expressius præcipiuntur actus virtutum ad alios, scilicet Deum, scilicet latriæ, & alios homines. Dico tamen, q̃ etiam ponuntur præcepta aliarum virtutum, puta fortitudinis, & sobrietatis, sed committebantur instigationi superioris, puta ducũ in bello ordinato pro bono cõmuni, vt patet in textu, vel ex hortatione, & disciplinæ parentum, sicut actus sobrietatis; de pertinentibus verò ad alium ponuntur expressa, & directa præcepta in ipsa lege immediatè. Vltra ad illam. Quod tamen non inuenitur, &c. Negatur ista, quòd nullo modo ponatur præceptũ saltem per alios proponendum, &c. Quare negatur consequentia.

Vtrum præcepta moralia veteris legis iustificarent.

S Supra q. 63. ar. 2. Et 106. q. 103. ar. 1. Et 3. q. 90. ar. 3.

AD duodecimum sic proceditur. Videtur, quòd p̃cepta moralia veteris legis iustificarent. Dicit Apostolus Ro. 2. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur; sed factores legis dicuntur, qui implent præcepta legis, ergo præcepta legis adimpleta iustificabant.

¶ 2 Præterea. Leu. 18. dcitur. Custodite leges meas atque iudicia, quę faciens homo viuet in eis, sed vita spiritualis hominis est per iustitiam; ergo præcepta legis adimplera iustificabant.

¶ 3 Præterea. Lex Dinina efficatior est, quàm lex humana; sed lex humana iustificat, est enim quędam iustitia in hoc, quòd præcepta legis adimplentur, ergo præcepta legis iustificabant.

¶ Sed cõtra est, quòd Apostolus dicit. 2. Ad Corin. 3. Littera occidit, quod secundùm Aug. in li. de spiritu, & littera.* intelligitur etiam de præceptis moralibus, ergo præcepta moralia non iustificabant.

Aug. c. 4. & 14. to. 3.

¶ Hic vltimò agitur de effectu præceptorum legalium, præsertim moralium, an scilicet iustificent.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut sanum propriè, & primò dicitur quod habet sanitatem, per posterius autem quod significat sanitatem, vel quod conseruat sanitatem. Ita iustificatio primò, & propriè dicitur ipsa factio iustitię, secundariò verò, & quasi impropriè potest dici iustificatio significatio iustitię, vel dispositio ad iustitiam.

¶ D.S. in hoc corpore plus respondet, quàm quæsitũ sit. Quæritur enim tantùm de moralibus ipse autem respondet ex superabundanti, & de iudicialibus, & ceremonialibus, sub quibus cõtinentur sacramenta, de quibus etiam respondet. Et diuidit hoc corpus in tres partes in prima D.S. præmittit vnam distinctionẽ de illo termino quęsiti, Iustificare, in secunda respondet de iustificatione secundo modo accepta, s. impropriè, ibi. Quibus duobus, &c. tertiò de iustificatione propriè dicta, ibi. Sed si loquamur, &c. Quo ad primum notabile distinctiuũ, quod innuit multiplicem intellectum quæsiti, & est tale; sicut sanum est analogũ attributionis, & significat propriè, & primò quod habet sanitatem, per posterius autem quod significat sanitatem vt vrina, vel quod conseruant sanitatem, scilicet dietam, significat enim distinctè habitudinem habentis sanitatem, alias habitudines indistinctè, & confusè, quibus oĩbus habitudinibus nomen, & terminus, scilicet sanitas communia sunt, ita est de iustificatione, quia dicitur propriè factio iustitiæ, &c. vt in littera.

¶ Quibus duobus modis manifestum est, quòd præcepta legis iustificabant, inquantum scilicet disponebãt homines ad gratiam Christi iustificantem, quam etiam significabant; quia sicut dicit Augustinus contra Faustum.* etiam vita illius populi prophetica erat, & Christi figuratiua.

* Aug. lib. 22. c. 24. in princ. to. 5.

¶ Hic consequenter D.S. iuxta prędictam distinctionem respondet, & primò iuxta secundum modum accipiendi iustificationem, scilicet secundariò, & impropriè, quæ acceptio continet duos modos partiales. Et ponit talem conclusionem primam responsiuam duobus modis, scilicet secundo, & tertio, accipiendo iustificationem impropriè, pro significatione vel dispositione, tunc præcepta legis iustificabant. Et loquitur conclusio de præceptis legis in communi, quia verificatur non solùm de moralibus sed etiam de aliis. Tota enim lex significatiua erat Christi, & ad ipsum dispositiua. Et probatur conclusio primò de iustificatione vt dicit dispositionem ad veram iustitiam. Et arguitur sic, præcepta legis disponebant homines ad gratiam Christi iustificantem, igitur conclusio vera pro vna parte, consequentia nota, antecedens patuit supra q. 68. ar. 2. quia vetus lex erat dispositio ad Christum. Secunda pars conclusionis patet, quia præcepta legis veteris significabant gratiam Christi, & non solùm ceremonialia, sed etiam vita populi erat figuratiua, quæ vita erat secũdùm moralia præcepta, igitur, &c. Et fundatur hæc probatio in auctoritate B. Augustini. Patet ergo quomodo præcepta iustificabant impropriè, idest significabant, & disponebant ad iustitiam etiam perfectam coram Deo, & gratuitam.

Dub. 804.

¶ Sed si loquamur de iustificatione propriè dicta, sic considerandum est, quòd iustitia potest accipi prout est in habitu vel prout est in actu, & secundùm hoc iustificatio dupliciter dicitur. Vno quidem modo secundùm quòd homo fit iustus adipiscens habitum iustitię. Alio verò modo secundum quod opera iustitię operatur, & secundùm hoc iustificatio nihil aliud est, quàm iustitię executio.

¶ Hic D.S. prosequitur primum membrum prædictæ distinctionis respondendo de iustificatione propriè accepta, idest factione iustitiæ. Et circa hoc primò præmittit duo notabilia subdistinctiua illius secundi membri. Secundum ponit ibi. Iustitia autem, &c. secundò subiungit aliquas conclusiones responsiuas correspondentes, ibi. Hæc igitur, &c. Primum notabile est, quòd quia iustitia accipitur dupliciter, scilicet in habitu, & in actu, ideo etiam iustificatio dicitur dupliciter, quia iustificatio dicitur a iustitia vno modo secundùm quòd homo iustificatur per adeptionem habitus iustitiæ. Secundo modo secundum quòd est in actu, idest pro exercitio, & executione iustitiæ, vel pro actu iustitiæ exercito, quod idem est. Consequenter cum dicit.

¶ Iustitia autem sicut, & alię virtutes potest accipi; & acquisita, & infusa, vt ex supradictis patet.* Acquisita quidem causatur ex operibus, sed infusa causatur ab ipso Deo per eius gratiam, & hęc est vera iustitia, de qua nunc loquimur, secundũ quã aliquis dicitur iustus apud Deũ, secũdũ illud Ro. 4. Si Abraã ex operibus legis iustificatus est, habet gloriã, sed non apud Deũ.

* q. 63. ar. 4.

¶ Subiungit secundum notabile subdistinctiuum præcedentis primi membri, scilicet de iustitia habituali, quia est duplex iustitia, sicut & aliæ virtutes, puta temperantia, fortitudo dicuntur dupliciter, vt patuit supra. q. 63. ar. 3. & 4. scilicet acquisita, & infusa. Et ponit D.S. differẽtiã inter eas, quia acquisita acquiritur ex operibus nostris, non autem infusa, quæ est vera iustitia, secũdùm quam quis apud Deum dicitur iustus. Et hoc ostendit ex auctoritate Apostoli. Notando, q̃ de hac iustitia. s. gratuita nũc loquimur, quando quærimus, an moralia causarent vel facerent iustitiam, scilicet gratuitam, quæ meretur gloriam apud Deum.

¶ Nota, quòd gloria apud homines causatur ex operibus bonis visibilibus qualia fuerũt opera legis, & ergo Abraam ex operibus legis potuit consequi gloriam apud homines, sed gloria apud Deum, quæ est in beatitudine, acquiritur per opera beatitudini proportionata, qualia nõ sunt opera nostra, nisi procedant ab habitu iustitiæ, & virtutum infusarum, quam quidem iustitiã legis opera facere non potuerunt, & ergo dicit Apostolus, quòd Abraam per opera legis non habuit gloriam apud Deum, idest per ipsa non fecit sibi debitam gloriam apud Deum.

¶ Hæc

¶ Hæc igit̃ iustitia causari nõ poterat p̃ p̃cepta moralia, q̃ sunt de actibus humanis; & s̃m hoc p̃cepta moralia iustificare non poterant iustitiam causando. ——

¶ Accedit ad rñdẽdũ post p̃dicta notabilia distinctiua. Et circa hoc ponit tres cõclusiones, primã iuxta secũdũ notabile, secũdã iuxta primũ, & hoc in speciali, ibi. Si verò &c. tertiã iterũ circa primũ notabile, tñ in generali de oĩbus p̃ceptis vet. leg. ibi. Si verò accipiat, &c. prima ergo conclusio de iustitia infusa. Præcepta moralia iustificare nõ poterãt, causando iustitiã. s. veriã, q̃ est qua qs pars meret̃ gloriã apud Deũ, p̃bat hæc, iustitia nõ potuit causari p̃ actus humanos, sed p̃cepta moralia sunt de actibus humanis, igitur, &c. Maior patet ex secũdo notabili, q̃a virtutes infusæ causant̃ a Deo p̃ eius gratiã, & nõ ex operibus nr̃is. Minor patuit supra. Et ita patet, q̃ p̃ actus quos p̃cipiebãt moralia factos, non potuit aliquis causãre in se iustitiã gratuitã, & veriã. An autẽ causarẽt iustitiã acquisitã videbitur ad tertiũ, q̃ sic. Sed D. S. dimittit illud mẽbrũ secũdi notabilis, q̃a põt haberi ex cõclusione sequẽti, nã si moralia p̃cepta causãbãt executionẽ iustitiæ, per consequens iustitiam habitualem acquisitam. Deinde cum dicit.

¶ Si verò accipiatur iustificatio pro executione iustitiæ, sic præcepta moralia iustificabant, inquantũ cõtinebant id, quod est secundùm se iustum. ——

¶ Respõdet iuxta vnũ mẽbrũ primi notabilis p̃ cõclusionẽ talẽ. Si accipiat̃ iustificatio p̃ executione iustitiæ, sic p̃cepta moralia iustificabãt. i. p̃cipiebãt executionẽ iustitiæ. i. actus iustitiæ exercitos. Hãc cõclusionẽ D. S. primò p̃bat, secũdò remouet quoddã dubiũ, ibi. Sed sacramẽta, &c. p̃bat sic, p̃cepta moralia cõtinebãt id, q̃d est s̃m se iustũ. i. p̃cipiebãt actus de se bonos, & conformes rectæ rõni, igit̃ cõclusio vera. Antecedens patuit q̃a p̃ hoc distinguũtur moralia ab alijs p̃ceptis. Tenet cõsequẽtia, q̃a actus de se iusti sunt executio iustitiæ. ¶ Nota aũt, q̃ huiusmodi actus fuerũt executio p̃ opa iustitiæ saltẽ materialiter, & s̃m substãtiã actus, & erãt opera causatiua iustitiæ acquisitæ, sed nõ p̃cedẽtia ab infusa, nec eius causatiua. Et q̃ hoc sit de mente D. S. patet, quia D. S. respondet in ista conclusione iuxta primũ notabile, vbi locutus est de iustitia in communi. Et s̃m cõclusionẽ præcedentẽ nõ põt intelligi de executione iustitiæ infusę, ergo intelligitur de executione iustitiæ acquisitæ, quo ad substantiam actus. Deinde ibi.

¶ Sed sacramenta illa veteris legis gratiam non conferebant sicut conferunt sacramenta nouę legis, quæ p̃pter hoc iustificare dicuntur. ——

¶ Remouet quoddã dubiũ circa conclusionẽ primã secũdi notabilis circa quam dictum est, q̃ moralia præcepta non potuerũt causare iustitiam gratuitam, & infusam, posset esse dubiũ, an saltem vetus lex ratione sacramentorũ isto modo iustificaret, ideſt causaret iustitiam gratuitam. Hoc D. S. remouet, & vult, quòd q̃a ista sacramenta ve. le. gratiam non conferebant, nec per consequens isto modo iustificabant, sicut sacramenta nouæ legis. Ista enim iustitia gratiæ gratum facientis indiuiduus comes est, quia hæc est materia quarti sententiarum, & tertiæ partis D. S. ideo nunc breuiter transeundum est. Tunc ibi.

¶ Si verò accipiatur iustificatio pro executione iustitiæ, sic omnia præcepta legis iustificabant, aliter tamen & aliter; nam præcepta ceremonialia continebant quidem iustitiam secundùm se in generali, prout scilicet exhibebantur in cultum Dei; in speciali verò non continebant secundùm se iustitiam nisi ex sola determinatione legis Diuinæ. Et ideo de huiusmodi præceptis dicitur, quòd non iustificabant nisi ex deuotione, & obedientia facientium. Præcepta verò moralia, & iudicialia continebant id, quod erat secundùm se iustum vel in generali, vel etiam in speciali; sed moralia præcepta cõtinebant id, quod est secundũ se iustum secundùm iustitiam generalem, quæ est omnis virtus vt dicitur in 5. Ethi. * Præcepta verò iudicialia pertinebant ad iustitiã specialem, quæ consistit circa contractus humanæ vitæ, qui sunt inter homines adinuicem. ——

* Arist. c. 1. tem. 5.

¶ Iuxta prædictum membrum acceptionis iustificationis vt satisfaciat non tam quæstioni, quàm quærenti, Ponit aliam conclusionem generalem comparatiuam omnium præceptorum vet. le. talem. Si accipiatur iustificatio p̃ executione iustitiæ, sic omnia præcepta legis iustificabant, ideſt omnia præcepta obligabãt ad actus iustos faciẽdos. Aliter tamen, & aliter, scilicet iustos, D. S. has partes conclusionis simul declarat, scilicet quòd iustificabãt, sed aliter; & aliter, quia ceremonialia continebant, & præcipiebant actus, qui secũdùm se, scilicet absque hoc, quòd instituti essent a Deo, continebant iustitiam in generali, prout scilicet vt in litteram; vt immolatio agni, & huiusmodi erant iusta quantum erant pro cultu Dei. Sed in quantũ immolatio talis non habuit secundum se virtutem obligandi aut rationabilitatem ve. le. iustitiam, sed solùm propter institutionem legis, & iustum erat eam fieri, quia præcepta propter causas quas Deus nouit. Præcepta verò moralia, & iudicialia continebant id, quod erat s̃m se iustum, iudicialia quidem in generali, moralia verò etiã in speciali, sed differẽter, q̃a moralia cõtinebãt iustitiã ingenerali, & speciali generaliter. i. cõiter dictam, vt. s. quælibet virtus dicitur iustitia, q̃a moralia fuerunt de actibus omnium virtutum, vt patuit supra. Iudicialia verò continebant iustum in generali secundùm iustitiam specialem, & distinctam virtutem, quæ est circa commutationes, & contractus ad alium. Ex quibus patet conclusio, patet quoque, quòd nec præcepta nec sacramenta ve. le. iustificabant, ideſt non conferebant iustitiam gratuitam, & veram.

ARGVMENTVM in contrarium infert primam conclusionem secundi membri. Circa hoc argumentum nota, quod supradictum est q. 99. ar. 2. ad tertium, quia morale præceptũ est, Non concupiscees, & tamen hoc præceptum accidit occasionaliter, sicut expositum fuit supra. q. 98. ar. 1. ad secundum, quia videlicet gratiam non conferebat; quare sequitur, quòd moralia non iustificarent iustitia infusa, quæ concomitatur gratiam. Et hoc argumentum istud intendit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Apostolus accipit ibi iustificationem pro executione iustitiæ. ——

¶ Ad maiorem dico post D. S. ibidem super Apostolum, quòd iustificare dicitur tripliciter. Vno modo quantum ad reputationẽ vt tunc aliquis iustificari dicatur quando iustus reputatur, & secundùm hoc potest intelligi, quòd factores legis iustificabũtur, ideſt iusti reputabuntur, præsertim apud homines, & tamen etiã apud Deum, si opera legis ab habitu infuso procedant. Secundò accipitur iustificatio pro executione iustitiæ. Et sic iterum intelligitur auctoritas Apostoli, quia factores legis opera iustitiæ exequuntur vt dictum fuit in corpore. Tertiò accipitur quantum ad causam iustitiæ, vt scilicet ille dicatur iustificari, qui de nouo iustitiam accipit; sic non intelligitur illa maior, quia neque cere monialia conferunt gratiam, neque moralia, sed magis vt impleantur, prærequirunt iustitiam infusam; & vt sic reputantur iusta coram Deo, &c. Minor conceditur, Ergo &c. verum, iustificabant primis duobus modis, sed non tertio modo, vt dictum fuit in corpore.

¶ Ad secundum dicendum, quòd homo faciens p̃cepta legis, dicitur viuere in eis, quia non incurrebat pęnam mortis quam lex trãsgressoribus infligebat, in quo sensu inducitur hoc Apostolo. Gal. 3. ——

¶ Maior intelligitur, vt Apostolus intellexit ad Galathas tertio, quia qui facit ea viuet in eis, vita præsenti, ideſt immunis erit a morte temporali. Et conseruabitur in vita præsenti, quia nõ incurrit pœnã mortis quã incurrunt transgressores; sed non intelligitur de vita spirituali, quæ est per gratiam, & virtutes infusas sibi connexas. Minor conceditur, sed talem iustitiam lex non cõtulit. Quare negatur consequentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd præcepta legis humanæ iustificant iustitia acquisita, de qua non quæritur ad præsens, sed solùm de iustitia, quæ est apud Deum. ——

¶ Maior conceditur, præsertim de lege Diuina perfecta, & tamen etiam imperfecta est efficacior, quia secundùm plura dirigit, scilicet etiam secundùm interiora, & ad altiorem finem disponit, sed non causat gratiam sicut perfecta. Ad minorem dico, quòd humana iustificat, ideſt causat in obedientibus iustitiam ciuilem acquisitam, sed non infusam; & hoc etiam conceditur de lege vete. hic autem quærimus de iustitia infusa, quare negatur, consequentia intelligendo de iustitia de qua quæsitũ est. An causetur per præcepta moralia, &c.

Quæstio Centesimaprima.

De præceptis ceremonialibus secundùm se.

COnsequenter considerandum de præceptis ceremonialibus, & primò de ipsis secundùm se. Secundò de causa eorum. Tertiò de duratione ipsorum. Circa primum quæruntur quattuor. Primò, quæ sit ratio præceptorum ceremonialium. Secundò, vtrum sint figuralia. Tertiò, vtrum debuerint esse multa. Quartò de distinctione ipsorum.

¶ Postquam determinatum est de præceptis moralibus iuxta ordinem statutum quæst. præce. hic consequenter determinat de præceptis ceremonialibus, & patuit ordo ad præcedentem quæstionem, quia ceremonialia sunt determinationes moralium, & per consequens posteriora; quia autem moralia determinant in ordine ad Deum, ideo priora iudicialibus, quæ determinant in ordine ad homines, &c. Determinatur autem primò de ipsis ceremonialibus

ceremonialibus secundùm se, secundò de causis eorum in quæstione sequenti, tertiò de duratione ipsorum. q. 103. Circa primum primò quæritur de qualitate ceremonialium præceptorum, secundò de distinctione eorum, art. 3. Quia autem ceremonialia præcepta erant res quædam, & figuræ aliarum rerum, ideo qualitas eorum potest dupliciter considerari. Vno modo inquantum sunt res quædam, & de hoc inquiritur ar. 1. Alio modo inquantum sunt figura, & signa aliarum rerum, & sic inquiritur qualitas eorum, ar. 2. Vel in primo articulo quæritur de qualitate, vel rõne essentiali. In secundo de aliqua proprietate consequente, & ratione accidentali, ut patebit.

Vtrum ratio præceptorum ceremonialium in hoc consistat, quòd pertinent ad cultum Dei.

Sup. q. 99. ar. 3. Et in fin q. 104. art. 1. & q. 103. arti. 2. co. Et 2. 2. q. 122. arti. 1. ad 2. Et quol. 2. art. 2. Et quol. 4. ar. 13.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd ratio præceptorum ceremonialium non in hoc consistat, quòd pertinent ad cultum Dei. In lege enim veteri dantur Iudæis quædam præcepta de abstinentia ciborum, vt patet Leui. 11. & etiam de abstinendo ab aliquibus vestimentis, secundùm illud Leuit. 19. Vestem quæ ex duobus texta est non indueris; & iterum, quod præcipitur. Numeri 15. Vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum; sed huiusmodi non sunt præcepta moralia, quia non manent in noua lege; nec etiam iudicialia, q̃a non pertinent ad iudicium faciendum inter homines, ergo sunt ceremonialia; sed in nullo pertinere videntur ad cultum Dei; ergo non est ceremonialium præceptorũ ratio, quòd pertineant ad cultum Dei.

¶ 2 Præt. Dicunt quidã, quòd præcepta ceremonialia dicuntur illa quæ pertinent ad solemnitates, quasi dicerentur a cereis qui in solemnitatibus accẽduntur; sed multa alia sunt pertinentia ad cultum Dei præter solemnitates; ergo non uidetur, quòd legis præcepta ceremonialia ea ratione dicantur, quia pertinent ad cultũ Dei.

¶ 3 Præt. Secũdùm quosdam præcepta ceremonialia dicuntur quasi normę. i. regulæ salutis. nam cherę in Græco idem est, quod saluæ; sed omnia præcepta legis sunt regulæ salutis, & non solùm illa quæ pertinent ad Dei cultum; ergo non solùm illa præcepta dicuntur ceremonialia, quæ pertinent ad cultum Dei.

¶ 4 Præt. Rabi Moyses dicit, quòd præcepta ceremonialia dicuntur, quorum ratio non est manifesta, sed multa pertinentia ad cultum Dei habent rationem manifestam; sicut sabbati obseruatio, & celebratio phasę, & scenophegię, & multorum aliorum, quorum ratio assignatur in lege; ergo ceremonialia non sunt, quę pertinẽt ad cultum Dei.

¶ Sed cont. est, quod dicitur Exo. 18. Esto populo in his, quæ ad Deum pertinent, ostendasque populo ceremonias, & ritum colendi.

¶ Hic primò Doct. Sanct. inquirit de qualitate ceremonialiũ, vt res sunt, vel magis de ratione essentiali, & propria, & quærit, an ratio &c.

¶ Et nota, quòd quia præceptum est quoddam dictamen practi cum obligatorium ad opus necessariò faciẽdum, ut patuit supra, ideo præcepta habẽt suam qualitatem essentialem, & distinctionem atque speciem ex materia, uel actu præcepto. Et secundũ differentiam, & uniuersam qualitatem actuum, est diuersa rõ, & species præceptorum, & ergo sicut rõ, & species atq; conceptus differẽtialis moraliũ stat in hoc, q̃ sunt de actibus, qui sunt de lege naturæ aliqualiter, vt patuit sup. q. 100. artic. 1. Ita & hic quæritur, an propria rõ. i. proprius conceptus ceremonialium sumat̃ in habitudine ad cultum diuinum; dictum est enim sup. q. 1. art. 3. & sępius, q̃ quædam res accipiunt propriam rõnẽ ex aliquo extrinseco. sic & præcepta habent suam distinctionem ab obiectis. i. materijs, & actibus de quibus sunt. Quæritur igitur de ratione rei. i. de ratione præcepti ceremonialium, an sit esse præceptiuũ cultus Diuini, & non quęritur de rõne nominis propter quid, vel unde sit, quòd hoc nomen est impositũ ad significandũ cultum Diuinum. Sed quæritur de ratione, & quid rei præcepti ceremonialis. An scilicet si quis uelit definire præceptum ceremoniale, habeat dicere, q̃ est præceptiuum, & ordinatiuum cultus Diuini; sicut si velit diffinire dicere quid morale præceptũ, habet dicere, quòd pertinet ad actus qui sunt de dictamine rationis naturalis aliqualiter. Ex obiecto enim præceptum habet differentiam, & propriã rõnem &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est, * ceremonialia præcepta determinant præcepta moralia in ordine ad Deum; sicut iudicialia determinãt præcepta moralia in ordine ad proximum. Homo autem ordinatur ad Deum per debitum cultum, & ideo ceremonialia propriè dicuntur, quæ ad cultum Dei pertinẽt. —— * q. 99. ar. 3.

¶ Conclusio responsiua habetur talis ex hoc corpore. Ceremonialia propriè dicuntur, quæ ad cultum Dei pertinent, ideſt ratio eorum præceptorum in hoc consistit, quòd pertinent ad cultum Dei. i. obligãt ad cultum Dei. Hanc conclusionem D. S. probat dupliciter, primò ratione sumpta ex obiecto, secundò ratione ex qd nominis, ibi. Ratio autem &c. primò sic. Ceremonialia determinant moralia in ordine ad Deum, ordinando uidelicet hominem ad Deum; sed homo ordinatur ad Deum per debitum cultum; igitur sequitur conclusio. Maior patet ex differentia ceremonialium a iudicialibus, quia iuxta supradicta quæst. 99. articu. 4. sicut iudicialia determinant moralia in ordine ad proximum, ita ceremonialia ad Deum, scilicet illud morale, quod est de Deo colendo in communi, quia ceremonialia determinant modum colẽdi in particulari. Minorem Doct. Sanct. relinquit notam, & patet de se, q̃a homo non potest ordinari per determinationem moralium ad Deum, ut ipse præcipiat, & ipsum regat, sed ut sibi bene subsit, & seruiat, sicut decet creaturam respectu Creatoris, & tam subiectionem, & seruitutem profiteatur aliquibus exterioribus signis; sed talis protestatio est cultus Diuinus, ideo minor vera, quia videlicet moralia ordinant hominem in Deum non determinando modum colendi ipsum exteriori cultu, sed ceremonialia sunt huiusmodi determinationes; patet igitur conclusio, quòd præceptum ceremoniale est hoc, quòd determinat modum colẽdi Deũ, & in hoc stat eius ratio. Deinde ibi.

¶ Ratio autem huius nominis posita est supra* vbi p̃cepta ceremonialia ab alijs sunt distincta. —— * q. 99. ar. 3.

¶ Subiungit uirtualiter secundam rationem pro conclusione sumptam ex ratione nominis ceremoniæ, de qua supra dictũ fuit q. 99. ar. 4. Doct. San. enim manet hic in ista ratione nominis ibidem assignata plus quàm in rationibus ab alijs assignatis, ut patebit in solutionibus; & potest ex ea sic argui, Ceremonialia dicuntur quasi de ceremonia, sed ceremonia idem est, quod cultus; igitur &c. Maior nota, minor patet ex ratione nominis.

¶ Et confirmatur conclusio argumento in contrarium, quod p̃ eodem habet ceremonias, & ritum colendi, & per consequens præcepta ceremonialia dicuntur; quia sunt de pertinẽtibus ad cultum Diuinum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ad cultum Dei pertinent non solùm sacrificia, & alia huiusmodi, q̃ immediatè ad Deum ordinari dicuntur, sed etiam debita præparatio colentium Deum ad cultum ipsius, sicut etiã in aliis quæcunque sunt præparatoria ad finem cadunt sub scientia, quæ est de fine. Huiusmodi autem præcepta quæ dantur in lege de uestibus, & cibis colentium Deũ, & aliis huiusmodi, pertinent ad quandam præparationẽ ipsorum ministrantium, ut sint idonei ad cultum Dei; sicut etiam specialibus obseruantiis aliqui utuntur, qui sunt in ministerio regis; vnde etiam sub præceptis ceremonialibus continentur. ——

¶ Conceditur quòd assumitur vsque ibi. Sed in nullo pertinere uidẽtur ad cultum Dei; ista enim negatur, quia & præparatio, quæ fit per uestes, & cibos pertinet ad cultũ Dei; & ratio est, quia præparatoria ad finem, ut sic cadunt sub præceptis eiusdem rationis cum præcepto Diuino; sicut & media præparatoria ad finem cadunt sub scientia, quæ est de fine, ut patuit supra quæstio. 8. articu. secundo, ad tertium, quæ autem dicantur sacrificia, patebit articu. quarto.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa expositio nominis non uidetur esse multum conueniens, præsertim cũ non multum inueniatur in lege, quòd in solemnitatibus cerei accenderentur, sed in ipso etiam candelabro lucernæ cum oleo oliuarum præparabantur, ut patet Leui. 24. Nihilominus tamen potest dici, quòd in solemnitatibus omnia alia quæ pertinebant ad cultum Dei diligentius obseruabantur, & secundùm hoc in obseruatione solemnitatum, omnia ceremonialia includuntur. ——

¶ Dicitur dupliciter, primò non admittimus illam expositionem nominis ceremoniæ, sed eam de qua dictum est in corpore. Et ratio huius non admissionis habet̃ in solutione, quia nõ utebãtur Iudęi cereis tanquàm præcipuis luminaribus.

¶ Et nota, quòd si ceremonialia dicerentur, quia pertinent

nent ad solemnitates, tunc ceremonialia non extenderet se adequatè ad omnem cultum, quia non solùm colebatur Deus in solemnitatibus, sed & alijs temporibus, & ad hoc tendit argumentum.

¶Secundò dicitur, quòd admissa illa expositione nominis, tunc ceremonialia dicuntur a solemnitatibus anthonomasticè, sed nõ adequatè, quia s. in solemnitatibus præcipuè seruabantur q̃ pertinent ad cultum Dei, licet non solùm ad ea quę in solemnitatibus agebantur se extenderent, sed ad omnem cultum. Ad minorem, vera est, tamen in solemnitatibus maximè seruabantur, quæ sunt cultus Diuini, quare negatur consequentia, quia nec a solemnitate dicuntur ceremonialia, nisi quia tunc fit pcipuè cultus diuinus.

¶Nota tamen, quòd Catholicon & communiter grammatici etiam moderni, sequuntur illam expositionem tacitam in hoc argumento, sed patet ratio efficax in ista solutione, quare non sit multum conueniens.

¶Ad tertium dicendum, quòd nec illa expositio nominis uidetur esse multum conueniens. Nomen enim ceremoniæ non est Græcum, sed latinum. Potest dici tamẽ quòd cum salus hominis sit a Deo, præcipua illa præcepta uidentur esse salutis regulæ, quæ hominem ordinant ad Deum, quę sic ceremonialia dicuntur, quæ ad cultum Dei pertinent.

¶Ad maiorẽ dupliciter, primò declaratur illa expositio nominis, quia ceremoniæ est nomen latinum, & per consequens nõ est exponendum Græcè. Secundò admissa illa expositione dicitur, q̃ esto dicantur quasi regulæ salutis, quia quæ pertinent ad Dei cultum maximè sunt regulæ salutis, quia talus hominis est a Deo.

¶Ad minorem, vera, sed tamen quę immediatè ordinãt ad Deũ sunt regulę salutis anthonomasticè, quare negatur consequentia.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illa ratio ceremonialium est quodammodo probabilis, nõ quòd ex eo dicantur ceremonialia, quia eorum ratio non est manifesta, sed hoc est quoddam consequens; quia enim præcepta ad cultum Dei pertinentia oportet esse figuralia, ut infra dicetur, * inde est, quòd eorum ratio non est a Deo manifesta.

* Ar. seq.

¶Ad maiorem dico, q̃ potest intelligi dupliciter. Vno modo, q̃ non esse manifestum etiã in ratione figuræ, sit ratio essentialis præceptorum ceremonialium; ecũdò potest intelligi, quòd ratio immanifesti sequatur per se rationem ceremonialiũ, & sit quasi quædam proprietas consequens per se rationem, quæ est esse de cultu Diuino (quia enim cultus est figuralis; ideo sunt immanifesta) & sic concedit maior. Sicut si ratio hominis dicatur esse risibile, q̃ risibile consequitur hominem ratione essentialis definitionis.

¶ Ad minorem, dico quòd ratio horum commemoratiua est manifesta, & ponitur in lege, sed nõ assignatur ratio figuralis secundùm quam sunt omnia immanifesta, ut intendit Rabi Moyses Leuitici 24. Dictum enim fuit sup. q. 100. ar. 5. ad secundum, q̃ huiusmodi solemnitates habuerũt rationem commemoratiui, & præfiguratiui, quare negatur consequentia &c.

Vtrum præcepta ceremonialia sint figuralia.

Infra q.103 art.1.cor. & q.104.art.2. & locis ibidẽ citatis.

VIdetur quòd præcepta ceremonialia non sint figuralia. Pertinet enim ad officium cuiuslibet Doctoris, vt sic pronunciet vt de facili intelligi possit; sicut Augu. dicit in 4. de doct. Christia. * & hoc maximè uidetur esse necessarium in legislatore, quia præcepta legis populo proponuntur; vnde lex debet esse manifesta, ut Ilido. dicit; * si igitur precepta ceremonialia data sint in alicuius rei figuram, videtur inconuenienter tradidisse huiusmodi præcepta Moyses, non exponens quid figurarent.

* Aug. c.4. & c.10. l.3.

*Isid. lib.5. ca.21.

¶ 2 Præt. Ea quę in cultu Dei aguntur maximè debent honestatem habere, sed facere aliqua facta ad aliqua representanda, videtur esse theatricum, siue poeticum. In theatris enim representabantur olim per aliqua quæ ibi ingerebantur quædam aliorum facta; hoc uidetur quòd huiusmodi non debeant fieri ad cultum Dei, sed ceremonialia ordinantur ad cultum Dei, ut dictum est; * ergo ceremonialia non debent esse figuralia.

* Ar. præc.

¶ 3 Præte. Augu. dicit in enchiridion, * quòd Deus maximè colitur fide, spe, & charitate, sed præcepta, quæ dantur de fide, spe & charitate, non sunt figuralia; ergo præcepta ceremonialia non debent esse figuralia.

*Aug. ca.3. in principium.

¶ 4 Præt. Dominus dicit Io. 4. Spiritus est Deus, & eos, qui adorãt eum, in spiritu, & veritate adorare oportet, sed figura non est ipsa ueritas, immo contra se inuicẽ diuiduntur; ergo ceremonialia, quę pertinent ad cultum Dei, non debent esse figuralia.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit ad col. 2. Nemo iudicet uos in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum.

¶Hic consequenter. D.S. inquirit de proprietate, & qualitate, q̃ non constituit præcepta ceremonialia in ratione specifica, sed ea consequitur, vt patuit ad quartum præcedentis ar. s. de esse figuratiuo. Ex hoc enim, quòd ceremonialia fuerũt circa talem cultum exteriorem coniunctum tali interiori cultui, sequitur, quòd erant figuratiua s. ratione cultus præcepti; vnde consistere circa cultum Diuinum est propria essentialis ratio, ut dictum est; sed esse figuratiuum principaliter est ratio accidentalis, propria tamen; & esse circa Diuinum cultum dicit habitudinem præcepti ad propriũ obiectum; sed esse figuratiuum dicit habitudinem præcepti cum materia ad aliquod futurum representatiuum.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut iam dictũ est, * præcepta ceremonialia dicuntur, quæ ordinantur ad cultum Dei. Est autem duplex cultus Dei, interior & exterior, cum enim homo sit compositus ex anima, & corpore, vtrunque debet applicari ad colẽdum Deum, vt s. anima colat interiori cultu, & corpus exteriori; vnde dicitur in Psal. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum; & sicut corpus ordinatur in Deum per animam, ita cultus exterior ordinatur ad interiorem cultum. Cõsistit autem interior cultus in hoc, quòd anima coniungatur Deo per intellectum, & affectum, & ideo secundũ quòd diuersimodè intellectus, & affectus colẽtis Deum Deo rectè coniungitur, secundùm hoc diuersimodè exteriores actus hominis ad cultum Dei applicantur.

* Ar. præc.

¶Doct. Sanct. plus respondet, quàm quæsitum expetat explicitè, nõ solùm de cultu veteris legis, sed etiam de cultu nouæ legis, & etiam de cultu gloriæ; vnde primò ponit fundamentum oĩum harum responsionum, secundò subiungit ipsas responsiones, ibi. In statu enim &c. Quo ad primum ponit talẽ conclusionẽ fundamentalẽ in hac materia. Secundum q̃ intellectus, & affectus colẽtis Deum Deo rectè coniungitur secũdùm hoc diuersimodè exteriores actus hominis ab cultum Dei applicantur (i. secundũ diuersitatẽ interioris cultus, vel secundũ diuersam conditionẽ interioris est diuersitas in exteriori) Probatur supponendo in principio corporis, q̃ ceremonialia ordinantur ad cultum Dei, & rõne huius D.S vult respondere de omni cultu, an sit figuratiuus, ita q̃ hoc suppositum dicat rationem quare D.S. plus respondet, quàm quæsitum explicitè quærat; quia tantũ quærit de præceptis ceremonialibus per quæ intelliguntur præcepta legalia. s. ve. le. Et vult q̃ responsio danda sit uniuersaliter de omni cultu, quia ceremonialia dñr, quia de cultu Dei; probatur ergo ista cõclusio. Duplex est cultus Dei, exterior, & interior, & exterior ordinatur ad interiorem, qui consistit hoc, q̃ anima coniungit Deo per intellectũ, & affectum, igitur sequitur conclusio. ¶Tenet cõsequentia extra literã, quia oportet media esse ꝓportionata fini; igit si interior est finis exterioris, q̃ in ipsum ordinat, sequit bñ cõclusio ex hoc antecedẽte. Antecedens probat in lra ꝓ prima parte, qa hõ est cõpositus ex aĩa, & corpore, & utrunq; &c. vt in lra. Secũda pars antecedẽtis ꝓbat, qa interior cultus rndet aĩæ, & exterior corpori, sed corpus ordinat ad aĩam; igit exterior ad interiorẽ. Tertia pars relinquit nota, qa intellectus, & affectus sunt potẽtię interiores, ppriè aĩæ rõnalis &c. ¶Nota q̃ in ista ꝓbatione antecedentis, fundatur q̃ Nyder ponit primò præcepto. c.6. de cultu Dei per corpus &c.

¶In statu enim futuræ beatitudinis intellectus humanus ipsam Diuinam veritatem in seipso intuebitur, & iõ exterior cultus non consistet in aliqua figura, sed solùm in laude Dei, quæ procedit ex interiori cognitione, & affectione, secundùm illud Esaiæ. 51. gaudium, & lętitia inuenientur in ea gratiarum actio, & vox laudis.

¶Hic consequenter. D.S. præmisso fundamẽto huius materiæ, subsumit, & respondet tribus conclusionibus, secundùm quòd est triplex cultus Dei, primò de cultu gloriæ, secundò de cultu ꝑsentis vitæ, primò q̃tum ad statum vete. le. ibi. In statu aũt &c. tertiò q̃tum ad statum nouæ legis, ibi. Sed in statu &c. Prima ergo cõclusio est ista. In statu futuræ beatitudinis cultus exterior nõ consistit in aliqua figura, sed in laude Dei, quæ procedit &c., vt in fine literæ, probatur assumendo conclusionem fundamentalem pro maiori. Secundum quòd intellectus &c. (Minor in litera &c.) sed in statu futuræ beatitudinis intellectus ipsam ueritatem in seipsam intuebitur; igitur conclusio vera, præmissæ patẽt. Maior ex dicti. In corpore Minor

Minor supponit, & confirmat ista conclusio auctoritate Esa. &c.

¶Nota quòd interior cultus in patria erit circa virtutem in se. Et ergo non oportet cultum interiorem representare tanquàm distantem a veritate per aliqua exteriora signa, sed ex interiori beatitudine, & cognitione procedit actus exterior secundùm proportionem ad interiorem. Ex cognitione autem ad summum bonum, non potest procedere, nisi gaudium, & letitia; & ergo exterior cultus sunt actus exteriores interiori beatitudini correspondentes, s. visioni, & fruitioni. Qualiter n. aliquis interius est dispositus taliter exterius operatur. Consequenter cum dicit.

¶In statu autem præsentis vitæ non possumus Diuinam veritatem in seipsa intueri; sed oportet, quòd radius Diuinæ ueritatis nobis illucescat sub aliquibus sensibilibus figuris; sicut Dionysius dicit primo capitulo ce. hiera. * diuersimodè tamen secundùm diuersum statum cognitionis humanæ. In ueteri enim lege neque ipsa Diuina ueritas in seipsa manifesta erat, neque etiam adhuc propalata erat uia. d hoc perueniendi; sicut Apostolus dicit * ad Heb. 7. Et ideo oportebat exteriorem cultũ vet. le. non solùm esse figuratiuum futuræ veritatis manifestandæ in patria, sed etiam esse figuratiuum Christi, qui est uia ducens ad illam patriæ veritatem.

*Ca.1. circa medium.

*Hebr.7.

¶ Subsumit secundò sub conclusione fundamentali, & infert conclusionem responsiuam directè ad quæsitum, & secundam. Oportet exteriorem cultum veteris legis non solùm &c. vt in fine literæ, probatur. Secundum &c. vt dicebat conclusio fundamẽtalis; sed in præsentis vitæ statu non possumus veritatem in seipsa intueri, & in veteri lege, neque ipsa veritas Diuina in seipsa manifesta erat, neque etiam adhuc via (scilicet Christus) propalata ad hoc peruenien dum; igitur sequitur conclusio, quòd vtrunque oportuit præfigurari tanquàm distans, & futurum in cognitione. Maior patuit. Minor patet auctoritatibus Dionysij, & Apostoli in quibus fundatur.

Omnia per se credita uidebũtur in Diuina essentia.

¶Nota circa istam minorem, quòd per veritatem intuendam, in patria, quæ hic non potest intueri, intelligitur ipsa veritas per essentiam, scilicet diuina essentia, in qua omnia figurata in veteri lege, & in sacramentis nouę legis clarè uidebuntur; sicut etiam omnia credita principalia, & per se. s. articuli fidei, & ergo talis veritas non fuit cognita in ve le. nec uia ad cognoscendum, scilicet Christus, ideo vtrunque oportuit præfigurare, & intellectum per sensibilia exteriora manuducere, & sic fuit cultus exterior dupliciter figuratiuus, Vide de iam dictis, scilicet quomodo omnia hic credita, & figurata uidebuntur in Diuina essentia Capr. in 4. distin. 10. q. 4. in solutionibus argumentorum contra secundã conclusionem. De hoc etiam Scotus habet aliquid in tertio distin. 31. ad tertium, vbi dicit quòd credibilia sunt in duplici differentia Quædam enim sunt quorum uisio per se pertinet ad beatitudinẽ. sicut est visio Trinitatis, & talia sunt scibilia extendendo scire, & sunt visibilia extendendo uidere. Et de istis per se intelligendum est, quòd fidei succedit uisio. Alia sunt quorum visio aliquo modo pertinet ad beatitudinem, non tamen essentialiter, quę etiam non sunt scibilia, quia sunt quædam facta temporalia, sicut sunt credibilia de incarnatione; & de talibus concomitanter succedit fidei uisio, non tamen rei in se, quia non uidetur in patria Christus in cruce, nec in utero virginis, sed in verbo. Alia sunt, nec vnquàm uisibilia, quia nec scibilia, quia facta temporalia, nec pertinentia ad beatitudinem principaliter, nec concomitanter, cuiusmodi sunt aliqua uera pertinentia ad actus humanos; de talibus autem si quis uiator haberet fidem potest cõcedi, quòd in illo potest manere fides. Hæc ille, & bene ad propositum saltem quo ad duo membra. Consequenter ibi.

Capreolus

Scotus.

¶Sed in statu nouæ legis hæc via iam est reuelata; vnde hanc præfigurari non oportet, sicut futuram; sed cõmemorari oportet per modum præteriti, vel præsentis, sed solùm oportet præfigurari futuram ueritatem glorię nondum reuelatam.

¶Subiungit tertiam conclusionem de cultu nouæ legis quam primò probat ratione, secundò confirmat ipsam cum conclusione præcedenti auctoritate, ibi. Et hoc est &c. Conclusio ergo est talis. Cultus exterior nouæ legis non est figuralis respectu viæ, sed eius commemoratiuus, sed solùm oportet præfigurari &c. ut in fine literæ; probatur iterum assumendo conclusionem fundamentalem, vt prius, sed in statu nouæ legis via est iam reuelata, scilicet Christus, sed nondum ueritas in seipsa manifesta est; sicut nec in ve. le. igitur conclusio ista uera. Maior patuit. Minor similiter nota est, quia Christus iam uenit, & docuit expressam uiam; sed donec hic sumus, udemus per speculum, Et de materia huius conclusionis magis infra quæst. 106 artic. 4. quia post nouam legem non ueniet alia lex de maioribus credendis, uel agendis, & per cõsequens, hæc lex non est figura alterius legis, sicut uetus fuit; in cuius ceremonijs (vt patebit) representabantur ea quæ expressè habet noua lex, sed tamen quæ agimus in ecclesia nunc sunt imago eorum, quæ in ecclesia triumphante aguntur. Deinde ibi.

¶Et hoc est, quod Apostolus dicit * ad Heb. 10. Vmbram habet lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Vmbra enim minus est, quàm imago; tanquàm imago pertineat ad nouam legem, vmbra verò ad veterem.

* Hebr. 10.

¶ Confirmat vltimas duas conclusiones auctoritate Apostoli quo ad hoc, quòd utraque est figuratiua respectu futuri status, & gloriæ, quæ tamen expressius figuratur per nouam legem, quàm veterem.

¶ Vnde nota Doct. Sanct. ibidem in postilla, quòd ad bona cœlestia vetus lex se habuit sicut vmbra ad corpus, sed nouа lex sicut imago. Vmbra autem, & imago quantum ad hoc conueniunt, quòd utrunque representat, sed vmbra in communi, imago verò in particulari, & quãtum ad naturam individui, & in specia li. Sic etiam noua lex quantum ad bona futura representat, primò, quia in uerbis noui testamenti sit expressa mentio de bonis futuris, & promissio, non autem in ueteri, sed tantùm de carnalibus. Secundò, quia uirtus noui testamenti consistit in charitate, q̃ est plenitudo legis, & ista charitas, licet sit imperfecta ratione fidei cui inhæret, tamen est similis charitati patriæ. Vnde lex nouа dicitur lex amoris, & ideo dicitur imago, quia habet similitudinem expressam bonorum futurorum. Sed lex uetus illam representat per quædam carnalia, & valde a remotis; & ergo dicit vmbra, hæc ille. Ex quibus patet intellectus auctoritatis, & quorundam aliorum hic dictorum. Patet & responsio ad quæstum, q̃ ceremonialia sunt figuratiua ratione cultus, de quo sunt, & hoc Doctor Sanct. innuit in suppositione in principio corporis.

¶Confirmatur secunda conclusio responsiua argumento in cõtrarium. Circa hoc argumentum nota, quòd Apostolus tangit ceremonialia, quæ tangebant totum populum. s. obseruantias, & sacra, ut patebit ar. sequenti, & vult, q̃ nemo debeat condẽnare Colosenses, quòd hæc nõ obseruant, quia sunt umbræ futurorum. s. Christi, & ideo veniente veritate debent cessare; & per hoc patet, quòd ceremonialia ueteris legis sunt figuratiua etiam viæ, & patriæ, vt voluit secunda conclusio.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Diuina nõ sunt reuelanda hominibus, nisi secundùm eorum capacitatem, alioquin daretur eis præcipitij materia, dum contemnerent, quæ capere non possent; & ideo vtilius fuit vt sub quodam figurarum velamine Diuina misteria rudi populo traderentur, ut sic saltem ea implicitè cognoscerent, dum illis figuris deseruirent ad honorem Dei.

¶Ad maiorem, conceditur primò de cõmuni lege, secundò conceditur si capacitas auditoris patiat. Et tertiò dico, quòd in rebus Diuinis non potuit statim fieri perfecta doctrinatio, & clara, ꝓpter eius periculum cauẽdum, ne daretur præcipitij materia; quia si res profundæ proponerentur, nõ caperent rudes, & totaliter resilirẽt. Melius ergo fuit Diuina primò tradi sub umbra, ut implicitè saltem cognoscerent, quàm tradere Diuina clarè per quod omnino resilirent. Vltra, & hoc &c. Dico quòd non fuit necessarium in legislatore Diuina prima, immo melius fuit tradere obscura, & umbratica, ut patuit, & dico, quòd lex humana præsertim debet esse manifesta, sed non Diuina data rudi populo, qui manifestè, & in se, tradita capere non potuit, & Isidorus loquitur de lege humana. Vltra. Si igitur &c. Dico quòd sic. Sed negatur illa. Videtur inconuenienter &c. quia tempus, & ruditas non patiebantur, ut eis Diuina exponerentur propter pericula uitanda, ut dictum est. Et præterea Augustinus, ibidem loquitur de Doctore ecclesiastico nouæ legis, talis enim dẽt clarè docere, afficere, & mouere, ut patet intuenti. Secus de legislatore ve. le. &c.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut poetica non capiuntur a ratione humana propter defectum veritatis qui est in eis; ita etiam ratio humana perfectè capere non potest Diuina propter excedentem ipsorum veritatem, & ideo utrobique opus est representatione per sensibiles figuras.

¶ Maior conceditur. Minor distinguitur, quia facere aliqua facta ad representandum uanitates, & plerũque turpitudines præteritas, propter defectũ ueritatis in huiusmodi representatis, hoc est poeticum, sed factis representare ueritatem Diuinã, super excedentem in sui puritate capacitatem hominum, hoc non est poeticum, sed Diuinæ dignationis.

¶ Vltra dico, quòd in theatris fiebant representationes primo modo; Ergo &c. uerum, non debent fieri in cultu Diuino ea ratione, qua in theatris. Conceditur subsumpta; ergo &c. verum, non sunt figuralia sicut poetica, sed tamen alio modo, ut dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Aug. ibi loquitur de cultu interiori, ad quem tamen ordinari oportet exterio
*In col. ar. rem cultum, vt dictum est; *Et similiter dicendum est ad quartum, quia per Christum homines plenius ad spiritualem Dei cultum sunt introducti.

¶ Augustinus intelligitur in maiori de cultu interiori, talis tñ procedit immediatè ex fide, spe, & charitate, & præcipitur p̃ceptis moralibus, quę sunt de istis virtutibus, sed fide, spe, & charitate nõ colitur cultu exteriori saltem immediatè, & elicituè, & talis cultus exterior, & ℔ determinatũ modum p̃cipit̃ p̃ceptis ceremonialibus, & habet ordinari in interiorem cultũ, & ℔ eius cõditionẽ variat̃, vt patuit. Minor cõcedit̃, sed negat̃ cõsequẽtia, qa p̃cepta de cultu exteriori sunt figuralia. s. ratione ipsius cultus.

¶ Ad quartum. Maior vera, sed loquitur Chr̃s de adoratione nouæ legis interiori, & spirituali, in quam per gr̃am suam fideles inducturus erat, & talis adoratio spũalis est in veritate viæ, sed tñ in figura patriæ. Sed adoratio veteris legis exterior non fuit in veritate, ita q̃ non haberet figuram dupliceꝫ adiunctam. Erat quidem vera secundùm illum statum, sed non plena, & spiritualis, sed dupliciter figuratiuus. Minor conceditur respectu eiusdem; qa figura alicuius veritatis non est veritas figurata, potest tamẽ in se esse quoddam verum imperfectum; sic cultus illius temporis fuit verus cultus, sicut & bonus secundùm quid, sed non verus veritate perfecta viæ, vel patriæ quam designabat. Negatur consequentia de ceremonialibus, quę sunt de cultu exteriori veteris legis, Et ita habetur ex istis solutionibus, quòd ceremonialia fuerunt de exteriori cultu, & ratione illius sunt vel magis fuerunt figuralia; sed interior cultus etiam pro statu veteri nõ fuit figuratiuus, quia spiritualis, & præterea, quia secundùm interiorem verum cultum pertinebant ad nouam legem.

Vtrum debuerunt esse multa ceremonialia præcepta.

X 4.dist.1.q.1. ar.5.q.2.ad 2. Et Ro.5. lec.6.c.3. *Ar.1.& 2.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd non debuerunt esse multa ceremonialia præcepta. Ea enim quæ sunt ad finem debent esse fini proportionata; sed ceremonialia præcepta sicut dictum est, *ordinantur ad cultum Dei, & in figuram Christi, est autem unus Deus a quo omnia, & vnus dominus Iesus Christus p quem omnia, vt dicitur primæ ad Corinth. 8. ergo ceremonialia non debuerunt multiplicari.

¶ 2 Præt. Multitudo ceremonialium præceptorum, transgressionis erat occasio, secundùm illud, quod dicit Petrus actuum. 15. Quid tentatis Deum, imponere iugũ super ceruicem discipulorum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus? sed transgressio diuinorum præceptorum contrariatur humanæ saluti; cum igitur lex omnis debeat saluti congruere hominum, vt Isi-
*Li.5. Etimo. cap.3. & 21. do. dicit * videtur quòd non debuerunt multa præcepta ceremonialia dari.

¶ 3 Præte. Præcepta ceremonialia pertinebant ad cultum Dei exteriorem, & corporalem, vt dictum est,
*Ar. præc. sed huiusmodi cultum corporalem lex debebatur diminuere, quia ordinabat ad Christum, qui docuit homines
Ioan.4. Deum colere in spiritu, & veritate, vt habetur Io. 4. non ergo debuerunt multa præcepta ceremonialia dari.
Osee 8. ¶ Sed cont. est, quod dicitur Osee. 8. Scribam eis mul
Iob. 11. tiplices leges meas, & Iob. 11. Vt ostenderem tibi secreta sapientiæ, q̃ multiplex sit lex eius.

¶ Hic agitur de distinctione ceremonialium, & primò inquiritur ratio multiplicationis eorum, secundò ostenditur ratio diuisionis eorum art sequenti.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum
*q.90.ar.2. & 3.q̃.96 artic.1. est; * omnis lex alicui populo datur. In populo autẽ duo genera hominum continentur, quidam proni ad malũ, qui sunt per præcepta legis coercendi, vt supra dictum
*q.95.ar.1. est, * quidam habentes inclinationem ad bonum, vel ex natura, vel ex consuetudine, vel etiam ex gratia, & tales sunt per legis præceptum instruendi, & in melius promouendi.

¶ Conclusionem rñsiuam. D.S. intendit talem in hoc corpore, q̃ suppleret formaliter. Debuerunt esse multa præcepta ceremonialia, probatur supponendo, ut in principio corporis fundamẽtũ ex supradictis. q.90 ar.2. & 3. & q.96 arti.1. q̃ omnis lex alicui populo. i. perfectę multitudini datur. Hoc supposito stante, arguitur sic pro conclusione. In omni populo duo genera hominum continẽtur &c. vt in litera, sed quantum ad utrunque genus hominum expediebat præcepta ceremonialia in veteri lege multiplicari; igitur conclusio vera, quæ iuxta intellectum minoris intelligenda est de debito expedientiæ, & congrui &c. Huius rationis. D.S. ponit primò maiorem, secundò minorem, ibi. Quãtum igit̃ ad &c. Maior ergo quo ad hoc, quòd mali sint coercendi per legem, patuit sup. q.95. art.1. Quod autem boni sint in melius promouendi potest haberi ex dictis sup. q.91. artic.4. q̃ autem in omni populo sint mali, & boni relinquitur notum. Consequenter cum dicit.

¶ Quantum igitur ad utrunque genus hominum expediebat præcepta ceremonialia in ueteri lege multiplicari. Erant enim in illo populo aliqui ad idolatriã proni, & ideo necesse erat, vt ab idolatriæ cultu per præcepta ceremonialia reuocarentur ad cultum Dei, & quia multipliciter homines idolatrię deseruiebant, oportebat econtrario multa institui ad singula reprimenda.

¶ Subiungit minorẽ, cuius primò probat primam partem, secũdò secundam ibi. Ex parte verò &c. Primam partem probat duplici medio, secundum ponit ibi. Et iterum &c. Quo ad primum arguitur sic, s. quo ad malos supponendo, q̃ in populo illo erãt aliqui ad idolatriam proni, & hi erant mali. Tunc sic. Necesse erat, vt ab idolatriæ &c. ut in litera, sed multipliciter idolatræ seruiebant; igitur oportebat econtrario multa institui ad singula reprimenda, & per consequens propter malos oportuit ponere multa ceremonialia. Deinde cum dicit.

¶ Et iterum multa talibus imponi, ut quasi onerati ex his, quæ ad cultum Dei impenderent, non vacarent idolatriæ deseruire.

¶ Probat secundò eandem primam partem minoris clarè in littera.

¶ Ex parte uerò eorum, quæ erant proni ad bonum, etiam necessaria fuit multiplicatio ceremonialium præceptorum, tum quia per hoc diuersimodè mens eorum referebatur in Deum, & magis assiduè; tum etiam quia mysterium Christi, quod per huiusmodi ceremonialia figurabatur, multiplices vtilitates attulit mundo, & multa circa ipsum consideranda erant, quæ oportuit per diuersa ceremonialia figurari.

¶ Manifestat secundam partem minoris prædictę, s. quòd expediebat propter bonos ponere multa ceremonialia, & ponuntur duæ causæ clarè in litera.

¶ Et confirmatur conclusio argumento in contrariũ, quod probat legem Dei esse multiplicem, idest ad multa, & usque ad minima se extendit, & per consequens circa cultum Diuinum multa ordinauit, & sic sunt multa ceremonialia.

¶ Ad primum ergo dicẽdum, quòd quando id quod ordinatur ad finem est sufficiens ad ducendum in finẽ, tunc sufficit unum ad vnum finem; sicut vna medicina si sit efficax, sufficit quandoque ad sanitatem inducẽdam, & tunc non oportet multiplicari medicinam; sed ꝓpter debilitatem, & imperfectionem eius, quod est ad finem oportet ea multiplicari; sicut multa adhibentur remedia infirmo, quando unum non sufficit ad sanandum Ceremoniæ autem ueteris legis inualidæ, & imperfectæ erant ad representandum Christi mysterium, quod est superexcellens, & ad subiugandum mentes hominum Deo; vnde Apostolus dicit * ad Heb. 5. Reprobatio fit * Hebr.5. præcedentis mandati propter infirmitatem, & inutilitatem, nihil enim ad perfectum adduxit lex, & ideo oportuit huiusmodi ceremonias multiplicari.

¶ Ad maiorem, ea quæ sunt ad finem, sunt fini quidem proportionata quo ad conditionem, vel virtutem, sed nõ oportet, quòd quo ad numerum, nisi sit medium ad finem sufficiens; sicut Doctor Sanct. ostendit in solutione.

¶ Ad minorem, conceditur quòd est unus Deus, sed multa requiruntur ex parte hominis, vt vni Deo se bene subdat, & eum bene colat. Similiter conceditur, quòd Christus est vnus, sed in eo contigerunt multa mysteria, quæ per vnum ceremoniale non potuerunt representari, quare negatur consequentia. Propter auctoritatẽ Apostoli adductam in solutione nota, quòd mandatum fuit infirmum, quia non potuit exequi effectum suum, scilicet iustificationem, & inutile; quia non ualuit ad finem consequendum, scilicet beatitudinem, & dicitur reprobari, non quia fuerit secundùm se malum, sed quia inconueniens tempori, scilicet noui sacerdotij Christi &c.

¶ Ad

¶ Ad secundum dicendum, quòd sapientis legislatoris est minores transgressiones permittere, vt maiores cauentur; & ideo, vt caueretur transgressio idolatriæ, & superbiæ, quæ in Iudæorum cordibus nascerẽtur si omnia præcepta legis implerent, non propter hoc prætermisit Deus multa ceremonialia præcepta tradere, quia de facili sumebant ex hoc transgrediendi occasionẽ.

¶ Maior concedit, q̃ fuit in occasionẽ acceptã. Sed dico q̃ prudentis legislatoris, nõ est subtrahere occasionẽ acceptã, qñ magis malũ inde cauet̃. Minor conceditur, sed tñ Deus permittit minorẽ transgressionẽ, ut euitet̃ maior, & sic permisit, ut nõ seruarent plenè oĩa ceremonialia, ut retraherent ab idolatria, q̃ maius pec catũ est, & sic ꝑ superbia. Vltra cũ igit̃ &c. dico q̃ oĩs lex dẽt cõgruere per se q̃tũ est ex parte sui, & ex intentione legislatoris, põt tñ aliqua esse in occasionẽ acceptã, quare negat̃ cõsequẽtia, & requirit hęc solo, quæ supradicta fuerũt. q.98. ar.1. in solutionibus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vetus lex in multis diminuit corporalem cultum, propter quod statuit, quòd non in omni loco sacrificia offerentur, neque quibuslibet, & multa huiusmodi statuit ad diminutionem exte-
*Iosephus Dux animarum. rioris cultus; sicut etiam Rabi Moyses Aegyptius dicit. * Oportebat tamen non ita attenuare corporalem cultum Dei, vt homines ad cultum dæmonum declinarent.

¶ Maior concedit, & patuit. ar.2. Ad minorẽ, negat̃ q̃ ita debuit minuere, q̃ nõ essent multa p̃cepta ceremonialia, qb. hoĩes retraherent a cultu idolatriæ, & ut misteriũ Chr̃i nõ repñtaret̃ multis modis; sed cõcedit̃, q̃ cultus exterior debuit diminui, ut nõ ĩ oĩ loco, & cuilibet impederet̃. Ad ꝓbationem cõcedit̃, q̃ ordinabat ad Chr̃m, sed figurandum, & futurum, & ad hoc requiruntur multa, ut dictum est, & dico ut patuit artic.2. ad quartum, q̃ Christus docuit colere Deum tempore suo in spiritu, & ueritate, sed tempore legis colebant sub figuris multis, quare negatur consequentia.

Vtrum ceremoniæ vet. le. conuenienter diuidantur in sacrificia, sacramenta, sacra, & obseruantias.

Y Col. 2. ex. fine.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd ceremoniæ veteris legis inconuenienter diuidantur in sacrificia, sacramenta, sacra, & obseruantias. Ceremoniæ. n. veteris legis figurabant Christum, sed hæc solùm fiebãt per sacrificia per quæ figurabatur sacrificium quo Chri-
*Ephe.5. stus se obtulit oblationẽ, & hostiam Deo, vt dicitur * ad Ephe. 5. ergo sola sacrificia erant ceremonialia.

¶ 2 Præt. Vetus lex ordinabatur ad nouam, sed in noua lege ipsum sacrificium est sacramentum altaris; ergo in veteri lege non debuerunt distingui sacramenta contra sacrificia.

¶ 3 Præt. Sacrum dicitur quod est Deo dedicatum secundùm quem modum tabernaculum, & vasa eius sacrificari dicebantur; sed omnia ceremonialia erant ordi
*Arist. huius quæst. nata ad cultum Dei, vt dictum est; * ergo ceremonialia omnia sacra erant, non ergo vna pars ceremonialium debet sacra nominari.

¶ 4 Præt. Obseruantiæ ab obseruando dicuntur; sed
*Deut.8. omnia præcepta legis obseruari debebãt. * Dicitur enim Deute. 8. Obserua & caue nequando obliuiscaris domini Dei tui, & negligas mandata eius atque iudicia, & ceremonias; non ergo obseruantiæ debent poni vna pars ceremonialium.

¶ 5 Præt. Solemnitates inter ceremonialia computantur, cum sint in umbram futuri, vt patet ad Collosses. 2. similiter etiam oblationes, & munera, vt patet per
*Hebr.9. Apostolum * ad Heb. 9. Quę tñ sub nullo horũ cõtineri vñr; ergo incõueniẽs est p̃dicta distinctio ceremonialiũ.

¶ Sed contra est, quod in veteri lege singula prædicta ceremoniæ vocantur, sacrificia enim dicuntur ceremoniæ Numeri. 15. Offerat vitulum, & sacrificia eius ad libamenta, vt ceremoniæ eius postulant. De sacramento
*Leuit.5. etiam ordinis dicitur * Leuit. 5. Hæc est vnctio Aaron
*Exo.28. & filiorum eius in ceremoniis. De sacris etiam dicitur * Exo. 38. Hæc sunt instrumenta tabernaculi testimonij in ceremonias Leuitarũ. De obseruantijs etiam dicitur. 3. Reg. 9. Si auersi fueritis non sequentes me, nec obseruãtes ceremonias quas proposui vobis.

¶ Hic. D.S. inquirit de diuisione ceremonialiũ, an ad certã diuisionem reduci possint, quasi ad certas species; habito enim q̃ sint multa p̃cepta, ar. p̃cedenti, & per consequens multæ ceremoniæ, est dubiũ quot sint in gñe, uel specie subalterna, & patebit, qa ℔ illã diuisionẽ. D.S. in sequentibus materiã istã prosequit̃.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, *ce-
*Ar.1. & 2. huius quæstio. remonialia præcepta ordinantur ad cultum Dei, in quo quidem cultu considerari possunt, & ipse cultus, & colẽtes, & instrumenta colendi.

¶ Conclusio rñsiua subintelligit̃ ex articulo affirmatiua ad q̃stũ, q̃ ceremoniæ cõuenienter diuidunt̃ in ea q̃ in titulo q̃nis ponunt̃, probat̃; Ceremonialia p̃cepta ordinant̃ ad cultũ Dei, & supple ceremoniæ sunt q̃ cõcurrunt, & requrunt̃ ad cultũ Dei, in quo cultu Dei quatuor considerari p̃nt. s. ipse cultus, colentes, & instra (subsumit̃); sed cultus ipse consistit specialiter in sacrificijs, instra aũt pertinẽt ad sacra &c. ergo cõclusio vera &c. Huius rõnis. D.S. ponit primò maiorẽ cũ minore, secũdò subsumptã cũ declaratione, ibi. Ipse autem cultus &c. primũ est clarum, & intendit. D.S. q̃ quia ceremonialia dicuntur, q̃ ordinantur ad cultum Dei, igitur ℔ q̃ aliqua diuersimodè concurrunt ad cultũ, ℔ hoc erunt diuersa, & quia aliter se hẽt cultus ipse, aliter colentes, aliter instrumenta; igitur sunt aliæ ceremoniæ. Deinde cum dicit.

¶ Ipse autem cultus specialiter consistit in sacrificijs, quæ in Dei reuerentiam offeruntur. Instrumenta autem colendi pertinent ad sacra; sicut est tabernaculum, & vasa, & alia huiusmodi. Ex parte autem colentiũ duo possunt cõsiderari. s. eorum institutio ad cultum Diuinum, quod fit per quandam consecrationem, vel populi, vel ministrorum, & ad hoc pertinent sacramenta, & iterum eorum singularis conuersatio per quam distinguuntur ab his, qui Deum non colunt, & ad hoc pertinent obseruantiæ, puta in cibis, & vestimẽtis, & alia huiusmodi.

¶ Subiungit subsumptam quam declarat manifestè in litera.

¶ Nota aũt, q̃ hæc diuersitas magis est ceremoniarum, q̃ præceptorũ; vñ & q̃stũ quærit, an ceremoniæ sic diuidant̃, non an p̃cepta ceremonialia sic diuidant̃, quare diuisio ista est requisitorum ad cultum Diuinũ; & tñ, qa p̃cepta diuersificantur ℔ diuersas rationes eorũ de quibus sunt, iõ p̃nt & p̃cepta ceremonialia distingui in quatuor sp̃es, ita q̃ præcepta de sacramentis distinguunt̃ ab illis de sacrificijs &c. Sed magis uadit diuisio ad distinctionem eorum, quæ ad cultũ requiruntur, quorũ aliqua sic, aliqua sic dr̃.

Confirmatur conclusio argumento in contrarium, hoc argumentum ostẽdit, q̃ omnia ista quatuor cõmemorata in titulo q̃sti contineant̃ sub ceremonijs, & dicant̃ in scriptura ceremonię, & per consequens ceremoniæ in ista quatuor diuidunt̃ cõuenienter.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sacrificia offerri oportebat, & in aliquibus locis, & per aliquos homines, & totum hoc ad cultum Dei pertinet; vnde sicut per sacrificia significatur Christus immolatus, & ita etiã per sacramenta, & sacra illorum, figurabantur sacramenta, & sacra nouæ legis; & per eorum obseruantias figurabatur cõuersatio populi nouę legis, quæ omnia ad Chri-
stum pertinent.

¶ Maior cõcedit, ad minorẽ dupliciter; primò dato, q̃ Chr̃s figurare t̃ solũ p̃ sacrificia, tñ sacrificia seipsa nõ offerebãt, sed offerebant ab hoĩbus determinatis locis, & instr̃is, & p̃ cõsequens ad oblationẽ sacrificij, q̃ est cultus, multa requrebant quę ẽt sunt ceremonię, & sic requrunt̃ sacra, & obseruãtię, & sacra q̃b. cõsecrabant offerẽtes. Dico secũdò negãdo minorẽ, q̃ p solũ sacrificiũ significaret Chr̃s, & q̃ ad ipsum ptinẽt. s. sacra Chr̃i, & sacra nouę legis, & conuersatio populi Chr̃iani, immo hęc p alia figurabantur, & non solùm per sacrificium; quare negatur consequentia, habetur autem ex ista solutione, quia aliud figurabãt sacrificia, quia Christum immolatum, alia sacramenta, quia nostra sacramenta.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sacrificium nouæ legis. i. Eucharistia, continet ipsum Christum qui est sanctificationis auctor, sanctificauit enim per suum sanguinem populum, ut dicitur ad Heb. vltimo, & ideo hoc sacrificium etiam sacramentum est; sed sacrificia ueteris legis non continebant Christum, sed ipsum figurabant, & ideo non dicuntur sacramenta, sed ad hoc designãdum seorsum erant quædam sacramenta in ueteri lege, quæ erant figuræ, futuræ consecrationis quamuis etiam quibusdã consecrationibus quædã sacrificia adiũgerent.

¶ Maior quidem vera, ſed longè diſtabat a noua, quæ habet ſanctificationem, & ſanctificationis auctorem præſentem in ſacramentis ſuis, & ſacrificijs; vetus verò ſolùm a longè præfigurabat. Ad minorem conceditur, & ratio eſt, quia hoc ſacrificium eſt euchariſtia, deſignans imolationem Chriſti, quæ fuit maximum ſacrificium, & cum hoc continet Chriſtum ipſum ſanctificationis auctorem ſub ſigno viſibili, per quod homo ſanctificatur, & ſibi innoteſcit ſua ſanctificatio, ideo eſt, & ſacramentum, quia ſacramentum eſt ſignum rei ſacræ inquantum ſanctificat hominem, ſic eſt de euchariſtia. Sed negatur cõſequentia, quia ſacrificia veteris legis non continebant ipſum ſalutis & ſanctificationis auctorem modo ſenſibili, ſicut ſacrificium nouę legis, & ideo ita erant ſacrificia, quòd non ſacramenta; licet quandoque in quibuſdam conſecrationibus, quæ erant ſacramenta adiungerentur ſacrificia, nõ tamen idem fuit ſacrificium, & ſacramentum, Vide infra ar.5.ad 6.q.102.

¶ Nota verbum Doct. Sanct. in hac ſolutione. Seorſum erãt &c. Vult enim quòd ſacrificia fuerunt ſeorſum inſtituta a ſacramentis, quia non erant idem ſacrificium, & ſacramentũ, ſicut eſt apud nouam legem, & ſacramenta ſignificabant futuram conſecrationem fiẽdam per Chriſtum, & ſacramenta eius, vt patebit infra q. ſequenti ar.5.ad tertium. Sed ſacrificia ſignificabant Chriſtum huius conſecrationis auctorem. De iſtis Doct Sanct.3.par.q.60. articu.2.ad ſecundum. Quædam ad vetus teſtamentum pertinentia ſignificabant ſanctitatem Chriſti ſecundùm quòd in ſe ſanctus eſt. Quædam verò ſignificabant ſanctitatem eius inquantum per ea nos ſanctificamur; ſicut immolatio agni paſchalis ſignificabat immolationẽ Chriſti, qua ſanctificati ſumus, & talia proprie dicuntur ſacramenta veteris legis, hæc ille. Vbi patet quòd ſacrificia ſignificantia Chriſtum in ſe, non ſunt ſacramenta, ſed ſignificantia ea per quæ ſanctificamur, vt ſic, ſunt ſacramenta, vt patebit infra. De materia etiam minoris quomodo Euchariſtia ſit ſacrificium, & ſacramentum, Vide Doct. Sanct. tertia quæſt.73. articu. quarto.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ ſacrificia, & etiam ſacramenta erant ſacra; ſed quædam erant, quæ erant ſacra, vtpote ad cultum Dei dicata, nec tamen erant ſacrificia, nec ſacramenta; & ideo retinebant ſibi commune nomen ſacrorum.

¶ Ad maiorem, ſacra ut contra alia diſtinguuntur, dicuntur ea ſunt Deo dedicata, & non ſunt ſacramenta, vel ſacrificia; ita quòd ſacra capiuntur non prout communiter ſe habent ad omnia, quæ ad cultum Dei pertinent, ſed per quandam appropriationem, quia ſcilicet erant ad cultum Dei dicata, ut ſic ſecundùm regulam Topicam commune approprietur parti innominatè. Et obſeruantię non habent locum, quia non dicatę immediatè ad cultum Diuinum. Vnde hoc argumẽtum ſolùm probaret, quòd ſub ſacris continerentur ſacramenta, & ſacrificia, non obſeruantiæ, quia non dicatæ nec immediatè ordinatæ in cultum Diuinum.

¶ Ad minorem, conceditur, ſed tamen præter eſſe ordinatum ad cultum Dei, habebant aliquid ampliu, & per conſequens habent propria nomina, & relinquitur nomen commune illis, quæ nihil amplius habent, ſicut patet in logicis de proprio, & definitione; ergo &c. verum; ſi caperetur nomen communiter, tunc omnia eſſent ſacra, ſed capiendo appropriatè, tũc negatur, quòd omnia ſint ſacra, ſcilicet tantùm quare negatur; & conſequentia.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ea quæ pertinent ad conuerſationem populi Deum colentis, retinebant ſibi commune nomen obſeruantiarum inquantum a præmiſſis deficiebant. Non enim dicebantur ſacra, quia nõ habebant immediatum reſpectum ad cultum Dei; ſicut tabernaculũ, & vaſa eius, ſed p quandam conueniẽtiam erant ceremonialia, inquantum pertinebant ad quandã idoneitatem populi colentis Deum.

¶ Ad maiorem, vera, ſi capiatur nomen communiter, ſed capiẽdo appropriatè, tunc ſignificat ea quæ pertinebant ad conuerſationem populi Deum colentis, tanquam facientia aliquam idoneitatem cultus Diuini; & ratio huius appropriationis, eſt, qa præter commune, ſcilicet obſeruandum eſſe in cultu Diuino, alia habebant aliqua propria; & ea quæ pertinebant ad conuerſationem deficiebant ab omnibus alijs etiam ſacris, quia non ſacramenta, nec ſacrificia, nec ſacra, quia non habebant immediatum reſpectum ad cultum Diuinum, ſicut ſacra, & ideo retinent ſibi nomẽ commune. Minor conceditur. Ad conſequens, verum ſi caperetur nomen communiter, ſed negatur, quãdo accipitur appropriatè, vt dictum eſt.

¶ Nota quòd ex his duabus ſolutionibus patet, quòd aliter retinent nomen commune ſacra, aliter obſeruantiæ, quia ſacra retinent nomen commune ſacrificijs, ſacramentis, & ſacris propriè dictis, non aũt eſt cõe obſeruantijs, qa iſtę nõ hñt immediatã habitudinẽ ad cultũ, nec ſunt dedicata, vel ſctificata. Sed obſeruatiæ nomen cõe eſt omnibus quatuor, & patent hæc intuenti. D.S.

¶ Ad quintum dicendum, quòd ſicut ſacrificia offerebantur in determinato loco, ita etiam offerebantur in determinatis temporibus; vnde etiam ſolemnitates inter ſacra computari videntur. Oblationes autem, & munera computantur cum ſacrificijs, quia Deo offerebantur; vnde Apoſtolus dicit* ad Heb. 5. Omnis pontifex ex hominibus aſſũptus pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis. * Heb.5.

¶ Aſſumptum conceditur, ſed negatur illa. Quæ tamen &c. Dico enim quòd ſolemnitates continentur ſub ſacris; quia ſicut locus requirebatur ad ſacrificia offerenda, ita & tempus. Et ergo cum loco tempus reputari debere videtur; de oblationibus verò dicitur, quòd continentur inter ſacrificia, quia & ipſæ offerebantur, vt patet ex auctoritate Apoſtoli allegata in ſolutione; quare negatur conſequentia; patet igitur, quòd omnia ceremonialia ſub his quatuor comprehenduntur, & quòd ſufficienter diuidunt ceremonias ve.le.

Quæſtio Centeſimaſecunda.

De cauſis ceremonialium præceptorum.

DEinde conſiderandum eſt de cauſis ceremonialiũ præceptorum, & circa hoc quæruntur ſex. Primò, vtrum præcepta ceremonialia habeant cauſam. Secundò, vtrum habeant cauſam literalem, vel ſolùm figuralẽ. Tertiò, de cauſis ſacrificiorum. Quartò, de cauſis ſacramentorum. Quintò, de cauſis ſacrorum. Sextò, de cauſis obſeruantiarum. A

¶ Poſtquàm determinatum eſt de præceptis ceremonialibus ſecundùm ſe, hic agitur de cauſis eorum. Et primò inquiritur de cauſis eorum in generali, ſecundò in ſpeciali deſcendendo ad ſingulas differentias huiuſmodi præceptorum artic. tertio. Circa primum primò oſtenditur, quòd præcepta ceremonialia habent cauſam, ſecundò qualem cauſam, ar.2.

¶ Nota tamen quòd agitur hic de cauſis ceremonialium præceptorum in ordine ad materiam ſuam. An uidelicet ſit aſſignabilis cauſa, quare hoc vel illud ſit præceptum, quod ſecundũ ſe in ſubſtantia facti non habet cauſam quare ſic fiat.

Vtrum præcepta ceremonialia habeant cauſam.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd ceremonialia præcepta non habeant cauſam. Quia ſuper illud Ephe.2. Legem mandatorum decretis euacuans, dicit glo.*. i. euacuans legem veterem quantum ad carnales obſeruantias decretis, i. præceptis euangelicis, quæ ex ratione ſunt; ſed ſi obſeruantiæ veteris legis ex ratione erant; fruſtra euacuarentur per rationabilia decreta nouæ legis; non ergo ceremoniales obſeruantiæ veteris legis habebant aliquam rationem. Ro.4.lec.1. col.2.& 3. * Gl. interlin. ibi.

¶ 2 Præt. Vetus lex ſucceſſit legi naturæ, ſed in lege naturæ fuit aliquod præceptum, quod nullam rationem habebat, niſi vt hominis obedientia probaretur; ſicut Auguſt. dicit 8. ſuper Gen. ad literam* de prohibitione ligni ſcientiæ boni & mali; ergo etiam in ueteri lege aliqua præcepta danda erant in quibus hominis obedientia probaretur, quæ de ſe nullam rationem haberent. * Aug.li.8. c.6.& c.13. tom.3.

¶ 3 Præte. Opera hominis dicuntur moralia ſecundùm quòd ſunt a ratione, ſi igitur ceremonialium præceptorum ſit aliqua ratio, nõ differrent a moralibus præceptis, videtur ergo quòd ceremonialia præcepta non habeant aliquam cauſam, ratio enim præcepti ex aliqua cauſa ſumitur.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur in Pſal. Præceptum domini lucidum illuminans oculos, ſed ceremonialia ſunt præcepta Dei; ergo ſunt lucida, quod non eſſet, niſi haberent rationabilem cauſam.

¶ Hic quærit in generali de cauſa, an uidelicet ſit ratio propter quã iſta ceremonialia ſunt pcepta, & oritur iſta quæſtio ex ſupra dictis, ubi dictũ fuit, q̃ ceremonialia nõ ſint de ſe bona, nec rõnalia in particulari, ſed hẽant uim obligãdi ex inſtitutione Diuina. Eſt ergo qõ, an ſolùm Deus pro libitõ uoluntatis ſuæ inſtituerit hæc

hæc ceremonialia, ita quòd ſit ſolùm in cauſa, Diuina voluntas, quæ ſit effectiua, & finalis ita quòd ſolùm voluerit hominem per ea ſibi ſubijcere. An præter effectiuam, ſit quærenda finalis propinqua cã diſtincta, quã Deus intendit inſtituendo ceremonialia.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd cum ſapientis ſit ordinare ſecundùm Philoſophum in primo Metaphyſicæ,* ea quæ ex Diuina ſapientia procedunt, oportet eſſe ordinata, vt Apoſtolus* dicit ad Rom.13. *1.i.Met. c.2.t.10.3. *Rom.13.

¶ Doct. Sanct. reſpondet q̃ſito tali concluſione. Neceſſe eſt dicere, quòd præcepta ceremonialia ſint &c. vt in fine corporis, & eſt reſponſio ad quæſitum, quòd ſic, probatur, quæcunque ex Diuina ſapientia procedunt oportet eſſe ordinata, ita quòd ordinetur in debitum finem ex intentione, & quòd ſint ipſi fini proportionata, & per conſequens ratio eorum ſumitur ex fine; ſed præcepta ceremonialia ſunt ex Diuina ſapientia inſtituta; ergo ſunt ordinata in finem ex quo ſumitur ratio, vel poteſt aſſignari ratio eorum, & ſic habent cauſam quare ſunt inſtituta, & quare, ſic inſtituta. Huius rationis. D.S. ponit primò maiorem, ſecundò minorẽ, ibi. Manifeſtum &c. tertiò cõcluſionem, ibi. Vnde neceſſe eſt &c. Circa maiorem, primò probat primam partem, ſecundò ſecundã, ibi. Ad hoc autem &c. prima pars probatur per hoc, quòd dicitur ſapientis eſt &c. & auctoritate Apoſtoli.

¶ Ad hoc autem, quòd aliqua ſint ordinata, duo requruntur. Primò, quidem, quòd aliqua ordinentur ad debitum finem, qui eſt principium totius ordinis in reb. agẽdis, ea enim quę caſu eueniunt præter intentionẽ finis, vel quæ non ſerio fiunt, ſed ludo, dicimus eſſe inordinata. Secundò oportet, quòd id, quod eſt ad finem ſit proportionatum fini, & ex hoc ſequitur, quòd ratio eorum, quæ ſunt ad finem ſumitur ex fine, ſicut ratio diſpoſitionis Serre ſumitur ex ſectione, quæ eſt finis eius, vt dicitur in 2. Phyſicorum.* * Text.88. tom.1.

¶ Manifeſtat ſecundam partem maioris prædictę. ſ. quòd ordinentur in debitum finem &c. clarè in litera. Deinde cum dicit.

¶ Manifeſtum eſt autem, quòd præcepta ceremonialia, ſicut & omnia alia præcepta legis ſunt ex Diuina ſapientia inſtituta; vnde dicitur* Deut.4. Hæc eſt ſapientia veſtra, & intellectus coram populis. *Deut.4.

¶ Subiungit minorem, quæ probatur primò ratione, quia omnia alia præcepta ve.le. ſunt inſtituta per ſapientiam Diuinã; igitur & ceremonialia. Secundò probatur auctoritate Deutero.4.

¶ Et nota, quòd ex illa auctoritate non tantùm habetur, quòd ſint ex Diuina ſapientia, ſed quòd Diuina lex in ſe ſit ſapientia, & intellectus, quia continet ordinatiſſima, & veriſſima quibus cõ tradici non debet, & ſic utitur iſta auctoritate. D.S.1.par.q.1.ar.6. argumento in contrarium. Tunc ibi.

¶ Vnde neceſſe eſt dicere, quòd præcepta ceremonialia ſint ordinata ad aliquem finem, ex quo eorum rationabiles cauſæ aſſignari poſſint.

¶ Subinfert concluſionem probatam reſponſiuam affirmatiuè quæſito, quòd ſic, quia bene ſequitur, ſunt ordinata ad finem ex quo &c. igitur habent cauſam, ſcilicet finalem propter quam ſunt inſtituta, & ſic inſtituta proportionabiliter ad talem finem conſequendum, vel repreſentandum.

¶ Et confirmatur concluſio argumento in contrarium.

¶ Nota quòd ceremonialia ſunt lucida. i. euidenter rationalia, ſed tamen nõ ſecundùm omnes rationes erant euidentia Iudęis, ſed Deo legislatori, quia ut dictum fuit q.101.arti.1. ad quartum. Ratio figuralis non fuit manifeſta Iudæis communiter, licet ratio literalis, & commemoratiua eſſet manifeſta, præcipuè excellentium ceremonialium &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd obſeruantię veteris legis poſſunt dici ſine ratione quantum ad hoc, q̃ ipſa facta in ſui natura rationem non habebant, puta q̃ veſtis non conficeretur ex lana, & lino, poterant tamen habere rationem ex ordine ad aliud, inquantum ſcilicet vel aliquid per hoc figurabatur, vel aliquid excludebatur; ſed decreta nouæ legis, quæ præcipuè conſiſtunt in fide, & dilectione Dei, ex ipſa natura actus rationabilia ſunt.

¶ Ad maiorem iſtius argumenti, pro cuius ſolutione ẽt valẽt dicta in q 100.ar.11.ad ſecũdum. Dico quòd decreta nouæ legis ſunt ex ratione etiam quo ad ſubſtantiam actus, vel naturam, quia nõ furari eſt rationale, eſto in nullum finem alium referatur.

¶ Ad minorem dico, quòd ſi obſeruantiæ ve.le. eſſent ex ratione tanquàm ex ſubſtantia, uel natura actus, tunc non euacuarẽtur per iſtum modum rationalia decreta nouæ legis, cum quo ſtat, q̃ fuerunt rationalia per relationem in finem, & habuerũt rõnem vel figuralem, vel literalem, inquantum aliquid præfigurabat, vel aliquid excludebatur, vt patebit poſtea magis. Quare negatur cõſequentia, non deferre enim veſtem contextam, ex lana, & lino ſecundùm ſubſtantiam facti non haber rationem, quare non debeat ferri, ſed quia per hoc ſignificabatur aliquid, quòd rationabiliter non debeat fieri, & per hoc excludebatur cultus idolatrię, iõ propter iſta, illud præceptum fuit rationale &c. Et capitur in hoc argumento nomen obſeruantiæ communiter pro omnibus ceremonialibus, non appropriatè pro his tantùm, quæ pertinebãt ad idoneitatem colentium, vt in q. præc. ar.4. in ſolutionibus.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd prohibitio ligni ſcientiæ boni & mali non fuit propter hoc, quòd illud lignum eſſet naturaliter malum, ſed tamen ipſa prohibitio habuit aliquam rationem ex ordine ad aliud, inquãtum. ſ. per hoc aliquid figurabatur, & ſic etiam ceremonialia præcepta veteris legis habent rationem in ordine ad aliud.

¶ Maior conceditur, ſimiliter minor, quòd illa prohibitio eſus de ligno ſcientiæ boni nõ habebat de ſe rationem mali, nec erat quare prohiberetur, ſed erat præceptum diſciplinæ, ut habet Doctor Sanct de Malo. mate. 14. ar. 2. ad 7. ſed tamẽ habuit rationem in ordine ad aliud, ita conceditur conſequens, quòd ceremonialia de ſe quo ad ſubſtantiam actus ſecundùm ſe conſiderata, non habent rationem, ſed tamen in ordine ad aliud, & hoc dictum eſt in corpore, & ad primum; quid autem figurabatur per illud præceptum prohibitium Doct. Sanct. hic non ponit, uidetur tamẽ poſſe dici poſt Doct. Sanct. 1. par. q. 102 articu. 1. ad quartum, quòd ſicut per lignum ſcientiæ boni & mali figurabatur liberum arbitrium, ita quòd per hanc prohibitionem eſus, primò præcipiebatur obedientia homini ſecundum rationem literalem, ſed ſecundùm rationem figuralem, quia ſ. trangreſſio mandati de non edẽdo faceret cum ſcire quid intereſſet inter bonum obedientiæ, & malum inobedientiæ libertatis arbitrij. Vnde ex euentu illo, illa arbor ſic nominata fuit ante peccatum, quia futurum erat, ut ipſe deprehenſurus eſſet ex illa arbore bonum obedientiæ, & malum inobedientiæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd præcepta moralia ſecundùm ſuam naturam habent rationabiles cauſas, ſicut Non occides, Non furtum facies; ſed præcepta ceremonialia habent rationabiles cauſas ex ordine ad aliud, vt dictum eſt. * In corp. art.

¶ Ad maiorem, dico quòd opera hominis dicuntur moralia ſecundùm quòd ſunt a ratione, cum illo addito, ita quòd ex natura & ſubſtantia actus continet rationabilitatem, & habent obligare ex uirtute rationis naturalis ex ſe. Vltra. Si igitur &c. verum, ſi haberent rationales cauſas iſto modo, ſicut moralia, tunc non diſtingueretur, ſed habẽt rationales cauſas ex ordine ad aliud, qa uidelicet ex quo fiunt propter talem finem rationabiliter fiunt, & eſt cauſa quare fiant non intrinſeca in ipſis actibus, ſed extrinſeca. ſ. finis horum ceremonialium; Ergo &c. uerum, nõ habent cauſam intrinſecam, & in natura ſua, ſed habẽt cauſam extrinſecam propter quam rationabiliter aguntur, ex quo rationabiliter inſtituta fuerunt; & valent ad iſtas ſolutiones, quæ ſupra q. 100. ar. 11. ad ſecundum allegata ſunt ex tertio ſcripto.

¶ Et nota etiam Doct. Sanct. in quarto diſtinctio. 1. quæſt. 1. in expoſitione literę, quia ceremonialia ſecundũ ſe non habent cauſam manifeſtam ipſorum factorum, poſſunt tamẽ habere cauſam manifeſtam ſuæ inſtitutionis.

Vtrum præcepta ceremonialia habeant cauſam literalem, vel ſolùm figuralem.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd præcepta ceremonialia non habeant cauſam literalẽ, ſed figuralem tantùm. Inter præcepta enim ceremonialia præcipua erant circumciſio, & immolatio agni paſcalis; ſed vtrunque iſtorum non habebat, niſi cauſam figuralem, quia utrunque iſtorum datum eſt in ſignum. Dicitur* enim Gene.15. Circumcidetis carnem præputij veſtri, ut ſit in ſignum fœderis inter me, & uos; & de celebratione phaſę dicitur* Exo.13. Erit quaſi ſignum in manu tua, & quaſi monimentum ante oculos tuos; ergo multò magis alia ceremonialia non habent niſi cauſam figuralem. B Ro.4.lec.2 col.2.& 3. * Gen.15. * Exo.3.

¶ 2 Præt. Effectus proportionantur ſuæ cauſæ; ſed omnia ceremonialia ſunt figuralia, vt ſupra dictum eſt; ergo non habent, niſi cauſam figuralem. * q.101. artic.2.

¶ 3 Præte. Illud, quod de ſe eſt indifferens vtrum

ſic vel non ſic fiat, non videtur habere aliquam litēralē cauſam; ſed quædam ſunt in præceptis ceremonialibus, quæ non videntur differre vtrum, ſic vel ſic fiant, ſicut de numero animalium offerendorum, & alijs huiuſmodi particularibus circunſtantijs; ergo præcepta veteris legis, non habent rationem literalem.

¶ Sed contra. Sicut præcepta ceremonialia figurabāt Chriſtum, ita etiam hiſtoriæ veteris teſtamenti, dicitur
*Corin.10. enim 1. ad Corin. 10. quòd omn a in figuram contingebant illis; ſed in hiſtorijs veteris teſtamenti, præter intellectum myſticum, ſeu figuralem eſt etiam intellectus literalis; ergo etiam præcepta ceremonialia præter cauſas figurales habebant etiam cauſas literales.

¶ Hic D. S. ſpecialius inquirit, qualem cauſam habeāt ceremonialia præcepta, an non habeant literalem; ſed ſolùm figuralem.

¶ Nota autem, quòd cauſa literalis eſt oſtenſio rationabilitatis diuini cultus, vel ceremonialium, puta aſſignatio euitationis idolatriæ, vel commemorationis beneficij, vel inſinuat onis diuinæ excellēciæ. Sed ratio figuralis eſt repreſentatio, & figuratio Chriſti in capite, & membris, vt patebit. Quæritur ergo an huiuſmodi ceremonialia præcepta ſolū haberent rationabilitatē, & cauſam ex figuratione, vel etiam cauſam quare cōueniebat populum iſta ſeruare, etiam ſi non eſſent repreſentatiua futuri Chriſti; quia faciebant cultum Diuinum congruum retrahendo ab idolatria; ſic ſi dicatur, quare immolabatur vitulus, ratio literalis, quia per hoc differebant cultores Dei ab idolatris, & quia eſt animal domeſticum, & mundum nutritur; ſed figuralis, quia per ipſum ſignificabatur Chriſtus immolandus &c.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut ſupra dictum
Ar. præc. eſt; ratio eorum quæ ſunt ad finem oportet, ꝙ a fine ſumatur; finis autem præceptorum ceremonialium eſt duplex. Ordinabantur enim ad cultum Dei pro tempore illo, & ad figurandum Chriſtum, ſicut etiam verba prophetarum, ſic reſpiciebant præſens tempus, quòd etiam in figuram futuri dicebātur, vt Hier. dicit ſuper Oſee.—

¶ In hoc corpore. D. S. concluſionem reſponſiuam formaliter non ponit; ſed deducit rationem quandam ex qua talis habeē cōcluſio quæſito reſponſiua. Præcepta ceremonialia habent cauſam literalem, & figuralem (intelligēdo de literali cām in cōmuni, vt patet ad tertium) Probatur concluſio, rōnes ceremonialium præceptorum veteris legis dupliciter accipi poſſunt. ſ. ex ratione cultus diuini, qui tūc erat, & ex præfiguratione Chriſi, ſed rōnes acceptæ ex cultu Diuino tunc tēporis ſunt literales, rationes verò acceptę ex figuratione Chriſi figurales; igitur ſequitur concluſio. Circa hāc rōnem. D. S ſic procedit, primò præmittit rōnem maioris, ſecundò ſubiungit primā partem maioris cum prima parte minoris, ibi. Sic igitur &c. tertiò ſecundam partem maioris cum ſecunda minoris, ibi, Alio mō &c. Quo ad primum probat maiorem tali rōne quo ad ambas partes. Eorum quæ ſunt ad finem, oportet, ꝙ a fine ſumatur rō ſed finis præceptorum ceremonialū eſt duplex. ſ. cultus Dei pro illo tpe, & figuratio Chriſi; igitur maior vera. Maior iſta patet ex ar. 1. Minor declaratur per ſimile de verbis prophetarum, quæ ſignificabant quæ erant præſentia, & cū hoc dicebantur in figuram futuri; ita & ceremonialia præcipiebant, quæ congruebant cultui illius temporis, & cum hoc repreſentabant futurum diſtans; ſicut & petra percuſſa ad literam dabat potum populo ſitienti, & tamen erat clara figura Chriſti percutiendi, ex quo fluerent aquæ gratiarum, & ſic de conſimilibus.

¶ Sic igitur rationes præceptorum ceremonialium veteris legis dupliciter accipi poſſunt. Vno modo ex rōne cultus diuini, qui erat pro tempore illo obſeruandus, & rationes illę ſunt literales, ſiue pertineant ad vitandum idolatriæ cultum, ſiue ad rememorādum aliqua Dei beneficia, ſiue ad inſinuandum excellentiam Diuinam, vel etiam ad deſignandum diſpoſitionem mentis, quæ tūc requirebatur in colentibus Deum.——

¶ Subiungit maiorē princ.palis rōnis, quo ad primam partē. ſ. ꝙ rōnes ceremonialium accipi poſſunt, uno modo eſt rōne cultus diuini, & patuit iam; vnde ſubiungit ſtatim primam partem minoris. ſ. ꝙ tales rōnes ſunt literales. Quam partē. D. S. explicat oſtēdendo, quæ ſint rōnes literales, ꝙa plures ſunt, ſiue pertineant ad vitandum idolatriæ cultū. ſi reddatur rō, quia tale præceptū eſt datum, vt per hoc retrahantur hoīes ab idolatria, talis rō eſt literalis. Si ēt dicatur, ideo Deus dedit tale præceptum, ut Iudæi rememorarentur præteriti benefici &c. ut in lra. Deinde cum dicit.

¶ Alio modo poſſunt eorum rationes aſſignari ſecundùm quòd ordinantur ad figurandum Chriſtum, & ſic habent rationes figurales, & myſticas; ſiue accipiātur ex ipſo Chriſto, & eccleſia, quod pertinet ad allegoriam; ſiue ad mores populi Chriſtiani, quod pertinet ad moralitatem; ſiue ad ſtatum futuræ gloriæ, prout in eā introducimur per Chriſtū, quod pertinet ad anagogiam.——

¶ Ponit ſecundam partem maioris principalis. ſ. ꝙ rōnes ceremonialium præceptorū accipi pñt ſecundo mō ex præfiguratione Chri, & patuit; vnde D. S. annectit corrūdenter ſtatim ſecūdā partē minoris principalis, & eius explicationem, quia rōnes figurales ēt ſunt plures. Quædam. n. præcepta ceremonialia figurabāt Chm & eccleſiam, quod pertinet ad allegoriam, quia figura, & ſenſus allegoricus eſt ſecundū ꝙ ea quæ ſunt veteris legis ſignificant nouā legem, q̄ principaliter conſiſtit in Chro, & Eccleſia; & ita ſi quæratur, quare hoc eſt præceptum, & dicatur ideo, ut figuraretur, ꝙ futurū erat in Chro, & eccleſia, eſt rō figuralis allegorica &c. de iſtis ſenſibus Allegorico Tropologico &c. vide 1. par. q. 1. ar. 10 ex intentione, quare hic non oportet circa hoc laborare. Patet igitur ꝙ ceremonialium p̄ceptorū pñt aſſignari duę cāę, quia conueniebat tale præceptum tpi tunc pñti, & quia Chriſ, vel mēbra eius per ipſum conuenienter figurabat, & exinde eſt, ꝙ Iudæi, & ritus eorum vſq; hodie tolerant, vt fides Chriſtiana hēat testimonium ex inimicis. ſ. Iudæis, quia omnia eorū ceremonialia ſignificabant implicitè, & figuraliter, q̄ iā expſè tenemus, Vide 2 2. q. 10. ar. 11. Et ita habemus ſigna nrę veritatis ex Iudæis. Quare Iudæi tolerentur.

ARGVMENTVM in contrarium probat concluſionē reſponſiuam, & patet exemplum de Petrę percuſſione, quæ eſt hiſtoria vete. teſta. & habet ſenſum literalem, & cum hoc figūraliē; ita de ceremonijs, quia habent rationem, quare inſtituta fuerunt ex cultu temporis, & cum hoc ex figuratione futuri.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut intellectus metaphoricę locutionis in ſcripturis eſt literalis, ꝙa verba ad hoc proferuntur, vt hoc ſignificent; ita etiā ſignificationes ceremoniarum legis, quæ ſunt commemoratiuę beneficiorū Dei propter quæ inſtituta ſunt, vel aliorū huiuſmodi, quæ ad illum ſtatum pertinebant, non tranſcendunt ordinem literalium cauſarum; vnde quòd aſſignetur cauſa celebrationis phaſæ, quod eſt ſignum liberationis ex Aegypto, & quòd circunciſio eſt ſignum pacti, quod Deus habuit cum Abraham, pertinet ad cauſam literalem.——

¶ Maior conceditur, ſed negat minor. Ad probationē dico, ꝙ illud eſt ſignum, vel ſignificatio illarum ceremoniarū, quia erāt cōmemoratiuę eorū beneficiorum Dei, pp quę illę ceremonię inſtitutæ fuerūt ad literā, ut ēt ſignificatio eorū, q̄ ad populū illū ptinebant nō excedūt ſenſum lrālem, ſed ſub eo cōtinetur, & ondit hoc D. S. a ſili de ſenſu, uel intellectu metaphorico, ꝙ nō excedit lrālē ſenſum; quia voces ad hoc inſtitutæ ſunt, ut poſſint ſignificare aliq. d metaphoricè. Et de hoc 1. par. q. 1. ar. 10. qa cū dr brachiū dñi, vel Deus nr ignis conſumēs eſt, non intelligit, ꝙ Deus verè ſit ignis, ſed ꝙ in eo eſt aliqua ſimilitudo ignis, & ꝙ ſe hēt ad ſimilitudinē ignis, non ꝙ proprium ſignificatū ignis in eo inuenitur, & hoc hēt uox illa ex ſui inſtitutione, ut poſſit ſignificare ſimilitudinē ſui proprij ſignificati; ita in propoſito, quia ceremoniæ pp illas ſignificationes euidenter inſtitutæ ſunt, & illa ſignificatio ponit expreſsè, ſicut rō inſtitutionis, iō pertinet ad rōnē literalis; licet aūt, & ad figurādū futura inſtitutæ ſint, tñ iſta rō non ponit, & iſta ſignificatio excedit illū ſtatum, & extēdit ad futurū, iō eſt ſignificatio pertinēs ad ſpecialē cām. ſ. figuralē; ita ꝙ hr regula ex iſta ſolutione, ꝙ ſolū ſignificatio ceremoniarū ptinēs ad futurū extra ſtatū illius populi, eſt rō figuralis, ſed eſſe ngnū ptiriti, uel ptinentis ad illū populū, cōtinet ſub rōne lrali, qa ad cultū diuinū tūc curtēs; ſicut phaſę ſignificabat liberationē ex Ægypto pp quā tūc dēbāt agere cultū diuinū, quare negat cōſequentia.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ratio illa procederet ſi ceremonialia præcepta eſſent data ſolùm ad figurandum futurum, non autem ad præſentialiter Deum colendum.——

¶ Ad maiorē, effectus adęquat ſuæ cāæ finali totali, ſed non partiali, ita ꝙ non ſolū continet unam cām partialē, ſed utranque.

¶ Ad minorē, cōcedit, ꝙ ſunt figuralia, ſed nō tm̄, qa inſtituta ſunt rūt, vt cōgruerēt cultui tūc curtēti; ex quo ēt hr rō lralis, quare negat cōſequētia, qa minor ſupponit falſū quaſi ſint tm̄ figuralia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut in legibus humanis dictum eſt,* quòd in uniuerſali habent rationē, non *q.96 ar. 1. autem quantum ad particulares cōditiones, ſed hæc ſunt ex arbitrio inſtituentium. Ita etiam multę particulares determinationes in ceremonijs ueteris legis non habēt aliquam cauſam literalem, ſed ſolam figuralem, in communi verò habent etiam cauſam literalem.——

¶ Maior

¶ Maior vera vt ſic, inquantum eſt indifferens, & non habet, vt magis ſic, vel aliter fiat. Ad minorem, verum, aliqua in particulari non habent, quòd ſic, vel aliter fiant, tamen in communi habent rationem ſicut in exemplo argumenti; non datur litteralis, quare tot boues immolentur, ſed tamen eſt ratio quare fiat ſacrificium, & immolatio per boues. Et eſt ratio litteralis, vt patebit art. ſeq. & eſt ſimile in lege humana, vbi punire tali modo eſt ex arbitrio iudicum, ſed quòd puniatur habet rationem &c. Ad conſequens &c. Verum, non omnia habent rationem litteralem ſecundum particularem rationem, tamen ſecundùm rationem communem. Et dicit D. S. notanter in ſolutione, multę particulares &c. quia aliquę etiam in particulari habent rationem litteralem, ſicut circumciſio, vt tali modo fiat. Similiter comeſtio Agni Paſchalis habet rationem litteralem etiam in particulari. Sed multę ſunt quæ non habent, vt patet in exemplo argumenti, & ſimilibus &c.

Vtrum ceremoniarum quæ ad ſacrificia pertinent, conueniens ratio aſſignari poſſit.

Exod. Lec. 4. & 5. Et Pſal. 26. col. 2. Et Hebr. 10. Leui. co. 3. 4. & 5.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, quòd non poſſit conueniens ratio aſſignari ceremoniarum quæ ad ſacrificia pertinent. Ea enim quæ in ſacrificium oferebantur, ſunt illa quæ ſunt neceſſaria ad ſuſtētandum humanam vitam; ſicut animalia quædam, & panes quidam; ſed Deus tali ſuſtentamento non indiget, ſecundùm illud Pſal. Nunquid manducabo carnes taurorū, aut ſanguinem hircorum potabo; ergo inconuenienter huiuſmodi ſacrificia Deo offerebantur.

¶ 2 Præt. In ſacrificium Diuinum non offerebatur niſi de tribus generibus animalium quadrupedum. ſ. de genere boum, ouium, & caprarum, & de auibus communiter quidem turtur, & columba. Specialiter autem in emundatione leproſi fiebat ſacrificium de paſſeribus, multa autem animalia alia ſunt his nobiliora. Cum igitur omne, quod eſt optimum Deo ſit exhibendū, vī ꝙ non ſolùm de iſtis rebus fuerint Deo ſacrificia offerēda.

¶ 3 Præt. ſicut homo a Deo habet Dominium volatilium, & beſtiarum; ita etiam piſcium; inconuenienter igitur piſces a Diuino ſacrificio excludebantur.

¶ 4 Præt. Indifferenter offerri mandabantur turtures, & columbę; ſicut igitur mandabantur offerri pulli columbarum; ita etiam pulli turturum.

¶ 5 Præt. Deus eſt actor vitæ non ſolùm hominum, ſed etiam animalium, vt patet per id quod dī. Gen. 1. Mors autem opponitur vitæ; non ergo debuerunt Deo offerri animalia occiſa, ſed magis animalia viuentia; præcipuè quia etiam Apoſtolus monet. Roman. 12. Vt exhibeamus corpora noſtra, hoſtiam viuētem, ſanctam, Deo placentem.

¶ 6 Præt. ſi animalia Deo in ſacrificium non offerebantur niſi occiſa, nulla videretur eſſe differentia qualiter occidantur; incōuenienter igitur determinatur modus immolationis præcipuè in auibus, vt patet. Leuit. 1.

¶ 7 Præt. omnis defectus animalis via eſt ad corruptionem, & mortem; ſi igitur animalia occiſa Deo offerebantur, inconueniēs fuit prohibere oblationē animalis imperfecti, puta claudi, aut cęci, aut aliter maculoſi.

¶ 8 Præt. illi qui offerrunt hoſtias Deo debent de his participare, ſecundum illud. Apoſt. 1. ad Corint. 10. Nonne qui edunt hoſtias participes ſunt altaris? inconuenienter igitur quædam partes hoſtiarum offerentibus ſubtrahebantur, ſcilicet ſanguis, & adeps, pectuſculum, & armus dexter.

¶ 9 Præt. ſicut holocauſta offerebātur in honorem Dei; ita etiam hoſtię pacificę, & hoſtię pro peccato, ſed nullum animal fœminini ſexus offerebatur Deo in holocauſtum, fiebant tamen holocauſta tam de quadrupedibus quàm de auibus; ergo inconuenienter in hoſtijs pacificis, & pro peccato offerebantur animalia fœminini ſexus, & tamen in hoſtiis pacificis non offerebantur aues.

¶ 10 Præt. omnes hoſtię pacificę vnius generis eſſe videntur; non ergo debuit poni iſta differentia, ꝙ quorundam pacificorum carnes non poſſent veſci in craſtino; quorundam autem poſſent, vt mandatur. Leuit. 5.

¶ 11 Præt. omnia peccata in hoc conueniunt, quòd a Deo auertunt; ergo pro omnibus peccatis in Dei reconciliationem vnum genus ſacrificij debuit offerri.

¶ 12 Præt. omnia animalia quæ offerebantur in ſacrificium, vno modo offerebantur, ſcilicet occiſa; non videtur ergo conueniens, quòd de terræ naſcentibus diuerſimodè fiebat oblatio; nunc enim offerebantur ſpicę, nunc ſimila, nunc panis, quandoq; quidem coctus in clibano, quandoq; in ſartagine, quandoq; in craticula.

¶ 13 Præt. omnia quæ in vſum noſtrum veniunt a Deo recognoſcere debemus; inconuenienter ergo præter animalia ſolùm hæc Deo offerebatur, panis, vinum, oleum, thus, & ſal.

¶ 14 Præt. ſacrificia corporalia exprimunt interius ſacrificium cordis quo homo ſpiritum ſuum offert Deo, ſed in interiori ſacrificio plus eſt de dulcedine quam repreſentat mel, quàm de mordacitate quam repræſentat ſal. Dicitur enim Eccl. 24. Spiritus meus ſuper mel dulcis; ergo inconuenienter prohibebatur in ſacrificio apponi mel, & fermentum, quod etiam facit panem ſapidum, & præcipiebatur ibi apponi ſal, quod eſt mordicatiuum, & thus, quod habet ſaporem amarum; videtur ergo, quòd ea quæ pertinent ad ceremonias ſacrificiorum non habeant rationabilem cauſam.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur. Leuit. 1. Oblata omnia adolebit ſacerdos ſuper altare in holocauſtum, & odorem ſuauiſſimum domino. Sed ſicut dicitur. Sap. 5. Neminem diligit Deus niſi qui cum ſapientia inhabitat, ex quo poteſt accipi, quòd quicquid eſt Deo acceptum eſt cum ſapientia; ergo illę ceremonię ſacrificiorum cum ſapientia erant, vel vt habentes rationabiles cauſas.

¶ Hic D. S. inquirit de cauſis ſingulorum præceptorum ceremonialium in ſpeciali. Et primò de cauſis ſacrificiorum, quia cultus Diuinus præcipuè in ipſis conſiſtebat, vt patuit q. præce. art. 4.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt, * ceremoniæ veteris legis duplicem cauſam habe- *Art. præc. bant, vnam. ſ. litteralem, ſecundùm quòd ordinabantur ad cultum Dei. Aliam verò figuralem ſiue myſticam, ſecundùm quòd ordinabantur ad figurandū Chriſtum.

¶ Et quia dupliciter poteſt aſſignari ratio, præſertim litteralis ſacrificiorum, primò in communi, ideſt quare offerebantur ſacrificia Deo, & deinde poteſt aſſignari ratio ſacrificiorum in ſpeciali. Ideo Doc. S. in hoc corpore articuli oſtendit, & aſſignat rationem ſacrificiorum in communi, ſed in ſolutionibus argumentorum accipit ex argumentis opportunitatem aſſignandi rationes ſacrificiorum in ſpeciali. Vnde D. S. intendit in hoc articulo talem concluſionem quæſito reſponſiuam. Eorum quæ ad ſacrificia pertinent, poteſt conueniens ratio aſſignari, & in generali, & in ſpeciali. Huius concluſionis primam partem probat in corpore, ſecundam in ſolutionibus, vt dictum eſt. Quo ad primam arguitur ſic. Ceremoniæ veteris habebant duplicem cauſam ſcilicet litteralem ex cultu Diuino, & figuralem ex figuratione Chriſti, ſed ex vtraque parte poteſt aſſignari conueniens ratio ceremoniarum, quæ ad ſacrificia pertinent; igitur concluſio vera quo ad primam partem. Huius rationis D. S. ponit, primò maiorem; ſecundò minorem cum declaratione, ibi. Et ex vtraq; &c. Maior ergo patuit; conſequentia etiam eſt nota a ſufficienti diuiſione, quia non ſunt aliæ cauſę, & per conſequens ſi iſtę duę aſſignentur, ſufficientes, & conuenientes aſſignantur. Conſequenter cum dicit.

¶ Et ex vtraque parte poteſt conuenienter aſſignari cauſa cerimoniarum quæ ad ſacrificia pertinebant; ſecundùm enim, quòd ſacrificia ordinabantur ad cultum Dei, cauſa ſacrificiorum dupliciter accipi poteſt. Vno modo, ſecundùm quòd per ſacrificia repreſentabatur ordinatio mentis in Deum ad quam excitabatur ſacrificium offerentis; ad rectam autem ordinationem mentis in Deum pertinet, quòd omnia quæ homo habet recognoſcat a Deo tanquàm a primo principio, & ordi-

net in

net in Deum tanquàm in vltimum finem, & hoc repræsentabatur in oblationibus, & sacrificijs, secundum ꝙ homo ex rebus suis quasi in recognitionem, quòd haberet ea a Deo, in honorem Dei ea offerebat, secundùm quòd dixit Dauid 1. Paralipo. 29. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi, & ideo in oblatione sacrificiorum protestabatur homo, ꝙ Deus esset primum principium creationis rerum, & vltimus finis ad quem essent omnia referenda.

¶ Ponit & probat minorem, & primò primam eius partem; secundò secundam, ibi. Inter omnia &c. primam ostendit dupliciter, scilicet quòd possit assignari duplex ratio litteralis, secùdam ponit ibi. Et quia pertinent &c. Quo ad primum arguitur. Supponendo ex artic. 2. præced quòd primo modo causa sacrificiorum accipitur secundùm ꝙ per sacrificia repræsentabatur ordinatio &c. vt in littera, tunc sic. Ad rectam ordinationem mentis in Deum pertinet, quòd omnia quæ &c. vt in littera, sed hoc repræsentabatur in oblationibus, & sacrificijs. i talis ordinatio mentis in Deum repræsentabatur per oblationem sacrificiorum; igitur habebant causam litteralem pertinentem ad cultum Diuinum. Maior nota, minorem Doc. San. explicat in littera per ea quæ ipsam sequuntur.

¶ Et quia pertinet ad rectam ordinationem mentis in Deum, vt mens humana nõ recognoscat alium primum actorem rerum nisi solùm Deum, neque in aliquo alio finem suum constituat, propter hoc prohibebatur in lege offerre sacrificium alicui alteri nisi Deo, secundum illud. Exod. 22. Qui immolat dijs, occidetur, præter domino soli, & ideo de causa ceremoniarum circa sacrificia potest assignari ratio. Alio modo ex hoc, quòd per huiusmodi, homines retrahebantur a sacrificijs idolorum, vnde etiam præcepta de sacrificijs non fuerunt data populo Iudęorum nisi postquàm declinauit ad idolatriam adorãdo vitulum conflatilem; quasi huiusmodi sacrificia sint instituta, vt populus ad sacrificandũ promptus, huiusmodi sacrificia magis Deo, quàm idolis offer ret, vnde dr. Hiere. 5. Non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti de verbo holocaustomatum, & victimarum.

¶ Ex præcedenti ratione D. S. infert aliam rationem, præmittendo quomodo ex primo ratione illa sequatur, quia videlicet ex hoc ipso, quòd mens debet esse bene ordinata, (quod fuit prima ratio) sequitur, quòd debeat retrahi a sacrificijs idolorum. Et ideo assignatur secunda ratio. Et arguitur sic, supplendo maiorem ex art. 2. Vna ratio litteralis ceremoniarum est, vt per eas Iudæi retraherentur a cultu Idolorum, sed per sacrificia Iudæi retrahebantur ab huiusmodi cultu; igitur est dabilis secunda ratio litteralis. Maior patuit. Minor declaratur, & probatur in littera, quia illa præcepta de sacrificijs non fuerunt instituta, nisi post declinationem Iudæorum ad idolatriam, vt populus pronus ad sacrificia &c. vt in littera; igitur minor vera &c.

¶ Inter omnia autem dona quæ Deus humano generi iam per peccatum lapso dedit, præcipuum est, quòd dedit filium suum, vt dicitur. Ioan. 3. Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam ęternam, & ideo potissimum sacrificium est quo ipse Christus seipsum obtulit Deo in odorem suauitatis, vt dicitur ad Ephe. 5. & propter hæc omnia alia sacrificia offerebantur in veteri lege, vt hoc vnum singulare, & præcipuum sacrificium figuraretur tanquàm perfectum per imperfecta; vnde Apost. dicit ad Hębre. 10. ꝙ sacerdos veteris legis easdem sępius offerebat hostias quæ nunquàm possunt auferre peccata, Christus autem pro peccatis obtulit vnam in sempiternum; & quia ex figurato sumitur ratio figurę, ideo rationes sacrificiorum figuralium veteris legis sunt sumendæ ex vero sacrificio Christi.

¶ Probat secundam partem minoris principalis rationis pro conclusione responsiua, scilicet quòd etiam ipsa sacrificia habuerunt rationem figuralem. Et arguitur sic. Potissimum sacrificium est quo se Christus obtulit in odorem suauitatis, & propter hoc omnia alia offerebantur in lege &c. vt in littera, sed ex figurato sumitur ratio figuræ; igitur omnes figurales sunt sumẽdæ ex vero sacrificio Christi, & sic est assignare rationem figuralem. Maior probatur quo ad primam partem a principio huius litteræ; secunda pars probatur auctoritate Apostoli. Minor patet ex art. 1. quia figuratum repræsentandum est finis figuræ, sed a fine sumitur ratio eorum quæ sunt ad finem; igitur minor vera. Patet ergo, ꝙ est dabilis duplex ratio in genere sacrificiorũ in cõi, & litteralis, & figuralis, & per cõsequens prima pars conclusionis responsiuę.

ET confirmatur etiam argumento in contrarium, quia quæ sunt grata, & accepta Deo habent rationales causas, sed sacrificia vet. le. fuerunt huiusmodi; igitur &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Deus non volebat huiusmodi sacrificia sibi offerri propter ipsas res quæ offerebãtur quasi eis indigeret, vnde dicitur. Esa. 1. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & hircorum, & agnorum nolui; sed volebat ea sibi offerri, vt supra dictum est, * tum ad excludendum idolatriam, tum ad significandum debitum ordinem mentis humanæ in Deum, tum etiam ad significandum mysterium redemptionis humanæ factę per Christum. * Art. præceden.

¶ Maior conceditur, quòd aliqua animalia sunt necessaria ad sustentandam humanam vitam, sed non omnia. Et dico, quòd etiam fuerunt necessaria, & bona ad cultum Diuinum. Ad minorem, conceditur, quòd Deus non indiget sustentamento, nec voluit offerri pro suo sustentamento, sed voluit sibi ea offerri propter homines tripliciter, vt dictum est in corpore, & habetur in solutione; quare negatur consequentia, quia procedit secundùm non causam, vt causam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quantum ad omnia præcepta ratio conueniens fuit quare ista animalia offerebantur Deo in sacrificium, & non alia, primò quidem ad excludendum idolatriam, quia omnia alia animalia offerebant idolatrę dijs suis, vel eis ad maleficia vtebantur; ista autem animalia apud Aegyptios cum quib. conuersati erant abominabilia erant ad occidendum, vnde ea non offerebant in sacrificium dijs suis, vnde dicitur. Exod. 8. Abominationes Aegyptiorum immolabimus domino Deo nostro; oues enim colebant, hircos venerabantur, quia in eorum figura dęmones apparebant. Bobus etiam vtebantur ad agriculturam quam inter res sacras habebant.

¶ D. S. soluendo hoc argumentum probat secundam partem conclusionis responsiuæ positę in corpore per aliqua exempla, quæ tangit argumentum assignans aliquas rationes speciales sacrificiorum conuenientes; primò duas litterales, secundam ibi; Secundo hoc &c. secundò vnam figuralem, ibi; Tertiò vero &c. Vnde secundùm hoc tripliciter dicitur ad maiorem; quare conuenienter ista offerebantur, quæ tangit maior. Primò conceditur maior. Et ratio in communi omnium prædictorum fuit tacta in corpore. Et specialiter quare de tribus generibus quadrupedum istorum, quia per ista specialiter euitabatur idolatria, quia istis exceptis omnia alia animalia erant apud idolatras in cultũ Deorum suorum. Similiter quare de turturę, & columba propter eandem causam, quia idolatrę alijs auibus ad maleficia vtebantur. Quare autem passeres offerebantur pro emundatione lęprosi, patebit ratio art. 5. ad 7.

¶ Nota hic, quòd abominationes Hebręi vocabant animalia quæ Aegyptij colebant. Colebant autem Deos suos in specie tauri, & arietis, & talia erant ab eis, scilicet Iudæis, immolanda quod non permisissent Aegyptij &c, Consequenter D. S. assignat aliam rationem specialem litteralem; quare ista animalia tacta in maiore, conuenienter sacrificabantur, scilicet propter ordinationem mentis in Deum ipsorum colentium. Et hoc dupliciter ostendit, scilicet ex parte Dei, & secundò ex parte hominum, ibi. Secundò quia &c. Dicitur ergo secundò ad maiorem, quòd conuenienter illa offerebantur; primò, quia sunt mundissima animalia, purum autem est Deo attribuendum, & quia communiter potuerunt habere. Et hoc ostendit D. S. clarè cum dicit.

¶ Secundò hoc conueniens erat ad prædictam ordinationem mentis in Deum, & hoc dupliciter. Primò quidem quia huiusmodi animalia maximè sunt per quę sustentatur humana vita, & cum hoc mundissima sunt, & mundissimum habent nutrimentum. Alia verò animalia, vel sunt siluestria, & non sunt communiter hominum vsui deputata, vel si sunt domestica, immundum habent nutrimentum, vt porcus, & gallina; solùm autem id quod est purum Deo est attribuendum, huiusmodi autem aues specialiter offerebantur, quia habentur in copia in terra promissionis.

¶ Ostendit

¶ Ostendit etiam D. S. consequenter, hoc conueniens fuisse ex parte hominum, vt illa animalia offerrentur, quia per hæc designabatur puritas mentis Quod declarat D. S. cum dicit.

¶ Secundò quia per immolationem huiusmodi animalium puritas mentis designatur, quia vt dicitur in Glo.* Leui. 1. Vitulum offerimus cum carnis superbiam vincimus; agnum cũ irrationabiles motus corrigimus, hedum cum lasciuiam superamus, turturem dum castitatem seruamus, panes azymos cum in azymis sinceritatis epulamur. In columba verò manifestum est, quòd significatur castitas, & simplicitas mentis.

*Glo. Ordinarium à pon. comment. ad 1. Leuit.

¶ Deinde D. S. vltimò assignat specialiter vnam rationem figuralem conuenientiæ sacrificiorum huiusmodi animalium. Et per hoc dicitur tertiò ad maiorem, quòd vera est, & ratio est, quia figurabant Christum magis, & nouam legem. Vt de omnibus exemplis maioris D. S. clarè ostendit in littera. Et licet de boue Doct. San. non faciat mentionem, tamen facilè potest assignari ratio figuralis de ipso, quia bos significabat fortitudinem Christi, vnde dicit Doct. San.

¶ Tertiò verò conueniens fuit hæc animalia offerri in figura Christi, quia vt in eadem Glo. dicitur. Christus in vitulo offertur propter virtutem crucis, in agno propter innocentiam, in ariete propter principatum, in hirco propter similitudinem carnis peccati. In turturæ, & columba duarum naturarum coniunctio monstrabatur, vel in turturæ castitas, in columba charitas significatur, in similagine aspersio credẽtium per aquam baptismi figurabatur.

¶ Nota hic, quòd D. S. in fine solutionis facit mentionem de similagine, quia in argumento, primo fit mentio de oblatione panis, & naturalium quorundam. Ideo D. S. hic particulariter de illis animalibus respondendo meminit etiam specialis panis, scilicet similaginei, de quo Leuit. 2. quia fuit panis coctus in clybano de simila. i. farina triticea purgata, & delicata, & erãt panes absq; fermento, & aspersi oleo. De illo pane D. S. ponit rationem figuralem, vt patet. Et istam solutionem, & corpus articuli Nicolaus de Lyra, habet Exod. 1. & 2. vt patet intuenti, licet non nominet auctorem suum Et per ista patet secunda pars conclusionis respon. quo ad partem, scilicet quòd conueniens ratio possit assignari de sacrificijs in speciali. Ex istis potest consequenter dici ad reliquas propositiones argumenti, vt ei satisfiat. Ad minorem dico, quòd quidem aliqua sunt nobiliora in natura, sed non magis valent ad sacrificia, quia omnia alia ab istis dictis in maiori offerebant idolatrę, vel vtebãtur eis ad idolatrię ritũ, vel superstitionis, præterquàm istis. Et ergo voluit Deus per contrarium, ꝙ quæ idolatrę offerebant non offerrentur sibi, & quæ idolatræ colebant sibi interficerentur. Vltra, Cum ergo &c. dico, ꝙ optimum ad cultum Dei debet sibi offerri, in quo seruantur rationes prædictę in corpore. Et huiusmodi sunt animalia dicta in maiori; quare negatur consequentia, quia in oblatione istarum rerum obseruabantur rationes litterales melius quàm in alijs, quæ attenduntur ex Diuino cultu &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pisces qui in aqua viuunt magis sunt alieni ab homine, quàm cætera animalia quæ viuunt in aere sicut & homo & iterum pisces ex aqua extracti statim moriuntur, vnde non poterant in templo offerri sicut alia animalia.

¶ Antecedens quidem verum, sed tamen alia animalia sunt magis apta ad sacrificia, quàm pisces. Et hoc duplici ratione litterali, quam D. S. tangit in solutione. Est & tertia ratio litteralis, quia idolatræ aliqui idolis suis pisces offerebant. Et Deus noluit sibi offerri, quia nihil commune voluit habere cum idolis; quare negatur consequentia &c. sic iterum patet secunda pars conclusionis responsiuæ. Similiter, & per sequentes solutiones patebit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in turturibus meliores sunt maiores, quàm pulli, in columbis autem econuerso; & ideo vt rabi Moyses dicit, mandantur offerri turtures, & pulli columbarum, quia omne, quod est optimum, Deo est attribuendum.

¶ Antecedens negatur, quia expresè dicitur in textu. Leuit. 1. Turtures aut pullos columbarum, & ratio fuit, quia turtures veteres meliores sunt pullis turturis, quia pinguiores, econtra in columbis; quare negatur consequẽtia, quia meliora debent Deo offerri de offeribilibus.

¶ Ad quintum dicendum, quòd animalia in sacrificium oblata occidebantur, quia veniunt in vsum hominis occisa, secundùm quod a Deo dantur homini ad esum, & ideo etiam igni cremabantur, quia per ignem decocta, fiunt apta humano vsui.

¶ Maior vera, sed dico, quòd animalia sunt propter hominem sustentandum, & propter eius esum data homini a Deo, quod nõ fit sine occisione. Et dico, quòd Gen. 1. habetur etiam. Ecce dedi vobis omnem herbam, & vniuersa ligna, vt sint vobis in escam ex cunctis animantibus terræ. Et Gen. 9 omne, quod mouetur, & viuit, sit vobis in cibum. Ad minorem, conceditur, quia mors opponitur vitæ, sed dico, quòd Deus non dedit vitam animalibus, nisi vt essent in esum hominis, quod fit per occisionem. Et hoc D. S. notat in principio solutionis, secundò reddit specialiter rationem, quare in sacrificijs occidebantur, ibi. Similiter etiam &c. Negatur igitur primò consequentia, quia ex occisione in sacrificijs veniunt in finem suum, scilicet esum hominis, & præsertim quando assantur. Ad confirmationem dico, quòd non est par ratio de homine, & animalibus, quia animalia sunt ordinata in cibum hominis, & per consequens cum oblata fuerint in honorem Dei, debebant occidi, vt essent in commodum hominis; secus de homine.

¶ Similiter etiam per occisionem animalium significatur destructio peccatorum, & quòd homines erant digni occisione pro peccatis suis; ac si illa animalia loco eorum occiderẽtur ad significandum expiationem peccatorum; per occisionem etiam huiusmodi animalium significabatur occisio Christi.

¶ Negatur secundò consequentia, quia sunt duæ rationes litterales, & vna figuralis, quare specialiter animalia in sacrificijs occidebantur; prima est, quia per hoc designabatur occisio peccatorum, & hoc requirebatur ad idoneitatem colentis, vt interficeret peccata; secunda, quia designabatur per hoc, quòd peccator esset dignus morte; tertia figuralis, quia Christus erat occidẽdus.

¶ Ad sextum dicendum, quòd specialis modus occidendi animalia immolata determinabatur in lege ad excludendum alios modos quibus idolatrę animalia idolis immolabant. Vel etiam, vt rabi Moyses dicit, lex elegit genus occisionis quo animalia minus affligebantur occisa, per quod etiam excludebatur immisericordia offerentium, & deterioratio animalium occisorum.

¶ Sequela negatur, quia debebant occidi differenter a modo occidendi idolatratum, & quo minus affligerentur. Ex quo habetur significatio litteralis, quæ significabat dispositionem offerentium, vt non essent crudeles, & immisericordes; & iterum alia ratio est litteralis, quia per certum modum occidendi animalia minus deteriorabantur; sicut minus lędebantur ex ruptura ascellę, quàm ex secatione &c.

¶ Ad septimum dicendum, quòd quia animalia maculosa solent haberi contemptui etiam apud homines; ideo prohibitum est ne Deo in sacrificium offerentur; propter quod etiã prohibitum erat ne mercedem prostibuli aut precium carnis in domum Dei offerrent; & eadem etiam ratione non offerebant animalia ante septimũ diem, quia talia animalia erant quasi abortiua nondum plenè consistentia propter teneritatem.

¶ Assumptum conceditur, sed dico, quòd animalia quæ perfecta fuerunt, possunt in honorem offerri, non autem quæ maculata sunt, sed habentur contemptui, etiam apud homines, nec mors recens, & violenta facit animalia abhominabilia, vel contemptibilia, vt patet; sed maculatio, idest defectus notabilis, puta claudicatio, cecitas, & huiusmodi, de quibus. Leuit. 1. in Glo. Vltra, si igitur, dico quòd sic, sed negatur consequentia, & ratio patuit, quia esto mors sit maximus defectus animalis, per eam tamen non habetur contemptui, immo sine morte animalis non valet ad esum hominis. Et hoc ostendit D. S. a simili, quòd contemptus sit ratio non offerendi de precio carnis.

¶ Ad octauum dicendum, quòd triplex erat sacrificiorum genus, quoddam erat quod totum comburebatur, & hoc dicebatur holocaustum quasi totum incensum, huiusmodi enim sacrificium offerebatur Deo specialiter ad reuerentiam maiestatis ipsius, & amorem bonitatis eius, & conueniebat perfectionis statui in impletione consiliorum, & ideo totum comburebatur; vt sicut totum animal resolutum in vaporem sursum ascendebat, ita etiam significaretur totum hominem, & omnia quæ ipsius sunt, eius dominio esse subiecta, & ei esse offerenda.

¶ In soluendo hoc argumentum D. S. duo principaliter facit; primò respondet ad antecedens, quomodo sit intelligendum in generali,

generali, quantum ad quodlibet genus sacrificiorum; secundò in speciali quantum ad exempla consequentis argumenti, ibi. Hoc autem &c. Quo ad primum tripliciter respondet ad antecedens, secundùm quòd est triplex genus sacrificiorum in communi, scilicet holocaustum pro peccato de quo ibi. Aliud autem &c. Hostia pacifica de quo ibi. Tertium sacrificium &c. Dicitur ergo primò ad antecedens, quòd si hostia capitur pro sacrificio, tunc est primò falsum de sacrificio holocausti, hoc enim totum intendebatur Et rationem huius D.S ostendit in littera. Si autem intelligitur antecedens de sacrificio pro peccato, iterum est falsum, quia de tali sacrificio nihil habebat ille pro cuius peccato offerebatur, etiam si offerretur pro peccato sacerdotis. Tunc enim nec sacerdos aliquid habebat. Et huius ratio assignatur consequenter in littera cum dicitur.

¶ Aliud autem erat sacrificium pro peccato, quod offerebatur Deo ex necessitate remissionis peccati, & conueniebat statui pœnitentium in satisfactione peccatorũ, quod diuidebatur in duas partes. Nam vna pars eius comburebatur, alia verò cedebat in vsum sacerdotũ ad significandum, quòd expiatio peccatorum fit a Deo per ministerium sacerdotum, nisi quando offerebatur sacrificium pro peccato totius populi, vel specialiter pro peccato sacerdotis, tunc enim totum comburebatur, non enim debebant in vsum sacerdotum venire ea quæ pro peccato eorum offerebantur, vt nihil peccati in eis remaneret, & quia hoc non esset satisfactio pro peccato; si enim cederet in vsum eorum pro quorum peccatis offerebatur, idem esse videretur ac si non offerretur. ——

¶ Si autem intelligitur antecedens de sacrificio, quod dicebatur hostia pacifica, tunc conceditur, quòd offerens habebat tertiam partem. Et sic etiam intelligitur auctoritas Apostoli, quia de tali sacrificio participes sunt offerentes. Et quare hic, Doct. S. ostendit cum dicit.

¶ Tertium sacrificium vocabatur hostia pacifica quæ offerebatur Deo, vel pro gratiarum actione, vel pro salute, & prosperitate offerentium ex debito beneficij, vel accipiendi, vel accepti; & proficit statui proficientium in impletione mandatorum, & ista diuidebantur in tres partes. Nam vna pars intendebatur ad honorem Dei, alia pars cedebat in vsum sacerdotum, tertia verò pars in vsum offerentium, ad significandum, quòd salus hominis procedit à Deo dirigentibus ministris Dei, & cooperantibus ipsis hominibus qui saluantur. ——

¶ Doc. Sanc. consequenter respondet ad antecedens specialiter de generibus sacrificiorum, quæ tanguntur in consequente, & primò de sanguine, & adipe, secundò de pectusculo, & armo dextro, ibi. De hostijs autem &c. Vnde dico secundò ad antecedens; dato etiam, quòd intelligatur de hostia pacifica, negatur, si intelligitur de primis duobus exemplis consequentis, quia hoc est vnum generale, quòd in nullo sacrificio adeps, vel sanguis veniebat in vsum offerentium, & hoc propter tres rationes litterales, & vnam figuralem, quas ponit cum dicit.

¶ Hoc autem generaliter obseruabatur, quòd sanguis & adeps non veniebant neque in vsum sacerdotum, neque in vsum offerentium, sed sanguis effundebatur ad crepidinem altaris in honorẽ Dei, adeps verò adurebatur in igne. Cuius ratio vna quidem fuit ad excludendum idolatriam. Idolatræ enim libabant de sanguine victimarum, & comedebant adipes, secundùm illud. Deut. 32. De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum. Secunda ratio est ad informationem humanæ vitæ. Prohibebatur enim eis vsus sanguinis ad hoc, quòd horrerent humani sanguinis effusionem; vnde dicitur. Gen. 9. Carnem cum sanguine non commedetis, sanguinem enim animarum vestrarum requiram. Esus verò adipum prohibebatur eis ad vitandum lasciuiam, vnde dicitur. Ezech. 24. Quod crassum erat occidebatis. Tertia verò ratio est propter reuerentiam Diuinam; quia sanguis est maximè necessarius ad vitam ratione cuius dicitur anima esse in sanguine; adeps autem abundantiam nutrimenti demonstrat, & ideo vt ostenderetur, quòd a Deo nobis est, & vita, & omnis bonorum sufficientia, ad honorem Dei effundebatur sanguis, & adurebatur adeps. Quarta ratio est, quia per hoc figurabatur effusio sanguinis Christi, & pinguedo charitatis eius per quam se obtulit Deo pro nobis. ——

¶ An autem liceret Iudæis, vti adipe animalium non immolabilium, vel etiam Sylueſtrium, de hoc sunt opiniones, vide Lyram. Leuit. 3. vide & D.S. infra. q. 102. art. 6. ad primum, quid ipse senserit. Et de hoc non intelligitur auctoritas Apostoli. Si autem intelligatur antecedens de pectusculo, & armo dextro, conceditur quòd scilicet cedebant in vsum offerentium. s. sacerdotis, licet subtraherentur talia administranti, qui tamen de alia, scilicet tertia parte, participabat in hostia pacifica. Sed secundùm hoc negatur consequentia, quia esto subtraheretur totum in holocausto, & quandoque in sacrificio pro peccato, & in hostijs pacificis adeps, & sanguis; non in totum in hostijs pacificis subtrahebatur; sed duę partes, & armus dexter, & pectusculum cedebat sacerdoti; & tertia pars offerenti. Et hoc propter duas rationes litterales, habetur hæc materia. Leuit. 7. Et hoc ostendit Doct. Sanc. consequenter cum dicit.

¶ De hostijs autem pacificis in vsum sacerdotis cedebat pectusculum, & armus dexter ad excludendum quandã diuinationis speciem quæ vocatur spatulamantia, quia scilicet in spatulis animalium immolatorum diuinabant, & similiter in osse pectoris, & ideo ista offerentibus subtrahebantur. Per hoc etiam significabatur, quòd sacerdoti erat necessaria sapientia cordis ad instruendum populum, quod significabatur per pectus quod est tegumentum cordis, & etiam fortitudo ad sustentandum defectus, quę significatur per armũ dextrũ.

¶ Ad nonum dicẽdum, quòd quia holocaustum erat perfectissimum inter sacrificia, ideo non offerebatur in holocaustum nisi masculus, nam fœmina est animal imperfectum. Oblatio autem turturum, & columbarum erat propter paupertatem offerentium, qui maiora animalia offerre non poterant; & quia hostiæ pacificæ gratis offerebantur, & nullus eas offerre cogebatur nisi spontaneus; ideo huiusmodi aues nõ offerebantur inter hostias pacificas, sed inter holocausta, & hostias pro peccato, quas quandoque oportebat offerre. Aues etiam huiusmodi propter altitudinem volatus congruunt perfectioni holocaustorum, & etiam hostijs pro peccato, quia habent gemitum pro cantu. ——

¶ Ad maiorem dico, quòd in hoc est simile, offerri videlicet finaliter propter honorem Dei, tamen sunt multę aliæ dissimilitudines. Primò inter holocaustum ex vna parte, & alia duo ex altera, quia holocaustum erat perfectissimum sacrificium, non alia. Et ea ratione non congruebat offerre animalia fœminini generis, sed in alijs licebat. Secundò est differentia inter holocaustũ, & hostiam pro peccato ex vna parte, & inter hostiam pacificam ex altera; quia duo prima erant quandoque necessitatis; & ergo licebat offerre, quæ etiam pauperes potuerũt habere, cuiusmodi sunt aues, & ergo in holocausto, & hostia pro peccato licebat offerre aues. Sed hostia pacifica non erat necessitatis, sed oblatio spontanea; & ergo tunc non debebat offerri, nisi esset alicuius importantiæ, & alicuius precij, quales non sunt aues. Et ita patet ad maiorem, quòd sunt multæ differentiæ. Ad minorem, conceditur pro duabus partibus, & ratio iam patuit. Sed negatur consequentia, quia hostia pacifica, & pro peccato deficiebant ab holocausto, & sic licebat offerre quæ erant fœminini generis, sed quia hostiæ pacificę non erant necessitatis, ideo non debebant offerri aues; sicut in holocausto, & hostia pro peccato quæ erant necessitatis, & holocausto, & hostiæ pro peccato congruebant.

¶ Ad decimum dicendum, quòd inter omnia sacrificia holocaustum erat præcipuum, quia totum comburebatur in honorem Dei, & nihil ex eo comedebatur. Secundum verò locum in sanctitate tenebat hostia pro peccato, quæ comedebatur solùm in atrio a sacerdotibus in ipsa die sacrificij. Tertium verò gradum tenebant hostiæ pacificę pro gratiarum actione, quæ comedebantur ipso die, sed vbique in Hierusalem. Quartum verò locum tenebant hostiæ pacificæ ex voto, quorum carnes poterant etiam in crastino comedi. Et est ratio huius ordinis, quia maximè obligatur homo Deo propter eius maiestatem; secũdò propter offensam commissam; tertiò propter beneficia iam suscepta; quartò propter beneficia sperata. ——

¶ Antecedens negatur, quia hostia pacifica pro gratiarũ actione est alterius rationis, quàm hostia pacifica ex voto. Negatur igitur consequentia, quia hostiam pro gratiarum actione oportebat comedere eadem die, sed hostia pro voto poterat reseruari vsque in crastinum. Et pro ampliori intellectu Doc. S. in solutione ostendit, non solùm de hostijs pacificis, sed & de holocausto, & hostia pro peccato, & duplici hostia pacifica, an liceret comedere, vel non, & vbi, & quando, clarè in littera, vide Leuit. 7. de materia ista.

9.q.73.ar.10 ¶ Ad vndecimum dicendum, quòd peccata aggrauantur ex statu peccantis, vt supra dictum est, * & ideo alia hostia mandabatur offerri pro peccato sacerdotis, & principis, vel alterius priuatę personæ. Est autem attendendum, vt Rabi Moyses dicit, * quòd quantò grauius erat peccatum, tantò vilior species animalis offerebatur pro eo, vnde capra, quod est vilissimum animal offerebatur pro idolatria, quod est d grauissimum peccatum; pro ignorantia verò sacerdotis offerebatur vitulus, pro negligentia autem principis hircus. ——

In li. Dux errantium.

Dub. 703. 716.

¶ Ad antecedens, verum, omnia mortalia conueniunt in hoc, quòd auertunt, nec tamen propter hoc sunt ęqualia, sed potest vnum esse grauius ex alio, tum ex specie, tum ex circunstantia quæ est secundùm conditionem peccantis, quæ quandoque potest facere, vt aliquid sit tali personæ contra speciale præceptum, & tunc trahit in nouam speciem peccati mortalis. De his supra quæst. 73. art. 10. consequentia ergo negatur, quia peccata non sunt paria, nec per consequens oportet offerre idem animal propter diuersos status peccantium. Et notat D.S. in solutione vnum post Rabi Moysen, quòd oportebat etiam secũdùm diuersitatem peccatorum offerre diuersa animalia, & patet littera, De materia huius argumenti habetur Leuit. 4.

¶ Ad duodecimum dicendum, quòd lex in sacrificijs prouidere voluit paupertati offerentium, vt qui non posset habere animal quadrupes, saltem offerret auem, quam qui habere non posset, saltem offerret panem, & si hunc habere non posset, saltem offerret farinam, vel spicas. ——

¶ Assumptum conceditur, & ratio est habita ad quintum, quia animalia non sunt homini in cibum nisi occisa; & ergo omnia offerebant occisa, sed negatur consequentia; immo est duplex ratio quas assignat D.S. vna litteralis, alia figuralis, ibi. Causa verò &c. quare scilicet de terræ nascẽtibus diuersimodè fiebat oblatio; primò scilicet propter paupertatem offerentium. Quod declarat Doc. Sanc. Negatur etiam consequentia propter rationem figuralem quæ est dabilis; quare omnia ista terræ nascentia offerebantur, quia in figuram Christi; similiter panes multipliciter cocti &c. vt ostendit D.S. consequenter cum dicit.

¶ Causa verò figuralis est, quia panis significat Christum qui est panis viuus, vt dicit. Ioan. 6. Qui quidem erat sicut in spica pro statu legis naturæ in fide patrum, erat autem sicut similia in doctrina legis Prophętarum; erat autem sicut panis formatus post humanitatem assumptam, coctus igne, ideſt formatus spiritu sancto, in clibano vteri virginalis qui etiam fuit coctus in sartagine per labores quos in mundo sustinebat; in cruce verò quasi in craticula adustus. ——

¶ Ad tertiumdecimum dicendum, quòd ea quæ in vsu hominis veniunt de terrę nascentibus, vel sunt in cibum, & de his offerebatur panis, vel sunt in potum, & de his offerebatur vinum, vel sunt in condimentum, & de his offerebatur oleum, & sal, vel sunt in medicamentum, & de his offerebatur thus, quod est aromaticum, & consolidatiuum. Per panem autem figuratur caro Christi, per vinum autem sanguis eius per quem redempti sumus, oleum figurat gratiam Christi, sal scientiam, thus orationem. ——

¶ Assumptum cõceditur, ita quòd de omni genere eorum quæ in vsum veniunt aliqua offerantur, sed negatur consequentia; quia in his terræ nascentibus sunt omnia genera eorum quæ in vsum veniunt, quia vel cibus, vel potus, vel medicamen, vel condimentum &c. Et ergo sufficienter recognoscebantur omnia a Deo per horum oblationem. Et secundò ostendit D.S. rationem figuralem huiusmodi oblationum &c.

¶ Ad quartumdecimum dicendum, quòd mel non offerebatur in sacrificijs Dei, tum quia consueuerat offerri in sacrificijs idolorum, tum etiam ad excludendum omnem carnalem dulcedinem, & voluptatem ab his qui Deo sacrificare intendunt; fermentum verò non offerebatur ad excludendum corruptionem, & fortè etiam in sacrificijs idolorum solitum erat offerri. ——

¶ Et quia hoc argumentum expetit; quare aliqua non apponebantur sacrificijs, & aliqua apponebantur, ideo D.S. in solutione ponit rationem primò quare mel, & fermentum non apponebantur; secundò quare sal, & thus apponebantur, ibi. Sal autem &c. Dicitur ergo primò ad maiorem concedendo eam, sed ad minorem, in interiori sacrificio plus est de dulcedine spirituali, sed non carnali voluptate, sed mel repræsentat carnalem delectationem. Et præterea mel offerebatur in sacrificijs idolorum. Fermentum etiam non congruebat propter corruptionem, & quia fortè idolis offerebatur. Dico etiam, quòd esto aliqualiter faciat sapidum panem, tamen ex alia parte corruptio præponderat; quare negatur prima consequentia.

¶ Sal autem offerebatur, quia impedit corruptionem putredinis, sacrificia autem Dei debent esse incorrupta, & etiam quia in sale significatur discretio sapientiæ, vel etiam mortificatio carnis; thus autem offerebatur Deo ad designandum deuotionem mentis, quæ est necessaria offerentibus, & etiam ad designandum odorem bonæ famæ; nam thus, & pingue est, & odoriferum, & quia sacrificium zelotipię non procedebat ex deuotione, sed magis ex suspitione, ideo in eo non offerebatur thus. ——

¶ Dico secundò ad aliam partem primæ consequentiæ, quòd sal non repræsentat mordacitatem, sed incorruptionem, & discretionem sapientiæ, & mortificationem carnis. Similiter de thure dico, quòd non ponebatur propter degustationem, sed propter bonum odorem; quare negatur consequentia prima, quia innititur non causæ, vt causæ, & per consequens secunda consequentia. Et sic secunda pars conclusionis responsi. stabilita, videlicet, quòd in speciali possit conueniens ratio assignari omnium sacrificiorum.

Vtrum cerimonialium vet. le. sacrorum conueniens ratio assignari possit.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd cerimoniarum veteris legis quæ ad sacra pertinent sufficiens ratio assignari non possit. Dicit enim Paulus. Act. 15. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, hic cœli, & terræ cum sit dominus, non in manufactis templis habitat; inconuenienter igitur ad cultum Dei, tabernaculum, vel templumin lege veteri est instituturn. D

¶ 2 Præt. status veteris legis non fuit immutatus nisi per Christum, sed tabernaculum designabat statum veteris legis; non ergo debuit mutari per ędificationem alicuius templi.

¶ 3 Præt. Diuina lex præcipuè debet homines inducere ad Diuinum cultum, sed augmentum Diuini cultus pertinet, quòd fiant multa altaria, & multa templa, sicut patet in noua lege; ergo videtur, quòd etiam in veteri lege non debuit esse solùm vnum templum, aut vnum tabernaculum, sed multa.

¶ 4 Præt. tabernaculum seu templum ad cultũ Dei ordinabatur; sed in Deo præcipuè oportet venerari vnitatem, & simplicitatem; non videtur igitur fuisse conueniens, vt tabernaculum seu templum per quædam vela distingueretur.

¶ 5 Præt. Virtus primi mouentis qui est Deus, primò apparet in parte orientis a qua parte incipit primus motus; sed tabernaculum fuit institutum ad Dei adorationem; ergo debebat esse dispositũ magis versus orientem, quàm versus occidentem.

¶ 6 Præt. Exo. 20. Dominus præcepit, vt non facerent sculptile neque aliquam similitudinem; inconuenienter igitur in tabernaculo, vel in templo fuerunt sculptę imagines Cherubin, similiter etiam, & archa, & propitiatorium, & candelabrum, & mensa, & duplex altare sine rationabili causa ibi fuisse videntur.

¶ 7 Præt.

¶ 7 Præt. Dominus præcepit. Exo. 20. Altare de terra facietis mihi; & iterum. Non aſcendes ad altare meum per gradus, incõuenienter igitur mandatur poſtmodum altare fieri de lignis, auro vel ęre contextis, & tantę altitudinis, vt ad illud niſi per gradus aſcendi non poſſet. Dicitur enim. Exo. 25. Facies altare de lignis ſethim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, & tres cubitos in altitudine, & operies illud ęre, & Exo. 30. Facies altare ad adolendum thymiamata de lignis ſethim, veſtiesq; illud auro puriſſimo.

¶ 8 Præt. in operibus Dei nihil debet eſſe ſuperfluum, quia nec in operibus naturæ aliquid ſuperfluum inuenitur; ſed vni tabernaculo, vel domui ſufficit vnum operimentum; inconuenienter igitur tabernaculo fuerunt appoſita multa tegumenta, ſcilicet cortinę, ſaga cilicina, pelles arietum rubricatę, & pelles hyacinthinæ.

¶ 9 Præt. conſecratio exterior interiorem ſanctitatem ſignificat, cuius ſubiectum eſt anima; inconuenienter igitur tabernaculum, & eius vaſa cõſecrabantur cum eſſent quædam corpora inanimata.

¶ 10 Præt. in Pſal. dicitur. Benedicam dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo; ſed ſolemnitates inſtituuntur ad laudãdum Deum; non ergo fuit conueniens, vt aliqui certi dies ſtatuerentur ad ſolennitates peragendas; ſic igitur videtur, quòd cerimoniæ ſacrorum conuenientes cauſas non haberent.

¶ Sed contra eſt, quod Apoſtolus dicit ad Hebr. 8. quòd illi qui offerunt ſecundùm legem munera, exemplari & vmbræ deſeruiunt cęleſtium; ſicut reſponſum eſt Moyſi * cum conſumaret tabernaculum. Vide inquit omnia facito ſecundùm exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt; ſed valde rationabile eſt, quòd imaginem cœleſtium repræſentat; ergo cerimoniæ ſacrorum rationabilem cauſam habebant.

*Eccl. 25. in fin.

¶ Subiungit minorem quam roborat a ſigno in rebus humanis clarè in littera, & patet. Conſequenter ibi.

¶ Et propter hoc oportuit, vt aliqua ſpecialia tempora, & ſpeciale tabernaculum, & ſpecialia vaſa, & ſpeciales miniſtri ad cultum Dei ordinarentur, vt per hoc animi hominum ad maiorẽ Dei reuerentiam adducerẽtur.

¶ Infert concluſionem ipſam primam, & patet ex prædicta ratione, habetur ergo ratio litteralis; quare oportuerit ordinare ad cultum Diuinum ſpecialia tempora, loca, vaſa, miniſtros, quia cultus qui cum talibus fit magis fit, reuerenter; & ergo reuerentia Diuini cultus eſt finis, & ratio litteralis ſacrorum. Deinde cum dicit.

¶ Similiter etiam ſtatus veteris legis ſicut dictum eſt, inſtitutus erat ad figurandum myſterium Chriſti. Oportet autem eſſe aliquid determinatũ id per quod aliquid figurari debet, vt ſcilicet eius aliquam ſimilitudinem repræſentet, & ideo oportuit aliqua ſpecialia obſeruari in his quæ pertinent ad cultum Dei. *Art. 2. huius quæſt.

¶ Aſſignat ſecundam rationem ſacrorum quæ eſt figuralis tali concluſione, oportuit ſcilicet propter miſterium Chriſti figurandum aliqua ſpecialia obſeruari, ſcilicet locum, tempus, vaſa, miniſtros, in his quæ pertinent ad cultum Dei. Probatur, ſtatus vet. le. inſtitutus erat ad figurandum miſterium Chriſti, ſed oportuit eſſe determinatum &c. vt in littera; igitur ſequitur concluſio. Maior patuit art. 2. & ſcilicet totus ſtatus quo ad omnia erat figuratiuus, & per conſequens quo ad locum, tempus, & huiuſmodi ſacra. Minor patet, quia figura debet repræſentare ſm aliquam ſimilitudinem, ſed hoc non eſt ſine aliqua determinatione, ſi enim non eſſet determinatum tempus, vel determinata inſtrumenta, tunc nihil certi poſſet repræſentari; vt ergo miſterium Chriſti determinatè repræſentaretur, inſtituta ſunt certa ſacra, & ita habetur, quòd certa, & determinata repræſentatio miſteriorum Chriſti, eſt ratio figuralis ſacrorum. Patet igitur, quòd D. S. oſtendit quæ ſint rationes in generali, & quot ſint. Conclu. 2.

ET confirmatur ſecunda concluſio argumento in contrariũ. Hoc argumentum vult, quòd ſacra vet. le. ſint inſtituta, vt ſint quo ad nos exemplar, & vmbra cœleſtium quæ Chriſtus tradidit in noua lege, & hæc cœleſtia fuerunt Moyſi in monte monſtrata, & ad ea repræſentanda conſtituit tabernaculum, & alia ſacra; ergo habent rationalem cauſam figuralem &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd cultus Dei duo reſpicit, ſcilicet Deum qui colitur, & homines colentes; ipſe igitur Deus qui colitur nullo corporali loco clauditur, vnde propter ipſum non oportuit ſpeciale tabernaculum fieri aut templum; ſed homines ipſum colentes corporales ſunt, & propter eos oportuit ſpeciale tabernaculum, vel templum inſtitui ad cultum Dei propter duo. Primò quidem, vt ad huiuſmodi locum conuenientes cum hac cogitaione, quòd deputaretur ad colendum Deum, cum maiori reuerentia accederent. De templis & eccleſijs ratio.

¶ In ſolutione huius argumenti, primò D. S. aſſignat veram rationem cultus templi, vt ſatisfaciat ſecundæ parti huius articuli, ſcilicet reddendo rationem conuenientem ſacrorum in ſpeciali. Secundò, vt ſatisfaciat etiam argumento, oſtendit ex dictis, quòd procedit ſecundùm non cauſam, vt cauſam, ibi. Ex quo per &c. Ratio ergo quare factum eſt templum fuit propter homines ipſum colentes, & hoc duplici ratione, ſecundam notat, ibi. Secundò, vt per &c. prima, vt ſcilicet cum maiori reuerentia accederent, vt ſic orationes magis exaudibiles redderentur, & non propter hoc, vt Deus inhabitaret templum modo locali. Alia ratio quare propter homines inſtitutum fuit templum, vt ſcilicet per templum, vel tabernaculum aliquid ſignificaretur, & ſic etiam extrahitur ratio figuralis conueniens, & probat D. S. omnia iam dicta quadam auctoritate ſcripturæ. Vnde dicit conſequenter.

¶ Secundò, vt per diſpoſitionem talis templi, vel tabernaculi ſignificarentur aliqua pertinentia ad excellentiam diuinitatis, vel humanitatis Chriſti; & hoc eſt, quod Salomon dicit 3. Reg. 8. Si cœlum, & cœli cęlorum te capere non poſſunt, quanto magis domus hæc quam ędificaui tibi? & poſtea ſubdit. Sint oculi tui aperti ſuper domum hanc, de qua dixiſti. Erit nomen meum ibi, vt exaudias deprecationem ſerui tui, & populi tui Iſrael.

¶ Ex iſtis dicitur ad argumentum, concedendo, quòd Deus non inhabitat templa localiter, nec propterea tabernaculum, vel templum factum fuit, ſed vt habiter nomen ſuum ibi, ideſt, vt notitia Dei manifeſtetur, vel ſecundùm diuinitatem, vel humanitatem; quare negatur conſequentia, quia procedit ſecundùm non

¶ Hic ſecundò inquiritur de cauſis cerimoniarum pertinẽtium ad ſacra, quia ſacrificia ſine ſacris non offerebantur, & videntur ſe de propinquo habere ad ſacrificia.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd totus exterior cultus Dei ad hoc præcipuè ordinatur, vt homines Deum in reuerentia habeant.

¶ Quia autem, & in generali, & in ſpeciali poteſt aſſignari ratio ſacrorum, ideo D. S. ſicut & in præcedenti artic. primò in corpore aſſignat rationem generalem, ſcilicet omnibus ſacris conuenientem; ſed in ſolutionibus argumentorum, aſſignat rationes ſpeciales ſacrorum in ſpeciali. Circa primum D. S. deducit duas concluſiones, exprimentes duas rationes conuenientiæ ſacrorum in generali, vnam ſcilicet litteralem, aliam figuralem, ibi. Similiter etiam &c. Ex quibus habetur reſponſio ad quæſitum formaliter, quòd eſt aſſignabilis ratio generalis ſacrorũ propter quam ordinata ſunt. Prima ergo concluſio eſt iſta. Vt animi hominum ad maiorem Dei reuerentiam adducerentur, oportuit, vt aliqua ſpecialia tempora &c. probatur. Totus exterior cultus &c. ſed hoc habet humanus affectus, vt ea &c. igitur concluſio vera. D. S. ponit primò maiorem; ſecundò minorem, ibi. Habet autem &c. tertiò concluſionem, ibi. Et propter hoc &c. Maior ergo patet de ſe. Et vide propter eam D. S. 2. 2. q. 81. art. 2. ad primum. Et tertio ſent. diſt. 9. quæſt. 1. art. 1. quæſt. 1. ad tertium, quia reuereri eſt actus timoris doni ſpiritusſancti filialis, & caſti, ſed facere opus debitum in cultu Diuino ex reuerentia, ſcilicet præcipiente, eſt ipſum facere timoratè, & diſciplinatè, ſicut requirit timor Dei, & eſt actus latrię ſiue religionis, & ad ſic faciendum ex reuerentia operabatur decor ſacrorum.

¶ Habet autem hoc humanus affectus, vt ea quę communia ſunt, & non diſtincta ab alijs, minus reuereatur, ea verò quæ habent aliquam excellentiæ diſcretionem ab alijs, magis admiratur, & reueretur, & inde etiam hominum conſuetudo inoleuit, vt reges, & principes quos oportet in reuerentia haberi a ſubditis, & præcioſioribus veſtibus ornentur, & etiam ampliores, & pulchriores habitationes poſſideant.

non cauſam vt cauſam, Vide ſecunda ſecundæ q. 82. art. 3. ad ſecundum &c. Et hoc vult D. S. cum dicit.

¶ Ex quo patet, quòd domus ſanctuarij non eſt inſtitura ad hoc, quòd Deum capiat quaſi localiter inhabitantem; ſed ad hoc, quòd nomen Dei inhabitet ibi, ideſt vt notitia Dei ibi manifeſtetur per aliqua quæ ibi fiebant, vel dicebantur; & quòd propter reuerentiam loci orationes fierent ibi magis exaudibiles ex deuotione orantium.

Templũ, & Tabernaculum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſtatus veteris legis non fuit immutatus ante Chriſtum quantum ad impletionem legis quæ facta eſt ſolùm per Chriſtum, eſt tamen immutatus quantum ad conditionem populi qui erat ſub lege; nam primò populus fuit in deſerto non habens certam manſionem, poſtmodum autem habuerunt varia bella cum finitimis gentibus. Vltimò autem tempore Dauid Regis, & Salomonis populus ille habuit quietiſſimum ſtatum, & tunc primò ędificatum fuit templum in loco quem deſignauerat Abraam ex Diuina demonſtratione ad immolandũ. Dicitur enim. Gen. 20. quòd dominus mandauit Abraę, vt offerret filiũ ſuum in holocauſtum ſuper vnum montium quem monſtrauero tibi, & poſtea dicit, quòd appellauit nomen illius loci, Dominus videt, quaſi ſecundùm Dei præuiſionem eſſet locus ille electus ad cultum Diuinum; propter, quod dicitur. Deute. 12. Ad locum quem elegerit dominus Deus veſter venietis, & offeretis holocauſta, & victimas veſtras.

¶ D. S. aſſignat duplicem rationem mutationis tabernaculi per ędificationem templi (deſtruendo conſequens argumenti,) ſcilicet litteralem, & figuralem quam ponit ibi. Ratio autem &c. Tangit ergo primò vnam rationem litteralem quam etiam prætendit maior argumenti aliqualiter, quia fuit mutatio ſtatus vet. le. non quantum ad impletionem vet. le. ante Chriſti Paſſionem, ſed quantum ad conditionem populi qui erat ſub lege, & hoc declarat, primò D. S. in littera, & ſecundò declarat quoddam tactum in illa manifeſtatione, ibi. Locus autem &c. Dicitur ergo ad argumentum, ad maiorem, diſtinguitur, vera eſt enim, quòd non fuit mutatus ſtatus vet. le. quo ad mutationem legis quæ non mutatur niſi dum impletur per Chriſtum. Sed negatur, quòd non fuit mutatus quo ad conditionem populi quæ erat ſub lege. In hoc enim mutatus eſt, quia populus quandoque non habuit locum in quo manſurus eſſet diu. Secundò cum eſſet in loco non habuit pacem cum vicinis. Vltimò autem cõſecutus fuit vtrunq; tempore Dauid, & Salomonis. Ad minorem, conceditur, quòd deſignabat ſtatum vet. le. ſed debuit haberi dum populus erat in motu, habita autem pace debuit habere templum, quod erat immobile; quare negatur conſequentia.

Vlt. Dux omnium.

¶ Locus autem ille deſignari non debuit per ędificationem templi ante tempus prædictum propter tres rationes quas Rabi Moyſes * aſſignat. Prima eſt, ne gentes appropriarent ſibi locum illum. Secunda eſt, ne gentes ipſum deſtruerent. Tertia verò ratio eſt, ne quælibet tribus vellet habere locum illum in ſorte ſua, & propter hoc orirentur lites, & iurgia; & ideo non fuit ędificatum templum donec haberent regem per quem poſſet huiuſmodi iurgium compeſci; antea verò ad cultũ Dei erat ordinatum tabernaculũ portatile per diuerſa loca quaſi nondum exiſtente determinato loco Diuini cultus, & hæc eſt ratio litteralis diuerſitatis tabernaculi, & templi.

¶ Ratio autem figuralis eſſe poteſt, quia per hęc duo ſignificatur duplex ſtatus. Per tabernaculum enim, quod eſt mutabile ſignificatur ſtatus præſentis vitæ mutabilis. Per templum verò, quod erat fixum, & ſtans ſignificatur ſtatus futuræ vitæ quæ omnino immutabilis eſt; & propter hoc in ędificatione templi dicitur, ꝙ non eſt auditus ſonitus mallei, vel ſecuris, ad ſignificandum, quòd omnis perturbationis tumultus longè erit a ſtatu futuro.

¶ Sed quia poſſit quis dicere ex his quæ D. S. tetigit iam, quòd adhuc tabernaculum non conuenienter fuerit mutatum per ędificationem templi quo ad tempus, quia etiam poſtquam habuerũt locum manſiuum, & terram promiſſionis, nou fuit ſtatim ędificatum templum, quod tamen videtur conuenienter fieri debere cum & locus in quo ędificari debuit propter ſui proniſionem, & ſanctitatem, debuerit quamtotius deſignari, & venerari per templi ędificationem, cum longè ante fuerit præſignatum, vt dictum eſt iam in littera. Ad hoc D. S. reſpondet, quòd hoc non fuiſſet conueniens, propter tres rationes ante tempus pacatiſſimum quo habuerunt reges, & in fine notat prætactam rationem litteralem mutationis tabernaculi, ſ. diuerſitatem ſtatus illius populi ſm motum, & quietem. Deinde D. S. oſtendit duplicem rationem figuralem mutationis tabernaculi, & ſucceſſionis templi. ſ. propter repræſentationem, & figurationem futuræ vitæ, & nouę etiam legis, & ſic iterum negatur conſequentia, primam ergo rationem oſtendit ibi.

¶ Secundam rationem figuralem ponit ibi.

¶ Vel per tabernaculum ſignificatur ſtatus veteris legis. per templum autem a Salomone conſtructum ſtatus nouę legis; vnde ad conſtructionem tabernaculi ſoli Iudęi ſunt operati, ad ędificationẽ verò templi cooperati ſunt etiam Gentiles, ſcilicet Thiri, & Sidonij.

De Altari.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio vnitatis templi, vel tabernaculi poteſt eſſe, & litteralis, & figuralis; litteralis quidem eſt ratio ad excluſionem idolatriæ, quia Gentiles diuerſis dijs diuerſa templa conſtituebant, & ideo vt firmaretur in animis hominum fides vnitatis Diuinæ, voluit Deus, vt in vno loco tantùm ſibi ſacrificium offerretur.

¶ D. S. ſoluendo hoc argumentum; primò ponit duas rationes litterales conuenientiæ vnitatis templi, ſecundam ponit ibi. Et iterum &c. ſecundò vnam rationẽ figuralem, ibi. Ratio autẽ &c. prima eſt propter excluſionem idolatriæ. Conſequenter proſequitur ſecundam rationem litteralem; & primò ponit ipſam; ſecundò ex ea oſtendit in quo ſit ſimilitudo noſtræ eccleſiæ ad tẽplum vet. le. & in quo ſit diſſimilitudo ſm quod tactum eſt circa probationem minoris, ibi. Sed cultus &c. ſecunda ergo ratio eſt, vt compeſcerentur ne paſſim ſacrificia offerrent &c. vt in littera cũ dr.

¶ Et iterum, vt per hoc oſtenderet, quòd corporalis cultus non propter ſe erat acceptus ei, & ideo compeſcebantur ne paſſim, & vbique ſacrificia offerrent.

¶ Ex qua ratione patet, quomodo eſt diſſimilitudo inter Eccleſiam noſtram, & templum, quia illa ſecundùm ſe Deo accepta, iſtud non ſecundùm ſe; ex quo infertur, quòd cõuenienter iſtud non multiplicatur, ſed illa. Sed in hoc eſt ſimilitudo quo ad vet. le, quòd ſicut in Eccleſijs nouę legis cultus ſpiritualis Dei communicatur in doctrina legis, & Prophętarum; ita & in ſynagogis vet. le. conueniebant ad laudem Dei; vnde bene ſequitur, quòd quantum ad hoc, ſicut hic eſt multiplicatio, ita & illic debuerit eſſe; vnde etiam D. S. concludit corollarie ex iſtis, quòd noſtra Eccleſia vna equipollet templo, & ſynagogæ, ita ꝙ eſt idem locus ſacrificij, & doctrinæ, & hoc eſt, quod dicit conſequenter.

¶ Sed cultus nouę legis in cuius ſacrificio ſpiritualis gratia continetur eſt ſecundùm ſe Deo acceptus, & ideo multiplicatio altarium, & templorum acceptatur in noua lege; quantum verò ad ea quæ pertinebant ad ſpiritualem cultum Dei, qui conſiſtit in doctrina legis, & Prophętarum, erant etiam in veteri lege diuerſa loca deputata in quibus conueniebant ad laudem Dei quæ dicebantur ſynagogæ, ſicut & nunc dicuntur Eccleſiæ in quibus populus Chriſtianus ad laudem Dei congregatur, & ſic Eccleſia noſtra ſuccedit in locum, & templi, & ſynagogæ, quia ipſum ſacrificium Eccleſiæ ſpirituale eſt, vnde non diſtinguitur apud nos locus ſacrificij a loco doctrinæ.

¶ Ex illis iam dictis dicitur formaliter ad argumentum. Maior conceditur, ſed ad cultum vnius Dei, & ad cultum diſtinctum a cultu idolatriæ, & inducebat ad cultum interiorem, & exteriorẽ, qui exterior ſecundùm ſe non erat propter ſe acceptus, ſed interior. Ad minorem dico, quòd augmentatio cultus Diuini exterioris facta fuiſſet per multa altaria, & multa templa; ſed hoc non decuit propter diſtinctionem ab idolatris. Et ſecundò, quia cultus iſte exterior non erat ſecundùm ſe bonus nec gratus, ſed interior augmentabatur in doctrina. Ad probationem minoris per ſimile de noua lege dico, quòd non eſt ſimile, quia cultus exterior nouę legis ſecundùm ſe eſt acceptus, & ſpiritualis; & ergo debuit multiplicari, & quia ſpiritualis eſt, ideo non eſt alius locus ſacrificij, & exterioris cultus, alius autem doctrinæ; vnde vnum templum nouę legis ſuccedit in locum templi, & ſynagogæ. Vnde negatur conſequentia propter rationem iam tactam, & etiam ſecundò negatur propter vnam rationem figuralem, quam D. S. ponit conſequenter cum dicit.

¶ Ratio

¶ Ratio autem figuralis eſſe poteſt, quia per hoc ſignificabatur vnitas Eccleſiæ, vel militantis, vel triumphantis.

De velo tabernaculi, & tabernaculo.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ſicut in vnitate templi, vel tabernaculi repræſentabatur vnitas Dei, vel vnitas Eccleſiæ; ita etiam in diſtinctione tabernaculi, vel templi repræſentabatur diſtinctio eorum quæ Deo ſunt ſubiecta, ex quibus in Dei venerationem conſurgimus.

¶ Maior conceditur; ad minorem, verum quidem, ſed tamen etiam oportebat circa cultum Diuinum conſiderare excellẽtiam Diuinam, & diſtinctionem ſubiectarum creaturarum, ex quibus mens conſurgebat in Dei venerationem, & ſignare differentiam & excellentiam nouę legis a veteri, & gloriam cœleſtem futurã, quæ oſa ſignantur, & figurantur per diſtinctionẽ tabernaculi per diuerſas partes diſtinctas; quare negatur cõſequẽtia. Et hoc tangit D.S. primò in principio ſolutionis; ſecundò ponit pro declaratione iſtius materiæ diſtinctionem tabernaculi, vel templi, ibi. Diſtinguebatur autem &c. tertiò ſubiungit duas rationes conuenientiæ huius diſtinctionis, vnam litteralem, ibi. Hæc igitur &c. aliam figuralem, ibi. Secundum verò &c. Quomodo autem tabernaculum, vel templum diſtinguebatur declarat conſequẽter, quia habebat duas partes, ante quas fuit atrium de quo dicit.

¶ Diſtinguebatur autem tabernaculum in duas partes, in vnam quæ vocabatur Sancta Sanctorum quę erat occidẽtalis, & aliam quæ vocabatur Sancta, quæ erat ad orientem, & iterum ante tabernaculum erat Atrium.

¶ Ratio autem prima litteralis huius diſtinctionis eſt ſumpta ex cultu Diuino, ſcilicet ſecundùm, quòd ex diſtinctione partium deprehendebatur diſtinctio creaturarum, ex qua conſideratione mens in venerationem ducebatur, & oſtendit de omnibus partibus tabernaculi ſigillatim, & etiam actionum quæ fiebant circa iſtas partes, & primò quid principalis pars ſcilicet Sancta Sanctorum ſignificaret, cum dicit.

¶ Hæc igitur diſtinctio duplicem habet rationem, vnam quidem ſecundùm quòd tabernaculum ordinatur ad cultum Dei; ſic enim diuerſę partes mundi in diſtinctione tabernaculi figurantur; nam pars illa quę Sancta ſanctorum dicitur figurabat ſęculum altius, quod eſt ſpiritualium ſubſtantiarum.

¶ Secundò quid per ſecundam partem ſignificaretur, ſcilicet ſancta cùm dicit.

¶ Pars verò illa quæ dicitur Sancta exprimebat mundum corporalem, & ideo Sancta a Sanctis Sanctorum diſtinguebatur quodam velo, quod quattuor coloribus erat diſtinctum, per quos quattuor elementa deſignantur, ſcilicet byſſo, per quod deſignatur terra, quia byſſus, ideſt linum de terra naſcitur; purpura, per quam ſignificatur aqua; fiebat enim purpureus color ex quibuſdam conchis quæ inueniuntur in mari. Hyacintho, per quem ſignificatur aer, quia habet aereum colorem; & cocco bis tincto, per quem deſignatur ignis; & hoc ideo quia materia quattuor elementorum eſt impedimẽtum per quod velantur nobis incorporales ſubſtantiæ.

¶ Tertiò elicit ex iſtis rationem, quare in Sancta Sanctorum ſummus Pontifex ſolùm ſemel in anno intrabat &c. cum dicit.¶

¶ Et ideo in interius tabernaculum, ideſt in Sancta Sanctorum ſolus ſummus Sacerdos, & ſemel in anno introibat, vt deſignaretur, quòd hæc finalis perfectio hominis eſt, vt ad illud ſęculum introducatur; in tabernaculum verò exterius, ideſt in Sancta introibant ſacerdotes quottidiè, non autẽ populus qui ſolùm ad atrium accedebat, quia ipſa corporalia populus percipere poteſt; ad interiores autem eorum rationes ſoli Sacerdotes per conſiderationem attingere poſſunt.

¶ Deinde Doc. Sanc. ponit rationem figuralem diſtinctionis tabernaculi, & templi. Et primò quid ſignificaret tabernaculum ſolum, cum dicit.

¶ Secundum verò rationem figuralem per exterius tabernaculum, quod dicitur Sancta, ſignificatur ſtatus veteris legis, vt Apoſtolus dicit ad Hebr. 9. quia ad illud tabernaculum ſemper introibant Sacerdotes ſacrificiorum officia conſummantes.

¶ Iſta ſignificatio videtur partim ad rationem litteralem pertinere. Deinde ponit quid figuraret Sancta Sanctorum, cum dicit.

¶ Per interius verò tabernaculum, quod dicitur Sancta Sanctorum ſignificatur, vel cœleſtis gloria, vel etiam ſtatus ſpiritualis nouę legis qui eſt quædam inchoatio futuræ gloriæ, in quem ſtatum nos Chriſtus introduxit, quod figurabatur per hoc; quòd ſummus Sacerdos ſemel in anno ſolus in Sancta Sanctorum intrabat.

¶ Conſequenter quid velum, cum dicit.

¶ Velum autẽ figurabat ſpiritualium occultationem ſacrificiorum in veteribus ſacrificijs, quod velum quattuor coloribus erat ornatũ, Byſſo quidem ad deſignandum carnis puritatem; Purpura autem ad figurandum Paſſiones quas Sancti ſuſtinuerunt pro Deo, Cocco bis tincto ad ſignificandum charitatem Geminam Dei, & proximi; Hyacintho autem ſignificabatur cœleſtis meditatio.

¶ Deinde vltimò oſtendit quid ſignificabatur per ingreſſum Sacerdotum, in tabernaculum exterius, & populi non, quia manebat in atrio, cum dicit.

¶ Ad ſtatum autem veteris legis aliter ſe habebat populus, & aliter Sacerdotes; nam populus ipſa corporalia ſacrificia conſiderabat quæ in atrio offerebantur; Sacerdotes verò rationem ſacrificiorum conſiderabant habentes fidem magis explicitam de myſterijs Chriſti, & ideo intrabant in exterius tabernaculum, quod etiam quodam velo diſtinguebatur ab atrio, quia quędã erant velata populo circa myſterium Chriſti quæ Sacerdotibus erant nota, non tamen eis erant plenè reuelata, ſicut poſtea in nouo teſtamento, vt habetur. Ephe. 3.

¶ Nota autem, vt dictum fuit art. 2. ad primum, ſignificatio ceremonialium pertinens ad illum ſtatum, non extendit ſenſum litteralem. Et ideo quando D.S. exponit diſtinctionem partium templi de illo populo, vel ſacerdotibus illius populi, tunc ſemper dicit ſignificabatur. Quando autem exponit de ſtatu nouæ legis, tunc vtitur termino præfigurationis; quare iſta ſecunda ratio eſt figuralis, de Sancta Sanctorum, & de velo; de alijs autem, quia exponuntur vt ſignificabant ſtatum, vel conditionem illius populi, ſenſum litteralem non excedit &c.

De loco adorationis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd adoratio ad occidentem fuit introducta in lege ad excludendam idolatriam; nam omnes Gentiles in reuerentiam ſolis adorabant ad orientem; vnde dicitur. Exech. 8. quòd quidem habebant dorſa contra templum Domini, & facies ad orientẽ; & adorabant ad ortum ſolis, vnde ad hoc excludendum, tabernaculum habebat Sancta Sanctorum, ad occidentem, vt verſus occidentem adorarent.

¶ D.S. negat dupliciter conſequentiam huius, propter duplicem rationem adorationis ad occidentem, litteralem videlicet, & figuralem, quam ponit, ibi: Ratio etiam &c. Dicitur ergo, ꝙ maior eſt vera; ſed dico, quòd idolatræ orabant verſi ad orientem, cum quibus cultus Dei nihil debuit habere commune. Minor conceditur, ad adorationem &c. ſed exteriorem diſtinctam ab adoratione idolatrum, quare negatur conſequentia, primò, immo principalis pars debuit eſſe ad occidentem, propter litteralem rationem iam dictam.

¶ Ratio etiam figuralis eſſe poteſt, quia totus ſtatus prioris tabernaculi ordinabatur ad ſignificandum mortem Chriſti; quæ figuratur per occaſum ſm illud Pſal. Qui aſcendit ſuper occaſum dominus nomen illi.

¶ Secundò negatur conſequentia propter rationem figuralem, quia totus ſtatus tabernaculi figurabat mortem Chriſti, quę figũratur per occaſum &c. Quia autem nunc non habet locum ratio de idolatria; ideo Chriſtianus populus propter alias rationes quas habet D.S. 2.2.q.84.art.3.ad tertium, adorat ad orientem.

De hijs q̃ erant in tabernaculo.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd eorum quæ in tabernaculo continebantur ratio reddi poteſt, & litteralis, & figuralis. Litteralis quidem per relationem ad cultum Diuinum, & quia dictum eſt, * quòd per tabernaculum interius, quod dicebatur Sancta Sanctorum ſignificabatur ſęculum altius Spiritualium ſubſtantiarum; ideo in illo tabernaculo tria cõtinebantur. ſ. Archa teſtamenti in qua erat vrna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulę in quibus erãt ſcripta decem præcepta legis. Hæc autem Archa ſita erat inter duos Cherubin qui ſe mutuis vultibus reſpiciebant, & ſuper

* Ad quartum.

Archam erat quædã tabula lapidea, quæ dicebatur propitiatorium ſuper alas Cherubin, quaſi ab ipſis Cherubin portaretur; ac ſi imaginaretur, ꝙ illa tabula eſſet ſedes Dei, vnde & propitiatorium dicebatur, quaſi exinde populo propitiaretur ad preces ſummi Sacerdotis; & ideo quaſi portabatur a Cherubin quaſi Deo obſequentibus. Archa verò teſtamenti erat tanquam ſcabellum ſedentis ſupra propitiatorium.

¶ Ad maiorem. Dico ſicut D.S. tangit in ſolutione, cũ dicit. Et ſic ſimilitudines Seraphin, &c. & vt fuit ſupra dictum, q. 100. ar. 4. in corp. ꝙ ſculptilia, & ſimilitudines prohibentur Exo. 20. ne ſcilicet adorentur, & habeantur pro dijs. Sed non erant prohibitæ, vt ponerentur in ſignum miniſterij, ideſt vt ponerentur in tẽplo, tanquam portantes propitiatorium, ſignificantes miniſteriũ angelorum, quo miniſtrant Deo, vnde & erant duæ ſimilitudines Cherubin, ad ſignificandum ꝙ non debebant adorari pro Deo, qui eſt vnus. Vnde D. S. ſm hanc gloſam maioris negat conſequentiam argumenti de omnibus ſuis partibus; & primò aſſignat rationales cauſas omnium eorum litterales. Secundò etiam figurales, ibi. Figuralis verò, &c. Quo ad primum tria facit ſm tres partes principales cõſequentis argumenti, & ſm tres partes principales tabernaculi, ad quas reducuntur omnia contenta in conſequente; primò reddit rationem litteralem eorum, quæ continebantur in ſancta ſanctorum; ſecundò eorum, quæ continebantur in ſancta, ſiue in exteriori tabernaculo, ibi. In exteriori, &c. Tertiò eorum quæ in atrio, ibi. In atrio, &c. Circa primum, primò enumerat, & declarat ea, quæ continebatur in principali parte tabernaculi. ſ. in Sancta Sãctorum, vt oſtendit rationem litteralem eorum. Secundò ſubiungit rationem litteralem de ſingulis contentis ibidem, & iam enumeratis; & primò de propitiatorio, ſuper quod nulla ſimilitudo ponebatur, cum dicit.

¶ Per hæc autem tria deſignantur tria, quę ſunt in illo altiori ſeculo, ſcilicet Deus, qui ſuper omnia eſt, & incomprehenſibilis omni creaturæ, & propter hoc nulla ſimilitudo eius ponebatur ad repreſentandum eius inuiſibilitatem; ſed ponebatur quædam figura ſedis eius, quia ſcilicet creatura comprehenſibilis eſt, quæ eſt ſubiecta Deo, ſicut ſedes ſedenti.

¶ Negatur ergo conſequentia de tertio, quod notat conſequens argumenti, ſcilicet de propitiatorio, quia hoc non fuit contra præceptum; ſed rationales cauſæ fuerunt, quare ibidem ponebatur, vt patuit in littera.

¶ Secundò notat rationem litteralem de Cherubin, cum dicit;

¶ Sunt etiam in illo altiori ſæculo ſpirituales ſubſtantię, quę angeli dicuntur; & hi ſignificãtur per duos Cherubin mutuò ſe reſpicientes, ad deſignandum concordiam eorum adinuicem, ſm illud Iob 25. Qui facit cõcordiam in ſublimibus, & pp hoc etiam non fuit vnus tantùm Cherub, vt deſignaretur multitudo cœleſtium ſpiritum, & excluderetur cultus eorum ab his, quibus præceptum erat, vt ſolum vnum Deum colerent.

¶ De illis ergo negatur etiam conſequentia, immo illæ imagines non fuerunt contra præceptum, vt patuit. Tertiò idem facit de alio contento in conſequente. ſ. Archa, & de eis quæ in ea cõtinebantur, & horum reddit duplicem rationem litteralẽ; ſecundam ponit ibi. Vel per hæc tria, &c. Quo ad primam dicit.

¶ Sunt etiam in illo intelligibili ſęculo rationes omnium eorum, quę in hoc ſęculo perficiũtur quodammodo clauſę, ſicut rationes effectuum claudũtur in ſuis cauſis, & rationes artificiatorum in artifice; & hoc ſignificabatur per Archam, in qua repreſentabantur per tria ibi cõtenta tria, q̃ ſunt potiſſima in rebus humanis. ſ. ſapientia, quæ repreſentabatur per tabulas teſtamenti; poteſtas regiminis, quę repreſentubatur per virgam Aaron; vita, quę repreſentabatur per manna, quod fuit teſtm̃ vitę.

¶ Quo ad ſecundam conſequenter dicit.

¶ Vel per hęc tria ſignificabantur tria Dei attributa, ſcilicet ſapientia in tabulis; potentia in virga; bonitas in manna, tum propter dulcedinem, tum quia ex Dei miſericordia eſt populo datum; & ideo in memoriam Diuinæ miſericordiæ conſeruabatur; & hæc tria etiam figurata ſunt in viſione Eſaiæ. Vidit enim Dominum ſedẽtem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, & Seraphin aſſiſtentes, & domum impleri a gloria Dei; vnde & Seraphin dicebant. Plena eſt omnis terra gloria eius; & ſic ſimilitudines Seraphin non ponebantur ad cultum, quod prohibebatur primo legis præcepto, ſed in ſignum miniſterij, vt dictum eſt. *

*In iſta ſolutione huius arg.

¶ D. S. conſequenter reddit rationem de ſecunda parte tabernaculi, & de alijs tribus contentis in ea, & enumeratis in conſequente argumenti. Et circa hoc duo facit; primò facit quod dictum eſt; ſecundò adducit quandam aliam rationem litteralem omnium iam dictorum contentorum, tàm in Sancta Sanctorum, quàm in tabernaculo exteriori, exceptis propitiatorio, & duobus Cherubin, ibi. Poteſt autem, &c. Quo ad primum, primò enumerat ea, quæ ponebantur in Sancta Sanctorum, cum dicit.

¶ In exteriori verò tabernaculo, quod ſignificabat preſens ſęculum; continebantur etiam tria. ſ. altare thymiamatis, quod directè erat contra Archam. Menſa autem propoſitionis, ſuper quam duodecim panes apponebantur, erat poſita ex parte Aquilonari. Candelabrum verò ex parte Auſtrali.

¶ Secũdò de ſingulis iam dictis notat rationem litteralem, quæ etiam correſpondebant contentis in Archa; & primò facit quod dictum eſt, quo ad ipſa ſecundùm ſe; ſecundò quo ad ſitum eorum, ibi. Conuenienter autem, &c. Quo ad primum, primò facit quod dictum eſt quo ad candelabrum, cum dicit.

¶ Quæ tria videtur reſpondere tribus, quæ erant in Archa clauſa; ſed magis manifeſtè eadem repreſentabant; oportet enim rationes rerum ad manifeſtiorem demonſtrationem perduci, quàm ſint in mente Diuina & Angelorum ad hoc, quòd homines ſapientes eas cognoſcere poſſint, qui ſignificantur per ſacerdotes ingredientes tabernaculum. In candelabro igitur deſignabatur, ſicut in ſigno ſenſibili, ſapientia, quæ intelligibilibus verbis exprimebatur in tabulis.

¶ Secundò hoc idem facit de altari thymiamatis, quare erat, ſcilicet intra tabernaculum; & primò aſſignat eius rationem; ſecundò remouet quoddam dubium circa ſua dicta, ibi. Conuenienter autem, &c. Quo ad primum dicit.

¶ Per altare verò thymiamatis ſignificabatur officium ſacerdotum, quorum erat populum ad Deum reducere; & hoc etiam ſignificabatur per virgam, nam in illo altari incendebatur thymiama boni odoris, per quod ſignificabatur ſanctitas populi acceptabilis Deo. Dicitur enim Apoc. 5. quòd per fumum aromatum ſignificantur iuſtificationes ſanctorum.

¶ Poſſet autem aliquis dubitare, quomodo vnum, atque idem, ſcilicet ſacerdotalis dignitas poſſit repreſentari per diuerſa, ſcilicet per virgam, & etiam per altare; hoc remouet oſtendens non eſſe inconueniens ſecundùm diuerſa, officium ſacerdotale per vtrumque deſignari ſecundùm diuerſos effectus.

¶ Conuenienter autem ſacerdotalis dignitas in Archa ſignificabatur per virgam, in exteriori verò tabernaculo per altare thymiamatis; quia ſacerdos mediator eſt inter Deum, & populum, regens populum per poteſtatem Diuinam, quam virga ſignificat, & fructum ſui regiminis, ideſt ſanctitatem populi acceptam Deo offerrens quaſi in altare thymiamatis.

¶ Tertiò hoc idem facit de menſa propoſitionis, quare ibi fuerit, & quomodo repreſentabat idem quod manna, ſed ſecundùm aliud, & aliud, cum dicit.

¶ Per menſam autem ſignificatur temporale nutrimentum uitæ, ſicut & per manna; ſed hoc eſt conuenientius, & groſſius nutrimentum, illud autem ſuauius, & ſubtilius.

¶ Deinde Doct. Sanc. reddit rationem litteralem tam dictorum, quàm erant in ſancta quo ad ſitum (de quibus omnibus negatur ſecundò conſequentia) cum dicit.

¶ Conuenienter autẽ candelabrum ponebatur ex parte Auſtrali, menſa autem ex parte Aquilonari, quia Auſtralis pars eſt dextra pars mundi, Aquilonaris autem ſiniſtra, vt dicitur in 2. de Cęlo, & mundo; * ſapientia autem pertinet ad dexteram, ſicut & cętera ſpiritualia bona, temporale autem nutrimentum ad ſiniſtram, ſm illud Prouerb. 3. In ſiniſtra illius diuitiæ, & gloria. Poteſtas autem ſacerdotalis media eſt inter temporalia, & ſpiritualem ſapientiam; quia per eam, & ſpiritualis ſapientia, & temporalia diſpenſantur.

* Arist. tex. 15. to. 2.

¶D.S. conſequenter aſſignat quandam aliam rationem omniũ prædictorum contentorum in tabernaculo exteriori, & in Sancta Sanctorum, exceptis duobus Cherubin, & propitiatorio; & primò de Archa, & in ea contentis, cum dicit, &c.

¶Poteſt autem & horum alia ratio aſſignari magis litteralis; in archa enim continebantur tabulę legis ad tollendam legis obliuionem; vnde dr̃ Exo. 24. Dabo tibi duas tabulas lapideas; & legem, ac mandata quę ſcripſi, vt doceas filios Iſrael; virga verò Aaron ponebat ibi ad comprimendã diſſenſionẽ populi de Sacerdotio Aarõ, vnde dicitur Num. 15. Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonij, vt reſeruetur in ſignum rebellium filiorum Iſrael. Manna autem conſeruabatur in Arca ad commemorãdum beneficium, quod Dominus præſtitit filijs Iſrael in deſerto; vnde dicitur Exo. 16. Imple gomor ex eo, & cuſtodiatur in futuras retrogenerationes, vt non uerint panes, de quibus alui vos in ſolitudine.

¶Deinde ſecundò, de candelabro, & eius partibus, cum dicit.

¶Candelabrum verò erat inſtitutum ad honorificentiã tabernaculi; pertinet enim ad munificentiã domus, ꝙ ſit bene luminoſa. Habebat autem candelabrum ſeptẽ calamos, vt Ioſephus dicit; * ad ſignificandum ſeptem planetas, quibus totus mundus illuminatur; & ideo ponebatur candelabrum ex parte auſtrali, quia ex illa parte eſt nobis planetarum curſus.

* Ioſephus lib. 2. Antiquitatum. c. 7. & 10.

¶Tertiò de altari thymiamatis, cum dicit.

¶Altare verò thymiamatis erat inſtitutum, vt iugiter in tabernaculo eſſet fumus boni odoris, tum propter venerationem tabernaculi, tum etiam in remedium fetoris, quem oportebat accidere ex effuſione ſanguinis, & ex occiſione animalium. Ea enim, quæ ſunt fetida, deſpiciuntur quaſi vilia, quæ verò ſunt boni odoris homines magis appreciantur.

¶Quartò de menſa panum propoſitionis, & quo ad ſe, & quo ad ſitum ſuum, cum dicit.

¶Menſa autem apponebatur ad ſignificandum, quòd ſacerdotes templo ſeruientes in templo victum habere debeant, vnde duodecim panes ſuppoſitos mẽſe in memoriam duodecim tribuum, ſolis ſacerdotibus edere licitum erat, vt habetur Matth. 12. Menſa autem non ponebatur directè in medio ante propitiatorium ad excludendum ritum idolatriæ; nam Gentiles in ſacris Lunæ proponebant menſam coram idolo Lunæ, vnde dicitur Hierem. 5. Mulieres conſpergunt adipem, vt faciant planetas Reginæ cœli.

¶Conſequenter tertio loco principaliter quo ad rationes litterales D.S. accedit ad tertiam partem principalem tabernaculi, quę erat atrium, in quo erat ſecundum altare, de quo fit mentio etiam in argumento; primò aſſignans differentiam huiuſmodi altaris ad altare prædictum thymiamatis, cum dicit.

¶ In atrio verò extra tabernaculum continebatur altare holocauſtorum, in quo offerebantur Deo ſacrificia de his, quæ erant a populo poſſeſſa; & ideo in atrio poterat eſſe populus, qui huiuſmodi Deo offerebat per manus ſacerdotum; ſed ad interius altare, in quo ipſa deuotio, & ſanctitas populi Deo offerebatur, non poterant accedere niſi Sacerdotes, quorum erat Deo offerre populum.

¶Secundò de ſitu eorum aſſignans rationem. Vnde & de eodem negatur conſequentia. Dicit ergo

¶ Eſt autem hoc altare extra tabernaculum in atrio conſtitutum ad remouendum cultum idolatriæ; nam Gentiles infra templa, altaria conſtituebant ad immolandum idolis.

¶Sequit̃ ſecunda pars principalis huius ſolutionis, in qua D.S. aſſignat oĩum p̃dictorum rationem figuralem in communi, & ẽt de ſingulis partibus clarè, vt patet intuenti D.S. quia figurabant Chriſtum, & Apoſtolos, quod exponitur vſq; in finem, cũ dicit.

¶ Figuralis verò ratio omnium horũ aſſignari poteſt ex relatione tabernaculi ad Chriſtum, qui figurabatur. Eſt autem conſiderandum, ꝙ ad deſignandum imperfectionem legalium figurarum diuerſæ figuræ fuerunt inſtitutæ in templo ad ſignificandum Chriſtum. Ipſe enim ſignificatur per propitiatorium; quia ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, vt dr̃. 1. Ioan. 2. Et conuenienter hoc propitiatorium a Cherubin portatur, quia de eo ſcriptum eſt. Adorent eum omnes Angeli Dei, vt hr̃ Heb. j. Ipſe enim ſignificabatur per Arcam, quia ſicut Arca erat conſtructa de lignis ſethim, ita Corpus Chriſti de membris puriſſimis cõſtabat. Erat autem deaurata, quia Chriſtus fuit plenus ſapientia, & charitate, quæ per aurum ſignificatur. Intra Arcam autem erat vrna aurea, ideſt ſancta anima habens manna, ideſt omnem plenitudinem ſanctitatis, & Diuinitatis. Erat etiam in Arca virga, ideſt poteſtas ſacerdotalis, quia ipſe eſt factus ſacerdos in ęternum. Erant etiam ibi tabulę teſtamenti ad deſignãdum, ꝙ ipſe Chriſtus eſt legis dator; ipſe enim Chriſtus ſignificatur per candelabrum, quia ipſe dicit. Ego ſum lux mundi, per ſeptem lucernas ſeptem dona ſancti Spiritus. Ipſe etiã ſignificat̃ per menſam, quia ipſe eſt ſpiritualis cibus, ſm illud Io. 6. Ego ſum panis viuus. Duodecim enim panes ſignificabãt duodecim Apoſtolos, vel doctrinam eorum; ſiue per candelabrum, & mẽſam poteſt ſignificari doctrina, & fides eccleſiæ, quæ etiam illuminat, & ſpiritualiter reficit. Ipſe etiam Chriſtus ſignificatur per duplex altare. ſ. holocauſtorum, & thymiamatis, quia per ipſum oportet nos Deo offerre omnia virtutum opera, ſiue illa, quibus carnem affligimus, quæ offeruntur quaſi in altari holocauſtorum, ſiue illa, quæ maiore mentis perfectione per ſpiritualia perfectorum deſideria Deo offeruntur in Chriſto quaſi in altari thymiamatis, ſecundùm illud ad Heb. vlt. Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo.

¶Ad ſeptimum dicendum, quòd Dominus præcepit altare conſtrui ad ſacrificia, & munera offerenda in honorem Dei, & ſuſtentationem miniſtrorum, qui tabernaculo deſeruiebant. De conſtructione autem altaris datur a Dño duplex præceptum; vnum quidem in principio legis. Exo. 20. Vbi Dñs mandauit, ꝙ facerẽt altare de terra, vel ſaltem de lapidibus non ſectis; & iterum, ꝙ non facerent altare excelſum, ad quod oportet per gradus aſcendere, & hoc ad deteſtandum idolatrię cultum; Gentiles enim idolis conſtruebant altaria ornata, & ſublimia, in quibus credebant aliquid ſanctitatis, & numinis eſſe; pp quod etiam Dominus mandauit i Deuter. 16. Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui. Idolatrę enim conſueuerunt ſub arboribus ſacrificare pp amenitatem, & vmbroſitatem.

¶D.S. ſoluendo hoc argumentum; primò reſpondet ad aſſumptum aſſignans rationem in eo contentorum; ſecundò ad conſequentiam, negando virtualiter eam, aſſignans rationes contentorum in conſequente, quæ fuerunt aliæ a rationibus præceptorum contentorum in aſſumpto, ibi. Sed de facto, &c. Circa primum, primò aſſignat rationẽ litteralem p̃ceptorum aſſumpti; ſecundò figuralem, ibi. Quorum etiam, &c. Dr̃ ergo primò ad aſſumptũ, ꝙ hoc fuit p̃ceptum, antequam eſſet tabernaculum, ne Iudæi cõſtituerent ſibi excelſum altare vbi poſſent poni, vel eſſe arbores, & lucus, ſicut faciebãt Gẽtiles. Dico ſecũdò ad aſſumptũ, ꝙ hmõi præceptorum erat & ratio figuralis ad deſignandum diſpoſitionem noſtram circa Chriſtum, vt oſtendit D.S. in littera, cũ dicit.

De altariũ varia conſtructione.

¶ Quorum etiam præceptorum ratio figuralis fuit; quia in Chriſto, qui eſt noſtrum altare, debemus confiteri veram carnis naturam quantum ad humanitatem, quod eſt altare de terra facere, & quantum ad Diuinitatem debemus in eo confiteri patris ęqualitatem, quod eſt non aſcendere per gradus ad altare, nec etiam, iuxta Chriſtum, debemus admittere doctrinam Gentilium ad laſciuiam prouocantem.

¶Negatur autem conſequentia; primò quo ad hoc, ꝙ inconuenienter fuit præceptum poſt ędificationem tabernaculi conſtrui altaria operta auro, & ęre; quia huiuſmodi fuit alia ratio litteralis præcipiendi talia, quàm prius prohibendi eadem, eo quòd poſtmodum idolatriæ periculum non potuit habere locum. Secundum quòd D.S. declarat, cum dicit conſequenter.

¶Sed

¶ Sed facto tabernaculo ad honorem Dei non erant timendæ huiuſmodi occaſiones idolatriæ; & ideo Dominus mandauit, quòd fieret altare holocauſtorum de ęre quod eſſet omni populo conſpicuum; & altare thymiamatis de auro, quod ſoli ſacerdotes videbant. Nec erat tanta precioſitas ęris, vt per huius copiam populus ad aliquam idolatriam prouocaretur.

¶Secundò negatur etiam conſequentia de altitudine præcepta fieri circa altare de lignis ſethim opertum ære propter eandem rationem, quia præuentum fuit poſtmodum, quod prius Exo. 2. aſſignabatur pro ratione prohibendi talem altitudinem per ordinationem de deferendis fœminalibus; & ſic iterum occaſio idolatriæ per hoc non habuit locum; vnde dicit D.S. vltimò.

¶Sed quia Exo. 20. ponitur pro ratione huius præcepti. Non aſcendes per gradus ad altare meum, id quod ſubditur. Ne reueletur turpitudo tua; conſiderandũ eſt, quòd hoc etiam fuit inſtitutum ad excludendum idolatriam; nam in ſacris priapi ſua pudenda Gentiles populo denudabant, poſtmodum autem inductus eſt ſacerdotibus fœminalium vſus ad regimen pudendorum; & ideo ſine periculo inſtitui poterat tanta altaris altitudo, vt per aliquos gradus ligneos non ſtantes, ſed portatiles in hora ſacrificij, ſacerdotes ad altare aſcenderent ſacrificia offerentes.

¶Ad octauum dicendum, quòd corpus tabernaculi conſtabat ex quibuſdam tabulis in longitudinem erectis, quæ quidem interius regebantur quibuſdam cortinis ex quattuor coloribus variatis, ſcilicet de byſſo retorta; & hyacintho, ac purpura, coccoq; bis tincto; ſed huiuſmodi cortinæ tegebant ſolùm latera tabernaculi. In tecto autem tabernaculi erat operimentum vnum de pellibus hyacinthinis; & ſup hoc aliud de pellibus arietum rubricatis; & deſuper tertium de quibuſdam ſagis cilicinis, quæ non tantùm operiebant tectum tabernaculi, ſed etiam deſcendebant vſque ad terram, & tegebat tabulas tabernaculi exterius.

¶ Maior conceditur. Dico autem, quòd idem, quod eſt pro ornatu in cultu Diuino, vel tabernaculi, non eſt ſuperfluum. Ad minorem, verum, ex vna parte, ſi ſit forte, & non penetrabile a pluuia, & ventis; & tamen ſi plura ponantur ex vna parte propter ornatum, & reuerentiam non eſt ſuperfluitas, præſertim ſi aſſint & rationes figurales, quæ omnia fuerunt in propoſito, vt oſtendit Doct. San. in ſolutione; in qua primò enumerat quot fuerint tegumenta, & quam differenter tegebant tabernaculum; deinde ſecundò tangit rationes eorum; primò litterales, ibi. Horum autem, &c. Secundò figurales, ibi. Figuralis autem, &c. Deinde aſſignat rationem litteralem iam enumeratorum, tàm generalem, quàm ſpecialem, ſecundùm quam negatur conſequentia argumenti; quia cortinæ de quattuor coloribus tegebant tabernaculum in lateribus ab intra pro ornatu, ſed alia pro ornatu, & ex neceſſitate defenſionis contra pluuiam, & ventos, & etiam propter venerationem, eo quòd deſignabant aliqua opera Dei maiora, vt oſtendit Doct. Sanct. cum dicit.

¶ Horum autem operimentorum ratio litteralis in communi erat ornatus, & protectio tabernaculi, vt in reuerentia haberetur. In ſpeciali verò ſecundùm quoſdam per cortinas deſignabatur cœlum ſydereum, quod eſt diuerſis ſtellis variatum; per ſaga, aquę, quę ſunt ſupra firmamentum; per pelles rubricatas cœlum empyreum in quo ſunt Angeli; per pelles hyacinthinas cœlum ſanctæ Trinitatis.

¶Eſt & ratio figuralis horum operimentorum tabernaculi, vt declaratur in littera conſequenter.

De operimentis tabernaculi.

¶Figuralis autem ratio horum eſt; quia per tabulas, ex quibus conſtruebant tabernaculum, ſignificantur Chriſti fideles, ex quibus conſtruitur eccleſia. Tegebantur autem interius tabulæ cortinis quadricoloribus, quia fideles interius ornantur quattuor virtutibus, nam in byſſo retorta, vt Gloſa dicit. * ſignificatur caro caſtitatem renitens; in hyacintho mens ſuperna cupiẽs; in purpura caro paſſionibus ſubiacens; in cocco bis tincto, mens inter paſſiones Dei, & proximi dilectione præfulgens. Per operimenta verò tecti deſignantur Prælati, & Doctores, in quibus debet renitere cœleſtis conuerſatio, quod ſignificatur per pelles hyacinthinas; promptitudo ad martirium, quod ſignificant pelles rubricatę; auſteritas vitę, & tolerantia aduerſorum, quę ſignificantur per ſaga cilicina, quæ erant expoſita ventis, & pluuijs, vt Gloſa dicit. *

*Glo. ordi. loco nunc dicto.

¶Ad nonum dicendum, quòd ſanctificatio tabernaculi, & vaſorum eius, habebat cauſam litteralem, vt in maiori reuerentia haberetur, quaſi per huiuſmodi conſecrationem Diuino cultui deputatum. Figuralis autem ratio eſt, quia per huiuſmodi ſanctificationem ſignificatur ſpiritualis ſanctificatio viuentis tabernaculi, ſcilicet fideliũ, ex quibus conſtituitur eccleſia Chriſti.

De feſtiuitatibus, & ſolennitatibus varijs.

¶Ad aſſumptum dico, ꝙ exterior conſecratio ſignificat interiorem, vel coniunctam, vel figuratam. Et ſecundò, conſecratio exterior rei inanimatæ, vt templi, & huiuſmodi, fit non pp interiorem conſecrationem iſtarũ rerum, ſed vt habeantur in maiori reuerentia, quia per conſecrationem deputantur ad cultum Diuinum; & hæc eſt ratio litteralis conſecrationis templi, & vaſoris. Negatur autem conſequentia, quia ratio conſecrationis tabernaculi litteralis eſt, non quia ipſum interius conſecret, ſed quia deputatur ad cultum Diuinũ; & ratio figuralis eſt, quia figurat conſecrationem tabernaculi animati, & viuentis. ſ. fidelium Chriſti.

¶Ad decimum dicendum, quòd in veteri lege erant ſeptem ſolemnitates temporales, & vna continua, vt poteſt colligi Num. 18. & 19. Erat enim quaſi continuum feſtum; quia quottidie mane, & veſpere immolabatur Agnus; & per illud continuum feſtum iugis ſacrificij, repreſentabatur perpetuitas Diuinæ beatitudinis.

¶Ad maiorem, vera, tñ non obligatur homo ad ſemper benedicendum actualiter, & laudandum; ſed benedictio, & oratio debent eſſe continua ſm cauſam ſuam, ita ꝙ deſiderium charitatis maneat virtute in omnibus, quæ debemus pp gloriam Dei facere, vt patet ſecunda ſecundæ, q. 83. art. 4. Vide D.S. in quarto, diſtin. 15. q. 4. artic. 1. q. 3. in corp. quia etiam non miniſtris videtur eſſe tempus orandi ſtatutum, & determinatum; quia ex canonum ſtatuto tenentur diebus feſtis officijs intereſſe, vt miniſtris pro populo orantibus ſuam intentionem conforment. Dico etiam, ꝙ non ad omnia bona quæ poſſumus, obligamur ex præcepto, ſed ad quædam certa, & pauca, vt habet D.S. in 4. ſent. Minor conceditur, & dico, ꝙ inter ſolemnitates inſtitutas eſt vna perpetua. ſ. ſolemnitas iugi ſacrificij, quod omni die, & mane, & veſperi offerebatur. Negatur autem conſequentia, erat enim multiplex ratio inſtituendi multas ſolemnitates, aliquas iterabiles in anno ſæpius, aliquas non, vt D.S. clarè manifeſtat in ſolutione; & primò de iugi ſacrificio. ſecundò de ſacrificijs iterabilibus ſæpius in anno, reddendo rationem eorum litteralem, ibi. Feſtorum autem, &c. tertiò de feſtiuitatibus ſolennibus non iterabilibus per annum, ibi. Alia verò, &c. quartò aſſignat omnium dictorum rationes figurales, ibi. Figuralis autem, &c. Primum patet. De ſecundo dicit.

¶Feſtorum autem tpalium primum erat, quod iterabatur qualibet ſeptimana; & hæc erat ſolẽnitas ſabbati, quod celebrabatur in memoriã creationis rerũ, vt ſupra dictum eſt. * Alia autem ſolemnitas iterabatur quolibet menſe. ſ. feſtum neomeniæ, quod celebrabatur ad commemorandũ opus Diuinę gubernationis. Nã hæc inferiora præcipuè variantur ſm motum Lunę; & ideo celebrabat hoc feſtũ in nouitate Lunę, nõ autẽ in eius plenitudine, ad euitandũ idolatrarum cultum, qui in tali tpe Lunę ſacrificabant. Hęc duo beneficia ſunt communia toti humano generi, & ideo frequentius iterabantur.

*q. 100. art. 5. in cor. ad primũ.

¶De tertio dicit.

¶Alia verò quinque feſta celebrabantur ſemel in anno, & recolebantur in eis beneficia ſpecialiter illi populo exhibita. Celebrabatur enim feſtum phaſæ primo menſe ad commemorandum liberationis beneficium ex Aegypto. Celebrabatur autem feſtum Pentecoſtes poſt quinquaginta dies ad recolendum beneficium legis datę; alia verò tria feſta celebrabantur in menſe ſeptimo, qui quaſi totus apud eos erat ſolemnis, ſicut & ſeptimus dies. In prima enim die menſis ſeptimi erat feſtum tubarum in memoriam liberationis Iſaac quando Abraham inuenit arietem hærentem cornibus, quem repreſentabant per cornua, quibus buccinabant.

*Glo. ordi. Exo. 26. & dicitur eſſe Beda.

Erat autem feſtum tubarum quaſi quędam inuitatio, vt prępararent ſe ad ſequęs feſtum, quod celebrabatur decima die; & hoc erat feſtum expiationis in memoriam illius beneficij, quo Deus propitiatus eſt peccato populi de adoratione vituli ad preces Moyſi. Poſt hoc autem celebrabatur feſtũ Scenophegię, ideſt tabernaculorum ſeptem diebus, ad commemorandum beneficium Diuinę protectionis, & deductionis per deſertum, vbi in tabernaculis habitauerunt; vnde in hoc feſto debebant habere fructum arboris pulcherrimæ, ideſt tinum, citrum, & lignum denſarum frondium, ideſt myrtum, quę ſunt odorifera, & ſpatulas palmarum, & ſalices de torrente, quę diu retinent ſuum virorem; & hæc inueniuntur in terra promiſſionis ad ſignificandum, quòd per aridam terram deſerti eos duxerat Deus ad terram delitioſam. Octauo autem die celebrabatur aliud feſtum, ſcilicet cętus, atque collectę, in quo colligebantur a populo ea quæ erant neceſſaria ad expenſas cultus Diuini, & ſignificabatur adunatio populi, & pax preſtita in terra promiſſionis.

¶Et ſic patet, quòd ſemper, ideſt omni die erat quo Deus colebatur; & ita habebatur perpetua benedictio, & cum hoc aliqua, quæ certis diebus celebrabantur. Et eſt etiam ratio figuralis illarum feſtiuitatum, quam D.S. quarto loco aſſignat, cum dicit.

¶Figuralis aurem ratio horum feſtorum eſt, quia per iuge ſacrificium Agni figuratur perpetuitas Chriſti, qui eſt Agnus Dei, ſecundùm illud Heb.vlt. Ieſus Chriſtus heri & hodie ipſe & in ſęcula. Per ſabbatum autem deſignatur ſpiritualis requies nobis data per Chriſtum, vt habetur ad Heb.4. Per neomeniam autem, quę eſt incenſio nouę lunę, ſignificatur illuminatio primitiuę eccleſię per Chriſtum eo prędicante, & miracula faciente. Per feſtum autem Pentecoſtes ſignificatur deſcenſus Spiritus ſancti in Apoſtolos. Per feſtum autem tubarum ſignificatur prędicatio Apoſtolorum. Per feſtum autem expiationis, ſignificatur emundatio a peccatis populi Chriſtiani. Per feſtum autem tabernaculorum, peregrinatio eorum in hoc mundo, in quo ambulant in virtutibus proficiendo. Per feſtum autem cętus, atque collectę, ſignificatur congregatio fidelium in regno cœlorum; & ideo iſtud feſtum dicebatur ſanctiſſimum eſſe; & hęc tria feſta erant continua adinuicem, quia oportet expiatos a vitijs proficere in virtute, quouſque perueniant ad Dei viſionem, vt dicitur in Pſal.

Vtrum ſacramentorum veteris legis conueniens cauſa eſſe poſſit.

E AD quintum ſic proceditur. Videtur, quòd ſacramentorum veteris legis conueniens cauſa eſſe non poſſit. Ea enim, quæ ad cultum Diuinum fiunt, non debent eſſe ſimilia his, quæ idolatræ obſeruabant; vnde dicitur Deuteron. 22. Non facies ſimiliter Domino Deo tuo; omnes enim abominationes, quibus adueſſatur Dominus fecerunt dijs ſuis; ſed cultores idolorum in cultu eorum cultris ſe incidebant vſque ad effuſionem ſanguinis. Dicitur enim in 3. Reg. 18. quòd incidebant ſe iuxta ritum ſuum cultris, & lancеolis, donec perfunderentur ſanguine, propter quod Dominus mandauit Deuteron. 14. Non vos incidetis, nec facientis caluicium ſuper mortuos; inconuenienter igitur circunciſio erat inſtituta in lege.

¶ 2 Præterea. Ea quæ in cultum Diuinum fiunt, debent honeſtatem, & grauitatem habere, ſecundùm illud Pſal. In populo graui laudabo te; ſed ad leuitatem quandam pertinere videtur, vt homines feſtinanter comedant; inconuenienter igitur prœceptum eſt Exo. 12. Vt comederent feſtinanter Agnum Paſchalem, & alia etiam circa huiuſmodi comeſtionem ſunt inſtituta, quæ videntur omnino irrationabilia eſſe.

¶ 3 Præterea. Sacramenta veteris legis figuræ fuerunt ſacramentorum nouæ legis, ſed per Agnum Paſchalem ſignificatur ſacramentum Euchariſtię, ſecundùm illud. 1.ad Corinth. 5. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus; ergo etiam debuerunt eſſe aliqua ſacramenta in lege, quę prefigurarent alia ſacramenta nouę legis, ſicut Confirmationem, & extremam Vnctionem, & Matrimonium, & alia ſacramenta.

¶ 4 Pręterea. Purificatio non poteſt conuenienter fieri, niſi ab aliquibus immunditijs, ſed quantum ad Deũ nullum corporale reputatur immundum, quia omne corpus creatura Dei eſt, & omnis creatura Dei bona, & nihil eijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, vt dicitur 1.ad Timoth.4. Inconuenienter igitur purificabantur propter contactum hominis mortui, vel propter alicuius huiuſmodi corporales infectiones.

¶ 5 Præterea. Eccleſ.34.dicitur. Ab immundo quid mundabitur? ſed cinis vitulæ ruffæ, quę comburebatur, immundus erat, quia immundũ reddebat. Dicitur enim Num.19. q̃ ſacerdos, qui immolabat eam, cõmaculatus erat vſq; ad veſperum; ſimiliter & ille, qui eam comburebat, & etiam ille, qui eius cineres colligebat; ergo inconuenienter prœceptum ibi fuit, vt per huiuſmodi cinerem ibi aſperſum immundi purificarentur.

¶ 6 Pręterea. Peccata non ſunt aliquid corporale, qđ poſſit deferri de loco ad locum, neq; etiam per aliquid immundum poteſt homo a peccato mundari; inconuenienter igitur ad expiationem peccatorum populi ſacerdos ſuper vnum hircorum cõfitebatur peccata filiorum Iſrael, vt portaret ea in deſertum, per alium aũt quo vtebantur ad purificationes, ſimul cum vitulo comburẽtes extra caſtra immundi reddebantur, ita quòd oportebat eos lauare veſtimenta, & carnem aquæ.

¶ 7 Pręterea. Illud, quod iam eſt mundatum, non oportet iterum mundari; inconuenienter igitur mundata lepra hominis, vel etiam eius domus alia purificatio adhibebatur, vt habetur Leuit.14.

¶ 8 Prætерea. Spiritualis immunditia non poteſt per corporalem aquam, vel pilorum raſuram emundari; irrationabile igitur videtur, quòd Dominus præcepit. Exo.39. Vt fieret labium ęneum cum baſi ſua ad lauandum manus, & pedes ſacerdotum, qui ingreſſuri erant tabernaculum; & quod præcipitur Nume. 8. quòd Leuitæ abſtergerentur aqua luſtrationis, & raderent omnes pilos carnis ſuæ.

¶ 9 Prætерea. Quod maius eſt, non poteſt ſanctificari per illud, quod minus eſt; inconuenienter igitur per quandam vnctionem corporalem, & corporalia ſacrificia, & oblationes corporales fiebant in lege conſecratio maiorum, & minorum ſacerdotum, vt habetur Leuit.8. & Leuitarum, vt habetur Numeri 8.

¶ 10 Prætерea. Sicut dicitur 1.Reg.16. Homines vident ea quę patent, Deus autem intuetur cor; ſed ea quæ exterius apparent in homine. eſt corporalis diſpoſitio, & indumenta; inconuenienter igitur ſacerdotibus maioribus, & minoribus quædam ſpecialia veſtimenta deputabantur, de quibus habetur Exo.28. & ſine ratione videtur, quòd prohiberetur aliquis a ſacerdotio propter corporales defectus, ſecundùm quòd dicitur Leuit. 21. Homo de ſemine tuo per familias qui habuerit maculam non offeret panem Deo, ſi cęcus fuerit, vel ſi claudus, &c. ſic igitur videtur, quòd ſacramenta veteris legis irrationabilia fuerunt.

¶Sed contra eſt, quod dicitur Leuitici 20. Ego ſum Dominus, qui ſanctifico vos, ſed a Deo nihil ſine ratione fit. Dicitur enim in Pſalm. Omnia in ſapientia feciſti; ergo in ſacramentis veteris legis, quæ ordinabantur ad hominum ſanctificationem, nihil erat ſine rationabili cauſa.

¶Hic

¶Hic inquiritur de cauſis ceremonialium pertinentiũ ad ſacra; quia ſacra tenent ſe ex parte colentium Deum, vt patuit q.pced. art.4. ideo poſt ſacrificia & ſacra de eis agitur, quia tamen principaliora ſunt, quàm obſeruantiæ, ideo prius de ipſis determinat.

9.101.ar.4. ¶Reſpondeo dicẽdum, q̃ ſicut ſupra dictum eſt; * ſacramenta propriè dicuntur illa, quę adhibebantur Dei cultoribus ad quandã cõſecrationem, per quã. ſ. deputabantur quodammodo ad cultum Dei; cultus autem Dei generali quidem modo pertinebat ad totum populum, ſed ſpeciali mõ pertinebat ad Sacerdotes & Leuitas, qui erant miniſtri cultus Diuini; & ideo in iſtis ſacramentis veteris legis quędã pertinebant communiter ad totum populum, quędam autem ſpecialiter ad miniſtros.

¶D.S. hic duo facit. Primò enumerat omnia ſacra ve.le. quorũ numerum venatur ex quibuſdam diſtinctionibus; ſecũdò, de omnibus reſpondet vnica concluſione affirmatiua quæſito, ibi. Et hæc omnia, &c. Quo ad primum D.S. intendit talem concluſionem diſtinctiuam, & enumeratiuam ſacramentorum. Triplicia ſunt ſacra circa communem populum, & triplicia circa ſacerdotes. Probatur, quædam ſacra ve.le. pertinebant communiter ad totum populum, quædã ſpecialiter ad miniſtros; ſed circa vtroſq; tria erant neceſſaria, ſm q̃ triplicia, vel tria requirebantur ſacra; igitur cõcluſio vera. Huius rõnis D.S. primò ponit, & probat maiorẽ, ſecundò minorẽ, ibi. Et circa, &c. Maior ergo probat a principio formaliter, vt patet intuẽti litterã, & patuit maior, q. 101.ar.4. & minor pro maiore eſt de ſe nota. Conſequenter cum dicit.

¶Et circa vtroſque tria erant neceſſaria, quorum primũ eſt inſtitutio in ſtatu colendi Deum; & hęc quidem inſtitutio communiter quantum ad omnes fiebat per circũciſionem, ſine qua nullus admittebatur ad aliquid legalium; quantum verò ad ſacerdotes per ſacerdotum conſecrationem. Secundò requirebatur vſus eorum, quæ pertinet ad Diuinum cultum; & ſic quantum ad populum erat eſus paſchalis conuiuij, ad quem nullus incircunciſus admittebatur, vt patet Exo.12. & quãtum ad ſacerdotes oblatio victimarum, & eſus panum propoſitionis, & aliorum, quæ erant ſacerdotum uſibus deputata. Tertiò requirebatur remotio eorum, per quę aliqui impediebantur a cultu Diuino, ſcilicet immunditiarum; & ſic quantum ad populum erant inſtitutę quędam purificationes a quibuſdam exterioribus immunditijs, & etiam expiationes a peccatis. Quantum verò ad Sacerdotes, & Leuitas erat inſtituta ablutio manuum & pedum & raſio pilorum.

¶Subiũgit minorem principalem dictam, quam explicat clarè in littera planè, quia oportebat populũ inſtitui in ſtatu colendi, ſimiliter ſacerdotes; ſecundò requirebatur vſus eorum, quæ pertinebant ad Diuinum cultum; tertiò requirebatur remotio eorũ, per quæ impediebantur a Diuino cultu; ſed ad hæc tria ex parte vtriuſque erant neceſſaria triplicia ſacramenta; ergo, &c.

¶Et hæc omnia habebant rationabiles cauſas, & litterales, ſm q̃ ordinabantur ad cultum Dei pro tempore illo; & figurales, ſm quòd ordinabantur ad figurandum Chriſtum, vt patebit per ſingula diſcurrenti.

¶Reſpondet de omnibus ſacramentis vete.le. tali concluſione. Omnia iſta ſacramenta (ſ. prædicta ordinata ad ſanctificationem populi, vel ſacerdotum) habebant cauſas rationales, litterales, & figurales. Probatur, omnia iſta ſacramenta habebant rationes, ſecundùm quòd ordinabantur ad cultum Dei pro illo tempore, & ſecundùm quòd ordinabantur ad figurandum Chriſtum; igitur concluſio vera. Tenet conſequentia ex dictis ſæpius, quia rationes ſumptæ ex cultu Dei pro illo tẽpore ſunt litterales, quæ verò ex figuratione Chriſti ſunt figurales. Antecedens declarabitur in ſolutionibus argumentorum ſpecialiter, de ſingulis ſcilicet, Circunciſione, Agno Paſchali. Et de purificationibus ab immundicijs, & peccatis; deinde etiam de ſacramentis pertinentibus ad ſacerdotes, vt patebit.

ET confirmatur reſpon. concluſio argumento in contrarium.

Circuncijonis ratio. ¶Ad primum ergo dicendum, quòd litteralis ratio circũciſionis principalis quidem fuit ad proteſtationem fidei vnius Dei; & quia Abraham fuit primus, qui ſe ab infidelibus ſeparauit exiens de domo ſua, & de cognatione ſua, ideo ipſe primus circunciſionem accepit, & hanc cauſam aſſignat Apoſtolus ad Roman.4. Signum accepit circunciſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei, quę eſt in præputio; quia ſcilicet in hoc legitur Abrahæ fides reputata ad iuſtitiam, quòd contra ſpem in ſpem credidit, ſcilicet contra ſpem naturę in ſpem gratię, vt fieret pater multarum gentium, cum ipſe eſſet ſenex, & vxor ſua eſſet anus, & ſterilis. Et vt hæc proteſtatio, & imitatio fidei Abrahæ firmaretur in cordibus Iudęorum, acceperunt ſignum in carne ſua, cuius obliuiſci non poſſent; unde dicitur Geneſ.15. Erit pactum meum in carne veſtra in fœdus ęternum.

¶D.S. aſſignat (vt promiſit in corpore) rationes circũciſionis; primò litterales; ſecundò figurales, ibi. Figuralis verò, &c. Circa primum aſſignat tres rationes, circa quorum primam, & principalem; primò quantum ad circunciſionem ſecundùm ſe; ſecundò quo ad tempus circuncidendi, ibi. Ideo autem, &c. Primum patet in littera, deinde aſſignat rationem quo ad tempus circunciſionis, quare fiebat octaua die, nec anticipabatur, nec vltra protrahebatur; & de hoc dicit.

¶Ideo autem fiebat octaua die, quia antea puer eſt ualde tenellus, & poſſet ex hoc grauiter lędi, & reputatur adhuc quaſi quiddam non ſolidatum, vnde etiam nec animalia offerebantur ante octauum diem; ideo verò non magis tardabatur, ne propter dolorem aliqui ſignum circunciſionis refugerent, & ne parentes etiam quorum amor increſcit ad filios poſt frequentem conuerſationem, & eorum augmentum, eos circunciſioni ſubtraherent.

¶ Conſequenter ponit duas alias rationes litterales circunciſionis, circa quorum vltimam rationem tangit ſolutionem argumenti. Vnde dicit.

¶Secunda ratio eſſe potuit ad debilitationem concupiſcentiæ in membro illo. Tertia ratio eſt in fugillationem ſacrorum veneris, & priapi, in quibus illa pars corporis honorabatur, Dominus autem non prohibuit niſi inciſionem, quæ in cultum idolorum fiebat, cui non erat ſimilis prædicta circunciſio.

¶Ex hoc vltimo dicitur ad argumentum, concedendo maiorem, & minorem; ſed dico, quòd huius inciſio fuit omnino prohibita, quæ fuit facta a Gentilibus in cultum idolorum. Et huiuſmodi inciſiones nullo modo erant ſimiles circunciſioni, quam Dominus præcepit, immo omnino repugnabant.

¶Ad probationem concedo, quòd incidebant, ſed non circuncidebant, immo membrum circunciſionis honorabant. Quare negatur conſequentia. Fuit autem & alia ratiò circunciſionis figuralis, quam D.S. conſequenter aſſignat, cum dicit.

¶ Figuralis verò circunciſionis erat, quia figurabatur ablatio corruptionis fienda per Chriſtum, quę perfectè complebitur in octaua ętate, quæ eſt ętas reſurgentium; & quia omnis corruptio culpæ, & pœnæ prouenit in nos per carnalem originem ex peccato primi parentis; ideo talis circunciſio fiebat in membro generationis; vnde Apoſtolus dicit ad Coloſſ. ſecundo. Circunciſi eſtis in Chriſto circunciſione non manufacta in expoliatione corporis, & carnis, ſed in Circunciſione Domini Noſtri Ieſu Chriſti.

De eſu, & comeſtione Agni. ¶Ad ſecundum dicendum, quòd litteralis ratio conuiuij Paſchalis fuit in commemorationem beneficij, de quo eduxit eos de Aegypto; vnde per huiuſmodi conuiuij celebrationem profitebantur ſe ad illum populum pertinere, quem Deus ſibi aſſumpſerat ex Aegypto. Quando enim fuerunt ex Aegypto liberati, prœceptum eſt eis, vt ſanguine Agni linirent ſuperliminaria domorum, quaſi proteſtantes ſe recedere a ritibus Aegyptiorum, quæ arietem colebant; vnde & liberati ſunt per ſanguinis Agni aſperſionem, vel linitionem in poſtibus domorum a periculo exterminij, qui imminebat Aegyptijs.

¶Maior conceditur. Dico autem, quòd honeſtari, & grauitati non præiudicat feſtinantia ex rationali cauſa facta, præſertim ſi fiat in honorem Dei, ad ſignificandum videlicet beneficia Dei, per quæ memorata mens prouehitur in deuotionem.

¶Ad minorem, negatur, ſi fiat propter rationales cauſas litterales, & figurales, ſicut iſta comeſtio fiebat, vt D.S. in littera clarè oſtendit; primò de litterali cauſa comeſtionis Agni Paſchalis; & quantum ad ipſa ſecundùm ſe, & quantum ad modum.

¶De ſecundo. ſ. de modo comeſtionis, quare cum tali ritu (de

quo tangitur in conſequenti) ſicbat,& vult Doct. San. quòd communis cauſa omnium, fuit ſignificatio nimiæ feſtinantiæ exeundi de Aegypto, quæ feſtinantia ex duobus imminebat eis, & illa etiam dupliciter deſignabatur per ritum eius agni, vt D. S. clarè habet in littera, cum dicit.

¶ In illo autem exitu eorum de Aegypto, duo fuerũt, ſcilicet feſtinantia ad egrediendum, impellebant enim eos Aegyptij, vt exirent velociter, vt habetur Exo. 12. Imminebat autem periculum ei, qui non feſtinaret exire cum multitudine, ne remanens occideretur ab Aegyptijs. Feſtinantia autem deſignabatur dupliciter; vno quidem modo per ea, quæ comedebant; præceptum enim eis erat, quòd comederent panes azimos; & huius ſignum eſt, quòd non poterant fermentari cogentibus exire Aegyptijs,& quòd comederẽt aſſum igni, ſic enim velocius præparabatur, & quòd os non comminuerent ex eo, quia in feſtinantia non uacat oſſa frangere; alio modo quantum ad modum comedendi, dic tur enim renes veſtros accingetis, calciamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinanter, quod manifeſtè deſignat homines exiſtentes in promptu itineris. Ad idem etiam pertinet, quod eis præcipitur. In vna domo comedetis, neque feretis de carnibus eius foras, quia ſcilicet propter feſtinantiã non vacabat inuicem mittere encenia. Amaritudo autem quam paſſi fuerant in Aegypto, ſignificabatur per lactucas agreſtes. ———

¶Fuit autem, & alia ratio iam dictorum figuralis, quam D. S. conſequenter proſequitur de ſingulis obſeruatis in tali comeſtione, cum dicit.

¶Figuralis autem ratio patet, quia per immolationem Agni Paſchalis ſignificabatur immolatio Chriſti, ſecundùm illud. 1. ad Corin. 5. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Sanguis verò agni liberans ab exterminatore linitis ſuper liminaribus domorũ ſignificat fidem paſſionis Chriſti in corde, & ore fidelium, per quam liberamur a peccato, & a morte, ſecundùm illud. 1. Petr. 1. Redempti eſtis precioſo ſanguine Agni immaculati. Comedebantur autem carnes illæ ad ſignificandum eſum Corporis Chriſti in ſacramento. Erant autem aſſę igni ad ſignificandum paſſionem, vel charitatem Chriſti. Comedebantur autem cũ aximis panibus ad ſignificandam purã conuerſationem fidelium ſumentium corpus Chriſti, ſecundùm illud. 1. ad Corinth. 5. Epulemur in azymis ſinceritatis, & veritatis. Lactucæ autem agreſtes addebantur in ſignum pœnitentię peccatorum, quę neceſſaria eſt ſumentibus corpus Chriſti. Renes autem accingendi ſunt cingulo caſtitatis, calciamenta autem pedum ſunt exempla mortuorum patrum, baculi autem habendi in manibus ſignificant particularem cuſtodiam. Præcipitur autem, quòd in una domo Agnus Paſchalis comedatur, ideſt in eccleſia Catholicorum, non in conuenticulis hæreticorum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quędam ſacramenta nouæ legis habuerunt in veteri ſacramenta figuralia ſibi correſpõdentia, nam circunſioni reſpondet baptiſmus, qui eſt fidei ſacramentum, vnde dicitur ad Coloſſ. 2. Circunciſi eſtis in Circunciſione Domini Noſtri Ieſu Chriſti, conſepulti ei in baptiſmo. Conuiuio verò Agni Paſchalis reſpondet in noua lege ſacramentum Euchariſtiæ. Omnibus autem purificationibus veteris legis reſpondet in noua lege ſacramentum Pęnitentię. Conſecrationi autem Pontificis, & Sacerdotum, reſpondet ſacramentum Ordinis. ———

¶Maior vera eſt indefinitè, quia ſacramenta veteris fuerunt figuræ aliquorum, non omnium, non enim potuerunt figurare id, qd confert plenitudinem gratiæ, nec id, quod eſt immediata præparatio ad gloriam obſtante conditione illius tpis, & legis veteris, quia nihil ad perfectum adduxit lex, nec adhuc erat remotũ obſtaculum gloriæ per paſſionem Chriſti; & ergo nõ habuit iſta lex ſacramentũ correſpondens cõfirmationi, nec extremæ vnctioni.

¶Ad minorem, conceditur, & non ſolùm figurabatur Euchariſtia, ſed etiam alia, vt patet per hoc, quod D.S. primò ponit in ſolutione. Illorum ergo figuræ non repugnabant illi ſtatui ſub lege veteri. Ad conſequens ergo conceditur quo ad hoc, quòd aliqua ſacramenta nouæ legis præter Euchariſtiam debuerunt figurari in veteri lege, negatur tamen de exemplis contentis in cõſequente, ſcilicet de ſacramento extremæ vnctionis, & confirmationis, vt oſtendit Doct. Sanct. cum dicit.

¶Sacramento autem confirmationis, quod eſt ſacramentum plenitudinis gratiæ, non poteſt reſpondere in veteri lege aliquod ſacramentum, quia nondum aduenerat tempus plenitudinis, eo quòd neminem ad perfectum adduxit lex; ſimiliter autem, & ſacramento extremæ vnctionis, quod eſt quædam immediata prępparatio ad introitum gloriæ, cuius additus nondum patebat in veteri lege precio nondum ſoluto. ———

¶De matrimonio autẽ dico, ꝙ non ſolùm fuit figura matrimonij, ſed etiam matrimonium, non vt eſt ſacrm, ſed vt in officium naturæ. De hoc ex intẽtione in quarto, di. 26. q. 2. ar. 2. Quomodo matrimonium ſit diuerſimodè inſtitutum ſm diuerſos ſtatus hominum. ſ. in lege naturæ, poſt peccatum in lege Moyſi, & in noua lege, quia ſm ꝙ repreſentat coniunctionem Chriſti, & eccleſiæ inſeparabilem, &c. Et de hoc ſacramento dicit D.S. cõſequenter.

¶ Matrimonium autem fuit quidem in veteri lege, prout erat in officium naturæ, non autem prout eſt ſacramentum coniunctionis Chriſti, & eccleſię, quę nondum erat facta; vnde & in veteri lege dabatur libellus repudij, quod eſt contra ſacramenti rationem. ———

¶Nota autem, ꝙ quãuis inſeparabilitas matrimonio competat, & vt eſt in officium naturæ, & ſecundùm quòd eſt ſignum perpetuæ coniunctionis Chriſti, & eccleſiæ; quia tamen ſeparatio matrimonij magis directè repugnat ſignificationi, quàm prolis bono; ideo dicit D.S. hic, ꝙ libellus repudij admittebatur in veteri lege, quod tamẽ repudium eſt contra matrimonium, vt eſt in officiũ naturæ, ſm ꝙ fuit in veteri lege. Eſto non ſolùm iſto modo eſſet, ſed etiam vt eſt remedium contra peccatum, & concupiſcentiam inordinatam. De illo libello repudij in D. S. in quarto, diſt. 32. q. 2. art. 2. ex intentione. Et de inſeparabilitate matrimonij ibidem primo, & tertio contra Gentil. cap. 123.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt; * purificationes veteris legis ordinabãtur ad remouendum impedimenta cultus Diuini, qui quidem eſt duplex. ſ. ſpiritualis, qui conſiſtit in deuotione mentis ad Deũ; & corporalis, qui conſiſtit in ſacrificijs, & oblationibus, & alijs huiuſmodi. A cultu autem ſpirituali impediuntur homines per peccata, quibus homines pollui dicebãtur, ſicut per idolatriam, & homicidium, per adulteria, & inceſtus; & ab iſtis pollutionibus purificabant homines per aliqua ſacrificia, vel cõmuniter oblata pro tota multitudine, vel ẽt pro peccatis ſingulorum, non ꝙ ſacrificia illa carnalia haberent ex ipſis virtutem expiandi peccatum, ſed quia ſignificabant expiationem peccatorum futuram per Chriſtũ, cuius participes erant ẽt antiqui proteſtantes fidẽ Redemptoris in figuris ſacrificiorum. ——

* In corp. artic.

¶Maior conceditur; ſed dico, ꝙ aliquid quandoq; eſt immundum, nõ in ſe, ſed reſpectu alterius. ſ. reſpectu cultus Diuini, quia impedit homines a tali cultu pp aliquas rationes, tàm litterales, quàm figurales; & ideo ab illis immunditijs, ideſt impedimentis oporter purificari. Et quia duplex eſt cultus Diuinus, ideo poteſt eſſe duplex immunditia, & impedimentum a tali cultu, & per cõſequens duplex purgatio neceſſaria. ſ. ſpiritualis immunditia, & corporalis, vt oſtendit D. S. in ſolutione; & primò de ſpirituali; ſecundò de corporali, ibi. A cultu verò, &c. Conſequenter D. S. oſtendit, quomodo etiam dicebantur in corporalibus aliquæ immunditiæ, quia ẽt impediebãt a cultu Diuino pp aliquas rationes litterales, & figurales, de quibus etiam oportebat purificari. Et de illis ſic procedit. Primò (quia ſunt duo genera immunditiarum corporalium impedientium a cultu Diuino) tractat de prima immunditia. ſ. circa hominem; ſecundò de ſecunda. ſ. de immunditia circa alias res, q̃ ẽt reddebant̃ irregulares, & immundæ ex aliqua cauſa, ibi. Erat aũt & immunditia, &c. Circa primum, primò enumerat quot immunditias incurrebat homo corporaliter, & conſequenter etiã alia animalia; ſecundò aſſignat rationes, quare illa enumerata dicebantur immunditiæ, & quomodo ab iſtis oportebat purificari; primò litteralẽ, ibi. Iſtarũ autem, &c. ſecundò figuralem, ibi. Ratio aũt, &c. Quo ad primũ enumerat duplicem immũditiam, q̃ eſt ex hominibus, vel alijs animalibus corporaliter, quædã eſt ſm ſe; q̃ fuit multiplex, ꝙdam ex cõtactu immundarum rerũ aliarũ, ſiue animatarũ, vel inanimatarum, de quib. dicit D. S.

¶ A cultu

¶ A cultu uerò exteriori impediebantur homines per quaſdam immunditias corporales, quæ quidem primò conſiderabãtur in hominibus, & conſequenter etiam in aliis animalibus, & in veſtimentis, & domibus, & uaſis. In hominibus quidem immunditia reputabatur, partim quidem ex ipſis hominibus, partim autem ex contactu rerum immundarũ. Ex ipſis autem hominibus immundũ reputabatur omne illud, quod corruptionem aliquã iam habebat, uel erat corruptioni expoſitum; & ideo quia mors eſt corruptio quædam, cadauer hominis reputabatur immundum, ſimiliter etiã quia lepra ex corruptione humorum contingit, qui ẽt exterius erumpũt, & alios inficiunt, leproſi etiam reputabantur immundi; ſimiliter etiam mulieres patientes ſanguinis fluxum, ſiue per infirmitatem, ſiue etiam per naturam, vel tẽporibus menſtruis, vel etiam tpe conceptionis; & eadem ratione viri reputabantur immundi fluxum ſeminis patiẽtes, vel per infirmitatem, vel per pollutionem nocturnam, vel ẽt per coitum; nam omnis humiditas prædictis modis ab homine egrediens quandam immundam infectionem habet. Inerat etiam hominibus immunditia quædam ex contactu quarumcunque rerum immundarum. ———

¶Quare autem iam dicta dicebantur immunditiæ, & impedimenta, & quomodo purificabantur. D. S. aſſignat rationem litteralem; quia eſto aliquis eſſet in ſe iuſtus, & bonus, tamen per huiuſmodi impediebatur ab immolatione ſacrificiorum, & ab ingreſſu templi, & huiuſmodi. De quo dicit D. S.

¶Iſtarum autem immunditiarum erat ratio & litteralis, & figuralis. Litteralis quidem pp reuerentiã eorum, quæ ad Diuinum cultum pertinent, tum quia homines precioſas res contingere non ſolent, cum fuerint immũdi, tum etiã vt ex raro acceſſu ad ſacra, ea magis venerarentur. Cum enim omnes huiuſmodi immunditias rarò aliquis cauere poſſit, contingebat, ꝙ rarò poterant hoies accedere ad attingendum ea, quæ pertinebant ad Diuinum cultum, & ſic quando accedebant cum maiori reuerentia, & humilitate mentis accedebãt. Erat autem inquibuſdam horum ratio litteralis, vt homines non reformidarent accedere ad Diuinum cultum quaſi refugiẽtes conſortium leproſorum, & ſimul infirmorum, quorum morbus abominabilis erat, & cõtagioſus. In quibuſdam etiam ratio erat ad vitãdum idolatriæ cultum, quia Gentiles in ritu ſuorum ſacrificiorum vtebantur quãdoque, & humano ſanguine, & ſemine. Omnes autem huiuſmodi immunditię corporales purificabantur, vel per ſolam aſperſionem aquæ, vel quæ maiores erant, per aliquod ſacrificium ad expiandum peccatum, ex quo tales infirmitates contingebant. ———

¶Deinde iam dictarum immunditiarum corporalium aſſignat rationẽ figuralem; & primò de prima. ſ. immũditia hoĩs ſm ſe; ſecundò de ſecunda, quę eſt ex cõtactu, ibi. Vir verò. De prima dicit.

¶ Ratio autem figuralis harum immunditiarum fuit, quia per huiuſmodi exteriores immunditias figurabant diuerſa peccata. Nam immunditia cadaueris cuiuſcunq; ſignificat immunditiam peccati, quod eſt mors animæ. Immũditia autem lepræ ſignificat immunditiã hæreticæ doctrinę, tum quia hęretica doctrina contagioſa eſt, ſicut & lepra, tum quia nulla etiam falſa doctrina eſt, quę uera falſis nõ admiſceat, ſicut etiam in ſuperficie corporis leproſi apparet quædam diſtinctio quarundam maculârum ab alia carne integra; per immunditiam autem mulieris ſanguiſluę deſignatur immũditia idolatriæ pp immolatitium * cruorem, per immunditiam verò viri ſeminiflui deſignatur immunditia uanæ locutionis, eo ꝙ ſemẽ eſt verbum Dei. Per immunditiam verò coitus, & mulieris parientis, deſignatur immunditia peccati originalis. Per immunditiam verò mulieris menſtruatę, deſignatur immunditia mentis per voluptates emollitæ. —

* Aliàs immaculati.

¶Circa rationem figuralẽ immunditiæ ex contactu primò ponit ipſam rationẽ; ſecũdò adiungit quoddam notabile de eadem immunditia, ibi. Huiuſmodi autem, &c. De primo dicit.

¶ Vniuerſaliter verò per immũditiã cõtactus rei immundæ, deſignatur immunditia conſenſus in peccatum alterius, ſm illud. 2. ad Cor. 6. Exite de medio eorum, & ſeparamini, & immundum ne tetigeritis. ———

¶Doct. Sanct. conſequenter notat, quomodo etiam immunditia contactus prædicta deriuabatur etiam ad res inanimatas, & quare etiam litteraliter, cum dicit.

¶ Huiuſmodi autem immunditia cõtactus deriuabatur etiam ad res inanimatas, quicquid enim quocunque modo tangebat immundus, immũdum erat. In quo lex attenuauit ſuperſtitionem Gentilium, qui non ſolùm per contactum immundi dicebant immunditiam contrahi, ſed etiam per collocutionem, aut per aſpectum, vt Rabi Moyſes dicit de muliere mẽſtruata; per hoc auteni myſticè ſignificabatur id, quod dicitur Sapiẽ. 14. Similiter odio ſunt Deo impius, & impietas eius. ———

¶D. S. conſequenter proſequitur ſecundum genus immunditiarum rerum corporalium; quia ſcilicet etiam res aliquæ inanimatæ reddebantur immundæ, & irregulares ad vſum ſecundùm ſe, & non ex contactu, ſicut dicebatur domus leproſa, vel veſtis, ſimiliter vas immundum. Et huiuſmodi erat duplex ratio; vna litteralis, quam Doct. Sanct. ponit, cum dicit.

¶ Erat autem & immunditia quędam ipſarum rerum inanimatarum ſecundùm ſe, ſicut erat immunditia lepręin domo, & in veſtimentis; ſicut enim morbus lepræ accidit in hominibus ex humore corrupto putrefaciente carnem, & corrumpente, ita etiam propter aliquam corruptionem, & exceſſum humiditatis, vel ſiccitatis, fit quandoque aliqua corroſio in lapidibus domus, uel etiam in ueſtimentis; & ideo hanc corruptionem vocabat lex lepram, ex qua domus, vel veſtis immunda iudicaretur, tum quia omnis corruptio ad immunditiam pertinebat, vt dictum eſt; * tum etiam quia circa huiuſmodi corruptionem Gentiles deos penates colebant; & ideo lex prȩcepit huiuſmodi domus, in quibus fuerit talis corruptio perſeuerans deſtrui, & ueſtes comburi ad, tollendam idolatriæ occaſionem. Erat etiam & quædam immunditia vaſorum, de qua dicitur Nume. 19. Vas quod non habuit cooperculum, & ligaturam deſuper, immundum erit; cuius immunditiæ cauſa eſt, quia in talia vaſa de facili poterat aliquid immundum cadere, vnde poterant immundari. Erant etiam hoc præceptũ ad declinandum idolatriam. Credebant enim idolatre, ꝙ ſi mures, aut lacertę, vel aliquid huiuſmodi, quę immolabant idolis, caderent in vaſa, vel in aquas, ꝙ eſſent dijs gratioſa. Adhuc etiam aliquę mulierculę vaſa dimittunt diſcooperta in obſequium nocturnorum numinum, quę lamas vocant. ———

* In iſtamet ſolutione.

¶Nota, quòd circa lepram domus diſputant Burgenſis, & Dorinck Leuit. 14. Sed dictum vtriuſque poteſt ſaluari, ſecundùm quòd domus dicatur leproſa metaphoricè, & effectiuè; quia conſiderando corruptionem domus in lapidibus, & lignis, ſic dicitur metaphoricè ad lepram hominis veram. Si autem attendantur mali humores cauſatiui huiuſmodi corroſiones, tunc domus dicitur leproſa effectiuè reſpectu humanæ lepræ, quia tales malæ qualitates natæ ſunt inducere malam diſpoſitionem, & etiam lepram in homine. Et non attendit replicator ibidem differentiam inter analogiam attributionis, & proportionis, & quòd ſanum ſit analogum attributionis, non proportionis, vt patet intuenti. Erat autem huiuſmodi immunditiæ etiam ratio figuralis, quam Doct. Sanct. ponit, cum dicit.

¶ Harum autem immunditiarum ratio eſt figuralis; quia per lepram domus ſignificatur immunditia cõgregationis hęreticorum, per lepram verò in veſte linea ſignificatur peruerſitas morum ex amaritudine mentis; per lepram verò veſtis laneæ ſignificatur peruerſitas actũ latorum, per lepram in ſtamine ſignificantur uitia animæ, per lepram uerò in ſubtegmine ſignificantur peccata carnalia, ſicut enim ſtamen eſt in ſubtegmine, ita anima in corpore; per vas autem, quod non habet cooperculum, nec ligaturam, ſignificatur homo qui nõ habet aliquod uelamen taciturnitatis, & qui non conſtringitur aliqua cenſura diſciplinæ. ———

¶ Ex iſtis omnibus poteſt dici ad reliquas propoſitiones argumenti. Ad minorem, vera, corporale ex natura non reputatur immundum quo ad Deum, tamen quo ad cultum Diuinum, præſertim vet. le. multa reputabantur immunda, tum propter rationes litterales tactas ex parte cultus Diuini, tum propter figurales.

¶ Ad probationem conceditur, quòd omnis creatura Dei eſt bona in natura ſua. Et intelligitur Apoſtolus, ꝙ nihil reijciendum eſt, &c. quantum eſt ex debito Diuinæ legis poſt veterem legem; tamen ex alia cauſa poteſt reijci; ſicut venenum reijcitur, non propter Diuinam legem abſolutè obligantem, ſed quia mortiferum; negatur ergo conſequentia, quia tales aliæ cauſæ erant dabiles præter illas allegatas in conſequente, vt deductum eſt. Et de hac ſolutione arti. ſequenti ad primum. Vide etiam Doct. San. tertio contra Gentiles, cap 127. quomodo nullius cibi vſus ſecundùm ſe eſt peccatum, eſt tamen peccatum tripliciter.

*Ad quartum. ¶ Ad quintum dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt; *duplex erat immunditia in lege; vna quidem per aliquam corruptionem mentis, vel corporis, & hæc etiã immunditia maior erat; alia verò erat immunditia ex ſolo contactu rei immundæ; & hæc minor erat, & faciliori ritu expiabatur; nam immunditia prima expiabatur per ſacrificia pro peccato; quia omnis corruptio procedit ex peccato, & peccatum ſignificat; ſed ſecũda immunditia expiabatur per ſolam aſperſionem aquæ cuiuſdam.

¶ Ad maiorem dicitur primò, ab immundo corporaliter nullus corporaliter mundatur, ſed magis inquinatur. Dico ſecundò, ꝙ ab immundo ſpiritualiter, nullus mundatur ex virtute perſonali ipſius immundi, tamen inquantum immundus eſt inſtrumentum agentis principalis, tunc ab eo aliquid mundatur miniſterialiter, ſicut applicante id, in quo eſt virtus principalis agentis, ſic habemus de miniſtris nouæ legis, qui exiſtentes peccatores mundant adhibendo ſacramenta, quæ habẽt efficaciam ex virtute Chriſti. Et hæc Gloſa habetur ex D.S. in quarto, diſt. 19. &c. Tertiò dico ad propoſitum, quòd immundus propter aliquam figurationem poteſt mundare aliquem immundũ, ſed mundans non eget mutatione eiuſdem generis cum eo quem mundat, vt D.S. oſtendit in ſolutione. Et poteſt fieri propter myſteriũ, vt faciens aliquid requiſitum ad mundationem, efficiatur immundus.

¶ Ad minorem, conceditur, ꝙ erat immundus propter deteſtationem idolatriæ, pro cuius expiatione vacca ruffa offerebatur, ſed alia ratione mundabat propter rationes litterales, & figurales. vt oſtendit D.S. in ſolutione, in qua primò oſtendit propter tacta in conſequente, quomodo aliqua immunditia purificabatur per aſperſionem cineris, & aquæ; quia non omnis immunditia, ſed corporalis ex contactu, ſed nõ ſpiritualis, vel alia corporalis proueniens ex cauſa intrinſeca. Secundò ſubiungit modũ conficiẽdi huiuſmodi aquã, quæ vocabat expiationis, ibi. De qua quidẽ, &c. Tertiò, quare conficientes huiuſmodi aquam, & adminiſtrantes eam reddebant ex hoc immundi, ibi. Et quia huiuſmodi, &c. Primum patet in littera. Conſequenter ponit ritum, & modum conficiendi adminiſtrandi huiu modi aquam, & eius cauſam litteralem; & primò de ſacrificio, qđ fiebat in confectione huius aquæ, quia immolabatur vacca ruffa; ſecundò de illis, quę adiungebantur huiuſmodi ſacrificio pro habendis cineribus pro aqua iſta, ibi. Adiungebatur etiam, &c. De primò dicit.

¶ De qua quidem aqua expiationis habetur Num. 19. Mandatur enim ibi a Domino, ꝙ accipiant uaccam ruffam in memoriam peccati, quod commiſerunt in adoratione vituli; & dicitur uacca magis, quàm uitulus; quia ſic Dominus Synagogam uocare conſueuit, ſecundùm illud Oſeæ 5. Sicut uacca laſciuiens declinauit Iſrael; & hoc forte ideo quia uaccas in morem Aegyptij coluerunt, ſecundùm illud Oſeę 10. Vaccas bethauen coluerunt, & in deteſtationem peccati idolatriæ immolabatur extra caſtra; & ubicunque ſacrificium fiebat pro expiatione multitudinis peccatorum cremabatur extra caſtra totum, & vt ſignificaretur per hoc ſacrificiũ emũdari populus ab uniuerſitate peccatorum, intingebat ſacerdos digitum in ſanguine eius, & aſpergebat contra fores Sanctuarij ſeptem vicibus, quia ſeptenarius numerus uniuerſitatem ſignificat; & ipſa etiam aſperſio ſanguinis pertinebat ad deteſtationem idolatriæ, in qua ſanguis immolatitius nõ effundebatur, ſed congregabatur, & circa ipſum homines comedebant in honorem idolorum. Comburebatur autem in igne, uel quia Deus Moyſi in igne apparuit; & in igne data eſt lex, uel quia per hoc ſignificabatur, quòd idolatria totaliter erat extirpanda, & omne quod ad idolatriam pertinebat, ſicut uacca cremabatur cum pelle, & carnibus, ſanguine, & ſimo flammæ traditis.

¶ De ſecundò dicit.

¶ Adiungebatur etiã in combuſtione lignum cedrinum, hyſopus, coccusq; bis tinctus ad ſignificandum, ꝙ ſicut ligna cedrina non de facili putreſcunt, & coccus bis tinctus non amittit colorem, & hyſopus retinet etiã colorem, poſtquam fuerit deſiccatus. Ita etiam hoc ſacrificium erat in conſeruatione ipſius populi, & honeſtatis, & deuotionis ipſius; vnde dicitur de cineribus uaccæ, vt ſint multitudini filiorum Iſrael in cuſtodiam. Vel ſecundùm Ioſephum * quattuor elementa ſignata ſunt, igni etiam apponebatur cedrus ſignificans terram propter ſui terreſtritatem; hyſopus ſignificans aerem propter odorem, coccus ſignificans aquam eadem ratione, qua etiã purpura propter tincturas, quæ ex aquis ſumunt; vt per hoc exprimeretur, quòd illud ſacrificium offerebatur creatori quattuor elementorum. *Ioſeph. libro 3. Antiquitatum, cap. 7.

¶ Conſequenter D.S. ponit rationem litteralem, quare immolans uaccam ruffam, & colligens cineres, & aſpergens aquam, in qua imponebantur huiuſmodi cineres reddebantur immundi pp deteſtationem. ſ. idolatriæ, in cuius memoriam hoc ſacrificium fiebat, ideo ex huiuſmodi contacta reddebãtur immundi, quamuis populũ ab huiuſmodi mundarent, nec hoc fuit inconueniens; quia deſignabatur per hoc, quòd omne pertinens quocunque modo ad idolatriam eſt refutandum quaſi quoddam contagioſum, & quia talis leuis reputabatur immunditia, ideo & faciliter emundabatur. Ex quo patet etiam, quòd conſequentia argumenti non valet, quia ex diuerſis cauſis ille idem mundabat, & immundus fiebat. Et hoc oſtendit D.S. cum dicit.

¶ Et quia huiuſmodi ſacrificium offerebatur pro peccato idolatriæ, in eius deteſtatione; & comburens, & cineres colligens, & ille qui aſperſit aquas, in quibus cinis ponebatur, immundi reputabantur, vt per hoc oſtenderetur, quòd quicquid quocunque modo ad idolatriam pertinet quaſi immundum, eſt abiiciendum. Ab hac autem immunditia purificabantur per ſolam ueſtimentorum ablutionem, nec indigebãt aqua aſpergi propter huiuſmodi immunditiam, quia ſic eſſet proceſſus in infinitum. Ille enim qui aſpergebat aquam, immundus fiebat; & ſic ſi ipſe ſeipſum aſpergeret, immundus remaneret, ſi autem alius eum aſpergeret ille immũdus eſſet; & ſimiliter ille, q illum aſpergeret, & ſic in infinitum.

¶ Nota tamen, quòd Nicolaus de Lyra, qui omnia huius ſolutionis accepit Num 19. ponit aliam rationem, quare tangens cineres eſſet immũdus, quia aliquis debebat ſe reputare indignum, quòd tangeret cineres ordinatos in ſanctificationem populi. Deinde Doct. Sanct aſſignat omnium dictorum in ſolutione hac rationes figurales ſecundùm eundem ordinem enumerans, vt prius clarè. Cum dicit.

¶ Figuralis autem ratio huius ſacrificij eſt, quia per uaccam ruffam ſignatur Chriſtus ſecundùm infirmitatẽ aſſumptam, quã fœmininus ſexus deſignat, ſanguinem autem paſſionis eius deſignat uaccæ color. Erat autem uacca ruffa ꝙ tatis integrę, quia omnis operatio Chriſti eſt perfecta, in qua nulla erat macula, nec portauit iugũ peccati; præcipitur autem adduci ad Moyſen, quia imputabant ei tranſgreſſionem Moſaicę legis in uiolatione ſabbati; præcipitur autem tradi Eleazaro Sacerdoti, quia Chriſtus occidendus in manus ſacerdotum traditus eſt; immolatur autem extra caſtra, quia extra portam Chriſtus paſſus eſt; intingit autem ſacerdos digitum in ſanguinem eius, quia per diſcretionem quam digitus ſignificat myſterium paſſionis Chriſti eſt conſiderandum, & imitandum. Aſpergitur autem contra tabernaculum, per quod Synagoga deſignatur, uel ad condemnationẽ Iudæorum non credentium, uel ad purificationem credẽtium, & hoc ſeptem uicibus, uel propter ſeptem dona Spiritus ſancti, uel propter ſeptem dies, in quibus omne tempus intelligitur. Sunt autem omnia, quæ ad Chriſti incarnationem pertinent igne cremanda, ideſt

ſpiritua-

ſpiritualiter intelligẽda; nã per pellem, & carnẽ exterior Chriſti operatio ſignificatur; per ſanguinẽ ſubtilis, & interna virtus exteriora facta verificãs, per fimũ, laſsitudo, ſitis, & omnia huiuſmodi ad infirmitatem pertinentia. Addunrur autem tria, ſcilicet cedrus quod ſignificat altitudinem ſpei vel cõtemplationis, Hyſopus, quod ſignificat humilitatem vel fidem. Coccus bis tinctus ſignificat geminam charitatem, per hæc enim debemus Chriſto paſſo adhærere. Iſte autem cinis combuſtionis colligitur a viro mundo, quia reliquiæ paſſionis peruenerunt ad Gentiles, qui non fuerunt culpabiles in Chriſti morte. Apponuntur autẽ cineres in aqua ad expiandum, quia ex paſſione Chriſti Baptiſmus ſortitur virtutem emundandi peccata. Sacerdos autem, qui immolabat, & comburebat vaccam, & ille, qui comburebat, & colligebat cineres immundus erat, & etiam, qui aſpergebat aquam; vel quia Iudæi ſunt facti immundi ex occiſione Chriſti, per quam noſtra peccata expiantur, & hoc vſque ad veſperum, ideſt vſque ad finẽ mũdi quando reliquiæ Iſrael cõuertentur; vel quia illi, qui tractant ſancta intendentes ad emundationem aliorum ipſi etiam aliquas immunditias contrahunt vt Greg. dicit in Paſtorali. Et hoc vſque ad veſperum, ideſt vſque ad finem præſentis vitæ.

¶ Nota ex hac ſolutione effectum aquæ expiationis, quia purificabat aſperſa immunditias contractas ex tactu immundorum, & non immunditiam mentis vel corporis interiorem, quare non ſufficiebat pro purificatione mulieris immundæ, nec pro alijs immunditijs corporis puta a fluxu menſtrui vel ſeminis vel huiuſmodi immunditiarum, quæ proueniunt ex corpore ſecundùm ſe. Vnde patet, quòd Nicolaus de Lyra Nume. 19. non attentè vidit D.S. hic in iſta ſolutione, quam tamen applicat ibidẽ ad exponendam litteram, & pro fundamento dicendorũ in principio capituli. Dicit enim ſic. In lege autem erant duæ purificationes; vna ab immunditia ſpirituali, quæ contingit ex peccatis, & iſta, quæ erat grauior purificabatur per oblationes, & ſacrificia vt habetur Leui. quarto, & quinto. Alia autem erat ab immunditia corporali, quæ contingit ex tactu alicuius rei immundę, vel alia immunditia corporali per quam efficiebatur homo ineptus ad ingrediendum locum cultus Diuini, ita quòd tales immunditiæ eraut quaſi quædam irregularitates impedientes accedere ad locum Diuini cultus quamdiu manebant, & tales purificabantur per aſperſionem aquæ luſtrationis in qua commiſcebantur cineres vaccæ combuſtæ, & de iſta purificatione agitur hic. Hæc ille in forma. Ex quibus patet, quòd ipſe dicit aquam luſtrationis ſiue expiationis deleuiſſe immuuditias corporales non ſolũ prouenientes ex contactu immundorum, ſed etiã immunditias corporum, cuius oppoſitum dicit D.S. quia dicit, quòd aqua expiationis expiabat ſolùm immunditiam ex contactu, ſed prima ſcilicet etiam corruptio corporis procedit ex peccato, ſaltem ſcilicet originali, & peccatum ſignificat, & ergo expiabatur per ſacrificium, & non ſolùm per aſperſionem aquæ, Vide & principiũ ſolutionis ſequentis. Dictum etiam Lyrę, cum non vr ſtare Leuiti. 12. & 15. vbi ponuntur ſacrificia pro immũditia corporali mulieris immundæ ex fluxu, &c. & ergo non ſuffecit pro tali immũ ditia corporali aqua luſtrationis. Et præterea Numer. 19. in textu ſolùm fit mentio, & ponuntur exempla de immunditia ex cõtactu immundorum, vt patet intuenti, quare Nicolaus de Lyra dictum in hoc debet piè exponi ſic vt intelligat, quòd immunditiæ corporales mundabantur quandoque per aquam luſtrationis, ſed non tantùm, ſed adiunctis ſacrificijs, tunc enim benediceret, ſed ſi intelligit, quòd per ſolam aſperſionem illius aquæ, tunc ſtare non poſſet.

Nicolaus de Lyra de aqua expiationis.

Lyranus piè exponendus.

*Ad quartum. ¶ Ad ſextum dicendum, quòd ſicut dictum eſt; *immunditia, q̃ ex corruptione proueniebat vel mentis, vel corporis expiabatur per ſacrificia pro peccato. Offerebantur autem ſpecialia ſacrificia pro peccatis ſingulorum, ſed quia aliqui negligentes erant circa expiationem huiuſmodi peccatorum, & immunditiarum, vel etiam propter ignorantiam ab expiatione huiuſmodi deſiſtebãt, inſtitutum fuit vt ſemel in anno decima die ſeptima die menſis fieret ſacrificium expiationis pro toto populo.

¶ D.S. ſoluendo hoc argumentum primò declarat ea, quę tãguntur in conſequente, qualiter fiebant quo ad omnem ritum eorum aſſignans rationem litteralem omnium ſecundò ex dictis reſpondet ad conſequentiam argumenti quo ad duas partes aſſumpti interponens rationem figuralem omnium dictorũ, ibi. Dicebatur autem, &c. Circa primum primò declarat quando & quotiens, quia tantùm ſemel in anno fiebat hoc ſacramentum, quod dicebatur expiatio a peccatis, & qua ratione litterali, vt patet in textu. Nicolaus de Lyra ponit adhuc vnam rationem illius feſti, quia iſto die Moyſes nunciauit populo peccatum idolatriæ in adoratione vituli commiſſam. Deinde ſecundò declarat ea, quæ fiebãt in hac expiatione, & rationes eorum, ſcilicet quare ſacerdos ſpecialiter pro ſe faciebat ſacrificium, & poſtea pro toto populo, & quare tali modo, & quomodo Hircus emittebatur ad deportandum peccata populi, quæ omnia habentur in littera cum dicitur.

¶ Et quia ſicut Apoſtolus dicit ad Heb. 7. lex conſtituens homines ſacerdotes infirmitatem habentes, oportebat, quòd ſacerdos prius offerret pro ſeipſo vitulum pro peccato, in commemorationem peccati, quod Aarõ fecerat in conflatione vituli aurei; & arietem in holocauſtum, per quod ſignificabatur, quòd ſacerdotis prælatio quam aries deſignat, qui eſt dux gregis, erat ordinanda ad honorem Dei. Deinde autem offerebat pro populo duos hircos, quorum vnus immolabatur ad expiandum peccatum multitudinis, hircus enim animal fętidum eſt, & de pilis eius fiunt veſtimenta pungentia, vt per hoc ſignificaretur fętor, & immũditia aculei peccatorum. Huiuſmodi autem hirci immolati ſanguis inferebatur ſimul etiam cum ſanguine vituli in ſancta ſanctorum, & aſpergebatur ex eo totum Sanctuariũ, ad ſignificandum, quòd tabernaculum emũdabatur ab immunditijs filiorum Iſrael. Corpus verò hirci, & vituli, quæ immolata ſunt pro peccato, oportebat comburi ad oſtendendum conſummationem peccatorum, non autẽ in altari, quia ibi non comburebantur toraliter niſi holocauſta vnde mandatum erat vt comburerentur extra caſtra in deteſtationem peccati, hoc enim fiebat qñcunque immolabatur ſacrificium pro aliquo graui peccato, vel pro multitudine peccatorum. Aliter verò hircus emittebatur in deſertum, non quidem vt offerretur dęmonibus quos colebant Gentiles in deſertis, quia eis nihil licebat immolari; ſed ad ſignificandum effectum illius ſacrificij immolati, & ideo ſacerdos imponebat manum ſuper caput eius confitens peccata filiorum Iſrael, ac ſi ille hircus deportaret ea in deſertum vbi a beſtijs comederetur, quaſi portans pœnam pro peccatis populi.

¶ D.S. conſequenter reſpondet ad conſequentiam argumenti ſecundùm duas partes aſſumpti, & primò ſecundùm primã partem, ſecundò interponit rationem figuralem dictorum, ibi. Ratio autem, &c. tertiò reſpondet conſequentiæ ſecundùm ſecundam partem aſſumpti, ibi. De immunditia verò, &c. Vt autem clarius fiat, dico ad primam partem aſſumpti dupliciter, primò ꝙ peccata non poſſunt portari in ſe, tamen remiſſio eorum potuit ſignificari per emiſſionẽ alicuius animalis corporalis, ita quòd pecata poſſunt deferri, ideſt poſſunt repreſentari, ac ſi deferrentur per animal, quod patiebatur pro peccatis, ita quòd huiuſmodi portatio peccatorum ſignificabat effectum alicuius ſacrificij. Secundò, quòd peccata poſſunt deferri in ſcriptura allegata, & ſcripta in aliqua cedula. Secundum hoc ergo, negatur primò cõ ſequentia, quo ad primam partem conſequentis, quia illa portatio peccatorum per hircum, erat repreſentatiua, & ſignificatiua effectus ſacramenti, qui erat expiatio peccatorũ p oblationem hirci, & alterius emiſſionem, vel quia peccata in ſcriptis imponebantur illi hirco. Et hoc vult D.S. cum dicit.

¶ Dicebatur autem portare peccata populi, vel quia in eius emiſſione ſignificabatur remiſſio peccatorũ populi, vel quia colligebatur ſuper caput eius aliqua cedula vbi erant ſcripta peccata.

¶ Erat etiam huius ratio figuralis, quam Doct. San. conſequenter proſequitur cum dicit.

¶ Ratio figuralis horum erat, quia Chriſtus ſignificatur, & per vitulum propter virtutem; & per arietem, q̃a ipſe eſt dux fidelium; & per hircum propter ſimilitudinem carnis peccati, & ipſe eſt immolatus pro peccatis, & ſacerdotum, & populi, quia per eius paſſionem, & maiores, & minores a peccato mundantur. Sanguis aũt

vituli,

vituli, & hirci infertur in sancta per pontificem, quia per sanguinem passionis Christi patet nobis introitus in regnum cœlorum. Comburuntur autem eorum corpora extra castra, quia extra portam Christus passus est, vt Apostolus dicit ad Heb. vltimo. Per hircum autem, qui emittebatur, pōt significari vel ipsa diuinitas Christi, quæ in solitudinem abijt homine Christo patiente, non quidem locum mutans, sed virtutem cohibens; vel significatur concupiscentia mala quam debemus a nobis abijcere, virtuosos autē motus dño immolare.——

¶ D.S. consequenter respondet consequentiæ quo ad secundam partem assumpti, ad quam dicitur, quòd p immundū spiritualiter aliquis non potest mundari a peccato. Et secundò per immundum corporaliter non potest mundari a peccato effectiuè, & principaliter, potest tamen aliquis ex immundo corporaliter immunditia spirituali mūdari propter figurationem, & ministerialiter. Sacrificia enim vt patuit ad quartum vel etiam sacramenta ve.le.non mundabant a peccato, nisi propter significationem Christi, & fidem interiorem in ipsum. Secundum hoc ergo negatur consequentia quo ad secundam partem consequētis, quia offerentes hircum, & vitulum fiebant immundi corporaliter, & tamen mundabantur spiritualiter. Reddebantur autē immundi propter detestationem idolatriæ, & peccatorum, pro quorum expiatione hoc sacramentum agebatur, sicut dictū fuit ad 5. & hoc vult D.S. cum dicit.

¶ De immunditia verò eorum, qui huiusmodi sacrificia comburebant eadem ratio est; quæ in sacrificio vitulæ rufę dicta est.* ——

* Ad quintum.

¶ De materia huius argumenti, & solutionis habetur Leuiti. 16. vbi Nicolaus de Lyra hanc solutionem formaliter applicat ad textum exponendum.

¶ Nota autē ex his verificari verbum, quod D.S. supra dixit. q. 101. ar. 4. ad secundum, quia quibusdam conseruationibus, & sacramentis vete.le. quædam sacrificia adiungebantur. Sic in ꝓposito illa expiatio erat sacramentum, & correspondebat vt patuit ad tertium sacramento pœnitentiæ, sicut & aliæ purificationes, & tamē fiebat per oblationem sacrificij, de quo dictum est, licet conseeratio corresponderet sacramento ordinis, tamen purificationes pœnitentiæ. Erant tñ etiā quædā aliæ purificationes, quæ dicūtur sacramēta illius legis, quæ fiebant sine sacrificijs, vt patuit ad quintum de aspersione aque lustrationis, & expiationis ab immunditia tactus. Sed expiatio vel purgatio a peccatis fiebat mediante oblatione sacrificiorum. Et similiter expiatio ab immunditia corporali, vt patuit.

De Leproso rum emundatione.

¶ Ad septimum dicendum, quòd per ritum legis leprosus non emundabatur a macula leprę, sed emundatus ostendebatur, & hoc significatur Leuit. 14. cum dicitur de sacerdote. Cum inuenerit lepram esse mundatam, præcipiet ei, qui purificatur; iam ergo lepra mūdata erat, sed purificari dicitur inquantum iudicio sacerdotis restituebatur consortio hominum, & cultui Diuino. Contingebat tamen quandoque vt Diuino miraculo per ritum legis corporalis mundaretur lepra quādo sacerdos decipiebatur in iudicio. ——

¶ D.S. primò respondet ad consequentiam argumenti, secundò declarat, quæ fiebant in purificatione leprosi, quo ad ritum assignans rationes eorum ibi. Huiusmodi autem, &c. Negatur ergo consequentia argumenti, quia concesso antecedente potuit fieri vt mundatus vel magis mundus iudicatus, iterum pro peccato suo offerret sacrificium pro peccato, ex quo immunditiā incurrerat. Similiter cum iudicaretur leprosus prius vel æstimatus leprosus mundus, tunc offerebat aliqua, non vt emundaretur de nouo, sed vt ostenderetur mundatus corporaliter, & hoc in primo sacrificio; vèl contingebat quandoque, quòd etiā in illa oblatione de nouo mundaretur si sacerdos erraret, vt D.S. habet hic post alios, vt patet etiam infra. q. 103. ar. 2. ad tertium. Et vt habet Nicolaus de Lyra Leuitici. 14. circa principium, forte erat aliqua species lepræ, quæ potuit per naturam sanari, & sanatus se ostēdit mundum sacerdoti, sed post octo dies quando admittebatur ad cultum Diuinum, tunc offerebat sacrificium pro delicto, vnde non erat vtrumque sacrificium pro emundatione a lepra. Cō sequenter D.S. ostendit, quæ concurrebant ad illam emundationem, vel potius ostensionem emundationis lepræ, quia fiebat duplici sacrificio, primò ergo declarat primum per rationes litterales, secundò secundum, ibi. In octauo verò, &c. tertiò assignat dictorum rationem figuralem ibi. Figuralis, &c. quartò remittit se de alijs non declaratis ad supradicta, ibi. Alia verò, &c. de primo dicit.

¶ Huiusmodi autem purificatio leprosi dupliciter fiebat, nam primò iudicabatur esse mundus, secundò autem restituebatur tanquam mundus consortio hominū & cultui Diuino, scilicet post septem dies. In prima autem purificatione offerebat pro se leprosus mūdandus duos passeres viuos, & lignum cedrinum, & vermiculum, & hysopum hoc modo vt filo coccineo ligaretur passer, & hysopus simul cum ligno cedrino, ita scilicet quòd lignum cedrinum esset quasi manubrium aspersorij. Hysopus verò, & passer erant id, quod de aspersorio tingebatur in sanguine alterius passeris immolati in aquis viuis. Hæc autem quattuor offerebat contra quatuor defectus lepræ. Nam contra putredinem offerebatur cedrus, quæ est arbor imputribilis; contra fœtorem hysopus, quæ est herba odorifera; contra insensibilitatem, passer viuus; contra turpitudinem coloris, vermiculus, qui habet viuum.* colorem passer verò viuus aduo lare dimittebatur in agrum, quia leprosus restituebatur pristinę libertati. ——

* Alias vermilium.

¶ Nota, quòd per vermiculum intelligitur filium rubeum, & idem est vermiculus, quod coccus vt patet in textu, &c. De secundo dicit consequenter.

¶ In octauo verò die admittebatur ad cultum Diuinum, & restituebatur consortio hominum. Primò tamē rasis pilis totius corporis, & vestimentis, eo quòd lepra pilos corrodit, & vestimenta coinquinat, & fœtida reddit; & postmodum sacrificium offerebatur pro delicto eius, quia lepra plerumque inducitur pro peccato. De sanguine autem sacrificij tangebatur extremum auriculę eius, qui erat mundandus, & polices manus dextrę, & pedis, quia; in istis partibus primum lepra dignoscitur, & sentitur adhibebantur etiam huic ritui tres liquores, scilicet sanguis cōtra sanguinis corruptionem, oleū ad designandum sanationem morbi, aqua viua ad emūdandum spurcitiam. ——

¶ De tertio scilicet de ratione figurali prosequitur cum dicit.

¶ Figuralis autem ratio erat, quia per duos passeres significantur Diuinitas, & humanitas Christi, quorum vnus, scilicet humanitas immolatur in vase fictili super aquas viuētes, quia per passionem Christi aquæ baptismi consecrantur. Alius autem, sciiicet impassibilis diuinitas viuus remanebat, quia diuinitas mori non potest, vnde & euolabat, quia passione astringi non poterat. Hic autem passer viuus simul cū ligno cedrino, & coccǫ, vel vermiculo, & hysopo, ideſt fide, ſpe, & charitate, vt supra dictum est.* mittitur in aquam ad aspergendū, quia in fide Dei, & hominis baptizamur. Lauat autem homo per aquam baptismi vel lachrymarum, vestimēta sua, ideſt opera, & omnes pilos, ideſt cogitationes. Tangitur autem extremū auriculę dextrę eius, qui mūdatur de sanguine, & de oleo, vt eius auditum muniat contra corrumpentia verba. Polices autem manus dextræ, & pedis tanguntur vt sit eius actio sancta. ——

* Ar. 4. ad 4

¶ De quarto dicit.

¶ Alia verò, quæ ad hanc purificationem pertinent vel etiam aliarum immunditiarum non habent aliquid speciale præter alia sacrificia pro peccatis vel pro delictis. ——

¶ Nota, quòd per peccata intelliguntur peccata commissionis, per delicta verò peccata omissionis, vt de eis loquitur Leuiticus. Tamen aliàs vnum pro alio plerumque ponitur.

¶ Ad octauum, & nonum dicendum, quòd sicut populus instituebatur ad cultum Dei per circumcisionem ita minister per aliquam specialem purificationem vel consecrationem, vnde & separari ab alijs præcipiuntur quasi specialiter ad ministerium cultus Diuini præ alijs deputati; & totum, quod circa eos fiebat in eorum cōsecratione vel institutione, ad hoc pertinebat vt ostenderetur eos habere quandam prærogatiuam puritatis, & virtutis, & dignitatis. & ideo in institutione ministrorum tria fiebant. Primò enim purificabantur, secundò ordinabantur

ordinabantur, & consecrabantur, tertiò applicabantur ad vsum ministerij. Purificabantur quidem communiter omnes per ablutionem aquæ, & per quædam sacrificia. Specialiter autem leuitæ radebant omnes pilos carnis suę, vt habetur Leui. 5. ——

¶ Et quia materia huius argumenti, & sequentis tendunt in idem, scilicet sanctificationem, & purgationem ministrorū, ideo soluuntur vna solutione à D.S. Assumptum ergo huius cōceditur, tamen per corporalem aquam, & lotionem designabatur puritas, quæ specialiter requirebatur in ministris Dei sacerdotibus, & leuitis, & instituebantur vel deputabantur ad cultum Diuinum per specialem purificationem præ alijs communibus de populo. Negatur autem consequentia, quia fiebat huiusmodi ablutio ad designandam singularem puritatem, qua pollere debebant ministri Domini, & ideo lauabant pedes, & radebant crines, & nō ꝙ huiusmodi lotio conferret spiritualem munditiam. Et etiam ꝓpter rationes figurales, vt ostendit D.S. in solutione, primò quomodo per speciales purificationes ministri instituebantur, & qd huiusmodi litteraliter designent, quia tria, & ideo etiam tria fiebant in eorum consecratione, primò purificatio de qua primò tractat D.S. quæ correspondebat puritati. Secundò fiebat in consecratione ministrorum ordinatio, & consecratio, tamen differenter quo ad sacerdotes, & leuitas, de qua dicit Doct Sanct.

¶ Consecratio verò circa pōtifices, & sacerdotes hoc ordine fiebat. Primò enim postquā abluti erant, induebantur quibusdam vestimentis specialibus pertinentibus ad designandum dignitatem ipsorum. Specialiter autem pontifex oleo vnctionis in capite vngebatur. vt designaretur, quòd ab ipso diffundebatur potestas consecrandi ad alios, sicut oleum a capite deriuatur ad inferiora, vt habetur in Psalmis. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbā Aaron. Leuitæ verò non habebant aliam consecrationem, nisi quòd offerebantur Domino a filijs Israel per manus pontificis, qui orabat pro eis. Minorum verò sacerdotum solę manus consecrabantur, quę erant applicandę ad sacrificia, & de sanguine animalis immolaticij tingebatur extremum auriculę dextrę ipsorum, & pollices pedis aut manus dextrę vt scilicet essent obedientes legi Dei in oblatione sacrificiorum, quod significatur in intinctione auris dextrę; & quod essent solliciti, & prompti in executione sacrificiorum, quod significatur in intinctione pedis, & manus dextrę; aspergebantur etiam ipsi & vestimenta eorum sanguine animalis immolati, in memoriam sanguinis agni per quē fuerunt liberati in Aegypto; offerebantur autē in eorū consecratione huiusmodi sacrificia, vitulus pro peccato, in memoriam remissionis peccati; Aaron circa cōflationem vituli aries in holocaustum in memoriam oblationis. Abrahæ, cuius obedientiam pontifex imitari debebat. Aries etiam consecrationis, qui erat quasi hostia pacifica, in memoriam liberationis de Aegypto per sanguinem agni. ——

¶ Nota propter id, quod D.S. dicit. Minorum verò sacerdotū solę manus consecrabantur. Sed non dicit quomodo sanctificarentur, an per vnctionem manuum, an non per vnctionem, sed mixtione quadam facta de oleo vnctionis, & sanguine consecrationis ipsi, & vestes aspergerentur. De hoc enim sunt opiniones, Vide Nicolaū de Lyra. Exo. 30. Tertiò fiebat applicatio ad vsum ministerij, & executionem officij, quæ etiam differenter fiebat quo ad sacerdotes, & quo ad leuitas vt Doct. Sanct. ostendit cum dicit.

¶ Canistrū autem panum in memoriā mannę prętiti populo; pertinebat autē ad applicationem ministerij, qđ imponebatur super manus eorum Adeps arietis, & torta panis vnius, & armus dexter, vt ostēderetur, quòd accipiebant potestatem huiusmodi offerendi Domino. Leuitę verò applicabantur ad ministerium per hoc, ꝙ intromittebantur in tabernaculum federis quasi ad ministrandum circa vasa sanctuarij. ——

¶ Omnium autem horum erat etiam ratio figuralis vt ostendit D.S. vltimò cum dicit.

¶ Figuralis verò horum ratio erat, quia illi qui sunt consecrandi ad spirituale ministerium Christi, debent primò purificari per aquam baptismi, & lachrymarum in fide passionis Christi, quod est expiatiuum, & purgatiuum sacrificium; & debent radere omnes pilos carnis eius, ideſt omnes prauas cogitationes, debent etiam ornari virtutibus, & consecrari oleo Spiritus sancti, & aspersione sanguinis Christi, & sic debent esse intenti ad exequenda spiritualia ministeria. ——

¶ Ad noni assumptum, verum, de sanctificatione, quæ est per gratiam, ibi enim sanctificans est dignius simpliciter quidem si est sanctificans principale. secundum quid autem, si est sanctificans instrumentale; sed loquendo de sanctificatione, quæ est deputatio ad Diuinum cultum, talis potest fieri etiam per id, quod est minus homine, præsertim si aptum sit significare sanctificationis autorem, De hoc infra. q. 103. ar. 2. ad primū, quia illę sanctificationes erant solùm ab irregularitate per remotionem impedimentorum ingredientium templum. Negatur ergo consequentia, quia omnia, quæ circa ipsos fiebāt, ideo fiebant, vt ostēderent, quia deberent habere prærogatiuam quandam in puritate, virtute, & dignitate. Et sic vnctio designabat virtutē, & lotio puritatem, & induitio spiritualium vestium dignitatem. Et si aliqui huiusmodi corporalia tractando sanctificabantur per gratiam, hoc erat ex deuorione, & fide Christi, quam ista exteriora figurabant, &c. Doct. Sanct. reliquit hoc argumētum solutum præcedentis solutione.

¶ Ad decimum dicendum, quòd sicut iam dictum est.* intentio legis erat inducere ad reuerentiam Diuini cultus, & hoc dupliciter. Vno modo excludendo a cultu Diuino omne id, quod poterat esse contemptibile. Alio modo apponendo ad cultum Diuinum omne illud, quod videbatur ad honorificentiam pertinere; & si hoc quidē obseruabatur in tabernaculo, & vasis eius, & animalibus immolandis, multò magis hoc obseruādum erat in ipsis ministris; & ideo ad remouendū contemptum ministrorum præceptum fuit vt non haberent maculam vel defectum corporalem, quia huiusmodi homines solent apud alios in contemptu haberi, propter quod etiam institutum fuit ut nō sparsim ex quolibet genere ad Dei ministerium applicarentur, sed ex certa prosapia secundùm generis successionē, ut ex hoc clariores, & nobiliores haberentur; ad hoc autem, quòd in reuerentia haberentur adhibebatur, eis specialis ornatus uestium, & specialis consecratio, & hæc est in cōmuni causa ornatus uestium. ——

* Arti. 4. in cor. & hic ad 5.

¶ Maior vera, tamen exteriora sunt signa interioris, & faciūt ad reuerentiam cultus Diuini. Et exterior dispositio corporalis facit ne quis habeatur contemptui apud homines. Et exterior ornatus est pro reuerentia cultus Diuini, & etiam pro reuerentia ministrorum. Minor conceditur, sed iam patuit, quomodo exterior dispositio corporis turpis, facit hominem haberi contēptui. Similiter vilis vestitus. Et hæc est ratio communis vestium sacerdotū, & dispositionis corporis eorundē quā D.S. primo ponit in solutione; deinde sunt etiam rationes speciales singularum vestium sacerdotalium litterales, & figurales, & etiam dispositionum corporalium vt patet in solutione ibi. In speciali autē, &c. Quo ad primum patet littera. Consequenter ostendit rationes litterales in speciali omnium vestium sacerdotalium, & primò enumerat eas, secundò subiungit rationes ibi, horum ornamentorum, &c. Circa primum, primò enumerat ornamēta summi sacerdotis vel pontificis cum dicit.

¶ In speciali autem sciendum est, quòd pontifex habebat octo ornamenta. Primò enim habebat uestem lineam, Secundò habebat tunicam hyacinthinam; in cuius extremitate uersus pedes ponebantur per circuitum tintinnabula quædam, & mala punica facta ex hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto. Tertiò habebat superhumerale, quod tegebat humeros, & anteriorē partem usque ad cingulum, quod erat ex auro, & hyacintho, purpura coccoque bis tincto, & byssо retorta, & super humeros habebat duos onichinos in quibus erant sculpta nomina filiorum Israel. Quartum erat rationale ex eadem materia factum, quod erat quadratum, & ponebatur in pectore, & coniungebatur superhumerali, & in hoc rationali erant duodecim lapides præciosi distincti per quattuor ordines, in quibus etiā sculpta erāt nomina filiorum Israel quasi ad designandū, quòd ferret onus totius populi, per hoc, quòd habebat nomina

corum

eorum in humeris, & quòd iugiter debebat de eorum ſalute cogitare, per hoc, quòd portabat eos in pectore quaſi in corde habens; in quo etiam rationali mandauit Dominus poni Doctrinam, & veritatem, quia quędam pertinentia ad veritatem iuſtitiæ, & Doctrinæ ſcribebantur in illo rationali. Iudæi tamen fabulãtur, quòd in rationali erat lapis, qui ſecundũ diuerſos colores mutabatur ſecundùm diuerſa, quæ debebant accidere filijs Iſrael, & hoc vocant veritatem, & Doctrinam. Quintum erat baltheus, ideſt cingulus quidam factus ex prędictis quattuor coloribus. Sextum erat thyara, ideſt mitra quædam de byſſo. Septimum autem erat lamina aurea pendens in fronte eius in qua erat ſcriptum nomẽ domini. Octauum autem erat femoralia linea vt operirent carnem turpitudinis ſuæ quando accederet ad ſanctuarium vel ad altare.

¶ Secundò enumerat ornamenta miniſtrorum, & minorum ſacerdotum cum dicit.

¶ Ex iſtis autem octo ornamentis minores ſacerdotes habebant quattuor, ſcilicet tunicam lineam, femoralia, & baltheum, & tyaram.

¶ Conſequenter aſſignat harum veſtium rationem litteralem cum dicit.

¶ Horum ornamentorum quidam rationem litteralem aſſignant dicentes, quòd in iſtis ornamentis deſignabatur diſpoſitio orbis terrarum quaſi pontifex proteſtaretur ſe eſſe miniſtrum creatoris mundi; vnde etiã Sapient. 18. dicitur, quòd in veſte Aaron erat deſcriptus orbis terrarum, nam fęmoralia linea figurabant terram ex qua linum naſcitur, Baltheĩ circũuolutio ſignificabat oceanum, qui circumcingit terram; Tunica hyacinthina ſuo colore ſignificabat aerem per cuius tintinnabula ſignificabantur tonitrua, per mala granata corruſcationes, Suphumerale verò ſignificabat ſua varietate cœlum ſidereum; duo onichini duo hemiſperia, vel ſolem, & lunam; duodecim gemmę in pectore, duodecim ſigna in Zodiaco, quę dicebantur poſita in rationali, qa in cœleſtibus ſunt rationes terrenorum ſecũdùm illud Iob. 38. Nunquid noſti ordinem cœli, & ponis rationẽ eius in terra. Cydaris autem vel thyara ſignificat cęlum empyreum. Lamina aurea Deũ omnibus præſidentẽ.

¶ Quid autem omnia iſta tam deformitates corporales, quàm ornamenta veſtium figurarent D.S. conſequenter declarat, quia figurabant virtutes miniſtrorũ nouæ legis, & vitia a quibus immunes eſſe debent, vt habet in littera cum dicit.

¶ Figuralis verò ratio manifeſta eſt. Nam maculæ vel defectus corporales a qibus debebant ſacerdotes eſſe immunes ſignificãt diuerſa vitia, & peccata quibus debent carere; prohibetur enim eſſe cęcus, ideſt ne ſit ignorans, ne ſit claudus, inſtabilis & ad diuerſa ſe inclinans, ne ſit paruo vel grandi vel torto naſo, ideſt per defectũ diſcretionis vel in plus vel in minus excedat aut etiam aliqua praua exerceat. Per naſum enim diſcretio deſignatur, quia eſt diſcretiuus odoris; ne ſit fracto pede vel manu ideſt ne amittat virtutem benè operandi vel procedendi in virtutem. Repudiatur etiam ſi habeat gibbũ vel ante vel retro, per quẽ ſignificatur ſuperfluus amor terrenorum. Si eſt lippus, ideſt per carnalem affectionẽ eius ingenium obſcuratur, contingit enim lippitudo ex fluxu humoris. Repudiatur etiam ſi habeat albuginem in oculo, ideſt præſumptionem candoris iuſtitiæ in ſua cogitatione. Repudiatur etiam ſi habeat iugem ſcabiem, ideſt petulantiam carnis; & ſi habuerit impetiginem, quæ ſine dolore corpus occupat, & membrorũ decorem fędat, per quam auaritia deſignatur; & etiam ſi ſit herniоſus vel ponderoſus, qui ſcilicet geſtat pondus turpitudinis in corde, licet non exerceat in opere. Per ornamenta verò deſignantur virtutes miniſtrorum Dei. Sunt autem quatuor, quę ſunt neceſſaria omnibus miniſtris, ſcilicet caſtitas, quæ ſignificatur p fęmoralia. Puritas verò vitæ, quæ ſignificatur per lineam tunicã. Moderatio diſcretionis, quæ ſignificatur pet cingulum. Et rectitudo intentionis, quæ ſignificatur per thyaram protegentem caput. Sed præ his pontifices debent quatuor habere. Primò quidem iugem Dei memoriam in contemplatione, & hoc ſignificat lamina aurea habens nomen Dei in fronte. Secundò, quòd ſupportent infirmitates populi, quod ſignificat ſuperhumerale. Terttiò, quòd habeant populum in corde, & in viſceribus per ſollicitudinem charitatis, quod ſignificatur per rationale. Quartò, quòd habeant conuerſationem cęleſtem per opera perfectionis, quod ſignificatur per tunicam hyacinthinam, vnde & tunicæ hyacinthinæ adiunguntur in extremitate tintinnabula aurea, per quæ ſignificatur Doctrina Diuinorum, quæ debent coniungi cęleſti cõuerſationi pontificis. Adiunguntur autem mala punica per quæ ſignificatur vnitas fidei, & concordia in bonis moribus, quia ſic coniuncta debet eſſe eius Doctrina, vt per eam fidei, & pacis vnitas non rumpatur.

Vtrum obſeruantiarum ceremonialium veteris legis fuerit rationalis cauſa.

AD ſextum ſic proceditur. Videtur, quòd obſeruãtiarum ceremonialiũ nulla fuerit rationabilis cauſa, quia vt Apoſtolus dicit. 1. ad Thimo. 4. Omnis creatura Dei bona, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur; inconuenienter igitur prohibiti ſunt ab eſu quorundam ciborum tanquam immundorum vt patet Leuiti. 10.

¶ 2 Præterea. Sicut animalia dantur in cibum hominis, ita etiam, & herbę, vnde dicitur Gen. 9. quaſi olera virẽtia dedi vobis omnem carnem; ſed in herbis lex non diſtinxit aliquas immundas, cum tamen aliquę illarum ſint maximè nociuę vtputa venenoſæ; ergo videtur, quòd nec animalibus aliqua debuerint prohiberi tanquam immunda.

¶ 3 Præterea. Si materia eſt immunda ex qua aliqd generatur, pari ratione videtur, quòd id, quod generatur ex ea ſit immundum; ſed ex ſanguine generat caro, cum igitur non omnes carnes prohiberentur tanquam immũdæ pari ratione nec ſanguis debuit prohiberi quaſi immundus, aut adeps, qui ex ſanguine generatur.

¶ 4 Præterea. Dominus dicit Matth. 10. Eos nõ eſſe timendos qui occidunt corpus, quia poſt mortem non habent quid faciant, quod non eſſet verum ſi in nocumentum homini cederet quid ex eo fieret; multò igitur minus pertinet ad animal iam occiſum qualiter eius carnes decoquantur; irrationabile igitur videtur eſſe, quod dicitur. Exo. 23. Non coques hædũ in lacte matris ſuæ.

¶ 5 Præterea. Ea, quæ ſunt primitiua in hominibus & animalibus tanquam perfectiora præcipiuntur domino offerri; inconuenienter igitur pręcipitur Leui. 19. Quando ingreſſi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum. i. prima germina, & immunda erunt vobis nec edetis ex eis.

¶ 6 Præterea. Veſtimentum extra corpus hominis eſt, non igitur debuerunt quædam ſpecialia veſtimenta Iudæis interdici, puta quod dicitur Leui. 19. Veſtẽ, quæ ex duobus texta eſt non indueris, & Deuter. 22. Nõ induetur mulier veſte virili, & vir non induetur veſte fęminea, & infra. Non indueris veſtimento, quod ex lana linoque contextum eſt.

¶ 7 Præt. Memoria mãdatorum Dei non pertinet ad corpus, ſed ad cor, inconuenienter igitur præcipitur Deute. 6. quòd ligarent præcepta Dei quaſi ſignum in manu ſua, & quòd ſcriberentur in limine oſtiorum, & quòd per angulos palliorum facerent fimbrias in quibus ponerent vittas hyacintinas in memoriam mandatorum Dei, vt habetur Numeri. 15.

¶ 8 Præterea.

¶ 8 Præterea. Apoſtolus dicit. 1. ad Corinth. 9. ℣ non eſt cura Deo de bobus, & per conſequens neque de alijs animalibus irrationalibus; inconuenienter igitur præcipitur Deute. 22. Si ambulaueris per viam, & inueneris nidum auis non tenebis matrem cum filijs, & Deute. 15. Non alligabis os bouis triturantis, & Leui. 19. Iumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus.

¶ 9 Præterea. Inter plantas non fiebat diſcretio mũdorum ab immundis, ergo multò minus circa culturã plantarum debuit aliqua diſcretio adhiberi, ergo incõuenienter præcipitur Leui. 19. Agrum non ſeres diuerſo ſemine, & Deu. 22. Non ſeres vineam tuam altero ſemine, & non arabis in boue ſimul, & aſino.

¶ 10 Præterea. Ea, quæ ſunt inanimata maximè videntur hominum poteſtati eſſe ſubiecta, inconuenienter igitur arcetur homo ab argento, & auro ex quibus fabricata ſunt idola, & ab alijs, quæ in idolorum domibus inueniuntur præcepto legis, quod habetur Deu 7. Ridiculum etiam videtur eſſe præceptum, quod habetur Deute. 23. Vt egeſtiones humo operirent fodientes in terra.

¶ 11 Præterea. Pietas maximè in ſacerdotibus requiritur, ſed ad pietatem pertinere videtur, quòd aliqs funeribus amicorum interſit, vnde etiã de hoc Tobias laudat vt habetur Tobias 1. Similiter etiam quandoque ad pietatem pertinet, quòd aliquis in vxorem accipiat meretricem, quia per hoc eam a peccato, & infamia liberat; ergo videtur, quòd hæc inconuenienter prohibeantur ſacerdotibus Leui. 21.

¶ Sed contra eſt, quod dicitur Deute. 18. Tu autem a domino Deo tuo aliter inſtitutus es, ex quo poteſt accipi, quòd huiuſmodi obſeruantiæ ſunt inſtitutę a Deo ad quandam ſpecialem illius populi prærogatiuam, nõ ergo ſunt irrationabiles, aut ſine cauſa.

¶ Hic D.S. vltimò inquirit de cauſis ceremonialium, quæ dicuntur obſeruantiæ, quia mediantibus miniſtris pertinẽt ad cultum Dei. Et ſicut de aliis, ita & de illis ponit cauſas dupliciter. Vno modo in generali. Alio modo in ſpeciali, primum in corpore, ſecundum in ſolut. onibus. De primo dicit.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd populus Iudæorum, vt ſupra dictum eſt, *ſpecialiter erat deputatus ad cultum Diuinum, & inter eos ſpecialiter ſacerdotes, & ſicut aliæ res, quæ applicãtur ad cultum Diuinum aliquã ſpecialitatem debent habere, quod pertinet ad honorificentiam Diuini cultus; ita etiam, & inconuerſatione illius populi, & præcipuè ſacerdotum debuerunt eſſe aliqua ſpecialia congruentia ad cultum Diuinum uel ſpiritualem uel corporalem.

*Arti. 5. ad 1. & 1. cor. inc.

¶ In hoc corpore D.S. ponit talem concluſionem reſponſiuã, obſeruantiarum ve le. rationes dupliciter aſſignari poſſunt. Vno modo, &c. in fine cor. cuius primò probat primã partem; ſecũdò ſecũdã ibi. Cultus autem, &c. tertiò ſubiungit ipſam concluſionẽ ibi. Et ideo, &c. Quo ad primam partem arguitur ſic. In conuerſatione illius populi, & præcipuè ſacerdotum debuerunt eſſe aliqua ſpecialia congruentia ad cultum Diuinum, vel ſpirittualem vel corporalem, igitur prima pars vera, quòd ſecundùm cõgruẽtiam cultus, &c. Tenet conſequentia, quia ſpecialia in conuerſatione ſunt obſeruantiæ, &c. ſecundò quia benè ſequitur, ſi propter congruentiam, & reuerentiam cultus Diuini ſunt inſtitutæ obſeruantiæ, quòd habent rationem, ſcilicet litteralem ſumptam ex cultu Diuino. Antecedens probat a principio ex ſupra dictis, quia populus Iudæorum erat ſpecialiter deputatus ad cultum Diuinum, & inter eos ſpeciales ſacerdotes, ſed aliæ res deputatę ad cultum Diuinum debuerunt habere aliquam ſpecialitatem propter honorificentiam cultus Diuini, igitur & populus, & præcipuè ſacerdotes in conuerſatione, ſcilicet cibo, & potu, & veſtimẽtis vt dixit maior proxima. Maior, & minor patuerunt ſupra ar. 5. in corpore, & ad octauum. patet igitur, quòd aſſignatur ratio obſeruantiarum ex Diuini cultus reuerẽtia, quare inſtituræ ſint. Et hæc eſt ratio litteralis in generali.

¶ Cultus autem legis figurabat myſterium Chriſti, vnde omnia eorum geſta figurabant ea, quæ ad Chriſtũ pertinent, ſecundum illud. 1 ad Corinth. 10. Omnia in figuram contingebant illis.

¶ Probat ſecundam partem concluſionis, ſic. Cultus legis figuratiuus erat Chriſti, igitur ſequitur ſecunda pars. Tenet conſequẽtia, quia obſeruantiæ vt dictum eſt, inſtituræ fuerunt propter reuerentiam cultus Diuini. Antecedens patet, quia omnia in figura contingebant, igitur & cultus, & ea, quæ ad cultum tunc pertinebant. Et ſic per cõſequens poteſt ratio aſſignari ex vita Chriſtianorum repreſentata. Deinde cum dicit.

¶ Et ideo rationes harum obſeruantiarum dupliciter aſſignari poſſunt. Vno modo ſecundùm congruentiam ad Diuinum cultum. Alio modo ſecundùm quòd figurant aliquid circa Chriſtianorum vitam.

¶ Subiungit ipſam concluſionem reſponſuam, iam probatã. Et nota, quòd ſecunda pars dicit, quòd obſeruantiæ figurẽt aliquid circa vitam Chriſtianorum, quia ſupra dictum fuit. q. 101. ar. 4. ad primum. Et art. ſecundo præſentis quæſtionis, quòd ceremonialia aliqua figurarent Chriſtum allegoricè, aliqua ſacramenta, & ſacra nouæ legis. Aliqua autem figurabant mores populi Chriſtiani, & illa ſunt obſeruantię. Et hoc notat illa pars ſecunda concluſionis.

¶ Et confirmatur concluſio argumento in contrarium. Argumentum in contrarium tangit etiam vnam rationem litteralem ex parte prærogatiuæ illius populi, quæ tamen ordinabatur ad cultum Diuinum, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt.* duplex pollutio vel immundi tia obſeruabatur in lege. Vna quidem culpę per quam polluebatur anima. Alia autem corruptionis cuiuſdam, per quam quodammodo inquinatur corpus. Loquendo igitur de prima immunditia, nulla genera ciborum immunda ſunt vel hominem inquinare poſſunt ſecundùm ſuam naturam, vnde dicitur Matth. 15. Non quod intrat in os coinquinat hominem, ſed quæ procedũt de ore hæc coinquinant hominem, & exponitur hoc de peccatis. Poſſunt tamen aliqui cibi per accidens inquinare animam, inquantum ſcilicet contra obedientiam vel votũ, vel ex nimia concupiſcentia comeduntur, vel inquantũ præbent fomentum luxuriæ, propter quod aliqui a vino, & carnibus abſtinent.

* ar. 5. ad 4. De quorundã animalium, & ciborum in veteri lege prohibitione.

¶ D.S. ſoluendo argumentum hoc dupliciter reſpondet ad antecedens, ſecundùm quòd duplex eſt ratio immunditiæ eorum, quæ tanguntur in conſequente (& ideo conſequentia negatur) ſcilicet ratio litteralis, & figuralis, ſecundam ponit ibi. Figuralis autem, &c. dicitur ergo primò ad antecedentes, ſicut & ſupra art. 5. ad quartum, quòd omnis creatura Dei bona eſt, in natura ſua, & nulla reiicienda eſt propter Diuinam legem abſolutè, cũ quo ſtat, quòd aliqua nõ ſit bona etiam ſpiritualiter hominum, quia inquinat tum per accidens, ſcilicet contra obedientiam vel votũ, vel ex nimia concupiſcentia comeduntur, vel inquantũ præbent fomentum luxuriæ, propter quod aliqui a vino, & carnibus abſtinent.

¶ Secundum autem corporalem immunditiam, quæ eſt corruptionis cuiuſdam, aliquæ animaliũ carnes immunditiam habent, vel quia ex rebus immũdis nutriũtur, ſicut porcus; aut immundæ cõuerſantur, ſicut quędam animalia ſub terra habitantia ſicut talpę, & mures, & alia huiuſmodi; vnde etiam quendam fœtorem contrahunt vel quia eorum carnes propter ſuperfluam humiditatem vel ſiccitatem corruptos humores in corporibus humanis generant, & ideo prohibitæ ſunt eis carnes animalium habentium ſoleas, ideſt vngulam vnam non fiſſam, propter eorum terreſtrietatem, & ſimiliter

ſu nt

ſunt eis prohibitæ carnes animalium habentium multas fiſſuras in pedibus, quia ſunt nimis colerica, & aduſta, ſicut carnes leonis, & huiuſmodi.

¶ Secunda oſtendit hoc idem de auibus, & piſcibus, cum dicit.

¶ Et eadem ratione prohibitæ ſunt eis aues quædam rapaces, quæ ſunt nimiæ ſiccitatis, & quædã aues aquaticæ propter exceſſum humiditatis. Similiter etiã quidã piſces non habentes pennulas, & ſquamas, vt anguillæ, & huiuſmodi propter exceſſum humiditatis.

¶ Tertiò conſequenter oſtendit per oppoſitum, quæ ex dictis conceſſa fuerint Iudæis ad commeſtionem, & quare, cum dicit.

¶ Sunt autem eis conceſſa ad eſum animalia ruminãtia, & findentia vngulam, quia habent humores benè digeſtos, & ſunt mediæ complexionis, quia nec ſunt nimis humida, quod ſignificãt vngulæ, neque ſunt nimis terreſtria cum non habeant vngulam continuam, ſed fiſſam. In piſcibus etiam conceſſi ſunt eis piſces ſicciores, quod ſignificatur per hoc, quòd habent ſquamas, & pennulas, per hoc enim efficitur temperata cõplexio humida piſcium. In auibus etiam ſunt eis conceſſa magis tẽperata, ſicut gallinę, pernices, & aliæ huiuſmodi.

¶ Prædictorum ponit conſequenter D.S. ſecundam rationem litteralem, quæ innititur vitationi idolatriæ, cum dicit.

¶ Alia ratio fuit in deteſtationem idolatriæ, nã gentiles, & præcipuè Aegyptij inter quos erant nutriti huiuſmodi animalia prohibita idolis immolabant vel eis ad maleficia vtebãtur. Animalia verò, quæ Iudæis ſunt conceſſa ad eſum non comedebant, ſed ea tanquã deos colebant, vel propter aliam cauſam ab eis abſtinebant, vt ſupra dictum eſt. * ar.3.ad 2.

¶ Adhuc ad idem ponit tertiam rationem innitentem nimiæ curæ, & ſollicitudini circa cibaria, cum dicit.

¶ Tertia ratio eſt ad tollendam nimiam diligentiam circa cibaria, & ideo concẽduntur illa animalia, quæ de facili, & in promptu haberi poſſunt.

¶ Conſequenter ponit vnam communem prohibitionem de ſanguine, & adipe, & neruorum, & aſſignat rationes litterales huius cum dicit.

¶ Generaliter tamẽ prohibitus eſt eis eſus omnis ſanguinis, & adipis cuiuslibet animalis; ſanguinis quidem tum, ad vitandam crudelitatem vt deteſtarentur humanum ſanguiuem effundere ſicut ſupra dictum eſt.* tũ etiam ad vitandum idolatrię ritum, quia eorum conſuetudo erat vt circa ſanguinem congregatum adunarentur ad comedendum in honorem idolorum quibus reputabant ſanguinem acceptiſſimum eſſe, & ideo dominus mandauit, quòd ſanguis effunderetur, & quòd puluere operiretur, & propter hoc etiam prohibitum eſt eis comedere animalia ſuffocata vel ſtrangulata, quia ſanguis eorum non ſeparatur a carne, vel quia in tali morte animalia multum affliguntur, & dominus voluit eos a crudelitate prohibere etiam circa animalia bruta, vt p hoc magis recederẽt crudelitate hominis habẽtes exercitium pietatis etiam circa beſtias. Adipis etiam eſus prohibitus eſt eis, tum quia idolatrę comedebant illum in honorem deorum ſuorum, tum etiam, quia cremabatur in honorem Dei, tum etiam quia ſanguis, & adeps non generant bonum nutrimentum, quod pro cauſa inducit rabi Moyſes.* Cauſa autem prohibitionis eſus neruorum exprimitur Gen. 32. vbi dicitur, quòd nõ comedunt filij Iſrael neruum, eo quòd tetigerit neruum femoris Iacob, & obſtupuerit.

* ar.3.ad 2.

* In ſi. Dux errantiam.

¶ Nota autem hic cuius opinionis fuerit D.S. de adipe nõ comedenda, quia vult, quòd generaliter fuit prohibitus eſus adipis cuiuslibet animalis de hoc ſupra ar.3. ad 8 quia de hoc ſunt contrariæ opiniones vt patet in Nicolao de Lyra ibidem allegato. Conſequenter D.S. manifeſtat ſecundò, quare illa tacta in conſequente dicebantur immunda non propter ſe, ſed propter rationem figuralem, ſ. ſpiritualiter, & figuratiuè. Sicut & ſubſtãtia huius dictionis, fatuus, nõ eſt immundior in ſubſtantia illa dictione, ſapiens, ſed repreſentatiua eſt immundior. Sic, & de animalibus quæ non ſunt immundiora ſpiritualiter, ſito quandoq; corporaliter, ſignificabant tñ immunditiam ſpiritualẽ, &c. Vnde, & negatur ſecundum hoc conſequens. Et hic declarat D.S. qa p huiuſmodi ꝓhibebãtur peccata in talibus aũalibus figurata, & hoc oſtendit primò de animalibus graſſibilibus in terra, cum dicit.

¶ Figuralis autẽ ratio horum eſt, quia per omnia huiuſmodi animalia prohibita deſignantur aliqua peccata in quorum figuram illa animalia prohibebantur, vnde dicit Auguſt. in lib. contra Fauſtum. * Si de porco, & agno requiratur, vtrumque natura mundum eſt, quia omnis creatura Dei bona eſt; quadã verò ſignificatione agnus mũdus, porcus immundus eſt, tanquam ſi ſtultũ, & ſapientem diceres, vtrumque hoc verbum natura vocis, & litterarum, & ſyllabarum ex quibus conſtat, mũdum eſt, ſignificatione autem, vnum eſt mundum, & aliud immundum. Animal enim, qđ ruminat, & vngulã findit, mundum eſt ſignificatione, quia fiſſio vngulę ſignificat diſtinctionem duorum teſtamentorum, vel patris, & filij, vel duarum naturarum in Chriſto, vel diſcretionem boni, & mali. Ruminatio autem ſignificat meditationem ſcripturarum, & ſanum intellectum earum. Cuicunque autem horum alterum deeſt, ſpiritualiter immundus eſt.

* Lib.6.ca. 7.circa princ. to.6.

¶ Secundò de piſcibus cum dicit.

¶ Similiter etiam in piſcibus, illi, qui habent ſquamas, & pennulas ſignificatione, mundi ſunt, quia p pennulas ſignificatur vita ſublimis, vel contemplatio, per ſquamas autem ſignificatur aſpera vita, quorum vtrũq; neceſſarium eſt ad munditiam ſpiritualem.

¶ Tertio de vatijs generibus auium cum dicit.

¶ In auibus autem ſpecialia quędam genera prohibentur. In aquila enim, quę altè volat, prohibetur ſuperbia; in gryphe autem, qui equis, & hominibus infeſtus eſt; crudelitas potentum prohibetur, In halyeto autem, qui paſcitur minutis auibus, ſignificantur illi, qui ſunt pauperibus moleſti. In miluo autem, qui maximè inſidijs vtitur, deſignantur fraudulenti. In vulture autem, qui ſequitur exercitum expectans comedere cadauera mortuorum, ſignificantur illi, qui mortes, & ſeditiones hominum affectant, vt inde lucrentur. Per animalia coruini generis ſignificantur illi, qui ſunt voluptatibus denigrati, vel qui ſunt expertes bonę affectionis, quia cor vnus ſemel emiſſus ab archa nõ eſt reuerſus. Per ſtrutionẽ, qui cũ ſit auis volare nõ põt, ſed ſemper eſt circa terrã, ſignificãtur Deo militantes, & ſe negocijs ſecularibus implicantes. Nycticorax, quæ in nocte acuti eſt viſus, in die autem non videt, ſignificat eos, qui in temporalibus ſunt aſtuti, in ſpiritualibus hebetes. Larus autem, qui & volat in aere, & natat in aqua, ſignificat eos, qui & circũciſionẽ, & baptiſmũ venerantur, vel ſignificat eos, qui p cõtẽplationẽ uolare uolũt, & tñ uiuunt in aquis uoluptatũ. Accipiter uerò, qui deſeruit hoĩbus ad prędã, ſignat eos, qui miniſtrant potẽtibus ad depredandum pauperes. Per bubonẽ qui in nocte victũ quęrit, de die autem latet, ſignificantur luxurioſi, qui occultari quærunt in nocturnis operibus, quæ agunt. Mergulus autem cuius natura eſt vt ſub vndis diutius immoretur, ſignificat gulоſos, qui in aquis deliciarum ſe immergunt. Ibis verò auis eſt in Aphrica habens lõgũ roſtrum, quæ ex ſerpentibus paſcitur, & fortè eſt idem, quod ciconia, & ſignificat inuidos, qui de malis aliorum quaſi de ſerpẽtibus reficiuntur. Cygnus autem eſt coloris candidi, & longum collum habet, qui ex profunditate terræ vel aquæ cibum trahit, & poteſt ſignificare homines, qui per exteriorem iuſtitię candorem lucra terrena quęrunt. Onocrotalus autem auis eſt in partibus orientis longo roſtro, quę in faucibus habet quoſdam folliculos, in quibus primò cibum reponit, & poſt horam in ventrẽ mittit, & ſignificat auaros qui immoderata ſollicitudine neceſſaria vitę congregant. Porphyrio autem prẽter modum

modum aliarum auium habet vnum pedem latum ad natandum alium fiſſum ad ambulandũ, quia & in aqua natat vt anates, & in terra ambulat vt perdices, ſolo morſu bibit, omnem cibum aqua tingens, & ſignificat eos, qui nihil ad alterius arbitrium facere volunt, ſed ſolùm quod fuerit tinctum aqua proprię voluntatis. Per herodionẽ, qui vulgariter falco dicitur, ſignificãtur illi quorum pedes ſunt veloces ad effundendum ſanguinem. Caradrion autem, quæ eſt auis garrula ſignificat loquaces. Vpupa autem, quæ nidificat in ſtercoribus, & fetẽti paſcitur ſimo, & gemitum in cantu ſimulat, ſignificat triſtitiam ſæculi, quæ in hominibus immundis mortem operatur. Per veſpertilionem autem, quæ circa terram volitat, ſignificantur illi, qui ſeculari ſcientia prædicti ſola terrena ſapiunt. Circa volatilia autem etiam quadrupedia illa ſola conceduntur eis, quæ poſteriora crura habent longiora, vt ſalire poſſint; alia verò, quæ terræ magis adhærent prohibentur, quia illi, qui abutuntur Doctrina quattuor euangeliſtarum, vt per eam in altũ non ſubleuentur, immundi reputantur.

¶ Quarto de ſanguine, adipe, & neruis, cum dicit.

¶ In ſanguine verò, & adipe, & neruo intelligitur ꝓhiberi crudelitas, & voluptas, & fortitudo ad peccãdũ.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd eſus plantarũ aliarum terræ naſcentium fuit apud homines etiam ante diluuium, ſed eſus carnium videtur eſſe poſt diluuium introductus, dicitur enim Gen. 8. quaſi olera virẽtia dedi vobis omnem carnẽ; & hoc ideo, quia eſus terræ naſcentium magis pertinet ad quandam ſimplicitatẽ vitæ, eſus autem carnium ad quaſdam delicias, & curioſitatem viuendi; ſponte enim terra herbam germinat, vel cum modico ſtudio huiuſmodi terræ naſcentia in magna copia procurantur; oportet autem cum magno ſtudio aãlia vel nutrire uel etiã capere, & ideo volens dñs populum ſuum reducere ad ſimpliciorem victum, multa in genere animalium eis prohibuit, non autem in genere terræ naſcentium, vel etiam, quia animalia immolabantur idolis, non autem terræ naſcentia.

¶ Maior quidem vera ſaltẽ poſt diluuiũ, tũc emẽ animalia data fuerũt in cibũ, ſed antea comederunt terrena ſcẽtia; & tñ eſt magna differentia inter herbas, & animalia, quia eſus herbarũ ptinet magis ad ſimplicitatem victus, & habetur cum pauco labore; ſecus de quibuſdam animalibus. Et ſecundò, quia herbæ non immolabantur idolis ſicut animalia. Ad minorem conceditur, quia non habuerunt locum rationes litterales de herbis ſicut de animalibus, eſto aliquæ ſunt nociuæ corporaliter, hoc tamẽ põt benè per hominem cognoſci. Quare negatur conſequentia

¶ Ad tertium patet reſponſio ex dictis.

¶ Ad maiorem, primò non valet de immunditia legali, quia materia ex qua aliquid generatur poteſt aliquid figurare, quod non figurat id, quod generatur ex ea. Et ſecundò dico, quia materia põt eſſe cõis idolatris nõ id, qđ generatur ex ea. Secũdò dico ad maiorem, ꝙ nõ eſt vera etiã loquendo de immunditia corporali, quia nutrimentũ poteſt eſſe mundũ, & tñ caro generata eſt immunda. i. non commeſtibilis ſicut patet de equo. Et ſic ſanguis non facit bonum nutrimentum, ſed tamen caro inde generata, &c. Ad minorem conceditur, ſed dico, quòd ſanguinis eſus figurat crudelitatem, quam Deus prohibuit Iudæis, ſecundò ſanguis offerebatur in multam reuerentiam idolorum, quare non ſequitur conſequentia de adipe autem eſt triplex ratio litteralis vt patet ad primum, & ergo negatur conſequentia.

¶ Ad quartũ dicendũ, ꝙ & ſi hædus occiſus nõ ſentiat qualiter carnes eius coquantur, tñ in animo decoquentis ad quandam crudelitatem pertinere videtur, ſi lac matris, quod datum eſt ei pro nutrimento, adhibeatur ad conſumptionem carnium ipſius.

¶ D.S. aſſignat tres rationes quare cõſequentia non valet, duas litterales, & vnam figuralem, dicitur ergo ex prima ratione, primò ad antecedens. Verum, quod fit poſt mortem nõ pertinet ad nocumentum ſenſibile ipſius mortui, at tamẽ ad crudelitatẽ pertinet facientis, ſi etiam homo mortuus tractetur crudeliter; & ideo propter crudelitatem vitandam poteſt aliquid prohiberi circa mortuum hominem vel animal. Ad primum conſequens cõceditur, ꝙ non pertinet ad animal, pertinet tñ ad homines cuius eſt vitare crudelitatem; quare negatur vlterior conſequentia, qa eſt crudele. Secundò dico ad antecedens concedendo ipſum, ſed tamen cedit in nocumentum facientis ſi in reuerentiam idolorum hoc conſuetum ſit fieri, quia per hoc habet occaſionẽ idolatrandi. Et ita primum conſequens conceditur, quòd non pertinet ad animalis nocumentum, tamen ad ipſum hominem occidentem, ne idolotrandi incurrat vitium, negatur ergo vlterior conſequentia, quia hoc erat occaſio idolatrandi vt Doct. Sanct. oſtendit conſequenter.

¶ Vel poteſt dici, quòd gentiles in ſolemnitatibus idolorum taliter carnes hædi decoquæbant vel ad immolandum vel ad comedendum, & ideo Exo. 23. poſtquã prędictum fuerat de ſolennitatibus celebrandis in lege, ſubditur. Non coques hædum in lacte matris ſuæ.

¶ Nota autem, ꝙ quamuis in textu Exo. 23. ſolùm fiat mentio de lacte matris, tamen vt Nicolaus de Lyra ibidem habet, intelligitur de omni lacte, tertiò dico, quòd propter rationem figuralem illa coctio erat declinanda non propter nocumentum animalis coquendi. Vnde adhuc non ſequitur conſequentia vt oſtẽdit Doct. Sanct. conſequenter ibi.

¶ Figuralis autem ratio huius prohibitionis eſt, quia præfigurabatur, ꝙ Chriſtus qui eſt hædus propter ſimilitudinem carnis peccati, non erat a Iudæis coquendus ideſt occidendus in lacte matris. i. tpe infantiæ, vel ſignificatur, ꝙ hędus ideſt peccator non eſt coquẽdus in lacte matris, ideſt non eſt blanditijs deliniendus.

¶ Ad quintum dicendum, quòd Gentiles fructus primitiuos quos fortunatos extimabant, dijs ſuis offerebãt vel etiam comburebant eos ad quædam magica facienda. & ideo præceptum eſt eis vt fructus trium primorũ annorum immundos reputarent. In tribus enim annis ferè omnes arbores terrę illius fructum producunt q̃ ſ. vel ſeminando, vel inſerendo, vel plantando coluntur. Raro autem contingit, quòd oſſa fructuum arboris vel ſemina latentia ſeminentur; hæc enim tardius facerent fructum, ſed lex reſpexit ad id, quod frequentius fit. Poma autem quarti anni tanquam primitię mundorum fructuum Deo offerebantur; quinto autem anno, & deinceps comedebantur.

¶ Aliæ rationes fuerunt offerendę præmitias lignorum pomiferorum, quàm ea, quæ tanguntur in antecedente, vnde negatur conſequentia, conceſſo antecedente, quia primitiua animaliũ, & hominum non offerebantur idolis ſicut primi fructus arborum vt D.S. declarat. Erat autẽ alia ratio a ratione tacta in antecedẽte huius prohibitionis figuralis, propter quam negatur etiam conſequentia, quam D.S. declarat cum dicit.

¶ Figuralis autem ratio eſt, quia per hoc prefigurat, quòd poſt tres ſtatus legis, quorum vnus eſt ab Abraam vſque ad Dauid; ſecundus vſque ad tranſmigrationem babylonis; tertius vſque ad Chriſtum, erat Chriſtus deò offerendus, qui eſt fructus legis; vel quia primordia noſtrorũ operũ debẽt eſſe nobis ſuſpecta pp impfectionẽ.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd ſicut dicitur Eccl. 19. Amictus corporis enunciat de homine, & ideo voluit dominus vt populus eius diſtingueretur ab alijs populis, non ſolùm ſigno circumciſionis, quod erat in carne, ſed etiam certa habitus diſtinctione.

¶ D.S. primò aſſignat rationẽ de generali diſtinctione aliquarum veſtium Iudæorũ a veſtibus aliarum gentium, ſecundò duas rationes litterales, & vnam figuralem de ſpeciali prohibitione veſtium, quę tanguntur in argumento, ibi. Et ideo prohibitũ, &c. Dico ergo primò ad antecedens concedendo, ſed tamen veſtimẽtum vel amictus iuxta ſapientẽ enunciat de homine. Et ergo ſicut Deus voluit hñe diſtinctũ populũ, ita & diſtinctũ habitũ quare negatur conſequentia. Secundò iterum conceditur antecedens, ſed quia idolatræ induebãtur talibus veſtibus ex lana, & lino ſimul contextis, & mulieres veſtimentis virorum, & ècontra, ideo prohibebatur Iudæis, vt oſtendit D.S. cum dicit.

¶ Et ideo prohibitum fuit eis ne induerentur veſtimẽto ex lana, & lino cõtexto, & ne mulier indueret veſte virili, aut èconuerſo, pp duo. Primò quidem ad vitãdum idolatriæ cultum. Huiuſmodi enim uarijs ueſtibus ex diuerſis cõtextis Gentiles in cultu ſuorum Deorum utebantur, & etiam in cultu Martis mulieres utebantur armis virorum, in cultu autem; Veneris èconuerſo, uiri utebantur ueſtibus mulierum.

¶ Erat

¶ Erat autem adhuc alia ratio litteralis, quare non licebat vti illis veſtimentis tactis in conſequente, vt oſtendit Doct. Sanct. Conſequenter ibi.

¶ Alia ratio eſt ad declinandam luxuriam, nam per commixtiones varias in veſtimentis omnis inordinata commixtio coitus excluditur; quòd autē mulier induatur veſte virili, aut ēconuerſo, incentiuum eſt concupiſcentiæ, & occaſionem libidini præſtat.

¶ Tertio etiam erit ratio figuralis huiuſmodi prohibitionis quam etiam D.S. conſequenter ponit cum dicit.

¶ Figuralis autem ratio eſt, quia in veſtimento contexto ex lana, & lino interdicitur coniunctio ſimplicitatis, & innocentiæ, quæ figuraliter per lanā; & ſubtilitatis malitiæ, quæ figuratur per linum. Prohibetur etiā, quòd mulier non vſurpet ſibi Doctrinā vel alia virorū officia, vel vir non declinet ad mollicies mulierum.

¶ Ad ſeptimum dicendum, quòd ſicut Hiero. dicit ſuper Matth. * Dominus iuſſit vt in quattuor angulis palliorum hyacinthinas fimbrias facerent ad populum Iſrael dignoſcēdū ab alijs populis, vnde per hoc ſe eſſe Iudæos profitebantur, & ideo per aſpectum huius ſigni inducebantur in memoriam ſuæ legis.

*Matth. 23. ſuper illud magnificāt fimbrias ſuas 10.9.

¶ Conceſſo igitur aſſumpto huius, negatur etiam conſequentia dupliciter, quo ad ambas partes conſequentis, ſecūdùm quòd vtriuſque erat duplex ratio, ſecūdā ponit ibi. In hyacintinis, &c. licet ergo memoria mandatorum Dei non pertineat ad corpus, tamen ex corporalibus, quæ occurrunt ſenſui excitatur mens, & & cor ad memorandum. Et ſic negatur prima conſequentia de ſecundo exemplo tacto in conſequente. Quo ad primum tactum in conſequente dico etiā, q̄ p exteriora membra in locutione metaphorica, poſſunt deſignari interiores actus animi, & ſimiliter exteriores operationes. Sic per oculum intellectus accipitur, & p habere ante oculos intelligitur frequens memoria, & fuga oblivionis, ideo de hoc etiam negatur conſequentia, quia non intelligitur, quòd corporaliter ligarent in brachijs vt oſtendit D.S. cum dicit ibi.

¶ Quod autem dicit. Ligabis ea in manu tua, & erūt ſemper ante oculos tuos, phariſæi malè interpretabātur ſcribentes in membranis decalogum Moyſi, & ligabāt in fronte quaſi coronam, ut ante oculos mouerentur; cum tamen intentio Domini mandantis fuerit vt ſignarentur in manu, ideſt in operatione, & eſſent ante oculos, ideſt in meditatione.

¶ Secundò D.S. adducit alias rationes dictorum, & primò tāgit rationem vnam figuralem, de ſecundo exemplo argumenti cum dicit.

¶ In hyacinthinis autem vittis, quę pallijs inſerebātur ſignificatur cœleſtis intentio, quæ omnibus operibus noſtris debet adiungi.

¶ Deinde vnam aliam rationem litteralem de primo tacto in argumento cum dicit.

¶ Poteſt tamen dici, quòd quia populus ille carnalis erat durę ceruicis, oportuit etiam per huiuſmodi ſenſibilia eos ad legis obſeruantiam excitari.

¶ Ad octauum dicendum, quòd affectus hominis eſt duplex. Vnus quidem ſecundùm rationem, alius verò ſecundùm paſſionem; ſecundùm igitur affectum rationis non refert quid homo circa bruta animalia agat, quia omnia ſunt ſubiecta eius poteſtati a Deo, ſecundū illud Pſal. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, & ſecundùm hoc Apoſtolus dicit, quòd nō eſt cura Deo de bobus, quia Deus non requirit ab homine quid circa boues agat vel circa alia animalia.

¶ D.S. primò diſtinguit de antecedente auctoritate Apoſtoli, q̄ poteſt dupliciter intelligi. Et iuxta ſm intellectū reſpōdet, ſecūdò ad conſequens ibi. Et ideo vt dico, &c. dico ergo ad auctoritatem Apoſtoli, ſi intelligitur, q̄ non eſt cura Deo de &c. ideſt nihil ordinauit de fiendis ab homine circa animalia propter partē intellectiuam, tunc dico ad conſequens, q̄ Deus in ſcriptura nō præcepit de bobus, & irrationabilibus animalibus propter ipſa. Vnde ſecundùm hoc negatur conſequentia, quia ſic non intelligitur conſequens. Nota tamen poſt D.S. prima parte. q. 22. art. 2. ad 3. q̄ ideo l. ō eſt cura ſpecialis per præmiationem, & punitionem de bobus, eſt tamen cura vel prouidentia communis qua gubernantur, & in eſſe conſeruantur, ſed hoc eſt extra propoſitum. Si autem intelligitur ſecundò antecedens, quòd non eſt cura, & ideſt quòd nō ordinauit aliquod de fiendis ab homine circa animalia propter partem ſenſitiuam, tunc negatur illa conſequentia, immo non eſt mens Apoſtoli, quia contra ſcripturam Prouer. 12. vt in littera, affectus enim ſenſitiuus mouetur etiam circa animalia irrationabilia. Et hoc oſtendit D.S. conſequenter cum dicit.

¶ Quātū verò ad affectum paſſionis, mouet affectus hoīs etiā circa alia aīalia, q̄a em paſſio miſericordiæ cōſurgit ex afflictionibus aliorū, cōtingit ēt bruta aialia pę nas ſentire, pōt ī hoīe conſurgere miſericordiæ affectus ēt circa afflictionē animalium; proximum autē eſt vt q̄ exercetur in affectu miſericordiæ circa aīalia, magis ex hoc diſponatur ad affectum miſericordiæ circa hoīes, vnde dicitur Prouer. 12. Nouit iuſtus animas iumētorū ſuorū, viſcera autem impiorum crudelia.

¶ Secundū illū ergo ſm intellectū D.S. declarat conſequēs. Et primò quo ad primas duas auctoritates ſcripturæ, ſecundò quo ad tertiā ibi. Circa commixtionē, &c. Quo ad primū ergo negatur cōſequentia, quia dum affectus hoīs exerceretur circa beſtias in miſericordia, diſponitur ad miſericordiā circa homines. Et iō licet Deo non ſit cura de animalibus tractandis aḃ hominibus ſm ſe, ſed tū propter hominem, & eius affectū, præſertim ſenſitiuum, nec contrarium voluit Apoſtolus, de hoc dicit D.S.

¶ Et ideo ut dns populū Iudaicū ad crudelitatē pronum ad miſericordiam reuocaret, voluit eos exercere ad miſericordiam etiam circa bruta animalia prohibēs quædam circa animalia fieri, quæ ad crudelitatē quandā pertinere videntur, & ideo ꝑhibuit, ne coqueretur hædus in lacte matris, & q̄ non alligaretur os boui triturāti, & q̄ non occideretur mater cum filijs.

¶ Vel poteſt aſſignari alia ratio litteralis, tamen etiam ꝑpter affectum hominis retrahēdum per hoc ab idolatria quam D.S. oſtendit cum dicit.

¶ Quāuis etiā dici poſſit, q̄ hæc ꝑhibita ſunt eis in deteſtationē idolatriæ; nā Aegyptij nefariū reputabāt vt boues triturātes de frugibus comederēt, aliqui etiā malefici vtebātur matre auis incubante, & pullis eius ſimul captis ad fecūditatē, & fortunā circa nutritionē filiorū; & quia etiā in augurijs reputabatur hoc eſſe fortunatū, quòd inueniretur mater incubans filijs.

¶ Quo ad ſecūdā auctoritatē, negat etiā conſequētia, q̄a etiam Deo ſint cura ordinādi circa aīalia nō inducenda in cōmixtionē extra ſpeciē ꝑp hominē ne affectus eius carnalis induceretur in idolatriam vel ad peccandum contra naturā, vel vniuerſaliter in oēm occaſionem concupiſcentiæ vt D.S. oſtendit cum dicit.

¶ Circa cōmixtionē verò aīaliū diuerſæ ſpēi rō litteralis potuit eſſe triplex. Vna q̄dē ad deteſtationē idolatriæ Aegyptiorū, q̄ diuerſis cōmixtionibus utebantur ī ſeruitiū planetarū, q̄ ſm diuerſas cōiūctiones hñt diuerſos effectus, & ſup diuerſas ſpēs rerū. Alia rō eſt ad excludēdū cōcubitus cōtra naturā. Tertia rō eſt ad tollendā vniuerſaliter occaſionē cōcupiſcentiæ. Aialia em̄ diuerſarū ſpecierū nō cōmiſcentur de facili adinuicē niſi hoc ꝑ hoīes ꝑcuret, & in aſpectu coitus aīaliū, excitatur hoī concupiſcentiæ motus, vnde & in traditionibus Iudæorū ꝑhibitū inuenit, ut Rabi Moyſes dicit.* ut hoīes auertāt oculos ab animalibus coeūtibus.

*lib. qui dr Doctor dubiorum. & in lib. Dux errantium.

¶ Vltimò D.S. ſubiungit omnium dictorum rationem figuralem, & dicit.

¶ Figuralis aūt horū rō eſt, q̄a boui triturāti. i. p̄dicatori deſereti ſegetes Doctrinę nō ſunt neceſſaria victus ſubtrahenda, ut Apoſtolus dicit 1. ad Corin. 9. Matrem etiā nō ſimul debemus tenere cū filijs, q̄a in q̄buſdā retinendi ſunt ſpirituales ſenſus quaſi filij, & dimittenda eſt litteralis obſeruātia quaſi mater, ſicut in oībus ceremonijs legis, ꝑhibet etiā q̄ iumenta. i. populares hoīes nō faciamus coire. i. cōiūctionem habere cū alterius generis animantibus, ideſt cum gentibus, uel Iudeis.

¶ Ad nonum dicendum, quòd omnes illæ commixtiones in agricultura ſunt prohibitæ ad litteram in deteſtationem idolatriæ, quia Aegyptij in uenerationem ſtellarum diuerſas commixtiones faciebant, & in ſeminibus, & in animalibus, & in veſtibus repreſentantes diuerſas coniunctiones ſtellarū. Vel omnes huiuſmodi commixtiones

commixtiones varię prohibentur ad deteſtationem coitus contra naturam.

¶ Antecedens conceditur, & patuit ad ſecundum, ſed negatur cōſequentia; quia ſunt rationes litterales duæ, & figurales quare commixtiones ſeminum prohibitę ſunt, quo ad litterales patet in littera, quo ad figurales dicit.

¶ Habent tamen figuralem rationem, quia quod dicitur. Non ſeres vineam tuam altero ſemine, eſt ſpiritualiter intelligendum; quòd in Eccleſia quæ eſt ſpiritualis vinea, non eſt ſeminanda aliena doctrina; & ſimiliter ager, ideſt Eccleſia non eſt ſeminandus diuerſo ſemine. i. catholica doctrina, & hæretica. Non eſt etiam ſimul arandum in boue, & aſino, quia fatuus ſapienti in prædicatione non eſt ſociandus, quia vnus impedit aliū.

* Deficit ſolutio pen. ult. arg. quę tamen habetur in expoſitione textuū in argu. alleg. & in Glo. Ordinaria. Vide ibi.

¶ Ad decimi antecedens, verum, tamen propter periculum vitandum, & peccatum idolatriæ, ad quod proni erāt Iudæi, potuit prohibere aliquod inanimatum, ſcilicet argentum, vel aurum, vel ſculptibilia præcioſa Gentilium ad vitandum idolatriam. Et ſecundò, quia auari, & cupidi erant, & per huiuſmodi facilè induci fuiſſent in idolatriam. Et præterea circa inanimata debet homo facere quę ſunt pro decentia conuictus humani; ita q̄ immunditiæ corporales, & naturales pro poſſe abſcondantur, & præſertim fętidę, ne excitentur infirmitates, & peſtilentiæ; quia iuxta gl. Deut. 23 Deus etiam corporalem munditiam diligit. Quare negatur conſequentia, quia Deut 7. prohibetur ſolùm, ne accipiant aurum, & quæcunque prætioſa de idolis gentium, ne hijs acceptis ex cupiditate inciderent in pericula idolatriæ. Et poteſt figuraliter prohibere auaritia Chriſtiani populi ne colaat aurum, & argentum pro dijs. Secundò dico de eo, quod habetur. Deut. 23. q̄ hoc fuit factum propter munditiam, & per conſequens ſalubritatem aeris conſeruandam; & ſecundò iuxta glo. vt cognita miſeria conditionis humanæ humiliarentur; & tertio, vt ſtuderent tegere ſordes ſpirituales, & defectus. Et poteſt eſſe ratio figuralis, vt homo ſtudeat puritati, humilitati, & abſconſioni ſordium ſpiritualium quæ teguntur per pœnitentiam. ¶ Huius argu. ſolutio ex incuria impreſſorum, vel ſcriptorū nō hr̄, vt patet intuēti; ſed iſta ſolutio habet ex textibus allegatis, & Glo. Ordinaria &c.

¶ Ad vndecimum dicendum, q̄ malefici, & ſacerdotes idolorum vtebantur in ſuis ritibus oſſibus, vel carnibus hominum mortuorum; & ideo ad extirpandum idolatriæ cultum præcepit dns, vt ſacerdotes minores qui per tempora certa miniſtrabant in ſanctuario, non inquinarentur in mortibus, niſi valdè propinquorum. ſ. patris, & matris, & huiuſmodi coniunctarum perſonarum; Pontifex autem ſemper debebat eſſe paratus ad miniſterium ſanctuarij, & ideo totaliter prohibitus erat ei acceſſus ad mortuos quantumcunque propinquos.

¶ Maior conceditur. Sed dico, quòd aliquis ſine culpa poteſt reddi impotens ad executionem pietatis actuum. Sicut in ſimili habet Doc. San. quodlibet 3. art. 16. de religioſo, qui ex voto religionis facit ſe impotentem ad miniſterium parentum pauperum. Minor vera, dummodo conditioni ſuæ ex Diuina ordinatione non repugnet. Et ſic erat hic, vt oſtendit D.S. primò quo ad tactum mortui; ſecundò oſtendit hoc quo ad vxorem ſacerdotis; quia vilitas vxoris redundat in virum; ideo cum ſacerdotes debebant ſingulari &c. vt habetur clarè in littera ibi.

¶ Præceptum etiam eſt eis ne ducerent vxorem meritricem ac repudiatam, ſed virginem; tum propter reuerentiam ſacerdotum, quorum dignitas quodammodo ex tali coniugio diminui videretur; tùm etiam propter filios, quibus eſſet ad ignominiā turpitudo matris; quod maximè tunc erat vitandum quando ſacerdotij dignitas ſecundùm ſucceſſionem generis conferebatur.

¶ Doc. Sanc. conſequenter etiam reddit ex ſuperabundanti rationem alicuius alterius obſeruantiæ ſacerdotibus prohibitę, quæ non tangitur in argum. Cum dicit.

¶ Præceptum etiam erat eis, vt non raderent caput nec barbam, nec in carnibus ſuis facerent inciſuram ad remouendum idolatriæ ritum. Nam ſacerdotes Gentilium radebant caput, & barbam, vnde dicitur. Baruc. 6. Sacerdotes ſedent habentes tunicas ſciſſas, & capita, & barbam raſam; & etiam in cultu idolorum incidebant ſe cultris, & lanceolis, vt dicitur 3. Reg. 18. vnde contraria præcepta ſunt ſacerdotibus veteris legis.

¶ Vltimò ſubiungit omnium dictorum rationem figuralem; quare negatur conſequentia argumenti. Vnde dicit.

¶ Spiritualis autem ratio horum eſt, quia ſacerdotes omnino debēt eſſe immunes ab operibus mortuis, quę ſunt opera peccati; & etiam non debent radere caput, ideſt deponere ſapientiam; neque deponere barbam, ideſt ſapientiæ perfectionem; neque etiam ſcindere veſtimenta aut incidere carnes, vt ſcilicet vitium ſciſmatis non incurrant.

Quæſtio centeſimatertia.

De duratione ceremonialium præceptorum.

DEinde conſiderandum eſt de duratione ceremonialium præceptorum. Et circa hoc quæruntur quattuor. Primò, vtrum præcepta ceremonialia fuerint ante legrm. Secundò, vtrum in lege aliquam virtutem habuerint iuſtificandi. Tertiò, vtrum ceſſauerint Chriſto veniente. Quartò, vtrum ſit peccatum mortale obſeruare ea poſt Chriſtum. G

¶ Poſtquàm determinatum eſt de præceptis ceremonialibus ſecundùm ſe, & cauſis eorum. Iam determinatur de eorum duratione. Et primò quantum ad eorum initium; ſecundò quantum ad eorum terminum, & finem, in art. 3. circa primum, primò fit, quod dictum eſt; ſecundò determinatur dubium incidens. art. 2.

Vtrum præcepta ceremonialia fuerint ante legem.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd ceremoniæ legis fuerint ante legem. Sacrificia enim, & holocauſta pertinent ad ceremonias vet. le. vt ſupra dictum eſt, * ſed ſacrificia, & holocauſta fuerunt ante legem, dicitur enim. Gen. 4. quòd Cayn obtulit de fructibus terræ munera domino. Abel autem obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum. Noe etiam obtulit holocauſta domino, vt dicitur. Gen. 8. Abraam ſimiliter, vt dicitur. Gen. 22. ergo ceremoniæ veteris legis fuerunt ante legem.

Heb. 7. col. 2. fin.

*q. 100. art. 1. & 4. q. 102. art. 3.

¶ 2 Præt. ad ceremonias ſacrorum pertinet conſtructio altaris, & eius inunctio; ſed iſta fuerūt ante legem, legitur enim. Gen. 13. quòd Abraam ędificauit altare domino, & de Iacob dicitur. Gen. 28. quòd tulit lapidem, & erexit in titulum fundens oleum deſuper; ergo ceremoniæ legales fuerunt ante legem.

¶ 3 Præt. iuter ſacramenta legalia primum dicitur fuiſſe circumciſio; ſed circumciſio fuit ante legem, vt patet. Gen. 17. ſimiliter etiam ſacerdotium fuit ante legem, dr̄ enim. Gen. 14. quòd Melchiſedech erat ſacerdos Dei ſummi; ergo ceremoniæ ſacramentorū fuerūt ante legē.

¶ 4 Præt. diſcretio mundorum animalium ab immundis pertinet ad ceremonias obſeruantiarū, vt ſupra dictum eſt; * ſed talis diſtinctio fuit ante legem, dicitur em̄. Gen. 7. Ex omnibus mundis animalibus tolle ſeptena, & ſeptena; de animantibus verò immundis duo, & duo; ergo ceremoniæ legales fuerunt ante legem.

*q. 101. art. 4. q. 102. art. 6.

¶ Sed contra eſt, quòd dicitur. Deut. 6. Hæc ſunt præcepta, & ceremonię quæ mandauit dominus Deus noſter, vt docerem vos; non autem indiguiſſent ſuper his doceri, ſi prius prædictæ ceremoniæ fuiſſent; ergo ceremoniæ legis non fuerunt ante legem.

¶ Hic primò inquirit de initio ceremoniarum, ſcilicet an fuerit in ſtatu legis naturæ, antequam lex daretur populo Iudæorum. ita quòd etiam ante illam legem veterem fierent oblationes, & ſacrificia Deo; & an fuerint etiam aliqua altaria, & hmōi ſacra; vel nihil ſimile ceremonijs præceſſerit legem &c.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut ex ſupra dictis patet, * ceremoniæ legis ad duo ordinabantur, ſcilicet ad cultum Dei, & figurandum Chriſtum. Quicunque autem colit Deum oportet, quòd per aliqua determinata eum colat, quæ ad exteriorem cultum pertinent. Determinatio autē Diuini cultus pertinet ad ceremonias, ſicut etiam determinatio eorum per quæ ordinamur ad

*q. 102. art. 2.

proximum, pertinet ad præcepta iudicialia, vt ſupra dictum eſt,* & ideo ſicut inter homines communiter erãt aliqua iudicialia, non tamen ex auctoritate legis Diuinæ inſtituta, ſed ratione hominum ordinata; ita etiam erant quædam ceremoniæ non quidem ex auctoritate alicuius legis determinatæ, ſed ſolùm ſecundùm voluntatem, & deuotionem hominum Deum colentium.

*1.90.ar.4. q.101.a.1.

Concluſio reſponſiua.

¶D.S. primò probat,& ponit vnam concluſionem reſpõſiuã, ſecundò eandem ex dicta declaratione infert compendioſius per modum corollarij, ibi.Fuerunt igitur &c. Concluſio reſponſi.eſt talis. Sicut inter homines communiter erant aliqua &c.vt in fine huius litteræ. Hanc concluſionem D. S. primò probat; ſecundò eandem limitat,ibi.Sed quia etiam &c. probatur ergo concluſio, ſupponendo ex dictis, quòd ceremoniæ legis ad duo ordinabantur.ſ.ad cultũ Dei,& ad figurandum Chriſtum. Iſtud ſuppoſitum patuit ſæpius q.102.art.2.probatur igitur, quòd ante legẽ fuerint aliqua exteriorã ordinata in cultum Diuinum, & aliqua figurantia Chriſtum;tunc habetur,quòd ante legem fuerunt ceremonię, quia hæc ſunt de ratione ceremonialium,vt ſic in communi. Arguitur ergo ſic. Quicunque colit Deum, oportet, ꝙ per &c. vt in littera (& ſupponitur hic,quòd ante le.vet.homines etiam coluerunt Deum per aliqua determinata in exteriori cultu,) ſed determinatio Diuini cultus pertinet &c. vt in littera; ergo concluſio vera. Maior hic non probatur,ſed relinquitur nota,quia nõ poteſt eſſe actus particularis ſine determinantis tempore,& loco,& ſigno interioris cultus, quia actiones præſertim exteriores ſunt in ſingularibus. Et de illa maiore habetur etiam ratio. 2.2.q.85. art.1.quo ad hoc,quòd interiori cultui pro omni tempore oportebat adiungere exteriorem proteſtationem ſenſibilem.Et per conſequens homines hoc fecerunt ſaltem boni, & fideles.Minor patuit ſupra.q.99.art.4.& q.101.ar.1.Et ita patet,quòd erat exterior cultus, & per conſequens ceremoniæ; ſed inſtituꝛe pro libito, & deuotione cuiuſcunque, vt patet argu.primo. Vnde & Adam, & Iſaac creduntur obtuliſſe ſacrificia, quãmuis propter cauſam de eis non ſcribatur, vt habet D.S. ſecunda ſecundæ, vbi iam.

Scotus.

¶Nota, quòd iſta concluſio, tangit vnam difficultatem quam D.S. habet 4.ſent.diſt.1.art.vlt. & tertia parte.q.61.art.1.ad ſecundum, vbi habet, quòd homini ante peccatum non erat determinatè præfixum quibus ſacramentis vteretur. Et hoc quidem Sco. in 4.diſt.1.q.vltima admittit de alijs ſacramentis, ab eo per quod dimittebatur originale. Vꝰ enim ſibi, ꝙ cum homini debeat eſſe certum remedium ſalutis, ꝙ Deus reuelauerit alicui præcipuo de patribus,determinatum ſignum proteſtatiuum fidei,Vide ipſum.

¶Sed ſequendo modum dicendi quem D.S. in 4.probabiliorem credit, & de mente Greg. diceretur, quòd habuit certum remedium, ſed non determinatum, quia ſi fidem ſuam de Chriſto referret in puerum quocunque modo,ſufficiebat pro ſalute pueri, nec oportebat tempore legis naturæ, ita determinare ſacramenta fidei,quando ratio adhuc non erat obtenebrata per peccatum, vt habet D. S. tertia parte vbi iam, & potuit ergo Spiritus Sanctus quibuſdam inſpirare de determinatis ſacrificijs,& determinata proteſtatione. Non tamen communiter,ſed communiter proteſtatio exterior fuit voluntaria. Deinde cum dicit.

¶Sed quia etiam ante legem fuerunt quidam viri pręcipui prophetico ſpiritu pollentes,credendum eſt,quòd ex inſtinctu Diuino, quaſi ex quadam priuata lege inducerentur ad aliquem certum modum colendi Deũ,qui, & conueniens eſſet interiori cultui,& etiam congrueret ad ſignificandũ Chriſti myſteria, quę figurabãtur etiam per alia eorum geſta, ſecundùm illud. 1.ad Corint.10. Omnia in figura contingebant illis.

¶Limitat concluſionem dictam,quo ad hoc, quòd præfuerunt ante legem ceremoniæ; ſed determinatæ ex voluntate, & deuotione hominum colentium Deum.Et ponit talem concluſionem limitatmam,quo ad hoc, Credẽdum eſt, quòd ex inſtinctu Diuino quaſi &c. vt in littera,probatur tali aſſumpto,ante legem fuerunt viri quidem præcipui prophetico ſpiritu pollentes;ergo concluſio vera Tenet conſequentia, quia Spiritus Sanctus docuit ea quæ ſunt ſalutis; ſalutis autem erat colere Deum,& credere Chriſtum etiam ante legem; ergo ex Spiritus Sancti inſtinctu, nouerunt quomodo deberent colere Deum, exteriori cultu repræſentatiuo Chriſti. Antecedens eſt notum ex ſcriptura, Doc.S. tamen confirmat ſpecialiter, quòd cultus eorum etiam qui fuerunt ante legem figuraret Chriſtum,quia figurabatur per alia eorum geſta; igitur & per cultum Diuinum. Antecedens eſt Apoſtoli. Et patet, quòd illa auctoritas Apoſtoli intelligitur non ſolùm de Iudæis, ſed etiam patribus ante legem Moyſi, quia & geſta eorum exponuntur figuraliter de Chriſto. Deinde ibi.

¶Fuerũt igitur ante legem quædam ceremoniæ, non tamen ceremoniæ legis, quia non erant per aliquam legislationem inſtitutæ.

¶Ex dictis per modum corollarij D. S. reſumit concluſionem ſub breuibus. Ante legem fuerunt quædam ceremoniæ, non tamen ceremoniæ legis; probatur prima pars ex prædictis.Ante legem fuit determinatus cultus Dei exterior ex deuotione hominum,& inſtinctu Spiritus Sancti; ergo illa pars vera, conſequentia nota, antecedens patuit.

¶Secunda pars probatur a D. S. ceremoniæ ante legem non fuerunt per aliquam legislationem inſtitutæ; ergo non fuerunt ceremoniæ legis. Eſto enim ceremoniæ procedentes ex inſtinctu Spiritus Sancti ſint a Deo, non tamen per legem quæ eſt præceptum commune, vt patuit ſupra. Patet ergo, quòd ceremonialia vet.le. nõ fuerunt ante vet.le.quãmuis aliquę ceremoniæ fuerint, ſed non legales.Et etiam hoc probat argumentũ in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum,ꝙ huiuſmodi oblationes, & ſacrificia, & holocauſta offerebant antiqui ante legem ex quadam deuotione proprię voluntatis, ſm ꝙ eis videbatur conueniens, vt in rebus quas a Deo acceperant quas in reuerentiam Diuinam offerrent,proteſtarentur ſe colere Deum qui eſt omniũ principiũ,& finis.

¶Ad maiorem dico, quòd ſacrificia ex determinatione legis pertinent ad ceremonias vet.le. Sed ſacrificia, & holocauſta ex deuotione offerentium,vel ex familiari inſtinctu Spiritus Sancti non erant ceremoniæ legis, eſto eſſent ceremoniæ.

¶Ad minorem verum eſt, ſed fuerunt non ex inſtitutione legis, ſed vt habet ſolutio, quare negatur conſequentia; ſed bene datur, quòd fuerunt ceremoniæ ante legem, ſed non vet.le.quia non per vet. le. inſtitutæ, nec omnino ſimiliter fiebant, ſicut determinatum fuit per legem.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd etiam ſacra quædam inſtituerunt; quia videbatur eis conueniens, vt in reuerentiam Diuinam eſſent aliqua loca ab alijs diſtincta Diuino cultui mancipata.

¶Maior ſi debeat eſſe vera, intelligitur,quòd conſtructio altaris &c. ex legislatione Diuina pertinet ad ceremonias vet.le. Sed conſtructio huiuſmodi ex deuotione, & reuerentia hominum ſunt ceremoniæ quidem; ſed ante le. vet. Ad minorem erant iſta ex deuotione hominum in reuerentiam Diuinam;quare negatur conſequentia, quo ad hoc,quòd dicit legales; quia non dicuntur legales niſi quia per legem inſtitutæ; tunc autem non fuit lex.

¶Ad tertium dicendum, quòd ſacramentum circumciſionis præcepto Diuino fuit ſtatutũ ante legem, vnde non poteſt dici ſacramentum legis quaſi in lege inſtitutum, ſed ſolùm quaſi in lege obſeruatũ; & hoc eſt,quod dñs dicit.Ioan.7. Circumciſio non ex Moyſe eſt, ſed ex patribus. Sacerdotium etiam erat ante legem apud colentes Deum ſecundùm humanam determinationẽ, qui hanc dignitatem primo genitis attribuebant.

¶Maior diſtinguitur.Si intelligitur, ꝙ circumciſio fuerit inter ſacramenta vet.le.quaſi per ipſam inſtituta, negatur. Circumciſio enim eſt inſtituta per pręceptum Diuinum familiare datũ Abraç, & non per legem. Si autem intelligitur maior,quòd fuit inter ſacramenta vet.le.quia aſſumpta, & obſeruata in lege, conceditur, ſicut & moralia præcepta ponuntur in lege,& tñ ſunt de lege naturæ non de lege vet. Ad minorem pro prima parte eius conceditur, ꝙ circumciſio fuit ante legem per præceptum familiare inſtituta; ſed non eſt ſacramentum legale. Ad ſecundam partem minoris de ſacerdotio, dico ꝙ fuit ante legem, ſed non ſacerdotium legale,nec ex determinatione legis ve. nec ſimile ſacerdotio vet.le. quo ad perſonas ſacerdotum; ſed fuit ex determinatione hominum, & in perſonis primogenitorũ; ſecus de ſacerdotibus legalibus, qui fuerunt ex inſtitutione Diuina, & de gñe. Aaron, Quare ad conſequens dr̃,concedendo, ꝙ fuerunt ceremoniæ ſacerdotum ante legem;ſed non legales ceremoniæ,nec legalia ſacramenta. Circa verbum D.S. in principio ſolutionis cum dicit, quòd circumciſio præcepto Diuino &c non dicit lege Diuina, quia tempore Abrahæ data fuerunt præcepta familiaria; ſed non lex, ratio patuit ſupra. q 98.art 6.ad ſecundum.

¶Ad quartum dicendum, quòd diſtinctio mundorum animalium, & immundorum non fuit ante legem quantum ad ęſum; cum dictum ſit. Gen.9. Omne quòd mouetur, & viuit erit vobis in cibũ; ſed ſolùm quantum ad ſacrificiorum oblationem, quia de quibuſdam determinatis animalibus ſacrificia offerebant;ſi tamen quantum ad ęſum erat aliqua animalium diſcretio, hoc non erat quia ęſus illorum reputaretur illicitus,cum nulla lege eſſet prohibitus; ſed propter abominationẽ, vel conſuetudinẽ; ſicut & nunc uidemus, ꝙ aliqua cibaria ſunt in aliqbus terris abominabilia quæ in alijs comedũtur.

¶Ad

¶Ad maiorem, diſcretio quantum ad ęſum, & diſcretio ex lege vet.pertinet ad obſeruantias le.vet. Minor ad ſenſum maioris negatur, quia fuit ſolùm diſcretio quantum ad oblationem, & iſta etiam non erat ex lege. Et ſecundò ad minorem,ſi fuit diſcretio quantum ad ęſum,hęc fuit propter abhominationem aliquorum animalium, vel ex conſuetudine, & non ex aliqua lege. Ad probationem dicitur, quòd intelligitur illa diſcretio quantum ad ſacrificium, & non quo ad ęſum. Et quod dicuntur ſeptena animalia munda poſita in Archa, hoc fuit, vt ſex prolificarent, & vnum offerretur; de immundis autem bina fuerunt reſeruata ſolùm propter conſeruationem ſpecici,& prolificationem.Quare iſta diſcretio non eſt facta propter cibum, vnde negatur conſequentia.

Vtrum ceremoniæ vet.le.aliquam virtutem habuerint iuſtificandi tempore legis.

Supra q.98. artic.4.& q. 99. art.12. Et.diſt.40. art.3.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur,quòd ceremoniæ veteris legis habebant virtutem iuſtificãdi tempore legis. Expiatio enim a peccato, & conſecratio hominis ad iuſtificationem pertinent,ſed Exo.29. dicitur, quòd per aſperſionem ſanguinis, & inunctionem olei conſecrabantur ſacerdotes, & veſtes eorum,& Leui.16. dicitur, quòd ſacerdos per aſperſionem ſanguinis vituli expiabat, ſanctuarium ab immunditijs filiorum Iſrael, & a præuaricationibus eorum atque peccatis;ergo ceremoniæ veteris legis habebant virtutem iuſtificandi.

¶ 2 Præt. id per quod homo placet Deo ad iuſtitiam pertinet, ſecundùm illud Pſal. Iuſtus dominus, & iuſtitias dilexit; ſed per ceremonias aliqui Deo placebant, ſecundùm illud.Leui.10. Quomodo potui placere domino in ceremonijs mente lugubri? ergo ceremoniæ veteris legis habebant virtutem iuſtificandi.

¶ 3 Præt. ea quæ ſunt Diuini cultus magis pertinẽt ad animam, quàm ad corpus, ſecundùm illud Pſal.Lex domini immaculata conuertens animas;ſed per ceremonias veteris legis mundabatur leproſus,vt dicit.Leuit.14. ergo multò magis ceremoniæ veteris legis poterant mundare animam iuſtificando.

¶ Sed contra eſt, quod Apoſtolus dicit. Gal.2.Si data eſſet lex quæ poſſet iuſtificare, Chriſtus gratis mortuus eſſet, ideſt ſine cauſa; ſed hoc eſt inconueniens; ergo ceremoniæ veteris legis non iuſtificabant.

¶Hic ſecundo D. S. inquirit de vno dubio incidente in tractatu de ceremonijs vet.le. de virtute earum, & effectu. An tempore &c. ita videlicet, quòd ſicut ponimus in ſacramentis nouæ legis virtutem quanda inſtrumentalem cauſandi ſanctitatem, & gratiam. Et ponimus ea cauſatiua diſpoſitionis ad gratiam,quæ eſt aliquo modo neceſſitans, ita fuerit de ceremonialibus ſacramentis, vel alijs.

¶Reſpondeo dicendum, quòd ſicut ſupra dictum eſt, * in veteri lege duplex immunditia obſeruabatur. Vna quidem ſpiritualis,quæ eſt immunditia culpæ, alia verò corporalis quæ tollebat idoneitatem ad cultum Diuinum; ſicut leproſus dicebatur immundus, vel ille qui tangebat aliquod morticinum; & ſic immunditia nihil aliud erat quàm irregularitas quædam.

*3.diſt.art. 3.præſertim ad quartũ.

¶Doc.San. ſic procedit; primò reſpondet diſtinctè ad quæſitũ, tamen implicitè; ſecundò ex illa reſponſione infert concluſionem explicitè, & formaliter reſpõſiuam in fine cor.ibi. Sic igitur patet &c. Quo ad primum, primò præmittit notabile diſtinctiuũ bimembre; ſecundò ſubiungit duas concluſiones reſponſiuas correſpondentes, primam ibi. Ab hac igitur &c. ſecundam ibi. Ab immunditia verò &c. Dicit ergo primò, quòd in vet.le.obſeruabatur duplex immunditia, & patuit illa diſtinctio ſup. q.102. art.5.ad quartum, vna ſpiritualis,alia corporalis. Et dicit (obſeruabatur) quia ſpiritualis quidem erat vera immunditia; ſed non omnis immunditia corporalis, ſed habebatur pro immunditia, & erat tantùm quædam irregularitas, vel ad cultum Diuinum, vel quandoque etiam ad conuictum humanum. Nulla enim indiſpoſitio corporalis,non prouenieus ex peccato,eſt immunditia coram Deo &c. Conſequenter cum dicit.

¶Ab hac igitur immunditia,ceremoniæ veteris legis habebant virtutem emundandi, quia huiuſmodi ceremoniæ erant quædam remedia adhibita ex ordinatione legis ad tollendas prædictas immunditias ex ſtatuto legis inductas, & ideo Apoſtolus dicit, ad Hebr.9. quòd ſanguis hyrcorum, & taurorum, & cinis vitulę aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis.

¶ Subiungit primam concluſionem, quo ad ſecundum membrum prædictum talem. Ab immunditia corporali ceremoniæ, vet.le.habebant virtutem emundandi, hanc concluſionem primò probat ratione, & auctoritate; ſecundò ex ea elicit conueniẽtiam cuiuſdam dicti ab Apoſtolo, ibi. Et ſicut iſta &c. Ratione probatur ſic. Huiuſmodi ceremoniæ erant quædam &c.vt in littera; ergo concluſio vera. Tenet conſequentia, quia ſi huiuſmodi immunditiæ erant ſolùm ex ſtatuto legis, bene ſequitur, quòd ex ſtatuto legis per ceremonialia potuerũt auferri, quia eiuſdem eſt aliquid ponere, & ipſum tollere, & diſpenſare in irregularitate. Sicut nunc in Eccleſia qui ponit canones de irregularitate, poteſt, & tollere, & diſpenſare. Et confirmatur concluſio auctoritate Apoſtoli, vt in littera. Conſequenter ibi.

¶ Et ſicut iſta immunditia quæ per huiuſmodi ceremonias emundabatur,erat magis carnis, quàm mentis; ita etiam ipſę ceremoniæ iuſtitiæ carnis dicuntur ab ipſo Apoſtolo parum ſupra. Iuſtitijs, inquit, carnis vſque ad tempus correctionis impoſitis.

¶Elicit ex iam poſita concluſione conuenientiam dicti,& nominationis Apoſtoli, quando ceremonias legis vet. vocat iuſtitiam carnis, ſcilicet effectiuè, quia tollebat immunditias carnis, magis quàm mentis,& per conſequens conferebant munditiam, & iuſtitiam carnis &c. Deinde cum dicit.

¶Ab immunditia verò mentis quæ eſt immunditia culpæ,nõ habebant virtutem expiandi,& hoc ideo,quia expiatio a peccatis nunquàm fieri potuit niſi per Chriſtum,qui tollit peccata mundi,vt dicitur. Ioan.1.Et quia myſterium incarnationis, & Paſſionis Chriſti nondum erat realiter peractum; illę veteris legis ceremonię non poterant in ſe continere realiter virtutem profluentem a Chriſto incarnato, & paſſo,ſicut continent ſacramenta nouæ legis; & ideo non poterant a peccato mundare, ſicut Apoſtolus dicit ad Hebr.10. quòd impoſſibile eſt ſanguine taurorum, aut hyrcornm auferri peccata.

¶ Ponit ſecundam concluſionem reſponſiuam iuxta primum membrum prædictæ diſtinctionis; quam primò probat; ſecundò reſpõdet cuidam tacitę quæſtioni quę poſſet fieri circa dicta, ibi. Poterat autem &c.tertiò annectit, quoddam notabile,ibi. Sciendum eſt &c.Concluſio ergo eſt. Ceremoniæ vet.le.non habebant virtutem expiandi ab immunditia mentis,quę eſt culpa,(ita quòd non cauſabant diſpoſitionem ad gratiam) nec erant diſpoſitio, Hanc cõcluſionem ſicut præcedentem probat, primò auctoritate, & ratione; ſecundò ex hoc declarat quoddam dictum Apoſtoli, ibi. Et hoc eſt &c. ratione ſic, Expiatio a peccato non potuit fieri niſi per Chriſtum, ſcilicet incarnatum,& paſſum; ſed myſterium incarnationis, & paſſionis nondum erat realiter peractum; ergo ille vete. le. &c. vt clarè in littera. Et confirmatur concluſi auctoritate Apoſtoli.

¶ Nota autem,quòd ſacramenta nouæ legis habent efficatiam ſuam non ex fide venturi, ſed ex paſſione Chriſti peracta. Fluxit enim virtus ex latere Chriſti in cruce in noſtra ſacramenta. Sed hoc nõ fuit tunc in vet.le.Et ergo eſto, (vt dicetur in ſequentibus) fides venturi aliquid faceret ad gratiam habendam tanquàm diſpoſitio propinqua, nihil tamen faciebant ceremoniæ, niſi quòd erant proteſtatio interioris fidei,quæ erat diſpoſitio neceſſaria pro tunc &c. Deinde ibi.

¶Et hoc eſt, quòd Gal.4.Apoſtolus vocat ea egena,& infirma elementa; infirma quidem, quia non poſſunt a peccato mundare; ſed hæc infirmitas prouenit ex eo, quòd ſunt egena, ideſt, eo quòd non continent in ſe gratiam.

¶Declarat ſecundùm dictam concluſionẽ quædam verba Apoſtoli, qui vocat illas ceremonias vet.le. egena,& infirma,propter hoc, quod dixit concluſio, quia non habebant virtutem mundandi a peccatis &c.Quia autem hæc materia de virtute ſacramentorum nouæ legis, & infirmitate, & vacuitate vet.le. ex intentione agetur in tertia parte, & habetur in quarto ſenten. ideo pro nunc ad iſtam difficultatem me non extendo. Si placet vide Capreolum in quarto,diſt.1.& ſecunda,ad longum. Hoc tamen notandum, quia ſacramenta vet.le, gratiam non continebant,ſicut ſacramenta nouæ legis, ideſt non habebant virtutem conferendi gratiam ex diſpoſitione; ita quòd per gratiã quæ eſt in ſacramentis nouæ legis, intelligitur virtus gratiæ gratum facientis cauſatiua, quæ gratia eſt in ſacramentis ſecundùm eſſe intentionale.

¶ Poterat autem mens fidelium tempore legis per fidem coniungi Christo incarnato, & passo, & ita ex fide Christi iustificabantur, cuius fidei quædam protestatio erat huiusmodi ceremoniarum obseruatio inquantum erant figura Christi; & ideo pro peccatis offerebantur sacrificia quædam in veteri lege, non quia ipsa sacrificia a peccato emundarent; sed quia erant quædam protestationes fidei, quæ a peccato mũdabant, & hoc etiam ipsa lex innuit ex modo loquendi; dicitur enim. Leui. 4. & 5. ꝙ in oblatione hostiarũ pro peccato orabit pro eo sacerdos, & dimittetur ei; quasi peccatum dimittatur nõ ex vi sacrificiorũ, sed ex fide, & deuotione offerẽtiũ.

¶ Respondet cuidam tacitę quæstioni quę posset fieri circa dicta, quia si ceremoniæ vet. le. non mundabant a peccatis; quare tunc quædam sacrificia offerebantur pro peccatis, vt patuit supra sępius?

¶ Ad hoc dicit, quòd sacrificia quædam fiebant pro peccato, non tamen ex se mundabant a peccato, sed fides protestata per ipsa, qua fide coniungebantur Christo futuro. Quod autem illa sacrificia fuerint quædam protestatio fidei Christi futuri, patet, quia erant figura Christi, vt supra sępius patuit. Et hæc ostendit D.S. fundata in scriptura.

¶ Nota circa hæc, & circa hanc secundam conclusionem, ꝙ post peccatum oportuit omnes saluari per passionem Christi eis applicatam, & quasi continuatam. Dupliciter autem Passio Christi hominibus continuatur. Vno modo nondum exhibita, & sic applicatur hominibus solùm secundùm actũ animæ circa ipsum, vt D.S. habet in de Veritate. Mate. 29. ar. 4. ad 9. Nam intellectus potest se extendere ad rem futuram, & non solùm ad existẽtem, & res non existens potest mouere finaliter, non autem effectiuę quãtum ad vsum exteriorũ rerum; ideo Passio Christi benedicta nondum existens in rerum natura, non fuit operata in exteriora sacramenta vet. le. sed patres tunc operati fuerunt circa Christum per actum immanentem, & talis actus immanens, ratione obiecti (vt habet D.S. in quarto, dist. 1. q. 2. art. 6. quæst. 1. ad secundum,) quod fuit dispositio ad gratiam gratum facientem, nec tunc erat aliud medium obtinendi gratiam, nisi per actionem hominis circa Christum venturum, & per talem actionem continuabatur hominibus Passio Christi. Non enim Passio Christi credita, & venerata fuit causa effectiua gratiæ gratum facientis, sed instrumentalis. Potest autẽ Deus dare gratiam per causam instrumentalem habitam in voto; sicut & nunc per votum sacramenti, quis consequitur gratiam, cum necessitas non contemptus excludit sacramentum, licet Christi humanitas passura fuerit instrumentum futurum coniunctum, sacramentum verò separatum. De hoc, D.S. tertia parte quæst. 48. art. 6. ad secundum, vbi habetur, quòd causa instrumentalis potest habere effectum spiritualẽ per contactum spiritualem, qui est per fidem, & votum. Sed nunc alio modo applicatur nobis, quia realiter existens promeruit, & per modum satisfactionis obtinuit, vt virtus Passionis suę iã exercitæ deriuetur in sacramenta Ecclesiæ, & mouet realiter sacramenta nostra imprimendo eis virtutem gratiæ causatiuam, quod facere non potuit antequàm esset. Et ergo sacramenta nostra iustificant, & causant dispositionem ad gratiam ex opere operato. i. ex ipsa susceptione sacramentorum, vel ex sacramentis susceptis. & per operationem Christi in nos secundùm modum dicendi D.S. in de Verit. vbi iam. Patet ergo, quòd sub vet. le. erat medium salutis ipsa fides in Christum, non autem ipsa sacramenta exteriora; nunc autem & exteriora sacramenta habent virtutem iustificandi; ita quòd opus operans, & operatum in adultis conferunt gratiam, alibi verò solùm opus operans. Nota tamen, ꝙ fides veterum erat medium salutis, non quòd se haberet, (vt videtur) effectiuè ad gratiam sicut nostra sacramenta ad sensum Doc. S. sed ipsa fides erat dispositio præcquisita ratione obiecti sui, scilicet Christi venturi, ratione cuius dabatur gratia credentibus. Passio enim Christi præuisa a Deo, & credita ab hominibus erat ratio remissionis peccatorum, & iustificationis per gratiam. Licet vt dictũ est, copiosius operata sit Passio Christi peracta, quàm credita futura. Vide de istis Doc. San. tertia parte quæst. 62. præsertim artic 6. Tunc ibi.

Quomodo passio Christi continuetur.

Differentia.

Sacramenta nostra iustificant, non vetera.

¶ Sciendum est tamen, quòd hoc ipsum, quòd veteris legis ceremoniæ a corporalibus immunditijs expiabant, erant in figuram expiationis a peccatis, quæ fit per Christum.

¶ Annectit quoddam notabile circa dicta in prima conclusione, vbi dictum est, quòd mundarẽt ab immunditijs corporalibus, vult D.S. ꝙ hoc fuit in figurã expiationis a peccatis, quæ nunc fit per Christum; & ita non inaniter institutæ fuerunt illæ ceremoniæ, quia licet non efficerent salutem, & expiationem a peccatis, tñ eam figurabant. Et ita per hoc notabile hr causa figuralis ceremoniarũ; esto non mundarent ipsę, ab immunditia spirituali &c.

¶ Sic igitur patet, quòd ceremoniæ in statu veteris legis non habebant virtutem iustificandi.

¶ Hic D.S. in calce corporis infert ex omnib. dictis conclusionẽ formaliter rñsiuam explicitè. Sic igitur &c. & patet satis sufficienter ex præcedentibus, iuxta secundam conclusionem dictam.

ARGVMENTVM in contrarium probat secundam conclusionem, quia Christus mortuus est, vt nos iustificaret, vt habetur 1. Pet. 2. Si ergo lex vetus cum suis ceremonijs potuit iustificare a peccatis, superflua esset mors Christi; sed non gratis mortuus est, nec in vacuum laborauit, vt dicitur. Esa. 49. Ergo &c. Et hæc est ratio pro secunda conclusione, & etiã pro vltima responsione ducens ad inconueniens, immo impossibile.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ illa sanctificatio sacerdotum, & filiorum eius, & vestium ipsorum, vel quorumcunq; aliorũ per aspersionem sanguinis, nihil aliud erat quàm deputatio ad Diuinũ cultum, & remotio impedimẽtorum ad emundationem carnis, vt Apost. dicit in præfigurationem illius sanctificationis qua Iesus per suum sanguinem sanctificauit populum; expiatio etiam ad remotionem hmõi corporaliũ immundiciarum referenda est, nõ ad remotionem culpę; vnde etiã sanctuarium expiari dr, quod culpæ subiectum esse nõ poterat.

Sanctificatio duplex.

¶ Ad maiorem dico, quòd expiatio a peccato, & sanctificatio capiuntur dupliciter. Vno modo cõmuniter, vt etiam conueniunt rebus inanimatis, secundùm quòd templum dr expiari quodammodo a peccato, sicut Ecclesiæ nostræ propter aliqua facinora reconciliantur, quia aliquod peccatũ est in eis factum, qđ indignũ est fieri in loco Diuini cultus; & sic dico de sanctificatione, quòd etiam capitur vno modo pro deputatione ad cultum Diuinum, & potest competere rebus inanimatis; & talis expiatio, & sanctificatio pertinent ad iustitiam carnis, non Spiritus; secundo modo accipiuntur ista duo propriè pro delectione culpæ, & sanctificatione quæ est per gratiam. Tunc dico, quòd talia pertinent ad iustificationem propriè. Ad minorem dico, quòd in istis auctoritatibus capitur consecratio, & expiatio primo modo pro ablatione irregularitatis inductę ex peccato, non autem secundo modo; quare negatur consequentia.

¶ Ad secundum ergo dicendum, quòd sacerdotes placebãt Deo in ceremonijs propter obediẽtiam, & deuotionem, & fidẽ rei præfiguratę; non autem propter ipsas res secundùm se consideratas.

¶ Maior conceditur. Ad minorem si intelligitur, ꝙ per opus operatum illarum ceremoniarum placuerit quis Deo, negatur, & præsertim de complacentia quæ est acceptio gratuita ad Beatitudinis meritum. Si autem intelligitur, ꝙ per opus operans in ceremonijs aliqui placebant, conceditur; sed illud opus operans non erat cerimoniale, sed fides & deuotio interior in Christum per ceremonias figuratum, quare negatur consequentia; sed bene probatur, ꝙ fides Christi erat iustificatiua dispositiuè ad gratiam, & Christus ipse creditus erat iustificatiuus meritoriè, & satisfactoriè sm Diuinam pręscientiam. Circa hanc solutionem nota propter Aureolum, cuius argumenta habentur in Capreolo in quarto, dist. 1. q. 2. ꝙ ex ea haberur, quia sacramenta vet. legis non posſunt dici vtilia, vel appetibilia nisi remotę, & quasi per accidens, ratione videlicet sui vsus, qui est aliqua causa gratiæ; ipsa enim nullo modo causant gratiam nec effectiuè nec dispositiuè, nec principaliter, nec instrumentaliter; quare non sunt dicenda vtilia ad susceptionem gratiæ; sicut medicina quæ nullo modo faceret ad sanitatem, sed tamen in eius perceptione daretur sanitas, ipsa non esset vtilis ad sanitatẽ, sed aliquid ipsam concomitans aliquo modo causans sanitatem esset vtile. Verumtamẽ in circumcisione iuxta D.S. dabatur gratia, sed non per circumcisionem; in alijs autem sacramentis etiam cum opere operato non dabatur gratia, sed solùm vsus, & deuota susceptio erat meritoria vtentibus ipsis in charitate. Quare dicit Doc. San. in fine solutionis, quia non placebant sacerdotes per ceremonias secundùm se consideratas, sed ratione deuoti vsus facti in fide; talis enim erat dispositiua ad gratiam, qua habita, deuotio, & fides erant meritoria, & placebant Deo. Placet autem & opus aliqualiter, quod fit ex gratuita Dei motione siue gratia gratuitum faciente, sicut dispositio ad gratiam.

Aureolus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ceremoniæ illę quæ erant institutę in emundatione leprosi non ordinabantur ad tollendam immunditiam infirmitatis lepræ; quod patet ex hoc, quòd non adhibebantur huiusmodi ceremoniæ, nisi iam emundato. Vnde dicitur. Leuit. 14. quòd sacerdos egressus de castris cum inuenerit lepram esse mundatã, præcipiet ei qui purificatur, vt offerat &c. Ex quo patet, quòd sacerdos constituebatur iudex lepræ emundatę,

emundatæ, non autem emundandæ. Adhibebantur autem huiusmodi ceremoniæ ad tollendam immũditiam irregularitatis. Dicunt tamen, quòd quandoque si contingeret sacerdotem errare in iudicando, miraculosè leprosus mundabatur a Deo virtute Diuina; non autem virtute sacrificiorum, sicut etiam miraculosè mulieris adulteræ computrescebat fęmur bibitis aquis, in quibus sacerdos maledicta congesserat, vt habetur. Num. 5.

¶ Maior vera saltem finaliter, quia omnia quæ sunt in Diuino cultu etiam exteriora ordinantur in cultum interiorem, & sic pertinent finaliter ad animam, tamen Diuinus cultus exterior pro isto tempore erat corporalis, nec iustificabat animam secundùm se, sed signum erat iustificationis. Ad minorem, negatur, sed mundus ostendebatur, & si aliquis mundabatur erat per miraculum non virtute alicuius ceremoniæ; sicut & erat in sacrificio zelotypiæ. De materia istius minoris supra. q. 102. art. 5. ad septimum. Et secundò etiam si minor esset vera, non sequeretur consequentia, quia multò plus requiritur ad iustificationem animę quàm ad corporis mundificationem; cum ille munditiæ sint diuersarum rationum, & purificatio animæ a peccato sit spiritualis, & Diuini supernaturalis ordinis, & requirat in iustificante saltem principaliter infinitam virtutem; & ergo licet cultus exterior ordinetur ad animam, non tamen sequitur, si potuisset etiam mundare corpora, quòd & animam, sed in illo cultu fuisset anima mundata a Deo.

Vtrum ceremoniæ vet. le. cessauerint, Christo veniente.

D. 2. q. 16. artic. 4. ad 2. Et. dist. 44. q. 2. ar. 2. ad 3. Et 4. dist. 1. q. 2. art. 5. q. 1. & 2. & dist. 2. q. 1. artic. 4. q. 3. co. Et quodl. 2. artic. 8. cor. Et Roman. 14. colu. 2.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd ceremoniæ veteris legis non cessauerint in Christi aduentu; dicitur enim. Baruch. 5. Hic est liber mandatorum Dei, & lex quæ est in ęternum, sed ad legem pertinebant legis ceremoniæ; ergo legis ceremoniæ in ęternum durauerunt.

¶ 2 Præt. oblatio mundati leprosi ad legis ceremonias pertinebat; sed etiam in Euangelio præcipitur leproso emundato, vt huiusmodi oblationes offerat; ergo ceremoniæ veteris legis non cessauerunt Christo veniente.

¶ 3 Præt. manente causa manet effectus, sed ceremoniæ veteris legis habebant quasdam rationabiles causas inquantum ordinabantur ad Diuinum cultũ, etiam præter hoc, quòd ordinabãtur ad figuram Christi; ergo ceremoniæ veteris legis cessare non debuerunt.

¶ 4 Præt. circumcisio erat instituta in signum fidei Abraæ, obseruatio autem Sabbati ad recolendum beneficium creationis, & aliæ solemnitates legis ad recolendum alia beneficia Dei, vt supra dictum est; * sed fides Abrahæ est semper imitanda etiam a nobis, & beneficium creationis, & alia Dei beneficia semper sunt recolenda; ergo circumcisio, & solennitates legis cessare non debuerunt.

*q. 102. art. 10.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit ad Colloss. 2. Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte Dei festi, aut neomeniæ, aut Sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum; & ad Hebrę. 8. dicitur, ꝙ dicendo nouum testamentum, veterauit prius, quod autem antiquatur, & senescit, prope interitum est.

¶ Hic Doc. San. secundò principaliter inquirit de termino durationis ceremonialium. Et primò fit, quod dictum est; secundò determinatur quoddam corollariè sequens ex dictis huius artic. Quæritur ergo, an in Christi aduentu, ideſt cum aduenerunt sacramenta instituta per Christum, debuerint cessare ceremoniæ vet. le. De quo autem Aduentu Christi intelligatur, patebit magis artic. sequenti, quia non intelligitur de Aduentu in mundum per incarnationem; quia constat, quòd tunc non cessauerunt, nec quo ad virtutem, nec quo ad vim obligandi. Sed intelligitur de Aduentu in institutione sacramentorum nouæ legis, quibus tribuit virtutem, præsertim in Passione sua; ita quòd tunc cessauerunt quo ad virtutem, & vim obligandi, quantum erat ex se; tamen potuerunt homines obligari ad ea obseruanda propter erroneam conscientiam, & excusari a peccato. Sed tertius est Aduentus per communem, & sufficientem promulgationem Euangelij, & sacramentorum nouæ legis, & cessationis legalium; & tunc nullo modo aliquis obligabatur, nec ex conscientia errante ad hunc sensum, quòd posset eum aliquo modo excusare. Intelligitur ergo quæsitum de aduentu Christi secundùm complemẽtum, quod fuit in Passione, quando sacramenta vet. le. reuocata sunt, & instituta noua, vt patebit ad secundum.

¶ Respondeo dicendum, quòd omnia præcepta ceremonialia veteris legis ad cultum Dei sunt ordinata, vt supra dictum est, * exterior autem cultus proportionari debet interiori cultui qui consistit in fide, spe, & charitate; vnde secundùm diuersitatem interioris cultus, debuit diuersificari exterior cultus.

*q. 101. art. 2. & 2.

¶ Doc. San. duo facit. Primò deducit quandam conclusionem fundamentalem. Secundò ex illo declarat conclusionem responsiuam, & eam ponit ibi. In illo ergo &c. Quo ad primum D.S. intendit tale fundamẽtum. Exterior cultus Dei tripliciter diuersificatur, probatur sic, secundùm diuersitatem interioris cultus debuit diuersificari exterior; sed interior cultus Dei qui est per fidẽ, spem, & charitatem, tripliciter diuersificatur; ergo & exterior. Huius rationis D.S. probat primò maiorem; secundò minorem, ibi. Potest autem &c. Maior deducitur clarè a principio corporis, & formaliter, vt patet intuenti. Et patet maior, & probatio eius ex supradictis. q. 101. art. 1. & 2. vbi eadem maior probata fuit. Consequenter ibi.

¶ Potest autem triplex status distingui interioris cultus. Vnus quidem secũdùm quem habetur fides, & spes, de bonis cęlestibus, & de his per quæ in cęlestia introducimur; de vtrisque quidem sicut de quibusdam futuris; & talis fuit status fidei, & spei in veteri lege. Alius autem est status interioris cultus in quo habetur fides, & spes de cęlestibus bonis, sicut de quibusdam futuris; sed de his per quæ introducimur in cęlestia, sicut de præsentibus, vel præteritis, & iste est status nouæ legis. Tertius autem status est in quo vtraque habentur, vt prę sentia, & nihil creditur, vt absens, neque speratur, vt futurum, & iste est status Beatorum.

¶ Declarat minorem pro cõclusione fundamentali prædictam, per distinctionem quandam, & declarationem membrorũ eius, quia secũdùm diuersitatem status hominum in ordine ad Deum, diuersificatur interior cultus Dei; sed est triplex status &c. vt deducit Doc. San. clarè in littera. Et patent omnia ista ex dictis supra, vt statum. Patet ergo, quòd tripliciter variatur cultus Dei exterior. Deinde ibi.

¶ In illo ergo statu Beatorum, nihil erit figurale ad Diuinũ cultum pertinẽs, sed solùm gratiarum actio, & vox laudis; & ideo dr. Apoc. 21. de ciuitate Beatorum. Templum non vidi in ea, domiuus enim Deus omnipotens templum illius est, & Agnus. Pari igitur ratione ceremoniæ primi status per quas figurabatur & secundus, & tertius, veniẽte secũdo statu, cessare debuerunt, & alię ceremonię induci quę conuenirent statui cultus Diuini pro tempore illo in quo bona cœlestia sunt futura; beneficia autem Dei per quę ad cœlestia introducimur sunt pœnitentia.

¶ Subiungit, & format conclusionem responsiuam ex dictis talẽ, Ceremonię primi status, scilicet vet. le. per quas figurabatur &c. vt in fine litteræ. Manifestatur illa conclusio tali assumpto, in statu Beatorum nihil erit figurale ad Diuinum cultum pertinens, & cessabunt, scilicet sacramenta figuratiua illius status secũdi; ergo pari ratione &c. vt dicit conclusio. Tenet consequentia a simili, quia sicut status nouę legis, & sacramẽta, figurant statum patriæ; ita status primus, scil. vet. le. figurabat statum nouæ legis quo ad beneficia per quæ peruenitur ad Beatitudinem; ergo si ille secundus cessat veniente tertio; ita primus veniente secundo. Antecedens patet ex supradictis; & etiam hic patet, quia ibi erit solùm gratiarũ actio procedens ex interiori Beatitudine, & patet auctoritate Apocal. De materia istius artic. Vide ad longum Doc. S. in quarto, dist. 1. quæst. 2. art. 5. quæst. 2. vbi ponit multas rationes pro hac conclusione.

¶ Quæ confirmatur argumento in contrarium tali. Illa auctoritas prima Apostoli intelligitur sic; nemo vos iudicet. i. cõdemnabiles putet, ꝙ vtimini cibis, vel potibus prohibitis in lege; & ergo sine culpa, & pœna potuit quis post Aduentum Christi non seruare ceremonialia. De ista auctoritate etiam supra dictum est. q. 101. art. 2. in argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ lex vetus dr esse in ęternũ, sm moralia quidem simpliciter, & absolutè, sm ceremonialia verò quantũ ad veritatẽ per ea figuratam.

¶ Ad maiorem primò, ſecundùm D.S. vt patet in littera; ſecundò dicitur, quòd mandata iſta fuerunt æterna in ſe, vel in æquipalenti, moralia enim manent, & perfectius exponuntur in noua lege, vt patebit infra. Iudicialia autem manent non in ſe, ſed in æquipollenti, quia mores Chriſtiani plus valent ad pacificam cohabitationem, quàm lex talionis. Ceremonialia autem manent in ſuis ſignatis, quia vmbra tranſijt, & veritas ſucceſſit. Et hæc eſt ſolutio Scoti, & redit in idem cum ſolutione hac D.S.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd myſterium redemptionis humani generis completum fuit in Paſſione Chriſti; vnde tunc dominus dixit, conſummatum eſt, vt habetur. Ioan. 19. & ideo tunc totaliter debuerunt ceſſare legalia, quaſi iam veritate eorum conſummata, in cuius ſignum in Paſſione Chriſti velum templi legitur eſſe ſciſſum. Matth. 27. & ideo ante Paſſionem Chriſti, Chriſto prædicante, & miracula faciente currebant ſimul lex, & Euangelium, quia iam myſterium Chriſti erat inchoatum, ſed nondum conſummatum; & propter hoc mandauit Chriſtus dominus ante Paſſionem leproſo, vt legales ceremonias obſeruaret.

¶ Maior conceditur, minor vera, ſed præcipitur ante Paſſionem Chriſti quo tempore ceremonialia erant neceſſitatis quo ad Iudæos ſicut ante; ſed poſt myſterium Chriſti conſummatum in Paſſione, non fuerunt neceſſaria, ſed mortua omnia, & etiam ante Aſcenſionem, & Penthecoſtem, ſed Chriſto prædicante, & miracula faciente currebat ſimul lex, & Euangelium. Ad conſequens verum veniente in carne, & inchoante myſterium redemptionis, tunc non ceſſauerunt, ſed conſummato myſterio; & ita intelligitur concluſio reſponſi. huius artic. Circa illam ſolutionem nota pro intellectu D.S. quòd ante Chriſti Paſſionem legalia ſicut circumciſio, & ſacramenta ceremonialia, & Euangelium, ideſt Baptiſmus, & ſacramenta nouę legis currebant ſimul, ſed differenter; quia legalia erant præcepti, & neceſſitatis; Baptiſmus autem conſilij, & circumciſio, & legalia erant imperfecta, Euangelia autem perfectionis, & ſupererogationis. Ratio primi eſt, quia nondum lex habuit terminum, ſed in morte Chriſti terminata fuit, & per conſequens obligabat, & eius ſacramenta erant neceſſitatis præſertim circumciſio; quia autem baptiſmus eſt figura mortis, & Paſſionis Chriſti, & Reſurrectionis inquantum moritur peccatis, & viuit Deo, ideo oportuit Chriſtū prius mori, & reſurgere antequàm indiceretur neceſſitas configurandi ſe morti, & reſurrectioni eius, vt patet apud D.S. 3. par. q. 66. ar. 2. Scotus

Nota ſecundò, quòd Sco. huic ſolutioni aduerſatur in quarto, diſt. 3. in quarto principali, vult enim, quòd non poſſint ſimul ſtare, quòd legalia fuerint in præcepto ante Paſſionem Chriſti, & baptiſmus ſub conſilio. Et ponit quattuor tempora circumciſionis. Primum pro quo erat neceſſaria, & illud eſt tempus præcedens tempus baptiſmi, in quo baptiſmus nec fuit in conſilio, nec in præcepto, & illud fuit tempus antequàm prædicaretur Euangelium, vel baptiſmus per Chriſtum, vel Apoſtolos. Secundum tempus eſt, ſecundùm eum pro quo circumciſio erat vtilis non neceſſaria, & illud tempus fuit a prædicatione Chriſti, & Apoſtolorum vſque ad prædicationem ſolemnem baptiſmi vſque poſt Aſcenſionem Chriſti, ita quòd poſt Paſſionem non fuerunt legalia, præſertim circūciſio, mortua, ſed vtilis vſque ad diem Penteceſtes, & hoc in Hieruſalem, vbi Apoſtoli prædicauerunt publicè. Tertium tempus eſt in quo circumciſio non fuit vtilis nec neceſſaria, tamen licita Iudæis, & hoc tempus cucurrit cum tempore quo baptiſmus erat ſub præcepto vſque ad promulgationem ceſſationis legalium. Quartum tempus eſt pro quo circumciſio fuit omnino illicita, & de iſto tempore poſtea dicetur, & dicit Sco. quòd fuit quo Deus per Apoſtolos, & ſucceſſores eorum prohibuit legalia ſeruari, licet de hoc non habeatur in ſcriptura; ita quòd aliquo tempore determinato fuerint legalia ſimpliciter reuocata a Deo, & ſecundùm eundem fuit poſt cuerſionem Hieruſalem, poſt triginta annos a Paſſione domini; tunc enim Iudæi conformabant ſe gentibus, inter quas erant diſperſi, hæc ola Sco. in ſententia. Ex quibus patet, quòd ipſe contrarium ſentit dictis in ſolutione hac, in ſecundo tempore circumciſionis, quia vult quòd Chriſto incipiente prædicare, tunc circumciſio non fuit in præcepto, ſed ſolùm vtilis, vult etiam, quòd permanſerit vtilis, & habuerit effectum, & virtutem priorem, etiam poſt Paſſionem Chriſti, licèt non eſſet neceſſaria. Et primum eſt contra rationem, quia tamdiu fuit in præcepto quàmdiu lex non fuit impleta; ſed hoc fuit primò tempore Paſſionis Chriſti. Et ſecundò, ſecundùm Scotum ibidem, lex non ceſſatur niſi per promulgationem reuocationis, vel per reuocationem promulgatam; ſed Chriſtus prædicans non reuocauit, nec promulgauit legalia reuocata, & ceſſata quo ad vim obligandi; immo iuſſit, & voluit, vt obediretur præceptis legalibus, vt patet de leproſo miſſo ad ſacerdotem legalem; quare non ceſſauit virtus obligandi præcepti de circumciſione, & inde eſt, quòd Chriſto prædicante nō ſolùm fuit vtilis, (vt ipſe Sco. dicit,) ſed etiam neceſſaria, (vt D.S. dicit) non relaxata quo ad neceſſitatem obligationis. Dictum autem Scoti eſt voluntarium, cum dicit Chriſtum reuocaſſe legalia quo ad neceſſitatem, licet non quo ad vtilitatem, quando baptiſmus incępit eſſe ſub conſilio. Hoc enim dictum nulla auctoritate eſt ſubnixum, nec ratio Scoti aliquid valet, immo vt Capreo. dicit non habet apparentiam, quando arguit, ſi ante Paſſionem baptiſmus Chriſti fuit in conſilio, tunc circumciſio non potuit eſſe in præcepto, quia ſi vnum præceptum impoſitum, reuocat totaliter aliud, conſilium de vno facit aliud non neceſſarium; quia ſolùm vera eſt iſta propoſitio, quando præcepta ſunt oppoſita, & ſunt de oppoſitis, vel incompoſſibilibus actibus; ſed quando ſunt de compoſſibilibus, & ſe habentibus ſicut perfectum, & imperfectum, tunc non valet; ſic autem eſt in propoſito de baptiſmo, & circumciſione, & ideo non ſequitur, vnum conſulitur, ergo aliud non eſt neceſſarium, ſicut conſulitur perfecta charitas, & tamen aliqualis charitas eſt neceſſitatis. Et ſecundò propoſitio ſua haberet apparentiam quando conſilium ſequitur præceptum alterius reuocationis, tunc non ſtat cum neceſſitate alterius præceptiſi ſecus ſi præcedat, vt eſt in propoſito. Vide alia in Capreo. in quarto diſt. 1. q. 3. in ſolutionibus contra tertiam concluſionem. Secundum autem dictū Scoti, ſcilicet quòd in Paſſione Chriſti, & poſt, circumciſio permanſerit vtilis, licet non neceſſaria, eſt euidenter contra Sanctos Doctores communiter. ſ. Auguſt. Hieronymum, vt patebit art. ſeq. qui omnes dicunt legalia omnem vim obligandi, & vtilitatem ac virtutem in Paſſione Chriſti perdidiſſe; immo aliqui voluerunt, quòd fuerit mortifera. Nec valet ſua euaſio in ſolutionibus argumentorum minus principalium, quando exponit auctoritatem Chriſti. Ioan. 19. ſcilicet (conſummatum eſt,) & dicit, quòd ſi referatur ad antiquam legem, quòd debeat intelligi, conſummatum eſt in cauſa; nam mors Chriſti cauſa erat confirmationis legis Euangelicæ, ſed illa non fuit conſummata ad obſeruandum ante prædicationem eius &c. Sed illa fuga Scoti eſt apertè contra intentionem Sanctorum, & præterea non ſolùm conſummatū eſt, ſed & velū templi ſciſſum eſt, quod Doc. Sancti exponunt de ceſſatione legalium, etiam quo ad vtilitatem; quare Scotus in hoc nouitatem inſtituit, & a ſoliditate Sanctorum receſſit. Patet quoque, quia de dictis ipſorum nihil curauit; ſed pro ſuo proprio videre ſcripturam canonicam trahere niſus eſt. Vide D.S. 3. parte q. 47. artic. 2. ad primum, de hac auctoritate conſummatum eſt. Aliud quoque dictum D S. impugnat, ſcilicet quòd legalia aliter obligauerunt ante Paſſionem, & poſt Paſſionē; ipſe autem vult, quòd eodem modo obligauerunt, & Iudæi eodem modo tenebantur vſque poſt Aſcenſionem domini, ſed de hoc artic. ſequenti.

Scotus

Capreolus.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ rationes litterales ceremoniarum ſupra aſſignatę referuntur ad Diuinum cultum, qui quidem cultus erat in fide venturi; & ideo iam veniente eo qui venturus erat, & cultus ille ceſſat, & omnes rationes ad hunc cultum ordinatæ. *q. 102. art. 3. & 4.

¶ Ad maiorem manente cauſa in eſſe, & conſeruari manet effectus. Minor vera ad hunc ſenſum, quòd habuerunt rationabiles cauſas, vt pertinebant ad cultum proteſtatiuum fidei reſpectu futuri, ſed non reſpectu præſentis, vel præteriti. Et ergo quia fides poſtea aliter ſe habuit, ſcilicet ad præſentem, vel præteritum; quare negatur conſequentia, immo debuit eſſe alius cultus correſpondens fidei aliter ſe habenti, vt patet ex concluſione fundamentali &c.

¶ Ad quartum dicendum, quòd fides Abraę fuit commendata in hoc, quòd credidit Diuinæ promiſſioni de futuro ſeminæ in quo benedicerentur omnes gentes, & ideo quàmdiu hoc erat futurum oportebat proteſtari fidem Abraę in circumciſione; ſed poſt quàm iam hoc eſt perfectum, oportet idem alio ſigno declarari, ſcilicet baptiſmo qui in hoc circumciſioni ſuccedit, ſecundùm illud Apoſtoli ad Coloſ. 2. Circumciſi eſtis circumciſione non manu facta in expoliatione corporis carnis; ſed in circumciſione domini noſtri Ieſu Chriſti conſepulti ei in baptiſmo.

¶ D.S. ſoluendo hoc argumentum primò reſpōdet ad primam partem, & primum exemplum; ſecundò ad ſecundum, ibi. Sabbatum autem &c. Ad maiorem ergo pro prima parte dico, quòd circumciſio fuit inſtituta in ſignum fidei de futuro Redēptore, ſed non de præſenti, vel præterito. Ad minorem pro prima parte dico, quòd oportet fidem imitari, ſed non proteſtari eodem ſigno ſicut ipſe, quia iam non eſt futurus; ſed ſigno, quod ſignificat ipſum præteritum, & mortuū, & reſurrexiſſe, & hoc eſt baptiſmus.

¶ Nota quòd quàmuis Abraam habuerit eandem fidem nobiſcum, ſicut & omnes electi pro quocunque ſtatu; tamen fides eorum habuit aliam habitudinem ab obiectū, quàm noſtra, ideo & opus fuit alia proteſtatione exteriori, quæ eſt cultus exterior.

Et

Et ideo Abraam figurabat Chriſtum venturum, quod nos non poſſumus, & ideo ſuus cultus non conuenit noſtro tempori; non ꝙ Chriſtus, vel tempus ipſius variata ſint, ſed nos, & priores aliam habitudinem habemus ad eundem Chriſtum, & tempus in quo fuit. Vide de Verita. Mat. 14. ar. 12. De hoc etiam bene loqui. Sco. in tertio, diſt. 25. & tangetur iſta mat. art. ſeq. in cor. Scotus

¶ Sabbatum autem, quod ſignificabat primam creationem, mutatur in diem Dominicum, in quo commemoratur noua creatura inchoata in Reſurrectione Chriſti; & ſimiliter alijs ſolennitatibus veteris legis nouæ ſolennitates ſuccedūt, quia beneficia illi populo exhibita ſignificāt beneficia nobis conceſſa per Chriſtum. Vnde feſto Paſchæ ſuccedit feſtum Paſſionis Chriſti, & Reſurrectionis. Feſto Pentecoſtes in quo fuit data lex vetus, ſuccedit feſtum Pentecoſtes in quo fuit data lex Spiritus vitæ. Feſto neomeniæ ſuccedit feſtum B. Virginis, in qua primò apparuit illuminatio Solis, ideſt Chriſti per copiam gratiæ. Feſto iubarum ſuccedunt feſta Apoſtolorum. Feſto expiationis ſuccedunt feſta Martyrum, & Confeſſorum. Feſto tabernaculorum ſuccedit feſtum conſecrationis Eccleſiæ. Feſto cętus atque collectę ſuccedit feſtum Angelorum, vel etiam feſtum omnium Sanctorum.

¶ Conſequenter D.S. reſpondet quo ad ſecundam partem maioris, quæ conceditur; ſed dico, quòd apud Chriſtianos mutata eſt ſolennitas Sabbati in ſolennitatem Dominicæ diei; & alijs ſtatuitatibus quibus commemorabantur beneficia Iudaico populo exhibita, ſuccedunt feſtiuitates quibus celebrantur beneficia populo Chriſtiano exhibita. Ad minorem pro ſecunda parte dico, quòd beneficia Dei præcipuè exhibita populo Chriſtiano, ſunt a Chriſtianis recolenda, ſcilicet recreatio nouę creaturæ per Reſurrectionē Chriſti, & alia beneficia quæ ponūtur in ſolutione.

Vtrum ſit peccatum mortale obſeruare præcepta ceremonialia vet. le. poſt Paſſionem Chriſti.

Inf. q. 104. ar. 3. cor. Et in 4. d. 27. ar. 1. q. 1. cor. poſt med. ii. q. 93. ar. 5. & q. 94. ar. 3. ad 5. Ha. diſt. 1. quæſt. 5. q. 3. & 4. Et hom. 14. n. 2. Et Gal. 2. cc. 13. & c. 5. ſub 1. & 2. Ircol. 2. fi.

KAD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd poſt Paſſionem Chriſti legalia poſſint ſine peccato mortali obſeruari. Nō eſt enim credendum, quòd Apoſtoli poſt acceptum Spiritum Sanctum mortaliter peccauerint eius enim plenitudine ſunt induti virtute ex alto, vt dicitur. Luc. vlt. ſed Apoſtoli poſt Aduētum Spiritus Sancti legalia obſeruauerunt. Dicitur enim. Act. 16. quòd Paulus circumcidit Thimotęum, & Act. 21. dicitur, ꝙ Paulus ſecundùm cōſilium Iacobi aſſumptis viris purificatus cum eis intrauit in templum annuncians expletionem dierum Purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio; ergo ſine peccato mortali poſſunt poſt Chriſti Paſſionem legalia obſeruari.

¶ 2 Præt. vitare conſortia Gentilium ad ceremonias legis pertinebat; ſed hoc obſeruauit primus paſtor Eccleſiæ. Dicitur enim ad Gal. 2. quòd cum veniſſent quidam Anthiochiam ſubtrahebat, & ſegregabat ſe Petrus a Gentilibus; ergo abſque peccato poſt Paſſionem Chriſti legis ceremonię obſeruari poſſunt.

¶ 3 Præt. præcepta Apoſtolorum non induxerunt homines ad peccatum, ſed ex decreto Apoſtolorum ſtatutum fuit, quòd Gentiles quædam de ceremonijs legis obſeruarent; dicitur enim. Act. 15. Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis nihil vltra imponere oneris vobis, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione; ergo abſque peccato ceremoniæ legales poſſunt poſt Chriſti Paſſionem obſeruari.

¶ Sed contra eſt, quod Apoſtolus dicit ad Gal. 5. Si circumcidimini, Chriſtus nihil vobis proderit; ſed nihil excludit fructum Chriſti niſi peccatum mortale; ergo circumcidi, & alias ceremonias obſeruare poſt Paſſionem Chriſti, eſt peccatum mortale.

¶ Hic vltimò Doc. Sanc. determinat quoddam corollariè ſequens ex dictis. Dictum eſt enim, quòd legalia in Aduentu Chriſti ceſſauerunt ad ſenſum dictum, & facta ſunt inutilia, & mortua; ideo eſt dubium, an etiam fuerint legalia ipſa mortifera; ita ꝙ poſt Paſſionem Chriſti ipſa obſeruans peccet mortaliter.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd omnes ceremoniæ ſunt quædam proteſtationes fidei, in qua conſiſtit interior Dei cultus; ſic autem fidem interiorem poteſt homo proteſtari factis ſicut & verbis; & in vtraque proteſtatione ſi aliquid homo falſum proteſtatur, peccat mortaliter.

¶ Concluſio reſponſiua ponitur a D. S. in hoc corpore talis. Peccaret mortaliter ſi aliquis nunc ceremonias obſeruaret, quas antiqui piè, & fideliter obſeruabant. Probatur hæc concluſio, ſupponendo, vt in principio corporis, quòd omnes ceremoniæ ſunt proteſtationes fidei, in qua conſiſtit interior cultus. Et patet iſtud ſuppoſitum ex dictis, quia ceremonia omnis præſentis vitæ eſt aliqualiter figurativa, licet differenter ceremoniæ vet. le. & nouæ, vt patuit ſupra. q. 101. art. 2. & variantur ſecundùm diuerſitatem interioris cultus. Hoc ſuppoſito arguitur ſic. Fidem interiorem poteſt homo proteſtari factis ſicut, & verbis, & in vtraque proteſtatione ſi aliquid falſum proteſtatur, peccat mortaliter; ſed proteſtans nunc ſuam fidem verbis dicendo Chriſtum naſciturum, diceret falſum; ita & obſeruans nunc ceremonias vet. le. proteſtaretur falsò factis Chriſtum vēturum, & naſciturum; ergo ſicut ille peccat mortaliter &c. Huius rationis Doc. S. primò ponit maiorem; ſecundò declarat minorem quam implicitè notat, ibi. Quamuis autem &c. tertiò ſubiungit ipſam concluſionem, ibi. Sicut igitur &c. Et quartò confirmat minorem iterum auctoritate Auguſt. ibi. Et hoc eſt &c. Maior ergo pro prima parte eſt nota, & ſimiliter pro ſecunda, quia omne falſum in materia fidei eſt peccatum mortale ex genere, vt hic ſupponitur, & patet ex ſupradictis; quia omnis inordinatio circa Deum qui eſt obiectum fidei eſt mortale ex genere, licèt quandoq; propter imperfectionem actus, vel propter ignorantiam inuincibilem, excuſetur a mortali. Conſequenter cum dicit.

¶ Quamuis autem ſit eadem fides quam habemus de Chriſto, & quam antiqui patres habuerunt; tamen quia ipſi præceſſerunt Chriſtum, nos autem ſequimur, eadem fides diuerſis verbis ſignificatur a nobis, & ab eis; nam ab eis dicebatur. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, quæ ſunt verba futuri temporis. Nos autem idem repræſentamus per verba præteriti temporis dicentes, quòd concepit, & peperit; & ſimiliter ceremoniæ veteris legis ſignificabant Chriſtum, vt naſciturum, & paſſurum; noſtra autem ſacramēta ſignificant ipſum, vt natum, & paſſum.

¶ Doc. San. declarat minorem, & eam implicitè notat oſtendendo fundamentum primæ partis minoris; quare cum ſit vna fides, tamen aliter loqui oportet eos qui fuerunt ante Chriſtum, & qui ſunt poſt; & enunciatio quæ fuit vera tunc, modo eſt falſa; quia eſto fides ſit vna, tamen eſt alia habitudo præcedentium Chriſtum, & ſequentium; & ergo opus eſt diuerſis verbis, ſcilicet diuerſi temporis, ſic quòd ipſi congruè dicebant, & exprimebāt fidem ſuam per verba futuri temporis, ſcilicet Chriſtus naſcetur. Nos autem per verba præteriti; & ſi vteremur verbis eiuſdem temporis cum ipſis diceremus falſum; ſed ſicut verba ſignificabant fidem interiorem, ita & facta. Et ergo facta eorum ſignificabant, & proteſtabantur fidem ſecundùm ſtatum eorum in quo Chriſtus erat eis venturus, & ſi nos eiſdem factis proteſtaremur fidem noſtram, ſignificaretur Chriſtus nobis etiam venturus; ſed hoc eſt falſum, minor ergo eſt vera. Et de iſta materia in D.S. in de Verita. vbi ſupra. in fi. præced. artic. Tunc ibi.

¶ Sicut igitur peccaret mortaliter qui nunc ſuam fidem proteſtando diceret Chriſtum naſciturum, quod antiqui piè, & veraciter dicebant; ita etiam peccaret mortaliter ſi quis nunc ceremonias obſeruaret, quas antiqui piè, & fideliter obſeruabant.

¶ Infert concluſionem reſponſuam iam probatam, notanter autem dicit in concluſione (nunc) & per illud nunc intelligitur non ſolùm tempus in quo nos ſumus, ſcilicet præſens purum, ſed etiam totum tempus, quod fuit poſt Paſſionem Chriſti, & perfectam promulgationem Euangelij, & ceſſationis legalium, vt patebit ad primum.

¶ Et hoc eſt, quod Auguſtinus dicit contra Fauſtum. Iam non promittitur naſciturus, paſſurus, reſurrecturus, quod illa ſacramenta quodammodo perſonabant; ſed annunciatur, quòd natus ſit, reſurrexit, quod hæc ſacramenta quæ a Chriſtianis aguntur iam perſonant.

¶ Confirmat minorem præsertim quo ad secundam partem; quòd scilicet ceremoniæ legales significarent Christum venturum; sicut nostræ præteritum, & per consequens si quis iam protestaretur per ceremonias fidem suam, protestaretur de facto Christum venturum, quod est falsum &c.

ET confirmatur conclusio responsi. argumento in contrarium. Nota propter hoc argumentum sanè intelligendum. D. S. ibidem, (scilicet super ad Gal 5) quòd secundùm August. circa legalia triplex tempus distinguitur, vt dicetur ad primum, scilicet tempus ante passionem, ante gratiam diuulgatam, & post gratiã. Post gratiam ergo diuulgatam est peccatum mortale etiam ipsis Iudæis; sed in tempore medio, scilicet ante gratiam diuulgatam poterant quidem absque peccato etiam illi qui ex Iudeis conuersi fuerant, legalia seruare, dum tamen in eis non ponerent spem. Cõuersis verò ex gentibus non licebat ea seruare; Quia ergo Galathæ ex Iudæis non erant, & tamen legalia obseruare volebant, & ponebant in eis spem, ideo reuertebantur in iugum seruitutis, nam huiusmodi obseruatio erat eis sicut idolatria, inquantũ non rectè sentiebant de Christo, credentes ab ipso sine legalibus salutem consequi non posse, hæc ille. Ex quibus patet, quòd illud argumentum, probat, quòd post Passionem Christi, & tempore intermedio ante perfectam reuocationem legalium, pro quo tempore erant licita Iudæis, licet non vtilia; & erat tertium tempus assignatum a Scoto supra art. præce. tunc non licuit Gentilibus, vti legalibus, quales fuerunt Gala. licet tunc non essent mortifera ceremonialia Iudæis non ponentibus spem in eis, in primitiua enim Ecclesia in tertia synodo statutum est, vt non imponeretur onus legalium conuersis ex gentibus; & in quarta synodo statutum est, vt non prohiberentur Iudæi ab obseruantijs legalibus, dummodo non ponerent spem in eis, patet ergo intellectus auctoritatis Apostoli.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd circa hoc diuersimodè sensisse videntur. * Hieronymus, & August. Hieronymus enim distinxit duo tempora, vnum tempus ante Passionem Christi, in quo legalia non erãt mortua, quasi non habentia vim obligatoriam aut expiatiuam pro suo modo; nec etiam mortifera, quia non peccabant ea obseruantes. Statim autem post Passionem Christi inceperunt esse non solùm mortua, id est nõ habentia virtutem, & obligationem, sed etiam mortifera, ita scilicet, quòd peccabant mortaliter quicunque ea obseruabant; vnde dicebat, quòd Apostoli nunquàm legalia obseruauerunt post Passionem secundùm veritatem, sed solùm quadam pia simulatione, ne scilicet scandalizarent Iudæos, & eorum conuersionem impedirẽt; quæ quidem simulatio sic intelligenda est, non quidem ita quòd illos actus secundùm rei veritatem non facerent, sed quia non faciebant tanquàm legis ceremonias obseruantes; sicut si quis pelliculam virilis membri abscinderet propter sanitatem, non causa legalis circumcisionis obseruandæ.

* Hierony. In Epist. q̃ incipit Tres simul Epist. tom. 3. inter opera Hier. Et in Epistõ. de Petro reprehen. & August. ad Hierony. Epist. 19.

¶ Ad maiorem conceditur quidem, quòd post missionem Spiritus Sancti non peccauerunt mortaliter, peccauerunt tamen venialiter ex fragilitate humana. Primum ponit D. S. in de Verita. Mate. 24. art. 9. ad secundum. Et super ad Gal. 2. Lect. 3. Secundum patet. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia &c.

¶ Circa minorem D. S. ponit duos modos dicẽdi videlicet Beatorum Hierony. & August. cuius modum ponit, & comparat ad modum dicendi Hieronymi, ibi. Sed quia indecens &c. Beatus ergo Hieronymus distinxit tantùm duo tempora, & post Passionem Christi dixit legalia statim fuisse mortifera, ita quòd obseruantes peccarent mortaliter; hoc suppositio stante, & concessa materia, ipse consequenter habuit dicere, & dicit ad minorem, quòd Apostoli nunquàm seruabant legalia, sed simulabant se seruare, vt vitarent scandalum fidelium, qui fuerunt ex circumcisione, & Iudæis. Consequenter D. S. comparat modum dicendi B. August. ad prædictam opinionem B. Hierony. & vult, quòd modus dicendi Augustini sit verisimilior, eo quòd simulatio, & occultatio eorum quæ pertinent ad veritatem vitæ, & doctrinæ, non habuerit locum in Apostolis post Aduentum Spiritus Sancti. Pro quo nota, q̃ B. Hieronymus, & August. in ista materia, & in minore huius argumenti in quattuor dissenserunt. Primò in tempore, quia Hieronymus distinguit tantùm duo tempora, & post Passionem Christi dixit legalia statim fuisse mortifera, vt patuit; Beatus Augustinus autem distinguit tria tempora, & quòd non statim legalia fuerint mortifera, quamuis mortua post Passionem, vt dicit sequens textus.

¶ Secundò in modo seruandi legalia, quia Hieronymus vult, quòd non verè, sed simulatoriè in tempore immediatè sequenti Passionem Christi, sed Augustinus, econtrà vult, quòd eodem tempore verè, & intentione seruandi ea seruabant, quàmuis non ponentes spem in eis, & hoc licuit ante promulgationem Euangelij, nec in hoc peccauerunt. Alia duo in quibus discordauerunt tangentur in solutione sequentis argumẽti, secundùm ergo Augustinum D. S. consequenter respondet ad minorem. Circa quod primò facit, quod dictum est; secundò soluit quoddam dubium circa prædicta, ibi. His autem &c. Minor ergo secundò conceditur, quòd obseruauerũt legalia post Aduentum Spiritus Sancti, sed ante diuulgationem Euangelij, & hoc verè non apparenter, vel simulatoriè, quia Iudæi potuerunt obseruare tunc, dummodo non spem ponerent in eis. Sic Paulus circumcidit Thimoteum, & obtulit sacrificium ad consilium Iacobi. Ad consequẽs, verum, ante diuulgationem Euangelij potuerunt obseruari a Iudæis non ponentibus spem in ceremonialibus, qui autem ponebant spem in eis non erant excusati nisi ignorantia inuincibilis excusaret eos. Et hoc vult D. S. cum dicit.

¶ Sed quia indecens videtur, quòd Apostoli ea occultarent propter scandalum quæ pertinent ad veritatem vitæ, & doctrinæ, & quòd simulatione vterentur in his quæ pertinent ad salutem fidelium; ideo conuenientius August. * distinxit tria tempora. Vnum quidem ante Christi Passionem in quo legalia neque erant mortifera neque mortua; aliud autem post tempus Euangelij diuulgati, in quo legalia sunt mortua, & mortifera. Tertium autem est tempus medium, scilicet a Passione Christi vsque ad diuulgationem Euangelij, in quo legalia quidem fuerunt mortua, quia neque vim aliquam habebant, neque aliquis ea obseruare tenebatur; non tamen fuerunt mortifera, quia illi qui conuersi erant ad Christum ex Iudæis poterant illa legalia licitè obseruare, dummodo non sic ponerent spem in eis, q̃ ea reputarent sibi necessaria ad salutem quasi sine legalibus fides Christi iustificare non posset.

* August. Epist. 19.

¶ Dubium autem posset alicui videri quomodo licebat obseruare Iudæis sua legalia, ita quòd non essent eis mortifera statim post Passionem Christi; cum tamen non licebat conuersis ex gentilitate suum antiquum ritum obseruare, statim post Passionem Christi; & sic etiam quæritur ratio dicti B. Augustini, quare non erant mortifera legalia tunc. Hoc dubium soluit Doc. San. assignans rationem prædictorum, quia magna fuit differentia prædictorum ritũm Iudæorum, scilicet, & Gentilium, quia horum omnino illicitus, & semper à Deo prohibitus. Istorum autem quondam bonus, & Sanctus, & ideo cum modestia, & decentia deponendus, vt synagoga deduceretur ad tumulum, & sepeliretur cum honore.

¶ His autem qui conuertebantur ex Gentilitate ad Christum non inerat causa, vt ea obseruarent, & ideo Paulus circumcidit Thimoteum qui ex matre Iudæa genitus erat. Titum autem qui ex Gentilibus natus erat circumcidere noluit. Ideo autem noluit Spiritus Sanctus, vt statim inhiberetur his qui ex Iudæis conuertebantur obseruatio legalium; sicut inhibebantur his qui ex gentibus conuertebantur Gentilitatis ritus, vt quædam differentia inter hos ritus ostenderetur. Nam Gentilitatis ritus repudiabatur tanquàm omnino illicitus, & a Deo semper prohibitus. Ritus autem legis cessabat tanquàm impletus per Christi Passionem, vtpotè a Deo in figuram Christi institutus.

¶ Ex ista solutione aduertis, quia Scotus nec ad B. Hieronymum, nec Augustinum, reuerentia vsus est, sed vtrique suam prætulit sententiam in distinctione temporum, vt patet artic. præcedenti. Verum in alijs, scilicet de vero vsu legaliũ, & reprehensibilitate Petri vera August. sequitur, quemadmodum, & D. S. hic, & in quarto, dist. 1. q. 2. art. 5. q. 3. & super ad Gala. 2. Scotus.

¶ Nota tamen circa hanc solutionem, quòd Scotus non tam D. S. quàm B. Augustinum impugnat quo ad tertium tempus, in quo dicunt legalia post diuulgationem Euãgelij fuisse mortifera, & sine peccato non potuisse seruari. Obijcit autem contra hoc in quarto dist. 3. in quarto principali, nam Paulus post quartã synodum habitam Hierosolymis purificatus est secundùm legem, & ascendit templũm, & obtulit sacrificiũ pro se, vt habetur. Act. 21. vt etiam Doc. San. allegat in primo argumento, & tñ tunc Euangelium erat solenniter publicatũ, quia vt potest conijci talis obseruatio legalium a Paulo facta fuit circa tertium annum Neronis, qui cepit regnare circa vigesimum annum post Passionem Christi, in tanto autẽ tempore videtur Euangeliũ satis publicatum fuisse. Et ergo non videtur bene dictum, quòd post diuulgationem Scotus nec Augu. nec Hier. assentit.

tionem euangelij non potuerunt sine peccato obseruari. Sed non est dubium, quin San. Tho. & actus apostolorum viderit, & historias quas Sco. allegat diligenter considerauerit, quin immo, nec eum, nec Beat. Augustinum; bene accepit, quid per diuulgationẽ euangelij intelligant. Fuit enim duplex euangelij diuulgatio, vel publicatio. Vna imperfecta qua per apostolos, & alios prædicati fuerunt articuli fidei, & necessitas sacramentorum nouæ legis, & præceptorum Christi. Et de illa probat Scotus, quòd post eam licuit obseruare Iudæis legalia, & de facto obseruauerint. Secunda est publicatio, vel promulgatio euangelij perfecta, vbi prius dicta prædicata fuerunt, & sufficiẽtia nouæ legis sine legalibus, & cum hoc inutiliras, & nocumentum legalium, & post illam intelligit Doct. Sanct. quia non licuit obseruare legalia tanquàm licita, nec cõtra hoc aliquid probat Sco. immo hoc declarat, vt patet ipsum intuenti, quando autem ista publicatio facta sit non legitur in scriptura.

¶ Ad secundum dicendum, quòd secundùm Hieronymum * Petrus simulatoriè se a gentilibus subtrahebat, vt vitaret Iudæorum scandalum quorum erat Apostolus; vnde in hoc nullo modo peccauit, sed Paulus eum similiter simulatoriè reprehendit, vt vitaret scandalum gentilium, quorum erat Apostolus.

* Loco citato ad 1.

¶ Circa materiam huius argumenti iterum discordant Beatus Hieronymus, & Augustinus, in alijs duobus. Primò q̃a Hierony. dicit S. Petrum in simulatione subtrahendo se a gentibus simulatoriè, scilicet ac si vellet seruare legalia non peccasse. August autem dicit eum peccasse venialiter ratione dicta. Secundò discordant in reprehensione Pauli, quia vult Hieron. quòd simulatoriè reprehendit Petrum; sicut Petrus simulatoriè obseruauit legalia, vt scilicet Petrus videns scandalizari Iudæos simulabat se legalia seruare, ita Paulus vt gentes non scandalizaret ostendit sibi displicere, quod Petrus faciebat, & eum simulatoriè reprehendit. Augustinus verò sicut dicit Petrum verè seruasse legalia, ita dicit Paulũ verè reprehendisse Petrum, & non simulatoriè. Secundum hoc ergo iterum dupliciter dicendum est ad minorem huius argumenti. Primò secundùm Hiero. quo ad Augustinum, cuius modum dicendi ostendit. Doct. Sanct. esse probabiliorem, ibi. Sed Augu. &c. Maior ergo argumenti conceditur, vitare gentiles tanquàm immundos ex lege, pertinet ad obseruantias; sed vitare eos ex timore inordinato, quia timetur scandalum in his, quæ sunt veritatis vitæ est indiscretionis, vel pusillanimitatis, vel inordinatæ affectionis ad eos quos timet in tali natura (scilicet quæ est veritatis vitæ) scandalizare.

¶ Ad minorem dicet primò B. Hier. quòd hoc non obseruabat primus pastor verè, sed simulatoriè.

¶ Sed August. hoc improbat, quia Paulus in canonica scriptura, scilicet Gala. 2. in qua nephas est credere aliqd falsum esse, dicit quòd Petrus reprehensibilis erat; vnde verum est, quòd Petrus peccauit, & Paulus verè eum nõ simulatoriè reprehendit; non autem peccauit Petrus in hoc, quòd ad tempus legalia obseruabat, quia hoc sibi licebat tanquàm ex Iudæis conuerso; sed peccabat in hoc, quòd circa legalium obseruantiam nimiam diligentiam adhibebat ne scãdalizaret Iudeos, ita quòd ex hoc sequebatur gentilium scandalum.

¶ Secundò dicendum ad minorem post August. quòd S. Petrus declinauit a gentilibus quidem, sed malè fecit, & venialiter peccauit non quia obseruauit illud obseruãtiale ve. le. sed quia sciens legalia non esse obseruanda ex præcepto, voluit nimis inhærere parti Iudæorum ad vitandum scandalum eorum. Ex quo facto Petri factum est, vt & alij segregarent se a gentibus, cum ante factũ Petri hoc non fecissent, & inde consurrexit periculum Euangelicæ veritatis, quasi scilicet legalia adhuc essent necessitatis, & gentes etiam deberent seruare; & ergo Petrus reprehensibilis erat, quia veritas, maximè vbi periculũ imminet, debet publicari, nec fieri contrarium propter scandalum uitandum. Consequens conceditur ante diuulgationem Euangelij dictam ad primum. Nec Petrus peccauit seruando legalia, sed quia ex inordinata affectione; nam prius comederat cum gentilibus in Antiochia, sed venientibus Iudæis ex Hierusalem subtraxit se a gentibus, & vitanit cibos eorum ad complacendum Iudæis cum periculo gentilium. Et hoc secundum probabilius est propter auctoritatẽ canonicæ scripturæ seruandam &c. De materia huius solutionis, secunda secundæ. q. 43. ar. 6. ad tertium.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quidam dixerunt, q̃ illa prohibitio Apostolorum non est intelligenda ad literam, sed secundùm spiritualem intellectum, vt sub prohibitione sanguinis intelligatur prohibitio homicidij; in prohibitione suffocati, intelligatur prohibitio violentiæ, & rapinæ; in prohibitione immolatorũ intelligatur prohibitio idolatriæ; fornicatio autem prohibetur tanquàm per se malum, & hanc opinionem accipiunt ex quibusdam glossis, quæ huiusmodi præcepta mysticè exponunt.

¶ Maior vera. Ad minorem fuit tripliciter respõsum, & triplex opinio, quarum duas primas D. S. reprobat, secundam ponit ibi. Sed quia homicidium &c. Tertiam acceptat, & cõfirmat, ibi. Sed quia sunt &c. Primò ergo negatur minor secundùm aliquos, quia non fuit prohibitio legalis secundùm ve. le. illarũ rerum, sed mystica, & prohibebatur mysticè homicidium, & alia uitia. Sed hic modus non placet, quia tunc illud præceptum non fuit necessarium de nouo prohibendi gentilibus talia, cum prius homicidiũ reputassent illicitum. Vnde secũdùm aliquos dicitur aliter ad minorem, negando iterum eam, sed fuit prohibitio non legalis, sed alicuius per se mali, scilicet gulæ. Et recitat consequenter Doctor Sanct. cum dicit.

¶ Sed quia homicidium, & rapina etiam apud Gentiles reputabantur illicita, non oportuisset super hoc speciale mandatum dari his, qui erant ex Gentilitate conuersi ad Christum. Vnde alij dicunt, quòd ad literam illa comestibilia fuerunt prohibita, non propter obseruantiam legalium, sed propter gulam comprimendam; vnde dicit Hierony. super illud Exech. 44. Omne morticinium &c. condemnat sacerdotes, qui in crudis, & cæteris huiusmodi hæc cupiditate gulæ non custodiunt.

¶ Nec etiam hoc dictum approbat Doct. Sanct. quia sunt multa alia magis prouocantia gulam, & tamen non sunt specialiter prohibita, ideo nec ista. Vnde dicendum tertiò negando minorẽ, quòd obseruarent ea ratione, qua erant ceremonię, sed ea ratione, quia erant Iudæis molesta, & non sub hac ratione, an essent peccata, vel non, sed solùm quia scandalum faciebant, vt possent in unum conuenire Iudæi, & Gentiles conuersi; & ideo, quia Iudæis abominabile erat omnem cibum comedere propter priorem consuetudinem, quod Gentiles licitum putabant, & vera, ideo Apostoli gentilibus interdixerunt pro illo tempore cibos maximè abominabiles Iudæis; non quia uellent eos tenere ad obseruantias ve. le. sicut & nunc obseruatur thurificatio in noua lege; non inquantum erat figurale, & ceremoniale, sed quia & nunc requiritur deuotio colentium, & maior, quàm tunc in colentibus Deũs; & quia etiam Gentiles falsò estimabant fornicationem simplicẽ non esse peccatum quam Iudæi verè abominabantur per legem instructi; ideo etiam fornicatio prohibita fuit, & tanquàm peccatum, & tanquàm dissidium generans, sed cibi solùm, quia dissidium generantes, ideo negatur consequentia. Vnde cum dicit.

¶ Sed quia sunt quædam cibaria magis delicata ad gulam prouocantia, ideo fuerunt hæc magis, quàm alia prohibita. Et ideo dicendum secundùm tertiam opinionem. quòd ad literam ista sunt prohibita non ad obseruandum ceremonias legis, sed ad hoc, quòd posset coalescere vnio Gentilium, & Iudæorum in simul habitantium, Iudæis enim propter antiquam consuetudinem, sanguis, & suffocatum erant abominabilia. Comestio autem immolatorũ simulacris poterat in Iudæis aggenerare circa Gentiles suspitionem reditus ad idolatriam, & ideo ista fuerunt prohibita pro tempore illo in quo de nouo oportebat conuenire in unum Gentiles, & Iudæos; procedente autem tempore cessante causa cessat effectus, manifestata euangelicæ doctrinæ veritate, in qua dominus docet, quòd nihil, quod per os intrat coinquinat hominem, vt dicitur Matth. 15. & quòd nihil est reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, vt 1. ad Thi. 4. dicitur. Fornicatio autem prohibetur specialiter, quia Gentiles non reputabant eã esse peccatũ.

Quæst. Centesimaquarta.

De præceptis iudicialibus in communi.

COnsequenter considerandum est de præceptis iudicialibus. Et primò considerandum est de ipsis in communi. Secundò, de rationibus eorum. Circa primũ quæruntur quatuor. Primò, quæ sunt iudicialia præcepta. Secundò, vtrum sint figuralia. Tertiò, de duratione eorum. Quartò, de definitione eorum.

¶ Postquàm.

¶Postquàm determinatum est de præceptis ceremonialibus,& rationibus eorum in speciali. Hic cõsequenter agitur de iudicialibus,& patuit tatio ordinis;quia ceremonialia ordinant ad Deũ, iudicialia ad homines. Ordo autem ad Deũ prior est &c. Et agitur primò de illis in communi. Secundò inquiritur de rationibus eorum in speciali,in q.sequenti. Circa primum primò inquiritur ratio & conditio præceptorum iudicialium. Secundò ponitur diuisio eorum artic.4.Circa primum dupliciter inquiritur conditio, vel natura ipsorum,primò ex ratione finis,& obiecti,secundò ex modo obligationis in 3.art. Circa primum primò inquiritur finis principalis,secundò secundarius in ar.2.

Vtrum ratio præceptorum iudicialium consistat in hoc, quòd sunt ordinantia ad proximum.

L Supra q.99. art.4. & locis ibi inductis.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd ratio præceptorum iudicialium non consistat in hoc, quòd sunt ordinantia ad proximum. Iudicialia enim præcepta a iudicio dicuntur, sed multa sunt alia quibus homo ad proximum ordinatur, quæ non pertinent ad ordinationem iudiciorum; non ergo præcepta iudicialia dicuntur,quibus homo ordinatur ad proximum.

¶ 2 Præt. Præcepta iudicialia a moralibus distinguũ tur, vt supra dictum est, * sed multa præcepta moralia * q.99.ar.4. sunt quibus homo ordinatur ad proximum, sicut patet in septem præceptis secundæ tabulæ;non ergo præcepta iudicialia dicuntur ex hoc,quòd ad proximum ordinãt.

¶ 3 Præte. Sicut se habent præcepta ceremonialia ad Deum;ita se babent iudicialia præcepta ad proximũ, vt supra dictum est; * sed inter præcepta ceremonialia * q.95.ar.4. q.101.art.1. sunt quædam,quæ pertinent ad seipsum; sicut obseruantiæ ciborum & vestimentorum,de quibus supra dictum * q. 102.ar- est;* ergo præcepta iudicialia nõ ex hoc dicuntur, quòd tic.6. ordinent hominem ad proximum.

¶ Sed contra est quod dicitur Ezech.18. Inter cætera bona opera uiri iusti;si iudicium verum fecerit inter virum & virum; sed iudicialia præcepta a iudicio dicuntur;ergo præcepta iudicialia uidentur dici illa, quę pertinent ad ordinationem hominum adinuicem.

¶Hic primò inquirit de conditione essentiali, & specificatiua iudicialium præceptorum per quam constituuntur, & ab alijs distinguuntur;sicut sup.q.101.art.1. dictum est de ceremonialibus.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut ex supra dictis *q.95.ar.2. patet,* præceptorum cuiuscunque legis quædam habẽt q.99.artis.3. & 4. vim obligandi ex ipso dictamine rationis, quia naturalis ratio dictat hoc esse debitum fieri,vel vitari, & huiusmodi præcepta dicuntur moralia,eo quòd a ratione dicuntur mores humani. Alia verò præcepta sunt, quę nõ habent uim obligandi ex ipso dictamine rationis, quia scilicet in se considerata non habent absolutè rationem debiti, vel indebiti, sed habent vim obligandi ex aliqua institutione Diuina,vel humana; & huiusmodi sunt determinationes quædam moralium præceptorum.

Conclusio responsi. ¶Conclusionem responsuam D.S.ponit in fine corporis, ibi. In duobus consistit ratio iudicialium &c.Probatur tali assumpto, præcepta iudicialia sunt determinationes moralium præceptorũ per institutionem Diuinam in his,quæ pertinent ad ordinationẽ hominum adinuicem;igitur conclusio vera. Tenet consequentia de se,quia si solùm habent uim obligandi ex institutione, & in his,quę sunt hominum adinuicem, sequitur quòd ratio eorũ in hoc consistat;quo ad antecedens Doctor Sanct.primò pro prima parte eius notat ex supra habitis quandam distinctionem,secundò declarat secundam partem eius subdiuidendo secundũ membrum prioris distinctionis,ibi.Si igitur &c. Ex prima ergo distinctione patet prima pars,quia per hoc distinguuntur a moralibus, quæ habent uim obligandi ex ratione naturali, vt patet. Consequenter ibi.

¶Si igitur determinentur moralia præcepta per institutionem Diuinam in his per quæ ordinatur homo ad Deum,talia dicentur præcepta ceremonialia; si autem in his, quæ pertinent ad ordinationem hominum adinuicem, talia dicentur præcepta iudicialia.

¶Manifestat secundam partem antecedentis prædicti, videlicet,quòd iudicialia sunt de his, quæ pertinent ad ordinationem hominum adinuicem, quia per hoc distinguuntur a ceremonialibus,quæ ordinant hominem ad Deum, ut etiam supra sępe patuit. Tunc ibi.

¶In duobus ergo consistit ratio iudicialium præceptorum, scilicet ut pertineant ad ordinationem hominũ adinuicem,& ut non habeant vim obligandi ex sola ratione, sed ex institutione.

¶Infert conclusionem responsuam, quæ etiã tali discursu posset probari ex corpore.Illa est propria ratio iudicialium præceptorum,per quam ab omnibus alijs præceptis distinguuntur; sed per hæc, quod est pertinere ad ordinationem hominum adinuicem, & habere uim obligandi ex sola institutione,distinguuntur ab omnibus alijs;igitur hæc est propria ratio eorum. Maior nota & assumptum extra literam,quia proprię rationis alicuius rei est distinguere rem illam ab alijs. Minor quo ad primam partem notatur circa secundam partem antecedentis prædictæ rationis, qa per ordinare homines adinuicem distinguunt a ceremonialibus; quo ad secundam partem circa primam partem antecedentis,qa per habere virtutem obligandi ex institutione Diuina distinguũtur a moralibus; & per hoc patet responsio formaliter ad quæsitum,quòd ratio iudicialium consistit in hoc, quòd sunt ordinantia ad proximum,sed non tantùm, sed quia etiam ex institutione Diuina,& tanquàm determinationes moralium ordinantium homines adinuicem secundùm iustitiam in generali.

¶Et confirmatur etiam prima pars conclusionis secundæ per argumentum in contrarium, quòd ratio eorum in hoc consistat, sed tamen non tantùm.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd iudicia exercentur officio aliquorum principum qui habent potestatẽ iudicandi.Ad principem autem pertinet non solùm ordinare de his,quæ veniunt in litigium, sed etiam de voluntarijs contractibus,qui inter homines fiunt;& de omnibus pertinentibus ad populi communitatem, & regimen;vnde præcepta iudicialia non solùm sunt illa, quæ pertinent ad lites iudiciorum, sed etiam quæcunq; pertinẽt ad ordinationem hominum adinuicem, quæ subest ordinationi principis tanquàm supremi iudicis.

¶Argumentum hoc vult probare, quòd esse ad proximum excedat rationem nominis iudicialium, quia iudicia non se extendunt, nisi ad ea in quibus homines contendunt coram iudice; sed multa alia sunt hominum adinuicem ubi non est opus contentioso iudicio. Dicitur igitur ad maiorem,quòd iudicialia dicũtur a iudicio inquantum iudicia exercentur auctoritate principis qui in omnibus homines habet dirigere, & ordinare; & non solùm in contentiosis, sed etiam de uoluntarijs contractibus.

¶Ad minorem conceditur,tamen non sunt secundùm quæ homines adinuicem communicant, quæ sub ordinatione iudicis,& principis non cadant;quare negatur consequentia ; quia dicũtur iudicialia magis a iudice, quàm a iudicio, & sub iudicis ordinatione sunt omnia,quæ sunt hominum adinuicem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de præceptis ordinantibus ad proximum, quæ habent uim obligandi ex solo dictamine rationis.

¶Maior conceditur. Ad minorem conceditur,hoc addito,quia moralia sunt quibus homo ordinatur ad alium ex dictamine rationis, etiam si non esset aliqua lex positiua. Ad cõsequens,verũ, non dicuntur ex hoc solùm,sed quia ordinantur ex institutione, quia ista uenditio non consistit in indiuisibili, immo habet multos gradus; vnde & eadem res pro diuersa dispositione fori uno tempore venditur maiori precio,quàm alio;& tamen semper iustè, quia non super ualorem rei venditæ, & ergo talis emptio sic facta,esto sit iusta,est tamen ex institutione Dei.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam in his,quæ ordinant ad Deum quædam sunt moralia, quæ ipsa ratio fide informata dictat, sicut Deum esse amandum,& colendum. Quædam verò sunt ceremonialia,quæ non habent vim obligationis, nisi ex institutione Diuina.

¶ Doct. Sanct. primò declarat maiorem, secundò minorẽ, ibi. Ad Deum autem &c. tertiò respondet cuidam tacitæ quæstioni, ibi. Sciendum &c. Ad maiorem ergo pro prima parte dico,quòd indiget sano intellectu;si enim intelligit,quòd homo solùm ordinetur ad Deum per ceremonialia. Negatur, quia quædam moralia ordinant hominem etiam ad Deum, ut patuit in principio corporis,& patuit hic supra quæst.100.articu.primo, quia Deum esse amandum,& colendum in communi est de lege naturæ,quæ ratio adiuta fide dictat; sed uera est maior quo ad primam partẽ, quòd ceremonialia habent se ad Deum, sed ex institutione Diuina,ut patuit. Minor cõceditur,& rationem Doct. Sanct. tangit in sequenti

sequenti litera, quia etiam idoneitas hominis in seipso ordinatur in cultum Diuinum,circa quem sunt ceremonialia,& per consequens,præcepta ordinantia hominem in seipso in ordine ad cultum Dei,sunt ceremonialia;sed negatur consequẽtia, quia homo per dispositionem secundùm seipsum nõ ordinatur ad proximum; quare nullum iudiciale est hominis secũdùm seipsum,sed solùm in ordine ad alium, sed oĩa quæ sunt hoĩs ad seipsum sine ordine ad cultũ Diuinũ,sunt moralia,& de hoc dicit.D.S.cõsequẽter.

¶Ad Deum autẽ pertinent non solùm sacrificia oblata Deo;sed etiam quæcunque pertinent ad idoneitatem offerentium,& Deum colentium. Homines enim ordinantur in Deum sicut in finem, & ideo ad cultum Dei pertinent,& per consequens ad ceremonialia præcepta, quòd homo habeat quandam idoneitatem respectu cultus Diuini;sed homo non ordinatur ad proximum sicut in finem,vt oporteat eum disponi in seipso in ordine ad proximum. Hæc enim est comparatio seruorum ad dominos,qui id quod sunt,dominorum sunt, secundũ Phi- * Arist. c.1. losophum in primo politicæ,* & ideo non sunt aliqua præcepta iudicialia ordinantia hominem in seipso, sed omnia talia sunt moralia,quia ratio,quæ est principium moralium se habet in homine respectu eorum, qui ad ipsum pertinent; sicut princeps,vel iudex in ciuitate.

¶Quæreret autem aliquis,quare sunt plura ceremonialia, q̃ iudicialia.Respondet D.S. quia plura præcepta moralia posita sunt in decalogo in ordine ad proximum, quia ille ordo magis subest rationi,& ideo non oportuit multa iudicialia ponere,quæ determinant moralia ad proximum, quia de se sunt multa moralia ad proximum,vt patet in decalogo, & superadditis; sed moralia ad Deum pauca sunt,vt patet in præceptis primæ tabulæ, ideo oportuit in lege ea explicare per multa ceremonialia &c. quia præcepta primæ tabulæ sunt minus distincta, & egent maiori determinatione. Vnde dicit.

¶Sciendum tamen quòd quia ordo hominis ad proximum magis subiacet rationi, quàm ordo hominis ad Deum,plura præcepta moralia inueniuntur per quæ ordinatur homo ad proximum, quàm per quæ ordinatur homo ad Deum;& propter hoc etiam oportuit plura esse ceremonialia in lege, quàm iudicialia.

Vtrum præcepta iudicialia sint figuralia.

M Infra ar.3. cor.Et 2.2. q.17. art.1. ob.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd præcepta iudicialia non figurent aliquid.Hoc enim videtur esse proprium ceremonialium præceptorum, q̃ sint in figuram alicuius rei instituta, si igitur etiam præcepta iudicialia aliquid figurent, non erit differentia inter iudicialia,& ceremonialia præcepta.

¶ 2 Præt.Sicuti illi populi Iudæorum data sunt quędam iudicialia præcepta, ita etiam alijs populis Gentilium; sed iudicialia præcepta aliorum populorum non figurant aliquid,sed ordinant quid fieri debeat;ergo videtur quòd neque præcepta iudicialia veteris legis aliquid figurarent.

¶ 3 Præt. Ea quæ ad cultum Diuinum pertinent figuris quibusdam tradi oportuit, quia ea quæ Dei sunt, * q.101.ar.2. sunt supra nostram rõnẽ, ut supra dictũ est,* sed ea quæ ad 2.præcipue. sunt proximorum non excedunt rationem nostram; ergo per iudicialia, quæ ad proximum nos ordinant,non oportuit aliquid figurari.

¶Sed contra est,quòd Exo.21.iudicialia præcepta allegoricè,& moraliter exponuntur.

¶Hic secundò inquiritur de conditione iudicialium,quæ attẽditur penes finem secundarium, & remotum, ordo enim ad proximum est finis propinquus, & materia circa quam iudicialium, & ergo ex eo habent distinctionem essentialem, & propriam; sed ex esse figuratiuo habent quandam proprietatem, & conditionem, quæ conuenit eis ex consequenti, vt patebit, nec est eis propriè propria,nec equalis cum ceremonialibus,quibus per se primò conuenit esse figuratiuum;vnde est quædam conditio conueniens omni, sed non soli; & est etiam quærere,an iudicialia illius legis habeant exponi solùm literaliter, vel possint etiam exponi mystičè,& figuraliter.

¶ Respondeo dicendum, quòd dupliciter contingit aliquod præceptum esse figurale. Vno modo primò, & per se, quia scilicet principaliter est institutum ad aliquid figurandum; & hoc modo præcepta ceremonialia sunt figuralia,ad hoc enim sunt instituta,vt aliquid figurent pertinens ad cultum Dei, & ad mysteriũ Chri.

¶Doct.Sanct.respondet quæsito distinctè secundùm quandam distinctionem,iuxta cuius membrum secundum ponit conclusionem responsi.ibi. Quædam verò &c.Dicit ergo primò, quòd aliquod præceptum est uno modo figurale primò,& per se,& exponit Doct.San.quid sit esse figurale isto modo,quia scilicet est principaliter esse institutum ad figurandum aliquid,& ex superabundanti ponit etiam conclusionem quo ad hoc.Hoc modo præcepta Conclusio ceremonialia sunt figuralia.s.primò, & per se.Probat tali assumpto.Ceremonialia ad hoc sunt instituta &c. ut in litera;ergo conclusio vera.Tenet consequentia ex dictis,quia hoc est esse principaliter, & per se figurale, scilicet esse institutum ad figurandum, & patet ista conclusio ex supra dictis, quia agnus paschalis ad hoc institutus fuit,ut figuraret Christi passionem,ut patuit,licet cum hoc haberet rationem literalem, tamen principalis ratio erat figuralis,& cessante ratione figurali, cessauit & literalis,ut patuit q.præce.ar.3.ad quartum,& ideo Doct.Sanct.dicit hic,quòd figurale est,quod principaliter est institutum ad figurandum,licet habuerit & rationem literalem. Deinde cum dicit.

¶ Quædam verò præcepta sunt figuralia non primò, & per se, sed ex consequenti, & hoc modo præcepta iudicialia veteris legis sunt figuralia, non enim sunt instituta ad aliquid figurandum, sed ad ordinandum statum illius populi secundùm iustitiam, & æquitatem.

¶ Prosequitur secundùm membrum distinctionis prædictæ. Quod alio modo sunt quædam præcepta figuralia ex consequenti,quia videlicet sunt propter aliud institutum,quàm propter figurationem, & tamen id propter quod instituta sunt est figuratiũ, Conclusio tunc Doct. Sanct. ponit responsiuam conclusionem huic mem- responsi. bro correspondentem. Præcepta iudicialia hoc modo sunt figuralia,scilicet non primò,& per se,sed ex consequenti Doct. San. probat primò primam partem,secundò secundam ibi.Sed ex cõsequenti &c. quo ad primam sic. Iudicialia non sunt instituta ad aliquid figurandum,sed ad ordinandum statum illius populi secũdùm iustitiam, & æquitatem;ergo prima pars vera. Tenet consequentia ex dictis. Antecedens potest patere ex distinctione iudicialium a ceremonialibus. Tunc ibi.

¶Sed ex consequenti aliquid figurabant,inquantum scilicet totus status illius populi qui per huiusmodi præcepta disponebatur figuralis erat,secundùm illud 1.ad Corinth.10. Omnia in figura contingebant illis.

¶ Subiungit secundam partem conclusionis responsi. quæ patet,quia totus status illius populi &c.ut in litera. Tenet consequẽtia,quia si mediante statu dispositio fuit figuralis, bene sequitur, quòd ex consequenti.Antecedens patet auctoritate apostoli in litera, & illa pars declaratur per solutionem secundi, quia & bella illius populi fuerunt figuralia, & multò magis vita secundùm iustitiam dispositа.

ARGVMENTVM in contrarium est pro secunda parte secundæ conclusionis responsi. quia vt habetur ad longum in glossa marginali.Omnia iudicialia,quæ habentur in Exo.21.exponuntur allegoricè, ideſt de Christo,& ecclesia, & moraliter.i. ad mores populi Christiani, & sunt expositiones Gregorij, & aliorum sanctorum,ut patet intuenti. Patet autem,quòd talis expositio est figuralis,quia expositio eorum,quæ sunt ve.le.de Christo,& membris,est figuralis,ut patuit supra;igitur sunt figuratiua ex consequenti &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd præcepta cerem onialia alio modo sunt figuralia, quàm iudicialia, vt dictum est.* *In cor.ar

¶Ad antecedens dico,quòd hoc est proprium ceremonialium, quòd sint in figura instituta,scilicet ptincipaliter,& primò,& per se;sed negatur,quòd esse figuratiuum quocunque modo,s.etiam ex consequenti sit proprium ceremonialium;ad consequens,si iudicialia aliquid figurarent primò & per se ex institutione, nõ esset differentia, sed si fuerint figuratiua ex consequenti, negatur consequentia,quia figuratiuum per se,& principaliter,& figuratiuum ex consequenti,& per aliud,non oportet esse eadem &c.

¶Ad secundum dicendum,& populus Iudæorum ad hoc electus erat a Deo, quòd ex eo Christus nasceretur, & ideo oportuit totum illius populi statum esse propheticum,& figuralem,ut Augustꝰ.dicit contra Faustum,* & * Aug. li.2 propter hoc etiam iudicialia illi populo tradita magis cap.24. sunt figuralia, quàm iudicialia alijs populis tradita; sicut etiam bella, & gesta illius populi exponuntur mystičè, non autem bella,vel gesta Assyriorum,vel Romanorum

quamuis

quamuis longè clariora secundùm homines fuerint.—

¶ Maior non continet omnimodam similitudinem,quia iudicialia Iudæorum fuerunt a Deo mediante tamen Moise, sed aliqua iudicialis Gentilium fuerunt ab hominibus. Secundò dico, dato,quòd sit ita,tamen est differentia populi Iudaici a Gentilibus,quia Iudaicus ad hoc electus est ex gratia Dei,ut Christus ex eo nasceretur,ut patuit supra quæst. 98. articu.4 non sic Gentilis populus,& ex illa electione prouenit,quòd totus status illius populi figuratiuus fuit Christi, non autem aliorum populorũ;quare concessa minore,negatur consequentia, quòd iudicialia Iudæorum non fuerunt figuralia mediante statu quem disposuerũt; vnde & bella figuralia fuerunt non gentilium;Si placet uidere quo modo bella iudaica exponant mistice,vide Exo. 17. & Numeri 3. & Iosue 6.& per multa capitula, & historias,in glossa ordinaria.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ordo ad proximum in populo illo secundùm se consideratus peruius erat rationi; sed secundùm quòd referebatur ad cultum Dei superabat rationem,& ex hac parte erat figuralis.—

¶ Maior conceditur, quòd ea quæ sunt cultus Diuini nũc,tempore reuelati misterij,oportuit tradi tunc in vete. le. rudi populo sub figuris quibusdam,& patuit supra quæst.101.articu.2. Et dico quòd ea quæ tunc erant cultus Diuini,erant principaliter figuratiua cultus nouæ legis,& Christi.

¶Ad minorem distinguitur, verum quidem,quæ sunt ad proximum secundùm se considerata non excedunt rationem nostrã, tamen ut pertinent ad cultum Diuinum.f.ex cõsequenti mediante statu illius populi figurandum sic excesserunt rationem populi,& fuerunt immanifesta; sic etiam supra quæst.101.arti.1.ad tertium dictum fuit de ceremonialibus, quòd esto habuerint rationem literalem commemoratiuam manifestam, tamen secundùm rationem figuralem non fuerunt manifesta, ita in proposito suo modo.

Vtrum præcepta iudicialia perpetuam obligationem habeant.

Inf. q. 108. art.1.cor.& ar.2.cor. & ad 4. Et 2. 2.q.62. art. 3.ad 1.& q. 81. ar.1.cor. Et 4. di.15. q.1. art.5.q. 2, ad 5. Et quol. 4. art. 13. corp.Et Heb.7. lec. 3. col.2.

N AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd præcepta iudicialia ueteris legis perpetuam obligationem habeant. Præcepta enim iudicialia pertinent ad uirtutem iustitiæ; nam iudicium dicitur iustitiæ executio, iustitia autem est perpetua, & immortalis, vt dicitur Sap. 1. ergo obligatio præceptorum iudicialium est perpetua.

¶ 2 Præt. Institutio Diuina est stabilior,quàm institutio humana; sed præcepta iudicialia humanarum legum habent perpetuam obligationem; ergo multò magis præcepta iudicialia legis Diuinæ.

¶ 3 Præt.Apostolus dicit ad Heb.7.quòd reprobatio fit præcedentis mandati propter infirmitatem ipsius & inutilitatem, quod quidem uerum est de mandato ceremoniali, quod non poterat facere perfectum iuxta conscientiam seruientem solummodo in cibis, & in potibus, & uariis baptismatibus,& iustitiis carnis,ut Apostolus dicit ad Hebre. 9. sed præcepta iudicialia erant utilia, & efficacia ad id ad quod ordinabantur, scilicet ad iustitiam,& equitatem inter homines cõstituendam; ergo præcepta iudicialia ueteris legis, non reprobantur, sed adhuc efficaciam habent.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit ad Hebre.7. quòd translato sacerdotio necesse est, ut legis translatio fiat; sed sacerdotium est translatum ab Aaron ad Christum; ergo etiam & tota lex est translata,non ergo iudicialia præcepta adhuc obligationem habent.—

¶ Hic consequenter Doct. Sanct.inquirit cõditionem ceremonialium præceptorum, quæ est modus obligandi, an uidelicet sicut frequenter dictum est de moralibus, quia perpetuò obligant, quia conformia rectę rationi; an etiam ita sit de iudicialibus, cũ & ipsa sint de iustitiæ actibus,quæ uidẽtur esse semper obseruanda,vt argumentum primum tangit.

¶Respondeo dicendum, quòd iudicialia præcepta non habuerunt perpetuam obligationem, sed sunt euacuata per aduentum Christi, aliter tamen quàm ceremonialia;nam ceremonialia adeo sunt euacuata,ut non solùm sint mortua, sed etiam mortifera obseruãtibus post Christum, maximè post euangelium diuulgatum; præcepta autem iudicialia sunt quidem mortua, quia non habent uim obligandi,non tamen sunt mortifera,quia si quis Princeps ordinaret in regno suo illa iudicialia obseruari,non peccaret,nisi forte hoc modo obseruarentur,uel obseruari mandarentur,tanquàm habentia vim obligandi ex ueteris legis institutione, talis enim intentio obseruandi esset mortifera.—

¶ Conclusionem responsiuam Doct. Sanct. ponit in principio cor.talem.Iudicialia præcepta non habuerunt &c.ut in litera.Huius conclusionis Doct. Sanct.probat primò secundam partem,secundò primam,ibi, Præcepta autem &c. Tertiò redit ad probandum quoddam omissum in ratione pro secunda parte conclusionis,ibi.Quia tamen &c.quo ad primum arguitur sic. Ceremonialia sunt euacuata, ut post Christi aduentum (.s.post diuulgationem euangelij) sunt mortua,& mortifera;iudicialia solũ sunt mortua,& non mortifera;igitur conclusio vera. Antecedens Doctor Sanct. primò exponit quo ad secundam partem,quam in fine corporis probat, secundò probat primam eius partem, ibi. Et huius differentiæ &c.ex ponitur ergo secunda pars antecedentis, quia si quis Princeps &c.ut in litera,& intelligitur, quia substantia præceptorum iudicialium obseruata non est mortifera,sed intentio seruandi posset esse mortifera; posset per illam probationem secundæ partis conclusionis haberi probatio primæ partis eiusdem, quia bene sequitur sunt aliter euacuata, quàm alia; igitur sunt euacuata,per locum a parte in modo ad totum; & per consequens sequitur, quòd non habuerunt perpetuam uim obligandi,tamen eadem pars postea singulariter probabitur. Consequenter cum dicit.

¶Et huius differentiæ ratio potest accipi ex premissis. Dictum est enim, * quòd præcepta ceremonialia sunt figuralia primò, & per se,tanquàm instituta principaliter ad figurandum Christi misteria,ut futura; & ideo ipsa obseruatio eorum præiudicat fidei ueritati,secundùm quam confitemur illa misteria iam esse completa.— * Ar. præc.

¶ Probat antecedens pro prima parte eius ex dictis in articu.2.& articu.4.præc. quæst. & arguitur sic. Obseruatio cerimonialium (scilicet etiam quo ad substantiam) præiudicat ueritati fidei; igitur prima pars antecedentis uera.Consequentia nota,quia omnis falsitas contra fidei ueritatem est mortale, & per consequens mortifera, hoc enim dicitur mortiferum, quia est cũ peccato mortali.Antecedens illud patet, quia ceremonialia principaliter sunt figuralia respectu Christi futuri;ergo antecedens verum. Tenet consequentia, quia secundùm fidei ueritatem confitemur ista misteria iam completa, completum autem Christi misterium figurare futurum,est contra fidem &c. Deinde cum dicit.

¶ Præcepta autem iudicialia non sunt instituta ad figurandum, sed ad disponendum statum illius populi, qui ordinabatur ad Christum, & ideo mutato statu illius populi, Christo iam ueniente, iudicialia præcepta obligationem amiserunt. Lex enim fuit pedagogus ducens ad Christum, ut dicitur ad Gal.3.—

¶ Manifestat specialiter primam partem conclusionis responsiuę, & arguitur sic pro ea. Mutato statu illius populi,iudicialia præcepta obligationem amiserunt; igitur conclusio vera quo ad primam partem.Consequentia clara. Antecedens probatur,quia præcepta iudicialia sunt instituta ad disponendum illum statum; igitur eo mutato &c.ut dicit antecedens; sicut nunc multa hic statuuntur,& iustè pro celebrandis nuptijs principis palatini,& trãseunte illo tempore transibunt,& statuta ista.

¶ Quia tamen huiusmodi iudicialia præcepta, non ordinantur ad figurandum, sed aliquid fiendum, ipsa eorum obseruatio absolutè non præiudicat fidei ueritati, sed intentio obseruandi tanquàm ex obligatione legis,præiudicat ueritati fidei; quia per hoc haberetur, ꝙ status prioris populi adhuc duraret, & quòd Christus nondum uenisset.—

¶ Redit ad probandum assumptum pro secunda parte conclusionis supra expositæ, scilicet quòd iudicialia solùm sint mortua, quæ fuit prima pars assumpti, & arguitur sic. Obseruatio iudicialium absolutè, idest quo ad solam substantiam præceptorum, non præiudicat fidei ueritati,sed intentio obseruandi, tanquàm ex obligatione legis,præiudicat ueritati fidei; ergo esto sint mortua non tamen sunt absolutè mortifera, licet intentio sit mortifera. Antecedens pro prima parte probatur, quia non ordinantur ad figurandum, sed ad ordinandum, & similis ordo posset nunc conuenienter fieri auctoritate Principis. Secunda pars patet,quia per hoc (scilicet quòd obseruarentur intentione obligationis legis) haberetur quòd status prioris populi ad huc duraret,& quòd Christus nondum uenisset, sed hoc præiudicaret fidei veritati, & per

Scotus: per consequens esset mortale,& mortiferum. ¶Nota quòd cũ ista parte iam probata concorditer loquitur Scotus in quarto di.3. in solutionibus argumentorũ principalium; vnde dicit,Nullum iudiciale illius legis inquantum illius legis ligat nunc;licet tamen bene principibus nunc statuere aliqua, quæ erant in lege Moysi, & illa ligant auctoritate principis nunc statuentis non auctoritate legis ver.sicut licet vni regi in Regno suo statuere legẽ, quę est in alio regno,sed illa non ligat ibi,quia lex est alterius regni,sed quia instituta hic ab illo rege. Hæc ille, & declarat dicta huius articuli.

ARGVMENTVM in contrarium probat conclusionem quo ad primam partem, quia si tota lex translata, & mutata est; igitur & iudicialia eius. Nota autem intellectum auctoritatis Apostoli,quia mutato fine necesse est mutare ea quę sunt ad finem;sicut qui mutat propositum eundi per aquam, mutat propositum quęrendi nauem;omnis autem lex ordinatur ad conuersationem humanam secundùm aliquod regimen; vnde secundùm Philosophum in politicis,mutata conuersatione,necesse est mutare legẽ; sicut autem lex humana ordinatur ad regimen humanum,& spiritualis,& Diuina ad regimen Diuinum, hoc autem regimen mutatur per sacerdotium, translato ergo sacerdotio necesse est trãsferri legem &c.De hoc etiam supra dictum fuit, & tangetur aliquid ad secundum.

¶Ad primum ergo dicendum,quòd iustitia quidem perpetuò est obseruanda; sed determinatio eorum,quæ sunt iusta secundùm institutionem humanam, vel Diuinam,oportet, quòd varietur secundùm diuersum hominum statum.—

¶Ad maiorem,pertinent ad uirtutem iustitiæ secundùm determinationẽ Diuinam, iustitia enim in generali pertinet ad præceptum morale; sed determinatus modus obseruandi iustitiam est iudiciale, & dico, quòd determinatus modus obseruandi inter homines variatur secundùm diuersum statum hominum; sicut patet, quòd in politia ciuili aliud institutum fit de panibus pinsendis, & pondere eorum tempore abundantiæ, aliud tempore charistiæ.

¶ Ad minorem,vera,iustitia est quidem perpetua, sed determinatus modus iustitiæ non est perpetuus,sed variatur secundùm diuersitatem conditionis hominum,& statuum. Negatur ergo consequentia, quia iudicialia præcepta, non præcipiunt iustitiam in generali,sed modum iustitiæ inter homines.

¶ Ad secundum dicendum, quòd præcepta iudicialia ab hominibus instituta habent perpetuam obligationem manente isto statu regiminis, sed si ciuitas, vel gens ad aliud regimen deueniat, oportet leges mutari; non enim eædem leges conueniunt in Democratia, quæ est potestas populi, & in Oligarchia, quæ est potestas diuitum, vt patet per Philosophum in sua Politica, * & ideo etiam mutato statu illius populi oportuit præcepta iudicialia mutari.— * li.3.c.5. & 9.

¶Maior conceditur.Minor negatur,si intelligitur,ꝙ præcepta humanæ legis non mutentur secũdùm mutationem status hominum;& oppositum habetur ex tertio Politicorum,& ita in proposito,quia aliud est regimen Christi,quod est spirituale,& charitatis,ideo oportuit,& rigorem iudicialium vet.le. (quod erat carnale,& datum pertinaci populo) mitigare in noua lege; cũ enim in ciuilibus mutatur regimen, tunc intenditur aliud bonum secundùm dispositionem regentium, & est alius ordo perueniendi ad bonum commune, & per consequens alia lex. Et de hoc patuit supra quæstio.95. articu. quarto,in corpo. quare negatur consequentia.

¶Ad tertium dicendum, quòd illa præcepta iudicialia disponebant populum ad iustitiam, & equitatem secundùm quòd cõueniebat illi statui;sed post Christum, statum illius populi oportuit mutari, vt iam in Christo non esset discretio Gentilis, & Iudæi, sicut antea erat; & propter hoc oportuit etiam præcepta iudicialia mutari.—

¶Maior conceditur.Ad minorem dicitur eam limitando;conceditur quidem,ꝙ erant vtilia ad iustitiam obseruandam,ꝑ tunc, in statu.f.illius populi.Sed negatur,ꝙ fuissent utilia sub regimine Christi,nec efficacia ad æquitatem inter homines constituendam; quia Christi regimini subduntur Iudæi, & Gentiles sine distinctione, illa autem iudicialia valebant tantùm pro Iudæis, vt patebit. q. sequenti, & segregabant Gentiles a communione Iudæorum;nunc autem oportet vtrunque gẽtem regere iustè, vt cõmunicant,simul quare negatur consequentia;immo si obseruarẽtur multa iudicialium,tunc maior pars, immo penè tota ecclesia non posset regi illis iudicialibus.

Vtrum præcepta iudicialia possint habere aliquam certam diuisionem.

O AD quartum sic proceditur. Videtur quòd præcepta iudicialia nõ possint habere aliquam certam diuisionem. Præcepta enim iudicialia ordinant homines adinuicem; sed ea quæ inter homines ordinari oportet in usum eorum venientia, non cadunt sub certa distinctione,cum sint infinita;ergo præcepta iudicialia nõ possunt habere certam distinctionem.

¶ 2 Præt. Præcepta iudicialia sunt determinationes moralium; sed moralia præcepta non videntur habere aliquam distinctionem, nisi secundùm quod reducuntur ad præcepta decalogi; ergo præcepta iudicialia non habent aliquam certam distinctionem.

¶ 3 Præte. Præcepta ceremonialia; quia certam distinctionem habent, eorum distinctio in lege innuitur, dum quædam vocantur sacrificia, quædam obseruantiæ; sed nulla distinctio innuitur in lege præceptorum iudicialium; ergo videtur quòd non habeant certam distinctionem.

¶ Sed cõtra.Vbi est ordo,oportet,quòd sit distinctio; sed ratio ordinis maximè pertinet ad præcepta iudicialia, per quæ populus ille ordinabatur; ergo maximè debent habere distinctionem certam.

¶Hic D.S.inquirit de diuisione præceptorum iudicialiũ,an præceptum iudiciale habeat sub se certa genera,vel species certas; sicut & supra dictũ fuit de ceremonialibus.q.101.art.4. quòd omnia continerentur in quatuor speciebus,ita ꝙ iudiciale ꝑceptum sit genus,iudiciale autem circa talem materiam sit species;species enim præceptorum sumitur ex determinata materia, & obiecto.

¶Respondeo dicendum, quòd cum lex sit quasi quędam ars humanæ vitæ instituendæ,vel ordinandæ;sicut in vnaquaque arte est certa distinctio regularum artis, ita oportet in qualibet lege esse certam distinctionem præceptorum, aliter enim ipsa confusio vtilitatem legis auferret.—

¶D.S. primò deducit quandam conclusionẽ fundamentalem. Secundò ex ea probat conclusionem responsiuam,ibi. Et iõ dicẽdum &c. Cõclusio prǽambularis gñalis,Oportet in qualibet lege esse certam distinctionem præceptorũ.Probatur rõne ostẽsiua,& ducente ad inconueniens,primò sic,lex est quasi &c,vt in principio corporis;sed in vnaquaque arte est certa &c.ergo &c.Et dicit maiorem quasi ars,quia cõuenit in hoc, ꝙ est esse regula,sed differt, quia est de agibilibus,ars verò de factibilibus, & ideo dicit quasi &c. Ratione ad inconueniens.Aliter n.&c. vt clarè in litera.

¶Et ideo dicendum est, ꝙ præcepta iudicialia veteris legis per quæ homines adinuicem ordinabantur,distinctionem habent secundùm distinctionem ordinationis humanæ.Quadruplex autem ordo in aliquo populo inueniri potest, vnus quidem principum populi ad subditos;alius autem subditorum adinuicem; tertius autẽ eorum, qui sunt de populo ad extraneos; quartus autẽ ad domesticos,sicut patris ad filium,vxoris ad virum,& domini ad seruum;& secundùm istos quatuor ordines distingui possunt præcepta iudicialia veteris legis.—

¶Hic consequenter procedit ex dictis ad conclusionẽ rñsiuã,q̃ est talis,Præcepta iudicialia hñt certã diuisionẽ ſm quatuor ordines hominum adinuicem.Hãc conclusionẽ primò probat.Secundò explicat,ibi.Dantur &c.Probatur,Præcepta iudicialia vet.le.distinctionem habent ſm distinctionem ordinationis humanæ;sed quadruplex ordo in populo aliquo inueniri põt,& inueniebatur in populo Iudaico; ergo ſm istos quatuor &c. Maior probatur ꝑ verba,q̃ interferunt ei.Iudicialia ꝑcepta fuerunt,ꝑ quæ hoĩes adinuicẽ ordinabantur;ergo maior vera. Antecedens patet ex art.1. Tenet cõsequẽtia;q̃a præcepta distinguunt ſm distinctionẽ finis, & obiecti propinqui;si ergo ordinant ad ordinationẽ faciẽda inter hoĩes,sicut ad finẽ,& materiã; igitur bñ sequit,ꝙ ſm ordinationis humanæ distinctionẽ distinguunt iudicialia. Minor explicatur ibi.Vnus quidem &c.in litera. Deinde ibi.

¶Dantur enim quædã præcepta de institutione principum,& officio eorũ,& de reuerentia eis exhibenda,& hæc est vna pars iucicialium præceptorum. Dantur etiã quædam præcepta pertinentia ad conciues adinuicem, puta

puta circa emptiones,& venditiones, & iudicia, & pœnas, & hæc est secunda pars iudicialium præceptorum. Dantur etiam quædam precepta pertinentia ad extraneos,puta de bellis contra hostes,& de susceptione peregrinorum, & aduenarum, & hæc est tertia pars iudicialium præceptorum. Dantur etiam in lege quędam præcepta pertinentia ad domesticam conuersationem; sicut de seruis,& vxoribus,& filijs;& hęc est quarta pars iudicialium præceptorum.

¶ Explicat conclusionem responsiuam, quæ sint illa quadruplicia præcepta secundùm quatuor ordines distincta, quia aliqua ordinant ad principes &c. clarè in litera.

¶ Et confirmatur conclusio responsiua argumento in contrarium,quia ipsorum iudicialium est ordinare homines,& per cõsequens, & ipsa sunt ordinata; sed vbi ordo,ibi distinctio, quia ordo prærequirit distinctionem, vel fert secũ distinctionem &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ea quę pertinẽt ad ordinationem hominum adinuicem,sunt quidẽ numero infinita, sed tamen reduci possunt ad aliqua certa secundùm differentiam ordinationis humanæ, vt dictum est. *

¶ Maior vera,& dico, quòd homines ordinantur adinuicem certis modis, quia vel sicut inferior ad superiorem, uel conciues adinuicem.

¶ Ad minorem,conceditur, quòd ea quæ inter homines ordinari oportet,sunt infinita numero, tamen omnia reducuntur ad quatuor ordines hominum adinuicem ; quia quæcunque homines adinuicem tractant,uel hoc fit ad superiores, vel æquales &c. & ita omnia reducuntur ad quatuor ordines hominum adinuicem ; quia quicquid ordinatur inter hominem ad hominem fit in aliquo horum ordinum,quamuis infinitę res sint,quibus ad se ordinantur;sicut etiam infinita ceremonialia fuerunt numero,& tamen sub quatuor speciebus comprehenduntur &c. quare negatur consequentia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd præcepta decalogi sunt prima in genere moralium,vt supra dictum est,* & ideo conuenienter alia præcepta moralia secundùm ea distinguuntur;sed præcepta iudicialia, & ceremonialia habent aliam rationem obligationis,non quidem ex ratione naturali, sed ex sola institutione; & ideo distinctionis eorum alia est ratio.

¶ Maior vera,sed tamen aliunde habent uim obligandi,quàm moralia. Minor conceditur, quia præcepta decalogi euidentia sunt in ratione debiti,& prima in genere moralium, & per consequens alia non ita euidentia,ad ipsa reducuntur, scilicet præcepta moralia superaddita, ut patuit quæst. 100. articu. 11. & aliqua moralia,scilicet communissima in ipsis includunt tanquàm principia,ut patuit ubi iam articu. 3. Sed dico, quòd iudicialia non distinguuntur secundùm reductionem ad decem præcepta decalogi, immo habent magis determinatam distinctionem,scilicet secundùm quatuor ordines hominum adinuicem, & ergo negatur consequentia. Et nota, quòd hoc argumentum vult,quòd iudicialia, non possunt certius diuidi, quàm moralia,quæ determinant ; sed ista moralia distinguuntur solùm reductiuè ad decem,& non habetur certior distinctio;ergo & iudicialia non possunt secundùm certum numerum distingui. Sed patuit, quòd non est par ratio, quia moralia præsertim superaddita reducuntur quidem solùm ad decem principalia, sed iudicialia possunt comprehẽdi sub certo numero,&c.

¶ Ad tertium dicendum,quòd ex ipsis rebus, quę per præcepta iudicialia ordinantur in lege,innuit lex distinctionem iudicialium præceptorum.

¶ Ad maiorem conceditur,quòd distinctio ceremonialium innuitur verbis per aliam nominationem,sed dico,quòd distinctio præceptorũ originalis est ex obiectis, & diuersis materijs; & vbicunque ponũtur diuersæ materiæ diuersarum rationum, ibi sunt & præcepta diuersa.

¶ Ad minorem, conceditur quòd non innuitur verbaliter per aliam nominationem, innuitur tamen realiter per diuersas res præceptas in ordine ad diuersos homines, scilicet ad superiores, æquales,extraneos,intraneos;quare negatur consequentia.

Quæstio Centesima quinta.

De ratione iudicialium præceptorum in speciali.

Deinde considerandum est de ratione iudicialium præceptorum. Et circa hoc quęruntur quatuor. Primò, de ratione præceptorum iudicialium, quæ pertinent ad principes. Secundò, de his,quæ pertinent ad cõuictum hominum ad inuicem. Tertiò, de his,quæ pertinent ad domesticam conuersationem.

¶ Postquàm determinatum est de præceptis iudicialibus in cõmuni, hic inquiritur de causis singulorũ in speciali ; & quia quatuor sunt genera præceptorum iudicialium,ut patuit artic. 4. quæstio. præcedenti,ideo Doct. Sanct. inquirit per ordinem de omnibus quatuor. Et primò inquirit rationem,& conuenientiam præceptorum iudicialium pertinentium ad principes, quia illi sunt digniores. Deinde de alijs,vt patebit.

Vtrum lex vetus conuenienter de principibus ordinauerit.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter lex vetus de principibus ordinauerit, quia vt Philosophus dicit in 3. politicæ, * ordinatio populi præcipuè dependet ex maximo principatu; sed in lege non inuenitur qualiter debeat institui supremus princeps. Inuenitur autem de inferioribus principibus, primò quidem Exod, 18. Prouide de omni plebe viros sapientes &c,& Numeri 11. Congrega mihi,70. viros de senioribus Israel & Deuteronom. 1. Date ex uobis viros sapientes,& gnaros &c. ergo insufficiẽter lex vetus principes populi ordinauit.

¶ 2 Præt. Optimi est optima adducere,vt Plato dicit,sed optima ordinatio ciuitatis, vel populi cuiuscunque est, vt gubernetur per regem, quia huiusmodi regnum maximè representat Diuinum regimen quo vnus Deus mundum gubernat ; a principio igitur lex debuit regem populo instituere, & non permittere hoc eorum arbitrio;sicut permittitur Deutero. 17. Cum dixeris constituam super me regem,eum constitues &c.

¶ 3 Præt. Sicut dicitur Matth. 12. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, quod etiam experimento patuit in populo Iudęorum,in quo fuit diuisio regni destructionis causa ; sed lex præcipuè debet intendere ea quæ pertinent ad communem salutem populi ; ergo debuit in lege prohiberi diuisio regni in duos reges;nec ẽt debuit hoc auctoritate Diuina introduci ; sicut legitur introductum auctoritate domini per Ahiam sylonitem Prophetam. 3. Regum. 11.

¶ 4 Præt. Sicut sacerdotes instituũtur ad vtilitatem populi in his,quę ad Deum pertinent,vt patet Hebre. 5. ita principes etiam instituuntur ad vtilitatem populi in rebus humanis;sed sacerdotibus,& leuitis,qui sunt in lege, deputantur aliqua, ex quibus viuere debeãt,sicut decimę,& primitię,& multa alia huiusmodi;ergo similiter principibus populi debuerunt aliqua ordinari, vnde sustentarentur, & præcipuè cum inhibita sit eis munerum acceptio, ut patet Exo. 23. Non accipietis munera, quæ excęcant etiam prudentes, & subuertunt verba iustorũ.

¶ 5 Præt. Sicut regnum est optimum regimen, ita tyrannus est pessima corruptio regiminis ; sed dominus regem instituendo instituit ius tyrannicũ. Dicitur enim 1. Regum 8. Hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis, filios uestros tollet &c. ergo inconuenienter fuit prouisum per legem circa principum ordinationem.

¶ Sed contra est, quòd populus Israel de plenitudine ordinationis commendatur,Numeri 24. Quàm pulchra tabernacula tua Iacob,& tentoria tua Israel;sed pulchritudo ordinationis populi dependet ex principibus bene institutis ; ergo per legem populus fuit circa principes bene institutus.

¶ Hic primò Doct. Sanct. inquirit de ratione iudicialium circa principes.

¶ Respondeo dicendum, quòd circa bonam ordinationem principum in aliqua ciuitate, vel gente, duo sunt attendenda, quorum vnum est, vt omnes aliquam partem

partem habeant in principatu, per hoc enim cõseruatur pax populi; & omnes talem ordinationem amant,& cu stodiunt, vt dicitur in 2. poli. Aliud est,quod attenditur secundùm speciem regiminis, vel ordinationis principatuum,cuius cum sint diuersæ species,vt Philosophus tradit in 3. polit. * præcipuè tamen sunt regnũ in quo vnus principatur secundùm virtutem, & aristocratiam,i. potestas optimorum in qua aliqui pauci principantur secũdùm virtutem; vnde optima ordinatio principum est in aliqua ciuitate,vel regno in qua vnus præficitur secundũ virtutem qui omnibus præst,& tamen talis principatus ad omnes pertinet, tum quia ex omnibus eligi possunt, tum quia etiam ab omnibus eliguntur. Talis enim est optima policia bene commixta ex regno, inquantum vnus præest;& aristocratia inquantum multi principantur secundùm virtutem ; & ex Democratia.i. potestate populi, inquantum ex popularibus possunt eligi principes,& ad populum pertinet electio principum.

¶ Conclusionem responsiuam. D. S. ponit in fine cor. talẽ. Optima fuit ordinatio principũ quam lex instituit, probatur, optima ordinatio principum est, quando præficitur secundùm virtutem, & sub ipso sunt aliqui principantes secundùm virtutem, & tamẽ principatus talis ad omnes pertinet,sed hoc institutum fuit in lege Diuina,quia scilicet vnus est præfectus omnibus,& aliqui sub ipso secundùm virtutem principantes,& tamẽ principatus ad omnes pertinebat;igitur conclusio vera. Huius rationis D. S. ponit,& declarat primò maiorem,secundò minorem cũ cõclusione,ibi. Et hoc fuit &c. Maior ergo ostenditur a principio,quia circa ordinationem bonã principis duo sunt attendenda,ut s. omnes habeant partem in principatu, & quòd sit optima species regiminis. s. regnum,& Aristocratia,& Democratia. Sed in tali ordinatione de qua dicit maior ista inueniuntur; igitur est optima, & sic maior vera. Ista maior proxima pro prima parte patet ratione, quia per hoc seruatur pax. Secũda pars patet ex tertiò politicorum. Minor proxima pro prima parte patet, tum quia ex omnibus eligi possunt principes,tum quia ab omnibus eliguntur, secunda pars patet, quia inquãtum vnus præest est regnum &c. ut in fine istius Iræ.

An uia successionis sit melior.

¶ Nota q. D. S. hic vnum tãgit,quod determinatur in tertio Politicorum circa finẽ. An s. melius sit assumere principem per electionem, vel per successionem. Et ex dictis patet, q. per electionẽ, qa vult, q. eligere pertinens ad omnes conueniat optimè ordinationi de principe. Et hoc quidem verum est absolutè loquẽdo, qñ leges,& regulæ bonæ electionis seruantur, ita q. comparãdo viã electionis viæ successionis, sic via electionis prævalet. Et hoc D. S. vult, quia per illam viam, vt in pluribus, melior princeps haberetur, sed attenta dispositione hominũ, vt in pluribus qua inclinationem sensualẽ sequuntur magis, q. rõnem, & non obseruãt debitas leges eligendi, tunc melius est assumere principem per viam successionis, dummõ via successionis est de electo gñe, & excellẽti in virtute. Et hanc uiam, quæ est quasi via media participans de electione, & successione Philosophus in tertio politicæ approbat propter multas rationes, quæ ibidem habentur, sed vt dictum est D. S. loquitur de via electionis absolutè, & tunc est optima.

¶ Et hoc fuit institutum secundùm legem Diuinam. Nam Moyses, & eius successores gubernabãt populum quasi singulariter omnibus principantes,quod est quædam species regni. Eligebantur autem 52. Seniores secũdùm virtutem. Dicitur enim Deut. 1. Tuli de vestris tribubus viros sapientes,& nobiles, & constitui eos principes, & hoc erat Aristocraticum ; sed Democraticũ erat, quòd isti de oĩ populo eligebãtur. Dicitur enim Exo. 18. Prouide de omni plebe viros sapientes &c. & etiam, q. populus eos eligebat ; vnde dicitur Deut. 1. Date ex vobis viros sapientes &c. vnde & patet, quòd optima fuit ordinatio principum quam lex instituit.

¶ Subiungit minorem principalem,& ostendit primò, q. in ordinatione Diuina circa principes, primò obseruata fuit species regiminis, quæ est regnum; nam Moyses &c. vt in litera; secundò ostẽdit quomodo obseruabatur Aristocratia. i. principatus bonorum post principem, tertiò quomodo principatus pertinebat ad omnes,& ibi fuit Democratia, clarè in litera.

¶ Et confirmatur conclusio argumento in contrarium, quia s. populus fuit pulchrè ordinatus ; ergo & circa principes fuit bene ordinatum.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd populus ille sub speciali cura Dei regebatur;vnde dicitur Deut. 7. Te elegit dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris,& iõ institutionem summi principis dominus sibi reseruauit, & hoc est, quod Moyses petiuit, Numeri 25. Prouideat dominus Deus spirituum omnis carnis hominem, q. sit super multitudinem hanc, & sic ex Dei ordinatione institutus est Iosue in principatu post Moysen, & de singulis iudicibus qui post Iosue fuerunt legitur, quòd Deus suscitauit populo Saluatorem, & quòd spiritus domini fuit in eis,ut patet Iudicum,2. Et ideo etiam electionem regis non commisit dominus populo, sed sibi reseruauit,ut patet Deute. 17. Eum constitues Regem quem dominus Deus tuus elegerit.

¶ Maior vera,& dico, q. si Deus ordinauerit de maximo principatu,erit optimè ordinatum. Dico secundò, quòd Deus voluit esse rex illius populi, cui & legem dedit per seipsum. i. per Angelum in persona sua,in signum, q. ipse esset rex immediatus; & ita gubernatores illius populi,tanquàm suos uicarios immediatè instituit,ut patet de Moyse,Iosue,& alijs iudicibus. Ad minorẽ dico primò, q. verũ est, q. non inuenitur qũo constituatur princeps, quia Deus ipse uoluit esse immediatus princeps, & eis constituere uicarium (qdiu se non facerent indignos per peccata sua) qui esset loco principis. Dico etiam secũdò, q. postquàm habituri essent regem ex permissione Diuina, Deus reseruauit sibi auctoritatem instituendi regem. Ad secundam partem minoris, concedi tur, quia inferiores non erant immediatè vicarij Dei. Ideo reliquit electionem populo,& instituit quomodo deberent eligere. Quare negatur cõsequentia, quia non erat opus ordinare de principe, cum Deus uoluit esse princeps, vel saltem sibi reseruare electionem principis, vt patebit ad secundum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Regnum est optimum regimen populi si non corrumpatur; sed propter magnam potestatem, quæ regi conceditur de facili regimen degenerat in tyrannidem, nisi sit perfecta virtus eius, cui talis potestas conceditur; quia non est, nisi virtuosi bene ferre bonas fortunas, vt Philosophus dicit in 10. Ethico. perfecta autem virtus in paucis inuenitur, & præcipuè Iudæi crudeles erant,& ad auaritiam proni, per quæ vitia maximè hominis in tyrannidem decidũt. Et ideo dominus a principio eis Regem non instituit cũ plena potestate,sed iudicem,& gubernatorem in eorum custodiam, sed postea regem ad petitionẽ populi quasi indignatus concessit,vt patet per hoc,quod dixit ad Samuelem. 1. Reg. 8. Non te abiecerũt, sed me,ne regnem super eos.

¶ D. S. dupliciter soluit argumentum, primò exponendo præmissas,& negando consequentiam. Secũdò concedit totum argumentum,sed negat,quod intendit,s. quòd non ita sit factum in lege veteri,sicut argumentum concludit,ibi. Instituit tamen &c.

¶ Ad maiorem ergo primò, potest dici secũdũ D. S. 1. par. q. 47. ar 2. ad ad primum, q. optimum adducit toti,& non partibus, & hoc in naturalibus. Secundò optimi &c. verum in moralibus, & regimine populi, nisi aliquod obstet, puta defectus ex parte hominum. Sic in proposito regnum sub homine est quidem optimũ regimen humanum,sed est periculosum propter hominum miseriam, qui constituti reges facile uertuntur in tyrannidem ꝓpter excellentiam potestatis. Ad minorem uerum est, amoto periculo isto dicto, & sic concedo probationem minoris, quæ etiam adducitur in tertio polyticæ. Dico autem, quòd fuit optimum populo Iudaico, ne haberent regem propter periculum, quia populus ille crudelis, & auarus fuit, & per consequens, rex de illo populo assumptus,similiter talis fuisset, & facilè declinasset in tyrannidem. Ad consequens ergo negatur pro prima parte ad secundam partem, dico quòd non fuit permissa totaliter populo institutio regis. Sed hoc fuit permissum,quia si importunè, vellent habere regem, permittebatur eis propter eorum peccata; quia petẽtes regem grauiter peccauerunt,nec fuit præceptum,nec concessio de constituendo rege,sed permissio,quæ est de malo. Vnde verbum Doct. Sanct. in solutione, quando dicit, Deus indignatus concessit regem intelligitur. i. permisit. Vnde & Samuel 1. Reg. 8. Iudęos retrahere volebat ab hoc peccato, prædicendo futura grauamina per regem inducenda.

¶ Instituit tamen a principio circa regem instituendũ primò quidem modum eligendi,in quo duo determinatur, vt scilicet in eius electione expectarent iudicium domini,& ut non facerent regem alterius gentis,quia tales reges solent parum affici ad gentem,cui præficiuntur, & per consequens non curare de eis. Secundò ordinauit circa reges institutos qualiter deberent se habere quantum

quantum ad seipsos, vt scilicet non multiplicarent currus,& equos,neque vxorem,neque etiam immensas diuitias;quia ex cupiditate horum principes ad tyrannidē declinant,& iustitiam derelinquunt.Etiā instituit qualiter se deberent habere ad Deum,vt s.semper legerent,& cogitarent de lege Dei, vt semper essent in Dei timore, & obedientia.Instituit etiam qualiter se haberēt ad subditos suos,vt s.non superbè eos contēnerent, aut opprimerent,neque etiam a iustitia declinarent.

¶Secundò dicitur ad argumentum concedendo totum, negatur tamen quod argumentum intendit, scilicet quòd a principio lex non instituerit de Rege, tum quia a principio instituit modum eligendi regem, tum quia instituit qualiter reges deberent se habere ad seipsos, ad Deum, ad subditos. Posset etiam tertiò dici ad præmissas,ad maiorem, ꝙ optimum adduceretur,si Deus ipse est immediatus rex alicuius populi,quia nouit, & potest optimè gubernare. Ad minorem,verum est maximè, si gubernetur per regem qui Deus est. Ad cōsequens, negatur,tum quia Deus a principio fuit rex,& permansisset, nisi peccata populi fecissent;quare non oportuit populo dare modum eligendi regem.Vnde nota ꝙ D.S.dicit in sequentibus, ꝙ Deus instituit modum eligendi a principio, non quia esset in facultate populi eligere simpliciter,sed instituit conditiones circa electionem,principaliter tamen a Deo fiendam. Istam materiam vide si placet in Nycolao de Lyra.Exod.17.& Reg.8.vbi habet solutionem illam D.S. Non enim vt quidam ignorantes dicunt Thomas lyrauit, sed Lyra frequentissimè Thomizauit. Sanct.Tho.enim vltra centum annos Lyram præcessit. Patet enim intuenti, quòd totam expositionem tāgentem ceremonialia,& iudicialia Lyra ex San. Tho. quasi formaliter accommodauit, licet honorem in auctorem non refuderit.

Nicolaus de Ly. Thomizauit nō ꝙ contra.

¶Ad tertium dicendum, quòd diuisio regni,& multitudo regum magis est populo illi data in pœnam pro multis dissensionibus eorum quas maximè cōtra regnū Dauid iustum mouerant,quàm ad eorum perfectum; vnde dicitur Osee.13.Dabo tibi regem in furore meo,& Osee.8.Ipsi regnauerunt, & non ex me,principes extiterunt, & non cognoui.

¶Maior conceditur,sed frequenter populi demerentur desolationem,& destructionem per peccata sua.

¶Ad minorem dico,quòd lex prohibuit quandiu populus sic bene habuit; tunc enim Deus fuit rex eorum, & prosperè rexit, quando non offenderunt eum per peccata sua.Dico secundò,negando,quòd lex debuit prohibere diuisionem,cum eorum peccata illam diuisionem tanquàm iustam pœnā exigerent. Quare negatur cōsequentia, quia dualitas regum introducta fuit post multa,& grauia peccata,& fuit auctoritate Dei introducta tanquàm pœna iusta,quia Salomon erat idolatra, & demeruit, ut regnum ab eo auferretur, similiter populus, quia non est inconueniens, vt unus effectus habeat plures causas partiales; vnde ad illam diuisionem multorū peccata fecerunt,ut cāe demeritorię partiales.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sacerdotes per successionem originis sacris deputabantur, & hoc ideo,vt in maiori reuerentia haberentur si non quilibet ex populo posset sacerdos fieri, quorum honor cedebat in reuerentiam Diuini cultus,& ideo oportuit; vt eis specialia quædam deputarentur tam in decimis, quàm in primicijs, quàm etiam in oblationibus, & sacrificijs,ex quibus viuerent; sed principes,sicut supra dictum est, * assumebantur ex toto populo, & ideo habebant certas possessiones proprias ex quibus viuere poterant;& præcipuè cum dominus prohibueret etiam in rege ne superabundaret diuitijs,aut magnifico apparatu;tum quia nō erat facile quin ex his in superbiam, & tyrannidem erigeretur, tum etiam quia si principes non erant multum diuites, & erat laboriosus principatus, & solicitudine plenus, non multum affectabatur a popularibus, & sic tollebatur seditioni materia.

*In cōtr.

¶ Maior quidem vera, quo ad esse in utilitatem, sed erat alia magna differentia, quia sacerdotes per successionem ex uno genere instituebantur,& nihil aliud habebant de bonis, nisi proue nientibus ex cultu Diuino. Secus de regibus qui eligebantur de toto populo,& habebant propria bona.Et secundò,reges non debebant multum abundare propter duas causas in fine solutionis positas,quare concessa minore,negatur consequentia.

¶ Ad quintum dicendum, quòd illud ius non dabatur regi ex institutione Diuina,sed magis prænunciabatur vsurpatio regum, qui sibi ius iniquum constituunt in tyrannidem degenerantes, & subditos depredantes; & hoc patet per hoc,quòd in fine subdit. Vosque eritis ei serui; quod propriè pertinet ad tyrannidem, quia tyranni suis subditis principantur,vt seruis; vnde hoc docebat Samuel ad terrendum eos, ne regem peterent, sequitur enim. Noluit autem audire populus vocem Samuelis.

¶Maior uera,& habetur.8.Ethicorum,& in polyticis. Ad minorem.D.S.respondet dupliciter, secundò ibi. Potest tamen &c. primò negatur ipsa, quia dominus hoc non instituit, sed per Samuelem fecit prædici grauamina futura per regem in tyrānum versum.Vnde uoluit eos per hoc retrahere a petitione regis,& ꝑdixit eis ius usurpandum a rege in tyrannum uerso.Nō enim licet regi liberos in seruitutem redigere, sed hoc est factū tyrānī. nec licet bona subditorum accipere extra casum necessitatis. Secundò dicitur ad minorem, & ad probationem, ꝙ dominus quidē concessit, ꝙ acciperet bona, & filios præficeret officijs in casu necessitatis,uel pro utilitate reipublicæ,nec hoc est tyrannicum, immo iustū ius regis,& cuiuslibet præsidentis. Videmus enim ꝙ quodlibet membrum exponit se periculo pro salute totius, ita & quilibet,tpe necessitatis,debet subire damnū, & periculū ꝓ republica, & tunc rex, vel princeps habet auctoritatē accipiendi. Sed quia textus habet, ꝙ illa erant populo in pœnam propter quā vociferaturi erant ad dominum contra regem.Ideo magis intelligitur,ꝙ rex esset inducturus conditionē seruilē,& quæ nō essent ꝓ cōi bono.Si enim rex ista fecisset tempore necessitatis, & ꝓ bono cōi, tunc non fuisset rō clamandi contra eum ad dñm. Iō magis vī conformis prima solutio textui. De secūda aūt dicit.D.S.

¶Potest tamen contingere, quòd bonus Rex absque tyrannide filios tollat, & constituat tribunos, & centuriones, & multa accipiat a subditis suis propter commune bonum procurandum.

Vtrum præcepta iudicialia conuenienter fuerint tradita quantum ad popularium conuictum.

Q

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter fuerint tradita præcepta iudicialia quantum ad popularium conuictum. Non enim possunt homines pacificè viuere adinuicem si vnus accipiat ea quæ sunt alterius,sed hoc videtur esse inductum in lege. Dicitur enim Deutero. 23. Ingressus vineam proximi tui comede vuas quantum tibi placuerit;ergo lex vetus non conuenienter prouidebat hominum paci.

¶ 2 Præt.Ex hoc maximè multæ ciuitates, & regna destruuntur,quòd possessiones ad mulieres perueniunt vt Philosophus dicit in 2. politic.* sed hoc fuit introductum in ueteri lege. Dicitur Numeri 25. Homo cū mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas;ergo non conuenienter prouidit lex saluti populi. * Arist.c.7.

¶ 3 Præte. Societas hominum maximè conseruatur per hoc,quòd homines emendo, & vendendo sibi inuicem res suas communicant quibus indigent, vt dicitur in primo politi. * sed lex uetus abstulit uirtutem venditionis, mandauit enim quòd possessio uendita reuerteretur ad uenditorē in 50.anno Iubilei, vt patet Leui.25. inconuenienter igitur lex populum illum circa hoc instituit. * Arist.c.5. & 7.

¶ 4 Præt. Necessitatibus hominum maximè expedit, vt homines sint prompti ad mutuum concedendū, quæ quidem promptitudo tollitur per hoc,quòd creditores accepta non reddunt; unde dicitur Eccl.29.Multi non causa nequitiæ non fœnerati sunt,sed fraudari gratis timuerunt;hoc autem induxit lex primò quidem,qa mandauit Deute.15.Cui debetur aliquid ab amico, vel proximo ac fratre suo repetere non poterit, quia annus remissionis est domini,& Exo.22. dicitur, quòd si præsente domino animal mutuatum mortuum fuerit, reddere non tenetur.Secūdò,quia aufertur ei securitas,quæ habetur per pignus. Dicitur enim Deute.24. cum repetes

tes a proximo tuo rem aliquam quam debet tibi, Non ingredieris domum eius, ut pignus auferas. Et iterum. Nō pernoctabit apud te pignus,sed statim reddes ei; ergo insufficienter fuit ordinatum in lege de mutuis.

¶ 5 Præterea. Ex defraudatione depositi maximum periculum imminet, & ideo est maxima cautela adhibenda; unde etiam dicitur.2.Mach.3.ꝙ sacerdotes inuocabāt eum de cęlo, qui de depositis legem posuit,ut his, qui deposuerant ea, salua custodirent; sed in præceptis ueteris legis parua cautela circa deposita adhibetur; dicitur enim Exo. 22. quòd in amissione depositi statur iuramento eius, apud quem fuit depositum; ergo non fuit circa hoc legis ordinatio conueniens.

¶ 6 Præterea. Sicut aliquis mercenarius locat operas suas, ita etiam aliqui locant domum, uel quęcunq; alia huiusmodi; sed non est necessarium, ut statim precium locatæ domus conductor exhibeat; ergo etiam nimis durum fuit, quod præcipitur Leuit. 19. Non morabitur opus mercenarij tui apud te usque mane.

¶ 7 Præterea. Cum frequenter immineat iudiciorum necessitas, facilis debet esse accessus ad iudicem; inconuenienter igitur statuit lex, Deuter.15. ut irent ad unum locum expetituri iudicium de suis dubijs.

¶ 8 Præterea. Possibile est non solùm duos,sed etiam tres, uel plures concordare ad mentiendum; inconuenienter igitur dicitur Deuter. 19. In ore duorum, uel trium testium stabit omne uerbum.

¶ 9 Præterea. Pœna debet taxari secundùm quantitatem culpæ, vnde dicitur etiam Deuter.15. Pro mensura peccati, erit & plagarum modus; sed quibusdam æqualibus culpis lex statuit inæquales pœnas. Dicitur enim Exo. 22. quòd restituet fur quinque boues pro uno boue; & quattuor oues pro una oue; quædam etiam non multum grauia peccata graui pœna puniuntur, sicut Num.25. Lapidatus est, qui collegerat ligna in sabbato. Filius etiam proteruus propter parua delicta, quia scilicet commessationibus uacabat, & conuiuijs, mandabatur lapidari, Deutero.21. igitur inconuenienter in lege sunt institutæ pœnæ.

¶ 10 Præterea. Sicut Augustinus dicit 21. de Ciuitate Dei. * Octo genera pœnarum in legibus esse scribit Tullius; damna, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, mortem, seruitutem, ex quibus aliqua sunt in lege statuta. Damna quidem, sicut cum fur condemnabitur ad quintuplum, vel quadruplum. Vincula verò, sicut Numeri 15. mandatur de quodam, quòd in carcerem includatur. Verbera verò, sicut Deut.25. Si eum qui peccauit, dignum viderint plagis,prosternēt, & coram se facient verberari. Ignominiam etiam inferebat illi, qui nolebat accipere vxorem fratris sui defuncti; quæ tollebat calciamentum illius, & spuebat in faciem illius. Mortem etiam inferebat, vt patet etiam Leuit.22. Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur. Pœnam talionis lex indixit, dicens. Exo.21. Oculum pro oculo, dentem pro dente; inconueniens igitur videtur, quòd alias duas pœnas, scilice. exilium, & seruitutem, lex vetus non inflixit. *Aug.c.3.

¶ 11 Præterea. Pœna non debetur nisi culpæ; sed bruta animalia non possunt habere culpam; ergo inconuenienter eis infligitur pœna. Exo. 21. Bos lapidibus obruetur, qui occiderit virum, aut mulierem. Et Leuit.20.dicitur. Mulier quæ succubuerit cuilibet iumento simul interficiatur cum eo; sic igitur videtur, quòd inconuenienter ea, quæ pertinent ad conuictum hominum adinuicem,fuerint in lege veteri ordinata.

¶ 12 Præterea. Dominus mandauit Exo. 21. quòd homicidium morte hominis puniretur; sed mors bruti animalis multò minus reputatur,quàm occisio hominis; ergo non potest sufficienter recompensari pœna homicidij per occisionem bruti animalis; inconuenienter igitur mandatur, Deut. 21. quòd quando inuentum fuerit cadauer occisi hominis,& ignorabitur cedis reus, seniores propinquioris ciuitatis tollant vitulam de armento, quæ non traxit iugum, nec terram scidit vomere, & ducent eam ad vallem asperam, atque saxosam, quæ nunquam arata est, nec sementa recepit, & cedent in ea ceruices vitulæ.

¶ Sed contra est, quod pro speciali beneficio commemoratur in Psal. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

¶Hic secundò inquirit Doct.San. de ratione iudicialium pertinentium ad conciues.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut Augustinus in 2. de Ciuitate Dei, * introducit a Tullio dictum. Populus est cœtus multitudinis iuris consensu, & vtilitate communitatis sociatus; vnde ad rationem populi pertinet, vt communicatio hominum adinuicem iustis præceptis legis ordinetur. *Aug.c.21.

¶Conclusionem responsuam D.S.ponit in fine corporis,talē. Lex vetus sufficienter ordinauit conuictum illius populi.Sper iudicialia præcepta. Probatur conclusio per totum articulum sic. Ad rationem populi pertinet,vt communicatio hominum ad inuicem iustis præceptis legis ordinetur, supple & si omnes communicationes hominum adinuicem sufficienter, & iustè ordinētur,præcepta iudicialia pertinentia ad popularium conuictum conuenienter traduntur; sed est duplex communicatio hominū ad inuicem; vna, quæ fit auctoritate principum, scilicet iudicia, & punitiones malefactorum; alia, quæ fit propria voluntate priuatarum personarum, puta communicatio in vendendo, & emendo, & donando circa res possessas. Et circa vtranque communicationem lex sufficienter ordinauit, scilicet de iudicijs, & de possessionibus; igitur conclusio vera. Circa istam rationem D.S.sic procedit; primò ponit maiorem; secundò minorem; primò quo ad primam partem,ibi. Est autem,&c. Secūdò quo ad secundam, ibi. Circa vtramque, &c. Maior ergo patet a principio ex definitione populi, quia multitudo congregata.s.ad conuiuendum,& cohabitandum consensu iuris,idest sm iustitiam, & gratia communis vtilitatis est populus;& ergo maior vera pro prima parte, ex qua sequitur secunda pars, quæ suppleta est. Quomodo autem distinguantur populus, & plebs habetur in Insti. lib.1.Tit. de iure natur.&c. vbi sic hr. Plebs autem a populo eo differt,quo species a genere. Nam appellatione populi vniuersi ciues significantur, connumeratis etiam patricijs, & senatoribus. Plebis autem appellatione siue patricijs, & senatoribus cæteri ciues significantur, hæc ibi. Et indigent bono intellectu, quia populus non est genus plebis, nec prædicatur de plebe, cum populus plus includat, quàm plebs, quod est contra rationem generis prædicabilis. Sed in hoc est similitudo, quia sicut genus plus includit secundùm ambitum suæ potestatis, licet non actu, sic populus plus includit,licet actu,quàm plebs; & est populus magis totum integrale respectu plebis, quàm totum vniuersale, vel genus. Consequenter cum dicit.

¶ Est autem duplex communicatio hominum adinuicem; vna quidem, quæ fit auctoritate principum; alia autem fit propria voluntate priuatarum personarum; & quia voluntate vniuscuiusque disponi potest, quod eius subditur potestati; ideo auctoritate principū, quibus subiecti sunt homines, oportet, quòd iudicia inter homines exerceantur,& pœnæ malefactoribus inferantur. Potestati verò priuatarum personarum subduntur res possessæ; & ideo propria auctoritate in his possunt sibi inuicem communicare, puta emendo,vendendo, donando, & alijs huiusmodi.

¶Prosequitur primam partem minoris, quæ notat distinctionem bimembrem, quæ membra D.S.declarat primò, quæ videlicet communicatio hominum adinuicem fiat auctoritate Principis, quia ea, super quam particularis homo non habet potestatem, sed Princeps, cui scilicet omnes homines subijciuntur; sicut iudicare de duobus contendentibus, non potest nisi cui vterque contendentium subiectus est; similiter punire vtrumque, vel vnum ex duobus, non est nisi habentis iurisdictionem super eos. Et hoc est commune iudicibus, nullus enim potest esse iudex in propria causa, nec aduersarium suum punire. Et de istis secunda secundæ, quæst.60.artic.2.& quæstio.64.artic.3. Communicatio autem secundùm res possessas subest voluntati, etiam cuiuslibet particularis habentis ius in aliqua re, & proprietatem. Et ita patet prima pars minoris. Consequenter ibi.

¶Circa vtrunque autem communicationem lex sufficienter ordinauit. Satuit enim iudices, vt patet Deut. 16. Iudices, & magistros constitues in omnibus portis eius, vt iudicent populum iusto iudicio. Instituit etiam iustum iudicij ordinem, vt dicitur Deut. 1. Quod iustum est iudicare, siue ciuis sit ille, siue peregrinus, nulla erit personarum distãtia; Sustulit etiam occasione iniusti iudicij, acceptionem munerum iudicibus prohibendo, vt patet Exo. 23. & Deuter. 16. Instituit etiam numerum testium duorum, vel trium, vt patet Deuter. 17. & 19. Instituit etiam certas pœnas pro diuersis delictis, vt post dicetur. *

* In solut. ad decimũ.

¶Subiungit secundam partem minoris principalis, quæ habet virtualiter etiam duas partes. Primò probat primam; secundò secundam, ibi. Sed circa res, &c. Prima ergo pars est, ℘ lex sufficienter ordinauerit circa iudicia, vbi est communicatio, & actio hominis ad hominem coram iudice, & auctoritate iudicis. Et probatur sic, lex statuit iudices, & instituit iustum iudicij ordinem. Sustulit etiam occasionem iniusti iudicij, & instituit numerum testium, instituit etiam certas pœnas; igitur prima pars vera. Tenet consequentia, quia istis obseruatis bene iudicatur, & ista sufficiunt ad rectum iudicium; quia ex hoc, quòd est legitimus iudex, non erit iudicium vsurpatum, vt patet secunda secundæ, q. 60. artic. 6. & q 67. artic. 1. Ex hoc autem, quòd seruatur debitus ordo, vitatur acceptio personarum, quæ facit iudicium illicitum, vt patet secunda secundæ, quæst. 63. artic. 14. & seruatur iustitia, cuius iudicium est actus, vt patet vbi iam, quæst. 60. art. 1. prohibitio etiã munerum facit vitare acceptionem personarum, & testes faciunt ad certitudinem iudicij, vt patet secunda secundæ, quæst. 70. artic. 2. Et inflictio pœnarum reddit ius læso, vt in secunda secundæ, quæst. 67. artic. 4. & conseruatur bonum commune ibidem, quæst. 64. artic. 2. Deinde cum dicit.

¶Sed circa res possessas optimum est, sicut dicit Philosophus in secundo Polit. * quòd possessiones sint distinctæ, & vsus sit partim communis, partim autem per voluntatem possessorum communicetur.

* Arist. c. 3.

¶Ostendit secundam partem secundæ partis minoris. s. ℘ sufficienter lex ordinauerit circa possessiones, secundùm quas fit cõmunicatio. Et arguitur sic. Circa res possessas est optimum, & per consequens optimè ordinatur, quando possessiones sunt distinctæ, & vsus est partim communis, partim autem per voluntatem possessorum communicatur; sed hæc tria fuerunt in lege statuta; igitur illa pars vera. Huius rationis primò ponit maiorem, secundò minorem, quam primò probat quo ad primam eius partem, ibi. Et hæc tria, &c. Secundò quo ad secundam, ibi. Secundò verò, &c. Tertiò quo ad tertiam, ibi. Tertiò verò, &c. Maior ergo est Philosophi in 3. Polit. vbi disputat contra Socratem, & alios. Et vult, quòd possessiones debent esse propriæ quo ad ius possidendi, sed vsus debet esse communis, vt patet intuenti. Et de ista maiore, vide secundã secundæ, quæst. 66. art. 2. vbi ponuntur tres rationes, quare expediebat proprietas possessionum reipublicæ. Et de eodem habet aliquid Scotus in tertio, dist. 37. in responsione principali circa medium. Deinde ibi.

¶Et hæc tria fuerunt in lege statuta. Primò enim ipsæ possessiones diuisæ erant in singulos, dẽ enim Num. 34. Ego dedi vobis terram in possessionem, quam sorte diuidetis vobis. Et quia per possessionum irregularitatem plures ciuitates destruunt, vt Philosophus dicit. 2. Poli, * ideo circa possessiones regulandas triplex remedium lex adhibuit; vnum quidem, vt secundùm numerum hominum æqualiter diuiderentur; vnde dicitur Num. 34. Pluribus dabitis latiorem, & paucioribus angustiorem; aliud remedium est, vt possessiones non in perpetuum alienẽtur, sed certo tempore ad suos possessores reuertantur, vt non confundantur sortes possessionum. Tertiũ remedium est ad huiusmodi confusionem tollendam, vt proximi succedãt morientibus. Primò quidem gradu filius; secundò autem filia; tertiò fratres; quartò patrui; quintò quicunq; propinqui. Et ad distinctionem sortiũ conseruandam vlterius lex statuit, vt mulieres, quæ sunt hæredes, nuberent suæ tribus hominibus, vt hĩ Num. 36.

* Arist. c. 7.

¶Subiungit minorem prædictam, quam manifestat primò quo ad primam eius partem, scilicet quòd benè ordinatum fuerit de distinctione possessionum, clarè in littera. Circa distinctionem tamen possessionum ostendit, quomodo lex non solùm distinxit possessiones, sed etiam præuenit irregularitates circa possessiones, per quas irregularitates multæ ciuitates destruuntur, ratione quæ habetur ad tertium. Et ponit tria remedia legis contra irregularitates possessionum.

¶Nota tamen, ℘ per hoc, ℘ secundùm numerum personarum possessiones naturales æqualiter diuidebantur, per hoc non fuit introducta æqualitas possessionum, sicut Ligurgus in legibus suis Lacedæmonijs instituit, qui & artificiales diuitias subtraxit. Adæquatio enim omnimoda est impossibilis, & destructiua totius ordinis rerum, & ciuilitatis. Vide de hoc D.S. de Regimine Principum, lib. 4. cap. 9. ex intentione; vnde esto per legem possessiones secundùm numerum hominum diuiderentur æqualiter, tamẽ vnus potuit habere plus de artificialibus, & de naturalibus plus lucrari. Deinde ibi.

¶Secundò verò instituit lex, vt quantum ad aliqua vsus rerum esset communis; & primò quantum ad curam; præceptum est enim Deuteron. 20. Non videbis bouem, & ouem fratris tui errantem, & præteribis, sed reduces fratri suo, & similiter de alijs; secundò quantum ad fructum. Concedebatur enim communiter quantum ad omnes, vt ingressus in vineam amici licitè comedere posset, dum tamen extra non deferret. Quantum ad pauperes verò specialiter, vt eis relinquerentur manipuli obliti, & fructus, & racemi remanentis; vt habetur Leuit. 19. & Deuteron. 24. & etiam communicabantur ea, quæ nascebantur in septimo anno, vt habetur Exo. 23. & Leuit. 25.

Vineas ingredientibus racemos, & vuã comedere licitũ erat, non autem extra deferre.

¶Manifestat secundam partem minoris prædictæ, scilicet quòd in lege fuit statutum, vt vsus esset partim communis. Probatur, quia lex instituit, vt vsus esset communis quantum ad curam, & quantum ad fructum; & hoc dupliciter, scilicet communiter, quantum ad omnes, & specialiter quantum ad pauperes; igitur ista pars vera, quòd lex ordinauit circa bona possessa communem vsum. Consequentia nota. Antecedens ostenditur in littera per scripturam. Tunc ibi.

¶Tertiò verò statuit lex communicationem factam per eos, qui sunt rerum domini, vnam purè gratuitam; vnde dicitur Deuteron. 14. Anno tertio separabis aliam decimam, venientq; Leuites, & peregrinus, & pupillus, & vidua, & comedent, & saturabuntur; alia verò cum recompensatione utilitatis, sicut per uenditionem, & emptionem, & locationem, & cõductionem, & per mutuũ, & iterum per depositum; de quibus omnibus inueniuntur ordinationes certæ in lege; unde patet, ℘ lex vetus sufficienter ordinauit conuictum illius populi.

¶Elucidat tertiam partem minoris sæpe dictæ, scilicet quòd lex ordinauerit circa communicationem volũtariam bonorum possessorum, & hoc dupliciter; primò de communicatione voluntaria purè gratuita, secundò de communicatione cum vtilitate cõmunicantis, & patet littera. Vide tamẽ de ista auctoritate Deu. 14. Glosam Ordinariam; quia tertio anno, idest vno interposito, debebant dare vnam decimam, aliam ab ea quam offerebant in templo, de qua habebant partem, & comedebant cum Leuitis, &c. Concludit ergo D.S. in fine corporis; vnde patet, &c.

CONCLVSIO confirmatur argumento in contrarium, quia non haberentur iudicialia pro singulari beneficio, nisi essent conuenienter, & ordinatè tradita, igitur & iudicialia ad populare conuictum pertinentia.

¶Ad primum ergo dicendum, ℘ sicut Apostolus dicit Roman. 13. Qui diligit proximum, legem impleuit, quia scilicet omnia præcepta legis præcipuè ordinata ad proximum ad hũc finem ordinari videntur, vt homines se inuicem diligant; ex dilectione autem procedit, quòd homines sibi inuicem bona sua communicent, quia, vt dicitur. 1. Ioan. 3. Qui viderit fratrem suum necessitatem patientem, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? & ideo inrendebat lex homines assuefacere, vt facilè sibi inuicem sua communicarent, sicut & Apostolus. 1. ad Timoth. 6. Diuitibus mandat facilè tribuere, & communicare; non autem facilè communicatiuus est, qui non sustinet, quòd proximus aliquid modicum de suo accipiat absque magno sui detrimẽto; & ideo lex ordinauit, vt liceret intrãtem in vineam proximi racemos ibi comedere, non autem extra deferre, ne ex hoc daretur occasio grauis damni inferẽdi, ex quo pax perturbaretur, quæ inter disciplinatos non perturbatur ex modicorum acceptione; sed magis amicitia confirmatur, & assuefiunt homines ad aliquid facilè communicandum.

¶Ad minorem, vera; vnus accipiat, quæ sunt alterius immoderatè, & cum notabili damno; sed ex acceptione paruorum confirmatur amicitia hominum, & assuefiunt homines ad facilè sibi communicandum aliquid, quæ communicatio est effectus dilectionis, quam lex Diuina principaliter intendit; non enim diligit, qui non communicat bona, nec communicat bona, qui non potest ferre, quòd proximus modicum quid accipiat de suis.

¶Ad minorem dico, quòd in lege est inductum, vt vnus modicum quid accipiat de bonis alterius, inquantum illa acceptio inducebat communicationem bonorum, & charitatem, quæ summè intenditur in lege. Et ad probationem dicitur, quòd notanter dicit scriptura, comede; sed non permittebatur, vt aliquid extra deferret, ad vitandum magnum damnum. Et intelligitur secundùm Rabi Moysen de intrantibus vineam ad laborãdum, ibi. Sed intelligitur etiam de alijs, vt habet Nicolaus de Lyra ibidem. s. Deuter. 23. Quare negatur consequentia, quia ordinatum est, vt charitas præferatur modicæ acceptioni, quam disciplinatus homo non curat. Et præterea fertilissima erat patria ista, vt modicum quid accipere non esset notabile, &c.

Mulieres non succedunt in hæreditatem.

¶Ad secundum dicendum, quòd lex non statuit, ℘ mulieres succederent in bonis paternis, nisi in defectu filiorum masculorum; tunc autem necessarium erat, vt successio mulieribus concederetur in consolationem patris, cui graue fuisset, si eius hæreditas omnino ad extraneos transiret.

¶Ex solutione D.S. dupliciter dicitur ad hoc argumentum. Alio modo, ibi. Adhibuit tamen, &c. Primò ergo dicitur ad maiorem, vera, si passim extantibus etiam masculis. Dico autem, quòd esset nimis crudele, vt existente sola filia hæreditas deueniret ad extraneos. Vnde nunc secundùm iura communia filiæ succedunt in hæreditate paterna priuata, licet non in regno, nec in omnibus feudis, tamen in aliquibus. Vnde Aug. 3. de Ciuit. Dei refert, quomodo Romani fecerunt vnam legem, ne mulieres succederent hæreditati paternæ, sed dicit eam fuisse iniquam, & fundat se in auctoritate allegata in hoc argumẽto ex Num. 27. Et secundùm iura ciuilia admittuntur, & iustè, nec hoc cedit in præiudicium ciuitatis, cum bona eorum taxentur, & rarò permaneant sine viris. Et secundò sic dico ad maiorem. Si hæreditas regnorum, & principatuum venient ad mulieres, tunc destruerentur; sed non si hæreditates priuatæ, & vt in paucioribus, & si ille mulieres nubant. Ad minorem dico, quòd hoc fuit introductum non existentibus masculis. Quare negatur consequentia, &c.

¶Adhibuit tamen circa hoc lex cautelam debitã præcipiens, vt mulieres succedentes in hæreditate paterna nuberent suæ tribus hominibus ad hoc, quòd sortes tribuum non confunderentur, vt habetur Num. vlt.

¶Secundò dico ad maiorem, vera, si in nullo illæ possessiones, cum venerint ad mulieres, valerent pro commodo reipublicæ; quia mulieres non sunt propriè ciues, nec valent ad consilia, & tractatus qui fiunt pro republica.

¶Ad minorem dico, quòd lex statuit cum hoc, quòd mulieres nuberent viris de sua tribu, ne possessiones confunderentur. Et hoc licitum fuit pro republica; quare negatur consequentia præsertim, quia possessiones illæ quo ad ius erant Dei, & non propriè Iudæorum, sed erant coloni Dei. Quare Deus potuit ordinare sicut placuit, & tamen iustè secundùm legem naturalem ordinauit, in hoc, quòd filiæ succederent.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in 2. Polit. * regulatio possessionum multum confert ad conseruationem ciuitatis, vel gentis; vnde sicut ipse dicit apud quasdam gentilium ciuitates statutum fuit, vt nullus possessionem vendere posset, nisi pro manifesto detrimento. Si enim passim possessiones vendantur, potest contingere, quòd omnes possessiones ad paucos deueniant; & ita necesse erit ciuitatem, vel regionem habitatoribus euacuari.

* Arist. c. 5. De alienatione bonorum, & possessionum.

¶D.S. respõdendo huic argumento; primò exponit maiorem; secundò dupliciter dicit ad minorem; primò secũdùm expositionem maioris, ibi. Et ideo lex, &c. Secundò eam negando, ibi. Quia verò, &c. Quo ergo ad maiorem vera est, dico tamẽ iuxta Philosophum, ℘ emptiones, & venditiones sunt valde regulandæ, ne bona deueniant ad alienos, & extra ciuitatem, vel ne veniant in manus vnius hominis; quia per hoc diminueretur ciuitas, nec tam diligenter colerentur bona ab alienis, sicut a filijs, & amicis, qui bona propter parentes, & amicos diligunt, & diligentius colunt. Et secundò dico, quòd in veteri lege circa illas emptiones erat attendendum, ne bona confunderentur, ita quòd de vna tribu deuenirent in aliam.

¶Ad minorem primò dico, negatur, ℘ abstulerit virtutem omnis venditionis, sed solùm venditionis perpetuæ possessionum. s. agrorum, vinearum, & huiusmodi, ratione dicta; sed non venditionis temporalis vsque, s. ad Iubileum, & secundùm longitudinem, vel breuitatem temporis, vsque ad Iubileum taxabatur precium; ita ℘ erat iusta emptio, & venditio; & hoc propter rationes dictas circa maiorem, & secundùm hoc dicit D.S. consequenter.

¶Et ideo lex vetus ad huiusmodi periculum remouendum sic ordinauit, quòd & necessitatibus hominum subueniretur concedens possessionum venditionem vsque ad certum tempus: & tamen periculum remouit, præcipiens vt certo tempore possessio vendita ad vendentem rediret; & hoc instituit, vt Sortes non confunderentur, sed semper remaneret eadem distinctio determinata in tribubus.

¶Secundò dico ad minorem, ℘ est falsa de domibus vrbanis; tales enim potuerunt perpetuò vendi, & non redimebantur, vel redibant, nec in anno septimo, nec Iubileo, vt patet Leuitici 25. Sed suburbanæ domus nullo modo potuerunt vendi; domus autem villarum potuerunt quidem vendi, sed non perpetuò, vnde dicit textus. Si autem in villa fuerit domus, quæ muros non habet, iure agrorum vendetur. Dico etiam, ℘ ædes Leuitarum potuerunt vendi, sed non perpetuò, quia semper potuerunt redimi; quia reputabantur Leuitis quasi possessio agrorum, quæ perpetuò vendi non potuit; quare negatur consequentia. Vnde dicit D.S.

¶Quia verò domus vrbanæ non erant sorte distinctæ; ideo concessit quòd in perpetuum vendi possent, sicut & mobilia bona. Non enim erat statutus numerus domorum ciuitatis, sicut erat certa mensura possessionis, ad quam non addebatur. Poterat autem aliquid addi ad numerum domorum ciuitatis. Domus verò, quæ non erant in vrbe, sed in villa muros non habentes, in perpetuum vendi non poterant; quia huiusmodi domus non constituuntur nisi ad cultum, & ad custodiam possessionum; & ideo lex congruè statuit ius circa vtrumque.

¶Ad quartum dicendum est, quòd sicut dictum est; intentio legis erat assuefacere homines suis præceptis ad hoc, quòd sibi inuicem de facili in necessitatibus subuenirent; quia hoc maximè est amicitiæ fomentum. Et hanc quidem facilitatem subueniendi non solùm statuit in his, quæ gratis, & absolutè donantur; sed etiam in his, quæ mutuò conceduntur, quia hqiusmodi subuentio frequentior est, & pluribus necessaria.

* Ad primum. De mutuo.

¶D.S. primò respondet ad maiorem, secundò ad minorem, ibi. Huiusmodi autem, &c. Minor ergo vera, expedit quidem necessitatibus, vt homines sint prompti; sed ex beneuolentia, & amicitia, & dilectione fraterna, & sine grauamine pauperum accommodantium; ita quòd sine vsura accommodent, & sine molestia, & subtractione necessariorum vitæ mutuata expectent. Et si sit impossibilis solutionis in casu, in quo tenerentur, aliàs eis subuenire, mutuata condonarent, & dimittant.

¶Ad minorem, negatur, quòd promptitudo procedens ex charitate fraterna, quæ est cum commodo accommodantis, tollatur per hoc, quòd creditores non reddunt, cum ex impossibilitate non possint; immo, cum est extrema necessitas, posset accipere si haberet, vt patet secunda secundæ, q. 62. art. 6. ad secundum. & alibi. Et ad probationem D.S. dicit primò ad secundam; secundò ad primam, ibi. Quartò instituit, &c. Primò ergo de securitate negatur, quòd fuit ablata securitas, sed fuit præuenta molestia pauperum, ne acciperent mutuantes pignora necessaria vitæ, & ne importunè exigerent per hoc, quod dicitur, Non ingredieris. Vnde potuit accipere de die pignus, quo non vtebatur in die, & de nocte quo non vtebatur in nocte. Vnde erat securitas sine grauamine pauperis creditoris, & non pernoctabat pignus, quod necessarium erat nocte, sed aliud, &c. Vide Doct. Sanct. de alijs cum dicit.

¶Huiusmodi autem subuentionis facilitatem multipliciter instituit. Primò quidem, vt faciles se præberent ad mutuum exhibendum, ne ab hoc retraherentur anno remissionis appropinquante, vt habetur Deuter. 15. Secundò, ne eum cui mutuum concederent, grauarent, vel vsuris, vel etiam aliqua pignora omnino vitæ necessaria accipiendo; & si accepta fuerint, quòd statim restituerentur. Dicitur enim Deuter. 23. Non fœneraberis fratri tuo ad vsuram. Et 24. Non accipies loco pignoris

inferiorem, & ſuperiorem molam; & quia animam ſuã appoſuit tibi. Et Exo.21. dicitur. Si pignus a proximo tuo acceperis veſtimẽtum,ante Solis occaſum reddas ei. Terriò,vt non importunè exigerent; vnde dicit Exo.23. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor; & propter hoc etiam mandatur. Deuter.24. Cum repetes a proximo tuo rem aliquam quam debet tibi; non ingredieris in domum eius, vt pignus auferas, ſed ſtabis foris, & ille tibi profert,quod habuerit, tũ quia domus eſt tutiſſimumvniuſcuiuſq; receptaculum;vnde moleſtum homini eſt, vt in domo ſua inuadatur; tum etiam quia nõ concedit creditori,vt accipiat pignus,quod voluerit,ſed magis debitori, vt det quo minus indiguerit. ——

¶ Secundò dico ad probationem minoris, de non repetendo debita; probabile fuit, quòd homo ſoluendo ſoluiſſet ante illum annum ſeptimum, & ſi non fecit, præſumebatur impoſſibilitas; vnde debuit alius eſſe contentus, nec fratrem velle ligare ad impoſſibile. De animalibus autem dico, quòd fuit ordinatum iuſtè, quia ſi dominus animalis fuit præſens, non fuit probabile, ꝙ creditor animal nimis fatigaſſet, nec ex culpa ſua fuerit mortuũ, vel læſum. Et ergo quia locator habuit precium ſuum, & creditor nihil culpæ; ideo meritò nihil debebat ſibi reddi; ſecus ſi dominus animalis non fuit præſens, & ſi gratis accommodaſſet. Vnde negatur conſequentia, immo omnia iſta fuerunt ordinata pro facilitate accommodationis, ſcilicet fraternæ, & vtilis pauperi. Vnde dicit Doct. Sanct. conſequenter.

¶Quartò inſtituit, ꝙ in ſeptimo anno debita penitus remmitterentur. Probabile enim erat, vt illi, qui commodè reddere poſſent, ante ſeptimum annum redderent, & gratis mutuantem non defraudarent. Si autem omnino impotentes eſſent,eadem ratione eis erat debitum remittendum ea dilectione, qua etiam erat eis de nouo dandum propter indigentiam. Circa animalia verò mutuata hæc lex ſtatuit, vt proprer negligentiam eius cui mutuata ſunt, ſi in ipſius abſentiam moriantur, vel debilitentur, reddere ea compellatur. Si verò eo præſente, & diligenter cuſtodiente, mortua fuerint, vel debilitata, non cogebatur reſtituere, & maximè ſi erant mercede cõducta;quia ita etiam potuiſſent mori, & debilitari apud mutuantem; & ita ſi conſeruationem animalis conſequeretur, iam aliquod lucrum reportaret,ex mutuo, & nõ eſſet gratuitum mutuum; & maximè hoc obſeruandum erat, quando animalia erant mercede cõducta, quia tunc habebat certum precium pro vſu animalium; vnde nihil accreſcere debebat per reſtitutionẽ animalium,niſi propter negligentiam cuſtodientis;ſi autem non eſſent mercede conducta,potuiſſet habere aliquam ęquitatem, vt ſaltem tantùm reſtitueret quantum vſus animalis mortui, vel debilitati conduci potuiſſet.

De mutuo. De depoſitis ſeruandis, & reddendis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd hæc differentia eſt inter mutuum, & depoſitum; quia mutuum traditur in vtilitatem eius cui traditur; ſed depoſitum traditur in vtilitatem deponentis; & ideo magis arctabatur aliquis in aliquibus caſibus ad reſtituendum mutuum, quàm ad reſtituendum depoſitum. ——

¶Ad maiorem,conceditur, ꝙ maximum periculum immineat ex defraudatione depoſiti, quo deponuntur res Diuinę,& paupe rum; & notanter dicitur ex defraudatione. Sed dico, quòd non imminet maximum periculum depoſitario, ſi res ſine ſua culpa amittuntur,vel perduntur. Et dico, ꝙ eſt adhibenda ſufficiens diligentia. Ad auctoritatem dico, ꝙ ſacerdotes inuocabant Deum, quia in depoſito auferendo per violentiam, continebantur bona templi,& pauperum, ſed non, quia ipſi ſtarent in maximo periculo, vel culpa, ſi auferrentur per violentiã ſine eorum negligentia. Minor negatur, immo ſufficiens, &c. Ad probationem dico, quòd non eſt vniuerſaliter verum, vt oſtendit D.S. in ſolutione. Primò præmittens differentiam quandam inter mutuum, & depoſitum. Secundò oſtendit, quando probatio minoris eſt vera, ibi. Depoſitum enim,&c. Secundò, quando eſt falſa,ibi. Alio modo, &c. Oſtendit ergo primò differentiam inter accipientem aliquid mutuo,& ſub depoſito, quia qui accipit rem in ſuam vtilitatem, tenetur ad reſtitutionem ratione acceptionis, & ratione rei, ſic qui accipit mutuum, ſed qui accipit pro vtilitate alterius, non tenetur ratione acceptionis,per quam impendit obſequium; ſed tenetur ratione rei, ſi ex culpa ſua ſubtracta fuerit,&c. Vide de hoc ſecunda ſecundæ, quæſt.62.artic.6.

¶Ad probationem ergo dico primò, ꝙ eſt vera ſolùm in perditione ex cauſa ineuitabili intrinſeca.ſ.ex morte, vel infirmitate animalium; vel extrinſeca.ſ.de prædatione, in qua tamen tenebatur ſuper iuramento afferre Domino reliquias prædæ. Et illa non fuit praua cautela,& iniuſta,ſed rationalis, vt patuit; vnde negatur conſequentia. Et de hoc dicit D.S.conſequenter.

¶Depoſitum enim perdi poterat dupliciter;vno modo ex cauſa ineuitabili, vel naturali, puta ſi eſſet mortuum, uel debilitatum animal depoſitum; uel extrinſeca, puta ſi eſſet captum ab hoſtibus, uel ſi eſſet comeſtum a beſtia, in quo tamen caſu tenebatur deferre ad dominum animalis id quod de animali occiſo ſuperat; in alijs autem ſupra dictis caſibus * nihil reddere tenebatur, ſed ſolùm ad expurgandam ſuſpitionem fraudis, tenebatur iuramentum præſtare. ——

*In iſta ſolutione.

¶Secundò dico,ꝙ eſt falſa probatio minoris,quando cauſa fuit euitabilis; tunc enim ille, qui accepit depoſitum, tenebatur reddere,qnia ex negligentia ſua fuit depoſitum,& non ſatisfaciebat iuramento,ſecus autem de mutuo,vt D.S.declarat,cum dicit.

¶Alio modo poterat perdi ex cauſa euitabili,puta per furtum, & tunc propter negligentiam cuſtodis reddere tenebatur; ſed ſicut dictum eſt, * illc, qui mutuò accipiebat animal, tenebatur reddere, etiam ſi debilitatum, aut mortuum fuiſſet in eius abſentia; de minori enim negligentia tenebatur, quàm depoſitarius, qui non tenebatur niſi de furto. ——

*Ad quartum.

¶Nota, quòd dupliciter aliquis ponebat rem ſuam apud aliũ; vno modo per modum depoſiti, quod alius gratis ſeruabat; alio modo aliquis ſeruabat pro mercede, ſicut paſtores animalium. Et D.S.loquitur in ſolutione de tali depoſito.ſ.cuſtodito pro mercede. Accipiens autem depoſitum gratis ſignificandum, non tenebatur etiam ſi furatum fuiſſet depoſitum. Et nunc quoque non tenetur, ſi ſine magna, & lata culpa ſua amittatur, &c.

De cura reddendæ mercedis.

¶Ad ſextum dicendum, quòd mercenarij,qui locant operas ſuas, pauperes ſunt, de laboribus ſuis uictum quærentes quotidianum; & ideo lex prouidè ordinauit, ut ſtatim eis merces ſolueretur, ne uictus eis deficeret; ſed illi, qui locant alias res, diuites eſſe conſueuerunt, nec ita indigent locationis precio ad ſuum victum quotidianum;& ideo non eſt eadem ratio in vtroque.—

¶Maior vera, quòd vtrobique eſt locatio, ſed valde diuerſa eſt conditio locantis operas ſuas, & locantis domum, vel alias res; quia primi ſunt pauperes, qui non habent niſi quod quottidie lucrantur laboribus ſuis. Alij verò communiter ſunt abundantes; pauperes autem egent mercede ſua; alij non egent; precio conductionis rerum. Minor vera, ratione iam dicta; ſed negatur conſequentia, quia eſt cauſa de locante operas, & pia, ac rationabilis, non autem de locante res; immo plerumque magis pium eſt, vt locantes res, tardent petere ſolutionem precij, propter paupertatem conducentium.

De iudiciorum appellationibus.

¶Ad ſeptimum dicendum, ꝙ iudices ad hoc inter homines conſtituuntur, ꝙ determinent, quod ambiguum inter homines circa iuſtitiam eſſe poteſt. Dupliciter autem aliquid poteſt eſſe ambiguum; vno modo apud ſimplices,& ad hoc dubium tollendum mandatur.Deu.16. Vt iudices, & magiſtri conſtituerentur per ſingulas tribus,vt iudicarent populum iuſto iudicio. ——

¶Reſpondendo ad hoc argumentum. D.S.ponit duplicem intellectum conſequentis; vnde dupliciter dicitur ad argumentum, ſecundum ibi. Alio modo, &c. Ad antecedens ergo dico primò ꝙ communiter imminet neceſſitas iudiciorum in rebus dubijs apud ſimplices, ſed non, quæ ſunt dubiæ etiam apud iudices inferiores. Vnde dico, ꝙ debet eſſe facilis acceſſus ad iudicem,qui in rebus dubijs minoribus iudicat.De hoc ergo negatur primò cõſequentia,quia de illis dubijs apud ſimplices non ſtatutũ fuit hoc, quod allegatur in conſequente. Sed habetur de illis Deuter.16.in qualibet ciuitate erant iudices, qui poterant facilè haberi, &c.

¶Alio modo contingit aliquid eſſe dubium etiã apud peritos; & ideo ad hoc dubium tollendum conſtituit lex, vt omnes recurrerent ad locum principalem a Deo electum,in quo & ſummus Sacerdos eſſet,qui determinaret dubia circa ceremonias Diuini cultus; & ſummus iudex populi, qui determinarent, quæ pertinent ad iudicia

dicia hominum,ſicut etiam nunc per appellationem,vel per conſultationem cauſæ ab inferioribus iudicibus ad ſuperiores deferuntur; vnde dicitur Deuter.17.Si difficile, & ambiguum apud te iudicium proſpexeris; & iudicum intra portas tuas videris verba variari; aſcende ad locum, quem elegerit Dominus, veniesq; ad Sacerdotes Leuitici generis,& ad iudicem,qui fuerit illo tempore; huiuſmodi autem ambigua iudicia non frequẽter emergebant; vnde ex hoc populus non grauabatur. ——

¶Secundò dico ad antecedens, negando, quòd frequenter dubia illa apud peritos immineant,& iudiciorum talium neceſſitas, & per conſequens nec debet facilis eſſe acceſſus ad iudicem talium dubiorum; quia non ſemper,& in omni dubio, & iudicio habebant ire, vt patuit. Quare negatur conſequentia, quia hoc ſolùm ſtatutum fuit in rebus dubijs etiam apud peritos, & iudices inferiores, vt puta quando iudices alicuius tribus,vel ciuitatis diſcordarent in ſententia, & diuidebant ſe in partes ęquales, tunc recurrendum erat ad locum Diuini cultus,vbi erat templum,qui a ſummus Sacerdos,& iudex ſecularis ſupremus erãt magis periti. Sed non ſemper,& in omni iudicio habebant ire, vt patuit.

De teſtibus.

¶Ad octauum dicendum, quòd in negotijs humanis non poteſt haberi demonſtratiua probatio, & infallibilis; ſed ſufficit aliqua coniecturalis probabilitas, ſecundùm quam rhetor perſuadet; & ideo licet ſit poſſibile duos, aut tres teſtes in mendacium conuenire, non tamen eſt facile, nec probabile, quòd conueniant; & ideo accipitur eorum teſtimonium tanquam verum, & præcipuè, ſi in ſuo teſtimonio non vacillent, vel aliàs ſuſpecti non fuerint. ——

¶D.S.notat triplicem ſolutionem huius argumenti;ſecundam ibi. Et hoc etiam, &c. tertiam ibi. Fuit tamen, &c. Primò ergo ad antecedens; poſſibile quidem eſt; ſed non facilè, nec probabile,quòd duo, vel tres concordent ad mentiendum; vnde negatur conſequentia; quia in moralibus, & in negocijs humanis,nõ oportet habere infallibilitatem, & demonſtrationem; ſed ſufficit probabilitas, quæ habetur ex concordi teſtimonio non vacillante, & hominum non ſuſpectorum.

¶Secundò dico ad antecedens, verum eſt; ſed non facilè fit, quando lex inſtituit remedia, vt teſtes diligentiſſimè examinentur,& grauiter puniantur reperti in mendacio, & hoc factum fuit in iudicialibus veteris legis. Vnde negatur conſequentia, ſecundùm quòd vult Doct.Sanct. cum dicit.

¶Et ad hoc etiam, quòd non de facilia veritate teſtes declinarent, inſtituit lex, vt teſtes diligentiſſimè examinarentur, & grauiter punirentur, qui inuenirentur mendaces, vt habetur Deuter.19. ——

¶Tertiò concedo antecedens; ſed negatur conſequentia; quia ad hoc fuit ratio myſtica, quare talis numerus teſtium admittebatur, quam ponit conſequenter. Vide de materia illius ſolutionis ex intentione ſecunda ſecundæ,q.70.art.2. Dicit ergo D.S.

¶Fuit tamen aliqua ratio huiuſmodi numeri determinandi ad ſignificandum infallibilem veritatem Diuinarum perſonarum, quæ quandoque numerantur duæ; quia Spiritus ſanctus eſt nexus duorum;quandoque exprimuntur tres, vt Auguſtin. dicit ſuper illud Ioan.8. * In lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorum hominum teſtimonium verum eſt.

*Aug. trac. 36.in Ioan. declinãdo ad finem.

De pœnis in quonis iudicio infligendis.

¶Ad nonum dicendum, ꝙ non ſolùm propter grauitatem culpæ, ſed etiam propter alias cauſas grauis pœna infligitur. Primò quidem propter quantitatem peccati, quia maiori peccato(cæteris paribus)pœna grauior vi detur. Secundò propter peccati conſuetudinem, quia a peccatis conſuetis non faciliter homines abſtrahuntur niſi per graues pœnas. Tertiò propter multam concupiſcentiam, vel delectationem in peccato; ab his enim non de facili homines abſtrahuntur niſi propter graues pœnas. Quartò pp facilitatem committendi peccatum,& iacendi in ipſo; huiuſmodi autem peccata,quando manifeſtantur,ſunt magis punienda ad aliorum terroré. —

¶D.S.primò reſpondet maiori; ſecundò minori, ibi. Secundum, &c. Quo ad primum; primò reſpõdet ad maiorem ex parte ſubiecti. ſ.ex parte pœnæ; ſecundò ex parte prædicati.ſ.culpæ, ibi. Circa ipſam,&c. Dico ergo primò ad maiorem (quæ etiam fuit expoſita ſupra,q.87.art.4.ad ſecundum.) ꝙ pœna debet taxari ſecundùm quantitatem culpæ, ſecundùm ſpeciem peccati, ſed non tantùm, ſed etiam ſm alia tria variatur pœna.ſ.conſuetudinem,delectationem, & facilitatem committendi,vt declarat D.S.

¶Secundò dico ad maiorem ex parte culpæ, quòd circa idem peccatum in ſpecie poteſt attendi quantitas diuerſa culpæ, quia quadrupliciter; & ſic etiam pœna poteſt taxari ſecundùm quattuor gradus, ita quòd ſi quattuor peccent in eodem peccato ſecundùm ſpeciem, tamen ſecundùm alium gradum.ſ.inuoluntariè,ex ignorantia,ex ſuperbia,& ex proteruia. Et iuxta illos gradus,lex ſtatuit diuerſas pœnas, vt D.S.conſequenter declarat.

¶Circa ipſam etiam quantitatem peccati quadruplex gradus eſt attendẽdus,etiam circa vnum, & idem factũ. Quorum primus eſt, quando inuoluntarius peccatum committit, tunc enim ſi omnino eſt inuoluntarius, totaliter excuſatur a pœna. Dicitur enim Deut.20. quòd puella, quę opprimitur in agro, non eſt rea mortis; quia clamauit, & nullus affuit, qui liberaret eam. Si verò aliquo modo fuerit voluntarius, ſed tamen ex infirmitate peccat; puta cum quis peccat ex paſſione, minuitur peccatum, & pœna ſecundum veritatem iudicij diminui debet, niſi fortè propter communem vtilitatem pœna aggrauetur ad abſtrahendum homines ab huiuſmodi peccatis, ſicut dictum eſt. * Secundus gradus eſt, quando quis per ignorãtiam peccauit; & tunc aliquo modo reus reputabatur propter negligentiam addiſcendi; ſed tamẽ non puniebatur per iudices, ſed expiabat peccatum ſuũ per ſacrificia; vnde dicitur Leuit.4. Anima, quę peccauerit per ignorantiam, &c. Sed hoc intelligendum eſt de ignorantia facti, non autem de ignorantia præcepti Diuini, quod omnes ſcire tenebantur. Tertius gradus eſt, quando aliquis ex ſuperbia peccabat, ideſt ex certa electione,vel ex certa malitia,& tunc puniebatur ſecundùm quantitatem delicti. Quartus autem gradus eſt, quando peccabat per proteruiam, & pertinaciam; & tunc quaſi rebellis, & deſtructor ordinationis legis omnino occidendus erat. ——

*In iſta ſolutione.

¶Conſequenter D.S.reſpondet ad minorem, quo ad ſingulas partes probationis eius. Quo ad tertiam, ibi. Filius autem, &c. Quo ad ſecundam, ibi. Ille verò,&c. Minor ergo negatur,quòd ęqualibus culpis ſecundùm ſpeciem, vel quantitatem culpæ ſpecificam,& ęqualibus ſecundùm circunſtantias prædictas tres circa maiorem,ſtatuerit inæquales pœnas,

¶Ad probationem autem primam D.S.dicit dupliciter; ſecundo ibi. Vel poteſt,&c. Dico ergo primò, ꝙ furtũ boum & ouiũ, licet non ſit grauius ſecundùm ſpeciem peccati,quàm furtũ aliarũ rerum, tamẽ eſt maior facilitas furandi oues,& boues,quàm alia, quæ melius, & magis intrinſecè poſſunt cuſtodiri. Et adhuc boues facilius, quàm oues; ideo furtum boum reſtituebatur quintupliciter, ouium autem quadrupliciter, vt D.S.declarat, cum dicit.

¶Secundum hoc dicendum eſt, ꝙ in pœna furti conſiderabatur ſecundùm legem, id quod frequenter accidere poterat; & ideo pro furto aliarum rerum, quæ de facili cuſtodiri poſſunt a furibus, non reddebat fur niſi duplum. Oues autem non de facili poſſunt cuſtodiri a furto, quia paſcuntur in ahris; & ideo frequentius contingebat,quòd oues furto ſubtraherentur; vnde lex maiorem pœnam appoſuit, vt ſ.quattuor oues pro vna oue redderentur. Adhuc autem boues difficilius cuſtodiuntur; quia habentur in agris,& nõ ita paſcuntur gregatim ſicut oues; & ideo adhuc maiorem pœnam appoſuit,vt ſ. quinq; boues pro vno boue redderẽtur;& hoc dico,niſi fortè idem animal inuentum fuerit viuens apud eum, quia tunc ſolum duplum reſtituebat, ſicut & in cæteris furtis; poterat enim haberi præſumptio, quòd cogitaret reſtituere, ex quo viuum ſeruaſſet. ——

¶Alia autem ratio diuerſitatis pœnæ inflictæ pro furto aliarum rerum, & boum, & ouium eſt diuerſitas vtilitatis earum, vt dicit Glo. quæ ratio non eſt ita efficax, nec placet Nicolao de Lyra Exo.22.dicit ergo Doct.Sanct.

*Glo.ordi. in prin. 22. cap.Exo.

¶ Vel poteſt dici ſecundùm Gloſ. * quòd bos habet quinque vtilitates; quia immolatur, arat, paſcit carnibus, lac dat, & corium etiam diuerſis vſibus miniſtrat; & ideo pro vno boue quinque boues reddebantur. Ouis etiam habet quattuor vtilitates; quia immolatur, paſcit, lac dat, & lanam miniſtrat. ——

¶Ad tertiam probationem minoris, negatur, quòd filius contumax propter patua delicta lapidabatur, quia non propter commessationes, & conuiuia, sed propter inobedientiam parentum, & rebellionem aduersus eos; quæ sunt grauia peccata etiam ex specie. Et de hoc dicit Doct. Sanct.

¶ Filius autem contumax, non quia comedebat, & bibebat occidebatur; sed propter contumaciã, & rebellionem, quę semper morte puniebatur, vt dictũ est. * —

*In ista solutione.

¶Ad secundam partem de colligente ligna in sabbato, negatur, quòd non graue fuerit, vel ex specie, vel ex circunstantijs. Dico enim, quòd grauissimum fuit ex genere, vt patet secunda secundæ, quæst. 10. quia violatio sabbati est quædam infidelitas. Vnde negatur consequentia, cum dicit Doct. Sanct.

¶ Ille verò qui colligebat ligna in sabbato, lapidatus fuit tanquam legis violator, quæ sabbatum obseruari præcipiebat in commemorationem fidei nouitatis mundi, sicut supra dictum est; * vnde occisus fuit tanquam infidelis.

*q. 100, artic. 5. ad 2. & in corp.

¶Ad decimum dicendum, quòd lex vetus pœnam mortis inflixit in grauioribus criminibus, scilicet in his, quę contra Deum peccantur, & in homicidio, & in furto hominum, & in irreuerentia ad parentes, & in adulterio, & incestibus. In furto autem aliarum rerum, adhibuit pœnam damni. In percussuris autem, & mutilationibus, induxit pœnam talionis, & similiter in peccato falsi testimonij. In alijs autem minoribus culpis, induxit pœnam flagellationis, vel ignominiæ. ——

¶Doct. Sanct. primò declarat antecedens, quod conceditur, scilicet pro quibus peccatis istæ pœnæ infligebantur, quæ tanguntur in antecedente. Secundò respondet ad consequens; primò deseruitute, de qua negatur, immo pœnam seruitutis inflixit dupliciter, vt dedu cit Doct Sanct. dicens.

¶Pœnam autem seruitutis induxit in duobus casibus. In vno quidem, quando septimo anno remissionis, ille, qui erat seruus, nolebat beneficio legis vti, vt liber exiret; vnde pro pœna ei infligebatur, vt in perpetuũ seruus remaneret; secundò infligebatur furi, quando non habebat, quod posset restituere, sicut habetur Exo. 22. ——

¶ Negatur etiam consequens secundò, antecedens intelligitur de exilio vniuersali, quia illa pœna fuit occasio idolatriæ, de quo dicit.

¶ Pœnam autem exilij vniuersaliter lex non statuit; quia in solo populo illo Deus colebatur omnibus alijs populis per idolatriam corruptis; vnde si quis a populo illo vniuersaliter excluſus esset, daretur ei occasio idolatriæ; & ideo 1. Reg. 26. dicitur, quòd Dauid dixit ad Saul. Maledicti sunt, qui eiecerunt me hodie, vt non habitem in hæreditate Domini, dicentes. Vade serui dijs alienis. ——

¶ Tertiò negat consequens, si intelligitur de exilio particulari, quod erat confugium ad vnam vrbium; vnde negatur consequentia. Vnde dicit Doct. Sanct.

¶ Erat tamen aliquod particulare exilium. Dicitur enim Deuter. 9. quòd qui percusserit proximum suum nesciens, & qui nullum contra ipsum habuisse odium comprobatur, ad unam vrbium refugij confugiebat, & ibi manebat vsque ad mortem summi Sacerdotis, tunc enim ei licebat ad domum suam redire; quia in vniuersali damno populi consueuerunt particulares ire sedari; & ita proximi defuncti non sic proni erant ad eius occisionem.

De homicidij pœna.

¶ Ad vndecimum dicendum, quòd animalia bruta mandabantur occidi, non propter aliquam ipsorum culpam; sed in pœnam dominorum, qui talia animalia non custodierant ab huiusmodi peccatis; & ideo magis puniebatur dominus, si bos cornupeta fuerat ab hęri, & nudiustertius; in quo casu poterat occurri periculo, quàm si subitò cornupeta efficeretur. ——

¶Dicitur dupliciter ad hoc argumentum. Primò dico, quòd maior vera; sed supra dictum fuit, quòd sæpius aliquis punitur pro peccato alterius, & peccator punitur in rebus suis, quæ non possunt peccare. Minor conceditur, in se non habent culpam, sed in dominis eorum, qui non custodierunt ipsa ab huiusmodi peccatis.

¶Secundò dico, quòd maior est vera, vel propriæ culpæ, vel alienæ, vt supra. Minor etiam vera, sed tamen possunt quandoque concurrere ad peccatum hominum, ita quòd homo eis abutendo peccet. Quare negatur consequentia, &c. Et sic dicit Doct. Sanct.

¶ Vel occidebantur animalia in detestationem peccati, & ne ex eorum aspectu aliquis horror hominibus incuteretur.

¶ Ad duodecimum dicendum, quòd ratio litteralis illius mandati fuit, vt Rabi Moyses dicit; quia frequenter interfector est de ciuitate propinquiori; vnde occisio vitulæ fiebat ad explorandum homicidium occultum, quod quidem fiebat per tria. Quorum vnum est, quòd seniores ciuitatis iurabant nihil se prætermisisse in custodia viarum. Aliud est, quia ille, cuius erat vitula, damnificabatur in occisione animalis; & si prius manifestaretur homicidium, animal non occideretur. Tertium est, quia locus, in quo occidebatur vitula, remanebat incultus; & ideo ad euitandum vtrumque damnum homines ciuitatis de facili manifestarent homicidam, si scirent; & rarò poterat esse, quin aliqua verba, vel indicia super hoc facta essent. ——

¶Conceditur totum argumentum; sed negatur vltima consequentia, qua infertur, inconuenienter igitur, &c. Negatur enim ista consequentia, quia procedit secundùm non causam; non enim brutum animal occidebatur, quasi eius mors esset sufficiens recompensatio homicidij, sed alijs rationibus, duplici litterali, & vna figurali; primò ratione explorandi homicidium, vt declarat Doct. Sanct. Secunda ratio fuit in detestatione peccati, & terrorem incutiendum, vt deducit Doct. Sanct. consequenter dicens.

¶Vel hoc fiebat ob terrorem in detestationem homicidij. Per occisionẽ enim vitulæ, quæ est animal utile, & fortitudine plenum, præcipuè antequam laboret sub iugo; significabatur, quòd quicunque homicidium fecisset, quamuis esset vtilis, & fortis, occidendus erat, & morte crudeli, quod ceruicis concisio significabat; & quòd tanquam vilis, & abiectus a consortio hominum excludendus erat, quod significabatur per hoc, quòd vitula occisa in loco aspero, & inculto, relinquebatur in putredinem conuertenda. ——

¶Fiebat etiam tertiò propter figurandum Christum, secundùm quòd Doct. Sanct. ostendit, cum dicit.

¶ Mysticè autem per vitulam de armento, significatur caro Christi, quæ non traxit iugum; quia non fecit peccatum, nec terram scidit vomere, idest seditionis maculam non admisit. Per hoc enim, quòd in valle inculta occidebatur, significatur despecta mors Christi, per quam purgantur omnia peccata, & diabolus esse homicidij actor ostenditur.

Vtrum iudicialia præcepta quantum ad extraneos sint conuenienter tradita.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd iudicialia præcepta sint cõuenienter tradita quantum ad extraneos. Dicit enim Petrus Act. 10. In veritate comperi, quoniam non est acceptor personarum Deus; sed in omni genere, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi; sed illi, qui sunt Deo accepti, non sunt ab ecclesia Dei excludendi; inconuenienter igitur mandatur, Deuter. 23, quòd Ammonites, & Moabites etiam post decimam generationem nõ intrabunt in ecclesiam Domini in æternum; econtrario autem ibidem præcipitur de quibusdam gentibus. Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est, nec Aegyptium, quia aduena fuisti in terra eius.

¶ 2 Præterea. Ea quę non sunt in potestate nostra, non merentur aliquam pœnam; sed ꝙ homo sit eunuchus, vel ex scorto natus, non est in potestate eius; ergo inconuenienter mandatur, Deuter. 23. quòd eunuchus, & ex scorto natus non ingrediatur ecclesiam Domini.

¶ 3 Præterea.

R

¶ 3 Præterea. Lex vetus misericorditer mandauit, vt aduenę non affligantur. Dicitur enim Exo. 20. Aduenam non contristabis, neque affliges eum, aduenę enim & ipsi fuistis in terra Aegypti. Et 23. Peregrino molestus nõ eris, scitis enim aduenarum animas, quia & ipsi peregrini fuistis in terra Aegypti; sed ad afflictionem alicuius pertinet, quòd vsuris opprimatur; inconuenienter igitur lex permisit, Deuteron. 23. vt alienis ad vsuram pecuniam mutuarent.

¶ 4 Præterea. Multò magis appropinquant nobis homines, quàm arbores; sed his, quæ sunt nobis magis propinqua, magis debemus effectum, & affectum dilectionis impẽdere, secũdùm illud Eccl. 13. Omne animal diligit simile sibi, sic & omnis homo proximum sibi; inconuenienter igitur Dominus Deuter. 11. mandauit, ꝙ de ciuitatibus hostium captis omnes interficerent; & tamen arbores fructiferas non succiderent.

¶ 5 Præterea. Bonum commune secundùm virtutem est bono priuato præferendum ab vnoquoque; sed in bello, quod committitur cõtra hostes, quęritur bonum commune; inconuenienter igitur mandatur Deute. 20. quòd imminente prælio, aliqui domum remittantur, puta qui ędificauit domum nouam, qui plantauit vineam, vel qui despondit vxorem.

¶ 6 Præterea. Ex culpa non debet quis commodum portare, sed ꝙ homo sit formidolosus, & corde pauidus culpabile est, contrarium enim est virtuti fortitudinis; inconuenienter igitur a labore prælij excusabantur formidolosi, & pauidum cor habentes.

¶Sed contra est, quòd sapientia Diuina dicit Prou. 8. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum.

¶Hic tertiò D.S. inquirit de ratione, & causis conuenientiæ iudicialium ordinantium ad extraneos, quia minus digni sunt principibus, & conciuibus; maiores tamen quibusdam de familia domestica, puta pueris, & seruis, & mulieribus.

¶Respondeo dicendum, ꝙ cum extraneis potest esse hominum conuersatio dupliciter; vno modo pacificè; alio modo hostiliter; & quantum ad vtrumque modum ordinandum, lex conuenientia præcepta continebat. —

¶D.S. affirmatiuè respondet ad quæsitum implicitè, ꝙ sic probatur. Cũ extraneis potest esse dupliciter conuersatio; vno modo pacificè; alio modo hostiliter; sed quantum ad vtrumq; modum ordinandum, lex conuenientia præcepta continebat; igitur conuenienter ordinauit iudicialia quantum ad extraneos. Huius rationis primò ponit maiorem, & minorem; secundò probat ipsam minorem per totum articulum, ibi. Tripliciter enim, &c. Et tenet consequentia, quia non sunt plures, quàm duæ communicationes, igitur si istas duas benè ordinauit, sufficienter ordinauit. Maior nota. Consequenter ibi.

¶Tripliciter enim offerebatur Iudæis occasio, vt cum extraneis pacificè communicarent. Primò quidem, quãdo extranei per terram eorum transitum faciebant quasi peregrini; alio modo, quãdo in terram eorum aduenie-bant ad inhabitandũ, sicut aduenæ; & quãtum ad vtrũq;, lex misericordiæ præcepta posuit. Nam Exo. 20. dicitur. Aduenam non contristabis. Et 23. dicitur. Peregrino molestus non eris. Tertiò verò, quando aliqui extranei totaliter in eorum cõsortium, & ritum admitti volebãt; & in his quidam ordo attendebatur, non enim statim recipiebantur quasi ciues, sicut etiam apud quosdã gentilium statutum erat, vt non reputarentur ciues, nisi qui ex auo, vel atauo ciues existerent, vt Philosophus dicit in 3. Polit. * & hoc ideo, quia si statim extranei aduenięntes reciperentur ad tractandum ea, quę sunt populi, possent multa pericula contingere, dum extranei non habentes adhuc amorem firmatum ad bonum publicum, aliqua contra populum attentarent; & ideo lex statuit, vt de quibusdam gentibus habentibus aliquam affinitatem ad Iudæos, scilicet de Aegyptijs, quod quos nati fuerant & nutriti; & de Idumeis filijs Esau fratris Iacob in tertia generatione reciperentur in consortium populi. Quidam verò, quia hostiliter se ad eos habuerant, sicut Ammonitę, & Moabitę, nunquam in consortium populi admitterentur. Amalachitæ autem, qui magis eis fuerant aduersati, & cum eis nullum cognationis habebant consortium, quasi hostes perpetui haberentur. Dicitur enim Exo. 15. Bellum Dei erit contra Amalech a generatione in generationem. ——

*Aristot. c. 1.

¶Probat minorem prædictam; & primò quo ad primam eius partem; secundò quo ad secundam, ibi. Similiter et quantũ, &c. Quo ad primam. s. quòd continebat conuenientia præcepta de pacifica conuersatione, & arguitur sic. Tripliciter offerebatur Iudæis occasio, vt cum extraneis pacificè communicarent; sed quantum ad omnia tria, lex cõuenientia præcepta posuit, ad duo quidem misericordiæ, ad tertium autem quidam ordo attendebatur, scilicet in admissione extraneorum ad ritum eorum; igitur minor pro prima parte vera. Maior, & minor explicantur in littera clarè. Deinde ibi.

¶Similiter etiam quantum ad hostilem communicationem cum extraneis, lex conuenientia præcepta tradidit. Nam primò quidem instituit, vt bellum iustè iniretur. Mandatur enim Deut. 20. ꝙ quando procederent ad expugnandum ciuitatem, offerrent ei primò pacem. Secundò instituit, vt fortiter bellum inceptum exequerentur habentes de Deo fiduciam; & ad hoc melius obseruandum instituit, quòd imminente prælio, sacerdos eos confortaret, promittendo auxilium Dei. Tertiò mandauit, vt impedimenta prælij remouerentur, remittendo quosdam ad domum, qui possent impedimenta præstare. Quartò instituit, vt victoria moderata vterentur, parcendo mulieribus, & paruulis, & etiam ligna fructifera regionis non incidendo. ——

¶Ostẽdit secundam partem minoris principalis, scilicet quòd sufficienter ordinauit, quo ad communicationem hostilem, quia quattuor ordinauit fieri in tali communicatione, quæ sufficiunt ad bene se habendum contra hostes; igitur sufficienter quo ad hoc ordinauit; illud assumptum declaratur in littera vsque in finem.

ARGVMENTVM in contrarium continet vnam rationem generaleam pro conclusione responsiua, quia omnes sermones Dei sunt iusti, igitur & iudiciales ad extraneos.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd homines nullius gentis excluſit lex a cultu Dei, & ab his, quę pertinent ad animę salutem. Dicitur enim Exo. 12. Si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere phasæ Domini, circumcidetur prius omne masculinum eius, & tunc ritè celebrabit, eritq; simul sicut indigena terræ. ——

¶Maior conceditur; sed dico, quòd acceptum esse Deo acceptione speciali, est secundùm ea, quæ sunt salutis animæ; ita ꝙ a salute animæ, & gratia sua nullum excludit, nisi propter culpam suam, nec alicui impartitur propter genus, aut personam; & de illa maiori supra, quæst. 73. artic. 10. ad secundum. Minor conceditur, nec hoc factum fuit in lege, vt patet in principio solutionis, quia nullius gentis homo excluſus fuit a cultu Dei. Homines autem excludebantur a communicatione temporali illius populi, vel ad tempus, vel perpetuò; & hoc regulariter loquendo, vt dicit Doct. Sanct. consequenter.

¶Sed in temporalibus quantum ad ea, quę pertinebãt ad communitatem populi, non statim quilibet admittebatur ratione supradicta; * sed quędam in tertia generatione. s. Aegyptij, & Idumæi; alij verò perpetuò excludebantur in detestationem culpę prẽteritę, sicut Moabitæ, & Ammonitę, & Amalechitę; sicut enim punit vnus hõ pp peccatum quod commisit, vt alij videntes timeant, & peccare desistãt; ita ẽt pp aliquod peccatũ, gens, vel ciuitas potest puniri, vt alij a simili peccato abstineant. ——

*In corp. artic.

¶ Dispensatiuè tamen etiam aliqui pauci de perpetuò excluſis propter culpam perpetuam, admittebantur, & per ecclesiam intelligitur contractus matrimonij cum eis. Et quòd non admittebantur ad magistratus iudiciariam dignitatem, tribunatum, & huiusmodi. Et vt patebit ad secundum, ecclesia dicitur collegium populi, & ciuium, & non intelligitur per ecclesiam ritus Iudaicus quo ad cultum Diuinum. Vide Nicolaum de Lyra. Deuteron. 23. vbi hanc expositionem solutionis, aliorum expositionibus præfert.

¶Poterat tamen dispensatiuè aliquis in collegium populi admitti propter aliquem uirtutis actum, sicut Iudith 14.dicitur, quòd Achior dux filiorum Amon appositus est ad populum Israel, & omnis successio generis eius; & similiter Ruth Moabitis, quæ mulier virtutis erat; licet possit dici, quòd illa prohibitio extendebatur ad viros, non ad mulieres, quibus non competit simpliciter esse ciues.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in 5. Politic. * dupliciter aliquis dicitur esse ciuis; vno modo simpliciter, & alio modo secundùm quid. Simpliciter quidem ciuis est, qui potest agere ea, quæ sunt ciuium, puta dare consilium, vel iudicium in populo. Secundum quid autem ciuis dici potest quicunque ciuitatem inhabitat, etiam viles personæ & pueri & senes, qui non sunt idonei ad hoc, quòd habeant potestatem in his, quę pertinent ad commune. Ideo ergo spurij propter vtilitatem originis excludebantur ab ecclesia, idest a collegio populi vsque ad decimam generationem; & similiter eunuchi, quibus nō poterat competere honor, qui patribus debebatur; & præcipuè in populo Iudæorum, in quo Dei cultus conseruabatur per carnis generationem. Nam etiam apud Gentiles, qui multos filios genuerant aliquo insigni honore donaban tur, sicut Philosophus dicit in secundo Politic. * tamen quantum ad ea, quæ ad gratiam Dei pertinent, eunuchi ab alijs non separabantur, sicut nec aduenæ, vt dictum est. * Dicitur enim Esaiæ 56. Non dicat filius aduenæ qui adhæret Domino dicens. Separatione diuidet me Dominus a populo suo; & non dicat eunuchus, ecce ego lignum aridum.

* Arist.c.3.

* Arist.c.7.

* In corp. artic. ad primum arg.

¶Maior vera, pœnam spiritualem, vel pœnam sensus, sed tamen pœnam damni quis patitur absque culpa, & absque hoc, ꝙ sit in potestate, propter quod patitur, vt patet in de Malo, Ma. 5 artic. 2. circa finem corporis. Ad minorem, vera est; ergo, &c. negatur consequentia, quia illa pœna non est spiritualis, vel sensus, sed damni propter quandam inhabilitatem horum hominū ad regendum in communitate, quia non sunt simpliciter ciues. Non enim intelligitur per ecclesiam Domini, tēplum; sed collegium populi, in quo non debet admitti ad aliquam dignitatem, rationibus, quæ sunt in solutione.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ accipere vsuras ab alienis non erat ſm intentionē legis, sed ex quadam permissione pp pronitatem Iudęorū ad auaritiam; & vt magis pacificè se haberent ad extraneos, a quibus lucrabantur.

¶Maior conceditur; sed dico, quòd cum præcepto misericordiæ, potest Deus permittere, quod est afflictionis, & crudelitatis propter maius malum vitandum, quamuis illud permissum propterea non sit licitum. Minor conceditur; sed negatur consequentia, quia illicitum licitè permissum fuit. ſ. mutuare ad vsuram alienis, propter maius malum vitandum, propter pronitatem Iudæorum ad auaritiam. Et si non commutassent alienis, commutassent propinquis ad vsuram. Et per hoc euitabatur maius malū, ſ. ne a Iudęis Deum colentibus vsuras acciperent, & eò magis pacificè se haberent ad extraneos. Secundò dicitur ad consequens, concedendo, ꝙ non fuit eis permissum tanquam licitum, sed vt minus malum, sicut & libellus repudij. Vide de materia illius solutionis secunda secundæ, quæst. 78. artic. 1. ad secundum.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ circa ciuitates hostium quædam distinctio adhibebatur, quædam enim erant remotæ, non de numero illarum vrbium, quæ eis erant repromissę; & in talibus vrbibus expugnatis occidebantur masculi, qui pugnauerunt contra populum Dei; mulieribus autem, & infantibus parcebatur; Sed in ciuitatibus uicinis, quæ erant eis repromissæ, omnes mandabantur interfici pröpter iniquitates eorum priores, ad quas puniendas Dominus populum Israel quasi Diuinę iustitiæ executorem mittebat. Dicitur enim Deuter. 9. Quia illæ egerunt impiè, introeunte te deleræ sunt; ligna autem fructifera mandabātur reseruari propter vtilitatem ipsius populi, cuius ditioni ciuitas, & eius territorium erat subijciendum.

¶Maior est vera, de propinquitate naturæ, tamen arbores non ita pugnabant contra populum Dei, sicut homines, nec demeruerunt destructionem propter peccata eorum, sicut homines. Et secundò, arbores erant in vtilitatem populo Dei.

¶Ad minorem, vera est, cæteris paribus, quòd in proposito non fuit; sed si simile impediat a bono concupito, efficitur odiosum, vt patuit supra, quæstio. 27. artic. 3. Quare negatur consequentia. Consequens tamen non est purum; quia non semper omnes interficiebant, sed solùm in ciuitatibus vicinis, quæ erant Iudæis promissæ, & in hoc erant executores Diuinæ iustitiæ.

¶Ad quintum dicendum, quòd nouus ędificator domus, aut plantator uineæ, vel desponsator vxoris, excludebantur a prælio propter duo. Primò quidem, quia ea quæ homo de nouo habet, vel statim paratus est ad habendum, magis solet amare, & per cōsequens eorum amissionem timere; vnde probabile erat, quòd ex tali amore magis mortem timerent; & sic minus fortes essent ad pugnandum. Secundò; quia sicut Philosophus dicit in secundo Physicorum. * Infortunium videtur, quando aliquis appropinquat ad aliquod bonum habendum, si postea impediatur ab illo; & ideo ne propinqui remanentes magis contristarentur de morte talium, qui bonis sibi paratis potiti non fuerunt; & ideo populus considerans hoc horreret, huiusmodi homines a mortis periculo sunt sequestrati per subtractionem a prælio.

* Aristotex.65.

¶Maior conceditur, & minor; sed negatur consequentia, quia illa remissio ad domum illarum, non fuit nisi propter bonum commune, quia tales solent esse timidi, & minus fortes, & per consequens non fortiter agerent, immo & alijs ineurrerent horrorem, mors etiam talium in bello fecisset horrere alios in bellum, vt in littera.

¶Ad sextum dicendum, quòd timidi remittebantur ad domum, non vt ipsi ex hoc commodum consequerentur, sed ne populus ex eorum præsentia incommodū consequeretur, dum per eorum timorem, & fugā etiam alij ad timendum, & fugiendum prouocarentur.

¶Maior cōceditur, similiter & minor; sed negatur consequentia, quia procedit secundùm non causam, non enim remittebantur propter se, sed propter bonum commune, vt Doct. Sanctus ostendit in solutione.

Vtrum conuenienter lex vetus præcepta ediderit, circa personas domesticas.

S

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter lex vetus præcepta ediderit circa personas domesticas. Seruus enim id quod est Domini est, vt Philosophus dicit in primo Politic. * sed id, quod est alicuius, perpetuò eius esse debet; ergo inconuenienter lex mandauit. Exo. 21. quòd serui septimo anno liberi abscederent.

* Arist.c.3.

¶ 2 Præterea. Sicut animal aliquod, vt asinus, aut bos est possessio domini, ita etiam seruus; sed de animalibus præcipitur. Deuter. 22. quòd restituantur dominis suis. si errare inueniant; inconuenienter igitur mandatur. Deuteron. 23. vt non tradas seruum domino suo, qui ad te confugerit.

¶ 3 Præterea. Lex Diuina debet magis ad misericordiam prouocare, quàm etiam lex humana; sed secundùm leges humanas grauiter puniūtur, qui nimis asperè affligunt seruos, aut ancillas; asperrima autem videtur esse afflictio, ex qua sequitur mors, inconuenienter igitur statuitur. Exo. 21. quòd qui percusserit seruum suum, vel ancillam virga, si vno die superuixerit, non subiacebit pœnę, quia pecunia illius est.

¶ 4 Præterea. Alius est principatus domini ad seruum, & patris ad filium, vt dicitur in primo; & tertio Politic. * sed ad hoc principatum domini ad seruum pertinet, vt aliquis seruum, vel ancillam vendere possit; inconuenienter igitur lex permisit, quòd aliquis venderet filiam suam in famulam, vel ancillam.

* Arist.c.4.

¶ 5 Præterea. Pater habet sui filij potestatem, sed eius est punire excessus, qui habet potestatem super peccantem;

cantem, inconuenienter igitur mandatur. Deute. 21. ꝙ pater ducat filiū suum ad seniores ciuitatis puniendū.

¶ 6 Præterea. Dominus prohibuit Deute. 5. vt cum alienigenis non sociarent coniugia, & coniuncta etiam separarent, vt patet primò Esdræ 10. inconuenienter igitur Deute. 21. conceditur eis, vt captiuas alienigenarum ducere possint vxores.

¶ 7 Præterea. Dominus in vxoribus ducēdis quosdam consanguinitatis, & affinitatis gradus præcepit esse vitandos, vt patet Leui. 18. inconuenienter igit mandarur Deute. 25. quòd si aliquis esset mortuus absque liberis, vxorem ipsius frater eius acciperet.

¶ 8 Præterea. Inter virum, & vxorem sicut est maxima familiaritas, ita debet esse fides firmissima, sed hoc non potest esse, si matrimonium dissolubile fuerit; incō uenienter igitur Dominus permisit Deute. 24. quòd ali quis posset vxorem dimitterre scripto libello repudij, & quòd etiam vlterius eam recuperare non posset.

¶ 9 Præterea. Sicut vxor potest frangere fidem marito, ita etiam seruus domino, & filius patri; sed ad inuestigādam iniuriam serui in dominum vel filij in patrem, non est institutum in lege aliquod sacrificium; superfluè igitur videtur institui sacrificium zelotipiæ ad inuestigandum vxoris adulterium Numeri 5. sic igitur inconuenienter videntur esse tradita in lege præcepta iudicia lia circa personas domesticas.

¶ Sed contra est, quod dicitur in Psal. Iudicia domini vera iustificata in semetipsa.

¶ Hic vltimò D.S. inquirit de ratione iudicialium pertinentiū ad domesticos,

¶ Respondeo dicendum, quòd communio domesticarum personarum adinuicem, vt Philosophus dicit in primo Politicæ est, secundùm quotidianos actus, qui ordinantur ad necessitatem vitæ. Vita autem hominis conseruatur dupliciter. Vno modo quantum ad indiuiduum, prout scilicet homo idem numero viuit, & ad talem vitæ conseruationem opitulantur hominis exteriora bona, ex quibus homo habet victum, & vestitum, & alia huiumodi necessaria vitæ, in quibus administrādis indiget homo seruis. Alio modo cōseruatur vita hominis secundū speciem per generationem, ad quam indiget homo vxore, vt ex ea generet filium. Sic igitur in domestica communione sunt tres combinationes, scilicet domini ad seruum, viri ad vxorem, patris ad filiū.

Arist. cap.

¶ D.S. intendit conclusionem responsuam affirmatiuam, quæ sic probatur, In domestica communione sunt tres combinationes, &c. vt fine præce. litteræ; sed quantum ad omnia ista lex vet. conuenientia præcepta tradidit; igitur sufficienter ordinauit circa domesticas personas. Huius rationis D.S. ponit primò maiorē, secundò minorem, ibi. Et quantum ad omnia, &c. Maior ergo patet a principio. Consequenter ibi.

¶ Et quantum ad omnia ista lex vetus conuenientia præcepta tradidit; nam quantum ad seruos instituit ut modestè tractarentur, & quātum ad labores ne scilicet immoderatis laboribus affligerentur, vnde Deute. 5. dominus mandauit vt in die sabbati requiesceret seruus, & ancilla tua, sicut & tu; & iterum quantum ad pœnas infligendas, imposuit enim mutilatoribus seruorum vt dimitterent eos liberos, sicut habetur Exod. 21. & simile etiam statuit in ancilla, quam in vxorem aliquis duxerit, statuit etiam specialiter circa seruos, qui erant ex populo, vt septimo anno liberi egrederentur cum omnibus, quæ apportauerant etiam vestimentis vt habetur Exod. 21. Mandatur etiam insuper Deutero. 15. vt ei detur viaticum.

¶ Subiungit minorem, quam probat, primò quo ad primam eius partem, scilicet quòd sufficienter ordinauit de combinatione domini, & serui in littera; secundò cum dicit.

¶ Circa vxores verò statuitur in legę quantū ad vxores ducendas, ut scilicet ducant uxores suæ tribus sicut habetur Nu. vlt. & hoc ideo, ne sortes tribuū confundātur, & ꝙ aliquisī uxorē ducat vxorē fratris defuncti sine liberis, vt habetur Deu. 25. & hoc ideo, vt ille, qui nō potuit habere successores secundùm carnis originem, saltē habeat per quandam adoptionē, & sic nō totaliter memoria defuncti deleretur. Prohibuit etiam quasdam psonas, ne in coniugium ducerentur. ſ. alienigenas pp periculum seductionis, & propinquas pp reuerentiam naturalem, quæ eis debetur. Statuit etiam qualiter vxores iam ductæ tractari deberent vt. ſ. non leuiter infamarētur, vnde mandatur puniri ille, qui falsi crimē imponit vxori, ut habetur Deute. 23. & ꝙ etiam pp vxoris odiū filius detrimentum non pateretur, ut habetur Deu. 21. & etiam, ꝙ propter odium vxorem non affligeret; sed potius scripto libello eam dimitteret, ut patet Deu. 23. Et ut etiam maior dilectio inter coniuges a principio contrahatur, præcipitur, quòd cum aliquis nuper uxorē acceperit, nihil ei publicæ necessitatis iniungatur, ut līberè possit lętari cum vxore sua.

¶ Manifestat secundam partem minoris, scilicet de combinatione viri, & vxoris clarè in littera. Tertiò cum dicit.

¶ Circa filios autem instituit ut patres eis disciplinā adhiberent instruēdo eos in fide, unde habetur Exo. 12. Cum dixerint uobis filij uestri, quæ est ista religio, dicetis eis. Victima transitus domini est; & ꝙ etiā instruerent eos in moribus; unde dicitur Deute. 21. quòd patres dicere debent monita nostra audire contemnit, cō messationibus uacat, & luxuriæ atque couiuiijs.

¶ Ostendit tertiam partem minoris, scilicet de combinatione patris, & filij, & patet littera.

¶ Et confirmatur conclusio respon. argumento in contrariū.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quia filij Israel erant a domino de seruitute liberati, & per hoc Diuinę seruituti addicti, noluit dominus ut in perpetuum serui essent; unde dicitur Leuit. 25. Si paupertate compulsus uendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorū, sed quasi mercenarius, & colonus erit mei. n. sunt serui, & ego eduxi eos de terra Aegypti; ut nō ueneāt cōditione seruorū; & ideo, ꝙa simpliciter serui nō erāt, sed secundū ꝙd finito tpe dimittebant liberi.

¶ Ad maiorem de seruo simpliciter, sed non de seruo secundùm quid, qui est quasi famulus, & mercenarius dicautem, quòd Deus noluit, quòd Iudæi essent serui simpliciter, & perpetuò hominū, quia erant tibi addicti in seruos. Ad minorem, vera de eo, qui est alicuius simpliciter, & absolutè, sed serui illi erant ſm ꝙd idest ad tempus famulantes, ergo negatur consequentia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd mandatum illud inrelligitur de seruo, qui a Domino quæritur ad occidendum, uel ad aliquod peccati ministerium.

¶ Maior vera, est tamen differentia, quia seruus potest induci ad peccatum, & potest quęri quandoque ad mortē. Minor vera, & notanter si errauerit, nec prohibitum fuit de seruo, sed solùm vt non tradatur, quæritur qñ ad mortē, quare negatur cōsequentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd circa læsiones seruis illatas, lex considerasse uidetur, utrum sit certa uel incerta, si enim læsio certa esset, lex pœnam adhibuit, pro mutilatione quidem amissionem serui, qui mandabatur libertati donandus; pro morte autem etiam homicidij pœnam, cum seruus in manu domini uerberantis moreretur. Si uerò læsio non esset certa, sed aliquam apparētiā haberet, lex nullam pœnam infligebat in proprio seruo, puta cum percussus seruus non statim moriebatur, sed post aliquos dies. Incertum enim erat utrum ex percussione mortuus esset, quia si percussisset liberum hominem, ita tamen quòd statim non moreretur, sed sup baculum suum ambularet, non erat homicidij reus, qui percusserat etiam si postea moreretur; tenebatur tamen ad impensas soluendas quas percussus in medicos fecerat, sed hoc in seruo proprio locum non habebat, quia quidquid seruus habebat, & etiam ipsa persona serui erat quædam possessio domini, & ideo pro causa assignatur

gnatur, quare non subiaceat pœnæ pecuniariæ, quia pecunia illius est.

¶ Maior conceditur, similiter & minor; & dico; ꝙ si certum esset, ꝙ aliquis interfecisset seruum ēt ꝓpriū, puniebat pœna homicidij, secus si incertum. Et dico, ꝙ si non esset certum de seruo proprio, tūc nō puniebatur, nec pecuniaria pœna; sed pcutiens liberum hominem tenebatur ad expensas, sed negatur cōsequētia, quia nec si percussi esset liberum, qui nō moriebatur ex percussione certitudinaliter, aliquis pœna mortis puniebatur.

* Ad primum. ¶ Ad quartum dicendū, quòd sicut dictum est. * nullus Iudæus poterat possidere Iudæum quasi simpliciter seruum, sed erat seruus secundùm quid, quasi mercenarius vsque ad tempus; & per hunc modum permittebat lex, quòd paupertate cogente, aliquis filium vel filiam venderet; & hoc etiam verba ipsius legis ostendunt, dicit enim, Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur, sicut exire ancillæ consueuerant. Per hunc etiam modum non solùm filium suum, sed etiam seipsum aliquis vendere poterat magis quasi mercenarium, quàm quasi seruum, secundùm illud Leuiti. 15. Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, nō cum opprimes seruitute famulorum, sed quasi mercenarius, & colonus erit.

¶ Maior conceditur. Ad minorem verum, vt aliquis seruum & ancillam perpetuò vendat, tamen licitum fuit vt pater (cogēte paupertate) filium in seruum, vel filiam in ancillam secundùm quid vēderet sicut & seipsum vendere potuit, & quasi locare operam suam, quasi mercenarius; & poterant in anno septimo remissionis, & iubilei exire liberi, qui erant ex Iudæis, vt patet Leuiti. 19. quare negatur consequentia.

¶ Ad quintum dicendū, quòd sicut Philosophus dicit in 10. Ethi.* principatus paternus habet solū ammonendi potestatē, nō autem habet vim coactiuā per quā rebelles, & contumaces comprimi possunt; & ideo in hoc casu lex mandabat vt filius cōtumax a principibus ciuitatis puniretur.

Arist. cap. 9. 11.

¶ Maior vera, sed nō omni modo, quia non habet super eum virtutem coactiuam, licēt admonitoriam, quæ coactio sit per mutilationem, vel interfectionem, vt patuit. q. 95. ar. 1. Ad minorem, eius est punire excessus, qui habet potestatem coactiuam per maiores pœnas etiam exterminatorias, sed non eius, qui habet potestatem quamcumque; quare negatur consequentia, quia iudex qui præest potest punire grauiter, nō parentes, licet possit aliquā liter verberare, non tñ mutilare vel occidere, vt patuit vbi supra.

¶ Ad sextum dicendum, quòd dominus alienigenas prohibuit in matrimonium duci propter periculum seductionis, ne inducerentur in idolatriam; & specialiter hoc prohibuit de illis gentibus, quæ in vicinio habitabant, de quibus erat magis probabile, quòd suos ritus retinerent. Si qua verò idolatriæ cultum dimittere vellet, & ad legis cultum se transferre, poterat in matrimonium duci, sicut patet de Ruth, quam duxit Booz in vxorem; vnde ipsa dixerat socrui suæ. Populus tuus populus meus, Deus tuus Deus meus, vt habetur Ruth 1. & ideo captiua non aliter permittebatur in vxorem duci, nisi prius rasa cęsarie, & circumcisis vnguibus, & deposita veste, in qua capta est, & fleret patrē, & matrē, per quæ significatur idolatrię perpetua abiectio.

¶ Ad antecedens, verum de alienigenis, quæ nolebant conuerti ab idolatria ad Iudaismum, & præsertim, quæ erant in propinquo, negatur consequentia, quia potuerunt ducere captiuas, sed quæ dimittebant idolatriā, & omnes amicos suos; quare illa duo non contrariantur.

¶ Ad septimum dicendum, quòd sicut Chrysostomus dicit super Matth. quia immitigabile malum erat mors apud Iudæos (qui omnia pro præsenti vita faciebant) statutum fuit, vt defuncto filius nasceretur ex fratre, quod erat quædam mortis mitigatio, non autē alius quàm frater vel propinquus iubebatur accipere vxorē defuncti, quia non ita crederetur, qui ex tali coniunctione erat nasciturus, esse eius filius, qui obijt; & iterū extraneus non ita haberet necessitatem statuere domū eius, qui obierat, sicut frater, cui etiam ex cognatione hoc facere iustum erat. Ex quo patet, quòd frater in accipiendo vxorem fratris sui, persona fratris sui defuncti fungebatur.

¶ Antecedens cōceditur, sed dico, quòd frater, & propinquus potuit stare in gradu fratris, & ducere eius relictam propter rationem, quæ habetur in principio solutionis, negatur autem cōsequentia, quia non fiebat contra gradum prohibitum, nam ille accepit eam non quasi in persona propria, sed fratris.

¶ Ad octauum dicendum, quòd lex permisit repudium vxoris, non quia simpliciter iustum esset, sed propter duritiam Iudæorum, vt Dominus dicit Matth. 19. Sed de hoc oportet plenius tractari cum de matrimonio agetur.

¶ Maior vera, deberet quidem, sed quandoque aliter fiebat, ita quòd vir odiebat vxorem, & erat periculum vxoricidii, ratione cuius oportebat permittere, quod erat illicitum, ad vitandum maius malum. Minor vera, sed negatur consequentia, quia per hoc vitabatur maius malum.

¶ Ad nonum dicendum, ꝙ vxores fidem matrimonij frangunt per adulterium, & de facili propter delectationem, & latenter, quia oculus adulteri obseruat caliginem, vt dicitur. Iob 24. Non autem est similis ratio de filio ad patrem, vel de seruo ad dominum; quia talis infidelitas non procedit ex tali concupiscentia delectationis, sed magis ex malitia, quæ non potest ita latere, sicut infidelitas mulieris adulterę.

¶ Maior non habet omnimodā similitudinem, quia vxor frangit ex concupiscentia, quæ subdola est, & occulta; sed seruus vel filius ex rebellione vel malitia vel animositate, quæ patēs est; vnde ibi non est opus aliqua inquisitione super occulto, sicut apud vxorem; quare concessa minore, negatur consequentia.

Quæstio Centesimasexta.

De lege noua secundùm se.

COnsequenter considerandum est de lege euangelij, quæ dicitur lex noua. Et primò, de ipsa secundùm se. Secundò, de ipsa, per comparationem ad legem veterem. Tertiò, de his, quæ in lege noua continentur. Circa primum quæruntur quattuor. Primò, qualis sit, vtrum scilicet sit scripta vel indita. Secundò, de virtute eius, vtrum iustificet. Tertiò, de principio eius, vtrum debuerit dari a principio mundi. Quartò, de termino eius, vtrum scilicet sit duratura vsque ad finem, an debeat ei alia lex succedere.

¶ Iuxta ordinem supra statutum. q. 93. postquam determinatū est de lege vet. Hic determinatur de leg. Euāgelij, quæ est lex noua, & patuit ordo supra sepius, quia D.S. determinando de legibus obseruat ordinem generationis, qui partim etiam est perfectionis, partim generationis tantùm, non enim omne prius generatione est imperfectius si sit etiam prius in alio genere, sic lex æterna est prima via generationis, & cū hoc in genere; causæ efficientis, & finalis, vetus autem lex est prior noua via generationis tantùm. Et tractādo de lege noua principaliter tria facit. Primò determinat de lege noua secundùm se. Secundò de comparatione eius ad veterem. Tertiò de contentis in noua lege. Circa primum tria inquiruntur. Primò conditio legis nouæ. Secūdò inquiritur virtus eius art. 2. Tertiò inquiritur duratio eius arti. 3.

Vtrum lex noua sit scripta vel indita.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd lex noua sit lex scripta. Lex enim noua est ipsum Euangeliū, sed Euangelium est descriptum? Ioannis 20. Hæc autem scripta sunt vt credatis, ergo lex noua est lex scripta. Infra ar. 2. & 3. co. & q. 107. ar. 1. ad 2. & 3. & q. 108. ar. 1. cor. & ad 1. Et quol. 4. ar. 13. cor.

¶ 2 Præterea. Lex indita est lex naturæ, secundùm illud Ro. 2. Naturaliter ea, quæ legis sunt faciūt, qui habent opus legis scriptum in cordibus suis; si igitur lex Euangelij esset lex indita, non differret a lege naturæ.

¶ 3 Præt. Lex Euangelij propria est eorum, qui sunt in statu noui testamenti; sed lex indita communis est, & eis, qui sunt in nouo testamento, & eis, qui sunt in veteri testamento. Dicitur enim Sapien. 7. quòd Diuina sapientia per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei, & Prophetas constituit, ergo lex noua non est lex indita.

¶ Sed

¶ Sed contra est, quòd lex noua est lex noui testamenti; sed lex noui testamenti est indita in corde. Apostolus enim ad Hebrę. 8. dicit inducens auctoritatem, quæ habetur Hiere. 31. Ecce dies venient dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum; & exponens, quod sit hoc testamentum dicit. Quia hoc est testamentum, quod disponam domui Israel, dando leges meas in mentes eorum, & in corde eorum superscribam eas; ergo lex noua est lex indita.

¶ Hic primò inquirit D.S. conditionem nouæ legis, an sit scripta vel infusa.

¶ Nota, quòd posset alicui ista quæstio prima facie apparere multum extranea, cum supra dictum fuerit, ꝙ omnis lex essentialiter sit aliquid rationis, scriptura autem vel infusum præsertim in essentia animæ, non videtur esse aliquid rationis.

¶ Sed dicendū est, quòd scriptura non est aliquid rationis formaliter, est tamē signum ipsius rationis tanquam significatiuum conceptus mentis, & ergo vetus lex non est quidem essentialiter scriptura, conseruatur tamen in scriptura sicut in suo signo. Sic noua lex essentialiter quidem est aliquid rationis secundùm esse actuale, tamen id in quo habitualiter, & quasi virtualiter continetur, potest esse, & est infusum quid, & non tantùm scriptum; sic etiam supra. q. 94. ar. 1. dictum fuit, quòd lex naturalis non est habitus propriè, & essentialiter, est tamē habitus, quia habitu tenetur, inquātū in habitu synderesis virtualiter continentur principia iuris naturalis; sic vetus lex non fuit quidem essentialiter scriptura, sed aliquid constitutum per rationē, sed tamen nō continebatur nisi in scriptura quasi habitualiter, non enim tenebat in ratione naturali sicut lex naturalis, nec in gratia Spiritus sancti, quæ per legem ve. non conferebatur; sic noua lex essentialiter quidem non est gratia, sed tamen in gratia Spiritus sancti, cum virtutibus sibi connexis tenentur principaliter, & habituliter ea, quæ sunt nouæ legis. Quare sicut supra quæsitum fuit de lege naturali an sit habitus, ita hic quæritur an lex noua sit scripta vel infusa, vnde non est absurda quæstio, nec aliquam oppositionem includit.

¶ Respondeo dicendum, quòd vnaqueque res illud videtur esse, quod est in ea potissimum, vt Philosophus dicit in 9. Ethicorum.* Id autem, quod est potissimum in lege noui testamenti, & in quo tota virtus eius consistit, est gratia Spititus sancti, quæ datur per fidē Christi, & ideo principaliter lex noua est ipsa gratia Spiritus sancti, quæ datur Christi fidelibus.

* Arist. c. 4.

¶ D.S. respondet quæsito conclusione bimembri. Cuius primò probat primam partem; secundò secundā, ibi. Habet tñ, &c. tertiò ipsam conclusionem totalem subinfert, ibi. Et ideo dicēdum, &c. Est autem ista conclusio principaliter, Lex noua, est, lex indita secundariò autem est lex scripta. Quo ad primam partem conclusionis respons. f. quòd lex noua sit lex indita, probat eam dupliciter, ratione videlicet, & auctoritatibus, quas subiūgit, ibi. Et hoc manifestè, &c. Ratione sic. Vnaquaq; res illud videtur esse, quod in ea est potissimum; sed gratia Spiritus sancti, quæ datur per fidem Christi est potissimum in noua lege, ergo, &c. Maior est Philosophi, sicut ciuitas dicuntur illi, qui sunt in ciuitate principales, & quod ipsi faciunt, dicitur ciuitas fecisse, vt idē Philosophus habet ibidem. Minor patet, quia tota virtus nouæ legis consistit in gratia Spiritus sancti.

Nota. ¶ Nota autem circa hanc minorē, quòd gratia gratum faciēs pro omni statu datur ex fide Christi, adultis quidem per actualē motum fidei, pueris autem vel in virtute fidei parentum, vt ante nouā legem, vel per sacramenta fidei ipsis applicata in fide Christi. Et in gratia dicitur esse tota virtus, quia ipsa est a qua profluūt virtutes quibus mediantibus interiores motus, & per cōsequens exteriores operationes regulantur, ita quòd per gratiam homo constituit dictamina, & præcepta nouæ legis, & eis consentit. Consequenter cum dicit.

¶ Et hoc manifestè apparet per Apostolū qui ad Romanos. 3. dicit. Vbi est ergo gloriatio tua, excluſa est, p quam legem? factorum? non, sed per legem fidei, ipsam enim fidei gratiam legem appellat. Et expressius ad Ro. 8. dicitur. Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me a lege peccati, & mortis; vnde & August. dicit in li. de spiritu, & littera.* quòd sicut lex factorum scripta fuit in tabulis lapideis, ita lex fidei scripta est in cordibus fidelium, & alibi dicitur in eodem lib. * Quæ sunt leges Dei ab ipso Deò scripræ in cordibus, nisi ipsa præsentia Spiritus sancti.

* Aug. ca. 17. & 26.

* Aug. c. 11.

¶ Probat illā primam partem auctoritate Apost. duplici, & duplici B. Aug. Nota circa primam auctoritatem Apostoli, quare lex vetus dicitur lex factorum, noua autem lex fidei; cum tamen etiam in veteri fides fuerit necessaria. De hoc D.S. super Apostolum ibidem, quòd Apostolus legem factorum dicit legem exterius propositam, & descriptam, per quam exteriora facta hominum ordinantur, dum præcipitur quid fieri debeat, & per prohibitionem ostenditur a quo debeat abstineri. Legem autem fidei vocat legem interius descriptam, per quam non solùm facta, sed etiam ipsi motus cordium disponūtur, inter quos primus est motus fidei, hæc ille. Ex quo patet, quòd dicitur lex fidei, quia ab ipsa lege procedit motus fidei, & per ipsam disponitur. Lex autem vetus, quia non continuit gratiam, sed solùm scripturam, per quā non regulatur animus, sed opus exterius, ideo vetus est factorū, noua autem fidei.

¶ Nota propter secundam auctoritatem Apostoli, & auctoritates B. Aug quòd D.S. ibidem scilicet ad Ro. 8. ponit duplicem intellectū istius, scilicet quòd lex noua dicitur Spiritus. Vno modo constructione intransitiua, quia est ipse Spiritus sanctus, qui non solùm docet quid sit agendum, sed etiam affectum inclinat ad rectè agendum, & talis actio recta, est vita spiritualis. Secundò potest lex Spiritus dici proprius effectus Spiritus sancti, scilicet fides per dilectionem operans, quæ quidem, & docet interius de agendis; & hæc lex Spiritus dicitur lex noua, quæ vel est Spiritus sanctus, vel ea in cordibus nostris Spiritus sanctus facit, hæc ibidem. Sed hic magis declinat ad secundum modum dicendi, & forsan ibidem loquitur propter opinionem magistri reprobatam, qua dixit charitatem esse Spiritum sanctum. Vnde secundū hoc auctoritas B. Aug. qua dicit legem in cordibus scriptam esse præsentiam Spiritus sancti, intelligenda est causaliter vel concomitanter, non formaliter, quia scilicet lex noua causatur a præsentia Spiritus sancti, vel ipsa lex noua quo ad principale, ideſt gratiam, est ratio ꝓsentiæ specialis Spiritus sancti, qui eo ipso est specialiter præsens, quia influit gratiam. De hoc prima par. q. 7. Sic ergo noua lex continet tanquam principale gratiam Spiritus sancti cum fide, & connexis virtutibus, Theologicis præsertim. Tunc ibi.

¶ Habet tamen lex noua quædam sicut dispositiua ad gratiam Spiritus sancti, & ad vsum huius gratię pertinentia, quæ sunt quasi secūdaria in lege noua; de quibus oportuit instrui fideles Christi, & verbis, & scriptis tàm circa credenda, quàm circa agenda.

¶ Deducit secundam partem conclusionis respons. videlicet, ꝙ lex noua secundariò sit lex scripta. Sic in noua lege habentur aliqua dispositiua ad gratiam Spiritus sancti, & ad vsum eius, de quibus oportuit instrui fideles Christi verbis, & scriptis, tam circa credenda, quàm circa agenda; ergo secundariò est scripta. Antecedens patet in solutione ad primum, quia in Euangelio cōtinentur aliqua scripta, quæ manifestant Diuinitatem vel humanitatem Christi; similiter aliqua quæ pertinent ad contemptum mundi, similiter multa, quæ pertinent ad vsum virtutum, sed Euāgelium est scriptum, ergo antecedens verum. Tenet consequētia, quia dispositia ad aliud sunt minus principalia, & secūdaria, ergo benè sequitur, ꝙ si noua lex habet in scripturis, quæ requiruntur ad gratiam habendam vel ad vsum eius, quòd habet aliqua secundaria. Nota, quòd ea, quæ manifestant ea, quæ sunt fidei, & similiter, quæ ostendunt contemnenda, disponunt ad gratiam ab adulto acquirendam, quia nullus adultus iustificatur nisi per fidei motum, & conuersionem in Deum, & per motum contra peccatum, vt infra patebit, & sic D.S. loquitur. Sed in paruulis ibi scriptura opus est non ad habendam fidem habitualem, sed actualē motū fidei, qui præsupponit determinationem, & præsentationem credibilium, quæ fit per verba vel scripturam.

¶ Nota, quòd D.S. dicit notanter, quòd fideles oportuit instrui de disponentibus ad gratiam per verba, vel scripta; quia videlicet supremus instructor, & doctor eorum, quæ disponunt ad gratiam vel pertinent ad vsum gratiæ, non scriptis, sed verbis docuit. Christus enim vt habetur 3. parte. q. 42. arti. 4 Euangelium, & Doctrinam suam verbotenus, & non in scriptis communicare debuit, Vide ibidem. Deinde ibi.

¶ Et ideo dicendum est, quòd principaliter lex noua est lex indita, secundariò autem est lex scripta.

¶ Subinfert conclusionem responsiuam totalem clarè in littera iam probatam, sed intellige eam ad sensum dictum, quia scilicet continetur partim, & principaliter in aliquo indito vel infuso; & partim, & minus principaliter in verbis, & scriptis.

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima parte conclusionis; & dicit Apostolus, leges in plurali propter diuersa præcepta, & consilia, quæ exprimuntur per scripturam nouæ legis tanquam dispositiua ad gratiam vel ad eius vsum ordinata; & dicit super scribam, quia super cognitionem imprimitur charitas, quæ inclinat ad operationem, quod non fuit in vet. le. &c.

¶ Ad primum ergo dicendū, quòd in scriptura Euāgelij non

gelij non continentur nisi ea, quæ pertinent ad gratiã Spiritus sancti, vel sicut dispositiua vel sicut ordinatiua ad vsum huius gratiæ, sicut dispositiua quidem quantũ ad intellectum per fidem, per quam datur gratia Spiritus sancti, continentur in Euangelio ea, quæ pertinent ad manifestandum Diuinitatem vel humanitatẽ Christi. Secundum affectum verò continentur in Euangelio ea, quæ pertinent ad contemptum mundi per quem homo fit capax Spiritus sancti gratia. Mundus enim, idest amatores mundi, non potest capere Spiritum sanctum vt habetur Ioan. 14. Vsus verò spiritualis gratiæ est in operibus virtutum, ad quæ multipliciter scriptura noui testamenti homines exhortatur.

¶ Ad maiorem dico, quòd lex noua habet quidem Euangeliũ tanquam manifestatiuum eorum, quæ sunt dispositiua ad gratiã, vel quæ requiruntur ad vsum gratiæ, sed non est solùm Euangelium, immo principalius nouæ legis, est gratia Spiritus sancti. Ad minorem, conceditur quidem, sed in scriptura non habetur totum nouæ legis, sed partiale, & minus principale vel secundarij, scilicet dispositiuum secundùm intellectum, & affectum, & ordinatiua ad vsum gratiæ. Vltra, ergo, &c. Verum est, scripta secundarió, & minus principaliter; oportet enim aduertere, quòd lex noua habet duo, vnum principale, & aliud secundarium. Et primum est iudicium, secundum scriptum.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd dupliciter est aliquid inditum homini. Vno modo pertinens ad naturam humanam, & sic lex naturalis est lex indita homini. Alio modo est aliquid inditum homini quasi naturæ superadditum per gratiæ donum, & hoc modo lex noua est indita homini non solùm indicans quid sit faciendum, sed etiam adiuuans adimplendum.

¶ Ad assumptum, lex indita pertinens ad naturam est lex naturæ; sed si intelligitur, quòd lex indita, idest interius data in corde, & infusa, & naturæ superaddita sit lex naturæ. Negatur. Dico enim, quòd sicut naturale, vt supra dictum fuit, & habetur. 3. parte. q. 2. ar. 12. dicitur dupliciter. Vno modo, quia ex principijs naturæ. Alio modo, quia a natiuitate. Ita aliquid dicitur inditum vno modo, quia innatum virtute naturæ. Alio modo, quia inditũ idest infusum & intra hominem existens vndecumque proueniat, siue scilicet ab intrinseco siue extrinseco. Ad probationem dico, quòd probat, quòd quia lex naturæ est indita primo modo, quia consequitur principia naturæ. Animam enim rationalem sequitur ratio naturalis, & synderesis, in qua continetur lex naturalis ad illam. Si igitur, &c. Verum, si esset indita, idest innata ex principijs naturalibus. Sed negatur consequentia, si intelligitur consequens indita, idest interius data intra hominem; sed principium eius est extrinsecum, non natura.

¶ Et nota, quòd lex naturæ est indita ea ratione qua dictũ est in principio huius arti. quia principiũ vel radix eius, scilicet synderesis, est indita, sic noua lex est indita, idest interius data post natiuitatem, ratione radicis suæ, scripta autem ratione manifestatiui credendorum vel diligendorum aut agendorũ, vt dictũ fuit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nullus vnquam habuit gratiam Spiritus sancti nisi per fidem Christi explicitam vel implicitam. Per fidem autem Christi pertinet homo ad nouum testamentum; vnde quibuscumque fuit lex gratiæ indita, secundùm hoc ad nouum testamentum pertinebant.

¶ Ad maiorem dico; quòd lex Euangelij quantum ad secũdarium, est propria eorum, qui sunt in statu noui testamenti, sed nõ quantum ad id, quod est principale; quia per fidem Christi pro omni statu data fuit gratia per quã omnes pertinebant ad nouũ testamentum. Minor conceditur. Ad consequens, verum, ratione secundarij non est quid inditum, nec hoc est commune, sed ratione principalis per quod omnes pro quocumque statu pertinebant ad legem nouam, quæ est gratia collata per Christum. Circa hanc solutionem nota, quòd quamuis omnes sancti a principio habuerunt eandem fidem nobiscum, & gratiam, per quã pertinebant ad nouam legem, non tamen dicebantur Christiani sicut nos, nec absolutè dicuntur pertinuisse ad nouam legem; tum primò, quia non habuerunt fidem ita explicitam sicut nos, tum secundò, quia non habuerunt totum, quod est Christiani, scilicet principale, & secundarium simul. Est autem regula ex D. S. in primo dist. 14. quòd ad hoc, quòd aliquod coniunctum dicatur affirmatiuè de aliquo, oportet, quòd vtraque pars coniuncti sibi cõueniat, vt patet ibidem. Quia igitur non totum, quod est nouæ legis, conuenit prioribus in statu veteri, nec totum, quod est Christianorum, ideo Doct. Sanct. dicit in solutione, secundùm hoc ad nouum testamentum pertinebant, non videlicet absolutè, sed cum limitatione, quia habuerunt partem nouæ legis, scilicet gratiam per fidem Christi, sed non habuerunt Doctrinam explicitã de via salutis, nec fidem explicitam de Christo, sicut est in noua lege.

Vtrum lex noua iustificet.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd lex noua non iustificet; Nullus enim iustificatur nisi legi Dei obediat, secundùm illud ad Hebr. 5. Factus est, scilicet Christus, omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ; sed Euangelium non semper hoc operatur, quòd homines ei obediant. Dicitur enim Rom. 10. Non omnes obediunt Euangelio; ergo lex noua non iustificat.

¶ 2 Præterea. Apostolus probat ad Rom. quòd lex vetus non iustificabat, quia ea adueniente prævaricatio creuit. Dicitur enim ad Rom. 4. Lex iram operatur, vbi enim non est lex nec prævaricatio; sed multò magis lex noua prævaricationem addidit, maior enim pœna est dignus, qui post legem nouam datam adhuc peccat, secũdùm illud Hebr. 10. Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit? &c. ergo lex noua non iustificat, sicut nec vetus.

¶ 3 Præt. Iustificare est proprius effectus Dei, secundùm illud ad Roma. 8. Deus est, qui iustificat; sed lex vetus fuit a Deo sicut & lex noua; ergo lex noua nõ magis iustificat, quàm lex vetus.

¶ Sed contra est, quòd Apostolus dicit ad Roma. 1. Non erubesco Euangelium; virtus enim Dei est in salutem omni credenti; non autẽ est salus nisi iustificatis; ergo lex Euangelij iustificat.

¶ Hic D. S. inquirit de virtute nouæ legis.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est.* ad legem Euangelij duo pertinent. Vnum quidem principaliter, scilicet ipsa gratia Spiritus sancti interius data, & quantum ad hoc noua lex iustificat. * Arti. 1. in co. & ad primum art. 9.

¶ D. S. respondet quæsito distinctè secũdùm distinctionem bimembrem ad arti. præce. habitam. Et iuxta eam ponit duas conclusiones responsiuas. Secundam iuxta secundũ membrum, ibi. Aliud pertinet, &c. Distinctio ergo est per modum notabilis, q̃ ad legem nouam duo pertinent. Vnum principaliter, scilicet ipsa gratia Spiritus sancti. Aliud secundariò. Et iuxta primum membrum ponit primò conclusionem primam respondentem. Secũdò eam probat auctoritate, ibi. Vnde Augustinus, &c. Conclusio est, lex noua quantum ad principale eius iustificat illam conclusionem explicitè ratione non probat, sed patebit magis infra in tractatu de gratia, & posset argui ex verbis Doctoris sic. Gratia Spiritus sancti iustificat, sed noua lex quo ad principale est gratia Spiritus sancti, ergo, &c. Et intelligitur ista conclusio de iustificatione pro adeptione habitus iustitiæ apud Deum, quia cum gratia gratum faciente infunduntur omnes virtutes etiam iustitia propriè dicta, & etiam iustitia Metaphorica; quia virtutes per quas inferiora superioribus subduntur, & talis iustitia est apud Deum, quia per eius exercitium meretur quis gloriã apud Deũ, & non tantum apud homines. De hac iustitia supra. q. 100. ar. 12. Consequenter cum dicit.

¶ Vnde Aug. dicit in libro de spiritu, & littera.* Ibi, scilicet in veteri testamento, lex extrinsecus est posita, qua iniusti terrerentur, Hic, scilicet in nouo testamento intrinsecus data est, qua iustificarentur. * Aug. c. 17

¶ Probat conclusionem prædictam auctoritate Beati Augustini clarè in littera.

¶ Nota autem post D. S. in de Veri. Mate. 28. ar. 5. quòd est magna differentia inter iustificationem simpliciter, & iustificationẽ impii, quia ad iustificationẽ simpliciter sufficit sola infusio gratiæ, sed ad iustificationem impij, quia scilicet commisit actualia, plura requiruntur, scilicet detestatio vel contritio super peccatis præteritis, & conuersio ad Deum actualis. Et ergo quia noua lex continet gratiam, ideo iustificat, quia puer baptizatus iustificatur per gratiam; sed plura requiruntur ad iustificationem impij, puta pœnitentia, & huiusmodi.

¶ Nota etiam, quòd noua lex modo dicto iustificat, scilicet ratione principalis non effectiuè, sed formaliter. Deus autem principaliter effectiuè iustificat, & sacramenta nouæ legis instrumẽtaliter effectiuè dispositiuè, quæ sacramenta sunt nouæ legis instrumenta, & pertinent ad secundarium nouæ legis, scilicet ad dispositiua ad gratiam, vt patebit infra. q. 117. ar. 1. ad primũ, &c. Deinde cum dicit.

¶ Aliud pertinet ad legem Euangelij secundariò, scilicet documenta fidei, & præcepta ordinantia affectum humanum, & humanos actus; & quantum ad hoc lex noua non iustificat.

¶ Subiungit secũdũ membrum distinctionis, quòd aliud, &c. scilicet documenta fidei, & præcepta, &c. scilicet verbis vel scriptis a Christo, & suis Apostolis tradita, vt dicebatur ad primum præce. ar. & quo ad hoc ponit primò conclusionem secundam. secundò eam probat auctoritate, ibi. Vnde Apostolus, &c. Conclusio est ista. Lex noua quantum ad secundarium non iustificat. Et posset hæc conclusio etiam ostẽdi experimentaliter, quia multi nouerunt documenta fidei, & nouerunt scripturam continentẽ præcepta ordinantia affectum, & actus humanos, qui tamen nõ sunt iustificati. Et ergo littera ipsa scripta vel cognita non iustificat, sed Spiritus sanctus dando interius gratiam suam, quæ est principale nouæ legis; multi etiam audiuerunt Christum proponentem verbis documenta nouæ legis, & qui tamen iustificati non fuerunt.

¶ Vnde Apostolus dicit. 2. ad Corinth. 3. Littera occidit spiritus autem viuificat; & Augustinus exponit in libro de spiritu, & littera.* quòd per litteram intelligitur quælibet scriptura extra homines existens etiam moralium præceptorum, qualia continentur in Euangelio; vnde etiam littera Euangelij occideret nisi adesset interius gratia fidei sanans. * Aug. c. 14. & 17.

¶ Confirmat conclusionem secũdam auctoritate Apostoli secundùm expositionem B. Augustini. Et arguitur sic ex Apostolo, littera occidit, sed quantum ad secundarium, lex noua est litteralis, & scripta, ergo, &c. Maior est Apostoli. Et minor patet ex expositione Augustini, de qua auctoritate habitum fuit supra. q. 100. ar. 12. argumento in contrarium.

¶ Et nota, quòd D. S. dicit, quia noua lex cõtinet moralia, quia pauca alia continet, quæ Christus tradidit, non autem continet iudicialia vel ceremonialia, quia ista sunt mortua vel mortifera; sed moralia vsque hodie habent vim obligandi, licet per ea homo nõ iustificetur, vt dictum est, sic nec in veteris legis per ea homines iustificabantur.

Superpositio Euangelij. ARGVMENTVM in contrarium est pro prima conclusione responsiua. Vide ibidem D. S. in postilla, quia Euangelium quantum ad scripturam habet quandam virtutem salutiferam, sicut Beatus Barnabas infirmos curabat Euangeliũ superponendo, sed tamen solùm principale iustificat vel magis est id quo homo iustificatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illa obiectio procedit de lege noua, non quantum ad id, quod est principale in ipsa, sed quantum ad id, quod est secundariũ in ipsa, scilicet quantum ad documenta, & præcepta exterius homini proposita vel scripto vel verbo.

¶ Maior vera, & dico, quòd per interiorem gratiam illuminantem, & inclinantem, aliquis obedit, quia charitas non agit perperam quæ cum gratia connectitur. Minor vera, Euangelium quod est secundarium nouæ legis non facit obedire, sed lex noua quo ad principale est, qua aliquis iustificatur, & obedit. Consequens conceditur quo ad secundarium, & est hæc ratio pro secunda conclusione.

¶ Ad secundum dicendum, quòd gratia noui testamenti etsi adiuuet hominem ad non peccandum, nõ tamen d ita confirmat in bono, vt homo peccare nõ possit, hoc enim pertinet ad statum gloriæ; & ideo si quis post acceptam gratiam noui testamenti peccauerit, maiori pœna est dignus tanquã maioribus beneficijs ingratus, & auxilio sibi dato non vtens, nec tamen propter hoc dicitur, quòd lex noua iram operatur, quia quã tũ est de se sufficiens auxilium dat ad non peccandũ. Dub. 819.

¶ Maior conceditur, sed dico, quòd ideo prævaricatio, & per consequens ira, & indignatio creuit, scilicet occasionaliter, quia præcepit, & gratiam adimplendi non præbuit, & data lege sine gratia adiuuante, prævaricatio creuit, & maiorem iram promeruit. Et de ista materia supra. q. 91. ar. 1. Minor negatur, quia esto transgrediens, & peccans contra nouam legem grauius peccet; tamen ipsa lex noua habet auxilium gratiæ ad non peccandum sufficiens, esto non confirmatiuum in gratia. Licet enim aliqui sanctorum in gratia confirmati fuerint in via, hoc tamen non fuit ex sola gratia, sed ex alio etiam auxilio Diuino, vt patet in de Verita. Mate. 24. arti. 9. Negatur consequentia, quia minor est falsa, quia cum habeat auxilium non prævaricandi non addidit prævaricationem nec occasionaliter.

¶ Ad tertium dicendum, quòd legem nouam, & veterem vnus Deus dedit; sed aliter, & aliter; nam legem veterem dedit scriptam in tabulis lapideis, legem autẽ nouam dedit scriptam in tabulis cordis carnalibus vt Apostolus dicit. 2. ad Corinth. 3. proinde sicut Augustinus dicit in libro de spiritu, & littera.* litteram istam extra hominem scriptam, & ministrationem mortis, & ministrationem damnationis Apostolus appellat; hanc autem, scilicet noui testamenti legem ministrationem spiritus, & ministrationem iustitiæ dicit, quia per donum Spiritus operamur iustitiam, & a prævaricationis damnatione liberamur. * Aug. c. 17 & 18.

¶ Ad maiorem patebit infra, quia Deus iustificat principaliter, sed non per omne medium vel instrumentum, vel formam, aut perfectionem; sed solùm per formam diui ordinis, quæ est participatio Diuinitatis, scilicet gratiam gratum facientem, quã in corde describit. Minor quidem vera, quòd fuit vtraque a Deo; sed tamen vna est scripta in tabulis lapideis, alia autem principaliter tanquam participatio Diuinitatis, scripta in cordibus hominum per ministrationem iustitiæ; quare negatur consequẽtia.

Vtrum lex noua debuerit dari a principio mundi.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd lex debuerit dari à principio mundi. Non enim est personarum acceptio apud Deum, vt dicitur ad Roma. 2. sed omnes homines peccauerunt, & egent gratia Dei, vt dicitur ad Roma. 3. ergo à principio mundi lex Euãgelij dari debuit, vt omnibus per eam subueniretur. X Supra q. 91. ar. 5. ad 2.

¶ 2 Præterea sicut in diuersis locis sunt diuersi homines, ita etiam in diuersis temporibus, sed Deus qui vult omnes homines saluos fieri, vt dicitur. 1. Thimo. 2. mandauit Euangelium prædicari in omnibus locis, vt patet Matth. vlti. & Marci. vlti. ergo omnibus temporibus debuit adesse lex Euangelij., ita quòd à principio mundi daretur.

¶ 3 Præterea magis est necessaria homini salus spiritualis, q̃ est æterna, q̃ salus corporalis, quæ est tpalis, sed Deus ab initio mundi prouidit homini ea quę sunt necessaria ad salutem corporalem tradens eius potestati omnia, quæ erant propter hominem creata, vt patet; Genes. primo; ergo etiam lex noua, quæ maximè est necessaria ad salutem spiritualẽ, debuit hominibus à principio mundi dari.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit, primæ, ad Corin. 15. Non prius qd̃ spirituale est, sed quod animale; sed lex noua est maximè spiritualis, ergo lex noua nõ debuit dari à principio mundi.

¶ Hic inquiritur de duratione legis noue. Et primò quantum ad legis initium. Secundò quantum ad eius terminum, articulo sequenti.

¶ Respondeo dicendum, quòd triplex ratio potest assignari quare lex noua non debuit dari à principio mundi. Quarum prima est, quia lex noua, sicut dictũ est.* principaliter est gratia Spiritus Sancti, quæ abundanter dare non debuit antequam impedimẽtum peccati ab humano genere tolleretur consummata redemptione per Christum; vnde dicitur Ioan. 7. Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. * Art. 1. huius q.

¶ Conclusio responsiua in principio corporis, propter triplicem rationem lex noua non debuit dari à principio mundi. Hãc conclusionẽ deducit secundùm tres rationes, vt patebit ex Apostolo sumptas, & in eo fundatas. Et primo primam rationẽ formal. Secundò locum vbi in Apostolo habetur, assignat, ibi. Et hanc rationem, &c. Prima ergo ratio formaliter est in littera.

¶ Nota autẽ propter auctoritatẽ Io. 7. non enim spiritus, &c. D. S. contra errores græcorum opusculo primo, cap. 16. quia ex ea sumpserunt alicui heretici occasionem errandi, dicentes, q̃ ante Christi incarnationem Deus in hominibus per gratiã non habitauerit,

habitauerit, ſed intelligit, quia non in tãta plenitudine datus fuerat, in quanta Apoſtoli eum poſt Chriſti reſurrectionem acceperunt. Et etiam eccleſia in tanta plenitudine gratiæ Deum accipere non potuit ſecundùm ordinationem Diuinam, in quanta recepit per Chriſti incarnationem. In prima parte autem q.42.art.6. ad primum exponit illam auctoritatem, quia ante Chriſti glorificationem non fuit datus Spiritus ſanctus in ſigno viſibili, ſicut in die Pentecoſtes, ſed prima expoſitio deſeruit propoſito. Conſequenter ibi.

¶ Et hanc rationem manifeſtè aſſignat Apoſtolus ad Roma. 8. vbi poſtquàm præmiſerat de lege ſpiritus vitæ, ſubiungit. Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinẽ carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis. ———

¶ Aſſignat locum vbi in Apoſtolo ſit fundata prædicta ratio clarè in littera. Nota, ꝙ eſto ante incarnationem filij Dei fuerit data gratia Spiritus ſancti, non tamẽ tam copioſè ſicut in noua lege. Et vnam rationem tangit D.S. hic, quia nondum erat remotum impedimentum gratiæ, ſ. peccatum totius naturæ humanæ, per ſatisfactionem Chriſti tempus enim gratiæ, vt habet D.S. in quarto. diſt.2.q.1.ar.4.q.3.ad primum, quo ad preſentiam gratię in mundo, incepit in ipſa incarnatione Chriſti, ſed quantum ad diffuſionem eius in mundo, incepit in prædicatione, & baptiſmo Chriſti. Et ſecundùm Scotum in quarto.diſt.2.q.1. paſſio Chriſti cum eſſet cauſa meritoria reſpectu efficaciæ ſacramentorum veterum, & etiam reſpectu gratiæ collatæ antiquis patribus, tamen maiorem efficaciam habet reſpectu noſtrorum ſacramentorum, & gratiæ nunc cõferendæ, quia iuſtus obſequium exhibitum ad bonum maius acceptat, quàm præuiſum. Trinitas autem nũc cõfert tanquam propter paſſionem Chriſti exhibitam, etiam a nobis creditam vt exhibitam, tunc autem contulit vt propter eam a ſeipſo præuiſam, & ab alijs fidelibus præcreditam vt exhibendã. Hinc etiam apparet quare baptiſmus aperit ianuam, non autem è conuerſo, non quidem ex parte meritoria, quia quantumcunq; magna gratia collata fuiſſet in virtute paſſionis Chriſti præuiſæ non conferebatur vt efficax ad finem gratiæ, ſcilicet ad beatitudinẽ, niſi prius obſequium illud eſſet ſolutum minima autem ſi conferretur nunc in virtute huius obſequij iam ſoluti, conferretur tamen vt ſufficienter diſponens ad beatitudinem. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd noua lex habet maiorem gratiam etiam propter paſſionem Chriſti factam. Et redit in idẽ cum dicto D.S. & etiam maior gratia quo ad vnum effectum, ſcilicet introductionem in cœlum, quem per gratiam in veteri lege nullus conſequi potuit. Vide, & D.S. in 4.diſtin. 2. q.1.atti.4.quæſt.2.ad ſecundum. quia per Chriſti incarnationem, & ſatisfactionem natura dignificata fuit, & magis idonea facta ad gratiam recipiendam. Deinde ibi.

¶ Secunda ratio poteſt aſſignari ex perfectione legis nouæ. Nõ enim aliquid ad perfectum adducitur ſtatim a principio, ſed quodam temporali ſucceſſionis ordine, ſicut aliquis prius fit puer, & poſtmodum vir. ———

¶ Subiungit ſecundam rationem. Et primò facit, quod dictum eſt. Secundò oſtendit locũ in Apoſtolo vbi ſit fundata, ibi. Et hãc rationem. Arguitur ergo ſic ex iſta ratione. Nihil ad perfectum adducitur ſtatim a principio, ſed quodam, &c. vt in littera; ſed noua lex fuit perfecta, igitur, &c. Maior patet exemplariter, quia prius fuit puer, quàm vir, & ita illum ordinem Deus quandoque obſeruat, non propter impotentiam ſuam, ſed propter ordinem in rebus ſeruandum. Vnde D.S. vbi iam in opuſculo habet. Ideo, dicit ſcilicet Athanaſius ſecundùm prædeterminationem Diuinam; quia poſſibile erat Deo alio modo, quàm per Chriſti incarnationem perfectionem gratiæ humano generi conferre, loquẽdo de potentia abſoluta, ſed non potuit humanum genus hanc plenitudinem aliter conſequi ſuppoſita Dei ordinatione. Hæc ille. Ita dico hic de obſeruatione ordinis procedendo de imperfecto ad perfectum. Deinde cum dicit.

¶ Et hanc rationem aſſignat Apoſtolus ad Galat. 3. Lex pedagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur; at vbi venit fides iã nõ ſumus ſub pedagogo. —

¶ Oſtendit hanc rationem fundatam in Apoſtolo. Et patet intellectus huius auctoritatis ex ſupradictis. q.98.ar.2.ad primum. Conſequenter ibi.

¶ Tertia ratio ſumitur ex hoc, quòd lex noua eſt lex gratiæ, & ideo primò oportuit, quòd homo relinqueretur ſibi in ſtatu veteris legis, vt in peccatum cadendo ſuam infirmitatem cognoſcens, recognoſceret ſe gratia indigere. ———

¶ Deducit tertiam rationem, quam ſecundò etiam demõſtrat eſſe Apoſtoli, ibi. Et hanc rationem, &c. Arguitur tertiò ſic. Lex noua eſt lex gratiæ, ergo oportuit, &c. vt in littera. Tenet conſequentia extra litteram, quia per recognitionem indigẽtię ipſius gratiæ, homo magis diſponitur ad gratiam, nec ſuperbus eſt capax gratiæ. Et hæc ratio etiam ſupra tacta fuit q.98.arti.6. in ſimili de veteri lege. Si enim illam non decuit dari niſi homo cognoſceret ſe ea indigere, multò magis noua non debuit dari niſi homine humiliato, & petente gratiam. Vide etiam in ſimili materia 3.par.q.1.ar.5.vbi agitur quare Chriſtus non fuit a principio incarnatus, & in quarto d.2.q.1.ar.4.q.2.quare ſacramenta perfecta non debuerunt a principio inſtitui. Tunc ibi.

¶ Et hanc rationem aſſignat Apoſtolus ad Roma. 5. dicens. Lex ſubintrauit vt abundaret delictum, vbi autẽ abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. ———

¶ Manifeſtat locum fundantem prædictam rationem ex Apoſtolo, & patet clarè.

¶ Secundam autem rationem prædictam continet etiam virtualiter argumentum in contrarium; quia ſpiritualitas ſe habet ad animalitatem ſicut perfectum ad imperfectum, ſed imperfectum præcedit, igitur & animale, & ergo in humana natura prius debuit eſſe imperfecta lex, quàm perfecta, quæ eſt noua.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd humanum genus propter peccatum primi parentis meruit priuari auxilio gratiæ, & ideo quibuſcunque non datur, hoc eſt ex iuſtitia, quibuſcumque autem datur, hoc eſt ex gratia, vt Auguſtinus dicit in libro de perfectione iuſtitiæ. Vnde non eſt acceptio perſonarum apud Deum, ex hoc, quòd non omnibus a principio mundi legem gratiæ propoſuit, quæ erat debito ordine proponenda, vt dictum eſt.* ——— * In cor.ar.

¶ Ad maiorem patuit ſupra.q.98.ar.4.ad ſecundum, conceditur enim, dico autem, quòd acceptio perſonarum ſolùm habet locum in debitis, ſed non in collatis gratuitò. Et dico, quòd propter peccatum ſaltem originale iuſtè ſubtrahitur auxilium gratiæ, & miſericorditer communicatur. Minor conceditur, ſed per peccatum ſunt indigni gratia facti, & gratia eis non debetur. Vnde negatur conſequentia, tum quia Deus ſalua iuſtitia potuit legẽ gratiæ nunquàm dare; tũ ſecũdò, quia eſto voluerit dare miſericorditer, tamen erat ſeruandus ordo, vt dictum eſt in cor.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd diuerſitas locorum non variat diuerſum ſtatum humani generis, qui variatur per temporis ſucceſſionem; & ideo omnibus locis proponitur lex noua, non autem omnibus temporibus, licet omni tempore fuerint aliqui ad nouum teſtamentum pertinentes vt ſupra dictum eſt.* ——— *ar.1.ad 3v

¶ Maior quidem vera, quo ad eſſe homines in diuerſis temporibus, & locis; ſed eſt magna differentia inter diuerſitatem temporum, & locorum, quia diuerſitas temporum mutat ſtatum humani generis, non autem diuerſitas locorum; patet enim apud nos, quòd etiam in eodem loco ſecundùm diuerſa tempora eſt diuerſitas ſtatus, ita ꝙ tempus magis variat de conditione hominũ quo ad ſtatum, quàm diuerſitas locorum. Minor conceditur, ꝙ in diuerſis locis exiſtentes fuerunt in vno ſtatu. Sed negatur cõſequentia, quia debuit eſſe proceſſus de imperfecto ad perfectum, qui proceſſus eſt ſecundum tempus non ſecundum loca. Notat tamen D.S. in ſolutione, quòd quamuis non fuerit lex noua abſolutè a principio, fuerunt tamen ſempera principio aliqui pertinentes ad nouam legem vt patuit arti.1.ad tertium.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ea, quæ pertinent ad ſalutem corporalem deſeruiunt homini quantum ad naturam, quæ non tollitur per peccatum; ſed ea, quæ pertinent ad ſpiritualem ſalutem, ordinantur ad gratiam, quæ amittitur per peccatum, & ideo non eſt ſimilis ratio de vtriſque. ———

¶ Ad hoc argumentũ patuit ſupra q.98.ar.4.ad 3. Maior quidem vera, quo ad eſſe neceſſarium conditionale, ſed eſt magna differentia inter ſalutem corporalem, & ſpiritualem, quia corporalis eſt de naturalib. & ſimiliter pertinentes ad ea, quæ naturalia beneficia per peccatũ nõ ſubtrahũtur, ſed ſalus ſpiritualis eſt de gratuitis beneficiis, q̃ ꝑ peccatũ ſubtrahũtur; ita ꝙ peccãdo facit ſe indignũ ne debeantur ſibi gratuita ex iuſtitia, vel magis facit vt debeat non habere gratuita. Minor conceditur, quia corporalia ſunt naturalia, & aliqualiter dantur ex debito, non autem ſpiritualia; & infra patebit, quare negatur conſequentia. Ex hac ſolutione nota fundamentum eius, quod alibi habetur ſecunda ſecundæ q.10. ꝙ paruuli infidelium inuitis parentibus nõ ſunt baptizandi, eſto grauiter contra Deum peccent infideles; quia peccatum non aufert naturã nec per conſequẽs ius naturale, & ergo quamuis peccent contra maximũ. ſ. Deũ non tñ demerentur priuari minoti, qđ eſt naturale; & tñ quo ad intimitatem, & inamiſcibilitatẽ naturalia maiora ſunt gratuitis, licet non quo ad eſſe ſimpliciter, & perfectionem, non enim ſunt eiuſdem ordinis.

Vtrum

Vtrum lex noua ſit duratura vſque ad finem mundi, an debeat ei alia lex ſuccedere.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, quòd lex noua non ſit duratura vſque ad finem mundi. Quia vt Apoſtolus dicit 1.ad Corinth.13. Cum venerit, qđ perfectum eſt, euacuabitur, quod ex parte eſt; ſed lex noua ex parte eſt. dicit enim Apoſtolus ibidem. Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus, ergo lex noua euacuanda eſt, alio perfectiori ſtatu ſuccedente.

¶ 2 Præt. Dominus Io.16. promiſit Diſcipulis ſuis in aduentu Spiritus ſancti paracliti cognitionem omnis veritatis; ſed nondum eccleſia omnem veritatem cognoſcit in ſtatu noui teſtamenti; ergo expectandus eſt alius ſtatus in quo per Spiritum ſanctum omnis veritas manifeſtetur.

¶ 3 Præterea. Sicut pater eſt alius a filio, & filius a patre, ita Spiritus ſanctus a patre, & filio; ſed fuit quidã ſtatus conueniens perſonæ patris, ſcilicet ſtatus veteris legis, in quo homines generationi intendebant; ſimiliter etiam eſt alius ſtatus conueniens perſonæ filij, ſcilicet ſtatus nouæ legis, in quo clerici intendentes ſapientiæ, quæ appropriatur filio, principantur; ergo erit ſtatus tertius Spiritus ſancti, in quo ſpirituales viri principabuntur.

¶ 4 Præterea. Dominus dicit Matth.24. Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe, & tunc veniet conſummatio; ſed Euangelium Chriſti iam diu eſt prædicatum in vniuerſo orbe, nec tamen adhuc venit conſummatio, ergo Euangelium Chriſti non eſt Euangelium regni, ſed futurum eſt aliud Euangelium Spiritus ſancti, quaſi alia lex.

¶ Sed contra eſt, quod Dominus dicit Matth.24. Dico vobis; quia non præteribit generatio hęc, donec omnia fiant, quod Chryſoſtomus exponit.* de generatione fidelium Chriſti; ergo ſtatus fidelium Chriſti manebit vſque ad conſummationem ſeculi.

* Hom.78. in Matth. non remota principi.

¶ Hic inquirit de curatione legis nouæ ex parte termini. An ſit duratura, &c.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſtatus mundi variari poteſt dupliciter. Vno modo ſecundùm diuerſitatem legis, & ſic huic ſtatui nouæ legis nullus alius ſtatus ſuccedet. ———

¶ D.S. reſpondet diſtinctè ſecundùm diſtinctionem bimembrẽ, ſecundum quam ponit duas concluſiones reſponſiuas correſpõdentes, ſecundam & ſecundum membrum ponit, ibi. Alio modo, &c. quia igitur dictum eſt arti.3 quòd lex noua correſpondet ſtatui hominum perfectiſſimo in hac vita, ideo iuxta variationẽ ſtatus hominum vſque ad finem mundi inquirit variationem legis, & ponit diſtinctionem per modum notabilis, quòd ſtatus mũdi variari poteſt dupliciter. Vno modo ſecundum diuerſitatem legis, ita ſcilicet quòd venturus ſit ſtatus hominum in quo habeatur alia, & perfectior lex, non enim poteſt eſſe vt ſuccedat imperfectior, quia vt patuit ar.3. Deus procedit de imperfecto ad perfectum, & non è contra, ſicut & natura, &c. Et ponit concluſionem primam reſponſiuam huic membro correſpondentem. Deinde ſecũdò probat eã, ibi. Succedit, &c. cõcluſio. Hinc ſtatui nouæ legis nullus alius ſtatus ſuccedet. Et habetur ex illa concluſione reſponſio ad quæſitum formaliter affirmatiuè, ſcilicet quòd noua lex durabit vſque ad finẽ mundi, quia benè ſequitur nullus alius ſtatus ſuccedet qui habeat aliam legem. ſ. a Deo, & veram, igitur illa lex ſemper manebit. Conſequenter cum dicit.

Concluſio prima.

¶ Succeſſit enim ſtatus nouę legis ſtatui veteris legis tanquam perfectior imperfectiori, nullus autem ſtatus præſentis vitæ poteſt eſſe perfectior, quàm ſtatus nouę legis. Nihil enim poteſt eſſe propinquius fini vltimo, quàm quod immediatè in finem vltimum introducit; hoc autẽ facit noua lex, vnde Apoſtolus dicit ad Heb.10. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti, quam initiauit nobis viam nouam, accedimus ad eum. Vnde non poteſt eſſe aliquis perfectior ſtatus preſentis uitę, quàm ſtatus nouę legis, quia tantò eſt unumquodque perfectius, quantò ultimo fini propinquius. ———

¶ Probat prædictam concluſionem, Status nouæ legis ſucceſſit ſtatim velut tanquam perfectior imperfectiori; ſed nullus ſtatus præſentis vitæ poteſt eſſe perfectior, quàm ſtatus nouæ legis; igitur ſequitur concluſio, ꝙ nullus alius ſtatus ſuccedit ſecundum variationem legis. Maiorem D.S. relinquit notam, & patet ex ſupra dictis; & vult iſta maior, quòd ideo ſtatus ſecundum legem mutatur, quia ſuccedit perfectior lex, & ea ratione vetus lex variata fuit; ſi igitur non erit perfectior, nec eſſe poſſit, ceſſat ratio variationis legis, & per conſequens ſemper manebit vſque in finem. Minor probatur, quia nihil poteſt eſſe propinquus, & c. vt in littera, igitur minor vera. Tenet conſequentia, quia tantò eſt vnũquodq; perfectius, quantò vltimo fini propinquius. Antecedens probatur auctoritate Apoſtoli in littera, & ex ea D.S. iterum infert minorem, & habetur ex illa auctoritate Apoſtoli, quòd noua lex per paſſionem Chriſti introducit in beatitudinem immediatè, quã beatitudinẽ primò introuit, quia primus ad cœlum aſcẽdit, & per conſequens noua lex immediatè vltimo fini coniungit, vt voluit antecedens. Conſequenter ibi.

¶ Alio modo ſtatus hominum variari poteſt ſecundùm, quòd homines diuerſimodè ſe habent ad eandem legem vel perfectius vel minus perfectè; & ſic ſtatus veteris legis frequenter fuit mutatus cum quandoque leges optimè cuſtodirentur, quandoque autem omnino prætermitterentur; ſic etiam ſtatus nouæ legis diuerſificatur ſecundùm diuerſa loca, & tempora, & perſonas, inquantum gratia Spiritus ſancti perfectius vel minus perfectè ab aliquibus habetur. ———

¶ Ponit ſecundum membrum diſtinctionis, ſed alio modo variatur ſtatus, non quia habeat aliam legem, ſed quia homines ad eandem legem diuerſimodè ſe habent ſecũdum magis, & minus benè, ſicut etiam ſtatus veteris eadem ſcilicet lege manente, ſepe variatus fuit; vnde tempore Machabęorum penè totaliter dimiſſa fuit lex vetus. Et ſubiungit ſecundam concluſionem illam. Status nouæ legis iſto modo diuerſificatur ſecundùm diuerſa loca, & tempora, & perſonas. D.S. primò probat hanc concluſionem, ſecundò remouet quoddam dubium ibi. Non eſt, &c. Probat concluſionem tali aſſumpto. Gratia Spiritus ſancti ab aliquibus perfectius vel minus perfectè habetur, ergo concluſio vera. Tenet conſequentia, quia gratia Spiritus ſancti principaliter eſt lex noua, vt patuit art. 1. Antecedens relinquitur de ſe notum, quia in Apoſtolis, & in ſtatu primitiuæ eccleſiæ, videtur fuiſſe multò maior gratia, cum fuerit maior deuotio, & feruor fidelium, quàm modo. Deinde cum dicit. Concluſio ſecunda.

¶ Non eſt tamen expectandum, ꝙ ſit aliquis ſtatus futurus, in quo perfectius gratia Spiritus ſancti habeatur, quàm hactenus habita fuerit, & maximè ab Apoſtolis, qui primitias ſpiritus acceperũt ideſt, & tempore prius, & cæteris abundantius, vt glo.dicit Rom.8. ———

¶ Iuxta dictum añs ponit quoddam notabile limitatiuũ, quia enim dicit antecedens, ꝙ ſtatus nouæ legis diuerſificatur ſecundùm maiorem gratiam Spiritus ſancti, poſſet alicui videri, ꝙ adhuc eſſet maior gratia futura in eccleſia, quàm vnquam fuerit etiam in Apoſtolis cum fiat etiam proceſſus de imperfecto ad perfectum. Hoc D.S. remouet, & vult, quòd non eſt ꝛtimandum quòd maior gratia futura ſit; eſto enim proceſſus fiat de imperfecto ad perfectum in diuerſis legibus, tamen in eadem lege, ſcilicet noua, primi cum fuerint aliorum perfectiores, & Doctores, & fonti gratiæ propinquiores debuerunt eſſe perfectiſſimi, vnde D.S. ſecunda ſecundæ.q.1.ar.7.ad quartum. ponit rationem iã dicti, & dicit. Vltima conſummatio gratiæ facta eſt per Chriſtũ, vnde tempus eius dicitur tempus plenitudinis ad Gal.4. & ideo illi, qui fuerunt propinquiores Chriſto vel ante, ſicut Ioannes Baptiſta, vel poſt, ſicut Apoſtoli plenius myſteria fidei cognouerũt, quia & circa ſtatum hominis hoc videmus, quòd perfectio eſt in iuuentute, & tantò habet homo perfectiorẽ ſtatum ante vel poſt, quantò eſt iuuentute propinquior, hæc ille. Et ex eadem radice probat tertia parte q.27. articulo 5. quòd beatiſſima Virgo cum fuerit Chriſto ſecundum humanitatem, quæ fuit aliqualiter cauſa gratiæ propinquiſſima, obtinuit gratiæ plenitudinem; patet ergo ratio dicti Doct. S. quare non ſit expectanda maior gratia, quàm fuerit in Apoſtolis.

ARGVMENTVM in contrarium eſt pro concluſione, quia ſemper manebit ſtatus ſub vna lege, cum quo ſtat, quòd erit diuerſitas in ſe hũdo ad eandem legem, vt dicit ſecunda cõcluſio.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut Dionyſ. dicit in cę. Hier.* triplex eſt hominum ſtatus. Primus quidem veteris legis, ſecundus nouæ legis, tertius ſtatus ſuccedit non in hac vita, ſed in futura, ſcilicet in patria. Dionyſius. cap.4.

Sed

Sed ſicut primus ſtatus eſt figuralis, & imperfectus reſpectu ſtatus Euangelij; ita hic ſtatus eſt figuralis, & imperfectus reſpectu ſtatus patriæ; quo veniente, iſte ſtatus euacuatur; ſicut dicitur 1. Corinth. 13. Videmus nũc p ſpeculum in enigmate, tũc autem facie ad faciem.

¶ Maior cõceditur, quando perfectum, & imperfectum habẽt ſe circa idem & quando opponuntur. hoc autem dico, quia natura eſt quidem imperfecta reſpectu gloriæ, non tamen tolletur, quia non opponitur gloriæ, ſed ei ſubſternitur, vt patuit ſupra. Ad minorem dico, quòd eſt ex parte, reſpectu futuri ſtatus, ſed nõ eſt imperfecta in via, ratione dicta, quia propinquè ſe habet ad patriam. Ad conſequens conceditur, quòd euacuabitur veniente perfectiori ſtatu, ſed ille non eſt hic, ſed in patria, & tunc euacuabitur ſtatus nouæ legis, qui eſt ſignalis reſpectu patriæ, vt ſupra dictum fuit, figura autem ceſſat adueniente figurato.

¶ Et nota, quòd propriè loquẽdo, noua lex quantum ad principale non euacuatur, immo augetur, ſcilicet quantum ad gratiã; ſed ſtatus illius gratiæ, & modus habendi, & exterior cultus qui nunc concomitatur gratiam, illa euacuantur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut Auguſt. dicit in libro contra Fauſtum,* Montanus, & priſcilla poſuerunt, quòd promiſſio Domini de Spiritu ſancto dando non fuit completa in Apoſtolis, ſed in eis. Et ſimiliter Manichæi poſuerunt, quòd fuit completa in Manichæo quem dicebant eſſe ſpiritum paraclitum; & ideo vtrique non recipiebant actus Apoſtolorum in quibus manifeſtè oſtenditur, quòd illa promiſſio fuit in Apoſtolis completa, ſicut Dominus iterato eis promiſit. Actuum primo. Baptizabimini in Spiritu ſancto non poſt multos hos dies, quod impletum legitur Actuũ. 2. Sed iſtæ vanitates excluduntur per hoc, quod dicitur Ioan. 7. Nondum erat ſpiritus datus, quia nondum Ieſus erat glorificatus. Ex quo datur intelligi, quòd ſtatim glorificato Chriſto in reſurrectione, & aſcenſione, fuit Spiritus ſanctus datus. Et per hoc etiã excluditur quorumcumque vanitas, qui dicerent eſſe expectandum aliud tempus ſcilicet Spiritus ſancti. Docuit autem Spiritus ſanctus Apoſtolos omnem veritatem de his, quæ pertinent ad neceſſitatem ſalutis, ſcilicet de credendis, & de agendis; non tamen docuit eos de omnibus futuris euentibus, hoc enim ad eos non pertinebat, ſecundũ illud Actuum primo. Non eſt veſtrum noſce tempora vel momẽta, quæ pater poſuit in poteſtate ſua.

* Li. de hæreſib. 69. ad quod vult Deum ca. 26. & li. 19. contra Fauſtũ cap. 31. & de utilitate credẽdi. capit.

Ioan. 7.

¶ Ad maiorẽ dico primò, quòd miſſio Spiritus ſancti de qua loquitur Euangeliſta completa eſt, non vt quidam inaniter dicũt in priſcilla vel Manichæo, ſed in Apoſtolis Chriſti; nec eſt expectandum aliud tempus Spiritus ſancti. Dico ſecundò, q̃ Chriſtus promiſit in aduentu Spiritus ſancti omnis veritatis cognitionem, quæ eſt neceſſaria ad ſalutem, ſed non omnem cognitionem futurorum euentuum; quamquàm nec Prophetæ de talibus euentibus defuturi ſint vſque ad conſummationem eccleſiæ vt haberi poteſt ex Doctoribus ſuper verba Apoſtoli ad Ephe. 4. Alios quidem dedit Apoſtolos, alios Prophetas. Eſto enim pronunciantes Chriſti incarnationem futuram, finem habuerint in Ioanne Baptiſta; tamẽ prædicentes futura gloriæ, & de ſtatu eccleſiæ poſt Chriſtum, fuerunt, & erũt vſq; in finẽ. Dico etiam, vt habet D. S. ſecunda ſecundæ. q. 176. ar. 1. ad primum, quòd Apoſtoli in ſcientia, & ſapientia ſufficienter inſtructi fuerunt quantum requirebat Doctrina fidei, non autem quantum ad omnia, quæ per ſcientiam acquiſitam cognoſcuntur, puta de concluſionibus Arithmeticę vel Geometriæ. Minor negatur, quòd nõ omnem neceſſariam ad ſalutem in ſtatu noui teſtamenti; ſed non cognouit eccleſia omnem veritatem circa futuros euentus, nec hoc eſt neceſſarium, quare negatur conſequentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd lex vetus non ſolùm fuit patris, ſed etiam filij, quia Chriſtus in veteri lege figurabatur; vnde Dominus dicit Ioan. 5. Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi, de me enim ille ſcripſit. Similiter etiam lex noua nõ ſolùm eſt Chriſti, ſed etiam Spiritus ſancti, ſecundum illud Roma. 8. Lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, &c. vnde non eſt expectanda alia lex, quæ ſit Spiritus ſancti.

¶ Maior vera. Ad minorem pro prima parte. Si intelligitur, quòd ſtatus vet. le. conueniret patri, ita quòd ipſe legem pro illo ſtatu dederit, & non filius, ita quòd figuraret patrem, & nõ filiũ, negatur; pertimebat enim vetus lex, & ad filium, ſcilicet etiam figurandum; non enim eſt dubium quin omnis lex ſit ab omnibus perſonis quo ad eſſe ſuum, cum opera Trinitatis ad extra ſint indiuiſa. Sed vult ſolutio, quòd lex vetus non ſolùm eſt patris, ſicut in cuius cognitionem ducebat, ſed etiam in cognitionem filij. Ad ſecundam partem minoris, ſi intelligitur, quòd ſtatus nouæ legis conueniat ſoli filio, & non Spiritui ſancto, negatur; quia & Spiritus ſanctus, & eius bonitas participatur in noua lege, immo ipſa noua lex quantum ad principale, eſt effectus appropriatus Spiritui ſancto, quia ex amore procedit donum gratiæ, quod eſt principale nouæ legis. Dico præterea, quòd in noua lege principantes non modo ſunt ſapientes, ſed & debẽt eſſe boni, & Spirituales, vt habetur in 4. ſcrip. di. 5. q. 2. ar. 2. q. 4. & alibi; quare negatur conſequentia, quia eadem lex eſt a Chriſto præſertim in humanilate ſecundùm exteriorem promulgationem, ſed a Spiritu ſancto ſecundùm gratiæ infuſionem per appropriationem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cum Chriſtus ſtatim in principio Euangelicæ prędicationis dixerit. Appropinquauit regnum cœlorum, ſtultiſsimum eſt dicere, quòd Euangelium Chriſti non ſit Euangelium regni. Sed prædicatio Euangelij Chriſti poteſt intelligi dupliciter. Vno modo quantum ad diuulgationem notitiæ Chriſti, & ſic prædicatum fuit Euangelium in vniuerſo orbe etiam tempore Apoſtolorum, vt Chryſoſtomus dicit; & ſecundum hoc, quod additur. Et tunc erit conſummatio, intelligitur hoc de deſtructione Hieruſalem, de qua tunc ad litteram loquebatur. Alio modo poteſt intelligi prædicatio Euangelij in vniuerſo orbe cum pleno effectu, ita ſcilicet quòd in qualibet gente fundetur eccleſia, & ita ſicut dicit Auguſtinus in Epiſtola ad Euſichium.* Nondum eſt prædicatum Euangelium in vniuerſo orbe, ſed hoc facto veniet conſummatio mundi.

* Aug. eſt epiſt. 78. parum ante medium. & epiſt. 80.

¶ Ad maiorem dico primò, quòd Euangelium regni, ideſt introducens in regnum cœleſte, eſt Euangelium Chriſti, & oppoſitum dicere eſt ſtultiſſimum vt in principio ſolutionis. Secundò dico, quòd hoc Euangelium regni, & Chriſti prædicabitur quantum ad diuulgationem nominis Chriſti in vniuerſo orbe, & hoc tempore Apoſtolorum, & tunc venit conſummatio deſtructionis Hieruſalem. Tertiò dico, quòd poſt prædicationem Euangelij cum pleno effectu, ita quòd in qualibet gente fundetur eccleſia, & tunc veniet conſummatio mundi.

¶ Ad minorem, verum, Euangelium eſt prædicatum quantum ad diuulgationem notitiæ Chriſti, ſed non ſecundo modo. Et dico, quòd iam venit conſummatio de qua loquebatur Chriſtus ad litteram, ſcilicet deſtructio Hieruſalem, quamuis nondum venerit conſummatio finalis totius mundi, quare negatur conſequentia, quia Euangelium Chriſti iam prædicatum eſt in vniuerſo orbe, & venit conſummatio templi, & Hieruſalem, nec futura eſt alia lex Spiritus ſancti. Vide de iſtis Nycolaum de Lyra. Matthæi. 24. vbi ponit, quæ hanc ſolutionem declarãt oſtendendo, quòd adhuc viuente beato Petro Apoſtolo, peruenit notitia Euangelij Chriſti vſque ad vltimum clima terræ habitabilis. ¶ Pro maiori declaratione huius ſolutionis & materię, nota D. S. in poſtilla ſuper ad Roma. 10. lectione. 3. ſuper hoc verbo Apoſtoli. Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum, &c. quòd ſecundùm Auguſtinum hæc verba nondum erant completa quando Apoſtolus Paulus talia loquebatur, ſed præuidebat ea implenda, & ideo vtitur præterito pro futuro propter certitudinem Diuinæ præordinationis; ſicut etiam Dauid cuius verba aſſumit Apoſtolus; & hoc ideo dicit Auguſtinus, quia adhuc tempore ſuo dicit fuiſſe quaſdam gẽtes in Aphricæ partibus, quibus non erat fides Chriſti prædicata. Chryſoſtomus autem ſuper Matthæum ẽcontratio dicit hoc, quod hoc dr̃ completum fuiſſe tpe Apoſtolorum, exponens ſic quod hr̃ Matth. 24. Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe, & tunc veniet conſummatio, ideſt deſtructio Hieruſalem. Vtrumque autem eſt ali qualiter verum, tempore enim Apoſtolorum ad omnes gentes, etiam vſque ad fines mundi, peruenit aliqua fama de prædicatione Apoſtolorum per ipſos vel Diſcipulos eorum. Matthæus enim p̃dicauit in Aethiopia, Thomas in India. Petrus, & Paulus in Occidente, & hoc eſt, quod Chryſoſtomus intendit dicere; nõ tamen ſic fuit impletum tempore Apoſtolorum, quòd in omnibus gentibus eccleſia ædificaretur, quod tamen implendum eſt ante finem mundi, vt Auguſtinus dicit ad Heſitium; magis tamen intentioni Apoſtoli congruit expoſitio Chryſoſtomi, quàm Auguſtini. Nulla enim ratio eſſet auferendi excuſationem infidelibus per hoc, q̃ in futurum erant audituri; per hoc tamen non habetur, quòd ad ſingulos homines fama prædicationis Apoſtolicæ peruenerit, licet peruenerit ad omnes gentes; nunquid ergo illi ad quos non peruenit, vtpote, ſi fuerint nutriti in ſiluis, excuſationem habent de peccato infidelitatis? Ad

An Euangelium exiuerit per totum orbem.

Ad hoc dicendum, quòd ſecundùm ſententiam domini, quæ habetur Ioan. 15. Illi qui loquentẽ dominum per ſe, vel per eius diſcipulos nõ audiuerunt, excuſationem habent de peccato infidelitatis, non tamen beneficium Dei conſequentur, vt ſcilicet iuſtificentur ab alijs peccatis, vel quæ naſcendo contraxerunt, vel malè viuendo addiderunt, & pro his meritò damnantur. Si qui tamẽ eorum feciſſent quod in ſe eſt, dominus eis ſecundùm ſuam miſericordiam prouidiſſet, mittendo eis prædicatorem fidei; ſicut Petrum Cornelio, Actuum 10. & Paulum Macedonibus, vt habetur actuum. 16. ſed tamen hoc ipſum, quòd aliqui faciunt, quod in ſe eſt, conuertendo ſe. ſad Deum, ex Deo eſt mouente corda ipſorũ ad bonum. Trenorum. 5. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Hæc Doct. Sanct. Ex quibus patet declaratio ſolutionis hic habitæ, & quid Sanctus Aug. & Chriſoſt. ſuper hac re ſenſerunt, qui in re non diſcordant, vt patuit.

Nota.

Quæſt. Centeſima ſeptima.

De comparatione nouæ legis ad veterem.

Deinde conſiderandum eſt de comparatione legis nouæ ad legem veterem. Et circa hoc quæruntur quatuor. Primò, vtrum lex noua ſit alia lex a lege veteri. Secundò, vtrum lex noua impleat veterem. Tertiò, vtrũ lex noua contineatur in veteri. Quartò, quæ ſit grauior, vtrum lex noua, vel vetus.

¶ Poſtq̃ D. S. determinauit de lege noua ſecundũ ſe, hic determinat de ea per comparationẽ ad veterẽ, & patet ordo; q̃a abſoluta conſideratio prior eſt, & p̃ſupponit cõparationi; & circa hoc duo facit. primò, cõparat eã q̃tũ ad conuenientiã, & dr̃iam, ſecundò q̃tum ad grauitatẽ, in 4. ar. Circa primum, primò ſit qd̃ dictum eſt, ſecũdò determinant q̃dam corollaria ex dictis, in ar. ſequenti.

Vtrum lex noua ſit alia, a lege veteri.

Supra q. 91. artic. 5. Et Gal. i. lec. 2.

Ad primum ſic proceditur. Videtur, quòd lex noua non ſit alia a lege veteri. Vtraque enim lex datur fidem Dei hũtibus, quia ſine fide eſt impoſſibile placere Deo, vt dicitur Heb. 11. ſed eadem fides eſt antiquorum, & modernorum, vt dicitur in glo. Matth. 21. ergo etiam eſt eadem lex.

¶ 2 Præt. Aug. dicit in libro contra Adamãtium ma-
*Aug. c. 17. nichei diſcipulum, * quòd breuis differentia Legis, & Euãgelij, eſt Timor, & Amor; ſed ſecũdùm hæc duo, noua lex, & vetus diuerſificari non poſſunt; quia etiam in veteri lege proponuntur præcepta charitatis. Leuit. 19. Diliges proximum tuum, & Deutero. 6. Diliges dominũ Deum tuum. Similiter etiam diuerſificari non poſſunt per aliam differentiam, quam Augu. aſſignat contra Fauſtum, * quia vetus teſtamentum habuit promiſſa tempo-
*Aug. li. 4. cap. 2. ralia, nouum teſtamentum habet promiſſa ſpiritualia, & æterna; quia etiam in nouo teſtamento promittũtur aliqua promiſſa temporalia, ſecũdùm illud Marci. 10. Accipiet centies tantùm in tempore hoc, domos, & fratres &c. Et in veteri teſtamento ſperabantur promiſſa ſpiritualia, & æterna, ſecundùm illud ad Heb. 11. Nunc autem meliorem patriam appetunt. i. cœleſtem, quod dicitur de antiquis patribus; ergo uidetur, quòd noua lex non ſit alia a veteri.

¶ 3 Præte. Apoſtolus videtur diſtinguere vtranque legem, ad Ro. 4. veterem legem appellans legem factorum, legem verò nouam appellãs legem fidei; ſed lex vetus fuit etiam fidei, ſecundùm illud Heb. 11. Omnes teſtimonio fidei probati ſunt, quod dicit de patribus veteris teſtamenti. Similiter etiam lex noua eſt lex factorũ. Dicitur enim Matth. 5. Beneſacite his qui oderunt vos, & Lucæ 20. Hoc facite in meam commemorationem; ergo lex noua non eſt alia a lege veteri.

¶ Sed cõtra eſt, quòd Apoſtolus dicit ad Heb. 7. Trãſlato ſacerdotio neceſſe eſt, ut legis translatio fiat; ſed aliud eſt ſacerdotium noui, & ueteris teſtamenti, ut ibidem Apoſtolus probat; ergo eſt etiam alia lex.

¶ Hic primò inquirit de conuenientia legis nouæ, & veteris; & quia ſupra q. 91. ar. 5. de iſta materia dictum fuit, ideo cò breuius nunc tranſeundum erit.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut ſupra dictum
*q. 90. ar. 2. eſt, * omnis lex ordinat conuerſationem humanã in ordine ad aliquem finem; ea aũt quæ ordinantur ad finem ſecundùm rõnem finis dupliciter diuerſificari poſſunt. Vno mõ, quia ordinant ad diuerſos fines, & hæc eſt diuerſitas ſpeciei, maximè ſi ſit finis proximus. Alio modo ſecundùm propinquitatem ad finem, vel diſtantiam ab ipſo; ſicut patet, q̃ motus differunt ſpecie ſecundũ q̃ ordinantur ad diuerſos terminos; ſecundùm verò q̃ vna pars motus eſt propinquior termino, quàm alia, attendit differentia in motu, ſecundũ perfectũ, & imperfectũ.

Conclusio

¶ D. S. diſtinctè reſpondet quæſito; vnde primò præmittit quandam diſtinctionem bimembrẽ, ſecundò ſubiungit duas cõcluſiones reſponſiuas, ibi. Dicendum eſt &c. ſecundam ibi. Alio mõ lex noua &c. Quo ad primum ponit talẽ concluſionẽ diſtinctiuã præambularẽ. Duæ leges poſſunt diſtingui dupliciter, vel ſicut ordinatæ ad diuerſos fines, uel q̃ una propinquius ordinat ad vnũ, & eundem finem, q̃ alia. Probatur cõcluſio quo ad ambas partes ſimul, omnis lex ordinat &c. ut in principio literæ; ſed ea quæ ordinant ad finem, ſecundũ rõnem finis, poſſunt diſtingui dupliciter. Vno mõ ſecundũ diuerſos fines, quæ eſt diſtinctio ſpecifica. Alio modo ſecundũ propinquitatẽ ad finẽ, vel diſtãtiam; igit̃ cõcluſio illa uera. Huius rõnis. D. S. primò ponit maiorẽ, & minorẽ, ſecundò cõcluſionẽ cũ explicatione, & expoſitiõe partiũ ſuarũ, ibi. Sic ergo &c. Maior ergo patuit ſup. q. 90. art. 2. Minor q̃ prima parte eſt patet ex ſupra dictis; q̃a rõ corũ; q̃ ſunt ad finẽ, ex fine ſumit̃, ſimiliter & diſtinctio, ut patet q. 1. ar. 3. Et notat D. S. q̃ diſtinctio penes finem propinquum præſertim eſt ſpecifica, quia (ut ſup. dictum fuit q. 72. ar. 3.) ſpecies propria ſumitur a fine propinquo nõ remoto, eſto & ab illo ſpecies cõis in moralibus actib. ſumi poſſit. Secundam partem. D. S. declarat exemplariter, & etiam primã partem per exemplum de motibus, quia motus ordinati ad diuerſos terminos diſtinguuntur ſpecie; ſed differentes ſecundùm maiorem, & minorem acceſſum ad eundem terminum, diſtinguuntur gradualiter in eadem ſpecie; & de hoc ſup. q. 52. arti. 1. in corquare ſequitur concluſio præambularis. Conſequenter cum dicit.

¶ Sic ergo duæ leges diſtingui p̃nt dupliciter. Vno modo, quaſi omnino diuerſæ, vtpote ordinatæ ad diuerſos fines; ſicut lex ciuitatis, quæ eſſet ordinata ad hoc, q̃ populus dominaretur, eſſet ſpecie differens ab illa lege, quę eſſet ad hoc ordinata, q̃ optimates ciuitatis dominarentur. Alio modo duæ leges diſtingui poſſunt ſecũdùm q̃ vna propinquius ordinat ad finẽ, alia verò remotius; puta, in una & eadem ciuitate dicitur alia lex, quæ imponitur viris perfectis, qui ſtatim poſſunt exequi ea quæ pertinent ad bonum commune; & alia lex datur de diſciplina puerorum, qui ſunt inſtruendi qualiter poſtmodum opera virorum exequantur.

¶ Subinfert concluſionem præambularem iam probatam, ſed ſuas partes explicat, & exponit exemplariter; quo ad primam de legibus diſparatis ſecundùm diuerſas policias, quia ibi quæruntur diuerſi fines; nam ubi dominantur populares, quæritur bonũ popularium; vbi autem dominantur optimates, quæritur bonum potentum, & ſecundùm illos diuerſos fines, illę leges diſtinguuntur ſpecie diſparata: Secundam partem exponit de legibus impoſitis perfectis, & pueris inſtruendis; & patet, quòd iſtæ duæ leges ordinantur in unum finem, quia & diſciplina puerorum eſt ad hoc, ut quandoque faciant opera uirorum propter eundem finẽ, propter quem tunc viri faciunt. Deinde cum dicit.

¶ Dicendum eſt ergo, q̃ ſecundùm primum modum lex noua non eſt alia a lege veteri, quia vtriuſq; eſt vnus finis. ſ. vt homines ſubdantur Deo; eſt autem vnus Deus, & noui, & veteris teſtamenti, ſecundùm illud Rom. 4. Vnus Deus eſt, qui iuſtificat circunciſionem ex fide, & præputium per fidem.

¶ Subiungit primam concluſionem reſponſiuam, iuxta primũ modum dictæ diſtinctionis (ſcilicet tanquàm omnino diuerſa ſpecie.) Noua lex non eſt alia a ueteri. Probatur, utriuſque legis eſt vnus finis (ſcilicet ex parte legis, & legiſlatoris) ut ſcilicet homines ſubdantur Deo; igitur non diſtinguuntur ſpecie ſecundùm primum modum. Tenet conſequentia ex dictis, quia talis diſtinctio eſt ſecundùm fines diuerſos; & fundatur iſta conſequentia in illa regula poſterioriſtica, Si affirmatio eſt cauſa affirmationis &c. Antecedens probatur ſupponendo, quòd ſubiectio Dei eſt finis, ut ſupra patuit; ſed eſt unus Deus noui, & veteris teſtamenti, ut patet per Apoſtolum; igitur antecedens eſt verum. Deinde ibi.

¶ Alio modo lex noua eſt alia a veteri; quia lex vetus eſt quaſi pedagogus puerorum, vt Apoſtolus dicit ad Gal. 3. Lex autem noua eſt lex perfectionis, quia eſt lex

charitatis, de qua Apostolus dicit ad Col. 3. ꝙ est vinculum perfectionis.

¶Deducit secundam conclusionem responsiuam, iuxta secundum membrum distinctionis, talem. Alio modo (i. secundùm distinctionem, quæ est iuxta maiorem propinquitatem ad eundem finem) lex noua distinguitur a veteri. Et nota verba Doct. Sanct. vbi dicit, quòd distinguitur noua a veteri, sed non dicit (distinguitur specie, quia illa distinctio non est propriè specifica, sed magis gradualis in eadem specie, vt supra dictum est. q. 91. artic. 5.) Probatur autem cõclusio ista, Lex vetus est pedagogus puerorum, nouа autem est lex perfectionis; ergo conclusio vera. Tenet consequentia, quia institutio puerorum est imperfecta, lex autem perfectionis perfecta lex. Antecedens patet pro prima parte auctoritate Apostoli, secunda pars patet, quia est lex charitatis, quæ est vinculum perfectionis; igitur &c.

¶ Et nota, quòd ille excessus nouæ legis supra veterem, etiam magis patebit ar. sequen. vbi declarabitur particulariter in quibus noua suppleat, quod defuit veteri; sed nunc posita est radix illius distinctionis, quia ex gratia, & charitate proueniunt omnes differentiæ illarum legum secundùm perfectum, & imperfectum.

An lex vet. & noua distinguãtur specie.

¶Nota etiam quòd sicut supra dictum fuit, ꝙ non est inconueniens, vt aliqua duo differant in esse naturæ, non tamen in esse moris; sicut & aliqua differunt specie logica, quę non differũt specie entis, vt patet de prædicabilibus, & quibusdam prædicamẽtis; sic in proposito, istæ duæ leges, quia vna principaliter est lex indita, alia scripta; & etiã scriptura nouæ legis est alia a scriptura veteris legis non quidem disparata in esse significatiuo, sed magis explicita; quia tamen ordinantur in finem eundem, vt dictum est; ideo habent rõnem eiusdem legis in specie, licet non sint eadem res in specie; & tñ si loquamur de secundario nouæ legis, & principali ve. le. s. scriptura, põt euidentius saluari idẽtitas specifica legis, quia illę scripturæ in esse significatiuo non distinguunt, nisi secundùm maiorem & minorem expressionem eiusdẽ significati, vt patet ex dictis de ceremonialibus; quia sicut tota uita fuit figuralis, ita & scriptura; attñ quia ex gra nouæ legis ordinatur ad eundem finem cũ scriptura veteris legis. s. ad subiectionem Dei (esto gratia perfectè faciat subiectionem scriptura autem solùm docuerit, & ostenderit subiectionem) ideo & rõne illius, quod est principale in noua lege põt saluari, & de facto saluatur identitas specifica in esse legis non naturæ; & ita patet, quòd in esse legis, quod attenditur penes habitudinem ad finem non est distinctio, nisi gradualis, & per consequens vera est conclusio.

¶Quæ etiam confirmatur argumento in contrarium, quod intẽdit, ꝙ quia sicut sacerdotiũ illud vet. le. figurabat, & disponebat ad sacerdotium Chri, & tendebat ad eundem finẽ. s. subiectionem per singularẽ cultum vnius Dei veri. ita & sacerdotiũ nouę legis, & per consequens leges illis sacerdotijs correspondentes nõ sunt omnino disparatę, sed tendunt in vnum finem, & sic distinguuntur gradualiter penes propinquitatem, & maiorem accessum, vt voluit secunda conclusio.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ vnitas fidei vtriusque testamenti attestatur unitati finis. Dictum est enim

*q.62. ar.1. & 2.q.66.artic.6.

supra, * quòd obiectum theologicarum virtutum, inter quas est fides, est finis ultimus, sed tamen fides habet alium statum in ueteri, & in noua lege; nam quod illi credebant futurum, nos credimus factum.

¶Maior conceditur quidem, ꝙ vtraq; lex data fuit habentibus fidem, sed vt patuit. q. 103. arti. 3. ad quartum, fides antiquorũ aliã habuit habitudinem ad Christum, quàm fides nostra nũc; & secundò fuit fides minus explicata secundùm communem legem, q̃ mõ sit; ita ꝙ illę fides quasi distinguebantur secundũ maiorẽ, & minorem propinquitatẽ ad idem obiectum. Ad minorem iã patuit, fuit una fides ex parte obiecti, sed habuit aliam habitudinẽ propter aliam dispositionem subiecti. Ad cõsequens, Ergo &c. Verum, est una lex ex parte finis, quia obiectum fidei est vltimus finis, licet sub ratione primæ ueritatis; & cũ istæ duæ leges sint sub eodem fine, licet secundùm alium statum, sequitur quod dictũ est in cor. ꝙ distinguantur ſin maiorẽ propinqtatẽ ad eundẽ finem.

¶Ad secundum dicendum, quòd omnes differentiæ, quæ assignantur inter nouam legem, & veterem, accipiũtur secundùm perfectũ, & imperfectum; præcepta enim legis cuiuslibet dantur de actibus uirtutum. Ad operandum autem virtutum opera aliter inclinantur imperfecti, qui nondum habent virtutis habitum, & aliter illi, qui sunt per habitum virtutis perfecti.

D.S. soluendo argumentum hoc primò respondet ad minorẽ. Secundò ad maiorem, ibi. Illi aũt &c. Tertiò ad probationem minoris, ibi. Fuerunt tñ &c. Quo igitur ad minorem dico primò, ꝙ non possunt secundùm ista duo diuersificare specie disparata. Verum est, quia cum timore, & amore stat unitas finis; si autem intelligatur minor, ꝙ non possunt diuersificari secundùm perfectum, & imperfectum in eadem specie, negatur, quia ex hoc arguitur charitas, & absentia charitatis; arguitur & doctrina, & scriptura promittens cœlestia, & alia promittens teerena, tamen ordinantes ad unum finem. Ad maiorem, conceditur ipsa, & rationẽ eius ponit Doct. Sanct. consequenter, quia euangelium, uel magis lex euangelica habet tanquàm principale sui, gratiam & charitatem, ex qua quis inclinatur, ut ex amore, & uolũtariè simpliciter operetur opera uirtuosa præcepta per legem. Habens enim uirtutem operatur propter amorem, & complacentiam uirtutis, & non pp exterius impulsiuum. Lex autem uetus non habuit gratiam, & virtutes, & ergo oportebat homines ad opera uirtutum præcepta induci metu pœnarum, vel promissione bonorum temporaliũ, quibus imperfecti afficiebantur. Vnde dicit Doct. Sanct.

¶ Illi autem qui nondum habent habitum virtutis, inclinantur ad agendum virtutis opera ex aliqua causa extrinseca, puta ex comminatione pœnarum, vel ex promissione aliquarum extrinsecarum remunerationum, puta honoris, vel diuitiarum, vel alicuius huiusmodi; & ideo lex uetus (quę dabatur imperfectis, ideſt nondum consecutis gratiam spiritualem) dicebatur lex timoris, inquantum inducebat ad obseruantiam præceptorum per comminationem quarundam pœnarum, & dicitur habere temporalia quædam promissa. Illi autem qui habent virtutem, inclinantur ad virtutis opera agenda propter amorem vrtutis, non propter aliquam pœnam aut remunerationem extrinsecam; & ideo lex noua, cuius principalitas consistit in ipsa spirituali gratia indita cordibus, dicitur lex amoris, & dicitur habere promissa spiritualia, & æterna, quæ sunt obiecta virtutis præcipuè charitatis; & ita per se in ea inclinantur non quasi in extranea, sed quasi in propria; & propter hoc etiam lex vetus dicitur cohibere manum non animum, quia qui timore pœnæ ab aliquo peccato abstinet, non simpliciter eius voluntas a peccato recedit, sicut recedit volũtas eius qui amore iustitiæ abstinet a peccato; & propter hoc lex noua, quæ est lex amoris, dicitur animum cohibere.

¶ Ad probationem minoris dico, quòd proponebantur quidẽ præcepta charitatis, sed charitas ipsa cordibus non infundebatur per Spiritum sanctum, sicut in noua lege; & ergo adhuc stat distinctio secundùm perfectum, & imperfectum, ut dixit secunda conclusio. Vltra. Similiter &c. Dico quòd per illam differentiam promissorum non diuersificantur specie, tamen secũdùm perfectum & imperfectum; quia ex illis diuersis promissis habetur, quòd in noua lege est charitas, quæ per se inclinat ad spiritualia, & æterna; in ueteri autem non fuit charitas, sed carnalitas, ideo promittebantur temporalia; sicut & inde prouenit, quòd una dicit cohibere animum, alia manũ, ut patuit. Vltra ad probationem illius, dico quòd in nouo testamento promittuntur, vt in paucioribus temporalia non in uirtute nouæ legis, ut sic, sed propter indispositionem eorum, qui sunt in statu nouæ legis, qui esto non debeant dici Iudæi, tamen communicant cum Iudæis in carnalitate; sicut e contra in ueteri testamento promittebantur spiritualia, vt in paucioribus, ut habet Doct. Sanct. etiam in tertio sed his q̃ù iam pertinebant ad nouam legem ratione principalis nouæ legis, sed non ex efficacia vet. le. sed per Christum. Ad consequens; ergo nõ est alia. Verum, disparata, & omnino diuersa; sed tamen alia modaliter, vel gradualiter, & ad illas probationes minoris. D.S. respõdet consequenter, licet de promissione temporalium prius dixerit; omnes enim istę diuersitates assignatæ fundantur in una radice. s. penes gratiam, & penes eius carentiam. Vnde dicit.

Christiani aliquid habent cũ Iudæis.

¶ Fuerunt tamen aliqui in statu veteris testamenti habentes charitatem, & gratiam Spiritussancti, qui principaliter expectabant promissiones spirituales, & æternas, & secundùm hoc pertinebant ad legem nouam. Similiter etiam in nouo testamento sunt aliqui carnales nõdum pertingentes ad perfectionem nouæ legis, quos oportuit etiam in nouo testamento induci ad virtutis opera per timorem pœnarum, & per aliqua temporalia promissa; lex autem vetus, & si præcepta charitatis daret, non tamen per eam dabatur Spiritussanctus, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, vt dicitur Rom. 5.

¶Ex hac solutione nota, quòd impertinenter loquuntur, dicẽtes, quòd lex noua prohibet animum, sed vetus prohibet manum; hoc enim falsum est, ut patebit ar. sequenti; nam & uetus prohibuit animum, sed scribę, & Pharisei falsò oppositũ opinarentur. Sed lex vetus

vetus non cohibuit animum, sicut noua; quia quod quis dimittit solùm metu pœnæ hominis, non oportet, quòd animo dimittat, qui puniri non potest ab homine; sed quòd quis dimittit ex charitate, & amore Dei, obmittit, & manu, & animo, sciens quia & Deus propter cuius amorem obmittit cogitationes punit &c.

*q. præce. art. 2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut supra dictum est, * lex noua dicitur lex fidei, in quantum eius principalitas consistit in ipsa gratia, quæ interius datur credentibus; unde dicitur gratia fidei. Habet autem secundariò aliqua facta, & moralia, & sacramentalia, sed in his non consistit principalitas legis nouæ; sicut principalitas veteris legis in eis consistebat. Illi autem qui in veteri testamento Deo fuerunt accepti per fidem, secundùm hoc, ad nouum testamentum pertinebãt; non enim iustificabantur, nisi per fidem Christi, qui est actor noui testamenti; vnde & de Moyse dicit Apostolus ad Hebræ. 11. quòd maiores diuitias ęstimabat thesauro ægyptiorum improperium Christi.

¶Maior vera, & bene distinguit per hoc secũdùm perfectum, & imperfectum. Et dico, quòd veterem appellat factorum, quia vetus consistebat in scriptura exteriori, per quam scripturam denunciabatur quid esset agendum, sed non habebatur gratia adimplẽdi; & si qui habuerunt gratiam implendi, secundùm hoc pertibant ad nouam, lex autem nouа dicitur fidei, quia est lex gratiæ, quæ datur habentibus veram fidem, vel virtute verę fidei.

¶Ad minorem pro prima parte, negatur. Dico enim quòd si g fidem patribus fuit data gratia, secundùm hoc non erant veteris testamẽti, sed noui; sed per exteriorem scripturam, quæ erat propriè vetus testamentum non habebatur gratia fidei, quæ est principale in noua lege. Ad secũdam partem minoris negatur, ꝙ sit factorum principaliter, sicut vetus; sed est principaliter gratia Spiritussancti; habet tamen quædam facta. s. morales actus, & quædam sacramentalia, sed tanquàm minus principalia; sed facta vete. leg. erant principalia; quare negatur consequentia, quòd non sit alia gradualiter, & distincta secundùm perfectionem.

Vtrum lex noua impleat veterem.

G 2.2. q.104. artı.6.ad 2. Et 2. dist.9. artı.2.ad 4. Et 4. di.4. q.a.r. 2.ad 3. Et Ro.3. 8. Et Ephe. 2.lec.5. co. 2.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd lex noua legem veterem non impleat. Impletio enim contrariatur euacuationi; sed lex noua euacuat, vel excludit obseruantias legis veteris. Dicit enim Apostolus ad Gala. 5. Si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit; ergo lex noua non est impletiua veteris legis.

¶ 2 Pręt. Contrarium non est impletiuum sui contrarij; sed dominus in lege noua proposuit quædam præcepta contraria præceptis veteris legis. Dicitur enim Matth. 5. Audistis quia dictum est antiquis. Quicunque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudij; ego autem dico vobis quicunque dimiserit vxorem suam facit eam mechari; & idem consequenter patet in prohibitione iuramenti, & etiam in prohibitione talionis, & in odio inimicorum. Similiter etiam videtur dominus excluſisse præcepta veteris legis de discretione ciborum. Matth. 15. dicens. Non quod intrat in os coinquinat hominem; ergo lex noua non est impletiua veteris.

¶ 3 Præte. Quicunque contra legem agit, non implet legem; sed Christus in aliquibus contra legem fecit, tetigit enim leprosum, vt dicitur Matth. 8. quod erat contra legem. Similiter etiam videtur sabbathum pluries violasse; vnde de eo dicebant Iudæi Ioan. 9. Non est hic homo a Deo, qui sabbathum nõ custodit; ergo Christus non impleuit legem, & ita lex noua data a Christo non est veteris impletiua.

*q.99. ar.4.

¶ 4 Præte. In veteri lege continebantur præcepta moralia, ceremonialia & iudicialia, vt supra dictũ est, * sed dominus Matth. 5. vbi quantum ad aliqua legem impleuit, nullam mentionem videtur facere de iudicialibus, & ceremonialibus; ergo videtur quòd lex noua nõ sit totaliter veteris impletiua.

¶ Sed contra est, quod dominus dicit Matth. 5. Non veni soluere legem, sed adimplere; & postea subdit, Iota vnum aut vnus apex non præteribit a lege donec omnia fiant.

¶Hic D.S. determinat aliqua, quæ ad articulum primũ sequuntur. Et primò, an noua veterem legem impleat, hoc enim statim sequitur ex ar. 1. quia perfectum implet imperfectum. Dictum est autem, quia noua differat a ueteri; sicut perfectũ ab imperfecto.

* Ar. præc.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, * lex noua comparatur ad veterem; sicut perfectum ad imperfectum; omne autem perfectum adimplet id quod imperfecto deest; & secundùm hoc lex noua adimplet veterem legem, inquantum supplet illud, quod veteri legi deerat.

Conclusio responsi.

¶ Conclusio responsiua ex hoc corpore est talis. Lex noua adimplet veterem legem inquantum supplet illud, quod vete. le. defuit. Ista conclusio habet duas partes quarum vna aliam exponit, quia implet supplendo, quod altera deerat. Et Doct. Sanct. probat primò primam partem eius generaliter, sicut & illa pars est generaliter responsiua. Secundò secundam magis explicat per residuum corporis, ibi. In ueteri autem &c. quo ad primam arguitur sic. Omne perfectum implet id quod imperfecto deest, sed lex noua comparatur &c. vt in principio literæ; igitur illa pars vera.

¶ Maiorem Doct. Sanct. relinquit notam, præsertim quando perfectum, & imperfectum sunt eiusdem ordinis, & quando vnũ disponit, & ordinatur ad aliud; sicut in proposito. Minor patuit artic. primo. Consequenter cum dicit.

¶ In veteri autem lege duo possunt considerari, scilicet finis, & præcepta contenta in lege. Finis verò cuiuslibet legis est, vt homines efficiantur iusti & virtuosi, vt supra dictum est; * vnde & finis veteris legis erat iustificatio hominum, quam quidem lex efficere non poterat, sed figurabat quibusdam ceremonialibus factis, & promittebat verbis.

* q.92. ar.1.

¶ Ostendit & explicat secundam partem conclusionis respõsi. quæ vult, quòd noua suppleat, quod deerat vet. le. Quæ probatur sic. In veteri lege duo possunt considerari. s. finis, & præcepta contenta in lege, sed noua lex quantum ad vtrunque supplet, quod deerat vet. le. igitur illa secunda pars vera, & est argumentũ a sufficienti inductione, quia circa vet. legem non est aliud considerare. Maior relinquitur nota. Minorem nõ ponit, sed probat primò primam partem, secundò secundam, ibi. Præcepta verò &c. Quo ad primam. s. ex parte finis arguitur sic. Finis vete. le. fuit iustificatio hominũ quam lex efficere non poterat, sed figurabat, & promittebat; sed noua lex iustificat per passionem Christi, & exhibet, quod vetus promittebat, & complet, quod vetus figurabat; igitur implet vet. le. ex parte finis, qui fuit iustificare, promittere, & figurare. Doct. Sanct. primò ponit maiorem, secundò probat minorem auctoritatibus Apostoli, ibi. Et quantum ad &c. Maior ergo prædicta probatur pro prima parte, quia finis cuiuslibet legis est, vt homines efficiantur iusti, & uirtuosi; igitur & vet. le. Antecedens patuit sup. q. 92. ar. 1. Secunda pars maioris patuit sup. quæstio. 103. & sępius. Consequenter ibi.

¶ Et quantum ad hoc lex noua implet veterem legem iustificando per virtutem passionis Christi; & hoc est, quod Apostolus dicit ad Rom. 8. quòd impossibile erat legi, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis; & quantum ad hoc lex noua cohibet, quòd lex vetus promittebat, secundùm illud 2. ad Corinth. primo, Quotquot promissiones Dei sunt in illo est, ideſt in Christo; & iterum quantum ad hoc complet etiam, quod vetus lex figurabat; vnde ad col. 2. dicitur de ceremonialibus, quod erant umbra futurorum. Corpus autem Christi. i. veritas pertinet ad Christum; vnde lex noua dicitur lex ueritatis, lex autem vetus vmbræ, vel figuræ.

¶Subiungit minorem pro minore principali pro secunda parte conclusionis, quam probat per Apostolum quo ad omnes eius tres partes; duæ etiam ultimæ partes sequuntur manifestè ex prima, quia eo ipso, quòd iustificat noua lex, exhibet quod vetus promittebat; & quia vetus lex figurabat iustificationem, quam facit lex noua, ergo implet, quod illa figurabat; & confirmatur ista tertia pars ex nominatione nouæ legis, quia dicitur lex ueritatis, vetus autem umbra, vel figura; sed veritas implet umbram, & figuram; igitur &c. Deinde cum dicit.

¶ Præcepta verò ueteris legis adimpleuit Christus, & opere, & doctrina; opere quidem, quia circuncidi uoluit, & alia legalia obseruare, quæ erant tempore illo obseruanda; secundùm illud Galat. 3. Factum sub lege.

¶Manifestat secundam partẽ minoris principalis.s.quòd noua impleat veterẽ quo ad præcepta,& præsertim, ꝙ Christus auctor nouæ legis impleuerit opere,& doctrina;& primò ꝙ opere,secundò,ꝙ doctrina,ibi.Sua autẽ &c. Quo ad primum sic, Christus circuncidi voluit,& alia legalia seruare;igitur adimpleuit præcepta vet.le.opere. Consequentia nota. Antecedẽs declaratur,& probatur auctoritate Apostoli.

¶Et nota, quòd præcepta etiam ceremonialia Christus adimpleuit opere, sed circa ipsa nihil docuit, vt patebit ad quartum; sed moralia præcepta exposuit, & ad ipsa seruanda tutius aliqua ordinauit;similiter superadditit cõsilia moralibus præceptis, sed ceremonialia non sic ordinauit tutius implenda , quia erat statim habitura finem.Vnde quod Doct. Sanct.dicit(quia impleuit opere,& doctrina)referendum est ad diuersa, opus videlicet tantùm ad ceremonialia,sed doctrina tantùm ad iudicialia; quia mulierẽ in adulterio deprehensam impunitam abire fecit;sed opus, & doctrina ad moralia,vt patet in sequenti litera. Deinde ibi.

¶ Sua autem doctrina adimpleuit præcepta legis tripliciter. Primò quidem verum intellectum legis exprimendo; sicut patet in homicidio,& adulterio, in quorũ prohibitione Scribę & Pharisęi non intelligebant, nisi exteriorem actum prohibitum. Vnde dominus legem adimpleuit , ostendendo etiam interiores actus peccatorum cadere sub prohibitione. Secundò, adimpleuit dominus præcepta legis ordinando quomodo tutius obseruaretur,quod lex vetus statuerat,sicut lex vetus statuerat, vt homo non periuraret, & hoc tutius conseruaretur si omnino a iuramento abstineatur , nisi in causa necessitatis. Tertiò,adimpleuit dominus præcepta legis superaddendo quædam perfectionis consilia , vt patet Matth.19.vbi dominus dicenti se obseruasse præcepta veteris legis, dicit. Vnum tibi deest, si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes &c. ——————

¶Declarat quomodo noua lex,& auctor eius impleuit veterem quo ad præcepta,scilicet doctrina. Quod probatur sic, Christus in sua doctrina verum intellectum legis vete. expressit; & ordinauit quomodo præcepta tutius obseruarentur, & superaddit quædam perfectionis consilia;ergo adimpleuit præcepta vete.le. doctrina. Consequentia nota. Antecedens pro partibus suis declaratur clarè in littera.

¶Nota autem,quòd hic manifestè habetur,quod dictum est artic 1.ad secundum,quia vetus lex in veritate prohibuit interiores motus,& præcepta actus exterioris prohibitiua etiam intelliguntur de actu interiori,licet Pharisei falsò intelligerent solùm de actu exteriori,vbi interior non fuit expresè prohibitus ; quare lex vetus in veritate animum prohibuit,licet non cohiberit.

¶Nota etiam circa hæc verba D.S. cum dicit (sicut patet in homicidio,& adulterio &c.)quia videtur dubium de adulterio interiori;dicunt enim Doctores nostri, quòd populus Iudaicus credebat animi,& voluntatis motus non esse peccata,nisi vbi lex interiores motus specialiter prohibebat; videtur autem, quòd lex vetus specialiter prohiberit concupiscentiam adulterinam in hoc præcepto,Non concupisces vxorem proximi. Quare non videtur posse stare, quòd Scribę, & Pharisei non habuerint pro peccato concupiscentiam adulterinam,quia specialiter prohibita fuit;cuius contrarium dicit Doct. Sanct.de homicidio enim mentali nõ est specialis prohibitio;vnde & August.dicit cõtra Faustum,quòd non intelligebant homicidium, nisi per peremptionem corporis humani,vt patebit ar sequen.ad secundum. Sed dico,quòd vt patuit supra quæst.100.articu.3. Iudæi,sicut & aliqui ex doctoribus nostris,eos in hoc sequentes,dicebant esse vnum præceptum quo prohibetur concupiscentia vxoris alienæ, & aliarum terum, ita quòd in illo præcepto vno prohibetur secundùm eos,concupiscẽtia vxoris nõ propter luxuriã,vel venerem,sed propter auaritiam. Vnde concupiscentia adulterina quam secundùm Doct. San.hic nõn credebant esse peccatum,est quæ non prohibetur specialiter, sed simul cum opere,per illud præceptum , Non mechaberis.Et secundùm Iudæos (vt frequenter habet Paulus Burgensis,& etiã Lyra)actus interior non prohibebatur, nec erat peccatum, nisi prorumperet aliqualiter in actum exteriorem . Et ergo concupiscentia adulterina de qua loquitur Doctor Sanct. non fuit secundùm se,& specialiter prohibita, sed solùm cum actu exteriori,& ideo putabant non esse peccatum secundùm se , quod tamen falsum est.Et ergo Christus hoc declarauit,& expressit Matth.5. Patet ergo quòd Doctor Sanct.bene loquitur, quia in hoc præcepto non concupisces prohibetur secundùm Iudæos solùm concupiscentia auaritiæ , non luxuriæ , quod tamen falsum est , vt patuit etiam supra quæstio. 100. articu. tertio. Vide etiam aliquid de istis in Nicolao de Lyra. Exod.20.circa præceptum non concupisces.

ARGVMENTVM in contrarium exponitur a Nicolao de Lyra , præsertim de adimpletione præceptorum , quæ tamen diuersimodè impleta sunt per Christum , quædam per euacuationem,alia per superadditionem,& declarationem,vnde est proconclusione respondendum.

¶ Ad primum ergo dicendum , quòd lex noua non euacuat obseruantiam veteris legis, nisi quantum ad ceremonialia , vt supra dictum est ; * hæc autem erant in figuram futuri;vnde ex hoc ipso,quòd ceremonialia præcepta sunt impleta perfectis his quæ figurabantur,non sunt ulterius obseruanda; quia si obseruarentur adhuc significaretur aliquid,ut futurum non impletum; sicut etiam promissio futuri doni locum iam non habet promissione iam impleta per doni exhibitionem , & per hunc modum ceremoniæ legis tolluntur cũ implent.——

* q.103. art. 3. & 4.

¶ Maior vera est in naturalibus,& in corporalibus,sed in figuralibus negatur;immo oportet,quòd impletio sit euacuatio,quia impletio fit per hoc,quòd exhibetur præsentialiter figuratum ; sed ergo est præsens non potest amplius figurari vt futurum,figuratio enim est respectu futuri,quo posito psente,vel præterito,non est locus figurationi.

¶ Ad minorem , est vera cum restrictione , quia noua euacuat veterem quo ab obseruantias ceremoniales ; si enim obseruantia capitur generaliter,tunc non solùm stat pro his,quæ pertinent ad ceremonialia,uel ad conuersationem populi iudaici, sed pro omnibus præceptis vet.le. vt patuit supra quæst.102.arti.4. in quarto argumento;sed moralia non sunt euacuata , sed declarata.Quare negatur consequentia,immo eo ipso,quòd euacuãtur ceremonialia implentur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Augustinus dicit contra Faustum.* Præcepta illa domini non sunt contraria præceptis veteris legis ; quod enim dominus præcepit de uxore non dimittenda, non est contrarium ei, quod lex præcepit, neque enim ait lex , qui uoluerit dimittat uxorem , cui esset contrarium non dimittere; sed utique nolebat dimitti uxorem a uiro' qui hanc interposuit moram , ut in dissidium animus præceps libelli conscriptione refractus absisteret; unde dominus ad ad hoc confirmandum, ut non facile uxor dimittatur, solam causam fornicationis excepit. Et idem etiam dicendum est in prohibitione iuramenti , sicut dictum est. * Et idem etiam patet in prohibitione talionis,taxauit enim modum uindictæ lex, ut non procederetur ad immoderatam uindictam,a qua dominus perfectius remouit eum,quẽ monuit omnino a uindicta abstinere. Circa odium verò inimicorum, remouit falsum Pharisęorum intellectum nos moneus , vt persona odio non haberetur,sed culpa. Circa discretionem verò ciborum, quæ ceremonialis erat,dominus non mandauit,vt tunc non obseruarentur, sed ostendit, quòd nulli cibi secundùm suam naturam erant immundi , sed solùm secundùm figuram,ut supra dictum est. * ——————

* Lib.19.c. 16.18.& 26.

* In fi.cor. ar.

* q.102. ar. 6.ad primũ

¶ Maior conceditur,sed minor negatur. Ad probationem Doctor Sanct.respondet secundùm omnes eius partes,vt patet.

¶Ad probationem dico,quòd libellus repudij præceptus in lege fuit, sed non repudium , & ideo fuit præceptus libellus repudij,vt interueniret mora in qua dissidium animi frangeretur , & ira vel odium contra uxorem mitigaretur , & illud præceptum fuit pro non dimissione vxoris;similiter Christus Matthei 5. voluit,vt non dimitteretur facile vxor ex quacunque causa, sicut Iudæi falsò existimabant etiam absque causa fornicationis, quare præceptum de libello repudij , & præceptum Christi de non dimittenda uxore , se confirmant, & non contrariantur. Lex enim vetus non volebat vxorem dimitti , sed permisit repudiationem, tamen cum libello repudij ad mitigandum pertinax odium , & per consequens ad impediendum dimissionem.

¶ Vltra,ad secundam probationem minoris de iuramento, dico enim quòd nihil præcepit in hoc contra legem , immo ordinauit quomodo tutius obseruetur , ordinans abstinere a iuramento incauto,quod fit extra casum necessitatis. Vnde non prohibuit omne iuramentum, quod esset contra legem; sed ordinauit non iurare omnino.i.non quocunque modo, nec ex leui causa,sed non ordinauit omnino non iurare.

¶Vltra de pœna talionis,negatur, ꝙ aliquid contrarium intentioni legis ordinauerit.Voluit enim lex per pœnã talionis tollere inordinatã vindictã , quod præceptũ perfectius obseruat si qs nullã expetat vindictã. Quo aũt velle se vindicare sit petm,vide secunda

secunda secundæ quæst.108.ar.1o.Potest enim quis appetere alterius punitionem propter ordinem iustitiæ, uel emendationẽ peccantis; sed uindictã quærere solũ propter punitionẽ , ut est mala punito,hoc non licet. Errabant enim in hoc Iudæi putantes vindictam esse propter se appetendam,quod Christus ibidem correxit. Vltra,ad quartum de odio inimicorũ, negatur quòd Christus in hoc aliquid ordinauerit contra legem,sed correxit falsam estimationem Pharisęorũ,quia a contrario sensu arguebant,ex hoc quòd dicitur in lege,Diligas amicum,inferebant ipsi,& odio habebis inimicum,quod Christus remouit, quia nõ debet odio haberi inimicus, quo ad naturam, sed quo ad culpam,quod odire culpam est diligere hominem. Vltra,ad quintum,negatur, ꝙ circa cibos aliqui ordinauerit contra legem, sed solùm declarauit, quòd nullus cibus ex natura haberet immunditiam spiritualem, sed solùm figuratiuè,vt supra dictum fuit q.102.artic.6. ad 10.sed non iussit, quòd tunc non seruarent obseruantias legales circa cibos, quia adhuc ceremonialia ligabant;Christus enim nõ minus discipulis suis immundos cibos secundùm legem vitabat,vt declarat Nico.de Lyra Matth.5. quare negatur consequentia.

¶Circa hoc,quod tangitur in principio solutionis circa materiam auctoritatum , quarum vna est ex Deuter.24.alia Matth.5.

¶Nota quòd dictum Beati August.in principio solutionis videtur esse contra Burgensem,qui Deutero.vbi iam,& Matth.19. vult defendere, quòd repudium vxoris potuit fuisse licitum,& ꝙ aliquis sine peccato potuit dimissa vxore propter fornicationem ducere aliam,& secundùm hoc exponit aliter istam auctoritatem Matth.5.quam Lyra,qui est contrariæ opinionis;sicut & Doctor Sanct.videtur esse q. 105.art.4.ad 8. & est contra Burgensem verbum Aug.cum dicit;sed vtique nolebat dimitti vxorem,& per cõsequens non fuit dimissio licita,sed tantùm tanquàm minus malum permissum,Vide ibidem ad longum.Doct enim Sanct.supra vbi immediatè proposuerat se ex propria sententia dicturum in 3. par.sed morte præuentus non fecit.In quarto autem senten.refert duas opiniones circa hoc,sed se ad nullam determinat.

Nota.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd tactus leprosi erat prohibitus in veteri lege,qa ex hoc incurrebat homo quandam irregularitatis immunditiam, sicut & ex tactu mortui,ut supra dictum est, * sed dominus qui erat mundator leprosi immunditiam incurrere non poterat ; per ea autem quæ fecit in sabbatho , sabbathum non soluit secundùm rei ueritatem, sicut ipsemet in euangelio ostendit; tum quia operabatur miracula uirtute Diuina, quæ semper operatur in rebus; tum quia salutis humanę opera faciebat,cum Pharisei etiam saluti animalium in die Sabbathi prouiderent;tum etiam quia ratione necessitatis discipulos excusauit in Sabbatho spicas colligentes; sed uidebatur soluere secundùm superstitiosum intellectum Pharisęorum , qui credebant etiam a salubribus operibus esse in die sabbathi abstinendum,quod erat cõtra intentionem legis.——————

* q.102.artic.5.

¶Maior vera,sed minor negatur. Ad probationem dicit,quòd tactus leprosi quo mundabatur,non potuit inducere irregularitatem legalem,nec fuit contra legem. Ad secundum de sabbato negatur,quòd vnquam violauerit sabbatum, quia opus domini , & miraculosum , non est contra sabbatum, cum Deus semper operetur.Secundò opus salutis corporalis,vel spiritualis non est contra sabbatum,ut patuit etiam supra,quare negatur consequentia.

¶ Ad quartùm dicendum,quòd ceremonialia præcepta legis,non commemorantur.Matthe.5. quia eorum obseruantia totaliter excluditur per impletionem , vt dictum est.* De iudicialibus uerò præceptis commemorauit præceptum talionis , ut quod , de hoc diceretur, de omuibus aliis esset intelligendum ; in quo quidem præcepto docuit legis intentionem non esse ad hoc , ꝙ pœna talionis quæreretur propter liuorem uindictæ , quem ipse excludit monens , quòd homo debet esse paratus etiam maiores iniurias sufferre , sed solùm propter amorem iustitiæ , quod adhuc in noua lege remanet.——————

* Ad 1. & in cor. ar.

¶ Maior vera, sed alterius rationis fuerunt ceremonialia, quia per Christum erant omnino euacuanda , & erant futura mortifera;non sic moralia,quæ vsque hodie obligant;non sic etiam iudicialia,quæ possunt obseruari , licet sint mortua , non tamen sunt mortifera quo ad substantiam facti,vt patuit supra.

¶ Minor negatur de iudicialibus,quia facit mentionem de pœna talionis,& ipsam exposuit volens simile intelligi de omnibus aliis,quòd obseruanda sint iudicialia amore iustitiæ , non liuore vindictæ.De ceremonialibus concedo,quòd non facit mentionẽ, & ratio tacta est,quia erant omnino euacuanda,& per consequẽs non erat opus aliquid circa ea statuere,uel ordinare;secus de moralibus,quia permansura fuerunt.Vnde & multa circa ipsa Christus ordinauit;iudicialia etiam sane exponit ex uno iudiciali volens intelligere de omnibus.Quare negatur consequentia.

Vtrum lex noua contineatur in veteri.

C Gal. 11 lect. 2.col.5.fi.

AD tertium sic proceditur. Videtur , quòd lex noua in lege ueteri non contineatur. Lex enim noua præcipuè in fide consistit; vnde dicitur lex fidei , ut patet Rom.4. sed multa credenda traduntur in noua lege, quæ in ueteri lege non continentur;ergo lex noua non continetur in ueteri.

¶ 2 Præterea. Quædam glo.* dicit Matth.5. super illud.Qui soluerit unum de mandatis istis minimis,quòd mandata legis sunt minora,in Euangelio verò sunt mandata maiora; maius autem non potest contineri in minori;ergo lex noua non continetur in veteri.

* Chrysost. in Hom.10. in Matthe. in imperfecto opere declinãdo ad fin.

¶ 3 Præterea. Quod continetur in altero simul habetur habito illo ; si igitur lex noua contineretur in veteri , sequeretur quòd habita ueteri lege , habeatur & noua ; superflnum igitur fuit habita ueteri lege,iterum dari nouam; non ergo noua lex continetur in veteri.

¶ Sed contra est , quod dicitur Ezech. primo, Rota erat in rota , ideſt nouum testamentum in veteri , vt Greg.exponit.*

* Homil.6. in Ezec. parum a medio.

¶ Hic Doctor Sanct.determinat quoddam aliud corollarie sequens ex articu.1.scilicet continentiam nouæ legis in veteri.

¶ Respondeo dicendum, quòd aliquid continetur in alio dupliciter . Vno modo in actu , sicut locatum in loco.Alio modo uirtute , sicut effectus in causa,uel complementum in completo , sicut genus continet speciem potestate , & sicut tota arbor continetur in semine.——

¶ Doctor Sanct.primò ponit quoddam notabile distinctiuum. Secundò iuxta secundum eius membrum respondet ibi . Et per hunc &c.Circa primum dicit, quòd aliquid cõtinetur in alio dupliciter.Vno modo actu,& perfectè secundùm se,sicut locatum continetur a loco,quia secundũ seipsum a loco circundatur.Alio modo continetur aliquid in alio virtute,sicut effectus in causa;vel continetur aliquid in alia virtute, scilicet quasi logica , sic genus continet species in potestate,scilicet logica, quæ est ambitus suæ potestatis.Vel sicut continetur complementum in eo,quod completur, vel sicut tota arbor in semine continetur virtualiter; ita ꝙ virtualis continentia extendatur ad quamcunque inclusionem alterius,implicitam etiam,& imperfectam. Et nota quòd Doc.San. ponit multos modos continentiæ virtualis,sed nõ vult, quòd omnes habeant locum in proposito , præsertim non primus , qui est modus quo effectus continetur in causa , quia ille non est ad propositum, quo ad esse effectum,& causam; est tamen ad propositũ. quo ad virtualiter continere;similiter continentia speciei in genere non est ad propositum,quo ad communitatem,& confusam potestatem generis , tamen sunt omnes ad propositum quo ad virtualiter continere. Consequenter cum dicit.

¶ Et per hunc modum noua lex continetur in ueteri.Dictum est enim,* quòd noua lex comparatur ad veterem , sicut perfectum ad imperfectum.—————

* Arti.1. in cor.& ad secundum.

¶ Respondet ad quæsitum iuxta secundum membrum prædictum tali conclusione. Lex noua in veteri continebatur virtualiter sicut arbor in semine,& sicut fructus,in spica,& sicut complementum in eo,quod completur.Intellige tamen vt tactum est, ꝙ continetur, sicut arbor in semine secundùm esse significatiuum, non secundùm esse causatiuum;ita quòd ea, quæ sunt in noua lege expresè, & uerbaliter,erant in vete.implicitè,& representatiuè in factis,& scripturis figuratiuis. Conclusio ergo probatur primò ratione, secundò auctoritate ibi.Vnde Christo &c.Rõne sic, isto modo perfectum continetur in imperfecto , scilicet aliquo modo figuraliter , & implicitè; sed noua lex comparatur ad veterem,sicut perfectum ad imperfectum; ergo conclusio vera.

¶ Maior reliquitur nota,quando perfectum,& imperfectum sunt subordinata,tunc enim perfectum continetur imperfectè, & inchoatiuè in imperfecto(& suppletur illa maior) Minorẽ Doct. Sanct.ponit,& patet ex art.1.& 2. Quare sicut arbor est inchoata io semine , & frumentum in spica , sic noua in ueteri inchoata fuit, & implicitè contenta ; sed tamen deest causalitas ueteris super nouam, sed est inchoatio secundùm esse representatiuum, & figuratiuum.. Tunc ibi.

¶Vnde Chrysostomus exponens illud,quod habetur Marci.4. Vltro terra fructificat primum herbam,deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica, sic dicit. Primò herbam fructificat in lege naturæ, postmodum spicas in lege Moysi, postea plenum frumentum in Euãgelio. Sic igitur est lex noua in veteri lege; sicut fructus in spica.

¶Probat conclusionem responsiuam auctoritate Bea. Chrysost. clarè in litera; & in fine cõclusionẽ resumit per modũ corollarij.

¶Nota autem,quòd in noua lege,vt supra dictũ est,duo sunt,s. gratia,& iustificatio per ipsam,quæ est finis legis;est etiam euangelica doctrina in noua legẽ;& quantum ad vtrunque noua lex continebatur in veteri virtualiter secundùm esse significatum, & figuratum,eo modo quo figuratum continebatur in figura; ut n. supra patuit(cum exponerentur ceremonialia, quæ sunt principaliter figuralia)omnia facta eorum,& cultus Diuinus,& sacramẽta significabant sanctificationem fiendam in noua lege per gratiam. Similiter figurabat,& impliditè continebant doctrinã euangelicam; & ergo noua lex in ipsa continebatur modo dicto quo ad omnia,quæ sunt nouæ legis.

¶ Confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶Ad primum ergo dicendum,quòd omnia,quæ credenda traduntur in nouo testamento explicitè, & apertè,traduntur credenda in veteri testamento,sed implicitè sub figura; & secundùm hoc etiam quantum ad credenda,lex noua continetur in veteri.

¶Maior vera,vt patuit articu. 1.ad tertium.Et dico iuxta Doct. Sanct.secunda secundæ,quòd ea quæ nos credimus explicitè,ipsi etiam,scilicet antiqui patres,crediderunt implicitè, & habuerunt aliqua figuratiua eorum,quæ nos expresse credimus.

¶ Ad minorem si intelligitur, quòd ea quæ nos credimus,non continebantur in veteri lege, saltem,sicut in figura,& implicitè, negatur.Vltra ergo &c.Verum,non continebatur actu,tamen virtualiter secundùm esse figuratum,eo modo quo aliquid continetur in sua figura.

¶ Ad secundum dicendum, quòd præcepta nouæ legis dicuntur esse maiora, quàm præcepta veteris legis quantum ad explicitam manifestationem; sed quantum ad ipsam substantiam præceptorum noui testamẽti,omnia continentur in veteri testamento; vnde Augustinus dicit cõtra Faustum,* quòd pœnè omnia, quæ monuit, vel præcepit dominus,vbi adiungebat. Ego autem dico vobis, inueniũtur etiam in illis ueteribus libris; sed quia non intelligebant homicidium,nisi peremptionem corporis humani; aperuit dominus omnem iniquum motũ ad nocendum fratri in homicidij genere deputari, & quantum ad huiusmodi manifestationes præcepta nouæ legis dicuntur maiora præceptis veteris legis; nihil tamen prohibet maius in minori virtute contineri, sicut arbor continetur in semine.

* Aug. lib. 19. cap. 23. & 28.

¶Maior intelligit,quòd mandata nouæ legis sunt maiora non secundùm substantiam,sed secũdùm explicationem;in uno enim possunt multa contineri secundùm substãtiam, sed virtualiter; sic in illo credibili primo,& apud omnes necessariò(Deus est,& inquirentibus se remunerator est)continetur substantia omnium articulorum fidei,sed implicitè,ut habetur secũda secundæ;sunt autem nostra maiora secundùm explicationem,& ueram expositionem quam Christus dedit;quia & ipsis prohibebatur,vel præcipiebatur,quod nunc præcipitur, scilicet secundùm moralia,sed ipsi non acceperunt vim præceptorũ, & tamen in veritate fuit eis præceptum;sicut in præcepto prohibitiuo homicidij, prohibebatur in veritate manus,& animus,esto ipsi nõ intellexerint,nisi de manu. Ad minorem,maius non cõtinetur actu,& explicitè in minori,continetur tamen virtute;sicut patet de arbore,quæ uirtute in modico semine uirtualiter continetur, quare negatur cõsequẽtia. Circa istam solutionem est dubium, quod tangit etiam Scot. in tertio distin.vltima,in cor.quæstio.& in solutione ad primum, an uidelicet Iudæi tenerentur ad omnia illa præcepta; sicut nunc explicata sunt a Christo, uel tenebantur tãtùm sicut Iudæi interpretabantur;ita quòd licuerit eis odio habere inimicum;sicut pharisei docuerunt simplices de populo. Dicit autem Scotus in solutione ad primum,quòd si lex noua cõtineat omnia moralia, quæ lex uetus,& alia addat,uel saltem addat aliquam explicationem aliquorum, ad quam forte ipsi nõ tenebantur, quòd quantum ad hoc est grauior.Hæc ille. Vbi patet,quòd ipse Sco.super hoc fluctuat. Sed uidetur dicendum post Nicolaum de Lyra.Exod.20. & immo tenebantur, constat enim (vt dictum est in ista solutione) quòd ipsi intelligebant solùm actum exteriorem esse peccatum, & Christus explicauit etiam interiorem esse prohibitum, ut pátuit articu.præceden. & tamen ad actus interiores vitandos obligabantur non solùm ex lege Diuina, quæ implicitè interiores prohibebat;sed etiam ex lege naturæ; notum est enim apud vtem ratione naturali, quòd actus exterior non est peccatum, nisi ab interiore procedat,ut patet in pueris,& amentibus,& ergo interior est magis peccatum,& principalius in peccato,quàm exterior.Vnde Doct. Sanct.ad Rom.5. quia etiam ante legem vet. homines non excusabantur coram Deo de actibus interioribns, & per consequens multò minus post legem Diuinam datam. Vnde patet,quòd fluctuatio Sco.non est sequenda; sed tenendum,quòd ipsi Iudæi tenebantur ad verum intellectum per Christum explicitum, quia est de dictamine rationis naturalis, quod tamen dictamen fuit per peccata obscuratum,sed propter hoc non excusabantur.Sed patres sancti,& homines boni,qui per fidem, & gratiam ad nouam legem pertinebant, ista præcepta verè obseruabant.Vnde Iob dicit Pepigi fœdus cum oculis meis ne cogitarem quidem de uirgine,& per consequens interiorem motum habuit tãquàm illicitum ex lege naturæ. Vnde & Christus dicit. Si cęcus cęcum duxerit ambo in foueam cadunt,innuẽs per hoc,quòd Iudæi sequentes falsam expositionem Phariseorum, nõ excusabantur.Et præterea,ut D.S.habet artic.2.Christus ostendit interiorem actum esse prohibitum;ergo per interiorem actum peccabant.

¶Ad tertium dicendum, quòd illud, quod implicitè datum est,oportet explicari;& ideo post veterem legem latam,oportuit etiam nouam legem dari.

¶Antecedens distinguitur,si intelligitur, quòd cõtinetur actu simul habetur,conceditur; si autem intelligitur,quod continetur implicitè,& sicut in figura simul habetur actu, & secũdùm se,negatur antecedens. Vltra. Si igitur &c. dico,quòd lex noua continetur in ueteri quo ad multa solùm implicitè, licet quo ad substãtiam quorundam præceptorum etiam explicitè, ut patet de præceptis decalogi, & moralibus, quæ eadem sunt utrobique, licet nunc magis explicata. Sed negatur consequentia,quia non est superfluum, vt post agnum typicum, & legalẽ,ueniret vera immolatio Christi.

Vtrum lex noua sit grauior,quàm lex vetus.

D

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd lex noua sit grauior,quàm lex vetus Matth.enim 5. super illud. Qui soluerit vnum de mandatis his minimis, dicit Chrysostomus.* Mandato Moysi in actu facilia sunt,vt non occides, non adulterabis;mandata Christi autem, scilicet non irascaris, non concupiscas in actu, difficilia sunt; ergo lex noua est grauior,quàm vetus.

3. di.40.ar. 4.quæs.4.Et quol.4.art. 13. corp.Et Matth.11. * Hom. 10. in Matthe. 1. opere im perfectode clinãdi ad fin.

¶ 2 Pręt. Facilius est terrena prosperitate vti, quàm tribulationes perpeti; sed in veteri testamento obseruationem veteris legis consequebatur prosperitas temporalis,vt patet Deuterono.28. Obseruatores autem nouæ legis consequitur multiplex aduersitas, prout dicitur.2. ad Corinth.6. Exhibeamus nosmetipsos,sicut Dei ministros in multa patientia,in tribulationibus, in necessitatibus,in angustiis &c. ergo lex noua est grauior, quàm lex vetus.

¶ 3 Præte. Quod se habet ex additione ad alterum videtur esse difficilius; sed lex noua se habet ex additione ad ueterem; nam lex uetus prohibuit periurium, lex noua etiam iuramentum; lex vetus prohibuit diffidium vxoris sine libello repudij,lex autem noua omnino diffidium prohibuit, ut patet Matth.5. secundùm expositionem Augustini.ergo lex noua est grauior,quàm vetus.

¶ Sed contra est, quod dicitur Matthę.11. Venite ad me omnes,qui laboratis,& onerati estis;quod exponens Hilarius dicit.* Legis difficultatibus laborantes, & peccatis sęculi oneratos ad se aduocat; & postmodum de iugo Euangelij subdit. Iugum enim meum suaue est, & onus meum lęue; ergo lex noua est leuior, quàm vetus.

* Canone. 11. in Matth. nõ procul a fin. illius.

¶Hic vltimò Doct.Sanct. comparat nouam legem ad veterem in grauitate.

¶ Respondeo dicendum, quòd circa opera uirtutis de quibus præcepta legis dantur, duplex difficultas attendi potest.Vna quidem ex parte exteriorum operum, quæ ex seipsis quandam difficultatem habent, & grauitatem.

D. 510.

¶Doct.

¶Doct.Sanct. respondet distinctè secundùm distinctionem bimembrem duabus conclusionibus correspondentibus. Et primò ponit primum membrum distinctionis cum prima conclusione. Secundò secundum cum secunda cõclusione,ibi. Alia autem &c. Ista est ergo distinctio, quòd circa opera virtutis de quibus dãtur præcepta legis, est duplex difficultas, & declarat primum membrum.Deinde subiungit primam conclusionem,ibi.Et quãtũ &c. Vna ergo difficultas attenditur ex parte exteriorum &c.Et nota, quòd grauitas legis pensatur præsertim ex grauitate præceptorũ. Et consequenter grauitas præceptorum secundùm difficultatem, quæ est in actibus præceptis.Quare Doct.Sanct. si ostẽderit, q̃ præcepta de actibus sint grauiora,vel leuiora, factum erit quæsito quærenti de grauitate legis.Vnde & Scot.vbi supra in fine tertij idem facit inquirendo, scilicet grauitatem, vel leuitatem ex præceptis. Tunc ibi.

Scotus.

¶ Et quantum ad hoc lex vetus est multò grauior, quàm noua, quia ad plures actus exteriores obligabat lex vetus in multiplicibus ceremonijs,quàm lex noua, quæ præter præcepta legis naturæ pauciſſima superaddit in doctrina Christi,& Apostolorum;licet aliqua sint postmodum superaddita ex institutione Sanctorum patrum;in quibus etiam August. dicit * esse moderationẽ attendendam, ne conuersatio fidelium onerosa reddatur dicit enim ad inquisitiones Ianuarij de quibusdam, quòd ipsam religionem nostram quam in manifestiſſimis, & pauciſſimis celebrationum sacramentis Dei voluit misericordia esse liberam,seruilibus præmunt oneribus adeo,vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui legalibus sacramentis non humanis præsumptionibus subijciuntur.

*Aug.epiſt. 119. cap.19. circa fin.

Monentur Prælati.

¶Annectit conclusionem correspondentem huic primo membro talem. Lex uetus est multò grauior, quàm noua quantum ad opera exteriora,& scilicet præcepta de exterioribus actibus. Probatur conclusio tali assumpto. Vetus lex ad plures actus exteriores obligabat,quàm noua;igitur conclusio vera.Tenet consequẽtia,quia in pluribus operibus corporalibus est maior labor,& difficultas, quam in paucis.Antecedens patet,quia vetus obligabat, & grauabat multiplicibus ceremonijs, sed noua pauciſſima habet a Christo, & discipulis suis instituta, & alij prælati etiam debent attendere diligenter ne reddant religionem Christianam onerosam;ergo antecedens verum. Prima pars proximi assumpti patuit ex supra dictis de ceremonijs.Et Scot.ipsam declarat;qa Rabbi Moyses enumerauit plus,quàm sexcenta præcepta ad quę omnia tenebantur illi,quorum quædam erant ualde difficilia,puta quòd omne masculinum ter in anno præsentaretur in Hierusalem quantumcunque distarent;Vide ipsum,secunda pars patet ex Bea.Aug.qui allegatur etiam.12.distin.talia,ut in litera. Consequenter cum dicit.

Scotus.

¶ Alia autem difficultas est circa opera virtutum in interioribus actibus;puta quòd aliqs opus virtutis exerceat promptè, & delectabiliter, & circa hoc difficile est virtus; hoc enim non habenti uirtutem est valde difficile,sed per virtutem redditur facile.

¶Ponit secundum membrum distinctionis,quod primò declarat.Secundò subiungit aliam conclusionem respõsi. correspondentem,ibi.Et quantum ad hoc &c.Dicit ergo,quòd secunda grauitas,& difficultas est circa opera uirtutũ in interioribus actibus, qui sunt principales;ita q̃ non faciat solùm substantiam actus virtuosi,sed etiam obseruet modum virtutis,ita quòd prõptè,& delectabiliter faciat;& circa hoc difficile est virtus,quæ principaliter perficit animum ad actus interiores.Et dicitur hoc difficile nõ habenti virtutem,sed habenti est facile.Ad hũc sensum,quòd res in se est semper difficilis,sed faciliter fit ab habente uirtutem, & de hoc quomodo uirtus,& habitus faciat facilitatẽ ex parte operantis,& non ex parte operis, nec per cõsequens diminuat meritum, supra dictum est.q.73.ar.4.ad secundum. Deinde ibi.

¶ Et quantum ad hoc præcepta nouæ legis sunt grauiora præceptis veteris legis;quia in noua lege prohibẽtur interiores motus animi, qui expresse in veteri legeo non prohibebantur in omnibus etsi in aliquibus prohiberentur, in quibus tamen prohibendis pœna non apponebatur;hoc autem est difficillimum non habenti virtutem ; sicut etiam Philosophus dicit in 5. Ethic.* quòd operari ea quæ iustus operatur facile est, sed operari ea eo modo quo iustus operatur,scilicet delectabiliter, & promptè,est difficile non habenti iustitiam; & sic etiam dicitur 1.Ioan.5. quòd mandata eius grauia non sunt, quod exponens August. dicit, * quòd non sunt grauia amanti, sed non amanti sunt grauia.

*Aristo.ex cap.9.

* In tracta. de lau. charitatis non procul a prin. Et de natura, & gratia c.69. Conclusio secunda.

¶ Subiungit iuxta hoc membrum secundam conclusionem responsi,istam.Quantum ad difficultatem,quæ est in interioribus actibus præcepta nouæ legis sunt grauiora præceptis veteris legis, scilicet non habenti virtutem ; & intelligitur conclusio de præceptis moralibus. Probatur in noua lege prohibentur interiores &c.ut in litera;sed vitare interiores motus animi est difficillimum non habenti virtutem;ergo &c. Maior relinquitur nota.Et dicit(& si)quia in isto præcepto Nõ concupisces, prohibetur motus interior, esto pœna in lege non poneretur transgressoribus. Minor probatur auctoritate Philosophi, & secundò auctoritate Bea.Aug. clarè in litera.

¶Nota quòd fundamentum huius quæstionis stat in hoc,quòd noua lex non solùm præcipit, substantiam præceptorum moralium quo ad actus exteriores,sed habet explicationem adiunctã; quæ astringit, & expresse ligat ad uitandos actus interiores malos, quod uetus non faciebat; & ita patet, quòd uetus est grauior expresse quo ad ceremonialia, noua quo ad moralia,nõ propter substantiam,sed propter explicationem præceptorum.

¶ Circa hanc autem determinationem adhuc uidetur dubium relictum, quæ uidelicet grauitas alteri præponderet, an uidelicet grauitas ceremonialium grauitati moralium quo ad actus interiores. Sed dicendum, quòd ex dictis potest haberi responsio ad hoc dubium , quia si comparentur opera ceremonialia exteriora ad actus interiores in noua lege expresse prohibitos , clarum est, quòd difficilius est moderari interiores motus, quàm facere opera exteriora. Istę enim duæ grauitates non sunt propriè comparabiles , & tamen maior est simpliciter difficultas circa interiores motus;sed quia noua lex nõ solùm prohibet actus interiores,sed & gratiam confert , uel magis in ipse gratia consistit , qua habita leuiter fiunt etiam de se grauia & difficilia. Vetus autem lex auxilium non habebat exteriora faciendi , sed facienda solùm docebat;ideo noua lex adhuc dicenda est leuior , & uetus in grauitate ceremonialium præponderat grauitati nouæ in interioribus motibus coexistente gratia , & charitate Dei,quæ in noua (ut dictum est) includitur.Et hæc Doctor Sanct. satis innuit per auctoritatem Bea.Augustini.adductam pro conclusione,quia grauia non sunt mandata nouæ le. amanti , quem amorem noua lex includit.Vnde facilius Christianus uerus uitat actus interiores, & prõptè,& delectabiliter facit præcepta moralia,quàm Iudæus faceret ceremonialia sua,licet ut dictum est , primum in se sit difficilius, tamen ab habente charitatem , & a spirituali homine facilius fit, oportet enim semper memorari , quia stant simul , quòd aliquid in se sit difficile , & tamen faciliter fit ab habituato , & præsertim ab amante . De quo & in Capreolo in 3.distinct.23.in solutionibus argumentorum,quæ secundò loco contra primam conclusionem obiiciuntur.

Quæ nam lex sit grauior & quo modo.

¶ De istis iam dictis,quia uidelicet noua sit dicenda leuior, cõcordat Scot.ubi supra ad primum , ubi sic dicit , quòd si lex noua contineat omni moralia, quæ lex uetus , & addat alia,uel saltem addat aliquam explicationem aliquorum,ad quam fortè ipsi non tenebantur,quòd quantum ad hoc est grauior; tamen hoc nõ tantum grauat,sicut ex alia parte grauat ceremonialium multitudo, & iudicialium . Ex parte autem legis nouæ plus alleuiat multitudo , & efficacia auxiliorum , ita quòd illa modica grauitas si qua sit maior in moralibus,non præponderat grauitati in aliis,& hoc pensatis auxiliis hincinde , hæc ille, & bene quo ad propositum. Quæ autem sint auxilia nouæ legis recensetipse in secundo articu. quia gratia maior per passionem Christi factam collata . Secundò plura sacramenta salutaria . Tertiò doctrina magis explicita de ueritate , & exempla Sanctorum patrum,plura, & efficaciora ad imitãdum.Quartò plura merita Sanctorum,qui non tantùm sibi,sed etiam nobis meruerunt(licet Scotus habeat Forte , sed Doctor Sanct.habet q̃ sit cathegoricè.) Simpliciter ergo plura adiutoria , & efficaciora sunt in lege noua , quàm ueteri . Est etiam unum adiutorium ualde notabile,quia nobis pro obseruatione legis Christianæ promittitur expresse uita æterna , illis autem,uel raro, uel nunquàm nisi bona temporalia promittebãtur; nunquàm autem tantum alliciunt animum ad seruandum legem bona temporalia, sicut bona æterna ; ex quibus patet, quòd noua dicenda est leuior.

Scotus.

Vnde auxilium in noua lege.

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima conclusione,quia noua est leuior quo ad exteriores actus, & hoc simpliciter concludit hæc ratio.Est tamen & leuior comparatiuè, ut dictum est cum auxiliis suis.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd auctoritas illa loquitur expresse de difficultate nouæ legis quantum ad expressam cohibitionem interiorum motuum.

¶Ad antecedens.Moysi mandata sunt facilia, scilicet moralia in quum expresse non prohibent actus interiores, sunt tñ mandata ceremonialia grauiora operibus exterioribus nouæ legis;& iterum moralia explicata cũ suis auxiliis leuiora sunt ceremonialibus vet.le.cum suis auxiliis, & constat, quòd Chryso.loquitur de

moralibus explicatis in noua lege quo ad actus interiores, vt patet in verbis suis. Ad antecedens, verum, noua est grauior quo ad interiores actus, & explicationem præceptorum moralium, vt dixit secunda conclusio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aduersitates quas patiuntur obseruatores nouæ legis, non sunt ab ipsa lege impositæ, sed tamen propter aliquorem in quo ipsa lex cõsistit faciliter tolerantur; quia sicut Augustin. dicit in l. de verbis domini,* omnia æqua, & immania, facilia, & prope nulla efficit amor.

*Aug. ser. 9. a medio. Item serm. 48. de tempore

¶ Ad hoc argumentum dicitur dupliciter primò negando consequentiã, quia aduersitates, quæ accidunt obseruantibus nouam legem, non sunt ex noua lege, sed Deus permittit, vel etiam immittit aduersitates pro maiori gloria conquirenda, vt virtus eorũ probata reddatur, & vt per hoc affectus eorũ magis a terrenis abstrahatur. Quare ex illis aduersitatibus nõ potest argui maior grauitas legis, cum ipsas lex non infligat; sicut etiam in veteri lege aliquę particulares personæ etiam iustæ, in tribulationes inciderũt propter rationes iam tactas, vt patuit sup. q. 99. ar. 6. ad tertium. Secũdò dicitur ad maiorem; sicut etiam habet. D. S. super Apostolum, vbi allegatur, quòd vti terrena prosperitate est facilius secundùm se, & pati aduersitates grauius, & difficilius. Sed negat, quòd sint faciliora amanti Deum, & ei qui habet repromissam vitam æternam, & alia auxilia supra dicta; immo talis abominatur prosperitatem mũdanam, & magis optat pati propter Christum. Et hoc patet etiam de patribus veteribus, qui tamen erant de nouo testamento, qui malebãt pati propter fidem Christi, quàm gaudere in mundo, vt dictum fuit ar. 1. ad tertium, de Moyse. Ad minorem, esto ita fuerit, & sit de communi lege, fit tamen propter maius bonum Christianorum, & cum hoc patiuntur hõe tertiæ tamen ut lex istas aduersitates imponit, quare negatur consequentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illę additiones ad præcepta veteris legis ad hoc ordinantur, vt facilius impleatur, quod vetus lex mandabat; sicut Augu. dicit,* & ideo per hoc non ostenditur, quòd noua lex sit grauior; sed magis, quòd sit facilior.

*Augu. ex lib 1. de ser. domini in Monte ca. 30. 33. & 34

¶ Maior non est vera, si additio est pro faciliori impletione alterius, facilius enim est seruare cum aliquo auxilio, quam sine, vt patet. Ad minorem conceditur quidem, quòd noua addit explicationem ad moralia vet. legis; sed illę explicationes sunt ad litæ, vt substantia præceptorum obseruetur, vt patuit ar. 2. in fine corporis. Et secundò si iuxta dicta in ar. 3. ad secundum, Iudæi corã Deo etiam obligantur ad illas explicationes, quę prohibent actum interiorem, constat quòd Christiani facilius implent cum sciant expressè se ad hoc teneri, & hanc solutionem intendit doctor. Posset etiam dici, quòd ista ratio probat secundam conclusionem, q̃ noua est grauior quo ad actus interiores, sed quia illę additiones faciũt pro meliori impletione præceptorum moralium veteris legis, ideo D. S. vult, quòd non probat difficultatem nouæ legis, sed facilitatem saltem perfectè implendi præcepta vet. le.

Quæstio Centesimaoctaua.

De contentis in lege noua.

DEinde considerandum est de his, quæ continentur in lege noua. Et circa hoc quæruntur quatuor. Primò, vtrum lex noua debeat aliqua opera exteriora præcipere, vel prohibere. Secundò, vtrum sufficienter se habeat in exterioribus actibus præcipiendis, vel prohibendis. Tertiò, vtrum conuenienter instituat homines quantum ad actus exteriores. Quartò, vtrum conuenienter superaddat consilia præceptis.

¶ Posquàm determinatum est de lege noua secundùm se, & in comparatione ad veterem. Hic consequenter determinatur de cõtentis in noua lege, & patet ordo, quia cognitio rei secundùm se, & in confuso secundùm totum, prior est cognitione distincta, & secundùm partes, vt patet primo Physicorum, & primò circa hoc inquiritur de his, quę pertinẽt directè, & per se ad nouam legem, puta quæ in noua lege præcipiuntur, vel prohibentur. Secundò inquiritur de his, quæ pertinent ex quadam additione ad nouam legem, quantum ad bene esse eius pertinentia, vt sunt consilia, & hoc in articu. 4.

¶ Circa primum, primò inquiritur, quod dictum est quantum ad exteriores actus. Secundò quantum ad interiores, in art. 3.

Circa primum primò ostendit actus aliquos exteriores cadere sub præcepto, vel prohibitione legis nouæ. Secundò ostenditur, quòd circa hoc lex noua sufficienter instituit hominem. articu. secundo.

Vtrum lex noua debeat aliqua opera exteriora præcipere, vel prohibere.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd lex noua nullos exteriores actus debeat præcipere, vel prohibere. Lex enim noua est euangelium Regni, secundũ illud Matth. 24. Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe; sed Regnum Dei non consistit in exterioribus actibus, sed solùm in interioribus, secundùm illud Lucæ. 17. Regnum Dei intra vos est, & Roma. 14. Non est regnum Dei esca, & potus, sed iustitia, & pax & gaudium in Spiritusancto; ergo lex noua non debet præcipere, vel prohibere aliquos exteriores actus.

Infra ar. 4. Et quæst. 4. ar. 1. 3. & 4.

¶ 2 Præt. Lex noua est lex spiritus, vt dicitur Ro. 8. sed vbi spiritus domini ibi libertas, vt dicitur 2. ad Corinth. 3. Non est autem libertas vbi hõ obligatur ad aliqua opera exteriora facienda, vel vitanda; ergo lex noua non continet aliqua præcepta, vel prohibitiones exteriorum actuum.

¶ 3 Præt. Omnes exteriores actus pertinere intelliguntur ad manum, sicut interiores actus pertinent ad animum; sed hæc ponitur differentia inter nouam legem, & veterem, quòd vetus lex cohibet manum, sed noua lex cohibet animum; ergo in lege noua, non debent poni prohibitiones, & præcepta exteriorum actuum, sed solùm interiorum.

¶ Sed contra est, quòd per legem nouam efficiuntur homines filij lucis. Vnde dicitur Ioan. 12. Credite in lucem, vt filij lucis sitis; sed filios lucis decet opera lucis facere, & opera tenebrarum obijcere, secundùm illud Ephe. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate; ergo lex noua quædam exteriora opera debuit prohibere, & quædã præcipere.

¶ Primò inquiunt, an lex noua aliquos exteriores actus præcipiat, vel an sufficiant interiores in noua lege, sicut contemplatio, & deuotio interior. Et est ratio dubitationis, quia videtur per hoc differre a veteri.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est,* principalitas legis nouæ est gratia Spiritussancti, quæ manifestatur in fide per dilectionem operante; hãc autem gratiam consequuntur homines per Dei filium hominem factum, cuius humanitatem primò repleuit gratia, & exinde est ad nos deriuata; vnde dicitur Ioã. 1. Verbum caro factum est. Et postea subditur. Plenum gratiæ, & veritatis, & infra. De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia. Vnde subditur, quòd gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Et ideo conuenit, vt per aliqua exteriora sensibilia, gratia a verbo incarnato profluens, in nos deducatur, & ex gratia interiori per quam caro spiritui subditur, exteriora quædam opera sensibilia producantur.

*q. 106. ar. 1. & 2.

¶ Doct. Sanct. distinctè absoluit quæstum. Vnde primò deducit quandam conclusionem præambularem, ex qua secundò infert distinctionem secundùm cuius membra ponit quasdã conclusiones responsiuas, ibi. Sic igitur &c. Conclusio præambularis est ista. Conuenit vt per aliqua exteriora &c. vt in fine literæ; probatur, principalitas nouæ legis est gratia Spiritussancti, quæ manifestatur in fide per dilectionem operante, & hanc gratiam consequuntur homines ex deriuatione a Christo in ipsos; igitur conclusio vera. Tenet consequentia extra literam, quia dilectionis operatio manifestans gratiam, est aliquod exterius sensibile per quod caro spiritui subijcitur. Similiter illud mediante quo gratia a Christo profluens in nos deducitur, est aliquod sensibile, per quod scilicet homini innotescit sua sanctificatio. Antecedens pro prima parte patuit supra quæstio. 106. articu. primo. Secunda pars probatur auctoritate Beati Ioannis in litera. Patet ergo quòd conueniens est, quòd gratia, quæ est principale, per opera manifestetur. Et per hanc gratiam homo per aliqua sensibilia exteriora consequatur.

¶ Sic igitur exteriora opera dupliciter ad gratiam pertinere possunt. Vno modo sicut inducentia aliqualiter ad gratiam, & talia sunt opera sacramentorum quæ in noua

noua lege sunt instituta; sicut Baptismus, Eucharistia, & alia huiusmodi.

¶ Hic consequenter D. S. ex præmissa, conclusione infert distinctionem, & subdistinctionem, & iuxta declarationem triũ membrorum eius, ponit tres conclusiones partialiter responsiuas. Secundam ibi. Alia verò &c. Tertiam ibi. Alia verò sunt opera exteriora. Distinctio ergo sequens ex dicta conclusione fundamentali est, quòd exteriora opera dupliciter ad gratiam pertinere possunt. Quædam sicut inducentia gratiam, quædam procedentia ex gratia. Patet illa distinctio ex conclusione, quia ea per quæ gratia a verbo incarnato nobis applicatur inducũt, & quæ gratia per dilectionem operatur producuntur. Et statim iuxta primum membrum innuit conclusionem responsiuam talem. Lex noua conuenienter instituit, & præcipit aliqua opera exteriora quæ sunt sacramẽta nouæ legis; sicut baptismum, eucharistiam &c. Probatur conclusio, assumendo conclusionem fundamentalem pro prima parte, & primum membrum distinctionis pro maiori; conuenit, vt sint in lege noua aliqua exteriora sensibilia, per quæ gratia a verbo profluens in nos deducatur, inducentia aliqualiter ad gratiam; sed talia sunt opera sacramentorum; ergo debuerunt institui, & præcipi in noua lege. Maior patuit, & dicit aliqualiter, quia scilicet sacramenta nouæ legis non pertingunt ad gratiam principaliter effectiuè, sed instrumentaliter dispositiuè, vt patet tertia parte, & in quarto senten. Minor pro nunc supponitur, & vbi iam, probatur. Nota autem circa minorem, & conclusionem, quòd licet Eucharistia, vt sacramentum non sit opus, quia non consistit in vsu, sed in consecratione materiæ, tamen ad eius consecrationem, & sanctificationem actiuam, ideſt vt hominem sanctificet, requirit aliquod opus humanum, scilicet sumptionem; & ergo dicit minor opera sacramentorum; de alijs enim non est dubium quin necessariò concurrat aliquod opus, immo consistit in vsu alicuius materiæ, vt patet de baptismo, extrema vnctione, sed oportet, & ad eucharistiam, vt nobis applicet gratiam, vnde requiritur opus exterius hominis, & sic loquitur D. S.

¶ Alia verò sunt opera exteriora quæ ex instinctu gratiæ producuntur, & in his est quædam differentia attenda. Quædam enim habent necessariam conuenientiam, vel contrarietatem ad interiorem gratiam quæ in fide per dilectionem operante consistit, & huiusmodi exteriora opera sunt præcepta, vel prohibita in lege noua; sicut præcepta est confessio fidei, & prohibita negatio. Dicitur enim. Matth. 10. Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo; qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & eum coram patre meo.

Conclu. 2.

¶ Declarat secundum membrum distinctionis, & ipsum subdiuidit, quia opera quę ex instinctu gratiæ producuntur sunt duplicia, quædam habent necessariam conuenientiam, vel contrarietatem ad gratiam quæ consistit in fide per dilectionem operante (non quidem essentialiter, sed causaliter, vt infra patebit, quia ad gratiam consequitur fides per dilectionem operans.) Et circa hoc membrum D. S. ponit talem conclusionem secundã responsiuam. Noua lex dicitur præcipere, vel prohibere huiusmodi opera exteriora quę habent necessariam conuenientiam, vel contrarietatem ad gratiam, (scilicet conuenientia necessariò præcipere, & contraria prohibere.) Istam conclusionem D. S. probat exemplariter per tale assumptum. Confessio fidei præcepta est, (scilicet exterior,) & prohibita negatio; igitur conclusio vera, consequentia nota. Antecedens patet in littera. Matth. 10. Cuius vide declarationem. 2. 2. q. 3. ar. 2. quia in casu profiteri fide exterius est in casu de necessitate salutis, quando per dimissionem confessionis subtraheretur honor Deo debitus, & per consequens tunc gratia perderetur si non fieret confessio; & ergo tunc necessariò oportet confiteri propter necessariam cõuenientiam gratiæ. Et potest ista conclusio probari ex conclusione fundamentali, arguendo sic. Conuenit vt ex gratia interiori quædam opera sensibilia exteriora producantur, & præcipiantur, sine quibus gratia esse nõ potest, & conuenit, vt prohibeantur cum quibus esse non potest; igitur conclusio vera. Antecedens patuit, consequentia clara, quia conueniens, immo necessarium ad gratiam, debet in lege gratiæ præcipi. Deinde ibi.

¶ Alia verò sunt opera quæ non habent necessariam contrarietetem, vel conuenientiam ad fidem per dilectionem operantem, & talia opera non sunt in noua lege præcepta, vel prohibita ex ipsa prima legis institutione; sed relicta sunt a legislatore, s. Christo vnicuiq; fm q̃ aliquis alicuius curam gerere debet; & sic vnicuique liberum est circa talia determinare quid sibi expediat facere, vel vitare; & cuicunque præsidenti circa talia ordinare suis subditis, quid sit in talibus faciendum, vel vitandum; vnde etiam quantũ ad hoc dicitur lex Euangelij lex libertatis; nam lex vetus multa determinabat, & pauca relinquebat hominum libertati determinãda.

¶ Subiungit secundum membrum subdiuisionis operum proce dentium ex gratia, quia quædam sunt quæ non necessariò requiruntur ad gratiam conseruandam, nec sunt contra gratiam; sicut cõmedere, & bibere illud, vel aliud, deferre tale, vel tale vestimentum &c. Et iuxta hoc membrum ponit talem conclusionem responsiuam tertiam. Talia opera non sunt in noua lege &c. vt in littera. D. S. primò explicat secundam partem clarè, quia vnicuiq; liberum est circa talia agere, & determinare, qd sibi expediat &c. primam autem partem, & secundam simul explicat per differentiam nouæ le. ad veterem; quia ideo noua dicitur libertatis, quia relinquit in arbitrio hominum circa illa determinare, quod volunt; non sic vetus quæ determinat circa obseruantias quo ad cibum, & vestitum, & iterum circa iudicialia; noua autem iudicialia omnino relinquit præsidentibus, vt patebit postea. Et sequitur ista vltima conclusio ex dictis, quia lex gratiæ debet præcipere, & prohibere quæ sunt necessaria pro gratia, vel contra gratiã; igitur per oppositum quæ non sunt necessaria ad gratiam, vel contra gratiam non debet præcipere; sicut dicit conclusio &c. Conclu. 3.

ARGVMENTVM in contrarium est directè pro secunda conclusione responsiua, quia opera lucis, ideſt ad gratiã conseruandam necessaria sunt in præcepto; similiter opera tenebrarum, quæ sunt contra gratiam, & eam tollunt, sunt prohibita, & hoc dixit secunda conclusio.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd regnum Dei in interioribus actibus consistit principaliter, sed ex consequenti etiam ad Regnũ Dei pertinent omnia illa sine quibus interiores actus esse non possunt; sicut si Regnũ Dei est interior iustitia, & pax, & gaudium spirituale, necesse est, quòd omnes exteriores actus qui repugnant iustitiæ, aut paci, aut gaudio spirituali repugnent etiam Regno Dei, & ideo sunt in Euangelio Regni prohibenda; illa verò quæ indifferenter se habent respectu horum, puta commedere hos, vel illos cibos, in his non est Regnum Dei, vnde Apostolus præmittit. Non est Regnum Dei esca, & potus.

¶ Maior conceditur, & patuit q. 106. art. 4. ad quartum. Ad minorem distinguitur. Si intelligitur, quòd Regnum Dei nõ consistat in operibus exterioribus quibuscũque, etiam necessarijs pro actibus interioribus debitis iuxta gratiam, negatur. Si autem intelligitur, quòd in exterioribus necessarijs pro interioribus non consistat principaliter, tamen secundariò, conceditur. Si autem intelligitur de exterioribus indifferentibus ad interiores necessarios pro gratia, cõceditur etiam minor. Et ad probationem dico, quòd Regnum Dei, ideſt per quod Deus regnat in nobis, & quod ad Regnum peruenitur principaliter est intra vos tamen; per qd secundariò peruenitur ad Regnum est extra vos, hoc est dicere, quòd etiam aliqui actus exteriores sunt necessarij ad salutẽ sine quibus interiores boni esse non possunt, vt D. S. declarat in solutione. Ad auctoritatem Apostoli dico, quòd loquitur de indifferentibus. s. de esca, & potu, talia enim non pertinent ad Regnum Dei, sed solùm interior affectus, secundùm quòd vtimur eis, vel ab eis abstinemus; non enim interest, vt Glosa habet quid alimentorum, vel quantum quis accipiat dummodo id faciat pro congruentia hominum cum quibus viuit, & personæ suæ, & pro valitudinis suæ necessitate. s. quanta facultate, & seueritate animi creat his, vel cum oportet, vel cum necesse est his carere. Ad consequens, si intelligitur, quòd non debeat præcipere actus exteriores qui sunt necessarij pro interioribus per quos principaliter gratia conseruatur, quòd non debeat prohibere exteriores qui sunt contra bonum animum, negatur; non enim potest esse bene dispositus in animo qui aliena rapit, & iniuriam facit. Si autem intelligitur cõsequens de exterioribus indifferentibus secũdùm se, conceditur consequens, & est pro tertia conclusione.

¶ Ad secundum dicendum, quòd secundùm Philosophum in 1. Metaphysic. * Liber est qui sui causa est; ille ergo liberè aliquid agit, qui ex seipso agit; quod autẽ homo agit ex habitu suæ naturæ conuenienti ex seipso agit, quia habitus inclinat in modum naturæ; si verò habitus esset naturæ repugnans homo non ageret, secundùm quòd est ipse, sed secũdùm aliquam corruptionem sibi superuenientem. Quia igitur gratia Spiritus Sancti est sicut interior habitus nobis infusus inclinans nos ad rectè operandum facit nos liberè operari ea, quæ conueniunt gratiæ, & vitare ea, quę gratiæ repugnant.

*Arist. c. 2.

¶ D. S.

¶ D.S. primò respondet ad argumenti consequentiam; secundò ex solutione exponit quoddam dictū cōmune, ibi. Sic igitur &c. Maior ergo conceditur, & minor. Et dico, quòd libertatem promouet agere ex habitu interiori, quia quod ex habitu quis agit, ex seipso, & intrinseco sibi agit, & per consequens liberè; quia vt habetur 1. Metaph. Lect. 3. in Doc. S. Liber est qui sui iuris est, & propter se agit non propter aliud, & etiam qui ex se, & ex intrinsecis agit. Dico autē, quòd vbi Spiritus Domini ibi libertas, non ad hunc sensum quem aliqui erroneè acceperunt quasi non sub sint legi, quod est supra improbatum. q. 96. art. 5. sed quia vbi Spiritus Domini per gratiam sui, ibi fit actio ab interiori principio, & habentes Spiritum Sanctum ex seipsis agunt. Qui autē agunt tantùm metu pœnarum, non agunt ex seipsis; nec vitant mala, quia mala, sed propter mandatum alterius. Vltra, negatur, quòd non sit libertas, vbi exteriora sunt agenda ex habitu, & principio intrinseco. Et dico, quòd lex noua habet gratiam Spiritus Sancti per quam homines agunt quę præcepta sunt, quia ex se bona placent, & mala displicent; quare negatur consequentia, quia cum præceptis exteriorum actuum, stat duplex libertas, vt patebit.

Libertas vbi Spiritus Domini.

¶ Sic igitur lex noua dicitur lex libertatis dupliciter. Vno modo, quia non arctat nos ad facienda, vel vitanda aliqua nisi quæ de se sunt, vel necessaria, vel repugnātia saluti, quæ cadunt sub præcepto, vel prohibitione legis. Secundò, quia huiusmodi præcepta, vel prohibitiones facit nos liberè implere in quātum ex interiori instinctu gratiæ ea implemus, & propter hæc duo lex noua dicitur lex perfectę libertatis. Iacob. 1.

¶ Hic ex dicta solutione declarat quoddam dictum commune, scilicet quomodo lex noua dicitur lex libertatis, quia duplex est libertas nouæ legis; vna quia non ad omnes exteriores actus obligantur subiecti legi nouæ; sed solùm ad necessarios ad salutem, vt patuit in tertia conclusione. Secuda, quia actus præceptos necessarios ad salutem liberè faciunt, propter habitū interiorem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd lex noua prohibendo animum ab inordinatis motibus, oportet etiam, ꝙ cohibeat manum ab inordinatis actibus, qui sunt effectus interiorum motuum.

¶ Maior conceditur, ad minorem, quòd ponitur differentia ad hunc sensum, quia vetus cohibet manum tantùm, & non animum, ratio patuit supra quæst præced. artic. 1. ad secundum; sed noua dicitur cohibere animum, quia ipsum principaliter, & primò cohibet, & non tantùm; sed oportet, quòd ex consequenti etiam cohibeat manū ab inordinatis motibus, & operibus exterioribus qui procedunt ab inordinato animo, vt patuit ad primum; & ergo non est differentia, vt argumentū prætendit, quasi sicut vna, (scilicet vetus) præcisè cohibet manum, ita alia præcisè animum; sed quia vna manum, & non animum; alia verò vtrunq; & animum, & manum in his quæ sunt contra gratiam; & ergo lex gratiæ vtrunq; prohibet; quare negatur cōsequentia.

Vtrum sufficienter se habeat noua lex in exterioribus actibus præcipiendis, vel prohibendis.

Infra art. 4. Et quol. 4. art. 11. cor.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd lex noua insufficienter exteriores actus ordinauerit. Ad legē enim nouam præcipuè pertinere videtur fides per dilectionem operans, secundùm illud ad Gal. 5. In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur; sed lex noua explicauit quædam credenda quæ non erant in veteri lege explicata, sicut de fide Trinitatis; ergo etiam debuit superaddere aliqua exteriora opera moralia, quæ non erant in veteri lege determinata.

¶ 2 Præt. in veteri lege non solùm sunt instituta sacramenta, sed etiam aliqua sacra, vt supra dictum est; * sed in noua lege etsi sint instituta aliqua sacramēta, nulla tamen sacra instituta a Deo videntur; puta quæ pertineant, vel ad sanctificationem alicuius templi, vel vasorum, vel etiam ad aliquam solemnitatem celebrandam; ergo lex noua insufficienter exteriora opera ordinauit.

*q. 101. ar. 4. q. 102. ar. 4.

¶ 3 Præt. in veteri lege, sicut erant quædam obseruantiæ pertinentes ad Dei ministros; ita etiam erant quædam obseruantiæ pertinentes ad populum, vt supra dictum est, *, cum de ceremonialibus veteris legis ageretur; sed in noua lege videntur aliquę obseruantiæ esse datæ ministris Dei, vt patet. Matth. 10. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecunias in zonis vestris, & cætera quæ ibi sequuntur, & quæ dicuntur. Luc. 6. & 10. ergo etiam debuerunt aliquæ obseruantiæ institui in noua lege ad populum fidelem pertinentes.

*q. 101. ar. 4. q. 102. ar. 5. & 6.

¶ 4 Præt. in veteri lege præter moralia, & cerimonialia fuerunt quædam iudicialia præcepta; sed in lege noua non traduntur aliqua iudicialia præcepta; ergo lex noua insufficienter exteriora opera ordinauit.

¶ Sed contra est, quod dominus dicit. Matth. 7. Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti qui ædificauit domum suam supra petram; sed sapiens ędificator nihil omittit eorum, quæ sunt necessaria ad ędificium; ergo in verbis Christi sufficienter sunt omnia posita quæ pertinent ad salutem humanam.

¶ Hic D.S. inquirit quomodo noua lex sufficienter instituerit de actibus exterioribus, & de eis ordinauerit.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, * lex noua in exterioribus illa solùm præcipere debuit, vel prohibere, per quę in gratiam introducimur, vel quę pertinent ad rectum gratię vsum ex necessitate.

*Art. præc.

¶ Conclusionem responsi. D. S. formaliter non ponit, tamen intendit, & probat talem conclusionem implicitè. Lex noua sufficienter exteriores actus ordinauit. Probatur, lex noua in exterioribus illa solùm &c. vt in principio cor. & in fine, sed de istis sufficienter ordinauit, scilicet de sacramentis quę introducunt in gratiam, & de his quæ pertinent ad rectum vsum gratiæ ex necessitate, de alijs autem nihil habuit ordinare; igitur sufficienter ordinauit. Huius rationis Doc. S. ponit primò maiorem quam resumit in fine cum maiori expressione, ibi. Sic igitur &c. secundò declarat minorem quo ad omnes eius tres partes, ibi. Et quia gratiam &c. Maior ergo patet ex artic. primo, quia cum lex noua sit lex gratiæ, solùm habet ordinare de his per quæ gratia acquiritur scilicet sacramentis, & quæ gratia operatur, & per quæ conseruatur.

¶ Nota tamen, quòd de necessitate sacramentorum Doc. San. in 4. distinct. 7. quæst. prima, artic. primo, quæst. secunda, quia differenter sunt necessaria, aliqua sine quibus salus non potest haberi sicut baptismus, & pœnitentia post peccatum actuale; & hæc sunt necessaria de multitudine Christianorum scilicet sacramentum ordinis necessarium est Ecclesiæ, quia vbi non est gubernator, populus corruit; sed alia sunt necessaria de congruo, præsertim singulis de multitudine. Vide tertia parte q. 65. artic. 4. Consequenter cum dicit.

¶ Et quia gratiam ex nobis consequi non possumus, sed per Christum solùm; ideo sacramenta per quæ gratiam consequimur, ipse dominus instituit per seipsum, scilicet baptismum, eucharistiam, ordinem ministrorum nouę legis, instituendo Apostolos, & 72. discipulos, & pœnitentiam, & matrimonium indiuisibile, confirmationem etiam promisit per Spiritus Sancti missionem. Ex eius etiam institutione Apostoli leguntur oleo infirmos vngendo sanasse; vt habetur. Mar. 6. quæ sunt nouæ legis sacramenta.

¶ Declarat minorem, pro cuius explicatione ostendit quomodo differenter lex noua instituerit sacramenta, & ea quæ sunt de necessitate virtutis, & gratiæ; & quare alia ab istis non sunt instituta, & ordinata nec ordinanda in noua lege; ex hoc probat, primò primam partem minoris, secundò secundam, ibi. Rectus autem &c. tertiò tertiam, ibi. Determinatio autem &c. prima ergo pars, scilicet, quòd sacramenta nouæ legis ipse dominus, scilicet Christus sufficienter per seipsum instituit, & scilicet instituere debuit, ita quòd eorum institutio Apostolis, & eorum successoribus committi non potuit. Probatur ratione sic. Gratiam ex nobis consequi non possumus, videlicet non ab aliquo puro homine, sed per solùm Christum; sed per sacramenta nouæ legis consequimur gratiam; ideo a Christo debuerunt institui, & potuerunt ab eo instituì, & non ab aliquo homine puro. Præmissę relinquuntur notæ. Et nota, quòd circa istam materiam, scilicet de institutione sacramentorum fuerunt diuersæ opiniones, vt habet Doc. San. in 4. dist. 2. quæst. prima, artic. 4. quæst. 4. & dist. 22. & 23. eiusdem quarti. Quidam enim voluerunt, quòd Christus aliqua instituerit, sed non omnia; sed Apostolus instituenda aliqua reliquit; sed contrarium tenet ibidem, & tertia parte q. 64. art. 2. vbi innititur rationi iam positę, quia sacramentum

De institutione sacramētorum.

tum nouæ legis, habet virtutem instrumentalem, & per consequens non a se, nec ab vtente sacramento ergo ab instituente; sed homo purus non potest dare virtutem sacramento, sed Deus, & homo; & ideo tenendum est, quòd Christus omnia per se instituit, & quædam per se promulgauit quæ sunt maioris difficultatis ad credendum, alia autem Apostolis promulganda reseruauit. Deinde Doc. Sanc. enumerat quæ sint sacramenta nouæ legis, & dicit notanter matrimonium indiuisibile, quia prius quidem fuit ante Christum, vt erat in officium naturæ; sed non, vt significatiuum coniunctionis Christi, & Ecclesiæ, ratione cuius habet indiuisibilitatē; & de hoc aliquid supra dictum fuit. q. 102. art. 5. ad tertium. De confirmatione vide D.S. in 4. dist. 7. artic. 1. quæst. prima, ad primum, & artic. 2. quæst. prima, ad primum, & distinct. 2. q. 1. art. 4 q. 4. ad primum, quia confirmatio secundùm aliquos fuit per Christum instituta cum imponeret manus super pueros, vt habetur. Matth. 19. sed ipsa manuum impositio fuit præfiguratio sacramenti confirmationis, vnde Doc. San. hic loquitur post sententiam quam ponit tertia par. q. 72. art 1. ad primum, quia Christus hoc sacramentum instituit non exhibendo, sed promittendo; quia in hoc sacramento datur plenitudo Spiritus Sancti quæ non erat danda ante Christi Resurrectionem, & Ascensionem; & ita non exhibuit immediatè adhuc mortalis in carne, sed Spiritus Sanctus in die Penthecostes &c.

De sacramētis matrimonij, & confirmationis.

¶ Rectus autem gratiæ vsus est per opera charitatis, quæ quidem, secundùm quòd sunt de necessitate virtutis, pertinent ad præcepta moralia, quæ etiam in veteri lege tradebantur; vnde quantum ad hoc lex noua super veterem addere non debuit circa exteriora agenda.

¶ Declarat secundam partem minoris principalis quæ vult, ꝙ lex noua sufficienter ordinauit quæ pertinent ad rectum vsum gratiæ ex necessitate. Probatur tali assumpto. Quantum ad ea quæ pertinent ad rectū vsum gratiæ ex necessitate, lex noua super veterem addere non debuit circa exteriora agenda; ergo illa pars vera. Consequentia nota, quia nihil noua lex circa agenda per opera charitatis moralibus super moralia addit, sed tātùm declarauit, vt patuit supra. Assumptum probatur. Rectus vsus gratiæ est per opera charitatis; sed illa opera, secundùm quòd sunt de necessitate virtutis, pertinent ad præcepta moralia, quæ etiam in vet. le. tradebantur; igitur sequitur assumptum. Maior patet de se, & intelligitur, quòd vsus gratię est per opera charitatis imperata, quæ sunt opera aliarum virtutum tanquàm exequentium. Minor patet ex supra dictis circa moralia vet. le quia sunt de actibus omnium virtutum, & per consequens noua lex nulla superaddere potuit, sed eadem quæ sunt in vet. le. approbat. Et vult tantùm ista probatio, quòd vetus lex sufficienter dedit præcepta, & ordinauit de actibus virtutum necessarijs ad salutem; ideo noua non habuit alia præcepta addere, alia dico secundùm substantiam, sed eadem explicare, quod fecit. Matth. 5 Tunc ibi.

¶ Determinatio autem prædictorum operum in ordine ad cultum Dei pertinet ad præcepta cerimonialia legis; in ordine verò ad proximum ad iudicialia, vt supra dictum est; * & ideo quia istę determinationes non sunt secundùm se de necessitate interioris gratiæ in qua lex consistit; iccirco non cadunt sub præcepto nouæ legis, sed relinquuntur humano arbitrio; quædā quidem quantum ad subditos, quæ scilicet pertinent sigillatim ad vnumquemque; quædam verò ad prælatos temporales, vel spirituales, quę scilicet pertinent ad vtilitatem communem.

*q. 99. ar. 4.

¶ Explicat tertiam partem minoris dictæ, notando ex supra dictis quæst. 99. art. 4. quòd determinationes moralium præceptorum in ordine ad Deum sunt cerimonialia; sed in ordine ad homines sunt iudicialia. Vult ergo illa tertia pars, quòd sub præcepto nouæ legis non cadunt determinationes moralium, vel in ordine ad Deum, vel in ordine ad homines, sed relinquitur humano arbitrio; hoc est dicere, quòd noua lex non ordinauit de cultu Dei in particulari, nec de iustitia inter homines obseruanda in particulari; & hoc est dicere, quòd noua lex non instituit cerimonialia nec iudicialia. Prima pars probatur; istę determinationes non sunt secundùm se de necessitate salutis interioris gratiæ in qua lex consistit; igitur vera illa pars. Tenet consequentia ex dictis, quia lex gratiæ solùm præcipit necessaria ad gratiam. Antecedens patet, quia non oportet sic, vel sic instituere modum inter homines; & patet ex supra dictis de ceremonijs, & iudicialibus vet. le. & dicit antecedens, secundùm se, quia ex institutione possunt habere vim obligandi, sed non ex propria ratione &c. Secūda pars explicatur a D.S. quia aliqua relinquuntur arbitrio etiam particularium hominū, sicut etiam patuit supra quæst. 105. art. 2. in cor. de emptione, venditione, donatione; similiter ea quę spectant ad cibum, & potum, & vestimenta; sed aliqua relinquuntur personis publicis, vel temporalibus, vel spiritualibus; sicut pater, quòd iudices seculares constituerunt iudicialia in legibus ciuilibus, & prælati Ecclesiæ iura canonica de cultu Diuino, & alijs ecclesiasticis rebus. Deinde ibi.

¶ Sic igitur lex noua nulla alia exteriora opera determinare debuit præcipiendo, vel prohibendo, nisi sacramenta, & moralia præcepta, quæ de se pertinent ad rationem virtutis; puta non esse occidendum, non esse furandum, & alia huiusmodi.

¶ Resumit ex dictis maiorem principalem, etiam in principio cor. positam, quæ est fundamentalis in hoc articulo, scilicet, ꝙ noua lex non habuit determinare præcipiendo nisi sacramenta, & moralia præcepta, non de nouo instituendo, sed ea approbando, & proponendo; sed hoc fecit; igitur sufficienter actus exteriores ordinauit.

¶ Confirmatur conclusio responsiua argumento in contrariū.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ea quæ sunt fidei sunt supra rationem humanam; vnde in ea non possumus peruenire nisi per gratiam; & ideo abundantiori gratia superueniente, oportuit plura credenda explicari; sed ad opera virtutum dirigimur per rationem naturalem, quæ est regula quædam operationis humanæ, vt supra dictum est, * & ideo in his non oportuit aliqua præcepta dari vltra moralia legis præcepta, quæ sunt de dictamine rationis.

*q. 19. ar. 4. q. 63. art. 2.

¶ Maior conceditur, similiter minor, & ratio est, quia credibilia excedunt rationem naturalem, & solùm proponuntur ex gratia; ideo a principio non potuerunt explicitè tradi, sed secundùm successum temporis magis, & magis explicita fuerunt, secundùm quòd gratia maior venit in mundum, vt patet secunda secundæ quæst. 1. art. 7. Secus de moralibus agendis, quia huiusmodi non excedunt rationem naturalem; ideo potuerunt a principio legis Diuinæ etiam veteris totaliter tradi; huiusmodi enim successiua explicatio credendorum facta est non propter doctorem, & docentem, sed propter addiscentem, qui in principio non fuit capax perfectę explicationis credibilium. Quare negatur consequentia, quia omnia moralia necessaria pro vsu gratiæ data fuerunt in vet. le. non sic omnia credenda explicata; & ideo non potuerunt alia moralia addi, sicut potuerunt credibilia explicari.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in sacramentis nouæ legis datur gratia, quæ non est nisi a Christo; & ideo oportuit, quòd ab ipso institutionem haberent; sed in sacris non datur aliqua gratia, puta in consecratione templi, vel altaris, vel aliarum huiusmodi; aut etiam in ipsa celebritate solemnitatum; & ideo quia talia secundùm seipsa non pertinent ad necessitatem interioris gratiæ, dīs fidelibus instituenda reliquit pro suo arbitrio.

¶ Maior est vera, & patuit supra quæst. 101. art. 4. Ad minorem vera, & ratio est, quia sacramenta sunt necessaria ad habendam gratiam, & in ipsis datur gratia, & habent virtutem dandi gratiam quam acceperunt in sua institutione, quam non potuerunt habere nisi a Deo; & ergo sunt instituta in noua lege, & non a quocunque, sed a Christo Deo, & homine. Secus de sacris quæ non sunt necessaria ad vsum gratiæ, nec gratiam causant, ex opere operato præsertim; & ideo Christus ea instituenda arbitrio fidelium dereliquit; quare negatur consequentia, & ratio diuersitatis iam dicta est.

¶ Nota tamen secundùm D.S. in 4. distinct. 16. quæst. 2. artic. 2. quæst. 4. quòd Episcopalis benedictio quæ pertinet ad sacra dimittit venialia, non quia confert gratiam; sed quia feruorem excitat per remotionem impedimentorum feruoris, & gratiæ &c. an autem in benedictione episcopali passiua conferatur gratia. Vide in Capreolo in 4. dist. 25. q. 100. &c.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ illa præcepta dominus dedit Apostolis nō tanquàm cerimoniales obseruātias; sed tanquàm moralia instituta, & possunt intelligi dupliciter. Vno modo secundùm Aug. in lib. de consensu Euangelistarum, * vt non sint præcepta, sed cōcessiones; concessit enim eis, vt possent pergere ad prędicationis officiū sine pera, & baculo, & alijs huiusmodi, tanquàm habentes potestatem necessaria vitę accipiendi ab illis quibus prędicabant, vnde subdit. Dignus est enim operarius cibo suo; non autem peccat, sed supererogat, qui sua portat ex quibus viuat in prędicationis officio, non accipiens sumptum ab his quibus Euangelium prędicat; sicut Paulus fecit.

*Augus. in lib. 2. c. 30.

¶ Maior conceditur, sed dico, quòd non oportet ex vet. lege

arguere

arguere de noua, quia in huiusmodi quæ non sunt necessaria ad salutem, & pro vsu gratiæ, lex noua est libertatis, vt patuit art. 1. ad secundum; & ideo non sequitur sunt huiusmodi instituta in vet.le. igitur in noua. Ad minorem negatur, quòd in noua lege proponantur aliquę cerimoniæ, vel obseruantiæ; oppositū enim dictum est supra art. 1. & hic, & in cor. Ad probationem respondet D.S. dupliciter, secundò ibi. Alio modo &c. primò post Augustinum, quòd ista non sunt præcepta nec consilia, sed concessiones, & quasi priuilegia Apostolorum, & prædicantium verbum Dei, quia de iure naturæ qui seruit communitati, potest de ea accipere ea quæ sunt sibi necessaria pro victu, & vestitu; & ideo non erat necessarium, vt Apostoli essent de his solliciti, & secum deferrent, sed poterant accipere ab his quibus prædicabant, & sic exponit etiam D.S. in de Virtutibus de charitate art. 11. ad septimum, quia pertinent ista ad potestatem dignitatis Apostolicæ, & non ad perfectionem vitæ. Secundò dicitur ad probationem minoris post alios Sanctos, quòd fuerunt aliqua statuta temporalia, sed moralia; vt clarè in littera cum dicit.

¶ Alio modo possunt intelligi secundùm aliorum sanctorum expositionem, vt sint quædam statuta temporalia Apostolis data pro illo tempore, quo mittebātur ad prædicandum in Iudæam ante Christi passionem. Indigebāt enim discipuli quasi adhuc paruuli sub Christi cura existētes, accipere aliqua specialia instituta a Christo, sicut quilibet subditi a suis prælatis; præcipuè quia erant paulatim exercitandi, vt temporalium sollicitudinē abdicarēt, per quod reddebantur idonei ad hoc, quòd Euangelium per vniuersum orbem prædicarent. Nec est mirum si adhuc durante statu veteris legis, & nondū perfectam libertatem spiritus consecutis quosdam determinatos modos viuendi instituit; quæ quidem statuta imminente passione remouit tanquàm discipulis iam per ea sufficienter exercitatis; vnde Lucæ 22. dixit. Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calciamentis, nunquid defuit aliquid vobis? at illi dixerunt, nihil; dixit ergo eis, sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram; iam enim imminebat tempus perfectę libertatis, vt totaliter suo dimitterentur arbitrio in his, quæ secundùm se non pertinent ad necessitatem virtutis. ——

¶ Ad quartum dicendum, quòd iudicialia etiam secundùm se considerata, non sunt de necessitate virtutis quantum ad talem determinationem, sed solùm ad communem rationem iustitiæ; & ideo iudicialia præcepta reliquit dominus disponenda his, qui curam aliorum erāt habituri, vel spiritualem, vel temporalem; sed circa iudicialia præcepta veteris legis, quædam explanauit propter malum intellectum Phariseorum, vt infra dicetur.*

*art. seq. ad secundum.

¶ Maior vera, sed vt iam dictum fuit, non oportet ex vet. le. arguere de noua, quæ est lex libertatis. Minor conceditur, & ratio est, quia iudicialia sunt particulares determinationes non necessariæ pro vsu gratiæ, quia possunt sic, & aliter fieri. Dictum est autem, quòd nouæ legis est ordinare solùm de necessarijs pro gratia; hoc tamen verū est, quòd Christus circa iudicialia aliqua explicauit propter peruersum intellectum Phariseorum, qui putabant vindictam propter se appetendam, vt patet art. 3. ad secundum; quare negatur consequentia, quia insufficiens dicitur, quod caret illo, quod debet habere; noua lex autem non debet habere talia, vel talia iudicialia; & ideo non est insufficiens si ea non determinet, sed reliquit habituris curam aliorum.

Vtrum lex noua conuenienter instituat homines quantum ad actus interiores.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd circa interiores actus lex noua insufficienter hominem ordinauerit. Sunt enim decem præcepta decalogi ordinantia hominem ad Deum, & proximum; sed solùm dominus circa tria illorū aliquid impleuit, scilicet circa prohibitionem homicidij, & circa prohibitionem adulterij, & circa prohibitionem periurij; ergo videtur, quòd insufficienter hominem ordinauerit adimpletionem aliorum præceptorum prætermittens.

¶ 2. Præt. dominus nihil ordinauit in Euangelio de iudicialibus præceptis, nisi circa repudiū vxoris, & circa pœnam talionis, & circa persecutionem inimicorum; sed multa sunt alia iudicialia præcepta veteris legis, vt supra dictum est; * ergo quantum ad hoc insufficienter vitam hominum ordinauit.

*q. 104. art. 4. & q. 105. art. 1. 2. 3. & 4.

¶ 3 Præt. in veteri lege præter præcepta moralia, & iudicialia erant quædam cerimonialia, circa quæ dominus nihil ordinauit; ergo videtur insufficienter ordinasse.

¶ 4 Præt. ad interiorem bonam mentis dispositionem pertinet, vt nullum bonum opus homo faciat propter quemcunque temporalem finem; sed multa sunt alia tēporalia bona, quàm fauor humanus; multa etiam sunt alia bona opera, quàm ieiunium, elemosyna, & oratio; ergo inconueniens fuit, quòd dominus docuit solùm circa hæc tria opera gloriam fauoris humani vitari, & nihil aliud terrenorum bonorum.

¶ 5 Præt. naturaliter homini inditum est, vt sollicitetur circa ea quæ sunt sibi necessaria ad viuendum, in qua etiam sollicitudine alia animalia cum homine conueniūt, vt dicitur Prouer. 6. Vade ad formicam o piger, & considera vias eius, quæ cum non habeat præceptorē, vel ducem. parat in estate cibum sibi, & congregat inmesse, quod comedat; sed omne præceptum, quod datur contra inclinationē naturæ est iniquum, vtpote contra legem naturalē existens; ergo inconuenienter vī dominus prohibuisse sollicitudinem victus, & vestitus.

¶ 6 Præt. nullus actus virtutis est prohibendus, sed iudiciū est actus iustitiæ, secundùm illud Psal. Quousq; iustitia conuertatur in iudicium; ergo inconuenienter videtur dominus iudicium prohibuisse; & ita videtur lex noua insufficienter hominem ordinasse circa interiores actus.

¶ Sed contra est, quod Augustinus dicit in libro de sermone domini in monte.* Considerandum est, quia cum dixit; qui audit verba mea, hoc satis significat sermonem istum domini omnibus præceptis; quibus Christiana vita formatur, esse perfectum.

*Aug. lib. 1. circa prin. & lib. 2. capit. 40.

¶ Habito, quòd lex noua circa exteriores actus sufficienter instituerit, hic inquiritur de interioribus actibus; oportet autē hic memorari ex supra dictis, quòd actus interior est duplex, scilicet voluntatis, & intentionis; voluntatis est qui est circa volitum aliquod, sed intentionis est circa finem, & rationem volendi, & malitia vnius redundat in malitiam alterius, & vtriusque bonitas requiritur ad bonum opus; quia bonum ex integra causa, malum verò ex singularibus defectibus, patent ista ex supra dictis.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut ex inducta auctoritate Augustini * apparet, sermo quem dominus in monte proposuit, totam informationem Christianæ vitæ continet; in quo perfectè interiores motus hominis ordinantur. ——

* Aug. in argum. sed contra.

¶ D.S. primò ponit conclusionem responsi. secundò eam probat, ibi. Nam post &c. Conclusio est. Christus actor nouæ legis, in sermone quem in monte proposuit, totam vitam Christianā, & perfectè interiores motus hominis ordinauit; & habetur per hoc responsio ad quæsitum cum limitatione, quòd noua lex non per quemcunq;, sed per Christū ipsum ordinauit de interioribus motibus, & patet ista conclusio, primò auctoritate B. Augustini.

¶ Nam post declaratum beatitudinis finem, & commendata Apostolica dignitate, per quos erat doctrina Euangelica promulganda, ordinat interiores hominis motus; primò quidem quantum ad seipsum, & deinde quantum ad proximum. Quantum autem ad seipsum dupliciter, secundū duos interiores hominis motus circa agenda, quæ sunt voluntas de agendis, & intentio de fine; vnde primò ordinat hominis voluntatē secundùm diuersa legis præcepta, vt scilicet abstineat aliquis non solùm ab exterioribus operibus quæ sunt secundùm se mala, sed etiam ab interioribus, & ab occasionibus malorum; deinde ordinat intentionem hominis dicens, quòd in bonis quæ agimus, neque quæramus humanam gloriam neque mundanas diuitias, quod est thesaurizare in terra. ——

¶ Probat conclusionem prædictā, ratione sic. Dominus in illo sermone post declaratum Beatitudinis finem, & cōmendata Apostolica

stolica dignitate ordinauit interiores hominis motus ad seipsum, & deinde ad proximū, & tertiò docuit modum adimplendi Euangelicam doctrinam; igitur conclusio vera. Tenet consequentia, quia ista sufficiunt ad vitam Christianam, & non sunt alij interiores motus nisi ad seipsum. i. quo ad se pertinentia, & per se agenda, & ad proximum; & si doctrina Euangelica adimpletur nihil deest vitæ Christianæ. Antecedens probatur, primò quo ad primam partem; secundò quo ad secundam, ibi. Consequenter &c. tertiò quo ad tertiam, ibi. Vltimò &c. quo ad primam sic. Duo sunt motus interiores hominis circa se agenda, scilicet voluntas de agendis, & intentio de fine; sed primò ordinat motum voluntatis, deinde intentionem hominis; igitur prima pars antecedentis vera. Maior ista nota. Minor explicatur in littera, quia ordinat secundùm diuersa præcepta, vt patet. Matth. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra &c. Deinde ordinat intentionem. Matth. 6. Attendite ne iustitiam vestram &c. Et nolite thesaurizare vobis. Consequenter ibi.

¶ Consequenter autem ordinat interiorem hominis motum quo ad proximum, vt scilicet eum non temerariè aut iniustè iudicemus aut præsumptuosè, neque tamen sic simus apud proximum remissi, vt eis sacra committamus si sint indigni. ——

¶ Probat secundam partem antecedentis prædicti, quia ordinauit ne proximum temere iudicemus aut præsumptuosè. Matt. 7. Nolite iudicare &c. neque simus remissi, vt eis sacra committamus ibidem, Nolite Sanctum dare canibus. Deinde cum dicit.

¶ Vltimò autem docet modum adimplendi Euangelicam doctrinam, scilicet implorando Diuinum auxilium, & conatum apponendo ad ingrediendum per angustam portam perfectę virtutis, & cautelam adhibendo ne a seductoribus corrumpamur, & quòd obseruatio mandatorum eius est necessaria ad virtutem; non autem sufficit sola confessio fidei, vel miraculorum operatio, vel solus auditus. ——

¶ Manifestat tertiam partem antecedentis sępe dicti, quia docuit implorandum Diuinum auxilium. Matth. 7. Petite, & dabitur vobis. Et conatum apponendo, ibidem. Intrate per angustam portam, & Cautelam &c. ibidem. Attendite a falsis &c. Et quòd obseruatio &c. ibidem. Non omnis qui dicit mihi domine dne &c Ex quibus patet antecedens. Patet etiam, quòd D.S. plus respondeat quàm quæsitum sit; quia Christus non solùm in illo sermone sufficienter ordinauit interiores motus, sed omnia quæ requiruntur ad salutem, scilicet implere præcepta, & quòd non sufficit miraculorum operatio, vel sola confessio fidei &c. Nota tamen, quòd D.S. hic vnum tangit, scilicet, quòd possit aliquis operari miracula, & tamen non esse in statu salutis, quia dicit, quòd miraculorum operatio non sufficit, & per consequens etiam miraculorum operatio non est semper signum sanctitatis miracula facientis. Sed de hoc secunda secundæ qu. est. 78. art. 2. ex intentione, quia miracula etiam veræ fiunt a peccatore ad demonstrandum veritatem fidei; sed non personalem sanctitatem &c. & requirit istud corpus art. inspectionem trium capitulorum in Matth. scilicet Quinti Sexti, & Septimi.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsi. quia si sermo domini in monte est perfectus omnibus præceptis necessarijs ad vitam Christianam; igitur & interiores motus bene ordinat, quia & ista ordinatio est necessaria ad vitam Christianam &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd dominus circa illa legis præcepta adimpletionem apposuit, in quibus Scribę, & Pharisæi non rectum intellectum habebant, & hoc contingebat præcipuè circa tria præcepta decalogi. Nam circa prohibitionem adulterij, & homicidij æstimabant solùm exteriorem actum prohiberi, non autem interiorem appetitum, quod magis credebant circa homicidium, & adulterium, quàm circa furtum, vel falsum testimonium; quia motus iræ in homicidium tendens, & concupiscentiæ motus tendens in adulterium, videtur aliqualiter nobis a natura inesse; non autem appetitus iurandi, vel falsum testimonium dicendi. Circa periurium verò habebant falsum intellectum credentes periurium quidem esse peccatum; iuramentum autem per se esse appetendum, & frequentandum, quia videtur ad Dei reuerentiā pertinere, & ideo dominus ostendit iuramentum non esse appetendum tanquàm bonum, sed melius esse absque iuramento loqui nisi necessitas cogat. ——

¶ Maior conceditur, quòd sunt quidem decem præcepta decalogi, sed non æqualiter se habebant tunc Pharisæi ad omnia; nam in quibusdam putabant solùm exteriorem motum prohiberi, scilicet in adulterio, & homicidio. In iuramento autem deficiebant, quia putabant ipsum propter se appetendum, & frequentandum. Minor conceditur, & ratio iam dicta est, quæ non habuit locum in alijs præceptis, quia ibi fatebantur motum interiorem malum, quia non ita naturalis, sicut motus concupiscentiæ, & iræ; quare negatur consequentia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd circa iudicialia præcepta dupliciter Scribæ, & Pharisæi errabant. Primò quidem, quia quædam quæ in lege Moysi erant tradita tanquàm permissiones, æstimabant esse per se iusta, scilicet repudium vxoris, & vsuras accipere ab extraneis, & ideo dominus prohibuit vxoris repudium, Matth. 5. & vsurarum acceptionem. Luc. 6. dicens. Date mutuum nihil inde sperantes. ——

¶ Maior vera, ordinauit de his tribus, & etiam de alijs quibusdam ex eadem radice in eis deficientibus Iudęis, scilicet de vsura, de repetitione rei ablatę cum additione &c. in quibus acceperunt malum intellectum; & ideo oportebat de illis specialiter ordinare, & hoc ostendit D.S. in solutione primò de vsura, & repudio vxoris; secundò de motu cupiditatis in pœna talionis, & in persecutione inimicorum, & restitutione rei ablatę, ibi. Alio modo &c. Conceditur ergo, quòd circa iudicialia repudij vxoris, & etiam vsuræ, aliquid ordinauerit in noua lege, & ratio est; quia circa ista maximè errabant Scribæ, & Pharisęi accipientes malum intellectum ex quibusdam contentis in scripturis, quia cum essent solùm permissiones, putabant esse per se iustum. Ex verbis D.S. in hac solutione nota, quòd videtur haberi ex eis contrarium illius, quod dicit Burgensis scilicet, quòd repudium fuerit licitum, & non solùm permissum propter maius malum vitandum. D.S. enim indifferenter loquitur de permissione repudij, & acceptione vsuræ; sed constat, quòd secundum fuit solùm permissum propter maius malum. Et præterea dicit D.S. & Iudæi falsò æstimabant esse repudium per se iustum, & de hoc supra q. 107 art. 2. ad secundum, aliquid dictum fuit. Secundò conceditur, quòd circa iudicialia de pœna talionis, & persecutione inimicorum, & restitutione rei ablatę Christus aliqua explicauerit; sed hoc oportuit propter defectum opinionis Iudæorum; æstimauerunt enim, quòd interiores motus etiā liciti essent circa illa, fundantes se in illis, & hoc declarat D.S. Cum dicit.

¶ Alio modo errabant credentes quædam, quæ lex vetus instituerat facienda propter iustitiam, esse exequenda ex appetitu vindictę, vel ex cupiditate temporalium rerum, vel ex odio inimicorum, & hoc in tribus præceptis. Appetitum enim vindictę credebant esse licitum propter præceptum datum de pœna talionis, quod quidem fuit datum, vt iustitia seruaretur, non vt homo vindictam quæreret; & ideo dominus ad hoc remouendum docet animum hominis sic debere esse præparatū, vt si necesse sit etiam paratus sit plura sustinere. Motum autem cupiditatis æstimabant esse licitum propter præcepta iudicialia, in quibus mandabatur restitutio rei ablatę fieri etiam cum aliqua additione, vt supra dictū est; * & hoc quidem lex mādauit propter iustitiam obseruandam, non vt daret cupiditati locum; & ideo dominus docet, vt ex cupiditate nostra non repetamus; sed simus parati, si necesse fuerit, etiam ampliora dare. Motum verò odij credebant esse licitum propter præcepta legis data de hostium interfectione, quod quidem lex statuit propter iustitiam implendam, vt supra dictum est; * non propter odia exaturanda, & ideo dominus docet, vt ad inimicos dilectionem habeamus, & parati simus si necesse fuerit, etiam benefacere; hæc enim præcepta secundùm præparationem animi sunt accipienda; vt Augustinus exponit. * ——

*q. 105. art. 2. ad nonū.

*q. 105. ar. 3.

* Aug. lib. de sermo. mi. in Mon te c. 34. 35. & 36.

¶ Ad tertium dicendum, quòd præcepta moralia omnino in noua lege remanere debebant, quia secundùm se pertinent ad rationem virtutis; præcepta autem iudicialia nō remanebant ex necessitate secundùm modum quem lex determinauit; sed relinquebantur arbitrio hominum, vtrum sic, vel aliter esset determinandum; & ideo conuenienter dominus circa hæc duo genera præceptorum nos ordinauit. Præceptorum autem cerimonialium

nialium obseruatio totaliter per rei impletionem tollebatur, & ideo circa huiusmodi præcepta in illa communi doctrina, nihil ordinauit. Ostendit tamen alibi, quòd totus corporalis cultus qui erat determinatus in lege, erat in spiritualem commutandus, vt patet. Ioan. 4. vbi dixit. Venit hora quando neque in monte hoc neque in Hierosolymis adorabitis patrem, sed veri adoratores adorabunt patrem in Spiritu, & veritate. ———

¶Antecedens quidem verum est quo ad fuisse in vet.le. sed non est par ratio de ordinatione Christi circa ipsa fienda, quia vt patuit etiam q. præced. art. 2. ad quartũ, moralia erant ex toto mansura in noua lege tanquàm necessaria ad gratiæ vsum, iudicialia autem esto essent mortua, non tamen mortifera, & non necessariò manserunt, tamen aliqua iudicialia erant habenda apud fideles Christi, & ideo circa vtraque aliqua docuit, & ordinauit; secus de cerimonialibus, quæ erant futura mortifera, & tamen aliqua dixit de cerimonijs vet.le. non quidem in sermone in monte, sed Ioan. 4. quia essent in spiritualem cultum mutandæ; quare negatur consequentia, quia non est par ratio de moralibus, & iudicialibus ex vna parte, & cerimonialibus ex alia, vt patuit.

¶ Nota verbum D.S. pro prima parte eum dicit. Præcepta iudicialia non remanebant ex necessitate; datur enim ex hoc intelligi, quòd potuerunt remanere eadem, sicut in vet.le. licet non vt ex vet.le. & de hoc Scotus in 4. vltima dist. vbi dicit, quantum etiam ad iudicialia, licitum est iudicibus statuere leges ad pacem seruãdam siue illas quæ fuerunt in lege Moysi, & hoc omnes, siue alias, hæc ille &c.

¶ Ad quartum dicendum, quòd omnes res mundanæ ad tria reducuntur, scilicet ad honores, diuitias, & delitias, secundùm illud. 1. Ioan. 2. Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, quod pertinet ad delitias carnis; & concupiscentia oculorum, quod pertinet ad diuitias; & superbia vitæ, quod pertinet ad ambitum gloriæ, & honoris. Superfluas autem carnis delitias lex non promisit, sed magis prohibuit; repromisit autẽ celsitudinem honoris, & abundantiam diuitiarum. Dicitur enim. Deut. 28. Si audieris vocem domini Dei tui faciet te excelsiorem cunctis gentibus quantum ad primum, & post pauca subdit. Abundare faciet te omnibus bonis, quantum ad secundum. Quæ quidem promissa sic prauè intelligebant Iudæi, vt propter ea esset Deo seruiendum, sicut propter finem; & ideo dominus hoc remouit ostendens primò, quòd opera virtutum non sunt facienda propter humanam gloriam, & ponit tria opera, ad quæ omnia alia reducuntur. Nam omnia quæ aliquis facit ad refrenandum seipsum in suis concupiscentijs, reducuntur ad ieiunium; quemcunque verò fiunt propter dilectionem proximi reducũtur ad eleemosynam; quęcunque verò propter cultum Dei fiunt, reducuntur ad orationem. Ponit autem hæc tria specialiter quasi præcipua, & per quæ homines maximè solent gloriam venari. Secundò docuit, quòd non debemus finem constituere in diuitijs cum dixit. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. ———

¶Maior vera. Minor vera quidem, quòd sunt multa alia bona quam fauor humanus. Dico tamen, quòd inter omnia bona temporalia sunt tria propter quæ homines solent, vt plurimum facere opera sua. Et dico secundò, quòd Iudæi habebant duplicia promissa, scilicet diuitias, & gloriam, vel honorem, vel fauorem humanũ, propter quæ putabant omnia se debere facere sicut propter finem; sed errabant putantes, quòd Deo propter ista deberẽt seruire; & ergo opus fuit, vt Christus hunc errorem remoueret ostendendo, quòd non facerent propter gloriam humanam; secundò etiam ne propter diuitias in quibus finem constituerent. Ad secundam partem minoris; sunt quidem alia bona opera, sed omnia in his compræhenduntur, tanquàm sub his per quæ homines præcipuè gloriam venantur. Quare negatur consequentia, quia hæc tria sunt principalia. Et secundò continet consequens vnum falsum, quia Christus non solùm docuit vitare fauorem humanum; sed etiam diuitias. Quare autem non docuerit vitare concupiscentias, & delectationes carnales, patet in principio solutionis; quia illa non fuerunt promissa sicut gloria, & diuitię; & ergo non potuerunt accipere occasionem ipsam quærendi, vt finem; sicut alia duo.

¶ Ad quintum dicendum, quòd dominus solicitudinem necessariam non prohibuit, sed solicitudinem inordinatam. Est autem quadruplex inordinatio solicitudinis vitanda circa temporalia. Primò quidem, vt in eis finem non constituamus, neque Deo seruiamus propter necessaria victus, & vestitus; unde dicit. Nolite thesaurizare uobis &c. Secundò, ut non sic solicitemur de temporalibus cum desperatione diuini auxilij. Vnde dominus dicit. Scit pater uester, quòd his omnibus indigetis. Tertiò, ne sit solicitudo præsumptuosa, ut scilicet homo confidat se necessaria uitæ per suã solicitudinem posse procurare absque Diuino auxilio, quod dominus remouet per hoc, quòd homo non potest aliquid adijcere ad staturam suam. Quartò per hoc, quòd homo solicitudinis tempus præoccupat, quia scilicet de hoc solicitus est nunc, quod non pertinet ad curam præsentis temporis, sed ad curam futuri, unde dicit. Nolite soliciti esse in crastinum. ———

¶Ad maiorem, si intelligitur, quòd homini inditum sit naturaliter, quòd sollicitetur inordinatè, negatur; sicut etiam homo naturaliter concupiscit, sed quòd inordinatè, & contra rationem rectam, hoc non est naturale; similiter homo natura appetit excellentiam, sed non inordinatè; vt enim habet D.S. in de Malo, Mat. 8. art. 2. in cor. Omne peccatum fundatur in aliquo appetitu naturali, sed tamen est peruersio appetitus naturalis. Si autem intelligitur maior, quòd homo naturaliter solicitetur aliqualiter, & ordinatè; conceditur maior, & similiter probatio. Minor est vera, & notanda; & ergo constitutiones ciuiles, & statuta humana quæ sunt contra ius naturale, nihil valent; quia ex hoc ipso, quòd contrariantur legi naturæ, contrariantur, & legi ęternæ, vt patuit supra, & per consequens nihil valent. Et in ista minore fundatur dictum D.S. quando dicit iniquum esse, vt paruuli infidelium inuitis parentibus baptizentur. Ad consequens, verum, inconuenienter prohibuisset solicitudinem naturalem, & ordinatam; sed negatur, quòd inconuenienter prohibuerit inordinatam quadrupliciter, vt ostendit Doc. Sanc. in solutione, & sic a Christo prohibita. Et de materia istius solutionis, vide 2.2.q.55. art.6. & 7. per totum.

¶ Ad sextum dicendum, quòd dominus non prohibet iudicium iustitiæ, sine quo non possent Sancta subtrahi ab indignis; sed prohibet iudicium inordinatum, vt dictum est. * ———

*In cor. art.

¶ Maior vera, ad minorem, negatur, quòd omne iudicium sit actus iustitiæ, immo iudicium temerariũ ex sola suspitione procedens, pertinet ad iniustitiam, vt declaratur, secũda secundæ q. 60. art. 3. quia pertinet ad contemptum, & iniuriam, vt patet ibidem. Sed verum est, quòd iudicium, quod importat rectam determinationem eius, quod iustum est, pertinet ad iustitiam, vt declaratur secunda secundæ, vbi iam. artic. 1. Et est actus iustitiæ sicut inclinationis; Ad consequẽs; Ergo &c. Verum, iudicium iustitiæ inconuenienter prohibuisset; sed hoc non fecit, immo expresse ponit iudicium iustitiæ docens Sancta non danda canibus. Ex quo habetur, quòd homo non debet sequi affectionem carnalem, & indifferenter sancta, idest mysteria gratiæ, & fidei communicare canibus, idest obstinatis, qui efficerentur peiores, & despicerent fidem; & per consequens opus est iudicio, quod Christus docuit habendum; & a simili alia iudicia iusta exteriora, & interiora non prohibuit, sed solùm præsumptuosum, & temerarium.

Vtrum lex noua conuenienter superaddat consilia determinata, præceptis.

H

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter in lege noua consilia quædam determinata sint proposita. Cõsilia enim dantur de rebus expedientibus ad finem, vt supra dictum est; * cum de consilio ageretur; sed non eadem omnibus expediunt; ergo non sunt aliqua consilia determinata omnibus proponenda.

3. contra, c 130. Et quo li. 5. art. 19. cor.

*q. 14. ar. 2.

¶ 2 Præt. consilia dantur de meliori bono; sed non sunt determinati gradus melioris boni; ergo non debent aliqua determinata consilia dari.

¶ 3 Præterea, consilia pertinent ad perfectionem uitæ, sed obedientia pertinet ad perfectionem uitæ; ergo inconuenienter de ea consilium non datur in Euangelio.

¶ 4 Præt. multa ad perfectionem uitę ptinẽtia inter præcepta

præcepta ponuntur, sicut hoc, quod dicitur. Diligite inimicos uestros, & præcepta etiam quæ dedit dominus Apostolis. Matth. 10. ergo inconuenienter traduntur consilia in noua lege, tùm quia non omnia ponuntur, tùm etiam quia a præceptis non distinguuntur.

¶ Sed contra, consilia sapientis amici magnam afferunt vtilitatem, secundùm illud. Prouer. 27. Vnguento, & varijs odoribus delectatur cor, & bonis amici consilijs anima dulcoratur; sed Christus maximè est sapiens, & amicus; ergo eius consilia maximam vtilitatem continent, & conuenientia sunt.

¶ Hic vltimo D. S. inquirit de his quæ pertinent ad bene esse nouę legis, an talia sint conuenienter proposita, & aliqua certa.

¶ Respondeo dicendum, quòd hæc est differentia inter consilium, & præceptum, quòd præceptum importat necessitatem, consilium autem in optione ponitur eius, cui datur; & ideo conuenienter in lege noua quæ est lex libertatis, supra præcepta sunt addita consilia, non autem in veteri lege, quæ erat lex seruitutis.

¶ Quia autem duo continentur in quæsito, scilicet an conuenienter consilia sint proposita in noua lege. Et secundò an sint determinata; ideo D.S. primò respondet ad primum; secundò ad secundum, ibi. Oportet igitur &c. Quo ad primum ista est conclusio responsiua ad primam partem quæsiti. Conuenienter in noua lege supra præcepta sunt addita consilia, non autem in vet.le. Et per hoc habetur responsio ad quæsitum partialiter, quia scilicet conuenienter sunt consilia proposita. Probatur sic; hæc est differentia inter consilium, & præceptum, quòd præceptum importat necessitatem, consilium autem in optione ponitur eius, cui datur; sed lex noua est libertatis, & optionis, scilicet in his quæ non sunt de necessitate salutis. Lex autem vetus fuit seruitutis; ergo conclusio vera. Maior pro prima parte, scilicet de præcepto, patet ex supradictis, & de consilio patet ex ratione consilij. Minor patet ex art. 1. in fine, quia noua reliquit multa in arbitrio hominum, vetus autem non. Patet ergo quòd noua conuenienter proposuit consilia per Christum.

¶ Oportet igitur, quòd præcepta nouæ legis intelligãtur esse data de his quæ sunt necessaria ad consequendum finem ęternę Beatitudinis, in quem lex noua immediatè introducit. Consilia verò oportet esse de illis per quæ melius, & expeditius potest homo consequi finem prædictum. Est autem homo constitutus inter res mundi huius & spiritualia bona, in quibus ęterna Beatitudo consistit; ita quòd quantò plus inhęret vni eorum, tantò plus recedit ab altero, & econuerso. Qui ergo toraliter inhæret rebus huius mundi, vt in eis finem constituat habens eas quasi rationes, & regulas suorum operum, totaliter excidit a spiritualibus bonis; & ideo huiusmodi inordinatio tollitur per præcepta; sed quòd homo totaliter ea quæ sunt mundi abijciat, non est necessarium ad perueniendum in finem prædictum; quia potest homo vtens rebus huius mundi (dummodo in eis finem non constituat) ad Beatitudinẽ ęternam peruenire; sed expeditius peruenit totaliter bona huius mundi abdicãdo; & ideo de hoc dantur consilia Euangelij. ———

¶Hic consequenter D.S. accedit ad inuestigandum numerum, & determinationem consiliorum nouæ legis, de qua secundò quæsiuit quæstio; & circa hoc sic procedit. Primò ostendit de quibus sint præcepta nouę legis, & de quibus consilia. Secundò subiungit duas conclusiones responsiuas euacuantes illam secundam partem quæsiti. Primam ibi. Bona autem &c. Secundã ibi. Hæc autem simpliciter &c. Quo ad primum ostendit propositum tali conclusione præambulari, Præcepta nouæ legis sunt de hoc, ne homo finem in temporalibus constituat, & quibus impeditur a Beatitudine, (ita quòd illa mordinatio cõtra Beatitudinem tollitur per præcepta.) Consilia verò sunt de his, vt homo totaliter ea quæ sunt mundi abijciat, & per quæ expeditius ad Beatitudinem perueniat. Probatur ista conclusio, oportet quòd præcepta nouæ legis &c. vt in principio litteræ, sed totalis inhęsio temporalium per constitutionem finis in eis, est contra consecutionem ęternæ Beatitudinis, & per oppositum non constituere finem, est necessaria ad Beatitudinem ęternam; sed quòd homo totaliter abijciat ea quæ sunt mundi, non est necessarium, tamen expeditius peruenit totaliter abdicãdo; ergo sequitur conclusio, quòd præcepta sint de necessarijs præcipiendo, & de inordinatione opposita prohibendo, consilia verò &c. Maior sequitur ex probatione primæ conclusionis, quia scilicet præceptum in communi est de necessarijs, vel importat necessitatem, ergo præceptum nouæ legis est de necessarijs ad finem nouæ legis, quæ est Beatitudo ęterna; & si consilium est de his quæ sunt in optione, ergo consilium nouę legis est de his quę stant in voluntate hominis, & non sunt necessaria ad Beatitudinem. Maior igitur vera. Minorem probat, quia homo est constitutus inter res mundi &c. vt in littera; ergo sequitur minor &c. ꝙ qui totaliter inhæret rebus mundi, totaliter recedit a spiritualibus, & Beatitudine; & qui totaliter abijcit, expeditus ad Beatitudinem peruenit, vt dicit minor. Deinde cum dicit.

Differẽtia præcepti, & consilij.

¶ Bona autem huius mundi, quæ pertinent ad vsum humanæ vitæ, in tribus cõsistunt, scilicet in diuitijs exteriorum bonorum, quæ pertinent ad concupiscentiam oculorum; & in delitijs carnis, quæ pertinent ad concupiscentiam carnis; & in honoribus, quæ pertinent ad superbiam vitæ; sicut patet 1. Ioan. 2. Hæc autem tria totaliter derelinquere secundùm quòd possibile est, pertinet ad consilia Euangelica. In quibus etiam tribus fundatur omnis religio, quæ statum perfectionis profitetur; nam diuitiæ abdicantur per paupertatem; delitiæ carnis, per perpetuam castitatem; superbia vitæ, per obedientiæ seruitutem. ———

¶Subiungit ex determinatione præcedentis conclusionis primam responsiuam partialem pro secunda parte quæsiti, talem. Tria sunt consilia Euangelica perfecta, in quibus fundatur omnis religio quæ profitetur statũ perfectionis, scilicet totaliter derelinquere, secundùm quòd possibile est, exteriora bona, delicias carnis, & superbiã vitæ per obedientiæ seruitutem. Prima pars probatur assumendo secundam partem conclusionis præambularis pro maiori, sic; Consilia Euangelica scilicet perfecta consistunt in totali abdicatione bonorum huius mundi; sed bona huius mundi in quibus consistunt &c. vt in littera; ergo & tria sunt consilia, quæ consistunt in horum trium totali abdicatione quantum possibile est. Maior patuit. Minor patet auctoritate B. Ioan. in littera. Secundam autem partem conclusionis, scilicet ꝙ omnis religio fundatur in his tribus, D.S. hic non probat sed. 2. 2. q. 186. art. 6 & 7. ex intentione; & ergo vide ibidem. Nota autem, quòd D.S. dicit secundùm quòd possibile est, quia non requiritur, quòd religio nihil habeat, nec in communi, sed quòd non in proprio; nec requiritur omnis obedientia, sed in his quæ habet professionis regula; nec requiritur abdicatio omnis delectationis, sed venereę, vt declaratur, secunda secundæ; quia nec homo sine omni delectatione quæ est in cibo, & potu, nec sine omni solatio viuere posset. Et ita patet, quòd consilia perfectorum, & simpliciter sunt quibus omissis homo totaliter implicaretur rebus mundi, & negocijs secularibus, & ad talia omnes religiosi tenentur; sed sunt quædam consilia particularia de quibusdam perfectionis operibus particularibus, quæ possunt prætermitti absque hoc, ꝙ aliquis rebus secularibus implicetur, & super istis non fundatur omnis religio. Vnde talia in diuersis religionibus sunt diuersa, vt patet; quare D.S. notanter dicit, quòd in his tribus fundatur omnis religio, quia ad omnem pertinet paupertas, continentia, & obedientia; sicut instrumenta perfectionis. Deinde ibi.

Nota pro diuersitate Religionum.

¶Hæc autem simpliciter obseruata pertinent ad cõsilia simpliciter proposita; sed obseruatio vniusciuisque eorum in aliquo speciali casu, pertinet ad consilium secundùm quid, scilicet in casu illo; puta cum homo dat aliquam elemosynam pauperi, quãdo dare non tenetur, consilium sequitur quantum ad factum illud. Similiter etiam quando aliquo tempore determinato a delectationibus carnis abstinet, vt orationibus vacet, consilium sequitur pro tempore illo. Similiter etiam quando aliquis non sequitur voluntatem suam in aliquo facto, quod licitè posset facere, consilium sequitur in illo casu; puta si benefaciat inimicis suis quando non tenetur, vel si offensam remittat cuius iustè posset exigere vindictam. ———

¶ Procedit ad secundam conclusionem responsiuam partialiter pro secunda parte quæsiti. Et primò ostendit esse quædã consilia secundùm quid, & quæ sint; secundò ex hoc concludit conclusionem dictam, ibi. Et sic etiam &c. Ostendit ergo primò præter ista tria consilia perfecta Euangelica, esse quædam consilia secundùm quid; quia Euangelicum consilium perfectum, & simpliciter est, vt aliquis ad ista perpetuò sit obligatus, sed secundùm quid consilium est, quando aliquis ea quæ sunt consiliorum simpliciter, ad tempus & in aliquo casu adimplet, quæ sunt opera perfe-

perfectionis, & supererogationis, vt clarè deducit D.S. in littera. Nota hic, quòd consilia simpliciter, & secundùm quid, sunt in libertate hominis; & præsertim consilia secundùm quid sunt in libertate etiam religiosi. Tamen contemptus vtrorumque consiliorum Christi est damnabilis, & periculosus; Religiosus enim licet non teneatur habere charitatem perfectam, tenetur tamẽ ad eam tendere, cui repugnat contemptus; immo & secularis contemnens meliora, peccat, & præsertim Diuina consilia. Et ideo Christianus quicunque contemnens consilia Christi quęcunque, contemnit Christũ. Vide de hoc Scotum in quarto, dist. 3. in quarto principali, vbi dicit. Et notandum generaliter, quòd promulgatio facta de consilio Diuino obligat ad non contemnendum; qui enim consilium contemnit, contemnit consulentem inquantum consulentem, & ideo nolens seruare consilium Diuinum Euangelicum quasi contemnens illud tanquàm irrationabile, & infructuosum, peccat mortaliter; vnde videant mordẽtes paupertatem Euangelicam, ne fortè, cum nolint seruare, quia non est necessarium, contemnant; quia tales contemnentes, vel parumpendentes, cõtemnunt Christum, qui hanc suasit obseruari tanquàm meritoriam, & vtilem ad vitam ęternam, vt habetur lib. 6. de Verborum significatione. Hæc autem dixi de consilio Diuino, quia secus est de humano. Vide ibidem. Hæc ille. Patet ergo quòd consilia Christi sunt quidem libertatis ad seruandum, vel non; tamen non debent contemni. Tunc ibi.

Sectum

¶ Et sic etiam omnia consilia particularia, ad illa tria generalia, & perfecta reducuntur.

¶Hæc est secunda conclusio respondens secundę parti quæsiti, ex qua habetur responsio formalis, quòd consilia perfecta, sunt determinata, scilicet tria prædicta; sed consilia secundùm quid particulariter in singulis perfectionis operibus, non sunt determinata; sed reducũtur ad tria determinata. Probatur prima pars ex secundo argumento, quia consilium secundùm quid, est de meliori bono, & opere supererogationis; sed talia sunt indeterminata in particulari; igitur consilia secundùm quid in particulari non sunt determinata.

¶ Nota autem, quia dicit in particulari, nam infinita sunt saltem quo ad nos, etiam secundùm speciem abstinentiæ a delectationibus licitis. Similiter infinita opera misericordiæ ad quę quis non tenetur, quàmuis in genere comprehendi possunt, & reduci ad tria. Secunda pars, scilicet quòd reducantur ad determinata, patet ex littera; quia dare elemosynam in casu quo quis non tenetur, reducitur ad paupertatem. Similiter abstinere a delectatione carnali, ad castitatẽ. Similiter non sequi voluntatem in aliquo quod quis posset licitè facere, reducitur ad obedientiam; igitur secunda pars vera. Nota autem, quòd consilia secundùm D.S. hic sunt de omnibus operibus perfectionis, quæ sequuntur ex charitate perfecta, & huiusmodi sunt indeterminata, nec religiosi ad omnia tenentur, sed tenentur ea non contemnere; sed simpliciter & perfecta sunt de instrumentis, & via ad charitatem, & ista sunt

Ad quid Religiosi teneantur.

certa, & determinata, & ad ea omnes religiosi tenentur. In charitate enim essentialiter consistit perfectio, sed consequenter in operibus perfectionis; sicut quòd aliquis maledicenti benedicat, & quòd aliquis sua non repetat, & quòd inimico signa beneuolentię ostendat extra casum necessitatis; illa enim sunt cõsequentia perfectam charitatem, ad quæ nec religiosi tenentur. Sed tertiò aliquid requiritur ad Charitatem tanquàm instrumentum, & dispositio, & ista sunt tria consilia super quibus fundatur omnis religio. D.S. igitur hic per consilia secũdùm quid, intelligit opera perfectionis ex charitate procedentia, quæ non sunt necessitatis, tamen reducuntur ad perfecta consilia, vt patuit, & illa sunt indeterminata. Sed cõsilia quæ sunt instrumenta charitatis sunt tria, & inueniuntur in vouentibus religionem; quia sicut habet D.S. secunda secundæ, supra art. 6. requiritur ad religionem, quòd ista tria sub voto cadant. Vnde D.S. vbi iam. artic. 2. ea quæ hic vocat consilia secundùm quid, ibidem vocat pertinentia ad perfectionem consequenter. Consilia autẽ quæ hic vocat simpliciter consilia, ibidem vocat instrumenta, & dispositiones perfectionis. Verumtamen secũdùm D.S. tertiò contra Gen. c. 130. possunt etiam tria consilia perfecta hic dicta, dici effectus, & signa perfectionis, & dispositiones ad perfectionem; ideo qui ista tria vouent, in statu perfectionis esse dicuntur. Vide ibidem de ista materia.

De quibus sint consilia.

¶Nota etiam circa hanc materiam, quòd consilia Christi non sunt de actibus interioribus virtutum, quia pertinent ad vsum gratiæ de necessitate. Vnde consilia non sunt de humilitate, patientia, & huiusmodi, sed de exterioribus actibus qui ordinantur ad charitatem, & interiores actus virtutum sicut ad finem.

¶ Confirmatur prima conclusio responsiua argumento in contrarium, scilicet, quòd Christus conuenienter in noua lege consilia proposuerit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd prædicta consilia quantum est de se, sunt omnibus expedientia; sed ex indispositione aliquorum, contingit, quòd alicui expedientia non sunt, quia eorum affectus ad hoc non inclinatur; & ideo dominus consilia Euangelica proponens semper facit mẽtionem de idoneitate hominum ad obseruantiam consiliorum; dans enim consilium perpetuę paupertatis. Matth. 19. præmittit. Si vis perfectus esse, & postea subdit; Vade, & vende omnia quæ habes. Similiter dans consilium perpetuę castitatis, cum dixit. Sunt eunuchi qui castrauerũt seipsos propter Regnum Cœlorum, statim subdit; Qui potest capere capiat. Et similiter Apost. 1. ad Corinth. 7. præmisso consilio virginitatis, dicit. Porrò hoc ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis injiciam.

¶ Maior vera, consilia dantur de expedientibus ad finem ex ipsa natura consilij. Dico autem, quòd quandoque aliquid est expediens ex ipso facto, a quo tamen ipse homo potest deficere propter indispositionem suam; nihilominus tamen dicendum est expediens; sicut & expediens est ascendere equum, quamuis periculum imminеat cadenti equo, vt habetur. 2.2.q.88.art.4.ad secundum. Minor negatur, quòd consilia quantum est de se non expediant omnibus; sed verum est, quòd quibusdam sunt inexpedientia propter eorum indispositionem, sed ex hoc non sunt dicenda inexpedientia. Sed dicendum est, quòd ille sit ineptus ad consilia secundùm se bona seruanda. Et ergo dominus proponendo consilia semper facit mẽtionem de idoneitate hominum, qui debent obseruare, innuens, quòd homo prius attendat suam dispositionem, & suum affectum, qui velit acceptare consilia; quare negatur consequentia, quia si omnia tollerentur ex quibus potest nasci periculum, & quæ non sunt expedientia per accidens propter indispositionem hominis, oporteret ab omnibus bonis cessare, quæ per accidens ex aliquo euentu possunt esse periculosa; quare nec in proposito oportet dimittere consilia, quia aliquibus propter indispositionem non expediunt.

¶Ad secundum dicendum, quòd meliora bona particulariter in singulis sunt indeterminata; sed illa quæ sunt simpliciter, & absolutè meliora bona, in vniuersali sunt determinata, ad quæ etiam omnia illa particularia reducuntur, vt dictum est. *

*In corpore artic.

¶Ad maiorem dico, quòd consilia simpliciter, & perfecta dantur de meliori bono absolutè, & simpliciter, de his quæ scilicet totaliter abstrahant a negotijs mundi; talia enim dicuntur meliora simpliciter; sed consilia secundùm quid dantur de melioribus secundùm quid; quia non totaliter abstrahunt a rebus sęculi, sed sunt opera perfectionis consequenter, & possunt fieri ab illo qui non abdicat ea quæ sunt mundi. Ad minorem distinguitur, vera, quòd non sunt determinati gradus particulariter melioris boni secundùm quid; quia potest aliquis infinitis modis facere bona opera charitatis ad quæ non tenetur; sicut ieiunare, dare elemosynas; sed negatur, quòd non sint determinati gradus melioris boni simpliciter, per quod scilicet aliquis inuatur ad perpetuò vacandum Deo, quia huiusmodi sunt tria, secundùm quòd sunt tria bona abdicata, quæ specialiter a Deo abstrahũt; & vt dictum est, ad hæc tria omnia alia reducuntur, sicut & oẽs aliæ religiosorum obseruantiæ. Ad consequens, si intelligitur de consilijs perfectis, negatur; si autem de consilijs secundùm quid; conceditur, quòd non sunt in determinato numero, possunt tamen ad tria reduci, & est hæc ratio pro vltima conclusione corp.

¶Ad tertium dicendum, quòd etiam consilium obedientiæ dominus intelligitur dedisse in hoc, quòd dixit. Et sequatur me; quem sequimur non solùm imitando opera, sed etiam obediendo mandatis ipsius, secundùm illud. Ioan. 10. Oues meę vocem meam audiunt, & sequuntur me.

¶Maior vera, quia sunt effectus, & dispositiones ad perfectionem quæ consistit in dilectione Dei. Minor conceditur, & dico, quòd obedientia est summum consilium sine quo alia obseruata non faciunt religiosum. Et dico tamen, quòd obedientia vniuersalis pertinet ad perfectionem vitæ; obedire enim prælatis in his quæ sunt de necessitate virtutis, est omnibus commune, & non supererogationis. Sed obedire in his quæ pertinent ad exercitium perfectionis, est consilij. Sed consequens negatur; quia innuit, ꝙ Christus non dederit consilium de obedientia, quod falsum est. De hoc D.S. secunda secundæ supra art. 8. ad primum, Consilium obedientiæ includitur in ipsa Christi sequela; qui enim obedit, sequitur alterius volũtatem, & ideo magis pertinet ad perfectionem, quàm votũ paupertatis, quia (vt hic Hieronymus dicit super Matth.) Id quod perfectionis est, addidit Petrus cum dixit; & secuti sumus te. Hæc ille.

¶ Nota verbum D. S. in solutione hic; quia obedire mandatis, ideſt præceptis Christi, non est obedientiæ quæ est consilium, sed est de necessitate salutis; sed obedientia mandatorum Christi exprimit obedientiam quæ est consilium, vbi obeditur superiori loco

loco Christi, in his quæ sunt exercitij, & perfectionis. Vnde D.S. secunda secundæ, vbi iam, dicit, ꝙ qui obedit, sequitur alterius voluntatem, & sic sequela Christi exprimit consilium obedientiæ, ita quòd quis non solùm opera Christi imitetur in his, quæ sunt necessitatis, sed etiam obediat. s. in his, quæ non sunt necessitatis.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ ea, quæ de vera dilectione inimicorum, & similibus. Dominus dicit Matth. 5. & Luc. 6. si referãtur ad præparationem animi, sunt de necessitate salutis, vt s. homo sit paratus benefacere inimicis, & alia huiusmodi facere, cum necessitas hoc requirat; & ideo inter præcepta ponuntur; sed vt aliquis inimicis hoc exhibeat prompte in actu, vbi specialis necessitas non occurrit, pertinet ad consilia particularia, vt dictum est. * Illa autẽ, quæ ponuntur Matth. 10. & Luc. 9. & 10. fuerunt quædam præcepta disciplinæ pro tempore illo, vel cõcessiones quædam, vt supra dictum est; * & ideo non inducuntur tanquam consilia.

* In corp. artic.

* Art. 2. ad 3. arg.

¶Antecedens negatur, ꝙ pertinentia ad perfectionem vitæ, vel consequenter, vel antecedenter, ponantur inter præcepta, ita ꝙ non est idem in consilio, & in præcepto; ea enim, quæ sunt necessitatis, non sunt consilij, nec simpliciter, nec ẽm quid; & econtra, ea quæ sunt consilij perfecti, vel ẽm quid, non sunt in præcepto.

¶Ad probationem primam dico, ꝙ diligere inimicos aliter est in præcepto, quia in præparatione animi est necessitatis; similiter præbere maxillam alteram, & non repetere ablata, & sic de alijs, de quibus Matth. 5. quia in casu sunt in præcepto, etiã ipsi actus, & præparatio animi ad istos actus in casu faciendos est in præcepto; sicut homo debet ita esse dispositus, ꝙ antequã vellet sequi maius damnum sibi, vel alijs, deberet iniuriam velle pati, & sua non repetere, vt declaratur Matth. 5. sed præter casum necessitatis actu velle talia pati, est supererogationis, & consilij secundùm quid, tanquam consequens charitatem perfectam.

¶Ad secũdam probationem de præceptis datis Matth. 10. s. de non portandis sacculis, & pera, &c. Dico, ꝙ non fuerunt perfectionis, vel consilij; sed fuerunt vel concessiones, & priuilegia, vel fuerunt præcepta moralia, temporalia tamen, vt dictum fuit artic. 2. ad tertium. Quare negatur consequentia, primò pro prima parte, quia omnia ponuntur præsertim perfectè consilia; nec valet, ꝙ arguebatur de obedientia, quia & de illa ponitur consilium. Negatur etiam pro secunda parte, quia (vt iam patuit) diligere inimicos non eodem modo est præceptum, & consilium.

¶Nota verba D.S. cum dicit; sed vt aliquis inimicis hoc exhibeat, pertinet ad consilia particularia; per hoc enim habetur, ꝙ opera alia supererogationis quæcunque, & a quibuscunque facta, sunt consilia secundùm quid, & particularia; sed tria cõsilia perpetuò obseruata sunt consilia perfecta, & consilia particularia a Christo ponuntur, super quibus comprehenduntur omnia opera supererogationis; & ergo dictum fuit, quòd talia particularia consilia non sunt determinata. Et tantum de legibus.

Quæstio Centesimanona.

De necessitate gratiæ.

I

COnsequenter considerandum est de exteriori principio humanorum actuum. s. de Deo, prout ab ipso per gratiam adiuuamur ad rectè agendum. Et primò considerandũ est de gratia Dei. Secundò, de causa eius. Tertiò, de eius effectibus. Prima autem consideratio erit tripartita. Nam primò considerabitur de necessitate gratiæ. Secundò de ipsa gratia quantum ad eius essentiã. Tertiò de eius diuisione. Circa primum quæruntur decem. Primò, vtrum absque gratia possit homo aliquod verum cognoscere. Secundò, vtrum absque gratia Dei possit homo aliquod bonum facere, vel velle. Tertiò, vtrũ homo absq; gratia possit Deum diligere super omnia. Quartò, vtrum absq; gratia possit per sua naturalia præcepta legis obseruare. Quintò, vtrum absque gratia possit mereri vitam ęternam. Sextò, vtrum homo possit se ad gratiã prępparare sine gratia. Septimò, vtrum absq; gratia possit resurgere a peccato. Octauò, vtrum absque gratia possit homo vitare peccatum. Nonò, vtrum homo gratiam consecutus possit absque alio Diuino auxilio bona facere, & vitare peccatum. Decimò, vtrum possit perseuerare in bono per seipsum.

¶Iuxta ordinem supra statutum, quæst. 90. postquam D.S. determinauit de exteriori principio humanorum actuum. s. Deo, quantum ad cognitionem, inquantum ab ipso dirigimur, & adiuuamur per legem, Hic consequenter agit de eodem exterioti principio eorundem actuum quantum ad interiorem electionem, & exteriorem actionem. s. de gratia. Et patet ordo, quia cognitio præcedit in via executionis, & electionem, & operationem, vt ex supra dictis patet; & ergo prius erat agendum de lege, quæ inducit cognitionẽ agendorum, & eligendorum. Patet quoque, quod supra dictum est in principio, q. 90. ꝙ quamuis gratia sit intra hominem, quia tamen hic non agitur de gratia, nisi vt per eã nos Deus adiuuat, qui est extra hominem; ideo hic quoq; tractatus dicitur de principio extrinseco, sicut & ille supra de legibus de principio extrinseco dicebatur. In hoc autem tractatu finali istius libri, tria principaliter sunt consideranda. Primum est de ipsa gratia Dei. Secundum est de causa eius, & hoc in quæst. 112. Tertium est de effectibus eius. Et patet de plano ratio ordinis, iuxta immediatiorem habitudinem ad gratiam; in via enim considerationis de aliqua re primò intrinseca consideranda sunt, inter extrinseca autem consideranda, prius occurrit consideranda causa, quàm effectus; & sic patet ordo tàm ad præcedentia, quàm ad sequentia. Consideratio autem prima de gratia secundùm se trifariam diuiditur. Primum est de necessitate gratiæ. Secundum est de gratia, quantum ad eius essentiam, q. 110. Tertium est de differentijs, & diuisione eius, quæst. 111. Et patet ordo, quia ex necessitate manuducimur in cognitionem, an est. Cognitio autem, an est, præcedit cognitionem quid est; si enim determinetur, ꝙ gratia est necessaria, statim sequitur, quia est. Nam neque in necessarijs gratuitis Deus homini deest. Circa primum, quod est præsentis quęstionis considerandum, ꝙ necessitas gratiæ Diuinæ potest dupliciter considerari. Primò enim inquiritur necessitas habitus gratuiti, vel habentis se per modum habitus, extendendo gratiam ad quodcunque auxilium supernaturale. Secũdò, inquiritur necessitas gratuitæ motionis ad debitum vsum gratiæ, artic. 9. Circa primum, primò inquiritur necessitas gratiæ, quantum ad bene agendum. Secundò, quantum ad peccatum vitandum, artic. 7. Circa primum, primò fit quod dictum est. Secundò determinantur duo corollaria ex dictis. Circa primum, primò fit, quod dictum est quantum ad actus intellectus. Secundò, quantum ad actum voluntatis, in articulo secundo.

Vtrum absque gratia possit homo aliquod verum cognoscere.

K

AD primum sic proceditur. Videtur, ꝙ homo sine gratia nullum verum cognoscere possit, quia super illud. 1. ad Corinth. 12. Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto; dicit glos. Ambros. Omne verum a quocunque dicatur, a Spiritu sancto est; sed Spiritus sanctus habitat in nobis per gratiam; ergo veritatem cognoscere non possumus sine gratia.

Infr. ar. 2. ad 3. Et 2. di. 18. art. 3.

¶ 2 Præterea. Augustinus dicit in primo Soliloquiorum, quòd disciplinarum certissima talia sunt, qualia illa, quę a Sole illustrantur, vt videri possint, Deus autem ipse est qui illustrat. Ratio autem ista est in mentibus, vt in oculis est aspectus, mentis autem oculi sunt sensus animę; sed sensus corporis, quantumcunque sit purus, non potest aliquod visibile videre sine Solis illustratione; ergo humana mens, quantumcunque sit perfecta, non potest ratiocinando veritatem cognoscere absque illustratione Diuina, quę ad auxilium gratię pertinet.

* Augi c. 6.

¶ 3 Præterea. Humana mens non potest veritatem intelligere nisi cogitando, vt patet per Aug. 12. de Trin. * sed Apostolus dicit 2. ad Cor. 3. Non sufficientes sumus aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis; ergo homo non põt cognoscere veritatẽ per seipsum sine auxilio gratię.

* Aug. c. 6. & 7.

¶Sed contra est, quod Aug. dicit in primo Retract. * Non approbo, quòd in oratione dixi, Deus, qui non nisi mundos verum scire voluisti; respondeni enim potest, multos etiam non mundos multa scire vera, sed per gratiam homo mundus efficitur, secundùm illud Psalmi. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in viscęribus meis; ergo sine gratia potest homo per seipsum veritatem cognoscere.

* Aug. c. 4. id dixerat lib. 1. Soliloq. c. 2.

¶Hic D.S. primò inquirit de necessitate gratiæ quantum ad cognitionem veri. Pro intellectu quæsiti, & responsionis dandæ oportet prænotare primò, ꝙ gratia in isto quæsito non capit pro gratia gratum faciente tantùm, sed capitur pro auxilio Diuino quõcunque gratuitè collato, siue sit infusio alicuius habitus cõfortatiui intellectus, siue sit aliqua illustratio specialis, & supernaturalis,

turalis, siue sit aliqua ordinatio phantasmatum ad cognoscibilia aliqua expressius representanda. Et hoc modo etiam D. S. prima parte, q. 12. artic. 13. quærit de gratia, cum inuestigat, An per gratiam possit haberi altior cognitio de Deo, & inter respondendū determinat, ꝙ sic; quia per Deum possunt phantasmata ordinari ad Diuina representanda, potest & Deus per sensibilia signa manifestare Diuina, sicut patet de columba, quæ apparuit super Christum, & de voce paterna de nube delapsa, &c. vbi omnia ista comprehendit sub gratia, & appellat gratiam Dei, ita ꝙ gratia dicatur gratuitum & supernaturale auxilium ad cognoscendum verum. Et ꝙ hæc sit expositio vera, patet etiam ex D. S. in' secundo senten. distin. 28. artic. 5. vbi mouet eandem quæstionem, quæ nunc proposita est, & inter respondendum de cognoscibilibus veris supernaturalibus dicit. Et ideo horum verorum cognitio sine lumine gratiæ gratis datæ haberi non potest, sicut est lumen fidei, & etiam prophetiæ, & aliquid huiusmodi, hæc ille. Vbi patet, quòd per gratiam non solùm intelligit gratiam gratum facientem, sed quamcunque gratiam gratis datam excedentem virtutem naturalem, & ita patet quid intelligitur per gratiam.

¶Nota secundò pro intellectu alterius termini quæsiti, & distinctionis ponendæ in corp. ꝙ verum naturaliter cognoscibile est illud, in cuius cognitionem intellectus noster peruenire potest ex cognitione sensibilium naturaliter, & primò cognoscibilium; ita ꝙ cognitio naturalis tantum se extendit, quantum sensibilia manuducunt; & quia ex sensibilibus statim, & immediatè cognoscuntur prima principia naturaliter nota, vt patet primo Metaph. ideo etiam quæcunque ex primis principijs naturaliter notis cognosci possunt, dicuntur naturaliter cognoscibilia, & comprehenduntur sub vero naturaliter cognoscibili; quæ verò virtute primorum principiorum, & ex sensibilibus cognosci non possunt, comprehenduntur sub vero non naturaliter cognoscibili. Et ergo Deus secundùm prædicata, & attributa, vel negata, quæ sibi ex creaturis attribuimus, vel quæ ab eo ex ipsis negamus, comprehenditur sub vero naturaliter cognoscibili. Sic D. S. prima parte, q. 12. art. 12. tradit, quomodo de Deo per naturalem rationem, ideſt naturali lumine acquisibilem, possumus Deum cognoscere triplici via, s. causalitatis, remotionis, & supereminentiæ; sed quo ad prædicata, quæ ex sola fide, & per speciale supernaturale auxilium, intellectus sibi attribuit, pertinet ad verum nō naturaliter cognoscibile; & ꝙ hæc sit vera expositio verè naturaliter cognoscibilis, & non naturaliter, patet ex D. S. in 2. sentent. vbi supra, vbi dicit, Verorum, quædam sunt naturali rationi proportionata, quædam naturalem rationem excedunt. Illa naturalem rationem excedunt, quæ non possunt concludi ex primis principijs per se notis. Cum enim prima principia sint, sicut instrumenta intellectus agentis, vt Commentator dicit. 3. de Ani. oportet ea esse proportionata virtuti eius, sicut organa corporalia sunt proportionata virtuti motiuæ. Vnde quæ ex primis principiis concludi non possunt, naturale lumen intellectus excedunt. Huiusmodi autem sunt ea, quæ sunt fidei, & futura contingentia, & huiusmodi. Hæc ille. Vbi patet, quod dictum est.

Aristot.

¶Nota etiam D. S. ibidem, quia circa hoc quæsitum fuerunt variè opinantes. Aliqui enim voluerunt, quòd sicut visibilia non videntur actu, nisi de nouo fiat emissio radij solaris; ita homo nihil de nouo cognoscat, nisi per emissionem radij intelligibilis ab intellectu agente, quem posuerunt separatum. Patet ex hoc ratio mouendi illam quæstionē. His prælibatis videndū est de corp. art.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ cognoscere veritatem est vsus quidam, vel actus intellectualis luminis, quia ſm Apostolum ad Eph. 5. Omne quod manifestatur lumen est, vsus autem quilibet quendam motum importat, largè accipiendo motum, ſm ꝙ intelligere, & velle motus quidam esse dicuntur, vt patet per Philos. in 3. de Ani.*

* Aristot. text. 28.

¶D. S. respondendo quæstioni primò præmittit quoddam suppositum fundamentale; secundò deducit tres conclusiones partiales præambulares, ibi. Videmus autem, &c. tertiò expeditis conclusionibus infert per modum corollarij conclusionem responsiuam totalem, ibi. Sic igitur dicendum, &c. Quo igitur ad primū D. S. supponit aliqua innuens distinctionem, ꝙ cognitio veri duo implicet. s. actum secundum, & actum primum. Et hoc est, quod dicit, cognoscere veritatem est vsus quidam, vel actus s. secundus intellectualis luminis; ecce actus primus, quod videlicet intellectuale lumen in homine continetur in intellectu agente, & possibili cum habitibus innatis. Et ostendit D. S. illud suppositum distinctiuum fundatum in Apostolo. Si ergo quæstio debeat determinari, oportet ostendere, an requiratur singulare auxilium gratuitum ad ipsum vsum, vel requiratur singulare auxilium ad cōfortandum lumen intellectuale, quod est actus primus; si autē nec actus secundus, nec primus egent speciali gratuito auxilio, non erit opus gratia; & exponit D. S. qualis motus sit vsus intellectualis luminis, quia largè vt actus perfecti dicitur motus.

¶Videmus autem in corporalibus, ꝙ ad motum non solùm requiritur ipsa forma, quæ est non solùm requiritur ipsa forma, quæ est principium motus, vel actionis, sed etiam requiritur motio primi mouentis; primum autem mouens in ordine corporalium est corpus cœleste; vnde quantumcunq; ignis habeat calorem perfectum, nō alteraret nisi per motionem corporis cęlestis; manifestū est autem, ꝙ sicut motus omnes corporales reducuntur in motum cęlestis corporis, sicut in primum mouens corporale; ita omnes motus tàm corporales, quàm spirituales reducuntur in primū mouens simpliciter, quod est Deus; & ideo quantūcunq; natura aliqua corporalis, vel spiritualis ponatur perfecta, non potest in suum actū ptocedere, nisi moueatur a Deo. —

¶Hic consequenter D. S. procedit ex suppositō, & eius declaratione ad conclusiones tres partiales, & præambulares; secundam inferendo ex prima, ibi. Non solùm, &c. Tertiam ex secūda, ibi. Vnaqueque autem, &c. Prima ergo conclusio generalis est. Quātumcunque natura aliqua corporalis, vt in fine litteræ huius. Hāc conclusionem primò probat; secundò circa eius secundam partem ponit notabile quoddam, ibi, Quæ quidem motio, &c. Probatur conclusio sic. Videmus in corporalibus, ꝙ ad motum non solùm requiritur ipsa forma, quę est principium motus, sed etiam requiritur motio primi mouentis corporalis. s. corporis cœlestis; sed sicut motus omnes corporales, &c. vt in littera; ergo sequitur conclusio quantumcunq;, &c. Maior declaratur exemplariter de igne, qui quantumcunque habeat calorem perfectum, non alteraret nisi per motionem corporis cœlestis.

¶Et nota verbum D. S. alteraret; quia videtur multis, ꝙ stante motu cœli corpora cœlestia illuminarent; similiter & ignis, sed non alterarent, præsertim tali alteratione, quæ esset dispositiua sufficienter ad generationem substantialem. Sed de hoc alibi vide Capreolum in secundo, dist. 14. q. 2. Minor patet, quia non est minor ordo in spiritualibus, quàm in corporalibus; & ergo si omnes motus reducantur in vnum principium. s. motum primum coporalem, ita & omnes motus intellectuales in vnum primum intellectum, qui est Deus; & per consequens sequitur conclusio. Ex qua habetur, ꝙ cognitio veri quo ad actum, vel vsum, semper sit ex motione Dei, sicut alteratio corporis ex motu cœli. Capreolus.

¶Nota circa hanc conclusionē, & probationem primò ex D. S. prima par. q. 105. art. 5. ꝙ Deus dicitur operari in omni operante, etiam in operibus naturalibus, quæ fiūt per solam influentiam generalem, & naturalem; quia videlicet non solùm dat principia actionum, vt alia agentia naturalia faciunt, vt patebit conclusione sequenti; sed etiam conseruat, & applicat omnia agentia, tàm naturalia, quàm intellectualia ad suos actus; & ipsa in esse, & agere conseruat; quare vt habet D. S. in tertio contra Gent. c. 99. sicut actus instrumenti, quod non agit, nisi actualiter applicatum per artificem, & agit nisi in virtute ipsius, attribuitur ipsi artifici, qui dicitur, & est causa actus eius. Et sicut lumen non manifestat nisi ex præsentia Solis conseruatiua, & applicatiua luminis ad manifestandum; ita & operatio intellectualis non fit a creatura intellectuali, nisi ex applicatione, & virtute Dei; quare vult D. S. quòd nulla creatura agit nisi ex motione Dei, quantumcunque sit perfecta; quia Deus semper conseruat, & applicat eam ad agendum.

¶Nota secundò, ꝙ nō est minor ordo in intelrectualibus, quàm in corporalibus, nam creaturæ intellectuales sunt prima pars, & principalis vniuersi, & per consequens debet maior ordo inueniri; & ergo sicut omnes motus corporales reducuntur in aliquam causam per se sui ordinis, ita multò magis creaturæ intellectuales quo ad actus secundos, & vsum intellectualem, reducuntur in aliquem intellectum primum, qui est supra omne consilium, & supra omnem actum intellectualem; & primus intellectus in actu, qui est Deus, vt patet prima parte, q. 105. artic. 3. Et quia intellectuales motus sunt altioris ordinis, quàm motus corporei, ideo non reducūtur in Deum, vt in primum motorem corporum, sed vt est proprium, & per se principium omnium intellectuum, & intellectus per essentiam; & sicut illa reductio motuum corporalium est in primum motorem, & primum motum, non per specialem, sed generalem, & communem influxum; ita motus intellectuales reducuntur in primum intellectum, non per specialē influxum, sed generalem, quo influit in omnes intellectus etiam angelicos. Quare illa motio, quæ est necessaria ad omnem vsum intellectus cuiuscunque creati, nihil aliud est, quàm generalis influxus conseruatiuus, & applicatiuus luminis intellectualis ad actum suum, qui nunquam desinit, vel intercipitur; ita ꝙ vt supra dictum fuit, quæstio. 9. de motione intellectus ad actum primum, quod non est nisi generalis influentia primi intellectus in omnes posteriores; sic & hic intelligimus de motione, de qua loquitur articulus quo ad vsum quemcunque intellectualis luminis; nam vt ibidem patuit, alia entia naturalia non egent speciali influentia ad actus proportionatos. Vnde homo esset imperfectior alijs animalibus, vt habet D. S. in secundo, vbi iam. Vide de ista materia D. S. in tertio contra Gentil. vbi statim per aliqua capitula. Consequeuter cum dicit,

¶Quæ

¶Quę quidē motio est ſm suę prouidētię rationē, nō ſm necessitatem naturę, sicut motio corporis cęlestis.—

¶Annectit notabile distinctiuū motionis, qua mouetur creatura intellectualis a Deo, a motione qua mouentur corporalia a cęlo, & primo motu corporali; quia intellectuales creaturæ ita mouentur a Deo, ꝙ nihil libertatis ab eis tollitur, sic ꝙ maneant, & sint liberæ. Creaturæ autem corporales mouentur ex necessitate naturæ. Vide D. S. de hoc pulchrè contrę Gentiles vbi iam, c. 99. quia aliqui voluerunt actus voluntatis ppea subtrahere Diuinæ prouidentiæ, putantes non posse simul stare Diuinam prouidentiā certam, & libertatem voluntatis; & ergo D. S. voluit hoc notare, ne quis putaret, quia per motionem Diuinam necessariam omni agenti, etiam intellectuali, tolleretur libertas. Vide & cap. 148.

¶Nō solùm autem a Deo est omnis motio, sicut a primo mouente; sed etiam ab ipso est omnis formalis, vel rationalis perfectio, sicut a primo actu. Sic igitur actio intellectus, & cuiuscunque entis creati dependet a Deo quantum ad duo; vno modo inquantum ab ipso habet perfectionem, siue formam, per quam agit; alio modo, inquantum ab ipso mouetur ad agendum. ———

¶Subsumit sub præcedenti conclusione, & infert secundam magis specialem, illā. Actio intellectus, & cuiuscunq; entis creati, &c. vt in fine litteræ huius. Probatur, assumendo priorem conclusionē pro maiore, quantumcunque, &c. sed non solùm a Deo est motio, sicut a primo mouente. s. ad actum secundum, sed etiam ab ipso omnis formalis rationalis perfectio; ergo sequitur cōclusio. Maior patuit; minor patet, quia Deus est primus actus per essentiam, sed a primo actu deriuatur omuis actus; ergo minor vera. Nota, ꝙ Deus supereminēter, & perfectissimè habet quicquid est omnis actualitatis, quamuis in ipso non sit distinguere actum primum, & secundum; totum enim, quod est in Deo, est actualissimum, & per consequens continet id quod est apud nos actus secundus, & primus; & non solùm est intelligere, sed etiā intellectuale lumen, quod est principium intellectionis, & cognitionis, & non solùm intellectus nostri, sed oīs intellectus creati; quia qđ est per essentiam & per se subsistens, est causa omnium aliorū, &c. Deinde ibi.

¶ Vnaqueq; autem forma indita rebus creatis a Deo habet efficaciam respectu alicuius actus determinati, in quem potest ſm suam proprietatem; vltra autem nō potest nisi per aliquam formam superadditam, sicut aqua non potest calefacere nisi calefacta ab igne. Sic igitur intellectus humanus habet aliquam formam. s. ipsum intelligibile lumen, quod est de se sufficiens ad quædā intelligibilia cognoscēda, ad ea s. in quorum notitiam per sensibilia possumus deuenire; altiora verò intelligibilia intellectus humanus cognoscere non potest, nisi fortiori lumine pficiatur, sicut lumine fidei, vel prophetię, quod dī lumē gratiæ, inquantum est naturæ superadditum.—

¶Deducit tertiam conclusionem præambularem adhuc specialiorem ex præcedenti, talem, Intellectus humanus habet aliquam formam. s. intelligibile lumen, quod est sufficiens ad quædā intelligibilia cognoscenda, &c. vt in fine litteræ, & est cōstructio intrāsitiua, ideſt intellectus humanus est lumen, quod est sufficiens. s. sine aliquo gratuito supaddito ad naturaliter cognoscibilia cognoscenda, sed non ad supernaturalia. Probatur conclusio, assumendo priorem conclusionē quo ad primā partem pro maiore, sic homo, sicut & quęlibet res creata, habet formā, per quam agat, & intelligat, sed vnaqueq; forma indita rebus creatis a Deo, &c. vt in littera; ergo sequitur conclusio. Maior patuit, & hēt homo a Deo formam intellectiuam. s. animam rationalem, quam consequitur lumen intellectuale, consistens in intellectu agente, & possibili. Minor pro prima parte relinquitur nota, & probatur prima par. q. 105. art. 5. quia nisi sic, subtraheretur ordo causæ, & causati a rebus causatis; & secundò, nisi forma posset in actionem sibi proportionatam, tunc virtutes operatiuæ frustra essent rebus attributæ; immo omnes res creatæ viderentur quodammodo frustra, quia s. omnis res est pp suam operationem, quæ est actus secundus, & sic operatio est finis rei creatæ; quare vera prima pars minoris, ꝙ forma potest in operationem, vel actum determinatum. Secūda pars minoris declaratur exemplariter, quia aqua nō potest, &c. & multa similia exempla. Vide in D. S. 3. cōtra Gent. c. 147. de Luna, quæ ducet ex virtute Solis; & de serra, & de calore, qui generat catnem in virtute animę, &c. Et explicat D. S. quod sit illud fortius lumen, per quod intellectus confortatus potest in cognoscibilia supernaturalia, sicut lumen fidei, vel prophetiæ. Et notat, ꝙ huiusmodi dīt gratiæ lumina, non quia sint gratia gratum faciens, sed prout omne quod excedit naturam, & supernaturaliter confertur, dicitur gratia; & de hoc dictum fuit. Et soluuntur per hoc argumenta, quibus arguit Durandus contra istam secundam partem conclusionis, quia non aduertit quid D. S. hic nomine gratiæ intelligat, quia vt ipse in arg. fatet credere quocunq;, & quōcunq; non sit sine propositione credibiliū; sed talis propositio potest intelligi nomine gratiæ, vt dictum fuit in princ. Et quamuis D. S. hic solùm dicit de lumine fidei, & pphetiæ, tñ vt patet ex allegatis, non solùm illa intelligit per gratiam, sed quodcunque auxilium. Durandus soluitur.

¶Nota aūt, ꝙ homo quicquid potest in virtute naturalis formę dī naturaliter posse, esto formam & naturam a Deo habeat; Deus enim est actor omnium, quæ hńt quæcunq; creature; sed illa, quæ possunt in virtute naturæ, & proprietatum naturalium, dńr naturaliter posse; sed quæ possunt virtute alicuius auxilij superadditæ naturæ, dńr non posse naturaliter; quare sequitur, ꝙ cognitio eorum, per quæ sensibilia cognosci possunt, dicatur naturaliter homini possibilis, nec ad hanc eget gratia, esto fiant per formam a Deo acceptam; illa enim, vt habet D. S. tertio contra Gent. c. 150. dicuntur gratuita, quæ conditionem naturę excedunt, & quæ impenduntur ad cōsecutionem beatitudinis supernaturalis, & iuxta Doct. Sanct. hic, quæ superadduntur naturæ. Quid sit posse naturaliter.

¶Sic igitur dicēdum est, quòd ad cognitionem cuiuscunq; veri, homo indiget auxilio Diuino, vt intellectus a Deo moueatur ad suum actum; non autem indiget ad cognoscendam veritatem in omnibus noua illustratione superaddita naturali illustrationi; sed in quibusdam, quæ excedunt naturalem cognitionem.———

¶Hic in calce cor. ex tribus conclusionibus pambularibus D. S. infert per modum corollarij conclusionē respon. ssam. Ad cognitionē cuiuscūq; veri, &c. vſq; ibi in littera, & tñ qñq;, &c. vbi circa conclusionē istam ponit quandā additionem; ista autem cōclusio respon. habet tres partes, & prima patet ex conclusione prima, & ex secunda parte secundæ conclusionis, & arguit sic. Vnaqueq; res creata in oī operatione eget auxilio Diuino, & motione ad actum suum; igitur prima pars vera. Ans patuit, consequentia tenet a toto vſ ad partem. ¶Nota autem ex dictis, ꝙ illud auxilium, quo intellectus mouet ad actum secundum, de quo ista pars loquitur, nihil aliud est, q̄ cōis, & gnalis influxus conseruatiuus, & applicatiuus ad actum, & est auxilium quasi naturale, pro quanto est necessarium ad operationem quācunq; etiam naturalem, & est beneficium cōe oībus; omnia enim non modo nō operarentur, immo in nihilū decidерent, si nō manutenerent a Deo, vt patebit etiam ad primum. Verum est tamen, ꝙ ad actualem cogitationem meritoriam indiget cum illo communi auxilio, etiam motione speciali, vt patebit infra. Secunda pars conclusionis patet ex secunda parte tertiæ partialis, & præambularis cōclusiōnis; quia ad cognitionem naturaliter cognoscibilium non eget illustratione superaddita, quæ habeat se per modum actus primi, & confortet aliquo modo intellectum, vel disponat phantasmata, &c. Tertia pars patet ex secunda parte tertiæ partialis, & præambularis; quia nulla res potest in actionem excedentem, nisi per auxilium superioris; igitur ista pars vera, & patet. Tunc ibi. Conclusio responsiua.

¶Et tamen quandoq; Deus miraculosè per suam gratiam aliquos instruit de his, quæ per naturalem rationē cognosci possunt; sicut & quandoque miraculosè facit quædam, quæ natura facere potest.———

¶Ponit vnā additionē circa tertiam partem cōclusionis respon. quasi cōuersuam illius tertię partis, quia licet homo non possit in supnaturalia sine illustratione superaddita, tñ econtra Deus qñq; miraculosè per gratiam suam aliquos instruit de his, quæ naturaliter possunt cognosci. Et hoc ostendit a simili, quia qñq; alios effectus, quos natura producere posset, Deus miraculosè producit, & de hoc patuit supra, q. 63. art. 4. ad 3m. & q. 51. art. 4. in fine corp. quia Apostolis dedit scientiam omnium linguarum, quam homines per studium, & consuetudinem acquirere possunt, &c.

ARGVMENTVM in contrarium est pro secunda parte conclusionis responsiuæ, & directè probat, ꝙ non sit necessaria gratia emundans ab immunditia spirituali, & peccato, & tamen nec quodcunq; etiam aliud auxilium gratuitum necessarium est, vt patuit in corp. cum hoc autem stat, ꝙ necessaria est motio Diuina, quæ non dī gratuitum auxilium, sed communis influentia. Vide etiam de ista auctoritate August. hic allegata in prima parte, q. 12. artic. 12. ad tertium. quia vt habet ibidem art. 13. per gratiam habetur altior cognitio, quàm sit naturalis, & accipit ibidem gratiam, vt dictum est in principio articuli; & ideo gratia extensè accepta pro quocunque auxilio superaddito, & speciali, non est necessaria ad cognitionem veri naturalis.

¶Ad primū ergo dicendum, ꝙ oē verum a quocunq; dicatur, est a Spiritu sancto, sicut ab infundente naturali lumen, & mouente ad intelligendū, & loquendū veritatem; non autē sicut ab inhabitante per gratiā gratū faciētē, vel sicut largiente aliquod habituale donum naturale superadditum; sed hoc solùm est in quibusdam veris cognoscendis, & loquendis, & maximè in illis, quæ pertinent ad fidem, de quibus Apostolus loquebatur. ———

¶Ad maiorem, q̃ est auctoritas B. Ambr. fundata super Apost. dico, ꝙ omne verum ēt naturaliter cognoscibile, est a Spiritu sancto; primò, sicut a dante lumine naturale potentiale. s. intellectum agentē, & possibilē. Secundò, omne verum ēt naturaliter cognoscibile, est a Spiritu sancto mouente, & applicante intellectum ad actum suum, & mouente ad loquēdum. Et dico, ꝙ hæc applicatio est per gñalem influentiā, quæ vocata est motio in cor ar. sed non intelligit, ꝙ omne verū naturaliter cognoscibile sit a Spiritu sancto per gratiā inhabitāte, vel conferente aliquid habituale, vel superadditum auxilium. Conceditur ēt, ꝙ verum supernaturaliter cognoscibile, & veritas fidei, vel prophetiæ, est a Spiritu sancto mouente, & specialiter; sed nō oportet, ꝙ inhabitet per gratiam; sic enim mouit Balaā, & Caypham, vt D.S. ostēdit super Apostolum ibidē per specialem motionē citra inhabitationem. Dico secundò principaliter ad auctor. Apost. ꝙ nemo potest directè, & c. nisi per specialē motionem; quia hoc est supernaturale. s. Iesum esse Dñm omnium, & hī per reuelationem. Secundò intellīt, ꝙ nemo potest dicere Dñs Iesus ore, corde, & opere, ita ꝙ in opere Iesu obediat, tanquā vero Dño, nisi per Spiritum sanctū ēt inhabitantem; sed non est mens Apost. ꝙ platio vocalis; vel mentalis huius propositionis, Iesus est Dñs, post habitā reuelationem a Christiano, non possit fieri, & sine speciali motione, & sine gratia Spiritus sancti; sed primitus fuit talis veritas posita per gratiā gratis datā, quæ est reuelatio. Ad minorem, Spiritus sanctus quidem inhabitat per gratiā aliquos, & illa inhabitatio requirit ad opera supnaturalia. Et secundò, Spiritus sanctus non solùm inhabitat per gratiam, sed etiā confert lumen intellectuale, & ipsum mouet ad actum, sicut dictum fuit; Ergo, &c. si intelligitur consequens de vero naturaliter cognoscibili & de gratia habituali, quę est gratum faciens, negatur. Si secundò, intelligitur de gratia, quæ est auxilium gratuitum quodcunque, iterum negatur. Si tertiò intelligitur de vero supernaturali, & de gratia, idest gratuito auxilio; conceditur, sed negatur de gratia accepta pro gratia gratum faciente, nisi sit cognitio affectiua, & imperatiua operationis meritoriæ; ad talem enim requiritur etiam gratia gratum faciens.

Nemo potest dicere Dominus Iesus. nisi in spiritu.

¶Ad secundum dicendum, quòd sol corporalis illustrat exterius, sed sol intelligibilis, qui est Deus, illustrat interius; vnde ipsum lumen naturale animæ inditum, est illustratio Dei, qua illustramur ab ipso ad cognoscendum ea, quę pertinent ad naturalem cognitionem; & ad hęc non requiritur alia illustratio, sed solùm ad illa, quę naturalem cognitionem excedunt. ——

¶Maior & quæ pro ea sunt, vera sunt; & similia in hoc, ꝙ Deus comparatur Soli, quia illustrat; sed non est similitudo in modo illuminandi, & illustrandi; quia Sol illuminat, & illustrat exterius, Deus autem interius, conferendo lumen intellectuale. Dico autē, ꝙ super hoc lumen, nō oportet addere aliquod aliud lumē in naturaliter cognoscibilibus, sed solū in credentibus naturale lumē. Minor cōceditur, ad cōsequens, si intellīt, ꝙ præter illustrationem naturalē quā habet a Deo mens humana indigeat aliqua alia illustratione respectu naturaliter cognoscibilium, negatur; si autem intelligitur, ꝙ mens humana indigeat illustratione naturali, & illius applicatione ad opus, & vsum; conceditur. Sed dico, ꝙ talis illustratio non est gratuita, sed naturalis; esto enim, & hæc illustratio non detur ex merito personæ, datur tñ ex debito naturæ, nec est auxilium superexcedens naturam, sed proprietas naturalis; nec dī per consequens gratia; quare negatur ista vltima pars cōsequentis (quæ ad auxiliū gratiæ pertinet) quia nec gratia gratum faciens, nec gratis data, sed est proprietas, & lumen naturale.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ sempet indigemus Diuino auxilio ad cogitandum quodcunq;, inquantum ipsum mouet intellectum ad agendum; actu enim intelligere aliquid, est cogitare, vt patet per Aug. 14. de Trin. * ——

* Aug. c. 6. & 7.

¶Maior vera, pśertim de veritate complexa conclusionis, quia videlicet talem veritatem cognoscit discurrendo; vt enim habet D.S. 1. par. q. 34 art. 1. ad 2. Cogitatio propriè in inquisitione veritatis consistit, & nō habet locum in Deo, nec in Angelo. Sed maior non est vera de simplicium apprehensione, quia ista apprehendit sine discursu, & per consequens sine cogitatione, accipiendo cogitationem propriè. Ad minorē dico primò, ꝙ non sumus sufficientes; quia semper oportet adesse Dei motionem, de qua dictū est; sed talis motio non est auxilium gratuitum, sed commune necessarium, & concessum omnibus; vnde & D.S. super Apostolum ibidem declarat, & confirmat hanc auctor. Apost, ex Phil. qui vult ꝙ oportet intellectum moueri a Deo; sed vt dictum fuit, hoc est per gñalem motionem, & naturalem; quare negatur consequētia, sed bene sequitur, ꝙ non possit cognoscere verum ēt naturaliter cognoscibile sine Deo mouēte per communem motionem, & generale auxilium; sed tñ sine gratia, & auxilio gratuito, & hęc vult D.S. in solutione; quia indigemus Diuino auxilio ad quamcunq; cognitionem, & cogitationem, sicut mouente ad actum; quia cogitatio est actus, & vsus intellectualis luminis; sed (supplè) nō egemus gratia quocunq; modo accepta, ad cogitandum de vero naturali. Circa hanc solutionem nota, quia Capreolus vbi supra ipsam exponit, & ex ea trahit, ꝙ ad quamcunq; cognitionem, qua cognoscitur quid sit volendum, aut nolendum, aut cogitandum in materia morali, requiritur speciale Dei auxilium, non solùm quo ad omnia agibilia collectiuè sumpta, immo & quo ad aliquod agibile seorsum, & in particulari sumptū, vt patet in fine solutionum argumentorum contra primam conclusionem; quæ vīr con trauenire iam dictis; primò, qa hæc solutio exposita est de motione generali; secundò, quia dictum est, ꝙ ad cognitionem naturaliter cognoscibilis sufficiat gñalis motio, & influentia, vel gñale auxilium; rectè autem cogitare, vel cognoscere in materia morali est cognitio naturalis; ergo nō vī necessaria motio specialis, quæ dicatur gratuitum auxilium, vnde dicta in solutione sunt contra Capreolum, vt vī. Sed dicendum, ꝙ cogitatio in materia morali est duplex; vna de opere bono morali bonitate tm̄ ciuili, & nullo modo gratuita, & ad hanc sicut & ad cognitionem speculatiuam veri naturaliter cognoscibilis, non est opus quacunque gratia, ita ꝙ homo potest cognoscere, & imperare per intellectum opus aliqualiter bonum, saltem vt in paucioribus sine speciali auxilio, & hoc potest haberi ex Capreolo in secundo, dist. 41. & ex D.S. 2. sent. dist. 28 in expositione litteræ, vbi dicit. Sciendum, ꝙ immutatio voluntatis in melius potest intelligi, vel śm bonitatem ciuilem, & sic homo per potestatem naturalem quā a Deo accepit, potest voluntatem mutare in melius; vel śm bonitatem gratuitam, vt s. acquirat gratiā, quā prius non habuit, & hæc nō potest ex potestate naturali, sed ex potestate gratiæ, per quā meretur gratię augmentū, & consummationem, hæc ille. Constat aūt, ꝙ immutatio voluntatis non fit sine cogitatione rectā; quare si potest ex naturali potestate immutare volūtatē suā ad bonum ciuile, potest & cogitare, & imperatiuè dictare bonum ciuile ex naturali potestate; alia autē est cogitatio de bono morali, vel perfecto, vel dispositiua ad perfectum bonū morale. s. de opere meritorio, vel dispositiuo ad gratiam, & ad salutem supernaturalem, & est cogitatio perfecta, & imperatiua; tunc dico, ꝙ talis non est nisi per gratiam, vocando gratiam specialem Dei motionem prævenientem voluntatem, & non omnibus concessam, & de hoc infra magis. Vnde dico, ꝙ D.S. in hac solutione non loquitur de gratia, sed de auxilio necessario ad quamcunq; cognitionem naturalem, siue speculatiuam, siue practicam, & aliud aon potest ex hac solutione haberi; sed ad rectam cogitationem moralem rectitudine gratuita, vel dispositiua ad gratuitam, requiritur motio specialis; est autem hæc rectitudo in hoc, ꝙ actus moralis ordinatur in Deum, & in salutem, quod non fit sine speciali auxilio, de qua Apostolus, vt Theologus semper loquitur. s. de cogitatione Theologicè bona perfecta, vel imperfecta, qua videlicet est meritorij operis, vel disponentis ad gratiam; non autem de cogitatione bona philosophicè, & apud Gentilem, vt Capreolus ipse defendit in dist. 41. secundi per totum Vnde infra art. 6. D.S. clarè habet, ꝙ Deus cōuertat omnia in seipsum śm communem rationem boni śm motionem primi mouentis, quæ vtiq; est gñalis; sed vt conuertat homo ad Deum quo ad specialem finem, hoc fit per motionem gratuitā & specialem, hic autem semper loquit de auxilio primi mouētis, & nunquā dicit de gratuita; quare loquit de motione gñali. Vide & D.S. in 2. vbi sup. ar. 1. ad 1. & 4. vbi expresse dicit, ꝙ homo pōt esse iustus iustitia ciuili sine gratia, & operari materialiter iusta, sine gratia. Nec obstat solutio secundi, quam D.S. ibidem ponit, quā & Capreolus pro se allegat; quia vult D.S. ꝙ ad bene agendum iuuat nos Deus non solùm per habitum gratiæ, sed etiam interius operando (quod videlicet omnibus commune est, etiam respectu boni moralis śm quid) & etiam exterius occasiones, & auxilia præbendo in aliquibus operationibus, sed hęc omnia non sunt necessaria ad operationes cōnaturales (saltem aliqualiter bonas, sed tm̄ ad dispositiuas ad salutem; sibi nec obstat, quod D.S. dicit in de Veri. Mate. 24. art. 14. in corp. (quod si gratiam Dei velimus dicere nō aliquod habituale donum, sed ipsam misericordiā Dei, per quā interius motum mentis operat, & exteriora ordinat ad hominum salutem, sic ēt nec vllum bonum potest homo facere sine gratia Dei) loquit enim manifestē de bono non purè morali ciuili, & philosophico, sed aliqualiter bono Theologicè; qđ patet, quia loquitur de hominū salute, & patet idem ex solutione sexti ibidem; & secundò loquitur D.S. ibidem, ꝙ homo operetur bene in materia morali. & vt in pluribus, ad hoc requiritur speciale auxilium gratuitum, sed non oportet dicta sua intelligere de operatione bona aliqualiter per quam vitatur peccatum, præsertim oppositum ratione naturali, & de hoc etiam artic. sequen.

Capreolus.

Duplex cogitatio.

Capreolus.

Capreolus.

Nota.

¶Nota autem, ꝙ iste modus dicendi, qui dicit hominem non posse sine speciali auxilio facere opus moraliter bonum, & non posse cogitare de tali opere faciendo sine speciali auxilio, nimis parum tribuit naturæ humanæ, & ab ipsa remouet principia sufficientia naturalis operationis, quod est eum facere deterioris conditionis, quàm sint omnes res purè naturales, quæ stante generali influentia Dei sufficientia principia naturalium operationum habent, licet enim homo pp libertatem arbitrij, & pp corruptionem naturæ, magis indigeat ab extrinseco moueri, vt D.S. habet vbi iā in de

in de Veri. & art. seq. tamen per hoc non negat, quin respectu alicuius operationum etiam bonarum, & śm quid virtuosarum possit se determinare, stante sola Dei influentia generali.

Vtrum absque gratia Dei, possit homo aliquod bonum facere, vel velle.

Infra ar. 6. cor. Et 2. d. 28. arti. 1. & d. 39. in exposit. Et 4. di. 17. q. 1. ar. 2. q. 2. ad 3. & 3. Et Veri. q. 24. arti. 1. ad 2. 6. & 9. & art. 14. per tot. & q. 26. art. 6. ad 21. Et quol 1. arti. 7. corp. Et quol. 5. artic. 2. Et 2. co. 12.

L AD secundū sic proceditur. Videtur, ꝙ homo possit velle, & facere bonum, absq; gratia. Illud enim est in hominis potestate, cuius ipse est dominus; sed homo est dominus suorum actuum, & maximè eius quod est velle, vt supra dictum est; * ergo homo potest velle, & facere bonum per seipsum, absque auxilio gratiæ.

¶2 Præt. Vnumquoq; potest magis in id, quod est sibi śm naturam, quàm in id, quod est sibi præter naturam; sed peccatum est contra naturā, vt Damas. dicit in 2. lib. * Opus aūt virtutis est hoī śm naturā, vt supra dictū est; * cum igitur homo per seipsum possit peccare, vī, ꝙ multò magis per seipsum possit bonum velle, & facere.

¶3 Præt. Bonum intellectus est verum, vt Phil. dicit in 6. Ethic. * sed intellectus potest cognoscere verum per seipsum, sicut & quælibet alia res potest suam naturalem operationem per se facere; ergo multò magis homo potest per seipsum facere, & velle bonum.

¶Sed contra est, quod Apostolus dicit Rom. 9. Non est volentis. s. velle, neq; currentis. s. currere, sed miserentis Dei; & Aug. dicit in lib. de correct. & gratia, * ꝙ. sine gratia nullum prorsus siue cogitando, siue volendo, & amando, siue agendo, faciunt homines bonum.

*Q. 1. art. 2. q. 10. art. 1. & 2. q. 17. ar. 5. & q. 13. art. 6.
* Damasc. cap. 30.
*q. 55. ar. 1. & q. 71. ar. 1.
* Arist. c. 2.
* Aug. c. 2.

¶Hic D.S. inquirit de necessitate gratiæ quantum ad actum voluntatis; & primò inquirit hoc in genere; secundò in speciali quantum ad actum dilectionis Dei, in sequenti articulo.

¶Respondeo dicendum, ꝙ natura hominis potest dupliciter cōsiderari; vno modo in sui integritate, sicut fuit in primo parente ante peccatum; alio modo, śm ꝙ est corrupta in nobis post peccatum primi parentis. ——

¶Quia enim homo habuit duplicem statum, & quia bonum volibile, & factibile est multiplex; ideo D.S. respōdendo præmittit primò notabile huiusmodi distinctiuum; secundò subiungit aliquas conclusiones partiales responsiuas, ibi. Secundum autem, &c. Tertiò ex istis infert per modum corollarij conclusionem responsiuam totalem, ibi. Sic igitur, &c.

¶Notat ergo D.S. primò, ꝙ natura humana potest dupliciter cōsiderari (& śm hoc etiam diuersa potest, vel non potest, non ꝙ illa diuersitas sit solùm ex ratione considerante, sed etiam ex parte rationalis, & considerabilis;) vno modo in sui integritate, sicut fuit in primo parente ante peccatum; alio modo, &c.

¶Nota circa primum membrū distinctionis, duo; primo, quòd quando loquimur de homine in statu naturæ integræ, non solùm loquimur de natura humana śm se, præcisa corruptione; sed loquimur de eo, & intelligimus humanam naturam perfectam iustitia originali, quæ iuxta supra dicta, quæstio. 81. fuit perfectio (saltem partialiter) a gratia gratum faciente distincta.

¶Nota secundò, ꝙ virtute iustitiæ originalis, etiam śm eos, qui dicunt eam non inclusisse gratiam gratum facientem, cōstituebat in homine rectum ordinem, vt ratio Deo, & animæ corpus, & sensualitas rationi obediret; erat enim debita armonia, & consonantia omnium partium hominis, qua ablata, quælibet potentia fertur in sibi conueniens, non expectato iudicio rationis, factū quoque est ex hac ablatione, vt homo per carnis, & sensualitatis tractum fit per voluntatem ad se recurruatus, & quòd temporalia, & carnalia spiritualibus, & æternis præferat, & vt plurimum sensualitatem sequatur. Vnde ratione huius inordinationis consequentis subtractionē originalis iustitiæ natura dicitur, & est nunc corrupta, scilicet in comparatione ad institutionem suam; ita ꝙ corruptio naturæ dicat amissionem originalis iustitiæ, & inordinationem sequentem in partibus hominis, puta fomitem, & mortalitatem, & huiusmodi, &c.

¶Secundum autem vtrumq; statum natura humana indiget auxilio Diuino ad faciendū, vel volēdum quodcunq; bonum, sicut primo mouente, vt dictum est. * ——

* Art. præceden.

¶Præmissa distinctione, hic consequenter subiungit tres cōclusiones partialiter responsiuas; primam communem vtriq; statui; secundam specialem quo ad singulos status, ibi. Sed in statu, &c. tertiam limitatiuam secundæ, ibi. Quia tñ, &c. Prima ergo conclusio est. Secundum vtrumq; statum, &c. vt iacet in littera. Illam conclusionem D.S. relinquit notā ex art. 1. Et arguitur sic. Quælibet creatura tàm corporalis, quàm spiritualis ad quamcunque actionem, indiget auxilio Diuino, sicut primo mouente; igitur & homo pro vtroque statu ad volendum, vel faciendum quodcūque bonum. Antecedens patuit art. 1. consequentia tenet de se ab vniuersali ad particularem, quia si omnis creatura eget isto auxilio; igitur homo pro omni statu, quia in omni statu est creatura; & secundò, si eget ad omnem operationem, igitur & ad volendum, & faciendum quodcunque bonum; & hanc probationē D.S. innuit, remittendo se ad ar. 1. ¶Nota autem verba conclusionis, quia nō dicit, ꝙ indiguerit, vel indigeat homo pro quocunq; statu ad quācunque volitionem Diuina gratia, vel habituali, vel actuali; sed Diuino auxilio, sicut primi mouentis. Cōstat autem, ꝙ auxilium primi mouentis, vt sic, est communis, & generalis influentia conseruatiua, & applicatiua omnis rei, & virtutis ad operationē; quare ex ista conclusione non hī, ꝙ ad volendum bonum quodcunque requiratur specialis motio, sed generalis influentia; vt enim supra patuit, q. 9. art. 6. ad 3. Deus vt vniuersalis motor mouet voluntatē ad bonum vniuersale, sub qua motione volūtas se determinat ad hoc, vel aliud bonum. Consequenter cum dicit.

¶Sed in statu naturę integrę quantum ad sufficientiā operatiuę virtutis, poterat homo per sua naturalia velle, & operari bonum suæ naturæ proportionatum, quale est bonum virtutis acquisitę; non autem bonum superexcedens, quale est bonum virtutis infusę; sed in statu naturę corruptę etiam deficit homo ab hoc, quòd secundùm suam naturam potest, vt non possit totum huiusmodi bonum implere per sua naturalia. ——

¶Ponit aliam conclusionem responsiuam partialem de natura śm diuersos status, talem. In statu naturæ integræ, vt habet littera ista. Dicit autem conclusio quantum ad sufficientiam virtutis, quia vt patuit art. 1. ad operationem creaturæ requiritur virtus operādi, & motio Dei. Vult ergo conclusio, ꝙ stante Dei motione generali, homo in statu naturæ integræ habuit sufficiēs principium respectu boni proportionati moralis, & naturalis, non autem respectu boni, idest operationis, quæ est a virtute infusa, &c. Ista cōclusio habet tres partes, & omnes D.S. relinquit notas ex art. 1. Et pro prima arguitur sic. Vnaqueque forma indita rebus creatis habet efficaciam respectu alicuius determinatæ operationis naturæ suæ proportionatæ, dummodo natura est sana; ergo & humana natura in statu innocentiæ; sed bonum humanæ naturæ integræ proportionatum, est bonum virtutis acquisitæ, igitur in ipsum potuit humana natura integra. Añs & prima cōsequētia clara sunt; subsumpta patuit supra sępius, quia natura hominis est śm rationem esse; ergo operatio rōni conueniens est naturæ humanæ proportionata, sed tale est bonum virtutis acquisitæ. s. operari śm ꝙ portionem rationis naturalis. Secūda pars probatur etiā ex ar. 1. Nulla res potest in operationem superexcedentem, nisi per aliquā formam superadditam, sed bonum virtutis infusæ (ideſt operatio virtutis infusæ. s. quo ad modum) excedit naturam humanam etiā integram, igitur non potuit in talem operationem. Maior patuit art. 1. Minor relinquitur nota ex supra dictis, q. 62. & q. 63. quia tàm Theologicæ, quàm morales infusæ operantur modo supernaturali, & cōformiter ad regulam superexcedentem, & supernaturalem. Tertia pars patet de se, & tñ arguitur sic. Infirmus non potest totum quod potest sanus; sed implere totum bonum virtutis etiam acquisitæ est hominis sani; igitur homo corruptus, & infirmus non potest totum bonum virtutis. Maior, & minor notæ, & dicit illa pars totum bonum huiusmodi. s. bonū virtutis acquisitæ, quia esto ratio deprecetur ad optima præsertim in vniuersali, quia tñ passio rationem abducit in particularibus, in quibus est electio, & opus; ideo plerumque, & in pluribus in particulari est defectus in hoīe infirmo, & destituto, pśertim quia talis hēt pstitutum malū finem, ob quē, vt in plurimum agit, & de hoc inf. art. 8.

Conclusio prima.

Nota.

¶Nota circa istam conclusionem post Capreo. in 2. dist. 29. circa quartā conclusionem in fine, ꝙ hæc cōclusio, & sequentes debent intelligi ad hunc sensum. s. ꝙ Adam ante peccatum nō indigebat gratia habituali ad benè moraliter agendum, vel omnia peccata in moralibus vitanda, loquendo de habitibus, vel de gratia habituali distinctis a iustitia originali, non autem debent intelligi, ꝙ sola pura, & nuda natura eius sufficeret ad talia; & ita intelligenda sunt omnia dicta, & dicēda in hac materia, nam ad talia indigebat iustitia originali, quæ erat donum habituale gratuitum. Et licet in vtroque statu indigeret habitu, tñ ad plura est necessarius habitus gratuitus homini in isto statu, quàm Adæ in illo statu primo; hæc ille, &c. Ex quibus patet, ꝙ prima, & secunda partes cōclusionis illius intelligendæ sunt, ꝙ homo in statu innocentiæ, & naturæ integræ cum iustitia originali secluſa gratia gratū faciente, potuit quidē in omnes actus virtutis acquisitæ, & vitare oīa peccata, sed non potuit in actus meritorios virtute naturæ etiam integræ, nisi adesset gratia; vnde D.S. prima par. q. 95. ar. 1. ad quartum. Vel potest dici, ꝙ & si homo fuerit creatus in gratia, non tamen habuit ex creatione naturę, ꝙ posset proficere per meritum, sed ex superadditione gratiæ, hæc ille. Vnde Magister sic dicit, quòd homo accepit, vt posset stare, sed non proficere. s. in merito;

& ita in proposito oportet intelligere, quia D.S. iam non curat, an primus homo sit creatus in gratia, sed loquitur de statu naturę integrę, siue fuerit cum gratia, siue nō; & vult, ꝙ integra potuisset in totum bonum virtutis acquisitæ, non autem corrupta, quia sic multipliciter deficit, & peccat propter varia impedimenta virtutis, quæ assunt homini corupto, &c. Deinde cum dicit.

¶ Quia tamen natura humana per peccatum non est totaliter corrupta, vt s. toto bono naturę priuetur, potest quidem etiam in statu naturæ corruptæ per uirtutē suæ naturæ aliquod bonum particulare agere, sicut ędificare domos, plantare vineas, & alia huiusmodi; non tamen totum bonum sibi connaturale, ita ꝙ in nullo deficiat; sicut homo infirmus potest per seipsum aliquem motū habere, non tamen perfectè potest moueri motu hominis sani, nisi sanetur auxilio medicinæ.

Conclusio tertia. ¶ Subiungit tertiam conclusionem limitatiuam tertiæ partis p̄cedentis conclusionis; quia enim dictum est, ꝙ homo corruptus sibi derelictus per sua naturalia non possit in totum bonum virtutis; ideo ostendit in quid tamen possit, & ponit talem conclusionem. Homo in statu naturæ corruptę potest quidem aliquod bonum particulare agere, non tamen totum bonum sibi connaturale (s. ſm rationem) ita ꝙ in nullo deficiat; & explicat primā partem, sicut ędificare domos, &c. Sed secunda pars vult, ꝙ nō possit in totum bonum virtutis etiam acquisitæ. Probatur autem ratione, & similitudine. Ratione sic, Natura humana per peccatum nō est totaliter corrupta, vt s. toto bono naturæ priuetur, sed bonum naturæ est infirmum; igitur conclusio vera quo ad ambas partes. Tenet consequentia, quia infirmus non potest in totum quod est sani, potest tamen aliquid. Antecedēs patet, quia esto ablata sit iustitia originalis, quæ erat quoddam auxilium remouens impedimenta, tamen adhuc manet ratio naturalis, quæ deprecatur ad optima, & ergo non totaliter est bonū naturæ ablatū, quia adhuc manet synderesis, & inclinatio ad virtutē, licet cum multis impedimentis, quæ nō essent in natura integra. s. sub iustitia originali; & declarat D.S. hanc conclusionem exemplariter de infirmo, qui cū viuat, non est totaliter corruptus, & per consequens habet aliquem motum, & localē, & vitalem nutritionis, & hmōi; nō tn hēt totum motum, sicut sanus, qui perfectè operatur opera sanitatis.

¶ Sic igitur virtute gratuita superaddita virtuti naturę indiget homo in statu naturę integrę quantum ad vnū. s. ad operandū, & volendum bonum supernaturale; sed in statu naturę corruptę quātū ad duo. s. vt sanet; & vlterius vt bonum supernaturalis virtutis operetur, quod est meritorium; vlterius autem in vtroq; statu indiget homo auxilio Diuino, vt ab ipso moueatur ad bene agendum.

Conclusio responsiua. ¶ Hic vltimò ex præcedentibus cōclusionibus præambularibus infert per modum corollarij conclusionem respōsiuam totalem. Virtute gratuita, &c. vt iacet in littera per totum. Et habet tres partes. Prima patet ex secunda parte secundæ conclusionis; quia dictum est, ꝙ homo in statu naturæ integræ non posset in opera virtutis infusæ per naturam. s. etiam integram, sed talia sunt opera meritoria; igit prima pars vera. Secunda pars patet ex tertia parte secundæ conclusionis, & ex conclusione tertia limitatiua, quia natura infirma indiget sanatione; & si natura integra indiget virtute gratuita ad merendum, multò magis infirma.

¶ Et nota verba D.S. in hac parte conclusionis; quia dicit, quòd egeat homo corruptus virtute gratuita ad sanationem, & ad merendum, sed non dicit ad operandum aliqualiter virtuosè ſm virtutem acquisitam; quia iam dictum fuit, ꝙ hoc possit ex naturalibus. Tertia pars conclusionis patet ex prima conclusione, & dicit D.S. auxilio Diuino, non virtute gratuita, vel motione gratuita; quia (vt dictum est) loquitur de motione primi mouentis, vt sic, quæ est motio generalis. Ex istis habetur respōsio formalis ad quæsitum, quia homo in statu naturæ integræ potuit velle, & facere totum bonum virtutis acquisitæ sine gratia, vel virtute gratuita; in statu autem naturæ corruptæ potest aliqualiter, & defectiuè facere, & velle bonum virtutis acquisitæ, red non sine Diuino auxilio; sed bonum meritorium in nullo statu potest velle, & facere sine gratia, quæ tamen ad plura indiget homo corruptus, quàm inreger; & patet hæc respōsio ex dictis, &c.

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima parte conclusionis respōsiuæ totalis, & etiam pro tertia parte eiusdem; quia sine gratia, & speciali motione, non est velle, & currere, ideſt operari meritorium. Secundò sine Deo principaliter agente per generalem motionem non est velle, & currere, ideſt facere quodcunque; & ita exponit virtualiter D.S. in secundo hāc auctoritatē, exponendo illam, Non sumus sufficientes cogitare, &c. quia operatur in nobis omnia opera nostra, sicut & in omnibus alijs rebus. Aug. autem ſm D.S. ibidē loquitur de bono meritorio, & simpliciter bono; quia hoc nō faciunt, nec cogitant homines, cogitatione præsertim efficaci, & imperatiua sine speciali auxilio, cū quibus stat, ꝙ velle, & perficere virtutis acquisitæ vel totum, vel partiale, possit homo in statu integro, vel corrupto sine gratia.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ homo est dominus suorum actuum & volendi, & non volendi pp deliberationem rationis, quę potest flecti ad vnam partem, vel ad aliā; sed ꝙ deliberet, vel non deliberet, etsi huiusmodi etiam sit dominus, oportet, ꝙ hoc sit per deliberationē præcedentem; & cum hoc non procedat in infinitum, oportet, ꝙ finaliter deueniatur ad hoc, ꝙ liberum arbitrium hominis moueatur ab aliquo exteriori principio, quod est supra mētem humanam. s. a Deo, vt etiam Phil. probat in cap. de bona Fortuna; * vnde mens hominis etiam sani non ita habet dominium sui actus, quin indigeat moueri a Deo, multò magis liberum arbitrium hominis infirmi post peccatum, per quod impeditur a bono per corruptionem naturæ.

*Arist. li. 7. Moral. Eudemiorū. cap. 18.

¶ Ad maiorem, conceditur; sed dico, ꝙ nullus homo est dominus nisi motus motione Diuina, & auxilio Diuino; est enim dīs pp deliberationem rationis, ad quam tamen necessariò mouetur a Deo, vt dictum est art. 1. Dico secundò, ꝙ homo est dīs differen ter boni actus meritorij, vel dispositiui ad gratiam, & actus boni ſm quid; quia primi, cum motione Dei speciali, secundi autem, cum motione Dei generali, & secūdi. s. meritorij, cum virtute gratuita superaddita, quæ tamen non tollit libertatem, & dominium voluntatis, & rationis; sed secundi, sine virtute superaddita, saltem supernaturali. Ad minorem conceditur, sed tamen dominium hominis super actum suum semper fundatur super auxilio, & motione Diuina; quia Deus ita mouet, vt nihil dominij, & libertatis homini adimatur, sicut etiam D.S. habet super Apostolum allegatum in argumento in contrarium, & 3. contra Gent. c. 148. Ad consequens, si debeat ponderari vis verborū. Dico, ꝙ homo quidem potest velle, & facere bonum connaturale in quolibet statu sine gratia quidem; sed negatur, ꝙ sine Diuino auxilio, quod est motio generalis; quia tamen consequens vult, ꝙ homo possit pp dominium sine omni auxilio Diuino, ideo absolutè negatur.

¶ Nota autem attentè solutionem D.S. quia nunquam dicit in ea, ꝙ homo egeat gratia, vel auxilio gratuito, sed dicit de Diuina motione; & hoc est verum generaliter, vt dicit prima conclusio. Fundat quoq; D.S. se in Philosopho, quem supra exposuimus de motione generali; quare solùm hī, ꝙ ad omne velle bonum, & facer, ehomo eget Diuina motione, sed nō gratuita. Vide propter istam solutionem, quæ habet Capreolus in secundo, dist. 28. ad 14. contra eandem conclusionem, ad sextam confirmationem. Capreolus.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ peccare nihil aliud est, quàm deficere a bono, quod conuenit alicui ſm suam naturam; vnaqueq; autem res creata, sicut esse non habet nisi ab alio, & in se considerata nihil est, ita indiget conseruari in bono suę naturę conuenienti, ab alio; potest enim per seipsam deficere a bono, sicut & p seipsam potest deficere in non esse, nisi diuinitus conseruaretur.

¶ Ad maiorem, vera, si vtrumque sit posse, ita s. ꝙ per aliquam actionem, & per potentiam actiuam tendat in id, quod est ſm naturam, & in id, quod est præter, & contra naturam; tunc enim facilius, & magis poterit in id, quod est ſm naturam, si autem vnum sit posse, aliud verò sit deficere, tunc negatur maior; ita videlicet, ꝙ si in id, ꝙ est ſm naturam, habeat tendere per actionem, & in id quod est contra naturam non tendat per actionem, sed per defectum, tunc plus requiritur ad tendendum, & perueniendum in id, quod est ſm naturam, quàm in id, quòd est contra, vel præter; & ratio est, quia ad consequendum naturale oportet agere, & aliquid facere, sed ad deficiendum a bono naturali, & ad tendendū in defectum, qui est præter naturam, nihil requiritur, quia res per seipsam potest deficere in esse, & operari; sed per seipsam non potest habere esse, nec operari, excluso videlicet omni auxilio exterioris agentis. Ad minorem conceditur, & de hoc sup. q. 71. art. 2. Dico autem, ꝙ peccatum est defectus quidam ab eo, quod est ſm naturam; opus autem virtutis est quædam tendentia positiua in id quod est ſm naturam. Vltra, cum igitur, &c. Dico, ꝙ verum est, ꝙ homo per se potest peccare, quia potest per seipsum deficere in esse, & operari, quod deficere est quædam tendentia priuatiua in id quod est naturale. s. in non esse, & defectum actionis; sed per se ipsum non potest esse, & operari; quare negatur cōsequentia, quia ad minus oportet adesse Diuinum auxilium, quod est motio Dei ad quodcunque velle, vel facere, licet nō oporteat semper adesse gratiam; nam sicut res habet esse ab alio, & eget conseruatione in ipso esse, ita suam operationem habet ex alio, & indiget applicatione, & conseruatione in ipsa operatione; secus de defectu quem habet, quia ex nihilo.

¶ Nota, ꝙ per hanc solutionem soluitur argumentum quartū, quod hī in Capreolo vbi supra contra secundam conclusionē, vbi assumitur, ꝙ omne quod potest ex se sufficienter in actum demeritorium, possit etiam in actum meritorium, cum nō sit maior repugnantia actus meritorij ad naturam in solis naturalibus consti tutam, quàm actus demeritorij, &c Patet enim falsitas illius assumpti, quia posse in actum meritoriū est verè posse, & respectu excedentis omnem naturam; sed posse in actum demeritorium non est verum posse. s. per actum, & per accessum ad perfectionē, sed est deficere a bono. Probatio autem nihil valet, quæ ibidem hī, quia quāuis idem possit suscipere contraria; non tn oportet, ꝙ possit per idē in vtrūque; sicut nec sequit, hō pōt p se in errorē alicuius veritatis reuelatę, & supnaturalis; ergo & in verā cognitionē eius.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ etiam verum non potest homo cognoscere sine auxilio Diuino, sicut supra dictum est; * & tamen magis est natura humana corrupta per peccatum, quantum ad appetitum boni, quàm quantum ad cognitionem veri.

*Art. 1. huius quæst.

¶ Maior vera; sed dico, ꝙ bonum intellectus non facit hominē bonum; & secundò bonum intellectus, præsertim speculatiui, & etiā practici potest stare cum peruersitate appetitus, licet prudentia non stet cum peruersitate appetitus, vt patuit supra. Ad minorē primò, si intelligitur, ꝙ intellectus possit cognoscere verū quodcunq;, etiam speculatiuum, vel practicum in vīs sine auxilio Dei, quod est motio primi mouentis, negatur, & offensa est falsa, ar. 1. Secundò, dato ꝙ ita esset; negatur tn cōsequentia, quia per peccatum homo magis corruptus est ſm appetitum, quàm intellectum. intellige speculatiuum, vel practicum in vīs; tn peruersitas, & corruptio appetitus fert secum peruersitatem, & errorem rationis in particulari eligibili, quia (vt patuit sup. q. 77. ar. 2.) non est peruersitas in appetitu sine defectu rationis imperatiuæ, & in particulari. Et inde est, ꝙ ad cognitionem veri connaturalis speculatiuam, vel practicam communem, homo eget solùm motione gñali; sed ad electionem vt in plurimum rectam, & bonam, homo eget speciali motione, vt habet D.S. in de Veri. Ma. 24. art. 14. quia destructio naturæ præsertim est ſm sensualitatem, quæ nata est peruertere voluntatem, & tamen etiam rationem in particulari iudicio imperatiuo; & quia etiam multa occurrūt trahentia ad peccatum magis, quàm ad defectum rationis, præsertim speculatiuæ, & practicæ, licet (vt dictum est semper) quod peruertit appetitum, afferat impedimentum rationis prudentis. ¶ Et nota etiam ex D.S. 1. par. q. 94. ar. 1. ad 3. ex peccato consecuta est quædam obscuritas intellectus. s. etiam speculatiui per viam impedimēti, prout homo per sensibilium occupationem impeditur, & distrahitur a consideratione intelligibiliū; sed intellectus practicus prudens habet impedimentum, per viā contrarietatis, vt patuit supra, q. 77. art. 1. & q. 4. art. 1. ad 3m. quia delectatio sensus contraria rationi, impedit ęstimationem intellectus practici. s. & prudentis in particulari per viam contrarietatis; quare D.S. in solutione intelligendus est, ꝙ per peccatum humana natura corrupta est magis quantum ad appetitum boni, quàm cognitionem veri speculatiui, vel etiam practici vīs, sed tamē corruptio appetitus fert secum corruptionem directionis rationis in particulari; propriè enim loquendo homo peccando deficit secundùm directionem rationis magis, quàm in cognitione rationis; & de hoc supra, q. 74. articu. 5. quia ratio est cognitiua proprij obiecti, & directiua inferiorum virium.

¶ Nota quoq; ex hac solutione nullitatem secundi argumenti contra secundam conclusionem in Capreolo vbi supra, vbi assumitur, ꝙ intellectus possit ex se dictare, ꝙ Deus sit super omnia diligendus, & ꝙ voluntas ſm seipsam possit se tali dictamine cōformare; vtrumque enim falsum est, si intelligitur de dictamine particulari, & imperatiuo, quod est ſm dispositionem appetitus; qualis enim aliquis dispositus est in appetitu, taliter dictat in particulari eligibili, vt patuit supra; nec etiam voluntas sibi derelicta, & corrupta, potest in actum dilectionis Dei super omnia, vt patebit art. seq. Vnde Capreolus in tertio, dist. 30. ad 12. contra tertiā conclusionem dicit, quantumcunq; fides infusa, vel acquisita ostēderet Deum esse diligēdum super omnia sub speciali ratione, puta beatificatiua, vel prout est obiectum beatitudinis, non pp hoc voluntas tenderet in Deum sub illa ratione faciliter, promptè, & delectabiliter, & ſm modū virtutis, nisi esset habituata aliquo habitu supernaturali, Vide si placet alia argumenta circa istam materiam ibidem in Capreo. qui tn in dist. 29 cōcl. 4. in hoc vī nimis extendere D.S. in hoc ar. quia dicit hominem etiam in statu integro, vel corrupto non posse bonum morale velle nisi per gratuitā specialem motionem; hoc enim non potest hīe ex D.S. nisi intelligat de bono morali perfecto, & de hoīe corrupto, quia nō possit in totum bonum virtutis acquisitæ, vel vt in pluribus sine speciali motione, &c. Et de hoc etiam artic. præced. nec potest hoc haberi ex artic. sequen. quem ipse pro se allegat, vt patebit, &c.

Capreolus.

Capreolus.

Vtrum homo absque gratia, possit Deum diligere super omnia.

M 1q. 60 ar. 5. Et 2. dist. 3.

AD tertium sic proceditur. Videtur, ꝙ homo non possit diligere Deum super omnia ex solis naturalibus sine gratia. Diligere enim Deum super omnia est proprius, & principalis charitatis actus; sed charitatem homo non potest habere per seipsum, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritū sanctum, quæ datus est nobis, vt dicitur Roma. 6. ergo homo ex solis naturalibus non potest Deum diligere super omnia. q. 4. Et 3. & 26. arg. 3 Et Veri. q. 2. articu. 2. ad 11 & q. 4. ar. 1 ad 9. & q. 1 ar. 2.

¶ 2 Præterea. Nulla natura potest supra seipsam; sed diligere aliquid plus, quàm se, est tendere in aliquid supra seipsum; ergo nulla creatura creata potest Deum diligere supra seipsam sine auxilio gratiæ.

¶ 3 Præterea. Deo, cum sit summū bonum, debetur summus amor, qui est, vt super omnia diligatur; sed ad summum amorem Deo impendendum, qui ei a nobis debetur, homo non sufficit sine gratia, alioquin fruſtra adderetur gratia; ergo homo non potest sine gratia ex solis naturalibus diligere Deum super omnia.

¶ Sed contra, primus homo in solis naturalibus constit utus fuit, vt a quibusdam ponitur; in quo statu manifestum est, ꝙ aliqualiter Deum dilexit; sed non dilexit Deū ęqualiter sibi, vel minus se, quia ſm hoc peccasset, ergo dilexit Deum supra se; ergo homo ex solis naturalibus Deum potest diligere pluſquā se, & super omnia.

¶ Hic D.S. inquirit de necessitate gratiæ specialiter quātum ad actū dilectionis Dei, an homo sine gratia, &c. Pro intellectu vnius termini quæsiti. s. quid sit Deum diligere super omnia. Nota Scotum in tertio, dist. 27. (vbi in conclusione cum D.S. concordat, licet in rationibus pro cōclusione discordet) qui quæsitum hoc declarat dicens, ꝙ Super omnia diligere intelligitur dupliciter; vno modo extensiuè, puta ꝙ plus diligat Deum, quàm omnia alia, & citius vellet omnia alia non esse, quàm Deum non esse, secundò intensiuè, puta ex maiori affectu vult Deo bene esse, quàm alicui alteri; & quamuis communiter concedatur, ꝙ nihil aliud a Deo, nec omnia simul sunt ęquè apprecianda sicut Deus, distinguuntū aliqui de secundo modo; ꝙ maior est amor alio, vel quia feruentior, siue tenerior, vel quia fortior, siue firmior. Dicunt ergo, ꝙ dilectio Dei debet esse super omnia quantum ad firmitatem, ne s. aliquid aliud possit ab hoc euellere, sed non oportet quantum ad feruorem, & teneritudinem, & dulcedinem; quia aliquando inuenit se quis plus diligere creaturā, quàm alius Deū; sed hoc Scotus improbat, & vult, ꝙ Deus dēt plus diligi vtroq; modo; sicut enim tenebr (inquit) diligere Deum super omnia alia extensiuè, ita etiā maiori affectu, quàm aliquod aliud, hæc Scotus. Et ęquipollet hęc distinctio illi, quam D.S. ponit 2. 2. q. 26. artic. 7. & 9. quia dilectio est maior, vel ex parte obiecti. s. boni voliti, vel ex parte diligētis, quia feruentius, & fortius vult idem, vel maius bonum. Intellectus ergo quæriti est, an homo in suis naturalibus plus velit Deo bonum suum, quàm sibijpsi, & maius bonum, & an velit feruentius, & firmius Deo bonum suum, quàm sibipsi, sic ꝙ potius dimitteret amorem sui, quàm Dei. ¶ Nota secundò, ꝙ ex his iam dictis apparet, ꝙ quæstio intelligenda est non solùm de amore concupiscentiæ, sed etiam amicitiæ, vt enim habet D.S. 3. sen. dist. 29. q. 1. art. 3. Aliqui dixerunt, ꝙ aliquis naturaliter plus diligit Deū, quàm seipsum amore cōcupiscentiæ, sed seipsum plus amore amicitiæ; sed charitas infusa eleuat naturam, vt Deū plus diligat etiā amore amicitiæ; sed hoc D.S. reprobat, quia inclinatio naturæ hominis, inquantum est homo, nunquam tendit contra inclinationem virtutis, sed est ei conformis; vnde quæsitum, & respōsio intelliguntur amore amicitiæ; & de hoc magis prima par. q. 60. art. 5. His præmissis videndum est de corpore.

Quid diligere Deum super omnia. Scotus.

Conclusio prima.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ sicut supra dictum est in prima, * in qua etiam circa naturalem dilectionem Angelorum diuersæ opiniones sunt positę; homo in statu naturæ integræ poterat operari virtute suæ naturæ bonum, quod est sibi cōnaturale absq; superadditione gratuiti doni, licet non absq; auxilio Dei mouentis.

*Prima par te, q. 60. artic. 5.

¶ D.S. primò deducit duas conclusiones partialiter respōsiuas; secundam ibi. Sed in statu, &c. Secundò ex illis per modum corollarij infert conclusionem totalem respōsiuam, ibi. Et ideo dicendum, &c. Prima ergo conclusio partialis est. Homo in statu naturæ integræ Deum diligebat plus, quàm seipsum, & super oīa. Hanc conclusionem probat duplici ratione, quarū secundam cū ipsa conclusione ponit, ibi. Vnde naturali, &c. Quo ad primam arguitur sic. Homo in statu naturæ integrę potuit operari, &c. vt in littera; sed diligere Deum super omnia est quiddam connaturale homini, & etiam cuilibet creaturæ; igitur conclusio vera. Huius rationis D.S. ponit primò maiorem; secundò minorem cū probatione, ibi. Diligere autem, &c. Quo ad maiorem D.S. notat se de ista materia dixisse, cum ageret de dilectione Angelorū,

q.60.ar.5.primæ partis. & supponit ibi dicta,& recitat.is opiniones diuersas circa dilectionem Angelorũ, & per consequens virtualiter etiam circa dilectionem hominis. Voluerũt enim aliqui, (vt prædictum est) quia Angelus plus diligeret Deum amore cõcupiscentiæ, sed non amicitiæ. Vult autem D.S.virtualiter,quòd sicut ibidem dictum est de Angelis,quòd naturaliter plus diligant amore amicitiæ, sic & conclusio iam posita intelligatur de amore amicitiæ,& non tantùm concupiscentiæ; ita virtualiter innuũtur in hoc supposito ; & est etiam illa maior habita artic. præced. concl. 2. Et dicit secunda pars maioris notanter, licet non absq; auxilio Dei mouentis, quia non dicit sine gratuita motione, sed sine auxilio Dei, de quo locutus est,art.2.vbi ipsum dixit auxiliũ primi mouentis, quod est auxilium generale; quia primum mouens, vt sic mouet communiter; quare ex hoc verbo D.S.non potest haberi, ꝙ ad diligendum Deum super omnia naturaliter indiguit nisi auxilio communi, sicut nec aliæ res egent ad hoc speciali auxilio. Et nota etiam maiorem, ꝙ non indiguit superadditione doni gratuiti distincti a iustitia originali, quæ comprehenditur,cum dicitur. Homo in statu naturæ integræ,tanquam integritas ipsa, vel ipsius formalis causa. Tunc ibi.

¶Diligere autem Deum super omnia est quiddã connaturale homini, & etiam cuilibet creaturæ non solùm rationali, sed irrationali, & etiam inanimatæ ſm modũ amoris,qui vnicuiq; creaturæ competere potest. Cuius ratio est,qa vnicuiq; naturale est,ꝙ appetat,& amet aliquid, ſm ꝙ aptum natum est esse. Sic enim agitur vnũquodq;,prout aptum natũ est,vt dr̃ in 2.Phys.* Manifestum est autem,ꝙ bonum partis est pp bonum totius.—

¶Subiungit ipsam minorem positam, quæ notanter dicit (ſm modum amoris, qui vnicuique creaturæ competere potest.) Hãc enim limitationem D.S.exponit secunda secundæ, q.26.artic.3. quia aliqua diligit Deum naturaliter plus, quàm seipsam amore intellectuali vt Angelus,aliqua rationali vt homo,aliqua naturali vt res inanimatæ, sicut lapides,& alia quæ cognitione carent; ita ꝙ vnumquodque ſm suam inclinationem, & appetitum suæ naturæ conuenientem plus diligit Deum, quàm seipsam,quæ autem sit differentia inter istos amores potest patere ex supra dictis, q.26. Et probat minorem prædictam sic. Vnicuiq; naturale est ꝙ appetat, & amet aliquid, ſm ꝙ aptum natum est esse ; sed bonum partis, qualis est quælibet creatura, est propter bonum totius,quod est Deus; ergo naturali appetitu,vel amore vnaqueq; res particularis amat bonum suum proprium propter bonũ commune totius vniuersi, quod est Deus, & per consequens Deum plus; & sic patet minor principalis. Maior ista patet ex secundo Phys.tex.comm.78. quia naturaliter vnumquodq; agitur,quando agitur siue a se,siue ab alio,sicut aptum natum est agi; & econtra, quando agitur, sicut natum est agi, tunc agitur naturaliter. Et patet ex illa Philosophi auctoritate nullitas Sco.vbi supra,cum nititur D.S.carpere in prima parte, vbi supra de exemplo, quod ponit de manu se opponente pro salute totius. Dicit enim Scot. ꝙ manus non se ad hoc moueat,sed a toto moueatur;hoc autem non infringit intentum D.S. quia dummodo manus apta nata sit agi, & moueri siue a se, siue ab alio pro salute totius, habetur, ꝙ naturaliter mouetur ad exponendum se destructioni pro salute totius; simile de aqua habetur, & per consequens pars plus naturaliter diligit totum, quàm seipsam. Minor proxima relinquitur de se nota, quia omnis pars est propter totum naturaliter, & per consequens vult esse suum, & bonum propter bonum totius; & inde sequitur, quòd plus velit bonum totius, quàm bonum proprium,& sic plus diligit.

¶Nota autem istam minorem attẽdẽ,quia per eam infringitur imaginatio Scoti, & cassatur. Ipse enim vbi supra putat,ꝙ hoc, quod pars plus diligat totum, & se exponat pro toto,est identitas inter totum, & partem, ita ꝙ pars exponat se,quia saluat esse suũ in toto, ita ꝙ talis identitas in esse totius sit ratio talis inclinationis, & amoris naturalis. Hæc enim imaginatio nulla est, quia pars exponit se pro toto, non vt esse suum conseruet in toto, sed vt saluet esse totius ſm seipsum, ita ꝙ etiam si debeat destrui,nihilominus exponit se pro toto. Et veram huius causam D.S.tangit in hac ratione, quia videlicet pars ipsa, & natura eius, hoc quod est naturaliter, est propter totum,& esse totius ; id & diligit se propter totum,& per consequens totũ plus, quàm seipsam. Et quia Deus se habet vt totum respectu cuiuslibet creaturæ,quia quilibet est naturaliter pars vniuersi, & per consequens vniuersum plus diligit,quàm seipsam. ideo multo magis Deum, qui est bonũ vniuersale,& finis vniuersi, & eminentius bonum vniuersi; & inde est, ꝙ si creatura plus diligat vniuersum, quàm seipsam, ꝙ etiam plus Deum. Et hæc tangit D.S.in ista probatione, quia Deus est bonum totius vniuersi. Patet ergo, ꝙ Scotus verum fundamentum dereliquit,& parũ valens adiunxit. Deinde cũ dicit.

¶ Vnde naturali appetitu, vel amore vnaqueque res particularis amat bonum suum proprium propter bonum commune totius vniuersi,quod est Deus; vnde & Dionys.dicit in lib.de Di.no, * ꝙ Deus conuertit omnia ad amorem suipsius; vnde homo in statu naturę integrę dilectionem suipsius referebat ad amorem Dei,sicut ad finẽ, & similiter dilectionẽ oĩum aliarum rerum; & ita Deum diligebat plus,quàm seipsum,& super omnia. —

¶Nota secundam rationem ex præcedenti probatione,vel magis explicationem prioris rationis pro conclusione prima, & arguitur sic.Homo in statu naturæ integræ dilectionem suipsius referebat ad amorem Dei, sicut ad finem; & similiter dilectionem omnium aliarum rerum; ergo conclusio vera,quam ponit in fine litteræ huius. Tenet consequentia, quia dilectio finis maior est dilectione eius, quod est ad finem.. Antecedens probatũr, quia vnaqueque res particularis amat bonum suum proprium propter bonum totius vniuersi, quod est Deus, tanquam propter ipsum existens; ergo antecedens verum. Illud iam assumptum patet ex dictis,& ex auctoritate beat iDionysij; patet ergo conclusio.

¶Nota autem hic, ꝙ ex hac probatione habetur,ꝙ D.S.dicit, prima parte,q.60.art.5.ad secundũ. ꝙ Deus non diligitur a creatura, inquantum est bonus,ita ꝙ hoc, quod dicitur (inquantum) dicat rationem finalem diligendi, sed dicit rationem amoris ex parte amantis,& rationem habentem se in genere causæ materialis, non finalis. Non enim esset in natura alicuius, quod amaret Deum nisi ex eo, quod vnumquodque dependet a bono, quod est Deus; & idem habet D.S.secunda secundæ supra,ad secũdum.

¶Nota etiam ex his, ꝙ causa dilectionis naturalis non solùm est vnio, vel vnitas dilecti ad diligentem, immo cõtinentia in esse, & bonitate, & dependentia naturalis in esse ab alio, & ex naturali ordinatione vnius ad aliud. Et quamuis ergo Deus sit minus vnus cum creatura, quàm ipsa secum; quia tamen naturaliter ab ipso dependet, & ad ipsum ordinatur; ideo plus Deum, quàm se diligit. Et hoc etiam tangit Scotus vbi supra, qui in conclusione (vt dictum est) concordat. Et dicit,ꝙ in obiecto amabili est vnitas,& bonitas; & quamuis creatura magis sit sibi vna, quàm cum Deo,tamen in Deo est maior bonitas. Et si addatur,ꝙ bonitas Dei est, propter quam est bonitas creaturæ, & ad quam naturaliter ordinatur,sequitur intentum D.S.ꝙ ideo creatura plus diligit, quia dependet non tantùm effectiuè, sed etiam finaliter a Deo. Et per hæc soluuntur plura argumenta, quæ habentur in Capreolo in tertio,dist.30.contra tertiam conclusionem,vbi vide in solutione decimi, quòd homo non debet velle offendere Deũ, ne tota communitas non offendat. Deinde ibi.

¶Sed in statu naturę corruptę homo ab hoc deficit ſm appetitũ volũtatis rationalis,quę pp corruptionẽ naturę sequitur bonũ priuatum,nisi sanetur per gratiã Dei.—

¶Ponit secundam conclusionem partialem illã.Homo in statu naturę corruptę ab hoc deficit.s.a dilectione Dei super omnia,ſm appetitum voluntatis rationalis;dicit notanter ſm appetitum voluntatis rationalis,quia ſm appetitum naturalem, & ſm naturam corpoream diligit Deum, sicut & aliæ res;ita ꝙ sicut aqua potius destrueretur,antequam permitteret vacuum,ita & corpus humanum; sed solùm volũtas rationalis hominis in isto statu corrupto non diligit Deum super omnia. Oportet enim hic aduertere,quę D.S.ponit 1.par.q.60.ar.1 ꝙ quamuis in voluntate etiam rationali saluetur id,quod est naturæ,immo voluntas sit natura, non tamẽ est natura pura, sed cum hoc intellectualis, & libera ; & ita vt est talis natura,s.libera & voluntas,& in statu corrupto,tunc non diligit Deum naturaliter, idest ex seipsa sine adiutorio superadditto Deum super omnia. Probatur autem conclusio. Voluntas in statu naturæ corruptæ sequitur bonum priuatum, nisi sanetur per gratiam; ergo conclusio vera. Tenet consequentia, quia sequendo bonum priuatum, & proprium, deficit a dilectione super omnia, est enim illa sequela affectionalis per amorem. Antecedens patet ex dictis in principio articuli secundi; quia ex hoc, quòd natura est corrupta per ablationem iustitiæ originalis,quæ erat donum naturale suo modo, consecuta est in homine pronitas ad malum, & difficultas ad bonum rationis; & factus etiam homo infirmus, qui non potest opera sani facere, cuius est diligere Deũ super omnia; & quia per naturæ corruptionem affectus hominis ad seipsum recuruatus est propter inordinationem partium inferiorum, quæ directè circa terrena versantur tanquam propria bona ; & ergo nisi sanetur per gratiam Dei, per quam voluntas, & aliæ potentiæ perficiuntur, & innotescit homini vita beata, vel damnatio eterna,& huiusmodi, quæ retrahunt hominem a terrenis,& afficiunt ad Diuina ; non diligeret Deum super omnia,&c.

¶Et ideo dicendum est, quòd homo in statu naturæ non indigebat dono gratię superadditæ naturalibus bonis ad diligendum Deum naturaliter super omnia, licet indigeret auxilio Dei ad hoc eum mouentis; sed in statu naturę corruptę indiget homo etiam ad hoc auxilio gratiæ naturam sanantis. —

¶H.c

¶Hic in calce corporis infert per modũ corollarij conclusionem responsiuam totalem. Homo in statu naturæ integræ,&c. vt iacet in littera. Et habet tres partes. Prima patet ex prima conclusione partiali, quia diligere Deum est quiddam connaturale omni creaturæ; igitur,& homini integro in natura,aliàs esset deterioris conditionis, quàm quæcumque creatura, &c.

¶ Secunda pars conclusionis patet ex maiori pro prima conclusione partiali;& ex ar.1.& 2. quia vnaqueque creatura quantumcumque perfecta ad operationem etiam connaturalem eget motione Dei,igitur & homo in statu integro ad diligendum Deum naturaliter super omnia.

¶Et nota iterum verba D.S.quia non dicit, quòd egeat auxilio Dei gratuito,sed auxilio Dei,de quo & in præcedentibus articulis locutus fuit. Vnde non video quomodo ex hoc articulo haberi possit, quod homo in statu integro egeret ad actum naturaliter vel moraliter bonum,gratuita motione. Licet eñ amor & dilectio voluntatis sit actus elicitus nõ amor purè naturalis,tñ res purè naturalis facit actum, & effectum ex dilectione Dei naturali absque speciali motione Diuina,sed ex generali influẽtia,non videtur autem homo deterioris conditionis.

¶ Tertia pars conclusionis patet ex secunda conclusione partiali,& ex art.secundo,quia homo infirmus non potest in opera sani,& integri nisi sanetur;igitur homo in statu naturę corruptę indiget sanatione naturæ ad hoc,ꝙ Deum diligat super omnia.

¶ Nota tamen,quòd homo per gratiam sanatus diliget Deum super omnia,aliter tamen, quàm constitutus in natura integra, quia non naturaliter,sed gratuito amore ; homo autem in natura integra diligit naturaliter,idest ex natura tantùm,exclusa gratia gratum faciente, Deum super omnia, licet vt frequenter dictũ est,non exclusa iustitia originali, quæ in tali statu dicebatur aliqualiter donum naturale, quia cum natura collatum, ita quòd oportet in hac re semper tenere regulam Capreo. allegatam in in art.2.quòd cum loquimur de natura integra, & dicimus eam posse diligere Deum super omnia, & huiusmodi, intelligimus non de natura sibi relicta, quia & illa esset ad se recuruata propter inordinationem sensualitatis naturalem, & propter compositionem naturæ humanæ ex ratione, & sensualitate ; sed intelligimus de natura in qua sensualitas est perfectæ rationi subdita,quod fit per donum Dei,&c. Ex his habetur responsio formalis ad quæstum.

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima conclusione partiali,& prima parte conclusionis responsi. Et intelligitur,quòd homo constitutus in solis naturalibus per exclusionem gratiæ gratum facientis,sed nõ per amotionem iustitiæ originalis,& suppositio, quòd homo in tali statu (iuxta opinionem tenentium hominem non creatum in gratia) potuit stare, licet non potuisset proficere,tunc procedit argumentum,quia homo sic institutus potuit non peccare,ergo potuit Deum super omnia diligere, quia aliàs peccasset.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd charitas diligit Deum super omnia eminentius, quàm natura; natura enim diligit Deum super omnia prout est principium, & finis naturalis boni, charitas autem secundùm quòd est obiectum beatitudinis, & secundùm quòd homo habet quandam societatem spiritualem cum Deo; addit etiam charitas super naturalem dilectionem Dei promptitudinem quandam,& delectationem sicut habitus quilibet virtutis addit supra actum bonum, qui fit ex sola naturali ratione hominis, virtutis habitum non habentis —

¶ Ad maiorem, diligere Deum super omnia, inquantum est principium,& fons beatitudinis supernaturalis,& vt cum eo habet societatem,& communionem spiritualẽ in hac vita per gratiam,& in alia per gloriam,& etiam modo perfectiori,quã possit ex natura diligi, hoc inquam diligere est actus charitatis;ita videlicet,ꝙ sit alietas in ratione diligendi,& alietas in modo diligendi dilectionis gratuitæ Dei super oĩa, & naturalis. Natura eñ diligit Deum super omnia inquantum est fons totius esse naturalis,& vt est totum, quælibet autem creatura pars ad ipsum naturaliter ordinata,vt patuit in prima conclusione partiali. Et secũdùm D.S.prima parte vbi supra Deus vt est beatificatiuus beatitudine supernaturali diligitur super omnia ex charitate. Ad minorem concedi.ur ipsa,consequens autem verum,quòd ex solis naturalibus non potest diligere super omnia ea ratione, & eo modo quibus diligitur ex charitate. Requiritur enim ad dilectionem Dei super omnia gratuita, influentia Diuina perfectiua voluntatis,& per habitum supernaturalem ; & cum hoc illustratio intellectus per fidem qua innotescit communicatio beatitudinis super qua fundatur charitas gratuita, sed ad dilectionẽ Dei super omnia naturalem nullum horum requiritur, sed sufficit ipsa natura integra.

¶ Nota,quòd per hanc solutionem soluũtur argumẽta quin-

¶ Nota etiam,ꝙ Scotus in tertio vbi supra.3.arti. ponit verbaliter solùm vnam iam dictarum differentiarum dilectionis gratuitæ Dei super omnia, & naturalis, scilicet penes magis,& minus perfectum,remittendo se ad distin.17.primi sentẽt.vbi dixit potentiam per habitum posse in perfectiorem actum cum habitu,quàm sine habitu,ponit & differentiam, quæ tamen sequitur ex vna hic posita,quia vna est accepta ad vitam æternã, alia nõ. Sed hoc est in sententia ponere aliam differentiam hic positam, scilicet quòd differunt in ratione diligendi. Nam bene sequitur, vna est accepta, vel facit hominem acceptum ad beatitudinem, alia non,igitur distinguuntur in ratione diligendi,quia nihil est meritorium beatitudinis,vel acceptum ad beatitudinem, nisi fiat propter Deum, vt est principium beatitudinis supernaturalis ; vt enim habet D.S.in de Veri.Mate.22.art.7.homo appetendo vel diligendo id, quod naturaliter diligit,vt sic, nihil meretur,quare si est acceptus Deo,& meretur beatitudinem diligendo Deum, oportet, quòd sit sub alia ratione, quàm sub ea sub qua Deum naturaliter diligit. Scotus.

¶ Ad secundum dicendum,quòd cum dicitur,quòd nulla natura potest supra seipsam,non est intelligendũ, quòd non possit ferri in aliquod obiectum,quod est supra se;manifestum est enim,quòd intellectus noster naturali cognitione potest aliqua cognoscere, quæ sunt supra seipsum,vt patet in naturali cognitione Dei; sed illud intelligendum est,quòd natura non potest in actũ excedentem proportionem suæ virtutis,talis autẽ actus non est diligere Deum super omnia, hoc enim est naturale cuilibet naturæ creatæ,vt dictum est.* —— *In cor.ar.

¶ Maior distinguitur,si intelligitur,quòd nulla natura potest supra seipsam,idest in obiectum vel rem,quæ altior est ipsa re,sic negatur,tam de intellectu,quàm voluntate;si autem intelligitur, ꝙ nulla creatura potest supra seipsam ex parte subiecti, & principij actus,sic quòd non potest producere actum maiorem,quàm sit in virtute sua,conceditur,ita quòd præpositio,supra, potest determinare actum creaturæ vel ex parte obiecti,vel subiecti,primo modo vera,secundo modo falsa. Ad minorem, si intelligitur quòd diligere aliquid plus, quàm seipsum sit tendere in aliquod supra se,idest in obiectum,quod est supra se, conceditur, & hoc vt dictum est, non est impossibile,immo conueniens. Si autem intelligitur,quòd diligere aliquid, scilicet Deum plus,quàm seipsum,sit tendere in actum,qui est supra virtutem naturalem hominis sani,& integri, vel cuiuscumque naturæ creatæ, negatur, & eius falsitas ostensa est in corp. quia huiusmodi actus sufficiẽs principium habet quælibet creatura a Deo,homo autem se per peccatum non destruxit, quare negatur consequentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd amor dicitur summus non solùm quantum ad gradum dilectionis, sed etiam quantum ad rationem diligendi, & dilectionis modum;& secundùm hoc summus gradus dilectionis est, quo charitas diligit Deum vt beatificantem, sicut dictum est.* —— * Art.1.huius q.

¶ Maiorem distinguo, & dico, quòd Deo vt est summum bonum, & principium omnis naturalis esse, & boni,debetur summus gradus dilectionis, ita quòd dilectio Dei vt sic,sit maior dilectione quacunque cuiuscumque creaturæ, sic quòd gradus ille summus attendatur penes comparationem dilectionis Dei ad dilectiones creaturarum. Dico autem secundò quòd Deo cum sit summum bonum,& per essentiam beatus, & principium communicationis beatitudinis supernaturalis,debet summus amor secundùm rationem summam diligendi, & secundùm summũ modum diligendi,sic quòd illa excellentia attendatur non solũ penes excessum dilectionis Dei super dilectiones creaturarum, sed penes comparationem dilectionis Dei ad dilectionem Dei, quo ad rationem & modũ diligendi. Altior enim est ratio diligẽdi Deum vt est origo beatitudinis supernaturalis,quàm vt est origo esse naturalis vel etiam naturalis beatitudinis. Similiter modus,& perfectio dilectionis procedentis ex natura perfecta habitu gratuito maior,& melior est modo dilectionis procedentis ex natura tantùm, vt enim Sco.habet vbi supra in fine ante solutiones argumẽtorum;ex fide tenemus,quòd superior portio animæ immediatè perfectè a Deo per habitũ infusum,possit in perfectiorem habitum quo ad substantiam,& modum, quàm natura sibi relicta.Ad minorem distinguitur ipia,ad summum amorem Deo impendendum, quo ad gradum vt comparatur dilectio Dei ad dilectiones creaturarũ, negatur de homine integro. Et ad probationem negatur,quòd ergo frustra, quia per gratiam habet homo altiorem dilectionem quo ad rationem,& modum diligendi. Vnde secundò dico ad minorem, quòd ad summum amorem tam ex parte gradus,quàm rationis, & modi diligendi non sufficit homo sine gratia, & in talem summum amorem si posset Scotus.

Scotus deficit.

Quarepars exponat se destructioni p toto.

Creatura plus amat Deũ,quàm seipsam, & quare.

Conclusio respõsi.

Dub.97.

*Dion.c.4. par.4.

Causa dilectionis Dei super omnia.

Scotus.

Conclusio secunda.

* Aristot. tex.78.

posset, frustra adderetur gratia. Ad consequens, verum, ad diligẽdum super omnia, vt est principium beatitudinis, & perfectius, quàm possit ex naturalibus, non potest homo sine gratia; tamen ex naturalibus potest diligere super omnia, idest super omnes creaturas, vt est principiũ naturalis esse, & totũ esse creaturarũ.

Vtrum absque gratia homo per sua naturalia præcepta legis obseruare possit.

N Infra ar. 5. ad 1. & 2. Et 2. di. 28. articu. 3. & d. 41. in expos. lit. ad 5. Et Veri. q. 20. ar. 4. 1.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd homo sine gratia per sua naturalia possit præcepta legis implere. Dicit enim Apostolus ad Roma. 2. quòd gentes, quæ legem non habent, naturalirer ea, quæ legis sunt, faciunt, sed illud, quod naturaliter homo facit, potest per seipsum facere absque gratia, ergo homo potest legis præcepta facere absque gratia.

¶ 2 Præterea. Hieronymus dicit in expositione Catholicæ fidei. * illos esse maledicendos, qui Deum præcepisse homini aliquid impossibile dicunt; sed impossibile est homini, quod per seipsum implere non potest; ergo homo potest implere oĩa p̃cepta legis p seipsum.

* Addũ nõ procul à fine.

¶ 3 Præterea. Inter omnia præcepta legis maximũ est illud. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, vt patet Matth. 22. sed hoc mandatum potest homo implere ex solis naturalibus diligendo Deum super omnia, vt supra dictum est.* ergo omnia mandata legis

* Art. præ.

potest homo implere sine gratia.

*Aug. c 33.

¶ Sed contra est, quod August. dicit in li.* de hæresibus, hoc pertinere ad hæresim Pelagianorum, vt credant sine gratia hominem posse facere omnia Diuina mandata.

¶ Hic D.S. determinat quædam corollariè ex dictis sequentia, & primò de impletione præceptorum legis, quia dictum est, quòd homo saltem integer possit in totum bonum virtutis, ideo potest implere præcepta legis; D.S. ergo pro maiori explicatione huius, mouet specialem quæstionem in hoc articulo.

¶ Respondeo dicendum, quòd implere mandata legis contingit dupliciter. Vno modo quantum ad substantiam operum; prout scilicet homo operatur iusta, & fortia, & alia virtutis opera.

¶ Quoniam autẽ, vt ex supradictis patet, gratia accipitur quãdoque pro speciali dono gratuito, quãdoque pro auxilio, & motione Diuina generali; ideo D.S. primò respondet quo ad gratiã primo modo acceptam, secundò quo ad eam secundo modo acceptam, ibi. Indigent insuper, &c. Quo ad primum iterum respõdet distinctè duabus conclusionibus secundùm duo mẽbra vnius distinctionis, primò iuxta primum membrum, secundò iuxta secundum ibi. Alio modo, &c. Circa primum primò præmittit declarationem vnius membri distinctionis. Secundò subiungit primam conclusionem responsi. ibi. Et hoc, &c. Dicit ergo, quòd legis, scilicet Diuinæ, præcepta, scilicet moralia, quę sunt de actibus virtutum necessarijs pro omni statu, contingit dupliciter implere. Vno modo quantum ad substantiam operum, prout scilicet, &c. & de hoc membro etiam supradictum fuit ex intentione. q. 100. arti. 9. ita quòd impleatur substantia actus, præsertim sine modo charitatis. Tunc ibi.

¶ Et hoc modo homo in statu naturæ integræ potuit omnia d mandata legis implere, alioquin homo nõ potuisset in statu illo non peccare, cum nihil aliud sit peccare, quàm transgredi Diuina mandata; sed in statu naturæ corruptæ non potest homo implere omnia mandata Diuina sine gratia sanante.

Dub. 108.

¶ Subiũgit conclusionem responsiuam primam correspondentem huic membro, illam. Hoc modo, quo ad substantiam actus, homo in statu naturæ integræ potuit omnia mandata legis, scilicet moralia, implere, sed in statu naturæ corruptæ nõ potest homo implere, scilicet etiam isto modo, omnia mandata Diuina sine gratia sanante. Probatur prima pars per rationem ad inconueniens; si non potuisset homo omnia mandata isto modo implere, non potuisset in illo statu non peccare, consequens est falsum, ergo ex quo sequitur; & consequens oppositum eius, quod est conclusio responsi, est verum. Falsitas consequentis admittitur apud omnes, quia homo in sui conditione accepit, vt posset stare, idest non peccare, vt habet magister senten. in 2. dist. 23. consequentia probatur in littera, quia nihil aliud est peccare, quàm transgredi Diuina mandata; quare benè sequitur, non potuit seruare omnia mandata, ergo non potuit non peccare; ergo oppositum antecedentis, scilicet potuit omnia mandata implere, est verum. Secundam partem conclusionis D.S. relinquit notam ex artic. 2: quia homo in statu naturæ corruptæ non potuit in totum bonũ virtutis etiam acquisitæ, etiam quo ad substantiam actus, igitur prima pars vera. Tenet consequentia de se, quia mandata sunt de actibus virtutum quo ad substantiam. Antecedens patet.

¶ Nota autem circa primam partem cõclusionis, quòd homo in statu naturæ integræ potuit in omnia mandata legis, scilicet etiam Mosaicæ, & veteris; non quia tunc obligatus fuisset ex lege veteri, quæ non erat; sed quia potuit in ea, quæ postmodum lex præcepit; & accepit ex lege naturæ, ex qua homo integer etiam si non habuisset legem aliam, quàm naturalem, fuisset ad hos actus obligatus.

¶ Nota etiã, quòd aliter potuit homo integer in omnes actus virtutũ, quàm corruptus in aliquos; quia integer potuit in actus quo ad substantiam, & non quo ad modum gratuitum, scilicet quo ad modum charitatis; potuit tamẽ quo ad modum propriũ virtutis, scilicet promptè, & delectabiliter, quia iustitiam originalem concomitabantur omnes virtutes acquisibiles, quas Adã habuit etiam secundùm eos, qui ponunt eum creatum sine gratia, sed in naturalibus integris. Homo autem corruptus potest in aliquos actus quo ad substantiam, & non quo ad modum charitatis: & etiam non potest in omnes actus virtutum secundùm modum virtutis, saltem secũdùm potentiam propinquam; ita quòd in virtute naturæ corruptæ vt sic, non potest in modum virtutis, licet possit acquirere virtutem acquisibilem, & sic in modum virtutis; tamen etiam habita virtute acquisita, potest aliquando deficere, & peccare, & sic non in omnibus actibus seruabit nec virtutem nec modum virtutis; vt enim patet ex supradictis, cum virtute acquisita stat peccatum etiam in moribus. In statu autem naturæ integræ omnes actus fuissent virtuosi, & in omnibus modus virtutis, licet non modus charitatis, vt patebit.

¶ Alio modo possunt impleri mandata legis non solùm quantum ad substantiam operis, sed etiam quantũ ad modum agendi, vt scilicet ex charitate fiant.

¶ Prosequitur secũdum membrum distinctionis, & primò ipsum declarat. Secundò subiungit conclusionem secundam, ibi. Et sic, &c. Dicit ergo primò, quòd alio modo implentur præcepta legis non solùm quo ad substantiam, sed etiam quo ad modum, & non quemcumque modum, sed charitatis, de quo modo dictum est supra. q. 100. artic. 10. quòd non potest imprimi actibus virtutum, nisi per charitatem gratuitam, quæ Deum super omnia diligit modo supernaturali.

¶ Et sic neque in statu naturæ integræ, neque in statu naturæ corruptæ potest homo implere absque gratia legis mãdata; vnde Aug. in li. de correctione, & gratia.* cum dixisset, quòd sine gratia nullum prorsus bonum homines faciunt, subdit. Non solùm vt, monstrante ipsa quid faciendum sit, sciant, verum etiam vt prętante ipsa faciant cum dilectione, quod sciunt.

* Aug. c. 2.

¶ Subiungit secundam conclusionem responsiuam conformẽ prædicto membro talem, neque in statu naturæ integræ, neq; in statu naturæ corruptæ, potest homo absque gratia, scilicet gratũ facente, implere legis mandata. Et probat eam tantùm auctoritate Beati Augustini clarè in littera, quia per gratiam homo facit cum dilectione, quod scit, igitur conclusio vera. Tenet consequentia, quia facere cum dilectione est obseruare mandatum cũ modo charitatis, vt patet ex supradictis. q. 100. ar. 10. vbi dictum fuit, quòd obseruare modum charitatis est facere actum formatum, & relatum, sed talis relatio non sit sine charitate, & gratia, quæ gratia vel charitas non potest haberi ex naturalibus. Et patet ratio pro ista cõclusione ex supradictis articulis, ex quibus posset sic argui; pro nullo statu homo potest facere ex naturalibus integris vel corruptis, quod excedit virtutem naturæ, sed solùm ex gratia; sed implere mãdata legis quo ad modum charitatis excedit virtutẽ naturæ humanæ, igitur, &c. Maior patet ex ar. 1. Minor supponitur nunc, & patet ex solutionibus præce. ar. supponitur enim, quòd gratia gratum faciens, cum sibi adiunctis virtutibus Theologicis, & moralibus, eleuet humanam mentem, vt possit in actus vel saltem modum aliquem actuum, in quem sine huiusmodi virtutibus nullo modo possit.

¶ Nota autem, quòd stante opinione, quæ ponit primum hominem in naturalibus integris creatum, & non in gratia gratũ faciente, tunc vt sic, non obligabatur Deum super omnia diligere, nisi obligatione remota, quia videlicet potuit se disponere ad gratiam, & ipsam consequi, qua habita potuit Deum diligere supernaturaliter, & obseruare modum charitatis, sed ex naturalibus integris non potuit nec tenebatur nisi ad dilectionem Dei super omnia naturalem.

¶ Indigẽt insuper in vtroq; statu auxilio Dei mouẽtis ad mandata implenda, vt dictum est.*

* Arti. 1. 2 & 3.

¶ Hic

¶ Hic in fine D.S. respondet quo ad gratiam captam pro motione Diuina generali, tali conclusione. In vtroque statu homo indiget auxilio Dei mouentis ad mãdata implenda, scilicet etiã quo ad substantiam operum. Illa conclusio patet ex præcedentibus articulis tribus, qa ad omne opus indiget homo auxilio Dei mouentis, ergo & ad impletionem mandatorum.

¶ Nota autem, quòd hæc conclusio intelligitur, vt tactum est, de impletione mandatorum Dei etiam quo ad substantiam, sed tamen in statu naturæ integræ ad implendum substantiam præceptorum aliorum a præcepto charitatis in statu integro, sufficit homini generalis motio; sed in statu corrupto eget sanatione, & motione speciali, vt adimpleat omnia, quia vt patuit articu. secundo. homo in corruptione existens non potest in totum bonũ virtutis etiam acquisitę ex naturalibus. Circa hunc articulum nota, quòd D.S. in secundo dist. 28. q. 1. art. 3. sequens modum dicẽdi tũc currẽtẽ, de quo & supra dictũ est q. 110. art. 1. dixit, q homo

Nota.

sine gratia potest implere omnia mandata quantum ad id, quod directè cadit in præcepto, non autem quantum ad intentionem legislatoris, vt scilicet in vitam inducunt. Et non est intelligendus, vt quidã obijciunt apud

Capreolus

Capreolum in secundo dist. 28. contra tertiam conclusionem, quòd omnia mandata etiam de actibus Theologicarum possint sine gratia impleri, sed mandata de substãtia actuum virtuosorum virtutum acquisibilium. Loquitur enim D.S. vt supra dictum est, post modum dicendi, qui modum charitatis non ponit esse in præcepto, nisi sub conditione; & tũc verum est, quòd omnia præcepta potest homo implere saltem in statu integro sine gratia; sed ponendo, quòd & charitas est in p̃cepto, & modus eius, tunc non potest omnia sine charitate, & sic D.S. hic loquitur in secunda conclusione.

¶ Quæ etiam confirmatur argumento in contrarium.

¶ Propterquod; vide supra. q. 100. artic. 10. ad tertium. quia secundùm D.S. in 2. vbi iam est hæresis Pelagianæ posse implere præcepta quantum ad id, quod directè præcipitur, & quantum ad intentionem legislatoris sine gratia possunt tamen præcepta, scilicet de actibus virtutum acquisibilium impleri sine gratia habituali præsertim Sed secundùm D.S. hic conformiter ad supra dicta, præcepta de actibus virtutum, & præcepta decalogi, & moralia, possunt impleri sine gratia in statu integro, sed non præceptum de actu, & modo charitatis, vt dixit secunda conclusio.

Nota.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Aug. dicit in libro de spiritu, & littera.* non moueat, quòd naturaliter dixit eos, quę legis sunt facere; hoc enim agit Spiritus gratiæ vt imaginem Dei, in qua naturaliter facti sumus, instauret in nobis.

*Aug. cap. 36. & 27.

¶ Ad maiorem, quæ loquitur de gentilibus in statu corrupto, dicitur primò iuxta D.S. hic, & super Apostolum ibidem, quòd Apostolus loquitur de gentibus ad fidem conuersis, qui auxilio Christi cęperant moralia legis obseruare. Vnde exponendũ est, naturaliter, id est per naturam gratia reformatam, & loquitur Apostolus de mandatis legis moralibus, quæ omnia per naturam gratia adiutam impleri possunt, & cum hoc, præceptũ de modo charitatis. Secundò dicitur ad maiorem, quòd naturaliter, ideſt per legem naturæ ostendentem eis quid sit agendum; non tamen excluditur quin sit necessaria gratia ad mouendum affectum, sicut etiam per legem veterem fuit cognitio peccati, vt habetur ad Roma. 3. & tamen vlterius requiritur gratia ad mouendum affectum. Ad minorem, illud quod homo naturaliter facit, verum, per naturam solitariè acceptam, hoc potest sine gratia; sed dictũ est, quòd Apostolus loquitur de natura reformata. Vel secundò loquitur de naturali cognitione ostẽdente, sed nõ adimplente omnia in statu corrupto etiam moralia. Et tertiò non loquitur de actibus Theologicarum virtutum præceptis. Vnde negatur cõsequentia, primò si consequens intelligitur in statu corrupto, sicut debet intelligi iuxta præmissas. Et secundò negatur de omnibus præceptis moralium etiam Theologicarum.

Scotus.

¶ Nota, quòd Scotus in secundo dist. 28. dicit ad hanc auctoritatem Apostoli, quòd si non erant obligati ad legem Moysi, nisi filij Israel, alij Gentiles potuerunt iustè viuere seruando legem naturæ, & tunc ipsi facti sunt sibi lex, ideſt per legem naturę scriptam in cordibus eorum interius direxerunt se rectè viuendo, sicut Iudæi per legem scriptam; sed isti non bene vixerũt sine omni gratia, quia gratia potuit esse in eis suppositа hypothesi absque obseruatione legis Mosaicæ. Hæc ille. Et redit in idem cum secunda solutione D.S. super Apostolum, fluctuatio tamen. Sco. supra determinata est; scilicet quòd Gentiles non tenebatur ad legem Mosaicam, vt patuit supra. q. 98. ar. 5.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illud, quod possumus cum auxilio Diuino non est nobis omnino impossibile, secundùm illud Philosophi in 3. Ethi.* Quæ per amicos possumus, aliqualiter per nos possumus. Vn de Hieron.* ibidẽ cõfitetur sic nostrum liberum esse arbitriũ, vt dicamus nos semper indigere Dei auxilio.

*Arist. c 3. *Loco citato in arg.

¶ Maior conceditur, dico tamen, quòd multa sunt homini p̃cepta, quæ ex se tantùm non potest, sicut in isto statu esse sine peccato, & bene agere etiam Theologicè, quod ex se in nullo statu potuit, nullum est tamen sibi præceptum impossibile. Et dico, quòd multa homini præcipiuntur, sed non vt ex naturalibus faciat, sed cum Diuina gratia. Dico etiam, quòd non omnis impotentia excusat hominem a peccato, quia non illa, quæ est pœna peccati, vel ex non concursu causæ superioris, & prioris, quãdo talis non concursus est ex impedimento causæ secundæ. Et de his in D.S. tertio contra Genti. capit. 159. Ad minorem negatur, & eius falsitas ostenditur in solutione; quare negatur consequentia, quòd homo per seipsum in quocumq; etiam statu, possit implere omnia præcepta, scilicet etiam de modo charitatis sine gratia, licet præcepta de actibus virtutum moralium posset in statu naturæ integræ sine gratia implere.

¶ Ad tertium dicendum, quòd præceptum de dilectione Dei non potest homo implere ex puris naturalibus secundùm quòd ex charitate impletur.* vt ex supradictis patet.

* Ar. 3. maximè ad primum & secundum huius q.

¶ Maior conceditur, & est quidem inter præcepta legis, sed nõ est præceptum decalogi nec morale reducibile ad præcepta decalogi, sed est finale totius legis, per quod & modus charitatis præcipitur, vt patuit supra. Ad minorem, negatur, quòd ex naturalibus possit impleri, ita quòd Deus diligatur super omnia vt est obiectum charitatis, inquantum videlicet est obiectum supernaturalis beatitudinis; sicut & præceptum illud intelligitur, scilicet de dilectione gratuita non naturali. Quare negatur consequentia, qui præsertim illud præceptum legis non potest impleri sine gratia in quocumque statu.

Vtrum homo absque gratia possit mereri vitam æternam.

P Infra q. 114. ar. 2. Et 1. q. 62. ar. 4. co. Et 1. di. 14. q. 2. ar. 2. & q. 3. Et 2. d. 24. q. 1. art. 4. & di. 26. art. 5. & di. 29. art. 1. Et 3. contra c. 147 & 150. & quol. 1. ar. 7. cor.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd homo possit mereri vitam æternã sine gratia; dicit enim Dominus. Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mãdata ex quo videtur, quòd ingredi in vitam ęternam sit constitutum in hominis voluntate; sed id, quod in nostra voluntate constitutum est, per nosipsos possumus; ergo videtur, quòd homo per seipsum possit vitam ęternam mereri.

¶ 2 Præterea. Vita ętrna est merces vel pręmium, quæ hominibus redditur a Deo, secũdũ illud Matth. 5. Merces vestra multa est in cœlis, sed merces vel pręmiũ redditur a Deo homini secundùm opera eius, secundũ illud Psalmus. Tu reddes vnicuique secundùm opera eius, cum igitur homo sit Dominus suorum operum; videtur, quòd in eius potestate constitutum sit ad vitam æternam peruenire.

¶ 3 Præterea. Vita ętrna est vltimus finis vitę humanę; sed quęlibet res naturalis per sua naturalia potest consequi finem suum; ergo multò magis homo, qui est altioris naturę, per sua naturalia potest peruenire ad vitam ętrnam absque aliqua gratia.

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit ad Roma. 6. Gratia Dei vita ętrna, quod ideo dicitur, sicut Glosa.* ibidem dicit, ut intelligeremus Deum ad uitam ętrnã pro sua miserationem nos perducere.

* est glos. Aug. in li. de grat. & li. arb. c. 9.

¶ Hic iterum inquirit de alio sequente corollariè ex dictis. An possit, &c. Et nõ quærit an possit mereri de condigno vel cõgruo, quia de hoc in q. vltima, sed quærit nunc propter prædicta in generali. Nã dictũ est, q homo in naturalibus etiã integris nõ possit nisi in opus connaturale, quale non est mereri vitam æternã.

¶ Respondeo dicendum, quod actus perducẽtes ad finẽ, oportet esse fini proportionatos; nullus autẽ actus excedit proportionem principij actiui, & ideo videmus in rebus naturalibus, quòd nulla res potest perficere effectum per suam operationem, qui excedat uirtutem actiuam, sed solùm potest producere per operationem suam effectum suę uirtuti proportionatum; uita autem ętrna est finis excedens proportionem naturę humanę, ut ex supra dictis patet. * Et ideo homo per sua naturalia non potest producere opera meritoria proportionata uitę ętrnę; sed ad hoc exigitur altior virtus quę est uirtus gratię; & ideo sine gratia homo non potest mereri uitam ętrnam.

* q. 5. ar. 5. & prima parte. q. 2. art. quarto.

¶ D.S. respon-

¶ D.S. respondet tali conclusione. Homo sine gratia non potest mereri vitam æternam, potest tamen facere opera perducētia ad bonum aliquod homini connaturale. Huius conclusionis ponit, & probat primò primam partem, secundò secundam, ibi. Potest tamen, &c. Quo ad primam, arguitur sic, actus perducentes ad finem oportet esse fini proportionatos, sed homo per sua naturalia non potest producere opera meritoria proportionata vitæ æternæ, sed ad hoc exigitur altior virtus, quæ est virtus gratiæ, ergo conclusio vera. Maiorem D.S. relinquit notam. Et dicit notanter perducentes ad finem, quia vt aliqui tenent, pro actibus sine gratia, & charitate factis, Deus posset dare beatitudinē, & eos acceptare ad beatitudinem' sed ipsi non perducerent, nec essent formaliter vita æterna digni, & de hoc postea. Minor probatur in littera. Nullus actus, &c. sed vita æterna est finis excedens, &c. ergo minor vera. Illa maior ostenditur sensibiliter in naturalibus clarè in littera.

¶ Circa istam probationem, & partem conclusionis oportet notare pro maiori intellectu, quod habet Alfonsus in primo di. 18. in primo art. quòd aliquid esse charum vel acceptum ad vitā æternam, intelligitur dupliciter. Vno modo secundùm Dei ordinationem, & denominatione extrinseca. Alio modo secūdùm præsentem dispositionem, & denominatione intrinseca. Primo modo quilibet prædestinatus etiam si sit in statu culpæ, est ordinatus, & charus vel acceptus ad vitam æternam. Secundo autem modo est charus, & acceptus ad vitam æternam, qui in se habet vt sit dignus vita æterna, & qui habet vt sibi vita æterna debeatur. Sic videmus in humanis, quòd pater habet filium nequam, & indignum, acceptum ad hæreditatem suam, qua tamen ipse non est dignus.

¶ Nota secundò, quòd ratione communi, & fide tenemus, ꝙ voluntas sine habitu charitatis non potest in actū diligendi Deū, secundùm illam conditionem actus, qua est formaliter meritorius, & dignus vita æterna. Potest autem voluntas sine habitu in omnem substantiam actus secundùm speciem naturæ, in quā potest cum charitate; vt ad longū post D.S. ostendit Capreolus vbi iam in principio solutionum, contra primam conclusionem. Et de hoc concordat Scotus eadem dist. 1.

¶ Nota tertiò, quòd Sco. ibidem in responsione principali de hac materia, ita dicit. Deus de potentia absoluta bene potuisset acceptare naturam beatificabilem, acceptione speciali prædicta, existentem in principijs naturalibus: & similiter actum eius ad quem esset inclinatio eius merè naturalis, potuisset acceptare vt meritorium; sed non creditur ita dispositisse, quòd naturam puram vel actus eius sic acceptet, quia actum ex puris naturalibus esse meritorium appropinquat errori Pellagij. Ideo verisimilius creditur, quòd acceptet naturam, & actum eius, tanquam meritoriam per habitum supernaturalem. Et postea. Quantum igitur ad illum articulum, non est necessarium ponere habitum supernaturalem gratificantem, loquendo de necessitate, quæ respicit potentiam Dei absolutam, præcipuè cum possit date beatitudinē sine omni merito præcedente, licet sit necessarium (loquendo de necessitate, quæ respicit potentiam Dei ordinatam) quam ordinationem colligimus ex scriptura, & ex dictis sanctorū, vbi habemus, quòd peccator est indignus vita æterna, & iustus dignus. Hæc ille. Et argumenta pro isto modo dicendi habet Capreolus vbi iam contra secundam conclusionem. Dico autem iuxta distinctionem præmissam, quòd verum est, quòd homo sine gratia potest esse gratus, & acceptus ad vitam æternam denominatione extrinseca. Nec aliquod donum creatum est ratio illius acceptationis, sed è contra. Sed si Scotus intelligat, quòd homo vel actus eius sit dignus, & meritorius vitæ æternæ, negat dictū suū; quia quamuis posset creaturam beatificabilem acceptare in puris naturalibus constitutam ad vitam æternam, tamen ipsa non est formaliter digna taliter nuda, sicut habet Capreolus exemplum de corpore, quod si nec esset graue, nec leue, nec de materia cœlesti, tale posset quidem perpetuò sursum detineri, nec tamen hoc esset suæ nnturæ proportionatum, nisi daretur sibi natura grauis aut leuis. Et præterea licet Deus liberè velit huic gratiam vel charitatē, tamen ipsa habita, est formaliter dignus amore speciali glorificatiuo.

¶ Et dicimus contra Alfonsum, quòd quamuis Deus nihil absolutè necessariò velit, nisi suam bonitatem; tamen existentem in charitate, & gratia necessariò diligit ex suppositione, ita quòd sicut habens albedinem modo informatiuo, & naturali est necessariò album, nec aliter fieri potest, ita habens gratiam vel charitatem est necessariò gratus formaliter, id est dignus amore Dei speciali, sic, quòd supposito, quòd aliquis sit vitiosus, Deus eum necessariò odit necessitate suppositionis. Ita suppositā gratia, ꝙ est quædam participatio Diuinæ naturę, Deus eam, & hominem necessariò diligit necessitate suppositionis. Nec est differentia inter charitatem formaliter inhærentem, & albedinem, quia vtraque forma formaliter denominat. Licet enim esse gratum, & acceptatum ad vitam æternā originaliter effectiuè, sit a Diuina voluntate, & extrinsecè, tamen charitas inhærens est causa formalis, sine qua quis non potest esse formaliter intrinsecè gratus, & ipsa habita non potest non esse formaliter gratus, & dignus Dei amore secundùm præsentem iustitiam. Hæc dicta sunt post Capeeolum in primò vbi supra. Veruntamen in secundo distin. 27. & in quarto, dist. 15. q. 1. videtur satis concordare cum Alfonso, quo ad hoc, quòd actus posset fieri ex charitate, & tamen nō esse de condigno meritorius, nisi præsuppositā Dei ordinationē, qua ordinauit actum sic factum præmiandum vita æterna, & per consequens, cum de potentia absoluta. Deus aliter ordinare potuerit, non uidetur absurdum dicere, quòd actus posset fieri ex charitate, & tamen aliquis per eam non mereretur uitam æternam de condigno; quare in hoc standum videtur cum Alfonso, quòd de potentia absoluta possit Deus actum factum ex charita te non acceptare ad vitam æternam de condigno, licet habēs charitatem, & gratiam, & actus ex his factus displicere non possit, nec esse Deo non gratus. Et hæc videntur magis conformia in dicendis. quæstio. 114.

¶ Patet igitur quomodo D.S. fundamentaliter loquitur cum dicit in minore, quòd homo per sua naturalia non potest producere opera meritoria proportionata vitæ æternæ, licet enim pro operibus sine gratia productis, possit Deus dare beatitudinē sicut, & gratis; tamen opera huiusmodi non erant vita æterna digna. Et per consequens sana est conclusio D.S. hic posita. Opera itaque sine gratia facta non sunt factiua beatitudinis supernaturalis, vt de se cōstat; nec sunt meritoria, quia non digna, nec sunt proportionata. De his duobus modis consequendi finem prima parte q. 62. ar. quarto. Deinde ucm dicit.

¶ Potest tamen facere opera perducentia ad bonum aliquod homini cōnaturale, sicut laborare in agro, bibere, manducare, & habere amicum, & alia huiusmodi, vt Aug. dicit.* in tertia responsione contra Pelagianos.—

¶ Subiungit secundam partem conclusionis responsiuæ, & eā ostendit exemplariter, & confirmat auctoritate Beati Augustini clarè in littera.

¶ Et nota, quòd quia August. cum in ista materia loquitur de virtutibus, accipit eas pro virtutibus perfectis operatiuis ad salutem æternam. Ideo D.S. post ipsum loquens in ista secunda parte conclusionis non ponit expresè aliquod opus morale, sed magis opera naturalia. Veruntamen si virtus accipiatur pro virtute imperfecta, sic & potest homo sine gratia in opera virtutum acquisibilium vt patuit supra. Et posset actus virtutis acquisitæ deprehendi in hoc, quod D.S. refert ex August. quòd possit sine gratia habere amicum. Amicitia enim etiam ciuilis, vel est virtus acquisita, vel in virtute acquisita fundata, vt dictum fuit q. 26. ar. 3. De materia etiam huius ar. in de Verita. Mate. 24 ar. 14.

¶ Et confirmatur prima pars conclusionis arg. in contrariū.

¶ Circa hoc argumentum tangitur vnum de quo infra. q. 114. ar. 3. ad secundum. An videlicet stent simul, quòd vita æterna sit ex gratia, & tamen aliquis ex condigno ipsam mereatur. Et de hoc ad secundum statim, quia est ex gratia quantum ad principium, & efficaciam meredi. Ita quòd operari bonum condignū vita ęterna, est a gratia Dei, scilicet gratuita ordinatione, vt habet D.S. super Apostolum ibidem. Opus tamen ipsum sic procedens ex gratia, & Dei ordinatione est dignum uita æterna ex condigno, quia ex Diuina ordinatione, effectui priori, scilicet gratiæ, & eius bono vsui; debetur posterior, scilicet gloria.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd homo sua voluntate facit opera meritoria vitæ ęternæ, sed sicut Aug. in eodem li. dicit.* ad hoc exigitur, quòd voluntas hominis præparatur a Deo per gratiam.—

¶ Ad maiorem istam, videlicet ex quo videtur. Verum est in voluntate hominis præparata a Deo per gratiam, scilicet perfecta, & ordinata in beatitudinem. Ad minorem, vera est, si est in voluntate nostra absque concursu alterius, secus si est in voluntate adiuta, sicut etiam patuit ar. 2. ad primum, quòd homo est dominus suorum actuum, sed sub Deo saltem per generalem motionem. Negatur autem consequentia, quia homo facit voluntate sua, sed ista voluntas præparatur a Deo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Glosa * dicit Roma. 6. super illud. Gratia Dei vita ęterna, certum est uitam ęternā bonis operibus reddi, sed ipsa opera quibus redditur ad Dei gratiam pertinent, cum etiam supra dictum sit. * quòd ad implendum mandata legis secundum debitum modum per quem eorum impletio est meritoria requiritur gratia.

¶ Maior conceditur, dico tamen, quòd beatitudo tanquā merces reddetur pro meritis, quæ merita non sunt nisi ex gratia, & per gratiam. Ad minorem, verum, secundùm opera eius, sed bona, scilicet meritoria, & digna vita ęterna, & proportionata. Sed dico, quòd ex se non potest producere opera meritoria, sed tum ex Diuina ordinatione, tum ex Diuina efficacia, quę sibi gratis confertur, scilicet gratia, & charitas. Vnde redditur vnicuique secundùm opera eius, sed non tantùm vt sunt eius. excluso Deo per gratiam, sed inquantum ipse sub Deo voluntariè concurrit ad

De hoc in Capreolo i primo dist. 17. q. 1.

* Aug. li. 3. hyponosticon aliquā tulū à prin

* Aug. In loco nunc dicto.

* Glosa. est August. de grat. & lib. Arb. cap 4.

* Arti. præ.

ad huiusmodi opera facienda. Vltra, Cum igitur, &c. Verum, homo est Dominus operum suorum, ita quòd potest liberè agere vel non agere, sed semper sub Deo esse. Est enim Dominus operis naturalis, sub Deo cōmuniter agente, sed est Dominus operis meritorij sub Deo specialiter agente, scilicet præstante efficaciā merendi, & ordinante opera sic facta præmiāda vita æterna; sed non est Dominus operū meritoriorum, ita quòd ex se habeat sufficiens principium huiusmodi operum sine gratia, sed quia ipsa habita, potest secundùm eam agere vel non agere. Quare negatur consequentia, si consequens intelligitur, quòd in eius potestate, &c. quasi in ipsa ex natura habeat sufficiens principium perueniendi ad vitam æternam; sed est in eius potestate, quia potest acquirere principium perueniendi, & ipso habito potest vti vel non vti, &c.

Homo est dominus suorū operum.

¶ Ad tertium dicendum, quod obiectio illa procedit de fine homini connaturali; natura autem humana ex hoc ipso, quod nobilior est, potest ad altiorem finem perduci saltem auxilio gratiæ, ad quem inferiores naturæ nullo modo pertingere possunt; sicut homo est melius dispositus ad sanitatem, qui aliquibus auxilijs medicinæ potest sanitatē consequi, quàm ille, qui nullo modo, vt Philosophus introducit in 2. de Cęlo.—

* Arist. tex. 44. & 65.

¶ Ad maiorem, vita æterna est vltimus finis supernaturalis humanæ vitæ, & finis non factibilis, sed quem homo adiutus per gratiam potest mereri. Ad minorem, vera est fine suo naturali, sed negatur de creatura beatificabili, quòd finem supernaturalē possit consequi per naturalia; quare negatur consequentia, sed bene sequitur, quòd finem naturalem possit consequi per naturalia, sed non vitam æternam quam ponimus in visione Dei cōsistere, & eo ipso, quòd est altioris naturæ potest peruenire ad finem altiorem, sed non oportet, quòd per naturalia; quia stat finem ultimul altior natura, & peruentio ad altiorem finem ex adiutorio alterius, vt patuit etiam supra. q. 5. art. 5. ad secundum.

Vtrum homo possit se ad gratiam præparare per seipsum, absque exteriori auxilio gratiæ.

P 1. q. 61. ar. 2. ad 3. Et 2. d. 5. q. 2. ar. 1. & di. 28. ar. 4. Et ver. c. 24. ar. 15. Et quol. 1. ar. 7. Et ad Heb. c. 3. * Ar. 4. in se cūdo argumento.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd homo possit seipsum ad gtatiam præparare per seipsum absque exteriori auxilio gratiæ. Nihil enim imponitur homini, quòd sit ei impossibile, ut supra dictum est.* sed Zacha. 1. dicitur, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, nihil autem est aliud se ad gratiam præparare, quàm ad Deum conuerti; ergo videtur, quòd homo per seipsum ponit se ad gratiam præparare absque auxilio gratiæ.

¶ 2 Præterea. Homo se ad gratiam præparat faciēdo quod in se est, quia si homo facit, quod ī se est, Deus ei non denegat gratiam; dicitur enim Matth. 5. quòd Deus dat spiritum bonum petentibus se; sed illud in nobis esse dicitur, quod est in nostra potestate; ergo videtur, quòd in nostra potestate sit constitutum, vt nos ad gratiam præparemus.

¶ 3 Præterea. Si homo indiget gratia ad hoc, quòd præparet se ad gratiam, pari ratione indigebit gratia ad hoc, quod præpararet se ad illam gratiam, & sic procederetur in infinitum, quod est inconueniens; ergo videtur standum in primo ut scilicet homo sine gratia ponit se ad gratiam prępparare.

¶ 4 Præterea. Prouerb. 16. dicitur, quòd hominis est præparare animum; sed illud dicitur esse hominis, quod per se ipsum potest; ergo videtur, quòd homo p seipsum se ponit ad gratiam prępparare.

¶ Sed contra est quod dicitur Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum; si autē homo seipsum prępparare posset, nō oporteret, quòd ab alio traheretur; ergo homo non potest se ad gratiam præparare absque auxilio gratiæ.

¶ Hic consequenter D.S. inquirit de necessitate gratiæ diuinæ quo ad alium effectum, scilicet quo ad præparandum se ad gratiam.

¶ Nota autem, quòd quia gratia gratum faciens non est donum naturale, nec datur omnibus ęqualiter, sed aliquibus & aliquibus non; nec datur etiam illis, nisi ex parte eorum sit aliqua ratio, & dispositio ad gratiam, quæ non est in alijs; ita quòd homo faciat, quod in se est, quod alius non facit; ideo quæritur an talis dispositio, & prępparatio sit homini possibilis sine aliquo gratuito auxilio, vocando gratuitum auxilium vt exponetur in corpore, vnde talis præparatio nominatur; aliquod superexcedens virtutem naturæ.

¶ Respondeo dicendum, quòd duplex est prępparatio voluntatis humanę ad bonum. Vna quidem qua prępparatur ad benè operandum, & ad Deo fruendum, & talis prępparatio voluntatis non potest fieri sine habituali gratiæ dono, quod sit principium operis meritorij vt dictum est. * —— * Arti præ.

¶ D.S. vt satisfaciat quæsito, & quærenti, respōdet primò de ꝙdam alia præparatione hominis ad bonum, quàm intendat quæsitum, secundò respōdet de illa de qua intendit quæstio, ibi. Alio modo, &c. Distinguit ergo de præparatione voluntatis humanæ vel conuersione ad bonum, conformiter ad dicta in prima parte. q. 62. ar. 2. ad tertium, quòd scilicet sit duplex præparatio. Vna qua præparatur, & disponitur, vel perficitur ad benè operandū, scilicet meritoriè ad beatitudinem, & Deo fruendum, scilicet in patria; & comprehendit D.S. in isto membro distinctionis duo membra posita vbi iam in prima parte, scilicet conuersionē p dilectionem perfectam, quæ est creaturæ iam Deo fruentis; & cōuersionem, quæ est meritum beatitudinis, &c. Iuxta hoc ergo mē brum respondet tali conclusione, præparatio voluntatis ad bene operandum meritoriè, & ad Deo fruendum, non potest fieri sine habituali dono gratię, quod sit principium operis meritorij. Hanc conclusionem D.S. relinquit probatam, præsertim quo ad primam partem ex art. præce. quia humana voluntas non potest mereri aliquid sine gratia habituali gratum faciente, igitur habet per eam præparari, & perfici, &c. Aliam autem partem, scilicet quòd indigeat habituali gratia ad fruendum, relinquit notam ex supradictis. q. 5. ar. 5. & prima parte. q. 12. ar. quarto, & quinto.

¶ Nota tamen, quòd gratiæ præparatio ad merendum, & ad fruendum, scilicet immediatè perfectiuè, & non solùm meritoriè, distinguuntur non quidem specie vel numero in eodem, sed modaliter; quia præparatoria, & dispositiua ad merendum est gratia consummata, quę est cum lumine glorię, & cognitione beatifica, existentibus in intellectu. Et sub gratia consummata cōprehenditur fruitio secundùm quòd est dos, & capitur habitualiter pro charitate consummata, vt supra dictum fuit q. 4. ar. 3.

¶ Alio modo potest intelligi præparatio uoluntatis humanę ad consequendum ipsum gratię habitualis donum; ad hoc autem, quòd prępparet se ad homo ad susceptionem huius doni, non oportet prętsupponere aliquod aliud donum habituale in anima, quia sic procederetur in infinitum. ——

¶ Hic consequenter ad directè respondendum de prępparatione intenta principaliter in titulo quęstionis, eam declarat dicens, quòd alia est prępparatio voluntatis humanę ad consequēdam ipsam gratiam habitualem, quæ infra dicetur gratia gratū faciens. Talis enim gratia non datur nisi disposito, & præparato, vel dispositione, quæ est mediante sacramento vt in paruulis, vel cum hoc, dispositione, quæ est secundùm motum proprię voluntatis, de qua hic principaliter intenditur. Et subiungit secundùm hoc membrum conclusionem respon bimembrem istam. Ad hoc, quòd pręppararet se homo ad susceptionem doni habitualis gratiæ, non oportet prætsupponere aliquod aliud donum habituale in anima, sed oportet prætsupponi aliquod auxiliū gratuitum Dei interius animam mouentis, siue inspirantis bonum propositum. Huius conclusionis D.S. primò ponit, & probat primam partem, secundò secundam, ibi. Sed oportet, &c. Quo ad primam arguitur sic. Si ad susceptionem habitualis doni prætsupponeretur habituale donum, procederetur in infinitum, sed hoc est inconueniens, & impossibile; igitur illa prima pars vera. Maior patet, quia qua ratione ante illud habituale donum esset aliud, eadem ratione ante illud esset aliud, & sic in infinitum. Minor patet, quia tunc nulla esset gratia, quia in infinito nō est dare primum, & per consequens nullum. Eandem rationem habet D.S de Verit. Mate. 24. art. 1. in principio corp.

¶ Nota autem, quòd D.S. quia adhuc non determinauit quo nomine debeat appellari, sed de hoc q. 111. ideo loquitur de ista gratia sub nomine generali, quæ infra dicetur gratia gratum faciens, &c. Consequenter cum dicit.

¶ Sed oportet prętsupponi aliquod auxilium gratuitum Dei, interius animam mouentis siue inspirantis bonum propositum. His enim duobus modis indigemus auxilio Diuino, ut supra dictum est.* —— *Ar. 2. & 3.

¶ Prosequitur secundam partem dictæ conclusionis responsiuæ, quæ habet virtualiter etiam duas partes, quas primò probat ambas

ambas simul, secundò specialiter primam, ibi. Quod autem, &c. Arguitur sic pro ambabus partibus. His duobus modis, scilicet p viam motionis, & inspirationis, indigemus Diuino auxilio; igitur oportet Diuinum auxilium præsupponere susceptioni, & acquisitioni gratiæ habitualis. Antecedens patuit art. 2. & tertio. p. sertim de Diuina motione, & tamen etiam de inspiratione patet inquantum dat, & conseruat lumen intellectuale naturale, vt patuit ar. primo ad secundum. Tenet consequentia, quia si opus est in omnibus operibus nostris humanis Diuina motione, & inspiratione vel illustratione saltē, multò magis in opere, & actu, quo disponitur ad donum gratuitum supernaturale. Vnde est argumentum per locum a minori affirmatiuè, quia si indigemus in minori, & in maiori. Minus enim videtur esse necessarium auxilium Diuinum ad actus naturales, & proportionatos, quàm ad perfectionem supernaturalem. Tamen vt patebit, alia est motio illa, alia ista. Consequenter ibi.

¶ Quod autē ad hoc indigeamus auxilio Dei mouentis manifestum est. Necesse est enim cum omne agens agat propter finem, quòd omnis causa conuertat suos effectus ad suum finem; & ideo, cum secundùm ordinē agentium siue mouentium sit ordo finium, necesse est, quòd ad vltimum finem conuertatur homo per motionem primi mouentis; ad finem autem proximum, per motionem alicuius inferiorum mouentium; sic igitur cum Deus sit primum mouens simpliciter, ex eius motione est, ꝙ omnia in ipsum conuertantur secundùm communem intentionem boni, per quam vnumquodque intendit assimilari Deo secundùm suum modum, vnde Dionysius in lib. de Di. No.* dicit, quòd Deus omnia conuertit ad seipsum, sed homines iustos conuertit ad seipsum sicut ad specialem finem quem intendunt, & cui cupiūt adhærere sicut bono proprio, secundùm illud Psalm. Mihi adhærere Deo bonum est.

¶ Deducit specialiter primam particulam secundæ partis cōclusionis secundæ. s. quantum ad necessitatem motionis Diuinæ, quæ se tenet ex parte voluntatis, inspiratio enim proposita tenet se ex parte intellectus. Et circa hoc sic procedit, primò deducit quoddam fundamentale pro illa parte, secundò ex eo formar rationem, & infert hanc partem cum maiori explicatione, ibi. Et ideo, quòd &c. Fundamentum est illud. Ex motione Dei est, quòd omnia in ipsum conuertantur secundùm communem intentionem, sed homines iustos conuertit ad seipsum, sicut ad specialē finem, quem intendunt sicut bonum proprium. probatur, necesse est, ꝙ ad vltimum finem conuertatur homo per motionem primi mouentis, ad finem autem proximum per motionem alicuius inferiorum mouentium; sed Deus est primum mouens simpliciter, & vltimus finis communis omnium, & etiam specialis finis iustorum, & proprius; igitur ipse conuertit omnia, &c. Maior p batur ratione, & declaratur a simili. Ratione quidem, quæ stat in duobus fundamentis. Primum est, ꝙ omnis causa conuertit suos effectus ad suum finē, de quo supra, sicut ignis assimilat sibi aquā in calore, & ad se trahit, & est ratio, quia omne agens agit propter finem. Secundum fundamentum est, ꝙ secundùm ordinem agentium, est ordo finium. Et primum quidem fundamentum habetur etiā prima parte. q. 103. ar. 2. & habetur ex eo, ꝙ Deus omnia conuertit in seipsum habēdum in aliqua sui participatione. Ad hoc enim tendit quælibet creatura, vt Deum aliqualiter habeat, & ei assimiletur, & ipsum representer, differenter tamē cognoscentes, & non cognoscentes, vt habet D. S. prima parte. q. 6. ar. 1. ad secundum. Vnde vnaquęque appetendo propriam perfectionem etiam naturalem, per generalem motionem conuertit in Deum, quem appetit in tali perfectione. Secundum fundamētum patet de se. Ex quibus duobus suppositis, & fundamentis statim sequitur, maior, quia si causa conuertit effectum in suum finem, & prima causa in vltimū finem, sequitur, quòd Deus in vltimum finem moucat tanquàm prima causa. Declaratur secundò ista maior per exemplum de militie clarè in littera.

¶ Nota tamen, ꝙ in proposito vniuersalis motor ad bonū secundùm communem rationem, & primum mouens, & specialis motor, vel inferior, est Deus ipse, qui ad seipsum omnia conuertit vt est finis omnium rerum; est autē specialis motor vt mouet ad seipsum vt est specialis finis gratuitus, & supernaturalis. Et primum fit per generalem motionem, secundum autem per specialem motionem gratuitā. Minor supponitur de se nota. Quare sequitur fundamentum prædictum, & exponit D. S. primam partem eius, quid videlicet sit mouere in Deum secundùm communem intentionem boni, quia scilicet vnumquodque mouetur p generalem motionem ad assimilationem Dei secūdùm modum suum. s. in appetendo perfectionem suam naturalem sibi proportionatam. Et confirmat illam partem primam per auctoritatem B. Dionysij, quia Deus omnia, scilicet entia in se conuertit, vt est principium naturalis esse, & perfectionum naturalium, &c.

¶ Deinde ponit secundam partem fundamenti, quam confirmat ex Psal. Et iustos conuertit ad seipsum tanquàm specialē finem. s. gratuitum. & beatificatiuum supernaturaliter, & ad se tāquam iustificatorem per gratiam, & auctorem salutis supernaturalis; vt enim supra patuit. Deus est finis omnium, aliter quā creaturæ rationalis, quia creaturæ irrationales consequuntur Deū in sua participatione, sed rationalis consequitur eum in ipso clarè visum, & habitum; ergo dicit ista pars, ꝙ est specialis finis, vt tñ illa specialitas magis determinet modum, quàm rem. Est enim vnus finis omnium, sed alio modo istarū creaturarū, vt dictū est.

¶ Nota tamen circa istud fundamentum, ꝙ Deus omnia in se conuertit secundùm communem intentionē boni, idest inquantum commune bonum omnium in suis participationibus. Conuertit quoque iustos ad se, sed alia conuersione, & motione. Prima enim est motio, & conuersio generalis, quia per communem influentiam vnaquęque res tendit in suam perfectionem ex appetitu alterius, & ex hoc ipso tēdit, & mouetur in Deum, ita ꝙ ad illud moueri in Deum, sufficit appetitus naturalis a Deo collatus cum generali motione, de qua ar. primo dictum est. Sed iusti mouentur in Deum vt specialem finem motione speciali; quod ex eo pater, quia vnus mouetur, alius nō vnus sufficienter, & nō efficaciter, alius vtroque modo.

¶ Nota autem pro intellectu huius, post Capreolum, quòd ista specialis motio est, qua Deus iustum iuuat, non solùm partialiter substantiam actus coefficiendo, & virtutem operatiuam conseruando, qua motione concurrit ad omnes actus cuiuscumq; creati; sed faciendo ipsam voluntatem partialiter concurrere; ita ꝙ causet, & velit specialiter mota, & applicata, & dulciter tracta, p prævenientem Dei motionem, absque tamen coactione vel violentia. secundùm quòd D. S. dicit in de Verita. Mate 22. ar. 8 & 9. Vnde est alia motio ex parte hominis, qua mouetur generaliter & alia qua mouetur specialiter, ita ꝙ secunda dicat aliquem effectum in homine. s. illum actum sic causatum. Sed tamē in Deo nullam diuersitatem ponit, sed dicit suam essentiam vel voluntatem sic causantem, sicut nec per quascumque effectuum diuersitates arguitur diuersitas in Deo. Patet igitur quomodo differenter mouet Deus omnia ad se, vt est communis finis, & vt est specialis finis. Deinde cum dicit.

¶ Et ideo, quòd homo conuertatur ad Deum, hoc nō potest esse nisi Deo ipsum conuertente; hoc autem est præparare se ad gratiam quasi ad Deum conuerti; sicut ille qui habet oculum euersum a lumine solis, per hoc se præparat ad recipiendum lumen solis, quòd oculos suos cōuertit versus solē; vnde patet, ꝙ hō nō pōt se p parare ad lumen gratiæ suscipiendum, nisi per auxiliū gratuitum Dei interius mouentis.

¶ Format rationem pro secunda parte secundæ conclusionis ex præcedenti fundamento. Et arguitur sic. Quòd homo cōuertatur ad Deum, hoc non potest esse, nisi Deo ipsum conuertente, præsertim sicut ad specialem finem; sed ad Deum conuerti est se præparare ad gratiam, igitur homo nō potest, &c. vt in fine cor. Maior est manifesta ex secūda parte prædicti fundamenti, & sequitur clarè ex ea. Minor declaratur exemplariter per similitudinem in corporalibus de conuersione ad solem, quæ est se præparare ad lumen eius suscipiendum, &c. ¶ Nota tamen, ꝙ qualis debet esse conuersio in Deum magis infra habetur. q. 113. quia debet per fidem tenderein Deum iustificantem, & eius iustitiam, & simul etiam detestando peccatum, Vide de hac parte D. S. in de veritate vbi supra; & aliam rationem specialem habet, quòd homo ad gratiam se non possit præparare nisi adiutus, & motus p Diuinum auxilium gratuitū interius mouens, quia nō qualiscūque motus voluntatis est sufficiens præparatio ad gratiam, sicut nec qualiscumque dolor sufficit ad remissionē peccati, sed oportet esse aliquem determinatum motum, qui quidem homini nō tus esse non potest, cum etiam ipsum donum gratiæ cognitionē hominis excedat. Non enim potest sciri modus præparationis ad formam, nisi forma ipsa cognoscatur. Quandocumque autē ad aliquod faciendum requiritur aliquis certus modus operationis operanti ignotus, operans indiget gubernante, & dirigente. Vnde patet, quòd liberum arbit. non potest se ad gratiam præparare, nisi ad hoc diuinitus dirigatur, hæc ille. ¶ Nota etiam verbum D. S. circa finem cum dicit, nisi per auxilium gratuitum, per quod intelligit specialem motionem. Non enim potest intelligi donū habituale ex intento ar. Intelligitur igitur actuale auxilium, & non nisi speciale. Isto autem termino vsque huc non est vsus, sed semper in præcedentibus dixit de Diuino auxilio. Quare cū supra locutus fuerit de Diuino auxilio, intellexit generale motionem, hic autem specialem, quia illa motio est ad bonū supernaturale

naturale, qđ homo nō potest nisi specialiter adiutus, secus de bono proportionato, &c. ¶ Nota quoq; ꝙ quia ex parte hoīs, requiritur vt dictū est, præparatio, posset esse dubium, an ne illa præparatio deberet dici aliquale meritum gratiæ. Sed de hoc infra magis vbi determinabitur, ꝙ homo nō pōt mereri primā gratiā, vn dē ſm Capreo. in quarto d. 14. ad argumēta Henrici. ſm vltimā D. S. determinationē; quamuis ante gratiā gratū facientē requirātur in hoīe præsertim adiuto actus quibus se ad gratiā p̄parāret, illi tñ actus debent dici dispositiones respectu gratiæ, nō autē vsso modo merita nec congrui nec condigni, nisi valde improprie diceretur meeita congrui. D. S. tñ in secūdo d. 27. q. 1. art. 4. ad 4. vī dicere, ꝙ aliquis possit mereri primā gratiā ex congruo, sed accipit meritum impropriè, eo modo quē ponit in de virtutibus. q. 1. ar. 1. ad secundum. Scotus etiam in quarto. di. 14. in quarto principali dicit motū dispositiuū ad primā gratiā esse meritū congrui, Vide ibidem in Capreolo, quia illa præparatio ad gratiā vel dispositio, non est pure negatiua. ſ nō rebellare, immo est positiua, & maior, & minor in diuersis, &c. ¶ Nota præterea, quia & aliud dubiū hic esse pōt. Cū homo se nō possit ad gratiam ex se p̄parare, nec istā præparationē possit mereri, nec acquirere p se quouis modo. An si nō a Deo præparatur, & disponitur, sit a peccato nō habitionis gratiæ tempore debito excusatus. De hoc vide. 4. contra Gentiles c. 159. quia non est excusatus, quia per seipsum potest p̄stare, & p̄stat impedimentum, & vt supra tactū fuit, impotētia, q̄ est ex nō concursu primi agentis, nō excusat, cū sit semper propter aliquā culpam ad minus originalem, &c.

ARGVMENTVM in contrarium est pro secunda parte secundæ conclusionis respon. quia non potest se homo præparare absq; auxilio gratiæ, vt per gratiā intelligatur gratuita Dei motio prævenie ns liberum arbitrium, ad quam iuxta modum D. S. in quarto voluntas, & liberum arbitrium se habet vt pedisse qua. Vnde, & ibidem s. in quarto d. 17. q. 1. ar 3. q. 2. ad primum, exponit auctoritatē Ioan. hic allegatam, ꝙ tractio illa de qua dominus loquitur, non importat coactionem, sed inductionem, vel adiutorium ad benè operandum. Et hoc D. S. latius deducit in tertio contra Genti. ca. 158 vbi ostendit per auxilium gratiæ hominem non cogi ad virtutem, &c.

¶ Ad primū ergo dicendū, ꝙ cōuersio hoīs ad Deū fit quidē per liberū arbitriū, & secundū hoc homini p̄cipirur, ꝙ se ad Deū conuertat; sed liberū arbitrium ad Deū conuerti non potest nisi Deo ipsum ad se conuertente, secūdū illud Hieremiæ 31. Cōuerte me, & cōuertar, quia tu dñs Deus meus, & Trenorum vltimo. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur.

¶ Ad maiorem, patuit ar. 4. ad 2. Si intelligitur, ꝙ nihil imponitur homini, quod sit ei impossibile ex propria natura, negat; si autem intelligitur, ꝙ nihil præcipitur ei, quod sit sibi impossibile absolutè, etiam cum auxilio Dei, conceditur; quod quidem auxilium nulli deest nisi propter culpam suam. Ad minorem, concedo, quòd hoc habetur Zachariæ primo, sed præcipitur, ꝙ nos conuertamur ad Deum, quia hoc facere possumus, sed non sine Diuino auxilio. Subsumpta conceditur, & patuit circa finē corporis. Sed negatur consequentia, si consequens intelligitur per auxilium gratiæ, gratuita Dei motio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nihil homo potest facere nisi a Deo moueatur, secundùm illud Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere; & ideo cum dicitur homo facere, quod in se est, dicitur hoc esse in potestate hominis secundùm quòd est motus a Deo.

¶ Maior vera, si faciat quod in se est efficaciter. Et aliqui dicerēr, ꝙ illud facere qđ in se est, esset meritū cōgrui gratiæ, qđ meritū congrui consistit in hoc, ꝙ si homo faciat, qđ in se est, Deus etiam facit, quod in se est. Ad minorem, si intelligitur, ꝙ illud in nobis dicitur esse, quod est in potestate nostra excluso auxilio Diuino: negatur, vt enim patuit ar. 2. ad primum. Nihil est in potestate hominis etiam naturale siin in virtute Dei ad minus generali motione, & si sit gratuitum, non est sine auxilio gratuito. Ad consequens, verum est in potestate nostra, quia possumus, sed nō quia ex nobis tñ possumus. &c. Nota D. S. in quarto, vbi supra statim ar. 2. vbi notat quid sit facere, quod ī se est. Vnde dicit post cætera, vnde relinquitur, ꝙ in ipsa voluntate sit appropinquare Deo p affectū, & desiderū, & ordinari ad gratiā p remotionē impedimenti, quod quidē impedimētū est peccatū. Et ideo p displicentiā peccati, & affectū ad Deū se aliquis ad gratiā præparat, & qñ hæc duo efficaciter facit, dī facere, qđ in se est, & gratiā recipit, hæc ille. Ex quibus patet quid sit facere, qđ in se est. s. moueri in Deū p amorē, & spem atq; fidem, & contra peccata per detestationem, & habere propositum emendę. Vnde D. S. in de Veri, Mate. 28. ar. 5. dicit. Sed super hoc in iustificatione impii requiritur. quòd conuertatur ad detestationem peccati; sicut autem conuersio in Deum fit per hoc, quòd cognoscit homo Deum per fidem, & eum amat, & gratiam desiderat siue sperat; ita oportet, quòd conuersio liberi arbitrij in peccatum sit per hoc, quòd homo se peccatorem recognescit, quod est humilitatis, & peccatum præteritum detestetur vt pigeat feciſſe. & iterare non velit, hæc ille. Vnde patet qualis sit motus, & in quæ sit, qui dicitur facere, quod in se est. Et patet quoque, quòd homo non potest facere, quod in se est, nisi adiutus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa obiectio procedit de gratia habituali, ad quam requiritur aliqua præparatio, quia omnis forma requirit susceptibile dispositum; sed hoc, quòd homo moueatur a Deo, non præexigit aliquam aliam motionem, cum Deus sit primū mouens, vnde oportet abire in infinitum.

¶ Ad assumprum dico, quòd homo indiget gratia. i. gratuita motione, ad hoc, quòd se præparet ad gratiam habitualem. Et rō est, quia omnis forma requirit dispositionem in subiecto. Sed dico secūdò quòd homo non indiget gratia, quæ præueniat, & disponat ad gratiam. i. gratuitā motionem. Et ratio est, quia ad motionem primi mouentis non oportet præsupponere aliquā aliā motionem, quia eo ipso, quod est mouens primum, actio sua p̄cedit omnem aliam actionem, & motum, & ipsa nullam motionem præsupponit. Vltra, pari ratione, &c. Verū, si indigeret gratia habituali ad præparandum se ad gratiam habitualem, qa illę sunt eiusdem rationis, & qua ratione vna præsupponeret dispositionem habitualem, eadem ratione, & alia. Sed negatur, quòd si gratia habitualis præsupponit gratuitam motionem, quòd etiam illa gratuita motio præsupponat aliam motionem, quia motio vt dictum est primi mouentis, nullam motionem præsupponit, sicut nec primum agens, aliud agens se prius, Vltra, Et sic procederetur, &c. verum, si præsupponeretur gratia habitualis, sed non si habituali præsupponitur gratuita Dei motio, sicut nos diximus in cor. Vltra, ergo, &c. Si intelligitur, quòd standum sit in primo ad hunc intellectū, quòd homo sine gratia. i. gratuita Dei motione possit se ad gratiam habitualē p̄parare, negatur; si autē intelligitur, ꝙ possit se præparare sine gratia habituali, conceditur. Et sic probat hæc ratio primam p̄rtem secundæ conclusionis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd hominis est præparare animum, quia hoc facit per liberum arbitrium, sed tamen hoc non facit sine auxilio Dei mouentis, & ad se attrahentis vt dictum est.*

¶ Maior conceditur, quòd hominis est p̄parare, sed non ex seipso tantùm, sed hominis moti, & adiuti per Deum, est se efficaciter præparare ad gratiam Dei. Ad minorem dico, quòd dicitur esse hominis ꝙ per seipsum potest non solū per seipsum, sed etiam quod potest cū auxilio Dei. Vnde & negatur, quòd aliquid dicatur esse hominis, quia posit per seipsum excluso Deo, sed semper sub motione Diuina generali vel speciali, vt patuit, quare negatur consequentia, quia malè subsumitur ad verum intellectum maioris. Hominis enim est præparare, quia hoc liberè, & p liberum arbitrium facit, sed non quia solùm ex lib. arbi. & ita in illa præparatione includitur, & lib. arbi. & auxilium Dei; quare minor malè subsumitur.

Vtrum absque gratia, homo possit resurgere à peccato.

Q

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd homo possit resurgere a peccato sine auxilio gratię, illud enim, quod præexigitur ad gratiam fit sine gratia, sed resurgere a peccato prę exigitur ad illuminationem gratię, dicitur enim ad Eph. 5. Exurge à mortuis, & illuminabit te Christus; ergo homo potest resurgere a peccato sine gratia.

¶ 2 Pręt. Peccatum virtuti opponitur sicut morbus sanitati, ut supra dictum est. * sed homo per virtutem naturę potest resurgere de ægritudine ad sanitatem sine auxilio exterioris medicinę, propter hoc, quòd intus manet principium uitę a quo procedit operatio naturalis; ergo videtur, quòd homo simili ratione posit reparari per seipsum, redeundo de statu peccati ad statū iustitię absque auxilio exterioris gratię.

¶ 3 Pręt. Quęlibet res naturalis potest redire ad actū conuenientē suę naturę, sicut aqua calefacta per seipsam redit ad naturalem frigiditatem, & lapis sursum p̄iectus per seipsum redit ad suum motum naturalē; sed peccatum est quidam actus contra naturam, vt patet per Damasce. in 2. li. * ergo videtur, quod homo posit per seipsum redire de peccato ad statum iustitię.

¶ Sed

Infra q 113. arti. 2. & q. 114. ar. 2. co. Et 2. 2. q. 137. ar. 5. ad 3. Et 3. q 36. ar. 3. c. Et 2. dist. 20. q. 2. ar. 3. ad 5. & d. 28. arti 2. cor. Et 3. cōtra c. 157. & li. 4. cap. 72. prin. Et ver. q. 24. arti. 1. adio. & 12. & q. 28. ar. 2. *. q. 71. ar. 1.

* Ortho. li. cap. 30.

¶ Sed cõtra eſt, qđ Apoſtolus dicit ad Gal. 2. *Si data eſt lex, q̃ põt iuſtificare, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt, i. ſine cauſa*, pari ergo rõne ſi hõ habet naturã p quã põt iuſtificari, Chriſtus gratis. i. ſine cauſa mortuus eſt; ſed hoc eſt incõueniẽs dicere, ergo nõ põt hõ p ſeipſum iuſtificari, ideſt redire de ſtatu culpæ ad ſtatum iuſtitiæ.

¶ Poſtquã oſtẽſa eſt neceſſitas gratiæ ad benẽ agẽdũ, hic oſtẽditur neceſſitas eiuſdẽ ad vitandũ malũ, & primò quantũ ad malum præteritum, ſecundò quantum ad malum futurũ, ar. ſequẽti.

¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ homo nullo modo poteſt reſurgere a peccato p ſeipſum ſine auxilio gratiæ. Cũ eñ peccatũ trãſiẽs actu remaneat reatu, vt ſupra dictum eſt.* non eſt idem reſurgere a peccato, quod ceſſare ab actu peccati; ſed reſurgere a peccato eſt reparari hominem ad ea, quæ peccando amiſit. ——— P q. 87. ar. 6.

¶ D.S. rñdet tali cõcluſione quã ponit in principio cor. & in fine reſumit explicatã. Homo nullo mõ põt reſurgere peccato p ſeipſum ſine auxilio gratiæ, & quãtũ ad habituale donũ, & quãtũ ad interiorẽ Dei motionẽ, & vult iſta cõcluſio, ꝙ ad hoc, ꝙ hõ reſurgat a peccato, oportet adeſſe gratiã duplicẽ de qua dictum eſt ar. præce. ſ. habituale donũ ſanãs, & actuale auxiliũ gratuitũ. Probat concluſio, nõ eſt idẽ reſurgere a peccato, quod ceſſare ab actu peccati; ſed reſurgere a peccato eſt reparari hoiem ad ea, q̃ peccãdo amiſit; ſed hõ nõ poteſt reparari ad ea, q̃ peccãdo amiſit niſi p gr̃am Dei habitualẽ, & gratuitã motionẽ igit̃ cõcluſio vera. Huius rõnis D.S. primò ponit, & ꝓbat maiorẽ, ſecũdò ſubiũgit ꝓbationẽ minoris ſuppletę, ibi. Incurrit autẽ, &c. Maior ergo patet ex fundamẽto ſupra habito, qa peccatũ trãſiẽs actu manet reatu, & ergo ceſſante actu adhuc manet aliqd peccati. ſ. aliquis effectus tenẽs ſe ex parte auerſionis; quare ſequit̃, ꝙ reſurgere a peccato eſt liberari ab oĩ defectu ex peccato inducto. Et ꝓ declarõne huius maioris, & eius ꝓbationis nota, q̃ ponit D.S. in de Ve. Ma. 28. ar. 2. vbi dicit; cũ in peccato ſint duo. ſ. auerſio, & cõuerſio, remiſſio, & detẽtio peccati non reſpiciũt cõuerſionẽ, ſed magis auerſionẽ, & id, qđ auerſionẽ ſequit̃, & ideo cũ aliqs deſinit hr̃e volũtatẽ peccãdi, nõ ex hoc ipſo eſt ſibi pectatũ remiſſum, etiã ſi in cõtraria trãſeat volũtatẽ, vñ Aug. in li. de nupti. & cõcupi. &c. Secundũ hoc ergo peccatũ remitti dr̃, ꝙ auerſio, & ea, q̃ cõſequũtur eã ex actu peccati ꝑteriti cõſequẽs ſanat̃, hæc ille. Ex q̃bus patet, ꝙ cũ D.S. hic dicit, ꝙ peccatũ manet reatu, cõprehendit ſub reatu oĩa, q̃ cõſequunt̃ peccatũ ex parte auerſionis. ſ. maculã, & offenſam, &c. & idẽ eſt log de remiſſione peccatorũ, & reſurgere a peccato. ¶ Nota autẽ diligenter pondus maioris cũ dicit reſurgere a peccato eſt hominẽ reparari ad ea, quæ peccãdo amiſit. ſ. etiam dilectionem Dei ſpecialem, & acceptationem ad vitã ęternã; quare, & ſi Scotus in 4. d. 1. ſecũda parte diſtinctionis teneat, quòd de potentia Dei abſoluta poſſit deleri ſine gratia quantum ad offenſam, nullo tamen modo poteſt teneri, quòd homo poſſit reſurgere a peccato quantum ad omnia, quæ peccando amiſit niſi mediante gratia etiam habituali, ſed de hoc ſtatim magis, & etiam infra q. 113. arti. 2. Tunc ibi.

¶ Incurrit autẽ hõ triplex detrimentũ peccando, vt ex ſupra dictis patet. *. ſ. maculã, corruptionẽ naturalis boni, & reatũ pœnę. Maculã quidem incurrit inquantũ priuatur decore gratiæ ex deformitate peccati. Bonum autem naturæ corrumpitur, inquantum natura hoĩs deordinatur volũtate hoĩs Deo nõ ſubiecta, hoc eñ ordine ſublato conſequẽs eſt vt tota natura hoĩs peccantis inordinata remaneat. Reatus verò pœnę eſt p quẽ homo peccando mortaliter meretur damnationẽ ætrnã. ——— * q. 85. q. 86 q. 87.

¶ Probat minorẽ ſic, homo peccãdo incurrit triplex detrimẽtũ. ſ. maculã, corruptionẽ naturalis boni, & reatũ pœnę; ſed nullũ horũ poteſt reparari niſi p Deũ. ſ. mediãte gratia, igit̃ minor principalis vera. Huius ꝓbationis ponit primò maiorẽ, ſecũdò minorẽ, ibi. Manifeſtum, &c. Iſtã ergo maiorem D.S. relinquit, ꝓbatãex ſupra dictis q. 85. 86. 87. Et declarat maiorem ꝓ ſingulis partibus & patet explicatio illarũ partium ex ſupra dictis. ¶ Et nota, ꝙ in detrimentis cõputatur macula, & priuatio gratiæ, quã conſtat p nullã potentiam poſſe pelli niſi p gratiæ nitorem, ſicut nec cecitas niſi p collationem viſus, & hoc nec de potẽtia abſoluta, quare peccator nullo modo poteſt reparari quo ad amiſſa ſine gratia, quod eſt reſurgere a peccato. Deinde cum dicit.

¶ Manifeſtũ eſt autẽ de ſingulis horũ triũ, ꝙ nõ poſſunt reparari niſi p Deũ. Cũ eñ decor gratiæ ꝓueniat ex illuſtratione Diuini luminis, nõ põt talis decor in aĩa reparari niſi Deo denuo illuſtrãte; vnde reqr̃it̃ habituale donũ, qđ eſt gratiæ lumen. Similiter ordo naturæ reparari nõ poteſt vt. ſ. voluntas hominis Deo ſubijciatur niſi Deo voluntatem hominis ad ſe trahẽte, ſicut dictũ eſt.* Similiter etiam reatus pœnæ æternæ remitti nõ poteſt niſi a Deo in quem eſt offenſa commiſſa, & qui eſt hominũ iudex, & ideo requiritur auxiliũ gratię ad hoc, ꝙ homo a peccato reſurgat, & quantum ad habituale donum, & quantum ad interiorem Dei motionem. — * Arti. præ.

¶ Subiũgit minorem ꝓ minore principali, & eã probat iuxta tres partes eius, & pro prima parte. ſ. ꝙ macula, & priuatio Diuini decoris non poſsit reparari niſi p gratiam, qa decor gratiæ ꝓueniat ex illuſtratione Diuini luminis; ſed talis illuſtratio non eſt niſi a Deo denuo illuſtrante per gratiæ lumen; ergo iſta pars minoris vera; & eſt fundamentum huius partis, qa macula nõ tollitur niſi per gratiam, q̃ eſt a ſolo Deo, ergo, &c. Pro ſecunda parte arguitur ſic, ordo naturæ conſiſtit principaliter in hoc, ꝙ voluntas hoĩs Deo ſubijciatur, ſed hoc nõ fit niſi a Deo trahente, ergo, &c. Maior patet ex dictis. Minor patuit ar. 6. ſed ex illa parte habet̃, ꝙ opus eſt auxilio Diuino, qa ad hoc, ꝙ volũtas, q̃ inhæret creaturæ vt fini, conuertat ſe ad Deũ vt bonũ ꝓpriũr & fineni, requiritur motio gratuita, vt longius deducit D.S. in de Veri. vbi iam in cor. Tertia pars ꝓbatur ſic, reatus pœnæ non poteſt dimitti niſi ab eo in quem peccatur, præſertim ſi ſit ſupremus iudex, ergo, &c. De iſto antecedẽte vide ī 2. 2. q. 67. ar. 4. Nota añt, ꝙ clarũ quidẽ eſt, ꝙ reatus pœnæ ęternæ; nõ remittitur niſi a Deo, ſed an poſsit remitti a Deo ſine gratia habituali, eſt quæſtio apud Scotum, de potentia Dei abſoluta ſicut & de offenſa; vult enim vbi ſupra, ꝙ per hoc, ꝙ Deus non vult vindicare culpam iſtam, ad quod velle non vindicare, non requiritur aliqua gratia. Sed de hoc dicitur, ꝙ nec reatus perfectè dimitti põt ſine gratia. De hoc D.S. in de Veri. vbi ſupra in fine cor. Reatus inquit peccati nõ ſolũ eſt obligatio ad pœnã ſenſibilem, ſed præcipuè ad pœnam dãni quæ eſt carentia gloriæ. Vnde hic reatus non tollitur, quamdiu non datur homini vnde poſsit ad gloriam peruenire, hæc autẽ eſt gratia, & ideo ſine gratia remiſsio peccatorum fieri non poteſt, hæc ille. Ex quibus patet, ꝙ reatus non dimittitur niſi hõ habeat iterum vt ad gloriam poſsit peruenire, quod vtiq; nõ eſt ſine gratia, vt Scotus fatetur; quare ſequitur, ꝙ quãuis de potẽtia Dei abſoluta Deus poſsit ſine gratia aliquem velle non eſſe obligatũ ad pœnam ſenſus, ſed ꝙ ſine gratia omnino tollatur reatus pœnę damni, ſic ꝙ gloria ſibi debeatur, non eſt poſsibile, etiam de potentia abſoluta. Ex quibus ſequitur, ꝙ cõuenienter dicit cõcluſio poſita in principio litterę, ꝙ nullo mõ ꝑt reſurgere a peccato &c. credo eñ, ꝙ nec de potentia Dei abſoluta poſſit hõ reſurgere ab omnibus detrimentis, q̃ peccando incurrit, ſine gratia. Et de hoc infra q. 109. ar. 2. ſpecialiter de offenſa. Scotus eñ nimis ſuꝑficialiter loquitur de remiſsione offenſæ. ſ. ꝙ velle non eſſe obligatũ ad pœnam ſenſus præſertim. Sed D. S. loquitur de perfecta reconciliatione, & pace atq; amicitia, & beniuolẽtia ſpeciali, qua Deus iterum aliquem acceptat ſpecialiter ad beatitudinem, & talis nõ fit ſine gratia, ſed de hoc infra. Patet igitur, quòd loquendo de perfecta remiſſione, & reſurrectione a peccato, per quam homo recuperat perdita, quòd non poteſt fieri ſine gratia habituali, & actuali. Vide de his Capreolum in quarto d. 1. q. 2. ad argumenta Scoti contra ſecundam concluſionem, vbi diſſoluit argumenta Scoti, qui nititur probare remiſsionem peccati ꝑſertim originalis poſſe fieri ſine gratia, & reſtringit ſe Capreolus ad potentiam Dei ordinatam. Ego autem puto, quia loquendo de deletione culpæ eo modo quo D.S. loquitur hic, & infra, ꝙ nec de potẽtia Dei abſoluta remitti poſsit, & deleri niſi per gratiam, quod etiam patet ex D.S. in de Ve. vbi ſupra ſtatim. Oportet enim aduertere, qa D.S. loquitur de remiſsione peccati qua peccator redit in ſpecialem amorem Dei, & eſt gratus, & acceptus ad beatitudinem, & ipſa dignus. Puto tñ, ꝙ ſi res benè aduertatur, quia non ſit cõtrouerſia inter D.S & Scotum, quia D.S. propriè loquitur de perfecta remiſsione, & deletione omnium, quæ homo peccando incurrit detrimenta. Scotus autem ſolùm de remiſsione reatus præſertim quo ad pœnam ſenſus, &c. An reatus ſine gratia poſſit remitti. Capreolus Propria opinio.

ARGVMENTVM in contrarium eſt pro concluſione reſponſiua, nam idem eſt ſecundùm rem iuſtificatio, & reſurrectio a peccatis; & quia non poteſt ex natura ſua iuſtificari, immo opus eſt gratia gratum faciente, & gratuita motione, ideo & ad hoc, quòd homo a peccatis reſurgat; & de illa auctoritate Apoſtoli aliquid dictum fuit ſupra q. 103. ar. 2. in argumento in contrarium, de iuſtificatione tamen infra.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illud indicitur homini, qđ ꝓtinet ad actũ liberi arbitrij, qui requiritur in hoc, ꝙ homo a peccato reſurgat; & ideo cum dicitur, Exurge, & illuminabit te Chriſtus, non eſt intelligendũ quòd tota exurrectio a peccato præcedat illuminationem gratiæ, ſed quia cum homo per liberum arbitrium a Deo motum ſurgere conatur a peccato, recipit lumẽ gratiæ iuſtificantis. ———

¶ Ad

¶ Ad maiorem vera præſertim ſi præexigitur prius tempore. Dico tamen, quòd eſt duplex gratia, vt dictum eſt, ſcilicet gratuita motio, & gratia iuſtificans; & gratuita motio præcedit gratiam iuſtificantem, & illuminantem. Ad minorem, ſi intelligitur, ꝙ perfecta, & tota reſurrectio præcedit illuminationẽ quæ eſt per gratiam, negatur. Sed intelligitur, quòd motus liberi arbitrij in Deum, & contra peccatum quo homo facit, quod in ſe eſt, præcedat iuſtificationem per gratiam habitualem, & tamẽ hunc motum præcedit gratuita motio. Oportet enim aduertere, quòd ad totam reſurrectionem requiritur motus lib. arbi. recedens de bono commutabili, & conuertens ſe ad bonum incommutabile, & talis motus plerumq; prius tempore fit ante illuminationem per gratiam; ſed talis motus non eſt totum, quod requiritur ad reſurrectionem a peccato, quia adhuc non eſt deleta macula nec remiſſus reatus pœnę ęternæ damni, & ſenſus; ideo tota reſurrectio a peccato non fit ſine gratia etiam habituali, licet habeat initium ſine gratia habituali, non tamen ſine gratuita motione, & hæc D.S. vult in ſolutione; quare negatur conſequentia, quia in hoc, quòd homini præcipitur, vt ſurgat, præcipitur ei, quòd ſe conuertat ad Deum cum tamen gratuita motione, & per hanc conuerſionem diſponit ſe ad gratiam iuſtificantem, per quam perfectè ſurgit. Vnde Doc. San. ſuper Apoſtolum ibidem dicit, quòd ad iuſtificationem impij duo requiruntur, ſcilicet liberum arbitrium cooperans ad ſurgendum, & ipſa gratia; & certè hoc ipſum habet liberum arbitrium a gratia præueniente, & poſtea meritorię operari a gratia ſubſequente, vnde dicitur Trenorum vltimo. Conuerte nos Deus, & conuertemur, hæc ille, & vult idem, quod hic, quia videlicet motus liberi arbi. præcipitur, quem homo habet a gratia præueniente, ſcilicet actuali motione, & poſtea illuminatur per gratiam iuſtificantem, & ſubſequentem. De iſta diſtinctione gratiæ infra ex intentione &c.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd naturalis ratio non eſt ſufficiens principium huius ſanitatis quę eſt in homine per gratiam iuſtificantem; ſed huius principium eſt gratia quæ tollitur per peccatum; & ideo non põt homo per ſeipſum reparari, ſed indiget, vt denuo ei lumen gratiæ infundatur; ſicut ſi corpore mortuo reſuſcitando denuò infunderetur anima. ———

¶ Maior conceditur ad ſenſum ſupra dictum q. 71. artic. 1. Ad minorem, placet mihi, quia quandoque ita eſt, natura præſertim exiſtente integra, vt patuit ad tertium; & ratio eſt, quia ſanitas eſt actus proportionatus ipſi naturę, & quia intus manet principium vitę; ſed ſic non eſt in iuſtificatione, & reſurrectione a peccato; tum quia gratia reparans peccatorem eſt actus, & forma ſupernaturalis, & ad eam eſt homo non in potentia actiua naturali etiam receptiua, ſed tantũ obedientiali. Diſtinguimus enim contra Scotum potentiam reſpectu actus ſupernaturalis a potentia receptiua actus naturalis, & diſtinguimus naturalem actum, & ſupernaturalem non ſolùm ſecundùm agentia, ſed etiam ſecundùm potentias receptiuas. Tum ſecundò, quia in homine peccatore non eſt principium reparationis, & ſanitatis quæ eſt per gratiam; immo ipſa gratia eſt principium quę facta eſt per peccatum irreparabilis homini ſecundùm vires ſuas; quare negatur conſequentia. Scotus. Ariſt.

¶ Nota circa verba D.S. in fine, ꝙ corpus mortuum, cui iterum infunderetur anima, non fuiſſet in potentia ad eandem animam niſi in potentia obedientiali, quia eadem anima non eſt per naturam reparabilis, vnde dicimus contra Scotum, quòd forma habet aliquam irreparabilitatem ex hoc, quòd eius contrarium, vel priuatio in materia, vel ſubiecto præceſſit; nec admittimus tanquam aduerſans Philoſopho, ſecundo de generatione tex. comment. vlt. & commentatore, quòd eadem forma etiam naturalis poſſit iterum reparari precedente eius priuatione, vel ablatione; & ergo in propoſito ex hoc, quòd peccator perdidit gratiam non eſt in potẽtia, vel ad eandem numero, vel ſpecie, quia actus ſupernaturalis eſt, nec ab agente naturali poteſt redire, nec homo eſt in potentia naturali receptiua ad ipſam, De iſta tamẽ materia, an idem numero poſſit redire ſicut Scotus vult, vide Capreolum in 4. diſt. 43. quæſt. 1. concluſione prima. Scotus. Capreolus.

¶ Nota quoque ex hac ſolutione caſſationem argumentorum Durandi, quæ Capreolus habet in 2. diſt. 28. contra quintam concluſionem, quia non ſequitur homo diſponit materiam, vel corpus ad animam rationalem, igitur poteſt diſponere ſe ad gratiã; nam anima rationalis eſt naturaliter forma corporis, gratia autẽ omnino ſupernaturalis; vnde natura nec eſt nec poteſt cauſare ſe ſola diſpoſitionem ad gratiam, nec enim bonum morale propoſitum rationi eſt diſpoſitio ad gratiam, ſed conuerſio de qua dictum eſt, in qua ſine gratuita motione non poteſt. Durandus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quando natura eſt integra per ſeipſam poteſt reparari ad id, quod eſt ſibi conueniens, & proportionatum; ſed ad id quod ſuperexcedit ſuam proportionem reparari non poteſt ſine exteriori auxilio. Sic igitur humana natura defluens per actum peccati, quia non manet integra, ſed corrumpitur, vt ſupra dictum eſt, * non poteſt per ſeipſam reparari, neque etiam ad bonum ſibi conaturale, & multò minus ad bonum ſupernaturalis iuſtitiæ. ——— *q. 83.

¶ Maior gloſatur clarè a D.S. quia natura integra poteſt ſe reparare quo ad proportionatum, & connaturale; ſed hoc non poteſt natura corrupta; & nec integra nec corrupta poteſt ſe reparare ad excedens ſupernaturale. Ad minorem conceditur, ſed per peccatum aufertur id, quod eſt ſupernaturale, & non proportionatum naturæ, ſed gratia, & auxilium gratuitum, quod etiam homo non poteſt mereri; & ſecundò, natura peccans eſt corrupta, & ideo talis nec ſe poteſt reparare ad id, quod eſt naturale, ſcilicet bene ſemper agere etiam in moribus, vt patuit ſupra artic. ſecundo, ſicut potuit homo integer; quare negatur conſequentia, tum quia homo peccator corruptus eſt, tum quia perdidit actum ſupernaturalem.

Vtrum abſque gratia, poſſit homo vitare peccatum.

AD octauum ſic proceditur. Videtur, quòd homo ſine gratia poſſit non peccare. Nullus enim peccat in eo, quod vitare non poteſt, vt Auguſt. dicit in lib. de duabus animabus, & de libe. arbi. * ſi ergo homo exiſtens in peccato mortali non poſſit vitare peccatum, videtur quòd peccando non peccet, quod eſt inconueniens. R Supra q. 63. art. 2. ad 2. Et 3. cõtra. cap. 160. Et ver. q. 22. artic. 5. ad 7. & q. 24. art. 1. ad 10. & 12. per to. Et 1. Corin. 12. col. 2. fi. & colum. 4. Et Hebr. 10. Lec. 3. col. 1. *Auguſ. in de duabus animabus c. 10. & 11.

¶ 2 Præt. ad hoc corrigitur homo, vt non peccet; ſi igitur homo in peccato mortali exiſtens non poteſt non peccare, videtur, quòd fruſtra ei correctio adhibeatur, quod eſt inconueniens.

¶ 3 Præt. Eccleſ. 15. dicitur. Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum; quod placuerit ei dabitur illi; ſed aliquis peccando non deſinit eſſe homo; ergo adhuc in eius poteſtate eſt eligere bonum, vel malum; & ita poteſt homo ſine gratia vitare peccatum.

¶ Sed contra eſt, quod Aug. dicit in lib. de perfectione iuſtitiæ. * Quiſquis negat nos orare debere ne intremus in tentationem; negat autem hoc qui contendit ad non peccandum gratiæ Dei adiutorium non eſſe homini neceſſarium, ſed ſola lege accepta humanam ſufficere voluntatem, ab auribus omnium remouendum, & ore omnium anathematizandum eſſe non dubito. *Aug. in fine lib.

¶ Hic inquirit de neceſſitate gratiæ reſpectu peccati futuri, ſcilicet vitandi.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd de homine multipliciter loqui poſſumus. Vno modo ſecundùm ſtatum naturę integrę. Alio modo ſm ſtatum naturæ corruptæ.

¶ Doc. S. ſatisfacit quæſito ſecundùm quandam diſtinctionem bimembrem, & primò reſpondet iuxta primum membrum; ſecundò iuxta ſecundum, ibi. In ſtatu autem &c. Quo ad primum, primò præmittit diſtinctionem, ſecundò ſubiungit concluſionem reſpondentem, ibi. Secundum ſtatum &c. Iſta eſt ergo diſtinctio, quòd de homine dupliciter loqui poſſumus. Vno modo ſecundùm ſtatum naturę integræ. Alio modo ſecundùm ſtatum naturæ corruptæ. Et huius diſtinctionis mẽbra explicita ſunt art. 2. quia per naturam integram non intelligitur natura nuda, & ſolùm cum partibus eſſentialibus naturalibus; ſed includitur integritas quæ erat per aliquod donum gratuitum, quod poteſt dici naturale pro tanto, quia cum natura acceptum, licet non ex principijs naturæ cauſatum; & per oppoſitum per naturam corruptã, non intelligitur quaſi natura amiſerit aliquod eſſentialium principiorum aut partium, vel potentiarum naturalium, ſed intelligitur natura per peccatum deſtituta ab illo dono, quod faciebat integritatem naturæ. Conſequenter cum dicit.

¶ Secundum ſtatum quidem naturę integrę etiã ſine gratia habituali, poterat homo non peccare, nec mortaliter, nec venialiter; quia peccare nihil aliud eſt, quàm recedere ab eo, quod eſt ſecundùm naturam, quod vitare homo poterat in ſtatu naturę integrę; non tamen hoc poterat ſine auxilio Dei in bono conſeruantis, quo ſubtracto, etiam ipſa natura in nihilum decideret. ——— Du. 75. 656. Conclu. 1.

¶ Subiungit primam concluſionem iuxta præcedens membrum, Secundum ſtatum naturæ integrę etiam ſine habituali gratia

tia poterat homo non peccare nec mortaliter, nec venialiter; non tamen hoc poterat ſine auxilio Dei in bono conſeruantis. Probatur prima pars concluſionis. Peccare nihil aliud eſt quàm recedere ab eo, quod eſt ſecundùm naturam; ſed homo in ſtatu naturæ integrę potuit vitare id, ſcilicet receſſum ab eo, quòd eſt ſecundùm naturam; igitur prima pars vera. Maior patet ex ſupra dictis. Minor patet ex artic. 2. & 3. quia natura integra poteſt in omne id, quod eſt naturale, & per conſequens vitare omne, quod eſt contra naturam. Secunda pars patet, quia ſubtracto auxilio Dei conſeruantis etiam ipſa natura in nihilum decideret; igitur multò magis non vitaret actum malum, & peccatum; nam videtur magis contra naturam cadere in nihilum quàm peccare; ſi igitur non poteſt permanere, & non cadere in nihilum ſine auxilio; igitur nec poteſt vitare peccatum.

¶ Nota primò circa primam partem concluſionis, quòd illa pars concluſionis accipienda eſt iuxta prædicta in art. 2. & 4. quia videlicet homo in ſtatu integro poſſet vitare omnia peccata oppoſita rectę rationi, & integritati naturæ, quæ quidem integritas ſolùm ſe extendit ad omnia bona naturæ proportionata, & per cõſequens ad vitanda mala oppoſita, ſcilicet peccata in moribus; quare ex iſta concluſione non habetur, quòd homo integer poſſet vitare peccata etiam oppoſita virtutibus theologicis, nam vt dictum eſt art. 4. nec mãdata legis poſſet implere cum modo charitatis ſine gratia, & per conſequens nec oppoſitum modi charitatis vitare; ſed habetur poſt dicta in præcedentibus, quia homo in ſtatu integro potuit vitare omnia peccata quæ ſunt contra naturam hominis, ea autem ſunt quæ ſunt contra rationem naturalem; ea autem ſunt peccata in moribus, & peccata contra præcepta de actibus moralium virtutum, vnde & ad hoc tendit probatio Doc. S. quia ſcilicet, homo integer poteſt vitare id, quod eſt contra ſuam naturam quale eſt peccatum contra rectam rationem. Secundum enim D. S. in de Veri. Mat. 24. ar 9. ad ſecundum, non ſequitur, quòd ſi aliquis euadat damnationem ex libe. arbi. ꝙ propter hoc poſſit gloriam acquirere, hoc enim maius eſt, & patet inſtantia de homine in ſtatu innocentiæ, hæc ille. Potuit ergo homo integer vitare omnia peccata præſertim in moribus, non tamen potuit mereri niſi per gratiam, nec implere modum charitatis. D. S. autem in de Veritate loquitur poſt opinionem ponentem charitatis modum non eſſe in præcepto, vnde ibidem ad decimumſextum dicit, quòd præceptum dilectionis non ſit præceptum, ſed eſt finis præcepti, & forma aliorum &c.

Ad Durandum.

¶ Nota ſecundò, circa eandem partem, quòd Durandus ex hac concluſione nititur infringere veritatem ſequentis ſtatim ponendæ. Dicit enim, quòd quia ſecundùm omnes in ſtatu naturæ integrę homo potuit vitare omne peccatum mortale, quæ autẽ pertinent ad naturam, non amittuntur, licet fortè habilitas minuatur, & ideo fuga mali, & electio boni nullo modo per peccatũ mortale ſubtrahuntur. Dico enim ad hoc, quòd poſſe vitare omne mortale etiam in moribus non pertinet ad naturã abſolutè ſumptam, i. ſecundùm eſſentialia, & naturalia tantùm quæ ſunt communia omnibus, & non auferuntur; ſed vt dictum eſt pertinet ad naturam integram, integritate ſuperaddita, & donata a Deo, vel ad naturam habentem donum æquiualens dono illi originalis iuſtitiæ; & taliter pertinens ad naturam integram, non oportet, ꝙ ſemper in natura inueniatur nec omnibus aſſit, vnde & ſupra dictum fuit, quòd bonum naturæ, quod eſt iuſtitia originalis totaliter per peccatum ablatum eſt; ſed verum eſt, ꝙ bonum naturæ, quod eſt inclinatio ad virtutem, de qua arguens meminit non eſt ablata. Sed dicimus, quòd illa inclinatio naturalis, & communis omnibus non ſufficit ad vitandum omnia peccata mortalia rõne ſtatim dicenda; & ergo procedit hæc obiectio Durandi ex deficiente intellectu eius, quod dicitur eſſe naturæ integræ poſſe vitare omnia peccata mortalia, & venialia, quia non eſt idem, ꝙ naturæ abſolutè conſideratæ, vt dictum eſt.

¶ Nota tertiò circa ſecundam partem concluſionis, quòd quia vt ſupra tactum fuit, & alibi ex intentione videbitur, quia eadem actio Dei eſt actio, vel factio effectus, & eius conſeruatio; ideo auxilium Dei conſeruans bonum naturæ, integrę eſt idem cum actione qua Deus contulit iuſtitiam originalem, quę quidem collatio non eſt influentia generalis, ſed ſpecialis non tñ gratuita diſtincta, a collatione, vel conſeruatione iuſtitiæ, & doni originalis; quare non video, quòd ex illa parte poſſit haberi, quòd homo integer egeret ſpeciali Dei motione gratuita ſuperaddita ſuper conſeruationem originalis iuſtitiæ, & ſic intelligo ſupra dicta qñ dictum eſt, non requiri ſpeciale auxilium gratuitum diſtinctum a conſeruatione, & manutenentia originalis doni, licet & iſta manutenentia non ſit communis influentia, quia non omnibus communis, nec pro omni ſtatu; & ergo dicit D. S. notãter, quòd homo integer indigeret auxilio in bono conſeruantis; ſed non dicit gratuito auxilio, ſcilicet diſtincto a conſeruatione illius iuſtitiæ originalis, & a generali influentia. Vnde D. S. in de Verit. Mate. 24. artic. 13. ad quartum, quòd ſicut cum loquimur de natura non excludimus ea per quę natura conſeruatur in eſſe; ita cum loquimur de gratia non excludimus Diuinam operationem conſeruantem gratiam in eſſe, ſine qua nec in eſſe naturę nec in eſſe gratiæ aliquis perſiſtere valet, hæc ille; **ſic in propoſito intelligo, ꝙ** idẽ eſt dicere, homo indiget dono originalis iuſtitiæ, & eius conſeruatione; ſed per hoc non ponitur aliquod aliud neceſſarium.

¶ Nota quoque, quòd quia non potuit peccare venialiter nec ex genere nec propter ſubitum motum, & imperfectionẽ actus. Ideo Doc. San. hanc partem, ſcilicet, quòd etiam venialia omnia potuit vitare, relinquit probatam ex ea probatione, quia potuit vitare omnia mortalia, quia vtriuſque vitatio ex eadem radice procedit, ſcilicet integritate naturæ.

¶ In ſtatu autem naturæ corruptæ indiget homo gratia habituali ſanante naturam, ad hoc, quòd homo omnino a peccato abſtineat; quæ quidem ſanatio primò fit in præſenti vita ſecundùm mentem appetitu carnali nondum totaliter reparato, vnde Apoſtolus ad Rom. 7. in perſona hominis reparati, dicit. Ego ipſe mente ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati.

¶ Hic conſequenter D. S. proſequitur ſecundum membrum dictæ diſtinctionis, ſcilicet conſiderando hominem in ſtatu naturæ corruptæ. Et quia natura corrupta etiam eſt in duplici ſtatu, vel diſpoſitione, ſcilicet habendo gratiam, & non habendo, ideo D. S. primò determinat quæſitum quo ad naturam in gratia; ſecundò quo ad naturam corruptam ſine gratia, ibi. Similiter etiam &c Quo ad primum primò præmittit concluſionem fundamentalem; ſecundò ſubiungit reſponſiuam, ibi. In quo quidem &c. Concluſio ergo fundamentalis, & generalis eſt, in ſtatu naturæ corruptæ indiget homo gratia habituali ſanante naturam, vt omnino a peccato abſtineat. Et relinquit eam notam ex præcedentibus articulis, & ex præcedẽti concluſione, quia homo poteſt omnia peccata vitare, & ab omnibus abſtinere, quia integer, & ſanus; igitur corruptus non poteſt niſi per gratiam ſanetur. Et ſicut dictum fuit in præcedentibus, hoc eſt opus hominis ſani, & integri; igitur concluſio vera. Et vult illa concluſio, quòd abſtinere ab omnibus non eſt niſi per gratiam; quia autem in præcedenti concluſione dictum eſt, quòd homo integer poſſit vitare omnia mortalia, & venialia; ideo reſtat determinare an etiã homo per gratiam ſanatus poſſit omnia mortalia, & omnia venialia vitare. Ideo D. S. conſequenter cum dicit.

¶ In quo quidẽ ſtatu poteſt homo abſtinere ab omni peccato mortali, quod in ratione conſiſtit, vt ſupra habitum eſt; * non autem poteſt homo abſtinere ab omni peccato veniali propter corruptionem inferioris appetitus ſenſualitatis, cuius motus ſingulos quidem ratio reprimere poteſt, & ex hoc habent rationem peccati, & voluntarij, non autem omnes; quia dum vni reſiſtere nititur, fortaſſis alius inſurgit; & etiam, quia ratio non ſemper poteſt eſſe peruigil ad huiuſmodi motus vitandos, vt ſupra dictum eſt. *

* q. 74. art. 3. 4. &c.

* q. 74. artic. 10. q 89. artic. 3. & in iſto art.

¶ Subiungit concluſionem ad hoc reſponſiuam talem, in tali ſtatu naturæ corruptæ, ſed ſanatę per gratiam, poteſt homo ab omni mortali peccato abſtinere, non autem ab omni veniali. Probatur, in ſtatu naturæ corruptæ homo indiget gratia habituali ſanante naturam & (ſupple) ſecundùm eius ſanationem, & effectum eſt vitatio peccati; ſed ſanatio gratiæ habitualis primò fit in præſenti vita ſecundùm mentem appetitu carnali nondum totaliter reparato. (Subſumitur) ſed peccatum mortale in ratione, & mente conſiſtit. Veniale autem tenet ſe ex parte corruptionis inferioris appetitus, cuius motus ſingulos ratio reprimere poteſt, non autem omnes; ergo concluſio vera. Maior eſt concluſio præambularis. Minor patuit auctoritate Apoſtoli, & intelligitur quòd ſecundùm mentem, hoc eſt deliberatam rationem facientę gratia, ſeruio legi Dei, & vito peccata mortalia; ſed ſecundùm carnem, id eſt ſenſualem, & carnalem appetitum, ſeruio legi peccati, id eſt patior ſubitos motus concupiſcentiæ, & inordinatos, qui ſunt venialia. Subſumpta pro prima parte patuit ſupra. q. 74. art. 3. & 4. quia mortale eſt ſolum in ratione ad ſenſum ibidem dictum, quia nullius potentiæ, vel virtutis in homine eſt conuerſio ad bonum commutabile ſicut ad finem vltimum, niſi ex ratione deliberata directè, vel interpretatiuè, nec aliquis actus eſt mortale niſi ſit aliqualiter rationis &c.

¶ Secunda pars ſubſumptę declaratur, & probatur dupliciter. Primò quia dum vni motui ſenſualitatis reſiſtere nititur imaginationem diuertens ab alia, incidit aliquis ſubitus motus inordinatus alterius peccati, vt patuit ſupra quæſt. 74. artic. 3. ad ſecundum. Secundò, quia ratio non ſemper poteſt eſſe peruigil ad huiuſmodi motus vitandos, vt patuit quæſt. 89. articu. tertiq. Et ita patet, quòd exiſtens in gratia non poteſt vitare omnia venialia, tùm propter corruptionem ſenſualitatis, tùm propter ſubitos motus qui accidunt in ratione ipſa, quæ quandoque habent motum ante deliberationem, qui eſt venialis; ſicut eſt motus infidelitatis.

¶ Nota

¶ Nota autem verbum D. San. cum dicit, quæ quidem ſanatio primò &c. quia vult, quòd gratia viatica in natura corrupta vniat mentem Deo primò. Sed ſecundò videlicet in alio ſtatu, ſcilicet gloriæ poſt reſurrectionem corporum, cum conſummata fuerit, redundabit in corpus incorruptionis, vigore ſupereminenter continentem originalem iuſtitiam. Nam incorruptionis vigor non ſolùm erit in anima formaliter ſicut in ſtatu innocentiæ, ſed & in corpore, & erit corpus rationi pleniſſimè ſubiectum. Vnde dicit D. S. in de Verita. Mat. 24. ar. 12. in cor. quòd ad hanc rectitudinem, (ſcilicet vt homo omnes, & ſingulos motus ſenſualitatis poſſit vitare) homo in præſenti per gratiam non reducitur communiter loquendo, ſed hanc rectitudinẽ expectamus in ſtatu gloriæ. Et dicit (cõiter loquendo) propter perſonas priuilegiatas. ſ. Chriſtum, & Beatam Virginem, vt ipſe habet ibidem ad nonum.

¶ Nota autem, quia poſſet eſſe circa ſecũdam huius concluſionis partem dubium, quia vt ſupra dictum fuit. q. 89. art. 3. & alibi, quòd eſt duplex peccatum veniale. Vnum propter imperfectionem actus. Aliud autem ex genere. D. S. autem nec hic nec in de Veritate vbi iam immediatè, facit mentionem niſi de veniali per accidens, propter imperfectionem actus duplici, ſcilicet ſenſualitatis, & rationis ipſius. Non autem meminit venialis ex genere, quod eſt aliquod inordinatum non valens ad finem vltimũ; nec tamen ab ipſo auertens, potens & ſtare cum gratia, vt patuit ſupra. Eſt ergo quæſtio an homo in gratia conſtitutus in natura tamen corrupta poſſit omnia huiuſmodi venialia vitare. Conſtat enim ex probatione D. S. ſolùm, quòd ſubitos motus nec ſenſualitatis vitare poteſt, nec omnes motus rationis ex deliberatione præuia agere. Dico autem ad hoc, quòd ex probatione qua probatur poſſe omnia mortalia vitare, probatur & poſſe vitare omnia venialia ex genere, immo ex eo fundamento quo probatur non poſſe vitare omnia venialia per accidens, probatur, ꝙ poſſit omnia venialia ex genere, quia huiuſmodi venialium vitatio excedit poteſtatem hominis in ſtatu corrupto etiam ſanati per gratiam, eo quòd ſubito, & repente occurrunt atque præueniunt deliberationem rationis. Nec homo poteſt ſufficienter attendere, & vigilare, ne etiam ſubitus motus in ratione etiam ſuperiori contingat. Mortalia autem omnia vitare poteſt, quia non fiunt niſi ratione, & mente conſentiente per deliberatum conſenſum, quæ mens, quia in Deo firma eſt per gratiam in nihil conſentit, nec aliquid acceptat deliberatè contra Deum. Pari igitur ratione cum venialia ex genere conſiſtunt in hoc, quòd mens, & rõ deliberatè conſentit in aliquod, quod eſt inordinatum, citra tñ auerſionem ab vltimo fine, ideo omnia talia euitare poteſt. Sicut non inaniter, & inordinatè loqui, & huiuſmodi actus ociosos, qui ex deliberatione aguntur. Bene tamen volo, quòd nec ſubitos motus de huiuſmodi venialibus omnes vitare poſſit; ſed tñ actus ipſos de ſe ex genere veniales. Patet ergo per illam regulam. Sicut affirmatio eſt cauſa affirmationis &c. Et ſicut propoſitum in propoſito, &c. quid ſit dicendum. Nam ſi iſti non poſſunt vitari, quia ſubiti, & illi quia deliberati; ergo & venialia ex deliberatione vitari poſſunt omnia. Et quia diligens lector ex probatione aduertere poteſt; ideo non fecit Doc. San. mentionem niſi de venialibus ſubitis; quia venialia deliberata ex genere conueniunt cum mortalibus in ratione euitabilitatis, quia vtraque deliberata &c. Deinde cum dicit.

Venialia omnia ſubita homo non poteſt vitare etiã in gratia.

¶ Similiter etiam antequàm hominis ratio, in qua eſt peccatum mortale, reparetur per gratiam iuſtificantem, poteſt ſingula peccata mortalia vitare, & ſecundùm aliquod tempus; quia non eſt neceſſe, quòd continuò peccet in actu.

¶ Reſpondet de homine in ſtatu naturæ corruptæ extra gratiam, & ponit talem concluſionem reſponſi. Antequàm hominis ratio in qua eſt peccatum mortale reparetur per gratiam, põt ſingula peccata mortalia vitare, & ſecundùm aliquod tempus; ſed ꝙ diu maneat abſque peccato mortali eſſe non poteſt. Hanc concluſionem, primò probat; ſecundò eam limitat, ibi. Quamuis ex &c. Habet autem concluſio hæc duas partes. Doc. S. ergo primò ponit, & probat primam partem; ſecundo ſecundam ibi. Sed quòd &c. Pro prima arguitur ſic. Non eſt neceſſe, quòd homo exiſtens in mortali continuè peccet in actu; ergo iſta pars vera. Antecedens patet extra litterã, quia poteſt conari in contrarium ſuę inclinationis in peccatum, & ſic conando, & præmeditando poterit ad tempus vitare peccatum. Deinde cum dicit.

Dub. 1022.

¶ Sed quòd diù maneat abſque peccato mortali, eſſe non poteſt, vnde & Greg. dicit ſuper Ezech. * quòd peccatum, quod mox per pœnitentiam non deletur, ſuo pondere ad aliud trahit.

* Greg. Homel. 11. in Ezech. poſt med.

¶ Subiungit ſecundam partem concluſionis præcedentis, quam probat, primò auctoritate; ſecundò ſimilitudine, ibi. Et huius ratio &c. Et tertiò ratione, in qua fundatur illa ſimilitudo, ibi. Cum enim homo &c. Auctoritas eſt B. Greg. quia peccatũ, qđ mox &c.

¶ Nota autem quæ ſupradicta fuerunt. q. 75. art. 4. Quomodo vnum peccatum ſit cauſa alterius quadrupliciter, & in propoſito peccatum ad quod afficitur exiſtens in mortali, eſt cauſa, vt non diù maneat ſine peccato, non quia cauſet ſtatim habitum inclinantem in ſimile peccatum, vt Durandus arguit, vt habetur apud Capreolum in 2. diſt. 28. ſecundo argumẽto contra quartam concluſionem. Nec quia omnino excecetur, vt nõ poſſit habere deliberationem contrariam, vt Scotus arguit in ſecundo, diſt. 28. Sed ideo, quia primum peccatum mortale tollit gratiam, & charitatem, quæ peccatum ſequens prohibuiſſet. Et ſecundò facit adhęſionem ad finem, peruerſum quaſi habitualiter; eſto non cauſet habitum vitij, vt ſtatim dicet. Vnde ſtante auerſione, & adhęſione ad peruerſum finem fit, vt homo non diù ſtare poſſit ſine alio peccato, non quidem determinatè illo, vel iſto, ſed vt non diu ſtet ſine commiſſione, vel omiſſione damnabili. Vt enim habet D. S. tertio Cõtra Gent. c. 159. Impoſſibile eſt volũtatem adhærentem malo, & peruerſo fini, & auerſam a Deo, incitatam vndique paſſionum ſenſationum diabolicarum ſuggeſtionum tentamentis, in tanta ſui cuſtodia diu ſtare, quòd nihil deliberatè eligat ſin congruentium praui finis, nihil acceptet contra Deum, vel cõtra eius præcepta, vel nihil omittat de præceptis Dei. Vnde patet, quòd vnum peccatũ trahit in aliud, id eſt facit, ne aliquis diu ſine alio peccato ſtare poſſit. Non vt vult Durandus, quia ſolùm ex actuali affectu ad aliud homo iſtud committat; ſed multis alijs modis ſupra & iam tactis. Patet quoque, quòd quàmuis vnum mortale non generet habitum, nec faciat excecationem intellectus generalem in omnibus moralibus, vt Scotus arguit, tamen facit habitualem affectionem ad peruerſum finẽ, qua ſtante niſi homo faciat conatum ſpecialẽ, & diligentiam, intellectus excecabitur in particulari eligibili conformi peruerſo appetitui. Qualis enim vnuſquiſque eſt in affectu, talis finis videtur ei in particulari eligibili, vt patuit ſupra. Patet itaque, quia ex hac auctoritate D. S. ſatis probat intentum. Deinde ibi.

Capreolus. Scotus.

¶ Et huius ratio eſt, quia ſicut rationi ſubdi debet inferior appetitus; ita etiam ratio ſubdi debet Deo, & in ipſo conſtituere finem ſuæ voluntatis. Per finem autem oportet, quòd regulentur omnes actus humani, ſicut per rationis iudicium regulari debent motus inferioris appetitus. Sicut ergo inferiori appetitu non totaliter ſubiecto rationi non poteſt eſſe quin contingant inordinati motus in appetitu ſenſitiuo; ita etiam ratione hominis non totaliter exiſtente ſubiecta Deo, conſequens eſt vt contingant multę inordinationes in ipſis actibus rationis.

¶ Similitudine probat eandem partem, & arguitur ſic. Sicut rationi ſubdi debet inferior appetitus; ita etiam ratio &c. vt in littera; ſed inferiori appetitu non totaliter ſubiecto rationi, non poteſt eſſe quin contingant inordinati motus in appetitu ſenſitiuo; ergo conſequenseſt, quòd contingant multę inordinationes in ipſis actibus rationis, quæ ſunt peccata mortalia. Maioris ſimilitudo probatur in littera, quia ſicut per finem oportet, quòd regulentur actus humani, ſic per iudicium rationis debet regulari appetitus inferior. Minor patuit in hoc corpore circa præcedẽtem concluſionem. Et aduerte, quòd per rationem Doc. S. hic accipit principium humani actus deliberati; ita quòd ſub nomine rationis appræhenditur ratio, & voluntas; ſicut enim illa debet eſſe ſubiecta Deo; ita ſenſualitas rationi; & ſicut non ſubiecta ſenſualitate contingunt ſubiti motus, ita ratione non ſubiecta Deo contingunt inordinati actus.

¶ Nota quòd Durandus carpit hanc ſimilitudinem, volens, ꝙ non probet intentũ, quia motus ſenſualitatis non poſſunt omnes cohiberi a ratione ſubiti, & abſque deliberatione. Secus de actibus rationis, & peccatis mortalibus, qui non poſſunt præuenire iudicium rationis. Quare ſolùm habetur ex iſta ſimilitudine, ꝙ ſicut ſenſualitate non ſubiecta rationi, contingunt ſubiti motus in ſenſualitate; ita ratione non ſubiecta Deo contingunt inordinationes ſubitę circa ea quæ ſunt ad finem; ſed has inordinationes non oportet eſſe peccata mortalia; non enim ſequitur, non poteſt vitare omnes ſubitos, ergo non omnes deliberatos. Sed ad hoc dicitur primò poſt Capreolum, quòd ſimilitudo tenet in hoc quantum deſeruit ad propoſitũ, quia ſenſualitas non ſubiecta nõ diu ſtat ſine veniali; ita ratio non ſubiecta Deo, non diu ſtat ſine mortali; quia inhærens peruerſo fini, non diu ſtabit quin eligat conformiter ad ipſum; ꝙꝙ Durandus falſum aſſumat, quòd videlicet in mortali exiſtens poſſit vitare omnia venialia ex deliberatione; ita quòd nullum committat. Secundò dico ſaluando magis illam ſimilitudinem D. S. ꝙ immo eſt ſimile quo ad eſſe ſubitum; dico enim, ꝙ ſicut ſenſualitas non ſubiecta rationi, habet ſubitos motus præuenientes iudiciũ rationis, ita exiſtens in mortali, & adhærens bono commutabili tanquàm fini ſummè dilecto, conſentit in peccatum mortale ſubitò ad ſanum ſenſum, non quia non deliberet, vel non conſentiat in mortale cognitum, ſed quia ſtatim, & repente eligit abſque deliberatione

quæ ipſum retrahat a peccato mortali. Taliter.n.diſpoſitus eſto cognoſcat hoc eſſe contra Deum, quod ſufficit ad mortale, non tamen retrahitur, quia contra Deum, quem minus appreciat, quàm finem ſuum peruerſum; ſed ſolùm quando deliberat, quia per illud peccatum deducitur ad infinitam miſeriam quam non poteſt non horrere. Antequàm autẽ illa deliberatio fiat ipſe iuxta diſpoſitionem affectus conſentit in conforme ſuo fini peruerſo. De his D.S.in de Verit.Mat.24.art.12.quæ ad propoſitum plurimum valent,& omnipo euacuant Durandum, & Sco. Vnde dicit, dupliciter in nobis aliquid repente accidit. Vno modo ex impetu paſſionis &c. Alio modo aliquid in nobis contingit quaſi repente ex inclinatione habitus, vt dicit Philoſophus 3.Ethi.&c. Nec eſt hoc intelligendum, quòd operatio ſecundùm habitum vir tutis poſſet eſſe omnino abſque deliberatione (cum virtus ſit habitus electiuus) ſed quia habenti habitum iam eſt in eius electione finis determinatus. Vnde quantumcunq; aliquid occurrit conueniens illi fini; ſtatim eligitur niſi ex aliqua attentiori, vel maiori deliberatione impediatur; homo enim qui eſt in peccato mortali exiſtens habitualiter peccato inhęret, quàmuis non ſemper habeat habitum vitij, quia ex vno actu luxurię habitus luxuriæ non generatur; voluntas tamen peccantis derelicto incommutabili bono quaſi fini adhæſit. Et huius inhęſionis vis,& inclinatio manet in ea,quouſque iterato bono incommutabili, vt fini adhęreat. Et ideo quando homini ſic diſpoſito occurrit aliquid faciendum, quod præcedenti electioni cõueniat, repente fertur in idem per electionem, niſi multa deliberatione ſeipſum cohibeat. Non tamen per hoc, quòd illud repente ſic eligit, a peccato mortali excuſatur, quod alia deliberatione indigeret, quia iſta deliberatio non ſufficit ad peccatum mortale, qua perpenditur, illud eligitur eſſe peccatum, & contra Deum. Iſta autem deliberatio non ſufficit ad retrahendum eum qui eſt in peccato mortali; non enim retrahitur aliquis ab aliquo agendo in quod inclinatur, niſi inquantum illud proponitur ſibi, vt malum. Ille autem qui iam bonum incommutabile repudiauit pro commutabili bono, non iam exiſtimat vt malum, a bono incommutabili auerti, in quo ratio peccati mortalis perficitur. Vnde non retrahitur a peccato per hoc ipſum, quòd aduertit id eſſe peccatum mortale; ſed oportet vlterius in conſiderãdo procedere, quouſque perueniatur ad aliquid, quod poſſit exiſtimari non eſſe malũ, ſicut eſt miſeria, vel aliquid huiuſmodi. Vnde antequàm tanta deliberatio fiat, quanta requiritur in homine ſic diſpoſito ad vitandũ peccatum mortale, præcedit conſenſus in peccatum mortale. Et ideo ſuppoſita adhęſione liberi arbi.ad peccatum mortale, ſiue ad finem indebitũ, non eſt in poteſtate eius, quòd vitet omnia peccata mortalia, quàmuis vnumquodq; poſſit vitare, ſi cõtra nitatur, quia & ſi hoc, vel illud vitauerit adhibẽdo tantã deliberationem quanta requiritur, non tamen poteſt facere quin aliquando ante tantam deliberationem perueniat ad dandum conſenſum in peccatum mortale. Cum impoſſibile ſit homini ſemper, & diu in tanta vigilantia eſſe, quanta ad hoc requiritur, propter multa in quibus mens hominis occupatur. Ab hac autem diſpoſitione non remouetur niſi per gratiã per quam ſolam efficitur, vt mens humana bono incommutabili per charitatem tanquàm fini adhęreat &c. hæc ille, & notabiliter.

Scotus.

Durandus.

Ex quibus patet primò, quia Durandus abſque ratione ſimilitudinem D.S.hic poſitam calumniatur. Eſt enim, & ſimilitudo in hoc, quod eſt eſſe ſubitum, cum & id, quod ex fine prædeterminato eligitur, repente eligatur, eſto non abſque omni deliberatione, & aduertentia rationis. Patet ſecundò caſſatio formalis eorum

Scotus.

quæ Scotus ſupra obijcit contra hanc cõcluſionem, quia falſum dicit, cum ponit aliquem mortalem peccatorem ex deliberatione omnia mortalia vitare poſſe, etiam in moribus. Patet quoque ꝙ & ſi peccans mortaliter non generet in ſe habitum, vt Sco. dicit, tamẽ habitualiter ad finem peccati mortalis afficitur, a quo mortali non ex quacunq; deliberatione retrahitur, qua videlicet aduertit eſſe contra Deum, & mortale. Per illam itaque mortale non vitat, ſed per aliquam ad quam per moră peruenit, & antequàm habeat, in mortale conſentit. Quod Sco. non aduertit, ſicut nec Durandus, quia non ſequitur, præcedit deliberatio, ergo prohibetur, quia talis deliberatio præcedens, vt plurimũ non eſt prohibitiua peccati, & eſt deliberatio quæ non impedit actum ſubitò fieri. Poſſet quoque tertiò dici contra Durandum, quòd ſimilitudo in hoc etiam procedit, quia ſicut homo aduertens, & vigilans poteſt reprimere ſingulos motus ſenſualitatis, licet non oes, ſic homo peccator mortalis poteſt vitare ſingula mortalia ad quę vitanda attentè vigilat, vt iam ex Doc. S. recitandum eſt; ſed ſicut non poteſt omnia venialia impedire, ſic nec omnia mortalia, quia non poteſt ſemper eſſe in tanta vigilantia, ne aliquando affectum ſuum ſequatur. Patet ergo quomodo ratio per ſimile bona eſt. Deinde ibi.

¶ Cum enim homo non habet cor ſuum firmatum in Deo, vt pro nullo bono conſequendo, vel malo vitando ab eo ſeparari vellet, occurrunt multa propter quę conſequenda, vel vitanda homo recedit a Deo contemnendo præcepta ipſius; & ita peccat mortaliter, præcipuè, quia in repentinis homo operatur ſecundùm finem præconceptum, & ſecundùm habitũ præexiſtentem, vt Philoſophus dicit in 3.Ethicorum. * ——— * Ariſt.c.8.

¶Explicando conſequens præcedentis rationis, quæ eſt per ſimile, ponit fundamentum eius, & rationem quæ eſt probatio ſecundæ partis concluſionis præcedentis. Et arguitur ſic, cum homo non habet cor ſuum &c. vt in littera, ſed exiſtens in peccato mortali non habet cor ſuum &c. vt in littera, ſcilicet exiſtens in peccato mortali non habet cor ſuum firmatum in Deo &c. ergo peccat mortaliter occurrentibus occaſionibus, & appetibilibus propter finem peruerſum. Maiorem D.S. probat, quia in repentinis homo operatur ſecundùm finem conceptum, & ſecundùm habitum præexiſtentẽ, vt habetur 3.Ethic. Et aduerte, quia dicit, ſecundùm finem conceptum, & habitum; & ergo licet peccator qui nondum habet habitum vitij, dummodo inhæreat peruerſo fini, nihilominus in repentinis ſequitur affectionem, & hoc eſt contra Sco.&c. Patet autem declaratio huius probationis ex alle gatis in de verita.quia nõ agit repentinè quaſi abſq; omni deliberatione, ſed quia non habet deliberationẽ quæ poſſit retrahere a pctõ mortali,& etiã quia talis deliberatio ſtatim fit &c. Tunc ibi.

¶ Quamuis ex præmeditatione rationis homo poſſit aliquid agere præter ordinem finis præconcepti, & præter inclinationem habitus; ſed quia homo non poteſt ſemper eſſe in tali præmeditatione, nõ poteſt contingere, vt diu permaneat quin operetur ſecundùm conſequentiam voluntatis deordinatę a Deo, niſi citò per gratiam ad debitum ordinem reparetur. ———

¶ Limitat prædictam concluſionem præſertim quo ad primam eius partẽ, quia videlicet homo peccator ex præmeditatione põt agere præter hoc, ꝙ actu ordinet ad finem peruerſum, & inclinationem habitus; ſed hoc non põt eſſe ſemper nec diù &c. Et patẽt omnia ex dictis. ¶Nota autẽ, ꝙ Sco. arguit contra hanc cõcluſionem, partim malè intelligendo D.S. in ſcriptis, quomodo intelligat ibidem modum charitatis eſſe in præcepto; & quia nõ arguit contra verum intellectum D.S. ſupra poſitum. q.100. artic.10.de modo charitatis, & quia facilè dicta ſua caſſantur. D.S. verè intellecto. Ideo vide Capreo. vbi ſupra ad quintum, ſextum, & ſeptimum, contra quartã concluſionem, qui argumenta ſua explodit. ¶Nota autem, ſicut dictum eſt circa primam concluſionem huius articuli, quòd D.S. accipiẽdus eſt, quòd homo mortalis peccator, nec poteſt vitare peccata in moribus, & oppoſita virtutibus moralibus; ſicut enim homo in ſtatu integro nõ poteſt ex naturalibus vitare peccata oppoſita theologicis virtutibus, multò minus peccator mortalis in ſtatu naturæ corruptæ; ita quòd nec omnia, nec ſingula horum vitare poteſt, quia tamen non eſt impoſſibilitas abſoluta, & quia prouenit ex peccato ſuo, & quia iſta impotentia eſt voluntaria; ideo non excuſatur. Vnde & homo in ſtatu innocentiæ potuit ſe conuertere ad Deum, & conſequi gratiam, & ſic perficere actus gratuitos. Et per hoc patet ſolutio ad quædam argumenta Gregorij Ariminenſis, quæ in Capreo. vbi iam habentur, & ad quandam inſtantiam Sco. qui putat, quòd ſtante culpa, cum aliquis non poſſit vitare peccatum maximè oppoſitum charitati, tunc ſit excuſatus, quia non poſſet vt ſic, ſed potuit; quia talis impotentia non excuſat. ¶Nota autem, quòd D.S. in ſecundo, diſt.28.q.1.art.2. alios ſequendo contrariũ huius concluſionis tenuit, volens per hoc recedere ab errore Pelagiano, ſicut & Scotus, quia homo non poteſt euitare peccatum quo ad reatum culpæ, tamen peccatum committendum poteſt homo ſine gratia vitare, quantumcunque in mortali exiſtat. Rationes tamen quas habet non cogunt, quia licet reſiſtendo vni peccato, efficiatur fortior ad reſiſtendum peccato eiuſdem ſpeciei, non tamen ad vitandum diſparata; immo quandoque debilior, quia attendendo ad vnum vitandum, non cauet, quod ſurripit ex inclinatione habitus, vel ſuggeſtione diabolica, vt habetur in Capreo. ſupra ad ſextum. Via autem, quam hic tenet, ſecurior eſt, & dictis ſanctorum conformior, & ab errore Pelagiano remotior, ideo tenenda. Nec oportet ſollicitari de concordia, nam alios in ſcriptis ſequebatur, hic autem ſententiam propriam expreſſit, ſicut & contra Gent. in de Verita. vbi ſupra.

Capreolus.

Capreolus.

Nota.

ARGVMENTVM in contrarium eſt pro ſecunda parte concluſionis vltimæ, & continet materiam vnius difficultatis. An videlicet homo ſine gratia poſſit vincere tentationem. Ad hoc dicitur, quòd homo peccator ſine gratia poteſt quidem abſtinere, vel reſiſtere illi, vel illi tentationi, ſed nõ laudabiliter ſm omnes circunſtantias, non tñ põt omnem tentationem vincere. De hoc D.S. in de Verita. vbi ſupra ad 21. Verbum inquit magiſtri non eſt intelligendum ſic, quòd neceſſe eſt hominem exiſtentem in peccato mortali cuilibet tentationi ſuccumbere, ſed quia niſi per gratiam liberetur, in aliquod mortale peccatum qñq; incidet. De hac materia vide etiam Capreolũ vbi ſupra circa finem ſolutionum argumentorum contra quartam concluſionem. D.S. autem in ſecundo, diſt.28.facit differentiã inter reſiſtere tentationi, & vitare

tare tentationem, quia primum eſt pctm vitare, ſed ſecundum eſt ad coronam promiſſam victoribus peruenire, qđ vtique non fit ſine gratia; ſed reſiſtere illi, vel illi tentationi, & tamen cum difficultate, & non laudabiliter, poteſt fieri ſine gratia, vt dictum eſt.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd homo poteſt vitare ſingulos actus peccati, non tamen omnes niſi per gratiam, vt dictum eſt; & tamen quia ex eius defectu eſt, quòd homo ſe ad gratiam habendam non præparet, propter hoc a peccato non excuſatur, quòd ſine gratia peccatum vitare non poteſt. ———

¶Aſſumptum verum, nullus peccat in eo, quod vitare non poteſt abſolutè, & ſi illa impoſſibilitas non ſit ex culpa ſua, & voluntaria, alias negatur. Vltra, ſi ergo &c. Dico, quòd exiſtens in peccato mortali non poteſt vitare omnia peccata mortalia, poteſt tñ vitare ſingula, nec tamen excuſatur, quia non vitat omnia, cũ ex defectu ſuo ſit non poſſe non vitare omnia, quia præſtat impedimentum gratiæ, & quia eam abiecit per culpam ſuam, & quia ad eã non ſe diſponit. Quare negatur conſequentia, immo peccãdo peccat, quia non omnis impotẽtia, vt ſupra dictum fuit, excuſat. Idem argumentum facit Sco. vbi ſupra, replicando cõtra primam reſponſionem. Propter dicta illius ſolutionis, & etiam vltimæ concluſionis, cum dicunt peccatorem mortalem poſſe vitare ſingula; ſed non omnia peccata mortalia. Capreolus ſupra ad ſecundum ponit triplicem verificationem. Primus ſenſus eſt, vt loquatur de potentia remota, & in ſenſu diuiſo, eo modo loquẽdi quo dicimus, quòd album poteſt eſſe nigrũ, iniuſtus poteſt eſſe iuſtus, quia ſcilicet poteſt perdere diſpoſitionem quam habet, & acquirere contrariam, non quòd ſimul habeat albedinem, & nigredinem, aut iuſtitiam, & iniuſtitiam; & hoc modo verum eſt, quod carens gratia, poteſt vitare ſingula peccata, quia.ſ.poteſt ſe diſponere ad gratiam, qua habita poteſt vitare peccata, non ſolùm oppoſita virtutibus acquiſitis, ſed & theologicis. Secũdus eſt ſenſus, vt intelligatur de peccatis oppoſitis præceptis decalogi tantùmmodo, non autem de peccatis oppoſitis præceptis charitatis, vel præceptis iuris ſupernaturalis. Tertius ſenſus eſt, vt intelligatur de peccatis conſiſtentibus in actibus exterioribus, non interioribus. Sed placet Capreolo, quòd D.S. intelligatur ſecundo modo, ſicut & in corpore expoſitus fuit, quia videlicet peccator poteſt ſingula mortalia in motibus cum conatu, & vigilantia vitare; ſed tamen non poteſt vitare peccatum oppoſitum modo charitatis, nec tamen excuſatur, vt dictum eſt. ¶Nota etiam D.San. tertio contra Gent. c.160. ꝙ licet ille qui eſt in peccato, nõ habeat hoc in propria poteſtate, quòd omnino vitet peccatum, habet tamen poteſtatem nunc vitare hoc, vel illud peccatum, vt dictum eſt. Vnde quodcunque committit, voluntariè committit; & ita non immerito ei imputatur ad culpam.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd correptio vtilis eſt, vt ex dolore correptionis volũtas regenerationis oriatur; ſi tamen qui corripitur filius eſt promiſſionis, vt ſtrepitu correptionis forinſecus inſonante, aut flagellante, Deus in illo intrinſecus occulta inſpiratione operetur, & velle;

*Aug.c.6.

vt Auguſtinus dicit in lib.de correptione, & gratia; *ideo ergo neceſſaria eſt correptio, quia voluntas hominis requiritur ad hoc, quòd a peccato abſtineat; ſed tamen correptio nõ eſt ſufficiens ſine Dei auxilio. Vnde Eccleſ.7. Cõſidera opera Dei, quòd nemo poſſit corrigere quem ille deſpexerit. ———

¶Aſſumptum verum aliqñ, quia præſertim prædeſtinatis peccatoribus Deus immittit correptiones, & tribulationes, vt oriatur voluntas emendæ, mediante gratuita Dei motione; vt enim habet D.S. alibi, Deus quoſdam per ſpecialia auxilia, & occaſiones, & infirmitates ad ſe conuertit, tamen tribulationes præſcitorũ non ſunt correctoriæ, ſed hic incipit eorum damnatio; ſed in prædeſtinatis correctiones ordinantur ad hoc, quòd voluntas ſe conuertat ad Deum, non tamen ſine Diuino auxilio interius mouente ſpecialiter. Vltra. Si igitur &c. Conceditur, quòd non poteſt non peccare; ita quòd omnia vitet, poteſt tamen per tribulationes, & alias occaſiones diſponi, vt voluntas a peccato recipiſcat, vt dictum eſt. Quare negatur conſequentia, quia correctio adhibetur, vt primò ſe a peccato auertat, & conuertat ad Deum, & conſequatur gratiam, quæ cor ſuum in Deo confirmet, qua habita, poteſt non peccare mortaliter.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut Auguſt. dicit in Iponoſticon. *verbum illud intelligitur de homine ſecundùm ſtatum naturæ integræ, quando nondum erat ſeruus peccati; vnde poterat peccare, & non peccare; nunc etiam quodcunque vult homo datur ei, ſed hoc, quòd bonum velit, habet ex auxilio gratiæ. ———

*Auguſ. in lib.7.paulo a pũc.

¶ Ad maiorem dicitur primò, quòd auctoritas iſta intelligitur de homine in ſtatu integro ante peccatum, quia ille potuit peccare, & non peccare, vt patuit. Secundò dicitur intelligendo auctoritatem de homine corrupto, quòd poteſt bonum, & malum; ſed aliter, & aliter, quia malum ex ſeipſo, bonum autem ſalutare cum Diuino auxilio ſpeciali.

¶ Ad minorem, verum quidem non definit eſſe homo propter peccatum, definit tamen eſſe homo integer, integritate iſta quæ fuit per donum originalis iuſtitiæ, quæ faciebat hominem rectum, qui per peccatum fit curuus, & obliquus; Ergo &c. Verum, in poteſtate eius eſt vtrunque, ſed vnum ſcilicet malum, ſine ſpeciali auxilio; bonum autem diſponens ad vitam ętern ã, non ſine ſpeciali auxilio &c.

Vtrum homo gratiam conſecutus poſſit abſque alio Diuino auxilio bonum facere, & vitare peccatum.

AD nonum ſic proceditur. Videtur, quòd ille qui iam conſecutus eſt gratiam, per ſeipſum poſſit operari bonum, & vitare peccatum abſque alio auxilio gratiæ; vnumquodq; enim aut fruſtra eſt, aut imperfectum ſi non implet illud ad quod datur; ſed gratia ad hoc datur nobis, vt poſſimus bonum facere, & vitare peccatũ; ſi igitur per gratiam hoc homo nõ poteſt, videtur quòd vel gratia ſit fruſtra data, vel ſit imperfecta. S Pſalm.45. col.2.

¶ 2 Præt. per gratiam ipſe Spiritus Sanctus in nobis habitat, ſecundùm illud 1.ad Corin.3. Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis; ſed Spiritus Sanctus cum ſit omnipotens, ſufficiens eſt, vt nos inducat ad benè operandum, & vt nos a peccato cuſtodiat; ergo homo gratiam conſecutus poteſt vtrunque prædictorum abſque alio auxilio gratiæ.

¶ 3 Præt. ſi homo conſecutus gratiam adhuc alio auxilio gratiæ indiget, ad hoc, quòd rectè viuat, & a peccato abſtineat, pari ratione, & ſi illud aliud auxiliũ gratiæ conſecutus fuerit, adhuc alio auxilio gratiæ indigebit; proceditur ergo in infinitum, quod eſt incõueniẽs; ergo ille qui eſt in gratia non indiget alio auxilio gratię ad hoc, quòd bene operetur, & a peccato abſtineat.

¶ Sed contra eſt, quod Auguſt. dicit in lib. de natura, & gratia, * quòd ſicut oculus corporis pleniſſimè ſanus niſi candore lucis adiutus non poteſt cernere, ſic & homo perfectiſſimè etiam iuſtificatus niſi ętherna luce iuſtitiæ diuinitus adiuuetur, rectè non poteſt viuere; ſed iuſtificatio fit per gratiam, ſecundùm illud. Roman.3. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius; ergo etiam homo iam habens gratiam, indiget alio auxilio gratiæ ad hoc, quòd rectè viuat. *Aug.c.26.

¶Hic conſequenter D.S. inquirit de neceſſitate gratiæ quãtum ad gratiæ vſum. Et primò quantum ad executionem boni operis. Secundò quantum ad continuationem, in art.ſeq.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſicut ſupra dictũ eſt, homo ad rectè viuendũ dupliciter auxilio Dei indiget. Vno quidem modo quãtũ ad aliquod habituale donũ, per quod natura humana corrupta ſanetur, & etiam ſanata eleuetur ad operandum opera meritoria vitę ęternæ, quæ excedunt proportionẽ naturæ. Alio modo indiget homo auxilio gratię, vt a Deo moueatur ad agendũ.

¶D.S. præmittit quoddam notabile diſtinctiuum innuens duplicem intellectum quęſiti. Secundò ſubiungit duas concluſiones inſi. vnam quo ad primũ intellectũ, ibi. Quantum igitur &c. Aliã quo ad ſecundum, ibi. Indiget tñ &c. Notat ergo, ꝙ homo ad rectè viuendum. ſrectitudine perfecta, & gratuita, vel meritoria, indiget dupliciter. Vno modo quãtum ad habituale donum, ideſt homo primò indiget ipſa gratia habituali, quæ faciat eum potentem ad operandum meritoriè, quæ eſt actus primus conſtituens hominem in potentia actiua ſufficienti ad operandum meritoriè; quia autem ſupra art.1. dictum eſt, ꝙ quantumcunque res habeat principium operandi ſufficiens, indigeat auxilio, & motione Diuina; ideo habita gratia, adhuc opus eſt motione Dei, & vt patebit, ſpeciali, actuali ſcilicet, qđ actuale auxilium eſt interior inſtigatio, & excitatio atq; Diuina prouiſio, & aſſiſtentia Diuinæ prouidentiæ exterius gubernantis, & ſic quæſitum intelligitur de duplici auxilio Diuino, habituali ſcilicet, & actuali.

¶ Quantum igitur ad primum auxilij modum, homo in gratia exiſtens non indiget alio auxilio gratiæ, quaſi aliquo alio habitu infuſo.

¶Hic conſequenter D.S. reſpondet quæſito declarato, ponens talem concluſionem quo ad primum intellectum. Homo in gratia &c. vt habet littera. Et D.S. eam non probat hic, ſed relinquit eam probatam per tertium argumentum in oppoſitum adducendum; quia ſi habens gratiam indigeret alia gratia ad operandum per gratiam, eadem ratione ad illam indigeret alia, & ſic eſſet proceſſus in infinitum, quod eſt inconueniens, & impoſſibile. Et patet etiam probatio huius partis ex artic. 1. quia nulla res habito principio operandi ſufficienti, eget alia forma ſuperaddita; ſed gratia gratum faciens eſt principium operandi opera gratuita habitualia per modum actus primi ſufficiens; ergo non eget alia forma habituali ſuperaddita, ſicut patet de igne, qui habens calorem non eget alio calore. Conſequenter cum dicit.

¶Indiget tamen auxilio gratiæ ſecundùm alium modum, vt ſcilicet a Deo moueatur ad rectè agendum, & hoc propter duo. Primò quidē ratione generali, pp hoc, φ ſicut ſupra dictū eſt,* nulla res creata poteſt in quemcunque actum prodire, niſi virtute motionis Diuinæ.—

* Art. 1. huius quæſt.

¶Subiungit ſecundam cōcluſionem reſponſi. iuxta ſecundum intellectum quæſiti talem, homo indiget auxilio gratiæ &c. vt in principio litteræ. Quam probat, primò ratione generali, & etiam ſpeciali, ibi, Secundò ratione &c. Secundo ex auctoritate ſcripturæ confirmat, ibi. Et propter &cæt. Et dicitur ratio generalis, quia habet locum non ſolùm in homine perducendo ad beatitudinem ſupernaturalem; ſed in omnibus rebus. Arguitur ergo ſic ex illa ratione, nulla res creata poteſt in quemcūq; actū prodire, niſi virtute motionis Diuinæ; ergo habens gratiā non poteſt operari bonum, & vitare peccatum abſque auxilio, quod eſt motio Diuina. Antecedens patuit art. 1. conſequentia patet.

¶Nota tamen, quòd omnis quidem res indiget motione Diuina; ſed non ea qua eget conſtitutus in grat. aſquia prima eſt generalis, ſecunda autem eſt conſeruatiua gratiæ, & applicatiua eius ad operandum, & cum hoc eget ſpeciali aſſiſtentia Diuinæ prouidentiæ intus, & extra hominem gubernantis, & a peccato ſpecialiter præſeruantis, vt patebit ratione ſequenti; ſed habetur ex iſta ratione generali, φ homo etiam conſtitutus in gratia eget Diuino auxilio, eſto qualitas auxilij non ſit eadē. Conſequenter ibi.

¶Secundò ratione ſpeciali propter conditionem ſtatus humanæ naturæ, quæ quidem licet per gratiam ſanetur quantum ad mentem, remanet tñ in ea corruptio, & infectio quantum ad carnem, per quam ſeruit legi peccati, vt dr̄ ad Rom. 7. Remanet etiam quædam ignorantiæ obſcuritas in intellectu, ſecundùm quam, vt etiam dicitur. Rom. 8. Quid oremus ſicut oportet neſcimus, propter varios enim rerum euentus, & quia etiam nos ipſos non perfectè cognoſcimus, non poſſumus ad plenum ſcire quid nobis expediat ſm illud. Sap. 9. Cogitationes mortalium timidę, & incertę prouidentiæ noſtræ. Et ideo neceſſe eſt nobis, vt a Deo dirigamur, & protegamur, qui omnia nouit, & omnia poteſt.

¶Ponit aliam rationem ſpecialem propriam videlicet homini corrupto, & arguitur ſic. Licet humana natura per gratiam ſanetur quantum ad mentem, remanet tamen in ea corruptio, & infectio quantum ad carnem, remanet etiā quædam ignorātiæ obſcuritas in intellectu, qua neſcimus quid nobis expediat, & quid debeamus orare; ergo neceſſe eſt nobis, vt dirigamur, & protegamur a Deo, qui omnia poteſt, & nouit; quæ directio, & protectio eſt motio ad rectè agendum; ergo illa concluſio vera; conſequentia nota. Antecedens probatur in littera per auctoritates

Capreolus.

clarè. Et vide de ſecunda eius parte in Capreo. in ſecundo. diſt. 22. ad primum, quia in omni creatura rationali poteſt eſſe inconſideratio alicuius circunſtantiæ, &c. Tunc ibi.

¶ Et propter hoc etiam renatis in filios Dei per gratiam conuenit dicere. Et ne nos inducas in tentationē, & fiat voluntas tua ſicut in cęlo, & in terra &c. quæ in oratione Dominica continentur ad hoc pertinentia.—

¶Confirmat iſtam concluſionem, & ſecundam probationem præcedentem, quia in oratione Dominica petimus quæ pertinēt ad Diuinam protectionem, & directionem.

¶ Nota pro maiori intellectu huius materiæ, & ſecundæ concluſionis D.S. in de Verit. Mat. 24. ar. 9. φ quia homo etiam cōfirmatus in gratia viæ, non habet in ſe ſufficiens ſuæ firmitatis principium ſicut beati, ſed per munus gratiæ, non ita tetrahuntur a malo, φ omnino peccare non poſſint niſi Diuina prouidentia cuſtodiente; ſicut etiam dr̄ de immortalitate Adæ, qui ponitur immortalis, non quia omnino aliquo ſibi intrinſeco protegi poſſet ab omni exteriori mortifero, vtpotè ab inciſione gladij, & alijs hmōi, a quibus tñ Diuina prouidentia immunis conſeruabatur; non enim omnis peccati origo hic auferetur, quia & ratio in non cōfirmatis in gratia in particulari decipi poteſt; & etiam ex hoc, quòd iudicium rationis intercipitur propter aliquam paſſionem inferiorum virium; qñ enim inferiores vires intensè mouentur in aliquid, interrūpitur actus rationis, vt limpidè, & ferenter ſuum iudicium de bono voluntati non proponat, & illi defectus in homine viatore puro auferri non poſſunt. Vnde opus eſt ſemper Diuina cuſtodia, vt quantumcunque occaſio peccati ſe ingerat, mens diuinitus excitetur ad reſiſtendum, hæc D.S. in ſententia ibidem. Ex quibus patet, φ nec confirmati poſſunt ſemper bene agere, & vitare oēm defectū, niſi ex Diuina prouidentia ſingulari aſſiſtente, multò minus alij viatores puri in gratia non confirmati, qui patiuntur defectus in ſecunda ratione recitatos. Hæc ratio eſt pro ſecunda concluſione, & probat, quòd habens gratiā indiget auxilio non quidem habituali, ſed adiutorio gratuito; ita φ per auxilium gratiæ intelligatur quodcunque adiutorium gratis, & ſupernaturaliter collatum.

¶ Ad primum ergo dicendum, φ donum habitualis gratiæ non ad hoc datur nobis, vt per ipſum non indigeamus vlterius Diuino auxilio. Indiget enim quęlibet creatura, vt a Deo cōſeruetur in bono, quod ab eo accepit, & ideo ſi poſt acceptā gratiam homo adhuc indiget Diuino auxilio, non poteſt concludi, quòd gratia ſit in vanum data, vel quòd ſit imperfecta; quia etiam in ſtatu gloriæ qñ gratia erit omnino perfecta homo Diuino auxilio indigebit; hic autē aliqualiter gratia imperfecta eſt, inquantū hominem non totaliter ſanat, vt dictū eſt.* *In corp. art.

¶Pro illius ſolutionis intellectu nota, φ aliud eſt loqui de gratia abſolutè, aliud de gratia conſummata, aliud de gratia gratum faciente viatica. Gratia enim gratum faciens abſolutè abſtrahit a perfectione, vel imperfectione, quæ ſibi in illo, vel iſto ſtatu conuenire poteſt. Gratia autem conſummata illa actualiter includit perfectionem totalem competentem, & poſſibilem cuilibet beato ſm Diuinam prædeſtinationem; & includit non ſolùm perfectionem quæ eſt ſm modum eſſendi gratiæ in anima, ſed etiā quę eſt ſm deriuationem in corpus beati, cū animæ reunitur, per quā caro ſpiritui perfectè obedit. Gratia verò viatica dicit triplicē imperfectionē, non quidem in ratione gratiæ viaticæ, ſed comparatę ad eam perfectionem quæ gratiæ abſolutè acceptæ non repugnat, & gratiæ conſummatæ actualiter conuenit. Vna eſt imperfectio ſm modum eſſendi gratiæ, quia viatica non eſt tanta, etiam in modo eſſendi, ſicut conſummata. Alia eſt, quia non deriuatur pro hoc ſtatu in ſenſualitatem; & vires inferiores, quia eſto φ ſit magna, & intenſa, non tñ pro hoc ſtatu totaliter ſanat. Tertia eſt, quia non perficit rationem, vt infallibiliter regulæ Diuinæ inhęreat per viſionem Diuinæ eſſentiæ; quare ſequitur, φ gratia viatica eſt imperfecta imperfectione priuatiua ſm illum modum, quem habet D.S. prima parte. q. 33. art. 4. ad 2. quo videlicet aliquid non habet, quod natum eſt haberi ab aliquo ſui generis (ſicut talpa dr̄ cęca) quia ipſa gratia viatica non habet perfectionem gratiæ cōſummatę poſſibilē, & ab ea habitā. Non autem dr̄ imperfecta quaſi non habeat, quod ſibi competat, vt viatica eſt, vt ſic; quia illius non eſt ſe extendere ad cohibendas inferiores vires ſub iudicio rationis. Eſt autem imperfectionis quaſi negatiuæ in gratia viatica, vt ſic, non reparare vires inferiores, & non facere infallibiliter cognoſcere regulam actionis ſuæ, ſicut facit gratia conſummata quæ exhibet Diuinā eſſentiam, quæ eſt ratio omnium operum beatorum hominum, & ſpirituum. His notatis dicitur ad argumentum. Ad maiorem, concedendo eam, & notanter dicitur, ſi non impleat illud ad quod datur, nam potentia actiua non ordinata ad actum ſicut ad finem, ſi non operetur non eſt fruſtra; ſed quando eſt aliquid ordinatum ad opus ſicut ad finem, & ipſum non conſequitur, fruſtra eſt. Vnde potentia Dei ſi nihil operata fuiſſet, non fruſtra fuiſſet &c. Ad minorem, ſi intelligitur, quòd gratia nobis detur, vt poſſimus bonum facere excluſo auxilio Diuino, quod auferat occaſiones peccatorum prouenientes ex corruptione carnis, & alijs defectibus. Negatur, quia & alijs rebus dantur perfectiones, & principia operandi, quibus habitis, egent motione Diuina. Dico enim, quòd gratia datur, vt ſanet mentem hominis, & vt habeat principium, & formam operatiuam meritoriè; ſed non poteſt ſemper operari meritoriè, nec in gratia permanere niſi per auxilium Diuinum. Vltra, ſi igitur &c. Dico, quòd per gratiam ſolùm non poteſt niſi aſſiſtente Diuino auxilio, & conſeruatiuo gratiæ, & auferentis, & comprimentis trahentia in peccatum. Sed nego, φ propterea ſit imperfecta priuatiuè in rōne gratię viaticę, qa illius non eſt cohibere ſufficieter ſine ſpeciali auxilio, omnia peccata, & facere oīa bona; quia ad minus homo viator peccaret peccato incōſiderationis, a quo nec Angelus in gratia creatus immunis fuit, multò minus homo ſibi relictus etiam in gratia. Vide de hoc Capreolum ſecundo, diſtin. 22. ad primū, & ſecundū. Sed poteſt concedi conſequēs, φ gratia viatica

Capreolus.

viatica eſt imperfecta priuatiuè, modo qui dictus eſt, quia videlicet non habet perfectionem gratiæ conſummatæ, quia non totaliter ſanat, nec tollit poſſibilitatem peccati inconſiderationis. Sed omnino negatur conſequentia; φ ergo ſit fruſtra, quia facit effectum bonum, & ſibi poſſibilē pro hoc ſtatu, licet non poſſit illum effectum facere. ſ. operationem bonam ſine defectu, niſi aſſiſtente Deo; immo nec gratia cōſummata facit effectum ſuum ſine Deo. Vnde nō poſſe facere ſine Deo, eſt defectus purè negatiuus, quia in omni creatura reperitur. Cum quo ſtat, quòd non tollere inconſiderationem, & corruptionem ſenſualitatis, eſt defectus priuatiuus modo dicto.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd operatio Spiritus Sancti qua nos mouet, & protegit, non circumſcribitur per effectum habitualis doni, quod in nobis cauſat; ſed præter hunc effectum nos mouet, & protegit ſimul cum patre, & filio.

¶ Maior conceditur, ſed dico, φ ſua inhabitatio per gratiam non impedit nec præiudicat eius auxilio, immo eſt ratio ſpecialis auxilij, & gratuiti Spiritus Sanctus ſimul cum patre, & filio. Minor conceditur, ſed inducit nos ad operandum nos mouēdo, & excitando ad opus, & protegendo a malo, & dirigendo. Quare negatur conſequentia, quia ſi Spiritus Sanctus ſolùm inhabitaret per gratiam, & non protegeret, & cuſtodiret, ſtātim laberetur homo in peccatum, & Spiritum Sanctum amitteret; vnde conſequentia non valet. Spiritus Sanctus eſt in nobis per gratiā, igit nō eſt opus eius auxilio, vel non eſt poſſibile eius auxilium &c.

¶ Ad tertium dicendum, φ ratio illa concludit, quòd homo non indigeat alia habituali gratia.

¶Ad aſſumptum, ſi intelligitur, quòd ſi homo conſecutus gratiam habitualem adhuc alio auxilio gratiæ, ideſt gratuiti auxilij indigeret &c. negatur; quia vt patuit. art. 6. ad tertium, gratuita motio, & gratuitum auxilium, cum ſit primi agentis opus, non præſupponit aliud opus, vel aliam gratiam, nec per conſequens procederetur in infinitū; ſed eſt ſtatus in gratuito auxilio. Vltra, ad conſequens. Ergo &c. Si intelligitur, quòd non indigeat auxilio gratiæ actualis, id eſt Diuinæ directionis, & cuſtodiæ ſpecialis naturæ. Dicitur ſecundo ad aſſumptum. Si homo conſecutus gratiam, ſcilicet habitualem adhuc alio auxilio gratiæ habitualis indigeret ad hoc, quòd rectè viuat, tunc pari ratione adhuc alio indigebit, quia illę gratiæ eſſent eiuſdem rationis; ſed hoc nos non dicimus, ſed oppoſitum. Et conceditur vlterius, quòd procederetur in infinitum, & hoc eſt inconueniens, vnde conceditur conſequens, quòd exiſtens in gratia non indiget alio auxilio gratiæ habitualis, indiget tamen Diuina motione, & cuſtodia, & directione.

Vtrum homo gratiam conſecutus, poſſit perſeuerare in bono, ſine auxilio gratiæ.

Infr. q. 114. ar. 2. cor. Et a. 2. q. 138. a. 4. Et 2. d. 2. in expo. lit. ad 2. Et 3. cont. c. 55 Et Verit. q. 24. ar. 13. per tot. & q. 27. ar. 5. ad 3. Et Pſal. 31. co. 6. Et 10ā. 7. lect. 2.

T AD decimum ſic proceditur. Viderur, quòd homo in gratia conſtitutus non indigeat auxilio gratię ad ad perſeuerandum; perſeuerantia enim eſt aliquid minus virtute, ſicut & continentia, vt patet per Philoſophum in 7. Ethi.* ſed homo non indiget alio auxilio gratiæ ad habendum virtutes ex quo eſt iuſtificatus per gratiam; ergo multò minus indiget auxilio gratiæ ad habendum perſeuerantiam.

* Aug. ex c. 7. & 8. colligitur.

¶ 2 Præt. omnes virtutes ſimul infunduntur; ſed perſeuerantia ponitur quædam virtus; ergo videtur, quòd ſimul cum gratia infuſis alijs virtutibus, perſeuerantia detur.

¶ 3 Præt. ſicut Apoſtolus dicit ad Rom. 6. plus reſtitutum eſt homini per donum Chriſti, quàm amiſerit per peccatum Adæ; ſed Adam accepit, vnde poſſet perſeuerare; ergo multò magis nobis reſtituitur per gratiam Chriſti, vt perſeuerare poſſimus; & ita homo non indiget gratia ad perſeuerandum.

¶ Sed contra eſt, quod Auguſt. dicit in lib. de perſeuerantia.* Cur perſeuerantia poſcitur a Deo ſi non datur a Deo? an & iſta irriſoria petitio eſt cum id ab eo petitur, quod ſcitur non ipſum dare, ſed ipſo non date eſſe in hominis poteſtate? ſed perſeuerantia petitur etiam ab illis qui ſunt per gratiam ſanctificati, quod intelligitur cum dicimus. Sanctificetur nomen tuum, vt ibidem Auguſtinus,* confirmat per verba Cypriani; ergo homo etiam in gratia conſtitutus indiget, vt ei perſeuerantia a Deo detur.

* Aug. e. 2.

* Aug. c. eo.

¶Hic vltimò inquiritur de neceſſitate gratiæ ad continuationem boni operis.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd perſeuerantia tripliciter dicitur. Quandoque enim ſignificat habitum mentis, per quem homo firmiter ſtat ne remoueatur ab eo, quod eſt ſecundùm virtutem per triſtitias irruentes; vt ſic ſe habeat perſeuerantia ad triſtitias ſicut continentia ad concupiſcentias, & delectationes, vt Philoſophus dicit in 7. Ethicorum.* Alio modo poteſt dici perſeuerantia habitus quidam ſecundùm quem homo habet propoſitum perſeuerandi in bono vſque in finem.

* Ariſt. c. 7.

¶D.S. diſtinctè abſoluit quæſitum, ſm quòd ille terminus perſeuerantia multipliciter dicitur, quia tripliciter. Et primò reſpondet quo ad primas duas acceptiones; ſecundò iuxta tertiam, ibi. Alio modo dicitur &c. Quo ad primum, primò præmittit duas acceptiones perſeuerantiæ; ſecundò ſubiungit concluſionem reſponſi. conformem, ibi. Et vtroque &c. Prima ergo acceptio perſeuerantiæ eſt, quia ſignificat habitum mentis. i. voluntatis tenentis ſe cum ratione, ne ab ea recedat per triſtitias quæ ſunt de malis præſertim oppoſitis delectationibus tactus. Tunc enim continentia eſt quædam habitus laudabilis faciens ne volūtas propter delectationes præſertim tactus, relinquat rationem; ita perſeuerantia iſto modo facit, ne propter triſtitias quæ ſunt ex famæ, & ſiti, & carentia delectationū tactus recedat a ratione. Et eſt vtraq; cum abundantia paſſionum quæ eſt in ſenſualitate, quia continens patitur vehementes paſſiones, ſed ab eis non deducitur. Perſeuerans ſimiliter habet triſtitias conſurgentes ab intra de penuria delectationum. Et de iſta materia dictum fuit ſupra. q. 58. art. 3. ad ſecundum. Secundò autem modo dicitur perſeuerantia habitus, quo homo habet propoſitum perſeuerādi in bono quocunque difficili. Tunc eſt in irascibili, & poteſt eſſe in eo qui non habet abundantiam paſſionum, & ſtare cum virtute perfecta. Et de hoc D.S. ſecunda ſecundæ q. 137. art. 7. ad primum. Conſequenter cum dicit.

Continentia, & perſeuerantia.

¶ Et vtroque iſtorum modorum perſeuerantia ſimul cum gratia infunditur; ſicut & continentia, & cæteræ virtutes.

¶Subiungit correſpondenter ad prædicta membra talem concluſionem reſpon. Vtroq; iſtorum modorum perſeuerantia ſimul cum gratia infunditur. Et habetur ex illa concluſione, quòd gratia quidem habitualis requiritur ad perſeuerantiam iſto modo tanquàm cauſa quam concomitatur, quia videlicet perſeuerantia infuſa requirit gratiam habitualem, licet non acquiſita. Sed iam conſtitutus in gratia, quia ſimul habet perſeuerantiam iſtis modis, non indiget alia gratia ad habendum ea, licet vt eas conſeruet, (vt patebit) indigeat gratia, non quidem habituali, ſed gratuito auxilio; vnde habetur reſponſio negatiua ad quæſitū, φ non indiget gratia cōſtitutus in gra ad habendas iſtas perſeuerantias. Probat aūt cōcluſio a ſimili (quod tangir duo prima argumenta in oppoſitū.) Cōtinentia & cæteræ virtutes ſimul infunduntur cum gratia; igit & perſeuerantia iſtis duobus modis. Aſs ſupponitur ex ſupradictis, q. 63. vbi dictum eſt, φ morales infundūtur cū gratia. Tenet cōſequentia, quia perſeuerātia primo modo conuenit cū continentia, vt dictum eſt ex Phil. perſeuerantia aūt ſecundo modo cōuenit cū virtutibus cęteris moralibus perfectis. Et probat hæc concluſio per duas primas rationes in oppoſitum, quas D.S. breuiter notat, & approbat per verba in lra poſita. ¶Nota, φ circa iſtā concluſionē, & eius probationem eſt dubiū. Nam D.S. 2. 2. vbi iā dicit, φ perſeuerantia primo modo ſit in eo, qui vehementer aſſicitur paſſionibus circa mala tactus & guſtus, vtpotè qui non habet perfectā virtutem modificantem has paſſiones; ſed ille qui habet gratiā, habet virtutem modificātē paſſiones, quia gratiam oēs perfectæ virtutes comitantur. Quare non vr̄, φ perſeuerantia nec cōtinentia, vt accipiunt primo modo ſimul cū gra infundant. Et præterea D.S. 2. 2. vbi iam, art. 4. in corp. dicit ſolùm de perſeuerantia virtute, φ infundatur cum gratia habituali, ſicut & cæteræ virtutes infuſæ. Non autem loquitur aliquid de perſeuerātia primo modo accepta, immo ipſam excludere videtur per hoc φ notanter dicit, perſeuerātia accipitur vno modo pro ipſo habitu perſeuerantiæ, ſm φ eſt virtus; & hoc modo indiget dono habitualis gratiæ, ſicut & cæteræ virtutes; quaſi vellet dicere a cōtrario ſenſu. Perſeuerantia habitus, quę tñ non eſt virtus, illa nō infunditur cū gratia, &c. Et præterea in de Veri. Ma. 24. art. 13. ad 3. etiam ſolùm loquitur de perſeuerantia virtute, cuius eſt propoſitū perſeuerandi. Et ſic dicit eam habere omnes, qui habent gratiam, quamuis non ſint vſque in finem perſeuraturi. ¶Ad hoc poſſet fortè dici, φ D.S. in ſecunda ſecundæ, quam poſt hunc librum conſcripſit, magis rem ponderauit, & hīc dicta quo ad perſeuerantiā primo modo dictam, emendauit præſertim. quia nō oportet in habente gratiam eſſe vehementes paſſiones, quæ per virtutes per gratiam, & cum gratia collatas refrenantur.

¶ Sed videtur ſecundo dicendum, & melius ex D.S. in de vir-

tutibus in communi.artic.10.ad 14.quia differentia eſt inter virtutes morales infuſas, & acquiſitas; quia quo ad refrenationem paſſionum ſe mutuo excedunt. Acquiſita enim,quia per frequentes actus acquiritur, ideo acquirens diſſueſcit paſſionibus obedire,& eis reſiſtere, & per conſequens habita tali virtute,paſſiones minus ſentiuntur, & per conſequens cum temperantia acquiſita non eſt continentia,vel perſeuerantia,primo modo;quia vt dictũ eſt ſic acceptæ habent locum in vehementia paſſionum; Virtus autem infuſa, quia non acquiritur ex actibus, ſed ex ſubita infuſione Dei, ideo a principio non tollit ſenſum, & vehementiam paſſionum,ſicut acquiſita. Nec eſt contra virtutem temperantiæ infuſæ,quòd aliquis patiatur moleſtiam circa paſſiones, quia ad talem virtutem ſufficit ſine triſtitia operari, & præſertim voluntatis; nec requiritur,quòd delectabiliter operetur, propter moleſtias quæ ſentiuntur. Quare ſtant ſimul continentia infuſa, vel perſeuerantia,& temperantia infuſa,vel fortitudo,non autem ita de acquiſitis. Quare cum D.S.in 2.2.art.1.loquitur de perſeuerantia poſt Philoſophum, nec reſtringit ſe ad infuſam, loquitur de acquiſita,quàmuis, & infuſa ſit cum moleſtia paſſionum;ſed hoc vt dictum eſt,non præiudicat virtuti infuſę; quare nulla eſt repugnantia inter hic,& alibi dicta. Quia D.S.per hoc,ꝙ loquitur in ſecunda ſecundæ,de perſeuerantia virtute,non excludit perſeuerantiam habitum infuſum;nam iuſtificati prius peccatores aſſueti in peccatis, valde egent perſeuerantia, & continentia habitibus laudabilibus; ideo rationale eſt, vt ſimul cum gratia infundantur, qui tamen poſt edomitas paſſiones non habent tantum actum ſicut antea; vnde ſicut quandoque infunduntur, & acquirũtur virtutes, quæ propter aliquam diſpoſitionem, vel defectum naturæ nõ habent actus ſuos, ſed habere poſſint, vt ſupra dictum fuit.q.65.art.1.& iterũ ſunt aliquæ quæ habentur in potentia propinqua radicata in alijs habitibus; ita eſto gratia infundat alicui non habenti vehementes paſſiones, poteſt nihilominus adeſſe habitus perſeuerantiæ, primo modo, vel continentiæ,aut ſaltem habetur in potentia propinqua; ita quòd eſt taliter diſpoſitus per virtutes, quòd ſi adeſſet vehementia paſſionum, voluntas teneret ſe ſecundùm rationem, & non ſequeretur vehementiam paſſionum in bono, vel malo &c. Deinde cum dicit.

¶ Alio modo dicitur perſeuerantia continuatio quædam boni vſque ad finem vitæ, & ad talem perſeuerantiam habendam homo in gratia conſtitutus nõ quidem indiget aliqua alia habituali gratia, ſed Diuino auxilio ipſum dirigente, & protegente contra tentationum impulſus; ſicut ex præcedenti quæſtione apparet. *

*Art.præc.

¶Reſpondet iuxta tertiam acceptionem perſeuerantię,vt dicit continuationem quandam boni vſque in finem vitæ,prout ſecundùm D.S. in de Verita. vbi ſupra,eſt circunſtantia quædam virtutis deſignans permanentiam virtutis vſque in finem vitæ. Et ſm D.S.ſecunda ſecũdæ prout nominat actum virtutis continuatum vſque in finem;omnia enim iſta idem important.Et de hac acceptione quæſitũ principaliter intelligitur. Vnde ponit talem concluſionẽ reſponſiuam conformem.Ad talem perſeuerantiam habendam,homo in gratia conſtitutus &c. vt in littera iacet.Hanc concluſionem primò probat ſub breuibus, ſecundò ex ea infert quoddam corollariũ, ibi. Et ideo &c. Habet autem concluſio iſta duas partes,& D.S. relinquit ambas eſſe probatas ex art.præce.& tangit probationem ſecundæ partis ſub breuibus. Et arguitur ſic. Perſeuerare iſto modo eſt bonos actus cõtinuare, & operari vſq; in finem; ſed conſtitutus in gratia non eget habituali, ſed eget auxilio Diuino, vt bene operetur,& non deficiat; igitur cõcluſio vera pro ambabus partibus. Maior nota ex iam dictis.Minor pro prima parte patuit,quia aliàs eſſet proceſſus in infinitum.Secunda pars patet,quia conſtitutus in gratia habet ſenſualitatem corruptam,& patitur varias tentationes,& obſcuritatem intellectus, & impoſſibilitatem euitandi omnes conſiderationes,vt patuit; igitur eget auxilio dirigente,& protegẽte. Si autem placet videre multas rationes pro ſecunda parte huius concluſionis. Vide D.S. tertio contra Genti.c.155.vbi adducit multas rationes,& auctoritates pro hac parte concluſionis. Sed fundamentalis ratio dicta eſt art.præce.quia homo in gratia conſtitutus nõ poteſt ſine auxilio gratuito bene operari,& non poteſt non peccare, vel conſtituere in tali ſtatu,vt peccare non poſſit.Ideo non poteſt perſeuerare,quia perſeuerare nihil aliud eſt, quàm cõtinuare bonas operationes vſque in finem. Et ſi homo poſſet ſe ponere in tali ſtatu, vt peccare non poſſet; tunc poſſet ſe facere perſeuerare, ſed hoc non poteſt &c. Deinde ibi.

¶Et ideo poſtquàm aliquis eſt iuſtificatus per gratiã, neceſſe habet a Deo petere prædictum perſeuerantiæ donum, vt ſcilicet cuſtodiatur a malo vſque ad finem vitæ; multis enim datur gratia quibus non datur perſeuerare in gratia.

¶Infert vnum corollarium ex ſecunda parte dictæ concluſionis, & probatione reſumpta ex art.præce.ſcilicet tale. Poſtquàm aliquis eſt iuſtificatus &c.probatur, quia multis datur gratia,quibus non datur perſeuerare in gratia; igitur corollarium verum. Tenet conſequentia,quia ſi ex gratia habituali non habet perſeuerantiam, ſed ex gratuito auxilio Dei, ideo bene ſequitur,quòd habeat petere a Deo illud auxilium. Antecedentis poſſibilitas patet ex dictis, quia conſtitutus in gratia, non neceſſario habet aliud auxilium; igitur poteſt vnum dari, & non aliud. Et patet eius veritas de facto de Iuda, & alijs qui habuerunt gratiam. Et patet de omnibus baptizatis præſcitis.

¶Nota autem breuiter huius rei fundamentum ex D.S.contra Genti.& 2.2.vbi ſupra.art.4.quia libe. arbi. pro hoc ſtatu non ita perficitur per gratiam habitualem,quin ſit vertibile ad malum,& poſſit ſequi tentationes, & corruptiones carnis.Et ideo nõ ſubeſt poteſtati lib.ar.etiam per gratiam reparati, vt ſe immobiliter in bono ſtatu, licet in poteſtate eius ſit electio, & propoſitum perſeuerandi, ſed plerumq; cadit in noſtra poteſtate electio, ſed non executio; non enim eſt homo dominus ſuarum naturalium potentiarum; & ideo licet liber ſit ad volendum, vel nolendum aliquid,nõ tamen volendo poteſt facere, quòd voluntas ſua immobiliter inhęreat ei,quod vult,quod requiritur ad perſeuerantiam, vt. ſ. voluntas immobiliter in bono permaneat; quare oportet adeſſe Diuinũ auxilium,quo Deus dirigit, & gubernat per ſuam prouidentiam, vt homo vſque in finem permaneat.

¶Nota etiam poſt D.S in de Veri.vbi ſupra,quòd differunt poſſe abſtinere a peccato;& poſſe perſeuerare vſque in finem vitę in abſtinentia a peccato. Primò enim modo potentia fertur ſupra negatione tantum, vt.ſ.aliquis poſſit non peccare; & hoc poteſt homo in gratia exiſtens loquendo de mortali,quia habet inclinationem ad peccatum vitandum, & non habet habitum inclinantem ad peccatum,vel affectionem habitualem. Cum autem dicitur,ille poteſt perſeuerare in abſtinentia peccati vſque in finem; potentia fertur in aliquod affirmatiuum, vt.ſaliquis ponat ſe in tali ſtatu, quòd peccatum in eo eſſe non poſſit, & quòd faciat ſe impeccabilem;hoc autem non cadit in poteſtate li.ar.quia virtus motiua exequens, non ſe ad hoc extendit, & ideo homo habet perſeuerantiam a Deo petere;patet ex hoc, ꝙ nõ eſt diſcrepatia, cũ prius dictũ fuit, ꝙ homo in gratia exiſtens poteſt peccatum, immo omnia mortalia vitare. Et hic dr, ꝙ ex habita gratia non habet perſeuerare. Poſſe enim vitare omnia peccata, eſt habere inclinationem in bonum,quam ſi ſequatur,& ea vtatur,non peccabit. Sed quia non habet,vt ea ſemper vtatur,immo poteſt agere contrarium,ideo non habet potentiam perſeuerandi, quæ eſt impeccabilitas. Habet ergo, vt a peccatis abſtineat; ſed non habet,vt in abſtinentia maneat, quod eſt perſeuerare. Ad hoc enim ſecundum requiritur infallibilis inhęſio ad Deum,& ablatio omnis occaſionis peccandi, quod erit in patria, hic autem non erit; ſed per ſingulare auxilium habet omne bonum facere, & non deficere, & ſic perſeuerare.

Differunt poſſe abſtinere a peccato,& poſſe perſeuerare, &c.

¶ARG. in contrarium confirmat ſecundam partem concluſionis ſecundæ, quia deriſorium eſſet a Deo petere,cuius ipſe nõ eſſet dator;ſed Chriſtus in oratione Dñica, quæ nõ eſt deriſoria, docuit nos petere perſeuerantiam a Deo; ergo ipſe dat, & homo ex ſuis naturalibus non habet,immo nec ex gratia habituali viatica; per quam quidem,vt dictum eſt,poteſt a peccatis abſtinere, ſed per eam non habet,vt poſſit in abſtinentia perſeuerare, quia ipſa non facit hominem impeccabilem. Per hoc autem excluditur error Pelagianorum,qui dixerũt, quòd ad perſeuerandũ ſufficit lib.ar.nec ad hoc homo indiget gratia.Et ſm.D.S.contra Gentiles,vbi ſupra, petimus perſeuerantiam etiam in hoc,quòd dicimus. Adueniat Regnum tuum; non enim nobis aduenier Regnum Dei, niſi in bono perſeuerantes fuerimus.

¶Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ obiectio illa procedit de primo modo perſeuerantiæ; ſicut & ſecũda obiectio procedit de ſecundo. Vnde patet ſolutio ad ſecundum.

¶Maior vera, de perſeuerantia primo modo dicta in corpore, quia perfecta virtus circa paſſiones non eſt cum vehementia paſſionum, præſertim acquiſita. Et ſecundò, perfecta virtus eſt conſummatiua boni operis in paſſionibus. Perſeuerantia autem eſt cum inordinatione paſſionum. Et ſecundò,nec eſt conſummatiua boni operis, quia eſt in voluntate. Similiter dicitur de continentia,Minor conceditur,& notanter, ad habẽdum virtutes non indiget gratia alia habita gratia, licet ad perſeuerandum. Tertio modo indiget gratuito auxilio. Cõceditur,& conſequens,& conſequentia de perſeuerantia primo modo. Vnde vult hoc argm, ꝙ ſi perfectę virtutes habentur cum gratia, nec opus eſt alia gratia ad ipſas habendas;igitur magis perſeuerantia quæ eſt quid minus virtute &c. Et probat hæc ratio primam concluſionem.

¶Ad ſecundum. Maior conceditur,tùm quia ſunt connexæ virtutes infuſę in charitate, & prudentia; tùm quia opera Dei perfecta. Minor conceditur etiam de perſequerantia ſecundo modo, vt eſt virtus factiua propoſiti benefaciendi,& perſeuerandi in bono difficili, vt patet ſecunda ſecundæ, vbi ſupra.in cor. Conceditur & conſequentia, & conſequens de perſeuerantia ſecundo modo. Vnde & hæc ratio eſt pro prima concluſione.

¶Ad

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut Auguſtinus dicit in libro de natura, & gratia, * homo in primò ſtatu accepit donum per quod perſeuerare poſſet,non autem accepit,vt perſeueraret;nunc autem per gratiam Chriſti multi accipiunt, & donum gratiæ quo perſeuerare poſſunt,& vlterius eis datur,quòd perſeuerẽt, & ſic donum Chriſti,eſt maius, quàm delictum Adæ,& tamẽ facilius homo per gratiæ donum perſeuerare poterat in ſtatu innocentię in quo nulla erat rebellio carnis ad ſpiritum, quàm nunc poſſumus, quando reparatio gratiæ Chriſti, & ſi ſit inchoata quantum ad mentem, nondum tamen eſt conſummata quantum ad carnem, quod erit in patria,vbi homo,non ſolùm perſeuerare poterit,ſed etiam peccare non poterit.

*Aug.c.41.

¶ Ad maiorem etiam dictum fuit ſupra quæſt.81.arti.3.ad tertium. Conceditur enim, quia per Chriſtum reſtituetur quicquid Adam perdidit,& amplius,ſed tempore ſuo immortalitas,& perfecta ſubiectio inferiorum uirium ad rationem. Aliqua autem etiam in hoc ſtatu reſtituuntur,ſcilicet gratia,& virtutes, & poſſe perſeuerare,& ſimul etiam perſeuerare,poſſe nõ peccare, & cum hoc non peccare.

¶ Ad minorem,concedo, quòd Adam accepit,vt poſſet perſeuerare,etiam per li.arbitrium cum dono originalis iuſtitiæ, quia tunc nulla corruptio erat in humana natura, quæ perſeuerandi difficultatem præberet,ſicut nunc eſt.Et ideo nunc poteſt perſeuerare ſolùm ex gratia Dei duplici,gratum faciente,& gratuito auxilio.Sed addo,quòd Adam quidem potuit perſeuerare per donũ gratiæ,ſed non accepit,ut perſeueraret de facto,quod oſtendit cauſus,& peccatum eius; ſed multi nunc per donũ Chriſti accipiũt, & poſſe perſeuerare,& cum hoc perſeuerantiam.Quare donum Chriſti maius eſt, quare negatur conſequentia,ſi intelligitur, ꝙ reſtituta gratia poſſimus per eam, ſine ſpeciali adiutorio perſeuerare.Sed reſtituitur nobis per duplicem gratiam,vt poſſimus perſeuerare, & etiam perſeueremus. Oportet enim memorari eius, quod dictum eſt ar.5.ad tertium, quòd melioris conditionis eſt,ꝙ per plura auxilia perducitur ad altiorem finem. Et ergo eſto homo nunc egeat duplici auxilio,ſcilicet gratia habituali, & actuali,quia tamen perducitur per iſta auxilia ad altiorem finem, ſcilicet ad poſſe perſeuerare, & ad perſeuerare de facto,ideo melioris conditionis eſt quo ad hoc.

¶ Nota hic,quòd Adam in ſtatu innocentiæ facilius perſeuerauit,quàm nunc perſeueremus,quia nõ habuit ſenſualitatem, & naturam corruptam,vt dictum eſt,ſicut nunc,vbi gratia ſanat mẽtem,ſed non naturam,quod futurum eſt in patria,vbi erimus omnino impeccabiles. Tamen non videtur Adam potuiſſe perſeuerare ſine ſpeciali auxilio,nec quo ad hoc facilius. Vide Doc.San. in de Veri.mat.27.par.5.ad tertium. Sed quia non eguit dono naturam ſanante,quæ integra fuit, & ideo etiam ſi fuit conditus in naturalibus integris,& ſine gratia,potuit perſeuerare, & vitare peccatum,& facere bona cõnaturalia,nec vltra tenebatur, antequàm habuit gratiam, quia ſecus eſſet de homine ante peccatum non habẽte gratiam,& charitatem gratuitam,& de homine poſt peccatum non habente gratiam;nam homo qui ante peccatum non haberet gratiam, non faciendo opus gratuitum eſſet excuſatus, quia illud non facere, & non habere gratiam, non eſſet ex culpa ſua; ſed poſt peccatum eſt ex culpa ſua, & eſt pœna peccati non habere gratiam, quare non excuſatur; hoc tamen verum eſt,ꝙ ſi homo in naturalibus motus a Deo ſufficienter, non ſe præparaſſet ad gratiam, non fuiſſet excuſatus,quia tunc ex culpa ſua eſſet non habere gratiam,pono autem, quòd ſi ſine culpa ſua non habuiſſet gratiam,& tunc fuiſſet excuſatus &c.Ad propoſitum ergo dico, quòd homo integer ſine gratia potuit ſtare in bonis naturalibus,nec vt ſic,amplius obligabatur. Et ergo per donũ gratię, de quo Doct.Sanct.loquitur,poteſt intelligi ſola iuſtitia originalis,quæ fuit donum gratiæ,quia gratuitum.Si tamen per donum gratiæ intelligit donum originalis iuſtitiæ, & ſimul gratiam gratum faciẽtem, in qua ponit hominem creatum iuxta opinionem ſuam, tunc facilius potuit, tum quia ſine gratia gratum faciente potuiſſet,ut ſentiunt illi, qui ponunt eum creatum in naturalibus integris, tum quia in gratia potuit vitare omnia peccata etiam oppoſita virtutibus theologicis, & facere bona etiam meritoria. tum tertiò, quia facilius potuit, quia cum minore difficultate, nulla reſiſtentia,uel nullo impedimento in natura inuento.

¶ Nota etiam,quòd in patria erit homo impeccabilis, ſed aliter,quàm homo in ſtatu innocentiæ;quia in ſtatu innocentiæ potuit non peccare, ſed in patria non poterit peccare, quia ex viſione clara, & faciali diuinæ eſſentiæ,confirmabitur voluntas in bono ſimpliciter.Et gratia quoque conſummata tota natura perficietur, vt nullum impedimentum nulla quoque ſit difficultas, vel interior, vel exterior ad bonum.Et de hoc Doct. Sanct. in de verita.materia 24.artic.7. circa finem corporis art. Et de hoc etiã Capreolus in ſecundo diſtin.22. præſertim quomodo viſio Diuinæ eſſentiæ impeccabilitatem affert.

Quæſtio Centeſimadecima.

De gratia quantum ad eius eſſentiam.

DEinde conſiderandum eſt de gratia Dei quantum ad eius eſſentiam. Et circa hoc quęrũtur quatuor, Primò, vtrum gratia ponat aliquid in anima. Secundò, vtrum gratia ſit qualitas. Tertiò, vtrum gratia differat a virtute infuſa. Quartò,de ſubiecto gratiæ.

¶ Poſtquàm determinatum eſt de neceſſitate gratiæ, hic conſequenter determinatur de eſſentia eius. Et circa hoc principaliter duo fiunt.Primò inquiritur quid ſit gratia, Secundò inquiritur in quo ſit ſubiectiuè,articu.4.Ex his enim potiſſimè accidens cognoſcitur,ſcilicet ex genere,& differentia,& ex ſubiecto, ex quo etiã quandoque differentia ſumitur. Circa primum, primò præmittitur quoddam neceſſarium ad propoſitum, & inquiritur quaſi de genere remotiſſimo, & etiam an uidelicet ſit aliquid creatum in anima,vel ſit quid increatum.Secundò inquiritur de genere prędicamentali,an videlicet ſit qualitas.

Vtrum gratia ponat aliquid in anima.

AD primum ſic proceditur. Videtur, quòd gratia non ponat aliquid in anima. Sicut enim homo dicitur habere gratiam Dei,ita etiam gratiam hominis; vnde dicitur Gene.39. quòd dominus dedit Ioſeph gratiam in conſpectu principis carceris; ſed per hoc, quòd homo dicitur habere gratiam hominis, nihil ponitur in eo, qui gratiam alterius habet, ſed in eo cuius gratiam habet ponitur acceptatio quædam; ergo per hoc, quòd homo habere gratiam Dei dicitur, nihil ponitur in anima,ſed ſolùm ſignificatur acceptatio Diuina.

V 2.di.26.art.1.Et 3.contra c.150.Et Verit.q.27.art.1.

¶ 2 Præt. Sicut anima viuificat corpus, ita Deus viuificat animam; vnde dicitur Deutero.30. Ipſe eſt vita tua; ſed anima viuificat corpus immediatè; ergo etiam nihil cadit medium inter Deum, & animam; non ergo gratia ponit aliquid creatum in anima.

¶ 3 Præterea.Ad Rom.primo,ſuper illud.Gratia vobis,& pax,dicit glo.* gratia,id eſt remiſſio peccatorum, ſed remiſſio peccatorum non ponit in anima aliquid, ſed ſolùm in Deo,non imputante peccatum, ſecundùm illud Pſ. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum;ergo nec gratia ponit aliquid in anima.

* Gl.inter.lin.in hoc loco.

¶Sed contra,lux ponit aliquid in illuminato;ſed gratia eſt quædam lux animæ; vnde Auguſtinus dicit in libro de natura, & gratia. * Præuaricationem legis dignè lux deſerit veritatis, qua deſertus utique fit cæcus; ergo gratia ponit aliquid in anima.

*Aug.c.21.

¶Hic primò Doct.San.inquirit de genere remotiſſimo,an ponat aliquid in anima.i.ſit quiddam creatum in anima exiſtẽs. Voluerunt enim aliqui (quorum opinionem tangit primum argumẽtum)quòd cum quis dicitur eſſe in gratia,uel habere gratiam, ſit ſolùm denominatio extrinſeca, quemadmodum ſicut dicitur. Ille habet gratiam hominis iſtius,non denotatur aliquid ſibi inęſſe,ſed denotatur, quia alius habeat complacẽtiam,& amorem erga ipſum,cuius amoris ipſe ſit obiectum.Sic etiam dicimus lapidem uideri,& huiuſmodi. Volebant enim iſti,quòd gratia Dei diceret ſolùm dilectionem,& acceptationem Dei,qua acceptat iſtũ hominem ad beatitudinem, quæ acceptatio nihil in homine formaliter ponit.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd ſecundùm communem modum loquendi, tripliciter gratia accipi conſueuit. Vno modo pro dilectione alicuius, ſicut conſueuimus dicere,quòd iſte miles habet gratiam regis, id eſt rex habet eum gratum. Secundò ſumitur pro aliquo dono gratis dato, ſicut conſueuimus dicere,Hanc gratiam facio tibi.Tertio modo ſumitur pro recompenſatione beneficij gratis dati,ſecundùm quòd dicimur agere gratias beneficiorum.

¶ Doct.Sanct primò exponit quęſitum,quomodo diſtinctè poteſt intelligi,ſecundò ſecundùm hoc diſtinctè reſpõdet,ibi.Quantum igitur &c.Circa primum primò ponit notabile diſtinctiuum

trimembre

trimembre de gratia in titulo quæsiti posita, secundò membra distincta ad inuicem comparat, ibi Quorum trium &c. Dicit ergo quòd iuxta communem modum loquendi, gratia consueuit accipi tripliciter &c. clarè in litera. Et de his duabus acceptionibus habet Doct. Sanct. in secundo dist. 26. art. primo. Quia (inquit) nomẽ gratiæ quandam liberalitatem importat; vnde ex hoc, quòd gratis datur, gratia dicitur, liberalis autem donationis principium est amor. Et inde est, quòd nomen gratiæ dupliciter sumitur. Vno modo pro ipsa acceptatione amoris. Alio modo pro ipso dono &c. De gratia autem tertio modo, quæ est gratitudo, vide secũda secundæ. q. 106. Consequenter cum dicit.

¶ Quorum trium, secundum dependet ex primo, ex amore enim quo aliquis habet alium gratum, procedit, quòd aliquid ei gratis impendat. Ex secũdo autem procedit tertium, quia ex beneficijs gratis exhibitis, gratiarum actio consurgit.

¶ Comparat istas tres gratias adinuicem penes dependentiam, & prioritatem, vel originem; quia secunda gratia prouenit ex prima, & tertia ex secunda, vt de se constat.

¶ Quantum igitur ad duo ultima, manifestum est, ꝙ gratia aliquid ponit in eo qui gratiã accipit. Primò quidem ipsum donum gratis datum, secundò huius doni recognitionem.

¶ Præmissa distinctione de varia acceptione, & significatione nominis gratiæ, hic incipit secundùm illam distinctionem, & varium intellectũ quæsiti, respondere; & primò respondet iuxta duo vltima membra, secundò iuxta primum, ibi. Sed quantum &c. Circa primum ponit talem conclusionem respon. Quantum ad duo vltima (.i. duas vltimas acceptiones) manifestum est, quòd gratia aliquid ponit in eo qui gratiam accipit. Probatur conclusio, quia gratia isto modo dicit donum gratis datum, secundò huius doni recognitionem; sed illa manifestè aliquid ponunt in eo qui accipit; igitur &c. Maior patet ex notabili. Minor nota de se. Et tangit Doct. Sanct. quidditatem gratiæ tertio modo dictę, quia dicit recognitionem beneficij, & laudationem eius, & possibilem recõpensationem, ut habetur secunda secundæ, vbi iam. Vnde non est controuersia, quia primò dixit, quòd dicat recompensationem, & iam dicit, quòd importet recognitionem doni, quia ambo includuntur in gratitudine. Alia tamen recompensatio est iustitiæ, alia amicitiæ, alia gratitudinis, vt habet Doct. Sanct. ibidem ar. 4. Vide & q. 107. ar. 2. quomodo gratitudo habet tres gradus, recognitionem, laudem, & recompensationem &c. Deinde cum dicit.

¶ Sed quantum ad primum est differentia attendenda circa gratiam Dei, & gratiam hominis; quia enim bonum creaturæ prouenit ex uoluntate Diuina, ideo ex dilectione Dei qua vult creaturæ bonum, profluit aliquod bonum in creatura; uoluntas autem hominis mouetur ex bono præexistente in rebus; & inde est, quòd dilectio hominis non causat totaliter rei bonitatem, sed præsupponit ipsam, uel in parte, uel in toto. Patet igitur, quòd quamlibet Dei dilectionem sequitur aliquod bonum in creatura causatum, non tamen dilectioni æternæ coæternum.

¶ Prosequitur primum membrum acceptionis gratiæ. Et primò præmittit fundamentalem conclusionem, secundò subiungit conclusionem respon. cõformem dicto mẽbro, ibi. Et secundũ huiusmodi &c. Conclusio fundamentalis est. Sed quamlibet Dei dilectionem sequitur aliquod bonum in creatura causatum, non tamen dilectioni æternæ coæternum. Et habet duas partes, quarum primam Doct. Sanct. probat ex differentia gratiæ, vel dilectionis Dei, & gratiæ, vel dilectionis hominis. Et arguitur sic, bonum creaturæ prouenit ex voluntate Diuina, voluntas autem hominis mouetur ex bono præexistente in rebus, ergo ex dilectione Dei, qua vult creaturæ bonum, profluit bonum aliquod in creatura, sed dilectio hominis non causat totaliter rei bonitatem, sed &c. & per consequens conclusio vera; tenet consequentia, quia dilectio Dei pertinet ad eius uoluntatem, nec uolũtas causat, nisi volendo bonum, quod est diligere. Antecedens præsupponit ex prima parte q. 19. articu. 4. & q. 20. art. 2. Et illud Antecedens Doctor Sanct. probat in de Veri. mat. 27. ar. 1. per simile de scientia Dei, quæ etiam non est causata, sed causatiua operis; igitur & uolũtas Dei non causatur, sed causat bonum volitum.

Differẽtia inter dilectionẽ Dei & hominis

¶ Secunda pars cõclusionis relinquitur nota, quia dilectio Dei non potest incipere, nec de nouo aduenire; sed omnis creatura de facto incepit; igitur dilectioni æternæ, bonum in creatura non est coæternum. Oportet enim hic supponere, quæ dicentur in prima parte, ex intentione, quæ & Capreolus habet in secundo, ꝙ nulla actio Dei etiam transiens, quantum ad absolutum, est temporalis, sed solùm quo ad respectum, quia actio Dei quo ad absolutum est diuina essentia, quæ est æterna, nec est impossibile, quòd ab antiqua, vel magis æterna coactione procedat temporalis effectus. Sic ergo ad æternum velle quo Deus voluit creaturæ bonũ, & per consequens quo eam dilexit, secutus est effectus temporalis, qui est bonum creaturæ ab æterno uolitum. Possumus enim & nos amare, & velle bonũ futuris amicis, & filijs &c. Deinde ibi.

¶ Et secundùm huiusmodi boni differentiam, differens consideratur dilectio Dei ad creaturam. Vna quidem communis, secundùm quam diligit omnia, quæ sunt, vt dicitur Sap. 11. secundùm quam, esse naturale rebus creatis largitur. Alia autem dilectiõ est specialis, secundùm quam trahit creaturam rationalem supra condition naturæ ad participationem Diuini boni; & secundùm hanc dilectionem dicitur aliquem diligere simpliciter, quia secundùm hãc dilectionem vult Deus simpliciter creaturæ bonum æternum, quod est ipse. Sic igitur per hoc, quòd dicitur homo gratiam Dei habere, significatur quiddam supernaturale in homine a Deo proueniens.

¶ Subiungit conclusionem responsiuam, quo ad primum intellectum quæsiti, talem. Per hoc, quòd dicitur homo gratiã Dei habere, significatur quiddam supernaturale in homine a Deo proueniens. Et habetur responsio formalis ad quæsitũ, quòd gratia qũa dicitur homo habere, est aliquid in eo &c. Hanc conclusionem Doct. Sanct. primò probat, secundò eandem limitat, ibi. Quandoque tamen &c. probatur ergo ex fundamento prius posito. Quælibet Dei dilectionem sequitur aliquod bonum in creatura creatum; igitur dilectionem communem sequitur bonum naturale omnibus rebus datum, sed dilectionem specialẽ sequitur in creatura specialiter dilecta, & simpliciter, bonum speciale, scilicet participatio Diuini boni supra conditionem naturæ, qua efficitur digna doni æterni, quod ipse Deus est; ergo sequitur conclusio, ꝙ gratia, quæ est effectus specialis dilectionis, sit in homine existens &c. Antecedens patuit, & fuit prima pars conclusionis fundamentalis. Et suppositum consequentis probat Doct. Sanct. scilicet quòd sint duæ dilectiones, quia dilectio causat bonum, ut dictum est; ergo secundùm differentiam boni est differentia dilectionis, non intrinseca, sed extrinseca, quia in Deo non differunt tanquàm diuersæ res, sed differunt extrinsece, quia de diuersis &c. Et deinde ponit Doct. Sanct. consequens cum eius explicatione clarè in litrera.

¶ Nota autem quòd uis huius rationis stat in hoc, quia a dilectione communi procedit aliquid in creatura existens, scilicet bonum connaturale; ergo etiam a dilectione speciali procedit aliquid speciale bonum intra specialiter dilectã creaturam. Per hoc autem, quòd dicimus aliquem habere gratiam, non intelligitur bonum naturale, quia hoc non dicitur gratia, sed intelligimus bonum supernaturale. Quare sequitur, quòd gratia dicat aliquid in homine, vel Angelo grato, & gratuitè dilecto existens super naturale. ¶ Nota autem, ut habet Doct. Sanct. tertio contra Gentes. c. 150. quòd sicut in nobis aliquis specialiter diligitur ab homine, quia in eo est speciale bonum; igitur etiam ubi ponitur specialis dilectio Dei ad hominem, oportet quòd ponatur speciale bonum homini a Deo collatum. Cum ergo gratia isto modo designet specialem dilectionem Dei, & hominem esse specialiter dilectum, oportet quòd aliquod speciale donũ designetur ei inesse. Vnde secundùm Doct. Sanct. in secundo distin 26. ar. 1. ad secundum, secundùm diuersa bona dicitur Deus diuersimodè diligere. Et dilectio communis similis est ei qua artifex diligit opus suum; sed specialis est, qua diligit quadam amicabili societate; sicut amicus amicum, inquãtum sic dilectum trahit in societatem suę fruitionis, & iuxta Doct. Sanct. in de Verita. inquantum hominem facit dignum uita æterna, ad quam cum speciali dilectione diligit. Speciali enim dilectione vult alicui uitam æternam, sed non indigno, nec ex natura hominis; ideo causat aliquod supernaturale donum, & participationem diuinitatis, per quam dignus effi citur beatitudine ad quam acceptatur. Tunc ibi.

Gratia est aliquid in creatura.

¶ Quandoque tamen gratia Dei dicitur ipsa æterna Dei dilectio; secundùm quòd dicitur etiam gratia prædestinationis inquantum Deus gratuitò, & non ex meritis aliquos prædestinauit, siue elegit. Dicitur enim ad Ephe. primo, Prædestinauit nos in adoptionem filiorũ in laudem gloriæ gratiæ suæ.

¶ Annectit quoddam notabile limitatiuum conclusionis præc. Et vult, quòd conclusio posita habet ueritatem secũdùm communem vsum, & modum loquendi; quia sic per habere gratiam, & esse in gratia intelligimus habere gratiam gratum facientẽ, quæ est participatio Diuini boni supernaturalis; qua quis redditur dignus vita æterna. Sed tamen aliquando per gratiam Dei intelligimus æternam Dei dilectionem, & electionem, quæ includũtur in prædestinatione. Et sic gratia dicitur Dei prædestinatio, & est aliquid

aliquid increatum, & secundùm D. S. in secũdo nomine gratię, Diuina acceptio, vel donum increatum significare potest. Vnde cum isto modo diceretur aliquis esse in gratia, vel habere gratiam, est denominatio extrinseca, nec per hoc aliquid formaliter homini inesse denotatur, esto denotetur causa gratuiti effectus quandoqi habendi. Sed ut dictum est, communis vsus habet, ꝙ cum dicit' aliquis esse in gratia, denotatur ipse effectus Diuinę dilectionis, qua quis formaliter est dignus beatitudine, denominatione inrinseca, vt patuit sup. ar. 5. Vide de ista mat. D. S. in de Veritate vbi sup. sic dicit. Sic ergo homo dicitur gratiam habere (intellige secũdũ commuuem vsum loquendi theologorum, & hominum) non solũ ex hoc, ꝙ a Deo diligitur ad vitam æternam, sed ex hoc, ꝙ datur ei aliquod donum per quod est dignus vita æterna, & hoc donum dicitur gratia gratum faciens. Aliter enim & in mortali existens, posset dici in gratia Dei esse, si gratia solam acceptationem diceret, cum contingat aliquem peccatorem esse prædestinatũ ad vitam æternam habendam. Sic enim gratia faciens gratum, poterit etiam dici gratis data, sed non e contrario, quia non omnino donum gratis datum nos dignos vita æterna facit, hæc ille. Ex quibus patet, ꝙ vsus nõ habet, vt per hoc, ꝙ dicitur aliquis in gratia intelligatur solũ esse prædestinatum, quamuis doctrina illum modum dicendi non prohibeat, vt D. S. hic dicit, in illa limitatione conclusionis, vt dictum est. ¶ Contra istum articulum, inquantum dicit aliquid a Diuina dilectione profluere in hominem, quod facit ipsum dignum vita æterna, vide argumenta Aureoli, & solutiones Capreoli. primo di. 17. q. 1. circa tertiam conclusionem.

Quid cõtinetur nomine gratiæ.

ARGVMENTVM in contrarium est pro vltima cõclusione respon. Circa quod posset esse dubium, in hoc, ꝙ gratia luci comparatur, cum tamen iuxta dicenda art. 3 & 4. non sit ꝓpriè habitus illuminatiuus formaliter, nec inhæreat intellectui. Sed hoc facile dissoluitur ex D. S. in contra Gent. vbi supra, quia lux non tantùm est principium illuminatiuum, sed est, & principium vinificatiuum. Et ergo cum gratia sit perfectio in æteruam vitam & beatitudinem perductiua, rectè luci comparatur.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd etiam in hoc, quod dicitur aliquis habere gratiam hominis intelligitur in aliquo esse aliquid, quod sit homini gratum; sicut & in hoc, quòd dicitur aliquis gratiam Dei habere, sed tamen differẽter; nam illud, quod est homini gratum in alio homine, præsupponitur eius dilectioni; causatur autem ex dilectione Diuina, quod est in homine Deo gratum, vt dictum est.

*In cor. ar.

¶ Ad maiorem dico, ꝙ uera est in habere gratiã hinc, & inde. Est tamen differentia, quia gratia hominis causatur ab aliquo ꝓexistente, sed gratia Dei causat aliquid in homine, quod causatũ intelligimus secundùm communem modum loquendi, quãdo dicimus aliquem esse in gratia. Ad minorem. Si intelligitur, ꝙ gratia hominis ꝙtum ad significatum nominis gratiæ tm, nihil ponat in homine grato, conceditur, sed si intelligitur, ꝙ per hoc totum. s. habere gratiam hominis, nõ importet aliquid quod est in homine, negat, gratia. n. hoĩs præsupponit necessariò in grato aliquod, quod est nõ gratiæ, & dilectionis. Et ita in hoc, quod dr hre gram hoĩs, importatur illud bonum motiuum ad diligendum. Dico enim ꝙ acceptatio est quidem formale significatũ huius noĩs gratia, sed in hoc, quod dr habere gratiam hominis aliquid connotatur in homine existẽs. Dictum est autem, ꝙ in hoc, quod dr homo Deo gratus, aliquid in eo causatur, quod importat in hoc quod dr habere gratiam Dei. Quare negatur cõsequentia, immo secũdùm cõem vsum, non intelligimus solã acceptionem, sed magis effectum gratuitum a speciali acceptatione procedentem.

¶ Ex ista solutione nota differẽtiam inter significationem gratiæ Dei, & inter significationem eius, quod dicitur aliquis esse in gratia Dei, primum enim s. nomen gratiæ potest significare, & significat etiam increatum aliquod, ut dictum est, sed habere gratiam Dei, ex usu significat habere donum formaliter inhærens.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Deus est uita animæ per modum causæ efficientis, sed anima est vita corporis per modum causæ formalis; inter formam autem, & materiam non cadit aliquod medium, quia forma per seipsam informat materiam, vel subiectum, sed agẽs informat subiectum non per suam substantiam, sed per formam quam causat in materia.

¶ Ad maiorẽ primò, est similitudo proportionabilitatis, sed nõ æqualitatis, quia s. Deus viuificat animam, & anima corpus, sed non in vno genere, nec eodem mõ; quia Deus effectiuè, anima formaliter. Inter cãm aũt agentem, & effectum mediat aliquid, sed nihil mediat inter formam, & materiã. ¶ Secundò dico post D. S. in secũdo, ꝙ similitudo in hoc tenet, quia sicut Deus se habet effectiuè ad animam, ita anima ad corpus, sed non tantùm effectiuè, sed ẽt formaliter; & hoc intelligitur, ꝙ se habet effectiuè ad corpus nutriendum, & augendum, sed quo ad materiam quã pri mò informat se habet formaliter non effectiuè, nisi ut dictum est ad ipsam augẽdam. Sed primam solutionem D. S. in multis locis ponit communiter. Ad minorem vera est, quia viuificat formaliter per essentiam suam, tñ loquendo de uiuificatione effectiua. s. de augmentatione, & nutritione, sic uiuificat mediante potentia augmentatiua, vel nutritiua, & mediante calore. Quare negat cõsequentia, quia Deus se habet tñ effectiuè, immo sibi repugnat se hre formaliter; quia causalitas formalis hẽt annexã imperfectionem; nõ non põt animam formaliter facere gratã, & dignam uita æterna, nisi p aliquã formã aĩæ inhærentẽ. ¶ Nota ꝙ hoc argumẽtum tangit unã difficultatẽ, quæ tractat' in primo sen. di. 17. Et 2. 2. q. 23. ar. 2. An s. Spiritussanctus, qui est Deus, inhabitet animã sine omni habitu medio. Vide & Scot. ibidẽ in respon. ad primam quæstionem in 3 ar. Quia determinat fuisse de mente magistri, ꝙ non inhabitet Spiritussanctus sine habitu medio, licet fluctuet super hoc quis esset ille habitus, aut in quo poneretur, an videlicet in essentia, uel potentia animæ; nec obstat huic solutioni, ꝙ Deus dr solus animæ illabi, quia per hoc non excludunt' qualitates aĩæ uel naturales, vel gratuitæ, quibus anima informat'. Sed excludun tur aliæ formæ subsistentes, q̃ intra aĩam esse non pñt, sicut Deus, qui ẽt intimus est in aĩa, q̃ ꝑdicta forma; eo ꝙ Deus est in ipso aĩę esse, ut causans, & conseruãs, sed prædictæ formæ ad hoc nõ ptinguntsed essentiam quasi circunstant, hæc D. S. in de Verita. mate. 28 ar. 2. ad 8. Ex quo patet quomodo stat simul Deum esse in anima intimè, & per illapsum communem, ẽt in uia, & tñ inter ipsum, & aĩam esse medium informatiuũ, ꝑsertim gratuitũ in via.

¶ Ad tertium dicendum, quòd August. dicit in libro retractationum. * Vbi dixit gratiam esse remissionẽ peccatorum, pacem verò in reconciliatione Dei, non sic accipiendum est, ac si pax ipsa, & reconciliatio non pertineant ad gratiam generalem; sed quòd specialiter gratiæ nomine remissionem significauerit peccatorum, non ergo sola remissio peccatorum ad gratiam pertinet, sed etiam multa alia Dei dona, & ideo remissio peccatorum non fit sine aliquo effectu diuinitus in nobis causato, vt infra patebit. *

* Aug. li. r. ca. 25.

* q. 113. arti. 2. &c.

¶ Ad maiorem, concedo quod dr, & bñ dr, si rectè intelligitur, quia gra est remissio peccatorũ, tanq̃ cã formalis, quia s. ut patebit infra q. 113. ar. 2. Remissio peccatorũ non fit sine effectu a Diuina dilectione, & non imputatione proueniente. Non aũt intelligit, ꝙ remissio peccatorũ accepta pro quadã negatione peccatorũ, sit totum esse gr̃æ, uel sit formaliter gratia; sed glosa nominat gr̃am ab aliquo effectu suo. Vel effectũ gr̃æ nominat gr̃am, quia videlicet gr̃a est talis effectus Diuinus, per quẽ fit remissio peccatorũ, ut dicebatur sup. q. 108. ar. 5. & infra dicetur. Ad minorem dico, ꝙ remissio accepta pro significato formali. s. pro peccatorum absentia, nihil ponit, tñ id per quod peccata abijciũtur, quo ad ea quæ sequuntur auersionem, aliquid in anima ponit, quia macula offensa, & reatus, non remittunt', nisi per aliquod positiuum. Et illud positiuum dicimus formaliter gr̃am, sed remissionem peccatorũ dicit glosa gr̃am, nõ identicè, sed causaliter. Et ad probationem patebit infra, quia ista non imputatio causat in hoĩe, ꝙuod peccata delentur; vnde vult. D. S. ex auctoritate Bea. Aug. ꝙ nõ sola remissio peccatorum est effectus gratiæ, sed etiam reconciliatio, & pax, quæ non fiunt sine dono Dei positiuo, quod est gratia.

Vtrum gratia sit qualitas animæ.

X 2. di. 26. artic. 2.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd gratia non sit qualitas animæ. Nulla enim qualitas agit in suum subiectum, quia actio qualitatis non est absque actione subiecti, & sic oporteret, quòd subiectum ageret in seipsum; sed gratia agit in animam iustificando ipsam; ergo gratia non est qualitas.

¶ 2 Præt. Substantia est nobilior qualitate; sed gratia est nobilior, quàm natura animæ, multa enim possumus per gratiam, ad quæ natura non sufficit, vt supra dictum est; * ergo gratia non est qualitas.

* q. 109. arti. 2. 3. &c.

¶ 3 Præte. Nulla qualitas remanet postquàm desinit esse in subiecto; sed gratia remanet, non enim corrũpitur, quia sic in nihilum redigeretur, sicut ex nihilo creatur; vnde & dicitur noua creatura ad Gala. vltimo; ergo gratia non est qualitas.

¶ Sed contra est, quod super illud Psal. Vt exhilaret faciem in oleo, dicit glo. * quòd gratia est nitor animæ sanctum concilians amorem; sed nitor animæ est quædam qualitas, sicut & pulchritudo corporis; ergo gratia est quædam qualitas.

* Est Aug. in hunc locũ Ps. 103.

¶ Hic

¶Hic D.S. inquirit de genere entis magis determinato, & prædicamentali; habito enim quia gratia ponit aliquid in anima; restat determinandum quid sit illud, & cuius generis prædicamentalis, in secundo enim dist 28.art.2.quærit, an sit accidens, sed habito, quia est qualitas, habetur etiam ꝙ sit accidens; ideo D.S. hic magis determinatè quærit.

* Art.1. huius quæst.

¶Respondeo dicendum, ꝙ sicut iam dictū est * in eo qui dicitur gratiam Dei habere significatur esse quidam effectus gratuitæ Dei uoluntatis. Dictum est autem supra, * quòd dupliciter ex gratuita Dei uoluntate homo adiuuatur. Vno modo inquantum anima hominis mouetur a Deo ad aliquid cognoscendum, uel uolendum, vel agendum.

* q.109. art. 1. ad 1.

¶D.S. præmittit primò conclusionem præambularem distinctiuam duplicis gratiæ intellectæ in quæsito, secundò correspondenter subiungit duas conclusiones respon. primam ibi. Et hoc modo &c. secundam ibi. Alio modo &c. Conclusio præambularis est ista. Duplex est gratia Dei in homine. vna quæ est gratuitus effectus. s. motio Dei, alia est habituale donum, probatur conclusio a principio cor. In eo qui dicitur gratiam habere, significatur esse quidam effectus gratuitæ Dei uoluntatis; sed ex gratuita Dei voluntate homo dupliciter adiuuatur, scilicet secundùm quòd anima mouetur a Deo, & secundùm habituale donum a Deo datum; igitur est duplex gratia in homine. Maior patuit ar.1. Minor patuit.q.109.art.1. & 9. Gratia autem primo modo iuxta supradicta potest dici gratuitus motus, & effectus actualis in homine ex gratuita uoluntate Dei causatus, de quo auxilio speciali supradictū est eadem q.ar.6. Consequenter cum dicit.

¶Et hoc modo ipse gratuitus effectus in homine non est qualitas, sed motus quidam animæ, actus enim mouentis in moto est motus, ut dicitur tertio Physico.*

* Text.

¶Respondet iuxta primum membrum prædictum tali conclusione, ipse gratuitus effectus in homine non est qualitas; & est dicere, quòd gratia primo modo non ponit qualitatem in anima, probatur. Gratia isto modo est quidam motus animæ; igitur non est qualitas. Tenet consequentia, quia motus contra qualitatem distinguitur, & videtur magis pertinere ad actionem, vel passionem, quàm qualitatem. Antecedens probatur, quia actus mouentis in moto est motus, vt dicitur tertio Physicorum; igitur antecedens verum, quòd actus animæ prouenientis a Diuina uoluntate gratuitò mouentis, est motus. Vnde gratia isto modo nihil aliud est, quàm ille motus qui est conuersio in Deum, & contra peccatum; ad quem motum gratuita uoluntas Dei hominem, & præuenit ac liberaliter, & misericorditer mouet.

¶Nota quòd circa hanc conclusionem, & eius probationem est materia dubij. Supposito enim, quia actiones immanētes sunt qualitates, & non de genere actionis, ut communiter conceditur etiam apud Thomistas, hoc inquàm supposito, non videtur valere probatio conclusionis, nec conclusio ipsa; quia si huiusmodi gratia est motus animæ, est utique motus interior, & sic actio immanens, ad quam anima se non habet mere passiuè, aliàs per talē motum non disponeret se ad gratiam. Vnde & Scotus in primo dist.17. ponit, quòd uoluntas habeat se non tantùm passiuè recipiendo actum a Spiritusancto, sed actus talis est in eius potestate &c. Et ulterius si actiones immanentes sunt qualitates, sequitur oppositum conclusionis, & cōsequentis, scilicet est motus animæ; ergo est qualitas &c.

Actio immanēs qualitas est.

¶Sed ad hoc dico, quòd ista cōclusio uerificatur eo modo quo dictum Philosophi in primo Ethicorum, vbi cap.2. dicit, Neque enim uirtutis operationes sunt qualitates, neq; felicitas; & eo modo quo dicit in prædicamentis. Quare passiones huiusmodi dicūtur (s. pallidum esse ex timore) qualitates verò minime. Sicut n. ibidem dicitur a commētatoribus, aliquid dicitur qualitas dupliciter. Vno modo secundùm rē, & modum simul. Iliud est qualitas secundùm, quod imperat natura, & essentiam qualitatis; unde hoc modo passiones de quibus Philosophus loquitur vtique, & sine dubio sunt qualitates; qualitas autem secundùm rem, & modum, est secundùm quam quales simpliciter dicimur, quod uidelicet habet esse quietum, & fixum, & per modum fixæ formæ inest, sicut ex definitione qualitatis patet, & isto modo passiones de quibus loquitur, sicut esse pallidum ex aliquo timore, non dicuntur qualitates, quia secundùm eas aliquis non simpliciter dicitur qualis. Sic ad propositum dico, quòd huiusmodi gratia de qua intendit conclusio, quia est operatio immanens, est vtique qualitas secundùm rem, & qualitas primæ speciei, sicut intellectio, uisio & auditio, & huiusmodi immutationes uitales. Sed quia talis res non inest per modū fixum, & quietum, sed magis est quædam immutatio statim cessans, & habet se vt motus, ideo D.S. dicit, & bene, quòd huiusmodi effectus qui & gratia actualis dicitur, non est qualitas. s. secundùm modum dēnominandi simpliciter qualem, qui modus denominandi fundatur super esse fixo ipsius qualitatis &c. Tunc ibi.

Motio actualis est qualitas secūdū rem. *Aug.c.48.

¶Alio modo adiuuatur homo ex gratuita Dei voluntate, secundùm quòd aliquod habituale donum a Deo animæ infunditur.

¶Descendit ad secundam conclusionem respōsiuam. Cui primò præmittit secundum membrum prædictę distinctionis, secundò probat, & in fine ponit ipsam conclusionem, ibi. Et hoc iō &c. Quo ad primum dicit, ꝙ gratia alio modo dī secundū, ꝙ homo adiuuatur per hoc, ꝙ sibi confertur forma superaddita naturalibus, per quam efficitur potens operari opera meritoria.

¶Et hoc ideo, quia non est conuenies, quòd Deus minus prouideat his quos diligit ad supernaturale bonum habendum, quàm creaturis quas diligit ad bonum naturale habendum. Creaturis autem naturalibus, sic prouidet, vt non solùm moueat eas ad actus naturales, sed etiā largitur eis formas, & uirtutes quasdam, quæ sunt principia actuum, ut secundùm seipsas inclinētur ad huiusmodi motus; & sic motus quibus a Deo mouētur fiunt creaturis connaturales, & faciles, secundùm illud Sap. 8. Et disponit omnia suauiter; multò igit magis illis, quos mouet ad consequendum bonum supernaturale æternum, infundit aliquas formas, seu qualitates supernaturales, secundùm quas suauiter, & promptè ab ipso moueātur ad bonum æternum consequendum; & sic donum gratiæ qualitas quædam est.

Gratia qd.

¶Format rationem pro secunda cōclusione respon. tali. Donū gratiæ qualitas quędam est (intellige ēt q̄tum ad modum) probat, gra isto modo est aliquod donum habituale a Deo aīæ infusum; igitur conclusio vera. Tenet consequentia de se extra literam, qa habitus est qualitas non solū secundū rem, sed ēt secundū modū, quia firmiter inest, & per modū permanentis. Antecedens ꝓbat in litera sic. Non est inconueniens, ꝙ Deus &c. ut in principio literæ; sed creaturis naturalibus &c. ut in litera, sequitur ergo mul tò magis quos &c. Ex quo formaliter sequitur antecedens, qa forma supernaturalis per quam homo promptè, & suauiter mouet, est forma habitualis; & ita patet, ꝙ gra non inest per modum tā seuntis, sed est habitus quo homo semper est in ea dispositione proxima, ut a Deo moueatur; quia & habita gra, sp opus est Diuina directione, & præseruatione, & inde est, ꝙ huic græ connectū tur dona Spiritussancti, quibus homo efficitur immediatè, & bñ mobilis a Spiritusancto, ut patuit supra. Vide de ista conclusione D.S. tertio contra Gen. ca. 150. præsertim in rōne prima, & quinta ubi & ponit ex quibus hr, ꝙ gra primò non semper inest, qa nō dormienti; talis enim motus non inest, nisi cum actu conuertitur ad Deum, sed gratia secundo mō semper adest, sicut & assunt in alijs rebus perfectiones, & habitus naturales operatiuę, & promptè, & delectabiliter. Vide & D.S. in secundo ubi supra, ubi habet aliam probationē philosophicam probantem gram esse accidēs; quia omne aduenies post esse completum, accidentaliter aduenit, & si inhæreat est accidens; sed gra, ut constat, aduenit post esse completum, & non solū accidētaliter, sed ēt inhærenter, aliàs inter Deum, & animam recreatam esset medium, quod est falsum, sicut nec est medium inter Deum creantem, & animam creatam, quare relinquitur, ꝙ sit accidens. Et quia iuxta iam dicta, est accidens in anima, quæ non est capax accidentis corporalis, ideo est spirituale, & quia est spirituale assimilans animam Deo, & faciēs promptè operari, ideo non est q̄titas, & quia inest per modū permanentis formę, ideo nō est actio, uel passio, aut motus. Quomodo tamen faciat promptè, & delectabiliter operari, uidebitur posteā, quia gratia non est formaliter habitus operatiuus, sed causaliter, quia ad ipsam sequuntur uirtutes infusę operatiuę &c.

Confirmatur secunda conclusio argumento in contrarium, quod est satis forte, quia nitor non est, nisi qualitas.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd gratia secundùm quòd est qualitas, dicitur agere in animam non per modum causę efficiētis, sed per modum causæ formalis, sicut albedo facit album, & iustitia iustum.

¶Maior distinguitur, quia nulla qualitas agit effectiuè in suum subiectum, agit tñ formaliter ad plum sensum. i. informat suū subiectum, & est id quo subiectum formaliter est tale; de dria autē actionis causæ efficientis, & formæ, dictum est aliquid sup.q.85.art. 1. ad quartum; & probatio maioris procedit de actione effectiuè, quia talis non conuenit formę accidentali, nisi per subiectū, quia non est, quod, sed quo aliquid agit; sed actio formalis (si tamen debeat dici actio) non conuenit forme per subiectum, sed p seipsam informat tanquàm qđ, & ergo informat formaliter, non mediante aliquo &c.

¶Ad minorē, si intelligitur effectiuè, negat, quia sic Deus agit in animam iustificando; sed concedit, ꝙ formaliter iustificet i. est forma inhærens animę, qua informante formaliter est iusta, & digna, sicut albedo facit parietē albū, quare negatur consequentia.

¶Nota

¶Nota autem verba D.S. in principio solutionis, quia gra secundùm quòd est qualitas, dicitur agere formaliter; nam si acciperetur gratia pro acceptione, & voluntate Diuina, sicut potest accipi iuxta dicta in ar.1. tunc iustificaret effectiuè.

¶Ad secundum dicendum, quòd omnis substantia, vel est ipsa natura rei cuius est substantia, vel est pars naturæ, secundùm quem modum materia, vel forma substantia dicitur; & quia gratia est supra naturam humanam, non potest esse, quòd sit substantia, aut forma substantialis, sed est forma accidētalis ipsius animę. Id enim quod substantialiter est in Deo, accidentaliter fit in anima participante Diuinam bonitatem, vt de scientia patet; secundùm hoc ergo, quia anima imperfectè participat Diuinam bonitatem, ipsa participatio diuinæ bonitatis, quæ est gratia, imperfectiori modo habet esse in anima, quàm anima in seipsa subsistat; est tamen nobilior, quàm natura animæ, inquantum est expressio, vel participatio Diuinæ bonitatis; non autem quantum ad modum essendi.

¶Maior distinguitur, substātia est nobilior in rōne entis, & ratione modi essendi, comparando substantiam ad qualitatem inquantum substantia per se est, sed qualitas inest. Sed accipiendo substantiam inquantum est potētiale, & informabile per accidēs, tunc accidens est nobilius secundùm quid; & secundò inquātum accidens est participatio alicuius superioris naturæ, vel inquātum est coniunctiuum cum aliquo summo bono, sic qualitas, vel accidens excedit substātiam. Vnde beatitudo formalis est melior anima inquantum eam coniungit fonti beatitudinis.

¶Ad minorem, si intelligitur, ꝙ gratia sit nobilior anima quātum ad modum essendi, & ratione modi entis, negatur. Nam per se esse a toto genere præfertur inesse. Si aūt intelligitur minor, ꝙ anima est nobilior secundū quid, conceditur, si ēt intelligitur, ꝙ gra inquantum est participatio bonitatis Diuinæ per se subsistentis, sed tamen accidentalis participatio, conceditur; quia enim est supra animam, talis participatio, ideo non pōt esse substantia hominis, uel Angeli participantis, quia oīs substātia est naturalis ei cuius est substantia, & ergo gra non pōt esse ipsa essentia rei, nec pōt esse materia, vel forma, quia huiusmodi sunt partes naturæ naturales; nec pōt esse aliqua substantia per se subsistens, quia sic esset naturalis illi substantiæ per se subsistenti; quare oportet, ꝙ sit participatio accidentalis. Ad probationē minoris, concedit ꝓbatio, quia per eā possumus in opera meritoria, & sumus formaliter Deo grati, sed ad hoc sufficit, ꝙ gra sit forma accidentalis, sicūt ignis sine calore non pōt calefacere, nec tñ propter hoc ponitur calor substantia, sed qualitas; & ex hac probatione hr, ꝙ gra est nobilior anima secundū quid, ut actus accidentalis suo subiecto, & vt participatio diuinitatis re creata naturali subsistente, & participante, dignior est; quare negatur consequentia, quia bene stant simul, ꝙ sit nobiliot aliquo modo, & tamen qualitas.

* Text.2.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut dicit Boetius, accidentis esse est inesse; vnde omne accidens non dicitur ens quasi ipsum esse habeat, sed quia eo aliquid est; vnde & magis dicitur esse entis, quàm ens, vt dicitur in 11. metaph. * Et quia eius est fieri, vel corrumpi cuius est esse; ideo propriè loquendo nullum accidens neque fit neque corrumpitur, sed dicitur fieri, vel corrumpi secundùm quòd subiectum incipit, vel desinit esse in actu secundùm illud accidens; & secundùm hoc etiam gratia dicitur creari, ex eo, quòd homines secundùm eā creantur, id est in nouo esse constituuntur ex nihilo. i. non ex meritis, secundùm illud ad Ephe. 2. Creati in Christo Iesu in operibus bonis.

¶Ad maiorem, vera, non remanet in subiecto actu, remanet tamen in potentia naturali, vel obedientiali. In potētia quidem naturali remanet eadem forma non numero, sed specie. In potentia verò obediētiali de possibili quidem remanet eadem etiam numero, sed de facto reddit solùm eadem in specie; & dico secundò, ꝙ qualitatis non est existere, sed subiecti, & tñ eo mō quo conuenit sibi esse, conuenit sibi ēt aliqualiter post sui desitionē remanere; quia s. non est, quod est, sed quia ea aliquid esse, & ad hoc, ꝙ non redigat in nihilū, sufficit ꝙ remaneat in potētia materiæ, vel subiecti, vt habet. D.S. 1.par.q.104.ar.3.ad tertium. Ad minorē nega tur, ꝙ remaneat secundū se. Ad probationē dico, ꝙ propriè non corrumpit, quia eius est corrumpi cuius est fieri, & esse, quod non est formarū accidentaliū, sed subsistentium. Vñ dico, ꝙ hñs gram perdit eam, & corrumpit corruptione accidētali ſm gram. Vltra, dico ꝙ non redigitur in nihilum, quia sicut ipsa non ꝓprie accepit esse, sed subiectum ſm eam, ita propriè nō desinit esse, sed subiectum ſm eam. Et præterea, ut dictum est, ad hoc, ꝙ forma non dicatur annihilari, sufficit remanere id quod secundùm eam fuit, & sufficit, ꝙ maneat in eius potentia, vel naturali, vel obedientiali. Vltra dico, ꝙ dicitur noua creatura, non quòd ipsa creatura ex nihilo, sed non ex meritò, quare negatur consequentia.

Dubitatio.

¶Circa istam solutionem nota primò, ꝙ D.S. in secūdo vbi supra ar.2. ad quintum, concedit absolutè, ꝙ gratia in nihilum redeat. Vnde verba sua sunt hæc. Vnde cum non eodem mō anima, & gratia dicantur imago, non sequitur, quòd si anima est incorruptibilis, quòd gratia non corrumpatur, immo cū corrumpitur si mul ēt in nihilum redit, hæc ille. Cuius contrarium hic dicit, sed vī nulla esse discrepantia, si bene attendatur. Nam D.S. in secūdo loquendo aduertit ad rem, hic aīt ad modum essendi, & fiēdi, & etiam loquēdi modum Philosophicum, qui dicit composita esse subsistentia fieri, & corrumpi. Quare D.S. in secundo vult, quòd gratia redit in nihilum, quia nihil in se manet, quia nec ipsa, nec aliqua pars eius; hic autem (sicut & prima parte vbi supra) dicit eā non annihilari, attendens ad modum essendi, & fiendi, quia videlicet ipsa non propriè dicitur annihilari, sicut nec fieri, sed subiectum secundùm eam; & per hoc non habetur, quòd aliquid eius remaneat, sed quia non propriè dicatur annihilari.

Solutio.

¶Nota secundò, quòd ista solutio. D.S. tangit duas difficultates. Prima tangitur in hoc cum dicit, quòd accidens non dicitur ens, quia esse habeat. Circa primum enim notatur ista quæstio, an de essentia accidentis sit dependentia ad subiectum, uel quod idē est, an inhærentia aptitudinalis sit de essentia accidentis. Ex secundò autem oritur illa quæstio, an accidens habeat existentiā distīctam ab existentia subiecti, & an esse, & essentia in accidentibus distinguantur, sicut in rebus compositis, vel subsistentibus iuxta principia Doc. San. Ad primam quæstionem dicitur hic breuiter, quòd Scotus in quarto dist. 12. q. 1. tenet partem negatiuam, qa videlicet inhærentia ad subiectū non sit de essentia accidentis. Thomista autem dicit contrarium, quòd immo inhærentia aptitudinalis nihil aliud sit, quàm essentia accidentis, & est respectus ad subiectum, non sicut ad correlatiuum, sed sicut ad receptiuum, & est accidens absolutum a termino, sed non a receptiuo. Vnde talis inhærentia identificatur cum quolibet accidente, explicat.n. aptitudinalis dependentiam accidentis ad substantiam, quæ vtique est essentialis accidenti etiam in ratione entis. Vnde nec sine illa inhærentia, id est dependentia ad subiectum receptiuum, potest definiri, uel intelligi; & ergo bene dicit Boetius, quòd in esse est esse accidentis, id est essentia eius a toto genere cōsistit in dependentia ad substantiam, illa tamen dependentia non nominat relationem, sed potest esse quid de genere absoluto, sicut dependentia qualitatis est qualitas, quantitatis dependentia est quantitas, & sic de aliis. Nec argumentum Scoti aliquid probat, quia assumit unum falsum, scilicet quòd omnis inhærentia sit relatio, non distinguens inter dependentiam, & respectum ad, & inter respectum in; subiectum enim terminat dependentiam accidentis non vt terminus, sed ut receptiuum. Accidens enim secūdum quòd est analogatum entis, dependet a subiecto, sicut a causa materiali, est enim analogia entis materialis &c.

An inhærētia sit de essentia accidentis.

¶Ad secundam quæstionem oportet dicere Thomistam, quòd esse accidentis, uel magis inexistentia distinguatur realiter, & ab essentia subiecti, & a propria essentia; nam omnis forma etiam accidentalis dat aliquod esse, & hanc responsionem defendit Capreolus in primo di. 8. q. 1. ad sextum; habetur quoque ex Doct. Sanct. 1. par. q. 12. ar. 2. in cor. in secunda ratione, habetur quoque ex 3. par. q. 17. ar. 2. & q. 2. ar. 6. ad secundum. Vnde secundùm numerum accidentalium formarum, est numerus esse accidentium. Veruntamen D.S. in de Verit. ma. 27. ar. 1. ad octauum dicit, ꝙ ad hoc, quòd aliquid sit in genere accidentis, nō requiritur, quòd sit compositum compositione reali, sed solùm cōpositione rationis ex genere, & differentia, & talis compositio in gratia inuenitur. Hæc ille, & patet ex præcedentibus, quòd negat etiam compositionem ex esse, & essentia. Sed patet intuenti, quòd per hæc verba & præcedentia non excludit inexistentiam accidentis, sed solùm vult quòd accidentium propriè non est esse, scilicet per se; & si tamen hoc ibi dixisset alibi retractauit, scilicet in summa, ubi expresse distinguit inter essentiam, & esse speciei intelligibilis, quę & ipsa est forma spiritualis. Vnde quod dictum est, debet a Thomista teneri &c.

Vtrum gratia differat a virtute infusa.

Y

AD tertium sic proceditur, Videtur, quòd gratia sit idem, quod uirtus, dicit enim August. quod gratia operans est fides, quæ per dilectionem operatur, ut habetur in li. de spiritu, & litera, * sed fides, quæ per dilectionem operatur, est uirtus; ergo gratia est virtus.

3.q.7.ar.1. cor.& q.62 ar.2.cor. Et 2.di.26.art. 4.& 6. Et 4. di.1 q.1.ar. 4.q 5. Et Ve ri.q.27.ar.2

¶ 2 Præt. Cuicunque conuenit definitio, & definitum; sed definitiones de uirtute datæ, siue a sanctis, siue a Philosophis, conueniunt gratiæ, ipsa etiam bonum facit

* Cap.14.& 32.

cit habentem, & opus eius bonum reddit; ipsa enim est bona qualitas mentis, qua rectè viuitur &c. ergo gratia est virtus.

¶ 3 Præte. Gratia est qualitas quædam; sed manifestum est, quòd non est in quarta specie qualitatis, quæ est forma, & circa aliquid constans figura, quia nō pertinet ad corpus; neque etiam in tertia est, quia non est passio, vel passibilis qualitas, quæ est in parte animæ sensitiua, ut probatur in 7. Physicorum, * ipsa autem gratia principaliter est in mente; neque iterum est in secunda specie, quæ est potentia, vel impotentia naturalis, quia gratia est supra naturam, & non se habet ad bonum, & malum sicut potentia naturalis; ergo relinquitur, quòd sit in prima specie, quæ est habitus, vel dispositio; habitus autem mentis sunt virtutes, quia etiam ipsa scientia quodammodo est uirtus, vt supra dictum est; * ergo gratia est idem, quod virtus.

* Text. 14. usq; ad 20.

* q. 56. ar. 4. & q. 57. arti. 1. & 2.

¶ Sed contra si gratia est uirtus, maxime uidetur q̄ sit aliqua trium theologicarum virtutum; sed gratia non est fides, vel spes, quia hæc possunt esse sine gratia gratū faciente; neque etiam charitas, quia gratia præuenit charitatem, vt Augustt. dicit in li. de prædestinatione sanctorum; * ergo gratia non est virtus.

* Cap. 2. & in libro p seuerātur. cap. 14.

¶ Hic Doct. Sanct. inquirit de differentia gratiæ, vel differentiali (saltem subalternæ differentiæ) & distincto concepto, an videlicet sit virtus, & per consequens habitus &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd quidam posuerunt idem esse gratiam, & uirtutem secundùm essentiam, sed differre solum secundùm rationem, ut gratia dicatur secundùm quòd facit hominem Deo gratum, uel secundùm quòd gratis datur, uirtus autem secundùm quòd perficit ad bene operandum, & hoc uidetur sensisse magister in 2. sententiarum dist. 26.

¶ Doct. Sanct. respondendo ad quæstum primò præmittit opinionem quandam circa ipsum. Secundò reprobando eam ponit conclusionem responsiuam contrariam, ibi. Sed si quis &c. Opinio ergo quorundam qui respondissent ad quæstum affirmatiuè est &c. clarè in litera.

¶ Nota tamen, q̄ non expresse habetur ex magistro sententiarum, cum qua uirtute identificet gratiam, sed refert Augustinum, vt allegatur in primo argumento, quòd est fides formata. Aliqui autem arguunt, quòd gratia non sit quid unum simplex, sed assimiletur pulchritudini corporali constitutę ex multis partibus, sic gratia complectatur omnes virtutes infusas Scotus autem in secundo di. 27. uidetur imponere magistro, quòd gratia sit illa uirtus secundùm quam magister in primo dis. 37. Illud quoque mirabile &c. dicit Spiritumsanctum inhabitare etiam paruulos, & vult, quòd uirtus ista sit charitas; an autem Scotus verè intentionem magistri exponat, non est nunc curæ. Nam alij Doctores cō muniter dicunt magistrū sensisse, quòd Spiritussanctus moueat ad actum dilectionis nō per aliquem habitum medium; sicut ad actus aliarum uirtutum, ut patet in Doct. Sanct. secunda secundæ q. 23. ar. 2. & alibi. Qui tamen identificant gratiam cum virtute, identificant eam cum charitate, ut patet in de Veritate mate. 27. ar. 2. in principio cor; & concordat Scotus cum hoc modo distinguendi charitatem, & gratiam, non quidem secundùm formam, sed formaliter; ex qua distinctione formali vult saluare, quòd charitas sit excellentissimum donum, & perfectio simpliciter conueniens etiam Deo formaliter, sed gratia non dicit perfectionem simpliciter, quia per gratiam intelligitur forma, qua quis ex se extraneus a beatitudine supernaturali, efficit acceptus ad ipsam. Vnde dicit ipse, charitas dicitur, quia habens eam habet Deum charum, ita quòd respicit Deum non in ratione diligētis, sed in ratione diligibilis. Gra est qua Deus habet aliquē gratū, ita q̄ ipsa respicit Deum acceptantem, siue diligentem, non autem dilectum. Non autem dicitur gratia quodcunque propter quod Deus diligit (quia tunc Diuina essentia in filio posset dici gratia, q̄a propter eum diligit filium) sed illud propter quod Deus acceptat habens, ut dignum beatitudine, dignitate quæ est in correspondentia meriti ad premium, illud dicitur gratia, & ita aliquam imperfectionem includit illud, quod est gratia; quia talis dignitas aliquam imperfectionem ponit in digno, quia non est per se beatus. Deinde ponit, quòd dicant idem absolutum, tamen sub diuersis rationibus, & sub una dicit perfectionem simpliciter, sub alia nō. Postea dicit, differunt etiam in ratione connotati, quia illud absolutum potest considerari, ut est habenti principium operādi, & sic non dicit imperfectionem; & potest esse in Deo, & dicit charitas; potest etiam considerari, ut obiectum Dei in me, prout Deus habet me charum, & sic dicitur gratia. Hæc ille. Ex quibus patet quid senserit Scotus, & quia incidit in opinionem recitatam a Doctore.

Scotus.

¶ Sed si quis rectè consideret rationem uirtutis hoc stare non potest, quia ut Philosophus dicit in 7. Physicorum, * virtus est quædam dispositio perfecti, dico autem perfectum, quod est dispositum secundùm naturam. Ex quo patet, quòd uirtus uniuscuiusque rei dicitur in ordine ad aliquam naturam præexistentem, quando scilicet vnumquodque sic est dispositum, secundùm quòd congruit suæ naturæ.

D. 677.

* Tex. 17. & 18.

¶ Hic consequenter D. S. reprobat opinionem præmissam ponens conclusionem responsiuam contrariam illi opinioni talem. Lumen gratiæ (quod est participatio Diuinæ naturæ) est aliquid præter uirtutes infusas, quæ a lumine illo deriuantur, & ad illud lumen ordinantur. Hanc conclusionem probat, reprobando opinionem contrariam dictam, & primò præmittit quoddam fundamentale. Secundò ex eo sumit rationem, ibi. Manifestum est &c. Tertiò confirmat conclusionem auctoritate, ibi. Vnde & Apostolus &c. Ponit ergo primò medium quo ista opinio reprobatur, & conclusio stabilitur, quia ex cōsideratione rationis uirtutis, & quę sit illa ratio, uel in quo consistat, ostendit tali suppositio. Virtus vniuscuiusque rei dicitur in ordine ad aliquam naturam præexistentem, & hoc probat ex 7. Phys. clarè; & habetur ex hoc suppositio fundamentum, quia præsuppositum alteri, utique ab ipso distinguitur, quare si gratia a uirtutibus infusis præsupponitur, statim habetur intentum. Deinde cum dicit.

¶ Manifestum est autem, quòd uirtutes acquisitæ per actus humanos, de quibus supra dictum est, * sunt dispositiones quibus homo conuenienter disponitur in ordine ad naturam qua homo est, uirtutes autem infusę disponunt hominem altiori modo, & ad altiorem finem; vnde etiam oportet, quòd in ordine ad aliquam altiorem naturam, hoc est in ordine ad naturam Diuinam participatam, quæ dicitur lumen gratiæ, secūdùm quod dicitur. 1. Pe. 2. Maxima & preciosa uobis promissa donauit, vt per hoc efficiamini Diuinæ consortes naturæ; & secundùm acceptionem huiusmodi naturæ, dicimur regenerari in filios Dei. Sicut igitur lumen naturale rationis est aliquid præter uirtutes acquisitas, quæ dicuntur in ordine ad ipsum lumen naturale, ita etiam ipsum lumen gratiæ, quod est participatio Diuinæ naturæ, est aliquid præter uirtutes infusas, quæ a lumine illo deriuantur, & ad lumen illud ordinantur.

* quæst. 55. & alijs.

¶ Format rationem ex præsupposito dicto pro conclusione, & contra opinionem talem. Virtutes acquisitæ per actus humanos sunt dispositiones, quibus homo conuenienter disponitur in ordine ad naturam, qua homo est, aut a qua, supple, distinguitur tāquàm a præexistente ergo uirtutes infusę disponunt hominem ad aliquam altiorem naturam, hoc est in ordine ad naturam Diuinam participatam, a qua, supple, etiam distinguitur tanquàm a præsupposito, subsumitur, sed talis natura participata Diuina, est gratiæ lumen; ergo sequitur conclusio. Antecedens primum patuit supra q. 55. & alibi, sed prima consequentia probatur in litera, quia infusę disponunt ad altiorem finem, & altiori modo, ut patuit supra; ergo etiam ad altiorem naturam, quia modus operandi altior, & finis altior, præsupponunt altiorem naturā. Subsumpta probatur auctoritate Beat. Pet. Et notat Doct. Sanct. circa hoc, quòd secundùm perceptionem huius naturæ dicitur regenerari, quia generatio fit secundùm aliquam naturam. Supplerę autem propositiones circa antecedens, & primum consequens, sequuntur ex supposito fundamentali, quia omnis uirtus disponit ad præexistentem naturam, & per consequens a se distinctam, quia nihil sibiipsi præsupponit realiter. Deinde ibi.

¶ Vnde & Apostolus dicit ad Ephe. 5. Eratis aliquando tenebrę, nunc autem lux in domino, vt filij lucis ambulate. Sicut enim uirtutes acquisitæ perficiunt hominem ad ambulandum secundùm quòd congruit lumini naturali rationis, ita uirtutes infusę perficiunt hominem ad ambulandum secundùm quòd congruit lumini gratiæ.

¶ Doct. Sanct. probat conclusionem responsi. quo ad ultimam partem eius, scilicet quòd infusę uirtutes ordinantur ad lumen gratiæ, per auctoritatem Apostoli, & per simile de acquisitis, & patet litera, & ita habetur, q̄ infusę dependent a gratia in duplici genere causæ, scil. effectiuè & finalis.

¶ Nota

Scotus.

¶ Nota hic primò, quòd Scotus cōtra illam conclusionem vbi supra obijcit primò, quòd nō sit bene fundata in similitudine cōparatiua virtutis acquisitæ ad lumen naturale, & infusæ ad gratiam; quia tunc sequeretur si esset similitudo, quòd sicut acquisita non potest esse sine lumine naturali, sic nec fides, & spes sine gratia, cuius falsitatem concedit omnis theologus; & præterea sequeretur, quòd fides, spes, manerent in patria, cum ibi maneat gratia perfecta; si enim ab ipsa gratia deriuantur uirtutes, videtur quòd ipsa manente, & aliæ maneant.

¶ Sed dicitur, quòd similitudo bona est bene intellecta, & stat in hoc, quòd sicut nullus habitus acquisitus habet rationem virtutis, nisi pro quanto participat ordinē sibi a ratione naturali impressum, & ex natura ordinatur ad rationem naturalem sequendā, sic nulla est uirtus infusa perfecta, & formata, nisi per gratiā, & omnis infusa ordinatur, vt agatur conformiter ad gratiam participatam. Vnde fides, & spes sine gratia dicuntur, & sunt informes, & sic est simile, quia sicut acquisitæ non manent sine lumine naturali, ita nec infusæ saltem in ratione virtutis sine gratia. Nec sequitur consequentia Scoti, gratia manet in patria, ergo fides, & spes, quia fides habet repugnantiam ad gratiam pro tali statu, scilicet consummatam, similiter spes; sed non habet repugnantiam ad gratiam viaticam, sicut & flores tanūm stant, & sequuntur plantulam imperfectam, quæ perfecta fert non solùm flores, sed & fructus, & aduenientibus fructibus flores non permanent. Sic gratia viatica fert flores hic, sed alibi fructus, & hoc est propter diuersum statum gratię. Est etiam de communi cursu, gratia causa fidei, & spei in fieri quo ad substantiam, sed non inesse, loquendo de causalitate largè, eo modo quo effectus alteri præsuppositus ad quem alius sequitur, quasi per resultationem, non per actionem mediam, causa dicitur sua; & de hoc arti. sequen. Patet ergo, quòd similitudo bona est, & ad propositum valet, quia vtrobique est præsuppositio hic gratiæ, illic rationis naturalis, & est utrobique dependentia, ad minus finalis, q̄a sicut uirtutes sunt propter naturam rationalem, ita virtutes infusæ propter gratiam conseruandam, licet sit & effectiua aliqualiter.

Scotus.

¶ Nota secundò, quòd illud iam dictum, in quo & Doct. Sanc. fundat se, Scotus molitur infringere, quia scilicet uirtutes acquisitę non disponant ad naturam hominis, uel ad lumen naturale, sed solùm ad prudentiam, quæ non perficit ad aliud lumen, nisi intellectus agentis; prudentia autem est uirtus, sic virtutes superna turales perficiunt in ordine ad uirtutem, quæ est charitas, & ista vlterius ad finem supernaturalem. Sed assumit falsum, & manifestè hic in cor. & ad secundum negatum, quia virtutes acquisitæ non disponunt finaliter ad prudentiam, immo & ipsa prudentia est participatio, & dispositio ad rationem naturalem, & ad humanam naturam, ut rationalis est. Ad hoc enim sunt omnes virtutes naturales acquisitæ etiam prudentia, ut homo secundùm rationē agat; hominis autem natura secundùm Diony. est secundùm rationem esse. Secundo Scotus manifestè præterit auctoritatē. S. Petri hic allegatam in cor. ex qua plane habetur, quia homo efficitur per gratiā particeps Diuinę naturæ. Nec reueretur auctoritatē Bea. Diony. 2. ca. eccles. hierar. quam allegat. Doct. Sanct. in de Verita. supra in fi. cor. vbi dicit, quòd non potest aliquis habere spiritualem operationem, nisi prius spirituale esse acceperit, sicut nec operationem alicuius naturę, nisi prius habeat esse in illa natura, hæc ille. Vbi patet, quòd uirtutes infusæ necessariò disponunt nō ad habitum operatiuum, sed ad esse in natura; quare infusæ non perficiunt ad uirtutem, sed ad esse in natura, quod secūdùm Bea. Pet. est secundùm gratiam; similiter & acquisitæ disponunt ad naturam.

Scotus.

¶ Nota tertiò quòd Sco. multa supponit pro sua opinione, & p consequens pro reprobatione iam dictorum, quæ omnia Doct. Sanct. expresse negauit, & nec ipse probauit. Primū est, quòd gratia, & charitas æqualiter diuidāt inter filios regni; hoc enim Doctor Sanct. negauit in de Verita. ubi supra ad sextum, quia enim per charitatem nullus est primò filius Dei, sed per gratiam, ut patet ex Sanct. Pet. ideo gratia primò diuidit, & charitas non nisi p gratiam, quia uidelicet nō potest esse informis, sicut fides & spes. Secundò etiā assumit falsum, quòd utraque eodem modo sit forma uirtutum, hoc Doct. Sanct. ostendit fallum in de Verita. supra arti. 5. ad quintum, vbi ostendit, quòd differenter prudentia, charitas, & gratia sit forma uirtutum, quia prudentia ponendo in medio circunstantiarum, charitas imprimēdo ordinem ad vltimum finem, sed gratia præbendo efficaciam merendi, & constituendo in esse spirituali Diuino, ut habet Doct. Sanct. in de Virtutibus, quæs. 2. arti. 3. ad vigesimum. Tertiò assumit falsum, quòd eodem modo coniungant vltimò fini, quia gratia coniungit assimilando in natura, charitas verò coniungit affectionaliter diligendo Deum super omnia. Quartò assumit falsum, quòd ponēdo vnam, alia superfluat, quia charitas secundùm Doct. Sanct. in de Verita. supra art. 2. ad quartum non sufficeret ad merendum, nisi præsupposita gratia, quæ facit idoneitatem personæ merentis. Vide Doctor Sanct. ibidem, quòd cessabunt obiectiones, & asserta Scoti. Vnde sub breuibus notat ibidē Doct. Sanct. quomodo distinguantur gratia, charitas, & aliæ morales infusæ. Oportet inquiēs, quòd homini detur aliquid non solùm per quod operetur, uel per quod eius appetitus inclinetur in finem, sed etiam per quod eleuetur ipsa natura hominis ad quandam dignitatem, secundùm quam talis finis sit ei competens, & ad hoc datur gratia; ad inclinādum autem affectum in hunc finem datur charitas, ad exequendū autem opera quibus prædictus finis acquiritur, dantur aliæ uirtutes; & ideo sicut in rebus naturalibus est aliud natura ipsa quàm inclinatio naturæ, & eius motus, vel operatio. Ita in graruitis est aliud gratia a charitate, & cæteris uirtutibus, hæc ille. Vbi patet, quòd Scotus non aduertit, quòd oportet naturam operantis supernaturaliter eleuari in naturam supernaturalem, quod fit per gratiam, ipse enim ponit inclinationem supernaturalem, sine natura supernaturali, & in hoc uidetur contrauenire Bea. Petro, ut patuit. Alia argumenta quorundam aliorum vide in Capreo. distin. 26. secundi contra primam conclusionem, & facile patet eorum solutio ex dictis.

Confirmatur autem conclusio responsi. argumento in contrarium. Hoc argumentum quo ad maiorem admitteretur communiter ab omnibus, similiter minor quo ad primam partem, sed Sco. negaret secundam partem, qui tamen nihil dicit ad auctoritatem Bea. Aug. cui proprium sentire prætulit. Sed patet ex dictis, quia non tantùm in Bea. Aug. sed & Beat. Pet. Apostolo, & Beat. Diony. Doct. Sanct. se fundauerit, quod maximę soliditatis est in re fidei; habetur autem ex auctoritate Beat. Augu. quia gratia non est charitas; nam idem seipsum minime præuenit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Augus. nominat fidem per dilectionem operantem gratiam, quia actus fidei per dilectionem operantis est primus actus, in quo gratia gratum faciens manifestatur.

¶ Ad maiorem dico, quòd non est prædicatio formalis, sed causalis, & manifestatiua, quia uidelicet gratia gratum faciens, quæ dicitur etiam præueniens, ut patebit quæst. sequenti, primò manifestatur in fidei motu, q̄a ut infra patebit, motus fidei est primus, & ad iustificationem præsuppositus, causatus ex gratuito auxilio, & quia motus fidei per dilectionem operantis primò sequitur ad gratiam habitam; vnde Doct. Sanct. in secundo distin. 26. q. 1. ar. 4. Gratia præueniens dicitur fides non per essentiam, quasi gratia a fide non differat, sed quia in iustificatione quam gratia causat, primus motus fidei inuenitur; & ideo cum habitus non nisi per effectus innotescant, illud in quo primò gratia manifestatur est fides, & propter hoc fides dicitur gratia præueniens, hæc ille. Ex quo patet, quòd maior est uera, non identicè, sed manifestatiuè.

¶ Minor conceditur, & notanter fides, quæ per dilectionē operatur, quia fides informis non est uirtus, sed habitus, ut supra patuit, sed negatur consequentia; ex hac ratione, & per hanc solutionem soluitur argumentum Aureoli, quod est tertium in Capr. contra primam conclusionem. Nec ex hoc, quòd dicitur impossibile est placere sine fide, habetur quòd fides sit gratia, quia fides non placet, nisi ratione suę radicis, scilicet gratiæ. Nam & habēs fidem informem non placet, attamen si tollatur fides, & maneat gratia (quod de communi cursu in uiatoribus non fit) nihilominus anima est Deo grata, sicut de facto patet in beatis. Sicut & in simili patet, quòd homo non uiuit sine humoribus, & calore, & tamen calor non est principium primum vitæ, sed anima, sic in proposito.

¶ Ad secundum dicendum, quòd bonum positum in definitione uirtutis dicitur secūdùm conuenientiam ad aliquam naturam præexistentem, vel essentialem, vel participatam; sic autem bonum non attribuitur gratiæ, sed sicut radici bonitatis in homine, ut dictum est.* *In cor. ar.

¶ Maior vera, minor negatur. Ad probationem negatur, quòd gratia faciat bonum eo modo quo virtus, quia uirtus facit bonū, scilicet opus, & inclinationem in opus secūdùm conformitatem ad naturam præsuppositam, essentialem uel participatam, essentialem quidem, ut uirtus acquisita, participatam uerò infusa. Gratia autem facit bonum tale, scilicet opus ad inclinationē in opus, sicut radix & aliquo modo causa effectiua uirtutis, quæ facit talter bonum. Ad secundam probationem dico, quòd gratia non est qua bene uiuitur, scilicet uita secunda, ideſt rectè operatur immediatum elicitiuum, sed originale remotum; quia uidelicet ab ea fluunt uirtutes, quæ sunt immediata principia huius uitæ. De hoc Doct. Sanct. in secundo distin. 27. articu. 2. ad 8. Secundò dicitur sub aliis uerbis ad probationem minoris, & tamen est eadem sententia, quòd bonitas quam uirtus habenti confert, est bonitas perfectionis in comparatione ad opus, sed gratia confert animę perfectionem in quodam Diuino esse, & respectu operis, supplè immediatè secundùm quòd quodammodo gratiam habentes deiformes cōstituuntur, propter quod sicut filij Deo grati dicuntur; hęc est solutio Doct. Sanct. in secundo ad simile argumentum; ex qua patet, quòd gratia immediatè facit bonum habentem constituendo eum formaliter in esse supernaturali deiformi, sed uirtus facit bonum constituendo in facultate operandi bonum opus in ordine ad naturam præexistentem; quare non sequitur consequentia,

quia

quia gratia est bonitas alterius rationis, quàm virtus. Et nota verbum Doct. Sanct. cum dicit (omnis virtus disponit ad naturam præexistentem, vel essentialem) patet ex hoc nullitas eius, quod Scot. dicit respondendo ad argumentum in principio quæstionis factum. Vbi dicit, quòd virtutes morales disponunt ad lumẽ, quod est prudentia; nam prudentia non est natura hominis essentialis. Vnde virtutes morales, & ipsa prudentia sunt dispositiones deriuatæ a lumine naturali, scilicet ratione informata syndereſi, & ordinatæ ad talem rationem, quæ est natura hominis, ut homo est, rationale enim est differentia hominis &c.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd gratia reducitur ad primam speciem qualitatis, nec tamẽ est idem quod uirtus sed habitudo quædam, quæ præsupponitur uirtutibus infusis, sicut earum principium, & radix.

¶ Maior cõceditur, similiter & minor vsque ibi; Ergo relinquitur &c. quæ etiam cõceditur, quòd est in prima specie reductiuè, nec tamen oportet, quòd sit habitus similis habitibus quos Philosophi cognouerunt, & in illa specie reposuerunt; sed est forma deiformis accidentalis per modum permanentis inexistens, non immediatè operatiua. Vnde iuxta supra dicta quæst. 50. arti. 2. est habitus essendi, non operandi. Vltra, Habitus autem &c. Dico ꝙ habitus mentis secundùm potentias sunt uirtutes, sed non habitus essentiæ animæ, quæ etiam pertinet ad mentem, vt habet Doctor Sanct. de Verita. ma. 10 arti. 1. Et secundò, habitus operatiui, sed non habitus essendi qui constituunt animam in esse deiformi, & est radix virtutum inexistentium in potentijs, quæ sunt operatiuę, sicut enim anima non operatur immediatè, sed mediantibus potentijs suis, sic nec gratia, nisi mediantibus virtutibus a se deriuatis, & ad se ordinatis.

¶ Vltra dico, quòd non est simile de scientia, & gratia, quia scientia est in operatiua potentia, quia immediatum principiũ actus, & per consequens per se, est in prima specie, & habitus; sed gratia non est in potentia, sed in essentia, ut patebit arti. sequenti, & est habitus alterius tationis, quàm fuit habitus posita philosophis in prima specie; quare negatur consequentia.

¶ Nota quòd Doct. Sanct. in de Verita. & similiter in secundo dicit, quòd gratia sit in prima specie qualitatis, non tamen propriè habitus, sicut philosophi locuti sunt de habitibus, scilicet operatiuis; quia non immediatè ordinantur ad actum secundum, sed ad quoddam esse spirituale; est tamen habitus essendi superna turaliter, & ergo quia principaliter in ista specie prima qualitatis ponuntur habitus operandi, ideo essendi, cum quo tamen stat, quod Doct. Sanct. dicit in de Verita. quòd sit quædam dispositio, quia disponit scilicet ad gloriam, ut ibidem intendit, sed non est dispositio, vt dispositio distinguitur contra habitum, quia uidelicet non habeat esse firmum, vel causas permanentes; gratia enim firmiter ineſt, & habet causas permanentes, & stabiles, scilicet Diuinum influxum; habitus enim etiam potest disponere, & est dispositio in genere accepta, sed non dispositio, ut est membrorum condiuidens.

¶ Nec obstat, quòd gratia per vnum peccatum mortale amittitur, quia & charitas per unum peccatum mortale amittitur, quam nemo dubitat habitum; & secundò iuxta Doct. Sanct. in de Verita. ma. 27. art. 1. ad nonum, quamuis per vnũ actum peccati mortalis gratia amittatur, non tamen gratia facile amittitur, quia habenti gratiam non est facile illum actum exercere propter inclinationem contrarij, sicut Philosophus dicit in 5. Ethi. quòd iusto difficile est operari iniusta, hæc ille. Ex quibus patet, quòd gratia est habitus, scilicet essendi, & per hoc non per se in specie habitus prædicamentalis, qui comprehendit habitus operatiuos tantùm, & maximè naturales; est tamen habitus essendi per se supernaturalis; vnde non est idem dicere, est per se in specie qualitatis quæ est habitus, & est per se habitus, quia primum denotat esse habitum naturalem, & operatiuum, ad secundum autem sufficit, quòd sit habitus quocunque modo. Essendi. Vade & D. S. in secũdo, quòd gratiam sanitati assimilat.

¶ Nota autem uerba Doct. Sanct. in fine solutionis, cum dicit, quòd gratia sit principium, & radix uirtutum infusarum, hoc. n. intelligitur de principio, ut dictum fuit effectiuo largè, quia sunt duo effectus essentialiter subordinati, & per se, quorum primus habet semper aliquam causalitatem quasi effectiuam super aliũ, & hoc modo intelligendus est Doctor Sanct. tertiò contra Genti. c. 153. & 152. & 151. ubi ostẽdit quomodo gratia causet dilectionem, fidem, & spem, & est principium quo, & in fieri de communi lege.

Arist.

Vtrum gratia sit in essentia animæ, sicut in subiecto.

A 3. q. 7. art. 2. c. & q. 62. arti. 2. cor. Et 2. di. 26 art. 3. Et Verit. q. 27. a. 6. * Li. 3. parũ a medio.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd gratia non sit in essentia animæ, sicut in subiecto, sed in aliqua potentiarum; dicit enim Augustin. in iponostico,* quòd gratia comparatur ad uolũtatem, siue ad liberum arbitrium, sicut sessor ad equum; sed uoluntas, siue liberum arbitrium est potentia quædam, ut in primò dictum est; * ergo gratia est in potentia animæ, sicut in subiecto. * i. par. q. 83. ar. 2.

¶ 2 Pret. Ex gratia incipiunt merita hominis, vt Aug. dicit, * sed meritum consistit in actu, qui ex aliqua potẽtia procedit; ergo uidetur, quòd gratia sit perfectio alicuius potentiæ animæ. * Li. de corect. & gratia. ca. 6. & li. 1. ad simplic. q. 2. & de gratia. & li. ar. c. 6.

¶ 3 Præte. Si essentia animæ est proprium subiectum gratiæ, oportet, quòd anima inquantum habet essentiam, sit capax gratiæ; sed hoc est falsum, quia sic sequeretur, quòd omnis anima esset gratiæ capax; non ergo essentia animæ est proprium subiectum gratiæ.

¶ 4 Præte. Essentia animæ est prior potentiis eius; prius autem potest intelligi sine posteriori; ergo sequitur, quòd gratia possit intelligi in anima, nulla parte, uel potentia animæ intellecta, scilicet neque uoluntate, neque intellectu, neque aliquo huiusmodi, quod est inconueniens.

¶ Sed contra est, ꝙ per gratiam regeneramur in filios Dei, sed generatio per prius terminatur ad essentiam, quàm ad potentias; ergo gratia per prius est in essentia animæ, quàm in potentijs.

¶ Hic ultimò Doct. Sanct. inquirit de subiecto gratiæ, & determinatio huius quæst. dependet ex præcedenti ar. & oritur ex eo, vt patebit.

¶ Respondeo dicendum, quòd ista quæstio ex præcedenti dependet, * si enim gratia sit idem quod uirtus, necesse est, quòd sit in potẽtia animæ, sicut in subiecto; nam potentia animæ est proprium subiectum virtutis, vt supra dictum est.* * Ex artic. præc. * q. 66. ar. 1.

¶ Doct. Sanct. primò ostendit quid responderet prima opinio recitata in ar. 3. Secundò respondet iuxta secundam opinionem, quam ipse tenuit ibi. Si autem gratia &c. Quo ad primum, quòd quia ista quæstio ex præced. dependet quo ad determinationem, ideo iuxta primam opinionem in eo posita respondet tali cõclusione conditionali. Si gratia sit idem quòd uirtus, necesse est, quòd sit in potentia animę sicut in subiecto; probatur, potẽtia animæ est proprium subiectum uirtutis; ergo conclusio uera; consequentia est de se nota. Antecedens patuit sup. q. 56. art. 1.

¶ Nota circa illam conclusionem, quod dicit. D. S. in de Verit. ma. 27. ar. 6 in cor. quòd etiam iuxta opinionem, quæ realiter idẽtificat gratiam, & uirtutem (quòd per quãdam appropriationem potest dici) ꝙ gratia respiciat essentiam animæ, uirtus uerò potẽtiam, secundùm quòd ratione distinguũtur; quia gratificatio per prius ad ipsam animam pertinet, quàm ad actus eius, cum non pp actus acceptetur a Deo, sed e contrario, ut dictum est. q. 15. nullus enim operum nostrorum ualor reputaretur condignus ęternę gloriæ, nisi præsuppositа acceptione Diuina; & etiam, quia dilectio diligentium Deum, non est ratio quare Deus eos diligat, sed potius e contrario, ut habet ibidem. q. 2. ad primum. Pertinet etiã ad charitatem, ꝙ faciat nobis Deum dilectum, sed etiam dilectione sua prouenit in nos effectus dilectionis Dei, qui est gratia. Vnde donum illud, quod Deus tribuit his, quos acceptat in suum regnum, & gloriam, præsumitur ad perfectiones, uel habitus quibus humani actus perficiuntur, ut sint digni acceptari a Deo; & ergo gratia, esto esset secundùm rem charitas, tamen secundùm rationem nominis per appropriationem (licet nõ per inhæsionem rei) attribueretur animæ, sicut etiam per oppositum in malis, quãdoque alicui imputatur, & dicitur esse in eo imputatiuè, quod nõ est in eo subiectiuè, vt patet de omissione, & negligentia uoluntaria. Ex quibus patet, ꝙ Scotus in secundo di. 26. ubi tractat materiam huius art. non est audiendus in solutione tertij, cum nititur ostendere, quòd acceptatio potentiæ sufficit ad acceptationẽ essentiæ, & non econuerso. Nec est simile de acceptatione hominis, & acceptatione Dei, ut patet ex ar. 1. huius quæst. bene enim uerum est, quòd homo acceptat alium propter actum diligendi, & huiusmodi, sed dilectio hominis non est ratio Diuinæ acceptationis, ut patuit, sed e conuerso, dilectio Dei facit hominem acceptatum formaliter per collationem doni eleuantis hominem in naturam Diuinam. Vnde & quod dicit cõsequenter in solutione eadem, s. quòd non sit ulterius resoluere acceptationem potẽtiæ in acceptationem prioris acceptati, negandum est, & probatio eius est falsa, quòd nihil prius sit acceptabile acceptatione speciali, nisi mediante potentia; potentia enim & actus eius non essent acceptata, nisi faciens sit idoneus, nec dilectio eius esset tantò ꝑmiò digna, ut enim patebit infra, præmium æternum non debet actibus secundùm se, sed ut sunt ex homine grato Deo, & præsuppo-

Scotus.

sita Diuina ordinationi, quare acceptationem potẽtię, & habitus, & actus eius est resoluere in acceptationẽ ipsius hñtis, qui eoipso ꝙ deiformis est ſm gratiã, est Deo specialiter gratus, & acceptus, & si nec charitas, nec aliæ uirtutes adessent in potentiis. Patet ex his, quia Sco. nõ solũ D. S. sed & alijs tenentibus secũ in sententia discors est; quia uoluerũt, ꝙ esto gratia esset in potẽtia aĩæ inhæsiuè, esset tñ in essentia animæ appropriatè. Vide D. S. in 2. d. 26. attic. 3. vbi loquitur de hac materia. Consequenter cum dicit.

Dub. 179.

¶ Si aũt gratia differt a virtute, nõ potest dici, ꝙ potẽtia animę sit gratię subiectum, quia oĩs perfectio potentię animę habet rationem virtutis, vt supra dictum est; * vnde relinquitur, ꝙ gratia, sicut prius est virtute, ita bẽat subiectũ prius potẽtijs animę, ita s. ꝙ sit in essentia aĩę.— *q. 55. ar. 1. & q. 56. ar. 1.

¶ Dimissa responsione iam posita cum fundamento, respondet iuxta secundã, & tertiam opinionem tali conclusione. Si gratia differt a virtute, non potest dici, ꝙ potentia animæ sit gratiæ subiectum. Istã conclusionem probat dupliciter; primò ratione, quę fundat in supradictis. Secundò ostenditur per quandã adaptationem, ibi. Sicut enim, &c. Quo ad primũ arguitur sic, omnis perfectio potentiæ animæ habet rationem virtutis; sed gratia nõ habet rationem virtutis, sed est aliquid prius virtute tanquam radix eius; ergo non est perfectio potentiæ, sed alicuius prioris potentia. Maior patuit supra, q. 55. artic. 1. & q. 56. artic. 1. quia virtus, cum sit completiuum principij operatiui; & ratio virtutis sit in hoc, quod est habitus operatiuus, ideo pertinet immediatè ad principium operatiuum, quod est potentia. Minor quæ supplẽta est, patet ex articulo præcedenti. Tunc ibi.

¶ Sicut enim per potẽtiã intellectiuã homo participat cognitionẽ Diuinã ꝑ virtutẽ fidei, & ſm potentiã volũtatis amorẽ Diuinũ per virtutẽ charitatis, ita ẽt per naturã animę participat ſm quandã similitudinẽ naturã Diuinã per quandam regenerationem, siue recreationẽ. —

¶ Ostendit cõclusionem per quãdam adaptationem participationis Diuinarum perfectionũ, quia intellectus participat cognitionẽ Diuinam per virtutem fidei, voluntas ẽt participat amorem Diuinum per charitatem; ergo & essentia animæ participat naturã Diuinam formaliter; sed talis participatio est gratia, ergo gratia est in anima ipsa. Prosyllogismus patet a simili; quia non est minor ratio, ꝙ natura, & essentia participat Diuinã perfectionẽ modo gratuito, quàm potentiæ Et ad hanc adaptationẽ valent, quæ D. S. habet de Veri. Ma. 27. ar. 2. Ex quibus hĩ, ꝙ participatio Diuinæ naturæ in essentia præsupponitur alijs participationibus in potentijs, quia esse in natura ꝑsupponitur inclinationibus in finem naturæ, & virtutibus operatiuis ad finem naturæ, vt allegatum est ar. præced. in fine corp. Quia autem cathegoricè tenendũ est in via D. S. ꝙ gratia differt a virtute, ideo cathegoricè respondendum est ad quæsitum affirmatiuè, ꝙ gratia est in essentia animæ, & patet probatio. ¶ Nota, ꝙ Sco. hanc conclusionem impugnat pluribus rationibus, quarum prima deficit in ęquiuocatione gloriæ; dicit enim, ꝙ si gratia esset in essentia, ꝙ & gloria esset in essentia animæ, quod vt falsum. Dico enim ad hoc, ꝙ gratia est in essentia animæ, & ẽt gloria erit in essentia animę, accipiendo gloriã in vna acceptione, si l. gloria accipiatur pro omni pertinente ad beatitudinẽ, si autem accipiat gloria pro ipsa beatitudine, quæ est actus secundus, siue sit intellectus, siue voluntatis, tũc negatur, ꝙ gratia sit gloria. Nec oportet, ꝙ si gratia est in essentia animæ, ꝙ ergo gloria. i. beatitudo. Vnde decipit ſm fallaciã cõsequentis, arguendo a gloria ad beatitudinem; gloria enim communiter est beatitudine, & aliqua gloria erit in essentia animæ; sed non illa, quæ est beatitudo. Vnde gratiæ, & gloriæ non est identitas conuertibilis; quare nõ sequitur, oĩs gratia est in essentia, ergo omnis gloria; nec per consequens sequitur, ꝙ beatitudo sit in essentia animæ, &c. Secunda quoq; ratio Scoti ita arguit contra ipsum, si cõtra S. Thomam, quia arguã sicut ipse. Si gratia est in potentia animę, in qua est charitas, igitur & nunc erit anima beata, sicut & in patria. Tenet cõsequentia, quia eadem est charitas in voluntate hic, & in patria. Dico igitur, ꝙ licet eadem sit gratia hic, & in patria, quæ dr gloria (esto non beatitudo) tñ in patria habet aliũ effectum in gñe causæ efficientis, mediante quo est principium elicitiuum beatitudinis, hic autem non habet eundem effectum, licet in gñe causæ formalis habeat eundem effectum. s. esse gratum, & Deo esse acceptum. Et præterea non vr esse alicuius apparentiæ ratio ista Scoti apud alios, præsertim Alphonsum, qui admittit de possibili, ꝙ posset esse dilectio, quæ est beatitudo in voluntate, & tñ voluntas non esset beata pp defectum attingentiæ obiecti beatifici. Multò magis nõ sequitur, gratia est in anima, quæ est eadem cum gloria; ergo hic est gloriosa, quia licet sint idem in substantia, differunt tñ plurimũ in modo essendi. Vnde hic hẽt alios effectus, quàm alibi; & tñ gratia nũquã erit beatitudo, licet sit futura gloria in vna acceptione gloriæ. Et præterea possibile est, ꝙ aliquis viator habeat tantã charitatem, sicut aliquis beatus; nec tñ sequitur, vt Scotus fateri habet, ꝙ ergo sit beatus, quia non est talis charitas in statu, in quo exhibeatur obiectum beatificum.

Vnde sua ratio nihil facit contra D. S. quamuis verum sit, quòd actus diligendi hic, & in patria sit alterius rationis; & ideo non oportet, quòd si in patria actus voluntatis est beatitudo, quòd hic sit; tamen si charitas est gratia, & est in voluntate, & ipsa est identica gloriæ, non potest Scotus effugere, quin voluntas habeat hic gloriam. Vnde ipse habet argumentum suum soluere, quod contra D. S. adduxit. Alia argumenta habet Scotus, quæ facilè ex supradictis soluũtur, quæst. 74. artic. 4. & quæst. 71. Assumit enim, quòd omne meritum sit in voluntate, quod non est verum, loquendo de esse in voluntate subiectiuè, licet omne meritum sit in voluntate potestatiuè. Vnde gratia in essentia animæ existens facit, vt omnes actus sint meritorij; qui sunt capaces meriti, & non solius voluntatis. Patuit quoque supra, quòd peccatum, & gratia non directè opponuntur, sed indirectè tantum ratione auersionis a causa gratiæ. Vnde non oportet, quod si peccatum est in potentijs, quòd gratia sit in potentijs; sicut nec oportet, quòd peccatum sit solùm in voluntate subiectiuè, in qua est charitas, esto omne peccatum charitatem tollat, vide supra. Argumentum quoque Scoti quintum, non minus est contra ipsum, quàm contra D. S. cum arguit ex Anselmo, quòd gratia sit iustitia; si enim loqueretur Anselmus formaliter, & de iustitia propriè dicta, sequeretur contra Scotum, quòd gratia non esset charitas; quia iustitia, & charitas realiter distinguuntur. Intelligitur ergo Anselm. quòd gratia est iustitia causaliter, capiendo iustitiã metaphoricè, vel pro iustitia, quæ est omnis virtus, quia a gratia deriuantur suo modo virtutes Theologicæ, & morales, quæ dicuntur, & sunt iustitia communiter dicta, &c.

ARGVMENTVM in contrarium est pro secunda conclusione, & procedit cõformiter iuxta adaptationem probantem secundam conclusionem, quia regenerari est secundùm acceptationem naturæ Diuinæ, igitur sicut generatio naturalis terminatur ad essentiam naturalem, ipsa generatio supernaturalis terminatur ad aliquod supernaturale existens in natura, &c

¶ Ad primũ ergo dicẽdũ, ꝙ sicut ab essentia aĩę effluũt eius potentię, q̃ sunt operũ principia, ita ẽt ab ipsa gratia effluũt virtutes in potẽtias animę, per quas potẽtiæ mouentur ad actus, & ſm hoc gratia cõparatur ad voluntatem, vt mouens ad motum, quæ est comparatio sessoris ad equum, non autem sicut accidens ad subiectum. —

¶ Ad maiorem conceditur, ꝙ sessor habet se ad equum motiuè, sed non inhæsiuè, ita & charitas mouet volũtatem, tanquam radix, & causa mouens, & efficiens eius, quod est in voluntate, sicut enim ab essentia animæ procedunt potentiæ quodammodo, sicut a causa actiua, vt habet D. S. prima parte, q. 77. artic. 6. ad secundum; ita & a gratia fluunt virtutes, sicut quodammodo a causa motiua. Vnde concessa minore negatur consequentia; quia supponit virgumentum, ꝙ in maiore fit comparatio accidẽtis ad subiectum, cum sit comparatio mouentis ad motum.

¶ Nota autem, ꝙ quamuis intellectus sit prior origine ipsa voluntate, vt declaratur prima parte, vbi iam, art. 7. tamen gratia dr prius perficere voluntatem, & comparari ad voluntatem vt motor, quia voluntas est prima potentia in mouendo, & per eam omnes aliæ obedibiles mouentur, vnde & efficit meritum in omnibus potentijs mediante volũtate, vt patebit infra; & ergo Aug. in auctoritate argumenti comparat gratiam ad voluntatẽ, & non ad alias potentias. De comparatione autem essentiæ animæ ad potentias, & gratiæ ad virtutes, dictum est in præcedentibus. Et vide Capreolum in distinc. 26. secundi. in pluribus solutionibus, quia est simile in duplici causalitate. s. finali, & quodammodo effectiua. Est quoq; simile in connexione, non quidem in esse habitus, sed in esse virtutis; quia gratia ſm cursum cõem nõ est sine virtutibus, nec ecõtra, pro hoc statu, quia esto substantia fidei maneat sine gratia, & charitate, non tñ manet in ratione virtutis.

Capreolus.

¶ Et per hoc etiam patet solutio ad secundũ; est enim gratia principium meritorij operis mediantibus uirtutibus; sicut essentia animæ est principium operum uirę mediantibus potentijs. —

¶ Ad maiorem, ex gratia incipiunt merita hominis, nõ immediatè elicitiuè, sed mediatè radicaliter ad hunc sensum, quia ab ipsa fluunt principia elicitiua meritorum. s. virtutes ipsæ. Sed dico, ꝙ ab existente formaliter in essentia animæ potest fluere existens in potentia animæ. Ad minorem, concedo eam, & notanter, qui ex aliqua potentia procedit, indeterminata suppositione contra Scotum, qui arguit, ꝙ meritum sit tantùm voluntatis formaliter, & malè: aliàs nihil probaret, nec argumentum tertium haberet apparentiam, nisi intelligeret, ꝙ meritum est formaliter tantum in voluntate, & per hoc principium merendi, quod est gratia. Patet autem, ꝙ gratia est principium merendi radicale, non propinquum, vel elicituum immediatum. Vnde & negatur consequentia, quia sicut est in voluntate motiuè, ita & est principium meriti motiuum radicale. Vnde differenter est principiũ motiuum meriti, gratia, & charitas; quia gratia est motiuum radicale, quia videlicet ab ipsa fluunt virtutes elicitiuæ meriti. Sed

charitas est principium motiuum per modum imperij, quia videlicet est in voluntate respectu vltimi finis, cuius est imperare inferioribus; sed gratia non imperat, nisi mediante charitate, sed ab ipsa gratia fluunt ipsæ virtutes imperatiuæ, & elicitiuæ

¶Ad tertium dicendum, ꝙ anima est subiectum gratię, secundùm ꝙ est in specie intellectualis, vel rationalis naturę; non autē constituitur anima in specie per aliquam potentiā, cum potentię sint proprietates naturales animę speciem consequentes, & ideo anima secundum suam essentiam differt specie ab alijs animabus. s. brutorum animalium, & plantarum; & pp hoc non sequitur, si essentia humanæ animæ sit subiectum gratiæ, ꝙ quælibet anima possit esse gratiæ subiectū, hoc enim conuenit essentiæ, inquantum est talis specie.

¶Ad primam partem assumpti dico, ꝙ essentia animæ, non vt essentia, est subiectum gratiæ, sed vt est essentia talis. s. rationalis ad imaginem Dei. Vltra, ad secundam partem assumpti, verum, oportet, quòd sit capax gratiæ, inquantum habet essentiam talis speciei, & non vt est essentia quæcunque. Vltra, negatur falsitas assumpti ad sensum dictum. Negatur etiam probatio consequentiæ, quia non est capax, vt est anima, sed vt talis anima; esse autem talem animam non conuenit alij animabus. Quare probatio nulla, & per consequens negat' & vlterior consequētia.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ cum potentię animę sint naturales proprietates speciem consequentes, anima nō potest sine his esse; dato autem, ꝙ sine his esset, adhuc tamen anima diceretur secundùm speciem suam inrellectualis, vel rationalis, non quia actu haberet has potentias, sed propter speciem talis essentię, ex qua natę sunt huiusmodi potentiæ effluere.

Propositio Scotica vniuersaliter falsa. Scotus.

¶Maior vera, prior prioritate naturæ, sed non durationis. Ad minorem dico, ꝙ prius natura necessariò tñ alteri connexum, & simul duratione potest intelligi sine alio in primâ operatione intellectus, sed non in secunda, ita ꝙ intelligatur esse sine alio. Illa enim Scotica propositio, omnia absoluta a seinuicem realiter distincta posse ab inuicem ſm esse separari, & a Scoto non potest vlt teneri, quia non de toto, & partibus, ga non de figura, & quātitate, vt habet Scotus in secundo, dist. 29. in fine; est etiā expresè contra Phil. in Postprædicamentis, vbi ponit vnum modum, quo vnum est prius natura alio, & tñ inter ea conuertitur subsistendi consequentia. Vltra; Ergo, &c. Concedatur quidem, ꝙ potest sic intelligi in prima operatione sine potētijs; & dico, ꝙ in ea sic intellecta posset intelligi esse gratia, & ipsa est eius capax. Dico secundò, ꝙ si per impossibile esset sine potentijs, & intelligeretur in secunda operatione intellectus sine potentijs, adhuc esset capax gratiæ, & posset esse eius subiectum, quia esset anima rationalis; non quia haberet potentiam, quæ est ratio, sed quia esset talis essentia, ex qua nata esset profluere ratio, & potēntiæ rationales. Vnde negatur, ꝙ hoc esset inconueniens, quia anima nō habet speciem, & esse rationale per potentias, sed ex seipsa, & per essentiam est rationalis essentia, quæ est capax gratiæ, licet ex se identicè nō habeat potentiam ratiocinatiuam, sed radicaliter.

Quæstio Centesimavndecima.

De diuisione gratiæ.

B

DEinde considerandum est de diuisione gratiæ. Et circa hoc quęruntur quinque. Primò, vtrū conuenienter diuidatur gratia per gratiā gratis datā, & gratiam gratum facientem. Secundò, de diuisione gratię gratum facientis per operantem, & cooperantē. Tertiò, de diuisione eiusdem per gratiā prœuenientem, & subsequentē. Quartò, de diuisione gratię gratis datę. Quintò, de comparatione gratię gratum facientis, & gratis datæ.

¶Postquam determinatum est de essentia gratiæ, hic determinatur de diuisione gratiæ. Et circa hoc primò diuiditur gratia; secundò comparantur membra diuisionis adinuicem, in vltimo articulo. Circa primum, primò ponitur generalis diuisio gratiæ; secundò subdiuisio membrorum primæ diuisionis, articu. 2. de alijs videbitur prosequendo.

Vtrum gratia conuenienter diuidatur per gratiam gratis datam, & gratiam gratum facientem.

3.q.7.art.7. ꝙo. & ad 1. q.62.arti.1. corp. Et 3. cont.c.254.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd gratia non conuenienter diuidatur per gratiam gratum facientem, & gratiam gratis datam. Gratia enim est quoddam donum Dei, vt ex supra dictis patet; * homō autem ideo non est Deo gratus, quia aliquid est ei datum a Deo, sed potius econuerso; ideo enim laiquid datur alicui gratis a Deo, quia est homo gratus ei; ergo nulla est gratia gratum faciens.

* 1. Et Verit. q.27.arti.1. & 5.cor. Et opuscu.3.c. 221. Et Psal. 24.co.4. Et Ro.1.lec.3. colu. 2. Et Eph.1.le.2. col.1.

¶2 Præterea. Quęcunque non dantur ex meritis prœcedentibus dantur gratis, sed etiam ipsum bonum naturę datur homini absque merito prœcedenti, quia natura præsupponitur ad meritum; ergo ipsa natura est etiam gratis data a Deo; natura autem diuiditur contra gratiam; inconuenienter igitur hoc, quod est gratis datum, ponitur vt gratiæ differentia, quia inuenitur etiam extra gratię genus.

*q.110.ar.1.

¶3 Præterea. Omnis diuisio debet esse per opposita; sed etiam ipsa gratia gratum faciens, per quam iustificamur, gratis nobis a Deo conceditur, secundùm illud Roman.3. Justificati gratis per gratiam ipsius; ergo gratia gratum faciens non debet diuidi contra gratiam gratis datam.

¶Sed contra est, quòd Apostolus vtrumque attribuit gratiæ, scilicet & gratum facere, & esse gratis datū. Dicit enim quantum ad primum ad Ephes.1. Gratificauit nos in dilecto filio suo. Quantum verò ad secundum, dicitur ad Rom.11. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia; potest ergo distingui gratia, quæ vel habet vnum tantū, vel vtrumque.

¶Hic D.S. primò inquirit de diuisione gratiæ generali; quia autem ex præcedentibus satis claret aliquam esse gratiam, quæ facit hominem Deo gratum formaliter, de qua dictum est quæstio præced. (quia ponit aliquid in anima procedens ex speciali dilectione Dei) ideo D.S. determinando quæsitum præsertim ponit rationem, & causam ponendi gratiam gratis datam.

¶Respondeo dicendum, quòd sicut Apostolus dicit ad Roman.13. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt; in hoc autem ordo rerum consistit, quòd quędam per alia in Deum reducuntur, vt Dionysius dicit in cęle. Hierarc. * Cum igitur gratia ad hoc ordinetur, vt homo reducatur in Deum ordine quodam hoc agitur, vt scilicet quidam per alios in Deum reducantur.

* Dion.c.4. 7.& 8.

¶D.S. sic procedit; primò quandam conclusionem fundamentalem præmittit; secundò ea responsiuam infert, ibi. Secundū hoc, &c. Conclusio fundamentalis est. Per gratiam homo reducitur in Deum ordine quodam, vt s quidam per alios in Deū reducantur. Dicit autem notanter (quidam) s. homines per alios. s. homines, quia (vt potest haberi ex tertio contra Gentil.c.154. circa principium.) aliqui homines non per homines in Deum reducuntur; sed in manifestatione eorum, quæ sunt fidei quidam immediatè a Deo receperunt; alij verò ab his, & sic per ordinem vsque ad vltimos. Ea enim quæ sunt fidei primò a Deo reuelantur Angelis bonis per apertam visionem, deinde per Angelos hominibus, & per aliquos homines alijs, per quam manifestationem homines in Deum reducuntur. Probatur conclusio, quæ a Deo sunt, ordinata sunt sic, quòd quædam per alia in Deo reducuntur; igitur conclusio vera, quòd scilicet, & in gratia ille ordo inuenitur, vt quidam alios per gratiam in Deum reducūtur. Añs est partim Apost. & explicatio est B. Dionysij. Tenet consequētia, tum quia gratia etiam est a Deo, & ad hoc a Deo ordinatur, vt homo reducatur in Deum, & per consequens sequitur, ꝙ talis reductio sit etiam ordinata, ita vt quidam per alios reducuntur; tum quia in reductione ad Deum gratuita, non est minor ordo, quàm in naturali reductione, vbi vna creatura cōsequitur Diuinā perfectionem mediante alia; igitur & hoc erit in gratuitis.

¶Secundum hoc igitur duplex est gratia; vna quidē, per quam ipse homo Deo coniungitur, quę vocatur gratia gratum faciens; alia verò, per quam vnus homo cooperatur alteri ad hoc, quòd ad Deum reducatur.

¶Præmisso fundamento, hic D.S. subinfert ex eo in substantia conclusionem responsiuam. Et primò hoc fit; secundò declarat specialiter secundam partem conclusionis, ibi. Huiusmodi autem, &c. Conclusio responsiua est ista. Duplex est gratia; vna, quæ vocatur gratum faciens, alia gratis data. Et ex hoc habetur responsio ad quæsitum affirmatiua; quod sic probatur; per gratiā homo reducitur in Deum, &c. vt dixit, ergo fundatur; igitur ista conclusio vera; antecedens patuit. Consequentia tenet, quia gratia, ſm quam quis Deo coniungitur, est gratū faciens; sed illa, per quam alius cooperatur vt ad Deum reducatur, est gratis data.

¶Et

¶Et nota, ꝙ ex illo antecedente; vnde sequitur conclusio, quia si est gratia ad hoc ordinata, vt homo in Deum reducatur, & ipsa reductio passiua consistat in hoc, ꝙ Deo cōiungitur; ideo est aliqua, quæ Deo coniungit, & illam dicimus gratum facientem. Et si est gratia, qua quis reducit actiuè cooperando vt aliquis Deo coniungatur, ideo est gratis data. Vnde gratia est pp hoc, vt homo ordinetur in Deum actiuè, & passiuè, ita ꝙ sub gratia ordinante comprehendatur gratum faciens, & gratis data, quia per gratiam gratum facientem ordinatur ſm coniunctionē ad Deum personalem, sed per gratiam gratis datam ordinatur homo, ita ꝙ alium in Deū reducat, & Deo dispositiuè viuat, vt patebit ar.5. Quare ex illo antecedente sequitur conclusio. s. gratia ordinatur, vt homo in Deum reducatur; igitur est duplex gratia, quia talis reductio non fit nisi reducens habeat, quo cooperetur ad alterius reductionem, quod est gratis data, & alius non reducitur, nisi vniatur Deo per gratum facientem; si quis autem contenderet, ꝙ añs solùm intelligitur de gratia gratis data, ꝙ ista ordinatur ad hoc, ꝙ homo reducatur in Deum, & per consequens in añte nihil in telligitur de gratia gratum faciente, & sic non valeat consequentia, ergo est duplex gratia; tunc dr̄, ꝙ valet consequentia quo ad vnam partem. s. ergo est gratia gratis data; alia autē pars non esset per hoc antecedens probata; sed infertur virtute prius dictorum in q.præce. ita quòd D.S. in hoc articulo ponit causam ponendi gratiam gratis datam, & supponat esse gratiam gratum facientem ex præcedentibus. Deinde cum dicit.

¶Huiusmodi autem donum vocatur gratia gratis data, quia supra facultatem naturę, & supra meritum personæ homini conceditur; sed quia non datur ad hoc, vt homo ipse per eam iustificetur, sed potius vt ad iustificationem alterius cooperetur; ideo non vocatur gratū faciens; & de hac dicit Apost.1.ad Cor.12. Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. s. aliorum.

¶Declarat secundam partem conclusionis respon. quare s. gratia cooperatiua dicatur gratia, & quare gratis data, quia ideo gratia, cum non detur ex aliquo debito, nec naturæ, nec personæ. Et hoc declarabitur ad primum, ideo meritò dr̄ gratia. i. liberaliter absque omni merito, & debito. Quare autem dicatur talis gratis data, exponit, quia videlicet deficit a gratia gratum faciente, quia habentem non facit acceptum & gratum Deo formaliter; ideo retinet sibi nomen commune, & non dr̄ gratum faciens, gratia, quæ aliquid super gratis datam addit, vt patebit ad tertium.

¶Notat autem D.S. per auctoritatem Apostoli existētiam, officium, & finem gratię gratis datæ, quia officiū eius est manifestare Spiritum sanctum, & hoc dupliciter; vno modo vt inhabitantem ecclesiam, & docentem, & sanctificantem eam, puta cum aliquis peccator, quem non inhabitat Spiritus sanctus facit miracula ad ostendendum, ꝙ fides ecclesiæ quā ipse prædicat, sit vera; alio modo manifestatur per huiusmodi gratiā Spiritus sanctus, vt inhabitans eum, cui tales gratiæ conceduntur. Et sic conceduntur huiusmodi gratiæ tñ sanctis. Et datur ad vtilitatem. s. communem, vbi designatur finis illius gratiæ. Et hoc vel dum probatur vera doctrina ecclesiæ, & sic fideles confirmantur, & infideles conuertuntur, vel dum sanctitas alicuius proponitur alijs in exemplum. Patet per hoc, quomodo gratia gratis data cooperetur ad gratiam gratum facientem, qñq; in alijs consequendam, & a se non habitam; qñq; autem a se habitam manifestandam, pp aliorum vtilitatem, quæ est in gratiæ confirmatione, vel acquisitione.

¶Nota ex his, & infra dicendis, ar.5. ꝙ hæc diuisio non est generis in species, vel vniuoca, sed magis vocis in dinersa significata, vel analogica ſm modum analogiæ attributionis, cum gratis data in ratione gratiæ includatur, & dependeat a gratum faciente; & quia gratis data ordinatur in gratum facientem, sicut in finem, & est aliquo modo causa eius dispositiua, non effectiua, vt patebit artic.5. Vnde est aliquo modo analogatum gratiæ, sicut sanum medicinæ est analogatum sani, &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem respon. quia Apostolus attribuit gratiæ gratum facere, & gratis datum esse. Sed ex hoc nō vr̄ sequi, ꝙ sint diuersæ gratiæ, quia eadem potest gratum facere, & esse gratis data; ideo D.S. notat, ꝙ immo ex dictis Apostoli habetur diuisio gratiæ in diuersa; quia potest dari gratia, quæ habet vnum tantum. s. esse gratis datum, & non facere gratum, licet quæ facit gratum etiam sit gratis data. Et ita habetur diuisio gratiæ, quia aliqua est solùm gratis data, aliqua autem gratis data, & gratum faciens, &c.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ gratia non dicitur facere gratum effectiuè, sed formaliter. s. quia per hanc homo iustificatur, & dignus efficitur vocari Deo gratus, secundùm quòd dicitur ad Colossen.1. Dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine.

¶Maior conceditur, minor distinguitur; si intellr̄, ꝙ homo nō est Deo gratus effectiuè per aliquid, quod est ei datum a Deo, cōceditur; hoc est dicere, ꝙ donum collatum creaturæ etiam speciale, nō est causa effectiua, vel ratio Diuinæ acceptationis, nec est tale donū ratio productiua ęternę dilectionis Dei, immo tale donū est effectus talis dilectionis, vt patuit. Si verò intellr̄ minor, ꝙ homo nō est gratus Deo formaliter per aliquid ei datum a Deo, negatur; immo illud donū facit eum dignum Diuino amore specialiter glorificatiuo, ita ꝙ tale donum facit talem amabilē; quātumcunq; enim sit pdestinatus ad vitam ęternā, nō est dignus formaliter, nisi eleuetur per tale donū, quod est participatio Diuinitatis. Vnde dico vltra, ꝙ econtrario ex hoc, ꝙ est Deo gratus, prouenit in ipsum aliquod donum; sed dico, ꝙ antequā habeat illud donū est gratus denominatione extrinseca, sed nō formaliter; sed ex hoc, ꝙ ab illo esse grato extrinsecè, profluit participatio Diuinitatis, efficitur gratus formaliter. Vnde dico, ꝙ ideo aliquid dat', quia homo est ei gratus denominatione extrinseca; sed cum hoc stat, ꝙ oporteat aliquid ponere, per quod sit gratus formaliter intrinsecè. i. sit dignus eo, ad qđ acceptat'; quare negat' cōsequentia.

¶Et nota pp hāc solutionē, q̄ supra dicta fuerunt, q.109, art.5. Hr̄ enim ex ea solutio arg. cuiusdā Scotici, qđ Capreo. habet in 1. di.17.q.1. cōtra secundā conclusionem; quia licet nihil in hoīe sit rō Diuinæ acceptationis, sed tñ aliquid in hoīe est ratio, per quā homo efficit' dignus vocari Deo gratus, vt hēt D.S. in solutione. Capreolus.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ gratia, ſm ꝙ gratis datur, excludit rationem debiti, potest autem intelligi duplex debitum; vnū quidem ex merito proueniens, quod refertur ad personam, cuius est agere meritoria opera, ſm illud ad Rom.4. Ei qui operatur, merces imputatur ſm debitum, non ſm gratiam; aliud est debitum ſm conditionem naturæ, puta si dicamus debitum esse homini, ꝙ habeat rationem; & alia, quę ad humanā pertinet naturam. Neutro autem modo dr̄ debitum propter hoc, ꝙ Deus creaturæ obligetur, sed potius, inquantum creatura debet subijci Deo, vt in ea Diuina ordinatio impleatur, quæ quidem est, vt talis natura tales conditiones, vel proprietates habeat, & quòd talia operans, talia consequatur. Dona igitur naturalia carent primo debito, non autem carent secundo debito; sed dona supernaturalia vtroque debito carent; & ideo specialius sibi nomen gratiæ vendicant. Dub.43.

¶Ad maiorem, nego eam, quia est a pluribus causis veritatis ad vnā. dico, ꝙ non esse gratiā gratis datā, non solùm est, quia non datur ex meritis exercitis, & personalibus, sed etiam quia non ex debito; potest enim esse, ꝙ natura aliqua præordinata a Deo, fieri in rerum natura nihil meruerit (nam antequam sit, nihil meretur, & tñ sibi debentur suæ conditiones, & proprietates, & partes naturales, quod tñ debitum originaliter est ex Diuina ordinatione, quæ ordinat talem naturam debere hr̄e tales proprietates, vt patet etiam prima par.q.21.art.1.ad 3. & art.4.in corp. & magis extensè secundo contra Gent.c.28. & 29. Vide si placet, & videbis, ꝙ in omnibus debitis in creaturis inuentis, Deus creaturæ debitor non dr̄, sed suæ dispositioni implendæ. Est enim triplex debitum condition atum in creaturis reperibile; vnum, quod sumitur a tota rerum vniuersitate ad quālibet eius partem, quæ ad perfectionem vniuersi requiritur. Si enim Deus voluit fieri tale vniuersum, debitū fuit vt Solem & Aquam faceret, & huiusmodi, sine quibus vniuersum esse nō potest. Secundò sumitur debitum conditionatum ex vna creatura ad aliam, vt si animalia, & plātas Deus esse voluit, debitum fuit, vt cœlestia corpora faceret, ex quibus conseruantur, & si hominem esse voluit, oportuit facere plātas, & animalia, & huiusmodi, quibus homo indiget ad esse perfectum, quamuis hæc & illa Deus ex mera fecerit voluntate. Tertiò, in vnaquaq; creatura sumitur debitum conditionale ex suis partibus, & proprietatibus, & accidentibus, ex quibus dependet creatura quantum ad esse, vel quantum ad aliquam sui perfectionem; sicut supposito, ꝙ Deus hominem facere vellet, debitum ex hac suppositione fuit, vt animam & corpus in eo coniungeret, & sensus, & alia huiusmodi aduenientia, tām intrinseca, quām extrinseca ei præberet. In quibus tñ omnibus (vt dictum est) Deus est magis debitor suæ ordinationi, quàm creaturæ. ¶Patet autem ex his, ꝙ debitum conditionatum tale, quale est respectu creaturæ semper est in ordine ad perfectiones naturales, quas natura rei requirit ad suū esse. Vnde dr̄ ad minorem, vera, quia datur absq; merito, sed non datur absq; debito, quia debitum est hominem hr̄e rationē, & sensus, & huiusmodi perfectiones naturales. Esto illud debitum fundetur originaliter in Diuina ordinatione. Vltra; Ergo, &c. Negatur, ꝙ natura sit gratia gratis data, quia si res debeat esse, maximè opus est, vt habeat naturam. Et præterea, & si natura sit primus effectus in re, & non resoluatur in aliquod prius intra rē, tñ resoluitur in aliquod extra, puta in vniuersum, vt dicatur, ista natura debet esse propter perfectionem vniuersi, & pp suum finem. Vltra. Conceditur, ꝙ natura diuiditur contra gratiam; sed dico, quòd ipsa natura non potest dici gratis data, Triplex debitum in creaturis.

Quare negatur & vlterior consequentia, quia dictum est in cor. ℭ gratia gratis data est supra meritum personæ, & facultatem, & debitum naturæ, & per consequens gratis data est gratia, &c. Vnde hoc argumentum vult, ℭ ista diuisio sit mala, quia aliquid cõtinetur sub vno membro diuidente s. gratis data, quod nõ continetur sub diuiso s. gratia. Sed patuit, quia falsum est, ℭ aliquid sit, vel contineatur sub gratis data, & non sub gratia.

¶ Circa istam solutionem nota, quia posset alicui videri, ℭ etiã gratia quæcunq; daretur ex debito; quia ſm D.S. in prima parte, vbi supra. Omne iustum est debitum, iustum autem est, ℭ bonitati Diuinæ condecens est, vt Anselmus habet. Cũ ergo dare gratiam sit maximè condecens Diuinæ bonitati, videtur, ℭ ex debito homini detur gratia, cuius oppositum iam dictum videtur.

¶ Sed dicendum, ℭ hæc obiectio soluitur per D.S. ibidem, prima parte, quia debitum potest attendi dupliciter in operatione Diuina, aut secundùm ℭ aliquid debetur Deo, aut secundum ℭ aliquid debetur rei creatæ. Probat ergo obiectio, quòd gratiam huic dari sit debitum Deo tantùm, sed nullo modo creaturæ; nam iustum, & debitum est, ℭ si Deus præordinauerit isti dare gratiam, ℭ detur sibi. Sed ex parte istius hominis nihil est, quod exigat, & requirat ex aliqua iustitia gratiam. Et hoc modo D.S. hic intelligit, quòd gratia non datur ex aliquo debito, quod attendatur ex parte creaturæ, quia nec gratia ad esse naturæ requiritur; nec iterum est aliquod meritum gratiæ ex parte naturæ.

¶ Ad tertium dicendum, ℭ gratia gratum faciẽs addit aliquid supra rationem gratiæ gratis datæ, quod etiã ad rationem gratiæ pertinet, quia s. hominem gratum facit Deo; & ideo gratia gratis data, quę hoc non facit, retinet sibi nomen commune, sicut in pluribus alijs contingit; & sic opponuntur duæ partes diuisionis, sicut gratum faciens, & non faciens gratum.

Diuisio ℭ opposita.

¶ Maior habet latam verificationem, ℭ omnis diuisio debet esse per oppositas res, vel rationes, vel per oppositos & distinctos effectus eiusdem rei. Et sufficit, ℭ sit oppositio quandoq; , quæ est ſm habere & non habere idem, vel penes habere idem & aliquid addere, & ita ℭ requiritur aliqua distinctio in diuidentibus, licet non directa oppositio, nisi sit diuisio generis per differẽtias oppositas. Ad minorem conceditur, ℭ gratia gratum faciens ẽt gratis datur, sed habet aliquid amplius, per quod distinguitur à gratia gratis data tm̃, s. facere formaliter gratum Deo; sed gratis data tm̃, vt est membrũ condiuisum gratũ facienti, non facit gratum. Et ergo ibi saluatur oppositio contradictoria, quæ sequitur omnem distinctionem. ¶ Vnde oportet aduertere, ℭ gratis data gratia accipitur dupliciter; vno modo in communi, & sic est diuisa per gratiam gratum facientem, & gratis datã specialiter acceptam, quæ est gratia solùm, quia gratis data supra meritum, & debitum naturæ, sed non facit gratum Deo; alio modo accipitur gratis data gratia pro ipso membro diuidente, iuxta regulam Topicam, ℭ qñ alteri diuidentium est nomen impositum, alteri verò non, tunc illud diuidens, cui non est nomen impositum, retinet sibi nomen commune, sicut hñr multa exempla de casu, & fortuna; de habitu, & dispositione; de proprio. & definitione; & sic est in proposito; quia enim gratum faciens habet proprium nomẽ, ideo gratis data retinet nomẽ commune, cui gratum faciens aliquid addit, & ea dignior est, ideo habet proprium nomen. Et ista tangit D.S. in solutione sub breuibus.

Regula Topica.

Vtrum gratia conuenienter diuidatur per operantem, & cooperantem.

C Infra art. 3. cor. Et 2. di. 26. a. 1. q. 5. Et V. rit. q. 27. arti. 5. ad 1. & 2. & 2. Cont. 6 * q. 110. artic. 2. * Aug. colligitur ex tract. 72.

AD secundum sic proceditur. Videtur, ℭ gratia inconuenienter diuidatur per operantem, & cooperantem. Gratia enim accidens quoddam est, vt supra dictum est; * sed accidens non potest agere in subiectum; ergo nulla gratia debet dici operans.

¶ 2 Præterea. Si gratia aliquid operetur in nobis, maximè operatur in nobis iustificationem; sed hoc non solùm gratia operatur in nobis. Dicit enim Augustinus * super illud Io. 14. Opera quæ ego facio, & ipse faciet; qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te; ergo nulla gratia debet dici simpliciter operans.

¶ 3 Præterea. Cooperari alicui videtur pertinere ad inferius agens, non autem ad principalius; sed gratia principalius operatur in nobis, quàm liberum arbitriũ, ſm illud Roman. 9. Non est currentis, neq; volentis, sed miserentis Dei; ergo gratia non debet dici cooperans.

¶ 4 Præterea. Diuisio debet dari per opposita; sed operari, & cooperari non sunt opposita, idem enim potest operari, & cooperari; ergo inconuenienter diuiditur gratia per operantem, & cooperantem.

¶ Sed contra est, quod Augustinus dicit in libro de gratia, & liber. arbitr. * Cooperando Deus in nobis perficit, quod operando incipit; quia ipse, vt velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens; sed operationes Dei, quibus mouet nos ad bonum, ad gratiam pertinent; ergo conuenienter gratia diuiditur per operantem, & cooperantem.

*Aug. li. de grat. & lib. arb. c. 17.

¶ Hic consequenter subdiuiduntur membra prædictæ diuisionis. Et primò gratia gratum faciens; secundò gratia gratis data, artic. 4. Circa primum duo, secundùm duas subdiuisiones; quia prima est in operantem, & cooperantem; secunda est de alia subdiuisione, vt patebit artic. sequenti.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est; * gratia dupliciter potest intelligi; vno modo Diuinum auxilium, quo nos mouet ad bene volendum, & agendum; alio modo habituale donum nobis diuinitus inditum.

* q. 109. & q. 110. art. 2.

¶ D.S. primò declarat titulum quæsiti, quomodo dupliciter potest intelligi per vnam distinctionem; secundò iuxta illud distinctè respondet, ibi. Vtroque autem, &c. Quo ad primum præmittit talem distinctionem ex supra dictis, q. 109. læpius, & q. 110. artic. 2. ℭ gratia Dei potest intelligi, & accipi dupliciter; vno modo Diuinum auxilium, quod supra dicebatur motio specialis & gratuita, distincta a generali influentia. Et secundùm modum dicendi D.S. in de Veritate, Materia 27. artic. 5. isto modo accipitur gratia Dei pro gratuita Dei voluntate, vel pro omni effectu, quem Deus facit in nobis, qua nos in regnum suum acceptat, sicut ℭ nobis immittit bonas cogitationes, & affectiones suas; alio modo accipitur, & intelligitur gratia habituale donum nobis diuinitus inditum, quod formaliter perficit, & facit dignum vita æterna, vt dictum est artic. 1. ad primum.

¶ Nota autem, quòd quia dictum est, quòd hæc quæstio articuli quærat de subdiuisione gratiæ gratum facientis, ideo quia gratia gratum faciens duplex est. s. effectiuè, & formaliter; ideo D.S. hic ponit illam distinctionem gratiæ, & vtrumq; membrum est ad propositum, & comprehenditur sub gratia gratum faciente; quia s. & Diuina voluntas gratuita, & motio, vel effectus causatus in homine moto a Deo dicitur gratia gratum faciens effectiuè, & dispositiuè. Sic ergo quæsitum intelligitur dupliciter, ſm quòd gratia gratum faciens dicitur dupliciter, vt patuit.

¶ Vtroque autem modo gratia dicta conuenienter diuiditur per operantem, & cooperantem. Operatio enim alicuius effectus non attribuitur mobili, sed mouenti; in illo ergo effectu, in quo mens nostra est mota, & non mouens, solus autem Deus mouens, operatio Deo attribuitur, & secũdùm hoc dicitur gratia operans; in illo autem effectu, in quo mens nostra & mouet & mouetur, operatio non solùm attribuitur Deo, sed etiam animæ, & ſm hoc dicitur gratia cooperans.

¶ Hic consequenter D.S. respondet ſm distinctum intellectum quæsiti tali conclusione. Vtroq; modo dicta gratia conuenienter diuiditur per operantem, & cooperantem. Et quia ista conclusio virtualiter est bimembris, ideo D. S. eam primò probat quo ad primam partem, & gratiam captã pro Diuino auxilio; secundò quo ad secundã captã pro habituali dono, ibi. Si verò, &c. Circa primã partem primò format rationem; secundò declarat quoddã ſppositum in illa ratione, ibi. Est autem, &c. tertiò subinfert illã secundam partẽ cõclusionis cum maiore explicatione, ibi. Sic igitur, &c. Quo ad primum arguitur sic. In illo effectu, quo mens nostra est mota, & non mouens, solus autem Deus est mouens, operatio Deo attribuitur. In illo autem effectu, in quo mens nostra, &c. vt in littera; igitur prima pars conclusionis vera. Tenet cõsequentia, quia motio, vel auxilium, quo mens est mota tm̃, dr̃, & est gratia operans; motio autem, vel effectus, quo mens mouet & mouetur, dr̃ cooperans; quare consequentia bona. A ñs probatur, quia operatio alicuius effectus, idest operari effectum, non attribuitur mobili, sed mouẽti; quare sequitur añs pro ambabus partibus, quia s. cum mens se habet vt mota ad aliquem effectum, tunc talis motus attribuitur tm̃ mouenti auxilio, & motioni Diuinæ; & ideo talis motio dr̃ operans; quando autem mens etiam concurrit mouendo, tunc etiã sibi attribuitur, & non solùm motioni, & auxilio Diuino; quare tale auxilium dicitur cooperans.

¶ Est autẽ in nobis duplex actus; primus quidem interior voluntatis, & quantum ad istum actum voluntas se habet vt mota, Deus autem vt mouẽs, & præsertim cum voluntas incipit bonum velle, quę prius malum volebat; & ideo ſm ℭ Deus mouet humanam mentem ad hunc actum

actum dr̃ gratia operans; alius autem actus est exterior, qui cum a voluntate imperetur, vt supra habitũ est; * cõsequens est, ℭ ad hunc actũ operatio attribuatur voluntati; & quia etiam ad hunc actum Deus nos adiuuat, & interius confirmando voluntatem, vt ad actum perueniat, & exterius facultatem operãdi prębendo, respectu huiusmodi actus dr̃ gratia cooperans; vnde post p̃missa verba subdit Aug. * Vt autem velimus operatur, cum autem volumus, vt perficiamus, nobis cooperatur.

*q. 17. ar. 9. præcipuè.

*Aug. eodẽ lib. de grat. & lib. arbi. cap. 17.

¶ D.S. verificat, & declarat quoddã ſppositum in añte. Supponit enim añs præhabitum, ℭ mens nostra, quo ad aliquem effectum gratuitæ motionis, sit tm̃ mota, & respectu alicuius sit mouens, & mota. Notat enim D.S. ℭ duplex est actus in nobis; primus quidem interior, alius autem exterior; sed ad primum voluntas se habet tm̃ vt mota, sed ad exteriorem vt mouens, quia vt imperans; & per consequẽs quo ad primum, motio Diuina se habet actiuè, & tanquã vnicum principium effectiuum, & motiuum; & ita dr̃ operans. Ad secundũ concurrit ẽt voluntas actiuè, & imperatiuè mouens; igitur auxilium dicitur cooperans, &c. Vide litteram.

¶ Sed circa ista nota, ℭ in añte ex eius declaratione vr̃ cõtineri dubium, cum dictum est, ℭ quantum ad actũ voluntatis, p̃sertim cum voluntas incipit velle bonum, quæ prius volebat malum, ipsa voluntas se habet vt mota, & Deus vt mouens, quia cum velle sit actio immanens, vr̃ esse a voluntate effectiuè. Et præterea sup. q. præced. art. 2. dictum est, ℭ disponendo se ad gratiam, anima se habet ſm voluntatem actiuè, &c. vnde & sup. q. 68. art. 3. ad 2. dictum est, ℭ homo sic agitur a Spiritu sancto, ℭ etiam agit, inquãtum est liberi arbitrij. ¶ Ad hoc dr̃ primò, ℭ est dria inter dicere voluntatem se hr̃e actiuè ad velle, & se hr̃e actiuè ad facere velle. Vnde dico, ℭ ad omne velle voluntas se habet actiuè, & cõcurrit ipsum eliciendo, sed tm̃ se non habet actiuè faciendo se velle. Sed hoc fit ex Diuina motione, quæ voluntatem præuenit, & eã inclinat vt velit; talem ergo inclinationem, & inductionem in velle, Deus solus facit. Sed actum ipsum, qui est velle, & conuertere se ad Deum, ipsa voluntas coefficit. Vnde D.S. non dicit, ℭ voluntas se habeat vt mota tm̃, sed vt mota. s. ad hoc ℭ velit, licet sic mota concurrat eliciendo actum. Et iste sensus hr̃ ex auctor. allegata ex D.S. quia dicit B. Aug. vt autem velimus operatur. Vnde volũtas nostra vult, sed gratia operans facit nos velle. Et pro huius dicti confirmatione, & declaratione. Vide in Capreo. in 2. d. 28. ad 12. contra secundã conclusionẽ; quia talis motio, quæ dr̃ gratia operans, est, qua Deus modo speciali facit partialiter concurrere, ita ℭ voluntas ipsa causet partialiter applicata, & quasi instrumentaliter a Deo mota. Vnde ex verbis B. Aug. hr̃ duplex modus Dei operandi circa bonũ velle nostrum; vnus est sibi proprius, in quo voluntas nostra non cooperatur, vtpote facere nos velle. Ideo ait B. Aug. vt ergo velimus sine nobis operatur, sine nobis inquam operantibus, vt s. velimus; quia licet voluntas velit, & causet volitionem, non tm̃ facit se velle, aut causare volitionem. Nec tm̃, quia Deus facit, ideo ipsa nõ causat, sed potius ideo causat. Et ppea ad illud excludendum Aug. in de correctio. & grat. c. 7. de filijs Dei (de quibus ait Apostolus, ℭ spiritu Dei aguntur) inquit. Agũtur enim vt agunt, non vt ipsi nihil agant. Concordat D.S. in 2. d. 26. art. 5. ad 3m. Si (inquiens) accipiatur gratia operans ſm primam eius acceptionem, tunc planum est effectum, quem operatur formaliter sola operatur, &c. Sed ſm aliam acceptionem, verũ est, ℭ ipse motus voluntatis non est a gratia sine lib. arbit. Et tm̃ quia se habet gratia vt principale, quia inclinat in talem actum per modum cuiusdam naturæ, ideo ipsa sola talem actum dr̃ operari, nõ ℭ sine lib. arb. operetur; sed quia est principalior causa, sicut gratuitas dr̃ operari motũ deorsum, hæc ille. Ex quibus patet, ℭ gratia dr̃ operans, non quia voluntas non concurrat ad actum suum; sed quia gratia præuenit, & inclinat, & facit voluntatẽ velle; alius est modus sibi, & voluntati communis. s. causare volitionem, ideo ait. Cum volumus nobiscum operatur, &c. Patet itaq; ex his, qũo primò intelligitur, ℭ voluntas se habeat vt mota, quia mouetur vt velit, licet ipsum velle coefficiat. Secũdò dr̃ post D.S. in de Ver. supra, ad primum. ℭ gratia operans dr̃, quæ efficit in nobis iustificationem per ipsius gratiæ infusionem, hoc autem donum sola gratuita Dei voluntas causat in nobis; nec aliquo modo eius causa est liberũ arbitrium, nisi per modum dispositionis etiam insufficientis; ipsa autem gratuita Dei voluntas dr̃ gratia cooperans, ſm ℭ in lib. arb. operatur motum eius causando, & exteriorem actus executionem expediendo, & perseuerantiam prębendo. In quibus omnibus aliquid agit liberum arbitrium, hæc D.S. Ex quibus patet, quomodo D.S. ibidem intelligat gratiam operantem in ordine ad iustificationem, quæ a solo Deo fit; sed non intelligit gratiam operantem quasi solus Deus efficiat actum voluntatis. Cum quibus stat, ℭ ad actum voluntatis solus Deus faciat, faciendo voluntatem velle. Et cum illo secundo modo dicendi concurrit etiã quod hic habetur ad secundum. Consequenter ibi.

Capreolus.

¶ Sic igitur si gratia accipiatur ℘ gratuita Dei motione, qua mouet nos ad bonum meritorium, conuenienter diuiditur gratia per operantem, & cooperantem.

¶ Ex dictis infert per modum corollarij primã partem conclusionis tm̃. probatæ cum maiori expressione, vt iacet in lr̃a clarè.

¶ Nota aũt, ℭ ex dictis clarè patet, ℭ gratia operans, & cooperans isto modo acceptæ realiter differunt, quia operãs est motio præueniens, & excitans voluntatem, vel effectus Diuinæ gratuitæ voluntatis, inductiuus iustificationis impij. Gratia autẽ cooperãs est Diuinum auxilium, quo Deus cum volũtate cõcurrit ad opus meritorium faciendũ, & quo ipsum in bono conseruat, & a lapsu præseruat, quę auxilia constat esse diuersa non ex parte voluntatis Diuinæ, sed ex parte effectus, & motionis in homine, & circa hominem causatorum. Vnde D.S. de Veri. vbi supra ad primum post verba statim allegata, cum dixisset de gratia operante, & cooperante ex parte gratuitæ voluntatis (quæ D.S. hic dicit ex parte motionis) subiungit. Et sic constat, quòd alia est gratia operans, & cooperans, &c. Deinde cum dicit.

¶ Si verò accipiatur gratia pro habituali dono, sic est duplex gratiæ effectus, sicut & cuiuslibet alterius formę; quorum primus est, esse; secundus est, operatio, sicut caloris operatio est facere calidum, & exterior calefactio. Sic igitur habitualis gratia, inquantum animam sanat, vel iustificat, siue gratã Deo facit, dicitur gratia operãs; inquantum verò est principium operis meritorij, quod ex libero arbitrio procedit, dicitur cooperans.

¶ Probat secundam partem conclusionis. s. ℭ gratia accepta pro habituali dono conuenienter modo dicto diuidatur. Et arguitur sic. Gratiæ isto modo acceptæ est duplex effectus, quorũ primus est, esse, secundus est, operatio; sed respectu primi effectus, inquãtum s formaliter sanat, vel iustificat, siue gratum Deo facit formaliter, dr̃ operans; inquãtum verò est principium operis meritorij, quod ex lib arb. procedit, est, & dr̃ cooperans; igitur ista pars cõclusionis vera. Maior probatur, quia cuiuslibet formæ est duplex effectus, igitur & gratiæ. Et declaratur exẽplariter de calore, &c. Minorem D.S. relinquit notam; quia constat, ℭ gratia sola facit illum effectum. s. esse gratum formaliter, ideo dr̃ operans, sicut albedo sola operat formaliter esse albũ; ad actum autem meritoriũ constat cum gratia concurrere lib. arbitriũ; & ergo est cooperans.

¶ Nota tm̃, ℭ quãuis gratia sit habitus essendi, vt patuit q. ꝑced. ar. 3. ad 3. & ita non habet immediatum ordinem ad opus, tm̃ cõcurrit ad opus radicaliter, sicut origo virtutis operatiuæ, vt patuit art. 4. præced. q. ad secundum. Et ideo non inconuenienter attribuitur sibi cooperari. s. effectiuè, sicut operari formaliter.

¶ Nota quoq; post D.S. in de Verit. vbi statim, ℭ ex parte gratuiti doni eadem gratia. s. habitualis per essentiam, dr̃ operans, & cooperans; operans quidem, ſm ℭ informat animam, vt operans formaliter intelligat̃ per modum loquendi, quo dicimus, ℭ albedo facit album parietem, hoc enim nullo modo est actus li. arb. Cooperans verò dr̃, ſm ℭ inclinat ad actum intrinsecum, vel extrinsecum, & ſm ℭ præstat facultatem perseuerandi vsq; in finẽ, hæc ille. Et concordant dicta hic ad quartum, vt patebit.

ARGVMENTVM in contrarium est pro prima parte conclusionis respõsiuæ; quia operatio Dei pertinet ad gratiam gratum facientem effectiuè, & operatur, vt velimus, & cooperatur vt perficiamus; vnde & D.S. in corp. loquendo de gratia, idest gratuito auxilio, & Dei operatione, continuat allegationem beati Augustini ad allegata in hoc argumento, &c.

¶ Ad primũ ergo dicendum, ℭ ſm ℭ gratia est quędã qualitas accidentalis, non agit in animam effectiuè, sed formaliter, sicut albedo dr̃ facere albam superficiem.

¶ Conceditur maior, loquẽdo de gratia quam dicimus in esse homini tãquam donum supernaturale deiforme, vt patuit q. 90. art. 2. Ad minorem, distinguitur añs, non potest agere in subiectũ suum verum effectiuè, potest tm̃ agere formaliter, vel magis informare subiectum, quæ informatio significatur magis per modum actionis, quàm sit actio; Ergo, &c. Verum, nulla gratia habitualis dicitur operans effectiuè. s. suum proprium effectum formalẽ, dicitur tamen operans formaliter. Si autem consequens extendat̃, (quod tamen ex istis præmissis non debet fieri) etiã ad gratiam, idest motionem, & operationem gratuitam, tunc negatur consequens, etiam intelligendo de operatione effectiua.

¶ Ad secundum dicendũ, ℭ Deus non sine nobis nos iustificat; quia per motum liberi arbitrij, dũ iustificamur Dei iustitię consentimus, ille tm̃ motus non est causa gratię, sed effectus; vnde tota operatio pertinet ad gratiã.

¶ Ad maiorem, conceditur. Aliter tm̃ operatur in nobis iustificationẽ gratia habitualis, aliter motio Dei, quæ infra, q. 113. ar. 6. & 8. dicetur infusio gratiæ, quia gratia habitualis operat formaliter, sed motio operatur effectiuè, causando videlicet in nobis gratiam habitualem, & etiam disponendo lib. arb. vt consentiat iustitiæ Dei. Ad minorem negatur ipsa, etiam intelligendo eam

de vtraq; gratia. Ad probationem dr̃, ꝙ motus lib.arb.ſm quem homo dr̃ non ſine ſe iuſtificari, habet ſe tm̃ diſpoſitiuè ad iuſtificationem, non effectiuè productiuè ipſius gratiæ iuſtificantis. Et ille motus lib.arb.cauſatur etiam ex motione Diuina. Et licet diſpoſitio hominis ordine naturæ præcedat formæ ſuſceptionem, non tm̃ præcedit actionem agentis. Et ergo motus iſte lib. arbit. ſequitur ordine naturæ gratiæ infuſionem, licet præcedat ordine naturæ formæ conſecutionẽ. Vnde ſequitur, ꝙ motio Dei eſt gratia operans, quia infundit gratiã, per quam infuſionem eſt motus lib.arb. Et per conſequens motio Diuina, q̃ eſt infuſio gratiæ, vocat̃ meritò gratia operãs iuſtificationis; quare negat̃ conſequẽtia.

¶Nota, ꝙ motus quo cõſentimus, eſt effectus gratiæ; primò quidem gratuitæ motiõis, quæ eſt infuſio gratiæ, ſicut cauſæ agentis, & diſponentis mobile, quod eſt lib.arb. Nam in eo inſtanti, ꝙ quo infunditur gratia, cauſatur a Deo motus lib.arb. diſpoſitiuus ad iuſtificationem per illã infuſionem. Eſt etiam effectus gratiæ habitualis mediante charitate, ſicut agentis inſtrumentalis perficientis, & diſponentis lib.arbit. formaliter, & de his magis infra. Oportet enim ſupponere nunc, ꝙ motus lib.arb.ad iuſtificationẽ requiſitus, eſt motus gratia, & charitate informatus, qui quidem præintelligitur acquiſitioni gratiæ. Tm̃ vt dictum eſt, non præintelligitur gratuitæ motioni, quæ eſt gratiæ infuſio, &c. Vide D.S. in de Veri.Ma.28.ar.8.ad 6.7.& 8. Vnde ad ſextum dicit ad auctoritatem Aug. hic allegatam, ꝙ intelligendum eſt. Nõ iuſtificabit te, ſine te diſponente aliqualiter ad gratiam. Et ad ſeptimũ. Motus lib.arb.non eſt cauſa infuſionis gratiæ. Et ad octauum, in iuſtificationẽ impij homo non eſt adiutor Dei, quaſi ſimul cum eo efficiens gratiã; ſed ſolùm ſicut ſe præparans ad gratiã. Vnde patet, ꝙ ſola gratia operatur iuſtificationem; & ideo rectè dr̃ operans, præſertim Diuina motio, & operatio. Vide & inf.q.112.ar.2.quia eſt duplex p̃paratio, aliqua præcedit ad gratiã gratũ facientem, non tm̃ gratuitã motionem; alia ſimul eſt cũ gratia gratũ faciẽte. & de illa intelligo, ꝙ ſit aliqualiter effectus gratiæ, et habitualis.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ cooperari dicitur aliquis alicui non ſolùm, ſicut ſecundarium agens principali agenti, ſed ſicut adiuuans ad præſuppoſitum finem; homo autem per gratiam operantem adiuuatur a Deo, vt bonum velit; & ideo præſuppoſito iam fine conſequens eſt, vt gratia nobis cooperetur.

¶Ad maiorẽ negatur, ꝙ ſolùm inferius agens cooperetur, immo & principale agens poteſt cooperari, non quia ſubminiſtret, & minus principaliter cõcurrat ad opus; ſed quia adiuuat ad ſuppoſitum finem, ita ꝙ principale agens mouet ad finem, ideſt facit velle bonũ finem, & vt in illa operatione permaneat, & interius voluntatem confirmet. Minor conceditur, quia etiam cum voluntas operatur meritoriũ opus, hoc eſt principalius a Deo, ſed negatur conſequentia. D.S. in ſecundo, vbi ſupra, habet ſolutionem huius argumenti, quia gratia dr̃ cooperans, nõ quia non ſit principale agens, ſed quia li.arb. miniſtrat ſubſtantiam actus, & a gratia eſt forma, per quam actus eſt meritorius; vnde dr̃ cooperans, quia cõplet id, quod per lib.arb. exhibetur, & hoc ſm quemcunq; motum, vel intrinſecum, vel extrinſecum. Si autem accipitur cooperans, vt reſpicit actum exteriorem tm̃, ſic dr̃ cooperans, non pp principalitatem lib.arb. ad gratiam, ſed pp principalitatẽ eius ad actum. Actus enim interiores in moralibus potiores ſunt exterioribus; vnde conuenienter gratia, ſm ꝙ cauſat ſecundariũ, dr̃ cooperans, hæc ille. Ex quo patet, ꝙ maior argumenti eſt inſufficiens, quia nõ dr̃ cooperãs quaſi in tm̃ li.ar. ſed quia cõcurrit ad ſecundariũ opus cum voluntate, licet principalius ipſa voluntate.

¶Nota tm̃, ꝙ gratia cooperans cõcurrit nõ ſolùm per gn̄alem influentiã, ſed ſpecialem, puta per conſeruationẽ gratiæ, & cõfirmationẽ, vel cõſeruationem bonę voluntatis, p̃bendo facultatem exterius operandi, quod non eſt per gn̄alem motionem. Vnde & huius gratiæ v̄ eſſe protegere a tẽtationibus, & dirigere, vbi ratio humana deficeret, vt patuit ſup.q.109.ar.9. Oportet enim memorari, ꝙ homo viator in quantacunq; gratia, ſemper eget Diuina motione, & protectione, quæ pertinent ad gratiã cooperantem.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ gratia operans, & cooperans eſt eadem gratia, ſed diſtinguitur ſecundùm diuerſos effectus, vt ex ſupra dictis patet. *

* In corp. artic.

¶Maior vera eſt, per oppoſita eſſentialiter, vel per oppoſitos effectus eiuſdem eſſentiæ, vt patuit ar.1.ad 3. Ad minorem, verũ, non ſunt oppoſiti effectus, ſunt tm̃ diſtincti effectus, & diuerſi. Et concedo, ꝙ idem poteſt operari, & cooperari, tamen operatio, & cooperatio ſunt diuerſi effectus eiuſdem. Ad cõſequens; ergo, &c. Verum, non conuenienter diuiditur quaſi in diuerſas eſſentias, tm̃ eſt diuiſio eiuſdem ſm diuerſos eſſectus. Et hoc loquẽdo de gratia, vt eſt donũ habituale; quia tunc eadem eſt operans, & cooperans, vt dictum eſt. Sed loquendo de motione gratuita, tunc non eſt eadem, vt patuit. D.S. autem loquitur in ſolutione de gratia habituali, quæ eadem eſt operans, & cooperans. Cum quo ſtat, ꝙ diuiſio eſt conueniens ſecundùm diuerſos effectus vnius gratiæ. Et hoc ſufficit ad conuenientiam illius diuiſionis.

Vtrum gratia conuenienter diuidatur in præuenientem, & ſubſequentem.

D 2.di.26.ar. 5.Et Verit. q.27.artic.5. ad 6.Et Pſ. 22.fin.Et 2. Corinth.6. col.1.fin.

AD tertium ſic proceditur. Videtur, ꝙ gratia inconuenienter diuidatur in prꝙuenientẽ, & ſubſequentem. Gratia enim eſt Diuinæ dilectionis effectus; ſed Dei dilectio nunquam eſt ſubſequens, ſed ſemper prꝙueniens, ſecundùm illud. 1.Ioan.4. Non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quia ipſe prior dilexit nos; ergo gratia non debet poni prꝙueniens, & ſubſequens.

¶2 Præt. Gratia gratum faciens eſt vna tm̃ in hoĩe, cũ ſit ſufficiẽs, ſm illud. 2.ad Cor. 12. Sufficit tibi gr̃a mea; ſed idem non poteſt eſſe prius, & poſterius; ergo gratia incõuenienter diuiditur in prꝙueniẽtẽ, & ſubſequentẽ.

¶3 Præt. Gratia cognoſcitur per effectus; ſed infiniti ſunt effectus gratię, quorũ vnus prꝙcedit aliũ; ergo ſi penes hos gratia deberet diuidi in prꝙuenientem, & ſubſequentem, v̄, ꝙ infinitę eſſent ſpecies gratię; infinita aũt relinquuntur a qualibet arte; non ergo gratia conuenienter diuiditur in prꝙuenientem, & ſubſequentem.

¶Sed cõtra eſt, ꝙ gratia Dei ex eius miſericordia ꝓuenit; ſed vtrũq; in Pſ. legit̃. Miſericordia eius ꝓueniet me. Et iterũ. Miſericordia eius ſubſequatur me; ergo gratia conuenienter diuiditur in prꝙuenientẽ, & ſubſequẽtem.

¶Hic D.S. inquirit de quadã alia diuiſione, q̃ ſequit̃ ex p̃dicta.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ ſicut gratia diuiditur in operantem, & cooperantem ſm diuerſos effectus, ita etiã in prꝙuenientem, & ſubſequentem qualitercunq; gratia accipiatur; ſunt autem quinq; effectus gratię in nobis; quorum primus eſt vt anima ſanetur; ſecundus, vt bonum velit; tertius eſt, vt bonum quod vult, efficaciter operetur; quartus eſt, vt in bono perſeueret; quintus eſt, vt ad gloriam perueniat; & ideo gratia, ſecundùm ꝙ cauſat in nobis primum effectum, vocatur prꝙueniẽs reſpectu ſecundi effectus, & prout cauſat in nobis ſecundum, vocatur ſubſequens reſpectu primi effectus.

¶D.S. in prin.corp. ponit concluſionem reſpõ cum ꝓbatione; ſecundò limitat eandẽ, ibi. Et ſicut, &c. tertiò confirmat eam auctoritate, ibi. Et hoc eſt, &c. Concluſio ergo reſponſi. oſtendens qualitatem illius diuiſionis, eſt iſta. Sicut gratia diuidit̃ in operãtem, & cooperantem ſm diuerſos effectus, ita etiam in ꝓuenientem, & ſubſequentem qualitercunq; accipiatur gratia, vel ꝙ motione, vel habituali dono. Et vult concluſio, ꝙ eſt diuiſio, non ſm diuerſas gratias, ſed ſm diuerſos effectus eiuſdem gratiæ, vel habitualis, vel auxilij gratuiti. Oſtenditur concluſio; quo ad ſecundã partem; prima enim relinquitur nota ex ar.2. Sunt quinq; effectus gratiæ in nobis, quorum primus, &c. vt in littera; igitur concluſio vera. Tenet conſequentia, quia gratia, ſm ꝙ cauſat in nobis primum effectum, vocatur prꝙueniens reſpectu ſecundi effectus; & prout cauſat in nobis ſecũdũ vocatur ſubſequens reſpectu primi effectus. Quare bene ſequitur, ſunt quinq; effectus gratiæ per ordinẽ ſe hñtes, igit̃ gratia diuidit̃ per prꝙuenientẽ, & ſubſequẽtẽ ſm diuerſos effectus, vt dicit cõcluſio. Cõſequẽter cũ dicit.

¶Et ſicut vnus effectus eſt poſterior vno effectu, & prior alio; ita gratia poteſt dici prꝙueniens, & ſubſequẽs ſecundùm eundem effectum, reſpectu diuerſorum.

¶Limitat concluſionem præcedentem tali concluſione. alia. Gratia poteſt dici prꝙueniens, & ſubſequens etiam ſm eundem effectum reſpectu diuerſorum; ita videlicet, ꝙ illa diuiſio non ſolùm attenditur ſm diuerſos effectus, vt dixit prima concluſio, ſed etiam ſm eundem reſpectu diuerſorum. Probatur, vel magis declaratur, quia vnus effectus eſt poſterior vno effectu, & prior alio; igitur concluſio vera. Tenet conſequentia, quia gratia dicitur prꝙueniens per ſubſequens ratione effectus, igitur ſi vnus effectus prꝙuenit vnum, & ſubſequitur alium, bene ſequitur concluſio. Aſis poteſt declarari exemplariter. Sicut bonum velle eſt poſterior ſanatione, & prior bona, & efficaci operatione. Vnde gratia ſm bonum velle eſt ſubſequens ad ſeipſam ſm ſanationem, & prꝙueniens reſpectu operationis. Deinde cum dicit.

¶Et hoc eſt, quod Aug. dicit in lib.de natu.& grat, * Prꝙenit vt ſanemur, ſubſequitur, vt ſanati vegetemur, prꝙenit vt vocamur, ſubſequitur, vt glorificemur.

* Aug.c.32.

¶Confirmat dicta præſertim pro concluſione reſponſiua auctoritate beati Auguſtini. Qui diſtinguit prꝙuenientem, & ſubſequentem ſecundùm diuerſos effectus, vt patet in littera.

¶Nota

¶Nota circa cõcluſionem reſponſiuam; quia verum eſt, ꝙ gratia quocunq; modo accepta diuiditur in prꝙuenientem, & ſubſequentem, tm̃ aliter ſe habet ad vnitatem gratia habitualis aliter gratuitum auxilium; quia ſicut gratia operans, & cooperans, vt dr̃ de habituali gratia, dicunt vnum habitum ſm diuerſos effectus; ita prꝙueniens, & ſubſequens, vt dicunt gratiam habitualẽ, dicũt eundem habitum ſm diuerſos effectus, immo omnes quinq; effectus recitati fiunt ab eadem gratia, vt tangetur ad ſecundum. Et habet D.S. in de Veri.Mate.27.ar.5.ad 5. Sed ſicut gratia operans & cooperans, vt dicunt Diuinam motionem, & effectũ Diuinum ſunt diuerſæ gratiæ. Ita & hic oportet dicere proportionabiliter de prꝙueniente, & ſubſequente; quia ſ.gratia prꝙueniens dicit vnum effectum gratuitatis voluntatis Diuinæ priorem alia, & ſubſequens dicit alium effectum poſteriorem priori, vt patebit etiam ad tertium. Quare vtraq; quidem gratia diuiditur per prꝙuenientem, & ſubſequentem, ſed non eodem modo. Vnde dicta D.S. procedunt præſertim de gratia habituali, ꝙ ſ.diuiditur ſm diuerſos effectus vna manẽs in eſſentia; ſed gratuitum auxilium diuiditur quidem ſm diuerſos effectus, qui & ſunt diuerſæ gratię, licet procedant ab vna gratia gratum facitente effectiuè. ſ. Diuina acceptatione, & voluntatis; ſed non ſunt in ſe vnum, ſicut gratia habitualis vna eſt ſecũdùm diuerſos effectus; ſed illæ gratiæ ſunt magis diuerſi effectus eiuſdem Diuinæ voluntatis, &c.

ARGVMENTVM in contrarium eſt pro concluſione reſponſiua. Et videtur præſertim intelligendum dictum Pſal. de gratia, prout eſt gratuita motio; quia aliqua prꝙuenit aliqua illam prꝙuenientem ſubſequitur; ita vt per miſericordiam intelligatur auxilium miſericordiæ, & gratuitè collatum, &c.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ dilectio denominat aliquid ęternum; & ideo nunquam poteſt dici niſi prꝙueniens; ſed gratia ſignificat effectum temporalem, qui poteſt prꝙcedere aliquid, & ad aliquid ſubſequi; & ideo gratia poteſt dici prꝙueniens, & ſubſequens.

¶Maior quidem vera, ſed tamen longa, immo infinita diſtantia eſt inter Diuinam electionem, & gratiam formaliter homini inhærentem, tanquam inter ęternum, & tpale, quod tpale habet effectus ſe prꝙuenientes, & ſubſequentes; vel conſiſtit in illis effectibus per ordinem ab ęterna dilectione deriuatis. Minor conceditur, quia ęternum non poteſt eſſe niſi prꝙueniens; & quia dilectio Dei eſt cauſa omnis perfectionis gratuita prima, ideo non poteſt eam aliquid gratuitorum prꝙuenire; ſecus de effectibus gratiæ, quorum vnus alium prꝙcedit; & vnus, & idem etiam prꝙcedit vnum, & ſequitur alium. Quare negatur conſequentia.

¶Ad ſecundũ dicẽdum, ꝙ gratia nõ diuiſificatur per hoc, ꝙ eſt prꝙueniens, & ſubſequens ſecundùm eſſentiam, ſed ſolùm ſecundùm effectum; ſicut & de operante, & cooperante dictum eſt; quia etiam ſecũdùm quòd gratia ſubſequẽs ad gloriam pertinet, non eſt alia numero a gratia prꝙueniente, per quam nunc iuſtificamur; ſicut enim charitas vię non euacuatur, ſed perficitur in patria, ita etiam & de lumine gratiæ eſt dicendum, quia neutrum in ſui ratione imperfectionem importat.

¶Maior cõceditur, ꝙ gratia gratum faciens formaliter eſt vna tm̃ ſm eſſentiam in hominem. Et de iſta maiore D.S. mouet ſpecialem quæſtionem de Veri.Ma.27.art.5. Tm̃ effectus gratiæ gratum facientis effectiuè ſunt plures, vt D.S. ibidem ponit circa finem corp. quæſt. & etiam tactum eſt art. prꝙced. Ad minorem negatur, ꝙ idem ſm eſſentiam non poſſit eſſe prius, & poſterius ſm diuerſos effectus, vel etiam ſm eundem ad diuerſa comparatum. Ad conſequens; Ergo, &c. Verum, non diuiditur in prꝙuenientẽ, & ſubſequẽtem, ſicut in diuerſas gratias gratum facientes per eſſentiam, quomodocunq; accipiatur cõſequens gratia ſiue in via, ſiue in patria. Pro intellectu dictorum, & ſolutionis huius, nota, ꝙ gratia prꝙueniens, & ſubſequẽs accipiuntur, vno modo, vt pertinet ad viam; alio modo, vt ſubſequens pertinet ad patriam, ita ꝙ prꝙueniens ad totum ſtatum meriti referatur. Gratia autẽ ſubſequens ad præmium. Primo autem modo gratia ſubſequẽs pertinet ad viam, & dicit gratiam ſm poſteritatem effectum gratiæ, ſicut prꝙueniens priorem effectum, vel etiam vt prꝙueniens dicit omnes effectus gratiæ in via, ſubſequens verò perſeuerantiam in ipſis; ita ꝙ in toto gratia prꝙueniens, & ſubſequens accipiantur tripliciter, & duo modi pertinent ad viam; ſed tertio modo ſubſequens pertinet ad gloriam. Vult ergo D.S. ſicut & in de Veri. ſupra ad 6. ꝙ gratia ſubſequens non ſolùm, ſm ꝙ pertinet ad viam eſt eadem cum gratia prꝙueniente ſemper ad viam, ſed etiam eſt eadem in eſſentia cũ gratia patriæ, quæ ad gloriam pertinet, immo eſt gloria. Et ratio eſt ex ſupra dictis, q.67.art.6. quia qñ imperfectio non eſt de ratione habitus, præſertim gratuiti, tunc idẽ manet in patria, qui hic fuit. Cum ergo imperfectio non ſit de ratione gratiæ, & charitatis, ſicut eſt de ratione fidei, & ſpei; ideo eadẽ gratia, quæ hic eſt prꝙueniens, erit in patria ſubſequens ſm poſteriorem effectum ſibi pro ſtatu patriæ competẽtem; & gratia

Gratia prꝙueniẽs per ſubſequẽs multipliciter.

prꝙueniens, & ſubſequens, vt accipiuntur in via, correſpondent operanti, & cooperanti, licet tm̃ ſubſequẽs patriæ etiam ſit eadem in ſubſtantia. Nota autem ex his, ꝙ ſi gratia hic prꝙueniens capiatur pro eſſentia ſua tm̃, tũc eadem per ſui augmentũ fit gloria in patria capiendo gloriã, vt ſupra dictum fuit, q. prꝙce.art.3. & 4. non pro beatitudine, ſed pro omni principio ad beatitudinẽ concurrẽte; ſi autem capitur gratia viatica cũ virtutibus, quæ pro hoc ſtatu ab ipſa originantur modo ſupra dicto, tunc non eſtidẽ quod gloria, quia aliquæ virtutes hic ſequẽtes gratiam, non manent in gloria, nec per conſequens ſunt gloria, vt fides, & ſpes. Patet ex his, quomodo Sco. vbi ſupra, diſt.26. ſecundæ nihil facit ſm D.S. quia gratia eſt quidem idem cum gloria in vna acceptione. idem ſm eſſentiam, ſed non ſm modum eſſendi, ratione cuius dr̃ completiuè gloria; & ergo non oportet, ꝙ ſi gratia eſt in eſſentia aĩæ, ꝙ pro hoc ſtatu ſit in ea gloria actu, ſed illud, quod erit gloria p ſui augmentum in ſtatu patriæ. Et per hæc intelligitẽ ſolutio D.S. Scotus.

¶Ad tertiũ dicendum, ꝙ quãuis effectus gratię poſſint eſſe infiniti numero, ſicut ſunt infiniti actus humani, tm̃ oẽs reducuntur ad aliqua determinata in ſpecie; & ꝓterea omnes conueniunt in hoc, ꝙ vnus alium prꝙcedit.

¶Maior concedit̃, & dico etiam, ꝙ iſta diuiſio ſumitur ſm effectus gratiæ. Minor vera ſunt infiniti numero, tm̃ reducuntur ad quinq; inſpecie, vt patuit in cor. Et ſecundò dato, ꝙ ſunt infiniti, & ergo ſm ſe non cogniti; tm̃ cognoſcuntur ſm hoc, ꝙ ſunt prꝙuenientes, & ſubſequentes. Vltra; ergo, &c. Negat̃ conſequentia, quia gratia ꝓueniens, & ſubſequens non diuidit̃ ſm effectus gratiæ in particulari ſm numerum horũ effectuum, ſed ſm ſpeciem, & vt conueniunt in hoc, ꝙ ꝓcedunt, & ſubſequunt̃. Quare negat̃, ꝙ eſſent infinitę ſpecies, ſed tm̃ duæ. Vltra, infinita relinquunt̃ ab arte, vt infinita ſunt tm̃, ſm ꝙ cõueniũt in aliquo certo finito; poſſunt per artem determinari; & ſic eſt in propoſito, vt dictũ eſt; quare negatur vltrior conſequentia. Quia omnes effectus gratiæ gratum facientis conueniunt in hoc, ꝙ ſe prꝙcedunt, vel ſequuntur; & ſecundùm hoc gratia habet ſm eos certam diuiſionem. Et hoc eſt verum, ſiue de gratum faciente formaliter loquamur, ſiue de gratuita motione, quia vtrobique poſſunt eſſe infiniti effectus ſecundùm numerum, conueniunt tamen vt dictum eſt.

Vtrum gratia gratis data conuenienter ab Apoſtolo diſtinguatur.

E 3.contra c. 154.Et j.Co rin.12.lc.2.

AD quartum ſic proceditur. Videtur, ꝙ gratia gratis data incõuenienter ab Apoſtolo diſtinguatur. Omne enim donũ, quod nobis a Deo gratis datur, poteſt dici gratia gratis data; ſed infinita ſunt dona, quę nobis gratis a Deo conceduntur tàm in bonis animæ, quàm in bonis corporis, quæ tamen nos Deo gratos nõ faciunt; ergo gratiæ gratis datæ non poſſunt comprehendi ſub aliqua certa diuiſione.

¶2 Præt. Gratia gratis data diſtinguitur contra gratiã gratum facientem; ſed fides pertinet ad gratiam gratum facientem, quia per ipſam iuſtificamur, ſm illud Ro.5. Iuſtificati igitur ex fide, &c. ergo inconuenienter ponitur fides inter gratias gratis datas; præſertim cum aliæ virtutes ibi non ponantur, vt ſpes, & charitas.

¶3 Præt. Operatio ſanitatum, & loqui diuerſa genera linguarum, miracula quædam ſunt, interpretatio etiã ſermonum ad ſapientiam, vel ſcientiam pertinet, ſm illud Dan.1. Pueris his dedit Deus ſcientiam, & diſciplinam in omni libro, & ſapientia; ergo inconuenienter diuiditur gratia ſanitatum, & genera linguarum contra operationem virtutum, & interpretatio ſermonum contra ſermonem ſapientiæ, & ſcientiæ.

¶4 Præter. Sicut ſapientia, & ſcientia ſunt quędam dona Spiritus ſancti, ita etiam intellectus, conſilium, pietas, & fortitudo, & timor, vt ſupra dictum eſt; * ergo hæc etiam debent poni inter gratias gratis datas. *b.48.a.4.

¶Sed contra eſt, quod Apoſtolus dicit. 1.ad Cor. 12. Alij per ſpiritum datur ſermo ſapiẽtiæ, alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alteri fides in eodem ſpiritu, alij gratia ſanitatum, alij operatio virtutũ, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum.

¶Hic D.S. inquirit de ſubdiuiſione vlterius memorati diuiſionis primæ generalis. ſ. de diuiſione gratię gratis datæ, quam Apoſtolus fecit. 1.ad Corinth. 12. An videlicet ſit ſufficiens, cum diuiditur in nouem membra recitata in argumento in contrarium.

* Art.1.huius quæst.

¶Respondeo dicendũ, quòd sicut supra dictum est;* Gratia gratis data ordinatur ad hoc, ꝙ homo alteri cooperetur, vt reducatur ad Deum; homo autem ad hoc operari non potest interius mouendo, hoc enim solius Dei est, sed solùm exterius docendo, vel persuadendo; & ideo gratia gratis data illa sub se continet, quibus homo indiget ad hoc, quòd alterum instruat in rebus Diuinis, quæ sunt supra rationem.

Conclusio responsiua.

¶D.S. conclusionem responsiuam expresè non ponit, sed implicitè talem intendit, & habetur ex argumento in contrarium ex auctoritate Apostoli. Gratia gratis data conuenienter ab Apostolo distinguitur. S. in sermonem sapientiæ, &c. vt in arg. in cõtr. Probatur conclusio per corpus articuli sic. Gratia gratis data continet sub se, quibus homo indiget ad hoc, ꝙ alterum instruat in rebus Diuinis, quæ sunt supra rationem, idest tot sunt gratiæ gratis datæ, vel gratia gratis data conuenienter in eas distinguitur, quot sunt necesse ad instructionem alterius in his, quę sunt fidei. Sed ille gratiæ, quas enumerat Apostolus, sunt huiusmodi, quia S. homo eis indiget ad instructionẽ in rebus Diuinis. S. credibilibus, & sufficiunt; igitur cõclusio vera. Huius rationis D.S. ponit maiorem, secundò probat minorem suppletam, ibi. Ad hoc aũt, &c. Maior ergo probat in principio, quia gratis data gratia ordinatur ad hoc, quòd homo alteri cooperetur, vt in Deum reducatur; sed homo non potest operari interius mouendo, sed solùm exterius docendo, & persuadendo; igitur sequitur maior. Ex qua habetur, ꝙ oportet distinctionem gratiæ gratis datæ accipere, secundùm quòd per vnum potest aliorũ salus procurari, exterius persuadendo, & docendo, ea quæ sunt fidei, & salutis. Maior proxima patet ex art. 1. vbi dictum est, quia gratia gratis data fit ad hoc, quòd per eam vnus alium in Deum reducat. Minor patet, quia interius operari est solius Dei, vt patuit supra, quæst. 8. artic. 1. & alibi. Et ergo homo reducit, non infundendo gratiam, nec mouendo directè voluntatem, quod solius Dei est; sed persuadendo, & docendo, sicut & supra de inductione in peccatum dictum fuit. Consequenter cum dicit.

¶Ad hoc autem tria requiruntur. Primò quidem, ꝙ homo sit sortitus plenitudinem cognitionis Diuinorũ, vt ex hoc instruere alios possit. Secundò, vt possit confirmare, vel probare ea, quæ dicit; aliàs non esset efficax eius doctrina. Tertiò, vt ea quæ concipit, possit conuenienter auditoribus proferre.

¶Declarat, & explicat minorem principalem, & arguitur sic, homo ad docendum, & instruẽdum in his, quæ sunt supra rationem, tribus indiget. S. plenitudine cognitionis Diuinorum, secundò confirmatione, & probatione eorum, quæ dicit, & tertiò cõuenienti propositione, & prolatione apud auditores. Sed ad ista tria necessaria sunt gratiæ gratis datæ enumeratæ ab Apostolo; igitur minor principalis vera; huiusmodi probationis D.S. ponit primò maiorem; secundò declarat minorem, ibi. Quantum igitur, &c. Maior ergo proxima de se patet quo ad primam partẽ, quia non sortitus plenitudinem cognitionis diuinorum non potest perfectè docere. Secũda pars patet, quia si non potest doctrinam confirmare non erit efficax. Tertia patet, quia si non intelligeretur, vel non conuenienter exponeret difficultates, frustra doceret, &c. Et illam maiorem D.S. ponit super Apostolum sub his verbis. Ad exterius persuadendo requiritur primò facultas persuadendi, secundò facultas persuasionem confirmandi, tertiò persuasionem intelligibiliter proponendi. Et redit in idem cum maiore hic posita, &c. Consequenter ibi.

¶Quantum igitur ad primum tria sunt necessaria, sicut etiam apparet in magisterio humano; oportet enim, ꝙ ille, qui debet alium instruere in aliqua sciẽtia, primò quidem, vt principia illius scientię sint ei certissima; & quantum ad hoc ponitur fides, quę est certitudo de rebus inuisibilibus, quę supponunt vt principia in catholica doctrina. Secundò oportet, ꝙ Doctor rectè se habeat circa principales conclusiones scientiæ; & sic ponitur sermo sapientię, quę est cognitio diuinorum. Tertiò oportet, vt etiam abundet exemplis, & cognitione affectuum, per quos interdum oportet manifestare causas; & quantum ad hoc ponitur sermo scientiæ, quæ est cognitio rerum humanarum; quia inuisibilia Dei per ea quę facta sunt, intellecta conspiciuntur.

¶Explicat proximam minorem tali assumpto. Quantum ad primum. S. plenitudinem cognitionis, tres sunt necessariæ. S. fides, sermo sapientiæ, sermo scientiæ; quantum ad secundum. S. confirmationem, & probationẽ sunt necesse quattuor aliæ. S. gratia sanitatum, operatio virtutum, prophetia, & discretio spirituum; quantum ad tertium. S. conuenientem prolationem eorum, & intelligibilem, qui docet, requiruntur aliæ duæ. S. generalinguarũ, & interpretatio sermonum; igitur minor vera. Assumptum declarat D.S. primò quo ad primam partem. S. secundò quo ad secundam, ibi. Confirmatio autem, &c. tertiò quo ad tertiam, ibi. Facultas autem, &c. clarè in littera. ¶Nota autem post D.S. super Apostolum, ꝙ fides non capitur hic pro virtute fidei, quia sic est communis omnibus membris Christi, non sic gratiæ gratis datæ, quæ sunt diuersæ; sed accipitur fides pro sermone fidei, prout S. homo potest rectè proponere ea, quæ sunt fidei, & ꝙ certitudine fidei, quã aliquis habet excellenter; & ergo talis fides est cognitio certa, & sine dubitatione de principijs doctrinæ fidei. Sermo autem sapientiæ est de principalibus conclusionibus, quæ sunt res Diuinæ necessariæ ad salutẽ, & est gratia, qua quis põt persuadere quæ ad cognitionẽ pertinent; scientiæ termo est, qua quis ꝙ creaturas manifestare potest, quæ sunt Dei, &c. Deinde cum dicit.

¶Confirmatio autem in his, quę subduntur rationi, est per argumenta. In his autem, quę sunt supra rationem diuinitus reuelata confirmatio est per ea, quę sunt Diuinæ virtuti propria, & hoc dupliciter; vno quidem modo, vt Doctor sacrę doctrinę faciat, quę solus Deus facere potest in operibus miraculosis, siue sint ad salutem corporum, & quãtum ad hoc ponitur gratia sanitatum; siue ordinentur ad solam Diuinę potestatis manifestationem, sicut ꝙ Sol stet, aut tenebrescat, ꝙ mare diuidatur, & quantum ad hoc ponitur operatio virtutum. Secundò, vt possit manifestare ea, quę solius Dei est scire, & hęc sunt contingentia futura, & quantum ad hoc ponitur prophetia, & etiam occulta cordium, & quantum ad hoc, ponitur discretio spirituum.

¶Subiungit, quæ sunt pro explicatione secundæ partis assumpti clarè in littera. ¶Nota autem, quare gratia sanitatum, & operatio virtutum distinguantur, & patebit ad tertium; discretio autem spirituum est; qua homo discernere potest, quo spiritu aliquis moueatur ad loquendum, vel operandum, puta vtrum spiritu charitatis, vel spiritu inuidiæ. Et ſm D.S. super Apostolum, illæ gratiæ sunt cõfirmatiuæ eorum, quæ sunt fidei a signo Diuino, sicut Moyses mittendus ad populum Israel signum accepit a Deo, per quod confirmaret quod dicebat, sicut & signo regio confirmatur, quòd aliquid sit de mandato Regis. Deinde ibi.

¶ Facultas autem pronunciandi potest attendi, vel quantum ad idioma, in quo aliquis possit intelligi, & secundum hoc ponuntur genera linguarum; vel quantũ ad sensum eorum, quę sunt proferenda, & quantum ad hoc ponitur interpretatio sermonum.

¶Ostendit tertiam partem assumpti, scilicet quo ad conuenientem prolationem, & intelligibilem propositionem eorum, quæ docentur, necesse sint duæ gratiæ, &c. clarè in littera.

¶Nota, ꝙ facultas pronunciandi persuasionem cõsistit in hoc, ꝙ homo possit loqui intelligibiliter alijs, quod quidem impeditur dupliciter; vno modo per diuersitatem idiomatum, contra quod impedimentum datur gratia linguarum, vt scilicet possit loqui diuersis linguis, vt intelligatur ab omnibus; alio modo impeditur intelligibilitas locutionis per obscuritatem scripturæ inducendæ, contra quod datur remedium per interpretationem sermonum, idest difficilium scripturarum. Ex omnibus istis habetur probatio minoris principalis, scilicet quòd gratiæ enumeratæ ab Apostolo sunt necessariæ ad instructionem de rebus Diuinis supernaturalibus credendis, & intelligendis, per quarum fidem homines in Deum reducuntur. Et per consequens sequitur conclusio prædicta, &c. De materia illius artic. vide tertio contra Gentil. cap. 154. per totum.

ARGVMENTVM in contrarium est confirmatio conclusionis per auctoritatem Apostoli ponentis distinctionem gratiæ gratis datæ in nouem partes.

¶Ad primum ergo dicendum, ꝙ sicut supra dictum est; * non omnia beneficia, quæ nobis diuinitus conceduntur, gratiæ gratis datæ dicuntur; sed solùm illa, quæ excedunt facultatem naturæ, sicut ꝙ prædicator abundet sermone sapientiæ, scientiæ, & alijs huiusmodi; & talia ponuntur hic sub gratia gratis data.

* Art.1.huius quæst.

¶Ad maiorem patet ex arti. 1. ad 2m. quia donum, quod gratis datur, ita ꝙ nec ex merito personæ, nec ex debito naturæ, sed supra eius facultatem, sic ꝙ ordo naturalis rerũ tale donũ nõ requirat. Ad minorem, infinita dona nobis a Deo cõceduntur gratis, quia non ex meritis conceditur. Sed negatur, ꝙ concedantur gratis, quia non ex debito, & supra facultatem naturæ. Et dico, ꝙ bona animæ, quæ non sunt supra facultatem naturæ dantur ex debito; similiter bona corporis, & hoc patet ex dictis sup. q. 98. ar. 4. ad 3. quia

quia ordo requirit vt inferiora per superiora regantur. Et ideo ministeria Angelorum, & huiusmodi bona animæ non sunt supra facultatem, & debitum naturæ. Similiter corporalia subsidia sunt de debito naturæ vt patet ex allegatis arti. primo ad secundum ex contra Gentiles, quia & iumentis talia subsidia non desunt, & periret ordo vniuersi si talia beneficia subtraherentur; vnde ordo naturalis hæc exigit, & per consequens non sunt supra debitum naturæ. Et ergo negatur consequentia, quia gratiæ gratis datæ, & non gratum facientes excedunt facultatem, & debitum naturæ, & comprehenduntur in dictis gratijs ab Apostolo enumeratis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fides non numeratur hic inter gratias gratis datas secundùm quòd est quædam virtus iustificans hominem in seipso, sed secundùm hoc, quòd importat quandam superuenientem certitudinem fidei, ex qua homo sit idoneus ad instruendum alios de his, quæ ad fidem pertinent; spes autem, & charitas pertinent ad vim appetitiuam, secũdùm quòd per eam homo in Deum ordinatur.

¶ Maior conceditur. Ad minorem dicitur, quòd fides virtus Theologica, & formata pertinet ad gratiam gratum facientem secundùm quod coniuncta gratiæ iustificat hominem in seipso. Nam gratia gratum faciens vnit hominem Deo. Sed negatur, quòd fides vt hic loquimur de ea, pertineat ad gratiam gratumfacientem, sed importat vt dictum est, facultatem rectam ponendi ea, quæ sunt fidei vel firmam adhæsionem ad principia fidei, vel pro constantia in his, quæ sunt fidei, vt habet D.S. secunda secundæ. q. 4. ar. 5. ad 4. vbi & reprobat dicentes, fidem gratis datam gratiam; idem esse, quod fides informis; vnde aliud est fides virtus, aliud fides gratia gratis data, aliud fides fructus vt patuit etiam supra. q. 71. ar. 3 ad tertium. Ad consequens. Ergo, &c. verum fides virtus inconuenienter ponereturr, quia ponet ad gratiam gratumfacientem, sicut & spes, & charitas, quia vniunt hominem cum Deo, quod est gratiæ gratum facientis. Et tamen est maior apparentia, quòd spes, & charitas pertineant ad gratiã gratumfacientem, quia perficiunt appetitum habentis vt vniatur cũ Deo, quod est gratum facientis gratiæ. Gratiæ autem gratis datæ perficiunt intellectum, & operatiuam virtutem ad docendum, & confirmandum ea, quæ sunt doctrinæ fidei; vnde & aliqui fidem informem, quia etiam perficit intellectum, & non vnit Deo, posuerunt inter gratis datas; sed obstat, quia etiam informis est cõmunis omnibus membris (saltem membris numero) quod non est de gratis datis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd gratia sanitatum distinguitur a generali operatione virtutum, quia habet specialem tationem inducendi ad fidem, ad quam aliquis magis promptus redditur per beneficium corporalis sanitatis, quam per fidei virtutem assequimur. Similiter etiam loqui varijs linguis; & interpretari sermones habent speciales quasdam rationes mouendi ad fidẽ, & ideo ponũtur speciales gratiæ gratis datæ.

¶ Ad assumpti primam partem concedo, quòd gratia sanitatum est gratia faciendi miraculum, sed dico, quòd per gratiam sanitatum aliquis persuadetur alia ratione, quàm per operationem virtutum; quia per gratiam sanitatũ persuadetur aliquis nõ solùm propter magnitudinem facti, sed etiam propter beneficium; sed in operatione virtutum aliquis persuadetur solũ, & cõfirmatur fides, propter magnitudinem facti. Et ideo cum gratiæ gratis datæ distinguantur secundùm quòd diuersimodè valet ad persuadendum, & docendum efficaciter, ideo rectè distinguuntur. Dico secundò de gratia linguarum, quòd quidem est miraculum, sed ordinatum ad alium finem immediatum, quia ad facultatem pronunciandi intelligibiliter vt patuit; sed gratia virtutũ ordinatur ad confirmandũ operibus ea, quæ sunt fidei; vnde vna ordinatur ad sermonem, alia ad operationem, quare rectè distinguuntur. Dico tertiò, quòd interpretatio sermonum aliter ordinatur ad mouendum ad finem, quàm sapientia, & scientia; quia sapientia, & scientia valent vt aliquis sit perfectus in intellectu conclusionum de Diuinis rebus, & humanis. Sed interpretatio sermonum valet ad intelligẽdum sensum scripturæ obscuræ, & difficilis. Videmus autem, quòd aliquis potest multa sapere, & loqui de Diuinis, & humanis rebus, qui tamen non intelligit alienam linguam, nec obscurã scripturam interpretari potest; quare negatur consequentia pro omnibus partibus consequentis, & ratio iam patuit.

¶ Nota, quòd D.S. in solutione hac intelligendus est, quòd loqui varijs linguis, & interpretari sermones habent speciales rationes mouendi ad fidem distinctas videlicet ab operatione virtutum, & a sermone sapientiæ, & scientiæ; loqui enim varijs linguis aliam rationem habet, quàm operatio virtutum, & interpretatio aliam, quàm sermo sapientiæ, & scientiæ; potest enim aliquis intelligere, & cognoscere Diuina, & tamen obscuras scripturas non intelligit, nec habet clarum sensum earum. Et ergo sermo sapientiæ, & sciæ, quæ faciunt facultatem loquendi de Diuinis rebus, distinguuntur ab interpretatione sermonum, quæ est de scripturis difficilibus, & sensu earum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sapientia, & scientia non computant inter gratias gratis datas, secundùm ꝙ enumerantur inter dona Spiritus sancti, prout scilicet mens hominis est benè mobilis per Spiritum sanctum ad ea, quę sunt sapientiæ, & scientiæ, sic enim sunt dona Spiritus sancti, vt supra dictum est; * sed computantur inter gratias gratis datas, secundum quòd importãt quandam abundantiam scientiæ, & sapientiæ vt homo possit non solùm in seipso rectè sapere de Diuinis, sed etiam alios instruere, & contradicentes reuincere, & ideo inter gratias gratis datas signanter ponitur sermo sapientiæ, & sermo scientiæ, quia vt Augustinus dicit. 14. de Trinita. * aliud est scire tantummodo quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatam, aliud est scire quemadmodum hoc ipsum, & pijs opituletur, & contra impios defendatur.

* q. 68. arti. 1. & 4.

¶ Ad hoc patet solutio etiam supra q. 69. ar. 5. ad primum. Dico ergo ad antecedens, quòd sapientia, & scientia, &c. prout sunt dispositiones mentis habitualiter inexistentes quibus efficitur benè mobilis a Spiritu sancto sunt dona sicut intellectus, &c. sed negatur antecedens de sermone sapientiæ, & de sermone scientiæ, quod sint dona Spiritus sancti connexa gratum facienti gratiæ formaliter, & charitati, secundùm quòd Apostolus loquitur notanter de sermone sapientiæ. Quare negatur consequentia, quia sapientia vt donum, non ponitur inter gratias gratis datas. Nec per cõsequens oportet, quòd alia dona ponantur, si autem sapientia vt donum poneretur inter gratis datas gratias, consequentia haberet apparentiam, & processum.

Vtrum gratia gratis data sit dignior, quàm gratia gratum faciens.

F

Supra q. 7. ar. 7. ad 1.

AD quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ gratia gratis data sit dignior, quàm gratia gratum faciens. Bonum enim gentis est melius, quàm bonum vnius, vt Philosophus dicit in 1. Ethico. * sed gratia gratum faciens ordinatur ad bonum vnius hominis, gratia autem gratis data ordinatur ad bonum commune totius ecclesię, vt supra dictum est.* ergo gratia gratis data est dignior quàm gratia gratum faciens.

* Arist. c. 2.

* Ar. 1. & huius q.

¶ 2 Præterea. Maioris virtutis est, quòd aliquid possit agere in aliud, quàm quòd solum in seipso perficiatur, sicut maior est claritas corporis, quod posset etiam alia corpora illuminare, quàm eius, quod ita in se lucet, quòd alia illuminare non potest; propter quod etiam Philosophus dicit in 5. Ethico.* quòd iustitia est præclarissima virtutum per quam homo rectè se habet etiam ad alios; sed per gratiam gratum facientem homo perficitur in seipso, per gratiam autem gratis datam homo operatur ad perfectionem aliorum; ergo gratia gratis data est dignior, quàm gratia gratum faciens.

* Arist. c. 1.

¶ 3 Præterea. Id, quod est proprium meliorum dignius est, quàm id, quod est commune omnium, sicut ratiocinari, quod est propriũ hominis, dignius est, quã sentire, quod est commune omnibus animalibus; sed gratia gratum faciens est communis omnibus membris ecclesiæ, gratia autem gratis data est proprium donum digniorum membrorum ecclesiæ; ergo gratia gratis data est dignior, quàm gratia gratum faciens.

¶ Sed contra est, quod Apostolus 1. ad Corinth. 12. enumeratis gratiis gratis datis, subdit. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro; & sicut per sequentia patet, loquitur de charitate, quę pertinet ad gratiam gratum facientem; ergo gratia gratum faciens excellentior est, quàm gratia gratis data.

¶Hic vltimò comparat membra primæ diuisionis adinuicem, scilicet gratis datam, & gratum facientem.

¶ Respondeo

¶ Respondeo dicendum, quòd vnaquæque virtus tantò excellentior est, quantò ad altius bonum ordinatur; semper autem finis potior est his, quæ sunt ad finẽ; gratia autem gratum faciens ordinat hominem immediatè ad coniunctionem vltimi finis, gratię autem gratis datæ ordinant hominem ad quædam præparatoria finis vltimi, sicut per Prophetiam, & miracula, & alia huiusmodi, homines inducuntur ad hoc, quòd vltimo fini coniungantur; & ideo gratia gratum faciens est multò excellentior, quàm gratia gratis data.

Conclusio respõsi.

¶ Conclusio respõsiua est ex cor talis; Gratia gratum faciens est multò excellentior, quàm gratis data. Et intelligitur non de gratum faciente effectiuè, quæ est Diuina acceptatio, quàm constat esse excellentissimam, tanquam identicam Diuinæ essentiæ, sed intelligitur de gratia gratum faciente, quæ est qualitas, & donum formaliter essentiam animæ perficiens, probatur conclusio. Vnaquæque virtus tantò excellẽtior est, quantum, ad bonum altius ordinatur; sed gratia gratum faciens ordinatur ad altius bonum; igitur conclusio vera. Maiorem Doct. Sanct. relinquit notam, & patet ex supra dictis de virtutibus, quia ex obiecto, & fine virtus habet nobilitatem.

¶ Nota autem, quia hæc maior non videtur ad propositum, qa assumit de virtute, cum tamen prius negatum sit gratiam esse virtutem. Sed dicitur, quòd virtus accipitur extensè pro habitu tam operatiuo, quàm habitu essendi; & sic gratia est virtus, hoc est habitus coniungens Deo non quidem per modum obiecti se habenti, sed coniungit per assimilationem, quæ est secundùm participationem Diuinitatis vt in.q.præce. dictum est; vnde & D.S. dicit de ordinare ad Deum, quæ ordinatio etiam fit secundùm participationem esse Diuini; secundò potest dici, quòd gratia ordinat ad Deum ꝓm se quidẽ modo dicto, sed tamen est radix virtutis, quæ ordinatur ad Deum secundùm se habentem per modum obiecti, & ergo ratione virtutis a se deriuatæ ordinat ad Deum eo modo quo virtus; & ratione huius maior est ad propositũ, qa & gratia ordinat ad bonum; eo modo quo virtus, licet mediatè, sed immediatè ordinat ad bonum Diuinum formaliter, quia facit coniunctionem, quæ est secundùm participationem Diuinæ naturæ. Minorem subintellectam D.S. probat sic, semper finis est potior hijs, quæ sunt ad finem; sed gratia gratum faciens, &c. vt in littera, ergo maior vera. Maior illa nota, minorem D.S. pro prima parte relinquit notam, quia gratia cõsistit in assimilatione naturæ Diuinæ. Vnde gratia secundùm se facit coniunctionẽ ad vltimum finem in esse, & secundùm charitatem, & fidem, atq; spem, facit coniunctionem per inhæsionem affectus, & intellectus; secundam partem minoris. D.S. declarat exemplariter, quia Prophetia gratia gratis data ordinat hominem ad Prophetandum, quæ Prophetatio est medium quo aliqui inducuntur in fidem, & per consequens gratiam, & coniunctionem ad Deũ gratuitum. Similiter gratia miraculorum.

¶ Nota autem, quòd maior ista assumit, ꝙ finis est potior. Et minor dicit, quòd gratum faciens ordinat ad coniunctionem vltimi finis. Sed oportet aduertere, quòd coniunctio vltimi finis est finis præparatorii ad vltimum finem. Vnde benè arguitur, qa gratia faciens gratum est finis gratis datæ, quæ ordinatur ad mediũ quo inducuntur homines ad fidem, & gratiam, quia gratis data est præparatoria ad coniunctionem vltimi finis, &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem respõsi. quia charitas est potior gratiis gratis datis; igitur & gratia gratum faciens, quia ad ipsam pertinet.

¶ Sed circa hoc posset esse dubium. An charitas sit dignior, quàm ipsa gratia. Et posset videri, quòd charitas, quia Augst. nominat eam excellentissimum donum. Ad hoc respondet D.S. 3. sen. dist. 27. q. 2. ar. 4. q. 3. ad secundum, vbi dicit post alia. Similiter essentia animæ est superior voluntate inquantum ab essentia & voluntas, & omnes aliæ vires animæ fluunt. Et ideo, quia gratia, quæ est perfectio essentiæ animæ constituens illã in esse spirituali est forma charitatis, & prudentiæ. nec charitas esset virtus sine gratia, hæc ille. Ex quibus habetur, quòd gratia est perfectior charitate, & ad Aug. dicitur, quòd vel loquitur de charitate increata sicut eum exponit magister, vel loquitur de donis ordinatis ad actum secundum; quia inter ista charitas præeminet, nõ autem loquitur de donis, quæ ordinantur ad actum primum.

Gratia maior charitate.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in 11. Metaphy.* bonum multitudinis sicut exercitus est duplex. Vnum quidem, quod est in ipsa multitudine, pura ordo exercitus, aliud autem est, quod est separatum a multitudine, sicut bonum ducis; & hoc melius est, quia ad hoc etiam illud aliud ordinatur; gratia ergo gratis data ordinatur ad bonum commune ecclesię, quod est ordo ecclesiasticus, sed gratia gratum faciens ordinatur ad bonum commune separatum, quod est ipse Deus, & ideo gratia gratũ faciẽs est nobilior.

* Arist. text. 52.

¶ Ad maiorem, bonum gentis intrinsecum est melius, quàm bonum vnius, qui est pars illius gentis; sed negatur, quòd bonũ intrinsecum multitudinis vel gẽtis sit melius, quàm bonũ vnius quod est bonum separatum, ad quod multitudo ordinatur sicut ad finem vt patet in 12. Metaphy. tex consequenti. 52. in D.S. lectione 9. vnde, ꝙ supra dicta. q. 109. ar. 3. in hoc textu fundantur, quia scilicet si pars plus diligit vniuersum, quòd etiam plus diligit Deum in quem vniuersum ordinatur, & a quo dependet vt Philosophus vbi supra habet. Ad minorem dico, quòd gratũ faciens ordinatur in bonum vnius hominis, ita quòd ipsum coniũgit cum bono separato communi totius ecclesiæ, cuius bonitatẽ participat per gratiam modo supernaturali, & cõsequitur affectionaliter, &c. Gratis autem data ordinatur ad bonum intrinsecum ecclesiasticum, quod vlterius ordinatur in Deum, & bonum gratiæ gratum facientis. Est autem ille ordo ecclesiasticus in hoc, ꝙ vnus per alium reducit in Deum vt patuit ar. primo, & vnus habet facultatem alium deducendi ad fidem. Quare negatur consequentia, quia vnire Deo est nobilius, quàm cooperari ad alterius reductionem. Citra hanc solutionem posset esse dubium, quia dictum est, quòd vnio vnius per gratiam ad Deum, est melius bonum, quàm bonum ecclesiæ, & ordo ecclesiasticus; an aliquis debeat magis appetere vnionem suiipsius, quàm totius ecclesiæ cum Deo per gratiam, ita quòd plus diligat, & optet sibi bonũ virtutis, & gratiæ, quàm communitati electorum; & iterum an quis debeat velle solus Deũ offendere ne tota communitas offendat.

Non debet solus peccare vt communitas vitet peccatũ.

¶ Ad primum dicitur, quòd quilibet plus velle bonum gratiæ virtutis, & beatitudinis toti communitati, quàm sibi ipsi soli nisi in casu vbi ipse ex priuatione talis boni derogaret bono separato, quod est Deus, hoc est dicere, si fine culpa sua esset, tunc deberet magis velle communitatem esse in gratia, quàm seipsum tantũ, & deberet propter maius malum vitandum præeligere bonum communitatis, ne scilicet tota communitas priuaretur, quod est maius malum, quàm si ipse solus non haberet gratiam. Ex quibus patet ad secundam quæstionem, quòd nullo modo deberet ꝙs velle offendere Deum ne communitas offenderet, quia si ipse offendit cedit sibi in malum culpæ. Si autem tota communitas offendit sine ipso, cedit sibi solùm in malum pœnæ. Et præterea offendere Deum præiudicat amori Diuino, non autem esse partem multitudinis offendentis Deum illo excepto. Et possunt illa haberi ex ista solutione penetrata, quia semper homo tenetur magis velle bonum Diuinum, quàm bonum creaturæ vel communitatis creatæ, & in nullo casu debet velle derogare bono Diuino propter quodcumque bonum alterius; igitur non debet velle peccare contra Deum, vt alii peccatum vitent; debet tamen vt dictum est, magis velle bonum communitatis absq; offensa Dei, quàm bonum proprium, si fine peccato contra Deum fieri potest Vide de his Capreolum in 3. dist. 27. ad decimum, contra tertiam conclusionem. Ex quibus verificatur, qđ D.S. alibi habet, quia nõ deberet aliqs peccare venialiter, ne alius mortaliter peccaret, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd si gratia gratis data posset hoc agere in altero, quod homo per gratiam gratum facientem consequitur, sequeretur, quòd gratia gratis data esset nobilior; sicut excellentior est claritas solis illuminãtis, quàm corporis illuminati; sed per gratiam gratis datã homo non potest causare in alio coniunctionem ad Deum, quam ipse habet per gratiam gratum facientem, sed causat quasdã dispositiones ad hoc, & ideo non oportet, quod gratia gratis data sit excellẽtior, sicut nec in igne calor manifestatiuus speciei eius per quem agit ad inducendum calorem in alia, est nobilior, quàm forma substantialis ipsius.

¶ Ad maiorem, vera, si possit agere in aliud effectiuè, & perfectiuè introducendo id, quod in se habet. Et sic procedit probatio de claritate, & similiter de iustitia, quia operari potest aliquis bonum virtutis etiam ad aliud perfectè; sed si potest solùm disponere, & præsertim disponere imperfectè ad aliud, quod est altioris ordinis, non oportet, quòd sit perfectius, sicut D.S. exemplificat de calore ignis. Et potest dari exemplum de dispositione ad animam rationalem, quæ vtique longè inferior est anima, ad quam disponit, licet differentia sit quo ad hoc, quia dispositio illa est necessitãs respectu animæ, non tamen id, quod est ex parte hominis vt sic, est necessitãs respectu gratię, vt patebit q. sequẽti. ar. 3. Ad minorem, quo ad primam partem, vera est, perficitur in seipso sic, quòd coniungitur modo gratuito bono infinito, scilicet Deo. Ad secundam partem minoris, si intelligitur, quòd operetur positiuè, & hoc dispositione imperfecta, & remota

& remota ad gratiam; conceditur, sed ex hoc non sequitur, quòd sit perfectio, quia dispositio talis est inferior gratia, & per consequens ex ea non arguitur maior perfectio. Quod autem habens gratiam gratis datam non possit per eam causare gratiam vel fidem pulchrè habet D.S. in de Verita. Mate. 27. ar. 1. ad duodecimum, vbi dicit, auditus non est causa sufficiens fidei, quod patet ex hoc, quòd multi audiunt, qui non credunt; sed causa fidei est ille qui facit credentem assentire his, quæ dicuntur, non autem ad assentiendum cogitur aliqua necessitate rationis, sed voluntate. Et ideo homo exterius annuncians non causat fidẽ, sed Deus, qui solam voluntatem mutare potest; causat autem fidem in credente inclinando voluntatem, & illuminando intellectum lumine fidei vt non repugnet his, quæ a prædicante proponuntur, prædicator autem se habet sicut disponens exterius ad fidem. Hæc ille. Ex quibus patet, quòd cum gratia gratis data ordinetur ad persuadendum exterius tantum, quòd non causat dispositionem interiorem propinquam ad fidem. Nec per consequens ad gratiam. Vnde multò minus ipsam gratiam causat, nec ergo nobilior, &c.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sentire ordinatur ad ratiocinari sicut ad finem, & ideo ratiocinari est nobilius; hic autem est ẽconuerso, quia id, quod est propriũ ordinatur ad id, quod est commune sicut ad finem, vnde non est simile.

¶ Pro fundamentali solutione istius, nota, quòd vt potest haberi ex D.S. secunda secundæ. q. 63. ar. 2. aliquis est melior dupliciter. Vno modo simpliciter, & secundùm se, & sic ille est melior, qui magis abundat in Spiritualibus gratiæ donis, gratiæ scilicet gratum facientis vt qui est maioris gratiæ, & charitatis, & fidei.

Aliquis melior dupliciter.

Alio modo aliquis est melior secundùm quid, & sic est melior qui est maioris scientiæ, & potestatis, & valentior ad bonum cõmune per gratias gratis datas, & quia est in altiori statu, sic sacerdos absoluens esto sit peccator, est melior secundùm quid confitente etiam bono, & existente in gratia. Et potestas sacerdotalis sacerdotibus propria, qui sunt meliores vt sic quo ad statum secũdùm quid, non est melior gratia gratum faciente, quæ est communis inferioribus quo ad statum, & potestatem. Tunc dicitur ad argumentum. Ad maiorem. Si intelligitur, quòd id, quod est ꝓprium melioris simpliciter dignius est, &c. conceditur, dico tamẽ quòd gratia gratum faciens est melioris simpliciter, & tamẽ cõmune omnium ad hunc sensum, quia nulli denegatur, qui se disponit. Si verò intelligitur, quòd id, quod est proprium melioris secũdùm quid, qui scilicet sunt maioris potestatis, & iurisdictionis, & illud eis proprium ordinetur in id, quod est communiter omnium tanquam in finem, negatur maior. Et patet instantia de potestate ligandi, & soluendi, quæ est propria melioris secũdùm quid, scilicet sacerdotum, & non est melior gratia gratum faciẽtis, quæ est communiter omnium. Ad probationem dico, quòd ratiocinari est proprium hominis melioris simpliciter, & cum hoc ratiocinari est finis ipsius sentire; oppositio autem modo est in proposito, vnde dicitur vlterius.

¶ Ad minorem, quòd quidem verum est, quòd gratia gratũ faciens est communis, & gratis data digniorum membrorum ecclesiæ digniorum secundùm quid, & quo ad statum, & gradum in ecclesia, sed hoc reformat pactum, quia gratis data ordinatur ad gratũ facientẽ sicut ad finẽ, quia gratis data est ministerialis respectu gratum facientis. Quare negatur consequentia.

Quæstio Centesimaduodecima.

De causa gratiæ.

Deinde considerandum est de causa gratiæ. Et circa hoc quæruntur quinque. Primò, vtrum solus Deus sit causa efficiens gratiæ. Secundò, vtrum requiratur aliqua dispositio ad gratiam ex parte recipientis ipsam per actum liberi arbitrij. Tertiò, vtrum talis dispositio possit esse necessitas ad gratiam. Quartò, vtrum gratia sit æqualis in omnibus. Quintò, vtrum aliquis possit scire se habere gratiam.

G Supra q. 109. ar. 7. co. Et 3. q. 62. ar. 1. cor. & ad 3 Et 1. d. 16. ar'. 4. Et 4. di. 14. q. 2. ar. 2. Et ver. q. 27. arti. 3. Et Ephe. 3. lec. 3. col. 2.

¶ Postquam determinatum est de gratia in se, & in suis partibus, hic agitur de causa ipsius gratiæ. Et primò fit hoc, quod dictum est, secundò determinantur quædam dubia in articulo quarto. Circa primum primò quæritur de causa principali. secundò de causa dispositiua, in secundo articulo.

Vtrum solus Deus sit causa efficiens gratiæ.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod non solus Deus sit causa gratiæ. Dicitur enim Ioa. primo. Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est, sed in nomine Iesu Christi intelligitur non solùm natura Diuina assumens, sed etiam natura creata assumpta; ergo aliqua creatura potest esse causa gratiæ.

¶ 2 Præterea. Ista differentia ponitur inter sacramẽta nouæ legis, & veteris, quòd sacramenta nouæ legis causant gratiam quam sacramenta veteris legis solùm significant; sed sacramenta nouæ legis sunt quædam visibilia elementa; ergo non solus Deus est causa gratiæ.

¶ 3 Præterea. Secundùm. Dionysium in libro cœlestis Hierarchiæ. Angeli purgant, & illuminant, & perficiunt, & Angelos inferiores, & etiam homines; sed rationalis creatura purgatur, & illuminatur, & perficitur per gratiam; ergo non solus Deus est causa gratię.

¶ Sed contra est, quod in Psalmis dicitur. Gratiam, & gloriam dabit Dominus.

¶ Quæritur ergo primò hic de causa principali gratiæ.

¶ Respondeo dicendum, quòd nulla res potest agere vltra suã spẽm; quia semper oportet, quòd causa potior sit effectu; donum autem gratiæ excedit omnem facultatem naturæ creatę, cũ nihil aliud sit quàm quędam participatio Diuinę naturę, quę excedit omnem aliam naturam; & ideo impossibile est, quòd aliqua creatura gratiam causet.

Conclusio respõsi.

¶ Conclusionem respõsiuam D. S. ponit talem, impossibile est, quòd aliqua creatura causet gratiam, & intelligitur conclusio de causa principali secus loquendo instrumentaliter vt patebit; probat ergo conclusionem primò ratione secundò similitudine, ibi. Sic enim, &c. ratione sic. Nulla potest vltra suam speciem, sed donum gratiæ excedit omnem facultatem naturæ creatæ, igitur nulla potest gratiam causare. Maior probatur, quia oportet semper, quod causa sit potior effectu, & per consequens nulla causa causat excedentem effectum in nobilitate; dicitur autem, ꝙ non agit vltra speciem potest tamen agere secundùm speciem, id est propriam naturam, & naturalem virtutem, & etiam infra.

¶ Nota autem, quòd ista maior posset videri pati difficultatem ex dicendis solutionibus, & ex alijs, quæ D.S. alibi habet de sacramentis; quia illa cum sint, corporalia ponuntur esse causa gratiæ, quæ vtique nobilior est sacramentis.

¶ Sed dicendum pro nunc, quòd maior intelligitur, ꝙ nulla res agit vltra speciem suam sibi relictam, & virtute propria tamẽ vt est instrumentum superioris agentis, & excedentis sic agit instrumentaliter vltra speciem. Vnde ex illa maiore probatur conclusio ad sensum dictum, quia videlicet nulla creatura est causa principalis gratiæ. Sed nunc occurrit quæstio. Si creatura ponatur causa instrumentalis gratiæ, sequitur vt Scotus arguit in 4. di. prima, quòd aliqua creatura concurrit instrumentaliter ad effectum creationis, quòd D.S. alibi negat, scilicet prima parte. q. 45. artic. 5. vbi reprehendit opinionem dicentium creaturam posse concurrere ad creationem etiam instrumentaliter.

¶ Ad hoc dicitur primò, quòd D.S. in prima parte intelligit naturam non posse concurrere ad creationem rei subsistentis, & nihil præsupponentis, circa quod creatura operari possit, sed nõ intelligit de creatione vel magis increatione, & recreatione vbi præsupponitur aliquod subiectum, & de hoc D.S. in de Veritate Materia 27. ar. 4. ad 15. Creatio nihil præsupponit, circa quod possit terminari instrumentalis agentis actio recreatio verò aliquid præsupponit, & ideo non est simile, scilicet quòd si Deus creat animam nulla creatura mediantè, quòd ergo recreet sine sacramento medio. Hæc ille.

¶ Secundò dicitur, quòd creatura, quæ ponitur causa instrumentalis gratiæ non concurrit instrumentaliter effectiuè ad terminum creationis vel etiam recreationis in se, sed concurrit instrumentaliter effectiuè ad effectum cui similis per creaturã ꝓduci potest, scilicet ad dispositionem gratiæ, quę dispositio vel est ornatus vel caracter vel gratia sacramentalis, sed non concurrit ad gratiam gratum facientem effectiuè perfectiuè, sed tantum dispositiuè. Et de hoc vide in Capreolo in 4. dist. 1. q. 1. ad primũ. Scoti contra tertiam conclusionem. Vnde patet, quòd ex ista maiori habetur, quòd nulla creatura potest agere vltra speciem virtute propria, potest tamen vt est instrumẽtũ superioris agẽtis causare instrumentaliter effectum excedentem propriam speciem; & facultatem, non tamen potest instrumentaliter effectiuè concurrere ad terminum creationis in se, sed tantùm ad dispositionem termini recreationis aliquid præsupponentis. Et vide de his conformia, quæ allegantur a Capreo. in 2. di. 1. q. 3. ad 9. contra primam cõclusionem. Habetur quoque conclusio, ꝙ nulla creatura causet gratiam vt causa principalis, licet posset esse instrumentalis, scilicet dispositiua non attinctiua ipsius gratiæ in se, loquendo semper de gratia gratum faciente, &c.

¶ Nota quoque propter istam maiorem, quòd aliqua res est

supra speciem,& naturam alterius dupliciter, vno modo secundùm dignitatem naturæ,& sic non intelligitur,quòd res nõ agat vltra speciem;quasi non possit agere in rem se digniorem in natura, hoc enim constat esse falsum in communicantibus in materia,vbi vnũ agit,& patitur etiam in dignius,& a digniori. Alio modo intelligitur,quòd res non agit vltra suã speciem, & naturam,idest non supra suum posse naturale,quod consequitur naturam,& speciem,& sic intelligitur propositio,& est vera, quia nihil agit secundùm se supra suum posse,& quia gratia est supra posse cuiuslibet naturæ creatæ, ideo nulla potest causare gratiã, patet ergo maior. Minor principalis probatur in littera,quia gratia est quædam participatio Diuinæ naturæ,sed talis participatio excedit omnem naturam creatam,ergo minor vera. Maior patuit,minor de se nota.Et propter eam,vide,quæ habet Capreolus in secundo distin.24.vbi defendit quomodo lumen gloriæ non potest esse naturale alicui creaturæ.Et similiter probatur, quòd gratia non potest esse naturalis,& de hoc prima parte q. 12.art. 5.ad tertium. Deinde cum dicit.

Res non agit vltra speciem.

¶ Sic enim necesse est, quòd solus Deus deificet cõmunicando consortium Diuinę naturę per quandam similitudinis participationem, sicut impossibile est, ꝙ aliquid igniat nisi solus ignis.

¶ Confirmat conclusionem prædictam similitudine, quæ cõfirmatio continuatur dictis circa minorem, & arguitur sic. Necesse est, quòd solus Deus deificet communicando consortium Diuinæ naturæ per quandam similitudinis participationem, ergo solus Deus est causa gratiæ. Tenet consequentia,quia vt dictum est circa minorem prioris rationis, gratia est participatio Diuinæ naturæ, & causare vel gratiam dare est deificare. Antecedens patet per simile,sicut impossibile est, quòd aliquid igniat pisi solus ignis,ita impossibile est, quòd aliquid deificet nisi solus Deus.Nota autem, quòd hæc ratio fundatur in ista maxima Philosophica,quæ habetur.2. Metaphy. tex.commen.quarti.in D.S.lectione secunda,quia omne tale per participationem est ab eo,quod est tale per essentiam vel ab eo, quod supereminẽter est tale,& si non formaliter, quæ Glo.habetur ex D S.prima parte. q.4.ar.3.ad secundum.Et sic in proposito,nihil deificat formaliter nisi Deus vel etiam supereminenter, impossibile est autẽ, ꝙ sit supereminẽter Deus,& non formaliter,quare solus Deus deificat diffundendo participationem Diuinam,quæ est gratia, &c.

¶ Confirmatur conclusio responsi.argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod humanitas Christi est sicut quoddam organum Diuinitatis eius,vt Damas.dicit in 3.* Istrumentum autem non agit actionem agentis principalis propria virtute,sed virtute ptincipalis agẽtis,& ideo humanitas Christi non causat gratiam propria virtute, sed virtute Diuinitatis adiunctæ, ex qua actiones humanitatis Christi sunt salutares.

* Damasce. li. 3. cap.5.

¶ Ad maiorem dico post D.S.3.parte.q.8.art. 1.ad primum,& q.62.ar.5.& q.64.ar.3.& tertio scrip.dist.19.q.1.arti.1.quæst.1.ꝙ gratia,& veritas facta est per Iesum secundùm Diuinitatem auctoritatiuè,& effectiuè principaliter, sed secundùm humanitatem meritoriè, & efficienter instrumentaliter tanquam instrumentum coniunctum; & secundùm D.S.in 3.secundùm Diuinitatem est causa deletionis peccati effectiua perfectiua,sed secundùm humanitatem est efficiens disponens inquãtum meruit delletionem, quia ex merito efficitur aliquis dignus quasi materia disposita ad recipiendum gratiam,per quam peccata delentur,& est Christus secundùm humanitatem isto modo causa effectiua dispositiua sufficienter, quia sufficienter meruit iustificationem, & gratiam toti naturæ,& satisfecit,& secundùm D.S.in de Veri. Mate.27.ar.3.ad 6.& 7.Christus secundùm humanam naturam est causa instrumẽtalis,inquantum per fidem ipsius iustificamur, & per inuocationẽ nominis eius sacramentis inbuimur, & virtute passionis eius tota humana natura a peccato primi parentis purgatur,& multa alia sunt huiusmodi, quæ Christo singulariter conueniunt.Et fundamentum omnium istorum est,quia videlicet natura humana fuit vnita personæ Diuinæ,cui actiones, & passiones in natura attribuuntur, ratione cuius etiam actiones humanæ naturæ sortiuntur quandam infinitatem, inquantum sunt actiones,& passiones Dei, & per consequens sunt salutares modo dicto,scilicet effectiuè dispositiuè, & instrumentaliter,nõ tamen ita, quòd actiones humanæ etiam in Christo perfectiuè gratiam largiantur,sed meritoriè, vt dictum est. Sed ipsa persona existens in humanitate dat gratiam effectiuè quã meruit aliis per suam passionem,& operationem humanam,ita tamẽ humanam,quia natura humana est principium eius quo, sed persona quod.De his D.S.tertio sen.dist.10.q.1.ar.1.q.1.ad tertiũ. Dimittere peccata,inquit,est dupliciter.Vel per auctoritatem, & sic cũ sit solius Dei,non est Christi inquantum est homo, si fiat redupli catio ratione naturæ;Vel per ministerium, & sic conuenit Christo etiam ratione humanæ naturæ,hæc ille. Vide,& in de Veri.

Quomodo humanitas Christi est causa gratiæ.

Mate.27.ar.4.in cor.Ex quibus patet ad maiorem. Ad minorem vide D.S.tertio senten.dist.11.ar.4.in cor.& 3.parte q.16 ar.5.in cor.quia diuersitas est inter nomina de psona filij dicta;aliqd̃ est prædicat Diuinam naturam vt verbum, aliquod humanam vt Iesus,aliquod vtrumque sicut Christus,& tamẽ per omnia ista nomina idem supponitur.Vnde D.S.dicit in tertia parte,quòd nomina concreta supponunt hypostasim naturæ, & ideo indifferẽter prædicari possunt ea,quæ ad vtramque naturam pertinent de nominibus concretis.siue illud nomen de quo dicuntur det inselligere vtramque naturam,sicut hoc nomẽ Christus,in quo intelligitur vngens Diuinitas,& humanitas vncta; siue solum Diuinam naturam,sicut hoc nomen Deus,vel filius Dei,siue solùm naturam humanam,sicut hoc nomen homo,vel Iesus. Hæc ille. Ex quibus patet ad minorem,quòd vera est,quia in nomine Iesus Christus intelligitur non solùm natura Diuina,sed etiam humana,quia nomine Christus importatur suppositum existens in ambabus naturis vel saltem vt habet coniunctas partes naturæ humanæ,vt patet apud Capreolum in tertio dist.21.in solutionibus argumentorum contra quartam conclusionem. Sed in nomine Iesus importatur suppositum vt existẽs in humana natura. Negatur autẽ consequentia ad hunc sensum,quòd creatura possit esse causa gratiæ principalis effectiua productiua,licet possit esse instrumentalis dispositiua,& meritoria modis dictis.

¶ Nota tamen circa vnum, quod dictum est in principio solutionis circa maiorem,quòd Christus meruit gratiã, videtur eũ quòd gratia non possit esse ex merito. Sed de hoc vide ex intẽtione Capreolum in 3.d.18.ad argumenta Sco.contra quartam conclusionem,quia Christus meruit gratiam gratum facientem dispositis ad susceptionem effectus meriti sui; sed dispositiones præcedentes primam gratiam gratum facientẽ,non sunt ex merito.Et hoc ipsum alicui gratis datur,quòd effectiua meriti Christi consequitur;& per hoc ratio gratiæ non euacuatur, vt habet D.S.in de Verita.Mate.29.arti.7.ad decimumtertium, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quod sicut in ipsa persona Christi humanitas causat salutem nostram per gratiam virtute Diuina principaliter operante,ita etiam in sacramentis nouę legis, quę deriuantur a Christo,causatur gratia instrumentaliter quidem per ipsa sacramẽta,sed principaliter per uirtutem Spiritus sancti in sacramentis operantis secundùm illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua,& Spiritu sanct.&c.

¶ Maior conceditur,sed dico,quòd sacramenta nouæ legis dicuntur causare gratiam gratum facientem solùm instrumentaliter causando dispositionẽ,quæ est caracter vel ornatus, aliter tñ quàm Christus a quo fluxit virtus in sacramenta nouæ legis gratiæ causatiua; quia Christus meruit gratiam, sed sacramenta in virtute Christi ad ipsam disponunt,non autem gratum facientẽ gratiam attingunt. Vnde Christi humanitas est instrumentum Diuinitati coniunctum, & habet quandam principalitatem respectu instrumentorum extrinsecorum, qualia sunt sacramenta. Vide de illa maiore D.S.3.par.q.62.ar.1.& 5.& 6 & 1 quarto sen. dist.1.Minor conceditur,sed negatur consequentia,si consequẽs intelligitur;de causa principali quia sacramenta nec sunt causa principalis,nec instrumentalis principalis,scilicet meritoria, & satisfactoria,sed instrumentalis secundaria extrinseca,per quam agens principale inducit,& operatur effectum suum; sed per humanitatem Christi meruit illum effectum,

¶ Nota,quòd D.S.in tertio dist.19.vbi supra in fine cor.dicit. quòd sacramenta sunt agentia instrumentalia, & humanitatem Christi dicit effectiuum disponens per hoc tamen non negatur, quin & sacramenta disponant, sed aliter longe, quàm humanitas Christi;quia non meritoriè, & satisfactoriè, sed solùm, quia instrumenta extrinseca, quæ in virtute Dei causant dispositionẽ ad gratiam in suscipiente.Vnde D.S.in principio solutionis sanè intelligendus est,quia illud, Sicut,dicit aliquam similitudinẽ,sed non æqualitatem. Nam humanitas est instrumentũ personæ Diuinæ coniunctum in esse suppositali, & instrumentum principale,non sicut de sacramentis in comparatione ad Spiritũ sanctum.Est autem similitudo,quia vtrobique est comparatio instrumentali ad principale agens. De materia illius solutionis ex intentione eriam determinat D.S.in de Verita.Mate. 27.q.4.

¶ Ad tertium dicendum,quod Angelus purgat,illuminat, & perficit Angelum vel hominem per modum instructionis cuiusdam,non autem iustificando per gratiam; vnde Diony.dicit 7.ca.de Diui.No.quod huiusmodi purgatio,illuminatio, & perfectio,nihil est aliud, quàm Diuinę scientię assumptio.

¶ Maior conceditur , sed purgatio qua Angelus purgatur ab Angelo non est per collationem gratiæ,de qua ex intẽtione prima parte.q.106.ar.1 & in de Verita.Mate.9.ar.1. Ad minorẽ dico,quòd est duplex purgatio.Vna est iustificatiua,& gratuita, & talis

Nota.

talis fit per gratiam,& sic Angelus purgatur a solo Deo. Alia est Doctrinalis,& per modum artis pertinens ad docentem vt sic,& talis non est per gratiam,nec per collationem speciei intelligibilis,sed per participationem luminis superioris,scilicet illuminatis,& proponentis, & commensurantis rem conceptam capacitati inferioris.Et nihil aliud est illuminatio ista Doctrinalis,quã confortari intellectum inferioris Angeli per al iquid in specium in superiori ad aliqua cognoscenda,quæ confortatio est per hoc quòd superior Angelus suum cognitum alteri Angelo demonstrat. Et non fit in Angelo illuminato nouum lumen naturæ vel gratiæ;sed lumen,quod prius inerat confortatur, non propriè p intensionem,sed per participationem obiecti illuminati, & particularizati iuxta capacitatem inferioris,& de his vbi supra. Vnde minor est falsa, si intelligitur , quod rationalis creatura purgatur tantùm per gratiam per iustificationem,immo a nescientia modo dicto,absque collatione gratiæ.Quare negatur cõsequẽtia.

* Art.præc.

Vtrum requiratur aliqua præparatio, siue dispositio ad gratiam ex parte hominis recipientis ipsam per actum liberi arbitrij.

H Infra q. 113 artic.3. co. & 7. Et 2.2.q.24.ar. 10.ad 3. Et 4.di.17.q.1. ar.2.q.2. & ar.3.q.1.Et Psal.2.co.5. Et Heb.12. lec.3.col.2.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd non requiratur aliqua ꝓparatio siue dispositio ad gratiam ex parte hominis;quia vt Apostolus dicit Rom.4. Ei qui operatur, merces non imputatur secundùm gratiam , sed secundùm debitum ; sed præparatio hominis per liberum arbitrium non est nisi per aliquã operationem,ergo tolleretur ratio gratiæ.

¶ 2 Præterea. Ille qui in peccato progreditur non se præparat ad gratiam habendam,sed aliquibus in peccato progredientibus data est gratia,sicut patet de Paulo,qui gratiam consecutus est;dum esset spirans minarum , & cedis in Discipulos Domini,vt dicitur. Actũ 9.ergo nulla præparatio ad gratiam requiritur ex parte hominis.

¶ 3 Præterea. Agens infinitę virtutis non requirit dispositionem in materia , cum nec ipsam materiã requirat,sicut in creatione apparet,cui collatio gratiæ cõparatur, quæ dicitur noua creatuta ad Gal.ultimo ; sed solus Deus,qui est infinitę virtutis gratiam causat,ut dictum est.* ergo nulla præparatio requiritur ex parte hominis ad gratiam consequendam.

¶ Sed contra est,quod dicitur Amos.4.Pręparare in occursum Dei tui Israel , &.1. Reg.8. dicitur Prępparate corda vestra Domino.

¶ Hic inquiritur de causa dispositiua,& primò fit hoc. Secũdò inquiritur de modo,& efficacia huius dispositionis ĩ seqn.ar.

¶ Nota autem,quòd vt dictum est, aliter disponit humanitas Christi,aliter sacramentum,aliter quoque homo ipse se disponit;quia sacramentum disponit causando aliquam dispositionẽ habitualem,& permanentem vt est caracter vel ornatus, & de tali dispositione vel præparatione hic non quæritur,sed quæritur de dispositione,quæ fit in ipso,& ab ipso homine,quæ est dispositio actualis,& actus secundus. Vnde quæritur notanter, an ex parte hominis requiratur præparatio actualis per actum voluntatis, & per consequens ista quæstio intelligitur de his , qui se possunt præparare de adultis,secus de paruulis,vt tangetur.

¶ Respondeo dicendum , quòd sicut supra dictum est.* gratia dicitur dupliciter quandoque quidem ipsum habituale donum Dei , quandoque.autem auxiliũ Dei mouentis animam ad bonum.

* q. 109. q. 101.& q. 111. ar.2.

¶ D.S. primò ex supradictis distinguit de gratia , quòd posset dupliciter intelligi in titulo quæstionis , secundò subiungit etiã duplicem conclusionem responsuam, vnam ibi.Primò igit , &c. aliam ibi. Sed si loquamur,&c.dicit ergo,quòd ex prædictis sepius.q.109.q.110.& q.111.arti.secundo,gratia accipitur dupliciter,vno modo pro habituali dono formaliter informante animam,secundò pro gratuito auxilio quo mouetur anima ad bonum salutare,scilicet & gratuitum,&c.

¶ Primo igitur modo accipiendo gratiam, prꝫexigitur ad gratiam aliqua gratię præparatio, quia nulla forma potest esse nisi in materia disposita.

Conclusio responsi.

¶ Hic consequenter D. S.respondet quæsito iuxta primã acceptionem gratiæ,tali conclusione. Primo modo accipiendo gratiã præexigitur aliqua gratiæ ꝓparatio,probatur,nulla forma potest esse nisi in materia disposita, igitur conclusio vera.Tenet cõsequentia,quia dispositio materiæ est præparatio . Antecedens relinquitur notum.

¶ Nota,quòd ista conclusio,& eius probatio videtur pati difficultatem,primò de pueris,& de in vtero sanctificatis; nõ enim videtur , quæ dispositio præcedat gratiæ infusionem per quam sanctificantur.Ad hoc dicitur,quòd probatio cõclusionis,& cõclusio habent absolutè veritatem de adultis, & præsertim peccatoribus iustificandis,vt patebit.q.5.ar. 3.& in de Verita.Mat.28. ar.3.per totum quia Deus mouet vnamquamquam rem secundũ suam conditionem,est autem conditio hominis adulti, quòd habeat vsum li.ar. & ergo sine eo non prosequitur gratiam,nec est ad eam dispositus nisi per voluntatem conuersam ad Deum,quę prius fuit auersa, & per hoc nõ capax gratiæ,vt ostendit pulchrè D.S. in de Verita vbi iam; sed paruuli non habent voluntatem per actum aliquem a Deo auersam,sed solùm potentiam voluntatis ab originali iustitia debita destitutam.& ergo possunt iustificari sine motu propriæ voluntatis . Sed tamen pueri baptizati consequuntur gratiam per dispositionem ex sacramento causatam ; sed de pueris in vtero sanctificatis ante sacramentum,non video quomodo ex D.S.haberi possit, quòd requiratur aliqua dispositio; vnde D.S.infra.q.sequen.arti.3.ad primum loquitur de lege communi cum dicit, quòd pueri non capaces motus liberi arbitrij mouentur a Deo ad iustitiam per solam informationem animæ ipsorum non tamen sine sacramento;constat enim , quia sanctificati in vtero non susceperunt sacramentum immo D.S. in 4.dist.6 concludit,quòd sanctificati in vtero essent baptizandi postea nati. Quare videtur dicendum,quòd in adultis verificatur ista conclusio,ita quòd in eis non sufficit dispositio priuatiua,sed positiua actualis,quia nisi habeant actum,& motum libe. arb.cõuertendo se ad Deum , & auertendo a peccato, non sunt dispositi vt accipiant gratiam;quia auersi a fonte gratiæ per actualẽ motũ; ideo ordo,& natura rei requirit, vt per actualem motum redeant siue successiuo siue subito vt patebit , sed de paruulis videtur esse mens D.S.quòd quia tales non sunt auersi a Deo per voluntatis, & li.ar.motum,ideo nec requiritur actualis motus in Deum, sed sufficit applicatio passionis Christi per sacramentum , per quod disponuntur dispositione quasi habituali , & eis infunditur gratia,quæ originale dimittit.& hoc fit secundùm communem cursum.Sed miraculosè quandoque fit vt etiam sine sacramento,& sine motu li.ar. pueri in vtero sanctificentur, & de hoc D.S.in 4. vbi iam q.1. art.1.q. secunda . sic dicit sicut Deus non alligauit virtutem suam rebus naturalibus vt non possit præter eas operari cum voluerit,quod miraculosis actibus facit , ita non alligauit virtutem suam sacramentis , vt non possit sine sacramentorum ministerio aliquem sanctificare; & ideo aliquos præter legẽ cõmunem quasi miraculosè in maternis vteris sanctificasse legit, hæc ille. Patet igitur, quòd secundùm legem communem prærequiritur dispositio , sed non in sanctificatione quasi miraculosa.Veruntamen Capreolus in 4.dist.1.q. prima ad argumenta Durandi contra tertiam conclusionem ; & in eodem quarto dist.14. in solutionibus,videtur velle saluare , quòd de mente D. S. sit ꝙ etiam in pueris in vtero sanctificatis requiratur aliqua dispositio; sed non video vbi ex eo haberi vel trahi possit, vnde & de veritate supra ad tertium dicit . Etiam sine sacramento Deus aliquibus paruulis primam gratiam infudit,sicut de sanctificatis in vtero.Et similiter nunc possit alicui adulto, qui non esset cõpos suæ mentis,absque sacramento gratiam conferre eo modo quo sacramentum confert , hæc ille;nec alicubi D.S.dicit, quæ dispositio in sanctificatis requiratur,&c.Vnde videtur, quòd illa præparatio,& dispositio de qua dixit conclusio sit necessaria, ita quòd sine ea aliquis non est dispositus ad gratiam habitualem accipiẽdam,quando per motum voluntatis fuit a Deo auersus,vel quãdo conditio sanctificandi hoc requirit.Sed quando ista nõ præcedunt,videtur,quòd homo ex naturalibus sit capax immediatè gratiæ gratum facientis,nec obstat illa maxima D.S. prima parte.q.12.ar.5.scilicet.Omne,quod elevatur ad aliquod quod excedit suam naturam,oportet,quòd disponatur aliqua dispositione quæ sit supra naturam , quia vt ipse Capreolus habet in quarto dist.49.q.5. ad secũdum Durandi contra primam conclusionem. Illa propositio intelligitur de forma,quæ est finalis, & quasi terminus generationis,non autem de illa , quæ est dispositio , & vt via ad terminum;gratia autem viatica non est terminus,sed dispositio.Et ideo videtur , quòd si in subiecto non præcedat contrarium actuale,& subiecti conditio non requirat actualem motum,quòd Deus ipsam possit infundere; & quòd anima secundũ se sit capax;vnde & August.dicit,quòd anima, quia ad imaginẽ Dei,ideo est capax gratiæ vt Doct.San:allegat infra:q.113: Consequenter cum dicit.

De pueris in vtero sanctificatis.

Capreolus.

Nota:

¶ Sed si loquamur de gratia secundùm quòd significat auxilium Dei mouentis ad bonum,sic nulla prꝫparatio requiritur ex parte hominis quasi prꝫueniens Diuinum auxilium ; sed potius quęcunque prꝫparatio in

Dub.6?8.

in homine esse potest,est ex auxilio Dei mouentis animam ad bonum.——

Conclusio secunda.

¶ Respondet iuxta secundùm intellectum gratiæ,& primò ponit conclusionē quo ad hoc responsiuā,secundò remouet quoddam dubium circa ipsam ibi.Et secundùm hoc,&c.conclusio ergo secunda responsiua est . Si loquamur de gratia secundùm q̄ significat auxilium Dei mouentis ad bonum,sic nulla præparatio requiritur ex parte hominis quasi præueniens Diuinum auxiliū; probatur , quæcumque præparatio in homine esse potest est ex auxilio Dei mouentis animam ad bonum,igitur conclusio vera. Tenet consequentia de se,quia si auxiliū Diuinū præcedit oēm præparationem,nulla præparatio,& dispositio potest eā p̄cedere añs patet ex dictis. q.109. sæpius,præsertim ex ar.6. quia aliquis non potest habere quemcumq; motum salutarē sine auxilio speciali,& motione,& præsertim peccator. Deinde cum dicit.

¶ Et secundùm hoc ipse bonus motus liberi arbitrij, quo quis præparatur ad donum gratiæ susc̄ipiendum, est actus liberi arbitrij moti a Deo , & quantum ad hoc dicitur homo se præparare secundùm illud Prouer. 16. Hominis est præparare animum , & est principaliter a Deo mouente liberum arbitrium;& secundùm hoc dicitur a Deo voluntas hominis præparari, & a Domino gressus hominis dirigi.——

¶ Remouet quandam obiectionem tacitam , quæ posset fieri circa præcedentem cōclusionem,quia dicitur in scriptura,q̄ hominis sit præparare cor,& per consequens videtur, q̄ illa præparatio præueniat Diuinum auxiliū,quæ præparatio est motus lib. arb.D.S.hoc soluit,& vult,q̄ non intelligitur , q̄ homo se præparet ad gratiam habitualem sibi relictus,sed ℈m q̄ li.ar. est motum a Deo,vt patuit supra vbi.Iam ad 4.ita q̄ illa præparatio est principaliter a Deo,mouente,qui scilicet per gratiam præueniētem facit ipsam voluntatem velle,vt dictum fuit.q. præce. arti.2. Et ex hoc D. S.etiam verificat,quod alibi dicitur,scilicet quòd voluntas a Deo præparatur,& gressus hominis dirigūtur,quia hoc est propter venientem gratiam actualem vel Diuinum auxilium quod mouet libe.ar.&c.& patent ista ex dictis, &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat primā cōclusionem,quia homo habet se præparare in aduentum Dei,qui est per inhabitationem gratiæ habitualis, & talis præparatio secundùm communem legem,& in adultis prærequiritur , sed nō prærequiritur præparatio præcedens gratuitum auxilium , quia hoc est actio primi agentis in ordine gratuitorum, & per consequens nullum præsupponit.

¶ Ad primum ergo dicendum,quòd præparatio hominis ad gratiam habendam , quædam est simul cum ipsa infusione gratiæ; & talis operatio est quidem meritoria,sed non gratiæ,quæ iam habetur, sed gloriæ , quæ nondum habetur.Est autem alia præparatio gratiæ imperfecta,quæ aliquando p̄cedit donum gratiæ gratū facientis,quæ tamen est a Deo mouente;sed ista nō sufficit ad meritum,nondum homine per gratiam iustificato;quia nullum meritum potest esse nisi ex gratia , vt infra dicetur. * ——

*q. 114.ar.2.

¶ Ad maiorem,quæ intelligitur,quòd ei, qui operatur p̄ gratiam gratumfacientem debetur merces finalis,scilicet beatitudo ex debito.Et tunc diceretur ad minorem, quòd præparatio imperfecta præcedens gratiam non est opus gratia informatum a gratia gratum faciente procedens. Ideo nihil meretur nec gratiam nec gloriam , sed præparatio , quæ est simul cum gratia,talis est meritoria non quidem gratiæ,quæ iam adest, sed gloriæ (sicut de Angelis dicitur prima parte(& augmenti gratiæ.Vnde præparatio imperfecta est quidem operatio , sed dico , quòd non omnis operatio est meritoria, sed solùm quę est ex gratia.Quare negatur consequentia, quia cum adest gratia tunc præparatio informata per ipsam est meritoria non gratiæ,quæ habetur, sed alterius habendi.Nota,quòd Capreolus in 4.dist. 14.ex hac solutione accipit,quia de finali mente.D. S. sit-quòd primam gratiam nullus mereatur , nec videlicet merito congrui , quia dicit D.S. hic,quia nullum meritum potest esse nisi ex gratia. Et per consequens cū dispositio vel præparatio imperfecta sit sine gratia,nullo modo est meritoria gratiæ.Et ad hoc videtur etiā D.S.loqui in de Ve.Ma.28.ar.3.ad 18.vbi dicit,q̄ actus li.art.in iustificatione impij ad habitum iustitiæ se non potest habere vt meritum, eo quòd in ipso instanti iustitia infundatur,quæ est principium merendi;sed se habet vt dispositio tantùm,&c.hæc ille. Et in secundo d.17.q.1.art.4. ad 5.dicit potentia materiæ est proportionata ad receptionem formæ,& ideo dispositiones illius , & habilitates conuenienter possunt merita nominari; sed gratia excedit omnem proportionem naturæ,vt actus naturales non possint dici merita respectu gratiæ,sed dispositiones remotæ tantùm , hæc

Capreolus

ille.Ex quibus videtur haberi , quòd nulla dispositio præcedens gratiam est meritoria gratiæ, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd cum homo ad gratiam se prēparare non possit nisi Deo eum prēueniente & mouente ad bonum,non refert vtrum subitò vel paulatim aliquis ad perfectam prēparationem peruenia;dicitur enim Eccle.11. Facile est in oculis Dei subitò honestare pauperem . Contingit autem quandoque , q̄ Deus mouet hominem ad aliquod bonum, non tamen perfectum , & talis præparatio præcedit gratiam , sed quandoque statim perfectè mouet ipsum ad bonum,& subito gratiam homo accipit,secundùm illud Io.6.Omnis,qui audit a patre,& didicit,venit ad me. Et ita[d] cōtigit Paulo,quia subitò cum esset in progressu peccati perfectè,motū est cor eius a Deo audiendo, & addiscēdo, & veniendo,& ideo subitò est gratiam consecutus.—— Dub. 985.

¶ Maior vera quamdiu progreditur; dico tamen in fine progressus potest per Diuinam virtutem , & misericordiam subitò, & perfectè prēparari ad gratiam, & simul gratiam accipere . Ad minorem,si intelligitur,quòd dum actu progrediuntur in peccato,negatur; sed si intelligitur , quòd in instanti terminante progressionem,conceditur.Et sic factum est de Paulo. Ita,quòd dum esset in via peccandi corporaliter data est sibi gratia , sed immutata eius voluntate subitò.Ad consequens,negatur consequētia, sed benè probat,quòd non requiratur necessariò absolutè prēparatio præcedens gratię infusionem,requiritur tamen prēparatio aliqua quæ subitò fit cum gratiæ infusione; De hac mate.D.S. in de Verita.ad superius,licet Paulus ante , quàm iustificatus esset, immediatè gratiām fidei impugnaret,tamen in ipso instanti iustificationis suæ,gratiæ consensit per libe arbi. Diuina gratia cōmotum.Motus enim voluntatis gratuitæ in instanti potest alicui immitti,sine quo non est iustificatio , sed sine prēparatione præcedente potest esse iustificatio,hæc ille.Vide,& solutionem secūdam decimi argumenti ibidem.Et de hoc infra.q.113. ar.3. quia talis iustificatio est miraculosa, & non iuxta consuetum modū iustificationis,vt etiam habet D.S.in 4.d 4.q.3.ar.2.q 1.ad 3.Vnde ex istis habeō ad minorem, quòd falsa est ad hunc sensum,q̄ gratia data sit ab aliquibus pro eo instanti quo in peccatis progrediebantur,sed benè data est gratia eis, qui ante hoc instans,in peccatis progrediebantur. Ita,quòd sit idem instans esse gratiæ, & non esse progressus peccati;De materia huius solut.& ar. vide D.S.etiam in 4.distin.17.q.prima.art.2.

¶ Ad tertium dicendum, quòd agens infinitæ virtutis non exigit materiam vel dispositionē materię quasi prēsuppositam ex alterius causę actione, sed tamē oportet,quòd secundùm conditionem rei causandę,in ipsa re causet & materiam,& dispositionē debitam ad formam; & similiter ad hoc , quòd Deus gratiam infundat aīę nulla prēparatio exigitur,quā ipse nō faciat.——

¶ Ad maiorem dupliciter primò vt in solutione,quia non requirit dispositionem ab alio agente prēsuppositam,quam ipsum agens infinitæ virtutis non faciat, sed tamen requirit dispositionem quam ipsum faciat secundùm ordinem rei, & secundùm conditionem rerum.Ita quòd habens li.ar.voluntariè conuertatur ad Deum,& velit suam iustificationem. Secundò dicitur, q̄ agens infinitæ virtutis non requirit dispositionem propter impotentiam suam,sed propter recipientis dispositionem , & conditionem scilicet voluntatis,quæ immutari non potest per violētiam,sed proprio motu immutatur.Et vt Diuina sapientia perfectiori modo communicet suam bonitatem , scilicet vnicuiq; secundùm suam conditionem.Est autem conditio hominis adulti quòd perfectionem gratuitam consequatur per modum suum. Ad minorem conceditur, sed Deus agit in res secundùm earum condicionem,& non per violentiam. Et non potest fieri vt contraria simul insint.Quare oportet se auertere a peccato, & conuertere ad Deum ad hoc,quòd gratia possit inesse, vnde & in naturalibus videmus,quòd forma nō producitur sine debita dispositione.Quare negatur consequentia de homine adulto, qui nō reducitur in Deum contra voluntatem suam , sed secundùm voluntatem ; vnde sua conditio requirit vt sit præparatus vel antecedenter secundùm communem legem,vel subitò secūdùm speciale miraculum, &c.

Vtrum ex necessitate detur gratia se prēparanti ad gratiam.

I 4.dl.17.q.1. art.2.q.3.p tot. & q.2. arti. 5. q. 1. cor. Et dist. 24.ar.1.q.ꝑ tot.

AD tertium sic proceditur.Videtur, quòd ex necessitate detur gratia se prēparanti ad gratiam,vel facienti quod in se est . Quia super illud Ro.5.Iustificati

ex fide pacem habeamus,&c.dicit Glo.Deus recipit eū qui ad se cōfugit,aliter esset in eo iniquitas; sed impossibile est in Deo iniquitatem esse ; ergo est impossibile, quòd Deus non recipiat eum,qui ad se confugit;ex necessitate igitur gratiam assequitur.

¶ 2 Præt.Aug.dicit in libro de casu diaboli. * quòd ista est causa quare Deus non concedit diabolo gratiā, quia ipse non voluit accipere nec paratus fuit;sed remota causa necesse est remoueri effectum,ergo si aliquis velit accipere gratiam,necesse est,quòd ei detur.

*Aug'ca.3.

¶ 3 Præterea.Bonum est communicatiuum sui , vt patet per Dionysi.in 4.ca.de Diui.No. sed bonum gratiæ est melius,quàm bonum naturæ ; cum igitur forma naturalis ex necessitate adueniat materiæ dispositæ, videtur,quòd multò magis gratia ex necessitate detur p̄paranti se ad gratiam.——

¶ Sed contra est, quòd homo comparatur ad Deum sicut lutum ad figulum,secundùm illud Hie.18. Sicut lutum in manu figuli,sic uos in manu mea;sed lutū non ex necessitate accipit formam a figulo quantumcumq; sit prēparatum;ergo neque homo recipit ex necessitate gratiam a Deo quantumcumque se prēparet .

¶ Inquirit consequenter hic D. S.de efficacia dispositionis,& prēparationis requisitæ ex parte hominis ad gratiam. An scilicet si quis cooperetur Diuinæ motioni , & faciat,qđ in se est,necessariò consequatur gratiam.Quid autem dicat facere quod in se est,patuit supra q 109.ar.6.ad secundum.

Ar.præce.

¶ Respondeo dicendum,quòd sicut supra dictū est.* prēparatio hominis ad gratiam est a Deo sicut a mouēte,a libero autem arbitrio sicut a moto. Potest igitur p̄paratio dupliciter considerari .——

¶ D.S.primò distinguit de prēparatione, secūdò distinctè respondet duabus conclusionibus,primā ponit ibi.Vno quidē,&c. secundam ibi,alio modo,&c.Quo ad primum D.S.ponit notabile distinctiuū,& distinctionis rationem,quia prēparatio , & facere;quod in se est, potest dupliciter considerari & ratio est,quia p̄paratio,& conuersio ad Deū sicut ad iustificātē, & auersio a peccato a li.arb.f.moto a Deo per speciale auxilium,vt patuit arti.2. Et ergo consideratur vno modo secundùm quòd est a libe. arbi. alio modo inquantum a Deo.Consequenter cum dicit.

¶ Vno quidem modo secundùm quod est a libero arbitrio , & secundùm hoc nullam necessitatem habet ad gratiæ consecutionē , quia donum gratię excedit omnem prēparationem virtutis humanę .——

Conclusio secunda.

¶ Subiungit primum membrum prædictæ distinctionis , q̄ p̄paratio consideratur primò vt est a li.arbi.Et respondet iuxta hoc membrum.tali conclusione.Prēparatio hominis considerata secundùm q̄ est a lib.arb.nullam necessitatem habet ad gratiæ cō secutionem.i.talis motus vt est hominis non est dispositio, q̄ est necessitas ad gratiam.Probatur , donum gratiæ excedit omnem prēparationem virtutis humanæ;igitur conclusio vera.Tenet cō sequentia,quia si excedit non potest efficaciter & necessariò ex hoīe induci,& per consequens p̄parantis nō est necessitas. Añs patet ex dictis,quia motus hoīs vt sic,est dispositio ad gratiā insufficiens,& nullo modo gratiæ causatiuus. Deinde cum dicit.

¶ Alio modo potest considerari secundùm quòd est a Deo mouente , & tunc habet necessitatem ad id ad quod ordinatur a Deo;non quidem coactionis , sed infallibilitatis,quia intentio Dei deficere non potest secundùm quòd August. dicit in lib. de prędestinatione sanctorū.per q̄ beneficia Dei certissimè liberantur quicunque liberantur,vnde si ex intentione Dei mouentis est,quòd homo cuius cor mouet gratiam consequatur, infallibiliter ipsam consequitur,secūdū illud Io. 6.Omnis qui audit a parte, & didicit venit ad me.——

¶ Respondet iuxta secundum membrum , quod permittit dicens,quòd prēparatio,& facere quod in se est,consideratur secūdò secundum quod est a Deo mouente , quia scilicet Deus facit voluntatem velle,& desiderare gratiam,& iustificationem.Et ponit talem conclusionem correspondentem. Isto modo prēparatio ad gratiam habet necessitatē ad id ad quod ordinatur a Deo non quidem coactionis,sed infallibilitatis. Probatur conclusio, intentio Dei deficere non potest ergo si ex intentione Dei mouentis est,q̄ homo cuius cor mouet gratiam consequatur infallibiliter ipsam consequitur.Et sic conclusio vera . Consequentia nota. Antecedēs patet auctoritate B. Aug. & cōfirmatur conclusio auctoritate Ioannis.Nota autem,q̄ dicit conclusio , non quidem coactionis,quia voluntas,& lib.arbi.non possunt cogi etiā a Deo,vt declarat D.S.in de Ve.Ma.22.ar.8. potest tamen infallibiliter moueri,quia immutatio voluntatis est in potestate Dei.& secūdùm eius immutationem potest imprimere habitum, & gratiam,& perfectè vel minus perfectè mouere. Stat enim cum libertate arbitrij infallibilitas;& cognitionis, & motionis Diuinæ vt habet alibi declarari.Nota secundò, q̄ conclusio notanter dicit. Isto modo prēparatio ad gratiam habet necessitatem ad id, ad quod ordinatur a Deo , quia contingit vt Deus moueat hominē sufficientem,qui tamen non consequitur gratiā propter dissensum eius ad gratiam;sed tunc non est intentio Dei, quòd ipsam gratiam consequatur, nec illam motionem ad gratiam ordinat. Quare D.S.dicit q̄ ex prēparatione vt est a Deo hō quidē consequitur quod Deus intendit,sed nisi intendat efficaciter mouere & conferre gratiā tunc ipsam non consequitur.Et ideo D.S.quasi statim hoc notando dicit in consequente. Vnde si ex intentione Dei mouentis est,quòd homo cuius cor mouet consequatur gratiam infallibiliter ipsam consequitur , quia non stant simul propositum Diuinæ voluntatis,& frustratio effectus vt habet D.S.in 4.dist.17 q.1.ar.2.q.3.vbi etiam determinat hanc quæstione vnde talis necessitas est solùm conditionata ex suppositione Diuini ordinis,& non est aliqua necessitas ex parte recipientis.

ARGVMENTVM in contrarium est confirmatiuum primę conclusionis, quia nō est necessitas prēparationis vt est li. arb.ad gratiam. Et secundò non est necessitas absolutè ex parte Dei sed est necessitas conditionata , vt dictū est. Si Deus mouēdo & prēparando intendat inducere gratiam simile esset de figulo humano si intentio sua necessariò sortiretur effectum .

¶ Ad primum ergo dicēdum, quòd Glosa illa loquitur de illo,qui confugit ad Deum per actum meritotiū liberi arbitrij,iam per gratiam informati , quem si non reciperet esset contra iustitiam quam ipse statuit. Vel si referatur ad motum liberi arbitrij ante gratiam loquitur secundùm quòd ipsum cōfugium hominis ad Deū est per motionē diuinā,quam iustū est nō deficere. —

¶ Maior conceditur , quia vera est de confugio ad Deum per opus meritorium si talem confugientem non reciperet esset in eo iniquitas ad sensum infra dicendum q. 114. quia opus gratia informatum est meritorium de condigno, & nisi Deus prærneret faceret in iustitiā sibi,quia cōtra ordinem suum quem debitum est impleri,secūdò dicitur, q̄ si intelligitur de confugio per modum li.arbi.prēparatorii ad gratiam tūc verificatur inquātū ille motus est à Deo , & ordinatus ad consecutionem gratiæ.Ita quòd sicut in naturalibus dispositio , quæ est necessitas est ex efficacia agentis, ita prēparatio ad gratiam , est necessitas ad gratiam, vt est à Deo , & cum hoc ordinata ad gratiam consequēdā, quia vt dictum est si est à Deo, & tamen nō ordinata ad gratiam non est dispositio , quæ est necessitas , & vt est à libe.ar.est dispositio valde remota. Ad minorē concedo cā.Vltra,Ergo,&c. verum si ad Deum confugit motus à Deo cum intentione , & proposito,q̄ gratiā consequatur, & hoc dicit secunda conclusio.

¶ Ad secundum dicendum,quòd defectus gratię prima causa est ex nobis,sed collationis gratię prima causa est a Deo , secundùm illud Oseę. 13.Perditio tua ex te Israel,tantummodo in me auxilium tuum.——

¶ Maior conceditur & dico, q̄ non accipere gratiam reducitur in causam in libe.arbi.ponens obiecm gratiæ; sed accipere gratiam non est ex lib.ar.sed ex Deo.Ad minorem vera est , sed dico,q̄ non velle accipere est causa bene nō acceptionis,sed velle non est causa acceptionis,quare negatur consequentia, qa nō sequitur.Si non volo non fit ergo si volo fiet. Nam aliquis pōt effectum impedire quem tamen non potest facere , sicut aliquis potest impedire munus& donum principis,nec tamen potest ipsum dare vel ex se habere.Ita in proposito si aliquis non cooperetur Diuinæ motioni non consequitur gratiam.Non tamen sequitur,ergo si cooparatur consequitur virtute suæ cooperationis,quia negatio est causa negationis,sed affirmatio non est causa affirmationis,& habetur simile primò posite,quia non esse animal est causa non respirationis,sed esse animal non est causa respirationis,quia affirmatio non est causa propinqua vt ibidem declaratur.Sic in proposito non cōsentire est causa adequata,& propinqua non consecutionis gratiæ,sed consentire non est causa propinqua,& adæquata.

¶ Ad tertium dicendum,quòd etiam in rebus naturalibus dispositio materiæ non ex necessitate consequitur formā nisi per virtutem agentis , qui dispositionem causat .——

¶ Maior quidem vera , sed est differentia in communicando bonitatem apud agens naturale , & apud agens liberū,qa agētia naturalia

naturalia agunt ex necessitate naturæ, & actus recipiũtur ī materia dispositа ex necessitate. Sed formæ supernaturales, q̃ ĩducũtur a Deo, habent necessitatem suppositionis in ordine ad Deum, & nullam necessitatem per comparationem ad recipientem, sed solũ in ordine ad agentem Deum. Ad minorem, conceditur, q̃ necessariò aduenit forma tã ex parte agentis naturalis, quã ex parte recipiẽtis, sed iã dictũ est, q̃ in formis supernaturalibus est solũ necessitas conditionis ex parte agentis. Vltra ad consequẽs ergo, &c. Verum est necessitas ex parte Dei mouentis, & necessitas suppositionis, sed non est necessitas ex parte. libe. arbi. &c.

Vtrum gratia sit æqualis in omnibus vel sit maior in vno, quàm in alio.

K

Supra q. 66. arti. 2 ad 1. Et 2. 2. q. 3. ar. 4, ad 3. * q. 110. ar. 3.

AD quartum sic proceditur. Videtur, q̃ gratia nõ sit maior in vno, quàm in alio. Gratia enim causat in nobis ex dilectione Diuina vt dictũ est.* sed Sap. 6. dr̃. Pusillũ, & magnũ ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus, ergo oẽs æqualiter gratiã ab eo cõsequuntur.

¶ 2 Præterea. Ea, quæ in summo dicuntur, non recipiunt magis, & minus, sed gratia in summo dicitur, q̃a coniungitur vltimo fini; ergo non recipit magis, & minus, non est ergo maior in vno, quàm in alio.

¶ 3 Præterea. Gratia est vita animæ vt supra dictum est.* sed viuere non dicitur secundùm magis, & minus; ergo etiam neque gratia.

* q. 110. art. 6. & ar. 2. ad 2.

¶ Sed contra est quod dicitur ad Eph. 4. Vnicuique data est gratia secundùm mensuram donationis Christi quod autem mensurante datur, non omnibus æqualiter datur, ergo non omnes æqualem gratiam habent.

¶ Hic consequenter determinantur duo dubia circa prædicta. Quorũ primum est quomodo gratia suscipiat magis, & minus.

¶ Respondeo dicendum, q̃ sicut supra dictũ est.* habitus duplicem magnitudinem habere potest. Vnã ex parte finis vel obiecti, secundùm q̃ dicitur vna virtus alia nobilior, inquantum ad maius bonum ordinatur. Aliam verò ex parte subiecti, quod magis vel minus participat habitum inhærentem.

* q. 52. ar. 1. & 2.

¶ D. S. rñdendo primò distinguit de maioritate siue magnitudine in titulo qõis notata, q̃a põt dupliciter intelligi; secũdò subiũgit duas cõclusiones rñsi. cõformes, primã ibi. Secũdũ igit̃, &c. secũdã ibi. Sed ex parte, &c. Quo igit̃ ad primũ post supra dicta q. 52. ar. primo & secundo, ponit duplicẽ magnitudinẽ habitus. Vnã ex parte obiecti, aliam ex parte subiecti, & patet illa distinctio ibidẽ. Et nota, q̃ quamuis gr̃a non sit virtus, est tñ habitus, & quãuis nõ habeat obiectũ, qđ respiciat p actũ secũdũ tãquã habitus operatiuus, & hoc supra dictũ fuit, cõsistit tñ in assimilatione vel magis est assimilatio, & participatio Diuinæ naturæ tanquã actus primus. Et ergo potest cõparari aliquo mõ ad Deũ, sicut habitus operatiuus, & virtus ad obiectum, non tamen propriè Deus est obiectum gratiæ, sed causa participata a subiecto gratiæ per gratiam ipsam. Consequenter cum dicit.

¶ Secundum igitur primam magnitudinem gratia gratum faciens non potest esse maior, & minor, quia gratia secundùm sui rationem cõiungit hominem summo bono quod est Deus.

¶ Subiũgit primã conclusionẽ rñsi. quo ad primũ intellectum. Secũdũ primã magnitudinẽ (s. ex parte obiecti) gratia gratũfaciẽs nõ potest esse maior, & minor, probatur. Gratia ī sui rationem coniungit hoĩem summo bono, qđ est Deus, igitur conclusio vera. Tenet cõsequẽtia, q̃a summũ bonũ idẽ, est & nõ maius, & minus, igit̃ nec ex parte eius vt est obiectũ potest attẽdi diuersitas in gratia. A ĩs patuit in p̃cedẽtibus sæpe. Et patet ista cõclusio etiam ex supra dictis de virtute Theologica p̃sertim charitate. Quare etiã non est maior vel minor, q̃a omnis cõsistit in summo, itã & de gratia. Et hoc D. S. notat cũ dicit. Gratia ī sui rationẽ. 1. propriam speciem, & naturã, est participatio summi boni, & per cõsequens vna non potest esse maior alia secundùm speciẽ quã habet ex hoc, q̃ est participatio Diuinitatis. Deinde cum dicit.

¶ Sed ex parte subiecti gratia potest suscipere magis vel minus, prout. s. vnus perfectius illustratur a lumine gratiæ, quã alius. Cuius diuersitatis ratio quidem est aliqua ex parte præparantis se ad gratiam, qui em̃ magis se ad gratiam præparat pleniorem gratiam accipit, sed ex hac parte non potest accipi prima ratio huius diuersitatis, quia præparatio ad gratiam non est hominis, nisi inquantum liberũ arbitrium eius præparatur a Deo, vnde prima causa huius diuersitatis accipienda est ex parte ipsius, Dei qui diuersimodè suæ gratiæ dona dispẽsat ad hoc, quòd ex diuersis gradibus pulchritudo, & p̃fectio ecclesiæ cõsurgat; sicut etiam diuersos gradus rerũ instituit vt esset vniuersum perfectum; vnde Apostolus ad Eph. 4. postquam dixerat. Vnicuiq; data est gratia secũdùm mensuram donationis Christi enumeratis diuersis gratijs subiungit ad consummationem sanctorum in ædificationem corporis Christi.

¶ Rñdet secũda cõclusione quo ad secũdũ mẽbrũ tali. Ex parte subiecti gratia p̃t suscipere magis vel minus. s. in diuersis vel in eodẽ successiue, p̃batur tali assumpto. Vnus potest perfectius illustrari a lumine gratiæ, quã alius; igitur isto modo gratia põt suscipere magis vel minus, consequentia nota a simili de lumine in aere. Circa añs fundãdũ D. S. inuestigat rationẽ originalẽ diuersitatis illustrationis, & ponit duplicẽ. Vnã secũdariã, aliã primariã, q̃a secũdaria causa illius diuersitatis est diuersa p̃paratio. Sed q̃a dictũ est in p̃cedẽti ar. cõclusione prima, q̃ illa diuersa p̃paratio nõ causat gratiã nec sufficiẽter disponit vt est hoĩs p̃parãtis. Ideo oportet dicere, q̃ Deus sit vera, & prima causa illius diuersitatis, & finis eius est pulchritudo, q̃ cõsurgit ex gradibus mẽbrorũ ecclesiæ, primò militantis, deinde triũphantis. Et cõfirmatur a simili de vniuerso naturali, &c. Et posset ex istis argui, q̃ antecedente Deus intendit diuersos gradus ecclesiæ; igitur vnus p̃fectius illustratur a lumine gratiæ, quã alius. Tenet consequentia, quia illi diuersi gradus dicunt vel sequuntur diuersam gratiã. Antecedens patet, quia non est minor ordo, & gradualitas in ordine gratuito, quàm naturali. Sed in ordine naturali vniuersi sunt gradus, igitur & in gratuito ordine.

¶ Confirmatur ista secunda conclusio argumẽto in cõtrariũ. Patet secunda cõclusio ex hac ratione, quia Christus singulis mẽsurat, quia sicut in potestate eius est dare ita dare tm̃ vel minus. Et nunc assignata est ratio in generali illius diuersitatis dationis; sed in particulari potest nõ assignari nõ sicut & de p̃destinatione assignatur rõ quare aliquos prædestinauerit, sed in particulari nõ potest, quare. s. hunc trahat est alium non, sed ibi tenenda est regula B. August. scilicet. Noli velle iudicare, &c.

¶ Ad primum ergo dicendũ, q̃ cura Diuina dupliciter considerari potest. Vno mõ quãtũ ad ipsum Diuinũ actũ, qui est simplex, & vniformis, & secũdũ hoc æqualiter se habet eius cura ad omnes, quia. s. vno actu simplici, & maiora, & minora dispensat. Alio modo potest considerari ex parte eorum, quæ in creaturis ex Diuina cura proueniunt, & secundùm hoc inuenitur inæqualitas, inquantum scilicet Deus sua cura quibusdam maiora, quibusdam minora prouidet dona.

¶ Maior conceditur, sed dictum fuit etiam q. 111. ar. 3. ad primum, in Diuina dilectione non est diuersitas vel inæqualitas, sed tñ in eius effectu gratuito potest esse, quia est quoddam temporale, & accidentale inhærens, quod potest magis, & minus perficere subiectum suum. Ad minorem distinguitur, vt habetur etiã prima par. q. 20. ar. 3. in corp. a simili de amore, quia cura est æqualis ex parte subiecti, sed non ex parte obiecti, quia vna dilectione quo ad rem, potest diuersis diuersa velle, & dare, vnde aliqui sunt diuersimodè dilecti non quo ad actum Dei diligentis, sed quia inæqualia boua sunt per eundem actum secundùm rẽ quo absolutum eis volita. Quare negatur consequentia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio ista procedit secundùm primum modum magnitudinis gratiæ; non enim potest gratia secundùm hoc maior esse, quòd ad maius bonum ordinet; sed ex eo, quod magis vel minus ordinat ad idem bonum magis vel minus ad participãdum. Potest enim esse diuersitas intentionis, & remissionis secundùm participationem subiecti, & ipsa gratia, & in finali gloria.

¶ Ad maiorem patuit etiam supra q. 66. arti. 1. ad secundum, quia quæ in summo sunt vt sic, non recipiunt magis, & minus, cõtingit tamen, quòd ad idem summum aliqua magis vel minus accedant, & sic ratione accessus non consistunt in summo, & sic suscipiunt magis, & minus.

¶ Ad minorem conceditur ex parte obiecti vel quasi obiecti, quia omnis gratia est participatio eiusdem boni summi, sed non dicitur in summo penes subiectum; quia diuersi diuersimodè participant idem bonum, vel idem diuersimodè diuersis temporibus sicut & diuersitas est in gloria isto modo, vt declaratum fuit supra, quòd vnus est alio beatior non ex parte obiecti, sed subiecti, quare benè probat hæc ratio primam conclusionem, sed nihil probat contra secundam.

¶ Ad

¶ Ad tertium dicendum, quòd vita naturalis pertinet ad substantiam hominis, & ideo non recipit magis & minus; sed uitam gratiæ participat homo accidentaliter, & ideo eam potest homo magis, vel minus habere.

¶ Maior conceditur, quòd est vita animæ, sed ut dictum fuit q. 110. ar. 2. ad secundum, accidentalis & necessariò accidentalis, vt patuit ibidem.

¶ Minor est vera de vita substantiali, quæ est, vel ipsa natura rei apta nata se mouere, vt patet 1. par. quæstio. 18. artic. secundo, vel est esse substantiale, quod etiam consistit in indiuisibili. Quare negatur consequentia.

Vtrum aliquis possit scire se habere gratiam.

L

3. di. 13. art. 2. ad 5. Et 4. di. 21. q. 2 ar. 2. cor.

* Ex ca. 25. habetur

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd homo possit scire se habere gratiam, gratia enim est inanima per sui essentiam; sed certissima cognitio animæ est eorum, quæ sunt in anima per sui essentiam, vt patet per Augustinum. 12. super Genes. ad literam; * ergo gratia certissimè potest cognosci ab eo, qui gratiã habet.

¶ 2 Præte. Sicut scientia est donum Dei, ita & gratia; sed qui a Deo scientiam accipit, scit se scientiam habere, secundùm illud Sap. 7. Dominus dedit mihi horum quæ sunt veram scientiam; ergo pari ratione, qui accipit gratiam a Deo, scit se gratiam habere.

¶ 3 Præte. Lumen est magis cognoscibile, quàm tenebra, quia secundùm Apostolum ad Ephe, 5. Omne quod manifestatur lumẽ est; sed peccatum, quod est spiritualis tenebra per certitudinem potest sciri ab eo qui habet peccatum; ergo multò magis gratia, quæ est spirituale lumen.

¶ 4 Præt. Apostolus dicit 1. ad Corinth. 2. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui a Deo est, ut sciamus, quæ a Deo donata sunt nobis; sed gratia est primum donum Dei; ergo homo qui accipit gratiam per Spiritum sanctum per eundem spiritum scit gratiam esse sibi datam.

¶ 5 Præt. Genes. 22. ex persona domini dicitur ad Abraham. Nunc cognoui, quòd timeas dominum, id est cognoscere te feci, loquitur autem ibi de timore casto, qui non est sine gratia; ergo homo potest cognoscere se habere gratiam.

¶ Sed contra est, quòd dicitur Eccles. 9. quòd nemo scit utrum sit dignus odio, uel amore; sed gratia gratum faciens facit hominum dignum Dei amore; ergo nullus potest scire utrum habeat gratiam gratum facientem.

¶ Hic vltimò Doct. Sanct. determinat aliud dubium, quod est de cognitione gratiæ habitæ.

¶ Respondeo dicendum, q̃ tripliciter aliq̃d cognosci potest. Vno modo per reuelationem, & hoc modo potest aliquis scire se habere gratiam. Reuelat enim Deus hoc aliquando aliquibus ex speciali priuilegio, ut securitatis gaudium ètiam in hac uita in eis incipiat, & confidentius, & fortius magnifica opera prosequantur, & mala præsentis uitæ sustineant, sicut Paulo dictum est secundæ ad Corinth. 12. Sufficit tibi gratia mea.

¶ Doctor Sanct. respondendo ponit triplicem intellectum quæsiti, & circa vnumquemque intellectum annectit unam conclusionem responsiuam. Secundam ibi. Alio modo &c. Tertiam ibi. Tertio modo &c. Ponit ergo primò distinctionem in generali, quod aliquid potest cognosci tripliciter, & sic tot modis potest etiam intelligi quæsitum. Deinde primum membrum subiungit uno modo, scilicet per reuelationem Dei. Conclusio prima responsi. conformis est, per reuelationem Diuinam potest aliquis scire se habere gratiam, quia autem ista conclusio est per se nota, ideo Doctor Sanct. circa eam solùm ostendit, quare Deus hoc aliquibus ostenderit ex priuilegio. Ex patet litera. Tunc ibi.

¶ Alio modo homo cognoscit aliquid per seipsum, & hoc certitudinaliter, & sic nullus potest se scire habere gratiam. Certitudo enim non potest haberi de aliquo, nisi possit diiudicari per proprium principium; sic enim certitudo habetur de conclusionibus demonstratiuis per indemonstrabilia uniuersalia principia. Nullus autem posset scire se habere scientiam alicuius conclusionis si principium ignoraret.

¶ Declarat secundum intellectum quæsiti, quòd alio modo aliquis cognoscit aliquid per seipsum, scilicet sine reuelatione Dei, & hoc certitudinaliter, & videlicet certitudine, quæ est ex parte rei cognitę, ita quòd non sit ratio dubitandi, nec ex parte cognoscentis, nec ex parte rei cognitę. Et respondet iuxta hoc membrum tali conclusione. Isto modo (scilicet per seipsum, & certitudinaliter) nullus potest se scire habere gratiam, & distribuit illud signum vniuersale negatiuum non tantum pro hominibus, sed pro omnibus participantibus gratiam, quia eadem ratio est, & de Angelo, & homine. Probatur conclusio; certitudo non potest &c. ut in litera, sed de gratia nullus potest iudicare per principium; igitur conclusio vera. Maiorem probat exemplariter primò. secundò minorem subintellectam ibi. Principium autem &c.

¶ Maior ergo patet exemplariter de conclusionibus, de quibus certitudinaliter iudicatur per principia cognita euidenter; & ipsis non cognitis, non potest iudicari certitudinaliter ex natura rei de conclusionibus. Deinde cum dicit.

¶ Principium autem gratiæ, & obiectum eius est ipse Deus qui propter sui excellentiam est nobis ignotus, secundùm illud Iob. 36. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram; & ideo eius præsentia in nobis, vel absentia per certitudinem cognosci non potest secundùm illud Iob. 6. Si uenerit ad me non videbo eum, si autem abierit non intelligam; & ideo homo non potest per certitudinem diiudicare utrum ipse habeat gratiam, secundùm illud. 1. ad Corinth. 4. Sed neque meipsum iudico, qui autem iudicat me dominus est.

¶ Probat minorem sic, principium gratiæ, & obiectum eius est ipse Deus, sed Deus est ignotus cuilibet creaturæ, scilicet uiatrici; ergo per ipsum tanquàm principium gratiæ non potest iudicari de habita gratia. Maior illa est nota ex ar. 1. Minor probatur auctoritatibus Iob, & inde infertur iterum conclusio in subtantia, & confirmatur auctoritate Apostoli.

¶ Nota quòd duplex est certitudo. Vna ex parte subiecti, quia scilicet aliquis firmiter assentit rei, etiam de se incertę. Et de ista Doct. Sanct. non loquitur, & probatio conclusionis; quia sic aliquis potest esse certus de falso, id est firmiter sine dubio adhærere falsitati, & hæresi. Sed alia est certitudo obiectiua; quando scilicet res scitur per causam, & principium infallibile, & ex natura non potest aliter esse; & talem certitudinem de gratia habita non potest quis viator ex se cognoscere ratione dicta. Deinde ibi.

¶ Tertio modo cognoscitur aliquid coniecturaliter per aliqua signa, hoc modo aliquis cognoscere potest se habere gratiam, inquantum scilicet percipit se delectari in Deo, & contemnere res mundanas; & inquantum homo non est conscius sibi alicuius peccati mortalis.

¶ Subiungit tertium intellectum quæsiti, uidelicet quòd quandoque aliquid cognoscitur coniecturaliter per aliqua signa. Conclusio tertia responsiua hoc modo, scilicet per signa, & coniecturas, aliquis cognoscere potest se habere gratiam. Hanc conclusionem primò probat. Secundò ex ea quoddam dictum scripturæ manifestat, ibi. Secundum quem &c. Tertiò eandem conclusionem limitat, ibi. Ista tamen &c. Probatur ergo uel magis explicatur conclusio ista per tale assumptum. Aliquis percipit se delectari in Deo &c. ut habet litera; igitur conclusio uera. Tenet consequentia, quia ista sunt signa præsentiæ gratiæ. Antecedens notum. Deinde cum dicit.

¶ Secundum quem modum potest intelligi, quod habetur Apocalip. 2. Vincenti dabo manna absconditum, quod nemo nouit, nisi qui accipit; quia scilicet ille qui accipit gratiam, per quandam experientiam dulcedinis nouit, quam non experitur ille qui non accepit.

¶ Manifeſtat quoddam dictum ſcripturæ Apocalip. ſecundùm hanc concluſionem, & patet clarè in litera. Tunc ibi.

¶ Iſta tamen cognitio imperfecta eſt; vnde Apoſtolus dicit primæ ad Corinth. 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum, quia vt dicitur in Pſal. Delicta quis intelligit ab occultis &c. D. Pau. Pſal.

¶ Limitat iſtam concluſionem, & clarè in litera.

¶ Nota quòd illa experientia dulcedinis non eſt argumentum efficax, & certum præſentię gratiæ, & huius rationem ponit Doc. Sanct. in de Verita. mate. 6. articu. 5. ad tertium, quia actus virtutum gratuitarum maximam ſimilitudinem habẽt cum actibus virtutum acquiſitarum, vt non poſſit de facili per huiuſmodi actus de gratia certitudo haberi, niſi forte ex reuelatione certificetur aliquis ex ſpeciali priuilegio. Hæc ille. Et ita, vt etiam habet Capreolus poſt Doct. Sanct. in primo diſtinct. 17. Experiens illam delectationem neſcit certitudinaliter, an proueniat ex habitu acquiſito, vel infuſo, & ideo non eſt certus, an habeat charitatem. Vnde & Doct. Sanct. in de Veritate materia 10. articu. 10. ad primum. Actus iſte dilectionis, quem in nobis percipimus, ſecũdùm illud de quo eſt perceptibilis, non eſt ſufficiens ſignum charitatis propter ſimilitudinem naturalis dilectionis ad gratuitã. Quare Doct. Sanct. hic ſtatim adiungit, quòd illa cognitio per delectationem eſt imperfecta, & ratio iam patuit. Vide de iſta materia Doct. Sanct. vbi iam ſtatim per totum, vbi declaratio habetur ſecundæ concluſionis hic poſitæ, quia cognitio certa de habitione habitus præſupponit cognitionem quid eſt ipſius habitus, ſed quid eſt cognoſci nõ poteſt de habitu, niſi per id ad quod ordinatur, quod eſt mẽſura iſtius habitus. Ad hoc autem ad quod ordinatur gratia, vel charitas eſt incomprehẽſibile, quia eſt Deus. Vnde non poteſt aliquis ſcire, an vniatur Deo, ſicut requiritur ad rationem charitatis, vel gratiæ; quare autem Deus non reuelet de communi lege, quòd aliquis ſit in gratia, vide D. S. in de Verita. mate. 6. arti. 5. in corpore. Capreolus

¶ Confirmatur etiam ſecunda cõcluſio reſponſi. argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd illa quæ ſunt per eſſentiam ſui in anima, cognoſcuntur experimentali experientia, inquantum homo experitur per actus principia intrinſeca; ſicut voluntatem percipimus volendo, & vitam in operibus vitæ.

¶ Maior conceditur, dico tamen qnòd ad cognitionem non ſufficit præſentia eſſentialis, ſed requiritur præſentia obiectalis, quę conuenit habitui mediante actu, ex quo cognoſcitur habitus, & quantum ad quia eſt, & quantum ad quid eſt, licet differenter. Vide prima par. quæſtio. 87. articu. ſecundo. Nam quia eſt habitus deprehenditur ex hoc, quòd producitur proprius actus, vt ibidem dicitur, & per conſequens, ſi non poteſt cognoſci, quòd actus ſit proprius habitui, non cognoſcitur, quia eſt habitus.

¶ Ad minorem vera, ad hunc ſenſum, quia anima cognoſcit certiſſimè ea quæ ſunt in ipſa per eſſentiam cognitione experimentali, inquantum experitur per actus principia intrinſeca, id eſt illa cognoſcit in ſe exiſtentia, quorum actus certitudinaliter ab illis intra exiſtentibus procedunt; ſi uerò per actus non poſſet eſſe certitudo de principijs ſuis, tunc talia non cognoſcuntur certitudinaliter.

¶ Exemplum primi, per actum uolendi cognoſcimus certitudinaliter nos habere uoluntatem, quia ille effectus non poteſt eſſe, niſi a uoluntate; & ex operibus uitæ cognoſcimus nos habere animam certè; ſed quãdo actus poteſt procedere a diuerſis principijs, tunc non poteſt certitudinaliter vnum principium cognoſci, quia ex effectu communi pluribus principijs non cognoſcitur certitudinaliter vnum, ſic eſt in propoſito, vt dictum fuit, nec eſt intelligendus Auguſtinus, quòd illa quæ ſunt in anima per eſſentiam cognoſcantur immediatè per eſſentiam, ſed quia huiuſmodi per eſſentiam ſunt principia aliquorum actuum, per quos certiſſimè cognoſcuntur, quando ſunt principia adæquata huiuſmodi actuum, vnde eſſentia eſt principium remotum cognitionis. Sed quando ſunt principia actuum qui poſſunt & ab alijs procedere, tunc ex actibus non certitudinaliter cognoſcuntur, quare negatur conſequentia, quia per actus gratiæ non poſſumus cognoſcere principium illius actus, nec qualiter principium operetur propter conformitatem actuum gratuitorum, & naturalium, vel virtutum acquiſitarum. Vide Doct. Sanct. in primo diſtinct. 17. quæſtio. prima articu. 4. ad quartum. Doct. Sanct. autem in ſolutione vult, quòd hæc ratio probet tertiam concluſionem, quia cognoſcitur quidem principium, quod eſt in anima per actum, ſed non oportet, quòd certitudinaliter, niſi (vt additum eſt) talis actus eſſet ſolùm a tali principio, tunc cognoſcitur principium adeſſe. Vide Doct. Sanct. in de Verit. vbi iam ar. 9. vbi multa determinat de cognitione habituum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd de ratione ſcientiæ eſt, quòd homo certitudinem habeat de his quorum habet ſcientiam. Et ſimiliter de ratione fidei eſt, quòd homo ſit certus de his quorum habet fidem; & hoc ideo, quia certitudo pertinet ad perfectionem intellectus, in quo prædicta dona exiſtunt, & ideo quicunque habet ſcientiam, vel fidem, certus eſt ſe habere; non eſt autem ſimilis ratio de gratia, & charitate, & alijs huiuſmodi, quæ perficiunt vim appetitiuam.

¶ Maior quidem vera, quo ad eſſe donum Dei, ſed in alijs eſt differentia, tum quia ſcientia cum ſit habitus intellectualis, de ratione eius eſt habere certitudinem; vnde ſciens ſit ſe ſcire. Nam ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere, & cognoſcere, quòd illius rei eſt cauſa, & quòd impoſſibile eſt ſe aliter habere; ſed hoc non eſt de ratione habitus affectiui, vel principaliter in affectu manifeſtati, ſicut eſt charitas, & gratia, propter ſimilitudinem affectionis naturalis, & gratuitæ; charitas enim & gratia conſiſtunt in vehementia affectionis, & ideo non eſt ſimile, quia ſciens debet habere certitudinem, quia ſciat. Non ſic de diligente, qui & ſi ſciat, quia diligit, non poteſt ſcire, an ex gratia.

¶ Vnde ſecunda differentia eſt, quia habitus cognitiuę partis eſt principium actus quo percipitur habitus, & etiam cognitionis qua percipitur, vnde ſcientia eſt principium ſcire; ſed charitas non eſt principium ipſius ſcire, ſed affectionis, ex qua non poteſt gratia, vel charitas certitudinaliter deprehẽdi, ſed ex ſcire poteſt deprehendi ſcientia.

¶ Minor conceditur, & patuit iam ratio, quia de ratione ſcientiæ eſt certitudo de actu ſuo, & de re ſcita, ſecus de habitu affectiuo, vel per affectionem principaliter operante. Licet enim gratia non ſit formaliter in affectu ſubiectiuè, ut patuit ſupra, tamen principaliter per bonum affectum operatur, & manifeſtatur. Differunt enim in gratia, & extra gratiam exiſtentes principaliter per affectum, non ita per intellectum, quare negatur conſquentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd peccatum habet pro principio, & pro obiecto bonum commutabile, quod nobis eſt notum. Obiectum autem, vel finis gratiæ, eſt nobis ignotum propter ſui luminis immenſitatem, ſecundùm illud 1. ad Timoth. vltimo. Lucem habitat inacceſſibilem.

¶ Maior vera, ſecundùm ſe loqnendo, tamen quo ad intellectum deficientem, tenebroſum eſt magis cognoſcile, quàm luminoſum, vt patet ſecundo Metaphyſic. Et verum eſt, quòd ad cognitionem requiritur lumen ſaltem intrinſecum intellectus agentis, quo manifeſtantur de ſe non intelligibilia, ſed ſenſibilia &c.

¶ Ad minorem dico, quòd peccatum eſt tenebra, primò effectiuè demeritoriè, quia uidelicet inducit priuationem luminis gratuiti, loquendo præſertim de peccato perfecto. Secundò peccatum quo ad formale eſt tenebra, ſcilicet quo ad deordinationem, quæ eſt priuatio ordinis rationis, & legis æternæ, & illam etiam non omnes cognoſcunt. Sed peccatum quo ad actum circa determinatum bonum commutabile non eſt tenebra, ideſt nobis non notum, immo qui furatus eſt, vel fornicatus, hoc cognoſcit intellectu & ſenſu.

¶ Vnde qui fecit actum, utique ſcit ſe feciſſe, ſed non eſt ſimile de actu gratiæ, quia non eſt certum, an ſit ex gratia, uel non; tum quia modus operandi, & finis gratię excedunt cognitionem noſtram, tum propter ſimilitudinem illius actus gratiæ ad actum naturalem, quare negatur conſequentia.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Apoſtolus ibi loquitur de donis gloriæ, quæ ſunt nobis data in ſpe, quæ certiſſimè cognoſcimus per fidem, licet non cognoſcamus per certitudinem nos habere gratiam, per quam nos poſſumus ea promereri. Vel poteſt dici, quòd loquitur de notitia priuilegiata, quæ eſt per reuelationem; vnde ſubdit. Nobis autem reuelabit Deus Spiritumſanctum.

¶ Ad maiorem, eſt duplex ſolutio litteræ clara, & poſſet addi tertia gloſſa maioris ex Docto. Sanct. ibidem ſuper Apoſtolum, quia acceperunt, vt ſcirent res diuinas, ita quòd hoc ſit donum, ſcilicet ſcire Diuina; dictum eſt autem ad ſecundum quòd qui habet ſcientiam cognoſcit ſe habere, ſed non eſt pat ratio de gratia.

¶ Minor conceditur, ſed Apoſtolus vel non loquitur de ſcire ſe habere gratiam, uel loquitur de cognitione priuilegiata, & reuelationis; quare negatur conſequentia.

¶ Nota ãt, q̃ bñ ſtat ſiñ, q̃ aliqs cognoſcat certitudinaliter diuina in ſpe,

in ſpe, ideſt promiſſa æterna, & tamen non cognoſcat ſe habere gratiam, tum quia poteſt ea ſperare ſpe informi, tum ſecundò (& magis ad intentionem Doct. Sanct.) aliquis habet certitudinem de futuris bonis, ſcilicet per intellectum mediante fide, & tamen neſcit, an ipſe ſit diſpoſitus ad illa bona cõſequenda per gratiam, & charitatem, immo, quod maius eſt, aliquis poteſt habere certitudinem de futuris bonis, & tamen poteſt de eis deſperare. Fides enim certa eſt de bonis futuris in communi, quia credit certitudinaliter, quòd aliqui illa conſequantur, tamen non ſperat ſe conſecuturum, ſicut habet Doct. Sanct. ſecunda ſecundæ q. 20. artic. 2. Nam deſperatio ſtat cum fide, ſic ergo poteſt aliquis eſſe certus ex fide de futuris bonis, & tamen non eſſe certus de gratia a ſe habita, ut dicit. D. S. in prima gl. maioris.

¶ Ad quintum dicendum, quòd illud verbum Abraę dictum poteſt referri ad notitiam experimentalem, quæ eſt per exhibitionem operis. In opere enim illo, qnod fecerat Abraham, cognoſcere potuit experimentaliter ſe Dei timorem habere, vel poteſt hoc etiam ad reuelationem referri.

¶ Ad maiorem eſt duplex expoſitio. Primò, quia fecit eum Deus cognoſcere cognitione experimentali, quæ eſt per coniectu ram operis, ſed dictum eſt, quia talis cognitio non ſit perfecta. cognouit enim ſe Deum timere, ſed qualis eſſet iſte timor, an Diuinus, & gratuitus cognoſcere non potuit ex ſeipſo, nam & mali, & hærerici ſeipſos expoſuerunt morti ex timore domini, ut eis videbatur, qui tamen gratiam non habuerunt. Secundò, dicitur, qnòd loquitur de priuilegiata cognitione, dato quòd minor ſit uera, negatur conſequentia de cognitione certa, & ſine reuelatione.

Quæſtio Centeſimadecimatertia.

De iuſtificatione impij.

Deinde conſiderandum eſt de effectibus gratiæ. Et primò de iuſtificatione impij, quæ eſt effectus gratiæ operantis. Secundò, de merito, quod eſt effectus gratiæ cooperantis. Circa primum quæruntur decem. Primò, quid ſit iuſtificatio impij. Secundò, vtrum ad eam requiratur gratiæ infuſio. Tertiò, vtrum ad eam requiratur aliquis motus liberi arbitrij. Quartò, vtrum ad iuſtificationem impij requiratur motus fidei. Quintò, vtrum ad eam requiratur motus liberi arbitrij contra peccatum. Sextò, vtrum præmiſſis ſit connumeranda remiſſio peccatorum. Septimò, vtrum in iuſtificatione impij ſit ordo temporis, aut ſit ſubito. Octauò, de naturali ordine eorum, quæ ad iuſtificationem concurrunt. Nono, vtrum iuſtificatio impij ſit maximum opus Dei. Decimò, vtrum iuſtificatio impij ſit miraculoſa.

¶ Hic eſt tertius tractatus de gratia. In quo poſtquàm Doctor Sanct. determinauit de cauſa gratiæ, hic determinat de effectibus eius, & primò de effectu gratiæ operantis, ſcilicet de iuſtificatione impij. Secundò de effectu gratiæ cooperantis, ſcilicet de merito in ſequenti quæſtio. Circa primum primò ſit, quod dictum eſt. Secundò determinantur duo dubia circa prædicta articu. 9. & 10. Circa primum tria tractantur. Primò, inquiritur quid ſit iuſtificatio impij in generali. Secundò ad declarationem eius inquiruntur quædam, quæ requiruntur ad eam in ſecundo articu. & tertio, inquritur de modo, & ordine ipſius in articu. ſeptimo.

Vtrum iuſtificatio impij ſit remiſſio peccatorum.

Inf. a. 11. 6. ad 1 Et 4. diſt. 17 q. 1. arti. 1. q. 1. Et Verit. q. 28. artu. 2. *q. 71 art. 1.

Ad primum ſic proceditur. Videtur, quòd iuſtificatio impij non ſit remiſſio peccatorum, peccatum enim non ſolùm iuſtitiæ opponitur, ſed omnibus uirtutibus, ut ex ſupra dictis patet, * ſed iuſtificatio ſignificat motum quendam ad iuſtitiam; non ergo omnis peccati remiſſio eſt iuſtificatio, cum omnis motus ſit de contrario in contrarium.

Tex. 49.

¶ 2 Præterea. Vnumquodque debet denominari ab eo, quod eſt potiſſimum in ipſo, ut dicitur in 2. de anima; ſed remiſſio peccatorum percipuè ſit per fidem, ſecundùm illud Actuum. 15. Fide purificans corda eorum; & per charitatem ſecundùm illud Prouer. 10. Vniuerſa delicta operit charitas; magis ergo remiſſio peccatorum debuit denominari a fide, uel a charitate, quàm a iuſtitia.

¶ 3 Præterea. Remiſſio peccatorum idem eſſe videtur, quod uocatio, uocatur enim qui diſtat, diſtat autem aliquis a Deo per peccatum; ſed uocatio iuſtificationem præcedit, ſecundùm illud Ro. 8. quos vocauit, hos & iuſtificauit; ergo iuſtificatio non eſt remiſsio peccatorum.

¶ Sed contra eſt, quod Rom. 8. ſuper illud. Quos vocauit hos, & iuſtificauit, dicit gloſ. * remiſsione peccatorum, ergo remiſsio peccatorum eſt iuſtificatio. * Gl. interlin. ibidem

¶ Hic inquirit primò de quidditate iuſtificationis impij, quæ eſt effectus gratiæ operantis, gratum faciẽtis quidem formalis formaliter, ſed gratum facientis effectiuè, in genere cauſæ efficientis, ut patet ex prædictis.

¶ Reſpondeo dicendum, quòd iuſtificatio paſsiuè accepta importat motum ad iuſtitiam, ſicut & calefactio motum ad calorem.

¶ Doct. Sanct. hic duo facit. Primò declarat nomen iuſtificationis, vnde dicatur in propoſito. Secundò reſpondet quæſito diſtinctè, ibi. Hæc autem iuſtitia &c,

¶ Circa primum primò præmittit unde dicatur iuſtificatio in generali, quia a iuſtitia in propoſito. Secundò in ſpeciali a qua iuſtitia dicatur, ibi. Cum autem &c. Primum oſtendit tali concluſione. Iuſtificatio paſsiuè accepta importat motum ad iuſtitiam. Notanter dicit (iuſtificatio paſsiuè accepta) tum quia de iſta loquimur, tum quia actiua non eſt motus ad iuſtitiam, ſed etiam factio, iuſtitia, & operatio Diuina. Dicit etiam (importat motum) accipiendo motum extensè, tam pro motu qui aſſimilatur generationi ſimplici, quàm pro motu, qui eſt de contrario, quia omnis talis iuſtificatio dicitur a iuſtitia. Probatur uel declaratur illa concluſio a ſimili de calefactione, ſcilicet paſsiua, quæ importat motum ad calorem.

¶ Nota tamen, quòd in hoc eſt differentia, quia de communi curſu calefactio eſt motus ex contrario, ſed iuſtificatio generaliter dicta dicitur motus ad iuſtitiam, ſiue ex contrario, ſiue ex negatiuo; & ſecundò calefactio non accipitur pro ſimplici mutatione, ſicut iuſtificatio quandoque, ut patebit, ſed eſt ſimile quo ad propoſitum quo ad denominationem a termino, quia ſicut calefactio a calore, ſic iuſtificatio a iuſtitia.

¶ Nota etiam, quòd Doct. Sanct. dicit (iuſtificatio paſsiuè importat motum) quia iuſtificatio etiam accipitur pro effectu formali iuſtitiæ, ſed hic loquimur ſecundùm quòd importat motum, uel motionem; ſicut enim albedo formaliter facit album, ſic iuſtitia iuſtum. Vnde iuſtificatio tunc dicitur a iuſtitia, ſicut effectus formalis a ſua cauſa. Sed ſi accipiatur, ut motus, tunc denominatur a iuſtitia, ſicut a termino, & ſic Doct. Sanct. loquitur. Non tamen debet intelligi, quòd ſit motus propriè in quo fluat aliqua forma de imperfecto ad perfectum, ſed in hoc conuenit cum motu, quia mobile, id eſt mens primò diſponitur ad abiectionem termini, ſcilicet culpæ, & acquiſitionem alterius; & quia eſt tranſmutatio (ſed ſpiritualis) de contrario in contrarium, capiendo contrarium largè pro oppoſito priuatiuè; quia peccatum abijcitur quo ad maculam, & reatum, & offenſam, quæ non ſunt realia, quare aſſimilatur iuſtificatio motu, ſecundùm modum intelligendi, ſed non eſt motus phyſicus, & ſecundùm quòd eſt motus dicitur ab ea iuſtificari, ſed ſecundùm quòd eſt effectus formalis dicitur ab ea iuſtificatum eſſe, ſecundùm Doct. Sanct. in quarto diſt. 17. q. 1. ar. 1. ubi uide. Deinde cum dicit

¶ Cum autem iuſtitia de ſui ratione importet quandam rectitudinem ordinis, dupliciter accipi poteſt. Vno modo ſecundùm quòd importat ordinem rectum in ipſo actu hominis, & ſecundùm hoc iuſtitia ponitur virtus quædam, ſiue ſit particularis iuſtitia, quæ ordinat actum hominis ſecundùm rectitudinem in comparatione ad alium ſingularem hominem, ſiue ſit iuſtitia legalis, quæ ordinat ſecundùm rectitudinem actum hominis in comparatione ad bonum commune multitudinis, ut patet in 5. Ethicorum. * Alio modo dicitur iuſtitia prout importat rectitudinem quandam ordinis in ipſa interiori diſpoſitione hominis, prout ſcilicet ſupremũ hominis ſubditur Deo, & inferiores vires animæ ſubduntur ſupremæ, ſcilicet rõni, & hanc etiam * Cap. 2.

dispositionem vocat Philosophus in 5. Ethi. * iustitiam metaphoricè dictam.

¶ Determinat magis specialiter, vnde dicitur iustificatio a qua iustitia tanquàm a termino; oportet enim (vt D.S. in de Veritate. 28. artic. prima, in medio corporis, quòd iustificatio quocunque modo accipiatur, siue scilicet per modum motus, siue mutationis, quòd dicatur a iustitia, quæ cuilibet peccato opposita sit. Nam & motus est de contrario in contrarium, & generatio, & corruptio sese concomitantes contrariorum sunt. Quare Doc. Sanct. hic ponit vnam distinctionem de duplici iustitia, & primò huius distinctionis rationem, quia iustitia de sui ratione importat rectitudinem ordinis; igitur secundùm differentiam rectitudinis iustitia diuersificatur, sed est rectitudo in actu hominis in ordine ad alium, & est rectitudo ordinis in ipsa interiori dispositione hominis, prout supremum ordinis, scilicet mēs subditur Deo, & inferiores animæ vires menti, & rationi. Prima rectitudo constituit iustitiam particularem vel legalem. Alia dicitur rectitudo metaphorica, de qua secunda secundæ q. 58. ar 2. & ab illa præcipuè dicitur iustificatio in proposito.

¶ Nota autem, quòd clarum est, quòd non omne peccatum cõtrariatur iustitiæ particulari, sed tantùm peccata, quæ fiunt in cõmutationibus rerum, & contractibus, vt furtum, & rapina, & huiusmodi, quæ sunt circa materiam iustitiæ particularis. De iustitia autem legali posset videri, quòd quia est omnis virtus secundùm Philosophum, quòd ergo omne peccatum sibi opponeretur. Sed dicimus, quòd quamuis iustitia legalis in vna acceptione sit omnis virtus, tamen solùm secundùm quod virtus actum suum ordinat, vel habet actum ordinatum in bonum commune, sic dicitur legalis. Sunt autem multi alij actus virtutis non sic ordinati in bonum commune, sed etiam ad bonum proprium, & virtuosè; & sic peccatum, quod est contra hominem in se, non opponitur iustitiæ legali, & per consequens a tali iustitia non denominatur iustificatio, quæ est remissio peccatorum, quia sunt peccata, quæ per talem iustitiam non tolluntur tanquàm contrariam. Vnde relinquitur, quòd iustificatio, vt est remissio peccatorum, & etiam iustificatio communiter prout est a negatiuo, dicatur a iustitia, quæ nominat quendam statum proprium, secundùm quem homo se habet in debito ordine ad Deum, ad proximum, & ad seipsum; & huic iustitiæ omne peccatum opponitur, quia quodlibet peccatum aliquid de prædicto ordine corrumpit, & ab hac iustitia denominatur iustificatio motus vt a termino in proposito, & iustificatio effectus formalis tanquàm a sua causa.

¶ Hæc autem iustitia in homine potest fieri dupliciter. Vno quidem modo per modum simplicis generationis, quæ est ex priuatione ad formam, & hoc modo iustificatio posset competere etiam ei, qui non esset in peccato, dum huiusmodi iustitiam a Deo acciperet, sicut Adam dicitur accepisse originalem iustitiam.

¶ Habito a qua iustitia iustificatio dicatur, hic consequenter Doct. Sanct. respondet distinctè, secundùm quòd talis iustitia dupliciter in homine fit, & secundùm hoc ponit duas conclusiones iuxta duo membra. Secundam ponit ibi. Alio modo &c. Dicit ergo quòd prædicta iustitia metaphorica dupliciter potest fieri in homine. Vno modo per modum simplicis generationis, quæ est ex priuatione ad formam, ita tamen quòd sub priuatione comprehendatur etiam negatio, vt potest haberi ex Doct. Sanct. tertia parte quæstio. 34. articu. primo, ad secundum, Iustificatio enim ex priuatione propriè est, quando aliquis est homo aptus natus habere gratiam, & non habet, sed postea acquirit nulla culpa præcedente; sed fit ex negatione, quando aliquis non fuit homo capax gratiæ antequàm haberet gratiam, sed simul fit, & accipit iustitiam, sicut dicitur de Christo, primò autem modo primus homo factus est iustus, si prius fuisset conditus antequàm habuerit gratiam. Iuxta hoc membrum Doct. Sanct. ponit talem conclusionem responsiuam primam. Hoc modo iustificatio posset competere etiam ei qui non esset in peccato, dum huiusmodi iustitiam a Deo acciperet. Illam conclusionem Doct. Sanct. verificat per exemplum de Adam qui accepit iustitiam originalem, qui antea non fuit in peccato, vt hic supponitur. Et Scotus etiam in hoc exemplo concordat in quarto distinct. decimasexta, quæstio. secunda; ergo conclusio vera, & dicit. Dum huiusmodi iustitiam a Deo acciperet, quia mutatio non est, nisi vt intelligitur forma procedere ab agente in receptiuum; sicut ergo generatio substantialis dicit formam subito procedentem a generatione in materiam, sic iustitia, ut procedit a Deo pro primo instanti, dicitur iustificatio mutatio non præintellecta iniustitia.

¶ Nota quòd ex ista conclusione habetur responsio ad quæstum negatiua, ad hunc sensum, quia iustificatio, ut sic, non est remissio peccatorum, patet quia sine ea fieri potest, ut patet de Adam, de Christo, de Angelis, & secundùm Doct. Sanct. in de Veritate supra. Si iustificatio accipitur per modum mutationis simplicis pro acquisitione scilicet iustitiæ, vt sic, tunc est mutatio distincta contra remissionem peccatorum etiam acceptam in ratione mutationis; sicut generatio & corruptio sunt duæ mutationes distinctę, nec sunt idem nisi per concomitantiam, secundùm quem modum dicitur, quòd generatio unius est corruptio alterius, quia ad præsentiam iustitiæ sequitur deletio culpæ. Sed hic satis probat, & manifestè, quia iustificatio non sit remissio peccatorum, quia sine remissione peccatorum fieri potest, & per consequens iustificatio non est remissio peccatorum; & notanter semper dicitur, iustificatio; secus enim est de iustificatione impij, ut est motus de contrario. Deinde cum dicit.

¶ Alio modo potest fieri huiusmodi iustitia in homine secundùm rationem motus, qui est de contrario in contrarium; & secundùm hoc iustificatio importat trãsmutationem quandam de statu iniustitiæ ad statum iustitiæ prædictę, & hoc modo loquimur hic de iustificatione impij, secundùm illud Apostoli ad Rom. 4. Ei qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat impium &c.

¶ Descendit ad secundam conclusionem, cui præmittit secundum modum fiendi iustitiæ illius in homine, quia alio modo fit secundùm rationem motus per similitudinem quo ad motum propriè dictum, qui est de contrario in contrarium; sic iustificatio est ex iniustitia ad iustitiam, & exponit Doct. Sanct. quid dicit iustificatio isto modo, & quomodo nominetur iustificatio impij, & quia de ea loquimur, sicut & Apostolus de ea loquitur.

¶ Ex quibus habetur conclusio responsiua secunda affirmatiua. Iustificatio impij de qua loquimur, est remissio peccatorum. Hanc conclusionem primò probat, secundò soluit quoddam dubium circa dicta, ibi. Et quia motus &c. Quo ad primum, arguitur sic. Iustificatio impij de qua loquimur, importat transmutationem quandam de statu iniustitiæ ad statum iustitiæ, præ dicto, scilicet secundo modo; sed talis transmutatio est remissio peccatorum, & acquisitio iustitiæ; igitur conclusio vera.

¶ Maior patet. Minor etiam nota a simili, quia sicut calefactio motus a contrario includit abiectionem frigoris, & inductionem caloris, sic & in iustificatione impij. Est enim idem motus quo abiicitur vnus terminus, scilicet a quo, & acquiritur terminus ad quem.

Vnde secundùm Doct. Sanct. in de Verita. supra, iustificatio si accipiatur, vt motus, cum oporteat eundem motum intelligi quo peccatum aufertur, & iustitia inducitur, idem erit iustificatio, & peccatorum remissio, differens verò solùm ratione, prout ambo eundem motum nominant, sed vnum secundùm respectum ad terminum a quo, alium verò secundùm respectum ad terminum ad quem. Patet ex his, quòd conclusio intelligenda est de identitate secũdùm rem iustificationis, & remissionis peccatorum; quia videlicet idem est motus remissiuus peccati, & inductiuus iustitiæ constitutus ex duobus terminis, sicut trãsmutatio de vna in aliud. Deinde ibi.

¶ Et quia motus denominatur magis a termino ad quem, quàm a termino a quo; ideo huiusmodi transmutatio qua aliquis transmutatur a statu iniustitiæ per remissionem peccati, sortitur nomen a termino ad quem, & vocatur iustificatio impij.

¶ Soluit quoddam dubium circa dicta, ex quo enim dictum est, quòd iustificatio impij est remissio peccatorum, si accipiatur per modum motus, est dubium quare magis denominatur a iustitia, & dicitur iustificatio, & non denominatur a peccato, Doct. Sanct. hoc determinat, & ponit rationem, quia motus esto sit vnus ex terminis a quo, & termini ad quem, tamen denominatur a termino ad quem, sic & transmutatio a statu iniustitiæ ad iustitiam, sicut ad terminum ad quem, uocatur iustificatio impij.

¶ Nota quòd quia cum gratia omnes virtutes connectuntur, quæ perficiunt animam secundùm omnes potentias, quia tam theologicæ, quàm morales cum ipsa infundantur, ideo in iustificatione impij, quæ est per gratiam homo acquirit iustitiam metaphoricam, id est rectum ordinem in omnibus partibus suis potentialibus, & rectè ordinatur anima, & uoluntas ad Deum, & omnes partes sub ratione. Vnde & Doct. Sanct. dicit, quòd per remissionem peccatorum, quæ scilicet fit per gratiam, homo transmutatur a statu iniustitiæ oppositæ iustitiæ metaphoricæ, & acquirit iustitiam metaphoricam ratione dicta. Patet ergo q̃ iustificatio impij est remissio peccatorum, quia includit illam remissionem tanquàm terminum, a quo per motum recedit ur, sed non est tantùm remissio peccatorum, quia etiam est acquisitio iustitiæ, ex quibus duobus constituitur vnus motus transmutatiuus de iniustitia ad iustitiam. Nec etiam est remissio peccatorum, nisi per iustitiæ acquisitionem. Vnde idem motus est iustitiæ acquisitio,

quisitio, & peccatorum remissio, quare autẽ iustificatio non denominetur a gratia, tangetur ad secundum.

ARGVNENTVM in contrarium est pro secunda conclusione responsiua, quia remissio peccatorum includitur in iustificatione impij, licet ratione ab ea distinguatur, quia nominat eundem quidem motum, sed per respectum ad terminum ad quem &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd omne peccatum secundùm quòd importat quandam inordinationem mentis non subditę Deo in iustitia, potest dici prędictę iustitiæ contraria, secundùm illud. 1. Ioan. 3. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas, & secundùm hoc remotio cuiuslibet peccati, dicitur iustificatio.

¶ Ad maiorem distinguitur. Peccatum non solùm opponitur iustitiæ propriè dictę particulari, vel legali, concedit ur. Si autem intelligitur, quòd non opponatur iustitiæ metaphoricè, negatur, quia omne peccatum importat aliquam deordinationem mentis, iustitia autem isto modo importat totalem ordinationem mentis subiectæ Deo, & bene se habentis ad proximum, & ad seipsum; & dico, quòd iustitia isto modo includit omnes virtutes.

¶ Ad minorem. Si intelligitur de iustitia propriè dicta, negatur, sed de iustitia metaphorica intelligitur, cui omne peccatum tanquàm iniquitas, & iustitiæ opponitur. Ad consequens negatur, sicut & consequentia, si intelligitur de iustificatione dicta a iustitia metaphorica; quia omnis remissio peccati est iustificatio, quia idem scilicet est motus quo abijcitur peccatum, quod est iniustitia, & acquiritur iustitia. Conceditur autem annexum consequentis, quod nititur probare cõsequentiam, sed iam dictũ est, quia hic est motus de contrario in contrarium, quia a peccato, quod est iniustitia in iustitiam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fides, & charitas dicunt ordinem specialem mentis humanæ ad Deum secundùm intellectum, vel affectum; sed iustitia importat generaliter totam rectitudinem ordinis, & ideo magis denominatur huiusmodi transmutatio a iustitia, quàm a charitate, vel fide.

¶ Maior conceditur. Sed dico, quòd iustitia accepta, ut in proposito loquimur, est generale includens omnes virtutes, & gratiam ipsam, & id cui immediatè, & directè omne peccatum opponitur, quia attingit omnes potentias animæ, & constat, quòd in motu termini debent assignari directè, & adequatè oppositi. Vnde remissio peccatorum debet denominari tanquàm a termino ad quem, ab eo quod omnibus peccatis opponitur directè, & adequatè, & tamen illud idem est potissimum, vt dictum est.

¶ Ad minorem dico, quòd remissio fit per fidem ad sanum sensum, quia vita spiritualis in actu fidei primò manifestatur, non tamen omnis actus vitæ spiritualis est fidei saltem elicitiuè, sed etiã aliarum virtutum, nec omne peccatum directè opponitur fidei, vt patet ex supra dictis quæstio. 71. sed solùm infidelitas. Terminus autem remissionis debet assignari, qui omnibus peccatis opponitur. De charitate dico, quòd dicitur esse principale in remissione peccatorum, quia per eam homo coniungitur Deo a quo quis auersus fuerat, cui opponitur principalis deordinatio; nõ tamen omne peccatum sibi directè opponitur ex parte obiecti, sed solùm ex parte causæ conseruantis, vt patuit supra, quare negatur consequentia, tum quia charitas, & fides includuntur in iustitia, a qua dicitur iustificatio, tum quia iustificatio est terminus directè, & adequatè oppositus omni peccato, ideo remissio peccatorum debet denominari a termino ad quem, peccato sic opposito.

¶ Nota quòd ex his nunc dictis potest haberi ratio quare remissio peccatorum non dicitur gratificatio, quia gratia est in essentia animæ, & per consequens peccata, quæ dicunt actus secundos, sibi non directè opponuntur, sed iustitiæ, quæ dicit rectitudinẽ generalem in anima; ergo quamuis gratia acquiratur, tamen ea nõ directè opponitur peccato, & quia etiam iniustitia generaliter dicta includitur. Vide Doct. Sanct. in de Veritate mate. 28. art. 4. ad vndecimum. Vbi dicit in iustitia generali de qua nũc loquimur, includitur ordinatio debita hominis ad Deum sic tã fides, quàm spes, quàm charitas; sub huiusmodi iustitia continentur.

¶ Et nota, quòd iustificatio vt motus, præcedit gratiam, sicut & remissio peccatorum, sed vt effectus formalis sequuntur gratiam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd uocatio refertur ad auxilium Dei interius mouentis, & excitantis mentem ad deserendum peccatum, quæ quidem motio Dei, non est ipsa remissio peccati, sed causa eius.

¶ Maior negatur, quia uocatio pertinet ad auxilium Dei mouentis interius, & præcedit remissionem peccatorum, & iustificationem. Ad probationem concedo, quòd vocatur, qui distat, sed oportet, quòd ipse veniat consentiendo vocationi antequàm iustificetur, immo oportet prius per affectum deserere peccatũ. Vnde non est talis uocatio remissio peccatorum, sed causa eius, & similiter causa iustificationis.

¶ Minor conceditur, sed vt dictum est, præcedit etiam remissionem peccatorum, quare negatur consequentia. Vide tamen Doct. Sanct. in quarto, quomodo in aliquo sensu iustificatio posset dici vocatio.

Vtrum ad iustificationem istam impij, requiratur gratiæ infusio.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd ad remissionem culpæ, quæ est iustificatio impij non requiratur gratiæ infusio. Potest enim aliquis remoueri ab uno contrario sine hoc, quòd perducatur ad alterum, si contraria sint mediata; sed status culpæ, & status gratię sunt contraria mediata, est enim medius status innocentiæ, in quo homo, nec gratiam habet, nec culpam; ergo potest alicui remitti culpa sine hoc, quòd perducatur ad gratiam. N 4. di. 17. q. 1. ar. 3. q. 1. Et Verit. q. 28. artic. 8.

¶ 2 Præte. Remissio culpæ consistit in non imputatione Diuina, secundùm illud Psal. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum; sed infusio gratiæ ponit etiam aliquid in nobis, sed imputatio nihil uidetur ponere, ut supra habitum est; * ergo infusio gratiæ non requiritur ad remissionem culpæ. * q. 110. artic. 1. arg. 3.

¶ 3 Præte. Nullus subijcitur simul duobus contrarijs, sed quædam peccata sunt contraria, sicut prodigalitas, & illiberalitas; ergo qui subijcitur peccato prodigalitatis, non simul subijcitur peccato illiberalitatis. Potest tamen contingere, quòd prius ei subijciatur; ergo peccando uitio prodigalitatis, liberatur a peccato illiberalitatis, & sic remittitur aliquod peccatum sine gratia.

¶ Sed contra est, quod dicitur Ro. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius.

¶ Hic Doct. Sanct. inquirit de his, quæ requiruntur ad iustificationem impij, quæ sunt quatuor. Quorum primũ, tenet se ex parte Dei iustificantis, scilicet gratiæ infusio. Reliqua autem ex parte hominis iustificati, scilicet motus libe. arb. in Deum per fidem, motus lib. arb. in peccatum, & remissio culpæ de quibus in articulis sequentibus.

¶ Respondeo dicendum, quòd homo peccando Deũ offendit, sicut ex supra dictis patet. * Offensa autem non remittitur alicui, nisi per hoc, quòd animus offensi pacatur offendenti, & ideo secundùm hoc peccatum nobis remitti dicitur, quòd Deus nobis pacatur. * q. 71. ar. 6. q. 72. & 73.

¶ Conclusionem responsiuam Doct. Sanct. ponit talem. Non posset intelligi remissio culpæ, quæ est iustificatio impij, si non adesset gratię infusio. Probatur secũdùm hoc peccatũ dicitur nobis remitti, quòd Deus nobis pacatur, sed illa pacatio non potest intelligi sine infusione gratiæ; ergo conclusio uera. Huius rationis Doct. Sanct. primò ponit, & probat maiorem. Secundò minorem ibi. Quæ quidem &c. Tertiò conclusionem ipsam, ibi. Et ideo &c. Maior probatur sic. Homo peccando Deum offendit, offensa autem non remittitur, nisi per hoc, quòd animus offensi pacatur offendenti; ergo maior vera. Proxima maior patuit supra quæst. 71. & 72. & 73. Minor proxima relinquitur nota, quia offensa passiua consistit in quadam indignatione, & odio, quod odium non tollitur, nisi per specialem dignationem, & beneuolentiam, vt patebit. Consequenter cum dicit.

¶ Quæ quidem pax consistit in dilectione, qua Deus diligit nos. Dilectio autem Dei quantum est ex parte actus Diuini est æterna, & immutabilis, sed quantum ad effectum quem nobis imprimit, quandoque interrumpitur, prout scilicet ab ipso quandoque deficimus, & quandoque iterum recuperamus; effectus autem Diuinæ dilectionis in nobis, qui per peccatum tollitur est gratia, qua homo fit dignus vita æterna, a qua peccatum mortale excluditur.

¶ Probat minorem principalem suppletam, & arguitur sic. Per

hoc Deus pacatur nobis peccatoribus, quia nos dilectionem Dei quo ad effectum iterū recuperamus q̄ per peccatum ablatus fuit; sed effectus D.uine dilectionis in nobis, qui per peccatum tollitur, est gratia, qua homo &c. vt in litera; ergo minor prima vera. Maior ista probatur, & declaratur, probatur quidē, quia pax Dei ad nos consistit in dilectione qua nos diligit, scilicet speciali dilectione, de qua supra q. 110. art. 1. Declaratur autēquo ad hoc, q̄ dicit, quia pacatur secundùm quòd dilectionem quo ad effectum iterum recuperamus, quia videlicet dilectionem Dei in se non possumus amittere, vel recuperare, qua sumus dilecti denominationem extrinseca, quia talis dilectio est æterna semper inuariabiliter manens; sed dilectionem Dei quo ad effectum quandoque perdimus, quandoque recuperamus, & secundùm hoc pacamur, vel sumus in offensa in offensa; quidem quia Deus non vult nobis id per quod sumus digni vita æterna, in dilectione autem, & remissione offensę, quia dat nobis vnde sumus digni vita æterna, nec est intelligere quomodo aliquis indignus vita æterna efficiatur dignus, nisi per collationem talis doni. Nam Diuinus actus in se mutari non potest. Oportet ergo intelligere mutationem, quæ circa nos fiat.

¶ Et nota verba, quia offensa remittitur per hoc, quòd offendēs iterum acceptatur tanquàm dignus ad id a quo per peccatum deciderat, & non solùm, quia Deus vult eum habere deobligatum a pœna quam incurrerat, & per hoc patebit, q̄ quo ad rem nō est discrepantia inter Doct. Sanct. & Scotum &c. Minor proxima patet ex dictis. quæst. 110. articu. primo, & ergo hic relinquitur nota. Tunc ibi.

¶ Et ideo non posset intelligi remissio culpæ, si non adesset infusio gratiæ.

¶ Infert vltimò conclusionem responsi. iam probatam. Dicit autem conclusio notanter (non posset intelligi) Ex quo habetur, q̄ est impossibile absolutè, & implicat contradictionem, quia secundùm Doct. San. quodlibeto. 9. ar. 1. ad argumentum, Quod sibi ipsi repugnat, concipi & intelligi non potest, nec potest habere verbum mentale; & ideo ex hoc, quod dicit intelligi nō potest, vult quod implicet, quod & verum est ad sensum Doct. Sanct. Pro declaratione huius materię, & corporis, nota primò, q̄ offensa capitur dupliciter. Vno modo ex parte hominis offendētis, & quasi actiuè, & sic est quædam iniuria in Deum commissa; nam peccator mortalis constituit finem in creatura cōtemnens creatorem, & quia Deus ipse est infinitè dignitatis, ideo ista iniuria, & iste cōtemptus est infinitæ malitiæ; quare sequitur, quòd homo per vires suas hanc offensam abolere non possit; vnde requiritur, quòd per gratiam Dei deleatur, & remittatur. Sed de ista offensa Doct. Sanct. hic non loquitur, sed in de Verita. mate. 28. articu. 2. in corpore. quamuis, & illa non possit sine gratia remitti. Sed alio modo capitur offensa passiuè qua Deus dicitur offensus peccatori, & dicitur ipsum odire, non quidem odio opposito dilectioni generali qua omnia diligit, sed speciali qua diligit sanctos, & hoc quo ad effectum, non quo ad actum dilectionis; nam peccatorem prædestinatum Deus semper diligit, sed in eo non est effectus dilectionis, quo est dignus vita æterna. Vnde talis offensa non remittitur, nisi tribuatur sibi effectus quo est dignus vita æterna, & talis effectus est gratia. Quare offensa Dei non potest intelligi remitti, nisi vt peccator constituatur in ea dispositione, in qua erat dum erat in dilectione Dei, & speciali benevolentia, non quidem solùm quo ad actum Diuinum, sed etiam quo ad effectum, ita quòd offensa dicitur remitti, quia Deus dat nobis, vnde simus digni absolui a reatu, & efficiamur digni vita æterna.

¶ Nota secundò, quòd Doct. Sanct. non loquitur de pacatione sterili, vel reconciliatione imperfecta, qua aliquis non vult alium habere obligatum ad pœnam; sed de reconciliatione, & pacatione perfecta, qua aliquis a Deo assumitur in amicum, reddendo sibi ea a quibus exciderat offendendo. Scotus verò ab hac sententia, non discordat. Vnde in quarto distin. 1. in parte incidentali distinctionis ad secundum dicit. In iustificatione peccatoris est vna mutatio priuatiua, qua de inimico fit non inimicus. Est etiā alia positiua qua de indigno vita æterna fit dignus vita æterna, & de non potente agere meritoriè fit potens meritoriè agere. Licet ex prima mutatione non posset concludi aliqua forma noua in iustificatione, tamen ex secunda potest, & sic argutum est ibi di. 17. primi; non enim est nunc dignus de nouo vita æterna, neq; nunc de nouo potest meritoriè agere, nisi formam aliquam nouam habeat qua sit dignus, & qua possit agere. Hæc ille; & in eodē quarto distin. 14. determinat, quòd offensa nihil aliud sit, quàm velle vindicare ista pœna, & postea ibidem determinat, quòd de potentia absoluta possit dimitti offensa sine mutatione positiua in peccante &c. Patet ex his, quòd non est contradictio inter Doc. San. & Sco. quia Sco. loquitur de imperfecta reconciliatione, qua inimicus fit non inimicus, & loquitur de inimicitia, quæ est secundùm obligationem ad pœnam. Si vtiq; de potentia absoluta Dei fieri potest, vt inimicus non sit inimicus absque mutatione, sed vt inimicus efficiatur dignus amore speciali, & sit amicus, & careat offensa, de qua Doct. Sanct. loquitur, scilicet actiua, & passiua, non potest fieri sine gratia. Vnde si res attendatur, & non verba tantùm, non videtur oppositio. Aliud enim Doct. Sanct. intelligit per dimissionem offensæ, & pacationem. Aliud Sco. vt patet intuenti, & de hoc ad primum.

Scotus.

ARGVMENTVM in contrarium pro conclusione respon. quia iustificatio est remissio peccatorum; ergo si ipsa necessariò per gratiæ infusionem; igitur & remissio peccatorum.

¶ Ad primùm ergo dicendum, quòd plus requiritur ad hoc, quòd offendēti remittatur offensa, quàm ad hoc quòd simpliciter aliquis non offendens non habeatur odio; potest enim apud homines contingere; quòd vnus homo aliquem alium, nec diligat, nec odiat; sed si eum offendat, quòd ei dimittat offensam, hoc non potest cōtingere absque speciali benevolentia; benevolentia autē Dei ad hominem reparari dicitur per donum gratiæ, & ideo licet homo antequàm peccet potuerit esse sine gratia, & sine culpa, tamen post peccatum non potest esse sine culpa, nisi gratiam habeat.

¶ Maior conceditur, dico autem circa minorem, quòd non est impossibile aliqua contraria esse mediata respectu alicuius subiecti simpliciter accepti, quæ sunt immediata quantum ad tempus determinatum, vt pulchrè ostendit Doct. Sanct. in de Verita. sup. ad quartum, sicut videns, & cæcum sunt mediata in cane, non tamen post nonum diem, similiter gratia, & culpa sunt mediata iuxta vnam opinionem respectu hominis conditi in naturalibus, sed post illud tempus quo Adam gratiam accepit, vel accipere potuit, sunt immediata.

¶ Et tūc dicitur ad minorem, quòd vera est, gratia & culpa sunt mediata respectu hominis absolutè cōsiderati, sed negatur, quòd sunt mediata homini postquā peccauit, vel postquàm habuit gratiam; & rationem ponit Doct. Sanct. in solutione, quia homo in naturalibus consideratus, & absolutè, nec diligitur, scilicet dilectione speciali, nec oditur; sed postquàm offendit per peccatum tunc incidit in odium, quod odium, vt dictum est in corp. non dimittitur, nisi per specialem benevolentiam, quæ est per infusionē gratię. Vnde dicitur ad probationem minoris, quòd probat, quòd gratia, & culpa sunt contraria mediata respectu hominis absolutè considerati, & hoc concessum est. Sed non probat, quòd sint mediata post peccatum, etiam quod homo in puris naturalibus commisisset, quia ad expiationem talis offensę requiritur donum Diuinæ gratiæ, quia vt dictum est, talis offensa est infinita, quare negatur consequentia.

¶ Ex ista solutione nota, quomodo Doct. Sanct. loquitur de remissione offensæ, quia de tali qua offendens redit in amicitiam, & specialem benevolentiam, & vt habetur in de Verit. qua datur prius offendenti, vt sit dignus absolui a reatu, & pœna cōtra offensum cōmissa, quod vtiq; nō potest fieri sine gratię infusione. Vide de hac mate. Doct. Sanct. in quarto distin. 17. quæstio. 1. artic. 3. quæstio. 1. ad secundum, quia etiam requiritur, vt accipiat vnde peccatum expietur, & tegatur, quod non fit, nisi ab aliquo habente infinitam virtutem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut dilectio Dei non solùm consistit in actu voluntatis diuinæ, sed etiam importat quendam gratiæ effectum, vt supra dictum est. * Ita etiam, & hoc, quod est Deum non imputare peccatum homini, importat quendam effectum in ipso cui peccatum non imputatur; quòd enim alicui, non imputetur peccatum a Deo ex Diuina dilectione procedit.

*q. 110. ar. 1.

¶ Maior conceditur quidem ad hunc sensum, quòd remissio peccatorum formalis, quæ est iustificatio consistit in non imputatione Diuina causaliter, non autem formaliter; sicut & esse gratū, & dilectum formaliter, vel dignum esse vitæ æternæ consistit in Diuina dilectione causaliter, vt patet ex supra dictis. Dico enim quòd considerando illud, quod in Deo est formaliter sine pluri, id est sine addito, non est quo peccator iustificetur formaliter, vel quo remittantur sibi peccata quo ad sequentia auersionem, sicut nec habet vnde sit formaliter dignus vita æterna. Quare sicut a dilectione Dei æterna fluit vnde dilectus sit dignus vita æterna, ita ex non imputatione, quæ sequitur dilectionem Diuinam, sequitur vnde habeat quo absoluatur ab offensa, & aliis incommodis peccati, quod est gratia.

¶ Ad minorem conceditur, sed dico, quòd eadem infusio gratię sequitur ad non imputationem, sicut & ad dilectionem Dei æternam. Vnde & secundùm Scot in quarto distinct. decimaquarta, de potentia ordinata obligatus ad pœnam, non consequitur remissionem, nisi ipsam patiatur, quia in actu Diuino quo apprehenditur reatus, non potest intelligi mutatio, ideo oportet intelligere mutationem in ipso peccatore. Sic in proposito ad hoc, q̄ peccata

Scotus.

peccata non imputentur, & cum hoc, vt illi cui non imputantur, sit dignus absolui, & iterum formaliter dilectus, & dignus, requiritur infusio gratiæ necessariò, etiam de potentia absoluta. De materia illarum duarum solutionum vide Capreolum in quarto distinctio. 1. quæstio. secunda, ad argumenta Sco. contra secundam conclusionem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Auguſt. dicit in lib. de nuptijs, & concupiscentia. * Si a peccato desistere hoc esset non habere peccatum, sufficeret vt hoc moneret scriptura, Fili peccasti, nō adijcias iterum; hoc autem non sufficit, sed additur, & de pristinis deprecare, vt tibi remittantur, transit enim peccatum actu, & remanet reatu, vt supra dictum est, & ideo cum aliquis a peccato vnius vitij transit in peccatum contrarij vitij, desinit quidem habere actum præteriti, sed non desinit habere reatum; vnde simul habet reatum vtriusque peccati, non enim peccata sunt sibi contraria ex parte auersionis a Deo, ex qua parte peccatum reatum habet.

* Aug. li. 1. cap. 26.

*q. 87. ar. 6.

¶ Maior conceditur. Dico autem, quòd aliquis simul subijcitur duobus, vel pluribus effectibus contrariorum, effectibus dico per accidens quos effectus contrariorum, scilicet per accidens, non oportet esse contrarios; sicut frigidum per accidens calefacit.

¶ Ad minorem conceditur, quòd quædam peccata sunt contraria ex parte conuersionis, & quantum etiam ad effectus per se conuersionum, sed negatur, quòd peccata sunt contraria quantum ad auersionem, & quātum ad effectus auersionem præter intentionem peccantis sequentes, & dico, quòd deletio peccati est, secundùm ea quæ consequuntur auersionem, ut patuit supra quæstio. 109. artic. 7.

¶ Vltra, Ergo qui &c. Verum, qui subijcitur peccato prodigalitatis quo ad actum, non simul subiicitur illiberalitati, vt oppositæ est quo ad actum; tamen potest simul vtrique peccato subiici quo ad offensam, maculam, & reatū, quia secundùm istos effectus non contrariantur, sed conueniunt, vt dictum est.

¶ Vltra, ergo peccando, si intelligitur quo ad actum, & effectus per se actum sequentes ex parte substantiæ actus, & conuersionis, conceditur. Si verò intelligitur quo ad offensam, & maculam, & reatum, negatur consequentia; quia sic stant simul, nec unum sine alio dimittitur; quare negatur, & ulterior consequentia, quia nullum horum sine gratia dimittitur quo ad offensam, & reatum, licet actus, & dispositiones, uel habitus cessare, & corrumpi possint sine gratia; sed peccatum non dicitur deleri ratione horum, sed ratione effectuum consequentium auersionem, & hoc Doctor San. in solutione declarat, quia uidelicet dimissio, & cessatio peccati non est secundùm actum tantùm, sed magis secundū ea quæ auersionem peccati sequuntur, & vide de materia illius solutionis in de Verita. supra quæst. secunda, in principio corporis, & eiusdem materiæ quęst. 5. vbi deducit illam auctoritatem Beati Augustini.

¶ Nota autem, quòd hæc dicta huius articuli tangunt vnam quæstionem, an videlicet distinguantur gratiæ infusio, & culpæ remissio, cum vnum dicatur ad aliud requiri. De hoc vide Doct. Sanct. vbi iam, quæstio. sexta, quia non vt sunt vnus motus, vt dictum est articu. 1. Si tamen accipiantur per modum mutationum, tunc distinguuntur realiter negatiuè, quia mutatio abiectiua culpæ distinguitur a mutatione inductiua gratiæ eo modo quo ens rationis ab ente reali distingui potest. Vide & Scotum in quarto distin. 16 quæstio. 2. qui non est contra Doct. Sanct. bene intellectum, quia peccati remissio nō est peccati secundùm aliquod reale positiuum etiam quo ad reatum, vt patuit sup. Non n. ponimus maculam, vel reatum, vel offensam post actum peccati remanentia aliqua realia. Vnde remissio eorum est mutatio priuatiua, non realis.

Scotus.

Vtrum ad iustificationem impij requiratur aliquis motus liberi arbitrij.

Infra ar. 4. 5. & 6. cor. Et 3. q. 86. ar. 6. ad 1. Et 2. di. 27. art. 2. ad 7. Et 4. di. 17. q. 1. art. 3. q. 2. Et Veri. q. 28. arti. 3 & 4. cor & Io. 4. lec. 2. col. 2. Et Eph. 5 lec. 5. fi.

O AD tertium sic proceditur. Videtur, quòd ad iustificationem impij non requiratur motus liberi arbitrij, videmus enim quòd per sacramentum baptismi iustificantur pueri absque motu liberi arbitrij, & etiam interdum adulti. Dicit enim Auguſt. in quarto confes.* quòd cum quidam suus amicus laboraret febribus, iacuit diu sine sensu in sudore lethali, & dum desperaret baptizatus est, nesciens, & renatus est, quod fit per gratiam iustificantem; sed Deus potentiam suam non alligauit sacramentis; ergo etiam potest iustificare hominem sine sacramentis absque omni motu liberi arbitrii.

* Cap. 4.

¶ 2 Præt. In dormiendo homo non habet usum rationis, sine quo non potest esse motus liberi arbitrij; sed Salomon in dormiendo consecutus est a Deo donum sapientiæ, ut habetur. 3. Regum 3. & 2. Paralipo. 1. ergo etiam pari ratione donum gratiæ iustificantis quandoq; datur homini a Deo absque motu liberi arbitrij.

¶ 3 Præterea. Per eandem causam gratia producitur in esse, & conseruatur. Dicit enim Auguſt. 8. super Genes. ad literam, * quòd ita se debet homo ad Deum conuertere, ut ab illo semper fiat iustus; sed absque motu liberi arbitrij gratia in homine conseruatur; ergo absq; motu liberi arbitrij potest a principio infundi.

* Aug. cap. 11. & 12.

¶ Sed contra est, quod dicitur Ioan. 6. Omnis qui audit a patre, & didicit uenit ad me, sed discere non est sine motu liberi arbitrij, addiscens enim consentit docenti; ergo nullus uenit ad Deum per gratiam iustificantem absque motu liberi arbitrij.

¶ Hic inquirit Doctor Sanct. de requisitis ad iustificationem impij, ex parte hominis iustificati, & primò comparando hominem ipsum ad terminum ad quem, scilicet ad acceptandum gratiæ donum. secundò comparando hominem ad terminum a quo, articu. quinto. Quo ad primum primò inquiritur propositum in genere, secundò in specie, articu. 4. quia primò inquiritur, an requiratur motus aliquis lib. arb. ex parte iustificati. deinde qualis sit. Nec est aliqua superfluitas inter hunc articulum, & art. secundum quæst. præce. quia in præce. quæst. determinatum est, quòd requiritur dispositio ex parte hominis, vt consequatur gratiam habitualem, inquantum est quædam forma gratuita quomodocunque acquiratur, siue per iustificationem a negatiuo, siue a priuatiuo; hic autem quæritur, an ad acquisitionem gratiæ speciali modo, scilicet per viam motus a contrario, requiratur lib. arbi. vnde non est nugatio.

¶ Respondeo dicendum, quòd iustificatio impii fit Deo mouente hominem ad iustitiam, ipse enim est, qui iustificat impium, ut dicitur Roma. 3. Deus autem mouet omnia secundùm modum uniuscuiusque, sicut in naturalibus uidemus, quòd aliter mouentur ab ipso grauia, & aliter lęuia, propter diuersam naturam utriusque; vnde & hominem ad iustitiam mouet secundùm conditionem naturæ humanæ.

¶ Doctor Sanct. respondet quæsito breuiter tali conclusione. In eo qui habet usum liberi arbit. &c. vt in fine litteræ corporis. Probatur supponendo, quòd iustificatio impij fit a Deo mouente hominem ad iustitiam, & patet hoc suppositum ad Roma. 3. tunc arguitur sic. Deus mouet omnia secundùm modum vniuscuiusque; ergo & hominem ad iustitiam mouet secundùm conditionem humanæ naturæ; sed homo secundùm propriam naturam habet, quòd sit libe. arbit, ergo sequitur conclusio, quòd in eo qui habet &c. Huius rationis Doctor Sanct. ponit primam consequentiam. Secundò subsumit minorem cum conclusione, ibi. Homo autem &c. Antecedens ergo primæ consequentiæ patet exemplariter in naturalibus de grauibus, & leuibus, quia grauia mouentur deorsum, lęuia sursum, quia hunc diuersum motum requirit diuersa natura eorum. Consequentia autem nota. Deinde ibi.

¶ Homo autem secundùm propriam naturam, habet quòd sit liberi arbitrii, & ideo in eo qui habet usum liberi arbitrii, non fit motio a Deo ad iustitiam absque motu liberi arbitrii, sed ita infundit donum gratiæ iustificantis, quòd etiam simul cum hoc mouet libertum arbitrium ad donum gratiæ acceptandum in his qui sunt huius motionis capaces.

¶ Subsumit minorem principalis rationis, quæ est satis nota, & per consequens conclusio responsi. quam infert in fine. In qua dicit notanter (in eo qui habet usum) propter paruulos, de quibus ad primum. Dicit autem, quòd mouet ad donum gratiæ acceptandum, in quo exprimit quis sit motus lib. arb. quia est cognitio, & dilectio Dei, & conuersio in Deum, sicut in iustificantem, & dicit (quòd etiam simul &c.) quia nullus adultus sine sacramento iustificari potest, nisi actualiter existente motu libe. arbi. sed per sacramentum potest, si tamen præcessit motus li. arbi. prohibens fictionem. Vide de illo articu. Doct. Sanct. in de Verita. mate. 28. articu. 2. & in quarto sent. dist. 17. q. 1. art. 3. quæst. 2. quia in agente, & & patiente, quæ nata sunt in seinuicem agere, non fit actio, nisi p contactum mutuū; si aūt non sunt nata in seinuicem agere, suffi-

cit quòd agens tangat patiens, quia ergo in adultis mens nata est tangere Deum cognoscendo, & amando, ideo sine tali contactu non iustificantur a Deo, sed pueri solùm tanguntur a Deo, & præterea homo libe.arb. non potest cogi ad iustitiam, nec per consequens ad iustificationem, & ergo non iustificatur nisi uolens, ita quòd non sit ibi uiolentia, quare adulti qui nati sunt agere, oportet quòd operentur per actum ordinantem animam ad datorem gratiæ, sed in pueris vbi non est, nec fuit actus contrarius gratiæ, potest infundi sine motu, aut per sacramentum, siue absque sacramẽto, sicut patet de sanctificatis in utero. Vnde in adultis oportet adesse libe.arb. in instanti iustificationis, tum propter rationẽ communem hic in corpore positam, quia uidelicet Deus mouet res secundùm modum suum, tum propter rationem specialem, inquantum est motio ad iustitiam, quam non cõsequitur, nisi habens rectam uoluntatem, si habuerit quandoque contrariam voluntatem, & si habeat usum liberi ar.

¶ Nota circa hæc, ꝙ ut dictum est, iustificatio impij passiua de qua loqmur, est quasi motus, sed motus non fit, nisi ab aliquo mouente, ideo talis motus fit a Deo, quia autem, ut dictum est, Deus mouet rem secundùm cõditionem suam, ideo mouet hominem, non quòd homo adultus se merè passiuè habeat, sed oportet, ꝙ coagat, & cooperetur, si enim actus volũtatis non esset ab ipso, nõ esset actus eius, ut D.S. supra in de Verit. Vnde sequitur, quòd iustificatio procedat a Deo in hominem actiuè se habentem per libe.arb cuius motus requiritur, & intellectum esse in actu, vt patebit ar. 5. quenti.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsi, quia nullus adultus uenit ad Deum per cõsecutionem gratiæ, nisi actu audiat conuertendo se ad Deum, & hoc ut dictum est verum est de adulto, qui iustificatur sine sacramento præsertim baptismi, secus de adulto qui non est compos mentis, quia talis possit iustificari per sacramẽtum sine actuali vsu, ut patebit.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd pueri non sunt capaces motus liberi arbitrij, & ideo mouentur a Deo ad iustitiam per solam informationem animæ ipsorum, hoc autem non fit sine sacramẽto, quia sicut peccatum originale a quo iustificantur non propria uoluntate ad eos peruenit, sed per carnalem originem, ita etiam per spiritualem regenerationem a Christo in eos gratia deriuatur, & eadem ratio est de furiosis, & amentibus, qui nunquàm usum liberi arbitrij habuerunt, sed si quts aliquando habuit vsum liberi arbitrij, & postmodum eo careat (uel per infirmitatem, uel per somnum) non consequitur gratiam iustificantem per baptismum exterius adhibitum, aut per aliquod aliud sacramentum, nisi prius habuerit sacramẽtum in proposito, quod sine vsu liberi arbitrij non contingit, & hoc modo ille de quo loquitur August. renatus fuit quia & prius, & postea baptismum acceptauit.

¶ Ad primam partem maioris patet ex dictis, quia pueri non sunt capaces motus lib. arb. Vnde conclusio non intelligitur de eis, & iustificantur per sacramentum baptismi, per quod applicatur eis passio Christi. Loquitur autem Doct. San. vt dictum est supra q. præc. ar. 2. de communi lege, quia & aliqui pueri miraculosè sanctificantur sine sacramento etiam &c. Ad secundam partẽ maioris distinguitur de adultis, aut enim sunt furiosi, & nũquàm habuerunt vsum rationis, tunc tales iustificantur; sicut pueri per sacramentum baptismi. Si autem iudicium rationis aliquãdo habuit, tunc iterum distinguitur, quia aut dum fuit suæ mentis compos baptismum non desiderauit, tunc non iustificatur etiam si sibi sacramentum exhibeatur, iudicabitur enim secundùm vltimũ instans in quo suæ mentis compos fuit. Aut tempore quo habuit vsum rationis sacramentum desiderauit, tunc dico, quòd iustificatur per exhibitionem sacramenti etiam si tempore amentiæ baptizetur, & etiam si tunc renitatur, præsertim quando post baptismum recuperato vsu rationis placet, quod factum est, & de tali loquitur Aug. quia desideraverat, & habuit sacramẽtum in voto.

¶ Ad minorem, conceditur quidem quòd virtutem suam nõ alligauit sacramentis, quia sine ipsis dat gratiam, sed non resistentibus gratiæ, nec sacramentum contemnentibus. Vnde dico, quòd quibusdam in vtero sanctificatis tribuit gratiam sine sacramẽto, & similiter posset dare adultis non habentibus vsum rationis, sed non potest dari adultis peccatoribus gratiæ, & sacramentis renitentibus, quia implicat, vt nolens iustificetur, cum sit cõtra rationem iustitiæ mala uoluntas. Pueri enim & adulti nunquàm habẽtes vsum rationis, non habent uoluntatem contrariam, nec p voluntatem propriam peccauerunt, & ergo sine propria uoluntate possunt iustificari. Sed non videtur possibile de quacunque potentia, vt adultus nolens iustificetur, quare negatur cõsequentia quo ad secundam partem, loquendo de adultis habentibus usum rationis, & nolentibus iustificari, & a Deo auersis. Volo quidem, ꝙ possit iustificare sine sacramentis, sed non sine omni motu voluntatis adultos habentes vsum rationis &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etiam Salomon dormiendo non meruit sapientiam, nec accepit, sed in somno declaratum est ei, quòd propter præcedens desiderium ei a Deo sapientia infunderetur; unde ex eius persona dicitur Sapientiæ. 7. Optaui, & datus est mihi sensus.

¶ Doct. Sanct. tripliciter soluit hoc argumentum. Secundò ibi. Vel potest &c. Tertiò ibi, & tamen &c. Dicitur ergo primò ad maiorem, si intelligitur de somno naturali, cõceditur, tamen potest esse ante somnum vsus liberi arbitrij per quem mereatur gratiæ infusionem.

¶ Ad minorem, negatur, ꝙ dormiẽdo naturali somno accepit, vel meruerit, sed ante, & tamen in somno fuit sibi declaratum, ꝙ accepisset eam. Quare negatur consequentia.

¶ Vel potest dici, quòd ille somnus non fuit naturalis, sed somnus prophetiæ, secundùm quòd dicitur Numeri 12. Si quis fuerit inter vos propheta domini, per somnum aut in visione loquar ad eum, in quo casu aliquis vsum liberi arbitrij habet.

¶ Secũdò dicitur ad maiorem, si intelligitur de somno prophetiæ, negatur, quia in tali usus rationis non ligatur. Ad minorem exponitur, quòd fuerit somnus propheticus, in quo habuit vsum rationis, quare negatur consequentia iterum.

¶ Et tamen sciendum est, quòd non est eadem ratio de dono sapientiæ, & de dono gratiæ iustificantis; nam donum gratiæ iustificantis præcipuè ordinat hominem ad bonum, quod est obiectum uoluntatis, & ideo ad ipsum mouetur homo per motum voluntatis, qui est motus liberi arbitrij, sed sapientia perficit intellectum, qui præcedit uoluntatem; vnde absque completo motu liberi arbitrij potest intellectus dono sapientiæ illuminati, sicut etiam uidemus, quòd in dormiendo aliqua hominibus reuelantur, sicut dicitur Iob 33. Quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures uirorum, & erudiens eos instruit disciplina.

¶ Tertiò dicitur, dato quòd minor sit vera, & ꝙ dormiẽdo somnum naturalem, accepit donum sapientiæ, negatur tamẽ cõsequẽtia, ꝙ ergo gratiam iustificantẽ posset quis accipere in somno naturali, & ratio diuersitatis est, quia intellectus potest in somno cõuerti ad Deum, ita ꝙ participat aliquid a Deo, sed non uoluntas, vel li.ar. immo intellectus dormientis est habilior ad illustrari ex superiori substantia propter quietationem sensuum, & phantasmatum. Sed quia in somno naturali non potest esse perfectũ iudicium rationis, ideo nec usus lib.ar. per quem conuertatur ad Deũ, & per consequens, nec uoluntas consequi potest iustificationem in somno. Vnde negatur iterum consequentia, non. n. est simile.

¶ Nota autem verba D.S. cum dicit, non est eadem ratio de dono sapientiæ, & dono gratiæ, quia non intelligit de sapiẽtia, quæ sit donum Spiritussancti, de qua utique est idem iudicium sicut de dono gratiæ, quo ad dispositionem li.ar. per actum, sed intelligit de sapientia donata a Deo, quæ est donum gratis datum, & tantũ vult quòd aliud requiritur ad gratiam gratum facientẽ percipiendam, quàm sapiẽtiam, quæ uidelicet est donum gratis datum, Et quòd hæc sit uera expositio patet ex D.S. secunda secundę. q. 174. ar. 3. vbi habet in cor. ꝙ secundus gradus prophetiæ est, cũ aliquis ex interiori lumine illustratur ad cognoscendum aliqua, quæ tamen non excedunt limites naturalis cognitionis, sicut dicitur de Salomone. 3. Re. 4 quòd locutus est parabolas, & disputauit super lignis a cedro, quæ est in libano vsque ad Isopum &c hæc ille. Vbi patet, quòd sapientia Salomoni data in somno, non fuit de supernaturaliter cognoscibilibus, nec per cõsequens donum Spiritussancti, sed donum gratis datum, miraculoso tamen modo donatum, quare ut dictum est D S. non intelligitur, quòd fuerit donum Spiritussancti, tale enim donum non datur sine vsu lib. arb. sicut nec gratia in qua radicatur &c. Vide etiam de ista solutione Doct. Sanct in de Verita. supra ad sextum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in infusione gratiæ iustificantis est quædam transmutatio animæ humanæ, & ideo requiritur motus proprius animæ humanæ, ut anima moueatur secundùm modum suum, sed conseruatio gratiæ est absque transmutatione; vnde non requiritur aliquis motus ex parte animæ, sed sola continuatio influxus Diuini.

¶ Ad maiorem concedit, ꝙ per eandem cãm producit gra effo ctiuè, & conseruatur. Dico tñ ꝙ aliqd requirtur ad productionem gratiæ,

gratiæ, quando producitur tanquàm terminus transmutationis iustificatiuę, quod non requiritur ad conseruare gratiam: sicut sunt multa similia in naturalibus. Ad fieri enim luminis in aere requiritur, quòd aer se habeat in alio respectu ad solem, quàm antea ad hoc, quòd illuminetur. Et tamen talis alietas non requiritur ad conseruari luminis, sed sufficit præsentia solis. Similiter in generatione animalis aliqua dispositio requiritur ad fieri quæ non requiritur ad esse, & conseruari. Sic ergo, quia in iustificatione impij fit gratia per modum transmutationis non cuiuscunque, sed quæ fit secundùm modum animæ rationalis, & liberę; ideo oportet, quòd ad fieri requiratur eius motus, non quidem, vt causa effectiua, sed vt dispositiua, & causa sine qua non. Quare concessa minore negatur consequentia, quia stante simul, quòd solus Deus producit gratiam, & tamen ad productionem eius tali modo factam, (scilicet cui cooperatur libe. ar.) requiratur motus liberi arbitrij dispositiuus, & consentiens; sicut & anima rationalis a solo Deo producitur in esse, & tamen secundùm ordinem naturæ non producitur nisi generans disponat materiã, sic & Deus de potentia absoluta potest producere gratiam sine dispositione actuali in subiecto, cuius conditio non petit motum lib.arbi. scilicet in puero, sed in subiecto vsum libe. arbi. non producit nisi disponat se.

Vtrum ad iustificationem impij requiratur motus fidei.

P 3. q. 86. art. 6. ad 1. & 3. Et 2 dist. 26. arti. 4. ad 4. Et 3. dist. 30. arti. 5. ad 3. Et 4. dist. 17. q. 1. ar. 3. q. 3. Et rer. q. 28. art. 4.

AD quàrtum sic proceditur. Videtur, quòd ad iustificationem impij non requiratur motus fidei, sicut enim per fidẽ iustificatur homo; ita etiam per quædam alia, scilicet per timorem, de quo dicitur. Ecclesiast. 1. Timor domini expellit peccatum, nam qui sine timore est non poterit iustificari, & iterum per charitatem secundùm illud. Lucæ 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum, & iterum per humilitatem, secundùm illud. Iacob. 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, & iterum per misericordiam, secundùm illud. Prouerb. 15. Per misericordiam, & fidem purgantur peccata; non ergo magis motus fidei requiritur ad iustificationem impij, quàm motus prædictarum virtutum.

¶ 2 Præt. actus fidei non requiritur ad iustificationem nisi inquantum per fidem homo cognoscit Deum; sed etiam alijs modis potest homo Deum cognoscere, scilicet per cognitionem naturalem, & per donum sapientiæ; ergo non requiritur actus fidei ad iustificationem impij.

¶ 3 Præt. diuersi sunt articuli fidei; si igitur actus fidei requiratur ad iustificationem impij, videtur, quòd oporteret hominem quando primò iustificatur de omnibus articulis fidei cogitare, sed hoc viderur inconueniens, cum talis cogitatio longam temporis moram requirat; ergo videtur, quòd actus fidei non requiratur ad iustificationem impij.

¶ Sed contra est, quod dicitur. Roman. 5. Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum.

¶ Hic inquiritur in speciali, quis motus liberi arbitrij requiratur ad iustificationem impij adulti, an motus fidei, id est an oporteat actu cogitare cum assensu, quòd Deus sit iustificans, & peccata remittens. Et oporteat habere fidem, & actu credere in Iesum Christum mediatorem Dei, & hominum explicitè, vel implicitè secundùm diuersa tempora, & diuersas personas, per cuius passionem iustificantur.

*Art. præc. ¶ Respondeo dicendum, quòd sicut dictum est, * motus liberi arbitrij requiritur ad iustificationẽ impij, secundùm quòd mens hominis mouetur a Deo, Deus autem mouet animam hominis conuertendo eam ad seipsum, vt dicitur in Psal. secundùm aliam litteram. Deus tu conuertens viuificabis nos, & ideo ad iustificationem impij requiritur motus mentis quo conuertitur in Deum.

¶ Doct. San. respondet tali conclusione. Motus fidei requiritur ad iustificationem impij. Probatur. Ad iustificationem impij requiritur motus mentis quo conuertatur in Deum; sed prima conuersio in Deum fit per fidem; ergo conclusio vera. Huius rationis Doc. San. ponit, & probat, primò maiorem; secundò minorem cum conclusione, ibi. Prima autem conuersio, &cæt. Maior ergo probatur a principio corporis clarè.

¶ Nota tamen pro intellectu huius maioris, & probationis eius, quòd tangunt explicationem præcedentis articuli, & cum hoc ostendunt propositum, habetur enim, quòd requiritur motus lib.arb. vt sub motu lib.arb. comprehendatur etiam motus intellectus, qui necessariò prærequiritur ad motum lib. arb. Et est lib.arb. imperatiuè, habetur etiam, quòd ideo requiritur motus lib arb. vt homo per proprium actum causam iustificantem attingat, quia in agente, & patiente mutuò, requiritur mutuus contactus; & ergo requiritur motus lib.arb. non quicunque, sed in causam iustificantem, quæ est Deus, quæ nostram iustificationem operatur, est per mysterium incarnationis suæ per quam factus est Dei, & hominum mediator. Et ergo ea ratione requiritur motus, vt mens Deo coniungatur iustificanti. Et quia inter omnes motus in Deum primus est motus fidei, qui & in omnibus includitur, qui sunt in Deum. Nam nullus quocunque motu potest in Deum moueri nisi simul cum hoc motu fidei moueatur. Affectus enim in omnibus motibus suis præsupponit intellectum, sicut mobile præsupponit mouens, vnde motus fidei includitur in charitate, & spe, & omnibus alijs motibus lib.arbi. Consequenter cum dicit.

¶ Prima autem conuersio in Deum fit per fidem, secundùm illud ad Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & ideo motus fidei requiritur ad iustificationem impij.

¶ Subiungit minorem quam probat auctoritate Apostoli, & infert conclusionem respon.

¶ Nota autem, quòd quia motus mentis in Deum est dispositiuus ad iustitiam, quæ completiuè in affectu consistit; ideo sequitur, quòd conuersio secundùm intellectum tantum non sufficit. Et si homo secundùm intellectum tantùm in Deum converteretur, non reciperet iustitiam. Quare requiritur, vt & affectus in Deum conuertatur, per amorem, & desiderium, vel spem. Quare sequitur, quòd oportet iustificandum conuerti ad Deum credendo, amando, & sperando veniam. Et tamen hæc tria computantur pro motu dispositiuo ad iustitiam, quia tamen motus a fide denominatur. Eo quòd omnibus præsupponitur, & alios includit. Quare requiritur fidei motus, sed vt includit motum affectus, qui potest dici fidei tanquàm directus, & imperatus, sed non sufficit motus fidei elicitus. Et requiruntur isti motus tanquàm dispositio ultima ad gratiam. Quare dixit conclusio, motus fidei &cæt.

ARGVMENTVM in contrarium est pro conclusione responsiua. Et secundùm D.S. in 4. sicut vita naturalis, primò attribuitur nutritiuæ, vel vegetatiuæ animæ, quia est alijs prior, licet & per alias animas sit vita, vt etiam D.S habet prima parte. q. 39. art. 8. Sic iustificatio attribuit fidei tanquàm primo motu requisito ad iustificationem, licet & alij motus affectiui requirantur ad hoc, quòd sit dispositio vltima ad gratiam, vnde intelligitur de motu fidei perfecto, qui est cum charitate, quæ est simul cum gratia, vnde & iustificatio attribuitur fidei, quia in actu eius primò gratia manifestatur. An autẽ gratiæ infusio sit prior motu lib.arb. videbitur postea, quia motus illi perfecti sunt dispositiones concomitantes, informes autem, & imperfecti præcedentes &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd motus fidei non est perfectus, nisi sit charitate informatus, vnde simul in iustificatione impij cum motu fidei est etiã motus charitatis, mouetur autem liberum arbitrium in Deum ad hoc, quòd ei se subijciat; vnde etiam concurrit actus timoris filialis, & actus humilitatis. Cõtingit enim vnum & eundem actum liberi arbitrij diuersarum virtutum esse, secundùm quòd vna imperat, & alia imperatur, prout scilicet actus est ordinabilis ad diuersos fines. Actus autem misericordiæ operatur circa peccatum per modum satisfactionis, & sic sequitur iustificationem, vel per modum præparationis inquantum misericordes misericordiam consequuntur, & sic etiam potest præcedere iustificationem, vel etiam ad iustificationem concurrere simul cum prædictis virtutibus, secũdùm quòd misericordia includitur in dilectione proximi.

¶ Ad assumptum conceditur, quòd per quædam alia. i. alios motus iustificatur, qui sunt causa sine qua non dispositiua, sed tamen fides est primus inter omnes, & in omnibus inclusus. Et dico, ꝙ quædam alia in fide includuntur; sicut charitas, & spes, & timor filialis, quia motus fidei, qui est dispositio proxima, est charitate formatus. Vnde dico, quòd motus timoris etiam concurrit. Et dico, quòd motus humilitatis fidei motum consequitur. Vnde conceditur probatio assumpti; sed negatur consequentia, quòd non magis, quia prima est conuersio fidei ad quam possunt concurrere

currere multę virtutes, secundùm quòd ordinatur ad diuersos fines, vt patet ex supradictis. De actu tamẽ misericordiæ vult D.S. quòd non est dispositio cõcomitans cum fidei motu, qui est cum gratia, sed antecedit, vel consequitur, vt in littera, vel etiam concomitatur, secundùm quòd misericordia includitur in dilectione proximi, quæ virtualiter continet misericordiam. Timor etiam seruilis est dispositio remota ad gratiam, sed proxima est filialis, & ille est simul cum charitate. Vide de Verit. quæst. 4. ad tertium, ad quartum, & decimum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per cognitionem naturalem homo non conuertitur in Deum inquantum est obiectum beatitudinis, & iustificationis causa; vnde talis cognitio non sufficit ad iustificationem; donum autem sapientiæ præsupponit cognitionem fidei, vt ex supra dictis patet. *

*q. 68. ar. 2. in cor. ar. 4. ad tertiũ.

¶ Ad maiorem dicitur limitando eam, quia motus fidei requiritur, vt homo cognoscat Deum, non quocunque modo, sed supernaturali, tanquàm iustificantem, & saluantem homines, & requiritur tanquàm prima conuersio hominis in Deum; ita ꝙ motus fidei dicitur specialiter requiri tanquàm primus motus cognitionis gratuitę in Deum tanquàm iustificantem, & peccata remittentem, in quo credito includitur implicitè articulus incarnationis, & passionis Christi, & aliorum quæ ad iustificationem requiruntur. Ad minorem vera, potest quidem cognoscere alijs modis, sed non supernaturaliter, vt est iustificans gratuitè per cognitionem naturalem, quæ se ad hoc non extendit, sed cognitio fidei. Et per donum sapientiæ non primò cognoscitur Deus, quia fides se habet ad donum sapientiæ, sicut intellectus principiorum naturaliter cognitorum ad scientiam acquisitam, vnde est radix sapientiæ, & ipsam præcedit. Et de hoc supra. q. 68. art. 2. in cor. & art. 4. ad tertium. Quare negatur consequentia; immo requiritur necessariò, & primò requiritur, licèt non solùm motus fidei, vt patuit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Apostolus dicit ad Rom. 4. Credenti in eum qui iustificat impium, reputabitur fides eius ad iustitiam secundùm propositum gratiæ Dei. Ex quo patet, quòd in iustificatione impij requiritur actus fidei quantum ad hoc, quòd homo credat Deum esse iustificatorem hominum per mysterium Christi.

¶ Assumptum conceditur, sed non omnes ęquè propinquè se habent ad Deum, secundùm quòd requiritur motus in eum iustificatiuus dispositiuè. Dico vltra, quòd requiritur motus in eum tanquàm remittentem peccata, & iustificatiuus, quod comprehenditur in articulo fidei de sanctificatione hominum, qui implicitè includit articulum passionis, & incarnationis. Vltra, videtur &c. negatur consequentia, quia sufficit cogitare, & credere Deum iustificatorem per Christi mysterium, & conceditur inconuenientia consequentis, sed non sequitur ex dictis nostris; quare negatur vlterior consequentia, vnde Doc. S. vbi supra in de Verita. ad 9. Licet inquit multi sint articuli fidei, non tamen oportet, ꝙ actu omnes cogitentur in ipso instanti iustificationis, sed solùm quòd cogitetur Deus secundùm hunc articulum, quòd est iustificans, & peccata remittens, in quo etiam includitur implicitè articulus incarnationis, & passionis Christi, & aliorum quæ ad iustificationem requiruntur, hæc ille, vbi patet, quòd sufficit cogitare vnum explicitè, in quo aliqui alij implicitè continentur, scilicet peccatorum remissionem, vel Sanctam Ecclesiam.

Vtrum ad iustificationem impij requiratur motus libe. arbi. in peccatum.

Infra art. 7. ad 1. & 2. & q. 88. artt 2. corp. Et 4. dist. 17. q. 1. artic. 3 q. 4. Et 3. contra cap. 158. Et ven. q. 28. art. 5.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd ad iustificationem impij non requiratur motus liberi arbitrij in peccatum. Sola enim charitas sufficit ad deletionem peccati, secundùm illud. Prouerb. 10. Vniuersa delicta operit charitas; sed charitatis obiectum non est peccatum; ergo non requiritur ad iustificationem impi, motus liberi arbitrij in peccatum.

¶ 2 Præt, qui in anteriora tendit, ad posteriora respicere non debet, secundùm illud Apostoli ad Phil. 3. Quæ quidem retro sunt obliuiscens ad ea verò qnę sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor brauium supernæ vocationis; sed tendenti in iustitiam retrorsum sunt peccata pręterita; ergo eorum debet obliuiſci, nec in ea se debet extendere per motum liberi arbitrij.

¶ 3 Præterea in iustificatione impij non remittitur vnum peccatum sine alio, impium enim est a Deo dimidiam sperare veniam; si igitur in iustificatione impij oporteret liberum arbitrium moueri contra peccatum, oporteret, quòd de omnibus peccatis suis cogitaret, quod videtur inconueniens, tum quia requireretur magnum tempus ad huiusmodi cogitationem, tum etiam quia peccatorum quorum est homo oblitus, veniam habere non posset; ergo motus liberi arbitrij in peccatum non requiritur ad iustificationem impij.

¶ Sed contra est, quod dicitur in Psal. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.

¶ Hic consequenter inquiritur quid requiratur ad iustificationem impij intellectam per modum motus ex parte ipsius, qui iustificatur per respectum ad terminum a quo.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut supra dictum est, * iustificatio impij est quidam motus quo humana mens mouetur a Deo a statu peccati in statum iustitiæ; oportet igitur, quòd humana mens se habeat ad vtrunque extremorum secundùm motum liberi arbitrij; sicut se habet corpus localiter motum ab aliquo mouente ad duos terminos motus.

* Art. 1. huius quæst.

¶ D. S. primò ponit, & probat conclusionem respon. secundò ex ea infert vnam aliam conclusionem corollariam pro complemento responsionis, ibi. Recessus autem &c. Conclusio responsiua est. Oportet quòd mens humana dum iustificatur per motum lib. arb. recedat a peccato, & accedat ad iustitiam. Et dicit non tanter (dum iustificatur, recedat a peccato,) scilicet inexistente, & dum iustificatur, scilicet impius, quia recedere a peccato per recessum, s. detestatiuum, & affectiuum nõ requiritur ad iustificationem, vt sic, sed ad illam sufficit conuersio hominis, vel animæ in causam iustificantem, vt patet de Angelo, & Christo, & homine in statu innocentiæ; sed requiritur talis motus in peccatum, scilicet præexistens in iustificatione impij, impietate actuali, & in adulto &cæt. Probatur conclusio a simili in naturalibus, sic. Oportet, quòd humana mens &c. vt in fine huius litteræ, sed manifestum est in motu locali corporum, quòd corpus motum recedit a termino a quo, & accedit ad terminum ad quem; ergo conclusio vera. Huius rationis D. S. ponit primò maiorem, secundò minorem cum conclusione, ibi. Manifestum est &c. Maior ergo probatur a principio. Iustificatio impij est quidam motus, scilicet metaphoricus, & spiritualis ſm modum intelligendi, quo humana mens mouetur &c. Ergo maior vera. Tunc ibi.

¶ Manifestum est autem in motu locali corporum, quòd corpus motum recedit a termino a quo, & accedit ad terminum ad quem; vnde oportet, quòd mens humana dum iustificatur per motum liberi arbitrij, recedat a peccaio, & accedat ad iustitiam.

¶ Subiungit minorem principalem, quæ est nota ad sensum, vnde & conclusio ipsa subiungitur.

¶ Nota autem, quòd accessus ad iustitiam est per hoc, ꝙ homo se peccatorem recognoscit, & peccatum detestatur, vt pigeat fecisse, & iterare non velit; vnde patet, quis motus requiratur in peccatum, quia non complacentiæ, sed cognitionis, & displicentiæ &c. Deinde cum dicit.

¶ Recessus autem, & accessus in motu liberi arbitrij accipitur secundùm detestationem, & desiderium. Dicit enim August. super Ioan. * exponens illud. Mercenarius autem fugit, Affectiones nostræ, motus animarum sunt, lętitia animi diffusio, tristitia animi fuga est, progrederis animo, cum appetis, fugis animo, cum metuis. Oportet igitur, quòd in iustificatione impij sit motus liberi arbitrij duplex, vnus quo per desiderium tendat in Dei iustitiam, & alius quo detestetur peccatum.

* tract. 46. non procul a fine.

¶ Subsumit sub præcedenti conclusione, & infert aliam conclusionem corollariam pro complemento responsionis, & explicatiuam responsiuę talem. Oportet, quòd in iustificatione &c. vt in fine litteræ. Et per Dei iustitiam desideratam, intelligitur iustitia metaphorica, quæ includit totum rectum ordinem hominis. Probatur conclusio, assumendo priorem conclusionem pro maiori. Oportet, quòd mens &c. sed recessus, & accessus in motu lib. arbitrii accipitur secundùm detestationem, & desiderium; igitur sequitur conclusio. Maior patuit. Minor probatur, auctoritate B. Augustini in littera clarè.

¶ Nota tamen, quòd ille motus lib. arb. qui est desiderium iustitiæ

stitiæ non ponit in numerum cum prædicto motu in art. 4. scilicet cum motu fidei, & charitatis; quia vt dictum fuit, talis motus est in Deum, vt iustificatorem, etiam mediante spe iustificationis, quæ & desiderium præsupponit & includit; sed motus detestatiuus peccati distinguitur a motu prædicto, tanquàm circa aliud obiectum immediatum existens. Quomodo autem isti duo motus, scilicet in iustitiam, & in peccatum possunt esse simul, habetur art. 7. ad secundum.

¶ Confirmat argumentum in contrarium primam conclusionem, quia confessio peccati, vel iniustitiæ non est sine motu in peccatum. Et illa confessio saltem mentalis, vel vocalis in voto habita præcedit remissionem peccatorũ, quæ est in iustificatione impij; igitur conclusio vera.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ad eandem virtutem pertinet prosequi vnum oppositorum, & resugere aliud; & ideo sicut ad charitatem pertinet diligere Deum; ita etiam detestari peecata per quæ anima separatur a Deo.

¶ Ad maiorem, conceditur ipsa, quia charitas cum inclusione aliarum virtutum, & gratiæ, sufficit ad deletionem peccati, quàsi effectiuè dispositiuè, quia videlicet sufficit ad producẽdos actus, qui sunt dispositio ad deletionem peccati. Auctoritas tamen sapientis exponitur de deletione, idest occultatione peccatorum proximi, quia scilicet diligens non manifestat peccata amici sicut odiens. Sed 1. Pet. 4. habetur, quòd charitas operit multitudinem peccatorum, quia scilicet formaliter tollit culpam, & maculam quam consequitur reatus pęnæ ęternæ &c. Ad minorem, vera, quòd charitatis obiectum prosequibile, vel prosequendum, & accedendum non est peccatum. Est tamen obiectum fugibile, & detestandum a quo recedatur per charitatẽ, & ratio in solutione. Ad consequens, Ergo &c. Verum, non requiritur motus accessiuus, & prosecutiuus in peccatum, tamen eo ipso, quòd charitâtis est habere motum prosecutiuum respectu Dei, eius est habere motum recessiuum a peccato. Et illum diximus requiri. Vnde, & de Maria Magdalena, quæ multum dilexit, dicitur, ꝙ lachrymis pedes tergebat. Quæ ex detestatione peccatorum erumpebant.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad posteriora non debet homo regredi per amorem, sed quantum ad hoc debet ea obliuiſci, vt ad ea non afficiatur; debetur tamen eorum recordari per considerationem, vt ea detestetur, sic enim ab eis recedit.

¶ Maior vera ad hunc sensum, quòd non debet respicere in posteriora per amorem, & prosecutiuè. Si tamen ad anteriora non possit peruenire nisi derelinquat posteriora, oportet ea respicere per detestationem, & motũ recessiuũ. Apostolus enim loquitur, quòd obliuiſcitur eorum quæ sunt retro, quia non recordatur per amorem, & acceptationem. Et loquitur secundùm D. S. ibidem de obliuione temporalium bonorum, vel quia deseruit temporalia lucra, vel quia non debet homo computare prætérita merita. Ad minorem, conceditur. Sed dico, quòd peccata prætérita sunt impedimentum, quo non ablato, ad interius non potest peruenìri; quia de contrario in contrarium non fit motus nisi prius abiecto vno contrariorum. Ad consequens verum. Eorum peccatorum debet obliuiſci quo ad amorem, & sic ad ea non extendere, non tamen debet obliuiſci quo ad detestationem, & fugam vel recessum ab eis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in tempore præcedente iustificationem, oportet, quòd homo singula peccata quæ commisit detestetur, quorum memoriam habet, & ex tali consideratione præcedenti subsequitur in anima quidam motus detestantis vniuersaliter omnia peccata commissa, inter quæ etiam includuntur peccata obliuioni tradita; quia homo in statu illo est sic dispositus, vt etiam de his quæ non meminit contereretur, si memorię adessent, & iste motus concurrit ad iustificationem.

¶ Assumptũ conceditur, & intelligitur de mortalibus, quorum vnũ non remittitur sine alio, vt patet apud D. S. in quarto, dist. 56. q. 2. art. 1. q. 2. quia peccata mortalia connexa sunt quo ad auersionem remittendam, & per idem remittũtur, scilicet per hoc, quòd homo Deo per gratiam vnitur, quæ vnio non fit nisi omnibus dimissis, vnde cõceditur probatio istius assumpti. Vltra. Si igit &c. Dico, quòd oportet moueri lib. arb. contra peccatum. Sed distinguo illam, oportet, quòd de omnibus cogitaret. Dico enim, ꝙ oportet ante instans iustificationis de omnibus in speciali cogitare, quæ sunt in memoria, facta aliqua diligentia, sicut potest haberi ex D. S. in quarto, dist. 9. q. 1 art. 3. q. 2. Dico autem secundò, quòd pro instanti iustificationis, sufficit de omnibus cogitare in communi; ita quòd aliquis doleat se propria culpa a Deo auersum. Et in tali cogitatu includuntur etiam peccata oblita; ita ꝙ quis doleat de commissis absolutè, vel sub conditione. Vltra. Quod videtur inconueniens &c. Negatur, quia est inconueniẽs, vt ante iustificationem cogitet de singulis habitis in memoria, & quòd de omnibus in generali pro momento iustificationis. Ad probationem inconuenientiæ dicitur, quòd non est inconueniẽs, quòd requiratur magnum tempus ante iustificationem, quia aliquis habet discutere conscientiam suam, & de omnibus peccatis conteri, quæ habet in memoria. Ad secundam probationem, negatur, quòd oblitorum non posset habere veniam, quia ad illa dimittenda sufficit aliqua diligentia facta de eorum recordatione. Et secundò sufficit, quòd quis doleat de eis, & recordetur eorum in generali sub conditione, dolendo de omnibus in generali; quare negatur consequentia. Vide D. S. in de Verita. Mate. 28. art. 5. ad tertium, & quartum, qui etiam ar. 9. ad 12. sic dicit. In illo instanti quo homo iustificatur, non requiritur, quòd sit contritio specialiter de singulis peccatis; sed generaliter de omnibus, contritione speciali de singulis peccatis, vel præcedẽte, vel subsequente, hæc ille. Et intellige de speciali contritione, & absoluta eorum quæ habentur in memoria, sed de oblitis sufficit, quòd præcesserit contritio sub conditione, idest vt quis cogitet, vt si quæ alia sint, quòd vellet de eis specialiter conteri.

¶ Nota propter assumptum argumenti concessum in solutione, quia posset videri repugnare supradictis. q. 73. art. 1. ad primũ, vbi dictum fuit, quòd peccata esto habeãt connexionem ex parte auersionis, non tamen sunt propriè connexa, hic autem post D. S. in quarto dictum est, quòd sunt cõnexa quo ad auersionem. Sed non est contradictio, quia supradicta intelliguntur, ꝙ non sunt connexa, quo ad reatum, & auersione quo ad fieri, quia videlicet quis potest incurrere reatũ vnius peccati, & non alterius. Similiter se auertere per vnum peccatum, & non per aliud; sed D. S. in quarto intelligit, quòd peccata sunt connexa, quo ad auersionem delẽdam, quia videlicet reatus, vel auersio vnius mortalis non dimittitur sine reatu, s. eternæ pœnę, & quo ad maculam, & offensam sine reatu, & macula alterius, & vtrunque verum est.

Dubitatio.

Responsio

¶ Nota etiam ex ista solutione, quòd motus lib. arb. qui est pro momento iustificationis, dicitur, & est contritio. Nam cum iustificatio fiat in instanti, & per gratiam, oportet, quòd motus qui comitatur, vel in aliquo ordine (licet non tempore) præcedit, sit informatus gratia, & ita est contritio. Et ille vt est dictum, est motus in peccata in generali. Sed motus lib. arb. præcedens iustificationem, qui est de singulis non potest dici contritio, quia sine gratia, sed dicitur attritio, & de hoc art. 7. quia motus lib. arb. in peccatum, est dispositio non distans, sed gratiæ, & remissionẽ culpæ coniunctus. Et illa possunt haberi ex D. S. in de Verita. vbi statim. art. 8. ad tertium, vbi dicit, quod iam dicta declarat. Contritio ab attritione præcedente non differt solùm secundùm intentionem doloris, sed etiam secundùm informationem gratiæ. Et ita contritio habet aliquem ordinem posterioritatis ad gratiam, quem non habet attritio. Vnde oportet dicere, quòd motus lib. arb. gratiam præcedens non sit contritio, sed solùm attritio, sed iste motus qui est cum infusione gratiæ est contritio &cæt. Et hoc D. S. notat vnico verbo solutionis, cum dicit, (vt etiam de his quę non meminit contereretur, & iste motus concurrit ad iustificationem) vbi habetur, ꝙ motus qui est pro momento iustificationis, est contritio de omnibus in generali. Et pro illo instanti homo est ita dispositus, vt contereretur de oblitis, si recogitaret &c.

Vtrum remissio peccatorum debeat numerari inter ea quæ requiruntur ad iustificationem impij.

R 3. q. 86. ar 6. ad 1. & 2. Et q. 88. ar. 2. cor. Et 4. distin. 17. q. 1. artic. 3. q. 5. cor. Et 4. cõtra c. 72. Et verit. q. 28. art. 6. Et 1o. 4. fin. Et Ephe. 5. Lec 8 fin. * Art. 1.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd remissio peccatorum non debeat numerari inter ea quæ requiruntur ad iustificationem impij. Substantia enim rei non connumeratur his quæ ad rem requiruntur; sicut homo non debet connumerari animæ, & corpori, sed ipsa iustificatio impij est remissio peccatorũ, vt dictum est, * ergo remissio peccatorum non debet computari inter ea quæ ad iustificationem impij requiruntur.

¶ 2 Præt. idem est gratiæ infusio, & culpæ remissio; sicut idem est illuminatio, & tenebrarum expulsio; sed idem non debet connumerari sibiipsi, vuum enim multitudini opponitur; ergo non debet culpæ remissio cõnumerari infusioni gratiæ.

¶ 3 Præt. remissio peccatorum consequitur ad motum liberi arbitrij in Deum, & in peccatum; sicut effectus ad causam, per fidem enim, & contritionem remittuntur peccata; sed effectus non debet connumerari suę causæ, quia ea quæ connumerantur, quasi adinuicem condiuisa sunt simul natura; ergo remissio culpæ non

debet

debet connumerari alijs quæ requiruntur ad iustificationem impij.

¶ Sed contra est, quòd in enumeratione eorum quæ requiruntur ad rem, non debet prætermitti finis qui est potissimum in vnoquoque; sed remissio peccatorum est finis in iustificatione impij; dicitur enim. Esa. 27. Iste est omnis fructus, vt auferatur peccatum eius; ergo remissio peccatorum debet connumerari inter ea quæ requiruntur ad iustificationem impij.

a ¶Hic inquiritur de quodam consummatiuo iustificationis, an videlicet remissio peccatorum sit etiam vnum de requisitis ad iustificationem impij. Et quæritur de remissione peccatorum, non vt est idē, quod iustificatio accepta, vt motus, sed vt est quoddam consummatiuum, & quasi finis aliorum cōcurrentium effectiuè, vel dispositiuè ad iustificationem. S. infusionis gratię, & motus lib. arb. & capitur, vt alijs condistinguitur. Quæritur autem notanter de iustificatione impij, quia iustificatio absolutè non requirit ablationem culpæ tanquàm consummatiuum aliorum, cum vtisic non requirat culpam præcessisse, vt patet ex artic. 1. Et ideo quæritur hic de remissione culpæ, vt potest separari ab infusione gratiæ, & vt est quoddam completiuum motus facti per infusionem gratiæ, & dispositionis liberi arbitrij.

¶ Respondeo dicendum, quòd quattuor enumerantur quæ requiruntur ad iustificationem impii, s. gratiæ infusio, motus libe. arbi. in Deum per fidem, & motus liberi arbitrii in peccatum, & remissio culpæ. ———

b ¶D.S. in principio cor. præmittit' conclusionem respon. secundò probat eam, ibi. Cuius ratio est &c. Conclusio respon. est. Quattuor enumerantur &c. vt iacet in littera. Ex illa conclusione patet, quòd remissio peccatorum non accipitur, vt est motus a peccato tantùm sicut a termino a quo, sed magis, vt est terminus ad quem peruenitur ad iustificationē impij, quia ordinatur ad hoc, quòd per iustitiam deleatur culpa.

¶ Et nota verba conclusionis, quia non dicit, quòd remissio peccatorum connumeratur iustificationi præsertim secundùm rem, sed dicit, quia connumeratur inter quattuor requisita, tanquàm principia, vel dispositiones, vel complementum iustificationis; ac sicut calor perfectus connumeretur his quæ ad calefactionem requiruntur, qui tamen secundùm essentiam est calefactio, vt est sub esse tendenti. In proposito tamen non est forma fluens, sed subitò acquisita ordinata ad deletionem peccatorum. Et ergo talis deletio requiritur tanquàm finis. Deinde ibi.

*Art.1. huius quæst. ¶ Cuius ratio est, quia sicut dictum est, * iustificatio est quidam motus quo anima mouetur a Deo a statu culpæ in statum iustitiæ; in quolibet autem motu quo aliquid ab altero mouetur, tria requiruntur. Primò quidem motio ipsius mouentis. Secundò motus mobilis, Et tertiò consummatio motus siue peruentio ad finem. Ex parte igitur motionis Diuinæ accipitur gratiæ infusio, ex parte verò liberi arbitrij moti accipiuntur duo motus ipsius secundùm recessum a termino a quo, & accessum ad terminum ad quem. Consummatio autem siue peruentio ad terminum huius motus importatur per remissionem culpæ, in hoc enim iustificatio consummatur. ———

c ¶Probat conclusionem prædictam, sic. In quolibet motu quo aliquid ab altero mouetur, tria requiruntur, scilicet motio ipsius mouentis, motus mobilis, & consummatio motus, siue peruentio ad finem; sed iustificatio est quidam motus quo anima mouetur a Deo a statu culpæ in statum iustitiæ; ergo ex parte motionis Diuinæ accipitur gratiæ &c. vt in fine litteræ, & sic conclusio vera. Maior de se patet. Minor patet ex artic. primo. Vnde habetur ex hac minore, quòd tunc est iste motus completus quando per iustitiam culpa deletur.

¶Nota autem, quòd gratiæ infusio est motio Diuina, quia videlicet ab ipsa sunt duo motus liberi arbi. qui simul sunt cum iustificatione. Quorum vnus est contritio, alius motus fidei, & charitatis in Deum, quibus stantibus sequitur secundùm modum intelligendi remissio culpę, qua deleta iustificatio consummata est; vt enim tactum est, sicut motus secundùm formam fluentem consummatur cum forma secundùm esse perfectū habetur; ita ille motus metaphoricus iustificatiuus impij, intelligitur compleri cum habetur finis ad quem motus ille ordinatur, qui est remissio culpæ per gratiam, vel iustitiam metaphoricam.

¶Et posset argui pro conclusione extra litteram. Illud siue quo iustificatio non potest esse, nec compleri, requiritur ad eam, & alijs requisitis debet connumerare. Sed remissio peccatorum est huiusmodi, quia ipsa non existente non est completa iustificatio; igitur ad eam requiritur, & alijs iustè connumeratur.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsiuam. Et patet ex iam dictis, quia finis est de principaliter requisitis. Quare remissio peccatorum, vt est finis requiritur sicut & aliæ causæ, vel efficiens, vel dispositiuè. Motus enim lib. arb. vt potest patere ex supradictis, requiritur tanquàm dispositio, vt Doc. S. habet de Verit. Mate. 28. in solutionibus de contritione, quam hic dicimus motum in peccatum &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd iustificatio impij dicitur esse ipsa remisio peccatorum, secundùm q̄ omnis motus accipit speciem a termino; tamen ad terminum consequendum multa alia requiruntur, vt ex supra dictis patet. * ——— *Art.præc.

¶Ad maiorem, conceditur, quòd substantia non connumeratur his quæ ad substantiam requiruntur intrinsecè, vel identicè, vt sic, potest tamen substantia connumerari his quæ ad substantiam requiruntur extrinsecè, velut sunt aliqualiter a substantia distincta saltem ratione. Probatio autem maioris est de his, quæ requiruntur tanquàm partes intrinsecę, & essentiales. Secundò dicitur, quòd esto quòd substantia non connumeretur requisitis intrinsecè, connumeratur tamen alijs quæ non intrinsecè, vel identicè, & conuertibiliter requiruntur, & sic dico, quòd remissio peccatorum non connumeratur iustificationi, sed alijs ad iustificationem requisitis, vt patuit. Ad minorē, verum, iustificatio, vt motus, & vt transmutatio de peccato in iustitiā est remissio peccatorū, vt vtrunque accipiatur per modum motus. Tamen si remissio peccatorum accipiatur per modum mutationis, & iustificatio similiter, tunc non sunt idem. Similiter si remissio peccatorum accipiatur, vt terminus iustificationis impij, tunc distinguitur saltem ratione a iustificatione, vt est motus. Et sic pōt connumerari inter ea quæ ad iustificationem requiruntur; quare negatur cōsequētia.

¶Nota, quòd remissio peccatorum, vt est idem cum iustificatione; tunc habet pro termino a quo peccatum, a quo recedit, & iustitiam pro termino ad quem. Et sic supra dictū fuit art. 1. quòd sunt motus vnus. Sed vt connumeratur inter requisita ad iustificationem, tunc dicit deletionem culpæ per iustitiam, & est terminus ad quem iustificationis. Et hoc vult Doc. S. in solutione, quia iustificatio impij est remissio peccatorum, (etiam scilicet, vt remissio connumeratur inter alia) inquantum remissio peccatorum est terminus ad quem, ratione tamen distincta a iustificatione. Et quia ad terminum consequendum multa alia requiruntur, ideo (supple) remissio peccatorum alijs requisitis connumeratur, non tamen connumeratur iustificationi secundùm rem, sicut nec terminus motui, immo ipse terminus, vt profluens erat motus. Sic remissio peccatorum intellecta vt trāsmutatio de peccato in eius deletionem per iustitiam, est iustificatio. Vnde D. S. in de Verita. Mate. 28. art. 1. 1. argumento sic arguit, remissio peccatorum est vnum de quattuor quæ requiruntur ad iustificationem impij; ergo iustificatio impij non est remissio peccatorum. Et soluendo dicit, Remissio peccatorum distinguitur aliquo modo, vel re, vel ratione a iustificatione, & sic condiuiditur contra gratiæ infusionem, & ponitur vnum de quattuor, quæ ad iustificationem impij requiruntur, hæc ille. Ex quibus patet, quòd remissio peccatorum, vt ponitur inter requisita ad iustificationem, differt ratione a iustificatione tanquàm terminus, & finis ab eo cuius est finis. Et ex his quæ ibidem habet in corpore patet, quòd remissio, & iustificatio, vt accipiuntur per modum motus tunc dicunt vnum motum. Sed si vnum accipiatur, vt motus, & alterum vt terminus eius, sic distinguuntur ratione, & hoc modo est in proposito &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd gratię infusio, & remissio culpę dupliciter considerari possunt. Vno modo secundùm ipsam substantiam actus, & sic idem sunt, eodem enim actu Deus, & largitur gratiam, & remittit culpam. Alio modo possunt considerari ex parte obiectorum, & sic differunt secundùm differentiam culpę, quę tollitur, & gratię quę infunditur; sicut etiam in rebus naturalibus generatio, & corruptio differunt, q̄is generatio vnius sit corruptio alterius. ———

¶Circa maiorem explicandam. Oportet notare D.S. in de Verita. supra ar. 6. quòd gratiæ infusio, & remissio culpæ possunt dupliciter considerari. Vno modo per modum motus, & sic sunt vnum, ad hūc sensum, quia per eundem motum, vel actū, acquiritur gratia, & remittitur culpa. Sicut & supra de iustificatione, & remissione peccatorum dictum fuit. Et in naturalibus patet, quia ad generationem vnius sequitur corruptio alterius. Alio modo considerantur, vt mutationes, & si sic accipiantur, oportet videre an termini illarum mutationum distinguantur, puta gratia quæ est terminus infusionis, & non esse culpæ, quod est terminus rēmissionis. Est autem duplex oppositio terminorum. Quædam est oppositorum quæ sunt realia, vt album, & nigrū. Et in illis terminus vnus positus, & negatio alterius distinguūtur realiter. Vnde corruptio nigri, cuius terminus est non esse nigrum, & generatio albi, vt acci-

accipiuntur per modum mutationum, distinguuntur realiter negatiuè, sicut res & negatio rei, licet non sit distinctio realis, quæ est relatio. Quædam verò sunt opposita, quorum vnum est reale alterum rationis, & in talibus affirmatio est realis, sed negatio non est realis extrinsecè, ideſt rei realis, sed est negatio rationis. Vnde secundùm rem idem est generatio albi, & corruptio non albi, quia non album dicit ens rationis. Et non est hic distinctio realis, quæ sit relatio, vel negatio, sed est distinctio rationis. Ad propositum igitur, quia culpa non solùm dicit negationem gratiæ, sed absentiam derelictam ex peccato voluntario, quæ est macula; ideo remissio culpæ significat ablationem, non purę negationis, sed quasi se habentis per modum impedimenti, & obstaculi, & per modum entis, ideo infusio gratiæ, & remissio culpæ, non sunt idem secundùm rem, sed habent diuersos terminos, quorum vnus est gratia, alius est ablatio impedimenti; ideo distinguūtur realiter largè, & negatiuè, quia ibi acquiritur affirmatio, alibi abijcitur non pura negatio, sed habens se per modum positiui, quāmuis ad rem loquendo, illud, quòd abijcitur non sit positiuum reale; & stat breuiter fundamentum in hoc, quia in remissione culpæ tollitur macula, & reatus pœnę ęternæ, & offensa, vt patuit supra; & quia ista (saltem reatus) sunt positiua, similiter macula nō est pura negatio, nec similiter offensa, vt patuit supra. Ideo potest dici ad sanum sensum, quòd sit distinctio realis inter gratiam, vel infusionem gratiæ, & inter remissionem culpæ, quia videlicet non est distinctio inter affirmationem, & puram negationem, sicut est inter album, & non album, sed etiam distinctio inter positiuum, & positiuum, licet non reale ex vna parte. Quomodo enim inter ens, & non ens sit distinctio realis, patet in metaphisica, quia distinctio quæ est negatio, & si sit negatio entis realis, vocatur negatio realis, & distinctio realis; si autem est negatio entis rationis, dicitur distinctio rationis, vnde mutatio priuatiua quę est remissio culpæ quo ad maculam, & reatum non est propriè alia mutatio, sed est non eadem. Vide de ista materia. Scotum in 4. dist. 16. q. 2. vbi in sententia non discordat, si bene examinentur dicta D.S, & Sco. quia nec nos ponimus maculam aliquid reale nec reatum ęternum, & per consequens remissio horū non est mutatio positiua realis, nec hoc vult D. S. in de Verita. supra, sed vult tantùm, quòd corruptio culpæ non est ablatio purę negationis quæ sit non esse gratiæ, sed est corruptio alterius, quàm non esse gratiæ, quod impediebat gratiam, scilicet maculæ, & offensæ, & reatus ęterni; quæ tamen, quia non sunt realia, sed priuatiua, vel positiua rationis, ideo non est eadem mutatio secundùm rem, sed non propriè alia positiua realiter. Vnde nec D.S. dicit, vbi iam, quòd sit alia, sed dicit, quòd non sit eadem secundùm rem. Et vult, quòd causa maculę sit aliquod reale, sed non, quòd ipsa macula; & per infusionem gratiæ tollatur obstaculum peccati. Et in hoc Scotus concordat, vt patet intuenti.

Scotus.

¶ His præmissis dicitur ad argumentum formaliter. Ad minorem, distinguitur, si intelligitur, quòd sint idem, vt motus, vel secundùm substantiam actus Diuini, conceditur, quia per eundem actum Deus dat gratiam, & remittit culpam. Si autem intelligitur de gratiæ infusione, & culpæ remissione, (vt accipiuntur per modum mutationum, vel vt D.S. hic habet ex parte obiectorum, scilicet gratiæ, & culpæ) sic negatur maior, quia gratia, & culpa non sunt idem realiter, nec per consequens infusio, & generatio gratiæ, & corruptio culpæ. Ad probationem dico, quòd idem est illuminatio, & tenebrarum expulsio quo ad actum, & motum illuminatiuum, sed tamen si considerentur illuminatio, & tenebrarum expulsio per modum mutationum, sic non sunt eadem mutatio. S. generatio lucis, & expulsio tenebrarum. Et secundò iuxta D.S. in de Verita. non est omnino simile de tenebris, & peccati culpa, quia tenebra est pura priuatio non sic culpa, vel macula eius, quia dicit priuationem luminis ex aliquo impedimento causatam; Sed culpa assimilatur vmbrę &c. Minor vera, vt sic, sed negatur consequentia; quia ista duo connumerantur, vt sunt non eadem mutatio, & ex parte obiectorum quæ modo nō sunt eadem, immo nec necessariò se concomitantur gratiæ infusio, & remissio culpæ, vt ostendit D.S. in 4. dist. 17. q. 1. art. 3. q. 3. & Sco. vbi supra. Sicut patet de homine in statu innocentiæ, & Christo, & Angelis, vnde dicit D. S. in 4. Illa quæ per accidens se habent ad aliquid non includuntur ab illo; remissio autem culpæ se habet accidentaliter ad gratiæ infusionem, quia accidit ex subiecto in quo culpam inuenit &c. Et ideo infusio gratiæ non includit culpæ remissionem, vnde cum ad iustificationem impij, de qua loquimur, sit necessaria culpæ remissio, oportet, quòd connumerentur gratię infusioni, hæc ille. Ex quibus patet, quòd illud, quod D.S. hic in fine solutionis ponit sanè intelligendum est, scilicet, q̄ sicut generatio vnius dicitur a Philosopho corruptio alterius per concomitantiam, quia de necessitate sunt simul propter vnitatem motus, qui ad istas duas mutationes terminatur, hæc ille. Intelligendus est enim D.S. quòd simile est de generatione, & corruptione quo ad concomitantiam, sed non quo ad perfeitatem concomitantiæ; quia in naturalibus semper generatio, & corruptio se concomitantur, non autem semper infusio gratiæ, & remissio culpæ se concomitantur &c.

¶Ad tertium dicendum, quòd ista non est connumeratio secundùm diuisionem generis in species, in qua oportet, quòd connumerata sint simul; sed secundùm differentiam eorum quæ requirūtur ad completionem alicuius, in qua quidem enumeratione aliquid potest esse prius, & aliquid posterius, quia principiorum, & partium rei compositę, potest esse aliquid alio prius. —

¶ Maior si intelligitur de causa effectiua productiua, negatur, nullus enim actus hominis est causa effectiua remissionis culpæ sicut nec causa gratiæ. Si intelligitur, quòd remissio peccatorum consequitur ad motum lib. arb. sicut ad causam aliquo modo dispositiuam, conceditur, vnde D.S. in de Verita. vbi supra. art. 8. ad primum, dicit, quòd contritio est causa remissionis culpæ inquantum est dispositio ad gratiam. Ad minorem dupliciter. Vno modo post D.S. in 4. vbi statim. Effectus non debet connumerari suæ causæ proportionatæ, & adequatę, ad quam semper sequitur, & qui intelligitur in causa; sic autem non est de remissione culpę respectu infusionis gratiæ, vt patuit ad secundum. Secundò dicitur post D.S. hic effectus non debet connumerari suæ causæ numerationę qua cōnumerantur species simultaneæ sub eodem genere, potest tamen connumerari sicut posterius concurrens cum causa sua ad completionem alicuius effectus. Sic in proposito actus libe. arbi. & remissio peccatorum concurrunt ad iustificationem, illi quidem, vt dispositio, illa autem, vt complemētum. Ad probationē minoris ea quæ connumerantur quasi adinuicem condiuisa &c. Verum condiuisę species sunt simul natura ad sensum supra dictum. q. 29. artic. 2 ad primum. Vltra ergo. Ergo &c. Verum, non connumeratur eis sicut species condiuisa, sed sicut simul concurrens ad eundem effectum; potest autem fieri, vt inter concurrentia ad idem compositum, vel eundem effectum, vnum sit prius alio, immo causa alterius, sicut patet de natura, & forma, & de partibus domus, vbi fundamentum præcedit, tectum autem sequitur, & complet.

Vtrum iustificatio impij fiat in instanti aut successiuè.

S

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd iustificatio impij non fiat in instanti, sed successiuè; quia vt dictum est,* ad iustificationem impij requiritur motus liberi arbitrij. Actus autem liberi arbitrij est eligere, qui præexigit deliberationem consilij, vt dictum est. * Cum igitur deliberatio discursum quændam importet qui successionem quandam habet, videtur, quòd iustificatio impij sit successiua.

Infra ar. 8. co. Et 4. dist. 5. q. 2. arti. 2. q. 5. ad 1. & dist. 17. q. 1. art. 5. q. 3. Et verit. q. 26. art. 3. ad 12. Et q. 28. art. 3. ad 10. & 19. & artic. 9. *Art. 3. 5. 6. *q. 13. ar. 1. *q. 85. ar. 4.

¶ 2 Præt. motus liberi arbitrij non est absque actuali consideratione; sed impossibile est simul multa intelligere in actu, vt in primo dictum est; * cum igitur ad iustificationem impij requiratur motus liberi arbitrij in diuersa, s. in Deum, & in peccatum; videtur, quòd iustificatio impij non possit esse in instanti.

¶ 3 Præt. forma quæ suscipit magis, & minus successiuè recipitur in subiecto sicut patet de albedine, & nigredine; sed gratia suscipit magis, & minus, vt supra dictum est; * ergo non recipitur subitò in subiecto; cum igitur ad iustificationē impij requiratur gratiæ infusio, videtur, q̄ iustificatio impij non possit esse in instanti. *q. 114. ar. 4.

¶ 4 Præt. motus liberi arbitrij qui ad iustificationem impij concurrit est meritorius; & ita oportet, quòd procedat a gratia, sine qua nullum est meritum, vt infra dicetur; * sed prius est aliquid consequi formam, quàm secundùm formam operari; ergo prius infunditur gratia, & postea liberum arbitrium mouetur in Deum, & in detestationem peccati; non ergo iustificatio est tota simul. *q. 114. ar. 2.

¶ 5 Præt. si gratia infundatur animæ, oportet dare aliquid instans in quo primò animæ insit; similiter si culpa remittitur oportet vltimum instans dare, in quo homo culpæ subiaceat, sed non potest esse idem instās, quia sic opposita simul inessent eidem; ergo oportet esse duo instantia sibi succedentia inter quæ secundùm Philosophum in 6. Physic. * oportet esse tempus mediū; non ergo iustificatio fit tota simul, sed successiuè. *Arist. text. 2

¶Sed

¶ Sed contra est, quòd iustificatio impij sit per gratiam Spiritus Sancti iustificantis; sed Spiritus Sanctus subitò aduenit mentibus hominum, secundùm illud. Act. 12. Factus est repente de cœlo sonus tanquàm aduenientis Spiritus vehementis, vbi dicit Glo.* quòd nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia; ergo iustificatio impij non est successiua, sed instantanea.

*Glo. Ambro. i illud. Luc. cap. 1. Abijt i Mõtana cũ festinatione.

¶ Hic Doc. San. inquirit de modo, & ordine, & primò temporis, secundò de ordine naturæ eorum quæ ad iustificationem requiruntur, artic. sequenti. ¶ Nota pro intellectu quæsiti, & dicendorum, quòd quando dicitur aliqua mutatio esse in instanti, non intelligitur, quòd duo termini eius sint in instanti, quia hoc est impossibile cum termini mutationis sint oppositi per se loquendo, sed intelligitur, quòd transitus de vno termino in alium est subito, & in instanti.

¶ Respondeo dicendum, quòd tota iustificatio impij originaliter consistit in gratiæ infusione. Per eam enim, & liberũ arbitrium mouetur, & culpa remittitur.

Conclusio responsiua.

¶ D.S. respondet tali conclusione, iustificatio impij fit a Deo in instanti; probatur, tota iustificatio impij originaliter consistit in gratiæ infusione, & scilicet si ista fit in instanti, & iustificatio erit in instanti; sed gratiæ infusio fit in instanti absque successione; ergo conclusio vera; huius rationis D.S ponit, & probat primò maiorem; secundò minorem ibi, gratiæ autem &cæt. tertiò infert conclusionem ibi. Sic igitur &c. Maior ergo probatur, quia per infusionem gratiæ causantur alia tria requisita ad iustificationem, per eam enim libe. arb. mouetur &c. Et ita tota vis, & radix est in infusione gratiæ. Ex hijs quattuor existentibus, scilicet infusione gratiæ, motibus duobus lib. arb. & remissione culpę est ipsa iustificatio; ergo ex mensura infusionis gratiæ, habetur & mensura aliorum, & per consequens iustificationis. Consequenter cum dicit.

¶ Gratiæ autem infusio fit in instanti absque successione. Cuius ratio est, quia quòd aliqua forma non subitò imprimatur subiecto, contingit ex hoc, quòd subiectum non est dispositum, & agens indiget tempore ad hoc, quòd subiectum disponat; & ideo videmus, ꝙ statim cum materia est disposita per alterationem præcedentem, forma substantialis acquiritur materiæ; & eadem ratione, quia diaphanum est secundùm se dispositum ad lumen recipiendum, subitò illuminatur a corpore lucido in actu.

¶ Subiungit minorem quam probat sic. Quia aliqua forma non subitò imprimatur subiecto contingit &c. vt in littera, sed Deus non indiget tempore ad hoc, quòd anima disponatur ad gratiam; ergo gratiæ infusio fit in instanti, huius pro syllogismi ponit primò maiorem, secundò probat minorem suppletam, ibi, dictum est autem &c. Maior autem ista declaratur a contrario sensu; videmus enim &c. vt in littera, per exemplificationem in naturalibus, de forma substantiali, & accidentali, scilicet lumine. Et habetur per illam posterioristicam. Si affirmatio est causa affirmationis &cæt. sed esse dispositum facit formam subitò acquiri; ergo nõ subitò acquiri est ex indispositione materiæ, vel dispositione successiua. Consequenter ibi.

¶ Dictum est autem supra, * quòd Deus ad hoc, ꝙ gratiam infundat animæ, non requirit aliquam dispositionem nisi quam ipse facit. Facit autem huiusmodi dispositionem sufficientem ad susceptionem gratiæ, quandoque quidem subitò, quandoque autem paulatim, & successiuè, vt supra dictum est; * quòd enim agens naturale non subitò possit disponere materiam, contingit ex hoc, quòd est aliqua * proportio eius, quod in materia resistit ad virtutem agentis; & propter hoc videmus, quòd quantò virtus agentis fuerit fortior, tantò materia citius disponitur. Cum igitur virtus Diuina sit infinita, potest quantumcunque materiam creatam subitò disponere ad formam, & multò magis liberum arbitrium hominis, cuius motus potest esse instantaneus secundùm naturam.

q. 112. ar. 2.

*q. 112. ar. 2 ad secũdũ.

* Aliàs disproportio.

Alias disproponit.

Dub. 7. 46.

¶ Probat minorem proximam pro minore principali sic, Deus ad hoc, quòd gratiam infundat &c. sed Deus potest huiusmodi dispositionem sufficientem facere subitò, quandoque paulatim, & successiuè; ergo minor proxima vera, scilicet, quòd non indiget tempore, quod animam disponat ad gratiam. Maior ista patuit. quæst. 112. art. 2. Minor similiter. quæst. 112. art. secundo, ad secundum, de Paulo, qui subitò fuit dispositus, ita quòd contraria dispositio immediatè præcesserat; & probatur tamen hic quo ad vnam partem, scilicet, quòd Deus subitò disponere possit animam ad gratiam, & arguitur sic. Quia agens naturale non subitò &c. vt in littera, sed in anima non est aliquid, quod habeat proportionem ad virtutem Dei iustificantis, immo lib. arb. ex natura habet, vt motus eius possit esse instantaneus; igitur &c. Ista maior ostenditur a signo, ibi. Et propter hoc videmus &c. Minor probatur, quia virtus Diuina est infinita, ergo non potest in anima esse aliquid, quod habeat resistentiam, vel virtutem resistendi, & impediendi actionem Dei, ne subitò disponat; immo potest virtus Dei infinita quamcunque naturam creatam subitò disponere ad formam. Et nota verbum, quod sequitur Et multò magis lib. arbi. hominis, quia ex hoc, quòd subitò disponitur non fit aliquid supra naturam hominis ex parte modi fiendi, quia & naturaliter potest habere motum instantaneum, & per consequẽs Deus potest eum subitò efficere, & ita patet minor principalis, quòd Deus possit infundere gratiam in instanti, quia si hoc non poffet maximè ideo esset, quia anima non posset subitò disponi, potest autem subitò disponi; igitur &c.

¶ Nota autem, quòd quamuis anima quandoque successiuè disponatur, non tamen propter hoc iustificatio non fit in instanti. Quia cum gratia, & culpa sint opposita immediata circa susceptibile, inter ea non cadit medium. Et per consequens oportet, ꝙ transitus de vno ad aliud sit subitus, & in instanti. Sed illa successiua dispositio, non est dispositio quæ est necessitas, nec est sufficiens, sed adueniente per motionem Diuinam sufficienti dispositione tunc simul infunditur gratia, & fit iustificatio, vnde Doc. S. intelligendus est, quòd Deus facit sufficientem dispositionem quandoque successiuè, quia videlicet illam dispositionem sufficientem præcessit aliqualis dispositio quæ non habuit gratiam continuatam. Quandoque autem nulla dispositio præcessit, sed sufficiens fuit subitò introducta præcedente eius contrario, vt patet de Paulo, vnde quælibet iustificatio fit in instanti, sed non quælibet dispositio sufficiens, sed quandoque insufficiens præcedit; ita quòd non est mens quin omnis iustificatio sit subita, sed non omnis dispositio, vt patebit ad primum.

¶ Nota etiam, quòd contrarium inuentũ in materia, vel subiecto dupliciter resistit actioni. Vno modo inquantũ agit in ipsum agentem, vt patet in naturalibus quæ agunt, & patiuntur, & ideo si est aliqua proportio virtutis patientis ad agens, potest sibi ad tempus resistere, & actionem eius impedire; & hoc vult D.S. cum dicit, hoc quòd agens naturale non subitò disponat contingit ex aliqua * proportione eius, quod in materia disponẽda resistit, hoc autem modo non potest esse aliqua resistentia ad Diuinam virtutem, tum vt dictum est, quia non est aliqua proportio finiti ad infinitum, tum quia Deus est agens nullo modo patiens; ideo virtus creata non potest impedire actionem Diuinam agendo in Deum ipsum. Sed alio modo est resistentia per hoc, quod potentia non est propria illi formæ sicut contrarium facit resistentiam contrario, sed nec hoc modo est aliquid, quod Deo resistere possit, quia etiam ex nihilo, & nulla potentia præsuppositа, aliquid facere potest. Vnde nihil impedit quin Deus possit subitò iustificare etiam quo ad dispositionem. Tunc ibi.

* Aliàs disproportione.

¶ Sic igitur iustificatio impij fit a Deo in instanti. —

¶ Infert conclusionem responsiuam iam deductam, & patet; dicit autem conclusio (a Deo) quia ipse solus iustificat infundendo gratiam, & mouendo lib. arb. ad actũ suum subitò, qui est dispositio completa ad iustificationem; dicit etiam (fit) quia causa priuationis gratiæ potest successiuè tolli, secundùm quòd homo cogitando se ad gratiam disponit. De materia huius articuli vide Doc. San. in de Verita. Mate. 28. artic. 9. Et in 4. distinct. 17. q. 1. artic. 5. quæst. 3.

¶ Et confirmatur conclusio argumento in contrarium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd motus liberi arbitrij, qui concurrit ad iustificationem impij, est consensus ad detestandum peccatum, & ad accedendum ad Deum, qui quidem consensus subitò fit. Contingit autem quãdoque, ꝙ præcedit aliqua deliberatio quæ non est de substantia iustificationis, sed via in iustificationem, sicut motus localis est via ad illuminationem, & alteratio ad generationem.

¶ Ad maiorem requiritur motus quidem, sed non qui est actus imperfecti, & exeuntis de potentia in actum qui est cum abiectione alicuius formæ positiui; & non est motus quo recipiatur forma cum elongatione a contrario, sed est motus, qui est actus perfecti, & operatio instantanea, sicut & esse perfectum potest esse in instanti. Ad minorem, si intelligitur vniuersaliter est falsa, quia non omnis actus voluntatis, vel libe. arbi. est eligere, sed aliquis est velle, aliquis consentire; & dico, quòd consensus lib. arb. requiritur ad iustificationem in instãti iustificationis, dico etiam, quòd eligere præexigit quidem deliberationem, sed non est deliberatio, vt patuit. quæst. 13. art. 1. Sed dictum est, quòd non requiritur electio pro instanti iustificationis, sed consensus, quem & si delibe-

si deliberatio præcedere possit, sed illa non est de requisitis pro instanti iustificationis, sed consensus cum aliqua apprehensione licet non collatiua. Vltra, cum igitur &c. conceditur, quòd deliberatio non est sine successione, sed iam dictum est, quòd non requiritur ad substantiam iustificationis, idest non est de hijs quæ requiruntur pro momento iustificationis ad eius complemẽtum. Quare negatur consequentia, sed bene probat iuxta modum dicendi. Doct. S. in de Veritate, quòd causa priuationis gratiæ successiuè tollatur, secundùm quòd aliquis cogitando, & deliberando successiuè se disponit ad gratiam, quæ dispositio est contraria causæ maculę, & priuationis gratiæ, scilicet affectioni ad peccatum, & peccato, quod est causa maculę; sicut & causa illuminationis successiuè accedit per motum, sed ea præsente subitò fit illuminatio. Simile de alteratione quæ est successiua, & tamen subitò ad eam sequitur generatio; de differentia autem electionis, & consensus, vide supra. quæst. 15. artic. 3. ad tertium, quia non est opus electione ad iustificationem pro scilicet momento iustificationis, vt distinguitur contra consensum, quia non oportet tendere in duo quorum vtrunque placet, & vnum præ alio; sed sufficit, ꝙ placeat iustitia, & maximè non est opus electione cum deliberatione, & collatione præcedente simul, vnde S. Paulus, nec deliberauit nec elegit iustificationem, sed consensit. Et præterea non videtur absurdum dicere, quòd sit in instanti; ita quod electio est terminus consilij in his qui egent consilio, in hijs autem qui habent certitudinem, habetur electio sine consilio, vnde Doc. San. tertia parte. quæst. 35. artic. secundo, ad secundum, ponit, quòd anima Christi in primò instanti elegerit. Vide ibidem totum articulum, quia valet ad propositum &c.

*Prima parte q. 85. artic. 4.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut in primo dictum est; * nihil prohibet duo simul intelligere actu, secundùm quòd sunt quodammodo vnum; sicut simul intelligimus subiectum, & prædicatum inquantum vniuntur in ordine affirmationis vnius; & per eundem modum liberum arbitrium potest in duo simul moueri, secundùm quòd vnum ordinatur in aliud; motus autem liberi arbitrij in peccatum ordinatur ad motum liberi arbitrij in Deũ; propter hoc enim homo detestatur peccatum, quia est contra Deum cui vult adhærere; & ideo liberum arbitrium in iustificatione impij simul detestatur peccatum, & conuertit se ad Deum; sicut etiam corpus simul recedendo ab vno loco, accedit ad alium. —

¶ Maior vera. Ad minorem dicitur, quòd in primo, idest prima parte, non ita crude dictum est, quòd impossibile sit multa intelligere actu, sed dictum est. quæst. 85. artic. quarto, quòd impossibile est intelligere plura per modum plurium, quod est intelligere per multas species, sed non habentur pro multis speciebus quæ ad vnum obiectum, vt sic, cõcurrunt, quia habent vim vnius; nec si sint, scilicet species plurium subordinatorum, habentur pro pluribus speciebus, nec intellectiones ex illis speciebus sequentes erunt plures actiones, sed se habent per modum vnius; vnde quando plures species concurrunt ad aliqua subordinata, vel ad cognoscendam differentiam aliquorum adinuicem, tales species habentur quasi partes vnius speciei, quæ repræsentant illam differentiam, vel ordinationem vnius ad aliud, sicut Doc. S. ibidem habet ad quartum de specie repræsentante partes totius quæ repræsentat diuersa quæ conueniunt in vno toto. Dico etiam, ꝙ species subordinatę possunt simul actuare in esse intelligibili intellectum. Nec habent rationem multarum specierum absolutè licet non species eiusdem ordinis. Omnia ista habentur ex mente Doc. San. ibidem, quam nec Sco. nec Durandus bene accepit. Vltra. Cum igitur, dico quòd requiritur motus lib. arb. in diuersa, sed nõ per modum diuersorum absolutè, sed in diuersa, vt subordinata sunt, vt vnum est ratio alterius, vt patebit artic. sequenti in cor. quia motus in Deum est ratio motus contra peccatum, & per consequens, & apprehensiones, & motus sunt subordinati; sicut & aliquis simul appetit finem, & id, quod est propter finem, & simul apprehendit; vnde Doc. San. in de Verita. supra ad primum, quando sunt duo motus omnino disparati non possunt esse simul in eadem potentia, sed si vnum sit ratio alterius, tunc simul esse possunt, quia tunc quodammodo sunt vnius motus, hæc ille. Et sicut dicit de motu, ita dicendum est de apprehensionibus, & speciebus subordinatorum, quòd sunt quodammodo vnum. Quare negatur consequentia &c.

Scotus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non est ratio quare forma subitò in materia non recipiatur, quia magis, & minus potest inesse, sic enim lumen non subitò reciperetur in aere qui potest magis, & minus illuminari; sed ratio est accipienda ex parte dispositionis materiæ, vel subiecti, vt dictum est. *

*In corp. act.

¶ Ad maiorem negatur, quia procedit secundùm non causam, non enim suscipere magis, & minus est ratio successiuè receptionis, sed quia subiectum non est disponibile subitò. Et hoc, vel propterea, quia est medium inter formam abijciendam, & introducendam; vel propter hoc, quia hæc forma recipitur per elongationem a contrario, quod prius abijcitur, quo præsente materia, vel subiectum non est ꝺispositum, sed resistit actioni agentis. Quare maior non est vera, sicut patet instantia de lumine, quod subitò recipitur, & tamen suscipit magis, & minus, vnde dico, quòd albedo successiuè recipitur secundùm modum naturalem, quia inter eam, & nigredinem est medium, & quia per elongationem a contrario recipitur in subiecto quo præsente, subiectum non est dispositum pro albedine, vnde suscipere magis, & minus non est ratio successiuè receptionis in subiecto. Minor conceditur, sed tamen inter eam, & culpam non est medium, nec culpæ permisceatur gratia, nec acquiritur per eius elongationem. Vnde negatur prima cõsequentia. Vltra. Cum igitur, conceditur, sed iam patuit, quòd infusio gratiæ est subita. Quare negatur vlterior consequentia.

¶ Nota quòd hæc solutio tangit vnam difficultatem philosophicam. An videlicet contraria commisceantur, & se compatiantur secundùm gradus remissos. Capreolus enim in primo dist. 17. tenuit partem affirmatiuam, quòd sic. Alijs verò pars negatiua verior videtur. Sed de hoc alibi, quia potest intelligi illa depuratio a contrario non per mixtionem vnius cum alio, sed per maiorem elongationem, quæ fit secundùm quòd subiectum disponitur ad remissionem vnius, & ad acquisitionem alterius. Et est ibi successio propter resistentiam contrarij præcedentis ad actionem agentis &c.

Capreolus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in eodem instanti in quo forma acquiritur incipit res operari secundùm formam; sicut ignis statim cum est generatus mouetur sursum, & si motus eius esset instantaneus in eodem instanti compleretur; motus autem liberi arbitrij qui est velle non est successiuus, sed instantaneus; & ideo non oportet, quòd iustificatio impij sit successiua. ———

¶ Ad maiorem patuit verus intellectus supra quæst. 112. artic. 2. ad primum, quia motus lib. arb. qui concurrit ad iustificationem sicut dispositio indistans a gratia, est meritorius, non quidem gratiæ quæ simul habetur, sed gloriæ, vel augmenti gratiæ. Vnde conceditur, quòd talis motus procedit a gratia sine qua nullum est meritum, nam dispositiones præcedentes gratiam videntur nec esse meritum congrui, vt supra dictum fuit, vbi iam. Ad minorem. Si intelligitur voluerit, & de prioritate durationis, vel temporis, negatur; constat enim, quòd cum luna illuminatur, in eodem instanti illuminat; quando ergo formam sequitur operatio subitò, tunc simul cum res accipit formam simul etiam operatur, sicut habet Doc. San. exemplum de igne, qui pro eodem instanti quo generatur, mouetur sursum, idest incipit moueri sursum per negationem de præsenti, & affirmationem de futuro, & de hoc Doc. San. tertia parte, vbi statim ad primum; Esse est prius natura, quàm agere, nõ tamen est prius tempore, sed simul cum agens habet esse perfectum, incipit agere, nisi sit aliquod impediens; sicut ignis simul dum generatur incipit calefacere, & illuminare, sed calefactio non terminatur in instanti, sed per temporis successionem, illuminatio autem perficitur in instanti, & talis operatio est vsus lib. arb. vt dictum est, hæc ille. Et sicut ipse dicit de calefactione, quòd incipit in instanti generationis ignis, sed non est, ita hic. Doc. S. intelligendus est cum dicit. Ignis statim cum est generatus mouetur sursum, idest incipit moueri, quia motus non est in instanti, sed bene incipit in instanti per negationem de præsenti, & positionem de futuro &c. Ad consequens, si intelligitur, ergo prius tempore, negatur, sed conceditur, quòd prius natura. Quare negatur, & vlterior consequentia, quia prioritas naturæ non præiudicat instantaneę inceptioni.

¶ Ad quintum dicendum, quòd successio duorum oppositorum in eodem subiecto aliter est consideranda in his quæ subiacent tempori, & aliter in his quæ sunt supra tempus. In his enim quæ subiacent tempori, non est dare vltimum instans, in quo forma prior subiectò inest, est autem dare vltimum tempus, & primum instans in quo forma subsequens inest materiæ, vel subiecto. Cuius ratio est, quia in tempore non potest accipi ante vnum instans, aliud instans præcedens immediatè, eo quòd instantia non consequenter se habent in tempore, sicut nec puncta in linea, vt probatur in 6. Physicorum, * sed tempus terminatur ad instans, & ideo in toto tempore præcedẽti quo aliquid mouetur ad vnam formam, subest formæ oppositæ, & in vltimo instanti illius temporis, quod est primum instans sequentis temporis

Dub. 647.

* A princi. lib. pe. decem Tex.

poris, habet formam quæ est terminus motus. Sed in his quæ sunt supra tempus aliter se habet, si qua enim successio sit ibi affectuum, vel intellectualium conceptionum, puta in Angelis, talis successio non mensuratur[d] tempore continuo, sed tempore discreto; sicut & ipsa quæ mensurantur non sunt continua, vt in primo habitum est; * vnde in talibus est dandum vltimum instans, in quo primum fuit, & primum instans, in quo est id quod sequitur; nec oportet esse tempus medium, quia non est ibi continuitas temporis quæ hoc requirebat.

d Ib. 118.

*Prima pars q. 53. artic. 2. & 3.

¶ Et quia hoc argumentum præsupponit, quòd in omni successione duorum oppositorum in eodem subiecto sint duo instantia inter quæ sit medium tempus sic, quòd non possint simul esse. Ideo D.S. primò hoc declarat quando sit verum, & quando non, & deinde secundò applicat ad propositum argumenti soluendo illud, ibi. Mens autem humana &c. Nota ergo primò distinctionem de successione aliquorum oppositorum, & de hijs quæ primo modo succedunt, verum est esse tempus medium, sed non est dare duo instantia eorum, sed tantùm vnum, & sic vna pars suppositi est falsa, & alia vera. Sed quo ad illa quæ secundo modo succedunt, est dare duo instantia, sed inter illa non cadit medium tempus, & sic iterū vna pars suppositi falsa. Et hoc declarat D.S.

De primo, & vltimo instanti.

¶ Nota ex his artista fundamentum. Quare non datur vltimum instans esse formæ abijciendæ, sed vltimum tempus, quia cū forma generabilis, & corruptibilis subsit tempori, quod est numerus motus cęli, sequitur, quòd nunc, vel instans mensurans generationem formæ introductæ non se habeat consequenter ad aliud nunc præcedens, sed inter ipsa detur tempus medium. Si ergo datur vltimū instans esse formæ abiciendæ non erit idem in quo est primò est formu generata, quia tunc duæ formæ oppositæ essent simul; erit igitur aliud; signetur ergo illud per intellectum, & tunc inter ipsum, & inter instans generationis, est tempus medium, in quo tempore medio non est forma abijcienda in natura, quia ante abiecta est, nec forma introducenda, quia ipsa aduenit in termino illius temporis, & sic pro aliquo tempore materia est sine forma, quod est impossibile. Quare idem est instans esse vnius, & non esse alterius, & sic non sequitur illud inconueniens de quo arguit hic.

¶ Mens autem humana quæ iustificatur secundùm se quidem est supra tempus, sed per accidens subditur tempori, inquantum, scilicet, intelligit cum continuo, & tempore secundùm phantasmata in quibus species intelligibiles considerat, vt in primo dictum est; * & ideo iudicandum est secundùm hoc de eius mutatione secundùm conditionem motuum temporalium, vt scilicet dicamus, quòd non est dare vltimum instans, in quo culpa infuit, sed vltimum tempus; est autem dare primum instans in quo gratia ineſt, in toto autem tempore præcedenti inerat culpa.

*Prima pars te q. 84. art. 7. q. 85. art. & 2.

¶ Dicendum ergo ad argumentum ex dictis, prima pars assumpti conceditur, vel maioris; quia datur primum instans in quo gratia ineſt, quod instans est vltimus terminus illius temporis, in quo culpam habuit. Ad secundam partem maioris dicitur negando, quòd detur vltimum instans esse ipsius culpæ, sed datur vltimum tempus esse, & primum instans non esse; & ratio patuit supra de illis quæ subiacent tempori; de motu autem mentis iustificatiuo, iudicandum est sicut de his quæ subiacent tempori in quibus non datur vltimum instans formæ abijciendæ, quia aliàs aliquo tempore materia staret sine forma, vt patuit, sed datur primum instans non esse, quòd instans non esse formæ abijciendæ est primum instans esse formæ introducendæ. Vltra, ad minorem conceditur, quòd non idem instans est in quo quis subiacet culpæ, & habet gratiam, quia sic opposita essent in eodem; sed est idem instans infusionis gratiæ, & non esse culpæ. Vnde negatur, quòd oporteat esse duo instantia. Vltra inter quæ &c. verum inter duo instantia tēporis nostri est tempus medium, sed non inter duo instantia, vel nunc temporis discreti; & in istis quæ mensurantur tempore discreto datur vltimum instans esse, sed non in hijs quæ habent ordinem ad tempus nostrum, sic est iustificatio, nam tempore mensurantur non solùm quæ sunt per se in tempore, quod est mensura motus cęli, sed etiam ea quæ habent per accidens ordinem ad motum cœli, inquantum consequuntur ex aliquibus quæ per se habent ordinem ad tempus prædictum; & sic est in iustificatione impij quæ consequitur ex aliquibus cogitationibus, & locutionibus, & alijs huiusmodi motibus quę per se mensurantur tempore motus cęli; vnde sicut idem est instans, quod est terminus temporis mensurantis alterationem præuiam generationi substantiali, & in quo introducitur forma naturalis, & abijcitur forma præcedens; sic in proposito in vno instanti, quod est terminus cogitationis præcedentis introducitur gratia, & abijcitur culpa, vnde datur vltimum tempus, scilicet præcedens illud instans, sed non datur vltimum instans. Quare negatur consequentia. Vide de materia illius solutionis D.S. in de Verita. Mate. 28. artic. 2. ad decimum. Et in 4. dist. 11. quæst 1. artic. 3. quæst. 2. ad secundum. Tanguntur etiam aliqua, scilicet de tempore discreto, de quo prima parte. q. 53. art. 2. & 3.

Vtrum gratiæ infusio sit prima ordine naturæ inter ea, quæ requiruntur ad iustificationem impij.

AD octauum sic proceditur. Videtur, quòd gratiæ infusio non sit prima ordine naturæ inter ea quæ requiruntur ad iustificationem impij. Prius enim est recedere a malo, quàm accedere ad bonum; secundùm illud Psal. Declina a malo, & fac bonum, sed remissio culpæ pertinet ad recessum a malo, infusio autem gratiæ pertinet ad prosecutionem boni; ergo naturaliter prius est remissio culpæ, quàm infusio gratiæ.

T 4. dist. 17. q. 1. art. 4. q. 1. & q. 2. ar. 5. q. 1. ad 2. Et veri. q. 28. art. 7.

¶ 2 Præt. dispositio præcedit naturaliter formam ad quam disponit; sed motus liberi arbitrij est quædam dispositio ad susceptionem gratiæ; ergo naturaliter præcedit infusionem gratiæ.

¶ 3 Præt. peccatum impedit animam, ne liberè tendat in Deum, sed prius est remouere id, quod prohibet motum, quàm motus sequatur; ergo prius est naturaliter remissio culpæ, & motus liberi arbitrij in peccatum, quàm motus liberi arbitrij in Deum, & quàm infusio gratiæ.

¶ Sed contra, causa est prior naturaliter suo effectu, sed gratiæ infusio causa est omnium aliorum quæ requiruntur ad iustificationem impij, vt supra dictum est; * ergo est naturaliter prior.

*Art. præc.

¶ Hic Doc. San. inquirit de ordine naturæ eorum quattuor quę ad iustificationem impij requiruntur, oportet enim præsupponere hic, quòd inter ea inter quæ non est ordo temporis potest esse ordo naturæ, ita quòd naturaliter in aliquo generæ causæ vnum est prius alio, sicut patet de materia, & forma, vnde solet dici, quòd in vno instanti tēporis sunt plura instantia naturæ.

¶ Respondeo dicendum, quòd prædicta quattuor quæ requiruntur ad iustificationem impij, tempore quidem sunt simul, quia iustificatio impij non est successiua, vt dictum est; * sed ordine naturæ vnum eorum est prius altero; & inter ea naturali ordine primum est gratiæ infusio, secundum motus liberi arbitrij in Deum, tertium est motus liberi arbitrij in peccatum, quartum verò est remissio culpæ.

*Art. præc.

Conclusio responsiua.

¶ Doc. San. respondet tali conclusione, prædicta quattuor, (scilicet in articulo septimo) quæ requiruntur ad iustificationem impij, tempore quidem sunt simul, sed ordine naturæ vnum eorum est &c. vt iacet in tota littera ista. Et intelligitur conclusio de istis, vt considerantur ex parte Dei iustificantis, non ex parte hominis iustificati, vt patet ad primum; habet autem hæc conclusio sex partes, primò probat primam, secundò quattuor partes sequentes, ibi. Cuius ratio est &c. tertiò sextam ibi. Quantum verò &c. prima ergo pars probatur simul cum conclusione, & ex art. præceden. sic, iustificatio impij non est successiua; ergo omnia quattuor quæ ad ipsam necessariò requiruntur, sunt simul tempore. Antecedens patuit. Tenet consequentia de se, quia si quid est in instanti, ergo etiam ea sine quibus esse non potest, & ea quæ ad ipsam necessariò requiruntur; sicut si homo est, necessariò anima, & corpus sunt, Consequenter cum dicit.

¶ Cuius ratio est, quia in quolibet motu naturaliter primum est motio ipsius mouentis, secundum autem est dispositio materiæ siue motus ipsius mobilis, vltimum verò est finis, vel terminus motus ad quem terminatur motio mouentis; ipsa igitur Dei mouentis motio est gratiæ infusio, vt supra dictum est; * motus autem, vel dispositio mobilis est quidem duplex motus liberi arbitrij, terminus autem, vel finis motus est remissio culpæ, vt ex supra dictis patet; * & ideo naturali ordine primum in iustificatione impij est gratię infusio, secun-

*Art. 6. huius quæst.

*Art. 6 huius quæst.

secundum est motus liberi arbitrij in Deum, tertium verò est motus liberi arbitrij in peccatum,

¶ Probat alias quattuor partes; sed quia secunda est generalis, & explicatur per sequentes, ideo non probatur specialiter, sed alijs declaratis ipsa est manifesta; probat ergo primò tres simul, scilicet tertiam, quartam, & quintam; secundò specialiter probat quartam, & quintam ibi. Propter hoc, &c. Quo ad primum arguitur sic. In quolibet motu naturaliter primum est, &c. vt in littera; sed motio Dei est gratiæ infusio. Motus autem, &c. vt in littera; igitur naturali ordine primum in iustificatione, &c. Maior est de se nota. Minor patuit artic. 6. Patet etiam ex his secunda pars conclusionis, scilicet vnum illorum quattuor est prius altero ordine naturæ. Deinde cum dicit.

¶ Propter hoc enim ille qui iustificat, detestatur peccatum, quia est contra Deum; vnde motus liberi arbitrij in Deum præcedit naturaliter motum liberi arbitrij in peccatum, cum sit causa, & ratio eius.

¶ Declarat specialiter quartam, & quintam partes conclusionis sic. Motus in Deum est causa, & ratio motus in peccatum; ergo præcedit naturaliter motum in peccatum. Tenet consequentia extra litteram, quia causa causato naturaliter prior est. Antecedens patet, quia propter hoc, ille qui iustificatur, detestatur peccatum, quia est contra Deum. Et si quæ alia esset ratio detestationis peccati, quàm Deus, non esset talis detestatio contritio, nec motus requisitus ad iustificationem, vt enim habetur in quarto sententiarum. Contritio est dolor de peccatis, vt sunt offensa Dei. Deinde ibi.

¶ Quartum verò, & vltimum est remissio culpæ, ad quam tota ista transmuatio ordinatur sicut ad finem, vt dictum est. *

*Ar. 1. & 6. huius q.

¶ Manifestat sextam, & vltimam partem conclusionis. Et arguitur sic. Tota transmutatio iustificatiua ordinatur ad remissionem culpæ, sicut ad finem; igitur ipsa est vltimum inter alia. Antecedens patuit artic. 1. & 6. Tenet consequentia extra litteram, quia finis posterior est his, quæ sunt ad finem in via executionis. Ex his habetur responsio formalis ad quæsitū; quia ex tertia parte conclusionis habetur, quòd infusio gratiæ est prior ordine naturæ omnibus alijs ad iustificationem requisitis.

¶ Nota tamen, quòd hæc conclusio præsertim accipienda est secundùm ordinem naturæ in genere causæ efficientis; quia sic gratiæ infusio præcedit remissionem culpæ, sed secundùm ordinem causæ materialis est econtrario, vt habet Doct. Sanct. in de Veritate, Materia 28. artic 7. quia enim omnis dispositio ad formam ad genus causæ materialis reducitur, & cùm denudatio subiecti a dispositione contraria sit quædam dispositio ad formæ introducendæ receptionem; ideo sequitur, quòd abiectio, vel remissio culpæ sit dispositio ad gratiam in genere causæ materialis, & per consequens in hoc genere prior; cum quo stat, quòd in genere causæ formalis, & efficientis gratiæ infusio est prior, quia forma expellit contrarium, & tenet se ex parte efficientis, cuius est similitudo per ipsum causata, & est finis; ideo est simpliciter prior, quia illud est simpliciter dicendum prius, quod est prius secundùm genus illius causæ, quæ prior est in genere causalitatis; & ideo cum gratia est prior in genere causæ finalis efficientis, & formæ, quæ sunt causæ priores; ideo D.S. hic absolutè dixit, quòd gratiæ infusio sit prior. Vide de ista materia D.S. in quarto, dist. 17. q. 1 artic. 4. quæstiun. 1.

CONFIRMAT ratio in contrarium tertiam partem conclusionis; & probat, quòd gratiæ infusio est prior in genere causæ efficientis, & formalis, quia est causa efficiens, & motiua liberi arbitrij, & remissionis culpæ formalis, & finalis omnium; quia & expulsio formæ contrariæ ordinatur ex natura ad formam introducendam, similiter mouetur liber. arbitr. vt gratiam consequatur, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd recessus a termino, & accessus ad terminum dupliciter considerari potest; vno modo ex parte mobilis, & sic naturaliter recessus a termino præcedit accessum ad terminum, prius enim est in subiecto mobili oppositū quod abijcitur, & post modum est id, quod per motum assequitur mobile; sed ex parte agentis est econuerso; agens enim per formam, quæ in eo præexistit, agit ad remouendum contrarium, sicut Sol per suam lucem agit ad remouendum tenebras; & ideo ex parte Solis prius est illuminare, quàm tenebras remouere; ex parte autem aeris illuminandi prius est purgari a tenebris, quàm consequi lumen ordine naturæ, licet vtrumque sit simul tempore; & quia infusio gratiæ, & remissio culpæ dicuntur ex parte Dei iustificantis, ideo ordine naturę prior est gratiæ infusio, quàm culpæ remissio; sed si sumantur ea, quæ sunt ex parte hominis iustificati est econuerso, nam prius est ordine naturæ liberatio a culpa, quàm consecutio gratię iustificantis.

¶ D.S. dupliciter soluit hoc argumentum; secundò ibi. Vel potest dici, &c. Ad maiorem dicitur primò, vera est ex parte mobilis, & subiecti, & in exterioribus motibus; quia ibi est prior recessus, quàm accessus, secus in interioribus motibus, qa ibi prior est accessus, vt patebit ad tertium; nam finis, & terminus habet rationem principij, sed negatur, q̄ ordine naturæ ex parte agentis; naturaliter enim prius agens introducit formam, quàm repellat dispositionem contrariam, quia non nisi per formā agens expellit; sed verum est, quòd ex parte mobilis, & subiecti, & per consequens in genere causæ materialis, prior est recessus a termino a quo, quàm accessus ad terminum ad quem, qui habetur per gratiam infusam. Minor conceditur; sed oportet intelligere, quòd talis recessus non est nisi per actionem agentis, & in proposito per infusionem gratiæ; & quærimus, an ordine naturæ Deus prior remittat culpam, vel infundat gratiam, & non inquirimus de iustificatione ex parte iustificati, qui est subiectum, & materia iustificationis. Quare negatur consequentia, quòd sit prius simpliciter, & in ordine ad Deum iustificantem, quàm infusio gratiæ; sicut & in naturalibus clarè patet, quòd Sol naturaliter prius illuminat, antequam expellat tenebras.

¶ Vel potest dici, q̄ termini iustificationis sunt culpa, sicut a quo; & iustitia sicut ad quem; gratia verò est causa & remissionis culpæ & adeptionis iustitiæ.

¶ Secundò dico ad maiorem, quòd recedere a malo est prius in genere causæ materialis tanquam terminus a quo; sed infusio gratiæ est causa recessus a termino a quo, & causa termini ad quem, & per consequens prior in genere efficientis causæ, & formalis; recessus enim a termino a quo est prior via generationis, & motus, & reducitur ad genus causæ materialis, sed accessus ad terminū ad quem, est prior secundùm genus causæ finalis, & quia gratiæ infusio est causa vtriusque; ideo in genere causæ formalis, & efficientis vtrumque præcedit. Minor conceditur; sed negatur consequentia, sed bene probat in genere causæ materialis prior est remissio culpæ. Vel potest dici tertiò ad minorem, quòd prius est recedere a malo quo ad vitationem opus mali, quàm accedere ad bonum, idest opus bonum; minus enim est dimittere malum opus, quàm facere bonum opus, & per consequens naturaliter est prius. Sed negatur, quòd malus habitus, vel aliquid habens se per modum habitus prius simpliciter expellatur, quàm infundatur habitus bonus, quia habitus bonus in genere causæ finalis formalis, & efficientis prior est; & per consequens simpliciter prior.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dispositio subiecti præcedit susceptionem formę ordine naturę, sequitur tamen actionem agentis, per quam etiam ipsum subiectum disponitur; & ideo motus liberi arbitrij naturæ ordine præcedit consecutionem gratię, sequitur autem gratię infusionem.

¶ Maior vera quo ad receptionem, vel consecutionem in subiecto, & sic in genere causæ materialis, quia videlicet subiectum nō recipit nisi dispositum; sed negatur maior ex parte agentis, quia per talem actionem suam disponit subiectum ad formam. Ad minorem conceditur, sed est dispositio causata per actionem Dei, quæ est infusio gratiæ, quia Deus infundendo gratiam simul excitat lib. arbit. ad motum dispositiuum dispositione indistante a gratia quo ad tempus, licet ordine naturæ sequatur infusionem. Quare negatur consequentia, quia sicut ex parte aquæ intelligitur dispositio ad calorem, antequam recipiat calorem; sed talis dispositio non præintelligitur actioni ignis in aquam, sic in proposito homo non recipit gratiam nisi dispositus; sed tū illam dispositionem habet per infusionē gratiæ; quare infusio ex parte Dei prior est tanquam medium quo disponit hominem, sed ex parte hominis recipientis gratiam præintelligitur dispositio receptioni, sed non infusioni; & oportet iterum attendere, quia loquimur de infusione, & dispositione per motum lib. arb. vt fiunt a Deo. Et sic constat præcedere infusionem. Et nota, quòd hoc argumentum arguit contra aliam partem conclusionis, scilicet quòd infusio non præcedat motum liberi arbitrij.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in secundo Physicorum; * in motibus animi omnino præcedit motus in principium speculationis, vel in finem actionis; sed in exterioribus motibus remotio impedimenti præcedit assecutionem finis; & quia motus liberi arbitrij est motus animi prius naturę ordine mouetur in Deum, sicut in finem, quàm ad remouendum impedimentum peccati.

*Aristot. tex. 89.

¶Pro intellectu solutionis huius argumenti, vide supra habita, quæstio. 25. artic. tertio, ad tertium. & quæst. 29. artic. secundo, ad tertium. vbi dictum fuit, quòd in motu exteriori naturali prior est remotio contrarij, quàm accessus ad terminum, vel adeptio finis; sed in motu appetitiuo, & interiori, prior est accessus ad finem, vel intentio finis, quàm remotio contrarij, vel recessus a malo, vnde dicitur ad argumentum. Maior vera; sed dico, quòd tendentia animi in Deum fit per actum animi interiorem, & appetitiuum, qui primò est ad finem, & principium in appetibilibus, deinde in ea, quæ impediunt a fine. Vnde talis motus conuenit cum intentione naturæ, quæ respicit finem primò, deinde remotionem contrarij.

¶Ad minorem. Si intelligitur de motibus animi appetitiuis, negatur; immo in istis prior est motus appetitiuus respectu finis, antequam remoueatur impedimentum consecutionis finis. Sed vera est minor in motibus naturalibus exterioribus; vnde negatur consequentia, quia per motum liberi arbitrij homo tendit in finem, & causam remotiuam peccati, & per consequens præcedit remotionem culpæ. Vnde vult Doct. Sanct. in solutione, quòd motus affectiuus animi præcedit remotionem impedimenti. Et hoc habet Philosophus, quia tàm in speculatiuis, quàm in appetitiuis prior est motus in principium, quàm in conclusionem; & prior motus appetitiuus in finem, quàm in alia, &c.

Vtrum iustificatio impij sit maximum opus Dei.

3. q. 43. art. 4. ad 2. Et 4. di. 17. q. 1. ar. 5. q. 1. ad 2. & dist. 46. q. 2. arti. 1. q. 3 ad 2. Et Ha. 2. 4. le. 4. col. 1.

VIDetur, quòd iustificatio impij non sit maximum opus Dei. Per iustificationem enim impij consequitur aliquis gratiam viæ; sed per glorificationem consequitur aliquis gratiam patriæ, quæ maior est; ergo glorificatio angelorum, vel hominum est maius opus, quàm iustificatio impij.

¶ 2 Præterea. Iustificatio impij ordinatur ad bonum particulare vnius hominis; sed bonum vniuersi est maius, quàm bonum vnius hominis, vt patet in primo Ethicorum; * ergo maius opus est creatio cœli, & terræ, quàm iustificatio impij.

*Arist. c. 2.

¶ 3 Præterea. Maius est ex nihilo aliquid facere, & vbi nihil cooperatur agenti, quàm ex aliquo facere aliquid cum aliqua cooperatione patientis; sed in opere creationis ex nihilo fit aliquid, vnde nihil potest cooperari agenti; sed in iustificatione impij Deus ex aliquo facit, idest ex impio iustum, & est ibi aliqua cooperatio ex parte hominis, quia est ibi motus liberi arbitrij, vt dictum est; * ergo iustificatio impij non est maximum opus Dei.

* Art. 3. huius quæst.

¶ Sed contra est, quod in Psalmista dicitur. Miserationes eius super omnia opera eius; & in collecta dicitur. Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miserando manifestas, & Augustinus dicit, * exponens illud Ioan. 14. Maiora horum faciet, quòd maius est, vt ex impio iustus fiat, quàm creare cœlum, & terram.

*Aug. c. 27.

¶Hic Doct. Sanct. determinat duo dubia circa dicta; & primò de magnitudine iustificationis. Et quia duo alia opera Dei, scilicet creatio, & glorificatio etiam magna sunt, quæ si iustificatio excederet, videretur esse maximum. Ideo illis duobus comparat in corpore.

¶Respondeo dicendum, quòd opus aliquod potest dici magnum dupliciter. Vno modo ex parte modi agendi; & sic maximum opus est creationis, in quo ex nihilo fit aliquid.

¶Doct. Sanct. respondendo comparat iustificationem impij ad creationem; secundò comparat eam glorificationi, ibi. Sed sciendum, &c. Quo ad primum ponit duas conclusiones comparatiuas, & partim responsiuas secundùm vnam distinctionem bimembrem, cuius secundum membrum, & conclusionem conformem ponit ibi. Alio modo potest, &c. Distinguit ergo de magnitudine operum in titulo notata, quia dupliciter aliquod opus potest dici magnum. Vno modo ex parte modi agendi, quia scilicet fit tali modo, qui requirit maximam potentiam in agente; & quia non est aliqua proportio, vel potentia ex parte rei fiendæ ad hoc, quòd fiat; ita quòd nec potentia obedientialis præcedit, saltem obedientialis realis, sed solùm præcedit non repugnantia, & potentia logicalis, vt patet ex prima parte, quæstio. 46. artic. primo, ad primum. Conclusio prima conformis. Ex parte modi agendi sic est maximum opus creationis, scilicet & non iustificationis; & tangit probationem eius sub breuibus, quæ ponitur in argumento tertio sic. In creatione aliquid fit ex nihilo simpliciter; in iustificatione aliquid præsupponitur, quod cooperatur; igitur conclusio vera. Tenet consequentia, quia facere ex nihilo, & nullo præsupposito, est maior modus fiendi, quàm aliquo præsupposito. Antecedens pro prima parte supponitur ex prima parte, quæstio. 45. articulo primo.

Conclusio prima.

¶Circa secundam partem nota, quòd Doct. Sanct. in quarto, distinctio. 46. quæstio. secunda, articulo primo, quæstiun. tertia, ad secundum. videtur dicere oppositum, vbi dicit, quòd in creatione non est aliquid, quod repugnet creanti, cum sit ex nihilo, sicut in iustificatione repugnat iustificanti inordinata voluntas. Hæc ille, quæ videntur esse contra dicta, quia si est maior repugnantia ex parte iustificationis, videtur, quòd modus agendi sit maior; sed dicendum dupliciter. Primò, quòd in creatione non est aliqua resistentia positiua, & ad agentem, vel creatum. Sed in iustificatione impij est resistentia ante iustificationem, quia scilicet peccator habet contrariam voluntatem iustificationi; sed tamen pro momento iustificationis semper habet voluntatem cooperantem iustificationi, vt Doct. Sanct hic dicit. Dico secundò, q̃ immo maior est resistentia in creatione, quàm in iustificatione, non quidem, quòd creandum agat in Deum, sed ex parte subtractionis potentiæ recipientis; plus enim resistit, quòd omnino subtrahit potentiam, quàm quòd posita potentia facit eam non esse propriam; nec contraria dispositio impedit effectum, nisi inquantum facit potentiam indispositam; & ideo est maior difficultas in creatione, vbi omnino materia non præexistit, quàm vbi præexistente materia est aliquod, quod effectiuè contrariando repugnat, & vbi est potentia saltem obedientialis, hæc habentur ex Doctore Sancto in quarto, distinctio. 11. quæst. prima, artic. tertio, quæstiun. tertia, ad secundum. & dist. 17. quæst. prima, articulo quinto, quæstiun. prima, ad secundum. Vnde Doct. Sanct. in quarto supra. sane intelligendus est; quia in creatione non est resistentia positiua, est tamen priuatiua, scilicet per subtractionem omnis potentiæ, & habilitatis. Et ista maior est, quàm resistentia positiua, quæ tamen sine violentia a peccatore iustificando auferitur, & inducitur dispositio cooperatiua ad iustificationẽ. Nullus enim adultus iustificatur nisi volens, vt patuit supra. Maximus ergo modus est agendi, qui est ex nihilo, & per consequens conclusio vera. Consequenter cum dicit.

¶ Alio modo potest dici opus magnum propter magnitudinem eius quod fit; & secundùm hoc maius opus est iustificatio impij, quæ terminatur ad bonum æternum Diuinæ participationis, quàm creatio cœli, & terræ, quæ terminatur ad bonum naturæ mutabilis; & ideo Augustinus * cum dixisset, quòd magis est, quòd ex impio fiat iustus, quàm creare cœlum, & terram. Et subiungit. Cœlum enim, & terra transibit, prædestinatorum autem salus, & iustificatio permanebit.

*Aug. tract. 72. in Ioan.

¶Subiungit secundum membrum dictę distinctionis, scilicet quod dicitur opus magnũ propter magnitudinem eius, quod fit. Primo enim modo dicitur magnũ opus, esto res facta in se sit parua; sed quia fit modo magno; hic autem dicitur econtra, quia res quæ fit est magna magnitudine virtutis, idest nobilis, & excellentis naturæ. Conclusio secunda responsiua conformis est. Hoc modo maius opus est iustificatio impij, quàm creatio cœli, & terræ. Probatur, ratione fundata in auctoritate beati Augustini. Iustificatio impij terminatur ad bonum æternum Diuinæ participationis, creatio autem cœli, & terræ terminatur ad bonum naturæ mutabilis; igitur conclusio verai consequentia nota, quia bonum Diuinum, & æterni ordinis nobilius est, quàm bonum naturæ mutabilis ordinis. Circa antecedens nota diligenter verba Doct. Sanct. cum dicit, quòd iustificatio terminatur ad bonum æternum Diuinæ participationis, quia per gratiã inchoatur in iustificato ipsa beatitudo, quæ est participata æternitas altioris ordinis, quàm sit quæcunque duratio, vel mensura rei naturalis creatæ; excedit enim æternitas participata ipsum ęuum, tanquam quid Diuini, & æterni ordinis excedit omne naturale; & cum hoc ipso æternitas participata immutabilior est ipso ęuo, vt patebit prima parte, quæst. 10. artic. 5. Quare Doct. Sanct. bene probat excessum iustificationis super creationem per participationem Diuinam æterni boni, quod est altioris ordinis quocunque bono naturæ etiam Angeli.

Conclusio secunda.

¶ Et nota, quòd etiam creatio cœli terminatur ad bonum naturæ mutabilis ordinis; tùm quia cœlum mouetur localiter, tùm quia cœlum (esto quo ad substantiam mensuretur ęuo) tamen habet coniunctas mutationes; sed æternitas participata est participatio Diuinæ immutabilitatis, & per consequens maior.

¶Sed

¶Sed sciendum est, q̃ aliquid magnum dicitur dupliciter. Vno modo secundùm quantitatem absolutam; & hoc modo donum gloriæ est maius, quàm donum gratiæ iustificantis impium; & secundùm hoc glorificatio iustorum est maius opus, quàm iustificatio impij.

¶Hic consequenter Doct. Sanct. comparat iustificationem impij alij operi magno, scilicet glorificationi, ex qua etiam soluit primum argumentum in oppositum. Et iterum prosequitur hoc duabus conclusionibus responsiuis, secundùm vnam distinctionem bimembrem, cuius secundum, & secundam conclusionem ponit ibi. Alio modo dicitur, &c. Notat ergo quasi subdiuidendo secundum membrum primæ distinctionis, q̃ aliquid dicitur magnum dupliciter; vno modo secundùm quantitatem absolutam, quia videlicet in se est quid magnum, non comparando ad illum, vel alium; sed quia secundùm se est excellens. Conclusio prima iuxta hoc membrum, & tertia in ordine. Secũdum hoc glorificatio iustorum est maius opus, quàm iustificatio impij, scilicet secundùm quantitatem absolutam eius quod fit. Probatur, quia donum gloriæ est maius, quàm donum gratiæ iustificantis impium; igitur conclusio vera, consequentia nota. Circa antecedens nota, quòd donum gloriæ importat ipsam etiam gratiam iustificantem, sed vt consummata est, & cum hoc dotes a gratia consumata profluentes, scilicet lumen gloriæ, comprehensionem, & fruitionem, de quibus supra; importat etiam ipsam beatitudinem; quare clarum est antecedens, quòd donum gloriæ, quod omnia ista implicat, maius est, quàm gratia viatica iustificatiua etiam cum omnibus virtutibus sibi connexis. Deinde cum dicit.

Conclusio tertia.

¶Alio modo dicitur aliquid magnum quãtitate proportionis, sicut dicitur mons paruus, & milium magnũ; & hoc modo donum gratię impium iustificantis est maius, quàm donum gloriæ beatificantis iustum; quia plus excedit donum gratiæ dignitatem impij, qui erat dignus pœna, quàm donum gloriæ dignitatem iusti, qui ex hoc ipso, quòd est iustificatus, est dignus gloria; & ideo Augustin. * dicit ibidem. Iudicet qui potest, vtrum maius sit iustos Angelos creare, quàm impios iust ficare, certè si ęqualis est vtrumque potentiæ, hoc maioris est misericordiæ. Et per hoc patet responsio ad primum.

*Aug. tracta 72. in Ioan. non procul a fi.

¶Prosequitur secundum membrum subdistinctionis, quòd alio modo dicitur aliquid magnum quantitate proportionis, quod est endit exemplo; alia exempla ponit Doct. Sanct. prima parte, quæst. 2. artic 4 ad quartum. de dono paruo dato pauperi, quod comparatiuè maius est, quàm magnum datum diuiti. Et secunda secundæ, quæst. 106. artic. 2. ponit exemplum de dono dato iuuenti, quod absolutè maius est; sed donum datum pœnitenti maius est comparatiuè ad ipsum pœnitentem peccatorem, cui cum dignus esset pœna, datur. Conclusio secunda conformis, & vltima est. Hoc modo donum gratiæ impium iustificantis est maius, quàm donum glorię beatificantis iustum, scilicet comparatiuè. Probatur. Plus excedit donũ gratiæ dignitatem impij, quàm donum gloriæ dignitatem iusti; igitur conclusio vera. Tenet cõsequentia, quia dare ei, qui minus dignus est, maius est proportionabiliter. Antecedens probatur, quia impius erat dignus pœna, & non gratia, iustificatus autem est dignus gloria; ideo est maius, quòd illi datur gratia, quàm illi gloria. Est autem ista maioritas non m dato, sed quasi in ratione dandi; quia non est ratio, vel dignitas ex parte impij; sed est ratio, & dignitas ex parte iusti, vt detur sibi gloria, & magis excedit modicum donum indignum, quàm magnum donum dignum, & iustum. Et ostendit Doct. Sanct. hanc rationem esse de mente beati Augustini; & habetur ex ista auctoritate ad propositum, quòd est maioris misericordiæ iustificatio impij, quia minor dignitas est ex parte peccatoris. Et sic iustificatio est maior proportionabiliter, quantò minor est ratio, & dignitas ex parte peccatoris; sic quòd hoc, q̃ Deus iustificet impium, maius sit, quàm quòd glorificet iustum, sic quòd marioritas cadat super hoc totum, quòd Deus iustificat impium, quàm quòd glorificet sanctum. Et per hæc dicta vult D. S. satis factum esse primo argumento.

Conclusio quarta.

¶ Prima auctoritas argumenti in contrarium est pro vltima conclusione directè, quia in iustificatione manifestatur maxima misericordia, & maximum est proportionabiliter iustificare impium; & est etiam pro secunda conclusione de secunda auctoritate, scilicet collectæ. Vide prima parte, quæst. 25. artic. 3. ad tertium. quia ex hoc, quòd Deus pro libito suo parcit, & miseretur, ostendit, quòd non habet superiorem potestatem, & per consequens maximæ potestatis est; & quia parcẽdo, & miserendo perducit ad participationem infiniti boni, quod est infinitę, & Diuinæ virtutis; ergo habetur ex ista auctoritate vltima conclusio, similiter & secunda. Tertia auctoritas beati Augustini est pro eadem secunda conclusionem, vt patuit in corp. vbi applicata fuit. De qua vide tertia parte, quæst. 43. artic. 4. ad secundum.

¶Ad primum, prima pars assumpti conceditur; sed aliquis peccator omnino indignus consequitur gratiam ex parte cuius non est, quare sibi detur gratia.

¶Ad secundam partem assumpti conceditur, quòd cõsequitur gratiam, & gloriam patriæ, quæ est maior absolutè, & in se; sed non est maius, quod detur sancto; immo maius est, scilicet maioris misericordiæ, quòd gratia detur impio. Ad consequens verum, glorificatio est maius quo ad donum collatum, & in se consideratum; sed tamen iustificatio est maius opus secundùm quantitatem proportionis, & comparationis ad Deum, cui datur; & probat tertiam conclusionem corporis, quia gloria est quidem maior gratia viæ; sed maius est dare gratiam peccatori, quàm gloriam sanctorum, quia magis excedit gratia peccatorẽ, quàm gloria sanctum.

¶Ad secundum dicendum, q̃ bonum vniuersi est maius, quàm bonum particulare vnius, si accipiatur vtrumque in eodem genere; sed bonum gratiæ vnius maius est, quàm bonum naturę totius vniuersi.

¶Maior vera, sed ad particulare vnius Diuinum, & Diuini ordinis, quod superexcedit omnia naturalia, nec potest alicui esse connaturale, quia participatio Diuinitatis. Minor distinguitur, vera est, si vtrobique bonum est eiusdem ordinis, & rationis, tunc enim bonum vniuersi maius est; si autem bonum vnius sit Diuinum, bonum autem totius vniuersi sit naturale, negatur minor. Probatio autem Philosophi. 1. Ethicorũ. loquitur de bono vnius rationis, & ordinis; quia sic bonum, quantò communius pluribus, tantò melius, donum autem iustificatiuum est supra ordinem omnium naturalium. Quare negatur consequentia

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte modi agendi, secundùm quem creatio est maximum opus Dei.

¶Maior vera quo ad modum agendi, sic maius est ex nihilo aliquid facere, quia ibi nihil concurrit, nec concurrere potest, sed est solius Dei, tali modo aliquid facere. Minor conceditur; Ergo, &c. Verum, iustificatio non est maximum opus quo ad modum agendi, est tamen maximum quo ad id quod agitur, & fit, & hoc secundùm operationem ad eum in quo fit; vnde hæc ratio est pro prima conclusione, non tamen contra secundam, nec contra quartam.

Vtrum iustificatio impij sit opus miraculosum.

X Inf. q. 105. arti. 7. ad 1. Et 3. q. 44. ar. 3 ad 1. & 3. Et 2. dist. 28. q. 1. ar. 3. ad 2. Et 4. dist. 17. q. 1. ar. 5. q. 1. Et Pot q. 6. ar. 1. ad 6.

ADecimum sic proceditur. Videtur, quòd iustificatio sit opus miraculosum. Opera enim miraculosa sunt maiora, non miraculosis; sed iustificatio impij est maius opus, quàm alia opera miraculosa, vt patet per Augustin. in auctoritate inducta; * ergo iustificatio impij est opus miraculosum.

* Art. præceden. in argum. sed contra.

¶ 2 Præterea. Motus voluntatis ita est in anima, sicut inclinatio naturalis in rebus naturalibus, sed quando Deus aliquid operatur in rebus naturalibus contra inclinationem naturæ, est opus miraculosum, sicut cum illuminat cæcum, vel suscitat mortuum. Voluntas autem impij tendit in malum, cum igitur Deus iustificando hominem moueat eum in bonum, videtur, quòd iustificatio impij sit miraculosa.

¶ 3 Præterea. Sicut sapientia est donum Dei, ita & iustitia; sed miraculosum est, quòd aliquis subitò sine studio sapientiam assequatur a Deo; ergo miraculosum est, quòd aliquis impius iustificetur a Deo.

¶Sed contra, opera miraculosa sunt supra potentiam naturalem; sed iustificatio impij non est supra potentiam naturalem. Dicit enim Augustinus in lib. de Prædestinatione Sanctorum, * quòd posse habere fidem, sicut posse habere charitatem, naturæ est hominum, habere autem, gratiæ est fidelium; ergo iustificatio impij non est miraculosa.

*Aug. c. 5.

¶Hic D. S. determinat aliud dubium de quadam conditione iustificationis, an fit, &c. ex quo aliquo est maximum.

¶Respondeo dicendum, quòd in operibus miraculosis tria consueuerunt inueniri, quorum vnum est ex parte potentiæ agentis; quia sola Diuina virtute fieri

possunt, & ideo sunt simpliciter mira, quasi habentia causam occultam, vt in primo dictum est.* ——

*Prima par te, q. 105, ar tic. 7, & 8. & 9, 10. ar. 4.

¶Doct. Sanct. distinctè respondet, secundùm quòd tria requiruntur ad opus miraculosum, quæ declarat Doct. Sanct. per corpus iuxta quodlibet respondendo; iuxta secundum, ibi. Secundò in quibusdam; iuxta tertium ibi. Tertio modo, &c. Quo ad primum requisitum primò declarat quid illud sit. Secundò subiungit primam conclusionem responsiuam conformem, ibi. Et secundum, &c.

¶Notat ergo Doct. Sanct. post dicta prima parte, quæstio. 106. artic. 7. & 8. quòd in operibus miraculosis consueuerunt tria inueniri, ideſt requiruntur tres conditiones ad opus miraculosum perfectè. Primum est, sine quo nullo modo est miraculum tanquam non absolutè mirandum, vel admiratione plenum, & ex parte potentiæ agentis, quæ est Diuina virtus. Vnde nihil quod fit a potentia creata, est simpliciter miraculum; quia causa miraculi debet omni creaturæ naturaliter esse occulta, & hæc sola est virtus Diuina; vnde illa simpliciter dicuntur miracula, secundùm Doct. Sanct. tertio contra Gentiles, cap. 2. quæ diuinitus fiunt præter ordinem communiter seruatum in rebus. Et hoc membrum videtur incidere cum eo, quod Doct. San. prima parte, supra art. 8. vocat miraculum quo ad substantiam facti, vel quantum ad id quod fit; quia scilicet fit aliquid, quod solus Deus facere potest, cuiusvirtus est mirabilis, & omnibus naturaliter occulta; & in contra Gentiles supra dicit miraculum, quod creatura nunquam facere potest: & in secundo, dist. 18. q. 1. artic. 3. dicitur miraculum, quod est supra naturam, præsertim si aliæ conditiones sequentes adessent. Consequenter cum dicit.

¶Et secundùm hoc tàm iustificatio impij, quàm creatio mundi, & vniuersaliter omne opus, quod a Deo solo fieri potest, miraculosum dici potest. ——

¶Subiungit primam conclusionem correspondentem, illam. Secundum hoc (ideſt attenta tantùm ista conditione) tam iustificatio impij, quàm creatio mundi, &c. vt iacet in littera. Probatur ex dictis, quia omne illud opus dicitur hoc modo miraculosum, quod fit a sola virtute omnibus naturaliter occulta, & admiranda; sed ista sunt huiusmodi; igitur, &c. Maior, & minor patent ex prima parte, & ex supra dictis.

¶Nota hic pro maiori intellectu, quòd opera, quæ fiunt a solo Deo secundùm substantiam facti sunt duplicia. Quædam enim fiunt a virtute Diuina secundùm ordinem institutum a Deo, secundùm cursum communem, & ordinem communem seruatum in rebus, siue in naturalibus, siue gratuitis; alia sunt, quæ secundùm substantiam fiunt a solo Deo sine omnibus causis secundis, non secundùm ordinem, quem Deus instituit in rebus, vel naturæ, vel gratiæ, qui ordo nobis per naturalem cognitionem, vel fidem manifestus est, sed secundùm ordinem, & influxum specialem; sicut est duo corpora esse simul, sicut est transubstantiatio panis, & incarnatio, quæ fiût a Deo, non ſm consuetũ ordinem abantiquo obseruatũ; & prima quidem dicũtur miracula solùm secundùm quid, secunda verò dicuntur miracula simpliciter, & tenent summum gradum in miraculis, vt habet Doct. Sanct. prima parte. Ad miraculum enim requiritur, quòd sit præter causas secundas, & non sit a Deo secundùm communem modum in rebus institutum, sed sit præter ordinem communem causæ suæ, scilicet etiam Dei, ita quòd non fiat a Deo, sicut solet communiter operari in naturalibus, vel gratuitis. Vnde patet, quòd creatio, & iustificatio non est ex hac vna conditione dicenda simpliciter miraculosa, immo (vt patebit) simpliciter dicenda est, non miraculosa; quia licet substantia facti sit a virtute occulta, quia tamen fit modo consueto secundùm communem modum, ideo talis non est miraculosa, vt patebit circa tertiam conclusionem. Consequenter ibi,

¶Secundò in quibusdam miraculosis operibus inuenitur, ꝙ forma inducta est supra naturalem potentiam talis materiæ, sicut in suscitatione mortui, vita est supra naturalem potentiam talis corporis. ——

¶Prosequitur secundam conditionem requisitam ad miraculum, quam primò declarat, secundò subiungit conclusionem responsiuam conformem, ibi. Et quantum ad, &c. Secundum ergo inuentum in miraculo, est, quòd forma inducta est supra naturalem potẽtiam talis naturæ (ideſt capacitatem propinquam.) Et ponit exemplum de suscitatione mortui, vbi vita est supra naturalem potentiam, & capacitatem propinquam talis corporis. Et redit hoc membrum in idem cum eo, quod Doct. Sanct. prima parte, supra dicit, excedens facultatem naturæ quantum ad id in quo fit, sicut etiam est illuminatio cæcorum. Potest enim natura causare visum, sed non in cæco, & vitam, sed non in mortuo. Et in contra Gentil. supra, vocat miraculum, in quibus Deus aliquid facit, quod natura facere potest, sed non per illum ordinem. Doct. Sanct. tamen in secundo, vocat suscitationem mortui miraculum supra naturam; & hoc verum quantum ad id in quo sit vita. Alibi autem dicit, quòd non sit supra naturã, quantum ad id quod fit, scilicet vitam; sed modus fiendi est supra naturam. Deinde cum dicit.

¶Et quantum ad hoc iustificatio impij non est miraculosa, quia naturaliter anima est gratiæ capax; eo enim ipso, quòd facta est ad imaginem Dei, capax est Dei per gratiam, vt August. dicit.* ——

*Aug. loco citato in argum. sed contra.

¶Respondet iuxta hoc membrum tali conclusione secunda. Quantum ad hoc (scilicet quo ad esse, vel fieri supra naturalem potentiam subiecti) iustificatio impij non est miraculosa. Probatur, naturaliter anima est capax gratiæ; igitur conclusio vera, consequentia nota, antecedens patet. Eo enim ipso, quòd facta est ad imaginem Dei, capax est Dei per gratiam, vt Augu. habet; quare antecedens verum.

Scotus.

¶Circa istud antecedens, & membrum distinctionis, posset alicui videri, quia Doct. Sanct. vellet, quòd anima esset in potentia naturali ad gratiam. Et sic concordaret cum Scoto in primo, quæst. prima prologi, & in quarto, distinct. 49. vbi ponit potentiam receptiuam actuum supernaturalium esse naturalem, & potentiam omnem respectu actus esse naturalem, sed tamen respectu agentis, aliquam, & supernaturalem; quando scilicet agens non naturaliter est impressiuum actus. Et videri posset, quòd Doct. Sanct. concordet, qui dicit potentiam animæ respectu gratiæ esse naturalem. Constat autem, quòd potentia animæ respectu gratiæ est potentia receptiua, & gratia actus simpliciter supernaturalis, qui etiam secundùm D. S. & Scotum in secundo, dis. 23. nulli creaturæ potest esse, vel fieri generalis, &c.

Potentia ad actum Diuini ordinis non est naturalis.

¶Ad hoc dicitur, quòd Doct. Sanct. loquitur hic post beatum Augustinum allegatum in argumento in contrarium, qui dicit in de Prædestinatione Sanctorum, quòd posse habere fidem, & charitatem est naturæ hominum. Intelligitur autem beatus Augustinus, quòd est naturæ hominum, sed secundùm potentiam obedientialem, quia videlicet ista potentia obedientialis est in natura humana, quia intellectiua ad imaginem Dei; & ex hoc est in potentia obedientiali secundùm capacitatem propinquam, quæ capacitas non est in natura irrationali. Vult ergo Doct. S. post eum, quòd gratia non est supra capacitatem naturalem, ideſt immediatam, sed non est idem, esse naturaliter, ideſt immediatè capax, & esse in potentia naturali propriè. Constat enim, quòd statua tua est capax immediatè figuræ Herculis, non tamen propriè naturaliter. Vnde Doct. Sanct. intelligit per naturaliter capacitatem, receptiuitatem immediatam, & propinquam, quæ capacitas non est in corpore mortuo respectu vitæ. Et quòd D. S hic accipiendus sit, vt dictum est (scilicet quòd naturaliter accipiat large, non pro potentia naturali, quæ naturaliter in actum inclinetur, & in actum debitum ex natura quam dicimus potentiam naturalem) patet ex his, quæ ponit in de Veritate, Materia 12. artic. 3. ad decimumoctauum. vbi dicit, quòd in humana anima est potentia passiua ad recipiendum lumen propheticum, non naturalis, sed tantùm obedientialis potentia, hæc ille. Et in de Virtutibus, quæst. 1. artic. 10. ponit, quòd anima ad virtutes infusas sit tantùm in potentia obedientiali, sicut in multis alijs locis. Ex quibus habetur, quòd etiã ad gratiam est tantùm in potentia passiua obedientiali, naturæ inserta. Vnde Doct. Sanct. per capacitatem naturalem intelligit potentiam obedientialem naturæ insertam, & capacitatem propinquam.

¶Pro quo nota, quòd secundùm Doct. Sanct. in quarto, dist. 9. quæst. 1. artic. 3. quæstiuncu. 3 ad tertium. Obedientialis potentiæ multi sunt modi. Et secundùm Doct. San. prima parte, vbi supra. Miracula secundùm quemlibet modum habent diuersos gradus, scilicet etiam secundùm excessum naturæ secundùm id, in quo aliquid miraculosè fit. Quandoque enim secundùm Doc. Sanc. in tertio, distin. 3. quæst. 2. fit aliquid in & ex eo, quod est improportionatum ad effectum, sicut visus in cæco, & vita in mortuo. Aliquando autem a liquid fit in eo, cuius est immediatè capax, & ejus immediatum receptiuum, & tamen ad vtrumque est in potentia obedientiali. Vnde Doct. Sanct. hic innuit istos duos modos potentiæ obedientialis, quia corpus mortuum est in potentia obedientiali ad vitam, sed in potentia improportionata videlicet, quia secundùm Doct. Sanct. ibidem in tertio, inducendo effectum miraculosum cum hoc habet inducere dispositionem, quæ competit vitæ, & non præfuit. Corpus enim mortuum est omnino indispositum ad vitam, & oculus cæcus ad visum. In iustificatione autem vt sic, non oportet inducere aliquam dispositionem, ratione cuius anima sit capax gratiæ, immo anima est immediatè capax. Licet enim in adultis oporteat præcedere motum voluntatis, hoc non est propter capacitatem, sed aliunde (vt patuit) quia videlicet, qui voluntariè auersus est, voluntariè debet se conuertere. Vnde secundùm D. S. in de Verit. supra q. 4. ad secundum. non præexigitur dispositio materiæ ad gratiam obtinendam, per quam videlicet fiat capax. Et ergo, quia anima aliter est in potentia obedientiali ad gratiam, quàm corpus mortuum ad vitam, illam alietatem D. S. innuit in isto membro. Et per naturalem capacitatem D. S. intelligit immediatã dispõnem animæ ad gratiã.

Oportet

Oportet enim notare, quòd potentia naturalis est, secundùm Doct. Sanct. respectu debiti naturæ, & quæ potest in actum deduci per agens naturale propinquum, & vbi cognita potentia naturali, cognoscitur & actus, ad quem est in potentia naturalis quæ omnia deficiunt naturæ animæ, respectu gratiæ, quæ quia est Diuini ordinis, & supra omnem conditionem naturæ, nullo modo animę ex conditione naturali debetur, nec potest per agẽs naturale dari, nec potest sciri, nisi per reuelationem. Vnde actus dicitur supernaturalis, non solùm per comparationem ad potentiam supernaturalem, sed etiam ad potentiam quã excedit, quia omnino altioris ordinis, nec naturæ ex se aliquo modo debetur, sed solùm ex Diuina ordinatione, & misericordia. Et ita videtur oportere dicere attentis his, quæ D. S. alibi dicit. Deinde ibi.

¶Tertio modo in operibus miraculosis inuenitur aliquid præter solitum, & consuetum ordinem causandi effectum; sicut cum aliquis infirmus sanitatem perfectam assequitur subitò præter solitum cursum sanationis, quæ fit a natura, vel arte. ——

¶Deducit tertiam conditionem quam primò declarat; secundò subiungit correspondentem conclusionem tertiam, ibi. Et quantum ad hoc, &c: Tertia ergo conditio requisita ad miraculosum opus est, vt aliquid fiat præter solitum, & consuetum ordinem causandi in rebus, quia scilicet fit aliquid, non sicut per generalem influxum ordinatum est in naturalibus, vel gratuitis. Et hanc conditionem Doct. Sanct. prima parte, vocat excessum naturæ quantum ad modum, & ordinem fiendi; quia videlicet esto natura possit in similem effectum, non tamen tali modo, & ordine. Et in contra Gentiles vocat gradum, quo Deus facit, quod consuetum est fieri per operationem naturæ, tamen aqsque principijs operantibus. Tunc ibi.

¶Et quantum ad hoc iustificatio impij, quandoque est miraculosa, & quandoque non. Est enim iste communis consuetus cursus iustificationis, vt Deo mouente interius animam homo conuertatur ad Deum, primò quidem conuersione imperfecta, & postmodum ad perfectam deueniat, quia charitas inchoata meretur augeri, vt aucta mereatur perfici, vt Augustinus dicit.* Quandoque verò tam vehementer Deus animam mouet, vt statim quandam perfectionem iustitiæ assequatur; sicut fuit in conuersione Pauli, adhibita etiam exterius miraculosa prostratione, & ideo conuersio Pauli tanquam miraculosa in ecclesia commemoratur celebriter. ——

*Aug. tracta. 5. in epist. Ioan. ante med.

Dub. 985.

¶Annectit talem conclusionem huic membro tertiam in ordine. Quantum ad hoc (scilicet fieri præter consuetum ordinem) iustificatio impij, quandoque est miraculosa, & quandoque non. Probatur. iustificatio impij, quandoque fit a Deo, præter solitum ordinem, & modum iustificandi, quandoque fit secundùm consuetum cursum; igitur conclusio vera, consequẽtiæ clara, quia isto modo dicitur aliquid miraculosum, quia fit præter communem modum fiendi a Deo. Antecedens declaratur in littera. Est enim iste modus, &c. Et secunda pars, ibi. Quandoque verò, &c. quia conuersio, & iustificatio Pauli celebratur in ecclesia tanquam miraculosa, igitur aliquando est iustificatio miraculum quo ad hunc modum. Vide de hoc D. S. in secundo supra ad secundum. vbi vult, quòd creatio animarum, & iustificatio facta secundùm cursum, & dispositionem præuiam non sunt dicenda miracula.

¶Patet igitur responsio ad quæsitum, quòd iustificatio communiter non est propriè miraculosa, quia deficit in duobus requisitis ad miraculum, quia non est supra dispositionem animæ. Et quia communiter fit secundùm ordinem causæ propriæ efficientis, & disponentis. Vnde quia duæ conditiones miraculi deficiunt iustificationi, & conuenit solùm vna, ideo magis dicenda est non miraculosa, quia plures sunt causæ verificantes negatiuam, & vna tantùm verificatiua affirmatiuè, ideo patet quid dicendum sit.

ARGVMENTVM in contrarium est expositum circa corpus, quia si minor deberet rigorosè examinari, esset falsa, nec habetur ex Aug. quia non sequitur posse habere gratiam est naturæ, ergo naturale; sed sequitur, ꝙ ista potentia obedientialis est naturæ inserta tanquam proximæ dispositæ, & capaci illius actus. Confirmat autem aliqualiter secundam conclusionem responsiuam.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd quædam miraculosa opera, etsi sint minora, quàm iustificatio impij quantum ad bonum quod fit; sunt tamen præter consuetum ordinem talium effectuum; & ideo plus habent de ratione miraculi. ——

¶Ad maiorem, si intelligitur, quòd miraculosa sint maiora semper quo ad id quod fit, falsa est; sed vera est, quòd modus fiendi miraculorum major est, & inconsuetus præter ordinem causæ propriæ. Minor vera quo ad substantiam facti, sed non fit modo miraculoso communiter, nec præter ordinem iustificationis, qui est fieri a Deo per dispositionem liberi arbitrij progredientem de imperfecto ad perfectum. Sed quædam alia fiunt, quæ sunt minora extra modum consuetum, sicut subita curatio febris, & huiusmodi, quæ sunt miracula quo ad modum, & non quo ad substantiam facti. Quare negatur consequentia, quia non omne opus magnum, quod fit a solo Deo, est miraculum, vt patuit.

¶Ad secundum dicendum, quòd non quandocunque res naturalis mouetur contra suam inclinationem est opus miraculosum; alioquin miraculosum esset, quòd aqua calefieret, vel quòd lapis sursum proijceretur; sed quando hoc fit præter ordinem propriæ causæ, quæ nata est facere hoc. Iustificare autem impium nulla alia causa potest nisi Deus, sicut nec aquam calefacere nisi ignis, & iustificatio impij a Deo quantum ad hoc non est miraculosa. ——

¶Maior vera quo ad inesse, & quo ad inesse secundùm inclinationem; sed tamen differentia est, quia iste liberè inest, scilicet motus voluntatis, ille verò ex necessitate.

¶Ad minorem, negatur, vt iacet, quia non est miraculum, quia fit aliquid contra inclinationem naturæ, sed aliundè, quia videlicet præter modum causæ, & sic illuminatio ceci est miraculosa quo ad id in quo fit vsus, quia causa sua consueta non est nata facere visum in mortuo. Vltra, conceditur, quòd voluntas impij ante iustificationem tendit in malum, sed de communi lege immutatur a Deo secundùm modum consuetum, vt scilicet liberè recedat a malo sine coactione, & liberè velit id, ad qđ Deus voluntatem mouet; & dato, sed non concesso, quòd moueretur contra inclinationem suam; propterea non esset miraculum, quia tunc motus lapidis sursum, vel calefactio aquæ esset miraculosa, sed quia non fit præter ordinem consuetum causæ suæ, immo fit secundùm ordinem nobis notum, saltem ex reuelatione, ideo negatur consequentia.

¶Nota, quòd quamuis solus Deus esset causa iustificationis, per hoc non tollitur esse miraculosum, sed quia solus Deus est causa iustificationis; & tamen secundùm ordinem consuetum, & notum, ideo non est dicenda miraculosa. Transubstantiatio enim panis in corpus Christi benedictum fit a solo Deo, & tamẽ est miraculosa, quia fit secundùm ordinem soli Deo notum, & præter ordinem in rebus consuetum. Vnde isto modo intelligenda est solutio, cum dicit. Iustificare autem impium nulla causa potest nisi Deus. Et cum hoc memoriter tenenda sunt, quæ statim præcedunt, scilicet; sed quando hoc fit præter ordinem propriæ causæ, quæ nata est facere hoc; & sic iustificatio fit quidem a Deo solo, sed non præter ordinem eius, & hoc loquẽdo de communi lege propter iustificationem Pauli.

¶Ad tertium dicendum, quòd sapientiam, & scientiam homo natus est acquirere a Deo per proprium ingenium, & studium; & ideo quando præter hunc modum homo sapiens, vel sciens efficitur, est miraculosum; sed gratiam iustificantem non est homo natus acquirere per suam operationem, sed Deo operante, vnde non est simile. ——

¶Maior vera quo ad esse donum; sed tamen est differentia in modo causandi ista dona consueto; quia sapientia est donum Dei de communi lege acquisibile per studium, & ingenium habentis sapientiam, vel scientiam; sed iustitia, de qua hic loquitur (ꝙ est terminus iustificationis) nata est haberi a solo Deo, cõ currente tamen dispositione liberi arbitrij. Minor conceditur; & ratio est, quia sapientia non est nata subitò acquiri sine studio; vnde quando subitò infunditur, fit præter consuetum modum, & ordinem fiendi; non sic iustitia, cum infunditur a Deo; dictum est autem, quòd fieri præter ordinem, & consuetum causandi effectum faciat miraculum. Negatur ergo consequentia, quia infusio subita sapientiæ habet tertiam conditionem requisitam ad miraculum, non autem iustificatio.

¶Nota autem, quòd quandocunque est secunda conditio dicta in corp. est etiam tertia, sed non ecõtra, hoc est dicere; quando aliquid fit in eo, quod non est capax, & dispositũ pro aliqua forma, tunc fit etiam præter solitum ordinem causandi effectum, qui est causare in natura disposita, sed aliquid potest fieri præter consuetum ordinem fiendi, & causandi illius effectus, & tamen fit in materia dispositа, sicut patet exemplum ex solutione de sapientia subitò infusa, quæ fit præter ordinem consuetum, & tamen non fit in natura non capaci, vel non dispositа, immo mens hominis est dispositа ad sapientiam.

Quæstio 114. & vltima.

De Merito.

A DEinde considerandum est de merito, quod est effectus gratiæ cooperantis. Et circa hoc quęruntur decem. Primò, vtrum homo possit aliquid mereri a Deo, Secundò, vtrum aliquis sine gratia possit mereri vitam ęternam. Tertiò, vtrum aliquis per gratiam possit mereri vitam ęternam ex condigno. Quartò, vtrum gratia sit principium merendi mediante charitate principaliter. Quintò, vtrum homo possit sibi mereri primam gratiam. Sextò, vtrum homo possit eam mereri alij. Septimò, vtrum possit sibi aliquis mereri reparationem post lapsum. Octauò, vtrum possit sibi aliquis mereri augmentum gratiæ, vel charitatis. Nonò, vtrum possit sibi mereri finalem perseuerantiam. Decimò, vtrum bona temporalia cadant sub merito.

¶Hic vltimò agitur de alio effectu gratiæ, inquantum est cooperans, scilicet de merito, quod procedit a gratia, siue gratum faciente, siue gratuita motione simul cum libero arbitrio. Et primò circa hoc præmittitur quoddam prędibilitate merendi; secundò agitur de modo, & conditione ipsius meriti.

Vtrum homo possit aliquid mereri a Deo.

Supr. q.21. arti.4. Et 2. dist.5. q.2. ar.1. Et dist. 28. ar.4. Et Heb.9.le.3. col.2.

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd homo non possit aliquid mereri a Deo. Nullus enim videtur mercedem mereri ex hoc, quòd reddit alteri quod debet; sed per omnia bona, quæ facimus, non possumus sufficienter recompensare Deo quod debemus, quin semper amplius debeamus, vt etiam Philosophus dicit in octauo Ethicorum;* vnde & Luc. 17. dicitur. Cum omnia quę prędicta sunt feceritis dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus; ergo homo non potest aliquid mereri a Deo.

* Aristot. c. vlt.

¶ 2 Præterea. Ex eo quòd aliquis sibi proficit, nihil videtur mereri apud eum, cui nihil proficit; sed homo bene operando sibi proficit, vel alteri homini, non autem Deo, dicitur enim Iob 35. Si iustè egeris quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? ergo homo non potest aliquid a Deo mereri.

¶ 3 Preterea. Quicunque apud aliquem aliquid meretur, constituit eum sibi debitorem; debitum enim est, vt aliquis merenti mercedem rependat; sed Deus nulli est debitor, vnde dicitur Rom. 11. Quis prior dedit, & retribuet ei? ergo nullus a Deo potest aliquid mereri.

¶Sed contra est, quod dicitur Hierem. 31. Est merces operi tuo; sed merces dicitur, quod pro merito redditur; ergo videtur, quòd homo possit a Deo mereri.

¶ Hic D.S. determinat quæstionem, an est meriti hominis ad Deum, an possit aliquid ab eo mereri.

¶Respondeo dicendum, quòd meritum, & merces ad idem referuntur. Id enim merces dicitur, quod alicui recompensatur pro retributione operis, vel laboris, quasi quoddam precium ipsius.

¶Doct. Sanct. respondendo, duo facit. Primò præmittit duas conclusiones præambulares. Secundam ponit ibi. Iustitia autem, &c. Secundò ex eis deducit duas conclusiones responsiuas. Primam ibi. Et propter hoc, &c. Secundam ibi. Modus autē, &c. Quo ad primam conclusionem præambularem primò præmittit quoddam suppositum fundamentale. Secundò infert ex eo ipsam conclusionem, ibi. Vnde sicut, &c. Præmittit ergo pro fundamento quid nominis meriti, declarando hoc per quid nominis mercedis, quæ ad meritum relatiuè dicitur. Et supponit primò, ꝙ meritum, & merces ad idem referantur; quod suppositum potest intelligi dupliciter; vno modo, ꝙ referantur ad idem tertium. s. iustum, quia s. vtrumq; habet locum vbi inuenitur iustū, & ſm modum iusti est modus mercedis, vel meriti. Secundò potest intelligi, ꝙ referantur ad idem, idest ad inuicem, quia videlicet merces est, quæ debetur labori, vel operi, & iterum meritum dr̄ respectu mercedis, quia s. per meritum quis conquirit, & facit sibi debitā mercedē. Et hunc sensum D.S. exponit, quia merces dr̄, qđ datur alicui pro retributione operis, vel laboris (quę s. se habet vt meritum) vt quoddam precium ipsius. Consequenter cū dicit.

¶ Vnde sicut reddere iustum precium pro re accepta ab aliquo est actus iustitię, ita etiam recompensare mercedem operis, vel laboris est actus iustitiæ. ———

¶Subinfert ex dicto fundamento primā conclusionem p̄ambularem, præsertim ex illo verbo, ꝙ merces se habet ad laborē, vel meritum, sicut precium ipsius; & est ista, recompēsare mercedem operis, vel laboris est actus iustitiæ. Probatur a similitudine, reddere iustum precium pro re accepta ab aliquo est actus iustitiæ, ergo etiam reddere, & recompensare mercedem operis, vel laboris est actus iustitiæ. Tenet consequentia ex dictis, quia merces se habet ad laborem, sicut precium ad rem acceptam, & est preciū laboris; ergo consequentia bona. Ex ista conclusione habetur, ꝙ quia merces, & meritū adinuicem dr̄, ideo sicut merces dr̄, quæ ex iustitia redditur, vel datur, ita meritū est, quod iustè exposcit, & cui iustè debetur merces; ꝙ autē merces ex iustitia detur, patet ex ista conclusione. Et per istam conclusionem, & eius intentum ad hoc deueniendum est, ꝙ vbi non est iustitia propriè, ibi nec merces, nec meritum propriè inuenitur. Consequenter ibi.

¶ Iustitia autem ęqualitas quædam est, vt patet per Philosophum in quinto Ethicorum; * & ideo simpliciter est iustitia inter eos, quorum est simpliciter ęqualitas, eorum verò, quorum non est simpliciter ęqualitas, non est simpliciter iustitia, sed quidam iustitiæ modus potest esse; sicut dicitur quoddam ius paternum, siue dominatiuum, vt in eodem libro Philosophus dicit. * ———

* Aristot. in prioribus, c. quarto.

* Arist. c. 6.

¶Subsumit sub p̄dicta conclusione, & infert secundam cōclusionem præambularē talem, simpliciter est iustitia inter eos, quorum est simpliciter ęqualitas, eorum verò, quorum non est simpliciter ęqualitas, non est simpliciter iustitia, sed quidā iustitiæ modus potest esse. Ista conclusio habet duas partes. Prima probatur ratione sic. Recompēsare mercedem operis est actus iustitiæ, sed iustitia est ęqualitas quædam; ergo conclusio ista vera. Maior fuit prima conclusio præambularis. Minor est Philos. 5. Ethicor. Pro qua nota, ꝙ iustitiam esse ęqualitatem, potest intelligi dupliciter, & vtroque modo valet ad propositum. Primò, quia iustitia est ęqualitas, idest vbi redditur æquale pro æquali, & æqualens datur pro accepto. Secundo modo intelligitur, quòd est æqualitas quædam, idest inter eos tantùm, qui sunt æquales, vt habet Philos. 5. Ethicor. quo ad principari, & subijci, idest est inter eos, quorum vnus non subijcitur alteri, & vnus non est aliquid alterius, & istis modis potest intelligi minor, & est vera, & deseruit ad propositum. Secunda pars conclusionis explicatur ex quinto Ethicorum, quia inter seruum, & dominum, filium, & patrem, qui non sunt æquales, est aliquod ius secundùm quid, & per similitudinem, scilicet dominatiuum, & paternum; & tamen inter eos non est simpliciter æqualitas.

¶Nota, ꝙ iustum propriè est ad alterum simpliciter, & æquale, alterum autem simpliciter est, quod est omnino distinctum & nihil eius; filius autem est aliquid patris, & quodammodo pars eius, seruus similiter est instrumentum domini; & secundò, filius, & seruus non sunt æquales, quia filius naturaliter subest patri, & seruus subest domino, ideo non est ibi ius propriè; sed tamen quia & filius est quidam homo subsistens, similiter seruus est subsistens distinctum, ideo vt sic est aliquis modus, & aliqua similitudo iusti inter patrem, & filium; sed quia est aliquid patris, nec sibi æqualis, ideo deficit ratio perfecti iusti. Vide secunda secundæ, quæst. 58. artic. 4.

¶Et propter hoc in his, in quibus est simpliciter iustum, est & simpliciter ratio meriti & mercedis; in quibus autem est secundùm quid iustum, & non simpliciter, in his etiam non simpliciter est ratio meriti, sed secundùm quid, inquantum saluatur ibi iustitiæ ratio; sic enim & filius meretur aliquid a patre, & seruus a domino. ———

¶Præmissis fundamentis responsionis, consequenter D.S. deducit primam conclusionem responsiuam, quæ est negatiua, quā tamē non expressè, sed implicitè ponit talem, Homo non potest aliquid a Deo mereri absolutè ſm perfectam iustitiam, & rationē meriti. Probatur ista conclusio, In his, in quibus est simpliciter iustum, ost & simpliciter & absolutè ratio meriti, &c. sed hominis ad Deum non potest esse iustitia secundùm absolutam ęqualitatem & simpliciter, sed solùm secundùm quandam proportionem; ergo conclusio vera. Huius rationis D.S. ponit, & probat primò maiorem; secundò minorem, ibi. Manifestum est, &c. Maior ergo probatur, & sequitur ex prima conclusione præambulari præmissa per modum corollarij, quia benè sequitur mercedem recompensare pertinet ad iustitiam, & meritum est, quod per mercedem tanquam precium iustum recompensatur, & merces, &

ces, & meritum pertinent ad iustum, ergo maior vera. Secūdam tamen partem D.S specialiter explicat, quomodo vbi nō est simpliciter iustum, sed secundùm quid, sit secundùm quid ratio meriti, inquantum videlicet saluatur ibi ratio, idest quidam modus & similitudo iustitię, sicut filius meretur aliquid a patre, & seruus a Domino non propriè, quia quicquid facit est Domini vel patris, sed tamen inquantum facit diligenter, & libenter, potest dari sibi aliquid, quod est quasi merces. Oportet enim scire, quòd quando est simpliciter iustum, tunc tenetur quis satisfacere, & recompensare. Dominus autem non tenetur seruo aliquid, ideo ibi iustitia non habet locum, nec iusta recompensatio simpliciter, sed secundùm quid, inquātum dat aliquomodo alteri, & operanti propter bonum eius; sed quia deest debitum, ideo & iustū simpliciter. Deinde cum dicit.

¶ Manifestum est autem, quòd inter Deum, & hominem est maxima inæqualitas; in infinitum enim distant, & totum, quod est hominis bonum est a Deo; vnde non potest hominis ad Deum esse iustitia secundum absolutam æqualitatem, sed secundùm proportionem quandam, inquantum scilicet vterque operatur secūdùm modum suum. ———

¶ Subiungit minorem principalem, & probat primam partē sic, simpliciter est iustitia inter eos quorum est simpliciter æqualitas; sed inter Deum, & hominem est maxima inæqualitas, ergo minor vera quo ad primā partē. Maior ista fuit secūda conclusio præambularis, ideo patet. Minor probatur in littera, quia in infinitum distant ex qua distantia habetur, quòd homo naturaliter subiicitur Deo, & non est æqualis secundùm principari, & subiici, vt habet Philosophus, ergo non est æqualitas secūdo modo. Secundò, quia totum, quod est hominis bonum est a Deo, ergo non est æqualitas primo modo dicta, quando scilicet aliquid facit, quod nullo modo est alterius, nec sibi debet hoc facere. qa ergo omne bonum est homini a Deo, ideo non reddit aliquid de suo, quod non sit prius Dei, & per consequens ibi non est pfectum iustum. Secundò D.S. explicat secundam partem istius cōclusionis. s. quòd est iustitia inter Deum, & hominem secundum æqualitatem quandam, inquantum scilicet vterque operatur secundùm modum suum, sicut etiam serui est iustitia secundū p̄portionem, quia facit quod potest, & qđ tenetur; sic hō facit, qđ pōt iuxta modū suum, & per consequens iustum est, vt etiā Deus faciat cū homine, quod eum decet, & sibi competit; ita quòd sit proportio idest proportionabilitas, &c. Deinde ibi.

¶ Modus autem, & mensura humanæ virtutis homini est a Deo; & ideo meritum hominis apud Deum esse non potest, nisi secundum præsuppositionem Diuinæ ordinationis. ———

¶ Procedit ad secundam conclusionem responsiuam aliqualiter affirmatiuam ad quæstum, istam. Meritum hominis apud Deum esse non potest, nisi secundùm præsuppositionem Diuinę ordinationis. Hanc conclusionem D.S. primò probat. Secūdò cā explicat, ibi. Ita. s. &c. Probatur sic, hominis ad Deum est iustitia & per consequens meritum secundùm proportionem quandam, inquantum, scilicet vrerque operatur secundùm modum suum; sed modus, & mensura humanæ virtutis homini est a Deo. & ex ordinatione Diuina, ergo sequitur conclusio. Maior illa fuit minor præcedentis rationis pro prima conclusione responsi. & sic probata. Minor illa patet. Deinde ibi.

¶ Ita scilicet vt id homo consequatur a Deo per suā operationem quasi mercedem, ad quod Deus ei virtutem operandi deputauit; sicut etiam res naturales hoc consequuntur per proprios motus, & operationes, ad quod a Deo sunt ordinatę. ———

¶ Explicat illam secundam conclusionem per quoddā simile, & primò facit hoc. Secundò limitat illud simile, ibi. Differēter tn̄. Explicatur sic, meritum hominis potest esse apud Deum secundùm præsuppositionem ordinationis, ita. s. vt homo id consequatur per suam operationem quasi mercedem ad quod Deus ei virtutem operandi deputauit, & declarat per simile de rebus naturalibus in littera. Et nota verba D.S. cū dicit, quasi mercedē, quia homini propriè non datur merces, quia deficit ratio debiti, & iusti, vt patuit; sed præsuppositā Diuina ordinatione qua ordinatū est, vt homo taliter agens consequatur talē fructum, ibi est quasi merces, inquantum aliquid consequitur pro labore; sed quia nō ex iustitia hominis absolutè, & secundùm se, ideo non est propriè merces. Patet igitur, quòd homo meretur secundùm quid, & non ratione sui, sed ratione Diuinæ ordinationis ordinantis hominem consequi debere per opus suum, non quòd homo faciat Deum sibi debitorem, sed quia consequitur per opus quasi mercedem aliquod commodum; quia tamen vt illud consequatur non habet ex se, sed ex Deo, ideo meritum suum fundatur in Diuina ordinatione. Si autem ex Deo, quòd meretur, & consequitur fructum, ideo ibi non est meritum propriè hominis ad Deum, sed totum innititur Diuinæ ordinationi vel misericordiæ, qua fit homini debitum bonum, & non ratione suiipsius absolutè. Nota tamen, quòd ex his dictis nihil contrarii habetur contra tertium articulum sequentem, vbi dicetur, quòd homo ex condigno possit mereri etiam vitam æternam, quia hic dicitur, & benè, quòd homo meretur secundùm ordinationem Dei, quę dat virtutem homini, per quam consequatur aliquem fructum quasi mercedem. Si ergo Diuina ordinatio, & misericordia det virtutem, & ipsamet operetur aliquod opus æquale beatitudini, & vitæ æternæ, ibi erit meritum de condigno eo modo quo est meritum hominis, scilicet fundatum in Diuina ordinatione, nō quòd Deus debeat dare vitam æternam debito absoluto respectu hominis, sed qa homo Deo principaliter faciente agit opus quod æquiualet beatitudini, & quod Deus ordinauit præmiandum vita æterna, & sic ex cō digno meretur non per se, sed Deus principaliter. Vnde patet, quòd si Deus det virtutem naturalem, tunc per illam quasi mercedem consequitur aliquod bonū naturæ proportionatum; si autem confert virtutem supernaturalem, & ipse principaliter operatur, tunc consequitur condignè vitam æternam; quæ condignitas est ex Deo non ex homine, vt patebit arti. 3. vide & Capreolum in 4. d. 15. ad secundum contra primam conclasionem, vbi habebis illam sententiam. Vide & in secundo distin. 27. Consequitur ergo homo aliquid a Deo secundùm exigentiam virtutis operatiuæ, quam habet a Deo; & si ista virtute benè vtatur Deus sibi largitur aliquid quasi mercedem, & secundùm proportionem virtutis, & operis est etiam proportio mercedis. Tunc ibi. Capreolus.

¶ Differenter tamen, quia creatura rationalis seipsam mouet ad agendum per liberum arbitrium, vnde sua actio habet rationem meriti, quod non est in alijs creaturis. ———

¶ Limitat & moderatur similitudinem adductam, quia nō est par ratio de consecutione rerum naturalium per motus & operationes suas, & de consecutione qua homo consequitur per virtutem a Deo datam aliquid; quia naturalia non habent operationes, & motus, quæ dicantur, & sint quomodocumque modo merita; sed actio per quam homo aliquid consequitur habet rationem meriti aliquo modo vt dictum est, & secundùm quid. Et ratio illius diuersitatis est, quia homo liberè agit, naturalia autem de necessitate naturæ.

¶ Nota pro maiori intellectu D.S. in 3. sen. dist. 18. q. 1. arti. 2. quòd ad meritum tria requiruntur. Primum est comparatio merentis ad mercedem, vt scilicet qui meretur, sit in statu acquirendi mercedem. Et propter hoc illi qui sunt omnino in termino nihil merentur, quia nihil possunt acquirere. Secundum est comparatio agētis ad actionem, vt scilicet sit Dominus suæ actionis, aliàs per actionem suam non dignificatur ad aliquid habendum, nec laudatur, & ideo, quæ agunt per necessitatem naturæ, vel etiam per violentiam, non merentur, quia nihil possunt acquirere. Tertium est comparatio merentis ad mercedem, vt scilicet æquiparetur mercedi, saltem secundùm æqualitatem proportionis, &c. Hæc ille. Vbi patet in secunda conditione intellectus illius limitationis. Vide, & D.S. ad idem loquentem in de Verita. Mate. 29. ar. 6. in cor. quia ad meritum requiritur merendi facultas ex parte naturæ, & gratiæ. Ex parte naturæ, quia per proprium actum quis mereri non potest nisi sit Dominus actus, sic enim actū suū quasi p̄ciū p̄mio dare p̄t. Est esm qs dns sui actus per li. arb. Vnde naturalis facultas libe. ar. requiritur ad mercedem. Hæc ille. Patet igitur ex omnibus his responsionibus ad quæstum, quia non potest homo aliquid mereri simpliciter tanquam cui debetur merces propriè secūdùm iustitiam commutatiuam propriè, vbi merens dat de suo, reddens mercedem aliquid recipit. Talis enim commutatiua iustitia non habet locum inter Deū, & creatutam, sed meretur merito secundùm quid, quod fundatur in iustitia secundùm quid, scilicet proportionalitate hominis ad opus, quod facit, & Dei ad id, quod ipsum decet, & in aliquo modo iustitiæ commutatiuæ, quia videlicet dat aliquid pro aliquo, sed non pro aliquo a se accepto vel accipiendo, nec pro aliquo quod non sit suum, ideo dat aliquid, quod ordinauit dare pro aliquo facto ab homine, quod meritum innititur Diuinæ ordinationi, & dispositioni, per quā Deo est debitos sibi ipsi, & qua vnus effectus ordinatur ad alium ex Diuina dispositione. Est enim vnus modus debiti secundùm D.S. in 2. contra Gen. cap. 29. quo vnus effectus debetur alteri ex Diuina ordinatione, & fundatur in ea, &c. Vide etiam Sco. in 3. dist. 18. in principio, vbi exponit quid sit meritum dicens. Meritum est aliquid acceptatum in alio pro quo ab acceptante est aliquid retribuendum illi in quo est quasi debitum illi, pro illo merito vel alteri pro quo meruit; nō enim meritum dicit semper actum, qui sit in potestate eius cui fit retributio, sed hoc solùm est quando aliquis meretur sibiipsi, quando autem unus meretur alteri per orationes vel alias afflictiones acceptas Deo, quamuis illa sint in potestate merentis, nō tamen sunt in potestate eius pro quo facit, &c.

¶ Confirmat

¶ Confirmat argumentum in contrarium secundàm consionem respondet. est enim merces operi in ordine ad Deum, quæ datur non ex iustitia, quæ sit hominis operantis ad Deum, sed quæ est operis ad mercedem ex Diuina ordinatione; vnde homo operando meretur mercedem id est consequitur id, quod Deus ordinauit eum consequi per opus quasi mercedem, quæ datur sibi iustè iustitia fundata in Diuina dispositione, & ordinatione, & quæ est secundùm exigentiam vnius effectus ad alium.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod homo inquantùm propria voluntate facit il'ud, quod debet, meretur, alioquin actus iustitiæ quo quis reddit debitum, non esset meritorius.

¶ Ad maiorem negatur de mercede, & merito, quæ fundantur in iustitia secundùm proportionem; tali enim merito potest mereri præsertim apud Deum, ex hoc, quod reddit voluntariè, & ordinatè id, quod debet alteri; aliàs ex hoc, quòd aliquis operatur iustè nihil mereretur apud Deum, quod est falsum, quia opus virtutis est meritorium. Patet autem sequela, quia faciendo actũ iustitiæ, reddit quod debet, quare si quis debitum reddat voluntariè, ex hoc facit, & operatur secundùm modum suum; & per consequens a Deo aliquid consequitur, qui ordinauit, quòd faciens quod debet, consequatur correspondens operi suo, & ordinauit, quòd vnus effectus debeatur alteri. Vide de ista glosa, & negatione maioris ad longum in Capreolo in quarto dist. 15. ad quar-
Capreolus. tum contra quartam conclusionem; quia aliqui vt habet D.S. in secundo dist. 27 q. 1 ar. 3. ad 3 putabant, quòd actus iustitiæ nõ esset meritorius, sed non tenentur, &c Minor conceditur, quia scim per crescit materia gratiarum actionis, vt potes videre in Capreolo in tertio dist. 18. ad primum Durandi contra secundam conclusionem. Dico tamen circa illam minorẽ, post D.S. in quarto distinctio. 15. q. 1. arti. 2. ad tertium, quòd quamuis homo totum posse suum Deo debeat, non tamẽ ab eo exigitur de necessitate vt totum, quod possit, faciat, quia hoc est ei impossibile secundùm statum præsentis vitæ, vt totum posse suum in aliquid vnum expendat, cum oporteat eum circa multa sollicitum esse; sed est quædam mensura homini adhibita, quæ ab eo requiritur, scilicet impletio mandatorum Dei, & super ea potest aliquid eleogare; vt satisfaciat. Hæc ille. Ex quo patet, quòd minor est vera, quòd semper debemus amplius Deo, sed tamen Deus non obligat nos ex sua liberalitate ad faciendum omnia, quæ possumus pro exsoluendo debito. Verùm si Deus vellet districtè nobiscum agere posset hominem obligare ad omnem actum bonum sibi possibilem, vnde negatur consequentia.

¶ Nota ergo circa hoc, defectum quorundam qui putãt, quòd cum homo possit facere aliquod bonum, & non facit, quòd peccet peccato accidiæ, & ad minus venialiter. Sed patet, quia non obligatur homo ad oẽ bonũ, qđ potest, & ideo si nõ facit nõ peccat. De hoc in Capreolo in quarto distin. 15. ad quartum, contra quartam conclusionem, ex Petro de Palude sic habetur. Item si debito morali debemus ei consilia, hoc intelligendum est de debito tam debili, quòd possumus non soluere sine peccato, propter quod malè dicunt, qui dicunt, quòd semper est peccatum saltem veniale, quando homo non facit, quod debet, debito quocumq; scilicet etiam morali, aliàs omnis homo omittendo quodcumq; bonum peccaret, si quicquid facere potest, totum Deo debet Hęc ibi. Ex quibus patet, quòd imaginatio falsa est sic dicentium. Vnde Angelus in summa sua titulo Accidia, deficit, & falsum D.S. imponit. Non enim habetur ex D.S. secunda secundæ q. 35. ar. 3. quòd tristitia de bono non debito sit veniale, immo oppositum habetur ex arti. 3. ad secundum, & similiter ex de malo Materia 11. ar. 3. ad quartum, immo habet Doct. Sanct. quòd talis tristitia non est accidia, nec tenetur homo semper delectari de Deo, & Diuinis sicut nec tenetur Deum semper actu diligere, ratione cuius dilectionis, tenetur quandoque delectari secundum mentem in Diuinis.

¶ Nota hic etiam differentiam inter meritum, & satisfactionem, quia homo faciendo debita meretur, vt patuit, sed non satisfacit nisi per hæc, ad quæ non tenetur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Deus ex bonis nostris non quærit vtilitatem, sed gloriam ideſt manifestationem suæ bonitatis, quod etiam suis operibus quęrit; ex hoc autem, quòd eum colimus nihil ei accrescit, sed nobis, & ideo meremur aliquid a Deo, non quasi ex nostris operibus ei accrescat, sed in quantum propter eius gloriam operamur.

¶ Maior est vera, quòd nihil meretur merito fundato in iustitia propriè commutatiua, quando aliquis facit, quòd alteri nihil proficit, nec proficere potest, sed solùm sibi, & quia alius non recipit, nec recipere potest. Et ex hoc D. S. probat prima parte. q. 21. arti. 1. quòd in Deo non est iustitia commutatiua, scilicet propriè. Dico secundò, quòd immo ex eo, quòd aliquis facit, quòd sibi proficit, est tamen propter gloriam alterius, potest mereri, merito fundato in iustitia secundùm proportionem præsertim suppositа alterius ordinatione. Ad minorem, verum, nihil profi-cit Deo, tamen ex bona voluntate sua operatur sicut debet, & propter gloriam Dei, Ergo &c. verum, non meretur a Deo sicut ab homine secundùm iustitiã commutatiuam, tamen sm distributiuam, & secundùm aliquem modum iustitiæ commutatiuæ, quæ fundatur in Diuina ordinatione; quia videlicet esto Deus nõ sit propterea obligatus, quia nihil accipit, tamen ordinauit, si quis faciat pro honore suo, quòd velit sibi dare mercedem. A b homine autem potest propriè mereri, quia dat vel facit ad commodũ alterius, & de his, quæ non sunt alterius.

¶ Ad tertium dicendum, qp quia actio nostra non habet rationem meriti nisi ex præsuppositione Diuinæ ordinationis, non sequitur, quòd Deus efficiatur simpliciter debitor nobis, sed sibiipsi inquantum debitum est vt sua ordinatio impleatur.

¶ Maior vera in humanis, sed in Deo negatur, & ratio in solutione; quia quòd meremur non est ex nobis, nec quia Deus obligatur nobis, sed quia Deus obligatur sibi, & debet adimplere suã ordinationem qua ordinauit, & promisit sic operantem tali mercede donandum. Nec requiritur ad rationem meriti, quòd ille, qui meretur, constituat illum apud quem meretur sibi debitorem, sed sibiipsi, & suæ ordinationi sicut liberaliter aliquid promittens, non est debitor ei cui liberaliter promittit propriè, sed sibi & suæ promissioni; sic in proposito iustum est, vt Deus seruet ordinationem suam, ratione cuius debet dare mercedem, aliàs non. Ad minorem concedo, quòd nulli est debitor, vt patet prima parte q. 21. ar. 1. ad secundum, est tamen quodammodo debitor sibiipsi & suæ ordinationi. Et secundò quamuis Deus non sit debitor alicui creaturæ, tamen creaturæ potest aliquid esse debitum, scilicet quòd requiritur ad ipsam ex Diuina ordinatione, ita quòd debitum tale magis pertinet ad ordinem rei ad rẽ, quã ad ordinem rei creatæ ad Deum. Dico etiam, quòd Deus seipsum negaret, si creaturæ non conferret, quod ei debetur secundũ suã dispositionem, & ordinationem. Et probatio probat, quòd Deus non est debitor, quia accipiat aliquid vel accipere possit a creatura; sed tamen ex eo est vt aliquid sit debitum creaturæ, non propter ipsam creaturam, sed propter suam ordinationem; quare benè probat, quòd nõ potest homo mereri a Deo ex ordine suo ad Deum, sed ex ordinatione Diuina, qua liberaliter ordinatum est, vt taliter operans consequatur mercedem, qua ordinatione non stante, nihil meretur, nec aliquid sibi deberetur. Vnde oportet, qp debitum meriti nostri fundetur in Diuina ordinatione.

¶ Nota solutionem, quia ex ea penetrata soluuntur quasi omnia argumenta Durandi, quæ Capreolus habet in secundo dist. 27. quę omnia probant, quòd homo nõ mereatur a D. o; per hoc quòd homo constituat Deum debitorem suum, & quòd homini sic agenti possit nihil absolutè dari pro mercede. Sed non probant quin homo mereatur. quia res aliqua est sibi sic operãti debita facta ex diuina ordinatione, & quia oportet eam sibi dari; si Deus fidelis inueniri debeat, qui se negare non potest.

Vtrum aliquis sine gratia possit mereri vitam æternam.

G Supra q. 109. art. 5. & locis ibidem inductis.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd aliquis sine gratia possit mereri vitam æternam. Illud enim homo a Deo meretur, ad quod diuinitus ordinatur, sicut dictum est. * sed homo secundùm suam naturam ordinatur ad beatitudinem sicut ad finem, etiam naturaliter appetit esse beatus; ergo homo per sua naturalia absque gratia, mereri potest beatitudinẽ; quæ est vita æterna.

* Arti. 1. huius q.

¶ 2 Præterea. Idem opus quantò est minus debitũ tantò est magis meritorium; sed minus debitum est bonum, quod fit ab eo qui minoribus beneficijs est præuentus; cum igitur ille qui habet solùm bona naturalia, minora beneficia sit consecutus a Deo, quàm ille, qui cum naturalibus habet gratuita, videtur, quòd eius opera sint apud Deum magis meritoria; & ita si ille qui habet gratiam potest mereri aliquo modo vitam æternam, multò magis ille qui non habet.

¶ 3 Præterea. Misericordia, & liberalitas Dei in infinitum excedit misericordiam, & liberalitatem humanam; sed vnus homo potest apud alium mereri etiam si nunquã suã gratiã ante habuerit; ergo videtur, qp multò magis hõ absq; gratia vitã ęternã possit a Deo mereri.

¶ Sed

¶ Sed contra est, quod Apostolus dicit Rom. 6. Gratia Dei vita ęterna.

¶ Hic agitur de modo, & conditione meriti. Et circa hoc primò inquiritur conditio eius ex parte illius, quod principaliter cadit sub merito. Secundò ex parte eorum, quæ cadunt secundariò sub merito, & minus principaliter in ar. 8. Circa primũ primò ostẽditur quid directè cadit sub merito. Secundò, q excludãtur a merito art. 5. Circa primum primò ostenditur quid homo mereatur. Secundò quomodo mereatur arti. 3. Quæritur ergo in proposito quid principaliter mereatur, & per quid, an videlicet vitam æternam, per gratiam, vt enim patebit, potest etiam alia mereri a Deo per gratiam vel gratuitam motionem, sed principalis merces in ordine ad quam dicitur meritum hominis est vita æterna. Temporalia enim cadunt sub merito in ordine ad vitam æternam, & per gratiam vel gratuitam motionem, &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd hominis sine gratia
* q. 109. ar. 2. duplex status cõsiderari potest, sicut supra dictum est.* Vnus quidem naturę integrę qualis fuit in Adam ante peccatum. Alius autem naturę corruptę sicut est in nobis ante reparationem gratiæ.

¶ D.S primò resumit distinctionem de duplici statu hominis, de quo potest intelligi quæsitum. Secundò respondet iuxta quẽlibet statum; quo ad primum ibi. Si ergo loquamur, &c. quo ad secundum ibi. Si verò &c. Quo igitur ad primum vt D. S. ostendat, quòd nullus homo possit mereri sine gratia, ponit distinctionem de duplici statu hominis, in quo sine gratia considerari potest, vt patuit supra q. 109. ar. 2. quia vnus est status naturæ integræ, & sicut ibidem dicebatur, talis consideratio hominis est sine gratia gratumfaciente, non tamen sine omni gratuito dono, quia Adam etiam si fuisset creatus sine gratia fuit tamen integer, quæ integritas non fuit sine aliquo dono, licet & naturale dici possit, pro tanto, cum natura, & natiuitate conferretur. Alius status est naturæ corruptæ, vbi homo nec habet integritatem naturæ, nec gratiam, &c.

¶ Si ergo loquamur de homine quo ad primum statum, sic vna ratione non potest mereri absque gratia vitam ęternam per pura naturalia, quia scilicet meritũ hominis dependet ex pręordinatione Diuina.

¶ Respondet iuxta primum statum hominis tali conclusione, si loquamur de homine quo ad statum integrum, sic vna ratione scilicet ponenda, non potest mereri absque gratia vitam æternã per pura naturalia, & intellige per pura naturalia etiam integra, quia supponitur, quòd homo in statu integræ naturæ sit creatus. Probatur conclusio, meritum hominis dependet ex Diuina ordinatione, sed actus hominis integri in puris naturalibus sine gratia existentis vel considerati non ordinatur ad vitam æternã, ergo conclusio vera. Huius rationis D S. ponit primò maiorẽ, secũdò probat minorem subintellectam resumens ipsam conclusionem expressius ibi. Actus autem, &c. Maior ergo patuit ar. 1. quia meritum nostrum fundatur in hoc, quòd Deus ordinat taliter operantem, talia debere consequi. Consequenter ibi.

¶ Actus autem vniuscuiusque rei non ordinatur Diuinitus ad aliquid excedens proportionem virtutis, quæ est principium actus; hoc enim est ex institutione Diuinę prouidentię vt nihil agat vltra suam virtutem. Vita autem ęterna est quoddam bonum excedens proportionem naturę creatę, quia etiam excedit cognitionem, & desiderium eius secundùm illud primæ ad Corinth. 2. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Et inde est, quòd nulla natura creata est sufficiens principium actus meritorij vitę ęternę, nisi superaddatur aliquod supernaturale donum, quod gratia dicitur.

¶ Probat minorem subintellectam sic, vita ęterna est quoddã bonum excedens proportionem, & virtutem naturæ creatæ, sed nullus actus cuiuscumque rei ordinatur Diuinitus ad aliquid excedens proportionem virtutis, quæ est principiũ actus; ergo nullus actus etiam hominis integri in puris naturalibus sine gratia ordinatur ad vitam æternã. Maior sequitur ex auctoritate Apostoli, & minor ex vno assumpto in littera clarè, vnde D.S. resumit per modum corollarij conclusionem cum explicatione.

¶ Nota vt supra dictum fuit q. 109. art. 5. quòd oportet ex fide supponere gratiam esse altius principium Diuini ordinis, quàm quodcumque principium naturale creatum vel creabile, & ideo gratia potest in opus vel magis modum operis proportionatum vitæ æternæ, & per consequens Diuina prouidentia actum procedentem ex tali principio ordinat ad consecutionem mercedis æternæ vitæ; sed actum procedentem ex virtute naturali non ordinauit præmiandum vita æterna, quia ab ea deficit. Nec credas hunc articulum cum prædicto statim incidere, qui et iam determinat sine gratia hominem non posse mereri vitam ęternam, qa ibidem determinatur de merito vitæ æternæ ratione principij sui, scilicet gratiæ cuius est effectus; agebatur enim de efficacia gratiæ, vt patet ex quæstione eadem, hic autem quæritur de merito ratione suiipsius, & ratione principalis mercedis, & termini quæ primò meritum respicit. Deinde cum dicit.

¶ Si verò loquamur de homine sub peccato existente, additur cum hoc secunda ratio propter impedimẽtum peccati. Cum enim peccatum sit quędã Dei offensa excludens a vita ęterna, vt patet per supra dicta.* nul- * q. 71. ar. 6. q. 73. & q. 87. & q. 113. arti. 2.
lus in statu peccati existens potest vitam ęternam mereri, nisi prius Deo reconcilietur dimisso peccato, quod fit per gratiam; peccatori enim non debetur vita, sed mors, secundùm illud Ro. 6. Stipendia peccati mors.

¶ Satisfacit quæsito iuxta secundum membrum tali conclusione; si loquamur de homine sub peccato existente additur cum hoc secunda ratio, propter impedimentum peccati, scilicet quòd homo non potest ex puris naturalibus mereri vitam æternam. Habetur ergo ex ista conclusione, quòd ratio de homine ex statu integro etiam habet locum circa hominem corruptum; sed est adhuc vna ratio de homine corrupto, quæ non habet locum de homine integro. Probatur conclusio supponendo, quòd peccatũ sit quædam offensa Dei excludens a vita æterna, & per consequens impedimentum vitæ æternæ; hoc suppositum patuit. q. 71. arti. 6. & q. 73. & 87. & 113. art. 2. tunc sic, nullus in statu peccati, s. mortalis existens potest vitam æternã mereri nisi prius Deo reconcilietur dimisso peccato; sed per gratiam fit talis remissio, ergo nullus in statu corrupto in peccato existens sine gratia potest mereri vitam æternam, ratione scilicet impedimenti peccati. Maior patet ex supposito, quia talis est in offensa, quæ est impedimentum vitæ æternæ. Et probatur etiam, quia peccatori non debetur vita, sed mors, ergo non meretur. Antecedens est Apostoli, tenet consequentia, quia merenti fit merces debita, &c. & addidi ad maiorem, scilicet mortalis, quia licet quis peccando veniáliter non mereatur, tamen existens in veniali quo ad reatum, potest mereri, non autem existens in mortali, &c. Minor patet ex supra dictis q 113. ar. 2. Patet ergo quòd nullus homo potest mereri sine gratia, & homo quidem integer propter vnam causam, sed corruptus propter duas, vt patuit, &c.

¶ Confirmat auctoritas argumentũ in contrarium ambas cõclusiones, quia ex gratia est vita æterna pro omni statu; quia qp operemur bona, & qp opera nostra sint digna vita æterna est ex gratia tam gratuita motione, quàm ex gratia gratum faciente.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Deus ordinauit humanam naturam ad finem vitę æternę consequẽdum non propria virtute, sed per auxiliũ gratiæ, & hoc modo eius actus potest esse meritorius vitæ æternæ.

¶ Maior conceditur, dictum est autem iam in cor. quòd nihil ordinatur diuinitus ad aliquod excedens proportionem virtutis, quæ est principium actus. Ad minorem, si intelligitur, quòd homo secundùm naturam suam sibi relictam, & secundùm purè naturalia ordinetur ad beatitudinem supernaturalem, negatur. Si autem intelligitur, quòd homo secundùm naturam gratia adiutam, & perfectam, ordinetur ad beatitudinem supernaturalẽ, conceditur. Ad probationem patet ex supra dictis. q. 5. ar. 8. quia negatur, quòd homo naturaliter appetat esse beatus beatitudine supernaturali, quam nec naturaliter cognoscit, licet naturaliter appetat beatitudinem, secundùm communem rationem beatitudinis; quare negatur consequentia, quia ad actum supernaturalem Diuini ordinis, qui se habet per modum finis, oportet in subiecto præcedere aliquam dispositionem supernaturalem, iuxta regulam D.S. prima parte. q. 12. ar. 5. in principio cor. beatitudo autem est supernaturalis, & simpliciter vltimus terminus, & finis, ideo oportet præcedere in homine dispositionem gratuitam, & quo ad mereri, & quo ad consequi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd homo sine gratia non potest habere æquale opus operi, quod ex gratia procedit: quia quantò est perfectius principium actionis, tãtò est perfectior actio; sequeretur autem ratio supposita æqualitate operationis vtrobique.

¶ Ad maiorẽ, vera cæteris paribus, ita videlicet quòd si sit idẽ opus minus debitum, & magis debitum secundùm æqualitatem, tunc minus debitum est magis meritorium, quia magis propriũ, & magis iustè debetur sibi recompensatio. Ad minorem, verum quidem, quòd est minus debitum, sed cætera non sunt patria, qa tale opus est minus bonum incomparabiliter quandoque. Vltra. Cum igitur, &c conceditur, q od consistens in puris naturalibus consecutus est minora beneficia, quàm consecutus est gratuita; sed ex naturalibus non potest agere actum proportionatum vitæ æternę, sicut constitutus in gratuitis, quare negatur consequẽtia. Se-

tia. Sequeretur autē cōsequentia si homo in naturalibus posset agere actum æqualem ei, qui agitur ex gratuitis, quod negamus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quantum ad primam rationem inductam diffimiliter se habet in Deo, & in homine, nam homo omnem virtutem benefaciendi habet a Deo, non autem ab homine, & ideo a Deo nō potest homo aliquid mereri nisi per donum eius, quod Apostolus signanter exprimit dicens. Quis prior dedit ei, & retribuetur illi, sed ab homine potest quis mereri antequam ab eo acceperit per id, quod accepit a Deo, Sed quantum ad secundam rationem sumptam ex impedimento peccati simile est de homine, & de Deo, qa etiam homo ab alio mereri non potest quem offendit prius nisi ei satisfaciens reconcilietur. ——————

¶ Maior vera, sed tamen cum hoc est verum, quòd homo nihil potest agere, nisi per id, quod accipit a Dei liberalitate, & misericordia; potest autem mereri ab homine absque hoc, quòd aliquid ab eo receperit. Minorem distinguo, si intelligitur, quòd homo potest mereri ab homine etiam si nunquam habuerit donū aliquod, quod etiam vocatur gratia, conceditur, quia potest mereri per dona, quæ a Deo accepit. Si autē intelligitur, quòd vnus possit apud alium mereri si nunquam suam gratiam habuerit, ideſt gratam voluntatem, ita quòd possit mereri ab eo in cuius offensa est, negatur, quia vt patuit arti. 1. oportet quòd meritū sit acceptum ab eo, qui dat mercedem. Ille autem qui est in offensa nihil potest exhibere, quod acceptum offenso, vnde nihil meretur; quare quo ad hoc est par ratio de Deo, & homine, quia scilicet existente impedimento offenso, nec ab homine nec a Deo meretur. Sed in hoc est differentia, quia potest quis mereri ab homine absque hoc, quod aliquod donum ab homine accipiat, sed a Deo mereri non potest nisi accipiat donum per quod habet virtutem operandi proportionabiliter ad vitam æternam, quod q̄dem donum est gratia Dei; quare negatur consequentia, quia non potest homo mereri sine Deo, nec vitam æternam, sine principio proportionato secus de homine, licet & ille non possit cū est in eius offensa.

Vtrum aliquis per gratiam possit mereri vitam æternam, ex condigno.

C 3.q.48.ar.1. cor. Et 2.d. 27.arti.3.& art 5.co Et 9. d.14 q.3. ar.1.ad 1.& 5. Et Rom. 4. col. 3. & ca.6.fi. & c. 8.lec.4. fin.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod homo in gratia constitutus non possit mereri vitam æternā ex condigno. Dicit enim Apostolus ad Roma. 8. Non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis; sed inter alia opera meritoria maximè videntur esse meritoriæ sanctorum passiones, ergo nulla opera hominum sunt meritoria vitæ æternæ ex condigno.

¶ 2 Præterea. Super illud Roma. 6. gratia Dei vita æterna dicit * Glo. posset rectè dicere. Stipendium iustitiæ vita ęterna, sed maluit dicere, gratia Dei vita æterna, vt intelligeremus Deum ad ęternam vitam pro sua miseratione nos perducere, non meritis nostris, sed id, quod ex condigno quis meretur, non ex miseratione, sed ex merito accipit; ergo videtur, quod homo nō possit per gratiam mereri vitam ęternam ex condigno,

* Est Aug. in libro de Gra. & lib. arb. c. 2.

¶ 3 Præterea. Illud meritum videtur esse condignū quod ęquatur mercedi; sed nullus actus presentis vitę potest ęquari vitę ęternę, quę cognitionem, & desiderium nostrum excedit, excedit etiam charitatem vel dilectionem vię, sicut & excedit naturam; ergo homo nō potest per gratiam mereri vitam ęternam ex condigno.

¶ Sed contra. Id, quod redditur secundùm iustum iudicium, videtur esse merces condigna; sed vita ęterna redditur a Deo secundùm iudicium iustitię, secundùm illud. 2. ad Thimo. 4. In reliquo reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex; ergo homo meretur uitā ęternā ex cōdigno.

¶ Postquàm ostensum est, quòd homo per gratiam potest mereri vitam æternam. Hic ostenditur primò quomodo homo meretur, an de congruo, vel de condigno. Secundò quomodo hoc fit mediante charitate principaliter ar. se.

¶ Nota pro intellectu quæsiti, & dicendorum, quòd illud vocamus meritum condigni, cui redditur merces secundùm aliquam iustam legem, quàm illicitum est violare vel transgredi; & quòd actus secūdùm valorem quem habet ab intrinseco vel ab aliquo extrinseco, æquatur præmio secundùm quantitatem absolutam aliquo modo, & non solùm secundùm proportionem vel proportionabilitatem, sicut est in merito congrui, vbi attenditur proportionabilitas inter agentem ad opus suum, & præmiantem ad conditionem, & opus suum; tunc ergo est meritum condigni quādo homo facit opus tātæ dignitatis, & valoris sicut est p̄miū.

¶ Respondeo dicendum, quod opus meritoriū hominis dupliciter considerari potest. Vno modo secundùm quòd procedit ex libero arbitrio. Alio modo secundùm quod procedit ex gratia Spiritus sancti.——

¶ D. S. distinguit quæsitum, quia aliquis potest mereri opere meritorio dupliciter, quia dupliciter potest considerari opus meritorium. Secundò respondet conformiter duabus cōclusionibus primam ponit ibi. Si consideretur, &c. secūdam ibi. Si autem, &c. Dicitur ergo, quòd opus meritorium hominis, &c. Vno modo secundùm quòd procedit ex li. arbi. & est opus hominis, & secūdùm substantiam actus. Alio modo secundùm quòd procedit ex gratia Spiritus sancti, & Spiritu sancto inhabitante hominem per gratiam. Patet enim ex supradictis, quòd ad opus meritoriū lib. arb. non se habet merè passiuè, & quòd gratia, quę est principium meriti vt sic, est cooperans. Quare oportet, q̄ ad opus meritorium concurrat lib. arbi. similiter, & Spiritus sanctus inhabitans per gratiam. Potest ergo considerari velut est a lib arb. quod concurrit ad substantiam actus, quæ in ipsam potentiam reducitur. Potest etiam considerari opus quo ad modum, & formam, quæ reducuntur in gratiam, & Spiritum sanctum. Et secundùm hoc opus ipsum est diuersi valoris, & per consequens diuersimo dè meretur, quia primo modo opus est hominis, secundo modo est principaliter Dei, ita quòd hominis nullo modo, & est secūdo modo Dei sicut agentis proximi. Primo modo autem est Dei sicut agentis primi. Consequenter cum dicit.

¶ Si consideretur secundùm substantiam operis, & secundùm quòd procedit ex libero arbitrio, sic non potest ibi esse condignitas propter maximā inęqualitatē.

¶ D. S. respondet iuxta primum modum operis meritorij tali conclusione. Si opus meritorium hominis in gratia constituti, consideretur secundùm substantiam operis, & secundum quòd procedit ex lib. arb. sic non potest esse condignitas, sed est ibi cōgruitas. Et habetur ex hoc, quòd homo per opus suum etiam in gratia factum vt est hominis, non est meritorium de condigno, sed de congruo; habetur etiā, quòd opus existētis in peccato nullo modo est meritum vitæ æternæ, nec condigni nec congrui, vt patet ex arti. secundo. Ista autem conclusio habet duas partes primò ponit, & probat primam, secundò secundā, ibi. Sed est ibi, &c. Prima probatur assumendo maiorem ex dictis in principio arti. Tunc est meritum de condigno, quando opus est æquale mercedi, & præmio; & tunc opus est meritum condigni vitæ æternæ, quando opus est æquale vitæ æternæ, sed opus nostrum, vt est a lib. arb. & secundùm substantiam actus, habet maximam inæqualitatem ad vitam æternam, igitur prima pars vera. Maior relinquitur nota. Minor patet ex auctoritate Apostoli in argumento primo in oppositum adducto, quod probat etiam hanc partem, loquitur enim de passionibus huius temporis vt sunt hominis, & quo ad substantiam actus. Consequenter ibi.

¶ Sed est ibi congruitas propter quandam æqualitatem proportionis. Videtur enim congruum vt homini operanti secundùm suam virtutem, Deus recompenset secundùm excellentiam suę uirtutis. ——————

¶ Subiungit secundam partem conclusionis prædictæ, quam probat sic. Congruum videtur vt homini operanti secūdùm, &c. vt in littera; sed vita æterna est secundùm excellentiam virtutis Diuinæ, igitur homo in gratia faciēdo opus bonum, meretur de congruo. ¶ Nota hic, q̄ D. S. in secundo d. 27. & similiter in quarto considerans opus meritorium secundùm substantiam actus, & vt est opus hominis, dixit ipsum non esse meritorium de condigno, & quòd Deus præmiando obseruet iustitiam distributiuam, quæ est secundùm proportionem recipientium, & etiam secundū proportionem merentis, & præmiantis; ita quòd sicut homo facit secundùm suam virtutem, ita Deus secundùm suam excellentiam. Statim autem dicetur, quòd opus ex gratia est meritorium de condigno, sed vt est gratia informatum, & principaliter Spiritus sancti. Vnde nulla est contradictio inter scripta, & hic posita. Ex quibus habetur, quòd sit aliquis modus iustitiæ commutatiuæ, vt patebit. ¶ Nota etiam, q̄ non videtur esse differentia inter D. S hic, & Durandum in duobus primis argumentis apud Capreo. Quia nec D. S. hic dicit, quod obseruetur propriè iustitia distributiua in præmiatione actus boni meritorij, vt est hominis; sed dicit, quòd est æqualitas proportionis, quæ proportio p̄mij, & meriti est secundùm proportionem merentis, & præmiātis, quæ nō est propriè proportio iustitię distributiuæ vt Durandus probat.

probat. Vnde saluatur aliquis modus iustitiæ distributiuæ isto modo; sed solùm ad rem in hoc discordat, quia ponit opera nostra etiam vt sunt a Spiritu sancto, & ex gratia, nihil valoris specialis acquirere, nec esse condigna vitæ æterna, ita quòd nec possit obseruari iustitiæ commutatiuæ modus, & de hoc statim. Deinde cum dicit.

¶ Si autem loquamur de opere meritorio secūdùm quòd procedit ex gratia Spiritus sancti, sic est meritorium vitæ æternę ex condigno. Sic enim valet meriti attēditur secūdū uirtutē Spiritus sancti mouētis nos in vitam æternam, secundùm illud Ioan. quarto. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam ęternam. Attendit ur etiam pręcium operis secundùm dignitatem gratię, per quam homo consors factus Diuinę naturę adoptatur in filiū Dei, cui debetur hęreditas ex ipso iure adoptionis secūdum illud Roma. 8. Si filij, & hęredes. ——————

¶ Respondet quo ad secundum modum meriti tali conclusione Si loquamur de opere meritorio secūdùm quòd procedit ex gratia Spiritus sancti, sic est meritorium vitæ æternæ ex condigno. Probatur conclusio. Isto modo valor meriti attenditur secūdùm virtutem Spiritus sancti mouentis nos in vitam æternam. Attenditur etiam præcium operis secundùm dignitatem gratiæ, sed iste valor est æqualis vitæ æternæ, & condignus; igitur conclusio vera. Maior nota, pro qua oportet notare propter Durandum, quòd actus meritorius vt sic, est immediatè productus a Spiritu sancto, ita quòd est motor immediatus, a quo actus habet valorem, & non solùm secundùm conditionem mobilis. Operatur enim iuxta supradicta Spiritus sanctus in nobis velle, & perficere meritoria tanquam causa principalis, immo etiam sicut p̄xima considerando actus vt meritorii sunt; nec similiter mouet ad non meritorios, vbi solùm concurrit sicut causa prima; secundùm influentiam generalem, & cooperando; sed hic est motor p impressionem gratiæ, & immediatè, & præueniendo. Sicut enim actus imperatus a charitate vt formatus rst principaliter, est & immediatè charitatis, licet secundùm substantiam actus possit esse alterius potentiæ, ita in proposito actus vt meritorius, est Spiritus sancti vt mouentis immediatè, licet quo ad substantiam libe. arb. concurrat vt immediatum agens. Minor patet primò pro prima parte auctoritate B. Ioan. quia Spiritus sanctus est fons cuius aquæ ideſt effectus saluant, id est perducunt meritoriè in vitam æternam, quæ expositio potest haberi ex D. S. ad Roma. 8 Et per consequens opus procedens ex motione Spiritus sancti, scilicet immediatè tanquam proximo motori, est dignum vita æterna, quia Spiritus sanctus est sufficiens causa vitæ æternæ Quo ad secundam partem patet, quia homo per gratiam sit consors Diuinæ naturæ, & adoptatur in filium cui debetur hæreditas ex ipso iure adoptationis. Et ita præsuppositā Diuina adoptatione, & ordinatione homo de condigno meretur.

¶ Nota circa istam conclusionem, quòd posset esse dubium. Ex quo homo cōdigne m.r tur vitam æternam, an Deus præmiando obseruaret iustum commutatiuum Et videtur, quòd sic, quia æquale pro æquali. Vt enim Durandus arguit, nihil videtur in præmiando deesse iustitiæ commutatiuæ, nisi æqualitas meriti ad præmium. Si igitur secundùm Doct. S. est æqualitas, sequitur, quòd erit actus iustitiæ commutatiuæ.

Capreolus

¶ Ad hoc dicit Capreolus supra, quòd in præmiatione meriti considerati vt dicit ista conclusio, seruatur iustitia commutatiua, non solùm secundùm quid, sed etiam simpliciter. Et illud, quod D. S. habet secunda secundæ supra art. 4 ad primum, scilicet quòd forma Diuini iudicii attenditur secundùm rationem iustitiæ cōmutatiuæ, prout scilicet recompensat præmia meritis, & supplicia peccatis, exponit non quòd sit impropriè iustitia commutatiua, sed solùm quidam modus vel similitudo, si loquamur de actibus quantum ad eorum substantiam. Secus est, si cōsideretur actus meritorius prout est a Spiritu sancto, hæc ille. Ex quo patet, q̄ de mente Capreo. est, quòd considerādo merita iuxta sensum secundæ conclusionis, q̄ Deus ea præmiando obseruet iustitiam cōmutatiuam propriè; Sed salua reuerentia tanti viri, videtur magis esse de mente D. S. quòd præmiando opus consideratum ad sensum secundæ conclusionis, Deus obseruet modum iustitiæ cōmutatiuæ, & non simpliciter commutatiuam.

¶ Pro quo saluando tamen cum dictis Capreo. sciendum, q̄ non obseruari iustitiam commutatiuam cōtingit dupliciter. Vno modo, quia non datur æquale pro æquali, sed datur maius, quàm alius fecerit propter excessum proportionis præmiantis ad merentem; & sic Deus præmiando actum meritorium, vt est a Spiritu sancto, & ex gratia non obseruat modum iustitiæ commutatiuę, quia meritum nō est minus præmio. Et sic intelligit Capreolus, q̄ non est modus iustitię commutatiuę. Et hoc verum est, qa meritum hoc modo non est minus vita ęterna. Sed alio modo est modus iustitiæ commutatiuæ, & non propriè commutatiua propter aliam rationem communiorē, quia videlicet ille, qui recōpēsat meritū aliqd accipit vel accipiet, & aliqd ex alterius merito sibi accrescit, & quia accipiens non prior dedit. Et ista cōditio deficit in præmiatione meriti apud Deum, quia Deus nihil accipit vel accipere potest, nec homo facit ex se, sed solū ex Deo immo Deus ipse facit principaliter illud opus vt est meritorium quare ibi non est iustitia commutatiua inter præmiātem, & merentem, quamuis meritum sit æquale præmio, sed quia Deus p̄mians nihil accipit, nec homo illud meritum ex se habet, nec p̄mium debetur illi merito vt est hominis, sed vt est Dei præsupposita etiam Diuina ordinatione, ideo ibi non est propriè commutatio. Et hæc videntur conformia D. S. in prima parte q 21. art. 1. vbi negat iustitiam commutatiuam propriè a Deo respectu creaturarum Et fundat se in ratione iam dicta. Vnde in præmiando reddens æquale pro æquali, obseruat modum, & aliquam conditionem iustitiæ commutatiuæ, scilicet reddens æquale p̄ æquali. Sed quia illud pro quo reddit præmium non est sibi ad commodum, nec alius fecit ex se; sed ex Deo, immo Deus ipse; ideo deficit alia conditio iustit æ commutatiuę. Et ergo est commutatiua secundùm quid, & partialiter non totaliter.

¶ Patet ex hoc, q̄ articulus ille non præiudicat ar. primo, qui dixit, q̄ hominis meritum est secundùm proportionem, tū quia ibidem loquitur de merito vt est hominis, & ab homine, sic enim est tantum meritum congrui, nec æquale præmio Diuino, præsertim vitæ æternæ; hic autem loquitur de merito vt est Spiritus sancti, & gratiæ; tunc enim est modus iustitiæ commutatiuæ; tū quia etiam meritum condigni non est nisi ex præsuppositione Diuinæ ordinationis, nec homo sequitur aliud nisi ad quod virtus operatiua se extendit. Vnde sicut homo vt ex se operatur meretur ex Diuina ordinatione secundùm proportionem, & iustitiā distributiuam. Sic opus hominis vt est a Spiritus sancto præmiatur iuxta modum iustitiæ commutatiuæ. Stant itaque simul, q̄ homo non mereatur a Deo, nisi per Diuinam ordinationem ut dixit primus articulus, & quòd de condigno meretur uitā æternam a Deo, sed per Diuinam virtutem. Patet igitur ex omnibus, quòd Deus præmiando opus bonum ex gratia, vt est nostrum secundùm substantiam actus, obseruat æqualitatem proportionis, quę est inter dantem, & accipientem, & non propriè iustitiā distributiuam. Nec contra hoc aliquid probat. Durandus. Sed p̄miando opus vt est Spiritus sancti, & informatum gratia obseruat modum iustitiæ commutatiuę, reddendo ęquale pro ęquali. Nec contra hoc aliquid concludunt argumenta. Dnrandi Dicimus enim, quòd opus vt est condignum propriè accipiendo cōdignitatem. Et tamen vt patuit articulo primo, ille qui merrtur non constituit sibi Deum debitorem, sed magis Deus est debitor suę ordinationis, & est debitum inter duas res, quia scilicet ex Diuina ordinatione vna exigit aliam, sed non est debitum Dei ad hominem.

¶ Confirmat argumentum in contrarium conclusionem secundam respon. Nec valet glosa. Durandi contra hanc auctoritatem cum exponit, q̄ Apostolus non dicit, quòd corona gloriæ redditur secundùm iustum iudicium, sed quòd redditur a iusto iudice, quia a Domino qui est iustus, & c. Falsa est hęc glosa, immo vult Apostolus, quòd corona gloriæ sit a iudice iusto formaliter & per se, inquantum scilicet est iustus, quia dicit. Reposita est mihi corona iustitiæ. Et glosa super illo verbo secundæ. Timoth. quarto dicit, ipse Deus est iustus iudex retribuendo bona pro bonis, qua prius misericors retribuēdo pro malis. Et ipsa tamen iustitia qua retribuuntur bona pro bonis, nō est sine misericordia, vbi clarè vult, quòd Deus retribuendo est iustus formaliter, & c

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd Apostolus loquitur de passionibus sanctorum secundùm eorū substantiam. ——————

¶ Ad maiorem, vera est, loquendo de passionibus huius temporis vt nostræ sunt; tunc non sunt condignæ propter quattuor, quia passiones temporales sunt, sed gloria est æterna. Et hoc tāgit Apostolus cum dicit passiones huius temporis ad futurā, scilicet post hoc tempus. Nihil autem est post hoc tempus nisi ęternitas. Quare futura gloria excedit passiones sicut atenum tēporale. Secundò excedit in dignitate, quia dicit Apostolus gloriam quæ dicit dignitatis claritatem. Passiones autem huius temporis habentur tāquàm indignę, & abiectæ. Tertiò excedit in manifestatione gloriosa, vnde dicit reuelabitur. Quartò excedit in veritate, vnde dicit in nobis. Vnde passiones exceduntur a gloria si considerentur secundùm substantiam, & hoc vult Apostolus, sed tñ gloria non excedit virtutem Spiritus sancti, & gratiā gratum facientem, & hoc modo passiones huius temporis sunt condignę futuræ gloriæ. Ad minorem, concediur. Et notanter sanctorum passiones, quia posset quis pati ex pertinacia sua, & ex tali passione nihil meretur, vt patet apud D. S. quodlibe. 4. ar. 19. Et videtñ D. S. in de Ve. Ma. 26. ar. 6. Quomodo passiones exteriores ab extrinseco illatæ sunt meritoriæ per accidens, &c. Ad consequēs verum, nulla opera sunt meritoria vitæ æternæ ex condigno, vt sunt hominis, & secundùm substantiam actus, vnde probat primam conclusionem, sed nihil contra secundam.

¶ Ad

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd verbum illius Glosę intelligendum est quantum ad primam causam pertinendi ad vitam æternam, quæ est miseratio Dei; meritum autem nostrum est causa subsequens.

¶ Ad maiorem dicitur, quæ est glosę, quòd nos perducimur ad vitam æternam, quantum ad primam causam, & radicem meriti vitæ æternæ, quia videlicet misericorditer, & liberaliter datur nobis, per quod possumus mereri, immo meritum ipsum ex diuina misericordia est. Vnde, & D. S. super eodem verbo Apostoli dicit ꝙ vitam æternam non possumus habere nisi per gratiã, ideo hoc ipsum ꝙ bona operamur, & opus nostrum est dignum vita æterna, est gratia Dei; vnde & glosa super verbo Apostoli allegato in argumento in contrarium, quòd Deus reddit vitam æternam tãquam debitam reddere, cui debitam, Fideli, qui promeruit illam per fidem. Sed quia fides gratia est (scilicet causaliter vel communiter) & vita æterna est pro gratia, hæc glosa; vbi patet ꝙ radix merendi est ex gratia, & misericordia, & est gratia, qua tamẽ misericorditer habita, potest de cõdigno mereri gloriam præsupposita Diuina ordinatione quæ ordinauit ꝙ sic operanti ex motione Spiritus sancti, & gratia gratum faciẽte debeatur vita æterna. Et ergo intelligitur maior, ꝙ perducimur ex misericordia Dei ad vitam æternam, quia ex misericordia Dei est id per quod perducimur cum quo stat ꝙ etiam mereamur ipsam vitam æternã ex habito misericorditer Et ex hoc habetur ꝙ non meretur homo beatitudinem a Deo secundum perfectam iustitiam commutatiuam. Et consequenter dico ad aliam partem maioris, ꝙ non meritis nostris, sicut prima causa vitæ æternæ, tamen meritis nostris pducimur sicut cã subsequẽte; qa videlicet habita gratia operamur merita vitæ æternæ, vnde meritum nostrum fundatur in diuina misericordia. Ad minorem, id quod quis meretur ex condigno (ita ꝙ illam dignitatem ex se habeat, & ex condigno, quia iustè secundum iustitiam commutatiuam, quia meretur de suo, non ab alio accepto) tale inquam meritum non est ex misericordia Et secundò quod meretur quis ex condigno non accipit ex misericordia tanquam causa propinqua, sed accipit ex merito; tamen potest accipere ex misericordia radicaliter, quia videlicet per misericordiam habet vnde posset mereri; quare negatur consequentia, nam stant simul, ꝙ ex misericordia pars accipiat vnde faciat quod est dignum vita æterna, & hoc dicimus hic mereri de condigno.

¶ Ad tertium dicendum, quòd gratia Spiritus sancti quam in præsenti habemus, etsi non sit æqualis gloriæ in actu, est tamen æqualis in virtute; sicut & semen arborum in quo est virtus ad totam arborem; & similiter per gratiam inhabitat hominẽ Spiritus sanctus, qui est sufficiens causa vitæ ęternę; vnde & dicitur esse pignus hęreditatis nostrę. 2. ad Corint. 1.

¶ Maior conceditur, minor distinguitur Si enim intelligitur ꝙ nullus actus præsentis vitæ secundum substantiam suam, vt est a lib. arb. possit æquari vitæ æternæ, conceditur. Et probabit hæc ratio primam partem primæ conclusionis. Si autem intelligitur ꝙ nullus actus præsentis vitæ vt est ex virtute Spiritus sancti, & gratia, possit æquari vitæ æternæ, negatur. Ad probationem primam dico, ꝙ excedit quidem desiderium, & cognitionem nostram, sed non virtutem Spiritus sancti, nec cognitionem Spiritus sancti. Ad secundam probationem, negatur illa similitudo, quia vita æterna excedit naturam sicut rem alterius ordinis, non sicut gratiam, immo gratia est æqualis vitæ æternæ, & gratiæ cõsummate in virtute, sicut semen arbori; licet non sit æqualis secũdum quantitatem, vt patebit ar. 8. ad secundum. Est enim & gratia diuini ordinis continens virtute totam gloriam, quare negatur consequentia.

Gratia est semen gloriæ.

¶ Nota ꝙ Durandus inuehitur contra dictum, quod ex ista solutione habetur. s. ꝙ gratia est semen vel seminariũ gloriæ. Vult enim ꝙ sit impropriè dictum, & sit omnino metaphorica, quia non est semen nisi respectu eorum quæ æducuntur de potentia materiæ, de quorum numero non est gloria.

¶ Sed dicitur ꝙ non est omnino metaphorica, ita ꝙ nullam proprietatem habeat, quia dicitur aliquid seminarium alterius, non solùm, quia est causa materialis vel effectiua coniuncta, sed etiã quia est alterius inchoatio; sicut forma sub esse remissio, est inchoatio suijpsius vt est sub esse perfecto. Et per hunc modũ gratia dicitur seminarium. i. inchoatio gloriæ, immo secundum vnũ modum accipiendi gloriam, tunc gratia est idem in essentia cũ gloria differens secundum modum essendi & statum. Si autem gloria, accipitur pro beatitudine, tunc gratia est eius inchoatio virtualis, & quodammodo effectiua dispositiua; quia per ipsam quodammodo causatur beatitudo, non quidem effectiuè productiuè, sed meritoriè, nam ex gratia prodeunt merita quæ reddũt beatitudinem homini debitam. Vnde D. S. in de veritate mate. 29. ar 6, in cor. meritum est causa præmij, non quidem per modũ causæ finalis (sic enim magis præmiũ est causa meriti) sed magis secundùm reductionem ad causam efficientem, inquantum meritum facit dignum præmio, & per hoc ad præmium disponit, hæc ille. Vbi patet, quòd gloria vt est beatitudo, & præmium, vel vita æterna, est inchoata in gratia sicut in causa efficiente propinqua dispositiua.

Vtrum gratia sit principium merendi mediante charitate principalius, quàm per alias virtutes.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd gratia nõ sit principium meriti principalius per charitatem, quàm per alias virtutes. Merces enim operi debetur, secundùm illud Matth. 20. Voca operarios, & redde illis mercedẽ suã, sed q̃libet virtus est principiũ alicuius operis, est eñ virtus habitus operatiuus vt supra habitũ est.* ergo quælibet virtus est æqualiter principium merendi. D 2. 2. q. 182. ar. 2. cor. Et 3. d. 30. ar. 5. Et 4. d. 26. ar. 2. q. 3. & d. 49. q. 1. ar. 5. q. 4. Et Po. q. 6. ar. 9. corp. Et Ro. 8. Lec. 5. princ. Et Heb. 6. lec. 3. col. 2. pri. * q. 55. ar. 2.

¶ 2 Præt. Apostolus dicit 1. ad Corinth. 3, Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundùm proprium laborem; sed charitas magis diminuit laborem, quàm augeat, quia sicut Augustinus dicit in libro de verbis Domini.* Omnia ęqua, & immania, facilia, & prope nulla facit amor; ergo charitas non est principalius principiũ merendi, quàm alia virtus. * In serm. 9. à medio.

¶ 3 Præt. Illa virtus videtur principalius esse principium merendi, cuius actus sunt maximè meritorij, sed maximè meritorij videntur esse actus fidei, & patientię siue fortitudinis, sicut patet in martyribus, qui pro fide patiuntur, & fortiter vsq; admortẽ certauerũt ergo alię virtutes principalius sunt principiũ merẽdi, q̃ charitas.

¶ Sed contra est, quod Dominus Ioan. 14. dicit. Si quis diligit me diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum; sed in manifesta Dei cognitione consistit vita ęterna, secundum illud Io. 17. Hęc est uita ęterna vt cognoscant. te solum Deum verum, & viuum, ergo meritum uitæ ętern̨ maximè residet penes charitatem.

¶ Hic D. S. inquirit an meritum de condigno sit principaliter per actum charitatis. Ex supradictis enim q. 110. oportet supponere, quòd gratia facit meritum solùm sicut principium remotum, quia est habitus essendi constituens nos in esse Dei formi, & eleuans nos in altiorem naturam, quæ altior eleuatio prærequiritur operationi excedenti naturam, sed tamen ipsa operatur per alias virtutes a se deriuatas. Vnde est quæstio, quæ inter illas virtutes deriuatas a gratia sit principalis causa, quod est quærere, cuius uirtutis a gratia deriuatæ actus sit principaliter meritorius, &c. Et quæritur de merito respectu principalis præmii, quod est uita æterna.

¶ Respondeo dicendum, quòd sicut ex dictis.* accipi potest humanus actus habet rationem merendi ex duobus. Primò quidem, & principaliter ex Diuina ordinatione, secundùm quòd actus dicitur esse meritorius illius boni, ad quod homo Diuinitus ordinatur. Secundò verò ex parte liberi arbitrij, inquantũ. s. homo habet præ cęteris creaturis vt per se agat voluntariè agens. * Arti. 1. huius q. ¶

¶ D. S. respondet tali cõclusione. Meritum vitæ æternæ primò pertinet ad charitatem, ad alias autem virtutes secundariò secũdùm ꝙ earum actus a charitate imperantur Ex qua habetur responsio ad quæsitũ formalis, ꝙ sic, ꝓbatur ex fundamẽto posito in ar. 1. Humanus actus habet rõnem meriti ex duobus, primò & principaliter ex Diuina ordinatione fm ꝙ &c. secundò verò ex parte li. ar. inquantũ. s. per se agit; sed quantũ ad vtrũq; principalitas meriti penes charitatẽ cõsistit, ita videlicet, ꝙ actus eius est maximè ordinatus a Deo ad beatitudinẽ consequendã, tanquàm ea digna, & ei correspondens, & ex charitate est maximè per se agere volũtariè, igit̃ conclusio vera. Huius rõnis D. S. primò ponit maiorẽ, secundò ꝓbat minorẽ, & primò primã eius partem; ibi. Et quantũ, &c. secundò secũdã, ibi. Similiter, &c. Maior patet ex prædictis ar. primo. Et dictũ tñ fuit ar. 2. ꝙ actus cuiuscũq; nõ ordinatur ad excedens proportionẽ virtutis, quæ est principium actus, & ergo rõne optimi actus gratia ordinatur ad beatitudinẽ quæ est principale præmiũ. Secunda pars maioris patet ex art. 1. quia vna conditio meriti est, ꝙ meritũ sit in potestate merentis, & facultate naturæ; vnde bestiæ nihil merentur. Oportet eñ, ꝙ actus, qui est meritum sit aliqualiter eius, qui meretur, &c.

¶ Et

¶ Et quantum ad vtrunque principalitas meriti penes charitatem consistit. Primò enim considerandum est, quòd vita æterna in Dei fruitione consistit, motus autem humanæ mentis ad fruitionem Diuini boni, est proprius actus charitatis, per quem omnes actus aliarum virtutum ordinantur in hunc finem secũdùm quòd aliæ virtutes imperantur a charitate; & ideo meritum vitæ æternæ primò pertinet ad charitatem, ad alias autem virtutes secundariò secundùm quòd eorum actus a charitate imperantur.

¶ Subiungit minorem quam probat, quo ad primam partem sic, vita æterna in Dei fruitione consistit (supple & per cõsequens motus illius virtutis est maximè ordinatus in vitam æternã, qui Deum quo fruimur tanquàm vltimo fine, sub ratione vltimi finis respicit) sed motus humanæ mẽtis ad fruitionem boni Diuini est proprius actus charitatis; igitur actus charitatis principaliter ordinatur in uitam æternam a Deo, sicut dixit prima pars minoris. Maior ista nota, & non est hic facienda difficultas, an uita ęterna sit principaliter fruitio &c. quia capitur hic fruitio, vt includit visionem, immo Deum quo fruimur. Vult enim D. S. ꝙ illius virtutis actus est maximè proportionatus vitæ æternæ, qui uitam æternam primò respicit tanq̃ proprium obiectum quam vitam æternam dicimus fruitionẽ &c. Minor probatur, quia oẽs actus aliarum virtutum ordinantur ad hunc finem (.s. Deum fruibilẽ) secũdùm ꝙ imperantur a charitate, & ergo motus humanæ mentis in Deum, est proprius charitati, vel elicitiuè, vel imperatiuè, prout actus imperatus attribuitur imperanti, quia nullus est relatus in Deum, nisi mediante charitate, vt patet ad primum. Subinfert in fine conclusionem respon. quæ patet ex dictis.

¶ Nota autem, ꝙ circa istam minorem posset esse quæstio. An charitas Dei respiciat tanq̃ principale obiectum ipsam Dei fruitionem. Ad hoc dicitur post. D. S. 2. 2. q. 26. ar. 3. ad tertium, ꝙ non, si fruitio accipiatur pro beatitudine formali creata, quia charitas est amor Dei amicitiæ; sed hoc, ꝙ aliquis uelit frui Deo pertinet ad amorem concupiscentiæ; magis aũt amamus Deũ amore amicitiæ, q̃ concupiscentiæ, quia maius in se bonũ est Deus, q̃ participare possumus fruendo ipso. Vnde non dicit D. S. hic, ꝙ actus charitatis principaliter feratur in fruitionem Dei, sed dicit ꝙ motus ad fruitionem Dei est proprius actus charitatis, quia s. nulli cõuenit, nisi per charitatẽ, & inter omnia bona inhærentia maius est fruitio; sed tñ charitas prius, & principalius fertur in Deum pp seipsum, q̃ in Deum fruendum, vt patet 2. 2. q. 28. ar. 1. ad tertium. De quo vide ẽt Capreolum in dist. 1. primi, q. 1. ad sextum contra quintam conclusionem. Vnde solũ vult D. S. hic, ꝙ moueri in vitam æternam, & beatitudinem, vel fruitionem, per quam intelligit beatitudinẽ obiectalem, & formalẽ, est proprium charitati, & per consequẽs eius motus est primò proportionatus beatitudini, & per consequens a Deo in ipsam consequendam primò ordinatus. Nihil enim facimus propter Deum, nisi mediante charitate, vt patuit supra, nec honoramus, nisi per charitatem saltem imperãtem, & ergo Deus ipse fruendus datur pro motu in ipsum qui est charitatis, & ergo principalis actus charitatis est in Deum, ut est vltimus finis propter se diligibilis. Ex quo meretur beatitudinem & fruitionem creatam formalem. Deinde cum dicit.

¶ Similiter etiam manifestum est, quòd id quod ex amore facimus maximè voluntariè facimus; vnde etiam secundùm quòd ad rationem meriti requiritur, quòd sit uoluntarium principaliter meritum charitati attribuitur.

¶ Probat secundam partem minoris principalis. s. ꝙ libertas, & voluntarium sit principaliter ex charitate. Id quod ex amore facimus, maximè uoluntariè facimus; sed charitas est amor; ergo illa pars uera, scilicet quòd etiam secundùm quòd ad rationem meriti requiritur, quòd sit uoluntarium, principaliter meritum charitati attribuitur. Ambę præmissæ patent ex supra dictis. q. 26. & alibi de passionibus.

¶ Ex his patet etiam secunda pars conclusionis. s. ꝙ meritum vitæ æternæ secundariò pertinet ad actus aliarum virtutum, qa omnes sunt meritorij, qui ordinãtur in fruitionem Dei, id est in Deũ fruendum, sed actus aliarum uirtutum ordinatur secũdariò, id est mediante charitate in fruitionem Dei, ideo secundariò sunt meritorij, & patet fundamentum supra sępius, quia nullus actus est meritorius, nisi propter Deum super omnia dilectum factus, qui sine charitate non diligitur super omnia, vt principium beatitudinis; igitur &c. De materia istius articuli. Vide Doct. Sanc. in tertio dist. 30. ar 5. per totum, vbi ponit similiter duas rationes, vnam quam hic ponit. s. de uoluntario, aliam ponit ex hoc, quòd actus charitatis est sufficiens ad faciendam vitam æternam merentis, quia amor facit amatum esse amantis inquantum uiuit ei, & sic charitas facit Deum esse hominis, & per consequens uitam æternam homini deberi. Valent etiam pro hoc articulo, quæ habet Doct. Sanct. secunda secundę q. 23. ar. 8. & in de Virtutibus de charitate. q. 3. & in de Verita. mate. 14. ar 5.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem respon. & etiam primam partem minoris, qnia uidelicet dilectio digna tanquàm proportionata, & digna beatitudine, & vita æterna, primò in ipsam ordinatur; patet ex ista ratione, quòd Doct. Sanct. non accipit in cor. fruitionem, ut contra visionem distinguitur, sed accepit pro adeptione, & habitione summi boni, vel pro summo bono habendo, cuius habitionem maximè meretur charitas.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd charitas inquantum habet vltimum finem pro obiecto, mouet alias virtutes ad operandum, semper enim habitus ad quem pertinet finis, imperat habitibus ad quos pertinent ea quæ sunt ad finem, vt ex supra dictis patet.* D. 174. * q. 9. ar. 1.

¶ Maior conceditur, sed operi proportionato uitæ æternæ. Dico autem, quòd nullum opus est proportionatum uitæ æternæ, nisi mediante charitate fiat propter Deum, qui est obiectum beatitudinis, & per consequens a Deo non ordinatur ad eius dignam consecutionem, nisi mediante charitate.

¶ Ad minorem, verum quidem, omnis uirtus est principiũ elicitiuum alicuius operis, sed solius charitatis est actus referre in Deum, ut in ultimum finem, & obiectum fruitionis, quæ est vita æterna, & ratio patuit sup. q. 9. ar. 1. quia virtus respiciens uoluntatem, & supremum eius obiectũ, mouet omnes alias virtutes. Charitas autem respicit supremum obiectum volũtatis. Ad probationem minoris, conceditur quidem, ꝙ omnis uirtus est habitus operatiuus, & patuit sup. q. 55. ar. 2. sed nõ est operatiuus propter Deũ, in quo consistit vita æterna, nisi per charitatem; charitatis autem actus respicit Deum immediatè, & per se; quare negatur consequentia, quòd æqualiter &c. quia ut patuit, aliæ non merent, nisi actus earum sit ex charitate imperatus &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd opus aliquod potest esse laboriosum, & difficile dupliciter. Vno modo ex magnitudine operis, & sic magnitudo laboris pertinet ad augmentum meriti, & sic charitas non diminuit laborem, immo facit aggredi opera maxima, magna enim operatur si est, vt Greg. dicit in quadam homilia.* Alio modo ex defectu ipsius operantis, vnicuique enim est laboriosum, & difficile, quod non prompta voluntate facit, & talis labor diminuit meritum, & a charitate tollitur. * In Hom. Pentecostẽ & est 30. in Euan. non ꝓcul a principio illius.

¶ Ad maiorem habetur respon. sed ex D. S. in secundo dist. 29. ar. 4. in corpore, & in tertio ubi sup. ad quartum, quia accipiet qs mercedem secundùm laboris bonitatem, & nobilitatem, & hoc loquendo de mercede essentiali, sed non accipiet mercedem ex laboris difficultate, & pœnalitate per se loquendo, & absolutam quantitatem; & q̃is hoc modo accipiatur maior satisfactio, & dimissio pœnæ, & q̃titas meriti secundùm quantitatẽ proportionalẽ operis. Vnde D. S. in secundo ubi ia dicit, ꝙ aũt aliquod arduũ augmentat rõnem meriti, non habet ex difficultate laboris, sed ex bonitate; quia q̃tò aliquid melius est, tantò supra uires hominis est magis eleuatum. Non ergo arduum opus auget tõnẽ meriti, nisi tõne bonitatis, & non tõne difficultatis, nisi per accidens inquantum, s. in id quod difficile est, maiori attentione aliquis cõ surgit, & cum maiori conatu uoluntatis; potest autem secundùm inclinationem habitus esse maior conatus, etiam ad opus facile agenti, q̃ sit sine habitu in opus arduum, & difficile agenti. Difficultas tamen actualis est satisfactoria inquantum pœnalis, Vide etiam 1. par. q. 95. ar. 4. ad secundum.

Qualiter maioi operi debetur maior merces essentialis, uel accidentalis.

¶ Dico secundò ad maiorem, ut res ista magis explicetur, quia merces debetur labori, & maior merces maiori labori ad sensum sanum. Dico enim quòd labor est magnus, & potior tripliciter. Primo secundùm formam charitatis cui respondet merces essentialis; unde qui ex maiori charitate laborat, licet minorem laborẽ, & difficultatem patiatur, plus de præmio essentiali accipiet. Secundò ex specie operis, sicut enim in rebus humanis iste magis præmiatur, qui in digniori opere laborat, sicut architector, q̃ artifex manualis; ita etiam in rebus Diuinis, ille qui nobiliori opere occupatur maius præmium accipiet q̃tum ad aliquã prærogatiuam præmij accidentalis, licet forte minus corporaliter laboret. Tertiò ex quantitate laboris, quod cõtingit dupliciter. Nã q̃dq; maior labor maiorem mercedem meretur, præcipuè q̃tum ad remissionem pœnæ, puta quòd diutius ieiunat, uel longius peregrinatur; & ẽt quantum ad gaudium, quod percipit de maiori labore. Quandoque uerò est maior labor ex defectu uoluntatis, in his enim quæ propria uoluntate facimus minorẽ laborem sentimus, & talis magnitudo non augebit, sed minuet mercedem; hæc sunt verba D. S. super Apostolum ibidem. Ex quibus patet ad maiorẽ. Ad minorẽ, si intelligitur, quòd minuat laborẽ ex parte magnitudinis operis negatur. Si aũt intelligitur, ꝙ minuat ex parte operãtis,

tis, i. facit, vt operans opus etiam in se magnũ, faciliter faciat, conceditur; tùm quia charitas est habitus, qui facit facilitatem operandi; tùm quia est amor, qui etiam facit, & hoc modo loquitur Auguſt. Dico autem, quòd talis facilitas ex parte operantis auget meritum etiam præmij essentialis, cuius quantitas correspondet charitati, & gratiæ. Quare negatur consequentia, immo ex hoc habetur, quòd magis est principium meriti.

¶ Circa hanc solutionem nota duo; primò, quòd ille qui habet magnum habitum charitatis in se, & tamen remissè operatur, & producit actum minus intensum, quia secundùm Doc. S. in tertio supra ad quintum, est minus meritorius respectu præmij accidentalis, quod respicit actum; sed magis respectu præmij essentialis, quod respicit capacitatem, quæ est ex habitu. Vnde D.S. tertia parte q. 89. art. 5. ad tertium dicit. Ille qui per pœnitentiam resurgit in minore charitate, consequitur præmium essentiale secundùm quãtitatem charitatis, in qua inuenitur. habebit tamen maius gaudium de operibus quæ sic fecit, quod pertinet ad præmium accidentale, hæc ille. Vide de ista materia ad longum in Capreolo in quarto, dist. 14. ad argumenta Scoti contra secũdam conclusionem. ¶ Nota secundò propter dicta circa minorem, quia posset esse quæstio, an charitas cum sit habitus, & amor sit etiam circa difficile, cum omnis virtus est circa difficile, & bonum &c. dicitur, ꝙ est circa difficile ad sensum, quem D. S. ponit vbi supra in tertio. art. 4. ad quintum, vbi dicit. Hoc autem, ꝙ obijcitur, quòd diligere Deum est difficilius, intelligendum est non de dilectione naturali, qua oĩa ipsum amant, sed de dilectione gratuita. & hæc etiam dr̃ difficilior, non quasi laboriosior, cum sit dulcior, sed quia magis vires naturæ excedit, quia est in altius obiectum, hæc ille. Ex quibus patet, quòd charitas est de difficili, quia de excedente virtutem omnis naturæ, tamen illud in se difficile faciliter, & quasi naturaliter fit ab ipsa charitate; habens enim charitatem, vt sic, naturaliter diligit Deum meritoriè, quia non minus charitas inclinat ad actum suum, quàm alij habitus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fidei actus non est meritorius nisi fides d per dilectionem operetur, vt dicitur ad Gal. 5. Similiter etiam actus patientiæ, & fortitudinis non est meritorius, nisi aliquis ex charitate hoc operetur, secundùm illud. 1. ad Corinth. 13. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. ——

¶ Maior conceditur, sed minor negatur, & intelligitur, quòd actus fidei, & spei sint maximè meritorij sine charitate, vel magis actu charitatis. Sed vera est minor, quòd sunt maximè meritorij cum fiunt ex charitate, quia actus fidei est excellens ex specie operis, & per consequens si fiat ex charitate, est meritorius magni præmij. Similiter actus patientiæ, & fortitudinis sunt magni propter quantitatem laboris secundùm se extensiuam, & intensiuam, & merentur magnum præmium accidentale. Ad probationem dico, ꝙ S. Martyres passi sunt pro fide, sed ex charitate Dei. Vnde vt habet D.S. quodlibet. 4. art. 19. Si quis etiam mortem pateretur, & non ex charitate Dei, tunc nihil mereretur, vt patet ibidem; quare negatur consequentia.

Vtrum homo possit sibi mereri primam gratiam.

E 3. q. 2. ar. 11. cor. Et 2. distin. 27. art. 4. Et 3. dist. 19. q. 1. ar. 1. q. 1. cor. Et 3. cõtra c. 149. & 159. Et verit. q. 29. art. 6. & 7. corp. Et Io. 10. Lec. 3. col. 2. Et Eph. 2. Lec. 3. co. 2. * Augu. in præfactione Pſal. 31.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quòd homo possit sibi mereri primam gratiam. Quia vt Aug. dicit, * fides meretur iustificationem, iustificatur autem homo per primam gratiam; ergo homo potest mereri sibi primam gratiam.

¶ 2 Præt. Deus non dat gratiam nisi dignis; sed non dicitur aliquis dignus aliquo dono, nisi qui ipsum promeruit ex condigno; ergo aliquis ex condigno potest mereri primam gratiam.

¶ 3 Præt. apud homines aliquis potest mereri donum iam acceptum, sicut qui accepit equum a domino, meretur ipsum bene vtendo eo in seruitio domini; sed Deus liberalior est quàm homo; ergo multò magis primam gratiam iam susceptam potest homo mereri a Deo per subsequentia opera.

¶ Sed contra est, quòd ratio gratiæ repugnat mercedi operũ, ſm illud. Rom. 4. Ei qui operatur merces non imputatur ſm gratiam, sed ſm debitum; sed illud meretur homo, quod imputatur sibi quasi merces operis eius; ergo primam gratiam non potest homo mereri.

¶ Hic excluduntur quædam a merito. ſcilicet prima gratia, & reparatio post lapsum in art 7. Circa primum primò ostenditur, ꝙ quis non potest mereri sibiipsi primam gratiam; secundò ostenditur, ꝙ nec alteri, art. seq. ¶ Nota autem, ꝙ per primam gratiam intelligitur ipsa gratia gratum faciens, vt primò, vel de nouo habita; ita ꝙ est sensus, An aliquis possit mereri, vt detur sibi gratia. Vnde D.S. in 2. dist. 27. art. 4. quærit, an aliquis possit mereri gratiam quæ dicitur prima, quando nulla eam præcedit, nec ipsa seipsam secundùm aliũ gradum. Et non solùm dicitur prima gratia quam aliquis primò accipit, sicut gratia baptismalis, sed quancunque de nouo acquiritur etiam post pcm̃ mortale; & posset etiam ista quæstio intelligi de gratia quæ est gratuita motio.

Quid prima gratia.

¶ Respondeo dicendum, quòd donum gratiæ potest considerari dupliciter. Vno modo secundùm rationem gratuiti doni, & sic manifestum est, quòd omne meritum repugnat gratiæ, quia vt ad Roman. 11. Apostolus dicit. Si ex operibus, iam non ex gratia. ——

¶ D. S. primò respondet dupliciter, ſm ꝙ notat duplicem considerationem ipsius gratiæ; quo ad secundam considerationẽ, ibi. Alio modo &c. secundò ex ista duplici respõsione, infert per modum corrollarij conclusionem respon. totalem, & formalem, ibi. Vnde manifestum &c. Notat ergo primò, ꝙ donum gratię potest considerari dupliciter. Vno modo formaliter ſm quid nominis, vt est gratuitum donum, vt sic, idest gratis datum, & ſm hoc rñdet tali conclusione. Manifestum est, ꝙ omne meritũ repugnat gratiæ, vt est donum gratuitum, probatur ex Apostolo, & argumẽto in contrarium, quia si ex operibus. i. meritis, iam non est gratia. i. esse ex meritis repugnat rationi gratiæ, vt gratuitum donum est; igitur conclusio vera, consequentia nota. Anis patet, quia gra dr̃, quia gratis datur; igitur repugnat sibi ex meritis esse; nã quod ex meritis datur ſm aliquã iustitiã, & nõ gratis datur, sed pro aliquo opere sibi proportionato. Vnde licet iuxta prædicta, & vita ęterna detur misericorditer, nõ tñ omnino gratis, quia pro aliquo opere sibi proportionato, licet illud opus sit ex misericordia, sed gratia datur sine omni opere proportionato. Consequenter ibi.

¶ Alio modo potest considerari secundùm naturam ipsius rei quæ donatur; & sic etiam non potest cadere sub merito non habentis gratiam; tùm quia excedit proportionem naturæ; tùm etiam, quia ante gratiam in statu peccati habet homo impedimẽtum promerendi gratiam, scilicet ipsum peccatum. ——

¶ Declarat qũo secundò consideretur gratia, quia. ſ. non formaliter quantum ad quid nominis gratiæ, (quia. ſ. gratis donũ datũ) sed materialiter quantũ ad rem quæ est gratia. ſ. quantũ ad naturã ipsius, vt. ſ. est quædã participatio diuinitatis, & res Diuini, & supernaturalis ordinis; & iuxta hanc cõsiderationem rñdet duabus conclusionibus, secundam ponit ibi. Postq̃ autem &c. Prima ergo est. Gratia isto modo considerata, non potest cadere sub merito non habentis gratiã; probatur dupliciter, ex art. 2. primò sic. Gratia excedit proportionem naturæ; ergo per naturalia sua non meretur quis gratiam non habitam. Antecedens relinquitur notum, tenet consequentia, quia nullus meretur a Deo id, quod excedit proportionem virtutis agentis, vt patuit art. 2. Secundò probatur sic, antequàm homo habeat gratiam in statu peccati, habet impedimentum promerendi gratiam; igitur non potest eam mereri, consequentia clara. Antecedens patet, quia habet pcm̃ mortale, qđ. opponitur gratiæ, & eam impedit, & eius meritum. ¶ Nota, ꝙ prima ratio procedit de homine etiã in statu integro, & sine peccato, quia talis etiã nõ põt mereri propter improportionẽ naturaliũ etiam integrorum ad gram. Secunda autẽ ratio procedit specialiter de homine sub peccato mortali existente. Deinde ibi.

¶ Postquàm autem iam aliquis habet gratiam non potest gratia iam habita sub merito cadere; quia merces est terminus operis, gratia verò est principium cuiuslibet boni operis in nobis, vt supra dictum est. * ——

* q. 109. per totum.

¶ Respondet secunda conclusione iuxta secundam considerationem gratiæ, tali. Postquàm aliquis habet gratiam non potest gratia iam habita sub meritò cadere, probatur virtualiter duplici medio, secundum tangit ibi. Sed verò &c. Primò sic, illud, quod cadit sub merito, & est merces, est terminus operis meritorij; sed gratia non est terminus operis meritorij, immo principiũ omnis boni operis in nobis; igitur conclusio vera. Maior relinquit nota.

¶ Circa quam nota D.S. in de Verit. Mate. 29. art. 6. in cor. quia aliqui dixerũt, ꝙ aliquis potest mereri, id quod iam habet p opera sequentia; sicut dicunt de Angelis respectu Beatitudinis suæ.

¶ Sed hoc est primò contra Auguſt. & secundò contra rationẽ, quia meritum est causa præmij non per modum causæ finalis, sed magis ſm reductionem ad causam efficientem, inquantum meritũ facit dignum præmio. Id autem, ꝙ est causa per modum causæ efficientis nullo modo posterius esse põt eo, cuius est causa. Vnde non põt esse, ꝙ aliquis mereatur id, quod iam habet. Quia autem in humanis aliquis pro accepto beneficio dño suo seruit, magis habet rationem gratiarum actionis, quàm meriti, hæc ille.

Non meretur quis, qđ habet.

¶ Et secundò nota circa istam maiorẽ, ex D.S. in secũdo supra, quòd

quòd & si in iustitia commutatiua quandoq; contingat, ꝙ præmium, & id quod est loco præmij præcedat meritum, vt patet in emptione, & venditione; qui. n. rem emptam prius accipit, quàm præcium soluat, quodammodo præmium ante meritum accipit, quod etiam magis patet in eo, qui prius accipit præcium laboris sui, q̃ laborem impendat in obsequium alterius. In iustitia autem distributiua hoc non potest accidere, eo quòd ibi præmium redditur ſm gradum, & dignitatem personę, & ideo ſm ꝙ præcedit meritũ, oporet, ꝙ præmium attendatur. Vnde cum gratia p modũ iustitię distributiuæ detur à Deo diuersis hominibus, nõ potest esse, vt aliquis ex sequentibus actibus mereatur gratiam prius acceptã, hæc ille; & de hoc etiam ad tertium. Patet igitur maior. Minor patuit. q. 109. per totum; & nota, quòd Doc. S. hic videtur tangere etiã gratiam, quæ est gratuita motio, quia illa præsertim necessaria est ad omne bonum faciendum. Deinde ibi.

¶ Si verò aliud donum gratuitum aliquis mereatur virtute gratiæ præcedentis, iam non erit prima. ——

¶ Tangit secundum medium pro secunda conclusione prædicta, & est etiam virtualiter solutio instantiæ; quia dato, quòd aliquis per gratiam habitam mereatur aliquod gratuitum donum, puta augmentum gratiæ; hoc donum non erit prima gratia, quia gratia ipsum præcedit.

¶ Vnde manifestum est, quòd nullus potest sibi mereri primam gratiam. ——

¶ Hic in calce corporis ex omnibus istis partialibus conclusionibus, infert per modũ corollarij conclusionem formaliter respon. totalẽ, Nullus &c. vt in littera. Et sequitur ex dictis, quia nec non habens potest mereri gratiam, nec habens; igitur nullus. Antecedens probatur quo ad primam partem; quia nec non habens in naturalibus constitutus, nec non habens in peccato. Secunda pars patuit ex vltima conclusione. ¶ Nota tñ, ꝙ opera bona præcedentia gratiam gratum facientẽ, esto non sint meritoria gratię, non tñ catẽ oĩno præmio sibi proportionato, quia causant quandam habitudinẽ ad gratiã; habent etiã secũ quandam pulchritudinem, & honestatem, & iucunditatem, in quibus præcipuè eorum præmium consistit; & aliqua etiam per accidẽs causant, vt bonorum tpalium affluentiã, aut aliquid huiusmodi. Nam ſm Gregorium, Deus in hoc mũdo remunerat, quod præmiũ futuræ gloriæ non meretur, vt sic nullum bonum irremuneratum relinquatur.

ARGVMENTVM in contrarium est directè probatio primæ conclusionis, & ex consequenti respõsiuę, quia ratio mercedis, & gratiæ formaliter non potest stare simul in eodem; ergo gratia non est merces, nec per consequens eius est meritum.

¶ Ad primum ergo dicendum, ꝙ sicut Aug. dicit in lib. retractationum. * Ipse aliqñ in hoc fuit deceptus, ꝙ credidit initium fidei esse ex nobis, sed consummationẽ nobis dari ex Deo, quod ipse ibidem retractat; & ad hũc sensum vr̃ pertinere, ꝙ fides iustificationem mereatur. Sed si supponamus, sicut fidei veritas habet, quòd initium fidei sit in nobis a Deo, iam etiam ipse actus fidei consequitur primam gratiam; & ita non potest esse meritorius primę gratiæ; per fidem igitur iustificatur homo non quasi hoc credendo mereatur iustificationem, sed quia dum iustificatur credit, eo quòd motus fidei requiritur ad iustificationem impij, vt supra dictum est. *

*Aug. li. 2. cap. 23.

*q. præc. artic. 4.

¶ Ad maiorem, negatur, ꝙ fides mereatur iustificationem quæ est per primam gratiam, sed per fidem homo iustificatur ad sensum supra dictũ q. 113. art. 4. quia motus fidei ad iustificationem requiritur, sicut dispositio coniuncta sequens gratiæ infusionem, & tñ ex parte iustificati præintelligitur gratiæ receptioni, vt patuit q. præce. art. 8. ad secundum. Et dico secundò, ꝙ Auguſt. illam maiorem retractat in simili, quãdo retractat initium fidei esse ex nobis, quia initium fidei est ex prima gratia, sic nec initiũ, & meritum gratiæ est ex nobis, sed gratia prima præcedit oẽ meritum. Dedit. n. B. Auguſt. hanc regulam, vt sententia retractata alicubi etiam in suo simili vbique in operibus suis reprobata censeatur. Vt enim habet Doc. S. tertio contra Genti. c. 15. in fine; est erroris. Pelagiani dicere, quòd iustificationis nostræ initium sit ex nobis, consummatio autem ex Deo. Simlia habentur. 2. Corinth. 3. Lect. 1. Et prima parte. q. 23. artic. 5. in cor.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Deus non dat gratiam nisi dignis, non tamen ita ꝙ prius digni fuerint; sed quia ipse per gratiam eos facit, dignos qui solus potest facere mundum de immundo conceptum semine. —

¶ Ad maiorem D.S. clarè respondet, quòd non datur nisi dignis, non quòd ante gratiam fuerint, vel sint digni, sed quia eo ipso, quòd datur sibi, efficitur dignus. Secundò dicit D.S. in secundo supra, quòd gratia datur indignis negatiuè, quia his qui non sunt sufficienter digni, tñ aliqualiter dispositi, sed non dat gratiã indignis contrariè. i. non datur his qui habẽt contrariam voluntatem resistentem gratiæ, quia ad virtutem non cogit. Ad minorem negatur, immo potest dici dignus, quia ipsum accipiendo per Diuinam motionem efficitur dignus, & secundò potest esse non indignus contrariè absque hoc, quòd meruerit, quia dispositus saltem a Deo; quare negatur consequentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omne bonum opus hominis procedit a prima causa sicut a principio, non autem procedit a quocunq; humano dono, & ideo non est similis ratio de dono gratiæ, & de dono humano. —

¶ Maior conceditur, & ratio est, quia esto homo det donum aliquod, puta equum, non tamẽ dat vsum bonum illius equi, quo mereri potest equum datum, sed Deus ipse dat donum, & bonum vsum eius, ita ꝙ ab ipso est donum, & simul etiam vsus eius; & in proposito Deus dat gratiam, & mediante gratia est principium omnis vsus gratiæ, & meriti; immo gratia ipsa est principium ois meriti. Vnde concessa minore, negatur consequentia; quia etiam si apud homines esset donũ aliquod ab homine, & similiter vsus eius, tunc iste qui acciperet donum non mereretur ipsum per vsum eius, sic in proposito, cum omne bonum opus meritorium procedat a gratia, non potest quis per vsum gratiæ, ipsam mereri; vnde si esset aliquod opus bonũ ex nobis, quod non esset ex gratia, tunc argumentum haberet processum; sicut est apud homines vbi accipiens facit aliquid, & vtitur bene, nõ ex dono, vel ex dante, sed quia omne opus bonum est ex gratia, ideo ipsam recõpensare non possumus, nec eam habitam mereri postquàm acceperimus. Vide fundamentum illius solutionis in simili. prima parte q. 23. art. 5. in cor. quia sicut D. S. ibidem pulchrè ostẽdit nulla merita sequentia effectum prædestinationis sunt ratio prædestinationis, quia totum, quod est gratiæ est prædestinationis effectus, & non distinguitur id quod est ex gratia ab eo, quod est ex libe. arbi. ita in proposito, quia meritum sequens ex gratia non est libe. arbi. vel hominis sine gratia; immo solùm per gratiam, ideo per id, quod est ex gratia gratiã non meretur. Ex industria autem militis est bonus vsus equi, & non ex equo, vel dono dantis, ideo talis potest equum mereri, & videtur hęc solutio profundior alijs recitatis ex secundo, & ex de Veritate. Et nota verba D.S. ex solutione in principio, quia ex quo Deus est motor primus gratuitus, ideo non potest aliquid esse ab homine habente gratiã sine Deo, & gratia eius sicut nec in naturalibus potest esse effectus naturalis a creatura sine Deo, ideo sequitur, quòd homo existens in gratia nihil operetur sine gratia Dei, & per consequens non potest eam mereri, quia per id, quod est ex gratia aliquis non meretur gratiam. Nota etiam circa hunc articulum Capreolum in quarto dist. 14. vbi determinat, quòd nullus potest mereri primam gratiam nec de congruo, quàmuis D.S. in secundo supra ad quatum dicat, quòd quasi, ex congruo quis disponendo se mereatur gratiam, de hoc supra dictum fuit.

Vtrum homo possit alteri mereri primam gratiam.

F 2. dist. 27. artic. 6. Et 3. dist. 19. q. 1. artic. 2. q. 1. cor. & ar. 5. q. 3. ad 5. Et 4. dist. 45. q. 2. art. 1. q. 1. corp. 1. Timo. 4. Lec. 2. fi. * Glo. Ord. ibidem.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd homo possit alteri mereri primam gratiam, quia Matth. 9. super illud. Videns Iesus fidem illorum &c. dicit Glos.* Quantum valet apud Deum fides propria apud quem sic valuit aliena, vt intus, & extra sanaret hominem; sed interior sanatio hominis est per primam gratiam; ergo homo potest alteri mereri primam gratiam.

¶ 2 Præt. orationes iustorum non sunt vacuę, sed efficaces, secundùm illud. Iaco. vlt. Multum valet deprecatio iusti assidua; sed ibidem præmittitur. Orate pro inuicem, vt saluemini; cum igitur salus hominis non possit esse nisi per gratiam, videtur, quòd vnus homo possit alteri mereri primam gratiam.

¶ 3 Præt. Luc. 16. dicit. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in ęterna tabernacuia; sed nullus recipitur in ęterna tabernacula nisi per gratiam, per quam solam aliquis meretur vitam ęternam, vt supra dictum est; * ergo vnus homo potest alteri acquirere merendo primam gratiam.

*q. 109. art. 5. & hic, artic. 2.

¶ Sed contra est, quod dicitur. Hier. 16. Si steterit Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum; qui tamen fuerunt maximi meriti apud Deum; videtur ergo, quòd nullus possit alteri mereri primam gratiam.

¶ Habito, quia homo sibiipsi non potest mereri primam gratiã, hic inquirit an possit mereri alteri homini. Nec est par ratio D. Tho. Prima Secundæ.

quòd si sibijpsi non possit mereri, quòd ergo non alteri, ut patebit, quare articulus iste non est superfluus.

Ar 1.& 3. ¶ Respondeo dicendum, quòd sicut ex supra dictis patet, opus nostrum habet rationem meriti ex duobus. Primò quidem ex vi motionis Diuinæ, & sic meretur ali quis ex condigno. Alio modo habet rationem meriti secundùm quòd procedit ex libero arbitrio, inquantum uoluntariè aliquid facimus; & ex hac parte est meritum congrui, quia congruum est, vt dum homo bene vtitur sua virtute, Deus secũdùm superexcellentem virtutem, excellentius operetur.

¶ Doct. Sanct. primò resumit distinctionem habitam de duplici modo meriti. Secundò respondet iuxta primum modum meriti, ibi. Ex quo &c. Tertiò iuxta secundum, ibi. Sed merito &c. Præmittit ergo ex ar. 3. & 4. quòd opus nostrum habet rationem meriti ex duobus. Primò ex vi motionis Diuinæ mediante gratia, qa scilicet opus nostrum est a Spiritusancto, sicut dictum fuit art. 3. & sic opus nostrum est meritorium ex cõdigno, vt patuit ibidem conclusione secunda; quia virtus & motio Spiritussancti æquiualens est omni eo ad quod hominem mouet, & ordinat. Alio modo habet rationem meriti secundùm quod est ex nobis voluntariè agentibus, & ex hac parte habet rationem meriti congruitatis, quia s. &c. vt patuit. 3. art.

¶ Ex quo patet, quòd merito condigni nullus potest mereri alteri primam gratiam, nisi solus Christus; quia vnusquisque nostrum mouetur a Deo per donum gratiæ, vt ipse ad uitam æternam perueniat; & ideo meritum condigni vltra hanc motionem, non se extendit.

¶ Præmisso duplici modo merendi, hic respondet iuxta primũ modum tali conclusione. Merito cõdigni nullus potest alteri mereri primam gratiam, nisi solus Christus. Huius cõclusionis D. S. probat primò primam partem, secundò secundam ibi. Sed anima &c. Quo ad primam, arguitur sic, vnusquisque nostrum mouetur a Deo per donum gratiæ, ut ipse ad uitam æternam perueniat; ergo meritum condigni vniuscuiusque nostrum ultra hanc motionem (s. respectu vitæ æternæ) se non extendit, & per consequens prima pars uera, ꝙ alteri non meretur de condigno grãm, & stat rõ in hoc, ꝙ homo per gratiam, & motionem ac ordinationem Dei, non mouetur, nisi ut ipse de condigno sibijpsi mereatur vitam æternam, & ita meretur de condigno tantùm vitã æternam sibi, & per cõsequens alteri non meretur grãm de cõdigno.

¶ Nota hic, ꝙ quia quilibet homo præter Christum est membrũ ecclesiæ, & Christi, non autem caput, ideo eius nõ est in alios influere, nec per consequens tantam grãm habet, quæ in alios deriuari posset; nec ẽt mouetur a Deo, ut in alios influat, solius enim grãæ capitis, & perfectissimę est in alios influere. Quia etiam quilibet alius a Christo non est, nisi purus homo, ideo ẽt quantũcunque gratiã haberet, opera eius non essent alijs de condigno meritoria, quia hominis puri; nec essent Deo pro alijs accepta, ut habet Capreo. in 4. dist. 15. ad secundum Scoti contra primam conclusionem; quantumcunque enim Spiritussanctus moueat mẽtẽ, non tamen Deus meretur, sed homo, & ideo opera nostra non sunt accepta de condigno, nisi pro merente Christus autem constitutus est tanquàm caput, quod habet influere pro omnibus mẽbris, ideo ex Diuina ordinatione oritur, ut homo purus qui est membrum sibi tantũ mereatur de condigno &c. Deinde cũ dicit.

¶ Sed anima Christi mota est a Deo per gratiam, non solùm vt ipse peruenire ad gloriam vitæ æternæ, sed etiam, vt alios in eam adduceret inquantum est caput ecclesiæ, & auctor salutis humanæ, secundùm illud Hebr. 2. Qui multos filios in gloriam adduxerat auctorem salutis &c.

¶ Probat secundam partem primę conclusionis per oppositum ad præcedentem. Anima Christi, a Deo per gratiam mota est, nõ solùm, ut ipse peruenire ad gloriam, sed etiam, ut alios ad eam adduceret; igitur alijs meruit primam gratiam. Tenet consequentia extra literam, quia non est adductio in gloriam, nisi præuia gratia. Antecedens probatur ratione, & auctoritate, quia Chrs est caput ecclesiæ, & auctor salutis humanæ; sed operatio capitis est omnium membrorum; ergo suum meritum condigni ad omnes se extendit, & probatur auctoritate Apostoli in litera clarè.

¶ Nota ꝙ sicut supra dictum fuit, peccatum alicuius particularis hoĩs nocet sibijpsi tantùm, sed peccatum principij naturæ omnibus nocuit. Sic in merito personali, homo proficit sibi tãtùm, sed meritum capitis communis diffunderetur in oĩa membra; qa sicut Adam constitutus est, ut naturam in omnes propagaret, sic Christus, ut gratiam in omnes diffundat.

¶ Nota secundò, ꝙ posset esse dubium ex dictis ar. præc. ubi dictum est, ꝙ grãæ repugnet esse ex merito, & per consequens Christus non vt meruisse alijs primam grãm de condigno &c. Sed de hoc uide Doct. Sanct. in de Veritate mate. 29. ar. 7. ad octauum, & decimumtertium; similiter, 3. par. q. 19. artic. vlt. Et uide Capreo. in tertio di. 18. ad argumenta Scot. contra quartam conclusionem, quia Christum meruisse primam gratiam membris suis põt malè, & bene intelligi; si enim intelligitur, quòd meruerit sicut causa propinqua præter quam nihil amplius requiratur, uel ꝙ nulla alia dispositio prærequiratur per actum proprium ipsius membri Christi, aut alienum, aut receptionem sacramentorum, malè intelligitur; quia Christus non meruit omnes dispositiones precedẽtes ad gratiam electorum, & si sic meruisset, s. etiã dispositiones, & quòd ille eas haberet, tunc gratia non esset gratia. Vnde Christus quidem fecit totam naturam dignam grã, remouendo impedimentum peccati generis humani, sed non meruit, quòd illi detur dispositio. Vnde secundò intelligitur, ꝙ Christus meruit primam gratiam ad hoc dispositis quacunque dispositione, siue per actum proprium, siue Diuinam motionem, siue per susceptionẽ sacramẽti, & sic bene intelligitur, sed ꝙ ille disponatur est ex gratia; unde gratia non datur illi, nisi ex misericordia. Vnde D. S. 3. par. ubi supra in solutione dicit. Hoc ipsum est gratiæ, quod homini conceditur regenerari in Christo, & sic salus hominis est ex gratia, & in de Verita. dicit, hoc ipsum gratis alicui nostrum confertur, quòd efficaciam meriti Christi consequatur; unde rõ grãæ non euacuatur; & sic habet in alia solutione, Christus meruit omnibus secundùm sufficientiam, sed non efficientiam. Vt ergo aliquis consequatur secundùm efficientiam gratiam Christi, oportet concurrere aliquid aliud. s. Diuinam electionem, & misericordiam, qua ille gratiam consequitur. Meritum enim Christi operatur, ut quædam causa uniuersalis, sed oportet hanc applicari singulis, uel per motum proprium a Deo procuratum, uel per sacramentum; ut autem isti applicetur est gratiæ. Vnde patet, quòd cũ merito Christi quo meruit omnibus sufficienter gratiam primã stat, quòd huic, uel illi gratia misericorditer, & non ex debito applicatur &c. Deinde cum dicit.

¶ Sed merito congrui potest aliquis alteri mereri primam gratiam. Quia enim homo in gratia constitutus implet Dei uoluntatem, congruum est secundùm amicitiæ proportionem, vt Deus impleat hominis uoluntatem in saluatione alterius.

Respondet iuxta secundum modum meriti tali conclusione. Merito congrui potest aliquis alteri mereri primam grãm. Hanc conclusionem primò probat. Secundò limitat, ibi. Licet qñq; &c. Probatur aũt clarè in litera, & stat probatio in hoc fundamẽto, quia esto non acceptetur actus alicuius, ut meritũ condigni pro alio, sed tantũ pro seipso, nec s. quo ad gratiam, nec quo ad gloriam; tamen hoc decet Diuinam liberalitatem, ut amicum ꝓ alio orantem, uel operantem misericorditer audiat, & det effectum desideratum. Consequenter cum dicit.

¶ Licet quandoque possit habere impedimentum ex parte illius, cuius aliquis sanctus iustificationem desiderat, & in hoc casu loquitur auctoritas Hiere. vltimò inducta.

¶ Limitat prædictam conclusionem secundam, & vult ꝙ ẽquis constitutus in gratia, & amicitia Dei, possit alteri mereri de congruo gratiam, non tamen alius semper gratiam consequit, quia uidelicet ponit obicem, & impedimentum gratiæ; secundũ enim D. S. in secundo di. 27. ar. 6. Hoc non tantùm hominibus puris cõtingit, sed & Christo, cuius merita in multis effectum non consequuntur propter eorum in dispositionem. Contingit etiam, ꝙ homo impediat merita propria ea mortificando, multò magis potest meritum unius impediri per alium.

Et per hanc limitationem. D. S. vult esse expositum argumentum in contrarium, quod est pro illa limitatione; quia non probat, quòd aliquis nõ mereatur alteri primam gratiam de cõgruo, sed ꝙ tale meritum non semper cõsequitur effectum propter impedimentum, & indispositionem eius cui meretur.

¶ Nota ꝙ homo non propriè etiam de congruo meretur sibi primam gratiam, & tamen magis de congruo alteri; & ratio est, quia qui meret sibi grãm, adhuc non habet eam, & ergo actus tales sunt extra genus meriti, nam actus ex naturalibus procedẽtes sunt extra genus perfectionis gratuitæ, nec sunt habentis amicitiam ad Deum, super qua fundatur meritum congrui. Actus autẽ alicuius habentis gratiam sunt de genere meriti propriè dicti tanquàm ex gratia procedentes, & sunt amici Dei; ideo per eos magis dicitur aliquis mereri alteri; quia tamen imperfecti sunt, nec de condigno extra subiectum se extendunt, ideo sunt merita congrui &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd fides aliorum valet alij ad salutem merito congrui, non merito condigni.

¶ Maior intelligitur, ꝙ fides aliena ualuit de congruo, vt Christus interius sanaret infirmum, sed non de condigno.

¶ Minor

¶ Minor conceditur, quia prima gratia dicitur de nouo aduenies, & sanans, vel iustificans hominem &c. Ergo &c. Verum, vnus potest alteri mereri de congruo, & est pro secunda conclusione responsiua, sed non contra primam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd impetratio orationis innititur misericordiæ, meritum autem condigni innititur iustitiæ, & ideo multa orando impetrat homo ex Diuina misericordia, quæ tamen non meretur secundùm iustitiam, secundùm illud. Dan. 9. Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus præces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.

¶ Ad maiorem, verum, preces Sanctorum sunt efficaces respectu sanctorum, ita quòd orando mereantur sibi; sunt etiam efficaces pro alijs, non quòd mereantur de condigno alijs, sed quia impetrant, & obtinent petita, & præsertim si impedimentum non inueniant. Nec obstat, quòd oratio debeat esse pro se, quia hoc intelligitur de oratione, quam omnibus modis oportet exaudiri, & quæ non impeditur; tamen & oratio pro alio potest habere effectum, sed impedimentalem. Contingit enim, quòd per orationes sanctorum offerantur eis pro quibus orant occasiones, vt se ad Deum conuertant, quod possunt facere, vel non, &c. Vltra, conceditur, quòd debemus orare, vt saluemur, non quia salutem aliorum mereamur de condigno, sed quia impetramus ex misericordia Dei, non ex iustitia nostra, quod impetrare innititur ex merito condigni. Quare negatur consequentia de merito condigni. Vide profundiorem explicationem huius materiæ, secunda secundæ quæst. 83. artic. 15. ad secundum, quia ex vno aliquis non potest alteri de condigno mereri, ideo orando pro alio non meretur alteri de condigno, & per consequens oratio non habet semper effectum, sed impetrat nisi sit impedimentum.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd pauperes eleemosynas recipientes, dicuntur recipere alios in ęterna tabernacula, vel impetrando eis veniam orando, vel merendo per alia bona ex congruo, vel etiam (materialiter loquendo,) quia per ipsa opera misericordiæ quæ quis in pauperes exercet, meretur recipi in ęterna tabernacula.

¶ Maior habet tres expositiones in solutione, sed non intelligitur, quòd ipsi recipiant in ęterna tabernacula, dando gloriam, vel gratiam, vel etiam de condigno merendo. Minor conceditur, sed dico, quòd illam gratiam non dant pauperes, sed aliquis ex gratia eis dando, meretur ęterna tabernacula, quam gratiam habet quis a Deo; quare negatur consequentia, si consequens intelligitur de acquisitione quæ est collatio, vel etiam meritum cõdigni gratiæ; sed bene sequitur, quòd pauperes possunt impetrare gratiam, & ꝙ aliquis benefaciendo pauperibus meretur.

Vtrum aliquis possit sibi mereri reparationem post lapsum.

G a. dist. 27. artic. 4. ad 3. E. Hebr. 6. Lec. 2. eor. 2.

AD septimum sic proceditur. Videtur, quòd aliquis possit sibijpsi mereri reparationem post lapsum. Illud enim, quod iustè a Deo petitur homo videtur posse mereri; sed nihil iustius a Deo petitur, vt Augu. dicit, quàm quòd reparetur post lapsum, secũdùm illud Psal. Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me domine; ergo homo potest mereri vt reparetur post lapsum.

¶ 2 Præt. multò magis homini prosunt opera sua, quàm prosint alij; sed homo potest aliquo modo alteri mereri reparationem post lapsum, sicut & primam gratiam; ergo multò magis sibi mereri potest, vt reparetur post lapsum.

¶ 3 Præt. homo qui aliquando fuit in gratia per bona opera quæ fecit, meruit sibi vitam ęternam, vt ex supradictis patet; * sed ad vitam ęternam non potest quis peruenire nisi reparetur per gratiam; ergo videtur, quòd sibi meruit reparationem per gratiam.

*q. 109. ar. 5. & hic. art. 1. & 2.

¶ Sed contra est, quod dicitur. Ezech. 18. Si auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius quas fecerat non recordabuntur; ergo nihil valebunt ei precedentia merita ad hoc, quòd resurgat; non ergo aliquis potest sibi mereri reparationem post lapsum futurum.

¶ Hic Doc. San. iterum inquirit de aliquo, quod excluditur a merito, scilicet de reparatione post lapsum; & intelligitur quæsitum, an aliquis nunc existens in gratia possit mereri per gratiam nunc habitam, vt cum in peccatum mortale lapsus fuerit, iterum reparetur ad gratiam, & exurgat a peccato; ita quòd meritum suum nũc in gratia factum habeat effectum etiam post peccatum mortale, & in existente in mortali; non intelligitur an existens in mortali possit mereri reparationem, sed vt dictum est, an existens in gratia possit mereri reparationem futuram de peccato future &c.

¶ Respondeo dicendum, quòd nullus potest sibi mereri reparationem post lapsum futurum, neque merito condigni, neque merito congrui. Merito quidem condigni hoc sibi mereri non potest, quia ratio huius meriti dependet ex motione Diuinæ gratiæ, quæ quidem motio interrumpitur per sequens peccatum.

¶ Doct. San. respondet tali conclusione. Nullus potest sibi mereri reparationem post lapsum futurum neque merito condigni neque merito congrui. Huius conclusionis Doc. San. probat primò primam partem; secundò secundam, ibi Meritum etiam &c. Quo ad primam partem, primò deducit rationem pro ea; secundò elicit ex ratione quoddam corollarium, ibi. Vnde omnia &c. Probatur ergo prima pars, scilicet, quòd nõ merito condigni sic. Ratio huius meriti dependet ex motione Diuinæ gratiæ, sed ista motio interrumpitur, & corrumpitur per peccatum sequens; igitur aliquis non de condigno meretur &cæt. nec talis motio extendit se ad reparationem post lapsum. Maior patuit sępius, & habetur ex ista maiori, quòd illud meretur homo ad quod se extendit motio mediante gratia. Minor nota, quia gratia ipsa tollitur, & per consequens motio per gratiam, & secundo tollitur, & interrumpitur motio Diuina per peccatum, non solùm, quia non est in existentia propria, sed quia omnis effectus eius mortificatur, vt in quarto. distinc 14. quæst. 2. art. 3. quæst. 2. Vnde motio gratiæ habitę extendit se solũm ad ea quæ competunt homini in gratia existenti, a qua si exciderit, omne meritum mortificatur. Consequenter cum dicit.

¶ Vnde omnia beneficia quæ postmodum aliquis a Deo consequitur, quibus reparatur, non cadunt sub merito, tanquàm motione prioris gratiæ vsque ad hoc non se extendente.

¶ Ex illa probatione præsertim minore infert vnum corollarium tale. Omnia beneficia quæ postmodum (scilicet postquàm peccauit mortaliter post habitam gratiam) aliquis a Deo consequitur, quibus reparatur, non cadunt sub merito; patet ex dictis, quia motio prioris gratiæ se non extendebat ad illa reparatiua, sed solùm ad debita existenti in gratia, interrumpitur enim motio, & eius efficacia per peccatum, ita quòd per peccatum non est, & amittit virtutem omnem. Verum tamen est, quòd si quis reparetur per Diuinam misericordiam, tunc merita, & opera prius mortificata reuiuiscunt, sed cum viuerent, non se extendebant nisi ad debita viuenti. Tunc ibi. Mortificata reuiuiscunt.

¶ Meritum etiam congrui, quo quis alteri primam gratiam meretur, impeditur, ne consequatur effectum propter impedimentum peccati in eo, cui quis meretur; multo igitur magis impeditur talis meriti efficacia per impedimentum, quod est in eo qui meretur, & in eo cui meretur; hoc enim vtrunque in vnam personam concurrit; & ideo nullo modo aliquis potest sibi mereri reparationem post lapsum.

¶ Probat secundam partem conclusionis, scilicet, quòd nec merito congrui, sic, meritum congrui quo quis alteri &c. vt in principio litterę; igitur multò magis &c. vt in littera sequitur. Antecedens patuit art. 6. in fine, quia aliquis impeditur ne mereatur de congruo propter impedimentum peccati in alio; ergo multò magis impeditur, quia ipse est in peccato. Tenet consequentia, quia cum alicuius alteri de congruo meretur gratiam, tunc saltem ipse merens est in gratia, hic autem nec merens, nec is cui meretur est in gratia, quia ponitur idem. Et nota verba D. S. quia cum aliquis alteri meretur primam gratiam, videtur enim posse haberi, quòd quis sibi non mereatur primam gratiam, nec de congruo, quia est impedimentum merendi, etiam ex parte merentis, quia videlicet non habet principium meriti, scilicet gratiam. Aliquis autem meretur alteri, quia habet radicem meriti, & quia amicus Dei, &c.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat conclusionem responsi. & habet rationem positam pro prima parte conclusionis, quia per peccatum omnia merita sunt mortificata; ergo virtute eorum non habet, vt resurgat, nam statim, vt minimo mortali Deum offenderit, tunc Deus non amplius habet merita priora accepta ad aliquem effectum, & per consequens non meretur, vt post peccatum resurgat &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd desiderium quo

quis desiderat reparationem post lapsum, iustum dicitur, & similiter oratio, quia tendit ad iustitiam; non tamen ita quòd iustitiæ innitatur per modum meriti, sed solùm misericordię.

¶ Ad maiorem, si intelligitur, si iustè petitur, id est petitione innitente iustitiæ, quæ est ex parte petentis, sicut aliquis petit sibi rem debitam, conceditur maior. Si autem intelligitur, si petit iustè, ideſt petitione qua petitur iustitia, sed ex misericordia, & liberalitate Dei, negatur; quia potest quis petere iustitiam non ex merito, sed ex gratia, & misericordia Dei. Sed dico, quòd solum ille qui petit ex gratia Dei, & pro se necessarium ad salutem, iste petendo meretur, vt patet secunda secundæ supra, sed iste qui petit existens in peccato, non merctur, id quod petit etiam si est necessarium ad salutem. Similiter petens pro alio non meretur alteri de condigno, vel cum quis petit id quo existente petitio sua, & meritum erit mortificatum, vt in proposito. Ad minorem, verum, nihil iustius, ideſt petitione tendente ad iustitiam, sed nō semper innitenti, quando scilicet petens non habet gratiam, vel non petit pro se, vel etiam cum existit in gratia, petit id ad quod motio gratiæ, & efficacia eius non se extendit. Vnde secundùm D.S. in secundo, si quis existens nunc in gratia, petat Deum, vt se post lapsum reparet, non meretur sibi gratiam restitui, quia per sequēs peccatum oratio præcedens mortificatur, sicut & alia bona merituria, nec oratio efficax est ad petendum, quia non instanter orat, sed gratiam peccando interrumpit. Valet pro hac solutione intelligenda, quod D.S. habet 2.2.q.83.art.16. ad secundum, quia non habens habitum iustitiæ, potest aliquid iustum velle.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ aliquis potest alteri mereri ex congruo primam gratiam, quia non est ibi impedimentum saltem ex parte merentis, quod inuenitur dum aliquis post meritum gratiæ, a iustitia recedit.

¶ Ad maiorem respondet D.S. in secundo, vera est enim alicui plus prosunt opera propria, quàm aliena, dummodo sit ęqualitas in vtroque; tamen opus alienum informatum gratia, plus accedit ad meritum inquantum ex radice gratiæ procedit, q̄ opus proprium, quod ex puris naturalibus causatur. Minor conceditur, & iam patuit ratio, quia ipse qui meretur est in gratia, & non est impedimentum ex parte merentis, sed in recedente a iustitia per lapsum inuenitur impedimentum mortificans omnia merita præcedentia, sed ille qui iam est in gratia potest habere meritum, sed merita existentis nunc in peccato non sunt, ideo non habent effectum respectu sui ipsius existentis in peccato; quare negatur consequentia. Et stat fundamentum in hoc, quia cum quis existens ingratia orat, vel facit aliquid pro peccatore, vt reparetur, tunc merita valent saltem de congruo; sed quando aliquis orat pro se existente in peccato in futurum, tunc merita, & oratio nunc facta in gratia, pro tunc nullius erunt fructus; & ergo non est par ratio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quidam dixerunt, ꝙ nullus meretur absolutè vitam ęternam nisi per actum finalis gratiæ, sed solùm sub conditione si perseverat. Sed hoc irrationabiliter dicitur, quia quandoque actus vltimæ gratiæ nō est magis meritorius, sed minus quàm actus præcedentes propter ęgritudinis oppressionem. Vnde dicendum, quòd quilibet actus charitatis meretur absolutè vitam ęternam, sed per peccatum sequens ponitur impedimentum præcedenti merito, vt non sortiatur effectum; sicut etiam causę naturales deficiunt a suis effectibus propter superueniens impedimentum.

¶ Maior conceditur, sed dico, quòd si peccet mortaliter, tunc ponit impedimentum merito suo, & ipsum mortificat; aliqui tamen dixerunt ad maiorem, ꝙ per merita antecessoria ante finalem gratiam meretur tantùm sub conditione. Sed Doc. San. vult, quòd verè, & absolutè meruit; sed peccans mortaliter mortificat; illud enim dicitur mortificari metaphoricè loquendo, quod non habet effectum suum. Vnde opus ex gratia factum, cum gratia existens habet virtutem deducendi in cœlum, sed cum mortali existens non habet illum effectum; & ergo mortificatur, & per peccatum sibi ponitur impedimentum, ne habeat effectum proprium. Minor conceditur, sed negatur consequentia, quia esto meruit vitam ęternam, tamen sibi nunc non debetur, nec per consequens debetur sibi reparatio, sine qua non potest peruenire. De materia illius solutionis. Vide D.S. in 3.dist.31.q.1.art.1.ad 2.

Vtrum aliquis possit sibi mereri augmentum gratiæ, vel charitatis.

H AD octauum sic proceditur. Videtur, ꝙ homo non possit mereri augmentū gratiæ, vel charitatis. Cum enim aliquis acceperit præmium, quod meruit, non debetur ei alia merces; sicut de quibusdam dicitur. Matt. 6. Receperunt mercedem suam; si igitur aliquis meretur augmentum charitatis, vel gratię, sequeretur, quòd gratia augmentata non posset vlterius expectare aliud prę- mium, quod est inconueniens. 2 dist.27.articu.5. Et 4. dist.20. art. 2.q 3. cor.

¶ 2 Præt. nihil agit vltra suam speciem; sed principium meriti est gratia, vel charitas, vt ex supra dictis patet; * ergo nullus potest maiorem gratiam, vel charitatem mereri, quàm habet. *Art.2.&4.

¶ 3 Præt. id quod cadit sub merito meretur homo per quemlibet actum a gratia, vel charitate procedentem; sicut per quemlibet talem actum meretur homo vitam ęternam; si igitur augmentum gratię, vel charitatis cadat sub merito, videtur per quemlibet actum charitate informatum aliquis mereatur augmentum charitatis; sed id qđ homo meretur infallibiliter a Deo consequitur nisi impediatur per peccatum sequens. Dicitur enim. 2.ad Thimot. 1. Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare; sic ergo sequeretur, quòd per quemlibet actum meritorium gratia, vel charitas augeretur, quod videtur inconueniens, cum quandoque actus meritorij non sint multum feruentes, ita quòd sufficiāt ad charitatis augmentum; non ergo augmentum charitatis cadit sub merito.

¶ Sed contra est, quod Augustinus dicit super Epistolam Ioan. * quòd charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici; ergo augmentum charitatis, vel gratię cadit sub merito. * Tracta.5. ante medium

¶ Hic Doc. San. inquirit de his quæ secundariò cadunt sub merito. Et primò de bonis spiritualibus. Secundò de temporalibus artic. vlt. Quo ad primum quæritur de duobus spiritualibus, quorum primum est augmentum gratiæ, vel charitatis, secundum est perseuerantia.

¶ Respondeo dicendū, quòd sicut supra dictum est, * illud cadit sub merito condigni, ad quod motio gratię se extendit. *Art.6.&7. huius q.

¶ Doc. San. respondet tali conclusione. Augmentum gratiæ cadit sub merito condigni, & habetur ex hoc responsio formalis ad quæsitum, quod sic probatur, illud cadit sub merito condigni, ad quod motio gratiæ se extendit; sed motio gratiæ se extendit ad augmentum gratiæ, & charitatis; igitur &c. Huius rationis Doc. San. primò ponit maiorem; secundò probat minorem subintellectam, ibi. Motio autem &c. tertiò infert ipsam conclusionem, ibi. Sic igitur &c. Maior patet ex artic.6. & 7. quia extendit se ad bonum salutis propriæ, & quod est efficacia gratiæ manentis, quod dico propter reparationem post lapsum, quia illa fit cum efficacia, & meritum motionis gratiæ est mortificatum.

¶ Motio autem alicuius mouentis nō solùm se extendit ad vltimum terminum motus, sed etiam ad totum progressum in motu; terminus autem motus gratię est vita ęterna, progressus autem in hoc motu est secūdùm augmentum charitatis, vel gratię, ſm illud. Prouerb.4. Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem, qui est dies glorię.

¶ Deducit minorem subintellectam sic, terminus motionis gratiæ est vita ęterna, progressus autem eius est secundùm augmentum charitatis, vel gratiæ; sed motio gratiæ non solùm se extendit ad terminum, sed etiam ad totum progressum; igitur minor vera. Maior illa patet auctoritate scripturæ. Minor patet, quia omnis motus se extendit non solùm ad vltimum terminum motus, sed etiam ad totum progressum in motu; ergo minor vera. Deinde ibi.

¶ Sic igitur augmentum gratię cadit sub merito condigni.

¶ Infert vltimò cōclusionem rñsiuam, & patet ex dicta ratione: Nota autem pro maiori intellectu huius materiæ D.S. in secundo dist.27.artic.5. quòd sicut peccatum habet duplicem pœnam, Vnā quæ concomitatur ipsam culpam; sicut conscientiæ remorsus, & huiusmodi. Aliā quæ infligitur a Deo, vel homine. Ita duplex est præmium respondens merito. Vnum quod concomitatur, vt delectatio ipsa de bono opere. Aliud quod pro præmio redditur a Deo vel homine, vt vita æterna. Per actum ergo meritorium

torium contingit mereri augmentum gratiæ, sicut præmium cōcomitans naturam actus meritorij, cum naturale sit vt oīs actus possit in acquisitionem, & augmentum similis habitus effectiuè vel dispositiuè. Dicitur autem dispositiuè, quia sicut gratia est ex infusione Dei, ita & augmentum est a Deo, sed tamen per actum gratiæ disponit se meritoriè ad gratiæ augmentum. Vnde aliter vita æterna est præmium actus meritorii, aliter augmentum gratiæ; quia vita æterna tantùm vt præmium, sed augmentum etiam quodammodo vt effectus ad causam. Vnde non quilibet actus auget gratiam vel charitatem, sed solum ille in quo quis utitur gratia ſm proportionem suarū virium; talis enim est meritum, & dispositio ꝓpinqua ad augmentū. Et secundùm D.S. secunda secundæ. q.24.ar.6. ad primum, quando quis conatur ad huiusmodi augmentum vide etiam supra. q.52.ar.3. vbi habitū est quādo habitus augetur. Vide, & de ista materia in D.S. 1. sen. dist. 17. q. 2. ar. 3. Et in Capreolo ibidem. q. 2. De hoc autem an plures actus meritorii remissi non augentes charitatem mereantur maiorem gloriam, & maius præmium initiale, vide Capreolum in quarto, di. 14. q. 2. ad argumenta Sco. contra secundam conclusionē, quia dicitur, quòd ꝓ opera remissa nullus acquirit nec meretur nouū gradum gloriæ nisi quia simul meretur nouum gradum gratiæ vel charitatis. Et ideo principalis conatus debet esse cuilibet vt crescat in gratia, & charitate Dei, & proximi, &c. Hoc tamen verum est iuxta D.S. in tertio di. 18. q 1. ar. 2. ad 4. ꝙ si quis nō aucta charitate vel gratia facit plura opera bona ex charitate, meretur idem pluribus modis, & tamen per actum etiam meretur augmē tum gratiæ, & nouum gradum, quando gratia est agumentabilis, quo tamen non habito gloria commensuratur gradui habito possibile est enim secundū D.S. in primo quòd aliquis mereatur maiorem gradum gratiæ, & ipsum non cōsequatur propter hoc, quia non intensè, & feruidè agit secundùm proportionem gratiæ præhabitæ, præter enim meritum requiritur etiam dispositio intensa excedens gradum præhabitum. Capreolus.

¶ Nota etiam, quòd aliquis meretur de condigno augmentū gratiæ, quæ est augmentabilis, & non in termino; secus si gratia est in augmentabilis, & in termino, vt est de gratia Christi, quæ augeri non potuit; quamuis Capreo. in primo dist. 17. q. 2. arti. 2. ad quintum, eorum, quæ secundo loco inducuntur contra conclusionem vnicam fluctuet super hoc. Sed clarè habetur ex D.S. in de Verita. Ma. 29. ar. 3. quia habuit totum esse, & omnem modum gratiæ, nec per consequens augeri potuit.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat cōclusionem responsi. quia augmentum charitatis cadit sub merito. Similiter, & consummatio, & perfectio charitatis; præmium autē est hic, secundum est in patria.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd præmium est terminus meriti. Est autem duplex terminus motus, scilicet vltimus, & medius, qui est principiū, & terminus, & talis terminus est merces augmenti, merces autem fauoris humani est sicut vltimus terminus his, qui finem in hoc constituunt; vnde tales nullam aliam mercedem recipiunt.

¶ Ad assumptum cum aliquis receperit præmium vltimū, non debetur ei aliud vltimum præmium, sicut si quis ponat præmiū suum, & finem in aliqua re mundi, non debetur ei alius vltimus finis; sed negatur maior, quòd ei, qui acceperit præmium mediū, & alteri subordinatum, quòd non possit vlterius recipere ꝑmiū finale, & vltimum simpliciter. Ad probationem dico, quòd loquitur Euangelium de his, qui receperunt mercedem, & præmium tanquam vltimum finem, honorem mundanum; & tales nō habet pro iisdem operibus per quæ quærunt honorem sicut vltimū finem, quærere mercedem in cœlo Vltra, si igitur, &c. dico, quòd quis meretur augmentum gratiæ, & charitatis sicut præmiū medium alteri sub ordinatum, sed non sicut vltimum finale simpliciter, quare negatur consequentia. Secūdò potest dici iuxta D.S. in 2.ad maiorē, ꝙ si quis receperit præmium vnius ordinis non debet ei merces eiusdem ordinis, sed tñ si quis receperit præmiū concomitans actum, poterit adhuc recipere præmium ab alio datum, nec præmium concomitans actum excludit vlterius prēmiū quod pro actu redditur; sicut per hoc, quòd aliquis delectationem ex actu virtutis sentit, non amittit vitæ æternę præmium, cum non sit eadem ratio præmii vtrobique; sic etiam per hoc, quòd ad actum meritorium sequitur augmentum gratiæ, non impeditur remuneratio, quæ consistit in adeptione gloriæ.

¶ Ad secundum dicēdum, quòd augmentum gratiæ non est supra virtutem præexistentis gratiæ, licet sit supra quantitatem ipsius, sicut arbor etsi sit supra quantitatem seminis, non est tamen supra virtutem ipsius.

¶ Maior supra exposita est. q. 112. arti. 10. quia nihil agit vltra suam virtutem, & supra facultatem ex seipso, & principaliter; tamen potest supra seipsum agere in virtute alterius, vt scilicet est instrumentum alterius. Minor vera, sed augmentum gratiæ non est supra virtutem gratiæ, quę est principium meriti, esto sit supra eius quantitatem, immo vt supra patuit art. 3. ad tertium, nec beatitudo est supra virtutem gratiæ. Sic, & magna arbor ex modico semine potest pullulare, sic & incrementum gratiæ ex gratia. Vnde si minor benè sumeretur sub maiori, ipsa esset falsa, scilicet sed mereri augmentum gratiæ est supra virtutem gratiæ. Vnde D.S. supra in secūdo ad primum, quamuis præmium quod quis meretur sit maius, quàm gratia qua meretur, non tamen sequitur, quòd sit maior efficacia merendi in actu, quàm exigat gratia informans actum. Negatur ergo consequentia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quolibet actu meritorio meretur homo augmentum gratiæ, sicut & gratiæ cōsummationem, quæ est vita æterna, sed sicut vita æterna non statim redditur, sed suo tempore; ita nec gratia statim augetur, sed suo tempore, cū scilicet aliquis sufficienter fuerit dispositus ad gratiæ augmentum.

¶ Primus sylꝛus conceditur, & ratio patet in solutione, quia si quilibet actus meritorius meretur gratiæ cōsummationē, quæ est vita æterna, meretur etiam gratiæ augmentū, quia gratiæ consummatio affert maximum augmentum gratiæ. Et secundò, ꝙ si meretur id, quod maius est, scilicet gratiæ consummationem, meretur etiam, quod minus est, scilicet gratiæ augmentum. Vltra ad illā, sed id, quod homo meretur infallibiliter cōsequitur, &c. Verum, sed tempore suo, nam quis hic, & nunc meretur vitam æternam, & tñ non statim eam consequitur. Vltra, ad illam sic, ergo sequeretur, &c. illa sequela negatur, tum quia non oportet, quòd homo statim accipiat, quod meruit; tum secundò, ꝙ esto per quemlibet actum mereatur vitam æternam, tamen non quilibet actus est dispositio sufficiens ad augmentum. Dictum est autem, quòd actus per quem charitas vel gratia augetur debet esse feruens, & proportionatus habitui præexistenti. Vltra conceditur inconuenientia consequentis, sed vt dictum est, non sequitur ex dictis nostris, quare & negatur vlterior cōsequētia, &c.

¶ Nota verbum D.S. in solutione cum dicit gratiæ consummationem esse vitam æternam, quia vel est prædicatio causalis, vel per concomitantiam, si uita æterna capitur pro beatitudine & actu secundo; si autem vita æterna accipitur pro gloria, tunc potest esse prædicatio identica; quia vt supra sępius dictum est, gratia consummata est gloria, capiendo gloriam pro omni requisito, & necessariò concomitante beatitudinem. Et vide propter hanc solutionem Capreolum in 4.dist.14. quæst.2. art.2. ad argumenta Scoti.

Vtrum aliquis possit sibi mereri finalem perseuerantiam.

I AD nonum sic proceditur. Videtur quòd aliquis possit perseuerantiam mereri. Illud enim quod homo obtinet petendo, potest cadere sub merito habentis gratiam; sed perseuerantiam petēdo homines a Deo obtinent, alioquin frustra peteretur a Deo in petitionibus orationis dominicæ, vt Aug. exponit in libro de bono perseuerantiæ * ego perseuerantia potest cadere sub merito habentis gratiam. 4.d.45.q.2. ar.5.q.1.co. * Aug. c.2. & 17.

¶ 2 Præt. magis est non posse peccare quàm non peccare; sed non posse peccare cadit sub merito, meretur enim aliquis vitam æternā, de cuius ratione est impeccabilitas; ergo multò magis potest aliquis mereri vt nō peccet, quod est perseuerare.

¶ 3 Præt. maius est augmentum gratiæ, quàm perseuerantia in gratia quam quis habet; sed homo potest mereri augmentum gratiæ, vt supra dictum est * ergo multò magis potest mereri perseuerantiam in gratia, quàm quis habet. * Arti.præ.

¶ Sed contra est quòd omne quod quis meretur a Deo consequitur nisi impediatur per peccatum; sed multi habent opera meritoria, qui non consequuntur perseuerantiam; nec potest dici quòd hoc fuit propter impedimentum peccati, quia hoc ipsum quod est peccare opponitur perseuerantiæ, ita quòd si aliquis perseuerantiā mereretur, Deus nō permitteret aliqnē cadere in peccatum; non igitur perseuerātia cadit sub merito.

¶ Hic D.S. inquirit de alio spirituali secundario, an sub merito cadat, quod est ipsa perseuerantia gratiæ. Ad dicenda hic oportet rememorari quæ supra dicebantur. q.109.art.10. quòd perseuerantia non accipitur hic pro virtute vel habitu, quia sic constat, ꝙ simul cum gratia infunduntur, & sicut quis gratiam non meretur,

retur, sic nec istas perseuerantias vt gratiæ connectuntur. Sed accipitur tertio modo ibidem dicto, scilicet pro circunstantia vel pro continuatione gratiæ vsque ad finem.

¶ Respondeo dicendum, quòd cum homo naturaliter habeat liberum arbitrium flexibile ad bonum, & ad malum, dupliciter potest aliquis perseuerantiam in bona obtinere a Deo. Vno quidem modo per hoc, quòd liberum arbitrium determinatur ad bonum per gratiã consummatam, quod erit in gloria. Alio modo ex parte motionis Diuinæ, quæ hominem inclinat ad bonum vsque ad finem.

¶ D.S. primò distinguit intellectum quæsiti. Secundò conformiter distinctè respondet, ibi. Sicut; &c. Distinguit ergo primò de perseuerantia, quòd potest homini dupliciter prouenire, siue quòd duplex sit modus consequendi perseuerantiam a Deo, & duplex perseuerãtia supernaturalis, scilicet gratuita, quia homo de se non habet perse uerare, nec ex causa naturali, cum habeat liberum arbitrium quantum est in se semper flexibile ad bonũ, & malum. Potest ergo perseuerantiam obtinere primò quia lib. arbi. efficitur impeccabile, & determinatum ad bonum; & hoc habet a Deo per gratiam consummatam in gloria, vbi Diuina essentia erit ratio omnium agendorũ, vbi immutabiliter in particulari bonum debitum beatorum mentes appetẽt, sicut bonum in genere, & sub communi ratione boni immutabiliter appetimus; vt declarat D.S. de Verita. Ma. 24. ar. 8. & supra tactum fuit, q. 109. ar. 10. in fine solutionis tertij in expositione. Secundo modo homo perseuerat non propter rationem dictam, quia videat Deum, & sit impeccabilis factus per gloriam, sed ex parte motionis Diuinæ, id est Diuini auxilii, & prouidentiæ protegentis a malo, & dirigentis in bonum, vt dictum fuit supra vbi iam. De istis duobus modis obtinendi perseuerantiam loquitur D. S. de Veritate supra. ar. 1. in simili de confirmatione in bono, & dicit. Aliquis potest confirmari in bono dupliciter. Vno modo simpliciter, ita videlicet, quòd in se sufficiens suæ firmitatis principium habeat, quòd omnino peccare non possit, & sic beati sunt confirmati in gratia. Alio modo dicuntur aliqui confirmati per hoc quòd datur eis munus gratiæ, per quod inclinantur in bonum, ꝙ non possunt de facili a bono deflecti; non tamen per hoc ita retrahuntur a malo, quòd omnino peccare non possunt, nisi Diuina prouidentia custodiente. Hæc ille. Ex quibus omnibus habetur duplex perseuerantia, scilicet patriæ, & viæ.

* Ar. 5. 6. 7. & 8. ¶ Sicut autem ex dictis patet. * illud cadit sub humano merito, quod comparatur ad motum liberi arbitrii directi a Deo mouente, sicut terminus; non autem id, quod comparatur ad prędictum motũ sicut principiũ. Vnde patet, quod perseuerantia gloriæ, quæ est terminus prędicti motus, cadit sub merito.

¶ Hic consequenter D.S. respondet secundùm prædictam distinctionem, tali conclusione. Perseuerantia gloriæ cadit sub merito, perseuerantia autem viæ non cadit sub merito, sed Deus largitur perseuerantiæ bonum cuicumque illud largitur. Hæc conclusio habet tres partes. Et primò ponit, & probat primam. Secũdò, secũndam ibi. Perseuerantia autem, &c. Tertiò, tertiam, ibi. Sed Deus, &c. Quo ad primam arguitur sic, illud cadit sub merito humano, quod comparatur ad motum liberi arbitrii directi a Deo mouente sicut terminus, non autem id, quod comparatur ad dictum motum sicut principium; sed perseuerantia patriæ vel gloriæ se habet vt terminus ad motum meritorium libe. arbi. & tenet se ex parte causæ, quæ est finis humani meriti, ergo prima pars conclusionis vera. Maior patuit arti. 5 6. 7. & 8 Et fundamẽtum sub breuibus est, quia meritum habet se vt causa quodammodo effectiua, quæ semper præcedit effectum, & ita meritum habet præcedere præmium. Minor patet ex dictis, quia perseuerantia gloriæ est per gratiam consummatam, quæ est finalis respectu omnium meritorum. Deinde cum dicit.

¶ Perseuerantia autem viæ non cadit sub merito, quia dependet solùm ex motione Diuina, quę est principiũ omnis meriti.

¶ Subiungit secundam partem conclusionis quam probat sic, illud non cadit sub merito, quod comparatur ad motum liberi arbitrii sicut principium; sed perseuerantia viæ tenet se ex parte principii omnis meriti; igitur perseuerantia viæ non cadit sub merito, &c. Maior patuit circa præcedentem maiorem. Minor autem in littera, quia perseuerantia viæ dependet ex motione Diuina; sed illa motio est principium omnis meriti; ergo minor vera. Et patet fundamentum illius conclusionis supra ex dictis, quia perseuerare in via est ex Diuina motione, idest auxilio, & custodia, & assistentia; quod auxilium nullus mereri potest, sed est primum inter omnia gratuita, vt declarat Doct. Sanct. tertio contra Genti. cap. 149. & ergo perseuerantiam quis mereri non potest, &c. Deinde ibi.

¶ Sed Deus gratis perseuerantię bonum largitur cuicunque illud largitur.

¶ Ponit tertiam partem conclusionis quam relinquit notam, & patet ex multis auctoritatibus, quas Doct. Sanct. allegat tertio contra Genti. cap. 155. Et patet per prædicta, quia si homo non habet a seipso nec meretur, ideo habet per largitionem Diuinã liberalem, & misericordem.

ARGVMENTVM in contrarium confirmat secundam partem conclusionis respõsiuæ, & stat in hoc, quòd si quis perseuerantiam viæ meretur, tunc non peccaret; sed constat, quòd multi habent gratiam, & merentur, nec tamen perseuerant. Si quis autem diceret, immo merentur perseuerantiam, sed non consequuntur, quia peccando impediunt. Contra, quia perseuerantia opponitur peccato, quare si merentur eam pro ista via, nõ peccabunt, &c.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod etiam ea, quæ non meremur orando impetramus; nam & peccatores Deus audit, peccatorum veniam petentes, quam non merentur vt patet per August. super illud Ioan. * Scimus, quia peccatores Deus non exaudit; alioquin frustra dixisset Publicanus. Deus propitius esto mihi peccatori, vt dicitur Lucę 18. Et similiter perseuerantię donum aliquis petendo a Deo impetrat vel sibi uel alij, quamuis sub merito non cadat. * Tract. 44

¶ Maior negatur primò, quia non est verum, quòd etiam habens gratiam omnem, quod petendo obtinere mereatur, præsertim de condigno; quia orando pro alio potest obtinere, & impetrare gratiam, non tamen mereri. Secundò, quia habens gratiam potest petendo mereri, non tamen id, quod petit impetrat, vnde respectu alterius est meritoria, respectu alterius impetratoria. De hoc secunda secundæ. q. 83. articulo 15. ad secundum. Tertiò dico circa maiorem, quòd esto quandoque sit verum, ꝙ habens gratiam petendo mereatur, & mereatur id, quod petit, non tamen conuertitur, quòd quicunque aliquid impetret, quòd illud mereatur, & ratio est, quia aliunde oratio habet virtutem, & efficaciam merendi, aliunde efficaciam impetrandi. Primum habet ex radice charitatis, quia meritum innititur iustitiæ; sed efficaciam impetrandi habet ex misericordia Dei, & liberalitate quem oramus. Vnde peccatores possunt impetrare cum piè orant ex Diuina misericordia, non tamen merentur; vt etiam habet D.S. secunda secundæ vbi iam arti. 16. Ad minorem, potest contingere, quod & frequenter ita contingit; sed iam dictum est, quòd non oportet, quòd quis mereatur id, quod impetrat. Conceditur probatio minoris. Sed negatur consequentia, quia hæc ratio fundatur in falso intellectu maioris, quasi omne, quod petitur, & petendo impetratur, quòd hoc cadat sub merito. Vnde potest quis existens in gratia impetrare donum perseuerantiæ, non tamen mereri ratione dicta.

¶ Ad secundum dicendum, quòd perseuerantia, quę erit in gloria, comparatur ad motum liberi arbitrij meritorium sicut terminus; non autem perseuerantia vię ratione prędicta, * Et similiter dicendum est ad tertiũ de augmento gratię vt per prędicta patet. * * Hic & ar. 8. * In corp.

¶ Maior conceditur, similiter minor; & ratio minoris est, quia non posse peccare vel impeccabilitas habet se, & tenet se ex parte termini meriti vt patuit, sed non peccare in via non est terminus meriti, sed tenet se ex parte auxilii Diuini, quod omne meritum præcedit. Conceditur etiam, quod aliquis meretur vitam æternam de cuius ratione est impeccabilitas, quia visio Diuinæ essentiæ facit impeccabilitatem. Ad consequens, verum, aliquis meretur vt non peccet, & perseueret in patria, sed non meretur perseuerantiam viæ. Ad tertium.

¶ Maior conceditur, minor similiter, & ratio est, quia augmentum gratiæ se habet ad meritum vt terminus. licet non vltimus, vt patuit articulo præcedenti; sed perseuerantia viæ, tenet se ex parte principii meriti. Principium autem meriti, & causa effectiua eius non est merces de cuius ratione est finalizare, ergo, &c. verum, aliquis potest mereri perseuerantiam, quæ se habet vt finis, & terminus meriti, quæ est perseuerantia patriæ, sed non perseuerantia viæ.

Vtrum bona temporalia cadant sub merito.

K

AD decimum sic proceditur. Videtur, quod temporalia bona cadant sub merito. Illud enim, quod permittitur aliquibus vt præmium iustitię, cadit sub merito; sed temporalia bona promissa sunt in lege veteri sicut merces iustitię, vt patet Deutero. 28. ergo uidetur, quod bona temporalia cadant sub merito. 2. 2. q. 121. ar. 5. ad 4.

¶ 2 Præterea.

¶ 2 Præte. Illud videtur sub merito cadere, quòd Deus alicui retribuit pro aliquo seruitio, quod fecit; sed Deus aliquando recompensat hominibus pro seruitio sibi facto aliqua bona temporalia. Dicit enim Exo. primo. Et quia timuerunt obstetrices Deum, edificauit illis domos, vbi glo. Grego. * dicit, quòd benignitatis earum merces potuit in æterna uita retribui; sed culpa mendacij terrenam recompensationem accepit, & Ezech. 29. dicitur. Rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum, & merces non est reddita ei; & postea subdit. Erit merces exercitui illius, & dedi ei terram Aegypti pro eo, quòd laborauerit mihi; ergo bona temporalia cadunt sub merito. * Lib. 15. Moral. c. 2.

¶ 3 Præte. Sicut bonum se habet ad meritum, ita malum se habet ad demeritum; sed propter demeritum peccati aliqui puniuntur a Deo temporalibus pœnis, sicut patet de sodomitis Genes. 19. ergo & bona temporalia cadunt sub merito.

¶ Sed contra est, quòd illa, quæ cadunt sub merito non similiter se habent ad omnes; sed bona temporalia, & mala similiter se habent ad bonos, & malos, secundùm illud Eccles. nono. Vniuersa æquè eueniunt iusto, & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti uictimas, & sacrificia contemnenti; ergo bona temporalia non cadunt sub merito.

¶ Hic ultimò Doct. Sanct. inquirit quomodo bona temporalia cadant sub merito.

¶ Respondeo dicendum, quòd illud, quod sub merito cadit, est præmium, vel merces, quod habet rationem alicuius boni. Bonum hominis est duplex, unum simpliciter, aliud secundùm quid. Bonum hominis simpliciter est ultimus finis eius, secundùm illud Psal. Mihi autem adhærere Deo bonum est; & per consequens omnia illa quæ ordinantur, ut ducentia ad hunc finem, & talia simpliciter cadunt sub merito. Bonum autem secundũ quid non simpliciter hominis est, quod est bonum ei, ut nũc, uel quod ei est secundùm quid bonũ, & huiusmodi non cadunt sub merito simpliciter, sed secundùm quid.

¶ D. S. primò præmittit unam conclusionem fundamentalẽ distinctiuam. Secundò conformiter distinctè respondet ibi. Secundũ hoc &c. Conclusio fundamentalis est. Omnia illa, quæ ordinantẽ, ut decentia ad ultimum finem, qui est hominis simpliciter bonũ, cadunt simpliciter sub merito; quæ uerò pertinent ad bonũ hoīs secundũ quid, non cadunt sub merito simpliciter, sed secundùm quid; & dicitur bonum hominis simpliciter, quod est totaliter bonum, & omnino bonum, & quia perfectè appetitum faciat; & ꝙ bonum sine addito, & sine limitatione, per oppositum dicitur bonum secundũ quid. Probatur ista conclusio, illud quod sub merito cadit, est præmium, uel merces, quod habet rõnem boni. i. meritum dr̃ in ordine ad mercedem, & bonum, & secundũ ꝙ aliqd est bonum, sic cadit sub merito. Sed bonum hoīs est duplex unũ simpliciter, aliud secundũ quid; ergo conclusio uera. Maior nota. Minorem. D. S. explicat in littera &c. Hr̃ ergo ex ista cõclusione, ꝙ s. c. ndũ dr̃iam boni, est dr̃ia meriti, & secundũ ꝙ aliquid ptinet ad bonum, sic ad meritum, quia si ad bonum simpliciter, sic ad meritum simpliciter; si ad bonum secundũ quid, sic ad meritum secundùm quid, quia meritum est respectu boni, & meritum hominis ad Deum simpliciter, & est ad bonum simpliciter.

¶ Secundum hoc ergo dicendum est, quòd si temporalia bona considerentur prout sunt utilia ad opera virtutum, quibus perducimur in uitam æternam; secundũ hoc directè, & simpl. citer cadunt sub merito, sicut & augmentum gratiæ, & omnia illa quibus homo adiuuatur ad perueniendum in beatitudinem post primam gratiam.

¶ Hic consequenter D. S. respondet conformiter, & distinctè secundũ prędictam conclusionem duabus conclusionibus respon. Quarum secundam ponit ibi. Si aũt &c. Prima est, Si bona temporalia considerentur prout sunt utilia ad opera uirtutum, gb. perducimur in uitam æternam, secundũ hoc directè, & simpliciter cadunt sub merito. i. sub merito simpliciter. Hanc conclusionẽ ꝓbat primò a simili, secundò rõne, ibi. Tantum enim &c. A simili sic, Augmentum gr̃æ, & omnia alia quibus hõ adiuuat ad perueniẽdũ in uitã æternam post primam gr̃am, cadunt sub merito simpliciter; ergo ẽt bona temporalia isto modo cõsiderata. Antecedens patuit, quia meritum simpliciter est quo mens hoīs a Deo mouetur in bonum simpliciter, & pertinẽtia ad ipsum. Tenet cõsequentia, quia ẽt Deus datuiris iustis de bonis temporalib. & ẽt de malis, inquantum eis expedit ad perueniendum in uitam æternam; & per consequens, sicut gratiæ augmẽtum ordinatur ad cõsecutionem beatitudinis, & per hoc cadit sub merito simpliciter, sic consecutio bonorum temporalium; & patet illud assumptum ex auctoritate psal. Consequenter cum dicit.

¶ Tantum enim dat Deus viris iustis de bonis temporalibus, & etiam de malis, quantum eis expedit ad perueniendum ad uitam ętrnam, & intantum sunt simpliciter bona huiusmodi temporalia; unde dicitur in Psal. Timentes autem dominum non minuentur omni bono, & alibi. Non uidi iustum derelictum.

¶ Probat conclusionem prædictam rõne sumpta ex prima parte conclusionis fundamentalis, & arguitur sic. Bona simpliciter cadunt sub merito simpliciter, sed bona temporalia isto mõ sunt bona simpliciter, igitur &c. ¶ Nota ꝙ bona tẽporalia isto modo sunt bona simpliciter non formaliter, & secundũ se, sed ut stant sub relatione ad ultimũ finẽ; unde sicut gr̃æ augmentũ datur ꝓ bono actu meritorio, ut est medium perueniendi ad uitam æternam, sic bona temporalia dãtur a Deo, ut per ipsorũ bonũ vsum perueniant homines ad bonum simpliciter. Quare temporalia, sunt aliqualiter terminus motus meritorij vitæ æterne, & per consequens cadunt sub merito simpliciter. Consequenter ibi.

¶ Si autem considerentur huiusmodi temporalia bona secundùm se, sic non sunt simpliciter bona hominis, sed secundùm quid, & ita non simpliciter cadunt sub merito.

¶ Subiungit secundam conclusionem respon. proportionabiliter ad secundam partẽ conclusionis præãbularis, talẽ. Si huiusmodi bona temporalia considerentur secundũ se, non simpliciter cadunt sub merito, sed secundũ quid. Huius cõclusionis ponit, & ꝓbat primò primam partẽ, secundò secundam, ibi. Sed secũdũ &c. Prima probat ex secunda parte cõclusionis fundamẽtalis sic. Tẽporalia ẽm se considerata nõ sunt simpl̃r bona, nec formal̃r, nec finaliter, uel relatiuè; ergo prima pars uera. Tenet cõsequentia ex conclusione fundamentali. A ficedẽs patet ex dictis, ꝙa bona simpliciter sunt bona, q̃ continẽt oẽm pfectionẽ, & totaliter satiant appetitum, sed hoc non faciunt bona tpalia. Deinde cum dicit.

¶ Sed secundùm quid, inquantum scilicet homines mouentur a Deo ad aliqua temporaliter agenda in quibus suum propositum consequuntur Deo fauente; ut sicut uita æterna est simpliciter præmiũ operum iustitiæ per relationem ad motionem diuinam, sicut supradictum est, * ita temporalia bona in se considerata habent rationem mercedis habito respectu ad motionem Diuinam, qua uoluntates hominum mouentur ad hæc prosequenda, licet interdum in his non habeant homines rectam intentionem. * q. 119. & ar. 2. 3. & 6. huius quæstio.

¶ Annectit secundam partẽ conclusionis p̃dictæ. s. ꝙ tẽporalia bona cadunt sub merito ẽm quid, quã declarat, & explicat, quia hoīes ẽt sine gratia gratũ faciente mouent ad aliqua agenda tẽporaliter. s. bellare, & huiusmodi, in quib. suũ propositũ cõsequũtur Deo fauente, igitur merent tpalia ẽm quid. Tenet cõsequẽtia a simili, quia sicut uita æterna &c. ut in ar̃a. ¶ Nota ꝙ meritũ hoīs ad Deũ sp est ex Diuina motione, quia s. homo per actũ ad quẽ mouet a Deo consequit̃ id, ad quod Deus actũ ipsum ordinat; ꝙa ergo Deus q̃q; mouet hoīem ad aliquod opus tpale ẽt sine gr̃a, & fauet, & ordinat, ꝙ per tale opus intentũ suũ, quod est de temporalib. consequaturiõ est meritũ aliqualiter. s. ẽm quid, ꝙa non mouetur p actũ iustitiæ, & gr̃æ in bonũ simpliciter, sicut mouet̃ homo per gr̃am. ¶ Notat ẽt D. S. ꝙ q̃q; hoīes merent̃ merito ẽm quid bona tpalia, & tñ ipsi habent peruersam intentionẽ, sicut patet exemplum in secundo argumento, & sicut alibi. D. S. hẽt, q̃q; tyranni, & mali hoīes mouentur a Deo ad bellandum contra alios meritò puniendos a Deo, & prosperantur in bello, esto ipsi non habeant bonam cãm, uel intentionem; & ergo tales nõ p̃nt mereri simpliciter bonum, quia mali, & peccatores, sed tamen ꝙa faciunt ad quod Deus eos mouet, & ex parte sua iustè, ideo consequuntur intentum suum in bonis temporalibus. s. uictoria, & spoliis, & illa consecutio uocatur meritum secundùm quid, ꝙa videlicet datur aliqua merces propter opus ad quod quis mouet̃ a Deo, sicut est in merito simpliciter; & ergo propter talem cõsecutionem iam ad simpliciter meritum, uocatur meritum. Sed quia nõ est per motionem Diuinam mediante gratia, nec est respectu consecutionis boni simpliciter, ideo uocatur secundùm quid.

ARGVMENTVM in contrarium non est purum, ideo a Doct. Sanct. soluitur quarto loco, ubi etiam adducetur.

¶ Ad

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut Aug. dicit contra Fauſtum libro 4. * In illis temporalibus promiſſis figuræ fuerunt futurorum ſpiritualium, quæ implentur in nobis. Carnalis autem populus promiſſis vitę præſentis inhærebat, & illorum non tantùm lingua, ſed etiam uita prophetica fuit.

* Aug. c.2.

¶ Maior conceditur, immo cadit ſub merito ſimpliciter, quia operibus iuſtitiæ.ſ. gratuitæ, debetur tanquàm merces condigna vitæ æternæ, quæ eſt in conſecutione ſimpliciter boni.

¶ Ad minorem, vera, ſed temporalia vt ordinata ad ſpiritualia, & ut in temporalibus æterna figurabant, & hoc propter rõnem ſupra tactam. q. 99. ar. 6. quia populus iſte carnalis erat, & ſpiritualia in ſe capere non poterat, ideo pollicebantur ſpiritualia ęterna in bonis temporalibus; Ergo &c. Si intelligitur ſecũdùm ſe, & de merito ſimpliciter, negatur, nec habetur ex iſto argumento.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd illæ retributiones dicuntur eſſe diuinitus factæ ſecũdùm comparationem ad Diuinam motionem, non autem ſecundùm reſpectũ ad malitiam uoluntatis, præcipuè quantum ad Regẽ Babylonis, qui non impugnauit Tyrum, quaſi uolens Deo ſeruire; ſed potius, vt ſibi dominium uſurparet. Similiter etiam obſtetrices, licet habuerint bonam uolũtatem quantum ad liberationem puerorum, non tamen fuit earum recta uoluntas quantum ad hoc, quòd ad mendacium confinxerunt.

¶ Ad maiorem dico, quòd ſub merito ſimpliciter cadit, quòd Deus alicui retribuit pro ſeruitio, ad quod Deus mouit p gratiã, hoc enim ſeruitium dignum eſt ſimpliciter bono. i. vita æterna. Secundò dico, quòd ſub merito ſecundùm quid cadit, ꝙ Deus faciat aliquem conſequi per opus, quod quis nõ ex gratia, nec bona uoluntate propter Deum facit, ſed ad quod faciendum Deus eum mouet propter finem bonum, quem Deus intendit. Ad minorem reſpondet. D. S. clarè, quia Deus recompenſat pro ſeruitio facto extra iuſtitiam, & gratiam, bona tẽporalia, quia uidelicet fiũt talia ſeruitia Deo mouente; & non recompenſat propter malam voluntatem, & intentionem facientium, ſed propter ſuam motionem. Ergo &c. verum, cadunt ſub merito ſecundũ quid; & probat hæc ratio ſecundam concluſionem. Vide de materia iſtius ſolutionis Capreolum in ſecundo di. 28. ad 8. contra ſecundam concluſionem. Vide & Nicolaum de Lyra, qui poſt Hieronymum tenet, ꝙ obſtetrices meruerint merito ſimpliciter, tanquàm conuerſę ad veram fidem vnius Dei, & meruerint domos ſpirituales, nec ipſorum mendacium impediuit, quia ſolum officioſum, & veniale. D. S. autem vult in ſolutione, ꝙ meruerint merito ſecundùm quid propter Diuinam motionem, qua mouit ad bonam voluntatem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd temporalia mala infliguntur in pœnam impiis, inquantum per ea non adiuuantur ad conſecutionem vitæ æternæ. Iuſtis autem qui per huiuſmodi mala iuuantur non ſunt pœnæ, ſed magis medicinæ, ut ſupra dictum eſt. *

¶ Maior conceditur. Ad minorem dico, quòd mala temporalia cedunt in punitionem malorum, vt non perueniant ad vitã æternam; ſed bonis proueniunt mala temporalia, ut promoueant in vitam æternam. Ad conſequens, verum, cadunt ſub merito etiam ſimpliciter, ut ordinantur ad bonum ſimpliciter. ſ. beatitudinem; & eſt hæc ratio pro prima concluſione reſponſiua. De materia huius argumenti ſup. q. 87. artic. 7. & 8.

* q. 85. artũ. 7. & 8.

¶ Ad quartum dicendum, quòd omnia ęque eueniũt bonis, & malis quantum ad ipſam ſubſtantiam bonorũ, vel malorum temporalium; ſed non quantum ad finem; quia boni per huiuſmodi manuducuntur ad beatitudinem, non autem mali. Et hæc de moralibus in communi dicta ſufficiant.

¶ Maior vera, ſaltem quo ad finem, eſto quo ad ſubſtantiam ſimiliter ſe habere poſſint. Minor negatur, quo ad finẽ. Ad probationem dicitur, quòd intelligitur quo ad ſubſtãtiam bonorum temporalium, ſed tamen finis alius eſt; quia hoc ipſum, quòd bona temporalia accedunt malis, cedit eis in malum ſpiritualium, quia inde ſuperbiunt. Sed negatur conſequentia, quia bona tẽporalia, ut dantur iuſtis, promouent eos ad ſimpliciter bonum, quod eſt uita æterna, ad quam nos Deus perducat in ſecula benedictus.

COmmentaria hæc puriſſima, & optima, diuino potius ingenio, quàm humano in præclarum D. Thomæ opus ad Theologorum omnium frugem vberrimam conſcripta, ac ſecundùm diuerſam multiiugamquè Doctorum opinionem luce clarius elucubrata ſęliciter hoc loco abſoluuntur. Colonię in officina litteraria ingenuorum liberorum Quentell ſummo ſtudio, maximisquè ac proprijs eorumdem impenſis, à Natali Chriſtiano M. D. XII. Nonis Octobribus, Nunc verò diligentia admodum Reuerẽdi Patris Fratris Stephani Guaraldi è Cento Sacræ Theologiæ Doctoris, & in toto Sereniſſimo Venetorum Dominio contra Hereticam prauitatem Inquiſitoris Generalis, iterum in lucem prodeunt longè, quàm erant, emendatiora Venetijs ex Officina Dominici de Nicolinis. Kal. Febr. 1589.

Carmen ad ſcriptorem libri.

Conradus Koellin Sophię Doctor Venerandus
Hoc quod ab egregio pectore fudit opus,
Frater tinctoris Nicolaæ Columbarienſis
Antea ſcripſiſti, quàm præmeretur idem.

Squaluerant Diuum in Thomam quæ aggeſſerat olim
Conradus, ſed erant putrida pene ſitu;
Non tulit hoc doctor Stephanus Centanus, at acri
Ingenio præſtans, cuncta nitere, dedit,
Purgatum en igitur mendis, curaq; politum
Sollicita, egregium perlege lector opus.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq.
Omnes ſunt Quaterniones, præter Ppp, & Qqq qui ſunt Terniones.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

VENETIIS, M. D. LXXXIX.
Apud Dominicum Nicolinum.